Universidad de Deusto
Biblioteca

VIRGILII

OPERA

Universidad de Deusto
Biblioteca

P. VIRGILII
MARONIS OPERA

Omnia innumeris pene locis ad veterum PETRI BEMBI CARDINALIS ET ANDREÆ NAVGERII exemplarium fidem, postrema hac editione castigata.

Cum X I. Commentarijs, Seruio præsertim ac Donato, ad suam integritatem restitutis.

VENETIIS
APVD IVNTAS.
M D L I I.

BIBLIOTHECA COMPLUTENSIS SOCIETATIS JESU
IHS

Universidad de Deusto
Biblioteca

INTERPRETANTVR

Seruius Bucolica, Georgica, & Æneida.
Donatus ad integritatem restitutus, Æneida.
Probus &
Mancinellus Bucolica & Georgica.
Ascensius Bucolica, Georgica, Æneida, & Opuscula.
Augustinus Dathus quædam in Æneide.
Iacobus Constantius Phanensis quædam in Georgicis.
Domitius Calderinus, Opuscula.
Cum Annotationibus
Philippi Beroaldi &
Angeli Politiani.
His accedunt
Ioannis Pierij Valeriani castigationes, & varietates Virgilianæ lectionis.

ELENCHVS OPVSCVLORVM QVAMMAXIMA FIERI POTVIT DILIGENTIA EMENDATORVM.

Culex.	541	*Est & non*	579
Diræ in Battarum.	548	*De ætatibus animalium.*	579
Aetna	551	*Aerumnæ & labores Herculis.*	579
Cyris ad Messalam,	560	*De musarum inuentis,*	580
Moretum	567	*De cantu Sirenum, & de die festo.*	580
Hortulus	569	*De fortuna.*	580
Elegia de obitu Mecœnatis.	569	*De Orpheo.*	581
Epigramma de viro bono.	571	*De se ipso experientia scribente de speculo, de fonte, de glacie, et plaustro & arcu cœlesti, quam Irim vocat.*	581
De ludo contra auaritiam & iram.	574	*De quatuor temporibus anni.*	582
De liuore, seu inuidia.	575	*De ortu solis.*	582
De venere & vino, contra auaritiam & ebrietatem.	576	*De signis cœlestibus.*	583
De litera Pythagoræ.	577	*In Priapum lusus.*	584
Copa & Rosa.	578		

IOVITAE RAPICIO COMPATRI, THOMAS IVNTA

MVlta sunt *IOVITA RAPICI* in quibus hominum mens sciendi cupida tam diu fatigatur ac fallitur, vt ij mihi rectè feciſſe videantur, qui aut nihil, aut certè parum sciri posse crediderunt. hoc, vt alijs pluribus in rebus, sic et in ijs quæ ad artes pertinent ac scientias, verum esse facilè ostendi potest. ac, ne in re propè manifesta diutius, quam par est, morer: non repetam hoc loco, quam longo & vario labore distracta sit vita mortalium, dum aut rerum principia & naturæ arcana casso labore scrutatur, aut bonorum ac malorum fines ratione fallente disquirit, aut quæ sit optima, tum dissevendi, tum benedicendi via scire contendit. descendam ad ea, quæ si rerum dignitatem & grauitatem spectes, inferiora iudices, si vsum ac delectationem, non multo minora intelligas. In ijs enim artibus quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet, dui ac turpiter hæsitatum est. multi nostra, multi patrum, ac auorum nostrorum ætate, multi aliquot ante illos seculis, multo verò plures ijs ipsis temporibus quibus latinæ florebant literæ: ita de poetis legendis inter se dissensere, vt quem potissimum in manibus habere & tractare debeamus, dubium reliquerint. alij etenim Comicos, alij Tragicos, alij Lyricos, alij Elegiacos, alij Epicos, vt sua quenque ducebat opinio, legendos putabant: neque ex tot præclaris diuersarum poematum scriptoribus vnum saltem è singulis generibus deligere potuerunt, quem vel in primis ad imitandum nobis proponerent: sed ex comicis alij Cæcilium, alij Plautum, alij Terentium, rursum ex Tragicis, quidem Pacuuium, quidem Accium prætulerunt. in Lyricis etiam diligendis, vt labantes diu fuisse opiniones credam, illud facit, quod Horatium à Tigellio reprehensum legimus: & Cæsium Bassum, atque alios eius seculi Lyricos, à multis ei prælatos fuisse creditu par est. donec errore tandem discusso Horatius ab omnibus est probatus, atque vnus qui ex omnibus Lyricis legeretur, dignus sine vlla controuersia habitus. quod illi in ea item Satyra quæ hexametris constat, & in tota præter nomen latina est, contigit. quamuis. n. aliquandiu Lucilius cum illo sit comparatus, saniora tamen iudicia illum non Lucilio solum, sed Persio quoque ac Iuuenali prætulerunt. In ijs qui Elegias scripsere, Ouidium ætas auorum nostrorum est admirata: nostra nihil à veteribus dissentiens, illi Propertium, Popertio Tibullum, Tibullo Catullum anteferendum iamdiu cœpit cogitare. fuere qui ex Epicis Q. Ennio tantum detulerint, vt iuniores omnes contemnerent: donec tandem Virgilius Deorum immortalium benignitate terris datus, genus humanum ingenio superauit: &, omnes restrinxit stellas, exortus vti aerius sol. cuius adolescentis adhuc carmen, vt Phidiæ signum, simul aspectum & probatum est. tantumque expectationis excitauit, vt Sex. Propertius quasi diuino quodam furore percitus, clamare non dubitarit.

Cedite Romani Scriptores, cedite Graij,
Nescio quid maius nascitur Iliade.

neque id blandientis amici præconium, sed Deo pleni vatis oraculum fuisse, quæ mox secuta sunt sæcula comprobarunt. nam, quum testamento quasi nondum satis elimatam cremari Aeneida iussisset, ac non Tucca modo & Varus, sed docti omnes certatim ab Augusto peterent ne testamentum ea parte ratum esse permitteret, id maximus ille, ac prudentissimus Imperator, non solùm libenter præstitit, sed quanti opus id faceret, summa cum poetæ laude testatum reliquit. nanque indignatus tam insigne opus poetæ testamento damnatum ignibus, exclamat.

Ergo ne suprimis potuit vox improba verbis
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in igneis?
Magnáq; doctiloqui morietur musa Maronis?
Ah scelus indignum.

Et mox, ve bene perspecta illud infert.

Frangatur potius legum veneranda potestas,
Quam tot congestos, noctesq; diesq; labores
Hauserit vna dies. &, quod male iusserat ille
Sit vetuisse meum.

Deniq; sacrum illum post mortalis vitæ tempora futurum dicit. quod verum esse xvi. propè iam seculorum, & totius Europæ testimonio ostensum est. Viget, placet, legitur, amatur, & postremo, omnium qui latine sciunt iudicio, vnus firmè dignus, qui præmanibus semper sit, iudicatur. Neq; vero id sine magna veráq; ratione factum est. sic enim omnes quotquot vnquam fuerunt, tum materiæ dignitate ac pondere, tum verborum elegantia ac grauitate superauit, vt, sicut olim ex omnibus Græcis Homerus, ita etiam ex Latinis Virgilius summa cum laude palmam reportarit. Grandes erant verbis, prisci illi quos mirata est antiquitas, graues sententijs, acres etiam alicubi & vehementes. delectabant, permouebant, res miserationibus augebant: sed ita tamen, vt illorum scripta, obsoletam illam plus æquo redolentia antiquitatem, eruditis auribus essent molesta. Virgilius autem amabilem benedicendi consuetudinem secutus, quam felicibus illis temporibus multo unctiorem iam splendidioremq; nactus erat, quam vnquam antea fuisset, suam poesin ea elegantia ac grauitate conscripsit, vt, sicut illorum scripta exaruerunt, vt nusquam iam appareant, ita illius carmina venustiora in dies, augu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

floraq; videantur: & ve vera, quod ille ait, nescioq; quid Iliade maius præ se ferant. nam, præterquàm quod ea omnia quæ Plutarchus de Homerici operis laudibus doctissime ac diligenter excogitauit, de Virgilio quoq; optimo dici iure possunt; illud noster sine dubio plus habet, quod Hesiodum, à quo victus fuerat Homerus, longo interuallo antecessit: &, cum Theocrito ac Mosco non sine laude certauit. eò denique illius processit authoritas, vt Virgilianas sortes, quasi diuinum aliquid haberent, vniuersa Roma non minoris quam Apollineas fecisse videatur. Itaq; ne ab eorum sententia qui tam honeste de hoc poeta senserunt, viderer aberrare, & iampridem summa diligentia exquisiui quomodo meliorem illum castigatioremq; possem reddere, & nunc, quum pluribus locis emendatum ex vetustissimo Petri Bembi Cardinalis manuscripto codice, quem cum nostru & Andreæ Naugerij, tuisq; item exemplaribus contuli, castigatiorem reddidissem, operæpretium me facturum putaui, si, eum tua & amicorum cura in melius redactum, in eruditorum, atque eorum qui tanti carminis grauitate delectantur, gratiam publicarem: atque hanc ipsam tanti operis editionem nostram tibi dicarem.' Quum enim is sit animi tui candor, ea virtus, ea probitas, ea in me beneuolentia IOVITA RAPICI, vt ex ijs qui optimarum ac præclarissimarum artium scientia excellunt, neminem habeam, quem mihi æque ac te diligendum, omniq; officiorum & amoris genere prosequendum putem, qui possum beneuolum meum in te gratumq; animum non hac ipsa editione testari? præsertim quum tu grauissimis alioqui occupationibus pressus, quibus in tuo isto publice summa cum laude iamdiu tanta in ciuitate profitendi munere dies noctesq; distineris, in hac tamen ardua & per difficili nostra prouincia me, qua potes, ope ac consilio iuuare nunquàm desistas? Tu igitur, qui non huius modo poetæ elegantiæ ac doctrinam probe introspexisti, sed quicquid aut in oratoribus aut in poetis reconditum est, vnus omnium optime intelligis, & adeo copiose explicas, vt nihil tibi non lectum, nihil non intellectum probes: nec poetas solum & oratores summa cum laude enarres, illorumq; virtutes ac vitia vnus omnium acerrimo iudicio dignoscas, & æquissima lance perpendas, sed ipse, & inter primores nostri æui poetas sis, &, quod maius est, alios, poetas atque oratores subinde facere nunquàm desistas: tu inquam, qui illius tamdudum elegantiam & doctrinam probe nosti, Virgilium qualiscunq; est, egregiæ meæ erga te tuosq; voluntatis argumentum accipies: atque ita accipies, vt, siquid in eo inueneris quod tibi haud quaq; displiceat, inuenies autem non pauca, id ex parte longe maxima tibi ipsi, à quo hoc quicquid est, iuuandæ rei literariæ causa profectum est, iudices de ferendum.

Manes 237.a
Manubiæ 155.b
Mane 213.b.543.a
Mareotis 85.a.377.b
Mapalia 219.b.377.b
Mars 147.a.173.a
mare & maria 335.a
marica 364.a
margaritę 194.a
marsi 88.a
marsicum bellum 88.a
marsias 269.b
martis equi 111.b.172.a
maturare 70.b
mecœnas 52.a
mecœnatis genus 569.a
medea 43.a
media 86.b.131.b
medica arbor 86.b
meditor 109.a.273.a
Medius fidius 274.a
megara 123.a
melicerta 77.a
mella 133.b
melas ibidem
Melisphyllon 126.a
melpomene 580.b
memini 128.a
memor 147.a
menalus 42.a
mendax 204.a
mensæ 246.a
mendacium in facto 221.b
menses 77.a
męotis 117.a.357.a
mergus 24.b
mercurius 397.b
mephitis 367.a
meridies 131.a
meropes 125.a
mesia 61.a
messis 70.a
metius 415.a
mœnia 149.a
metor & metior 91.b
Meus 237.a.575.a
mi 326.a
micare 119.a
miletum 115.a
milium 66.b
militum genera 204.b
militię genera 395.a
mimi 296.a
minores 403.a
mincius 8.a.39.b
minerua 54.b
mirica 24.a.15.a
myrtetum 85.b
myrtus 82.a
misereor & miseror 549.b
misenus 295.a
minotaurus 322.a
miserum 18.a
mysia 60.a
modestia 4.a
Aola 204.b
molorcus 103.a
monstrum 229.b
monodica 284.b
montes riphei 117.b
montium partes 352.a
molossia 118.a
morini 418.a
morbus 110.b
Mors optimum a dijs iudicatũ mortalibus 122.a
Mulctra & mulctrale 18.a
mundus 26.b.34.a.93.a.572.b
murrani 355.b
munera 296.a
musa 1.a.38.b
musæ 541.a
musęus 36.a
mustus & mustum 81.a

N

Nais 14.a
Naiades 49.a
Nam 139.b
Napeæ 142. a.b
Narce & Narceo, 14.a
Nare volare 164.a
Narcissus 13.b
Nautes 328.a
Næ 296.a
Neapolis 150.b
Nectar 36.a.154.a
Nemea 344.a
Nemo 419.a
Nemora 36.b
Neptunus 54.b
Nereus 34.b.138.a
Nerine 29.b
Nescius 278.a
Nesęę 136.b
Nystilius 543.a
Nigra 329.a
Nihil 328.a
Nimbi 157.b
Nilus 277.b.428.b
Nympha 29.b
Nyphates &c. 104.a
Nysa 319.a
Nitrum 65.b
Noctua 76.b
Noctu & diu 72.b
Noia deox pro rebus 368.b
Nomina in ius 303.a
Nodus 173.a
Noia locorũ, id est, ppria 149.a
Ines 304.a
Nomina in bundus 289.a
Regum 289.a
Noricum 121.a
Nos 2.a
Noualia & nouales 8.b
Nox 160.a.267.a
Noxa 156.b
Nouendiales 299.a
Nuces 14.a
Numeralium quantitas 227.b
Nudatum & nudum 518.a
Numę lex 359.a
Numina 379.a
Numus 223.a
Numidæ 116.a
Numerus 71.b
Numeri mutatio 4.a
Nurus 223.a
Numerus impar 44.a
Nuncius & nuncium 237.a
Nutritor pro nutri 97.a

O

O Particula 3.a
Oaxis 8.b.9.a
Ob præpositio 7.b
Obduco 7.a
Obex 138.b
Ob litus passiue 47.a
Obscœnum 255.a
Obsideo 8.a
Oceanus 99.a
Ocnus 296.a.47.b
Occido 26.a
Octauius 6.b
Ocia 3.a
Odi 575.b
Odorus odoratus 249.a
Oeagrius 142.a
Oenotrus 262.a
Oestrum & œstrus 109.b
Oeta 564.b
Oethe 342.a
Offendo 37.a.39.b
Officia adolescentis 36.b
Olea 82.a
Oleæ inuentrix 55.a
Olim 14.a.84.b.161.a
Olympus & Ossa 104.a.112.a
Olympus 104.a
Oliua 83.a
Omne 165.a.271.a
Omnia communia 129.b
Onagri 118.b
Opobalsamum 96.a
Opera apium 130.a
Opera & opus 181.b
Opis 107.b.136.a
Ophis & ophiuchus 68.b
Oppidum 26.a
Orantes 185.a
Orcus 357.a
Oreades 49.a
Orchites vuæ 84.b
Orgia 142.a
Orion 575.a
Orpheus 26.b
Ortus duplex 67.a
Oscylla 95.a
Oscine & præpetes 326.a
Osculum 170.a
Osyris 55.b
Ostium 183.a
Ostia 333.a
Ouium forma 118.b

P

P Abulum 60.b
Padus 79.b
Pagani & pagus 33.b
Pæstum 94.b
Palamedes 204.a
Palare 465.b
Pales 30.a.102.b
Paliurus 30.a
Palęmon 77.b
Palladium 208.a
Palla 497.a
Particípia 326.b
Parius lapis 164.b
Paris 15.a.284.a
Parnasus 376.a
Pæan 381.a
Patauium 169.b
Patria 351.a
Pauidus 222.b
Pallene 138.a
Palæstra 42.b
Pallas vide Minerua 15.a
Palmes 94.a
Palumbes 20.b
Pan 27.a.416.a
Panchaia 87.b.137.a
Pandion 15.b
Pangeus 140.a
Panopea 77.a
Paphos 83.a
Papulæ 123.a
Papauer 67.a
Parcæ 140.b.142.b
Parenthesis 571.b
Pario & reperio ibidem
Parilia 102.a
Paros 566.a
Parthi 7.b
parthenus 50.b
parthenope 142.b
parthus 8.b
pascor 115.a
pasiphae 35.b
Pastor genera in præambulis.
pastor 84.b
passum 85.a
patens & patulus 1.a
patrię amor 2.a
paupertatis laus 549.b
pausia vua 84.b
Pax 565.a
pecten 349.a
peculium 5.b
pecunia 574.b
pedum 31.b
pella 134.b
pelion & ossa 107.b
peletronium 108.b
pelte 182.a
penetro 182.a
penus 196.b
penates 235.b
penthesilea 174.b
pendo 573.a
peplum 183.b.566.a
perdix 82.b
Pergama 160.b.124.b
permessus 36.a
petere 426.a
pellax 264.b
petit pro petiuit 427.b
petulcus 125.a
phaeton 441.a
phaetontiades 36.a
phagus 1.a.2.a
phalarica 444.a
phalanx 212.a
phalenus 35.a
phaneus 85.a
pharmaceutria 81.a
pharmacum 81.a
phędra 341.a.552.a
pheretrum 34.a
phaselus 569.a
phasis 136.a
philomela 142.a
phyllis 28.b
phyllirides 122.b
phylodoce 136.a
philippi 39.a
philoctetes 257.a
phlegra 541.b
phœbus 575.a
phœbus musicus 29.a
phœbi potestas triplex 30.a
phœnix 232.b.579.a
phoce 122.b.137.b
phorcus 319.a
phrygiones 266 pri
pietas 148.b.153 s. si.
picea 89.a.97 erida.
piget 280.a
pierides 21.b
pilum 796
pilumnus & pithumnus 420.a
pisces signum 583.b
pindus 49.a
pinson & pistor 272.a
pinarius

Universidad de Deusto Biblioteca

Pyra rogus bustum 484.a
Pyra 331.b
Pythagora 577.b
Pyragmon 130.a
Plagę 272.a
Platanus 543.a
Plantaria plantę 81.b
Pleiades 62.b
Plerics omnes 160.a
ploratus & planctus 340.a
podagra 114.b
poeta 21.b
polymnia 580.b
polyhymnia 580.b
pœnitentiæ partes 572.a
polliceor 162.b
polyphemus 261.b
pollux 326.b
poma 14.a
pone 236.a
poples 444.b.445.a
populus arbor 444.a
populus Romanus 311.a
porsena 416.a
porta 227.a
portentum 364.a
portitor 335.a
portus 201.a
posticum 221.a
potestur 409.a
post longo 4.b
pornia 113.a.b
preciæ vuæ 85.a
præferre 577.b
prælium 412.b
prępetes 336.b
præsens 6.b
presso ore 429.b
priami mors 223.a
priapus 29.a.228.a
pridem 14.a
primus 153.a
procax 187.a
proceres 202.a.572.b
procul 230.a
prodigium 315.a
prodigus 127.b
prodo & propago 275.b
profugus 149.a
procris 341.a
promittere 204.a
progne 125.a
prœtides & prœtus 35.a
prometheus 34.b
propago 81.b
proscenia 82.a
proserpina 55.a
protenus & protinus 3.a.b
proteus 38.b.141.a.483.b
pruina 68.a.117.b
pubis 310.a
pudet 280.a
pueri 6.b
pulcher 112.a
puluinaria 120.a
purpura 100.a
purpureus color 131.a
putare & reputare 549.b

Q

Qua 155.a
Qualitas Bucolici carminis ī pambulis
Quando 288.a
Quęsitor 341.a
Quercus 4.a.82.a
Quid & quod 572.a
Quiesco 40.b
Quisq; 136.a
Quisquis 22.b
Quo & eo 3.b
Que pro vel 201.a
Quis pro quibus 159.a
Quadrupes 201.a
Quianam 292.a
Quondam 360.a
Quoq; 170.a

R

Racemus 85.a
Radij 83.a
Radix 82.b
Ramale 135.a
Ramus aureus 328.b
Raptus 153.a
Ranæ 75.b
Rasile 97.b
Rastri & rastelli 60.b
Rates 97.b.156.b
Re particula 435.a.571.b
Recens 109.b
Recipere 180.a.191.a
Receptus 474.a
Recubans 2.a
Reddi 89.a
Regia 407.a
Regna pereunt 165.b
Remus 71.a
Reijcio 118.a
Religio 406.a
Reperire 571.b
Rescribere 367.b
Regū & imperatorum cognomina 524.a
Respicere 5.b Rescire 139.a
Rhamnusia 562.b
Rhenones 127.a
Rhetorum præcepta 184.a
Rhea 171.b
Rhetica vua 85.a
Rheteus 546.a
Rhesus 546.a
Rhidacus 131.a
Rimati 76.a
Rhythmus 47.a
Riphei montes 117.a
Robur 64.a
Rhodope 34.a.54.a
Rhodos 85.b
Roma & Romulus 78.b.147.a 163.a.356.b
Rosmarinus 138.b
Romani reges 357.a
Rumon 396.a
Rōpere silētiū & vocē 204.a
Rursum 245.b
Rostra 100.a
Rotundus & teres 572.b
Rubigo 63.b
Rubigalia 63.b
Rudens 117.b
Ruma 596.a
Rus 172.b
Ruscum 29.b.96.b

S

Saba 58.a
Sabei 58.a
Sabini 101.a
Saburra 130.a
Sacer ignis 123.a
Sacrilegus 46.a
Sacrum 98.a.182.b.237.a
Sagittarius 583.a
Sagulæ 416.a
Sal 156.b
Salamis & Salamin 400.a
Salix 7.a
Salictum 7.a.81.b
Salona 24.a
Saloninꝰ 24.a
Saltatio cur in sacris fiat docetur 31.b
Salua res est 397.b
Salue 395.a
Same & samos 247.a
Samnitij 88.a
Sandix 26.a
Sanguis 168.b
Sapiens 571.b.578.b
Sardis 58.b
Sardoa herba 39.b Sarmēta 96.a
Sarpedon 160.b
Sarra 100.b
Satyrus 31.a
Satureia 125.a
Saturnus 73.b.28.b
Saturnia regna 88.a
Scæa porta 252.a
Scelerare 237.a
Scribere 376.a
Scopulus 155.b
Securis 182.a
Scęna 104.a
Scinis 553.a
Scyllæ duæ 36.b
Scylla iterum 161.a.120.a
Scylleū mōstrū & saxū 560.b
Scipiones 88.a
Scythia 8.b.69.a
Scythium 117.a
Scyron 565.b
Scorpius 583.b
Scorpizo 583.b
Scrobes 91.b
Speculum 91.b
Senex saltans 247.a
Senatores patres 327.a
Senones 416.b
Sepeliendi diuersitas 482.b
Securus 572.b
Sedere 158.b
Seges 53.a
Semita 280.b.577.b
Semper 2.b
Senex 8.a
Septa 4.b.5.b
Sereno 179.a
Seranus 358.a
Serum 536.a
Sericum 94.b
Seriphus 566.a
Serpillum 11.a
Serpens & anguis 66.b
Serus 5.b
Sestos 66.b
Sibylla 332.b
Sibyllini libri 324.a
Si 3.a
Sibilus & sibila ora 31.b
Sic 46.a
Significatio genitiuorum 572.a
Signa 69.b.47.b
Silarus 109.b
Siler 81.a
silenus 32.a
Silex 4.a.402.a
Siliqua 60.a
Sigeum 205.a
Sylua & silua 2.a.82.a
Syluij 181.a
Syluanus 55.a.63.a
Syluestre 2.a
Syluia 328.b.380.a
Simethus 439.a
Similis tui & tibi 234.a
Simus 49.a
Sinus 41.a.374.a
Sinon 204.a
Sinistrum 233.a
Singularium potestas 32.b
Syracusæ 32.a
Sirenes 163.a.580.b
Sisyphus 227.b.544.b
Sithon 562.a
Situs 341.a.59.a
Solēnis 310.a
Solis eclipsis 99.a
Solis equi 70.b
Solis portæ 327.b
Solennia 31.a
Solidum 104.a
Solum 59.a.399.b.366.b
Solstitium 553.a
Solium 197.b.367.b
Somno excuti 244.a
Somni vires 214.a
Somnus 35.a.122.a.321.a
Sophocles 41.b
Sorti 130.b
Sordidus 574.a
Sparta 122.a
Specto & species 577.b
Sperchius 99.a
Spero 426.b.403.a
Spio 136.b
Spicus & spicum 69.73.a
Spinus 118.a
Spira 210.b
Specus 382.b
Spolium 401.a.388.a
Spondaicus versus 27.a
Sponsus 452.a
Squalens 91.b.127.b
Stabula & cubilia 21.a
Stabulum 563.a
Stelenus 212.a
Stellæ cadentes 75.b
Squamma 443.a
Stellio 133.a
Stemma Syluiorum 172.a
Sterno 404.a
Steropes 132.a
Stymphalides 580.a
Stipula 60.b.73.b
Stirps 340.a
Styx 69.b.328.a
Sto 192.b
Strictura chalybis 409.b
Statio quid 201.a
Sub 193.a
Strymoniæ grues 62.a
Strophades 566.a
Stultus & fatuus 4.b
Sub 193.a
Sub dio 119.b
Subaudita q̄ exprimi nō debēt ponunt 84.b
Subesse 573.a
Subsidere 425.a
Subire 367.b
Subtile 2.a
Sudum 412.a
Sui reciprocum 572.a
Sulphuris genera 122.a
Sum cum datiuo, 13.b

thore infixisset, id erat huiusmodi.
Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane.
Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet.

Distichon in laudem Augusti

¶Diu queritans Augustus cuiusnam hi versus essent, eorū authorē non inueniebat, Batillus vero Poeta quidam mediocris tacentibus alijs sibi adscripsit, Quamobrem donatus honoratusq; a Cęsare fuit, quod æquo animo nō ferens Virgilius ijsdem valuis affixit quater hoc principium, Sic vos nō vobis. postulabat Augustus vt hi versus complerentur, quod cum frustra alij conati essent, Virgilius præposito disticho sic subiunxit.

Hos ego versiculos feci, tulit alter honores
¶Sic vos non vobis nidificatis aues.
Sic vos non vobis vellera fertis oues.
¶Sic vos non vobis mellificatis apes.
Sic vos non vobis: fertis aratra boues.

¶Quo cognito aliquandiu Batillus Romæ fabula fuit, Maro vero exaltatior. Cum is aliqn̄ Enniū in manu haberet, rogareturq; quidnā faceret. Rn̄dit se aurū colligere de stercore Ennij. Habet eni poeta ille egregias sentētias sub verbis nō multum ornatis. Interroganti Augusto quo pacto ciuitas feliciter gubernaretur. Si prudentiores, inquit, temonē tenuerint, & boni malis prępona ntur. Itaq; optimi suos habeant honores nulli tamen aliorū iniusti quicquam fiat. At Mecœnas, quid, inquit, Virgili sacietatē homini nō affert? Omnium rerū respōdit, aut similitudo, aut multitudo stomachum facit, pręter intelligere. Itē interrogauit quo pacto qs altā feliceq; fortunā suam seruare posset. Cui Maro, Si quantū honore ac diuitijs alijs præstantior sit, tanto liberalitate & iustitia alios superare nitat. Solitus erat dicere nullā virtutē cō modiorē homini esse patientia, ac nullā asperā adeo eē fortunā quam prudenter patiendo vir fortis non vincat. Quā sententiā in.5. Æneidos inseruit.

Nate dea quo fata trahant retrahantq; sequamur.
Quicquid erit superanda omnis fortuna ferendo est.

Cornificius.

¶Cum quidam eius amicus, Cornificij in eum male dicta, & inimicitias ipsi narraret, Quam putas, inquit, esse huiusce maleuolentiæ causam? Nam neque vnquam Cornificium offendi, & eū amo. an inquit Hesiodi sententiæ non meministi? vbi ait.

καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων
καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

Architectū architecto īuidet, Poetā poetę. De malis ingt Grecus ille intellexit. Nā boni, eruditiores amāt. Sed magna cū mea laude, & gloria vindictā in manu habeo, maiore.n. cura virtuti intē dam atq; quo elegantior ego fiam, eo vehementius inuidia rūpetur. ¶Erat Augusto familiaris Filistus quidam orator, & poesim mediocriter doctus, cui multiplex variumq; ingenium erat, qui omniū oia dicta deprehendere conabatur, nō vt verū dignosceret: quod Socrates facere consueuit, sed vt eruditior videret. Hic Virgiliū vbicūq; conuenire dabat maledictis salibusq; vexabat. Quare ille sępe aut tacibūdus discedebat, aut suffusus pudore tacebat. Verū cū Augusto audiente elinguē illū diceret, & causam ēt suā si linguā haberet, defendere nequiret. Tace inquit rabula nam hęc mea taciturnitas defensorē causarū mearū Augustū fecit, & Mecœnatē, & ea tuba cū volo loquor: quę vbiq; diutissime audiet. Tu loquacitate, non modo aures hominū, sed muros rūpis. Augustus vero Filistū graui vultu increpauit. Tunc Maro si tēpus Cæsar, inquit, tacēdi hic sciret, raro loqueret. Tacēdum enim semper est nisi cū taciturnitas tibi noceat, aut oratio alijs pfit. Nā qui contendit, & contētionis finis vtilis non est: stultis illum annumerandum sapientes putant. ¶Posteaquā Augu. summa rerum omnium potitus est, venit in mentem an conduceret Tyrannidem omittere, & omnem potestatem annuis cōsulibus & senatui rempubli. reddere. in qua re diuersæ sententiæ cōsultos habuit Mecœnatē, & Agrippam: Agrippa enim vtile ipsi fore etiam si honestum non esset relinquere Tyrannidem longa oratione contendit, quod Mecœnas dehortari magnopere conabatur, quare Augu. animus & hinc ferebat, & illinc. Erant enim diuersæ sententiæ varijs rationibus firmatæ. Rogauit igit Maronem an conferat priuato homini se in sua repub. Tyrannum facere. Tum ille, omnibus ferme inquit rempubli. occupātibꝰ molesta ipsa tyrannis fuit & ciuibus, quia necesse erat propter odia subditorum, aut eorū iniustitiam magna suspicione magnoq; timore viuere, sed si ciues iustum aliquem scirent, quem amarēt plurimū ciuitati id vtile foret: si in eo vno omnis potestas esset. Quare si iustitiam, quod modo facis omnibus, in futurum nulla hominum facta compositione distribues dominari te, & tibi cōdici ... orbi. Beneuolentiam enim omnium ita habes, vt ...

te &

te & adorent & credant. Eius sententiam secutus Cæsar principatum tenuit. ¶Audiuit a Silone pręcepta Epicuri cuius doctrinæ socium habuit Varum. quamuis diuersorum philosophorū opiniones libris suis inseruisse de animo maxime videatur, ipse tamen fuit academicus. Nam Platonis sententias omnibus alijs ptulit. ¶Nunc quoniā de authore summatim diximus, de ipso iam carmine dicēdum videt, quod bifariā tractari solet, hoc est, & ante opus, & in ipso opere. Ante opus titulus, causa, intentio. Titulus in quo quęritur cuius sit, & quare hoc potissimū sibi adscribendū poeta præsumpserit. Intentio in qua cognoscitur quid efficere conetur poeta. In ipso opere sane tria spectant numerus, ordo, explanatio. ¶Quāuis igit multa, ψευδογραφῇ, i. falsa inscriptione sub alieno nomie sunt prolata, vt Thyestis tragedia huius poetæ quā Varus edidit pro sua, & alia huiusmodi, tn̄ Bucolica liquido Virg. esse minime dubitādū est, pręsertim: cū ipse poeta tanquā hoc metuens principio Ænei. & in alio carmine suū esse testatus sit, sic dicens, Ille ego qui quōdā gracili modulatus auena, & reliqua. Et carmina qui lusi pastorū audaxq; iuuenta. Tityre te patule cecini sub tegmine fagi. Bucolica autem & dici, & recte appellari, vel hoc solū indiciū suffecerit, quod hoc eodē nomine apud Theocritū censeat. Verū rō quoq; demōstranda est. Tria sunt pastorū genera, q̄ dignitatem in Bucolicis habent, quorum qui minimi sunt, αἰπόλοι dicuntur a Græcis, ijdem a nobis caprarij. Paulo honoratiores qui ποιμένες. i. opiliones dicuntur honestissimi, & maximi βουκόλοι, quos bubulcos dicimus. Vnde igit magis decuit pastorali carmini nomen imponi, quam ab eo gradu q apud pastores excellentissimus inuenit? Causa dupliciter inspici solet ab origine carminis, & a voluntate scribētis. Originem autem Bucolici carminis, alij ob aliā causam ferunt. Sunt enim qui a lacedæmonijs pastoribus Dianę primum carmē hoc redditum dicant, cum eidem deæ propter bellum quod toti Gręciæ illo tempore Persæ inferebāt exhiberi per virgines de more sacra non possent. Alij ab Oreste circa Siciliam, vago id genus carminis, Dianæ redditum loquūtur per ipsum atq; pastores, quo tempore de Scythia cum Pylade fugerat surrepto numinis simulachro, & celato in fasce lignorum, vnde Fascelidem Dianā perhibent nuncupatam, apud cuius aras Orestes per sacerdotem eiusdem numinis Iphigeniā sororem suam a parricidio fuerat expiatus. Alij Apollini Nomio pastorali, scilicet deo qua tempestate Admeti boues pauerat. Alij Libero nympharum, scilicet & Satyrorum, & id genus numinum principi, quibus placet rusticū carmen. Alij Mercurio Daphnidis patri, pastorum omnium principi, & apud Theocritum, & apud hunc ipsum poetam. Alij in honorem Panos scribi putant peculiariter pastoralis dei. Item Sileni Syluani, atq; Faunorum. Quę cum omnia dicantur, illud erit probatissimū Bucolicum carmen originem ducere a priscis temporibus, quibus vita pastoralis exercita erat. Et ideo veluti aurei sęculi speciem in huiusmodi personarum simplicitate cognosci & merito Virgilium processurum ad alia carmina non aliunde cœpisse, nisi ab ea vita, quę prima in terris fuit. Nam postea rura culta, & ad postremum pro cultis & feracibus terris bella suscepta, quod videtur Virgilius in ipso ordine operū suorū voluisse monstrare, cum pastores primo, deinde agricolas canit & ad vltimum bellatores scribat. Restat vt quæ causa voluntatem attulerit poetę Bucolica potissimum scribēdi consideremus: Aut enim dulcedine carminis Theocriti, & admiratione eius illectus est, aut ordinem temporum est secutus erga vitam humanam: vt supra diximus. Aut tres modos elocutionum, quos χαρακτῆρας Græci vocant ... qui tenuis ἁδρὸν qui validus μέσον, qui moderatus intelligitur. Credibile erat Virgilium qui in omni genere pręualuerit: Bucolica primum, Georgica secundum, Æneida tertium voluisse conscribere aut ideo potius primo Bucolica scripsit, vt in eiusmodi carmine quod & paulo liberius & magis validum quam cętera est, facultatem haberet captandę Cęsaris indulgentię, reparandiq; agri quem amiserat. Ob hanc causam die tertio iduum Martiarum. C. Cęsare interfecto cum Augustū Cęsarem pene puerum Veterani milites non annuente senatu sibi ducem constituissent, Exorto ciuili bello Cremonenses cęteris eiusdem studij aduersarios Augu. Cęsaris adhæserunt. Vnde factum est, vt cum victor Augustus in eorū agros veteranos deduci iussisset non sufficiente agros Cremonēsium, Mantuani quoque in quibus erat Virgilianus maximam partem suorum finium perdiderint, eo quod vicini Cremonensibus fuerant. Sed Virgilius Augusti familiaritate, suoq; carmine fretus cēturioni Arrio obsistere ausus est. Ille statim vt miles ad gladium manum admouit. Cumq; se in fugam proripuisset poeta, Non prius ...

Bucolica

Universidad de Deusto
Biblioteca

quendi finis fuit, quam se in fluuium Virgilius cõiecisset, sed postea a Mecœnate & Pollione ipso Augusto fauentibus agros suos recepit. Intentio libri, quam σκόπον Græci vocant imitatione Theocriti poetæ constituitur, qui syculus & syracusanus fuit. Est intentio etiam in laudem Cæsaris, & principum cæterorum, per quos in sedes suas redint omnia deduci. Vnde & vt delectationem & vtilitatem finis contineret secundum præcepta cuncta confecit. Quæri solet cur non plures quam decem Eclogas conscripserit, quod nequaquam mirandum videbitur ei qui cõsyderauerit ætatem scenarum pastoralium, quæ vltra hunc numerum non potest proferri, præsertim cum ipse poeta circũspectior Theocrito vt ipsa res indicat, videatur metuere, ne illa Ecloga, quę Pollioni inscribitur minus rustica videatur, cum ipsam sic præstruat ipse dicens. Sicelides musæ paulo maiora canamus & item similiter in aliis duabus facit. Illud tenendum esse prædicimus in Bucolicis Virgilij, neque usquam, neq; vbiq; aliqd figurate dici hoc est per allegoriam. Vix enim propter laudẽ Cæsaris & amissos agros hæc Virgilio concedentur, cum Theocritus, quẽ hic noster toto studio imitari conatur, simpliciter omnino cõscripserit. Quod autem in ipso carmine tractari solet, est numerus, ordo, explanatio. Numerus Eclogarum manifestũ est. Nam decem sunt ex quibus proprie Bucolicæ septem esse creduntur. Nam tres vltimæ proprie Bucolicę dici non debent. Pollio, scilicet Silenus, & Gallus. Prima igitur continet quæstionem publicam, & priuatam gratulationem de agro & dicitur Tityrus. Secunda amorem pueri, & dicitur Alexis. Tertia certamẽ pastorum, & dicitur Palemon. Quarta genethliacum, & dicitur Pollio. Quinta epitaphium, & dicitur Daphnis. Sexta metamorphosim, & dicitur Varus, & Silenus. Septima pharmaceutria. Octaua amores diuersorum sexuum, & dicitur Damõ. Nona cõtinet conquestionem de amisso agro, & dicitur Mœris. Decima desiderium Galli, & dicitur Gallus. Quod ad ordinẽ spectat, istud scire debemus, in prima tantum & in vltima Ecloga poetam voluisse ordinem seruare, quoniam in altera principium cõstituit, vt in Georgicis ait, Tityre te patule cecini sub tegmine fagi. In altera ostendit finem, quippe qui dicat Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem. Verum inter ipsas Eclogas pastoralem conscriptumq; ordinem nullum esse certissimum est. Sed sunt qui dicunt initium Bucolici carminis non Tityre esse, sed prima Syracusio dignata est ludere versu. Supereſt explanatio ad quã antequam veniamus, illud dixerim tenue esse Bucolicum carmẽ & vsq; adeo ab heroico charactere distare, vt versus quoq; huius carminis suas quasdam cęsuras habeant, & suis legibus distinguãtur. Nam cum tribus probetur metrum cæsura, scansione, moderatione, non erit Bucolicus versus, nisi in quo & pes primus partem orationis absoluerit, & tertius trocheus fuerit, etiam cęsura & quartus pes dactylus magis q̃ spondeus partem orationis terminauerit. Quintus & Sextus pes ex integris dictionibus fuerit, quod Virgilius a Theocrito sæpe seruatum vicio operis difficultate neglexit in solo principio incertum industria an casu has cęsuras seruauerit. Nam Tityre dactylus partem orationis absoluit tu patule recu. tertium trocheum: quamuis de composita dictione concluſit, bans sub, quartum spondeum pro dactylo, cũ subiunxit, tegmine fagi. Terminatis partibus orationis integrũ cõma perfecit. Cuius rei diligentiam licet in Theocriti ferme omnibus versib⁹ admirari. Qui vero supradicta acri iudicio diligẽterq; considerarit, facile intelliget quę in Georgicis intentio quę finis fuerit, nec minus etiam in Æneide. ¶ Poematis stili genera tria sunt. aut enim actiuum vel imitatiuũ quod Græci δρᾶν μιμητικὸν appellant in quo personæ loquentes introducuntur sine poetæ interlocutione, vt sunt tragœdiæ & comœdiæ: δρᾶν, η. Græce agere dicitur, quo genẽ scripta est, prima Tityre. & Quote mœri pedes, aut enarratiuum, quod Græci διηγηματικὸν appellant, in quo poeta ipse loquitur sine interpositione personæ, vt tres primi Georgicon libri. Item Lucretij carmina, aut commune, vel mistum quod Græci μικτὸν appellant, vbi & poeta ipse loquitur & introductæ personæ, vt Virgilij Æneis.

Eclogarum, merus.

Eclogarum nomina.

Carminis qualitas.

Genera poematis.

tur, vexat? Quibus cõtra laudibus quibus præmijs inuictam animi magnitudinem, & pro patria, pro parentibus, pro cognatis, amicisq; considerataam periculorum susceptionem: religionem in deum, pietatem in maiores, charitatẽ in omnes prosequitur? Nam cum hoc in primis ubi proposuisset P. Virgilius vt generi humano, quamplurimum prodesset, eo potissimum consilio in vno Ænea absolutum omninotatque ex omni parte perfectum virum finxit, atq; expressit, vt omnes illum nobis, tanquam vni cum exemplar, ad vitam degẽdam proponeremus, ac nescio an melius multum apud hũc quam apud philosophos, hutuscemodi omnia assequaris. Illi enim quæ vitam beatam præstant subtiliter docent, potius quam ad illa trahant. Hic præstantium virorum preclarissima gesta recẽsendo, nos quia omnes exemplo facile mouemur, ad illos imitandos vehementer inflammat. Quapropter quæ illic auribus percipimus, hic tanquam nitidissimo in speculo, nescio quo pacto nobis intueri, & dum geruntur ad esse videmur. Quamobrem tanto nos hæc, quam illa magis mouebunt, quanto oculorum quam aurium sensus acriores esse cognoscimus. Nam quis vnquam rẽpub. melioribus legibus temperauit? In quo vnquam duce, aut audistis, aut legistis tãtam inesse rei militaris disciplinam, quanta in vno Ænea describitur? at dices nõ omnes in repu. principes esse, aut exercitibus præponi possumus, longeq; plures priuatim q̃ cum potestate viuimus. Quod quidem vt verum est, ita ingenue fatebor. Sed nonne, & priuatis hominib⁹ quo pacto secum quo cũ suis, quo cum diuitibus, quo cum peregrinis agẽdum sit, frequenter admonet? Sed videor dum singulis insistere cupio, longius multo quam proœmij angustię patiũtur progredi, ac rerum copia ita vrgeri, vt dũ nihil indictum relinquere nihil satis pro dignitate explicem. Verum vt paucis infinita expediam, ita locum cõcludam, vt vniuersam huius scriptoris poesim laudem esse virtutis, atq; omnia ad illam referri sine dubitatione affirmẽ. Quæ vero ad summũ bonum, quod in diuinis rebus contemplandis, cognoscendisq; cõsistere scimus pertinent, quam omnino diuine. xij. Æneid. libris mirifico figmento intexuerit, satis p nostri ingenij viribus in eu libro expressimus, in quo Laurentius Medices hęc inuestigãs inducitur. Adde ad hęc quam multa, quę natura ipa penitus in obscuro condidit, atq; abstrusit, Ille singulis sæpe versiculis, & breuissimis quod poetarum est, verbis perstringit, quam docte, vẽtorum vim ac naturam explicat: quam signate tum tempestates, tum multorum syderum ortus, obitusq; exprimit, quam eleganter errores lunę, solisq; labores refert, quam vere vnde pluuiæ, vnde serenitates, vnde cœli aut clemẽtia aut inclementia sit, ostẽdit? De animorum autem nostrorũ vi, naturaq;, deq; rerum principijs nõne ita scrutatur, vt omnes omnium philosophorum sectas, ac familias nosse illum manifestum sit? Adde ad hæc cognitionem historiarum, adde vt diligentissimus antiquitatis, & nõ modo nostrarum rerum, sed & Græcarum, & omnium nationũ inuestigator extiterit. Prętereo ius ciuile. Omitto ius põtificum priscorum. Prętermitto id, quod augurum est, quę quidem omnia si ab eo ieiune, si aride, si inculte, scripta essent, essent tamen propter eorũ varium multiplicem, ac maximum vsum omni studio cognoscẽda, nunc aũt tam incredibili verborum copia, atq; elegantia insignita, tam admirabili sententiarũ grauitate illustrata, tot salibus respersa, tanta stili varietate grauiter, ac iucũde cõposita cum sint, quis non vel noctes integras (si opus fuerit) ad diuturnas poetę lectiones addat, cum summę vtilitati summa sit adiuncta voluptas? Hæc ille.

ANTONIVS MANCINELLVS VELITERNVS VRSO VRSINO HEROI CLARISSIMO PONTIFICIS THESAV. AC GYMNASII ALMAE VRBIS RECTORI.

VIrgilij poetarum summi & Bucolica & Georgica in Romano Gymnasio cuius tu rector & princeps es optimus Vrse Heroũ decus eo pacto abhic triẽnio publice, pfitebar, vt posteris quoq; impertiendum censerẽ, eoq; studiosius, & accuratius enitebar: cũq; tempus admonuit, impressoribus, qcd euigilauerã tradidi. Diceres autẽ Nõne & Seruius iãpluribus annis Virgilij summ⁹ habetur interpres, & anno abhinc secundo Landinus vir profecto eruditissimus? quid igitur tua eruditione opus? Cum etiam fieri non possit, aut non facile fiat, vt ea verbis mutentur, ac extrudantur, quę impressa sunt mentibus & iandiu retenta? Itaq; Seruij potius, alterius ue sententiam omnes pene quam tuam probauerint, sicq; frustra quodammodo elaboraueris. Ea quidem omnia ita fore non dubito Præsul dignissime, apud eos præsertim, qui sępe numero aliud quam recte senserint, iniquo animo approbant, & extollunt, probandaq; arguunt & inuertunt. Nec ego eo consilio Commentarios edidi, vt homines eruditos redarguam, quam aliud alij videtur. Sed vti Virgilij carmen, & facilius, & apertius habeatur. Eo enim studio, ea opera, vigilia, diligentia, cura sum vsus, tum corrigendis textibus, tum illis interpretandis, vt mea cum precedentibus conferentes, necessaria potius quam superuacanea fuisse animaduertant. Amabunt inde, nam quæ facta sunt cum labore, vt ille inquit, magis diligunt omnes. Et quoniam explodẽda eorum sunt verba, qui nihil authoritate doctorum corroborant, illius autem recipienda sententia, qui nihil loquitur, nisi quod apud exquisitissimos legitur authores: Visum est, cunctis omnibus & locis atque sententijs priscorum testimonia reddere. Ibiq; maxime vbi aliorum interpretatiõibus, quod sæpe accidit, minime sum assensus, non quidem ab re vt patebit, Præterq; nihil fere necessario exponendum, quod si forte non vsque rite expositum fuerit, danda venia est. Quis enim tanto ingenio, tanta doctrina, tantaq; sapientia præditus esse potest vt nulquam celpitet? Neque enim est vlla disciplina, aut ars, quę singulari consummata sit ingenio. Nec vllus omnia scire potest, & vbiq; diligentia satis vti. Hinc Plato philosophorum summus Architæ respondens ait. Quæ apud me sunt commentaria, de quibus scripsisti, nondum satis lucubrata sunt, neque vnquam satis erunt, ea tamen emisi, & contra subitorum, & plurimorum iudicia doctorum, denique & contra me, quod lõge pessimum haud dubito, Tua tamen, obseruator, speculator, explorator dignissime (id enim episcopus interpretatur) authoritate, potestate, dignitate fretus, audentius meas lucubrationes emitto, tibiq; dedico. Cui enim potius? Tibi siquidem mea omnia debeo, tibi labores omneis, & vitam ipsam. Quis nanque me numero paucorum ascripsit? Tua nempe ingens, & maxima charitas. Tua quidem liberalitas, & clementia summa. Tui magnitudo consilij. Tui animi sapiẽtia. Vt autem possint labores mei alibi quoq; opem sufficere. Vocum rerumq; indicem secundum literarum seriem in fronte appposui. Edam post hæc in Iuuenalem: in Odas, in carmen, Epodon Horatij Venusini paratos iam commentarios. Vbi quid senserim vltra aliorum sententias, quid addiderim, quid ve elaborauerim plane videbitur. Vale decus procerum, & præsidium meum. Vale & salue. Romæ tertio Idus Octob. M.CCCCXC.

Ex quibus Authoribus.

M. Catone, Varrone, Columella, Plinio, Palladio, Theophrasto, Macro. Nonio Mar. Diomede, Festo, Pompeio, Donato, Capro, Phoca. Prisciano, Acrone: Porphyrione, Aulo Gel. Probo, Vegetio, Modesto, Vibio Sequestri: Lactatio, Homero, Hesiodo, Theocrito, Hora. Ouidio, Manilio, Propertio, Plauto. Lucano: Lucretio, Cicerone, Sallustio, Eusebio, Apulcio, Tito Liuio, Suetonio, Seneca: Lucio Floro, Iustino, Herodoto, Diodoro, Laertio, Plutarcho, Alcinoo, Appiano, Cornelio Tacito. Strabone, Quintiliano, Solino, Dionysio, Ptolemæo, Hyginio, Alexandro Aphrodiseo, Aristotele, Augustino, Cornelio Celso, Salone, Serapione, Vitruuio, Ioãne vero Carmelitano in Græcis dictionibus. Horum omnium suo loco testimonia patent.

IODOCI BADII ASCENSII IN OPERA VIRGILIANA QVAEDAM PRAEAMBVLA SEV PRAENOTAMENTA SCITV DIGNA.

IN exponendis (vt ad Æneida Seruius ingt) authoribus hęc cõsideranda sunt: poetę vita, titulus operis, qualitas carminis, scribẽtis intẽtio, numerus librorũ. Explanatio. ¶ Poetę huius, i. Publij Virgilij Maronis vitam ipe Seruius illis paucis psequitur, verũ quia cõstituimus q̃ varie dispersa sunt i vnũ falcem colligere, ne alijs sit ingrendi labor, addã ad Seruianã narrationem epitomen ex eo libello, quem Donatus de vita Virgilij composuisse dicit, idq; tale est. Virgilius Maro modicis parẽtibus patre videlicet Marone, & matre Maia, in pago Mantuano, q Andes dicit, Cneo Pompeio

Universidad de Deusto Biblioteca

[Politianꝰ tamē Vergiliū vocādū cēset vt dicemus.]

peio magno ac Marco Licinio Crasso primum consulibus. Idibus Octob. natus, & a virga laurea quæ prægnāti matri visa erat in somnis, vel a virga populea, q̃ in puerperio eius depacta more patriæ statim coaluit, illiq; consecrata est, Virgilius, & a patre Marone Maro appellatus, vsque ad septimum annum vixit, deinde anno.xvij.lenilem togam eisdem consulibus iterum, quib⁹ natus erat, sumpsit, quo die Lucretius obijt, medicinę ac mathematicę Neapoli præcipue incubuit, quarum peritus Romam se contulit, & magistro stabuli equorum cōciliatus, cum equos varijs ęgritudinibus leuasset, nonnullorum etiam progenitores inspectione deprehēdit, mox idem in canibus faciens, ob quā rem cum Augustus illi panes semel atq; iterum multiplicari iussisset, ipseq; de patre suo, de quo dubitabat certior fieri sperans, ipsum consuluisset, quonam patre ipsum natum putaret, postulata venia, si inquit quod sentio, libere enūciare auderem, dicerem te patre pistore genitum. quo responso cum obstupesceret Augustus, ille pergens, nam inquit pro subtili iudicio meo panes multiplicari iussisti, quod quidē aut pistoris aut nati pistore officiū erat, qua facetia delectatus Cæsar, at deinceps inquit, non a pistore, sed a rege magnanimo dona feres, factusq; est exinde indies Augusto charior itercessiōe pręsertim Asinij Pollonis, Alpheni, Vari, Cornelij Galli, & Mecœnatis, qua etiam agros suos recuperauit, quos cum reliquis mātuanis amiserat, quia post Philippēsem victoriam veteranis militibus trium virorum iussu agri trans padum diuisi sunt, vt in argumento primę Eclogæ latius dicturus sum. Quia vero Pollionis præcipue, qui transpadanæ Italiæ præfectus erat, opera agros suos ab Arrio, seu Claudio receperat, eiusdem cohortatu Bucolicum carmē scripsit, in quo & Augusto gratias, agit, & Pollioni refert honestam eius mentionem faciens. Id autem cum iam vigintiocto annorum esset auspicatus, triēnio post absoluisse, in eoq; Theocritum secutus, nō longo interuallo, sed tamen non pręiisse dicitur. Deinde Georgica ad imitationem Hesiodi septennio Neapoli absoluit, in quo opere, quem imitatus est, etiam Macrobio teste, lōge superauit. Demum hortāte Augusto, Æneida ad imitationem Homeri .xj. annis, vt nunc fere est, composuit, sed præuentus morte castigare non potuit. Ad finem tamen perduxisse ex ea re argutioribus comprobatur, quod Homeri vtrunq; opus præcipuum, Odysseam dico, & Iliada, duodecim libris æquiparauerit. Nam senis libris: quod ille vigenisquaternis effecit, virum siquidem in sex prioribus Æneidos, vt ille in.xxiiij. Odysseæ canit, arma vero in sex reliquis: vt ille in.xxiiij. Iliados. Nam sicut Homerus in Hectore tracto sistit, ne progressus cogeref ignobilē Achillis mortem describere, ita Virgilius in Turno occiso opus claudit, ne videlicet Æneæ ignobilem quoq; submersionem exeq cogatur. Scripsit longe plura opera quorum quædam sunt quasi præludia, vt ante opusculorum eius declarationē latius dicturus sum, vbi & vitam eius a Donato descriptam inuenies. Cæterum quia non nihil quoq; dicere constitui, addamus quod diximus de nomine eius, de quo Ange. Politian⁹ vir argutissimus ita disserit capite.lxxvij. centuriæ suæ. ¶ Vergilius dicendum ne sit, an Virgilius, video adhuc inter eruditos ambigi. Cæterum, vt ego Vergilium dicam magis per e, quam Virgilium per i, in causa sunt veterrima aliquot monimenta nostræ obseruationi patrocinātia, quæ libens equidem subijciam propter propudiciosos nescio quos, & ęruginis plenos. odio omni fastidioq; dignissimos, qui quanquam semper elementarij, vindicare tamen inter indoctos fautores audent sibi cēsuram literarum. Et paulopost. Inuenies igitur Volscinis mēsam quampiam marmoream vetustissimis, peneq; exoletis characteribus intra ædem Christinæ virginis, quæ pro ara est apostoli Petri, vbi Vergilij legitur, Inuenimus aūt Sutri nomen hoc Vergilius ita notatum in mensa item lapidea. Quin pandectis quoque his, quæ nunc Florentiæ publice asseruantur, libro ipso Iustiniani principis archetypo non aliter quam per, e, notatur id nomen, sicut etiam in volumine Maroniano literis maioribus parato, qui Romę in intima vaticana bibliotheca mire vetus ostenditur. Præterea commētarium Tyberij Donati nunc in manibus habet Landinus homo & eloquens, & eruditus, maioribus notatum vetustis characteribus, cuius authoritas hæc haud dubium reliquerit. Quod item in codice diui Augustini de ciuitate dei ex publica medicę familię bibliotheca, neq; non in Columellę ex priuata eiusdem gentis literis vtroq; Longobardis exarato, tum in Senecæ epistolarum libro peruetere. Identidem nunc Iacobo modesto familiari nostro, & studiorum adiutori nūc alijs item nostris eruditoribus vtcūq; aut

[Vtrū virgili⁹ an Vergili⁹ legendū. Elemētarij.i. grāmatici literarij.]

res ferat, aut exigatur ostendimus. Et paulopost. Quāuis autem monumenta ista tanta sæculorum vetustate roborata mihi satis ad præsidium sint, tamen res ipsa quoque adstipulatur & ratio. Nam sicuti a vere dictæ Vergiliæ stellæ, sic a Vergilijs ipsis vel item a vere proprium hoc nomē crediderim inclinatum potius Hercule quam a virga, quod quidam nugantur laurea. Nam id cum apud authorem minus idoneum inueniatur, tū refellitur hoc ipso, quod multi ante hunc editum poetam eodem sunt appellati nomine. Quandiu igitur aut non testimonium grauius, aut non ratio valentior exhibetur, vtiq; a vetusta magis consuetudine, quam a noua inscitia standum est, vnde hæc farrago loquendi venerit in linguas. Etenim magna pars iuniorum caligamus ad veri ꝓspectū, Quin vt reliqua exequar Verginius quoq; nomen huic finitimum non Virginius in marmoreo nuper labro pro æde ipsa diuæ Mariæ maioris insculptum Romæ animaduertimus. ¶ Hæc & plura vir ille doctissimus, quibus authoritati superiorum dictorum non parum derogatur. Sed vt reliqua ꝓsequar iuxta libellum Donati corpore, & statura fuit grādi, aquilino colore, facie rustiçana, valetudine varia, nam plerunque ab stomacho & faucib⁹, ac dolore capitis laborabat, sanguinem etiam sæpius eiecit. cibi viniq; minimi. Fama est eum libidinis in pueros, ꝓnioris fuisse, sed boni, ita eum pueros amasse putauerūt, vt Socrates Alcibiadem qui cum sæpe non aliter quam cum filio pernoctasse legitur. Cætera autem vita, & ore, & animo tam probum fuisse constat, vt Neapoli parthenias apellaretur. vulgo hęc fere ex Donato. Verum si ex abundātia cordis os loquitur quāquam Catullus aliter sentiat. (Nam castum inquit esse decet poetam ipsum versiculos nihil necesse est) tamen quia castissimus in tota poesi sua repertus est, concederem potius ijs, qui dicunt ipsum casto amore prosecutum pueros. Dixi forte p̄ter opinionem in tota poesi. Nam ex secunda Ecloga vt illic dicam, Nemo conuicerit eum de impudico amore loqui, quāquā forma magis quam animo Alexidis captus videaf Corydon. Obscœnum autem poema cui Priapeę nomē est inditum Angelus Politianus Ouidianum non Maronianum esse liquido probat. Sed hæc de vita, scriptis, & moribus cum nemo Donati opusculum non habeat, satis visa sunt. Vtrum tamē Donati sit quamplurimi dubitant, cum enim Politianus dicat, quod quidam nugantur, innuit non esse Donati, quippe de quo non tam irreuerēter loqueretur, Valla etiam adnotans errata illius authoris, præcipue in male posita, & perperam omissa reciprocatione, dubitat an Donati sint. Cęterum de nomine parum fidei faciunt tabulæ insculptæ ab artificibus minus literatis & vulgus fere sequētibus, quod in Italia, vt in Gallia sępe in vernacula, e, pro, i, ponit, vt Verzilio: & vercine, pro Virgilio, & virgine &c. De laude vero eius in poetica licet satius sit tacere quam parum dicere cū Macrobius attestetur nihil ex cuiusuis authoritate illi accedere posse, tamen qui abunde legere volet, ea leget quę vir eloquēs, & grauis Christophorus Landinus egregie locutus est, quę sub Æneida declaraturi sumus quia hic nimis excresceremus, si singula notatu digna reponere velimus. ¶ Tituli operum in singulis patebunt suis locis. Vt vero qualitates in singulis facilius explicem, meminerimus primo (quod Mancinellus collegit) dicēdi genera, & in carmine, & in soluta oratiōe probabilia esse tria. Huber, gracile, mediocre, Huberi dignitas atque amplitudo est. Gracili venustas, & subtilitas. Mediocre in confinio est vtriusq; modi particeps. Vera autem & propria huiusmodi formarum exempla in latina lingua Marcus Varro esse dicit hubertatis Pacuuium, Gracilitatis Lucilium, Mediocritatis Terentium, sed ea ipsa genera dicendi iam antiquitus tradita ab Homero sunt tria tribus, Magnificum in Vlysse & huber est. Subtile in Menelao, & cohibitum est, Mistum, moderatumq; in Nestore. De qbus omnibus Aul. Gellium lib. vij. legito, apud Macrobium vero lib. v. dicendi genera quatuor esse leges. Copiosum, in quo Cicero dominatur. Breue: in quo Sallustius regnat, Siccum quod Frontoni ascribitur. Pingue & floridum, in quo Plin. secundus luxuriatur. Sed apud vnum Maronem hęc quatuor genera reperies varijs quidem locis etiam tria, Nam gracili in Bucolicis vtitur. Hubere in Æneade Mediocri in Georgicis, hęc ille, addamus & hæc Donati poematis stili genera tria esse. Aut enim actiuum, vel imitatiuum est, quod Græci δραματικὸν appellant, in quo personę loquentes introducuntur sine poetæ interlocutione, vt sunt tragœdię & comœdię, & mimi, quo genere scripta ecloga est prima, scilicet Tityrę tu patu. & Quo te Mœri pedes. Aut enarratiuum, quod Græci διηγηματικὸν appellant, in quo poeta ipse loquitur,

[Aduersat Ascēsio Pierius validioribus auctoritatib⁹ sup hoc nomīe Virgilius. Illo versu, Illo Virgiliū me tpe dulcis alebat Parthenope.]

[Tituli q̄litas. Dicēdi genera]

[Gn̄a stili pœmatis.]

IN P. VIRG. OPERA PRAENOTAMENTA

qnitur sine interruptione personæ, vt tres primi georgi. lib. itē Lucretij carmina. Aut cōmune vel mistū, quod Gręci μικτὸν appellant, vbi & poeta ipse loquitur, & introductę ꝑsonæ, vt Virgilij Æneis. ¶ Scribentis intentio seu potius propositum, ac ratio (Nam intentio a doctis in ea significatione, qua vulgo accipif, rarius vsurpatur) in varijs operib⁹ varia est. Verū in vniuersali triplex esse videf. Prima vt Græcos illos, quos imitatos dixi, imitef. Secunda, vt vitæ humanæ maxime in agro, vbi natus est, vitā triplicem, triplici stilo, tripliciq; poemate cōsequatur, Nā prima est rusticis pecoris cura, deinde agrorum quorū cultu indurati tandem ad arma gerenda idonei censentur. Tertia vero vt reipublicæ q̃ maxime cōsulens, vitæ munus a deo sibi iniunctū honeste, & memorabili facinore expleat, seq; aliquādo vixisse testetur. Nā vt ad sextū Æneid. dicturus est Seruius, nulla poesis accepta fuit Romanis quę nō & bonis moribus, & reipub. prodesset, quibus Virgiliana nimirū q̃ maxime prodest. Nā & in hoc sęculo virtutibus honesta pręmia & grauia vitijs supplicia cōstituta docet, & in futuro, Nā, vj. Ænei. diuino plane libro, crimina, quo a catholicis nostris enumeranf ordine, apud inferos puniri docet, vt illic vidēdum erit. Numerus vero librorū in singulis operibus p̄notabitur. Explanatio quoq; totius operis etiā opusculorū, pter quam obscœni (quod ouidianū diximus, & quod licet in multis locis argute cōpositum vbi tamen christianis auribus indignū est) suis locis hoc ordine fere patebit vt primo loco argumentū, Secundo ordinē, & tertio pleniorē explanationē ponamus. Seruium vero statim post poetæ verba subiungemus, eiusq; verba quemadmodū ab alijs notata sunt stellis, videlicet vbi lucis egēt, & verubus quoties transfigenda, aut delenda sunt, integra quidem ponemus, sed e regione notata, & locis declarata vt sequentia testimonio erunt.

[Intētio poetæ.]

SERVII MAVRI HONORATI GRAMMATICI IN BVCOLICA MARONIS COMMENTATORIORVM LIBER.

[Bucolicum vñ Bucolici origo.]

BVcolica vt ferunt inde dicta sunt a custodia boum, i. ἀπὸ τῶν βουκόλων. Præcipua enim sunt animalia apud rusticos boues, Huius autem carminis origo varia est. Nā alij dicūt eo tempore quo Xerxes Persarum rex inuasit Græciam, cū omnes intra muros laterent, nec possent more solito Dianæ sacra persolui, peruenisse ad mōtes Laconas rusticos, & in eius honorem hymnos dixisse, vnde natum carmen Bucolicum ætas posterior elimauit. Alij dicunt Orestem cum Dianæ fascelidis simulacrum raptum ex Scythia adueheret, ad Siciliam tempestate delatum, completoq; anno Dianæ festum celebrasse hymnis collectis nautis suis, & aliquibus pastoribus cōuocatis, & exinde permansisse apud rusticos consuetudinem. Alij non Dianæ, sed Apollini Nomio consecratū carmen hoc volunt quo tēpore Admeti regis pauit armēta. Alij rusticis numinibus a pastoribus indicatū hoc asserūt carmen, vt Pani Faunis nimphis, ac Satyris & hic est huius carminis titulus. Qualitas autem hęc est scilicet humilis character. Tres enī sunt, humilis, medius, grandiloquus, quos omnes in hoc inuenimus poeta. Nā in Æneide grandiloquum habet: in Georg. medium: in Buco. humilem pro qualitate negociorū, & personarum. Nam personæ hic rusticæ sunt simplicitate gaudētes, a quibus nil altum debet requiri. Adhibentur autē hęc ad carmē bucolicū quod. debet quarto pede terminare partē oratiōis, q pes, si sit dactylus, meliorē efficit versum, vt Nos patriæ fines, & dulcia, Primus etiam pes ſm Donatum dactylus esse debet & terminare partem orationis, vt Tityre, quam legem Theocritus vehemāter obseruat, Virgilius nō adeo. Ille enim in paucis versib⁹ ab ista ratiōe deuiauit, hic eam in paucis secutus est. Terētianus cū de hoc metro doceret: Plurimus hoc pollet siculæ telluris alumnus: Noster rarus eo pastor Maro. Intentio poetę hęc est vt imitetur Theocritū syracusanum, meliorem Mosco, & cæteris, qui

[Qualitas carminis.]

[Decorū Bucolici carminis.]

[Intētio poetę.]

Bucolica scripserūt, vnde est, Prima syracusio dignata est ludere versu, Nostra neq; erubuit syluas habitare Thalia. Et aliqb⁹ locis per allegoriam agit gratias Augusto, vel alijs nobilib⁹ quorū fauore amissum agrū recepit, in qua re tantum dissentit a Theocrito. Ille enim vbiq; simplex est, Hic necessitate compulsus aliquibus locis miscet figuras, quas perite plerūq; etiam ex Theocriti versibus facit, quos ab illo dictos constat simpliciter, hoc autē fit poetica vrbanitate, sic Iuuena. Actoris arunci spoliū. Nam Virgilij versum de hasta dictū figurate ad speculū trāstulit. Et causa scribendorū Bucolicorū hæc est. Cum post occisum. Idibus Martijs In senatu Cæsarem, Augustus eius filius contra percussores patris & Antonium, ciuilia bella mouisset, victoria potitus Cremonensium agros, qui contra eum senserant militibus suis dedit, q cum non sufficerent etiam Mātuanorum iussit distribui, nō propter culpam, sed propter vicinitatem, vnde est Mantua vę miserę nimiū vicina Cremonæ. Perdito ergo agro Virgilius Romā venit, & potētium fauore meruit, vt agrū suum solus reciperet, ad quem recipiendum profectus ab Arrio centuriōe, qui eum tenebat pene est interemptus, nisi se p̄cipitasset in Mincium. vnde est ἀλληγορικῶς. Ipse aries etiam nunc vellera siccat. Postea ab Augusto missis triumuiris & ipsi integer ager reddit⁹ est, & Mātuanis pro parte, Hinc est quod in prima ecloga legim⁹ recepisse agrū, postea eū querētē inuenimus, vt Audieras, & fama fuit, sed carmina tantum Nostra valent Lycida tela inter martia quātum Chaonias dicunt aquila veniēte columbas. Nec numerus hic dubius est, nec ordo librorum, Quippe cū vnus sit liber. De Eclogis tantum multi dubitant. Quæ licet.x. sint, incertum tamē est quo ordine scriptæ sint. Pleriq; duas certas volunt ipsius testimonio vltimam, vt Extremum húc, primā, vt in Georg. Tityre te patulę cecini sub tegmine fagi. Alij primā illam volūt, Prima syracusio dignata est ludere versu. Sane sciendum septem Eclogas esse meras rusticas, quas Theocrit⁹.x. habet. Hic in trib⁹ a Bucolico carmine, sed cum excusatiōe discessit, Vt in genethliaco Salonini, in pharmaceutria, & in Sileni Theologia, vel vt ex insertis altiorib⁹ rebus posset placere, Vel quia tot varietates implere nō poterat. Poetæ vitam in Æneide diximus. Operis explanatio in sequentibus cōprobabitur. Sane sciendum Virgiliū.xxviij. annorum scripsisse Bucolica. Vnde etiā ipse in fine Georgi. Audaxq; iuuēta, Tityre te patulæ cecini sub tegmīe fagi, & dicit Donatus, quod etiā in poetæ memorauimus vita in scribendis carminibus naturalē ordinē secutum esse Virgiliū, primo enim pastoralis fuit in montib⁹ vita. Post agriculturæ amor, inde bellorū cura successit. Notandū quoq; Bucolica, vel Georgica cum apud Grecos in fine habeant accentum, apud nos in tertia a finē habere: Nā vt in vltima sit, latinitas vetat, vt in penultima non sit breuitatis efficit ratio. Etiam hoc sciēdum, & personas huius operis ex maiori parte nomina de rebus rusticis habere conficta, vt Melibœus ὅτι μέλει αὐτῷ τῶν βοῶν, id est qui curam gerit boum, vt Tityrus, Nam Laconum lingua Tityrus dicitur aries maior, qui gregem anteire cōsueuit, sicut etiam in comœdijs inuenimus. Nam Pamphilus est totus amans. Glycerium, quasi dulcis mulier, Philomena amabilis. Personæ sicut supra dixi, rusticæ sunt, & simplicitate gaudentes. Vnde in his nihil vrbanum, nihil declamatorium inuenitur, sed ex re rustica sunt omnia negocia, comparatiōes, & siqua sint alia. Hinc est, quod annos a fructibus computat, vt Post aliquot mea regna videns mirabor aristas. Hinc etiam illæ comparationes sunt. Nam neq; me tantum venientis sibilus austri: Nec percussa iuuant fluctu tam littora: nec quæ Saxosas inter decurrunt flumina valles.

[Cā scribēdi bucolica.]

[Numerꝰ librorum]

[Melibę⁹ Tityrus Pamphilus. Glycerium]

A patria fugiens Melibœus forte sub vmbra
Tityron inuenit cantantem carmina amicæ.
Qua propter miratus ei sua damna recenset:
Auctoremq; sui declarat Tityrus oci.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARGVMENTVM ASCENSIANVM IN TITYRON VIRGILII.

Ecloga prima sui qua laudat Tityrus oci Authorē, profugum, querulumq; canit Melibœū.

ASCENSIVS.

Ecloga &c. Octauius Augustus Cæsar qui (vt Suetonius inqt) nihil conuenientius xit, quā C. Iulij Cæsaris ma ris auunculi sui, necē vin care, tueriq; acta, inter quinq; ciuilia bella secundum in Philip s contra Cassium & Brutum Cæsaris percussores gessit, eosq; lutus Ab Antonio fudit: postq; victoriam, excitato iam in se arci Antonij odio, veteranos. (.i. qui iam multos annos, sub sa amento, seu iuramento militauerant.) In Italiam ad distribuen as illis Trāspadanorum agros, reduxit: in qua distributiōe nō tis ęqua militibus visa, & colonis nimirum iniquissima, & mili m & colonorū odiū incurrit, vsq; adeo: vt hortāte Fuluia Mar Antonij, Triūuiri (.i. q vnus ex tribus erat, q rēpu. regebāt) piu , Lucius Antonius, Marci fratericū militib⁹ & colonis, illi bellū tulerit: sed capto Perusio, & Lucio, ad deditionē coacto, Augu as Cremonensiū pręcipue, qui Lucio adhęserāt agros, militib. is addixit: q cū non sufficerent, adiecti sunt nōnulli Mātuanoꝝ gri: non propter culpā: sed propter vicinitatē: vnde poeta dictu rus est,

rus est, Mantua vę miserę nimiū vicina Cremonę, Inter quos Virgilianus ager Claudio, aut potius Arrio militi. addictus fuerat: donec ab Asinio Polliōe, Alpheno Varro, & Cornelio Gallo: quib. in Bucolicis vtcunq; gratias refert Augusto cōmēdatus suorū recipiendoꝝ authoritatē haberet: q, vt Arrio ostendit, ab eo interemptus fuisset, ni se in Mincium fluentē proximū pręcipitem dedisset: vnde est, Ipse aries etiā nūc vellera siccat: sed primā Eclogam, iam quasi securus condidit. ¶Ordo versiculorum nostroꝝ est Prima Ecloga.i.prima Ecloga.i.prim.a pastorū cātilenatqua.i.in qua Tityrus laudat authorē sui oci pro ocij (sicut ad finem Georgi. Parthenope, studijs florentē ignobilis oci) videlicet Augustū: canit.i. carmine Bucolico describit: Melibœū profugum.i.a patria fugientē.& querulātē.i.misere lamētantē de expulsione sui. Vnde duo proposuisse videt in pria Ecloga poeta: & p agris suis quos receperat gratias agere: & pro reliquoꝝ Mātuanoꝝ recipiēdis, p cōmiserationē itercedere. In toto aūt opere cōstituit Theocritū imitari, & pastoꝝ mores explicare. Cętera Seruius docet.

Ordo.

Intētio poetę.

MAVRI SERVII HONORATI GRAMMATICI IN VIRGILII BVCOLICA COMMENTARIVS.

Bucolica, vt ferunt, dicta sunt à custodia boum, id est ἀπὸ τῶν βουκόλων, pręcipua enim sunt animalia apud rusticos, boues. Huius autē carminis origo varia est. Nam alij dicunt eo tempore, quo Xerxes Persarum rex inuasit Gręciam, cū omnes intra muros laterent, nec possent more solito Dianæ sacra persolui, peruenisse ad montes Laconas rusticos, & in eius honorem hymnos dixisse: Vnde natum carmē Bucolicum ętas posterior elimauit. Alij dicunt, Orestem, cum Dianæ phaselitidis simulachrum raptum ex Scythia aduheret, & ad Siciliam esset tempestate delatus, completo anno, Dianæ festum celebrasse hymnis, collectis nautis suis, & aliquibus pastoribus conuocatis: & exinde permāsisse apud rusticos consuetudinem. Alij non Dianæ, sed Apollini Nomio cōsecratum carmen hoc volunt, quo tempore Admeti regis pauit armenta. Alij rusticis numinibus a pastoribus dicatū, hoc asserunt carmē, vt Pani, Faunis, Nymphis, ac Satyris, & hic est hui⁹ carminis titulus. Qualitas autem hæc est.s.humilis character. Tres enim sunt characteres, humilis, medius, grandiloquus: quos omnes in hoc inuenimus Poeta. Nam in Æneide grandiloquum habet: in Georgicis medium: in Bucolicis humilem, pro qualitate negociorum, & personarum. Nam personæ hic rusticæ sunt, simplicitate gaudentes scilicet, a quibus nihil altum debet requiri. Adhibetur autem ad carmen Bucolicum, q debet quarto pede terminare partem orationis. Qui pes si sit dactylus, meliorem efficit versum: vt, Nos patriæ fines, & dulcia. Primus etiam pes secundum Donatum, dactylus esse debet, & terminare partem orationis: vt Tityre. Quam legem Theocritus vehementer obseruat, Virgilius non adeo. Ille etiam in paucis versibus ab ista ratione deuiauit: hic eam in paucis secutus est. Terentianus cum de hoc metro doceret, Plurimus hoc pollet Siculæ telluris alumnus. Noster rarus eo pastor Maro. Intentio poetæ hæc est, vt imitetur Theocritum Syracusanum meliorem Moscho, & cæteris qui Bucolica scripserunt. Vnde est Prima Syracusio dignata est ludere versu, Nostra nec, &c. Et aliquibus locis per allegoriam agit gratias Augusto, vel alijs nobilibus, quorum fauore amissum agrum recepit. In qua re tantum dissentit a Theocrito. Ille enim vbique simplex est: hic necessitate compulsus aliquibus locis miscet figuras, quas perite plerunq; etiam ex Theocriti versibus facit, quos ab illo dictos constat esse simpliciter. hoc autem fit poetica vrbanitate. Sic Iuuenalis, Actoris Arunci spolium. Nam Virgilij versum de hasta dictum figurate ad speculum transtulit. Et causa scribendorum Bucolicorum hæc est, Cum post occisum Idibus Martijs in senatu Cæsarem Augustus eius filius contra percussores patris, & Antonium ciuilia bella mouisset, victoria potitus, Cremonensium agros, qui contra eum senserant, militibus suis dedit: qui cum non sufficerent, etiam Mantuanorum iussit distribui, non propter culpam, sed propter vicinitatem: Vnde est, Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ. Perdito ergo agro Virgilius Romam venit, & potentium fauore meruit, vt agrum suum solus reciperet. Ad quem accipiendum profectus, ab Ario centurione, qui eum tenebat penè est interemptus, nisi se præcipitasset in Mincium. Vnde est allegoricæs, Ipse aries etiam nunc vellera siccat. Postea ab Augusto missis triumuiris, & ipsi, integer ager est redditus, & Mantuanis pro parte. Hinc est quod cum in prima Ecloga legimus recepisse agrum: postea eum querelantem inuenimus: vt, Audieras: & fama fuit: sed carmina tantum Nostra valent Lycida tela inter Martia, quantum Chaonias dicunt aquila veniente columbas. Nec numerus hic dubius est: nec ordo librorum. Quippe cum vnus sit liber, de Eclogis tantum dubitant: quæ licet decem sint, incertum tamen est, quo ordine scriptæ sint. Plerique duas certas volunt ipsius testimonio: vltimam: vt, Extremum hunc: & primam vt in Georgicis, Tityre te patulæ cecini sub tegmine fagi. Alij primam illam volunt: Prima Syracusio dignata est ludere versu. Sed est sciendum, VII. Eclogas esse meras rusticas: quas Theocritus.x. habet. hic in trib⁹ a Bucolico carmine, sed cum excusatione discessit: vt in genethliaco Salonini, & in Sileni theologia: vel vt ex insertis altiorib. reb. posset placere: vel quia tot varietates implere non poterat. Poetæ vitam in Æneide diximus. Operis explanatio, in sequentibus cōprobabitur. Sanè sciendum Virgilium.xxviij. annorum scripsisse Bucolica. Vnde etiam ipse in fine Georgicorum, Audaxq; iuuenta, Tityre te patule cecini sub tegmine fagi. Et dicit Donat. (quod etiam in poetæ memorauimus vita) in scribendis carminibus naturalem ordinem secutum esse Virgilium. Primo enim pastoralis fuit in montibus vita, post agriculturæ amor, inde bellorum cura successit. Notandum quoque Bucolica, vel Georgica cum apud Gręcos in fine habeant accentum: apud nos in tertia a finē habere. Nam vt in vltima sit, latinitas vetat: vt in penultima non sit, breuitatis efficit ratio. Etiam hoc sciendum & personas huius operis ex maiori parte nomina de rebus rusticis habere conficta, vt Melibœus ὅτι μέλει αὐτῷ τῶν βοῶν, i. quod curam gerit boum. Et Tityrus, nam Laconum lingua Tityrus dicitur aries maior qui gregem anteire consueuit: sicut etiam in comœdijs inuenimus, Nam Pamphilus, est totus amans: Glycerium, quasi dulcis mulier. Philumena, amabilis. Personæ, sicut supra dixi, rusticæ sunt & simplicitate gaudentes. Vnde nihil in his vrbanum, nihil declamatorium inuenitur: sed ex re rustica sunt omnia, negocia, comparationes, & siqua sunt alia. Hinc est quod annos a fructibus computat: vt, Post aliquot, mea regna videns mirabor, aristas. Hinc etiam illæ comparationes sunt. Nam neq; me tantum venientis sibilus Austri, Nec percussa iuuant fluctu tam littora, nec quæ Saxosas inter decurrunt flumina valles. ¶ Tityre tu patulę, &c.) Inducitur pastor quidam iacens sub arbore securus & ociosus dare operam cantilenæ: Alter vero qui cum gregibus ex suis pellitur finibus: qui cum Tityrum respexisset iacentem, ita est locutus. Et hoc loco Tityrum sub persona Virgilij debemus accipere: non tamen vbique, sed tantum vbi exigit ratio. Quod autem eum sub fago dicit iacere, Allegoria est honestissima: quasi sub arbore glandifera: quæ victus causa fuit. Antea enim homines glandibus vescebātur. Vnde etiam fagus dicta est ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, quod est comedere. Hoc videtur dicere, Iaces sub vmbra fagi in agris tuis, tuas retentans possessiones, quibus aleris: sicut etiam glandibus alebantur antea mortales. ¶ Patulæ.) Patulum dicimus, quod per se patet naturaliter, vt nares, arbor. Patens vero est quod & aperitur & clauditur, vt ostium, & oculi. ¶ Syluestrem musam.) id est rusticum carmen. ¶ Tenui auena.) Culmo, stipula: vnde rustici plerunque cantare consueuerunt. vt alibi, Stridenti miserum stipula disperdere carmen. Dicendo autem tenui auena, humilis styli genus latenter ostendit: quo, vt supra dictum est, in Bucolicis vtitur. ¶ Meditaris.) Quod Græci μελετῶ dicunt, per antistœchum meditor dixerunt Latini. L enim & D, interdum sibi inuicem cedunt: vnde & Sella pro seda dicitur a sedendo. ¶ Nos patriam fugimus.) Fugimus, plus est quā si diceret relinquimus: sic Horatius, Teucer

P. VIRGILII MARONIS MANTVANI BVCOLICA

ECLOGA PRIMA QVÆ TITYRVS INSCRIBITVR.

MELIBOEVS ET TITYRVS Interlocuto.

TITYRE, tu patulæ recubans sub tegmine fagi Me.
Syluestrem tenui musam meditaris auena:
Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua:
Nos patriam fugimus: tu Tityre lentus in vmbra
Formosam resonare doces Amaryllida syluas.

Salamina patremq́ꝫ Cum fugeret.¶ Lętus.)Id eſt ocioſus : vt, Qui
nunc lenti conſedimus aruis.¶ Reſonare doces Amaryllida ſyl-
uas.)i. carmē tuum de amica Amaryllide compoſitum doces ſyl-
uas ſonare. & melius eſt vt ſimpliciter intelligamus. Male enim
quidam allegoriam volunt, Tu carmen de vrbe Roma compo-
nis celebrandū omnibus gentibus. Plus enim ſtupet Melibœus
ſi ille ita ſecurus eſt, vt tantum de ſuis amoribus cantet,

Universidad de Deusto Biblioteca

ANTONII MANCINELLI VELITERNI IN BVCOLICA VIRGILII COMMENTARII.

Tityrus

Tityre.) Tityrus, mercenarij paſtoris nomen a
Theocrito ſumptum: is enim Ecloga tertia in-
quit, Tityre laſciuas virgultis paſce capellas, &
in vltima, Tityrus aſt illic miſeros cantabat
amores Daphnidis. Hircus autem, Libyca lin-
gua, Tityrus appellatur, vt Probus adſerit: &
Melibœus curam boum diligēs, Scribit idem,
quòd Maro, per allegoriam, facit ſe eſſe Tityrum: & Melibœum,
Cornelium Gallum: qui admiratur, quòd Virgilius ſolus, agros
retinuerit.¶ Patulæ.)Apertè, & late patentis. Patulum bouem,
Plautus appellabat, cuius cornua diuerſe ac late paterent: vt Fe-
ſtus edocet.¶ Recubans.)Iacens, quieſcens. Iacens autem ſemi-
ſupinus, ſedens intelligendum. qua quidem voce, magnam Ti-
tyri ſecuritatem & requiem innuit, cum iaceret omni ſpreto ti-
more.¶ Sub tegmine.) Sub vmbra. hinc ait poſtea, Tu Tityre
lentus in vmbra.¶ Fagi.)φηγὸς græce, latine vorax, dicit: φάγω
autem comedo. Hinc fagus, vel fagus arbor glandifera: quòd
olim glandibus veſcerentur. Non tamen ab re, hic Sub tegmi-
ne fagi: inquit: nam & in agris Maronis fagus erat: vt patet Ec-
loga. ix.¶ Syluestrem muſam.)Ruſticum carmen: muſa enim,
cantus dicitur: μουσίζω, cantu contendo.¶ Tenui auena.)Sub-
tili calamo, aut fiſtula, vel ſtipula, per quod gracile dicendi ge-
nus oſtendit.¶ Meditaris.)Meditando canis, exponis, exerces.
¶ Nos patriæ fineis, Nos patriam fugimus.)Anaphora eſt, id eſt
relatio: de qua legito noſtrum carmen de figuris.¶ Dulcia ar-
ua.)Ouidius lib. primo de Ponto, ait: Neſcio qua natale ſolum
dulcedine cunctos Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui. Nos
patriam fugimus. præ dolore idem ſæpius repetit.¶ Lentus.)
Securus, & ocioſus, authore Nonio.¶ Amaryllida.)A. iij. Theo-
criti Ecloga, ſumptum nomen, & argumentum: eſt enim ibi,
Canto ego blanditias, ſterileſque Amaryllida ſyluæ Recinunt.
Ἀμάρυγμα autem, ſplēdor dicitur: ἀμαρύσσω luceo.¶ Reſonare.)
Per Echo ſcilicet. ἠχέω enim, reſono dicitur: ἦχος, ſonus. Ouidius
libro. iij. Metamorpho. ſcribit, Echo nympham fuiſſe: reſtitiſ-
ſeque ei vocem ſolum, & oſſa: oſſaq́ꝫ lapidis figuram traxiſſe: vo-
cem manere: qua ſyluis latet, omnibusq́ꝫ auditur. nam ſonus eſt,
qui viuit in illa.

Muſa.

fagus.

Echo.

Patulus

IODOCI BADII ASCENSII IN BVCOLICA VIRGILII EXPLANATIO.

Tityre, tu patulæ.) Totius Eclogæ Argumen-
tum iam declarauimus: huius autem particu-
læ tale eſt. Melibœus paſtor, qui interpreta-
tur, curam boum diligens, aut gerens: in per-
ſona omnium Mantuanorum inſontium, & ob
vicinitatem duntaxat profligatorum videns
Tityron, quaſi cæterorum ductorem (interpre-
tatur enim, aries maior, qui toti gregi præire ſolet.) propter re-
ſtitutos agros, ſecurum ſub tegmine fagi recubantem. Ah (in-
quit) Tityre, tu quidem eufortunatus es, qui in medio diui-
tiarum tuarum recubans, tanta animi ſecuritate donaris, vt
amicæ cantilenis indulgeas: at nos æque, ac tu inſontes patrijs
finibus extruſi, tam diram militum ſæuitiam illic tulimus, vt ſa-
tius ſit patriam fugere in luctu & gemitu, quàm illic immorari:
dum tu lentus in vmbra, doces ſyluas reſonare Amaryllida, for-
moſam amicam tuam. hoc dicit. Vt autem ordinem facilius col-
ligamus, referemus ſub oculos mentis, Melibœum Tityri fa-
miliarem, & amicum, ab agris ſuis expulſum, per eam regionem
fugitantem, in qua Tityrus ſub fago, amicæ ſuæ cantilenam me-
ditabatur: atque inter fugiendum ipſum, illic offendiſſe, atque
ſic adlocutum, Tityre, tu patulæ, &c. Verum vt habitum quoq́ꝫ
noſcas: induetur veſte paſtorali ad fugam ſubducta: trahetque
altera manu capellam, altera pedum tenens: & ſarcinulæ non
nihil in collo ferens, gregem autem caprarum ante ſe minans.
¶ Ordo eſt, loquente Melibœo, & familiariter ac amice Tity-
rum proprio nomine compellante, ſic. Tityre, amice videlicet,

Ordo.

ac note: tu recubans, id eſt ocioſus, & ſecurus ad luxum proſtra-
tus: iacens, ſub tegmine, id eſt tegumento, ac defenſione a calo-
re ſolis: fagi, id eſt iſtius arboris tuæ glandiferæ: hoc eſt frugi-
bus aruorum tuorum gaudens: meditaris, id eſt attento animo
exerces: muſam, id eſt cantilenam: ſylueſtrem, id eſt qualem ſyl-
ueſtres, hoc eſt ſecuri meditari ſolent: auena, id eſt fiſtula ex cul-
mo auenæ: tenui, id eſt gracili, artificioſe, ac delicate inflanda, id
eſt totus ſecurus amoribus tuis in medio poſſeſſionum tuarum
indulges: Nos, id eſt ego, & mei, ac noſtri ſimiles: linquimus fi-
neis, id eſt confinia, & limites, ac vltimos terminos: patriæ, id eſt
regionis quæ nos peperit, id eſt natalis ſoli: & pro, id eſt: dulcia
arua, id eſt terras proſciſſas, & aratas, hoc eſt cultiſſima (vt dictu-
rus eſt) noualia: immo (inquit) quod plus eſt, Nos fugimus pa-
triam, propter adflictionem quæ nobis a militibus illic inter-
tur: verum tu Tityre exiſtens lentus, id eſt proſtratus, & flexus,
ac ocioſus, recubans in vmbra, ſcilicet fagi tuæ: doces ſyluas, id
eſt loca ſilentia, quod magni ocij indicium eſt: reſonare, id eſt ſo-
nitu per Echo referre, ac repræſentare: Amaryllida, id eſt car-
men de amica tua ſplendida: quam accepi te nunc deperire: ve-
rum longe plus ponderis habet, quod dicit Amaryllida, quàm ſi
diceret carmen de Amaryllide. Amatorie enim dictum eſt. Nam
qui amant, amati nomen ſæpe repetunt: itaque referebant ſyl-
uæ Amaryllida, eo quod eam vocem ſæpe acceperant. De Echo
& Amaryllide legiſtis iam Mancinellum: ſed tamen aperiemus
rem latius. Singula enim vocabula emphaſim quandam ac vim
propriæ ſignificationis habent: & cum ſtylus ſit exilis, ac graci-
lis, nihil tamen artis prætermiſſum quod ad excitandam miſe-
rationem faciat. Nam ſtatim in principio vtitur Contentione, Conten-
qui color rhetoricus habet fieri quoties ſententiæ inter ſe con- tio.
tendunt, ac ferè contrariæ ſunt, & multum elucidationis, atque
ornatus adfert. hic autem totum principium in cōtentione eſt.
Nam & nomina quaſi antitheta ſunt, id eſt contrapoſita inter ſe Antithe-
quodammodo.¶ Tityre.) Tityrus enim, id eſt aries præuius vi- ta.
detur neglecto grege, quoquouerſum quo impetus trahat, di-
uagari: at Melibœus, id eſt diligens boum cuſtos, nihil gregis ſui
prætermittit: vnde inquit, Etiam hanc vix Tityre duco. Nihil
autem magis contendit, quàm hunc, recubantem ſub tegmine
fagi, cantilenis indulgere, at illum profugum a patria: ignarum
quo ſe recipiat: ſarcinulis ac miſera pecude infeliciter depreſ-
ſum: ſub falce ingemiſcere. Eſt præterea hic (vt Landinus adno-
tauit) Expolitio: quia eadem de re ſæpius dicit. Eſt & Repetitio: Cæteri
nam Nos in principio clauſulæ repetitur. Eſt ad hoc Interpreta- colores
tio. quæ ſæpe affert magnum augmentum rei. Nam interpreta-
tur fines patriæ eſſe dulcia arua, quæ res mouet commiſeratio-
nem. Eſt quoque cum dicit, tu recubans, meditaris Euocatio
etiam pueris nota. Sed vt vim ſermonis etiam pueri intelligant,
ſingulas voculas, ab origine repetamus. Tityrus igitur, licet ſe- Tityrus
cundum Probum, lingua Libyca, hircus dicatur: tamen non mi-
nus quadrans, nec minus recipienda eſt Seruiana interpretatio,
dicens: quia aries maior eſt, qui gregem anteire conſueuerit,
id enim ei loco congruit: vbi Poeta per allegoriam de ſe loquēs
ait, Ipſe aries etiam nunc vellera ſiccat. Quocirca, licet apud Theo
critum, Tityrus mercenarij paſtoris nomen ſit, vt Mancinellus An Tity-
adtulit: ſicut & apud authorem noſtrum alibi, vbi dicet, Tity- rꝰ ſemp
re coge pecus: & iterum, Tityre dum redeo (breuis eſt via) pa- Maro-
ſce capellas. tamen hic maximopere reſpicit ad etymologiam nē hic ſi-
quam diximus: non enim mercenarij: ſed eius qui in propria gnificet
poſſeſſione recubet, ſignificationem habet. Nam (vt Seruius di-
cit) Tityrum pro Virgilio accipiemus, non vbique, ſed vbi ratio
exigit: Probus quoque dicit, Tityrum eſſe, Maronem: & Meli-
bœum, Cornelium Gallum. Cur autem non ſemper manife-
ſta videtur quibuſdam ratio: quia cum ſe in fine Georgicon in
audaci iuuenta dicat Bucolica ſcripſiſſe: nō conuenit, inquiunt,
eius perſonæ quod dicet: Candidior poſtquam tondenti barba
cadebat. & iterum, Fortunate ſenex, &c. At ſi percuncteris quo-
modo excuſetur ea confuſio perſonarum ſub vno nomine? di-
cant patris & filij, quibus vnum fuit nomen (quia vterque Ma-
ro dicebatur) quodammodo vnam eſſe perſonam: vnde fictio-
ne iuris non aditam, ſed continuatam in filio, dicimus poſſeſ-
ſionem. Patri ergo per interceſſionem filij, reſtituta eſt poſſeſ-
ſio. Eſt & alia, inquiunt, cur non ſemper ſe Tityrum ſignificet,
ratio: ne videlicet hiſtoriam omnino contexere videatur: ſed
(vt ſuis locis declarabimus.) Tityrus hic vbiq́ꝫ Virgilium ſigni-
ficat, nec eius barba dicitur candidior, nec ipſe tunc ſenex.¶ Tu.)
Tu autem, pronomen: nunc recte exprimitur, vbi excludit:
quia nos patriam fugimus.¶ Patulæ.) Patulum quoque plus eſt Patulus
quam

Tu re- quam patens, vt in regulis dicam.¶ Recubans.)Recubans au-
cubans. tem ſibi indulgentem, ac planè ſecurum notat: nam recubans,
quodammodo proſtratus eſt in molli videlicet ſtrato: vnde in
Euangelio de triclinio dicitur, Amant primos recubitus. No-
tum eſt, quia cubo, in compoſitione, ſi m adſumat, ſiat tertiæ, ſi
Cubo. non, maneat primæ, vt incumbere, & recubare.¶ Sub tegmine.)
Cūbo. Signanter dicit, ſub tegmine: &, in vmbra: nam non erat, in te-
In. Sub. gmine: hoc eſt in contextu ramorum fagi, ſed ſub ipſo: erat ta-
men in vmbra, quæ ipſum continebat. Tegmen, a tegendo dici-
tur: in quo Vocabulo tutela denotatur.¶ Fagi.) Manifeſta eſt ſi-
Tegmē gnificatio. nam (vt Seruius dicit) ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, id eſt a come-
dendo deducitur. vnde & φάγος, hoc eſt fagos, vorax dicitur:
Fagus. Græce autem φηγὸς dicitur fagus: atque ita ſcriberetur per ph.
Eſt autem arbor glandifera: glandibus autem priſca ætas veſce-
batur: vnde bene agrorum vberum, poſſeſſionem ſignificat. Et
bene dicitur, ſub fago recubare: quia Ecloga nona dicitur in
agro Maronis eſſe, his verbis, Vſque ad aquam & veteris iam fra
cta cacumina fagi, Omnia carminibus veſtrum ſeruaſſe Menal-
Sylue- cam.¶ Sylueſtrem muſam.) Secundum interpretes fecit, ruſti-
ſtris. cum carmen.¶ Tenui auena.) Tenui autem auena, id eſt gracili
Tenuis. culmo, aut calamo: vt fiſtula, vel ſtipula: per quod (inquit Man-
Auena. cinellus) gracile dicendi genus, oſtendit. Sed mihi etiam aliud ſi-
Sylue- gnificat. Nam ſilueſtre, dicitur a ſilua: ſilua autem a ſilendo: vn-
ſter. de Horatius in carminibus, triſſyllabum dicit, dicendo ſilue per
Silua. u & e diuiſa: ſiue ab Hyle, quæ dicitur informis materia, ac pri-
Sylua. ma rerum congeries: vnde ad magnum ocium pertinet medi-
Tenue. tari muſam ſilueſtrem; id eſt cantilenam, ad voluptatem pro-
Subtile. priam, more auicularum non captantium cuiuſuis gratiam: vt-
Auena. pote in ſyluis ſibi concinentium. Nec pondere caret quod dicit, te-
nui auena. Nam (vt Landinus inquit) tenue diſtat a ſubtili. Te-
nue enim, diminutionem rei, vt plurimum notat: vnde eſt, Te-
nuis, vbi argilla: & tenue argentum, venæque ſecundæ. hinc At-
tenuo, & Extenuo. Nec habet laudem, niſi illa diminutio ſit ex
vſu: ſicut Velleraque vt folijs depectant tenuia Seres. Vellera te-
nuia, ad laudem dixit. Subtile vero acuitatem habet. Et ita lau-
datur ſubtile ingenium, tenue vituperatur. hæc ille. Paſſim apud
Ciceronem, tenuem conditionem & facultatem, pro modica &
exili inuenies. Eſt autem proprie deductum: nec corpulentum,
aut denſum: vnde hic ad delicias Tityri oſtendendas, non pa-
rum facit: quippe qui non contentus eſt vulgari ac rudi auena:
verum tenui, ac delicata amicæ cantilenam canens. Et ſi omnia
perſequi non verer: dicerem auenæ quoque mentionem non
incaſſum fieri: nam cum graues authores ab auiditate dictam ve
lint: vel quòd auide veniat: vnde eſt, Grandia ſæpe quibus man-
dauimus hordea ſulcis: Infelix lolium, & ſteriles dominatur aue-
næ. Et alibi: Interque nitentia culta, Infelix lolium, &c. vel quod
auide abſumatur, poteſt non nihil ad auiditatem canentis face-
re: ſed illud maxime, quòd quibus alij ad neceſſitatem vtantur,
ipſe fruatur. Plus vero momenti habet quòd dicit, meditaris:
Nam licet (ſecundum Vallenſem) id verbum ſignificet exercere:
& ad corpus, magis quàm ad animum pertineat: tota tamen La-
tinorum manus, ferè ad animum transfert: vnde ſunt quas vul-
go, meditationes vocamus. Non ergo curis diſtractus præter
opinionem in cantilenam forte vt fit, prorumpit: ſed totus in
eis verſatus cantationibus indulget. Omnia igitur Tityrum re-
ſpicientia ad ſecuritatē, ac delitias eius pertinent. In qua re oſten
ditur pondus beneficij ab Auguſto impenſi: præſertim cum ſine
eo miſer & profugus ſit, qui nunc delicijs adfluit: vnde (ſicut au-
thore Donato) ad pondus ſpectat beneficij, quod Simo Teren-
tianus dicit, Feci ex ſeruo vt eſſes libertus mihi. (in eo enim du-
plicis beneficij, & ablatæ ſeruitutis, & collatæ libertatis ſit men-
tio.) ita hic quoque multum elucet magnitudo beneficij cum eo
ablato, vt Melibœus miſerrimus ſit: ſicut ingeniorum fons, &
princeps Homerus: vt Achillis virtutem Græci agnoſcant: do-
cet quod eò ob iram immiſſam a bello ceſſante Græci vinceren-
Nos. tur: qui eo belligerante victores fuerant.¶ Nos patrię fines.)Om
nia præterea quæ Melibœum concernunt, pathos habent: & ad
commiſerationem faciunt. Primo, quia dicit, Nos: hoc enim ex-
Patrię fi- cluſiuum eſt: & quamuis in prima perſona liceat cuiuis vni de
nes. ſe ſolo pluratiue loqui: tamen vim habet: quòd cum vnus, vide
licet Tityrus, maneat: plures fugiant. Et quem non moueat, quod
dicit ſe linquere, non ſolum medium tractum, ſed fines: nec cu-
iuſlibet regionis, ſed patriæ: quippe in qua natus ſit; vnde ca-
ueat adoleſcens ne patriam pro regione ponat, dicendo regem,
aut principem multas habere patrias, cum vnam tātum habeat:
quam dulce autem ſit natale ſolum, Ouidius, alijq́ꝫ non pauci ſa-

tis oſtendunt, cum nemo non ſentiat: Verbum tamen Ouidia-
num de ponto, eſt, Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui. Miram autem vim ha-
bet, ſummamq́ꝫ contentionem, quod dicit, Et dulcia linquimus
arua. Nam ſi aruum ab arando dictum eſt, vt Varro adſerit: eò Arua.
quod arando, vomer ſuſtulit ſulcos: indigniſſimum eſt quod aruo
ſuo expellatur: cum Tityrus ſub fago recubet, cuius fructus ſpō-
te naſcitur.¶ Nos patriam fugimus.) Auxeſis autem eſt, cum di-
cit, Nos patriam fugimus: quia plus eſt fugere, quàm linquere
patriam. Non enim fugimus, niſi coacti & fugati: linquimus au-
tem etiam ſponte atque vltro interdum, Sed ad contentionem
pertinet, quod ſubdit: Tu lentus in vmbra. qui enim fugit, præ- Lentus.
ceps ruit: cui contrarium facit lentus: qui dicitur (authore No-
nio Marcello) ſecurus: & ocioſus, ſed proprie is eſt, cui membra
ſunt laxa, & animi reſides & ſegnes. Ocij vero indicium eſt ſum-
mum: quòd docet ſyluas: nec quamlibet rem, ſed reſonare Ama-
ryllida, id eſt amicam eius vrbanam, quam iam Romæ delege-
rat: quæ interpretari poteſt ſplendida ac lucens: vt latius dicam
illic, Poſtq́ꝫ nos Amaryllis habet. Seruius argute dicit melius eſ-
ſe intelligere, ſimpliciter Tityron canere carmen compoſitum
de amica, quàm allegoricè carmen de Roma: quod ſic tamen ac-
cipio, vt per Amaryllida amicam, quam Romæ amare cœperat
intelligam: quia dicturus eſt, Poſtq́ꝫ nos Amaryllis habet, &c. ve-
rum dicendum eſt, notos eſſe Melibœo, quos iam Romæ occe-
perat amores, atq́ꝫ ita tanquam ad eum qui vtramq́ꝫ amicam no
uerat, dicere, Poſtq́ꝫ nos, &c. Eſt autem accuſatiuus more Græca-
nicarum dictionum formatus: hæc Amaryllis, huius Amarylli- Amaryl-
dos hanc Amaryllida. Verum quia iuuentuti hanc operam præ- lis.
cipue nauamus: cui non parum commodi accedet: ſi ex Latino-
rum poetarum doctiſſimo latinam linguam didicerit: conſtitui
pro locorum captu, atque opportunitate regulas grammatica-
leis: cum ex textu, tum ex commentarijs colligere, atq́ꝫ adeo in
principio: vt vbertatem poetæ noſcant, feruoremque ſuum ex-
pleant, decem collegero, quarum prima eſt.¶ In proprijs nomi- Decē re-
nibus ad placitum fingendis, habendus eſt ſcripturo delectus, vt gulæ.
eorum ſignificatio rei quam dicturus eſt, congruat: ſicut in hac
Ecloga, Tityri, Melibœi, Amaryllidos & Galateæ. Apud comicū,
Pamphili & Glycerij.¶ Secunda, proprij nominis in æquali ex-
preſſio beneuolentiæ, indicium eſt: in inferiore, ac vilis officij vi-
ro etiam beneficentiæ: in maiore, & amplis honoribus prædito,
contemptus. Cum ergo hic æqualem compellet beneuolentiæ,
eſt quod dicit, Tityre tu, &c. Contra qui ſeruum, lenonem, torto
rem, furem, adulterum, ſacrilegum, ſicarium, aut ſimilem officij
nomine: pontificem ſummum, aut epiſcopum, imperatorem, ac
regem, ſeu alium non paruæ dignitatis, virum proprio nomi-
ne, ſine dignitatis expreſſione compellauerit, iniurius cenſebi-
tur.¶ Tertia vocandi caſus, pro affectione, nunc principio, nunc
paulo inferiori loco congruuntiat extremum in carmine re-
ſpuunt: bene ergo dicit, Tityre tu patulæ, &c.¶ Quarta, quia in
verbis primæ vel ſecundæ perſonæ certum intelligitur ſuppoſi-
tum: non oportet, nec decet ipſum expreſſum, niſi emphaticos:
aut per contentionem loquaris, ſicut hic loquitur, vt docui.
¶ Quinta, participia præſentis temporis, licet in nomina migrēt:
tamen præſentis ſignificationis notam retinent: quocirca extem
poraneam connotant qualitatem: cum verbalia, quæ aptitudi-
nem innuunt, cōnaturalem, ac perpetuam ſignificent. vnde ſicut
timens, audens, frigens, patens, & ſimilia pro tempore quo enun
ciantur, intelliguntur: ita timidus, audax, frigidus, patulus, per-
petuam (vt dicunt) paſſionem indicant.¶ Sexta: re, præpoſitiua
particula cum dictionibus, ad velamen, aut clauſuram pertinen-
tibus contrarium importat: cum reliquis, ferè iterationem.
Exemplum prioris, vt reuelo, refero, retexo. Secundorum, vt
hic recubo: quod eſt quaſi corpus inclinatum reſupinum facio.
Eſt quoque (vt Vallenſis docet) vbi re, quodammodo vacat: vt-
pote, vbi dictio ex ea compoſita pro ſimplici vſurpatur: vt redi-
re, & reuerti: pro ire & verti. Memineris autem, quod cubo, m lite-
ram recipiens in cōpoſitione, ſit tertiæ inflexionis: ſine qua ma-
net primæ: vt iam prius tetigimus. Addere poſſumus, licet in ſu-
pino cubitum faciat: verbale tamen non eſſe cubito, ſed cubatio:
in tor, tamen formatur incubitor, & incubator, quorum poſte-
riore vſus eſt Macrobius in de ſomno Scipionis.¶ Septima: ſub,
quando ſignificat tendere in locum, aut vergere in tempus, accu
ſatiuo quidem præconſtruitur: ſed quando quietem, aut immu
tationem notat, ablatiuo tunc ornate, quando rem ſuperiorem
ſignificat. Qui ergo dicet, Oculoſq́ꝫ ſub aſtra tenebat, id eſt aſtra
verſus, aut in aſtra tendentes: &, ſub lucem exportant calathis: &,

Universidad de Deusto Biblioteca

sub noctem cura recursat, id est tempore vergẽte in lucem & noctem, aut paulo ante lucem & noctem: bene hic dicit, recubans sub tegmine fagi: quia & quietem & rem superiorem connotat. ¶ Octaua: ablatiuus instrumentalis cum, præpositionem, quæ comitem, aut comitantiam importat, omnino refugit: quocirca septimus casus appellari solet. Licet ergo Latine dixeris, Rex cum toto astantium cœtu, respexit me cum dira truculentia. non tamen cum truculentis oculis: vnde hic latine dicitur, tenui meditaris auena: quod non expones, id est cum tenui, &c. ¶ Nona: verba absoluta, ad sensum pertinentia, præter cætera, passim a poetis, & nonnunquam ab oratoribus, cum accusatiuo construuntur: vt .j. Æneidos, Nanq; haud tibi vultus mortalis, Nec vox hominem sonat. Et apud Hora. lib. j. sermo. Ingenium cui sit, cui mens diuinior, atque os Magna sonaturum: des nominis huius honorem. Sic dicunt, sapit hæresim: redolet vetustatem: & hic doces syluas resonare Amaryllida. i. referre per Echo. vt in expositionibus dictum est. Dixi præter cætera. Nam & alia absoluta, videntur interdum cum accusatiuis construi: vt apud Iuuenalem satyra .ij. Qui Curios simulant, & Bacchanalia viuunt: vbi quidam malunt Bacchanalia, aduerbium censere: aut nomen pro aduerbio positum: vt sit Bacchanalia, pro Bacchanaliter. Sicut apud Flaccum, Magna sonaturum: pro magne: aut magna voce. Verum, nullum verbum (vt inquiunt) tam absolutum est, quin regat accusatiuum proportionabilis significationis: itaq; passim reperimus, Viuo vitam ærumnosam: curro cursum institutum. Verum ab ijs quæ mere transumuntur, abstinendum est oratori non igitur dices, Pastor Corydon ardebat Alexim: vt in sequentibus dicetur, ad principium .ij. Eclogę: quamuis passim reperias hoc loquendi genus, Hic illam deperit. i. perdite amat: quemadmodum etiam Comicus aliquando locutus reperitur. Verum ne prolixior sim, his in medium adductis, alijs supersedeo. ¶ Decima: nomina a Græcis deducta, genitiuos crescenteis, in os, mittentia, accusatiuum fere singularem in a, pluralem in as, correptam mittunt: in is autem, non crescentia, aut non semper crescentia: & genitiuum in is mittentia, pro quanto non crescunt, accusatiuum singularem in im, vel in in, mittunt: vt Amaryllis, Amaryllidos, Amaryllida, &c. Daphnis Daphnis, Daphnin. Id autem ferè vsu venit, vt quæ accusatiuo singulari in, habeant: pluralem genitiuum in ium, & accusatiuum in is, mittant, etiam latine: vt alibi dicendum erit. Possem longe plures quam dictiones sint, regulas colligere, sed his modo contenti sumus.

Ioannis

IOANNIS PIERII VALERIANI IN BVCOLICA VIRGILII CASTIGATIONES.

ANtea quam rem ipsam adgrediamur, nomina, quibus insigniores quosdam codices citamus prædocere visum est. Ea sunt, Codex Romanus, ille quidem dubio procul antiquissimus: cum vero ideo Romanum appellamus, quod eius characteres Romanis propiores sunt: ijs quippe, quos in antiquis marmorum, aut ex ære tabularum inscriptionibus, & in numis, sæculis illis elegantioribus notatos vbiq; legimus. Custodit is in interioribus Vaticanæ bibliothecæ penetralib. magna diligentia, digitalibus penè literis præscriptus. Alter, qui minoribus est literis, & ipse admodum vetus, à paginarum facie Oblongus nuncupabitur. Est & Longobardicus: quem non omnino pigeat euoluisse. Sunt & vsui omnium expositi eadem in bibliotheca codices, alij atq; alij non cõtemnendi. Est & Mediceus, inter emendatos. Aliquot etiã aliunde perquisiuimus: neq; enim vni cuipiam exemplari tantũ tribuendum fuit, vt si quid in alijs elucesceret boni, eos rejiceremus. Quamuis vero omnes, si diligentius inspicias, peruersionibus, erroribusq; ad vnum scateant. Ex plurium tamẽ collatione, consensuq;, aut veriora, aut certe veris similiora deprendimus. Verum age iam: quid ipsi codices tradãt, videamus. ¶ Siluestrem tenui musam meditaris auena.) Multi quidem, atq; hi literatissimi viri, Quintiliani secuti authoritatem, Agrestem, loco hoc legẽdum censuere. Sed miror tanti rhetoris vigente fama, nullum ex antiquis codicibus ijs inquam, quos videre potuimus, inueniri: in quo aliter quam, Siluestrem, legas: idq; per i latinum. Videtur vero epitheton huiusmodi Musæ, adcommodatum esse ex Lucretij synepeia, dicentis in .iiij. Fistula siluestrem ne cesset fundere musam. Neq; tamen nescimus alibi dictum a Virgilio, Agrestem tenui meditabor arundine musam. Qui forte versus a Quintiliano citatus fuerit: de cuius vna tantum dictione, quippe nomine Agrestem, eo loco disputat: quamuis inde, Musam meditaris auena: ex versu, qui magis in promptu erat, subiectum fuisse videatur. Vt vero lectio ea, quæ loco hoc, Agrestem, est, minime rejiciẽda sit, Bapt. Egnatij iudicio facile cesserim, quantum ille ingenio, quantum eruditione, quantum censura valeat, non ignarus. Accedit huc Tityri responsum, ab huiusmodi lectione nõ alienum, qui ad idem, quod audierat, velut adludẽs dicat, Ludere quæ vellem calamo permisit agresti.

O Melibœe, deus nobis hæc otia fecit. Ti.
Nanq; erit ille mihi semper deus. illius aram,
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.
Ille meas errare boues (vt cernis) & ipsum,
Ludere, quæ vellem, calamo permisit agresti.
Non equidẽ inuideo: miror magis. vndiq; totis Me.
Vsque adeo turbatur agris. en ipse capellas
Protinus æger ago: hanc etiam vix Tityre duco.
Hic inter densas corylos modo nanq; gemellos
Spem gregis, ah silice in nuda connixa reliquit.
Sæpe malum hoc nobis (si mens non læua fuisset)
De cœlo tactas memini prædicere quercus.
Sed tamen, iste deus qui sit, da Tityre nobis.

SERVIVS.

¶ O Melibœe.) s. quid miraris? ¶ Deus.) id est Cęsar. ¶ Hęc ocia.) Hãc securitatem vel felicitatem. ¶ Nanque erit ille mihi semper deus.) Et iteratio ipsa exclusit adulationis colorẽ. ¶ Semper.) i. post mortem, & dum viuit. Alij enim imperatores post mortem in numerum referunt deorum: Augustus templa viuus emeruit. Horatius, Præsenti tibi maturos largimur honores. Iurandasq; tuum per nomen ponimus aras. Sic Lucanus de Nerone, Sed mihi iam numen. ¶ Illius.) Octauij Cæsaris. ¶ Imbuet agnus.) Imbuere, est proprie inchoare, & initiare. Nemo autem vnam eandemq; rem sæpe inchoat: sed constat sæpe pascua mutare pastores: sicut etiam in Georgicis legimus, Itaq; pecus longa in deserta sine vllis Hospitijs, tantum campi iacet. Vnde necesse est pastores toties aras imbuere, quoties mutauerint pascua. Inuenimus etiã apud antiquiores Imbuere esse non inchoare, sed perfundere & madefacere, secundum quòd absolutus est sensus: vt sit, sæpe perfundet. ¶ Errare.) Id est pasci. vt, Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ. ¶ Ludere.) Scribere: vt, Carmina qui lusi pastorum. Hora. Poscimus siquid vacui sub vmbra Lusimus tecum. ¶ Calamo agresti.) Rustico stylo: sicut supra, tenui auena. ¶ Non equidem inuideo.) Excusat se, Ne frequens interrogatio felicitatis alienę ex inuidia venire videatur, dicit se admirari potius, quam inuidere. ¶ Vsque adeo.) In tantum. ¶ Turbatur agris.) Turbamur sine vlla discretione culpæ, vel meriti. Et inuidiose tempora Augusti carpit latenter. Sanè vera lectio est turbatur, vt sit impersonale, quod ad omnes pertinet generaliter. nam Mantuanorum fuerat communis expulsio. Si enim turbamur, diceres, videretur ad paucos referri. ¶ Protenus.) Porro tenus, id est longe a finibus. Vnde est paulo post, At nos hinc alij sitientes ibimus Aphros. ¶ Æger.) Et corpore & animo æger dicitur. vt, Esto, ægram nulli quondam flexere mariti. Sed ægrotus, corpore tantum. ¶ Ago.) autem, proprie: nam agi dicuntur pecora. ¶ Spem gregis.) Id est marem & fœminã. reparatio enim gregis, in sexu vtroque consistit. ¶ Ah silice in nuda.) Ad hoc pertinet velut præmissa dolentis interiectio: nam solent herbas substernere parientibus: vt ipse in Georgicis dicit, Et multa duram stipula filicumq; maniplis Sternere. ¶ Connixa.) Pro eo quod est enixa, id est partu soluta, nam hiatus causa, mutauit præpositionem: sicut secludite curas, pro excludite. ¶ Læua.) Stulta, contraria. Et sensus hic est. perdituros nos quoq; agros, res manifesta prædicebat: sed nos mentis imprudentia intelligere nequiuimus. ¶ De cœlo tactas memini prædicere quercus.) Mire compositum augurium. Nam quercus, in tutela Iouis est: & huius arboris fructu olim homines vescebantur. Per quercus ergo, agri: per fulmen, ira Iouis: per iram Iouis, ira Cæsaris: per damnum arborum, damnum agrorum figurabatur. Hæc quercus ergo tacta, id est afflata, & leuiter fulminata: vt Cicero, Tactus est ille, qui hanc vrbem condidit Romulus significabat

ficabat motu imperatoris posse agros eorum perire, apud quos fulminatæ sunt arbores: nam agri, causa victus sunt, sicut olim quercus. Quod autem ait tactas: ostendit temporale fore damnum, quale patiuntur arbores leuiter fulminatæ. Et bene prædicere, quasi præloqui & prædiuinare: cum ita manifestum constet esse augurium. ¶ Da.) id est dic. Sic contra, Accipe nunc Danaum insidias. i. audi.

MANCINELLVS.

¶ O Melibœe.) Est hoc loco, O, admirandi aduerbium, seu mauis interiectio: vtrunq; enim dici potest: vt Prisci. lib. xv. docuit, Melius tamen interiectio dicetur: ea enim sola animi affectus exprimit, vt Donatus etiam scribit. Admirabatur autem Tityrus, q; ille dixerat, Nos patriam fugimus, tu Tityre lentus in vmbra, &c. Est ergo cum admiratione legendum. ¶ Deus.) Augustum intelligit: cui (Suetonio teste) etiam viuenti, prouinciarum quoque, pleræq;, templa, & aras: ludos quoq; quinquennales penè oppidatim constituerunt: de quo & latius Ecloga .iiij. Hæc ocia fecit: Pollionis enim Vari, & Galli, gratia Maronis, Augustus agrum Ocia. reddiderat: vt ostendimus. ¶ Ocia.) Quietem & securitatem. Est ocium proprie, vacatio a labore: cuius contrarium est negociũ. ¶ Nanq;.) Certe. ¶ Semper.) Et ante, & post mortem. ¶ Imbuet.) Perfundet. inficiet, madefaciet, maculabit. ¶ Ouilibus.) Ouium caulis, & septis. ¶ Ille meas.) Augusti in se beneficia memorat. ¶ Errare.) Vagari, ac pasci: qua voce etiam sine pastore, tutas esse Ludere. ostendit. ¶ Ludere.) Id significat, versib. scribere: sed non ferè nisi Opusculis, qualia sunt epigrammata: & hæc Opuscula dicuntur, lusus. ¶ Calamo agresti.) Rustica fistula': rustica enim hic tractat. ¶ Non equi. inui.) Suspicionem tollit, quo se Tityri ocio non dolere, sed potius lætari ostendat. ¶ Vsque adeo.) In tantum. ¶ Turbatur.) Turbatio fit. ¶ Protenus.) Per e scribito, id est longe, seu Proten⁹ nõ protinus. longe a finibus. Protenus enim, aduerbium locale est. i. porro tenus. Protinus, per i, aduerbium est temporale. i. statim. author est Caper. ¶ Æger.) Per id quoque pathos. i. passio, clades, & affectio augetur. ¶ Hic inter.) Ordo est, Modo nanque hic inter densas corylos connixa, ah silice in nuda reliquit: gemellos, appositio. ¶ Spem gregis.) Id est marem & fœminam. ¶ Ah silice in nuda.) i. sine folijs, & virgultis, cum affectu pronunciandum. ¶ Corylos.) Coryl⁹. Corylus, arbor est, producens nuces, quæ auellanæ, vel prænestinæ dicuntur: quas Græci ποντικὰς vocant. Dum vnaquæq; natio indit his nucibus nomen ex loco, in quo nascuntur, copiosiores: author est Macrobius lib. iij. saty. ¶ Gemellos.) Dicuntur Gemini gemini ex vno vtero, & vno die, editi: vt Marcellus ait. Philosophus vero lib. vij. de histo. animalium scribit. In genere certe humano, paucos geminos seruari, si alter mas sit, alter fœmina. ¶ Connixa.) Partu soluta. ¶ Sæpe malum.) Quod dicit Tityrus, non fabula est: nam post Iulij Cæsaris mortem, prodigia fuere quamplurima: inter quæ continua fulmina in templis, statuisq; deciderunt: vt etiam Appianus lib. iiij. ostendit, & nos latissime in commẽtario .ij. odes Hora. quem iam parauimus & edemus: dictauimus. Si, i. vtinam. Est enim hoc loco, optandi aduerbium: Si. vt lib. Æneid. vj. Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus Ostendat, &c. ¶ Læua.) id est aduersa: authore Nonio. dicit autem, aduersa mente futura mala dignoscere nequisse. ¶ De cœlo tactas.) Quinque signorum genera obseruabãt augures: ex cœlo, ex auibus, Querc⁹. ex tripodibus, ex quadrupedibus, ex diris: author est Festus. De cœlo tactas, id est fulminatas: quoties enim quercus fulmine tangitur, vt plurimum malum portendit: quod etiam animaduerti: nam tacta cuiusdã quercu, intra annum ille sponsam amisit: illa enim altera nupsit: vnde etiam duo interfecti, pluresq; etiam carcere affecti sunt. ¶ Sæpe sinistra caua.) Hic versus non omnibus textib. inest: plureis enim antiquos vidi, & illum summi pontificis characteribus magnis: profecto alienus est. Tamen aduertendum cornicem videre vnicam mali ominis esse: duas vero ominis boni. quod quidem & legi & expertus sum pluries. Ipsa adeo est inauspicatæ garrulitatis: vt Plinius scribit. i. infelicis: quasi auspicijs repugnantibus. Cicero autem lib. j. de diuinatione, scribit, Coruum a dextra, a sinistra cornicem, facere ratũ. Do. ¶ Da.) Dic: idem lib. v. Da, non indebita posco, Regna meis fatis, Latio considere Teucros.

ASCENSIVS.

¶ O Melibœe, &c.) Tityrus videns Melibœum profugum, tantopere de tranquillitate, ac ocio suo studentem: quid miraris (inquit) Melibœe: ocia mea, si nescis, deus nobis hæc ocia fecit. q. d. mirandum quidẽ esset, si humanis opibus parta forent: sed deus longe maiora conferre posset. verum, quia de Cæsare Augusto loquitur: eumq; adhuc viuentem, deum vocat: quasi remordenti conscientiæ respondet, ac dicit: bene dixi, q; deus fecerit: nanq; ille qui fecit, erit mihi semper deus: illiq; nouas aras constituam, & eas sacrificijs imbuam: quod quia confidentius visus est dicere, aut potius, quia auidius potuit Melibœus percunctatus videri (nam qui multa percunctantur, aut secreta reuelare volunt: vnde est illud .j. epistolarum Horatij: Percunctatorem fugito, nam garrulus idem est, aut quippiam furari, vt author est in trinummo Plautus: aut cessitantes, & nimium curiosi sunt, vt attestatur in Heauton. Terentius: aut alterius saluti inuident, vt hic innuitur.) ideo subdit, Non equidem inuideo: hoc est, non ideo id percunctatus sum, quasi prosperitati tuæ inuideam, Tityre: sed miror magis, vnde eam nactus sis, cum tanta turba, vndique in totis agris fiat: & tam vehemens, vt compulsus sim, fœtus capellæ meæ in silice dereliquisse, eamq; infeliciter ducere: sed tamen, quamuis nulla mihi spes salutis sit: aut quamuis deo authore, te credã, ocia ista nactum, da. i. fac nos intelligere Tityre, qui sit iste deus. ¶ Ordo est. O Melibœe. q. d. ne mireris amice, quia Ordo. deus fecit nobis hæc ocia. i. hanc vacationem a curis & negocijs, dico, subaudi, deus: nanq; ille. s. qui fecit nobis hæc ocia: erit mihi. i. reputabitur a me semper. i. quãdiu viuam, deus: tener. i. mollis, & delicatus agnus: ab ouilibus nostris. i. excerptus ex caulis, & ab ouilibus nostris: imbuet. i. sanguine suo, ad primam tincturam dandam, resperget sæpe aram illius. i. in honorem illius extructam. Ille. s. deus (videlicet Cæsar Augustus: sed hoc noster expressit.) permisit meas boues. i. vaccas, & iuuencas: errare. i. diuagari libere, & secure pascẽdo: vt. i. quemadmodum cernis: & permisit ipsum. i. me ludere. i. facili & iocoso carmine cõsequi: quæ, id est quæcunq;, aut ea quæ vellem: calamo agresti. i. vena rustica: aut fistula inculta, & rudi. Respondit Melibœus. Equidem. i. Equidẽ ego quidem (sic enim semper a Virgilio accipitur.) hoc est, certe: ego non inuideo. s. prosperitati tuæ. q. d. non ideo quæro, ac si dicat: non percunctor id ex inuidia: sed miror, magis: nam turbatur. i. turbatio fit omnibus: vndiq;. i. ex omni parte: totis agris. i. per totos agros: vsq; adeo. i. vsq; ad id, aut in tantum, vt. s. possem admirari, te tantum ocij agitare. En. i. vide: enim. q. d. si vis scire, quanta sit vis perturbationis: vide, quia ipse. i. ego, existens æger id est iniquo & mœsto animo, multumq; cruciato: ago. i. celeriter impello: protenus. i. porro tenus: hoc est ad extremas vsque oras, & q; longissime effugere possum, capellas. i. capras meas: (sed diminutiuo vtitur, forte ad modestiam:) & o Tityre, ego duco. i. leuiter mino etiam vix. i. cum difficultate: hanc. s. capellam (monstrat enim eam) duco autem eam: quia vix ingredi potest: nanq;, pro quia: ipsa connixa. i. partu soluta: modo. i. pauloante: reliquit gemellos, id est binos fœtus, vno partu, appositorie: spẽ gregis. i. masculum, & fœmellã: vnde spes futuri gregis, aut perpetuandi gregis, dependet: hic inter densas corylos. i. arbores nuculam ferentes (quam a loco vbi abundare solebat, auellanam, vocant.) reliquit, inquam eos. Ah, dolentis interiectio (& congrue interiecta, quasi non possit rusticus, id sine suspirio & gemitu meminisse (cum boni pastoris sit pecus fœcundum, vbi possit mollius fouere.) in nuda silice: cum frondes aut herbas substernere soleat. Ego memini. i. memoria repeto: quercus tactas de cœlo. i. prostratas, aut afflatas fulmine: prædicere. i. q; prædicebant, sup. fatis nobis, hoc malum. i. hãc fugam, & hoc exilium: si mens non fuisset læua. i. stulta, & sibi aduersa: sicut contra, dexterum, prosperum dicimus: vel sic, si. i. vtinam, cum prædicerẽt: mens non fuisset læua. i. segnis, & ignaua ad attendendum: & cornix sinistra. i. importuna volucris, & malum augurio suo prætendens: prædixit nobis hoc malum: ab ilice. i. arbore illa glandifera caua. Sed tamen, i. quamuis mihi fugiendum sit: aut quãuis non inuideam: da. i. dic: aut da intelligere nobis Tityre: qui sit iste. i. tuus, aut cuius tu meministi, deus. ¶ O, varijs modis accipi solet: vnde sunt plebei versiculi, O stupet o dubitat: vocat, indig- O, varie natur, & optat. Clamat, conqueritur: velut exemplis reperitur. Stuporem indicat, hoc est admirationem: vt, O q; glorifica luce coruscas, Dubitationem, vt apud Comicum, O qui vocare & .j. Æneid. O quam te memorem virgo. Vocat: vt, Huc ades o Melibœe. Indignatur: vt. O hominem scelestum. sed si subticeatur, o, accusatiuus minorem excandescentiam prænotaret: vt author est Valla. Optat: vt, O mihi tam longe maneat pars vltima vitæ Spiritus, & quantum sat erit tua dicere facta. Clamat. i. exclamat: vt, O fortunati quorum iam mœnia surgunt. &, O fortunatos nimium sua si bona norint Agricolas. Conqueritur: vt apud Statium in Achilleide: O dolor, o seri materno in corde dolores. Hic ergo aut admirationem importat: vt Mancinellus sentit, cuius verba sunt, Est hoc loco, o, admirandi aduerbium,

seu mauis interiectio. Vtrunq; enim dici potest: vt Priscianus li. xv. docuit. Melius tamen interiectio dicetur. Ea enim sola animi adfectus exprimit, vt Donatus etiam scribit. Admirabatur autẽ Tityrus quod ille dixerat, Nos patriam fugimus, tu Tityre, lentus: &c. Est ergo cum admiratione legendum. sic Mancinellus. Landinus autem sic: O Melibœe: hic sermo familiaris est, & amicus, o vero non vocantis est, sed planè lætantis, ꝙ præter spem, amicum nihil tale expectatẽ, viderit. Et distingue, o Melibœe, vt sit salutantis: & deinde adde, Deus nobis hæc ocia fecit. vel sic cõiungis, & continuata sit oratio. O Melibœe, deus nobis hæc ocia fecit, erit o, hominis admirantis, magnitudinem beneficij in se a deo collati. hæc ille. Mihi autẽ non videtur responsio Tityri pręse ferre admirationẽ: nam & ipse in hac Ecloga fatebitur se prius expulsum fuisse possessionibus suis, cum. s. Augustus dixerit, Pascite, vt ante boues pueri, &c. Non ergo verosimile est, mirari in alio, quod ipse passus sit. Neque vocantis rationem habet: nam si sic distingueres, videretur Tityrus cantilenis intentus, non animaduertisse presentiam Melibœi, sed eo viso: dixisse, o Melibœe, at quomodo tunc respondeat ad Melibœi verba, dicendo, Deus nobis hęc ocia fecit? Meo autem iudicio, o, hic commiserantis, & & placide ad stuporem Melibœi respondentis est: sicut illic, O decus Italiæ virgo quas dicere grates, Quasue referre parem? Sensus ergo est: O amice Melibœe, ne mireris tantopere ocia nostra,

Deus.

deus nobis hæc ocia fecit. ¶ Deus.) Vnde dicatur alibi dicemus: ne hic prolixior sim. Notum est eum de Augusto loqui, vt recitat Seruius: cui addendum est quod adfert Mancinellus, ꝙ videlicet (vt Suetonius author est) Augusto viuenti prouinciarũ pleræq;,

Augustus.

templa & aras: ludos quoque quinquennales penè oppidatim (.i. per singula oppida) constituerunt: de quo latius Ecloga. iiij. dicendum erit. Nota est autem historia, quæ de ara cœli, & de diua virgine, a Sibylla Augusto ostensa cum infante circunfertur: cui licet non omnia quadrent, adstipulatur templum quod sub aræ cœli, nomine, Romæ, adhuc visitur: & non futilis, immo grauissimus author Baptista Mantuanus id planè in Parthenice Mariana contestans. Nobis secundum eos qui dicunt, sub Tityri nomine, patrem & filium intelligi, recte pluraliter dixerit: sed (vt in regulis dicemus) licet cuiq; de se, vno pluraliter loqui. ¶ Hęc.)

Hæc. Ocia.

.i. mea. Ad primam enim personã (vt dicemus) pertinet. ¶ Ocia.) Proprie sunt vacationes a negocio publico: vnde studia literarum, & vacationes poeticæ, ac philosophicæ, ocia vocantur: verum omnis cessatio ab negocio, ocium dici potest: vt ocium sit secura & tranquilla requies: Sunt ergo ocia sæpe appetenda, & bona, cessationes, & vacationes, priuationem notant: oscitatio, negligentiam & ignauiam vitiosam. ¶ Fecit.) Decenter autem dicit, fecit: quia magis ad Latinum morem dixeris. Feci tibi ocia, aut potestatem ociandi, quam dedi. ¶ Semper deus.) Et ante mortem, & post mortem: sic Seruius & Mancinellus. Sed videant an decenter. Nam si Romulum qui inter mortaleis cõuersatus, pro deo habitus non est: quidam tamen (vt Liuius lib. j. adserit) affirmabant e medio patrum viuum, non obeundo mortem ad cœlos translatum: quod quamuis verum non fuerit, tamen creditum esse ab ijs qui Augustum, viuentem deum prædicabant. verosimile est, non videtur Tityrus sensisse, ꝙ Augustus aliquãdo moreretur. Quod tamẽ si sensisset, temeritatis magnæ fuisset opinari se Augusto superuicturum, cum Augustus tũc nondum vigesimumquartum attigerat annum. Dic ergo. Semper. i. quãdiu

Ara. Altare. Tener. Agnus. Imbuo.

viuam: aut toto tempore vitę meę. ¶ Aram.) Aram etiam inferis: altare tantum superis dabãt: vt alibi dicetur. ¶ Tener agnus.) Ad laudem dicitur. i. molliculus, & delicatulus. Agnum autẽ omnes prædicant: ab agnoscendo dictum, ꝙ balatu matrem agnoscat Imbuere est rei primã tincturam dare, ac madefacere: vt Hora. j. episto. Quo semel est imbuta recens seruabit odorem, Testa diu. vnde (vt quidam sentiunt iuuenes scholastici) ab ijs vnde primas institutiones, ac præceptiones habent, imbui non inepte dicuntur. ¶ Sæpe.) Ergo agnus tener imbuet illius aras: quia hostia, ac victima sanguinolenta aris, ac sacrificantibus imponebatur, & deinde concremabatur: vnde dicetur, Quot annis bissenos cui nostra dies altaria fumant. ¶ Ille meas, &c.) Docet cur ei sacrificaturus sit: ob beneficia, videlicet impensa. ¶ Meas boues.) Fœmini-

Boues. Errare.

no genere dixit: quia ad vaccas solummodo refertur. ¶ Errare.) Errare autem, hic ad laudẽ ponitur: quia armẽta, ac pecora dum pascuntur, libere in campo pingui, & amplo, errant. i. vagantur huc, illuc, nullis limitibus coercita. Significat ergo magnitudinẽ agri restituti. ¶ Vt cernis.) Bona parenthesis est, quæ certitudinẽ rei indicat. ¶ Ipsum.) i. me, vt in regulis dicam. ¶ Ludere.) Ludere

Ipsum. Ludere.

dicitur, qui rem iocularem, aut non apprime grauem, carminibus prosequitur: vt qui epigrãmata, aut elegias, aut tenuia opuscula condunt: quia id facili vena, & non elaborata, sed seipsam quasi offerente Minerua efficiunt. Vnde ea opuscula etiam lusus

Lusus.

dici solent, & nonnunq; nugæ. Nõ ergo dicemus in magnis operibus, graues authores lusisse: sicut nec Liuium, aut Sallustium in historia, nec Ciceronem in Philippicis, Tusculanis, Verrinis, de re publica: aut alijs magni ponderis operibus: sicut Ouidium in de amoribus: vnde in persona eius dicitur: Ille ego qui fueram tenerorum lusor amorum Ingenio perij, Naso poeta meo. & sicut Horatium in quibusdam odis, vnde de se dicit, Poscimus siquid vacui sub vmbra Lusimus tecum. Et sicut poetam nostrũ hic, vbi de amica cantilenam meditabatur, & in Culice, vbi dicit, Lusimus Octaui gracili modulante Thalia, Atq; vt araneoli tenuem formauimus orsum, &c. Magna autem vis beneficij est, in eo quòd tantam securitatem contulerat, vt ludere quæ vellet.

Equidẽ

Equidem (vt dixi apud Maronem) semper in prima persona dicitur: vnde compositum videtur, ab ego, & quidem. Alij autem pro simplici etiam vsurpant: vt si dicant, Hoc equidem dixisti: aut, Hoc equidem dixerunt cum Virgilius diceret: Hoc quidem

Vndiq;

dixisti, vel dixerunt: aut, Hoc equidem dixi. ¶ Vndiq; totis Vsq; adeo turbatur agris, &c.) Pulcherrima auxesis, & admiranda calamitatis accumulatio. nullum enim vocabulum põdere vacat. Nam Vndiq;, significat ab omni parte: ne forte ab vna duntaxat

Totus. Quo. Eo.

periculũ ingruisse putes. Totus, significat singulas parteis agrorum, ne quam quietam censeas. Vsq; adeo, significat intentionẽ, ne leuiter turbatum iudices. Nam sicut quo, solet poni pro eo quod est, ad quid, vel ad quod, vt quousq;: vel vsq; quo, vsq; ad quid: ita eò, solet poni pro, ad id: vt, Eò miseriarũ deductus sum

Vsque adeo.

.i. ad id. Vsque adeò ergo, est vsq; ad id, ad quod. s. magnum est: hoc est, valde & intantum. Turbatur autẽ, (vt in regulis dicam) quia impersonale, generalitatem habet: ne ipse solus turbatus habeatur: Denotatur ergo, vt logicè loquar, quadruplex vniuersalitas. Prima est inferentum, quia vndiq;: non enim potest vnus vndiq; infestus esse. Secũda, locorum, aut partium integralium: quia totis agris. Tertia, qualitatũ: quia vsq; adeo. q. d. omnibus modis. Et quarta, eorum quibus turbatio infertur: quia turbatũ .s. ab omnibus: hoc est, omnes deturbanẽ agris suis (Quia tamen impersonalia actiua exponi solent, Nebrissen. contendit non legendum turbatur, sed turbamur. ¶ Capellas.) Capella diminutiuum est a capra. Nam er, ra, rum, vt Valla lib. j. docet: mutantur per diminutionem in ellus, ella, ellum: vt miser, misera, miserũ: misellus, misella, misellum: liber, libellus: capra, capella: flagrum,

Protenus

flagellum. Errant autem, qui pro sacello, vsurpant. ¶ Protenus.) Per e scribendum est: & significat, porro tenus: hoc est, a longe,

protinus

aut in longum, seu longinquum: & est aduerbium locale. Protinus autem, per i, aduerbium est temporale. i. statim: vt author est Caper. Qui consimile discrimen ponit inter quatenus & quatinus: sed mihi hoc discriminis videtur, vt protenus, & quatenus, quasi per appositionem dicãtur: protinus, & quatinus, per compositionem. Nam locorum & temporum aduerbia, ferè communia sunt. ¶ Æger.) Et ad animum, & ad corpus referri potest: &

Æger.

per id quoq; pathos. i. (vt dicunt) passio, seu affectio, atq; clades

Ago.

animi augetur. ¶ Ago.) Agere, est impellere, vnde cogere componitur: & abigere, atq; abigeus: qui furtim alterius pecus abigit.

Abigeus

Melibœus aũt hic non abigit, sed agit: quia suum pecus. Verum proprie dixit, se capellas validas, videlicet agere: & paulo prius

Duco.

connixam. i. partu solutam, ducere, quod beneuolentiæ est: & vltro sequentis: vnde dicit Seneca, Ducunt volentẽ fata: nolentem trahunt. ¶ Hic inter, &c.) Hic omnia quoq;, pathos habent. Primo, ꝙ Hic. i. in conspectu nostro: nam res conspecta, plus mouet q̃ audita. Deinde, ꝙ Inter densas corylos: quasi lupis exposita. Tum quia modo. i. pauloante: vt recens casus & præsentia eius dolorem augeat. Tum quia, Gemellos cõnixa: vt magis doleat, & fœtum derelictum esse, & matrem vexari. Tum quia, Spem gre-

Silex.

gis: quia masculum & fœmellam: & nouissimo quod & maxime dolet, quia in silice: vnde interiectionem dolentis interserit, dicens, Ah silice in nuda: vbi duplex est dolendi ratio: & quia, in silice lapide pręduro: vnde, vj. Ænei. Quã si dura silex, aut stet marpesia cautes. vbi sicut hic fœminino genere protulit, cum tamen potius ratio exigat masculino enunciari: sicut apud Iuuenal. Silicem quę cõterit atrũ, & in silice nuda. i. sine frõdibus, aut virgul-

Corylus

tis, aut alio stramento. ¶ Corylos.) Corylus est arbor producens nuces, quæ auellanæ, vel prænestinę, ab Italis dicuntur: a Gręcis,

Gemelli Diminutiua

ponticæ: dum vnaquæq; natio indit eis nucibus nomen ex loco in quo nascuntur copiosiores: vt author est Macrobius Saturnalium. iij. ¶ Gemellos.) Bene autẽ dicit, per diminutionem quæ

tribus

tribus de causis adhiberi solet: aut modestiæ gratia: vt Ingeniolum meum: aut blandimẽti, vt apud Plautum, corculum, animula, &c. aut necessitate ob rei modum, ac naturam: vt, Regulus, &. Puer bimulus. Hic autem ob hæc omnia, diminutiuo vti videri potest. Primo, modestiæ gratia, possessiones suas extenuans: sicut prius, capellas dixit: sed meo iudicio id nõ quadrat: nam qui commiserationem mereri volunt, rem amissam non extenuant, sed ampliant: minus. n. dolendum esset, si periret res imminuta. Secundo, blandimenti causa, quasi dilectione quadam eos prosequeretur, ob quod gemellos vocet: sicut pater, filium paruulũ (authore Flacco) pusillum vocat. Tertio, quia hœduli recens nati, omnes parui sunt: potest ætatis naturam exprimere, sicut quæ biennio adhuc parua sunt, bimula vocamus: & quæ triennio, tri-

Gemini

mula: & quadriennio, quadrimula, authore Vallen. Gemini autem dicuntur ex vno vtero, eodem die editi, aut saltem simul gestati, vt Marcellus ait. Philosophus vero libro. vij. de natura, seu historia naturali animalium, scribit, In genere humano pau-

Malum

cos geminos seruari, si alter mas sit, alter fœmina. ¶ Sæpe malum hoc nobis, &c.) Hic Mancinellus: quod dicit (inquit) Tityrus, fabula non est. Nam post Iulij Cæsaris mortem, prodigia fuere q̃plurima: inter quæ, continua fulmina, in templa, statuasq; deciderunt: vt etiam Appianus lib. iij. ostendit: quam rem late exequitur Horatius lib. carminum. j. ode. ij. dicens, Iam satis terris niuis, atq; diræ, Grandinis misit pater, & rubenti Dextera sacras iaculatus arces Terruit vrbem. & author noster ad finem. j. Georgi. dicens inter cætera, Non alias cœlo ceciderunt plura sereno Fulgura, &c. Malum autem hic incommodum, & exturbatio-

Tactæ.

nem vocat. ¶ Tactas quercus.) Malum prædicere bene docet Seruius: sed latius Mancinellus, dicens, Quinque signorum genera obseruabant augures: ex cœlo, ex auibus, ex tripodibus ex qua-

Querc. Auguribus obseruata. Si.

drupedibus, ex diris: author est Festus. Tactas. i. fulminatas. quoties enim quercus fulmine tangitur, vt plurimum malum portendit: sed potissimum agricolis, propter glandem, quæ frugem significat. ¶ Si mens non læua, &c.) Si (inquit Mancinellus) id est vtinam. Est enim hoc loco, optandi aduerbium: vt in lib. Ænei. vj. Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus Ostendat. Posset tamen conditionalem vim habere: vt sit, satis quidem præmoni-

Læua.

ti eramus, si mens non læua fuisset. ¶ Læua.) i. aduersa, authore Nonio: aut forte iners, & non satis strenua ad futurum malum attendẽdum: sicut econtrario: dexterum expedite, ac fauste, operam nauans vocamus. ¶ Sæpe sinistra, &c.) Non omnibus textibus inest hic versus: sed quia appositus est: memineris videre, cornicem vnicam, putatam esse mali ominis: binas vero, boni. Ipsa autem, est inauspicatę garrulitatis: vt Plinius scribit, id est infelicis. Cicero autem libro. j. de diuinatione, scribit, Coruum a

Cornix Ilex.

dextra, a sinistra Cornicem, facere ratum: vnde hic, sinistra dicitur, quasi vera malorum index. ¶ Ilice.) Ilex præterea, arbor glandifera est: vnde eiusdem ominis cum quercu habetur, dum fulminatur. ¶ Da Tityre.) i. dic: aut da (vt dicitur) nobis intelligere.

Da.

sicut. v. Æneidos. Da (non indebita posco Regna meis fatis) Latio considere Teucros. Et. iij. eiusdem, Da propriam Thimbreæ domum, da mœnia fessis. Non enim domum Apollinem petebat attribui, sed addici; & significari: vnde accipere, est interdum capere intellectum, atq; addiscere: sicut. ij. Æneidos. Accipe nunc

Accipere.

Danaum insidias, & crimine ab vno Disce omneis. vbi & ponitur expositiue: hoc est, & disce pro. i. disce. Sic Sallustius, Vrbem Romam, sicuti accepimus, ab initio condidere Troiani. ¶ Qui sit.) Non quis sit, ferè textus habet. esset autem sibilus, si legatur, quis sit: quem poeta nimirum vitauit. Sed forte dum manifesta explicatione rerum, prodesse, ac placere studeo, prolixitate displi-

Regulę

cebo. Addam tamen pubi imperitæ, regulas quasdam, præcipue de pronominibus. Quarum prima est: licet modestiæ gratia, cuiuis vni de se, nunc singulariter, nunc pluraliter, nunc vtroq; modo in prima persona loqui. in secunda non licet. vnde hic Tityrus de se, dicit prius, nobis: & postea, mihi: vt. Deus nobis hæc ocia fecit. Nanque erit ille mihi semper deus. Item prius, nostris: & postea, meas: videlicet, Sæpe tener nostris ab ouilib. Et, Ille meas, &c. Dixi, gratia modestiæ (quam nunc humilitatẽ vocant: cum humilitas proprie, sit abiectio quædam: ab humo dicta.) quia cum quis de se pluraliter loquitur, significat se fretum suorum auxilio, aut subsidio: quocirca principibus conuenit pluratiue loqui, modestiæ gratia quod animaduertentes imperiti, potissimum in Gallica lingua, putent sibi iniuriã fieri, si vnitatis numero compellentur: cum tamen omnis Latinorum consuetudo, in secunda persona, pluralem numerum, ab vna (quacunq; dignitate præditus sit) arceat. De qua re, Sipontinus satis præcepit.

Verũ (quia diximus) nostris, plurale: & meas, singulare: ne quis titubet, sit hęc. ¶ Secũda regula. Ego, & meus: tu, & tuus: ad singulos pertinẽt. noster, & vester: nostras, & vestras, ad plureis: sed (vt dixi) noster, & nostras, ad singulos retorquẽtur. ¶ Tertia regula. Hic, & omnia aduerbia ab eo deducta: vt hic, hinc, huc hac, horsum. ad primam personam pertinent: iste, & eius, aduerbia, ad secundam: ille, ad tertiam personã pertinent: iste, & eius aduerbia, ad secundam: ille, ad tertiã distantẽ. s. aut re, aut fictione: & ab eo qui loquitur: & ab eo ad quẽ loquitur. Vnde hæc ocia. i. mea: nemo istinc huc venit. i. nemo a te ad me venit. Huc ades, id est ad me, &c. ¶ Quarta: ipse (quod olim ipsus dicebatur) apud Latinos: & αὐτός apud Græcos, trium personarũ cẽsentur: quia sine adiectione trium personarũ, verbis legitime supponuntur. Primę: vt hic, En ipse capellas Protenus æger ago. Secundæ: vt. vj. Æneid. Ipsa canas. i. tu. Tertiæ: vt paulo interius in hac Ecloga: Ipsæ te Tityre pinus, Ipsi te fontes, ipsa hæc arbusta vocabant. ¶ Quinta: ille, sæpe gloriam nobilitatis præ se fert: iste, contemptum: ac vilitatem: ipse, cum emphasi, principatum: vt Alexander ille Macedo .i. notissimus. Quid petis istis. i. vilibus & abiectis. Ioue missus ab ipso. i. ab eo qui magnus est, nec ab inferiore. Rex ipse hoc scripsit: quod dicũt in propria persona: aut propria manu. Cum aũtem dicit, Sed tamen iste deus, &c. non ad obiectionem: sed ad secundam personam pertinet. ¶ Sexta: verba impersonalia, quia a

Meminisse facere.

proprijs personis secluduntur: ad generalitatem transeũt: vt hic, turbatur. s. ab omnibus. Et in principio sermonũ Horatius, Qui fit Mecœnas vt nemo, &c. Septima: quæ est Agretij, Memini me facere: dicere debemus: non, memini me fecisse. Nam memini, sermo est totus præteriti temporis, qui ante factam rem, in præsens reuocat. Et si dixeris, Memini me fecisse: duo pręterita simul iunges. Cicero, Memini Pamphilum Libitaniũ mihi narrare solitum. Idem infra, Respondi Metello vt debui. &, Memini me dicere. Terentius, Ego illam vidi virginem forma bona, memini videre. Virgilius, De cœlo tactas memini predicere quercus. Idem, Cantando solitum memini me cõdere soles. Idem, Memini aruncos ita ferre senes. Et multis præterea in locis. Neque inuenitur vbi ab alijs magnis authoribus: memini, ita positum sit: vt non addatur: aut etiam, aut aliquantus sermo, qui præsens tempus restituat, nisi vno in loco: & quasi hoc mirabile. Is autem est Virgilij in Georgicis, Nanque sub Oebaliæ memini me turribus altis Coriciũ vidisse senem. Quod poetæ, pro necessitate metri, licuit vsurpare. Hæc Agretius: qui addere potuisset illud Persianum. Nec in præcipiti somniasse Parnaso memini.

PIERIVS.

¶ Ocia fecit.) In Romano, in Mediceo: & aliquot alijs antiquis Otia per t hoc præsertim loco scriptum est: quãuis non negarim in Romano alibi nomen id per c haberi, eo quippe loco, Ignobilis oci. Sed enim in veterum inscriptionibus, per t scriptum inuenias, vt in eo termino, quem superioribus annis ad D. Petri Basilicam vidimus aduectum: ex area, quam ab Neroniano incẽdio

Otiũ negotiũ.

Domitianus dedicauerat. Ibi enim inter cætera, & hoc legimus, ET HAC LEGE DEDICATA EST NE CVI LICEAT INTRA HOS TERMINOS ÆDIFICIVM EXTRVERE, MANERE, NEGOTIARI. Et quæ sequuntur. Est & illud, vt multa interim dissimulem, apud Pallonios Romæ.

L. LEPIDIVS LIB. HERMES,
NEGOTIATOR ÆRARIVS.
Et alibi, NEGOTIANTI PVLLARIO.
&, INQVILINI NEGOTIANTES.

& huiusmodi pleraq;, ex antiquorum posita monumentis. Quod si nægotiari, per t scribitur, otium, quoque proportione eadem incolumi, scribendum esse crediderim. Sed & in alijs quoque codicibus antiquis diuersorum authorum, otium, & otiosus per t scriptum animaduerti: vt in Terentiano codice antiquissimo, & maxime castigato, quem Phi. Beroaldus iunior, bibliothecarius, vir eruditissimus ex Vaticanæ bibliothecę penetralibus depromptum, mihi legendum dedit: ibi enim scriptum est, Dissolui me, otiosus operam vt darem tibi. quod elegantia haudquaquã pari in vulgatis codicibus, Dissolui me otius habetur. Hæc quãuis aliquis leuia esse dicat grauissimis tamẽ viris negotium plerunq; facessere consueuerunt. ¶ Nanque erit ille mihi semper

Namq;.

deus.) Vt taceam quod in antiquis codicibus, Nãque per m, ante q. scribitur: Iuniores p. n, Semperdeus, vnico vocabulo scribere cœperunt: quæ in antiquis codicibus distincta sunt: in nonnullis puncto etiam inter, Semper: & Deus, interiecto. Neq; tamen eorum improbo iudicium, quibus felix illa apud Græcos compositio, quæ ἄνθεος est, tantopere adrideat. ¶ Vsq; adeo turbatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

a gris.)In peruetęri quidem codice quodã, Turbatur, legere est: Sed in Romano illo antiquissimo, & in Oblongo, Vaticano, neq; non in Mediceo, turbamur, non inuenuste legitur. Seruius alterum illud mauult: vt impersonale pertineat ad omneis generaliter, inquit ille. Citat vero locum hunc Fab. Quintilianus, totis vsq; adeo turbatur agris. inter eas formas, quæ proprię cuiusdã rationis sunt: vt, Itur in antiquã syluã, quæq; initiũ non habent: vt, Fletur: apud Terentium, & similia. Quare hinc Seruio adquiescendã esse videtur. ¶ Protinus æger ago.) Plurima quidẽ exemplaria, Protinus, per i, in penè vltima legunt. Sed in Oblongo codice, Vaticano, & Mediceo, Protenus, habẽt per e, quod Seruius exponit, porro tenus: quamuis aliter No. Marcellus interpretatur. Sed inter protenus, per e, & protinus, per i, differentiam ponit Caper: qui protenus, per e, locale aduerbium esse vult. Protinus vero per i, inseruire tempori iubet. ¶ Hic inter densas corylos.) In Romano codice, corulos, per u, passim scriptum est perueteri ea consuetudine, qua Romani peregrinas literas non admittebant. Sanè vero, corylum, & nympham accepisse nos a Græcis, per y scribemus, ait Priscianus. Sed id etiã aliquantulũ me mouit, quod in codicibus nonnullis, colyros, literis transmutatis: Sed eodem modo passim in eodem codice animaduerti. In alii quot, vt in Oblongo, Colyros, aliena manu repositũ, priore abrasa lectione, forte quod inde, colurnus fiat. Fuisse vero prius Corulos, etiam in Oblongo ostendit, locus adhuc intactus: Ne ve inter vites corulum sere. Quantum vero pertinet ad colurnũ, barbarissimum esse Sosipater Carisius literarum trãsmutatione dicit, cum sit corulus, arbor: ita enim apud eum scribitur. ¶ Ah silice in nuda.) Romanus codex, & Mediceus, particulam interiectionis, a, absq; adspiratione ponunt, ex Probi sententia. Quod vero passim in vulgatis codicibus legere est, Silice in nuda. Apud Nonium, In media, legi: sed puto inemẽdate. ¶ Sæpe sinistra caua prędixit ab ilice cornix.) Versus hic in veteribus quos sequimur codicib. nõ habetur. In aliquot altera manu suppositiuus est: vt in Oblongo. & in Longobardi. in quo etiam, dicebat, pro prædixit, habetur: quæ lectio est etiã alterius Virgiliani codicis manu scripti, cuius mihi copiam fecit Nicolaus Delphius.

SERVIS.

¶ Vrbem quam dicunt Romam.) Quæritur cur de Cæsare interrogatus, Romam describat, & aut simplicitate vtitur rustica, vt ordinem narrationis plene nõ teneat: sed per longas ambages ad interrogata descẽdat: aut certe, quia nullus qui continetur, est sine ea re quæ continet, nec potest vlla persona esse sine loco. vnde necesse habuit interrogatus de Cæsare, locum describere, in quo eũ viderat. Est autem longum Hyperbaton, Vrbem quam dicunt Romam. Hic illum vidi iuuenem Melibœe. ¶ Stultus ego.) Id est rusticus qui nesciui iudicare. ¶ Nostræ.) Mãtuæ. ¶ Quo.) Id est ad quã. nam aduerbium posuit pro nomine. vt Genus vnde Latinum, id est a quo. ¶ Ouium teneros.) Periphrasis agnorum. ¶ Depellere.) Id est a lacte remouere. ¶ Sic canibus catulos similes.) Vult vrbem Romam non tantum magnitudine, sed etiam genere differre a cæteris ciuitatibus: & esse velut quendam alterum mundum, aut quoddam cœlum, in quo deum Cæsarem vidit. Qui enim comparat cani catulum, vel hœdum capellæ: magnitudinis facit, non generis differentiam. Qui autẽ dicit, Ieo maior est cane: & generis facit: & magnitudinis differentiam: sicut nũc de vrbe Roma fecit. Putabam, inquit, ante ita Romam comparandam esse aliis ciuitatibus, vt solet hœdus capræ comparari: nam quamuis maior esset, tamen eam ciuitatem esse dicebam, nunc vero probaui eam etiam genere distare: nam est sedes deorum. Hoc autem eum dicere, ille comprobat versus. ¶ Quantum lenta solent inter viburna cupressi.) Nam viburnum, breuissimũ est: cupressus vero, arbor est maxima. Hoc autem genus argumentationis & apud Aristotelem lectum est, & apud Ciceronem. ¶ Componere.) Comparare. ¶ Et quæ tanta fuit.) Quæ tanta: ad magnum enim aliquid nimia necessitas venire compellit. Vnde quasi miratur hominem rusticum Romam videre potuisse. ¶ Libertas.) Amor libertatis. etenim aliter dicit seruus, libertatem cupio: aliter ingenuus. Ille enim carere vult seruitute: hic habere liberam vitam, pro suo. ¶ arbitrio agere. sicut nunc Virgilius sub persona Tityri dicit se amore libertatis Romam venire compulsum: & item latenter carpit ea tempora, quibus libertas non nisi in vrbe Roma erat. Aut certe simpliciter intelligamus hoc loco Tityrum sicut pastorem locutum. Nam vbiq; eum Theocritus mercenarium inducit. Item Virgilius, Tityre dum redeo (breuis est via) pasce capellas. ¶ Respexit inertem.) Desidem, sese non requirentem. Nam culpat suam inertiam, q̃ non ante Romam iesrit, & sit visus puer libertate, qua vti cœpit prouectioris ætatis. ¶ Candidior postq̃ tondenti barba cadebat.) Aut mutatio persona est, vt quendam rusticum accipiamus loquentem, non Virgilium, per allegoriam. Nam vt diximus, xxviij. annorum scripsit Bucolica:

{Vrbem, quam dicunt Romã, Melibœe putaui Ti.
Stultus ego huic nostræ similem: quò sæpe solemus
Pastores ouium teneros depellere fœtus.
Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos
Noram: sic paruis componere magna solebam.
Verum hæc tantum alias inter caput extulit vrbeis:
Quantum lenta solent inter viburna cupressi.
{Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi? Me.
{Libertas: quæ sera, tamen respexit inertem: Ti.
Candidior postq̃ tondenti barba cadebat:
Respexit tamen: & longo post tempore venit:
Postq̃ nos Amaryllis habet: Galatea reliquit.
Nanq̃ (fatebor enim) dum me Galatea tenebat:
Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.
Quamuis multa meis exiret victima septis:
Pinguis & ingratæ premeretur caseus vrbi:
Non vnquam grauis ære domũ mihi dextra redibat.

Bucolica: Aut certe est mutãda distinctio: vt sit non barba candidior, sed libertas. nam xxviij. annorum barbam posteà quiuis mittere: sed non canam. Et bene candidior libertas: vt intelligamus etiam ante m libertate, sed non tali, fuisse Virgilium. ¶ Et longo post tempore venit. Postquã nos Amaryllis habet, Galatea reliquit. Iungendum est hoc totum. nam duplici ratione tempus ostendit, quo eum libertas aspexerit, id est quando cœpit secare barbã, & relicta Galatea Amaryllidis amore detineri. allegorice autem hoc dicit, Postquàm relicta Mantua Romam me contuli. nam Galateam, Mantuam vult esse: Romam, Amaryllida. Et bene tempora, quasi rusticus, computat a barbæ sectione. ¶ Longo post tẽpore.) Aut ἀφ' οὗ σημείου est. Antiqui enim, Post, Ante, Circum etiam ablatiuo iungebant: quod hodie facere minime possumus: Aut longo post, vna est pars orationis, vt sit sensus, Venit tempore longo post: sicut multo minus, multo magis, post modo. Horatius, Post modo quod mi obsit clare, multumq; locuto. ¶ Longo post.) Vt postposita videatur esse prępositio, & in vnitatem coacta. ¶ Fatebor enim.) Hoc per parenthesim dictum est. ¶ Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.) Nec sperare poteram libertatem in oppressa ciuitate, nec habere curam patrimonij. Peculi autem, aut antiquè dixit, quia omne patrimonium apud antiquos, peculium dicebatur, a pecoribus, in quibus eorum constabat vniuersa substantia: vnde etiam pecunia dicta est a peculio. aut certe & hoc ad morsum temporũ pertinet. nam modo tantum serui peculium dicimus: vt inuidiose patrimonium suum dixerit peculium, ac si seruus esset: quia sediu apud Mantuam seruisse memorauit. Sanè peculi, pro peculij, per synæresim dictum est. ¶ Exiret victima septis.) Septa proprię sunt loca in campo Martio inclusa tabulatis: in quibus stans Po. Roma. suffragia terre consueuerat. Sed quoniam hæc septa, similia sunt ouilibus: duo hæc inuicem pro se ponuntur: vt hoc loco, septa, pro ouilibus posuit. Item Lucanus contra, Et miseræ maculauit ouilia Romæ. Iuuenalis, Antiquo quæ proxima surgit ouili. ¶ Pinguis.) Melius ad victimam quam ad caseum refertur. ¶ Ingratæ vrbi.) Quia cum alimenta ciuitatibus præstentur ex rusticorum labore, & in his rustici etiam deridentur a ciuibus, & multa perdunt, & aduectarum rerum pretia iniqua suscipiunt. Septa.

MANCINELLVS.

¶ Vrbem quã dicunt Romã.) Longo interuallo respondet Tityrus ad interrogata: nam cum Melibœus dixisset, Sed tamen iste deus, qui sit, da Tityre nobis: exponit prius vrbis Romæ amplitudine, inde causam, quare vrbẽ ipsam adierit. Postea vero illic iuuenem illum vidisse: cui anno quoq;, bis senos dies se dicit sacrificare. Vrbs.

crificare. ¶ Vrbem.) Vrbis appellatione: etiam si nomen non adiiceretur, Romam tamen accipi receptum est: vt Fabius li. vj. edocuit. ¶ Huic nostræ.) Mantuã intelligit. ¶ Quo.) Ad quã. ¶ Ouium teneros fœtus.) i. agros per circunlocutionem: quæ periphrasis dicitur. Fœtus dicitur quicquid nascitur ex mulieribus vel pecoribus: & a foueo verbo descendit: inde etiam fœtura. i. genitura: quæ pro toto animalium prouentu poni cõsueuit. ¶ Depellere. A lacte disiungere. Agni autem ad quatuor mẽses a mãmis vbi nati sunt, non disiunguntur: hœdi, tres: porci, duos: author est Varro. ¶ Lenta viburna.) Virgulta sunt, quæ de radice pullulant. Viburna autem, minuta sylua, humilia virgulta: vt genistæ: & huiusmodi. ¶ Causa.) Ea est, quæ nos impingit ad aliquid faciendũ. Ratio autem, qua vtimur in faciẽdo: seruius author in arte. ¶ Libertas.) Ordo est, Libertas quæ sera tamen candidior. i. clarior & lucidior, respexit inertem: respexit, inquã, postq̃ barba tondenti cadebat: & tamen venit longo post tempore. Conuenit item & alter ordo sic: videlicet, libertas candidior: quæ sera tamen respexit inertem, postq̃ barba tondenti cadebat, respexit tamen. & longo post tempore venit. Est autem sensus, Tityrum serius cogitasse adire Romam: & postq̃ resectam barbam, & tamẽ longo post cogitatum, & primæ barbæ refectionem veniſſe. ¶ Inertem.) Segnem, desidem. ¶ Tondẽti.) i. mihi: nam passiue hic dicitur, sicut Geor. lib. iij. Incanaq; menta Cinyphei tondent hirci. pro tondẽtur secundum Priscia. lib. viij. dicentem, Sunt quædam in o terminantia, quæ cum sint actiua, pro passiuis quoq; solent poni, vt lauo, tondeo: pro lauor, & tondeor. ¶ Galatea.) Græce per ei diphthongon Galateia scribitur: & cum t exili: nympha fuit quã Polyphemus adamauit: vt Theocri. scribit Ecloga. vj. & Ouid. in Metamor. hic vero pro Mantua ponitur allegoricos. ¶ Amaryllis.) Amaryllis vero pro Roma: sed de allegoria legito nostrum carmen. ¶ Peculi.) i. lucri, & parti. Est. n. peculium seruorum, a pecore dictum: sicut & pecunia nobilium: vt Festus ait. ¶ Victima.) Ea proprie dicitur, quæ post victoriam mactatur. Ouidius Fasto lib. j. Victima quæ cecidit dextra victrice vocatur, Hostibus a domitis, hostia nomen habet. Festus tamen vult, hostiam dictam ab hostire, quod est ferire, ¶ Septis.) i. ouilibus. ¶ Pinguis.) Hic fit color a lum. ¶ Ingratæ vrbi.) Cum enim & victimas, & caseum illuc adferret, nimum lucri consequebatur: quod quidem ex magna ingratitudine erat: quo enim pacto huiusce modi res, vrbani haberent, nisi agrestium cura: ¶ Ære. i. pecunia: vt puta quadrantibus vel trientibus. In Cypro primo fuit æris inuentio. Seruius autem rex, primus signauit æs, antea rudi vsos Romæ Timæus tradit. signatum est nota pecudum, vnde & pecunia appellata: author Pli. lib. xxxiij. & lib. xxxiiij. Fœtus. Fœtura. Virgulta. Viburna. Causa. Ratio. Galatea Peculiũ pecunia victima Hostia. Æris inuentio.

ASCENSIVS.

¶ Vrbem, &c.) Aut rustica simplicitate, aut quia in rem suam cõducere putabat, interrogatus de deo, Tityrus locum præscribit: cuius præscriptio potest eatenus ad institutum eius conducere, quatenus vult cõuincere Augustum esse deum: nam sicut de vrde Roma nondum visa, falsam opinionem habuerat, credẽs eam vrbem, licet maximã, censendam, cum cœlum sit: ita de Augusto deceptus erat: credẽs eum quidem principẽ, sed mortalem, cum inter deos sit collocandus. Dicit ergo, O Melibœe, ego stultus & temerarius rerum cẽsor, putaui Romã esse comparabilem Mantuæ: saltem vt catuli comparantur canibus, videlicet grandibus & hœdi matribus: hoc est, capris adultis: verum nulla ferè est comparatio: nam tanto alias vrbeis excedit, quanto cupressi excedunt viburna: quæ sunt humillima virgulta. Ad id Melibœus ignorans quo Tityrus prætendebat, interrumpit sermonẽ eius noua interrogatione, dicens, Et quæ tanta causa fuit tibi videndi Romam: Respondet Tityrus, q̃ libertas quæ candidior, id est munda ab omni inuidentium liuore, illic concessa est: quã Mantuæ nancisci non poterat. Itaque Galateam relinquens animum ad Amaryllida conuerterat: quod & Melibœo innotuerat: vt sequentia docebunt, hoc dicit. ¶ Ordo est. O Melibœe, ego stultus .i. rusticus, & rerum ignarus: aut nimiũ vrbi nostræ studẽs & indulgens, ac concedens: putaui vrbem quam dicunt Romam: aut potius sic: putaui Romam, quam. f. fere omnes mortales dicunt vrbem: cum potius cœlum dici mereatur esse, sup. similem huic nostræ, sup. vrbi: videlicet: quo. i. ad quam nos pastores solemus depellere. i. lacte abducere: hoc est, raptos ab vbere matrum, Venales adigeret aut importare teneros fœtus ouium. i. agnos. Egonoram. i. noueram, ac arbitrabar (est enim imperfecti temporis, a noui, deductum.) catulos esse, sup. sic. i. in tali proportione: sic miles. i. comparabiles: canibus, scilicet magnis: & hœdos. i. teneros fœtus caprarũ esse, supp. similes, sic. i. in tali proportione, in Ordo.

qua Mantuam Romæ similem putaui, matribus. i. capris, seu capellis grandibus: & ego solebam componere. i. conferre ad comparanda sic paruis. i. cum paruis, scilicet rebus, magna, id est res magnas: hoc est, putaui quidem Romam esse maiorem ciuitate nostra: sed tamen comparabilem illi: verum, id est sed: hæc scilicet quam priorem dixi: hoc est, Roma: extulit, id est extra tulit & leuauit: ab extollo: caput, supp. suum inter alias vrbeis: tantum. i. intantum quantum cupressi, id est arbores illæ altissimæ solent, sup. extollere, & efferre caput inter viburna, id est frutices illos humillimos, & maxime depressos: lenta. i. flexibileis & tenellos. Ad hoc addit Melibœus, Et quæ tanta, id est tam efficax causa, fuit tibi videndi, id est vt videre cuperes Romam? vbi ex consuetudine loquentium vtitur: &, non enim copulatiuam, sed continuatiuam vim habet. Respondet autem Tityrus, Libertas, id est vt libere in meis possessionibus viuam, fuit, supple causa: quæ, scilicet libertas: existens candidior, id est fauorabilior, & melior q̃i merueram respexit, quamuis, supp. sera, id est tardatre: spexit tamen, id est miseranter aspexit: time inertem, id est sine arte & industria, in patria vbi nulla libertatis habendæ spes erat immorantem: respexit dico. Postq̃i barba, sup. mea cadebat tondenti, id est eam abradenti, videlicet tonsori (hoc est, postq̃i primam barbam mihi abradi feceram: cum tamen iunior eam libertatem impetrare potuissem.) Nisi forte quod nunc quidem faciunt, tunc quoq; faciebant. vt. f. ad firmiter exequendam rem institutam, constituerit non prius radere barbam q̃i agros suos liberos receperit: & de eorum receptione desperans tam barbam raserit: respexit inquam tamen. i. tandem: aut quantuncũq; sera: tamen respexit, & venit post. i. postea q̃i barbam radere cœperã: multo tẽpore. i. multi tẽporis intercapedine, ac spatio. At postq̃i Amaryllis. i. splendida amica nostra: Romam. i. nitidam: & candidior libertas: habet nos. i. fruitur præsentia mea: & potitur me Galatea. i. amica nostra Mantuana: hoc est, seruitium illud quod fugiebam dum patriæ nostræ amore detentus Mantuæ immorabar, reliquit me. q. d. non potuit tolerare se a me derelinqui: & ita dereliquit me. Nanq; pro quia (ego enim fatebor. f. quod verum est: licet iniquus censear: hoc autem per parenthesim interserit) hoc est, si percunctẽris, cur eam prius dereliquerim: scies quia dum. i. quãdiu, Galatea. i. amor patriæ, aut cõmercium cum amica mea Mantuana: illa rustica tenebat. i. detinebat me: nec spes libertatis, sup. impetrãdę, erat, sup. mihi. nec cura peculi, pro peculiũ: hoc est aliculus proprij boni mihi accumulãdi, sup. erat. Nam quamuis multa victima pinguis. i. plurimus agnus, aut vitulus dignus, quia victima fieret, pro victis hostibus exiret meis septis. i. depelleretur ad vrbem ex meis ouilibus in agro septis. i. sepibus & cratibus munitis. (Verum, vt duplex sensus, ita duplex potest esse expositio. Nam si sensus est: q̃ ex septis suis portaueret, aut egerit in vrbem pingueis agnos, vnde condigne victimę fieri possent, qui satis quadrat, cum sequẽtibus iam habita est exposition. At si diceret, se de ouibus suis sæpe rem sacram feciſſe: vt victor. i. voti cõpos fieret: exponetur quãuis multa victima exiret meis septis. i. quãuis sæpe sacrificium facerẽ de ouibus meis) & quãuis caseus præmeret iam. f. coagulatus (nã mactatis agnis e lacte, caseos premere solent) vrbi ingratæ. i. sumptui & laboribus rusti) eorum, iniquam mercedẽ aut nullam pendenti, & vltro illudenti: tamen, sup. dextra non redibat mihi. i. ad vtilitatẽ meã vnquã domũ existẽs. i. grauis. i. onusta ære. i. pecunia ærea. i. parum, aut nihil lucri ex multo labore referebam. Sed elegantiam sermonis declaremus. ¶ Vrbem quam dicunt.) Vt prænotaui, ordo duplex esse potest: aut, ego putaui vrbem, quã dicunt Romã: aut, Romã, quam dicunt vrbem. cum nõ vrbs, sed cœlum potius censeri debeat: quippe quæ deum contineat, sed vbi deus, illic quoq; cœlum: cum omnium cõsensu in cœlo sedes dei sit. Vrbis autem appellatione, etiam si nomen non adiiceretur, Romam tamen accipi receptum est, vt Fabius lib. vj. edocuit. Sanè ædificia, tatemita q̃ dicemus vrbem cõcremată, & ciuitatẽ illachrymasse. Seruius autẽ ad illud. j. Æneid. Vrbs antiqua fuit: docet vnde vrbis nomẽ deducatur. ¶ Stultus.) Is proprie dicitur, qui cuiuis rei, plus æquo studet: vnde stulti in amoribus, & mercatu dicimur. Fatuus autem, qui plus æquo fatur, appellari potest: quãuis prima syllabæ quantitas non consentiat. ¶ Huic nostræ.) Videlicet Mantuæ. ¶ Quo.) Id est ad quam: vt in regulis patebit. ¶ Teneros fœtus ouium.) i. agnos, per periphrasim, id est descriptionẽ, ¶ Catuli.) Etiam leonum, ac tigrium sunt: catelli duntaxat canum. ¶ Componere.) Id est comparare, eo quod quæ comparare volumus, componimus: vt compositorũ magis elucescat discretio: Vrbs. Stultus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hœdi. feretio: de hoc quoq; videbimus in regulis.ℱ Hœdi.)Sunt autẽ hœdi, teneri fœtus caprarum: sicut agni, ouium: grandiores aũt hœdi, si masculi sunt, hirci appellantur: si fœmellæ, capræ: si coleis capti, hoc est castrati, aut emasculati, capri dicuntur. Agni vero ouium: qui grãdiores, arietes: capti autem, aut castrati, veruices appellantur. Muto autem, quem Galli pro veruece accipiunt mentulam, hoc est membrũ virile, apud Hora. in j. sermo. significat.ℱ Fœtus.)A fouendo deducitur: vnde fœtura, pro toto prouentu, qui fouendo & gignendo speratur, accipi solet. vnde est,

Depello Si fœtura gregẽ suppleuerit, aureus esto.ℱ Depellere.)Est autem depellere, ab lacte disiungere: verum agni, quarto mense ex quo

cupressi nati sunt, a mãmis disiunguntur: hœdi, tertio: porci, secundo: vt sentit Varro.ℱ Cupressi.)Vt notũ est arbores sunt sanè altæ: quæ cypressi dicuntur: sed y in u vertitur, sicut cyminum, & cumi-

Viburna. num.ℱ Viburna.)Sunt autem viburna humillimi frutices, qui in altum non eriguntur: vt genistæ, myricæ.ℱ Quę tanta causa.) Quia magna videtur fuisse, quæ rusticum a Mantua Romã vsq; protraxerit: sanè causa est, quæ nos impingit, atque instigat, seu mouet ad aliquid faciendum. Ratio autem qua vtimur in faciendo, (vt author est Seruius in arte) Videndi Romam, dici posset: & Romæ videndæ, forte magis est eleganter: sed minus concinne: vt in regulis dicam.ℱ Tamen.) (Dicit Land.) i. tandem: sed aliter exposuimus in ordine contexendo.ℱ Sera.)Serum dicimus, quod sero, id est tarde operatur.ℱ Respexit.)Respicere proprie

respicio ad commiserationem pertinet: sicut, Respexit in orationem humilium: Respexit humilitatem ancillæ suæ, &c. tractum ex eo, quod qui miserum inspiciunt, si respiciant, i. iterum inspiciãt, misericordia afficiuntur.ℱ Inertem.)Iners dicitur sine arte: contra,

Iners. solers, totus in arte. Iners autẽ fuit Tityrus, qui tantum distulit Romam visere, cum tamen aliunde spes nulla fuerit libertatis obtinendæ. Magna tamen est beneficij vis, q̃ cum ipse iners fuerit, ipsum tamen libertas respexerit: vnde dicitur ab eo, cãdidior, i. purior: a liuore quã meruerit: hoc est, beneficentior.ℱ Candidior.) Candidum enim dicimus, quod liuorem non habet. i. inuidiæ maculam. Nec construemus, vt sit barba candidior: quia cum nondum trigenarius esset, non verosimile est barbã eius canuisse. Eius autem quod dicetur, Fortunate senex: alia est q̃ plurimi credant sententia: vt illic dicemus.ℱ Longo post tempore.) Post, & ante, ratione excessus, aut mensuræ rectæ, ablatiuum regunt: vt dicam in regulis.ℱ Amaryllis.)Dici potest splendida amicã: nam Amarygma, huius Amarygmatos, splendor dicitur: & Amaryllo, luceo, seu splendeo.ℱ Galatea.)Galatea autem, quasi lactis dea. Nam γάλα. i. hoc Gala, huius Galactos Græce, lac dicitur

Galatea latine, thea autem, dea: verum Græce scribitur γαλατέα, hoc est Galateia, per e diphthongon, sine aspiratione, quod profertur Galatia: & ita scribendum hic puto, Galatea: quia non deam, sed amicam rusticam, hic significat, sumptum autẽ est vocabulum, ab ea nympha quam apud Theocritum Eclo. j. Polyphemus dicitur adamasse: verũ allegoricos, pro Mantua ponitur: sicut Amaryllis pro Roma: quam tem mire vocabulis ipsis decernit poeta: Nam siue Galathea, siue Galatea scribatur, a lacte nomen sumpsit: quod album quidem, sed non splendidum, ac lucidum: itaq; amica rustica, & alba, & dulcis esse potest: sed non splendida, vt vrbana, quam Amaryllis exprimit. Landinus dicit putari, per Galateam, Lydiam intelligi. Reliquit autem Galateam: quia (vt dicit Seneca) Nec regna parem, nec referre Venus potest: itaq; videns se cõtemptam, dereliquit eum: per quod innuit Mantuanorum inuidiam in Virgilium concitatam, q̃ solus agros suos receperatta quo se purgauit Melibœus, dicens: Non equidem inuideo. Mire autem dicit, non q̃ ipse Galateam reliquerit, sed quòd ab ea derelictus sit: cum tamen subiungat: nam dum me Galatea tenebat, & cætera: per quod innuit se eam dereliquisse prius.ℱ Pe-

Pecunia culi.)Pro peculij: quia Cum datur i, bina, iacitur quandoq; suprema. q̃ autem dicit Seruius, pecuniam a peculio dictam, retractat vir nostra ætate doctissimus Philippus Beroaldus dicẽs, Marcus Varro Romanorum doctissimus, qui vocabulorum etymologias acutissime, ac eruditissime perscrutatus est: t radit pecuniam, a pecore nominatam esse, quoniam priscorum diuitiæ in pecore consistebant. Sententiam Varronis confirmat Columella lib. vij. Et Ouidius illo versu, Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est. Plinius autem libro trigesimotertio scribit, Pecuniam fortitam esse nomen, a nota pecudis: quoniam antiquitus numi effigie pecudis signabantur. Hinc Plutarchus adserit in Publicola, in vetustissimis numis signum fuisse ouis, & suis, bouisq;

Peculiũ consp̃ectum. Hæc ille. Landinus autem, Peculium sic definit, Labeo esse id quod seruus domini permissu separatim a domi-

nicis rationibus habet. Sed & domino, peculium esse posse ostendit Celsus: & Castrense peculium esse, quod a parentibus, & cognatis, militiæ acquisiuit. Rusticos, ait audisse Celsus, qui pecuniam, sine peculio, fragilem esse dictitarent: peculium appellantes, quod præsidij causa imponitur: vnde Vlpianus, peculium (ait) dictum, quasi sit pusilla pecunia, siue pusillum patrimonium. Ego (inquit Landinus) puto peculium esse, quicquid nostra industria acquiritur, in quacunq; fortuna simus, seu liberi, seu serui: & id sensisse senes pecuniam sine peculio. i. sine nostro lucro fragilem esse, hæc ille. Sanè peculium, proprie est seruorũ, a pecore dictum: sicut & pecunia, nobilium: vt Festus ait. Et quia serui, a seruando dicti sunt, eo q̃ occidi potuissent in bello, cum seruati sunt: quæcunque acquirunt, dominis acquirunt: præter peculium, quod eis domini permissu proprium est: ideo pecuIiare vocamus, quod cuiq; proprium est, nec cum alijs commune: sed tamen illius labore, atq; industria partum & acquisitum.

Septa ℱ Septis.)Illud autem quod dicit Seruius, Septa sunt loca in campo Martio, & cætera, sic idem Beroaldus examinat. Elegantius & verius explanatum fuisset Maronianum carmen a Seruio, si dixisset, Septa, generali vocabulo significant omnia loca munita, & quodam sepimento vallata: inde stabula, ouilia, bubilia, caprilia, & id genus reliqua, septa nuncupantur. Inde septa in campo Martio, loca inclusa tabulatis, septa dici meruerunt: de quibus Martialis. In septis Mamurra diu, multumq; vagatus. Ausonius in Panegyrico: Passus non septa, non campum. Et Suetonius venationem in septis datam esse testatur. De his sentire videtur & Plinius, sic scribens in. xvj. Trabs in porticibus septorum, a Marco Agrippa relicta. Præterea Marcus Varro, in re rustica, appellat omnia septa, quæ habent inclusa animalia: quæ pascuntur. Vnde ab eodem laudantur septa Fululij Hirpini, septa Pompeij. i. loca, quibus cõclusæ feræ pascebantur. Idem (inquit) intra septa villæ habeas aquam. Apud eundem inscriptio est de septis fundi. A sepio, quod significat munio, hæc dictio deriuatur. Inde septus locus, septa villa, septum tectum nuncupatur. Et apud iurisconsultos, septa accipiuntur pro obijcibus & claustris, quibus vtimur ad impetus fluuiorum coercendos. Præterea apud Lucanum, non est exponendum ouile, pro septis, sicut exponit Seruius. Nam ouile, erat locus in campo Martio, ita peculiariter nuncupatus: de quo hæc Liuius lib. xxvj. Ciuitatis Venturiæ senioribus, datum secreto in ouili, cum his colloquendi tempus. Nam si verum esset id quod tradit Seruius, videlicet Lucanum, ouilia pro septis posuisse: nunquam Liuius tam licenti translatione vsus foret, vt & ipse ouile pro septis poneret: cum poetæ aliter q̃ historici loquantur. Cæterum Lucanus eo modo dixit ouilia, quo Liuius, quo Strabo, qui in. v. referens idem quod Lucanus de crudelitate Syllæ, adeo conuenit cum Lucani verbis, vt alter ab altero accepisse videatur. Strabonis verba hæc sunt: Sylla, alios qui arma proiecerant ad millia tria: vel (vt alij) quatuor in campo Martio, ad ouilia coactos, immissis militibus iugulauit. In eadem significatione accipiendum est apud Iuuenalem in eo versiculo, Antiquo quæ proxima surgit ouili. Hæc Beroaldus.ℱ Multa pinguis victima.)Quid victima & hostia differant, docet Ouidius libro primo fastorum, sic:

Victima Victima quæ cecidit dextra victrice vocatur, Hostibus a domis

Hostia tis hostia nomen habet. Festus tamen vult: hostiam dictam ab hostire, quod est ferire. Addit Landinus, Hostiam a Christianis dici, eucharistiam, id est bonam gratiam, quæ ad deum mittitur, dum res diuina fit: eo q̃ hostis noster & aduersarius diabolus ea victus est: quomodo autem non sint duo epitheta inepte cohærentia, in regulis dicam.ℱ Grauis ære.)i. pecunia minoris pretij: vtpote quadrantibus, aut trientibus: vt vero recitat Manci.

Æs. in Cypro fuit prima æris inuentio. Seruius autem, rex primus signauit æs: antea rudi ære vsos Romæ Timæus tradit. Signatum est nota pecudum: vnde pecunia appellata, author est Plin.

Pecunia libr. xxxiij. &. xxxiiij. Addit Landinus, primos numos æreos fuisse, non aureos, nec argenteos. vnde Ouid. de fastis, Æra dabant olim, melius nunc omen in auro est, Victaq; concessit prisca moneta nouæ. Hinc pecuniam debitam, æs alienum dicimus: & ærarium, locum, vbi publica adseruatur. Credo nunc, si cum vocari. Sed ne in immẽsum crescat opus, præceptiones imperitis de

Regula mus: vnde prima est: Verba tertiæ personæ, in quibus suppositũ cõmune liquido cognoscit, & speciale non exigitur: sine supposito nõ inepte ponuntur. Cuiusmodi sunt verba ad loquelam pertinentia, quorum suppositum generale, homo est: vt hic, Vrbem quã dicunt: videlicet, homines ferè oẽs.ℱ Secunda: aduerbia loca lia a relatiuis, pronomin. deducta, pro ipsis poni possunt: vt, Sunt mihi

mihi loculi: vnde. i. e quib⁹ parũ deprompsi: vrbẽ quò. i. ad quã depellere solemus. In agro moriar: vbi. i. in quo nat⁹ sum.ℱ Tertia est. Plurima verba non repetitis, cum quibus componuntur præpositionib. datiuum regunt, quæ eis repetitis accusatiuum, aut ablatiuum regerent: vt, Infero tibi. i. in te. Appello littori. i. ad littus: & componò tibi. i. tecum: dicam autem, Mantua nõ est cum Roma comparanda, aut componenda: potius q̃ ecõtrario.ℱ Quarta: quamuis pro gerũdis, casum verborum suorum post regentibus: venuste vtamur gerundiuis nominib. cum ipsis casibus e quibus gerundia regi videntur rectis, tamen si concentus, aut cõsuetudo refragetur, gerundijs vteris, vt, Causa videndi Romam: dulcius q̃ videndæ Romæ sonat, vt bonis auribus cõstat. Quando vero relatiuum interuenit, tunc Valla vult necessariam esse per gerundiũ locutionem, qualis est, Ludere quę vellem calamo permisit agresti: vbi ne in prosa quidem dicere liceret, Ludẽdorum eorum quę vellem potestatem fecit.ℱ Quinta, comparatiua, quoties sine casibus suis ponuntur, aut pro absolutis: hoc est, positiuis posita censebuntur, cum excessu tamẽ aut casum generalem subaudiemus: vt, Libertas candidior. i. valde candida: aut candidior q̃ meruerim, cum fuerim iners. Generales autẽ comparatiuorum casus sunt: æquo, opinione, fide, solito, iusto q̃ decet, &c. vt hic iracũdior est, sup. paulo q̃ decet, &c.ℱ Sexta: post & ante, præter accusatiuos quibus deseruire solent, regunt & ablatiuos excessus, aut mensuræ: vt, Veni multo post te, triduo ante regem: ita & hic, Multo post tẽpore venit.ℱ Septima: bina epitheta. i. adiectiua, sine coniunctione media, siquidem integra: & (vt dialectici dicunt) categoreumata sunt: vni subsũtiuo ex eadem parte non cohærebunt: sed pronomina, & nomina numeralia, sustur. Non ergo dicetur, Grauis, honestus homo: sed, Grauis, & honestus. Sicut cõtra bene diceretur, Multi graues viri: quinq; prudentes virgines: & hic, Multa pinguis victima.ℱ Octaua: exeo, & egredior, si ab ex, composita, intelligentur cum ablatiuo: si ab extra, cum accusatiuo construenturt: vt hic Exiret victima sæptis: & paulopost, Neq; seruitio me exire licebat. Sic. ñ. Æneid. Est vrbe egressis tumulus, templumq; vetustum Desertę Cereris. Et apud Flaccũ in sermonibus, Egressum magna me cepit Aricia Roma.

Plurima

SERVIVS.

¶Amarylli.)Vocatiuus græcus est, qui breuis est quotiescunq; nominatiuus in is terminatur: vt Amaryllis, Pieris Horatius, Dulcem quæ strepitum Pieri temperas.ℱ Cui.) Id est in cuius honorẽ.ℱ Sua poma.) Id est ipsius arboris poma propria.ℱ Quid vocares.)Hoc Virgilij personę cõuenit.ℱ Mœsta Amaryllı.) Quæ nemine lætabare poeta.ℱ Cui pẽdere.)Id est tibi: quia laudari a te non meruerunt.

{Mirabar quid mœsta deos Amarylli vocares: Me
Cui pendere sua patereris in arbore poma.
Tityrus hinc aberat. ipsæ te Tityre pinus,
Ipsi te fontes, ipsa hæc arbusta vocabant.
{Quid facerem: neq; seruitio me exire licebat: Ti.
Nec tam præsenteis alibi cognoscere diuos.
Hic illum vidi iuuenem Melibœe: quot annis
Bis senos cui nostra dies altaria fumant:
Hic mihi responsum primus dedit ille petenti:
Pascite, vt ante, boues pueri: submittite tauros.

Plurima sunt huius rei apud doctos exempla: cũ tamẽ qui dunta xat legerint, Verbo cõposito, casum quãdoq; locabis, Quem dat cõponens: vt, Vis exire Penates: putent nõ licere cum ablatiuo dicere, Exeo domo: egredior templo, &c.ℱ Nona: omnis dictio plenitudinem, vacuitatem, diuitias, vel inopiam connotans, regit id circa quod versatur in genitiuo vel ablatiuo: sed in ablatiuo omnis, in genitiuo autẽ hæ præcipue: Diues, inops: pauper, locuples: dis, plenus, abundãs, & refertus nomẽ. Bene ergo dicitur, Grauis ære.ℱ Decima: licet præteritum imperfectũ in quarta cõiugatione, e longam, ante bam & bar effligitet, tamen eo, & queo, & quedam alia quę futurũ indicatiui in bo & in bor mittere leguntˌ, ipsam deponunt: vnde, non iebã, sed ibam: vt hic, Redibat, dices: sic lenibã, polibã: operibar, legimus formata. Notũ aũt est, q̃ domus more propriorũ, cum verbo, vel participio, sine prepositione cõstrui soleat: vnde dicitur hic, Redibat domum. Et apud Ouidium etiam pluraliter: Quo ruitis? Vestras quisq; redite domos.

PIERIVS.

¶Teneros depellere fœtus.) In Oblongo quidem codi. fœtus, cum œ diphthongo scribitur. In reliquis, fetus, absq; diphthongo. Sed enim numisinata, fœtus, per œ scribendum monẽt, dum quæ inde vocabula deducuntur, fœcundus, fœcunditas, & similia per œ scripta nobis ostendunt. Vt in Faustina: Aug. Fœcund. Augustę. & ita in reliquis. Phrasis vero hęc, Varroniana est, apud quem legas in libro de re rustica. Cum depulsi sunt agni a matribus, adhibenda diligentia est, ne desiderio senescant.ℱ Sic matribus hœdos.)In antiqs plerisq; codicibus, Hędos, per æ diphthon Hœdus gum habetur. Sed vlus œ recepit. Quod vero paulopost ait Tityrus, Sic paruis componere magna solebam: præceptũ est M. Tullij Cice. de optimo genere dicendi. sic adferentis. Parua enim magnis sæpe rectissime conferuntur: quod dictum volui, vt intelligas quod ait Seruius, Genus hoc argumentationis & apud Aristoteles, & apud M. Tullium Ciceronem inueniri.ℱ Galatea reliquit.)In codicibus plerisq; veteribus, Galathea per th scriptum est, quod imperite ἀπὸ τῆς θεᾶς, deduci nomen arbitrarentur. Græce vero γαλάτεια est, cuius ε, pene vltimam diphthongum in e longum transire apud Latinos, ex Terentiano, & alijs satis cõstat: vt μήδεια Medea, αἰνείας Æneas.

Repetit hoc ascẽsius.

Romæ.ℱ Diuos.)Per hos nõ solum Augustum, sed Asinium Pollionem, & Varum, aliosq; sibi propitios, accipit.ℱ Hic.) In vrbe Roma.ℱ Illum iuuenem, &c. Hic.)In vrbe Roma.ℱ Submittite.)Iugo, scilicet arandum.

ASCENSIVS.

¶Mirabar.)Melibœus intelligens Tityrum aliquãdo Galateæ amorib, intentum, in agro immoratum, & innuẽs se Amaryllidis non mediocrem habuisse notitiam (vnde per apostrophen, id est conuersionem sermonis, ad absentem & familiarem eius collocutionem: adfatur sic Amaryllida. Amaryllı, ego mirabar, ad quid mœsta esses, & deos inuocares: sed nunc scio, quia Tityri absentiam ægerrime tulisti, ad cuius aduentum, seruasti ei mala recentia: & ideo paulopost, Tityrus hinc aberat: cum vero abesses Tityre (Conuertit enim sermonem ad Tityrum) ipse te Tityre pinus, id est maximi quiq;: ipsi te fontes. i. mediocres: ipsa hæc arbusta. i. minimi etiam vocabant, Respondet Tityrus, Quid facerem Melibœe? q. d. id mihi incertum erat: nam sciebam me hic quidem a vobis desiderari, sed Romæ esse conueniebat: nam quandiu Mantuæ essem, non poteram libertatem agrorum impetrare, vnde immorari non expediebat: nec tam faustos intercessores, aut beneficij collatores alibi q̃ Romæ cõperire, vnde illic esse cõueniebat. Nam hic illum vidi iuuenem qui agrorum recipiendi potestatẽ fecit, hoc dicit.ℱ Ordo au Ordo. sta: vocares. i. inuocares: deos. i. auxilio deorũ (vnde & notus author dicit in Psal. Ad dominũ cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me, &c.)& mirabar cui. i. ad cuius gratiã, honorem, aut vtilitatem, tu patereris poma. i. quosuis arborum fructus, corticẽ mollem habentes: pẽdere. i. suspensa imm orari, q̃uis matura essent: in sua. i. propria, & natiua arbore, vt. f. recentia manerẽt: sed, sup.

nunc

Universidad de Deusto Biblioteca

nunc scio, quia paulopost: Tityrus aberat hinc.i.a nobis.s.Mantuanis.(Et hoc quidem intelligendo per Melibœum qui hoc dicit, Virum Mantuanum. Nam si Romanum intellexeris, sensus esset: sed iam scio, quia Tityrus aberat hinc.i.a loco in quo ambo eramus: hoc est, a Roma: verum, quia in principio manifeste intelligitur Mantuanus, & non cogimur alium intelligere, pergamus vt cœpimus.) q.d. ex quo Tityrus paulopost ad te venit, facile perspicere possem ꝙ illius præsentiam desiderabas, & illi mala reseruabas: quo verbo innuit Tityrum.i.Virgilium, Romanis charum esse. Deinde conuerso sermone ad Tityrum dicit o Tityre, cum, sup. abesses, ipsæ pinus.i.altissimæ arbores, in cacuminib. montium nascentes: ipsi fontes in decliuo ferè montium scatentes: & ipsa arbusta.i.loca arborib. vitiferis consita.i.omnia genera locorum, ac hominum, vocabant te. Respondet Tityrus. q.d. sciebam quidem, ꝙ ea omnia me vocarent: sed dubitabam, quid facerem.i.facere deberem Tityre: præscribe. aut sic, quid facerem.i.facere tunc debebam.q.d. non aliud scio. Aut potissimũ sic, quid facerem. sup. apud Galateã? q.d. non videbam: enim, pro quia: neque licebat me exire seruitio.i.iugo duro, quod Arrius, cæteriq; agrorum nostrorũ incubatores imponebant. sup. quandiu Mantuæ agerem: nec, supp. licebat.i.permittebatur: cognoscere alibi.s.q̃ Romæ: diuos.i.heroas, ac principes viros, more diuorum clementer opem ferentes: tam præsentes.i.tam cito, & tam fauorabiliter auxiliantes. Et ideo, sup. contuli me Romam. vnde, O Melibœe, ego vidi hic.i.Romæ, illum, hoc est nobilissimum, & præclarissimum iuuenem, videlicet Augustum Cæsarẽ: cui.i.ad cuius honorem: altaria nostra.i.in honorem eius, a nobis cõstructa: fumant quotannis.i.singulis annis: bissenos.i.duodenos.i.singulis annis duodecim dies, hoc est singulis mensib. vnum diem, videlicet calendarum, aut iduum, secundum Ser. Ille.s.pręclarissimus iuuenis Augustus: dedit hic.i.Romę: primus .i.ante omneis alios: mihi petenti.i.efflagitanti: respõsum.s.iuxta votũ, videlicet, o pueri, pascite boues, sup. vestras: vt.i.quemadmodum, sup. pauistis: ante.i.priusq̃ agri vestri ablati essent: & submittite.i.sursum, aut susum, ad generationem faciẽdam mittite tauros.i.masculos vaccarũ: aut submittite.i.domate ad arandum: tauros.i.præstantissimos boues. Mirabar, quid mœsta, &c. Egregia & artificiosa laus, & commendatio poetæ: egregia quidem, qui ad excellentem musicum pertinet, ita amari, vt ob eius absentiam quasi desperatis rebus, deos inuoces. Artificiosa vero, quia licet per Amaryllida Romam allegoricos intelligas, tamen quia verba de amica Tityri sonant: nõ se expresse Romanis omnibus, sed soli Amaryllidi suæ tam dilectum significat. Notãdum

Sua. *Poma.*

autem est, quod tunc quoque in aduersitatib. deos inuocabant. Sua, ablatiui casus est. Itaq; non dices, sua poma: sed, in sua arbore: nec ponitur reciproce, sed pro eo quod est debita, ac propria videlicet natiua. Mancinel. dicit, per poma, cuncta bona, etiam arua intelligi: & pendere in sua arbore.i.salua esse: sed non placet, quia dura esset transumptio, & minus quadrans sententia: nam notum est, quòd amatores amatis, poma mittere soleant. vnde Eclo.iij. Quod potui, puero syluestri ex arbore lecta Aurea mala decem misi: cras altera mittã. Sunt autem poma, omnes fructus arborum, quorum cortices duri non sunt: vt mala, pira, cerasa. Per poma, Landinus vult allegorice intelligi, facta Romanorum a Virgilio celebranda: sed nescio, an id rustico conueniat de Virgilio sentire. Ipsę te pinus (secundum Manci.) Omnia simpliciter ac rustice intelligenda sunt: plus tamen sententiæ esset, si per pinos, summi: per fonteis, medij: per arbusta, infimi intelligantur.

Arbusta

Nam pinus, in summis locis ferè nascunt, fontes ad mediũ montium sæpe scatent. Arbusta autem dicuntur, loca arboribus vitiferis consita. Seneca epist. lxxxvij. Illud etiam vidi, vitem ex arbusto suo annosam transferri. Et Columel. lib. iij. de arbustis, sic ait: Arbustum inter quadragenos pedes dispositum esse conuenit: sic enim & ipsę arbores, & appositæ vites, melius conualescunt,

Ipse.

fructumq; meliorem dabunt. Ipse autem, & ille, & iste, secundum bonos grammaticos, in fœminino non habet vltimã diphthongatam, sed diphthongatæ similem.

Presens

Præsentes (inquit Manci.) i. propitios. sed manifestũ, ꝙ præsens dicitur, quod quia nõ abest, cito operatur, aut bonum, aut malum: vnde numina, dicuntur

Venena præsentia.

præsentia quæ cito auxiliantur, & iuuant: & venena præsentia quæ cito necant, quasi præsentes vires, nec aliunde colligendas habentia. Diui (secundum quosdam) id proprie à deo differunt,

Diuus.

ꝙ diui cœperint, deus æternus sit. Vnde imperatores summos, gentilitas diuos: & nos sanctos, aliquando diuos vocamus: intelligit autem nõ solum Augustum, sed etiam Pollionem, Varum, Gallum, & cæteros heroas fautores suos. Hic illum vidi, &c. hic completum est hyperbaton. nam tandem ad interrogata respõdet: quis.s.fuerit deus: cui sacrificaturum se dixerat Tityrus: dicit enim ꝙ Augustus Cæsar abs quo libertatem receperat: vnde hic dicit, & singulis annis: duodecim dies totos, illi sacrificium facturus est: exponens, videlicet illud, Illius aram Sæpe tener nostris ab ouilib. imbuet agnus, Nam si percuncteris: quoties? Respondebit & duodecies singulis annis: vnde dicit quotãnis bissenos, cui nostra dies altaria fumant. Illum iuuenem: emphaticœ̃s dicit. nam (vt dixi) ille ad nobilitatem pertinet: significat autem Octauium Augustum: quem imperiti Octauianum vocant, sumentes deriuatiuum pro principali: hunc autem in fine.j.Geor. etiam sic vocat, dicens: Hunc saltem euerso iuuenem succurrere seclo, Ne prohibete &c. Et similiter Florus dicens, Prima ciuilium motuum causa testamentum Cæsaris fuit: cuius secundus hæres Marcus Antonius, prælatum sibi Octauium, furens inexpiabile, cõtra adoptionem acerrimi iuuenis susceperat bellum,

Octaui' Augustus. Iuuenis

cum intra.xviij. annos tenerum, & obnoxium, & opportunum, iniuriæ iuuenem videret. Cice. autem Philippica. iiij. ait: Laudo, laudo vos Quirites cum grauissimis animis prosequimini, nomen clarissimi adolescẽtis, vel pueri potius. Sunt enim facta eius immortalitatis non ætatis. Idem Philippica. v. Quis populo Romano obtulit hunc diuinum adolescentem? Deus. Non ab re igitur, Maro, iuuenem appellauit: quamuis nonnunquam puer appellatus sit. Ægerrime autem tulit se puerum appellari. vnde Sueto. tit, de secta optimatum, per eum deserta, dicta, factaq; quorundam calumniatus, quasi alij se puerum: alij ornandum, tollendumq; iactassent. vbi aureus interpres Beroald. ¶ Alij se puerum,

Octaui' Puer appellat.

&c.) Vt Marcus Brutus, qui in epistolis puerum appellat Augustum, & vix virum, his verbis. Et nunc puerum istum extulit, vt tu iudicares, precibus esse impetrandam salutem talibus viris, misericordiaq; vnius, & vix nunc viri tutos, fore nos, haud alia re. Alij ornandum: vt Mar. Tul. qui in Philippicis decernit Cæsarem ornandum amplissimis honoribus, & formulam decreti cõficit, atque se habere cognitos omnes sensus adolescentis: nihilq; illi esse repub. charius: nihil senatus authoritate grauius: nihil vera gloria dulcius. Sed cum mox Augustus, mutata voluntate, coniunxisset se cum Mar. Anto. Exclamat Cicero, O me nunquã sapientem: & aliquando in quod non erat frustra existimatum: quantum te popule Romane: & me fefellit opinio? Ego rempublicam fefelli, cum te Iunonium puerum, & matris tuæ partum aureum esse dixi. Hæc ille. Quotannis componitur sicut quotidie, quasi quoq; anno, & quoque die: non enim dicimus omni quinquagesimo anno, sed qnquagesimo quoq; anno iubileus est: sed quia quottidie primam producit, scribi solet gemino t, sicut quattuor, quod tamẽ Ennius corripit. ¶ Bis senos.) id est singulis annis duodecim. Nam numerale est eius formæ, quam distributiuam vocant: vnde a semel, singuli: a bis, bini: a ter, terni: a quater, quaterni: a quinquies, quini: ita a sexies, seni deducuntur. ¶ Altaria fumant.) Fumant autem altaria, postq̃ sacrificia incensa sunt. In assentationem autem Cæsaris, bissenos dicit. Nam Iulius annum in duodecim menseis redegit. Primus dedit summæ liberalitatis indicium, quia primus, atq; acceptissime, quia petenti: nam nihil acceptum confertur in nolentes accipere, licet aliquando gratum.i.vtile sit. ¶ Pascite pueri.) Atqui dictum

Pueri.

est, non decere ad vnum pluratiue loqui: id verum est: neq; hic ad vnum loquitur, sed ad Tityrum, & bubulcos eius, quos pueros, beneuolentiæ gratia, vocat, non ætatis: nam pueri ferè dicuntur, respectu patrisfamilias. Vnde est: Suscepit Israel puerum suum &c.

Submitto.

¶ Submitti. tauros.) Duplex expositio: aut, submittite iugo.s.ad arandum, hoc est domate, & subiugate tauros.i.validiores iuuencos, vt Mancinellus & Landinus exponunt: aut (vt est prior Landini expositio) Submittite.i.supermittite: vt sit a sursum, antiqua præpositione: sic alibi, Quantum vere nouo florẽs se subijcit alnus.i.sursum, aut susum agit. Ergo submittite tauros.i.date operam vt tauri saliant super vaccas, ad nouam fœturam comparandam. Hęc ille. Quarum expositionum prior mihi videtur & honestior, & loco conuenientior: honestior quidem, quia honestior est aratio, q̃ talis propagatio. Conuenientior autem, quia Melibœus infert, Ergo tua rura manebũt. Vtraq; tamẽ sustineri posset: vt in sequenti lectione dicturus sum. Præmissis more quem in Bucolicis seruare cõstitui, puerilibus regulis. Prima est: quanta est vltima nominatiui in s literã finiti, tãta est vltima vocatiui etiam ea ablata: vt Pallas, Pallados, Palla: Amaryllis,

Regul.

Amarylli, in vtroq; casu vltima breuis est: Æneas, Ænea: Anchises, Anchise: Vlysses, Vlysse: Pallas, Pallantis, Palla: Orpheus, Orpheu, in vtroq; casu longa est, Secũda: Omnis dictio cõmodum, aut

aut incommodum notans, datiuum cui regit: vt, Cui pendere sua, &c. Tertia: Omne verbum cuiuscunq; significationis regere potest tempus responsibile, ad quandudum, aut quandiu, in accusatiuo vel in ablatiuo: sed in accusatiuo potius, si sit continuũ tempus: sed quando, & intra quod, in ablatiuo tantum sine præpositione. Exemplum primi: vt, Quandiu fumabunt altaria? Bissenos dies.q.d. continuos. Secundi: vt, Quando fumabunt? Quot annis. Tertij, quanto tempore absoluit Virgilius Bucolica? Triẽnio. Dixi in accusatiuo potius, si sit tempus continuum. nam licet id Valla & Nestor negent: illis tamen responsum est in expositione nostra in Valleñ. vbi cum tota latine loquentium manu Festum & Seruium sequimur. Nam quod Valla in argumentum adfert, ad probandum non significari tempus continuum, eo ꝙ nota continuitatis adijci soleat vt.j. Æneid. Hic iam tercentum totos regnabitur annos, Gente sub Hectorea, &c. etiam imperiti purgare norunt per illud authoris sui verbum. Æquiualens geminis harum si iungitur vni, Dictio, pro reliqua tantummodo debet haberi. Interest ergo, an dicas: hunc diem tecum ero an hodie: nam priori modo, totum diem etiam continuum significas: posteriori, quamuis diei partem: vnde & eleganter dicetur, Nunquam hodie effugies, veniam quocunq; vocaris. & Nunquam omnes hodie moriemur inulti. quod & in Eunucho leges, Quasi huius diei multę sint partes. Cum ergo dicitur. vj. Ænei. Noctes, atq; dies patet atri ianua ditis: continuum nimirum tempus significatur. Dixi in regula, Sed quãdo, & Intra quod tempus: vbi minus periti dicere solent, Infra quod: sicut, Infra paucos dies expugnatum est oppidum: cum dicere debeant, Intra paucos dies, &c. Quarta regula est: nomina numeralia, quæ distributiua vocantur, licet abusiue citra distributionem posita legantur, proprie tamen distributiue ponentur: idq; in pluratiuo numero, cũ vnius non sit distributio: quia ergo in singulis annis, duodecim sunt menses: & singulis mensibus, vnum diem Augusto dicare constituit: bene dicit, Bissenos dies. Valla autem docet peculiare, ac proprium esse dictionibus singulari carentibus, vt citra distributionem cum distributiuis ponantur: vnde binas literas dedi puero meo ad te: pro eo quod est, duas epistolas, etiam alij dici prædicant: verum qui argutius Ciceronem legerunt, dicunt: etiam distributionem notandam, cum se, Binas literas dedisse, dicit. Ea autem numeralia, siquis forte ignoret, sunt: singuli, bini, terni, quaterni, quini, seni, septeni, octeni, (aut potius octoni,) noueni (nam nonus, ordinis est.) deni, vndeni, duodeni, ternideni, quaternideni, quinideni, senideni (vel deniquaterni, deniquini, deniseni) denisepteni, deniocteni, deninoueni, viceni, vicenisinguli, vicenibini, viceniterni: vel singuli & viceni, bini & viceni, &c. Post enim viginti, & ante centum, hoc est intra viginti & centum, si intercedat coniunctio, minor numerus præcedit. Non ergo dices, viceni & singuli, sed singuli & viceni. Et licet dicamus viginti: tamen quia hęc numeralia ab aduerbijs formantur, & vicies, ac tricies, non viginties, nec triginties, dicimus: ideo dicentur, viceni, triceni, quadrageni, quinquageni, sexageni, septuageni, octogeni (nõ octuageni) nonageni, centeni, & milleni, pro masculinis generib. pro fœmininis autẽ exibũt in æ; & pro neutris, in a. Item a nouem, fit nouies, vnde & noueni: sed finem facio.

Octogeni.

PIERIVS.

¶ In arbore poma.) In Romano codice, mala, nõ poma, legitur: altera vero manu, poma, adscriptum est: & in altero satis antiquo abrasa est tota dictio: &, poma, scriptum altera manu. Vtrũ malueris admittere tantundem est. Poma tamen numerosius videtur, atque ob vocalium varietatem, & ob literæ sonoritatem gratius. ¶ Hic illum vidi iuuenem Melibœe, quotannis.) Multi, quotannis, vna dictione scribendum contendunt. In antiquis tamen omnibus exemplaribus, quotquot versare contigit, quot annis, distincte scribitur, idq; plurimũ in marmoribus & tabulis æneis, vt alibi ostensum. ¶ Hic mihi responsum primus dedit.) In cod. Long. primum, habetur: sed, primus dedit responsum, magis Seruio videtur facere satis.

quotannis.

SERVIVS.

Fortunate senex, ergo tua rura manebunt: *Me.*
Et tibi magna satis: quamuis lapis omnia nudus,
Limosoq; palus obducat pascua iunco.
Non insueta graueis tentabunt pabula fœtas:
Nec mala vicini pecoris contagia lædent.
Fortunate senex, hic inter flumina nota,
Et fonteis sacros, frigus captabis opacum.
Hinc tibi, quæ semper vicino ab limite sepes
Hyblæis apibus florem depasta salicti,
Sæpe leui somnum suadebit inire susurro.
Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.
Nec tamen interea raucæ, tua cura, palumbes,
Nec gemere aeria cessabit turtur ab vlmo.
Ante leueis ergo pascentur in æthere cerui: *Ti.*
Et freta destituent nudos in littore pisces:
Ante, pererratis amborum finibus exul,
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim:
Quàm nostro illius labatur pectore vultus.

¶ Fortunate senex.) Non ad ætatem Virgilij refert, sed ad fortunatum futurum, præsago vsus est verbo. ¶ Et tibi magna satis.) Ordo est, Magna satis pascua, subauditur erunt. ¶ Quãuis lapis.) Quamuis mons sit & lacus. Nam a monte vsq; ad lacum, & inde vsq; ad arborem quandã fuerat possessio ei donata. ¶ Palus.) Id est ęquor. ¶ Obducat) Tegat. ¶ Iunco.) Fœno. ¶ Limoso.) Flumine Minsij. ¶ Graueis.) Fœtas accusatiuus pluralis, quasi graues, id est grauidas.s.non enixas. ¶ Contagia lædent.) Morbi vel pestilentiæ corrumpent: vnde cõtingit vt vna aliquo morbo moriente, omnes, idem morbus, corruptas interimat. Dicit ergo, quòd nec insolita pascua tentaturæ sunt pecudes: nec ex alicui' infirmitate corrumpendæ. ¶ Hic inter flumina.) Inter Padum. & Mincium, vbi nutritus es vel cognitus. ¶ Nota.) Chara. ¶ Fontes sacros.) Quia omnibus aquis nymphæ sunt præsidentes. ¶ Frigus opacum.) Quia æstiuo tempore sub vmbra fit frigus. Opacum autem, vtrũ pro opacis locis, incertum est: an pro non valde frigidum. Nam vnum frigus est hyeme: alterum quo refrigeramur æstate. ¶ Ab limite.) Limes, est agri terminus. ¶ Sepes.) Subaudi fiet. ¶ Hybleis) Hybla vel Hyble oppidum est Siciliæ, quod nunc Megara dicitur: vel locus in Attica, vbi optimum mel nascitur. & posuit speciem pro genere. ¶ Depasta florem.) Depastum florẽ habens. Hypallage. ¶ Salicti.) Virgulti genus, dictum eo ꝙ salit & surgit cito. ¶ Leui susurro.) Dulci murmure. Hic vocat rusticum ad dulcia, quæ sunt in rebus quibus delectatur. ¶ Somnũ inire.) Id est dormire, vel carpere. ¶ Frondator.) Id est rusticus: vel quod animal frondibus vescitur. Nam tria genera sunt frondatorum. Frondator, qui arbores amputat, & qui frondibus manipulos facit hyemis tempore animalibus ad pastum offerendos: & qui manibus, vitiũ folia auellit, quo ardor Solis vuam maturiorẽ reddat. aut auis quæ in frondibus habitat, & his vescitur, vel etiam palumbes quæ in frondibus nidificant. ¶ Ad auras.) Id est in die. ¶ Raucæ.) βραγχώδης. ¶ Palũbes.) Columbæ, quas vulgus tetas vocat: & nõ dicuntur latine: sed multorum authoritas latinũ facit. Cicero in elegia, quę Talemastis inscribit, Iam mare Thyrrhenũ longe, penitusq; palũbes, Reliquit. ¶ Gemere.) Canere. ꝓprie tñ dicit de turture. ¶ Turtur.) Et masculino & fœminino genere inuenit: Vt hic: Aeria turtur cessabit. Et Plaut. in Mostell. Tu tibi istos habeas turtures. ¶ Ab vlmo.) Vlm', lignũ est sub quo vinea fit. ¶ In æthere cerui.) Id est auium more ante cerui volabunt, & pisces sine aqua viuent: hoc est, ante rerũ natura mutabit, q̃ nos Cæsarẽ possimus obliuisci. ¶ Freta.) Maria a feruore dicta. ¶ Destituent.) Id est derelinquẽt. ¶ Pererratis.) Lustratis, vel errore confusis. ¶ Amborum.) Id est Germanorũ & Parthorum. ¶ Exul.) Id est Parthus & Germanus, Cæsar scilicet, quo duce, Germanis, & Parthis victis, milites Ararim Germanię flumẽ biberũt. ¶ Illius.) Id est Augusti Cæsaris. ¶ Labatur.) Respuatur, vel obliuioni tradat. ¶ Ararim.) Arar fluuius Gallię, fluẽs in flumẽ Rhodanum. ¶ Tigris.) Armeniæ fluuius influens Persicum sinũ. Itaq; per Tigrim & Ararim vult diuersa loca inter se significare. Dicit enim, prius Parthum ex Arare bibiturũ, & Germanum ex Tigri, q̃ sibi obliuionem futuram non amissi agri Cæsaris beneficio.

MANCINELLVS.

¶ Senex.) Cũ senex eris: quod aliter Prob. inquit. ¶ Ergo.) Quia respondit ille, Pascite, vt ante, boues, &c. ¶ Et tibi mag. satis.) Ordo est & manebunt pascua satis magna tibi: quamuis obducat.i. circundet

Universidad de Deusto
Biblioteca

circundet omnia, nudus lapis, & palus, cum iunco limoso: Horū autem camporum situm, leges etiam in Eclo. ix. ibi: Certe equidem audieram, &c. (¶ Obducat.) i. circundet. Ob enim, aliquando ponitur pro circum, vt etiam Fest. ait: vt cum dicimus, Vrbē obsideri aliquando pro propter: vt, Ob merita, Ob superatos hosteis. vnde obsides, pro obfides: nam ob fidem patriæ præstandam, dantur. (¶ Non inuseta.) Ordo est: Pabula insueta: non tentabunt graues fœtas. (¶ Non ten.) i. non corrumpent: vel non variabunt lanam agnis, in vtero grauidarum manentib. Ait enim Pli. lib. viij. de arietibus scribens. Et mutatio aquarum, potusq; variat. Id autem Pli. accepisse videtur a Varrone. Is enim lib. ij. de ouibus, sic ait: Quandiu admissura fit, eadem aqua vti oportet, & commutatio & lanam facit variam: corrumpit etiā & vterum, Tentare autem, pro corrumpere Plin. etiam lib. xxiiij. vtitur, de salicum natura, inquiens: Caput tentant vini modo. (¶ Graueis fœ.) i. grauidas oueis: graueis autem adiecit, quoniam fœta dicitur, tam quę prægnans est, q̄m quæ peperit. (¶ Conta.) Scabiem intelligit. Contagium vetat Festus, tu vero leges: Gel. enim lib. xij. ait, Periculum etiam venenum & cōtagium. Seneca quoq; epi. xiij. inquit: Quid est cp trepident? cp cōtagium quoq; mei timeant? Contagio etiā, & contages, inuenitur. Iuue. Dedit hanc contagio labem. Lucre. lib. iij. Quæ contage sua palloribus omnia pingunt. Dicitur autem contagio, a contingo: morbus qui polluit quicquid tangit. Columel. autem lib. vij. cap. v. scribit: Oues frequentius: q̄m vllum aliud animal infestari scabie: esseq; illic occurrendum, ne tota progenies coinquineturnam cum & alia pecora, tum præcipue oues contagione vexantur. (¶ Inter flu. nota.) Padū & Mincium: nam (vt etiam Prob. adserit) Mincius prætersluit Mantuā: effluit autem (authore Strabone lib. iij.) a lacu Benaco, qui ex alpibus oritur. (¶ Fonteis sacros.) Propter Naiadū numina, sacros fonteis appellat. (¶ Hinc tibi, quæ semper,) Ordo est: hinc vicino ab limite sepes quæ semper depasta, i. depastum habet apibus Hyblæis, salicti florem, sæpe leui susurro suadebit tibi inire somnū. (¶ Limi.) Limes in agris: nunc terminus, nunc viæ transuersæ: author est Festus. (¶ Hyblæis apib.) Dorienses Megaram condiderunt: cum prius Hybla vocaretur: vt Strab. edocet. lib. vj. de Sicilia loquens. Mella etiam inter Sicilię vrbes, Hyblam nominat. ibi autem mellis optimi copia: propterea, Hybleas apeis appellauit. (¶ Florem salicti.) Ceras ex omnium arborum, satorumque floribus confingunt apes, excepta rumice, & cenopide. herbarum hęc genera, author Pli. lib. xj. Est autem salictum, salicum locus & copia. (¶ Inire.) Incipere. (¶ Leuisusur.) Paruo murmure, est autem nomen a sono fictum, per onomatopeian. (¶ Suadebit.) Hortabitur. (¶ Alta sub rupe.) i. in alta rupe. (¶ Frondator.) Columel. scribit lib. vij. a calendis Iulijs in calendas Nouembris, tota æstate: & deinde autumno, boues satiandos fronde. Probaturq; maxime (inquit) Vlmea, post fraxinea, & ab hac populea, Vltima sunt iligna, & querna, & laurea. (¶ Ad auras.) i. sublimi voce. (¶ Geneare.) Videtur enim turturis, & palumbium vox, gemitus esse, potius q̄m cantus. (¶ Aeria.) Non aeria turtur: sed, vlmo aeria. i. alta. (¶ Ante le.) Idem ad Battarum quoq; dixerat, Dulcia, amara prius fient: & mollia, dura: Candida, nigra oculi cernent: & dextera, læua: Migrabunt casus aliena in corpora rerum, Quam tua de nostris emigret cura medullis, Gaudia semper enim tua me meminisse licebit. Ergo, cum tot voluptatibus frui possim beneficio Cæsaris: ante q̄ eius obliuiscerer, omnia naturæ cōtraria fierent. (¶ Ante pererratis.) Ordo est: ante q̄ illius vultus nostro pectore labatur, aut Parthus exul bibet Ararim: aut Germania bibet Tygrim, pererratis amborum finibus. i. mutatis, vt. f. Araris Parthiam adeat. Tygris vero Germaniam. Exul, Parthus. Parthorū imperium, Orientis erat: vt Trogus ait lib. xl. Scytharum exules fuerant, quod etiam ipsorum vocabulo manifestatur: nam Scythico sermone, exules, Parthi dicuntur: quare exul, ad Parthum solummodo, non etiam ad Germaniam refertur. (¶ Ararim.) Araris (Pli. teste lib. iiij. cap. v.) fluuius est in Gallia Narbonensi: & (vt author est Strabo lib. ij.) vbi Arar amnis, Rhodano cōmiscetur, Lugdunum in colle conditum est. Labitur præterea ex Alpibus. (¶ Germania.) Est autem vicina Galliæ, vt ostendemus. Germania (vt scribit Tacitus) omnis a Gallis, Rhetijsq; & Pannonijs, Rheno, & Danubio fluminibus a Sarmatis, Dacisq; mutuo motu, aut montibus separatur: cætera Oceanus ambit latus sinus, & insularum immensa spatia complectens. (¶ Tigrim.) Oritur Tygris in regione Armeniæ maioris, fonte conspicuo in planicie: a celeritate autem, Tygris dicitur. Ita enim appellant Medi, sagittam: author Pli. lib. vj. Est præterea Armeniæ iuncta Parthia. Iuue. saty. vj. Instantem regi Armenio, Parthoq; cometem.

ASCENSIVS.

¶ Fortunate senex, &c.) Quia Tityrus dixit, sibi ab Augusto deo dictum Submittite tauros. quod siue ad arationem, siue ad generationem pertinet: stabilem, & diuturnam, promittit Tityro possessionem. Nam Augustus non iuberet, ad arandum domari tauros, si censeret aliquando agros iterum auferendos: nec iuberet agros arari, si putaret fruges ab alijs possidendas: quod sibi contigisse queritur Meliboeus, dicens, Impius hæc tam culta noualia miles habebit: Barbarus has segetes? en quis conseuimus agros, &c. Nec iuberet tauros ad generationem submitti, si alij vitulos ablaturi essent: quia ergo stabilem promisit possessionem: visa est Meliboeo consequens illatio, quam pauci hactenus etiam periti animaduerterunt: qui videlicet in senium vsque fortunatus esset, ac agros suos possessurus: non ergo dicit, eum nunc senem, vt quidam putant: sed fore quasi subaudiatur, etiam, vt sit, fortunate etiam senex: aut potius, future senex: vt sit, senex fortunate future: quia tua rura manebunt. Et si forte Tityrus dicat, parum est Meliboeæ quod possideo, occurrit Meliboeus. ¶ Et tibi mag. sa. &c.) Hoc est, satis pascuorum habes: & ea tuta a contagione pecoris infecti: & deliciosa: quia inter frondeis & fonteis. Ad quæ Tityrus: quia ergo (inquit) tanta est diui Augusti in me beneficentia, tota rerum natura prius mutabitur q̄m illius obliuiscar. ¶ Ordo est. Ergo: quia id tibi dictum est ab Augusto, qui potest, quæ dixit perficere, O Tityre, fortunate etiam senex: aut fortunate senex future, rura. i. arua tua, manebunt tua (bis enim ponitur, tua.) i. in possessione, & ditione tua: & supp. arua: aut ab eo quod sequitur: pascua manebūt tibi satis magna: quamuis lapis nudus. i. nulla re tectus, aut obsitus. obducat. i. circundet omnia pascua: & quamuis palus. i. lacus palustris: obducat. i. circundet, aut obsideat omnia pascua tua: iunco limoso. i. herba a iungendo dicta: eo cp sine internodijs iungitur: pabula, id est nutrimenta, herbacea insueta non tentabunt, id est molestijs non adficient propter innouationem: aut non corrumpent tentando fœtas, id est oues fœcundas: grauceis. i. grauidas. & prægnantes: nec contagia. i. cōtactiones: mala. i. nociua & infectiua: pecoris vicini: lædent, sup. pecus tuum: aut fœtas tuas: senex fortunate. i. o Tityre, qui futurus es senex fortunatus: tu captabis id est frequenter & delicate capies: hic, id est hoc loco, ne molestum sit proficisci: inter flumina, scilicet Padum & Mincium: nosta. i. d est chara & consueta: inter fonteis sacros. f. Naiadibus, hoc est, fontium nymphis consecratos: aut quos Musis tuis consecrasti: frigus opacum. i. refrigerium: sub tegmine arborum denso & opaco. Sepes. i. munitio ex virgultis salicum, inter se sæptis & implicatis: quæ, sup. est: tibi semper ab limite vicino, id est ponēs discrimen, ac terminum, inter te & proximum: depasta florem salicti. i. habens florem salicti. i. multarum salicum, illic adhuc virentium: depastum apibus. i. ab apibus hyblæis. i. optimis: aut optimum mel conficientibus, vt faciunt Hyblæee, quæ sunt iuxta Hyblam, ciuitatem Siciliæ: suadebit tibi sepe hinc. i. ex vna parte, videlicet a palude: suadebit, dico, id est hortabitur: leui susurro. i. dulci apum murmure: inire somnum. i. gratam dormitionem: & frondator, id est rusticus mercenarius, decerpēs frondes canet ad auras. i. alta voce: & propter animi securitatem, ventis expositа: hinc, i. ex alia parte: sub alta rupe: in qua. f. vite consitæ sunt. Aut, quia tunc aues in frondibus nidificantes vt philomelæ, præcipue canunt, cum apes e floribus salicum, mella & fauos colligunt: non inepte forte dixeris: frondator. i. auis in frondib. nidificans, canet tibi sub alta rupe ad auras, eo quod sequitur. Nec gemere, &c. Sed longe plus voluptatis, capit rusticus ex cantu mercenarij sui quam auiculę. Nec tamen palumbes. i. columbæ syluestres: raucæ. i. rauca voce, quasi pro cantu gemiscentes, appositorie: tua cura. i. quas curas: aut vt amicæ ipsarum pullos dones, aut vt ipse tibi abducas: cessabunt, sup. interea gemere. i. querulosę canere: sub vlmo. i. arbore illa, raris frondib. & ita sæpe vitiferaaeria. i. alta: & aere in altum explicata: nec turtur cessabit gemere sub vlmo aeria (is autem melior ordo est, q̄m si dicas turtur, turtur aeria: quia vltima corriperetur, si esset nominatiui casus, in dictione aeria, quæ nunc producitur. At si dicas, finalitatis gratia produci, quia est vltima dictionis, & prima tertij pedis: dicam eam rarissime apud idoneos poetas produci.) Respondit Tityrus: Ergo, quia tantum ocij, ac voluptatis, per Cæsarē Aug. consecutus sum: cerui leues. i. veloces, & quasi volatiles: pascentur ante. i. priusin ęthere, id est sphęra ignea, aut summo aere, q̄m vultus illius, id est præclarissimi & munificentissimi iuuenis, videlicet Augusti: labatur. i. decidat: nostro pectore. i. a memoria & contemplatione nostra: & freta. i. maria feruētia: destituent. i. statuent.

statuent seorsum a se: hoc est, derelinquent pisceis nudos, id est nunq̄ regi solitos: in littore: ante, id est prius q̄ vultus &c. & aut Parthus, id est homo ex Parthia, per quam Tygris fluit: existens exul: bibet ante, id est prius Ararim, id est fluuium illum Galliæ Lugduñ. qui nunc Sagona dicitur, & non longe a Germania oritur. aut Germania, id est Germanus (vt sit continens, pro contento.) bibet prius Tygrim, fluuium Parthiæ. & hoc finib. i. limitib. amborum. f. fluuium, secundum Manci. pererratis, id est mutatis sic, vt Araris Parthiam adeat, & Tygris Germaniam, q̄s nostra, &c. (¶ Fortunatus.) Licet vocabulum commune sit, fere tamen in bonam significationem accipitur, sicut & Fortuno, verbum: vnde est illud Flac. Et quancunq; deus tibi fortunauerit horam Grata sume manu. (¶ Senex.) Senex dicit ex æuo proprio vetus, ex æuo mūdi, vt qui diu ante nos fuit, sicut Abel, licet iuuenis mortuus fuerat: antiquus, ex vtroq;. (¶ Ru.) Rus, secundum Var. dicitur, cp in eo rursum omnia fieri debeant: vnde est illud in Geor. Redit agricolis labor actus in orbem. (¶ Et tibi ma.) De situ agri Virgiliani, dicetur manifestius Eclog. ix. (¶ Obdu.) Circundet inquit Manci. Ob enim, aliquando ponitur pro circum, vt etiam Fest. ait: vt cum dicimus, Vrbem obsideri aliquando pro propter: vt, Ob merita, ob superatos hosteis. vnde obsides, quasi obfides: nā ob fidem præstandam dantur. (¶ Non ten.) i. nō corrumpent: non variabunt lanam agnis, in vtero grauidarum manētib. Ait enim Pli. lib. viij. de arietib. scribens. Et mutatio aquarum, potusq; variat. Id autē Pli. accepisse videtur a Varrone. Is enim lib. ij. de ouibus sic ait: Quandiu admissura sit: eadem aqua vti oportet, cp cōmutatio & lanam facit variam, & vterum corrumpit. (¶ Tentare.) Pro corrumpere. Plinius etiā lib. xxiiij. vtitur de salicum natura, inquiens, Caput tentant vini modo. sic Mancinel. Verum neq; in Virgiliano, neq; in Pliniano verbo, tētare, significat primum, & ex primaria (vt dicunt) impositione corrumpere, sed ex consequenti. Nam tentare, proprie est rem quampiam per petulantiā, nunc inuadere, nunc dimittere, hoc est frequenter tenere, & frequenter dimittere: sicut feles, murem: quod qui facit, corrumpit nimirum, & atterit: vnde & spiritus mali, tentare dicuntur: quia resistentibus nobis, & angelis bonis, sæpe insultant, & quasi tentent nos, & sæpe repelluntur. (¶ Grauceis.) Hic accusatiuus est additus, quia fœta dicitur, & prægnans, & enixa, vt ergo prægnanteis significent, dicit, graueis. (¶ Contagia.) i. scabies, & infectiones ex contactu ortę. Festus negat contagium, singulariter dici: quo A. Gellius lib. xij. vtitur, dicens & venenum, & contagium. Et Seneca episto. xiij. Quid est cp trepident, cp contagium quoq; mei timeant? Sanè in vsu est hæc contagio singulariter. Vnde Iuuenalis Saty. ij. Dedit hanc contagio labem, Et dabit in plureis. In plurali autem non legi, contagiones. Contra, frequentius contagia in plurali, q̄s contagium in singulari. Reperitur etiam contages Lucre. lib. iij. Quæ contage sua palloribus omnia pingunt. Dicitur autē contagio, a contingendo morbus, qui contactu polluit, vnde Columella lib. vij. cap. v. scribit. Oues frequētius q̄s vllum aliud animal, infestari scabie: esseq; illico occurrendū ne tota progenies coinquinetur. (¶ Et fonteis sacros.) Flumina nota vt Padū, & Mincium, secundum Probum & Seruium, nam Mincius prætersluit Mantuam, e lacu Benaco, qui ex alpibus oritur, secundū Strabonem libro. iiij. effluens. Padus autem princeps est fluuiorum Italiæ, in quem Mincius influit. Sacros autem fonteis dicit: quia nymphis cōsecrati putabantur. (¶ Ab limite.) Limes, in agris nunc terminus est: nunc viæ transuersæ authore Festo: diciturq; a limo. i. transuersō: vnde & limen. (¶ Hyblæis.) Hybla, est vrbs vetus Atticę regionis, quam vbi Dorienses instaurassent, Megarem vocauerunt. Et etiam vrbs Siciliæ, vt iam Mancinellus recitauit: & in agro vtriusq;, propter vim thymi, optimi quoq; mellis copia est. Et quia res per excellentiā a loco, in quo optimæ, aut plurimæ sunt, denominari solent: ideo Hyblæis apibus dixit. (¶ Salicti.) Salictum est, vbi salices crescunt, aut salicum copia. sed folent salicum virgæ viuæ adhuc sæpibus inseri, quo diutius durent. Dicitur autem per syncopam, pro eo quod est salicetum: sicut carectum, pro cariceto. (¶ Leui susurro.) Id est murmure, & est nomen a sono fictum, per onomatopeian. (¶ Frondator est, qui frondes carpit.) Nam Columella lib. vij. scribit. A calendis Iulijs, in calendas Nouembris, tota æstate, & deinde autumno, boues satiandos fronde. Probaturq; maxime (inquit) vlmea, post fraxinea: & ab hac populea: vltima iligna, querna, & laurea. (¶ Ante leueis ergo.) Sic & in carmine ad Battarum, Dulcia, amara prius fient: & mollia, dura. Candida, nigra oculi cernēt: & dextera, læua, Migrabunt casus aliena in corpora rerum, Quam tua de nostris emigret cura medullis, &c. (¶ Ante pererratis.) Secundum Mancinel. lum, ordo est quem posuimus: vt tantum Parthus, exul dicatur. Parthorum autem imperium Orientis erat, vt Trogus & Iustinus aiunt lib. xl. Scytharum exules fuerant, quod etiam ipsorum vocabulo manifestatur. nam Scythico sermone, exules, Parthi dicuntur: quare exul, ad Parthum solummodo, nō etiam ad Germaniam refertur. Hæc ille. Secundum Seruium autem, vterque exul dicetur: nec est contra decorum, cp is qui ex vocabulo exul non est, exul tamen fiat. Itaq; ordo etiam esse potest. Parthus bibet ante Ararim, & Germania, id est germanus Tygrim, existens vterq;, scilicet exul: & hoc finibus patriæ, scilicet amborum: pererratis, id est per errorem derelictis: q̄s nostro, &c. Araris (Plinio teste lib. iij. cap. v.) fluuius est in Gallia Narbonensi; & (authore Strabone lib. ij.) vbi Arar Rhodano commiscetur, Lugdunum in colle conditū est: quod & tunc verum fuit: sed nunc priore vrbe per incendium, vna nocte totaliter (vt Seneca scribit in epistolis) deleta: videtur non in colle, sed in decliuo, ac valle, intra Rhodanum & Ararim: Sed Araris nunc ab accolis Sagona dicitur. Labitur autem lentissimo fluxu ex vogesо monte per fineis Heduorum, & Sequanorum, in Rhodanum incidens: vbi & nomē amittit. Germania vero (vt Tacitus scribit) omnis, a Gallis, Rhetijsq;, & Pannonijs, Rheno, & Danubio fluminibus: a Sarmathis, Dacisq; mutuo metu, aut montibus separatur: cætera Oceanus ambit. Tygris oritur in Armenia maiore, fonte conspicuo in planicie: ta celeritate sic dictus: nam Medi Tygrim, sagittam vocant: vt Pli. attestatur lib. vj. Armeni autem, vicini sunt Parthis, vnde Iuuenalis, saty. vj. Instantem regi Armenio, Parthoq; cometem, Sed vt finem faciam, regula prima est: quoties genitiuus pluralis, tertiæ inflexionis, in ium exit, accusatiuus in eis, legitime finitur: tunc potissimum quando & nommatiuus singularis, in is termi natur: vt hic, Graueis fœtas. Secunda: a nominatiuo alio, q̄s in is, non formabitur accusatiuus in im, vel in, in. Itaq; ab Arar nō dices Ararim, sed a nominatiuo Araris: vterq;. n. reperitur. Tibullus, Testis Arar, Rhodanusq; celer, &c. Tertia: Græca, & synecdochica locutio, poetis frequentissima, oratori summopere fugienda est: nam & suus cuiq; stylus est, Græcam vocat Seruius, quoties accusatiuus, per modū synecdoches, iungitur verbo, aut participio: vt, Depasta florem: vbi & depasta, passiue ponitur, cum in actiua significatione dicere liceat, Apes pascuntur florem.

PIERIVS.

¶ Vicino ab limite sepes.) Romanus codex, Vaticanus, & alter Oblongus, sepes, per æ diphthongum scribuntur ita, septum, vti superius, Exiret victima sæptis. &, sæptio: vt, Sæpsit se tectis, quæ ita recte scribi ostendit aduerbium, sæpe, eiusdem originationis. (¶ Raucę tua cura palūbes.) Male, rauci, virili genere codices non nulli habent, quamuis Plautus, palumbem, virili genere dixerit in Bacchidibus, Duæ vnum expetitis Palumbē. Et Pomponium citat Nonius: qui vnum palumbem itidem mascu. gen. protulerit: placuisse tamen Virgilio fœminino vti: non it inficias.

SERVIVS.

¶ Sitienteis ibimus Afros.) Tropus Synecdoche, ab Afris enim, Libyam quæ aqua indiget intelligi vult. Est enim calidissima regio & penè inhabitabilis. (¶ Scythiam.) Regio septentrionalis est frigidissima. (¶ Et rapidum Cretæ veniemus Oaxen.) Hoc est lutulentum: q̄ rapiat cretam. Creta terra alba dicitur. Nam Oaxis fluuius est Mesopotamiæ:

{At nos hinc alij sitieteis ibimus Afros: Me.
Pars Scythiam, & rapidum cretæ veniemus Oaxen:
Et penitus toto diuisos orbe Britanos.
En vnū patrios longo post tempore fineis,
Pauperis & tuguri congestum cespite culmen,
Post aliquot, mea regna videns mirabor, aristas:
Impius hæc tam culta noualia miles habebit:
Barbarus has segetes: en quò discordia ciues
Perduxit miseros: en queis conseuimus agros:

miæ: qui velocitate sua rapiens albam cretam, turbulētus efficitur. Vel Oaxis, fluuius Scythiæ in Creta insula non est: sed aqua, cretei coloris est, Oaxen Philisthenes ait Apollinis & Anthiales filium: hunc Oaxen, in Creta oppidū condidisse, quod suo noie nominauit, vt Varro ait, Quos magno Anchiale partu addu cta dolore, Et geminis capiēs Tellurē Oaxida palmis Scindere

Insere nunc Meliboee piros:pone ordine vites.
Ite meae(quondam felix pecus)ite capellae.
Non ego vos posthac viridi proiectus in antro,
Dumosa pendere procul de rupe videbo.
Carmina nulla canam:non me pascente capellae,
Florentem cythisum,& salices carpetis amaras.
{Hic tñ hanc mecū poteras requiescere noctem Ti.
Fronde super viridi:sunt nobis mitia poma,
Castaneae molles:& pressi copia lactis.
Et iam summa procul villarum culmina fumant:
Maioresq; cadunt altis de montibus vmbrae.

dere dicta.¶ Penitus.)Id est omnino.¶ diuisos.) Quia olim iuncta fuit orbi terrarum Britania. Est enim insula sita in Oceano septentrionali:& a poetis, alter orbis terrarū dicitur.¶ En. Ecce.¶ Vnquam.) Aliquando. En vnquam. Virgilius alio loco diuidit per interpositionem:vt infra in ipso libro, En erit vnquam ille dies?quod significat vnquam ne.i. aliquando?¶ Culmen.) Eo q culmis tegitur. Hic prisca rusticanorum aetas habitabat:ideo culmina dicta sunt tecta, quia veteres aedificia de culmo contegebant, id est paleis e messibus.¶ Tuguri.)A tegendo dictum.¶ Cespite.)Id est, terra cum propria herba euulsa.¶ Post aliquot aristas.)Post multa tempora, & quasi rusticus per aristas, numerat annos.¶ Mea regna.)Id est vbi dominatus sum. Vel senem se dicit agros suos recepturum.¶ Aristas.)Gradatim dictum, ex tropo metalepsi:vt per aristas, messes:per messes, aestates: per aestates, annos numeret.¶ Impius miles.)Proprium militis epitheton. Iratus Meliboeus impium militem dicit, seu q agrum suum teneat:seu q ciuile gesserit bellum, qui pro Antonio arma portauit, qui bella ciuilia gessit. Hic laesit Virgilius Octauianum Augustum tamen secutus est veritatem. Dum miles portando arma, vicit alios, impius nocendo dictus est. Noualia. ¶ Noualia.)Id est, noua rura, quae per singulos annos nouātur per semina. Vel etiam noualia dicuntur vnde sylua tollitur.¶ Habebit.)In spe ponitur. ¶ En quò discordia.)Ad quam miseriam.¶ Insere.)Sibimetipsi imperat: & apostrophen facit ad seipsum, dolendo vel inuidendo non habere se id quod Tityrus.¶ Pone ordine vites.)Quia quadrato ordine vites ponuntur.¶ Quondam felix pecus.)Quādo manebat mihi haereditas; vel quandiu ego felix fui aliquando in finibus nostris. hic videt se pastor exclusum esse:& videt se nō habere illud quo Tityrus vtitur.¶ Dumosa.)Id est rigida, spinosa.¶ Pendere.)Quia cum pascuntur, pendent.¶ Carmina.)Id est, quia nō libet rustico canere carenti possessione.¶ Cythisum,) Genus fruticis, vel herba quae nascitur inter campos & syluas in Cythisa ciuitate.¶ Amaras.)Ad nostrū saporem:nam capris dulces sunt.¶ Mitia.)Matura:quę non remordent cum mordentur. ¶ Castaneae.)i. mala antiquiora.¶ Molles.)i. maturae.¶ Et pressi.) Emulcti & in caseum coacti.¶ Fumant.)i. ad vesperum coena praeparanda.¶ Maioresq; cadunt.)Duplicantur;Quia dum duplicantur vmbrae, nox imminet.

MANCINELLVS.

¶ At nos.) Ab exilio mouet adfectus. Est autē figura πρόληψις Id est praesumptio:fit enim cum sumitur totum, post parteis accipiuntur:vt hic. Est enim ordo: At nos, hinc alij ibimus Afros, sitientes, Pars, &c. Sitientes Afros, ibi enim multum torrida zona occupat quare maxima mediterraneae Libyae pars:& regio circa oceanum deserta est, id Strab. docuit lib.xvij. Scythia. ¶ Scyth.) Ea regio est ad septentrionem in Orientem porrecta, includitur ab vno latere Ponto:ab altero, montibus Ripheis:a tergo, Asia: & Phasi fluuio, multum in longitudinem & latitudinem patet. Iustinus author lib.ij.&(teste Soli.)amant praelia: interemptorum cruorem ex vulneribus ipsis bibunt.¶ Rapidum Cretae Oaxen.)Vibius quoque Oaxen Cretae fluuium dicit esse: a quo & ciuitas Oaxia. Oaxis. Nec absurdum est Oaxen Cretae fluuium Meliboeum intelligere. Est enim sensus, q pars ibit in Scythiam, pars in Britaniam, pars vero in Cretam, hoc est aliqui ad vltimas orbis parteis, quidam ad mediterraneas insulas. Nam)vt scribit lib.x.Strab.)Creta insula a Septentrione Aegeo perfunditur pelago, simul & Cretico: ab Austro autem Africano abluitur. Britania. ¶ Britanos.) Finis erat orbis ora Gallici littoris nisi Britania, insula, nomen, penè orbis alterius mereretur, octingentis & amplius millib. passuum longa porrigitur: illic nullus anguis, auis rara, gens inhospita & bellicosa. haec & plura Soli. Iacet autem inter septentrio.& occid. authore Plin. lib.iiij.¶ En vnquam.)Id est vnquam ne. Est autem ordo: vnquam ne longo tempore, post, scilicet quam discessi:post, quam, aliquot aristas videns patrios fineis:& culmen pauperis tuguri congestum cespite, mirabor mea regna. Nam prius opus est:vt patrios fineis videat, dein sua regna.¶ Post al. ari.)id est segetes:& sic aestates:& ob id annos: nos:est autē μετάληψις figura.¶ Tug.)Tugurium a tegēdo, quasi tegurium dicitur pastorum casula.¶ Ces.) Cespes herba dicitur, cum propria terra euulsa. Ouid.ij. de amo. Gramineus madidā cespes obumbrat humū.¶ Cul.) id est summū: nam tecta culmis tegebātur, inde tecti summitas, culmē dicitur.¶ Cōg.) id est compositum.¶ No.)Hę nouales, & haec noualia dicimus. Nouale autem est, quod alternis annis seritur:vt Plin. lib.xvij.& lib.xviij. dixerat. talis fere est in noualib. caesa vetere sylua. Var. autem libro.j. sic ait, Noualis vbi satum fuit, antequam secunda satione renouetur.¶ Bar.h.se.)Per interrogationem quandam & affectum id legitur. Barbarus autem, id est saeuus & immitis:vel quia barbaris etiam non solum Latinis veteranis, agri distributi sunt. Barbari dicebantur antiquitus omnes gentes, exceptis Graecis & Latinis: author est Fest. Stra. autem lib.xiiij. sic: Sed ego arbitror, ab initio confictō nomine, eos Barbaros appellatos, qui difficulter, aspere, ac dure loquerentur: vt blaesos, balbosque dicimus. Omnes itaq; qui crasse loquuntur, barbari dicuntur, quales sunt nationes omnes, praeter Graecos. haec ille.¶ Seg.)Seges, est frumenti fructus, authoritate M. hinc Maro.i. Geor. Hic segetes, illic veniunt felicius vuae. Dicitur seges, a satu, id est semine; vt Var. placet.¶ Discordia.)Bellorum ciuilium, scilicet, Sallust. autem in Iug. inquit, Concordia, paruae res crescunt:discordia maximae dilabuntur. Insere nunc.)Seipsum arguit praeteritae curae & diligentiae.¶ Pone ordine vites.)In.ij. quoque Georg. de vitibus, ait, Indulge ordinibus, nec secius omnis in vnguem Arboribus positis secto via limite quadret.¶ Pecus.) De hoc late lib.j. Georgi.¶ Dumosa.)i. frondosa: vt Festus ait:¶ Pendere videbo.) Sumptum est a Theocriti.j. Ecloga: ait enim ibi, Thyrsis de Daphnide, Non ego dumosas, frondenteisq; amplius oras, Nō ego dulce nemus, montes, saltusq; videbo. Pendere: pendendo pasci.¶ Florentem cythisum.)Cythisus, frutex est, & ouium pabulum:nec ex alio pabulo lactis, maior copia, aut melior. Inuentus hic frutex in Cythiso insula, inde translatus est in omneis Cycladas, mox in vrbeis Graecas. Plin. author lib.xiij. Philosophus autem libr.iij. de animalibus: scribit etiam, q Cythisus lac augēt:sed dum floret, incommodus est:vrit enim tantisper, atque extinguit. Hic tamen adfectus Tityrus amici clade, illum ad requiete apud se adlicit.¶ Sunt nobis mitia poma.) σύλληψις figura est, quae dici potest, conceptio. Fit autem, quando singularis dictio, plurali verbo redditur:aut pluralis dictio, singulari verbo adiungitur:vt hoc loco, & ibi, Hic illius arma, hic currus fuit, de hac alibi latius. τὸ πόμα πόματος Graece, Latine potio, vel poculum. Vnde apte Macro. ait, poma q potu indigeant, dicta esse possunt.¶ Castaneae molles.)id est recentes, & nouae.¶ Ac pressi copia lactis)In casei massam redacti:potest & mulcti exponi.¶ Fumant.)Vesperi enim coenae parantur.¶ Maioresq; cadunt.)Occidentis solis periphrasis.

ASCENSIVS.

¶ At nos hinc alij sitientes ibimus Afros,&c.)Meliboeus, quo miserationem sui mereatur, securitati & ocio Tityri, obijcit exiliū suum, dicens, Manebis tu quidem Tityre hic inter flumina nota. At nos, id est alij Mantuani, dispergemur profugi in omnem terram. Sed Tityre, si forte dabitur aliquando saltem reuisere agros meos: mirabor, q miles Barbarus habebit tam culta noualia, & tantam segetem. Deinde seipsum(vt miseri solent)adloquitur, Insere nunc piros:& pone vites ex ordine:hoc est, planta, ac insere arbores, & alius carpet fructus:planta vineam, & Barbarus potabit vinum. Quod quia facere recusat, malitq; potius omnia relinquere, vale, dicit gregi suo: dicens, Ite meae, quondam felix pecus, ite capellae. quia posthac non habebo curam vestri:cogor enim profugere. Ad quod Tityrus significās per summam artem modicam sibi eius retinendi facultatem: largam tamen voluntatem dicit, tametsi non possum efficere, vt non profugias Meliboee, tamen poteris requiescere mecum hac nocte, rusticis cibis, & toris accipiendus: hoc dicit.¶ Ordo est. At, id est sed: hoc est, tu quidem Tityre in possessionibus manes acturus gratias: sed nos ibimus hinc, id est a Patria nostra: alij. supp. ibimus, mus,

mus, subaudi, ad Aphros:sitientes, id est frequenti siti laborantes, propter siccitatem terrae(maior tamen esset vis sermonis, si diceretur, Alij ibimus sitientes ad Aphros:quia apher, qui calori assuetus est, minus sitit q externus.)pars, id est partim: ibimus Scythiam, id est ad regionem frigidissimam: &, sup. partim veniemus Oaxem, id est ad illum fluuium Cretae. i. illius regionis: rapidum, id est velociter currentem:& veniemus, sup. partim ad Britanos, qui nunc Angli dicuntur: diuisos, id est diremptos, & separatos, per interpositionem Oceani, penitus, supp. a toto orbe, id est globo terrę, Oceano circuncincto. En, quasi dicat, quod nouum esset:& praeter opinionem, aut spem:ego videns post. i. postea. longo tempore: vnquam, id est quouis tempore: fines, id est limites(quasi ingredi non speraret:sed a longe forte videre posset.)patrios, id est patrię meę, vnde expulsus sum:& videns post aliquot aristas. i. messes:hoc est annos: quia singulis annis aristae & messes fiunt:culmen pauperis, id est exigui:tuguri, pro tugurij, id est integumenti contra saeuitiam coeli:congestum cespite, id est terra cum herbis euulsa:appositorie, mea regna, quasi dicat, licet tugurium sit, tamen est mihi pro regno(quia quilibet, quodammodo domi suae regnat: & ideo dicit Iuuenalis, Est aliquid sese dominum vnius fecisse lacertę.)mirabor quòd, sup. impius miles habebit haec tam culta noualia, id est arua innouata ad sationem proxime faciendam:& hoc modo non esset interrogatio, quae esset sic exponendo:vt mirabor, absolute ponatur: & sit finis sententiae:aut subintelligatur ea, vt sit, Videns post aliquot aristas mea regna, mirabor.i. admiratione adficiar, aut mirabor, supp. ea regna, videlicet mea:& id quidem libentius dixero, propter verbum futurum, habebit: nam cum ipse postea reuisurus esset sua regna, iam non habiturus esset ea miles, sed haberet:incipiens ergo nouam sententiam, non expleta prima, sed suppressa per aposiopesin, propter moerorem post aliquantulum morae suspirijs datae, exclamat: rursum quasi prius oculos lachrymabundos, ad arua sua contorserit:dicens, nunquid, sup. dignum est:ac dijs aequum visum, q impius, id est libertatis patriae violator, & incubator: miles.i. stipendiarius: habeat haec. i. mea: monstrat autem ea noualia. i. arua innouata per sationem, aut ad futuram sationem, tam culta?Miles barbarus. i. crassi linguis, & alienigena, vt Gallus, aut Teuto: habebit has segetes, sup. tam cultas: & tantam de se futurae messis spem ostentantes:q.d. id iniquissimum esse: vnde subdit, en quo. i. ad quam conditionem, & ad quem statum:discordia. s. ciuilis, perduxit miseros ciues, quorum coloni expelluntur?en quis. i. quibus: hoc est, ad quorum vtilitatem cōseuimus agros?quasi dicat ad impiorum commoda. Quo dicto, apostrophat, id est seipsum tanquā alium adloquitur:& vtens figurata iussione, quae prohibendi vim habet, dicit, Meliboee insere, id est per insitionem producere stude: piros, id est arbores piriferas, quasi dicat, alius tamen pira carpet. (cum tamen postea dicatur, Carpent tua poma nepotes.) pone vites ordine, id est per ordinem: vt, scilicet melius solem excipiant, & ęqualiter nutriantur:hoc est, adhibe omnem curam vineis colendis:quia vinum, Barbarus inde bibet:quod quia facturus non est, & potius discedere vult, dicit, Ite, id est discedite a me. ite(inquam)meae capellae:appositorie, quondam. i. quae aliquando fuistis pecus felix, scilicet diligēter curatum, & pastum. Ite(dicit)a me, quia ego proiectus, id est recubans, & prostratus, in antro viridi, id est virentibus herbis, aut fruticibus cincto: non videbo posthac, id est post hoc tempus, & ex hac hora: procul, id est de longe: vos pendere, id est adhaerere, quasi suspensae sitis: de rupe, id est inclinato capite deorsum de rupe: dumosa, id est dumis, & vepribus, ac virgultis plena. Ego nulla carmina canam, sup. vobis, vt solebam: & vos capellae non carpetis, id est abrodetis me pascente. i. existente pastore vestro, Cythisum, id est fruticem illum succi plenum, vnde multum lactis, oues effundunt: dictum a Cythiso insula: florentem, id est flore & fronde abundantem:nec carpetis me pascente, quia sub alio pastore id facere possint: salices amaras, scilicet hominibus: sed vobis dulceis. Et hoc dicens visus est discedere: vnde subdit Tityrus. Tamen. i. tametsi tibi abeundum est Meliboee: tamen poteris requiescere mecum: hic, id est hoc loco, in his septis, aut tugurijs meis, super viridi fronde. i. in thoro herbaceo, aut frondaceo: poteris & coenare mecum, quia poma mitia. i. matura, sunt nobis:& castaneae molles. i. maturae, aut decoctae, aut quae non remordent dum mordētur, sup. sunt nobis:& copia lactis, pressi. i. coagulati:hoc est, casei recentis & mollis, est nobis:hoc est, habemus poma, & castaneas, & lac pressum: quibus poteris mecum refici: deinde ostendens se verum amicum & syncero animo inuitasse:nec optare, vt abeat, dicit: & iam summa culmina. i. summitates:villarum. i. domuum in agris constructarum: fumāt. i. fumoso colore propter aduentum noctis obducuntur: procul .i. a longe aspicientibus: nam ijs montes & villae videntur quasi coelesti colore fumo tegi:vnde exponens, quid sit q procul fumant, addit. Et maiores vmbrae, hoc est nocturnae, cadunt de altis montibus:hoc est noctescit. Nisi adiecta esset particula procul concederem in sententiam, dicentium villas fumare:quia coenae coquerentur:sed id quo propius essent, eò melius viderent, non ergo adderet procul.¶ At nos hinc alij.)At, particula aduersatiua est, & contentioni:quae fit(vt dixi)vbi sententiae inter se contendunt aptissima:sicut hic, quia Tityrus mansurus erat: inter flumina nota, & ad pascua sua, bene dicit, At nos hinc, &c. Et in principio. iiij. Aenei. quia dictum erat in fine. iij. Factoq; hic fine, quieuit, bene subditur, At regina graui iandudum saucia cura, Vulnus alit venis. & in eodem. iiij. post commemorationem quietis caeterorum animantiū, subditur, At non infelix animi, &c. Est autem πρόληψις. i. praesumptio totius, quod postea per parteis, ad idem verbum reducibileis, diuiditur. Nam totum est, nos: verbū, ibimus:parteis, alij, & pars:sed noris puer, q πρόληψις diuersitatem personae non admittit: nisi euocatorie:vnde non dices, nos ibimus:alij, sup. ibunt:sed nos ibimus:alij, sup. nostrū, i. nos partim, ibimus ad Aphros: &c. Omnes ferè intelligunt Aphros, hic dici, sitientes. Vnde Mancinellus, Sitientes Aphros: ibi enim multum torrida zona occupat, quare maxima mediterraneae Libyae pars, & regio, circa Oceanum deserta est. id Strabo docuit libro. xvij. Verum(vt dixi)plus ponderis esset:si ipsi sitientes intelligantur ire ad Aphros:quae regio aquarum indiga est, cum Tityrus ad sacros fonteis maneat.¶ Scythia.)Regio est ad Septentrionem in Orientem porrecta:includitur ab vno latere, Ponto: Scythia ab altero, montib. Ripheis:a tergo Asia, & Phasi flumine: multum in longitudinem & latitudinem patet: vt author est Iustinus lib. ij. Solinus autem dicit:eos amare praelia, & cruorem interemptorum ex ipsis vulnerib. ebibere.¶ Oaxis) Cretae insulae fluuius est: Oaxis. vt dicit Politianus Centuriae suae capite. xxxvij. vbi hunc locum Seruianum damnat. Sanè quae nuper de Oaxi, Creta, Britania, Tugurio, &c. ex Mancinello attulimus: quia nunc Mancinellum integrum posuimus, consulto dempsimus.¶ Barbarus has segetes.)Satis aperte in Augustū dictum videtur, Barbar. qui Caesaris acta tuebatur:qui Gallo milite fretus, caeteros superauerat: sed ad rusticam est simplicitatem referēdum.¶ Fronde super viridi.)Quia motus non est ablatiuo, iunxit praepositionem, Super. super:quae, nisi accipiatur ferè pro de, nunc tantum ablatiuo deseruit.¶ Sunt nobis.)Zeugma a supremo, quia repetitur. Et pressi copia lactis, sup. est nobis. dixi, quomodo intelligerem culmina Fumāt. Villa. villarum fumare procul, non propter coenam quae paretur, sed propter colorem coelestinum, qui cadentib. vmbris a longe distantib. induitur. Villa autē est, quęuis domus in agro, quasi villis tecta:vnde peccant, qui oppidum dicunt. Regulę puerorum. Sed regularum prima est:quoties dictio collectiua, aut pluralis numeri, verbo plurali recte conformatur, possunt pro quib. ea supponit, sine repetitione verbi, subiungi:vt, Nos ibimus, alij Aphros, pars Scythiā. Secunda:licet poetae licentiose, prouinciae, aut appellatiuo nomini, praepositionem auferant:nos tamē eam exprimemus, nisi fuerit proprium nomen loci minoris, & simplicis figurae:vnde dicā ad Aphros ad Scythiā, ad Oaxem. Tertia, nomina adiectiua, quorum exitus nominatiui, neutrum genus refugit:in obliquis saepe recipiunt:vt, pauperis tugurij: in locuplete penu. Quarta, in appositione, verbum ferè sequitur principale suppositum: non quod magis cōmune est, sed quod pręponitur:vt, Ite meę, quondā felix pecus, ite capellae. Quid meruere boues, animal sine fraude, dolisq;?Quinta, super, & subter: licet olim sine mutatione loci, ablatiuis deseruiebant; Super actō. nunc tantum accusatiuis deseruiunt: non ergo dices, vt hic, Fronde super viridi: nec vt in. vj. Aeneid. Gemina super arbore sidunt:nec vt alibi, Densa super testudine: sed, super frondem, subter testudinem:& ita in reliquis.

PIERIVS.

¶ Pauperis & tuguri.)Sit ne, tuguri, per vnum, i, an tugurij, per synizesim scribendum:deq; huiusmodi nominū scribendorum ratione, diu, multūq; apud omneis omnibus est aetatibus disputatum. Plurimum vero scriptores veteres dum compendiariam scribendi rationem quęrerent, vbicunq; ii geminatum inuenissent, vnicum scribere voluere, apice tamen eius supra reliquas literas exporrecto:vt, Dis manibus:&, Memor benefici. Quod vero in huiusmodi scriptionis genere, duę nōnunq; inesse literę intelligantur:inde patet, quod inuenias plerūq; consonātes, etiam ipsas,

ipſas,ſi ſupra aliarum literarum ordinem producantur,i vocalē inſertam oſtendere,vt Aurela,pro Aurelia.Cuiuſmodi adhuc inſcriptio Polæ viſitur in hunc modum. Ita etiā in t litera,ſiue i præcederet,ſiue ſubſequeretur, animaduerti vocalē ipſam inſeri ſolitam hoc pacto, †: id enim ſignum tam TI,q̄ etiam IT,ſignificat. Cuius rei, & ſi alibi etiam exempla inueniuntur, id vnum ponam, q̄ ab Vrbano Valeriano patruo meo harum antiquitatū indagatore diligentiſſimo exſcriptum accepi: id quod

D. M.
AVRELÆ
LEVCIPPE
CONIVGI
L. ANNIVS.P.F.
VITALIS.VÆ.

Polæ etiamnū inſpicitur.

In quo monumento nō pigeat,tāetſi κατὰ παρίγον eſt, tria ad notatu digna deſignare, CRESCEN† NA,pro CRESCENTINA.verſo vero mō, POSV†, pro POSVIT. Et CON, præpoſitionem per o, & n, vt nunc vulgo pronunciant. Sed.n. quantū ad i literā ſpectat, eam ſcribēdi rationē,vt vna pro geminis ponatur,non admittit Caper.Et per detractionē corruptā eſſe, Ter.Scaurus clamitat. Qui literā i,non tantum in genitiuo nominū huiuſmodi geminari,vt Antonii,Tremellii;verūetiā vocatiuos nullā pati detractionem,vt o Antonii,o Tremellii, ſingulari numero dicendū, atq; ſcribendū eſſe cēſet. Huius ſententiæ ſubſcribit Valerius Probus in arte,dū querit,ait, qua de cauſa,o Mercurii, per duo ii ſcribaf, quā ita reddi tradit. Quoniam quæcunq; nomina ablatiuo caſu,numeri ſingularis,o litera terminaf, & nominatiuo caſu, numeri ſingularis,us ſyllabā poſt i literā definiunt: hæc vocatiuo caſu,numeri ſingularis,cū nominatiuo caſu, eiuſdem numeri ſingularis, pari numero ſyllabarū ſcribanf:& ideo, o Mercurii per duas ii literas ſcribi pronunciaf. Inuenies tamen diuerſum quid in inſtitutis eiuſdē, ris exempla rib.quæ vulgata ſunt,præſertim in nominibus propriis. Velius Longus quantū pertinet ad genitiuū,ii geminū omnino quærit:o, qua litera datiuus finit,in i mutata,Iulio,Iulij,pallio,pallij. Quæ vero de vocatiuo altercatio eſt,ætatis noſtræ literati oēs in Cariſii ſententiam cōceſſere:quā ita pronunciatā cōſtat.Illud memineris, q̄ omnia nomina maſculina,quæ ante us ſyllabā,i literā habent, in genitiuo ſingulari,eandē i literā geminatam recipiunt.In vocatiuo vero,ne ſimilis ſit genitiuo ſingulari, vnā literam recipiunt.Necui vero leue videatur de huiuſmodi ſcriptionū ratione diſputare, ſciendū clariſſimos ſæpe viros ſuper tam leuibus argumentis nō incurioſe declamare ſolitos:vt illud quod huic ſimile conſiderationi Probus ait,amaſſe M.Tullium, primā perſonā a verbo,pereo,perij,duplicato ii,pronunciare:quoniā verba indicatiui modi,

D. M.
AVRELIA
CRESCEN
†NA CONIV
GI VE
PRODITO
CON.QVO.VI
XIT ANNIS
XI.DE.SVO.PO
SV†.B.M.

ASCENSIVS.

PRoxima formoſum.) Secundæ Eclogæ,quæ inſcribitur Alexis, argumētum tale eſt: Corydon paſtor impatiēter amans Alexim, formoſiſſimū puerum, ipſumq; per auia & inacceſſa quæritās:omnia ſerè quæ ad conciliandum amorem facere poſſent:cōmemorat:quibus cum nihil proficeret, prope ſuadet, ſtulto amori modum imponere. Huius Eclogæ ſcribendę,ratio potuit eſſe,vt Theocriti Eclogam tertiam,cui ſimillima eſt,imitetur: ſed illic Amaryllis,vt hic Alexis,amatur.Siue,vt pueri a ſe, licet honeſte dilecti: quem ab Aſinio Pollione dono acceperat, amicabiliter meminiſſe poſſet. Siue, vt Pollioni blandiatur.nam(vt Donatus dicit)eum maxime amauit Maro: & ab eo magna munera tulit: quippe qui inuitatus ad cœnam,captus pulchritudine & diligentia, leu indulgentia Alexandri Pollionis pueri,eum dono accepit. Quam rem videtur Horatius tangere.j.epiſtolarum, dicens: Nō ancilla tuum iecur

di,ſpecie perfecta, ex prima perſona numeri plur.mus ſyllabam amittāt:& ita eandē perſonā numeri ſing.oſtendāt, vtputa,perimus,perij.At Terentiū,peri,vnico i pronunciare maluiſſe:quod a ſecūda eiuſdē tēporis,ſti detracta ſyllaba:primā fieri putauerit. Sed.n.(vt alibi latius diximus)totū hoc ſcriptionis genus in figuras ſyngreſes,aut ſynizeſes reiciēdū:ac tuguri, & paulo inferius, peculi,ſcribendū. Aliorum aūt grāmaticorum dictata ſuper hac eadē re in.j. Æneid.eo loco, Hic tū ille vrbē Patauit:recitauimus, ne omnia huc cōgerentes faſtidio eſſemus.¶ En quo diſcordia ciues Perdu,miſe.)In perueteri expoſito codi. Vaticano,& in Longobardi.Perduxit:omnino legiē,vt vulgata habent exemplaria. Sed in Roma.in Medi.& quibuſdā aliis,Produxit,habef,id quod alij viderint. Ciuis vero per i,more Velliano, vt etiā in nummis plurib.eſt, meliores habēt codices.¶ En quis cōſeuimus agros:) Veteres quidē plericq; omnes codices ita habēt,vt vulgo legitur: Romano excepto,in quo ſcriptum eſt,His nos cōſeuimus agris, Quaſi dicere velit,quod neſcio qua natale ſolum dulcedine mentes adficiat. Sed.n.longe acerbior querela mihi videtur magisq; mouere pathos,cum lamentantur hoſtes:& eos quidē impios,& Barbaros,bona quę ipſi ſibi cōparauerit,habituros.labores ſuos perditos:meſſemq; ipſam tam cultam, tam lætam de manib.ſuis violenter abreptam. Quare Meliboeus, qui dixerat,Impius hæc tam culta noualia Miles habebit,Barbarus has ſegetes,ad infelicitatem ſuā miſerabilius deplorandā, remq; ipſam atrocius exacerbandam,cauſam obiectat ciuiū diſcordiā:quaſi dicere velit ipſos ſimet ſibi pedicas cōplicaſſe.Malum.n.quod ſibi quis accerſit,adſcribitur imprudentiæ,quod vero aliunde accidit, vel fortunæ, vel fatorum inclementię,vbi cōſolationis locus a neceſſitate,cui neque deos repugnare poſſe, poetæ veteres tradidere.¶ Ite meæ quondā felix pecus.)Romanus codex notę maioris,Oblongus, Longobardicus,& aliquot alij manu ſcripti, verſum hoc dictionum ordine legūt, Ite meæ felix quondā pecus.quo neſcio quid ſuauius.¶ Dumoſa de rupe procul pendere videbo.)Hic etiā numerus mutatus in codicib.aliquot manu ſcriptis,in quibus legitur, Dumoſa pendere procul de rupe videbo.& ita legitur apud Aruſianū in elocutionum libello. In Mediceo codi.vno mutato vocabulo,Frondoſa pendere procul de rupe,ſcriptum eſt:quod quidē ego ſumptum crediderim ex Pompo.Feſti paraphraſi,ita, Dumoſa,interpretantis:cum,ſpinoſa,Ser.velit.¶ Hic tantum hac mecum poteris requieſcere nocte.)In Roma.co.& in Mediceo, poteras,exacta ſpecie ſcriptum eſt, quod valde placet.In Longobar.in Mediceo,& pleriſq; aliis, Hac mecum poteris requieſcere nocte.Ablatiuo caſu habetur,vt pleraq; etiā vulgata habent exēplaria.Sed,Hanc noctē,agnoſcit Aruſianus Meſſus in eodem Elocutionū libello,qui falſo ſub alterius nomine circūfertur, cuius legitimā inſcriptionē inueni in Iani Parthaſij bibliotheca. Aruſianus itaq; probaturus elocutionis formam, quod requieſco illud tempus dicimus eleganter, carmen hoc ex Virgilio citat,vbi Hanc mecū poteris requieſcere noctē:habeatur accuſatiuo caſu. alia vero ſignificatione ab eodē dictum eſſe alibi, Et mutata ſuos requierunt flumina curſus. Quod vero Tityrus habere ſe caſtaneas molles dicit:exponit q; Seruiꝰ,maturas: magis placet, quod Nonius Marcellus ait,molles,nouas,vel recentiores.

ECLOGÆ PRIMÆ FINIS.

ARGVMENTVM ASCENSIANVM IN ALEXIM VIRGILII.

¶Proxima formoſum Corydon qua luſtrat Alexim
Si nequeat flecti,diſcedere ſuadet amori.

iecur vlceret vlla, puerve Inter marmoreum venerandi limē amici,Ne dominus pueri pulchri chareve puellę,Munere te paruobeet,aut incommodus angat.Hęc ibi.Quam rem Virgilio vſu veniſſe dicunt: ſed neq; illud Horatij Maronem exprimit,neq; hic aliud ad id quod Donatus aſſerit, magis adludit, q̄ q̄ dicit eum delicias amaſſe domini.Verum cum in fine dicat, ſe eo non potiri,aliunq; quæſiturum,nō videtur ſemper de Alexandro loqui, quo donatus fuerat. De hac re autem plenius dicam ibi, Millæ mee Siculis,&c.Lege etiam Mancinellum.¶ Ordo verſiculorum noſtrorum eſt:Proxima.ſ.a prima:hoc eſt ſecunda Ecloga: qua, id eſt in qua:Corydon, paſtor ille Amaſius:luſtrat.i.quærit Alexim puerum illum: formoſum.i.ſpecioſum, & formæ plenum: ſuadet.ſ.in fine carminis,diſcedere amori.i.ab amore, ſi nequeat flecti.Dicit enim,Inuenies alium ſi te hic faſtidit Alexis.Et hęc de argumento in generali.

Seruius.

SERVIVS.

FOrmoſum paſtor Corydon.)Virgilius in perſona Corydonis intelligi:& Cæſar in perſona Alexis inducitur.¶ Corydon.)Fictū nomē eſt ab aue:quæ corydalus dicit.¶ Ardebat Alexim.)Impatienter diligebat. ¶ Alexim.)Quem dicunt Alexandrū,fuit ſeruus Aſinij Pollionis:quē Virgilius rogatus ad prandiū, cū vidiſſet in miniſterio omniū pulcherrimū, dilexit: eumq; dono accepit. Cæſarē quidā acceperunt formoſum in operib⁹ & gloria. Alij puerum Cæſaris, quem ſiquis laudaſſet, gratam rem Cæſari feciſſet. Nam Virgilius dicitur in pueros habuiſſe amorem: nec enim turpiter eos diligeret.)Id eſt nec ſpem potiendi habebat.¶ Tantum.) Tantum modo.

ECLOGA SECVNDA QVÆ ALEXIS INSCRIBITVR.

¶Loquitur primū POETA, deinde CORYDON.

IOrmoſum paſtor Corydon ardebat Alexim, POETA
Delitias domini:nec quid ſperaret,habebat.
Tantum inter denſas vmbroſa cacumina fagos
Aſſidue veniebat.ibi hæc incondita ſolus,
Montibus,& ſyluis,ſtudio iactabat inani.

Virgi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

modo.ſ Aſſidue.)Id eſt ſæpius.ſ Incondita.)Incompoſita: ſubito dicta, agreſtia, vel inſanæ mentis dicta verba, vel incondita, id eſt inconſcripta: vt Salluſtius in Iugurthino. Atilli quibus res incoguita erat, ruere, cuncti ad portas, incondita tenere.ſ Monstibus.)Qui amorem ei præſtabant.ſ Iactabat.)Id eſt fundebat inaſſum.ſ Inani.)Præ amore nihil ſibi procurans; ſed in abſentem iuuenem loquebatur.

MANCINELLVS.

¶ Formoſum paſtor, &c.)Hæc quidem Ecloga, formata eſt a.iij. potiſſimum Theocriti. Ibi vero Amaryllis, hic Alexis amatur: quidquid autem inde ſumpſerit Maro, paſſim patebit.ſ Corydon.)Id nomen a Theocriti Ecloga.iij. Poeta ſumpſit: cui Batus ait. Sic tibi contingat Corydon chariſſime quidquid Exoptas, votisq; tuis ſic Iuppiter adſit. Hic tamẽ pro Virgi. ſumitur. Adamauit enim (vt aiunt) Cebetem & Alexandrum: quẽ hic Alexim appellat: donatum ſibi ab Aſinio Pollione: vtrunq; eruditũ dimiſit. Nam Alexim grammaticum, Cebetem vero & poetam. Apul. oratione prima Apologiæ, ſic ait, Quanto modeſtius tandem P. Maro, qui itidem vt ego puerum amici ſui Pollionis Buſcolico ludicro laudans & abſtinens nominum, ſeſe quidem Corydona, puerum vero Alexim vocat. Hæc ille. quare non recte quidem per Alexim Auguſtus accipitur: vt quidam volunt. Pollio autem orator fuit, & conſularis: qui de Dalmatis triumphauit. lxxx. ſuæ ætatis anno: in villa Tuſculana obiit: vt Euſe. ſcribit.ſ Alexim.)Dicitur Alexis, ab ἀ, quod eſt ſine, & λέξις dictio: quaſi ſine dictione, ſeu reſponſione.ſ Domini.)i. Aſinij Pollionis.ſ Incondita.)Inculta.

Corydon.

Alexis.

Ordo.

Formoſus.

Regulę pueriles

ASCENSIVS.

¶ Formoſum paſtor Corydon ardebat, &c.)Corydon (inquit Poeta) paſtor quidam vehementer amabat Alexim formoſum puerum, quem in deliciis ſuis, dominus eius habuerat: vnde nulla eius potiundi ſpes Corydoni erat: nec tamen minus amauit: vnde aſſidue veniebat ad ſolitudinem nemorum, vbi cantilenã de amato puero inaniter repetebat, hoc dicit Seruius, qui per Corydona, Virgilium: & per Alexim, Alexandrum Pollionis puerum intelligit: ad quod dicendum, dixi, non cogi interpretem: quia ſi ex communi paſtorum aceruo, perſonas depromptas dixeris: non minus conſequeretur, quod prætendit Poeta amoris ſcilicet impatientis ſtultitiam exponere, & remedium dare: verũ quia (vt dixit Mancinellus) Apule. manifeſte prædicat per Corydona, Virgilium intelligi: dicamus id verum eſſe: ſic tamen vt non omnia ei quadrent, q̃ artificioſe facit, ne hiſtoriam cõtexiſſe dicatur: nec Auguſtum per Alexim ſignificaſſe, vllo modo dicendus eſt. ¶ Ordo eſt. Corydon paſtor, ſcilicet quium: ardebat: id eſt impatienter amabat, ac deperibat Alexim, puerum illum formoſum, id eſt formæ & ſpeciei plenum: appoſitorie, delicias domini. i. patroni ſui: nec ſup. Corydon habebat quid ſperaret, id eſt vnde eius potiundi ſpem haberet: tantum, id eſt tantũmodo: ſup. hoc ſpei habere videbatur: q̃ aſſidue veniebat inter denſas fagos, appoſitorie, cacumina vmbroſa, id eſt ſummitates mõtium aut arborum: vmbris arborum tectas: & ipſe ſolus, iactabat, id eſt incaſſum fundebat: inani ſtudio, id eſt ſtulto conatu: in montibus & ſyluis: hæc incondita, id eſt rudia & incompoſita, quæ ſequuntur carmina.ſ Formoſus.)Dicitur a forma, & forma (ſecundum Donatum) a formo, ſeu foruo: quod eſt calidum ſecundum eundem: quia ſanguinei, ferè iuniores omnes, quibus ſanguis adhuc calidus eſt, formoſi eſſe ſolent, potius q̃ pulchri.ſ Corydon.)Vt dixi, paſtoris apud Theocritum nomen eſt. hic autem pro Virgilio ſumitur: ſic tamen, vt pro quouis impatienter amanti ſumi poſſit.ſ Alexim.)Alexis, dici poteſt ſine dictione, aut reſponſo, vt patuit in Mancinello. Declinatur autem hic Alexis, huius Alexis, vel Alexidis. Cicero ad Atticũ. Nam Alexidis manum amabam, q̃ tam prope accedebat ad ſimilitudinẽ literæ tuæ. Regula prima eſt. In appoſitione licet conformitas caſuum ſit neceſſaria: non tamen numerorum nec generum: tũc autem diuerſi ſunt numeri, quãdo alterum ſingulari caret, ſicut hic. Alexim Delicias domini: aut alterum collectiuum eſt: vt, Felix pecus ite capellæ. aut ſingularia copulantur, vt Homerus & Maro poetę clariſſimi. Exemplum de diuerſis generibus: vt, Denſas vmbroſa cacumina fagos. Secunda, locutiones græce tranſlatitiæ, & mere poeticæ ſunt oratori fugiendæ: Vnde non dices in ſoluta oratione, Corydon ardebat Alexim: ſed ardenter amabat. Tertia, quanta eſt vocalis ante nouiſſimam literam, tanta eſt ante nouiſſimam ſyllabam, ſi non mutetur ſcriptura in nominibus in n præter om: ſemper longũ: vt Titan, Pan, ren, ſplen, lien, ſyren, delphin, Corydon, vltimam nominatiui, & penultimam genitiui producunt: quam nomen, & omen, corripiunt.

PIERIVS.

¶ Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim.)In Ro. cod. Formonſum, eſt litera n, inter o & ſ, inſerta. Fuiſſeq; porrò veterum morem, eam literam, vocalib. natura longis adſcribere, vt in pleriſq; veterum inſcriptionibus apparet. Sed enim non mediocriter peccare ait eos Terẽtius Scaurus, qui Formonſo n literam aſſumunt: quæ non magis huic nomini neceſſaria ſit, q̃ Glorioſo: quod a gloria venit. Indignatur etiã Caper huiuſmodi nominibus eam literam adiungi: cum tamen huiuſmodi nomina, nõ in codicib. tantum antiquis, verumetiã in pleriſq; veterum monumentis, cum n litera ſcripta deprehendantur: ita Atlans, Gigans, Pallãs, In codice Ro. ſanè paſſim, Formonſum paſtor Corydon: & O formonſe puer: & Formonſiſſimus annus, cum n habentur. In oppido vero Fabrica, pro foribus ædiculę ſancti Ioannis, non inelegãs legitur epitaphium: quod mihi, dum talia inueſtigarẽ, oſtendit Anto. Valla Teanenſis, vir & bene literatus, & harum antiquitatum diligentiſſimus explorator. Id eſt huiuſmodi.

Hic Aquilæ cineres miſerabilis vrna ſepultos
Contegit. & fatis exproperata nimis.
Occidit infelix cœpto modo flore iuuentæ,
Quem finit annus ſeptimus & decimus.
Formonſus, frugi, doctus, pius a patre mœſto
Accepit tumulos quos dare debuerat.

Quod quidem ea ego dę cauſa factum exiſtimo, quia mos veteribus fuerit iſtiuſmodi vocalibus natura longis τὴν μακρὰν ſignum ſuperaddere: qua nota Lectores quantæ illæ eſſent admonerentur: eamq; poſtmodum imperitioribus ſæculis compendiariæ ſcripturæ apicem eſſe crediderunt. Cœptaq; primo pro n proferri, mox & adſcribi: atque ita ex formoſus, Formonſus: & Theſaurus, Thenſaurus: ita ex Atlas, Atlans: & ſimilia in vſum prodiere. Vel in his, quæ in oſus exeunt, circunflexus accentus adnotabatur, proque apice ſcriptionis eodem errore acceptus accentus: aliter qui potuerit ea barbaries inoleſcere non video. Nam & Torrente, pro Torrete: Creſcent illæ, creſcentis amores, pro creſcetis: & Obtunſum, pro Obtuſum: & ſexcenta huiuſmodi paſſim inuenimus. Contra vero pleraque abſq; n, ſcripta deprehendi in veterum monumentis: quæ nunc vniuerſa conſuetudo, per n ſcribit, atque pronunciat. Quis enim eſt, qui non Infans, Clemenſq; dicat: Romæ tamen in diuæ Mariæ cognomento Maioris Baſilica, vetuſto lapide ſcriptum eſt, RAPTA SIN V MATRIS IACET HIC MISERABILIS INFAS. In eo inquam monumento, Infas, abſq; litera n notatum eſt. Et Ameriæ habetur antiquo lapide: in pariete domus cuiuſdam in colle ſitæ: C.C ÆSIVS, CLEMES. In quibus nominibus ſcribendis, Græcos potius q̃ Latinos, mihi ſecuti videnť, apud quos, Clemẽs, nomẽ proprium κλήμης ſcribitur. Ne vero ſtupori hoc, aut imperitiæ cuiuſquam ætatis detur, ſcimus veteres quoque illos, qui ſæculis eruditiſſimis floruere, in huiuſmodi pleriſque fuiſſe diuerſos. F L. enim Soſipater Virgilium ait, Menſam, cum n litera prima ſyllaba ſæpe protuliſſe. cui dictioni Varro ſit n, demere ſolitus, quod inde Meſam, dictam putaret, quod media poneretur, quicq; aliis in vocabulis, quantum in ſe fuit, Græcis inuidit, huius tamen originationem eſſe ab eis non inficiatur. Et nunc qui latine ſcribunt, Virgilium conſequuntur, qui vernaculo vtuntur ſermone, Varronis repetunt Idioma. Eiuſdem generis fuit olim, Pago Pagis: q̃ nunc per n, Pango, & ſcribitur, & enunciatur. Nam in. xii. tabulis verbum id abſq; n notatum, tradit Quintilianus, vt cano, canis: cuius figurationis adhuc Pepigi, retineamus. Bis ſenos pepigere dies. Ac ita quidem ætates penè ſingulæ gauiſæ ſunt, modo hoc, modo illud variare, quæ ſingula perſequi inexhauſti laboris opus eſſet. Sed vt nos ad ſuſcepti operis argumentum reuertamur, his interim omiſſis, illud minime diſſimulabimus ſcriptum eſſe in Roma. codice diuerſo a vulgatis numero, Formonſum Corydon paſtor ardebat Alexim. Idq; forte ea cauſa mutatum ab aliis: quod poſteriora ſæcula cõmunis loci facultatem cæſuris videntur inuidiſſe: veritiq; ſunt: neq; ſyllabam, quæ alioqui ſatis per ſe valida, & canora eſt: neq; locum, quo ſita erat, carmini ſuſtinendo ſufficere.ſ Delicias dominí.)Vſu inoleuit: vt Delitias, per t, ſecunda a fine ſyllaba ſcribatur ferè paſſim. In his tamen codicib. antiquis, Delicias per c ſcriptum plurimum obſeruauit: & ita recte ſcribi oſtendit, quod ex eadem eſt originatione, nomẽ, delicatus.ſ Aſſidue veniebat.) In codicibus aliquot manu ſcriptis, Adſidue. In aliquot etiam, Aſſidue, t loco d ſubſtituta. Sed aſſidue, per ſſ geminatum, ſcribi debere, oſtenſum alibi eſt.

Seruius.

SERVIVS.

¶ Crudelis.) Inexorabilis: q̃ non flecteris meo amore, nec te potiundum præbes. Vel allegoricos, Crudelis Cæſar q̃ non flecteris meis ſcriptis, & non das ereptos agros.ſ Alexi.)i. Cęſari.ſ Mori.)Pro contemptu.ſ Frigora.)Non aprica loca.ſ Æſtu.)Æſtiua Flagrãtia.ſ Lacertos.)Genus ſerpentis.ſ Theſtylis.)Nomẽ ruſticæ mulieris quæ meſſoribus æſtu fatigatis diuerſa genera herbarum contundens pulmentarium, his parat: Vel concubina Corydonis, Vel Theſtylis, id eſt fictilis, ruſticum nomen: vt ab eo q̃ ponat cibum ruſticis.ſ Feſſis.)Vel labore, vel æſtu, vel feſſis, id eſt feruentibus, vehementi ardore fatigatis, vel laboris inſtantia.ſ Allia, ſerpillumq;.)Herbas calidas, quæ æſtum repellunt. Nam vt etiam Plinius dicit in naturali hiſtoria, Omnis medicina aut a contrario, aut a ſimili queritur. Vnde etiam calor poteſt aut frigore, aut alio calore depelli. Hinc eſt quod in vltima Ecloga, cũ amator remedium quęrit ardori, dicit ſe iturum aut ad Scythiã, aut ad Æthiopiã: vt, Æthiopum verſemus oues ſub ſydere Cancri, quarum regionum altera eſt frigidiſſima, altera feruens calore. Sanè ſerpillus, herba eſt, quæ in græco adſpirationem habet: quã Græci ἕρπυλλον dicunt. In multis, n. nominibus, quę in greco adſpirationem habent, nos pro adſpiratione, S, ponimus. Inde eſt q̃ pro herpillo, ſerpillum: pro ἕξ, ſex: pro ἑπτὰ, ſeptem.ſ Rapido æſtu.)Vehementi & feruenti. Feſſis autem, vel æſtu vel labore.ſ At mecum raucis, tua dum veſtigia luſtro. Sole ſub ardenti reſonãt arbuſta cicadis.ſ At.)Si per d fuerit, erit hyperbaton: vt ſit, Dum tua luſtro veſtigia, ad me arbuſta reſonant, cum raucis cicadis. Sed melius eſt vt.ſ At.)Coniunctio ſit: & ita intelligamus, Theſtylis herbas tritas meſſoribus parat: Verum mecũ reſonant arbuſta, cum raucis cicadis.

Theſtylis.

Theriaca ruſticorum.

Serpillũ

Cicadę.

MANCINELLVS.

¶ O crudelis.)O, doloris interiectio eſt hoc loco, potius q̃s vocadi aduerbium: quod ſequentia indicant.ſ Nihil mea carmina curas.)Theocritus in. iii. Ecloga, Non Amarylli audis, non vox hæc fertur ad aureis, Mœſta tuas:ſ Nil noſtri miſerere.)In. iii. quoq; Theocr. At tibi nulla mei virgo extat cura doloris.ſ Mori me deniq; cogis.)Theocritus ait in vltima. Poſtquam difficilis nunq; miſeratur amicum, Ille meum, miſeroq; mori, ſed cogit amore.ſ Nunc etiam pe.)Arguit amoris ſe furore vexari: tam cum cæteri omnes, & animalia bruta quieſcãt, ſolus tempore vagatur ſub ſole ardenti.ſ Nũc virides etiam lacertos.)Theocritus in vltima inquit, Quo nunc chare die nitido flagrantibus auris Tendis inter virides rapido ſpineta lacertas: Symichſa ſub ſole tegunt felicibus vmbris: Ac etiam obſcœnę volucres, nunc frigus opacum, Et molles altis captant de montibus vmbras.ſ Theſtylis.)Ruſtica mulier: ſed veneficæ nomen in. ii. Theocriti Ecloga: de qua quidem ſic ille, Nanq; potes: tu nempe facis peiora venena, Quam Circe Latio Medea vel improba Colchis.ſ Allia.)Alliũ antiqui, & inſanientibus dabant crudum: vt ſcribit Pli. lib. xx. & Galeni authoritate, eſt allium theriaca ruſticorũ.ſ Serpillum)Id putant a ſerpendo dictum: q̃ in ſylueſtri euenit: in petris maxime, ſatiuum non ſerpit. Medetur capitis doloribus, decoctum in aceto, illinitur temporibus, ac fronti cum roſaceo. Item phreniticis: authore Pli. lib. xx.ſ At mecũ.)Ordo eſt. at dum veſtigia tua luſtro ſub ſole ardenti, arbuſta mecum reſonant cicadis raucis, i. propter cicadas, vel cum cicadis.ſ Cicadis.)Cicadæ, oleas maxime amant, vt minus vmbroſas: loca. n. frigidiora aſpernantur: quamobrem in opacis nemoribus eſſe nequeunt. Ariſtoteles id ſcribit lib. v. de anima. plura etiã Pli. xi. & Strab. lib. vi. Cice. Theocri. item in vltima ait, Hic etiam graciles rapido ſub ſole cicadæ, Vocibus alliduis crepitabant æſtibus aptę.

ASCENSIVS.

¶ O crudelis Alexi, &c.)Ab hoc loco in finem vſq; recitatur carmen amatorium ipſius Corydonis: quod in principio animum, quodammodo amantis indicat: & inſolitum concentum parit. nam cum cætera ferè carmina pentimemerim, hoc eſt primam tertii pedis, habeant vltimam dictionis: in his fit illud quarto loco: ſicut etiam in illo, Formoſam reſonare doces Amaryllida ſyluas. Eſt præterea mira vis in ſententijs: nam ſiquis ad mores trahere velit, dicat eos qui aliquos iuuare poſſent, cum inedia pereãt occidere: quia enim nil noſtri miſereris, mori me cogis. Prosbat autem ſe infeliciſſimum, & iniquiſſimos fortitũ amores, cum cætera omnia, ſolatium, aut conſolationem obtineant, ipſe autẽ nullam. Eorum vero quibus refrigeriũ, aut beneficium impenditur, quadruplex eſt diſcretio. Nã in beneficio cõferendo, duo animaduertere ſolemus: bonitatem. ſ. eius, vt referre gratiam velit: & prudentiam, vt recognoſcat: tametſi. n. nil remunerationis, liberalis collator expectat: tamen duplex beneficium dediſſe videtur, qui grato dedit. Horum igitur, alij tantum boni ſunt: alij tantum, recognoſcentes: alij, neq; boni, neq; recognoſcentes: alij, & boni, & recognoſcentes. Tantum bonę videntur pecudes innocuę, quibus natura refrigerium præſtat, ſed non recognoſcunt, Tantum recognoſcentes, ſunt ingrati homines, vt ruſtici, qui ſcire poſſunt quid acceperint, referre tamen recuſant. Neq; boni, neque recognoſcentes, ſunt lacerti, qui beneficio officiunt, ſi poſſunt. Et boni, & recognoſcentes, ſunt viri boni, & grati, qui ſoli beneficio digni ſunt: de quorum numero ſe eſſe ſatis innuit Corydon. vnde cum cæteris indignis, videlicet beneficium præſteturi: dolet id ſibi denegatum. Per amaritudinem animi, exclamans, O crudelis Alexi. Si dicat, Alexis, at qui crudelis: Reſpondeat: quia nihil mea carmina curas: & nihil noſtri miſereris: ob quam rem me mori cogis, facisq; vt ſim omnium animantium miſerrimus: nam pecudes captant refrigerium ſub vmbris, lacerti in dumetis: meſſores per expulſionem caloris, a calore alij, quod eis a Theſtyli coquitur: at ego ſine refrigerio te quæritans, ardore conſumor: & extrinſecus propter æſtum ſolis, & intrinſecus ob ardorem amoris. ¶ Ordo eſt. O Alexi, i. o puer formoſe: qui me formoſitate tua allexiſti: ſed reſponſo non dignaris, & ideo crudelis, tu nihil curas mea carmina: tu nihil, id eſt in nullo, miſerere. i. miſereris (eſt enim præſentis indicatiui) noſtri: deniq;. i. &: vt vno verbo crudelitatem tuam explicem: tu cogis me mori, cum cæteris animantibus etiam. In dignis refrigerium, ac ſolatium fiat: nam etiam pecudes, quæ licet bonæ ſunt, non recognoſcunt: tamen captãt nunc vmbras, & frigora, id eſt frigus vmbrarum, aut ſubtio, occultant nunc etiam lacertos, id eſt eius generis ſerpentes: virides. ſ. in calore. Et Theſtylis mulier ruſtica, contundit meſſoribus, id eſt ſegetem metentibus: feſſis. i. fatigatis: & tentatis rapido æſtu. ſ. ſolis, allia & ſerpillum, appoſitorie, herbas olenteis: & vim expellendi caloris per calorem quem generant, habentes: ſed id nimium phyſice dixiſſet: vnde ruſtice vocant herbas olenteis: vt qui neſciat vnde vis ea expellendi eis ſit. At. i. ſed (aduerſatiua) vt dixi (particula, contentioni apta) arbuſta: id eſt arbores vitiferæ, aut ſimiles conſitæ in latebris aruorum per quæ diſcurro: reſonant. i. referuntur: me. i. cantilenam meam: cum cicadis raucis. i. aſſiduo cantu rauecſcentibus: hoc eſt reſonant me: & cicadas. i. cantum meum & cicadarum: dum ego luſtro. i. inquiro: tua veſtigia. i. ſignacula pedum tuorũ: ſub ſole ardenti. i. dum ego ardore conſumor, reliqua animantia refrigerio refocillantur. ſecundũ Mancinel. Ordo eſſet. at dum veſtigia tua luſtro ſub ſole ardenti, arbuſta mecum reſonant, cicadis raucis, id eſt propter cicadas raucas. vel cum cicadis. Ego vero longe pleniorem ordinem puto, vt me, cum, diuiſis ſyllabis, & dictionibus, legamus: & ſit locutio Reſonãt me: qualis in prima, Reſonare doces Amaryllida: & ſenſus q̃ inueſtigando Alexim ſæpe exclamauerit: ita, vera ipſum ſe incuſat, dicendo, Ah Corydon, &c. ſed potius prioris modo adhæſerim: quia cum particula hinc, comitẽ ſignificat, æquipollens coniunctioni copulatiuæ, vt ſit Reſonat mecum cadis raucis, id eſt & cicadas raucas: quæ tunc vehementiſſime canunt cum cauma intẽſiſſimum vrget. Eſt autem manifeſtiſſima contentio dum cæteris requiem in vmbris, ſibi ſummam commotionem ſub ardenti ſole prædicat.ſ Crudelis.)Dicitur a crudo: q̃ qui crudum, & male digerentem ſtomachum habent, imiti aſpectu, & feroci animo ſunt. Nec eſt cõtra amorem, quòd crudelem vocat. nam & deos per impatientiam, amantes, crudeles appellant: vnde illud eſt, Atq; deos, atq; aſtra vocat crudelia mater. Et illud Tibulli, Crudeles diu ſerpens nouus exuit annos, Formæ non vllam fata dedere moram.ſ Deniq;.)Partis cula tunc locum habet, quando multa vno verbo cõcludere vo-

Ordo.

At

Crudelis.

Deniq.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lamus: vt hic, Mori me denicq; cogis. Nam (vt Flaccus ait.) mors, vltima linea rerum est. ¶ Thestylis.) Rustica mulier: à Thesta aût, thestylis, adiectiuum, secunda longa deducitur. Cetera ferè Mancinellus declarat: cuius verba sunt. ¶ O crudelis.) O, doloris interiectio est hoc loco, potius quàm vocâdi aduerbiû: quod sequentia indicant. ¶ Nihil mea carmina cu.) Theo. in. iij. Eclo. Non amaryllis audis, non vox hæc fertur ad aureis Mœsta tuas: ¶ Nil nostri miserere.) In. iij. quoque Theo. At tibi nulla mei virgo extat cura doloris. ¶ Mori me denicq; cogis.) Theocri. ait in vltima, Postq; difficilis nunq; miseratur amicum: Ille meum, miseróque mori, sed cogit amore.) Nunc etiâ pecu.) Arguit se amoris furore vexari: nam cum cæteri oês & animalia bruta quiescant, solus tempore vagatur sub sole ardenti. ¶ Nunc virides etiâ lacertos.) Theocritus in vltima, inquit, Quo nunc chare die, nitido flagrantibus auris, Tendis iter, virides rapido spineta lacertas: Symichia sub sole tegunt felicibus vmbris. Ac etiam obscœnæ volucres, nunc frigus opacum, Et molles altis captant in môtibus vmbras. ¶ Thestylis.) Et cætera apud Mancinel. patent. Prima regula est: misereor, potius genitiuum, quâ datiuum regit: miseror accusatiuum, & miseret, ac miserescit vtrûq;: exempla nota sunt: vt .j. Æneid. O sola infandos Troię miserata labores. Et eiusdem, Phœbe graues Troiæ semper miseratę labores. Et apud Comicum, Atq; inopis te miserescat mei. In. ij. Æneidos videtur datiuo iungi, His lachrymis vitâ damus, & miserescimus vltro. Secunda est: sępe per endiadem, in eodem casu per coniûctionem ponimus: quorum ea ablata, alterû esset genitiui casus. vt hic, vmbras & frigora: quasi vmbrarum frigora. aliter tamen Seruius exponit. — *Regulę*

PIERIVS.

¶ Mori me denicq; cogis.) Est quidem, cogis, præsenti tempore. In Oblongo, Vaticano, in Longobardico, & aliquot alijs codicibus antiquis. In Romano scriptum est, coges, terminatione futuri, quod peculiari quodam scriptionis more, i vocalem tertiam, in e secundam, plurimum eo libro conuertentis, factum crederē, nisi sententia eadē futuro tempore haberetur apud Theocritum à quo dictum Virgil. mutuatur, ἀπάγξασθαί με ποιήσεις. ¶ Vmbras & frigora captant.) In Mediceo codice, & aliquot plerisque alijs, ac frigora, legitur. ¶ Allia, serpillum.) Scribendum, Alia, vnico l, cum antiquis codicibus, doctorû etiam hominum sententia decernit. Sunt qui nomini huic aspirandum esse putent, propterea quod ab halo, halas deducatur. Ne vero Halium, tetro tantum odore molestum esse putemus, eius quoq; syllaba pene vltima negocium facessit antiquis grammaticis: cum ea iam ætate vulgatum esset per e, alleum, scribere: quod adhuc in vetustis aliquot codicibus habetur. ita & doleum, & palleum. Quocirca Sosipater eos reprehendit, qui pene vltimam hmôi in his nominibus per e notarent, cum apud Virgilium (ait ille) Allia, per i legatur. Necq; illud prętereundum fuit, quod in Romano codice pro, Serpyllum, scriptum est, serpullum, p v media syllaba. vt vulgo nunc Romæ loquunt. Iqq; ea ratione factum, quod y ex græca voce in eam literam abierit. Nam ἕρπυλλος apud Grecos, non minus per υ scribitur, quàm ἑρπυσμός & ἑρπυστής. omnia ab ἕρπω) id enim nos adspiratione in s mutata, serpo, fecimus) deriuata.

SERVIVS.

> Nonne fuit satius tristeis Amaryllidis iras,
> Atq; superba pati fastidia? nonne Menalcam?
> Quamuis ille niger, quamuis tu candidus esses.
> O formose puer, nimium ne crede colori.
> Alba ligustra cadunt: vacinia nigra leguntur.

¶ Tristeis Amaryllidis iras.) Bene addidit tristeis. plerûq; enim, vt ait Terentius, Amantium iræ, amoris redintegratio est: vt verâ irâ ostenderet, & non fictam illam quæ aliqd gratiæ habere côsueuit. Vnde Horatius, Vrit grata proteruitas. ¶ Superba fastidia.) Ex fastidio enim venit omnis superbia: ¶ Nonne Menalcam.) Tres dicitur amasse Virgilius: Alexandrû, quem donauit ei Pollio: & Cebetem puerum, cum Leria puella, quos à Mœcenate dicitur accepisse. Vnde volunt quidam per Amaryllida, Leriam: per Menalcam, Cebetem, intelligi. ¶ O formose puer. Bene dicit Donatus suspendendum O, & sic dicendû, Formose puer: vt intelligamus per iram eum aliud voluisse dicere: sed in hæc verba, ne Alexim ostenderet, amoris necessitate compulsum. ¶ Ne crede.) Ne confide. Salustius, Virtuti satis credebât, id est confidebant. ¶ Alba ligustra cadunt.) Et rustice & amatorie ex floribus facit comparationem. Ligustrum autem, flos est candidus, sed vilissimus. Vacinia vero, sunt violæ, quas purpurei coloris esse manifestum est.

MANCINELLVS.

¶ Nonne, &c.) Quod Amaryllida propter Alexandrum reliquerit, sese arguit. ¶ Satius.) Melius. ¶ Superba fasti.) Fastus inest pulchris, sequiturq; superbia formam, Irrisum vultu despicit illa suo: Ouid. in fastis. ¶ Menalcâ, rustici pueri nomen. ¶ O formose puer.) O, potest hic esse vocandi aduerbium: sed melius, doloris interiectio. ¶ Crede.) Confide. ¶ Ligustra.) Ligustrum, arboris genus est. Ait enim Plin. lib. xvj. ca. xxxj. Ligustra tesseris vtilissima. ¶ Vacinia.) Item, Italiæ in aucupijs sata: Galliæ vero etiâ purpurea tingêdi causa ad seruorum vestes intelligi potest: igitur ligustrum, albos flores producit, nulli rei idoneos. Vacinia vero nigros, seu purpureos, qui ad tingêdas vestes leguntur. Itē quoq; libro. xiiij. inquit sic, Ligustrum eadem arbor est, quę in Oriente Cyperos suos in Europa vsus habet. — *Ligustr*

ASCENSIVS.

¶ Nonne, &c.) Legē amatori præscribit tacite, dicens, satius esse, aut Amaryllida superbâ amasse: aut Menalcam deformem: quia vtriusq; amoris facilis fuisset medela. Dum. n. superbe contemnitur amans, sicut ab Amaryllide, i. superba, & resplēdente, ac pomposa muliere in vrbe residente, rusticus desperans amari: amori modum imponit, & dum nimis facilem amorem inuenit: sicut in non satis pulchris, facile sui copiam facientibus: illico satiatus abit. Vnde Horat. in Odis, docet, gratâ esse i puellis, proteruitatē. Satius ergo fuisset, aut Amaryllida superbam, aut Menalcam facilem amasse, q̃ Alexim quorum supbum quidem, sed tñ forte blâdo aspectu adlicientē. Nam stulti amatores, quicquid ab amatis ridetur, sibi rideri putant. Alloquitur ergo dilectum puerum cohortans cohortâs eû ad amorem sui: monensq; ne propter formâ superbiat: cû non omnia quę câdida, eadem dilecta: nec oia quæ nigra, continuo asperna ta sint. Nam ligustra cadunt, & vacinia leguntur: volebat autem, nescio quid, amarius in Alexim dicere per exclamationem, incipiens, O, quasi addere voluisset puerum, inaniter superbientem: cû licet formosus, non tamen dulcis sit, aut quid simile: sed ne amatum offendat, repressit vocem: aliud tandem inferens, ac dicens, Formose puer, nimium ne crede colori. ¶ Ordo est. Nonne. q. d. maxime: satius, i. melius fuit pati. i. perpeti, & perferre: tristeis. i. veras, & non fictitias; sed ex contemptu seuero procedentes: iras. i. proteruias: atq; pro &. i. superba: fastidia. i. superbam contemptionem: Amaryllidis. i. qua me splēdida amica vrbana, aspernata tandem est: nône fuit satius pati Menalcam pastorem nigrum & deformem, è cuius fruitione parum delectationis esset: vnde & eum patiare, q̃uis ille. s. Menalcas, esset, supp. niger: & q̃uis tu, ò Alexi, esses candidus. O: q. d. puerum inaniter superbientem: sed represso sermone tandem, subdit: puer formose: ne crede. i. ne confidas nimiû colori: quia ligustra. i. flores ligustri ligni: alba. i. licet albi, tamen quia inutiles, & ad nihil conducentes: cadunt. i. decidunt in terram nullis eos, aut ea colligentibus, & vacinia nigra. i. flores vaciniorum: qui licet nigri tamen quia vtiles sunt: leguntur. i. colliguntur, & ita deberet Menalcas verna vtilis: licet deformis à rustico potius amari: q̃ puer superbus forma, & ad nihil vtilis. Seruius ligustrum, & vacinia flores, dicit: quod fortasse non omnino aspernâdum est. Nam sicut poma, balsama, thura, hebenû, pro arbore, aut ligno: ita ligustrum, & vacinia, pro floribus, earum arborum posuisse potuit: verum audiamus virum, perquam anxie doctum Beroaldum qui ita dicit, apud Plinium legi, ligustrum, & vacinia, magis inter arbores, q̃ inter flores numerari: qui in. xij. scribit, Cyperum appellari in Italia, ligustrum: & in xxiiij. inquit, Ligustrum eadem arbor est, quæ in Oriente Cyperos, cuius Acini contra Phthiriasim sunt efficacissimi. Idem in. xvj. refert, vacinia Italiæ in aucupijs sata esse. Galliæ etiam purpurea tingendi causa ad seruorum vestes. Hæc ille. Ex quibus patet, & ligustrû, & vacinia flores habere: nam acini, non sunt sine floribus, sed ligustri flores albos penitus inutiles: & vaciniorum nigros ad tincturam vtiles. Landinus quoq; ex Plinio & Columella docet, ligustrum esse herbam: vt etiam apud medicos: sed siue arbor sit, siue herba, florem album habet: qui hic decidere intelligitur: non enim de ligno, aut cortice diceret, q̧ cadût. ¶ Tristeis.) Hic accusatiuus est pluralis. ¶ Superba fastidia). i. aspernationem ex fastu: qui ferè, formositatis comes est. vnde Ouidius in Fastis, Fastus inest pulchris, sequiturq; superbia formam, Irrisum vultu despicit illa suo. ¶ Ne crede colori.) Sic — *Ordo*

Sic Iuuenalis Saty. ij. Fronti nulla fides, quis enim nô vicus abundat Tristibus obscœnis? Regula est. Ne, particula, licet apud poetas frequenter cum imperatiuo construatur, optatiuum tamen prohibitiue positum apud oratores efflagitat. dicit ergo Maro, Ne crede: ne sæui magna sacerdos: ne quere doceri. vbi orator diceret, ne credas, ne sæuias, ne queras. Nam Ser. constanter dicit, ne sic imperatiuæ formæ non congruere, cum tamen Comicus dicat, ne nega: cum dicere potuisset, ne neges.

PIERIVS.

¶ Atq; superba pati fastidia.) Illud quoq; sine risu proferri non posse pleriq; iudicabunt, si, superua, per u digammon in Roma. codice scriptum esse dixero: cuius rationis tot Romæ & alibi reperiuntur inscriptiones. In Cælio monte sacerdoti, Venemerenti fecit. Ita passim Vonitatis, pro Bonitatis: Amauili, pro Amabili, Incomparauili, pro incomparabili. Cuiusmodi sono, & enunciatione eius literæ & Campania omnis, & Brutiorum populi, totaque Italiæ pars, quæ Græciam versus vergit, adhuc vtuntur. Qumetiam clarissimi literatura viri, tam scribendo, q̃ loquendo in familiari, domesticoq; sermone, superuo, pro superbo, dicût: & huiusmodi reliqua. Ac ne vnius tantum codicis, aut corruptæ ætatis nostræ, abusum hunc esse credamus, scimus preclarû olim virum Adamantium, quo deprauatam sæculi sui pronunciationem emendaret. De b, muta: & u, digammo: & vocali plurima disputasse, ex quibus aliquid locis suis recitare minime grauati sumus. Ac quantum ad præsens negocium facit, tradit is, Nomina quæ in uus exeunt bissyllaba, per u, digammon scribi, vt nouus, fęuus, curuus, baluus, toruus. Ex quibus albus, tantum discretionis gratia, per b mutam, scribi præcipit: quippe, vt differat a nomine, aluus, quod per u digammon scribitur. Hic vero agit de nominibus tantum adiectiuis. Polysyllaba vero, per b scribi iubet, vt superbus, acerbus. Ex quorum tamē numero, proteruus, excipiatur. Nimirû viderat Adamantius, & superua, & alia huiusmodi ex vsu pronunciationis, quæ temporibus illis maxime vigebat, scriptitari: Græcitate iam ab imperij trâslatione in vniuersam Italiam illapsa. Nam inde pronunciationem eiusmodi processisse negarit nemo, qui vel prima, Græcarum literarum elementa perceperit. Quanq; non satis affirmare ausim, nos ne magis an illi Romanos veteres imitemur. sed enim hæc alij viderint. ¶ Nône Menalcam.) Antiqui omnes codices, quos viderim, Longobardico excepto, Menalcan per n scriptum habent: quæ suauior est pronunciatio. ¶ Vaccinia nigra leguntur.) Et hoc ætate nostra receptum video, vt vacinia vnico c scribatur, cum tamen in antiquis omnibus his exemplarib. duplici cc scriptum inueniatur, vacciniaq; passim. Præterea Adamantius, siue (vt alibi legitur) Martyrius Adamantij filius. (Nam omnino ea, quæ de b, & u, in compendium collegit, ab Adamantio patre se accepisse fatetur) vbi quærit, vtrum vaccinium, an baccinium: vacca, bos, an bacca sit scribendum: quippe per u digammon, an per b mutam. Primas harum dictionû literas eo statuit ordine, quæ post vac, alteram habeant consonantem, Nam de va, vna subsequente consonante, superius tractauerat. Quare tam huius authoritate, q̃ veterum codicum testimonio, vaccinia, duplicato cc, scribendum contenderim: & ita inferius corrigendum. Mollia luteola pingit vaccinia caltha.

SERVIVS.

> Despectus tibi sum: nec quis sim quæris Alexi:
> Quam diues pecoris niuei, q̃ lactis abundans.
> Mille meæ siculis errant in montibus agnæ.
> Lac mihi non æstate nouum, non frigore desit.
> Canto, quæ solitus, si quando armenta vocabat,
> Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.
> Nec sum adeo informis, nuper me in littore vidi,
> Cum placidum ventis staret mare. nô ego Daphnim
> Iudice te metuam: si nunquam fallit imago.

¶ Quam diues niuei pecoris.) Tria sunt quibus amatores possunt placere, Diuitijs, Pulchritudine, Câtilena, quibus omnibus se valere cômemorat. Et multi s̃m Homerum, qui ait, καὶ γάλα λευκόν, legunt niuei q̃ lactis. Sed melius est, Quam diues pecoris niuei. Nam candidæ oues, in ingenti sunt pretio. Vnde in Georgicis legimus, Continuoq; greges villis lege mollibus albos. Item alibi, Munere sic niueo lanæ, si credere dignum est. ¶ Millæ meæ Siculis errant in montibus agnæ. Theocritus, ἀλλ' ὦυτος τοιοῦτος ἐών, βοτὰ χίλια βόσκω. ¶ Errant.) autem, cum securitate pascuntur. Et q̧ ait agnæ, & a sexu & ab ætate laudauit: nâ ex fœmineo sexu in pecoribus copiosior possessio prouenit. ¶ Lac mihi nô æstate nouum, non frigore desit.) Multo melius quâ Theocritus: ille enim ait τυρὸς δ' οὐ λείπει μ' οὔτ' ἐν θέρει, οὔτ' ἐν ὀπώρῃ, οὐ χειμῶνος ἄκρω. Sed quia caseus seruari potest, non mirum est si quouis tempore quis habeat caseum. Hoc vero laudabile est si quis habeat lac nouum. i. colostrum, quod primum post fœtû natum mulgeť neutri generis est: nam fœmini esse penitus nô potest. Sane hunc versum male distinguēs Virgiliomastix, vituperat: Lac mihi nô æstate nouum, non frigore, desit. Id est semper mihi inde est. ¶ Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.) Amphion & Zœtus fratres fuerût ex Ioue & Antiopa: sed Zœtus, rusticus fuit: Amphion vero, musicę artis peritus. Sanè Aracynthus, mons est Thebanus. Vnde Actæo, littorali debemus accipere (vt, At procul in sola secretæ Troades acta) non Atheniensi: licet Athenæ primo ἀκτὶς dictæ sint quanquam plerique, Actæo Aracyntho, Atheniensi accipiant, non q̧ Aracynthus apud Athenas est: sed vt ostendatur rustici imperitia. Nam Theocritus ad exprimendam rusticam simplicitatem, multa aliter q̃ res habeat, dicit. Hac ratione potest & Oaxis, Cretæ fluuius accipi: cum Mons sit, vt diximus, Scythię. ¶ Nec sum adeo informis.) Verecunde suam commemorat pulchritudinem. Sic Cicero in Cœliana, Vt eum non pœniteat non deformem esse natum. Nam pulcherrimum voluit dicere. ¶ In littore vidi, Cum placidum staret ventis mare.) Negatur hoc per rerum naturam fieri posse: sed Theocritum secutus est, qui hoc dicit de Cyclope, ἦ γὰρ πρᾶν ἐς πόντον ἐσέβλεπον ἦς δ' ἐ γαλάνα. Sed illi est excusatio, vel quia ingentem habet oculum Cyclops: vel quia filius Neptunni est. Vnde quia ait, in littore: volunt quidam in aqua a fluctibus derelicta, id est in lacuna littoris eum se videre potuisse. quam rem illud excludit, Cum placidum ventis staret mare. Sed ideo in mari imago non cernitur, quia non stat: quod si stet, non potest etiam nobis imaginem reddere. ¶ Nô ego Daphnim) Daphnis filius fuit Mercurij, formosissim' puer: qui primus dicič pastor fuisse. ¶ Si nunquam fallit imago.) Nulla enim res ita decipit, quemadmodum imago. Nam & in speculo contraria ostendit vniuersa: & in aqua, remum integrum quasi fractum videmus. quod etiâ Cicero in Tusculanis plenius docet. ¶ Iudice te metuam.) Ac si diceret, Qui meam respuis pulchritudinem.

PROBVS.

¶ Amphion Dircæus.) Amphionē & Zœtum, Euripides: & apud nos, Pacuuius: Iouis, ex Antiopa, Nyctei filia, ait natos, cantando potuisse armenta vocare. Testatur id Thebę, quas Apollonius in Argonauticis, a fratribus antedictis, muro eē clausas, ait: Sed Zœtus humeris saxa contulit operi: Amphion cantu vocauit: siquidem sensus animaliû, facilius q̃ saxa vincuntur: Pannyasis & Alexander, lyrâ a Mercurio muneri datâ dicit: quod primus Cynaram liberauit. Dircæum autē dixit pro Thebano, a fonte Dirce. ¶ Actæo Aracyntho.) Amœno monte Thebano, quem Actæum dixit, non Atticum: sed q̧ ibi Actæon, a canibus sit laceratus.

MANCINELLVS.

¶ Despectus tibi sum.) Tertia Ecloga Theocritus scribit, Chara Amarylli animo semper gratissima nostro, Cur miserum viridi latitans formosa sub antro Me fugis, & vocitas, tu me non amplius vnquâ? Nimirum tibi despectus sum, meq; perosa es. ¶ Nec quis sim.) Legendum est, qui, non quis. ¶ Quam diues.) A tribus se laudat: diuitijs, cantu, forma: his. n. rebus potest adlici amor. ¶ Pecoris niuei.) Color enim albus, vt etiam scribit Columella lib. vij. tum optimus est, tum etiam vtilissimus: quòd ex eo plurimi fiunt. ¶ Lac mihi non æstate nouum.) Indicat suas oues optimas esse: adeo q̧ nec æstate, nec hyeme conrodantur. Nam (vt inquit Columella lib. vij.) Id pecus frigoris impatientissimum est: nec minus æstiui vaporis. Lac nouum, id est recens. intelligit enim illud de quo Varro lib. ij. sic ait: A mulgendo: atque ortu optimum est id quod neq; longe abest a mulsa, neq; a partu continuo est sumptum. Id autem dixit propter Colostram, quæ mala est: de qua quidem Columella lib. vij. sic ait: Agnus autem cum est editus erigi debet, atque vberibus admoueri, tum eius deductum os pressis humectare papillis, vt condiscat maternum trahere alimentum: sed priusq̃ hoc fiat, exiguum emulgendum est: quod pastores, Colostram vocant: ea nisi aliquatenus emittitur,

Virgi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

titur, nocet agno.¶ Desit.)Ita legendum est: non desit, per ſ, sed per f, desit.¶ Amphion Dircæus.)Amphion, Iouis filius: primus inuenit musicam: primus item cum cithara cecinit: primus illam inuenit: vt alij, Orpheus: vt alij, Linus: Plin. author libro. vij. De hoc Hora. ait in arte, Dictus & Amphion, Thebanæ conditor vrbis, Saxa mouere sono testudinis & prece blanda Ducere quo vellet. Soli. vero ait: Thebas condidit Amphion: non quòd lyra, saxa duxerit: neq; enim par est, ita gestum videri, sed q; affatus suauitate, homines rupium incolas: & incultis moribus rudes ad obsequiũ ciuilis pellexerit disciplinam. Apud Thebas autem (eodem authore) Dircę fons est, inde Dircæus.¶ Actæo Aracyntho.) Mons est Aracynthus, clarus in Acarnania, Epiri parte: vt docet Plin. lib. iiij. Actæo autem, id est littorali. Actæ enim, littus dicitur. Lactan. vero lib. iiij. th. scribit, quòd Actæa, dicitur regio Attica: vnde Virgilius, & montem Atticum Aracynthum, Actæum dixit. Probus autem sic ait, A monte amœno Thebano: quem Actæum dixit, non Atticum: quod ibi Actæon a canibus sit laceratus.¶ Nec sum adeo informis.)Poly. quoque. vj. Theocri. Ecloga. ad Gala. ait, Nec sum adeo informis fama iam notus in orbe, Nuper in obliquo speculans me littore vidi, Cum placidis ventis staret mare.¶ Daphnin. de hoc circa principium diximus: cui & Maro immo illud epitaphium scribit, Daphnis ego in syluis, hinc vsque ad sydera notus, Formosi pecoris custos formosior ipse. Ipse idem in secunda Theocri. ait, Ille ego sum Daphnis, cui lætis pascere campis, Cura boues domitos, & duros ducere tauros, Fontibus & liquidis plenas depellere vaccas.¶ Si nunquam fallit imago.)Id dixit, quia vera imago, vix apparere potest in aquis, vnde vt etiam Alexãder Aphrodiseus in Prob. scri. Numus & pomum in aqua, maiora q̃s sint videntur: q̃ adiuncta ipsis aqua, eorum recipit colorem, alpectumq; decipit: vt potę quæ maiora videantur, &c.

Amphion.

Aracynthus.

ASCENSIVS.

¶ Despectus tibi sum.)Respondet per antipophoram tacitæ obiectioni, si enim Alexis dicat, Non sum crudelis Corydon, tametsi te non redamo: quia amabilis non es: ad hoc Corydon ostendit se quidem amabilem: & habere omnia, quæ ad conciliandum amorem valent, diuitias, suauitatem vocis, ac comitatem sermonis, & formam non despectabilem: se tamen non amatum: quia despectum: vnde sicut Sappho docet apud Ouidium, vt nigræ puellæ sæpe amatæ sunt, quia amanter inspectæ: sic formosæ neglectæ quia despectæ. dicit ergo Corydon, o Alexi, tu despicis me, nec quæris qui sim quàm diues, q̃s suauiter cantans, & quàm non difformis: quod si inquireres, forte me amares.¶ Ordo est. O Alexi, ego sum despectus tibi, id est contemptus a te: nec quæris, id est inquiris, aut attẽdis: qui. i. qualis sim: videlicet q̃s, id est quantum diues, pecoris niuei. i. ad æquiparantiam niuis albi, cuius pretiosissima est lana: & ad purpuram vtilissima, & q̃s abundans lactis. Quod si nescis. Mille agnæ. i. oues fœmellæ ad propagationem aptæ: errant, id est in latis pascuis pascuntur: mihi. i. ad vtilitatem meam, quia meæ sunt, in montibus Siculis. Hic manifeste deprehenditur, non de se omnino loqui poetam, sed imitari Theocritum Siculum. I. ac nouum. i. recens mulsum: non defit. i. non deficit mihi æstate: nec frigore. i. hyeme: sed licet rusticę significantius dicit, æstate, & frigore: q̃s si dicat Iulio, & Decembri: nam æstas, dicitur ab æstu: æstu autem & frigore, lac in vaccis & pecudibus imminuitur. Si ergo in Iulio fuerit temperatũ cauma, lac abundare posset: sicut & in hyeme, tepida: licet non tantum, ac in vere. Ego canto, sup ea quæ Amphion Dircæus. i. Thebanus, vates, & optimus musicus, solitus, sup est canere: in Aracyntho, monte Acarnaniæ, Actæo. i. littorali: si vocabat, quãdo. i. aliquando: armenta. i. maiora animalia, quibus armi eminent, vt sunt boues, tauri, & vaccæ. Plinius, vt Beroaldus in Seruium notauit, dicit lib. iiij. Aracynthum esse montem Acarnaniæ, quæ est pars Epiri. Sed quomodo Amphion Thebanus dicitur in Acarnania cecinisse: nisi dicas vt Seruius, rustice locutum, & regionem ignorasse: aut sequamur Probum dicẽtem sic: A monte Amœno Thebano, quem Actæum dixit, non Atticum, q; ibi Actæon a canibus sit laceratus. Mihi præcipue placet, rustice locutum, & erasse Corydona, quod ex pluribus coniecturis assequor: & quia Theocritum imitatur: qui errores imperitis non imperite assignat: sicut & Plautus, seruis minus grammaticas dat locutiones. In quibus papauerem, gutturem, & similia enunciant: & militi non recte pronomine sui, vtenti: vnde conuenit vt amanti, quasi amenti, detur imperitorum sermo: sicut Comicus, seruum nõ amantem, domino amante prudentiorem facit. Præterea versus ipse durior est: vt qui in quinto pede in rei

Ordo.

Despicio.

Aracynthus.

lætę, videlicet & cantilenæ, narratione spondeum habet: nec eum satis artificiose positum: nam neque dactylum in quinto habet: neque quantitatis satis constat ratio: quæ vult, vt vocalis ante vocalem in diuersis dictionib. eiusdem versus abiciatur: aut saltem abbreuietur: sicut ibi, Et longum formose, vale, vale, inquit, Iola. & ibi, Imponere Pelio Ossam. dicamus ergo in Aracyntho monte Acarnaniæ, quem tamen forte Corydon Thebanum putauit. si non sinas comminisci Amphiona Dircæum: quo tempore a patre expulsus erat, ad Epirum se contulisse, q; Corydon Siculus audisse poterat, quamuis in promptu non sit a quo. Nam sæpe occurrunt loci in poetis, qui aut semel tantum, aut nusquã alibi leguntur, quæ res Plautum obscuriorem facit. Sed ad ordinem redeo. Nec sum adeo, id est vsque adeo: informis, id est sine forma: hoc est formositatis expers, vt ob id repelli debeam: ego vidi nuper. i. pauloante: me, id est imaginem & effigiem meam in littore: in aqua, scilicet pluuiali illic collecta, aut a maris refluxu derelicta: cum, id est quando: mare placidum. i. placatum, & immotum: ventis staret. i. immotum maneret. Ego non metuam Daphnim pastorem Siculum, & filium Apollinis indulgentissimum, id est non verear contendere cum Daphni, aut Daphnide de formositate: te iudice. i. te iudicante: si imago nunquam fallit. i. si talis sum, qualis mihi in aquis visus sum: quia solent pulchriores apparere facies in speculo, aut aquis visæ, q̃s sint.¶ Qui sim.) Durus esset sibilus si quis sim, legeretur: quia concursus eiusdem literæ. Siculis in montibus. Ex hoc loco manifestissime conuincitur Corydona, nõ omnino significare Virgilium: nam vnde eius agni, in Siculis montibus errent: dicere tamen possumus, sic eas illic errare: vt in. j. Ecloga dictum est, Sepes depasta apibus Hyblæis, quæ etiam Siculæ sunt: nam in omnib. ferè a Siculo Theocrito aliquid sumit. vnde dicturus est, Sicelides musæ. &c.¶ Lac n.) Beroaldus carpit Ser. quia colostrum, dicit, lac nouũ, tantum neutro genere dici his verbis. In tam paucis verbis duplex est error manifestarius: nam & fœminino genere, colostrã, reperiri ostendit Columel. in. viij. hic verbis: Exiguum emulgendum est, quod pastores, colostrã vocant: ea nisi aliquatenus emittitur, nocet agno. Et Plau. in Penulo, fœminino genere vsus est, Mea colostra, meus molliculus caseus. Præterea colostrum non proprie significat lac nouum, sed est spongiosa densitas lactis, a partu: vt author est Plinius: ad quod adlusit epigrammatarius poeta illo disticho, Subripuit pastor, quæ nondum stantibus hœdis, De primo matrum lacte, colostra damus. A colostro, colostra ti dicuntur infantes: Cætera, vt hæc prosequitur satis exacte Mãcinellus, cuius verba iam præposui. Addere potes, q; pastorum mos est: dum armenta, aut gregẽ vocant: vt se domum referant, quasi receptui canere: & dulcius modulari iam peractis laboribus diurnæ custodiæ.¶ Despectus.)Dicitur autem a deorsum: & specio verbo antiquo: & sæpe significat, deorsum inspicere, citra contemptum: vt cum Iuppiter, hoc est deus, despicit suos, sicut Æneid. j. Despiciens mare veliuolum, &c. quia tamen qui aspicere, ac suspicere in quempiam nolunt, eum contemnunt, & alpernantur: pro eisdem verbis accipi solet. Prima regula est: quędam verba, & participia, passiuæ significantiæ, regunt datiuum resolubilem in ablatiuum a quo: vt despectus, dilectus, visus tibi. i. a te. Secunda: Vitandus est creber eiusdem literæ strepitus: quem s littera præcipuum habet: nõ ergo dices, quis sim quæris Alexi, sed nec qui sim quæris Alexi. Tertia: q̃s acceptum pro eo quod est, quantum, positiuo quadrat, pro quanto licet rarius, comparatiuo: pro valde superlatiuo: sed cum positiuo ferè figurata locutio est: aut dubitatiua, seu infinita: vt nescio q̃s diues sis: aut interrogatiua, vt, q̃s diues es: aut relatiua: vt, tam diues, q̃s honestus: aut admiratiua, vt, o q̃s diues est qui suis contentus est: aut similis. Exemplum de comparatiuo: vt, q̃s magis illa tremens, tanto magis effera flammis: q̃s magis. i. quanto magis. De superlatiuo. vt, vir q̃s ditissimus: aut, q̃s maxime diues.

Despicio.

Regula

PIERIVS.

¶ Despectus tibi sum, nec quis sim quæris.)In Mediceo, & antiquis aliquot alijs codicib. legere est. nec qui sim. quod si diligentius perpendas, forte non displicebit. Nam distinctionem inter quis, & qui, traditam a grammaticis, minime seruari ab authoribus alibi ostendimus.¶ Quam lactis abundans.)Oblongus codex, Vaticanus, Longobardicus, Mediceus, & aliquot alij, versum habundo, cum aspiratione scribunt: non quod ab habeo, descendit: sed vt vox fiat incitatior. Ea enim de causa plerisq; dictionibus veteres adspirabant: vt patet in helluone. Quanquam literatissimi viri scriptis prodidere præter rationem, adspirationem præponi huic verbo: quod ex ab, præpositione, & vndo,

vndas.

vndas, fiat.¶ Non ego Daphnim.)In multis, Daphnin, per n, finali litera, scriptum inuenias. quod ita esse debere ostendit versus ille, Daphnin ad astra feremus. Nam si per m esset, collisioni locus foret.¶ Si nunquam fallit imago.)In Romano codice, in Mediceo, in Longobardico, in Oblongo, Vaticano, & plerisq; alijs, falsat, scriptum, subiunctiui modi declinatu.

SERVIVS.

¶ Tibi sordida rura.) Vtinã libeat tibi mecum habitare rura tibi sordida, id est quæ tu putas sordida: nam bis accipimus, Tibi, Atque humiles habitare casas.) Sanè melius, habito illam rem: quam, habito in illa re, dicimus. Nam etiam principalitas huius verbi frequentatiui, accusatiuum regit: vt, habeo illam rem. Inde fit, habito illam rem: non, in illa re: vt, habitare casas.¶ Figere ceruos.) Aut furcas, quæ figuntur ad casæ sustentationem: quæ dictæ sunt cerui, ad similitudinem cornuum ceruinorum. Aut (quod melius est) figere ceruos, id est venari & iaculari, intelligamus: vt magis ad voluptatem eum, quam ad laborem inuitare videatur.¶ Viridi hibisco.) Ad hibiscum compellere, scilicet a lassie depulsos. Hibiscus autem genus est herbæ: & sic dixit hibisco, ad hibiscum, vt, It clamor cœlo, id est ad cœlum.¶ Imitabere Pana canendo.)Exemplo numinis, in agris mecum poteris canere. Nam Pan, deus est rusticus, in naturæ similitudinem formatus. Vnde & Pan dictus est, id est omne. habet enim cornua in radiorum solis, & cornuum lunæ similitudinem. rubet eius facies, ad ætheris imitationem. in pectore nebridem habet stellatam, ad stellarum imaginem. pars eius inferior, hispida est propter arbores, virgulta, feras: caprinos pedes habet, vt ostendat terræ soliditatem: fistulam septem calamorum habet propter harmoniam cœli: in qua septem soni sunt, vt diximus in Æneide, Septem discrimina vocum ἑπτάβοιον habet, Id est pedum, hoc est baculum recuruum, propter annum qui in se recurrit: quia hic totius naturæ deus est. Poetis fingitur cum amore lusitatus: & ab eo victus: quia, vt legimus, Omnia vincit amor. Ergo Pan, secundum fabulas, amasse Syringam nympham dicitur: quam cum sequeretur, illa, implorato Terræ auxilio, in calamum conuersa est: quem Pan, ad solatium amoris incidit, & sibi fistulam fecit. Sanè sciendum, Pana, pa, habere accentum. Græca enim monosyllaba quæ ad nos transeunt, crescunt in oblicuis casibus: & in genitiuo & datiuo tantum singularibus, vltimæ syllabæ accentum dant. vt, Panos pani, Lyncos lynci. Plurales etiam isti duo habent accentum: licet ad nos transire non possint.¶ Nec te pœniteat calamo triuisse labellum.) Non tibi parum videatur. Terentius, At enim quantum hic operis fiat, pœnitet. Id est parum videtur. Et nondum pœniteat triuisse, præteritum pro præsenti positum vsurpatiue est: quod in defectiuis licenter fit, vbi præsens non inuenitur. Vt, Quanquam animisimam quidam tentant facere discretionem: vt virorum labra, mulierum labia dicantur.¶ Quid non faciebat Amyntas.) Quemadmodum mihi non obsequebatur? Et ex affectu alterius hunc cogit.

O tantum libeat mecum tibi sordida rura,
Atq; humileis habitare casas: & figere ceruos,
Hœdorumq; gregem viridi compellere hibisco.
Mecum vna in syluis imitabere Pana canendo.
Pan primus calamos cera coniungere plureis
Instituit: Pan curat oueis, ouiumq; magistros.
Nec te pœniteat calamo triuisse labellum:
Hæc eadem vt sciret, quid non faciebat Amyntas?

Hibisco.

Pan.

MANCINELLVS.

¶ O tantum libeat.)O, aduerbium.¶ Tibi sordida.)Quæ tu sordida putas.¶ Hibisco.) Pastinacæ simile hibiscum: ossibus fractis medetur. folia eius, ex aqua pota, aluum soluunt. Plin. lib. xx.¶ Pan primus.)Ab exemplo conatur adlicere puerum, ad fistulæ gratiam. Pan autem (vt Herodo. lib. ij. scri.) e Pelenope & Mercurio genitus, dicitur a Græcis. volebant autem per ipsum Panna, vniuersæ substantiæ materialis dominatorem significari: de quo late Macro. lib. j. Satur. Fistulam vero, Pan primus inuenit: teste etiam Plin. lib. vij. Meminit item Oui. lib. j. Metamor.¶ Pœniteat.)

Hibisco.

Pan.

Descriptio.

SERVIVS.

¶ Disparibus septem compacta cicutis.)Inæqualibus caniis. Nã & harmonia, inæqualis est. Cicuta autẽ est spatium quod est inter cannarum nodos.¶ Compacta.) Cõiuncta. vt, Turrim compactis trabibus quam eduxerat ipse.¶ Tenuit

Cicuta.

Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula: Damœtas dono mihi quam dedit olim:
Et dixit moriens, te nunc habet ista secundum.
Dixit Damœtas: inuidit stultus Amyntas.
Præterea duo, nec tuta mihi valle reperti
Capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo.

niteat.)i. pigeat, vel tædeat. Teren. in Phormio. Nostri nosmet pœnitet.¶ Amyntas) Ab vltima Theocriti nomen sumpsit Maro: est enim ibi, Tres comites gelidas ibamus alentis ad vndas, Eucritus, inde simul mecum formosus Amyntas.

ASCENSIVS.

¶ O tantum libeat, &c.)Bono ordine procedit cantilena Corydonis. licet prius incondita cecinisse dictus sit, quòd per impatientiam amoris, non cohærentia canit. Nam postquàm ostenderat, amicum puerum esse crudelissimum: qui carmina eius non curaret: & se miserrimum, qui nihil refrigerij impetraret: nec amaretur quamuis sit redamari dignissimus: vtpote diues, formosus, & bene canens: idque euenisse fatis docuisset, quia despectus esset vsque adeo, vt Alexis non dignetur inspicere quis esset: prudenter inuitat eum ad commercium, ac societatem: vt scilicet ex familiari consuetudine ab eo amari mereatur. Maximæ autem est fiduciæ, quod dicit, o tantum libeat. q. d. vnum peto, vt mecum conuersęris: & vici, quia tanta est mihi morum comitas & suauitas: vt non possis me non redamare.¶ Ordo est, O, optandi particula. q. d. vtinam sic esset, o Alexi: vt tantum. i. tantummodo libeat tibi habitare mecum, rura sordida tibi. i. ad existimationem tuam: cum tamen sordida non sint: sed quondam a dijs culta, atque casas humiles, id est tuguria humilia & demissa. Et figere. i. transfigere ceruos venando. f. aut figere in terra, scilicet ceruos. i. stipites cornutos, ac furcas ad casam construendam: verum prior lectio præstat: quia inuitat puerum delicatum ad rem placidam, quæ est venatio: non ad duram, vt esset furcarum fixio: & compellere gregem hœdorum: viridi hibisco. i. ad viride: aut viridem hibiscum (vtroq; enim modo dicitur) tu imitabere mecum vna. i. pariter, aut conformiter: Pana. i. deum pastorum canendo in syluis: id enim Pan fecisse dicitur: vnde subdit, Pan instituit. i. statuit primus: coniungere plureis calamos, id est fistulas, aut culmos: cera. i. glutino cereo: Pan curat oueis, & magistros ouium, id est pastores. Nec, o Alexi, pœniteat te. i. parum videatur tibi, aut pœnitudine, si feceris, afficiat te: triuisse calamo, id est frequenti inflatione calami, ac fistulæ: labellum. i. tenellum labrum tuum: nam quid non faciebat Amyntas pastor ille non satis eruditus in musica, sed ob id inuidiosus, vt sciret hæc eadem, scilicet ad quæ te inuito. f. vt sciret terere labellum inflando calamum? q. d. nihil non faciebat, sed omnia faciebat. Quæ expositionis egent, habita sunt ex Mancinello. Regula est. Locum in quẽ, aut ad quem aliquid infertur, tendit aut dirigitur, Virgilius sæpe in datiuo ponit, vt cæteri authores, repetita præpositione in accusatiuo, vt, Compellere hibisco. i. ad hibiscũ. It coelo, clamorq; virum, clangorq; tubarum Obuertunt pelago proras. i. in pelagus, aut pelagus versus.

Regula

PIERIVS.

¶ Pan primus calamos cera coniungere plures Instituit, Pan curat oueis.)In Romano codice, Primũ, legitur aduerbialiter, sed primus, omnino melius, vt in alijs habetur. Est & illud pluris, & ouis, per i, Veliano more.¶ Nec te pœniteat calamo triuisse labellum.)In Romano codice, & aliquot alijs manu scriptis, pœniteat per æ diphthongum primam habetur. Sed, o, ei formæ insitum est ex etymologia, cum pœnitentia, dicta sit, quod pœne teneat. Sanè vero præteritũ a tero, teris, teruisse esse debuit, ait Vel. Longus maluisse tamen Virgilium, triuisse, dicere.

nunc habet ista secundũ.)Cõmẽdat munus: & ex eo quod ei hereditarium datum est: & ex eo quod inuidiã meruit. Nã res optimæ, & difficile donantur a viris: & accepte, facile merentur inuidiã.¶ Nec tuta mihi valle reperti Capreoli. Commendat a difficultate.

Sic

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sic primo, Relliquias Troia ex ardente receptas. Sparsis pellibus albo.)Qui habent adhuc maculas a prima ętate venientes. processu enim temporis, mutant colorem:& eorum maculæ esse gratię minoris incipiunt. Ergo hic dicit, Seruo tibi capreolos, qui adhuc sunt pellibus albo sparsis. Quos etiam nunc tibi seruo.)i. quos adhuc tibi seruo: licet roger a Thestyli amica, quæ hoc a me cupit abducere. Siccant.)Sugunt. Orat abducere.)Orat vt abducat. figuratum est; vt donat habere.i. donat vt habeat. Et faciet.)Noluit dicere,& faciam:ne quem amabat offenderet, si se velle alteri dare munus diceret quod ei præparauerat.

Bina die siccant ouis vbera: quos tibi seruo.
Iampridem à me illos abducere Thestylis orat,
Et faciet: quoniam sordent tibi munera nostra.

MANCINELLVS.

Est mihi.(Laudat munus, quo facilius attrahat puerum. Cōpacta.)Coniuncta. Damœtas.)Pastoris nomen, a.vj. Theocriti sumptum: est enim illic, Compulerant pecudes Daphnis formosus in vnum, Damœtasq; ambo dulces admittere cantus Edocti. Bina die siccant.)Theocrit⁹ quoq; ait in.iij. Binos lactifero, quę nunc alit vbere fœtus. Nō tibi seruabo post hac ingrata capellā, Mœrens hanc dudum tentauit Erithacis a me Sumere pulchra, decensq; comis, & fusca colore, Donaboq; illi, postq̄ tu spernis amores Dura meos, certasq; tuum me ludere amantem.

ASCENSIVS.

Est mihi, &c.(Inuitauit Alexin Corydon, ad secum habendam in syluis exercitationem. s. ad venationem, & ad amicum commercium, ac studiū cantandi, more Amphionis, & Panos: & nunc inuitat eundem ad munera accipienda, quæ illi parata habet: dicens: se habere fistulam affabre factam, ex testamento amici morientis: & capreolos, ex venatu periculoso acquisitos.

Ordo. Ordo est. Fistula.i. instrumētum musicum quod inflatur, fitq; ex tibiis gruum, interdum aut herba fistulosa, seu concaua: aut ex culmo, aut ligno cauato, aut quouis metallo: compacta.i. constipata, & condensata: septem cicutis.i. internodiis cicutæ herbæ fistulosę, disparibus.i. diuersæ quātitatis, & soni, quod ad artem musicam pertinet: quam. s. fistulam, Damœtas pastor ille bonus, & musicę peritus, ac singularis amicus meus, dedit mihi dono.i.(vt dicūt) in donum, & pro peculiari dono: & ipse moriens, id est cum iam esset prope exitum vitæ: nec posset amplius eam possidere: dixit, sup. ad me: o Corydon, ista, sup. fistula, quā modo tenes: sed eam non nominat, quia propriis manibus moribundus porrexerat: habet te nunc secundum, supp. possessorem: quia quandiu mihi spes vitæ fuit, nulli tam amico eam concedere volui: Damœtas, inquam, dixit, sup. hoc: & Amyntas, pastor ille stultus.i. perdite eam amans: inuidit.i. inuidia commotus est. Præterea.i. præter & vltra, hanc fistulam, duo capreoli.i. caprearum: hoc est, caprarum syluestriū: fœtus iuniores sparsis pellib.i. quib. pelles sunt sparsæ: aut habenteis pelleis sparsas, etiam nunc.i. adhuc: albo.i. maculis albis: nec.i. & non: & reperti cum difficultate inuenti: mihi.i. a me: valle nō tuta, sed periculosa: siccant, id est omnino exsugunt, aut sugendo emulgent: die.i. quotidie: bina vbera, id est ambas mammas: ouis.i. pecudis fœtæ: quos. s. capreolos, ego seruo tibi.i. ad commodum tuum, vt tibi eos dono dem, vbi veneris ad me. Thestylis, mulier illa rustica, sed venefica, & amatoriis intenta: orat iampridem, id est iam a plusculo tempore ex quo incepit orare: abducere.i. vt abducat, aut vt possit abducere.i. a me ad se ducere, & faciet, id est abducet: quoniam nostra munera sordent, id est sordida videntur tibi. Artificiose igitur commendat munera sua, sicut & Phædria Terentianus in Eunucho præcipit dicens, Munus nostrum ornato verbis quoad poteris: quod faciēs Parmeno Eunuchum, hoc est Cheream, in specie Eunuchi, commendat ab arte, sicut hic Corydon, fistulam: dicens, Fac periculum in musica, &c. sed ille docet artificem esse Cheream, hic fistulam artificiose factam: & Æthiopissam commendata difficultate acquirendi, dicens, Ex Æthiopia est vsque hæc: sicut hic, Corydon, nec tuta mihi valle reperti. vnde & Æneid.j. Relliquias Troia ex ardente receptas. Commendare autem opus suum, proprium est poetæ: quem se Corydon prædicauit, dicens, Canto quæ solitus, &c. Vnde Flaccus carminum.iiij. ad Margium, Gaudes carminibus, carmina possumus donare, & pretium dicere muneri. Pretium ergo fistulæ, ex multis accumulat: Primo ex artificio, quia septem disparibus compacta est cicutis: quasi septenas sphęrarum sirenas æquiparet: Deinde, ex possessore, quia Damœtas qui etiam insequenti Eclo. optimus musicus ostenditur, eam possedit ad mortem vsque: ita vt iam moriens, eam manu teneret, & diceret, Te nunc habet ista secundum. Tertio, ex inuidia Amyntæ, qui eam vsque adeo amauit, ac concupiuit: vt priuatus ea, stultus efficeretur: vnde dicit, Inuidit stultus Amyntas. Sunt & alia non contemnenda, fistulam commendantia: vt quia, dono dedit, quasi nullo pretio vendere voluisset, nec dare, nisi moriens: & quod habet, non habetur. In capreolis autem, non minor est commendatio. Et quia duo, quod indicium est bonæ, & fœcundæ matris. Et quia capreoli, qui chariores sunt quàm hœduli cicures, id est domestici. Et quia reperti, id est summo labore iterum atque iterum parti, id est acquisiti: sicut infans matri: a pario enim, fit reperio. Et quia in valle non tuta: vbi scilicet lupi, & leones timerentur. Et a teneritudine, quia, Sparsis etiā nunc pellibus albo. vnde malim dicere, dictum esse etiam nunc, id est adhuc propter teneritudinem: quanquam Thestylis adhuc abducere oret: hoc enim iampridem explicat, Et a pingui, & bona educatione, quia bina die siccāt ouis vbera: hoc est, singuli duo: quod importat dictio, bina. Et quia Thestylis eos orat, id est non imperiose, vt meretrices in re modica solent exigi: sed supplex rogat, non asportare, sed abducere: quia iam ingredi firmiter possent. Et quia orat iampridem, id est iam orat, nec desinit orare: & pridem, id est a plusculo tempore orauit: vbi scias, olim, de magno quouis tempore solere dici, tam præterito, quàm futuro, & abusiue de præsenti: pridem, de mediocri, secundum rerum durationem: dudum, de minimo: & cum verbo etiam præteriti temporis, recte construi: sed iam olim: aut olim iam: iampridem, & iandudum, seruata ratione, e diuerso durationis cum verbo præsenti velle construi: eo quod videtur posse addi, a: vt sit iam a pridem, ab olim, &c. Cætera Manci. graphice exequitur. Prima regula: plurima verba, præter datiuum acquirentem, regunt secundum significantem modum, aut finem acquirendi, qui in accusatiuum, mediante in, aut ad, resolui potest: vt do tibi dono, id est in donum, aut ad donum: sum tibi voluptati, id est ad voluptatem. domus mea patet tibi hospitio: venio tibi subsidio: do tibi vitio: cedit tibi honori, &c. Secunda: Iampridem, iandudum, & olim iam, quia continuatum tempus important, & consistentiam actionis, præsens tempus efflagitant, vt, Iampridem orat: vnde dices, Veni dudum, & obseruo te iandudum: vt Valla præcipit.

Olim. Pridem. Dudum. Iā olim. Iāpridē. Iādudū. Regula

PIERIVS.

Sparsis etiā nunc pellibus albo.)Antiquissimus ille codex maioris notæ, membrum vnum ita distinguit, Sparsis etiam nunc pellibus. Inde vltimā ex versu dictionē, cum subsequenti, iungit hoc pacto, Ambo Bina die siccant ouis vbera. quam forte lectionem elegantia ingenia non aspernabuntur. Quos tibi seruo.) In Romano codice, quod, habetur: vt non tantum capreolos, verum etiam & fistulam, vno eodemq; munere complectatur.

SERVIVS.

Huc ades o formose puer, tibi lilia plenis Ecce ferunt nymphæ calathis.) Tantū honoris habet puero: vt ei dicat etiam numina obsecutura. Sanè calathus, græcum est: nam latinè quasillū dicit. Cicero in philippicis, An non inter quasilla pendatur aurū: Candida Nais.) Vel pulchra, vel Dea. Nam dii vmbris cōtrarii sunt, quas nigras esse cōstat. hinc est, Candidus insuetum miratur limen olympi. Pallentes violas.) Amantium tinctas colore. Horatius, Et tinctus viola pallor amantium. Vnde nō præter affectionem amantis, eos flores nymphas dicit offerre, qui sunt amantibus similes. Papauera carpens, Narcissum & florē bene olētis anethi.) Sanè Papauer, Narcissus, Anethus, pulcherrimi pueri fuerunt: qui in flores suorum nominum versi sunt: quos ei offerendo, quasi admonet nequid etiam tale aliquid vnquā ex amore patiatur. Tum casia.) Herba suauissimi odoris: vt sequentia indicant: quam Græci casiam dicunt. Et sic dictum est Tum casia, atq; aliis intexens suauibus herbis: vt in Sallustio, Leonem, atq; alias feras. Mollia luteola pingit vacinia caltha) Mollia vacinia pingit, id est componit de caltha luteola. Nam nisi Luteola Septimus sit casus, non stat versus. Mollia autem, tactus plumei. s. Hoc dicens, ex colorum diuersitate querit ornatum. Cana legam tenera lanugine mala.) Mala dicit cydonea: quæ lanuginis plena sunt sed nō præter obliquitatem. Nam in Æneide diximus, apud Cretenses, infamiæ genus iuuenibus fuerat, non amatos fuisse. Et verecunde rem inhonestam supprimit: quam Theocritus aperte commemorat. Castaneasq; nuces.) Bene speciem addidit: dicens castaneas.

Nuces. Nam Nuces Generaliter dicuntur omnia tecta corio duriore: vt auellanæ, amygdalæ, iuglandes, castaneæ. sicut contra dicuntur poma, omnia molliora. Mea quas Amaryl. amab.) Ne eas viles existimes, quas Amaryllis est amare dignata, nam apud illam in ingenti fuerunt honore. Cerea pru.) Aut cerei coloris: aut mollia. Horatius, Cerea Telephi laudat brachia. Honos erit huic quoq; pomo.) Si a te dilectum fuerit: sicut castaneę in honore fuerunt amatæ Amaryllidi. O lauri.) Licet Horatius dixerit, Depone sub lauru mea: melius tamen est iuxta secundam formā inflectere: nam melius sonat. Proxima myrte.) Vel vicina lauro: vel ad odorem proxima. potest enim vtrunq; intelligi. Sic positæ quoniam suaues miscetis odores.) Quoniā permistione vestra suauem odorem creatis.

Huc ades ò formose puer. tibi lilia plenis
Ecce ferunt nymphæ calathis: tibi candida Nais
Pallenteis violas, & summa papauera carpens,
Narcissum, & florem iungit bene olentis anethi.
Tum casia, atq; aliis intexens suauibus herbis,
Mollia luteola pingit vacinia caltha.
Ipse ego cana legam tenera lanugine mala,
Castaneasq; nuces, mea quas Amaryllis amabat.
Addam cerea pruna: & honos erit huic quoq; pomo.

Et vos ò lauri carpam, & te proxima myrte:
Sic positæ quoniam suaueis miscetis odores.

PROBVS.

Narcissus.) Flos. Acusilaus refert a Narcisso Amarāthi, qui fuit Erechtheis, ex insula Eubœa interēptus ab Epope: ex cruore eius flores: qui nomen eius acceperunt, procreati: a pictore Narcissi floribus Erinyas, i. furias primas, esse coronatas aiunt.

MANCINELLVS.

Calathos. Tibi lilia.) Conatur plurib. modis illū adlicere: cū & nymphæ sibi obsequant. Calathis.) Calathos Græca vox est: vt etiā Fest.

Mais. ait: Latini dicūt quasyllū. Nais.) Aquę nympha: νάω. n. fluo est. Pallēteis violas.)

Violæ. Pli. lib. xxj. cap. vj. & c. xl. scribit, violarum esse plura genera: sunt. n. purpureæ, luteę, albæ.

Narcissus. Purpureę crapulam, & grauedines capitis impositis coronis, olfactuq;, discutiunt. Narcissum.) Narcissi duo genera: vnum, purpureo flore: alterū herbaceum: neruis inimicū, caput grauans; & a narce, narcissum

Narce. dictum: nō a fabuloso puero. Pli. lib. xxj. scri. Narce autem, torpedo dicitur: narceo, obstupefacio.

Papauer. Papauera.) fuisse papauera in honore apud Romanos semp indicio est Tarquinius superbus, qui legatis a filio missis, discutiēdo papauera in horto altissima, sanguinarium illud respōsum, in hac facti ambage reddidit. Pli. lib. xix.

Casia. Casia.) Casię duo genera: alia. n. candida: alia, nigra. Candida, magis se humi spargit, odorataq; est: nigra, odore caret. Ambo florent post æquinoctium autumni: & multū deniq; temporis florēt: author est Theophrastus lib. vj. de suffruticibus & herbis. Amplitudo fruticis, trium cubitorū, inquit Plin. lib. xij. nam casia, frutex est intexens. Theocritus itē in. iij. Cingam mea tempora sertis Pallentis violæ, ac multum redolentis anethi, Atque rosis, aliis quę mollia pingit caltha luteola. vaccinia.) Flores nigros, seu purpureos: de quibus supra. Mollia.) Aut iucūda. Luteola.) i. rufa. est. n. luteus, color rufus dilucidior: vnde ei quoq; nomen esse factum videtur, ab luce. s. author est. Gel. lib. ii. cap. xxxvj. & Pli. lib. xxj. inquit, Lutei video honorem antiquissimū in nuptialibus, flammeis totū fœminis concessum. Caltha.) Violæ genus est, cuius folia olent, non flores: vt Plin. scribit lib. xxj. cap. vj. Cana mala.) Cotonea intelligit: quæ Græci Cydonea vocant: ex Creta insula aduecta. plura eorum genera. Chrysomela incisuris, distincta colore ad aurum inclinato: quę cādidiora nostratia cognominata odoris præstantissimi: author Pli. lib. xv.

ASCENSIVS.

Huc ades, &c.) Rursum Alexin adlicit, inuitatq; ad concedendum in agrum, dicens ei: paratos esse flores suauissimos, atq; herbas maxime odoriferas, quos, & quas nymphæ illi vltro adferēt si venerit: additurum præterea se sertum ex variis floribus, herbis, & fructib.

Ordo. Ordo est, O formose puer Alexi: ades.i. adsis, aduenias: huc.i. ad me: ecce, si munera nostra tibi sordent, nymphę id est deæ, hoc est rerum naturalium productrices: ferunt.i. obuiam, aut afferunt tibi lilia plenis calathis.i. vasculis vimineis: Nais.i. dea illa: candida.i. decēs, & formosa: carpens.i. legens: carpendo.i. summis digitis abrumpendo: violas pallenteis, & ita amanti cōgruas: & summa papauera.i. summitatē papauerum: iungit.i. conserit: insertum colligit: narcissum, florem illum, in quem Narcissus puer transformatus fingitur: & florem anethi, herbę videlicet: bene.i. suauiter: olentis.i. fragrantis: tum i. deinde, aut insuper, ipsa intexens. s. sertum ipsum, hoc est in medio suffulciens intertexendo, casia, herba illa suaui, atq; aliis herbis suauibus: pingit.i. componit: aut potius in morē pictoris, diuersarum herbarum coloribus, diuersis exornat componendo: vaccinia.i. flores vacciniorum: mollia.i. plumei tactus: caltha.i. flore illius herbæ: luteola.i. aliquātulum lutei coloris: qui color est in vnguibus, aut cornu oris merulæ: est.i. ruber cum croceo: aut sic, tum.i. insuper. Nais intexens vaccinia mollia, casia, atque aliis suauibus herbis: pingit, sup. ea caltha luteola. Ipse ego.i. ego met: legam.i. ex arbore molliter, ne lædantur, excerpam: mala cana.i. canescētia, quę cotonea, a doctis: ab imperitis (licet alia sint) coctana vocantur: tenera lanugine.i. quibus adhæret quædā lanugo tenera: & castaneas, quas nuces: aut castaneas existētes nuces: Amaryllis mea. s. amica: amabat, sup. tunc, cum a me amaretur: & erat fastidiosissima, vnde non nisi delicatissima amasse putanda est: ego addam pruna cerea.i. cerei coloris: & honos.i. decor: erit quoq;.i. etiam: huic pomo. s. pruno, quod primum est: quia corticē mollem habet. Et o lauri (mōstrat amatorie lauros, quas Alexi impridē destinat) ego carpam vos: &, o myrte, arbor odorifera, Veneri sacra: proxima.i. quæ proxima lauro es: ego carpam.i. decerpam te, sup. tunc, quāuis nūc molliter seruem, ac custodiam: quoniam vos. s. laurus: & myrtus: positę sic.i. circum mala, & poma iam dicta miscetis suaues odores. Multa hic Serui⁹ subtiliter differit: non pauca Mancinellus, quibus ne vbiq; longus sim, contentus sum. Tametsi quatuor modis dici potest hæc & consimilis locutio, Malum tenerum lanuginem: quod nimis Grȩcum, ac poeticum est. Tenerū lanugine: quod historico permittitur. & Teneræ lenuginis: quod maxime grammaticum est. & Tenera lanugine, quod maxime Latinum est: tamen qui oratorie ac Latine loqui volet, vltimum modum, nisi concentum repugnet, amplectetur: vt alibi latius dicam. Regula

PIERIVS.

Addam cerea pruna, & honos erit huic quoq; pomo.) Licet hic eorum obscuram diligētiam deprehendere, qui cum passim in veteribus exemplaribus legerent, Addam cerea pruna, honos erit: absq; particula coniunctiua, eam, ne versus infirmus esset, inseruerunt. Qui, si non animaduertebant, eam inesse vim adspirationi, vt præcedentē vocalem sustinere possit: certe pleraq; toto opere eodem modo, sine vlla collisione posita, & Homeri, & aliorum poetarū tam Grȩcorum, q̄ Latinorum exemplo cognoscerent. Sanè, & particula in nullo ex his antiquis exēplaribus inuenitur. Idq; manifestum in Romano codice, & in Longobardico: & in Mediceo: in reliquis aliena manu & attramento intrusa. Atq;, vt hos eo timore absoluam, fit exemplum, vocales non semper abiici per alterius collisionem. Regulę Credimus, an qui amant: quod si non has figuras admittamus, adspirationis dubio procul exemplum eo versu est, Ille latus niueū molli fultus hyacintho: Sed obiiciet forte aliquis Nigidii figuli commentaria. In quibus ille, h, non esse literam tradiderit, Sed adspirationis notam, obseruatum a Victorino. Cui qui respondent, Græcos aiunt numeros suos per literarum figuras adnotare: ac veluti per α vnum, per β duo per γ tria & sic de reliquis: ita per ⊢, quæ apud eos figura est aspirationis ἑκατὸν, hoc est centum describūt: eam nimirum literarum honore decorantes. Latini vero, octauum illi locum in literarum ordine non temere adscripsere: & in inscriptionibus: in quibus singulis tantum literis vti solent, H, vtuntur sępissime, perinde ac etiā literis aliis: quippe si hic, hęc, hoc, pronomina significāda sint, siue Hęredes, siue hora: vel quid huiusmodi: vt H.M.H.N.S. hoc monumētū hęredes nō sequet. siue, quod alibi est: sequit. & S.H.L. quod s̄m hanc legē, interpretatur: & H.H. cētenarii vocē, vt in eo nomine prima: neq; in his aliis quicq̄ significaret, præter spiritum, voces vero ipsæ per vocaleis in vnaquaq; dictione primas notarentur. Habet præterea H sonū proprium, quē licet Catullus videatur elusisse, nostris tamē temporibus (Nā quo pacto prisci pronūciauerint audisse nō possumus) quotquot literati sunt, mihi, & nihil, h tantum inter duo illa ii interiicientes scribunt. Eas tamen dictiones propemodum pronunciant, ac si præter h, c, etiam insertum esset, quod quidem ipsius h literæ,

Universidad de Deusto Biblioteca

literæ,vim & sonum proprium ostendit. Quare Vel.Longus ait, H & ante vocalem, & post vocalẽ nescio quid proprium sonare: hæc tamen,vt pleraq; alia corrupta sunt apud Velium. Quid vero illud,quod literæ tot in h,abeunt,& ipsum h,modo in hãc,modo in illam literam cõmutatur?Id.n.præcipue literarum esse constat,vt hæc illi succedat,aliæ dentur in aliarum locum: pro idiomatum quippe nationum,gentium,atq; etiam ætatum conditione,consuetudineve:vel quia multæ inter eas cognationes intercedant.Hinc alii per q,Periqulum:per c alij,periculum scripsere: sic aquipenser, & pequnia in accipenserem, & pecuniam abiere. Eadem in c,& g literis affinitas:vnde cortynia,& gortynia indifferenter scriptum inuenias:& quæ per C,caieta,Cneus,Caius,curculio,notantur:per g,tamen enunciantur.Sic m transit in b cum ex scamno,scabellum,facimus: sic p,sic d,etiã in b versæ, cum ex duello,bellum:ex Pyrrho,burrhus,effectum est. Quid memorẽ, T,& D,tam arctæ cognationis literas? Nam vt reliqua dissimulẽ, quę per t,prius Alessanter,& Cassãtra,scribi solita,iam per d,Alexander,& Cassandra,quo mollius enuncientur,notari videmus. Ipsum vero d,quod in loquutionibus in l verti patitur,cum lingua, ex dingua, & dico:cum sella,ex seda,a sedeo exprimuntur. Quoties eadem in r literæ locum data? nonne lemures, qui a remo,remures:nonne Meridies,ex medidie factum?R,autem ex s, bona veterum nominũ parte fecimus: vt Aurelius,ex Auselius. Ara plurimus maiores ferię lares, quę prius per s,Asa plusimus maioses fesiæ lases:& tot huiusmodi.tam primo & medio, quam vltimo vocum loco scriptitari solita, sic & h,multarum & ipsa literarum vicaria reperitur,in hanc & illam ipsa quoq; litera s trãsmutatur:vt cum ex veho,vexi:ex traho,traxi, facimus: nunc in v,vt hesper,vesper:nunc in f,vt hanula,fanula; formæ, pro hormæ,quod circa eas,crebræ, tutęq; stationes essent, vt apud Verrium,contra vero,F in h mutatum,vt in nominib.quę a Sabinis accepta Romani in ciuitatem adsciuere. Cuiusmodi sunt,traso, veso,fircus, forreum,fostis,fostia, & alia pleraq;, quæ Romani cum in ciuitate adsciscerent, alia quadam litera veluti toga sua, vel prætexta donata, insigniri voluere. Quid vero ludicrũ illud veluti certamen quoddam, quo f,in b transilit, vt cum Bruges, priora quædam secula pronunciarunt, quę posteri per f,fruges scribere maluerunt: In aliis aliquot,h in b:vt quæ Helena prius fuit,apud Romanos Belena diceretur.An,nisi litera esset,tantum iuris vt modo in hanc, modo in illam literã abiret,cõcederetur? An consonantes aliæ,vice versa dignatę essent in eam transcribi, nisi quid saperet literarium? Longũ vero esset enumerare, quot huiusmodi sint mutationes,quæ mihi ex literis in literas ita fieri vidẽtur,vti cum quis ex plebe ad equestrem, & ex equestri ordine ad senatorium prouehitur:ac vice versa,vel censoris alicuius notatione, vel suo nonnunq; ex commodo ex senatu ad plebem transit.vir.n.idem quoquouersum rapiatur, cõditiones mutat, non naturam,Sic h,sic v,& i,& aliquot aliæ nonnunq; literæ, nũc vno,nunc alio ordine recensentur: quin tamen literæ sint, non aliter quisquam vicerit,q; qui eum,cui purpuræ vsu interdictũ, aut ademptus in censu equus fuerit,non hominem amplius esse contendat. Sunt enim qui ea ratione,h nõ esse literam conantur ostendere,quia neq; in vocalium,neq; in semiuocalium,neq; in mutarum ordine locum habeat:quod quidem,vt in eadem perstemus similitudine,tantundẽ mihi est, ac si diceremus, Sosiam, aut Dauum,ideo non esse homines,quia Romæ neq; inter senatores,neq; inter equitum centurias, neq; vlla in tribu recenseantur,verum adeo ne absurdum erit vnam inueniri literã, quę inter vocaleis & consonanteis, medium quendam locum habeat: aut alterius cuiuspiam sit cõditionis, veluti apud Gręcos,σ,quã licet per se sonare,suisq; viribus pollere,neq; alterius cuiuspiam literę auxilio,vt enunciaretur:indigere non negabant, nequaq; tamen inter vocaleis enumerauere.Cum vero cõsonantes in semiuocaleis & mutas diuiderent:tripliciterq; mutas partirentur, semiuocales dupliciter,Sigma, ab aliarum veluti cõsortio segregata,ἄσημα ppellarunt:cui neq; signum, neque notam vllam, inuri posse viderent,quod ea suæ cuiusdam potestatis esset. Quę vero inuidia sit apud Latinos,vnam esse literam, quę suę & ipsa quodammodo potestatis, medium inter vocaleis & consonanteis locum obtineat,nõnunquam etiam,si adhibuerit, nec litera esse velit, cum alię quoq; literę nulla vi,nullo sono euanescere: alię aliter scribi,aliter sonare deprehẽdantur. His itaq; cõfutatis, sunt qui a finitione,H non esse literam, argumententur:quia scilicet,h,sit humani spiritus, flatuumve collecti sonus intelligibilis.Sed enim vel quęcunq; figura hac finitione describet,perinde litera non erit,vel:si qua nota:cui ea competat finitio,litera erit.

H,quoq; literam esse,cõsentaneum erit. Nam si animatum quid sit:& rationis particeps, & morti obnoxiũ, id dubio procul erit, homo.Socrates igitur homo.At qui literę,C,F,R,& S,iisdem circunscribũtur terminis, vt earum vnaquęq; sit humani spiritus, flatusue collecti sonus intelligibilis.Differunt tamẽ ex eo, quod accidit huic,vel illi,vt Aethiopi,nigrũ esse.Scythę,album,Socrati simum,Platoni latos humeros habere. Ita adspirationi(de nota enim loquor,nõ de re, quę nonnullis ansam cauillandi dedit)id accidit,vt densius,& crassius enuncietur.C,vt pressius, & exilius emittatur.F,vt vastiore quodam sono proferatur.R,vt asperius & per vim quodam modo elidi videatur.S,vt incitatius, & sono magis promptuario nulloq; pronuncietur impedimento. Fatebuntur vero aliqui,vel hanc:vel illam ex huiusmodi notis,vtputa s,non esse literam,sed sibilum tantum. Nam s,raro Capri testimonio apud Hetruscos exprimitur:& ex Latinis loquutionibus nonnunq; euanescit.F,non omnium gentium esse literam,facile comprobabunt.Quibus quidem si vel s,vel f,nõ esse literas,ideo cõcesserimus, quod rarus fuerit earum apud hos vel illos vsus. Age etiam q,ex literarum ordinibus submoueamus, non enim ea apud Grecos inuenitur.K etiam exigamus, id enim vel Fab. Quintiliano teste,a Romanis olim repudiatum est. Digammon vero ęolicum, ex veterum, quę tot extant monumentis eradamus,eam enim literam non omnes gentes admisere, ac perinde Latinis eam vsurpare non licuit. Quinetiã o vocalem eiiciamus. Nam eam quidam Italię populi nõ habuere,quod si digammon ipsum inter literas recensetur. Si K,per innumeras ętates pro litera habita,quod tot seculorum continuatione in maiorum nostrorum inscriptionib.occulta fide conspicimus, ita s,apud gentes,nationesq; omnes literę sonum,figuram,& vim, siue potestatem dicere maluerimus, obtinet,ita & h,iam recepta,quę tãta est s literę cognatione copulata, vt plerisq; in loquutionibus & s in h,& h in s,inuicem cõmutentur:videturq; propemodum humanus sermo tantũdem existimasse:vtrum quid per s,an per h, scriberetur:vnde Latini;sal:satis:sex:septem:se pronomen, & sexcenta huiusmodi per s,scribenda censuere,quę nationes alię scripserint per adspirationis notam, ἅλς ἅλις ἕξ ἑπτὰ:id puto minime facturi,si h,non esse literam, sed flatilis cuiusdam spiritus,notam tantum esse censuissent. Idq; potius credendũ iudicasse eos, & s:& h:eiusdem propemodum esse prerogatiuę: quodq; s,literę accidit,vt nonnunquam elidatur in versu faciendo, nõnunq; syllabis adminiculo sit,ita & adspirationi, vt nonnunquã otiosa sit.nonnunq; vires,vt hoc loco, suas ostentet.scio in iis quę postremo loco exempla retulimus,erunt qui maiores nostros figura deceptos, dicent: quod quę nota vocalibus nunc superadditur,adspirationis loco eadem sit figura:qua σιγμα nunc vulgo scriptitamus,(.quippe ad latinę literę,c,secundę consonantis effigiem. Sed enim prius fuere nomina hęc per s,notata apud Latinos,q; corrupta illius literę forma, quę facta est posteriore seculo: diuulgaretur. Sed eorum non ego errores incessam, qui scriptis tradiderunt figuram h,prius fuisse mox dissectam in dasean & psilen:quę in veterum libris & monumentis: hoc modo figurẽtur, ⊢, ⊣ .Cum potius Latini ex duabus illis notis in vnã contractis,copulatisq; suam conflarint literam, quę eam figura iure latij donatam insignẽ esse voluerit. Meritoq; Valerius Probus magnę authoritatis grãmaticus:in arte,H literam inter nouem mutas enumerat:quam pręter peculiarem figurã & nomẽ, quod his literis expressit, H: sonum etiã retinere potestatis suę, certum asserit:vtputa, honos,nunquid nam onos:aut cętera talia:& ideo qui aliter sentiant nõ recte existimasse notandos, ait. Neq; tamen negat interdum h,pro adspirationis nota poni posse,presertim cum iuncta cum aliis mutis vocali cõcurrerit:vtputa,pulcher:in cuiusmodi rationis nominibus:h nõ aliter euanescit:ac u vocalis in loquutionibus,lingua. Torqueo: & similib. aut s in eo loco,Ponite spes sibi quisq; suas:& aliis eiusmodi.Nã qui magis liceat i,& u,modo esse vocalibus,modo in consonanteis abire,modo loco cedere:deserere ordines:subducere se,atq; aufugere: si aliis quibusdam literis authoritatem suã longo authorum vsu concessam inuiderimus? Sed quoniam in re, nihil, vt de litera hac vulgo dici solet:animi gratia: quasi marinas cõchulas colligẽtes,euagati sumus, vnum illud dicam:eos qui omni conatu id maxime sunt, cõtendere visi:vt ius literę notę huic adimerent.tamen cum manifesta negare nõ possent, eam sapere aliquid quod sit literę nihil quicq; inficiari. Ac vt ad carminũ & loci,qui prę manibus est:rationẽ deueniamus,consentiunt Grãmatici Virgilium literę:vim & potestatem, naturamq; in h esse, tunc ostendere voluisse, cum scripsit, Stant & iuniperi; & casta

neę

neæ hirsutæ.Quare cum neq; præter exemplar:neq; præter rationem sit legere:Pruna honos:tot venerandæ antiquitatis codicibus adstipulãtibus:& particulam ab aliis intrusam, audacter ego sustulerim.Accedit huc rhythmica quædam consideratio:quod sentẽtia sententia finitur in pruna. Trimetrumq; absoluit nõ indecore:& antea q; membrum alterum resumamus,latum satis temporis interuallum interponitur. Vt si etiam hemistichium illud,a simplici vocali incipiat,cõmodum respirandi locum habere possit.

Rusticus es Corydon:nec munera curat Alexis:
Nec si muneribus certes,concedat Iolas.
Eheu quid volui misero mihi?floribus austrum
Perditus,& liquidis immisi fontibus apros.
Quem fugis ah demens?habitarũt dii quoq; syluas,
Dardaniusq; Paris. Pallas,quas condidit arces,
Ipsa colat.nobis placeant ante omnia syluæ.
Torua leæna lupum sequitur:lupus ipse capellam:
Florentem cythisum sequitur lasciua capella:
Te Corydon,ò Alexi.trahit sua quenq; voluptas.

SERVIVS.

¶Rusticus es Corydon.)Arguit se stultitiæ, quod eum se sperat placare munerib', qui potest habere meliora. nã supra ait, Delicias dñi.¶Iolas.) vel ditior amator:v.i eius dominus.¶Eheu quid volui misero mihi?Quomodo eum discedere dicit, quẽ supra cũ eo diximus nõ fuisse?Nam ait solus montibus & syluis:sed ratione nõ caret.Epicurei.n.dicunt(quod etiam Cicero tractat) geminã esse voluptatẽ: Vnam quæ percipitur:& alteram imaginariã.s.eam quę nascitur ex cogitatione.Vnde ita debemus accipere hunc versum per cogitationẽ, illa imaginaria voluptate:qua & cernere & alloqui videbatur abientẽ.Sed postq; obiurgatione sua in naturalẽ prudẽtiam est reuersus,caruit vtiq; illa imaginaria voluptate, vbi nũc sibi se obfuisse dicit per hanc ratiocinationẽ, Rusticus es Corydon:nec munera curat Alexis. Nec si muneribus certes, cõcedat Iolas.¶Floribus austrũ.)Quo facilius arescũt.¶Fontibus apros.) Qui puros fontes cenosos efficiunt.¶Quẽ fugis ah demens?)Iterum per phantasiã quasi ad præsentẽ loquitur:& quasi ille dixisset syluas,hic infert.¶Habitarunt dii quoq; syluas, Dardaniusq; Paris.)Et Paris habitauit syluas,qui de dearum pulchritudine iudicauit.¶Pallas quas condidit arces, ipsa colat.)Ideo dea artium Minerua dicitur,quia de capite Iouis nata est,sed quia dea est artium,& ingenii,ideo ista finguntur.Nihil enim est excellẽtius ingenio, quippe quo reguntur vniuersa.¶Torua leæna lupum.) Theocriti sunt isti versus. Et bene se reuocat ad rusticas cõparationes:penẽ.n.fuerat lapsus,dicendo,Pallas quas condidit arces. Leæna autem dictum est,sicut dracæna.Et quod ait,Torua lęna lupum sequitur:verum est.Nam necesse est vt veniente lupo,aduentus agnoscatur leonis.¶Cythisus.)Herba est.¶Lasciua.)Voluptuosa & desidiosa.¶Te Corydon o Alexi.)don o a, antibacchius est: sed o breuis fit:quia vocalis vocalem sequitur.sic Homerus, πλάγχθη ἐπεὶ τροίης ἱερὸν.¶Trahit sua quenq; volup.) Notabatur a Criticis,q hãc sententiam dederit rustico supra Bucolici carminis legem,aut possibilitatem.

PROBVS.

Pallas. ¶Pallas quas condidit arces.)Ab hastæ quassatione dicta.i.vibratione, q sit bellicosa.πάλλειν enim quatere vocant Græci. Hæc primum ædificationem inuenisse dicitur.

MANCINELLVS.

¶Rusticus es Corydon.)Seipsum ignauiæ arguit,cum aduertat meliora Alexin, ab altero accipere posse.¶Iolas.)Pollio intelligitur,pueri dominus:nam vti puero & sibi mutauit nomen, ita & Pollioni.¶Eheu, quid volui.)Pœnitet eum iam incepti amoris. ¶Floribus austrum.)Austro.n.flores soluuntur, Zephyro fiunt: humidus.n.grauisq; Auster est:vt philosophus scribit lib. viii. de animalibus.¶Apros.)Quibus quidẽ in luto, voluptas grata est. ¶Paris.)Qui regi' fuit.¶Pallas quas condidit arces.)Hoc ait,quoniam(teste Diodoro lib.vi.)Palladem,vestium apparatũ, & ędificandi artẽ,exprimendiq; olei modum,& multa alia inuenisse volunt.Idẽ quoq; Diodorus lib.vi. scribit,q putant aerem ideo nominatũ Palladem:ac Iouis filiã dici:& virginẽ fuisse, quoniã & nõ corrumpatur: & sublimiorẽ locum teneat.quapropter ex vertice

Climax ce Iouis dicitur nata.¶Torua leæna lupum.)Climax est: Latine, gradatio dicitur, teste Fab.lib.ix.de quo latius in carmine, Torua terribilis:q sit torto vultu.¶Trahit.)Teren.in Phor.ait,Verũ ita hoc est,quot homines,tot sententię,suus cuiq; mos.& Pli.epist.d.j.Varia sunt hominum iudicia:variæ voluntates.

ASCENSIVS.

¶Rusticus es Corydon.)Graphice admodum,vt cætera omnia, perdite amantem exprimit Maro:nunc sanæ mentis,nunc furentis videtur:nam per interualla quæ recta sunt consilia, amplectitur:& rursus deserit, quod & Phædria Terentianus, lepide in se demonstrat.Quasi ergo interuallum bonæ mentis nactus Corydon,dicit,seipsum adloquens:O Corydon, tu es rusticus:Alexis autem,

autẽ,puer vrbanior, quocirca nihil illi iucundum offerre possis,sordent.n.munera tua illi,q muneribus obtinendus nõ est:& si ea via obtinendus sit,adhuc nihil profeceris, qa Iolas corriualis tuus, te multo ditior,munere te vinceret, proinde stulte operam das talibus amorib':quod cognoscens exclamat,Heu heu: aut Eheu, qd volui mihi misero? qui perditus,rem surgentem deieci: & lympidã turbaui,sicut qui floribus, Austrum:& fontibus apros immittit. Deinde,irrepente rursus amore,quasi Alexis quem præsentem imaginabatur, ob tale dictum aufugerit:exclamat,Alexi, quem fugis?Nunquid quia rusticus sum,me fugis?Ah demens:hoc est, peruersæ mentis puer,qui nõ recte sapis,si habitantes in syluis, ob id solum q in syluis habitẽt,fugis: quia habitarunt dii quoq; syluas,Dardaniusq; Paris:proinde cũ tu rusticus sis(id enim innuit.Et ideo manifestum est: quia non ita de Alexãdro,Pollionis puero,loquitur,quin ad alium referri possit.Non.n.quod quidam perperam criminãtur,amores suos in pueros fatetur Maro)egoq; rusticus sim, sinamus Pallada vrbem quã condidit,habitare:& colamus nos syluas,quod fieri decere probat exemplis,& inductione quadam nõ perfecta,dicens quia Leæna sequitur lupum: lupus,capellam:capella,cythisum:, & Corydon,Alexin:quia Quenq; sua voluptas trahit,quæ sentẽtia licet a Criticis,i.rigidis censoribus notatur:tamen a Corydone non abhorret,qui & Amphiona,& Parin,& Pallada,& cæteros quos nominat quodammodo nouit:vnde nõ omnino rusticus aut imperitus existimabit,vt non posset prouerbiũ, etiã si nõ intelligat,proferre.¶Ordo est.O Corydon,tu es rusticus, & ita nõ Ordo.
places per te:nec Alexis curat munera,& ita nõ captabis eum munere:nec Iolas, pastor ille diues, & riualis tuus(vnde non placet Pollionem,per Iolam intelligere,etiã si per Alexin, Alexandrum Pollionis puerum,intelligam)cõcedet, sup.te vincere,aut potiri optato:si certes.i.cõtendas: muneribus.i.per munera Alexin ad licere.hoc autem dicit per apostrophen, adse:deinde,in sua: hoc est,in prima persona, dicit: Eheu,vel Heu heu: dolentis interiectio)quid volui mihi misero.q.d.maximum malum, dum tales amores inceptarẽ:nam ego perditus immisi floribus.i.rebus trãquillitatem amantibus vt flores amant:Austrum.i.ventum turbulentum,& eos decutiẽtem, hoc est tranquillo statui summam cõmotionem(allegoricos enim loquitur)& immisi fontibus.i.rebus claris,& lympidis,ac pellucidis, seu trãsparentib.cuiusmodi sunt fontes,apros.i.porcos syluestres,& immundos sues, omnia turpantes,& cõtaminãtes,est enim(vt dicit Flaccus in.i.libro epist.)Amica luto sus.Et ita cõstituit resipiscere: sed mox quasi per hoc,puer indignatus aufugeret:iterũ furens dicit,Quem fugis:(visus enim est sibi,puerum videre)ah demens,i.malę & peruersę mentis Alexi,qui syluas fugis:quia quoq;.i.etiam dii,non solũ homines summi:habitarũt,i.incoluerunt syluas,vt Fauni,Panes,ac Satyri:& Paris Dardanius.i.heros,ex alto sanguine Dardani,progenie',sup.habitauit syluas: ipsa Pallas,i.Minerua,quæ Græce Athena dicitur:colat arces:quas condidit.s.Athenas.q.d. vacet philosophię,& syluæ placeant nobis, qui.s.pastores sumus ante omnia.i.ante omnes res.Neq; vero moleste feres,si te amore captus sequor:quia leæna torua.i.feroci,& immiti aspectu,sequitur lupum.(Id autẽ Serui.euenire docet)& ipse lupus sequit capellã,quã.s.lubentissime vescitur: & capella lasciua.i.petulans & lubrica:sequitur cythisum herbam,aut fruticẽ dulcem, & succi plenã:& o Alexi Corydon,sup.sequit te:& hoc est, ego sequor te: quia Quenq; sua voluptas trahit.¶Dii quoq;.)Adnotandum vbi dicit, Habitarunt dii quoq; syluas: q gentilitas, deos syluestres posuit: quos semideos vocauit,videlicet faunos, & satyros nemorũ. Ægipanes desertorũ Æthiopiæ,qui sunt nudi, leues, caprinos pedes hebẽteis,qualeis diuo Antonio occurrisse dicitur, Syluanos,syluarum:& Panes, agrorum:sed confunduntur hæc: vnde author noster, Et vos agrestum præsentia numina fauni,

Ouidi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ouidi. Sunt mihi semidei, sunt rustica numina nymphę, Et fauni, satyriq;, & monticolæ syluani, Quos quoniã cœli nondũ dignamur honore, Quas dedimus certe, terras habitare sinamus. Pomponius Mela scribit, vltra Atlantẽ, Mauritanię mõtẽ, noctu perspe visa lumina, & crepitus cymbalorum, ac sistularum cãtus audi tos, nec die repertũ quęq;; iccirco pro cõstãti habitũ, hos faunos esse, ac satyros, & ei? generis animalia. ¶ Dardanius q; Paris.) Dardanus Iouis ex Electra filius in Phrygiã migrauit. vbi author generis Priamidarũ fuit: ita q; Paris, qui & Alexander dicit, Priami

Paris. filius, recte Dardanius dicit. Is autẽ cum adhuc a matre gestaret, futuri excidij Troiæ indicium tulit. Nam visus est matri, facẽ ardentem in ore gestare: vnde tota incenderetur ciuitas: quod visum cum Priamo marito suo reuelasset, iussit partum occidi: sed miseratione seruatus, syluis expositus est: vbi pastor, Oenonem nymphã amauit: donec fortissimus pugil eũ, Hectore cõgressus: & ab indignante: q; ab eo superatus esset: penè occisus: & tandem agnitus: promissam a Venere prædam, abstulit Mycænu Helenã, Menelai coniugẽ: cuius raptum secutum est Troianũ excidium.

Pallas. ¶ Pallas quas condidit, &c.) Cum contentio esset inter Pallada: seu Mineruam, & Neptunnũ: vter ciuitati iam ab eis constructę, aut instauratæ, nomẽ daret: eo peruenit, vt vter produceret pulchriorem fœtum, & reipu. magis vtilẽ, ciuitatẽ de se nominaret. Neptunnus ergo, ratus equũ maxime cõmodũ, q; & paci & bello prodesset, percussa terra tridente equũ produxit, belli indicẽ: vn de viso equo exclamat Anchises. iii. Æneid. Belloarmantur equi,

Regulę bellum o terra hospita portas: Minerua autem sciens oliuam esse significatiuã pacis, & summe medicinalẽ, eam produxit. quam ciues sibi cõmodiorem rati voluerunt, vt ab ea quę Græce Athena dicitur, Athenæ denominarentur. Cætera Mancinellus explanauit. Prima regula est: eheu, absolute ponitur: hei, cũ datiuo: heu, cum nominatiuo, & frequentius cum accusatiuo: heus, quod est reuocandi aduerbiũ, cum vocatiuo. Primi: vt hic: Eheu, quid volui misero mihi? & Eclo. iii. Eheu cui pingui macer, est mihi taurus in eruo: Secũdi: vt. ii. Æne. Hei mihi qualis, &c. Tertij: vt eiusdẽ. vt. Heu pietas: heu prisca fides, &c. & alibi, Heu stirpem inuisam. Quarti: vt eiusdem. i. Heus iuuenes monstrate, &c. Secundat quia relatiuũ sine antecedẽte construi nequit, oportet antecedẽs post rectum sæpe præconstrui: vt hic, Quenq; sua voluptas trahit.

PIERIVS.

¶ Rusticus es Corydon: nec munera curat Alexis.) Es, equidem secunda persona passim legitur, præterq; in Ro. codice, vbi est, habet

habeę persona tertia: vt duo dicat: quæ maxime obsint, nec q;q; proficiãt, Alexin esse rusticum, nec munera curare, Et apud Ouin huiusmodi significatum, Helena loquitur in epistolis.

Nec dubito quin hæc, cum sit tam iusta, vocetur

Rustica iudicio nostra querela tuo.

Rustica sim sanè, dum non oblita pudoris.

Neq; tamẽ displicet, vt Corydon iam resipiscens semetipsum rusticitatis arguat: quod pro stultitia, & rerum imperitia ponitur. ¶ Nec si muneribus certes, concedet Iolas.) In Romano codice, certet, legitur: quod non placet. Illud nõ improbarim, quod mihi videę eleganter dictum, cõcedat, in eodem codice, ¶ Eheu quid volui.) In singulis penè codicibus, varie scriptũ inuenias interiectionem hanc, Eheu: de qua, loco alio plura: Hic mihi non displicet, quod in Romano codice integra interiectio duplicata est, Heu heu: vt apud Theocritum non semel Αἰ αἴ quãuis Valerius Probus, heu, & eheu, vtranq; simplicem agnoscit. ¶ Perditus, & liquidis.) Quod Latina locutio, Perditus, in Romano codice, Perditos, per os, scriptũ habeatur: ea de causa factum, quod, vt apud Velium Longum est, antiqui, o, & u, cõfusas literas habuere. Idq; ex eo apparet, quod consol, per o, vltima syllaba quondam scribi solitum: Cum tamen (vt ipse ait) per u legeretur, variumq; scriptur ę modũ pleriseq; in nominibus huiusmodi fuisse dicit: & fontes, funtes: & frondes, & frundes: modo per o, modo per u, apud hos & illos scriptum. Præterea Victorinus, cuius fragmenta quędam de orthographia mihi dono data sunt a Iano Parrhasio: obseruasse ait se in antiquis libris, & in legibus duodecim tabularũ: quæ, vt eius verba ponam, tametsi frequenti transcriptione aliquid mutarunt, tamen retinent obliquitatem, o positum pro u: vt popolos Romanus. vbi enim nunc populus: ibi popolos. vbi piaculum, ibi piacolon: vbi funus, ibi fonus: & ita pleraq; alia. quare, perditos, numero singulari, nominatiuo casu, vt non vti nunc ausus fuerim, ita in antiquissimo codice scriptum nequaq; improbauerim. Sed quoniam de hac re sæpe dicendum, cum frequentissima sit in antiquis codicibus id genus scriptura pauca hęc nunc attigisse sufficiat. ¶ Pallas quas cõdidit arces Ipsa colat.) In Romano codice, quæ condidit, legitur: nempe ad homœoteleuton euitandum, Pallas quas. Habet præterea, nescio quid poeticæ venustatis dicendi modus, Pallas colat arces, quæ condidit: siue velis, quas res: siue ipsa quæ condidit, intelligere. Non tamẽ abradenda est vulgata lectio, quas condidit arces. Est præterea in Romano codice, collant, vna plus litera temere adiectitia.

SERVIVS.

¶ Aratra iugo Referunt suspensa iuuenci.) Horatius, Videre fessos vomerem versum Boues collo trahentes languido. Et hoc vult dicere. Omnia excepto amore finiuntur. ¶ Et sol crescenteis decedens duplicat vmbras. Variauit: nam ait supra, 'Maioresq; cadunt altis de montibus vmbræ. Duplicat autem, auget. Sallustius, Et Marius victus duplicauerat bellum. ¶ Me tamen vrit amor.) Cum iam calor sit solis exhaustus. ¶ Quæ te dementia cepit?) i. cur amoribus vacas, cũ multa sint quæ debes in agro perficere: Semiputata tibi frondosa vitis in vlmo est.) Plus est, quàm si imputata diceret. tolerabilius est enim non incipere aliquid, quàm incepta deserere. Hinc est illud in primo, Me ne incepto desistere victam? Item in Georgicis, Atq; opere in medio defixa reliquit aratra. Sanè gemi nam arguit negligentiam: & q; semiputata vitis sit: & q; frondosa vlmus: nam vtrunq; obest. Vnde est in Georgicis, Bis vitibus ingruit vmbra. Et aut simpliciter intelligimus hunc locum: vt suam arguat negligentiã: Aut certe illud est, Non mirum me esse dementem, qui habeo vites semiputatas. Nam in sacris dicitur quod corripiatur furore, qui sacrificauerint de vino quod est de vitibus imputatis. ¶ Quin tu.) Quin immo, hortãtis est. ¶ Quorum indiget vsus.) Id est, quæ vsus rusticus requirit. Sanè & eget illa re, dicimus: & eget illo Senatu: & eget illius rei. inde est indiget. Nam & hoc, vtriq; iungitur casui. ¶ Detexere.) Perficere, finire, multũ texere. nam. ¶ De.) Modo non minuentis est, sed augentis. ¶ Inuenies alium.) Si te hic fastidit Alexis. Alium Alexim, aliũ puerum formosissimũ, qui te minime spernat. Et volunt quidã in hoc loco esse allegoriam antiquam in Augustum: vt intelligamus,

Aspice aratra iugo referunt suspensa iuuenci:
Et sol crescenteis decedens duplicat vmbras:
Me tamen vrit amor. quis enim modus adsit amori?
Ah Corydon, Corydon, quæ te dementia cepit?
Semiputata tibi frondosa vitis in vlmo est.
Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget vsus:
Viminibus, mollique paras detexere iunco?
Inuenies alium, si te hic fastidit Alexis.

nia finiãtur. ¶ Ah Corydon Corydon.) Finis huiusce Eclogæ docet, nullo pacto vacandum esse amori: cum propter illum assequendum, & damna, & dedecora plurima eueniant: vnde damnari non potest Maro, cum talia scripserit. ¶ Quin tu aliquid.) Ordo est: Quin, cur non potius tu paras aliquid detexere viminibus & molli iunco, illorum saltem quorum indiget vsus: Si quin esset hortantis hoc loco, ordo non procederet: legendum etenim esset, para, vel pares, quod non est in antiquis. ¶ Inuenies alium.) Successore nouo vincitur omnis amans.

ASCENSIVS.

¶ Aspice aratra iugo referunt suspensa iuuenci, &c.) Aut ad se, aut ad puerum loquitur. Si ad se, sensus est, Aspice infelix Corydon: quo decidisti: cum ardoris tui nullum sit refrigerium: & ita stulte amans, te & tua perdis: proinde, hoc vnum est remedium, vt sicut clauus, clauo retunditur: ita amore nouo, veterem expellas: vnde, Inuenies aliũ, si te hic fastidit Alexis: quia (vt dicit Ouidius) Successore nouo, vincitur omnis amans. Si ad puerum fit principium, vsq; ad illud, Ah Corydon Corydon, quę te dementer amem, aspice, quia cum boues aratorij domum redeunt, ego &c. sensus est. Si vis scire, quomodo te sequar Alexi, & q; ardenter amem, aspice, quia cum boues aratorij domum redeunt, ego ardore amoris inflãmor. Et hic sensus placet, quia si ad se loquere-

retur, r-

retur, diceret, Te tamen vrit amor. ¶ Ordo est. Aspice, o Alexi, q; iuuenci iuniores boues: referunt. i. retrahunt domum, aratra lu spensa iugo: & sol decedens. i. occidens: duplicat vmbras crescenteis. i. aduesperascit: & nox humida, refrigerium adducit: tamen amor vrit me: enim, pro quia quis modus. i. quę moderatio, aut finis, adsit amori: q. d. nullus, nili eum dederit. deinde, iterum cõuersus ad se, dicit, Ah Corydon Corydon, quæ. i. qualis, & q; vehemens dementia cepit. i. irretiuit te? Vitis semiputata. i. ad diminidium resecta: est tibi. i. tu habes eam: in vlmo frondosa. i. plena frondium, cum vitis deberet putari ante eiectionem frondium: hoc est, ergo per stultos amores, eunt res tuæ perditum? Quin. i. qui non paras potius detexere. i. valde texere: viminibus, & molli iunco, saltem aliquid, sup. eorũm, quorum, hoc est earum rerũ, quarum vsus. i. tuus, indiget: hoc est cur non contexeris corbes ad vinum mustum vehendum, aut vuas decerptas? Tu inuenies alium. i. Alexin: si hic Alexis fastidit. i. cũ superbia & fastu asperna

Regulę tur te. Cætera dicit Mancinellus. Regula prima est: in relatiuis, si sine antecedẽte ponantur, relatiuũ generale, vt hic, aut is, aut ens, &c, intelligetur: vt hic aliquid quorum, vbi subauditur eorum.

indigeo Secunda: indigeo, & egeo. genitiuo & ablatiuo construuntur.

PIERIVS.

¶ Et sol crescentes decedens duplicat vmbras.) In antiquis aliquot codicibus, discedens, legi: sed, decedens, lectio castior. Est & crescentis, in Romano codice, quæ scriptura ibi plurimum reperitur, Quid vero duplicat, pp geminato in codicib. nõnullis manu

ASCENSIVS.

TErtia certantum, &c.) Ecloga. iii. ex. iiii. &. v. Theocriti potissimũ sumpta, Damœtæ, & Menalcæ pastorum cantandi peritissimorum. Primũ, ex æmulatione conuitia. Deinde, mutuum certamen. iuxta amœbæi carminis legem. Et nouissime Palæmonis sententiam in qua æqualem eis cantandi gloriam adiudicat: & æqualiter eis: assq; omnibus amores fugiendos concludit dicens. Et quisquis amores,

ARGVMENTVM ASCENSIANVM IN PALÆMONEM VIRGILII.

¶ Tertia certantum censore Palæmone litem
Æqualem dirimens, fugere exhortatur amores.

res, Aut metuet dulces: aut experietur amaros. ¶ Ordo aũt versiculorũ nostrorũ est, Tertia, sup. Ecloga Maronis dirimens. i. decidẽs: & terminãs: Palæmone censore. i. iudice, aut iudicãte: hoc est, secundũ iudiciũ Palæmonis: litẽ. i. contentionem arte musica: æqualem. i. æqualis artis & gloriæ: certantum. i. contendentium pastorum Menalcę & Damœtæ: exhortatur fugere amores. f. lubricos & lasciuos: nam castum amorem singulariter dicimus.

SECVNDÆ ECLOGÆ FINIS.

ECLOGA TERTIA QVÆ DAMOETAS, SEV PALÆMON INSCRIBITVR.

MENALCAS, DAMOETAS, ET PALÆMON Interlocutores.

DIc mihi Damœta, cuium pecus? an Meliboei? Me.
{Non, verum Ægonis: nuper mihi tradidit Ægon. Da.
{Infelix ô semper ouis pecus, ipse Neæram Me.
Dum fouet: ac ne me sibi præferat illa, veretur:
Hic alienus oues custos bis mulget in hora:
Et succus pecori, & lac subducitur agnis.

SERVIVS.

DIc mihi Damœta.) Transit in Eclogam plenam litigij, & iurgij, & pastoralium cõuitiorũ. Qui enim Bucolica scribit, curare debet ante omnia, ne similes sibi sint Eclogæ: quod etiã Virgilius fecit. Nam prima, habet vnius ocium: & alterius, qui de suo agro pellitur, cõquestionem. Secunda amãtem exprimit rusticum. Hæc vero, lites habet & altercationem. Vnde etiam dramatico charactere scripta est, nã nusquam poeta loquitur: sed introductæ tantum personę. Nouimus autem tres esse characteres dicendi: vnum Exegematicum, in quo tantum poeta loquitur: vt est in tribus libris Georgicorũ. Aliũ Dramaticum, in quo nusquã poeta loquitur: vt est in comedijs & tragœdijs. Tertium Mistum, vt est in Æneide: nam & poeta illic, & introductæ personæ loquuntur. Hos autem omnes characteres in Bucolico esse conuenit carmine: sicut liber etiam iste demonstrat. Nam habet simplicẽ illum exegematicum, in quo tantum poeta loquitur vt, Sicelides musæ, paulo maiora canamus. Habet mistum, vt, Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem. Nam etiam Gallum illic inducit loquentem. Habet dramaticum, vt in prima ecloga: item in hac, quam miro ordine ex rebus communibus venientem composuit. Habet enim in ipso quasi primo occursu, lites & iurgia: Inde quæritur iudex, quo præsente, habeant conflictum & disceptationem. Sequitur inde sententia, quæ vniuersa concludit. ☞ Cuium pecus? Ab amaritudine cœpit.) Nam dicendo, cuium pecus, ostendit eum esse mercenarium. Est autem Theocriti carmen. εἰπέ μοι ὦ κορύδων τίνος αἱ βόες; ἦ ῥα φιλώνδα; οὔκ, ἀλλ' αἴγωνος. Cuium autem, antique ait, vitans ὁμοιοτέλευτον, ne diceret cuius pecus: quod modo trium est generum. Antiqui dicebant sicut meus mea meum, sic cuius cuia cuium. Terentius, Quid virgo, cuia est? ☞ Non, verum Ægonis.) Amare etiam hic riualis eius pecora esse dicit: vt & diuitias illius ostendat: & dicat duras esse huius partes, siquidem riualis eius, traditis ouibus, solus amicæ communis amoribus vacet. ☞ Mihi tradidit.) Meæ fidei commisit & credidit. ☞ Infelix o semper ouis pecus.) Ordo est, o infelix pecus semper ouis: id est, semper futurum imbecille. ☞ Neæram.) Amicam communem suam & Menalcæ. ☞ Dum fouet.) Dum amplectitur. ☞ Præferat illa, veretur.) Ac si diceret, ideo timet ab illa discedere: quia scit me præferri, si ipse discesserit. ☞ Bis mulget in hora.) Quod vix per totum diem potest in ouibus fœcundis fieri. Nam pro laude in Georgicis posuit, bis ad diẽ mulgeri oues: dicens, Quod surgente die mulsere, horisq; diurnis, Nocte premunt: quod iam tenebris & sole cadente, Sub lucem exportant calathis. Quid autem sit Bis mulget in hora, ipse dicit. ☞ Et succus pecori, & lac subducitur agnis.

MANCINELLVS.

❡ Dic mihi Damœta, &c.) Sumpta est Ecloga maxime a Theocriti. iiij. & v. In. iiij. Battus & Corydon colloquuntur: est autem initium tale, Batto interrogante, illo postea respondente, Dic mihi, o Corydon: cuium pecus? est ne Philondæ? Respondet Corydon, Non, verum Ægonis, nuper mihi tradidit Ægon. Inde Battus ait, Me custode boui tonderet pascua prati. Respondet Corydon, Nonne oues furtim sero sub vespere mulges? Scribitur fuisse quendam, qui liuore ductus vt Virg. derideret, duo carmina prima sic mutauerit: Dic mihi Damœta, cuium pecus, an ne latinum? Non, verum Ægonis, nostri sic rure loquuntur. ☞ Cuium) Id cuius, cuia, variatur: de quo lege Priscianum libro. xvij. ☞ Pecus.) Ouium gregem, hic intellige, vt Ouid. lib. xiij. Metamor. Hoc pecus omne, meum est. vbi de ouibus, & capris intelligit. ☞ Infelix, o, &c.) Dolentis, admirantisq; interiectio est. ☞ Semper ouis.) Id est molle, & debile. ait enim poeta lib. Geor. iij. Glacies ne frigida lædat molle pecus? ☞ Fouet.) Amplexatur. ☞ Bis mulget in hora.) Scribit Varro lib. ij. cap. ij. Interea dum nutricãtur agni, eorũ matres non mulgendas, vel melius omnino perpetuo, q &

lanę plus ferunt, & agnos plures. ☞ Pecori, & lac.) Nõ fit hoc loco synalœpha: nec scribendum est, Lac &, vt quidam fecere textus deprauantes.

ASCENSIVS.

❡ Dic mihi Damœta, cuium pecus? an Meliboei? Non, verum Ægonis, nuper, &c.) Ad futuram contentionem, quæ erit de peritia cantandi inducenda, præmittuntur pastorum conuitia, ex æmulatione quadam riuali orientia: vnde cum Menalcas filiusfamilias, & gregis patris sui custos, Damœtam mercenariũ egregium pecus pascere videret, motus inuidia: vel q eum cum riuali suo Ægone commercium habere sciret: vel quòd illum in arte cantandi æmulum haberet: vel q pecoris fœcunditatem illi inuideret, à conuitio, & exprobratione incipiens, inquit, Dic mihi Damœta: cuium pecus? an Meliboei? hoc est, scio, quia tuum non est, cum miser, & pauper sis: est ne forte Meliboei? illius pastoris, quem profugum, prius dixerat Virgi. Maro. q. d. forte ab iniquo milite, iniquus pastor boni pecoris: sed alieni curam suscepisti. Itaq; eum, & paupertatis, & furti quodammodo arguit. Quod intelligens Damœtas regerit cõuitia in Menalcam eum amare mordens, ac dicens, Non est Meliboei, sed Ægonis, riualis tui: vt. s. noris, q duram prouinciam agas, qui tam potentem, ac diuitem virum æmulum habes. q. d. si ego mercenarius sum: tu tamen infelicior, & miserior es, qui cum domino meo contendis. Riualis autem (nequid titubes) est, qui cum altero ad eundem amoris riuum: hoc est, ad eandem amicam, non sine æmulatione contendit: sicut tauri, dum ad eũdem riuum aquantur, concertare solent. Ad hoc Menalcas, O infelix pecus, quod dum dominus Neæram fouet, veritus ne me sibi præferat illa, mercenarius bis mulget in hora: & ita, & succus pecori, & lac subducitur agnis: ad quod Damœtas, Parcius, &c. ❡ Ordo est. Loquitur Menalcas: o Damœta: dic mihi: cuiũ, sup. est hoc pecus. i. hic grex ouium: an. i. nonne est Meliboei. i. quod Melibœo subreptum est? Respondet Damœtas, Non, sup. est Meliboei: verum. i. sed: est, sup. Ægonis, illius diuitis pastoris conriualis tui: nam Aegon tradidit mihi nuper, id est a plusculis diebus. Ad quod, inquit Menal. O ouis, tu, sup. es infelix pecus: semper. i. siue a domino amoribus perdito, & negligenter custodiente: siue a mercenario fure pascaris: quia dum ipse. s. Aegon dominus, fouet. i. molliter amplectitur, & educat: Neæram scilicet amicam nobis communem: & veretur ne illa. s. Neæra: præferat sibi me: quod. s. faceret, si semel illinc pedem amoueret: hic. s. Damœtas (Monstrat enim eum: & nõ loquitur ad eum, sed de eo, quasi ad alium loquatur. Nam sicut beneuolentiæ sæpe indiciũ est ad absentem per apostrophen loqui, ita inuidiæ, nolle ad præsentem, sed potius de præsente ad alium loqui.) existens custos ouis alienus, id est mercenarius, ad quem nihil de ouibus spectat, mulget bis in hora. i. quasi per singulas horas: & ita: &. i. simul: succus. i. naturalis humor ad viuacitatem necessarius: subducitur. i. subtrahit: pecori. s. matribus (quia cum sedula natura in id quod exhaustũ est, quicquid vndecunq; coaceruare potest, conuertit: sicut in frequenter coeunte, in sperma sanguinem: ita in lactante pecude, succum in lactatq; ita sæpe mulgendo, succus subtrahitur pecori) & lac subducitur. i. clam subtrahitur: agnis. s. lactentibus adhuc. Succus (inquit Lãdinus) proprie, humor est, quo animalis corpus alitur, ac sustentatur, Terentius. Corpus solidum, & succi plenum. Qui vero corruptus est, humor, pus dicitur. Cætera, pręter Ser. explicat Mancinel. Regula prima est: cum omnis genitiuus, aut passiue tantum: aut actiue, seu possessiue tantum: aut vtroq; modo, significet mei, tui, sui, nostri, & vestri: etiã nunc tantum passiue significant, mis, tis, sis, olim: & nostrum, & vestrum: etiam nunc tantum actiue, seu possessiue: cæteri omnes vtroq; modo significant. Secunda: quia mis, tis, sis, ab vsu recesserunt, loco eorum vtimur meus, tuus, suus: & loco nostrum, & vestrum, interdum noster, & vester, in significatione actiua, aut possessiua. Itaq; dices, Pecus meum, non mei: creatio mei, non mea,

mea: quia tu non creas, sed crearis: amor tui, si amaris: amor tuus, si amas. Tertia, quia omnis conformitas casuum, a dictione regente dependet: nec omnis dictio, omnem dictionem in eodem casu regere potest, Contingit interrogatiuum & responsiuum, & dictiones per coniunctionem copulatiuam, aut disiunctiuam copulatas: aut continue, sine coniunctione positas, diuersorum casuum esse. Itaque interrogatus, Cuium pecus? respondere potest, Ægonis: & cuius hic fundus? meus & fratris. & continuo dicere, mea solius opera id factum est: tuam ipsius animam pertransibit gladius: sed de his apud Vallam latius locuti sumus. Quarta, quia quoties, &, dum, partim, si, aut, ve, vel, an, neque, & similes particulæ, geminatæ, aut multiplicatæ, vni aut alteri coniunctorum præponuntur: etiam reliquo, aut reliquis pręponi volunt: non dices, Et succus pecori lac &: sed, & lac subducitur agnis: licet vocalis ante vocalem, neque corripiatur, neq; absumatur: sicut nec ibi in Actæo Aracynthoe vt illic docuimus.

Pierius

PIERIVS.

❡ Infelix, o semper ouis pecus.) In Romano codice, oues, scriptum est: & ita prius erat in Longobardico: postea e abrasum fuit, quod adhuc discernitur, & appositum i, alio atramento. Habet porro nescio quid venustius oratio hæc, o oues, per appositionem, Infelix pecus. Quod si ouis, pro ouium, cuipiam magis placuerit, suo vnusquisq; arbitratu faciat. ☞ Hic alienus ouis custos bis mulget in horas.) Quod eadem dictione oues, in Longobardico legitur accusatiuum esse casum, ouis, vel oueis, indicat. Non. n. dicendũ, custos ouis, sed, bis mulget oueis. ☞ Et succus pecori, & lac subducitur agnis.) Passim inoleuit, vt succus duplici cc scribatur. In antiquis tamen his codicibus omnibus, & his ipsis, qui literas geminare etiam sine delectu gaudent, sucus, vnico c scribitur, quod & ipsa analogia exposcere videtur: nisi quis, non a sugo, sed a suctu, succum deduci velit: & propterea geminari cc contendat. Notat vero versum hunc Val. Probus in quo nulla fiat synalœphe, cum plerunque vocales inter se concurrãt, neq; tamen vlla elidatur.

{Parcius ista viris tamen obijcienda memento. Da.
Nouimus & qui te, transuersa tuentibus hircis,
Et quo (sed faciles nymphæ risere) sacello.
{Tum credo: cum me arbustũ videre Myconis, Me.
Atque mala vites incidere falce nouellas.
{Aut hic ad veteres fagos, cũ Daphnidis arcũ Da.
Fregisti, & calamos: quæ tu peruerse Menalca
Et cum vidisti, puero donata, dolebas:
Et si non aliqua nocuisses, mortuus esses.

SERVIVS.

❡ Parcius.) Melius hic distinguitur: licet possit dicit etiã, Parcius ista. Sensus autẽ est, Noli valde hęc obijcere, tamẽ scias viris fortibus obijciendas rapinas. Ipse enim ait in nono, Conuectare iuuat prędas, & viuere rapto. ☞ Nouimus & q te.) subaudi corruperunt. quod suppressit verecunde: licet Theocritus aperte ipsam turpitudinem ponat & exprimat. ἤου μέμνα' ὅτ' ἐγὼ κατήλασα, καὶ τὺ σεσαρὼς εὖ ποτι κιγκλίσω. ☞ Sacello.) i. in quodam sacro. nam diminutione dictum est. ☞ Transuersa tuentibus hircis.) Hircos. i. capros, libidinosa constat esse animalia. Vnde Horatius, Libidinosus immolabitur caper, & agna tempestatibus. Quod etiam Plinius secundus dicit, Hirci si casu aliquo coeuntes vident, adeo indignantur, vt in eos pene impetum faciant. Hinc est, Transuersa tuentibus hircis. i. vestram turpitudinem indignantibus. Alij hoc improbãt, & legunt hirquis. Hirqui autem sunt oculorum anguli, secundum Suetoniũ Tranquillum, in vitijs corporalibus: vt sit sensus, Nouimus qui te corruperit, hirquis transuersa tuentibus: & est Hypallage pro oculis in hirquos retortis: quam rem solet libido perficere. Vnde Iuuena. Oculosq; in fine trementis. Persius, Patrãti fractus ocello. ☞ Sed faciles nymphæ risere.) Ideo (inquit) indulsere nymphæ, quia mites sunt & exorabiles. Sic in Georgi. Et faciles venerare Napæas. ☞ Tum credo.) Et rustice & naturaliter respondet. nõ. n. ante purgat obiecta, sed alia obijcit. Ita enim irati facere consueuerunt, cum aut non potuerint, aut noluerint obiecta dissoluere. ☞ Mala falce.) Qua tu male vteris. Et dictũ est ex affectu vtentis: sicut Inutile ferrum Cingitur. In hoc autem maximum nefas est, quod ait, vites nouellas. Nam vetulæ & cum vtilitate inciduntur. Fuerat autem capitale supplicium arbores alienas incidere. ☞ Arbustum.) Quidam locum in quo arbores sunt, volunt accipere: sicut salictum. ☞ Arcum, & calamos.) Nam habent arma pastores: vt in Georgicis docuit, Armaq;, Amycleumq; canem, cressasq; pharetras. ☞ Peruerse Menalca.) Aut conuerse ad turpitudinem. aut intelligamus quendam fuisse Menalcam nobilem: istum peruersum Menalcam dixerit, illius comparatione. Sic Sallustius, Sęuus iste Romulus. ☞ Aliqua nocuisses.) Id est aliquatenus, aliqua ratione.

Hircus.

ASCENSIVS.

❡ Parcius, &c.) Respondet ad obiecta Damœtas, dicens, O Menalca tu deberes ista, scilicet tua, aut turpia flagitia, parcius obijcere viris, vt mihi, & alijs, qui vlcisci possemus: tamen memento ea obijcienda esse tibi, videlicet effœminato, & tui similibus: nam scimus te effœminatum esse: nouimus enim, & qui te stuprauerunt hircis indignantibus: aut oculis tuis in fine trementibus, & quo sacello, quia in pastoralium nympharum sacello id fecerunt: sed nymphæ faciles. s. per sexum benignæ, riserunt, cum de te vlcisci deberent, si in seueræ cuiuspiam deæ, vt Palladis, aut Mineruæ phanis commisisses. Respondet Menalcas non purgando sibi obiectum crimen: sed per rusticam vlciscendi cupiditatem, aliud crimen illi obijciendo: sic, credo, q tunc riserint nymphæ faciles, quando viderunt me incidere vites nouellas, & arbores vitiferas Myconis, quod per Ironiam dicit: quia non Menalcas, sed Damœtas id fecerat, quod vtiq; constabat: erat autem capitale: vnde respondet Menalcas: aut si tunc non riserint: quia nõ viderunt te nymphæ id facere: sed vis dicere, q me viderint, id facere: tunc riserunt quando fregisti per malitiosam inuidiam: & æmulationem arcum Daphnidis indulgentissimi pueri: tam innata enim tibi peruerse Menalca malitia: vt si non in aliquo nocuisses: mortuus esses. Ad quod exclamat Menalcas, Quid dñi, &c. ❡ Ordo est: Ista, s. turpia facinora, quæ in te sunt: & mihi tamen obijcis: parcius. i. modestius, & temperatius, sup. sunt obijcienda viris, id est maribus virilibus: & fortibus a viribus, aut virtute dictis, cuiusmodi ego sum: & tamen memẽto ea obijcienda, sup. esse aliquibus, quia tibi effœminato: nam nos nouimus, sup. omnia. i. pariter. sup. eos, qui te, sup. stuprauerunt (sed id honestatis gratia subticuit: cum moris sit etiam inter turpes turpia reticere quasi nota) & hoc hircis, id est masculis caprarum tuentib. transuersa, in transuersum: nec ex directo dignantibus vos aspicere: aut potius hirquis. i. angulis oculorum tuorum: tuentibus trãsuersa. i. in transuersum, & libidinose se circũagitantib. (Dixi potius, quia si in sacello id factum est, non poterant hirci videre.) & nouimus quo sacello. i. paruo phano consecrato: seu ædicula sacra: quam barbari, cappellam vocant, supp. te subegerunt: sed nymphæ. i. deæ aquarum, aut montium: faciles. s. ad ignoscendum: risere. i. riserũt turpitudinem tuam, quam grauiter vlcisci debuerunt. Ad quod Menalcas: ego (inquit) credo, tum. i. q tũc riserunt nymphæ: cum. i. quando: videre. i. viderunt me (quod tamen ego non feci, sed tu) incidere falce mala. i. ad vsum malum applicata: arbustum. i. nouellas arbores, ad vites ferendas consitas: atq; nouellas vites. i. palmites bonos, & racemiferos: Myconis. i. illius viri diuitis, vicini nostri: cui tu inuidens, vites eius incidisti. Ad quod Damœtas: aut si, sup. tunc non riserunt: hic supp. riserunt, s. ad veteres fagos: cum, id est quando tu fregisti, sup. ibi arcum, & calamos Daphnidis, illius pueri pulcherrimi: & quæ. i. quas res, cum tu, o peruerse Menalca, vidisti donata puero, s. Daphnidi, dolebas: & si non nocuisses aliqua, supp. parte, aut via, aut re, aut ratione: tu esses mortuus, scilicet ex inuidia: sicut dicetur, Inuidia rumpantur vt ilia Codro. Item legitur apud Theocritum: vt dicit Mancinellus: vnde est etiam illud, Iuuena. saty. iiij. Ebrius, aut petulans, qui nullum forte cecidit, Dat pœnas (quia seipsum torquet, vt ibi subditur) noctem patitur lugentis amicum Pellidæ, &c. Reprehenditur Ser. quia succinctius de arbusto loquitur a Beroal. sic dicente, Mutilata hæc est interpretatio. Nam non omnis locus in quo sunt arbores, nominatur arbustum. Quid si essent quærcus, illices q plurimæ: quid si innumerabiles: quid si sylua? an significanter arbustũ nuncupabimus? Minime. Etenim arbustum, vt ego accuratius animaduerti, proprie significat arbores vitibus maritatas, atque vitiferas, quæ in ordinem rediguntur: vt docet Ply. Colu. atq; Palladius, scribentes quomodo arbustum sit faciendum: vnde vitis arbustiua, & vinũ, mustumq; arbustiuũ appellatur, ex huiusmodi arboribus

Ordo.

Arbustum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bonibus collectum. Cato'quoq; collocat arbustum'in octauo loco prædiorum:& ne quispiam existimet eum intelligere de sylua subiunxit loco nono,ponendã esse glandariã syluam. Claudius Quadrigarius,locũ in quo sunt arbores plurimæ, inusitato vocabulo,arboretum, appellat: quod ipse nimis licenter peperisse, ac formasse creditur. Apud Palladiũ legi:arbustum, pro castaneto positum,quod non longe abest a Serui significatione. Sic ille

Regula. De reliquis audistis Mancinel. Regula est. Res turpis & lubrica, aut reticenda,aut per metaphorã, honestãq; translationẽ significanda est. Reticẽda,vt hic,& in Eunucho, Ego Eunuchum illum vel sobrius, sup. subagitarem: per translationem significanda: vt Georgi. iij. de armentis ante coitum emacerandis & fatigandis, locutus dicit,Hoc faciunt nimio ne luxu obtusior vsus,Sit genitali aruo, & sulcos oblines inertes, Sed rapiat citius Venerem,interiusq; recondat: vbi de receptaculo seminis honeste loquitur, vocans genitale aruum & sulcos.

PIERIVS.

¶Obiicienda memento.)In antiquis oibus codi. obicienda, vnico i in secunda syllaba legit, & ita reliqua omnia quæ a iacio cõponuntur,nempe quia putabant duas esse vocaleis, neq; cõmode pronunciari posse, si ambæ ponerentur:neq; aduerterunt mentem,dum vni consulunt incõmodo maiori se affici detrimento, syllaba prima corruente:nisi alterius i,quę consonantis loco sit, quasi pedamento suffulciatur. Sed de hac scribendi ratione, plura alibi dicta. Est etiã coma aduertenda, quæ in antiquis plerisq; codicib. post, Parcius, notata est; vt vno inde membro legatur Ista, viri tamen obiicienda memento. ſ Transuersa tuentibus hircis.)Oblongus codex omnino legit, hirquis, quod a nonnullis receptũ,ait Serulus. Romanus vero & alter peruetus cum Mediceo, hircis, & ita erat in Longobardico, quamuis alio atramento sit, nescio quid, insertum. Sed. n. hoc a Theocrito sumptum videtur, sententia tamen honestius translata, cum dicat, ille dum res turpis ageretur, capellas elangueſcere quodãmodo cœpisse, hircumq; eas inijsse. Qui vero de oculorũ hircis hoc dictum volunt, ridẽ etiã Theocrito innituntur, qui dixerit, caprarium viso hirco capellas inscendente oculis intabescere: ait enim, τέκτα ὀφθαλμός. Sed. n. prior sententia magis placet, quia scimus antiquos dixisse, hirquos, per q & u, quos nos hircos dicimus. Eáq; scripturæ rationem remanere adhuc in deriuatione nominis, quod hinc tractum est, vt hirquitallos eos dicimus, qui iam cœperint adultioris ætatis esse, propterea q; axillas olere incipiant, hircorum more: de quo Catullus, Lædit te quędam mala fabula, qua tibi fertur, Valle sub alarum trux habitare caper. Hunc metuunt oẽs, neq; mirũ, nam mala valde Bestia, nec qui cum bella, puella cubet. Quare siue hircis, siue hirquis legas, pro vno, eosdemq; sensu: prout apud Theocritũ, eo præsertim Idyllio, quod sibi Virgilius in hoc fingendo videtur proposuisse, accipi poterit. Illud vero nouimus & quite, figura est breuitatis per detractionem, non tamen ἀποσιώπησις, vt ait Quinti. Nam in aposiopesi, quod taceatur incertum est: aut longiore sermone explicandum hic vnum tantum verbum, & manifestum quidem desideratur. ſ Cum Daphnidis arcum.)Vale Probus legit, Daphnidos, græca declinatione.

SERVIVS.

¶Quid domini facient, audent cum talia fures?)Plerũque personę suis nominibus exprimuntur, plerunque per officia designãtur. vt si dicas, philosophus: nomen ipsum ponis. Si autem velis dicere sapientiæ operam dans: personam exprimis per officiũ, sicut hoc loco fecit. Nam pro seruo, furem posuit. Furta. n. specialiter seruorum sunt. Sic Plautus de seruo. Tu trium literarum homo vituperas me? Id est fur. ſ Non ego te vidi.)Manifeste eum furti arguit, dicendo, vidi. ſ Excipere.)Dolo capere: vt, Excipit incautum insidijs. ſ Latrante lycisca.)Lycisce sunt, vt etiam Plinius dicit, canes nati ex lupis & canibus, cum inter se forte miscentur. ſ Proripit.)Id est aufugit: & a conspectu aufert, vel errat. ſ Ille.)i. Caper. ſ Tityre.)Alius pastor. ſ Coge.)Id est collige, & in vnum redige. ſ Post carecta latebas.)Loca carecis plena. Carex autem, herba est acuta & durissima, spartho similis. Alibi, Et carice pastus acuta. Sane super hoc loco superfluam volunt esse allegoriam, dicentes, rem nusquam lectam de Virgilio. aiunt enim hoc, Varus tragœdiarum scriptor habuit vxorem literatissimam: cum qua Virgilius adulterium solebat admittere: cui etiam dedit scriptam tragœdiam: quam ille marito dedit, tanquam a se scriptam. Hanc recitauit pro sua Varus: quam rem Virgilius dicit per allegoriam, nam tragœdiæ præmium caper fuerat: Horatius, Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum. Sed melius simpliciter accipimus. refutandæ. n. sunt allegoriæ in Bucolico carmine: nisi cum vt supra diximus, ex aliqua agrorum perditorum necessitate descendunt. ſ Meus caper.)Debitus merito victoriæ. ſ Reddere posse.)Scilicet ne suo iudicio videretur esse superatus.

MANCINELLVS.

¶Fures.)Seruos intelligit: ijs enim sępius furta committuntur.

Lycisca. ſ Lycisca.)Dicitur quasi, Lyci scylax. λύκος enim, lupus dicitur: σκύλαξ vero, catulus. ſ Proripit.)Procul rapit. ſ Carecta.)Carex, herba est quæ nascitur in paludibus, teste Probo: est autem acuta: hinc Maro lib. iiij. Geor. Et carice pastus acuta. ſ An mihi?)Cum nequiret obiectum, apertum crimen repellere, purgat senam confessionem præcedit defensio: quod etiam Fabius memi nit lib. ix. ſ Reddere.)Reddere debebat.

ASCENSIVS.

¶Quid:&c.)Menalcas indignatus, q talia tam petulanter sibi a seruo obiicerentur: quid(inquit)facient domini cum fures? id est serui, qui fere fures sunt, talia audent dicere? deinde furem probat esse, quia Damonis caprum furatum deprehenderat, quem Damœtas fatetur quidem abstulisse: sed ob id se furtum commisisse negat: cum eum cantando lucratus fuerit, quod Menalcas irridens dicit, Cantando tu illum? &c. ¶Ordo est. Quid domini facient, cum, id est quandoquidem ita est, quod fures, id est serui furaces: audent talia, scilicet fingere, & dicere, in ingenuos & filios familias: & forte visus est Damœtas ægre ferre: quod furem dixerit: vnde illud probat Menalcas, dicens. Nonne, o pessime, scilicet Damœta, vidi ego te excipere, insidijs, id est per insidias, & furtiuam, abactionem, caprum Damonis? & hoc lycisca, id est cane ex lupo genita, quæ acris esse solet, & ad custodiam pecoris apta, latrante multum: & cum clamarem, quo ille, scilicet fur, se proripit, id est procul rapit: & dixi, supp. mercenario meo, Tityre, coge, id est in vnum compelle, pecus, supp. nostrum, dum, scilicet illum persequor: aut ne nostras quoq; pecudes dispersas excipiat, tu latebas, id est occultabaris: post carecta, id est densam congeriem caricum, id est herbarum asperarum in palude crescentium? Respondet Damœtas cum indignatione, ægre ferens se furti accusari, pro re quam iuste sibi vendicasset: An ille victus cantando, id est dum mecum caneret: nõ redderet, id est non debebat reddere caprum, quem mea fistula meruisset carminibus, id est aut pluribus bonis: aut totidem, sed melioribus? quasi dicat, si id sis, iniquus es. at si nescis, ille caper, quem scilicet abstuli, fuit meus: & Damon ipse. i. ad quem maxime spectabat negocium, fatebatur mihi, scilicet q eum lucratus erat: sed negabat posse reddere, quia eius non erat rem enim non suam deposuerat, & amiserat. Nihil hic expositionis eget quod non sit satis apertum per Ser. aut Manci. Regula est, Si coniunctio, dum cõditionalis est, subiunctiuum modum: dum causalis, indicatiuum efflagitat: vt, Si nescires, dicerẽ tibi: Si nescis, dico tibi.

PIERIVS.

¶Quid domini facient?)Romanus, & alter peruetus codex, faciant, habent. In Oblongo, & in Mediceo, a litera superindu cta. In Longobardico abrasa dictio est. Quod vero subsequitur, Nonne ego te vidi. Est aliqua in respondendo figura, vt Quintilianus ait: Cum aliud interroganti, ad aliud: quia sic vtilius videatur, occurritur. tum augendi criminis gratia, vt testis rogatus ab reo vapulasset: respondit, innocens. Tum declinandi, vt quæro an occideris hominem? respondetur, latronem. Et in Bucolicis, dicenti, Nonne ego te vidi? respondetur, An mihi cantando victus?

Seruius

{Quid domini faciant, audent cum talia fures: Me
Non ego te vidi Damonis pessime caprum
Excipere insidijs multum latrante lycisca:
Et cum clamarem, quò nunc se proripit ille:
Tityre coge pecus: tu post carecta latebas.
{An mihi cantando victus non redderet ille: Da.
Quem mea carminibus meruisset fistula caprum:
Si nescis, meus ille caper fuit: & mihi Damon
Ipse fatebatur: sed reddere posse negabat.

SERVIVS.

¶Cantando tu illum?)Imperitus peritum. ſ Cera iuncta fuit.)Supra, Pan primus calamos cera coniungere plures Instituit. ſ In triuijs.)Consuetudo enim fuerat vt per triuia & quadriuia vlularent, & flebile quiddã in honorem Dianæ canerẽt rustici, ad reddendam Cereris imitationem, quæ raptam Proserpinam in triuijs clamore requirebat. Nouimus autem eandem esse Proserpinam quam Dianam. sic in Æneide, Nocturnisq; Hecate triuijs vlulata per vrbẽ. ſ Miserum carmen.)Triste, flebile, quale canunt stipulæ: & quod congruit ad imitationem matris orbatæ. ſ Vis ergo inter nos.)Aut nostri comparatione: aut, quod melius est, nullo iudice præsente: postea enim ex improuiso Palæmon aduenit. ſ Vicissim experiamur.)Id est amœbeo carmine. Amœbeum autem est, quoties ij qui canunt & æquali numero versuum vtuntur, & ita se habet ipsa responsio, vt aut maius aut contrarium aliquid dicat: sicut hic sequentia indicabunt. ſ Ego hanc vitulam.)Subdistingue, vt ita intelligamus, ne eam vilem existimes. ſ Bis venit ad mulctram: binos alit vbere fœtus.)Vt eam laudare ex fœtu & ex ætate videatur. Male enim quidam quæstionem mouent, dicentes, vitulam paruam esse: nec congruere vt eam iam enixam esse dicamus: sed debere nos iuuencam subaudire, vt sit, Ego hanc iuuencam depono, vitulã ne forte recuses. Nam & vitula, a viridiore ætate dicta est, sicut virgo: vt paulo post ipse dicturus est. Si ad vitulam spectas, nihil est quod pocula laudes. Item, Et vitula tu dignus, & hic. Vnde & iuuencam subaudire non possumus: sed secundum superiorem sensum intelligamus. Vitula enim est nomen ætatis: non quod tantum ante partum vaccæ possideant. ſ Mulctram.)Et fœmineo genere dicimus hæc mulctra, & neutro hoc mulctrale. Vnde in Georgicis, Implebunt mulctralia vaccæ. Alij faciunt discretionem, vt sit mulctra, tempus quo mulgentur animalia: mulctrale, vas in quod mulgentur. ſ Depono.)In sponsio ne colloco, sequestro.

Mulctra.

MANCINELLVS.

¶Aut vnquam.)Theocritus ait quoque in. v. An fuit vlla tibi calamis compacta canoris Fistula? qua pecudes fierent per gramina lætæ? Nonne tuos cantus disperdere raucus inertes Stridenti miserum stipula disperdere carmen: {Vis ergo inter nos, quid possit vterq; vicissim Da. Experiamur? ego hanc vitulam (ne forte recuses, Bis venit ad mulctram: binos alit vbere fœtus) Depono, tu dic mecum quo pignore certes: lud Æneidos. ij. Nec si miserum fortuna Sinonem Finxit, &c.) Aut sic, carmen miserum, id est de miserijs compositum, quales sunt næniæ, id est lamentationes funebres: & elegiæ, id est carmina de miserijs amantium: aut casus sepultorum, quæ epitaphia dicuntur: (hæc enim elegiaco primum dicebantur. Vnde Flaccus in arte, Versibus impariter iunctis, querimonia primũ, Post etiam inclusa est voti sententia compos.) Respondet Damœtas. Ergo, hoc est quia tibi persuasum est, quod cantandi imperitus sim: vis vt, supple experiamur inter nos, id est faciamus periculum vicissim, id est per vices canendo iuxta legem amœbei carminis. (Id enim est, quoties alterni canunt, ea lege vt secundus totidem versus dicat: sed aut maius, aut contrarium significantes. Nam ἀμοιβαδὸς καὶ ἀμοιβαδόν, dicitur vicissim. & ἀμοιβαῖος, mutuus: & ἀμοιβαῖα, mutuo. Ideo autem sequens, plus aut contrarium debet canere: quia difficilius est excogitare, & primum inuenire, quam imitari: atque ita vt equæ sint vtriusq; partes, ea lex sancita est) quid vterque, supple nostrum possit, scilicet in carmine: & ne forte dicas, quia mercenarius sum, quod nolis mecum gratis, & sine spe lucri, si viceris, contendere: ego depono hanc vitulam, id est virentem & iuuenem vaccam: aut pro vitula, aut contra vitulam tuam & ne forte recusses: quia dixi, vitulam, ipsa venit bis ad mulctram, id est ad vas in quod mulgetur, (scilicet alterum, secundum quosdam, vber) & alit binos, id est singulis diebus: duos fœtus, scilicet suos: vbere, scilicet altero (nam secundum eos: vt idem vber, bis mulgeatur: & tamen binos fœtus alat, fidem excedit.) Alijs autem sensus videtur, q bis mulgeat, aut binos fœtus alat: non simul, sed vtrum velimus, vt scilicet secundum, sit declaratiuum prioris. Nam si dicat Menalcas, quamlibet vitulam, aut iuuencam posse venire bis ad mulctram, modicum, scilicet lactis daturam: ad hoc respondet. quod tantum lactis dat, vt si velis binos alat vbere fœtus, Verum me iudice, sensum eorum qui dicunt bis venire ad mulctram quotidie, & alere binos fœtus vbere non altero, sed vtroq; i. vbertate ac fœcunditate mamillarũ suarum non damnabitur: nam etiam oues, quia lac ab agnis non plane exugitur: ne quod remanet eis, noceat, & sterilitatem lactis pariat: licet alant agnos, tamen mulgentur, quod & vitulæ concedi potest: quia tamen pro vacca, quæ nondum fœtum produxerat, accipi solet: posuit Seruius etiam expositionem, quam modo recitauimus: vt sit, ego hanc iuuencam depono vitulam. i. pro vitula: licet melior sit: quod & nobis dicendum est: nisi velimus vitulam, eam quæ iam enixa est dicere: tu dic quo pignore certes me cum. i. quid velis deponere vt mecum certes? ſ Deponere.)Est de se, hoc est seorsum a se, & extra suam potestatem ponere in arbitrium ludi, aut exitus eius: pro quo barbari, vadiare dicunt. Regula est, Vbi de vtraq; parte, aut de pluribus partibus propositi, æqualiter dubitatur: sic vt etiam ambæ, aut omnes negari possint: recte vtimur, aut ve, & vel: sed si inter partes dubitetur, certum tamen sit vnam esse concedendam: vtendum sit ne, siue an. Exemplum prioris: vt putas Aristotelem logicæ, aut physicę imperitum fuisse? q. d. neutrius imperitus fuit: & hoc loco, Tu illũ cantando: hoc est, credam, quod tu illum cantando vicisti, aut, q̃ vnquam tibi fistula cera iuncta fuit? q. d. neutrum credã. Exemplum secundi, vt quia certum est, patrem meum viuere, aut mortuum esse: non dicam, nescio: pater meus mortuus sit, aut viuat, sed an viuat: aut sic, nescio viuat necne pater meus.

depono

Regula

PIERIVS.

¶Aut vnquam tibi fistula cera iuncta fuit?)In Romano codi. & in aliquot alijs, legere est, Vincta fuit, placet tamen, Iuncta, multo magis, vt, Pan primus calamos cera coniungere plures Instituit. In Mediceo autem codice sententia per, haud, aduersum negandi est, vt interrogatio sit per reticentiam, Cantando tu illum? Inde aduersario aduenient subiungat, Haud vnquam tibi fistula cera iuncta fuit. Inde per alteram interrogationem, Num tu in triuijs? argumentetur, minime fieri potuisse, vt cantando vinceret.

Ordo.

sone crepitanti, carmen miserum: quia licet fortasse cum alterius authoris esset bonũ, fuerat tamen miserum, quia a te imperito, atque inepto disperdebatur. (Nam miserum, ferè in bonam accipimus partem: hoc est, pro paupere, aut afflicto quidem, sed miseratione digno: vnde illa

{De grege nõ ausim quidquam deponere tecum.
Est mihi nanq; domi pater, est iniusta nouerca:
Bisq; die numerant ambo pecus: alter & hœdos.
Verum id, quod multo tute ipse fatebere maius:
(Insanire libet quoniam tibi) pocula ponam
Fagina, cælatum diuini opus Alcimedontis:
Lenta quibus torno facili superaddita vitis,
Diffusos edera vestit pallente corymbos.
In medio duo signa, Conon. &, quis fuit alter?
Descripsit radio totum qui gentibus orbem:
Tempora quæ messor, quæ curuus arator haberet.
Necdum illis labra admoui: sed condita seruo.
{Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit: Da.
Et molli circum est ansas amplexus acantho:
Orpheaq; in medio posuit, syluasq; sequentes.
Necdum illis labra admoui: sed condita seruo.
Si ad vitulam spectes: nihil est q̃ pocula laudes.

SERVIVS.

¶De grege non ausim quidquam deponere tecum.) Supra enim eum aliena pascere dixit animalia: vt, Dic mihi Damœta, cuium pecus? ¶Iniusta nouerca.) Epitheton generale nouercarum. ¶Bisq; die numerãt ambo pecus.) Et dũ vadit ad pascua: & dum inde reuertitur. ¶Alter & hœdos) Male quidam priuignũ accipiunt. alter enim, de duobus dicimus, non de tribus: vnde alter, de nouerca intelligam⁹. Nec nos moueat q̃ alter dixit de fœmina: nam & in subauditione ponuntur ea quæ nõ possumus dicere & scimus: quia quoties hęc duo genera iungũtur: masculinũ preponderat fœminino. ¶Insanire libet quoniã tibi.) Vel sub spõsione cõtendere: vel, quod melius est, carmina componere. Nam Insani. insani dicuntur poetæ. ¶Diuini opus Alcimedontis.) Laus ab artifice. Cicero, polycleti esse dicebat. ¶Pocula autem.) Fagina.) quasi rem maximam. ¶Quibus torno facilis.) Donatus sic legit. Legitur tamen & torno facili: ad excludenda duo epitheta: quod est in latinitate vitiosum, si sit, lenta facilis vitis. ¶Corymbos.) Conon Vuas ederarum. ¶Conon.) Dux fuit: cuius nomen dicit, quia in omnium ore versatur: nam philosophi tacet, quod non facile potest ad rusticum peruenire. & bene ea dicũt philosophi quę ad rusticum pertinent: vt, Tempora quæ messor, quæ curuus arator haberet. ¶Radio. Id est virga philosophorũ, qua geometræ lineas indicant. Inuenta autem hæc est ars tempore quo Nilus plus æquo crescens confudit terminos possessionum: ad quos innouandos adhibiti sunt philosophi, q lineis diuiserunt agros: inde geometria dicitur: cum non tantum terræ, sed & maris, & cœli, & aeris spatia metiri consueuerit. Significat autem aut Aratum, aut Ptolemæum, aut Eudoxum. ¶Nec dum illis labra admoui.) Hypallage. pocula enim labris adhibemus: vt Dare classibus Austros. Et tantam in eis dicit veneratione͂, vt necdum illis vsus fuerit. ¶Idem Alcimedon.) Irrisio est facta iteratione verborum. & mire omnia in vituperationem trahit, quæ ille laudauit. ¶Et nobis fecit.) Ac si diceret, Putas te solũ habere pocula: cui enim Alcimedon non fecit: tu pro reuerentia ea non tangis: ego ideo quia vilia esse existimo. ¶Molli acantho.) Genus est floris: quia ille dixerat, lenta vitis. ¶Syluasq; sequentes.) Non secutas: sed quasi adhuc sequentes: vt peritiam artificis laudet.

PROBVS.

¶Conon.) Conon Samius mathematicus. Sed quamuis fuerint mathematici, eleganter rusticum errantem inducit, dicentem. Quis fuit alter? Alter enim accipitur vnus ex duobus: in alio sic, Conon mathematicus: Ægyptius natione. Ptolemæo ad Sidotem libros de astrologia septẽ reliquit. Alterum post Cononem quem dicat incertum est. Sed suspicantur Archimedẽ, quod Cononis discipulus. Quidam Eudoxum Cnidium, qui de astrologia disputauerit. Quidã Aratum, in quem fides videtur nutare, quoniam prognostica fecerit. Quidã Hesiodum, quod dixerit, πληιάδων ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων: quod & hic Tempora, quæ messor, quæ curuus arator haberet.

MANCINELLVS.

¶Alter & hœdos.) Nouercam intelligit. est autem figura alleotheta, id est aliter posita: seu variatio, vel aloesis, id est permutatio: confunditur enim genus, vt ibi, Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis: ad dulce enim, quod est neutrum, tam masculina, q̃ fœminina reddidit. de hac latius in carmine. ¶Verum id.) Ordo est: verum, id est: sed, quoniam libet tibi insanire, ponam, id quod tute ipse fatebere multo maius: appositio, pocula phagina. ¶Pocula phagina.) In dicto Theocriti loco, sic est, En hœdum depono meum, pinguedine tardum, Agnum etiam subnecte tuum pro pignore pinguem. Et mecum si non audes contendere tenta, Plinius autem lib. xvj. cap. lv. sic ait, Phagis pectines transuersi in pulpa: apud antiquos inde & vasis honos. Marcus Curius iurauit se ex præda nihil attigisse, præter guttum phaginum, quo sacrificaret. ¶Opus Alcimedontis.) Ab artifice tribuit illis dignitatem. ¶Lenta quibus.) Ordo est, quibus facili torno superaddita lenta vitis vestit corymbos diffusos, ac edera pallente vitis. Theocritus quoque ait in prima Ecloga, Et Scyphũ multo imbutum tibi nectare binis Auribus amplexum, ligni redolente sapore Donabo, labris pallens inflectit amplis: Hinc edera, hanc circum frondes superaddita vitis Cum croceis ederæ ramo ridente cõrymbis. ¶Corymbos.) Corymbus. Corymbon, rostrum nauis dicitur: corymbos, cacumẽ: ora, corymbus. Dicuntur autem corymbi, racemi ederæ: vt et scribit Plin. libro. xvj. ¶Conon.) Fuit Conon Atheniensium dux, de quo Æmylius, Probus, & Iustinus lib. v. Hic vero de astrologico intelligitur. ait enim Probus, quod Conon Samius mathematicus de astrologia libros septem reliquit. ¶Et quis fuit alter?) Anaximander Milesius, primus terræ, marisq; circuitus descripsit, & sphæram insuper construxit. author Laertius, & Strabo libro. xiiij. de hoc igitur intelligendum. ¶Radio.) Virga geometrica. ¶Tempora quę messor.) De his late in. j. Georgico. ¶Amplexus.) Theocritus quoque in primo, Præterea viridi circum est amplexus acantho Pastorale decus. ¶Acantho.) Est acanthus, vrbana herba, elato, longoque folio: crepidines marginum, assurgentium puluinorum, toros vestiens. duo genera eius sunt, aculeatum, & crispum, quod breuius: alterum, leue. Plinius author libro duodecimo. Est autem flexibili virgulto, hinc legitur libro. iiij. Georgico. Flexibile vimen acanthi. Est etiam arbor: vnde. ij. Georgico. Est & baccas semper frondentis acanthi. ¶Orpheaq;.) De hoc nos Ecloga. iiij. ¶Necdum.) Theocritus in. j. Necdum illi labra admoui, sed conditus arca, Intactusq; manet: tanto te munere dignum Efficiam, mihi si dulcem cantaueris hymnum.

ASCENSIVS.

¶De grege non ausim, &c.) Menalcas filius (vt dixi) familias, prouocatus ad certamen musicum, se quidem certare paratum ostendit: sed non habere quod deponat: in quo, vt in aliis multis, Poeta graphice depingit mores hominum: ostenditq; quid intersit inter ingenuum, liberumq;, & seruilis, ac mercenariæ conditionis hominem. Nam Damœtas mercenarius, confessus pecus quod pascebat esse Ægonis, audet de ipso egregiam deponere vitulam: Menalcas autem, quia filius familias, veritus patrem, ac formidans nouercam, non audet quidquam deponere de grege paterno, sed de peculio: pocula videlicet, quæ ab Alcimedonte, sibi peculiariter obtinuerat. In quo ostenditur in filio, plus boni timoris, quam in seruo esse. Nam, vt sine offensione patris pocula deponat, ea summopere commendat, & ab artifice, & ab artificio: sed (vt in sequentibus dicam) cum nollet Damœtas pocula deponi, ne litem timore fugere putetur, etiam cum timore offensionis paternæ, dicit se vitulam quoque depositurum: quasi amor laudis, plus vrgeat quam patris. sicut in Andria dicit Pamphilus, Si poterit fieri, vt ne pater per me stetisse credat, quo minus hæ fierent nuptiæ, volo: sed si id non poterit, id faciam in procliue, quod est, per me stetisse vt credat. ¶Ordo est. Ego nõ ausim deponere quidquam, id est quamuis rem, siue magnam, siue paruam: de grege, scilicet paterno. Nanq; pro quia: pater est mihi domi, id est habeo domi patrem: & nouerca iniusta, aut quia omnis iniusta, aut quia hæc præcipue iniusta est mihi domi; & ambo, scilicet tam pater, quam nouerca, numerant die, id est quotidie: bis, scilicet mane & vesperi: pecus, id est gregem ouium: alter, supp. eorum, scilicet nouerca, numerat: &, id est etiam, præter oues hœdos: verum, id est sed: quoniam libet tibi insanire. i. furore poetico rapi: aut insanum laborem inire (vnde videlicet, nec lucrum, nec honorem consequaris) ego ponam, id est deponam tibi, id quod tute. i. tu ipse fatebere, sup. esse: maius multo, scilicet q̃ vitulam: appositiue, pocula. i. vasa potoria: phagina, id est ex phago cælata: iterum per appositionem, opus: quasi dicat existentia opus: cælatum. i. exculptum: diuini. i. præstantissimi, & diuino ingenio præditi: Alcimedontis illius artificis, aut cælatoris: quibus, id est in quibus poculis: aut ad quorum decoramentum, vitis lenta flexibilis, superaddita torno facili, id est agili, & molliter sculpenti: vestit. i. cooperit, aut amplectitur: corymbos. i. fructus ederæ: diffusos. i. in diuersa dispersos: edera pallente, id est circumerrante: aut, quia ex Theocrito sumptum est, apud quem legitur, Labris pallens inflectitur amplis: hinc edera, dicamus edera pallente, id est subalbida: alba enim laudatur, vnde dicetur, edera formosior alba. duo signa. i. duæ imagines exculptæ sunt, sup. in medio poculorum, scilicet Conon, s. Samius mathematicus. & (volebat etiam alterius nomen dicere: sed per simplicitatem, ac rusticitatem pastoralem, oblitus proprii nominis alterius, dicit apud se) & quis fuit alter? & cum non posset meminisse nomen eius, circunloquitur, dicens, est supp. is qui descripsit gentibus totum orbem: radio, id est virga geometrica, qui fuit Anaximender Milesius, & qui descripsit radio tempora: quæ messor haberet, & quæ arator curuus. i. incuruatus, dum arat, haberet. i. quibus temporibus arandum & quibus metendum esset, Necdum. i. & non adhuc: & ego non admoui adhuc illis labra: sed seruo condita, id est recõdita & abstrusa tanquam rem pretiosissimam. Ad hoc (inquit Damœtas) non paruifaciens Alcimedontis pocula. Idem Alcimedon, quem tu, scilicet diuinum dicis, fecit, &. i. etiã, nobis duo pocula: & amplexus est circum, id est in circuitu: hoc est circundedit ansas. i. si sic dicamus manubria: hoc est, quibus pocula manu tenentur. (Vnde in Sileno dictum est, Et grauius attrita pendebat Cantharus ansa.) molli. i. flexibili: acantho. i. herba illa vrbana, aut virgulto extremitates eius: ad quod nascitur ambire & circumplecti solita, aut solito (hoc est, sculpsit in circuitu acanthum, cuius sculptura & difficilior, & speciosior est: non tamen conuenientior poculo, quia solent ad pocula adhiberi, quæ potum, aut generant, vt vites: aut cõsumunt, vt capri, vnde est illud Iuuenalis, Et stantem extra pocula caprum. Quia ergo non potuit conuenientiorem ambitum dare: dat conuenientiora signa: nam musicis, magis quadrat Orpheus diuinus vates, q̃ Conon, siue rex, siue astrologus intelligatur. Licet nullius rei verus Poeta totus expers sit.) & posuit Orphea, id est musicum illum diuinum in medio: & syluas sequentes. i. tam graphice cælatas, vt ipsum sequi videantur: necdum, id est & non adhuc: & ego non admoui illis adhuc labra: aut quia non tanti facio: aut potius, quia etiam pretiosissima iudico, & tuis pretiosiora: vnde & ego seruo ea condita: verum si spectes ad vitulam, quam, scilicet deponam: nihil est, quod laudes pocula quantumuis bona & artificiosa. Tute. ¶Tute.) Compositum est, ex tu, pronomine, & syllaba adiectione te: valetq; idem quod tumet: sed in recto non reperitur tumet, sed tuimet, & tibimet passim: soletq; dici tute, vbi tu præmissum est: vt si dicas fratri, cur patri nostro egeno non subuenis: respondere possit, cur tute id nõ facis? Torno. ¶Torno.) Tornus est, quo tornando, & circumgyrando, abraditur asperitas ligni, vt sit leue, ac planum: vnde in Georgicis, Et torno rasile buxum. Est autẽ græcum: nam græce τόρνος dicitur: & toreia sculptura & toreuma, opus torno sculptum: & toreno, orno, & sculpo. Conon ¶Conon.) Conon, dux (inquit Seruius) fuit, &c. Ad quod Beroaldus: Quis nescit Cononem fuisse Atheniensium ducem, omnibus insulis præfuisse, Lacedæmonios profligasse, Athenas in pristinam libertatem restituisse: de quo Æmylius, Iustinus, Plutarchus, multa tradiderunt. Sed diligentius, accuratiusq; considerandum fuit, an apud Virgilium de hoc Conone foret intelligendum, an potius de Conone astrologo: Quocirca verius, & eruditius interpretatur Virgilianum carmen Probus grammaticus, cuius hæc sunt verba: Conon Samius mathematicus, sed quamuis plures fuerunt mathematici, eleganter errantem rusticum inducit, dicentem, Quis fuit alter? alter enim accipitur vnus de duobus. Is autem Conon de astrologia libros septem reliquit, hactenus Probus hui⁹ Cononis mathematici meminit. Higinius, scribens, ab eo dictum esse Ptolemæo, quemadmodum ipse viderat crinem Berenices reginæ inter sydera collocatũ: de qua rescripsit Callimachus carmen elegiacum, quod Catullus interpretatus est: in quibus versibus ita de Conone hoc scriptũ est: Idem me ille Conon cœlesti numine vidit, E Bereniceo vertice cęsariem. De hoc Conone, intellexisse Propertium existimo, cum scripsit in. iiij. Me rotat Architæ soboles babylonius Oreps, Oron & a proauo ducta Conone domus. Alibi me creat. Exponamus itaq; apud Virgiliũ de hoc Conone astrologo, sicut recte exponit Probus: nõ autem de Conone duce Atheniensium: vt perperã existimat Seruius. Hæc Beroaldus. Si tamen ad Seruium addatur vna particula, ego dictis eius adhęrerem: si videlicet dicatur Conon, etiã dux fuit: cuius nomen dicit, quia in ore omnium versatur: vt sit sensus, quod Conon, quidem mathematicus, seu astrologus fit hic sculptus: sed eius nomen meminerit Menalcas, quia etiã dux fuit. ¶Necdum illis labra.) Quando autem dicit, Necdum illis labra admoui: videtur hypallage esse: actiuum pro passiuo. i. necdum admota sunt labris meis. Landinus tamen negat his verbis. Censeo non hypallage vsum esse: sed voluisse, vel venerationem qua pocula coleret, demõstrare (nam huiusmodi rebus solemus ob reuerentiam potius labra admouere, q̃ illa labris.) vel morem rusticorum, qui adeo solent pocula implere, vt veriti ne inter mouendum aliquid inde excutiatur, os ad illa demittunt, nõ illa ad os attollunt. Nec puto vt hæc dicat, quia velit vtilitatem afferre poculis: sed, vt ostendat se non minus acceptum Alcimedonti fuisse: & quanto pluris illa facit, tanto pluris vitula facienda sit, quam illi præfert. Hæc Landinus. ¶Syluasq; sequentes.) Præterea magna laus est sculpturæ, quod syluas sequentes effinxit, vt videlicet sequi videantur. Dicunt autem Orphea: tam dulciter modulatum fuisse, vt rigidas quercus ad se traheret: per quas Hora. in arte, syluestres homines intelligendos, docet his verbis: Syluestres homines sacer, interpresq; deorum Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus, Dictus ob hoc lenire tigres, rabidosq; leones. Regula est. Verbum, sum, es, est, quando significat habere, construitur decenter cum datiuo: & id fere in capite locutionis: vt, Sunt nobis mitia poma: Est mihi disparibus septẽ compacta cicutis Fistula: Est mihi nanq; domi pater, est iniusta nouerca: Sunt mihi bis septem pręstanti corpore nymphę. Sunt, nobis fortia bello Pectora, &c. Regula Sum.

PIERIVS.

¶Insanire libet quoniã tibi.) Hoc totum omnes fere per interpositionem legunt. Et ad Damœtam referri volũt, qui sub sponsione certare velit cum præstantiore. In Longobardico tria tantum verba parenthesi includuntur. (Insanire libet quoniam) inde est alterum membrum dimetrum anapæsticũ hypercatalecticum, Tibi pocula ponam. In Mediceo vna cõma clauduntur verba duo tantum, Insanire libet, eadem sententia. Quare Menalcas si lectionem hanc admittamus, Insanire de se dixit, qui depositurus sit contra vitulã id, quod aduersarius ipse multo maius esse fateatur. vnde Damœtæ locus est argumenti a comparatione, quod eiusdem artificis, & eiusdẽ pene operis & pretij habeat pocula: nihil ea tamen ad vitulam. Reliquum est, Menalcam, non nisi ex æstimatione sua pretium poculis facere potuisse. ¶Quibus torno facili.) Facili, quidem in veteribus omnibus exemplaribus, vno excepto Romano scriptum est. In eo enim, fragilis, habetur corrupte satis: non vti epitheto huiusmodi nõ conuenit, quare facili torno, legas. ¶Diffusos edera vest. pallen. corym.) Pręterissem quod corruptissime legitur, hedera, per æ diphton. prima syllaba: nisi me interpellasset adspiratio. Nam qui diphthongon posuere, eam nominis etymologiam secuti sunt, quam imaginatus est Apuleius grammaticus, hederam, ab hæreo deduci: cum tamen alij ab edo, es, dictam velint, quod ea consumet, quibus inhæserit. Accessisse tamen adspirationem nomini Pontanus putat, vt in quibusdam vocibus, nomen a verbo distinguatur. ¶Duo pocula fecit.) In Longobardico, fecit, cum nota diphthongi scriptum est, ne quid a facio deteratur. Sed vsus per e simplex scribit. ¶Si ad vitulam spectes, nihil est quod pocula laudes.) Et spectes, & laudes, coniunctiuo modo, & in omnibus fere legitur exemplaribus. In Lonigobardico veru, spectas, & laudas: fatendi forma: quippe nihil est quod laudas pocula. i. quas conditiones, quasue dotes in poculis enumeras. In Medi. spectas, tantum ea forma est.

{Nunq̃ hodie effugies: veniã quocũq; vocaris. Me.
Audiat hæc tantum vel qui venit, ecce, Palæmon:
Efficiam, post hac ne quenquam voce lacessas.
{Quin age, si quid habes: in me mora nõ erit vlla: Da.

SERVIVS.

¶Nunq̃ hodie effugies.) Ac si diceret, Ne cõtendas, excusationes requiris: non q̃a estimas vilia pocula. ¶Veniam.) Descendam. ¶Audiat hęc tantum.) Subaudi aliquis. tantum autem, quia suspicatur eum victum non posse cedere, qui ita etiam ante certamen est cõtumax. ¶Vel qui.) Quasi requirentis est, cũ subito venit Palæmon. Alij distinguunt, vel qui venit. Bene au-

Universidad de Deusto Biblioteca

Nec quenquam fugio. tantum vicine Palæmon
Sensibus hæc imis (res est non parua) reponas.
{Dicite: qñquidem in molli consedimus herba: Pa.
Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos:
Nunc frondent syluæ: nunc formosissimus annus.
Incipe Damœta: tu deinde sequere Menalca.
Alternis dicetis: amant alterna camœnæ.

tem dubitat: ne eum ipse immisisse videatur, & sit credibile quod ad eius iudicet gratiam. Hoc etiā Damœtas sentiés dicit. ¶Nec quēq̄ fugio.) Idest cōsentio etiā ad edititiū iudicē. (Edititi' iudex) Edititius aūt est iudex quem vna pars eligit. ¶Vicine Palæmon.) Beneuolē reddit ex vicinitatis cōmemoratione. Terentius, Vel virtus me tua, vel vicinitas, quod ego in propinqua parte amicitiæ puto. ¶Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos. Ipse alibi, Parturit almus ager. Sane bene subdidit. ¶Nunc frondent syluæ.) Referens ad arbores steriles: nam parturiunt, de pomiferis dicimus. Vult autem tempus exprimere quo & deliciæ sunt in agris, & rustici minus laborant: vt sit duplex ad cantilenā inuitatio. ¶Alternis dicetis.) Quia quasi iratus fuerat, ꝙ Damœtæ prius locus dabatur: idcirco ait, alternis dicetis. In Amœbæo. n. carmine difficilior pars respondentis est: qui non pro suo arbitrio aliquid dicit, sed aut maiorem aut contrariam format responsionem: vt diximus supra. (Camœnę.) ¶Camœnæ.) Musæ, quibus a cantu nomen est inditum.

MANCINELLVS.

¶Vicine.) Beneuolentiā captat hac voce. ¶Palæmon.) In Theocri. v. Morsona eligunt Lacon & Comatas cantantes.) Comatas ait) Hunc igitur Lacon, si vis vocitabimus ambo. Quem nunc ipse vides incidere sectile lignum: Est nanq; is Morson ante alios iustissimus vnus, Hic aderit iudex. ¶Efficiam posthac.) Lacon Comatæ, inquit, Huc ades, huc tandem ipse veni, non amplius vnquam: Post hac efficiam audebis contendere cantu: Quin age, siquid habes citius iam fare Comata. ¶Res est non par.) Comatas, ait Morsoni: Magna hic res agitur, grauiter cōtendimus ambo. (Camœnæ.) ¶Alternis.) Pro alternatim. ¶Camœnę.) Musę, a carminibus sunt dictæ. vel, quod canunt antiquorum laudes. vel, quod sint castæ mentis præsides: vt scribit Festus.

ASCENSIVS.

¶Nunquā hodie, &c.) Artificiose præ se fert Menalcas fiduciam, quasi vero Damœtas occasionem quęritaret effugiendi: & ob id pocula vituperaret, vt certamen euitet. Vnde dicit, Tu non effugies. i. nō deuitabis sic, ad quod me prouocasti certamē: quia veniam. i. descendam, & congrediar tecū, quocunq; deposito vocaris. q. d. ego etiā vitulam tāti faciendam: quanti tuā depono: adsit duntaxat bonus censor, & arbiter: etiā hic qui venit, quicunq; is est: cum autem propius adesset, & cognosceret, quod Palæmon, dicit, Ecce Palæmon: hoc est, vide, Palæmon, vicinus noster optimus, & iustissimus vir, aduenit. Et ideo, quia iustū iudicium daturus est, efficiam ne petulantia tua & procacitate sermonis quenquam, posthac lacessas. q. d. sic te vincam, vt non audeas posthac te iactare, musicæ peritū, aut cum docto cōcertare posse. Ad quod Damœtas: Quin age, siquid habes: hoc est, fac q̄dquid potes, expone totas vireis, totamq; artem tuam: ego non te effugiam: quia in me mora nō erit vlla. Sed, o Palæmon vicine, recognosce seuero iudicio, & animaduerte diligēter ad ea quæ dicturi sumus: quia res est non parua, amittere. s. vitulā, famam & gloriam. Ad quod Palæmon intelligēs se ab vtroq; ad arbitrium electum, non grauans illis operam suā, dicit, Dicite, quādoquidem, &c. neq; vero propterea ꝙ Damœtā priorem dicere monet, grauetur Menalcas, vt Seruio videtur, si non adiunxisset, Alternis dicetis, quia prior, ad placitum dicit: nam si posterior quoq; ad placitum diceret, longe facilius esset imitari, q̄ excogitare: vt ergo æqua lege contendāt alternis. i. amœbæis carminibus, eos cōcertare monet. (Ordo.) ¶Ordo est. Tu nunq; effugies hodie. i. in nulla parte hodierni diei elaberis, quo minus tecum certem: licet quęras occasionem effugiendi: ego veniā. i. descēdam in certamen, & congrediar tecū, quocunq;. s. deposito: aut, quacunq; cōditione: aut, ad quemcunq; locum, seu arbitrium vocaris. i. vocaueris, sup. me. sed mallem dicere, quocūq; sup. præmio deponendo: vt sit nomen, q̄ quocunq;. i. ad quemcunq; locum, seu arbitrum: quia hoc dicēdo, innuitur deposuisse vitulam: quam depositam, vidisse intelligitur Palæmon dicturus: & vitula tu dignus & hic: quod non diceret, si alter tantum deposuisset.) tantum. i. tantummodo, sup. hoc detur: vel aliquis, sup. audiat: hæc. i. hanc disputationē nostrā: vel. i. etiam: is, supp. qui venit (videbat enim Palæmona aduētare: sed eum nondum cognouit: quo cognito cum propius esset, dicit.) Ecce Palęmon. . i. bonus ille vicinus noster, sup. adest nobis, qui nimirum iuste iudicabit: & ita efficiam. i. perfecte faciam: ne tu lacessas. i. lacerātum eas, & prouoces posthac. i. post hoc tempus, quenquam. i. quencunq; etiam imperitū: voce. i. garrulitate, & dicacitate tua, cum rei parum habeas. Ad hoc Damœtas, quin. i. quinimo: age. i. fac demonstres: siquid. i. aliquid, sup. artis habes: vlla mora nō erit in me: hoc est, præsto sum, nec fugio quenquā, sup. censorē: dummodo tamen iustus & peritus sit, qualem Palæmona cognoui, & ideo conuersus ad eum dicit: tantum. i. duntaxat id desidero, o Palæmon vicine, sup. noster: vt, sup. reponas. i. recondas ad bene disquirendum: hæc. i. hāc litem nostram: sensibus imis. i. vt profundo examine, & scrutatione diligenti, priusq̄ iudices disquiras, & perpendas artem nostram: quia res est non parua (immo per liptotem sane magna, deponere. s. tam bonā vitulā cum fama & gloria) hoc audito, cōsedit. i. locum accepit Palæmon: dicens, Dicite, id est per artem eloquimini: & litem, causamq; protegite, dicendo, quandoquidem nos consedimus. i. iam locum cæpimus. (A consido enim, deductum est) quod consedi, in præterito habet: sicut consideo fm Vallam) in molli herba: & quādoquidem. i. quoniam nunc omnis ager: parturit. s. segetem, aut herbā & omnis arbos, id est arbor: parturit nunc. s. frondes, aut flores: syluæ. id est arbores syluarū: frondent. nunc annus, sup. est nunc formosissimus. i. nunc maxime, varijs ornatus decoribus: tu Damœta incipe. i. exordire certamen: & tu Menalca, sequere deinde . i. posterius: vos dicetis. i. artificiose pronunciabitis quæ vultis alternis, sup. carminib. i. amœbæis, quia Camœnæ. i. Musæ, quæ cantantibus præsunt amāt alterna. s. carmina. i. alternatim dicta: ne vnius perpetua continuatio fastidium pariat. Atq; ita, quia visus est plus Damœtæ concedere, ꝙ eum priorem cantare iussit. non, vt Seruius dicit: quia facilius omnino esset: sed quia maioris dignitatis, maiorisq; voluptatis est: posse ad placitum incepta re, q̄ ad alterius arbitrium, aut in simili maius, aut in dissimili cōtrarium dicere. Regula est, Vel, tam apud Ciceronem, q̄ apud posteros eius, pro etiā accipi solet: authore Valla. (Regula Vel.) Et duntaxat apud posteros, Virgilium, Quintilianum, & coætuos eorum. Itaq; hic dici posset. Vel, qui venit. i. etiam qui venit.

PIERIVS.

¶Dicite, quandoquidē molli cōsedimus herba.) Ita quidē absq; in, particula præpositiua, in exēplarib. aliquot habetur. In nonnullis autē antiquissimis, legere est, quādoquidē in molli, qui numerus videtur prurire lasciuius.

SERVIVS.

{Ab Ioue principiū Musę: Iouis omnia plena. Da.
Ille colit terras: illi mea carmina curæ.
{Et me Pheb' amat: Phœbo sua semp apud me, Me.
Munera sunt, lauriq;, & suaue rubens hyacinthus.

¶Ab Ioue principiū Musæ.) vel Musæ meæ ab Ioue est principium. Vel, O Musæ, sumamus ab Ioue principium. Est autem Arati, qui ait.
Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα τὸν οὐ
δέποτ᾽ ἄνδρες ἐῶμεν
ἄρρητον· μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί,
πᾶσαι δ᾽ ἀνθρώπων ἀγοραί, μεστὴ δὲ θάλασσα,
καὶ λιμένες· πάντη δὲ Διὸς κεχρήμεθα πάντες.
¶Iouis oia plena.) Lucanus, Iuppiter est quodcunq; vides, quocunq; moueris. Ipse alibi, Spūs intus alit, totāq; infusa per artus Mens agitat molem. Ipse. n. est spiritus, sine quo nihil mouet aut regitur. ¶Colit terras.) Amat. Cæterū superior, colitur: nō colit inferiorē. Sic alibi, Vnā Posthabita coluisse Samo. i. amasse. Nec mirū si rustic' sumpsit, ab Ioue principiū: quē amare terras cōstat, & habere carminū curā. ¶Et me Phœb' amat) Aut simile est, quod dicit: qa vnicuiq; de' is quē colit, summus videt: vt, Sūme deū sancti custos Soractis Apollo, vt Apollinem exæquauerit Ioui. Aut certe ordo sit talis, Me & Phœbus amat: vt & plus dicat nō solū Iuppiter, sed & Phœb' ne Ioui videatur Apollinē cōparare. ¶Sua munera.) Ipsi grata. i. laurus & hyacinthus. Nam scimus & Daphnem Ladonis fluminis Arcadiæ filiam, dilectam ab Apolline: & Terræ miseratione in laurū cōuersam. Et Hyacinthum amatum tam a Borea, quā ab Apolline. qui cum

cum magis Apollinis amore lætaretur: dum exerceretur disco, ab irato Borea eodem disco est interemptus, & mutatus in florem nominis sui.

PROBVS.

¶Et me Phœbus amat.) Apollo, in terra Sol: sine quo, fruges neque oriuntur, neq; maturescūt. ¶Lauri.) Laurū ei gratam accipere debemus: ꝙ Daphnen (vt vult Parthenius in volumine, quod De amantibus composuit) Amydesi filiam dilexit: quam, ne per vim stupraret, Iuppiter in arborem laurum conuertit.

MANCINELLVS.

¶Ab Ioue.) Ordo est. Musæ. i. modo cantui principium, sit ab Ioue. Hoc autem loco, illa quæ Macro. lib. ij. de somnio Scipionis inseram. Inquit enim, Deum vero, qui nō modo immortale animal, ac diuinum sit plenum inclytæ, ex illa purissima mente rationis: sed quod virtutes omnes, quæ illam primæ omnipotentiam summitatis sequuntur, aut ipse faciat, aut ipse contineat. Ipsum deniq; Iouem, veteres vocauerūt: & apud theologos, Iuppiter, est mundi anima. hinc illud est, Ab Ioue principium Musæ Iouis omnia plena. quod de Arato, Poetæ alij mutuati sunt, qui de syderibus locuturus, a cœlo, in quo sydera, exordium sumendum esse, decernens, ab Ioue incipiendum esse, memorauit. Hæc ille. ¶Colit.) Diligit.

ASCENSIVS.

¶Ab Ioue principium Musæ.) Ingrediens itaq; (vt iussus erat) Damœtas musicum certamen, exorditur ab Ioue: ꝙ is summus deorum habitus sit: crediderintq; etiam Ethnici, sine deo adiutore, & præside, nullum rite fundari exordium. Dicit autem, sumendum esse exordium ab Ioue, propter triplex beneficiū: Vniuersale videlicet, quia, Iouis omnia plena. Nam, vt dicetur Georgi. iiij. & Æneid. vj. creditus est summus deus, esse anima, seu animus mundi (vnde in noto opusculo dicitur, Si deus est animus.) sine æquo quidem animo, nihil aut viuere, aut conseruari posset. & ideo, quia sine Ioue nihil possumus, bene dicit, Ab Ioue principium Musæ. item speciale: quia, Ille colit terras. Nā Iuppiter: planeta oppositus sęuitię Saturni benignus est, & terriginis fautor: deus aūt Iuppiter, quē summum putauerunt, omnia conseruat. nec cōseruaret, nisi coleret, hoc est amaret. vnde Ser. recte exponit, colit. i. amat. Et singulare: quia, Illi mea carmina curæ. Solemus enim oēs, ijs beneficia nostra impendere, quibus grata accepta, & iucunda esse speramus. Argute ergo exorsus est Damœtas vsqueadeo, vt difficillimū sit iuxta legē Amœbæi carminis, ei respondere. Nam summo deo, neq; æquiualens datur, quod nō sit idipsum quod ipse est: neq; cōtrariū, quod tam plane summum malū sit, vt ipse summū bonū. i. infinitū: inuenit tamē Menalcas, quod illi responderet, dicens, Et me Phœbus amat, &c. In quo vt sciamus quomodo lex seruet. i. aut cōsimile, sed maius, aut contrariū dicatur. æquipollens, affert Seruius duas vias: in quarū altera, Phœbus diceretur summus deus: quia suus cuiq; deus, summus est: sicut & Phœbus, seu Apollo, in Æneid. summus appellatus: cum dicit, Summe deū sancti custos Soractis Apollo. & ita si permittatur Phœbus esse eiusdē ponderis cum Ioue, saltē apud Poetā, qui in tutela Phœbi est, in simili plus diceret Menalcas: qa plus esset a Phœbo amari, & eius munerib. ornari, q̄ Ioui duntaxat curę esse. cū nemo amet, qui non sit curę: & curare possumus etiā, quæ aut timemus, aut odio prosequimur. Veruntamē, quia omnium consensu, Iuppiter summus habitus est: vsq; adeo, vt ne oracula quidē Phœbo addicant: quia ea ab Ioue discere, perhibetur Æneid. iiij. Quæ Phœbo pater omnipotēs, mihi Phœbus Apollo Prædixit, &c. Ideo ponit Seruius secundā viam saluandæ legis: vt videlicet dictio. &, accipiatur pro etiā. & sit sensus: non solum Ioui mea carmina curę sunt, sed etiā Phœbus amat me. Ad quod siquis obijciat, ꝙ potestas Phœbi. i. inferioris numinis, cum potestate Iouis non maior est, q̄ solius Iouis: quia, si summus deus est, eius potestas infinita est, ad quā nihil accedere potest: debeāq; concedere id, Ethnicis quoq; exploratū fuisse (quod paucissimis philosophis concedā: pastoribus tamen, & agricolis negem) adhuc est larga euadendi via: quia si non plus esset curæ esse Ioui & Apollini, q̄ Ioui soli: tamen plus esset ab Ioue, & Apolline amari, q̄ curæ esse: cum plus sit amari, q̄ curæ esse: & se amari, q̄ carmina sua curę esse. Simile ergo dicit Menalcas: sed in tribus videtur excedere. primo, quia se, non solum Ioui, sed etiam Phœbo curę esse innuit, dicens. Et. i. etiā, Phœbus amat me. Deinde, quia plus est cuiq; se amari, q̄ carmina sua: quia sæpe opera amamus propter artificium, quorum artifices odio prosequimur: non solum ergo (inquit Menalcas) diligit carmina mea Iuppiter, sed etiam Phœbus amat me. Tertio, quia non vulgariter amat Menalcam, & opera eius Phœbus. sed si sic amat, vt munera sua sic apud eū reposuerit, vt illic ea semper parata habeat. Sed hæc hactenus. poterunt alij etiam argutiora adducere: verum, vt ordinem conseruemus, addamus vnum vocabulum, videlicet Musæ a quibusdam: de quorum numero est Mancinellus censeri datiui casus, & singularis numeri: vt sit, Principium est Musæ ab Ioue. i. Musa habet principium ab Ioue. Secundum alios, genitiui casus: vt sit, Principium est ab Ioue. sed meo iudicio, cui posterior expositio Seruiana consonat, erit vocatiui casus, & numeri pluralis: vt Ordo sit: O Musæ sumamus principium ab Ioue: vel, Principium nostrum sit ab Ioue. Sic enim quasi facta inuocatione cum maiore reuerentia, de Ioue loquitur. ¶Ordo igitur est. O Musæ. s. Iouis, & Mnemosynes, id est Memoriæ filiæ: sumamus, sup. principium: aut, principium nostrum sit ab Ioue. i. summo deo patre vestro. (Ordo.) nam omnia sunt plena Iouis. i. summi dei (interpretatur autem Iuppiter, iuuans pater: vnde, quia omnia præsentia numinis sui iuuat, & conseruat. bene dicitur, ꝙ Iouis omnia plena, (Iuppiter.) vnde a nostris, dicitur deus vbique esse.) Ille. s. Iuppiter: colit. i. diligit, & fauorabiliter protegit: terras. i. res terrenas: & carmina mea sunt illi curæ, id est ad curam. Respondet Menalcas: Et. i. etiam: Phœbus, non solum Iuppiter amat: non solum curæ habet me, nō solum carmina mea: & Phœbo sunt sua. i. propria munera apud me: quæ. s. in me contulit, aut quibus me donauit, aut quæ ab eo accepisse merui, videlicet: ꝙ pro &: (Nam legendum volunt, lauriq;. propter vocalem sequentem. dic ergo) & lauri, & hyacinthus, flos ille rubens. i. purpurei coloris: suaue. i. suauiter, hoc est cum suauitate odoris: colit: diligit. Regula puerorū est. (Regula) Nomen comparabile neutri generis potest in tribus gradibus pro aduerbio vsurpari: quamuis legitime a tertia declinatione, fiat aduerbiū positiuum, in ter: & a secunda in e: vt suaue, suauius, suauissimum, vnde hic, suaue, dicitur, pro suauiter, sicut cōtra, duriter, ampliter, largiter, & similia sæpe leguntur. Dic ergo, suaue, id est suauiter. ne duo sint epitheta, sine coniunctione media dure cohærentia, cum hyacinthus, suaue dici nequeat.

SERVIVS.

{Malo me Galatea petit lasciua puella: Da
Et fugit ad salices: & se cupit ante videri.
{At mihi sese offert vltro meus ignis, Amyntas. Me.
Notior vt iam sit canibus non Delia nostris.

¶Ante videri.) A me, anteq̄ lateat. Horatius, Nunc & latētis proditor intimo Gratus puellæ risus ab angulo. ¶Offert vltro.) Iste plus dicit lege Amœbæi carminis. ¶Delia nostris.) Deliā alij amicam priorem volunt alij Dianam, quæ est a Delo: & est canibus nota, per quos venamur, quasi dea venationis. Nam si ad amicam referas, hoc dicit, Sic frequenter ad me Amyntas venit, vt canibus meis notior sit, quam amica Delia.

MANCINELLVS.

¶Malo me Galatea petit.) Theocritus in. v. Malo me Clearista petit formosa puella, Et cātu nostras permulcet molliter aureis. ¶An mihi.) Theocritus in. v. Insanire facit Cratides mihi cū obuius extat, Cunq; mouet flauos per candida colla capillos. ¶Delia. Vel vetus amica: vel Diana, ipsa venationis dea.

ASCENSIVS.

¶Malo me, &c.) Auspicatur Damœtas carmen de amica. Et licet ad placitum loquatur, tamē videtur habuisse rationē ordinis. nam vt primum, id est, honestissimū, atq; saluberrimum est, a deo amari quod iam docuit: ita proximum, atq; suauissimū est, ab amico, atq; amica diligi. quod nunc proponit, dicens, se a Galatea amica appeti, & inuitari, pomo iniectio: quod ipsa inijcit fugitura ad salices, postq̄ visa fuerit, vt scilicet sequatur. Cui respondet Menalcas, in simili plus dicens, & ita legem seruans: se videlicet sic amari ab Amynta puero: vt ille vltro, i. non inuitatus se, tam frequenter obuiam ferat: vt Delia, quæ summa venatrix est non sit notior canibus, q̄ ipse Amyntas, qui videlicet, non rarius ab eis visus sit. est præterea contentio, & cōtrarietas pro parte, quia fugere, & vltro obuiam venire, cōtraria sunt. Est ergo similitudo in re: quia vtriusq; carmen est de amore: sed contrarietas in modo: quia alter a fugiēte inuitatur: alter, a se vltro offerente. ¶Ordo est, Galatea, puella (Ordo.) lasciua. i. petulans, & appetens viri: petit. i. prouocat me, & inuitat

Universidad de Deusto
Biblioteca

tat ad coitum: malo.i.pomo iniecto: & ipsa postq̃ me petiit pomo.i.iniecit in me pomum,fugit ad salices:& petit se videri,sup. a me:ante,scilicet q̃ fugit, vt sequar.Respondet Menalcas: At.j. sed(est autem aduersatiua, vt diximus, particula contentioni.i. locutionum contrarietati apta.)Amyntas, puer ille:meus ignis, id est qui me amore sui incendit:offert vltro.i.non rogatus:mihi se ita.f.frequenter:vt Delia.i.Diana, dea venationis.aut notissima amica mea, quam quotidianam habeo: non sit tam notior nostris canibus.q̃ Amyntas:qui amor lasciuus est fugiendus.

SERVIVS.

¶Parta.) Præparata.ſ Meæ Veneri.)Meæ amicę.ſ Aerię) Aerei coloris.ſ Congessere.) Nidificauere.ſ Aurea mala decem misi.)Plus dicit. nam cũ ille dixisset se esse missurum: iste iam misisse confirmat.Aurea autem,aurei coloris. Et volunt quidam hoc loco esse allegoriam ad Augustum de decem Eclogis:quod superfluum est:quę enim necessitas hoc loco allegoriæ?

{Parta meæ Veneri sunt munera.nãq̃ notaui Da.
Ipse locum:aeriæ quò congessere palumbes.
{Quod potui,puero syluestri ex arbore lecta, Me.
Aurea mala decem misi:cras altera mittam.

MANCINELLVS.

¶Veneri.)Id est amori.ſ Ipse locum.)Theocritus in.v.Aeriam viridi capiam sub fronde palumbem. Qua donabo meam non immemor ipse puellam.ſ Palumbes.) Columbi, omni tempore pariunt.Turtur & palumbes vere, nec plus quam bis.Vita palumbium, vel ad quadraginta annos durare existimat philosophus libro.vi.de animalibus.ſ Aeriæ.) Sublimes.ſ Aurea mala.)Chrysomela intelligit.χρυσὰς enim, aurum dicitur: μῆλον, pomum. Theocritus ait in.iij.Roscida mala decem duco, cras altera ducam.

palũbes
Turtur
Chrysomela.

ASCENSIVS.

¶Parta meæ Veneri, &c.)Docuit Damœtas se amari ab amica, nunc redamare eam. & ita gaudet inuenisse palumbinos pullos, quos illi dono daturus est. Ad quod Menalcas, qui se quoque amari docuit,in simili plus dicit:quia videlicet, non solum daturus sit puero amato munuscula: sed,quod dederit,& daturus sit quod nimirum plus est, & ita legem seruat.¶Ordo est. Munera sunt parta,id est labore inuenta.& acquisita Veneri,id est amicæ meæ:quæ,scilicet illi dono daturus sum:nanq̃, pro quia:ipse,id est ego notaui locum:quo,id est ad quem:palumbes aeriæ, id est columbi aeri expositi, hoc est syluestres, aut sublimes, aut siquis color aeri permisto est aerij coloris(nam talis est eis fere color, qualis aeri condensato: qui sub noctem ad montes videtur.)cõgessere,id est simul gesserunt, scilicet nidum suum.Respondet Menalcas:Ego quod potui,quasi dicat, non solum quod fortassis potero, sed quod iam potui: misi puero.s.dilecto,videlicet Amyntæ, decem mala,quæ vulgo poma dicuntur:aurea.i.aurei coloris, quæ Græcis Chrysomela dicuntur:lecta,id est collecta,leniter,ne lædantur: ex arbore syluestri,id est in syluis nascenti(vt, scilicet ex difficultate, & raritate pretium pendatur: quia rarum est,in syluis, aurea mala inuenire.præterea,vt correlponderet illi, q̃ palumbes aerias notasse dixerat se Damœtas)& ego mittam cras, altera.s.decem poma. Regula est, Alterum,vter,vterq̃,& comparatiue & partitiue tenta,quæ de duobus enunciari volunt,non refugiunt plura,dummodo bipartita sint. vnde hic,Cras altera mittam, quia dena poma.i.bis decem poma significat:quorum decem iam miserat, decem missurus est. Consimiliter de omnibus hominib.dicere possum:quia maior pars meliorem deprauat. Regula

PIERIVS.

¶Aurea mala decem misi.)In Ro.codi.familiari quadam mutatione ex e in i tatque ita vicissim ex i in e:scriptum est decim, per i vltima syllaba. Quod quidem nomen hoc eodem modo scriptum apud Asprum grammaticum(cuius antiquissimum codicem in manibus habui)pluribus locis obseruaui:vt puta,Decim verborum modi.& ita reliqua. Et ita in veteri Liuiano codice, Decim,scribitur. Ætas tamẽ nostra maluit, decem enunciare per e,vtranq̃ syllabam.

SERVIVS.

¶Diuum referatis ad aures.) Ita,inquit, mecũ dulce locuta est Galatea, vt deorũ auditu ei? digna sint verba.ſ Animo nõ spnis.)i.hbẽtissime amas. Et ẽ liptotes figura,sicut,Munera nec sperno.Et multi hũc locum allegoricẽs accipiũt:vt videaſ Augusto dicere,Quid prosdest qa me diligis:si ad capiẽdos hostes pergens,in ocio me relinquis? Dicit.n.Virgilũ sequi voluisse Augustũ cõtra Antoniũ ad Actiaca bella,pperantẽ.ſ Retia seruo.)Quæ rex in venatione missus possidet voluptatis.ſ Amynta.)Vocatiuus Græcus est.Et sciẽdum,Græca nomina in as exeũtia,siue crescãt, siue nõ crescant in genitiuo, vocatiuũ in a mittere:vt Æneas Æneæ,o Ænea:Pallas Pallantis,o Palla.vt,Non hæc o Palla dederas promissa parenti.

{O quoties,& quæ nobis Galatea locuta est: Da.
Partem aliquam venti diuum referatis ad aures.
{Quid,pdest,q̃ me ipse aio nõ spernis Amynta? Me.
Si,dum tu sectaris apros:ego retia seruo.

ASCENSIVS.

¶O quoties,&c.)Proponit Damœtas,dicens,sibi tã dulcia, tanq̃ aurea verba dicta ab amica sua Galatea,vt digna sint diuorũ auribus:ideoq̃ quasi dñ talia nõ haberent,precatur ventos, vt partẽ aliquã ad eorũ aureis ferant.Cui respondet Menalcas,per amarã irrisionẽ,cõtrariũ,innuens nihil prodesse ea verba, inaniũq̃ esse talibus lętari.q.d,illud Ouidianũ,Pollicitis diues quilibet esse potest.Vnde de dilecto suo loquens,dicit, Quid prodest Amynta,q̃ me nõ spernis animo(immo vnice amas:quod plus est,q̃ dulcia ac blãda verba loqui)si dum tu sectaris apros, ego retia seruo.i. si semper si semper dissũgimur?q.d.nihil innues per hoc nihil prodesse Damœtæ, q̃ aurea verba locuta sit Galatea: qa eius potiundę facultatẽ nõ habet, cum confessus sit eam ad salices fugere. Atq̃ ita & plus & contrarium dicit: sed de suo amore loquens.Damœtam taxat.¶Ordo est,O,admirantis interrogatio:quoties.q.d.frequentissime:& quæ.i. qualia,quasi dicat, plane aurea,atq̃ diuina verba, locuta est Galatea nobis:o venti, referatis,id est recensentis, aut repræsentetis aliquam partem:ad aureis diuum, id est diuorum. Ad hoc Menalcas ait: O Amynta,puer indulgentissime,quid prodest, sup.mihi:quod ipse.i.tu non spernis me animo, id est quod amas me, si ego seruo retia: dum tu sectaris apros, id est si corpore semp distinguimur?q.d. nihil: sicut nec Damœtæ,prodest, quod Galatea illi bona loquitur,quandoquidem ea locuta fugit. Ordo. Ordo.

PIERIVS.

¶O quoties, & quæ.)Iam vsu inoleuit: vt, quoties, veluti milies,decies, absq̃ n litera scribatur. In omnibus tamen codi.antiquis quos euoluerim, quotiens, per ns, scriptum obseruaui: quibus adstipulatur Caper grammaticus:vbi dicit,sine n scribẽda sunt,milies,centies,decies?Totiens,& quotiens,cum scribuntur per n scribenda sunt. In cuius sententiam Victorinus etiam descendit, dum ait: Aduerbia vero cum n scribenda sunt, vt totiens quotiens. quot

SERVIVS.

¶Phyllida mitte mihi.)Amicã cõmunẽ, causa natalis diei in cuius tãtum sacrificio licebat voluptatibus operã dare. Nam in alijs sacrificijs erat castitatis obseruatio:quod etiã sequentia indicant, vbi dicit.ſ Cum faciam vitula pro frugib.) .i.cum pro frugibus sacrificare cœpero, tu tantũmodo venito. Sanè cum Natalis apud maiores plenior fuerit, posteris ſ Natalis dies.)Cœpit.Nam cum Hora.dixerit, Natalis grate numeras: Iuuenalis ait, Natali Coruine die mihi dulcior hęc lux.ſ Cum faciam vitula pro frugibus, ipse venito.)Cũ sacrificauero. Et figurate, faciã vitula ait,vt faciã thure,vt faciã agna.Horatius.Seu poscat agna, siue malit hœdo. Dicitur autem hoc sacrificiũ Ambarualę: q̃ arua ambiat victima. Sic & ipse in Georgicis, Terque nouas circum felix eat hostia fruges. Sicut amburbalæ, vel amburbium dicitur sacrificium, quo vrbem circuit, & ambit victima.ſ Vale vale, inquit, Iola.)Hic pastor aut habuit duo nomina:(nam supra eum Menalcam dixit)aut certe Iolam eum, quasi pastorem optimum appellauit a quodam pastore nobilissimo:sicut virum fortem plerunq̃ Achillem:adulterum, Parim vocamus.Sane.ſ Longum vale.)ita ait, vt toruum clamat.pro aduerbio nomen posuit,Vale vale inquit,le, corripit sequens vocalis: vt, Te Corydon o Alexi.

{Phyllida mitte mihi:meus est natalis,Iola. Da.
Cum faciam vitula pro frugibus:ipse venito.
{Phyllida amo ante alias.nã me discedere fleuit: Me.
Et longum formose vale vale inquit Iola.

MANCINELLVS.

¶Phyllida mitte, &c.)Alterius amicæ amores recensęt Damœtas:videturq̃ dicere:nõ omneis amicas fugere solitas:quia Phyllidis consuetudinem se habere docet his verbis, Phyllida mitte, &c.ea.n.erat Damœtæ,& Menalcæ, qui alio nomine Iolas dicebatur,communis amica:qua vicissim abutebantur, cum ergo natalis Damœtæ adesset,in quo voluptati,ac genio,reiq̃ veneręi maxime indulgebant,petit eam ad se mitti. Ad quod Menalcas,plus in simili asserens,dicit, se nõ solum potiturum Phyllide: sed iam potitum esse, cum summo eius consensu, immo oblectatione: vsq̃ adeo, vt in discessu fieret diceretq̃, Longum formose vale, vale,Iola: quæ verba plena amoris sunt, & inenarrabili artificio contexta:Primo siquidem est is modulus pedum, quem in delicatis sententijs Virgilius obseruat.Sicut illic, Formosam resonare doces Amaryllida syluas. Et illic, o crudelis Alexi, &c.& illic, Malo me Galatea, &c.Nam quod pentimemeri fieri solet, heptamemeri facit:ita videlicet decidens,vt prima quarti pedis, sit vltima dictionis,vt in tertio pede fieri solet:deinde, quia dixi,longum:quod aduerbium ad tempus pertinet:sicut longe, ad locũ, significat ergo tempus longum sibi visum iri,quo aberit, etiam si breue sit:Tum, quia dicit, formose:tum, quia vale dicit:tum, quia bis ponit, vale,vt maiorem affectionem significat:quia syllabam longam corripit,non abijcit:& quasi per interuallum pronunciatum ponit,per hoc enim significantur singultus,& fletus, vale,dicentis puellæ:vsq̃ adeo, vt qui hoc carmen bono iudicio legerit, videat eam cum fletu ea verba proferre. Et nouissimo, quia nomen amati viri nouissimo loco positũ, vix enunciare potest.ad quam moram significandam, interiecta est particula, inquit:quæ diligentia cui displicebit,se amusum fateatur oportet. Sed nos ordinẽ ponamus, qui talis est.¶O Iola, mitte mihi.i.ad me:Phyllida.i.amicam nostram cõmunem:dignam eius Phyllidis nomine,quæ se suspendit ob impatientiam amoris.meus natalis.f.dies est: hoc est quo natus sum:& ita voluptati indulgere debeo:Vnde Iuuenalis quasi per hyperbolem dicit,Natali coruine die,mihi dulcior hæc lux,&c.Et Persius, Hunc Macrine diem numera Longũ. Longe. Natalis. Vitula.

numera meliore lapillo, Qui tibi labentes apponit candidus annos,Funde merũ genio,&c,Gentiles ergo, quo nascebantur die, voluptati operam dabant,plurimi quidem:nam sunt,qui flendũ putabant.Christiani autem,diem felicis obitus,& ad æternam vitam emigrationis celebrant:natalitia vocantes, q̃ sint quædam nascendi in melius formæ.Cum.i.quando:ego faciam,sup.sacrificium:vitula.i.mactando vitulam:pro frugibus.i.deæ frugum, videlicet Cereri,quæ nuptias exosa castitatem amat:ipse.i.tu venito: quia tunc amicæ operam dare non potero(plurimis enim diebus festis,a concubitu etiã legitimo abstinebant: vnde Iuuena.saty.vj.Ille petit veniam quoties non abstinet vxor Concubitu sacris,obseruandisq̃ diebus. Nouem aũt diebus abstinebant, quę Isidi sacrificare volebant:in Ambarualibus quoq̃ castos esse decuit.)Respondet Menalcas, quem solam vocaui. Ego amo Phyllida ante alias.i.plusq̃ alias:nam ipsa fleuit me discedere.i.q̃ ego discederem.q.d.id signum erat vehementis amoris in me,& ita redamo eam: & ipsa(inquit)o formose Iola vale longũ.i.per longum tempus.hoc est,quod longum videbitur mihi,etiã si cito redieris:deinde per affectionẽ, singulariterq̃ amorem repetit dicens,iterum vale Iola.Et ita plus est amicam habuisse, q̃ sperare discedas, vt vix per singultus, vale dicere possit. Adiectiua per se posita,eius sunt generis, cuius substantiuũ,quod aperte intelligitur:quod si nullum est,ad neutrum genus transire debent,vt hic natalis subaudi dies. Hic molaris, subaudi dens aut lapis. Hic edilis,subaudi magistratus. Hic September, October,Nouember,December,Aprilis,Quintilis, & Sextilis, subaudi mensis. Hic Tyberis,Araris,Sequana,subaudi fluuius.& hic confluens, subaudi geminus: aut multiplex fluuius &c.hæc consonans,subaudi litera:hæc prægnans,subaudi fœmella:hæc continens subaudi terra:hæc pirus, subaudi arbor:hæc Babylon,subaudi ciuitas:hæc Delos:subaudi insula.Quando autem natale dicitur: potest subaudiri tempus:sed potius absolute, & quasi fixe (vt dicunt)poni censebitur:sicut triste,& dulce, in sequentibus. Secunda est:Quicunq̃ graphice, atq̃ diserte loqui volet,rem depingere conabitur: animumq̃ loquẽtis verbis eius exprimere: sicut puellæ a qua discedit amatus, vt declarabimus:quæ res,nõ nisi ab optimis quibusq̃ perpenditur:cum tamen maximi momenti sit,quocirca quicunq̃, quamuis personam rite exprimere velet se ipsum illam esse signat.Format enim natura,prius nos intus ad omnem fortunarum habitum,iuuat aut impellit ad irã. Aut,ad humum mœrore graui deducit, & angit. Post effert animi motus,interprete lingua:vt dicit Flaccus in arte. Natalis.

PIERIVS.

¶Cum faciam vitula.)In anti.aliquot exemplaribus vitula, qui dem est ablatiuo casu.In Romano tamẽ,& in Mediceo, vitulam. In Longobardico,altera manu & atramento apex,a,literæ superadditus,Vitula,vero legendũ,ablatiuo casu, recte Seruius admonet.Ambarualem vero bestiam,ait Verrius,quę rei diuinę causa circum arua ducitur,ab ijs qui pro frugibus faciũt. Huius sacrificij meminit inferius Poeta, vbi dicit, Et cũ lustrabimus agros. De Ambaruali vero sacrificio,plura apud Macrobium legas.

{Triste lupus stabulis:maturis frugibus imbres: Da
Arboribus venti:nobis Amaryllidis iræ.
{Dulce satis humor: depulsis arbutus hœdis: Me.
Lenta salix fœto pecori:mihi solus Amyntas.

MANCINELLVS.

¶Triste.) Tristis res.ſ Dulce.)Dulcis res.ſ Satis.)Segetibus.ſ Depulsis.)A lacte prohibitis.vt, Depulsos a lacte domi quæ clauderet agnos.

SERVIVS.

¶Triste.)Pro tristis, vel tristis res,per aleothetã: de qua superius.ſ Depulsis.)A lacte remotis:quod fit,vbi hœdi trimestres sunt facti:vt scribit Varro.ſ Arbutus.)De hac,lege Plinium lib.xv.&.xviij.

ASCENSIVS.

¶Triste lupus stabulis, &c.)Quia Damœtas vidit Menalcam patratum in amore narrando sequi, transfert se ad cõtrarium amoris,videlicet ad offensionem & iram:dicens,quod lupus, res tristis est stabulis,id est armentis, & capris: & imber frugibus maturis, & venti arboribus, & præcipue florentibus: vnde in Alexi dictum est,Floribus Austrum Perditus,& liquidis immisi fontibus apros. Et iræ Amaryllidis nobis. vnde videtur idem esse amator Amaryllidis,& in.j.& in.ij.& in.iij.scilicet Virgilius.In.j. per Tityrum: in.ij.per Corydona:& in hac.iij.per Damœtam significatus, atq̃ ita quo magis immunem ab amore puerorum, Virgilium censeas se amore puellæ,videlicet Galateæ, Phyllidis, aut aut Amaryllidis captum, dicit.non puerorum, sicut Menalcas, quem in principio eius turpitudinis incusauit: quasi iam passus sit. Respondet igitur Menalcas per contrarium, dicens, Dulce satis humor, &c.vbi non debet legi dicere, quia præstantius est dulce esse, quàm triste:eo q̃ bonum, & appetibile præstat malo, & fugibili. Auget etiam q̃ dicit,Solus Amyntas.vnde dulcor, qui nascitur ex fruitiõe Amyntæ,maior est,quàm tristitia nata ex iris Amaryllidis:eo q̃ non dicit, quod solius Amaryllidis iræ sibi tristes sint:plus autem ponderis habere videtur,triste,& dulce,q̃ tristis,& dulcis: quia neutrum genus, etiam subiectum, saltem vniuersale connotat. est enim quasi res tristis, & dulcis: sicut bonum est mihi, lex oris tui:plus videtur q̃ si dicat, bona. Stabula autem proprie sunt armentorum, & eorum quæ ferè stant potissimum vescendo, vt sunt equi,boues, cerui. Cubilia autem, eorum quæ cubant,sed caprilia,sunt custodiæ,aut domicilia, seu sæpta caprarum.bouis lia,boum.ouilia,ouium.equilia, equorum.¶Ordo est. Lupus, supplę est:triste,id est res tristis,& incommodas stabulis.i.eorum quæ Stabula Cubilia Ordo.

Universidad de Deusto Biblioteca

quæ sunt in stabulis:& imber, sup. est triste.i.res tristis, frugibus maturis:& venti, sup. sunt:tristes.i.res tristis:arboribus, nam rami deiiciuntur:& flores, ac fructus pereũt, & iræ Amaryllidis(de quibus dictũ est in Alexide, Tristis Amaryllidis iras.)Respondet Menalcas, humor.i.pluuia recens, aut irrigatio, est, sup. dulce.i. res dulcis:satis.i.segetibus, pauloante satis:aut saltẽ nondum maturis:arbutus.i.virgultũ arboris vitiferæ, est, sup. dulce.i.res dulcis:hœdis.i.fœtibus caprarum:depulsis.s.a lacte materno & iam ablactatis

ablactatis

ablactatis.& salix lenta.i.flexibilis:& ita adhuc tenera est, sup. dulce.i.res dulcis:pecori fœto.i.aut pregnanti:aut iam enixæ.& solus Amyntas:est, sup. dulce.i.res dulcis nobis. Regula est. Adiectiua in neutro genere substantiuata, quę & plenius & dulcius qđ significare videnť, tripliciter resolui solent:aut in substãtiuũ generale, cuiusmodi sunt, res, & ens: vt dulce.i.res, aut ens dulce:aut per abstractũ, vt seruãtissimus æqui.i.æquitatis:aut per id quod est pars, si capiatur partitiue:vt aliquid vini.i.aliqua pars vini. Regula

{Pollio amat nostrã, quãuis sit rustica, musam. Da.
Pierides vitulam lectori pascite vestro.
{Pollio & ipse facit noua carmina. pascite taurũ. Me.
Iam cornu petat:& pedibus qui spargat arenam.

SERVIVS.

¶Pollio amat nostrã, quãuis sit rustica musam.)Blanditur iam Pollioni patrono:quem tragœdiarũ & historiarũ scriptorẽ Horatius fuisse testať. Nam in secũdo carminũ dicit de historijs, Periculosæ plenũ opus aleæ tractas, & incedis per ignes suppositos cineri doloso. Item paulopost, Paulum seueræ musa tragœdiæ desit theatris. Quem, carmen suum, licet rusticum, tamen amare confirmat. ¶Pierides vitulam lectori pascite vestro.)i.pascite eius armenta, quia legit hoc carmen: vel vitulam ei nutrite pro præmio. ¶Pollio.)Sanè alij legunt Pollio, per duplex, ll, vt prima ꝓducať: alij per simplex vt corripiatur. ¶Noua carmina.)Magna, miranda. ¶Pascite taurum.)Hic auget:nam vitulam dixerat.

MANCINELLVS.

Pierides. Pierus. ¶Pollio.)De hoc late in Alexi. ¶Pierides.) Dictæ sunt Musæ, e Piero monte: vt scribit Festus. Est autem Pierus, mons Thessaliæ:qui ad Macedoniam protenditur:authore Plin.lib.iiij.in Hesiodi autem Theogonia legitur, Ex Ioue & Mnemosyne Musas in Pieria natas. Ergo non dictæ sunt a Pieri natabus: vt quidam aiunt. De musis autem, plura legito apud Diodorum lib.j.&.v. ¶Noua.)Miranda:cum nunquam talia facta fuerint. Fuit autem tragœdiæ scriptor: vt meminit Hora. ode.j.ij.libri. ¶Pedibus qui spargat arenam.)Id tauri pugnaturi faciunt. vnde Maro.lib. iij.Georgico.ait, Ventosq; lacessit ictibus, & sparsa ad pugnã proludit arena.

ASCENSIVS.

¶Pollio amat.)Ab Ioue, & amica, qui nobis dilectissimi esse solent(nam Iuppiter.i.summus deus, est supra nos, & toto corde amandus. Amica autem est, quasi id quod nos:tam propter commistionem, q̃ propter amicitiam.)transit ad morem amicorum, & id quomodo prius de amore dei locutus est: nam sicut primum docuit amorem actiuum, quo Iuppiter colit, id est amat terras: ita hic primum loquitur de amore Asinij Pollionis, actiuo, dicens, Pollio amat nostram, &c.& in sequenti, de eiusdem amore

amore passiuo: quo, scilicet amandus est dicturus, Qui te Pollio amat, &c. sententiæ notæ sunt. ¶Ordo est Pollio:s. Asinius, vir consulari dignitate, & multa virtute, ac literatura præditus: & quo intercessore Virgilius, agrum suũ receperat:amat nostram musam.i.cantilenam aut phrasim:ac venam in carmine: quãuis sit rustica, id est de rebus rusticanis tractans. Et ideo, o Pierides.i.Musæ, in pierio mõte ab Ioue ex Mnemosyne genitę:pascite vestro lectori.i.Pollioni, qui carmina mihi a vobis inspirata, libenter legit, vitulam.i.iuuẽcam intactam. Respondet Menalcas plus afferens, quia licet nemo totus amusus.i.expers Musarum, & gratiæ, libenter carmina legat: aut eis oblectetur, tamen plus est carmina facere, q̃ legere.& ideo ostendit ei plus præmij debitum, videlicet non vitulam pascendam, sed taurum pinguem. In quo triplex est excessus in sexu, quia ille fœmellam, hic marem. in ætate, quia, ille vitulam, hic taurum: & in habitudine, quia, ille vitulam omnino pascendam hic destinat:illi taurum, non vetulum quidem:quia dicit, pascite:sed iam pinguem, & iustæ ætatis, vt qui iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam. ¶Ordo est. Pollio.&.i.etiam:ipse facit noua carmina.i.insolito artificio: & ideo, o Pierides, pascite illi taurum: nõ quidem pusillum, aut macrum, sed qui iam petat.i.aggrediatur, aut insiliat quemlibet cornu.s.vtroq;:& qui spargat arenam pedibus, dum.s.animosus ingreditur. Proprie autem dicit, q carmina facit:nam facere, proprie dicuntur Poetæ, dum rem nouam effingunt:vnde Teren. in prologo Andrię, Populo vt placerent quas fecisset fabulas. Quinetiam poetæ nomen, sumptum est a verbo Græco, quod est ποιέω, seu ποιῶ, hoc est pieo, seu pio quod significat idem quod, facio, ac creo: vnde in symbolo nos deum, factorem cœli & terræ vocamus:Græci, Ordo. Ordo. Facio. Poeta.

PIERIVS.

¶Quamuis sit rustica.)Sic, quidem in vete. aliquot exemp. præsertimq; in Longobardico legitur. Sed non displicet, q̃uis est rustica:quod habetur in Romano codice.

{Qui te Pollio amat:vẽiat, quò te quoq; gaudet: Da.
Mella fluant illi:ferat & rubus asper amomum.
{Qui Bauiũ non odit:amet tua carmina Mœui. Me.
Atq; idem iungat vulpes:& mulgeat hircos.

SERVIVS.

¶Quo te quoque gaudet.) Subaudi venisse. peruenerat autẽ ad consulatum post triũphum Dalmaticũ. Nam vicerat Salonas ciuitatem Dalmatię. Horatius, Cui laurus ęternos honores Dalmatico peperit triumpho. ¶Amomum.)Flos est Assyrius:vt Lucanus, Vicinæ messis amomum. ¶Qui Bauium non odit.)Pro pœna ei contingat vt diligat Mœuium peiorem poetam. Nam Mœuius & Bauius pessimi fuerunt poetæ, inimici tam Horatio q̃ Virgilio. Vnde Horatius, Mala soluta nauis exit alite, Ferẽs olentem Mœuiũ. ¶Mulgeat hircos.)Faciat ea quæ contra naturam sunt. Amomum.

MANCINELLVS.

¶Quo te.)Scilicet venisse. Peruenerat autem ad consulatum:vt habetur etiã sequenti Ecloga, triumpharat quoq; de Dalmatis. ¶Amomum.)Amomi, vnã in vsu est, frutice venenoso, palmi altitudine: carpiturq; cum radice. Nascitur in Armenia, in Media, & in Ponto. plura Pli. lib.xij. Diosco. ait, q amomũ genus est odoratissimæ herbæ:cuius frutex, similis est botro, coloris rufi:circũ circa, folia iuncta, & copiosa sunt:ex Thyrso, Botrosum semẽ reddit: florem habet album. ¶Qui Bauium non odit.(ἀστεϊσμός est.i.vrbanitas, ἀστεΐζω, iocor, putatur autem id quicquid rustica simplicitate caret, & faceta satis vrbanitate exponitur: vt, Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mœui, id est pro pœna ei contingat, vt diligat Mœuium, peiorem poetam. Nam Mœuius, & Bauius, pessimi fuere poetæ. inimici tam Horatio, q̃ Virgilio. Vnde Hora. in Epod. Mala soluta nauis exit alite ferens Olen- Amomum. Bauius. Mœuius.

tem

tem Mœuium Euseb. autem scribit, q Marcus Bauius poeta, quem Virgilius in Bucolicis notat:in Cappadocia mortuus est. sed de vrbanitate latius Fabius lib.vj.

ASCENSIVS.

¶Qui te Pollio. &c.)Incepit (vt dixi)ab amore actiuo summi amici Pollionis: nunc prosequitur eiusdem amorem passiuum, quo.s.a suis amatur: exoptans omnibus cum amantibus, aut amaturis, aut Pollionis præsentia frui, aut dignitate fungi. Duplex enim est horũ versuum expositio. prior est Seruij, secundum quem sensus est. o Pollio qui te amat, veniat ad eam dignitatem, ad quam tu peruenisti:& Mella fluant, &c. Secunda expositio est, vt pro summo beneficio dari optet, vt qui Pollionem amat, eius quoq; pręsentia gaudeat, & fruatur:& veniat eò.i.ad eum locum, quò gaudeat eo, id est eius præsentia: optat præterea, vt illi, scilicet loco: hoc est illic fluant mella, &c. Quæ sententia, cur potius placeat, multiplex est ratio. Et quia indecorum videtur, vt tantam dignitatem amatori exoptes, quantam summa virtute obtinuerit amicus. Et quia posterior versus, priori non quadret, si de consulatu intelligatur. Et quia maxime quadrat, si de fruitione præsentiæ Pollionis intelligamus. Per hoc enim significatur, tam dulcis, suauis, ac comis esse amicus Pollio, vt abunde beatus sit, quicũq; eius præsentia gaudeat. Et quia lex minus seruata videretur, si prior velit amatores Pollionis ad cõsulatum euehi: & posterior Bauij amatores solummodo ad Mœuianorum carminũ amationem cõpelli:nõ etiã tam amara potest esse eorum amatio, q̃ sua- Ordo.

uis

uis esset consulatus aditio. Ea autem seruetur, si de præsentia Pollionis intelligatur:nam per contrarium tantundem, aut plus respondeat Menalcas. Tam amara enim possit esse Mœuij, aut carminũ eius amatio, q̃ dulcis Pollionis præsentia:& tam tristis cõditio eius qui ob amorem Bauij, ac Mœuij, cogatur vulpes iungere:& hircos mulgere, q̃ lęta eius:qui, quia Pollionem amat, in præsentia eius mella fluentia, & amomũ ex rubo legat. Plus præterea est, quod dicit Qui Bauium non odit, q̃ si diceret, qui Bauium amat. Multi enim non amasse poterant, qui tamen nõ oderint:vnde, quicunq; amat Bauium, non odit eum:sed non e conuerso:quia qui eum nõ cognoscit:aut ab eo offensus nõ est, odit eum. & tamen nõ amat:lex ergo plene seruatur, si posteriori modo legatur:sed vnum obest, quia sic potius diceretur gaudeat, q̃ gaudet:nisi, vt veniat eò quò gaudet te:dum.s.præsens est. Construamus ergo vtroq; modo posteriori sic, O Pollio, is, sup. qui amat te:veniat, supp. eò.i.ad eum locum: quò.i.in quo gaudet: quoq;.i.etiam, te.i.in præsentiam tui, in qua de te gaudet:& mella fluant illi, sup. loco:aut illi, pro illic: & rubus asper.i.frutex ille spinosus, & hirsutus ferat amomum.i.aut arbusculã illam, aut herbam, aut florem eius(vt frutex pro flore ponatur.)Secũdum Seruium autem construeretur sic, O Pollio, is qui te amat veniat quoq;.i.etiam, sup. eò.i.ad eum statum: quò.i.ad quem gaudet te, sup. venisse.i.ad consularem:& mella fluant illi:& rubus asper ferat illi amomum. Respondet Menalcas:Is qui nõ odit Bauium scilicet Marcum, pessimum hominẽ:inuidumq; poetam: amet o Mœui, tua carmina.i.luat eam pœnam, vt cogatur tua carmina amare: quæ tam mala sunt: vt durissimus sit cruciatus ei, qui id cogatur facere. Atq; idẽ, qui.s. Bauiũ nõ odit, & carmina Mœuij amat:iungat.i.ad iugum coniungere cogatur, vulpes, id est animalia illa astuta, & veloci pede currentia: vt difficillimum sit ea coniungere:& mulgeat hircos.i.masculos caprarum, qui nihil lactis, sed plurimum fœtoris habent:sicut & Mœuiana carmina nihil boni succi, sed atræ loliginis.i.inuidentiæ, plurimum habent: vnde & eum olentem dicit Flaccus: qui & in.j.sermo.cum inuidum detractorem docet his verbis: Mœuius absentem Neuium dum carperet, heus tu(Quidam ait)ignoras te:an tu ignotum dare nobis Verba putas? egomet mi ignosco: Mœuius inquit. Beroaldus Seruium notat, in eo quod dicit, amomum, flos est Assyrius:vt Lucanus, vicinæ messis amomum. vnde dicit: Miror Seruium authoritate Lucani fulcire sentẽtiam, tanq̃ a Lucano dicatur, amomum, florẽ esse Assyrium:qui more poetico, amomum Ordo.

quidem

quidem nominat in.x.sed quid sit, haudquaq̃ aperte demõstrat. Debuisset itaq; Seruius Pliniũ consulere, qui eũ edocuisset, amomum, non esse florem, sed arbusculã:qui in.xij.scribens de peregrinis arboribus, amomũ, arborẽ esse cõmemorat: & eius vuam in vsu esse:forma est vite labrusca, frutice venenoso, palmis altitudine laudatur, q̃ maxime parit amomum punici mali folijs simile, colore rufo. Secunda bonitas pallida est:herba, cœtũ peius, pessimum, candidum, quod & vetustate euenit. Hæc Beroaldus. Verum, nõ omnes amomũ, arbusculã dicunt: nam Dioscorides, herbę genus esse docet, quæ florẽ habet album:quid ergo prohibet herbã pro flore capi præsertim cũ dicat, q rubus ferat? Verũ (vt Landinus recitat)Dioscorides dicit, quia in circuitu cuiuslibet arboris nascitur ramulos habens siccos, & duros virgulis assimiles:vnde hic dici posset:ferat & rubus asper amomũ. Regula prima est:Odi, verbum defectiuum, in voce vtriusq; temporis, significationem gerit:& præteriti, & præsentis temporis:nec reperitur apud idoneos perfectum, nisi semel apud Ciceronẽ odias: Non ergo dices, odio te:sed, odi te. Secunda est:Licet arborũ nomina, quæ in um exeunt, non legitime fœminina sint:fruticũ tamen, & in um exeuntia, vocis genus seruãt. Exemplum de fœmininis:vt hæc buxus, hebenus, balsamus, pomus. Exemplũ de fruticibus:vt hic dumus, rubus, hi sentes, vepres, hoc siler, thus, &c. Exemplum de, um:vt hoc buxum: hebenum:balsamum:pomũ etiam pro arbore:hoc viburnum, salictum, &c. Regula Odi.

PIERIVS.

¶Qui Bauium non odit.)Hoc quoq; nomen pronunciatione Græca, per v, quippe digammon habetur in Romano codi. Vauium. Ita apud Liuium, vbi in vulgatis codicibus libro.viij.primæ Decadis, scriptum est, Vitrubius Bacchus. In vetusto codi. Vaccus, per digammon habetur. & inferius, Quę Vacci prata. Frequentissime autem apud hunc & alios scriptum, veluti veteres, Fauium, pro Fabio dicebant obseruatum ab Adamantio. Hinc vero Malo poetæ Marco nomen fuit:de quo Eusebius. Marcus Bauius poeta, quem Virgilius in Buco. notat in Cappadocia moritur. ¶Et mulgeat hircos.)In Roma.codi.& in altero peruetere, mulctat, per c scriptum est. In Longobardico, vt omnino discernitur, ita quoq; legebatur, verum altera manu & atramento factum est, mulgeat, per g. Neq; mirũ multis in dictionibus, c, pro g, positam esse. Quam literam non fuisse, longa annorum serie apud latinos, inuentam vero a Spurio Carbilio noua forma, & Scaurus, & Victorinus affirmant.

{Qui legitis flores, & humi nascentia fraga: Da.
Frigidus ò, pueri fugite hinc, latet anguis in herba.
{Parcite oues nimium procedere:nõ bene ripæ Me.
Creditur:ipse aries etiam nunc vellera siccat.

SERVIVS.

¶Fraga.)Mora quæ in herbis nascũtur. Ideo dixit. ¶Humi nascentia. latet anguis in herba.)Allegoria est:nam videtur hoc ad Mantuanos dicere, qui inter milites versabantur armatos: quos sicut anguis mortem inferre posse non dubium est. ¶Non bene ripæ creditur.)Ipse aries etiam nunc vellera siccat. Allegoria ad illud quod supra diximus, pertinet:quia post acceptos agros, ab Arrio centurione pene est interemptus, nisi se precipitasset in fluuium. ¶Parcite.)autẽ, prohibete cauete. ¶Procedere.)i.seruate ne procedant, vt, Gnatis parce tuis.

MANCINELLVS.

¶Ipse aries.)Placet magis, Vt simpliciter, accipiatur, quàm allegoricos: quod indicat etiam illud, Ipse vbi tempus erit omnes in fonte lauabo. Est enim Theocriti in.v. vbi ait, Felicem sperate diem, vitamq; capellæ, Cras ego vos omnes Sybaritis fonte lauabo.

ASCENSIVS.

¶Qui legitis flores.) Aliud genus carminis tentat Damœtas, quo aduersarium vincat:in quo, licet aperta est sententia, non nihil tamen allegorice est. Nam angueis latere in herbis naturale est: idq; docet quæ de Eurydice Orphei coniuge legitur fabula:eam enim cum Aristeus insequeretur, serpens in herbis delitescens morsu necauit. Dicit ergo Damœtas, O pueri, qui legitis flores, & fraga, fugite hinc.i.ex amœnis, & iucundis rebus: quia latet anguis in herba: hoc est, extremum gaudij luctus occupat:

quo

quo verbo possit ĩtelligi Menalcam taxare, qui se amoribus potitum iactauit: vnde Menalcas reijcit in Damœtã grauius malũ, dicens, O pueri, arcete gregem a ripis:quia ipse aries, iam vellera siccat hoc est Damœtas, seu Tityrus qui agrum suum recepisse gloriatus est: ab Arrio expulsus, nisi pernicius aufugisset, interijsset. Sicut autem grauius, & certius est malum iam acceptum, q̃ quod quis minatur futurum, ita plus dicit Menalcas, siue simplicer, siue per allegoriam intelligatur, q̃ Damœtas. Nam prior, malum, nisi fugeris imminere docet, posterior etiam euenisse. ¶Ordo est, O pueri, qui legitis flores:& fraga.i.mora, in herbis nascẽtia: humi.i.in humili loco: ad terram, fugite hinc.i.ab hoc loco:quia anguis.i.serpens frigidus.i.mortifer, aut venenosus:nam venenum, frigidum est, latet in herba. Menalcas ad hoc, O pueri, parcite.i.prohibete: oues procedere.i.ne procedant nimium: quia nõ creditur bene.i.tutè ripæ.i.margini fluuiorum. Nam ipse aries.i.dux gregis(videlicet Damœtas, Virgilium significans, qui se Tityrum appellauit: quasi arietem præuium ad intercedendum ad Augustum, pro reliquorum Mantuanorum agris recipiendis.)siccat etiam, id est nedum minores oues:nunc vellera, quæ res probat ipsum in flumen incidisse. Licet ergo Mancinellus malit simpliciter dictum censeri, eo quod ex Theocrito, vbi simpliciter dicitur sumptum est, plus tamen nerui haberet, si allegoricos intelligeretur. Sæpe etenim quæ ab vno simpliciter:ab alio, allegoricos dicuntur. Sicut ab Iuuenale, Actoris Arunci spolium, &c. Ordo.

{Tityre pascentes à flumine reiice capellas. Da.
Ipse, vbi tempus erit:omnes in fonte lauabo.

SERVIVS.

¶Tityre pascẽteis a flumine reiice capellas.)Id est o Mantua, noli mõ velle aliquid agere

re de repetẽdis agris. Nam cũ opportunũ fuerit. ¶Ego omnes lauabo.) Id est purgabo apud Cæsarẽ cum de Actiaco

prælio

Universidad de Deusto Biblioteca

prælio reuersus fuerit. Et bene in fonte: ipse enim p amicos Cæsaris agrũ meruerat: tanq̃ per riuulos quosdam.

Cogite oues pueri. si lac præceperit æstus: Me.
Vt nuper, frustra pressabimus vbera palmis.

nunc autem Mantuanis beneficium dicit se ab ipso Imperatore meriturum. ¶ Reiice capellas.) reiice ca, proceleumaticus est pro dactylo: & sic est positus vt Genua labant. Item, arietat in portas. ¶ Cogite oues.) In ouilia colligite. vt Tityre coge pecus. ¶ Præceperit.) Præoccupauerit. nam naturale est vt lac augeatur frigore, calore minuatur.

MANCINELLVS.

¶ Præceperit.) Præoccupauerit, attraxerit.

ASCENSIVS.

¶ Tityre pascentes.) Hoc quoq; carmẽ, simpliciter legendum secundum Mancinellum est. sed multo maior fit eius vis, si sub allegoria legatur: vt videlicet Damœtas intelligens in se dictum esse, Ipse aries etiam nunc vellera siccat, respondeat: tametsi semel præcipitem se in Mincium dederit, nõ tamen desperare: cum speret adhuc recuperare: non solum suos, sed & omnium Mantuanorum agros, cum eos in fonte purgauerit. i. innocentiã eorum Augusto ostenderit: vnde dicit, Tityre pascentes, &c. vt per capellas, Mantuanos intelligamus. Ad quod Menalcas, id amare ridẽs, quia videlicet solam spem habeant, dicit: pueri cogite oues. i. nolite eas in spe dilatatas diuagari, quia si æstus præripuerit lac. i. si furor militũ ingruerit, vt nuper, frustra pressabimus vbera palmis. i. frustra rem perditã recuperare conabimur. plus ergo mali passum dicit gregem Menalcas, ꝗ̃ boni habiturum Damœtas. Ordo. vnde & cõtrarium, & plus dicens, legem seruat. ¶ Ordo est. O Tityre, reiice. i. amoue: arce capellas pascentes a flumine. i. noli committere per desperationem, vt Mantuani immergantur aduersitatibus. ipse. i. ego lauabo. i. purgabo: oẽs in fonte. i. corã principe Augusto: vbi. i. quãdo: tempus. i. opportunitas erit. Respõdet Menalcas. O pueri, cogite. i. cõpellite: in vnum locum. s. sub vmbras: quia si æstus. i. feruens calor solis: præceperit. i. præripuerit, ac consumpserit lac, vt nuper, sup. fecit: nos pressabimus. i. frequẽter comprimemus: palmis. i. manuũ nostrarum: frustra. i. in vanum: vbera. s. ouium. Regulæ sunt. Prima. Iacio, quia in cõpo- Reglę sitione, a, in i, mutat, gemino ii scribi debet: quorum prius est cõsonum: metri tamen causa, nonnulli alterũ abiecerunt. Secunda, Iacio. quę ergo in consonantẽ desinentia, cum iacio cõponuntur: licet breuia fuerint, producuntur: vt adiicio, coniicio, subiicio: nisi subicit,

subicit, dicatur per vnũ i. Tertia i, cõsonum in principio dictionis positũ: licet per cõpositionẽ in medio duarũ vocalium ponatur, manet tamẽ simplex: vnde bigus, primũ corripit. Quarta, quæ in vocalẽ desinentia cum iacio cõponunt, suã quantitatem seruant: vt proiicio, prima longa: & reiicio, prima breuis: vnde recte sm̃ artem hic proceleumaticum Seruius censet: licet alij, aliter doceant. Nam Virgilius alibi fere primam producit.

PIERIVS.

¶ Reiice capellas.) Seruius dicit, reiice capellas, proceleumaticus est. Antiquiq; omnes cod. Reice, scribunt vnico i. Quique hanc scribendi rationem amant, dicunt (vt apud Velium est) literam i, inter duas vocaleis, per se plenam, & satis sonoram esse: sed neq; quidem esse necessarium, cum, eicit, scribimus: i, ratione producendi, syllabam geminare, quod satis literæ potestas ipsa sibi sufficiat. In plerisq; vero huiusmodi, Cicero videtur auditu emensus scriptionem, qui & Aiiacem, & Maiiam, per duo ii scribenda existimauit, vt pressius & plenius sonarent. Sed enim quod ad, Reice, pertinet: nemo negarit in eo quod est, iace: pro a, esse i, substitutum: & iice, dici necessario: cui adiecta præpositione, re, reiice, integrum fit. In quo, re, non magis longa, ꝗ̃ in reieci: & in, reiectus, habeatur. Quod si duo ii, in vnum coire faciamus, media syllaba longa erit necessario, cum synæresis fieri non possit, nisi in longam. Quare, si codicum authoritatem defendere voluerimus: aut dicendum erit, primum i, quod vim duplicis cõsonantis habebat, ex regula illa generali expunctum esse: aut syncopam, a litera detrita factam: atq; ita i, iam vocalem breuis locum retinuisse. ¶ Omnes in fonte lauabo.) Fonte quidẽ vetera habent exemplaria, Romano excepto, in quo fronte legitur, quod alij viderint. Apud Theocritum sane, vnde locus hic desumptus, dubio procul fontis mentio fit. Ait enim Αὔριον ὔμμε πάσας ἐγὼ λουσῶ συβαρίτιδος ἔνδοθι κράνας: quare, fonte omnino legendum est. ¶ Cogite oueis pueri, si lac præceperit æstus.) In antiquis aliquot exempl. cum antiquissimo maioris notæ æstas, legitur: quod non placet. Cogite vero, quod Seruius exponit, in ouilia colligite. No. Marcellus, mulgete, interpretatur. Subiungit enim Poeta causam, cur festinãdum sit. Si lac præceperit æstus, vt nuper, frustra pressabimus vbera palmis. Eadem autem dictione variatum in. ij. Georgicon eo loco, Aut grauis incumbens scopulis arentibus æstas,

SERVIVS.

¶ Vix ossibus hærẽt.) Vix ossa eorum cohærẽt. ¶ Teneros oculus mihi fascinat agnos.) Dicit causam maciei. & p transitum pulchrũ se habere pecus significat, quod vtiq; meruit fascinari.

Eheu ꝗ̃ pingui macer est mihi taurus in eruo. Da.
Idem amor exitium est pecori, pecorisq; magistro.
His certe neq; amor causa est: vix ossibus hęrẽt. Me.
Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

MANCINELLVS.

Eruum ¶ Taurus in eruo.) In antiquissimis textibus, eruo, & aruo, legi in illo summi pontificis, Aruo est per a, Plures autem, eruo, habent per e. Est autem eruum, leguminis species: simile piso: quod amplius, ꝗ̃ vicia runcatur. Sufficiunt singulis boum iugis, modij quini sati Martio mense, satum noxium esse bobus aiunt. Item autumno, grauedinosum. Innoxium autem fieri, primo vere satum. author Plin. lib. xviij. meminit idem Columella lib. ij. vbi ait etiam, ꝙ eruum lætatur loco macro, nec humido, quia luxuria plerunq; corrumpitur. Per hæc autem verba, optime exponimus, pingui eruo. i. læto. ¶ Vix ossibus hærent.) Theocritus quoq; in. iiij. Nempe volunt prati teneris iam pascier herbis. Illa adeo macra est vitula: & vix ossibus hæret, ¶ Fascinat.) Fascinũ Fascinãtes. Laudando decipit, vel deprauat. Fascinum, & fas, a fando nominatur: vt Festus ait. Plin. autem lib. vij. cap. ij. scribit, In Africa esse familias quasdam effascinantium, quarum laudatione intereant probata, arescant arbores, emoriantur infantes: esse eiusdem generis in Triballis, & Illyrijs, qui visu quoque effascinent, interimantq;, quos diutius intueantur: iratis præcipue oculis, quod eorum malum facilius sentire puberes: notabilius esse: ꝙ pupillas binas in oculis singulis habeant. fœminas quidem omnes, vbiq; visu nocere: quæ duplices pupillas habeant. Cicero quoq; author est. Hæc & plura Plinius.

ASCENSIVS.

¶ Eheu ꝗ̃ pingui) Rursum carpit Menalcam, qui se amoribus potitum dixit: docens ipsum, & pecus eius, ob eos deperire: ad quod

quod Menalcas, Non amoribus, inquit: sed fascino emaceratũ est pecus meum. Per hoc innuens, ipsum inuidiã, pp̃ter pulchritudinẽ meruisse, atq; ita contrarium dicit, quia negat amorem: & plus, quia cõcedit fascinum. Potest & priorum versuum esse hæc sententia, vt Damœtas de suo amore loquatur, gloriosum censens amoribus elanguere, vt sit per iactantiam dictum: ꝙ ipse, & pecus, amore deperiret. Ad quod Menalcas, His certe, hoc est nescio, quid de tuis dicam: sed meis certe amor, causa non est, sed fascinatio: quæ non nisi speciosis infertur, cum etiam miserrima quæq; amore concutiantur. ¶ Ordo est. Eheu (dolentis interiectio) ꝗ̃, id est quantum: macer, quasi dicat, macerrimus est mihi: taurus in aruo, id est prato: aut, eruo, id est legumine illo: pingui, id est vbere, & læto, aut pinguem facere solito. Idem amor est exitium. i. generat finem vitæ, pecori, & magistro pecoris, scilicet mihi. Sed (vt dixi) aut de se loquit, gloriãs quia amat aut sub suo nomine, Menalcam taxat: sicut in principio, Menalcas ipsum taxauerat, dicẽs, Tum credo cum me arbustum videre Miconis, &c. Ad hoc autem respondet Menalcas, amorem negans: sed potiorem causam emacerationis, pecoris sui concedens: fascinationem, scilicet quæ nõ nisi lætis & pinguibus per inuidiam inferri solet: nam Summa petit liuor: perflant altissima venti. Et quia infelix est, cui non inuidetur, dicit Martialis. Omnibus inuideas liuide, nemo tibi. Ordo igitur est. Certe amor non est causa his, id est meis ouibus: vt, scilicet emacerentur: & tamen vix hærent ossibus, id est vix habent ossa cohærentia. Est enim ablatiuus casus, non datiuus, sicut hoc friget manibus, id est habet manus frigentes. sed nescio, quis oculus fascinat. i. inuida & inimica inspectione inficit, & deprauat agnos teneros, qui fascinari facilius possunt: vt ex his quæ Mancinellus & Landinus adducunt, patet.

Pierius.

PIERIVS.

¶ Eheu ꝗ̃ pingui macer est mihi taurus in eruo.) Romanus codex vna cum Longobardico, & aliquot alijs legunt, in aruo. In aliquot, in quibus, eruo, scriptum fuerat, a, litera superne addita. Sed. n. eruo, & Columella, & Plinio legumine eo pecus pinguescere asserẽtibus, magis omnino receptum, & aruo, nescio quid ociosum habetur. ¶ Exitium est pecori, pecorisq; magistro.) Ver bum,

bum, est, in hoc versu valde inconstans reperitur apud codices manu scriptos. Nã veluti plebeius notatus, modo in hanc, modo in illam, transfertur tribum. in Romano. n. exitium est. In Mediceo, & quibusdã alijs, pecori est, In Oblongo, Vaticano, & in Longobardico, magistro est, habetur. Id, & si minus vetabat, quin eadem esset sententia, notandum tamẽ fuit ob structuræ varietatẽ, cuius apud eruditos viros diligentissima solet esse pensitatio.

SERVIVS.

¶ Eris mihi magnus Apollo.) Relicto certamine sibi proponunt ęnigmata. Bene aũt ait, Eris mihi Apollo: quia in rebus incertis sola opus est diuinatione. ¶ Treis pateat cœli spatiũ non amplius vlnas.)

Dic qbus ĩ terris (& eris mihi magnus Apollo) Da.
Treis pateat cœli spatium non amplius vlnas:
Dic quibus in terris inscripti nomina regum Me.
Nascantur flores: & Phyllida solus habeto:

Vlna. Vlna, proprie est spatium in quantum vtraq; extenditur manus. Dicta vlna. ἀπὸ τῶν ὠλενῶν. i. a brachijs. vnde & λευκώλενος ἥρα dicitur, licet Suetonius vnum cubitum velit esse tantummodo. Sane hæc quęstio varie soluitur. Nam alij dicunt significare cum sepulchrum Cœlij luxuriosi cuiusdam, qui venditis omnibus rebus & consumptis, tantummodo sibi spatium, reseruauit, quod sepulchro sufficeret: & voluisse eum errorẽ facere ex cœli & Cœlij similitudine: vt sit, Dic mihi vbi nã sepultus est Cœlius, cuius tribus vlnis continetur sepulchrum? Alij vero volunt puteum significari, qui est in Syene parte Ægypti: quem ad hoc nimiæ altitudinis philosophi effoderunt, vt probarent locum illum esse solum, quem recto Sol intuitu irradiaret. Nam octauo Calend. Iul. die, quando in centro suo est Sol, lumine suo tã imam quoq; illius putei, ꝗ̃ summam terram irradiat. Sed neutrum horũ conuenit rustico. Vnde simpliciter intelligendus est cuiuslibet loci puteus: in quem cum quis descenderit, tantum cœli cõspicit spatium: quantum putei latitudo permiserit. ¶ Dic quibus in terris inscripti nomina regum Nascantur flores:) Quia soluere non potuit, ipse aliã obiicit quęstionẽ: & captiose, quibus in terris dixit. Hyacinthus. Hyacinthus. n. vbiq; nascit, flos qui natus est primo de Hyacinthi sanguine, postea de Aiacis, sicut etiã Ouidius docet. Est autem quasi lilium rubrum, designans primam Hyacinthi literam. Regum autem nomina, nõ q̃m ipsi reges fuerunt, sed quia regum filij: vt, Magnum reginæ sed enim miseratus amorem. cum de Ariadne diceret Pasiphaes reginæ filia. Sane multi volũt nomina regum, pro nomine Regis positum: vt sit quemadmodũ illud in Terentio, Non perpeti meretricum contumelias. cum de vna loqueretur. Nam flos iste Hyacinthi tantum, & non Aiacis nomen retinet. Tamen sciendum ęnigmata hæc, sicut fere omnia, carere aperta solutione. ¶ Phyllida solus habeto.) Amicam cõmunem, quod plus est, ꝗ̃ esse Apollinem. Nam esse Apollinem impossibile est, quod ille promiserat: hic vero, possibilia pollicetur.

PROBVS.

¶ Inscripti.) Hyacinthus enim ab Apolline adamatus, propter nimiam pulchritudinem: & ab ipso per ignorãtiam occisus disco: conuersus est in florem, qui in se literas habet hya, vt sit, vox plorantis. Quidam ex Aiacis sanguine.

MANCINELLVS.

¶ Dic quibus.) Omisso canendi studio, ad ænigma diuertit: quo decentius cantum absolueret, ne victus esse videretur, ne item in infinitum quodammodo canere cogeretur. ¶ Cœli spatium.) In Æthiopiæ fine, Syene est insula. C. M. passuum ambit: vt scribit Pli. lib. v. Strab. quoq; lib. xvij. docet. ꝙ in ipsa Syene, puteus quidam est, qui æstiuum indicat solstitium: quoniam hæc loca circulo tropico sunt subiecta, & in meridie vmbilicos faciunt fine vmbra: & sol supra verticem ibi manentibus habetur: vnde necesse est in puteos, quanq̃ profundissimos, vsq; ad aquã radios iaci. itaq; de hoc puteo intelligere poteris, & de quocunq; alio: nam in fundo cuiusq; putei manentibus, cœlum nõ videbitur, Vlna. nisi pro aditus magnitudine. ¶ Vlnas.) Olene, & olenos, vlna dicitur:

tur: estq; (vt aiunt) vtriusque manus extensio: vel magis vnus cubitus tantum. ¶ Apollo.) Apollo. Cui diuinandi potestas, Macro. lib. j. Satur. scribit, ꝙ diuersæ virtutes Solis, nomina dijs dederũt. virtutem igitur Solis: quæ diuinationi, curationiq; præest, Apollinem vocauerunt: quæ sermonis author est, Mercurij nomẽ accepit. ¶ Nomina regum.) De hyacintho flore intelligit: de quo iam diximus. habet enim in folijs hya, quod etiam Ouidius in Metamorpho. docet apertius.

ASCENSIVS.

¶ Dic quibus in terris.) Quia Menalcã respõdere paratum videt, ne perpetuũ esset carmen: proponit ænigma, quod indissolubile putat: cuius si solutionẽ paratã haberet Menalcas, vinceretur nimirum Damœtas: sed cũ eam ignoraret: iuxta præceptũ rhetoricorum alterũ proponit: & id quidẽ difficilius, adiecto maiore si dissoluatur præmio. Rhetoricorũ. n. præceptum est: vt quoties ad interrogata respondere nequeas, æque difficilia interroges: quomodo Pythias illa Terentiana in Eunucho, cũ nesciret quid diceret ad id quod Eunuchus responderet Phœdriæ interroganti. Eho tu num ego te emisti: interrogat: venistin hodie ad nos? & ipsa pro illo respondet. Proponit ergo Damœtas tale ęnigma, Dic, quibus in terris spatium cœli pateat, non amplius tribus vlnis: & si id mihi dicere poteris, eris mihi. i. reputaberis a me, magnus Apollo. q. d. princeps omniũ diuinãtiũ. Nam Apollo, is est, qui oracula ex adytis olim dabat. futuraq; etiã occultissima denunciabat. Ad quod Menalcas, Dic quibus in terris nascãtur flores. habentes nomina regum inscripta: & si id feceris habebis solus Phyllida, amicam nobis cõmunem, dixi, difficilius proponi a Menalca, & maius premium. difficilius. n. est scire, vbi tales flores nascantur, ꝗ̃ vbi spatium cœli treis vlnas duntaxat pateat: id. n. fit in omnibus puteis profundis, & Fumarijs. i. (vt vulgo dicunt, licet aliud sint) caminis, quorũ orificia sunt duntaxat trium vlnarum: his qui in fundo sunt: nam si per extremam altitudinẽ viderint, nihil officeret orificij angustia, quo minus cœli quantitatẽ videant. Maius quoq; premiũ est, quemuis habere amicam communem, sibi peculiarẽ & propriam: ꝗ̃ si a rustico pastore reputetur Apollo. Non. n. Apollo esse potest: nec magnum esset Apollo censeri a rustico. ¶ Ordo est. O Menalca: dic, in quibus terris spa- ordo. tium cœli pateat treis vlnas: non amplius: & sup. si mihi dixeris: tu eris mihi. i. reputaberis a me magnus Apollo. i. vt magnus Apollo arcanorum reuelator. Ad hoc Menalcas: dic Damœta: in quibus terris nascant flores inscripti. i. habẽtes inscripta nomina regum. i. puerorũ regiorũ (sicut in hyacintho inscriptũ videtur nomen pueri, in ipsum versi.) Nam licet Aiax, vt Ouidius attestatur lib. xiij. Metamorpho. in eundem florem, postea versus sit, tamẽ nomen solius hyacinthi in eo scriptum videtur: & habeto. i. permittam, vt habeas solus: Phyllida. i. amicam cõmunẽ nobis. Regula est. Verba distantiæ, aut mensurę, accusatiuũ, aut ablatiuum Regula regunt: vt, Spatium cœli patet treis vlnas: aut, tribus vlnis.

PIERIVS.

¶ Non amplius vlnas.) In Ro. cod. vllas, ea mutatione, qua nunc quoq; vocabula multa, n, in l, transmutant. & Vallus, & Vannus, apud veteres idem est: vt in Georgicis ostensum. ¶ Nascantur flores.) In oblongo codice, in Mediceo, in Longobardico, nascuntur, est fatendi modo. In Ro. nascantur, coniunctiuo.

SERVIVS.

¶ Non.) Hic distinguendum est: vt sit sensus, Officium iudicis est ferre sententiam, nõ eorũ qui inter se cõtendunt. Vnde male quidã totum iungunt, Nõ nostrum inter vos tantas componere lites. nam non negat se facturum esse quod faciet: iudicaturus enim est eos esse pares, dicens, Et vitula tu

Non, nostrũ inter vos tantas componere lites. Pa.
Et vitula tu dignus, & hic: & quisquis amores
Aut metuet dulceis: aut experietur amaros:
Claudite iam riuos pueri: sat prata biberunt.

tu dignus, & hic. ¶ Componere.) Finire. vt, Ante diem clauso cõponet vesper olympo. Id est finiet. ¶ Et quisquis amores.) Aut metuet dulces, aut experietur amaros. Et tu & hic digni estis vitula: & quicunque similis vestri est. Nam supra vnus dixerat, Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres. Arboribus venti, nobis

Amaryllidis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Amaryllidis ire.Item alter. Dulce ſatis humor,depulſus arbutus hœdis,Lenta ſalix fœto pecori,mihi ſolus Amyntas.Ad cuiꝰ amatoris ſimilitudinẽ ptinet, Aut metuet dulces. Nãq; hic Menalcas & amabat & amabatur:ſed tanẽ prudens timebat ne vnãꝑ poſſet amor ille diſſolui. E cõtra Damœtas amaritudinẽ amoris expertus fuerat ex amicę Amaryllidis iracundia.(Metuet dulces.)Timebit pro dulcibꝰ ne eos amittat.(Sat prata biberũt.)Aut intelligimus hũc exiſſe, vt iuberet pueris ſuis vt arua irrigarẽt:quã illis cantatibꝰ factũ eſt.aut,& re vera,dicit riuos claudite,aut certe allegoricõs hoc dicit,iã cãtare definite: ſatiati.n.audiẽdo ſumus.

MANCINELLVS.

(Nõ.)Hic fiat colon,vt dicamus.Nõ.ſ.veſtrũ eſt, ſed noſtrũ q iudex ſum cõponere, &c.(Et vitula tu dignus.)In Theo.v.vbi Lacon,& Comatas,acerbe certauerũt;alter victus eſt.Ait,n.ſic Morſon iudex.Laconẽ Morſon iubeo reticere,q ipſum Nuncio deuictũmea ſic ſnia poſcit.Do tibi lanigerũ,pignus certaminis,agnũ Quẽ nuper docta meruiſti voce Comata.In ſexta aũt, vbi Damœtas & Daphnis amici cãtarũt.Deuicit neuter:neuter ſuperatꝰ abiuit.(Aut metuet dulces.)Vt Menalcas.ſ.dixerat,n.dulce ſatis humor &c.(Aut experiẽt amaros.)Vti Damœtas.ſ.nam dixerunt, Triſte lupus ſtabulis, &c.(Riuos,)i.ora.(Prata.)Aures.(Biberunt.)Hauſerũt,audiuerũt.Eſt.n.allegoria:qui Fabius li.vñ.Inuerſionem interpretatur:vt,aliud verbis,aliud ſenſu oſtendat.

ASCENSIVS.

(Non,noſtrum,&c.)Hic habeẽ iudiciũ Palæmonis,in quo quatuor facit:dehortatur.n.primo a lite,aut ſententię dicendę,potẽ ſtatẽ cõtendentibus negat:deinde,fert ſententiã in qua eos æquales in arte canẽdi pronunciat:tum ab amoribus dehortaẽ, & nouiſſime ad pueros reuerſus,eis ceſſare imperat. Primi aũt poſuit duo mẽbra:nã(vt Lãdinus docet)cõponere,varie accipiẽ. Aliquã do.n,eſt finire:vt hic ſim eum &.j. Ænei.Ante diẽ clauſo cõponet veſper Olympo:quod inde factũ videtur,quia dum res cõponiẽ, artificis labor finitur. Aliquãdo, tranquillum reddere:vt hic ſim quoſdã:&.j. Ænei.Sed motos præſtat cõponere fluctus.verum, dum fluctus diſperſi cõponuntur,ſubſequitur tranquillitas. Itẽ, comparare:vt, Prius ſic paruis cõponere magna ſolebã. Et apud Sallu.vbi Metelli dicta,cum factis compoſuit,Verum cõpoſita,& collata,facilius cõparari poſſunt. Aliquando ornare:vt illic, Dulcis cõpoſitis ſpirauit crinibus aura.ſed res decenter cõpoſita,ornatum parit.Itẽ,cõiungere,& ſimul ponere, quæ natiua eſt ſignificatio,a qua reliquæ parum abſcedũt:vt,Cõponent, manibuſq; manus, atq; oribus ora.Significat etiã quodammodo fingere ad diſſimulandũ:vnde eſt illud.ii. Ænei.Cõpoſito rumpit vocẽ,&c. Hic ergo aut ſenſus eſt:nõ,ſ.eſt veſtrũ,ſed noſtrũ eſt cõponere.i. finire:& decidere tantas liteis inter vos, hoc eſt vobis non eſt au

Compono.

thoritas iudicandi inter vos,ſed nobis.Iuxta quæ,Quintus Rhemnius Palæmon Vicentinus grãmaticus inſignis,Quintiliano contemporaneus,vt ipſe lib.i.inſtitutionũ atteſtatur,tantę arrogantię fuit:vt ſm Suetoniũ in lib.de grãmaticis,Marcum Varronẽ,porcum appellaret:ſecũ & natas,& morituras literas iactaret:nomen ſuum,in Bucolicis,nõ temere poſitũ:ſed præſagiente Virgilio fore quãdoq; omnium poetarum, ac poematum Palæmonẽ iudicem:gloriareturq; latrones quoſdã, ſibi,ꝑpter nominis,celebritatẽ pepercifſe.Hęc authore Suetonio.Si ergo Palæmon,qui multo poſt venit:iactauit ſibi iudicium Poetarũ,hoc loco, per præſagium addictum ſenſus eſſe poteſt:q; ipſius ſolius ſit cõponere.i. finire liteis inter poetas.Aut,q; arceret,& dehortaretur eos a lite, dicens:veſtrum non eſt,o paſtores componere.i.excitare & conſtruere,ac concitare tantas liteis inter vos.i.vos nõ deberetis ita hoſtiliter contendere. Secundo(vt dixi)dat ſententiam, dicens, vtrunq; eſſe dignũ vitulatin qua ſignificaẽ vterq; depoſuiſſe vitulam:& amœbæi carminis legem ſeruaſſe. Tertio, ſalubriter,& eos,& cæteros mortales cohortaẽ,dicens,& quiſquis.i.quicunq; is eſt nõ ſolum vos,ſed omnis mortalis:aut, metuet amores dulceis.i.voluptuoſos:aut experiẽt amaros.i.aut abſtinebit amoribus dum dulces videbunt:aut ſi in eis perſtiterit,experietur amaros,vnde ſumunt ampliſſimũ elegiaci argumentũ. Amores autẽ pluraliter lubricos,& laſciuos,fere dicimus: amorem etiã caſtũ. Quarto, monet pueros ceſſare ab opere inſtituto, quod potius ſimpliciter intelligam q̃ per allegoriã. Nam iandudum ceſſabãt Damœtas,& Menalcas:non ergo admonito opus erat. Ordo eſt. O paſtores,non,ſup.eſt veſtrum.i.nõ pertinet ad vos componere.i.finire,& dirimere tãtas liteis inter vos:ſed, ſup.noſtrum eſt: aut ſic,nõ, ſup.eſt veſtrum.i.nõ pertinet ad officium veſtrũ, qui ſimul amicabiliter viuere debeatis: componere.i.conſtituere,& fouere,inter vos tantas.i.tam hoſtiles:lites.i.altercationes,'controuerſias,aut cõtentiones. Additum.n.reperi apud Seruiũ. Nõ, diſtinguendũ eſſe:vt ſittnõ, ſup.eſt veſtrũ ſed noſtrum,&c.& tu, ſup.dignus es vitula:& hic,ſup.dignus eſt:& quiſquis.i.quicũq; ſit: ſiue vos, ſiue alij: aut metuet.i.vitabit, aut formidabit amplecti amores dulces.i.dum dulces videnꝰ: aut experietur,ſuppleo amaros:pueri.i.o miniſtri mei:claudite iã riuos.i.nolite amplius deriuare aquas in prata:quia biberunt ſat.i.ſatis, hoc eſt ſatis irrigata ſunt,ad quę irriganda videtur exiſſe Palæmon,quod mallem dicere,q̃ allegoriam cuius meminit Mancinellus.

PIERIVS.

(Aut metuet dulceis.)In Med.cod.metuat, ſcriptũ eſt:ſpecie nõ ineleganti.Sed,metuet:cum altero,experietur,conuenit.

ECLOGÆ TERTIÆ FINIS.

ASCENSIVS.

QVarta Sibyllini.)Magna eſt inter doctos, ſanctosque viros cõtrouerſia de carminis huiꝰ argumẽto:aliis contendentibus Chriſtianũ genethliacon i.natalitium carmen de Chriſti natiuitate poſſe cẽſeri,aliis id pernegantibus:cum ante Chriſti natalẽ,hoc carmen diu compoſitum ſit,quippe ab eo qui ante eum obierat,quomodo ergo inquiũt de Chriſto loqui potuiſſet Poeta:Noſtra autem ſentẽtia eſt,de Chriſto quidẽ dictũ, ac decantatũ hoc carmẽ:ſed a neſciẽte Poeta,q eius tẽporis felicitatẽ quę ſub Chriſti aduentũ erat, animaduertens eã Auguſto addixit.Verũ,quia dicit,Vltima Cumæi venit iã carminis ætas: hoc eſt quia Sibyllæ quæ de Chriſto locuta eſt,vaticinia repetit:ipſe quoq; licet ignorãs de Chriſto loquatur,prætendens,ſiue Auguſtum ſiue Pollionẽ ſiue Saloninũ, Pollionis filiũ, ſiue Marcellũ Auguſti adoptitium filiũ, ſiue oẽs hos collaudare.Nã multa ſunt quæ Pollionis filio non quadrãt:nam ſic eũ maiorẽ fore etiã Auguſto cenſeret. Videtur aũt non abſurdum,ſi de Marcello, Octauiæ Auguſti ſororis filio:quem Auguſtus ſibi adoptauit,intelligaẽ.Nam temporis id ratio patiẽ:& ſpes quæ de illo erat, ſuadet,vt de eius natiuitate dictũ putem.cuius obitũ in.vj. Æneid.deflet egregie Poeta noſter. In hac ergo.iiñ. Eclo.ex Sibyllino carmine deſcribunt,aurea ſęcula quæ ſub Auguſto erãt, in quibus in ſignũ vniuerſalis pacis:templũ Iani claudebatur:eaq; propediẽ futura ſperabant,quę Sibylla Cumana aliquãdo fore prędixerat:vt.ſ.Saturnia tẽpora redirent, in quibus ſpõte ſua tellus omnia ferret:nec animãtia inter ſe ſęuirẽt: verũ,

ARGVMENTVM ASCENSIANVM IN POLLIONEM VIRGILII.

(Quarta Sibyllini repetens oracula cantus,
Atq; Genethliacon modulans,collaudat Ieſum.

ea cõcordia conuiuerẽt: quã etiam allegoricos fore prædicerunt diuinus vates Eſaias cap.xi.in aduentu Chriſti dicẽs,Habitabit lupus cũ agno, & pardus cum hœdo accubabit.Vitulus,& leo, & ouis,ſimul minabit eos. Vitulus,& vrſus,paſcent: ſimul requies cent catuli eorũ,& leo quaſi bos comedet paleas.Et delectabitur infans ab vbere,ſuper foramina aſpidis:& in cauerna reguli,qui ablactatus fuerit,manũ ſuã mittet.Non nocebunt,& nõ occidẽt, &c.quæ nõ diſſona ſunt his quę dicent,Occidet & ſerpẽs & fallax herba veneni.Et alibi, Cum canibus timidi veniẽt ad pocula dammæ.Verũ naſutus quiſpiã naſum ducet, q̃ ſacra prophanis cõmiſceo:verũ intelligat pius lector hæc non adducta eſſe a me, quaſi ea Poeta legerit:ſed, quia Sibyllina carmina ſe recenſere atteſtatur:quibus catholica ſæpe correſpondent:quod vt oſtenderem, Eſaiæ verba citaui. Ordo verſiculorum noſtrorum eſt. Quarta, ſup.Ecloga:repetens.i.recenſens, aut recitans:oracula.i.vaticinia,& diuina reſponſa orantibus data:cantus.i.carminis:Sibyllini.i.a Sibylla Cumana olim editi:& modulans.i.ſub modulis canens:genethliacon.i.carmẽ natalitium, hoc eſt de natali, aut Saloninj Pollionis,aut potius Marcelli Octauiæ(vt dixi)filij:collaudat.i.ſimul laudat: licet Poeta ignorat, Ieſum.i.ſaluatorem noſtrum,cuius ſalutiferæ natiuitati, ea felicitas temporum nimirũ debebatur. Genethliacos dicitur natalitius. Nam γενέθλιον: Hoc eſt genethle,dicitur genus:& genethlia, celebritas:quæ fit in natali alicuius:& genethlion,natalitium. Ieſus, quia Græce ſcribitur:ἰησοῦς,triſſyllabon eſt ſecundam producens.

SERVIVS.

SIcelides muſę,paulo maiora canamus.)Aſinius Pollio ductor germanici exercitus, cũ poſt captam Salonam Dalmatię ciuitatem primo meruiſſet laureã: poſt etiam conſulatũ adeptus fuiſſet:eodem anno ſuſcepit filiũ quem a capta ciuitate,Saloninum vocauit, cui nunc Virgilius genethliacõ dicit: quem conſtat natum riſiſſe ſtatim: quod parẽtibus omen eſt infelicitatis, nam ipſum puerũ inter ipſa primordia periſſe manifeſtũ eſt.(Sicelides muſæ.)Sicelides autẽ græcũ eſt. Nam latine Sicilienſes facit.i. Theocritię. Nam Theocritus Syracuſanus fuit: quẽ in hoc opere Virgilius imitaẽ, vt diximus ſupra.(Paulo maiora canamus.) Bene paulo dicit. nam licet hæc Ecloga diſcedat a Bucolico carmine: tñ inſerit aliqua apta ei operi.(Myricæ.)Virgulta ſunt humillima.(Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.)Sibyllini,id eſt Sibyllę quæ Cumana fuit.Et ſæcula per metalla diuiſit.dixit etiã quis quo ſæculo imperaret:& Solẽ vltimũ, id eſt decimũ voluit.Nouimus autẽ eundem eſſe Apollinem.Vnde dicit,Tuus iam regnat Apollo.Dixit etiam,finitis omnibus ſæculis rurſus eadem renouari:quam rem etiam philoſophi hac diſputatione colligunt,dicentes completo magno anno,omnia ſydera in ortus ſuos redire, & referri rurſus eodem motu. Quod ſi eſt idem ſyderũ motus, neceſſe eſt vt omnia quę fuerunt, habeant iterationem. Vniuerſa enim ex aſtrorum motu pendere manifeſtũ eſt. Hoc ſecutus Virgilius,dicit reuerti aurea ſæcula, & iterari omnia quæ fuerunt.(Ab integro.)Denuo.(Sęclorũ.)Synæreſis,pro ſæculorum.(Redit & virquam Pollionis, quamq; Auguſti. Nam felicitas temporum ad imperatoris pertinet laudem.(Iam noua progenies cœlo demittitur alto.) Vt videantur homines non ex mortalibus nati,ſed ex numinibꝰ,& quaſi e cœlo lapſi. Et hinc conſtat fore aurea ſæcula, q̃ Auguſtꝰ imperatꝰ talis eſt natꝰ puer: qđ conſul eſt Pollio.(Quo.) Deeſt naſcente. Nam hoc dicit, faue ei Lucina, cuius ortus ſęcula immutabit, aureis ſcilicet ferreis:(Caſta faue Lucina.)Modo Dianam accipimus.Sic Horatius, Siue Lucinam probas vocari.Terẽtius Iunonẽ Lucinã dicit:vt,Iuno Lucina fer opẽ: ſerua me obſecro. Tamẽ ambæ vnũ ſunt. (Tuus iam regnat Apollo.) Et vltimum ſæculum oſtẽdit, quod Sibylla Solis eſſe memorauit:& tãgit Auguſtũ,cuius ſimulachrum factũ eſt cum Apollinis cũctis inſignibus.

ECLOGA QVARTA QVÆ POLLIO SEV AVGVSTVS INSCRIBITVR.

IN QVA LOQVITVR SOLVS POETA.

Sicelides Muſæ paulo maiora canamus.
Non omnes arbuſta iuuant,humilesq; myricæ.
Sí canimus ſyluas: ſyluæ ſint conſule dignæ.
Vltima Cumæi venit iam carminis ætas:
Magnus ab integro ſæclorum naſcitur ordo:
Iam redit & virgo:redeunt Saturnia regna:
Iam noua progenies cœlo demittitur alto.
Tu modo naſcenti puero,quo ferrea primum
Deſinet,ac toto ſurget gens aurea mundo:
Caſta faue Lucina.tuus iam regnat Apollo.

PROBVS.

(Cumæi.)Vel a Sibylla, quæ Cumana: & poſt quatuor ſæcula πάλιν γενέσια futuram cecinit: vel Cumæi carminis Heſiodi,a patre Dio.qui Cumæus fuit.Heſiod.autem libris ſuis, quatuor ſæculorum facit mentionem.

MANCINELLVS.

(Sicel.Muſæ.)In antiquis etiam plurib.textib.& in illo qui in ſummi pontificis bibliotheca maioribus characteribus ſcriptus eſt,Sicelides, per e,non per i,legi:quod quidem Græce dixit,Illis enim Sicelia, nobis vero Sicilia dicitur. Celebratur hic Aſinius Pollio,qui fuit orator, & conſularis, vt docet Euſebi.de quo latius in Alexi.Fuit hiſtoriarum, & tragœdiarum ſcriptor: qui de Dalmatis triumphauit:vnde Hora.ode.j.ii.volu.ad eum ſcribẽs, ait,Cui laurus æternos honores, Dalmatico peperit triumpho. Laudat ibidem eundem a pietate,a prudentia,dignitate,& honore,ab eloquentiæ viribus.Dicunt alij,a Salonia, Dalmaticæ vrbe capta, ſuſceptum filium Saloninum vocaſſe: qui & ſi parum vixit,hic quoq; a Marone cum patre celebratur. Sed laus ipſa talis eſt,q̃

Universidad de Deusto
Biblioteca

est,q̃ sæpe ad Augustum quoq; referenda est: vt suo loco docebimus. Aduertendum præterea in Strabone legi Salonæ Salonarum.in Pli.Salona Salonæ:itaq; non recte Solonæ, per o, in prima syllaba, dicitur, Sicelides Musæ:quæ.s. Theocrito Syracusano fauistis, seu,o Theocriti cantus, & carmina.f. Arbusta.)i.minima & humillima. f. Syluas.)i.altiora. f. Humilesq; myricæ.)

Myrica Myrica genus est fruticis:quam alij, Tamaricē vocant. Author est Pli.lib.xiij.Idem quoq; lib.xiiij.sic ait.Myrica, quam Tamaricem vocat Læneus,similis est scopis amerinis. Arbitrātur quidam hāc esse Tamaricam:vulgus infelicem eam arborem appellat,quoniā nihil ferat, nec feratur vnq̃. Hæc ille.f. Sint.)Et,sunt in antiquis, et in illo summi pontificis,sint,per i.f. Consule.)Pollione.s.f. Cumæi carminis.)

Cumæ. Cumæ, in Campania sunt:antiquitate cunctas Siciliæ & Italiæ vrbes antecellit vrbs ipsa. Plura legito apud Strabonem lib.v.& apud Dionysium lib.vij.ibidem autem Sybyllæ facellum erat:sed eius quæ rebus Romanis quin quagesima Olympiade interfuit, cuiusq; librum ad Cornelium vtq; Scyllam,pontifices Romani consulebant. Tunc.n.vna cum Capitolio igni absumptus est,author est Solinus. Meminit item Gel.lib.j.cap.xix.sed latius Dionysius lib.iiij. Vltima ætas ferrea intelligitur:vnde ait inferius, Quo ferrea primum Desinet:ac toto surget gens aurea mundo. Nam ab integro sæculorū ordo ita scebatur. Probus etiam scribit, q̃ cumana sibylla post quatuor sæcula nouā generationē futuram cecinit.f. Magnus ab integro sæclorū nascit ordo.)E dictis Cumeæ sibyllę, hæc poeta sumpsit quæ quidem omnia de Christo prædixerat: vnde & Gregorius in moralibus,ait,Christum,Iudæorū,& Gentilium vocibus prophetari,qui pro vtrorumq; salute venerat.Bene quidem ab integro,quoniam Christi aduentu cesserunt vetera plurima,nouaq; alia instituta sunt: cessit & ciuiliū bellorū furor. Natus est.n.(vt Eusebius scribit)anno imperij Augusti.xlij. Virgilius autē Brundusij perierat anno imperij prædicti.xvj.Itaq; Christum minime vidit.Sed in Augusti,Pollionisq; laudem,illa quæ de Christo Sibylla dixerat, hic inseruit. Credebat.n.futura esse: vt(re)uera) fuerunt.f. Iam redit & virgo.)Ideo,redit, dixit: q̃n virgo(teste Hesiodo.)Iouis,& Themidis filia(teste Arato)Astrei, & Auroræ, quæ in aureo sæculo fuerat,eorumq; princeps propter diligentiam,& æquitatē,iustitia appellata:in cœlum fugerat ætate enea, author Iginus.f. Saturnia regna.)i.aurea sæcula,quæ quidem Saturno regnante,in Latio fuerant: quo tempore, fides,iustitia,& omnis virtus colebatur: & tellus per se dabat omnia, non bella, non enses erāt:ver erat æternum. Sueto.autē scribit fuisse quondam, vt omne tēpus primo die natalis, vsq; ad exitū eius Augusti,sęculum Augustum appellaret:& ita in Fastos referretur.f. Redeunt Saturnia regna. Id dixit Maro, q̃n(vt scribit Liuius)Augusti tempore, post bellā Actiacū clausum est Iani tēplum, pace, terra,mariq; parta. Et vt Lucius Florus ēt scribit, Augustus ipse conuersus ad pacē,primum in omnia mala,& in luxuriam fluēs sęculū,grauib⁹, seueris;q; legibus coercuit.Merito ergo,Redeūt Saturnia regna dixit,noua progenies.id etiam Sibylla dixerat,de Christo intelligens. Maro tū de filio Pollionis intellexisse voluit vt amico gratificaret,Nec intelligas de Augusto,q̃n dicit,modo nascēti puero,& postea tuus iam regnat Apollo. Per quē Augustum ipsum intelligit. Nā(vt Sueto.scribit)acclamatū est Cæsarē esse Apollinē. Item existimatum Apollinis filium:q̃n Augustus:

Lucina. mense.x.natus esset. Lucina luna,vt Varro inquit:nascentiū dux est. Hinc ab iuuando,& luce,Iuno, Lucina dicta est ab Latinis,Ipsa.n.mensibus actis,in lucē producit infantes. Tuus iam regnat Apollo:dixerat.n.Sibylla,vltima ætate regnaturum Apollinem: quod intelligendū erat(vt vult Maro)de Augusto. Nam vt ostēdimus,Apollo dictus est,& Apollinis filius existimatus.

ASCENSIVS.

¶Sicelides Musæ.)Cum venia, & honesta præfatione a Bucolici carminis humilitate,transgreditur. Poeta ad genethliacon describendum:eius videlicet,cuius ductu, ea quæ sub Augusto accepta erat,perfici sperabatur felicitas:quia habita, & pastoribus, & agricolis,longe candidior esset conditio:vnde ad rem pastoralem nonnihil facit. Adloquitur autem Sicelides.i.Musas Theocritias,inuitans eas ad paulo maiora, q̃s Theocritus.f.cecinerat, aut ipse hactenus cecinit canenda:quia non omnes oblectantur rebus tam humilibus & rebus pastoralibus: non tamen damno (inquit) argumēta Bucolica:quia,Si canimus syluas, syluæ sunt, consule dignæ. Deinde exorditur carmen, dicens, Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.i.transacta est vltima tempestas, quæ ferrea est:quia venit:est præteriti temporis: & redit noua, quæ aurea erit propter felicitatem:nam ea erat:quæ sub Saturno dicta est fuisse: qua tellus omnia sponte ferebat, & iustitia summa inter mortales resonabat. vnde tunc dij cum hominibus conuersabantur,donec exactis,& expulsis ceteris numinibus:Astrea quoq;.i.iustitia,quæ inter colonos diu delituit ad superos,vltima cōcessit. Nam(vt inquit Ouid.)Vltima cœlestū terras Astrea reliquit.quam nunc author noster, dicit, redire: & totum ordinem rerū renascitrita,vt Saturnia quoq; redeāt regna. Dicit præterea,nouam progeniem de cœlo demitti:quasi vt apud Cretenses,Thraces,Arcades, Ægyptios,& cæteros populos,olim dij regnauerunt:ita iam noua deorum soboles, apud Romanos sit regnatura. Et ergo precatur Lucinā.i.Lunā seu Dianam,quæ in lucem venientibus, hoc est nascentibus præsit:vt nascenti puero, quo ferrea gens desinet: & aurea surget, toto mundo faueat:eo quod Apollo eius frater.i.Augustus,qui se Apollinem appellari gauisus est, regnaret. ¶Ordo est,o Musæ Sicelides.i.Siculæ, aut Sicilienses,quæ.s. Theocrito Siculo,Bucolica carmina dicitastis: canamus paulo maiora,i,altiora.c̃.s. Theocritus cecinit, aut c̃s stylus Bucolici carminis, exigat, arbusta.i.humilia virgulta: & myricæ.i.frutices:humiles.i.humiles materiæ:non iuuant.i.delectant:oēs.i.quoscunq;,hoc est non oēs delectantur legēdo res mere pastorales. Si nos canimus syluas.i.carmina syluestria.i. Bucolica,seu pastoralia(vt in.j.Sylueſtrem tenui musam meditaris auena.)syluæ sunt dignæ consule.f.Pollione(eius enim iussu Bucolicum carmen scribere incepit: vnde dictum est, Pollio amat nostram quāuis sit rustica musam.)Per hoc autē manifeste probat,q̃ hanc Eclogam,in laudem Pollionis præcipue, nō scribat.sed Augusti,innuens rem pastoralem Pollione, sed non Augusto dignam. Vltima ætas.f.ferrea:carminis Cumæi.i.oraculi, aut vaticinij:sibyllæ Cumanæ, hoc est quā Sibylla vltimam fore pronunciauit:& deinde ad primam fore regressum: venit.i.trāsacta est:iam.f.a paucis diebus: magnus ordo sæculorum.i.innouatio totius vniuersi:nascitur.i.innouatur,iam ab integro.i. de toto. Et virgo.f.Astrea, significans iustitiam:redit.i.reuertitur & regna Saturnia.i.liberrima,& plane aurea, qualia sub Saturno fuisse perhibentur, redeunt iam. Et progenies noua.i.noua generatio deorum:demittitur.i.deorsum mittitur.cœlo alto. Hoc verissime Christi aduentui quadrat: sed Poeta non intellexit de Christo,sed de Cęsarum progenie:quantum perspicere possum. Tu o Lucina.i.Diana,aut Luna,seu Iuno,dea partus,quæ parientibus & in lucem venientibus præs:casta,i.perpetua virgo, fac ue modo puero nascenti:quo.s.puero:gens ferrea.i.dura,& inmanis:desinet,sup.esse.i.exterminabitur primum:& gens Aurea .i.splendidis,& bonis moribus,multisq; virtutibus prædita,surget.i.orietur:toto mundo.i.per totum mundum.

PIERIVS.

¶Sicelides Musæ, paulo maiora canamus.)Primum illud non prætęribo, quod loco Lemmatis scriptum est in Romano codice,Sæculi noui inteerprtatio. Eadē sententia,alia verborū specie. In Longobardico,De interpretatione sæculi noui. Mox illud animaduertendum antiquos plerosq; codices,Sicilides. Eadem vocali,tribus primis syllabis scriptum ostēdere: vti etiam in primitiuo nomine,Sicilia, scriptitamus: quod quidem q̃s tenue, atq; exile sonet:neminē esse arbitror, qui non statim animaduertat. Quare longe illi melius mihi scripsisse videntur:qui, Sicelides,ea euphonia,quam apud Græcos esse animaduerterāt, scribendum curarunt. σικελίδες enim apud eos, secunda syllaba per ε, scribitur.f. Humilesq; myricæ. In Mediceo co. Humilesq; genestæ:positis est.Seruius,Myricæ agnoscit.Virgultum vero id non multum a genesta distat.f. Syluæ sint consule digne.)Vt missum faciam.Syluæ,per i:quas a silentio dictas, nostri volunt: verbum, fatendi, modo positū est in codicibus plerisq; antiquioribus:Siluæ sunt consule digne.f. Vltima Cumæi.)Veteres pleriq; codices scriptionem Græcam retinent in vocabulo, Cymæi:ita in.vj. Ænei. Cymea Sibylla, Latini tamen libentius,y,in v,commutarunt:quod in hoc præsertim nomine vsu corroboratum est:tametsi pleraq; alia græce scribere delectamur.

SERVIVS.

¶Inibit.)Inchoabit, exordium accipiet: aureū.s.sæculum.f. Incipiēt magni procedere

Teq; adeo decus hoc æui,te consule inibit
Pollio,& incipient magni procedere menses.

dere menses. Illud tangit q̃ Iulius & Augustus menses in honorem Cæsaris & Augusti,acceperunt nomina. Nam antea Quintilis & Sextilis dicti sunt, Et hoc etiā trahit ad argumētū aurei sęculi.f. Te duce.)Vel Auguste, vel Pollio,vel Salonine.f. Sceleris vestigia nī.)Bene nullum vult esse præsentium temporū vitium: sed reliquias dicit esse superioris ætatis. Sic in Georgicis cum laudaret Augustum, & carpsisset tempora, dicens, Vicinæ ruptis inter se legibus vrbes arma ferunt: sæuit toto Mars improbus orbe: Intulit, Fertur equis auriga,neq; audit currus habenas:vt ostenderet tantas esse reliquias præteritorum malorum, vt ne ab optimo quidem rectore sedari posse viderentur. Vestigia autem scelerum dicit bella ciuilia, quæ gessit Augustus contra Antonium apud Mutinam: contra L.Antonium fratrem huius Antonij apud Perusium: contra Sextum Pompeium filium Pompeij in freto Siciliensi:contra Brutum & Cassium in Thessalia:contra Antonium & Cleopatram in Epiro apud Actium promontorium.f. Irrita.) Ad nihilum deducta vestigia,& non dicit, Iam irrita soluent terras formidine: sed, fient irrita, & soluent terras timore, vel formidine.f. Perpetua.)Est autē longa.f. Ille deum vitam accipiet.) Sicut supra artificiose laudem confundit, vt posset esse communis:nam ad quemuis potest referri.f. Ille.)Vel ad Augustum, vel ad Saloninum.f. Pacatumq; reget patrijs virtutibus orbem.)Vel Augustus Cæsar, vel Saloninus Pollionis virtute pacatum orbem tenebit. Et mira latus vtriusq; est,& eius qui pacauit, & qui pacatum tuetur.

MANCINELLVS.

¶Adeo.)Certe.f. Pollio.)Pollioni blanditur,cum eo consule dicat,aureum sęculum initum ire.f. Procedere.)Vlteriusire.f. Magni menses.)i.Iulius, & Augustus: qui olim Quintilis & Sextilis appellabantur:de quibus plene legito Macro.lib.j.Satur. Te duce Pollione consule.f. Nostris sceleris.)Vult enim bella ciuilia, deorum ira fuisse, ob Romanorum scelera: quod etiam Hora, asserit:dicit enim in Epo. Sic est:acerba fata Romanos agunt,fce lusq; fraternæ necis &c.f. Perpetua soluēt formidine.)Quod verum fuit:nam(vt diximus)post Actiacum bellum, clausum est Iani templum, pace, terra, mariq; parta.f. Ille deum vitam accipiet.)Cice.lib.j.de natura deorum, scribit, eam esse deorum vitam,quia nihil omnibus bonis affluentius cogitari potest,Nihil enim agit,nullis occupationibus est implicatus,nulla opera molitur,sua sapientia & virtute gaudet. Ille deum. Hic locus aperte ostēdit pro Apolline,Augustum intelligi. Ille ergo idest Apollo, qui & Augustus erat:deum vitam accipiet:nam(vt in Tityro diximus)Augusto viuenti, etiam templa, & aræ constitutæ sunt. De Pollionis filio non intelligas: quoniam de illo inferius ait, At tibi prima puer nullo munuscula cultu, &c.f. Heroas.)Qui sunt heroes. Augustinus lib.x.de ciui. ostendit his verbis. Nomē heroum ab Iunone dicitur tractum:quod græce Iuno, Hera appellatur,& ideo nescio quis filius eius:secundum Græcorum fabulas,Heros fuit nuncupatus: hoc videlicet mysticum significante fabula,q̃ aer Iunoni deputetur:vbi volunt cum dæmonibus heroas habitare:quo nomine appellant, alicuius meriti animas defunctorum. Idem quoq; lib.vij.scribit. Inter Lunæ gyrū, & nimborum,ac vētorum cacumina, aerias esse animas:sed eas, animo non oculis videri:& vocari heroas & lares,& genios. Tregistus quoq; author est,heroas habitare inter aeris purissimā partem supra nos:& terrā, vbi nullus est nebulis locus.f. Patrijs virtutibus.)i.militia:qua quidem Augustus,Iulium patrem imitatus est:& ea orbem placauit: de qua re,legito Appianum circa finem libri,qui Illyricus dicitur,legito item Florum in fine.

ASCENSIVS.

¶Teq; adeo, &c.)Pollio,hic locus manifeste docet: quia præcipue laus ad Pollionem non tendit. Nam videtur quatuor sæcula,totidem hominum generibus significare: Ferreum sceleratis hominibus:cum dicet,Sceleris vestigia nostri, Æneum heroib.i. optimis viris,sed mortalibus:cū dicit,Permistos heroas. Argenteum diuis,id est deis ex hominibus assumptis:quia ille deum vitam accipiet,& aureum regnante mero deo, eo videlicet de quo dictum est,Iam noua progenies cœlo demittitur alto. Hi sunt ergo,quos ponit hominum gradus: vt primo loco sunt ferrei,ob quorum scelera ciuilia bella,bellorumq; mala cōtigerant: quos Pollione duce,& Augusto principe,dicit sic,piandos:vt, Sceleris vestigia irrita perpetua soluant formidine terras. Secundo, sint optimi viri,vt Pollio: qui cum corpore sint mortales, animorū tamen

tamen virtutibus immortalitatem meruere,heroesq; possunt appellari. Nam præterea rationem quam Beroaldus ex diuo Augustino affert. vt Mancinellus recitat: est & alia,cur heroes dicātur: quia videlicet,altero parente mortali, altero immortali progeniti sunt, vt Hercules, Æneas, Achilles,Castor,Pollux, Phrygius:& alij multi:aut quia corpore, mortales gestorum claritudine, immortalem gloriam obtinuere,quomodo Augustum dicit versaturum inter heroas: Pollionem videlicet,Agrippam,Mecœnatem, & reliquos Romanæ militiæ proceres. Tertio,sint diui,vt diuus Augustus,iam pro Apolline habitus:quem dicit accepturum vitā deorum, & recturum orbem.)pacatum patrijs virtutibus, hoc est,aut patris Iulij Cæsaris,videlicet militari peritia:aut patriæ,scilicet Romæ,cuius proprium esse indicat mundo imperare, & imperio regere: dicens m.vj. Æneid. Excudent alij spirantia mollius æra, &c. Tu regere imperio populum Romane memento. Hæ tibi erunt artes, pacīq; imponere morem, Parcere subiectis, & debellare superbos. Quarto autem loco, sit merus deus a deo, scilicet Apolline, hoc est Augusto adoptatus:aut quem cum hæc scriberet, ab eo gignendum putabat,quo iam regnante aurea forent sæcula: non subito quidem oborta, sed cū virtute noui pueri paulatim adolentia, & crescentia: vnde dicit ad puerum, At tibi prima puer, &c.non ergo placet, vt tantam felicitatem Pollionis puero attribuat: vt & ipsum Pollionem, & diuum Augustum superet: sed Augusti filio saltem adoptitio: quo defuncto, attribuet aurei sæculi gloriam, non Pollioni, nec Pollionis filio, sed Augusto,dicturus Æneid.vj. Hic vir,hic est tibi quem promitti sępius audis: Augustus Cæsar, diuum genus,aurea condet Sæcula,&c.

¶Ordo est.Pollio,hoc decus æui.i.hoc ornamentum aurei sęculi:inibit.i.initium capiet:adeo.i.certe, aut omnino:te consule.i. in consulatu tuo:nam felicitas temporum solebat cōsulibus adici:vnde Cice.de sene.O fortunatā natam me consule Romā:& magni menses.f.Iulius & Augustus,secundum cōmentarios(sed numquid maiores tunc erant,cum Iulius, & Augustus appellabātur,quàm cū Quintilis & Sextilis:certe mihi non satis fit:vt ideo dicat,magnos menses processuros, quia in Iulio & Augusto mēses magni:hoc est, dies longi fiunt.nam non illi incipiebant tum primum procedere: semper enim a primo tempore fuerant sua tempestate:vnde videtur mihi aliud significare,deorum, videlicet vitam,cuius menses magni sunt, quia non subiacent vicissitudini,nec rerum mutabilitati:vult ergo dicere, q̃ cum puer ille,qui aurea sęcula produceret, in consulatu Pollionis natus sit: iam tunc inciperent procedere magni mēses.f.Iulius & Aug.qui tunc quasi perpetui erunt:eo q̃ messis, quæ in illis colligi solet vbiq; & semper erit: Nā molli paulatim flauescet campus arista, Incultisq; rubens pendebit sentibus vua, &c.)Magni ergo menses.f.Iulius & Augustus,quorū, tunc perpetuus erit prouentus: incipiēt procedere.i.oriri. Et o Pollio, siqua.i.aliqua vestigia sceleris nostri, qui in ferreo sæculo nati sumus: manent.i.reliqua sunt:ipsa irrita.i.irritata,& in nihilū redacta:te duce.i.per auspicium,& ductū tuū soluent.i.liberabunt:terras.i.terrigenas perpetua formidine,ita vt nemo formidet ea aliquādo reditura, q̃ cū formidine nō stat plena felicitas. Ille.s.qui nunc regnat Apollo,hoc est Augustus Cæsar:accipiet vitā deum.i.deorū,transformabitur in deū:& videbit heroas.i.principes viros, aut spiritus aerios:sed potius(vt dixi)semideos: permistos diuis.i.iis qui in deos assumpti sunt:& ipse videbitur illis,i.ab illis,aut inter illos: & reget orbem.s.terrarum: pacatum.i.ad pacē & trāquillitatem perductum:virtutibus patrīs.i.militaribus, quæ & in patre tuo adoptiuo Iulio Cæsare, & in patria tua Roma præcipue sunt & fuerunt.Regula est. Quoties geminæ locutiones de suppositō & verbo fierent intercedēte si quia, dum, postquàm, aut simili particula,venustum est alterā mutare in geminos ablatiuos, in desinentione sequelæ positos,& septimos casus dictos:quorum,qui ex suppositō sit nominalis,aut pronominalis,qui loco verbi participialis,aut verbalis esse solet. verbi gratia:loco huius, dum tu consules,& populum duces,hæc fient.dicere possum, consule te, & duce:aut te consulente,& ducente,hæc fient,&c. Regula.

PIERIVS.

¶Pacatumq; reget patrijs virtutibus orbem.)Quamuis vetustissimi codi.aliquot,patris, legunt:magis tamen acceptum, patrijs,intelligo.

At tibi prima puer nullo munuscula cultu
Erranteis ederas passim cum baccare tellus,
Mistaq; ridenti colocasia fundet acantho.
Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ
Vbera: nec magnos metuent armenta leones.
Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.
Occidet & serpens: & fallax herba veneni
Occidet: assyrium vulgo nascetur amomum.
At simul heroum laudes, & facta parentis
Iam legere, & quæ sit, poteris cognoscere virtus:
Molli paulatim flauescet campus arista:
Incultisq; rubens pendebit sentibus vua,
Et duræ quercus sudabunt roscida mella.

SERVIVS.

¶At tibi prima puer nullo munuscula cultu.) Rhetorice digesta laudatio. nō enim improuide in principio vniuersa consumpsit: sed paulatim fecit laudem cum ætate procedere. Munuscula.) Bene in rebus minoris ætatis vsus est diminutione. Erranteis ederas passim cum baccare tellus.) Passim vagantes. Vnde antiqui lyrici dixerūt, flexi pedes ederas: quod hac atq; illac vagatur. Mire autem puerum laudat ex ipsis muneribus. Nam edera indicat futurum poetam: vt, Pastores edera nascentem ornate poetam. Baccar vero, herba est quæ fascinum depellit: vt, Baccare frontem Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro. Per quod pulchrum indicat puerum. Ridenti acantho.) Læto: & est herba quæ in Ægypto nascitur. Ipsæ lacte domum referent.) Quid enim est aptius infantibus lacte: Et laus in hoc est, q̄ ait, Ipsæ referent. Nec magnos metuēt armenta leones.) Bona vsus est moderatione, dicens, Erunt quidem magni leones: sed minime armentis nocebunt. Cunabula.) Lectuli in quibus infantes iacere consueuerunt: vel loca in quibus nascuntur, quasi cynabula. Nam κύειν est græce prægnantem esse, & eniti, id est parere. Et fallax herba veneni.) Non cicutam dicit, quæ omnibus nota est, sed illam sardoniam, quæ apiastri similis homines decipit: vel aconita: vt, Nec miseros fallunt aconita legentes. Assyrium vulgo nascetur amomum.) Amomum herba est suauissimi odoris, quæ tantum in Assyria nascitur. Vulgo.) Passim, abundanter. Heroum laudes & facta parentis.) Si sit epexegesis, melior sensus est, Quæ erant heroum laudes, tui virtutes parentis. Quæ sit poteris cognoscere virtus.) Accessu enim ætatis quanta sit virtus agnoscitur. & cuius gloriæ. Flauescet.) Albescet. Arista.) Seges inculta, quæ a nullo colitur. Rubens.) Matura. Sentibus.) Spinis, & asperis frutetis. Sudabunt.) Defluent. Roscida mella.) Id est fragrantia.

MANCINELLVS.

¶At tibi prima puer.) Iam vertit sermonem ad Saloninum, Pollionis filium, per apostrophē: laudans eum a bonis eius gratia futuris. Prædicit autē multa, ac si victurus esset. Innuit tandē, cum hæc scripta sunt illum obiisse. Ergo, in Pollionis gratiā id omne actum est. Ederas.) Per has futuros honores indicat, edera.n. poetæ coronabantur. Virgilius in .vij. Eclo. Pastores edera crescentem ornate Poetam. Et Plinius scribit, Poetas coronari edera habenti croceum semen, Scribit item Alexandrum ex India redeuntem, exercitum edera coronasse, exemplo Liberi patris. Probus autem lib. iij. Geor. scribit, q̄ ideo poetis ex edera corona datur: quia existimatur Liber esse cum Musis. Cum baccare.) Baccar, radicis tantum odoratæ est, a quibusdam, nardum rusticum appellatur. Odor ei est Cynamomo proximus. Ea auxiliatur, contra serpentes: capitis dolores feruoresq;: odor, somnum gignit: vestibus, odoris gratia inseritur. Pli. lib. xxj. cap. vij. & .xli. Colocasia.) In Ægypto nobilissima est: Colocasia hanc e Nilo metunt. Ferebatur in Italiam. Glaucias, acria corporis Colocasia leniri putauit, & stomachum iuuari. Pli. lib. xxj. cap. xv. & .xxvij. Acantho.) Vide in Palæmone. Amomum.) Diximus ibidem. Fallax.) Fallit, n. ignaros. Parētis.) i. Pollionis. de quo sepænumero meminit Appianus. Scripsit item historias, & tragœdias, vt dictum est. Virtus.) Virtus est vitium fugere, inquit Horat. Virtus est nihil aliud, quàm in se perfecta, & ad summum producta natura. Tullius lib. i. de legib. Virtus est affectio animi, constans, conueniensq;: laudabiles efficiēs eos in quibus inest. Tul. li. iiij. Tuscu. Legito item Apuleium in lib. de philosophia. Molli arista.) Mollem appellat, quia non dura, sed fragilis est. Flauescet.) Splendebit: flauus fiet, maturescente segete. hinc ait paulatim. Est autē flauus color ex viridi, & rufo & albo cōcretus. lege Gel. lib. ij. Roscida mella.) Venit enim mel ex aere: & maxime syderum exortu. Itaq; cum prima Aurora folia arborum melle roscida inueniuntur. Pli. lib. xj. de quo latius legito librum Geor. iiij.

Edera.
Barcar.
Colocasia.
Virtus.

ASCENSIVS.

¶At tibi prima puer.) Bono ordine ad laudem pueri iam nati, siue is Saloninus, seu potius Marcellus sit, progreditur. Nam Pollione consule, & duce, docuit vitia abolitum iri: & diuo Augusto imperante, totum mūdum pacatum iri. Restat ergo, vt notificet quid amplius ex noui pueri natali speremus, vnde dicit, pedetētim, paulatimq; ad summam felicitatem, atq; aurea secula peruentum iri: vt, scilicet pueri virtutibus acceptum referamus: si etenim simul ac subito obueniret, non virtutis, sed fortunæ censeri posset. Erunt igitur (inquit) tibi o puer diuine, primum parua munera puerili ętati congrua: vt sunt coronæ ex edera ad dignitatis indicium, e baccare contra fascinum, & ex Acantho, & Colocasijs ad decus, ac specimen, puerisq; oblectationem. Item, lactis copiam, ad pueri educationem. Deinde, docet animalia ferocia: quæ tamen ad decus, ac ornamentum naturæ sunt non interitura, sed mitiora fore: ita, vt magnos nō metuent armenta leones. Inimica autem, & penitus perniciosa interitura: vnde subdit, Occidet & serpens, & fallax herba veneni. Tum docet quædam odorifera, nunc paucis in locis reperta, tunc vulgo oritura, vt amomum, quod nunc potissimum in Assyria colligitur. Et hæc quidem in infantia & pueritia iam nati pueri: sed simulac. i. immediate, postquàm ad annos pubertatis & discretionis peruenerit, frumenta, vina, & mella, sponte sua nullo colente nascentur. ¶Ordo est. At. i. sed, o puer: Tellus, id est dea terræ, hoc est ipsa terra: fundet. i. germinando emittet abunde tibi, passim. i. per singulos fere passus: nullo cultu. i. non colendo eam: hoc est sponte sua: prima munuscula, scilicet ederas: errantes, id est per obliquū rebus ad quas nascuntur adhærentes: cum baccare, id est herba illa contra fascinum apta: & fundet Colocasia, id est herbas illas maxime odoriferas, in Ægypto nascentes: mista. i. cōmista: Acantho, id est frutici illi, aut virgulto ridenti, id est semper florenti, & amœno. Ipsæ capellæ referent domum vbera, supp. sua: distenta, id est in diuersa extenta, seu extensa: lacte, id est propter copiā lactis (res enim tenax, vt corium, & pannus, dum, vltra cōsuetam capacitatē impletur, distenditur.) nec armenta metuent magnos leones. i. pascentur, ac errabunt liberè, ac tutè. Nam licet magni leones tunc quoq; futuri sunt, non tamen nocebunt. Ipsa cunabula id est cunæ, seu lecti, in quibus reponuntur infantes: fundent, id est abunde producent: tibi. i. ad tuum honorem, ac vtilitatem: flores blandos. i. molles in attactu, & per odorem allicientes. Et serpens fallax: occidet. i. interibit, & herba veneni. i. venenata, vt aconitum fallax. i. difficulter nunc cognoscibilis, & nos assidue fallens, ac decipiens: occidet. i. interibit (ab ob, & cado: vnde legitur secunda breui.) & amomum. i. virgultum odoriferū: Assyrium idest quod tunc pręcipue in Assyria nascitur: nascetur vulgo, id est passim: ita vt etiam vulgo eius copia fiat: at, pro &, aut at, pro sed: simul. i. statim postquàm tu poteris legere laudes heroum. i. optimorū virorum: & facta. i. inclyta gesta parentis. s. Augusti, saltem adoptitij, & hoc loquendo de Marcello, aut Pollionis, loquendo de Salonino, (quod tamen mihi non placet: vt dixi.) & poteris cognoscere legendo. s. quæ sit virtus parentis. s. hoc est cum incipies imitari virtutem parentis: campus. i. capax ager, seu aruum: flauescet, id est fiet flauus paulatim: arista molli, id est delicata, & matura: & vua rubens, id est matura: pendebit, supple de, aut in sentibus, id est spinis, & dumetis incultis, & quercus duræ: sudabunt. i. distillabunt: & effundent in morem sudoris: mella roscida. i. qualia nūc ab apibus colliguntur, e floribus rore cœlesti aspersis.

Ordo

PIERIVS.

¶At tibi.) In Ro. cod. Ac tibi. Et ita inferius vbi, At simul, Ac simul habetur: cum tamen in antiquis alijs codicib. At, vtrobiq; legatur. Assyrium vulgo nascetur amomum.) In Longo. codi. legere est, Assyriū & vulgo. vt, Thestylis & rapido. Sed etiā absq; particula copulatiua, oratio ipsa & candida & venusta est. Amomum vero in Assyria tantum nasci, tradit Ser. verum id etiam in Media, & in Ponto nasci Plin. tradit. Parentis.) In Ro. codi. parentum est, numero multitudinis. quod si placuerit, Seruij tolles ambiguitatem super epexegesi.

Seruius

Pauca tamen suberunt priscæ vestigia fraudis:
Quæ tentare Thetin ratibus, quæ cingere muris
Oppida, quæ iubeant telluri infindere sulcos.
Alter erit tum Tiphys: & altera quæ vehat Argo
Delectos heroas. erunt etiam altera bella:
Atq; iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.
Hinc vbi iam firmata virum te fecerit ætas:
Cedet & ipse mari vector: nec nautica pinus
Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.
Non rastros patietur humus: non vinea falcem:
Robustus quoq; iam tauris iuga soluet arator:
Nec varios discet mentiri lana colores.
Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti
Murice, iam croceo mutabit vellera luto.
Sponte sua sandyx pascenteis vestiet agnos.
Talia sæcla suis dixerunt currite fusis
Concordes stabili fatorum numine Parcæ.

SERVIVS.

¶Suberunt vestigia.) i. erūt, sed latenter: & bene. Priscæ fraudis.) Ad suorū temporū excusationē: sicut diximus supra. Quæ tentare Thetyn ratibus, quæ cingere muris Oppida.) A sequentibus ostēdit pręcedētia: quę vitauit, quasi laudi incongrua. Nam per nauigationē ostēdit fore auaritiam, quæ hoies nauigare cōpellit. per muros, bella significat. p agriculturā, famis ostēdit timorem. Alter erit tum Tiphys.) Specialia, p generalibus ponit. Nā p Tiphyn, quēcūq; gubernatorē accipim⁹: per Argo, quācūq; nauē: per Troiā, quancunq; ciuitatem: per Achillem, quēcunq; virū fortem. Videt tamē locus hic dictus per ἀποκατάστασιν. i. per omnium rerum volubilitatē, ex syderū ratione venientem, vt diximus supra. Cedet & ipse mari vector.) Necessario siquidem. Omnis feret omnia tellus.) Nauigatio ex mercimonij ratione descendit. Discet mentiri lana colores.) Cum enim tingitur, mentitur alienum colorem. Murice.) Coclea, vnde tingitur pupura. Mutabit.) Tinget, inficiet per naturam. Luto croceo.) Rubicundo. & est Hypallage, pro croco luteo. Nā crocum, lutei coloris est, Vnde & allutea pellis. Sandyx.) Herba est, de qua sandycinus tingitur color: quam varanam rustici dicunt. Talia sæcla suis dixerunt currite fusis.) Quidam volunt curritas dici vates deas, quæ suis fusis, idest vaticinationibus, ordinēt omnia, & prædicant futura: & esse græcum nominatiuum. Currite. Melius tamen est currite, imperatiuum esse modum: vt sit sensus. Dixerunt Parcæ concordes, suis fusis, id est vaticinationibus, currite talia sæcla: hoc ordine & euentu vestro estote. Stabili.) Hic immutabili & semper manenti. Fatorum numine.) Fata dicta a fando: quia quæ parcæ dixerunt, hæc credebantur euenire mortalibus. Numine autem, id est potestate, diuinatione, ac maiestate. Parcæ.) Quæ & furiæ infernales, dictæ Parcæ, κατ' ἀντίφρασιν, quia nulli parcunt. Concordes stabili fatorum numine Parcæ.) Nam & quod vna dixerit, duæ sequuntur: & fixa sunt statuta fatorum. Horatius, Quod semel dictum, stabilisq; rerum terminus seruet.

PROBVS.

¶Typhis.) Gubernator nauis Argus. Argo.) Aut a celeritate dicta est. Sic & Home. qui κύνας ἀργούς, celeres dixit: inde arguti, qui multum, ac celeriter loquuntur: vt arguta hirundo.

Argo.
Argut⁹.

MANCINELLVS.

¶Oppida.) Cæsar lib. v. de bello Gallico, scribit: q̄ oppidum Britani vocant, cum syluas impeditas, vallo, atq; fossa munierunt: quo incursionis hostiū vitandę causa, cōuenire cōsuerant. Vnde tamen dicatur, lege Festū: nā pro castello ponitur. Cingere muris.) Hostiū metu. Alter erit tum Typhis.) Finito anno mundano, seu vertenti, qui in se continet quindecim solariū annorum millia (vt physici volunt) omnia reiterabuntur: de quo late Macro. lib. ij. de somno. & Tul. in li. de nat. deorū. scribit: q̄ secundū mathematicos, magnus annus tū efficiť, cū solis, & lunæ, & qnq; errantiū, ad eandē inter se cōparationē, cōfectis omniū spatijs, est facta cōuersio: quæ q̄ longa sit, magna questio est: esse vero certam & definitā, necesse est, &c. Typhis.) Is primus inuenit adminicula gubernandi, vt Pli. scribit, fuitq; in Argo naui, magister. hinc ait ille: Typhis in Æmonia puppe magister erat. Argo.) Iason, Æsonis filius ac Peliæ, Thessalorum regis nepos: vt in Colchos iret, pro aureo vellere rapiendo, iuxta Pelion nauim ędificauit: magnitudine atq; apparatu longe maiori, q̄ prius fuerat. Erat enim antea, paruarū nauicularū vsus. Iason postea, optimos eorū, qui secū ire appetebāt, elegit numero quatuor & quinquaginta. Nauis Argo dicta est, ab Argo eius architecto: vt alij scribunt, ab eius velocitate, qua antiqui Argon appellabant: author est Diodo. lib. v. Vector.) Qui naui vehitur. Mutabit merces. Quod nautæ lucri causa facere solent: cum nō vbiq; eadem sint. Mentiri colores.) Nam cū alba sit, accipiendo diuersum colorē, mentitur illum: cum non sit natiuus. Inficere aūt lanas sordibus Lydi primi inuenere: vt scribit pli. lib. vij. Ipse sed in pratis aries, &c.) Cum poeta hoc loco loqueretur de filio Pollionis: id quod ad principem summū spectaret, adiecit, Ipse, sed in pratis, &c. Traditur enim in lib. Etruscorū. Si hoc animal insolito colore fuerit indutū, portendi imperatori rerū omniū cum felicitate largitatē. Est sup hoc liber Tarquinij trāscriptus ex ostento Tusco, ibi reperiť purpureo, aureoue colore, oues, aries ue si sparget principi ordini, & generis summa cū felicitate largitatē auget genus, progeniē propagat in claritate, lętioreq; efficit. hmōi igitur statum imperatori in trāsitu vaticinať. Hęc ex Macro. lib. iij. Satur. Iam.) i. tunc. Suaue.) Pro suauiter. Sandyx.) Ea in holere syluestri, a Græcis ponitur: decoctæ succus, prodest stomacho: fatigato Venere, corpori succurrit: vt Pli. tradit lib. xij. Talia sæcla suis.) Hic versus Varrij de morte erat: vt scribit Macro. lib. vj. Concordes parcæ. Eæ tres sunt (Homero teste) Clotho, Lachesis, Atropos. Clotho, fert colum: Lachesis, filat: Atropos incidit. Clotho, verbum circūuoluo significat. Lachesis, a λάχος diciť, quod est sors: nobis enim sortitur vitæ terminum. Atropos autē, immutabilis: vel, sine cōuersione: eo q̄ omne natum, vbi in terminum sibi statutum venisse cognouerit, demergat in mortem. Parcæ.) Parcæ vero dictæ sunt a partu, litera immutata: quasi partæ, vt Varro voluit, Gellio referente, lib. iij. cap. vj. Nascētibus enim, bonū, & malum, hominibus conferunt. vt Hesiodus scripsit. Stabili numine fatorum.) i. immutabili: iussu, Voluntate, & lege deorum. Est enim fatum (vt Plato dixit) voluntas, & iussio dei. hinc Luca. ait lib. v. Siue canit fatum, seu quod iubet ille canēdo, Fit fatum. Chrysippus autem (authore Gellio lib. vj. cap. ij.) Dixit. Fatum esse sempiternam quandam & indeclinabilem rerum seriem. Cicero lib. j. de diuinatione, sic ait: Fatum autem id appello, quod Græci εἱμαρμένην. i. ordinem, seriemq; causarum: cum causa, causam ex se gignat. Ea est, ex ęternitate fluens, veritas sempiterna. Fusis.) Versando etenim pollice fusos, fata constituunt.

Oppidū
Magn⁹. annus.
Typhis.
Argo.
Nauis.
Vector.
Lanas q primus fecerit.
Color.
Varro.
Sandyx
parcæ.
Fatum.

ASCENSIVS.

¶Pauca tamen, &c.) Tametsi quo tēpore puer hic adolescet, patriamq; virtutē cognoscet: atq; imitabitur ea, quę vsui humano maxime accōmoda sunt, vt frumenta pro pane, vina pro potu, & mella pro obsonijs, sponte nascentur: tamen (inquit) adhuc suberunt vestigia priscæ fraudis. i. non omnino exterminabitur ferrei sæculi, auaritia, & ambitio: quia adhuc quęrenť peregrinæ merces nauibus: & gloria quæretur bellis & seditionibus: Sed si animus humanus ijs contentus esset, quibus naturæ satisfit, non opus esset præter ea quæ sponte nascentur alia quærere: q̄ ergo alia adhuc quęrentur, ad priscā fraudem pertinet. Sed tandē, vbi in perfectum virum euaserit, & vitium ferrei sæculi extinctum erit: neq; merces aliunde quærentur, neq; terra subigetur, neq; colores adulterini imbuenť: sed ijs quæ spōte sua natura producet: quæ oia erunt, quibus nobis opus erit, cōtenti erimus, atq; ita aurea sęcula erūt, quę Parcæ pperare iusserūt. ¶Ordo est. Tamen. i. tametsi, & fruges, & vina, & mella sponte nascentur: tā pauca vestigia. i. paucę reliquię, & pauca semina, seu exēplaria: priscę. i. prioris æui: fraudis. i. fallaciæ, & deceptionis: seu vitij. s. ambitionis, & auaritiæ: suberunt. i. latebunt in quibusdam: quæ. s. vestigia: iubeant tentare ratibus Tethyn. i. maria. i. quę impellēt nauigare, & merces peregrinas nauibus transuehi: & quæ iubeant cingere. i. circundare: oppida. i. munitiones vrbium circūclusas: muris. i. mœnibus: & quæ iubeant infindere. i. impingere: findēdo telluri. i. terræ: sulcos. i. fissuras aratro factas. Alter Typhis. i. vector, erit tunc: & altera Argo. i. nauis oblonga, quæ vehat delectos heroas: sicut Argo vexit olim Argonautas, qui erāt heroes. i. Herculem, Castorem, Pollucem, &c. & erunt etiam altera bella: atq; magnus Achilles mittetur iterum ad Troiam: hoc est, aut similia his erunt, aut omnia cū suis causis redibunt. Hinc. i. ex hoc tempore: hoc est, post hoc tempus in quo hæc fient: vbi. i. postq̄

Ordo.

Universidad de Deusto Biblioteca

etas.s.tua, o diuine puer, firmata.i.stabilita: iam fecerit te virum: &.i.pariter: ipse vector cedet mari.i.discedet a mari, nõ amplius nauigaturus: nec pinus nautica.i.nauis ex pino facta, & nautis seruire solita: mutabit.i.ad cõmutationẽ transuehet (Ante vsum pecuniæ, omnis venditio fiebat cõmutando.) merces.s.peregrinas: quia omnis tellus feret omnia, nunc autẽ, vt in Geor. dicet. Suus cuiq; terræ Genius est, & virtus productiua. & ita iis quæ apud nos abundãt, quærimus ea quę nobis desunt: atq; aliis qui bus nostra desunt, abundant. Humus.i.terra: nõ patiet rastros.i. instrumẽta dentata quibus radatur: & vinea non patietur falcẽ, qua.s.puteť: & arator robustus soluet iam tauris iuga.i.non amplius vtetur tauris ad arationẽ, nec lana discet mentiri.i.mendaciter imbibere, varios.s.adulterinos colores: sed ipse aries.i.quę uis ouis, sed masculo, plus lanæ est, q̃ fœmellæ, mutabit iam.i.colorabit, mutando albũ colorẽ in aliũ: vellera.i.lanã, aut lanitium velleris sui, in pratis.i.pascuis: murice.i.purpura: rubẽti.i.rubo rem habẽti: suaue.i.suauiter, aut cũ suauitate odoris: quoq;, pro

Lutum. &: mutabit vellera sua luto croceo.i.croco luteo, seu lutei: hoc est, subrubri coloris. (Lutũ, pro genere coloris, crocei, aut subrusi, producit priorẽ: quã, pro ceno corripit: vnde est plebeius versiculus, Sus immunda luto, gaudet meretricula luto) Sandyx.i. herba, vnde fit color sandycin⁹: vestiet, id est ornabit: colore sua spõte.i.sine tinctoris officio: agnos pascenteis.i.ipsum carpẽtes. Parcę.i.tres deę fatales.i.originẽ, medium, & exitiũ omniũ rerũ, s̃m gentileis, disponentes: quarum prima, quæ Clotho dicitur baiulat, baiulat colum.i.vnde filum vitæ deducitur: & Lachesis, quæ secunda dicitur: trahit, & deducit filum in fusum suum: & Atropos vltima occat.i.abrumpit filum, cum vita. vnde est versiculus ineptus, Clotho, colũ gestat: Lachesis, trahit: Atropos, occat. dictas autem volunt per antiphrasim: quia nemini parcunt. Parcæ, inquam, concordes.i.consentientes: stabili numine.i.firmo, & irreuocabili nutu, ac potestate fatorum: dixerunt.i.iusserunt, dicentes, suis fusis, instrumentis, quibus filum circunfunditur dum nent: dixerunt (inquam) o fusi, sup. currite.i.celeri cursu vestro adducite: talia.i.tam aurea & tam felicia: sæcla.i.sæcula.

PIERIVS.

¶Quæ iubeant telluri infindere sulcos.) In Ro. codi. legere est, tellurẽ infindere sulco. In Oblõgo Vaticano, sulcis. Longobardicus, Mediceus, & aliquot alii, vulgatam sequuntur lectionẽ. ¶Talia sæcla suis dixerunt currite fusis.) In Mediceo codice legere est dixerunt currere, vt sit, dixerunt, pro edixerunt: vel affirmauerunt ea figura, qua dictum alibi, Donat, habere. Seruius tamẽ imperatiuum agnoscit, currite. Neq; illud pretereundum est, quod ætate maxime nostra, cœptum est scribi, sæculũ, absq; diphthongo, cuius quidem scripturæ rationem grãmatici nonnulli subiecere, a sequendo nomen deductum esse. Cum tamen antiquiora marmora, sæculum, per æ dipht. notẽt: quo itidem pacto in Ro. codi. scriptum est. In nummis est antiquorum plurimum, per æ dipht. nomẽ id obserues: vt in P. Septimii Getæ, sæcularia. In Faustinæ, Sæculi felicitas. Eodem modo in plerisq; aliis: quamuis in argenteo Othonis, Seculi, per e solum habetur.

SERVIVS.

¶Iouis incrementũ.) Nutrimẽtum: & est vulgare, quod Bucolico conuenit carmini. ¶Nutantẽ mundum.) Nutat, præsentibus malis: lætus est, bonis futuris. ¶Conuexo.) Curuo, inclinato. ¶O mihi tã longe maneat pars vltima vitæ.) Vtinã possim frui vita lõgissima: & habere tm̃ spiritũ, quãtus possit sufficere ad tuę virtutis cõmemorationem. ¶Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus.) genere styli sese Orpheo, vel Lino fore æqualẽ cõmemorat. Nã nõ sibi arrogat: sed hoc dicit,

Aggredere ò magnos (aderit iam tempus) honores
Chara deum soboles, magnum Iouis incrementum.
Aspice, conuexo nutantem pondere mundum,
Terrasq;, tractusq; maris, cœlumq; profundum:
Aspice, venturo lætentur vt omnia sæclo.
O mihi tam longæ maneat pars vltima vitæ:
Spiritus, & quantum sat erit tua dicere facta:
Non me carminibus vincet, nec Thracius Orpheus,
Nec Linus: huic mater quãuis: atq; huic pater adsit,
Orphei Calliopeia, Lino formosus Apollo.
Pan etiam Arcadia mecum si iudice certet:
Pan etiam Arcadia dicat se iudice victum.

Tanta est materies tuę laudis, vt etiam humile ingenium in ea supra omnes possit excellere. ¶Lino.) Linus cum nomen hominis dicimus, Li breuis est, Statius, Medio Linus intertextus acantho. Cum linum dicimus, filum significãtes, Li, longa est, cum producatur apud Græcos. ¶Pan etiam.) Redit ad nomina rustica: nam satis excesserat dicendo, Linum poetam, Orpheaq; theologum. ¶Arcadia iudice.) Quæ ei fauet, vbi colitur.

PROBVS.

¶Pan etiã.) Pan, Mercurii, & Penelopes filius; fistulã, carmẽq; cõposuit. Simplici iteratione eadẽ cõsectaṫ, vt ibi, Oceantides ambę Ambæ auro pictis incinctæ pellibus ambæ. Nunc casuũ, & generum permutatione: vt, Ærea cui gradibus surgebant limina, nexęq; Ære trabes, foribus cardo stridebat ahenis. Itẽ, Cui pharetra ex auro crines nodanť in aurũ Aurea purpureã subnectit fibula vestẽ. ne sit mirum, hic quoq; iterationẽ a Poeta frequentatã.

MANCINELLVS.

Pan. ¶Aggredere.) Adi. Vertit autẽ hic sermonẽ ad Augustum. ¶Magnos honores.) Diuinos intelligit: vñ ait Hora. epist. l. ii. voluminis ad Augustũ, Romulus, & Liber pater, & cum Castore Pollux, Post ingẽtia facta deorũ in tẽpla recepti. Et infra paulum, Prępenti tibi maturos largimur honores, Iurãdasq; tuum per nomẽ ponimus aras, Nil oriturũ alias, nil ortũ tale fatẽtes. Si vero de Pollionis filio intelligeres, licet mortuo (vt diximus) tunc magnos honores consulatus, expone. Nã si de imperio intelligeres, Augusto interitũ portẽderet: melius tñ de Augusto intelligem⁹. ¶Ma. Iouis incre.) Crescet. n. deorum numerus p Augustũ, quẽ deum sobolẽ appellat, ppter Æneã, Romulum, & Iulium, inter deos relatos. Si tamẽ de Pollionis filio accipias Iouis incrementum, ait: quia superius de eo dixerat, Iam noua progenies cœlo demittiť

Conuexum. alto. ¶Conuexo.) Cõuexum, est ex omni parte declinatũ: qualis est natura cœli, quod ex oĩ parte ad terrã versus declinatum est.
Mũdus. Festus id scribit. ¶Mundum.) Mundus, appellaṫ cœlũ, terra, mare, &

re, & aer: vt scribit Festus. tñ hic pro cœlo tm̃ accipiť. nam cœlũ, vere mundus vocaṫ: vt Macro. li. j. de som. inqt, Mundus, est deorũ domus: ait Euripides. ¶Mutãtẽ mundum.) Id, lætitia potius futuri sæculi agi crediderim, q̃ præsentibus malis. Vnde, more suo, sequẽti carmine, illud idẽ apuit dicẽs, Aspice vẽturo lętenť vt oĩa sæclo, &c. quod autẽ oĩa simul & tristarenť & lætarentur. vt hic esse nullo pacto cõuenire videť. Lætitia aũt mortali, etiã inanimata. Idẽ Maro in Sileno ostendit: ait. n. Tum vero in numerũ Faunosq;, ferasq; videres Ludere, tũ frigidas motare cacumina querc⁹. ¶Cõuexo põdere.) Cõuexũ ponderis intelligit ipsius cœli orbẽ & machinã. ¶Cœlũq; profundũ.) Aera hic accipimus: vnde Pli. li. ii. sic ait, Nãq; & hoc cœlum appellauere maiores, quod alio noĩe aera infra lunã hæc sedes, multoq; inferior. merito igiť de aere, cœlũ profundũ, ait. ¶Venturo sęclo.) Id autẽ iam descripsit. ¶O mihi.) Optat sibi longiorẽ vitã, quo Augusti laudes cãtare queat. Est autem ordo: o maneat mihi vltima pars vitæ tam longæ: & maneat spiritus tam longus, quãtum sat erit dicere tua facta. ¶Spiritus.) Dicendo autẽ spiritus qd sit vita declarat, per epexegesim. ¶Maneat.) Futura sit. ¶Pars, vltima.) Meta & terminus. ¶Orpheus.) Thrax genere, filius Oeagri: doctrina, melodiaq;, ac poesi, excessit omnes quorum extat memoria. Etenim poema mirandum edidit: & suauitate cantus, feras etiã ad se audiẽdũ adliciebat: author est Diodorus lib. v. ¶Linus.) Hic primus citharam inuenit. vt alii dicunt, Orpheus: author Pli. fuit autem Linus (teste Hermodoro Platonico) Mercurii, ex Musa Vrania, filius, & Thebis genit⁹. Virgi. autem, Apollinis filium dicit. Scripsitq; (teste eodẽ Hermodoro) mundi generationẽ, solis item, & lunæ cursus: animaliumq; & fructuum generationes, atq; in primo sui operis carmine, cuncta simul nata dixit. ¶Adsit.) Faueat. ¶Orphi.) Datiuus est Grecus nam Latinus est Orpheo: de quo etiã Phocas, & Priscianus. ¶Pan etiam.) De hoc in Alexi dictũ est, q̃ fistulã primus inuenerit. Redit autem ad rustica numina, ne penitus videretur Bucolici carminis modum excessisse. ¶Arcadia iudice.) Hoc ait, quoniã hunc deum Arcades colunt. de qua multa Macro. lib. j. Saturna. Est & ibi mons Lycæus, in quo Iouis Lycæi delubrum, quem & Pana volunt esse. De Arcadia autem, plene legito Strab. lib. vii.

ASCENSIVS.

¶Aggredere o mag. &c.) Secundũ cõmentarios Augustum affatur: meo tñ iudicio, puerũ recens natũ Augusti fortassis filiũ adloquitur. Nã Augustus iam magnos, s. diuinos honores, adierat vnde

vnde dictum est, Tuus iam regnat Apollo. quocirca, ne citra necessitatem ad diuersos ex abrupto dirigatur oratio, placet ad eundem cõferre: vt sit, quia in fatis est ea tempora properare. o diuine puer, aggredere magnos honores, quia tẽpus a Parcis prędefinitum iam aderit: ad cuius felicitatẽ futurã, exultãt omnia quæ præsentiũ malorum pondere premunť. Optat igitur Poeta, sibi tm̃ vitæ dari, vt possit aliqñ eius inclyta gesta carminibus prosequi: quia si id detur, nulli poetarum cedere vellet: non quia plus artis, quàm illi haberet: sed quia copiosius, atq; vberius, longeq;
Spõdaicus versus. clarius subiectũ, seu argumentũ, nã scripturarũ dignitas, sæpe ab argumẽto desumiť. Secundus versus huius lectionis est spondaicus, hoc est spondeũ pedem (vt Hora. dicit) stabilẽ: ex duabus.s. longis constantẽ, in quinto loco habens: cuius ea lex est, vt præcedẽs pes, qui quartus est, dactylus sit: & sentẽtia ipsa, pondus, ac grauitatẽ habeat: vt hic, Magnũ Iouis incremẽtũ, & .ii. Æneidos,
Ordo. Constitit atq; oculis Phrygia agmina circũspexit. ¶Ordo est. O chara soboles deum.i.deorũ progenies: magnum incrementũ.i. (secundũ Ser.) nutrimentũ Iouis: aut potius, magnum incrementum.i.augmentum Iouis.i.generis, aut progeniei eius: vt sit sensus, q̃ progenies Iouis multum incrementi ex Augusti, aut illius
Augusti genealogia. pueri natiuitate, acceperit. Et bene, Iouis. Nam Augustus, a Iulio Cæsare adoptatus: hunc puerũ (vt dixi) adoptauit. Iulius autẽ, ab Iulo, Æneæ filio, genus & nomen traxit: vnde est illud Ænei. j. Iulius a magno demissum nomen Iulo. Æneas autẽ ab Anchise & Venere procreatus est. sed Anchises, a Dardano Iouis, ex Electra, filio processit. Venus aũt ab Ioue, ex Dione, genita est. Ad magnã ergo gloriã processit generatio Iouis, dum ad hũc vsq; puerum perducta est: vnde dicit, O chara soboles deum, appositorie: magnum incrementum Iouis: aggredere magnos.i.diuinos honores: tẽpus.s.cõstitutum a Parcis: aderit iam.i.propediem. Aspice mundum nutantem.i.vacillantem: pondere.s.malorum pręsentium, aut exultantẽ lætitia bonorũ futurorũ: cõuexo.i.in humeros eius deuoluto: & aspice terras, & tractus.i.regiones maris: & cœlum profundum.i.aerem, qui profundus, respectu cœli: aut etiam cœlũ, quod profundũ est.i.procul a fundo, supp. nutantia conuexo pondere: & aspice: vt.i.qualiter: omnia, sup. hæc prædicta: lætentur.i.exultent: sæclo futuro.i.de felicitate sęculi, quod imminere vident. O.i.vtinã: vltima pars vitæ maneat mihi tam longe, & vtinã spũs maneat mihi tñ, sup. vel vtinam spũs.i.mens diuina: & spiritus poeticus, sup. sit mihi tantus, quantũ sat.i.satis erit: dicere.i.ornate psequi: tua facta.i.inclyta facinora tua: quæ res, si, sup. mihi erit. Non, sup. quisquam vincet me carminibus.
Duarũ negationũ effectus. Aut legam? sine subauditione: (quia, vt in regulis dicemus, duæ, aut plures negationes debite positæ, nõ plus efficiũt quàm vna.) non me vincet carminibus: nec Orpheus, vates ille pręclarissim⁹ Thracius.i.ex Thracia oriũdus: nec Linus.i.alter diuinus vates sup. vincet me carminibus: quãuis mater.s.Calliopea Musa: adsit.i.auxilio sit: huic.i.alteri eorum, videlicet Orphi, pro Orpheo: & quamuis pater.s.formosus Apollo: adsit huic.s.Lino. aut sic; quãuis mater adsit huic.s.prius dicto: & pater adsit huic.s.posterius dicto: quod declarat, dicens, quãuis Calliopea Musa mater Orphei adsit Orphi: & quãuis formosus Apollo, pater Lini, adsit Lino. Si Pan, deus illẽ Arcadiæ, & princeps musicorũ (quia, vt di-
Pan. ctum est, Pan primus calamos cera cõiungere plures Instituit.) certet mecũ etiã Arcadia iudice.i.iudicante: quę tñ deo suo fauet: tñ Pan dicat se victum.s.a me, tua facta canente, etiã Arcadia iudice, q.d. tanta erit gestorũ tuorum gloria, vt etiam ab humili Poeta descripta, omnem poesim exuperent. Multa hic notatu di-
Regulę gna sunt, quorũ nõ pauca a Mancinello explicantur. Regula prima est. Spondaicus versus, dactylum in quarto loco, & sententię pondus, aut loquentis languidũ animum efflagitat. Pondus, vt hic, & in illo a Persio adducto: Si costã lõgo subducimus Appennino, Languorẽ, vt in prius citato. Constitit, &c. Secunda, q̃, particula

ticula, a Virgilio fere cõis ponitur, vt hic, Terrasq;, tractusq;, &c. q̃ si productam positione dixeris, propter tr, in sequentis dictionis principio p̃sitã: quã tamen positionem, nõ oẽs approbant: adducã illud. iii. Æneid. Liminaq;, laurusq; dei, totusq; moueri Mons circũ, &c. Tertia: cõiunctio encletica, vt, q;, ve, ne, quoties priori parti cõiungendæ adhæret, posteriori etiã adhærere vult. Itaq; semper in fine, interdum etiã in medio, nunquàm in principio poni vult. E diuerso, &, nunquã in fine; semper in medio, interdum etiã in principio ponetur: vnde dices, Et tu puerq; tuus: aut, Tuq; puerq; tuus: nõ, Tuq; puer tuus. nec, q; tu puerq; tu⁹. Item, tu & puer tuus. aut, & tu & puer tuus: nõ autem, & tu puer tuus, &c. Quarta, quæ est Vallẽsis, Tres aliqñ negationes, nõ plus efficiũt quã duæ, collatione ipsa dictionũ id efficiẽte: vt, Nunquã mihi, nec offuisti, nec pfuisti. vbi principalis negatio non posset in fine poni sic: nec offuisti, nec profuisti mihi nunquàm. nã sic dicẽdũ esset, vnquã. Et hic nõ me vincet, nec Thracius Orpheus, nec Linus, &c. bene dicitur: sed si diceretur, Nec Orpheus, nec Linus nõ vincet me, male diceretur. Auferenda. n. esset negatio: sic, Nec Orpheus nec Linus vincet me. Quinta: Græca in eus, apud nos sæpe exeũt in es longũ: vnde obliquos, nunc ab eus, nunc ab es, deductos inuenimus, vt Odysseus, Latine dicitur Vlysses: vnde in genitiuo nõ Vlysseis, sed Vlyssi reperiť, pro Vlyssei, per synæresin, quasi ab nominatiuo Vlysseis: sic & Achilles, Achilli: qa grece Achilleus dicitur. & hic in datiuo Orphi, a nominatiuo Orphes, aut græcus est datiuus per synæresin, pro latino.

PIERIVS.

¶Chara deum soboles.) In Ro. codice, suboles, per u prima syllaba: cuiusmodi scripturæ rationẽ alibi copiosius recitauimus. Hic illud tantum attingam, quod apud Pomp. Festum, dispositis per literarum ordinẽ vocalibus, inter subuerbustam, & subuculam, vocabulum: suboles, scriptum est: quod nomen ab olescendo.i.crescendo, dictum asserit: vt adolescens quoq;, & adultus & indoles dicitur. Lucil. v. Siue virum suboles, siue est muliebris origo. Virgi. Clara deum suboles, magnum Iouis incrementũ: vt obserues illud etiam, quod in vulgatis, Chara, scriptum est, in codice eo Festi, Clara, haberi. ¶Terrasq;, tractusq; maris.) Sunt antiqui cod. in quibus, Terram, vnitatis numero legas: sed multo magnificentius est plurali dicere. ¶Aspice, venturo lætentur vt omnia sæclo.) In Romano codice, Letantur: est, indicandi specie, quod magis implet aureis: & longe magis mouet, dum cuncta oculis subiicere videtur. ¶O mihi tam longe maneat pars vltima vitæ.) In Longobar. & in Mediceo, tum longe, scriptum est. Sed enim, tam longe vitæ, casta omnino lectio est: quam Seruius etiam cognoscit. ¶Orphei Calliopea.) In Roma. codice, & in Mediceo, Orphi, legitur per synæresin. In aliis Orphei. In Longobardico etiam, Orphei, prius scriptum erat: vnde abrasis literis, factũ est, Orphi. Sane Priscianus hic Græce dictum ait, ὀρφεῖ ὀρφῶν: quare, vel vnico i scribendum, aut ita pronunciandum, ac si vnico scriptum esset, vt diphthongi sonus sit: Latinæ tamen scripturæ ratione seruata: quanquam nihil prohibet, Orphei, dimensione dactyli pronunciare, cum datiuus sit casus, vt etiam, Lino: & apud Græcos vltima breuis est in huiusmodi datiuis: vt ὀάφνιδι τῷ χαρίεντι. ¶Pan etiam Arcadia mecum si iudice certet: Pan etiam Arcadia dicat se iudice victum.) Non inficior vtrunq; versum in Roma. codice, in Mediceo, & aliquot aliis, eodem modo legi, Pan etiam Arcadia. licet in Roma. versus inferior, vna abundet litera. Sed enim mihi non displicet, quod in Oblongo codi. legitur, Pan deus Arcadia mecum si iudice certat, Pan etiam Arcadia dicat se iudice victum. Magnam enim emphasim habere videtur. Pan deus. Et aduerte in huiusmodi lectione inferiore versu, Pan, suspendendum esse. Si cui vero magis placeat iteratio totius hemistichii, nõ laboro, nã & ea quoq; lepida & suauis est.

SERVIVS.

¶Risu cognoscere matrẽ.) Alludit ad id quod factũ est: & rẽ naturalẽ ait. Sicut enim maiores natu, sermone cognoscunt infantes, ita risu se indicãt agnoscere. Ergo hoc dicit. Incipe parentibus arridere: & eis spe boni ominis detrahere solicitudinẽ: vt & ipsi tibi arrideant. ¶Tulerũt.) Alii, tulerint legunt: vt sit sensus, Si riseris, abstulerint decẽ menses matri tuæ longa fastidia. matri enim decem menses attulerunt longa fastidia. ¶Cui non risere parentes, Nec deus hunc mẽsa, dea nec dignata cubili est.) Sicut Vulcano cõtigit: qui cum deformis esset, & Iuno ei minime arrisisset: ab Ioue est præcipitatus in insulam Lemnum. Illic nutritus ab Sintiis, cum Ioui fulmina fabricasset, nõ est admissus ad epulas deorum. Postea cum rogaret vt vel Mineruæ coniugium sortiretur: spretus ab ea est. Vnde diuinos honores non meruit: ad quos per conuiuium numinum, aut per coniunctionem venitur dearum. Hinc est q̃ Iunoni agit in primo, Virgi. Æolus

Incipe parue puer risu cognoscere matrem.
Matri longa decem tulerunt fastidia menses.
Incipe parue puer: qui non risere parentes
Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.

Æolus gratias,ꝙ per eius beneficium diuinos honores meruit: vt, Tu das epulis accumbere diuum.¶Non deus.)Id est Iuppiter.¶Nec dea.)Id est Minerua.

MANCINELLVS.

¶Incipe parue puer.)Ad Saloninum reuertitur, exhortans illū, vt matri adrideat.sic.n.lætitia ducta mater,labores omnes & tædia decem mensium obliuisceretur:eritq; etiam omen optimum. Scribit Pli.lib.ij.cap.xvij.risisse eodē die quo genitus esset, vnū accepimus hominem,Zoroastem:eidem cerebrum ita palpitasse: vt impositam repelleret manum futuræ præsagiū sciētiæ.¶Risu cognoscere matrem.)Solent.n.infantes,visa & cognita matre,ridere.Ille autem,nec cognouit,nec risit vnquàm: quoniā paulo post ortum obijt.¶Tulerint.)Abstulerint,si riseris:nam vitę longioris omen esset.¶Decem menses.)Gignitur homo incerto spatio:alius septimo mēse,alius,octauo:& vsq; ad initia decimi, vndecimiq;.Inuenta etiam quæ & mensibus tredecim partum tulerit: author Pli.lib.vij.Gel.item plurima lib.xij.cap.xvj.¶Incipe parue puer.)Ordo est:Incipe parue puer,risu cognoscere matrē, Incipe parue puer, Matri decem menses tulerint longa fastidia. ¶Cui non risere paren.)Ordo est:Hunc cui non risere parentes, nec deus est dignatus mensa,nec dea dignata est cubili.In omnibus fere textibus,cui,legitur.Quintilia.tamen lib.ix.vbi de figuris verborum meminit: cui per q,nō per c,hoc in loco legendū innuit:ait enim sic:Est figura & in numero, vel cū singulari pluralis subiūgitur,Gladio pugnacissima gens Romani:gens enim, ex multis vel ex diuerso.Qui non risere parentes:Nec deus hunc mensa,dea nec dignata cubili est. Ex illis.n.qui non risere, hunc dea nō est dignata:ordo igitur talis erit:O parentes, hunc ex illis qui non risere,nec deus est dignatus mensa, nec dea est dignata cubili.Quibus verbis innuit Maro illum esse defunctum: cuiq; enim suus deus,& sua dea,vitæ præsides dantur,hoc est suus Genius,suaq; Iuno.Mensa autem, Genio conuenit:Iunoni, lectus. sed horum neutro,ille potitus est:ergo,obire coactus.Pueris autem nobilibus editis,in atrio Iunonis,Lucinę lectus ponebatur, Herculis mēsura,& Seneca epistola.ij.lib.xx.scribit:Maiores nostros singulis,& Genium & Iunonem dedisse.

Zoroastes.

Superstitio antiquorū.

ASCENSIVS.

¶Incipe parue puer.)Finis huius Eclogæ, sane quàm difficilis est,vsq; adeo,vt non facile sit bonam sententiam cum grammaticorum ordine excerpere.Nam Seruianam interpretationē quidam explodunt, vt Angelus Politianus capite.lxxxix. Miscellaneorū,cuius verba sunt, In Bucolicis Virgilianis, hi duo sic versiculi leguntur, Incipe parue puer, cui non risere parentes, Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.quos enarrans Seruius,haud inceleber grāmaticus,& veram lectionem, quod eius pace dixerim,contaminat:& fabulam sibi ex parte, commodoq; suo confingit,cōtra omnem veterum authoritatem.Neq; enim, cui:sed,qui legendum:hoc est, non casu datiuo, singularíq; numero:sed plurali nominatiuo, quamquam vtrobiq; apud veteres eadem vox, ijsdemq; notata literis: sicut in.j.Quintiliani De institutione oratoria,nō oscitans lector inueniet,ex quo etiamnum versiculus in.vij.Valerij Flacci Argonauticon lib.Curaq; cui profuga forsan tenet alta carina. Etiamnum inquā,iste versiculus, cui retinet:non qui.tam.s.in vetustissimo codice, de quo reliqui fluxere:quàm in his quoq; peruulgatioribus.quod autem dicimus,qui,legendum:non, cui: docet idem Quintilianus in.ix.figuram esse declarans hic in numero:sic,vt plurali singularis subiungatur.Ex illis enim inquit,Qui non risere hunc nō dignata.Quis autem dubitet,quin de Virgilianæ lectionis incolumitate Quintiliano credendū sit potius,quàm Seruio:pręsertim qui manum quoq; Virgilij citet, aliquādo & Ciceronis.Quocirca manifestum est quod diximus,mendose locum a Seruio adduci.¶Nec deus.)Fabulam autem sibi eundem ex proposito cōmodoq; finxisse,quis nō videat: cum nusquam ob id præcipitatum fuisse Vulcanum legamus:quoniā deformis natus, quoniamq; ei Iuno non adriserit.Etenim poeta Homerus ob id ait,ꝙ matri contra Iouem patrem suppetias tulerit.Natus enim ex Ioue & Iunone,secundū Home.Vulcanus:licet ex Iunone sola fingat Hesio.in Theog.sicut ex solo Ioue, Minerua dicitur, ἀπάτορα a Theocrito vocatur in Enigmatio, cui βώμος inscriptio. Quare parentes ad Iouem,Iunonemq; vix satis etiam proprie referentur.Sed & illud sane quàm frigide Seruius idē, ꝙ neq; admissum ad epulas deorum, Vulcanum dicit:neq; diuinos honores meruisse: quem Varro etiā inter selectos deos numerat septimum. Tum ne processerit quidē, vel isto pacto quod molitur Seruius: quando nō ob id ait præcipitatum, quod haud riserit:sed ꝙ ipsi haud arrisum.Viderimus vtrumne ipse mox credibiliora suspicer:certe iam Seruius verissimis reuincitur.Et quidem sic ego legerim,sic enarrauerim.Parentes Salonini pueri,de quo nūc agitur:vt sit,parentes,vocandi casus:hunc qui nō risere, neq; deus mensa dignatus,neq; dea cubili:hoc est,nec Genius, nec Iuno,vitalibus auris dignum putauere, hunc ex illis qui nō risere: vt sit figurate dictum(Quintiliano teste)pro eo quod est,hunc qui nō risit:vel,qui e numero est eorum qui non risere,Credebat enim habere quisq;,suum deum,suamq; deam:hoc est,suum Genium, suamq; Iunonē,vitæ præsides. Hos igitur indicauit Maro Cataxochen.¶Mensa.)Mensa enim,Genio conuenit:vt, Funde merū Genio, Iunoni lectus. Quod Iunius quoq; Philargyrius docet: hunc ipsum ita interpretatus locū,Pueris(inquit)nobilibus editis in atrio Iunonis,Lucinæ lectus ponitur,Herculis mēsura.Sed & apud Varronem lectum est,initiari pueros,Educæ,& Pontinę, & Cubæ,diuis edendi, potandi, & cubandi, vbi primum a lacte, & Cunis transferunt.quam Varronis authoritatem,Donatus in Phormionem Terentianam adducēs. etiam hunc ipsum citauit Maronis versiculum: atq; idem Probum quoq; retulit adnotasse.Mensa igitur,& lectus,argumenta vtilitatis,quod initijs ipsis adhiberentur. Cæterum habet homo suam sibi ridendi proprietatem.Qui vero nam rideāt, ei qui potest esse vita vitalis:vt ait Ennius,Deum vero, deamq; ad has referre Varronis, Educā, Pontinā, Cubamq; nequeas:ꝙ hæ fœminæ omnes: vt Aug.etiā in.vj.lib.de ciui.dei,declarauit. Sed nec ad Pilumnū, ratione pari:& Pitumnum:coniugales deos:quibus,vt ait Varronem scribere,Martia.in.ij.lib.de vita patrum:natus, si erat vitalis, simul, ab obstetrice fuerat sublatus,& in terra stratus, vt esse rectus auspicaretur.Sternere etiam in ædibus, lectum consueuerunt.Restat igitur, vt, quod de Genio & Iunone diximus:authoritatum quoque tibicinibus fulciatur.Plinius itaq; naturalis historiæ.j. Cum singuli(inquit)ex semetipsis totidem deos faciāt, Geniosq; Iunonesq; adoptando sibi. Seneca epistolarum ad Lucil.xix.ita tamen ait, Hoc seponas volo, vt memineris maiores nostros, qui crediderint Stoicos fuisse. Singulis enim, Genium, & Iunonem dederunt. vnde arbitror Iuuena. & per Iunonem(inquit) domini iurante magistro.Hoc enim reprehendit Satyricus poeta,ꝙ non per Genium, sed per Iunonem domini minister iuraret,videlicet more muliebri, Quocirca, sic illa apud Petronium arbitrum, Quartilla loquitur. Iunonem meam iratam habeam, si vnquàm me meminerim virginem fuisse.Nam infans,cum paribus inquinata sum:& subinde prodeuntibus annis,maioribus me pueris applicui:donec ad hanc ætatem perueni. Hinc etiam puto natum prouerbium illud,vt dicunt.Posset taurum tollere, qui vitulum sustulerit.Cæterum si detur modo, non iniquā planē a nobis peragi reprehensionem: labascereq; iam cōmentum istud Seruianum,quod antequàm talia prodebamus, pro indubitato obtinuerat.Reliqua in medium, ne nobis blandiamur,libera opinaturis relinquemus.Hęc ille.E quibus patęt quàm difficilis sit hic locus:quodq; de Salonino intelligendum sit: quod (vt in superioribus dixi)mihi non placet:verum, vt omissis ambagibus,sententiā nostram paucis explicemus:Quia & Augusto, & Pollioni,& puero nato,blanditus est Poeta:ne matrem prætеriisse culpetur, in eius assentationem inuitat puerum ad adridendum matri:aut matrem ad adridendum puero. Nam dupliciter posset intelligi,ꝙ puer risu,agnosceret matrem:aut, quia ipse rideret,aut quia mater.¶Tulerint.)Præterea quidam legunt, tulerint:& tamen graues viri legunt,tulerunt:dicentes secundā corripi præter naturam:vt significetur subita longi doloris fuga,& correptio:sicut subitus,inquiūt, horror significatus est in versu illo.ij. Æneid.Obstupui,steteruntq; comæ, & vox faucibus hæsit:in correptione,videlicet mediæ syllabę illius verbi,steterunt. ¶Construemus igitur dupliciter.Primo sic:O parue puer, scilicet Marcelle,aut Salonine: incipe cognoscere risu, idest dum rides matrem:& si hoc feceris, decē menseis tulerint.i.cito transegerint,matri longa fastidia:aut,si hoc facies, decem menses tulerunt.i.iam transegerunt celerrime matri longa fastidia. Aut sic: O parue puer,incipe cognoscere matrem risu.s.tuo:quia decem menses tulerunt.i.abstulerūt matri longa fastidia:quæ abierint, si adriseris.Incipe(inquam)puer, cognoscere matrem risu.i.illi adridendo, vt tibi rursum adrideat: quia nec deus.s.Genius,dignatus est mensa,hunc cui nō risere parentes:nec dea.s.Iuno cubili.Secundo modo sic.O parue puer incipe cognoscere matrem risu.s.mutuo:dum tu illi, & illa tibi ridet.nam cum incassum loquatur,mater infanti ridet.quod autē rideat docet:quia decem menses tulerunt.i.cito abstulerūt,matri longa fastidia, id est(vt dicunt)

dicunt)nauseam & ægritudinem animi, omnia fastidientis prætædio.O parue puer,incipe(inquam)deinde,quasi volens sollicitare parentes,vt inducant puerum ad risum, conuerso sermone ad eos,dicit.O parentes,facite,sup.vt rideat; quia nec deus.s.Genius dignatus est hunc,supp.eorum, qui non risere mensa: nec dea.s.Iuno,cubili.i.vitalis non fuit, quisquis alienus natus est a risu:sicut Marcello contigisse videtur:ex eo quod dicet.vj.Æneidos,Sed frons læta parum,& deiecto lumina vultu:& paulopost, Sed nox atra caput tristi circumuolat vmbra,&c.Quasi ergo Virgi.nunc admonere velit Octauiam,Augusti sororem:vt omen illud,& indicium breuis vitæ, quod frons tristis portendit, auertat risu:dicit,o parentes, facite vt puer rideat: quia quisquis est eorum qui non risere,nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.Et hic sensus videtur Quintiliani:cui & Politianus assentitur:nec dissentit Mancinellus, vt vidimus. Regula est. Dignor, verbum cōmune,in actiua quidem significatione, accusatiuum cum ablatiuo regit.in passiua,duos ablatiuos: alterum mediante a,vel ab:vt,Deus dignatus est hunc mensa. Item Æneid.j.Non equidem tali me dignor honore.Secundi,vt Æneid.iij.Cōiugio Anchisa Veneris dignate superbo,s.ab Ioue.

Regula Dignor

PIERIVS.

¶Matri longa decem tulerunt fastidia menses.)Tulerunt, quidem in Romano codice legitur. In Longobardico,& in Oblongo,tulerant. In Mediceo, & aliquot alijs perueteribus, tulerint, Neque desunt, qui(teste Seruio)abstulerint, legant. Sed enim Donatus in Eunuchi prologo, locum hunc citat: & tulerunt, pene vltima correpta legit ad similitudinem illius Terentiani versus, postq; ædiles emerunt. vbi necesse est vltimum saltem pedem esse iambum. Agnoscit & Probus, tulerunt: & metaplasmum esse dicit, media correpta syllaba, quæ natura longa sit. Est &, decim, per i:de quo superius.¶Cui non risere parentes.)Non me fugit quo pacto Quintilianus lectionem hanc acceperit, quam hic in numero figuram esse dixerit, Quantumq; viri peritissimi sibi super hoc loco applaudere visi sint: quæ vero in hoc disputent, alij viderint. Nos antiquissima hæc omnia exemplaria contulimus, in quibus omnibus scriptum obseruauimus,cui, datiuo casu.In aliquot etiam, quoi,Catulliano more:vt alibi, Quoi non dictus Hylas. Quo de genere scriptionis Quintilianus,veteres ante se ait,cui:quod tribus iam literis enotari cœptum erat,Quoi, ad pinguem sonum vsos, tantum vt ab illo,qui, distingueretur.¶Dea nec dignata cubili est.)In Romano codice scriptum est, cubil'est, Plautino more. In altero peruеteri,cubili,absq; verbo est. Sed ea synalæpha quæ fit in, cubili est: huic humili generi maxime conuenire videtur: & nescio quid suauitatis in eorum auribus reliquere, qui musicis Poetarum numeris inseruierint.

QVARTÆ ECLOGÆ FINIS.

ARGVMENTVM ASCENSIANVM IN DAPHNIN VIRGILII.

Quinta canit cæsum crudeli funere Daphnin:
Mutuaq; ob meritum commendat dona ferentes.

ASCENSIVS.

Qvinta canit,&c.)In v.Ecloga principaliter canit nænia.i.funebre, atque exequiale carmen Daphnidis:per quē non dissone Cæsar intelligitur:tametsi Daphnis,apud Theocritū quoq; defleatur a Thyrside. Sunt autē qui canunt inter se amici,Menalcas,& Mopsus,sibi inuicē cedentes:& mutuis honoribus, ac muneribus donātes:quęres nō absurde monet Augustū,vt pro Daphnidis.i.Cęsaris funebri carmine,pręmiū canentib.retribuat.¶Ordo versiculorū nostrorū est.Quinta,sup.Ecloga: canit Daphnin.s.pastorē optimum,per quē intelligitur Cęsar Imperator maximus: cæsum,i.occisum: vulnere crudeli.i.a crudelib⁹, videlicet qbus aliqñ pepercerat,illato:& cōmēdat.i.laudat: Menalcā.s.& Mopsum, pastores amicos inter se ferētes.i.cōferētes:mutua dona.i.munera: ob meritū.i.quia sic mereri visi sunt.Ea aūt videt intentio Poetæ,vt amicitię legē,quæ vult vt sibi mutuo cedāt,& beneficia cōferāt, & defunctum defleant,explicet:& ad præmium conferendū, Augustum honeste commoneat.

Ordo.

Universidad de Deusto Biblioteca

P. VIRG. MARONIS, DAPHNIS QVAE EST ECLOGA. V. INTERLOQVVNTVR MENALCAS ET MOPSVS AMICI. M.

CVr non Mopse: (boni quoniam conuenimus ambo,
Tu calamos inflare leueis, ego dicere versus:)
Hic corylis mistas inter consedimus vlmos?
{Tu maior: tibi me est æquum parere Menalca: Mo.
Siue sub incertas zephyris motantibus vmbras,
Siue antro potius succedimus? aspice vt antrum
Syluestris raris sparsit labrusca racemis?

SERVIVS.

CVr non Mopse, boni quoniam cōuenimus ambo.) Inducunt duo amici pastores canere ad delectationē: Vnde & laudāt se, & sibi inuicē cedūt. ¶ Boni) aūt, docti. & figurate ait, boni ambo. ¶ Tu calamos īflare leueis ego dicere versus) Hic corylis mistas, inter cōsedimus vlmos?) Ordo est, Cūr non Mopse hic consedimus inter vlmos mystas corylis. s. vt canamus. Sanè Inter) præpositio, quia pręposita est, mutauit accentum, sicut circum. ¶ Siue sub incertas Zephyris motantibus vmbras.) Dicit quidem verecundè se illi obtemperare debere: ostendit tamen qd sibi placeat. Nam ex ipsa laude antri, & ex arborum vituperatione, quarum incertas vmbras dicit: ostendit suam sententiam esse meliorem. Incertæ autē vmbrę sunt, & ex folis circuitu, & ex mobilitate ventorum, quod ipse etiam dicit, Zephyris motantibus. ¶ Labrusca.) Vitis agrestis: quæ, quia in terræ marginibus nascitur, labrusca dicta est, a labris & extremitatibus terræ. Labrusca.

MANCINELLVS.

¶ Cur non Mopse.) Thyrsis Ætnæus pastor in prima Theocriti Ecloga, Daphnidis obitum deflet. illum Maro noster hoc etiam loco, vt assolet, imitatus est. ¶ Ambo boni.) Tu bonus inflare leu. cala. Ego bonus dicere ver. ¶ Labrusca.) Vitis syluestris.

ASCENSIVS.

¶ Cur non Mopse boni, &c.) Inducuntur duo pastores, vt dixi, inter se amici, Menalcas maior, & Mopsus minor decore cedens, & obsequens maiori, tota Ecloga actiua est: nā nusquā Poeta loquitur: dicit ergo Menalcas puerū Mopsum opportune laudans a peritia canendi (nā laudari optāt pueri, laudataq; virtus crescit, & immēsum gloria calcar habet) o Mopse, qm̄ nos periti in musica cōuenimus ambo, cur nō cōsedimus. i. locū cepimus ēt hic inter vlmos mistas corylis, vt melius cōcinamus? Ad qd Mopsus, Menalca, inquit, cū sis maior tuū est pręire, & prius locū capere, meum sequi te, quocunq; ieris, siue sub vmbras, quæ tñ incertæ sunt, siue potius sub antrū, quod tñ amœnū est: nā labruscis exornatur. ¶ Ordo est. O Mopse (inquit Menalcas) qm̄ nos ambo boni. i. docti, & periti, tu, sup. bonus, hoc est doctus, inflare calamos leueis. i. graciles: ego, sup. bonus & doctus, dicere. i. ad dicēdum versus, cōuenimus. i. simul iā venimus (est enim præteriti temporis) hoc est qm̄ congregati sumus. cur non consedimus. i. iam etiam locum ad sedendum cępimus? (Est. n. etiā pręteriti tēporis) cōsedimus, siue a cōsido, siue a consideo: nā si in pręsentia cōsido esset cōsidimus. q̄ño versus staret: & sententia. & a consideo cōsedimus, quod metri ratio dānat?) cur inquā nō cōsedimus aut consīdimus hic inter vlmos mistas corylis. i. sub vmbram amœnā, & ita vmbram laudat. Ad quod Mopsus. Tu inquit, o Menalca es maior. i. senior, & prouectior: & ideo o Menalca æquum est me parere. i. obedire & obtemperare tibi. Est autē moralis sententia. Vnde Iuuenalis Saty. xiiii. de priscis loquens, inquit, Credebant hoc grande nephas & morte piandum, Si iuuenis vetulo non assurrexerit, & si Barbaro cuicunq;, puer licet ipse videret Plura domi farra, & maiores glandis aceruos, Tam venerabile erat præcedere quatuor annis, &c. ęquū ergo est me parere. i. vt pareā tibi, siue nos succedimus sub vmbras incertas. i. dubias & instabiles: & hoc Zephyris. i. ventis illis verno tempore flare solitis: motantibus. i. frequenter mouētib. s. ramos arborū quos vmbra sequitur: siue nos succedimus potius. i. cum maiori cōmodo antro. i. ad antrum hoc: aspice. i. vide: vt, id est qualiter: labrusca syluestris. i. vitis inculta in labris id est extremitatibus agrorum sponte nascens: sparsit. i. sparsim ornauit antrum racemis raris, per quod innuit, & amœnum esse sub antrum cōcedere, & triste sub vmbras incertas, quia vmbrarum titubatio, & frequens mutatio memoriæ canentum officeret, & per absentiam vmbrarum, etiam sol irrueret. Regula est, Multa verba repetita, cum qua componitur præpositione, præpositionis casum regunt, quæ si non repetantur, datiuum regāt, vt hic, succedimus sub vmbras & antro. i. sub antrū. De Prolepsi, quæ est in principio, nos conuenimus ambo boni, tu inflare calamos, ego dicere versus, alibi dedimus regulam.

PIERIVS.

¶ Conuenimus ambo.) In Oblongo codice, consedimus, legitur omnino corrupte. Nam conuenire huic sententiæ congruit. ¶ Sparsit labrusca.) Vsus hic Virgi. genere fœmin. qui ge neutro plurali nu. dixit in Culice, Densaq; virgultis auide labrusca petuntur.

{Mōtibus in nostris solus tibi certat Amyntas. Me.
{Quid, si idē certet Phœbum superare canēdo? Mo.
{Incipe Mopse prior, si quos aut Phyllidis ignes, Me.
Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri.
Incipe: pascentes seruabit Tityrus hœdos.
{Immo hæc, in viridi nuper quæ cortice fagi Mo.
Carmina descripsi: & modulans alterna notaui:
Experiar, tu deinde iubeto certet Amyntas.
{Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ:
Puniceis humilis quantum saliunca rosetis:
Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.
Sed tu desine plura puer: successimus antro.

SERVIVS.

¶ Montibus in nostris.) Ac si diceret, in hoc territorio. ¶ Tibi certat.) Vsurpatū est, nā hodie certo tecū dicim'. ¶ Quid si idē certet Phœbū superare canēdo?) Offensus cōparatione inferioris, hoc dixit: licet non amare Menalcas dixerit, Solus certet tibi Amyntas. qd tamē quia hic aspera accepit, Ille paulopost curat, dicens, Lenta salix quantum pallenti cedit oliuę. ¶ Phyllidis ignes) Phyllis. Phyllis regina Thracū fuit. Hęc Demophoontem Thesei filiū regē Atheniensiū redeuntem de Troiano prælio dilexit, & in coniugiū suum rogauit. ille ait ante se ordinaturū rem suā: & sic ad eius nuptias reuersurū. Profectus itaq; cū tardaret, Phyllis & amoris impatientia, & doloris impulsu, q se spretā esse credebat: laqueo vitam finiuit, & conuersa est in arborem sui nominis. i. amygdalum sine foliis. Postea reuersus Demophoon, cognita re, eius amplexus est truncū, qui, velut sponsi sentiret aduētum folia emisit. Vnde etiā Phylla sunt dicta a Phyllide, quæ ante Petala dicebātur. Sic Ouidius in Metamorphoseon libris. ¶ Alconis laudes.) Alcon. Hic Cretēsis sagittarius fuit, cuius cum filium draco inuasisset, tāta arte direxit sagittam, vt ea currēs, in serpentis deficeret vulnere, nec transiret in filiū. ¶ Iurgia Codri.) Codrus, dux Atheniēsiū fuit, qui orto bello inter Laconas & Atheniēses: cū respondisset oraculum, illos posse vincere quorum dux perisset: habitu humili, pfectus est ad hostiū vicina tentoria: & illic iurgio eos in suā cædem instigauit, & a nullo cognitus, fecit locū oraculo. ¶ Cortice phagi.) Vbi. n. debuit magis rusticus scribere. ¶ Modulās alterna.) Secundū rythmū componēs. Alterna autem, varia, propter musicam: cuius sonus varius inuenitur ex pedum dissimilitudine. Significat autem cantaturum se epicedion & epitaphion. Nā epicedion est quod dicitur cadauere nondum sepulto. vt, Extinctum Nymphæ crudeli funere Daphnin. Epitaphion autem, post completam sepulturam dicitur. vt, Daphnis ego in syluis hinc vsq; ad sydera notus. ¶ Lenta salix quantū pallenti cedit oliuæ.) Rusticis vtitur comparationibus. Salix autem vilissima est arbor, oliuæ comparatione. ¶ Saliunca.) Herbæ genus, quam orci tunicam vulgo vocant. ¶ Rosetis.) Vbi rosæ nascuntur. ¶ Iudicio nostro.) Ac si diceret, Quid alii sentiant, videris. ¶ Desine plura puer.) Cessa te excusando, & alia dicendo. & subauditur obtendere vel dicere.

MANCINELLVS.

¶ Quid si idē.) Ægre ferēs Mopsus sibi cōparatum fuisse Amyntam, hęc ironicos refert. ¶ Phyllidis.) de hac lege Nasonis epistolā ad Demophoonta. ¶ Alconis laudes.) Alcon. De hoc Manilius, vbi de sagitta. lib. v. sic ait. Quinetiam ille pater tali sydere cretus Esse pōt, qui serpentē super ora cubantē Infelix nati, somnumq; animāq; bibentē, Sustinuit misso petere ac prosternere telo. Ars erat esse patrē, vicit natura periclum. Et pariter iuuenē somnoq; & morte leuauit. ¶ Iurgia Codri.) De Codro. Erant inter Athenienses, & Dorienses simultatum veteres offensæ, quas vindicaturi bello Dorienses, de euentu prælii oracula consuluerunt, responsumq; est superiores fore, ni regem Atheniensium cecidissent. Cum ventum esset in prælium, militibus ante omnia, custodia regis Atheniēsis præcipitur. Atheniensibus eodem tempore rex Codrus erat, qui & responso dei, & præceptis hostium cognitis, permutato regio habitu, pannosus, sarmēta colligens, castra hostium ingreditur: ibi in turba obsistentium, a milite, quem falce astu conuulnerauerat, interficitur. Cognito regis corpore Dorienses sine prælio discedunt, atq; ita Athenienses virtute ducis pro salute patriæ se offerentis bello liberantur. post Codrum nemo Athenis regnauit. administratio reipub. annuis magistratibus permissa. Hæc omnia ex Iustini lib. ii. de hoc aliqua in fine lib. i. tuscu. quæstionum. ¶ Immo.) Id est potius ista q̄ illa quæ tu obtulisti. Immo hæc Lycidas in vii. Theocriti ait. Incipe Simicida, paruum quod carmen in altis, Confeci pridem cantabo montibus. audi. ¶ Modulans.) Canendo componēs. ¶ Alterna.) Alternatio dicitur per vices successio, authore Festo. Sappho item ad Phaonem carmina sua alterna vocauit. i. alternis numeris succedentia, alterna ergo hic. i. varia Virg. iiii. Hæc alternanti potior sententia visa est, id est varia cogitanti. ¶ Lenta salix.) Offenderat nimis amicum Amyntæ comparatione, hinc illum placat comparatione præsenti. ¶ Puniceis.) Rubicundis, quasi phœniceis.

ASCENSIVS.

¶ Montibus in nostris.) Inter eundum ad antrum iterum cohortatur Menalcas Mopsum iuniorem, laudans eum prudenter quia sic vt non sibi omnino placeat nec securus desideat, dicens montibus in nostris solus tibi certat Amyntas, hoc est solum Amyntam æmulum habes in his regionibus qui tecum audeat cōtendere de laude cantilenę. Ad quod Mopsus indignatus puerili auditate laudis. Quid si idem certet Phœbum superare canendo? quasi dicat, nunquid propterea Phœbo timendus sit? Quod intelligens Menalcas, ne ab instituto diuertatur, omissa illius purgatione iterum cohortatur dicens: Incipe Mopse prior &c. quibus verbis tangit triplicem materiam quæ a poetis solet decantari. Amores. s. Phyllidis, qui ab amasiis poetis versu elegiaco, & propter infelicem exitum a tragicis describi possunt. Laudes Alconis in peritia sagittandi quæ lyrici carminis materies est, vnde Flaccus in arte. Musa dedit fidibus diuos puerosq; deorū, Et pugilem victorem & equum in certamine primū. Fidibus. n. canuntur hymni. i. laudes deorum, & victorum. Et iurgia Codri quæ ad heroicum carmen spectant: nam fortiter obiit pro repu. quales ab heroicis laudari & decantari solent. Bene ergo ad quāuis harum trium materiarum decantationem cohortatur puerum. At ille dicit sibi parata esse longe alia carmina intelligens de nece Daphnidis, quibus propter argumenti atq; subiecti de quo sunt, nobilitatem tantum tribuit, vt nō dubitet se illis Amyntam superasse: vnde insultans quodam modo dicit, tu deinde iubeto certet Amyntas. Verū Menalcas intelligēs stomachum pueri gloriæ cupidi nondum sedatum placat eum dicens. Lenta salix &c. ¶ Ordo est. Solus Amyntas pastor ille æmulus de quo dictum est, inuidit stultus Amyntas. Et, hęc eadē vt sciret quid non faciebat Amyntas? vnde non dubium quin per Amyntā intelligatur quispiam poetæ æmulus. certat tibi, contendit tecum de laude cantilenarum, in nostris mōtibus. Ad Siciliam respicit. Ad quod Mopsus. Quid sup. diceres si idem. s. Amyntas sed inuidiose non nominat eum, certet. i. conetur superare Phœbum. i. principem musicorū (quia Virgilius de musis loquēs dicit, In medio residēs complectitur omnia Phœbus. Vnde Flaccus in arte. Ne forte pudori Sit tibi musa, lyræ solers & cantor Apollo. Phœb' music'. Quinetiam sm̄ Plinium heroici carminis authorē, nā ipsum oraculo debemus) quasi dicat si forte certet, nō tamen ideo superet eum, ita nec me superat, licet mecum contendere audet. Menalcas autem prudenter dehortans ab æmulatione & ad cantilenam cohortans dicit. Mopse incipe prior, quasi dicat, subsequar, & te iuuabo, sed incipe prior. i. ante me (duo. n. sunt) si tu habes aut quos, id est aliquos amores Phyllidis. i. argumentum de amoribus quales erāt Phyllidis reginæ Thraciæ, aut si habes sup. aliquas laudes Alconis illius optimi sagittarii. i. argumentum lyricum de laude alicuius artis aut victoris, aut si habes supp. aliqua iurgia Codri. i. qualia Codrus rex Atheniensium excitauit vt pro rep. fortiter oppeteret, hoc est si habes carmina elegiaca, tragica, lyrica, aut heroica, incipe, quia, Tityrus mercenarius noster seruabit. i. custodiet agnos pascētes. Aut ideo dicit siquos aut Phyllidis &c. quia quilibet ea libenter canit quæ ipse habet, vnde Amasius poeta sere amores canit: sed præstat prior expositio, vt hęc pro omnibus similibus argumentis ponātur. Respondet Mopsus, Immo ego experiar. i. faciam experimentum, & periculum an bene condita sint hęc carmina quę ego descripsi nuper in viridi cortice phagi illius arboris, per quā poetam intelligi dat, qui sub phago dictus est recubuisse, & quæ ego modulans. i. cantando componens ad modulos, & certas mensuras alterna. i. alternatim vt ex varietate deprehenderent cōcentus, notaui: tu o Menalca iubeto deinde. i. postq̄ ea expertus fuero, vt sup. Amyntas certet mecū sup. q. d. tantum est in eis propter argumēti nobilitatē artis & suauitatis, vt etiam æmulus de se victum fateatur, vnde dicit Menalcas placans eum, Quantum salix lenta. i. flexibilis in paludibus nascens (quia dum solida fit, sane longa est) cedit oliuæ. i. vincitur ab oliua pallenti. s. cortice iam vetere. & quantū saliunca, herba illa humilis. i. humi nascens nec multum assurgens, cedit rosetis. i. fruticibus rosiferis, puniceis. i. rubicundis, tantum cedit tibi Amyntas, nostro iudicio. i. quantum nos iudicare possumus. q. d. videris tamen quid alii de te iudicēt. quod dicit ne securitas de victoria negligentē reddat. Sed tu puer desine plura sup. obloqui, nos successimus antro. i. peruenimus sub antrū vbi citare delegisti. ¶ Regula est. Verba ad certamen aut cōgressum pertinētia apud Virgilium sæpe cum datiuo construuntur, quæ apud alios fere cum ablatiuo mediante præpositione cum, construi solēt. Regula grāmaticalis. Vt hic certat tibi, pro tecum, & Ænei. i. infelix puer atq; impar congressus Achilli, id est cum Achille. Et eiusdem. iiii. placido ne etiā pugnabis amori? i. cum amore &c.

PIERIVS.

¶ Solus tibi Certet Amyntas.) In Mediceo & omnibus fere codi. antiquis Certat, legitur Indicatiuo modo. Sed in Oblongo Certet, vt in vulgatis est. & ita etiā est in citato versu apud Arusianum Messum. ¶ Quid si idem Phœbum certet superare.) In Medic. & aliquot aliis antiquis codicibus mutatis dictionibus legitur, Quid si idem certet Phœbum superare. quod parui momenti est. ¶ Aut iurgia Codri.) Seruius ait. Orto bello inter Laconas & Athenienses. At Plutarchus in parallelis ex historico Socrate bellum hoc aduersus Thracenses ponit. Codrumq; vno ex hostibus falce interempto concitasse alios in cædem suam. Tu quæ multa Iustinus de Codri morte exequitur, videris. ¶ Iubeto certet Amyntas.) In Roma. codi. in Longobardico, & in Mediceo legitur Iubeto vt certet. Sed enim absq; vt, elocutio venustior videtur bonæ eruditorum parti.

{Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnin Mo.
Flebant; vos coryli testes, & flumina nymphis:
Cum complexa sui corpus miserabile nati,
Atq; deos, atq; astra vocat crudelia mater.
Non vlli pastos illis egere diebus
Frigida Daphni boues ad flumina. nulla neq; amnē
Libauit quadrupes: nec graminis attigit herbam.
Daphni tuum Pœnos etiam ingemuisse leones

SERVIVS.

¶ Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnin.) Multi dicūt simpliciter hoc loco desleri Daphnin quēdā pastorem. Alii dicunt significari per allegoriā C. Iulium Cęsarem, qui in senatu a Cassio & Bruto viginti quatuor vulneribus interemptus est. Vnde &. ¶ Crudeli funere.) volūt dictū. Alii volunt Quintiliū varū significari cognatū Virgilii. de quo ēt Horatius, Ergo Quintiliū ppetuus sopor vrget. Tamen ¶ Crudeli funere.) ad quēuis pōt referri. ¶ Vos coryli testes & flumina nymphis.) Bene testimoniis vtit in rebus incredibilibus. Nam fletum facile dearū persona non recipit. Et bonis vsus est gradibus: fleuerunt

Universidad de Deusto Biblioteca

Interitum, montesq; feri, syluæq; loquuntur.
Daphnis & Armenias curru subiungere tigres
Instituit: Daphnis thyasos inducere Baccho:
Et folijs lentas intexere mollibus hastas.

runt nymphæ, qbus insita est naturaliter pietas; homines, ad quos mortis peruenit dolor. Pecudes, quæ licet ratiōe careant, tamen nō carent sensu. Feræ, crudelitate gaudentes. Quam rem rursus quia incredibilis est, testimonio comprobat, dicens. Hoc & montes loquuntur, & syluæ. Quod autem ait, coryli testes, & flumina, vsurpatum est, nam testes flumina non dicimus. Quæ enim in is exeunt, neutrum in e mittunt: vt agilis & hoc agile. Sed nec hoc teste, & hęc testia possumus dicere. Vnde per diffinitionem debemus dicere, testes mihi sunt hæ res coryli & flumina. Sic Horatius, Testis Metaurum flumen. Propertius, Testes sunt sydera nobis. ¶ Astra crudelia.) Quæ accelerauerunt Daphnidis mortem. ¶ Complexa sui corpus miserabile nati.) Lugentium est vt & corpori inhæreant. ¶ Nulla quadrupes.) Hic & hæc quadrupes dicimus: alibi, Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit. ¶ Montesq; feri syluæq; loquuntur. Hyperbolicos dixit. Et notandum ꝙ cum dicere cœperit eius apotheosin, contra lætitiam rebus omnibus dabit, quas nunc in mœrore fuisse memorauit. ¶ Daphnis & Armenias curru subiungere tigres.) Hoc aperte ad Cæsarem pertinet: quem constat primum sacra Liberi patris transtulisse Romam. ¶ Curru.) Pro currui. ¶ Thyasos.) Saltationes, choreas. Liberi id est liberalia.

MANCINELLVS.

¶ Extinctum nymphæ.) Maro vt diximus Theocritum imitatus est, & ille obitum Daphnidis deflet in prima Ecloga, crediderim tamen Cæsarem hic intelligi qui tribus &.xx. plagis confossus est, C. Cassio, Marco & Decio Bruto principibus conspirationis, de quo latius dicemus in fine lib. j. Geor. illud autem me credere Cæsarem intelligi cogit, ꝙ Daphnin inter deos relatum, dicit, quod & Cęsari euenit, de quo legito Tranquillum. Appianus etiam lib. ij. de Cæsare sic ait. Templa illi plurima, veluti deo publicis decretis statuta sunt. ¶ Crudeli funere Daphnin.) Theocritus quoq; ait in primo. Diro moritur nam funere Daphnis, obierat autem amore, vnde ait ipse. Efferor ad manes crudeli raptus amore, Dixerat, & sæuo cōsumptus amore quieuit. ¶ Astra cru.) Hoc ait quoniam vt Manilius etiam inquit lib. iij. Fata quoq; & vitas hominum suspendit ab astris, Sic felix, aut triste venit per singula fatum. ¶ Nō vlli pastos.) Hoc ait, quoniam Daphnis ipse in prima Theocriti inquit. Ille ego sum Daphnis cui lætis pascere campis Cura boues, domitos & duros ducere tauros. Fontibus & liquidis plenas depellere vaccas. ¶ Ingemuisse leones.) Thyrsis quoq; ait in. j. Theocriti, hunc lynces flerunt morientē, & turba luporum. Fleuissent etiam libyci mihi credo leones, Daphnidis interitum, multæ gemuere iuuencæ. ¶ Armenias tigres.) Hæ sunt Hyrcanię sæuum ferarum genus, vt Mela scribit. sunt autem Solino teste, distinctæ maculis, immanes, & pernicitate mirabili. Lynces autem & tigres Bacchi currum trahunt, vt & Statius scri. sed videntur Baccho assignari, teste Probo, vt per earum colorem in vino varias esse hominum mentes intelligamus, vel vt per eas sæuitia demonstretur, quod quidem poti infinitam excedūt crudelitatem. ¶ Thyasos.) Thyasos solatia apud nos, & chorea dici potest, ꝙ quidem Baccho exhibebatur, deducitur autem a thyo, quod est sacrifico, excito, festino, in illius. n. sacrificio exerceri consueuerat. ¶ Lentas hastas.) Thyrsos dicit, erant enim hastæ quędam pampinis inuolutę, quas Bacchantes, in choreis deportabant.

Tigris.

Thyasos.

ASCENSIVS.

¶ Extinctum nymphæ &c.) Postq̄ ergo consederāt incipit Mopsus experiri ea carmina quæ se descripsisse in cortice phagi prædixerat, quibus deflet necem Daphnidis qui habitus est optimus pastor, intelligens haud dubie Cæsarem quem innuit optimum Romanorum imperatorem & dignitatis Romanę custodē: atq; ita per matrem Daphnidis quæ nympha erat allegoricos Romā intelligere possumus: quæ orba tanta prole in luctum concidit. Quod vero post mortē Daphnidis dicit pecudes mœrore contabuisse, & arua sterilitate, eo pertinet vt reipub. iacturam per mortem Cæsaris significet, per quam eius salus sperabatur. Nā si post eum non libera mansit: sed a triumuiris occupata, multis ciuilibus bellis attrita est, nec obstat ꝙ dicturus est, Et puer ipse fuit nam vt illic dicam, eius potest esse alius sensus. Quę vocabula expositionis egent, aut in Seruio, aut in Mancinello declarantur. Sciendum autem est quia Mopsus iunior deflet necem Daphnidis, & Menalcas exultat ob diuinitatem eius, quā per emigrationem ac transitum ad superos adeptus est. ¶ Ordo est, nymphæ. i. deæ fluminū, fontium, montium, aut syluarum, sed nympha dicitur etiam spōsa, vnde paranymphus dicitur pronubus, quo circa allegoricos intelligendæ sunt matronæ Romanæ, flebant. i. deplorabant & illachrymabant Daphnin, pastorem illum optimū & pulcherrimum Apollinis & nymphę filium allegoricos Cęsarē præstantissimum. i. imperatorē, extinctum. i. occisum extincto calore vitali, vulnere crudeli. i. crudeliter illato ab ijs, videlicet quibus ipse pepercerat, vos Coryli & flumina estis sup. testes. i. perhibetis testimonium nymphis (hoc est scitis quam mœstitiā nymphæ inter corylos & ad flumina, hoc est ad loca secreta, ne ab interfectoribus deprehenderenꝰ exercuerunt) flebant inquā nymphæ eum. i. quādo aut interea dum mater cōplexa. i. inter brachia vt sit cōtinens, corpus nati. i. filij sui Daphnidis, miserabile. i. miseratione dignum, vocat atq; deos atq; astra. i. & deos & astra vel tam deos q̄ astra crudelia. (Id autem solent qui charissimum quęq; amiserunt, vnde Æneas post amissam cōiugem Ænei. ij. Quē nō incusaui amēs hominumq; deorumq;?) Non vlli &c. conuertit sermonem ad Daphnin quasi in consolationem eius: sed vidētur mihi hęc carmina sic condita esse, quasi sint excogitata ad legem amebœi carminis, procedunt enim per clausulas: quam rem significauit eorum author dicens, & modulans alterna notaui. ¶ Ordo igitur est. O Daphni vlli sup. Bucolici seu armētarij: nō egere. i. egerunt, hoc est minauerunt illis diebus, quibus. s. te nymphæ materq; flebāt, boues pastos. i. licet pasti essent, ad flumina frigida. i. ad refrigeratiua & temperatiua pasturæ, vnde grauem iacturam facere poterant quia pasti nō adaquabantur, & nulla quadrupes. i. pecus, neq; libauit. i. etiam modicum degustauit amnem. i. fluuium circūnantē nec attigit herbam graminis. i. frondem aut comam herbæ vulgaris. (Hic iterum tres negationes non plus efficiunt q̄ duæ facerent si dictio, nulla in fine poneretur: diceretur enim sic, neq; amnem libauit, neq; herbā attigit quadrupes vlla, nonnulla.) O Daphni, & montes feri. i. in qbus versanꝰ feræ, allegoricos, proceres immites & cōiurati, & syluæ. i. syluestres. i. agrestes, loquuntur. i. perhibent & attestantur etiā leones pœnos. i. punicos, qui iubati & ferocissimi sunt. i. ipsos sicarios qui te trucidauerunt, ingemuisse. i. multum gemuisse, hoc est multo gemitu prosecutos esse: tuū interitum (Si ad Theocritum respexerimus: diximus omnia simpliciter dicta. Nam ille eadem de Daphnide ferè dicit, verum multa est Maronis ars, qui Theocritum imitādo institutum suum persequi nouit) Daphnis & Armenias &c. Incipit vt dixi quasi nouū carmen nec superioribus cōtinuatum, vnde & personam mutat in tertia persona nunc loquens, & si vt Seruius docet, hæc sequētia manifeste de Cæsare dicta sunt, non video, cur reliqua de eo dicta negem. ¶ Ordo est. Daphnis instituit. i. primus ordinauit (quod Cæsar Romæ primus fecit) subiungere curru. i. subiugare ad currum, &. i. etiā, armenias. i. hyrcanas tigres quæ ferocissimæ sunt, & Daphnis instituit inducere, aut Daphnis inducere ꝑ inducebat Thyasos. i. saltationes cœlestes Bacchi. i. quę fieri solēt in honorem Bacchi, & instituit intexere hastas lentas. i. molles Thyrsos, folijs. i. frōdibus mollibus. s. vitium, hoc est pampinis, sic enim vocantur. ¶ Regula est. Nomina quartæ declinationis legitime inflectuntur, si mittant genitiuum, us, & datiuum in, u, aut genitiuum in uis & datiuum in ui: ita vt in eis pares sint syllabæ. At nunc genitiuum in, us, & datiuum in ui, duntaxat mouemus, licet veteres illū in uis, diuisas syllabas & tunc in, u, frequentius inflexerint, vnde est apud Comicum anuis causa. Et hic curru subiungere pro currui, vt quidam volunt.

Nymphæ.

Ordo.

Nympha.

PIERIVS.

¶ Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnin flebant.) In Romano codice, quia putabant adspirationē non nisi vocalibus applicari, nomen hoc passim adspiratione, vel sublata, vel translata post n, scripserunt, Daphnin: In aliquot absq; vlla adspiratione scribitur Daphnin. vt in Mediceo habeꝰ. Daphnidis porro mortem ex amore prouenientē Theocritus late scribit in Ode Thyrsidis. Quod vero hic Quintili intelligitur sub Daphnidis persona ostēdere videtur Hora. vbi de Quintilio ait. Nulli flebilior q̄ tibi Virgili. Solent enim poetę libenter alludere ad amicorū operā. Eaq; suo ita testimonio apud posteros commendare. Fuit vero Quintilius hic Cremonēsis, de quo Euseb. in lib. de temporibus. Quintilius Cremonēsis Virgilij & Horatij familiaris, loquitur. ¶ Frigida Daphni boues ad flumina: nulla neq; amnem.) In Longobardico legiꝰ. Ad flumina vlla neq; amnē. absq; collisione in quarto pede, quod nescio qd magis miserabile sapit. ea exilitate prolatū, puncti præsertim interpositi suspensione. ¶ Libauit quadrupes.) In Ro. codi. passim legiꝰ. Quadripes. p. i. in penevltima. Vt bipes. Tripes. In vsu vero remāsit. Quadrupes, per u, vt ex cōtimace cōtumax. Aucupium ex aucipio, de quibus alibi. ¶ Pœnos etiam ingemuisse leones.) In Ro. codice legere est, Gemuisse. Sed ingemuisse maiorem habet vim, & numerus ipse magis delectat. ¶ Syluæq; loquunꝰ.) In Ro. codice, & in Longobardico locunꝰ per c, quia veteres, q, literā ignorabant. ¶ Armenias curru subiungere Tigres.) Ita quidē legēdū. Sed in Romano codice legitur. Armenia, puto scriptoris negligētia: reliquæ dictiones permistæ sunt, & punctis male distinctæ. Est. n. Currus vbi iungere Tigres. Quod nonnulli nunc eius codicis authoritate moti exponere volunt hoc ordine. Daphnis instituit iungere Tigres Armenias, vel vt in Romano, Armenia. In ea qppe prouincia: currus vbi. s. etiā iunxit. Sed vulgata lectio castior. ¶ Inducere Baccho.) Baccho, passim habetur in impressis codicibus. In antiquis omnibus. Bacchi. vt sit Thyasos Bacchi. In Longobardico vltima litera abrasa est. Et o, repositū, aliena manu, & atramēto: videtur vero Bacchi fuisse prius. Si tamen malis Baccho acquisitiue legere, nō laboro. ¶ Mollibus hastas.) In Longobardico, & aliquot veteribus codicibus. Astas passim legas absq; adspiratiōe. Nomini tamen huic accessit aspiratio ex antiquo vsu.

Vitis vt arboribus decori est: vt vitibus vuæ:
Vt gregibus tauri: segetes vt pinguibus aruis:
Tu decus omne tuis. postq̄ te fata tulerunt:
Ipsa Pales agros, atq; ipse reliquit Apollo.
Grandia sæpe quibus mandauimus hordea sulcis,
Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.
Pro molli viola, pro purpureo narcisso,
Carduus, & spinis surgit paliurus acutis.
Spargite humum folijs: inducite fontibus vmbras
Pastores: mandat fieri sibi talia Daphnis.
Et tumulum facite: & tumulo superaddite carmen.
Daphnis, ego in syluis, hinc vsq; ad sydera notus,
Formosi pecoris custos, formosior ipse.

SERVIVS.

¶ Vitis vt arboribus.) Locus Theocriti est. ¶ Tuis.) Si Romanis, Cæsar: si pastoribus, Daphnis. ¶ Pales.) Dea pabulorū. ¶ Apollinē) autem dicit νόμιον. i. pastoralē. Nā Admeti regis pauit armenta. & hoc dicit, Nec pabula nascenꝰ, nec pecora. ¶ Grandia hordea.) Vsurpatiuę metri causa dixit: nā triticū, hordeū, vinū, mel, numeri tātū singularis sunt. Vnde plurali in prosa vti nō possumus, vina tantū possumus dicere Ciceronis exemplo, qui ait in prætura. Vina, cæteraq; quę in Asia facile cōparantur. ¶ Mandauimus.) Cōmendauimus vel seminauimus. & recte dicitur reddituris. ¶ Infelix lolium.) Inutile, infœcundū. ¶ Steriles) autē auenas fecundū situm Italiæ dixit. Nā in Thracia fructuosæ sunt. Hæc aūt dicit cōtingere, vt ostendat terrā dolere quoq; Daphnidis mortem. ¶ Paliurus.) Herba asperrima & spinosa. ¶ Spargite.) Implete vt, Spargiꝰ & tellus lachrymis. Et dicit ornandū esse sepulchri locum ex voluntate defuncti. ¶ Inducite fontibus vmbras.) Facite nemora circa fontes, & hoc ideo, quia, vt diximus, heroum animæ habitāt vel in fontibus, vel in nemoribus, vt, Lucis habitamus opacis, Riparumq; toros, & prata recentia riuis Incolimus. ¶ Superaddite carmen.) Duos versus carmen vocauit. Nec mirum: cum etiā de vno carmine dixerit: vt, Et rem carmine signo, Æneas hæc de Danais victoribus arma. ¶ Daphnis ego in syluis, hinc vsq; ad sydera notus.) In syluis notus: & hinc vsq; ad sydera. ¶ Formosi pecoris custos, formosior ipse.) Si ad Cæsarem referas, hoc dicit, Boni populi optimus Imperator.

MANCINELLVS.

¶ Pales.) Vt Naso, & Fest. ait, dicebatur pastorum dea, cuius festa parilia dicebantur, ꝙ pro partu pecoris eidem sacra fiebant. de hac latius. iij. Georgi. ¶ Apollo.) Apud Amphrysum Thessaliæ fluuium Apollo Admeti regis armenta iussus seruiendi cōtumelia. x. annis luere temeritatem, qua Cyclopas perdiderat, qui fulmen fecerant, quia indignabatur eo percussum Æsculapium filium, author est Probus, quare aūt id dictum fuerit lib. iij. Geor. aperiemus. ¶ Infelix lolium.) Et nocens & infelicitatem apportans. Est enim vnum e vitijs, & morbis frugum, nocet etiam oculis, hinc ait Naso fasto. j. Et careant lolij oculos vitiantibus agri. Theoph. autem lib. viij. scribit ꝙ nullum ex seminibus corruptū mutari in aliud aptum est, præterquàm triticum, atq; hordeum, quæ mutari in loliū afferunt. ¶ Steriles auenæ.) i. inanes & vanæ. Virgi. lib. j. Geor. Expectata seges vanis elusit auenis. Inueniunꝰ enim auenæ quædam inanes, inueniuntur & fertiles: quæ quidē pro iumentis feruntur. Steriles. item dicit. i. sterilitatē causantes, ait nanq; in. j. Geor. Vrit enim lini campū seges, vrit auenæ, vsq; Pli. inquit lib. xviij. primum omniū frumenti vitium auena est, & hordeum in ea degenerat. ¶ Narcisso.) De violis & Narcisso superius dictum est. Carduus, hic folio & caule spinoso lanugines habet, & semine, & radice nasci potest. Pli. li. xxj. ¶ Paliurus) Theophrastus lib. j. scribit paliurum fruticem esse & lib. vj. indicat paliurū in harmis tantū habere aculeos, meminit item latius lib. iij. a quo quidem Pli. accepit, quod de paliuro scribit lib. xiij.

Pales.

Apollo.

Lolium

Auenæ.

ASCENSIVS.

¶ Vitis vt arboribus decori est.) Recitat adhuc carmina sua de Daphnidis interitu Mopsus, sed vt dixi, varias sententias interserit, ita vt per interualla pronuncianda videātur, & quasi alternatim canēda. Vtens ergo iuxta exigentiam & decorū Bucolici carminis comparatione rerum agrestiū, dicit, Daphnin fuisse decus omne atq; ornamentum suis: nō dicens quibus, vt ad Cæsarē referri posset. probat autē & decus & salutem fuisse aruis & pascuis: quę eius morte a numinibus suis destituta sunt: per quam rem ostēditur quàm necessaria fuerat Daphnidis præsentia: innuens damnosissimam reipu. fuisse Cæsaris necē, cōcludens aūt carmen suum ponit epitaphium inscribendū tumulo Daphnidis: ī quo manifesta est allegoria vt sub ordine dicam: qui talis est. ¶ Vt. i. quemadmodum. vitis est arboribus. s. vlmis præcipue quibus maritaꝰ in Italia atq; adheret vitis: decori. i. ad decus & ornamentū quod arboribus sterilibus rusticus nullum iudicat esse nisi vitē sustentet: & vt. i. qualiter vuæ, id est racemi aut botri: sunt vitibus decori: & vt tauri, id est maiores boues, aut quia submissarij, sunt gregibus, scilicet armētorū: (vnde grex generaliter est quorumuis animalium cōgregatio) decori: & vt segetes sunt aruis. i. agris aratis, pinguibus, id est opimis, decori, ita supp. o Daphni es tu tuis. s. amicis & notis ac subditis: omne decus. i. ornamentū, probat quia postquàm fata tulerunt, id est abstulerunt te, id est postquàm mors abstulit nobis te, ipsa Pales. i. dea pabulorum ac pascuorum quæ ea curare maximopere deberet. (vnde ipsa & ipse hic emphasim habent) atq; ipse Apollo, scilicet Nomius hoc est pastoralis (quia Apollo dicitur pauisse armentum Admeti) reliquit agros. Et ideo quia sine numinibus erant, lolium, id est herba illa nociua quæ & zizania dicitur, infelix, id est infelicitatē ac pauperiem inferens colonis, & auenæ steriles, id est exiguæ & modicæ aut vanæ, & inanes ac sterilitatem inducentes: dominantur sæpe sulcis. i. fissuris aratri, hoc est vi sua oppressis melioribus satis oriuntur in illis sulcis: quibus mandauimus. i. credidimus & cōmisimus quasi ad vsurā vt plus reddant quàm acceperint: hordea. i. frumenta illa grandia. i. magna respectu auenæ.) Non mirum sit si hordea frumentum dico: quia generali appellatione omnia semina quibus fruimur frumenta vocātur licet Galli ferè pro tritico accipiant.) Et carduus, id est tribulus & herba spinosa & paliurus, id est frutex ille acutis spinis, id est habens acutas spinas, aut paliurus surgit, supp. cū acutis spinis suis, pro molli viola & pro Narcisso purpureo, id est purpurei coloris, hoc est loco violæ & Narcissi seu vbi violæ & Narcissi surgere deberent. Spargite &c. Inceptat iterum aliud carmen inuitans pastores ad mollē sepulturam Daphnidi extruendam, quā ad beatitudinē defunctorū pertinere stulta credidit gentilitas, vnde est illud Persianū. Assensere viri: nunc non cinis ille poetæ. Felix nō leuior cyppus nunc imprimit ossa. Laudant conuiuæ nunc non ē manibus illis. Nunc nō ē tumulo fortunataq; fauilla Nascētur violæ. Et illud Iuuenalis. Dij maiorum vmbris tenuem & sine pondere terram, Spirantesq; crocos & in vrna perpetuum ver, Qui præceptorem sancti voluere parentis Esse loco. Et Martialis. Sit tibi terra leuis mollīq; tegaris arena. Tibullus autem econtrario pro maledicto imprecatur dicens. O tu qui venerem docuisti vendere primus. Quisquis es in felix vrgeat ossa lapis. Ordo igitur est. O pastores spargite, id est cooperite spargendo humum, id est terram, folijs. i. frondibus arborum, aut folijs florum, inducite fontibus vmbras. i. facite lucum circū fontes, quia Daphnis mandat talia fieri sibi, & facite sup.

Ordo.

paliurus

te supp. Daphnidi, tumulum, i. sepulturam habētē tumorē, tantū enim erigitur terra, quantum eſt quod imponit̃ corpus, & super addite tumulo carmen. i. inſcriptionē ac epitaphiū ſequens. Ego ſup. qui hic ſepelior ſum Daphnis notus in ſyluis. i. in locis ſyluestribus aut in omnium rerū cogerie: hinc. i. ab hoc loco vſq; ad ſydera, ipſe. i. ego q ſum cuſtos pecoris formoſi: formoſior ſup. eo. i. boni populi optimus imperator. Et hoc ſi ad Cæſarē referatur. Ad quod aptum eſt vocabulū illud in ſyluis. Nā ſyluæ dicuntur ab hyle ſecundū quoſdā: accipitur nonnunquàm pro horoſcopo, vnde allegoricos dictū volunt. Cui mater media ſeſe tulit obuia ſylua. Itaq; Cæſar diceret ſe in primordijs rerum notum.

PIERIVS.

¶ Grandia ſæpe q̃bus mandauimus hordea ſulcis.) In aliquot codicibus antiq̃s legere eſt. Sæpe quidē mādauimus. Sed q̃bus receptū magis. Hordea vero per aſpirationē ſcribendū ex antiq̃s pleriſq; codicibus, & ex hiſtoria, nā fordeū prius dicebat̃, inde f. in h. trāſeunte hordea. ⁋ Infelix loliū & ſteriles, dominant̃ auenæ.) dominant̃, In impreſſis tm̄ codicibus legi. In antiq̃s vero oībus quotquot habere cōtigit, naſcunt̃ eius loco poſitum obſeruaui. Dominant̃. n. quod numeroſius eſt, oīno habet̃ in Georgicis, qui ſtylus ſupra Bucolicū non nihil extollitur. Steriles vero auenas dixit ea de cauſa: quia frumēti vitiū eſt auena, & hordeū quoq; in eam degenerat, quod quidē vitiū Soli maxime cœliq; humore euenire tradit Pli. li. xviij. naturalis hiſtoriæ, ſequētēq; cauſam eſſe ſeminis imbecillitatē, cum diutius retentū eſt terra priuſquā erumpat. Eadē eſt ratio ſi carioſum fuerit, cum ſereret̃. Neq;. n. inficias ierim auenā eſſe genus ſegetis. Sed hoc loco de ijs quę degenerant, Poeta loquit̃. Hęc ideo libuit inſerere: q̃a nō ſatis placebat, quæ ponunt̃ ab interpretibus. ⁋ Pro molli viola, pro purpureo Narciſſo.) In Ro. codice additum eſt, et, legiturq;. Pro molli viola, & pro purp. narciſ. Sed abſq; ea particula copulatiua lectio mihi videt̃ elegantior. Quod vero ſequitur de Paliuro, quā Seruius herbam aſperrimā & ſpinoſam eſſe dicit, Theophraſtus fruticē, Pli. arborē agnoſcit in Cyrenaica maxime regione late prouenientē. Nihil tn̄ phibet, quin & herba ſit, quāuis in Cyrenaica regione ad ſpeciē & magnitudinē fruticis aſſurgat. Nā & Lotos herba atq; itidem arbor eſt. ⁋ Inducite fontibus vmbras.) Ita pleraq; antiqua legunt exēplaria, quod etiā in vulgatis codicibus habet̃. In Romano tn̄, aras, non vmbras, legitur, & aliquot exemplaria non fontibus, ſed frondibus, habēt: quāuis & alicubi frondubus per u. ſit, vt nō inuenuſte legas. Inducite frondubus aras. Nam inducere veſtire etiā ſignificat, vt apud Suetoniū in Auguſto, Calceum præpoſtere inductū legas. Hæc tamen ita dicta ſint vt minime diſpliceat vulgata lectio. Fontibus vmbris.

SERVIVS.

> {Tale tuum carmen nobis diuine poeta: ME.
> Quale ſopor feſſis in gramine: quale per æſtum
> Dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtinguere riuo.
> Nec calamis ſolum æquiparas, ſed voce magiſtrum.
> Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.
> Nos tamen hæc quocunq; modo tibi noſtra viciſſim
> Dicemus: Daphninq; tuum tollemus ad aſtra:
> Daphni ad aſtra ferem⁹: amauit nos quoq; Daphnis.
> {An quicq̃ nobis tali ſit munere maius: Mo.
> Et puer ipſe fuit cantari dignus: & iſta
> Iam pridem Stimicon laudauit carmina nobis.

¶ Tale tuū carmen.) Laudāt ſe inuicem, vt diximus ſupra. ⁋ Quale ſopor.) qualis res. vt, Dulce ſatis humor. ⁋ Feſſis.) Fatigatis labore. ⁋ Nec calamis ſolū æquiparas, ſed voce magiſtrū.) Vt allegoria q̃ſi ad Theocritū & Virgiliū reſpiceret: hinc eſt, Nunc eris alter ab illo. i. tu ſolus poſt illū, Bucolicū carmē ſcribes. ⁋ Quocūq; mō.) Prout poſſum⁹. Et dicit ſe Daphnidis dictu‹ apotheoſin. i. relationē, in deos. ſ. pertinētē ad diuinitatē, cū hoīes inter deos cōmemoram⁹. vt. ⁋ Daphninq; tuū tollem⁹ ad aſtra.) Tuum. i. quē diligis. ⁋ Tali munere.) Si amicū laudaueris. ⁋ Puer ipſe.) Mō Daphnin intelligimus. nā Cęſar nō puer occiſus eſt, ſed maioris ætatis. ⁋ Iam pridē Stimicon laudauit carmina nobis.) Ac ſi diceret, ſcio eſſe optima q̃ dictur⁹ es: fruſtra verbis extenuas quia ille ſupra verecūde dixerat. Quocūq; mō tibi nr̄a viciſſim.

MANCINELLVS.

¶ Tu nunc eris alter ab illo.) De Theocrito intelligere nō abſurdum eſt, nam reuera Maronis magiſter fuit: hoc in opere, vt etiā paſſim oſtendimus. In grammatica vero Parthenio p̄ceptore in græcis vſus eſt, authore Macro. lib. vj. Et puer ipſe fuit. Thyrſis item ait in prima Theo. O miſer infelixq; puer: & in. vj. Theo. inquit. Daphnis erat mentum prima lanugine tectus. Cādidus inſuetum: propter hoc de Cæſa. intelligere potes. Licet multa ſecūdum Theocritum ipſi Daphnidi referantur, vt oſtendimus.

ASCENSIVS.

¶ Tale tuū carmē &c.) Menalcas vt candidus. i. minime inuidus: poeta laudat Mopſi iunioris amici carmē: quo ipſum ad maiora incēderet. Et modeſtè innuit ſibi quoq; carmē eē quo reſpōdeat ſicut receperat. Ad quod audiendū ſe auidū oſtendit Mopſus, vt mutuā amicitiā facile inter eos agnoſcas. Sanè per Menalcā videt̃ poeta hic intelligi, ſicut in Meri. ¶ Ordo eſt. O Mopſe diuine poeta. Bene vocat poetā diuinū: q̃a omnis poeta vates, nec pōt verus poeta dici cui nō ſit mēs diuinior quàm cęteris, vnde Flaccus in primo ſermonū de poeta dicit. Ingeniū cui mēs diuinior atq; os Magna ſonaturum, des nois hujus honorē. Mentē aūt diuinā habent poetę, aut q̃a diuinādi peritiā, aut quia deo poſſeſſam. vnde Oui. Eſt deus in nobis agitāte caleſcimus illo. Et quia ſpūs diuin⁹ in eis prædominat̃, ita vt deo potius authore quàm hoīe cantare putent̃, dicunt̃ ēt inſani & furere diuino furore. Aut quia diuini officij imitatricē, nā ſicut deus ſolus ex nihilo creat, ita poetę ſæpe quaſi de nihilo fingūt. Sed ordinē pſequamur, o diuine poeta tuū carmē eſt ſup. nobis tale. i. res tam ſuauis ac delectabilis, quale. i. quàm ſuauis, ac delectabilis res eſt feſſis. i. defatigatis: ſopor in gramine, & quale. i. qualis res eſt: reſtinguere. i. ſedare ſitim p æſtum. i. vehementiā ſitis ex calore puenientē, riuo dulcis aquæ ſalientis. i. emicātis ac ſcaturientis. Nec pro quia nō (nam nec idē eſt quod & nō, & aūt videt̃ interdū pro quia capi) quia tu æquiparas magiſtrū, id eſt te equalē facis magiſtro. i. Bucolici carminis hoc eſt Theocrito, nō ſolum calamis. i. fiſtulis tenuib⁹ ex calamis ſeu culmis factis: ſed ſup. etiā voce. ſ. tua quæ humana eſt: hoc eſt non ſolū ſcis fiſtula, ac tibijs, ſed ēt voce plurimū vales. O puer fortunate. i. beate & proſpera fortuna vſe. tu eris nūc. i. poſt hac alter. i. ſecūdus & pximus ab illo. ſ. notiſſimo magiſtro, hoc eſt Theocrito, hoc eſt pxima laus in canēdo Bucolico debebit̃ tibi, & ita eris fortunatus. Quo verbo moraliter ſignificat̃ vnumquēq; reponere beatitudinem in eo quod maxime diligit, ſed q ad carmē nati ſunt: videt̃ ipſum maximopere diligere: vnde Flaccus in primo carminum. Me doctarū ederę præmia frontiū. Dijs miſcent ſuperis. Et paulo poſt. Quod ſi me lyricis vatibus inſeris Sublimi feriā vertice ſydera. Menalcas ergo, aut vt puerū ad carmē incenderet, aut quia re uera beatū putaret: q̃ſquis muſices peritus eſſet fortunatū vocat, eo q laudē Theocriti aſſecutus ſit. Deinde modeſte extenuās cantilenā ſuā dicit, Tametſi proxime ad laudē Theocriti accedis: tn̄ nos dicemus tibi viciſſim hæc noſtra ſup. carmina, quocunq; modo. i. qualitercunq; poterimus, licet ruditer ac incōdite, & tollemus. i. extollemus & trāſferemus Daphnin tuū. i. quē tātopere amas: ad aſtra. i. oſtēdemus ipſum receptum eſſe in numerū deorū. Ferem⁹ inquàm Daphnin ad aſtra, q̃a Daphnis amauit quoq; i. etiā nos. q. d. nō ſolū te. Ad quod Mopſus. An ſup. putas o Menalca, q quicquàm. i. quæuis res aut quoduis munus aut donū, ſit nobis. i. reputabitur a nobis maius. i. præſtantius, & acceptius tali munere. ſ. quali feretur Daphnis meus in aſtra. q. d. nihil gratius nobis cōtingere poſſet, quia ipſe. ſ. Daphnis fuit dignus cantari, &. i. etiā puer. i. cum adhuc puer eſſet nedum modo in cœlū tranſlatus, & Stimichon vir ille cantandi peritus, laudauit nobis iampridem. i. pridem laudauit & adhuc laudaret ſi de eis ſermo incideret, iſta. i. tua carmina. Quibus verbis (vt prædixi) nō prohibemur per Daphnin Cæſarem intelligere, licet ille non occiderat puer. quia & accipit̃ hic pro etiā vt ſit non ſolum prouectior ſed etiā puer fuit dignus cantari: ad quod ſuffragat̃ verbū præteriti temporis. Si etenim de eo qui puer obierat loqueretur, diceret non fuit, ſed eſt: quia iam inter deos habitus. Præterea notandum quia iampridem nō ſemper verbo præſentis temporis iungitur, præſertim cum verbi ſignificatio non actu ſed habitu perſiſtit vt hic. iampridem laudauit. Nō. n. iam actu laudabat Stimichon, & tamen ſi mentio incideret laudaret. Præterea iſta nō dixit ad contemptum, ſed ad ſecundam perſonam referendo.

Poeta diuin⁹.

PIERIVS.

¶ Quale ſopor feſſis.) In Ro. cod. Laſſis hoc alterum ex his paraphraſis eſſe debuit.

Seruius

SERVIVS.

> {Candidus inſuetum miratur limen Olympi: Me.
> Sub pedibusq; videt nubes, & ſydera Daphnis.
> Ergo alacreis ſyluas, & cætera rura voluptas,
> Panaq;, paſtoresq; tenet, Dryadasq; puellas.
> Nec lupus inſidias pecori, nec retia ceruis
> Vlla dolum meditantur. amat bonus ocia Daphnis.
> Ipſi lætitia voces ad ſydera iactant
> Intonſi montes: ipſę iam carmina rupes,
> Ipſa ſonant arbuſta, deus deus ille Menalca.
> Sis bonus ò felixq; tuis, en quatuor aras:
> Ecce duas tibi Daphni: Duoq; altaria Phœbo.
> Pocula bina nouo ſpumantia lacte quotannis,
> Craterasq; duos ſtatuam tibi pinguis oliui:
> Et multo in primis hilarans conuiuia Baccho,
> Ante focum, ſi frigus erit, ſi meſſis in vmbra,
> Vina nouum fundam calathis aruiſia nectar.
> Cantabunt mihi Damœtas, & Lyctius Ægon:
> Saltantes Satyros imitabitur Alpheſibœus.
> Hæc tibi ſemper erunt: & cum ſolennia vota
> Reddemus nymphis: & cum luſtrabimus agros.
> Dum iuga montis aper, fluuios dum piſcis amabit:
> Dumq; thymo paſcentur apes: dum rore cicadę,
> Semper honos nomenq; tuum, laudesq; manebūt.
> Vt Baccho, Cererīq;, tibi ſic vota quotannis
> Agricolę facient: damnabis tu quoq; votis.

¶ Cādidus.) i. deus. Vnde cōtra, nigros, mortuos dicim⁹. Significat & bon⁹ & benign⁹: ſicut cōtra, malos nigros dicimus, Horatius, Hic niger eſt, hūc tu Romane caueto. ⁋ Sub pedibusq; videt nubes & ſydera Daphnis.) Meritum eius oſtēdit, q ſummos circulos, & cœli ſecreta cōſcendit. ⁋ Ergo alacreis ſyluas, & cætera rura voluptas.) Quæ ſuperi⁹ occupauerat mœror, vt Ipſa Pales agros, atq; ipſe reliquit Apollo. ⁋ Tenet.) i. morat̃, amplectitur. ⁋ Nec retia ceruis vlla dolum meditātur.) Adeo placet ſimplicitas Daphnidi, vt ēt ille dolus q voluptati ante fuerat, conquieſcat. ſ. venationis & eſt Hyperbole. ⁋ Intonſi.) Syluoſi, incædui. ⁋ Deus deus ille Menalca.) Hoc ſonat. De⁹ deus eſt Daphnis. ⁋ Sis bonus o felixq; tuis.) Paſtoribus, ſi Daphnin accipis. ſi Cęſarē, bene ait tuis, ſuis. n. percuſſoribus nocētiſſimus fuit: Nā Auguſtus ei⁹ filius oēs eſt pſecutus. ⁋ Felix) aūt, propitius: vt, Sis felix, noſtrūq; leues quæcunq; laborē. Itē cōtra Iuno, Quæ potui infelix. i. irata. Deos enim felices vel infelices ex reb⁹ quas preſtāt vocamus. ⁋ En quatuor aras, Ecce duas tibi Daphni duoq; altaria Phœbo.) Feci inquit aras quatuor. tibi o Daphni duas, & duas aras Apollini, q̃ ſint altaria Nouimus. n. aras & dijs eſſe ſuperis & inferis cōſecratas: Altaria vero eſſe ſuperorū tantū deorū: quę ab altitudine cōſtat eſſe noīata, quæ nūc dat Apollini quaſi deo: Daphnidi vero, aras ponit. Nā licet eū dixerit deū, tn̄ mortalē fuiſſe manifeſtū eſt. Sane quęrit̃ cur duo altaria Apollini ſe poſiturū dicat, cū cōſtat ſupernos deos impari gaudere numero: inferos vero pari. vt, Numero deus impare gaudet. Quod ēt pontificales indicāt libri. Sed cōſtat ſm̄ Porphyrij librum, quē Solē appellauit, triplicē eſſe Apollinis poteſtatē: & eūdē eſſe Solē apud ſuperos, Liberū patrē in terris, Apollinē apud inferos. Vnde ēt tria inſignia circa eius ſimulachrū videmus, Lyrā, quæ nobis cœleſtis harmoniæ imaginē mōſtrat: Griphengū, quod & terrenū numē oſtēdit: Sagittas, q̃bus infernus de⁹ & noxius indicat̃. Vnde & Apollo dictus eſt ἀπὸ τοῦ ἀπολλύειν. Hinc etiā & Homerus eundē tam peſtilētię dicit q̃ ſalutis eſſe authorē. Et Horatius ait, Cōdito mitis placidusq; telo, Supplices audi pueros Apollo. Vnde Virgilius rationis hui⁹ peritus, per altaria, ſupernū numē oſtēdit. per parē numerū, infernā indicat poteſtatē. ⁋ Bina.) Duo. ⁋ Quotānis.) Singulis q̃buſq; annis. ⁋ Pinguis oliui.) Quod Græci λιπέλαιον dicunt. ⁋ Hilarans.) Participiū eſt ab eo quod eſt hilaro. Sane ſciendū nomē vnde venit. i. hilarus vel hilaris, a Grgeco deſcēdere: nā ἱλαρος facit. ⁋ Vina nouum fundā calathis.) Ordo eſt, vina fundā calathis. i. calicibus, quæ vina ſint nouū nectar. i. magna dulcedo. ⁋ Aruiſia.) aūt. i. chia, a promōtorio Chij inſulæ Aruiſio. ⁋ Lyctius Ægon.) Cretenſis: vt, Lyctius Idomenęus. ⁋ Saltantes Satyros imitabit̃ Alpheſibœus.) Paſtor quidā. Sanè quidē vt in religionibus ſaltaret̃, hæc ratio eſt, q nullā maiores noſtri partē corporis eſſe voluerunt quę nō ſentiret religionē. Nā cantus ad animū, ſaltatio ad mobilitatē pertinet corporis. ⁋ Et cum luſtrabimus agros.) Sic ſupra, Cū faciā vitula pro frugibus. ⁋ Dū iuga mōtis aper.) Sic, In freta dum fluuij currēt. ⁋ Vt Baccho Cererīq;.) Hæc. n. duo ſunt numina, quæ & ruſtici maxime colūt, & quorū numina cōmunia ſunt mortalibus cunctis. Sic in Georgicis, Veſtro ſi munere tellus Chaoniā pingui glandē mutauit ariſta. ⁋ Dānabis tu quoq; votis.) i. cū tu deus pręſtare aliqua hominibus cœperis, obnoxios tibi eos facies ad vota ſoluēda: qui ante q̃ ſoluantur, obligatos & quaſi damnatos homines retinent.

MANCINELLVS.

¶ Candidus.) i. bonus, ait enim inferius, amat bonus ocia Daphnis. vtq; etiam Seneca epiſtola. iij. inquit. Omnes cādidatos viros bonos dicimus. ⁋ Ergo.) quia ſ. inter deos relatus eſt Daphnis. ⁋ Duas tibi Daphni.) Quā quā. n. quis cœlum aſcēderit, eius tamen ſimulachrū apud inferos eē dicitur. Propterea ergo duas Daphnidi aras poſuit, duas ēt Phœbo propter ſuperū, & inferū hemiſperiū. Vnde Macro. li. j. ſa. ſic ait, In ſacris. n. hæc religioſi arcani obſeruatio tenet̃, vt cum ſol in Supero. i. diurno hemiſpęrio eſt, Apollo vocitetur, cū in infero. i. nocturno Dionyſius, q eſt Liber pater, habeat̃. ⁋ Vina aruiſia.) Aruiſiū promontoriū eſt Chiæ inſulæ, ex quo vinū quod aruiſium vocāt, vt inquit Pli. li. xiiij. ca. x. Chios autē inſula eſt vna Cycladum: teſte Solino, Homeri ſepulchro alijs antecellēs. De Chio multa etiam Strabo. li. xiiij. vbi dicit q Aruiſia locus eſt aſper & importunoſus ſtadiorum. ccc. quod vinū fert Græcanicorū optimum. ⁋ Nectar.) Græce ſignificat deorū potionem, vt Feſtus inquit. Sunt qui dicant nectar ſignificare immortalitatem a ne, q̃d priuationē ſignificat & ctino i. occido. ⁋ Hilarans.) Lætificans. ⁋ Calathis.) Calicibus hoc loco. ⁋ Lyctius Ægon.) Lyctius eſt Cretæ vrbs digna quidem, diſtans a Cnoſo ſtadia centum viginti, a mari Africo ſtadia octoginta. Strabo meminit lib. x. Inde autem lyctius a. um. poſſeſſiuū. ⁋ Satyros.) ſatyrus animal eſt quod teſte Solino de hominibus nihil aliud præfert quam figuram. Bacchus autem Satyros ad pſallendum. i. cantandum, ac ad animi remiſſionem aptos ſecum in caſtris habebat, de quo lege Diodo. lib. j. Strabo item lib. x. ait Silenos & Satyros liberi miniſtros eſſe. ⁋ Alpheſibœus.) Interpretator inquirens, ſeu inueniens boues, Alpheboeo enim inquiro ſignificat. Alpheno vero inuenio. ⁋ Solēnia vota.) Dicuntur quæ in omnibus annis præſtari ſolent. Feſtus ſcribit ſolennia item dicta, eo q ſolebant fieri in anno. ⁋ Luſtrabimus agros.) Luſtrare hic circuire ſignificat. Nam ambarualis hoſtia, vt ait Feſtus rei diuinæ cauſa circum arua ducebatur ab his qui pro frugibus faciebant, hinc & nomē hoſtiæ acquiſitum eſt, ab ambiendis aruis Macro. lib. ij. ſat. de hoſtiarum generibus edocet. ⁋ Dum rore cica.) Cicadas rore veſci Pli. aſſerit lib. xj. ⁋ Damnabis tu quo. vo.) Tu quoq;, vt alij dij. Votis. i. propter vota oblata, & non ſoluta habitis optatis damnabis homines. i. damno & pœna afficies, per quod eius potentiam numinis oſtendit.

Chios. Nectar. Lyctius Satyrus Alpheſiboeus. Solēnia. Ambarualis hoſtia.

ASCENSIVS.

¶ Candidus inſuetum miratur limen olympi.) Decenter poeta perſonarum decora obſeruat, qui puerum Mopſum Daphnidis interim mœſtum inducit & Menalcam, quaſi virum prudentem de eius apotheoſi, id eſt deificatione. (Vnde ἀποθεόω deifico, & ἀποθέωσις deificatio.) Nam pueri, & rerum imperiti de ſanctorum virorū obitu dolent. perfecti gaudent, ſcientes q bene cum eis actum eſt qui feliciter vitam finiuerint, quod etiam ethnicis perſuaſum eſt. Docet ergo Menalcas Daphnin. i. Cęſarem in ſyderа tranſlatum adhuc veterem ſeruare clementiā: animiq; candorem, cum etiā feris bello interdicat, per quod innuit Clementem imperatorem tranquillitatem reipu. amaſſe. Sententiæ ex ordine declarabuntur qui talis eſt. Daphnis candidus, id eſt deificatus, & nulla inuidia motus, miratur limen Olympi inſuetum, ſcilicet ſibi cum in terris ageret, & videt nubes & ſydera, id eſt planetas ſub pedibus ſup. ſuis, id eſt exaltatus eſt ſupra nubes, & ſydera errantia ſaltē, aut ſi demus ei conſortiū deorū ſupra omnia ſydera. Ergo, id eſt & ideo quia Daphnis deificatus & in cœlum tranſlatus eſt, voluptas. i. lætitia cœlitus infuſa tenet. i. occupat ſyluas alacreis. i. lætas & cætera rura ſupple alacria. i. omnia loca in quibus Daphnis ſolitus eſt cōuerſari, & quæ ob eius mortem doluerunt, gaudent nunc de eius apotheoſi. & voluptas tenet Pana. i.

Ordo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pana.i.deū pastorū, & pastores & puellas.i.nymphas Dryadas.i. arboreas, nec lupus meditat pecori insidias: nec vlla retia meditant ceruis dolū.i.captionē dolosam.i.ob Daphnidis, hoc est Cæsaris apotheosin, tāta est in terris lętitia, vt etiā ferę.i.ferissimi ciues inter se pacē agant.qa Daphnis bonus.i.cādidus & pacis amator, placidus.f.& benignus amat otia.i.intermissionē laborū & cessationē a bellis & insidijs. Ipsi lętitia &c. Mira arte, pcedit quia ferocia cū prodesse nequeāt, docet(quod satis est)nō nocere. misertia aūt & inanima docet hyperbolicos nō solū nō nocere: sed vltro lętari. dicit ergo. Ipsi mōtes intonsi.i.syluosi iactāt voces ad sydera, lętitia.i. pre lętitia & gaudio.i. qcunq; in montibus & syluis habitāt pre lętitia, vocem ad cœlū extollūt, ipsę rupes.i.asperitates mōtiū abruptę vetustate aut sęuitia cœli ac imbriū sonāt.i. referunt iā carmina, & ipsa arbusta.i.arbores vitiferæ sonāt.i.referunt ac canūt mihi o Menalca ille.i.quē extinctū credebā, hoc est Daphnis, deus sup.est, deus inquā est(ad certitudinē bis ponitur deus)& ideo o Daphni sis bonus.i.clemēs & propitius ne iuste punias, & sis felix.i.beneficus vt bona conferas tuis.f.deditis tijs.en.q.d.preter opinionē cū te extinctū vulg⁹ crediderit, quatuor aras(pōt cōstrui cū verbo statuā sic)en ego statuā quatuor aras: ecce o Daphni: ego statuā.i.constituā tibi duas sup. aras hoc est numero pari eo q̄ corpus tuū in terris & simulachrū apud inferos sit(sed de cœlesti dicitur q̄ numero deus impare gaudet)& cōstituā Phœbo.f.Apollini duo altaria(duo quidē quia ēt apud inferos versaī vbi Apollo dicit quia ἀπολλύω hoc est Apollo dicitur perdo & destruo, altaria aūt quia altū numē habēt cui altare debeī)& statuā.i.constituā tibi.i.ad honorē aut vtilitatē tuam o Daphni quotannis.i.quoquo anno hoc est singulis annis bina pocula spumantia nouo, lacte, & id quidē, ppter corpus ad quod animus vocatur lacte vt in Ænei. docet, & constituā duos crateras.i.pocula maiora pinguis oliui.i.in ghus sit pingue oleū, fructus videlicet oleę aut oliuę arboris, hoc aūt ad vstionē pertinet, & ego hilarans.i.lętificās in primis.i.præcipue quasi inter prima officia: cōuiuia.i.parentationē aut viscerationē aut epulationem quā dabo in die anniuersarij tui, multo baccho.i.vino, fundam calathis.i.corbib⁹ integris aut calicibus vina aruisia.i.chia ex aruisio promontorio chiæ insulę, appositorie, nouū nectar.i. quæ aruisia vina sunt nouū.i.insolitū nectar.i.potus deorū. fundam dico, ante focū.i.locū in quo ignis fouetur erit frigus, & in vmbra si erit messis.i.calor qualis esse solet in messe. Videtur qui busdā respicere ad necē Cæsaris, quia ad tertiū calendas martias incerta est tempestas nunc frigida nunc calida, nō tū sic calida vt in vmbris agendū sit, vnde ad libitum deliget die sacrificio. Et ita potius dicā in vmbra sacrificare cōstituisse dum lustrabit agros. Damœtas & Ægon Lyctius.i.cretēsis pastores illi cātare periti cā tabunt mihi.i.ad voluntatē meā, & Alphesibœus pastor ille imitabit satyros saltantes.i.saltabit ad cantū Damœtæ & Ægonis ad morē satyrorū, hæc.f.sacrificia iā dicta cū cantu & saltatione, erūt tibi semp.&.i.pariter cū.i.quādo nos reddemus nymphis.i.deabus lucorū in quibus versamur numinibus & potissimū nubiū & pluuiarū directricibus, vota solēnia.i.quæ oibus annis prestare solemus.&.i.pariter, cum.i.qn nos lustrabimus.i.lustrando & circūeundo piabimus agros. hoc est dum celebrabimus ambarualia dum.i.donec aut q̄diu aper.i.porcus syluestris, amabit iuga montis, & dum piscis amabit fluuios, & dum apes pascent̄ thymo.i.herba illa mellifero flore, & dū cicadæ pascent̄ rore.i.q̄diu stabit rerū natura. honos.i.veneratio & nomen tuū & laudes sup ple tuæ, manebunt semper. Et agricolæ facient quotannis tibi.i. in honorē tuum vota, vt.i.quemadmodū supple faciunt Bacchо deo vini, & Cereri deę frugum, & quoq;.i.etiā, non solū Bacchus & Ceres, damnabis.i.obnoxios facies, votis.i.ad vota persoluenda postq̄ præstiteris pro quibus impetrandis vouerint.

PIERIVS.

¶Dryadasq; puellas.) In Romano codice Dryades latino declinatu. ſ Nec retia ceruis vlla dolum meditantur.) In codicibus alii quot

SERVIVS.

¶Reddā, p carmine donā: ille eū supra tantū laudauerat: hic & laudat, & de munere ēt cogitat. ſ Sibilus.) Hic sibilus dicit̄ res ipsa. Nā sibila ora, pticipaliter dictū est pro sibilātia. ſ Hac te nos fragili donabim⁹ aū cicuta.) Bū anticipat & offert munus, quod ille se facturū

{Quæ tibi, quæ tali reddā pro carmine dona? Mo.
Nam neq; me tantum venientis sibilus austri,
Nec percussa iuuant fluctu tam littora: nec quæ
Saxosas inter decurrunt flumina valles.
{Hac te nos fragili donabimus ante cicuta. Me.
Hæc nos, Formosum Corydon ardebat Alexin:
Hæc eadem docuit, Cuium pecus? an Meliboei?

facturū esse ꝓmiserat. ſ Sume pedū.) Virga incurua, vñ retinent̄ pecudū pedes. ſ Non tulit Antigenes, & erat tum dign⁹ amari.) Aut pastorē quē dam pulcherrimum dicit, aut Choraulā significat, quē legimus admodū Virgilio futile dilectū. ſ Parib⁹ nodis.) Pari & æquali tumore nodosum.

Et

Et honeste locutus est formosum nodis vel ære. vt si dicas, pulcher est equus frenis. ſ Menalca.) Vocatiuus est.

MANCINELLVS.

¶Pedum.) Pastoralem baculum incuruū dictum q̄ illo oues a pedibus cōprehendantur. Festus author. ſ Et erat tum di.a.) Lactan.li.vj.in puerorū corruptores ita scribit. Quid.n.potest esse sanctum his qui ætatem imbecillem & præsidio indigentē libidini sua depopulandam fœdandamq; sustinuerint? Nō potest hæc res, p magnitudine sceleris enarrari. nihil ampli⁹ istos appellare possum quām impios & parricidas: qbus nō sufficiat sexus a deo datus, nisi & suū sexum, pphanetac petulanter illudant. hæc ille.

ASCENSIVS.

¶Quę tibi &c.) vt in principio diximus: q hic canunt amici sunt atq; ita certant mutuis se donare muneribus mutuoq; sese commendant: vnde Mopsus(vt simul ordinem contexam.) Quæ inquit o Menalca, quę dona reddā ego tibi pro tali carmine: quasi dicat, nescio, nam neq; sibilus.i.dulcis spiritus cum stridore ac sonitu quodam flans: austri illius venti venientis, id est molliter ac leniter accidentis, supp. iuuat me tantum, id est intantum: nec littora percussa fluctu.i.resonantia, & dulcia murmura quę sunt ad littora, ad quę fluctus confringuntur, iuuant.i.delectant me, tam.i.intantūnec flumina quæ currūt inter valles saxosas iuuāt me tantum, quantum, sup. tua carmina. Ad quod Menalcas. Nos inquit

Cicuta quid sit.

donabimus te ante.f. prius quām aliquid muneris in nos contuleris: hac fragili cicuta, q̄ est fistula exigua ex cicuta confecta, hæc.f.fistula docuit nos.i.in ea modulati sumus, Formosum Corydon ardebat Alexin.i.secundam Eclogam, totum aūt illud(vt dicunt grāmatici)ponitur materialiter loco accusatiui, ac si dicā, Christus docuit nos Pater noster, &c. Hæc eadē.f.cicuta aut fistula docuit nos, Cuium pecus? an Melibœi.i.tertiam Eclogam supraposītā.i. hac cicuta modulati sumus duas Eclogas iam supraposītas, vnde manifestum est per Menalcā Virgilium intelligi. Vnde animaduertēdum est quòd nusquām poeta in sua persona puerorum amores fateatur: sicut in persona Mopsi dicentis. At tu o Menalca: sume. i. sponte quasi tibi debitum cape pedum. i. baculū quo pedes ouium a pastoribus comprehenduntur, dum eas ad se trahere volunt, sume inquam pedum formosum. i. ornatum & honestatum nodis paribus. i. pari distantia distinctis, ac formosum ære quod ad finem est. & in nodis ipsis, quod supple pedum Antigenes, aut pastor, aut cantor ille mollis, nō tulit. i. abstulit a me, & tulit secū. i. non obtinuit a me cum rogaret. i. quādo aut quāuis rogaret me sæpe. i. quamuis peteret sæpe a me, &. i. attamen ipse erat tum dignus amari. i. formosus & delicatus puer.

{At tu sume pedū: (quod, me cum sæpe rogaret, Mo.
Non tulit Antigenes: & erat tum dignus amari):
Formosum paribus nodis, atq; ære Menalca.

QVINTÆ ECLOGÆ FINIS.

ASCENSIVS.

ARGVMENTVM ASCENSIANVM IN SEXTAM ECLOGAM, QVÆ VARVS, AVT POTIVS SILENVS INSCRIBITVR.

Sexta canens Varum recitat primordia rerum
Pluríma, quæ Phœbo constant, cantante Sileno.

Sexta canēs, vt varietate placeat poeta, ne in singulis carminib⁹ rem ex eāmodo suo finxisse dicaī, in vj. Ecloga cū honorifica præfatione ad Varū amicū habitā: recitat rerū primordia fabulosa nōnulla interferēs. Et quia pastorum peritiā ea res transcēdit: nō in pastorē, sed in sua persona cōmemorat: ne tamē a bucolico officio alienū sit carmen docet a pastoribus Sileno extortū, vnde quia facilius est recitare quæ cōstant. i. manifesta sunt Sileno: & hoc Phœbo cantante. Nā ea Phœbus cantauerat ad Eurotam vt ad finem Eclogæ dicetur.

recitare quā excogitare carmen de rebus philosophicis, prudenter Silenū, id excogitasse docet. Ordo versiculorū nostrorū est. Sexta sup. Eclogā canēs. i. laudans & cōmendans hoc carmine: Varū amicū Virgilio virū & coauditorem Syronis epicurei recitat plurima primordia. i. principia & prima exordia rerum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

SERVIVS.

PRima Syracusio dignata est ludere versu.) Nostra, Romana inqt, musa nō erubuit se sylvis ante cōmittere. i. imitari Theocritū Syracusanū & Bucolica scribere. Syracusio aūt græce aittnā latine Syracusanus dicim⁹, Nostra, id est Romana: vt, Tu quoq; littoribus nostris. Et dignata est, sic dixit, quasi ex loco superiore. (Sylvas habitare.) Sicut, Atq; humiles habitare casas. (Thalia.) Musa. f. & græce ait Θάλια Nam latine Thalea debuit dicere, sicut κυθέρεια, cytherea: sed, ppter euphoniam cōtempsit ius regulæ & ideo in græcitate permansit. (Cū canere reges & prælia.) Cum canere vellē. Et significat aut Æneidem, aut gesta regum Albanorū: quæ cœpta, omisit, nominum asperitate deterritus. (Cynthius.) Apollo a Cyntho monte Deli, in quo natus est. (Aurem vellit.) Id est mouit. vt alibi, Postesq; a cardine vellit. Aurem autem ideo, quia memoriæ consecrata est, vt frons Genio, digiti Minervæ, genua Misericordiæ. (Deductum dicere carmen.) Tenue. Translatio a lana, quę deducitur in tenuitatem. (Nunc ego.) Ordo est: Nunc ego agrestē tenui, (Mdietabor arundine musam.) Id est carmen rusticum scribam. (Nanq; super tibi erunt.) superabundabunt tibi, inquit O Vare, qui ambiant tua facta describere. Hic autem Varus Germanos vicerat, & exinde maximam fuerat & gloriam & pecuniam consecutus: per quē Virgilius meruerat plurima. (Tristia condere bella.) Epitheton perpetuum bellorum. (Nō iniussa cano.) Vel a Pollione, vel ab Augusto, vel a Mecœnate. (Hæc quoq;.) Licet vilia sint sicut Theocriti. Et hoc dicit, Siquis, licet rustica, legere fuerit ista dignatus: tuas tamen in his laudes inueniet. Nam per myricas & nemora, Bucolica significat. (Nec Phœbo gratior vlla est.) Nec enim pagina vlla Apollini est gratior, quam quæ Vari nomen gestat in titulo. Quod ideo dicit, quia hāc eclogam constat in honorem Vari esse perscriptam. Dicitur autem ingenti fauore a Virgilio fuisse recitata: adeo vt cum eam postea Cytheris cantasset in theatro, quam in fine Lycoridem vocat: stupefactus Cicero, cuius esset, in theatro requireret. & cum eū tandem aliquando vidisset: dixisse dicitur & ad suam & ad illius laudem, Magnæ spes altera Romæ. Quod iste postea ad Ascanium transtulit, sicut commentatores loquuntur.

MANCINELLVS.

(Prima.) Nullus enim e Græcis quoq; ante Maronem in scribendis Bucolicis Theocritum imitatus erat. (Nostra Thalia.) Id est latina musa. nostra autem inquit, q⁹ Varum poetam quoq; alloquitur. (Syracusio versu ludere.) Id est Bucolica scribere, vti prius Theocritus Syracusius scripserat. Syracusæ aūt gloriosa ciuitas, maximum olim tyrannorum domicilium sub Pachini promontorij radicibus: quod in orientem solem aspicit est, Diony. edocet. Stra. lib. vj. permulta de ea scri. Thalia vna est nouem musarum, de quibus ample diximus in nostro carmine de floribus, de quibus item latius Diodorus lib. v. Thalia autē capacitas, seu celebritas interpretatur, eo q⁹ in longum ipsis poetarū laus aperta virescat. (Canerem reges, & prælia.) Id simile est illi. Arma virumq; ca. cœperat autem prius Ænei. inde deterritus rei amplitudine ad Bucolica diuertit. (Cynthius.) Dicitur Apollo. Est enim Cynthus mons sublimis, & asper vrbi imminēs in Delo, quæ insula in mari ægeo sita vrbem habet in plano positam, & Apollinis templum, atq; Latonæ: quæ ibi Dianam simul & Apollinem peperit. Id Strab. lib. x. scripsit. Per Cynthiū vero, hic, intelligit Augustum, dicit enim Eclog. viij. A te principium tibi desinet, accipe iussis Carmina cœpta tuis. In Ecloga vero. iiij. Apollinem appellauit, vt ibi ostendimus. (Aurem vellit.) mos est excitantiū monētiumq; aliquem ad res agendas, reminiscendasq; &c. Deductum, tenue significat, & subtile secundum Macro. lib. vj. sat. hinc ait Affranius, voce deducta. Pomponius item, vocem deducas, oportet, vt mulieris videantur verba. (Vare.) In Horatio nunc Varius, nunc Varus legitur. Hic autem Varus semper. Fuerunt autē Varius & Tucca, vt scribit Euseb. Virg. & Horatij cō tubernales. & poetę illustres, qui Æneidos libros postea emendarunt, sub lege ea, vt nihil adderent. Hunc Hora. Itē alibi, & Ode. vj. laudat vbi dicit Agrippæ. Scriberis Vario fortis, & hostium Victor mæonij carminis alite. Acro. dicit & Porphyrio Varium tragœdiā scripsisse de Thyeste. item Fabius lib. x. de Varo laty. vj. Horatius ad Mecœnatē sic ait, Nulla etenim mihi se sors obtulit: optim⁹ olim Virgilius, post hunc Varus dixere qd essem. (Agrestem musam.) Rusticum carmē, hoc est Bucolicum. (Tenui arundine.) Gracili fistula. (Meditabor.) meditando canam. (Non iniussa.) vt iam ostendimus Augusto inquit Ecloga. viij. accipe iussis, Carmina cœpta tuis. Hæc quoq; vt, scisces, aliorum scripta leguntur. (Captus amore.) Beneuolentia adductus. (Myricæ.) De is late in. iiij. Ecloga. (Nemus.) a græco dicitur nemos, huius nemo verbum aut nemeo, vel nemo significat distribuo, tribuo, pasco, nemora significant sylvas amœnas, vt Festus ait. (Canet.) Reboabit. (Pagina.) id est charta. Paginæ autem dicuntur, q⁹ in libris suam quæq; obtineant regionem, va pagi, vel a pangendo q⁹ in illis versus panguntur. i. finguntur. Festus ait. (Prælcripsit.) titulo designauit.

ASCENSIVS.

(Prima Syracusio. In huius sextę Eclogę principio poeta in sua persona loquens videtur quasi in totum Bucolicū carmen exordiri, vnde nonnulli hanc primam Eclogam esse voluerunt. Alloquitur autem Varum amicum & contubernalem dicens. Nostra Thalia, id est florida musa, dignata est prima, id est ante omnes alias, hoc est licet sit materia humilis, tamen non aspernata est. Iudere id est tenuiter canere, versu Syracusio, id est Theocriti poetæ Syracusani: neq; erubuit. i. turpe putauit aut verecundata est habitare sylvas, id est immorari in rebus pastoralibus & sylvestribus describendis. Cum, id est quando canerem. i. canere vellem reges & prælia. i. heroica carmina, quibus reges & eorum prælia decantari solēt, Cynthius, id est Apollo vellit aurem, & pro, id est admonuit (quia qui admonitos faciunt aures vellere solent) admonuit autem dicens o Tityre, oportet. i. decet pastorem pascere pingueis oues, & dicere carmen deductum. i. extenuatum & gracile, quale est Bucolicum. Et ideo supple o Vare, nanq; superunt. i. supra quàm satis erunt tibi qui cupiāt dicere. i. diserte cōsequi tuas laudes, & condere, id est cōdite enunciare, bella tristia non tibi sed quibus ea intulisti. Nam quæ aliis & præcipue matribus tristia sunt, alios iuuant & delectant bella: vnde dicit Horat. carmi. Multos castra iuuant & lituo tubæ Permistus sonitus, bellaq; matribus Detestanda. honestius autem de Varo dicit, q⁹ multi cupient dicere quàm si dixisset q⁹ multi dicent. Nam per hoc q⁹ dicit multos cupere, innuit claritudinem gestorum Vari illorū conatus superaturam, quia ergo multi cupient dicere tuas laudes, ego meditabor. i. exercebor nūc agresti arūdine. i. stylo gracili & agresti musam agrestem. i. carmen Bucolicū. Et si dicat Varus. At qui non potius Cæsaris arma canis? dicit non cano inuisa, immo cano iussa ab Aug. & tamen siquis leget, quoq;. i. etiam hæc. f. humilia, siquis inquam leget captus amore, scilicet nostri aut musæ nostræ, cuius ornatu ac specie capi nemo potest, vt innuit, O Vare nostræ myricæ. i. argumenta humilia & materiæ Bucolicæ supp. canēt te, & omne nemus. i. sylua amœna canet tenec vlla pagina. i. charta sup. erit gratior. i. acceptior Phœbo. i. Apollini musarū præsidi, quàm sup. ea quę præscripsit. i. in fronte aut titulo scripsit sibi nomen Vari. q. d. nihil Phœbo inuito de Varo cecinero, cum rerum ab eo gestarum claritate aduiter.

PIERIVS.

(Inscriptio huius Idyliį in Ant. Roma. codice ad hunc modum habet Faunorum. Satyrorum, & Silenorum, Delectatio. (Prima Syracusio. (In Ro. co. Syracosio. per o. in antepe. legitur, quod etiā Ser. adnotauit. In longo. & alijs, Syracusio, quod iam ab omnibus

P. VIRGILII SILENVS, LOQVITVR VIRGILIVS IPSE.

PRima Syracusio dignata ē ludere versu
Nostra, nec erubuit sylvas habitare, Thalia.
Cum canerem reges, & prælia: Cynthius aurem
Vellit: & admonuit: pastorem Tityre, pingues
Pascere oportet oues, deductum dicere carmen.
Nunc ego (nanq; super tibi erunt, qui dicere laudes
Vare tuas cupiant: & tristia condere bella)
Agrestem tenui meditabor arundine musam.
Non iniussa cano. si quis tamen hæc quoq;, si quis
Captus amore leget: te nostræ Vare myricæ,
Te nemus omne canet. nec Phœbo gratior vlla est:
Quàm sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen.

nibus receptū est. (Nostra nec erubuit sylvas habitare Thalia.) In Ro. co. Sylvis legitur, & Thalea. Ea ratione qua diximus alibi ei diphth. in e, longam abire plurimū apud Latinos, vocali præsertim subsequente. Sed. n. vt Thalia græco sono per i scribatur, iam receptū a Latinis. (Cum canerē reges & prelia.) In antiquissimo co. Romano prœlia per œ diphthon. legit, vt in aliquot antiquis marmoribus habeē. (Vellit & admonuit.) In Longobar. velit, vnico l, scriptum vt multa hīoi, antiquorū more. In eodē Longobardi. & in Mediceo. Ammonuit, duplici m, quod etiam habetur

SERVIVS.

(Pergite Pierides.) Horat⁹ musam ad referēda ea quę Silenus cantauerat pueris. Nam vult ex qui sectam Epicureā, quā didicerāt tam Virgilius q⁹ Varus, docēte Sirone: & quasi sub persona Sileni, Sironē introducit loquentē. Chromim aūt & Mnalylum se & Varum vult accipi. Quibus ideo coniungit puellā, vt ostendat plenā sectā Epicureā, q̄ nihil sine voluptate vult esse pfectum. (Chromis & Mnasylus.) Isti pueri satyri sunt. (Inflatum.) Impletū venas, figurate. (Laccho.) Aut vino, aut Libero patre, qui etiā lacchus vocatur. (Serta procul.) Modo, ppe. Nam intulit. (Tantum capiti delapsa: vt ostenderet non longius prouolutam esse coronā. (Attrita ansa.) Frequenti. f. potu. (Ipsis ex.) Ex ipsis, vt transtra per & remos. i. per transtra. (Timidis.) Pro timētibus. Nam timidus est qui semp timet: Timens vero q ad tps formidat ex causa. Aut re vera timidis: q⁹ pueris per ætatem naturaliter timor est insitus. (Soluite me pueri, satis est potuisse videri. Sufficit. n. quia potuia vobis videri. Quod ideo dicit, quia semidei, cū volunt tm̄, videntur, vt Fauni, Nymphæ, Silenus. Potest & aliter intelligi, Soluite me sufficit q⁹ talis vobis visus sum, vt ligari possim. (Huic aliud mercedis erit.) Nymphę innatur stuprum latenter, quod verecunde dixit Virgilius.

MANCINELLVS.

(Pergite.) Incipite, perseuerateq; canere, vel agite, vt inquit. Festus. (Pierides. Vide in Palemone. Silenum, is fuit Dion. pedagogus, ac nutrior optimorumq; institutor studiorum, qui plurimum ipsi ad virtutē, & gloriā resq; bellicas, pfuit. Legito Diod. lib. v. (Laccho.) lacchus dicit Bacchus a clamore, & Ionitu, nam ipsi sacrificātes clamare solebant. laccho clamo significat laccho resono, laccho clamor. (Cantharus.) Græcum nomen poculi genus, & proprie Liberi patris poculum, quem Maro Sileno alligat. Menāder pro nauiculi etiā genere posuit. Macrob. author lib. v. (Ansa.) Circulo quo vas tenetur. (Attrita.) i. leui. (Ægle.) Nympha fuit Solis filia ex Nera, vt Home. scri. lib. xij. Odyss. Ægle autem apud nos, splendor dicitur. (Quo.) Propter quid. (Satis est po. vi.) Sufficit vobis vidisse me, erat enim semideus. (Huic ali. clam Venerem innuit.

ASCENSIVS.

(Pergite Pierides. (Per modum inuocationis cohortatur Musas, vt pergant. i. peragāt & perficiant quod prętēdit enarrare, videlicet quo pacto Silenū inuenerint pastores, & q̄ carmina ab eo audierint, qd̄ dixi cū decoro fingit Poeta, & si seruio credimus p Chromim, Varum: & se per Mnalylum intelligit: per Silenū autē Syrenem Epicureū, sub quo simul sectam Epicureā didicerit. Ex ordine patebit sententia. Ordo autem talis est. O Pierides. i. Musę rerum indagatrices, pergite. i. peragite aut pergite, & ad optatū finem dirigite, quod dictum velim, inde quasi incipiāt Musę, incipit narrare dicēs. Chromis & Mnalylus satyri illi pueri. i. adhuc in ętate puerili existentes (intelligit autem Varum & se) videre Silenum, satyrū illum nutritorem Bacchi iacentē in antro somno. i. propter somnum, inflatum venas. i. habentē venas inflatas Iaccho. i. Baccho: hoc est vino, hesterno. i. pridiano, hoc est quod pridie habetur in Oblongo codi, adeo dura visa est illi sęculo pronūciatio, qua literæ m, d. prēiceretur. (Vare tuas cupiant.) In Longobardico, Vare, semp vnico r scriptū: quod iā recipi video. Tametsi Victorinus, quo vitiū hoc emendaret duplici rr, scribēdum præceperit non secus ac, Arruntium, currū, & ferrū. Eundē vero esse volunt, quem Horatius, Varium appellat. Scriberis Vario fortis, & impiger, Scribit vero Diony. historicus, Quintilium Varum in Germania victoriam adeptum, postea proditum, post magnam Cladem ipsummet sibi manum cōsciuisse. De eodem apud Suetonium, in Augusto plura.

Pergite Pierides. Chromis & Mnasylus in antro
Silenum pueri somno videre iacentem,
Inflatum hesterno venas (vt semper) laccho.
Serta procul tantum capiti delapsa iacebant:
Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.
Aggressi (nam sæpe senex spe carminis ambo
Luserat) injciunt ipsis ex vincula sertis.
Addit se sociam, timidisq; superuenit Ægle:
Ægle Naiadum pulcherrima: iamq; videnti
Sanguineis frontem moris, & tempora pingit.
Ille dolum ridens, quo vincula nectitis? inquit.
Soluite me pueri. satis est, potuisse, videri.
Carmina, quæ vultis, cognoscite. carmina vobis,
Huic aliud mercedis erit. simul incipit ipse.

pridie ei⁹ diei biberat, vt semper. f. solitum iacere inflatum. Serta. i. corneæ ex pampinis, quas sibi poturo iponere solebat, iacebāt procul. i. longe ab ipso delapsa capiti. i. de capite tantum. i. intantū, & tam longe (quia rarū est procul accipi pro eo q⁹ est prope: si tm̄ hic ita accipiendum est, vt Seruius vult tit ordo. Serta iacebant procul. i. prope delapsa tm̄. i. tantummodo capiti) & cātharus. i. poculū potissimū vt videtur fictile, grauis. i. magnę capacitatis, attrita ansa. i. habēs ansam attritam pendebat sup. illi: aut potius: pendebat ansa attrita. i. p ansam attritam ex frequenti vsu, est enim ansa quo accipitur poculum in manum circulus, & pueri sup. aggressi. i. adhorti vt terribilem injciunt, sup. ipsi vincula ex ipsis sertis, vnde patet quod serta remotius iacebant: nam si prope ius iacuisset non eis ad vincula conficienda vsi fuissent, cum vt dicetur timidi essent. Aggressi autē sunt: nam. f. Silenus luserat. i. deceperat & fefellerat sæpe ambos. f. pueros, spe carminis, hoc est promiserat eis sæpe carmē quod reddere recusauerat. Ægle nympha splendida addit se sociam, & superuenit timidis, supple pueris: Ægle, inquam, pulcherrima. i. fortissima: Naiadum, id est nympharum aquarum, pingit ipsi iamq; videnti, aut addit se sociam, nanq; ipsa pingit. f. Sileno tam experrecto frontem, & tempora. i. latera capitis, moris sanguineis. i. sanguinei coloris, ille, scilicet Silenus ridens dolum. i. quia per dolum vtpote cum dormiret ipsum vinxerant, inquit, o pueri, quo, id est ad quid, & ad quem finem nectitis vincula, id est arcte ligatis me? soluite me satis est potuisse videri. i. (quod potui a vobis videri cum nō visus essem si noluissem, semidei enim vt Fauni, & Satyri, & Nymphæ non videbantur nisi dum volebāt.) Cognoscite. i. accipite a me carmina, quæ vultis, id est scio quod carmina vultis, dissoluite ergo me & canam vobis: carmina, supple erūt vobis pueri merces, id est in mercedem quod me solueritis, aliud mercedis, scilicet stuprum, aut concubitus erit huic, scilicet puellę Ægle, & simul hoc, scilicet dicēs, ipse incipit. sup. carmen suū aut cantare.

(Regula est. Venustius dictiones partitiue ad neutrū genus redactæ & quasi fixæ tentę, subst antiua sua in genitiua regunt, q̄s si cum eis in eodē casu regātur. vnde venustius dixeris. Aliud mercedis erit huic q̄ alia merces.

PIERIVS.

(Chromis & Mnasilus.) In Ro. codi. scribitur, Mnasillus, duplicato ll, & per. i. Præterea Vale. Probus Mnasylos, per os legit. (Spe carminis ambos Luserat.) In codicib. antiq. ambo, legitur, quod magis placet eruditis: & ita scriptum a Virgi. asserit Carisius. Alibiq; diximus etiam oratores eo declinatu libenter vsos. Quodq; nunc succurrit in vetusto codi. apud Liuium legi in cal ce tertij Deca. j. Prælium fuit, quale inter fidentes sibimet, Ambo exercitus veteris perpetuęq; alterum gloriæ, alterum nuper nouæ victoria elatum. (Iamq; videnti.) In aliquot antiquis codicibus, Namq; videnti. (Quo vincula nectitis.) In anti. aliquot codici. Quid vincula. Sed id ex paraphrasi. Pro quo, ad quid? (Injiciunt ipsis ex vincula sertis.) In antiquis omnibus. Inijciūt, i secūda syllaba minime geminato, ea quam superius attulimus ratione.

Tum vero in numerum, Faunosq; ferasq; videres
Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus.
Virgi.

(In numerū ludere.) i. saltare ad modū rhythmi & cantilenæ. (Motare cacumina.) Quasi Quasi hoc genus saltationis vult esse in arboribus cacumiū motu. (Parnassia rupes. Mons est Thessaliæ Apollini) consecratus.

Nec tantum Phœbo gaudet Parnasia rupes:
Nec tantum Rhodope miratur, & Ismarus Orphea.
Nanq; canebat, vti magnum per inane coacta
Semina, terrarumq;, animæq;, marisq; fuissent,
Et liquidi simul ignis: vt his exordia primis
Omnia, & ipse tener mundi concreuerit orbis.
Tum durare solum, & discludere Nerea ponto
Cœperit: & rerum paulatim sumere formas.
Iamq; nouum terræ stupeant lucescere solem:
Altius atq; cadant summotis nubibus imbres.
Incipiant syluæ cum primum surgere: cumq;
Rara per ignotos errent animalia montes.

cōsecrat'. ¶ Rhodope & Ismarus.) Montes Thraciæ, in quibus Orpheus consueuerat canere. Et hoc dicit, Non tm̄ isti mōtes gaudent cātante Apolline vel Orpheo, quātū cantāte Sileno lętatus est mundus. Nāq; etiā paulopost dicturus est, Et inuito processit vesper Olympo. ¶ Nanq; canebat vti magnū per inane coacta Semina.) Variæ sunt philosophorū opiniones de rerū origine. Nā alij dicunt omnia ex igne procreari, vt Anaxagoras. Alij ex humore, vt Thales Milesius: vnde est, Oceanūq; patrē. Alij ex quatuor elemētis, vt Empedocles: secundū quē ait Lucretius, Ex imbri, terra, atq; anima nascunt' & igni. Epicurei vero quos nunc sequit', nihil horum cōprobant: sed dicūt duo esse rerum principia, corpus & inane. Omne enim quod est, aut cōtinet, aut continet': & corpus volunt esse atomos, i. quasdā minutissimas partes quæ τομὴν, i. sectionē non recipiunt. Vnde & atomi dictę sunt, quas Lucretius minutiores dixit esse illis corpusculis, quæ infusis per fenestrā radijs solis videmus, dicit. n. illis nec visum posse accidere. Inane vero dicūt spatiū in quo sunt atomi. De his itaq; duobus principijs volunt ista quatuor procreari, ignē, aërem, aquā, terrā: & ex his cętera: vt illa duo elementa sint: hæc vero quatuor syntheta, id est cōposita ex illis duobus, præstent originē alijs omnibus rebus. Hac autē ratione comprobat' ex atomis & inani omnia esse: q nihil est in rerum natura quod non & corpus habeat, & quia nō recipit sectionem, indicet etiam inanitatem. ¶ Vti magnum per inane coacta Semina.) Canebat, inquit, mundi principium, i. quemadmodum coactæ & collectæ atomi per magnum inane fuissent origo ignis, aeris, terrarum, & maris. nam semina, atomos dicit. Dicimus hæc atomus, & hæ atomi. ¶ Animæq;.) i. aeris: vnde & vēti sunt. ¶ Liquidi ignis.) puri. i. ætherei. ¶ Omnia, & ipse tener mundi cōcreuerit orbis.) Ante orbis: & sic omnia quæ in orbe sunt. Nā mutato ordine ait, primo omnia: & sic orbis. ¶ Cōcreuerit.) Collectus & informat' sit. ¶ Tū durare solū, & discludere Nerea ponto.) Canebat etiā quēadmodum se durare cœperit solū, terra rerū sumpserit formā, & mistā sibi ante aquā sua cōstitutione discludere, pōto in pōto. ¶ Iamq; nouū terrę stupeant lucescere solē.) Canebat quemadmodū post hęc stupeant terrę solis ortū: & quēadmodū cadant imbres nubibus in altū leuatis. Naturale. n. est vt nubes cū cœperint soli esse vicinę, eius calore soluant' in pluuias. Vnde & in Geor. ait, de signis serenitatis, At nebulæ magis ima petunt. ¶ Incipiant syluæ.) Bonū sanè secutus est ordinē: & post solis & pluuiarū cōmemorationem diceret ortas syluas & animalia cuncta procreata.

Atom' sēm.

PROBVS.

¶ Nanq; canebat vti.) Hactenus breuiter. Nūc vt omnis quęstio tractetur. Querit' an Poeta quatuor solis & his in omnibus principia rerū cōuenire cofirmet. Tunc deinde, an reuolutis super eadem re sensibus paria percurrat, an vero diuersa cōfundat, vt igitur sensum plenè intelligamus, hoc quod est ab eo versu. Nanq; canebat vti magnum per inane coacta Semina: Proprium in Virgilio est, vt nihil magnum sua authoritate cōfirmet, sed aut a Musis conceptum dicat, aut admirabile famæ tribuat. Hoc quidam diffidentiæ dicunt. Nam si cōfirmet inquiūt, opiniones hominū ad credendū facilius nos inducēt. Sed Poeta fortius probat, cum suæ opi. etiā famam cōsentire pronunciat, vt est illud. Quā Iuno fertur terris magis oībus vnam. Et illud, Fama est Enceladi f. f. c. & illud, Dædalus (vt fama est) f. m. r. Et illud, Nanq; ferunt fama Hypolytum p. q. a. n. Et illud. Quid loquar, aut Scyllā Nisi q. p. f. Quæ nisi famę authoritas fulciat, fabulosa videtur, & inania. Hic autē fama Sileni æque authoritate quæ canit, cōfirmat. Omnem igitur hanc rerū naturę formā tenui primū & inani mole dispersam refert in quatuor elementa cōcretā. Et ex his omnia esse postea effigiata Stoici tradunt ξεῖνον κτιστικός, ac Speusippus Solœus & Cleantes Thasius, qui principem habuerunt Empedoclē Agrigētinum, q de his: ita scribit, τέσσαρα δὴ πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε· ζεὺς ἀργὴς ἥρη τε φερέσβιος ἠδ' ἀϊδωνεύς, νῆστίς θ' ἣ δακρύοις τέγγει κρούνωμα βρότειον γένος, vt accipiamus ζεὺς ἀργὴς, ignē quid sit. ζέων & cadēs quid ignis est proprium, de quo Euripides ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τὸν δ' ἄπειρον αἰθέρα καὶ τὸν περιέχοντα ὑγρὸν ἀγκάλαις

Mos Virgilianus. Regula

τὸν νόμιζε ζῆνα, Ennius, aspice hoc sublime cadēs quem vocāt omnes Iouem. Argus autem. i. λαμπρὸς ἤτοι ταχύς. Nam & Home. καὶ κύνες ἀργοί, & argus vndiq; lucens, & videns. Hoc idem Vir. executus ait. Et liquidi simul ignis, purū demonstrans, non liquentē. Et liquidum super æthera lapsæ, ęque purum. Item, quod fieri ferro, liquidove potest electro, puri coloris, vbi autem ait liquido distendūt nectare cellas. Nec enim liquenti pro fluenti dixit, sed puro. in hoc enim commendatio est operis apum. Nec enim laus est mellis, si fluat: sed gloria, si lucidum visatur. ἥρη autem πρέσβιος terram tradit. q victum ferat. De qua Home. ζείδωρος ἄρουρα, vnde τὴν ἥραν, quidam αὔραν appellarunt. ἠδ' ἀϊδωνεύς. Ditem patrem glossa significat. sed accipere debemus aera: quem Euripides in Cadmo χάος appellauit sit οὐρανὸς ὑπὲρ ἡμᾶς καινὸς φοιτῶν ἕδος δαιμόνιον τὸ δ' ἐν μέσῳ τοῦ οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς οἱ μὲν ὀνομάζουσι χάος. Quia quibusdam videtur aera, qui ex summa montium, & ima terrarum segnis faciat cum reliquo, qui superincubat esse obtusiorem, atq; ita vicem inferiorum obtinere: hoc autem adnotasse Virgilium aiunt in sexto, Tota passim regione vagātur Aeris in campis latis atq; omnia lustrant, vt post mortem soluto corpore vmbræ In hac obuersentur caligine animæ vltimo aeri, & puriori transmittantur. νῆστις aquam significat, quæ. i. syncero habitu cuncta confirmet. Nam creditur id eundem hominem quem acceperit seruare. Cicero autem ἀϊδωνέα pro terra interpretatur, ἥραν pro aere versa vice in lib. secundo de deorum natura. Aer, inquit, vt Stoici disputant, interiectus inter mare & cœlū Iunonis nomine consecratur, quæ est soror & coniux Iouis, q ei similitudo est ætheris, & cum eo summa coniunctio, effœminarunt autem eum, Iunoniq; tribuerunt quod nihil est eo mollius, Sed Iunonem a iuuando credo nominatam: Hæc de aere. Infra de terra sic. Terrena autem vis omnis: atq; natura Diti patri dicata est, qui diues, vt apud Græcos πλοῦτος: quia & recidūt omnia in terras, & oriūtur ex terris. Idem hoc Home. significat sic.

τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται, ἕκαστος ἔμμορε τιμῆς
ἤτοι ἐγὼν ἔλαχον ἅλα ναιέμεν αἰεὶ
παλλομένων, ἀΐδης τ' ἔλαχεν ζόφον ἠερόεντα,
ζεὺς δ' ἔλαχεν οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσιν
γαῖα δ' ἔτι κοινὴ πάντων, καὶ μακρὸς ὄλυμπος.

Vt ad Iouem æther pertineat, mare ad Neptumnum, Ditis imperia apud inferos, terram communem omnibus remansisse. In quo animaduertendum est, q Homerus consentiat Empedocli, & Eracleoni, Ciceronis diuersa opinione. Aristote. quatuor elementa ait, aquam & terram ponderibus suis deorsum ferri, Ignem & aera tenuitate sua subleuari, & his quatuor elementis quintum, quasi proprium æthera addidit priuata mole discretum. Item Aristo. ait non esse idem ignem, & æthera, diuersitatemq; eorum comprobari ex eo, q ignis omnia consumat, æther omnia conseruet & nutriat. Anaxagoras his quatuor elementis constitutis rectorem adiungit siue spiritum, siue deum, siue mentem, per hæc quatuor regantur. Hic Anaxagoras Abderites fuit Democrito popularis, & discipulus. Quanquam alij Dionysium Cizicenum: Quidam Aristo, magistrum eius affirmant, vir nobilis amicus Alexandri apud Persas comes, hic animum principium omniū sensuum facit, quem secutus Plato in libro περὶ ψυχῆς, sic ait ἀλλ' ἀκούσας μέν ποτε ἐκ βιβλίου τινὸς ὡς ἔφη ἀναξαγόρου ἀναγιγνώσκοντος, καὶ λέγοντος ὡς ἄρα νοῦς ἐστιν ὁ πάντα διακοσμῶν τε καὶ πάντων αἴτιος, ἐδεξάμην ἂν ἔχειν τὸν νοῦν εἶναι πάντων αἴτιον, καὶ ἡγησάμην τοῦτο οὕτως ἔχοι τόντε νοῦν κοσμοῦντα πάντα κοσμεῖν. Quod æque Virgi. idem secutus est.

Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus,
Mens agitat molem.

Nam q Anaxagoras νοῦν, hic spiritum dixit. Et quoniam incidimus in hunc locum, par est præsenti quęstioni summatim videamus, quid in his quoq; agat Virgi. versus ita se habent.

Principio cœlum, ac terras, camposq; liquentes,
Lucentemq; globum Lunæ, Titaniaq; astra,
Spiritus intus alit.

Quod

Quod ibi Anchisen facit disputantem, q hic Silenum deum non nisi, q poeta Ennius Anchisen augurij, ac per hoc diuini quiddam habuisse præsumit. Sic doctusq; Anchises Venus: quem pulchra dearum, Fari donauit diuinum pectus habere. Næuius belli punici libro tertio sic, postq; auem aspexit templo Anchises sacra immensa penatium ordine ponuntur. Immolabat auream victimam pulchram, Virgilius sic, & si pietate meremur, Da deinde augurium pater, atq; hæc omnia firma. Nisi enim petijsset omnia, nunquam confirmari optasset, dehinc visa stella ait, vestrum hoc augurium, vestroq; in. n. t. e. Idem Virgilius in tertio Æneidos, vbi primum Italiam: quo auspicati sunt, ac templum in arce Mineruæ, conditū ab Idomenæo & Salentinis. De qua rē hæc tradit Varro, qui fit Menippeus, non a magistro, cuius ætas longe præcesserat nominatus, sed a societate ingenij quod is quoq; Omnigeno carmine satyras suas expoliuerat, in tertio rerum humanarum refert, Gentis salentinæ nomen tribus e locis fertur coaluisse, e Creta, Illyrico, Italia. Idomæneus e Creta oppido Lyctio pulsus, per seditionem bello Magnensium cum grandi manu ad regem Cliuicum venit ad Illyricum. ab eo item accepta manu cum Locrensibus plerisq; profugis in mari coniunctus amicitiaq; per similem causam sociatis Locros appulit vacuata eo metu vrbe, ibiq; possedit aliquot oppida, & condidit. In quis vrbs, & castrum Mineruæ nobilissimum. In tres partes diuisa copia in populos. xij. Salentini dicti, quod in Salo amicitiam fecerint. Cum ad hāc igitur arcem, siue oppidum equos animaduertisset Anchises, vt augur exclamat. bellū o terra hospita portas.

Anchises diuinus.

Bello armantur equi, bellum hæc armenta minantur.
Sed tamen ijdem olim curru succedere sueti
Quadrupedes, & fræna iugo concordia ferre. Spes est pacis ait.

Salentini vnde dicti.

Aperte igit' Anchises de rebus diuinis alibi loquit', vt hic Silenus. Quæramus igitur, an & ibi, sicut hic quatuor principia designet.

Principio Cœlum, ac terras, camposq; liquentes,
Lucentemq; globum Lunæ, Titaniaq; astra
Spiritus intus alit.

Nam terram simpliciter dixit, in campis liquentibus mare significat, cęterū cœlum, quod dixit, si pro igni accipimus, vbi aer. Sin vero cœlū pro aere, vbi ignē requiremus? Æmylius Asper cum hunc locū adnotaret, sic ait, hæc membra naturæ, sic solet iungere, vt in tria diuidat. Nam & alibi maria, ac terras, cœlūq; profundum. Et Homerus ἐν μὲν γαῖαν ἔτευξ' ἐν δ' οὐρανόν, ἐν δὲ θάλασσαν. Sed & Homerum ipso hoc loco possumus probare, quatuor elementorum mentionem fecisse. Nam ἐν μὲν γαῖαν ἔτευξεν Achilles significatur, vt homo terrenus, cui arma fiebant ἐν δ' οὐρανὸν aerem scilicet. In quo ista fiebant, Ignem extrinsecus adhibemus in ipso Vulcano. Similiter & Ennius & in Medea exule in his versibus. Iuppiter, tuq; adeo Summe sol, q res omnis inspicis, quiq; tuo lumine mare, terram, & cœlum contines, inspice hoc facin', priusquam fiat, prohibe scelus. Iam & hic Iuppiter, & Sol pro igni, qui mare, terram, ac cœlum continet, nō dubie cœlum pro aere dixerit, ita vt Virgilius, Dædalus vt fama est f. m. r. præpetibus p. a. s. c. cœlo. Nam Dædalum volantem aer sustinuit: ignis prodidit, vt Icarum, & in eodem, Geminæ cum forte columbæ, Ipsa sub ora viri cœlo venere volantes. Nam & auium volatus in aere, & Lucretius manifestius, cum ait in hoc cœlo, qui dicitur aer. Quamquam quod ad Homeri versus pertinet ἠέλιον ἀκάμαντα Ignem quidam velint significari, quoniam sol nihil aliud esse credatur, quam lumen igni permistum, hoc & Anaxagoræ ClaZomenio visum Socrates reprehendit. vt Xenophon in. iiij. ἀπομνημονευμάτων, sic refert, κινδυνεῦσαι δ' ἂν ἔφη καὶ παραφρονῆσαι τὸν ταῦτα μεριμνῶντα, οὐδὲν ἧττον ἢ ἀναξαγόρας παρεφρόνησεν ὁ μέγιστον φρονήσας ἐπὶ τῷ τὰς τῶν θεῶν μηχανὰς ἐξηγεῖσθαι, ἐκεῖνος γὰρ λέγων μὲν τὸ αὐτὸ πῦρ τε καὶ ἥλιον, ἠγνόει ὡς τὸ μὲν πῦρ οἱ ἄνθρωποι ῥᾳδίως καθορῶσιν, εἰς δὲ τὸν ἥλιον οὐ δύνανται ἀντιβλέπειν, καὶ ὑπὸ μὲν τοῦ ἡλίου καταλαμπόμενοι τὰ χρώματα μελάντερα ἔχουσι, ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς οὔ, ἠγνόει δὲ ὅτι καὶ τῶν ἐκ τῆς γῆς φυομένων ἄνευ μὲν τοῦ ἡλίου αὐγῆς οὐδὲν δύναται καλῶς αὔξεσθαι, ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς θερμαινόμενα πάντα ἀπόλλυται, φάσκων δὲ τὸν ἥλιον λίθον διάπυρον εἶναι, καὶ τοῦτο ἠγνόει ὅτι λίθος, μὲν ἐν πυρὶ ὢν οὔτε λάμπει, οὔτε πολὺν χρόνον ἀντέχει, ὁ δὲ ἥλιος τὸν πάντα χρόνον ἁπάντων λαμπρότατος ὢν διαμένει. Igitur secundum exempla apud Virgil. cum cœlum pro aere positū intelligimus, ignē in eo interpretabimur, q ait, Titaniaq; astra: ea enim esse ignea per ipsum probanda in primis, quod ait, vbi maximus Atlas Axem humero torquet, stellis ardentibus aptum. Deinde, me patris Anchisæ quoties astra ignea surgunt. Item, nam neq; erant astrorum ignes. Item, Gnosiaq; ardentis decedat stella coronæ.

Item Cicero in. ij. de Deorum natura sic, Quem complexa summa pars cœli, quæ æther dicitur, & suum retinet ardorem tenuē, & nulla admistione concretum, & cum aeris extremitate coniungitur: In æthere autem astra voluuntur, quæ se, & nixu suo conglobata continent, & forma ipsa, figuraq; sua momenta sustentant. Sunt enim rotunda, quibus formis, vt dixisse ante videor, minime noceri potest: sunt autem stellæ natura flammeæ, quæ circa terræ, maris, aquarum vaporibus alantur ijs, qui a sole ex agris tepefactis, & ex aquis excitantur, quibus peraltæ, renouatæq; stellæ, atq; omnis æther effundat eadem, & rursus trahat in idem, nihil vt ferè intereat, aut admodum paulum, quod astrorum ignes, & ætheris flamma consument. Ex quo nostri venturum putant id, de quo Panætium addubitare dicebant, vt ad extremum omnis mundus ignesceret, cum humore consumpto: neq; terra ali posset, nec remaneret aer, cuius ortus aqua omni exhausta esse nō posset. Itaq; relinqui nihil præter ignem: a quo rursum animante, ac de eo reuocatio mundi fieret, deniq; ornatus orietur. Sin vero cœlum pro igni in his versibus intellexerimus, quem eundem mundum, & cosmon dictum probat Varro in cynicis, quam inscripsit dolium, aut seria sic. Mundus domus est maxima homuli, quam quinq; altitonæ flammeæ Zonæ cingunt, per quam limbus pictus bis sex signis stellis micantibus altus in obliquo ęthere lunæ bigas acceptat. & appellatur a cælatura cœlum grece ab ornatu κόσμος latine a pruritie mūdus. Si ergo cœlū pro igni acceperimus, superest in eo, quod ait spiritus intus alit, aerem dictum præsumamus. Hic est etiam, qui nobis viuendi spiritum cōmeatum largitur, hoc illum & Ennius appellauit in annalibus, Corpore tartareo prognata plaude virago, quoi per imber, & ignis spiritus & grauis terra. Item Lucilius in. xxix. satyrarum. Hoc cum feceris cum cæteris reus vna tradetur lupo non aderit ἀρχαῖος hominem, & stochis simul priuabit eum igni, & aqua interdixerit, duo habet stochia, id malucrit, priuabit tamen, & Cice. eo lib. quo supra, principio enim terra sita in media parte mundi circunfusa vndiq; est, ac animali, spirabiliq; natura, quoi numē est aer, vt Virgilius in versibus superioribus Terrarumq;, animæq; cum significaret aeris. Ergo in his quoq; versibus spiritum pro aere accepimus. Quatuor elementorum facta descriptio, ad quam imaginem Varro mundo ouum comparauit in logistorico, qui inscribitur Tubero de origine humana sic dicens. Cœlū est testa, item vitellum. vt terra inter illa duo, humor quasi ilemus clusus aeri, in quo calor. In eodem etiam libro Varro interpretatur vitellum appellatum, quia nutriat vitalia. Nam & quod ait Vir. Ni faciat maria ac. t. c. q. p. Quippe. f. r. f. u. q. p. a. non, vt Asper putat, mundū in tres partes diuisit. Nā pro aere venti hic extrinsecus accipiūtur, ad quod argumētum collegimus Ennij exemplū de annalibus tertio. Sic densis aquila pennis, obnixa volabat Vento, quem perhibent graium genus aera lingua. Item cum ait Virg. Quin aspera Iuno, Quæ. m. n. t. q. m. c. q. f. Nec hic trium tantum modo elementorum intelligenda authoritas. Nam Iunonis nomen insigne positum est aeris, & exemplo superiore Ciceronis, quo eam Ioui iunctam, vt aerem ætheri vicinum declarauit. Item Homeri versus eundem Referūt intellectum, cum Iuppiter castigans ait.

Conflagratio mundi.

Mūdus.

Ouo cōparatur mūdus.

ἦ οὐ μέμνῃ ὅτε τ' ἐκρέμω ὑψόθεν, ἐκ δὲ ποδοῖν
ἄκμονας ἧκα δύω, περὶ χερσὶ δὲ δεσμὸν ἴηλα
χρύσεον ἄρρηκτον, σὺ δ' ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσιν ἐκρέμω.

Hæc Iuppiter Iunoni dixit comminatus. quæ enim possunt Iunonis videri suspendia, nisi librati aeris elementa: quæ sunt pedibus dimissa pondera, nisi terræ mariq; iacentia? Quis aureus laqueus nisi igneus? Quid enim si nomen Iunonis, græce pronuncies sępius, nonne iteratum inciditur, quinimmo cōsequitur nomen aeris, id est vt incipiat ἥρα, atq; identidem reuoluta fiat aer. Sic etiam apud Homerum vbi dij armis disceptant, Iuno Dianæ ademptsit, quæ luna confusa aeris densitate consuerit pati obscuritatem, Quanq; & eandem Lunam, siue Dianam, & eandem Iunonem videri. ibi dicat Cicer. in. ij. de deorum natura, sic Luna a lucendo nominata, eadem Lucina, Itaq; vt apud Græcos Dianā, eandemq; Luciferam, sic apud nos Iunonem in pariendo inuocant, quæ eadem Diana anniuaga dicitur, non a venando, sed q in septem vagatur, tanquam venatibus Diana dicta, qua noctu quasi diem efficeret. Adhibetur autem ad partus, q maturescūt, aut septem nonnunq;, aut plerunq; nouem lunæ cursibus, qui quia mensa spatia conficiunt, menses nominati: Varro etiam in logistorico, quem inscripsit Mesalla de valitudine, ait antiquos agrestes venandi peritos, cum plurimū in syluis agerent, quod veluti Diana duce ad inuestigandas feras paterēt Deuianam appellasse

Universidad de Deusto Biblioteca

pellasse deam:mox Dianam,quod intelligerent eandem esse,quę diem nascētibus daret:Planè trinam esse mundi originem,& Lucretius confitetur, dicens, Principio maria, ac terras, cœlumq; fuere.Quorum naturam triplicem tria corpora texta: & alio loco,Omnia per sonitus arcet terram,mare, cœlum:Afranius etiā in augure,modo postea q̄ adripui trabes, hunc nostrum augurem,mare, cœlum, terram ruere ac tremere diceres. Consentit & Pherecydes, sed diuersa affert elementa ζῆνα inquit καὶ χθόνα κρόνον, ignem,ac terram tempus significans, & esse æthera, qui regat terram, qua regatur tempus, in quo vniuersa pars moderetur. Sunt qui binis principijs mundum discriminent. Nam Zenophanes colophonius terram, & aquam prodidit. Quanq̄ ab Homero hæc est tracta opinio ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε, Consentit in numero Eurypides, sed speciem discriminat: terram enim & aera inducens principia sorori declarauit. Addita. ¶ Hæc Probus, qui in hac re probe philosophatus videtur, sed quia ad catholicam veritatem magis quadrant, quæ a Christophoro Landino afferuntur: addemus etiam ea præmissis tamen quibusdam notatu non indignis. questio cum solutione Quorum sit hoc primum. Videres verbum secundæ personæ positum esse generaliter:nam non magis secundam q̄ quālibet respicit:perinde enim est ac si dicatur,omnis qui adesset videre posset.Sed occurrit dubium,quia dictum est ad illud,Soluite me pueri,satis est potuisse videri,semideos non videri,nisi dum vellent quomō ergo nunc Faunos,cuilibet videndos dicat:Respondes tanto studio saltandi ductos,vt sese occultandi curam negligāt. Notum autem est. In præpositionem, quando pertinet ad formam,aut similitudinem deseruire accusatiuo, vt in numerum, id est ad mensuram, & modum numerorum. Non sine emphasi dicit, quercus rigidas motare cacumina,quia si rigidæ:vtpote annosæ & duræ motant cacumina, multo magis teneræ, & flexibiles, vel q̄ eorum ætas aptior est lusui, vel q̄ cacumina flexibiliora. Neq; putabimus vento motari: quia venti,Sileno cantante, non flant, eo q̄ vitibus obsunt, sed per hyperbolem etiam quercus rigidas tanto affici gaudio, vt præ lætitia tripudient. Et quia Orpheum canentem secutas dicunt syluas, & lauros Eurotæ didicisse carmina Phœbi,infert per excellentiam.nec tantum Phœbo, quasi dicat,tametsi Phœbus est musarum princeps: tamen nō vsq; adeo gaudet Parnasia rupes Phœbo dicata, ipso cantante, quantum omnis mundus gaudet cantante Sileno. Præterea si maius dicas, q̄ quercus Orphea secutæ sint, quam q̄ cacumina notarint, dicet poeta,propterea minus esse,quia in vno, aut altero dumtaxat loco,vtpote in Rhodope,aut Ismaro id contigit,cum Sileno cantante omnis mundus gaudeat,& præ gaudio exultet, neq; opus est,vt syluæ sequantur,cum Silenus ligatus,non discedat. Id genus complura,& ad hunc,& ad cōsimiles locos facile adduci possent,sed his contenti sumus.

CHRISTO.

¶ Parnasia rupes.)Parnassus phocidis mons biceps, quorū vertex alter Baccho, alter Phœbo sacer est. Non tamen est Helicon, aut Cytheron.Nam hi in Bœotia sunt.Et musis natale solum prębuit Helicon. Delphi sub Parnaso sunt, Cirrha vero & Nysa nomina sunt vrbium,& Nysa in Helicone est. Cyrrha Nysa. Habet tamē duos vertices Parnasus. Oui.Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus, Nomine Parnasus. Et Hero.in.viij.lib.quem Vraniam appellat, scribit e Parnaso vero gemini vertices abscissi in illos irruentes multos mortales protriuere. Ac paulo infra. Vnum ex verticib.Hyampeum nominant,& in eo, Castalium fontem ponit.Hæc idcirco libentius scripsi: quoniam ego quoq; in eo errore diu fui, quod Helicon & Cytheron essent Parnasi vertices. Rhodope, mons Thraciæ est, quem Mygdones incolunt sacris Bacchi celeber.Ismarus,Thraciæ mons.Mundus triplex est,inuisibilis, Item visibilis quo quæcunq; creata sunt continentur, Et microcosmus,id est paruus mūdus, id est homo:Ergo mundus, id est omnia,quæ in mundo visibili sunt:& est intellectio. Mūdus Microcosm⁹. ¶ Nam canebat vti ma.p.i.co.)Opinionem Epicuri satis dilucide ponit Ser.reliquorum autem philosophorum de principijs opiniones apud multos leges. Verum distincte dilucideq; rem vniuersam apud Eusebium de præparatione Euangelica scriptam reperies, præsertim quid prisci illi physici, quorum volumina non extāt, senserint. Quibus omnibus confutatis constat veram esse Christianorum opinionem,mundum ex nihilo a Deo creatum. Lapides Pyrrhæ,a rebus physicis ad fabulas delabitur Maro, ne poetam se esse obliuisci videatur, Idem principium rebus serijs ponit in Georgicis. Idem & Iuuena.Ex quo Deucalion nimbis tollentibus æquor Nauigio ascendit montem, sortesq; poposcit,

Paulatimq; animas caluerūt mollia saxa,Et maribus nudas ostendit Pyrrha puellas.Deucalionis autem, & Pyrrhæ diluuium narrat Ouidius.quo tempore cū qui ex inundatione superfuerunt, montana incolerent,ferinam,duramq; vitam agentes, neque in plana diluuium formidantes descendere vellent: verbis Deucalionis mares,Pyrrhæ vero hortatu mulieres persuasæ sunt,vt in loca culta descenderent,& ad mitiorem vitam accederent, datus est fabulæ locus, vt ex lapidibus ab illis iactis reparatum sit humanum genus: quia ex ferinis durisq; moribus ad humanum cultum rediere. Fuit autem hoc diluuium regnante Athenis, vt ait Varro, Crimao Cecropis successore, vt vero Euse.& Hiero. scribunt,nondum defuncto Cecrope. Dictum autem est Deucalionis diluuium:quoniam maxime eius regionem oppressit.Ad Ægyptum autem,& eius vicina non peruenit. Fuit huiuscemodi diluuium anno mundi septimo supra tria millia sexcentos septuaginta annos.ad diluuiū vero vniuersale quod fuit temporibus Noe ab Adam.i.a mundi principio intercesserunt anni ducēti & quadraginta duo supra duo millia. Ait Seuerus,atq; idē affirmat Africanus,qui scripsit de temporibus & historijs Hebreorū, & Græcorum,& Persarum,& Macedonum, & Alexandrinorum, item Romanorum quinq; libris omnia complexus est. Fuit & aliud diluuium regnante Ogyge,qui in Attica Eleusinam condidit.Cuius etiam temporibus apud lacum Tritonidem virgo apparuit,quam Græci Athenem, nostri autem Mineruam dicunt. Verum ab hoc diluuio ad mundi primordia intercesserunt quadraginta & septem anni supra millia & quadringentos.

MANCINELLVS.

¶ In numerum.)ordinē, & rationē. ¶ Faunos.)Fauni dicti sunt a fando.i.a vaticinando,vnde & fatuos dicimus inconsiderate loquentes. Traditū vero est in syluestribus locis fari solitos,vt scribit Varro, erant Latinorum dij. ¶ Parnasia.)Parnasus mons est Phocidis,vt ait Stra.lib.ix.qui vniuersus consecratus existit, antra & alia loca honore,& sanctitate digna continens. Estq; in Parnaso rupes quædam prærupta fundosam relinquens vallem per quam plurimus amnis dispergitur, quę rupes Cirphis vocatur. Hinc itaque biceps Parnasus dicitur.ibi autem Phœbus Musis preesse fertur lyra sonās. ¶ Rhodope.)Thracię mons:ibi autem Orpheus sonare cātareq; solitus erat,& ibi sacra Liberi patris Orpheo primū initiante celebrantur, vt scribit Mela:est autē mons sublimis post Æmum,vt Stra.ait lib.vij.de Thracia loquens,Ptolemęus lib.iij.scribit Rhodopem montem esse supra Nesum fluuium,atq; Ebrum. ¶ Ismarus.)Thraciæ mons est. Nanq; canebat vti,hoc carmen & sequentia sex Ennij sunt in Ctesiphonte, vt docet Macro.lib.vj.Nanq;,ordo est,nanq; canebat Silenus, vt semina & terrarum,& animę, & maris, & liquidi simul ignis fuissent cuncta.i.collecta per magnū inane.i.locū, & spatium vacās. ¶ Magnum per ina.coa.Semi.)Lucre.lib.j.ostendit rerum naturā duabus in reb⁹cōsistere,in corpore.s.& inani.i.atomis,& aere quod his versibus patet.Omnis vt est igit̃ per se natura duabus.Consistit rebus, nā corpora sunt & inane.Hęc in quo sita sunt, & quo diuersa mouent̃.Id autē sumpsisse videt̃ Lucre.a Democrito, qui quidem opinatus est illa principia omniū esse atomos, atq; inane,Atomos vero esse infinitas,& concretiones oēs gignere ignē, aquam,aerem, terram quippe & hæc ex atomis quibusdā constare;solem item,ac lunam ex atomis esse compositos. Legito Laer. Semina, atomos intelligit, vt patuit. ¶ Animæq;.)i.aeris; vt his exordia pri.Canebat item Silenus,vt his primis.s.seminibus omnia exordia concreuerint,& vt concreuerit ipse tener orbis mūdi.i.cœli.Philosophus autem in li.de cœlo & mundo inquit,cœlum nec graue nec leue esse. ¶ Tum durare solū.)canebat vt solū .i.terra cœperit durare se,& discludere Nerea.i.aquam pōto.i.in mari, & vt cœperit solum ipsum paulatim sumere rerū formas. ¶ Nerea.)Nereus Oceani & Tethyos filius,teste Hesio.quem omnium antiquissimū dixit Orpheus in Argonautica,sed pro aqua ponitur hoc loco:neros,n.aqua dicitur. ¶ Discludere Nerea pō.) Fuerat olim Chaos.i.elemētorū cōfusio,postea quidquid ex omni materia, de qua facta sunt omnia, purissimum ac lucidissimū fuit:Id tenuit summitatem, & ęther vocatus est. Pars cui minor puritas inerat,& aliquid leuis ponderis aer extitit, & in secūda loca delapsus est. Post hæc,quod liquidum, & corpulētum erat, in aquæ fluxum coagulatū est. Quod deinde impenetrabile,& densatū ex defecatis abrasum resedit elementis,hęsit in imo,& terræ nomen accepit,hanc sparsus aer,vndiq; fulcit,& continet,nec in recessum aut accessum moueri eam patitur. Legito Macrob.li.j. de som.Naso etiam lib.j.Metamor.optime scripsit. ¶ Iamq; nouum.)Et canebat vti terrę iam stupeat nouum solem lucescere. Imbres,

Imbres,id est aqua & pluuiæ ipsæ, a terra autem caligo humida, & propter vapores fumida exhalat,hinc nubes, quæ in sublime egressæ in liquorem soluuntur, id Plin.lib.ij.docet.Incipiant syluæ,& canebat cum primum syluæ,incipiant surgere, & cum primum rara animalia errent per ignotos montes.

ASCENSIVS.

¶ Tum vero in numerū,&c.)Recitat igitur vt instituerat carmē ipsius Sileni, cuius tantā dulcedinem esse docet, vt totus mūdus eo gaudeat,in qua re satis aperta est allegoria:nā si Silenus est nutritor Bacchi,Bacchus autē pro vino accipitur,quod amœnitate & grata tēperie nutritur,nō est mirandū si eo cantante totus mūdus gaudeat:cū sub amœna serenitate etiā volucrū sit concentus in agris, vt alibi docet author noster. ¶ Ordo est. Tū vero.i.maxime tūc videres.i.quilibet videre potuisset, & Faunos.i.deos illos syluestres a fando dictos & feras, ludere.i.saltare:in.i.s̃m numerum.i.modulos carminis,& videres,tum.i.tūc, quercus rigidas.i.duras,& difficulter flexibiles:motare.i.frequenter mouere & nutare,cacumina.i.summitates suas. Nec rupes Parnasia quæ est in Parnaso monte Phocidis gaudet.i.exultat tantū.i.intantū Phœbo.i.Apolline,nec Rhodope & Ismarus mons vterq; Thraciæ miratur tantū.i.intantū Orphea.i.vatē suum clarissimū, qui syluas & saxa post se dulcedine cantus sui traxit, quantū omnis mundus gaudet Sileno cantante.i.dum Silenus cantat.Nāq; pro quia sup.Silenus canebat vti.i.quēadmodū semina.i.prima elementa:hoc est atomi,s̃m Lucre.& ante eum Democritū, fuissent coacta.i.cōcreta,& cōglutinata,per magnum inane.i.spatium capax rerum priusquā essent.semina inquā terrarum, & animæ.i. aeris,& maris.i.aquarum,& simul.i.pariter liquidi,id est elementaris & puri ignis,& canebat, vt.i.quemadmodū omnia exordia .i.origines & principia rerum sup.cōcreuerint.i.cōfecta aut cōposita sint, ex supp.his primis.s.seminibus atq; elementis, & vt ipse orbis.i.globus mūdi tener.i.adhuc fluidus, nec satis solidus concreuerit.i.consolidatus sit atq; coaluerit his primis, scilicet elementis vocatis saltem. Tum.i.deinde, supple canebat, vt supple orbis mundi cœperit.i.inceperit durare.i.durum efficere solum.i.terram quæ solida est, & discludere Nerea.i.aquas fluuiales ponto.i.ab aquis salsis & marinis, & vt sup.orbis mundi cœperit sumere paulatim formas rerum, quæ omnia Meta.j.Ouid. graphice describit, nec illic, aut hic dicta multum abhorrent ab Genesi catholica,nisi quod creatione ex nihilo non potuit in animos Ethnicorum cadere.itaq; chaos aut atomos aut hylen ab æterno posuerunt.Et canebat vt,sup.terræ.i.genita in terris stupeant solem nouum.i.recens ortum ac formatum:lucescere.i.lucem,suam diffundere,altius.i.in regione altiore sitū:atq; vt sup. imbres cadāt.i.decidāt in terras, & hoc nubibus summotis.i.sub latis:hoc autē est aut sursum latis: quia vapores trahunt̃ sursum vnde nubes fiant,& id physice dictum esset,aut clam amotis,& id secundum vulgus imperitū:quod cum neq; sciētiam neq; experientiā haberet,stupebat quo nubes diffugerint,ignorans quod in pluuias resolutæ essent,cum.i.quo tēpore syluæ incipiant primum surgere.i.oriri ex pluuia.s.& cum animalia rara, quia nondum per propagationem multiplicata,cum secundū Etnicos prima ex Sole & limo procreata essent occulta virtute cœlesti, & secundum fidē a Deo creata essent:errent per montes ignotos.i.in quibus nunquam prius fuerāt cum iam tum primum producta essent. Mancinellus tamē vult vt ordo sit. Et canebat, cum.i.quo tempore syluæ incipiant primum surgere, & cum primum rara animalia errent per ignotos montes:sed non minus cōcinna est constructio atq; sententia,si dicat̃ vt prius,canebat vt imbres cadant ex nubibus summotis.i.sursum latis tunc cū syluæ incipiāt primū surgere, & cum animalia errent primū per ignotos montes:quia secundum physicos ex pluuia nascuntur syluæ: hoc est pullulant arbores, & nascuntur gramina quæ vt pascant̃ errare cœperunt animalia per ignotos montes, aut etiam ipsa, vt dixi post pluuiā ex limo per Solem s̃m gentiles tunc primū formata erant. ¶ Regula est. Propriorū nominū prima potissimū syllaba cuius quātitas generali regula nō agnoscitur ad placitū ferè ponitur:vnde prius Silenū pueri prima longa, Et hic cantante Sileno eadē correpta dicit. In Æneide autē, Sichæus prima cōmuni profertur. Dico eius quātitas,&c.quia si positione aut diphthongo producatur non possit corripi vt Scylla, Dædalus. Regula

PIERIVS.

¶ Motare cacumina quercus.)Motare quidem in antiquis alijs codicibus,sed in Longobar.Mutare,habet̃. Quod si admittas cacumina montiū intelligas. Trāsire quippe arbores de monte ad montē.Sequitur.n.cōparatio ad Orphea,quē arbores secutę,vmbram feruntur prębuisse vati:vt in appēdicibus Virgilij legitur: magis tū placet Motare, quia de saltatione sermo est. ¶ Nec tantū Rhodope miraẽ,& Ismarus Orphea.)In Ro.co.& in Oblongo,Mirantur,verbo numeri multitudinis inter duo singularia posito. Alcmanica figura,quā etiam apud Home.Porphyrius agnoscit. ¶ Altius atq; cadāt.)In Roma.codice vtq; legit̃.Sed atq;, receptū. ¶ Summotis nubibus imbres.)In Roma.codi.Summotis ignib⁹, legitur.Quod significaret,æstate summota,essetq; sermo de tēporū cardinibus vere,æstate,autumno, & hyeme, quæ παρὰ τὸ ὕειν, hoc est pluo nuncupaẽ.Exacta.n.ęstate imbres solere latius effundi,ita vt omnia plenis rura natent fossis, iam omnibus exploratum est. ¶ Rara per ignotos errēt animalia montes.)In Ro.co.legitur,per ignaros. Dictionēq; hanc A.Gellius inter eas recenset, quæ passiue etiā accipiuntur, pro ignorato quippe,vel ignoto. Quanq̄ versum illū,qui ab eo citatus est, exēpli gratia.Ignarum Laurens habet ora minātia: posse aliter legi suo loco ostēdimus In castigationibus Æneidos.

Hinc lapides Pyrrhæ iactos,Saturnia regna,
Caucaseasq; refert volucres:furtumq; Promethei.
His adiungit,Hylam nautæ quo fonte relictum
Clamassent:vt littus Hyla Hyla omne sonaret.

SERVIVS.

¶ Hinc lapides.)Quæstio est hoc loco. Nam relictis prudentibus rebus de mūdi origine: subito ad fabulas transitum fecit. Sed dicimus aut exprimere eum voluisse sectam Epicuri, quæ rebus serijs inserit semper voluptates: aut fabulis plenis admirationis puerorum corda mulcere. Nam fabulæ, causa delectationis inuentę sunt:vt ipse in Georgicis docet,dicens,Cętera quę vacuas tenuissent carmina mentes. Quod autē dicit. ¶ Regna Saturnia.) Fabularum ordinem vertit. Nam quo tempore Saturnus regnauit,in terris non fuit diluuium:sed sub Ogige rege Thebanorū. Secundum autem diluuium fuit sub Deucalione & Pyrrha. Sanè sciendum & per diluuium & per ecpyreosin significari temporū mutationem. ¶ Caucaseasq; refert volucres, furtumq; Promethei.)Et hic fabulæ ordinē vertit,quæ talis est, Prometheus post factos a se homines, dicitur auxilio Mineruæ cœlum ascendisse: & adhibita facula ad rotam Solis, ignem furatus: quem hominibus indicauit.Ob quam causam irati dij, duo mala immiserūt terris,febres,maciē & morbos: sicut & Sappho & Hesiodus memorant, ἀλλὰ δὲ μυρία λυγρὰ κατ' ἀνθρώπους ἀλάληται πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν πλείη δὲ θάλασσα. Quod tangit & Horat.dicens Post ignem æthera domo Subductum,macies & noua febrium Terris incubuit cohors. Ipsum etiam Prometheum per Mercurium in monte Caucaso religauerunt ad saxum:& adhibita est aquila,quæ eius cor exederet. Hæc autem omnia non sine ratione finguntur. Nam Prometheus vir prudentissimus fuit. Promes theus. Vnde etiā Prometheus dictus est, ἀπὸ τῆς προμηθείας, id est a prouidentia. Hic primus astrologiam Assyrijs indicauit:quam residēs in monte altissimo Caucaso, nimia cura & solicitudine deprehēderat. Hic autem mons positus est circa Assyrios: vicinus penè syderibus. Vnde etiam maiora astra demonstrat: & diligenter eorum ortus occasusq; significat. Dicitur autem aquila cor eius exedere, quod ἄχος est solicitudo:qua ille affectus,syderum omnes deprehenderat motus.Et hoc quia per prudentiam fecit, duce Mercurio, qui prudentiæ & rationis Deus est, ad saxum dicitur esse religatus. Deprehendit præterea rationem fulminum, & hominibus indicauit: vnde cœlestem ignem dicitur esse furatus.nam quadam arte ab eodem monstrata, supernus ignis eliciebatur:qui mortalibus profuit, donec eo bene vsi sunt. Nam postea malo hominū vsu in perniciem eorum versus est:sicut in Liuio lectum est de Tullo Hostilio qui eo igni exustus est cum omnibus suis: Numa vero Pompilius impune eo vsus est, tantum in sacris deorum. Hinc est quod igne rapto ab iratis numinibus morbi hominibus dicuntur immissi. ¶ His adiungit Hylam.)Puerum comitem Herculis: quem perdidit in finibus Ionijs iuxta Mysiam: nec vsquam potuit reperire. Postea cum esset cognitum quod perisset in fonte, ei instituta sunt sacra, in quibus mos fuerat, vt eius nomen clamaretur in fontibus. Ad quam imitationem nunc dicit. ¶ Vt littus Hyla Hyla omne sonaret.)Postremum autem,La breue est.ideo quia vocalis vocalem sequitur.Nā omnis

Universidad de Deusto Biblioteca

vocatiuus græcus a masculino veniens, in A terminatus longus est: vt Ænea, Hyla, Palla.

MANCINELLVS.

Deucalion.

¶Hinc lapides.)Ordo est, hinc refert lapides Pyrrhæ iactos, hinc refert regna Saturnia,&c. Lapides Pyrrhę, tempore Deucalionis, & Pyrrhæ, vt narrat Ouidius lib.j. Meta. aiunt diluuium per vniuersam terrã fuisse, cum ipsi duo tantũmodo, quia optimi restitissent, Themidis oraculo ducti, lapides post tergum iecerunt, Inq; breui spatio superorũ numine saxa, Missa viri manibus faciem traxere virorũ, Et de fœmineo reparata est fœmina iactu. Veritas tamen alia est: nam vt Iusti. lib.ij. scri. Amphiteonis Atheniarum regis temporibus aquarũ illuuies maiorẽ Græciæ partẽ absumpsit, superfuere, qui refugia montium ceperunt, aut ad regem Thessaliæ Deucalionẽ ratibus euecti sunt, a quo propterea genus humanum conditum dicitur. ʃ Saturnia.)Saturnus ætate aurea in Latio regnauit. vnde ait Maro lib.ix. Aureaq;, vt perhibent, illo sub rege fuere Sæculã, Sic placida populos in pace regebat. latius tamẽ supra in quarta Eclo. ʃ Caucaseas volucres.)Caucasus, Scythię mons est dictus, quasi graucaseus, hoc est niue candidus, vt Plinius ait libro.vj. Ibi dicũt aquilam Promethei iecur indeficiens assidue deuorasse, & eam Herculem occidisse. Diodorus autem libro primo rei veritatem exponit, videto ergo ibidem, ne ego sim longior. ʃ Furtumq;.)Dicunt Prometheũ ferula furatum esse ignem e solari curru, & in terras duxisse, & homini quem ex luto formauerat, eo spiritum immisisse: Sed re vera ipse docuit ignẽ ferula asseruari, vt scribit Plinius libro septimo. Promethei pro Promethi: nã ei, pro vnica syllaba posuit, vt ibi, Iam validam Ilioni, pro Ilionei: est itaq; synæresis, de qua in carmine figurarum legito. potes igitur Promethi, & Ilioni legere. ʃ Promethei.)Prometheus dici potest prouidens, vel prudens. Id enim Promethes dicitur: & Prometheo prouideo. ʃ Hyla.)Hylas, vt Strabo docet libro.xij. vnus ex socijs Herculis fuit, qui etiam argonauta erat, & cum aquatum egrederetur, a Nymphis raptum finxerunt. Fuit autem in Bithynia iuxta Prusiadem vrbem, vbi adhuc festa quædam celebrantur, in quibus per montes vagi, ac saltantes Hylam vocant, quasi in syluas ad istum inquirendum egrediantur. Hylao autem, & hylacteo, resono, ac latro significãt: vt littus, adiungit etiam modum. Hæc ille: Promethei autem fabulam latius Landinus prosequitur, dicens, Ex Titano cœli, & terræ filio natus est Iapetus, & ex Iapeto Protheus, qui matrem habuit Asiam nympham. Fingunt hunc auxilio Palladis, in cœlum sublatum ferulis ignem solarem accepisse, & in statuam, quã de limo finxerat, immisisse. Deos vero propter hoc iratos, per Mercurium in Caucaso religasse, aquilamq;, quæ eius iecur corroderet apposuisse. hæc figmenta exprimunt q̃ ille relicto fratri regno in Chaldæos profectus, mathematicam omnem didicit. Deinde in Caucasi vertice moratus, syderum ortus, occasusq; & fulminum naturam obseruasse: inde ad Assyrios reuersus illos astrologiã docuit: & ciuilibus moribus informasse, Sicq; ex feris mãsuetos reddidisse. Euseb. refert nõnullos sentire Prometheum, & Epimetheum & Atlantem fratrem, & Argum cuncta cernentem, & Iosiliam Promethei fuisse temporibus Cecropis, alios ante Cecropẽ annos quinquaginta, vel nonaginta. Lactan. ait illum primum simulachrum hominis fecisse. Plin. scrib. primum e silice ignem excudisse, & ferula seruari docuisse.

Caucasus mõs vbi locorum.

Prom. Hylas.

ASCENSIVS.

¶Hinc lapides,&c.)Post physicam narrationem poeticam ac fabulosam interserit, quæ nõ minus ad delectationem ac voluptatem, quam pueri illi potissimum expetebant faciunt. Neq; tamẽ nihil ad poetæ institutum: nam si ipsis duntaxat philosophica recitasset: non Bucolicam, sed philosophiam profiteri videretur. Præterea fabularũ ferè interpretatio ex physica dependet ratione. Fabulas autem dilucide enarrãt commentarij: quocirca satis sit nobis ordinem posuisse, qui talis est. Silenus, sup. refert. i. recitat cantando hinc. i. post dictam rerum Genesim, lapides Pyrrhæ iactos. s. ab ipso tempore diluuij quod sub Deucalione fuisse perhibetur: aut lapides iactos Pyrrhæ. i. a Pyrrha, vt sit datiuus pro ablatiuo, sicut apud Horatium. Scriberis Vario, pro a Vario,&c. refert regna Saturnia. i. aurea qualia erãt tempore Saturni: & volucres Caucaseas. i. quę in Caucaso monte Scythiæ iecur Promethei exedũt, & furtum Promethei qui ignem de cœlo furatus dicitur in ferula. Et ipse adiungit his Hylam. i. fabulam aut narrationem de Hyla puero ab Hercule dilecto: adiũgit, inquam, quo fonte relictum Hylã nautæ clamassent ita sup. vt omne littus sonaret, & referret per sonum Echo Hyla Hyla. i. referendo eas voces quas nautæ quærentes Hylam emiserant. Corripitur autẽ in posteriore Hyla, posterior autẽ syllaba propter vocalem sequentem, nõ abijcitur. In priore vero, neq; corripitur, neq; abijcitur, aut quia per interualla pronunciandum, aut quia aspiratio vim literæ obtinet, sicut & illic in.j. Æneid. Posthabita coluisse Samo hic illius arma. Fabulas, vt dixi, commentarij explicant.

PIERIVS.

¶Caucaseasq; refert volucres.)In codici. aliquot antiquissimis in Roma. in Medi. Caucasias per i penè vltima habẽt: & ita in.ij. Geor. Caucasio: multa tamẽ eiusmodi libentius per e Latini protulere. ʃ His adiungit Hylã.)Hylan, per n, omnia vetera scribunt exemplaria. ʃ Vt littus Hylan.)Vt taceã hul in antiquis codicibus de quo alibi. Est etiã, quo littus legere in aliquot manu scriptis sed, vt, omnino melius.

SERVIVS.

¶Pasiphaen.)Nota fabula: Cretensium reginam Minois vxorem, quę tauri amore flagrauit. ʃ Ah virgo infelix.) Ad hoc ptinet quod ait. ʃ Solatur.)vt quod amat taurũ, fortunæ magis videatur esse, q̃ morum. Virgo autem (vt diximus supra) a viridiore ætate: nam iam mater fuerat Phędrę, Ariadnes, Androgei, ʃ Prœtides implerunt falsis mugitibus agros.)Prœtides. Prœti & Sthenobœæ, siue Antiopæ, ꝑm Homerũ filiæ fuerunt. hæ se Iunoni in pulchritudine cũ prętulissent: illa irata hũc errorem earũ immisit mẽtibus, vt se vaccas putarẽt, adeo vt plerunq; mugirent & timerẽt aratra. has Melampus postea purgasse perhibetur.

Et fortunatam, si nunquam armenta fuissent,
Pasiphaen niuei solatur amore iuuenci.
Ah virgo infelix, quæ te dementia cepit?
Prœtides implerunt falsis mugitibus agros:
At non tam turpes pecudũ tamen vlla secuta est
Concubitus: quamuis collo timuisset aratrum:
Et sæpe in læui quæsisset cornua fronte.
Ah virgo infelix, tu nunc in montibus erras:
Ille latus niueum molli fultus hiacyntho
Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas:
Aut aliquã in magno sequit̃ grege. claudite nymphę
Dictææ, nymphæ nemorum iam claudite saltus,
Si qua forte ferant oculis sese obuia nostris
Errabunda bouis vestigia. forsitan illum
Aut herba captum viridi, aut armenta secutum
Perducant aliquæ stabula ad Gortynia vaccæ.

ʃ Ilice sub nigra.)Vel vmbrosa, vel re vera nigra: nam talis est. ʃ Pallentes ruminat herbas.)Reuomit, & denuo consumit.

Ruma.

Ruminatio autem dicta est a ruma eminente gutturis parte: per quam demissus cibus a certis reuocatur animalibus. Pallenteis autem vel aridas, vel quæ ventris calore propria viriditate caruerunt. ʃ Aliquam in magno sequitur grege.)Ac si diceret, Habes aliquid spei: siquidem nouit amare quem diligis. Notãdum autem gregem eum de bobus dixisse, cum armenta) dicamus. Licet grex sit quorumlibet animalium congregatio. Sic Cicero in Philippicis, Fudit apothecas, cecidit greges armentorum. ʃ Claudite nymphæ.) Melius hoc a persona Pasiphaes dictũ accipimus, vt dicat Silenus, hoc illã aliquando dixisse. ʃ Errabunda bouis vestigia.)Illud expressit, quod vno verbo Homer' ait εἰλίποδας βοῦς, hoc est flexis pedibus incedẽtes. ʃ Ad Cortynia.)Nã apud Gnosum imperabat Minos eius maritus in Creta. Vnde illuc taurum non vult venire: sed ad Cortynon, vbi fuerant aliquando Solis armenta.

MANCINELLVS.

¶Pasiphaen.)Pasiphae tetrasyllabum est, non enim diphthõgum habet in penultima. Vnde Propertius ait, Vobiscum Europæ, nec probat Pasiphae. fuit autem Minois Cretæ regis vxor, Solisq; filia. Traduntq; Minoem quotannis speciosissimum omnium taurum Neptũno solitum de more sacrificare, sed cum ei taurus esset cæteris præstantior, alium sacrificauit deteriorem, qua ex re iratus Minoi Neptũnus, eius tauri amorem Pasiphae iniecit, cui arte Dædali supposita, decantatum fabulis genuit Minotaurum natura duplici. vt qui vsque ad humeros taurus, cætera homo esset. Diodo. li.

Prœtus

do. lib.v. id scribit. ʃ Prœtides.)Prœtus Abantis filius Argiuorũ rex inimicam felicitati suæ habuit fœcunditatẽ. Tres. n. sustulit filias, & ad tempus nuptiarum vsq; perduxit, sed incontinens virginum lingua infelicitatis edidit causas: eæ enim feruntur solæ in templum Iunonis intrasse, & cum se prętulissent deę, his rebus offensa Iuno, immisit eis furorem vt se vaccas putarent, & cupiditatem iniecit syluas petendi, credentes se formam induisse vaccarum, quod eousq; passæ sunt, donec a Melampode insania liberatæ sunt, qui quidẽ herbariæ artis peritissimus fuit. De hoc, lege Lact. th. iij. Vitru. quoq; lib. viij. sic ait. apud fontem Clieorium Melampus purgauit Prœti filias. restituitq; earum mentes in pristinam sanitatẽ. Claudite. s. vt eum facilius inueniam. ʃ Nymphæ Dictææ.)i. Dictæi montis Cretæ nymphæ nemorum. i. Dryades. ʃ Cortynia.)erat Cortyna illustris Cretæ vrbs, sita in campo, nec multum a Gnoso Minois regia distans, plura Strab. lib. x.

Cortynia.

ASCENSIVS.

¶Et fortunatam,&c.)Prosequitur fabulam Pasiphaes, quam Seruius prolixe explicabit ad principiũ. vj. Æneí. Signãter autẽ dicit poeta solatur, quasi nõ fabulam narrare, sed rem ipsam gerere videatur. ¶Ordo est. Et sup. Silenus, solatur. i. tam graphice canit vt solari videaẽ, sup. de amore niuei iuuenci. i. tauri cãdidissimi, aut solatur amore, quia docet nõ amplexandum amorẽ tauri. In amore. n. fit duplex solatium, aut dum potiundi datur cõsilium, aut dum euitandi remediũ per detestationem, vt hoc loco. Solaẽ, inquã, Pasiphaen reginã Cretensem Minois coniugẽ & Solis filiã fortunatã, beatã, & felicẽ. i. quæ fortunata & felix fuisset, si nunq̃ armenta fuissent. Solatur autẽ condolẽdo, ac dehortando. Ah virgo. i. puella adhuc in viridi ætate ac vigore degẽs, quæ. i. qualis, clemẽtia. i. furor, cœpit. i. inuasit te? q. d. maxime detestabilis. Nã Prœtides. i. Prœti filiæ impleuerũt agros falsis mugitibus. i. boatibus, hoc est credebant quidem se vaccas esse: attamen vlla, sup. Prœtidum quæ tres erant, non est secuta tam turpes concubitus pecudum. i. iuuencorum aut taurorũ, vt tu: quãuis ipsa. s. quælibet illarum trium timuisset collo aratrum. i. iugum ad ducendũ aratrum, & quamuis quæsisset sæpe cornua in fronte leui. i. polita & æquali in qua nihil extabat, neq; asperũ erat. Ah o Pasiphae infelix virgo. i. iuuencula, tu erras. i. vagaris nunc in montibus. Ille. s. iuuencus aut taurus quẽ quęris eius amore capta, fultus latus niueum. i. habẽs latus niueum fultũ. i. sustẽtatũ hyacintho. i. flore illo ab hyacintho denominato molli. s. in attactu, ruminat, id est remasticat ac remandit herbas pallenteis. i. semicoctas in aluo, sub ilice. i. arbore illa glãdifera, nigra. i. vmbris obsita. i. dum tu misera in asperrimis mõtibus vagaris, ille in vmbris recubat ruminans & nihil amoris sentiens, atq; ita locus hic manifestam cõtentionẽ habet, aut (si amat, nõ te amat) sed sequit̃ aliquã. s. vaccam in magno grege. s. armẽtorũ: o nymphæ claudite: nymphæ, inquit, Pasiphae Dictææ. i. Cretenses claudite saltus in quibus feræ saliunt, hoc est aufugia ferarũ, & pecudum, nemorũ. i. qui sunt in nemoribus, si forte vestigia bouis errabunda. i. bouis errabũdi & quæ bouẽ errabundũ ostentent, ferant se qua. i. aliqua forte. i. fortuna, vt sit nomen a nominatiuo hęc fors, vnde est, Forte sua Libycis tempestas appulit oris, aut ferãt forte se, qua, id est aliqua via, obuia, id est obuiam facta nostris oculis, forsitan aliquę vaccæ perducant illum captũ viridi herba, aut secutũ. i. sequentẽ armenta ad stabula Cortynia, id est Cretẽsia, hoc est si nõ oberrauerit in saltus, forsitan se domũ recipiet, quod misere amans mulier summopere desiderabat, vt eius saltẽ videndi potestas esset.

Regula

ʃ Regula est. Timeo & metuo datiuũ cui. i. ad cuius vtilitatẽ & accusatiuũ ad quẽ, aut ablatiuũ a quo regunt, vt hic timuisset collo aratrũ. Itaq; dices cum comico, timeo vitæ tuæ. i. ne ei quidquã mali eueniat, & timeo hostẽ ne. s. malum inferat, & cõiunctim timeo mihi hostẽ, metuo mihi ab hoste. Addamus & illud plerosq; textus hoc loco habere suffultus, vt cum vocali abijciatur, sicut in plerisq; locis Virgilij quos tamen quia Seruius talem ellipsim non probat, mutauit: vt inter se coijsse viros, & decernere ferro, legit cernere. Hic specus horrendus & sæui spiracula Ditis, legit horrendum,&c. Et si hic legatur fultus, erit loco consonantis.

PIERIVS.

¶Et fortunatam, si nunq̃ armenta fuissent, Pasiphaen.)In ve. aliquot exẽplaribus omnino Pasiphen trisyllabũ legas: quod quidem quosdam satis literatos viros in errorẽ traxit. Cum dubio procul πασιφαὴ quadrisyllabũ sit. ʃ Ah virgo infelix.)Diximus Probum grammaticum subscribere Ro. cod. ne a, vel si etiam interiectio sit, cũ aspiratione scribatur. ʃ At nõ iam turpes.)In Ro. & aliquot alijs plerisq; codicibus, Turpis, Veliano more, de qua scribendi ratione alibi disputatũ. ʃ Stabula ad cortynia.)In Longo, & in Mediceo Cortyniæ, per c, vt multi iam scribere cœperũt. Sed γάρτυν vrbs Cretæ, per g scribitur, & apud Stephanum, & in Homeri catalogo. Datur tamen auribus Latinis plerunq; c pro g recipere. Cognatæ. n. sunt, vt Scaurus scribit.

SERVIVS.

¶Tum canit Hesperidũ miratam mala puellã.)Mala quibus acceptis a Venere, Hippomenes vicit Atlãtam puellam Cyriã cursu potẽtẽ: quę multos sponsos superatos occiderat: quod plenius in Æneide iij. lib. memorauimus. ʃ Phaethontiadas.)Clymenes & Solis filias: quæ dũ extinctũ fratrẽ flerẽt, cõuersę sunt i arbores, vt hoc loco dicit, i alnos: vt in decimo, in populos: vbi etiam plenius hãc diximus fabulã. Mira aũt est canẽtis laus vt quasi nõ factã rẽ cãtet: sed ipse eã cantando facere videatur. ʃ Amaræ Corticis.)Alibi

Tum canit Hesperidum miratam mala puellam.
Tum Phaethontiadas musco circundat amaræ
Corticis, atq; solo proceras erigit alnos.
Tum canit errantem Permessi ad flumina Gallum
Aonas in montes vt duxerit vna sororum.
Vtq; uiro Phœbi chorus assurrexerit omnis.
Vt Linus hæc illi diuino carmine pastor,
Floribus, atq; apio crines ornatus amaro
Dixerit: hos tibi dant calamos (en accipe) musæ;
Ascræo quos ante seni, quibus ille solebat
Cantando rigidas deducere montibus ornos.
His tibi Grynæi nemoris dicatur origo:
Nequis sit lucus, quo se plus iactet Apollo.

ait, Raptus de subere cortex: quod magis sequi debemus, vt masculino vtamur. ʃ Permelli ad flumina Gallũ.)Helicon mons est Bœotiæ, quæ & Aonia dicit̃. de hoc plurima cadũt flumina: inter quæ etiã Permessus iuxta quẽ dicit ambulantẽ Gallũ ab vna Musa ad cęteras esse deductũ, & illic esse factũ poetã. ʃ Assurrexerit.) Honorẽ prębuerit, vt Tmolus assurgit, qbus & rex ipse Phaneus. i. cedit. ʃ Vt Linus.)Apollinis filius: quẽ supra memorauit. ʃ Diuino carmine.)i. vaticinãs. ʃ Ascræo quos ante seni.)Hesiodo, q Ascreus fuerat: quẽ dicunt̃ Musę raptũ de monte Parnasso poetã fecisse munere calamorũ. ʃ Gryneị nemoris dicatur origo.). Gryneum nemus, est in finibus Ionijs Apollini cõsecratũ: in quo aliquãdo Calchas & Mopsus dicunt̃ de peritia diuinãdi inter se habuisse certamẽ. Et cũ de pomorũ cuiusdã arboris cõtenderẽt numero, stetit gloria Mopso: cuius rei dolore Calchas interijt. Hoc autẽ Euphorionis continent carmina, quæ Gallus trãstulit in sermonem latinũ. Vnde est illud in fine, vbi Gallus loquitur, Ibo, & Chalcidico, q̃ sunt mihi cõdita versu Carmina. Nam Chalcis ciuitas est Eubœæ, de qua fuerat Euphorion. ʃ Neq; sit lucus quo se plus iactet Apollo.)Sensus hic est, Si tu Grynæum laudaueris nemus, in nullo se tñ Apollo iactabit.

MANCINELLVS.

¶Hesperidũ mala.)In Ethiopia speciosissimum pomariũ, Atlãti fuit, in quo nascebant̃ aurea mala, q̃ Hesperides custodiebãt, Ægle, Haretusa, Hesperetusa, & draco peruigil. Lactan. the. ij. inde autem malis tribus per Venerẽ habitis Hippomenes Atlãtem Genei filiã cursu superauit, de quo late. x. lib. Meta. Diony. a. scrib. Hesperidum insulas non frustra fabulatum esse, aurea poma produxisse, cum plurimo auro ditissimæ sint, atq; omnium penè metallorum genera pariant, eas vicini quoq; Iberi tenuerunt: Solinus etiam de Libya scribens, & de hortis Hesperidũ, & peruigili dracone ait, q̃ flexuoso meatu æstuarium e mari fertur adeo sinuosis lateribus tortuosum, vt visentibus procul, lapsus anguineos fracta vertigine mentiantur, itaq; quod hortos appellauere circundat, vnde pomorũ custodem interpretantes, struxerunt iter ad mendacium fabulandi. ʃ Phaethontiadas.)Phaethon Solis epitheton trisyllabũ, ae diuisas habet, cum apud Græcos, ae, habeat, & a phaeno deriuetur, quod est ostendo, & phaenos splendidus dicitur. Quinti. itẽ in.j. Phaethon trisyllabum docet esse. Fuere autẽ Phaethontis sorores in arbores versæ flendo fratris obitum, prope Padum Phaethusa, Lampetia, seu Iapetia, & Lampethusa: de quibus late Ouid. lib. ij. Meta. ʃ Musco.)Muscus proprie, dicitur lanugo viridior,

Hespides.

Phaetõ. Phaetõtiades.

Muscus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Permessus. Olmeus. Cornelius Gallus.

quæ locis humidis nascit. Ouid.lib.j.Meta. Ad delubra deę, quorum fastigia turpi Pallebãt musco.(ſ Proceras.)altas.(ſ Alnos.)In quas verſę ſunt Phaethõtiades.(ſ Permeſſi.)Permeſſus & Olmeus ex Helicone Bœotiæ monte fluentes in vnumq; permiſti,in Copaidem lacum incurrunt. Stra.lib.ix.edocet.(ſ Gallum.)C.Cor. Gal.ſororiuliensis poeta, de quo Virg.hoc loco ſcrib. Ægyptum Romanam prouinciam primus rexit, & anno ætatis ſuæ quadrageſimoquarto propria ſe manu interfecit. Fuit & C.Aſinius Gal.orator Aſinij Pollionis filius qui diris a Tyberio ſupplicijs necatus eſt.Euſebius author eſt.(ſ Aonas in mon.)i.Bœotios: nã Aones barbarę gentes prius Bœotiã incoluerunt,vt ſcrib.Strab. lib.ix. ſunt aũt plurimi Bœotię montes,quorũ Cytheron,& Helicon celeberrimi,Muſisq; ſacri, ſunt autẽ denominati a Cytherone,& Helicone fratribus,qui illic ſingulari pugnauerũt certamine, vt ſcrib.Lyſima.(ſ Linus.)De hoc legito in Pollione.(ſ Apio.) Pli.lib.xix.& lib.xx.de Apio multa, vbi etiã ait q; honos erat ipſi in Achaia coronare victores ſacrĩ certaminis Nemeę, & in condimentis peculiarem gratiã habet, ſuauiores aquas potui incoctũ

Aſcra. præſtat.(ſ Aſcræo ſeni.)Aſcra vicus eſt Bœotiæ, vt Probus ait, in quo æſtimatur natus Heſiod.Oui.lib.iij.de pont.Intumuit vati nec tamẽ Aſcra ſuo. Stra.itẽ lib.ix.ſcribit Aſcram eſſe in Theſpijs iuxta Heliconis partem & Heſiodi patriam, vt Pli.xxiij.docet.Is princeps omnium de agricultura præcepit, & carmine executus eſt, quem poſtea Maro in Geor.imitatus eſt.(ſ Aſcræo q.an.ſe.) Tradunt q; Heſio.dum dñ patris oues iuxta Heliconem cuſtodiret.a Muſis ad fontem Hippocrenem deductus eſt & poeta effectus.Vnde & Oui.lib.vj.Faſt.inquit,Ecce deas vidi,non quas preceptor arandi Viderat Aſcræus cum ſequeretur oues.(ſ Grynei

Gryneũ ne.)Gryneum oppidũ eſt Myrrineorum in Æolia, quod & Apollinis fanum & peruenuſtum oraculum, & templum candido lapide ſumptuoſum haberet.Strab.docet lib.xiij.

ASCENSIVS.

¶Tum canit,&c.)Profequif alias fabulas & fabuloſas Metamorphoſes ſeu transformationes. Et primo fahulã Atalantæ puellæ,

Phaethontiades. Deinde Metamorphoſin Phaethontidũ ſeu Phaethontiadũ, hoc eſt ſororũ Phaethontis.eſt enim a fratre deductũ patronymicũ, adiecta,ppter metrum ſyllaba. Nã Phaethontis deberet dici, vbi nunc dicitur Phaetontias. Sicut Amphitryoniades, pro Amphitryonides dicit Hercules.Dicit aũt eas in alnos verſas cum aln in populos verſas prędicentiſanè tam alni q̃ populi ad Padũ qui & Eridanus dicit naſcanť,vnde & fabulę datus eſt locus. Tum canit errantẽ Permeſſi ad flumina Gallũ,quẽ ſingulari amore proſecutus eſt Virgilius,ſicut alibi dicetur. Nouiſſime proſequit & alias fabulas,quas in ſequẽtibus explicabimus.hæ aũt ex cõmentarijs notiſſimæ ſunt. ¶Ordo igitur eſt.Silenus canit tum.i.poſt prędictas fabulas, puellã.ſ.Atalantã miratã.i.immoratã ſtupendo mala.i.poma aurea, Heſperidum.i.quæ Heſperides in horto Atlantis in Æthiopia cuſtodiebãt.Tum.i.deinde circundat.i.tam graphice canit,vt circundare videaſ Phaethontiadas.i.ſorores Phaethontis(accuſatiuus eſt tertiæ declinationis,& ideo vltimã corripit)corticis amarę.ſ.alni arboris cuius amarus,aut vt hic dicitur amara eſt cortex.(Forte tamẽ ordo eſſe poſſet. circundat muſco corticis amaræ.ſ.arboris)atq; erigit.i.erectas canit ſolo.i.in terra iuxta Padum,alnos.i.arbores illas quę aluntur amnibus,proceras,

SERVIVS.

Scylla Niſi. ¶Quid loquar, aut Scyllam Niſi, quã fama ſecuta eſt)Scylæ duæ fuerũt, vna Phorci & Creteidos Nymphæ filia pulcherrima, quam cum amaret Glaucus deꝰ marinus, dũ ipſe amaretur a Circe,& eã cõtemneret: illa irata fontẽ in quo Scylla ſolebat ſe abluere,infecit veneniſin quẽ cum deſcẽdiſſet puella, media ſui parte in feram mutata eſt.Hanc poſtea Glaucꝰ fecit deã marinã: quæ claſſem Vlyſſis,& ſocios euertiſſe narraſ. altera vero Scylla fuit, Niſi Megarẽſium Regis filiatcõtra quos dũ deuictis iã Atheniẽſibus pugnaret Minos,propter filij Androgei interitũ, quẽ Atheniẽſes & Megarenſes dolo necauerant: amatus eſt a Scylla Niſi filia: quæ vt hoſti poſſet placere, comam purpureã parẽtis abſciſſam eĩ obtulit:quã Niſus ita habuerat cõſecratã, vt tãdiu regno potiret, quãdiu illã haberet intactã. Poſtea & Scylla a Minoe cõtempta, dolore in auẽ cõuerſa eſt:& Niſus extinctus deorũ miſeratiõe, in auis mutatus eſt formã,quæ aues hodie, vt ipſe i Georgicis docet, flagrãt inter ſe magna diſcordia.Modo ergo Virgilius aut poetarũ more miſcuit fabulas: & nomẽ poſuit pro noie, vt diceret Scyllam Niſi, pro Phorci: ſicut alibi Domitus Pollucis habenis Cyllarus:ſcilicet Caſtor,equorũ domitor fuerit.Item Et manibus Progne pectus ſignata cruentis:cum Philomelę,nõ Progne,abſciſſa ſit lingua,aut certe ſit Hyſteron Proteron: vt

Quid loquar? aut Scyllam Niſi: quã fama ſecuta eſt
Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris,
Dulichias vexaſſe rates: & gurgite in alto
Ah timidos nautas canibus laceraſſe marinis:
Aut vt mutatos Terei narrauerit artus?
Quas illi Philomela dapes: quæ dona pararit:
Quo curſu deſerta petiuerit: & quibus ante
Infelix ſua tecta ſuperuolitauerit aliſ?
Omnia quæ Phœbo quondam meditante beatus
Audijt Eurotas, iuſſitq; ediſcere lauros.
Ille canit. pulſæ referunt ad ſydera valles:
Cogere donec oues ſtabulis, numerumq; referre
Iuſſit,& inuito proceſſit veſper Olympo.

ron: vt quaſi vtriuſq; fabulæ videatur facere commemorationem,vt intelligamus,Quid loquar aut Scyllam, Niſi aut quam fama ſecuta eſt, Candida ſuccintam latrantibus inguina monſtris, Dulichias vexaſſe rates? Aut certe vt bis accipiamus. Quid loquar aut Scyllam Niſi, aut quam fama ſecuta eſt? vt eſt illud in primo,Non ignara mali,miſeris ſuccurrere diſco. (ſ Dulichias vexaſſe rates.) Ithacenſes à monte, Dulichium inſula eſt, vbi mons eſt Ithacus:in qua fertur habitaſſe Vlyſſes: eoq; & ipſe Dulichius, & Dulichias habuiſſe rates dicitur. Vexaſſe autem rates per Tapiſonſin dictũ eſt.Nam non vexauit,ſed euertit. quod Probus vult hac ratione defendere,dicẽs.(ſ Vexaſſe.)Venire ab eo quod eſt vehо, vecto, vexo, & vexaſſe ſit portaſſe, & ſine dubio pro arbitrio ſuo euertiſſe. (ſ Teri.) Pro Terei.nam per ſynæreſim dictum eſt, ſicut ſupra, Furtumq; Promethi, pro Prometei. Tereus autem Rex Thracum fuit: qui cum Pandionis Athenarum regis filiam Prognem nomine duxiſſet vxorem, & poſt aliquantum tempus ab ea rogaretur,vt ſibi Philomelam ſororem videndam accerſeret:profectus Athenas dum adducit puellam, eam vitiauit in itinere:& ei linguam,ne facinus indicaret,abſcidit. Illa tamẽ rem in veſte ſuo cruore deſcriptã miſit ſorori:qua recognita Progne, Itym filiũ interemit,& patri epulandum appoſuit. Poſtea omnes in aues mutati ſunt: Tereus,in vpupã, Itys in phaſianum: Progne, in hirundinem: Philomena, in luſciniam. (ſ Philomena dapes.) Atqui hoc progne fecit: ſed aut abutitur nomine:aut illi imputat propter quam factum eſt. (ſ Eurotas.) Fluuius Laconũ, qui ab Apolline inſtructus,ſuas edocet lauros, quibus eius plenæ ſunt ripæ. (ſ Et inuito proceſſit veſper Olympo.) Et ex eo q̃ dies inuitus abſceſſit.& ex eo quod nimio audiendi deſiderio veſper exortus eſt cantilenæ voluptas oſtendit. (ſ Olympo.)i.cœlo.

PROBVS.

¶Tum Progne cõmunem Itym per membra laceratum Tereo præbuit epulandum.Confeſſa deinde,quod feciſſet,cum ſorore effugit,Tereus vindex perſequebatur,ſed omnes demutati ſunt in aues,Progne,in Luſciniam:Philomela in hirundinem:Tereus in vpupã.Omnia quę Phœbo ἐφωτικὰ amnis,vt Callimachus ait, in flumina ſerpit per Laconum fines:tontes autem agit ex monte Mænalio,confunditur Alpheo,rurſuſq; diſcedit, ripę eius Lauro opacantur,Quas ait Apollonius ediditſe voces,cum caſdẽ Bucolico carmine referret,beatum dixit ob potentatũ Laconum.

MANCINELLVS.

Scylla. ¶Scyllam Niſi.(Pandioni Athenarum regi, quatuor fuere filij: Ægeus:Lycus,Pallas,& Niſus.Cumq; Attica regio in partes quatuor eſſet diuiſa,Niſo Megarę ſorti obueniunt, qui Miſeam cõdidit.Stra.li.ix.Contra hunc demũ Minos bella geſſit. ſcelere autẽ Scyllæ filiæ obtruncatus eſt,vt Minoe ipſa,quẽ adamabat,potire tur:poſtea in aues ambo conuerſi ſunt:de quibus Ouid. lib.viij. Meta.ſcrib.Scyllam Niſi filiam Minois cupidine captam, cum ei Niſeam proditione tradidiſſet, ab eo in profundum deiectã eſſe. (ſ Quã fama ſecuta eſt.)Ordo eſt,aut quid loquar Scyllã, quã &c. hic loquitur de Scylla Phorci filia, quam Glaucus marinus deus amauit,ppter quod a Cyrce venefica in monſtrum marinũ conuerſa eſt:de quo lege Ouid.li.xiiij.Meta. Maro etiam li.iij. Ænei. go,&c.Reuera tñ Scylla ſcopulus eſt in freto Siculo.vt ſcri. Pli.li. iij.Sallu.item dixit eſſe ſaxum ingens humanam habens effigiem parte ſuperiori,inferiori vero plures habere ſcopulos ſub radicibus cauernoſos,vbi canum latratus,& vlulatus luporum vnda

Inguia. refracta repreſentat. Scylla autẽ dicitur a Scyllo, quod eſt vexo.

Dulichi. (ſ Inguina.)Summę coxę partes dicunť. (ſ Dulichias vexaſſe rat.) Dulichium inſula eſt,vna Echinadum,iacens ad Acheloi oſtium. Stra.ſcri.li.x.ibi autem Vlyſſes regnauit, cum vero ſocijs ſpoliauit Scylla.vnde Ouid.lib.xiiij.ait,Scylla loco manſit,cumq; eſt data copia primũ, In Cyrces odium ſocijs ſpoliauit Vlyſſem, Mox eadem teucras fuerat merſura, carinas, Ni prius in ſcopulũ, qui nunc quoq; ſaxeus extat, Transformata foret, ſcopulum quoq; nauita vitat.(ſ Terei.)Lege de hoc lib.vj. Meta.(ſ Tec.pat.) ſcilicet vbi Philomena relicta a Tereo fuerat, propterea dicit tecta ante ſua.(ſ Eurotas.)Laconię flu.Soli. teſte, laurisq; abundans, vt hic poeta oſtendit. Is teſte Liuio lib.iiij.bel.Macedo.vrbem Lacedæmona præterfluit,quod etiam Strab. aſſerit lib.viij. (ſ Numerũq; re.) Dixit etiam in de Palæmone, Bisq; die nume. amb. pec.al.& hœd.(ſ Proceſſit.)Aduenit, apparuit,(ſ Inuito Olympo.)Nam cœlum quoq; Sileni cantu olbectabatur, pro nocte aduenięte deſiciebat.(ſ Veſper.)Stella eſt quæ diem finit. Æneidos lib.j. Ante diẽ clauſo componet veſper Olympo: latius Plinius libro.ij. cap.ix. & nos item ſequenti Ecloga.

ASCENSIVS.

¶Quid loquar,&) Aut verba ſunt Sileni a poeta recitata dicentis videlicet pueris, Quid loquar aut Scyllam niſi,&c. quaſi dicat has fabulas noſtis pueri, aut poete dicẽtis. Quid loquar aut Scyllam Niſi.i.ad quid dicam quomodo cecinerit fabulam de Scylla Niſi filia,aut ſupp.de Scylla Phorci,quaſi dicat, nõ dubium quin vtranq; graphice cecinerit:quam conſtructionẽ approbat quod dicet, ille canit,&c. Sanè ſubtractio huius particulæ aut difficultatem in primo carmine parit. Si etenim ſic legeretur (vt meo iudicio legi debet.) Quid aut Scyllam Niſi,aut quã fama ſecu.eſt, &c.nulla eſt ambiguitas neq; fabulæ confuſio. Licet autẽ is poetarum mos ſit, vt vni attribuant quæcunque a quouis eius nominis geſta ſunt, vt vni Saturno, Ioui, Mercurio, Herculi, Veneri, Marti, Baccho,&c. quæ multorum ſunt:tamen vbicunque poteſt, vitanda eſt confuſio. Fabulæ fatis explicantur a Cõmentarijs. ¶Ordo igitur eſt.Quid.i.ad quid.(Non enim ponitur interrogatiue,vt iit, quid vultis loquar aut Scyllam,&c.quia tunc diceret, an Scyllam, non aut, vt Valla docet) aut vt, ſcilicet Silenus narrauerit Scyllam Niſi.i.fabulam de Scylla Niſi Megarenſium regis filia, aut ſupp. Scyllam, ſupple illam.ſ. Phroci filiam quam fama ſecuta eſt.i.quæ diffamata eſt ſuccincta inguina.i.habentem ſuccincta inguina.i.partes pudendas, candida.ſ.propter fluctuum ſpumam, monſtris latrantibus.ſ. canibus qui ab eius ventre latratum edunt,vexaſſe.i.moleſtando ſurſum deorſumq; frequenter vexiſſe.(Nam Aulus Gellius docet cõtra Anneũ Gornetum,qui hũc locum reprehendit quaſi mitius ſit verbũ quam vt tali monſtro conueniat,eſſe verbum vehemens & graue, cum vexari ſit alieni arbitrij) rates dulichias.i.Vlyſſis, qui dulichius fuit & laceraſſe in alto gurgite.ſ.maris, canibus marinis:ah (dolentis eſt)miſeros nautas. Ad quid loquar, vt.ſ.Silenus narrauerit artus Teri, pro Terei(aut ſcribatur Terei & pronũcietur diſſyllabum)aut ſupp.vt narrauerit quas dapes, quia ex ipſius filio decoctas, & quæ dona Philometa ſoror Prognes coniugis eius pararit,pro parauerit illi ſaltem occaſionaliter. quia qui cauſam damni dat damnum feciſſe cenſetur. Philomela autem a Tereo ſtuprata cauſam dedit cur Progne Itym filium Terei & ſuum Tereo epulandum proponeret. Sunt etiam qui retiera Philomelæ non Prognes facinus, afferant: aut quid loquar, vt narrauerit, quo curſu tam Philomela quã Progne & eũ Tereus ac Itys petierit deſerta, quia non curſu pedum ſed alarum quod exponit, dicens,& quibus alis ipſe.i. Tereus ſuperuolitauerit ante.i. priuſq; videtur Poeta innuere Terea iam in auem voupam (cui pro criſta adhuc corona eſt) mutatum mœſtum dereliquiſſe regiã ſuã, & volitaſſe diu per tecta priuſq; ſyluas peteret. Innuit autem nõ debere ſe id ſolum dicere,quia ille.ſ.Silenus canit omnia quę Eurotas,fluuius ille Laconiæ,beatus.i.fortunatus,& bene habens: audijt quondam Phœbo meditante.i.exercitante muſam ſuam, & quæ.I.Phœbus iuſſit lauros, quæ ad Eurotam plurimæ ſunt ediſcere.i.memoriæ commendare. Ille, inquam, canit & valles pulſæ.i.verberatę & ex impulſu vocis Sileni, & referunt, ſupple vocẽ aut cantum eius ad ſydera.i.ad cœlos, aut prius optatũ eſt, ad aures diuum.donec iple iuſsit.ſ. pueris Chromi, & Mnaſylo cogere.i.compellere oues ſtabulis.i.ad ſtabula,ac ouilia, & referre numerum.I.ouium illis à parentibus aut heris commiſſum,& donec veſper proceſſit inuito cęlo q̃ geſtint adhuc audire cantũ Sileni vnde non immerito di ſtum eſt,q̃ totus mundus gaudeat eo cantante. Non abſurda eſſet ſententia,nec durus ordo ſi dicatur ſic: donec veſper.i.ſtella veſpertina: hoc eſt heſperus, ſeu veſperus,iuſſit.i.apparẽdo admonuit pueros illos cogere oues ſtabulis, & referre numeꝝ ſtabulis: & ipſe proceſſit inuito Olympo .i.cœlo.Stabulis eſt hic,vt dicunt. octauus caſus, hoc eſt datiuus localis. ¶Regula eſt. Quoties hę particulę, aut, ve,vel, ne, nec, neq;,& tum,ſeu,ſiue,neu,neue,& ſimiles ante prius,aut primum coniungendow ponũtur:volunt etiam ante reliquũ aut reliquã poni.vnde videtur hic repeti,Aut Scyllam Niſi,aut &c. Regula.

PIERIVS.

¶Quã fama ſecuta eſt.) In cod.aliquot antiqs, Secuta eſt, legiť, vt pleruq; ęt in veterũ monumentis.Et ita Ecloga decima, perq; horrida caſtra ſecutaꝰſt. (ſ Quid loquar?aut Scyllam Niſi.) In Ro. cod.vt Scyllam,habetur:quod non placet. ęjus poetarũ mos ſit interdum fabulas confundere. Id ſicui tamen adrideat,Quid loquar, vt narrauerit Scyllam Niſi,aut vt mutatos. In paſtorali.n. perſona nõ dedecet ex duabus Scyllis,alterã pro altera noiare,Vetuſtus ęt codex manu ſcriptus ita legit. Quid loquar? Quid Scylam Niſi,aut quã fama ſecuta ę? Vide vero tale aliqd apud Seruiũ,

Adde

Universidad de Deusto
Biblioteca

Adde quod narrauerat, non narrauerit. In Roma, codice scriptũ est, sed scriptoris adscripserim inscitiæ. ¶Super volitauerit alis) In Romano codice, Supra, legitur, & q; scriptoris vitio factum est hoc. Ales, non alis. Legas tamen, quibus alis, quippe quę pennatæ non sunt, vt aliarum volucrum, vnde ioco locus in fabulis datus. ¶Iussitq; ediscere lauros.) Sunt veteres codices in quibus ramos, non lauros habetur. Sed longe melius Lauros cuiusmodi locus Phœbum addeceat.

ASCENSIVS.

Septima cantãtes &c. In hac septima Ecloga ex Theocrito ferè sumpta recitatur cantilena, pastorum inęquali arte cõtendentium: nam Thyrsis vincitur cum lege Amœbæi carminis assequi nequiret, vt suis locis ostendemus: vnde ab alijs Thyrsis, ab alijs a victore Coridon inscribitur, Sunt qui per Thyrsim, poetæ æmulum intelligant, sed alij malint simpliciter intelligere. Nam in principio loquitur Poeta in perso na Melibœi, vt illic dicemus: veruntamen si nulla esset allegoria, quomodo intelligeremus Daphnin ad Mincium fuisse, qui Siculus nimirũ erat? Aperiemus ergo mentẽ nostram ante ordinem primi carminis. ¶Ordo versiculorum nostrorum est, Septima, sup. Ecloga: censet, id est indicat Thyrsim & Corydona quos Daphnis audit cum Melibœo cantãtes inęquales, scilicet in arte cantandi, quia victoria confertur Corydoni.

ARGVMENTVM ASCENSIANVM IN CORIDONA, SEV THYRSIM QVÆ EST ECLO. VT NVNC PONITVR SEPTIMA.

Septima cantantes quos Daphnis cum Melibœo
Audit inæquales Thyrsim, Corydonaq; censet.

SERVIVS.

Forte sub arguta cõsederat ilice Daphnis.) Ecloga hęc pene tota Theocriti est: nã & ipsam trãstulit, & multa ad eã de alijs congessit. ¶Arguta) aũt, modo canora, stridula. Alibi argutũ, breue significat: vt: Argutũq; caput. ¶Daphnis.) Diuinũ hunc inducit, qppe filiũ Mercurij: vt diximus supra. Nã hinc est quod paulo post dicturus ẽ: Caper tibi saluus & hœdi, q̃si diuinus. ¶Compulerantq;.) Cõpellere proprie est in vnũ locum vel diuersa, vel diuersorum animalia cogere. ¶Arcades ambo.) Non re vera Arcades: nam apud Mantuam res agitur: sed sic periti, vt eos Arcades putares. Nam & paulo post dicturus est, Soli cãtare periti Arcades. ¶Et cantare pares, & respondere parati.) Hoc est, qui possent etiam cõtinuum carmen dicere. Nã hoc est cantare: vt extinctum Nymphæ crudeli funere Daphnin. vel, Candidus insuetũ miratur limen Olympi. Et Amœbæum referre: vt, Et me Phœbus amat, Phœbo sua semper apud me Munera sunt lauri. ¶Huc mihi.) Scilicet circa eam partem in qua Daphnis sedebat. ¶Teneras defendo a frigore myrtos.) Varie hic locus exponitur. Nam alij simpliciter accipiũt. Dum

Argutũ

ECLO. VII. MELIBOEVS, DAPHNIS, CORYDON, THYRSIS.

Forte sub arguta consederat ilice Daphnis:
Cõpulerantq; greges Corydon, & Thyrsis in vnum:
Thyrsis oues, Corydon distentas lacte capellas:
Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo,
Et cantare pares, & respondere parati.
Huc mihi dum teneras defendo à frigore myrtos,
Vir gregis ipse caper deerrauerat. atq; ego Daphnin
Aspicio. ille vbi me cõtra videt: ocyus inquit, Da.
Huc ades ò Melibœe (caper tibi saluus, & hœdi)

Dum myrtos tego, & tueor, ne eas frigus exurat, Alij qui ęstatis illud fuisse asserũt tempus, dicunt, Defendo a frigore, id est tego contra frigus futurum. Alij dicunt, Dum defendo. i. dum mihi ad defensaculũ præparo myrtos a frigore, id est quę sunt sine frigoribus. Solent. n. pastores vendicare sibi loca aliqua, ppter frigus futurũ. ¶Vir gregis.) Abusiue: nam tantũ hominum est, Sicut alibi, Quẽ legere virum. Item Horatius Et olentis vxores mariti. Acyrologiaẽ: quod tamẽ ad Theocriti imitationem dictum est: qui ait, ὦ τράγε τᾶν λευκᾶν αἰγᾶν ἄνερ. ¶Caper tibi saluus, & hœdi.) Aut quia in capro est spes hœdorũ: aut intelligimus istum etiã hœdos perdidisse, sed nescire: quod tamen ille quasi diuinus indicat. Potest tamen etiam scire, sed leuius damnum maioris contemplatione contemnere. ¶Et si quid cessare potes.) Si potes tibi breue ocium persuadere. Nam loquitur ad hominem amantẽ laboris. ¶Requiesce sub vmbra.) Mecum scilicet. ¶Huc ipsi potum venient per prata iuuenci.) Ipsi, id est sponte sua. Et intelligimus istum præter capellarũ gregem. iuuencos habuisse peculiares. aut certe Ipsi referamus ad hœdos & caprum. vt, Per prata iuuenci. ¶Mincius.) Fluuius: intelligamus qui Venetiæ est. ¶Eq; sacra.) Et de sacra: vt, Eq; Chao densos diuum enumerabat amores. Id est a Chao. ¶Neq; ego Alcippen, neq; Phillida habebam.) Has duas intelligamus amicas esse cantantium. Nam hoc dicit, Nec Alcippen habebam, vt ille: nec Phyllida, vt alter. ¶Certamen erat, Corydon cum Thyrside, magnum.) Figurate locutus est, Magnum certamen, ille cum illo erat: ac si dicas, Magna contentio est, cum Cicerone Virgilius, ¶Mea seria.) Necessitate capri inquirendi, vel hœdorũ. ¶Ludo.) Cantilena. vt ipsum Ludere quę vellem calamo permisit agresti. ¶Alterius igitur contendere versibus ambo.) Hoc est quod ait supra, Et respondere parati. ¶Alternos Musæ meminisse volebant.) Si volebant, sensus est, Musæ vtriusq; meminerant: vt, Amant alterna camœnæ. Sed multi volebam legunt: vt sit, Optabam o Musæ meminisse alternos. i. omnia quæ dixissent, tenere. Nam & in fine dicturus est, Hæc memini. ¶Referebat.) Amœbęi carminis lege, vt diximus supra.

Et si quid cessare potes, requiesce sub vmbra.
Huc ipsi potum venient per prata iuuenci:
Hic viridis tenera prætexit arundine ripas
Mincius: eq; sacra resonant examina quercu.
Quid facerẽ? neq; ego Alcippẽ, nec Phyllida habebã:
Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos.
Et certamen erat, Corydon cũ Thyrside magnum.
Posthabui tamen illorum mea seria ludo.
Alternis igitur contendere versibus ambo
Cœpere. alternos musæ meminisse volebant.
Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis,

MANCINELLVS.

¶Forte sub arg.) Virg. imitatus est hoc loco: vt alibi Theocritũ ipsum in Eclo. vj. vbi Daphnis & Damœtas amici, Polyphemi amorem in Galateã vicissim canunt. Sed tum deuicit neuter, neuter superatus abiuit: hic vero Thyrsis vincitur. Incipit aũt Theocritus sic, Compulerant pecudes Daphnis formosus in vnũ, Damœtasq; ambo dulces emittere cantus Edocti, alternasq; parati reddere voces. Ambo florentes ętate, &c. ¶Arguta.) Sonora, ¶A frigore.) i. frigido vẽto: solent enim Martio mẽse potissimũ, & Aprilis initio, germina virere, quod quidem fere anno quoq; meis quibusdam citreis arborib. etiã accidit. Id autem sic exponendum, quoniam tunc teneræ sunt myrtus, propter quod vere id actum esse, accipimus, non æstu, quo durę myrtus, vnde ait inferius, Solstitium pecori defendite, iam venit æstas Torrida, iam lęto turgent in palmite gemmę. ¶Contra.) ex opposito. ¶Cessare.) Vacare ab labore. ¶Requiesce sub vm.) Solet enim quãdoq; Martij tempore & Aprilis sol esse calidior: nã ver est. ¶Mincius.) Fluuius est qui præterfluit Mantuam, de quo superius etiam. Viridis cœruleus, q etiam arundines efficiunt foliorum copia. ¶Sacra.) Ioui scilicet examina. hæc enim Martio mense incipiunt alueos exire, & arboribus inhærere. ¶Corydon.) pro Corydoni dixit per antiptosim. ¶Posthabui.(Postposui. ¶Seria.). Id est grauia ac tristia, hoc est amissum caprum, serium triste, & quasi sine risu dicitur, authore Mar. ¶Ludo.) loco & cantilenæ. ¶Alternis.) pro alternatim, ¶Alternos.) Vicissim & alternatim vtriusq;. ¶Meminisse.) Recordari.

ASCENSIVS.

¶Forte sub arguta.(. Hęc Ecloga videt mere Bucolica ex Theocrito sumpta. Non nihil tamen quod per allegoriam ad rem poetę trahi posse cõtinens. Nam vt Seruius docet quidam per Daphnin, Augustum intelligũt, nec absurde. nam is quoq; putabatur aut Apollo, aut Apollinis filius. per Corydona auteæ Virgilium qui vicerat, quia agros receperat, per Thyrsim victũ, ęmulũ poetæ, per Melibœum autẽ Mantuanum quẽuis saltẽ ex agro, sicut in prima dictum est qui hic inducitur quęrere caprũ oberrantẽ: quia nondum agros suos receperat, quos illi recipiendos pollicetus Daphnis, i. Augustus. In hoc igitur principio Melibœus qui custos boum dicitur, gregẽ quęrens, dicit se inter quęrẽ dum offendisse Daphnin, qui imoratus est ipsum ad certamen musicum quod iter Thyrsim & Corydona erat audiẽdum pollicitus gregem Melibœi eo saluum venturũ, quod quia filius Apollinis per diuinandi peritiam facile nosse potuit. ¶Ordo est. Daphnis pastor ille diuinus Apollinis ex nympha filius, per quẽ videtur Augustus intelligi: consederat. i. quiescendi aut audiẽdi locũ (Sicut apud Ouidium & Iuuenalem Consedere duces) ceperat: forte. i. a casu (non quia casuale erat ipsum consedisse, sed tunc consedisse cum ea Melibœus qui hæc recitat transiret) sub ilice arguta. i. stridula & leui vẽto crepitãte, Et Corydõ, & Thyrsis pastores illi compulerant. i. coegerant greges, supple suos: in vnum, supp. locũ. Thyrsis, sup. cõpulerat oues, & Coridon compulerat, sup. capellas distentas. i. habẽtes vbera distẽta lacte. Ambo sup. existentes florentes ætatibus. i. per ętatem, & ambo Arcades. i. tam periti, vt Arcades putentur parati, pares. i. pariformia, & cantare. i. proponere carmẽ, & respondere: aut sic, pares. i. pariforma periti & cantare & respõdere. Dum ego defendo. i. munio quodam integumento, hic. i. hoc tempore myrtos teneras. i. recenter plantatas a frigore. i. a frigido vento, vir. i. princeps & ductor gregis ipse caper deerrauerat.) Placet ita potius interpretari quam intelligere per virum masculum & progenitorem, tum quia caper dicitur a capiendo, quia coleos non habet quibus captus est, tum quia dicturus est, caper tibi saluus & hœdi, vt videlicet per virum ductorẽ præuium intelligamus quẽ hœdi secuti erant, vnde satis fuerat dixisse viro oberrasse: quod & Daphnis innuit dicẽs, caper tibi saluus & hœdi.) i. de loco statuto errauerat, atq; ego, dum. s. caprum quęro, aspicio Daphnin. Ille. s. Daphnis vbi. i. quo tpe aut qñ videt me cõtra. i. vicissim aut ex opposito, inqt. O Melibœe ades. i. adueni ocyus. i. cito & velociter huc. i. ad me, caper sup. est saluus tibi, & hœdi, sup. sunt salui. Et si tu potes cessare quid. i. aliquãtulum tpis, requiesce sub vmbra. s. illicis, iuuenci. i. iuniores pecudes, vt capri aut boues, veniẽt ipsi. i. vt dicunt, per se & sua sponte per prata potũ huc. i. ad hũc locum secundum quẽ Mincius fluuius erat, vñ prius diximus ambos Arcades fuisse. i. tam peritos vt Arcades censeri possent: quia res iuxta Mantuam agitur. Nihil tamen prohibet etiam Arcades pastores mercenarios illic tũc fuisse, vbi & nunc Africos plurimos videmus atq; Æthiopas. Maior difficultas est, quomõ illic Daphnis fuisse intelligatur, nisi allegoricos per eum Augustus intelligatur (vt dixi) Mincius. i. fluuius ille iuxta Mantuã incidens in Padum, pręt exit. i. abscondit hic ripas tenera arundine, & examina. i. conuolatus aut fœturæ simul eductarum apum, resonante quercu sacra. s. Ioui, aut ob vetustatem religiosa & concaua. (In quercum autem cõcauam congerunt aliquando apes mella sua, solet præterea res, vt vetustate ita religione, pollere apud Ethnicos, vnde est, Iuxtaq; veterrima laurus religione patrum multos seruata per annos. vetustas autem concauitatem generat.) Quid facerem. i. dubitabã quid facere deberem: quia ego neq; habebã Alcippen. s. cõiugem, nec Phyllida. s. amicam quæ clauderet domi agnos depulsos a lacte. i. monebat, hinc quidem redire domũ vt clauderem agnos ne matres infestarent. hinc vero iuitabar ad audiendum certamen cantantiũ: vnde sequitur, & Corydon erat magnũ certamẽ emphaticos. i. causa magni certaminis, aut magnopere certaturus cum Thyrside. Tamẽ. i. tametsi vrgebat redire domum, tamen posthabui. i. minoris feci, & postposui. Aut sic tamen. i. tandem post longiusculam deliberationem, posthabui mea seria. i. res seriosas. i. seorsum a risu & anxias q̃ me vrgebant ire domũ (quod potius dixero, q̃ vt cum Mancinello, ppter caprum amissum dictum putem, sic enim non haberet fidẽ Daphnidi qui eum saluum pronunciauit.) Igitur continuatiuum est aut causale, vt sit ideo quia viderũt me & Daphnin interfuturos tanq̃ censores, ipsi cœpere. i. inceperunt ambo cõtendere alternis versibus. hoc est amœbęis: quia Musę. i. camœnæ & opportunitates

nitates canendi volebant eos meminisse.i.ad memoriá reduxisse versus suos alternos.i.alternatim. Aut si sit volebam legendum. ¶Ordo est. O musæ, ego volebam.i.optabam eos meminisse alternos, aut volebá meminisse.i.recordari alternos.i.alternatim prolatos. Corydon, sup. tulit ac proposuit hos.i.pxime sequentes & semp priores versus:& Thyrsis referebat.s.in respósionem illos.i.subsequentes versus qui post Corydonis versus ponunt. Regula est. In zeugmate debet tertiú cóformari pximiori cóstructibili. Proximus aút est quod precedit aut imediatius sequit, vt Caper tibi saluus & hœdi. Illic aút, Cópulerantque greges, Thyrsis oues Corydon distentas lacte capellas. Prolepsis est.

PIERIVS.

¶A superiori Ecloga vsque ad eum versum qui icipit, Naiades indigno cum Gallus a.p. desunt omnes paginæ in codice illo antiquissimo maioris notæ. Quantum vero ad idilij pertinet inscriptionem animaduertendum in vita Virgi. quæ Donato ascribit, vbi singularum Eclogarum argumenta, & tituli recésentur, hæc corrupte legi. Septima Pharmaceutria. Octaua amores diuersorum sexuum, & dicitur Damon. Ea tu ita restitue. Septima amores diuersorum sexuum, & dicitur Corydon. Octaua Pharmaceutria, & dicitur Damon. Sunt tamen qui pro Corydone Melibœum inscribant. ¶Compulerantque greges Corydon & Thyrsis in vnum.) In antiquo codice manu scripto, gregem, vnitatis numero habetur: vt sit Corydon, & Thyrsis compulerát in vnú gregem: Thyrsis oues, Corydon capellas. Sed melius, Greges vterque suum. Est vero vbi, ouis, legas. Sed hoc loco, oues, pes, es dulcius sonare videtur. ¶Hic mihi dum teneras.) In mediceo, Huc, scriptum est. Sed hic, melius, hoc est eo tempore quo teneras defendo a frigore myrtos. ¶Eque sacra resonát examina quercu.) In Longobardico prius erat, Atque sacra, prout etiam in citato hoc eodem versu ab Arusiano. Sed enim Seruius mauult, Eque sacra. In commentarijs vero aliquot, Eque caua resonant, scriptum inuenias.

SERVIVS.

Nymphę (nr amor) libethrides, aut mihi carmé, CO.
Quale meo Codro, concedite. (proxima Phœbi
Versibus ille facit.) aut si non possumus omnes,
Hic arguta sacra pendebit fistula pinu.
{Pastores edera crescentem ornate poetam TH.
Arcades: inuidia rumpantur vt ilia Codro.
Aut si vltra placitum laudarit; baccare frontem
Cingite: ne vati noceat mala lingua futuro.

¶Nymphę nr amor, Libethrides.) Libethros fons é vbi colunt Musæ. & sic ait Libethrides, ac si diceret Hippocrenides a fonte Hippocrine. Vt aút poetę inuocét Nymphas (sicut hoc loco: ité in fine, Extremú hoc Arethusa mihi cócede laboré) hæc ratio est, quod ſm Varro. ipsę sunt Nymphæ quę & Musę: nec imerito. Ná aquę motus musicá efficit: vt in hydria vitrea videmus. Sane sciendum quod idem Varro tres tm Musas esse cómemorat. Vná quæ ex aquæ nascit motu. Alterá, quá aeris icti efficit sonus. Tertiá, quę mera tm voce consistit. Et multi volunt in hac Ecloga esse allegoriá, vt Daphnis sit Cæsar: Corydon Virgilius: Thyrsis vero qui vincit, Virgilij obtrectator, aut Bauius, aut Anser, aut Meuius poetę. ¶Proxima Phœbi.) Subaudias carmina. ¶Aut si nó possumus oés.) Secúdú illud dixit. Non oia possumus oés. Nam debuit dicere. Aut si ego non possum. ¶Sacra pinu.) Matri deum consecrata. Sic supra, Sacra quercu.s.Ioui dicata. ¶Crescenté poetá.) Verecunde locutus est, non iam poetam dicens, sed crescenté. Sané hoc loco carmen exprimitur Amœbæum. Nam cú Corydon petijsset vt esset Codri similis: hic se adeo Codrum superare dicit, vt in se eius inuidiam possit mouere. Edera autem coronantur poetæ, vel quasi Libero consecrati, qui & vt Bacchæ insaniunt (Sic Horatius, vt male sanos ascripsit Satyris Faunisque poetas) vel quod semper virent ederæ, sicut carmina æternitatem merentur. ¶Rumpantur vt ilia.) Sicut etiam in Æneide diximus, hoc ile, & hæc ilia facit. Vnde etiam Iuuenalis ait, Vis frater ab ipsis Ilibus? Nam Marylus Mimographus contempsit artem, ad iocum mouendum: & parasito dixit, tu vt Hector ab Ilio nunquam recedis. Est autem hoc dictum per amaritudinem rusticam. ¶Vltra placitum.) i.nimis, irrisorie, vltra quam placeo & mereor. ¶Mala lingua.) Fascinatoria, nocendi scilicet studio.

MANCINELLVS.

¶Nymphę.) Musas ipsas nymphas appellat, & Stra. lib. x. scribit Thracas fuisse Bœotiæ accolas qui Libethridú nympharú antrú
Libethra libethra consecrarunt. scri. item Libethrú quédam fuisse Thracię locum, vbi Musę cultę sunt. ¶Libethrides) Libethra fons é in Magnesia, regione quidem Thessalię adiuncta, vt scri. Pli. iij. Thessalię item Bœotia iuncta est, Soli. inquit: sed ne transeamus præsidium poetarú, fons Libethrus & ipse Magnesię est. ¶Nó p.o.) sup. carmina facere, pxima versibus Phœbi vt Codrus. ¶Edera.) De hac latius in Pollione, vbi etiam de baccare. ¶Mala lingua.) De fascino lege in Palæmone. ¶Vltra placitum.) Vltra æquum.

ASCENSIVS.

¶Nymphę (noster amor.) Quaternis versibus contendunt, vt in Damœta binis, incipiens itaque corydon facit quandá inuocatiunculam ad Musas petens sibi tale carmé donari, quale Codro donauerint, aut minans se non amplius cantaturú, sed ad pinú fistulam cum arte suspensurum. Solent.n. qui in quauis exercitatióe emeritos se significare volút: neque illam amplius exercere: illius arma, hoc est instrumenta ad tolum ac postem numinis quod illi pręest pédere, vt pueri pretextá laribus: puellę puppá Veneri: pugiles cestus Polluci: bellatores scutum & ensem Herculi: nautæ remú & contú Neptúno: musici aút fistulam aut lyram musis. Per hoc aút prætert Corydó fiduciá Codro æquari posse. Si.n. dubitaret, non se ad artis omissioné astringeret. Ad hoc respódet Thyrsis, & contrarium & plus dicés atque ita legé seruans. Contrarium quidem dicés, qa Corydon optauit Codro amico ęquari. hic autem eum ad inuidiá prouocare cótendit. Plus autem, quia sic Codrum superare vult, vt præ inuidia disrumpatur. Significat præterea se & dignum edera, & inuidia, cótra quam vult baccare cingi. ¶Ordo est. O nymphæ Libethrides.i.o Musæ Libethrum fonté in Magnesia frequentare solitę, appositorie noster amor.i.quę estis vnicum desiderium, sola voluptas & peculiares deliciæ nostræ, aut concedite mihi carmen, supp. tale quale, supp. conceditis Codro meo, scilicet amico. Ille enim facit, supp. carmina proxima versibus Phœbi, id est accedentia quam proxime ad artem Apollinis, qui princeps heroici carminis est (vnde in arte Flaccus, Lyrę solers & cantor Apollo, &c.) Aut si non omnes possumus, supp. tale carmé facere, quia poetæ nasci censentur: estque poetica ars perquá paucis data, mea fistula arguta.i.sonora, aut reprehensa & deuicta, pendebit hic sup. de pinu sacra.i. consecrata matri deum. Ad quod Thyrsis etiam in hoc plus dicés quod non inuocat: vt poeta sit, sed se iam poetam qdem esse, verum ne immodeste id dicat, adhuc crescentem respondet. O pastores Arcades, qui.s. vt alibi dicet soli periti estis cátare, & ita pro merito quéuis edera donare potestis ac scitis, ornate poetam.s.me, videlicet Thyrsim, & crescentem.i.surgentem & nondum cósummatum edera, ita vt ilia rumpantur Codro inuidia, id est præ inuidia, qa videbit se a me superatum. Aut si tanta, sup. erit mihi in cantilenis gloria vt inuidiam gloria superauero, & ita ipse laudarit vltra placitum.i.inuitus cum defamare non audeat, cingite vati.s. mihi frontem baccare, id est illa herba quæ valet contra fascinú, ne lingua mala.i.nociua, & fascinatoria, noceat mihi vati futuro: hoc est si forte me coactus laudauerit contra placitum suú, & tamen liuorem dissimulauerit, ne lingua eius me fascinet, cingite frontem baccare. Hæc potior sententia visa est quam vt dicta contra placitum.i.vltra ęquum. sic enim nó plus diceret, sed minus contra legem. ¶Regula est. Efficiens naturalis sæpe regitur a verbo in ablatiuo sine prępositione. vt rumpor inuidia. rubeo pudore. algeo pauore. taceo pudore, &c.

PIERIVS.

¶Crescentem ornate poetam.) In Longobar. & in Mediceo legere est, Nascentem: horum alterum Paraphrasis fuit. Crescétem vero omnino castior lectio existimatur. ¶Aut si vltra placitum laudarit. (In Longobardico legitur, placidum, quod minime admittimus.

SERVIVS.

Setosi caput hoc apri tibi Delia paruus, CO.
Et ramosa Mycon viuacis cornua cerui.

¶Mycon.) Vel eius filius, vel patronus. ¶Viuacis cerui.) vt eni Plini' dicit in naturali historia, Cum se cerui grauatos ętate cognouerút, serpétes regrút, & eos flatu ad se tractos, cum comederint, reuertútur rursus

ad ętaté priorem. ¶Si proprium hoc fuerit.) Quod supra petierat scilicet: vt talia carmina faceret, qualia Codrus effecerat. ¶Leui de marmore tota.) Solent enim plerunque caput tantum, vel thoraca facere. ¶Suras euincta cothurno.) Ideo singulari vsus est numero, quia hoc genus calceamenti vtrique aptum est pedi. Sic in primo Æneidos, Purpureoque alte suras vincire cothurno. ¶Sinum lactis.) Sinus, genus est vasis: quod cú vas significamus, si producitur. cum vero gremium significamus, si corripimus. Sané notandum, haberi considerationem diuinarum personarú. Nam ille supra cum veneratióe locutus est apud numen seuerú cósideratió et contra hic iocat, qa loquit numini: quod iocis gaudere manifestú est. ¶Priapus) autem, deus lampsacenus est Hellesponti, qui hortos tuetur. ¶Liba.) Placentas. ¶Pro tépore.) Pro necessitate. ¶Si foetura gregem suppleuerit.) Si tot agnos habuero quot oues: hoc est enim gregem suppleri per foeturam. Foetura enim est prouentus.i.ipse foetus.

Si proprium hoc fuerit: leui de marmore tota
Puniceo stabis suras euincta cothurno.
{Sinum lactis, & hæc te liba Priape quotannis TH.
Expectare sat est: custos es pauperis horti.
Nunc te marmoreum pro tempore fecimus, at tu
Si foetura gregem suppleuerit: aureus esto.

MANCINELLVS.

Ceruorum vita. ¶Tibi.) supple vouit vel tradit, ac tuo templo affiget. ¶Viuacis cerui. (Vita ceruis in cófesso longa, vt inquit Plin, lib. xviij, post centum annos aliquibus captis cum torquibus aureis, quos Alexander Magnus addiderat: adopertis iam cute in magna obesitate. ¶Ramosa cornua. (Cornua mares habent, indiciaque ætatis in illis gerunt singulis annis abijcientibus ramos: vsque ad sexennes ab eo tempore similia reuiuiscunt: nec potest ætas discerni. Plin. libro. viij. ¶Si proprium hoc fuerit.) Proprium, id est priuatum mihi, nec ad alios pertinés, hoc scilicet, vt carmen, quale Codrus componam. Ad id autem Dianam inuocat, quoniá Bucolicum carmen Dianæ consecratum scribunt. Nam vt Diodorus ait, tradunt Daphnin Dianam fistula, & cantu Bucolico apprime oblectasse.
Sura. Cothurni. ¶Suras.) Sura dicitur posterior pars tibiæ. ¶Puniceo.) rubicúdo quasi phœniceo. ¶Cothurno.) Cothurni sunt calciamentorum genera venatorum, quibus crura etiam muniútur, cuius calciamenti effigies est in simulachris Liberi, & Dianæ. Prob. author. ¶Sinum lactis. (Sinum, vas est sinuosum, vt scribit Marcel.
Liba. Sinum autem Vas vinarium grande, teste Varrone. ¶Liba) sunt placentæ, de farre, & melle, & oleo sacris aptę: dicta vero liba, teste Varrone, quod libarentur, prius quam essent cocta. Cato autem ca-
Priap'. pite. lxxv. docet latius quo pacto libú fieret. ¶Priape.) Hic deus non solum in vrbium templis, sed in agrestibus quoque locis tanque vinearum, atque hortorum custos colebatur fructuum fures castigás, ei sacra cum risu, & ludo fiebant, fabulantur antiqui Dionysij ac Veneris filium fuisse, asseruntque nonnulli priscos illos, cum vellent hominum pudenda occultius nominare, Priapum dixisse. Diodorus author libro quinto. ¶Foetura.) Id est genitura ex ouium prouentu.

ASCENSIVS.

¶Setosi caput hoc apri &c.) A Musarú inuocatione ad pastorale numen laudandum transit, ad Dianam videlicet: quæ quia venatrix canibus quorum pastoribus summa cura est, pręficit: vnde in Damœta, Notior vt iam sit canibus non Delia nostris. Dicit autem Myconem puerum suum Dianæ iam nunc afferre caput apri, & cornua cerui, quibus se venationi deditum & eius deditionem significat, polliceturque ei vt Apollinis sorori si carmina qualia Codrus, hoc est proxima Phœbæis facere possit, statuam marmoreá facere euinctam, quia venatrix est: suris cothurno purpureo: Ad quod Thyrsis in simili plus dicens respondet se iam Priapú marmoreum fecisse, facturum autem aureum, quia ergo plus est fecisse, quam facturum esse: & plus aureum, quam marmoreum, nimirum plus dicit. ¶Ordo est, O Delia, id est Diana venatrix ante Apollinem, sed ex eadem matre eodemque puerperio in Delo Insula genita: paruus Mycon, id est puer meus humilis (nisi idem sit qui & Corydon) supple offert ac dicat tibi: hoc caput apri setosi, id est setis multis quod feriatis signum est obsiti, & hæc cornua ramosa, id est multis ramis ornata, vsque enim ad sextum annum dicút vnum accrescere, & ideo bene dicit: cerui viuacis, aut quia omnes diu viuunt, aut quia præcipue diu vixerit, vnde munera sua prudenter commendat: primo, quia hic dicit se aut puerú suum paruum quo significat se velle maiora dare, si posset: deinde quia caput & cornua quæ a venatoribus asseruari solent in laudem & gloriam: tum quia caput apri quod difficile acquisitu est, & potissimum setosi, id est adulti iam & ferocis. Tum quia viuacis cerui, & nouissimo, quia ramosa vt annosum significet ceruum, & ita fugę peritum fuisse & aptum ferocitate munitum, a difficultate ergo munera sua cómendat. Addit autem. Si hoc scilicet facere carmina qualia Codrus (Nisi ad artem venandi referas.) Non enim ab Diana videtur expectanda ars poetica, & præterea vt superioribus respondet, non minoris facit habere proprium venandi studium, quam faciendi carminis peritiá, fuerit proprium, id est mihi peculiariter datum, vt scilicet solus tali carmine, aut tali venandi arte excellam: tu stabis.i.erigeris in statua tota de marmore leui, id est leuigato & polito, euincta suras, id est habens euinctas suras cothurno, id est alto calciaméto genuum tenus fere protenso, puniceo, id est purpurei coloris: eo aút gaudent venatores: vnde Ænei.j. Venus venatrici similis dicit, Virginibus Tirijs mos est gestare pharetram, Purpureoque alte suras vincire cothurno. Ad hæc Thyrsis, O Priape.i. deus hortorum (quem forte inuocat, quia edera & baccare cingi cupiebat quę in hortis nascuntur.) sat.i. satis est expectare quotannis.i. singulis annis a nobis sinum.i. vas mulctrale (sitellam per diminutioné vocant) lactis & hæc liba.i. placentas, qa tu es custos pauperis horti. q.d. si plura possem plura darem. Nos fecimus nunc te marmoreum pro tempore.i.iuxta egestatem nostram in qua sumus hoc tempore: at.i. sed: si foetura.i. propagatio & educatio suppleuerit.i. ęquauerit gregem: ita vt singulę marres singulam prolem educent, tu esto.i. iubeo vt túc sis, aureus.i. ex solo auro formatus. Potest etiam Dianam tanque Bucolici præsidem inuocare.

PIERIVS.

¶Sinum lactis & hęc te liba Priape quotannis Expectare sat est.) In pluribus quidem antiquis codi. legitur, te, Sed in Oblongo, Tibi, quippe satis est, vel oblata tibi. Sino vero, pro vase vtitur: & Plautus in Curgulione. Inuergere in me liquores tuos Sino doctim. Quod vero Virgilius Liba genere neutro dixit. Nigidius libos genere masculino dicere maluit. Quot annis vti sæpe dictú, distinctis dictionibus scribitur in antiquis exemplaribus.

SERVIVS.

Nerine Galatea thymo mihi dulcior hyblæ, CO.
Candidior cycnis, edera formosior alba,
Cum primum pasti repetent præsepia tauri;
Siqua tui Corydonis habet te cura: venito.
{Immo ego Sardois videar tibi amarior herbis, TH.
Horridior rusco, proiecta vilior alga:
Si mihi non hæc lux toto iam longior anno est.
Ite domum pasti, siquis pudor, ite iuuenci.

¶Nerine Galatea.) O amica quæ talis es, qualis fuit Galatea quá Cyclopes amauit. Nerine aút patronymicú est grecum, Ná foeminina pronymica, aut in ias exeunt, vt Pelias: aut in eis, vt Atreis: aut in e, vt Nerine, Adrastine. ¶Thymo mihi dulcior hyblę.) vel odore thymi hyblęi, vel melle hyblęo, vt a materia ré ipsam dixerit. Ná apib' nó hoibus dulcis est thymus. ¶Edera formosior alba.) Quia sunt & nigræ ederæ: vt. Aut ederę pandunt vestigia nigræ. Nigra aút, vel alba edera, non ex folijs, sed ex ligno cognoscitur. ¶Tui Corydonis.) Plenum affectus est: vt, Si quis amatæ Tangit honos animum. ¶Sardois herbis.) In sardinia enim nascitur quædam herba, vt Sallustius dicit, quę sardon dicitur, apiastri similis. hæc ora hominú ictus dolore cótrahit, & quasi ridétes interimit. ¶Ite domú pasti, si quis pudor, ite iuuenci.) Qui ad pascédú auidissimi sunt. Ideo aút increpat tauros tarde redeútes ad stabula, qa supius ille dixerat tunc amicá suá venire debere, cú tauri ad pręsepia fuissent reuersi.

MANCINELLVS.

¶Nerine.) Nerei filia, de quo supius. Thymo etiá supra patuit. ¶Hyble.) vide in Tityro. ¶Edera alba.) Non propter lignum alba edera dicitur, & nigra, sed propter folia, & semen: est enim alia fructu tantum candida: alia & folia, arbores autem necat candida, omnemque succum auferendo tanta crassitudine augetur, vt ipsa arbor fiat. brachia Edera.
sibi

Universidad de Deusto Biblioteca

sibi maxime ramosa,ac robusta.Plin. lib.xvij. ʃSardois herbis.) Herba sardinia,quę in fluuijs,puenit iusto largior,si edulio fuerit vescētibus, neruos cōtrahit, rictu ora deducit, vt qui mortē oppetunt,veluti ridentiū facie intereant. Solinus author. ʃRusco.)Ruscum herba est sponte nascens,qua in cibis vtuntur pleræq; gentes,Pli.lib.xxj.ʃAlga.)Marina herba tenuissima.

Rusci.

ASCENSIVS.

¶Nerine,&c.) Post vtrūq; numē & musices & venationis, quarum pastores studiosi,proxima cura est amicæ, quam nunc Corydon inuitat: precaturq; vt vesperi ad se veniat. Idem ferè respondet Thyrsis,sed plus dicit:quia se vehementius amare, vtpote qui nequeat ad vesperam vsq; amorem differre,nec nihil contrarij interserit,quia cum ille de dulcibus, hic de amaris loquitᷣ. Itaq; adhuc vtcunq; legē seruat. ¶Ordo est, O Galatea Nerine.i. Nerei filia. (Est enim patronymicum in ne) existens mihi dulcior thymo hyblæ.i.nato ad Hyblam oppidum Siciliæ, vbi propter eius copiam fragrantissimi mellis plurimum est, existens etiam candidior cycnis.i.oloribus,cū enim sit quasi lactis dea, p lac significatur albedinē cycnorum superare,& cū sit dea addere splendorem, & formosior alba edera quæ gemmis in fructu simillima est. Cum primum.i.vbi primum, vel vt primum, tauri pasti repetent,i.iterum petent & adibunt præsepia.venito, supp. ad me:siqua,id est aliqua cura tui Corydonis: habet, id est tenet & occupat te.Ad quod Thyrsis. Immo ego videar.i.volo vt videar tibi non vt sum amarior herbis sardois.i. quæ nascuntur in Sardinia

Sardinia:& horridior.i.asperior rusco,id est herba, illa horridissima,& vilior.i.abiectior, alga proiecta.i.herbis aut iuncis a procellis ad littus appulsis & ,piectis, si hæc lux.i.hæc dies quo Nerinem expecto quæ mihi noctem promisit, non sit, id est non videatur mihi longior toto anno,o iuuenci pasti.i.qui iandudum satis pasti estis: ite domum,ite,inquā, siquis.i.aliquis pudor est vobis.i.si quicq; verecundamini vltra iustum pasti.Et ita monet iuuencos vt domum abeant quo possit amica potiri ac frui,quā se ille patienter expectare significauit.

PIERIVS.

¶Immo ego Sardois videar tibi amarior herbis.) Oblōgus codex ille antiquus,atq; alter peruetus expositus,Sardinijs legunt. vt latina dictio sit,neq; quid in syllabis desideretur, cum receptū illud sit,& in medio Tybure Sardinia est. Quod ideo dictum voluit, quia in codice Longobardico, & in Mediceo, Sardonijs, legitur, quia forma possessiuum id nomen apud Grecos effertur. Quod si admittas, figura erit Synizesis duorum, ii, cum dubio procul σαρδῶος per ω μέγα scribatur, Nisi factum sit ea ratione, qua Sidonium eiusdem naturæ nomen corripimus, quanquam καὶ σαρδῶς Stephano obseruatū est, & multis adeo locis Virgilius græca declinatione & figura vtitur. ʃSi mihi non hęc lux toto iam longior anno est.) Obseruat Nonius fœminino genere Lucem,hoc loco dictum a Virgilio,pro dieta Plauto vero in Aulularia Luce claro virili genere.ita etiam a Varrone,& a M.T.denique libro de Offi.ij.& cum prior ire luci claro non queo.

SERVIVS.

¶Muscosi fontes.)Lanugine viridiore coopti.ʃArbutus.) Genus arboris frondibus raris.ʃIam venit ęstas.)Iam aduenit,iam appropinquat: nō enim dicit ęstatē esse cum adhuc turgere gēmaʷ palmites dicat.Et bene tarde frondere vites cōmemorat in Venetia: q̃ est ,puincia frigidior .ʃHic focus,& tedę pingues.) Contraria iste dicit. Pingues autē tedas ait sudantes picē. ¶Numerum lupus.) Quia solam considerat,lupus prędam.ʃTorrentia flumina ripas.) Quæ aucta, riparum munimina spernunt.

Muscosi fontes,& somno mollior herba, CO.
Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra,
Solstitium pecori defendite.iam venit æstas
Torrida:iam læto turgent in palmite gemmæ.
{Hic focus,& tedę pingues:hic plurimus ignis TH.
Semper:& assidua postes fuligine nigri.
Hic tantum Boreę curamus frigora:quantum
Aut numerum lupus,aut torrentia flumina ripas.

stant.Pris. ʃTorrentia.)Impetuose ęstuantia.

ASCENSIVS.

¶Muscosi fontes,&c.) Tandem ad gregem suū respicit Corydon,cōprecans ne calore solstitiali cōficiatur:allegoricos Thyrsim eiusq; amores taxans, quippe qui se īpatientissimum significauit, & totū ardere,a quorum ardore se & suos defendi precatur Corydon. Cōtra quod Thyrsis respondet contrarium & plus.Contrarium quidem, quia cum ille de calore locutus sit,hic de frigore loquitur,plus autem, quia cū ille se defendi precetur, hic se defensum gloriatur ac sic munitum: vt ne officere quidem possit. Nondum ergo victus est. ¶Ordo aūt est,O fontes muscosi.i.musco tecti cum sitis in vmbris,& herba mollior somno:vos,inquā, & viridis arbutus quæ vos tegit,id est cum viridi arbuto qua tegmini: defendite,id est arcete: pecori,idest a pecore meo solstitium, id est calorem solstitialem,& qui est in solstitio ęstiuali,quia ętas torrida.i.omnia torrens,aut quę a sole torretur, venit iam, quia gemmę.i.grossi & propaginis nodi turgent, id est inflantur & exitū quęrūt, iam in palmite (quod signum futuræ ętatis etiam Saluator noster dedit.) Respondit Thyrsis:hic,sup.est focus, id est locus ad ignē fouendum aptus:& tedæ.i.ligna picis ac resinæ plena, vnde pingues dicit,sunt hic.s.ad ignem extruēdum apta materies, hic est fuligine,i.nigredine pinguis fumi:nos curamus.i.cōsideramus aut timemus hic tantum,id est intantū duntaxat frigora Boreæ, illius venti septentrionalis:de quo in Georgi.Et Boreæ penetrabile frigus adurit:quantum aut lupus curat numerum, aut flumina torrentia.i.abundantia & eleuata tumoribus aquarum,curant supple ripas,quod nihil est.

PIERIVS.

¶Turgent in palmite gemmę.) In Longobardico, Turgent,u, post g,inserta,ita semper in Romano,Vrguet tinguit, & similia, omnia Attiano more,quem reprobat Caper. Sed de hac ratione scribendi latius in.vj. Æneidos dictum, eo loco. Quibusue Vrgentur pœnis.

MANCINELLVS.

¶Muscosi.)Lanuginosi.ʃEt somno mollior herba.)i. iucūdior somno.ʃSolstitium.)Solstitia duo sunt,brumale,& ęstiuū.Nono Cal.Ianuarij brumale solstitium est. Æstiuum vero.viij. &.vij.& vj.Cal.Iulias in quo fauonius,& calor. author est Colu.li.vij.ca. ij.plura etiam Pli.lib.xviij.ca.xlj.ʃDefendite.)i. auertite atq; depellite. Nam vt Gel.scri.lib.viij.ca.j. Offendere proprie & latine significat incurrere in aliquid & incidere. Defendere vero auertere atq; depellere.Hinc Quinti.Claudius ait a pinis hostes defendebat facillime, Æstas:ea incipit.vij. Idus Maij. Autumnus,vij. Idus Sextilis:hyems.iiij.Idus Nouēbris: Ver.vij.Idus Februarij: Varro lib.j.de re rustica author.ʃIam lęto palmite.) Palmes dictus,vt Festus ait, q in modum palmarum virgulas quasi digitos edit: est autem,vt aiunt,vitis materia mollis:qui per nouella brachia emissus fructus affert: propterea læto palmite Poeta dixit.ʃGemmæ.) Hæ oculi vitis dicunᷣ per metaphoram, id est trāslationē,quę teste Fabio li.viij.copiā auget sermonis pmittēdo mutuari,quę nō habet,vnde necessitate rustici dicunt gēmas in vitibus.quid.n.dicerent aliud? ʃTedę.) Teda resinam fert,vñ succo est abundantior flammis,ac lumini sacrorū etiā grata. Pli. lib.xvj.ʃFocus.) Var.scribit focos dictos, q foueant ignes. qdquid aūt ignem fouet,focus vocatur,seu ara sit, siue quid aliud in quo ignis fouetur.Sunt qui dicāt a græco phos, qd est ignis, siu lux, seu lumen. ʃPostes.)A post dicti videntur, q post fores stant.

Offendo. Defendo. Quatuor tēpora anni.

SERVIVS.

¶Stant & iuniperi.) Modo, plenæ sunt:alias,horrent: vt, Stāt lumina flāma:Alias vero stant:vt, Stant manibus aræ. ʃCastaneę hirsutę.) Adhuc inter suos echinos locatæ. ʃRident.)Lęta sunt:vt, Mistaq; ridenti colocasia fundet acantho.

Stant & iuniperi,& castaneæ hirsutæ. CO.
Strata iacent passim sua quaq; sub arbore poma.
Omnia nunc rident.at si formosus Alexis
Montibus his abeat,videas & flumina sicca.
{Aret ager:vitio moriens sitit aeris herba: TH.
Liber pampineas inuidit collibus vmbras.

tho.Horatius, Ille terrarū mihi præter oēs Angulus ridet. ʃFlumina sicca.)ὑπερβολικῶς etiam iuges aquas & perpetuo fluentes siccari cōspicias. ʃAret ager.)Ordo est, aret ager & sitit herba moriēs vitio aeris.i.pestilētia corrupti aeris affligiᷣ. ʃLiber pāpineas inuidit

collib⁹ vmbras.)Exiccatę sunt vites nimio æstu, & folia amiserunt.ʃInuidit collibus vmbras.)Vt, Te ne ingt miserande puer,cum læta veniret, Inuidit fortuna mihi? Nā inuideo tibi illam rem dicimus.Sanè sciendum,has pāpinos nunq; Virgilium dicere:sed Varronē fœmineo vti frequētius. ʃIuppiter & læto descendet plurimus imbri.)Sic alibi, Coniugis in gremium lętæ descendit.Aer enim in pluuias soluitur.

Phyllidis aduentu nostræ nemus omne virebit:
Iuppiter & læto descendet plurimus imbri.

MANCINELLVS.

Iuniperus.

¶Stant.) Plenæ sunt, inquit Nonius hoc loco. Sisenna, cœlum caligine stat. ʃIuniperi.) Iuniperus autem cætera omnia excalefacit,extenuat cedro similis:accensa serpentes fugat, semen stomachi,pectoris, lateris doloribus vtile, tusses cōcoquit, illitum tumores sistit, Plin.lib.xxiiij. ʃIuppiter & læto descendet plurimus imbri.) Iuppiter.i.aer,is enim Iuppiter est, vt dixit Ennius, quem Græci vocant aerē:qui ventus est,& nubes, imber postea: sic enim Varro docet, descendet autem in terram læto imbri, id est fœcunda pluuia.

ASCENSIVS.

¶Stant & iuniperi,&c.) Corydon hic vt eundē censeas qui se in secunda Alexim adamare cōfessus est in gratiam Alexidis, dicit omnia eius pręsentia plena esse,atq; lęta,quę eius absentia & inania & arida mœrore fiant, Cōtra Thyrsis dicit omnia tristia atq; arida esse, sed aduentu Phyllidis amicę suę, læta atq; plena fore: in qua re pro parte vincitur,quia licet contrarium dicat,non tamen plus,imo minus est quod futurum promittitur, quā quod præsens est:nec tam efficax est ratio mali quā boni. ¶Ordo est.Et.i.simul iuniperi.i.frutices illi quarū acinis vescūtur ficedulæ,stant.i.plenæ sunt,vt saccus turgidus,& castaneę hirsutæ.i. quæ in calicibus hirsutis nascuntur,stant sup.(Est aūt spondaicus artificij plenus: nam iuxta regulam prius positam spondeū pręcedit dactylus,& pondus est in sentētijs ac languor quodammodo in arboribus quę pondere fatiscūt. Nec abijcitur vltima vocalis in castaneę propter adspirationem vim literę obtinentem)& poma.i.fructus arborū quecūq; mollem corticem habent,iacent strata passim.i.per aliqd interualli:sub arbore quaq; sua.i.propria.s.ipsi arbori:est aūt sua nominatiui casus,quia corripitur.Omnia rident.i.lætitiam præ se ferunt, nunc quia.s.Alexis adest.At.i.sed,si formosus Alexis abeat his montibus.i.discedat hic,tu videas.i.quilibet videre possit, &.i.etiā flumina sicca. Ad hoc Thyrsis,ager aret.i.iam aridus & siccus atq; exustus est, & herba moriens vitio.i.corruptione & infectione aeris, sitit.i. desiccatur,& siccitate cōficitur.Liber.i.Bacchus qui quarum inuentor est vitium amator esse debet,inuidit,id est per inuidiam abstulit collibus (quos tamen amare deberet:qa dicitur in Georgicis, Deniq; apertos Bacch⁹ amat colles.)i.monticulos,vmbras pampineas.i.pampinorum quę vitium frōdes sunt, hoc est etiā vites frondibus propter ariditatem spoliatæ sunt: sed omne nemus virebit aduentu nostræ Phyllidis, & Iuppiter, id est iuuans aer & rerum naturalium pater,descendet plurimus, id est abundantissimus, sup. cum imbri,læto, id est omnia lætificante,& vegetante.

SERVIVS.

¶Fraxinus in syluis cedet tibi, pinus in hortis.) Non sic erunt pulchrę arbores in suis locis,hoc est sibi aptis creatæ: sicut tu,si ad me frequēter venire curaueris. ʃHæc memini.)Et memini illā rē dicim⁹, & memini illi⁹ rei: vt,Nec veterū memini,lætorve malorū. Itē numeros memini. ʃEx illo Corydon,Corydon est tpe nobis.)Victor, nobilis supra omnes:quam rem quasi rusticus implere non potuit.

Memini.

Populus Alcidæ gratissima:vitis Iaccho: CO.
Formosæ myrtus Veneri,sua laurea Phœbo.
Phyllis amat Corylos:illas dum Phyllis amabit,
Nec myrtus vincet Corylos,nec laurea Phœbi,
{Fraxinus in syluis pulcherrima:pinus i hortis. TH.
Populus in fluuijs:abies in montibus altis.
Sæpius at si me Lycida formose reuisas:
Fraxinus in syluis cedet tibi:pinus in hortis.
{Hęc memini et victū frustra cōtēdere Thyrsim. ME.
Ex illo Corydon, Corydon est tempore nobis.

PROBVS.

Alcides

¶Populus Alcidę gratis.) Alcides Hercules ab Alcæo auo, siue ἀπὸ τῆς ἀλκῆς.i.fortitudine. Pindarus initio Alcidē nominatū,postea.Her.dicit ab Hera,quā Iunonē dicimus, q eius imperijs opinionē famamq; virtutis sit cōsecutus.In huius tutela populus, Liberi vites, Veneris aūt myrtus. Phisici Herculem tps dicunt interpretes,ideoq; populū ei adsignari,allegoricos, vt qa bicolor sit,partes tēporis accipere possimus.i. noctis, atq; diei.

MANCINELLVS.

Popul⁹. Alcæus. Phœb⁹. Corydos.

¶Populus.)De hac lege Pli.li.xvj. & li.xxiiij,est autem populus in tutela Herculis,qui,vt aiunt,ad inferos iens populea frōde se coronauit. ʃAlcidæ.)i.Herculi:fuerat enim Alcęus Amphitryonis pater,vt Euripides ostēdit,a quo Hercules ipse Alcides diciᷣ. ʃIaccho.)De hoc superius patuit. ʃLaurea.) Laurus ipsa. ʃPhœbo.)Phœbus dicitur lucidus, vel purus, quasi Phobios, a phos & bios.i.lux vitæ epitheton est Apollinis,vnde legiᷣ, Mihi Phœbus Apollo prædixit.ʃEst nobis Corydon.) Ac si diceret dulcis cantus, vel dulcis cantor. Corydos enim auis dulce canit, vt aiunt:dicitur etiam Corydalos.

ASCENSIVS.

¶Populus, &c.) Ne Phyllidis amore superbiret Thyrsis, docet Corydon se non minoris Phyllida facere, vt quæq; ei placerent omnibus præferenda censeret,non quia meliora sint, sed qa illi placeant:nam populus,inquit,arbor est gratissima Herculi,eo q virtutis eius significatiua est in frōdium colore qua introrsum virides, extrorsum albicant:eis quoq; coronatus inferos petisse dicitur. Vitis est gratissima Baccho, quia inuenit eam. Myrtus Veneri quia in littore nascitur maris: e mari autem nata Venus est, & Laurus est gratissima Phœbo,in quam Daphnem eius amica conuersa fingitur.Ea autem arbor in sole nascitur libēter, nec æstu eius folia pallent aut decidunt,sed quia Phyllis amat Corylos, quæ viles quidem sunt arbores ferentes nuculas,quas auellanas vocant,sed dum illas inqt Phyllidis amabit,nulla eas arbor superabit.

superabit. Ad quod Thyrsis cōsimile nec maius proferēs planè vinciᷣ, quia non seruat legem carminis Amœbæi, de quo in Damœta dictū est,q sequens aut contrariū aut plus afferre debet:hic aūt simile affert vt manifestū est:nec plus imo potius minus, quia plus est quod Corydon dixit,videlicet Corylos viles qdem arbores propterea & Phyllidi placerent, & Herculi & Baccho, & Apollini maximis nimirū apud gētiles numinib. sacras arbores vincere, q̃ quod Thyrsis dicit, videlicet q fraxinus,pinus,populus, & abies Licidę amico cedant:vnde parū laudis Licidę acquiritur. Videtur ergo effœtus animus eius,ita vt quod caneret,non haberet,quod intelligens Melibœus, hoc est Poeta,dicit. Hæc memini, & victū frustra contendere Thyrsim. Et Corydon est nobis ex illo tempore, subaudit Seruius, victor nobilis, quod per rusticam simplicitatem Melibœus exprimere non potuit,aut,vt Mancinellus innuit, Corydon est nobis Corydon,id est dulcis cantor: hoc est vt nomine ita re comprobatus est mihi Corydon esse. Et ideo bis ponitur, quasi alludat ad nominis interpretationē,sicut Bernardus dicens. O IESV esto mihi IESVS, quid est enim IESVS nisi Saluator? &c. Corydon ergo est nobis Corydon,id est dulcis cantor approbatus ex illo tempore.Quia aūt dicit Melibœus, hæc memini, videᷣ superius legendum, alternos meminisse volebam, vt ibi tactum est. ¶Ordo est,Populus.i.arbor illa gratissima Alcidę,id est Herculi qui aut ab Alcæo auo saltem putatiuo diciᷣ,aut est ab alce.i.virtute.Vitis est gratissima Iaccho, myrtus est gratissima formosæ Veneri,& Phœbo est sua.i.ppria laurea.s.arbor aut corona:hoc est laurus arbor est gratissima,sed sup. Phyllis amica mea, amat Corylos.i.illas arbusculas alioq viles:sed dū, id est quādiu Phyllis amabit illas,nec myrtus quanq; sit gratissima Veneri, vincet Corylos:nec laurea.i.laurus Phœbi vincet,i.superabit in ęstimatione mea Corylos. Non dicit de vite,sed per argumētum quod a fortiori vocant facile conuincitur:q nec vitis eas vicerit. Non enim sic Bacchus vitem vt Phœbus laurum amare videtur:cum in eam versa sit amarissima puella.Respondet Thyrsis. Fraxinus est pulcherrima in syluis,pinus est pulcherrima.s. arbor i hortis, populus est pulcherrima in fluuijs,& abies.s.quā sapinū vocant, est pulcherrima in altis montibus.(Est aūt & alia species abietū, quæ in paludibus potius nascuntur.)At.i.sed, o formose Lycida si tu reuisas me sępe,fraxinus cedat tibi.i.vincatur in pulchritudine,pinus cedet tibi in hortis,dura sane & inepta cōparatio. Vñ addit

Universidad de Deusto
Biblioteca

addit Melibœus. Ego memini, i. memoriæ cõmendaui hęc, & memini Thyrsim victũ. i. superatum cõtendere. i. eniti frustra, quia licet fateri nolebat, manifeste tamen victus erat, Corydon est nobis. i. reputatus est a me ex illo. f. tempore. i. post illud tẽpus seu propter eam victoriam. Corydon. i. dulcis, & aptus cantor.

PIERIVS.

¶ Formosæ myrtus veneri.) Imperite nõnulli huic nomini myrthus adspirãt ea vero arbor Veneri: Ea de causa sacra dicitur, authore Plinio, quia littora amat, & Venus orta mari fertur, vel quia prodest multis mulierum necessitatibus. ſ Fraxinus in syluis cedet tibi.) In Longobardico Cedat. ſ Hæc memini, & victum frustra contendere Thyrsim.) In Oblongo codice dictionum ordo hoc habet numero. Hæc memini victum & frustra contendere Thyrsim. Vulgata tamen lectio reijcienda non est.

SEPTIMÆ ECLOGÆ FINIS.

ARGVMENTVM ASCENSIANVM IN PHARMACEVTRIAM, SEV DAMONA, QVÆ EST ECLOGA. VIII.

Musam octaua refert Damonis, & Alphesiboei.
Quorũ hic flet Nisam, Daphnin vocat ille morantẽ.

ASCENSIVS.

MVsam octaua, &c.) In. viij. Ecloga, quæ aut Damõ, aut Pharmaceutria inscribit, recitãtur carmina duorũ pastorũ, Damonis & Alphesiboei. Quorũ prior deflet indignũ amorẽ Nisę, quę Mopso nupserat, & posterior reuocat Daphnin ab vrbe ad rura, vbi coniux degit, & id quidẽ magica arte, vnde Pharmaceutrię nomen sumpsit. Quia vero ars magica Romanis semper displicuit, vetitaq; fuit vnde in. iiij. Ænei. dicit se Dido magicas inuitã accingier artes, arguta vtitur phãtasia Virg. qui hic carmẽ Alphesiboei a musis expetit, quasi ipse ignoret. Alphesiboeus aũt interpretatẽ quęsitor aut inuestigator boum, vnde ei cõuenit qui Daphnin ab vrbe reuocat. i. per allegoriã, Augusti gratiã ad agros cũ bobus recipiendos implorat. Damon vero is videt quẽ Damœtas se viciſſe gloriat⁹ est & Alphesiboeus. de quo in Daphnide dictũ est, Saltãtes satyros imitabit Alphesiboe⁹. Est aũt hic mistũ poematis genus. Nã & Poeta loquitur, & personę introductæ. Loquit aũt ad Augustũ cuius gratiã in principio captat, vt illic videbim⁹.

Alphesiboeus.

¶ Ordo versiculorũ meorum est. Octaua, sup. Ecloga, refert. i. recenset, recitat, musam. i. cantilenam musicã Damonis & Alphesiboei, illorum Pastorum. Quorum hic. i. prior dictus: hoc est Damon flet. i. conquerit Nisam. f. quam procatus erat alteri nuptã: & ille posterior. f. Alphesiboeus vocat, scilicet domum, hoc est ad agros Daphnin morantem, scilicet in vrbe: dicturus enim sæpe est, Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.

SERVIVS.

PAstorũ musam Damonis.) Apud Theocritũ est vna Ecloga: quę appellatur φαρμακεύτρια: In qua inducit mulier quædã sacris quibusdã peruertens mentẽ amatoris a quo spernebatur: quã Virgilius transtulit ad hui⁹ Eclogæ vltimam partem. Prima. n. eius pars cõquestionẽ solã habet amatoris decepti: quę nubendo alteri, antiqua sponsa fefellerat. ſ Musam.) Cantilenã amorũ quos inter se cecinerũt. ſ Immemor herbarum quos est mirata iuuẽca.) Qui cãtilenę suauitatę cogerunt ẽt ea animalia obliuisci pascuorũ, quę sunt pascendi aui dissima. Nam supra ait, Ite domum pasti, siquis tam dor, ite iuuenci. ſ Stupefactæ carmine lynces.) Paulatim ad augmenta procedit dicẽs, Iuuencæ oblitę sunt pascuorũ stupuerunt ferę: flumina etiã sensu carentia cursus ꝓprios tardauerunt. ſ Requierũt flumina cursus.) Cursus ꝓprios retardauerunt, & quietos esse fecerunt. Sic Sallustius, Paulum requietis militib⁹. Quiesco ego, n. aliter: & aliter quiesco seruũ. i. quiescere facio. ſ Tu mihi, seu magni superas iam saxa Tmauri.) Vbi vbi es o Auguste, siue Venetiæ fluęta trascendis (nam Timauus fluui⁹ Venetię est) siue propeIllyricum

DAMON VEL PHARMACEVTRIA, QVÆ EST ECLOGA. VIII. IN QVA LOQVVNTVR POETA, DAMON, ET ALPHESIBOEVS.

PAstorum musam Damonis, & Alphesiboei, Po.
Immemor herbarum quos est mirata iuuenca
Certanteis, quorum stupefactæ carmine lynces,
Et mutata suos requierunt flumina cursus:
Damonis musam dicemus, & Alphesiboei.

Illyricum nauigas mare. i. per Dalmatiã: putas vnq; erit tempus quo mihi liceat tua facta describere? ſ En erit.) Ecce ii aderit. Nam, en, vnũ optantis est, aliud confirmantis. ſ Sola Sophocleo tua carmia digna cothurno.) Ac si diceret, quãquã impar sit ingeniũ meum laudibus tuis. nã tuæ laudes merẽtur exprimi Sophocleo tũ cothurno. Sophocles aũt tragœdiograph⁹ fuit altisonus. ſ A te principiũ, tibi desinet.) Sic & Home. ἐν σοὶ μὲν λήξω, καὶ ἄρξομαι. Horat. Prima dicle mihi, summa dicende camœna. ſ Iussis carmina cœpta tuis.) Supra enim dixerat, Non iniussa cano. ſ Atq; hanc sine tpa circũ. Inter victrices ederam tibi serpere lauros.) Allegoricos dicit. Debet etiam carmen meum florere inter tuos plures triumphos. Nam victores imperatores, lauro, edera, coronantur poetę. Verecunde aũt ait, ſ Serpere.) Hoc est humiliter procedere.

Tu mihi, seu magni superas iam saxa Timaui:
Siue oram Illyrici legis æquoris: en erit vnquam
Ille dies, mihi cum liceat tua dicere facta:
En erit, vt liceat totum mihi ferre per orbem:
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno:
A te principium: tibi desinet. accipe iussis
Carmina cœpta tuis: atq; hanc sine tempora circum
Inter victrices ederam tibi serpere lauros.

MANCINELLVS.

¶ Pastorum musam.) Theocri. Eclo. ij. scribit Simethã cum Thestyli Delphidi amatori magicũ carmen exercere. Id autem Maro vltima parte huiusce Eclogæ imitatus est, At hic Daphnidi. ibi Delphidi carmina fiũt. Ibi item sæpius repetitur. Ducite sacra domum mea carmia, ducite Delphin. hic sępius. Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin. Pharmaceutria præterea dicitur venefica. Pharmacia venenatio, medicina Pharmaceuomæ incanto. Pharmaceuo veneno, incanto. Pharmacum venenum, sens Ecloga Pharmaceutria, dicitur, cum in ea carmina & venefica fiũt. ſ Alphesiboei.) De hoc late Eclo. v. ſ Musam.) cantilenã. ſ Lynces. In Æthiopia nascuntur, vt scribit Plin⁹, sunt autem timidæ, & variæ, & maculosæ, iunguntur; etiam currui Bacchi. de quibus Ecloga qnta diximus. ſ Requierunt.) Quiescere fecerunt. ſ Tu mihi.) Sup. faueas Auguste, eum sigdem per aposfrophen alloquitur, id est per auersionem ad secundam personam. Aposfrepho enim auerto significat. ſ Magni Timaui.) Timauus fluuius est: qui per Aquileiæ agrum labitur, de quo Plin. iiij. & Strab. lib. v. meminerunt, vtq; Mela scribit, Timauus nouem cãpitibus exurgens. vno ostio emittitur. Strabo autẽ inquit septẽ esse Timaui fontes, mare mox irrumpentes, lato & profundo lacũ fluuio, locumq; ipsum maris fontem, & matrem ab indigenis vocari. Saxa, id est montes, nam Timauus, vt ait Possidonius è montibus delatus decidit in profundum, quod Strabo refert. & Maro libro. j. Æneid. inquit. Et fontem superare Timaui: vnde p ora nouem vasto cum murmure montis: it mare præruptum, & pelago premit arua sonanti. ſ Illyrici æquoris.) Illyris adriatici maris latus occupat, testibus Mela & Dionysio. Plinius item libro. iij. inquit. Quæ pars ad mare adriaticum spectat appellatur Dalmatia & Illyricum. Siue oram Illyrici: hoc dicit quoniam Augustus adolescens adhuc per se Dalmaticum bellum gessit, in quo vulnera etiam excepit: idem vt quibusdam Pãonicis atq; Germanicis, aut interueniret, aut non longe abesset: Rauennam, vel Mediolanum, vel Aquileiam vlq; ab vrbe progressus est. Author est Suetonius. scribit etiam Appianus latius in libro qui Illyrius dicitur. Propter hæc igitur ait Maro. Superas iam saxa Timaui. is enim per Aquileię agrum labitur, quę regio ab Venetia diuiditur flumine, Natisone, Strabone teste. ſ En erit vnquam.) Optat prius: deinde confirmat. ſ Sophocleo.) Sophocles tragœdiarum scriptor fuit, teste Eusebio. Fuit autem Atheniensis, quẽ Cicero diuinum poetã libro. j. de diuinatione vocauit, vbi mira quędam de Herculis surrepta aurea patera, & illius visione i somnis meminit. ſ Sophocleo cothurno.) i. sublimiori stylo, & Sophoclis boatu: de hoc latius Ecloga. vij. diximus: ponitur; interdum pro alio dicẽdi genere apud poetas. vnde hinc, vtũtur; cothurno tragœdi, sicut comœdi socco. ſ Tua carmina.) Tua gesta continentia: non enim de carminibus ipsius Augusti intelligit, cum ait. A te principium tibi desinet. Quod verum extitit: nam & in Bucolicis, Georgicis, & Æneide eum celebrauit. ſ Atq; hanc sine tempora circum inter victrices, &c.) sensus est, concessa tuas. ſ Hanc ederam.) Ad illud retulit. Accipe iussis Carmina cœpta tuis. Ergo hanc ederam hæc carmina: nam, vt diximus, edera poetæ coronabantur. ſ Victrices lau.) quibus quidem victores, & triumphantes ipsi coronabantur.

pharmaceutria. pharmacum. Illyris. Sophocleo. Cothurno, Beroaldus.

ASCENSIVS.

¶ Pastorum musam, &c.) In hac Ecloga quæ, ppter carminum diuerendorũ; difficilẽq; relationem, nõnihil difficultatis habet, Poeta quatuor facit. Primo, proponit, dicens, Damonis musam dicemus, & Alphesiboei. deinde loco inuocationis, captat beneuolentiã ab Augusto, cuius egregia facinora inuit se velle describere vbi exercitatior erit, dicens, Tu mihi, &c. Tum proponit carmen Damonis, & nouissimo, vt Alphesiboei musam recitent musas inuocat. Vt vero in regula dicam, quia multa interiecta sunt post primum carmẽ, non addit nudum verbũ qd defuerat, sed repetit, dicens, Damonis, &c. Facit autem auditorem attentum, beneuolum, & docilem. Attentum, quia rem miram se dicturum dicit, quia Certantes quorum stupefactę carmine Lynces, &c. Benebarum, quos est mirata iuuenca. Et docilem, quia quæ & quo ordine dicturus est, proponit. ¶ Ordo est. Nos dicemus musam, id est cantilenam, Damonis & Alphesiboei pastorum, quos iuuenca est mirata, existens immemor herbarum, & quorum carmine Lynces certantes. i. quæ prius certabant, sup. sunt stupefactæ, & ita à certamine desiuerunt. (Sunt qui sic construant, quos certantes. i. contendentes: led in his carminibus non videtur emula tio nec contentio. Præterea maior vis atq; proprietas est si Lynces certantes dixeris,) & quorum carmine flumina mutata. i. in natura quæ stare & quiescere nescit. Est autem mira vis apertaq; auxesis in sermone. Nam cum iuuenca à iuniore ætate dicatur, & pasturæ auidissima sit. vnde supra scriptum est, Ite domum pasti, si quis pudor, ite iuuenci: mirãdum est q immemor facta herbarum eos mirata sit. Plus tamen mirandum; q Lynces animalia perniciosa & ferocia tunc cum certarent stupefactæ sint: multo autẽ maxime, q flumina à fluendo dicta retinuerũt cursus suos, quod qa prẽter naturam est, dicit ea mutata: hoc est quasi aliam naturam induisse) flumina ergo mutata: requierunt. i. quiescẽdo retinuerũt suos cursus: nos, inquam, dicemus musam Damonis. & Alphesiboei. Tu ò Auguste, mihi, sup. numẽ sis, aut faueas, aut aspires, vbicunq; es: seu. i. siue superas iam saxa magni Timaui, illius fluuij, p Aquileiam labẽtis, siue legis. f. nauigando orã. i. extremitatem: æquoris. i. maris æqui, & plani Illyrici. i. quod patenditur ad Illyricum vsq; littus. En, hæc optantis est: erit ille. f. optatissimus mihi dies vnquam: cum. i. quo liceat mihi dicere tua facta ẽ. i. certe, erit vt liceat mihi ferre. i. efferre p totum orbẽ tua carmina sola digna. i. quæ sola digna sunt cothurno Sophoclęo. i. vt agantur in cothurno altissimo quo Sophoclea carmina agi meruerunt, cum præstantissima sint ẽ diximus alibi, qa versus pedibus constant eorum qualitatẽ distingui pedum ornamẽtis, vt cothurno, socco, & planis. i. nõ sublatis pedibus. Pricipium, sup. poesis nostræ, aut carminum nostrorum erit, sup. aut exorditur, à te. i. à laude tua, & desinet tibi, id est in laudem tuã (vnde hic videtur constituisse eo ordine quo præcessit, pcedere, vt, sup. iuxta styli & exercitationum qualitatẽ furgat opus: nam Bucolicũ, vt dixi, primo agrestum officio cõpetit. Georgicũ medio, & Heroicum in quo prælia canuntur iam durato, & malis assuetos desinit autẽ poesis Virgiliana in laudem Augusti, vt notum est. Sunt tñ qui nisi hoc hic poneretur ad Pollionem referre velint, q & Dalmatas vicerat: vnde & per Illyricum redire poterat, & tragœdiam scripsit, vnde dictum est, Pollio & ipse facit noua carmina. Seruio autem videtur sententia esse, q sola carmina tua, non quæ tu facis, sed quæ de te fiunt, sunt digna Sophocleo cothurno, seu stylo. sed Beroaldus cuius verba statim ponã, argutius censet Augustum etiã carmina fecisse: vnde duplex ei corona assignatur, laurea propter bellicam gloriam. & ederacea, propter poeticam) accipe carmina, sup. cœpta. i. incepta tuis iussis. i. propter tua iussa, atq; sine, id est permitte, hanc ederam. i. coronam quæ poetis debetur, serpere circum tempora, scilicet capitis tui, inter lauros. i. laureas coronas: victrices, id est victoriæ & triumphi significatrices: hoc est accipe carmina, quæ quia cœpta sunt iussis tuis, tua sunt, ita si edera mihi ab ea debeatur, ea quoque tua sit, aut accipe carmina, id est amplectendo rem poeticam permitte vt nõ solum lauro ob egregie facta, sed etiam edera ob egregie dicta coroneris, quia tua carmina digna sunt Sophocleo cothurno. Beroaldi verba, de qbus dixi, sunt hæc, Sola Sophocleo, &c. Ego opi-

nor eo versu à Virgilio laudari carmina Cæsaris Augusti qui floruit in poetica, qui, vt author est Tranquillus, reliquit librum examettis versibus conscriptum, cuius titulus est Sicilia, & libellum epigrammatum. Præterea tragœdiam Aiacem exorsus est magno impetu. volens igitur Poeta laudare Augusti poema stylumq; grandiloquum dixit, illius carmina digna esse Sophocleo cothurno, id est stylo & sublimitate, qua vsus est Sophocles in tragœdijs scriptitandis. fuit enim apud Græcos haud dubie princeps tragici poematis, quod etiam memorat Plinius in septimo. hic etiam illud in honorem Augusti à Poeta dictum est, Atq; hanc sine tempora circum, Inter victrices ederam tibi serpere laurost tanquam Augustus ederacea corona, hoc est poetica, non minus coronari mereatur, quam laurea, hoc est triumphali. Celebratur à Macrobio, atq; Tranquillo locus Augusti, q cum interrogaretur, quid ageret Aiax tragœdia, quam quod displicuisset, ipse deleuerat, respondit Aiacem suum in spongiam incubuisse. Audiui qui dicerent se vidisse poema Sophoclis ab Augusto donatam Romana lingua, quod si verum est, poterit commodissime ad id etiam referri carmen Maronianum. Hæc ille. ¶ Regula est, quoties aliquam clausulam semiplenam multis declaramus priusquam principale verbum posuerimus, post interposita, quæ à principali verbo determinari deberent eam repetemus, quod in oratione soluta sæpe facimus, addentes particulam inquam: aut dico, aut similem: vnde hic post primum versum, Pastorum musam, repetit Damonis musam dicemus, & Alphesibœi.

Sophocles.

Regula

PIERIVS.

¶ Pastorum musam Damonis & Alphesibœi.) Seruius ait primam partem, solam Amatoris decepti habere conquestionem. Sed enim in ea narratur etiam pricipium & origo amoris, qui locus à Theocrito circa finem tractatur. ⸿Suos requierũt flumina cursus.) Verbum, Requierunt, ea loquendi figura nonnullis negocium facessit. Et liquerũt, codices aliquot manu scripti legũt. Verum exemplaria probatiora, Requierunt, habẽt, & eam lectionem agnoscit Seruius. quæ multum venustatis præse ferẽs inter elocutionum exempla redigitur ab Arusiano. ⸿Inter victrices ederam tibi serpere lauros.) C. Iulius, & aliquot alij veter. grammatici, laurus, loco hoc agnoscunt, quamuis alibi declinatiõe secunda. Et vos ò lauri carpam. &, Illum etiam lauri, etiam fleuere myricæ. &, munera sunt lauri. &, Faciemq; simillima lauro, dictã à Virgilio minime negent. Ablatiuum tamẽ singularem datiuo similem non habere asserente Plinio, huic lauro, & tamen ab hac lauru, & lauruum facere.

Frigida vix cœlo noctis decesserat vmbra:
Cum ros in tenera pecori gratissimus herba est:
Incumbens tereti Damon, sic cœpit, oliuæ.
Nascere, præq; diẽ veniens age Lucifer almum: Da.
Coniugis indigno Nisæ deceptus amore
Dum queror: & diuos, (quanquam nil testibus illis
Profeci:) extrema moriens tamen alloquor hora.
Incipe mænalios mecum mea tibia versus.
Mænalus, argutumq; nemus, pinosq; loquentes
Semper habet: semper pastorum ille audit amores:
Panaq;, qui primus calamos non passus inertes,

SERVIVS.

¶ Frigida vix cœlo noctis decesserat vmbra.) Stati, simul atq; decesserat. Et bñ ostendit amatorem tota nocte vigilasse. Siquidem ortũ luciferum primus aspexit: & ad eũ, quippe vt ad Veneris stellam, locutus est. ⸿Cũ ros gratissimus.) Masculini generis, secundum quod etiã in Æneide ait. Spargit rapida vngula rores Sanguineos. ⸿Tereti.) Teres est rotundum & oblongum, vt columna, arbor. ⸿Prę́q; diem veniens age Lucifer almum.(Præueniens age diem clarissimum. sic alibi, Ducebatq; diem. Et hoc dicit, Nascere dum queror Coniugis Nisę indigno deceptus amore, & moriens alloquor diuos: quanq; mihi nihil profuerit q; sum eos sæpe testatus. Quã rem sm Epicureos ait, qui dicunt, Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira. ⸿Coniugis.) Non quæ erat, sed quæ fore sperabatur. Sic enim in quarto Æneidos, Quos ego sum toties iam dedignata maritos. ⸿Extrema moriẽs tamen alloquor hora. Id est paulo post moriturus. Sic in quarto Incubuitque toro, dixitque nouissima verba. ⸿Incipe Mænalios mecum mea tibia versus, id est Arcadicos. Nam Mænalus mõs est Arcadiæ. Dicitur autem hic versus intercalaris, qui frequẽter post aliquot interponitur versus: sicut intercalares dies aut menses vocantur, qui interponuntur, vt ratio lunæ, solisq; conueniat. Fecit autem hunc versum ad imitationem Theocriti, qui frequenter dicit in Pharmaceutria. ἶυγξ ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα. O turbo maritum meum domum adducito. sicut in sequentibus, Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin. ⸿Mea tibia.) Mea musa. ⸿Mænalus.) Ille mons. ⸿Argutumq; nemus.) Garrulum, stridulum: vt, Forte sub arguta consederat ilice Daphnis. ⸿Pinosq; loquentes.) Ideo hoc ausus est dicere, quia dicturus est. ⸿Semper pastorum ille audit amores.) Sic etiam in prima Ecloga, Formosam resonare doces Amaryllida syluas. Sic in Æneide, Dant sonitum rauci per stagna loquacia cygni.

MANCINELLVS.

¶ Frigida vix cœlo.) Peracta inuocatione ad narrationem descendit: exponit enim Damonis querelas decepti amore Nisæ. ⸿Diem almum.) Sicut enim luna nocturno temperamento, ita sol diurno calore omnia moderatur, & nutrit. ⸿Lucifer.) Infima est, quinque errantium, terræq; proxima stella Veneris, quę Phosphoros græce, Lucifer latine dicitur: cum antegreditur solem, cum sequitur autẽ hesperos. Tullius in lib. de natura deoꝝ: edocuit, coniugis indigno, inferioribus clausulis adiungitur, nõ præcedentibus. ⸿Coniugis.) Quam coniugem optabam. ⸿Indigno amo.) Cum enim illa me sperneret, idigna erat amari mihi. ⸿Mænalios.) Arcadicos. Mænalus enim Arcadiæ mons est, teste Plini. & Strab. cuius tanta est altitudo, vt eius cacumen astris videatur insertum: hinc Statius lib. ix. Th. ait. Et in medijs frondentem Mænalon astris. ⸿Incipe Mæ.) Figura est Epimone, quæ dici potest perseuerãtia, vel assiduitas, sæpe enim eadem sententia repetitur, appellantur ij versus intercalares, i. interpositi. ⸿Argutum) Sonorum.

Lucifer

Menal⁹.

ASCENSIVS.

¶ Frigida, &c.) Adhuc sunt verba poetæ describẽtis, quo tpe Damõ querelam suã fecerat de Nisa, quã misere amatã amiserat dicentis, quia primo mane sub ipo diluculo: quod tps summo delectu ei datur, quem spes de re vxoria fefellerat, quasi impatiens amoris & securitus excubias fecerit: vnde optat aduentũ Luciferi, vt querelas suas apud deus deponere rite possit, In qua re est nonnihil veteris religionis, aut potius superstitionis, quasi non nisi præsente sole ratæ sint preces aut imprecationes. Vnde. Dido. iiij. Æneid. Sol qui terrarum flammis omnia opera lustras, Tuq; harum interpres curarum, & conscia Iuno Accipe hæc, &c. Eadem prætera, vt ibidem dictum erat ante verba iam posita, Testatur moritura deos, & cõscia fati Sydera, tum siquod non æquo fœdere amantes Curæ numen habet iustũq; memorq; precatur. Ibi tamen sequitur. Nox erat. vnde infelicem habuit exitum. ¶ Ordo est. Frigida vmbra noctis vix decesserat cœlo. i. vix erat diluculũ: cũ. i. quando ros est gratissimus pecori in herba tenera, ea. s. nocte cum, sup. Damon pastor ille, cuius amica alteri nupserat, incũbens præ ęgritudine. s. animi, quia amore languebat se fulciens incũbendo oliuæ. i. arbori illi: tereti. i. oblongæ & rotũdæ: cœpit sic, sup. quæri & lamẽtari. O Lucifer. i. stella matutina quæ Veneris est. Venus aũt, dea amoris: nascere. i. orire, & præueniẽs: age. i. impelle, diem: dum. i. donec & interea dum, ego deceptus indigno amore. i. eius quæ indigna fuit amari: quia nõ redamauit, videlicet Nisæ coniugis. s. ex affectione, non quæ erat, sed quã coniugem esse volebã (sicut lib. ij. Æneid. dicitur de Chorebo, Qui gener auxilium Priamo, Phrygibusq; ferebat) dum ergo, ego deceptus indigno amore Nisæ coniugis: qror. i. querelas meas depono: & dum ego diuos) quanquã nil ꝑfeci illis testibus. i. q eos testatus sum, aut q eos testes fecerim, fidei mihi à Nisa datæ) tñ moriens alloquor extrema hora. [Qui quo leguntur ordine dictiones constructas velit, debeat nonnihil subaudire atq; repetere sic. dum moriens alloquor diuos, quñquam nil profeci illis testibus. i. illorũ testimonio, tamen alloquor super illos extrema hora. O mea tibia, incipe mecum versus Mænalios. i. versus Arcadicos, hoc est quales Arcades faciunt qui soli cantare periti, vt autẽ significet quid sit Arcadicos versus dicere subiungit. Męnalus, mons ille in Arcadia, habet semper nemus argutum. i. stridulũ & sonorũ in eo canentium sonitu crepitans, & pinos loquentes, aut Hyperbolicos dicit: sicut in Sileno, Iussitq; ediscere lauros: aut loquẽtes. i. loquẽtes ac loquelas eorũ referentes, ideo aũt habet pinos loquentes, qa ille audit semp amores pastorũ, & Pana

Pana qui primus non est passus calamos, supp. esse inertes. i. sine arte factos, hoc est simplices & vnisonos: vnde ĩ Alexide, Pan primus calamos cera coniungere plures Instituit. hæc autem quasi præludia sunt & fere inuocatoria. Quæ lucis egent a Mancinello præter Seruianam lucernam elucidantur.

PIERIVS.

¶ Decesserat vmbra.) Ita antiqua plurimum legunt exemplaria. Sed in Oblongo codi. Discesserat, habetur: magis tamen placet a Decedo ductũ, vt illud, Et sol decedens. quanquã ibi quoq; varium. ⸿Cũ ros, in tenera pecori gratissimus herba est.) In Lõgobardico, in Mediceo, & alijs antiquis non habetur, est, quod quidem hoc loco præteritum, nescio quid gratius habere videtur. ⸿Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ.) Cœpit, varie scribitur in exemplaribus antiquis, tam a capio q̃ ab incipio. Sed enim Caper in libello de elegantijs, Cœpit, per œ diphth. ab incipio, cæpit vero per æ, a capio deduci monet. Quam vero differentiam idem inter oleam, oliuam, & oleum ponit, iam hic minus receptam videmus, vbi oliua pro arbore, dubio procul posita est.

Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
Mopso Nisa datur. quid non speremus amantes?
Iungentur iam gryphes equis: æuoq; sequenti
Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.
Mopse nouas incide faces: tibi ducitur vxor.
Sparge marite nuces: tibi deserit Hesperus Oetam.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
O digno coniuncta viro, dum despicis omnes:
Dumq; tibi est odio mea fistula: dumq; capellæ,
Hirsutumq; supercilium, prolixaq; barba:
Nec curare deum credis mortalia quenq̃.

SERVIVS.

¶ Mopso Nisa datur.) Honesta turpissimo, pulchra deformi. ⸿Non speremus.) Difficile esse putamus, q aliqd amamus, vt ea quæ amamus assequi possimus. ⸿Iungent iam gryphes equis.) Hoc gen⁹ ferarum in Hyperboreis nascit̃ mõtibus, quæ omni parte leones sunt, alis & facie aquilis similes, eqs vehemẽter infestę. Apollini cõsectatæ. ⸿Æuoq; sequenti.) Id est accessu tẽporis non solum pulchræ deformibus nubent, sed etiam contrariæ naturæ animalia iungentur. ⸿Cum canibus timidi veniẽt ad pocula damæ). i. non solum pulchræ deformibus coniungentur: sed etiam contraria animalia alterius naturæ animalibus sociabuntur. Et hic alludit ad psonas. Nam Mopsum quasi canem, Nisam quasi damam vult. Et damas masculino genere posuit. sic alibi, Timidi damæ, ceruiq; fugaces. Horatius fœmineo ait, Et superiecto pauidæ natarunt æquore damæ. ⸿Mopse nouas incide faces.) Quæ solent præire nubentes puellas. Sane Varro in nuptiis dicit ideo facer pręire, q antea non nisi per noctem nubentes ducebantur à sponsis. Quas etiam ideo limen ait non tangere, ne à sacrilegio inchoarent, si deposituræ virginitatem, calcent rem Vestæ. i. numini castissimo consecratã. ⸿Tibi ducitur vxor.) id est sub tuo nomine alijs ducitur: vt eam non ipsi, sed alijs seruiturã significet esse. s. eius corruptoribus. ⸿Sparge marite nuces.) Idem varro spargẽdarum nucum hanc dicit esse rationem, vt Iouis omnino matrimoniũ celebretur, vt nupta matrona sit, sicut Iuno. Nam nuces in tutela sunt Iouis. vnde & iuglandes vocant̃, quasi Iouis glãdes. Nam illud vulgare est, ideo spargi nuces, vt à rapientibus pueris fiat strepitus: ne puellæ vox virginitatem deponentis possit audiri. Modo tamen ideo ait, Sparge marite nuces, vt eum inculparet infamiæ. Nam meritorij pueri. i. catamiti, quibus licenter vtebant̃ antiqui, recedentes à turpi seruicio, nuces spargebant. i. ludum pueritiæ, vt significarent se puerilia cuncta spernere. Vnde & illud est, Tibi ducitur vxor. i. sub tuo nomine alijs ducitur, vt eam. nõ ipsi, sed alijs seruituram esse significet. s. eius corruptorib⁹. ⸿Tibi deserit Hesperus Oetã.) Montẽ Thessaliæ, in quo stellæ videntur occidere, sicut de Ida nasci: vt, iamq; iugis summę surgebat Lucifer Idę. Et hoc dicit: tibi. i. ꝑ te nox aduenit. ⸿O digno cõiuncta viro.) Iam insultat puellę. ⸿Viro.) Mopso. s. rustico & deformi, qualẽ tu quæsisti. ⸿Dum despicis oẽs.) ⸿Et iracunde dicit eam omnes despicere, cum se solum despiciat. ⸿Mea fistula.) Cantilena. ⸿Dumq; capellæ.) Scilicet tibi dum sunt odio. ⸿Hirsutumq; supercilium.) Per incultum corpus ostendit fortitudinem suam. ⸿Prolixaq; barba.) Demissa barba. ⸿Nec curare Deum credis mortalia quenquam.) Superbia tua damnata est turpi marito, dum credis nullum deorum curare mortalia. Quam rem secundum Stoicos dixit.

PROBVS.

¶ Gryphes.) Feræ quæ habent capita aquilæ, cætera membra leonis cum alis ingentis magnitudinis, in tutela Apollinis. ⸿Mænalios.) Pastorales à Mænalo monte Arcadiæ, quæ regio plurima pascua habet.

Gryphes.

MANCINELLVS.

¶ Gryphes.) Gryphosis curuatio dicitur, gryphos habens nasum aduncum, inde grypes dicuntur. Latinorum aliqui addito h, gryphes dixerunt. sunt autem in Scythia alites ferocissimæ, teste Solino. cap. xvj. & vltra omnem rabiem sæuientes: meminit etiam de his Mela. libro secundo. ⸿Damæ.) Dama genus est capræ syluestris, cui fel deesse notatum est, sicuti ceruo, equo, mulo, asino, & vitulo marino, vt scribit philosophus lib. ij. de animalibus: & Plinius lib. viij. inquit, q damæ mansuescũt raro, cum feræ dici iure nõ possint. ⸿Nouas faces.) Patrimi, & matrimi pueri tres adhibebãtur in nuptijs, vnus qui facem præferret ex spina alba, quia noctu nubebant, duo q nubentẽ tenerent, author est Festus. Plutarchus in problematibus scri. q quinq; faces in nuptijs accendebant, quas Cereos appellabant. ⸿Incide.) Vt in nuptijs adhibeas. ⸿Nuces.) Honor nucibus naturę peculiaris gemino protectis operimento, puluinati primum calicis, mox lignei putaminis, quæ causa eas nuptijs fecit religiosas, tot modis fœtu munito, quod est verisimilius, q̃ quia cadendo tripudium, sonumve faciant. Plin. lib. xv. scri. ⸿Tibi deserit Hesperus Oetam.) Id est in tuam gratiam occidit Hesperus, olim nanq;, & nunc quoque maritus primo sponsæ non in luce, sed in tenebris iungitur, de quo Plutarc. problema extat: hæc omnia tamen Ironicos dicta accipiantur. Posses item hoc pacto accipere, Tibi deserit Hesperus Oetam, id est te propter è cœlo fugit Hesperus, tãquam ad ægreferens, melior tamen, sensus prior. Nam noctu nubebant, vt diximus. ⸿Oetam.) Oeta mons est in Thessalia. qui ab oriente Thermophylis in occidentem vsq; in sinum ambracium extenditur, asperitatis & celsitudinis non medioceris. hæc, & plura Strabo lib. ix. ⸿O digno cõ. vi.) Ironicos loquitur, vt iam diximus. ⸿Nec curare Deum.) Ex Epicurei sententia id erat. Is enim, vt Cicero scribit in lib. de nat. Deor. Ex animis hominum extrahit radicit⁹ religionem cum dijs immortalibus, & opem, & gratiam sustulit, ita fit, vt non modo homines à deis, sed ipsi dei inter se ab alijs alij negligantur. Stoici vero optime dicebant, eorum prouidentia mundum administrari & regi.

Damæ.

ASCENSIVS.

¶ Incipe Mænalios.) Eundem versum ante singulos versus quibus vniformis sententia cõplectitur repetit: vnde quia materias discernit, aut potius quia in musico instrumẽto intercapedinem facit, intercalaris dicitur: dicit ergo, Mopso Nisa datur, quid non speremus amantes? cuius propter verbi, speremus equiuocationem duplex potest esse sententia. Altera quę minus placet mihi, quidem est hæc, si Mopso turpissimo viro datur. s. nuptum Nisa pulcherrima puella: quid non speremus amantes? q. d. nihil, & ita omnes bene sperare debem⁹: cum tantũ boni forte præter spem Mopso contigerit. Altera est, cum Mopso quod minime verearis (est enim turpissimus) Nisa detur, quid non speremus. i. timeamus amantes, quasi dicat omnia nobis timenda sunt: vnde recte dicit Ouid. Res est solliciti plena timoris amor. Nec caret exẽplo, q sperare pro timere accipiatur: nam. i. Ænei. dicitur, At sperate deos memores fandi atque nefandi. Est ergo manifestus sensus omnia amantibus timenda esse, cum etiam Mopso Nisa nupserit, quod priusq; fieret tam (si ita dicam) impossibile videbatur: quam si gryphes iungantur equis, & cum canibus timidi veniãt ad pocula damę. Quod autem dicit, Mopse nouas, &c. in irrisionem eius dicit, cum non virum, sed effœminatum innuat: vnde postea animum suum aperiens, dicit ad Nisam, O digno coniuncta viro. q. d. ei qui nõ virilia agere, sed muliebria pati soleat: vñ nuces eum spargere monet, aut vt Iouis omine nuptię fecundentur, & id per Ironiam, aut vt fides nuptialis firma & munita sit, vt nucleus in iuglande, aut vt puellę dũ deuirginetur ploratus non percipiatur, & id quoq; irrisorie, aut quia catamitus est Mopsus, & iam puerilem turpitudinẽ vna cum nucibus relicturus est iuxta illud Persianum, Cum sapimus patruos, & nucibus facimus quęcunq; relictis, aut simul propter hęc omnia. Nam Mopsum

Spero.

Universidad de Deusto
Biblioteca

puerum turpem eſſe nec plane virum oſtendit ex contrario. docet.n.ſe diſplicere ꝙ virilis eſſet: hoc eſt quia hirſutus & barbatus inſtuens ineptum imberbem & leuem ob id placere. quo errore dignam cenſet Niſam, quę per ſuperbiam deos nedũ ſe contempſerit. ¶Ordo eſt. O mea tibia incipe mecum dicere aut canere: verſus Mænalios.i. Arcadios: Niſa formoſiſſima videlicet mulier datur, ſup. nuptũ: Mopſo ineptiſſimo & turpiſſimo homini: quid nos amantes, non ſperemus.i. timeamus? quaſi dicat, nihil non timere debemus, ſed omnia: cum etiã turpiſſimus mihi preferatur. Gryphes, aues illæ aduncis naribus, & leonibus in poſteriori parte, per q̃ ſimiles & equis infeſtiſſimæ iungent iã.i. poſtq̃ Niſa Mopſo iuncta eſt equis: & damę timidi.ſ. naturaliter, veniẽt æuo ſequenti.i. proxime vẽturo ad pocula cũ canibus. O Mopſe, incide nouas faces.i. tędas: vxor ducitur tibi.i. a te, aut tibi.i. ſub tuo noĩe, ſed ad alium. O marite.ſ. turpiſſime & turpiſſima paſſe, ſparge nuces: oſtende te velle relinquere pueritiam & turpitudinem puerilem nuces ſpargendo, aut ad bonum omen nuptiarũ ſparge nuces: quia Heſperus.i. ſtella veſpertina: deſerit tibi, aut in perniciem tuam, quia inſtat tempus vt nouę nuptę debitum perſoluas, quod non poteris, aut ironice, ad cõmodum tuũ, quia habiturus es pulcherrimam coniugem, Oetam montẽ illũ Theſſalię, quẽ ab occidente habebat, qui hęc dicit. Incipe mea tibia mecum verſus Mænalios. O, ſup. Niſa coniuncta viro digno.ſ. te.i. qualẽ digna es habere, cum turpis & effœminatus ſit: dũ.i. quandoquidem: tu deſpicis.i. aſpernaris & vilipendis omnes, & dum mea fiſtula.i. cantilena mea (quæ tamen plurimũ valere ſolet ad conciliandos amores) vnde Corydon, Canto quæ ſolitus ſiquando armenta vocabat Amphion Dircęus, &c. & dum capellæ, ſup. meæ: ſunt, ſup. tibi odio.i. moleſtię & diſplicentię. Per capellas autem, vult ſignificare diuitias ſuas: ſicut Corydon per oues dicẽs, Deſpectus tibi ſum, nec qui ſim quæris Alexi Quam diues niuei pecoris, q̃ lactis abundans. & dum odio eſt tibi hirſutum ſuperciliũ.ſ. meum: & barba prolixa.i. forma mea virilis quæ tibi cordi eſſe debebat: vnde & Corydon, Nec ſum adeo informis, &c. A tribus ergo ſe vt ille cõmendat, a muſica ſeu cantu: a diuitijs & tijs & forma: quę tñ illa deſpexit. at ne id merito feciſſe putetur, docet ꝙ per petulantiam fecerit, cum etiam ea quę nemo paruifacere debeat, videlicet fidem & religionẽ contẽpſerit: vnde ſubdit, nec credis quenq̃ deum.i. deorũ curare mortalia.i. credis ꝙ deus nõ aſpiciat facta mortalium & ita nõ puniat periuria: vnde & ab alio dictum eſt, quia Iuppiter periuria ridet amantum. Per hęc autem innuit ſibi datam ab ea fidem, quam non ſeruauerit: in cuius punitionem dij etiam Mopſo coniunxerint. Eſt aũt Epicureorũ ſententia deos nõ curare mortalia, quã ſecutus Flaccus dicit in primo ſermonum. Nãq; deos didici ſecurũ agere æuum, didicit aũt ab Epicuro cuius ſectator erat. vnde primo epiſtolar. Me pinguem & nitidum bene curata cute viſes, Cum ridere voles Epicuri de grege porcum. Epicurus vero iactabat ſe leuaſſe mortaliũ genus duobus maximis malis, religione.ſ. in præſenti vita, cum dij non curent mortalia, & timore futuri, cũ docuerit animos cum corporibus interire: quorum vtrunq; maxime erroneum eſt. vnde & hic propter eam falſam fidem dicit Damon Niſam in eam miſeriam incidiſſe, vt Mopſo nuberet.

PIERIVS.

¶Incipe Mænalios mecũ mea tibia verſus.) Męnalios ideo dixit, quia quę canunt hic, in Arcadia ſe aliqñ audiuiſſe inferius oſtendent. ¶Sparge marite nuces.) Lege cauſam huius inſtituti apud Plinium libr. xv. ¶Cũ canibus timidi venient ad pocula damæ.) Soſipater Cariſius, vbi agit de Solœciſmo, cum etiam fieri per genera nominum ait, vt, Timidi venient ad pocula damæ, pro timidæ, ex quo Horatium propriũ protuliſſe genus conſtat, & ſuperiecto pauidæ natarunt ęquore damæ. ¶Promiſſaq; barba.) Quamuis, Promiſſa, minime diſpliceat. quod eo ſignificato frequenter apud Latinos authores inueniatur, in antiquis tamen omnibus codicib. quotquot habui. Prolixa, legitur: eadem autem varietas dictionis eiuſdem in codi. Liuianis habetur lib. vij. de ſecũdo bello Punico. Ad hoc prolixa barba & capilli efferauerant ſpeciẽ oris, noſcitabatur tamen in tanta deformitate, vetus codex, Promiſſa legit, & ꝓ Noſcitabatur, Noſcebatur. Sed loco hoc frequentatiua illa verbi ſpecies ſententiam auget.

SERVIVS.

¶Roſcida mala.) Matutini roris humore perfuſa. ¶Dux ego veſter eram.) Aut dux pręibam. Aut capellas alloquiť. ¶Alter ab vndecimo tum me iam ceperat annus.) i. tertius decimus. Alter enim de duobus dicimus. Et vult ſignificare iam ſe vicinum fuiſſe pubertati, vt vnus ab vndecimo ſit duodecimus: alter, tertius decimus. Nam pubertati vicinum ſe fuiſſe ſignificare vult, quod de duodecimo anno, pcedere non poteſt. ¶Iam fragiles poteram a terra contingere ramos.) Nec dũ magnos & altos. & hoc dicit, Tantæ altitudinis erã iam, vt poſſem attingere minores & fragiles

Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.
Sedibus in noſtris paruam te roſcida mala,
(Dux ego veſter eram) vidi cum matre legentem.
Alter ab vndecimo tum me iam ceperat annus:
Iam fragiles poteram á terra contingere ramos.
Vt vidi: vt perij: vt me malus abſtulit error.
Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.
Nunc ſcio quid ſit amor. duris in cotibus illum
Iſmarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes,
Nec noſtri generis puerum, nec ſanguinis edunt.
Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.
Sæuus amor docuit natorum ſanguine matrem
Commaculare manus. crudelis tu quoq; mater.
Crudelis mater magis, an puer improbus ille?
Improbus ille puer. crudelis tu quoq; mater.

delis tu quoq; mater.) Vtitur optima moderatione. Nã nec totum amori imputat, ne defendat parricidam: nec totũ matri, ne amorem eximat culpæ: ſed & illam quæ paruit, & illũ qui coegit, inculat. ¶Improbus ille puer: crudelis tu quoq; mater.) Nõ eſt ſuperflua hæc verborum iteratio. Nam ſyllogiſmus eſt plenus, q conſtat ex propoſitione, aſſumptione, & concluſione.

MANCINELLVS.

¶Roſcida.) Rore infuſa. ¶Alter ab vndecimo.) i. ſecundus. Alter enim de duob' dicitur. ergo. xiij. nã pubertati ſe vicinum oſtendit: quod recte Seruius enodauit. ¶Vt vidi, vt perij.) i. quando vidi, quando

adhuc arboris ramos. Et bene cum annis iungit habitum corporis. Nã iure pubertas ex vtroq; colligitur. ¶vt vidi, vt perij.) Vnũ eſt temporis, aliud quantitatis. Nam hoc dicit, Mox vt vidi, quẽadmodum perij. ¶Malus error.) Diffinitio amoris. Nam amor errare plerunq; compellit. ¶Nunc ſcio quid ſit amor.) Vel quaſi iã iuuenis, vel quaſi ſpretus. Grauior enim amor fit ex deſpectione, vel ex deſperatione. Terentius, Perij: quanto minus ſpei eſt, tanto magis amo. ¶Iſmarus aut Rhodope.) Montes ſunt Thracię aſperrimi. Et perite vituperat amorẽ ab origine. Item a geſtis rebus. vt, Sæuus amor docuit. Nam de exitu circa deum vituperatio nõ cadit. ¶Extremi Garamantes.) Populi ſunt Africæ. Extremi autem, ſæui, quaſi a conſortio humanitatis remoti. vt, Extremiq; hominum Morini, Rhenuſq; bicornis. Nec noſtri generis puerum, nec ſanguinis edunt.) Id eſt nihil habentem in ſe humanitatis. Nã non dicit, non mortalẽ. ¶Sæuus amor docuit natorũ ſanguine matrẽ Commaculare manus.) Quaſi nouam artem inſinuauit, & infudit. ¶Natorum ſanguine.) Bene fabulam omnibus notam per tranſitũ tetigit. Quis.n. ignorat Medeã ab Iaſone contempti ſuos filios interemiſſe? ¶Commaculare.) Polluere. ¶Crudelis perij, quando me malus abſtulit error. poteſt enim vt pro temporali aduerbio etiam accipi, vt hoc loco: de quo & Priſcia. meminit libr. xv. Perij, vt nulla ſit Sinalœpha. ¶Vt me ma. abſt. er.) Simeta ait de Delphide. ij. Theoc. Me morbus flammifer vſſit, Me penitus totam, & ſenſum malus abſtulit ignis. Nunc ſcio quid ſit amor.) Theocri. ait in. iij. Noui quid ſit amor tandem: deus improbus acer Difficilis diræ quẽ lactauere Leęnę. Mõtibus hyrcanis nutriuit & improba mater, Obſidet inſidijs q me molleſq; medullas Vrit, & igniferis figit mea pectora telis. ¶Extremi Garamantes.) Hi enim ſunt vltra Getulos, teſte Dionyſi. ¶Edunt.) Generant. ¶Sæuus amor.) Oſtendit amoris crimina & ſæuitiam. Medea.n. Iaſonis amore capta illum a Colchis in Theſſaliam ſecuta eſt: Cumq; decenniũ Corinthi cum eo fuiſſet, filioſq; etiã peperiſſet, ſpreta ob nouam nuptam Creuſam.ſ. vel Glaucam Creontis filiam, furore ducta domũ incendit radice quadã a Circe inuẽta, ea virtute, vt incenſus ignis nequiret extingui, Iaſon tamen euaſit, Glauca, & pr̃ igni abſumpti ſunt. Quidam tñ ſcriptores volũt Medeæ filios dona quædam ſponſæ attuliſſe venenis illita, quib' tactis ſponſa, & pater conſumpti ſunt. Irata autem Medea q; Iaſon

ſon euaſerat, eamq; ſpreuerat in eius calamitate omnes iugulauit natos, excepto vno qui fugit. Theſſalus.ſ. de quibus omnib' plura Diodo. libro. v.

ASCENSIVS.

¶Incipe, &c. Sepibus. docet quo eius amore primũ captus ſit: primus autẽ amor feruentiſſimus eſt, ad quod ſignificandum dicit Amaſius poeta: Delia me primũ cupidis decepit ocellis, Contactũ nullis ante cupidinibus. ¶Ordo igitur vt ſimul ſnias explicẽ hic eſt. Incipe mea tibia mecum verſus Mænalios: Ego vidi) eram.n. dux.i. conductor veſter.ſ. mřis, & filiæ, quod potius dixero, q̃ vt capellas alloquatur) te paruã.i. cũ adhuc paruula eſſes legentem cũ matre: mala roſcida.i. rore pfuſa, in nřis ſepibus.i. intra pomaria nřa ſepibus munita: annus alter.i. ſecũdus: ab vndecio.i. decimuſtertius ceperat.i. acceperat me ingredientẽ ſe: iã tum.i. tunc primũ, & ego poterã iam contingere ramos fragiles.i. inferiores q ſole deſtituti propter interpoſitionẽ fragiles ſunt: vt.i. poſtq̃ vidi te, vt.i. qualiter perij. q.d. miſerrimus: & vt.i. qualiter malus error abſtulit me. Aut ſic, vt.i. quantũ cito vidi, vt.i. tñ cito malus error.i. inſanus amor, abſtulit me. Incipe &c. Declarat quis ſit malus error, quia amor dices, ego ſcio nunc qd ſit amor. q.d. de' impientiſſimus: quia Iſmarus & Rhodope, montes illi Thraciæ, aut Garamãtes extremi.i. remotiſſimi a nobis, vt qui vltra Getulos ſunt: edunt illum.ſ. amorẽ exiſtentem puerũ non noſtri.i. humani generis nec noſtri ſanguinis.i. nihil habentẽ humanitatis. Incipe, &c. vt autẽ oſtendat ſæuitiam amoris, adducit exemplum Medeæ, quæ per impatientiã amoris filios abſumpſit, aut gladio aut igne, vt Manci. recitat. Sæuus igitur amor, docuit matrem.ſ. Medeã cõmaculare manus ſanguine natorũ.i. ex ea genitorũ, o mater.ſ. Medea: tu quoq;.i. etiã tu crudelis, ſup. es. q.d. niſi & natura crudelis & impia fuiſſes, nõ potuiſſet te amor ad tñ facinus induxiſſe, vt filios occideres: eſt ergo mater etiam crudelis, ſed an mater.ſ. Medea quæ facinus peregit eſt magis crudelis? an puer .i. amor.ſ. Cupido, cui eſt perpetua iuuenta aut pueritia (nã ſæpe amorẽ ſeu Cupidinẽ, puerũ legimus vocatũ: vnde de Venere & ipſo dicitur. iiij. Æneі. Tuq; puerq; tuus) eſt, ſup. magis improb. q.d. id quidẽ neſcio, ſed ſcio qd ille puer.ſ. Cupido, qui, perſuaſit, aut te o Medea ad hoc induxit extat impius: ſed tu o mř.ſ. Medea tu quoq;.i. etiã tu, ſupp. es crudelis. ¶Prima regula eſt. Verba ad loquelã ſpectantia, qñ obſcuritatẽ nullam pariunt, venuſte omittuntur: vt hæc Damon, ſup. dixit, aut cecinit, aut propoſuit. Secunda: A ſubſtantiuis ſapientibus naturã adiectiuorũ formari poſſunt formæ diminutiuæ adiectiue tentæ, vt a mas, maſculus la. lum. vt hic. Maſcula thura. Nã mas quodãmodo adiectiue ponitur apud Hora. Tyrrhenuſq; mares animos.i. viriles, Et apud Perſium, marem ſtrepitũ.i. virilẽ: hinc maſcula Sappho dicitur, & maſculus animus dico formæ diminutiuæ, non tamen ſunt ſic vera

Regula

vera diminutiua, quia ſignificatio deeſt. At cum hic dico hic puſillus nõ mas, ſed maſculus eſt cenſendus, iam verum eſt diminutiuum, Sicut & maſculus animus aut ſonus ſi non plane virilem, ſed aliquo modo intellexeris. Tertia, ſm diuerſam originẽ eſt ſæpe diuerſa ſcriptura: nã Tus, ſi a tũdendo, vt Var. vult, dicatur ſine h ſcribatur ſin a thyoo θυόω, quod eſt odorem facio: aut θύω thyo, quod eſt ſacrifico, per h ſcribetur thus: Quarta: vel tã apud poſteros, q̃ apud Ciceronẽ ponitur pro etiã, potiſſimũ vbi emphaticos loquimur: vt, Carmina vel cęlo poſſunt deducere lunã. Nã vtrunq; mirũ, & quod de cœlo quicq̃ deduci poteſt, & ꝙ luna quę ſuũ habet cœlũ.i. orbẽ ac ſphęram. Quita: De, prępoſitio in his quæ ad locũ deorſum ſpectant, venuſte deorſum fieri cõnotat, vt deducere lunã cęlo, eſt ipſam deorſum ducere: ſed deducere lanam, eſt ipſam extenuare, & in ſubtiliores partes carptim diſtrahere. Sexta: Vt prius patuit gerundiũ in do, qñ abſolute ponitur venuſte paſſiue ſignificat: vt, Cantando, dum incantatur.

PIERIVS.

¶Tum me iam cęperat annus.) In Longobardico cod. Tum iã me cęperat: in aliquot alijs, acceperat, & adceperat, habetur. ¶Poteram a terra cõtingere ramos.) In Longobar. exẽplari, Conungere habetur, quod a nemine receptũ obſeruaui. ¶Iſmarus aut Rhodope aut extremi Garamãtes.) Sunt politioris huius elegantiæ viri ſtudioſiſſimi, q locũ hunc antiquo cod. legi aliter obſeruarint. Quippe, Aut Tmarus aut Rhodope, vt duorũ montium aſperitate amoris ſęuitiam probet, & a loci demũ longinquitate, dum infert, aut extremi Garamantes. nam Iſmaron vrbem eſſe manifeſtum, de qua ſic Harpocration ἔστι μὲν τοι καὶ πόλις ἐν θράκῃ μαρωνεία ἥν φασιν εἶναι τὴν ὑφ᾽ ὁμήρου ἴσμαρον καλουμένην. Tmarus autẽ, qui & Tomarus Straboni, mons Dodoni eſt aſperrimus atq; ſęuiſſimus, non minus q̃ Rhodope Thracię, vulgatã tamen lectionem Valerius Probus ſummę diligentię grammaticus, in inſtitutis agnoſcit, & inter ea quę apud Latinos quoq; os, breuẽ finalem ſyllabã habent, ex eo quoq; verſu exemplũ citat, Iſmaros aut Rhodope aut extremi Garamãtes. Neq;.n. qd prohibeat Iſmaron tam pro monte q̃ pro vrbe poni: quod ſi volunt pro vrbe tm̃ accipi, nihil quicq̃ ſniam immutabit. Iſmarõ ſane, Cicones gens immanis & inhoſpitalis, Homero dãnata coluerũt, ad quos Vlyſſes Ilio digreſſus primũ appulſus eſt: a quibus male acceptus, coactus eſt magna trepidatione ſocios in naues cogere & quam maxima potuit feſtinatione ſeſe in altũ ſubducere: vnde Virg. cum velit immanitatẽ feritatemq; amoris oſtẽdere, illũ accolis Iſmari inhoſpitalibus cõparat. Qui alibi etiã duas eas locutiones in vno verſu ponit, nec tantum Rhodope mirantur & Iſmarus Orphea. ¶Nec noſtri generis puerũ.) In Longo. in Mediceo, & aliquot alijs cod. manu ſcriptis numerus in hũc dictionũ ordinem mutatus eſt, Nec generis noſtri puerũ, qui ordo etiam apud Seruium eſt.

SERVIVS.

¶Oues vltro fugiat lupus.) Optat omnia fieri cõtra naturam: vt.ſ. quia illa pulcherrima turpiſſimo marito nupſit quod bene cõtra naturã videbatur, cũ eſſet ipſa honeſta: cõſequẽs ſit, vt ſint & alia cõtra naturã: vt fugiat lupus oues, vt ferant q̃rcus aurea mala, & reliqua q̃ dicit. ¶Electra pinguia.) i. ſuccinę gẽmę. ¶Myricę.) Arbuſta viliſſima. ¶Certent & cycnis vlulæ.) Aues, ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν, i. a fletu, vel vlulatu nominatæ. ¶Sit Tityrus Orpheus.) Viliſſimus ruſticus, Orpheus, ſcilicet putetur in ſyluis, Arion vero inter Delphinas. Hic aũt Leſbius à Leſbo citharœdus optimus fuit: qui cum Tarento Corinthum cum multis opibus peteret: & videret ſibi in mari tendi à nautis inſidias: petijt vt cithara paululum caneret: ad cuius ſonum cum Delphini conueniſſent, excuſſit ſe ſupra vnum: & ita imminens vitauit periculum. ¶Delphinas.) Nas ideo breuis eſt, quia gręca declinatio eſt, ſicut Arcadas accenſos monitu. Nam omnia græca nomina quę nominatiuũ pluralẽ es terminãt, vt Arcades, Delphines, Naiades, accuſatiuum pluralem corripiunt. ¶Omnia vel mediũ fiant mare.) Aut omnis terra operiatur fluctibus maris, aut medium: optat.n. confuſionem elementorum. ¶Viuite ſylue.) Id eſt valete. Nam non bene optantis eſt, ſed renunciantis. Ordo eſt. Præceps

Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.
Nunc & oues vltro fugiat lupus: aurea duræ
Mala ferant quercus: Narciſſo floreat alnus:
Pinguia corticibus ſudent electra myricæ.
Certent & cycnis vlulæ: ſit Tityrus Orpheus:
Orphæus in ſyluis, inter Delphinas Arion.
Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.
Omnia vel medium fiant mare. viuite ſyluæ.
Præceps aerij ſpecula de montis in vndas
Deferar: extremum hoc munus morientis habeto.
Deſine Mænalios, iam deſine tibia verſus.

ceps deferar in vndas de ſpecula aerij mõtis. ¶Extremum hoc munus morientis habeto.) Id eſt moriar i inuidiam tuam. Nam amare ait. ¶Munus.) Sic Mezentius, Et hæc tibi porto dona prius.

PROBVS.

¶Ariõ.) Methymnęus cytharœdus cũ in piratas icurriſſet ipetrauit, vt ſub eodẽ habitu quo i ſcenã prodire adſueſſet, canere ei liceret, q cũ cãtu delphinas elicuiſſet, & in mare ſe præcipitauiſſet, exceptus ab ipſis: perlatus dr̃ in terrã eſſe. Arion.

MANCINELLVS.

¶Nunc & oues.) Contraria fore optat, cũ pulcherrima turpiſſimo iuncta fuerit. ¶Electra.) Ferunt Heliades ſorores Phaethontis fratris interitũ tandiu deploraſſe, vt mortuę oẽs in alnos tandem arbores lachrymantes adhuc cõuerterentur, earũq; lachrymas a Celtis ipſis qui ea circũ habitant loca ſępenumero emungi, cũ in aureũ vertantur electrũ, & tanq̃ lapidẽ dureſcant. id Dionyſius ſcri. Diciť pręterea proprie electrũ, teſte Pli. lib. xxxiij. vbicunq; quinta argẽti portio ineſt auro miſta. De electro ẽt lib. iij. Geor. latius diceť. Electrũ ſine h ſcribiť, cũ pſilen ante, e, gręce habeat. ¶Myricę.) De his late Eclo. iiij. ¶Cycnis.) Eſt cycnus auis vndiq; plumis albis conferta & dulce canens, latine olor diciť. Scribit autẽ Ci. lib. j. tuſcu. quod cycni non ſine cauſa Apollini dicatĩ ſunt,

Heliades.

Electrũ.

Universidad de Deusto Biblioteca

sunt, sed quod ab eo diuinationẽ habere videantur:quia prouidentes qd in morte boni sit cũ cantu & voluptate moriatur. Meminit & Pli.lib.x.¶Vlulę.)Aues sunt nocturnæ ab vlulatu dictę: de quibus etiã Pli.Certẽt & cycnis vlulæ.Conatas ait in Theo.v. Lucinię dulci raucos contendere turdos.Nec fas est,epopas cycnis obstare canoris. ¶Orpheus.)De hoc iam dictũ est. ¶Arion.) Is fuit citharœdus quamoptimus, de quo late Oui. lib.ij. ait,Qđ mare nõ nocuit,quę nescit Ariona tellus:Carmine currentes ille tenebat aquas,Protinus in medias ornatus desilit vndas, Spargitur impulsa cęrula puppis aqua.Inde fide maius,tergo Delphina recuruo,Se memorant oneri supposuisse nouo. Ille sedens,citharamq; tenens pretiumq; vehendi Cantat, & æquoreas carmine mulcet aquas. hęc & plura Ouid. latissime Hero. circa principiũ primi libri,quod repetit etiã Gel.li.xv.ca.vlti. ¶Extremum hoc) Ordo est,hoc habeto extremum munus morientis.

ASCENSIVS.

¶Nunc,&c.) Optat oia contra naturã immutari p impatientiam amoris sibi exitiũ destinans,vt ex ordine aperiet,qui talis est. Lupus fugiat nunc vltro.i.non fugatus a canibus aut pastorib⁹,sed sua spõte oues imbelles.fugiat dico nũc.i.posthac ex quo me Nisa decepit,& mori cupio,& qrcus durę feriant aurea.i.aurei coloris, mala.i.poma q in tenerrima arbore nascunt. Alnus arbor amaro,vt dictũ est,cortice & frõde deserẽte, floreat Narcisso, supple flore myricę.i.arida & humilia virgulta aut humillimi frutices sudent.i.sudando emittãt & distillent corticibus,sup.suis,electra pinguia.i.succina.Et vlulę aues,ab vlulatu dictę: certẽt.s.in cantu cycnis.i.cũ oloribus quibus moribũdis pręcipue est suauissimus cantus. Tityrus.i.Bucolicus & pastoralis,& ob id rudis cantor sit.i.reputet Orpheus.i.optimus musicus,sit inquam Orpheus in syluis quas.s.ad se traxisse fingitur,quia vt dicit Horat. in arte,Syluestres hoies sacer,interpresq; deorũ Cędibus & victu fœdo deterruit Orpheus.Dict⁹ ob id lenire tigres rabidosq; leones,&c.sic Arion.i.qualis Arion, Lesbius ille citharœdus peritissimus, inter Delphinas pisces illos marinos(declinatur hic Delphin huius Delphinos, vnde fit noiatiuus hic Delphinus Delphini.In accusatiuo habet hunc Delphina, vnde pluralis hos Delphinas) inter Delphinas aũt modulatus dicitur tam dulciter Arion, vt eũ saluum in dorso suo ad littus perueherent. Incipe &c. Oia fiant,vel.i.etiam mediũ mare:hoc est tam altis aquis obruantur, vt quę sunt in medio mari, vos sylue viuite.i.valete & discedite: q.d.nolo amplius inter vos conuersari, & id quidẽ ſm mentem Seruianam quã Landinus approbat. Sequitur ergo,Ego deferar pręceps.i.pręcipitabor de specula.i.alta rupe,vñ speculari liceat, montis aerij in aera multũ exaltati,in vndas.i.submergar, habeto.s.Nisa hoc extremũ munus.i.donum inuidiosam morientis .s.quia in inuidiã eius mori constitui. Define iam mea tibia Mænalios versus. per hunc finẽ significat carmen hoc amatoriũ esse compositum non ab amatore vero,sed nomine eius,vñ non intelligem⁹ Damona se pręcipitare destinasse, sed cecinisse carmen noie eius qui id destinauerit, vnde & Alphesibęus non suas, sed coniugis alicuius partes agit in carmine. Sunt tñ qui ad Damonis personam applicent, propterea quod dictũ est eum diluculo cecinisse,quod nõ oportuisset si alterius rem ageret. Sunt etiam qui intelligant illud, viuite syluæ, in gratiam syluarum dictum, quasi cum omnia obruẽda optet:solas syluas recipiat: sed tutius est ab authoritate non discedere,nisi ratio vrgeat.

Hæc Damon. vos,quæ responderit Alphesibœus,
Dicite Pierides. non omnia possumus omnes.
{Effer aquam: & molli cinge hæc altaria vitta: AL.
Verbenasq; adole pingues, & mascula thura,
Coniugis vt magicis sanos auertere sacris
Experiar sensus. nihil hic nisi carmina desunt.
Ducite ab vrbe domũ mea carmia, ducite Daphnin.
Carmina vel cœlo possunt deducere lunam:
Carminibus Circe socios mutauit Vlysi:
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
Ducite ab vrbe domũ mea carmia, ducite Daphnin

SERVIVS.

¶Hæc Damon.) Subaudi dixit,vel cecinit. ¶Dicite Pierides.)Bñ animos erigit auditorũ: dicẽdo, Superiora vtcũq; dicta sunt:sequẽtia,non nisi a numinibus poterũt explanari. Sane id debemus accipere pastores hos referre,qđ aliqñ in Arcadia audierũt, Vñ & superius ait, Incipe Mænalios mecũ mea tibia uersus.i.Arcadicos. ¶Nõ omnia possumus oẽs.) Sic Cicero, Vnũ sustinere vix pauci pñt: vtrunq; nemo. ¶Effer aquã.) Hic idducit mulierẽ sacris quibusdã peruertentẽ mentẽ amatoris a quo spernebat. ¶Adole.) Incende, sed κατ' εὐφημισμόν. nã adole est auge. ¶Sanos sensus.)Non amantes. Vnde cõtra, amãtes, insanos vocamus. ¶Auertere.)aũt,a sanitate mutare.aut auertere ait,pro conuertere,vt sit mutata prępositio. ¶Experiar.) Coner,probem,incipiam. ¶Carmina vel cœlo possunt deducere Lunam.) Vel.i.etiam: vt,vel Priamo miseranda manus. Est aũt argumentum a maiore ad minus, Si hęc possunt facere carmina:cur nõ etiam facilia impleantur? quid.n.facilius q̃ vt Daphnis ex vrbe rus redeat, vt ciuitatem deserat rusticus? ¶Frigidus in pratis.)Nocẽs:vt,Frigida Saturni sese quo stella receptet. ¶Cantando.)Dũ ei incãtatur. Nã gerundiuus modus ab omni verbo similiter procreatur. Vnde modo. ¶Cantãdo.) a passiuo ait,cum supra ab actiuo dixerit:vt, Cantando tu illum? Tale est illud in Sallustio,Cum ipse ad imperandum Tisidium vocaretur.i.vt ei imperaretur.

MANCINELLVS.

¶Dicite Pie.) Hic versus totus est Furij ex.x.lib. Lucre.itẽ lib.v. ait:Maior erat natu,nõ omnia possumus omnes. Macro.author lib.vj. ¶Verbenas.)Verbena Iouis ab ara verrebatur,domus purgabatur lustrabaturq;.ferebatur aũt domestica flore albo in hortis, sacerdotes eam purificationibus adhibere consueuerũt: si qs medicus visitando infirmũ ipsam portauerit,ęgroto nesciẽte, & dicet ęgroto ipsi qualiter es:si dixerit bene,ęger sanabitur, si male,morietur. Hęc alij. Pli.aũt scribit lib.xxij.ca.iij.Verbenam dici gramen ex ara cum sua terra euulsum, &c. Propterea igitur pingues verbenas dici putarim, nam & aræ pingues dicuntur esse. ¶Adole.)i.vre,teste Nonio.Alibi adolere significat,augere,honorare,propitiare,vt lib.j. Æneid. Et flammis adolere penates. ¶Mascula thura.) Mascula thura aliqui putant a specie testium dicta, sunt enim rotundiora, & religioni tributa ne sexus alter vsurparetur, author Plin. libr.xij. ¶Sanos.) Id est non amantes, qui enim amãt,nõ sani sunt. Hinc illud Maro li.iiij.Cũ sic vnanimem alloquitur male sana sororem. ¶Magicis sacris.) Maximę questioni, & semper incertæ est inquit Plin. xxviij. c.ij.valeant ne aliquid verba, & incantamenta carminum. Vestales nostras hodie credimus, nondum egressas vrbe mãcipia fugitiua retinere vi sola precationis. Non pauci etiã serpentes ipsos recantari credunt, Cato prodidit luxatis membris carmẽ auxiliari, Marcus Varro podagris Cæsarem dictatorem post vnum ancipitẽ vehiculi casum ferũt semper vt primum consedisset.id quod plerosq; nunc facere scimus carmine ter repetito securitatẽ itinerum aucupari solitum, hinc & fascinationibus adoratione peculiari occurrimus, & impares numeros ad omnia vehementiores credimus. Idq; in febribus dierum obseruatione intelligitur.Scribit item Theo. apud Græcos.Catul.apud nos,& Virg. amatoria incantamẽta imitati sunt. Magia præterea incantatio dicitur. Mageno magicam exerceo. Circe,solem ferunt duos procreasse pueros, Ætã ac Persen. Æta in Colcho regnauit,in Taurica Perses. Crudeles ambo,efferiq;. e Perse Hecate orta est, quæ postea Ætę nupsit, genuitq; liberos tres,Circem,Medeam,& Ægialum. Circe ad omnis generis venenorum curam versa,multarum herbarum, radicumq; varias vires,mirabilesq; reperit. Venit demum ad Italiã,inq; eo promontorio,quod nunc quoq; ab illa Circeum vocatur,resedit.hæc ex Dio.lib.v. Quod autem Vlyssis socios carminibus verterit in feras,legito Ouid.lib.xiiij.Metamorph.Cice.autem in lib.de natu. deor. scribit Circem solis fuisse filiam ex Perside Occeani filia.

ASCENSIVS.

Hæc Damon. Vos quæ responderit Alphesibœus, Dicite Pierides, non oia possumus, &c. Arguta,vt dixi,phantasia qua carmen quod ad magicam artem spectet non potuisse, aut noluisse memoriæ suæ cõmendare, significat musas vt ipsæ id recitent cohortans. Nam sic & pastoralis personæ decorum seruat,cui difficile nimis fuisset tot carmina ex vna recitatione edidisse,& se quibus Romanis interdictum erat magicis artibus non implicuisse significat. Sunt præterea carmina quæ Alphesibœus cantasse dicitur non suo nomine (non enim illi Daphnis coniunxerat cum vterq; mas esset) sed eius quæ cum rustica esset, habebat maritũ in vrbe morantem. docet ergo eam primo præcepisse, vt omnia rite ad magicam seu incantationem disponerẽtur, deinde magica carmina

ea carmina postulat, sperãs eis maritum posse ab vrbe reuocari, quibus etiã luna de cœlo deduceretur,& serpẽtes necarent. vnde argumentatur a fortiori,quia si carmine difficilius possunt,poterunt etiã id quod facilius est. ¶Ordo est. Damon sup.cecinit aut recitauit a pastoribus Arcadicis audita hæc.s.iam dicta carmina, vos o Pierides dicite,sup.ea quæ Alphesibœus responderit.i.cõtra recitauerit,dicite inquã.i.recensete, & narrate nobis: quia nõ oẽs possumus omnia.i.nõ oibus datũ est omnia posse,& tam pręstantẽ memoriã habere,vt omnia audita memorẽt. Incipit autẽ carmen quasi a musis recitantibus verba vxoris ad ancillã fidelẽ Amaryllida, videlicet quam vnicam ad eam rem adhibet dicens. O sup.Amarylli, effer.s.e loco vbi hactenus occulta fuit; aquã.s. ad magica sacra aptam,& cinge hæc altaria molli vitta.i.sertis ex herbis,aut floribus, & adole.i.incẽde & vre,verbenas.i.herbas sacras,pingues.i.oleo vt incẽdi possent perfusas, & thura mascula id est testes masculorũ habentiũ,vt ego experiar.i.experiẽdo coner,auertere.s.ab vsu rationis,sanos.i.non amantes sensus cõiugis.i.mariti mei Daphnidis, auertere inquã sacris magicis.i.incãtatorijs. Et quia videt oia disposita dicit.nihil supp.deest hic nisi quod carmina desunt.(Retulit aũt verbũ per Zeugma ad vicini⁹ suppositũ.)Et ideo quia carmina desunt,quasi vocans ea dicit.O mea carmina ducite Daphnin maritũ.s.meũ, domũ ab vrbe.q.d. id facillimũ erit vobis, cũ nihil sit facilius q̃ rustico psuadere aut eũ inducere,vt ab vrbe domũ redeat, quod aũt id possent carmi-

Magica vis in lunam. na probat a fortiori dicens. Carmina possunt deducere.i.deorsum ducere & ducere de cœlo,vel.i.etiam lunã.(Id autẽ credebat antiqua superstitio,vnde in Thessalia vbi plurima veneficia & incantamenta fieri solebãt,quoties lunã laborãtẽ,& ad eclipsim tendentem videbãt ærea tintinabula ac pelues pulsabãt, vt videlicet crepitu vis verborũ impediret ne lunã pertingeret,ad quod alludens dicit Iuuena.saty.vj.Tot pariter pelues & tintinabula dicas Pulsari,iam nemo tubas,nemo æra fatiget. Vna laboranti poterit succurrere lunæ. Vnde Tibullus. Cantus & e curru lunã deducere tentat,Et facere si nõ æra repulsa sonent. Leges autem vetantes neq; messem pelliceat aut magicis artibus traducat,aut grandine concutiat,docent non nihil eis aliquãdo factum.)Circe venefica illa solis filia quæ verbis & potẽtibus herbis dicitur socios Vlyssis in varias feras mutasse,vt ad principium septimi æneï.latius dicetur. vnde dicit hic Circe mutauit carminibus.i.incantamentis socios Vlyssis,non autem Vlyssem, quia abstinuit a poculis eius quæ amatoria seu philtra continebant.i.potionem magica arte cõfectam & ad amoris insaniam impellentẽ. Anguis frigidus.i.nocens ac veneni quod frigidum est plenus,aut frigore.i. morte afficiens, rumpitur in pratis cantando.i.per incantamẽta quod sentiens aures occulit, alteram cauda,alteram terra ad quã eam applicat,ducite &c. ¶Regula est.Gerũdia in do sæpe ponuntur absolute insignificatione passiua, vt hic cantando.i.dum incantatur.& in Geor.vritq; videndo Fœmina.i.dum videtur. Regula

PIERIVS.

¶Tinge hæc altaria vitta.)In oblõgo vaticano codice.victa per ct.& ita in alijs quibusdã habet. In aliquot,vitta tt,geminato,hoc quidem ex consuetudine,alterũ illud ex analogia. ¶Carmina vel cœlo possunt deducere Lunã.)In antiquis aliquod exẽplaribus legere est.Carmina & e cœlo possunt deducere Lunam.

Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore
Licia circundo: terq; hæc altaria circum
Effigiem duco. numero deus impare gaudet.
Ducite ab vrbe domũ mea carmina, ducite Daphnin.
Necte tribus nodis ternos Amarylli colores:
Necte Amarylli mõ,& Veneris,dic,vincula necto.
Ducite ab vrbe domũ mea carmina, ducite Daphnin.
Limus vt hic durescit,& hæc vt cera liquescit,
Vno,eodemq; igni: sic nostro Daphnis amore.
Sparge molã:& fragileis incende bitumine lauros.
Daphnis me malus vrit. ego hãc in Daphnide laurũ.
Ducite ab vrbe domũ mea carmina, ducite Daphnin.

SERVIVS.

Licia. ¶Licia circũdo.)Bene vtitur licijs, quæ ita stamẽ implicãt, vel hæc adulescentis mentem implicare contendit. ¶Effigiẽ duco.)Amatoris dicit effigiẽ. Sic Dido, Effigiẽq; viro locat,

Nũern s impar. haud ignara futuri. ¶Numero deus impare gaudet.)Aut quẽcunq; superorũ,aut Hecatẽ dicit:cuius triplex potestas esse perhibet; Vnde est. Tria virginis ora Dianæ. Nã vt supra dictũ est,superi dij, impari numero: inferi, pari gaudent. ¶Impare.)autẽ propter metrũ ait. Nam ab hoc impari dicimus. ¶Necte.)Cõiunge vt ita implicetur mens amatoris, sicut implicantur & connectuntur illi colores inuicẽ. ¶Tribus nodis.)Alligationibus. ¶Amarylli.)Vocatiuus Grecus. Hic Amaryllis est ea quã Græci σύμμυστιν dicũt. ¶Veneris,dic, vincula necto.)Anapęsticus est trimeter hypercatalecticus. Hoc aũt metrum est Cupidini consecratum. ¶Limus vt hic durescit.)Fecerat illa duas imagines,alteram ex limo, qui ex igne fit durior: alterã ex cera quę igne soluitur:vt videlicet mens amatoris ita duresceret ad illã, quã tunc amabat, oẽsq; alias,sicut ad ignem limus:& ad se ita molliretur & solueret amore, vt cera ad ignem liquescit. ¶Sic nostro Daphnis amore.)Subaudi durescat & liquescat:vt scilicet quã appetit deserens,me potius amet. ¶Sparge molam.)Far & salem. ¶Et fragiles incẽde bitu-

Bitumẽ mine lauros.)Id est lauros diuino igne consume. Nam bitumen ex fulmine dicit procreari. Vnde iuxta Babyloniam,quia frequẽ-

Laurus. tia cadũt fulmina, hac re lacus redundat:adeo vt inde fabricasse muros Semiramis dicatur. ¶In Daphnide laurum.)Aut Archaismos est,pro in Daphnidẽ:aut intelligamus supra Daphnidis effigiem eam laurum incendere,propter nominis similitudinem.

MANCINELLVS.

¶Licia.)q ea vim in carminibus haberent, innuit etiam Plin. lib.xxviij.cum ait inguinibus medentur aliqui licium telæ detractum alligantes nouenis, septenisve nodis ad singulos nominantes viduam aliquam,atq; ita inguina adalligantes licio. ¶Cãtando.)Dum cantatur. ¶Numero deus impare gaudet.)Impares numeros ad omnia vehementiores credimus inquit Pli.lib. xviij.cap.iij.& Macro.lib.ij.sat.scribit q impar numerus mas & par fœmina vocatur. Item arithmetici imparem patris & parem matris appellatione venerant. Plin.item lib.vij.inquit q masculũ genus religioni tributũ est. ¶Cera liquescit.)Simeta in Theo. secunda ait,Vtq; meis pallẽs digitis bene cera liquescit, Mindius extemplo sic nostro Delphis amore. Molam.)erat mola ex sale & farre molito, vt scribit Varro. Bitumen est terræ gleba, quæ a calore liquefacta afflatur atq; diffunditur,rursumq; in glaciem fortissimã ab aqua frigida immutatur qualis est lacuum aqua,vnde & sectione & incisione opus est. Id postea in summo fluitat. Stra.author lib.xvj.Plin. autẽ lib.xxxv.cap.xxiiij.scri. q bitumen alibi limus alibi terra. Limus ab Iudeæ lacu emergẽs. Terra in Syria. Est vero liquidum bitumẽ sicut, zazynthium & quod a Babylonæ inuehitur ibi quidem & candidũ gignitur,& pingue,liquorisq; oleacei in Sicilia. vtunturq; eo ad lucernarum lumina, item ad scabiem iumentorũ. Vis bituminis,quæ sulphuris,sistit,attrahit,discutit,glutinat,ad lepras, pruritusq; corporum efficax. hæc ex Pli. Lauros,lauro in suffimentis,& purgationibus vtebantur. Non tamen fas erat in prophanis vsibus pollui laurũ, vt Pli.lib. xv.meminit. ¶Daphnis me malus vrit.)Simeta in secũda Theo. ait. Comburit me Daphnis,ego hanc in Delphide Laurum.

ASCENSIVS.

¶Terra &c. Tangit modũ quo sacra magica peregerat adhibens illis ternarium numerum quem ad sacra aptum esse etiã Philosophus in de cœlo & mundo docet,& vt Mancinellus recitauit Plinius impares numeros ad omnia vehementiores credit. Imparium autem numerorum primus est ternarius. Nam vnitas non est numerus:sed principium numeri. Ternarius autem nobis in sancta trinitate venerabilis est. ¶Ordo est. Ego circũdo primum tibi o Daphni supp. id est ad irretiendum te, hæc terna licia.s.ad quæ implicant stamina, diuersa.i.distincta triplici colore & ego duco effigiem.i.imaginem ad viuum effictam circum hæc altaria,duco inquã ter,quia deus præcipue superus gaudet numero impare. Ducite ab vrbe, & O Amarylli necte ternos colores quæ sunt in licijs tribus nodis, necte inquam modo & dic ego necto vincula Veneris.i.conciliandæ Veneris atq; amoris. Ducite &c. vt.i.quemadmodum hic limus.i.terra pinguis & lutosa, durescit.i.fit dura,& vt hęc cera liquescit pro liquefit.i.fit liquida vno & eodem igni.(Notanda est syllabæ correptio, nam eodem debere secundam producere quam tamẽ corripit sicut & ille. Non eodem cursu respondent vltima primis. Verum vt illic subitam rerum mutationem syllabæ correptione depictam volũt, ita hic dicere liceret subitam ignis operationem significatam,sic supple durescat Eodem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

durescat aut liquescat aut potius vtrunq; faciat, Daphnis nostro amore. i. igne nostri amoris, quo. f. ipsum amo (vnde dixit nro nō nostri). Sanè ad diuersa referunt hæc in Daphnide. Nā vult eū durescere. i. stabilē fieri in amore sui, & liquescere i amore vrbis aut mulieris vrbanæ: Vtrunq; autē fit ab igne amoris. Qui enim quēuis ardenter amat nec facile alium amat, vnde durescit vehemēdā amoris & amore languet. vnde liquescit ac diffluit virtus eius.) O Amarylli sparge molā. i. confectionē ex farre & sale molito sine qua nullū rite fiebat sacrificiū. & incēde bitumine. i. illitas bitumine lauros fragiles. i. deliccatas quia Daphnis malus. i. pernitiosus aut iniustus cū sit sine redamatione, aut dic amor Daphnis malus. (Indifferēter ergo dicit huius Daphnis & huius Daphnidis.) Ego sup. comburo hanc laurū in Daphnide. i, super effigiē Daphnidis de qua dictū est. Terq; hæc altaria circū, Effigiē duco, & ita nō erit arcaitmos. nec antiptosis, aut si sensus est, ego comburo in perniciem Daphnidis aut cōtra Daphnin erit casus pro casu in Daphnide pro in Daphniden, aut Daphnin. Ducite &c.

PIERIVS.

¶ Terq; hæc altaria circū.) In codi. Longobar. legit. Hanc vt iungatur

SERVIVS.

¶ Bucula.) Bouis est diminutio. Sanè Bos anomalū nomē est. Nā hic bos, & o bos, pducit: sicut his bobus, & ab his bobus. Nā reliqui oēs casus breuem habēt syllabā primā.

¶ Propter aquæ riuū.) Iuxta.

¶ Perdita.) Amore cōsumpta. Nec sit mihi cura mederi.) Aut nolim ei magicis artibus subuenire: aut nolim cū ipso cōcumbere. ab vtroq; n. medicina amātibus venit.

¶ Perfidus.) Nunc scilicet perfidus.

¶ Limine in ipso.) Loco sacro, sicut supra diximus, Vestæ.

¶ Atq; satas alio vidi traducere messes.) Magicis quibusdā artibus hoc fiebat. Vnde est in. xii. tabulis, Ne ve alienam segetem pellexeris.

MANCINELLVS.

¶ Propter.) i. prope. Perdita nec feræ versus integer est Varii de morte, vt edocet Mac. lib. sat. vj.

¶ Ponto.) Mensura ponti a Bosphoro ad Męotidos lacum protendit: vt scrib. Plin. lib. vj. Solin. autē scrib. in ponticis oris Aconem portū esse qui prouentu malorum graminū vlq; adeo celebris est, vt noxias herbas aconita illinc nominemus. Lupum fieri Plin. lib. viij. scrib. quod in Italia quoq; credit luporū visus esse noxius, vocēq; homini quē priores cōtemplent adimere ad præsens. homines autē in lupos verti rursusq; restitui sibi fallum esse cōfidēter existimare debemus, aut credere omnia quę fabulosa tot sæculis cōperimus. Euāthes inter authores græcos nō spretus, tradit Arcadas scribere ex gente Antei cuiusdā forte familia electum ad stagnum quoddam regionis eius duci, vestitusq; in quercu suspenso tranare, atq; abire in deserta, trāsfigurariq; in lupum, & cum cęteris eiusdem generis cōgregari per annos. ix. in quo tępore si homine se abstinuerit, reuerti ad idem stagnum, & cum tranauerit, effigiem recipere ad pristinū habitum addito. ix. annorū senio, addit quoq; Fabius eandē recipere vestem inter auguria ad dexteram cōmeantium, præciso itinere, si pleno id ore fecerit, nullū omnium præstātius. hæc ex illo.

¶ Alio traducere messes.) quinetiam inquit Plin. lib. xxviij. ca. ij. & legum ipsarum in. xij. tabu. verba sunt, qui fruges excantassit, & alibi. Qui malum carmen incantassit.

ASCENSIVS.

¶ Talis amor Daphnin.) Talis inquit amor teneat Daphnin qualis solet buculam tenere, nec sit mihi cura mederi. i. nolim remedium amoris: tūc quia mutuus gratissimus fuerit. q. d. nūc quia sola amo, nec redamor alterum expeto, aut eius amore dissolui, aut potiri, quod Dido de Ænea sic dicit, Qui mihi reddat eū, vel eo me soluat amantem. In Seruianis verbis cum dicit aut nolim magicis artibus subuenire, aut nolim secum cōcumbere, sensus est nolim amori Daphnidis subuenire per magicam artem, nec meo per cōcubitum, quia satietas concubitus amorem sedat, est autem mala reciprocatio vbi dicit secum cōcumbere pro cū eo.

Talis amor Daphnin, qualis, cum fessa iuuencum
Per nemora atq; altos quærendo bucula lucos
Propter aquæ riuum viridi procumbit in vlua
Perdita: nec feræ meminit decedere nocti:
Talis amor teneat: nec sit mihi cura mederi.
Ducite ab vrbe domū mea carmina, ducite Daphnin.
Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit,
Pignora chara sui. quæ nunc ego limine in ipso
Terra tibi mando. debent hæc pignora Daphni.
Ducite ab vrbe domū mea carmina, ducite Daphnin.
Has herbas, atq; hæc Ponto mihi lecta venena,
Ipse dedit Mœris. nascuntur plurima ponto.
His ego sæpe lupum fieri, & se condere syluis
Mœrim, sæpe animas imis excire sepulchris,
Atq; satas alio vidi traducere messes.
Ducite ab vrbe domū mea carmina, ducite Daphnin.

Deinde ingredi iterū aliud argumētū dicēs, has olim &c. quod sic connecti possit superioribus: vt sit nolim quidē tunc remedii quærere amori, quod nūc quęrendū est, ad id aūt conducēt exuuiæ eius, quę mihi Daphnin debent. tq; tali arte tractabo vt Daphnin venire cōpellant. Arte vero indicat dicens eas se in terra cōditurum, & herbas quas a Mœri, pbatas dicit & ad magicam multum valere periculoso facto cognouit superiectura.

¶ Ordo est. Talis amor teneat Daphnin qualis suple tenet buculā. i. iuuencā cū id est quīdo bucula fessa. i. defatigata quærendo iuuencū, id est taurū iuniorem per nemora atq; altos lucos, procūbit. l. amplius stare aut currere nequiens & amore languens prosternitur in viridi viua. i. herba palustri propter. i. iuxta riuum aquæ, vnde tamen refrigeriū si non amaret caperet, nec ipsa perdita. f. amoris impatientia meminit decedere nocti feræ. i. quāuis fero & tarde aduentanti vt significetur longitudo dierū in qua vaccæ calescunt, aut feræ. i. aliquantulū progressæ, hoc est quāuis plurimū nigrescret & nox tota irrueret. Talis inquam amor teneat Daphnin, nec cura sit mihi mederi. i. & nolim tunc nō amare quia respondet amori meo (& ita malim intelligere vt loquaf de amore suo q̄s Daphnidis.) Ducite &c. Illic perfidus per inuidiam non nominat eum, de Daphnide tamen loquitur, reliquit mihi olim. i. tempore longe ante acto & id ex affectione amantis, has exuuias. i. indumenta sua quæ exuit, Sic etiā Dido de vestibus ab Ænea relictis, dulces exuuiæ, dū fata deusq; sinebāt, appositorie pignora. i. monumēta cara sui. i. vt me sui admoneant. quæ sup. pignora o terra ego mando. i. credo & cōmitto tibi nunc in ipso limine. i. in ingressu domus, quia hæc pignora debēt mihi Daphnin sup. restituere. i. ita tractabo vt mihi eum restituat. Ducite &c. Ipse Mœris emphasim habet ipse. q. d. peritissimus in veneficijs & arte magica & in componendis philtris dedit mihi has herbas atq; hæc venena. i. venenosas herbas, lecta. i. collectas, Ponto. i. in insula pōticā: plurima supple venena nascuntur Ponto. Ego vidi Mœrim. f. venefícum fieri sæpe his herbis. i. per has herbas lupum. i. mutare effigiem lupi & condere se. i. abscondere se ab incursu hominum & canum syluis. i. in syluis, & vidi ipsum Mœrim excire. i. euocare sæpe his herbis animas. i. manes imis. i. profundis sepulchris & traducere messes satas alio. i. in alium agrum. Ducite &c. De mutatione in lupum præter ea quæ Manci. dixit addamus & hæc Landini sic dicentis, Aug. in lib. de ciui. dei refert Marcum Varronem scribere de Arcadibus quod illuforie ducti transnatant quoddā stagnum vt ibi in lupos conuertantur, & cum similibus feris viuant. Si vero carne humana non vescātur rursus post nouem annos remeato eodē stagno reformantur in hoies: deniq; quendam

Hoies. i. lupum verti.

quendam Lemene parrhasiū tum gustasse de sacrificio quod Arcades immolato puero faciunt deo suo Lyceo in lupum conuersum &. x. anno in humanam effigiem reuersum in Olympia pugilem victoria meruisse, nec propter aliam causam & Lyceum louem & Lyceū Pana in Arcadia vocari existimat Varro nisi q̄ ea non alia vi quam diuina fieri posse existimat. Addit idem Augu. mulieres fuisse in Italia quæ dantes aliquid in caleo homines in iumenta iumenta mutabant, quæ necessaria quæq; portabant, deinde perfuncti opera ad se redibant, nec tamen sensus rationabiles in eis mutabantur. Hæc ille. Quod autē dicit animas imis excire sepulchris, non dissimile est illi quod legitur. j. Regum, xxviij, de pythonissa quæ animam Samuelis exciuit.

PIERIVS.

¶ Procumbit in herba.) In Longobardico legere est. in vlua, sed herba vsitatius.

SERVIVS.

¶ Ne respexeris.) Nolūt enim se videri numina, misi ex miscia necessitate. Vnde pro miraculo dictum est, Alma parens confessa deam, quod nō faceret, nisi in periculo filij.

¶ Nihil ille deos, nil carmina curat.) Satis est quod putat artem magicā nil valere.

¶ Corripuit tremulis altaria flammis. Hoc vxori Ciceronis dicitur cētigisse: cum post peractum sacrificium libare vellet in cinere vila est flamma, quæ flamma eodem anno Consulem futurum ostendit eius maritum: sicut Cicero in suo testatur poemate.

¶ Bonum sit.) Ideo dubitat, & optat, vt hoc signum bonum sit: quia ignis medius est, & qui possit etiam nocere.

¶ In limine latrat.) In loco vbi amati vestes obruerat.

¶ Ipsi sibi somnia fingunt.) Omnia quæ supra dixerat de arte magica, destruit dicendo, hæc vera desiderantibus tantum videri: quod per proverbium est locutus.

Fer cineres Amarylli foras: riuoq; fluenti,
Transq; caput iace: ne respexeris: his ego Daphnin
Aggrediar: nihil ille deos, nil carmina curat.
Ducite ab vrbe domū mea carmina, ducite Daphnin.
Aspice, corripuit tremulis altaria flammis
Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse bonum sit.
Nescio quid certe est: & Hylax in limine latrat.
Credimus? an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?
Parcite, ab vrbe venit, iam parcite carmina, Daphnis.

ipsi sibi

MANCINELLVS.

¶ Nil carmina curat.) Ostendit per hoc Maro carminibus non esse pondus.

¶ Aspice.) Verba sunt Amaryllidis.

¶ Bonum sit ne scio.) Dubitat an bonum an malum cinis accensus portendat. deinde certior ait.

¶ Quid certe est.) Id est aliquid est, nam & Hylax in limine latrat. In limine autem vbi Daphnidis exuuiæ erant latrabatq; illius aduentu.

¶ Hylax.) Melius per x, q̄m per s, scribitur in fine, hylao autem, vel hylactico latro, vel resono significāt, hinc & hylactor nomen canis apud Ouid.

¶ Credimus.) Scilicet aliquid esse.

¶ An qui amant ipsi somnia fingunt?) Id est vana cōponunt, ventura putantes quæcunq; desiderant. Qui amant, nulla hic Synalœpha est.

¶ Parcite.) hoc ait credens illum venturum esse. Parcite autem desistite.

ASCENSIVS.

¶ Fer cineres Amarylli foras &c.) Significat per acta magica sacra atque deportandos non sine magica superstitione cineres: quod muneris Amaryllidis indit, quæ secundum Mancinellum dum cineres auferre conatur videt eos iterum inflammari, vnde dicit aspice. corripuit &c. vt tamen vniformis sit contextus mauult nonnulli omnia vxoris verba censere, vt ipsa dicat ad Amaryllida, aspice Amarylli, dum moror, id est differo ferre, id est auferre cineres, vt humeris tuis imponam, ipse cinis sponte sua corripuit hæc altaria tremulis flammis, quod cum nouum sit addubitat quid portendat dicens, nescio an bonū sit. est certe aliquid, quod per hoc portenditur, & videtur q̄ aduentum mariti significet, ad hoc accepit q̄ hylax canis latrat in limine. & ita dicit, credimus sup. id bonum, scilicet aduentum mariti portendi. sed dubitamus, an ridiculum dicendū sit: eo q̄ qui amant ipsi sibi somnia fingunt, vtcunq; tamen est, parcite mea carmina, id est nolite officere marito meo, quia vt spero, ipse venit ab vrbe. Qui vero dixerit ea verba, Aspice &c. esse Amaryllidis vt etiam Landinus consentit

ASCENSIVS.

¶ Ne respexeris.) Nolūt enim se videri numina, misi ex miscia necessitate. Vnde pro miraculo dictum est, Alma parens confessa deam, quod nō faceret, nisi in periculo filij.

¶ Nihil ille deos, nil carmina curat.) Satis est quod putat artem magicā nil valere.

¶ Corripuit tremulis altaria flammis. Hoc vxori Ciceronis dicitur cētigisse: cum post peractum sacrificium libare vellet in cinere vila est flamma, quæ flamma eodem anno Consulem futurum ostendit eius maritum: sicut Cicero in suo testatur poemate.

¶ Bonum sit.) Ideo dubitat, & optat, vt hoc signum bonum sit: quia ignis medius est, & qui possit etiam nocere.

¶ In limine latrat.) In loco vbi amati vestes obruerat.

¶ Ipsi sibi somnia fingunt.) Omnia quæ supra dixerat de arte magica, destruit dicendo, hæc vera desiderantibus tantum videri: quod per proverbium est locutus.

MANCINELLVS.

¶ Nil carmina curat.) Ostendit per hoc Maro carminibus non esse pondus.

¶ Aspice.) Verba sunt Amaryllidis.

¶ Bonum sit ne scio.) Dubitat an bonum an malum cinis accensus portendat. deinde certior ait.

¶ Quid certe est.) Id est aliquid est, nam & Hylax in limine latrat. In limine autem vbi Daphnidis exuuiæ erant latrabatq; illius aduentu.

¶ Hylax.) Melius per x, q̄m per s, scribitur in fine, hylao autem, vel hylactico latro, vel resono significāt, hinc & hylactor nomen canis apud Ouid.

¶ Credimus.) Scilicet aliquid esse.

¶ An qui amant ipsi somnia fingunt?) Id est vana cōponunt, ventura putantes quæcunq; desiderant. Qui amant, nulla hic Synalœpha est.

¶ Parcite.) hoc ait credens illum venturum esse. Parcite autem desistite.

ASCENSIVS.

¶ Fer cineres Amarylli foras &c.) Significat per acta magica sacra atque deportandos non sine magica superstitione cineres: quod muneris Amaryllidis indit, quæ secundum Mancinellum dum cineres auferre conatur videt eos iterum inflammari, vnde dicit aspice. corripuit &c. vt tamen vniformis sit contextus mauult nonnulli omnia vxoris verba censere, vt ipsa dicat ad Amaryllida, aspice Amarylli, dum moror, id est differo ferre, id est auferre cineres, vt humeris tuis imponam, ipse cinis sponte sua corripuit hæc altaria tremulis flammis, quod cum nouum sit addubitat quid portendat dicens, nescio an bonū sit. est certe aliquid, quod per hoc portenditur, & videtur q̄ aduentum mariti significet, ad hoc accepit q̄ hylax canis latrat in limine. & ita dicit, credimus sup. id bonum, scilicet aduentum mariti portendi. sed dubitamus, an ridiculum dicendū sit: eo q̄ qui amant ipsi sibi somnia fingunt, vtcunq; tamen est, parcite mea carmina, id est nolite officere marito meo, quia vt spero, ipse venit ab vrbe. Qui vero dixerit ea verba, Aspice &c. esse Amaryllidis vt etiam Landinus consentit

PIERIVS.

¶ Ne respexeris.) In oblōgo codice vaticano, nec, habetur.

¶ Parcite ab vrbe venit, iam parcite carmina Daphnis.) In Oblōgo vaticano transpositæ dictiones. Iam carmina parcite quod tantundem est. Sed structura illa suauior. Parcite, ab vrbe venit, iam parcite. In Mediceo per verbi reticentiam legere est. Parcite ab vrbe domum, Iam parcite carmina Daphnis.

ECLOGÆ OCTAVÆ FINIS.

ARGVMENTVM ASCENSIANVM IN MOERIM, QVÆ EST ECLOGA NONA.

Nona refert obiter Mœrim Lycidamq; canentes,
Deflentesq; sui deperdita rura Menalcæ.

Nona refert obiter &c. hac nona Ecloga, Lycida & Mœris casu cōgressi simul in vrbem proficiscūtur. inter eundum autem abrupta & semiplena quædam carmina enunciare conātur, ita, vt nimis graphice beneuolum eius animum depictum videas volentis videlicet nunc sulij nunc Augusti laudes canere: sed mole tristitiarum oppressi: nec efficere quod maximopere cuperet valētis. Multa præterea in Menalcæ, id est poetæ nostri commendationem dicuntur, cuius agrorum iniusta occupatio occupatio defletur. Nam post recuperatos agros fuerat vi ab Arrio extrusus, & nisi se præcipitē in Mincium fluuiū dedisset interfectus fuisset. Agit ergo id principaliter poeta, & vt agros suos recipiat, & Augusto rem gratam faciat sulij Cæsaris patris eius putatiui honestā mentionē faciendo. Ordo versiculorum nostrorum est. Nona sup. Ecloga refert. i. recitat Mœrim & Lycidam canentes obiter. i. inter eundum ad vrbem, & deflentes rura Menalcæ sui. i. quem, & laudabant, & amabant. deperdita. i. amissa per occupationem iniqui militis.

Seruius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SERVIVS.

QVo te Mœri pedes? an,quo via ducit, in vrbem?)Hec Ecloga continuum non habet carmé,sed de diuersis locis Theocriti aliqua ad eam contulit. Sanè hoc continet, Virgilius postquã penè occisus est ab Arrio céturione, Romam reuertens, mandauit procuratoribus suis vt tuerenť agros & ad præsens obsequerentur Arrio. Modo ergo Mœris,procurator eius, secundum præceptum patroni portat hœdos Mãtuam:quos Arrio offerat. Sequitur alter pastor, & eũ quo pergat interrogatiille deflet suas miserias:& hinc iam varie præstatur occasio cantilænę.¶Quo te Mœri pedes? Subaudi, ducunt. & est Zeugma a posterioribus.¶Viui peruenimus.)Id est diu viuendo ad ista peruenimus. Et ostendit plerunq; obesse hominibus vitæ longinquitatem, quæ interdum causa est miseriarum.¶Quod nunquam veriti sumus.)Quia inopinata grauiora sunt mala. Vnde ait Dido, Hunc ego si potui tantum sperare dolorem, Et perferre soror potero.¶Nunc victi.)Id est impotes voti. Nam quomodo victores dicimus voti compotes, qui quod volunt faciunt: sic victos e contrario voti impotes, qui non possunt facere quod volunt. Ceterum quomodo victi sunt Mantuani, qui nec bella gesserunt?¶Sors omnia versat.)Nisi hoc ad personam rusticam reducas, aspere cõtra Augustum dictum est, cuius felicitatem, sicut omnia, dicit posse mutari.¶Illi.)Arrio centurioni.¶Quod nec bene vertat.)Quæ res eius in perniciem vertatur, id est vt malo omine hoc munus accipiat. Tractum autem hoc est ab Hectore & Aiace. Nam Hector dedit Aiaci gladium: quo se Aiax postea interemit. Hector vero Baltheum accepit ab Aiace: quo circa muros patrios tractus est. Postea inde & illud comicum ortum est, Dii bene vortant quod agas. Plerunq; enim bona in peius: mala mutantur in melius.¶Subducere colles incipiunt.)Ex alto in campos dissolui.¶Vsque ad aquam.)Mincii fluminis scilicet.¶Omnia.)Quæ supra dixit. Intelligamus autem, aut Virgilii tantum agrum: aut totius Mantuæ situm esse descriptum.¶Seruasse.)Recuperasse.¶Audieras & fama fuit.)Beneuolentiam quidem Augusti etiam fama vulgauit: sed eam belli actiaci necessitas impediuit.¶Vestrum Menalcam.)Id est Virgilium.¶Sed carmina tantum, nostra valent Lycida tela inter Martia quantum.)Hoc etiam Cicero ait in Miloniana, Silent enim leges iter arma.¶Chaonias dicunt aquila veniente columbas.)Minora enim auguria maioribus cedunt, nec vilarum sunt virium: licet priora sint. Chaonias autem Epiroticas. Nam in Epiro dicitur nemus fuisse: in quo responsa dabant colũbæ. quod ideo fingiť, quia lingua Thessala Peliades & columbæ vaticinatrices vocantur.

ECLOGA NONA, QVÆ MOERIS INSCRIBITVR, INTERLOQVVNTVR LYCIDAS ET MOERIS AMICI. LYCI.

QVò te Mœri pedes? an, quò via ducit: in vrbem? Moe.
O Lycida viui peruènim⁹, aduena nrĩ,
(Quod nũquam veriti sumus) vt possessor agelli
Diceret, hæc mea sunt: veteres migrate coloni.
Nunc victi tristes: quoniam sors omnia versat:
Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hœdos.
{Certe equidẽ audierã: qua se subducere colles Ly.
Incipiunt, molliq; iugum demittere cliuo:
Vsq; ad aquam, & veteris iam fracta cacumina fagi:
Omnia carminibus vestrum seruasse Menalcam.
{Audieras? & fama fuit. sed carmina tantum Mœ.
Nostra valent Lycida tela inter martia: quantum
Chaonias dicunt aquila veniente columbas.

PROBVS.

¶Chaonias.c.)quoniam columbæ in Chaonia regione Epiri in quercu arbore sedisse dicuntur, & humana voce dedisse responsa, & ita bonum augurium erat si coruus dextra, cornix sinistra volaret, vt Cice. diuinarum. Quorum a dextris coruus sinistra cornix facit augurium.

MANCINELLVS.

¶Quo te Mœri.)Argumentum patet carminibus.¶Viui peruenimus.)Vita enim longior plurima incommoda videtur afferre vnde Iuuenalis de Priamo inquit, Satyra.x. Longa dies igitur quid contulit? omnia vidit Euersa, & flammis Asiam ferroq; cadentem.¶Victi.)i. superati, violentia militum, Est autem ordo: Nunc victi, nos, quoniam sors omnia versat.¶Tristes.)i. inuiti mittimus.¶Illi.)i. aduenæ possessori hos hædos, quod nec bene vertat. i. in bonum conuertat.¶Sors omnia versat.)Sed profecto fortuna in omni re dominatur inquit Sallustius in Catilinario, & Laberius teste Macro. lib. ii. Fortuna immoderata in bono æque, atq; in malo.¶Qua se subducere colles.)Describuntur hic Maronis agri.¶Subducere.)descendere.¶Demittere iugũ.)i. relinquere summitatem.¶Molli cliuo.)facili descensu, habebant enim Maronis agri iunctos colles, ius erat ei ad illorum summitatem. Est & mihi agellus huiusmodi, nam ad occidentem collis est, cuius mihi possessio ad summum tantummodo est: postea vero campus inest alterius coloni vsq; ad aquam, in Tityro dixerat, quamuis lapis omnia nudus, Limosoq; palus obducat pascua iunco.¶Fagi.)Propterea non ab re, sub tegmine fagi recubans dixit Melibœus.¶Carminibus seruasse me.)Hoc loco non pastor Menalcas: sed Virg. intelligendus per allegoriam, vt scrib. Fab. lib. viii.¶Aquila veniéte.)Minora. n. auguria maioribus cedunt.¶Chaonias columbas.)In Epiro erát primi Chaones, a quibus Chaonia dicta, vt scrib. Pli. lib. iiii. Aliter Maro lib. iii. Refert autem Herodotus lib. ii. Euterpe. s. geminas ex Ægypto columbas euolasse, vtrãq; nigram, vnam quidem in Africa, alteram vero Dodonam Epiri, quæ phago insidens, humana voce elocuta sit, eo loco Iouis oraculũ condi debere. Eam vero quæ ad Afros abiisset columbam, iussisse Afris, vt Ammonis oraculum conderent, quod oraculum & ipsum Iouis erat. Refert demum Hero. ipse, columbas illas fuisse re vera fœminas sacerdotes, & sorores a Phœnicibus his locis venditas &c.

ASCENSIVS.

¶Quo te Mœri pedes. Mœris (quod nomẽ a mœrore nõ inepte deductum putes) mercenarius olim aut potius (vt statim dicam) pater Virgilii, nunc vero postq; Virgilius agros semel recuperatos iterum amiserat extrusus ab Arrio milite, eius Arrii mercenarius & villicus Mantuã proficiscitur ad dominum occupatorem videlicet agrorum, afferẽs illi hœdulos, ad quem accedens, & eo etiã iter habẽs Lycidas inter eundũ multa conqueruntur de iniqua conditione Mantuanorum, variaq; ad leuandas curas inceptant carmina in laudem potissimum Cæsaris & Augusti, & in commendationẽ Maronis, quæ omnia eo tendũt vt occupatos agros sibi iterum vendicet Maro & gratiam Augu. mereatur inire. posset forsan Mœris dici non mercenarius Virgilii, sed vicinus & hœdulos ad alium suorũ agrorum incubatorem ferre: sed quia Lycidas ad illud, veteres migrate coloni, respondet de Virgiliano agro. Certe equidem audieram &c. & quia Mœris Virgiliana carmina quasi sua censet, dicens, sed carmina tantũ nostra valẽt &c. videtur Virgilii mercenarius. Aut certe pater. cui & augurii peritiam attribuit, & qui se Menalcæ præponit dicens. Nec tuus hic Mœris, nec viueret ipse Menalcas. Annosum aũt se innuet vbi dicet. Omnia fert ætas &c. Primo ergo versu accedens Lycidas inquit. Quo te Mœri pedes supp. ducunt? & quia frustra queritur quod videtur. possetq; dicere Mœris, vides quo me ducat via? subiungit: an quo ducit via in vrbem? Mirať enim quid diligens rusticus, & agrorũ cultor in vrbem proficiscatur. ¶Ordo igitur est. O Mœri quo supple ducũt te pedes. i. quo proficisceris? (Nisi signanter ita dictum censeas, vt significetur animus eius alio distractus, ita vt non ab animi ratione, sed a pedum vsu & vię directione in vrbem proficiscatur) an supp. ducunt eo quo via ducit te, videlicet vrbem, vel an ducunt te in vrbem. quo. i. ad quam ducit te via? Respondet Mœris ad id quod ille mirabatur, q̃ videlicet insolens, in vrbem proficisceretur. O Lycida, nos viui. i. diu viuẽdo, peruenimus sup. ad id quod nunq; veriti sumus (vnde maior est calamitas quia mala præuisa minus lædunt.) Est ergo pathos ab eo quod est præter opinionem. Est præterea seuera sententia. quia vita diu beata hic esse nequit, vnde q diu viuũt in calamitatem aliquam necesse est incidant: quod Iuuenalis, vt Mancinel. recitat graphice docet, & Cherea Terentianus in eunucho qui in beatitudine præsenti, mori optat, dicẽs. Nunc est tempus profecto interfici, cum perpeti me possum ne hoc gaudium contaminet vita ęgritudine aliqua. Probat item per hoc se annosum esse, vnde poetæ patrem censeam (vt videlicet aduena, & forte Gallus, aut extern⁹ miles, effectus. s. possessor nostri agelli) quia mercenarii res heroum suas vocant, sed potius nostri quia pater & filius vnius rei possessores sunt, diceret hæc sunt mea. i. hæc arua, hæc domus, & possessiones & omnia quæ hic sunt, sunt mea, vos coloni veteres migrate. i. traducite alio habitationes vestras & euacuate nostras, Nos ergo victi. i. violenter extrusi, quoniam sors versat omnia. i. quia nulla certa hic possessio nec firma rerũ conditio (vt Ofellius rusticus apud Horatium secundo sermonum sic docet.) Nam proprię telluris herum natura neq; illum, Nec me, nec quenq; statuit, nos expulit ille: Illum aut nequities aut vafri inscitia iuris, Postremũ expellet certe viuacior hæres, Nunc ager vmbreni sub nomine nuper Ofelli Dictus erit nulli proprius, sed cedet in vsum Nunc mihi, nũc aliis: quo circa viuite fortes, Fortiaq; aduersis opponite pectora rebus. est aũt dictum istud p amaritudinẽ rusticanã nõ quidẽ respiciẽdo ad Augustũ. Nã qui sua pdiderũt, censent oia perdita. vnde Dido cui fides seruata nõ erat inqt, nusq; tuta fides (nos ergo victi mittimus nunc existẽtes tristes) construenda. n. sunt ea epitheta victi tristes, diuisim nisi forte legendũ sit. Nũc victi & tristes, aut nũc victi tristes quoniam sors. vt sit tristis sors, illi. s. aduenæ, videlicet Arrio, qui nos migrare fecit hos hœdos, quos. s. in humeris portabat, qd'. i. quæ res nec bene vertat sup. se. i. non vertatur illi in bonum, sed in perniciem quasi optet vt post eos hœdos non amplius edat. Respondet Lycida ostẽdens vt dixi Mœrim esse mercenariũ aut potius patrẽ Menalcę per quẽ poeta intelligendus est. Equidẽ. i. ego quidẽ certe audierã Menalcã vestrũ. s. herum aut potius herilem filiũ, & ita propter vtrunq; parentem pluraliter loquať, aut quia Virgilio fuerant plures mercenarii, seruasse. i. recepisse sibi, carminibus. i. per carmina sua omnia sup. loca vt arua & pascua, ab ea sup. parte qua colles. i. monticuli incipiunt subducere se. i. dissolui in æquor, hoc est planos cãpos, & demittere. i. deorsum mittere, & relinquere iugum. i. summitatẽ molli cliuo. i. facili descensu, nec saxosa, vsq; ad aquã. s. Mincii fluminis & vsq; ad cacumina. i. summitatẽ phagi veteris (de qua dictum est, Tityre tu patule recubans sub tegmine phagi. vnde dicit iã fracta, quasi tunc cum sub vmbra iaceret nõ essent fracta, innuens per allegoriam nũc possessiones esse fractas quę per phagum vt illic dictũ est recte intelligũtur) iam ergo fracta. s. vi inuasoris potius q̃ vetustate. Nã quod dicit Veteris, pathos habet sicut ibi. Veteres migrate coloni, durum. n. est diu habita derelinquere, Respõdet Mœris. Audieras. s. Menalcã hoc est Virgilium ea omnia seruasse: & fama fuit, Sed o Lycida, nostra heri aut filii mei & mea (nam & ipse canit) carmina valẽt inter tela Martia. i. bellica & militaria signa tantum. i. intantũ. s. pręcise, hoc est & nõ amplius, quantũ dicũt. s. historiarũ aut augurii periti. colũbas chaonias. i. epiroticas, valere sup. veniẽte aquila. i. dũ aquila inuolat in eas quod nihil est, aut aquila veniẽte. i. dum aquila cõspicitur ab auguribus, quia vero rusticus licet augurii nõ imperitus, quia dictũ est ipsum etiã mage peritũ fuisse, tamẽ quia tali augurio fidẽ nõ adhibet, aut quia nõ suæ sed augurii authoritati innitiť, bene addit dicunt. Sensus aũt fm Mancinellũ est q̃ minus auguriũ per maius vincitur. Sed est nõ inepta nec extorta allegoria. Nam per chaonias columbas Iouis sacerdotes significãtur, per aquilã vero Romanorũ signa, sed columbæ Iouis quæ oracula dabant. i. mitia responsa Augu. Vnde dictum est, hic mihi respõsum pri. dedit &c. Parum valent contra aquilã. i. militarẽ violentiam. quod nimirũ prætendit.

PIERIVS.

¶Quoniam so. om. ver.)In anti. aliquot codi. fors, legitur, quod omnino tantundem est.¶Quod. n. b. v.)In Oblongo cod. numerus hic iambicus hemistichius est. Quod nec vertat bene. Molliq;. i. d. c.)In antiquis aliquot cod. dimittere. Sed hoc ex vicissitudinaria illa mutatione; qua. i. in. e, & e, in. i, passim abire videmus. Nam hoc loco sententia poscit demittere, legatur per e. ¶Vsq; ad aq. & v. i. fr. ca. pha.)Citatur a Quint. versus, apud quẽ non vno in codi. scriptum animaduerti, veteris Confracta c. f. Sed minime displicet, veteris iam aut Iam fracta, vtriq; enim ea particula adcommodari potest.

SERVIVS.

¶Quacunq;.)Subaudi ratione. Et bene augurii peritiam dat ei de quo supra ait, His ego sæpe lupum fieri, & se cõdere syluis Mœrim, sæpe animas imis excire sepulchris. ¶Nouas lites.)Magnas, id est militaria iurgia.¶Ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix.)Hoc ad auguralem pertinet disciplinã. Augures enim designãt spatia lituo: & eis dãt noia: vt prima pars dicatur casť antica, posterior postica: itẽ dextra & sinistra. Modo ergo cornicẽ de nulla harũ parte venisse dicit, sed ad antica ad sinistrã partẽ volasse: & in caua ilice consedisse: quæ res agrorũ damnũ significat, Ilex enim, glandifera arbor est: q̃ quoniam vitiosa est, vitium possessionis ostendit fore per milites clamore gaudentes & litibus, sicut Cornix. Nam hæc auis & clamore lætatur: & alias frequenter inuadit, Hoc

Quod nisi me quacunq; nouas incidere lites
Ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix:
Nec tuus hic Mœris, nec viueret ipse Menalcas.
{Heu cadit in quẽq̃ tantũ scelus? heu tua nobis Ly.
Penè simul tecum solatia rapta Menalca.
Quis caneret nymphas? qs humũ florẽtibus herbis
Spargeret? aut viridi fontes induceret vmbra?
Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper,
Cum te ad delicias ferres Amaryllida nostras.
Tityre dum redeo (breuis est via) pasce capellas,

Et potum pastas age Tityre: & inter agendum
Occursare capro (cornu ferit ille) caueto.
{Immo hęc, quę Varo nec dũ pfecta canebat. Moe.
Vare tuum nomen (superet modo Mantua nobis:
Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ:)
Cantantes sublime ferent ad sydera cycni.

Hoc ergo nunc dicit, augurio se esse admonitum vt abstineret ab occursu litigiosi militis, qui retenturus fuerat possessionem. ℱ Tuus Moeris.) Tuus amicus. ℱ Heu cadit in quenq̃ tãtum scelus?) Postquã audijt occidi potuisse Virgiliũ, quasi obstupuit. Hoc generaliter dicit, Potest in quenq̃ tantum scelus venire, vt Virgilium necare cõtendat? ℱ Pene simul tecum solatia rapta Menalca.) Cum suis enim solatijs perijt poeta. qui nec dum editis carminibus moritur. Virgilius autem illo tempore nondum aliquod opus scripserat. Et dicẽdo. ℱ Solatia.) latenter tempora carpit Augusti, quibus carmina non oblectamento fuere, sed solatio: quod infelicium esse consueuit. ℱ Quis humum florentibus herbis spargeret?) Sic est dictum, vt, Tunc Phaetontiadas musco circundat amaræ Corticis, atq; solo proceras erigit alnos. ℱ Fontes induceret vmbra.) Tegeret, cooperiret. ℱ Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper.) Rustica affectione reminisci se illorũ carminum fingit, quę aliquando a Virgilio, licet inuito Romam eunti abstulerat. nam. ℱ Sublegi) est furatus sum. Vnde & sacrilegus dicitur, qui sacra legit, id est furatur. ℱ Delicias nostras.) Id est communem amicam. ℱ Tityre, dum redeo (breuis est via) pasce capellas.) Theocriti sunt versus, ad verbum translati: sed tamen Virgilij negocium continentes. nam allegoricῶs imperat suis, vt rem tueantur: nec tamen audeant contra Arrij præceptũ venire. τί τυρ᾽ ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε βόσκε τὰς αἶγας καὶ ποτὶ τὰν κράναν ἄγε τίτυρε, καὶ τὸν ἐνόρχαν, τὸν λίβυκον κνάκωνα φυλάσσεο μή τυ κορύψῃ. ℱ Inter agendum.) Dum agis. Et honesta locutio est, si dicamus inter cœnandum hoc sum locutus. ℱ Necdum perfecta.) Nimiæ familiaritatis est signum, quod ei recitabat carmen nondum ad limam redactum. Dicit autem carmẽ, quod quasi cœperat in honorem Vari componere: & per trãsitum ponit diuersa schedia. ℱ Superet modo Mantua nobis.) Supersit, reddatur. Et hoc dicit, Si nobis Mantua fuerit reddita, faciam vt te celebrent omnes poetæ. ℱ Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ.) Bene ingemit Mantuanorum infelicitatem: quibus sola obfuit vicinitas Cremonẽsium. Nam Cassij, Bruti, & Antonij copias Cremonenses susceperant: quos etiam ipsos misere excusat, dicens, miseræ Cremonæ: quæ etiam si vellet, minime tantis copijs posset resistere. ℱ Nimium vicina.) Id est vsq; ad periculum. ℱ Vare tuum nomen.) Ordo est, Vare tuum nomen sublime ferent ad sydera. ℱ Cantãtes cygni.) Id est poetæ. sic Horatius de Pindaro, Muta Dircæum leuat aura cycnum.

MANCINELLVS.

❡ Quacunq;.) quomodocunq;. ℱ Nouas lites.) Probus scribit, q̃ vbi Maro amicorum beneficio promeruerat, vt agros suos reciperet, cõcitauit in se veteranos adeo, vt a Milone Torone primipi'ari penè sit interfectus, ni fugisset, hinc ait: Quod nisi me, &c. Sinistra. diximus in Tityro cornicem a sinistra facere ratum, coruum vero a dextra, vt refert Cice. propter cornicem igitur monitus Maro ab lite abstinuit. ℱ Fontes induceret.) Id est delectaret, inducere enim quandoq; delectare significat, vt etiã Nonius edocet. ℱ Viridi vmbra.) plantando, scilicet arbores iuxta. Potest & per hypallagem legi, vt dicat quod induceret viridem vmbrã fontibus. ℱ Vel.) sup. quis caneret carmina, &c. ℱ Tityre dum redeo.) Hæc carmina Menalcas amicam petiturus cecinerat, quæ postea Lycidas ei sublegit. ℱ Occursare capro.) Theocritus ait in iij. Tityre lasciuas virgultis pasce capellas, Post age muscosos fonteis has Tityre pastas. Interea occursare capro, qui venerat oris, Puniceo libycis, cornu ferit ille caueto. Immo hæc immo potius quis cecinisset hæc carmina, &c. ℱ Væ miseræ.) i. valde miseræ ob amissos videlicet agros. Væ autem particula in alijs vocabulis auget, in alijs minuit. hinc vehemens, & vegrande dicimus, & vesanos, & vecordes, Gellius author est lib. v. ca. xij. ℱ Superet nobis.) viua supersit ad nostra commoda non aliena.

Induco

ASCENSIVS.

❡ Quod nisi me, &c.) Multa quæ habentur inducunt me vt per Mœrim patrem Virgil. intelligam. rursumq; in eorum sententiam incidam quæ quod in prima dictum est. Fortunate senex ad eundem referunt, eo quod cum vterq; Maro etiam vterque Tityrus dici posset, vnde etiam illic inducitur augurij peritus dicens, Sæpe malum hoc nobis, si mens non læua fuisset, De cœlo tactas memini prædicere quercus. Vbi etiam secundum nonnulla exemplaria habetur hic versus, Sæpe sinistra caua prædixit ab ilice cornix, vt scilicet eundem agnoscas. Sed vt illum locum pretermittam, quę hic dicuntur manifestissime patri ipsius poetæ conueniunt, non enim mercenarij videtur litem dirimere, nec se (vt dicam) domino præponere si cut hic faciet Mœris, dicturus, Nec tuus hic Mœris, nec viueret ipse Menalcas. Præterea longe alienum videtur a mercenarij officio habere augurij peritiã, quæ patrifamilias vt homini libero optime competit. Cæterum si qua expositionis egent ex ordine patebunt, quem prius quam posuero Beroaldi in Seruium annotationem præmittam, quæ talis est. Virgilius vtpote omnium disciplinarum particeps omnis expers erroris legerat in augurum libris cornicem a sinistra parte ratum facere auspicium. Ideo sinistram cornicem appellauit, quasi a sinistra ratum facientem, nanq; vt Cicero scrib. in libris de diuinatione. Alijs auibus dextra, alijs læua datum est vt ratum auspicium faciant, & alibi. Cur a dextra inquit coruus, a sinistra cornix faciat ratum? Illud quoque Plautinum in asinaria huic sententiæ conuenit, Picus & cornix est a læua. Coruus porro a dextra, quod diligenter videtur Maro obseruasse, & facundissime transtulisse. Et hoc idem fortassis respexit Hora. sic scribens in carminibus, Teq; nec læuus vetet ire picus, Nec vaga cornix. Non est hoc in loco prætereundum id quod a Pli. traditur lib. x. videlicet Cornicem esse alitem inauspicatæ garrulitatis, a quibusdam tamen laudatam, hæc omnia a curioso interprete fuerant inuestiganda, & ad narrationem Virgiliani carminis publicanda. In eadem quoque Ecloga. illud frigidiuscule exponit. Quis humum florentibus herbis Spargeret, cum poeta, clanculum alludat ad carmen compositum in Daphnidis laudationem vbi iste versiculus legitur. Spargite humum folijs, inducite fontibus vmbras, hæc ille. ❡ Ordo est. Quod si cornix sinistra. i. a sinistra parte a qua ratum facit augurium volans nõ monuisset me, ante. i. prius ab ilice caua, in qua. s. sedebat incidere lites nouas. i. magnas & rusticis insuetas, quia cum militibus, nec hic tuus Mœris, hoc est nec ego, nec ipse Menalcas, scilicet filius meus dulcissimus musicus viueret. Ad quod Lycidas, heu cadit tantum scelus in quenq̃? i. an fieri potest vt quisq̃ tam scelestus viuere possit qui te & Menalcam interimat? heu o Menalca, fuerant ne sup. tua solatia. i. carmina solatiosa, penè. i. quasi, rapta. i. ablata tecum. Quis (si tu raptus esses) caneret nymphas: vt Galateam Amaryllida, &c. quis spargeret herbis humum florentibus, aut quis induceret. i. delectaret aut cooperiret fontes vmbra, hoc est, quis caneret carmina quibus ea fierent sicut Menalcas cecinit dicens, Spargite humũ folijs, inducite fontibus vmbras &c. quasi dicat, alius nemo id posset, in quo consistit laus poetæ, & ideo a Lycida non a patre dicitur, vel quis sup. caneret carmina quæ ego tacitus. i. occultus, & secretus, cum tu, scilicet modulans carmina tua notares sublegi. i. suffuratus sum tibi cum tu ferres te ad Amaryllida, appositorie nostras delicias. i. cum tu profecturus ad Amaryllida, hoc est Romam, dicebas ad mercenariũ tuũ, Tityre pasce capellas dum redeo, redibo autem propediem, quia breuis est via, id autem dicere solent heri abeuntes, ne absentia eorum seruos aut mercenarios negligentes efficiat, & o Tityre age. i. impelle sup. capellas, pastas. i. postq̃ pastæ sunt: potum. i. ad aquas vt potent, est enim supinũ a poto, & caueto inter agendum id est dum ages tu eas potum occursare. i. obuiam currere capro Theocritus dicit, coleato vt Aulus Gellius attestatur, sed qui vertit Maronem secutus caprum etiam dicit, Immo sup. potius dic quis caneret ea carmina quæ Menalcas canebat Varo. nec dum perfecta, id est q̃uis nondum perfecta essent, per quod ostẽditur magna amicitia inter vtrunq;, cum etiam imperfecta ei recitaret carmina. Ea autem sunt, O Vare cycni cantantes. i. poetę, habet tamen nescio quid veneris ac gratię plus q̃ si poetas diceret, ferent sublime. i. in altum vt cycni volant, ad sydera, tuum nomen, modo. i. si modo aut dummodo Mantua superet. i. voti sui compos fiat. Mantua inq̃ nimium vicina Cremonæ, væ miseræ. i. nimiã miseræ & miserabiliter afflictæ, vnde videtur hic vna esse dictio væmiseræ quod & Mancinellus sentit. Siquis duas censuerit. Ordo est. O Mantua nimium vicina Cremonæ, væ tibi sup. miseræ sed concinnior est ordo prior.

PIERIVS.

❡ Necdum perfecta.) Codices aliquot antiqui. Nondum perfecta, legunt, sed necdum, magis acceptum.

Seruius

Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos: Ly.
Sic cythiso pastæ distentent vbera vaccæ,
Incipe, si quid habes. & me fecere poetam
Pierides, sunt & mihi carmina, me quoq; dicunt
Vatem pastores, sed non ego credulus illis.
Nam neq; adhuc Varo videor, nec dicere Cinna
Digna, sed argutos inter strepere anser olores.
Id qdẽ ago, & tacit' Lycida mecũ ipse voluto, MOE.
Si valeam meminisse: neq; est ignobile carmen.
Huc ades o Galatea: quis est nam ludus in vndis?
Hic ver purpureum, varios hic flumina circum
Fundit humus flores: hic candida populus antro
Imminet, & lentæ texunt vmbracula vites.
Huc ades. insani feriant sine littora fluctus.

SERVIVS.

❡ Sic tua Cyrnæas fugiãt examina taxos.) Taxus venenata arbor est, quæ abundat in Corsica. hęc autem insula grece Cyrne dicitur. Vnde fecit hanc deriuationem Cyrnæas taxos, quibus pastæ apes, mel amarissimum faciũt. ℱ Distentent vbera.) Plurimum lactis reportent. ℱ Me quoq; dicũt vatem pastores.) Magna verecundia suum meritum extenuat. Nec enim ait, pbant, sed dicũt: nec docti, sed pastores: quibus tamẽ ipse non credo. ℱ Vario videor.) Vari' poeta fuit, de hoc Horatius, Varius dicit molle atq; facetũ. Item Scriberis Vario fortis, & hostium victor. Nam Varus dux fuit, cui supra blandit. ℱ Cinna digna.) Etiam Cinna poeta optimus fuit, qui scripsit Smyrnam: quem libellum decem annis elimauit. ℱ Sed argutos inter strepere anser olores.) Argutos canoros: vt, Forte sub arguta consederat ilice cornix. Et alludit ad Anserem quendam Antonij poetam, qui eius laudes scribebat, quem ob hoc per transitum carpsit. De hoc etiam Cicero in Philippicis dicit, Ex agro Falerno anseres depellantur. ipsum enim agrum ei donarat Antonius. ℱ Id quidem ago.) Id est vt carmen in memoriã possit redire. ℱ Si valeam meminisse.) Vt etiam in Æneide diximus, ideo ista iunxit tempora, quia defectiuum est verbum memini. ℱ Huc ades o Galatea.) Theocriti versus sunt, ὦ λευκὰ γαλάτεια, τί τὸν φιλεῦντ᾽ ἀποβάλλῃ, quibus inducit Cyclopẽ usum, cum in scopulo sedens, amicam suam Galateam de fluctibus inuitaret ad terram. Cyclops enim dicitur Nympham amasse Galateam: quæ cum quendam Acin pastorem amaret, & Polyphemum sperneret: ille iratus Acin necauit: qui postea Galateæ miseratione in fontem mutatus est: qui hodie latine Acilius dicitur. ℱ Quis est nam ludus in vndis?) Hic ver perpetuum, varios hic flumina circum, Fundit humus flores. Ad maiorem terrarum laudem dicit in mari nullam esse voluptatem, nam hęc est plena laus, quæ contrariarum rerum continet vituperationem. ℱ Insani fluctus.) Id est magni: vt, Insano iuuat indulgere dolori vel labori.

MANCINELLVS.

❡ Cyrnæas.) In Ligustico mari est Corsica, quam Greci Cyrnon appellauere, sed Tusco propior a septentrione in meridiem proiecta. Plini. scribit libro. iij. Plura tamen meminit. Diodo. lib. vj. ℱ Taxos.) De taxo legito Plini. lib. xxvi. ℱ Cythiso. vide superius. ℱ Cynna.) Sueto. etiam meminit in libello de grãmaticis, de Cinna poeta, referẽs quoq; hoc illius carmen. Sæcula permaneat nostri doctrina Catonis. Ser. addit illum composuisse Smyrnam, & Tranquil. in dicto libello scribit Crassitium commentario Smyrnæ edito adeo inclaruisse, vt hæc de eo scriberentur. vni Crassitio se credere Smyrna probauit. ℱ Id quidem ago.) vt incipiam. s. Dixerat enim Lycidas, incipe, si qd habes. ℱ Huc ades o Galatæa.) Fuit hæc maris nympha Nerei & Doridis filia a Cyclope Polyphemo adamata: de quo late apud Ouid. lib. xiiij. vnde eam vocans apud illum ait, Iam modo cœrulę nitidum caput exere ponto. Iam Galatea veni, nec munera despice nostra. Theocritus autem Eclo. vj. id omne prius descripserat. Appianus autem in lib. qui Illyrius inscribitur ait, e Polyphemo Cyclope, & Galatea tres filios extitisse, Celton, Illyrium, & Gallum, eosq; ex Sicilia pgressos. Celtis, & Illyrijs & Galatis ab ipsis cognomen assumentibus imperitasse. ℱ Insani.) furentes.

ASCENSIVS.

❡ Sic tua, &c. Lycidas illectus fragmento carminis in laudem Vari decantat & Mœrin nũc recitãti ardet desiderio plura ab eo audiendi, vnde precatur suppliciter dicens cum obsecratione. Sic tua, &c. Sic autem particula precantibus aptissima est, vt apud Flaccum in primo carminum. Sic te diua potens Cypri, sic fratres Helenæ lucida sydera, Vẽtorumq; regat pater. & Eclo. sequenti, Sic tibi cum fluctus subter labere Sicanos, Doris amara suam nõ intermisceat vndã. Obsecrat præterea per summã rusticorum spem: ne ille causetur se nolle indigna canere, aut tam aurea carmina recensere dicit, & me fecere poetam, &c. Plus autem est vatem esse q̃ poetam, quia omnis vates poeta, sed nõ e diuerso, qui eni sine diuino furore ac diuinãdi dono elegãtia carmia facit poeta vtcũq; dici potest, sicut Comicus dicens, Poeta cum primum, &c. nõ tamen vates, vnde fatetur se factum poetam, dictumq; vatem. sed nõ credere dicẽtibus tm̃ de se. Quibus inductus Mœris conatur ad memoriam reuocare carmina. adducitq; fragmentum carminis amatorij quod summa arte fit, ne ex composito omnino poeta rem suam agere videatur. ❡ Ordo est. Sic, sup. precor vt tua examina. i. fœturę apũ tuarum fugiant taxos. i. amarissimas arbores Cyrnęas. i. corsicæ e quibus quę non necentur mel insipidum referent, & precor vt vaccæ, sup. tuæ pastę cythiso. i. frutice succoso & dulci, distentent. i. multum impleant, vsq; ad distentionem, videlicet vbera, sup. sua, sic, sup vt canes, sed malim vt comprecatiua sit particula, incipe si quid habes, sup. carminis ad manum quia ne me forte putes indignũ qui carmina tua audiam. Pierides. i. musæ fecerunt, & i. etiam me poetã & carmina sunt mihi. i. & habeo etiam carmina, & pastores dicunt me quoq; vatẽ. i. diuinũ poetã: sed ego nõ sup. sum, credulus illis. Nam ego neq; videor adhuc dicere digna Vario, nec Cinna, id est quæ comparentur illis optimis poetis: sed videor strepere anser. i. vt anser poeta, aut potius auis, inter argutos. i. canoros olores. i. cycnos: hoc est suauissimos poetas. Respondet Mœris. Quidem. i. certe: ego ago. i. conor & meditor incipere, & pro. i. o Lycida: ipse. i. ego tacitus. i. tacens voluto. i. reuoluo: & agito mecũ si valeam meminisse. i. ad memoriã reducere carmen. i. quod incipere paro, neq; est ignobile. i. aut dignum quod noscaſ quia insigne, aut satis notum: deinde quasi iam eius in mentẽ venerit incipit carmen Polyphemi ad Galateã. o Galatea: ades. i. accedas huc. i. ad me: nam quis ludus. i. quæ voluptas. (Intelligit autem Veneream) est in vndis? q. d. nulla: & contra hic. i. in terris est ver purpureum. i. tempestas verna purpureis floribus ornata, & humus fundit hic circum flumina varios flores. & populus candida. s. in cortice: imminet hic antro. i. in antrũ declinat, vnde & placidum congressum habere posset in vmbra populea, & rem Venereã in antro & vites lentę. i. flexibiles.) Dixit alibi Aspice vt antrum Syluestris raris sparsit labrusca racemis: intelligit ergo labruscas, texunt. i. contextæ, aut ex contextu suo efficiunt vmbracula. i. vmbrarũ receptacula. Huc inquã ades o Galatea, & sine. i. pmitte, vt sup. fluctus. i. aut magni, aut rabidi & furentes, aut ideo insani qa littora percutiẽtes se potius illidũt, nec quicquam cõmodi aut sibi aut littoribus faciunt. aut insani. i. insensati, nõ absurda tamen est Seruiana expositio. i. magni, qa vehemens sensibile aut obiectum corrumpit sensum, & ideo quia pro voluptate dictũ est in Daphnide. Nec percussæ iuuant fluctu tam littora, Nec quæ Saxosas inter decurrunt flumina valles: ne temperati fluctus voluptatẽ pariant. dicit sine vt insani fluctus. i. magni & vehemẽtes feriãt. i. percutiãt littora: hoc aũt dicit quasi Galatea nympha eos impediret, & ita tristi ministerio addicta sit. Bona est phantasia, quia senex difficulter meminerit eius carminis. aut quia adolescentiæ potius quadrat cum de amoribus sit, ad quos senectus inutilis est, quia Frigidus in Venerẽ senior. aut quia vt dicet, Omnia fert ætas animum quoq;, &c.

PIERIVS.

❡ Distentent vbe. vac.) Sunt codices anti. in quibus, Distendant, legitur. Sed distentent pleniorem ostendit vbertatem.

Quid? quæ te pura solum sub nocte canentem L y.
Audieram? numeros memini si verba tenerem,

SERVIVS.

❡ Pura sub nocte.) Serena, ℱ Numeros memini.) Metra, rhythmos. ℱ Daphni, quid antiquos signorũ suspicis ort' a Ecce Dionęi processit Cęsaris astrũ.) Cũ Augustus Cęsar ludos funebres pri celebraret,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Daphni, qđ antiquos signorū suspicis ortus? MOE.
Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum:
Astrum, quo segetes gauderent frugibus: & quo
Duceret apricis in collibus vua colorem.
Insere Daphni piros: carpent tua poma nepotes.
Omnia fert ętas, animum quoq; sæpe ego longos
Cantando puerum memini me condere soles.
Nunc oblita mihi tot carmina, vox quoq; Mœrin
Iam fugit ipsa: lupi Mœrin videre priores.
Sed tamen ista satis referet tibi sæpe Menalcas.

die medio stella apparuit: ille eam esse confirmauit parētis. vnde sunt versus isti compositi. ¶ Dionęi) autem, longe repetitum est, a matre Veneris Dione. Sanè astrum græce dixit: nam stellam debuit dicere. ¶ Quo segetes gauderent frugibus.) Ad mēsem alludit Iulii: qui dictus est in honorem Cæsaris: quo & vuæ & frumenta matrescunt. ¶ Carpent tua poma nepotes.) Ac si diceret, Nihil ē quod possis timere, nam illud respicit quod supra inuidiose ait, Insere nunc Meliboee piros pone ordine vites: Ite meæ quondam felix pecus, ite capellæ: Non ego vos posthac viridi proiectus in antro Dumosa pendere, pcul de rupe videbo. ¶ Omnia fert ætas.) Id est aufert. nam intelligamus eum subito obticuisse: nec quod cœperat, implere potuisse. ¶ Animum quoq;.) Etiam memoriam. ¶ Longos soles cantando.) Id est æstiuos dies finire: vt Treis adeo incertos cæca caligine soles. ¶ Condere.) Finire, vsque ad occasum ducere. ¶ Lupi Mœrim videre priores.) Hoc etiam physici confirmant, quod voce deseratur is quem prior viderit lupus. Vnde etiam prouerbiū hoc natum est, Lupus est in fabula: quoties superuenit ille de quo loqmur, & nobis sui presentia amputat facultatem loquendi.

e Erasmi Chiliadas f. 259.

MANCINELLVS.

rhithm* ¶ Quid?) Cur non memoras. ¶ Numeros.) id est rhithmos, teste Fabio libro nono. Est autem rhithmus authore Diome. versus imago modulata seruans numerum syllabarum positionē sæpe, sublationemq; continens. ¶ Si.) Id est vtinam. ¶ Signorum.) id est Signa. syderum: nam vt scribit Varro libro tertio. Signa dicuntur eadem & sydera, signa vero, quod aliqd significent, vt Libra ęquinoctium, sydera quæ insidunt. ¶ Dionei Cæsaris.) Id est Venerei, Dionę*. Cæsar. ex Venere enim ortus est Æneas, inde Ascanius, a quo Iulus, cui regni loco apud Albam sacra est potestas attributa, atq; honor, cuius familia fuit maxima, atque clarissima omnium, author est Diony. libro primo. Ex eadem familia, Iulius Cæsar est, vnde & Maro ait, Iulius a magno demissum nomen Iulo, quod Iulius. non de Ascanio intelligendum est, sed de Iulo Ascanij filio, qui magnus fuit quantum ad sacram potestatem, & honorem, vt ostendimus. vtq; Cicero in libro de natura deo. scribit. Venus tertia filia fuit Iouis & Diones. ¶ Cæsaris astrum.) Cæsar in deorum numerum relatus est. Siquidem ludis, quos ei hæres Augustus edebat, stella crinita per septem continuos dies fulsit, exoriens circa vndecimā horam. Creditumq; est animam esse Cæsaris in cœlum recepti. & hac de causa simulachro eius in vertice addebatur stella, author est Tranquil. ¶ Astrum.) De astro sydere & stella, legito Macrobium libro primo de som. ¶ Gauderent frugibus.) Allusio est ad Iulium mensem in Iulij Cæsaris honorem sic appellatum, cum esset Quintilis, eo autem mense, & fruges maturæ sunt, & vuæ maturescunt. ¶ Processit.) apparuit. ¶ Segetes.) De his & frugibus in principio Georgi. videto. ¶ Animum quoque.) Mentem ipsam, quod in senioribus apparet, hinc Iuuenalis ait Saty. x. Sed omni membrorum damno maior dementia, quæ nec Nomina seruorum, nec vultum agnoscit amici. Orbilio idē Beneuentano, vt scribit Tranquillus euenit. Nam vixit prope ad centesimum ætatis annum, amissa iampridem memoria, quod versus Bibaculi docet, Orbilius, vbi nam est litterarum obliuio? ¶ Condere.) Abscōdere. ¶ Longos so.) tardius occidētes, hinc longos dies accepimus. ¶ Priores.) De lupis videto Ecloga præcedenti.

ASCENSIVS.

¶ Quid? quæ te pura.) Lycidas familiaris ipsius Mœris iuuenili memoria præditus, reducit seni ad memoriam carmen Menalcæ, hoc est Virgilij, quod dicit. Mœrim aliquando sub nocte cecinisse, aspiciendo videlicet sydera. In qua re mira est subtilitas quasi vero non iam solum ex composito, sed etiam domi cum ociosus esset, solitus esset decantare carmina in laudem Cæsaris a Virgilio confecta. Reductus ergo ad memoriam repetit carmen de Cæsare, nec perficit & senij & mœroris præsentis mole confectus. Vnde non valens plura meminisse, dicit, omnia fert ætas, &c. Vbi dicit Ser. fert, id est aufert. Horatius tamen accepit Ferre. ferunt, pro eo quod est afferunt, dicens in arte, Multa ferūt anni venientes commoda secum: Multa recedentes adimūt, &c. verum simplex neque affert, neq; auferre per se significat, sed vtrunque per respectum, verbi gr͞a ferat rusticus agnū, & sit in medio viæ donec ad me peruenerit, afferre dicet. & vbi ptransierit auferre, semper tamen vniformiter feret, sic tempus fert omnia quæ in eo fiūt, quia Tempora labuntur more fluentis aquæ, vita autem nostra virilis est quasi in medio cursu nostro persistens. eo vsq; ferunt anni, id est afferunt nobis & animi & corporis vires, sed pertranseuntes auferunt eas, quia ergo medium vitæ transgressus est Mœris dicit, omia fert, hoc est secum fert, & ita quia vita me deserit, aufert mihi omnia commoda iuuentę, etiam animum, in quem tamen mirum est quomodo tempus habeat imperium, nisi quia organis pellucet, & secundum eorum dispositionem, aut perspicit aut caligat. Vox quoq; Mœrim. Iam fugit ipsa. Contra Cicero de senectute. Defendi legem voconiam magna voce, bonisq; lateribus. Et videtis annos meos. ¶ Ordo est. Quid? id est cur & ad quid, supple non memoras ea quæ ego audiueram te canentem solum, id est cum tu caneres, & esses solus, sub nocte pura, id est suda & serena contemplans, videlicet astra, & ita memor factus astri Cæsarei, ego memini numeros, id est modulos cantus si, id est vtinam aut si tenerem verba, supple vt numeros dicerem tibi, hoc audito incipit Mœris idem carmen repetēs memorans, videlicet quid sub nocte solebat canere. Canebat autem, Daphni, quid, id est quid suspicis, id est suasum inspicis, sicut illic. (Attenuati sunt oculi mei suscipientes in excelso) antiquos ortus signorum, id est ortus signorum antiquorum, aut antiquos, id est solitos ortus signorum cum sit nouus ortus admirandus. vnde addit. Ecce (quod in re subita & miranda poni solet. Astrum, id est sydus Cæsaris Dionæi, id est a Dione orti. Vnde Venus cuius sydus clarissimum processit orta est.) Astrum, inquam, quo segetes, id est herbæ satæ gauderent frugibus. i. implerentur granis (id autem fit in Iulio) & quo vua, id est botrus, racemus duceret, id est attraheret colorem, scilicet purpureum: hoc est maturescet in collibus apricis, id est soli expositis nihil vmbræ habentibus. O Daphni, insere piros, quia nepotes, id est posteri tui, carpent poma tua, id est arboris per te insitę: volebat plura dicere, sed nequibat oblitus præ senio & curis, longe autem plus est, quam si multa caneret: omniaq; repetisse cōfiteretur: tunc enim non videretur tot carmina Virgi. in laudem Cæsaris & Augusti cecinisse. Videtur enim hoc secundum ad laudem Augusti pertinere, qui agros reddiderat, quibus habitis cū spe perpetuę possessionis dixerit Maro. Insere Daphni piros, sicut contra Melibæus in prima profugus per amaritudinem dicit. Insere nunc Melibœe piros, pone ordine vites, &c. Sciet autem lector imperitus versuum istius & aliarum Eclogarum quosdam vocari cantilenas quia sunt mera carmina, vt, Tityre dum redeo. &, Huc ades o Galatea. &, Daphni quid antiquos. &, Insere Daphni, &c. quosdam autem rem narrare: qui pro se orationis munere funguntur: vt sequentes, omnia fert ætas: non enim eos vt cantilenā recitat: sed interceptus obliuioni. docet se non amplius posse, dicens quia ætas, id est longæuitas vitæ fert, supple secum: hoc est aufert nobis omnia, scilicet iuuētutæ bona quoque, id est etiam animum, id est memoriam & mentem ipsam nedum corporalia: ego memini me puerum, id est cum essem puer, condere, id est abscondere cantando, soles longos, id est diu super hemisperium nostrum apparentes, & tarde occidentes, hoc est cantasse donec sol in longis diebus occideret & conderetur per interpositionem terræ, vt Seruius dicit. Condere, id est finire) sicut in primo Æneidos, Ante diem clauso componet vesper Olympo. aut vtrunque enim tractum est a fabris, qui dum componunt, aut condunt materiam, paratum opus absoluunt: vnde & carmina componere & condere dicuntur qui ea absoluunt) longos soles, id est dies æstiuos, & id quoque in gratiam Iulij & Augusti quasi tunc lætior cecinerit quando magni menses illi processere, Nunc tot carmina. supple sunt oblita mihi, id est a me aut in dānum meū. Et quoq;, id est etiam ipsa vox fugit, id est deficit & deserit Mœrin, id est me: sed plus ponderis est in pprio nomine, quasi

dicat, illū nobilem cantorē, & id emphaticos. Lupi videre Mœrim priores, id est prius q̄ ab eo viderentur, & ita (vt eorum dicitur esse natura) fecerunt Mœrim raucescere, hoc est credo φ lupi viderint me priores, quia sic raucescovt qui ab eis prius visi dicuntur. Sed tamen, id est quamuis ego amplius non possim: Menalcas referet tibi satis sæpe, ista, scilicet quæ desideras carmina, aut sic, sed tamen ista satis, supple sint, quia Menalcas referet sæpe tibi, supple ea, Patet manifeste, φ sub etiam temporis nō semper accusatiuum postulat, vbi, scilicet est statio & quies, vt hic sub pura nocte, id est in ipsa nocte. Addi potest regula, Quia plurima deponent alia actiue significātia q̄ olim communia fuerūt, vnde hic passiue dixit, Oblita mihi tot carmina.

Causando nostros in longum ducis amores. Ly.
Et nunc omne tibi stratum silet ęquor: & omnes
(Aspice) ventosi ceciderunt murmuris aurę.
Hinc adeo media est nobis via: nanq; sepulchrum
Incipit apparere Bianoris. hic, vbi densas
Agricolæ stringunt frondes: hic Mœri canamus.
Hic hœdos depone: tamen veniemus in vrbem.
Aut si nox pluuiam ne colligat ante veremur,
Cantantes vt eamus: ego hoc te fasce leuabo.
Desine plura puer: & qđ nūc instat, agamus. MOE.
Carmina tum melius, cum venerit ipse, canemus.

SERVIVS.

¶ Causando nostros in longum ducis amores.) Causas nectendo, differs nostra desideria. ¶ Tibi.) In tuā gratiam. Et hoc dicit, Vt possis canere. cuncta siluerunt. Quod quidem ex Theocrito sumptum est, τὰ δ' ἐνὺν καλὰ κύματα φάνω ἄσυχα καχλάροντα. ¶ Bianoris.) Hic est q & dictus Ocnus ē de quo ait in decio, Fatidicæ Mantus & Tusci filius Amnis. Conditor Mantuæ dictus est Bianor: quasi animo & corpore fortissim⁹. ἀπὸ τῆσ βίασ καὶ ἀνορέασ. ¶ Stringunt frondes.) Amputant, decutiunt. Ipse in Georgicis, Sed tamen & quernas glandes tunc stringere. ¶ Tamen venimus in vrbem.) Etiam si paululum quirscentes dederimus operā cantilenę. ¶ Nox pluuiam ne colligat ante, veremur.) Aer enim aut ortu Solis, aut cū occasu mutat̄ frequēter: quod in Æneide etiam sæpius indicat. ¶ Vsq; eamus.) iugiter eamus, sed. ¶ Cantantes.) ita enim minorem itineris sentiemus laborem. ¶ Hoc te fasce leuabo.) Si cantantes ierimus, hœdorum te onere ipse releuabo. Nam fascem ait onus. Sic in Georgicis, Iniusto sub fasce viam dum carpit. ¶ Desiue plura puer.) Ac si dicrret, Nimij desiderij es. ¶ Quod nūc instat agam⁹.) Nos centurionem placemus: nam canere ociosorū est. ¶ Cum venerit ipse.) Vel Virgilius, cuius aduentu sperabat securitatem: vel ipse Augustus, qui Actiacis bellis erat occupatus.

MANCINELLVS.

¶ Causando.) Causas nectendo. Bianoris is aliter Ocnus dictus est, filius autem Mantus Fatidicę, qui a matris nomine Mātuam appellauit, authore Virgi. lib. x. dicens, Ille etiam patris agmen ciet Ocnus ab Oris Fatidicæ Mantus, & Tusci filius amnis, Qui muros matrisq; dedit tibi Mantua nomē, Dicitur autem Bianor a bia, quod est vis seu violentia, & ante vir. Stringunt, excidunt authore Nonio. Minus via lædet. Comes facundus in via pro vehiculo dicebat pub. vt Gel. & Macrob. scri. ¶ Desine plura.) Lycidam arguit tanquā leuæ voluptatisq; vanæ cupidum. ¶ Puer.) & diastole figura, in er. ¶ Instat.) Vrget imminet. s. vt. s. nostrorū agrorum possessori hœdos istos mittamus venię gratia. Ipse Menalcas. i. Virgilius vt agros recipiat.

ASCENSIVS.

¶ Causando puer auidus cantilenæ quo Mœrim minus posse videt eo vrgentius instat. Ea enim est hominum natura: quia nitimur in vetitum semper cupimusq; negata. Moleste ergo patitur φ ille senium suum excusat. vnde dicit. O Mœri tu ducis in longum, id est protrahis & differs: nostros amores, id est res quas summe amo causando. i. annectendo causas i excusationē, excusando, quia reus dū causas dicit, purgat se. Aut sensus esse potest: vt quia puer non audet dicere eū odiosum, ac molestum esse causationibus suis dicat verecunde tu ducis in longū nostros amores, id ē non pateris vt te nunc amem quia excusationes tuæ displicent, & is qdem sensus argutior est. Et, i, tamen quāuis canere recusas omne æquor. i. locus ęquus siue in mari, siue in terra stratum, i. sedatum & ęquatum, silet tibi. i. in gratiā tuā. i. quia nullus est ventus: certum est ęquor sterni, & ita tam in mari q̄ in terris est amœnitas. Aut enim Padum ęquor vocat respectu Mincij, aut ex tranquillitate Padi indicat tranquillitatē maris Adriatici quod illinc videre non potest, neq; de alia vrbe quam de Mantua loquitur, cum dicat sepulchrum Bianoris apparere, & pro. i. omnes auræ ventosi murmuris. i. procellæ aut commotiones quas ventus facere solet, cecidere, id est sedatæ sunt. Hinc est adeo. i. omnino & ad id quod expetitur vt sit: media via nobis, id est nos peregim⁹ medium itineris cum simus in media via: nam sepulchrum Bianoris, id est Ocni filij Fatidicæ Mantus incipit apparere, & agricolæ stringunt, id est abstrahunt aut excidunt tibi, id est ad solamen tuum: hic frondes densas, id est luxuriantes, vnde posset in prima dictum intelligi de rustico. (Hinc alta de rupe canet frondator ad auras.) o Mœri canamus hic, depone hic hœdos, scilicet quos ad Arrium fers. tamen, id est tametsi si requieueris modicum nos veniemus in vrbem, sup. tempori, ac satis tempestiue, aut si nos veremur ne nox colligat ante, id est priusquam peruenerimus ad vrbem, pluuiam quæ vehemētem serenitatem sequi solet: licet, id est licitum est vt eamus vsq;, id est semper cantantes: quia via lædet, id est offendet & fatigabit nos minus, scilicet quam si tristes incederemus, quia vt est in mimis Publij, Comes facundus in via pro vehiculo est, vt autem eamus cantantes, i, vt tu cantes: ego leuabo te hoc fasce, id est portabo hœdos tuos. Ad hoc Mœris reprimēs auiditatem pueri. O puer desine plura, sup. expetere a me, & agamus quod nūc instat. i. vrget nos, id est proficiscamur ocyus. Nos canemus melius carmina, tum, id est tunc: cum, id est quando: ipse. s. cuius mentionem fecimus, aut nobilissimus musicus, aut caput lętitiæ nostræ, aut author carminū nostrorū: Menalcas. s. venerit videlicet ab vrbe Romana, quo profectus est pro recuperandis iterum agris suis.

ECLOGÆ NONÆ FINIS.

ARGVMENTVM ASCENSIANVM IN GALLVM, QVÆ EST DECIMA ET VLTIMA ECLOGA.

Vltima (quę decima est) canit Ecloga depereuntem
Ah misere, & fœde nimium te Galle Lycorim.

ASCENSIVS.

Vltima (quæ, &c.) In hac vltima Ecloga canit Maro amores Galli poetæ eximij in Citheridem, quam hic Lycorim vocat: quam immutatam permisit Augustus. licet Gallum oderit: qa in decus Galli cedit φ tam misere amauit libertinę conditionis mulierem Antonium postea secutam. De Gallo autem Seru⁹ & Mācinellus ad principium Eclogæ satis dicent quidem est ex parte in laudem Galli in re poetica: quem & musis curæ & sibi cordi esse poeta prædicat. ¶ Ordo versiculorū meorū est. Vltima Ecloga, quæ decima est: canit te Galle depęreuntē, id est amantem vsq; ad deperditionem: ah nimium misere, id est afflictim & fœde, id ē turpiter Lycorim, puellam illam libertā olim Volumnij, quę & Citheris vocata est, sed solent puellis amatis nomina mutari, vnde sunt Delia, Corynna, Lesbia, &c.

li in

Virgi.

DECIMA ET VLTIMA ECLOGA QVÆ DICITVR GALLVS. LOQVITVR POETA, SED NOMINE PASTORIS.

POETA.

EXtremum hunc Arethusa mihi concede laborem.
Pauca meo Gallo, sed quæ legat ipsa Lycoris:
Carmina sunt dicenda, neget quis carmina Gallo?
Sic tibi, cum fluctus subter labere Sicanos:
Doris amara suam non intermisceat vndam:
Incipe: solicitos Galli dicamus amores,
Dum tenera attondent simæ virgulta capellæ.
Non canimus surdis, respondent omnia syluæ.

SERVIVS.

EXtremum hunc Arethusa mihi concede laborē.) Gallus ante oēs primus Ægypti præfectus, fuit poeta eximius, nam & Euphorionē (vt supra diximus) transtulit in latinum sermonem & amorum suorū de Cytheride scripsit libros quatuor. Hic ꝓmū i amicis Augusti Cęsaris fuit, postea cū venisset in suspicionem quod cōtra eum coniurasset, occisus est. Fuit autem amicus Virgilii, adeo vt quartus Georgicorū a medio vsq; ad finem eius laudes teneret: quas postea iubēte Augusto in Aristæi fabulā cō mutauit, Hic Gallus amauit Cytheridē meretricē libertā Volumnij, q̄ eo spreto, Antoniū euntem ad Gallias est secuta: propter quod dolorem Galli nunc videt cōsolari Virgilius. Nec nos debet mouere, quod cū mutauerit partem quarti Georgicorum, hanc Eclogam sic reliquit. Nām licet consoletur in ea Gallum, tamen altius intuenti vituperatio est, nam & in Gallo impatientia turpis amoris ostenditur: & aperte hic Antonius carpitur inimicus Augusti, quē cōtra Romanum morem Cytheris est in castra comitata. ¶Extremum laborem.) Non quod mihi laboriosum est (nam scribere, apud poetas lusus est: vt, Et ipsum, Ludere quę vellem calamo permisit agresti) sed rem tibi laboriosam, scilicet vt Nympha virginitate gaudens præstes de amoribus cantilenam. Vnde & rogat dicens. ¶Concede). Et verecunde pauca postulat, & eam adiurat etiam. ¶Sic tibi cum fluctus subter labere sicanos.) Per Arethusam autē Musam Siculam. i. Bucolicum Theocritū inuocat carmē. Sanè Arethusa secundum latinitatem in penultima habet accentum: secūdum rationem græcam, in tertia a fine, sic vt Creu'sa, & Cre'usa. ¶Pauca

¶Pauca meo Gallo Non ad cæterarum Ecloga, rum cōparationem: sed pauca quātum ad Galli pertinet scripta, quæ (vt supra diximus) de suo amore composuit. ¶Sic tibi cū fluct⁹ subter labere Sicanos.) Varia enim opinio est. Nam alij dicūt ad Arethusam nympham Siciliæ, Alphęum de Elide venire per maria: secūdum quos alibi dixit, Alphęum fama est huc Elidis amnem. Occultas egisse vias subter mare. Alij dicunt ipsam Arethusam iam in fontem mutatam Alphęum fugere, & de Elide ad Siciliam venire: quod nūc est secutus. ¶Doris amara.) Mater nympharum est: quā pro mari posuit. ¶Solicitos.) Solicitatos, plenos solicitudinis post Cytheridis abscessum, quā Lycorim vocat. Fuerunt autem vno tēpore nobiles meretrices tres: Cytheris, Origo, Arbuscula. Horatius, Explosa Arbuscula dixit. Idem, Vt quondam Marseus amator Originis, ille Qui patrium mimę donat fundumq; laremq;. ¶Simæ.) Græcum nomen est. id est pressis naribus. Vnde & simias dicimus: quod epitheton Theocritus dat ꝓcipue apib⁹. ὥστε τιν αἰ σιμαὶ λιμανόθεν φέρβοι ἱ δίσαι κηδρον ἐς ἀδίαν μαλακὰς ἐνθέσσι μέλισσαι. ¶Respondent omnia syluæ.) Per Echo, id est vocis imitationem solamur.

PROBVS.

¶Arethusa, Fons in Sicilia, a quo musam videtur cognominare quoniam Bucolica carmen siculum, vel quia amoris causa Alphęus Pisæ fluuius per mare defluens in eam conuenit.

MANCINELLVS.

¶Extremū hunc.) De Gallo poeta satis Ecloga. vj. iam diximus secundum Eusebium, Strabo etiam lib. xvij. scri. Cornelio Gallo Ægypti

Ægipti prouinciam a Cęsare Augusto primum cōmissam fuisse. Suetonius quoq; meminit, Cornelium Gallum ad præfecturam Ægipti ex infima fortuna fuisse ab ipso Augusto prouectū, quē postea res nouas molientem damnandum senatui tradidit, itaq; & accusatorum denunciationibus, & senatusconsultis ad necem compulit: Scribit Eusebius, vt ante etiam narrauimus, q Gallus anno ętatis suę quadragesimo tertio propria se manu interfecit. addit Seruius hunc scripsisse libros quatuor de Cytheride olim Volumnij liberta, & a se amata, quam alio noīe Lycorida appellauit, demum eo contempto Antonium in Galliam secuta est, hinc eum Maro solari pręsenti carmine voluit, nam sibi iunctus amicitia fuerat, cum, vt ante dixi, Cęsari cōmendatus ab illo, agrū receperit. ¶Arethusa.(Fons est Syracusius testibus Plinio, Soli. & Strabone lib. vj. quæ in pelagus fluuiū statim emittit, hūc ipsum Alpheum esse traditum est in fabulis, qui cum in Peloponneso sumat originem, per mare sub terram vsq; ad Arethusam fluenta perducit, deinde hoc ex loco emergens rursus excurrit in pelagus, hæc & plura Stra. Naso etiam lib. v. Meta. multa. & Diodo. lib. xxj. Arethusam, propter Theocritum nympham inuocat, qui Syracusius fuit vti Eclo. iiij. & vj. narrauimus. ¶Extremum laborem.) Extremum carmen per quod inuit toto opere Arethusam præfuisse sibi, quod quidem ita est: nam vbiq; Theocri. vt patuit imitatus est. ¶Doris amara.) Hæc nympha fuit Oceani filia & Tethyos, vt scri. Hesio. quę Nereo fratri, iuncta est vxor, a quibusdā interpretatur amaritudo, quæ Nereum, hoc est mare a Nereos, quod est aqua, dictum semper consequit, hinc sæpe a poetis Doris pro mari ponitur, vt etiam hic. ¶Simę.) Simos vox græca est, dicitur autem quis pressas nares habens.

Arethusa vbi locorum.

Doris.

Simus.

ASCENSIVS.

¶Extremum hunc, &c.) Decantaturus poeta miseros amores Galli amici, & impositurus extremam manum operi suo, deprecatur culpam ab Arethusa nympha Siciliensi: per quam eam musam. i. gratiam infusam intelligemus, quā Theocritus Siculus in describendis Bucolicis carminibus habuit, vnde prius dictū est, Sicelides musæ paulo maiora canamus. Sicelidum autem princeps est Arethusa. Inuitat ergo eum ad extremū laborem. i. compositionem amoꝵ qui nymphę castę laboriosi sint. Et ideo ponit obsecrationem dicens. Sic tibi, &c. Ostenditq; Gallum dignū esse, cui carmina fiant. ¶Ordo est. O Arethusa nympha Sicula, concede mihi hunc extremum laborem. i. qui tibi extremus labor erit (quia non plura Bucolica carmina conficere statuit) pauca carmina sunt dicenda meo. s. familiari, & amico Gallo, sed supp. talia quæ legat ipsa Lycoris, id est quæ sunt in detestationem perfidię & inconstantiæ eius, quam Gallus tot carminibus laudauerit, & tamen alium secuta est, quis neget carmina Gallo? q. d. nemo, cū sit poeta eximius & homo suauis ac beneficus. Sic, comprecatiua hæc est particula. Aut sic mihi carmina dictabis, & incipies: Doris, id est aqua marina, amara. i. salsa, nō intermisceat tibi. i. aquis dulcibus: suam, id est marinam & ita amaram vndam, cum, id est quando subterlabere, id est flues fugitās Alpheum fluuium, subter fluctus Sicanos. i. mari Sicani seu Siciliensis. (Noris puer subterlabere penultima longa proferre, quia futuri indicatiui est) Incipe igitur, dicamus. i. dicta vt dicam solicitos amores Galli. i. quos Gallus in Lycorim seu Cytherida confert, dum. i. donec capellę simę. i. nasum depressum, & incuruum habentes, attondent tenera virgulta, & ita erit pastori canendi locus, nos non canimus surdis, quia syluæ respondent omnia, quod non facerent, si surdæ essent, vt visum est pastori, loquitur enim poeta nomine pastoris. alios subinde loqui faciens. vnde mistum poematis genus est, Respondent autem syluæ per Echo. i. resonantiam, & redundantiam vocis.

Quæ nemora, aut qui vos saltus habuere puellæ
Naiades? indigno cum Gallus amore periret?
Nam neq; Parnasi vobis iuga, nam neq; Pindi
Vlla moram fecere, neq; Aonie Aganippe.
Illum etiam lauri, etiam fleuere miricæ:
Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem
Mænalus, & gelidi fleuerunt saxa Lycæi.
Stant & oues circùm, nostri nec pœnitet illas:
Nec te pœniteat pecoris diuine poeta.
Et formosus oues ad flumina pauit Adonis.

SERVIVS.

¶Quæ nemora.) Est quędam Theocriti Ecloga, in qua suos amores deflere Daphnis inducitur. huius omnem ordinē ad hanc Eclogam transtulit. ¶Saltus habuere puellæ Naiades.) Nymphas simpliciter accipiamus. nam si proprie loqueretur, Oreades diceret. Naiades enim, fontium: Oreades montium Nymphæ sunt. Sanè quia diximus easdem esse Nymphas quas etiam Musas videtur hoc dicere. Quia si cū ipso fuissent musæ, id est si dedisset operam scribendis carminibus: non incidisset in tantas amoris angustias. ¶Indigno.) Vel meretricio, vel magno. Nam & Ennius ait, Indignas turres, id est magnas. ¶Neque Parnasi vobis iuga: nam neq; Pindi.) Montes Thęssalię sunt Parnassus & Pindus, Apollinis & Musis cōsecrati. ¶Aonie, Aganippe.) Nominatiui singulares sunt. Aganippe autē fons est Bœotię, quæ e Aonia dicitur. Aonia autem breuis fit Ni, quia sequitur vocalis vocalem. ¶Sola sub rupe deserta.) Mænalus autem & Lycæus sunt Arcadiæ montes. ¶Stant & oues circum.) Scilicet circa Gallum, eius amorem stupentes, Sensus autem est, sicut oues o Galle circa te stare non pœnitet, ita nec te illarum pœniteat. nam etiam Adonis quondam ouium extitit pastor. Et q ait. ¶Nostri.) miscuit suam personam: vt frequenter facere consueuit: nam erat integrum, Tui nec pœnitet illas. ¶Nec te pœniteat pecoris diuine poeta. Allegoricos hoc dicit, Nec tu erubescas Bucolica scribere. ¶Adonis.) A habet accentū, quia græcum est nomen: tamen & latine sic dicimus. nam Adon nusquam lectum est.

pi. ¶Pindi.). Pindus Thessalię mons est, vt scri. Soli. ex cuius vertice, teste Stra. lib. i. fluit Inachus amnis Aoniæ. i. Bœotię. est. n. genitiuus casus, non autem noīatiuus, de Aonia latius Ecloga, vj. ¶Aganippe.) Fons est Bœotiæ, vti Solinus edocet, sic etiā Hippocrene: quos fontes Cadmus literarū primus repertor dum rimatur, & quænam adijsset loca: quoniā equestri exploratione deprehendisset, Incensa est licentia poetarum, vt pariter vtrunq; vulgarent. s. q eorum alter alitis equi vnguicula solicitatus foret, alter potus facundia animas irrigaret. Aganippe demum dicitur ab agan, quod est valde, & hippos equus, Hippocrene vero ab hippos, & crene. i. fons Lycæi Arcadiæ montis de quo plura. ¶Pœnitet.) pudet, pœniteat, pudeat. ¶Pecoris.) i. Bucolici carminis Adonis. Theocritus quoq; ait in prima. s. Vade, age, carpe vias: puer est formosus Adonis. Et timidos figit lepores, nec parcere nouit, Ille feris trucibus: pascit dum montibus agnas. Fuit autem Cynirę Cypriorū regis filius ex Myrrha filia, quem ardentissime Venus adamauit, tandem ab apro vulneratus interiit: de quo latius lib. x. Meta. fuerat aūt rex, hortorumq; nobiliū possessor. Vnde Pli. li. xix. inquit, & qm̄ antiquitas nihil prius mirata est, q̄ & Hesperidum hortos, ac regum Adonis & Alcioni. de Adoni, & Venere multa Macro. lib. i. Satur.

Aganippe.

Adonis

PROBVS.

¶Adonis.) vt Hesiodus ait Phœnici, & Alphesibœę Agenoris Thoantis, qui Syriam, Arabiamq; tenuit imperio, vt Antimacus ait, regnauit Cypro vt & Philostephanus libro quo quæstionis poeticę reddidit causas, ex Ioue sine vllius fœminę accubitu procreatū, hunc venandi studiosum fuisse, & ab apro interiisse, atq; ita plurimis cognitum. Pastorem nō inueni fuisse, sed amatoriā Veneris induxit historiam.

MANCINELLVS.

¶Quæ nemora.) Interrogatio est. ¶Saltus.) campi. ¶Naiades.) per has musas intelligit; vt sequentia indicant. ¶Indigno.) Turpi.

ASCENSIVS.

¶Quæ nemora, aut qui vos saltus habuere puellæ.) Incipit igitur cantare, alloquens primum Musas, rogansq; vbi fuerint, cum Gallus sic deperiret, quasi vero musarum præsentia amores cohibuisset. Nam, vt in. ij. Æneid. diuinus poeta docet, numina casta cum Venere non habent commercium, vnde non potuit ea videre Æneas, donec Venus abierat, sed hic amantem conueniūt numina amatoria: vt ex ordine patebit qui talis est. O Naiades, id est fontium deæ, hoc est Musæ quæ & fontibus præestis: nam secundum Varronem eędem sunt Musæ & Nymphę, puellæ, id est castæ & perpetua virginitate florentes. (vnde, vt Catullus inquit: Castum esse decet Poetam ipsum) quæ nemora, & qui saltus habuere, id est tenuerunt vos tanquam rem charam? (vnde potius habuere quàm tenuere dixit, quāuis dictum sit. Tenui eum nec dimittam) cum, id est quando, Gallus periret

amore indigno, scilicet tali viro, quasi dicat, certum est q̃ tunc non respexistis ad Gallum poetam: nam neq; iuga Parnasi montis, musis sacri in Bœotia, neq; iuga Pindi montis Thessaliæ, etiã musis sacri, fecere vbis vllam moram, id est non detinuerũt vos, quo minus ad Gallum vobis charissimum veniretis, neque Aganippe, supple fons Aoniæ illius regionis in Bœotia, supple fecit vobis moram. (Attende puer, Seruius dicit, nominatiuos singulares quasi Aonie Aonies dicatur. Mancinellus vult genitiuos esse: tunc autem diceretur Aganippes, nisi latine dicatur in recto hæc Aganippa: nos vero construximus, vt alterum sit casus genitiui substantiue tenti, alterum nominatiui, hoc est neque Aganippe fons ille Aoniæ, scilicet regionis in Bœotia, supple fecit tibi moram. Non autem fit synalœphe, sicut nec ibi in Acteo Aracyntho.) Etiam lauri. Et etiam tauri, quasi dicat, non solum nymphæ & hoies, sed etiam lauri. Et etiã miricæ. i. si ad allegoriã respexeris, & summi quiq; & infimi fleuere, id est fleuerunt, illũ, scilicet Gallum: & Mænalus mons ille Arcadię pinifer, id est in cuius vertice plurimæ pinus nascuntur, & saxa Lycæi montis etiam in Arcadia: gelidi, id est vento horrentis: fleuerunt etiam illum, scilicet Gallum iacentem sub sola, id est deserta rupe quod desperantis amatoris est: vnde de Corydone, ibi hæc incondita solus, Montibus & syluis studio iactabat inani. Et oues stant circum, id est in circuitu vbi Gallus amore languens decubabat, nec pœnitet, id est pudet illas, scilicet oues, nostri, id est tui & mei amantium, vt quod Gallo fit sibi fieri censeat, nisi dicere malis, nec pœnitet illas nostri pecoris, sed malo sic, nec pœnitet oues nostri. s. pastorum amantium, nec te pœniteat o diuine poeta pecoris. s. ouium quas nostri non pœnitet. i. non pudeat nos Bucolica & pastoralia tractare: quãuis tu sis diuinus poeta: quia &, id est etiam, Adonis puer ille Veneri dilectissimus: quia formosus, pauit oues, ad, id est iuxta flumina. Credo poetam fecisse carmẽ illud etiam sic, Illum etiam lauri: illum etiam fleuere myricæ, quomodo maior est gratia, q̃ vt mutatum est, necnon, &c. Sed nos a veteri nihil mutare constituimus.

PIERIVS.

¶ Naiades.) Ita quidem exemplaria quædam habent. Sed in peruetери exposito codice, & in Romano, & in Longobardico, Naides, & id recte. Valerius enim Probus, vbi de nominibus. Is, pura terminatis agit: eodem modo poni dicit, Lais Laidis, Thais Thaidis: Nais Naidis. Virgilium tamen poetice Naiadis declinasse eo loco, Ægle Naiadum pulcherrima. ¶ Indigno cum Gallus amore periret.) In Romano codice, Peribeat, legit. quod Theocritianæ respondet figuræ. πᾶ ποκ' ἄρ' ἦθ' ὅκα Δάφνις ἐτάκετο πᾶ ποκα νύμφαι. In Longobardico tamen est, vt periret. Recte vero Poeta argumentum hoc accõmodauit Gallo, quod de sponte moriente Daphnide Theocritus decantauit. Corneliũ enim Gallum primum Ægypti presidem, post eam in prouinciã ab Augusto redactã ipsum sibi mortẽ cõsciuisse superius ostẽdimus ex Eusebio: quãuis Seruius eum ab alijs occisum dicat. Accedit Euseb. Oui. etiam testimonium dicentis in Epithaphio Tibulli.

Tu quoq; si falsum est temerati crimen amici,
Sanguinis atq; animæ prodige Galle tuæ.

Quod vero Cornelius Gallus passim scribitur, obseruet apud Strabonem libro tertio. Ælium Gallum trunca dictione scriptum. ¶ Nam neque Parnasi vobis iuga. (Quamuis παρνασσὸς duplici σσ passim apud Græcos scribatur, antiqua tamen omnia exemplaria, Parnasi, legunt vnico, s, quod nemo mirabitur si legitur apud Vel. Longum. Veteres neque quidem in his fuisse, iuisse, abesse, & similibus ss geminasse, adeo putabant eam literam, vel vnicam satis per se sonare. ¶ Neque Aonia Aganippe.) In Longobardico, Aoniæ, cum diphthongo in vltima. In altero perueteri codice abrasa est vltima syllaba. Sanè Aonia Aganippe, vtrunq; Seruius nominatiui casus esse dicit. Quibusdam vero tametsi non improbent. Aonia nihil absurdum videtur: vt qui dixerat: Iuga Pindi & Parnasi, dicat etiam eadẽ figura. Aganippe Aoniæ, sitq; hoc genitiui casus ne versus adeo elanguescat. Sed enim Aonię Aganippes, legendum esse indicat Probus, qui loco hoc dicit geminas vocales ab una excipi, adeoq; syllabam vltimam in Aoniæ: non elidi sed communem fieri, produci vero subsequente vocali, breui corripi si longa excipiat, vt eo loco, Insulæ Ionio in magno. Huius sententiæ Sosipater etiã subscribit. ¶ Illum etiam lauri etiam fleuere myricæ.) In Romano codice, legitur. Illum etiam lauri illum fleuere. In Longobardico, vna plus dictione pleniore versu est. Illum etiam lauri, illum etiam fleuere myricæ, idque ter repetitum cum, Pinifer illum etiam maiorem habere mouendi vehementiam videtur, quamuis non displiceat. Illum etiam lauri, etiam fleuere: q̃ ea exilitas proprie sit, & Bucolici caracteris, & personę miserabiliter aliquid deplorantis.

SERVIVS.

¶ Venit & vpilio.) Propter metrum ait vpilio: nam opilio dicimus. & græco vsus est schemate: sicut illi dicunt οὔρεα, pro eo quod est ὄρη & οὔνομα, pro eo quod est ὄνομα. ¶ Tardi venere bubulci.) Id est stulti. Terent. in ἑαυτὸν τι μωρουμένῳ, Tardus es, id est stultus. Nam porci cito ambulãt. ¶ Vuidus hyberna venit de glande Menalcas.) Pinguis. Et humidũ est quod extrinsec⁹ habet aliquid humoris: Vuidum vero quod intrinsecus. vnde & vuę dictę sunt, quod tamen plerunque cõfundunt poetę.

Venit & vpilio, tardi venere subulci:
Vuidus hyberna venit de glande Menalcas.
Omnes, vnde amor iste, rogant, tibi venit Apollo.
Galle quid insanis? inquit, tua cura Lycoris
Perq; niues alium, perq; horrida castra secuta est,
Venit & agresti capitis Syluanus honore,
Florentes ferulas, & grandia lilia quassans.
Pan deus Arcadiæ venit, quem vidimus ipsi:
Sanguineis ebuli bacis, minioq; rubentem.
Et quis erit modus inquit? amor non talia curat.
Nec lachrymis crudelis amor, nec gramina riuis,
Nec cythiso saturantur apes, nec fronde capellæ.

legendum authoritate etiam Pris. qui dicit, o, breuẽ in hoc noie esse conuersam in u longam ex literarũ affinitate. Seruius vero existimauit Maronem fecisse diphthõgon græcam propter metrum, vt ου noma pro onomatis coupilio pro opilio, est aũt ouium custos. ¶ Vuidus.) Pinguis. ¶ Alium.) Antoniũ significat, vt iam diximus. ¶ Agresti honore.) cũ agresti corona, quod ipse declarat, dicẽs, Florentes ferulas, &c. Syluanus amauit Cyparissũ: Pan, Syringã. Apollo Daphnem. Idcirco hos ad Gallum venisse poeta ait. ¶ Ferulas. (De ferula legito Plini. lib. xiij. & libro. xx. ¶ Pan deus.) Latius supra diximus. Videto etiam Macro. libro primo Satur. vbi leges, Pana Solem esse. ¶ Ebuli.) Ebulum, herba est alto caule, in summitate semen habens vti sambucus. Ebuli fumo fugantur serpentes, vt Plin. lib. xx. ¶ Minio.) Inuenitur in argentariis metallis, minium quondam apud Romanos maximæ authoritatis sacræ religionis, vnde Iouis simulachri facies diebus festis minio illini solebant, triũphantumq; corpora, & sic Camillũ triumphasse Pli. lib. ix. cap. xxxiij. author est.

¶ Amor iste.) Tam impatiens, tam turpis. ¶ Tua cura Lycoris.) Pene irrisorie dictum est. ¶ Tua cura.) i. pro qua tu ita es solicitus, te reliquit. Et bene cum alij interrogẽt, quasi deus Apollo diuinat. ¶ Perq; horridã castra.) Hic tangit Antoniũ, vt diximus supra. ¶ Quassans.) Concutiens. ¶ Quem vidimus ipsi.) Solent enim numina plerunq; se rusticis offerre. Vnde est, Satis est potuisse videri. Notandum sanè q̃ ea numina quę plerunq; amauerunt, dicit ad amatorẽ venire. Nam Apollo amauit Daphnem, Pan, Syringam, Syluanus Cyparissum. ¶ Sanguineis ebuli bacis, minioq; rubentem.) Facie enim rubea pingit Pan propter ętheris similitudinem. Æther autem est Iuppiter. Vnde etiam triumphantes habent omnia Iouis insignia, sceptrum, palmatã togam, qua vtebanť illi qui palam merebanť. Vnde ait Iuuena. In tunica Iouis. Faciem quoq; de rubrica illinunt instar coloris ętherei. ¶ Amor non talia curat.) Quasi expertus loquitur.

MANCINELLVS.

¶ Vpilio.) nõ opilio, per omicron in principio, sed Vpilio, per, v, legendum

ASCENSIVS.

¶ Venit & vpilio.) Docet ergo (vt dixi) qui ad Gallum sic præ Amore decumbentem peruenerit, & primo loco ponit vpilionem, id est ouium pastorem, deinde subulcos, tum Menalcam, tum numina pastoralia & agrestia quæ amasse leguntur Apollinem videlicet qui Daphnem puellam adamauit, is autem quia diuinus & summus rerum occultarum index, significat Gallo Lycorim secutam esse Marcum Antonium. Item Syluanum qui

qui Cyparissum adamasse legitur, & Pana syringæ amatorem quem se vidisse dicit: innuens se in persona pastorali loqui. ¶ Ordo est: Vpilio, id est ouium pastor venit, & . i. etiam cum pecore. s. nam dictum est, Stant & oues circum. subulci. i. suum hoc est porcorum custodes, tardi, stulti & stolidi secundum Seruium qui vult porcos cito ambulare, aut quia dum pascũtur tardius eunt, sunt etiam incessu tardi, & Menalcas pastor ille, venit vuidus, id est pinguis & intrinsecus pingui perfusus, de glande hyberna. i. iam matura (nisi forte Menalcam velit esse porcorum custodem qui glandem collegerit hyberno tempore atq; inter legendum humefactus sit, vt sit vuidus pro humido.) Omnes. s. isti, vt rustici & rerum ignari nec diuini rogant, id est interrogant, vnde iste. s. tam vilis, tam indignus amor supp. sit tibi, venit sup. etiam Apollo, & supp. inquit o Galle: quid, id est ad quid, insanis, id est furis amore? quasi dicat, id frustra facis quod sciuit quia diuinus, Lysoris tua cura. i. quæ cor tuum vrit, secuta est alium. s. Antonium in Galliã per niues, scilicet alpium, & per horrida castra. Venit &, id est etiam Syluanus, sup. cum agresti honore, id est ornatu capitis quassans, scilicet ferulas, id est ramalia ferularũ quæ sunt leuissimi frutices: florentes, id est iam flores emittentes, & lilia grandia, pro modulo, scilicet capitis, & Pan deus Arcadiæ venit, sup. ad Gallum: quẽ ipsi, id est nos pastores. (quasi dicat Gallus non vidit cæcus amore numina, vnde nõ eis, sed pastoribus respondet) vidimus rubentem, bacis, id est acinis ebuli. illius herbæ, sanguineis, id est sanguinei coloris, qui color Pani totam rerum naturam præsentanti congruit, propter ætheris colorem, & rubentẽ & rubentem minio, id est illo metalli genere, quod terra rubra videtur, & sacris rebus aptum est. Et. s. Pan, quia deus pastorum, & ita curam habens de salute Galli inter pastores iacentis inquit, quis modus. i. quis finis aut quæ moderatio amoris erit? amor non curat talia. i. non mitigatur afflictionibus aut lachrymis misere amantium. Vnde dicit. Nec crudelis amor saturatur lachrymis, nec gramina saturantur riuis, nec apes saturãtur cythiso. i. flore cythisi fruticis dulcissimi & succi pleni: nec capellæ saturantur fronde præcipue cythisi.

PIERIVS.

¶ Venit & Vpilio.) Quãuis Seruius poetã græco schemate vsum dicat, vt apud Home. οὐλυμπον ὄλυμπον. & similia. Antiquissimus tamen codex Longobardicus, neque non Mediceus, Opilio legunt per o, syllaba prima. Idq; Caprum grammaticum solicitum habuit, qui dictionem hanc per o, vocalem quatam nõ per v, scribendam esse pręcipit. ¶ Tardi venere bubulci.) in Roma. codice, in Mediceo, & aliquot alijs, Subulci, legitur. Sed enim si figura respondet Theocritianæ sententiæ, quæ est, ἦνθον τοὶ βοῦται, τοὶ ποιμένες, ᾧ πόλοι ἦνθον, dubio procul. Bubulci. legendum est, quibus & epitheton tardi conuenit, cum præcipue ingressus boum tarditate notetur. ¶ Vuidus hyberna venit de glande Menalcas.) In Roma. codice, Vmidus, & absq; aspiratione, vti mos eius est in plerisq; alijs: nam & humor, in eodem codice sine adspiratione scribitur, quod siue ab Humero siue ἀπὸ τοῦ ὕω descendat, adspirationem omnino recipit. Loco vero hoc. Vuidus, casta lectio.

SERVIVS.

¶ Tristis at ille tamen, Cantabitis.) Alij Tamen superioribus iungunt: sed melius vt sic legamus. Tamen cantabitis: vt sit sensus, Licet ego duro amore consumar, tamen erit solatiũ, quia meus amor erit vestra cãtilena quãdoq;. ¶ Ossa quiescant.) Nam se dicit esse moriturum. ¶ Olim.) Futuri temporis est modo. ¶ Aut custos gregis.) Ac si diceret, Quid mihi cum vrbibus, vbi sunt meretrices tam pulchrę q̃ perfidæ? ¶ Quicũq; furor.) Omnis. n. amor plen⁹ furoris est. ¶ Hic gelidi fontes, hic mollia prata Lycori.) Ac si diceret, Quid te iuuat inter frigora Gallicana demorari? ¶ Nunc insanus amor.) Hinc vsq; ad finem, amatoris inconstantia exprimitur cui electa displicent statim. ¶ Tela inter media, atque aduersos detinet hostes. Ex affectu amãtis ibi se esse putat, vbi amica est. vt. Me. sit meum animum. ¶ Nec sit mihi credere, tantum.) Ordo est, Tu tantum procul a ciuitate, quæ solebas solis vrbibus frui. & per parenthesin dictum est, nec sit mihi credere. i. quod vtinam non credam. Hi autẽ omnes versus, Galli sunt, de ipsius translati carminibus. ¶ Ah dura.) Quæ amatorẽ spernis, & Gallicana potes frigora sustinere. ¶ Me sine sola vides.) Hinc est, Sola domo mœret vacua.

Tristis at ille tamen, cantabitis Arcades, inquit,
Montibus hæc vestris: soli cantare periti
Arcades. ô mihi tum quàm molliter ossa quiescant,
Vestra meos olim si fistula dicat amores.
Atq; vtinam ex vobis vnus, vestriq; fuissem
Aut custos gregis, aut maturæ vinitor vuæ.
Certe siue mihi Phyllis, siue esset Amyntas,
Seu quicunq; furor (quid tum, si fuscus Amyntas:
Et nigræ violæ sunt, & vacinia nigra)
Mecum inter salices lenta sub vite iaceret:
Serta mihi Phyllis legeret: cantaret Amyntas.
Hic gelidi fontes, hic mollia prata Lycori,
Hic nemus: hic ipso tecum consumerer æuo.
Nunc insanus amor, duri me Martis in armis
Tela inter media, atq; aduersos detinet hostes.
Tu procul á patria (nec sit mihi credere tantum)
Alpinas ah dura niues, & frigora Rheni
Me sine sola vides, ah te ne frigora lædant:
Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas.

nam si secundum Euseb. sibi mortem consciuit postq; Augusto suspectus erat, potuit tunc merito optasse pastoralem exercuisse vitam, nam per carmina argutiora ad eã dignitatẽ peruenit vnde Augusto suspectus est. Si vero pastoralem vitam egisset, facile amores inuenisset cõparabiles modica re: quibus saturatus resipuisset, habuissetq; vt sentit Lycorim amicam suam in summa trãquillitate: quam nunc animo quidem nõ pedibus sequitur inter tela hostium: inter quæ illa diuersari & summo frigore affici cõqueritur. ¶ Ordo est. Ille. scilicet Gallus tristis, id est amore languẽs: inqt. i. respõdit nõ vt dixi deis quos excæcatus amore non vidit, sed pastoribus & subulcis rogãtibus, vnde amor iste, quo circa necesse est Gallũ putasse verba Apollinis & Panos fuisse pastorum quibus inquit: attamẽ. i. q̃uis indignus sit amor meus. nec lachrymis saturatur: tamen vos Arcades cantabitis hęc, vestris montibus. i. erunt vobis argumenta carminum, vos, inquam Arcades soli periti cantare, o q̃. i. quantũ molliter quiescent. tum. i. tunc mea ossa (de molli sepultura in Daphnide diximus) si vestra fistula dicat olim meos amores. (Hic patet cæcitas eius qui diffamari cupit amores fœdos, & miseros, quia vix cuiq; sua vitia sordent, quod si esset iam resipisceret.) Atq; vtinã ego fuissem vnus ex vobis. i. pastor, agrestisq; musicus) non caret hæc optatio futuri mali præsagio, nam sicut Iuuenalis de Cicerone dicit, q̃ facile vitasset gladios Marci Antonij, si non disertius locutus fuisset, q̃ cum dicebat, O fortunatam natam me consule Romam, non enim ad consularem dignitatem euectus fuisset, ita & Gallus facile Augusti indignationẽ, qua ad mortẽ compulsus est euitasset, si per elegantiam sermonis, & morum ad magistratum non fuisset promotus. Gallus autem optat id vt amoribus eximatur) & vtinam fuissem aut custos vestri gregis, aut vinitor. i. vindemiator maturæ vuæ. Certe siue tunc Phyllis puella illa amasia, siue Amyntas seu quicunq;, sup. alius esset furor. i. amor vehemens (cum autem hoc dixit, quia Amyntas deformis & niger erat, quasi aut conscientia, aut astantium quiuis dixisset, atqui

MANCINELLVS.

¶ O mihi tum.) Ordo est. o si olim vestra fistula dicat meos amores, q̃ molliter mihi tum ossa quiescent. ¶ Vinitor.) Vineę custos dicit. ¶ Furor.) Amor. ¶ Tu procul a patria.) Ordo est, tu procul a patria sola sine me, ah dura, vides niues alpinas, & frigora Rheni. ¶ Nec sit mihi credere tantũ.) Nec possim credere talia, optat. n. non fore vera. ¶ Rheni.) Rhenus fluuius est, qui Germaniã a Gallis & Pannonijs separat, vt scribit Tacitus. Strabo aũt lib. iiij. scribit q̃ Rhenus magnas in paludes lacumq; magnũ effundit, quẽ Alpinorum pleriq; contingunt, & transalpinorum nonnulli. Rhen⁹.

ASCENSIVS.

¶ Tristis at ille tamen. hic ponitur responsio miseri Galli repu tantis pro magno beneficio a pastoribus se, & amorem suum diffamari: optatq; illorum similis esse: quod ab historia depẽdet, nam

Universidad de Deusto Biblioteca

atqui Galle, posses tam deformem amasse. Ad hoc respondet extenuans deformitatem Amyntæ, sicut Horat. docet in.j.sermo. morem esse amantium, & dicit, quid tum.i.tunc hoc est, quid tum postea, vt dicunt vulgares, si Amyntas supp.est, non dicit niger, aut deformis, sed fuscus, quia & violæ sunt nigræ, & vaccinia sunt nigra, & tamen leguntur, vt in Corydone dictum est) si ergo quicunq; alius furor esset, ipse iaceret mecum inter salices sub lenta vite. quia in Italia etiam salices vitibus maritantur. prę cipue iuxta Mantuã & Ferrariam, & Phyllis legeret mihi serta.i. flores & herbas ad cõficienda serta, Amyntas cantaret (erat enim musicæ studiosus vnde dictum est: nec te pœniteat calamo triuisse labellum. Hæc eadem vt sciret quid nõ faciebat Amyntas?) O Lycori hic sup. sunt fontes gelidi.i.refrigeratiui, & prata mollia, id est herbosa. hic nemus, scilicet vmbrosum supp. est: ego cõsumerer, i. ego confici consumi & mori velim & hic tecum. Aut ego consumerer hic tecum si adesses, ipso æuo.i.toto tempore vitæ meæ, per quod innuit se nunq̃ eam deserturum sicut ille Terentianus, hanc nisi mors mihi adimet nemo, aut innuit se tam ardenter amaturum vt consumeretur, quia fortis vt mors dilectio. Nunc amor insanus.i.insanum faciens aut vehemens, sicut Insani feriant sine littora fluctus, detinet me per imaginationẽ.s. quia vbi est thesaurus tuus.i.res dilecta, illic est & cor tuum, vbi autem cor, ibi & tu quodammodo es. detinet ergo me nũc in armis Martis: quæ longe abhorrent a mollibus pratis, & inter media tela, hoc est medium inter tela, quę longe discrepant a gelidis fontibus, atq; inter hostes aduersos.i.e regione vt nos inuadant positos, aut aduersos.i.multũ inimicos, qui sane discrepant a nemore amœno. Tu vides sola (quomodo sola si inter Martia tela?) ideo sola, quia sine me, existẽs procul a patria, vides inquã, ah existens dura, quia quæ vix robustissimi, & malo assueti milites perferre possunt perfers, niues.s.alpinas.i.quæ sunt in alpibus montibus, s. Italiã a Gallis & Germania dirimentibus, & frigora Rheni, illius fluuij Galliã a Germania dirimentis: ad quę loca tũc Marcus Antonius agebat. vides inquã sola, nec sit mihi credere tantũ.i.tantam duritiam de te, hoc est vtinã non credam, vel nec .i.nõ tantũ.i.tantũmodo sit mihi nõ credere. hoc est vtcũq; agere cõstituisti, id tantũ velim vt non credam, quia quibus fidẽ nõ adhibemus non cruciant animum nostrum. discruciabatur autẽ Gallus, quia credebat verum esse quod audierat Lycorim videlicet Marcum Antonium per alpinas niues & Rheni frigora secutam. vnde exclamat, ah caue, supple ne frigora lædant te: ah caue sup. ne glacies aspera secet.i.diffindat, & dilaceret aut disrumpat tibi plantas teneras. Id autem nimis amatorie, vt miserum Galli animũ agnoscas. vnde bene dictum est, quæ legat ipsa Lycoris. Sunt.n. quasi in detestationẽ perfidiæ Lycoridis, sed non parum taxant Gallum, nec minus Marcum Antonium qui præter morẽ Romanum, vt Seruius supra dixit, puellas in exercitu habuit.

PIERIVS.

¶O mihi tum q̃ molliter ossa quiescent.) In codic. aliquot antiquis omnino quiescent, Indicatiuo modo habetur. Sed quod in Ro.cod. & in Mediceo quiescant, optandi modo legitur, longe magis placet.

Ibo, & Chalcidico quæ sunt mihi condita versu
Carmina, pastoris Siculi modulabor auena.
Certum est, in syluis, inter spelæa ferarum
Malle pati: tenerisq; meos incidere amores
Arboribus. crescent illæ, crescetis amores.
Interea mistis lustrabo Mænala nymphis:
Aut acres venabor apros: non me vlla vetabunt
Frigora, Parthenios canibus circundare saltus.
Iam mihi per rupes videor, lucosq; sonanteis
Ire, libet Partho torquere cydonia cornu
Spicula, tanq̃ hæc sit nostri medicina furoris:
Aut deus ille malis hominum mitescere discat.
Iam neq; Hamadryades rursus, nec carmina nobis
Ipsa placent, ipsæ rursus concedite syluæ.
Non illum vestri possunt mutare labores:
Nec si frigoribus medijs, Ebrumq; bibamus,
Scythoniasq; niues hyemis subeamus aquosæ:
Nec si, cum moriens alta liber aret in vlmo:
Æthiopum versemus oues sub sydere cancri.
Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.

SERVIVS.

¶Ibo, & chalcidico quæ sunt mihi cõdita versu Carmina, pastoris Siculi modulabor auena.) Eubœa insula est, i qua Chalcis ciuitas est, de qua fuit Euphorion, quem transtulit Gallus. Et hoc dicit, Ibo, & Theocritio stylo canã carmina Euphorionis. ¶Spelæa.) Græce ait, id est σπηλαια pro speluncis. ¶Crescẽt illæ.) Quasi ei iterum displicet: ne cum arboribus, eius crescãt amores. ¶Parthenios canibus circundare saltus.) Parthenius mõs est Arcadiæ, dictus a virginibus.i. ἀπὸ τῶν παρθένων, quę illic venari cõsueuerãt. ¶Tanquam hęc sit nostri medicina laboris. Iam quasi ad se recurrit: & illud quod supra audijt respicit, Amor nõ talia curat. ¶Hamadryades.) Nymphæ q̃ cum arboribus nascuntur, & pereunt, ἀπὸ τοῦ ἅμα καὶ τῆς δρυός, qualis fuit illa quam Erisichthon occidit: qui cum arbores incideret, & vox inde erupit, & sanguis. sicut docet Ouidius. Dryades vero sunt quæ inter arbores habitant. Hoc autem ad superiora pertinet, quia dixerat, Mistis lustrabo Mænala nymphis. ¶Nec carmina nobis ipsa placent. ¶Quia dixerat, Carmina pastoris Siculi modulabor auena. ¶Ipse rursus concedite sylue.) Propter illud, Iam mihi per rupes videor, lucosq; sonantes Ire. ¶Non illum vestri possunt mutare labores.) Nec si frigoribus medijs Ebrumq; bibamus. Manifeste hoc dicit, amore se carere non posse, nec si Ebrum Thraciæ fluuium medijs frigoribus bibat: nec si æstibus nimijs fuerit in ardẽti prouincia. Dicit autem hoc secundum physicos, qui morbos a cõtrarijs aut a similibus asserunt posse depelli. Sic Theocritus, εἴης δ' ἠδωνῶν μὲν ἐν ὤρεσι χείματι μέσσῳ Ἕβρον πὰρ ποταμὸν τετραμμένος, ἐγγύθεν ἄρκτου. ἐν δὲ θέρει βαμάτοισι παρ' αἰθιόπεσσι νομεύοις. ¶Sythoniasq; niues.) Sython mons est Thraciæ. ¶Liber.) Corticis pars interior. ¶Versemus.) Pascamus.

PROBVS.

¶Chalcidico versu.) εὐφορίων elegiarum scriptor chalcidensis fuit, cuius in scribendo secutus colorem videt Cornelius Gallus. ¶Hamadryades.) Nymphæ quę pariter cum arboribus & crescere & decrescere traduntur.

MANCINELLVS.

¶Chalcidico versu.) De Euphorione intelligit, de quo Fab. lib. x. sic. quid Euphorionem transibimus, quem nisi probasset Vir. idem nunq̃ certe conditorũ Chalcidico versu carminum fecisset in Bucolicis mentionem, Seruius addit Gallum trãstulisse Euphorionis opus. Chalcis autem, vt scri. Stra. lib. x. Eubœæ metropolis erat, in qua etiã Aristoteles versatus est, quoad vita functus. ¶Modulabor.) Canã. ¶Pastoris siculi.) Theocriti. ¶Parthenios saltus.) Parthenus Mons est Arcadiæ teste Plin. lib. iiij. Parthenos autem virgo dicitur. Parthenia virginitas. Partho cornu, arcu parthico. ¶Cydonia, spicula.) Cydonia ciuitas vna est e tribus Cretæ eximijs, vt Stra. lib. x. scrib. In ea autem calami spiculis aptissimi. ¶Hamadryades.) Eæ dicunt esse nymphę quę cum arboribus nascuntur, hama.n. aduerbium, vna vel simul significat, Drys vero quercus est. ¶Ebrũ.) fluuius est Ebrus sub Rhodope Thraciæ monte niuoso. Plin. lib. iiij. ¶Sythonias niues.) Sython dicta est olim Thracia, vt docet Gel. lib. xiij. ca. vj. Sub sydere cancri. xiiij. cal. Iulias sol exit e geminis, & ingreditur cancrum, vt scribit Ouidius lib. vj. fast. ¶Æthiopum oues.) Strabo lib. xvij. scribit, q Æthiopes magna ex parte pastoralem, ac inopem vitam degunt, tum propter solis tenuitatem, & aeris intemperiem, tum propterea, q longe a nobis sepositi sunt. ¶Versemus.) Pascendo circumagamus.

ASCENSIVS.

¶Ibo, &c.) Miser amator varia, sed nihil profutura suis erroribus quærit remedia: dicit se modulaturum cantilenã ex Euphorione chalcideñ. traductã more pastorali ad auenã. & si dicas quo modo generosum animum ad pastoralem vitã submittere posset, atq; inter pastores versari? respondet quia certum est.i.omnino constitutum potius pati in syluis, & inter speluncas ferarum q̃ tali amore discruciari. Versando autem in syluis, vt miser amator non oblitus amorum, dicit se incisurum eos in teneris corticibus, quod ad summam dementiam pertinet, nam quãto accuratius amores vitant tanto magis vrgent, vnde summum remedium est nullum conari adhibere remedium, atque quoad fieri potest obliuisci, vnde etiam ipsi displicet consilium cœptum, quia cum arboribus sic crescerẽt amores; quocirca quasi senior effectus, ostendit se velle, atq; anniti, vt eorum obliuiscatur, ob quod dicit, se venationi operam nauaturum, sed concludit ne eam quidem adhibituram remedium furori suo, vnde infert, neq; syluas, neq; syluarum numina, neq; venationem, neq; venationis arma sibi, vt nihil profutura placere. Nihil autem profutura docet, quia neq; summo calore: neq; summo frigore extingui possit amoris incendium, cum tamen alios ignes, & ignis, & frigus expellat, vnde exusti solent se applicare igni, aut rei summe frigidæ. Summum autem frigus est in niuibus Thraciæ, & summus calor in ardore Æthiopiæ sub sydere cancri in solstitio scilicet æstiuali, & quia neutrum mederi potest amori, infert Omnia vincit amor, & nos cedamus amori. & ita miser amator victũ se fatetur, atq; herbam dat amori. Sunt qui vt quantitatem seruẽt legũt, Omnia vincit amor, nos &, sed verior lectio est & nos. Nam Virgi. quoq; licet raro primam tertij pedis, si sit vltima dictionis, quãuis breuem, pro longa ponit, sicut ibi. Define plura puer, & quod nũc instat agamus. ¶Ordo est. Ego (inquit Gallus) ibo & modulabor auena pastoris siculi.i.Theocriti.i.modulis carminis Bucolici, carmina quæ sunt condita.i.composita mihi .i.a me: aut quæ sunt mihi.i.quæ habeo cõdita.i.composita Versu chalcidico, i.Euphorionis chalcidensis, nam certum est.i.decretum est mihi, malle.i.magis velle, & præeligere pati in syluis, inter spelea.i.speluncas, & lustra ac latibula, seu latebras ferarũ, q̃ sup. in tali amore persistere (hoc est non solum paterer nobile carmen ita degenerare, vt pastorali auena decantetur, verum & ipse ego potius in syluis inter feras oberrem, q̃ hũc amoris ignẽ perpetiar. Innuit autem Gallum esse alti animi) & certum est, me malle incidere amores meos teneris arboribus.i.in corticibus tenerarum arborum (Valla docet recte dici. incidere in arboribus, sed non in ære, cum solum dicatur incido in æs. Verum qui diligentius authores legerunt, etiam incidi in ære dictum inuenerunt) Illæ.i.arbores teneræ crescent, & vos amores crescetis. quod aut demens amans optat, aut iam senior effectus veretur, vnde consilium displicet, quia nihil est inconstantius, & sui dissimilius amante. Ego lustrabo interea.s.dum amores crescent mænala.i.montem illum Arcadiæ, mistis nymphis.i.per nymphas, aut inter nymphas mistus. aut ego mistus nymphis lustrabo.i. circumibo mænala, aut venabor acres.i.feroces, & acriter inuadentes apros, & vlla frigora non vetabant me, circundare.i.obsidere canibus. saltus Parthenios, qui sunt partheno monte Arcadię. ego videor mihi iam ire per rupes, & lucos sonantes, id est in Arcadia, in montibus dictis, & libet.i.voluptas, & libido est mihi. torquere cornu, id est arcu partho.i.parthico, in cuius extremis angulis cornu est, sunt autem Parthi optimi sagittarij. spicula cydonia.i.sagittas creticas per modum spicarum factas, tanquam hæc, scilicet dicta, hoc est venatio, & ferarum sectandarum defatigatio, sit medicina nostri furoris.i.insani amoris, aut tanquã ille deus.i.amor, aut Cupido discat mitescere.i.mitis fieri malis, id est incõmodis & cruciatibus hominum. Rursus nec Hamadryades.i.deæ syluarum: & per cõsequens immo a fortiori nec sylue, nec ipsa carmina placent iam nobis, ipsæ syluæ quæ.s.placuistis, concedite, id est simul cum nymphis, & feris vestris cedite, quia nostri.i.humani (aut de suis solus loquitur laboribus) labores.i. aut mala, aut conatus non possunt mutare, illum.s.deum, hoc est Cupidinem. nec id est non etiam si bibamus, Hebrum fluuium illum Thracię cõtinuis niuibus mundantem, medijs frigoribus, & si subeamus niues sythonias.i.thracias, hyemis.i.tempestatis aquosæ.i.quæ cadunt cum aquis, aut quæ generant aquam, nec si versemus.i.pascendo circumagamus oues Æthiopum sub sydere cancri, idest in solstitio æstiuali, tunc cum, idest quãdo liber, idest cortex moriens aret.i.desiccatur in alta vlmo, scilicet prę calore, & æstu, quia amor vincit omnia, cedamus ergo, & id est etiã nos amori, & ita se victum fatetur Gallus.

PIERIVS.

¶Inter spelea ferarum.) In Romano cod. absq; diphthongo Spelea veluti etiam in veterum monumentis nõ vno loco, neq; vna ætate scriptum obserues, vt illud Romæ in.b.Mariæ transpontinæ. Sacerdos dei Brotontis & Hecatæ hoc speleum constituit. Huic, reliquis præteritis illud addã, ex oppido Ficuli dioc. Vrbeuentanæ Soli inuicto Myrrhæ Tiberius Claudius Tiberi filius Thermodoris Speleum cum Signis & Ara cæterisq; voti cõpos dedit. ¶Non illum vestri possunt mutare labores. (In codicibus aliquat aut. Nostri. ¶Torquere cydonea.) In Romano Cydonea & ita in Oblongo peruetери. ¶Neq; carmina.) In Romano codice, & aliquot alijs, Nec habetur. ¶Omnia vincit amor.) In Romano vicit. Sed præsenti tempore plus dicit.

Hæc sat erit diuæ vestrum cecinisse poetam:
Dum sedet, & gracili fiscellam texit hibisco,
Pierides: vos hæc facietis maxima Gallo:
Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas:
Quantum vere nouo viridis se subiicit alnus.
Surgamus, solet esse grauis cantantibus vmbra:
Iuniperi grauis vmbra: nocent & frugibus vmbræ.
Ite domum saturæ (venit Hesperus) ite capellæ.

SERVIVS.

¶Hæc sat erit.) Iam ad Musas loquitur. ¶Gracili fiscellam texit hibisco.) Ac si diceret, Nisi hac re occupatus, minime canerem. Allegoricos autem significat se composuisse hunc libellum tenuissimo stylo. ¶Quãtum vere nouo viridis se subiicit alnus.) Amo inquit Gallum, sed latẽter sicut arbores crescunt. Nã comparatio ista hoc significat.s.propter Cęsarem. ¶Et frugibus vmbræ.) Quanto magis hominibus? Vnde est in Georgicis, Et ruris opaci Falce premes vmbram. ¶Ite domum saturæ, venit hesperus, ite capellæ.) Verecunde se capellarum dicit esse pastorem, idest vilissimorum animalium, nam Bucolica scribens, debuit dicere boum esse pastorem: sed vitans arrogantiam, vltimum se esse voluit, non principem in scribendis Bucolicis.

MANCINELLVS.

¶Poetã.) Maronem ipsum. ¶Hibisco.) De hoc & hespero satis supra, per fiscellam vero & hibiscum tenue carmen Bucolicũ intelligit. ¶Maxima.) Cum sint minima. ¶Capellæ.) Se Æpolum potius q̃ opilionem, aut bubulcum vitandæ arrogantię causa ostendit, vt per id se in scribendis Bucolicis minimum fateatur.

ASCENSIVS.

¶Hæc sat erit diuæ &c.) Finiturus cantum alloquitur musas & dicit se quidẽ pro modulis ingenij sui satis cecinisse, precans, vt musæ cætera defleant: deinde quasi ipse dum pastoralia canit pastor esset, monet capellas vt iam saturæ redeãt domum, per quod innuit se non plures Eclogas quæ a capris dictæ sunt decantaturum. ¶Ordo est. O diuæ Pierides.i.musę in Pierio antro genitę, & conuersari solitæ sat.i.satis erit vestrum poetam.s.me, loquitur enim de se poeta, hęc, scilicet dicta carmina, dum sedet & texit fiscellam.i.vas vimineum. gracili.i.tenui hibisco .i.virgulto. hoc est dum de tenui argumento gracile carmen cõficit, vos autem facietis Gallo hæc maxima, scilicet quæ nos possumus, facietis inquã hæc Gallo cuius amor crescit mihi i horas, idest per singulas horas tantum, idest intantum, quantum alnus viridis subiicit.i.sursum iacit & surgit se nouo vere.i.in principio veris flãte fauonio seu Zephyro. Surgamus, aut suos alloquitur aut musas, vmbra solet esse grauis cãtantibus, vmbra iuniperi.i. etiam minimi virgulti aut præcipue iuniperi est grauis.i.molesta, aut graues efficiens. & vmbræ nocent frugibus. & ita nũc impositurus finem musæ syluestri detestatur vmbras: o capellæ saturæ, ite domum, ite inquã, quia hesperus venit.i.aduesperascit: quasi dicat iam opus ad extremum perduximus: satisq; capellis vnde iam saturæ sunt cecinimus.

PIERIVS.

¶Surgamus: solet esse grauis cantantibus vmbra: Iuniperi grauis vmbra: nocẽt, & frugibus vmbræ. (In codi. aliquot antiquis totus ille versus. Iuniperi grauis vmbra no. & fru. vm. desideratur. Sed enim & numerus ipse, & figura, & repetitio, collectioq; pastoralis adeo videtur, vt non sine inuidia demi possit.

BVCOLICORVM
FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANTONII MANCINELLI COMMENTARIVS IN GEORGICA MARONIS.

CVm duæ vitæ traditæ sint hominum, rustica, & vrbana, antiquior est multo rustica. Prius enim rura coluerunt homines q̃ vrbem haberẽt: neq; solum antiquior cultura agri, sed etiam melior, vnde qui eam colerẽt, pia & vtilem vitam agere credebantur. omnium rerũ ex quibus aliquid exquiritur, nihil est agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. Dirigit ea ad duas metas, et ad vtilitatẽ, & ad voluptatẽ, vtilitas quærit fructum, voluptas delectationẽ. Hinc Homerus. Laertẽ lenientẽ desiderium, quod capiebat e filio colentẽ agrũ, & eum stercorantẽ facit. Agro enim bene culto nihil põt esse nec vsu vberius, nec specie qdẽ ornatius. Nec vero sine cã olim præponebãt rusticos Romanos vrbanis, qm̃ qui in oppido sederent, q̃ qui rura colerent, desidiosiores putabãt. Romulus itẽ: quo tẽperãter oẽs viuerẽt, & iusta potius q̃ lucrosa eligerent, tum ad tolerantiã laborũ meditandã, nullãq; pecuniam pretiosiorẽ vitute ẽstimandam. desides quidẽ, & sordidas, cupiditatumq; turpium allectrices artes, tãq̃ corrũpentes delẽtesq; corpus, & animum exercentiũ, seruis, & aduenis tractãdas exhibuit. Durauitq; diutissime probro habita esse apud Romanos hęc opera, neq; ea cuiq̃ Roma oriundo exercita. Duo vero tm̃ studia reliquit liberis. Agriculturã, & belli artes. Videbat. n. q; hac vita hoies tẽperatiores fierent, atq; Veneris illecebris minus caperenť, Imperfectamq; putans vtranq; vitã alteram ab altera separatã, eosdem militarẽ simul & rusticã vitã viuere instituit, vt pace & bello exercitio nõ carerent. Hunc autem viuendi morẽ apud etiã Sueuos legi Germanorũ omniũ bellicosissimos, qui

Agricul turę laudes.

qui centum pagos habere dicunť. Ex quibus quot annis singula millia armatorũ belläd̃i causa ex finibus educunt. Reliqui vero, qui domi manserint, sebus educunt. Reliqui vero, qui domi manserint, se atq; illo alunt. Hi rursus inuicẽ anno post in armis sunt, illi domi remanẽt, sic neq; agricultura, neq; ratio, atq; vsus belli intermittitur. Sed priuati, atq; separati agri nihil est. Numæ quoq; Pompilio nõ minori curæ q̃; Romulo fuisse agriculturã legimus. Considerãs enim vir idem ciuitatem necessaria affluẽtia abundare oportere, agrum omnẽ diuisit in eos qui Pagi vocantur. Præfecitq; pagis singulis singulos magistratus, inspectores, & custodes suæ quosq; partis. ij enim circũeuntes assidue bonosq; & malos describentes agricultores regi deferebãt. Isq; laudibus prosequens diligẽtes agricolas, & comitate complectens, segnes aũt, & ignauos opprobrijs insectans, ad colẽdos agros melius quẽq̃ inuitabat. Itaq; ira liberati bellis, & vrbanis negocijs multũ ocij nacti, coloni omnes fiebant: hinc ait ille, Pascebatq; suas ipse senator oues. Vnde & Quintus Cincinnatus obsessi cõsulis, & exercitus liberator, ab aratro vocatus, ad dictaturã venit, ac rursus fascibus depositis, ad eosdem iuuẽcos redijt. Itẽ. C. Fabricius & Curius Dẽtatus, alter Pyrrho finibus Italiæ pulso, domitis alter Sabinis, accepta quæ viritim diuidebanť, captiui agri septem iugera: nõ minori industria coluit, q̃ fortiter armis quæsierat. C. autẽ Licinius Tri. pleb. primus populũ ad accipiẽdas leges, & septẽ iugera forẽsia e comitijs eduxerat. Si quis preterea agrũ suũ passus fuerat sordescere, eumq; indiligẽter curabat ac neq; arauerat neq; pugnauerat, siue quis arborẽ suã, vineamq; habuerat derelictui, nõ is sine pœna fuit, sed erat opus cẽsorium, censoresq; ærarium faciebãt. Erat etiã censoria castigatio, minus arare q̃ vrere. Demum sine agricultoribus, nec cõsistere mortales, nec ali posse manifestum est.

DE AGRICVLTVRÆ Scriptoribus idem Mancinellus.

Agricul turę scriptores.

SVnt qui de Agricultura scripsere p multi. Varro quinquaginta nominat, sic etiã Columella vol. i. Plin. autem lib. xviij. & Columel. lib. i. scrib. q; Hesiodus princeps oium de agricultura præcepit. Apud Romanos autem de Agricultura primus Cato instituit. deinde duo Saserne pater & filius eam diligẽtius eruditerũt, post hos Scrofa Tremelius, deinde. M. Terẽtius Varro, expoliuit, mox Vir. laude

P. OVIDII NASONIS IN PRIMVM GEORGICON VIRGILII TETRASTICON.

Quid faciat lætas segetes: quæ sydera seruet
Agricola, vt facilem terrã proscindat aratris:
Semina quo facienda modo, cultusq; locorũ
Edocuit: messes magno cum fœnore reddi.

ANTONII MANCINELLI IN EVNDEM ARGVMENTVM.

Scribit arãdus ager, quo sydere, qdue serendũ
Alternis annis, quid læta & pinguia reddat
Arua simul, segetes quo tẽpore rite serendũ.
Diuidit & cœli zonas, & tempora lunæ.

laude carminũ extulit. Nec minus studiũ habuerũt, Iulius Iginius, Cornelius, Iulius Atticus, & Iunius moderatus Columella: Exin de Plinius maior q̃ plurima scripsit.

ASCENSIVS.

¶Scribit arãdus &c.) vt etiã hæc Mancinelli carmina quibus primi libri materiam graphice per ordinẽ exequitur pueri intelligãt, vel lui eorum ordinẽ cum explanationibus e regioe annectere. Est igitur ordo. Scribit. s. Maro in. i. li. Geor. aut primus liber: quo sydere i. sub i. sub cuius syderis ortu atque occasu, ager sup. sit arãdus, & quid sit serendũ alternis annis, & quid reddat arua pinguia, & simul quid reddat segetes sup. lætas & pingues, & quo tempore serendũ est rite. i. iuxta præcepta agriculturę: aut vt docet & diuidit. i. distinguit zonas cœli. i. quinq; regiones mundi, & signa etiam zodiaci, & diuidit tempora lunæ & docet tempora sæua. i. noxia & inimica ac dira, & indicit honorem diuum, id est diuorum rusticorum hoc est ambarualia & alia rusticorum solennia, & plura. i. satis multa prognostica, id est prenotamenta tempestatũ notantur. hinc id est post hæc dicta, & portenta, id est signa notantia diram cædem. i. occisionẽ Cæsaris. f. Iulij notantur hinc. i. post hæc omnia in fine primi libri.

Sydera sæua docet, Diuũq; indicit honorẽ.
Hinc tempestatũ prognostica plura notanť,
Cæsaris hinc dirã portenta notantia cædem.

QVÆ SINT ARGRICOLIS NECESSARIA, DEQVE MARONIS GEORGICIS.

QVicunq; se in Agriculturæ sciẽtia perfectũ volet profiteri, authore Columella, sit oportet rerũ natura sagacissimus, declinationum mundi non ignarus, vt exploratum habeat, quid cuique plagæ conueniat, quid repugnet, syderum ortus, & occasus, seu mauis emersum, & occultationes memoria repetat, ne imbribus vẽtisq; imminentibus opera inchoet, laborẽq; frustet, cœli & anni præsentis mores intueatur. quæ quidem prenoscere sine lumine anni, et sine exquisitissimis disciplinis quenq̃ nõ posse crediderunt. Hinc Maro in Geor. suis nõ solũ poeticã agriculturæq; præcepta q̃plurima: verũetiã amplã astronomiæ, atq; philosophię copiã, & parce, & sobrie nusq̃ reprehẽdendus asperfit. opus itaq; ipsum elegantissimum est, & floridũ, testimonio quoq; Fauorini philosophi, q vt Gel. scri. lib. xvi. c. x. dicebat. q; quæ Virg. reliquit perfecta, expolitaq;, qbusq; imposuit sencæ venustatis laude florent, Sedquæ procrastinata sus, atq; delectus sui, supremã manum omni poetimors præuenerat, nequiuerũt, nequaq; poetæ elegantissimi noie, atq; iudicio digna sunt. De Ænei. quidẽ Fauorinus intellexit, vel potius de illius portione, sed Oui. aliter sensit, ait enim lib. i. de remedio, Tantũ se nobis elegi debere fatentur Quantũ Virgilio nobile debet opus. De tristibus etiã lib. ij. ait. Et tamẽ ille tuæ felix Aeneidos author &c. Statius quoq; diuinam Aeneida appellauit. Et Symmachus apud Macrobiũ saturna. lib. i. inquit. Hæc est quidẽ Euãgele Maronis gloria, vt nullius laudibus crescat, nullius vituperatione minuatur, Omnesq; apud eum in lib. v. Virgilium nõ minus oratorem q̃ poetam habendum pronunciant, in quo & tanta orandi disciplina, & tam diligens obseruatio rhetoricæ artis ostẽderetur. Notandum quoq; vt idem Macro. lib. sat. vi. inquit Maronẽ post agriculturæ precepta, vt legentis animum vel auditum nouaret, & singulos Georgic. libros summa cum elegantia argumenti interpositione concluisse. Primum de signis tempestatum. De laudatione rusticæ vitæ Secundum. Tertius vero desinit in pestilẽtia pecorum. Quarti finis est de Orpheo & Aristæo ociosa narratio. Scribit autẽ opus ad Meccœnatẽ. Georgica vero interpretantur terræ opus seu officium. Gea enim terra est, ergon opus, seu officium, georgia græce latine agricultura dicitur. georgos agricola, georgeo, agrum colo. Voluminis autẽ cuiuslibet argumentum carminibus. vij. patebit.

Georgica quid notet.

DE MECOENATE.

¶Mecœnas Augu. tempore floruit, vir quidẽ & doctus, & inclytus, cui & chariſſimus, & fidiſſimus erat, Suet. enim de Augu. scribit, Aeger autem in domo Meccœnates cubabat, & paulo inferius, Exagitabat in primis nõnunquam Meccœnatẽ suum huic quantum Augu. confideret, quantumq; tribueret, Appianus etiam libro quinto bellorum ciuilium ostendit. Scribit enim quod gerẽte bellum Augu. in freto Siculo cõtra Sextum Pompeium, Meccœnatem Romam ire monuit, vt eos qui ob magni Pompeij benecuolentiam elati fuerant, diligentia comprimeret. Dicitur autem duxisse originem ab Ethruscis Regibus, vnde Hora. ait Meccœnas atauis edite regibus, & Propertius libro tertio. ad Meccœnatem Meccœnas eques Ethrusco de sanguine regum Intra fortunam qui cupis esse tuam. hinc Acro docet, eum contempsisse senatoriam dignitatem, mansisseq; semper in equestri ordine. Scripsit autem inter alia librum, qui Prometheus inscribebať, vt Senec. epistо. xix. meminit. de quo etiam in epistola. cxxv. plura dixit, inter quæ illa quoq; commemorat. Magni ingenij vir fuerat, si illud egisset via rectiore, si non vitasset intelligi, si nõ etiam in oratione, defluxerat. Maxima laus illi tribuitur mansuetudinis. pepercit gladio, sanguine abstinuit, nec vlla alia re, q; posset: q; licentia offendit. Erat preterea stylo remisso, molli, & dissoluto, vt etiam Macro. fatur. libro. ij. docet. Eius demum familiaritate vsus est, & Horat. multaq; bona ab ipso recepere. hinc ait libro secundo Georgico. Tuq; ades, inceptumq; vna decurre laborẽ. O decus o famę merito pars maxima nostrę Mecœnas. Mar. item. Sint Meccœnates, non deerunt Flacce Marones. Quantum vero Horat. etiam illi debuerit, in Odarum commentario, præsenti anno elaborato ostendimus. Vbi ait. Meccœnas atauis edite regibus. addatur, & lib. iij. car. tyrrhena regum progenies.

Mecœnas qui fuerit.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MAVRI SERVII HONORATI IN PRIMVM GEORGICON COMMENTARIVS.

VIrgilius in operibus suis diuersos est secutus poetas: Homerum, in Æneide: quem, licet longo interuallo, secutus est tamen: Theocritum in Bucolicis, a quo longe nō abest: Hesiodum in his libris, quē penitus reliquit. Hic autē Hesiodus fuit de Ascra ciuitate, qui scripsit ad fratrē suum Persen, librum quem appellauit ἔργα καὶ ἡμέραις i. opera & dies. Hic autē liber cōtinet, quēadmodū agri, & quibus tēporibus sint colēdi: cuius titulū trāsferre noluit, sicut Bucolicorū transtulit: sicut Æneidem appellauit ad imitationē Odysseæ: & tamē eū per periphrasim primo exprimit versu, dicēs, Inde dicabo quo opere, & quibus tēporibus ager colendus sit. Ingenti aūt egit arte, vt potēs tiam nobis sui indicaret ingenij coarctādo lata, & āgustiora dilatādo. Nā cū Homeri & Theocriti prolixitatē in breuitatē scripta collegerit, vnū Hesiodi librū diuisit in quatuor, quod ratione nō caret. nam ois terra (vt ēt Varro docet) quadrifariā diuidit. Aut enim aruus est ager. i. sationalis: aut cōsitus. i. aptus arboribus: aut pascuus: q herbis tm̄ & animalibus vacat: aut florens, in quo sunt horti apibꝰ cōgruentes & floribus. Male aūt quidā Georgicorū duos tm̄ esse asserunt libros: dicēts Georgica esse, ſ. γῆς ἔργον. i. terræ operā: quā primi duo cōtinent libri: nesciētes tertiū & quartū, licet Georgica non habeāt, tamē ad vtilitatē rusticā pertinere. nam & pecora & apes habere, studn̄ est rustici: licet possimus agricultura etiā in his duobus sequētibus inuenire. Nā & farrago sine cultura nō nascit: & in hortis colendis nō minorē, q̄ circa terras, cōstat impendi laborē. Et hi libri didascalici sunt. Vnde necesse est vt ad aliquē scribant. nam præceptū & doctoris & discipuli personā requirit. Vnde ad Mecœnatē scribit sicut Hesiodus ad Persen: Lucretius ad Memmiū. Sanē agriculturæ huius præcepta nō ad oēs pertinēt terras, sed ad solū situ Italiæ, & precipue Venetię, teste ipso Virgilio, qui ait, Tibi res antiquæ laudis, & artis Ingredior. cū de Italia diceret. ſ Quid faciat lætas segetes.) Quæ res terras pingues efficiat. nam segetē modo pro terra posuit: sicut alibi, Horrescit strictis seges ensibus. Pingues autē efficit terras (sicut paulo post dicturus est) cinis, intermissio arandi, incensio stipularū, stercoratio. Vnde etiā lætas ait. Nā fimus, qui per agros iacitur, vulgo lætamen vocat. ſ Quo sydere terrā.) Quo tēpore. ex syderibus. n. tēpora colliguntur. Et sciēdum quatuor primis versib. textū sequentiū quatuor librorum per ordinē cōtineri. ſ Vlmisq; adiūgere vites.) Secundū Italiæ situm locutus est: in qua vites altius eleuant. sic alibi Non eadē arboribus pendet vindemia nostris. ſ Quæ cura boū, qui cultus habendo sit pecori.) Aut in sequenti epexegesis est: vt hoc sit, Qui cultus habendo sit pecori: quod est, quæ cura boum. Aut certe κατ' ἐξοχήν ait boues, & postea intulit cætera pecora: vt maius animal separaret a minoribus: sicut de hominibus facit, dicēs, Rellinquias Danaū, atq; immitis Achilli. ſ Habendo pecori.) Hoc est vt habeat pecus. ſ Experiētia.) Vsu, natura, doctrina. ſ Parcis.) Aut seruatricibus frugum, aut frugi, quæ mella custodiunt.

PROBVS.

¶ Prediuisione, quā Greci prodigresim vocāt, quid quoq; libro præcipiat significat. Hic. n. rationem aruorum cultibus agrestibus necessariam ex syderum obseruatione relaturum se promittit. Secundo demonstraturum, quemadmodū viribus vlmi maritentur, & quæ cum his olearum cura agi debeat. Tertio, armentorum, pecorumq; rationem. Quarto, apum indicaturum. Dictus quidem, de aruis, ait. ſ Quid faciat lætas segetes, quo sydere terram Vertere Mecœnas.) De arboribus, Vlmisq; adiungere vites Conueniat. De pecoribus & armentis. Quæ cura boum, quis cultus habendo, Sit pecori. De apibus, Quanta apibus, experientia parcis, Vos o clarissima mundi Lumina labentem cœlo quæ ducitis annum, Liber & alma Ceres. Hoc loco vult intelligi Lunā Cererem, a creando dictam, quia maturet fruges. Solem Liberū, quia libere peruagetur per aera neq; ei fulgor aliorum syderū, lumina perstringat, vel quia maturet vineas. Ceres. Liber.

MANCINELLVS.

¶ Quid faciat lætas segetes.) Quod principiū latine vel exordiū dicitur, Græci videntur proœmium nominasse, vt Fabius, illi. volumine scribit. Causa autē principij nulla alia est, quā vt auditorē, quo sit nobis in ceteris partib⁹, accōmodatior, præparemus. Id vero fieri tribus maxime rebus constat, si benevolum, attentū, & docilē fecerimus. Non quin ista per totā actionē sint custodiēda, sed quia initijs præcipue necessaria. Virgi. itaq; benevolum Mecœnatē reddit a persona eiusdē, cum ei potius q̄m alij opus dedicet, eumq; tantum appellet. Attentū vero & docilē, quia breuiter, & dilucide summam rei, de qua cognoscere debeat indicat. Solent. n. Latini poetæ rem tractandā, pponere, inuocare postea, exin vero narrare. Proponit Maro, dicens, Quid faciat lętas segetes, &c. inuocat ibi. FVos o clarissima mundi Lumina, &c.) Narrat aūt illic. Vere nouo gelidus, &c. Sed cur Poeta ab agrorum cultura incipiat, & postea vitium, ratione, non caret. Quoniā apud Romanos, primo, vt necesse erat arua tantū coluere, multoq; serior vitium cultura esse cœpit, quod etiam Pli. lib. xvij. commemorat, Culturas autem vitium, & arborum Emolphus Athenienſis primus inuenit, authore Plinio lib. vij.

P. VIRGILII MARONIS GEORGICON LIBER PRIMVS AD MECOENATEM.

QVID FACIAT lætas segetes: quo sydere terram
Vertere Mecœnas, vlmisque adiungere vites
Conueniat: quæ cura boum, qui cultus habendo
Sit pecori: atque apibus quanta experientia parcis:
Hinc canere incipiam. Vos ò clarissima mundi

DE PROPOSITIONE TOTIVS OPERIS.

¶ Quid faciat lętas segetes, quo sydere terrā Vertere Mecœnas, Id argumentum est primi quidem voluminis. ſ Vlmisq; adiungere vites Conueniat.) Argumētum secundi. ſ Quæ cura boum, quis cultus habendo Sit pecori.) Tertij argumentum. ſ Atq; apibus quāta experientia parcis.) Quarti & vltimi voluminis argumentum. Quid faciat. Ordo est, hinc canere incipiam, Quid faciat lætas segetes, &c. Caue dicas. vt ille hinc. i. post Bucolica. quid. n. stultius: Lętas segetes. i. pingues, feraces, fertiles terras, vel læta fata. Est. n. seges frumenti fructus, vti Marcel. etiam docet. Dicitur item teste Varrone seges quod aratum, sed necdum fatū est, quādoq; absolute pro omni terra ponitur. Maro lib. iiij. Geor. Nec pecori opportuna seges. Dicitur autem seges, a fatu, vt Varroni placet. ſ Quo sydere.) quo astro, quo tempore: ex syderibus. n. tempora colliguntur. Vnde Macro. lib. ij. ait, nihil aliud temporis, nisi cursum solis efficere, & Agricolis, syderū cura necessaria, vt ostendimus. De sydere autem astro, & stella quomodo differunt, vide Macro. lib. j. de som. ſ Vertere.) Effodere, arare. ſ Vlmisq; adiungere vites.) Vlmis, quoniā vlmorū leuis est vmbra, etiā nutriens quęcunq; opacat, vt scribit Pli. xvj. ſ Cura boum,) Cato cap. liiij. de re rustica inquit. Nihil est, quod magis expediat q̄ boues bene curare, vtq; Varro li. ij. scribit a boue antiqui manus ita abstinere voluerūt, vt capite sanxerint si quis occidisset. ſ Cura.) Solicitudo dicta, vt ait Varro, q̄ cor vrat. ſ Qui cultus.) stinus lib. ij. Spatium cōsummando operi querebat. i. vt consummaretur. Pecori ouium multitudini, vt ibi, Cultū pecus an Meliboei. ſ Experientia.) cognitio seu ars & doctrina, nullo docente, per vsum reperta. Mamilius li. j. Per varios vsus artē experientia fecit. Exemplo monstrante viam. Experientia est cognitio singulariū. ars vero vniuersaliū, vt docet philosophus lib. i. Meta. qui etiā li. vij. phy. inquit, ab experiētia particularium accipimus vniuersalium scientiam. ſ Parcis.) conseruatricibus & tenacibus.

Seges. Cura. Experiē tia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ASCENSIVS.

¶Quid faciat lætas segetes, &c.)Quandoquidem titulus operis per Mancinellum, quę integrũ apposituri sumus notus est, nec de numero librorum ambigitur, authorisq; vita ex Bucolicorũ prambulis notissima est, multaq; per Ser. graphice & diserte eluc idantur, ne nihil dicã pauca in falciculum collegero. Notum est ex Horatio de arte quod aut prodesse volũt aut delectare poetæ, aut simul & iucunda & idonea dicere vitæ, quæ omnia vbiq; Maro noster perquã anxie obseruauit, nam vbiq; & prodest & delectat plurimum, sic tamen, vt in quibusdã plus ad delectationẽ in quibusdã plus ad vtilitatẽ, in quibusdam quasi æquis oculis ad vtrãq; respexisse videatur. In Bucolicis enim tametsi profit & priuatę rei, nam agros suos recepit, & publicę Mantuanorũ, quibus cõmiserationẽ impetrauit, potius tñ (vt carmen institutũ est) delectat: hic cõtra nam tametsi delectet maxime cum omnia iucundissime delcribat & fabulamenta iucundissima, vt de Aristæo inserat, plus tñ prodest. Quia agriculturam cui secundam & proximam diuinæ contemplationi contribuit gloriã, edocet, vtpote, qua nihil vtilius, nihil salubrius, nihilq; laudabilius ad philosophiam aspirare nõ valentibus cõtingere posset. Est, inquã, vtilitli ma: nempe quod ab ea tota vitæ nostræ alimenta dependeant, ni hilq; nec in ciuitatibus, nec in agris, sine ea subsistere posset. Est præterea saluberrima, vt quæ per honestã exercitationẽ corpus & animum vegetet, & incolumitate beet. quocirca Æsculapius il le medicinarum deus, in agro sibi sedem delegisse putatus est. Est ad hoc apprime laudabilis, nam & egregie laudatũ Prisci Romani putabant quem bonũ agricolam censerent, primoresq; sibi a leguminibus quę optime seuerant, titulum comparabant: vnde, Cicerones, Fabii, Lentuli, atq; alij multi. Quin adeo Saluator noster nisi agricolã laudandum censuisset, non dixisset, pater meus est Agricola. Ego vitis verat: Ego pastor bonus. Nec Noe Abrahã, Loth, Moyses, Dauid, cæteriq; laudatorum proceres, aut pasturę, aut agriculturæ incubuissent siqd dedecoris, vt alijs multis adiectum vidissent. Sed ne in re nota laborem, perspicuum est Maronem in hoc opere profuisse plurimũ, in Æneide vero, vt illic dicemus, ex equo & profuisse & delectasse. videtur ergo cõstituisse, vt alibi potius delectaret, alibi prodesset; alibi vtrunque faceret. ſItem, vt (sicut in Bucolicis dictum est) totam rusticorum vitam describeret, Pastoralem, videlicet arualem & militarẽ. Præterea, vt Græcorum gloriam in Latium traduceret, eosq; imitaretur, sicut hic Hesiodum, quẽ longe omnium consensu superat. Qualitas carminis est doctrinalis in mediocri stylo, versata, vnde & triplicem stylum obseruare constituit, vt alibi quoq; diximus. Argumentum operis est agricultura. Atq; vt quadruplex est ager, lationalis, f. quem quia aratur aruum vocamus, arboribus consitus, quẽ arbustum vocamus, pascuus, & floridus, ita quatuor libros cõscripsit, quos prælibauit in principio, dicens, Quid faciat lætas segetes, quo sydere terram Vertere, scilicet cõueniat, vbi & aruum describit & primi lib. argumentũ tangit. Vlmisq; adiũgere vites Conueniat, vbi arbustum exprimit: nam arbustum dicitur vitib⁹ arboribusq; cõsitus ager: vnde signanter dicit vlmisq; adiungere vites. Quæ cura, &c. vbi pascua tanguntur, & tertij libri materię. Atq; apibus, &c. quę, f. in florido agro versantur: vnde est quarti libri farrago. Proponit ergo more Latinorũ poetarum, & deinde inuocat, ibi, Vos o clarissima mundi Lumina, captat beneuolentiã Mecœnatis statim in principio cõpellãs eum, vt cui opus nũcupet. Sed & Augustum Cæsarẽ inuocat ibi. Tuq; adeo, &c. Deinde exequitur propositũ, ibi. Vere nouo. Est ergo duplex pars procemialis, & executiua. Verũ quia omnia satis declarantur binis cõmentarijs, satis erit ordinẽ posuisse cum explanatione familiari. ¶Ordo igit̃ argumẽti Ouidiani est. Virgi. sup. aut primus liber Geor. edocuit. i. expresse, & dilucide docuit: qd, i. quæ res faciat segetes, i, ẽm Seruium, terras satas, aut segetes, i. herbas seminum satorum, lætas. i. pingues, ab vbertate lætitiam inspicientibus afferentes, & quæ sydera Agricola seruet. i. seruare debeat, vt proscindat. i. ante sationem scindat & sulcet terrã facilem. i. paratam, cõuenientem: & cito quod postulat facientem, aratris, id est vomere, & reliquis instrumentis arandi. & quomodo semina, sup. sint iacienda. i. dencienda in terra, hoc est quomodo seminandum sit: & edocuit cultus. i. culturas, &, vt imperitiores dicunt, cultiuationes, locorum. i. tractuum, & regionum: hoc est, quis cultus cuiq; loco conueniat: & docuit messes reddi. f. fatoribus cum maggo fœnore. i. excremẽto, & vsura. Ordo textus authoris est. O Mecœnas ego incipiã canere hinc, id est ab hoc loco deinceps. i. in hoc toto tempore: quid faciat segetes. i. aut terras, aut herbas seminum satorũ, lætas. i. pingues, & vbertate animum inspicientium lætificantes, & quo sydere. i. qua cõstellatione, aut in cuius syderis ortu conueniat. i. conueniens, ac decens sit. (Aliquando cõuenire est congredi, & citare conuentum, & id cum accusatiuo. aliquando in consensu esse, vt hic cõuenit inter nos. i. in hoc nõ dissentimus.) Vertere, f. arando terram, & id quidem in. j. lib. & quo sydere conuenit adiungere vites, vlmis. i. arboribus illis raris frondibus: quibus conuenienter adiungũtur vites, & hoc in. ij. libro: & quæ cura, sup. sit boum, & qui cultus. i. quæ cura, & quę diligentia sit pecori habendo. i. vt habeaẽ, quod ad tertium librum pertinet, & quanta experientia. i. quantum experimentum ex industria naturali sit apibus parcis, quæ. f. inuentis abstinent, & in medium reponunt, quæ res ad quartum librũ respicit, cætera in sequentibus explicabuntur.

PIERIVS.

¶Quo sydere terram Vertere Mecœnas.) Hoc primum obseruatione dignum in hac parte visum, quod Mecœnatis nomẽ (id. noculis statim oblatum) varie scriptum apud authores fere omnes inuenebam. dum alij œ, diphthongon, alij æ scribunt. neq; prima an secunda syllaba sit diphthongus, ea notanda inter eos conuenit. Sanè vero in Roma. codi. passim prima syllaba per æ diphth. scripta. In aliquot alijs per œ: visus tamen nonnullorum etiã bene literatorũ obtinuit, vt secũda per œ scriberetur. Quod quidem qua sit ab eis ratione factũ, viderint ipsi. Ego. n. in veterum monumẽtis, quæq; in hortis Mecœnetis eruta sunt, nomẽ id per æ diph. prima syllaba: per e simplex, secunda scriptum obseruaui. Sic. n. in eo frusto, quod nunc in hortis Colotianis visitur, habetur Permissu c, Mecœnatis. Quod si demum eo ventum est, vt nostrorũ quoq; nominum rationes a Græcis repetere cogamur, apud eos μαικήνας scriptum inuenimus per αι, prima syl laba, & per n media. Quare cum Rom. codi. Mecœnas ego potius scripserim. ſQuæ cura boum, quis cultus.) In Ro. cod. in Longobar. in Mediceo, & aliquot alijs antiquis, qui cultus legitur. ſSit pecori atq; apibus quanta experiẽtia.) Antiquiores omnes cod. quos viderim, Romanus quippe Oblongus Vaticanæ bibliothecæ, Mediceus, & pleriq; alij versum hunc absq; cõiunctione atq; ponunt, vt eo modo legatur absq; synalœpha, quo etiã versus ille, Orchades, & alij & amara pausia baca. &, Ter sunt conati imponere Pelio Ossam. &, Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ. ita in his cod. scriptum est, Sit pecori, apibus quanta experiẽtia parcis. Tam & si nonnulli sunt ex eruditis, qui loco hoc tolli, atq;, minime velint, ne ipso statim operis initio versus incipiant (quod aiunt) elãguescere. Sed. n. hos mihi futuros æquiores puto, cum animaduerterint Virgilium dictionem hanc ipsam, pecori, absq; synalœpha sępius poluisse, vt in Buco. Et succus pecori, & lac subducitur agnis. In hoc ipso opere, Arcebis grauido pecori armenta; q; pasces. Quibus ferè omnibus in co. long, addita est q; tantũ particula, vt hoc loco legitur, Sit pecoriq;. Quod qui legerunt, cum encleticæ non esse locũ anima duerterent, compositam coniunctionem illã inculcarunt, neq; tamen hoc ita dixerim, vt prohibere velim, ne vnusquisq; suo satis ingenio faciat.

SERVIVS.

¶Vos o clarissima mũdi Lumina, Liber, & alma Ceres.) Stoici dicunt nõ esse nisi vnũ deũ, & vnã deam: eandẽq; esse potestatẽ, quæ pro ratiõe officiorũ nostrorũ, variis nominibus appellatur. Vnde eũdẽ Solẽ, eundẽ Liberum, eũdem Apollinẽ vocant. Item Lunã, eandẽ Dianã, eandem Cererẽ, eandẽ Iunonem, eandem Proserpinã dicũt: secundũ quos, pro Sole & Luna, Liberũ & Cererẽ inuocauit. ſQuę ducitis annũ.) Quorum cursu tẽpora cõputãtur. Nam per Lunã mensis: per Solẽ, annus ostenditur. ſ Alma Ceres.) Alma ab alendo: Ceres, a creãdo dicta. ſSi munere.) Siquidẽ, nam si cõfirmantis est. ſ Chaoniam pingui glãdẽ mutauit arista) Epiroticã a loco in quo abundant glãdes, quibus antea hominẽs vescebantur. Et modo speciẽ pro genere posuit non enim aut in Epiro tantũ glandes fuerunt: aut de solo Acheloo homines potare consueuerant. Sanè Acheloia nõ prẽter rationẽ dixit: Nam sicut Orpheus docet, generaliter aquã veteres Acheloum vocabant. Sed quia specialiter quidã fluuius Achelous dicit, aut species est pro genere: aut secundum antiquitatẽ est locutus. ſ Pingui arista.) Aristam modo pro frumẽto posuit. Et affectate ait pinguem aristã: cum proprie arista, ab ariditate sit dicta. ſ Et vos agrestum præsentia numina Fauni.) i. propitia: vt, Nec tam prælentes alibi cognoscere diuos. quorũ præsentia fauor est. Et bene de diuersis rebus dicturus, diuersa inuocat numina. ſ Ferte simul Fauniq; pedem.) Ferte, aut si mul venite: aut date, armini meo facultatẽ, quod vtiq; pedibus continetur. vt sit, Ferte pedem, metricam præstate rationẽ. ſ Cui prima frementem Fudit equum magno tellus percussa tridẽti.) Fabula talis est, Cum Neptunnus & Minerua de Athenarum nomine contenderent, placuit diis vt eius nomine ciuitas appellaretur, qui munus melius mortalibus obtulisset. Tunc Neptumnus percusso littore equum animal bellix aptum produxit: Minerua, iacta hasta, oliuam creauit: quę res est melior cõprobata vt pacis insigne. Vt aũt modo Neptumnũ inuocet: causa eius muneris facit, quia de equis est dicturus in tertio: alioquin incongruũ est, si de agricultura locuturus numẽ inuocet maris. Equum autem a Neptumno progenitũ alijs Scythium, alij Syronem, alij Arionem dicunt fuisse nominatum. Et ideo dicitur equum inuenisse: quia velox est eius numẽ, & mobile, sicut mare. Vnde etiam Castor & Pollux, quia eorum velocissimæ stellę sunt, equos in tutela habere dicuntur. ſ Et cultor nemorum, cui pinguia Cæa.) Aristæum inuocat, id est Apollinis & Cyrenes filium: quem Hesiodus dicit Apollinem pastoralem. Hic (vt etiam Sallustius docet) post laniatum a canibus Acteonẽ filium, matris instinctu, Thebas reliquit: & Cæam insulam tenuit primo, adhuc hominibus vacuam: post ea relicta, cum Dædalo ad Sardiniam transitum fecit.

PROBVS.

¶Vestro si munere tel. Chaoniã p. g. m. a.) Chaonia dicta a Chaonia regione Epiri, in qua Dodonæi Iouis est oraculũ a loco dicti Dodone eius regionis. Itaq; colũbas existimat etiã ab ea regione Chaonias dictas, Et in oraculo fuisse vocales, & responsa, dedisse cõsulentibus. Traditur etiã quercus arbor subiecta tutelę Iouis, fuisse æque vocalis, vt Dodone. Et responsa dedisse apud idẽ oraculum, quod testatur Virgil. dicens, Atq; habitæ Graijs oracula quercus. Vnde dici Chaoniam glandem, ipse declarat, cum dicit, Chaoniq; patris glandes, Appellata autẽ est ea regio a Troiano Chaone Chaonia (vt ipse testatur) Chaoniãq; omnem Troiano a Chaone dixit. ſ Poculaq; inuentis Acheloia miscuit vuis.) Æstos Ius pastor Staphylus, cum Oenei capellas in pabulum deduceret, notauit vnam præcipue sedentem a grege lætiorem cæteris recipientem se serius in præsepia, cuius rei, vt causam cognosceret. Secutus est eam clam, & in remota stirpe animaduertit vuã edentem, pomũ ei incognitũ, & fustulit, regiq; pertulit Oeneo, qui ex presso humore delectatus, cum eum vetustate cognosceret mitescere, Libero patri appositum accepto a se hospitio, cuius rei cultum cum demonstraret, Liber, vt perpetua inuentorum esset gloria, constituit, vt ab Oeneo œnon appellaretur vinum, a Staphyle vua staphyle. Achelous autem est flumẽ Ætoliæ. Ita quantum ad Acheloum pertinet, aqua intelligi poterit, quẽ ideo potissimũ nominauit, quod primus in Græciam videtur fluxisse. Vua autẽ significauit vinum. ſ Et vos agrestum præsentia nu. Fau.) Eundẽ Pana, eundem Innuũ, eundem Faunum, quidam interpretantur, quod ei in Italia quidam annuum sacrum celebrant, quidã mentes suos mitiorẽ vitã docuerit ritu ferarum viuentes, & primus loca certis nominibus & ædificia quædam, Lucosq; sacrauerit, a quo & Fana sunt dicta: ipse autem receptus in deorum numerũ creditur. Itaq; etiam oraculum eius in Albunea Laurentinorum sylua est, plures autem existimantur esse etiam præsentes, iccirco rusticis persuasum est incolẽtibus eam partem Italię, quæ suburbana est, sæpe eos in agris conspici. ſ Dryades q; puellæ.) Dryades puellas dicit, quas alij Hamadryades vocant, & eas cum quercu nasci, & interire simul, sed diuturnas esse, & inde Hamadryades dictas. Quercus. n. græce appellatur δρῦς ἄκμα significat simul. ſ Tuq; o cui prima fremen. Fudit. e. m. t. p. t.) Campi in Thessalia sunt Petrei. in quibus locus petra nomine percussus tridente Neptumni equum, qui Scyphios vocatur. Romani autem Neptumnum equestrem vocãt, Græci hippicon Posidona, quod estimetur princeps originis equorũ. Et iccirco etiã poetæ tradunt ab eo donatum equum Adrasto Ariona, & Iunoni Xanthum & Cyllaron, quos illa dederit Castori & Polluci. sed harum fabularum, & opinionis huius initium est natura. Nam quia animaliũ materia liquore constat, & ei præcipue effusa etiã in studium constat, & generationes, est naturæ quæstris adeo, vt equas certum sit plerunq; e vento concipere, animalium vero semine, hoc est liquoris vniuersi deus existimatur Neptunnus, & equorum, eo magis quod planicies eis cõueniens, sit quæ aquis accidit. ſ Et cultor nemorum cui pinguia Cęę. Tercentum niuei tondent dumeta iuuenci.) Insula est Cæa in Ægeo mari, in qua sunt vrbes quatuor, Iulis, Carthea, Loepessa, Coresos, ibi existimatur fuisse pestilẽtia pecorum, & armentorum grauis propter interitum Actæonis. Aristæus monstrante Apolline patre profectus est in insulam Cæam, & ibi sacrificio facto aram Iouí Icmęo constituit, qui placatis flatibus, & æstu qui necabant, & armẽta & pecora liberauit ea, ipse autem post excellum vitę imperãte oraculo, ab immorantibus eam insulam relatus in numerum deorũ appellatus est Nomius, & egotos. q & agresti studio, & cura pecorum armentorumq; nõ mediocriter profuerat hominibus, traditur hæc historia de Aristæo in corpore Argonautarũ a Varrone Atacino. ſ Dumeta.) Et asperа loca, & montuosa dicuntur.

MANCINELLVS.

¶Vos o clarissima mũdi Lumina.) Hæc nostri poetæ inuocatio tota ferè sumpta est e Marci Varronis prologo primi voluminis de re rustica, vbi. xiij. deos agricolarũ duces inuocat. primũ tamẽ Iouẽ & Tellurẽ qui parentes magni dicuntur. Iuppiter. n. pater: Tellus vero mater. Secundo Solem & Lunam, quorum tempora obseruantur, cum quędã ferantur, & condantur in tempore. Tertio, Cererẽ & Liberum, q horũ fructus maxime necessarij ad victum. ab ijs. n. cibus & potio venit e fundo. Quarto Robigũ, &c. Mundi lumina, Solem & Lunã inuocat, pariter. n. fertilibus glebæ, & maturandis frugibus, vel nocturno temperamento, vel diurno calore moderantur: quod etiam Macro. lib. sat. v. scribit, qui etiã lib. j. dixerat, q poeta sciens Romanos veteres ad Lunæ cursum, & sequẽtes ad solis, anni tẽpora digessisse, vtriusq; sæculi opinioni reuerentiam seruãs tam Lunam ẽj Solem duces anni hac inuocatione designat. ſ Labentem cœ. quæ duci. an.) Hic fiet colon, non enim sequẽtibus iungi debet, labentem autẽ cœlo annum ait, quoniam vti etiam Macro. sat. lib. j. scri. Est annus solis emensio, quam lustrando zodiacum efficit diebus. ccc. &. lxv. & quadrante, seu sex horis. Annus vero lunaris mensis est, vt idem asserit lib. ij. de somno, inter quem cœli ambitũ lustrat: nam & a Luna mẽsis dicitur, quia græco nomine luna mene vocatur. Varro etiã cap. xxvij. j. lib. ait, Tempora duorũ temporũ esse: vnum annale, quod sol circuitu suo finit. Alterum menstruũ, quod luna circumiens comprehendit. ſ Liber & alma Ceres.) ẽm Varronis inuocationem non Sol & Luna, sed ipse Bacchus & ipsa Ceres intelligi debent. Dixerat. n. ille vt patuit. Secundo inuocabat Solem & Lunam, quorum tempora obseruãtur, cum quędã ferantur & condantur in tempore. Tertio Cererem, & Liberum, q horum fructus maxime necessarij ad victum: ab ijs. n. cibus & potio venit fundo. Ecce Maro quoq; Varronis inuocationẽ hic imitatus est, qua de re, vt dixi, exponi debet nõ aliter. Probus. n. quem Macro. & Serui. deinde velut agmine facto, cæteri ferè omnes secuti sunt, scribit poetam hoc loco voluisse intelligere, Lunam Cererem a creando dictã, quia maturet fruges. Solem Liberũ, quia libere peruagetur per aera, sed plura scribit Macro. lib. v. sat. Nec refert, q Apollinem & Liberum patrem vnum, eundemq; deum esse affirmet. Varro enim vt patuit apertissime indicat. Hic debes nos intelligere Liberum ipsum Bacchum, & Cererem ipsam deam, quod etiam per sequentia iamiam confirmauero. Liber, Plutar. in proble. scribit Dionysium Liberum patrẽ appellatum, vel q bibentibus libertatis causa sit, vel sicut Alexander dicit, q pro Bœotię libertate pugnauit. Liberat præterea curis, & in agendis securiores facit. Macro. vero lib. j. sat. scri. Neq; illum dixisse, Liberum solẽ a Romanis appellari, q Liber & vagus est. Hic tamẽ, vt dixi, de Baccho intelligendum, nõ de Sole. ſ Alma.) Ab alendo dicta, quia nos alit. ſ Ceres.) Var. scri, quod terra, Ceres dicitur, quod gerit fruges. Tul. itẽ lib. ij. de na. deo. ait, q a gerẽdis frugibus Ceres tanq; geres dicta est. Hęc aũt, vt Pli. lib. vij. docuit, frumenta, cum antea glande vescerentur, inuenit, & molere & conficere, in, Attica, Italia, & Sicilia. Ob id dea iudicata, Sed de Cerere

Neptune: & cultor nemorum, cui pinguia Cæa
Tercentum niuei tondent dumeta iuuenci.

Propositũ authoris.

Qualitas carminis.

Argumentũ.

Chaõia querc⁹.

Vini inuentio.

Faunus Innuus Pan.

Pater. Liber.

Alma vnde dicta.

Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum:
Liber, & alma Ceres, vestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit aristа:
Poculaq; inuentis Acheloia miscuit vuis:
Et vos agrestum præsentia numina Fauni,
Ferte simul, Fauniq; pedem, Dryadesq; puellæ.
Munera vestra cano. tuq; ò, cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percussa tridenti,

Ceres. plurima legito inferius ibi, Prima Ceres ferro mortales vertere terram instituit. Iustinus li.ij.scribit, sub Erichtheo Athenarũ rege frumenti sationem apud Eleusim a Triptolemo repertam. At Diod.lib.vj.ait, quod Ceres prima adinuenit vsum frumenti, quod forte inter alias herbas nascebatur ignotum cæteris. Docuitq; homines nascẽdi seruandiq;, & serendi modũ. ¶ Si.)Siquidem.est.n.cõfirmãtis. ¶ Numine munere, & numina iñ antiquis

Chaõia legi. ¶ Chaoniã.)Chaonia pars erat Epiri dicta Troiano a Chaone, Heleni fratre sm Maronem. Pli. vero lib.iiij.scribit, quod in Epiro erant primi Chaones, a quibus Chaonia. plura legito in Strabo.lib.vij. Chaoniã ergo glandem.i.Epiroticam.ibi.n.glandium copia fuit propter Dodoneam syluã Ioui sacrã, posuit autem speciẽ pro genere.non enim in Epiro tantũ glandes fuerãt: de glandibus autẽ latius legito Pli.lib.xvj.cap.v. ¶ Glandem mutauit arista.)Diodo.lib.j.scribit homines a principio syluestri & incondita vita vixisse, quibus herbæ, & arborum vltro victum ferebant. Deniq; necessitatẽ ipsam rerum magistrã singulorum peritiã ingenijs mortalium subministrasse. ¶ Pingui arista.)per

Poculũ id spicam intelligit, inde triticũ. ¶ Pocula.)Poculũ vas est: potio, quod hauritur, sæpe tñ vt hic poculũ pro potione ipsa ponitur a poetis. Pocula Acheloia. Macrob.sat.lib.v.scribit. Cũ vellet hoc loco poeta aquã intelligi, Acheloum Amnem potissimũ nomina

Achelo* uit, Antiquissimorum Græcorũ more elocutus, apud quos proprie in aquę significatione ponebatur Achelous, qui mos loquẽdi peruagatus fuit, vt Acheloum pro quauis aqua dicerent. Hæc ille, vt autẽ Pli.lib.iiij.edocet, Achelous amnis est e Pindo fluens, qui Acarnaniã ab Ætolia dirimit. Sol.etiã e Pindo ortum asserit.

Staphylus. addens cum primis Græciæ amnibus proditum veteri claritate. ¶ Miscuit Pli.li.vij.scribit. quod vinum aqua misceri Staphylus Sitheni filius primus edocuit, inuentis vuis. Bacchus apud Græcos primus docuit vini vsum, vt testis est Capella libro de nuptijs. Eusebius scribit vitẽ inuentam a Dionysio, sed nõ Semeles filio, anno regni Cecropis quinquagesimo, qui fuit vltimus: Lactan. vero lib.ij.cap.xiiij.scri.quod Noe cum egressus esset ex arca, vt sacrę literę docent, terrã studiose coluit. Atq; vineã sua manu seuit, vnde arguuntur ait, qui authorẽ vini Liberum putant, ille enim nõ modo Liberum, sed etiã Saturnum multis antecessit ætatibus. ¶ Et vos a.)Quoniã poeta de varijs rebus dicturus est varia inuocat numina. ¶ Prẹsentia.)propitia, quorum quidẽ prẹsentia fauor est. ¶ Fauni.)De his diximus in Sileno. ¶ Ferte pedẽ

Epanalepsis. Fauniq; pe.)Epanalepsis figura est.i.cum maiore significato facta repetitio. quæ quidẽ, & ornat, & exauget orationẽ: epanalãbano autẽ repeto significat. Macro.sat.lib.vj.notat, Ferte pedẽ Fauniq; pedem Dryadesq; pu.dicit Virgiliũ id dicendi genus a Græcis sumpsisse, sicuti alia multa. Testimonio itaq; Mac.male legũt, qui dicunt, Ferte si, Satyriq; pe. Ferte pe. adeste venite. ¶ Dryades) nymphæ sunt a quercubus denominatæ, quia syluas habitare di

Dryades. cebantur. nam quod græce drys, latine quercus dicit. ¶ Mune.)i. officia ac dona, Tuq; o cui prima, Tractaturus de equis poeta Neptumnũ inuocat. scri.n.Diod.lib.vj. Neptumnũ equos domuisse, artẽq; equitandi ab illo traditã, ex quo hippicos sit appellatus. Lactã.aũt lib.iiij.th.scribit quod cũ adhuc ignotus esset equorũ

Neptũnus. vsus mortalibus, & horũ animaliũ natura egeret terra. Neptũnus in Thessalia terrã tridẽte percussit, subitoq; prosilierũt duo equi, Scyphios, & Arion. quod itẽ Luca.lib.vj.videt asserere, inquit.n. Primus ab ęquorea pcussis cuspide saxis Thessalicus sonipes bellis feralibus omen Exilit. Ouid.lib.vj.Meta.scrib.litẽ fuisse de terræ noie inter Mineruã & Neptumnũ, itaq; præsentibus dijs duodecim, Ioue medio, Neptumnus longo tridẽti saxa percussit: quade re inde equus exilijt. Pallas inde sua cuspide terrã percussit, vnde oliua, cum bacis etiã prodijt, quæ, vt alij dicunt, qm̃ vtilior visa sit equo, Minerua deorũ iudicio ciuitatẽ suo noie nuncupauit

Minerua. Athena Athenas: nã Minerua a Græcis, Athena dicit. Iustinus vero lib.ij. scribit, quomodo post grecũ regẽ Athenarũ Amphitheon regnauit, qui primus Mineruæ vrbẽ sacrauit, & nomẽ ciuitati Athenas dedit. ¶ Frementẽ.)Fremitũ, & hinnitum excitantẽ, vel cum furo

Fremere. Frẽdere Tridẽs. re vociferantẽ. est.n. fremere magnũ sonare, vt Noñ.ait, Frendere vero est dentẽ dentibus irascendo quatere. Statius lib.viij.th. Sic ait infrendens. ¶ Tridenti.)est tridens Neptumni sceptrũ, seu fuscina. Vir. Non illi imperium pelagi, &c. ¶ Neptumne.)Fuit Neptumnus Saturni filius ex Rhea, qui primus nauigãdi arte inuẽta classem instituit, eiusq; præfectus est a Saturno factus, quapropter traditum est posteris Neptumnũ imperasse mari, sacraq; ei, a nauigantib. facta, author est Dio.lib.vj. Equos etiam primus domuit, vti ostendimus. ¶ Et cultor nemo.)Aristæum inuocat, qui quidẽ, vt in lib.xiij. Iustini legi, filius Apollinis fuit, & Cyrenes fi

Arist. liæ Hispei regis Thessaliæ. Sed Vir.lib.iiij.Geor. Penei dicit. Is aũt in Arcadia late regnauit, primusq; apium, & mellis vsum & lactis coagula hoĩbus tradidit. Pli. etiam lib.vij.docuit, quod Aristæus Atheniensis oleum trapetis exprimere inuenit. Idẽq; Mella Dio. quoq; in fine lib.v.cum Iustino cõuenit, addens, quod nymphis a matre traditus est nutriendus, a quibus cum lac coagulare, mel atq; oleũ cõficere didicisset, primus ea in vsum hominũ traduxit. Vnde a posteris vt deus cultus est post Actæonis filij mortẽ, habitauit in Chio insula, in Libyã ad matrẽ redijt, postea in insulã Sardoñ profectus eã arborib. cõseuit, moratus est etiã in Sicilia: vbi pro deo summo honore cultus, hæc & plura Diod. ¶ Cultor ne.) hoc ideo quia pastor fuit. vnde li.iiij.Geor.ait, Pastor Aristæus. ¶ Cææ.)Cęa teste Pli.lib.iij.insula est in mari Ægeo. quę tñ Cęos a Grẹcis dicit. Stra.aũt lib.x.plura scribit. ¶ Tondent.)Pascuntur. ¶ Dumeta.)Inculta: sunt.n. dumeta loca, vbi dumi nascuntur.

Ceos duo...

ASCENSIVS.

¶ Vos o clarissima, &c.)Post prælibationẽ ac propositionẽ rerũ describendarũ, inuocat author diuersa numina, Cererẽ propter primi libri argumentũ, Liberũ, Faunos, Dryadas, & cætera numina syluestria & Pallada, ppter secũdi. Liberũ quidẽ, ppter vites, & cętera propter arbores quibus maritant: & Pallada, ppter oliuas. Itẽ Neptumnũ propter tertij, pduxit.n.equũ & Aristæũ, propter quarti argumentũ: sed & nymphas, ppter omnia: nam oĩbus pluuiæ conducũt. Cæsarẽ aũt Augustum præcipue propter messem, quæ ad primũ librũ spectat. Inuocat pręterea Solem & Lunã, quę in generationibus, & productionibus rerum potissimum valẽt, efficaciusq; q̃ causæ particulares: vnde primo loco inuocantur. ¶ Ordo itaq; est. O vos clarissima lumina mũdi.i. Sol qui & Apollo, & Luna quæ & Diana: Sed Seruius vult ex authoritate Stoicorum, Liberũ esse Solem, sicut & Apollinẽ, Cererem etiã Dianã, ac Lunam, iuxta quod & ordo esset: o Liber & Ceres, appositorie, clarissima lumina mũdi quæ ducitis.i.vicissim traducitis. (Fecit.n. deus duo luminaria magna, alterũ vt pręesset diei, alterum vt nocti)annum labentem.i.decidentẽ, & dependentẽ, cœlo.i.a primo motore, ac motu primi mobilis(cessante.n.motu nõ perciperet tempus.)Sed melius est sm Mancinellũ, vt diuisim cõstruas: & o Liber deus vini, & Ceres alma.i.altrix nostra, quia dea frugũ, si.i. siquidẽ aut quia, tellus, quæ dea terrę: sed ponitur quodã modo pro terra, mutauit munere.i.beneficio, & inuento vestro, glandẽ Chaoniã.i.Epiroticã.i.qua in sylua Chaonia crescente, homines ante inuentũ frumentũ vescebant, arista.i.fruge matura, pingui, hoc est adipe frumenti: & miscuit.i.diluit, ac temperauit pocula Acheloia.i.potum aquæ vuis inuentis.i.vino a se inuẽto.(Mire & erudite hoc dicit, nam vt temperantiã priscorum significet, dicit nõ vinũ aquis miscuisse, sed aquas vino, vt plus aquæ bibisse significet. de priscis autem loqui se docet etiã ex hoc, quod Acheloum pro aqua ponit, quomodo Prisci Græci sm Macrobiũ locuti sunt. debent autẽ collectim construi.i.vt sit propositio categorica de copulato extremo, nõ hypothetica copulatiua. non.n. Cereris munere inuentum est vinum, nec Bacchi frumentũ, Bacchi tamen & Cereris munere inuenta sunt vinũ, & frumentũ reddendo vtriq; suum, & ita dices coniunctum, si vestro munere tellus mutauit glandem arista, & miscuit pocula vuis, &c. Et vos o Fauni.i.dij syluarum & pecorum custodes, appositorie numina præsentia.i.propitia, & scito quod conducit procurãtia numina inquam agrestum pro agrestiũ(per syncopam, sicut apud Ouid. Vltima cœlestum terras astrea reliquit).i.agros colentiũ, vos inquam, Fauni & puellæ.i.nymphę Dryades.i.arborũ potissimum quercuum, quarum glande etiam nunc sues vescuntur, ferte pedem.i.cõuenite in auxiliũ meũ, quia ego cano vestra munera.i. inuenta mortalibus a vobis collata.i.glandes & frondes quibus pascunt pecora. Et tu o Neptũne cul.i.ad cuius honorẽ & iussum aut cui.i.a quo tellus percussa magno tridẽti.i.sceptro hoc est fuscina tres dentes habẽte(vt significetur triplex Neptũni potestas sicut fulmen trisulcum triplicem Iouis potestatẽ, & Cerberus triceps Plutonis indicat)fudit primũ.i.antequã cuiq; alteri, equũ .i.animal illud humano vsui maxime accõmodatum: &, sup.o tu cultor nemorum.i.o tu Aristæe, cui ad cuius vtilitatẽ tercentum .i.trecenti iuuẽci niuei.i.candidi ac relucentes eo q pingues aut mundi, aut reuera albi, vnde triumphales fieri possint victimæ, tondent.i.pascunt. & pascendo abrodunt, & carpunt dumeta.i. loca dumis & spinis referta pinguia.i.succosa, & oues ac capras pingues reddẽtia, Cææ.i.illius insulę in mari Ægeo, sup. ferte pedem huc, Vt gratiam ineat commendat eorum inuenta, potissimum Aristæi a pastura, quia tondent pinguia dumeta. Ab ætate, quia iuuenci. a qualitate, quia niuei. a numero, quia tercentũ,

dicimus

dicimus autem tercentum, sicut ter quinquaginta, aut declinabiliter trecenti tæ. ta. vtrunq; tantum pluraliter.

PIERIVS.

¶ Vos o clarissima mũdi Lumina la. cœ. quę du. an. Liber & alma Ce.)In Oblongo antiquo co. Qui legitur.i. Liber & alma Ceres. Quamuis non imperitos esse plerosq; scio, qui Solem & Lunã, de quibus Ait Virgi. Vos o clarissima mundi Lumina labentẽ cœlo quæ ducitis annũ, seiungunt a duobus Dijs, qui subsequunt, Liber & alma Ceres, in qua lectione præiectum esse punctum volunt: quod ideo crediderim ab eis assertũ, quia forsan apud Varronẽ obseruauerint de dijs his factã separatim mẽtionem. Apud quẽ ex duodecim Agricolarum dijs Iuppiter, & Tellus inuocantur primo, secundo Sol & Luna: tertio, Ceres, & Liber. Sed enim qui apud Orpheũ legerint ἥλιον ὃν διόνυσον ἐπίκλησιν καλέουσιν. & apud Euripidẽ & Aristotelem eundẽ Solem & Bacchum esse. Id quod & Eusebius & Macrobius, & pleriq; alij qui saxum hoc voluere conati sunt, tradidere, dum Dionysiũ eundem & Bacchum & Liberum nuncupant, igneam Solis vim quæ fructus maturat, interpretantes, facile persuasum habere poterunt, intellectum a Virgilio, vt, Liber & alma Ceres ea sint clarissima mundi Lumina labentem

labentem cœlo quæ annũ ducunt, sed vt ad rem nostrã, reuertamur, codices alij, quę legũt.i. lumina. ¶ Cui pinguia Cęę)Impressi oẽs cod. quos viderim Cææ, scribunt æ diphthongo vtraq; syllaba notata. In Ro. Ceæ per e longã in penẽ vltima ex mutatione diphthongi, ει, quæ fuerat in dictione grẹca κεῖως κεῖα, κεῖον. vt in nomine αἰνείας nos Æneas, & in κιχόρειον, cicorea penẽ vltima lõga. Hora. Me cicorea leuesq; maluæ, qui versus est Dactylicus Alcmanius, licet vero nomen hoc, de quo agitur, apud Græcos multipliciter, & scribat & formetur: qppe resoluta diphthongo κήιος κίος, κόος per geminũ οο, & κόως vltimo in ω μέγα mutato, & κώοος, & κώιος bissyllabũ, quã inscriptionem ex itinerario Vrbani patrui mei ita notatã excerpsi, κωίων πόλεως & alibi. Α βουλα καὶ δᾶμος τῆς λαμπροτάτης κωίων πόλεως & id argenteo numo, quẽ apud Lycinium Arnutium contubernalem meum vidi cancer est cum inscriptione. κώιων. Inferne Λευκιππος. Vbi tamen καίος, aut καῖς, per, αι, scribatur: apud Græcos nondum inueni. Roma nos vero solitos, ω, diphthongum impropriam in œ, vertere, multa indicant vocabula, Comœdia ex κωμῳδία, & similia. Quare vel, Cœæ, per œ, diphthongum, vel per e longum, vt in Roma. habetur codice, Cææ, scribendum.

Ipse nemus linquens patrium, saltusq; Lycæi:
Pan ouium custos, tua si tibi Mænala curæ:
Adsis ò Tegeææ fauens: oleæq; Minerua
Inuentrix: vnciq; puer monstrator aratri:
Et teneram ab radice ferens Syluane cupressum.
Dijq;, deæ q; omnes, studium quibus arua tueri:
Quiq; nouas alitis nonnullo semine fruges:
Quiq; satis largum cœlo demittitis imbrem.

SERVIVS.

¶ Lycæi.)Mõtis Arcadiæ lycos grẹce dicitur lupus vnde hic mõs vocatus, quod in lyceo quibusdã sacris degustatis homines verterent in lupos, & post decẽ annos reuertebãtur in pristinũ statũ si hominũ carnibus nõ vescerent. ¶ Si tibi.)Siquidẽ. ¶ Mænala.) mõs Arcadiæ: dictus ἀπὸ τῶν μήλων.i.ab ouibus, qbus plenus est. ¶ Tegeęę.)Vocatiuus est, a deriuatione Tegæi oppidi Arcadiæ, & Tegeum, tribrachus est: Tegeææ Pæon tertius. ¶ Vnciq; puer monstrator aratri.)Alij Triptolemũ, alij Osirim volunt, quod magis verũ est. nã Triptolemus fruméta diuisit. Bene aũt tacuit de noie, & generaliter ait, ¶ Puer.)nã nõ vnus aratrũ in toto orbe mõstrauit, sed diuersi in diuersis locis. ¶ Et tenerã ab radice ferẽs Sylume cupressum.)Syluanus deus est syluarũ. Hic amauit puerũ Cyparissum noie, qui habebat mansuetissimã ceruã. Hanc cũ Syluanus nescius occidisset puer est extinctus dolore. quẽ amator deus in cupressum arborẽ eius nois vertit, quã pro solatio portare dicit. ¶ Dijq; deæq; omnes.)Post specialẽ inuocationẽ, trãsit ad generalitatẽ: nequod numen prætereat. Quod autẽ dicit. ¶ Studiũ quibus arua tueri.) nomina hæc numinũ in Indigitamentis inueniuntur.i.in libris pontificalibus, qui & nomina deorũ, & rationes ipsorũ nominũ continent: quæ etiã Varro dicit. Nam(vt supra diximus)nomina numinibus ex officijs cõstat imposita. Verbi causa, vt ab occatione, deus Occator dicatur: a Sarritione, deus Sarritor: a stercoratione, Sterquilinius: a satione, Sator. ¶ Non nullo semine.)Id est aliquo, & hoc dicit. Qui a nobis iacta semina vestris seminibus alitis. Semina autẽ dicit deorum cœli temperiem, pluuias, teporem seu rorem. ¶ Satis.)Segetibus: vt, Sata læta, boumq; labores.

PROBVS.

Inuus. ¶ Ipse nemus linquens patrium saltusq; Lycęi Pan o.c.t.s.t.m.c. adsis o Tegeęe fa.)Pana Inuum Latini interpretantur, cuius religionẽ Italię fertur intulisse Euãder, sed creditur propter duo argumenta sub eius numine, & vocabulo Iuppiter coli.i.mundus, quorũ vnum est, q Pan significat omne.i.vniuersam naturã. Alterum q hinnuli pellis qua tegitur, varietas maculis imitet stellas. Mænalus & Lycæus, mõtes sunt Arcadiæ. Tegea eiusdẽ oppidum cuius noie est in Thuscia ab exulibus Arcadiæ vrbs cõdita. ¶ Oleæq; Minerua inuentrix.)Putant eam quidam, & Neptumnũ cõtentionẽ de Athenis habuisse, vtrius vrbs nomine appellanda esset, Neptumnũ tridente percussisse arcẽ, & inde prosiluisse aquã falsi haustus, & hodieq; fontẽ in ea arce Neptumni appellari, Mineruã ictu cuspidis in idẽ oleam euocasse, quæ quia vtilior esset hominibus, ei cessisse Athenas. ¶ Vnciq; puer monstrator aratri.) Quidam putant Triptolemũ Atticum dici, quẽ in volucri curru tradũt poetæ, fruges terræ reddidisse. Quidã Bresser, qui primus inuenisse existimat arandi vsum: sed constat multis annis ante & fruges in Ægypto inuentas esse, & arasse primũ Osyrim bobus, quorũ nomina nunc sunt sacra sub eis, qui religionis causa eodẽ vocabulo appellari videntur, Apis, & Memphis, quorũ alterum

Mempit

Memphitæ colũt Apim, rerũ hieropolitæ μέμφιν. ¶ Et teneram ab ra.s.s.c.)Syluanũ quidam sic ortum ferũt, Crathis pastor in Italia cum iuxta flumẽ aliquot pasceret capellas, & vnã earum incurrere soleret, hoc est libidini suæ in eã sæuire, & obdormisset in ripa sedens, somniq; pondere caput, quasi deiectũ subinde nutaret, caper q soleret eã capellam salire, impetu in eũ facto, crebroq; cum cornibus discusso, abiecit eum in flumen, quod in facti nomine Crathis est appellatum. Cum autem ex capella puer esset natus, cuius pars inferior erat caprina, eumq; dominus educaret, augeretq;, ea re familiaritatem, vt animaduertit adultæ esse ætatis educator, timens ne feritas eius noceret suis, clam eum tollit in syluam, & ibi destituit: quem quia in sylua primum agrestes conspexere, vt deum venerati, Syluanum appellarunt.

MANCINELLVS.

¶ Ipse nemus linquens.)Ordo est, adsis.i. veni fauens. Ipse.i.tu o Pan Tegææ custos ouiũ linquẽs patrium nemus saltusq; Lycęi, si pro quauis tua Mænala tibi curę.i.sint. Est autẽ Lycæus Arcadiæ Tegea. mons in quo Lycęi Iouis delubrum authore Pli.lib.iiij.& Strab. Lycęus. lib.viij. quem Iouẽ Lycęum aliqui Pana volũt esse: de quo in Buco. dictum est. ¶ Mænala.)Męnalus Arcadię mons, de quo late in Buc. ¶ Tegeææ.)Tegęa vrbs est Arcadię, de qua Stra.lib.vij.ait. At Tegęa mediocri adhuc statu permanet, Tegeęe vero est Pęõ tertius, q cõstat, vt Diomedes scribit ex pyrrhichio, & trocheo, hoc est duabus breuibus, & longa, & breui. Id aũt Propertius ostẽdit, cum ait, Ergo musarum & Sileni patris imago, Fictilis & calami Pan Tegeęe tui, sicutiq; de Nemęa Nemęus facit, sic etiã Tegæa Tegęus. ¶ Oleęq; Minerua inuentrix.)quo nã pacto oleam Minerua inuenerit diximus. Diodo. pręterea lib.vj.scribit, q Palladi oleaũ oleiq; educendi inuentionẽ tribuunt. Nam ante huius deę ortũ erat hęc arbor cum alijs syluestribus immista, olei vsus aberat, cum esset ignota. De Pallade plura etiã in Buco. ¶ Vnciq; puer monstrator aratri.)Pli.lib.vij.scribit, q bouem & aratrũ inuenit Briges Atheniẽsis, vt alij dicunt Triptolemus. Tibullus vero elegia.vij.dixit. Primus aratra manu solerti fecit Osyris, Et teneriã ferro sollicitauit humũ. Ceres autẽ lib.iiij.fasto, de Triptolemo ait, Iste quidẽ mortalis erit, sed primus arabit. Et feret, & culta prẹmia tollet humo. de quo paulo ante etiã diximus alia. ¶ Syluane cupressum.)Fuerat Cyparissus puer pulcherrimus, Cęę gẽtis, dilectus quidem a Phœbo, huic autẽ ceruus mansuetissimus gratus erat, quem imprudens iaculo fixerat, vtq; morientem vidit, statuit ipse etiam velle mori, tandem egesto sanguine per immensos fletus in arborẽ sui nominis cõuersus est, author Ouid. lib.x.Meta. Poeta autẽ hoc loco a Syluano dilectum puerum indicat. Erat autem Syluanus non solum syluarum, sed arborum etiam, & pecorum deus, quod latius hoc anno in Epodis ostẽdimus. ¶ Teneram ab radice.)Plantam intelligit propter Cyparissum puerum a se amatum, & in hãc arborẽ versum. ¶ Studium.) de hoc diximus in Alexidi. ¶ Nonnullo semine.)i. aliquo in terra

Oleę inuẽtrix.

Triptolemus Osyris. cyparissus.

Universidad de Deusto Biblioteca

siquidem fœcunda semina rerũ sunt, & in imbri & igni, hinc ait Ouid. lib. j. Meta. Cætera diuersis tellus animalia formis, Sponte sua peperit, postq̃ vetus humor ab igne Incaluit solis, cœnumq́ʒ hudæq; paludes Intumuere ęstu, fœcundaq; semina rerum Viua ei nutrita solo, ceu matris in aluo, Creuerũt, faciemq; aliquã cœpere morando. Quippe vbi temperiẽ sumpsere humorq; calorq; Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus. Lucre. item lib. j. dixit, Huc accedit vti sine certis imbrib⁹ anni Lætificos nequeat fœtus submittere tellus. Tulliusq; in lib. de natu. deo. scri. quod terra grauidata seminibus omnia parit & fundit ex sese, stirpes amplexa alit, & auget: & Varro vbi duodecim deos agricolarum duces inuocat, inquit, Nec nõ precor lympham ac bonum euentũ, q̃m sine aqua omnis arida ac misera agricultura, sine successu ac bono euẽtu frustratio est, nõ cultura. ¶ Fruges.) videto in Buco. Satis.) segetibus. ¶ Cœlo.) i. ab aere. ¶ Imbrem.) pluuiam.

ASCENSIVS.

¶ Ipse nemus &c.) Cõtinuo inuocat ea numina, quę (vt dixi) alicui generi aruorum conducunt. nunc ergo Pana pastorũ deũ inuocat Mineruam oleæ inuentricem, ac Syluanũ syluarum, ac pecorum custodem: deinde ne prætermittendo quoduis numẽ iratum sibi constituat, omnia simul inuocat, quia vero nihil difficile est quod non declaret in cõmentariis. Ordinem habeto. O Pan Tegeæe. i. Arcadice ex Tegæa vrbe Arcadię: si. i. tametsi Mænala, sup. sint tibi curæ. i. licet Męnalũ montẽ Arcadię præcipue colas, & inhabites: tamẽ, sup. ipse. i. tu, linquens nemus patriũ. i. in quo natus diceris: hoc est Arcadicum: & pro. i. saltus Lycæi. s. montis in Arcadia, adsis. i. auxilio & præsens sis, supp. nobis fauens, & o Minerua. i. Pallas inuentrix oleæ, sup. adsis fauens, & puer. s. Triptoleme, aut Osyri, aut Briges monstrator. i. inuentor aratri vnci. i. incurui. & vncũ in stiua habẽtis, sup. adsis fauens, & o Syluane ferens cupressum. i. arborẽ in quã Cyparissus puer a te cõuersus est, ab tenera radice. i. pullulantẽ ex tenera radice. s. delicatissimi pueri, aut quã adhuc teneras radices habentẽ euellisti, sup. adsis fauens. Et vos oẽs dii, & deæ, quibus est studium. i. cura, & diligentia, tueri. i. protegere arua, & qui alitis fruges nõnullo. i. quodam semine. i. natiuo alimento & secreta virtute naturæ, fruges nouas. i. paulo ante satas, & quæ demittitis. i. deorsum mittitis cœlo, hoc est cœlitus, satis. i. ad vtilitatẽ satorũ (quia in Bucolicis dicitur, Dulce satis humor, &c. est ergo datiuus casus) imbrẽ largum. i. pluuiam fœcunditatem largientem, ita vt potius dicatur, largus a largiendo, q̃ a largitate: nimius. n. imber noceret, vnde sunt qui intelligant, satis. i. competenter largum, & vt imber demittatur, non solum in sata, sed & in arbores sponte nascentes.

PIERIVS.

¶ Quiq; uouas alitis nonnullo semine fruges.) In Ro. cod. perperam est, Non vllo de semine. quod alibi, nullo de semine, habetur, vt sui quoq; genii statuantur iis, quę sponte sua veniũt, quarumq; semina nobis sunt incognita. Nam de iis quæ ferũtur statim subdit, Quiq; satis largum cœlo demittitis imbrem. Seruius, nonnulla agnoscit, & pro aliquo interpretatur, vltra cui lectio magis placuerit, non laboro.

Tuq; adeo, quem mox quæ sint habitura deorum
Concilia, incertum est; vrbis ne inuisere Cæsar,
Terrarumq; velis curam: & te maximus orbis
Authorem frugum, tempestatumq; potentem
Accipiat, cingens materna tempora myrto.
An deus immensi venias maris: ac tua nautæ
Numina sola colant: tibi seruiat vltima Thule
Teq; sibi generum Tethys emat omnibus vndis.
An ne nouum tardis sydus te mensibus addas:
Qua locus Erigonen inter, chelasq; sequentes
Panditur. ipse tibi iam brachia contrahit ardens
Scorpius: & cœli iusta plus parte reliquit.
Quicquid eris (nam te nec sperent Tartara regem:
Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido:
Quamuis Elysios miretur Græcia campos:
Nec repetita sequi curet Proserpina matrem)
Da facilem cursum: atq; audacibus annue cœptis:
Ignarosq; viæ mecum miseratus agrestes
Ingredere: & votis iam nunc assuesce vocari.

SERVIVS.

¶ Tuq; adeo quẽ mox quæ sint habitura deorũ Concilia incertũ est.) Iam adulatur Augusto: quem inter deos inuocat. Nec totũ tamen dandũ est adulationi, sed & veritati. nã cũ oẽs Imperatores post mortẽ sint inter deos relati, Augustus viuus diuinos honores meruit. quod etiã Hora. testatur dicẽs, Præsenti tibi maturos largimur honores: Iurandasq; tuũ p nomen ponimus aras. Vnde male quidã culpãt Virgiliũ, dicẽtes eũ auiditate laudãdi citũ interitum Augusto optasse, cũ eum constet ad rẽ, quę tunc fiebat, respexisse. ¶ Mox.) tñ possumus pro postea accipere: vt Horati⁹, Mox daturus Progeniẽ vitiosiorẽ, id est postea. Potest tñ Mox ad vitę humanę breuitatẽ referri. Nam ipse ait in decimo, Rhœbe diu (res si qua diu mortalib⁹ vlla est) Viximus. Sanè sciendũ mire eum laudasse, q̃ ait, Quẽ mox quę sint habitura deorũ Concilia incertũ est, Id est nondũ scimus quis deus esse velis. nã deũ fieri, maximũ est: in potestate autẽ habere quis deus velis fieri plus esse q̃ maximũ, cõstat. ¶ Vrbeis ne inuisere Cęsar.) Vtrum velis terrarũ, an maris, an cœli imperiũ possidere. ¶ Tempestatumq; potentẽ.) Aut bonarũ tempestatũ: vt, Vnde hæc tam clara repente Tẽpestas: Aut tempestatũ ait temporũ: sicut vbiq; Sallustius. ¶ Materna myrto.) Quæ in honore est Veneris, a qua Augustus originem ducit. ¶ Numina sola colant.) Id est magna: quasi melior sit futurus & Neptũno & cęteris diis marinis. ¶ Thule.) Insula est Oceani inter septentrionalẽ & occidentalẽ plagã, vltra Britaniã, Hiberniã, & Orchadas. est aũt insula in Oceano vltima: in qua cũ Sol in Cancro est, perpetui dies sine noctibus esse dicunt. ¶ Tethys emat omnibus vndis.) Tethys vxor est Oceani, nympharum mater. Quod aũt ait, ¶ Emat.) ad antiquum nuptiarum pertinet ritum, quo se maritus & vxor inuicẽ emebãt, sicut habemus in iure. ¶ Tardis sydus te mensibus addas.) i. ęstiuis. ¶ Qua locus Erygonem inter, chelasq; sequẽtes.) Ægyptii duodecim esse asserunt signa: Chaldæi vero vndecim. Nã Scorpiũ & Librã vnũ signum accipiunt. Chelæ enim Scorpii Librã faciunt. Iidem Chaldæi nolunt ęquales esse partes in omnibus signis: sed pro qualitate sui, aliud signũ. xx. aliud. xl. habere: cũ Ægyptii tricenas esse partes in oĩbus velint. Modo ergo ſm Chaldæos locutus est, dicens posse eũ habere locũ inter Scorpium & Virginem. nã Erigone ipsa est virgo. Sciendũ est deinde voluisse maiores in his signis esse deorũ domicilia: vt Solis est Leo: Lunæ vero Cancer. Cæterorũ vero quinq; planetarum bina sunt signa prout se ratio syderũ sequitur. Nã primus circul⁹ a terra, Lunæ est, secũdus Mercurii, tertius Veneris, quartus Solis, quintus Martis, sextus Iouis, Saturni vltimus. Sed remotis Sole & Luna, quorũ sunt domicilia Leo & Cancer: hi quinq; ordine quo eorũ sunt circuli, bina possidẽt signa, vnũ a sequẽtibus, & vnũ a superioribus, vt Mercurii sint Virgo & Gemini, Veneris Libra & Taur⁹, Martis Scorpius & Aries, Iouis Sagittarius & Pisces, Saturni Capricornus & Aquarius. Vnde per hæc loca syderum, Augustum & fortẽ propter Scorpium. i. Martis domiciliũ: & iustum, propter Libram: & prudentem, propter vicinã Virginem. i. Mercurii domicilium fore significat. Bene autẽ Augusto inter Virginẽ & Scorpiũ. i. inter iustitiam & virtutem, locum tribuit. Nam Chelæ, Scorpii brachia sunt: quę sexaginta partes in cœlo sunt: solũ fore significat. ¶ Panditur ipse tibi.) Ordo est, Qua locus ipse tibi panditur. Tibi autẽ, in tuum honorem & gratiam. ¶ Ardens Scorpius.) Ardens ad illud refertur, quia Martis est domiciliũ: nam Scorpii tempus frigidum est, quippe cuius Nouẽber mensis est. ¶ Iusta plus parte.) Secundum Chaldæus, qui Scorpium dicunt spatium duorum signorum tenere. ¶ Quicquid eris.) Ordo est, Quicquid eris, da facilem cursum. Cætera. n. per parenthesim dicta sunt. ¶ Nec sperẽt Tartara regem, Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido.) Allegoricos dicit illum nec debere mori velle, nec posse. ¶ Quamuis Elysios miretur Græcia campos.) Licet præferantur inferi a Græcis poetis. ¶ Nec repetita sequi curet Proserpina matrem.) Ceres cum raptam a Plutone Proserpinam filiam diu quęsisset: tandem aliquando eam esse apud inferos comperit: pro qua re cum Iouis implorasset auxilium, ille respondit posse eam reuerti, si nihil apud inferos gustauisset. Illa autem iam punici mali in Elysio grana gustauerat: quam rem Ascalaphus Stygis filius prodidit. Vnde Proserpina ad superos remeare non potuit. Hinc ait Luca. Quæ te Detineant Ætnęa dapes, Quam necessitatem modo Virgilius

gilius Proserpinæ tribuit volũtatis. Sanè Ceres a Ioue postea meruisse dicitur vt, Proserpina sex esset cũ matre mensibus, sex cum marito: quod ideo fingitur, quia Proserpina ipsa est quæ & Luna, quæ toto anno sex mẽsibus crescit, sed sex deficit. s. per singulos menses quindenis diebus: vt crescens apud superos, deficiẽs apud inferos esse videatur. ¶ Da facilẽ cursum.) Meo. s. poemati. ¶ Audacib⁹ annue cœptis.) Verecũde suas vires extenuat. ¶ Ignarosq; viæ mecũ miseratus agrestes Ingre.) Aut mecum vię (id est rationis) ignaros intelligas: aut rusticis ignaris faue mecũ. i. quibus & ego his scriptis collaturus sum: aut mecũ ignaros agricolas miserere: aut eis mecum faue. ¶ Iam nunc.) i. viuus adhuc. Nam (vt diximus) Augustus viuus diuinos honores emeruit.

PROBVS.

¶ Accipiat c.m.t.m.) Myrtus est arbuscula Veneris subiecta tutelæ. Cæsar aũt Iulius qui trahit ab Ænea genus, idcirco materna myrtus dicta est a Vir. ¶ Tibi ser.v.t.t.q.l.g. Tethys e.o.v.) Superior sensus declarat ambigi inter deos: vtrum Ioui succedere debeat Cæsar frugum tempestatũq; arbiter futurus agrestibus, & cibus vrbibus venerabilis. Sequẽs ante etiã Neptũno qui ei det Amphitritem vxorem Neptunni futurã Cæsaris coniugem, Tethyn matrem ait dubitare generatam ex Oceano. Insulæ sunt in Oceano septentrionali iunctæ Britaniæ vltimis partibus Orchades: quarum vltima est Thule, significat quoq; hanc seruituram Cæsari consecuturo honores cœlestes. ¶ An ne nouum t.s.t.m.a Qua locus Ery. in. ch. q. s. Pandit. i. t. i. b. c. a. Scor. & c. i. p. p. relin.) Tardis mensibus ideo, q̃ domiciliũ Saturni tradant astrologi Libram, quod est signũ ęquitatis, cuius mẽsis est biennii & sex mẽsium, cuius loco futurũ Cęsarẽ dicit, Chelas dicit Scorpionis brachia, Erigonẽ dicit Virginẽ, cui iustitia Astręi filia, quę cũ morata esset aureo & argenteo sęculo cum hoĩbus, ferreo sęculo se recepit in cœlũ: quia vltra in terris sedẽ non habuerit, nec sustinuerit se hominũ miscere sceleribus.

Erigõe.

Erigone aũt Icari fuit filia pastoris Attici: quæ relata est in numerũ syderũ nõ signorũ. Sydera enim extra signiferũ circulum sunt, signa tantũ. xii. placet esse astrologis. ¶ Iusta plus par. reli.) A Scorpione: quia Scorpius duorum signorũ spatium teneat, in cuius brachiis duobus posita statera signum Libræ, quẽ Græci ζυγὸν vocant. hoc. n. spatium ab eo detineri: & Ouid. testatur cum ait, Est locus in geminos, vbi brachia cõcauat arcus, Scorpius & cauda flexis vtrinq; lacertis, Porrigit in spatium signorũ. ¶ Quicquid eris (nam te. n. sp. t. r. Nec tibi. r. v. t. d. c. Quãuis Ely. m. Grę. c. Nec. r. se. c. p. m.) Tartarũ ait Virgi. apud inferos locũ præcipitem infinitæ altitudinis, cum ait, tum Tartarus ipse Bis patet in præceps tantum tenditq; sub vmbras. q. a. e. Elysios campos dicit apud inferos, in quos recipiũtur piorum animæ: quos alii putãt esse insulas fortunatorũ. Nam quod negat Proserpinam sequi voluisse matrem contra historiam refert: Cognito enim eius raptu Ceres, Ioui detulit querelam, qui permisit matri filiam abducere, si nullum cibum ore apud inferos contigisset.

Ascalaphus.

Cum autem iudiciũ fecisset Ascalaphus Orphnes, & Acherontis filius, eam tria grana mali punici in horto Ditis deuorasse: mutatus est in auem bubonem. Iuppiter autem permisit sex mensibus cum matre filiam esse totidem cum viro.

MANCINELLVS.

¶ Tuq; adeo.) Augustũ Cęsarẽ inuocat. Nã vt latius in Buc. ostẽdimus: viuẽti etiã diuinos honores impẽderũt. Tuq; adeo hyperbaton est. tendit. n. illuc vsq; Da facilẽ cursum, quidã tamẽ id publice interpretando cũ nesciret huic loco ordinẽ tradere, dixit legendũ esse, Tuq; adeo es, textus oẽs veteres, & poetę venustatem deprauãs. Erit igit ordo talis, Et tu Cæsar, quẽ est adeo incertũ. i. valde incertũ, quæ deorum cõcilia mox sint habitura, Siue & tu Cæsar, quẽ adeo. i. profecto incertum est, quæ &c. ¶ Mox.) Id est deinde vbi mortales reliqueris.

Cõcilia.

¶ Concilia.) Cõuentus societates a concalando. i. vocando, vt scribit Festus, dicit autẽ incertũ esse, qui deus fieri velit, an terrarũ & vrbiũ, an maris, an cœli, cũ possit quodcũq; eligere.

Vrbis ĩ accusatiuo.

¶ Vrbis ne inuisere Cæ.) Vrbis accusatiuus est nõ genitiuus, nã Gel. lib. xix. scri. Probũ Valeriũ hoc loco vrbis per i scriptũ legisse li. manu. Vir. collecto. Verte autem & muta, vt vrbes dicas, insipidius nescio quid facies & pinguius cõtra lib. iii. Æneid. vrbes dixit, per e literã, Centũ vrbes habitant magnas. hic. n. muta, vt vrbis dicas nimis exilis vox erit, & exãguis tanto quippe iuncturæ differentia est in cõsonantia vocũ proximarũ. Probus idẽ ait, authore prædicto diuersis in locis Virgiliũ vrbis & vrbes dixisse, arbitrio, consilioq; vsum auriũ Sic turrem, & turrim, tres & tris, &c. ¶ Inuisere.) visitare. Cæsar scri. Sueto. Octaui. Gaii Cę. & deinde Augusti cognomen assumpsisse. Alterũ testamento maioris auũculi, alterũ Numacii Plãci sentẽtia. ¶ Maximus orbis.) Immẽsus terræ globus: nam dixerat, Terrarumq; velis curã. Pli. li. ii. inquit. Orbẽ certe dicimus terræ globũ quem verticibus includi fatemur, & paulo inferi⁹ immẽsum terrę globum appellat.

Orbis.

Id quidẽ perplacet, sed videt etiã de cœlo intelligẽdum, ꝓpter sequẽtia. ¶ Authorẽ frugũ.) i. ducem, & causam, quod propter Erigonẽ ait, & Libram quę Cereri dedicatæ sunt. Manil. lib. ii. Spiciferæ est virgo Cereris fabricataq; Libra. ¶ Tẽpestatũ.) i. temporũ. tempestas. n. authore Varrone, a tempore dicit, vel ipsarum tempestũ propter Scorpionẽ, quod sydus Marti dedicatũ est, tempestatũ deo, sed hoc modo carminũ transpositio esse videretur: Illorũ. s. an ne nouum, & an deus immẽsi, & ergo priora potius.

Tempestas.

¶ Materna myrto.) i. Venerea. Augustus. n. a Venere duxit originẽ: nam filius fuit Accię natę ex Iulia sorore Iulii Cæ. Sueto. referente. Deinde Iulii Cæ. filius per adoptionem. quo autem pacto Iulius Cæ. a Venere originem traxerit, late apertum est in Buco. Eclo. viii. Materna myrto, in myrto præest Venus, inquit Pli. lib. xv. & Gel. lib. v. cap. vj. ait, q̃ oualis corona myrtea erat, eaq; vtebantur imperatores, qui ouãtes introibant vrbẽ.

Myrtus Agusti genus.

Ouãdi autẽ hæc non triumphandi causa erat, cum aut bella non rite indicta, neq; cum iusto hoste gesta erant, aut hostium nomen humile, & nõ idoneum fuerat vt seruorum, piratarumq;, aut deditione repente facta incruenta victoria obuenerat. Cui facilitati aptã esse Veneris frondẽ crediderunt, q̃ non Martius, sed Venereus quidam triumphus foret. hæc ex Gel. Pli. autẽ lib. xv. edocet, authore Massurio, curru quoque triumphantes myrtea corona vsos. Maro itaq; propter triũphos Augusti ait, Cingens materna tempora myrto, & propter Librã Veneris domicilium.

Ouandi causa.

¶ Tua numina.) Tuas potestates, Numẽ enim authore Festo dicitur quasi nutus diei, atq; potestas. Varro inquit Numen dictum esse imperiũ dictum nutu. ¶ Colant.) Venerent. ¶ Vltima Thule.) Apud Stra. & Diony. atq; Eustachium, qui grece diligentissime orbis sitũ conscripserũt θούλη thule legitur insula in vltima septentrionis parte, thula inquam per th & u sequente.

Numen

Strabo autẽ sic ait de Thule, item obscura est historia propter eius in vltima loca remotionem, hanc siquidem ad septentrionem expositam locant. Solin. quoque de Britania loquens, ait, multę & aliæ circum Britaniam insulę, e quibus Thule vltima, Vltra Thulem accepimus pigrum & concretum mare.

Thule.

¶ Tethys.) Tethys Tethyos, vt Iginius scribit & alii, fuit Oceani coniux, nympharumq; mater.

Tethys.

¶ Emat.) Romano more elocutus est, vbi dote adhibita generi comparãtur. Iustinus autem lib. iii. refert Lycurgum inter Lacedęmoniorum leges statuisse virgines sine dote nubere. iussisseq; vt vxores eligerentur, non pecunia, quod seuerius matrimonia sua viri coercent, cum nullis frenis dotis tenerentur, hinc optime Iuuenalis ait, Intolerabilius nihil est quam fœmina diues. ¶ Tardis mensibus.) Id est tardis syderib. vt Leoni, & Erigonæ menses. n. a syderibus denominabat naturales. s. de quibus latius videto ibi, Hoc metuẽs cœli, &c. Aduertendũ tamẽ hic signa accipi pro duodenis cœli partibus ęqualib. respectu primi mobilis, sydera vero ipsas imagines in octaua sphæra. Iulius pręterea, & Augustus tardi mẽses dici possunt. Iulius quidem a sydere Leonis. Augustus vero a sydere. ¶ Erigones.) Sol enim diutius sub Leone moratur, atque Erigone, q̃ sub quouis alio sydere, sub Leone siquidem. xxxix. diebus, vel circiter. sub Erigone autẽ. xlvj. ferè diebus:

Erigõe.

nam dum Sol octauum signi Leonis gradũ nostro æuo ingreditur, quod est circa. xxii. diem Iulii mensis quintilis, tunc ingreditur Leonis sydus, cõtinueq; sub eodem incedit sydere donec. xvii. signi Virginis gradum pertingat, quod est circa Augusti finẽ, intra quod spatium intercipiuntur gradus. xxxix. dies quidem totidem cõstituentes, aut circiter, quoniam Sol die quoq; per gradũ vnum ferè incedit. Erigones vero sydus sol ingreditur per diem ferè antequã Leonis sydus exierit. hoc est dum. xv. signi Virginis gradum attigerit, inceditq; sub eadem Erigone, donec secundum signum Scorpionis gradũ attingat, quod quidẽ est circa. xvj. mensis octobris diem, intra quod spatium gradus. xlvj. ferè intercipiuntur, tot enim diebus Sol Erigonẽ percurrit. Cum itaq; menses a syderibus olim denominauerint, vt & Chaldęi asserunt, iure tot dies habere deberent, quod sub eisdẽ Sol incedit Libra, deniq; Vulcania cõtractis brachiis Scorpionis addita magnis mensibus Iulio, & Augusto, hoc est syderibus Leoni & Erigonæ inter auctricem frugum Erigonẽ, & tempestaum potentem Scorpionem, collocata est gradus ferè. xxj. in cœlo occupans, eos videlicet, quia septimo signi Scorpionis in. xxii. intercipiuntur, & inde iusta plus parte cœli Scorpius cõtrahẽdo brachia relinqueret Cæsari, dum a secundo gradu signi Scorpionis in. xxv. eiusdem locus Cęsari mortali assigneretur. Hi gradus qui Libram, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Erigonē,ac Scorpionem, & Libram intercipiunt cum sua Libra, Cæsari adiunganť. quæ Libra dum Romā imperij maiestatem respicit,teste quoq; Manilio lib.v.Hesperiam sua Libra tenet, quæ condita Roma,orbis & imperiū retinet,&c.Voluit Virgi.si Cęsar cœlum appeteret,inter ipsa sydera vbi sedes est Romani imperij, se nouum sydus adderet, tardis mensib.præcedentib.i.tardis syderibus Leoni,& Erigonæ,vt dictum est.Hæc de syderibus a pręstantissimo viro,& nostri sęculi summo astrologo Ioanne Theolopho Norico accepi.Locus.n.erat obscurissimus. Erigonem.i. Virginem,de qua late apud Iginium.ſ Chelasq; se.)Scorpius magnitudine sui corporis duorū locū occupat signorum.Ouid.lib. ij.Meta.de Scorpio, Porrigit in spatiū signorum mēbra duorū, E quibus Iginio teste prior Chelæ, reliqua autem Scorpio vocatur.Est autem Libra dimidia pars Scorpionis,vt idem ait; Chelæ autē a Chelos,quod est vngula dicuntur. Qua locus Erigonē inter Chelasq;.&c.sub libra Augustū Cæsarē collocari cupit, quod Libra domicilium est Veneris Martis,& Italia illi subest signo,vt diximus.Et Manilius lib.iiij.de natis sub Libræ horoscopo,ait illum vrbes,& regna trement nutuq; regentur.per Libram igitur summum imperatorē designare cupit.Scorpius dicit̄ a scorpizo, quod est spargo.spargit.n.brachia.i.chelas.ſ Ardens.)Id est pugnax,acer,trux,terribilis. Scorpius.n.est Martis domiciliū. Mani.lib.ij.Vulcano pugnax mauorti Scorpius hæret:& iterum, Pectora & in chellis,& quæ dat Scorpius acer.& lib.iiij.Scorpius armata violenta cuspide cauda,In bellū ardentes animos,& Martia castra Efficit,& multo gaudentem sanguine ciuem. Scorpionum cauda semper in ictu est,nulloq; momento moueri cessat,nequādo desit occasioni,quibusdā gemini sunt aculei,maresq; sæuissimi.Pli.li.xj.ſ Iusta plus parte.)Scorpius.n.magnitudine sui corporis duorum locum occupat signorum, vti ostendimus, adeo autem sua retrahit brachia, vt relinquat plusq; chelarum locus, seu Libræ signum occupat, quod & dictum est supra.ſ Nec spe.) Innuit eum cœlum ascensurum.ſ Dira.)Tristis,& infesta,& quasi deorum ira missa.ſ Elysios cam.)Maro lib.vj.scribit Elysios cāpos beatorum locum apud inferos esse.At Stra.lib.iij.docet Homerum eo in loco piorum regionem,& Elysium campū finxisse, quo potens Mænalum transmissurum esse dicit. Elysium in campum,terrarumq; vltima tandē Dij te transmittent,stat flauus vbi Rhadamanthus,Existitq; viris, vbi vita facillima durans,Nō hyemis vis mul ta niuis,non congruit imber,Stridula sed semper Zephyros & flumina mittit, Ingens Oceanus. Aeris.n.salubritas & suauis Zephyri spiritus eius regionis peculiaris est,quæ in occasum vergens nunq; temperie caret. Tum vero terræ terminus, vbi poeta infernū esse fabulatus est. Macrob.vero lib.j.de som. ait,quod in sphæra quæ aplanes dicit̄, Elysios campos esse puris animis deputatos antiquitas nobis intelligēdum reliquit,quod quidē nullæ etiam fidei conuenire videtur.in cœlo.n.credimus beatorum locum,quē nostri theologi paradisum appellāt.ſ Proserpina.)Fuit hæc Iouis & Cereris filia,quam Pluto infernus rex rapuit in campo Æthnēsi,qui floridus semper est:nam prope est demersum foramen, quo Ditem patrem ad raptum Proserpinæ exiuisse fama est,vti Soli.scribit:hanc mater Ceres totum per orbem quęsierat,vt lib.v.Meta plene habetur.Audiuit tandem esse apud Plutonē. Sed quia ieiunia soluerat septem granis punicei pomi,statutū est,vt sex mensibus cū matre, sex vero cum marito maneret.Poeta autē hoc loco eius arbitrio redire tribuit. Quicquid,vel terrarū,vel maris,vel cœli numen.ſ Audacib.)Arrogātiam vitat.ſ Annue.)assentire faue.ſ Viæ.)rationis,& consuetudinis.ſ Ingredere.)adsis,adueni.ſ Iam nunc.)dum viuis.

Scorpius
Scorpizo.

Elysij campi.

Proserpina.

ASCENSIVS.

Tuq; adeo quē &c.)Inuocat Augu.Cęsarem,quē videlicet deū in Bucolicis nuncupauit.dubitare aūt se significat cum adhuc viuat,in quem deorū cœtum ipse volet assumi, vbi decesserit.Assignat autē ei locum in cœlo cōuenientē, quia vbi est Romani imperij sedes inter Erigonem.s.hoc est Virginem,& brachia Scorpij quæ dicit se contractura vt Cæsari Augusto locum relinquant. Argutissime autem a Mācinello locus elucidatur. Ordo igitur est. Et tu o Cæsar.s.Auguste, adeo.i.omnino da facilem cursum quod inferius multo poneť, nisi dicas a superioribus adsis, sup. q.d.id facile(cum præsens sis)poteris.tu inquā quem incertū est quæ cōcilia,qui cœtus, aut quę cōuenticula deorum sint habiturātāq;.s.deus & specimē,an videlicet velis inuisere.i.visitare, vrbis.i.ciuitates,& velis curam.i.protectionem terrarum.s.assumere,hoc est an velis coli in vrbibus ab his qui eas inhabitant tanq; eorum protector,an ab omnibus in terris, hoc est in agris,degētibus, & maximus orbis,i.totus mūdus, aut maxima pars mundi accipiat te authorē frugum,& potentem.i.potentiam & dominationē habentē,tempestatum.i.temporum,aut tempestatū quę agris ingruere solent. An tu cingens tempora.s.capitis tui myrto materno.i.qui in tutela Veneris Iuliæ domus genitricis est,& in littoribus maris nascitur,venias.i.efficiaris & euadas deus immensi maris & nautæ colant numina tua sola.i.quę magna sunt, & quę sine alterius accessione quod volēt efficiēt,aut sola.i.solūmodo tua:quia Thule.i.insula vltima.i.extrema:hoc est etiā extremi hominū:vt qui sunt vltra penitus toto diuisos orbe Britanos, seruiat tibi: & Tethys.i.magna maris dea:emat.i.comparet te sibi generū, oībus vndis.i.dote vndarū omnium quarū dominus efficieris.An ne,sed nonne potius,addes te nouū sydus,idest astrum, mensibus tardis.i.syderibus quibus tardi menses cōpetunt.s.Erigone & Scorpioni, hoc est,an potius imperij Romani locū occupaturus es in cœlo,in ea.s.parte, qua locus panditur.i. aperitur tibi inter Erigonen.i.Virginem.)Scribitur autē per n a nominatiuo Erigone. Nam per m,esset malus versus)& chelas sequentes.i.brachia Scorpij subsequētia:quia ipse Scorpius.q.d.vltro & volens,ardens.s.ardore quo Mars cuius domiciliū est,contrahit.i.cōstringit, & prius extēsa ad se trahit iam tibi.i.ad honorem & cōmodum tuum,brachia.i.chelas suas,& reliquit.s.postq; cōtraxit iam tibi plus cœli.i.de cœlo(aut construať,)an;licet post regatur sic,reliquit tibi cœli.i.de cœlo.regitur.n.ex vi partitionis(vt dicūt)plus parte iusta.s.ad hoc vt nouum sydus recipiat. Quidqd eris.i.quodcūq; numen.(Dubitabat.n.an cœli,an maris au terrę: ne tū id dubitasse videatur propterea ꝙ nesciat an velit deus inferorū esse subdit)nā nec tartara.i.obscura inferorū sperent te regē,nec tam dira cupido regnādi veniat tibi vt.s.inferis dominari velis:quāuis Gręcia.q.d.fabulatrix, & mēdax,mireť.i. laudet campos Elysios.i.beatorū sedes apud inferos, nec.i.& nō quāuis Proserpina.s.filia Cereris & vxor Plutonis effecta repetita.s.a matre Cerere, nō curet sequi matrē.i.nolit redire ad superos,quod faceret tū nisi beatiorē inferorū locū censeret(hoc aūt per parēthesim insertū est)Quidquid,in quā, eris da aspirando facilem cursum,& annue.i.faue annuendo, cœptis.i.orsis meis,audacib.i.supra vires nisi arriseris molientibus,& tu miseratus mecū agrestes ignaros vię.i.rationis colēdi, ingredere.i.adsis vt numen,& assuesce iam nunc.i.dum adhuc in terris es, vocari votis, id est per vota tibi facta,aut votis.i.ad vota nostra perficienda.

PIERIVS.

Quem mox quæ sint habi.deorum Concilia.)Veteres pleriq; codices consilia per s scribunt. Grammatici distingunt & hoc significato malunt concilia. Neque vero prætereundum videtur, quod loco hoc mox pro cito positum: ait Cniso, Carisio teste. Quod alij paulopost, volunt, vt Teren.Nam vt mox reuertare. ſ Tibi seruiat vltima Thule.)Sanè nomen hoc per θ, & ου diphtē. scribitur, nonnunquam tamen priore vocali ex diphthongo dispuncta,Thyle, scriptum inuenies, vt habetur in Roma.codice, de hac aduerte Strabonis verba male a quibusdam interpretata, ita legi debere, Hanc siquidem super omnes fama vulgatas magis atq; magis ad Septentrionem expositam locāt.ſ An ne noua tardis sydus te men.ad.)Sunt aliquot antiqui codices in quibus atq; nouum,legitur, vt in Oblongo Vaticanæ Bibliothecæ. Sed longe melius,an ne.Quia postea quæstione, sit ne terris imperaturus,an Deus immensi venias maris,quærit demum an tertiam mundi sedem,quippe cœlum sit habiturus. Duos vero signat in cœlo locos Cęsaris apotheosi destinatos, vt nostro illuceat orbi, si quippe sedem, aut ad Polum arcticum, aut ad æquinoctialem statuerit,minime vero vult eum antarcticum incolere, quē Polum sub pedibus Styx atra videt, manesq; profundi.ſ Iam brachia contrahit ardens Scorpius & cœ.iu.plus par.relinquit.)In Ro.codi.Scorpios,scriptum est,per os, voce græcanica. Nā & in vocabulis græcis huiusmodi desinentiā. Veteres adamasse ostensum sæpius, Sanè vero Probus Valerius hic Scorpios agnoscit, dum in artium institutis, hoc ipso loco teste,corripi in nonnullis nominibus os,In recto probat.In eodem Ro.codice reliquit, est tempore præterito,quasi olim numē illuc præsenserit accessurum. Sed melius præsens, vt contrahit.ſ Nam te nec sperent tartare.)In Romano, Sperant. In Longobardico, Iam te Quia.s.iam decretum sit te apud superos futurum. Sed vulgata lectio. Nam te nec sperent. In longe pluribus habetur exēplaribus.ſ Quamuis Elysios mi.Græ.cam.)In Mediceo codi.in Longobar.& quibusdam alijs Elyseos, per e in penè vltima scriptum est, vt ex αἰθέριος, æthereus,quę mutatio Ionum more placuit maioribus nostris.Nunc autē & ætherius per i scribitur a plerisq;:& ab omnibus Elysios eadem vocali.

Seruius.

Vere nouo,gelidus canis cum montibus humor
Liquitur:& Zephyro putris se gleba resoluit:
Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro
Ingemere:& sulco attritus splendescere vomer.
Illa seges demum votis respondet auari
Agricolæ:bis quæ solem,bis frigora sensit:
Illius immensę ruperunt horrea messes.

SERVIVS.

Vere nouo gelidus canis cū mōtibus humor Liquiť.) Nouū ver,ideo ait, quia anni initiū mensis est Martius. Et sciēdum decē tm̄ mēses fuisse apud maiores. Martium autē anni principiū habere voluerunt,ꝓpter Martē suæ gentis authorē.Aprilis dictus, quasi terras tepore aperiens. Maius a Maia Mercurij matre vnde alibi Maia genitū dicens Virgilius Maię,filiū Mercuriū intelligit, Iunius a Iunone, quāquā alij a maioribus hos duos menses velint esse noīatos.Nam ante populus Ro.in cēturias iunioꝶ & senioꝶ diuisus fuerat.Reliq iam a numero noīabanť.Quintilis, Sextilis, September,October,Nouember, & December: & hi erāt tm̄ decē menses.Duo vero,ꝓpter rōnem signoꝶ anni, intercalabanť, qui postea a Iano & a Februo noīati sunt.Februus aūt Ditis est pater: cui eo mense sacrificabať. Quintilis & Sextilis mutati sunt postea in honorē Iulij Cęsaris & Augusti.Vnde sunt Iulius & Augustus. Sic Ouid.in Fastis.Ergo. Vere nouo.(& anni initiū accipimus, & primā partem Veris.Nam anni quatuor sunt tempora, diuisa in ternos menses: qui ipsoꝶ tempoꝶ faciunt discretionē: vt primu mense Veris,nouum dicať Ver: secundo,adultū:tertio, præceps. Sicut etiam Sallustius dicit vbiq;. Item noua æstas, adulta, præceps, vel estrema. Sic autumnus nouus, adultus, præceps. Item Hyems noua, adulta, præceps,vel extrema.Vnde est, Extremæ sub casu hyemis. Sanè sciēdum Xenophontem scripsisse vnū librum Oeconomicum: cuius pars vltima agriculturam continet: de qua parte multa ad hoc opus Virgilius transtulit, sicut etiam de Georgicis Magonis Afri, Catonis, Varonis, Ciceronis quoque libro tertio Oeconomicorum, qui agriculturam continet. Nam primus præcepta habet quemadmodum debeat mater familias domi agere. Secundus, quemadmodum foris pater familias. Illud quoq; sciendum est in his libris nō esse obscuritatem in quæstionibus, sicut in Æneide, nisi in paucis admodum locis. Sed in hoc tantum esse difficultatem vt res positas intelligamus, τὸ κύριον, sicut hæc prima quoque erit præcepta significant. Nam hoc dicit,agrum fertilem, id est pinguem & herbosum, bis debere arari: semel verno tempore, vt & herbæ adhuc teneræ & sine semine auellantur:& æstatis calore, vt superfluus humor siccetur, vel glebarum putrefiat duricies: & semel Autumnali cum seminibus: Agrum vero tenuem & sterilem Autumnali tantum tempore arandum, ne si etiam verno araueris, exiguus eius humor siccetur æstate. ſ Canis montibus.) Id est albis ex niue.ſ Liquitur.) Liquor,cū nōmen est, Li breuis est: cū ad verbum venerit,producitur:vt liquor liqueris liquitur,nam mutauit naturam,sicut humus, u breuis est:humanus produciť. Item itur,i,producitur: iturus, corripitur. ſ Liquitur.) Defluit. ſ Et Zephyro putris sę gleba resoluit.)Quo tempore Fauonij flatu arua laxantur, quæ fuerant præclusa frigoribus. Ipse alibi, Rura gelu tum claudit hyems. ſ Putris gleba.) Solubilis. ſ Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro Ingemere.) Aliud pendet ex alio: nam altius impressum aratrum boues cogit ingemere:quod genus arationis, pingui cōuenit terrę:nam cōtra paulòpost de infœcunda terra dicturus est, Tenui sat erit suspendere sulco.ſ Mihi) autem,aut vacat:vt Cicero, Qui mihi accubātes in conuiuijs. Aut ſ Mihi) hoc est rustico amanti terras. Et ſ Taurum bouem fortissimum accipimus:nam tauri difficile ad aratra iunguntur.ſ Attritus splendescere vomer.)A frequēti aratione atteritur & decrescit. Lucretius, Occulto decrescit vomer in aruo.Dicimus autē & hic vomer,& hic vomis: sed ab vtroq;, huius vomeris facit.ſ Illa seges demū.) Seges modo terra.ſ Demum.) aūt,nouissime, Vere spāliter.ſ Votis respondet.)Immane est quod ait. ſ Votis.) nam plerūq; plus optamus q̄ speramus posse contingere.ſ Respondet) autē,consentit:vt, Dictis respondent cætera matris.ſ Bis quę solem,bis frigora sensit.)Quę bis & dierum calorem & noctium senserit frigora. Per quod duplicē ostendit arationē, Vernalem & Autumnalem, nec enim ad tempora æstatis vel hyemis referre possumus quod ait, Bis solem, bis frigora: quia non sunt in Italia in vno anno duæ æates, & duæ hyemes: sicut Geometræ dicunt esse in quadam parte Indiæ in insula Taprobane. ſ Ruperunt horrea.) Plus est quàm si diceret impleuerunt.

PROBVS.

Illa seges demū votis respōdet auari Agricolæ, bis quę solem, bis frigora sensit) De eo agro loquiť,quē noualē vocamus. alternis aūt cessat,Sed sub exitu hyemis semēte facta,sequēti ęstate reddit fructum.Ergo bis sentit frigus, semel æstate deficiēte hyeme, initio veris iterū post sementē,bis solē,semel ęstate. qa cessat iterū quæ fructus refert. Ipse aūt substituet huius rei causam in ꝓgressu opis cū ꝑcipiet, vt sub introitu hyemis sterilis ager proscindatur, Illum enim qui est fertilis,sub exitu hyemis proscissum, ideo putat relinqui oportere cessantē vt siccetur æstu,ne si luxuriantis,soli natura,fertilis efficiať, item fruges herbę nascantur.Rursum eum,qui fertilis est,iccirco sub hyemem proscindendum putat, ꝙ humorem cœlestem, hybernumq; accipiendo esse fœcundior possit.

MANCINELLVS.

Vere nouo.) Veris principio, primo enim mense ver nouum dicit̄,secūdo adultum, tertio autem præceps. sic etiam de æstate, & alijs. dies autem primus veris extat.vij.Idus Febr.æstatis.vij. Maij,Autumni.vij.Idus Sextilis. Hyemis.iiij. Idus Nouemb. author Var.li.j.c.viij.Vere nouo, Colu.lib.xij.c.ij.sic ait, super hoc loco.Noui aut Veris non sic principium obseruare rusticus debet,vti astrologus, vt expectet certū diem illum,qui Veris initiū facere dicitur,sed aliquid etiam sumat de parte hyemis, quoniā consumpta bruma iam intepescit annus:permitteretq; clementior dies opera moliri,possit igitur ab Idibus Ianuarijs, vt principem mēsem Romani anni obseruet auspicia.i.culturarū officia. Satis autem erit per dimidios menses exequi quodcunq; negociū, qa neq; prefestinatū opus nimiū inmature videri possit ante.xv.dies factum,neq; rursus post totidem nimiū tarde. hęc ille. ſ Canis.) Niuosis.ſ Gelidus humor.)i.nix.ſ Liquiť.) Liquescit,dissoluitur, Zephyro,Zephyrus latine Fauonius dicitur, vt Pli.lib.ij. ostēdit, vetus est,qui ab occasu ęquinoctiali flat, & tepidus est & siccus. Col.tamen ait,ꝙ.vij.Idus Feb. Fauonij spirare incipiunt.Pli.lib. xviij.scribit,ꝙ Fauonius ver inchoat,aperitq; terras, tenui frigore saluber.ſ Putris.)i.humefacta,mollificata,& solubilis. venti.n. occidentales mollificant,& humectant,vt ēt Ptole.in li.iiij.partiū scribit.ſ Gleba.) Terrę globus,nam terra ligata gleba est, soluta vero puluis.ſ Resoluit.) Arua enim hyemali rigore pręclusa,Zephiri tepore laxanť.ſ Depresso.)i.valde presso,quod pingui conuenit terræ.Nam de sterili dicet, Tenui sat erit suspendere sulco. ſ Vomer.) est aratri ferrum,quod vomit terram. vt ait Var. ſ Illa seges.)i.terra.ſ Votis.(Desiderijs.ſ Respōdet.) Consentit. ſ Auari.) Cupidi.ſ Bis quæ solem,bis frigora sensit.)Pli.lib.xviij.capi. xxxiij.sic ait.Quarto seri sulco.Virgi.existimatur voluisse cū dicit optimam esse segetē,quæ bis solem bis frigora sensisset, spissius solum sicut plerūq; in Italia.v. sulco seri melius est.in Thuscia vero.ix.prædicta Plinij verba,vt.iiij.sulco seratur ſm Virgi. ostendunt: Probi in hoc loco explanationē nō cōuenire, quem multi alij secuti sunt,non aduertentes Pli. verba, nec etiam Var. scribit enim Varro.lib.j.cap.xxix.ꝙ terram,cum primum arant, proscindere appellant, cum iterum effringere vocant, tertio cū arant iacto semine boues lirare dicuntur. capite vero sequēti ait idem Var.ꝙ inter vernum ęquinoctium, & vergiliarum exortū & solstitium boues terrā proscindere dicunt. Et ca.xxxiij. scribit inter solstitium & caniculam,cū prosciderìs, effringi oportere.i. iterare, vt franganť glebæ.Et capi.xxxiij. ait inter caniculam, & ęquinoctium Autumni oportere aratro effringi. Et ca.xxviij.inquit ab æquinoctio Autumnali incipere oportet serere, vsq; ad diem.xcj.post brumam,nisi quę necessaria causa coegerit,nō serere. Theophrastus item lib.iij.de causis plantarum ait,Cura noualium tempore vtroq; suscipitur,æstate & hyeme, vt terra solem ac frigora sentiat.His omnibus verbis patet,quonam pacto seges bis solem, bis frigora sentiat.

Zephyrus.

ASCENSIVS.

Vere nouo gelidus &c.Hęc est pars executiua i qua author incipit docere agriculturam,& primo quo tpe terra,ꝑscindenda sit dicens,ꝙ vere nouo,deinde quoto sulco sit arāda, docēs ꝙ quarto sulco,quē faciūdum dicit sic,vt bis solē,& bis frigora sentiat. Eum.n.maximus sequereť prouentus, qūo aūt intelligēdum sit quod dicit bis q̄ solē &c. sic docet Philippus Beroaldus in Seruiū post Seruiana verba.Potior apud me est authoritas Pli. qui Virgilianū versum secus q̄ Seruius interpretať in.xviij. sic scribēs, Quarto seri sulco Virgilius existimatur voluisse,cū dixit optimā esse

Beroal.

Universidad de Deusto Biblioteca

esse segetẽ, quę bis solem bis frigora sensisset. Futilis est me Hercle Seruij interpretatio vt de calore diurno, & frigore nocturno loquať, cũ poeta de Sole ęstiuo & frigoribus hybernis. Et Probus grãmaticus mihi videť elegãtius atq; eruditius enodasse nodum Maronianũ scribens, poetã loqui de agro quẽ noualem vocam⁹, qui sub exitu hyemis, hoc est initio veris, proscindiť, & ita ęstate quę sequiť, siccať, deinde sub introitu hyemis semẽte facta sequẽti ęstate reddidit fructũ, & ita bis sentit frigus semel ante ęstatem deficiẽte hyeme initio veris, iterũ post sementẽ, bis Solem semel æstate qua cessat, Iterum, qua fructũ refert. Hæc ille. De qua re diligentius adhuc loquiť Mancinellus docens terrã ꝓscindi effringi, offringi, & litari. Proscindi qdem inter vernũ æquinoctium, & Vergiliarũ exortum & solstitium: Effringi aũt inter solstitium & Caniculam: Offringi vero inter Caniculam & ęquinoctiũ autũnale. Porro ab ęquinoctio autũnali lirari vsq; post brumã. Proscindiť dum primũ scindiť aratro. Effringitur dum ex transuerso glebę effringunť. Offringiť (quod qdam occari vocãt) dũ quasi dentalibus obstãtia plananť. Liratur aũt dum in liras.i.sulcos findiť. ¶Ordo est. Taurus incipiat mihi.i.cuius aranti (Sæpe.n.datiuus pronominalis, vt Valla docet, nihil certi demõstrat, aut refert, vt si dicas hic mihi semper dormit) ingemere.i.multum gemere aratro depresso.i.deorsum in terrã ꝓfunde impresso, iam tũc.s.vere nouo, cũ.i.qñ humor gelidus.i.niues dissolutę liqẽ.i. liquendo defluit sup. de montibus canis.i.niuę adhuc in vertice tectis, & gleba putris.i.putrefacta zephiro.i.Fauonio vento qui vere flat, resoluit.i.aperit se. (Posset ordo esse sicut iacent verba vere nouo cum humor liquiť canis montibus & gleba putris resoluit se zephiro, iam tunc incipiat mihi taurus ingemere aratro depresso, & vomer qui.s.terram vomit, & etiam vomis dicitur, incipiat mihi iam tunc splendescere.i.splendens fieri attritus.i. propter attritionem & vsum arandi. Illa seges.i.satio frugum respondet demum.i.tandem votis.i.desiderijs (quod magnũ est) agricolæ auari, vt qui fœnus multum exigat, alibi videlicet trigesimum, alibi sexagesimũ, alibi centesimum, vocat etiam eũ auarum, in fronte Æneĩ. dicens. Et quãuis auido parerent arua colono Gratum opus agricolis: quæ.s.seges sensit priusq̃ videlicet sereretur bis, scilicet vernum & æstiuum, & bis frigora.i.autumnale vsq; ad brumam.i.quę quarto sulco scinditur. Ideo autẽ respondet.i.satis facit, & correspondet votis agricolæ: quia messes immensæ ruperunt horrea illius: hoc aũt plus est q̃ implesset ga res arida & fragilis, dum vltra capacitatem impletur rumpitur vbi tenax & fortis vt corium distenditur.

Ac prius, ignotum ferro quàm scindimus ęquor:
Ventos, & varium cœli prædiscere morem
Cura sit: ac patrios, cultusq;, habitusq; locorum:
Et quid quæq; ferat regio: & quid quæq; recuset.
Hic segetes, illic veniunt felicius vuæ:
Arborei fœtus alibi, atq; iniussa virescunt
Gramina. non'ne vides, croceos vt Tmolus odores:
India mittit ebur: molles sua thura Sabæi?
At Chalybes nudi, ferrum: virosaq; Pontus
Castorea: Eliadum palmas Epeiros equarum:

SERVIVS.

¶At prius, ignotũ ferro quã scindimus ęquor.) i. anteq; faciamus veruactũ. Æquor aũt modo terram accipe, ab ęqualitate dictum. Vnde & maria, æquora dicuntur. ¶Ventos.) Quia diuersis locis diuersi ꝑualent venti. Et hoc dicit, Debes scire, ager cui vento subiaceat. ¶Variũ cœli prędiscere morẽ.) Id est aeris. Lucretius, In hoc cœlo qui diciť aer. Et hoc dicit, Debes ẽt cœli qualitatem nosse, vtrũ pluuijs gaudeat an tepore vel frigore. ¶Patrios cultusq;, habitusq; locorũ. Duas res dicit, sciẽdum est, ager & quemadmodum a maioribus cultus sit, & quid melius ferre consueuerit. namq; habitus locorum, possibilitates accipimus. ¶Veniunt.) Crescunt. vt, Et pulchro veniens in corpore virtus. ¶Arborei fœtus alibi.) Id est poma. ¶Iniussa virescunt gramina.) Bene iniussa: nam frumenta studio iussa nascuntur. Vnde est, Atq; imperat aruis. ¶Nonne vides.) Argumentatur, quasi hoc dicens, Si vna prouincia ferre non potest omnia: quãto magis vnus ager? ¶Vt Tmolus,) Mons est Cilicię, in quo nascitur crocum præcipue. nam loca cõmemorat, vbi plus prouenit & melius aliqd. Nam crocũ & in Africa nascitur, sed non tale, nec tantum, vel quale in Cilicia. India mittit ebur, Et in Africa fuerunt elephantes, sed maiores in India. Hinc est quod ait Terentius, Elephantis quem Indicis præfecerat, Id est maximis. ¶Molles sua thuri Sabæi? Sabæi populi sunt iuxta Syriam & Arabiam: dicti Sabæa ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, ꝙ apud eos thus nascitur, quo deos placamus. Molles autem ideo ait, aut ꝙ sub aere clementiore sunt. (Nam vt ait Lucanus, Quicquid ad Eoos tractus mundiq; teporem Labitur, emollit gentes clementia cœli.) aut certe qa Alexander Macedo dicitur obscœnos oẽs de suo exercitu segregatos, illic condidisse. Sanè tus modo sine aspiratione dicimus: nam antiqui thus dicebant ἀπὸ τοῦ θύειν. quod displicuit: thura enim a tundendo dicta esse voluerunt, a glebis tunsis: cum quibus diciť fluens de arboribus coalescere. ¶At Chalibes nudi ferrum.) Populi sunt apud quos nascitur ferrum. Vnde abusiue dicitur Chalybs, ipsa materies, vt Vulnificusq; Chalybs. Nudi autem, aut apud quos arbores non sunt: aut vere nudi, ꝓpter ferri cædendi studium. Nam legimus, Brontesq; Steropesq;, & nudus membra Pyracmon. ¶Virosaq; Pontus castorea.) Fibri, canes sunt Pontici: quorum testes apti sunt medicaminibus, propter quos vbi se requiri senserunt, eos secant. De his Cicero, Redimunt se ea parte corporis, propter quã maxime expetuntur. Iuuenalis, Qui se eunuchum ipse facit, cupiens euadere damno Testiculi. Castores autem a castrando dicti sunt. ¶Virosa) autem venenosa. Nam licet sint multis remedio, tamen prægnantes eorum odore abijciunt & egerunt partum. Et virosa dicta ab eo quod est virus. Alij fortia accipiunt, a viribus. ¶Eliadum palmas Epiros equarum.) Hypallage est: nam hæc dicit, Epirus creat equas optimas, quæ apud Elidem palmas merenť in Iouis Olympici curuli certamine. Sanè Epeiros græce proferť: vnde etiam e habet accentũ. Nam si latinum esset, Epirus Epiri, Pi haberet, quia longa est. Nec mireris equas currere, nam vt dicit Plinius, velociores sunt ideo, ꝙ in cursu vrinam faciunt.

PROBVS.

¶Nonne vides croceos vt Tmolus odores, India mittit ebur, molles sua thura Sabæi, At Chalybes nudi ferrum virosaq; Pontus Castorea.e.p.e.) Tmolus Lydiæ mons est, quem non iccirco nominat vtiq;, ꝙ solus crocum ferat, sed ꝙ præcipue, Pelusianam lentẽ dicit & Sicyoniam Baccam oliuam, non ꝙ Sicyone tñ nascanť, aut Pelusij solũ lentes, & India mittat ebur, sed & Africa. Sed maiores sunt in India elephanti. Sabæi natio est Arabiæ, quos molles vitio sermonis quia parũ viriliter loquãtur, dicit. Chalybes natio pontica, in qua sunt ferri fodinæ. Ibi autem a nudis ferrum quæritur: Pontus fert & castorea: sed nõ solus, fibri enim testes hoc nomine appellantur quod animal cũ etiam in alijs regionibus q̃ in Ponto nascatur, nõ tamẽ tanta est vis testium, quanta ponticoꝝ fibrorũ. ¶Eliadum palmas.e.e.) Copiosissimam esse palmis Epirum significat, nec tamen solũ eas ferre, dicit enim & Idumeas. Quæri solet quare equarũ potiusq̃ equorum dicat, ipse rationem cõsilij sui explicat, cũ ait in lib.iij. Seu qs Olympiacę.m.p.p. Pascit.e.s.q. fortis ad.a.i.corpora præcipue matrum legat.

MANCINELLVS.

¶Ferro.) Vomere. ¶Æquor.) Campũ ab ęqualitate. ¶Ventos & varium cœli, &c.) Quę sunt agricolis, necessaria diximus iam circa principium huius commentarij, & quia huic etiam loco conueniunt, ibidem relegenda admoneo. Ventos, hoc dicit ne imbribus ventisq; iminẽtibus opera inchoet agricola laboremq; frustretur, vt Columella docet, & Plin. libro. xviij. capi. xlix. inquit in boream ponito arbores. vitesq;. sed hoc flante, ne arato, frugem ne serito, semen ne iacito. ¶Varium cœli morem.) Idem Columella in prologo libro primo aperit, inquit enim cœli, & anni præsentis mores intueatur agricola scilicet, Neque enim semper eundem velut ex præscripto habitum gerunt, nec omnibus annis eodem vultu venit æstas, aut hyems, nec pluuium semper est ver, aut humidus autumnus. ¶Patrios cultus.) Varro libro primo capitulo qnto. Agriculturæ inquit, quatuor sunt partes summæ, e quibus prima cognitio fundi, partesq; eius, quales sint: secunda quæ in eo fundo opus sunt, ac debeat esse culturæ, tertia quæ in eo prædio colendi causa sint facienda, quarta quoque tempore in eo fundo ferri. ¶Habitusq; locorum.) Varro libro primo capi. vj. scribit in terra esse simili vi, ac potestate partes permultas, in quibus lapis marmor, arena, puluis, creta, ignis, carbunculus, id est quę sole perferuet: ita, vt radices satorum comburat: partim sunt humidiores partim aridiores,

aridiores, partim mediocres. sunt macræ, sunt pingues. Habitus, id est qualitates, diciturq; habitus ab habendo aliquid. ¶Et quid quæq; ferat regio.) Idem Varro libro.j.capi.vj. ait, non eadem omnia in eodem agro esse possunt, nam vt alius est ad vitem appositus, alius ad frumentum: sic de cæteris, alius ad aliam rem. Et ca.xxxiij.inquit. Alia loca apposita sunt ad fœnum, alia ad frumentum, alia ad vinum, alia ad oleum, ¶Segetes.) id est sata. Hic segetes illic, &c. Pli.lib.xvij. ca.iiij.inquit. Quippe nõ eadem terra arboribus conuenit, & frugibus. plerunq; nec pulla, qualem habet Campania, vbiq; opima vitibus, aut quæ tenues exhalat nebulas. Virg. & quæ filicem ferat non improba vitibus. Glareosum oleis solum aptissimum in Venafrano, pinguissimũ in Betica, tanta est argumentorum, & soli varietas, ac differentia. Capite vero. v. ait idem, Fruges alit tophacea alba, proxima est ruta. Et libro.xviij. Agri ipsius bonitas inquit: quibus argumentis iudicanda sit, subsignabimus Catonis maxime verbis, Ebulum, vel prunus syluestris, vel rubus, bulbus, minutus, trifolium, herba pratensis, quercus syluestris, pirus, malusq; frumentarij soli notæ, veniunt, crescunt. Arborei fœ.i.poma, De fœtu diximus in Bucoli. Iniussaq; gra. frumenta enim iussa nascuntur. Vnde est, atq; imperat aruis. ¶Nonne, v.ca. Exemplo quod dixerat aperit, & loca narrat. vbi plus ac melius aliquid prouenit, Croceos odo, Plini.lib.xxj. scribit, ꝙ prima nobilitas cilicio croco inest, & ibi in Corico monte; dein Lycio monte Olympo, Mox Centuripino Ciliciæ aliqui, Phlegreo ſm locum dedere. Tmol⁹. optimum vbicũq; ꝙ pinguissimum & breuibus capillis. ¶Tmolus.) Strab. lib.xiij. docet, ꝙ Tmolus satis coactus est: & ambitum mediocrem habens, & in ipsis Lidiæ partibus terminatur, imminetq; Sardibus, vbi mons ipse felix, a quo. Pactolus fluit. Is vero Tmolus appellabatur, vt Plin.libro.vj. scribit, quod quidem Ouid. quoq; libro. vj. meta. ostẽdit, Deseruere sui nymphæ vineta Tymoli. At sunt quidem, qui contendunt hic legendum esse nymphæ vineta Tymoli, quod profecto absurdum est, Pli authoritate. Est autem vino, melle, croco perfertilis. Vnde Solin. India. ait. de Lydia, & Tmolus croco florentissimus ¶India.) Ea maxima est ad orientem exposita, de qua multa Strabo.lib.xv. Fauonij vero spiritu saluberrima est, bis in anno æstatem habet: bis legit fruges, author est Solin. ¶Ebur.) Plin.lib.viij. scribit Elephantes fert Africa, ferunt Æthiopes, sed maximos India: arma habet quæ iuba, cornua appellat. Herodotus melius dentes: hos deciduos casu aliquo defodiunt, hoc solum ebur est quenquam nuper ossa etiam in lammas secari cœpere, penuria etenim rara Saba. amplitudo iam dentium: præterq̃ ex India reperitur, ¶Molles Sabæi. sua.t.sa.) Docet Plin.lib.xij. ꝙ thura præter Arabiam nullis: ac ne Arabiæ quidem vniuersæ: regio eorum thurifera Saba appellatur, spectans ortus solis æstiui. Mol.sa. Strab.lib.xvj. docet ꝙ Sabæi felicem Arabiam incolunt quæ maxima natio est, apud hos & thus, & myrrha, & cinnamomum nascitur, in ora etiam balsamum, habent præterea palmas odoratas, homines propter maximam fructuum copiã ociosi segnesq; viuũt. sub rege sunt, & ipse tum etiã sui in delicijs muliebribus viuunt. Supellectilem ex argento & auro multam habent: vasa, lectos, tripodas, crateras, cum operculis, domosq; sumptuosas, nam & portæ, & parietes, & tecta ex ebore, auro, & argento, lapidibusq; incrustatis, sunt distincta: propter hos igitur mores, & tantã rerum copiam, poeta molles Sabęos ait. i. ociosos: segnes, deliciosos. At Probus inquit. Molles vitio sermonis appellat, qa parũ viriliter loquan- Calybes. tur. ¶Chalybes.) Iustinus lib. vlti. de Hispania loquens scribit, ꝙ apud Amphilocos Galatiæ portionẽ, præcipue ferri materia, sed aqua ipsa ferro violentior, quippe temperamẽto eius acrius redditur ferrũ, nec vllum apud eos telum probatur: quod non aut Byrbili fluuio, aut calybe tingať. Vnde ẽt Chalybes fluuij huius finitimi appellati, ferroq; cęteris præstare dicunť. Nudi labore.s. ac ignis æstu. ¶Pontus.) mensura ponti a Bosphoro ad meotidis lacum protendiť vt docet Pli. vj. ¶Castorea.) Pli. lib. viij. item li. xxxij. docet, ꝙ in terris & in aqua victus est fibris: quos castores vocant, & castorea testes eorum, quos sibiipsi amputant periculo vrgente, ob hoc se peti gnari, efficacissimi autẽ e ponto Galatię, mox Africę: sternutamenta olfactu mouent, somnum conciliant: cũ rosaceo peruncto capite medentur & vertigini, neruorũ vitijs, sic & cẽtra comitiales. & sumpti, poti vero contra inflãmationes, tormina venena, aduersus scorpiones ex vino bibuntur, aduersus aconitum ex lacte, aut aqua claritatem visus faciũt cũ melle attico inuncti, cohibent singulis ex aceto. Soli vero sic ait per vniuersum Pontum fiber plurimus, quem alio vocabulo dicunt Castorem, testiculi eius appetuntur in vsum medelarũ,

¶Virosa.) i. potentia, & multę virtutis ac virium, vt ostendimus, Virus enim quãdoq; pro naturali virtute legitur, Vt Noni. scri. & Plin. teste. virus dicitur ꝙ græce pharmacon. i. medicina, hinc etiã Iuue. ait in sat. Natali Coruine. Adeo medicatum intelligit inguẽ. Virus præterea dicitur quod distillat ab inguine equæ, quo tempore agitatur amoris furore, vel quod distillat a coeuntibus animalibus. Virgi. lib. iij. Geor. hinc demum Hippomanes vero quod nomine dicunt, Pastores lentũ distillat ab inguine virus, & Plin. lib. xxviij. c. xxj. ait, ꝙ virus verrinum, & scrofæ ex coitu exceptum priusq̃ terram attingeret, contra dolores valet: potes ergo virosa intelligere etiam propter id, nam cũ castorea sint testes, recte virosa dici possunt, ¶Eliadum equarũ.) Elis vt Pli. scri. Elis. lib. iiij. vrbs fuit Achaię per agrum vero Eleũ vt scri. Strab. libro viij. Alphęus amnis perlabitur, apud quem Olympicorũ ludorũ certamen agebatur gymnicũ, atq; equestre teste Herod. lib. viij. vbi ꝓmiũ erat oleagina corona, qua donarenť, nõ enim pecuniarum certamen agitabant, sed virtutis: id autem Hercules instituerat. Sed hęc oĩa latius per nos habenť ode prima Horatij. Palmas Eliadum equaꝝ. i. equas aliarum victrices apud Elidem. Probus aũt ait, ꝙ poeta copiosissimã esse palmis Epirũ significat qđ aliter ostendit ipse Maro lib. iij. Geor. dicens. Quãuis sæpe fuga versus ille egerit hostis, Et patriam Epirum referat, fortisq; Mycenas. ¶Palmas.) Palma arbor est, de qua multa Pli. sed propterea inquit Plutar. in certaminibus palma signum esse placuit victorię, Palma. qm ingeniũ hmõi ligni est, vt vrgentibus ꝓmentibusq; non cedat. Plura scribit Gel. lib. iij. c. vj. ¶Epiros.) ea vt Pli. lib. iiij. docet: est in tertio Europe sinu: atq; acrocerauniis incipiens montibus ad Magnesiam, Macedoniamq; tendit.

ASCENSIVS.

¶At prius &c.) Quia quarto sulco serẽdum docuit: primus autem fiat proscindendo: docet quid attendendum sit proscissuro, ęquor. i. campum ęquũ & planũ, de quo nullum experimentum habet dicens: quia prospicere cõuenit ventos & cœli varietatem ne pluuia impeditus operam interrumpere cogať. Deinde quis cuiq; rei cultus adhibẽdus, & nouissimo qua regione quæq; res libentius nascať. Nam neq; terrę oẽs ferre omnia pñt, quod exẽplis hic probat. Seruius aũt in Tmoli montis descriptione reprehẽdiť a Beroaldo sic Pli. in. v. refert Tmolũ montẽ esse nõ Ciliciæ Tmolũ. vt Seruius opinať, sed Lydię qui ante Timolus vocabatur & erat vitib⁹ consitus. Stra. quoq; & Soli. idẽ sentiunt quod Pli. Tmolũ in Lydia collocãtes, de quo sic scri. Oui. Riget aridus alto Tmolus in ascensu cliuoq; extẽsus vtroq; Sardibus hinc illinc paruis finiť Hypepis. Iuxta Sardis positũ esse Tmolum indicant Ouidij Sardis. versus. Sardis aũt vrbẽ esse in Lydia celeberrimã Herodoti & Plinij testimonio notissimũ est. Præterea nõ absurdũ fortassis foret illud Virgilianũ, Croceos vt Tmolus odores, ad vinum referre. Nam cum Tmoli vineta laudenť a priscis tanq̃ generosissima videtur poeta appellasse Croceos odores. i. vinum Tmoli quod odoris & coloris Crocei sit: quale vinũ in primis laudať a Palladio vtpote saluberrimũ, & in hanc sententiam vadit Porphyrio dicens Croceũ pro vino positum esse a Virgilio, & allegat istud hemistichion: hoc ideo dixi, vt aliqd argutius reconditiusq; memorarẽ, nõ vt Seruij expositionem refellere vellem: quę Probi & Solini atq; Columellæ authoritate corroborať, qui scribit Tmolũ esse Croco florentissimũ. Sed quia interdũ gratę sunt studiosis argutiores interpretationes: hæc pauca libuit his cõmentarijs intexere, sequať vnusquisq; quod velit. Hæc ille. ¶Ordo est. At, id est sed cura sit. i. curandum est nobis priusq̃ scindamus æquor. i. campũ æquum, ignotum, i. de quo nullum adhuc fecimus periculum ferro. s. aratri, cura inq̃ sit prędicere vẽtos. i. aut cui vento subiaceat aut qui venti pluuiam, qui serenitatem allaturi sunt, & pro. i. varium more cæli. i. aeris nisi dicas variam influentiam cœlestium corporum: ac cura sit prędicere cultus patrios. i. qui quorũlibet patrię. i. loco natiuo cõueniant & habitus i. qualitates locorũ. Et cura sit prædicere quid quęq; regio ferat, & quid quæq; recuset, sup. ferre qua segetes veniunt. i. nascũtur felicius. i. fœcundius & vberius, hic. i. hoc loco, & vuæ veniunt felicius, illic, id est illo loco, fœtus aborei veniunt felicius, alibi. atq; gramina virescunt iniussa, id est sponte nullo serente aut cogente, nõne vides vt, id est quemadmodum, Tmolus mons ille Lydiæ mittit odores croceos. i. crocũ, & vt India mittit ebur & Sabæi molles. s. in tepida semper regione versantes mittũt sua. i. propria & peculiaria thura qa solis est thurea virga Sabæis. At. i. sed, Chalybes populi illi aut in Põto, aut potius in Hispania nudi. i. nudis mẽbris Chalibẽ: hoc est ferrũ mulcentes: cũ Sabæi tenerrime vestiti thura legant epithetis ergo antithesim facit sup. mittunt

Universidad de Deusto Biblioteca

mittunt ferrū.s.chalybem & pontus illa insula, mittit castorea.i. medicamēta ex testiculis Castoris facta, virosa.i.viriū plena, aut virus quoddam habētia: Epiros.s.insula mittit sup. palmas equarum Eliadum.i. equas a qbus gignant, qui in Elide vincere soliti, & ita palmas mereri. Elis autem ciuitas est Achaię, vbi iuxta Alpheū agitabant olim ludi Olympici. Elias ergo patronymicū est a patria deductū. Et ita annotādum est patronymicū patrium: nā enim filium aut nepotē, nec filiam, aut neptē, sed rem in patria genitā significat: videlicet equas sicut in Bucolico musę dictæ sunt Sicelides a patria, & alibi Heliconides & Castalides &c.

PIERIVS.

Ac patrios cultusq;, habitusq; lo.) In oblongo vaticanæ Bibliothecę codi. cultus habitusq;, legit, particula, q;, semel tm̄ posita, in Longo. q; post, cultus, adscripta erat, abrasa est. Vetera exēplaria reliqua. cultusq;, habitusq; legunt, & particula illa vtriq; vocabulo adiecta, versui decorum, & grauitatem addere mihi videtur. Et quid quæq; ferat regio quod quęq; recuset. In nonnullis antiquis codicibus legere est. Quid ferre recuset. Quod ergo crediderim ex paraphrasi desumptum. Hic segetes illic veniunt felicius vuę. Antiquos admodum codices vidi, in quibus versus hoc numero legitur. Hic segetes veniūt, vuæ felicius illic. Sed.n. vulgata lectio magis aures implet, & longe suauior videt'. Atq; iniussa virescunt gramina.) In Longob. exēplari abrasa est dictio iniussa, eiusq; loco repositum, inuisa: sed iniussa, omnino lectio castior est, quam & Seruius agnoscit. Eliadum palmas Epiros equarum.) In Longobardico, & plerisq; aliis codicibus, Epirus, per, us, legitur Latina terminatione. In Romano, epiros, per, os, vt græce, & ita legēdum Seruius censet. Præterea cur equarū potius fœminino genere q̄ equorū masculino dixerit, quęrit Probus, Sed in reddenda ratiōe, quid sibi velit difficulter intelligas, adeo omnia eius scripta mutilata sunt, licet vero dicat corpora præcipue matrum legenda, ex quibus sobolem tollas, non satis ad sententiam facit. Quæ legas apud Plinium de equis, Scythas per bella fœminis vti malle, quod vrinam cursu non impedito reddunt, ad quos respexisse crediderim Virgilium cum hic præsertim de cursu & velocitate loqui videatur.

Continuo has leges ęternaq; fœdera certis
Imposuit natura locis: quo tempore primum
Deucalion vacuum lapides, iactauit in orbem:
Vnde homines nati, durum genus. ergo age terræ
Pingue solum primis extemplo à mensibus anni
Fortes inuertant tauri; glebasq; iacentes
Puluerulenta coquat maturis solibus æstas.
At si non fuerit tellus fœcunda; sub ipsum
Arcturum tenui sat erit suspendere sulco.
Illic officiant lætis ne frugibus herbæ:
Hic sterilem exiguus ne deserat humor arenam.

SERVIVS.

Continuo has leges.) Iugiter in æternum, ad perpetuū: sicut sequentia indicant, nā dicturus est, Æternaq; fœdera. Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem.) Iam transit ad fabulam: & poetice dicit. Ista tum primum statuta, quæ ab initio mundi constat fuisse. Vnde hoies nati durū genus. Expressit τὸ αἴτιον, id est causatiuum. Nam & grece populi λαοὶ dicuntur a lapidibus λᾶοι enim lapides dicuntur. Ergo age terræ pingue solum.) Iam redit ad cām. Primis a mensibus anni.) Hoc est (qd' dixit, Vere nouo. Puluerulenta coquat maturis solibus æstas) Quę glebas soluit in puluerē. Et reddit cām cur hoc debeat fieri. Maturis autē solibus.) i. vehementibus, feruidis, magnis. Sub ipsum arcturum.) Id est autumnali tempore, quo Arcturus oritur. Et sciendum ꝙ Sub) præpositio, quādo tempus significat, accusatiuo gaudet: vt hoc loco Sub arcturum, id est circa arcturum. Item. aut vbi sub lucem densa inter nubila sese. Et, Sub lucē exportant calathis. Sulco. Id est aratione. Et aliter, Arcturus, qui & Arctophylax, id est. Bootes, post vrsæ caudam locatus: quē alii Arcadem fuisse filium Calisthonis & Iouis dicunt: qui cum matrem in figuram vrsæ ira Iunonis transfiguratam vellet occidere, ambos a Ioue in cœlum esse trāslatos, ille Arcturus, illa Elice dicta. Alii Icarum hunc volunt esse qui a pastoribus, quos vino tunc primum reperto ebrios fecerat, velut dato veneno fuerat occisus. Arcturus autem, ꝙ post caudam vrsæ locatus sit ἀπὸ τῆς οὐρᾶς τῆς ἄρκτου. Bootes, ꝙ boues cum plaustro agat, dictus est. Oritur autem idem arcturus ante.xv.Calē. Octobris: atq; exinde pluuiæ incipiunt. quod ipse aperuit dicendo. Hic sterilem exiguus ne deserat humor arenam. Arcturum autem pluuiarū & tempestatū esse authorē & Plautus ostēdit in Rudente, cū eundem ipsum dicentē facit, Increpui hybernū, & fluctus moui maritimos. Illic.) In terra pingui. Hic.) In sterili, & tenui, & infœcunda. & (vt supra diximus) oia præcepta quę commemorat, ad illud pertinent quod ait, Quid faciat lętas segetes. Arenam.) Aridam terram quæ est sicut arena.

PROBVS.

Continuo has leges ęternaq;. f.c.i.n.l.q.t.p,d.v.l.i.in orbem.) Vnde hoies nati durū genus, Deucaliona putāt Promethei fuisse filiū, & habuisse in matrimonio sororē patruelem Pyrrā Epimethei filiam, his tpibus, quibus Iouis mundata Gręcia cataclysmo, perdidit humanū genus, qui cum perlati essent in montē Parnasum, cuius tm̄ duo vertices eminebāt, & ibi esset oraculum Themidos, intrauerūt adorantes, quēadmodū possent restitui homines, qbus responsum est iactanda his esse parētis magnę ossa post terga discinctis, capitibusq; velatis, interpretati autem cū essent terrā parentē, ossa eius lapides iecerunt post se, ex quibus hominum genus renatū est, cuius etiā Ouidius meminit, cum ait. Inde genus durū sumus, experiensq; laborū. Et documēta damus, qua simus origine nati. At si non fuerit tellus.f.s.i.arcturū.t.s.e.l.s.) Acturus est stella in cauda maioris vrsæ: quā Græci Elicem vocant, dicta a cauda & vrsa. Arctos.n.græce, vrsa dicit', cauda vra, cuius ortu hyems icipit. Hic sterilem ex.n.d.hu. arenam.) Quidā aspirāt arenā qa hæreat cui.s. digāmon adiunctum est, quod ēt hauriat, hoc est in se receptū humorē trahit, huius hanc esse naturā testatur Virg. dicēs, Collectum humorē bibula deducit arena. Bibula.n. qa bibat dicitur. Aut ibi, flaua ceres.m.f.f. vñ p.l.f.q.leg.aut tenues.f.viciæ t.q.l.l.fragiles.c.f.q.f. putant non minus esse vtilē ad sationem farris agrū ex quo alius fructus sublatus sit, q̄ eum, qui vicibus cessat, Lethęo perfusa papauera somno. Lethęum somnum dicit, eo ꝙ excutiat memoriam sopitis. Lethe enim est obliuio. Papauer autem quod in segete nascitur facit somnum.

MANCINELLVS.

Has leges.) Lex est ratio summa insita in natura quæ iubet ea, quæ facienda sunt, prohibetq; contraria, Tul. libro primo de legibus. Fœdera.) Fœdus appellatū, quia inter fœdera interponebatur fides, vt ait Festus. Natura.) Ea vt aiunt, dicta est ab eo ꝙ aliquid nasci faciat, gignendi enim & faciendi potens, est igitur natura creatrix omnium etiam inuisibilium rerū. Vnde Lucre. libro primo ait. Deserere incipiam. & rerum primordia pandam. Vnde omnis natura creet res, auctet, alatq;. Sed de natura latius in Sileno diximus. Deucalion.) Quæ constant a mundi initio statuta fuisse poetice, & fabulose hoc loco narrantur. Sed de Deucalione latius, & plene diximus in Sileno. Ergo age terræ.) Ad causam reuertitur, docendo quid faciat lætas segetes, vt prædixerat pingue solum, Palladius libro secundo de mense Ianuario ait. Pingues & sicci agri proscindi & apparari iam possunt, & libro tertio de Februario inquit, locis tepidis, aut si clemens tempus, & siccum fuerit, colles pingues vel hoc mense proscinde. & libro sexto de mense Maii scribit. Nunc quoq; pingues agri & herbosi proscindantur, & libro septimo de mense Iunii inquit. Nunc frigidissimis locis quæ maiora sunt prætermissa faciemus, agros ęque proscindemus, Colu. scribit lib. vii. capite secūdo ꝙ idibus ianuariis quod habet, tempus inter brumam, & aduentum Fauonii siccos, & pingues agros tempestiuum est proscindere. Paulo inferius inquit, ꝙ ab æquinoctio verno optime vliginosa, & pinguia loca proscindūtur. At quę mense Ianuario veruacta facimus, nunc vltima parte Martii sunt iteranda, postea docet, ꝙ circa sextum Idus Iulias, optime iteratur proscissum veruactum. Primis a mensibus anni Ianuarium & Februarium intelligit, qui primi menses anni Numæ Pompilii fuerunt de quo aperte loquitur Colu. vt ostendimus ibi. Vere nouo Gelidus. Plinius etiam libro. xviii. capitulo. xxxii. inquit, Tepidioribus locis a bruma proscindi arua oportet, ac frigoribus ab æquinoctio verno, & maturius sicca regione quam humida: maturius densa terra quàm soluta, pingui quàm macra, altum & graue solum etiam hyeme moueri placet. Glebasq; iacentes.) Causam aperit quare id fieri debeat, vt calor in puluerem glebas dissoluat, Solis enim ardore siccatur liquor, & cuncta torrentur,

cta torrentur, & sorbentur: quod Pli.lib.ii.docet, cum vero proscinduntur arua, hoc vtilitatis habent. ꝙ inuerso cespite herbarū radices necātur, quod idem li.xviii. edocuit. Maturis solibus.) id est ardentibus, est enim a pomis metaphora, nam soles maturi dici possunt cū feruescere cœperint. At si nō fuerit tellus fœcūda.) Pli.li.xviii.c.xxxii. inquit, ꝙ tenue valde, & aridū solum paulo ante sationis tempus moueri debet. Col. vero lib.ii.ca.iiii. docet ꝙ graciles cliui non sunt in ęstate arandi, sed circa septēbris calen. cum si ante hoc tēpus proscinditur, effœta, & sine succo humus, ęstiuo, sole peruritur. Sub.) i. circa, Arcturum.) Arcturus vt Pli.scri.lib.ii.c.xlix. exorit'.xi. diebus ante ęquinoctium autūni. (Arctur° Æquinoctium.) Est autem æquinoctium veris.viii.calen. Aprilis, vt docet Colu.lib.vii.c.ii. Autumnale, ęquinoctium.viii.calē. Octobris.i.die Septembris.xxiiii. orietur ergo Arcturus die Septēbris.xiii. Arcturus autem stella est, quæ vrsę cauda interpretatur, est enim in cauda maioris vrsę locata, quam Bootes in zona habere dicit' clarius lucentem, authore Iginio. Suspendere.) Sursum agere. Illic.) In pingui solo. Hic in) Solo non pingui. Sterilem.) Arenam infœcundam & aridam terram.

ASCENSIVS.

Continuo has leges. Docet varietatem terrarum in producendo naturalem esse, ac insitā ab eo tpe, quo Ducalionis diluuium fuerat, vnde vt rigorē doctrinę mitigaret per digressiunculam nō ineptam fabulam inserit, quę a Landino sic explicat'. Deucalionis diluuium nō fuit vniuersale, vt diluuium Noe, Fuit autē, vt ait Varro, regnante Crinao Cecropis successore, vt Eusebius & Hieronymus nondum defuncto Cecrope. Dictum aūt Deucalionis, qm̄ maxime eius regionē oppressit, ad Ægyptum autem & eius vicinia nō peruenit. Factum est anno mundi septimo supra tria millia, & sexcentos ac septuaginta, cum vniuersale diluuium quod fuit tpe Noe fuerit anno.xxxii. supra duo millia ac ducentos. (Deucalion q fuerit.) Dictus est autem Deucalion lapides in homines conuertisse, quia qui ex diluuio superfuerant timētes iterum diluuium se in montibus continebant aspero & ferino modo viuentes. At ille verbis paulatim emolliuit, & in planum deducens ad mitiorē, & humanum cultum traduxit. Deucalionis autē filium fuisse dicunt Hellenem a quo Græci Hellenes sunt dicti. Thessalię aūt imperauit Deucalion. Hæc ille. quia vero ęternas docet naturæ leges, ita vt sua cuiq; loco vis semel insita perpetua sit (nam & Porphyrius locum generatorū principiū & genus censet) cohortat' vt secūdum eam rem terrę arentur, pingues, videlicet & cōdensæ a primis mensibus, hoc est ab Ianuario & Februario vt sole, & ventis inutilis humor qui nimiam luxuriā pariat exiccet', & pingue superfluū absumat. ipsęq; terrę fiant putres ac puluerulētę. Macrę vero & deficcæ vsq; ad sationis tps non scindantur profundius sed suspendantur tenui & quasi (vt dicūt) superficiali sulco, ne hudum & pingue quod modicum habet & fertilitati necessarium est, penitus exudet. Ordo est. Natura imposuit certis i. suis qbusq; locis has leges. i. vires legitimas & a virtute superiore, hoc est cœlesti cōcessas vt.s.alię alia ferant & hęc ęterna fœdera.i.hæc pacta hunc cōsensum quo inter se cōsentiunt, ita vt aliæ aliarū munus nō vsurpent, quinetiā per hęc homines quodāmodō fœdera seruāt, nam si ferat oia tellus neq; aliis alior̄ egerent, longe maior esset inter mortales principes fastus, ita vt qui optima quæq; haberent aliis non cōmunicarent, sed potius aditum negarent, sed rerum penuria etiam cū Turcis & ethnicis cōmercia nobis facit'. Imposuit ergo hęc fœdera continuo.i.iugiter, & ad perpetuū, aut vt Galli dicunt incōtinenti, hoc est illico & e vestigio & sine intercapedine tēporis eo tempore quo Deucalion rex Thessaliæ, iactauit in orbem.i.in mundum vacuum.i.vastatum aquis & hominibus carētem, lapides.s. post tergum iactos. vnde.i.e qbus lapidibus nati hoies sunt sup. durū genus, aut vniuersos respicit, quia ferrea nunc dicuntur sęcula, aut Thessalos pcipue qui duri & imites prædicantur. vbi Lapithę & centauri, & Dolopes & Myrmidones, & id gen' hoies duri & feroces. Ergo.i. qñquidem ęternæ & incommutabiles sunt leges nec frustreris si secūdum naturę exigētiā terrā colueris. Age.) Adhortādi aduerbium, de quo valla nō recte censet ꝙ videlicet tm̄ singulare verbum expostulet & agite tm̄ plurale: sed agedū vtrunq;, nā & hic dicitur inuertant) fortes.i.robusti tauri: inuertant.i.proscindāt, (Age.) extemplo.i.illico e vestigio (tractam ab auspicibus qui lituo templum designabāt ad cōtemplādum.i.inspiciendum auium volatum, quo designato dicebāt extemplo: eoq; dicto neq; adsit oēs se proripuerunt) (Extēplo) a primis mensibus anni.i.a Ianuario & Februario, solum pingue.i.terram pinguē opimā quę solum dicit' quia oium sustentaculum est a soliditate (vnde qcqd aliquid sustentat illi solum est, vt mare piscibus, & aer auibus, (Solum.) & ęstas puluerulenta.i.plena pulueribus & quæ per rarefactionem & putrefactionē multos pulueres excitauit. coquat glebas.i.terras pingues iacentes.i.aut inertes nisi sole maturescant, aut graues & ponderosas. At.i.sed si tellus non fuerit fœcunda.i.si solum fuerit macrum: sat.i.satis erit suspendere.i.suspensam tenere.s.terram: sub.i.vsq; ipsum arcturum, id est ortum arcturi seu Bootis qui oritur.xi. diebus ante ęquinoctium autumnale hoc est.xiii. septēbris quo tempore satio fit: tenui, id est modico & exili sulco, id est non arabitur donec seminandum erit nisi vno & eo qdem tenui sulco: ne herbæ scilicet sponte in solo pingui supercrescentes officiant.i.noceant, lętis.i.pinguibus frugibus: illic.i.in prius dicto: hoc est in solo pingui, & ne humor exiguus.i.qui in terra sterili & macra, exiguus.i.modicus est: deserat, id est penitus destituat, & derelinquat arenam.i.terram arenosam, & quæ penitus in arenam exiccetur, hic.i.in terra minus fœcunda & macra. Exiguum est quod quia modicum facile exigitur.

PIERIVS.

Puluerulenta coquat maturis solibus æstas.) In Roma. codi. legere est, maturis frugibus. Seruius, solibus, agnoscit: cum aliis plerisq; codicibus antiquis. At si non fuerit te, fœcun.) In Longo. &, sed, at, melius.

Alternis idem tonsas cessare nouales,
Et segnem patiere situ durescere campum.
Aut ibi flaua feres mutato sydere farra:
Vnde prius lętum siliqua quassante legumen,
Aut tenuis fœtus vicię, tristisq; lupini
Sustuleris fragileis calamos, syluamq; sonantem.
Vrit enim lini campum seges: vrit auenę:
Vrunt lethęo perfusa papauera somno.
Sed tamen alternis facilis labor. arida tantum
Ne saturare fimo pingui pudeat sola: ne ue
Effœtos cinerem immundum iactare per agros.
Sic quoq; mutatis requiescunt fœtibus arua.
Nec nulla interea est inaratę gratia terræ.

SERVIVS.

Alternis.) Id est alternatim. Idem.) s.agricola. Tonsas nouales.) Agros messos. Dicimus aūt & has nouales & hæc noualia. Proprie nouales sūt primū arua pscissa, & primā segetē ferentia. Patiere.) Patieris. Situ durescere cāpū.) Vt redeat in vires priores. Sanē sciendū & Ciceronē in dialogis, & cæteros philosophos tractare nō quid debeat fieri, sed qd potissimū fieri. quā rē nunc Virgilius sequit'. Nam cū dicat multa remedia agrorum recreādor̄, ponit prę oībus intermissionē. Vnde eam rem frequenter iterat. Aut ibi flaua feres mutato sydere farra.) Si te terrarum cogit angustia, & non habes vbi intermisso agro rursus feras: ibi frumenta feras, Vnde legumina sustulisti. Aut si tibi est opus frumento, stercora sparge, & cinerem: vel incende stipulas. Sydere.) Mō anno. Lætum legumen.) Fertile. Et. Lætus) prout res fuerit accipimus: vt lætus homo, id est hilaris, lætum pecus, id est pingue, lætum legumen, vt diximus, fertile: & sic in reliquis, Siliqua.) Theca legumis. Quassante.) Id est quassa. Legumen.) Legumē dicitur quod manu legatur, nec sectionem requirit. Frumenta vero sunt omnia quę ex se emittunt aristas. Nā ꝙ supra ait. Farra.) frumenta accipimus: species est enim pro genere. Far enī proprie genus est frumenti optimi. Dicitur frumētum a frumine, quod est gulæ prominens pars. Aut tenues fœtus viciæ.) Mire ait tenues: nā vicia vix ad triplicem peruenit fructum, cum alia legumina prouentum habeant felicissimum & fertilem. Tristisq; lupini.) Amari: nam incoctus amarus est. Vrit enim lini campum seges.) Bene excerpsit linum, auenas, papauer: & dicit post hæc, frumenta serenda non esse, nam licet manu legantur, & sint inter legumina: viribus tamen frumentis exæquantur. Lethæo perfusa papauera somno.) Plena obliuionis, Nam Ceres, Ioue admonente, dicitur cibo papaueris orbitatis oblita. & re vera pauer gignit soporem), cum iam Proserpinam raptam a Plutone

Universidad de Deusto Biblioteca

tone ex inferno recipere non potuiſſet.¶Alternis facilis labor. (Redit rurſus ad præceptum quod ſcit eſſe præcipuum , id eſt ad itermiſſionem. ¶Alternis.) Intermiſſis : ſubaudi agris. ¶Facilis.) Vtilis.¶Ne.) Pro non.¶Saturare.) Recreare & reparare.¶Pingui fimo.) Vel humido,vel fertili.¶Sola.) Terras.¶Effœtos ꝑ agros.) Continua fertilitate laſſatos : ſicut etiam frequenti partu effœta dicitur mulier. ¶Cinerem immundum.) Dicit ad diſcretionem illius quo vtuntur puellæ : de quibus cineribus in Bucolicis, Fer cineres Amarylli foras.¶Mutatis fœtibus.) Vt omni anno proferunt, ſed diuerſa : nam eadem ferre ſemper non poſſunt, niſi intermittant.¶Requieſcunt fœtibus arua.) Non enim roborantur:quod intermiſſio efficit arationis:quam rem rurſus repetit, dicendo. ¶Nec nulla interea eſt inaratæ gratia terræ.) Nam liptote figura eſt,id eſt maxima & pręcipua:vt, Munera nec ſperno.¶Inaratæ.) Intermiſſæ.

MANCINELLVS.

¶Alternis.) Viciſſim.Tonſas nouales,)Meſſos agros. De noualibus videto in Tityro.¶Segnem.) Infœcundum. ¶Situ dureſcere.) Vt vires accipiat.Situs autem proprie dicit̃ lanugo quædam humore proueniens,fit autẽ in locis ſole carentibus.Situ ergo.i. ſordibus,& ſqualore quodã, qualis intra opaca domus quæ diu non repurgatur eſſe ſolet.Vnde Marcus Fabius inquit. Excitãda mens,& attollenda ſemp eſt,quę in huiuſmodi ſecretis aut lãgueſcit,& quendam velut in opaco ſitum ducit, aut &c . Ponit̃ etiam pro loci qualitate,vt de ſitu orbis,&c.¶Aut ibi flaua feres mutato ſydere farra.) Pli.lib.xviij.ca.xxxvj.inquit. Si fuerit illa terra quam appellauimus tenerã,poterit ſublato hordeo milium ſeri, eo condito raphanus:his ſublatis hordeũ vel triticũ. ¶Alius ordo,vt ibi adoreũ fuerit ceſſet quattuor mẽſibus hybernis. & vernam fabam recipiat.frumeutũ quidam ſeri vetant,niſi in ea quæ proximo anno quieuerit.¶Sydere.)anno. ¶Farra.) far adoreum veteres,appellauere.eſtq; ex oi genere duriſſimũ , & contra hyemes firmiſſimũ , patitur frigidiſſimos locos, & minus ſubactos. primus antiquo Latio cibus.Pli.li.xviij.capi.viij.¶Flaua.)flauus color ex viridi ruſo,& albo concretur.Ge.lib.ij.ca.xxvj. ¶Lætũ.) fertile.¶Siliqua.) Leguminum folliculus dicitur proprie tamen cuiuſdam arboris fructus longus latuſq; etiã,de qua arbore Pli. lib.xiij.meminit.¶Quaſſante.) Concutiente legumẽ ipſum maturum,& ſiccum,¶Viciæ.) Vicia per,c,ſcribitur, dicit̃ enim a vinciendo,ꝙ item capriolos habet,vt vitis, quibus dorſum ſerpit,& ſcapum lupini,alium ve calamũ, ad quem hæreat , ſolet vincire. Varro autem lib.j.ca.xxxj.Pli.vero lib.xviij.ca.xxij.inquit. Et viciã pingueſcũt arua,nec ipſa agricolis operoſa:vno ſulco ſata nõ ſarritur,non ſtercoratur : nec aliud ꝙ̃ deoccatur. Vitibus præripit ſuccum,langueſcũtq;,ſi in arbuſtis ſeratur . Sationis eius tria tempora,de quibus latius ibidem.¶Tenues fœtus viciæ.) Columella lib.ij.ca.xi.de vicia inquit, idq; genus præcipue non amat rores,cum ſeritur . Itaq; poſt ſecundam diei horam vel tertiam, ſpargendum eſt,cũ iam omnis humor ſole,ventove deterſus eſt, neq; amplius proijci debet,ꝙ̃ quod eodẽ die poſſit operiri , nam ſi nox interceſſit,quãtulocũq; humore,priuſꝙ̃ obruatur,corrũpitur.propter id igitur tenuis fœtus viciæ poeta dixiſſe videtur. ¶Triſtiſq; lupini.)i.amari,& triſtitiam ferentis,ait enim Plini.ab omnibus animalibus amaritudine ſua tutũ.Vnum hoc ſerit̃ non aratro,vbi fuerit maxime ſabuloſa,& ſicca atq; etiã arenoſa tellurem adeo amat.vt quãuis fruteto ſolo coniectum inter folia vepreſq; ad terram tñ radice pueniat,pingueſcere hoc ſatu arua,vineaſq; diximus.Itaq; adeo nõ eget fimo,vt optime vicem repręſentet.Primumq; oium ſeritur,nouiſſimũ tollitur,vtrũq; , ſeptẽbri fere menſe ſi depaſtũ ſit in fronde,inarari protinus ſolum eſt opus.Pli.lib.xviij.vbi lupinus & lupinum legit̃,fragiles,teneros, & fructu faciles.¶Syluamq; ſonantẽ.)maturi ſiqdẽ lupini & ſicci. adhuc in ſiliquis retenti,ventoꝝ motu reſonãt.¶Vrit enim lini.) Hęc etiam legumina recte appellari poſſunt , nam legũtur nõ ſecantur,vt frumenta, hinc Pli.lib.xviij.ca.xxviij.inquit. Exceptis leguminibus,quę vellunt̃ e terra,nõ ſubſecant̃. Vnde & legumina appellata,quia,ita leguntur.Monet aũt poeta poſt hæc nõ eſſe frumẽta ſerenda,nam ſolum tenue reddunt.¶Vrit lini campũ ſeges.)Cato.c.xxxvij.in li.de re ruſtica ait. hordeũ & fœnũ gręcũ, & eruum hæc omnia ſegetẽ exugunt, & oia q̃ vellunt̃ ex eis mala ſunt. Lupinum,faba,vicia , & cætera ſtercus vnde facias habent Pli.aũt lib.xix.c.j.inquit de lino.Vrit agrum, deterioremq; facit ſequẽti quoq; capite dixit.Vere ſatũ,eſtate vellitur,& hanc quoq; terrę iniuriã facit,ꝙ vellitur.ſ.Et Col.li.ij.c.xiiij. inquit Tremelius obeſſe maxime ait,ſolo virus ciceris,& lini,alterũ qa ſit ſalſę alterum quia ſit feruidæ naturæ.¶Vrit auena.) auena , vt Theophraſtus

Situs, Far. Flauus color. Siliqua. Vicia. Lupin'. Legumen. Linum. Auena.

phraſtus lib.viij.ſcri.terrã vehemẽter extenuat & multiplici tum radice,tum calamo cõditur. Eſt itaq; extenuationis cauſa radicũ multiplicitas , & calamorũ, quibus quidẽ ſoli pingue attrahitur. ¶Papauera.) Legito Pli.lib.xix.& lib.xx.¶Lethæo ſomno.) Lethe apud nos obliuio dicitur,inde Lethæus obliuioſus.ſomnus autẽ rerum omnium affert obliuionẽ ſopitis , & Pli.ſcri. ꝙ papaueris ſatiui albi.calix ipſe teritur,& bibitur ſomni cã , & e nigro papauere ſopor gignitur ſcapo inciſo.¶Alternis facilis labor.) Aruis labor facilis eſt,cum viciſſim ſerunt̃ dũmodo ſtercorentur . ¶Fimo pingui.) qui per ſe pinguis eſt & pingues efficit agros. Cato ca.lxj.inquit.Quid eſt agrum bene colere:bene arare.quod ſecũdum:arare, tertio: ſtercorare.Fini aũt plures differentię.de qbus plene legito Pli.lib.xvij.ca.vj.Item lib.xviij.cap.xxxvj.¶Effœtos agros.)Exhauſtos,& euacuatos aſſiduo fœtu.¶Cinerẽ imundũ.) Nõ purgatũ:quali mulieres vtunt̃ Pli.lib.xvj.ca.vj.inquit. Tranſpadanis cineris vſus adeo placet, vt anteponant fimo iumẽtoꝝ. ¶Requieſcunt.) Non tamẽ pingueſcũt,ſicut intermiſſione.¶Nec nulla.)i.maxima & pcipua.¶Interea.)Etiam mutatis fœtibus aliquando intermittere arationem ꝙ̃ maxime pdeſt aruis:hinc Pli. lib.xviij.ca.xxxiiij.inquit Ver. Alternis ceſſare arua ſuadet, hoc eſt ſi patiantur ruris ſpatia,vtiliſſimum proculdubio eſt,quod ſi neget conditio far ſerẽdum,vnde lupinũ,aut vicia, aut faba ſublata ſint,& quæ terram faciant lætiorem.

Lethe

ASCENSIVS.

¶Alternis idem &c.) Pręcepta Georgica.i. quę ad terræ opus & culturã pertinent pro terrarũ diuerſitate diuerſa ſunt habenda, ideoq; prius docuit:alio tpe terras opimas,alio macras eſſe pſcindendas,verũ quod nunc affert documentũ de terrarũ ceſſatione ſeu intermiſſione ad oẽm videt̃ pertinere regionẽ, ſic tñ vt alibi ſit fere neceſſaria,alibi tñ vtilis.Nam in terra pingui,ſi intermiſſionẽ feceris,pinguiorẽ effeceris:in qua tñ cautio ſit ne nimium luxuriet.in macra vero,niſi ceſſaueris ab ſatione, operã luſeris, nam penitus ſterilem reddideris. Quocirca nunc de terris docet quo ſint poſt mẽſem tractãdę,dicẽs,ꝙ aut alternis annis ceſſabũt, vires & ſuccũ recuperãtes,aut genere frumẽti minus exedẽtis ſerent̃,aut ſtercorabunt̃.Et ita triplex inuenit̃ cultura. ¶Ordo eſt. Tu idẽ qui.ſ.ſuo tpe terrã vtrãq; araſti , patiere.i.pmittes nouales.i.terras ĩnouatas,aut de nouo ſatas tonſas.i.meſſes , ceſſare.ſ. ab onere ſerẽdi,alternis ſup.annis. (Notũ eſt ꝙ annalis , noualis, natalis,molaris,maxillaris,ędilis,quintilis , & alia multa adiectiua,ſunt in eo genere proferenda in quo ponit̃ ſubſtãtiuũ ſubauditũ,vnde ſi dico hunc natalem intelligo diem,hunc molarẽ dentem:hũc quintilem menſem,hos nouales agros,has nouales terras,hęc noualia arua:ſed neutrũ quoq; p ſe plenũ eſt,& ideo frequẽtius eo vtimur ſine ſubſtãtiuo:nõ raro tñ dicimus has nouales:qa facile intelligimus terras.) Et tu patiere campũ ſegnem.i. effœtũ & infœcundum,qui iacet & nihil exurgere facit (vnde ſegnis dicit̃ ꝙ ſit ſeorſum ab igni qui acutiſſimus eſt) dureſcere.i. durũ fieri & obduci ſitu.i.lanugine & limo,vt vires recipiat: aut tu feres.i.ſeminabis.(Nõ ergo ſcribit̃ feres.)farra flaua.i.q̃ flaueſcunt dũ matura ſunt ſydere.i.anno mutato,aut potius ſydere.i. qualitate tpis mutata.nam alio tpe farra.alio legumen ſerit̃.feres dico ibi vnde tu ſuſtuleris.i.collegeris (nam legumen dicit̃ qcqd legitur manibus vt piſum,faba,lupinus) prius qa legumina citius colliguntur,legumen lætum.i.pingue & abũdans,ſiliqua.i. tunica aut teca leguminum quaſſante.i.cõcutiente pondere ſuo ipſum legumẽ grãde & maturum hoc eſt ſi videris,pduxiſſe denſum & amplum legumẽ,poteris tpe ſuo ſupinſerere farra, aut ibi vnde tu ſuſtuleris fœtus tenuis vicię.i.eius leguminis de genere lentis,& fœtus.i.,puentũ lupini.i.illius leguminis triſtis.i. amari ante maturitatem appoſitorie calamos fragiles.i.faciles fractu & ſyluã ſonantẽ.ſ.ariditate inducta.Si quęras quare non ſupinſerã linũ & auenã vt farra,aut quare nõ ſuperinſerã farra poſt linũ & auenã,ſicut poſt pdicta,aut quare non faciat mentionẽ de lino & auena,dicit ꝙ ideo eni pro qa ſeges lini vrit.i. arefacit & exiccat campum,& ſeges auenę vrit campũ & papauera perfuſa ſomno Letheo.i,obliuioſo.i.quę ſomnũ & obliuionẽ inducunt , vrunt campũ,& ideo nõ eſſet vtile eodẽ anno far ſuperinſeri, ſed tamen facilis labor alternis ſup.annis.i.poſtꝙ̃ annũ ceſſauerit , poteris vnde linũ ſuſtuleris etiã farra ſerere tñ.i.tantũmodo ne pudeat (qa ſordidũ munus eſt) ſaturare pingui fimo.i. ſtercore vſq; ad ſaturitatẽ ſola arida.i.terras macras,ex antitheſi ergo ornatũ comparat,ve pro vel ne pudeat iactare cinerem imũdum.i. limoſum & pinguem (quod epitheton adiecit ſecũdum cõmentarios propter cinerẽ quo puellæ,in expoliendis capillis vtuntur , aut potius ideo dixit imundum vt cauſa ſit cur dixerit ne pudeat) per agros

agros effœtos.i.emaceratos,& de qbus omnis fœcunditas emulcta eſt.Arua requieſcent quoq;.i.etiam ſic.i.ſtercorãdo,fœtibus mutatis.i.mutando fœtus,hoc eſt ſi non idẽ genus frumenti aut leguminis ſerat̃ continue:nec vlla.i.nonnulla imo (per liptotẽ.) plurima gratia.i.relatio beneficij eſt terræ inaratæ.i.non aratæ, interea.ſ.dum ceſſat quia ſe pinguem faciat,ad futuros pũentus, & herbis pecora paſcit,quod non exprimit , ne alterius libri farraginem huc ingerat & opus cõfundat . Seruius autem legit nec minus interea.Sed plures nec nulla.

PIERIVS.

¶Aut ibi flaua feres mutato ſydere farra.) In Romano codice mutato ſemine,legitur.Sed ſydere agnoſcit Seruius , cum tamen nulla ſit cauſa cur Semine ſit expungendum , cum ſtatim Virgilius ea connumeret ſemina,quibus far inde ſuccedere ſit ex fertilitate,& quę cõtra.ſeminata prius,campum adurant , Sed enim reliqui codices omnino.Sydere legunt. ¶Vnde prius lætum ſiliqua,quaſſante legumen.)Quãuis Seruius Lætum agnoſcit , vide tamen an recte in Romano codice, lectum, legatur, vt ibi ſerenda farra dicat, vnde prius legumen legeris , verbum vero ſuſtuleris Viciæ tantum & lupino ſeruiat.¶Requieſcunt fœtibus.) In Romano codice. Requieſcẽt fœtibus , Futuro tempore ſcriptũ, in alijs præſenti.

Sæpe etiam ſteriles incendere profuit agros:
Atq; leuem ſtipulam crepitantibus vrere flammis.
Siue inde occultas vires,& pabula terrę
Pinguia concipiunt.ſiue illis omne per ignem
Excoquitur vitium:atq; exudat inutilis humor.
Seu plures calor ille vias,& cæca relaxat
Spiramenta:nouas veniat qua ſuccus in herbas.
Seu durat magis:& venas aſtringit hiantes:
Ne tenues pluuiæ,rapidi ve potentia ſolis
Acrior,aut boreę penetrabile frigus adurat.

SERVIVS.

¶Incendere profuit agros.) Nõ agros, ſed ea quæ in agris ſunt, id eſt ſtipulas vel qſquilias:hoc eſt purgamenta terrarum,& alia inutilia concremare.Nã vt videmus , ſi in agris q incẽdendi ſunt deſint ſtipulæ , aliunde illuc nutrimenta portantur incendij . ¶Atq; leuem ſtipulã crepitãtibus vrere flammis. ἔκβασις poetica, vel ſuperflua verbi repetitio. Nam ſtipula per ſe leuitatem ſignificat.vnde leuem ſtipulam vocamus.¶Siue inde occultas vires.)Inde,id eſt ex igni:occultas aũt,arcana quadam ratiõe cælatas.In hoc aũt ſenſu ſequit̃ Heracliti opinionem, qui dicit oia ex igni procreari:quem nunc terris alimenta prębere cõmemorat. ¶Vitiũ.) Quod fœcunditatẽ impedit.¶Exudat inutilis humor.) Noue locutus eſt.Nam non ipſe humor, ſed terra deſudat . vnde exudat pro exudatur accipimus.¶Cæca relaxat ſpiramẽta.) Breues cauernas, per quas ſudor emanat,quę tenuitate ſui non poſſunt videri.¶Relaxat.)Aperit.¶Qua.) Pro quo. ¶Durat). actiuũ eſt hic.Dicim' enim & duro & duror,duro neutraliter, & dureo. Hiantes.) Apertas & patentes.¶Ne tenues pluuiæ.) Aut lentæ & penetrabiles:aut epitheton eſt aquarum. Aquę enim naturaliter tenues ſunt.ſic alibi,Aut in aquas tenues dilapſus abibit. ¶Rapidi.)Feruidi & ardentis.¶Acrior.)Validior.¶Boreę.) Venti aquilonaris.¶Penetrabile frigus.) Quod omnia penetrat. ¶Adurat.) Hoc ad ſolem & ad frigus ptinet:nam vno ſermone duo diuerſa concludit,quæ tñ vnum effectuum habent,nam & frigoris finis, eſt caloris initium,& ſummus calor,frigoris eſt principiũ. Vnde quaſi vnus effectus eſt & frigoris & caloris,

MANCINELLVS.

¶Incendere agros.) Pli.lib.xviij.c.xliiij.inquit. Sunt qui accendunt in aruo,& ſtipulas,magno Virg.pconio. ſumma autem ratio vt herbarũ ſemen exurant,ſtipula proprie culmi vagina.¶Pabula terrę.) Pabulum a paſco venit.eſtq; pecudũ cibus herbaceus, fœniceus , paleaceus, & ſimilium. ¶Exudat.) Exit , emittit̃. ¶Cæca ſpiramenta.) Clauſa ſpiracula. ¶Seu plures calor ille vias.) Ignis,vt Ariſt. iquit authore Gellio li.xviij. ca.iij.cõcretũ reſoluit,& gelu cõſtrictũ : vt niuẽ ſol. ¶Hiantes.) Hiare eſt aliquid ſua ſe ſponte,vel extrema aliqua via aperire, vel diffindere , vt tellus ęſtu & ligna ariditate : vel nimio calore hiant , hiſcere eſt tñ oris & qdem humani , accipiturq; pro eo quod eſt loq:aut os aperire ad loquẽdũ. ¶Tenues.) ſubtiles & penetrabiles, facile enim aqua ſua tenuitate penetrat. ¶Rapidi ſolis.) qui rapit ac attrahit ad ſe cuncta, torrẽs & ſorbẽs calore ſuo, quo liquor ſiccatur.¶Acrior.) Vehemẽtior fortior. ¶Boreę.)Flat Boreas inter ſeptentrionem, & exortũ ſolſtitialem, vt ſcri.Plin.lib.ij.de eius aũt vi legito Oui.lib.vj.vbi.ſ. apta mihi vis eſt,&c.¶Penetrabile.) quod facile penetrat, dicit̃ etiam quod penetrat̃: penetrare aũt eſt penitus intrare,vt feſtus ſcribit.

Pabulũ, Ignis. Hiare, Hiſcere Boreas.

ASCENSIVS.

¶Sæpe etiam ſteriles &c. Docuit quædam remedia cõtra ſterilitatem terrę hoc eſt,quod propoſuit:docuit quid faciat lætas ſegetes.ex parte,qa ſtercoratio,intermiſſio,& cinerũ ſparſio.Nunc alia apponit dicens quia profuit interdum incendiſſe ſteriles terras hoc eſt radices & herbas ceſpitum deſiccatorum quę manent in terra ſterili iam deſiccata poſt arationẽ.Cuius exuſtionis cauſas varias aſſignat:ſummam autem Plin.putat vt herbarũ ſemen exuratur.¶Ordo eſt.Profuit.i.vtile fuit & cõduxit etiã.i.pręter dictas cauſas ſæpe incendere agros ſteriles.i.ſtipulas & ceſpitum ac herbarũ radicumq; reliquias in agris ſterilibus poſt arationẽ ſuperextantes.Atq; pro.i. (Exponit enim quomodo agri vrantur) vrere ſtipulam leuem.i.deſiccatam , aut quia in ſterili terra genitam,flammis crepitantibus,propter materię enim repugnãtiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam crepitant flammę, quarum crepitus nō fit sine comburēdorum motu terrę non inutili. (Quia vero grāmaticarum rerū curiosis nihil satis dictū est: Norint multa verba esse semiimpersonalia, quę si pręponantur, impersonalia censeantur: si infinitiuū pro supposito habeant personalia, vt iuuat me legere impersonale quodāmodo est, legere iuuat me personale. Sic profuit incēdere & vrere, impersonale est. Incendere agros profuit & vrere profuit personale) profuit inquā siue quia terrę cōcipiunt inde occultas vires & pinguia pabula.i.nutrimēta, siue qa omne vitium excoquitur.i.coquendo expellitur & consumitur illis.s.terris p ignē: atq; humor inutilis exudat.i.exudando consumif, expellit enim ignis humorē vnde exudare videtur humor, vnde in thermis exudamus, quod verbum componif ab ex & sudo, sed quia post x, non scribitur, s, dicimus exudo & exulto, exero, pro exsudo exsulto & exsero. Seu quia ille calor, relaxat.i.relaxando terras facit (habet enim ignis etiam vim relaxatiuā vt patet in asseribus & bacillis qui ad ignem laxati incuruantu r) verū videtur terrā constringere: quod qdem verum si sit tenax & pinguis plures vias.i.obtrusas prius per inutilem humorem, & relaxat, spiramenta.i.spiracula cæca.i.occlusa & occulta. (Cæcum.n.nunc est quod non videt vt animal: nunc quod non videtur, vt hic, cæca spiracula, nūc quod non pmittat videre, vt Cæcus amor) hoc est secretos & occultos meatus per quos spūs aeris intret, & humor noxius euaporet qua.s.parte succus veniat in nouas herbas, seu qa ignis durat.i.indurat magis & astringit.i.claudit venas hiantes.i.rimas, scissuras, aperturas terrarum: quæ res conducit, ne pluuiæ tenues, & ideo multum penetratiuę, ve pro vel potentia solis & rapidi acrior.i, vehementior q̄ terrę parum humoris habenti conducat, aut frigus boreæ, id est illius venti septentrionalis a Thracia flantis penetrabile, id est facile penetrās, habet enim hic significationem actiuam adurat, scilicet tenues venas.

PIERIVS.

¶Exudat inutilis humor.) Dum interim aliquid occurrat, quod maioris alicuius momenti sit, non pigeat de rōne scribendi aliqd disputare, vbi pſertim ea sese offerunt, in qbus aliqua manifesta mutatio facta sit, cuiusmodi ea est, quæ in hoc verbo exudat apparet. Nam nostri fere oēs vbicūq;, ex, prępositiua particula cum dictione aliqua, q̄ ab, s, litera incipiat cōponaf, s, ipsam excludere cœperunt, offensi.s.sibilo, quē ex pronunciato vocabulo resultare dicūt, duabus vix dictionibus, exsulo & exspecto, in qbus, s, nō elidaf, designatis. Sed.n.antiqui scriptores nō modo cōposita in sua incolumitate conseruarūt, vt exsudat, & alia huiusmodi. verū etiā ipsi literę, x, quotiescūq; occurreret, vel in simplicibus nominibus, de industria, s, addere gaudebāt, hinc felixs, hinc Alexsander, hinc cappadoxs, & pleraq; huiusmodi, quę passim in veterū monumētis obseruanf. Quæ qdē consuetudo cū plurimū inualuisset cōpulsus est Terētius Scaurus aduersum hos pcepta tradere, eosq; peccare ait, qui, nuxs, & truxs, & feroxs, in, s, nouissimam literā dirigunt, cū alioqui duplex sufficiat, quæ intra se &, s, literā habeat. sane vero q genus hoc scriptionis innouarunt crediderē nimirū figurā nostrę literę, V, eā esse, quę apud Gręcos pro, ch: figuratur, X, & ad sonū, quē audiebant necessariam esse literā, s, existimarunt: siquis enim scribat truchs, & nuchs, eodem penè sono excipienf, ac si trux, & nux, per, x, scripta enuncientur, sed fuerit sua cuiq; ętati consuetudo, nostris placuit ea simplicia noia p, x, tantū adnotare. cōposita vero non vsq;quaq; eiusmodi regulę subijciuntur, sed pleraq;, s, retinuerunt, vt appareret originatio, quare si modo eodē exsudat scripserim, vt veteres penè oēs codices habent, neq; vllus pronūciationis harmoniam me offendisse crediderim, neq; alienum quid a scribendi vsu protulisse.

Multum adeò, rastris glebas qui frangit inertes
Vimineasq; trahit crates, iuuat arua: neq; illum
Flaua Ceres alto nequicq̄ spectat olympo.
Et qui, proscisso quæ suscitat ęquore terga,
Rursus in obliquum verso perrumpit aratro:
Exercetq; frequens tellurem: atq; imperat aruis.
Humida solstitia, atq; hyemes orate serenas
Agricolæ. hyberno lętissima puluere farra:
Lætus ager. nullo tantum se Mœsia cultu
Iactat: & ipsa suas mirantur Gargara messes.

SERVIVS.

¶Adeo.) Valde. ¶Rastris.) Et hos rastros dicimus, & hæc rastra. Legim⁹ enim, At istos rastros interea depone in Terētio. Item, Rastraq; & incuruis eū tribuere ligōes. Et rastra dicta, q terrā radant. ¶Glebas inertes.) Pigras, nihil creātes. Et transit ad aliud præceptū. ¶Vimineasq; trahit crates.) Ad agrorū scilicet exequationem. Et hic trāsit ad aliud pceptū. ¶Flaua Ceres.) Flaua dicitur propter aristarū maturitatem. Et Ceres nomen est quod in polysyllabis in noīatiuo singulari producit vltimā, cum in obliquis corripiat. ¶Alto.) De alto. Ne quicq̄.) Non sine causa. Nam semper duæ negatiuæ vnam confirmatiuā faciunt. Vnde male quidam locum illum legunt in Terentio, Pater adest, caue ne te tristem sentiat. Si enim hoc est, dicit vide vt te tristem esse sentiat: quod procedere minime potest. sed ita legendum est, Caue te tristem sentiat. Nam &. Ne &. Caue prohibentis est. ¶Spectat.) Respicit. ¶Quę suscitat ęquore terga.) Id est terram qui arauerat. ¶Rursus in obliquum verso prorumpit aratro.) Scilicet Autumnali tempore, quo iam cū seminibus aratur. Nam hoc præcipit, vt cum denno aramus, tunc per obliquum aratra ducamus. nemo enim vno tempore bis arat. ¶Atq; imperat aruis.) Id est, vt tantum ferant quantum ipse desiderat. Et hoc est quod ait supra, Illa seges demum votis respondet auari Agricolæ. ¶Humida solstitia, atque hyemes optate serenas.) Duo sunt solstitia. Vnum æstiuum. viij. Cal. Iulij die: quo tēpore remeare sol ad iferiores incipit circulos. Et aliud hyemale. viij. Cal. Ianuarij die: quo tempore sol altiores incipit circulos petere. Vnde hyemalis solstitij dies minimus, sicut æstiui maximus inuenitur. Videtur ergo cōtrarium esse quod dicit, Optate pluuias per solstitia, & per hyemem serenitatē: cum (vt diximus) vnum æstiuum sit, & aliud hyemale solstitiū. Sed sciendum modo annum in quatuor partes esse diuisum: in duo solstitia, & duo ęquinoctia: vnum vernale, & aliud autumnale. quæ Græci ἰσομερίας vocant. Sunt autem. viij. Calen. Aprilis. &. viij. Calen. Octobris die, qui annus olim in duas tantum partes diuidebatur, hoc est in æstiuum, & in hyemale solstitium, & in duo hemisperia. vt intelligamus omnia eum tempora voluisse complecti. Nam hoc dicit, Optandum rusticis vt autumnali & hyemali tempore sit serenitas: quæ duo tempora pro vno habebantur secūdum Hemicycli rationem, vt dixim⁹. Vernali vero, & æstiuo tpe vt sint pluuiæ: quæ & ipsa duo tempora pro vno erant. Tamen si diligēter attendamus: poetica licentia vsus est, vt pluralem numerū pro singulari poneret. nā: solstitia, p solstitio, & hyemes p hyeme posuit. dicit aūt, Optanda hæc quę per naturam non sunt: quo possit vtrisq; tēporis asperitas mitigari: & æstatis calor pluuijs: & frigus hiemis serenitatis tempore. ¶Hyberno puluere.) Hyberna serenitate, eo q nimia serenitas puluerem creat. ¶Lætus ager.) Hyberno scilicet sereno. ¶Nullo tātum se Mœsia cultu Iactat.) Constat quidem Mysiam circa culturam esse diligentem: sed non ei cultus suus tantum prodest, quantum hyberna serenitas. Mysia autem prouincia est: Mœsia vero ciuitas Phrygiæ, haud longe a Troia: quàm magis debemus accipere propter Gargara montes Phrygios. ¶Mirantur Gargara messes.) Phātasia est poetica, rei inanimatę sensum dare: sic alibi, Miraturq; nouas frondes, & non sua poma.

PROBVS.

¶Nullo se tantum Mysia cultu ia. &. i. s. m. Gargara.) Mysia natio est coniuncta barbaris, contingens adriaticum sinum. Sed & altera huius nominis terra iuncta Troadi, aliquando subiecta regi Thelepho. & ante Theutranti. Gargara appellatur caput ideæ Phrygiæ.

MANCINELLVS.

¶Adeo. (Profecto, certe. ¶Rastris.) sunt rastri, vt Varro ait, quibus dentalibus penitus eradunt rerram, atq; eruunt. Rastelli vero quibus in pratis fœni secta abradunt, quo ab rasu rastelli dicunf. dicimus pręterea hos rastros, & hæc rastra. ¶Inertes.) Inutiles, desides. ¶Crates.) Dicuntur crates a crateo quod est teneo, quia se inuicem teneant. De cratibus autem Plini. lib. xviij. cap. xxxj. sic ait. Latitudo vomeris cespites versat, semen protinus inijciunt, cratesq; dentatas supertrahunt, nec sarrienda sunt hoc modo sata. ¶Flaua ceres.) Flaua dicitur a calore quem habent matura frumenta. ¶Neq;.) nequicq̄, nō frustra. ¶Olympo.) i. cœlo. ¶Æquo. terga.) sulcorum culmina. ¶Rursus in obliquum.) Pli. lib. xviij. cap. xxxij. inquit. Omne aruū rectis sulci s, mox & obliquis subigi debet. ¶Atq; imperat aruis.) tunc aruis imperatur, cum bene coluntur. ¶Humida solstitia atq; hyemes optate serenas.) Sensus est, q agricolę optant cōtraria. i. hyemem serenam, & ęstatem humidam: posuit enim solstitia ęstiua pro ipsa ęstate. Debent itaq; agricolę optare, orareq;, o Dij date nobis serenam hyemē, ęstatē vero humidā, ac si diceret pluuiā, quę in hyeme vētura esset, reseruetur in ęstatē. Pli. aūt lib. xviij. c. ij. ait hyemē aquilonia esse oibus satis vtilissimā, sed arboribus inutilissimā: ergo qui dixit hyemes serenas optandas, nō pro arboribus vota fecit, qm cibus eaꝝ imber, nec per solstitia imbres vitibus cōducūt: Solstitia pręterea duo sunt, brumale & ęstiuū, de qbus legito Eclo. vij. ¶Hyberno puluere.) Hyberna serenitate, qua qdem puluis habetur. Macro. lib. v. sat. ait, Et vt liqueat Virgiliū nostrū vndiq; veterum sibi ornamēta traxisse: vnde hoc dixerit, hyberno lætissima puluere farra. In libro. n. vetustissimoꝝ carminū qui ante oia quę a latinis scripta sunt cōpositus ferebaf, inuenif hoc rusticū vetus canticū, hyberno puluere, verno luto, grādia farra Camille metes. ¶Lætissima.) s. sunt, i. fertilissima. ¶Lętus ager.) id est ferax & hyberno puluere. ¶Nullo se tm̄ Mysia cultu iactat, & ipsa suas mirantur Gargara messes.) Sensus est horum versuum talis, vt etiam Macro. lib. v. sat. scrib. Cum ea sit anni temperies vt hyems serena sit, solstitium vero imbricum fructus optime proueniūt: hęc autem adeo agris necessaria sunt: vt sine his nec illi fœcūdissimi Mysię agri responsuri sunt opinioni fertilitatis, quę de eis habef. Additq; Mysię noiatim Gargarā q ea vrbs posita in imis radicibus Idęę montis defluētibus inde humoribus irrigef: possitq; videri solstitiales imbres non magnopere desiderare, hæc Macro. in sat. Ego tamē aliter accipio, vt sit sensus, & Mysiæ agri nullo cultu tm̄ se iactent, quātū. s. hyberno puluere, nec de solstitio imbrico intelligaf nam vt supra ostendimus, ibi humida solstitia atq; hyemes optate serenas, est sensus talis, optat, vt pluuia quæ in hyeme ventura esset, reseruetur in æstatem, non q optet reuera illud, vt æstate pluat: est enim loquendi modus, vt cum dicitur alicui obsequere in hoc mihi, in alijs vero esto aduersus. Poeta etiam repetit illud tm̄ de serena hyeme, hyberno lętissima puluere farra, nec amplius de imbrico solstitio dixit. ¶Gargara.) Mac. dicto lib. ait, q Gargara hęc sunt in Mysia, q est Hellesponti prouinciæ: sed significatio, nominis & loci duplex est: nam & cacumen montis Idę, & oppidum sub eodem monte hoc nomine vocantur, & ciues Gargares. Cum igitur constet, inquit, idē Gargara nūc pro montis cacumine, nūc pro oppido sub eodē monte posito accipienda. Virg. non de summo monte, sed oppido loquitur. & Home. humidum designat subiacentem monti agrū. Vnde hæc Gargara tanta frugū copia erāt, vt vbi magnū cuiusq; rei numerū vellet exprimere pro multitudine immensa Gargara narraret. hæc ille. Sed vbi ait quod Home. humidum designat, subiacentē monti agrū ostendit, q hyems serena, vbi necessaria, nec ad solstitium imbricum referenda agri illius fertilitas, sed vt dixi, ad hybernum puluerem, ad serenam hyemem.

ASCENSIVS.

¶Multum adeo rastris.) Docet alios colendæ terræ modos, dicens multum prodesse, qui rastris hoc est magnis dentalibus glebas frangūt, aut cratibus super tractis, aut qui ex trāsuerso iterū ducto sulco terrā intercipit & diuidit. Optanda aūt est, inqt, agricolis serenitas & siccitas in hyberno tpe: quocirca vult vt agricolæ optent vt hyemales pluuię in ęstatē transferanf: nō sic tamen sm̄ Mancinellum, vt reuera pluuias ęstiuales optet, sed qa hyemales nimium deprecetur, atq; abesse velit, non tm̄ videf quid in locis calidis & siccis obesse possint ante maturitatē frugū pluuiæ: quocirca posset vtrūq; optare, vt & hyeme serenitas sit, & in ęstate saltem incipiēte: hoc est vsq; ad finem Maij mediocris pluuia. Sed huic expositioni obstat quod dicit humida solstitia quod de principio æstatis & fine veris intelligi nō possunt: vnde si nullo modo humida solstitia recipienda censeas, posset exponi sic, agricolæ optate solstitia humida. i. quę fere humida sunt, sup. serena, & optate hyemes. i. tēpestates pluuiales serenas: tam dicit pdesse vt nullus cultus ei cōparādus sit, nullaq; res plus ad copiam quæ in Mysia est faciat. Commentarij fere Mysia legēdum putant, textus tm̄ passim Mœsia habent. Priusq̄ ordinē posuero, recitabo verba Beroaldi in Seruiū cōtra id quod dicit de, ne, particula quę sunt. Quāuis hoc exigere videaf regula grāmatices, quod a Seruio præcipitur, tamē veteres scriptores sæpissime ita locuti sunt, vt hāc particulam, ne, cū verbo caueo copularēt. Hora. Vade, vale, caue, ne titubes mandataq; frangas. Pli. terram cariosam caue ne plaustro ne ve pecore impellas. Ouid. Ne fallare caue, pximus ater erit: itaq; vtroq; modo & recte & latine dicitur, cum auctoritas veterū pro regula sit, & honestissimus sit error magnos duces sequentibus. Item Virgilianus versus vtpote eruditiōe referstissimus eruditiorē exposcebat enarrationē, cōcisus est iterdum Seruius in rebus magnis: copiosus in paruis. Quis enim eliciet veram arcanamq; Virgiliani carminis sententiam ex tali interpretatione? Gargara sunt montes Phrigij. Nemo eruditus ignorat Gargara esse montes vel potius cacumen montis Idæ, sed curioso cōmentatori inquirēdum fuerat curiosius, & pensitidum diligētius, an Poeta posuerit Gargara pro monte, quę fertilitatis esse dicit exēplar, ego apud Macrobiū aiaduerti Maronianū carmen explicari accuratissime, & longe secus quàm tradatur a Seruio atq; copiosius. Ait enim Gargara nomē esse cacuminis montis Idę, & oppidū, & Virgilium nō de summo monte, sed de oppido loqui in Georgicis, nā apud Gargara ciuitatē: tanta erat frugum copia, vt qui magnū cuiusq; rei numerū vellet exprimere pro multitudine imensa Gargara noiaret: ita Alceus Aristophanes, & Varro. Gargara pro multitudine posuerūt, & de his intellexit Ouid. illo versu. Garga. quot segetes, quot habet Methymna racemos. Non ergo Gargara pro monte apud Virgi. accipere debemus, prout accipit serui. sed pro oppido, vt sentiunt eruditi, quod positū est, in imis radicibus idę montis & defluētibus inde humoribus Gargara irriganf, fiuntq; feracissima. Confirmat Macro. sniam Pli. scribens in quinto, Gargara esse montem & oppidum. Et Strab. in. xiij. inquit. Gargarus in superioribus idę partibus locus ostenditur, a quo Gargara dicuntur Æolica, ciuitas. sa cessat itaq; mutilata expositio, quam Seruius & Probus tradiderunt, qui ambo nihil dixerunt, nisi Gargara esse montē. ¶Ordo est. is, sup. qui frangit rastris. i. dentalibus glebas inertes. i. inutiles & quasi sine arte, aliquid lucrandi aut producendi: & trahit. s. super glebas. i. terrā cōcretā crates vimineas. i. ex viminib. & sudibus factas: iuuat. i. adiuuat, adeo. i. valde multum arua, neq; nequicquam. i. & nō frustra Ceres flaua. s. vt arista frumēti colorata, spectat sup. de, aut ex alto Olympo. i. cœlo illum. s. qui id facit, &, sup. illum qui, prumpit. i, pscindit rursum. i. iterū aratro verso in obliquū. i. transuersum ea, sup. terga. i. culmina sulcoꝝ quę suscitat. i. rursum prius leuat, æquore. i. campo plano & ęquo proscisso. i. prius scisso & sulcato. i. qui post sulcū ductū recte ducit altero, ex transuerso: & sup. eum, hoc est neq; frustra spectat, qui exercet frequēs tellurē, atq; imperat agris. i, sic domat eos vt sibi audientes. i. quasi imperium quantum vult referentes faciat. O agricolę optate solstitia. s. æstiualia, sm̄ Seruium, aut solstitia humida. i. hyemalia, & pro. i. hyemes serenas. i. vt serenitas sit tēpore hyberno, quia farra, sup. sunt lætissima puluere. s. per siccitatem producto hyberno, & ager est lætus hyberno puluere, & Mœsia oppidum aut Mysia regio, nullo. i. non vllo, non iactat se tantum. i. in tantum vllo cultu, quantum, sup. serenitate hyberna, & Gargara. i. loca decliuia in Mysia nō mirantur tantum suas messes vllo cultu, quantum serenitate hyberni temporis: hoc est nullo cultu tantum prouentum habet, quantum serenitate hyberna, & tamen est illic maximus prouentus.

PIERIVS.

¶Rursus in obliquum verso prorumpit aratro.) Veterum bona pars codicum, perrumpit, legunt, quod sententiæ videtur accommodatius. Sed in Mediceo nota illa quæ, Pro, significabat abrasa est. & p litera alio attramento inferne, recisa iam perrumpit facit: sunt etiā exemplaria, quę, oblicum, per c scribunt exemplo iam antiquato, licet ad hanc diem in Italia populi sint, qui, q, litteram nondum admisere. ¶Nullo tantum se Mœsia cultu.) In Romano codice, & altero perueteri Mysia, per y prima syllaba scriptum est, veluti apud Stephanum μυσία χώρα καὶ πόλις. Quod vero passim scribi cœptum Mœsia per œ diphthongum a Seruio defluxit, qui ciuitatem a regione ea scriptura distingui tradidit.

Quid dicam, iacto qui semine comminus arua
Insequitur? cumulosq; ruit male pinguis arenæ?
Deinde satis fluuium inducit, riuosq; sequentes?
Et cum exustus ager morientibus ęstuat herbis:

SERVIVS.

¶Cōminus.) Id est statim, sine intermissione. ¶Insequif.) Prosequitur, & nō finit quiescere. ¶Cumulos ruit.) Euertit, dissipat. & nunc est actiuū ruit: vt, Vna Eurusq;, notusq; ruunt. nam aliter dictum est, Ruit alto a culmine Troia. ¶Male pinguis.) Nō pinguis, id est sterilis. ¶Deide satis fluuium inducit, riuosq; sequentes. Post cōmemoratam generalem agriculturam, trāsit ad species

species & culturas venientes ex tẽpore. Nam arare, cinerẽ iacere, incẽdere ęternum est: irrigare aũt nõ nisi nimię siccitatis ẽ: sicut siccare ẽt aut ex magnis pluuiis aut ex flumis magna eruptiõe cõpellimur. ¶Satis.) Segetibus, agris satis: nã participiũ est. ¶Sequẽtes.) iuges: aut certe riuorũ est epithetõ. ¶Exustus ager.) s. ęstatis calore. ¶Morientibus herbis.) Secũdum Pythagoricos, qui dicũt omne qđ crescit habere animã: vnde est, Atq; interfice messes.

Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam
Elicit. illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet: scatebrisq; arentia temperat arua.
Quid, qui, ne grauidis procumbat culmus aristis:
Luxuriem segetum tenera depascit in herba?
Cum primum sulcos ęquant sata? quiq; paludis
Collectum humorem bibula deducit arena?
Præsertim incertis si mensibus amnis abundans
Exit: & obducto late tenet omnia limo.
Vnde cauæ tepido sudant humore lacunę.

¶Ecce.) i. ex improuiso. ¶Supcilio.) Altitudine, summitate terrarũ. ¶Raucũ p leuia murmur Saxa ciet. Non solum vtilitati hanc rem dicit fore, sed ẽt voluptati. ¶Leuia.) Lubrica, detrita, nitida. ¶Scatebris.) Ebullitionibus, quę fiũt cum aqua in aliquas rimas defluxerit. Vnde etiam vasa æstuantia calore, scaturire dicũtur. ¶Quid.) Subaudi, de illo dicendum est, aut quantum illi prodest. ¶Grauidis aristis.) Grauidas aristas, periphrasticῶς prospicis posuit. Dicimus aũt & hic spicus, & hæc spica, & hoc spicum. Cicero in Arato. Spicũ illustre ferẽs insigni corpore Virgo. Sed scire debemus in vsu esse a masculino vtrũq; numerũ: a neutro vero raro, & tm̃ singularẽ inueniri, nam pluralis nusquam lectus est. ¶Culmus.) Iunctio spicarũ. Luxuriem segetum.) Bene luxuriem, vt ostendat rem superfluã, & nocituram nisi amputetur. ¶Cum primũ sulcos ęquant sata.) Cum adhuc herbæ sunt teneræ. i. antequam cogant in culmos. Et est Virgilii hoc hemistichion vnum de inuictis. ¶Deducit.) Siccat, detrahit. Sic paulopost, Riuos deducere nulla religio vetuit, i. siccare. ¶Præsertim.) Maxime, præcipue. ¶Incertis mensibus.) In opportunis. Incerti aũt menses sunt veris & autũni, nam & hyemis certum est frigus, & ęstatis certus est calor: Veris vero & autumni nunc frigus, nunc calor est. ¶Obducto late tenet oĩa limo.) Superlito, superfuso. ¶Tenet.) occupat & operit. ¶Vnde.) De huiusmodi inundatione scilicet amnis. ¶Tepido humore.) Noxio, inutili. ¶Lacunæ) autem sunt fossę in quibus collecta aqua stare consueuit.

MANCINELLVS.

¶Quid dicam iacto.) Hesio. quoq; ait, Semina cum terræ committis pene sequatur Seruulus, atq; auibus rastro sata læta recõdat. ¶Cõminus. vicine, illico: nam cõminus, pprie significat quasi cum manibus. Eminus vero longe, quasi e manib⁹. ¶Cumulos.) Glebas. ¶Ruit.) Dissipat. ¶Male pinguis.) Non pinguis. Satis fluuium inducit. Segetes irrigãdę sunt, vbi nimia siccitas euenit: nã rigua, vt Pli. scri. lib. xvii. ca. xxv. ęstiuis vaporibus vtilia, hyeme inimica, autũno, varia: circa Canis ortũ rigua maxime prosunt. Riuosq; sequentes.) q;, pro. i. per epexegesim. ¶Sequẽtes.) Id est defluentes, vel decurrentes. ¶Exustus.) calore nimio. ¶Æstuat. Feruet. ¶Morientibus herbis.) Licet arbores, & herbæ tam rõne, q̃ sensu careant, tamen, vt etiã Macro. li. j. de som. ait, qa crescẽdi tantũmodo vsus in his viget, hac sola parte viuere dicuntur: moriunt itaq; vbi crescẽdi vis deest. ¶Supercilio.) Fastigio, summitate. ¶Cliuosi tra.) Inclinatæ decliuisq; vię. Trames dr̃ trãsuersa via vel angusta a transmeando. ¶Elicit.) Educit, euocat. ¶Leuia) Attrita. ¶Ciet.) Excitat, cõmouet. ¶Scatebris.) Ebullitionib⁹ quæ fiunt cum aqua in aliquas rimas defluit. ¶Quid.) Videlicet de illo dicendum? Grauidis aristis.) Spicas intelligit. ¶Luxuriem segetum.) i. vbertatem, superfluitatemve & intempestiuã abundantiã, vt ait Nonius. Pli. aũt lib. xviii. de vitiis frugum ait. Inter vitia segetum, & luxuriẽ est, cum onerata fertilitate procumbunt, & paulo inferius seq. c. ait. Luxuria segetum castigatur dente pecoris, q in herba duntaxat, & depastę quidem vt sępius nullã iniuriã in spica sentiunt. ¶Sulcos ęquãt. Cum adhuc herbæ sunt tenerę, anteq̃ cogantur in culmos. Bibula deducit arena.) diminuit, remouet, siccat paludis humorem collectum: deducit autẽ humor arena bibula superiniecta aut gracili bibulaq; super humidam

dam, ac præpinguem. Sed dementis operarii est, quid enim potest sperare, qui talẽ colit? Bibula, q humorẽ bibit. ¶Incertis mẽsibus.) i. verni tẽpore ac autũni, hyemis eni certũ est frigus, æstatis certus est calor. Veris vero, & autũni temporib⁹ nũc frigus, nunc calor est. Hinc Naso. li. ii. de arte dixit de autumno. Cum modo frigoribus premimur, modo soluit ęstu, Vere nõ certo corpora languor habet, fiũt etiã pluuiæ maximę, ac fulmina. Vnde Pli. lib. ii. ca. lii. ait. Vere autem & autũno crebriora fulmina, & Virg. lib. iiii. Geor. Vere madent hudo terræ. ¶Obducto.) Producto, cõtracto, circũfuso. ¶Tepido humore.) Pli. lib. xviii. de vitiis frugum ait. Nascuntur & vermiculi in radice, cum sementem imbribus secutis incluserit repentinus calor humorem gignuntur: & in grano, cũ spicæ in pluuiis calor inferuescit. ¶Lacunæ.) Lacuna, vt Festus ait: est aquæ collectio, & a lacu deriuatur.

ASCENSIVS.

¶Quid dicam iacto, &c.) Prosequitur intentum, videlicet quid faciat lætas segetes, dicens cum admiratione. quid dicam, supple de illo, hoc est quãtum ille prosit aruis. qui iacto semine. i. postquam iecit semen, insequitur arua cõminus. i. de prope, & statim, quasi consertis manibus, & ruit. i. dissipat cumulos. i. globos arenæ malæ. i. non aut sine cõmodo pinguis, q. d. plurimum nimirum prodest, & quid deinde inducit satis. i. segetibus aut seminatis fluuiumq; pro. i.) Est. n. epexegesis. i. expositio prioris per posterius) riuos sequẽtes. i. defluentes in agrum, & cũ ager exustus. s. nimio calore ęstuat. i. feruet & hoc herbis morientibus prę nimia. s. siccitate. Ecce. q. d. præter opinionẽ, & cũ minime speretur quod. s. illic aquæ pręterfluerẽt vbi paulo ante tanta siccitas erat Vt oĩa exarescerent: ipse elicit. i. per aquę ductus aut canales educit, supercilio. i. ex editiore loco, qa aliter nequiret deriuare, montis cliuosi. i. multos cliuos habẽtis: vndam. i. aquã exundantem. Illa. s. aqua, cadens. i. defluens, ciet. i. excitat murmur raucum. i. infractum per saxa læuia. i. polita frequenti impetu: & temperat scatebris. i. scaturiginibus & ebullitionibus ac venis aquas effundentibus: arua arentia. s. siccitate. Quid, supp. de illo dicam quantum iuuet arua, quiue culmus: herba spicam sustentans procumbat grauidis aristis: ipse depascit. i. pascẽdo pecora absumit luxuriem. i. vegetem copiam, & superabundantiã segetum. i. pinguiũ culmorum, ac stipularum, in tenera herba, i. priusquã sese in spicę collegerit formã: cum. i. quando sata æquant. i. cooperiũt per æqualem altitudinem sulcos. Et quid, sup. dicam de illo qui deducit. i. aufert arena bibula. i. per suppositionem arenæ multum aquæ bibentis: humorem paludis, hoc est plaustrem qui præcipue nocet, deducit inquã præsertim. i. pcipue, si amnis. i. fluuius ex imbre subito genitus (qui a circũnatãdo dicit, circũfluit enim agros) abũdans. i. supexcrescens exit. s. ripas & limites suos mensibus incertis. i. vernis aut autũnalibus quibus tempestas incerte est nunc pluuiosa, nunc suda, nisi sit sensus in mensibus certis, id est qbusdam & non omnibus, quia si frequens aut iugis esset inundatio, frustra fieret desiccatio. Si ergo amnis exit aut icertis mensibus, aut in mensibus certis, sed maior manus legentiũ est, incertis vna dictione quàm duab⁹ & tenet omnia limo obducto id est supducto, late. i. ampliter aut in latum, vnde. i. a quo limo lacunæ. i. receptacula aquarum: cauæ. i. excauata, aut capacia vt caua videantur, sudant. i. distillant humore tepido. i. pluuia cum quodam tepore decidente.

PIERIVS.

¶Riuosq; sequentes.) In Roma. codi. legere est. Riuosq; fluentes, sumptum id nimirum ex paraphrasi. ¶Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam Elicit.) In Romano codi. Eligit, scriptum, ea, scilicet cognatione quæ intercedit inter g, & c, cum elicit, omnino sit casta lectio.

SERVIVS.

¶Nec tamen, hæc cũ sint hominũq; boũq; labores.) Ordo est a sequentibus, Nec tamen nihil officiunt. Et hoc dicit, Licet hæc omnia quæ dixi, arando sint experti & hominum & boum

Nec tamẽ (hęc cũ sint hominũq;, boumq; labores
Versando terram experti) nihil improbus anser,
Strimoniæq; grues, & amaris intyba fibris
Officiunt: aut vmbra nocet. Pater ipse colendi

& boum labores: tamen sunt adhuc aliqua quę obsunt, nisi prouideris, scilicet vt aues absint, aut vmbra arborũ. ¶Improbus anser.) Insatiabilis, nulli probandus. Et dicit anseres agrestes. ¶Strymoniæq; grues.)

grues.) Thraciæ a fluuio Strymone. ¶Et amaris intyba fibris.) Vt etiã Dona. dicit, male quidam intybã auem quãdã amari iecoris accipiunt: nam intyba dicit cicorea, herbas quasdã noxias, quarũ radices multę & tenues ambiũt segetes & necãt. Fibris autẽ abusiue ait, q radices intyborũ hac atq; illac decurrũt, vt fibrę p iecur. i. vene quædã & nerui. ¶Amaris) aũt nocẽtibus: vt, Hostis amari. ¶Aut vmbra nocet.) Vt, Nocent & frugibus vmbrę. ¶Viam.) Rõnem & artem colẽdi. ¶Mouit agros curis acuẽs mortalia corda.) Dicturus est Ioue fecisse multa,

Haud facilem esse viam voluit: primusq; per artem
Mouitq; agros, curis acuens mortalia corda:
Nec torpere graui passus sua regna veterno.
Ante Iouem nulli subigebant arua coloni:
Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat. in medium quærebant: ipsaq; tellus
Omnia liberius nullo poscente ferebat.
Ille malum virus serpentibus addidit atris:
Prædariq; lupos iussit, pontumq; moueri:
Mellaq; decussit foliis: ignemq; remouit:
Et passim riuis currentia vina repressit:
Vt varias vsus meditando extunderet artes
Paulatim, & sulcis frumenti quæreret herbam:
Et silicis venis abstrusum excuderet ignem,

quę possunt in vituperationẽ venire: & ea hoc colore defendi, q dicat voluisse eũ ingenium mortalib⁹ ex necessitate præstaret, ne torperent ocio: quod ex rerũ abũdantia procreat. ¶Acuens.) Exercens. ¶Veterno.) Pigritia, nam veternus dicitur morbus intercus. i. ὑδρωψ qui homines efficit pigros. Et dicit, intercus intercutis. ¶Subigebãt.) Suo labore colebant arua. ¶Nec signare qdem, aut partiri.) Diuidere & designare. ¶Fas. i. lex. ¶In mediũ quærebant.) In cõmune. ¶Omnia liberius.) qui supra ait, Atque imperat aruis. Bene. tunc enim libere cuncta sponte ferebãt: nũc autem imperante alio per laborem culturæ seruiunt. ¶Malum virus.) Bene addidit malum ad discretionem epitheton. Nam virus & bonum & malum est, sicut venenum: nam idem est, Venit autem a græco: nam & illi φάρμακον medium habent, i. bonum & malum. Sanè virus, hodie tres tm̃ habet casus: hoc virus, hoc virus, o virus. Antiqui hoc virus, huius viri dicebãt. Lucretius, Tetri primordia viri. ¶Ignemq; remouit.) Non penitus sustulit, sed occuluit. Vnde est, Quærit pars semina flammæ Abstrusa in venis silicis. ¶Passim.) Abundanter, vbique. ¶Riuis.) Fluminib⁹. ¶Extũderet.) Studiose reperiret, & coleret. ¶Frumenti herbam.) Periphrasis segetis.

PROBVS.

¶Strymonięq;.) Dictę sunt a Strimone Thracię flumine, vbi maxime per æstum morantur. ¶Nec torpere graui passus sua regna veterno.) Veternum grauem somnum volunt intelligi spectantem ad interitum, quem medici Lethargum vocant.

MANCINELLVS.

¶Nec tamen.) Hic ostendit author vltra predicta curãdum, etiã
Strimõ. ne aues & alia obsint aruis. ¶Improbus.) Nocens, sæuus. ¶Strymonięq; gru.) Strymon amnis, vt Soli. docet inter Macedoniam & Thraciam, terminum facit, qui ab hęmi iugis irrigat, id quoq; asserit Pli. li. iiii. ibi aũt grues maxime per ęstũ morant, vti & Probus inquit. ¶Intyba.) Huius nois variationẽ late in spica docuimus: intybũ autẽ & cichoreum pro eodem Plin. videtur accipere lib. xx. ¶Amaris fibris.) Sunt. n. intybi radices amaræ gustu, quas habet plurimas, ac profusas. Fibris, i. radicibus. antiqui enim vt Varro ait, fibrum dicebãt extremũ. ¶Aut vm. no.) Pli. lib. xvii. ca. x. de vmbris arborũ nocuis, & iucundis ait, iuglandum grauis, & maxime etiã capiti humano, oĩbusq; iuxta satis necat gramia, & pinus, ficorũ leuis, quãuis sparsa, ideo q inter vineas seri nõ vetantur. Vlmorũ & leuis etiã nutriens quęcunq; opacat iucunda & platani iuglandi siquidem, pinorumq; & picearũ, & abietis venenum est. ¶Primusq; per artẽ Mouit agros.) De aureo sæculo, qđ sub Saturno fuit. Oui. lib. j. Meta. ait, Mox etiã fruges tellus inarata ferebat, Nec reuocatus ager grauidis canebat aristis: de argenteo vero sæculo, quod sub Ioue fuit, inquit: Iuppiter antiqui cõtraxit tẽpora veris, Semina tũ primũ longis cerealia sulcis, Obruta sunt, pressiq; iugo gemuere iuuẽci. ¶Acuẽs.) Accẽdẽs, excitãs.
Veternosus. ¶Torpere.) Pigra esse & segnia. Oui. enim de primo sæculo Mollia securę peragebant ocia gentes. ¶Veterno.) id est somno: nam vt Festus inquit veternosus dicitur, qui graui premitur somno. Probus etiã inquit, q veternum grauem somnũ volunt intelligi spectantẽ ad interitum, medici lethargũ vocant. Pli. ẽt ait lib. viii. de vrsis, Tam graui somno premuntur, vt ne vulneribus qdem excitari queant, tunc mirum in modum veterno pinguescunt. ¶Coloni.) Agrorum cultores. ¶Limite.) i. tramite. Virg. li. xii. Limes agro positus. ¶Nec si, qui.) Iure cõi priuati ac separati agri nihil erat, iure vero gentiũ agris termini positi, quod qdem notatur

tas large ex hoc iure gentium digestis de iustitia & iure, & in paragrapho. Aũt gẽtiũ. Insti. de iure nat. gen. & ciui. scribit enim ibi, ex hoc iure gẽtium introducta sunt bella, discretæq; gentes, regna cõdita, dominia distincta, agris termini positi, &c. ¶In mediũ.) In cõmune qrebant victũ. s. ¶Mellaq; decussit.) Naso. li. j. Meta. de ętate aurea inquit, Flauaq; de viridi stillabãt ilice mella. ¶Ignẽq; remouit.) Iratus Iuppiter, q a Prometheo deceptus esset in portiõe hostiarũ mortalibus eripuit ignem. ne carnis vsus vtilis hoĩbus videretẽ coqui nõ posset. ¶Currentia vina. Ouid. ẽt ait Flumina iam lactis iam flumina nectaris ibant. ¶Vsus.) Opus, vel vtilitas. ¶Excuderet.) Cudendo eliceret, est enim cudere a cudendo dictum, vt Festus ait.

ASCENSIVS.

¶Nec tñ hec, &c.) Postq; edocuit diligentiã agricolis in colendo agro seruãdam, subiungit misera eorũ fata. vt quibus officiũt ac nocent plurima, vt aues, herbę, & vmbrę. Verũ ne temere omnia cõtingere censeas, dicit a Ioue id institutum, vt nõ torpescerent homines simul q cũ agro se colerent exercitationibus assiduis, Nam si vt sub Saturno quõdam ois feret oĩa tellus & id quidem sponte nemo agrũ coleret: dicit ergo Iouẽ Saturni filiũ imutasse tempora patris sui, quũ occasione præstita transit ad varia diuersorũ inuenta agricolis pręsertim vtilia: sed ne in re manifesta prolixior sim. ¶Ordo est. Nec pro & non, & cum hæc, id est prius dicta sint labores & hominum & boum experti. i. inuenti & in experientiam adducti (ponitur enim in significatione passiua cum sit verbum commune experior) versando. i. arando & colendo terram, tamen anser improbus, id est improbandus. & detestandus, vt qui vbi nihil seuerit, decerpat, & vastet: & grues strymoniæ, id est circa Strymonem lacum, aut amnẽ in confinib⁹ Thraciæ & Macedonię versari plurimũ solitæ, & intyba. i. herbæ amaris fibris, id est quæ habent amaras & nociuas fibras, quibus fruges attrahunt, officiunt, id est nocent & contrariũ eius quod deberent faciũt. (Nam cum officium in bonam partem accipiatur fere quæras quomodo officere sit nocere. Sed sunt qui officium Officiũ. ab efficiendo deductum velint, aliis dicentibus huius prępositionis ob esse duplex significatum. alterum enim quod quasi, propter, vt ob pietatem. i. propter pietatem, & sic officium est, propter quod quicq; institutum & factum est: alterum vero quasi contra vnde, obsum, obsto, obdo, oppono, officio, quasi contra sum, do, sto, & pono, & facio contra id quod debeam) aut vmbra nocet, sed ipse pater. s. Iuppiter qui dicitur iuuans pater haud. i. nõ voluit viam. i. modum & rationẽ colendi esse facilem, imo voluit esse difficilem, & ipse Iuppiter mouit primus agros. i. primus exercuit per labores, acuens corda mortalia curis, nec passus sua regna. i. homines sui temporis torpere. i. pigrescere, graui. i. nociuo & molesto. veterno. i. vitio somnolentię & obesitatis ex torpore procreato. Nulli coloni. i. agricolę, subigebant. i. domabãt. Vnde dictum est, atq; imperat aruis: subigit autẽ aruũ qui ipsum ad iussum suum quid vult ferre facit, ante Iouem. i. priusquã eã Iuppiter subegisset. Nec fas erat signare quidem campũ: aut partiri campum limite, id est lapide ad dirimendos agros in confinio posito, sed supple homines quærebant, id est reponebant in medium. & ipsa tellus ferebat omnia liberius, id est omnino libere, & non subacta, hoc est nullo poscente, id est exigente, sponte videlicet sua: Ille. s. Iuppiter addidit serpentibus atris. i. nociuis virus, id est venenum suum, & iussit lupos prædari, id est prædas auferre, & iussit Pontum. i. mare moueri, scilicet per nauigationem auaritiæ potissimum causa inuentam, Et ipse decussit, id est deorsum, & in terram excussit mella, foliis. s. arborũ: hoc est frondibus, in quibus copiose prius reperiebant, & remouit. s. ab vsu mortalium, ignem: & repressit. i. coercuit vina currentia passim riuis. i. per riuos, vt. s. vsus. i. opus & vtilitas extunderet. i. extorqueret, & violenter pararet, varias artes meditando, id est excitando, & vt vsus quęreret paulatim. i. paulotenus, & successiue: postquam, scilicet Ceres docuerat herbam frumenti in sulcis, id est per arationem & cultum terræ, & vt excuderet, id est cudẽdo & concutiendo

& concutiendo elicerèt ignem abstrusum.i.delitentem:in supple venis silicis.i.lapidis illius præduri.

PIERIVS.

¶Et amaris intyba fibris.)Scribẽdum,intuba, per v ex antiquis plerisq; codicib. tàm Virgilianis, q̃s Plinianis, latina enim dictio est,nec; admittit,y, nisi quantũ Græci sic,v,nostrũ breue ea solẽt nota figurare. Sed de hoc plura in.iiij.Georgicon. ¶Nec signare quidem quidem.) In Ro,cõ.Ne signare q̃dem,legitur: vna minus litera. ¶Extunderet artes,) Antiqua aliquot exemplaria, excuderet, legunt,eaq; dictio,nescio qua prius abrasa, in Longobardico codice superinducta.Sed enim Extunderet, in probatioribus codicibus, Romano, Mediceo & alijs habetur. ¶Et silicis venis.) Antiqua omnia exemplaria quæ præ manibus fuere nobis,vt silicis, legunt, tametsi non displicet, &, vt illi membro cõhæreat, & sulcis frumenti quæreret herbam.

SERVIVS.

¶Nauita.) Pro nauta : sicut Mauors pro Mars. ¶Numeros & noia fecit.) Numeros aut curredi modos.i.ortus & occasus:quod si est,quasi rem philosophorũ prætermisit.nã tñ de noibus dicit, vt Pleiadas,Hyadas.Aut certe re vera ait numeros: nam Hipparch⁹ scripsit de signis, & cõmemorauit etiã, vnũquodq; signũ quot claras,quot secũdę lucis quot obscuras stellas habeat, ẽm quod bene commemoratis signis,quasi notum stellarum numerũ prætermisit.Et in eo quod dicit nautã stellis numerus & noia fecisse:significat, necessitate quærẽdarum rerum,quæ ante sponte sua cunctis,pueniebãt, hoies nauigãdi peritiã & studium reperisse:& ex eo quod sequit̃,id quod præcedit ostendit. Nauigandi quippe peritiã sequit̃ studiũ motus, & rationes sydera cognoscendi,propter tempestatẽ maris, & ventorũ motus. ¶Pleiadas.(Signũ est ante genua Tauri,quod ortu suo primæ nauigationis,tempus ostendit.Vnde græce Pleiades dicuntur, ἀπὸ τοῦ πλέειν latineVergilię, a verni temporis significatione, quo oriuntur.¶Hyadas.)Signum est in fronte Tauri,quod ortu suo efficit pluuias:vnde ipsę stellę, Hyades vocantur ἀπὸ τοῦ ὑετοῦ, quas latini Suculas appellauerũt. ¶Claramq; Lycaonis Arcton.) Elicem dicit.i.maiorem septentrionem : nam minor appellatur Cynosura.Lycaonis autem, subaudi filiam:vt,Deiphobe Glauci. Lycaon enim rex Arcadiæ habuit filiam Calisto : quã cum vitiasset Iuppiter , Iuno in vrsam conuertit,& postea Iuppiter miseratus in signum cœlestẽ transtulit.¶Tum laqueis captare feras, & fallere visco Inuentum.) Vnus est sensus diuisus interpositione alterius. Nam laqueis captare feras, ad venationem pertinet.i. illaqueare feras in curuatis arboribus.Fallere visco, ad aucupiũ. Item ad venationem. ¶Et magnos canibus circundare saltus.) Male autem de aucupio quidam respuunt, totum referentes ad venationem,& dicunt. Fallere visco, pro visceratione positum. Constat enim luparios cărnibus tinctis veneno lupos necare,qđ ideo nõ procedit,quia hoc viscum huius vitci facit, sicut templũ templi:vnde est,Fallere visco. Viscus vero.i.caro,viscris facit,vt pecus pecoris.Et si de carne loquebat̃, viscere debuit dicere. Lucretius, Permistus viscere sanguis. Item ipse Viscus gigni, sanguenq; creari.Primo de nautis,& nauigio inuento:postea de venatione dixit:nunc de piscatoribus loquit̃. cuncta enim hæc necessitas inuenit.¶Funda iam verberat.) Genus est retis dictum a fundendo.i. retiaculum quod dicit̃ βόλος.¶Humida lina.) Vere riculum significat.¶Rigor.) Duricies.Vnde & rigidus durus homo dicit̃.¶Argutæ serræ.)Stridulę,sonorę.Et dicit̃ Perdix, sororis Dædali filius,inuenisse Circinũ & serram.¶Fissile.)Quod findi potest.¶Tum variæ venere artes.)Ex necessitate scilicet diuersarum rerũ,qbus hoies repressa spontanea cunctarũ rerũ origine, & terrarũ tructificatione cœperũt egere.¶Labor improbus.)Vel magnus,vel nulli ,pbabilis,nullus est enim amator laboris. ¶Duris vrgens in rebus.)Vrgens.i.cogens & quasi iportune insistẽs. ¶Egestas.)Indigentia rerũ quæ naturaliter neganẽ:necessitate tñ cogente inuenta sunt,Persius, Magister artis, ingenijq; largitor Venter,negatas artifex sequi voces.

PROBVS.

¶Pleiadas,Hyadas,.c.q;.l.a.)Pleiades Vergilię dicunt(vt qbusdam liquet)qa sint Atlãtis & Pleiones filię, ἀπὸ τοῦ πλέειν dictę. Iccirco quod earum ortu prima cura sit nauigatio, quarũ mentionẽ facit Ouid.in Phænomenis dicens de Perseo, Pleiades ante genus septẽ radiata ferunt̃. Sed tñ apparent, sup. opaca septima nube.Hyades existimant̃ esse in cornibus tauri, aut in ore quas imperiti suculas appellãt,arbitrãtes ἀπὸ τοῦ ὗος Hyadas dictas. Sed errant: dictæ sunt enim ἀπὸ τοῦ ὕειν, hoc est a spargendo.

Tunc alnos primum fluuij sensere cauatas:
Nauita tum stellis numeros,& nomina fecit:
Pleiadas,Hyadas,claramq; Lycaonis Arcton.
Tum laqueis captare feras,& fallere visco
Inuentum:& magnos canibus circundare saltus.
Atq; alius latum funda iam verberat amnem
Alta petens:pelagoq; alius trahit humida lina.
Tum ferri rigor,atq; argutæ lamina serræ,
Nam primi cuneis scindebant fissile lignum:
Tum variæ venere artes.labor omnia vincit
Improbus:& duris vrgens in rebus egestas.

Est enim pluuium sydus, hoc non temere oritur,vt nõ imbres sequãtur. ¶Lycaonis Arcton.)Dicit Vrionẽ, & vulgatam seq̃ historiã. Iuppiter.n. Calisto Lycaonis filiam creditur mutatus in Dianam compressisse:quę grauida mutata in vrsam ira Iunonis peperit puerum Arcada quem Iuppiter ne venãs matrem feriret, mutatũ in eandẽ formã cum ea inter sydera retulit.sunt autem ibi duę vrsę maior & minor, maior Elice, minor Cynosura vocat̃. ¶Cum iam gl- atq; arbuta s.d.s.e.u.d.n.) Arbutę sunt arbusculę, quę in sylvis frequẽter nascunt̃.quę pleriq; Vnedones vocãt, Dodona locum cõtinentẽ quercus quę cõtinẽter erat dicta, est aũt tẽplum Dodonei Iouis in Chaonia parte Epiri,quæ hoc noie appellatur.

MANCINELLVS.

¶Alnos cauatas.) Periphrasis est nauium.Alnus enim pinus, & picea ad aquarũ ductus in tubos cauant̃, obrutæ terra plurimis durant annis.Pli.lib.xvj.¶Stellis numeros.) Pli.lib.ij.ca.xlij.scri. esse.lxxij.signa quæ sunt rerum, aut animantiũ effigies, in quas digessere cœlum periti,in his q̃dam mille sexcentas annotare stellas insignes videlicet effectu,visuve.Iginius aũt scribit, q̃ Mercurius primus menses instituit,& puidit syderum cursus.Euhemerus vero primã ait Venerẽ astra constituisse,& Mercurio demonstrasse,sed Mani.li.j.ait.Tu princeps,authorq; sacri Cyllenie tanti: Per te iam cœlum in terris iam sydera nota. Iosephus aũt scribit q̃ Adam duas columnas reliquit:vnam æneam,alterã lateritiam, in quibus syderum motus descripserat. Lact.lib.ij.ca.xiij. docet Ægyptios oium primos cursus syderũ, & defectus notasse. Diod. lib.iiij. Atlantẽ de sphæra primũ inter hoies disputasse. Pli.etiam lib.vij. Atlantẽ Libyæ filiũ astrologiã inuenisse scri. vt alij dicunt Assyrim,Spherã,in ea Milesius Anaximander inuenit syderũ obseruationẽ,in nauigãdo Phœnices.¶Pleiades.) Pli.lib.ij.cap.xlij. scri.esse in cauda tauri stellas.vij. quas appellauere Vergilius, inquit in frõte suculas.idẽ Var.Gel.quoq; li.xij.ca.ix. afferit,dicẽs, Sicut cæterę partes,& reliqui imago tauri cõfirmata & quasi depicta est locis regionibus q; earũ stellarũ,quas Græci Pleiadas, nos Vergilius vocamus.Iginetiã docet inter tauri finitionẽ,& arietis caudã stellas esse,quas Virgilius nostri, Græci aũt Pleiadas appellauerũt.Dictas aũt,quod ex Pleione Oceani & Atlante sint natæ. Hæ numero septẽ dicunt̃, sed nemo amplius q̃s sex videre pot. æstimanturq; choreã ducere stellis, eas stellas Vergilius nostri dixere,q̃ post ver exoriuntur.Ex prædictis ergo patet Pleiadas nõ esse signũ ante genua tauri,vt ille dixit.De his autem latius habetur lib.iiij.Fa.¶Hyades.) Scri. Iginius taurũ habere in cornibus stellas,in vtrisq; oculis singulas in fronte media vnam,ex quibus locis cornua nascunt̃, singulas que.vij.stellæ Hyades nuncupãtur.Gel.lib.xij.c.xj.docet q̃ Hyades a nobis primo Syades, deinde Suculæ appellatæ,Hyades q; ab hyo.i.pluo : nam & cũ oriũtur & cum occidunt,largos imbres cient, sed de eisdem latius Gellius. ¶Claramq; Lycaonis arcton.) De arcto maiori loquitur, hanc autem, Iginio teste, Hesio. ait esse Calisto nomine Lycaonis filiam,quæ a Ioue in vrsæ speciem conuersa fuit : cum autem Arcada puerũ ex Iunone genuisset, ipsam cum filio Iuppiter inter sydera collocauit, eamq; Arcton filium Arctophylaca nominauit:minorem vero Arcton Iginius idem Cynosuram esse vnam de Iouis nutricibus scrib. sic etiam Elicem, hinc pro beneficio in cœlo collocatas,& vtrasq; Arctos dictas, quas nostri septentriones dixerunt.Omnes autem, qui Peloponnensem incolunt, maiori vtuntur Araeo,Phœnices vero minori, quam studiosius perspiciendo diligentius nauigare existimantur, hinc apud Ouidium Fasto.iij.legitur esse duas Arctos quarum Cynosura petatur.Sidonijs,Elicem graia carina notet. ¶Clarã Arcton.) Claram ait quoniam

ait, quoniam maior Arctos stellas habet.xxj. minor vero stellas habet tñmodo.vij.¶Tum ferri rigor.)I.inuentus est.Pli.lib.vij. ait, quod ferrũ Hesio.in Creta eos inuenisse scri.qui vocati sunt dactyli idæi,fabricam ferream inuenere Cyclopes.¶Lamina.) Ea dicitur lata portio ferri,æris,plumbi,stanni.auri,argẽti : bractea vero potius auri argenti ue,ac orichalchi:est enim tenuis, & sua sponte plicabilis,lamina aũt crassior.¶Serræ.)Pli.lib,vij.scri.Dædalum fabricam materiariam inuenisse, & in ea ferram, asciam, perpendiculum, terebram,glutinum,normam aũt & libellam, & tornum,& clauum Theodorum Samium.Oui.tamen lib.viij. Meta.ostendit Perdicem Dædali ex sorore nepotem,Circinũ, & Serram inuenisse.Dio.vero.lib,v.scri.q̃ Talus adolescẽs filius sororis Dædali,qui ab eo audiebatur, ingenij acumine inuenit rotã, qua figuli vtuntur.Deinde reperta lerpentis maxilla paruulum cum fecuissẽt lignum,imitatus postea dentium serpentis spissitudinem,ferram ferreã fabricauit.Reperit etiam & tornũ. Inuidia motus Dædą hunc puerũ dolo interfecit. ¶Labor oĩa vin.) hinc etiã Mani.lib.j.ait.Omnia conãdo docilis solertia vicit. ¶Vrgens in rebus egestas.)Mani.lib.j.Et labor ingenium miseris dedit, & sua quẽq; Aduigilare sibi iussit fortuna premendo.

ASCENSIVS.

¶Tunc alnos,&c.)Docet igitur varia inuenta per egestatem, & primo nauigationẽ & propter eam syderum obseruationẽ,deinde aucupium,& piscationẽ sunt arma mechanicorũ operũ, & tandem oĩa per egestatem inuenta concludit:Signanter autem dicit alnos cauatas tunc primũ excogitatas,qa in paludibus prima irrigatio fuit,& ex lynthribus ex alno,videlicet cauatas:ea enim arbor cum sit fragilissima,aeri exposita,in aquis tñ prædura est, vt tarũ tangit, post scaphas aũt & lynthres inuentę sunt rates:qbus circa pectus erat,qui fragilem trucĩ cõmisit pelago ratẽ, primus tñ naues,quarũ quę prima fuerit dictũ est in Bucolico ibi, Et alnos quæ vehat Argo.¶Ordo aũt est.Fluuij (qa mari nondum se crediderant mortales) sensere,i.si sensum habuissent sentire potuissent tunc primũ.si.postq̃ Iuppiter rerum penuriã induxerat, alnos cauatas.i.scaphas & lynthres ex alnis cauatis, vnde postea naues excogitatæ sunt,senserunt autẽ,quia naues immisse aquis sulcant eas. Tum.i.deinde nauita, id est is qui nauibus vsus est: per syncopam autem loquitur,qui nautã dicit, fecit stellis numeros,id est constituit quot stellę signum facerent & nomina,id est quarum rerum& potissimum animantium nominibus appellarentur:vnde discedit a fictionibus poeticis in re seria:nam poetæ fingunt varia animalia in sydera translata.poeta autẽ hic inuit ea primũ fuisse, sed aliquando nomina accepisse ,pter effigies animalium

SERVIVS.

¶Prima Ceres ferro mortales verterẽ terrã Instituit.)Prima Ceres omne genꝰ agriculturæ hoibus indicauit.Superfluo enim quæstionẽ inouẽt q̃dã cõmentarij, dicentes Osirim vel Triptolemũ aratrum inuenisse, nã aliud est vnã rem inuenire,& aliud omnẽ agriculturã docere:quod fecit Ceres.Nam ferrũ dicendo, cũcta generaliter rusticorũ arma cõplectit̃.¶Sacræ Deficerent syluæ.) Emphasis est.i.ẽt sacræ: quarum sterilitas,cæterarum quoq; significat infęcũditatẽ. ¶Arbuta)autẽ sunt rubea poma syluarũ, quæ Plin. vnedones vocat: quod asperitate sua plura edi non possunt. ¶Victum Dodona negaret.) Dodona ciuitas Epiri : iuxta quam nemus est Ioui sacratum,& abundans glandibus semper. vnde κατ' ἐξοχήν, Dodonæ facit mentionẽ. Et totum quod dicit hic,hoc est, Prius homines, vt legimus,pasti glandibus sunt, nec aliud ad victum quærebant. Cum igitur iam deficerent glandes,& non solum quælibet syluæ,sed etiam sacræ victum hominibus negarent: & cum alijs syluis ipsa quoq; Dodona ciuitas, quæ iuxta le nemus Ioui cõsecratum habebat,glandes vsibus humanis subtraheret Ceres prima omne genus agriculturæ hominibus indicauit: ¶Labor additus.) Aut datus:vt nihil mali ante habuerint, aut re vera additus:qa ante erat quidem labor, sed tantum herbarum,intyborũ:postea accessit rubiginis, carduorũ. ¶Esset.) Consumeret:vt, Est mollis flãma medullas.¶Robigo) autẽ genus est vitij quo culmi pereunt,sed abusiue rubigo dicit̃. Nam,pprie rubigo est (vt Varro dicit)vitium obscœnæ libidinis quod vlcus vocat̃. id autem abundantia & superfluitate humoris solet nasci, quæ græce σατυρίασις dicitur.¶Segnis carduus.) Inutilis,infœcũdus.¶Aspera sylua) Notandum etiam de herbis syluam dictam. ¶Infelix lolium.) Infœcundum.contrarum quæ seruntur.¶Quod nisi & assiduis terram insectabere rastris.) Iam cõcludit & hoc dicit, Nisi sæpe sarrieris : ppter illud, Et amaris intyba fibris Officiunt: Nisi aues fugaueris : propter illud, Improbus anser Strymoniæq; grues : Nisi falcę amputaueris ramos : propter illud, Aut vmbra nocet : Nisi votis inuocaueris pluuias:propter, Humida solstitia,arq; hyemes orate serenas: sine causa ingentes frumenti alieni aceruos aspicies. Propter quod ostendit rusticũ sua inertia famẽ,non anni vitio,sustinere. ¶Insectabere.) Pro insectatus fueris.Futurũ indicatiui pro futuro subiunctiui. ¶Rastris.) Sarculis. ¶Terrebis.) pro terrueris.

Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Instituit:cum iam glandes,atq; arbuta sacræ
Deficerent syluæ:& victum Dodona negaret.
Mox & frumentis labor additus:vt mala culmos
Esset rubigo,segnisq; horreret in aruis
Carduus.intereunt segetes:subit aspera sylua,
Lappęq;,tribuliq;:interq; nitentia culta
Infelix lolium,& steriles dominantur auenę.
Quod,nisi & assiduis terram insectabere rastris:
Et sonitu terrebis aues : & ruris opaci
Falce premes vmbras:votisq; vocaueris imbrem:
Heu magnum alterius frustra spectabis aceruum:
Concussaq; famem in syluis solabere quercu.

Felicemq; trahit limum. ¶Steriles auenæ.) Ad discretionem earum quæ seruntur.¶Virgi. i iij ¶Premes

Universidad de Deusto Biblioteca

¶Premes vmbras.)Coarctabis & imminues.¶Vmbras.)i.ramos arbo⁊ incumbētes segetibus amputās. ¶Votisq; vocaueris imbrem.) Vt inuoces fore tibi pluuiā. ¶Alterius aceruū.) Qui hæc accurate egerit.¶Frustra spectabis.)In alio cernēs quod ipse non habeas. ¶Famem solabere.) Ac si diceret, Ne glandibus quidem satiaberis:quia dixerat,Et victum Dodona negaret.

MANCINELLVS.

¶Prima Ceres.) Ouid.quoq; lib.v.Meta.ait, Prima Ceres vnco glebā dimouit aratro.Prima dedit fruges,alimētaq; mitia terris. Prima dedit leges, Cereris sunt oia munus. Diod.aūt libro.vj. in prin.scri.quod Siculi tradūt Siciliā Cereri & Proserpinæ sacram esse,has simul deas primū in Sicilia visas,inq; ea primo frumentū terræ bonitate ortū,in agro aūt Leontino,multisq; pterea Siciliæ locis etiā tpe ipsius Diodori,vt inquit, oriebat̄ agreste triticum. Cum aūt raptā filiā Proserpinā quæreret,hoies,qui eā grate susceperant,frumenti vsum edocuit,hæc eadē leges dedit, qbus iuste pieq; hoies viuere assuescerēt,ex quo & legiferā dixerunt, plura Diod.& nos latius ibi, Liber & alma ce.¶Sacræ.) Si sacræ, quanto magis,& aliæ.Est ergo emphasis.i.demōstratio, de qua Fa.li.viij. Victum cibū a viuēdo dr̄ Dodona,ab excellentia nemoris Dodonam posuit.Dodona enim in Epiro Ioui sacra erat, nam illic templum & oraculum fuerat ei cōstitutū, qd' latius aperuimus Eclo. viij.vtq; Pli.lib.ij.ca.vij.docet in Dodona fons erat gelidus, qui imersas faces extinguebat, si tū extinctæ admotæ fuissent accendebant̄. ¶Mox.) Deinde.¶Et frumētis la.ad.) Labor erat hoibus arandi,serendi,& similium.Deinde additus est ēt frumētis labor, videlicet rubiginis,carduo⁊,&c.¶Labor.)Calamitas.¶Esset.) carperet,absumeret: Rubigo,id vitiū est rodēs ferrum,vel segetes, quasi rodigo.Vnde olim robigo dicebat̄.Pli.aūt li.xviij.de vitiis frugū ait, Cœleste frugū,vinearūq; malū nullo minus noxiū est rubigo,frequētissima hæc in rosido tractu,cōuallibusq;, ac pflatum nō habētib⁹,ediuerso carēt ea ventosa,& excelsa.Festus autē ait, & rubigalia dies festus.vij.Cal.Maias,qn̄ putabūt rubiginem vertere colebant̄, & Pli.lib.xviij.inquit, quod rubigalia Numa constituit,quæ agebant̄.vij.Cal.Maias, qm̄ tunc fere segetes rubigo occupat.¶Segnis.) Sterilis, & segnitiē præbēs segeti. ¶Carduos.) vide in Buco.¶Subit.) Succedit.¶Lappæ.) Pli.xviij. de vitiis frugū ait,lolium,& tribulum,& carduum, lappamq; non minus q̄ rubum inter frugum morbos : quin inter ipsius terræ pestes numerauerim.De tribulis autem latius Pli. lib.xxj. & li.xxij. ¶Nitentia culta.) Splendentia,& arata arua.¶Lolium.) De hoc late diximus Eclo.v.¶Steriles auenæ.)De auenis etiā latius Eclo.v. Quod nisi prædicto⁊ epilogum facit, dixerat enim,Multū adeo rastris,&c. Est autem sensus,quod quamuis prædicta ab agricola fierent,nisi sequētia quoq; agerent frustra pdicta omnia forent. ¶Terrebis aues.) Propter illud, nihil improbus anser,&c. Premes vmbras,ppter illud, Aut vmbra nocet. ¶Opaci.) Vmbrosi. ¶Premes.) Cohibebis, exscindes.

Rubigo.

Rubigalia.

Ascensius

ASCENSIVS.

¶Prima Ceres ferro.) Redit ad institutū suum,vt.s.agriculturæ authorem significet,dicēs Cererē eā inuenisse tangēs paucis eius difficultatē,vt diligētem reddat agricolam additurus mox arma seu instrumēta quibus agricolis vtēdum est.¶Ordo igit̄ est. Ceres istituit.i.statuit & docuit prima.i.prius q̄ alius quispiā, mortalis.s.hoies cum ipsa per inuentū suum imortalitatē meruerit, & dea frugū habita sit,vertere.i.vertendo colere terram, ferro.i. quibuscūq; armis ac instrumētis ex ferro factis,aut ferro munitis vt vomere,bidente,marris,fossoriis,&c. tunc, sup.cū glandes atq; arbuta.i.fructus arbuto⁊,& quicūq; syluestres,deficerent.i. deessent syluæ sacræ.i.Ioui cōsecratæ,cui minime defore putabātur,& Dodona.s.sylua illa sacra i Epiro,negaret.s.mortalib.victū qa tunc glande vesci solebāt: Labor.i.difficultas &calamitas, est additus.s.a Ioue qui noluit facilē esse viā colendi agros, &.i.etiā frumētis,ita sup.vt mala.i.nociua & pniciosa rubigo esset.i.consumeret(ab edo es est) culmos.s.frumenti qd' prius lætius veniebat,& vt carduus.i.herba spinosa florē hirsutū ferens de genere tribulo⁊,in cuius foliis semp aqua inuenit̄, vnde græce dipsacos .i.sitiens,dicit̄ segnis.i.infœcundus & nihil boni afferens,horreret.i.horridus staret in aruis &,sup.postq̄ is horrere cœpit segetes intereunt,& sylua aspera.s.veprium tribulo⁊, spinarum, lapparū,& similium,subit.i.per se subsecuta est. Sylua,dico,appositorie,lappæ & tribuli,aut sylua lappæ,& tribuli,vt sint genitiui singulares & lolium infelix.i.zizania infelicitatē pariens, & auenæ steriles,i.ventosæ & sterilitatem inducentes, dominant̄ inter culta.s.arua nitentia.i.splendentia frequenti opera agricolæ, ita, vt non vitium sed calamitas sit agricolæ. Dominant̄ autē vsq; adeo q nisi tu insectabere terram assiduis rastris.i.nisi assidue raseris, & eradicaueris herbas nociuas,& nisi terrebis aues sonitu.s.arcus aut voci s,& nisi premes.i.diminues & exscindes falce.i.cultro incuruo vmbras ruris opaci.i,arboribus circūsepti,& nisi vocaueris imbrem votis, scilicet diis factis : heu (dolentis interiectio) tu spectabis frustra.i. sine commodo tuo,imo cum dolore cum solus careas, magnum aceruum, scilicet frumenti, alterius .s.vicini tui qui eam diligentiam adhibuit, & solabere.i.mitigabis, sed non penitus sedabis nec placabis famem,scilicet tuam & tuorum,quercu concussa, id est agitata ad habēdam glandem in syluis, vbi videlicet nascitur.

PIERIVS.

¶Deficerent syluæ.) In codi.nōnullis admodum vetustis,defuerant,legitur.Sed Deficerēt magis placet. ¶Vt mala culmos esset rubigo.) In Roma.codi.& hic,& alibi,robigo per o prima syllaba scriptum est.Vnde robigalia sacra robigo deo instituta a Numa,anno regni sui.xj.vt author est Plin.¶Horreret in aruis carduus.) In antiquis aliquot codicibus, carduos, vt sexcenta huiusmodi exempla in veterum monumētis. ¶Et steriles dominātur auenæ.)Hic suum habet locum,dominantur,quod in Buco

licis

licis nascuntur extant codicibus legi diximus.¶Quod nisi & assiduis.)In Romano codice,adsiduis : idq; perperam scriptū ex Carisii sententia, Quod vero sequitur,terram insectabere rastris.In Mediceo codice, herbam insectabere scriptum est. ¶Frustra spectabis aceruum.) Vt missum faciam,aceruom, ex antiquis codicibus.In Mediceo non spectabis, sed expectabis : habet.id.n.spectandi auget significatum.

Dicēdum & quæ sint duris agrestibus arma:
Quis sine,nec potuere seri,nec surgere messes.
Vomis,& inflexi primum graue robur aratri,
Tardaq; Eleusinæ matris voluentia plaustra,
Tribulaq;,traheæq;, & iniquo pondere rastri:
Virgea præterea Celei,vilisq; supellex,
Arbuteæ crates,& mystica vannus Iacchi.
Omnia quæ multo ante memor prouisa repones:
Si te digna manet diuini gloria ruris.
Continuo in syluis magna vi flexa domatur
In burim:& curui formam accipit vlmus aratri.
Huic à stirpe pedes temo protentus in octo:
Binæ aures,duplici aptantur dentalia dorso.
Cæditur & tilia ante iugo leuis,altaq; fagus:
Stiuaq;,quæ currus à tergo torqueat imos:
Et suspensa focis exploret robora fumus.

SERVIVS.

¶Duris agrestibus.) Quia in labore durant. ¶Arma.(Instrumēta:vt alibi, Cerealiaq; arma.¶Quis sine.) sine qbus, ¶Seri.) Seminari. ¶Surgere.) Crescere. ¶Vomis.) Et ab eo quod est vomer, & ab eo qd' est vomis, vomeris facit :sed rationis est vomer, nā vomis vsurpatū est. rarum enim est, vt in is exeūtia,ri in obliquis recipiant:vt cinis,puluis. Talis est & in Græcis ratio : nam actin & actis dicūt, delphin & delphis,Eleusin & Eleusis :sed verius in n desinūt:qd' in obliquis habēt,vt actinos, Eleusinos, delphinos. ¶Graue robur aratri.) Propter sulcos altius imprimendos. ¶Inflexi.) aūt,p flexi posuit:nā,in,abundat.¶Tardaq; Eleusinæ mřis.) Eleusin ciuitas est Atticæ prouinciæ, nō longe ab Athenis:in qua cū regnaret Celeus, & Cererē filiā quærentē liberalissime hospitio suscepisset,illa pro remuneratione ostendit ei oē genus agriculturæ, filium etiā eius Triptolemū recens natū per noctē igne fouit, per diem diuino lacte nutriuit,& eum alatis serpētibus superpositū,per totū orbē misit ad vsum frumento⁊ hoibus indicandum.Ergo hoc dicit,plaustra volubilia matris Eleusinæ,id est qualia ostendit Ceres apud Eleusinā, aut certe qualibus mater deorum colitur, nam ipsa est etiam Ceres.¶Tribula.) Genus vehiculi quo teruntur in area fruges maturæ.¶Traheæq;.) Epenthesin fecit causa metri traheæ pro trahæ:sicut nauita pro nauta. Est vero traha genus vehiculi dictū a trahēdo:nā nō habet rotas. ¶Iniquo pondere rastri.) Pro iniqui ponderis.i.magni.s. vt sine labore rustici glebas possint infringere.¶Virgea pterea Celei vilisq; supellex.)i. vasa de vimine facta, qualia Ceres Celeo aliqñ monstrauit:vt quallos,corbes,& cætera.Sanè hæc corbis dicendū est fœminino genere,sm Tulliū,qui ait, Messoria se corbe cōtexit.Sanè Supellex, vsurpatum est,nam artis est,hæc supellectilis. Genitiuus.n.aut par debet esse noiatiuo, aut maior vna syllaba : vt,musa musæ:doctor doctoris.Si duabus maiorē inuenerimus, contra autem id esse manifestum est:vt anceps,præceps, & pauca alia.¶Arbuteæ crates.)Ex arbuto factæ. ¶Et mystica vannus Iacchi.).i.cribrū areale.Legimus aūt & vallus sm Varronē, quod id nihilominus significat. Mystica autē Iacchi ideo ait,q apud antiquos Liberi patris quem nunc Iacchum vocat, sacra ad purgationem animæ pertinebant:& sic homines eius mysteriis purgabantur,sicut vannis frumenta purgantur. Hinc est quod dicitur Osyridis membra a Typhone dilaniata Isis cribro superposuisse. nam idem est Liber pater, in cuius mysteriis vannus est:quia, vt diximus,animas purgat.Vnde & Liber ab eo q liberet dictus est, quem Orpheus a gigantibus dixit esse discerptū. ¶Ante memor prouisa repones.) Antequā agriculturam exerceas, ante præparabis hæc omnia quæ in illius rei sunt vsum necessaria. ¶Prouisa.)i.præparata.¶Repones.)Recōdes,& salua custodies. ¶Manet) Expectat. ¶Diuini gloria ruris.) id est si tu gloriam diuini ruris vis adipisci,aut si id tibi concessum est cœlitus, vt gloriam ruris habeas.¶Diuini) aūt a diis cōditi:vel qa terra, dea dicitur. ¶Continuo.)Principio statim,aut prius q̄ agriculturā cœperis. ¶Vi.) Virtute.¶Domatur.)Vsui seruire cogitur. ¶In burim). In curuaturam. Nam buris est curuamentum aratri, dictum quasi βοὸς οὐρὰ q sit in similitudinem caudæ bouis. ¶Formam.) Modum. ¶Huic.) i.aratro. ¶A stirpe.) A radice, vel ima summitate. ¶Temo.) Ad quem ligant̄, vel iungunt̄ boues.¶Pedes protentus in octo.) Subaudi aptatur.¶Binæ.) Duæ, quibus latior sulcus efficiat̄. ¶Duplici dentalia dorso.) Dentale, est lignum ad quod vomer includitur.Duplici autem dorso dicitur, aut lato : vt,At duplex agitur per lumbos spina,aut re vera Duplici, cuius vtrinq; eminet latus. Et fere huiusmodi sunt omnes vomeres in Italia. ¶Iugo.) id est ad iugum.¶Leuis.) Ideo leuis,ne boues laborent. ¶Stiua.) Manica aratri qua regitur.Cicero i Scauriana, Ab ipsa stiua mecum homines loquebantur. ¶Currus imos.) currus dixit,propter morem prouinciæ suæ, in qua aratra habēt rotas qbus iuuant̄.¶A tergo.)Post tergū.¶Torqueat.) Vertat. ¶Suspensa focis exploret robora fumus.) Probatæ.n.soliditatis sunt ligna, si fumo rimas minime effecerint, nāq; ad exudandum fumum adhibita si rimas faciūt & scissuras, mala sunt & infirma. Totus autē hic locus de aratro Hesiodi ἐ τᾶμος ἀρύσαστο μὲν μεμνημένος ὥριον ἔργον ὄλμον μὲν τριπόδην τάμνειν, ὕπερον δὲ τρίπηχυν ἄξονας ἑπταπόδην,

PROBVS.

¶Tardaq; Eleusinæ matris voluentia plaustra.) Imperiti ea plostra appellant. Sunt enim vehicula,quorum rotæ non sunt radiatæ, Sed tympana cohærentia axi,& iuncta cantho ferreo. Axis autem cum rota voluitur. Nam rotæ circa eiusdem cardinem adhibetur,hoc vehiculum in sacris Cereris arcanæ,quæ Eleusis appellatur,ab oppido Eleusinæ Attico & id ducunt boues.Est præterea oliuæ viridis siliqua folliculus, in quo faba nascitur.

MANCINELLVS.

¶Arma.) Instrumenta de quibus late Cato in lib. de re rustica, cap.x.& Var.lib.j.capi.xxij. ¶Vomis.) Vomerum plura sunt genera.Culter vocatur prædensam terram secans priusq̄ proscindatur,futurisq; sulcis vestigia præscribens incisuris, quas resupinus in arando mordeat vomer.Alterum genus est vulgare rostratum vti vectis.Tertium in solo facili,nec toto porrectū dentali, sed exigua cuspide in rostro latiore.Plin. lib.xviij.id scribit. ¶Graue robor.(id est graue lignum. Est itaq; robor, per or , nō per ur, legendum quoties pro ligno ponitur.Robor enim quāuis arboris species sit, tamen pro ligno poni solet. & vt gramen pro omni herba, quamuis propria species sit. ¶Graue.)id ait vt terra altius subigatur.¶Tarda.) Pro tarde.¶Elusinæ matris.)Erat Eleusinum oppidum Atticæ, vt Plinius scribit libro quarto. Ibi autem Eleusinæ Cereris templum extabat, vt Stra. docet libro nono.¶Plaustra.) ea sunt vehicula, quibus opera deferuntur, vt frumenta, legumina, item lapides,asseres,tignum,Cereris autem Eleusinæ plaustra poeta dixit, quoniam authore Iusti.lib.ij. sub Erichtheo Athenarum rege frumenti satio apud Eleusina Triptolemo reparata est: vbi & Cereris tēplum erat,vt diximus. ¶Tribulaq;.(Varro libro.j.capi.lj.inquit. Tritura fit apud alios iumentis iunctis,& tribulo.Id fit e tabula lapidibus,aut ferro exasperato,quod imposito auriga,aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis.Aut discutit e spica grana,aut ex asseribus dentatis cum orbiculis,in quo quis sedet,vt agitet quæ trahant iumēta.Pli.quoq; lib.xviij,capi.xliiij.scri.Messis ipsa alibi tribulis in area, alibi equorū gressibus exteritur, alibi perticis flagellatur. ¶Traheæq;.)Traha genus vehiculi dictum a trahendo,nam non habet rotas,pro eo autem,quod est pluraliter trahæ, trahæ dixit, e,literam addens.¶Virgea ce.)Varro de his,quæ iumenta ducūt, ait. Tragula ab eo quod trahitur per terram.¶Stirpea.)Quæ virgis stipatur,id est colligendo implicatur, in qua stercus, aliud ve quid vehitur.Ita poeta virgea pro stirpea dixisse videtur.Celeus autem, vt scribit Eusebius. Eleusinæ regnauit,quo tempore Triptolemus longa naui illuc accessit, distribuitq; frumenta.Ouid. libro.iiij.Fasto. Triptolemi partem fuisse dicit.¶Supellex.)Varro lib.j.capi.xxii.ait instrumentū,& supellectilem rusticam omnem oportet habere scriptam in vrbe,& rure dominum.Villicum contra ea ruri omnia certo suo quæq; loco ad villā esse posita. ¶Arbuteæ crates.) Pro vehēdis messibus,aut stercore.Plin.lib.xviij. capi.xxxix.sic ait.Reliqua opera nocturna maxime vigilia constat,quales crates fiscinas texere, faces incidere, rudicas præpa-

Robor.

Celeus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rare.lib.vero.xvj.c.xij.inquit,Cortex e phago:tilia,abiete:picea in magno vſu agreſtium, vaſa,corbeſq;, ac potentiora quædam meſſibus conuehendis, vindemijſq; faciunt,atq; prætexta tugu-

Vānus. riorum.ſ Vannus.) Cribrum eſt,quo frumẽta,& legumina ventilantur, vt ſcribit Marcellus, hinc dictum eſt, vannat, euannat, vannatur,euannaſ,i.ventilat,& ventilatur. ſ Mystica vannus.)i. occulta,& ſine aperta ſignificatione ipſoꝝ ſacrorum.ſ.quæ proprie diuinis viris, ſacerdotibuſq; tantũmodo cognita ſunt, in quibus vanno vtebantur myſtica,& occulta ratione, nam Bacchi ſacra ad purgationem animæ pertinere aiunt, ſicq; eius myſterijs purgari homines,ſicut vanno frumenta. Myſticos autem græce, latine arcanũ ſignificat.ſ Iacchi.) Bacchi, ſed cur Iacchus, videto in Sileno.ſ Gloria.) Ille quidem ruris gloriam habet, qui omnia ſuo tempore in aruo colendo exercuerit: multo ante neceſſaria ſibi parauerit.ſ Diuini.ſ Fertilis.ſ Manet.) Expectat , ſeu tibi futura eſt.ſ Burim.) Bura, vt Nonius ſcribit,dicitur pars poſterior aratri decuruata, hãc Virgilius burim vocauit. Dicitur aũt bura quaſi bouis vra.i.cauda in cuius ſimilitudinẽ formata eſt. ¶ Vlmis,Pli.lib.xvj.ſcribit , q̃ rigorem fortiſſime ſeruat vlmus, ob id carminibus,craſſamẽtisq; portarum vtiliſſima , quoniam minime torquetur. Vlmus,& fraxinus lente ſed facile panduntur , flexibiles tñ,ſtantesq; a circũciſura ſiccitate fideliores.ſ A ſtirpe.) A radice.ſ Pedes.) Pedis mẽſura eſt digitoꝝ xvj.ſ Temo.) Varro ſcribit, q̃ dictus eſt a tenendo. Is enim continet iugum , & plauſtrum.ſ Binæ aures.) Sic enim ſulci latiores fiũt.ſ Dentalia.) Dentale eſt aratri pars prima,in qua vomer inducitur quaſi dens duplici dorſo : dentale enim quadratum ſit , ideo de duplici dorſo ait.ſ Tilia.) In tilia mas & fœmina differunt , nanq; materies maris dura,ruſioꝝq;,ac nodoſa,& odoratior, nec ſemen fert,aut florem,vt fœmina,materia teredinem nõ ſentit,Pli.lib.xvj.ſ Iugũ.)

Pes. Varro ſcribit iugum , & iumentum a iungendo dicta. ſ Stiua.)

Temo. Docet Var.q̃ ſtiua a ſtando dicitur, eſt autem aratri manicula,di

Dentale ctа quidem manicula,q̃ manu bubulci tenetur.ſ Currus.)Id ait, quoniam,vt Pli.lib.xvij.ca.xvij.ſcri.Gallię aratro duas addiderunt rotulas,q̃ genus vocant planarati.ſ Exploret.) Probet , vel ſiccet, vt Nonius quoq; ait.

ASCENSIVS.

¶ Dicendum & quę ſint,&c.) Conueniẽter poſtq̃ docuit, qũo & qua diligẽtia terra colenda ſit,docet quibus armis ſeu inſtrumẽtis.Nam arma dicunt omniũ artificum inſtrumẽta,vulgo tamen pro munimẽtis ꝓcipue armoꝝ accipi ſolent. Quę aũt arma deſcribat,ex ordine patebit qui talis ẽ. Dicẽdum,ſup.eſt.i.dicere oportet,&.i.etiã,quę arma.i.inſtrumẽta ſint agreſtibus.i.in agro degentibus agricolis.ſ. duris.i.labore induratis , & malo aſſuetis. Quis ſine.i.ſine qbus:meſſes.i.fruges metẽdę & ſecandę nec potuere ſeri.i.ſeminari,nec ſurgere.i.creſcere in altũ.Primũ,ſup.eſt vomis.i.q̃ terrã vomit,& graue.i.ponderoſum & forte robor.i. lignũ aratri inflexi.i.incurui,& plauſtra.i.vehicula , matris Eleuſinę.i.Cereris,q̃ apud Eleuſinam ciuitatẽ vbi colitur, vehicula ad

auehendas meſſes inſtituit,voluentia,ſup.ſe,aut voluentia.i.volubilia,tarda,pro tarde,ſup.ſunt ruſticis neceſſaria aut gd ſimile, & tribula.i.inſtrumẽta triturandi,& trahęæ,pro trahæ,quæ ſunt inſtrumẽta quæ trahunt ſine rotis,& raſtri.i.dentalia põdere ini

quo.i.aut grandi aut inequali, ga ſecũdum terræ qualitatẽ dentes,& pondus habẽt.(Seruius paſſim innuit ſeptimos caſus,quos ablatiuos ex vi demonſtrationis appellant loco genitiuoꝝ poni vt eſt raſtri iniquo pondere,pro iniqui põderis,& lato venabula ferro,pro lati ferri. Æneid.iij. verũtamen honeſtior eſt per ablatiuũ,q̃ per genitiuũ locutio) pręterea.i.ꝑter hoc,eſt ſup.& ruſticis habẽda,ſupellex virgea,& vilis.i.vtenſile ex virgis tactum,& ideo vile,qa virgę nõ magno veneũt ruſticis. Celei.i.qua Celeus rex Eleuſinustpe Triptolemi regnãs poſtea vſus eſt, ſupellex ima quã virgea,videlicet crates arbuteę.i.ex arbuteis virgis cõſertæ & cõtextę,& vannus.i.cribrũ ad ventilanda & purgãda frumẽta, myſtica.i.qua etiã vtebanꝰ in myſticis ſacris Iacchi.i.Bacchi,quæ oĩa.ſ.dicta inſtrumẽta tu memor.ſ.indigẽtię ꝓteritæ repones.i. locabis in repoſitorio ſuo,prouiſa multo ante.ſ.q̃s vtaris: ſi gloria digna.i.ꝑſtans diuini ruris.i.quod dij aliq̃ coluere aut ferti

lis,manet.i.ſpectat aut delectat & imoraťte . Sed ſolemus dicere id manere quod certe futurũ iudicamus etiã malum,vt in Achille ſide ſtatim. Quid maneat populos vbi tanta iniuria primos Deſ graſſata duces ? Continuo.i.ſtatim dũ adhuc tenera eſt vlmus.i. arbor illa flexa in ſyluis.i,adhuc creſcẽs magna vi.i.violentia domatur.i.curuatur in burim.i.formã buris, hoc eſt incuruamẽti aratri & accipit formã aratri curui,temo.i.lignũ oblongum, aut quo rotę cõnectunt, protenus.i.porro tenus:hoc eſt extẽſus in octo pedes.i.ad longitudinẽ octo pedũ,& aures,i.ferra aut ligna latiora in more auriũ vtrinq; affixa,vt latiorẽ ſulcũ faciãt binę,i. duę, aut ſingulis inſtrumẽtis ſulcandi duæ,& dentalia.i. ligna in quibus vomer infigitur,duplici dorſo.i.angulo cũ ſint quadrãgularia,aptantur.i.applicant huic.ſ.aratro . Et tilia leuis.i.lignũ tiliæ arboris parum ponderoſę, cæditur, ante.i.priuſq; opus ſit ea vti:cæditur.i.amputat iugo.i.ad iugum.i.vt ex ea fiat iugum. Eſt,n.ſtandi caſus,& phagus alta.i.procera, cædit iugo:& ſtiua.i. manicula aratri a ſtando dicta,cædit,ſup.quę torqueat.i. torquẽdo dirigat imos cur.a ter.i.a parte poſte.ſequit.i.aratrum arans. Et ſu.explo.i.probet & ſiccet ac vires exquirat.rob.i.ligna fortia ſuſpen.fo.i.iuxta fumarium,in quo loco ignis fouetur.

PIERIVS.

¶ Et my.van.Iacchi.) In Ro. co. Muſtica Vallus, legitur Muſtica quidem,vt alibi dictũ mutatione τοῦ,υ,in,v, quia veteres peregrinas literas abhorrebant.Eodẽ mõ in anti.Liuiano co.Corcyram, pro Corcyrã legitur. & hmõi pleraq;.Vallus vero ex Varro eſt,apud quẽ Vallus q̃ apud alios,vãnus,& in lib.de lingua latina a volatu dictã aſſerit,quo cũ id iactant,volant inde læuia. ſ Prouiſa repo.) In Medi.cod. reponas, per modum imperandi.ſ Explo.rob.fu.) In Ro.codi.& in Oblongo vetuſtiſſi. Explorat,legitur,vt cum cæditur procedat , altera tamen lectio non reijcitur.

Cylindrus. dam.Varro aũt li.j.c.ij.inquit areã eſſe oportet in agro ſublimiori loco, quã perflare poſſit ventus,potiſſimũ rotũdam , & medio paululũ extumidã,vt ſi pluerit,nõ cõſiſtat aqua,amurca ſolet per fundere.ea.n.herbarũ eſt inimica,& formicarũ & talparum venenum,prope areã facienda vmbracula,quo ſecedant hoies tẽpore meridiano.Cũ primis pro in primis,de quo Gel.videto.ſ Cylindro.)Cylindrus dicit a cyleo, vel a cylizo , quod eſt voluo.eſt.n. lapis teres in modũ colũnę.ſ Vertẽda manu.)i.tractanda,& ſubis

Fatiſcẽ Fatim. gendæ:dixit.n.Cato areã ſic facito, Locum vbi facies confodito, poſtea cõminuito bene glebas. Alio etiã loco dixit confodiaĉ minute terra &c.ſ Solidanda.)Roborãda , integranda.ſ Creta tenaci.)Pli.lib.xviij.ca.xlij.ſcri.areã ad meſſem creta pręparandã.Catonis ſentẽtia amurca tẽperata. Maiore ex parte ęquant tñ, & ſimo bubulo dilutiore illiniũt, id ſatis ad pulueris remediũ videſ. ſ Subeant.)Succedãt.ſ Puluere.)qui fit calore, & æſtu.ſ Fatiſcat.) Fatiſcere,eſt aperire,vt ſcribit Nonius,fatim vero abũdanter dicimus,vnde & affatim. Hiſcere aũt aperire.ſ Tum.)i.vbi area hiſce re cœpit.ſ Illudunt.)Decipiũt.per luſum quandã.ſ Mus.)Græce mys dicitur. De muribus aũt ꝓlurima legito in Plin.lib.viij.Item lib.xviij.& lib.x.item in Ariſtotele de animalibus lib.vj.ſ Oculis

Talpã, capti.)i.orbati oculis.ſ Talpæ.)Ariſto.lib.j.de animalibus , talpã oculos omnino habere negat,hi aũt ſemper terrã effodiũt,& humũ egerũt,& radices ſubter frugib.comedũt . Pli. quoq; li.xxxj. ca.iij.ſcribit talpas cæcitatis perpetuæ tenebris damnata.ſ Buffo rana.)terreſtris maxima.ſ Populat.Deſtruit,prædatur.ſ Curgulio.)Frumẽti vermis , vel fabæ.Pli.lib.xviij.ſcribit curculionem

Formica. non deſcendere infra quatuor digitos , nec amplius perichitari. ſ Formica.)Pli.li.xviij.ca.xlij.ſcri.formicã interlunio.i.lunę coitu quieſcere,plenilunio etiam noctibus operari, meminit etiam lib.xix.ca.xlvij.Sed lib.xj.cap.xxix.Dixerat formicis eſſe reipu. rationẽ memoriã,curam,& quod ſemina arenoſa cõdũt,nec ruſus in fruges exeant terra,maiora ad introitũ diuidũt,madefacta imbre proferũt,ac ſiccãt,operantur & noctu plena luna Silices iti nere earum attritos videmus,& in opere ſemitam factam.

ASCENSIVS.

¶ Poſſum multa.)Sunt,inquit , alia multa agricolis neceſſaria,& a veterib.tradita, quorũ eſt areæ.i.ſoli plani & aridi vbi frumẽta teruntur,& flagellant ſtructura,quem caute docet facere, ne mures,aut talpæ,ſimileſq; belluæ ſubterraneę male cõpactam penetrent,& grana furentur,dicens , Ego poſſum referre.i.recẽlere & narrare tibi.ſ.auditori,multa pręcepta veterum.ſ.qui de agricultura ſcripſerunt : ni.i.ſi non refugis.i.renuis , & ſi non piget te, ſup.cognoſcere tenuis,i.tenuium rerum curas.i.accurationes, & ſtructuras,Area tum primum legit Seruius. Mãcinel.cum primis cum A.Gellio Area igitur , eſt æquanda.i.plananda ingenti cylindro.i.lapide terete & volubili(non dices cum cylindro)ſed cum primis ſup.rebus,i.inter præcipuas res,& ipſa eſt vertẽda.i. tractanda manu,& ſolidãda tenaci creta,ne herbæ ſubeant.i.ſub orianturꝰ

SERVIS.

¶ Contẽplator itẽ.)Prognoſticõ eſt anni fertilis,vel infœcundi.Contẽplator aũt modi imperatiui eſt : futurum pro præſenti Contẽplare : vt,Cõtẽplator aquas dulces. Terentius,Loquitor paucula ,ꝓloquere.ſ Nux plurima.)Id eſt longa.ſignificat aũt amygdalum : ſed hoc græcum eſt , τὸ ἀμύγδαλον καὶ τὰ ἀμύγδαλα . Et cum flos induat nucem , id eſt veſtiat , figurate hoc dixit.ſ Syluis.)In ſyluis.ſ Induet in florem.)Sic effunderet in florem.Et bene elegit arborem quæ foliꝭ prima veſtitur.ſ Ramos curuabit olentes.)Multitudine & denſitate florum.ſ Olentes.)autem odoriferos.ſ Si ſuperant fœtus.)Id eſt ſi flores in fructus vertuntur, & ſi ipſi creſcant & abundent : nam proprie ſuperant abundant eſt.ſ Pariter frumenta ſequentur.)Et frumenta copioſa prouenient.ſ Pariter.)Hic pro ſimiliter . Plautus in Aulularia , Pariter moratus vt pater auusq; fuit eius.ſ Magnaq; cum magno veniet tritura calore.)Aut æſtus nimios futuros ſignificat , cum abundantia frugum . Aut certe per calorem feſtinationem operis ſignificat:vt alibi,Feruet opus,vt oſtẽdat eo anno , pro copia frugum feſtinatam & ſtudioſam trituram futuram.ſ Luxuria foliorum exuberat.)Superabundat, & amplior eſt.ſ Nequicq̃ pingues paleę teret area culmos.)Non pingues,id eſt ſine frugibus: vt alibi , Nequicquam feros exercet noctua cantus,id eſt non.Et

notandum,

oriãturꝰ neu.i.neue,ipſa victã.i.obſita aut debilitata puluere qui fieret ex terra macra , & non ſatiſcat.i,affatim hiſcat & aperiatur, quia varie peſtes.i.monſtra peſtifera illudunt.i.imponũt , ipſi.ſ. agricolæ : hoc eſt decipiunt ipſum tum.i.tunc quando area ſatiſcat rimis , quia mus exiguus qui terrenus , ſorex dicit& roſtrũ acutum habuit poſuit ſæpe domos ſub terris,atq; fecit horrea.i. granaria ſub terris.(Qui de venuſtate carminis præcipiunt , negant monoſyllaba fini carminis , niſi ſint animalium nomina,vt naſcetur ridiculus mus, & amica luto ſus apud Hora.Flaccum,& hic exiguus mus , & alibi inuenta ſub ilicibus ſus)& talpæ capti oculis.i.qui oculos quidẽ habent,ſed captos,quia eis vti nõ poſſunt(vnde & veſtales quæ ſuæ poteſtatis nõ manent capi dicuntur,ſicut & amantes . Locutus autem eſt per maſculinum genus, ſicut in Buco. Cum canibus timidi venient ad pocula damæ)fodere cubilia ſub terris,& buffo.i.rana terreſtris & venenoſa,inuentus,ſup.eſt in cauis.i.cauernis terræ,& male ſolidatis areis,plurima monſtra,ſup.alia quæ terræ ferunt.i.producunt,& curgulio id eſt vermis gutturoſus frumenti rapax,populat.i.furatur)vtilare penates Venimus . cum alij ferè populor dicant)ingentem aceruum.i.cumulum ab aggerendo dictũ, farris.i.illius frumenti,& formica metuens ſenectæ inopi.i.pro ſenecta inope , cũ amplius acquirere non valeat , ſup.populat ingentem.i.valde magnum,quaſi extra gentem.i.genus ſolitum aceruum.ſ.farris.

PIERIVS.

¶ Tenuiſq; piget cognoſcere curas.)In Oblongo codice , cauſas habetur.ſ Area cum primis ingẽti eſt æquanda cylindro.)In Meliceo co.& pleriſq; alijs veteribus Verſus is ita legitur . Area cũ primis ingenti æquãda cylindro,abſq; , eſt. Vide vero apud Aulum Gellium lib.xvij.ca.ij.ſicut,cum primis , pro in primis dicebant. Ad hęc Cariſius ſolœciſmũ eſſe trãſmutatione qualitatis in præpoſitionibus ait,vt in hoc verſu,vbi cum primis,pro,cum in primis poſitum ſit.ſ Tum variæ illudunt peſtes.)In Roma.codice & aliquot alijs antiquis illudant habetur , quamquã nõ diſplicet illudunt , vt vertatur alio ſermo.ſ Poſuitq; domos.)In Longobar.codi.domus eſt,vt quartæ ſit declinationis , quod etiã apud oratores habetur,vt in veteri codice Liuiano lib.iij.primæ decadis,vbi de Quinctij triumpho,epulę iuſtructę fuiſſe dicuntur ante omnium domus. Sed enim verborum inuitatus propinquitate pręteriꝛe non poſſum,quod ſtatim ſubſequitur in eodem antiquo exemplari.Epulantesq; cum carmine triumphali, ex ſolemnibus locis comeſſantium modo, Currũ ſecuti ſunt. vulgata exẽplaria neſcio quos ſolennes iocos habent.ſ Populatq; ingentem farris aceruum curgulio.)In Mediceo codi.non habetur,q̃ particula,quæ ſuperne addita eſt alia manu. Ante vero populat punctũ eſt,qui periodum claudit. Qui vero ſyllabæ tinuerunt,q̃ illud vt ſæpe alibi addiderunt. Scribendum vero per C Curgulio, licet G audiatur:vt in Gaieta Caio,& aliquot alijs.

Regula

Contemplator item:cum ſe nox plurima ſyluis
Induet in florem:& ramos curuabit olentes:
Si ſuperant fœtus:pariter frumenta ſequentur:
Magnaq; cum magno veniet tritura calore.
At ſi luxuria foliorum exuberat vmbra:
Nequicq̃ pingueis paleæ teret area culmos.

SERVIS.

¶ Ni refugis.) Niſi graue tibi ſit.ſ Tenues.)Leues. ſ Piget.) Pigrũ eſt. ſ Area cũ primis.) In primis.) Ingẽti equãda cylindro , Et vertenda manu & creta ſolidãda tenaci). Hæc ꝓ Hyſteron proteron dicũtur. Nam primũ eſt vt manu terra vertatur:deinde ſolidetur glarea:poſtremo equetur. ſ Cylindro.) id eſt lapide tereti,in modum columnę,qui a volubilitate nomẽ accepit. κυλίνδειν enim eſt verti.ſ Neu puluere victa fatiſcat.) Hypallage eſt,pro ne victa fatiſcat in puluerẽ.ſ Tum,)i.etiã. ſ Varię illudunt peſtes.) Per ludũ nocent.ſ Exiguus mus.) Nitela, cuius Cicero meminit in Sextiana.Et qa hic Virgilius viliũ aĩalium mentionem fecit:ideo præmiſit, Ni refugis tenuesq; piget cognoſcere curas. ſ Aut oculis capti fodere cubilia talpę.) Hoc eſt oculis debiles.Cum enim talpę cæci naſcantur, quomodo capti oculis? illi enim capti dicuntur, qui aliquando viderunt,Et mutauit genus.nam hæc talpa dicitur : ſicut etiam de damis fecit : vt , Et timidi venient ad pocula damę. ſ Cauis.) Cauernis , & locis cauatis. ſ Bufo.) Rana terreſtris , nimiæ magnitudinis. ſ Monſtra.)

Poſſum multa tibi veterum præcepta referre:
Ni refugis:tenuesq; piget cognoſcere curas.
Area cum primis ingenti equanda cylindro,
Et vertenda manu:& creta ſolidanda tenaci:
Ne ſubeant herbæ:neu puluere victa fatiſcat:
Tum variæ illudunt peſtes.ſæpe exiguus mus
Sub terris poſuitq; domos:atq; horrea fecit:
Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.
Inuentuſq; cauis bufo:& quæ plurima terræ
Monſtra ferunt:populatq; ingentem farris aceruum
Curculio:atq; inopi metuens formica ſenectæ.

Id eſt & alia purgamenta terrarum . ſ Ferunt.) Gignunt. ſ Farris.) Frumẽti. Et hic ſpeciale poſuit,p generali , nã nõ ſolũ far , ſed et alias fruges & ſegetes,hæc monſtra vel verames populãtur . ſ Curculio.) Varro ait hoc nomen per Antiſtichion dictũ:quaſi gurgulio eo q̃ nihil pene aliud ſit q̃ guttur. ſ inopi metuens formica ſenectę.) Senectus ſemper alienũ quærit auxilium: naim inopi,non tantum ad formicam pertinet,ſed generale epitheton eſt ſenectutis.

MANCINELLVS.

¶ Poſſum multa tibi,) Oratorie agit.reſicit enim lectoris, auditoris q; animum,ac reparat noua pollicitando, & reddit attentũ . ſ Area.) Vbi frumenta terantur,& areſcant area dicitur,vt Varro ſcribit.Cato autem ca.xcj,ſic ait.Aream ſic facito.locum vbi facias confodito,poſtea amurca conſpergito bene, ſimitoꝝ combibat,poſtea cõminuito bene glebas, deinde coęquato , & pauiculis verberato,poſtea denuo amurca cõſpergito, ſimitoꝝ areſcat, ſi ita feceris,nec formica nocebit,neq; herbæ naſcent , plura etiã dicit in.c.cxxviij.vbi iubet areã cylindro,aut pauicula coęquandam

notãdum,paleam dictam numero ſingulari cõtra artem, nam ea quæ ex pluribus conſtant , numeri tantum pluralis ſunt , ſecundum artem : vt cancelli,bigæ,ſcopæ:licet abutantur poetæ.

MANCINELLVS.

¶ Contẽplator.)Aſpice, conſpice,nã templũ , & contẽplari,vt Var.ſcribit a tueor dicit.i.cõſpicio,vt apud Enniũ in Medea Contempla & templũ,& Cereris ad lęuam aſpice. Dicebant aũt veteres etiã contẽplo.ſ Nux plurima.)i.longa. Eſt aũt nux græca,& amygdala dicitur.videto Macro.li.ſat.iij.de nucibus:hæc aũt teſte Pli.li.xvj.c.xxxv.eſt ex arboribus,quę prime germinãt,& inter nouiſſimas nudatur,cap.vero.xxv.eiuſdẽ lib.ſcribit.q̃ ex ijs quæ hyeme cõcipiunt, floret prima omniũ Amygdala,menſe Iauario.ſ Fœtus.)i.fructus ipſi.ſ Cum magno ve.tri.ca.)i.tanta frugum copia erit,quod tritura ipſa ad totius ætatis calorem,& tẽpus producetur.Colu.li.xij.c.j.ait,iij.Cal.Aug.aquila occidit. his diebus locis temperatis,& maritimis meſſis conficitur,& lib. ij.ca.xxj.inquit,Sed cum matura fuerit ſeges,antequã torreatur vaporibus eſtiui ſyderis,qui ſunt vaſtiſſimi per ortum caniculę celeriter demetatur.Nam diſpendioſa eſt cunctatio. Apparet aũt canicula.vij.Cal.Aug.hinc caligo æſtuoſa,author eſt idem li.xij. ca.ij.Tritura,ea eſt Varro.teſt.cum.frumentum teritur.ſ Luxuria.)Abundantia paleæ,hoc vocabulo nõ culmi proprie, ſed foliculi

Universidad de Deusto Biblioteca

quidam vulturnum appellant. Item.xj.&.xij.Calen.Iulij.Arcturus si mane occidit,tempestatem significat.De Arcturo etiam vide ibi superius, Sub ipsum arcturum, &c.¶Hœdorumq; dies.) Heniochus, quem nos latine aurigam dicimus, habet in manu duas stellas,quæ hœdi appellant:de quibus plurima legito apud Igin.Columel.autem libro duodecimo cap.secundo ait.v.Calẽ. Octobris hœdi exoriuntur, Fauonius nõnunquam Auster cum pluuia.item pridie Nonas Octobris hœdi exoriuntur vespere. Pli.libro secundo scribit hœdorum exortus tempestates inducere.Manilius etiam libro primo inquit, Tum subeunt hœdi claudentes sydere Pontum.¶Lucidus anguis.)Iginius inter sydera

Anguis

tris anguis nominat, vnus vasto corpore ostenditur inter duas arctos collocatus, qui dicitur aurea mala Hesperidum custodisse,& draco appellatur. Alterum anguem manibus tenet medium corpus eius implicante Ophiucus,id est anguitenens,seu serpentarius dictus. Cui angui est omnino stellarum numerus.xxvj. Ophis autem serpens dicitur,& echo teneo. Tertius anguis, hydra dicitur,in qua coruus insidere,& Crater positus existimatur occupans longitudinem trium signorum,Cancri,Leonis,& Virginis,inter æquinoctialem circulum & hyemalem collocatur;habetq; in capite tris stellas, in prima capitis curuatura sex,sed earũ maximam clarã,in secunda curuatura tres,in tertia tres,in quarta duas,in quinta vsq; ad caudam octo omnes obscuras:ita fiunt numero.xxvj.Occidit autẽ Aquario & Piscibus exortis,oriturq; cum Cãcro,Leone, & Virgine.¶Lucidus anguis.)Seruius de Hydra hoc loco intelligit. Ego vero de Dracone, de quo etiam Macro.libro primo ait.Diuidit(videlicet vrsa)& cingit stellis ardentibus anguis. Draco enim teste Iginio, habet in vtroq; tempore stellas singulas,in oculis singulas, in humero vnam, & toto corpore reliquo passim claras.x.ita vt omnino sit stellarum.xvj.Ex illis autem decem sex crassiores,vt aiunt,alij in Virgine, & Libra sunt:suntq; ex natura Saturni & Martis inducẽtes tempestatem, oriuntur autem circa medium Septembris, durantq; diebus pluribus.Anguifer autem qui a Græcis Ophiuchos dicitur,authore etiam Columella.xj.Calendas Iulias mane occidit, tempestatem significat.¶Pontus.)De ponto supra patuit.¶Ostriferi.)Ostrea, Pisces sunt, qui silicea testa includuntur, de quibus late Plin.libro nono.dicuntur autem ab ostracon,quod est testa.¶Fauces.) Dicuntur aditus angustorum locorum.¶Abydi.)Plinius libro quinto cap.xxiij.scribit Abydum oppidum esse in Hellesponto, vbi angustiæ.vij.stadi.Solin.etiam capi.x.inquit, Ille autem magnus Hellespontus stringitur in stadia.vij.quibus ab Europa Asiaticam plagam vendicat:hic quoq; vrbes duæ, Abydos Asiæ, & Sestos Europæ.¶Libra dies.)Hoc loco serendi tempus ostendit.Gel.libro octauo cap.xiiij.legit hunc versum, Libra dies somniq; pares,vbi fecerit horas,pro diei.dicebant enim antiqui, hęc facies huius facies, & facie: & dies huius dies, & dij.M.T.pro.P. Sextio dies scripsit pro diei, verba enim sunt hæc, Equites vero daturos illius dies pœnas. Dij autem pro diei, scripsit Virgi.in illo versu, Munera lætitiamq; dij, quod imperitiores dei legunt, sed Caius Cæs.in libro de analogia.ij.huius diei,& huius dies dicendum putat: hæc Gelli,Priscianus autem libro septimo hunc versum Libra die, pro diei.¶Pares horas.)Scribit Iginius q; maximus circulus in sphæra æquinoctialis est, quo sol cum peruenerit bis vno anno cõficit æquinoctium,hoc est in Ariete,& cheli.i.Libra.est autem æquinoctium vernum.viij.Calendas Aprilis,vt Plin.libro decimooctauo.ca.xxxix.& Columel.libro duodecimo cap.ij.scribit,Autumnale vero.viij.Calen.Octobris.Vtq; Plin.libro.xiij.cap.xxviij.inquit æquinoctiorum dies raro non aliquos tempestatum significatus habent. Medium diuidit orbem.i.totam mundi machinam, æquinoctij nanq; tempore.xij. horis Sol supra terram totidem sub terra meat. De Libra quoq; Mani.lib.iij.inquit, Libra diem noctemq; pari cum fœdere ducit,& libro.iiij.Librantes noctem chelę cum tempore lucis.¶Vmbris.)Id est noctibus.Pli.enim libro secundo ca.x.ait, neq; aliud esse noctem q̃ terræ vmbram.¶Hordea.)Plin.lib.viij.ait, primũ ex omnibus frumẽtis seritur hordeum, quod frugum omnium mollissimum est,seri non valet nisi in sicca, & soluta terra,ac nisi, læta.Brumæ, scribit Plin.lib.xxxviij.brumam finiri.viij.Calendas Ianua.ferè,dicta autem,Var.teste,q; breuissima dies est: ideo vero.Pli.dicto libro.cap.xxxvij.sic ait, inter omnes autem conuenit circa brumam serendum non magno argumento, quoniam hyberna semina, cum ante brumam sata sint.vij.die erumpant,sed post brumam vix.xl.Lini segetem.Colu.lib.ij.cap.x.inquit lini semen pinguissimum locum, & modice humidum poscit: Seritur a Calen.Octobris in ortum Aquilæ: qui est.vij.Idus

Ophiucus. Ophis. Hydra. Draco. Hordeũ Bruma. quãdo finiat. Linum.

Decembris Nonnullis placet Macro.solo, & quam spississimum semen eius comminiti,quo tenue linum proueniat, idem iterum si læto solo seratur mense Feb.x.modios in iugerum iaci oportere debet.Plin.etiam lib.xix.cap.ij.de lino ait. Vere satum æstate vellitur.Et lib.xviij.cap.xxxvij.dixerat vere linum auenam papauer serenda.¶Cereale papauer.)Papaueris satiui tria genera. Sed candidi semen tostum in secunda mensa cum melle apud antiquos edebatur,hoc & panis rustici crustæ inspergebantur,effuso ouo inhærens, vbi inferiorem crustam apio githq; cereali sapore condiebant. Seritur autem papauer cum brasica, portulaca,& eruca,& cum lactuca. Pli.author lib.xix.cap.lxij.Diximus & plura superius ibi,Vrunt lethæo perfusa papauera somno.Brasica autem toto anno seritur, quoniam & toto secatur,vtilissime tamen ab ęquinoctio Autumni.Plin.libro.xj.Probus autem ait, cereale papauer dici,quia cum segete nascitur.Ego tamen cereale dici existimo candidum papauer propter supradictas causas: nam Cereri,id est pani rustico,inspergebatur.¶Iandudum.)quia primũ.¶Dum sicca tellure licet.)Id est dum non pluit tunc enim pendent nubila,cum vero pluit descendere dicuntur, nam in imbres vertuntur.

Papauer.

ASCENSIVS.

¶Præterea tam sunt,&c.)Ostendit non solum terrarum,& seminum diligentem curam agricolis necessariã, sed & astrorum obseruationem,quę rustico talium rerum imperito longe difficillima est:quocirca nõ causas, sed effectus talium rustico notandos monet,dicẽs,Præterea,id est præter terræ culturam, & seminum medicamẽ sydera,id est tempora ortus & occasus, arcturi.i.illius syderis,& dies hœdorum.i.quibus hœdi.i.stellę in manu aurigæ sitæ oriuntur,& occidunt, & anguis.i.signum habens figurã anguis,vnde dicitur lucidus,id est resplendens, cũ sint angues non lucidi,sunt curandi nobis.s.qui rem rusticam & agrariam tractamus,tam.i.intantum,quã.i.quantũ,supple sunt seruandi, ijs quibus vectis,id est dum vehuntur in patriam per æquora ventosa pontus.i.mare ponticũ, & fauces.i.voraces introitus & accessus, Abydi,id est illius oppidi in Hellesponto, ostriferi.i.iuxta quod in mari præterfluente nascuntur plurima ostrea,tentantur.i.experiuntur dum ingrediuntur. Maximopere ergo debet rusticus obseruare ortum & occasum arcturi hœdorum & anguis. Item signi Lib.Quia vbi.i.postq; Libra fecerit horas die pro diei,& somni.i.noctis quando dormitur,pares id est æquales,id est vbi cõstituerit æquinoctium,& diuidit luci, & vmbris iam medium diem.i.quando fecerit æquinoctium autumnale)vt in cõmentarijs patebit.A.Gellius legit dies pro diei,quomodo possit esse accusandi casus, vt sit, vbi Libra fecerit dies & horas noctis pares, sed Seruius & Priscia.legunt die, quomodo legendum puto aurium iudicio inductus etiam si authoritas nõ moueret.(Nã dies pares nescio quid crassioris soni ac sibili haberet.)o viri.i.cordati & fortes agricolæ,exercete,sup.tunc tauros.s.aratorios, serite hordea campis, vsq; sub.i.ad extremum imbrem.i.pluuiam, & hyemem:brumæ.i.breuissimæ tempestatis dierum ac lucis.Necnon.i.& etiam tempus,sup.est iam tegere humo segetẽ lini, quæ tamen alibi alio tempore seritur, & papauer cereale.i.candidum quod Cereri.i.pani conficiendo admiscetur, & tempus est incumbere.i.inniti & vehementẽ operam dare,iandudum.i.iam a paucis diebus,aratris.i.arationi,dum.i.donec licet.i.licitum est,tellure sup.existente sicca,& dum.i.donec nubila pendent.i.suspensa sunt,& pendent in aere minantia pluuiam imminentem.

PIERIVS.

¶Libra die so.q.pa.v.f.horas.)In Romano codi.scriptum est, Libra diei,per ει diphthongum.In reliquis die veteri declinatione,quæ genitiuum per abiectionem s literæ enũciare solebat, vt quædam apud Græcos,cuius sententię fuisse Valerium Probum comperio, Sallustiumq; declinationis huiusce modum non adspernatum,qui scripserit. Dubitauit acie pars,& vix decima parte die veluti Hora.constantis iuuenem fide gygem, & Ouid.vbi de Tereo. Vtq; fide pignus dextras vtriusq; poposcit. Ita etiã in Rosa,quæ Maroni adscribitur, quæ cuiuscunq; fuerit, & docte est & luculenter scripta,Ad primos radios interitura die,aliter tamen locus hic Virgilianus legitur a Cal.Iulio Ro.In libello, quẽ Sosipater recitat de Analogia.ita.n.habetur dij, pro die:seu diei: Virgi.Libra dij so.q.pa.vbi fe.horas.Sunt.n.ex veteribus grammaticis,qui dij,semper legendum esse definiant. Bona tamen literatorum qui nũc vigent,pars,Die malunt legere.¶Et iandudum incumbere aratris.)In Mediceo codice, & aliquot alijs antiquis exemplaribus,legere est,Incumbere rastris,est: & vbi Aratris, legas,quod agnoscitur a Seruio.

Seruius.

Vere fabis satio.tunc te quoq; medica putres
Accipiunt sulci:& milio venit annua cura:
Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus:& aduerso cedens Canis occidit astro.

SERVIVS.

¶Vere fabis.)Tẽpore veris. ¶Satio.)Sementis. Et declinat sicut nauis,hęc semẽtis,huius sementis.¶Tũc te quoq; medica putres Accipiunt sulci.) Ad ipsam herbam Apostrophem facit.Hęc autem herba a Medis translata est in Gręciã,quo tempore eam inuaserũt. Huius plena Venetia est:&,vt dicit Dionysius,trium foliorum est,semperq; virẽs. Quod autem ait.¶Putres sulci.)Naturam ipsius herbæ respicit:nam vno anno frequẽter seritur: & postea aliquot annis sponte procreatur, quod etiã sequens indicat versus:nam dicendo.¶Et milio venit annua cura.)Ostendit medicæ curam non esse annuam. Hæc autem herba vulgo dicitur Sylla.¶Venit annua cura.)Vere.s.¶Candidus auratis aperit cum cornibus annum Taurus.)Quo tempore annum aperit candidus Taurus, qui est cum auratis cornibus:nam aperit cornibus,non procedit.non.n.a capite aut a fronte, sed a dorso oritur,id est a medio sui: vnde incipit apparere.nam ea parte qua latus est,oritur,nõ a fronte. Aperit autem ideo ait, aut quia Aprili mẽse Sol in Tauro est,quo cuncta aperiuntur: & aliud est aperire annum, & aliud est inchoare: nam nullus dubitat Martio mense,vt supra diximus, annum inchoari, & hoc est melius. Aut certe aperit annum dixit, quia vnumquodq; signum potest inchoare annum,& finire:vt aperit annum dixerit.s.suum: nam & a Tauro vsq; ad Taurum, & a Geminis vsq; ad Geminos, annus est.¶Auerso autem Astro.)Duplex lectio est:nam alij aduerso legũt,cum Cane enim nascitur Syrius: qui est terris aduersus, de quo legimus,Ille sitim morbosq; ferens mortalibus ęgris Nascitur.vt Aduerso sit pestifero & contrario mortalibus.Si autem Auerso legerimus, Cum subaudiamus necesse est:vt,Atq; Ixionij vento rota constitit orbis,id est cum vento,vt sit sensus, quo tempore etiam canis cedens,occidit cum auerso astro,id est cum Argo: quæ & ipsa media est, sicut Taurus: & a puppi oritur,cui Canem constat esse coniunctum. Et.¶Cedens Canis.)Non recedens,sed incedens accipimus,& se mouens. Tempore enim quo Taurus cum Sole est etiam Canis ad ortum festinat. Quod autem ait.¶Occidit.)ad aspectum nostrum retulit,nam ortus & occasus duo sunt, Vnus ἡλιακός, id est solaris, & alter κοσμικός, id est mundanus.vnde fit vt ea signa, quæ cum Sole oriuntur:a nobis non possint videri, & ea quæ videmus quantum ad Solis rationem pertinet,videantur occidere: secundum quod nunc ait. ¶Occidit Canis.)Nam canis paranatolon est Cancri, id est cum eo oritur.Cancer autem quo tempore Sol in Tauro est, post horam quartam diei oritur, Nam Taurus & Gemini binas horas tenent: sic ergo fit, vt Canis nobis occidat, quantum autem ad Solis pertinet cursum,in ortu esse videatur. Secundum hanc rationem etiam paulo post dicturus est, Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur.Nam Eoas ait in ortu Heliaco positas:vnde & Tibi abscondantur intulit.

MANCINELLVS.

Fabæ. Medica Miliũ.

¶Vere fabis satio.)Pli.lib.xviij.de leguminum natura,scribit de faba.Seritur ante Vergiliarum occasum leguminum prima ante cedat hyemem.Virg.per ver eam seri iubet circumpadanæ Italię ritu, sed maior pars malunt fabalia maturæ sationis q̃ trimestrẽ fructum eius,aquas inflare maxime concupiscit,cum vero defloruit,exiguas desiderat,solum in quo sata est,lætificat stercoris vice.¶Medica.)Colu.lib.ij.cap.xj.ait q; medica agrum stercorat, & locus,in quo medicã saturus es, proscindi debet circa Cal.Octo. & cum tota hyeme putrescere finito. Varro lib.i.aliter medicam vocat.Pli.lib.xviij.cap.xxv.scribit Medicam, a Medis aduectam fuisse vnoq; satu amplius q̃ tricenis annis durat,similis est trifolio caulis, folijsq; geniculata, solum in quo seratur elapidatum, purgatumq; subigitur autumno,mox aratum, & occatum integitur crate iterum & tertio quinis diebus interpositis,& fimo addito,ita præparatum seritur mense Maio alias pruinis obnoxia, Paulo inferius inquit, verno seri debet.¶Putres sul.)Putres ait, quoniam vt diximus, tota hyeme fimo addito putrescere debet locus medicę.)Et milio venit annua cura.)Annua respectu medicæ ait,quæ semel sata diutius durat,vt diximus ex Plin.¶Milio.) Colu.lib.xij.ca.ij.ait,Milij, & panici satio peragi debet circa Idus Apri.Pli.lib.xv.cap.vij.scribit.q; milium & panicũ & omnia æstiua quadraginta diebus maturantur:cap.autem.xxxix.ait.Extrema autẽ panici,milijq; satio est,iustum est hoc seri maturato hordeo,atq; etiã in eodem aruo.¶Candidus aura.aperit cum cornibus annum Taurus & auerso cedens Canis occidit astro.)Candidum taurum appellat, quoniam candidum fuisse aiunt. Colu.lib.xij.ca.ij.inqt, quod xv.Cal.Maias Sol in taurũ trãsitum facit, & pridie Cal.Ma. Canis se vespere cęlat. Ouid. aũt lib.iiij.Fast.scri.q;.xj.Cal. Mai.Sol exit Arietem,ingreditur Taurum. Macro.scrib.lib.j.de som.q; Virgi.hoc loco non vult intelligi Tauro oriente cũ Sole, mox in occasum ferri Canẽ:qui proximus Tauro est.Sed occidere eum dixit,Tauro gestante Solẽ,quia tunc incipit nõ videri,Sole vicino.Ioannes vero Tolophus Noricus nostro ęuo summus astrologus a me cõsultus sup hoc etiã loco asserit Virgi.voluisse agricolas habere respectũ ad aurea cornua Tauri,quæ suo tẽpore in signo Tauri decimæ sphęrę erãt,& ad canẽ Syrium,in cuius ore stella primæ magnitudinis sita est,vt serant legumina:quando occidũt Heliacæ,hoc est quãdo Sole occidẽte ipsa sydera proxima soli,se visui nostro abscõdunt. Seu certo tẽpore occasus cosmici.i.quãdo cũ ipso Sole occidũt,quia Tauri imaginẽ antequã Sol occupare incipiat:canis ipse vesperi Sole occidente vix apparet, & occidere Heliace incipit, quod nostro æuo fit a.ix.gradu Tauri.in quo dum Sol est Taurus cum Pleiadibus cosmice occidere incipit,& canis Heliace,quod est circa.xx.diem Aprilis, licet Virg.tẽpore plusq;.xx.diebus ante id accidisset, totumq; occasui se Taurus cõcesserat,hodieq; sole.xix.gradum signi.x.sphęrę geminorũ occupãte:hoc est, circa primũ mensis Iunij diẽ,Pleiades, occasum cosmicũ.iiij.dierum interuallo perficiũt, Hyades vero in fronte Tauri occidũt cosmice.xxv.gradu vsq; in finem Tauri quinq; ferè dierũ interuallo, vnde cum Taurus incipit occidere cosmice cornua eiusdẽ tendunt ad occasum Heliacũ, & Canis ipse cedẽs cũ astro auerso.i.Tauro occidit Heliace paulatim,& cosmice,Siue cadens.i.locũ dans astro auerso.i.Argo naui,quę similiter auersę per mundũ voluitur.occidente.i.cane Argo sibi propinquę eidẽ cani succedit Canis.scribit Igin.maiorẽ canẽ habere in lingua stellã vnam,quę Canis appellatur.In capite autẽ alterã, quã nonnulli Syrion appellant. Pli.aũt lib.xviij.cap.xlij.dicit:q; Canis.iiij.Cal.Maij occidit,sydus & per se vehemens,& cui pręoccidere caniculã necesse fit.¶Auratis cornibus.)Astrologi Taurũ cũ cornibus auratis esse fingũt, habereq; in cornibus ipsis singulas stellas,sed sinistro clariorem,vtrisq; oculis singulas,in fronte media vnã,ex quib.locis cornua nascunt singulas,quæ.vij.stellę Hyades nuncupantur, de quibus latius supra.¶Aperit annum.) Non Taurus aperit,verum Sol existens ibi cornibus,Nam Ouid. Fa.lib.iiij.ait,Vacca sit an Taurus nõ est cognoscere promptum, Pars prior apparet posteriora latent. Et lib.ij.Meta.inquit,Per tamen auersi gradieris cornua Tauri.Aperit tamen annum intelligendum est, vt scrib.Ouid.lib.iiij.Fa.cum ait,Nam quia ver aperit,tũc omnia,densaq; cedit Frigoris asperitas,fœtaq; terra patet, Aprilem memorant ab aperto tempore dictum.

Taurus Canis. Tauru

ASCENSIVS.

¶Vere fabis sa.)Dixit syderũ quorundã ortus, & occasus obseruandos esse agricolis.Docuitq; quod in ppositione dixit,quo sydere terrã vertere cõueniat.nũc autẽ docet quo sydere & quo tẽpore seminandũ sit, & id quidẽ primo de leguminibus dicens,q; fabæ seri volũt in vere, maximopere in tractu trãspadanæ Italię. Medica aũt quam Var.& vulgares melcam vocant eadẽ ferè tempestate in solo putri & hyeme decocto & stercorato.milium autem ad ortũ Tauri, cum.s.aperit annum cornibus auratis.i.stelliferis,vbi scies,cum,esse temporis aduerbium,non prępositionẽ, vnde non dicit aperit cum cornibus, id enim minus latine fecerit,sed cum aperit cornibus.Etiam secundum Seruium sententia deprauaretur si comitantiã significet.nõ enim aperit cum cornibus,quia a dorso non a capite oritur,& id quidem ad.xj.aut.xv. Cal.Maias,vt Mancinellus latius explicat.¶Ordo autem est. Satio.i.tempus opportunum sationi, est supple fabis.i.illi leguminis,vere.i.tempore verno:& o medica legumen a Medis translatũ sulci putres.i.resoluti per hyemale frigus,& Fauonij spiramenta ac stercorationẽ,accipiunt,quoq;.i.etiam, tum.i.tunc.s.in vere, te,hoc est tu tunc quoq; sereris tempestiue, & cura annua, id est quę singulis annis innouari vult,cum medica,vno satu amplius tricenis annis duret,venit milio.i.illi legumini,modicis sed plurimis granis fertili:venit,dico,tunc,sup.cum.i.quando, Taurus candidus.s.per quẽ Iuppiter Europam transuexit & auexit, aperit.i.resoluit & puluerulentũ facit,annum.i.solũ quotannis tunc resolui solitum.(videtur.n.annum accepisse non pro tẽpore,sed pro qualitate tẽporis,sicut in Buco.Nunc formosissimus annus,

vbi

Universidad de Deusto Biblioteca

vbi formositas ad agros & prata spectat, nõ ad tempus quod formam non habet, sicut hic resolutio & apertio anni ad solum seu terram.)Non.n.aperit inchoat taurus annum, cuius initium, aut in Martio, aut in Ianuario est, nisi dicat ipsum aperire annũ suũ, quod minus placet: nam ideo vult milium seri sub ortu tali, quia tunc terra aperta est, nam Vere nouo putris se gleba resoluit, sed vere adulto aperitur, aperit dico cornibus auratis.i.quae aurata habere fingitur propter fulgorem potissimũ, tamen sol tunc aperit, vnde & Aprilis secundum Ouid. ab aperiendo dictus est, quia sole tũc aperitur annus, & cum canis cedens sub.cum astro.i.tauro, cuius auersus est incessus, aut cedens.i.locum dans astro auerso.i.

so.i.Argo naui etiam auersae incedenti, occidit.s.cosmice quantum ad aspectum nostrum, qui occasus agricolis facilior est annotatu q̃ heliacus.i.solaris. Pulchre autem alludit ad naturã tauri, cuius est cornibus terram aperire, vnde dictum est in Bucoli. Iam cornupetat, & pedibus qui spargat arenã. cum.n.cornibus terra impingitur, quodammodo aperitur, & cum aperitur, resoluitur: & aperta plurima producit: vt fit in Aprili, qui secundum vnam opinionem Ouid. ab aperiendo dictus est, vt patuit.

PIERIVS.

¶Et aduerso cedẽs canis occidit astro.)In Ro.quidem & in Longob.aduerso. In alijs vero auerso. In Medi. auerso incedens sumptum puto, ex Seruiana paraphrasi.

At si triticeam in messem, robustaq; farra
Exercebis humum: solisq; instabis aristis:
Ante tibi Eoae Atlantides abscondantur:
Gnosiaq; ardentis decedat stella coronae:
Debita quam sulcis committas semina: quamq;
Inuitae properes anni spem credere terrae.
Multi ante occasum Maiae coepere: sed illos
Expectata seges vanis elusit auenis.
Si vero, viciamq; seres, vilemq; faselum:
Nec Pelusiacae curam aspernabere lentis:
Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes:
Incipe, & ad medias sementem extende pruinas.

SERVIVS.

¶Triticeam in messem.)Ad messem tritici, vel segetis. ¶Robustaq; farra.)Frumenta, quae plus habent virium, q̃ legumina: quo tẽpore nobis Atlantides occidunt, sunt serenda. Atlantides autem, licet.vij.fuisse dicantur.vj.tamen videntur in coelo quae Nouembri mense nobis incipiunt non videri. Hae autem, vt alij volunt, Iouis: vt alij, Liberi nutrices fuerunt. alij ipsas fuisse asserũt Hesperidas. ¶Exercebis.)Pro exercueris. ¶Solisq; instabis aristis.)Non leguminibus, sed solis segetibus. ¶Instabis.)pro institeris. ¶Aristis.)Et hic sicut supra, per aristas frumenta significat. ¶Gnosiaq; ardentis.)Cum Liber pater Ariadnem Minois regis Cretę filiam vxorem duceret: Vulcanus ei coronam obtulit, quam ille ad vxoris insigne inter sydera collocauit. Et hic stellam poetica licẽtia dicit. caeterum sex sunt, quibus in coelo corona declaratur. ¶Gnosia)autem Cretica ab vrbe Cretae, quae Gnosis dicitur. Et stella dicitur Cretica, quia ad laudem illius, quae Cretici regis filia fuit: in coelo est posita ipsa corona. ¶Sulcis.)Arationibus. ¶Committas.)Quasi custodibus fidis. ¶Inuitae terrae.)Quae quasi coacta rusticorum labore, & nõ sponte, fructus profert. ¶Anni spem.)Vnde tu annum speres posse deducere. ¶Ante occasum Maiae.)Antequam Atlantides occidit. nam Maia vna est earum. ¶Vanis.)Vacuis. ¶Elusit.)Decepit. ¶Vilem.)Abundantem. nam omne quod abundat, vile est: vt, Vilibus aut onerat pomis. ¶Nec pelusiacae curam aspernabere lentis.)Pelusium vnum est de septem ostijs Nili, vbi optima lens nascitur. vnde κατ' ἐξοχὴν locutus est. ¶Aspernabere.)Contemnes. ¶Lentis.)Ac si dicat, Etiam inter alia lentem seras. ¶Haud obscura.)Non obscura, hoc est clara. ¶Mittet tibi signa Bootes.)Si viciam & faselum, & lentem serere volueris, occidente Boote debes incipere. ¶Cadens.)Occidens, verno scilicet tempore. Tunc enim Bootes occidit. Quod autem subdidit. ¶Incipe & ad medias sementem extende pruinas.)Omnia complexus est tempora: & vernum scilicet, quo legumen seritur: & Autumnale, quo frumẽtum. Et multi volunt ita hanc partem astrologiae librasse Virgilium, vt in omnibus vtrunq; tempus significaret, Vernale & Autumnale. vnde & supra bina signa memorauit. Taurum cum Cane: Atlantidas cum corona. Tamen nos, quantum ad necessitatem huius loci pertinet: hęc dixisse sufficiat: nam maioris prudentiae est ad subtilem harum rerum scientiam peruenire: adeo vt sequẽtem rationem zonarũ Metrodorus philosophus vix quinq; expresserit libris insertis, tam Astronomiae quam Geometriae partibus, sine cuius lineis haud facile zonarum deprehenditur ratio. Idem etiam Metrodorus asserit frustra culpari a plerisque Virgilium, quasi ignarum Astrologiae: cum eum constet operis lege compulsum: vt quaedam exponeret quae obscura videntur ideo, quia a naturali ordine remota sunt, vt autem omnia nõ diceret, rusticarum personarum habuit considerationem: & ipsius est operis breuitate compulsus.

PROBVS.

¶Ante tibi Eoae Atlantides abscondantur, Gno.q.arden.d.st.c. Debita quã sulcis.c.s.q.)Si in hoc exercebitur terra, vt triticum accipiat prius, inquit, occidant Vergilię, & corona Ariadnes, quã sementẽ facias matutini exortus Eoae significat. Eos.n.praecedit aurora. Atlantis autem filiae sunt Vergiliae: idcirco Atlantides vocantur. Ariadnes autem coronae talis historia traditur, adamatus

Theseus

Theseus ab Ariadne, cũ eius opere interfecto Minotauro Labirynthi euasisset errorem & corruptã in insula Dia dormientem reliquisset, Liber eã adamauit, & eius capiti coronam detractam misit in coelũ, quae sydus facta est, quod est post Erigonem. Ipsam autem Ariadnem matrimonio sibi iunctam Liberam appellauit immortalitate donatã. ¶Gnosia)autem dicit ab oppido Gnoso Cretae. ¶Multi ante occasum Maię coe. sed illos Expe.s.v.e.auenis ¶Multi ante occasum Vergi. sementem fecerunt, sed inanem messem sustulerunt. Maia aũt vna est ex Vergilijs. ¶Si vero viciamq; s.v.q.faselum: Nec pelusiacae.c.a.l. Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes.)Ciceris est genus, faselum vocant. Vicia est aeque leguminis genus lentis magnitudine. Pelusiacam lentem dicit a Pelusio oppido Aegypti, a quo fluminis Nili vnum ostium Pelusiacum dicitur. Optima lens in Aegypto nascitur: Bootes est stella in Arctophylacis (vt plerique putant) Baltheo, vt alij iudicant in humero, dicta a bubus, Nam triones, quos Graeci duas vrsas vocant, Helicem & Cynosuram in Barbarica sphaera plaustrum esse, quod ducatur, a bubus iunctis, cui rei testis est Getulicus, cum ait de Britanis, Nonaries illum verno ferat aere cornu, Gnosia, nec geminos praecidunt cornua taurum, Sicca Lycaonius resupinat plaustra Bootes.

MANCINELLVS.

¶At si tri.)Postquã serendorum leguminum tẽpus, Poeta ostendit ad frumenta iam redit. Colu. autem lib.ij.ca.viij.ait, placet nostro poetae adoreum, atq; etiam triticum, non ante seminare q̃ occiderũt Vergiliae. Pli. vero li.xviij.ca.xxxvij. scri.q Hesio. qui princeps omnium de agricultura praecepit vnum tempus serendi tradidit ad Vergiliarum occasum. Vir. triticum, & far ad Vergiliarum occasum, seri iubet, hordeum inter aequinoctium autumni, & brumam, viciam vero faseolos, & lentem Boote occidente. Inter omnes autem conueniat circa brumam serendum non esse magno argumento, quoniam hyberna semina, cum ante brumã sata sint, septimo die erumpant. si post brumam vix.xl. Sunt qui properent, atq; ita pronuncient festinatam sementẽ sępe decipere, serotinam semper econtrario, alibi, vel vere potius serendũ q̃ male in autumno. Colu. lib.xij.cap.ij.ait, Vetus est agricolarum prouerbium maturã sationem sępe decipere solere, seram nunq̃ quin mala sit, itaq; in totum praecipimus: vt quisq; natura locus frigidus erit, is primum cõseratur, vt quisq; calidus nouissime. Ibidem quoq; ait optimum esse inter Cal. Decẽb. sementẽ confecisse. Varro etiam lib.j.c.xxxiij. inquit, vbi quisq; locus frigidissimus aquosissimusq; erit, ibi primum serito in calidissimis locis sementem postremam fieri oportet, quo autem agro vel legumina quaeq; vel frumenta serenda sint, legito Plin. lib.xviij.cap.xxviij. ¶Robustaq; farra.)Robusta dixit, quoniã vt Plinius lib.xviij.ca.viij. scribit ex omni genere durissimum far, & cõtra hyemes firmissimum, patitur locos frigidos: & minus subactos, vel aestuosos sitientesq; primus antiquis latio cibus. ¶Atlantides.) Id est Pleiades, seu Vergiliae ex Pleione, & Atlante genitae, de quibus late superius. Pleiadasq; Hyadas. Abscõduntur autem, vt dicit Colu. super hoc loco, lib.ij.ca.viij. altero & tricesimo die post autumnale aequinoctium, quod ferè cõficitur.ix.Cal.Octo. propter quod intelligi debet tritici satio dierum sex, &.xl. ab occasu Vergiliarum: qui fit ante diem nonum Cal. Nouemb. ad brumae

tempora

sus, & summo vertice arctatus. ¶Vertex nobis semper sublimis.) i.haec pars mũdi a nobis semper videtur. ¶At illum sub pedibus Styx atra videt.)i.axem noticum.i.australẽ, qui a nobis nunquã videtur: sicut Boreus.i.Septentrionalis a nobis semper videtur. Et sicut variae sunt philosophorum opiniones: ita & hic varie loquitur. Nam alij dicũt a nobis abscedentẽ solẽ ire ad Antipodas, alij negant, & volunt illic tenebras esse perpetuas. Mire autẽ ait, quasi de inferis. ¶Styx atra videt, manesq; profundi.)vt ostenderet illud quod dicunt philosophi, recedentes hinc animas & illic alia corpora sortiri. Vnde & Lucanus ait, Regit idẽ spiritus artus Orbe alio. Quod verisimile est, quia dicitur anima, aut igni, aut vento, aut aqua purgari: quod vt fiat necesse est, dum per aut frigidas plagas, aut igneam transeunt. Et licet hoc alij a Virgilio dictum per poeticam licentiam velint: tamen sciendũ est eum poeticae licentiae inseruisse philosophiam.

PROBVS.

Zonae quinq.

¶Quinq; tenent coelum Zonae q.u.c.Semper.s.r.& t.s.a.i.Quam circum ex.d.l.q;.t.mortalibus ae.Mune.c.d.& u.s.p.a.Obliquus.q.s.s.verteret ordo.)Mundi caloris, & luminis sol causa est. Eius autem talis est cursus, vt neq; intra solstitialem circulũ ad nos accedat, nec vltra brumalẽ procedat. Radij autẽ eius, vbi deficiunt, ibi necesse est esse frigus. Cum tenebris autem deficiũt eius radij bruma ad septentrionalem circulum: ibi autẽ frigus est cum obscuritate. Sol autem quia brumalem, & solstitialem circulum cõficit annuum cursum. totam hãc mediam regionem vrit, quae latine vocatur plaga adusta. Ex ea quae septentrionalis est, vbi deficiunt solis radij, & quia frigida est, & obscura. Frigus in proximam regionẽ peruenit, & miscetur calori, qui ex adusta regione in eandem fertur. & efficitur temperata regio, in qua sumus, quę est habitabilis. Alterae duae inhabitabiles, sed physica ratione nobis sunt incognitę. Prohibemur.n.transire adustę regionis calorem. Sed quia meridiem bruma animaduertimus, vltra solẽ magnum spatium coeli vacare, scimus & in contrariam nobis partẽ eius radios ferri, & quemadmodum hic, ita illic deficere, vbi defecerunt esse frigus cũ tenebris. Et inde aliquã partem ferri in proximũ locum, & ex adusta regione, quae finitur brumali solstitiali circulo in eundem peruenire vaporem, & vtroq; misto perinde temperatam efficere regionẽ mediam frigidae, & adustae. Quinq; ergo sunt zonę, in regiõe coeli. Torridae duae, extremę frigidae septentrionalis, & australis, vna adusta, duę temperatę inter frigidã & adustam cingentes eam, & intercidentes frigidis, quarum altera anterumene vocatur. Via autẽ secta per ambas, dicit signiferũ circulũ, qui a brumali obliquus, ad solstitialem Cancro, aequinoctialẽ Libra & Ariete. ¶Obliquus qua se signorũ verteret ordo.) Idcirco dixit, quia hic ipse circulus.xij. signa coelestia voluit. Clima nostrum, hoc est in climate, zonae nostrae sicut se habet, vt simus ad septentrionẽ ab ea parte, qua Scythia est, & Ryphaei montes, quo in contraria inclinato est ad Africã: Ergo hac sentit, cum ait. Illic, vt perhibent, aut intempesta silet nox Semper, & obtenta densantur nocte tenebrę. Quinq; tenent coelum zonae, in quinq; zonas mundum esse diuisum accipimus, quas, sm clima nostri orbis. sic deformabimus, vt laeuam manum contra ora nostra ponamus, atq; vbi sit pollex: ibi sit zona, quae appellatur graece ἀρκτικὴ q in se habet arctos.i.vrsas, eadem latine septentrionalis cognominatur, q in ea parte coeli posita sit, quae vento septẽtrione adflatur. Ea pars semper supra vertitur, hoc est nunq̃ in oceanum demergitur, q etiam Home. significauit, cum ait.

ἄρκτον τὴν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν
ἥτ' αὐτοῦ στρέφεται καί τ' ὠρίωνα δοκεύει
οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο.

Et Virgilius, Arctos oceani metuentes aequore tingi. Nam & zona inhabitabilis est propter nimios rigores, pollici proximus digitus obseruabitur in vicem zonae, quę graece appellatur θερμὴ, a nobis aestiualis, q.s.sol cum in eandem zonam declinauit, longiores dies efficit. ibi.n.solstitium facit aestiuum in.viij.Cal.Iul. Haec zona habitabilis propter temperiem, & multi solis, & illius vicinitate zonae, quã septentrionalẽ nuncupauimus. Medius aũt digitus significabit zonã, quae graece dicif ἰσημερινὴ, latine ęquinoctialis. Seu & sol, in hanc zonam bis anno venit, & toties librã facit diei, & noctis in.viij.Cal.Octo. Hęc zona inhabitabilis. Nam ꝓpter nimios ardores loca subiecta habet exusta. Quartus deinde digitus significabit zonã, quae appellatur χειμερινὴ, a nobis hyemalis, quod scilicet cum illam sol transcendit, hyemẽ facit: & breuiores dies agit. Nam ibi solstitium efficit: quod est.viij.Cal.Ian. Hanc quoq; zonã inhabitari credibile est, qũ & ipsa pars tẽperata inter aestiuũ, & isomerinẽ posita est, quemadmodũ eius supra fecimus mentionẽ, aestiualis inter aequinoctialẽ, & septẽtrionalẽ. Et in hac zona siqui inhabitant, appellanf a nobis antichthones. ὡς τὴν ἐναντίον χθόνα οἰκοῦντες, Digitus minimus habet quntã zonam appellatã notion, quoniã ex illa parte, cum adflat ventus humidum facit aerẽ, & humorẽ colligens corpus notia, dicitur. Haec plaga australis appellaf depressior q̃ vt a nobis videri possit, & ideo infra orizontẽ descẽdit. Orizon aũt quod definit sphaeram superiorẽ, qui & diem a nocte disterminat. Hęc quoq; praesumenda inhabitabilis propter rigores quos patiatur necesse est quoniã longe segregatur. Circulus autẽ zodiacus, qui luxos appellatur, per tres zonas medius fertur, per quem sol currit, Sic ergo quoniã ad vltimas nõ perueniat frigidas: relinquit mediam zonam, quoniã saepe onerat ignem facit. Huius zonae mentionẽ facit Virgi.vij.cum vellet ex verbis Ilionei Latinos cõfirmari, neminem esse in orbe toto, qui ignoraret, quanto bello Asia, & Europa cõflixisset, quãdoquidẽ scire possent etiã, qui vltra Oceanũ extimo agitarent, quiq; diuisi plaga aequinoctiali zonã illã, quã ἰσημερινὴν diximus, incolerent, quã verisimili est in aliquibus habitari. Sunt autẽ qui hic declarant versus huiusmodi. Quãta per idaeos saeuis effusa Mycenis Tempestas ierit campos, quibus actos vterq; Europae atq; Asiae fatis concurrerit orbis, Audijt & siquem tellus extrema refuso Summouet Oceano, & si quẽ extenta plagarum. Quatuor in medio dirimit plaga solis iniqui. Hanc tamen vniuersam disputationẽ certum est Vir. trãstulisse ab Eratosthene, cuius liber est hexametris versibus scriptus, q Hermes inscribitur, quidã vero orbẽ terrarum descripserunt in formam literae ω & in liniamentis, quae per circuitũ ambiunt literam, formam referunt Oceani, quem recte ζωστῆρα τοῦ κόσμου dixerunt ὠκεανὸς autem.i.Oceanus ab ὠκὺς dicitur ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα, καὶ πᾶσαι κρῆναι, καὶ φρείατα μακρὰ νάουσιν. In media aũt parte ligna quae deducitur, Atlanticum Oceanum fertur transmittere, quod mare traditur subiectum esse plagae aequinoctiali, & sic diuisas esse duas partes orbis, quarum nõ habitemus eam, quae sit ab oriente dexterior, atq; esse verisimile, vt aduerso in tam pari tractu, gens alia hominum inhabitet, si tamen velimus omnem diligentiam in examinãdis Homeri carminibus adhibere, ibi quoq; fortasse descriptionis huius ordinem inuenire poterimus. Clypeus.n.Achillis quinq; orbibus intextus fuit: quorum sic meminit ἀλλ' ἄρ' ἔτι τρεῖς,

ἤσαν ἐπὶ πέντε πτύχας ἤλασε κυλλοποδίων,
τὰς δύο χαλκείας, δύο δ' ἔνδοθι κασσιτέροιο,
τὴν δὲ μίαν χρυσοῦν τῇ ῥ' ἔσχετο χάλκεον ἔγχος.

Nam examinemus calorem metallorum: & conditionem zonarum, & poterimus recte comparare κασσιτέροιο.i.plumbi albi zonas dixerit septentrionalem, & australem, vt scilicet frigidas, & cana niue oppletas, aereas autem, quę refulgent habent temperaturam candoris: & rutili coloris dixerit aestiualem, & hyemalem: auream autem sine dubio igneam, nam est sic dictum, fert aurea sydera clamor. Et a Pindaro ὁ δὲ χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ, & Vulcanus, vt ignis deus virium suarum beneficiũ in illa zona voluerit aurum clypeo superponere. Orizon.

MANCINELLVS.

¶Idcirco.)Vt tempora discernamus: sol.n.dator est temporum & horarũ: nam syderũ cursus, recursusq;, vt etiam Macro.lib.j.de som.Scipio. moderatur certa diffinitio. Nam spatij, certa diffinitio est. ¶Certis per.)De quinq; zonis intelligit. ¶Duodena m.a. a.)Dixit, quia zodiacus circulus, & vnus, & in summo coelo est, qui vere mundus vocaf, quẽ signis diuisum, vel distinctum videmus, quę coelo infixa ferunf. Diuiditur aũt mundus per.xij. partes aequales, quae dicunf signa. Duodena astra: de his ibi superius patuit, Qua locus Erigonẽ inter. Regit orbẽ per duodena astra. Sol.n.vt Pli.lib.ij.ca.vj.docet, planetarum medius fertur amplissima magnitudine, ac potestate: nec temporũ modo, terrarumq;, sed syderum etiã ipsorũ coeliq; rector, Hic lucẽ rebus ministrat, aufertq; tenebras, hic reliqua sydera, occultat, hic vices temporum, annumq; semper renascentẽ ex vsu naturae tẽperat: hic coeli tristitiã discutit, atq; etiã nubilũ humani animi serenat. Macrob. etiam lib.j.de som. inquit, non solum terrã, sed ipsum quoq; coelum, quod vere mũdus vocatur, temperari sole certissimum est, adeo vt extremitates eius, quae longissime a via solis recesserunt, omni careãt beneficio caloris, & vna frigoris perpetuitate torpescant. Sol praeterea, vt Igin. scri. dies.xxx. vno quoq; signo vehitur. Quinq; zonae. Tul. de repu.vj. terram quasi quibusdam redimitam, & circundatam cingulis dixit. Virgi. quoq; hidem, quas graeco nomine zonas vocat, asserit, coelum teneri. Stra. item lib. ij. scrib. q coelum quinq; constare zonis praesupponendum est. Sol.

Universidad de Deusto Biblioteca

quinq; etiam zonis terram componi,in sexto autē rigore, vt dicit etiam Plin.lib.ij.& æterno premitur gelu, quidquid est subiectum duabus extremis:vtrinq; circa vertices, hunc, qui septentrio vocatur, eumq; qui aduersus illi Austrinus appellatur: harum vtraq; habitationis impatiens est, quia torpor ille glacialis, nec anima,nec frugi vitam ministrat. Media zona,& ideo maxima,æterno afflatu,cōtinui caloris vsta,nam super eam Solis orbita est inhabitabilis quoq;.Inter extremas vero,& mediā duę maiores vltimis,media minores, ex vtriusq; vicinitatis intemperie temperanť, eæq; ipsæ inter se non peruiæ propter incendiū syderis:ita terræ tris partes abstulit cœlū. De zonis aūt plura Macro. lib.ij.& Stra.lib.ij.

Zonę cœli. ¶Zonæ.)Zonæ græce,latine cingulus dicitur: zonion vero cingulū,zonisco, & zono cingo.¶Per ambas.)Macrob.lib.ij.per ambas,pro inter ambas poetā voluisse intelligere scrib.zodiacus.n.inter ambas tēperatas voluitur.Nā per ambas,

Zodiacus. ¶Obliquus signorū ordo.)De zodiaco dicit qui circulus intersecat æquinoctialē, & intersecatur ab eodē in duas partes ęquales, vna autē eius medietas declinat in septentrionē, altera in austrū. vnde ab Aristotele in libro de generatione circulus obliquus appellatur.Constat autem Solem per zodiacum circulum currentē neq; sursum vltra Cancrum, neq; vltra Capricornum deorsum meare,sed cum ad tropicorū confinia venerit mox reuerti.Vnde & solstitia vocantur, Macro.etiam teste lib.ij.Signorum horum nomina ordo,& numerus his patent versibus.Sunt Aries, Taurus,Gemini,Cancer,Leo,Virgo, Libra,Scorpius,Arcitenens,Caper,Amphora,Pisces.

Signa. ¶Mundus,vt ad Scy.)Ordo est, vt mundus cōsurgit arduus ad Scythiā,& arces Riphæas,ita deuexus premitur in Austros Libyæ,quo pacto aūt mundus nūc altus,nunc depressus sit, docet Mani.sic.Hic vbi ad occasus nostros Sol aspicit ortus, Et cum luce refert operū vadimonia terris:Nos in nocte sumus,somnosq; in membra locamus,Pōtus vtrosq; suis distinguit,& alligat vndis. Altera pars orbis sub aquis iacet inuia nobis,Ignotæq; hominum gentes,nec trāsita regna, Commune ex vno lumen,ducentia Sole,&c.Et Macro.li.j.de som.inquit, q vt erigitur mundus in septentrionalem plagam,ita vergit in australem,pars enim hæc terræ,quę incolitur ab vniuersis hominibus ad septentrionalem verticem surgit, & sphæralis conuexitas australem nobis verticem in ima demergit. Cum vero semper circa terrā ab ortu in occasum cœli sphęra voluatur,vertex hic,qui septentrionis habet quoquo versum mundana volubilitate vertatur:quoniam super nos est,semper a nobis videtur, ac semper ostendit Arctos,Oceani metuentes æquore tingi.Australis cōtra quia demersus nobis pro habitationis nostrę positione,nec ipse nobis vnquā videť,nec sydera sua ostēdit. Hinc poeta dixit,Hic vertex nobis semper sublimis. at illū,Sub pedibus, &c.

Scythia ¶Ad Scythiam.)Scythia regio est ad septentrionē, quæ quidem, Iusti.teste li.ij.adeo editior omnibus terris est, vt cuncta eo flumina ibi nata in Mæoticum, deinde in Ponticum, & in Ægyptium mare decurrāt.Scythia autē in orientem porrecta includitur ab vno latere ponto,ab altero montibus Riphæis,a tergo Asia,& Phasi flumine.Riphæum vero iugum regionē habet assiduis obsessam niuibus,quippe casus continuarum pruinarum,quidam ibi exprimit pœnarum simile damnata pars mundi, & ab rerum natura in nube æternæ caliginis mersa.¶Libyæ.)Libya Africæ regio

Libya. Ægypto contermina, vt scrib.Pli.lib.v.Stra.vero lib.xvij.ostendit totam Africam Libyam appellatam,plura etiā Soli.cap.xxiiij. ¶Deuexus.)Decliuis.)In Austros.)Mani.lib.iiij.ait,Asper ab axe

Venti. ruit Boreas,fugit Eurus ab ortu, Auster amat mediū Solem, Zephyrusq; profundum. De Austro aūt multa Pli.li.ij.ca.xix.

Vertex. ¶Vertex.)Polus Arcticus Fabius lib.viij.scrib.q vertex est contorta in se aqua,vel quicquid aliud similiter vertitur, inde,ppter flexū capillorum pars summa capitis, ex hoc etiā montibus eminentissimum:idem quoq; Fab.lib.j.dixerat quod vorsus, & vortices dixerunt antiqui, quæ primo Scipio Africanus in,e,literam secundam vertisse dicitur. Caper autem ait vertex capitis est, vortex fluminis,vt aūt Plinius libro secundo ca.xv.scrib.Poli etiam vertices appellantur.¶Styx.)lib.x.de Arcadia inquit apud Phæ-

Vortex vertices neum sane stygis aquæ stat:sic.n.vocant lætalis aquæ stillicidiū: quam sacra hominum facit opinio. Plinius etiam libro.xxj.cap. ij.ait in Arcadia ad Phæneum aqua profluit e saxis Styx appellata,quæ illico necat. Hæc ille. Poetæ tamen fabulose describunt inferorum paludem esse, deduciturq; a stygnos, quod est tristitia.

Styx. Antipodes q̄ loca colūt ¶Sub pedibus styx atra videt.)De habitantibus antarcticum ab hyemali circulo loquitur,qui a nobis Antipodes dicuntur,vt Igi.scrib.Cice.etiam in libro de som.docet,e quinq; terræ circulis duos habitabiles,quorū australis ille,in quo qui insistunt aduersa nobis vrgent vestigia,nihil ad nostrum genus: Hic autem alter subiectus Aquiloni,tenui nos parte contingit. Vult autē Cicero intelligere,vt scribit Macrobius libro secundo, terram quatuor habitari locis,cum dixit, hosq; qui incolunt terram nō modo interruptos ita esse, vt nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit, sed partim obliquos, partim transuersos, partim omnes aduersos stare nobis. Interruptio autem omnium generum a se diuersorum:ita quidem a Maro.distinguitur. Hi quos separat nobis perusta.Similiter ab illis, qui inferiorem zonæ suæ incolunt partem interiecta australi gelida separantur. Rursus illos a viuentibus per nostri cinguli interiora interiectio ardentis sequestrat,& illi a nobis extremitatis rigore remouentur. Quemadmodum autem cæteri omnes vestigia sua figere ad nostra credantur,ipse Cicero distinguit, & australes quidā aperte pronunciauit aduersos stare nobis dicendo,quorum australis,ille videlicet circulus,in quo insunt,aduersa nobis vrgent vestigia,& ideo aduersa nobis sunt,quia in parte sphæræ,quę contra nos est,morantur.Trāsuersos vero stare nobis, voluit intelligi interiorem zonæ nostræ partem tenentes. Obliquos autem eos,qui australis circuli deuexa sortiti sunt.Plin.quoq; lib.ij.cap.lxvi.plura de Antipodibus.¶Manesq; profundi.)Inferos dicit. Nam quidam manes,deos inferos tradunt.

ASCENSIVS.

¶Icirco certis, &c.)Quia Poeta ostēdit agricolis syderum quorundam ortus,& occasus obseruandos,docet sphęram cœlestem in.xij.signa diuisam, & terram in quinq; zonas. Quarum(vt inquit Oui.Meta.j.)quæ media est,non est habitabilis æstu.Nix tegit alta duas, totidem inter vtranq; locauit, Temperiemq; dedit mista cum frigore flāma, &c.Earum ergo duæ habitabiles sunt, quarum alteram nos habitamus,alteram qui habitēt, nescimus. Per habitabilem autem zodiacus, in quo sunt.xij.præcipue obseruanda agricolis signa,clauditurq; duobus polis:quorum alterum,qui ab vrsis arcticus dicitř,semper videre possumus. Alterū qui in Austrum abscessit, & antarcticus contra arcticum positus dicitur,nunquā in cœlo mutauerimus. Is.n.ab Antipodibus nostris videtur.¶Ordo est, Icirco.s.vt discernamus tempora, Sol aureus.i.splendidus,& apprime vtilis, regit orbem mundi,id est sphæram cœlestem, dimensum.i.cōmensuratum certis partibus per astra,id est signa:duodena,id est duodecim, aut quæ quotanis pertransit vt pro orbe.i.anno conficiendo duodenis egeat. Quinq; zonæ,id est circuli cœlum cingentes, tenent.i.circuncingunt cœlum,quarum.s.zonarum, vna videlicet media,& eadem maxima est,supp.semper rubens, Sole corusco.i.rutilante, & est semper torrida ab igni.s.cœlesti,quem ex directo supra se habet, quia circum,pro circum quā trahuntur.i.ducunť,extremæ.i.remotissimæ duæ dextra, sup.parte,& lęua.i.sinistra.(Si cœlitus in terram despexeris capite in orientē protēso, dextra fuerit Austrina,læua septentrionalis. Siue terris cœlum aspexeris,contra)trahuntur dico duę,concretę.i.congelatę glacie cœrulea.i.marina, aut marini coloris,atq; atris.i.densis,& nubilosis imbribus, duę sup.alię zonę,cōcessę, sup.sunt ęgris.i.miseris & laboriosis mortalibus inter has.s.extremas & mediam videlicet torridam: concessę dico munere.i.beneficio,& dono diuum.i.diuorū,seu deorum,& via est secta.i.diuisa per, pro inter ambas, qua.i.per quā viam, obliquus ordo signorum.i.zodiacus verteret.i.circūageret se, vt mundus.i.orbis cœlestis consurgit arduus ad Scythiā, & arces Riphæas.i.sublimitates montium Riphęorum, qui sunt in Scythia,septētrionem versus, ita sup.premitur deuexus.i.deuolutus, & decliuis in Austros.i.Australē regionem Libyę.i.Libyam versus,& id quidem respectu nostri,& climatis nostri,nam respectu totius vniuersi Auster nō minus arduus q̄ septētrio dicetur, hic.s.prius dictus.i.scythicus seu septentrionalis vertex.i. polus,ad quē sphęra vertitur, est sup.nobis semper sublimis.i.altus,& supra caput:at.i.sed:styx atra.i.palus infernalis videt illum sub pedib.s.nostris, hoc est apparet Antipodib.nostris,& manes profundi.i.dij inferi,sup.vident semper illum.

PIERIVS.

¶Cœrulea glacie concretę.)In plerisq; veterib.exemplaribus legere est casu recto numero multitudinis.Cœruleę,puncto mox intersitio,vt quod sequitur Glacie concretę,atque imbrib.atris, Expositio sit, cur zonę illę cœruleę sint. In codi.Mediceo prius Cœruleę legebatur, sed inde aliena manu linea superinducta, vt vltima litera fieret,a.Sunt etiam codi.manu scripti,in quibus cœruleę & glacie legatur,quę mihi lectio nequaq; probatur.Ostendit tamen epitheton non cum glacie, sed cum zonis adcommodatum zonę cœruleæ.

Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis
Circum,perq; duas in morem fluminis arctos:
Arctos,oceani metuentes æquore tingi.
Illic(vt perhibent)aut intempesta silet nox
Semper,& obtenta densentur nocte tenebræ:
Aut redit à nobis aurora,diemq; reducit:
Nosq; vbi primus equis oriens afflauit anhelis:
Illic sera rubens accendit lumina vesper.
Hinc tempestates dubio prædiscere cœlo
Possumus:hinc messisq; diem,tempusq; serendi:
Et quando infidum remis impellere marmor
Conueniat:quando armatas deducere classes:
Aut tempestiuam syluis euertere pinum.
Nec frustra signorum obitus speculamur,& ortus:
Temporibusq; parem diuersis quattuor annum.

SERVIVS.

¶Maximus anguis.)Quia ipse cæteris est maior.¶Hic.) Pro illic.¶Circūq; per duas.) Et circū.n.est, & per:nam per vtranq; labitur, maiorē cauda tangens, aluo complectēs minorem.¶In morem fluminis arctos.) Hesio. ποταμῷ ῥέοντι ἐοικώς.¶Oceani metuētes æquore tingi.)Hoc refertur ad fabulam.Nam hæ duæ pellices Iunonis fuisse dicuntur: quas postq Iuppiter in syderum numerum retulit, Iuno rogauit Tethyn suā nutricem, ne vnquam eas pateretur occidere. Vnde nūc metuentes dixit.s.nutricem Iunonis. Nam reliqua signa dicuntur omni nocte in Oceano tingi.¶Vt perhibent.)Scilicet poetæ:nam in rebus dubijs suā denegant fidem.¶Intempesta.)Inactuosa,alta,densa,crassa,qualis est Intempesta. Posse aūt hoc fieri in aliqua parte mundi, vt pene totū sibi vēdicet nox probat Britania:quę lucis diues, vix quoddam spatiū noctibus cedit.¶Obtenta.)Obducta.¶Diēq; reducit.) Vt quando discedit a nobis,& dies clauditur: tūc illic fit Aurora. ¶Afflauit anhelis.)Cursu anhelātibus.¶Sera.)Nocti vicina.¶Vesper.)Stella,quę & Venus & Lucifer dicitur:Nam vesper eo quod quibusdam mensibus vespere:Lucifer autem dicitur, quod quibusdam mane oriatur.¶Hinc.)Id est ex ratione astrologiæ:Et est conclusio:Nam hoc dicit, Non sine causa intuemur syderum ortus & occasus:hinc enim vniuersa noscuntur.¶Tempestates.)Varios euētus & pericula.¶Dubio cœlo.)Id est etiā dubio.Et dubio quod nunc prospera, nunc aduersa ingerit.¶Messis diem.)Id est quando sit metendi tempus opportunū.¶Serendi.)Seminandi. ¶Infidum.)Cui nullus potest,aut debet cōmittere fidem, nam subito fallit hominem.¶Marmor.)Mare.¶Quando armatas deducere classes.)Id est quādo sit tempus ad agendum nauale prœliū. ¶Tempestiuam pinum.)Opportunā, nam tempore importuno cæsæ arbores cito termites faciunt, ita enim ligni vermes vocantur.¶Syluis.)In syluis.¶Euertere.)Excidere.¶Obitus.)Occasus. ¶Temporibusq; parem.)De rebus cōtrarijs fecit declamationē, dicendo parem ex diuersis. Re vera.n.nihil est tam contrarium inter se,q̄ æstas & hyems:& tamen de his annus efficitur.

PROBVS.

¶Hic f.s.e.a.Circum perq; d.in.m.fl.arctos a.o.m.æ.t.)Quidam draconem,cuius sydus inter duas vrsas,hoc est duos septentriones existimāt esse Echidnam, qui custodierit Hesperidum mala. Quidā consecratū a Minerua tradunt, quo sit educatus Erichthonius.Arctos aūt sunt duo septentriones, quos metuere ait ęquore tingi,quod nec occidant, nec oriantur. Autumant quidam ex Oceano oriri sydera:& in hoc eadem occidere, quia ibi visus noster deficiat,vbi defecerit orizon,fiat in alio sic.¶Aut redit Aurora d.q.r.nosq; v.p.eo.a.a.)Illic sera rubens.a.u.ait.u.aut æternā esse noctem in Austrina frigida regione, quia ibi deficiunt Solis radij,aut in antoecumene, cum occidat nobis, Sol incipere ortū aut cum oriatur,ibi occasum esse.

MANCINELLVS.

¶Maximus hic.)videlicet iuxta Polū arcticū.¶Anguis.)De dracone dicit,de quo late Igi.& nos ibi superius. Et lucidus anguis. ¶Per duas arctos.)Mac.li.ij.docet hoc loco per pro inter positū esse,neq; enim anguis syderius arctos secat, sed circū eas,& inter eas voluitur,non per eas.¶Metuentes ęquo.tin.)Scribit Iginius quod hoc signum,vt plures dixerunt,nō occidit, & qui volūt aliqua de causa esse institutū,negant Tethym Oceani vxorē id recipere,cū reliqua sydera eo perueniāt in occasum,quod Tethys Iunonis sit nutrix,cui Calisto succubuerit,vt pellex, quod etiam latius docet Ouid.lib.ij.Meta.Reuera tamen non occidit,qui cū super nos sit polus arcticus, semper a nobis videť.¶Æquore tin.) Poetice loquitur,dicunt enim occidētia sydera subire æquor, & hoc quia ita apparet,cum sit aliter, Illic sub polo antarctico, qui

Intēpesta nox. subest nobis.Intempesta nox: dicta est a tempestate, tempestas a tempore.

Conticinium. ¶Intempesta nox.)quo tēpore nil agitur,quod alij concubium appellarunt,q fere oēs tunc cubarent, alij ab eo quod sileretur silentium noctis.Plautus conticinium vocat,vt Var.scribit. Redit ad illos nobis inferiores Sole occidente nobis.

Aurora ¶Aurora.)Est matutinus splēdor ante solis ortum, ab eo, quod ab igne solis, vt auro aer aurescit, quod Varro docuit.¶Equis.)Solis,equi Phlegon,Pyrois, Eous,& Æthon: Solis equi lucis dicūtur quatuor horæ, Hæc rubet, hæc splendet:tamen hæc calet, illa tepebit: De his omnibus lati videto nostrum carmē de floribus.¶Illic sub pedibus nostris manētibus.

Planetarum color. ¶Rubēs v.) Pli.li.ij.ca.xviij.inquit,quod Saturno color est candidus, Ioui clarus,Marti igneus,Lucifero candens,Vesperi refulgens, Mercurio radians, &c. idem quoq; lib.ij.cap.viij.de Venere ait.Præueniens quippe, & ante matutinū exoriens Luciferi nomen accipit,vt Sol alter, contra ab occasu refulgēs nuncupatur Vesper,prorogans lucē vicemve Lunæ reddens. Hinc a Boreali polo, vbi sydera sunt plurima.¶Dubio cœlo.)Id est incerto aeri:momento.n.turbatur.

Messis. ¶Messisq; diem.)Varro li.j.ca.50.inquit,messis proprio nomine dicitur in his,quæ metuntur, maxime in frumento, cū vero est matura seges est metendū,fieri autē debet,decrescēte:potius q̄ crescēte Luna, vt idē edocet ca.xxvij. dicti lib.& Colu.lib.ij.ca.xxj.ait,sed cum matura fuerit seges,antequam torreatur vaporibus æstiui syderis, qui sunt vastissimi per ortum caniculæ celeriter demetatur, &c.plura etiam scri.Palladius de mense Iu.ca.ij.¶Marmor.)i.æquor,ipsum mare.n.marmor appellāt albas spumas,& marmoreas manus propter albedinem:vnde Ouid.li.ij.Meta.de Nai.ait, Nudaq; marmoreis percussit pectora palmis,& Gel.lib.ij.ca.xxvj.super illo Ennij versu:Verrunt extemplo placidæ marmore flauo,ait,quod non videbatur ei cœruleum mare,cum marmore flauo conuenire. Sed cum ita sit, vt flauus color viridi & albo mistus sit pulcherrime prorsus spumas virentis maris a flauo marmore appellauit, hæc ex illo. Quare certū est mare marmor dici propter albas spumas.¶Infidum.)Hic Seneca epi.iiij.inquit,noli huic tranquillitati confidere,momēto mare euertitur,eodem die vbi luserunt,nauigia sorbentur.¶Armatas classes.)Scribit Plinius lib.vij.quod classe princeps depugnauit Minos,pugnare autē ex equo Thessali qui Centauri appellati sunt inuenere.¶Tempestiuā pinū.)Cato cap.xvij. inquit,rebus materies vbi solstitium fuerit, ad brumam semper tempestiua est,quæ materies semen habet, cum maturum semen habet, tum tempestiua est, quæ materies semen non habet cum globet,tum tempestiua est:eo quia semen viride & maturum habet. Macrob.etiam lib.vj.sat.meminit.¶Temporibusq; parem.) Annus æqualiter in quatuor diuiditur partes seu tempora:sunt autē Ver,Æstas,Autumnus, Hyems,atq; Macrob.inquit lib.vij. Ver deus omnium fabricator calidum fecit, & humectum. Sicca est æstas,& calida:Autumnus siccus & frigidus: Hyems humida pariter,& frigida est. Varro autem li.j.ca.viij.scri.quod Ver dies habet nonaginta vnū,Æstas,nonaginta quinq;:Autumnus, nonaginta vnum:Hyems,nonaginta nouem. Quando autem hæc omnia initium habent,vide ibi, Vere nouo gelidus,&c.

ASCENSIVS.

¶Maximus hic flexu,&c.)Apud polum,inquit,arcticum est draco ille sinuosus,qui triū anguiū perhibetur maximus inter ipsas videlicet arctos.i.vrsas,sed apud polū antarcticū, aut sunt perpetuę tenebræ,aut potius vicissitudo lucis,vt Sol eo hinc abeat,& illinc huc redeat.Ex hoc aūt Solis per signa trāsitu licet inquit prædiscere tempora opportuna varijs negocijs peragēdis,vt nō sine ratione iussisse videať, nos ortus & occasus syderum debere inspicere,& varias anni, qui alteri anno simillimus est partes. Nisi omnia adamussim dicta comperissem prolixior fuissem:at nunc ne sus(vt aiunt)Mineruam,ordinē tantum posuero qui talis est. Maximus anguis.s.draco dictus, labitur hic.i.apud polum arcticum flexu sinuoso.i.annuloso circū, & per.i.inter duas arctos.i. vrsas,maiorem.s.& minorē, in morem.i.similitudinē aut modū fluminis, quod nimirum sinuosum ac toruosum est:vnde littora peculiari epitheto dicuntur curua & sinuosa.Arctos,inquam, (dicit Poeta)metuentes tingi.i.imbui & lauari æquore,i.plani-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cie & æqualitate Oceani.ſ.maris propter offenſam.ſ.Iunonem,vt Seruius dotet. Illic.i.apud polum antarcticon & Antipodas noſtros,aut nox intempeſta.i.tam caliginoſa, vt nulli rei faciundæ opportuna ſit, ſilet, ſemper tenebræ denſantur nocte obtenta.i. opacitate tenta & obſtructa,vt prohibẽt,ſup.quidam, quaſi dicat, id non omnino affirmo, aut Aurora.i.claritas matutinalis redit, ſupp.illuc a nobis, & reducit.ſ.ad nos quem auexerat illuc diem .i.lucem diurnam, & vbi.i.quando oriens.ſ.ſol primus.i.vt primum oriens Sol,afflauit equis anhelis.i.perfudit afflatu equorũ anhelãtium,qui quidem quatuor ſunt, Pyrois huius Pyroentis, id eſt ignitus:Eous ab Aurora dictus:Æthos quaſi vrens:& Phlegon ardens: de quibus Ouidi.Meta.ij.Interea volucres Pyrois, Eous,& Æthon Solis equi, quartusq; Phlegon hinnitibus auras Flammiferis implent,&c.veſper rubens oſtendit illic.i.apud antipodas ſera lumina,i.crepuſcula,& vltimam diei lucem. Nos poſſumus prædiſcere hinc.i.ex harum rerum cognitione tempeſtates.i.qualitates futuras temporum pluuias, & ſerenitatem cœlo.ſ.exiſtente dubio.i.incerto,& nondum indicante,quæ futura ſit tempeſtas, quia ſerenitatem ſæpe ſubita ſequitur tempeſtas (vnde Æneid.v.Heu nimium cœlo confiſe ſereno, &c.)& nos poſſumus prædiſcere hunc diem.i.tempus meſſis quæ prior eſt in intentione & tempus ſerẽdi,quod prius eſt in executione,niſi ad diuerſa retuleris,vt ſit, dies meſſis ex ſatione præterita & tempus ſationis futuræ. Et licet prædiſcere hinc quando conueniat, id eſt opportunum ſit impellere remis, id eſt diuerberare, marmor i.mare(vt & quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore &c.) infidum,id eſt nulli ſeruanti fidem,hoc eſt periculoſum,& quando conueniat,deducere.ſ.a littore in altum, vnde quia deducere ſæpe eſt deorſum ducere potius diducere legam, claſſes armatas .i.naues a ligno aut ſonitu dictas,aut ordines armatorum in naues

uibus exiſtentes, aut euertere.ſ.incidendo in ſyluis pinum tempeſtiuam,id eſt eo tempore cædendam, nec.i.& non, & nos ſperemus fruſtra,id eſt ſine vtilitate obitus,id eſt occaſus & ortus ſignorum & annum parem, id eſt vniformem, aut quantum ad formam totalem, aut alteri anno, quatuor diuerſis temporibus .i.ex quatuor diuerſis temporibus conſtantem, vere.ſ.æſtate,autumno,& hyeme. Sed ſi ver & autumnus in tempore cõeuniunt, differunt tamen, quia illud ornat arbores & arua floribus,frondibus, herbis,& ſegetibus,hic ſpoliat.

PIERIVS.

¶Denſantur nocte.)In Romano codic.in Medi.& aliquot aliis, Denſen tura denſeo ſes.ſ Prædiſcere.)In Romano codice, Prædicere, quod non probatur.ſ Meſſiſq; diem tempusq; ſerendi.) Quamuis Ser.diem meſſis agnoſcere videatur,& exemplaria pleraque vetera eodem exemplo,cum vulgatis legant, Meſſiſq; diẽ. Non tamen prætereundum fuit, quod in Mediceo codice ſcriptum legi,Menſiſq; dies: quippe bonos, aut malos:cuius rei cognitio inter Agriculturæ præcepta locum obtinet ſuum. Et Heſiodus partem eam tanti fecit, vt opus ἔργα καὶ ἡμέρας inſcripſerit,neque Virgilius eandem partem diſſimulauit, tametſi aliquanto breuius rem attigerit.Sanè vero in Daphnide codex idem Mediceus eo verſu.Ante focum,ſi frigus erit,ſi meſſis in vmbra.Mẽ is ſcriptum habuit,quod modo emendatum eſt,vbi dubio procul Meſſis eſſe debet.Quare errorem huiuſmodi ex antiquo ſcribendi modo crediderim emanaſſe, quod Sicilicon geminandæ conſonantis ſignum ſoliti eſſent veteres apponere,quæ nota fuerit ab imperitis loco,n,literæ deinde accepta, vt ita multa alibi. ſ Aut tempeſtiuam in ſyluis euertere pinum.)In Mediceo codice & aliquot aliis antiquis abſq; præpoſitione,in,legere eſt Tempeſtiuam ſyluis,quod Virgilianæ phraſi propius eſt.

SERVIVS.

¶Agricolam continet.) Vt non poſſit propter frigus & imbrem, agriculturam exercere.ſ Continet)autem,Detinet, & impedit.ſ Multa forẽt quæ mox cœlo properãda ſereno, Maturare datur.durum procudit arator Vomeris obtuſi dentem:cauat arbore lintres: Aut pecori ſignum,aut numeros impreſſit aceruis. Exacuunt alij vallos,furcasq; bicornes: Atq; amerina parant lentæ retinacula viti. Nunc facilis rubea texatur fiſcina virga: Nunc torrete igni fruges:nunc frangite ſaxo. Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus, Fas & iura ſinunt.riuos deducere nulla Religio vetuit,ſegeti prætendere ſæpem: Inſidias auibus moliri.incendere vepres: Balantumq; gregem fluuio merſare ſalubri. Sæpe oleo tardi coſtas agitator aſelli Vilibus aut onerat pomis:lapidemq; reuertens Incuſum,aut atræ maſſam picis vrbe reportat.

Frigidus agricolam ſi quando continet imber:
Multa,forent quæ mox cœlo properanda ſereno,
Maturare datur.durum procudit arator
Vomeris obtuſi dentem:cauat arbore lintres:
Aut pecori ſignum,aut numeros impreſſit aceruis.
Exacuunt alij vallos,furcasq; bicornes:
Atq; amerina parant lentæ retinacula viti.
Nunc facilis rubea texatur fiſcina virga:
Nunc torrete igni fruges:nunc frangite ſaxo.
Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus,
Fas & iura ſinunt.riuos deducere nulla
Religio vetuit,ſegeti prætendere ſæpem:
Inſidias auibus moliri.incendere vepres:
Balantumq; gregem fluuio merſare ſalubri.
Sæpe oleo tardi coſtas agitator aſelli
Vilibus aut onerat pomis:lapidemq; reuertens
Incuſum,aut atræ maſſam picis vrbe reportat.

maturare datur, & diligẽter facere:quæ ſi velis cœlo ſereno properanter facere, non diligenter poteris facere, dum feſtinas:& tardius ad laborem redibis. Oportet ergo vt dum domi reſides, ea quæ tibi præparare potes, & neceſſaria vides, parare ſtudeas: vt cum fuerit ſerenitas data, ſtatim ad laborem prodeas.ſ Procudit.)Cudendo extenuat.ſ Vomeris obtuſi dentẽ.)Antiqui tamen n addebant, quod nos propter euphoniam in aliquibus detraximus,vt obtuſus:in aliquibus remanſit,vt tunſus. Obtuſi autem, reuerberati, & acumine carentis.ſ Dentem.)Acumen.ſ Arbore.)De arbore.ſ Lintres.)Fluuiales nauiculas.ſ Aut pecori ſignum, aut numeros impreſſit aceruis.)Id eſt facit aut characteres,quibus pecora ſignantur:aut teſſeras,quibus frumentorum numerus deſignatur:nã numeros pro literis poſuit, quibus numeri continentur.ſ Amerina retinacula.)Virgas de quibus vites religantur,quæ virgæ abundãt circa Ameriam oppidum Italiæ, cuius crebram in Roſciana facit Cicero mentionem.ſ Lentæ.)Flexibili. Hic computat ea quæ quilibet domi poteſt facere, dum ab agricultura pluuijs impeditur, aut nimium frigus terram conſtringit, cuncta enim vtilia ſunt humano vſui quæ hic dicit, & quouis tempore poſſunt fieri.ſ Exacuunt.)Repurgant, & reformant in altitudinem priſtinam.ſ Vallos.)Foſſas, & muros de terra factos & glebis, qui fiunt in circuitu cohortium & vinearũ: aut quibus aquæ ducãtur de locis aquoſis.ſ Bicornes.)Duorum cornuum.ſ Facilis ſiſcina,)Leuis ad faciendũ.ſ Rubea virga.) Quæ abũdat circa Rubos Italiæ oppidum.Horatius, inde Rubos feſſi peruenimus. Id eſtea virgã quę apud Rubos plurima naſcit.ſ Nunc torrete igni fruges.)Siccate.ſ Frangite ſaxo.) Hyſteron proteron:tanquam dicat.ſ Torrete.)Igni coquite panes & poſtea inferat frãgite ſaxo.cum prius ſit frumentum molere, & deinde factos panes coquere. Sed recte & ordinate dixit.ſ Nam torrete fruges.) non de coquendis panibus, ſed de ſiccandis frugibus dixit: quod ſit primum, & poſtea ſiccatæ fruges moluntur.Et præcipit parandum eſſe panem, quo vtendum ſit ſereno cœlo, ne ea res tunc ſit impedimento. ſ Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus.)Non mirum eſt rusticum aliqua facere debere per pluuias, cum ſint quædã quæ facere poſſit etiam feſtis diebus.ſ Fas & iura ſinunt.)Diuina humanaq; iura permittunt.Nam fas ad religionem, iura pertinent ad homines.ſ Riuos deducere nulla Religio vetuit: ſegeti prætendere ſepem, Inſidias auibus moliri incendere vepres: Deducere.)Id eſt ſiccare.Nam irrigare inducere eſt:vt, Deinde ſatis fluuium inducit. Sanè ſciendum ſecundum Varronem contra religionem eſſe, vel ſi irrigentur agri, vel lauentur animalia feſtis diebus. Nymphæ enim ſine piaculo non poſſunt moueri. Sed ſcimus neceſſitati religionem cedere: Vnde perite Virgilius ait, ſ Balantumq; gregem fluuio merſare ſalubri.)Id eſt ſalutifero. Nam dicturus eſt in tertio ſcabie tentari animalia, niſi lauentur. De irrigatione vero nihil ad hunc pertinet locũ, quia.ſ Deducere)vt diximus, ſignificat ſiccare.ſ Vetuit.)Prohibuit.)Prætendere ſæpem.)Circundare, & opponere.Et ſubaudi nulla religio vetuit.ſ Inſidias auibus moliri.)Id eſt aucupia facere.ſ Incendere vepres.)Hoc etiã ſicut & priora,licet feſtis diebus agere.ſ Balantumq; gregẽ.)Id eſt ouium.ſ Merſare.)Frequẽter mergere,propter

pter ſcabiem.ſ Coſtas aſelli.)Aut re vera coſtas, aut clitellas, vt Horatius, Hinc muli Capuæ Clitellas tempore ponunt.ſ Agitator.)Verberator, Dictus ab agendo.ſ Vilibus pomis.)Abundantibus, quia vulgo naſcuntur, vt Vilemq; faſelum.ſ Lapidem ineuſum.)Manualem molam cudendo aſperatam.ſ Maſſam picis vrbe reportat.)Aut qui oleum vel poma portauerat ad vrbem: aut certe ideo.ſ Reportat.)quia pix in agris naſcitur, & in vrbe diſtracta,in agrum a pleriſq; reportatur.

MANCINELLVS.

¶Frigidus agricolam.)Docebit iam agenda agricolis imbri cadente. Cato etiam ca.xxxix.ait, vbi tempeſtates malæ erunt cum opus fieri nõ poterit,ſtercus de ſterquilinio egerito, bubile,ouile,cortem, & villam bene purgato,&c.ſ Mox.)Id eſt ſtatim vel deinde: nã & poſt legitur in antiquis. Maturare.)Id ſignificat cum modo ſtudium adhibere feſtinum,authore Nonio, & Gel.libro. ix.ca.xj.ait,q; Publius Nigidius, Maturare inquit eſt,quod neq; citius eſt,neque ſerius,ſed medium quiddam,& temperatum eſt. Ac iam quod non ſegnius, ſed quod feſtinantius fit, id fieri mature dicitur, hæc & plura Gel.& Macrob.lib.vj.ſ Procudit.)Cudendo extenuat.ſ Obtuſis.)ſeu hebetis.ſ Lintres.)Linter genus eſt dolij ruſticani,vt oſtendit Cato priſcus, ſed hic pro naui accipi poteſt,de qua Feſtus ait.Nauia lignum cauatum,vt nauis,quo in vindemijs vti ſolent. Marcellus vero ait, lintres naues fluuiales. Virgi.lib.j.Georgi.Cauat arbore lintres.De nauia magis placet,vel de dolio ruſticano,vt patuit.ſ Aut pecori ſignum.)Colu. lib.xij.ca.j.loquens de Ianuario circa finem ipſius ait, His etiam diebus maturi agni, & reliqui fœtus pecudum nec minus maiora quadrupedia charactere lignari debent. Idem quoq; loquens de fine Aprilis ait, Eodem tempore fœtus fœcundi pecoris ſigna ri oportet.ſ Numeros impreſſit acer.)Numerus eſt multitudo ex vnitatibus conſtituta:ſolent autem agricolæ modiorum numeros aceruis ipſis frumentorum imprimere, id eſt deſignare, vel manu, vel ſaculo aliquo illos imprimendo.ſ Vallos.)Palos. ſ Amerina retinacula.)Ameria.vt Strab.ait lib.v.vrbs eſt in vmbria,retinacula autem intellige ſalices.Colu.enim lib.v.de ſalice to ſic ait.Amerina ſalix gracilem virgam & rutilam gerit.Memi nit item Plin.lib.xvj.cap.lij.ſ Rubea vir.)Acro.Hor.lib.j.ſermonum: inde Rubos feſſi peruenimus, docet Rubos eſſe Italiæ vrbem afferens quoq; hunc Virgi.locum. Ego tamen de virgulto ſanguineo intelligo, poteſt etiam de rubo ipſo intelligi.ſ Fiſcina.)a ferendo dicta, ea enim comportantur fructus ac res neceſſariæ Varro teſtis.ſ Nunc frangi.)Prouerbium dum pluit, mo lendum eſſe.ſ Etiam feſtis.)Colu.lib.ij.cap.vlti.ait quod pontifices negant ſegetẽ ferijs ſepiri debere.Vetant quoq; lanarum cau ſa lauari,oues, niſi propter medicinam, Virgi.quod liceat ferijs flumine abluere gregem præcepit, & iccirco adnexit fluuio merſare ſalubri.Sunt enim vitia quorum cauſa pecus vtile ſit lauare. Ferijs autem ritus maiorum etiam illa permittit. Far pinſere, fauces incidere, candelas ſeruare, vineam conductam colere, piſcinas,lacus, foſſas veteres tergere & purgare, ſtercora æquare,caſeum facere, &c.ſ Fas & iura.)Fas a fando dicitur, authore Feſto, fas ad religionem, iura pertinent ad homines, fas igitur, & iura ſinunt.i.diuina, humanaq; iura permittunt, nam fas lex diuina eſt, ius lex humana.ſ Riuos deducere.)i.attenuare, vel detergere, teſte Macro.lib.ſat.iij.Nam feſtis diebus, riuos veteres ſordidatos detergere licet, nouos fodere non licet.Et Pli.xviij.inquit humiliorem agrum foſſione cõcidi atq; ſiccari vtiliſſimum eſt, foſſas autẽ retuſis locis apertas relinquit.ſ Religio.)eſt deorum cultura,vt Nonius inquit, religio item metus vel ſolicitudo:legi to autem plura in Gel.lib.iiij.cap.ix.& in Macro.lib.iij.ſ Sepem.) De ſeptis& ſepibus multa Varro.lib.j.cap.xiij.&.xv.ſ Inſidias,) Inſidere eſt doloſe aliquem expectare, vnde & inſidiæ nominatæ ſunt.Virgil.li.xj.Et ſyluis inſedit iniquis.ſ Vepres.)Spinas.ſ Fluuio merſare ſalubri.)Id iam patuit per Columellam. Sed Macro. etiam lib.iij.id quoq; declarat,dicens,cauetur.n.iure pontificio, vt quoniã oues duabus ex cauſis ſolent lauari,aut vt curetur ſcabies,aut purgetur lana. Feſtis diebus purgandæ lanę gratia oues lauari non licebat: liceat autem ſi curatione ſcabies abluenda ſit, ideo hoc inter cõceſſa numerauit. Balantumq; gregem, &c.ſ Coſtas.)Dorſum.ſ Agitator.)Ductor, agaſo aliter.ſ Incuſum.)cude re a cudendo dictum,vt ait Feſtus,inde ſit incudo incudi, vel incuſi incuſum per ſimplex.ſ.quod latius in Spica oſtẽdi.ſ Maſſam picis.)Colu.li.xiij.ſcribit picem ruſticos operari,& in vaſis, & in vinis condiendis,ſed plura Plin.lib.xiiij.cap.xxiij.

ASCENSIVS.

¶Frigidus agricolam, &c.)Docet quid agẽdum agricolis domi interea dum per cœli ſeuitiam in agro laborare non permittuntur, dicens ſolertem agricolam pluuia impediẽte agro ſecluſum poſſe domi multa mature.i.neq; ſerius neq; citius quam decet, ſed cum quodã temperamẽto agere,quæ forent paulo poſt properanda in ipſa ſerenitate.Nam & ferrum vomeris obtuſum frequenti, aut longo vſu acuere poteſt, aut lintres cauare in vſum porcorum,aut pecus ſignare & aceruos,aut vallos,& furcas acuere,aut ſiſcellam texere ac corbes, aut fruges deſiccare & molere. ¶Ordo eſt.Si imber frigidus,quia frigere, hoc eſt ceſſare ab opere faciens,aut quia cũ frigore cadens, aut quia nociuus:aut propter hæc omnia,continet, ſcilicet domi & intra tectum:agricolã, id eſt colonum:datur,id eſt conceditur, ſupp.ei maturare, id eſt mature & ſine feſtina agitatione facere multa quæ forent, id eſt eſſent properãda.i.feſtinanter trãſigenda,mox, id eſt paulo poſt cœlo,ſupp.exiſtẽte ſereno:quia arator, id eſt is cui arandum paulo poſt eſt:procudit,id eſt prius cudit & acuit, dentem durum,id eſt partem anteriorem quæ mordet,vt dens,cui infigitur vomeris obtuſi,ſcilicet ex opera longa:&,ſupp.alius,cauat,id eſt cauando facit lintres,id eſt elcaria ſuum, aut naues vindemiatorũ arbore.i.ex arbore, vt piro, aut alno: aut impreſſit pecori, ſcilicet ouium ſignum, id eſt characterem & notam, aut aceruis numerum,ſcilicet quibus ſtudium eſt vindemiarum,exacuunt vallos, id eſt palos: hoc eſt ſtipites ad quos vites alligantur, aut furcas bicornes,id eſt bina cornua habentes,ad ſuſtinendas perticas, atq; parrina,id eſt ligaturas ſalignas, quales ſunt iuxta Ameriam vrbem Vmbrorum plurimæ. ijs autem alligantur vites ad palos aut ornos. Nunc,id eſt aliquando ſiſcina, id eſt vas vimineum quo res feruntur,cuius diminutiuum eſt ſiſcella,texatur,ſcilicet ab ruſticis(quod verbum malim frequentatiuum cenſere & indicatiũ, quàm primitiuum & imperatiuum aut optatiũ, ne modũ mutet,cum dicit,parant & texatur)texatur,inquam,virga rubea aut rubri coloris,aut qualis frequens eſt apud Rubos vrbem Italiæ, in Campania videlicet,quod libentius dixero cum Acrone,quia Amerina retinacula dixerat, vt vtrunq; epitheton patrium ſit:& o agricolæ,torrete.i.deſiccate,nunc, id eſt aliquãdo fruges igni: & frangite nũc,id eſt aliquãdo ſaxo, id eſt molite:licet enim:quippe,id eſt quia certe, fas.i.permiſſio diuina,& iura, ſcilicet humana,ſinunt,id eſt permittunt, exercere quædã etiam feſtis diebus. Nam nulla religio vetuit.i.prohibuit deducere, id eſt detergere potius q̃ ducere in agros aut prata:riuos,ſcilicet amniũ aut fontium,& prætendere.i.ad munimentum contra beſtias tendere,ſepem:& moliri auibus inſidias,& incendere vepres, & merſare, id eſt frequenter immergere fluuio ſalubri.i.ſalutem & incolumitatem afferenti:gregẽ balantum, ſcilicet ouium:& agitator.i.impulſor tardi aſelli,onerat ſæpe coſtas tardi aſelli oleo, quod ſcilicet venum fert,aut pomis vilibus.i.paruo conſtantibus. Et ideo non eſt cõmodum ea profeſtis inuehere:dum alijs operam naue re poſſet,& ipſe reuertens,ſcilicet ex vrbe:reportat lapidem incuſum.i.cudendo inciſum,quo vtuntur in molendis frugibus:aut portat maſſam atræ picis.i.ad picãda vaſa,& ad alios vſus:de quibus Beroaldus Seruium notãs, ita dicit: Poeta ſignificare volens vſum picis agricolis eſſe neceſſarium, dixit picem eos ſolitos in vrbe mercari & ex vrbe in agrum reportare aſello dorſuario:nõ autem vt exponit Ser.agricolas picem in vrbem deferre venalẽ, & reportare non venditam.Nam ſi aduertiſſet diligẽtius Seruius conſuetudinem priſcorum agricolarum,qui pice ad res q̃pluribus vtebantur, diciſſet profecto ſecus, ſententiamq; mutaſſet. Nanq; priſci vtebantur in villa pice potiſſimum ad vina cõdienda, vt author eſt Plinius ſcribens in.xiiij.pice, ac reſina condire muſta vulgare eſt,& ab eodẽ,ratio traditur cõdiendi muſta aſper ſa picis,vt odor vino contingat,& ſaporis acumina.Columella & Palladius picem ad vaſa picanda,& quãplurimis in rebus vtiliſſimam eſſe tradiderunt. Porcius Cato admonet agricolas, vt vaſa habeant bene picata,vnde impicare, & oppicare, quod ſignificat quenter vtuntur, hæc & id genus alia in expoſitione Maroniani verſus ab erudito interprete fuerant referenda, cum illa Seruij enarratio,nec poeta nec cõmentatore digna ſit. Hæc ille. Beroal.

PIERIVS.

¶Exacuunt alij vallos.)Foſſas & muros de terra factos exponit Seruius:atqui neq; hæc acuuntur, neq; per imbres fieri poſſunt, tu palos ſiue ſudes,quorum plurimũ in agris vſus,præparari in mero melius,quod in reliquis cõdicibus habetur.

Ipsa dies alios alio dedit ordine luna
Felices operum: quintam fuge. pallidus Orcus,
Eumenidesq; satæ. tum partu terra nefando
Coeumq;, Iapetumq; creat, sæuumq; Typhoea:
Et coniuratos cœlum rescindere fratres.
Ter sunt conati imponere Pelio Ossam,
Scilicet atq; Ossæ frondosum inuoluere Olympum:
Ter pater extructos disiecit fulmine montes.
Septima post decimam felix, & ponere vites:
Et prensos domitare boues: & lycia telæ
Addere. nona fugæ melior: contraria furtis.

SERVIVS.

¶Ipsa dies alios.) Plenissime de lunæ diebus oibus expressit Hesiodus, ἤματα δ' ἐκ διόθεν πεφυλαγμένος εὖ κατὰ μοῖραν, πεφραδέμεν δμώεσσι, τριηκάδα μηνὸς ἀρίστην ἔργα τ' ἐποπτεύειν, ἠδ' ἁρμαλιὴν δατέασθαι. quā rem iste prælibat breuiter. ¶ Alio ordine.) Hoc est, nō omnes dies facit æquales: sed diuersi ordinis & modi, cū ipsa sit vna & eadem. ¶ Felices operum.) Quibus feliciter possunt opera exerceri, vel ad opera sumenda: vel certe. ¶ Felices.) Aptos felicibus operibus. ¶ Quintam fuge.) Vt quinta luna nullius operis initium sumas. Dicitur autē hic numerus Mineruæ esse cōsecratus, quā sterilem esse constat. Vnde etiam omnia sterilia quinta luna nasci dicuntur: vt Orcus, Furiæ, Gigantes. ¶ Pallidus.) Quia pallidos facit. ¶ Orcus.) Pluton, deus inferni. ¶ Eumenides.) Vt sæpe diximus, κατὰ εὐφημισμόν, Eumenides vocantur. ¶ Nefando.) Sacrilego. ¶ Cœum.) Nomina sunt Gigantum: per Cœum autem & Iapetum & Typhoeum, omnes gigātes intelliguntur: quos quinta luna dicit esse natos. ¶ Et coniuratos cœlum rescindere fratres.) Othum & Ephialtem dicit, qui fuerunt filij Neptumni, & nouem digitis singulis crescebant mensibus, qua freti altitudine cœlum voluerunt euertere: sed confixi sunt sagittis Apollinis & Dianæ. ¶ Pellio Ossam.) Monti Thessaliæ. Pelio, o longa est, sed fit breuis sequente vocali. vt, sub Ilio alto. ¶ Ossam.) Alium montē Thraciæ. ¶ Olympum.) Tertium montem Macedoniæ: & tertium quasi maiorem inuoluere ait. ¶ Pater.) Iuppiter. ¶ Disiecit.) Deiecit. ¶ septima post decimam felix.) Aut septimam decimam dicit, aut hoc dicit, Felix quidem est septima, sed felicior decima: vt primū locum decimæ tribuat, quæ sit valde felix, secundum septimæ, quæ post decimæ felicitatem sit secunda: vt ea nulla sit felicior, excepta decima. Aut certe sicut quidam volunt, quartamdecimam dicit, vt felix sit septima duplicata, id est cuius numerus post decimā inuenitur: quo die re vera melius vites ponimus. ¶ Domitare boues) Instruere, quo modo possint ferre laborem arandi: & sciant ad iugum pariter incedere. ¶ Nona fugæ melior, contraria furtis.) Non vt quibusdam imperitis videtur, Virgilius aut fugam seruis suadet, aut eis indicat dies quibus se a rapinis abstineant. Nam & fugam de profectione & cursu legimus: vt, Simul arua fuga, simul æquora verrunt. vnde velocem equum fugacem dicimus: & fuga potest etiā honesta esse, vt siquis hostem, siquis imminentem tyrannum, siquis sæuum iudicem fugiat. Cōtraria autem furtis illuc spectat, vt domino sit spes inueniendi quod amiserit, & seruus rapere aliquid aufugiens formidet.

PROBVS.

¶Pelion & Ossam.) Montes Thessaliæ.

MANCINELLVS.

¶Luna.) Plin. lib. xviij. cap. xlvij. ait, q Virgilius etiam in numeros lunæ quædam dirigenda putauit, Democriti secutus ostentationē. Multa etiam Varro de lunaribus diebus lib. j. ca. xxxvij. ¶ Quintā fuge.) Veteri superstitione creditū est, quicquid quinta luna nasceretur, sterile atq; damnosum fore, infantemq; tunc natum iuuenem moriturū. Hesiodus quoq; de diebus sic ait, Sit tibi præterea series seruanda dierum, Ab Ioue natæ omnes sunt ab Ioue tempora nata, Vltima mensis erit, nullo exercenda labore. Hac genio vtendum, illa oēs festa per vrbes, Ducitur illa forū, claudit neq; iure resoluit. Prima dies sacra est, & quarta, & septima prima, Natus Apollo die radiātia lumina fudit: Luce domum quarta felix ducenda sit vxor, Omine captato sunt omnia prospera rebus: Et licet incuruam trabibus componere nauim: Et quintas fuge, nāq; illarum pallidus Orcus, Tum diræ Eumenidum facies toto orbe vagantes, Castigāt siqua in terris periuria falsum Affirmant, quæ lis alterna agitata creauit. Sexta dies tristē ostendit mulieribus ortum, Læta viris, multiq; etiam nascuntur in illa: Quis mala mens, fallax animus, fallacia verba. Et qui concubia exercent arcana per artē. Hac ouibus fœtus licitum castrare, vel hœdos, Et licet infixa pecudes circundare mādra. Scindimus octaua forti genitalia tauro, Castramusq; sues, felix est ponere plantas: Nona viros gigni, vel amica sorte puellas: Luce viris decima, faustos quoq; credimus ortus, Vnaq; post decimam felix incidere vites, Et tempestiui segeti supponere falcē. Hoc curat bissexta etiam felicior illa: Stamina & ex alto tenuissima torquet Arachne, Ingentem accumulant formicæ farris aceruum: Et iuuat arguta percutere pectine telas. Tunc quoq; syluestres licitum castrare iuuēcos: Tertia post decimā plantaribus optima surgit: Spargere semen humi, pallet, cōtraria semper. Quartaq; post decimā, mulierum prospera natu, Sextaq; post decimam plantaribus inuida surgit: Septima post decimam Cereris terat hordea sacræ, Ingentéq; licet ferro discindere syluam, Ac varias aptare trabes, quibus ardua tecta Moliri, aut structam possis agitare carinam. ¶ Orcus.) Id est Pluto. Ait enim Cice. in Verri. vt alter Orcus venisse Ætnā, & non Proserpinam, sed ipsam Cererem rapuisse videatur. Sunt qui velint Orcum dictum ex eo, quod dij iurabant per stygem. Est enim orcos iusiurandum: & orcoo ad iusiurandum voco. Est Orcus etiam apud Home. li. ij. Iliad. Thessaliæ fluuius, qui Peneū olei instar supernatat, sed breui spatio portarum abdicat pœnas les aquas, dirisq; genitas argēteis suis misceri recusat, author Pli. lib. iiij. cap. ix. Eumenides dicuntur per antiphrasim Alecto, Tysiphone, Megera, ab eu & mane, quod vtrunq; bonum significat, cum ipsæ omni bono careant: sunt qui mltes interpretentur. Earum nomina in carmine de floribus sum interpretatus. fuere autem Noctis filiæ, secundū Maronem. ¶ Tum partu.) Titanus Cœli filius vxorē habuit Terram, ex qua plures suscepit filios, cum quibus aduersus Iouem, deosq; reliquos bellū habuit, eisq; cœlum conantes eripere montes montibus superimposuerunt, demum a dijs cæsi, & fulmine interempti sunt. Ex eorum postea sanguine & terra nati sunt gigantes, qui etiam bellum mouere Ioui, vt patres fecerant, atque eos adeo terruere, vt in Ægyptum vsq; formis mutatis fugarent, habuereq; pedes anguineos. Sed de gigantum historia Macrob. libro primo Saturna. legito. Et Strabo libro quinto de campo Phlegræo meminit. ¶ Cœum.) Is Titanis Terræq; filius, Latonæ pater extitit, vt asserit Oui. lib. vj. ¶ Iapetum.) In antiquis textibus Iapetum & Iapitum legi. ¶ Typhoea.) Typhon, vel Typhoeus trium syllabarum, cum, eu, diphthongo in fine, & nō cum oe, diuisa, vel coniuncta; Gigas fuit, de quo Seneca in Octauia, non tam ferum Typhona, neglecto Ioue, irata Tellus edidit quondam parens, hunc dicit Lact. Iouem prouocasse de regno, hinc ab irato Ioue fulminatum, & teste Ouid. lib. v. Meta. Siciliæ suppositus est. Typhos autē superbia dicitur, Typho incendo: Typhoomæ inaniter iacto superbia. ¶ Fratres.) Oethum & Ephialtē intelligit, qui fuere Neptūni filij ex Iamphidemia vxore Aloei filij Titanis & Terræ. Hinc Aloeidæ dicti. Virgilius libro sexto Æneid. Hinc & Aloeidas geminos immania vidi Corpora, qui manibus magnum rescindere cœlum Aggressi, superisq; Iouē detrudere regnis. Hi, vt aiunt, nouē digitis, mense quoq; excrescebant. Dicit autem Homerus, ijs ideo tam magnum incrementū fuisse, eo q a terra nutrirentur, eosq; nō amplius nouem annis vixisse, & eorum designans magnitudinem dicit, nouem brachiorum amplitudinem habuisse, longitudinē vero nouē passuum, vt aiunt. ¶ Pelio.) Pelion, Ossa, & Olympus, Thessaliç montes sunt, vt Solinus etiam edocet. ¶ Conati.) In hoc versu bis non fit synalœpha.

ASCENSIVS.

¶Ipsa dies &c.) Ex superstitione veterum, quam Hesiodus exactius descripsit, docet quosdam dies ex respectu lunæ, & potissimum dum luna est quinta, alios felices, sed infelicitatem poeticis figmētis probat, vt poeticum & fictitium innuat. ¶ Ordo est. Ipsa luna quæ. s. dominatur multis terrenis, dedit alios dies felices operum. i. in operib. perficiendis: alio. i. diuerso ordine, hoc est secundum diuersum ordinem, & numerum facit diuersitatē felicitatis ac infelicitatis. Fuge igitur quintam, sup. lunam, quia sup. Orcus. i. inferus ab vrgendo dictus, quasi vrgens: pallidus, quia vmbrarum dominus, & Eumenides, id est furiæ internales. satæ, supp. sunt: tum. i. tunc. s. luna quinta, & terra creat. i. procreauit (nisi hoc dicit, quia eadem est malignitas qua olim crearat, vt quinta luna quasi semper procreare videatur) creat, inquā, partu nefando. i. detestando, Cœum, Iapetum, & Typhoea, seuum. i. immitem & impium, hoc est gigantes illos, & fratres. s. Oethum & Ephialtem coniuratos. i. qui cōiurauerant rescindere. i. resecare, & scindendo disrumpere cœlum (& quidem tempore giganteo, vide cōmentarios. Subaudi qui, nam Virgi. sæpe relatiuum subticet, vt primo Æneid. dicit enim ter, Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni, subaudi quā, Est in secessu lōgo locus, insula portum Efficit obiectu laterum. Est locus, Hesperiā Graij cognomine dicunt, subaudi quem vel quam.) Qui. s. fratres gigantes sunt conati ter imponere Pelio, id est illi monti Thessaliç Ossam. i. aliū montem non longe distantem, atq; inuoluere. i. voluendo super ingerere Ossæ. s. Pelio iam impositæ, Olympum. i. montem illum in confinibus Thessaliæ, frondosum, quia arboribus consitum: sed pater. s. Iuppiter, disiecit, id est prostrauit fulmine ter. s. toties quoties construxerant, montes extructos, id est extra alios in altum accumulatos vt cœlum pertingerent, innuit ergo monstra immania quinta luna nasci. Septima, sup. luna felix est post decimam. i. proxime ad decimam quæ felicior adhuc est, aut septima post decimam. i. decima septima est felix. i. opportuna, &. i. simul ponere. i. ad ponēdas vites, & domitare boues prensos. i. captos, pro eo quod est prehēsos & addere telæ licia noua. s. luna est melior. i. opportunior fugę. s. faciendę, & est cōtraria furtis, quia facit cum furto deprehendi, quæ superstitiosa sunt, sed poetarū est etiam rusticis credita interdum inserere: vt, Quid tantum Oceano properent se tingere soles Hyberni, &c.

PIERIVS.

¶Pallidus orcus.) Scribendum orchus, ex aliquot antiq. codicibus, & ex Valerij Probi pcepto. Qui tria nomina latina post c aspirationē recipere tradit. Lurcho, pulcher, & orchus, & ita antiquiores scripsisse testatur. ¶ Extructos disiecit ful. montes.) In Roma. codice legere est, Deiecit: extructi enim erāt montes, ita inferius, aut alta Ceraunia telo Deicit. Maiorem tamē vim, & validiorem impetum ostēdit verbū disiecit, vt excussos eos alio alium dicat. ¶ Septima post decimā felix.) In ant. codi. legere est, Septuma post decumam huiusmodi pleraq;. Sed nō ab re fuerit locum hic apertius explicare, vt finis iam statuatur eorū solicitudini qui tam anxie quærunt, vtrum Virg. eam intellexerit lunam, quæ iam in decrementum abit, an quid aliud sibi voluerit. Sanè vero septimā separatim a decima intelligere monemur Hesiodi carmine, quē Virgil. imitatur. Ait enim ille καὶ ἑβδόμον ἱερὸν ἦμαρ. Quartamdecimam vero idem domandis bubus & curandis canibus & multis aptam dicit. ¶ Felix & ponere vites.) In Longobardi. feratius vtuntur. Græcanica figura, qua sæpe Virgilius & Horatius vtuntur. Sed prior lectio magis placet, quia omnino versum, est, subintelligitur, & ea lectio in Longobardico aliena manu contaminata est.

Multa adeo melius gelida se nocte dedere:
Aut cum sole nouo terras irrorat eous.
Nocte leues stipulæ melius, nocte arida prata
Tondentur: noctis lentus non deficit humor,
Et quidam seros hyberni ad luminis ignes
Peruigilat. ferroq; faces inspicat acuto.
Interea longum cantu solata laborem
Arguto coniux pecurrit pectine telas:
Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem:
Et folijs vndam tepidi despumat aheni.

SERVIVS.

¶Adeo.) Valde. Terentius, Adolescētem adeo nobilem. ¶ Melius se nocte dedere.) per noctem melius nostro obsequuntur labori. Nocte autē non est aduerbiū, sed nomen ablatiuiq; casus, adeo vt ei Horatius iunxerit præpositionem: vt, Vt iugulent homines surgunt de nocte latrones, nam aduerbium Noctu facit, sicut Diu. Sallustius, Diu noctuq; laborare, festinare. ¶ Sole nouo.) Oriente die, & adhuc recenti, necdum senescenti. ¶ Irrorat.) Illustrat. Aut simpliciter irrorat, matutino enim tempore ros cadit. Et dicit hoc loco, & die & noctu insistendum labori. ¶ Eous.) Id est Lucifer: de quo etiam Cinna in Smyrna sic ait, Te matutinus flentē cōspexit Eous, Et flentem paulo vidit post Hesperus idem. ¶ Arida prata.) Iam matura. ¶ Tondentur.) Secantur. ¶ Nocteis.) Accusatiuus pluralis. ¶ Non deficit.) Nō deserit. Vnde & qui deserūt exercitum ad hostes transeuntes, desertores vocātur. ¶ Seros ignes.) Nocturnos. ¶ Faces inspicat.) Incidit ad spici & aristarum

Universidad de Deusto Biblioteca

aristarum imaginē. ¶Arguto.)Sonoro, stridulo. ¶Aut dulcis musti.)Vulcano decoquit humorem. Hypermetrus versus est: vnde & sequens a vocali inchoat. Bene autem ait. ¶Decoquit humorem.)Id est rem superfluam, sicut supra posuit, Luxuriem segetum tenera depascit in herba. ¶Aheni.)Vasis in quo coquitur vinum. Et. ¶Tepidum.)dicitur: quia quod bullit, quasi tremere videtur. ¶Aheni.)Ex ære facti.

MANCINELLVS.

Eous. Heoos.

¶Multa adeo docebat,)Docebit iam quæ nocturno tempore quæq; diurno melius fiant. Adeo.i.certe, vel adeo melius.i.longe melius. ¶Eous.)Heoos Lucifer matutinus orientalis Eous dicitur: Heoos vero aurora oriens. ¶Sole no.)Secundum illos loquitur qui dicebāt solem die quoq; nouum fieri. ¶Irrorat.)Hoc ideo dicit, quia circa Auroram solet plus roris descēdere solis videlicet vicinitate, quo quidem gelu soluitur. Hinc Ptolemęus in lib.iij.partium ait, Stellæ vero matutinales, ex quo apparent de sub radijs solis vsq; ad stationem primā plus desiccāt, a quā vsq; ad suam occultationem magis infrigidant. ¶Tondentur.)i.secatur. ¶Noctis lentus nō deficit humor.)Causa est luna, cuius maior vis est humectare, vt Ptole.inquit in lib, quatuor tractatuū.

Vulcanˀ

¶Decoquit humorem.)Versus est hypermeter. ¶Vulcano.)Igni: Vulcanus enim vt Diodo.scrib.fuit ignis inuentor apud Ægyptios, vbi primus regnauit. ¶Aheni.)Vasis ærei. interponitur autem h, inter primas vocales, de quo lege Gel.ij.&.iij.

ASCENSIVS.

¶Multa adeo.)Docuit quota quæq; luna peragi volunt: at nūc docet etiam noctu quædam peragenda, vt sunt collectio stipularum & sectio fœni in loco arido, despumatio vini dum coquitur. atq; id genus alia, post quæ ostensurus est quæ sub calore, & quæ sub frigore peragenda sunt, quæ vero noctu fieri vult humorem amant. ¶Ordo est. Adeo.i.valde multa dederunt.i.exhibuerunt se operanti.s.melius, nocte gelida.i.subfrigida & humida, sup.q̄ sub æstu diurno, aut quæ dederunt se melius, cum.i. quando Eous, id est Lucifer matutinus, irrorat.i.superfundit in morem roris sole nouo.i.iam recens orto, aut nondum orto, sicut res noua dicitur, qua nondum vsi sumus. Stipulæ.i.culmi leues, id est fragiles & aridi tondētur.i.secantur melius nocte, q̄.s. diurno tempore: & prata arida tondentur melius nocte, quia humor noctis lentus.i.laxans & lentificans aut lente decidens, non deficit, id est non absumitur, aut noctis accusandi est casus, vt sit, lentus humor non deficit.i.deserit noctis.i.ipsas noctes. Et quidam.s.vindemiator peruigilat.i.totam noctem, vigilat & inspicat.i.in formam spicarum incidit acuto ferro.i.cultro, faces.i.tedas, ad ignes seros luminis hyberni.i.quo hyberno tempore vti conuenit. Est autem duplex sensus, aut inspicat ad ignes.i.vt faciat ignes in hyeme, aut peruigilat ad ignes, sed verisimilius est poetam voluisse ipsum tunc incidere faces quibus vtatur in hyeme. Et coniux, supp. eius solata longum laborem cantu.i.quæ in solatium laboris sui cantat, percurrit interea.s.dum maritus inspicat faces, telas.i.texturam exercet arguto.i.subtili aut stridulo pectine.i.eo texendi instrumento per cuius medium subtegmen trahitur, aut decoquit.i.purgat & absumit, Vulcano.i.igni humorem musti.i.vini noui dulcis. Licet autem mustum sit nouum vinum, tamen nō continuo vt recte dixeris dulce mustum, ita recte dixeris, dulce nouum vinum(hic autem versus est hypermeter.i.abundans in mensura, vnius syllabę: quem ferè dum Maro facit abundans syllaba per vocalem in principio sequentis positam absumitur, vt hic humorē. Et, &c. & pro.i.despumat folijs vndam.i.superabundantiam & mundationem aheni, tepidi.i.mediocriter feruentis.

PIERIVS.

¶Multa adeo melius gelida se nocte dedere.)In Medi.co.& alijs quot alijs antiquis dictiones ita transpositæ. Multa adeo gelida melius, vtraq; lectio & suauis & elegans est. ¶Aut cū sole nouo.) In veteribus aliquot codicibus, Vel cum scriptum est, sed aut, in pluribus. ¶Nocte leues stipulæ melius.)Antiqui codices quos quot legi, hoc ordine legunt, Nocte leues melius stipulæ, quod aliquanto ornatius est. ¶Noctis lentus nō deficit humor.)In Romano codice, noctes, legitur, & in Longobar. nocte, vna minus litera: Sed.n.noctes, aut noctis accusatiui casus, lectio castior ex Arusiano Messo dignoscitur, qui in libello de elocutionibus Virgilianis in exemplum quod eleganter deficit illā rem dicere possumus, Virgiliano hinc vtitur testimonio. Noctes lentus non deficit humor. adde vero quod Seruiˀ exponit Deficit, deserit, quod proxime accedit ad Messum. ¶Et folijs vndam trepidi despumat aheni.)In Romano codice legere est, Trepidis despumat ahenis. Et trepidum agnoscit Ser. In Medi.& aliquot alijs Trepidi, scriptum obseruaui. Humore.n.late ebuliente ahenum tremere necessarium est.

SERVIVS.

¶Ceres.)Frumentum. ¶Medio ęstu.)i.per diem, quando æstus est. ¶Nudus ara, sere nudus.)Sic Hesiodus, γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν, γυμνὸν δ' ἀμάασθαι. id est adeo sereno cœlo vt vestimētis nō egeas. Sanè quidam post hoc hemistichiū dicit subsecutus, Habebis frigora febres. Nam nō dicit nudū eē debere, quasi aliter nō oporteat aut possit, sed sub tanta serenitate dicit hæc agenda, vt & amictus possit contēni. ¶Hyems ignaua colono.)Quæ ignauū reddit colonū. ¶Parto.)Parato. ¶Agricolæ plerūq; fruūtur.) Dicit agricolas per hyemem his frui quę ęstate parauerint. Plerūq; aūt dicit, quia dicturus est aliqua quę rusticus etiā hyeme possit efficere. ¶Genialis hyems.) Conuiualis, voluptuosa. Nam quoties voluptati operā damus, indulgere dicimur Genio. Vnde & econtrario habemus in Terētio, Suum defraudans Geniū. Genium aūt dicebant antiqui naturalem deum vniuscuiusq; loci, vel rei, aut hominis. ¶Curasq; resoluit.)Quiescere facit a labore & curis. ¶Pressæ carinæ.)Onerariæ. ¶Cum iam potum tetigere.)Dat cōparationem de nauigantibus: q; sicut illi expleta iam nauigatione, & positis in sicco nauibus lætantur, & epulis vacant: sic enim rustici finitis completisq; æstiuis laboribus hyeme conuiuia celebrant, & a curis soluūtur. ¶Imposuere coronas.)Aut re vera coronas, aut spiras funiū accipimus. ¶Sed tamen & quernas glandes.)Sunt aliquæ deriuationes ex vsu magis quàm ex ratione venientes: vt quernus, ficulnus, ilignus, colurnus, a corylo, ilice, ficu, quercu. ¶Cruenta.)Matura. Cruēta aūt ideo, quia matura, cruoris colorem imitantur. ¶Pedicas.

At rubicunda Ceres medio succiditur æstu:
Et medio tostas æstu terit area fruges.
Nudus ara: sere nudus. hyems ignaua colono.
Frigoribus parto agricolæ plerunq; fruuntur:
Mutuaq; inter se læti conuiuia curant.
Inuitat genialis hyems: curasq; resoluit.
Ceu pressæ cum iam portum tetigere carinæ:
Puppibus & læti nautæ imposuere coronas.
Sed tamen & quernas glādes tunc stringere tempus.
Et lauri bacas, oleamq;, cruentaq; myrta.
Tunc gruibus pedicas, & retia ponere ceruis:
Auritosq; sequi lepores: tum figere damas,
Stuppea torquentem balearis verbera fundæ:
Cum nix alta iacet: glaciem cum flumina trudunt,

¶Pedicas.)Laqueos quibus pedes illaqueātur. ¶Auritos lepores.)Maiores aures habētes. Horatius aliter ait, Doctum & auritas fidibus canoris Ducere quercus. sensum audiendi habentes. ¶Balearis fundæ.)Hispanicæ, a Balearibus insulis Hispaniæ, vbi inuenta est funda.

PROBVS.

¶Baleares insulæ, cōtinuant Hispaniam, vbi sunt optimi funditores.

MANCINELLVS.

¶Nudus.)Id est sereno aere, vt palliū deseras. Nudus ara. id qdē Hesio. est. Ait enim nudus ara, nudusq; sere, & metē corpore nudo: Si tēpestiuos agrorū ducere cultus: Augerisq; illos magnis successibus optas. ¶Hyems.)Pluuia tempestas, vel ipsa bruma. ¶Ignaua.)inutilis, non apta industriæ, nam industrios gnauos dicimus. ¶Mutua.) reciproca nūc hic, nunc ibi inter se. ¶Stringere.)Decerpere secundum Nonium. ¶Lauri bacas.)Harum vim docet Pli.lib.xxiij.ca. xxviij. ¶Cruentaq; myr.)Cruenta ait, quia Pli.lib.xxiij.ca.xxix. Ait q; myrtus satiua candida minus vtilis est medicinæ q̄ nigra. semen eius medetur sanguinem excreantibus. Idem contra fungos in vino potum, odorem oris commendat, &c. ¶Pedicas.) Mani.lib.v.ait, Currentisq; feras pedicatum compede nectunt. ¶Auritos.)Auritus a magnis auribus dicit, alias ab audiendi facilitate, vt scrib.Festus. ¶Damas.)De his videto Eclog.viij. ¶Balearis fundæ.)Baleares insulæ in Hispania a Græcis dictæ a fundarum iactu, quibus homines maxime vtebātur, author est Diodo. Ballo autem iacio denotat, hinc balearis remoto.l, vnico. Florus autem lib.iij. de balearibus inquit, tribus quisq; fundis prę-

Myr. Balea res.

liatur certos esse, quis meretur ictus, cum hæc sola genti arma sint, id vnum infantię studium, cibum puer a matre non accipit, quem ipsa monstrante percussit.

ASCENSIVS.

¶At rubi, &c.)Docuit quæ noctis humorem postulant, nūc quę & calorem & serenitatē, subiungens quędam quæ hyberno tempore opportune fiant. ¶Ordo igitur est. At, id est sed: Ceres rubicunda, id est matura, succiditur, id est secatur, æstu.i.tempore calido & diurno, quod illic fit vbi stipulas seorsum amputāt, nec straminū (vt dicunt) vsum expostulant, & area.i.locus ad trituram frugū, vt prius patuit extructus terit fruges tostas.i.desiccatas calore solis, medio æstu, vt.s.e paleis & tunicis facilius exuatur. Ara nudus.i.tempore quo a pluuia nudus, esse possis, cum nulla sit, qa hyems.i.tempestas pluuiosa ac hyberna, est ignaua.i. nihil grauans, id est boni operis faciens colono.i.agricolæ. Agricolæ enim fruuntur plerunq;.i.plurimum, parto.i.rebus acquisitis cū labore: frigoribus.i.tempore frigoris, hoc est tēpore hyberno, & ipsi læti.i.exhilarantes se curant inter se mutua conuiuia, quia hyems genialis.i.genio, hoc est deo naturæ concedens & indulgere cohortans, inuitat, id est allicit agricolas ad lætius viuendum, & resoluit curas.s.eow, qua cæteris temporibus inserendis, & colligēdis frugibus habent: ceu, id est tanq̄, aut veluti, nautæ, supple resoluunt curas, cum carinę pressę, id est cōpressæ stipatæq; mercibus tetigere iam portum, aut pressæ, id est tempestatibus & procellis ad scopulos allisæ, quia post pericula dulcissimus est portus, & ipsi nautæ læti imposuere puppibus coronas tanq̄.s.victricibus tempestatum, aut potius in signa q; large potaturi sint, quia id facturi vina, craterasq; coronāt. Sed tamen tempus est nunc, scilicet in hyeme, stringere, id est decerpere, aut stringēdo ramos decutere, glandes quernas.i.in quercubus crescentes, & bacas.i. fructus in morem bacarum lauri illius arboris, cuius grana ab ebrietate preseruant, & oleam, & myrta, id est fructus myrtorum cruenta, id est cruoris excreationem fœdantia, tempus etiam est tunc ponere gruibus pedicas.i.laqueos pedum, & ceruis retia, & sequi.s.sectari, & venari lepores auritos.i. quibus magnæ sunt aures pro modulo corporum, tempus etiā est, tum, id est tunc, figere, id est transfigere & iaculari, damas, & stupea verbera, id est flagella, & chordę ex stupa factę, balearis.i. Hispanicę fundæ, id est qua baleares, in extremis Hispanię oris plurimum valent, torquentur.i.exercētur, aut complicanť, tunc cum.i.quando nix iacet alta, & cum flumina trudunt glaciem.i. cum glacies supernatat aquis impetuosis.

PIERIVS.

¶Hyems igna.colo.) In Romano codi. & pleri. alijs manu scri. Hyems per sonum grece litere ψ, finalem scribitur, de qua scribēdi ratione Teren. Scau. adeo solicitus fuit, vt in præceptis suis hæc tradiderit. Hyems quoq; carere p, litera debet, quia in versibus nunquam p nec b propinqua eius respondet, sine quarū altera nusquam in Latinis ea nomina declinantur per ψ, grecam vocem efferuntur, vt princeps, cœlebs, quia principis, & celebis, scribitur. Hyems vero hyemis facit. Est & colono, vnitatis numero in antiquis codicibus omnibus obseruatum. In Mediceo vna plus dictione colono est, legitur. ¶Curasq; re.) In veteribus aliquot codi. curā, vnitatis numero legitur, sed melius curas. ¶Stupea tor. balea. verber. fun.) In Roma. codice, & aliquot alijs anti. Stuppea, duplici pp, scriptum, vt apud Græcos. Est etiam in Ro. codice, torquentes, numero multitudinis, quod non ita placet. Quod vero balearem fundam appellauit, dictū a plurimo eius vsu qui apud baleares est, quæ sola genti arma esse Trogus ait. Non autem, quod ibi inuenta sit funda, cuius inuentores Pli. Syrophœnices memorat. Strab. vero Ætoles. ¶Cum nix al. ia.) In Romano codice tegit, vna tamen corrupta litera, sed iacet omnino melius.

SERVIVS.

¶Quid tempestates autūni.) Verno & autumnali tempore fiunt tempestates, quādo nec plena ęstas ē, nec plēa hyems. Vnde medium & cōfine vtriusq; temporis ex coniunctione contrariarum rerū tempestates efficit. Sanè sciendū vltimas partes tam autumni, q̄ veris significare, quibus sunt procellę. q; de autūno, hic indicat versus, Atq; vbi iam breuiorq; dies, & mollior æstas. de vere hic, Spicea iam campis cū messis inhorruit. Deinde ait. ¶Ruit.)Id est præcipitatur, in fine est. Et in hoc talis est sensus, Quid dicam quantum oporteat solicitum & studiosum esse agricolam tēpore autūni & veris? ¶Vigilanda viris.)Vigilanter prouidēda. ¶Spicea messis.) Spicos de maturis frugibus abusiue dicimus. Nam pprie est spicus, cū per culmi folliculum.i.extremū tumorē, aristę adhuc tenues in modum spiculi eminent. ¶Inhorruit.) Intremescit. ¶Frumenta lactentia.) Adhuc tenuia, & lactis plena. Sanè sciēdum Varronē in libris diuinarum rerum dicere, Lactantem deum esse, qui se infundit segetibus, & eas facit lactescere. Et sciendum inter lactantem & lactentē hoc interesse: quod Lactans est quæ lac præbet: Lactens cui lac præbetur. ¶Flauis.) Maturis. ¶Et fragili culmo.) Id est, quæ in fragili culmo erant. ¶Stringeret.) Secaret. vt, Hic vbi densas Agricolæ stringūt frondes. ¶Omnia ventorum concurrere.) Inter se: vt, Mutati transuersa fremunt. ¶Sublime expulsam eruerent.) Per sublime portarent erutam segetem. ¶Turbine nigro.) Tempestate noxia. Horatius, Hic niger est, hunc tu Romane caueto. ¶Cumulūq; leuē.) Culmus dicitur ipse calamus: stipulæ vero folia quæ ambiunt culmum. ¶Agmen aquarum.) Impetus: vt, Leni fluit agmine Thybris. Est autem hic Ecbasis poetica ad describendū tempestatem. ¶Collectæ ex alto nubes.) Ab Aquilone, qui vtique de alto flat, id est a septentrione: & tempestates grauissimas facit. Nam Auster humilis est, vt, Mundus vt ad Scythiam, Ripheasq; arduus arces Consurgit, pmitur Libyę deuexus i Austros. ¶Ruit arduus ęther.)Tonitribus percrepat. vt, Cœliq; ruina. ¶Caua flumina.) Profunda & alta. Lucanus, Rutubāq; cauum. ¶Fretis spirantibus.) In motu positis. Alibi, Qua vada non spirant, nec tracta remurmurat vnda,

Quid tempestates autumni, & sydera dicam?
Atq; vbi iam breuiorq; dies, & mollior æstas:
Quæ vigilanda viris? vel cum ruit imbriferum ver:
Spicea iam campis cum messis inhorruit: & cum
Frumenta in viridi stipula lactentia turgent.
Sæpe ego, cum flauis messorem induceret aruis
Agricola, & fragili iam stringeret ordea culmo:
Omnia ventorum concurrere prælia vidi.
Quæ grauidam late segetem ab radicibus imis
Sublime expulsam eruerent: ita turbine nigro
Ferret hyems, culmumq; leuem, stipulasq; volantes.
Sæpe etiā immensum cœlo venit agmen aquarum:
Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris
Collectæ ex alto nubes. ruit arduus æther:
Et pluuia ingenti sata læta, boumq; labores
Diluit. implentur fossæ, & caua flumina crescunt
Cum sonitu: feruetq; fretis spirantibus æquor.

MANCINELLVS.

¶Quid tempestates autum.) Ōdit qualibet anni parte fieri tēpestates, ppterea cognoscendas ne nimis obesse possint. ¶Sydera.) quę.s.tēpestatē producunt, vt Delphin, Sol in Virgine, capra, argo, cētaurˀ, hœdi, corona, vergilię, cassiope, tauri caput, &c. de quibus late apud Col.li.xij.c.ij. ¶Atq; vbi iam breuiorq; dies.) De bruma intelligit, est aūt ordo, & quid dicā vbi.i.quādo dies breuior est, & mollior ęstas.i. ipsius brumę calor remissior, quā.s.fuerit in autūno. ¶Vigilāda) Vigilandum est brumę tempore ob paruos dies, lōgasq; noctes. Vnde Col. etiā lib.xij.ca.ij.ait. Optimū est intra Calen. Decembris sementē confecisse, sed etiam longis noctibus ad diurnū tempus aliqd adiciendum est: nam multa sunt quæ in lucubratiōe recte agunť. Inertisq; agricolæ est expectare diei breuitatē. ¶Vel cum ruit.) Vel quid dicam, &c. ¶Imbriferum ver.) De vere hudo latius superius dictum est. ¶Cum messis.) Vel quid dicam, cū &c. ¶Lactentia.) Lacte plena, dum enim adhuc mollescunt, lactea esse videntur ipsa grana. ¶Flauis aruis.) Propter flaua frumenta dixit. ¶Ventorum.) Vents est fructus aeris, teste Plinio libro secundo. ¶Quæ grauidam.) Ordo est, quæ ventorum prælia eruerent ab imis radicibus segetem late grauidam, sublime expulsam, eruendo enim in altum expellunt. ¶Hyemis.) ventorum tempestas, & violentia: nam de pluuia iam dicet. ¶Collectæ ex alto nu.) Exhalat a terra humida caligo, alias vero propter vapores fumida nubesq; liquore egresso in sublime, aut ex aere coacto in liquorē gignuntur, vt scribit Pli.lib.ij.c.xliiij. Ex alto id dicit, qa ascendunt, vt patuit, in aera nubes, & inde ex alto aquas

Ventus quid.

to aquas emittunt. Nec intelligas ab Aquilone, nam vt dicit Pli. lib.ii.ca.xlix. venti a septentrione reliquos compescunt,& nubes abigunt.(Ruit) Ruere videt propter imbres, ignes, & tonitrua. (Fretis ſpi.) Æſtatibus inſonantibus.

ASCENSIVS.

¶Quid tempeſtates autumni,&c.) Poſtq̃ docuit Poeta agricolæ nullo tempore ceſſandum eſſe, ſubtiliter infert cauſam eius rei, quia nullo tempore res agraria tuta eſt, quolibet enim tempore tempeſtates oriri & calamitatem facere poſſunt: quocirca ne ſegnitie torpens egeſtatem incurrat, monet eum totis viribus anniti,quã rem ex Heſiodo tranſtulit , qui fratrem ad gnauitatem cohortat his verbis ſic tranſlatis. Ergo age frater ades generoſo ſanguine Perſe, Neu fuge fraternos monitus, operare laborem: Inuideat tibi dira fames, ſpicaq; recenti, Alma Ceres ornata caput ſua dona miniſtret.Sic tibi plena domus ſegné crudelis egeſtas Opprimit, hũc homines odio ſemperq; ſequũtur Torpenti ſimilem ſucco, cui ſpicula ſurgunt Horrida diſtenſumq; fauis conſumit edendo Semé apũ , piger ipſe ſedetq; vetatq; laborem. Tu modo curam operi quantum potes adĳce frater. Horrea ſic rumpunt meſſes,ſic copia rerum,Sic pecus augetur, ſic tu morta libus & dĳs Gratus eris , ſegnes animos & inertia corda Oderunt operi laus eſt imponere curam. Turpe ſed hinc prohibere manus,incumbe labori. Forſitan ad ſtudium torpentia pectora vertes.Dum partas oſtendis opes virtutis , adeptus Nomen & æternum laudis decus,vtere quæſo. Arte para victum,violare aliena nefandum eſt.Fas ſuperis equandus eas,incumbe labori.Ne pudeat:pudor hic multos inhoneſtus egentes Secum habet , auget opes fiducia, qua melior res A ſuperis nõ eſt. proh rerum infana cupido Proh animis infuſa lues ſam nulla pudoris , Cura iacet paſſim longe poſt terga relictus : Tu coleris duce te paulatim corruit ille Dĳs inuiſus homo, cui mens intenta rapinis Inuigilat, neq; enim ſemper felicia durant . hæc & plura notatu dignĳſſima illic.Quia ergo non ſemper felicia durant, nec pulchra meſſis,ſemper horrea rumpit. prudenter infert Poeta tempeſtatum incertitudinem,quæ omni tempore oriri poſſunt,vt nunquã ſecurus,& nunq̃ ocioſus ſit agricola : vtitur autem in principio figurata interrogatione,dicens . Quid dicam tempeſtates autumni & veris ? q.d. id fruſtra fecero cum etiam in æſtate quando minus ſperantur ſæpe ſuboriantur , vnde declarat multis verſibus , quoꝝ ordo & explanatio eſt. Quid.i.ad quid dicam tempeſtates autũni.i.que fieri ſolent tempore autumnali , & quid dicã ſydera.f.tempeſtatem tunc concitantia. Atq; quid dicam tempeſtates,ſup.eius tẽporis,vbi,i.in quo,ſupp. eſt iam breuior dies.i. quam in autumno, & æſtas mollior.i.minor & exilior aut æſtas .i.calor eſt mollior.i.delectabilior , quia frigus vrgẽtius,hoc eſt in bruma,quæ,ſup.eſt vigilanda.i.vigilando tranſigenda,qa breuiſſima tempeſtas eſt , aut quæ eſt vigilanda.i.vigilanter proſpicienda,quia tempeſtatibus plena , vel quid dicam tempeſtates & ſydera

Heſiodus ad laborẽ inuitãs.

SERVIVS.

¶Coruſca fulmina.) Coruſcantia : vt , Sibila lambebant linguis vibrãtibus ora.(Molitur.) Agitat , & iacit.(Terra tremit.) Terræmotus efficit. Vel tremit terra, Tremere videtur : & pauẽt hi qui terram colũt. (Humilis pauor.) Qui humiles reddit , vt Pallidus morbus.(Ille flagranti.) Aut Atho, aut Rodopen.) Secundum Epicureos per trãſitum loquit , qui dicunt fulmina non iudicio deorũ,ſed ex nubibus fieri:nam montes quid neceſſe fuerat fulminari ? Athos autẽ mons eſt Græciæ , Rodope mons Thraciæ.(Aut alta Ceraunia.)Montes ſunt Epiri,a crebris fulminibus,dicti. Vnum enim fulmen quod colorat,aliud quod transfigit, aliud quod afflat : vt eſt, Ex quo me diuum pater,atq; hominum rex Fulminis afflauit ventis.(Ingeminãt Auſtri.) Repetunt ſuos flatus venti.(Plangit.) Reſonare facit . Alĳ legunt, (Plangunt.) vt ſit, nemora & littora plangunt , id eſt reſonant. (Hoc metuens , cœli menſes , & ſydera ſerua.) Id eſt duodecim ſigna quibus menſes cognoſcimus . (Sydera autem vel tempeſtates , vel planetaram motus . Sciendum autem (vt diximus) de planetis quinque, duos eſſe noxios, Martem & Saturnum; ſydera ſup.temporis:cum , id eſt quando, vel in quo, vel imbriferum.i.aſſiduis imbribus madens (vnde September quaſi ſeptimus ab imbri,hoc eſt Martio dicitur)ruit,id eſt præceps cadit in agro;& quid dicam tempeſtates & ſydera quę fiunt cum meſſis ſpicea,i.iam in ſpicas formata inhorruit.i.rigida & aſpera facta ſit campis.i.in aruis , & cum frumenta lactantia.i.lactis plena & dulcia, ac mollia adhuc turgent.i.inflantur,& augeſcunt in ſtipula.i.culmorum ſtipite adhuc viridi.i.in fine veris & in principio æſtatis : q.d,id fruſtra fecero cum tunc certæ ſint tempeſtates,& potius dicendum ſit de his quæ præter opinionem oboriri poſſunt, vnde ſubdit,Ego vidi læpe omnia prælia.i.certamina & ex diuerſo concurſus ventorum concurrere,i.conuolui,cum agricola induceret meſſorem flauis aruis.i.in aruaariſtis maturis flaueſcentia.i.cum iam inſtaret tempus meſſis quo minime ſperantur venti , & maxime obſunt:quia grana excutiunt , & cum ipſe iam ſtringeret.i. velleret aut ſecaret, hordea fragili culmo, id eſt habentia culmum fragilem, propter ariditatem quæ eſt maturis frugibus,quæ.ſ.prælia ventorum:eruerant.i,eruebãt, aut eruere poſſent imis radicibus ſegetem grauidam,id eſt oneratam granis expulſam ſublime.i.in altum . Magna ergo vis vẽtorum qui eruunt radicatam & grauidam ſegetem:& vidi q; hyems.i.tempeſtas pluuioſa ferret.i.aueheret ita culmũ leuem,& ſtipulas volantes,ferret dico turbine,id eſt agitatione ventorum,nigro.i.nubilo. Immenſum,id eſt abundanti flumũ,& ſine menſura , agmen,i. impetus aquarum,venit,id eſt deſcendit,aut decidit etiam læpe : cœlo.i.cœlitus , & nubes collectæ glomerant.i.in globi aut glomeris formam præcipitant ex alto,ſcilicet aere tempeſtatem fœdam, id eſt immundam & nociuam , atris imbribus , id eſt propter atros imbres, æther arduus,id eſt ſuperior aer in nubem collectus,ruit, id eſt præceps cadit , & diluit,id eſt madefacit & irrigat ingẽti pluuia, fata læta.i.pinguia,& pro,id eſt labores boum, id eſt quæ labore boum & fertilitate terræ iam parata erãt. Foſſæ implentur , & flumina caua : quia ſiccitate exhauſta creſcũt cum ſonitu , bene cum ſonitu , quia non inſtrumentum , ſed concus mitantia ſignificatur , non enim ſonitu ſed aquis creſcũt, verum dum creſcunt , ſonitus fit aquarum præcipitanter deſluentium) creſcunt ergo cum ſonitu & æquor, id eſt mare ante planum & æquum feruet.i.fit feruidum & quaſi ebulliens, vnde fretum dictum volunt cum feruet, cũ tranquillum eſt æquor, fretis,id eſt fluctibus feruentibus , ſpirantibus.i.procellas excitantibus , aut in motu exiſtentibus.

PIERIVS.

¶Oia vento.concu.præ.vidi.) In Roma.co. Conſurgere habet. Sed concurrere ex Pli.caſtĳor lectio cognoſcitur , apuꝙ quem ita habetur. Virg. meſſe ipſa cõcu.præ.vento.damnoſa imperitis refert , tradunt Democritum mœrente fratre eius Damalo ardentiſſimo æſtu,oraſſe, vt reliquę ſegeti parceret , raperetq; defectu ſub tectum , paucis mox horis læuo imbre vaticinatio eſt approbata.

Ipſe pater, media nimborum in nocte,coruſca
Fulmina molitur dextra,quo maxima motu
Terra tremit:fugere ferę:& mortalia corda
Per gentes humilis ſtrauit pauor.ille flagranti
Aut Atho,aut Rhodopen,aut alta Ceraunia telo
Deĳcit.ingeminant auſtri,& denſiſſimus imber.
Nunc nemora ingenti vento,nunc littora plangunt.
Hoc metuens,cœli menſes,& ſydera ſerua:
Frigida Saturni ſeſe quo ſtella receptet:
Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes.

& longius a ſole diſcedat,& bis ad vnum quodq; ſignũ recurrat. (Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes.) Ordo eſt, in quos orbes cœli erret Cyllenius ignis.Et bene erret : nam planetæ, vocantur ἀπὸ τῆς πλάνης.i. ab errore.Nam interdum ad auſtrum, interdum ad ſeptentrionem, plerunq; contra mundum, nõnunquam cum mundo feruntur.

PROBVS.

¶Frigida Saturni.f.f.q. Quos ignis cœli.c.e.i.orbes.) Omnibus ſtellis , Sol & lumen dat , & calorem, infra Solem autem Veneris ſtella eſt tribus hemitomis ſepoſita,intercedentibus, ſuperior Sole, Martis ſtella eſt,quæ Pyrois appellatur tomo intercedente altior, inde hemitomo ſuperior eſt Iouis , quę appellat Phaethon. Summa eſt Saturni,quæ quia propior eſt cryſtallo , hoc eſt cœlo in ea deficit calor ſolis.Rapit enim eum a ſe pyrois,quæ ſtella ardore ſuo horrorem ac frigorem Saturno veniẽte in Iouem temperat, Cyllenius autem Mercurĳ ſtella eſt,quę duobus tomis infra Saturnum eſt, & vocatur ſtilbon , Ait ergo obſeruãdum eſſe agreſtibus, vt vitare poſſint tempeſtates, occaſus ſtellarũ, & quo quæq; ſit ſigno.

MANCINELLVS.

¶Nimborum.) tempeſtatum,ſed cur Ioui fulmina aſſignent, videto Pli.lib.ĳ.c.xx.(Athon.) eſt Athos Macedoniæ mons,vt ſcri. Pli.lib.iiĳ.Solinus aũt ait,q; eſt Athos ſublimis adeo , vt vlteriorẽ ſtimetur q̃ vnde imbres cadunt, de Rhodope diximus in Buc. Ceraunia ſunt altiſſimi Epiri montes,a crebris fulminibus dicti. Ceraunos.n.fulmen dicit.Ceratino,fulmino.(Auſtri.)humidus eſt Auſter,præcipue Italiæ. Saluberrimus omnium Aquilo , noxius auſter,noctu auſter, interdiu aquilo, vehementior.(Pli.li.ĳ. c.xlix.(Plangunt.)Reſonant.(Hoc metuens,&c.) id eſt tẽpeſtates prędictas.(Cæli menſes.) id eſt primi mobilis ſigna.vñ menſes ſm Indorũ , Babyloniorumq; dogmata ex ſolis ambitu ſunt inſtituti. Hinc etiam optime Cicc.in lib.de natu.deo.ait, q; lunæ curſus, qa menſe ſpatia conficiunt, vt mẽles nominant.(Serua.) Obſerua, quædam enim ſignow huiuſmodi ignea ſunt impreſſiones calidas , cometas , fulmina, & depopulationes prõducentia, quædam terrea,terræmotus, ſterilitates, & fertilitates, annonæq; inopiam, aut copiam,quædam aerea ventorum rabiem ac tranquillitatem,quædam aquea inundationes aquarum, & pluuias generãtia.(Et ſydera.)id eſt octauę ſphęrę imagines,ac earũ ſtellas,a quibus imaginibus inequalibus ſm Caldeos ſententiã, menſes tardi , breues q;, vt ſupra meminimus, determinati ſunt : quæ ſydera ſimilia opera producunt cum fulgoribus, tonitruis, torrentibus,terræmotibus, depopulationibus ventorum, ac pluuiarum tempeſtatibus , ſeu tranquillitatibus, & aeris ſerenitate. (Frigida Saturni.) Frigida ait, quoniam natura ipſa frigidus eſt, & accidẽtaliter ſiccus, ac propter retrogradationem, quam pariter,vti & cæteri planetæ & ſitus circa ſtellas humidas quandoq; humidus efficit, grauiſſimas tempeſtates producens.(Quo ſe receptet.) An ſigna ignea terreave,&c. an efficiat ſeptẽtrionalis,meridionalisve,an aſcendens , deſcendens ve, in eccentrico, vel epicyclo,an directi,retrogradusve,an circa imaginẽ octauæ ſphęrę illam, vel iſtam, an circa illam vel hanc de ſui natura ſtellam , an in applicatione corporali, ſiue aſpectuali ad illum, vel iſtum planetam exiſtat,an oriat, an occidat,coſmice,chronice, ſeu heliace, an in hoc , vel in illud templum , ſiue domum cœli ſe receptet. (Quos ignis cœ.Cyl.er.in or.) Obſeruat item, ſicuti de Saturno & cæteris erraticis, in quos cœli orbes errant, ignis Cyllenius.i. ſtella Mercurĳ, qui inter cęteros tam in motu diuerſus q̃ etiã in impreſſione varius eſt,qm̃ cõuertibilis eſt naturę , cui nacq; aſſociatur corpore, vel aſpectu,illius naturam aſſumit. Quare præcipit Virg.totius aſtrologię peritiam complectens , præcipue Mercurium obſeruãdum eſſe, qui qdem nimboſas procellas , ventorum rabiem,& precipitantes demittit impreſſiones.Demum per menſes cœli ſigna duodecim primi mobilis , introitusq; ſydus oĳum planetarum in principia earundem : & ſitum, & per ſydera octauę ſphęrę imagines,ac Saturni Mercurĳq; ſydus oĳum plane tarum influentias obſeruare hortatur. qm̃ ex his perfectum reddit vaticinium, præfatas tempeſtates,timentibus. Hæc eadem a Tolopho

Ceraunia. Ceraunos. Ceraunos.

SERVIVS.

¶In primis venerare deos.) Poſt hęc cognita da precipue operã ſacrificiis,quibus tẽpeſtates & pluuiæ poſſint repelli,& mire hoc ſtatim ſubiunxit:quia occurrebat , qd poſſet tẽpeſtates

In primis venerare deos:atq; annua magnæ
Sacra refer Cereri,lętis operatus in herbis,
Extremæ ſub caſu hyemis,iam vere ſereno.
Tunc agni pingues,& tunc molliſſima vina:

a Tolopho ſuperiori accepimus. (Pli.autem lib.ĳ.ca.viĳ. ſic ait, Quod vocant Saturni ſydus ſummũ eſt, ideoq; minimum videt, & maximum ambit circulum,annoq;.xxx.ad principia ſuę ſedis regreditur,naturæ eſt gelidæ,& rigentis.Hæc ille.Et Ptolemæus lib.ĳ.partium de Cyllenio,inquit,quod ſtellę Mercurĳ,opus eſt in maiori parte deſiccare,& equaliter humectare , in quibuſdam etenim oris deſiccat humores,eo quod nulquã a calore ſolis nimis elongat,in quibuſdam vero humectat , eo quod eius locus ſupereſt lunari ſphærę,quæ terræ propior exiſtit , & in hoc qdẽ vtroq; eius alteratio eſt reſtina. Ventorũ & hic author exiſtit , ob hoc quod eius motus circa ſolem citius habetur.

Saturni circulꝰ omniũ maximꝰ

ASCENSIVS.

¶Ipſe pater.) Continue exequitur tempeſtatis inſolitæ grauitatem,monẽs agricolam,ne a tali obruatur , ſignorum,ac planetarum naturas,& ortus, atq; occaſus obſeruet,nõ vt impediat cœli ſæuitiam,ſed vt frumentum cuius metat,aut protegat,aut precibus hauriat. Poſſem quæ ab alĳs dicta ſunt repetere,ſed breuitati ſtudens ordinem ſic poſuero. Ipſe, ſcilicet Iuppiter, pater, qui iuuans pater dicitur,& imbrium ac fulminum præcipue potens creditur : molitur , id eſt cum mole & pondere excitat in media nocte nimborum, id eſt tempeſtatum, aut in media nocte , id eſt caligine,& obſcuritate, nimborum.i.nubium ventis commiſtarum:molitur dico fulmina, dextera,ſcilicet manu,coruſca, id eſt coruſcante,ac rutila , quo motu,id eſt impetu fulminis , & tonitru maxima terra,i.pars maxima terræ tremit , & ferę.i. belluæ ſylueſtres,& indomitæ,fugere, ſcilicet priuſq; terra tremeret , qa tempeſtatem imminere præſagientes , abdunt ſe in ſpeluncas ſuas (vnde non ab re tempus mutauit poeta dicens,tremit,& fugere , & pauor humilis , id eſt humiles efficiens) quia , vt dicit in hecyra Teren. Profecto hoc ſic eſt,vt puta omnibus nobis vt res dant ſeſe, ita magni, atq; humiles ſumus, ergo in tanta calamitate,& fulminatione nimirũ humiles ſumus) aut pauor ſtrauit per gentes humilis, id eſt humilitas,aut humi verſantes cum tonitruo in ſublimi fiant corda mortalia.i.mortalium animos. Ille, ſcilicet Iuppiter, deĳcit.i.deorſum iaciendo fulmina,percutit,telo, id eſt iaculo fulminis triſulci.flagranti,id eſt ardenti, aut Athon, montem illum Macedoniæ, aut Rodopem, monte illum Thraciæ, aut Ceraunia montes altiſſimos Epiri,continuo fulmine) quod græce Ceraunos dicitur) concuſſos,alta, id eſt ſublimia auſtri, id eſt auſtrales : venti ingeminant, ſcilicet ſe,aut multiplicantur,& imber denſiſſimus ingeminat, ſupple ſe & nemora plangunt nunc,id eſt aliquando ingenti vento,& littora plangũt nunc,id eſt viciſſim ingenti vento. Tu ergo metuens hoc.i.ne talis tempeſtas te imperatum obruat,ſerua menſes cœli.i.xii.ſigna commenſurata certis licet non æqualibus ſpatiis, & ſydera.i,influentias ſyderum , & ſerua quo.i.in quam partem cœli , aut ad quorum coniunctionem aut aſpectum ſtella Saturni frigida,ſcilicet ab effectu receptet ſe, & in quos orbis.i.circulos & ſphæras cœli ignis Cyllenius.i.Mercurius erret , aut cœlo.i.per cœlum , quod cum planeta ſit ei proprĳ dicitur, cum tamẽ nihil minus ſecundum Plinium planetis erret.

PIERIVS.

¶Nimborum in nocte.) Sunt quidem codices antiquiſſimi in quibus nimborum nocte abſq;,in,legatur, ſed nimborum in nocte, vt in Mediceo & pleriſq; alĳs habetur longe numeroſius , & elegantius mihi videtur.(Aut Atho,aut Rodopen.)In Romano codice,in Mediceo & aliquot alĳs antiquis. Athon ſcriptum eſt refragrante ſyllaba. Nam de declinationis vſu, deq; nominatiuo nominis,alibi dictum.(Nunc littora plangunt.) In Romano codice & perueteribus aliquot alĳs, plangit , ſcriptum eſt vnitatis numero,cuius ſuppoſitum eſt denſiſſimus imber.Præterea Seruius hoc idem agnoſcere videtur,cum exponit plangit,reſonare facit:licet & alterum non improbet.In Medi. abraſus eſt apex ſuprą,g,literam,&,i,vocalis tantum ſupra.t.appoſita.Quod qdem, plangunt , prius fuiſſe oſtendit. Eſt paraphraſis addita ſuperne ſcindunt,vt ſit actiue auſtri,& imber plangunt littora:nõ autem, littora plangunt.i.reſonant abſolute. Nam ita prorſus legẽdum oſtendit paraphraſis,quæ ſupra dictionẽ auſtri, atq; denſiſſimus ſita eſt.Quippe & copulatiua.

tes futuras videres:Et bene ait (In primis.) præcipue,& ante omnia , nã alia neglecta poſſunt habere emendationem: te impeſtas aduenies , niſi ante puideris , vniuerſa ſubuertit. (Annua ſacra refer Cereri.)

Universidad de Deusto Biblioteca

ri.) Anniuersaria magna, sicut in Ænei, Annua quæ differre nefas. Et Ambaruale sacrificiũ dicit. ¶Lætis operatus in herbis. Aut dans operam conuiuijs: aut postquam opera cuncta cõpleueris. Extremæ sub casum hyemis.) Circa finem hyemis, antequã ver incipiat. ¶Iam vere sereno Ver.) Pluuiale tempus est, sed circa finẽ incipit esse serenũ. Dicit ergo, Vere sereno, vt sit, iam tunc & ver & serenũ. ¶Tunc agni ping.) Subaudi sunt: qui aut epulis aut sarificijs sunt apti. ¶Mollissima vina.) Carentia asperitate, & defęcata. ¶Densæ in montibus vmbræ.) Quia tunc incipiunt arbores frondescere. ¶Tibi.) In honorẽ tuum, & in tuam gratiam. ¶Cui tu lacte fauos & miti dilue Baccho.) Id est cui tu liba de lacte, melle, & vino. Nam superfluũ est quod quidam dicunt, cõtra religionẽ dixisse Virgiliũ, licere Cereri de vino sacrificare. Pontificales nanq; hoc non vetant libri. Quod autẽ ait Plautus in Aulularia, cuius ipsi vtunt exemplo, Cereri ne nuptias facturi estis? qui? quia temeti nihil allatum intelligo, non est huic loco cõtrarium: nam aliud est sacrificium, aliud nuptias Cereri celebrare: in quibus re vera vinum adhiberi nefas erat, quę Orci nuptię dicebantur, quas præsentia sui pontifices ingenti solennitate celebrabant. Alij hunc locum aliter accipiunt, vt. ¶Miti Baccho.) Non sit septimus casus, sed datiuus: & duo nomina intelligimus, Liberi & Cereris: nam supra quoq; ait, In primis venerare deos, vt sit sensus, cui Cereri, & miti Baccho fauos lacte dilue.i. eis sacrifica melle & lacte permistis. ¶Felix hostia.) i. fœcũda. Et dicit Ambaruale sacrificium: quod sæpe de porca fœcunda & grauida fieri consueuerat, vel felicem dicit, cuius sacrificio & immolatione fœcunditas agrorum merebatur. ¶Omnis quam chorus.) Chorus proprie est coęuorum cantus atq; saltatio. ¶Cererem clamore vocent.) Inuocent dari copiã frumentoꝝ. ¶Torta redimitus tempora quercu.) i. habens in memoria victum priorem, a quo Cereris reuocatus est benignitate. Nam olim homines glandib9 vescebantur. ¶Det motus incompositos.) i. saltationem aptam religioni, nec ex vlla arte venientem. Salustius, Saltare elegãtius: q̃ necesse est probe. ¶Carmina dicat.) Hymnos.

Tunc somni dulces, densæq; in montibus vmbræ.
Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret.
Cui tu lacte fauos, & miti dilue Baccho:
Terq; nouas circum felix eat hostia fruges.
Omnis quam chorus, & socij comitentur ouantes:
Et Cererem clamore vocent in tecta: neq; ante
Falcem maturis quisquam supponat aristis:
Quàm Cereri torta redimitus tempora quercu
Det motus incompositos: & carmina dicat.

MANCINELLVS.

Cereris sacra. ¶Operatus.) Id est sacrificans. ¶In herbis le.) i. in satis. ¶Mollissi.) Dulcissima, iucundissima. ¶Tibi.) Ad tuum commodum. ¶Miti Baccho.) Macro. lib. iiij. Satur. inquit, Poeta sciens Cereri mulso libari, adiecit miti Baccho fauos dilue. s. mitescere vinũ dicens, cum mulsum cœperit fieri, ad diem autem. xij. Calen. Ianuarij, Herculi & Cereri faciebant sue prægnante panibus mulso, vtq; Pli. scri. xiiij. Aristæus primus omnium mel miscuit vino suauitate pręcipua. ¶Felix ho.) id est eximia. Veracius enim docet eximias dictas hostias, quæ ad sacrificium destinatę existimant e grege, vel q eximia specie quasi offerendę numinibus eligant. Ambarualis hostia est, vt ait Pompeius Festus, quæ rei diuinæ causa circum arua ducitur ab his, qui pro frugibus faciunt, hæc & plura Macro. lib. iiij. de hostiarum generib9. ¶Chorus.) Multitudo in sacris collecta. ¶Cererem.) Ipsa frumenta. ¶Quã Cereri torta.) Catonis pręceptum est ca. quidem. xxxiij. vbi docet priusq̃ messem facias Cereri sacrificandam esse porcam.

ASCENSIVS.

Ceres sacra. ¶In primis venerare deos.) Quia ergo metuenda est tempestas nociua, nec opibus humanis propelli potest, imploranda docet deorum auxilia, quod & Hesiodus hortatur, vbi translatus est his verbis, Thure pio venerare deos, ijs tempore in omni, Et munde, & pure liba, cum clara nitescit. Sole dies aut cum nox circunfusa tenebris. Abscondet terras casto torrenda sub igne Hostia macte hymnos cane, thura ministra, Vt tibi dij faueãt diuersaq; copia rerũ, Hinc tibi nascat, multis vt egentibus ipse, Subuenias, nõ vt viuas germane rapia. Hęc ille. Poeta aũt noster docet & modũ sacrificãdi & tẽpus, dicens, Venerare in primis.i. ante oia deos, atq; refer.i. iterũ offer Cereri magnę.i. agricolis, qa suus cuiq; de9 magnus est, annua sacra.i. sacrificia q quot annis fieri debent: tu, inquã, operatus.i. iam operans, id est sacrificans (Vnde Proper. Cynthia iam noctes est operata decẽ. Hora. Vnico gaudens mulier marito Prodeat iustis operata sacris) in herbis lætis, sub casu, id est in ipso casu extremę hyemis & vere sereno, id est tempestate verna serena existente, hoc est in fine hyemis & in principio veris, quia agni sunt, supple tunc pingues & vina, supple sunt tunc mollissima, id est suauissima & decocta, nec tamen pendula, nec acerba, aut acetosa, somni sunt tunc dulces, quia minor solicitudo est agricolis, & profundior etiam ex temperie sopor, & vmbræ sunt tũc densæ in montibus, quia arbores frondibus opacæ sunt. Cuncta pubes, id est multitudo pubescentium agrestis, id est rustica, adoret tibi, id est ad tuum iussum, aut cõmodum, aut domi tuæ, Cererem, scilicet deam frugum: cultu dilue, id est misce & tempera fauos, id est mella lacte & Baccho miti suaui, hoc est mulso, & hostia felix, id est aut eximia, quia porcus dicitur eximius, bos intactus, ouis lecta quæ sacris conuenit, aut læta & pinguis, aut ob felicitatem & fertilitatem habendam mactanda eat, id est ducatur, non trahatur, ter, quia ternarius religioni maxime accommodatus est, circum nouas fruges adhuc, scilicet in agro existentes: quam, scilicet hostiam omnis chorus, id est multitudo pubescentium & canentium: & omnes socij, scilicet laboris aut vicini ouantes, id est mediocriter læti, comitentur & vocent clamore: Cererem, id est deam frugum cum frugib9 aut ipsas fruges, in tecta, id est horrea sua, id est clamando & inuocando deam mereantur colligere fruges in horrea sua, neque quisquam supponat aristis maturis, falcem, id est cultrum messorium, qui incuruus est, ante, id est priusquam ipse redimitus tempora, id est habens tempora capitis sui redimita, quercu torta, id est in torquem cõuoluta in morem coronæ, aut serti, quod propter glandem ex quercu Cereri sacrificantes gestant, det, scilicet Cereri motus incompositos, id est saltationes, quibus in sacrificijs vtebantur, ne qua corporis pars cessaret & immunis sit a re sacra, incompositos autem dicit, vt non ad voluptatem, sed ad religionem pertineant, aut vt rusticorum notet morem, & dicat carmina, id est hymnos.

PIERIVS.

¶Extremæ sub casum hyemis.) Antiqui codices manu scripti quotquot versauimus, Sub casu, legunt, latino casu. Præter Mediceum in quo casum accusatiuus est, idque omnino melius. ¶Tunc agni pingues, & tunc mollissima vina.) Antiqua omnia exemplaria, quotquot habui vno exemplo legunt. Pingues agni, & absque synalœpha, neque temere tot manus diuersis locis, atque temporibus conuenire credendum, bona vero pars, non tunc, Sed tum vtroq; loco legunt, tum agni & tum mollissima vina, Tum somni dulces. In Mediceo quidem, pingues agni, &, habetur. Sed tunc duobus locis superioribus. Tertio vero tum, scriptum, aduerte vero etiam apud Seruium eundem esse verborum ordinem, quem in veteribus exemplaribus ostendimus inueniri: sicui tamen ea lectio magis placuerit, quæ in vulgatis codicibus habetur, nihil quicquam obstamus: nam & elegans, & venusta ea quoque structura est.

SERVIVS.

¶Mẽstrua luna.) Vnde & mene dicitur. ¶Caderent austri.) Desinerẽt vẽti. Ex hoc ẽt loco prognostica sunt translata de Arato, pauca de multis. ¶Vẽtis surgẽtibus.) Flare incipientibus. Vnde econtrario, Cum vẽti posuere.i. flare desierũt. ¶Aut freta ponti.) Littora pelagi, q̃ feriuntur fluctib9. Duo autem dicit naturalia: Futura enim tempestate, & ante ventum, fluctus mouetur: & fragor auditur ex syluis, arcana quadam ratiõe naturę. ¶Aridus fragor.) Sonitus qualis solet fieri ex aridis, cum frãguntur arboribus. Ergo aridus nimius, omne eñi quod aridum est, cum frangi cœperit, nimium efficit sonum. Fragor etiam a fractarũ rerũ nominatus est sonitu. ¶Aut resonantia longe Littora misceri. δὶς τὸ αὐτό.i. bis idem, dixit. ¶Misceri.) autem perturbari: vt, Miscet agens telis.

Atq; hæc vt certis possimus discere signis,
Aestusq;, pluuiasq;, & agentes frigora ventos:
Ipse pater statuit, quid menstrua luna moneret:
Quo signo caderent austri: quid sæpe videntes
Agricolæ, propius stabulis armenta tenerent.
Continuo ventis surgentibus, aut freta ponti
Incipiunt agitata tumescere: & aridus altis

Montibus audiri fragor: aut resonantia longe
Littora misceri: & nemorum increbrescere murmur.

MANCINELLVS.

¶Atq; hæc vt certis.) Macro. lib. v. ait, quod poeta hæc serenitatis tempestatisq; signa de Arati Phęnomenis traxit. ¶Æstusq; pro.i. menstrua Luna, quæ mense quoq; suum perficit cursum, vnde & mensis a mene.i. Luna dicitur. ¶Continuo ventis.) Plin. lib. xviij. capi. vlti. inquit. Mare si in tranquillo portu a cursu stabit, & murmurauerit intra se ventum prædicit. Si idẽtidem hyemem & imbrem. Id quoque de mari ait. Sæpe & silentio intumescit, flatuq; altius solito iam intra se esse ventos fatetur. ¶Aut resonãtia longe littora misceri.) Idem Pli. ait, q littoris, ripęq; si resonabunt tranquilla, asperam tempestatem prędicunt. ¶Et ventorum increbrescere murmur.) Idem inquit. Egdem & montiũ sonitus, nemorumq; mugitus prædicunt. s. ventos.

ASCENSIVS.

¶Atq; hæc vt certis, &c.) Postq̃ docuit tempestatem metuẽdam & sacrificijs auertẽdam, aut sedandam, docet certis signis noscitãdam. Non enim rustici oẽs Saturni cursus, cursuumq; significationes noscere possunt: quocirca cõfugit ad naturalia, quę in rebus notis fiũt pgnostica, atq; indicia, quę ex Arato fere deprompsit. ¶Ordo autem est. At vt nos. s. agricolæ possumus noscere certis signis, hæc. s. sequentia, videlicet ęstus.i. vehementes calores, & pluuias: & ventos agentes.i. impellentes frigora, ipse pater. s. rerum Iuppiter: statuit.i. constituit significãdum quod Luna mẽstrua.i. mensiũ cõstitutrix, moneret.i. idicaret, quo signo Austri.i. illi venti ex meridie flantes, caderent.i. cessarent, & qd.i. quod signum, aut quã rem, agricolæ videntes sæpe, sup. cõtingere, tenerent armenta.i. boues, qbus magni sunt propius stabulis, a stando. s. dictis, vnde stantium sunt: sicut cubilia cubantiũ, (Prope nomen datiuo iungitur, vt prope est dominus oibus inuocãtibus eum, inde propius aduerbiũ, hic etiã dandi casui iunctũ est. Prope prępositio accusatiuo, sicut proxime aduerbiũ. Sallu. Proxime Hispaniã Mauri sunt.) Continuo ventis surgentib9.i. dum venti surgere tentãt, aut de ppinquo surrectura sunt freta.i. vndæ, Ponti.i. maris agitata.i. cõmota, incipiunt tumescere.i. inflari, & fragor aridus.i. qualis est in aridis frõdib9 incipit audiri in altis montibus, aut littora resonãtia longe.i. q longe stantes percipere possunt, icipiũt, sup. misceri.i. pturbari, & murmur nemorũ incipit, sup. increbrescere.i. crebrum fieri, aut esse, quę oia signa ventoꝝ, ac turbinũ sunt a Pli. diligenter annotata, vt Beroaldus in Seruiũ annotauit, cuius verba sunt, Si Seruius curiose, pensiculateq; annotasset prognostica, tẽpestatũ, quæ a Virgilio referuntur, quæ exequit Lucanus, quæ enumerat Plinius: profecto non dixisset bis idem dici a poeta in expositione carminis Maroniani. Nanq; aliud est, Haud dubie fragor in montibus tumor in mari, aliud sonitus littoꝝ, aliud mugitus nemorum, proinde ad expositionẽ Virgilianã, prognosticoꝝ subiungemus verba Pli. ex lib. xviij. quæ ita aperte, ita eleganter enarrant dicta poetę, vt ab interprete nullo apertius, elegantiusve possint enarrari, verba Plinij sunt hæc, est & aquarũ significatio, Mare si murmurauerit, intra se ventum prædicit, si identidem, & hyemem, & imbrem: littoris, ripęq; si resonabunt tranquilla, asperam tempestatem, & mox paulo sæpe & silentio mare intumescit, flatusq; altius solito iam intra se ventos fatetur. Equidem, & montium sonitus, nemorumq; mugitus prædicunt tempestatem, hæc verba Plinij, adeo poetæ carminibus conueniunt, adeo quadrant, vt alter ab altero mutuatus esse videatur, & Lucanus Virgiliũ, vt arbitror, imitatus: talia quoq; ipse tempestatum præsagia recenset in v. scribens, Sed mihi nec motus nemoꝝ nec littoris ictus, & paulopost, Turbida testantur conceptos æquora ventos. si murmura ponti consulimus cori verrent mare. Hæc ille.

PIERIVS.

¶Atq; hæc vt certis possimus discere signis.) In Roma. cod. possemus dicere, legitur. Sed possimus discere, magis receptũ. Nam quę sequuntur, pertinent ad disciplinam, & pari errore legit paulo inferius in impressis codicibus aliquot. ¶Quod mẽstrua Luna moueret.) Cum dubio procul moneret, ex congruitate sententiæ, atq; ex antiquis omnibus codicibus sit legendum. Poeta enim loquitur de præsignificatione futurę tempestatis per sydera, quam disciplinam Græci προχειμάζειν Vocant, vt tradit Plini. ¶Quid sæpe videntes.) In antiquis aliquot exemplaribus, quod habetur, lectio Seruio agnita. In Romano tamẽ & in Mediceo, Quid, indefinitum. ¶Et aridus altis montibus audiri fragor.) In Romano codice, Arduus habetur, sed longe castior lectio est, aridus, vt in Medi. & alijs scriptum, quod quidem Homericum est, αὖον ἄυσεν, cuius rei antithetõ est Persianum illud, maligne. Respondet viridi non cocta fidelia limo, eandem lectionẽ agnoscit Seruius.

SERVIVS.

¶Iam sibi tũ curuis male tẽperat vnda carinis.) Scias inquit, in pelago eẽ grauissimã tempestatẽ cum mergi ad litora cõfugiunt. Poetice autẽ ait, Iam sibi tum vnda male tẽperat curuis carinis.i. sibi nõ parcit, sed crescit ĩ perniciem suã, nam in carinam scindendam cõsurgit. ¶Clamoremq; ferunt.) Id est si cum clamore reuertunt, nam plerunq; plura dicit signa, e quibus vnum nõ sufficit, sed oia animaduertenda: vt, Tum cornix plena pluuiã vocat improba voce, Et sola in sicca secum spatiat arena. ¶Marinę fulicæ.) Ad discretionẽ fluuialium. ¶Altam supra volat ardea nubẽ.) Ardea dicta est quasi ardua: quæ cum altius volauerit, significat tempestatẽ. Lucanus, Aut siccum quod mergus amat: quodq; ausa volare Ardea, sublimis pennę cõfisa natãti. ¶Præcipites cœlo labi.) Sequitur vulgi opinionem, nõ enim omnia prudẽter a Poeta dicenda sunt. Quod aũt videmus e cœlo stellas quasi labi, ἀπόρροιαι sunt ignis ætherij, quæ fiunt cum vehementior ventus altiora conscẽderit: & trahere exinde aliquas particulas cœperit, quæ simulant casum stellarũ. Nam stellę cadere nõ possunt: quarum natura est, vt stent semp, vnde & stellę vocantur. Sanẽ sciẽdum est ab illa parte ventum flaturũ, in quã ille ignis ceciderit. ¶Colludet plumas.) Moueri, Terẽtius, Congrum istum maximũ in aqua sinito ludere.i. moueri, Virgi. Ludere prudentes pueros. ¶At Boreæ de parte trucis cũ fulminat.) Hoc vult dicere, Vbiq; ingentes efficit pluuias ab istis ventis mota tẽpestas. ¶Nunquam imprudentibus imber Obfuit.) Alij iam vacare volunt. alij augentis habere significationem: vt sit, Nunquã imber obfuit valde prudentibus, quæ res valde non sunt idoneæ. Vnde melius est ita intelligere, Nunquam imber obfuit non ante prouisus: tam clara sui dat signa: vt, ¶Imprudentibus.) Ignaris accipiamus: nam hoc dicit, Nunquam nescienti nocet imber, quia se designat ante venturum, & scimus leuiora esse mala, quæ ex opinione

Iam sibi tum curuis male temperat vnda carinis:
Cum medio celeres reuolant ex ęquore mergi:
Clamoremq; ferunt ad littora: cumq; marinę
In sicco ludunt fulicę: notasq; paludes
Deserit: atq; altam supra volat ardea nubem.
Sæpe etiam stellas vento impendente videbis
Præcipites cœlo labi: noctisq; per vmbras
Flammarum longos à tergo albescere tractus:
Sæpe leuem paleam, & frondes volitare caducas:
Aut summa nantes in aqua colludere plumas.
At Boreę de parte trucis cum fulminat: & cum
Euriq;, Zephyriq; tonat domus: omnia plenis
Rura natant fossis: atq; omnis nauita ponto
Humida vela legit. nunq; imprudentibus imber
Obfuit: aut illum surgentem vallibus imis,
Aerię fugere grues: aut bucula cœlum
Suspiciens, patulis captauit naribus auras:
Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo:
Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.
Sæpius & tectis penetralibus extulit oua
Angustum formica terens iter: & bibit ingens
Arcus: & è pastu decedens agmine magno
Coruorum increpuit densis exercitus alis.

Universidad de Deusto Biblioteca

opinione contingunt. ¶ Aeriæ fugere grues,) Aerij coloris, aut altum volantes. Dicit autem grues, de vallibus fugere, non pluuiam de vallibus ſurgere. ¶ Aut bucula cœlū ſuſpiciens patulis,) Hic locus omnis de Varrone eſt, Ille enim ſic.

Tum liceat pelagi volucres, tardæq; paludis
Cernere inexpleto ſtudio certare lauandi:
Et velut inſolitum pennis infundere rorem:
Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo,
Et bos ſuſpiciens cœlum (mirabile viſu)
Naribus aerium patulis decerpſit odorem,
Nec tenuis formica cauis non euehit oua.

De rana ¶ Et veterem in limo ranę cecinere querelam,) Fabula duplex eſt: Nam vt Ouid. dicit, Ceres cum Proſerpinā quęreret, ad releuandam ſitim acceſſit ad quēdam fontē, tūc eam Lycij ruſtici a potu prohibere ceperunt, & cōturbantes pedibus fontē, cum cōtra eā emitterent turpem naribus ſonum, illa irata eos conuertit in ranas: quæ nunc quoq; ad illius ſoni imitationem coaxāt. Sed hoc non eſt valde aptum. Nam illa magis inſultatio fuerat, q̄ querela: & pœnam ſacrilegij iuſte pertulerunt. Vnde magis Æſopus eſt ſequendus qui dicit hoc, Cum Iuppiter oībus aīalibus reges daret, & ranis, ni fallor, colendum breuiſſimum lignum dediſſet, illæ queſtæ & aſpernatæ ſunt eum, & tunc eis hydrum iratus dedit, qui veſcitur ranis. ¶ Bibit ingens arcus.) Sequitur iterū vulgi opinionem. ¶ Coruorum exercitus.) Multitudo.

PROBVS.

¶ Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.) In Lycia Latona æſtu exhauſtis vberibus educans Apollinem, & Dianam infantes acceſſit ad Melam fontem. Et cum vellet bibere, prohibuit eam Neocles paſtor. Cum aūt illa pertinacior eſſet, prohibuerūt aqua. Itaq; deę numine mutati ſunt in ranas. Et quæ Aſia circū dul. p. Cayſtri.) Aſia correpta prima litera dicitur, in qua quoddam pratum Aſium iuxta Cayſtrum appellatur.

MANCINELLVS.

¶ Male ſibi temperat a curuis carinis.) Id eſt nō ſe continet, ſed carinis illidit. ¶ Mergi.) Idem ſcribit mergi, anateſq; pennas roſtro purgante ventū, cætereq; aquaticę aues concurſantes grues in mediterranea feſtinantes, mergi maria, aut ſtagna fugientes.

Fulicæ. Ranæ. ¶ Fulicę.) Ait idē, q fulicæ matutino clangore, ranę quoq; vltra ſolitum vocales tempeſtatis ſigna ſunt. ¶ Veterum querelam.) Quomodo Latona cum Apolline & Diana Iunonis iram fugiens vertit agreſtes in ranas in Lycię finibus, videto Ouid. li. vj. Meta. Item videto Æſopi fabellam de ranis & hydris. ¶ Ardea.) Hæc in medijs arenis triſtis tempeſtatibus ſignū oſtendit, author eſt idē.

Stellæ cadētes, ¶ Sæpe etiam ſtellas.) Pli. de ſtellis ait, diſcurrere enim videntur, ventiq; protinus ſequūtur. idem, Si volitare plures ſtellę videbūtur, quo ferunt albēſcentes, ventos ex his partibus nunciant. idē lib. ij. ca. xxvj. inquit. Fieri videt, & diſcurſus ſtellarum nunq̄ temere, vt nō ex ea parte truces, venti oriantur, & ex his tunc procellæ in mari, terriſq;.

Venti. Tu vero cur ita fiat problem. a legito apud Alexādrum Aphrodiſeū. ¶ Et frōdes volitare caducas.) Idem ait, q tempeſtatem prædicunt, ſiue aura, quæ ſentiantur folia ludentia, lanugo populi, aut ſpinæ volitans, aquiſq; pluma innatans. ¶ Boreę trucis.) Terribilis, de cuius vi legito Oui. circa fin. lib. vj. Meta. flat autē Boreas inter ſeptentrionē & exortum ſolſtitialem, vt ſcri. Pli. lib. ij. Ab oriente vero brumali vulturnus, quem Gręci Eurum appellant, ab occaſu ęquinoctiali Fauonius, qui Zephyrus a Græcis. ¶ Imprudentibus.) i. incautis, & inſcijs, nam quiſq; ſigna futuræ tempeſtatis præuidet. Vel imprudentibus. i. valde prudentibus, vt apud Cice. li. v. Tuſ. qui nihil metuant, nil agāt, nil concupiſcant, nulla impotētia efferantur. i. valida, ſeu magna potentia. ¶ Surgentem.) Venturum. ¶ Bucula.) Ait idem, q boues cœlum olfactantes. ſeq; lambentes contra pilum præſagia aeris ſentiunt.

Hirūdo Ranæ. ¶ Hirundo.) Ait idem, q hirundo tam iuxta aquam volitans, vt penna ſæpe percutiat, hyemem nunciat. ¶ Ranæ.) Ait idem, quod ranæ quoq; vltra ſolitum vocales tempeſtatis ſigna ſunt.

Formica. Arcus. ¶ Formicæ.) ait idem, quod ſegniter & contra induſtriā ſuā formicæ abſconditæ concurſantes, aut progignentes oua tempeſtatem prænunciauit. ¶ Et bibit ingens arcus.) ait idem Arcus cum ſunt duplices, pluuias nunciant, ſinguli ſerenitatem nō perinde certam, bibit autem humorem, inde emittit: Sed de arqui plura idem Pli. lib. ij. ca. lxj. ¶ Coruorum.) Ait idem. Coruiq; ſingultu quodam latrantes, ſeq; cōcutientes ſi cōtinuabunt, vētoſi vero carptim vocem reſorbent, ventoſum imbrem, & gracili ſero a pabulis recedentes, hyemem.

ASCENSIVS.

¶ Iam ſibi cū curuis.) Docet alia tempeſtatū prognoſtica, dicens. Vnda. ſ. maris: male. i. nō temperat. i. parcit ſibi, quia cōcutit ſe, & collidit cauernis curuis. i. ventribus nauium iam. i. tunc: cū. i. qn̄, mergi. ſ. aues a mergendo dictæ, reuolant celeres ex ęquore medio, vbi. ſ. futuram noſcunt tempeſtatē, & ferunt clamorē ad littora. i. cum clamore volant ad littora: & cum fulicæ aues illę marinæ. i. in mari verſari ſolitę, ludūt in ſicco. i. in arena littoris: & cum ardea auis nota, deſerit paludes notas, in qbus piſcari ſolet, & volat ſupra altam nubē. Tu videbis etiam ſæpe ſtellas, hoc eſt impreſſiones, & faces ſtellis ſimiles, labi. i. decidere, & percurrere cœlo. i. per aerem vento impellente, qui ſtatim in terras, ac maria deſcenſurus eſt, & videbis longos tractus flammarū. i. flammas in longū tractas albeſcere a tergo per vmbras noctis: qa interdiu videri nequirent. Et tu videbis paleā leuē. i. deſiccatam, & frondes caducas volitare, id eſt per aera ferri: aut videbis pluuias natantes. i. ſupernatātes colludere. i. in morem ludentium agitare nunc huc, nunc illuc occulta vi ventoꝝ in ſumma aqua. In qbus locutionibus ex more quālibet rem certā narrantium ponit ſecunda perſona etiā ſingularis numeri pro qualibet, hoc eſt pro quolibet, aut quibuſlibet, præſente vel præſentibus, vt ēt Æneid. iiij. Migrantis cernas, totaq; ex vrbe ruentes. Cernas inq̄, ſi adſis, & nō magis tu, q̄ quilibet alius. Sed reuertamur ad ordinē. At. i. ſed, cum. i. quādo, fulminat. i. fulmen cadit de parte Boreæ illius venti, trucis. i. terribilis, hoc eſt ſeptētrionali regione & cum domus Euri, qui ab oriente flat, q; pro &, Zephiri qui ab occidente tonat, tunc ſup. oīa rura natant. i. aquis obruunt, & inundantur foſſis. i. aquarū receptaculis exiſtētibus plenis; ita q amplius capere nō poſſent. Noue tñ dicunt rura natare, cum quę natantur ferant aquis, aut ſuper aquam, aut aerem, vnde forte accipit rura pro his, quæ in rure ſunt, ſicut de Pado dictum eſt: q cū ſtabulis armēta trahit. Aut reciprocus eſt illis ſenſus, ſicut in qbuſdā aliis, vt ſicut dicimus flores ſpargi ſup lectum & lectū floribus: ita dicamus aquas natare ſup rura, & rura natare aquis. Sanè legēdum putē. Euriq; Zephiriq; &c. & non Euriq; & Zephiri, nullius enim neceſſitatis eſt addere particulam, &, cum particula, q;, alibi ſæpe longa legat, vt Æneid. iij. Liminaq;, Laurusq; dei, totusq; moueri, &c. Atq; tunc oīs nauita. i. nauta, legit. i. colligit dum ſtringit vela humida ex pluuia. ſ. quę ſubſecuta eſt, imber nunq̄ offuit. i. nocuit imprudentibus. i. valde prudentibus, aut prudentiam ſuā his prognoſticis impendentibus, aut nunq̄ nocuit imprudentibus. i. incautis, &, vt Galli dicunt, nō præauiſatis, hoc eſt non præmonitis, qa oēs admonent pꝛijs ſignis, quā expoſitionē approbat quę ſequit. Nam vt grues aerię. i. in altū ſe tollentes, aut aereæ fere coloris, fugere illum. ſ. imbrem ſurgentē. i. orientē aut venturum, imis. i. decliuis, vallibus. aut bucula. i. vacca, aut iuuēca, ſuſpiciens cœlum. i. ſurſum aſpiciens, quod illi naturæ non eſt, captauit auras, naribus patulis. i. ſemper & multum patentibus, aut hirundo auis nota, arguta. i. canora, aut ſtridula pennis circūuolitauit lacus, & ranæ cecinere in limo querelam veterē. i. a multis annis eis conſuetam (niſi ad fabulam retuleris) & formica tereſ anguſtum iter. i. callem, aut viam extulit ſæpius tectis penetralibus. i. arcanis, & quæ ipſa ſola penetrant oua. ſ. ſua verita. ſ. ne madefiant, & ingens. i. valde magnus arcus. ſ. cœleſtis, quā irim vocant, bibit. i. attrahit materiam nubis, & exercitus. i. grex coruorum decedens e paſtu magno agmine. i. turmatim. i. aut agminatim increpuit. i. crepitum fecit & ſtridorem, alis denſis. i. coniunctis, quia cominus volant, & quaſi connexis alis.

PIERIVS.

¶ Iam ſibi tum curuis.) In Roma. codi. Iam ſibi tum a curuis legitur, vna plus prępoſitione, vt in Æneid. ij. Temperat a lachrymis. Id Ser. etiam videtur agnouiſſe. ¶ Noctiſq; per vmbras.) In Roma. codi. & in Medi. per vmbram, legitur, vnitatis numero, quod hoc loco melius. ¶ Atq; omnis nauita pō. hu. ve. legit.) In anti, aliquot exemp. legūt, eſt plurali nume. ¶ Et veterē in limo.) In codicibus aliquot anti. aut veterum, legitur. In vulgatis &, vtrunq; procedit.

SERVIVS.

¶ Iam varias pelagi volucres, & quæ Aſia circum, Dulcibus in ſtagnis rimātur prata Cayſtri.) Hæc vera lectio: & ſenſus talis eſt, Iam varias pelagi volucres, & eas quæ circum prata rimant in dulcibus ſtagnis Cayſtri, videas certatim largos humeris īfundere rores. Nam ſi iam variæ legeris, ſenſus nulla ratione procedit. Cayſtrus aūt Aſiæ fluuius eſt. Aſia vero, palus: Vnde fecit Aſia prata. Et de palude Aſia, A lōga eſt, nā de puincia corripit. vt, Europa atq; Aſia pulſus, & eſt Homericus verſus ἀσίῳ ἐν λειμῶνι καυστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα. ¶ Rimant prata.) Paſcunt in pratis, cibum per terrę rimas requirētes. Nam rimari hinc tractum eſt a porcis, qui glandes rimant de rimis terrarum. ¶ Et ſtudio geſtire lauandi.) Geſtire eſt lætitiam ſuā corporis habitu ſignificare, nam vt hoies verbis lætitiam ſuam exprimunt, ita aues corporis geſticulatione. Incaſſum autem ideo ait, quia plumarū compoſitio aquā minime ad corp' admittit. ¶ Rauca.) Pluuia vocat improba voces. Rauca contra naturam ſuam. Et. ¶ Vocat.) poetice ait: non enim vocat, ſed denunciat pluuiam. Et notandum cornicem, & rauca voce, & ſolam, pluuiam prędicere: Coruos vero ſerenū & pluuias & voce tenui ac puriſſima cōtra naturam ſuam: vt, Tum liquidas corui preſſo ter gutture voces. ¶ Teſta cum ardente viderent.) Propter vilitatem noluit dicere lucernam, nec iterum Lychnum: ſicut in heroico carmine. vt, Dependent lychni. Medius vero in his libris eſt ſtylus, ſicut diximus ſupra. ¶ Putres concreſcere fungos.) Nam, vt dicit Plinius, cum aer humidus eſſe cœperit, fauilla quæ cū fumo ſolet egredi, prohibita aeris craſſitate in lucernis reſidet, & quaſdā velut fungorum imitatur imagines.

Iam varias pelagi volucres, & quæ Aſia circum
Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri:
Certatim largos humeris infundere rores,

Nunc caput obiectare fretis, nūc currere in vndas,
Et ſtudio incaſſum videas geſtire lauandi.
Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce:
Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena.
Ne nocturna quidem carpentes penſa puellæ
Neſciuere hyemem: teſta cum ardente viderent
Scintillare oleum: & putreis concreſcere fungos.

MANCINELLVS.

¶ Varias pelagi volucres.) Ait idē, q hyemē ſignificant, cū terreſtres volucres cōtra aquā clangores dabūt perfundentes ſeſe, maxime cornix. Poeta aūt id tribuit aquaticis etiā auibus. ¶ Aſia p.) Vibius Sequeſter ſcri. quod Cayſter decurrit proximus paludi Aſiæ, & Probus īquit. Aſia producta prima litera dicitur, in qua quoddam pratum Aſium iuxta Cayſtrum flumē appellat. Maro lib. vij. Æneid. de Aſia palude, & Cygnis, & Cayſtro etiā meminit vbi ait. Ceu quondam niuei. Item ſonet amnis & Aſia longe pulſa palus. ¶ Cayſtri.) Cayſter fluuius eſt in Mæonia teſte Dionyſio, & teſte Plin. lib. v. Cayſtro alluditur Epheſus Amazonum opus. ¶ Lauandi.) Paſſiue dictum, nam tondeo & lauo etiam paſſiue dicuntur, de quibus latius ibi in Buco. Tondenti barba cadebat. ¶ Cornix.) De hac iamiam dictum eſt. ¶ Fungos.) Ait Pli. pluuias ſignificari, ſi in lucernis fungi fuerint, ſi flexuoſe, volitet flāma, ventum & lumina, cū pręſe flammas elidunt, aut vix accendunt. Item cū in eo pendentes coaceruant ſcintillę, vel cum tollentib' ollam carbo adhęreſcit, aut cum cōtemptus ignis ad ſe fauillam diſcutit, ſcintillam ve mittit, vel cum cinis in foco concreſcit, cum carbo vehementer perlucet, eſt & aquarum ſignificatio.

ASCENSIVS.

¶ Iam varias, &c.) Eandem rem proſequitur, oſtendens videlicet alia tēpeſtatū ſigna, quæ hoc ordine patebunt, Tu videas, id eſt videre poſſis: eſt autem ſecunda perſona, pro quauis iam. ſ. imminente pluuia: quā arcus pluuialis collegerat volucres pelagi. i. in mari verſari ſolitas, & ſup. eas quę rimātur circū. i. per circuitū: Aſia prata. i. Aſiana quæ adiacent Aſię paludi quę in Mæonia eſt nō lōge a Cayſtro, & ideo addit in dulcibus ſtagnis Cayſtri. ſ. fluuij in Mæonia. (Declinatur aūt hic Cayſter aut Cayſtrus, quo Seruius vtitur: nam gręca in ros apud nos vtrunq; habent, vt Teucer & Teucrus, &c.) tu videas, inquā, has volucres dictas infundere certatim. i. cum certamine, humeris. i. in humeros ſuos, largos rores. i. aſpergines, ſeu aſperſiones aquarum prius hauſtarum, & videas eas, obiectare nunc. i. aliquādo fretis. i. mari feruenti caput. ſ. ſuum, & ſe immergere: & nunc. i. aliquādo currere in vndas, & geſtire. i. geſtu ſuum deſiderium indicare, ſtudio. i. cupiditate: lauandi. i. vt lauētur, aut lauandi, ſup. ſe & id incaſſum. i. fruſtra, qa fruſtra laborioſe quæritur, quod mox gratis, & abundanter offertur, ſed cum ita ſe lauant volucres, ſunt pluuię proximę: quod libentius dixero, quam Seruianum cōmentum: & cornix improba. i. improbāda, aut inſatiabilis vocat, tum. i. tunc plena voce pluuiam, & ſpatiat ſecum ſola. i. ſine aliarum auium comitatu, in ſicca arena, & obiectat caput querulum, quaſi dicat garrulum, vndis venientib'. i. ſurgētibus. Nec nocturna quidem, recitat prognoſticū ex inanimis, hoc eſt ex igni ſumendum dicens. Nec puellæ quidem. i. ne etiam puellæ carpentes, id eſt deducentes penſa nocturna, id eſt lanam: quā noctu carpunt penſum, referēdam neſciuere. i. ignorauere, hoc eſt bene ſciuerunt, quia duæ negationes, vt ſunt, nec neſciuere equipollent affirmationi, hyemem, id eſt futurā tempeſtatem pluuialem ab hyo, quod eſt pluo dictū: cum. i. quando: ipſæ viderunt oleum ſcintillare. i. ſcintillas quaſi iniecta aqua emittere: & cum viderent fungos. i. fungorum figuras ex fuligine, concreſcere. i. ſimul naſci.

PIERIVS.

¶ Iam varias pelagi volucres, & quæ Aſia circū,) In aliquot veteribus exemplaribus ita habet dictionum ordo. Iam volucres pelagi varias, quod tantūdem eſt. In aliquot pro, & quæ Aſia, legere eſt, atq; Aſia. Sed omnino inemendate. In Romano codice, variæ, quod non placet, quia enunciatum eſt huius verbi, videas, niſi quis varie, aduerbium maluerit, vt ad varios lauationis modos, quos enumerat. referatur: rores quippe certatim humeris infundere, fretis caput obiectare, in vndas currere, & lauandi icaſſum ſtudio geſtire. Sed enim caſtior omnino lectio eſt, varias pelagi volucres, epitheto, pprio. ¶ Nūc currere in vndas.) Vetuſti codices partim vndis, partim vndas, habent: vtrūq; plurali numero. ¶ Nec nocturna qdem.) In Roma. co. ne nocturna, ſed, nec, melius.

SERVIVS.

¶ Nec minus ex imbri ſoles.) Id eſt ſerenitates. Et verſa vice dat prognoſtica qbus agnoſcamus ex tempeſtiuo cœlo ſerenitatem futuram. ¶ Aperta ſerena.) Aer enim denſatur nubilo, & rareſcit ſereno: vt, Denſet erant quę rara modo: & quę denſa, relaxet. ¶ Nec fratris radijs obnoxia ſurgere Luna.) Obtuſa ſubaudi a ſuperioribus, nā hoc dicit, Nec tamen Luna videtur obtuſa, quæ eſt radijs ſolis obnoxia, nam vt dicunt phyſici, ab eo accipit lumen. ¶ Tenuia.) Pro celeuſmaticus eſt pro dactylo, quā ob rem quotieſcunq; facit Virgilius, ſeruat locum Synizeſi: vt tenuia: Itē &, Genua labant.

Halcyones. ¶ Dilectę Thetydi Halcyones.) Ceyx filius Luciferi habuit vxorē Halcyonē: a qua cum prohibitus iſſet ad conſulendum Apollinem de ſtatu regni, naufragio perijt. Cuius corpus cum ad vxorē delatum fuiſſet, illa ſe præcipitauit in pelagus. Poſtea miſeratione Thetydis & Luciferi cōuerſi ſunt ambo in aues marinas, quæ Halcyones vocantur. Sanè ſciendum eſt, quod cum de muliere dicimus, hæc Halcyone facit: Cum de auibus hic & hæc Halcyon, hi & hæ Halciones. Iſtæ autem aues nidos faciunt in mari media hyeme. Quibus diebus tanta eſt tranquillitas, vt penitus nihil in mari poſſit moueri. Inde etiam dies ipſi, Halcyonia nominantur. ¶ Non ore ſolutos.) Scilicet manipulos. Alij. ¶ Soluto ore) accipiunt, id eſt nimium patenti. ¶ Immundi) autem, Luto gaudentes. Hora. Et amica luto ſus. ¶ Magis.

Nec minus ex imbri ſoles, & aperta ſerena
Proſpicere: & certis poteris cognoſcere ſignis.
Nam neq; tum ſtellis acies obtuſa videtur:
Nec fratris radijs obnoxia ſurgere luna.
Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri.
Non tepidum ad ſolem pennas in littore pandunt
Dilectæ Thetidi Halcyones, non ore ſolutos
Immundi meminere ſues iactare maniplos.
At nebulæ magis ima petunt: campoq; recumbunt.
Solis & occaſum ſeruans, de culmine ſummo
Nequicquam ſeros exercet noctua cantus.
Apparet liquido ſublimis in aere Niſus:
Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.
Quacunq; illa leuem fugiens ſecat ęthera pennis:
Ecce inimicus atrox magno ſtridore per auras
Inſequitur Niſus: qua ſe fert Niſus ad auras:
Illa leuem fugiens raptim ſecat ęthera pennis.
Tum liquidas corui, preſſo ter gutture voces,

Universidad de Deusto Biblioteca

Aut quater ingeminant:& sæpe cubilibus altis
Nescio qua præter solitum dulcedine læti:
Inter se folijs strepitant.iuuat imbribus actis
Progeniem paruam, dulcesq; reuisere nidos.

Magis ima petunt.) Deprimuntur ad valles. Nequicq; seros exercet noctua cantus.) Id est non. Persius, Nequicq; fundo suspiret nummus in imo. Itē Vir. Et summo clypei nequicq; vmbone pepēdit. Noctua aūt auis est lucifuga:quę significat pluuiam si cecinerit post solis occasum. De hac aūt talis est fabula. Nyctimene postq; cū patre concubuit, & agnouit facinus esse:in syluis se abdidit,& lucē refugit:vbi deo⁊ voluntate cōuersa est in auem:quæ pro tanto facinore oībus auibus est admirationi. Sublimis in aere Nisus.) Nisus rex Megarensium pater Scyllæ, de quo plenius in Bucolicis diximus. Pœnas dat.) Aduersante sibi patre Scilla eiusdem Nisi filia, quæ patri suo abscissam comam purpuream Minoi obtulit contra patrem pugnanti,& idem in auem conuersa est: quas aues dicit nunc discordes nimis esse inter se. Fugiens.) Patrem scilicet. Æthera,) Aerem. Atrox.)Crudelis & immitis. Stridore.) Sonitu alarum. Tum liquidas corui presso ter gutture voces ,Aut quater igeminát.) Pli.in natu.historia dicit coruos esse obliuiosos, & plerūq; minime ad nidos suos reuerti:sed quadam ratione naturæ hæc congerunt ad suos nidos quæ vermes possint creare:ex quibus relicti eorum pulli aluntur interdum, Horum obliuionem probat etiam ex rebus, quas cum absconderint,derelinquūt: quod etiā Mustellæ dicuntur efficere.

Noctua

Corui.

PROBVS.

Dilectę Thetidi halciones.)Varia est opinio harū volucrū originis. Itaq; in altera sequit Oui.Nicandrū,in altera Theodorum. Putat enim Ceyx Luciferi filius cū Alcione Æoli filia mutatus in has volucres. Idem refert Halcyonē Scyronis filiā latronis Attici Polyphemonis filij,cū pater ei pciperet,vt quęreret maritū arbitratū pmissum sibi,vt cōcumberet cum qb⁹ vellet,ab irato patre deiectam mare mutatā in hanc volucrē. Idcirco aūt dilectas Thetidi dicit has aues,quod per septē dies quibus excludūt fœtus in mari tranquillitas est, vt tuta sit nauigatio.

MANCINELLVS.

Nec mi.ex im.) Futurę hyemis hacten⁹ signa docuit, nūc vero futuræ serenitatis post imbrem, quæ oīa Plin.latius prosequit. Halcyones.) Hę aues paulo maiores passere sunt,de qbus idem Pli.lib.x.c.xxxvij. Noctua.) Noctuas nouē voces habere tradit Nigidius:scribit Pli.lib.x.lib.aūt.xvij.q noctua in imbre garrula serenitatē ostendit,ac sereno tempestatem. Nisus.) De Niso in auem verso latius videto in.vj.Eclo. Scylla Nisi filia ī auē Cyrin versa est,& Nisus in Halietū,vt patet lib.viij.Meta.apud Oui. Halietus aūt est aquilę genus, de quo late Plin.lib.x. Liquidas voces.) Dictum est superius, q si corui carptim vocem resorbent, ventosum imbrem significāt,Hic vero ostendit Maro, per liquidas clarasq; voces serenitatem portendi.

ASCENSIVS.

Nec minus.) Postq; docuit varia indicia ac signa futuræ hyemis seu tempestatis, docet signa serenitatis,dicens ea non minus certa esse,q̄ sint hyemis. Ordo autem ne plixus sim est. Nec minus.i.pariformiter poteris pspicere.i.præuidere ex imbri.i.pluuia præuia,hoc est post imbrem solis.i.apparitionē solis, & sudi tatem,& pro.i.serena.s. tempora, aut loca cœli & aeris aperta.i. nullis nubibus cooperta, & tu poteris non minus cognoscere.s. iam dicta signis certis.i.infallibilibus. Nam neq; acies, videt tunc stellis obtusa,i.stellę nō videnť tunc habere aciem obtusam nec luna obnoxia radijs fratris.i.Phœbi, hoc est solis cui obnoxia est,quia ab eo illuminať, videť surgere.i.oriri tum.i.tunc obtusa nec tenuia vellera lanæ.i.lanuginis arborum populi aut spinę videnť tunc ferri per cœlū.& Halcyones.s.aues in mari tempore summę tranquillitatis nidificātes, ob quā rem dicuntur dilectæ Tethidi, id est nymphæ illi ac deæ maris, non pandunt,id est explicant in littore pennas,scilicet alarū suarum: & sues,id est porci:immundi,id est obscœni & ceno gaudentes ac fœdi non meminere,id est non meditantur iactare ore.s.suo,maniplos pro manipulos.i.fasciculos stramentorum,quanti manibus comprehendi solent: solutos.i.dissipatos ore.s.suo. (Potest enim bis construi.) At.i.sed,nebulæ petunt magis ima, & ita humiditas aeris vincitur solis radijs,vnde nascitur serenitas,& ipsæ nebulæ recumbunt campo:& noctua auis ea noctu volare solita seruans.i.obseruans occasum solis ante quem nō euolat, exercet ne quicq;.i.non,quasi sit nequaquā cantus seros.i.serotinos cantus:Et Nisus auis illa in quam Nisus Megarensium rex cōuersus fingitur,& Halietus dicitur: apparet sublimis.i.altus & per sublime volans in liquido aere: & Scylla.s.filia Nisi dat pœnas, quia profligať a patre pro capillo purpureo.i.purpurei coloris,quem pater consecratū habebat:Quacunq;.s.parte, illa.s.Scylla,fugiens .s.patrē Nisum:secat.i.sulcat & diuidit aera pennis.s.alarum: ecce q.d,de repente & improuiso,Nisus inimicus insequitur,sup.eam existens inimicus,sup.cum magno stridore,& qua,sup.parte Nisus fert se ad auras.i.aperte volat: illa.s.Scylla fugiens.s. Nisum, leuem.i.celerem:secat raptim.i.celeriter ęthera,i.sublimē aerem, pennis.s.suis. Tum.i.præterea corui ingeminant ter aut quater gutture rauco,voces liquidas.i.præter morē claras, vt facile serenitatis indiciū agnoscas:& ipsi lęti sæpe in altis cubilibus.s. arborum aut rupiū strepitant in folijs: inter se nescio qua dulcedine .s.vocis, præter solitū.i.vltra q̄ solet eis vox dulcis esse, nisi sit, Nescio qua dulcedine.s.tēporis,ipsi læti crepitant inter se, iuuat ,i.delectat,sup,eos reuisere pgeniem paruā,i.pullos, q pro & nidos dulces. Ideo autē dulces,qa progeniem cōtinent, & hoc imbribus actis.i.trāsactis. Mire exprimit naturam coruo⁊, quibus pullorum est obliuio,nisi serenitate commoneantur.

PIERIVS.

Nec minus ex imbri soles.) Antiqui aliquot codices, ex imbres soles, legunt: ea compositione qua, exlex,& espes, dicitur. Sed ita deesset aliquid. Quare melior est lectio, quæ in Mediceo codice, cum vulgatis sentit, dicente præsertim Seruio dari etiam præcepta, quibus e tempestuoso cœlo futuram serenitatem agnoscamus. Sublimis in aere Nisus.) In Romano codice in æthere. Sed omnino melius in aere, quia paulopost sequitur,secat æthera pennis, missum facio. Sublimis,b,in,l.mutata,) q plerią; codices antiqui scribunt. Inter se folijs strepitant.) In Mediceo, & antiquis fere omnibus exemplaribus, legitur, Inter se folijs. Nam,in,omnino desiderabatur, quanquam etiam absq; præpositione nō aliena lectio sit a Virgiliana phrasi,& illa. Quod paulo inferius est, sin ortu in quarto, vetera oia exemplaria, quæ legi, sin ortu,quarto absq;,in,legunt, quod elegantius existimatur.

Haud equidem credo,quia sit diuinitus illis
Ingenium:aut rerum fato prudentia maior.
Verum vbi tempestas,& cœli mobilis humor
Mutauere vias:& Iuppiter humidus austris
Denset,erant quæ rara modo:& quæ densa:relaxat.
Vertuntur species animorum:& pectora motus
Nunc alios, alios dum nubila ventus agebat:
Concipiunt.hinc ille auium concentus in agris.
Et letæ pecudes,& ouantes gutture corui.

SERVIVS.

Haud equidē credo.) Proponit sibi q̄stionē acerrimā, & de intima philosophia:quā tn̄ totā facilitate dissoluit. Nā quęrit cur hoies, quos cōstat esse prudētiores aīalibus, p se nō sentiant qualitatē aeris futurā: sed eā magis ex alijs aīalibus colligāt. Et hoc dicit, homines prudentiā habere naturalē, & suo iudicio posse vel lætos esse, vel tristes, q̄ res in hæc animalia cadere minime possunt, quæ nihil suum habentia,naturam aeris sequunť:& pro eius qualitate aut læta videnť aut tristia:nec prædicere aeris naturam videntur, sed eam vel prosperā vel aduersam aduenientē sequuntur. Nos vero & læti inter nubila esse possumus, & in serenitate soliciti. Aut rerum fato prudentia maior.)i.nō est illis diuinitus cōcessum ingeniū, nec prudentia, quę est maior rerū fato. Alibi, Met⁹ omnes, & inexorabile fatum Subiecit pedibus. Iuppiter.) Aer: vt Hora. Manet sub Ioue frigido Venator. Auiū cōcent⁹.) Cōmistus cant⁹.i. symphonia Lętæ pecudes.) Aeris serenitate gaudentes.

MANCINELLVS.

Haud equidem cre.) Prędicta.s.aīalia quibusdam signis ostendere. Aperit autem causas, vnde id procedere possit. Ingenium.) proprie dicitur naturalis sapientia,teste Nonio. Fato.) Deorum voluntate. Iuppiter.)i.aer. Denset.)Denset legēdum est, sic enim antiqui textus habent,sic quoq; Priscia.li.viij.hic legit. idem etiam Maro libro x. ait. Postremi addensent acies. Denso densas etiam in eadem significatione & constructione reperitur. Vertuntur.)mutantur. Species.)Qualitates. Nunc.)i.sereno tempore.

ASCENSIVS.

Haud equidem credo, &c.)Quia dictū est aues & feras tempestatē præsagire,eāq; hoibus indicare, quæri potest qūo id fiat cū homo excellētissimo ingenio præditus debeat eā prius percipiscere & cęteris animātibus indicare. Ad hoc respōdet verū quidē esse q nulli animātiū diuinius sit ingeniū q̄ homini:sed quia homo libertate arbitrij sui cōtra influentiā cœlestē se aut lętitia, aut tristitia,aut alia quauis passione afficere potest, nec naturali inclinationi semper obtēperat,cęterę aūt animātes solius naturę atq; cœlorū influentię habenis cohibitę, & rationis expertes nō possunt nō gestire, & cœlo obtēperare:quocirca imminente serenitate exultant,& sæuitia ingruente mœrent,eo q ante mutationē aeris mutanť causæ quæ sunt syderū influentiæ, quas bestiæ per rationis discursum ad alia nō distinctæ facillime percepiscūt, homines q; si attenderēt nō minus sentirent. Ordo aūt est. Equidē id est ego quidē:haud,id est nō credo, quia ingeniū.i.perspicacitas & prudētia ingenita & cōnaturalis sit illis.s.iam dictis belluis diuinius.i.diuinæ profectioni aut prouidētię cōformius:aut qa maior prudētia rerū sit illis.s.belluis quā,sup.hominibus,fato.i. deorū voluntate, aut necessitudine cœlesti:hoc est per fatū:quomodo nō regitur is ablatiuus ex vi comparatiua, vnde non esset sensus fato.i.quā fatum habeat. Nec quam fatum sit. Veruntamē Ser.ita intelligit,vt sit,aut quia prudentia maior fato.i.quæ maior est quam fatum sit illis diuinitus.i.a deo infusa. Est.n.prudētia maior fato,id est influentia cœlesti, quia sapiēs dominabitur astris:vnde dicturus est poeta, Felix qui potuit rerum cognoscere causas, Atq; metus omnis,& inexorabile fatum, Subiecit pedibus. Itaq; sm Seruium legendum est diuinitus,vt sit. Equidē ego haud credo quod ingenium sit illis diuinitus, hoc est q habeant ingenium diuinitus infusum, aut quia prudentia rerum quæ.s. maior fato sit illis:veruntamē,quia vt dicturus est in quarto huius, Esse apibus partē diuinæ mentis & haustus Æthereos dixere deum,nanq; ire per omnes Terrasq; tractusq; maris &c. in sexto Ænei, de omnibus animantibus, q Igneus est ollis vigor & cœlestis origo,nō male forsan legeret qui diceret,quia sit diuinius illis,ingenium.s.quā hominibus, sicut Flaccus in primo sermonū poetis mentē diuiniorē quam cæteris hominibus cōcedit dicēs. Ingenium cui sit,cui mens diuinior,atq; os Magna sonaturū des nominis huius honorē: legamus ergo,aut cū Ser.aut sicut prius exposuimus. Verum.i.sed:vbi.i.quo tēpore(nam localia & temporalia aduerbia ferè cōmuniter ponuntur)tempestas & humor cœli.i.aeris mobilis.i.mutabilis, mutauere vias.i.abierūt & alio se receperūt,& Iuppiter.i.aer humidus, denset aut potius densat: (nam denseo proprie neutrū,aut passiuum est ab intrinsecus nata passione, significat.n.id quod est densus sum,aut fio,denso vero actiuum significat densum facio, vt hic)densat.i.densa facit austris.i.per austros vētos desiccatiuos ea quę erāt modo.i.paulo ante rara,& relaxat quæ erāt densa,tūc,sup.species animorū.s. brutorū,vertunť cum qualitate aeris,& pectora cōcipiunt nūc.s. tempore serenitatis futurę alios motus.i.affectus,& alios,sup.cōcipiebāt dum ventus agebat nubila.i.impellebat nubes tempesti feras hinc.i.ex hac animorū tempestate, cum immutatione nascitur,ille.s.notissimus & suauissimus,cōcentus.i.melodia aut symphonia auium.s.cōcinentium in agris, q bene addit vt nō quæstus gratia aut victus,sed naturali influētia cātare credas, & hinc sup.sunt pecudes lætæ,& corui sunt ouantes.i.lætitiam vocalem significantes gutture.s.suo,quod raucum prius dixit.

PIERIVS.

Et pectora motus concipiunt.)In antiquis aliquot cod.pectore,legitur sing.ablatiuo:vt species sit suppositum. In Medi.pectore,est alia scriptione.

Si vero solem ad rapidum,lunasq; sequentes
Ordine respicies:nunquam te crastina fallet
Hora:nec insidijs noctis capiere serenæ.
Luna reuertentes cum primum colligit ignes:
Si nigrum obscuro comprenderit aera cornu:
Maximus agricolis,pelagoq; parabitur imber.
At si virgineum suffuderit ore ruborem:
Ventus erit.vento semper rubet aurea Phœbe,
Sin ortu in quarto(nanq; is certissimus author)
Pura,nec obtusis per cœlum cornibus ibit:
Totus & ille dies,& qui nascentur ab illo,
Exactum ad mensem,pluuia,ventisq; carebunt:
Votaq; seruati soluent in littore nautæ
Glauco,& Panopeæ,& Inoo Melicertæ.

SERVIVS.

Solem ad rapidum.)Velocem. Et notandum,hæc signa magis fida & subtiliora esse, quę ex sole & luna colligim⁹. Lunasq; sequētes Ordine respicies.)Non ordinem respicies,sed ordine lunas,id est rationabiliter solē sequētes. Luna enim solis circulum sequitur:licet ipsa sit inferior. Donatus dicit Lunas,noctes accipiendas, sed male.nō enim signa quæ dicturus est, ex nocte sed ex Luna colligimus. Nunquam te crastina fallet hora.)Hyperbole est:ne hora quidē te decipiet. Neq; insidijs noctis capiere serenæ.) Decipieris. Nā Aphæresis est, & plerunq; scimus nos decipi serenitate. Reuertentes cum primum colligit ignes.)Cum incipit renasci. Obscuro cornu.)Nō clare lucenti. Maximus agricolis, pelagoq; parabitur imber.) Id est, si non habuerit pura cornua, & intra eam nigrum aerem videris,erit vbiq; pluuia:sicut supra, Omnia plenis Rura natant fossis,atq; omnis nauita ponto. Si virgineum suffuderit ore ruborem.)Si forinsecus habuerit ruborem, nam de interiori parte, infuderit diceret. Aurea.)Id est pulchra: vt, At non Venus aurea contra. Phœbe.)Id est Luna. Venit autem ab eo quod est Phœbus. Et sciendum quædam propria nomina fœmininum ex se facere,neutrum autem nulla:vt Phœbus, Phœbe:Iulius,Iulia:Tullius,Tullia: non vt appellatiuum, doctus docta doctum. Sin ortu quarto.)Aratus tertiam dicit animaduertendam esse lunam: hic quartam, non illud improbans, sed hoc magis probans, nam ad hoc pertinet. Nanque is certissimus author Exactum ad mensem.)Vsq; ad mensis vltimam partem. Vnde & exacti menses dicuntur,qui circa partum sunt. Ipse in sequentibus, Exactis grauidæ cum mensibus errant. Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.)Glaucus piscator fuit de Anthedone ciuitate: qui cum captos pisces super herbam posuisset in littore:& illi recepto spiritu rursus mare petissent:sensit quarundam herbarum potentiam, quibus esis conuersus est in numen marinum. Panopea autem est nympha marina. Inoo.)autem, patronymicum est a matre Ino. Melicerta proprium numinis. Sanè Ino & Melicerta filius, postquam sunt in numina cōmutati, græce Palæmon & Leucothoe sunt appellati:latine Portunus,& mater Matuta. His ergo numinibus dicit mox sacrificaturos nautas in littore eis dieb⁹ quibus prædicta serenitas affuerit: eo q sint in mari seruati.

PROBVS.

Glauco & Panopeę,& Inoo Melicertæ.)Panopeam hanc virginem nominat inter Nereidas. Glaucus autem deus maris est, Is autem piscator fuit,& gustu cuiusdam herbę cōuersus est in numē. Inoum Melicertā ait Palæmona, quē quidam Portunum interpretantur:ipsa autem mater precipitata cum eo in mare, numen pelagi facta est,& appellatur mater Matuta,græce Leucothea.

Matuta

MANCINELLVS.

Solem rapidum.)Perpetuum solis epithethon: nam vt supra ostendimus suo calore omnia ferè rapit, & desiccat. Sequentes) futuras. Luna reuertentes cum primū colligit ignes.)i.post nouilunium, hinc Varro dicebat, vt scri.Pli.lib.xviij.nascens luna, si cornu superiore obatro surget,pluuias decrescēs dabit,si inferiore ante plenilunium. Si in medio nigritia illa fuerit, imbrem in plenilunio,si in ortu cornua crassiora fuerint horridā tempestatem. Si nigrum ob.)Dictū est superius, q si nigra apparuerit luna, imbres portendere creditur, si rubicunda,ventos. Aurea Phœbe.)Pulchra luna. Sin ortu quarto.)Dictum est q quartā lunam maxime obseruat Ægyptus:quæ si splendens exorta puro nitore fulserit serenitatem portendit. Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.)Hic versus sic diuiditur. Et Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ, Gellius lib.xvij.cap.xxv.scrib. Parthenij poetæ Græci versum esse, Glauco Nereiq;, atq; maris Genio Melicertę, eumq; versum Vir.æmulatum esse,& fecisse duobus vocabulis vetuste immutatis parē. Glaucus aūt piscator erat, qui herba quadā gustata mare subijt, atq; inter deos marinos receptus, de quo late habetur in fine lib.xiij.Meta. Panopeæ, de hac Ma.li. v. Læua tenet Thetys, & milite, Panopeaq; virgo. Inoo Melicertæ. Learchus & Melicerta filij fuere Athamantis ex Ino Cadmi filia,

Lunæ colores

Learch⁹ Melicerta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

filia, vt testatur Ouid.lib.iiij.Meta. Learchus saxo illisus a patre obijt: Ino autem cum Melicerta fugiēs sese in vndas dedit, ipsaq; conuersa est in deam, quæ Leucothoe dicitur, a nobis vero Matutā. Melicerta autem Palæmon dictus est, latine Portunus. Hinc Ouid.lib.vj.Fast.ait. Leucothoe Grans, Matuta vocabere nostris. In portunato ius erit omne tuo. Quem nos Portunum, sua lingua Palæmona dicet, &c.

Ino. Leucot. Matuta palemō Portunus.

ASCENSIVS.

¶Si vero ad Solē.)Docet certissima signa ex solis & lunæ obseruatione haberi. Prius tñ de lunæ cū de solis indicijs loquit, dicēs. Vero pro sed, si tu respicies ad solē rapidū. i. velocē quod illi perpetuum est epitheton: vnde vt Oui. docet, equus illi sacrificatur. Ne detur celeri victima tarda deo, & ad lunas sequētes. i. futuras aut succedentes ordine. f. naturali hora crastina. i. postridiana cuius pridie id feceris, nunq; fallet. i. decipiet te, neq; capieris. i. decipieris insidijs serenæ noctis, quę. f. serenitatē diei promittere falsenter videtur. Si cum. i. quando luna colligit primū ignes reuertentes. f. splendorem suum. i. si post nouilunium luna cōprehenderit obscuro cornu aera nigrū. i. nimbosum tūc, sup. maximus imber parabit agricolis. f. in agro, & pelago. i. nautis pelagus frequentantibus. At. i. sed, si sup. luna suffuderit ore. i. forinsecus expresserit ruborem virgineum. i. qualis in vultu virgineo esse solet, cum calorem adhuc plenum habeat tunc, sup. ventus erit: Phœbe. i. luna aurea. i. rutila & pulchra, rubet semper vento. f. futuro, quia aer densus & nubilosus radios eius in rubedinē trahit Sin. i. sed, si sup. luna ibit. i. decurret per cœlū pura. i. sine nimbo aut circulo densi aeris, neq; obtusis cornibus sed acutis: & hoc ortu quarto. f. post nouilunium (nam is. f. quartus ortus, est certissimus author. f. serenitatis pronunciandæ, quem Ægyptij etiā summopere obseruāt) si inquam, sic ibit, &. i. simul totus ille dies & omnes, sup. qui nascentur ab illo. i. post illum. f. quarti ortus vsq; supple ad mensem exactū. i. cōsummatum carebunt ventis & pluuia & nautæ seruati. f. a submersione soluent in littore vota Glauco deo illi marino, & Panopeæ nymphæ illi marinæ, & Melicertæ deo quoq; marino, Ino. i. Inus filio.

PIERIVS.

¶Hora nec insidijs.)In Mediceo & alijs antiquis codicib. neq; f Si nigrū obscuro comprehēderit aere cornu.)Mediceus codex & antiqua omnia exemplaria, quę legi, aera, habent quarto casu: manifestum enim est obscuritatē eam, quæ lunaribus cornibus obuenit. Aere ex obfuscato procedere. Sed enim Varro obatrū cornu appellat, vt Virg. nigrum. Obseruat enim ille modo summum, modo infimū, modo vtrunq; cornu obatrum, modo medium inter vtrunq; partē obfuscatam, varijs itidem temporibus pluuias portēdere, quare magis placet ea lectio, quæ nigrum ait cornu obscuro aere. f Pura nec obtusis.)In veteribus codi. neq; obtusis, legit: collisione illa nescio quid mollius sonante. f Et qui nascentur ab illo.)In Roma. codi. nascetur, vnitatis nume. quod non probatur, sicuti neq; etiā nascuntur, instanti tempore, vt habetur in Lōgo. f Votaq; ser. fol. in littore nautæ.)In Romano codi. ad littora, legitur, quo. f. fuerat appellendum, vt seruarentur, ēs; non displiceat, in littore vota solui. f Glauco & Panopeæ & Ino Melicertæ.)Vt infirmioribus etiā manū porrigamus, scandendus est versus, quem grāmatici nōnulli male diuidunt: sic igitur dicamus more Afri, Glauco, spon. & Pano. dact. peæ &, dact. Ino, spon. o Meli, dact. certæ, spon. Panopea vero ex vi nominis serenitatis deam & tranquillitatis authorē significat, prospectūsq; vndecunq; clarum & apertum. Nam quæ procelloso cœlo caute sa fuerant, dispulsis nubibus cuncta aperiuntur, obtutuq; nostro liquido se offerunt, idq; ostendit ὥσπερ καὶ ὠπὸς.

SERVIVS.

¶Sol quoq; & exoriens, & cū se cōdet in vndas) Dicit enim occidēs sol, se in mare tingere. f Signa dabit.)Pluuiarum vel serenitatis. f Certissima signa.)De qbus nemini sit necesse dubitare. f Et quę mane refert.)Ortu diei. f Surgentibus astris.)Superueniēte nocte. f Maculis variauerit ortum.)Nō clara & pura luce resplendēs in ortu suo. f Cōditꝰ in nubē.)i. si orbis eius quasi cōcauus fuerit, quod ipse exprimit dicēs. f Medioq; refugerit orbe) Auster. f Vrget ab alto.)Imminet & insistit. f Satisq;.)Segetibꝰ. f Notus.)Ventus. f Siniſter.)Noxiꝰ. f Sub lucem.)Oriēte luce. f Dēsa inter nubila.)Operto sole nubibꝰ. f Diuersi rumpent radii.)Abscōdito sole & operto diuersi radij per nubē erumpēt. f Tithoni croceū linquēs aurora cubile.)Tithonus frater Laomedontis regis, adamatus est ab Aurora. Cūq; optasset prolixiorē vitā cōuersus est in cicadam. f Male defendet pampinus vuas.)Id est, non defendet: nam decussis pampinis etiā vim grandinis patitur. f Emenso Olympo.)Percurso & perlustrato cœlo, cum iam descēdet ad occasum. f Profuerit meminisse magis.)Ideo magis, quia a sole venientia vespertina signa, meliora sunt. f Cœruleus pluuiā denunciat.)Breuiter collecta cōclusio. f Omnia tum pariter vento.)Id est, vbiq; & pluuiæ & venti erunt. f Feruere.)Æstuare & impleri. Cuncta hæc erunt in occasu consideranda. f Me nocte.)Gratiosorem sensum fecit, interposita suæ personæ cōmemoratione, nam hoc dicit, nulli se suadere illa nocte nauigare. f At si cum referetq; diem, condetq; relatum.)Hoc ad futuræ serenitatis pertinet signum: nam si de ipso die dicas, de quo præmisit, stultissimū est. f Claro Aquilone.)Serenifico: quia est & nubilus, sicut ferè omnes venti. Horatius, Albus vt obscuro deterget nubila cœlo.

Sæpe Notus, neq; parturit imbres perpetuos.

MANCINELLVS.

¶Ille vbi nascen. macu. vari. or.)Pli. de solis præsagijs lib. xviij. inquit, q̄ cum oriēte radij nō illustres eminebūt, quia circundati nube non sint pluuiā portēdēt, si ante exortum nubes globabūtur, hyemem asperam denunciabūt, si nubes solē circūcludēt. quanto minus luminis relinquēt, tanto turbidior tēpestas erit. f Vrget.)f. imbres. f Ab alto.) i. ab aere. f Notus.)qui latine Auster dicitur. f Siniſter.)Nocens, aduersus. Aut vbi sub lucē, ait idē, si sol ex ortu longe radios per nubes porriget, & medius erit inanis, pluuiā significabit. f Pallida.) Ait idē, q̄ sol pallidus oriēs hyemā grandinem nunciat. f Tithoni.)fui viri. f Cœruleus.) ait idem, si in occasu eius radij in se nubem trahent, asperam in proximum diē significabunt tempestatē. f Igneus euros.) Ait idem, si circa occidentem candens erit sol, ventū significat. f Lucidus orbis.)Ait idē,

Sol quoq; & exoriens, & cum se condet in vndas:
Signa dabit. solem certissima signa sequuntur,
Et quæ mane refert, & quæ surgentibus astris.
Ille vbi nascentem maculis variauerit ortum
Conditus in nubem: medioq; refugerit orbe:
Suspecti tibi sint imbres. nanq; vrget ab alto
Arboribusq; satisq; Notus, pecori q̄, siniſter.
Aut vbi sub lucem densa inter nubila sese
Diuersi erumpunt radij: aut vbi pallida surgit
Tithoni croceum linquens aurora cubile:
Heu male tum mites defendet pampinus vuas:
Tam multa in tectis crepitans salit horrida grando.
Hoc etiam, emenso cum iam decedet olympo,
Profuerit meminisse magis. nam sæpe videmus
Ipsius in vultu varios errare colores.
Cœruleus pluuiam denunciat, igneus Euros.
Sin maculæ incipient rutilo immiscerier igni:
Omnia tunc pariter vento, nimbisq; videbis
Feruere. non illa quisquam me nocte per altum
Ire, neq; à terra moneat conuellere funem.
Atsi, cum referetq; diem: condetq; relatum,
Lucidus orbis erit: frustra terrebere nimbis:
Et claro syluas cernes aquilone moueri.

rijs eius coloribus, quorum significationes ponit explicantur.

¶Ordo auté est. Sol quoq; .i. etiā sol nedum luna & cæteri plane tæ, dabit signa. i. indicia tempestatis: &. i. simul exoriens. i. quādo exoritur, & cum. i. quādo cōdet. i. abscōdet seu precipitabit se in vndas. i. cū occidit (nam vulgus credit ipsum in vndas maris occidere & præcipitari) certissima signa sequenſ solé, & sup. ea quæ ipſe refert. i. repræsentat, mane. i. tepore matutino, & quæ ipſe refert astris surgēnibus. i. incipiētibus apparere nobis, hoc est tempore vespertino. Ille. f. sol de quo. f. sermo est. vbi. i. quādo variauerit maculis. i. offuscatione nō integra, sed intercisa quę facit vt sol minus sit illustris ortum nascentē. f. primū & matutinum. Oritur. n. vsq; ad meridiē sol existens conditus in nubē. f. pro parte media, & refulserit medio orbe: tūc, sup. imbres sint tibi suspecti, quia statim futuri sunt: nanq; Notus ventus ille pluuiā excitans, latine Auster dictus siniſter. i. inimicus arboribus, & satis. i. segetibus & pecori: vrget. f. imbres, hoc est impellit eos, ab alto. f. aere, vt præcipitent. Aut vbi. i. quando diuersi. i. discolores radij rumpent seſe inter nubila, sub lucé. i. paulo ante lucē & tempore vergente in lucē. aut vbi. i. quādo, aurora. i. dea matutini temporis: linquens cubile Tithoni mariti. f. sui croceū. i. crocei coloris, surgit pallida. i. pallorem inducens in auras: heu, dolentis est: pampinus. i. frons vitium, mitis. i. tenera adhuc (Reperitur hic aut hæc pampinus, sed Virg. nusquā ponit epithetum quo genus discernas, innuens per hoc dubiis superſedendū) defendet. i. protegeat a grandine, male. i. nō, aut dic pāpinus male. i. nō defendet, mitis. i. teneras aut maturas vuas, quia dicturus est, Et tam maturis metuendus Iuppiter vuis: tum. i. tunc multa horrida grādo salit crepitans in tectis, hic videnſ multa epitheta, sed nō sunt vitiosę posita nam multa cum sit numerale nō est plenū epithetū: licet enim dicere, multi diserti viri: & pauci casti viri, crepitans autē diuisim cōstruitur ab horrida interiecto verbo fallit. Sunt qui legāt tam multa. vt sit tam multa, vt pampinus non possit vuas defendere. Hoc etiam, &c. nunc de sole occidente loquitur, dicens: Profuerit. i. vtile fuerit etiam meminisse. i. annotasse hoc. f. quod de sole oriente dictū est, cū decedet iam Olympo. i. hemiſpherio nostro emenſo. i. transcurſo. i. cum sol occiderit, profuerit, dico, magis, quia vespertina signa in sole validiora sunt. Nā nos videmus sæpe varios colores errare. i. spargi, & mutari in eius. f. solis vultu. Cœruleus color solis, id est marinus: denunciat pluuiam color igneus. i. rutilus: denunciat euros. i. ventos orientales. Sin. i. sed si maculę incipient immiſceri igni rutilo, tu videbis tum. i. tunc, omnia feruere. i. increbreſcere pariter vento & nimbis. i. pluuiis nubibus. Quiſquā, id est quicunq; is fuerit, non moneat: quia frustra id fecerit me ire illa nocte, qua, ſcilicet talia signa apparuerint per altū. f. mare, neq; cōuellere. i. dirripere & diſſoluere, funē. i. retinacula nauiū: a terra quibus terræ affiguntur naues. At. i. sed: ſi orbis. i. globus. f. ſolaris, erit lucidus. i. illustris, q̄ pro &, & pariter, cum. i. quando referet. i. reducet diem. i. claritatē diurnam: & cum condet. i. abſcondet aut finiet & componet. f. diem relatū. i. ad nos reductum: hoc est ſi in ortu & in occaſu lucidus erit globus ſolaris: tu terrebere frustra nimbis: & tu cernes ſyluas moueri, Aquilone. f. vento, claro. i. ſerenitatem inducente.

PIERIVS.

¶Solem certissima signa ſequētur.)In Ro.co. & in Medi. & Longobardico præſenti tepore legitur, ſequunt: quod maioris est dignitatis, cōplectiturq; ita in te & præteritū & futurum. f Diuersi erumpent radij.)In Ro.co. ruimpunt, biſyllabū præſenti tēpore. In Medi. & aliquot alijs peruetuſtis diuerſi erumpēt, est & diuorſi. Et Aſper grammaticus eo loco, vbi diſputat aduerſus eos, qui paſſim geminū ii, per vnum tantū ſcribere volebant, vt radi pro radij, dum duo neceſſario oportere ſcribi cōtendit, verſum hunc citat, & rumpent, omnino ſcribit. f Aut vbi pallida ſurgit.)In Medi. & aliquot alijs antiquis ſurget, futuro tempore. Sunt tamē & qui ſurgit, præſenti legāt. f Heu male tum mitis defendit pampinus vuas.)In Medi. & alijs ferè omnib. antiquis, defendet, habeť, per e: futuro quippe tēpore, vti ſuperius ſurget: Prognoſtica. n. de futuris eſſe debent. f Sin maculæ incipient.) In antiquis aliquot, incipiunt: & ſuperius decedit, ſed futurum in vtroq; receptum magis.

SERVIVS.

¶Denicq; quid veſper ſerus vehat.)Concluſio eſt: quæ hoc cōtinet, ſigna quæ poſſumus ex ſtellis vel ex ventis colligere, melius ex ſole colligimus. f Quid cogitet humidus Auſter.)i. inquam partē ſe ileſtat, vtrum ad ſerenitatē, an ad pluuias, vt diximus ſupra. f Solem quis dicere falſum Audeat.)i. fallacem. Salluſtius. Ambitio multos mortales falſos fieri coegit. f Cæcos tumultus.) Coniurationes &

Denicq; quid veſper ſerus vehat: vnde ſerenas
Ventus agat nubes: quid cogitet humidus auſter,
Sol tibi ſigna dabit, ſolem quis dicere falſum
Audeat: ille etiam cęcos inſtare tumultus
Sæpe monet, fraudemq;, & operta tumeſcere bella.
Ille etiam extincto miſeratus Cæſare Romam:
Cum caput obſcura nitidum ferrugine texit.
Impiaq; æternam timuerunt ſęcula noctem.
Tēpore quanq̄ illo tellus quoq;, & ęquora ponti,
Obſcœnicq; canes, importunæq; volucres
Signa dabant. quoties Cyclopū efferuere in agros,

Virgi.

nes & latentes inſidias. f Ille etiam extincto miſeratus Cæſare Romam.)Bonum epilogi reperit locum: vt in Auguſti gratiā defleat Cæſaris mortem. Conſtat autem occiſo Cæſare in ſenatu, pridie Iduū Martiarum Solis fuiſſe defectum, ab hora ſexta vſque ad noctem, quod quia multis protractum eſt horis, dicit in ſequentibus, Æternam timuerunt ſæcula noctem. f Ferrugine texit.) Ferrugo, eſt purpura nigrior Hiſpana.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alibi,Et ferrugine clarus Hibera,¶ Impia ſæcula.)Quibus fuerat Cæſar occiſus.¶ Æternam timuerunt ſæcula noctem.)Propter diutinum,& prolixum ſolis defectum.i.timuerunt,ne ſemper ille defectus maneret.¶ Tepore quã quam illo tellus.)Ac ſi diceret,quamquam illo tempore non ſolum ſol defecerit, ſed etiam diuerſæ res, & elementa quaſi fleuerint cæſaris mortem,& inaudita portenta fuerint, vt ex reliquorum cõparatione, minus mirum videatur ſolẽ defeciſſe.¶ Æquora ponti.)Nõ ſine cauſa addidit, Ponti:quia ſunt & cãpi æquora.vt, Ac prius ignotũ ferro quam ſcindimus æquor.¶ Importunæq; volucres.)In alienum tempus ruentes:vt ſtriges, aut bubones nocte gaudẽtes per diem poſſent videri.¶ Vidimus vndantem ruptis fornacibus Ætnam.)Malum enim omen eſt,quoties Ætna mons Siciliæ,nõ fumũ ſed flãmarũ egerit globos.&,vt dicit Liuius, tãta flãma ante mortẽ Cæſaris ex Ætna monte defluxit,vt non tm̃ vicinæ vrbes,ſed etiã Regina ciuitas quæ multo ſpatio diſtat afflaretur.¶ Vndantẽ.)autẽ, vndæ modo flãmas euomentem.¶ Liquefacta ſaxa.)Igne ſoluta.¶ Sonitum toto Germania cœlo Audiit.)Bene Germania, quam vicerat Cæſar:vt eo occiſo,in rebellionẽ videretur exurgere.¶ Inſolitis tremuerunt motibus Alpes.)Aut nouis.i.nunquã antea in alpibus factis, aut magnis & maioribus ſolito.¶ Sub obſcurũ noctis.)Circa noctis obſcurum.¶ Pecudesq; locutæ Infandũ.)Aut infanda verba protulerunt:aut hoc ipſum infandũ fuit,q̃ ſunt contra naturam locutę.¶ Illachrymat templis ebur.)Scilicet ſimulachrorum.¶ Æraq; ſudant.)Signa ſunt laboris futuri.¶ Inſano.)Magno: vt, Quid tantum inſano iuuat indulgere labori?Et ſciẽdum flumina,cum ſupra modũ creſcunt, nõ tantum ad præſens inferre damnum,ſed etiam alia futura ſignificare.¶ Fluuiorum rex Eridanus.)Padum dicit.Fluuiorum aũt rex, per Italiam,aut certe per totum orbem ſm quod dicit Lucanus,qui ait cum de iſto flumine loqueretur. Non minor hic Nilo,ſi nõ per plana iacentis Ægypti Libycas Nilus ſtagnaret arenas.Nõ minor hic Iſtro,niſi q̃ dum permeat orbem, Iſter caſuros in quælibet æquora fontes Accipit, & Scythicas exit nõ ſolus in vndas.Dicit ergo tantũ tunc excreuiſſe Eridanum,vt etiam ſyluas moneret, & erueret arbores.¶ Triſtibus extis.) Viſceribus pecorum triſtia portendentibus.¶ Fibræ minaces.)Fibras dicit venas aliquas,quæ ſi forte apparerent in viſceribus,malum omen erat.quę nunc apparuere.¶ Aut puteis manare cruor.)Nec ceſſauerunt eodem tempore aut fibræ minaces apparere,aut è puteis manare cruor.¶ Altæ vrbes.)Magnæ.

MANCINELLVS.

Cõſpiratio Cæſareę cędis.

¶ Deniq; quid veſper ſerus vehat, vnde ſerenas.)Velper,de hoc late ſuperius.¶ Tumeſcere.)Creſcere.¶ Cæſare.)conſpiratũ eſt in Cæſarem a ſexaginta,& amplius.C.Caſſio,Marco q̃,& Decio Bruto principibus conſpirationis, itaque illum Idibus Martiis in Pompeij curia tribus & viginti plagis confoderunt. Quod Sue. edocet, vtq; Plutar.ait, perit Cæſar.vj.&.l.ætatis ſuę anno poſt Pompe.haud multo amplius.iiij.ſuperſtes annis, ſcri.etiam Sueto.q̃ Cæſari futura cædes euidentibus prodigijs enunciata eſt paucos ante menſes, Capuæ enim tabula ænea in monumento, in quo dicebatur,Capis cõditor Capuæ ſepultus, inuenta eſt,cõſcripta literis verſibuſq; Græcis hac ſententia. Quandocunq; oſſa Capis detecta eſſent, fore, vt Iulo prognatus manu conſanguineorum necaretur, magnisq; mox Italiæ cladibus vindicaretur. Et immolantem aruſpex Spurina monuit, caueret periculum, quod non vltra Martias Idus proferretur, pridie autem eaſdem Idus auem regaliolum cum laureo Ramulo Pompeianæ curiæ ſe inferentem, volucres varij generis ex proximo nemore proſecutæ ibidem diſcerpſerunt. Ea vero nocte, cui illuxit dies cædis,& ipſe ſibi viſus eſt per quietem, interdum ſupra nubes volitare altas: cum Ioue dexterã iungere. Et Calphurnia vxor eius imaginata eſt, collabi faſtigium domus, maritumq; in gremio ſuo confodi: at ſubito cubiculi fores ſponte patuere. Ob hæc ſimul,& infirmam valetudinem diu cunctatus,an ſe contineret, &

Prodigia.

Vidimus vndantem ruptis fornacibus Ætnam
Flammarumq; globos,liquefactaq; voluere ſaxa.
Armorum ſonitum toto Germania cœlo
Audiit,inſolitis tremuerunt motibus Alpes:
Vox quoq; per lucos vulgo exaudita ſilentes
Ingens:& ſimulachra modis pallentia miris
Viſa ſub obſcurum noctis:pecudesq; locutæ:
Infandum.ſiſtunt amnes, terræq; dehiſcunt:
Et mœſtum illachrymat tẽplis ebur:æraq; ſudant.
Proluit inſano contorquens vortice ſyluas
Fluuiorum rex Eridanus,camposq; per omneis
Cum ſtabulis armenta tulit.nec tempore eodem
Triſtibus aut extis fibræ apparere minaces:
Aut puteis manare cruor ceſſauit:& altæ
Per noctem reſonare lupis vlulantibus vrbes.

que apud ſenatum agere proposuerat,differret. Tandẽ Decio Bruto adhortante.v.fere hora,pgreſſus eſt.Deinde plurib⁹ hoſtiis cęſis.cũ litare non poſſet, introĩt curiam ſpretaq; religiõe,vbi,vt diximus,vulneribus cõfoſſus.xxiij.obijt. ¶ Cũ caput obſcura.)Plutar. vbi de prodigijs poſt extinctum Cæſarem meminit, inquit,Solis præterea lumen caligine obſeſſum,toto nanq; illius anni ſpatio pallens globus, & ſine ſplendore oriens imbecillẽ,ac tenuem a ſe calorem emittebat, quare grauis ac diſpatiẽtis imbecillitate caloris obſcurus aer ſemicoctos edebat fructus immaturos, & imperfecto flore illabẽtes,tantũ aeri frigus inerat.Euſebius vero ſcrib.poſt Cæſaris cædem,Romę tres ſimul ſoles exortos,qui paulatim in eundem orbem coierunt.Plin,item lib.ij.ca.xxx.ait,Fiunt prodigioſi,& longiores ſolis defectus,qualis,occiſo dictatore Cæſare,& Antonianus bello totius penè anni pallore continuo. Ouid,item ait,q̃ ſolis quoq; triſtis imago, Lurida ſollicitis præbebat lumina terris. Id autem Ouid.ante Cæſa.obitũ fuiſſe dicit.Virgi. vero,& alij authores,vt Plin.poſt eiuſdẽ obitum. Appia.quoq; lib.iiij.ſcri,multa prodigia,ſignaq; perhorrenda Romæ viſa fuiſſe poſt Cæſaris cædem, Meminit & Horat.Ode.ij.¶ Ferrugine.)Colore nigro.) ¶ Tempore q̃q; illo.)Oſtendit nõ ſolis tantũ,ſed etiam aliorũ plurima fuiſſe prodigia, de quibus ample Appia,vt diximus.¶ Obſcœnique canes.)i.abominalia canentes, Appia,inquit,canes luporum vice vlulatus edidere.¶ Importuneq; volucres)Miſcuit poeta,ſicut etiam Ouid,illa quoq; prodigia, quæ ante etiam Cæſaris obitum fuerant,de quibus iam diximus: Plutar.item ſcrib.ante Cęſaris,dictatoris mortem ſolitarias in foro aues dilapſas,& Sue. vt patuit de regaliolo aui.Oui.item ait, Triſtia mille locis ſtigijs dedit omnia bubo.¶ Cyclopum in agros.)Cyclopes appellarunt viros quoſdã gigantes,qui in Sicilia iuxta Ætnam morãtes vnicum lumen in frontis medio habebãt,Phœbeæ, lampadis inſtar: Cyclos itaq; dici poteſt circularis oculus.¶ Ætnam.)Stra.libro ſexto vbi de Sicilia meminit, ſcrib. Ætnã montẽ a Catana abeſſe. lxxx.ſtadia per noctem vero lucere cacumine, interdiu autẽ fumo,& caligine obſideri,ſepeq; ignium riui in agrum Catanenſiũ proxime deferuntur.De hac Virg.ait, Cui nomen facies dedit ipſa rotunda.Soli.ſcribit in Ætnæ vertice hiatus duos eſſe crateres nominatos, per quos eructatus erumpit vapor:nec ante ſe flammarum globi attollunt, q̃ interni ſtrepitus antecedant.¶ Liquefacta ſaxa.)Pumices intelligit.¶ Armorum ſo.)Hęc Oui.fuiſſe ante Cæſaris mortem ſcri.ait enim, Arma ferunt inter nigras crepitantia nubes:Terribilesq; tubas, auditaq; cornua cœlo,Præmonuiſſe nefas. Appia.vero hæc poſt illius mortem fuiſſe ſcrib.aut enim q̃ hominum immanes voces,armorum ſtrepitus, equorũ curſus inſpectante nemine audiebantur.Plin.autem lib.ij.ca.lxxix ait,armorũ,crepitus,& tubæ ſonitus, auditos e cœlo cymbriis bellis accepimus: crebroq; prius, & poſtea Germania: de hac videto in Tityro.¶ Alpes.)Montes altiſſimi ſunt, qui Italiam a Germania ſubmouent. Plin.lib.iij.¶ Vox quoq; per lucos.)Oui. quoq; ait,cantuſq; feruntur Auditi ſanctis,& verba minantia lucis . Putar.item inquit , Fulgoresq; cœli & nocturnos ſtrepitus per multa loca delatos,ante.ſ.quàm Cæſar obiret: cõuenit enim cum Oui.Appia.poſt obitum Cæſaris ſcribit , hominũ immanes voces auditas.¶ Simulachra.)Oui.ait , Vmbrasq; ſilentum , Erasuiſſe ferunt,motamq; tremoribus vrbem.Et Plutar.ait, q̃ Strab. philoſophus ſcrib.cõplures ignotos apparuiſſe homines , & hoc ante cædem fuiſſe docent,tum Oui.tum Plu.¶ Pecudesq; locutę, Infandum.)Appia.poſt Cęſa.obitum ait, q̃ bos vocem emiſit humanã,q̃ infans recẽs genitus elocutus eſt . Euſebius quoq; poſt illius cædẽ ait,q̃ inter cætera portenta,quę toto orbe facta ſunt, bos in ſuburbano Romæ ad arantẽ locutus eſt,fruſtra ſe vrgeri, non enim frumenta,ſed homines breui defuturos.¶ Siſtunt amnes.)De Tibri Hora.Ode.ij.ſcri.Ebur.i.eburnea ſimulachra Oui. item ait.Mille locis lachrymauit ebur , quod ante mortem fuiſſe ſcri.¶ Æraq; ſudant.)Appia.poſt obitũ ait , q̃ ex ſimulachris etiã

nonnulla

Solis tres.

Cyclopes.

Alpes.

Eridan⁹ Padus.

nonnulla ſudorem emiſere , alia ſanguinem.¶ Fluuiorum.)Anapeſtus eſt pro dactylo, talis autem verſus Acephalus dicitur:nam incipit a ſyllaba breui,cum longa eſſe deberet. Ecõtra Procephalus dicitur,cum a breui deberet incipere, & longa ponitur.¶ Eridanus.)Padus nulli amnium claritate inferior , & a Græcis dicitur Eridanus.augeſ ad canis ortus , liquatis nubibus:hæc & plura Plin.lib.iij,Mela vero ſcrib.q̃ Padus ſe per ſeptem oſtia effundit quorum vnum magnum Padum appellant, ſcribit & Plutar. ¶ Rex.)Hoc ideo ait,quoniam inter ſydera relatus , & quia nulli amnium claritate inferior eſt,vt diximus , habet autem in cœlo, teſte Iginio,ſtellas.xij.¶ Fibræ mi.)Plu.ait, Ipſi quoq; Cæſari immolanti cor nuſquã comparuiſſe victimę:quod dirum ſanè erat prodigium.Oui.quoq; ait,Victima nulla litat,magnosq; inſtare tumultus.Fibra monet,cæſumq; caput reperitur in extis . Fibræ antiqui,vt Varro ait , fibram dicebant extremum , vnde in ſagis fimbriæ,& in iecore extremum fibra:ponitur autẽ nunc pro neruis quibuſdam,nunc pro extremitatibus,vel iecoris, vel pulmonis,& ſimilium.¶ Extis.)Exta dicta,q̃ ea dijs perfecentur,quæ maxime extant eminentq; , author Feſt.Lupus.Appia.ſcri.quod lupi etiam per forum diſcurrere.

ASCENSIVS.

¶ Deniq; quid , &c.)Cõcludit omnia ex ſole melius cognoſci q̃ ex aſtris minoribus,& quo id probet , tranſit non inepte ad alias ſignificationes ſolis,quibus mortẽ Iulij Cæſaris prænotaſſe credi tus eſt.¶ Ordo eſt.Deniq;.i.vt ſemel dicã , aut vt omnia cõcludã, & vno verbo explicem:ſol dabit tibi ſigna.i.indicabit tibi , quid veſper.i.heſperus ſeu veſperus ſerus.i.tardus,vehat.i.afferat aut ingerat,ſeu indicet nobis:& vnde.ſ.flans ventus agat ſerenas nubes,& quid auſter ſeu notus humidus.i.humorẽ in nubem colligens,cogitet.i.congreget.Eſt.n.frequentatiuũ a cogo , quod ſignificat ſimul agere & compellere,aut quid cogitet.i.prætendat, quia nimirum imbres & pluuiã.i.quidquid per ſydera aut ventos prædicere potes,etiã a ſole diſces, & quidẽ certius:nã quis audeat dicere.i.affirmare ſolem falſum.i.deceptorium & nõ veraciter indicantẽ:& id in ſignificatione actiua . Ille.ſ.(quo magis naturalia & quæ naturę ſubiecta ſunt credas)monet ſæpe etiam tu multus cæcos.i.excæcantes,aut ignotos prius q̃ oriatur inſtare .i.de proximo aduentare,& monet ſæpe fraudẽ.i.deceptionẽ inſtare,& monet bella operta.i.latentia & fraude tecta , vnde poſſet conſtrui fraudẽ,& bella operta.i.bellorum opertorum tumeſcere.i.creſcere.Ille.ſ.ſol etiã miſeratus ſup.eſt Romam.i.remp.Romanã Cæſare,.i.Iulio extincto.i.multis vulneribus interẽpto in ſenatu:cũ.i.quando.ſ.ſol texit.i.velauit caput nitidũ.i.illuſtre & ſplendidum prius ferrugine.i.caligine ferruginei coloris,obſcura.i.ſubnigra & pulla.(Alludit ergo ad veſtes lugubres quaſi ſol ob necẽ Cęſaris in luctu fueritna ferrugo eſt purpura hiſpanica ſubnigra)& ſęcula impia in quibus tam bonus princeps tam crudeliter occiſus erat,timuerunt æternam noctem,quod reuera in Saluatoris noſtri obitu multo poſt cõtigit,quamq̃.ſ.ſol ſigna dedit, nihilominus tellus & æquora.i.aqua prius æque ponti.i.maris,& canes obſcœni,id eſt obſcœne vlulantes,aut horribilia portendentes,& volucres importunæ.i.nõ ſuo tẽpore volantes nec conſueta naturę facientes(dicerẽ quæ, ſi Mancinellus taceret)dabat quoq;.i.etiã nedum ſol,ſigna.i.prodigia illo tempore.ſ.quo Cęſar occiſus fuerat pauloante,aut paulopoſt.Quoties vidimus, q.d.frequentiſſime, Ætnã.ſ.montẽ Siciliæ perpetuas flãmas euomentem vndantẽ.i.ebullientẽ ac eructantẽ flammarũ globos in morem ſuperundantis aquę efferuere.i.feruorem extẽdere in.i. vſq; ad campos Cyclopum.i.Siculos in quibus Cyclopes olim verſari dicuntur,& quoties vidimus Ætnam,voluere.i.eructare globos flãmarũ & ſax a liquefacta.i.in calcem ac cinerem ferè reſoluta ex feruore ignis incluſi . Germania.i.populus Germaniæ, audiit ſonitũ armorũ toto cœlo, & Alpes montes inter Italiam & Galliã,tremuerunt inſolitis motibus . Quoq;, pro &,vox ingens .i.valde magna eſt exaudita.i.clare audita & excepta vulgo.i.a vulgo aut paſſim,per lucos.i.ſyluas ſacras & incęduas,& ſilẽtes.i. quibus cum ſyluæ ſint ſilentũ eſſe ſolebat & ſimulachra pallẽtia miris modis,viſa,ſup.ſunt,ſub.i.pauloante obſcurũ.i.caliginem & obſcuritatẽ ſeu tenebras noctis , & pecudes locutæ ſunt infandum,interiectio obſtupentis.q.d.quod fari non licet. Amnes ſiſtunt.ſ.ſe,aut curſum ſuum,vnde inundatio miranda facta eſt ipſius Tyberis:qui ſtupore viſus eſt ſiſtere curſum ſuũ, & terrę dehiſcunt.i.magnũ hiatum faciunt:& ebur.ſ.ſimulachrorum inœſtum.i.mœſtitiã ſuã indicans : illachrymat.i.lachrymis & guttis madet in tẽplis,& æra.i.ſimulachra ærea ſudant.i.ſudorem emittunt.Eridanus.i.Padus rex fluuiorũ.ſ.Italię.(Eſt aũt anapeſtus in primo loco pro dactylo)proluit.i.porro lauit & inundauit ſyluas cõtorquens eas,inſano.i.valde magno vortice.i.gyro & vertigine aquarũ:& tulit.i.vexit armenta cum ſtabulis.ſ.eorum,per omnes cãpos.ſ.vicinos , nec fibrę.i.extremitates aut venæ extorum ceſſarunt, ſup.eodẽ tempore apparere minaces.i.malũ portendentes extis triſtibus.i.rem triſtem indicantib.aut cruor nõ ceſſauit manare.i.diffluere : puteis & vrbes non ceſſauerunt reſonare per noctem alte:& hoc lupis vlulantibus, quæ omnia triſtiſſimi euentus prodigia ſunt,vt a Mancinello explicatur.

PIERIVS.

¶ Deniq; quid veſper ſerus vehat.)In Roma.cod.ferat , legitur: quod paraphraſtice poſitũ fuiſſe crediderim.¶ Quid cogitet humidus auſter.)Sunt qui legendum diſputent , Quid cogat & humidus auſter.Sed paſſim in antiq.exẽplaribus , cogitet, habetur. ¶ Et mœſtum illachrymat templis ebur.)In Oblongo illo antiquo,lachrimat:Sed in Roma.in Medi.& aliquot alijs antiquis,illachrymat , ſpecie magis Virgiliana : gaudet enim Poeta noſter, quas præpoſitiuas particulas nominibus abſtulerit, eas verbis explicare.

SERVIS.

¶ Non alias cœlo ceciderunt plura ſereno.)Omẽ eſt in eo, & ga ſereno cœlo miſſa ſunt fulgura,& q̃ plura miſſa ſunt ¶ Diri cometę.)Criniti,& peſſimi:quia ſunt & boni,vt dixi mus in Æneide, facti ex Ioue vel Venere, quã rem pleniſſime Auienus exequitur.¶ Paribus concurrere telis.)Quia in ciuili bello Romani cõtra Romanos eiſdẽ & ſimilibus telis armisq; pugnauerũt.Lucan⁹, Pares aquilas,& pila minãtia pilis.¶ Iterũ videre Phiſ lippi.)Ciuitas eſt Theſſaliæ:in qua primo Cæſar & Pompeius , poſtea Auguſtus & Brutus cum Caſſio dimicauerunt.¶ Nec fuit indignũ ſuperis.)Quaſi exclamatio eſt ad deos.¶ Emathiã & latos Æmi pingueſcere cãpos.)Emathia Theſſalia eſt:dicta ab Emathio rege. Aemus aũt mõs eſt Theſſaliæ.Pingueſcere vero aut fœcũdos fieri ex humano cruore,aut Pingueſcere dixit poetice : quaſi humana corpora terra deuorãs pinguis effici potuerit, ſicut ex carniũ cõmiſtione frequẽter humana caro pingueſcit.¶ Incuruo.)Vna pars oratiõis eſt.¶ Scabra rubigine.)Aſpera,vnde & ſcabies dicit⁊ a corporis aſperitate.¶ Galeas inanes.)Concauas:vt.Galeã ante pedes proiecit inanẽ.¶ Grãdia oſſa.)Aut multa,aut ingentia:quaſi antiquorum heroum.

Non aliàs cœlo ceciderunt plura ſereno
Fulgura:nec diri toties arſere cometæ.
Ergo inter ſeſe paribus concurrere telis
Romanas acies iterum,videre Philippi:
Nec fuit indignum ſuperis,bis ſanguine noſtro,
Emathiam,& latos Æmi pingueſcere campos.
Scilicet & tempus veniet:cum finibus illis
Agricola incuruo terram molitus aratro,
Exeſa inueniet ſcabra rubigine pila:
Aut grauibus raſtris galeas pulſabit inanes:
Grandiaq; effoſſis mirabitur oſſa ſepulchris.

Probus.

PROBVS.

¶ Emathiam & latos Æmi.p.c.)Æmus mons diuidit Thraciã a Macedonia,dict⁹ a nomine regis Thracũ Æmi,cui⁹ſoror vxor Rhodope fuiſſe traditur,Emathia dr Macedonia,vt ex pleriſq; authoribus liquet ab Emathione fratre Memnonis Auroræ & Tithonis filij.

MANCINELLVS.

¶ Plura ſereno Fulgura.)Plinius lib.ij.ſcri.q̃ in Catilinis prodigijs M.Herenni⁹ Decurio ſereno die,fulmine ict⁹ eſt.¶ Cometæ di.t.horrendi.) Pli.li.ij.inquit.Cometas Græci vocant,noſtri crinitas horrẽtes crine ſanguineo, & comarum modo in vertice hiſpida,ſit candidus cometes argenteo crine ita refulgens , vt vix contueri liceat.de comete autẽ Lucanus ait. Et terris mutantem regna cometem . Plin.item ait , terrificum magna ex parte ſydus eſſe , atq; non leuiter piatur , vt ciuili motu Octa.conſul.¶ Philippi.)Philippi ciuitas eſt in Macedonia , quæ philippi Datos olim dicebatur. Crenida ante Dati nomẽ appellata:fontes quippe plurimi circa collem vberius ſcaturiũt aquis . Eum locũ Philippus vallo ſepſit , & a ſe Philippas nuncupauit . Condita eſt enim ciuitas in prærupto quodã colle. Apud Philippos demum, & Caſſius,& Brutus pugnãtes cõtra Auguſtum, & Antonium vi-

Universidad de Deusto Biblioteca

ĉti sibiipsis mortẽ consciuere:de quibus omnibus videto Appianum lib.iiij.Prius aũt circa eadem ferè loca pugnauerunt Cæsar dictator,& Pom.vnde Lucius Florus ait, Sic præcipitantibus fatis prælio sumpta Thessalia est, & Philippicis campis vrbis imperij generis humani fata cõmissa sunt nunq̃ vllo loco tantũ viriũ populi Romani,tantũ dignitatis fortuna vidit.⁋ Emathiã.)Emathia,vt Plinius scri.li.iiij.ca.xj.antea dicta,postea Macedonia.Author quoq; Soli.qui ait ab Emathio primo rege dictam.⁋ Æmi.) Æmus mons est in Thracia vasto iugo procumbẽs in pontum, author.Pli.li.iiij.Thracia autẽ, vt ostendit Ptolemæus li.iiij.iuncta est Macedoniç,vnde & Luc.li.vj.ait,Qua iuga deuexus pharsalica porrigit Æmus.⁋ Pila.)Modestus scri.pilũ fuisse telũ maius ferro triangulo vnciarum.ix.hastile pedũ quinq; & semis,quod suo tempore spiculum dicebatur, ad cuius iactum exercebantur præcipue milites,quod arte & virtute directum,& scutatos pedites,& loricatos equites sæpe transuerberat.⁋ Grandia ossa.)Olim fuisse homines grandiores & Home.indicat & Virgi.hinc Iuue. ait saty.xv.Terra malos homines nunc educat,atq; pusillos.

ASCENSIVS.

¶Non alias, &c.)Prosequit institutũ signa videlicet & prodigia quę Cęsaris necẽ pręcesserũt & mala quę subsecuta sunt:quę omnia innuit solẽ prænotasse.¶Ordo autẽ est.Plura fulgura.s.tunc nõ cecidere alias.i.alio quouis tẽpore,cœlo, sup.existẽte sereno, quod ad prodigiũ nõ ad naturã pertinet, nec cometæ.i.stellæ crinitæ & comatæ, diri.i.rem diram vt principis interitum significantes:

cantes:nõ arsere alias toties.Ergo quia id præsignatum erat Philippi.s.campi Thessaliæ videre acies Romanas concurrere iterũ: quia semel ante mortẽ Cæsaris, cum ipse cum Pompeio Magno dimicaret,& semel post mortẽ eius,cum Augustus cum Cassio & Bruto eius occisoribus pugnaret, concurrere dico inter se,id est mutuo & intestino ac ciuili bello,paribꝰ telis.i.armis, vnde eminus inuadere possent:loquitur aũt de pilis quæ sunt Romanorũ tela.Nec fuit indignũ superis.i.ita dignum duxerũt superi, Emathiam.i.Macedoniã & latos cãpos Æmi qui in confinio sunt pinguescere.i.pingues fieri, nostro.i.Romano sanguine.i.cruore illic effuso.Scilicet.i.scire licet(hoc dicendo significat se nõ immemorẽ agriculturę,quãuis digressus sit)&.i.etiam tempus veniet, cum.i.quando,vel quo tempore agricola molitus terram incuruo aratro.i.arans ac sulcans terrã inueniet pila.i.tela Romana, exesa.i.corrosa scabra rubigine quam.s.vligo & contactus terrę generat:aut quãdo ipse pulsabit rastris.i.dentalibus grauibus.i. ponderosis inanes galeas,quia consumptis capitibus cũ quibus sepultæ erant,mirabitur ossa grandia,quia pręsupponebant ossa hominum in singulos annos futura minora,quod & Home.docuit:vnde satyricus, Terra malos homines nunc educat,atq; pusillos:magna ergo ossa respectu eorum quæ tunc forent, & hoc sepulchris offensis.i.læsis,aut effossis.i.effodiendo apertis.

PIERIVS.

¶Scabra rubigine pila.)In antiquis plerisq; codicibus, robigine,per o,de quo dictum,Attius,peila, militum per ei,scribẽdum instituit.

Dii patrij,indigetes,& Romule,Vestaq; mater,
Quæ thuscũ Tyberim,& Romana palatia seruas:
Hunc saltem euerso iuuenem succurrere sęclo
Ne prohibete. satis iam pridem sanguine nostro
Laomedonteæ luimus periuria Troiæ.
Iampridem nobis cœli te regia Cæsar
Inuidet:atq; hominum queritur curare triumphos:
Quippe vbi fas versum,atq; nefas:tot bella per orbẽ:
Tam multæ scelerum facies,non vllus aratro
Dignus honos:squalent abductis arua colonis:
Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.
Hic mouet Euphrates,illinc Germania bellum:
Vicinæ ruptis inter se legibus vrbes
Arma ferunt:sæuit toto Mars impius orbe.
Vt cum carceribus sese effudere quadrigæ;
Addunt in spatia;& frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga:neq; audit currus habenas.

SERVIVS.

¶Dij patrij Indigetes, & Romule, Vestaq; mi.)Patrij dij, sunt q̃ præsunt singulis ciuitatibus:vt Minerua Athenis, Iuno Carthagini. Indigetes autẽ,pprie sunt dij ex hoibus facti,quasi in dijs agẽtes.Abusiue autẽ omnes dij generaliter possunt dici Indigetes,tanquam nullius rei egẽtes. Romulũ autẽ ideo inuocat,quia ipse iam inter deos colebat. Et recte eũ ad Augusti salutẽ inuocat, quasi ex eo descẽdẽtis, & qui illius sit vrbis imperator,quam Romulus condiderat.⁋ Vestaq; mater, Quæ Thuscũ Tyberim,& Romana palatia seruas.)Poetice. Nam verum nomen eius numinis quod vrbi Romę pręesset,sciri sacrorum lege prohibetur, quod ausus quidã tribunus plebis enunciare, in crucem leuatus est.⁋ Laomedonteæ luimus periuria Troiæ.)Excusat Augusti tẽpora, & eum dicit suis virtutibus cõpensare damna reipu.quæ ex maiorum vitijs descẽdisse confirmat. Horat.Negligis immeritis nociturã postmodo natis Te fraudẽ cõmittere.⁋ Atq; hominũ querit curare triumphos.) cum cœlestes possis mœreri.⁋ Vbi fas versum atq; nefas.)Apud homines scilicet, qui spernunt licita appetẽtes illicita.⁋ Squalent abductis arua colonis.)Ad bella scilicet:vt,Et latos vastãt cultoribus agros.⁋ Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellũ.)Vndiq; bellũ mouetur.⁋ Euphrates.)nanq; orientis est fluuius:Germania aũt occidentis prouincia.⁋ Vicinæ ruptis inter se legibus vrbes Arma ferunt.)Et externa & ciuilia bella desæuiunt.⁋ Vt cũ carceribus.)Hoc vult dicere,Res quidẽ publica habet optimum imperatorẽ:sed tãta sunt vitia temporũ præteritorũ, quæ in dies singulos aucta sunt,quemadmodũ in processu equorum cursus augetur,vt ea licet optimus rector, refrenare non possit:sicut & auriga a feruẽti cursu equos plerunq; nõ potest reuocare.⁋ Addunt in spatia.)i.currẽdo plus eorũ cursus augetur.⁋ Neq; audit currus habenas.)Currus.i.equi. Sanè sciendũ translationẽ hanc esse,non comparationem:quæ si ponatur in fine,vitiosum est.

MANCINELLVS.

¶Dij patrij.)Expositis ob Cæsareã cædem prodigijs actis, nunc ipsum Augustum Romanum imperium soluere optat.⁋ Indigetes.)Festus ait Indigetes dij, quorum nomina vulgari non licet, & indiges Æneas appellatus est ab Ascanio post humanum abscessum.Liui.autẽ scri.appellatum Iouem indigetem.Sunt & qui dicant

Indigetes.

dicant indigetes dici, qui ex hominibus ad consecrationẽ veniunt,vt Æneas, &c.⁋ Romule.)Romulus.xviij.natus annos potitus est Romano regno annos autẽ.xxxvij.dominatus, quintum autem & quinquagesimũ vitę agens a ciuibus suis interfectus est(licet varia de morte referãtur) cum iam imperium nõ regię sed tyrannice exerceret, post hæc Iulius Proculus in forũ procedẽs Romulum, inquit, ego ex agro adueniens, vidi abeuntẽ ex vrbe armatũ, qui vbi proximus mihi fuit ita eũ dicere audiui,Nuncia Romanis Iuli, q̃ me sortitus ab initio vitę genius in cœlũ duxit, mortali expleto sæculo, sum autẽ Quirinus.Succedẽs exinde in regũ Numa Pompilius ipsum Romulũ:vt naturam superantẽ mortalem templi adornatione,& anniuersarijs sacrificijs,Quirinũ vocatũ statuit honorari. Hęc ex lib.ij.Dionysij.⁋ Vestaq; vrbis Romæ custos.)Quã virgines seruabãt perpetuo igni.Cuius extinctionẽ super grauia omnia Romani timebant. interitũ vrbis signũ id assumẽtes quacunq; accidit causa. De quibus omnibus plura Dionysius li.ij.& Oui.in Fastis.⁋ Thuscũ Tyberim.)Stra.li.v.scribit,q̃ ex apenninis montibꝰ Tyberis effluit, pluribusq; auctus amnibus partim per ipsam excurrit Ethruriã, deinceps vero,ipsam disterminans, primum quidẽ ab ea diuidit Vmbriam,postea vero Sabinos, & Latinos Romæ ad littus vsq; finitimos,legito item plura in Pli.lib.iij.c.vj.⁋ Romana palatia.) Cornelius Tacitus scribit.vrbẽ Romã in Palatino monte primũ ædificatam, in eoq; reges primum, deinde consules, postea imperatores maiori ex parte sedem habuerunt. Et in bello Macedonico Liuius ostendit in palatio fuisse ædem magnę matris deum a Iunio Bruto dedicatam: fuit & ibidem ædes victoriæ eodem teste lib.viij.de secundo bello pu.in eodem palatio, vt scri.Suet. Cæsar Augustus templum Apollini dedicauit.⁋ Hũc iuuenem.) Cur Augustum intelligens iuuenem appellet, late iam diximus in Tityro,Hic illum vidi iuuenem Melibœe.⁋ Iampridem.)Multi etenim Romanorum,ab Annibale, Mario & Sylla, a Cæsare & Pom.& alijs antea fuerant interempti.⁋ Luimus.)Purgauimus. Luo.n.a luce dicitur: vt scrib.Varro.⁋ Laomedonteæ.)Secundũ fabulas Apollo, & Neptũnus Troiana mœnia struxere, fictũ est, vt aiũt,quoniã cum Troianorũ pecunia in sacro eorũ deorũ seruaretur ab eis,Laomedon petijt redditurũ se iurãs, vnde & mœnia instaurauit

nia instaurauit,postea tñ non reddidit: hinc datus est fabulæ locus,q̃ deos deceperit.quos vult Maro hic propterea ẽt in Romanos sæuisse.⁋ Iãpridẽ no.)In Augusti gratiã Iuliũ Cæsa.iam diu a dijs desideratũ asserit.⁋ Aratro dignus ho.)De agriculturæ honore videto in principio.⁋ Conflantur.)Fabricantur,cõuertuntur.

Euphrates.

⁋ Euphrates.)Hunc maior fundit Armenia,vt scri.Soli.Longisq; excursibus Babyloniã diuidit,tandẽ in sinũ persicum defert. Mouere autẽ Euphratẽ bellũ ait propter Parthos.Ii enim clade Crassiana altius animos erexerãt, ciuilesq; discordias populi Ro.læti acceperãt,itaq; vt primũ effulsit occasio, nõ dubitauerunt erũpere vltro quidẽ inuitãte Labieno qui missus a Bruto, Cassioq; fuerat,vt hostes in auxiliũ solicitaret.Ventidius tamen Antonij legatus,& Labieni copias & oẽm Parthicum equitatum inter Orontẽ & Euphratẽ occidit: de quibus plurima Lucius Florus.⁋ Germania.)Hoc ideo dicit, quia post Cæsa.cædem Germani ab Romanis desciuerant:Augu.tamẽ,vt Suet.tradit,eos vltra Albin flumẽ submouit.⁋ Legib.)Fœderibus.Ruptis propter Cęsaris obitum.

Carceres.

Carceribus,carceres vocantur,vnde mittunt equi, dicti q̃ coercent equi,ne inde exeant, anteq̃ magistratus signũ misit:author Var.⁋ Quadrigæ.)Quatuor simul equi iuncti,quadrigæ vocant,

Auriga.

vt scrib.Gel.lib.xviij.ca.viij.⁋ Auriga.)Aurigę proprie sunt currum regentes.Dicitur aũt auriga, quia splendorẽ sibi agat auris.i.fauoribus populi,hoc est clamoribus. Priscia.de.xij.carminibus.Currus ipse quadrigæ,per id autẽ innuit Martem,nullo obstante,sæuire.obiuerat.n.Cæsar populorum terror & rector.

ASCENSIVS.

¶Dij patrij, &c.)Expositis malis quæ sol futura indicauit post Cæsaris necẽ, precatur deos patrios vt saltẽ Augustũ in reip.salutem,atq; Romani imperij cõseruationẽ diutius viuere sinant, cũ is optimus sit eius gubernator:tametsi sint q̃ gubernent pessimi. ¶Ordo est.O dij patrij.i.ad patriã pertinẽtes, aut e patria nostra: Indigetes.i.nunc inter deos æternos agentes,& nullius indigentes,vt Ianus,Faunus, Æneas,Romulus,Ilia,&c.& sup.tu o Romule,pater videlicet vrbis,& Vesta mater.i.protectrix materna affectiõe, aut Vesta.s.Ilia Rhea virgo vestalis mater.s.Romuli & per eũ Romani imperij,quæ seruas.i.custodis & cõseruas, Tyberim Thuscũ.i.per Etruriã ex appenninis montib.fluentẽ.(Ad Tyberin autẽ sepulta fuit Rhea Ilia adhuc viua: vnde ab Horatio in.j. carmi.dicitur vxorius amnis, quasi Iliæ maritus sit, verba eius sunt,Vidimus flauum Tyberin retortis, littore Etrusco violẽter vndis, Ire deiectũ monumenta regis Tẽplaq; Vestæ. Iliæ dum se nimium quęrenti iactat vltorẽ vagus & sinistra Labitur ripa loue nõ probãte Vxorius amnis)& quę seruas Romana palatia, ne prohibete.i.ne prohibeatis saltem hunc iuuenẽ.s.Augustum succurrere.i.opitulari,& ne corruat, succurrẽdo auxiliari(tractum est enim ab infantibus aut ędificijs casum minãtib.quibus prius q̃ cadant succurritur ab his qui ruinã prospiciũt)nos luimus satis iampridẽ.i.iam a plusculis annis, nostro sanguine.i.effusione sanguinis Romani a Troianis oriundis:periuria Troiæ Laomedonteæ.i.ab Laomedõte rege denominatę(Id diligẽs poeta ferè obseruat,vt condignis appellationib.Troianos nuncupet. Nam vbi mollitiem exprobrat,Phryges aut Phrygias appellat, vt o vere Phrygiæ neq; enim Phryges,vbi virtutẽ Dardanidas vt, Dardanidæ duri quæ vos a stirpe parentũ Prima tulit tellus, &c.vbi perfidia,notat Laomedontiadas,vt hic &.iij. Ænei.Laomedontiadæ bellum ne inferre paratis?Et eiusdẽ.iiij.Necdum Laomedonteæ sentis periuria gentis.)O Cęsar.s.Auguste(quod potius cum Seruio dixero, q̃ vt cum Mancinello de Iulio intelligam. Nam præsentis tẽporis verbum, & aduerbium iampridẽ indicant continuatam esse actionem, ita vt nũc quoq; inuideat atq; queratur curare triumphos humanos,nõ curauisse solum.Sensus ergo est q̃ dij inuidentes hominib.pręsentiam Cæsaris Augusti,quem vt malos iustius puniat, in cœlos translatum velit, quasi vero ob Augusti præsentiam cohibeantur dij a sæuiore vltione)o Cæsar igitur Auguste,regia cœli.i.regnum cœleste(Est autem regia domus quam reges habitant, quasi subaudiatur dominus: at ædes græce dicitur αὐλὴ.i.aule)inuidet.i.moleste permittit iampridẽ nobis te, & queritur.i.conqueritur te curare triumphos hominum,cũ sis dignus cœlestib.Quippe.i.vtpote, vbi.i.postq̃ phas.i.licitum & a dijs approbatum, versum sup.est,s.in nephas, hoc est reputatur ac si sit nephas atq; nephas versum sit, ita vt phas putetur, & vbi tot bella.s.geruntur per orbem,i.mundum hunc & tam multæ facies.i.species scelerum, sup.fiunt per orbem,& vllus honos.i.reuerentia,aut cultus non, sup.est amplius aratro.i. agriculturæ dignus.i.debitus, aut non vllus honos dignus aratro est aratro,& vbi arua squalent.i.squalida fiunt ac situ vincuntur,colonis.i.agricolis,abductis.s.ab aratro in bellũ ciuile,& vbi falces.i.cultri messorij, curuæ conflantur.i.flatu follium fabrorum cõuertuntur in rigidum, id est in duratum & difficulter flexibilem,ensem,id est mucronem, & Euphrates.i.accola Euphratis populus,scilicet maioris Armeniæ & Parthiæ, mouet bellum hinc.i.ab vna parte, & Germania.i.populus Teutonũ Rheni accola,mouet bellum illinc.i.ab altera parte, & vrbes vicinæ,i.Italiæ & sociales quasi in medio imperij positæ ferunt.i.conferunt arma,hoc est bella gerunt inter se, id est intestina & socialia,legibus.i.fœderib.quibus inter se confœderatæ erant ruptis, id est violatis.Mars impius,id est ad impia bella, vt sunt intestina instigans,sæuit,id est sęuitiam suam exercet toto orbe, & ideo vt per Augustum pacetur:optat Poeta, vt diutius apud se maneat. Vnde dictũ est in Buc.Pacatumq; reget patrijs virtutib.orbem. Vt, id est quemadmodum, cum quadrigæ.i.quaterni equi currum trahere soliti effudere,id est effusi proripuere se, carcerib.i.repagulis quibus a cursu donec signum daretur:arcebantur, addunt se in spatia.s.intra metas constituta, & auriga, id est rector equorum tendens.i.contrahens & tensa tenens frustra q̃ impar viribus eorum fertur,id est violenter protrahitur equis.s.suis, neq; currus.i.equus currens, aut quadrigæ, audit.s.obtemperanter, hoc est contemnit habenas,quibus haberi & contineri debeat.Sanè sicut eques pro equo aliquando reperitur, ita & hic currus, nisi metaphora sit, Ideo autem curulia certamina instituta sunt, vt sint aurigandi complures periti:nam e curribus olim dimicabant, sicut in bello Troiano factum docet Home.Et hæc in primum librum Georgicon succinctius emissa sunt.

PIERIVS.

¶Vt cum carceribus sese effudere quadrigæ.)Seruius negat esse comparationẽ,quæ si ponatur in fine,vitiosum habeatur.Quintilianus tamen vult esse comparationem, quia interdum præcedit rem,cui comparatur,interdum sequitur.Quod quidẽ in Homero Porphyrius obseruauit,&,vt, dictio sæpe signum est comparationis.⁋ Addunt se in spatia.)In codic.Mediceo, & aliquot alijs antiquis,legere est,Addunt in spatia,absq; se,pronomine,id quod ab eruditis quibusdam agnitum.

GEORGICORVM LIBRI PRIMI FINIS.

ARGVMENTVM ASCENSIANVM.

Argũ. Ouidianum.

HActenus aruorũ cultus, &c.)Vt perpetuo tenore P.Virg.Maronis textũ explicare possim,cõstitui argumentorũ,q̃ ab Ouidio & Mãcinello collecta sũt, ordinem atq; facilẽ explanationem pręmittere. Argumẽtum itaq; Ouidianũ est tetrastichon.i.quaternarium,quaternis.n.versibus cõplectit in singulis libris toti materiam qd quoties singulis fit carminib.monosticha dicunt, quoties binis disticha,quoties ternis tristicha, quoties quaternis tetrasticha, quoties q̃nis pẽtasticha,& ita deinceps, Nã monos dicit vnum seu solũ dyo duo,tris tres, tetras quatuor,pẽta quinq;.stichos aũt versus.¶Ordo autẽ est.Ille.s. Poeta nobilis, videlicet Maro,hactenꝰ,sup.cecinit cultus aruorũ.i.agriculturã,& sydera cœli.i.quæ sunt in cœlo: hoc est syderũ obseruationẽ & pronostica, & canit.s.modo in hoc.ij.lib.comas pãpineas.i.frondes vites & colles virẽtes.i.habẽtes arbores virides & virentes, & vites loci descriptas.i.loca vitiũ descriptarũ in quibus.s.optime na

Tetrastichon.

P.OVIDII NASONIS IN SECVNDVM GEORGICON VIRGILII TETRASTICHON.

Hactenus aruorum cultus,& sydera cœli:
Pampineas canit inde comas,collesq; virenteis,
Descriptasq; locis viteis,& dona Lyçi,
Atq; oleę ramos pomorum ex ordine lectos.

ANTONII MANCINELLI IN EVNDEM ARGVMENTVM.

Proponit,Bacchũq; vocat Maro rite secundo.
Arboribus diuersa datur natura creandis.

Universidad de Deusto Biblioteca

scantur, nisi legendum sit locis,& sensus canit vites descriptas.i.per scripta assignatas locis,scilicet quasq; suis, atq; canit dona Lygi, id est Cacchi hoc est vinum cura resolués,

Panditur insitio: vitis diuersa notatur:
Italiæ laudes, species telluris habentur:
Quo vitis ponenda modo, quo tēpore, quid ver
Afferat, hinc viti qualis sit cultus habendus.

& canit ex ordine, lætos.i.fœcundos & vberes & fertiles ramos oleæ,& pomorū,alij legunt lectos, vt sit, canit ramos oleæ lectos, id est intercisos ex ordine pomorū.i.pomiferarum per insitionem videlicet,alij læto,i.pulchro ordine.

P Roponit,&c. ¶Ordo est, Maro.s.Virg.proponit.s.narranda,secundo,scilicet libro:& vocat.i.inuocat,rite, id est decenter secundum priscam poetarum consuetudinem, Bacchum, scilicet vitisatorem vbi de vitibus præcipue locutus est,& id quidem primo loco facit:proponit,inquam,& inuocat. Natura datur arboribus creandis.i.diuersa describit natura arborum procreandarum, & id statim prima parte executionis. Insitio,id est modus inserendi & insitas faciendi,panditur, scilicet in secunda parte executionis. Vitis diuersa.i.diuersæ naturæ & bonitatis notatur.s.in tertia parte executionis. Laudes Italiæ habentur,id est recitantur,scilicet in quarta parte. Et species telluris habentur.s.in quinta,& quomodo vitis,sup.sit ponenda,i.cōferenda habetur,sup.in sexta,scilicet parte;& quo tempore,& id in septima,& quid ver afferat,habetur, sup.& hoc in octaua parte,& scilicet Maro monstrat,id est ostendit, & docet videlicet in nona parte,qualis cultus sit habendus, id est adhibendus viti, & monstrat scilicet in decima parte commoda syluarum, scilicet olearum & aliarum arborum sponte nascentium & nō tantopere coli exigentium, vt vites. Et agrestes,id est in agris versantes, laudantur.i.in vltima parte huius secundi libri. Et ita singulæ ferè materiæ in toto libro pertractantur suo ordine, scilicet quo iam explicitæ sunt. Restat igitur authoris explanatio, ante cuius textum tetrastichon Ouidianum, sicut in omnibus fere codicibus reperitur,ponemus.

SERVIVS.

H Actenus aruorū cult⁹ & sydera cœli: Nūc te Bacche canam.)Mire iterauit illum versum, Quid faciat lætas segetes,quo sydere terrā. In hoc aūt libro exequitur culturam agri cōsiti, qui omnium arborum continet genera. Et sciendū est Virgilium vites quoq; arbores dicere. vt, Nec secius omnis in vnguē Arborib⁹ positis secto via limite quadret, & Hactenus, vt multi volunt, vna pars orationis est,& est aduerbium significās hucusq;. Alij duas partes volūt, pronomē & aduerbiū: vt sit tenus hac: sicut, Et crurum tenus a mento palearia pendent, sed melius est vnam partem accipere orationis. ¶Hactenus sydera cœli.) Pleonasmos, nec enim alibi, quā in cœlo sunt sydera.)Bacche.)Inuentorem pro viribus posuit, de quib⁹ κατ' ἐξοχὴν in hoc libro loquitur:nam vites præcipue sunt, licet & aliarum arborum faciat cōmemorationem. ¶Nec non syluestria tecum virgulta.) Id est infœcundas arbores, quibus præcipue in Italia vites cohærent. ¶Tarde crescentis oliuæ.) Res enim diu duratura tardius crescit. ¶Huc pater o lenęe.) Pater,licet generale sit omnium deorū, tamē proprie Libero semper cohęret: nam Liber pater vocat. ¶Lenęus) autem ἀπὸ τοῦ ληνοῦ, id est a lacu. Nam quod Donatus dicit ab eo, quod mentē leniat, non procedit: nec enim potest græcum nomen Latinam etymologiam recipere. ¶Tuis hic omnia plena muneribus.) Tuis muneribus hic sunt omnia plena: & ea vbiq; requiruntur. ¶Pampineo autumno.) Cuius tēpore vites folijs & fructibus plenę sunt: & sub quo maturæ fiunt. Et pampineo pro pampinoso dixit, vt nemus frondeum pro frondosum. ¶Tibi floret.) In honorē tuū exultat & lætus est. Nam autumnali tempore re vera florere non potest ager. ¶Vindemia.)Cum vindemiam numero singulari dicimus, vnius anni significamus: cum plurali multorum:vt messem: messes: hyemem, hyemes. hæc enim semel tantum annis quibusque contingunt. Multi tamē volunt Vindemiam esse totius orbis generaliter, Vindemias singularium partium:vt plus significet singularis, q̄ pluralis numerus:sicut plus est cum dicimus, per terram pluit, q̄ per terras. tunc enim omne elementum per singularem numerum, non terras aliquas significam⁹. ¶Musto.(Mustū numero tantū singulari dicimus, sicut & vinū: licet Ouidius abusiue dixerit musta. Sed hoc ille plus fecit, q̄ & mustis dixit: cum (vt diximus) de his nominibus tres casus tantum vsurpari consueuerint.

P. VIRG. MARONIS GEORGICORVM LIBER SECVNDVS.

HActenus aruorū cultus,& sydera cœli.
Nunc te Bacche canam:necnon syluestria tecum
Virgulta,& plē tarde crescentis oliuæ
Huc pater ò Lenęe(tuis hic oia plena
Muneribus:tibi pampineo grauidus autumno

Floret ager:spumat plenis vindemia labris)
Huc pater ò Lenæe veni:nudataq; musto
Tinge nouo mecum direptis crura cothurnis.

PROBVS.

Bacch⁹. ¶Nunc te Bacche canam.) Bacchari est furere,inde & Bacchę dicuntur, quæ per furorem sacra Liberi patris celebrabant, & ipse Bacchus vocatur a furore, quem incutit cultoribus suis. Idem Lenęus dicitur torcularis a nomine gręco; & quod ληνὸν appellant torcular. ¶Cothurni.) Sunt calciamentorū genera venatori apta, quibus crura etiam muniuntur, cuius calciamenti effigies est in simulachris Liberi & Dianæ.

MANCINELLVS.

¶Hactenus aruorum.) Huius quoq;.ij.voluminis argumētum carminibus patet. Sed cur Poeta ab agrorū cultura inceperit postea vitium, de exordio scribēs aperui, vbi & vitium arborumq; culturas Emophum Atheniensem primum inuenisse Pli. referēte edocui. ¶Hactenus cecini.)s. est enim Mesozeugma. ¶Sydera cœ.) Pleonasmos est in dictione cœli.i.superabundantia, de qua late Fab.lib.ix. ¶Te Bacche.) Id est tua munera, vt vites, de quo latius ibi, Poculaq; inuentis Acheloia miscuit vuis. Dicit autem Bacchus a furore, quē incutit cultoribus suis, vt Probus asserit. ¶Syluestria virgulta.) Syluestres arbores, inter quas & genistas, & siler, & salices accipe. De virgultis autem diximus in Tityro. ¶Tarde cre.oli.).Pli.lib.xvij.ca.xij.scri.Natura tarde crescere oia longo æuo durantia, atq; occidunt velocia esse, vt ficus, malus, pirus. Idemq; lib.xvij.c.lxj.scribit ad sua tempora durasse in Linterno Africani prioris manu satas oliuas, & myrtus eodem loco
Lenæū. cōspicuæ magnitudinis. ¶Lenęe.) Lenęus Bacchi nomen: lenos enim torcular dicit. Lenęus torcularis, vt Probus ait. ¶Grauidus autumno.) Non grauidis in ablatiuo, sed grauidus in nominatiuo legendum est. sic enim antiqui textus habent, est ergo diastole figura. ¶Floret.) Lætus est labris ahenis. ¶Cothurnis.) Vide
Mustus to Eclo.vij. ¶Musto nouo.) Et hic pleonasmos ē, vel epexegesis: nam vt scribit Nonius. Mustum non solum vinum: verū nouellum quicquid est, dicitur, recte Neuius vtrum sit melius virginē an viduam ducere, virginem si musta est.

Ascensius

ASCENSIVS.

¶Hactenus aruo4 cult⁹,&c.) Postq; in primo libro ostensum est: quid faciat lętas segetes, quo sydere terram vertere conueniat: nunc docturus vlmis adiungere vites, arbustūq; descripturus: facit cōtinuationē sequētium cum præcedentibus dicens: Hactenus descripsi cultus aruo4,& sydera cœli, nunc te Bacche canā,&c. Itaq; proponit in principio, inuocat ibi, Huc pater o Lenęe: & prosequit ibi, principio arboribus. In primo aūt libro agriculturā executus est: quia ea magis necessaria est mortalibus, q̄ vitium plantatio. priorq; inuenta. Sanè secūdum Mancinellum Mesozeugma est in primi versus elocutiōe. De quo qd sentiam puerulis paucis explicauero. Zeugma fit quoties duorū aut plurium constructibiliū tertium expressum conformat vicinniori aut vicinissimo in debitis accidentibus & ad reliquum aut reliqua reduci potest facta accidentium conformitate. Quoties autem tertium in principio ponitur, dicit protozeugma: hoc est anterius zeugma, quod Seruius vocat zeugma a superiori: vt si dicā. Fleuit mater & filij eius, quoties in medio mesozeugma: nā meson, medium dicūt Græci, vt mater fleuit,& filij eius. Quoties Aero in fine dicit hypozeugma seu subzeugma: hoc est zeugma ab inferiori. vt mater & filij eius fleuerūt: hic ergo quia tertium hoc est verbum in fine ponitur, videtur potius hypozeugma dicendum. Neq; id quidem in accidente congruitatē mutante: hoc est, in genere, aut numero, aut psona, aut casu: sed in tēpore duntaxat: nam in verbo canam, intelligitur verbum cecini, eiusdem numeri & personæ: sed diuersi temporis. Seruius quoq; attestatur pleonasmon, cum dicit, sydera cœli: quia nō sunt alibi, quā in cœlo sydera, vt inquit: abundat ergo particula cœli: veruntamen non difficilis est eius rei purgatio. Sed nos ordinem prosequamur, qui talis est, Ego, inquit, Virgilius: hactenus, id est ad hunc vsq; locum, subaudi cecini cultus aruorū & sydera cœli.i. occasus & ortus syderū in cœlo existentiū,& qualem queq; tempestatem cient. Nunc.i.deinceps,i.in hoc secūdo libro: o Bacche ego canam te.i.tua dona: hoc est vitem. Possemus a vocādi casu incipere sic, o Bacche, ego cecini hactenus cultus,&c. nunc canā te, necnon.i.etiam canam tecum: virgulta syluestria.i. arbores in syluis nasci solitas,& prolem oliuę.i.arboris, quæ & olea dicitur, crescētis tarde. O pater Lenęe.i.torcularis aut torculari pręfecte, hoc est Bacche veni huc.i.ad me, & in auxilium meum oia scilicet sunt, hic.i.in hoc opere, plena tuis muneribus,i.inuentis & donis: hoc est plurima eorum quæ hic describentur vt vites, & earum arbores sunt tua munera: ager grauidus.i. onustus autumno pampinis: hoc est vitium frondibus aut folijs decorato: floret tibi.i.in honorē tuum, aut tibi: tanq; authori aut inuētori suo. Vindemia spumat tibi labris.i.vasis labratis, qbus vinū mustum transfunditur: plenis.s.musti recens pressi. Veni, inquam, huc o pater Lenęe, & tinge mecum, id est vt ego crura nudata.i. nuda facta cothurnis.i.altis illis calciamentis, quæ etiam suras ambiunt,& quibus agricolæ fere vtuntur, sicut & venatores & omnes quibus inter spinas & vepres currēdum est, significat aūt se poeta in hoc opere agricolam & vinitorem pro loci qualitate: cothurnis inquam direptis.i.raptim depositis: tinge, dico, musto.i.vino nouo: quia nondum in vas suum misso: hoc est aspira mihi rem vinariam tractanti. Zeugma.

PIERIVS.

¶Multa nimirum in hoc libro deerunt: quia paginæ nonnullæ in codice, Romanis litteris scripto, cui potissimum innitimur desiderantur. Quoad vero licuit, alijs codicibus adiuti sumus, & omnino multa obseruatione digna deprehendimus, quæ si non omnia ad lectionis emendationem, certe ad sententiarū illustrationem faciant: quicquid id fuerit, Lectorem rogatum veli m,t boni consulat.

SERVIVS.

¶Principio arboribus,) Creandarum arborum naturaliter sunt tria genera. Aut enim sua sponte nascūtur: aut ex seminibus fortuito iacentibus surgunt, aut ex radicibus pullulant. nam cætera vsus inuenit fauente natura. ¶Sponte sua.) Sponte modo nomen est: quia iunctum est ei genus, quo caret semper aduerbium. ¶Veniunt,) Crescunt: vt alibi, Illic veniunt felicius vuæ. ¶Camposq; & flumina late Curua tenent.) Per transitum ostendit in quibus locis arbores sponte nascantur, scilicet in humidis. Nam terra mater est rerū omniū, & seminum cunctorum creatrix. ¶Vt molle siler.) Arboris genus est siler, & notandum genus neutrum de arbore:quod

Principio arboribus varia est natura creandis.
Nanq; aliæ nullis hominum cogentibus, ipsæ
Sponte sua veniunt: camposq;,& flumina late
Curua tenent: vt molle siler, lentęq; genistæ,
Populus,& glauca canentia fronde salicta.
Pars autem posito surgunt de semine: vt altæ
Castaneæ: nemorumq; Ioui quę maxima frondet
Æsculus, atq; habitæ Graijs oracula quercus.

Universidad de Deusto Biblioteca

re:quod est admodum rarű. ¶Glauca canentia fronde salicta.) Locű salicű pro ipsis arboribus posuit. bene aűt ait, ¶Et glauca & canentia.) Nam salix ab vna parte alba est, ab altera viridis. Sanè Cacephaton est glauca canentia. ¶Pars aűt posito de semine surgunt.) Quacunq; ratione proiecto, vel ab auibus, vel ab hominibus: ne icipiat esse industriæ. Dicit quippe plerasq; arbores ex semine nasci nõ studio hominum iacto, sed quocunq; modo & euentu. ¶Pars surgunt.) Pro surgit. ¶Nemorűq; Ioui quæ maxima frondet Æsculus.) Ordo est. Nemorűq; maxima æsculus, quæ Ioui frondet. i. quæ crescit in Dodonæo nemore, quod erat Ioui consecratű. ¶Atq; habitæ Graijs oracula quercus.) Nam in Dodonæo nemore arbores dantes responsa fuisse dicũtur. ¶Habitæ autẽ Graijs.) Vel quasi non credens dixit, vel quasi Italus, qui loca illa nesciret. vel reuera quondam habitæ, quia illo iam tempore silebant. ¶Pullulat ab radice.) Mira in singulis proprietas nam ait, sponte sua veniunt, surgunt de semine. Pullulant ab radicibus. ¶Vt cerasis vlmisq;.) Hæc cerasus his cerasis facit. Sanè Cerasus ciuitas est Ponti: quam cum delesset Lucullus, genus hoc pomi inde aduexit, & a ciuitate Cerasum appellauit. Nam arbor cerasus pomű cerasum dicitur. Hoc autem etiam ante Lucullum erat in Italia, sed durum: & cornu appellabatur: quod postea misto nomine, cornocerasum dictum est. ¶Parnasia laurus.) A parnasso monte Apollini consecrato.

Pullulat ab radice alijs densissima sylua:
Vt cerasis, vlmisq;. etiam Parnasia laurus
Parua sub ingenti matris se subijcit vmbra.

PROBVS.

¶Atq; habitę Graijs oracula quercus.) Existimat in Dodonęi Iouis oraculo quercű vocalem fuisse, ex qua lignű Minerua Argonautis futura prædiceret. ¶Vt cerasis vlmis et Parnasia laurus.) Cerasis. Cera. Ex vrbe Cerasunte, quæ est in Ponto Lucullus, qui oppugnauit Mithridatẽ, trãstulit arboris genus, quod fert cerasia poma. Ipse autem oppidi noie Cerason vocauit, pomű cerasium. ¶Parnasia laurus.) Dicit quia subiecta est Apollinis tutelę, cuius oraculum Delphicum Parnaso monti Phocidos subest.

MANCINELLVS.

¶Principio.) Canã videlicet siue a principio. ¶Arboribus varia est natura creandis. ¶Maro in hac re Theophrastum secutus est, ille enim lib. ij. inquit. Aruoꝝ summatim plantarű generationes, aut spõte, aut semine, aut radice, aut euulsione, aut ramo, aut surculo, aut ipso trunco factitantur. Videto autẽ paulo inferius ibi videlicet, Hos natura modos, &c. Siler. ¶Molle siler.) Pli. li. xxiiij. capi. xxxvj. inquit. Sileris folia illita fronti capitis dolores sedant, serpentes & hũc fruticem refugiunt, baculumq; rustici ob id ex eo gerunt. ¶Genistę.) Pli. lib. xix. ca. ij. inquit, Asia ex genista facit ligna ad retia, pcipue in piscãdo durantia, frutice madefacto decẽ diebus, & lib. xxiiij. c. xxij. ait. Genista quoq; vinculi vsum pstat, flores apib⁹ gratissimi. Genista item mista cum axungia genua dolentia sanat. Genistę ¶Populus.) legito Pli. lib. xv. cap. xxvj. ¶Glauca.) Glauc⁹ color. Glaucus color viridis cœruleus dicit, vt in Gel. legit li. ij. c. xxvj. ¶Salicta.) Tria genera, Salicű. Pli. lib. xvj. ca. lij. scri. de Salice. quod in Asia tria genera obseruant nigram vtiliorem vitibus, candidam agricolarum vsibus, tertiam, quæ breuissima est, quam elicem vocant. ¶Castaneę.) De ijs multa Columel. lib. iiij, & Plin. xv. Æscul⁹. ¶Æsculus.) Arbor est glandifera ab edo: nã eius fructu olim hoies vescebantur, & Pli. lib. xvj. capi. vj. inquit. glans optima i quercu, atq; grãdissima, mox æsculo. Quer.

¶Oracula quercus.) Existimant in Dodonęi Iouis oraculo quercum vocalem fuisse, ex qua Minerua Argonautis, futura prædixit. Probus author. Strabo vero lib. viij. inquit. Dodonęum autẽ oraculum, quamadmodum & cætera quodammodo derelictũ est, videto latius Eclogã. ix. ¶Cerasis.) Cerasi ante victoriã Mithridaticam. L. Luculli non fuere in Italia. Ab vrbis anno sexcentesimo octogesimo. is primum vexit Ponto, septentrione frigidisq; gaudent, Pli. lib. xv. ca. xxv. ¶Parnasia laurus.) Pli. lib. xv. ca. vlti. scri. q duo genera eius tradit Cato, Delphicam, & Cypriam, Delphicam esse equali colore, viridiorem. Maximis bacis, atq; e viridi rubentibus, hac victores. Delphis coronati, & triumphantes Romæ. Cypriam esse folio breui nigro per margines imbricato crispam. ¶Se subijcit.) Attollit. Duo genera lauri.

ASCENSIVS.

¶Principio arboribus, &c.) Hęc est pars executiua in qua incipit tractare de arboribus fructiferis, vitiferis & cæteris. Nulla enim est arbor quæ nihil agricolis conferat. Syluestres enim & steriles se præbent, hoc est materiam aut ędificiorum, aut ignis. Ostendit aűt variam arborum naturam, vt qua via eas sibi agricola comparet, noscat. ¶Ordo est, Principio. s. canã, aut describã quia varia, &c. Aut principio. i. in primis notãdis agricolę. est varia natura creandis arboribus, id est ad creandas, & producendas arbores, aut arboribus creãdis, id est quæ creantur. Nam pro qua aliæ, id est aliquæ veniunt, id est oriuntur ipsę, id est per se nullis hominum. i. nullis hominibus. (Elegantius tamen & significantius dixit, quam si dixisset nullis hominibus, nam nullis hoium qui partitionẽ denotat idem est, ac si dicat, ne vnus quidem homo quicunq; is sit) cogentibus. i. compellentibus per artem aut laborem, & tenent. i, occupant late. i. ampliter campos & flumina curua. i. ripas fluminum quæ ferè curuæ sunt, vt siler. i. illud genus fruticis, molle. i. tenerum & flexibile, & genistę lentę. i. flexibiles, & teneræ, & populus arbor iuxta ripas sponte nascens, & salicta canentia. i. albicantia. s. in cortice, fronde glauca. i. cœrulei, ac viridis coloris. Et hæ quidem sponte. Autem pro sed: pars. s. arborum, hoc est arbores partim surgunt. i. pullulant & exoriuntur de semine, vt castaneæ altæ, id est sublimes, & ęsculus q frondet Ioui, id est in honorem aut tutelam Iouis maxima, id est maximis floribus, aut vberrimis, nemorum, id est inter nemora Ioui sacra, & quercus habitæ, id est existimatæ, Graijs. i. Grecis oracula. i. pro oraculis & responsis deoꝝ. credunt enim Greci in Dodona sylua quercus vocales oracula edidisse. Densissima sylua. s. maxima congeries arboꝝ nouellarũ pullulat alijs, ab radice vt cerasis & vlmis, etiam laurus Parnasia. i. quę plurima nascit in Parnaso in gratiam Phœbi, parua. i. cum adhuc parua est, subijcit. i. sursum iacit & attollit se sub ingenti vmbra matris, id est maioris laurus e cuius radice pullulat. Sunt ergo triplices, naturę arboribus creãdis. Nam alię nascunt sine semine, & radice, aliæ ex semine, aliæ ex radice: addi põt quarta, sed mista eaꝝ quę ex semine & ex radice nascunt: nam fere quę ex semine, etiam ex radice nascuntur.

SERVIVS.

¶Hos natura primű dedit.) Bene primű. Nam vt etiam supra dixim⁹, fauor naturæ fuit etiã ad alios inueniẽdos. contra naturã enim nihil hoium inuentum valeret. ¶Via sibi repperit vsus.) Ratione: vt, Inueni germana viam. ¶Hic plantas tenero.) Plantę. Plãtaria. Inter plantas & plantaria, hoc interest, quod plantę raptę sunt de arboribus. Plantaria vero, quæ ex seminibus rapta cum radicib⁹ & terra propria transferunt: vt, Et viua sua plantaria terra. ¶Sulcis.) Fossis: vt, Ausim vel tenui vitem cõmittere sulco. ¶Hic stirpes obruit aruo.) Altius deponit validiores cũ radicib. plantas. ¶Quadrifidasq; sudes.) Ita robustas vt possint in quatuor partes diuidi. ¶Et acuto robore.) Pro acuti roboris accipimus. Et bis idem est dictũ, nam & valli, & sudes idem sunt. ¶Syluarumq; alię pssos ppaginis arcus expectãt.) Propago pręcipue vitibus congruit. vnde apparet syluas eum etiam de vitibus dicere. ¶Et viua sua plantaria terra.) Et aliæ syluarum expectãt plantaria cum sua terra viua, id est naturali: vt, Viuoq; sedilia saxo, id est naturali. Inde ẽ, Mutata ignorent subito ne semina matrẽ. ¶Quin & caudicibus sectis.) Caudicib⁹ posuit pro codicibus, sicut caulẽ pro cole: & sauricem p sorice dicimus. Fit aűt quod

Hos natura modos primű dedit: his genus omne
Syluarum, fruticumq; viret, nemorumq; sacrorum
Sunt alij: quos ipse via sibi repperit vsus.
Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum
Deposuit sulcis. hic stirpes obruit aruo,
Quadrifidasq; sudes, & acuto robore vallos.
Syluarumq; alię pressos propaginis arcus
Expectant, & viua sua plantaria terra.
Nil radicis egent alię, summumq; putator
Haud dubitat terræ referens mandare cacumen.
Quin & caudicibus sectis (mirabile dictu)
Truditur e sicco radix oleagina ligno.
Et sæpe alterius ramos impune videmus
Vertere in alterius: mutatamq; insita mala
Ferre pirum: & prunis lapidosa rubescere corna.

quod nunc dicit de oliua & myrto: quarum sicci stipites secantur vsq; ad medullam, & terræ infossi ex se arbores creant: quod sine dubio mirum est. ¶Truditur.) Vrgente natura pcreatur. ¶E sicco ligno.) Ex arido. ¶Radix oleagina.) Deriuatiuum ab olea. ¶Impune videmus.) Sine damno sui. Et loquitur dę insitione. Sanè insitas arbores dicimus: insertas vero causas aut fabulas. ¶Lapidosa corna.) Dura. Alibi, Lapidosaq; corna Dant rami. ¶Proprios generatim.) Generatim, per singula genera. Generaliter autem est simul omnia. γενικῶς, καὶ κατὰ γένος. ¶Segnes terræ.) Pigrę, infœcundæ. & docet posse industria etiam loca asperrima ad fertilitatem perduci. ¶Ismara.) Montes Thraciæ. ¶Olea magnű vestire Taburnű.) Per hos montes significat etiam montuosa & aspera loca tentanda esse. Taburnus autem mons Campanię. ¶Vestire) vero, implere significat.

Quare agite ò proprios generatim discite cultus
Agricolæ: fructusq; feros mollite colendo:
Neu segnes iaceant terræ. iuuat Ismara Baccho
Conserere: atq; olea magnum vestire Taburnum.

PROBVS.

¶Iuuat Ismara Baccho Conserere, atq; olea magnum vestire Taburnum.) Thracia vino fertilis, cuius nationem quãdam appellat Home. Aliter oppidum est Ismar⁹, quod expugnauit Vlysses, cum a Troia discederet, & victor vinum accepit a Marone, cuius pater Cupithus traditur, quod Cyclopi dedit. Eius autem tanta vis existimatur, vt vnum metrum vini viginti etiam metra sustineat aquæ: Ergo quia tam efficax est natura in vino Thraciæ, præcepit eam conserendam vitem. Taburnus mons est Apuliæ regionis quæ fertilis est olea.

MANCINELLVS.

¶Hos natura modos.) Pli. lib. xvj. c. xxxij. inquit. Arbores quas naturæ debeamus, tribus modis nascuntur, Sponte, aut semine, aut ab radice. Cura numerosior existit, sed latius vide ibi Principio arboribus, &c. Syluæ, ¶Syluarum.) Sylua ab hyle quod est materia dicitur, vel a xylon quod est lignum: est autẽ sylua generalius nomen. Frutex. ¶Fruticum.) Frutex est, qui ad iustam magnitudinẽ arboris non assurgit, & statura similis est multis herbis, sed non demoritur, neq; arescit, vt herba. ¶Nemorum.) De nemore videto Eclogam. vj. ¶Via.) ratione. ¶Hinc plantas.) Pli. lib. xvij. cap. vij. inquit, auulsisq; arboribus stolones vixere. quo in genere, & cű parui sunt, auelluntur, partemq; aliquam e matris quoq; corpore auferunt, secum hoc modo plantantur punice coryli, mali, sorbi, fici, in primisq; vites. ¶Stirpes.) Crassos trũcos cum radicib⁹. ¶Quadrifidas sudes.) Perticas vel surculos in quatuor partes fissas. ait enim Theophrastus libro primo. Oleas quoq; & ficos multifidas demittere solent. Plinius etiam lib. vij. capi. xvij. ait ex eodem inuentu est surculos abscissos serere. hoc primo sepis causa factum sambucis, cotoneo, & rubis depactis, mox & culturæ, vt populis, alnis, salici, quæ vel inuerso surculo seritur, Acuto robore vallos. i. palos acutos, & surculos. Seruntur enim surculi quadrifidi & acuti. ¶Propaginis arcus.) Pinus Baca & propagine seritur. Citrea item grano & propagine, author Plinius lib. xvij. Terræ mandare cacumen, vti de salice dictum est. ¶Caudicibus.) Caudax Caulis. Caudex dicitur in arbore quod supra terram simplex assurgit, in herbis vero, caulis appellatur, vt Theophrasti interpres ostẽdit. Radix. Olea. ¶Radix oleagina.) Radix est quod subter telluri cohæret: Olea autem, Theophrasto teste libro secundo pluribus modis venire videtur: Nam ex trunco, ramo conciso, radice, ligno, virga. ¶Impune.) Sine damno. ¶Vertere.) supple se in alterius scilicet ramos. ¶Ismara.) Ismarus Thraciæ mons insignis oleo, & vino, teste Vibio. ¶Taburnũ.) Taburnus mons est Apuliæ regionis, quę fertilis est oleæ, vt Probus inquit, Poeta libro Æneidos duodecimo meminit etiam, dicens, Ac veluti ingenti sylua, summo Taburno, Cum duo conuersis inimica in prælia tauri Frontibus incurrunt.

ASCENSIVS.

¶Hos natura modos primum, &c.) Sunt itaq;, inquit, tres modi arborum naturaliter nascentium, quibus quartum adiecit ars quę triplex est: nam aut alteri arbori per incisionẽ infigitur virgultű, aut abscissum terrę cõmittit, eiq; cõglutinat, per transplantationem plantaria nouam naturam induunt. Quinetiam radix, aut truncus interdum pro planta terræ cõmittitur. ¶Ordo est. Natura dedit primű, scilicet prius q̃ ars inuenta esset quæ naturã imitatur: hos. s. dictos modos arborum videlicet creandarum: omne genus syluarű. i. magnarű arborű in quibus sunt alta silentia, & fruticum. i. humilium virgultorum quæ ad mensuram iustam arbori non assurgunt, hyeme tamen non intereunt, & sacrorum nemoꝝ. i. lucorum viret his. s. modis dictis. Alij. s. modi, sunt, i. extant, & reperiuntur quos, ipse vsus. i. experiẽtia reperit sibi ad suum commodum via. i. ratione & exercitatione hic. i. quis plantator abscindens plantas. i. ramos aut virgulta vt plantẽtur, de tenero corpore matrum deposuit. i. credidit & cõmisit sulcis. i. scrobib⁹, hic. s. alius, obruit. i. sepeliuit & cooperuit aruo. i. terra qualis est in aruo stirpes. i. truncos crassos cum radicibus, & sudes. i. perticas, quadrifidas. i. in quatuor partes fissas & vallos, id est palos, & stipites robores. i. trunco acuto quomodo salices in sepib⁹ nascuntur. Et aliæ syluarum. i. aliæ syluæ, expectant. i. desiderant, vt procreentur arcus. i. curuaturas seu ramos circunflexos, propaginis, id est vitis, vt pinus citreę aliarumq; ex propagine nascẽtium: & expectat plantaria. i. plantas cum radicibus, viua. i. virentia sua terra. i. per suam propriam & natiuam terrã, aut expectant plantaria viua cum sua terra. i. volunt vt radices trãsferant vna cum terra in qua primum natæ sunt. Aliæ. s. arbores, nil. i. non alicuius, nõ egent alicuius radicis, aut nil. i. non egent radicis, & putator. i. amputator & decisor referens, summum cacumen. i. virgultum ex vertice arboris, haud. i. non dubitat, id est veretur aut formidat, mandare, id est committere terræ. s. ipsum cacumẽ vt radices iaciat & pullulet. Quin. id est quinetiam: quasi dicat, & quod plus est, radix oleagina. i. oleę arboris, truditur. i. pullulat vbertim e ligno sicco, cui. s. inclusa est: & hoc caudicibus. i. codicibus, hoc est truncis sectis. i. fissis & diuisis mirabile. i. quę res est mirabilis dictu. i. dum dicitur, aut vt dicat. (Codicem pro trunco accipi, notum est ex illo, Iuuenalis residens in codice pellex, pro volumine vero accipitur, eo quod sicut in codice, id est trunco, sunt multi libri. i. interiores cortices in quib⁹, vt in membranis olim scriptitabãt, ita in codice, sunt multa folia ex libro olim constantia. Codex. Reprehenditur aűt hoc loco Seruius a Beroaldo, his verbis. Beroal. Dicunt a Seruio hoc in loco ea quæ nec vera sunt, nec verisimilia, nec ab vllo scriptorum memorata, neq; Virgilianis versibus conuenientia: nãq; poeta illis versibus loquit de insitione qua leuigatur falce truncus, & aut inter corticẽ lignumq; inserit calamus, aut fisso trunco imprimitur medullæ, cuius rei tota disciplina tradita est a Columella in tertio, a Plinio in. xvij. a Palladio pluribus in locis. & tanta est vis insitionis, vt etiam satiuę syluestrium radicibus inserãtur natura siccioribus. aptissima enim est insitis siccitas, vt author est Plinius. Inde dictum est a Poeta, Truditur e sicco radix oleagina ligno. i. olea inseritur & radices agens, viuiscit etiam in sicco ligno, quod est mirabile dictu. Cato præcipue inseri oleas luna sicca. Hæc ille. Ex qbus patet quod nõ lignum sectum pullulat, sed in ligno sicco secto inclusum virgultum, sed ad ordinẽ redeo.) Et nos videmus impune. i. passim sicut quod impune fit, passim fieri solet, vertere. i. transmutare ramos alterius. i. vnius arboris in. s. ramos alteri⁹. s. arboris, & nos videmus, pirum mutatã. s. in natura per insitionẽ ferre mala insita, ramoꝝ insitoꝝ fructus a pyris longe diuersos: & nos videmus sæpe corna lapidosa. i. lapidib⁹ seu ossibus, plena, rubescere prunis, id est ferre pruna rubicũdula. Quare. i. quamobrem quod. s. sua est cuiq; natura, & naturę sequitur semina queq; suę. Agite, adhortandi aduerbium, o agricolæ discite generatim, id est per singula genera, proprios cultus. s. arborum. i. quomodo coli, volunt vt ferant mites fructus, vnde sequitur, & mollite. i. molles & mites facite fructus feros. i. syluestres, colendo, id est per cultum. (Capitur autem hoc loco colendo actiue, apud Quintilianũ passiue, cum dicit. Sed memoria excolendo sicut cætera, omnia augetur) neu. i. neue, terrę iaceant segnes. i. ignauę, & inutiles nihil frugum, aut bonoꝝ fructuũ ferentes (nisi forte malis dicere, neu fructus iaceãt segnes terrę. i. in terra, hoc est humi) iuuat. i. adiuuat rem agricolę & delectat, conserere Ismara, montem Thraciæ Baccho. i. arbutis, vt vites Baccho dicatas ferant, & iuuant, vestire Taburnũ. i. montẽ illum Apulię olea, cuius ferax est. Iuuat aűt. i. delectat, quia iucundum est videre lætos fructus, aut iuuat. i. pdest, quia vtile est feraces terras conserere.

PIERIVS.

¶Sunt alij quos ipse via sibi repperit vsus.) In Longobar. exemplari, viam, legitur accusatiuo casu: quod forte non displiceat, si ordinẽ feceris. Sunt alij quippe modi, quos vsus reperit sibi viã, Seruius tamen agnoscit via. i. ratione: vt, Inueni germana viam. alij dicunt, via, inter eundum quippe in ipso pgressu rerũ & experientia. In Mediceo Paraphrasis est, via, ingenio.

Seruius

SERVIVS.

¶Tuq; ades Mecœnas.) Adesto, & inceptũ fauorẽ omnibus libris impẽdito, nã vbiq; eũ inuocat. ¶O decus, o famæ merito pars maxima nostrę.) Horatius, O & præsidium & dulce decus meũ. ¶Pelagoq; volans da vela patenti.) Simplici generi carminis præsta fauorem: vt vela fauorẽ accipiamus. ¶Patẽs pelagus.) carminis facilitatem. Hoc autem carmen facile esse ipse significat, dicens, &c. ¶In manibus terræ.) Hoc est in facili & in promptu res posita est: &c. ¶Non ego cuncta meis amplecti versibus opto.) Id est, Non sum vniuersa dicturus: nec enim possum, quare & suã verecunde extenuat possibilitatem, & Mecœnatis auribus ex sui carminis breuitate blandit. Alij aliter accipiunt. Constat Mecœnatem fuisse literarum peritum, & plura composuisse carmina. nam etiam Augusti Cæsaris gesta descripsit, quod testatur Horatius, dicens. Tuq; pedestribus Dicis historijs prælia Cæsaris Mecœnas melius, ductaq; per vias Regum colla minacium, vt hoc nunc dicat. ¶Inceptum vna decurre laborem.) Id est adesto, & simul scribamus. licet enim quæ tu scribis, constat esse ingentia: meum autẽ carmen & breue sit, & totum id explicare nõ possim, debes tamen fauere minorib. vt, Pelagoq; volans da vela patenti, sit ingentia scribe. ¶Et primi lege littoris oram.) Faue minora scribenti. Non ego cuncta meis. Lucretij versus, sed ille ænea vox ait, non ferrea. ¶Primi lege littoris oram.) Lege nauticus sermo est, qui nunc & ad nauigandum, & ad lectionem potest referri. Nam hoc dicit, faueto principio, vel humilitati carminis mei. ¶In manibus terrę.) Id est in facili & in promptu est terrarũ descriptio: quod πρόχειρον Græci dicunt. ¶Non hic te carmine ficto, Atq; per ambages, & longa exorsa tenebo.) Id est simpliciter vniuersa describam: neq; vt in Æneide, aliquibus figmẽtis, aut vllis vtar ambagibus. ¶Longa autẽ exorsa.) dicit procœmia longe repetita: quæ constat esse vitiosa.

Tuq; ades, inceptumq; vnà decurre laborem,
O decus, o famæ merito pars maxima nostræ
Mecœnas: pelagoq; volans da vela patenti.
Non ego cuncta meis amplecti versibus opto:
Non mihi si linguæ centum sint, oraq; centum,
Ferrea vox. ades: & primi lege littoris oram.
In manibus terræ. non hic te carmine ficto,
Atq; per ambages, & longa exorsa tenebo.

nõ vt numen, sed vt amicum numinis. Inuocat aũt, quia supra vires videt arborum naturas exequi: quocirca dixerat prius, Generatim discite cultus Agricolę, & ne temere rem tantã conatus culparet, dicit, Nõ ego cuncta meis amplecti versibus opto. Ne tamẽ breuitati desit vtilitas dicit se recisurũ superflua hoc modo. Nõ hic te carmine ficto. Atq; per ambages & longa exorsa tenebo. Tum incipit docere de arboribus sponte nascentibus, vt in sequẽti particula videbimus.

¶Ordo autem in hac particula est. Tuq;.i.& tu: hoc est etiam tu non solum Augustus, o Mecœnas decus.i.ornamẽtum.s.meum & merito.s.tuo pars maxima nostræ famæ, ades.i.adsis cũ fauore tuo, & decurre mecum laborem inceptum.i.adiuua me inceptum opus ad finem celerius perducere, & tu volans.s.mecum.i.celerem operam nauans da pelago patenti.i.per metaphorã materiæ expositæ, vela.i.secũdum processum & auxilium, sicut naues velis celerius puehunt q; remis dũtaxat. Ego nõ opto amplecti.i.prosequi meis versibus.i.carminibus cuncta.s. ad arbores pertinentia. Non.s.optarem amplecti cuncta, aut nõ possem exequi cuncta, si.i.tametsi linguæ sint mihi centum: & vox ferrea.i.infrangibilis & firmissima (Lucre. tamẽ dixit ærea) ades, inquã, & lege oram.i.extremitatẽ, primi littoris.i.pximã primo littori regionẽ (perstat in metaphora sumpta à nautis ab eo vbi dixit, pelagoq; volans da vela patenti, Nam qui egregie laborant dicuntur nauare, quasi nauibus quibus commode & abunde multa ad portum peruehuntur id agant: non minoribus vehiculis, lege ergo oram primi littoris mecum.i.statim a principio ingredere mecum hoc patens pelagus in tam vastam, atq; amplam de arboribus creandis materiam, quam non penitus percurremus, sed generatim capita dicemus, ita vt in primo littore semper versari videamur.) Lege, inquam, oram in manibus.i. in sinu & complexu terræ, hoc est non profundam naturalium rerũ scrutationem, sed facilem, & apertã trademus: vnde ego nõ tenebo.i.immorabor, & suspẽsum faciam te, hic.i.in hac materia carmine ficto.i.figmentis poeticis ornato: atq; non tenebo te hic per ambages.i.verborum circuitus & inuolucra, hoc est per dubias sententias, & per longa exorsa.i.exordia & per longas insinuationes, q̃bus in causa honesta vti non decet.

MANCINELLVS.

¶Tuq; ades.) Primo volumine Aug. Cæsa. inuocauit. hic vero Mecœnatem, cui & totum opus dedicat. ¶Inceptumq; vna decurre laborem.) id est auxiliare mihi tuo igenio. ¶Patenti vela.) id est patenti & amplę materię. ¶Vela.) studium, & auxiliũ. ¶Volans.) Citus & festinus in antiquis textibus, & volans, & volens legit, vtrũq; conuenit. ¶Non mihi si.) Non optarẽ amplecti cuncta inquit, si centum &c. ¶Ferrea vox.) Firma, indeficiẽs. ¶Et primi lege littoris oram.) Nauiga extremitatẽ primi littoris.i.principio huius voluminis tuo mihi igenio, ac studio faue. ¶Per ambages.) Verborum circuitus. ¶Longa exorsa.) longa exordia: vnde statim ad narrationem conuertitur.

ASCENSIVS.

¶Tuq; ades.) Quẽ primo volumine dũtaxat nuncupauit, dicẽs, quo sydere terras Vertere Mecœnas, &c. hic inuocat Mecœnatẽ, non

PIERIVS.

¶O decus, o famæ merito pars max. nostræ Mecœnas.) In codicib' aliquot antiq; nostri, legitur: quod si admitteret necessarium esset legere, vt nonnulli censent. O decus o fama & me. pars max. nostri. Sed enim in Mediceo, & alijs castigatioribus exemplaribus famæ nostræ, legitur. Quod vero, Mæcenas, non Mecœnas, scribendum sit, ostensum alibi, nimium vero est, quod in codicibus nonnullis habetur, ¶O deus o famæ me. pars max. nostræ.) Potius enim cum Horatio, decus, legendum, o & præsidiũ & dulce decus meum.

SERVIVS.

¶Sponte sua, &c.) Ad illud quod omiserat redit, & exequitur qualitatem trium generum, quæ supra memorauit: arborũ scilicet sponte natarum, procreatarũ ex semine, & earum quę de radicibus pullulant. ¶Infœcunda quidem.) Fructu carentia, & per transitũ rem physicã tetigit: nam semel salicis esum, dicit infœcunditatem mulieribus gignere. Et supra ait, Glauca canentia fronde salicta. ¶Lęta & fortia. Quasi hoc in ipsis arboribus genus sit fœcunditatis. ¶Quippe solo natura subest.) Quia vt supra dixim', naturaliter rerũ oium mater est terra, & vniuersa intra se cõtinet semina. Hinc ẽ, Quippe solo natura subest. Nã natura dicta est ab eo quod nasci aliqd faciat. Mire aũt ait. ¶Subest.) Id est, inest latenter: quia non apparet. Vnde Epicuri dicunt nihil esse, quod nõ habeat originẽ sui. Nã hoc est, Gigni de nihilo nihil, in nihilũ nil posse reuerti. ¶Scrobib' mandet mutata subactis.) Nos scrobes genere dicimus masculino, licet Lucanus dixerit contra artem, Exigua posuit scrobe. ¶Exuerint syluestrem animum.) Naturalem asperitatem & infœcunditatem. ¶Artes.) Fœcunditates ex arte venientes. ¶Hoc faciet.) Id est erit fœcunda, si inde transferetur. ¶Vruntq; ferentẽ.) Quę ferre potest: si ei vmbra nõ noceat. ¶Pomaq; degenerãt.) Modo degenerãt, in peius vertitur, alias in melius. Poma vero arbo-

Sponte sua quæ se tollunt in luminis auras:
Infęcunda quidem, sed læta, & fortia surgunt.
Quippe solo natura subest. tamen hæc quoq; siquis
Inserat: aut scrobibus mandet mutata subactis:
Exuerint syluestrem animum: cultuq; frequenti
In quascunq; voces artes, haud tarda sequentur.
Nec non & sterilis quæ stirpibus exit ab imis,
Hoc faciet, vacuos si sit digesta per agros:
Nunc altæ frondes, & rami matris opacant:
Crescentiq; adimunt fœtus: vruntq; ferentem.
Iam quæ seminibus iactis se sustulit arbos:
Tarda venit, seris factura nepotibus vmbram:
Pomaq; degenerant succos oblita priores:
Et turpeis auibus prædam fert vua racemos.
Scilicet omnibus est labor impendendus: & omnes
Cogendæ in sulcum: ac multa mercede domandę:
Sed truncis oleæ melius, propagine vites

arborum ex semine procreatarũ dicit: quas cõstat, nisi translatę aut insitæ fuerint, nõ respõdere qualitati seminis sui. ¶Fert vua racemos. ¶Vuã p vite posuit, i. fructum pro arbore. Sanè racemus botryonis est pars, & botryo græcũ est, & sic vuã pro vite posuit. sicut Horatius provino: nam sic ait, Cecubum & prælo domitã Caleno Tu bibes vuam. ¶Cogendæ in sulcum.) In ordinẽ cõponendę, aut certe arãdæ. ¶Multa mercede.) Multo labore, a sequẽte, quod pcedit intellige. ¶Sed truncis oleæ melius.) Quia supra ait, Truditur e sicco radix oleagina ligno, Et iã redit ad eos modos quos iuenit industria. Dicẽdo aũt Melius, ostendit etiam alias arbores ex truncis posse creari. Sanè olea est arbor ipsa: vnde deriuatio est oleum. Oliua vero fructus ipse, vnde oliuum dicitur. Legimus tñ & oliuã de arbore: vt, Incumbẽs tereti Damon sic cœpit oliuę. ¶Solido Paphię de robore myrtus.) Sicut & olea. Paphię autem Venerię, a Papho insula, in qua Venus colitur. Huic aũt myrtus consecrata est: vel quod hęc arbor gaudet littoribus, & Venus de mari dicit pcreata: vel q vt medicorũ indicant libri, hæc arbor apta est mulierum necessitatibus plurimis. ¶Plantis & durę coryli nascunt.) Duras dixit, non ad lignũ, sed ad fructũ ipsarũ referens. Alij edurę legũt: quasi non durę, vt paulopost, Enodes trũci.i. sine nodis: vt, E, modo minuẽtis nõ augentis habeat significationẽ. Sanè coryli proprie dicuntur. nam auellanæ ab Auellano Campaniæ oppido, vbi abũdant, noiatę sunt. ¶Herculeęq; arbos vmbrosa coronę.) Ipse alibi, Herculea bicolor cum populus vmbra. ¶Chaonijq; patris.) Iouis Epirotici. ¶Ardua palma.) Aut alta, aut ad quam difficile peruenit. ¶Casus abies visura marinos.) Est enim abietis species apta nauibus, quam Sappinum vulgo vocant.

Respondent: solido Paphiæ de robore myrtus.
Plantis & duræ coryli nascuntur, & ingens
Fraxinus, Herculeęq; arbos vmbrosa coronæ,
Chaonijq; patris glandes. etiam ardua palma
Nascitur, & casus abies visura marinos.

PROBVS.

¶Solido Paphiæ de robore myrtus.) Insula est Cypros tota Veneri sacrata, in qua est oppidum Paphos, a quo Paphiam myrtum appellauit arbusculam, quę Veneris tutelę ẽ subiecta. ¶Herculeęq; arbos vmbrosa coronę.) Populus, quia Herculis tutelæ existimetur subiecta, testatur in Æneid. Virgi. dicens, Dixerat Herculea bicolor, cum populus vmbra, Velauitq; co. folijsq; innexa pependit.

MANCINELLVS.

¶Infœcunda.) Sterilia. ¶Læta.) Ampla. ¶Solo natura subest.) de natura, & terrę seminib' videto Eclo. vj. & lib. j. Georg. ibi, Imposuit natura locis & ibi latius, Quiq; nouas alitis nõnullo semine fruges. ¶Mutata.) Pli. li. xvij. c. viij. inquit, ante oĩa igit in similem transferri terram, aut meliorẽ oportet. Prefodere scrobes ante si fieri posset, tanto donec pingui cespite obducant. Magnum ante annum fieri iubet vt solem, pluuiasq; combibant. Arborem nec minorem bima, nec maiorem trima transferri quidam præcipiunt. Alij cum annum impleat, pleriq; id demũ cauent, vt plaga deputati cacuminis, meridiem spectet. ¶Subactis.) id est versatis, excultis, & effossis. ¶Cultuq; frequẽti.) Pli. lib. xvij. c. lxj. ait, atq; tutum ois cura fertilitatẽ adijcit, fertilitas senectam. ¶Ferentem.) id est fœt'. ¶Tarda venit.) nisi. s. digesta fuerit per vacuos agros & poma in peius vertent. ¶Vua.) Vitis ipsa nisi e seminario fuerit trãsposita turpes racemos producit. Sationes enim vitiũ duo genera, vt scribit Colu. lib. iiij. cap. xiiij. malleoli, vel viuiradicis, quod vtrũq; ab agricolis vsurpatur, & in prouincijs: magis malleoli, neq; enim seminarijs student. nec vsum habent faciẽdę viui radicis. ¶Truncis oleę.) de hoc lege Catonem ti. xlv. ¶Propagine vi.) De hoc videto Colu. lib. iij. cap. vij.
Myrtus ¶Myrtus) Theophrastus lib. ij. inquit, q myrtus & ligno, & ramo prouenit. Pli. lib. xvij. c. xvj. scribit, q ramo seruntur, & punica pali laxato prius meatu, item myrtus. Capite vero septimo, atq; myrti genera omnia in Campania bacis seruntur Romæ propagine Tarantina. ¶Paphię myrtus.)
Paphos Paphos Cypri vrbs, portum habebat & templa optime structa Stra. libro. xv. author est. Plinius vero lib. ij. ait, q celebre phanum habet Veneris Paphos, in cuius quadam area nõ pluit. Paphiæ ergo Venereæ. ¶Eduræ coryli.) Non duræ fragiles. De corylis plura in Tityro. ¶Herculeæq; arbos vmbrosa coronę.) Id est populus Herculis tutelæ subiecta, qui, vt aiunt, ad inferos accedens populea fronde se coronauit. ¶Chaonijq; patris.) id est Iouis Dodonæi, vide latius lib. j. Georgi. ibi, Chaoniãq; pingui &c. ¶Palma.) de hac videto li. j. Geor. Palmas epiros equarũ. ¶Abies.) Pli. lib. xvj. capi. xvj. scrib. abietem expetitam nauigijs. situmq; habere in excelso montium, ceu maria fugerit idem Pli. lib. xvj. cap. xl. ait, quod abies admirationis præcipue visa in naui quæ ex Ægypto Caij pncipis iussu Obeliscum in vaticano circo statutũ, quatuorq; trũcos lapidis eiusdẽ ad sustinendum eũ abduxit. Qua naue nihil admirabilius visum in mari certum est, Longitudo spatium obtinuit magna ex parte, ostiensis portus latere læuo, quę arboris crassitudo quatuor hominum vlnas complectentium implebat.

Ingens. Nauis. Obediscus.

ASCENSIVS.

¶Sponte sua, &c.) Incipit ergo narrare, & primo de sponte.i. sine semine ac radice nascentibus, dicens eas robora læta.i. pulchra & procera habere: cuius rei causam interrogatus Æsopus. At qui videlicet herbæ & arbores natiuæ pulchriores sint satiuis, respondit has a matre, illas ab aliena educatę: vnde Maro hic dicit, qppe solo natura subest: Inest, n. inquit, sua cuiq; vis atq; naturalis potentia. quã amittunt quę illinc transferent alio. Verũtamẽ si trãsferuntur, mitiores fiunt, & fructus siquos ferunt mitiores edẽt, quasi domita luxuriãtis naturæ ferocitate. Simile quoq; iudiciũ censet de ijs quę ex radicibus pullulant, vt ex ordine textus patebit qui talis est. Ea, sup. quę tollunt.i. erigũt se, sua sponte.i. spontanea natura nullo cogẽte, nec serẽte, nec plantãte sine semine & radice in auras luminis.i. in aera, hoc est sublime: surgunt qdem infœcunda.i. sterilia, aut fœcunditatẽ impedientia, aut imites & inutiles fructus quantũ ad esum fere afferentia, sed surgũt lęta.i. in bona habitudine, hoc est pulchra & nitida sicut sunt fere aialia læte viuentia, & oĩa sui aspectu lætitiam nobis afferẽtia & fortia, id est robusta, hoc est sunt sterilia qdem sed fortia & pulchra, & ita materiam vtilem præstent nõ fructum, ideo aũt lęta & fortia surgũt, quippe.i. qa certe natura.i. naturalis vis, pducẽdi subest.i. occulte inest solo.i. terræ natiuæ: tamen siqs inserat.i. p insitionẽ in alium truncum trãsferat, aut mãdet.i. cõmittat ea scrobibus.i. fossis subactis.i. apertis: ipsa mutata.i. qñ mutata fuerint & exuerint animũ syluestrẽ, aut ipsa exuerint animũ.i. naturã syluestrẽ, iam mutata.s. ad mitiorẽ naturam: & ipsa sequent haud tarda.i. non cunctantia, nec imorantia, aut repugnãtia, frequẽti cultu.i. per frequentem cultum in quascũq; artes voces.i. vocaueris ea. Nec nõ.i. etiã sup. arbor sterilis.i. infœcunda, quæ exit.i. pullulat ab imis stirpib'.i. radicibus faciet hoc.i. exuet syluestrẽ animũ, & sequet in quascũq; voces artes, frequenti cultu: & id qdem, si sit digesta.i. domita & mitificata per agros vacuos.i. apricos & soli expositos vt a sole coquat. Nam frondes altę & rami matris opacant.s. vmbris, nunc.s. in syluis stantem, & adimunt.i. impediunt, ipsi crescenti fœtus.i. fructus, & vrunt.i. opprimunt & macerãt, ferentẽ.i. ferre parantẽ & flores emittentẽ. Nam arbos quæ sustulit.i. sursum tulit.i. erexit & extulit se ex seminib' iactis vt quercus venit.i. crescit tarda, factura vmbram nepotibus seris.i. diu, post eam venientibus, hoc est diu, anteq; largos fructus habeat & diutius antequã alias arbores, aut ex fructu, aut ex radice sua creet quib' vmbram faciat. Et poma degenerant.i. generositatẽ, seu nobilitatẽ virtutemq; suam amittũt, oblita, priores succos.i. per inumbrationẽ aut diuturnũ in vno loco situm, & per longã propagationẽ fiunt poma minora & deteriora, quam in prima plantatione aut insitione fuerant. Et vua.s. neglecta & syluestris fert auibus prædam, videlicet turpeis racemos, quos homines colligere refugiunt. Scilicet.i. scire licet, cur id fiat, quia labor est impendendus oibus.s. arboribus. vnde fructum bonũ expetas: & omnes.s. arbores, cogendæ, sup. sunt in sulcum.i. liram & ordinem interuallo signato per vomerem, & domandæ sunt multa mercede, id est fœnore & lucro quod domãti eas obuenerit. Sed oleę.i. arbores oliuæ respondent melius.s. votis nostris: trũcis.i. melius nascuntur e truncis, & vites respondent melius.s. desiderio nostro, propagine.i. per ppaginem.i. palmitẽ propagantem. (Sanè propago pro progenie primã corripit, quam pro vite producit) Myrtus Paphiæ.i. Veneri Paphię.i. Cyprię dedicatę, aut q̃ iuxta Paphum plurimę nascuntur, nascũtur de solido robore.i. non de ramali aut surculo, & coryli eduræ.i. non satis duræ, aut & duræ.s. in fructu, sed plures eduræ legũt.i. extra duriciem positæ, hoc est fragiles nascunt plantis: & fraxinus arbor illa, ingẽs.i. valde magna nascitur.s. plantis: & arbor vmbrosa Herculeę coronæ.i. populus e cuius frondibus Hercules sibi coronam conseruit: & glandes patris Chaonij.i. Epirotici, videlicet Iouis, hoc est iuglandes, nascuntur etiam plantis, & palma ardua nascit ẽt plantis & abies.i. arbor, vnde fere naues texunt potissimũ ex ea quæ

in montibus

Universidad de Deusto Biblioteca

in montibus naſcitur (nam eſt paluſtris etiã mollior) viſura caſus marinos.i.pericula & naufragia in mari, naſcit̃ plantis, poſſet fortaſſis conſtrui, vt ſit, coryli durę in fructu videlicet, naſcũtur e plantis, & ita de alijs repeteret̃, e, præpoſitio, ſed dura eſſet poſt poſitio plantis e, vbi poſſet dicere e plantis, ſtante verſu. Quocirca conſultius Mancinellum ſequeris.

PIERIVS.

¶Infœcunda quidem.) Quod ait Seruius ſemen ſalicis eſum in fœcunditatem mulieribus gignere, idem & Pli. affirmat: quanquam de folijs nõ de ſemine loquatur. ait enim folia ſalicis contrita,

trita, & pota, intemperãtiam libidinis coercere, atq; ita in totum auferre vſum ſæpius ſumpta. Atq; alibi, ſemen ſalicis mulieri ſterilitatis medicamentum eſſe: Salicis vero ſemen exiguum admodum, vt diligentiores ſcriptores tradunt, in folijs eſt: nam ſunt qui nullum eſſe ſalici ſemen putent. ¶In quaſcunq; voces artes.) In codicibus aliquot antiquis legere eſt, In quaſcũq; voles artis, In quibuſdam velis: ſed enim voces, magis oĩno placet eruditis. ¶Plantis & duræ coryli naſcuntur.) In codicibus aliquot antiq́s edur æ coryli, legitur. Seruius vtranq; lectionem agnoſcit. Sed exemplaria vetera maiori ex parte cum vulgata lectione, & durę habent.

SERVIVS.

¶Fœtu nucis arbutus horrida.) Verſus dactylicus. nam male quidam horrens legũt. Horrida aũt, hiſpida. Et iam tranſit ad inſitionem. quæ duplex eſt. Nam aut inſitio dr̃ cũ infixo trunco ſurculus fœcũdę arboris ſterili iſeritur: aut oculorum impoſitio, cum inciſo cortice libro alienę arboris germen inſerimus. ¶Et ſteriles platani malos geſſere valentes, Caſtaneæ fagos, ornusq; incanuit albo Flore pyri.) Dicit qd in quã arborem debeamus inſerere. In arbuto nucem, in platano malum, in fago caſtaneam, in orno pirũ. Sed caſtaneę fagos, eget expoſitione: non.n.in caſtanea fertili infœcũda fagus inſeritur. vnde aut hypallage eſt, vt, Caſtaneæ fagos, ſit pro fagi caſtaneas geſſere, aut eſt mutanda diſtinctio, vt ſit, Et ſteriles platani malos geſſere valentes Caſtaneæ: Hoc eſt infœcundæ arbores platani fortes ramos caſtaneæ portauerunt. ¶Fagos, ornusq; incanuit albo Flore pyri.) Secũdum quã diſtinctionẽ fagos, licet breuis ſit gos, finalitatis tamen rõne, pducit̃. Fagos.n.incipit eſſe nõiatiuus caſus græcus ſingularis, nõ pluralis, noſter accuſatiuus. Alij neutrum probant: & ita accipiunt, Caſtaneæ flore fagos, incanuit: Piri flore ornus incanuit, vt ſimiliter fagos nominatiuus ſit grę cus. ¶Nec modus inſerere, atq; oculos imponere ſimplex.) Aut, non eſt ſimplex aut fortuita ratio, ſed ea quæ ingenti labore colligitur, aut hoc dicit, Non eſt idem inſerere, quod & oculos imponere: quarũ rerum diſcretionẽ hoc loco cõmemorat, ſicut nos diximus ſupra. ¶Trudunt.) Propellunt, eijciũt. Tenues tunicas.) id eſt arbor̃ interiores libros. ¶Huc includunt.) Quia ait ex aliena arbore: & eſt mutatio, ideo non ait hic includunt, ſed Huc, Sic Cicero, Includunt̃ in carcerem condẽnati. vtiq; qui illuc fuerant aliunde deducti. ¶Inoleſcere.) Concreſcere, συμφύειν. ¶Mirata eſtq; nouas frondes, & non ſua poma.) Ingens phantaſia. Et ſane Mirata eſtq; legendum eſt, vt ſtet verſus.

Inſeritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida:
Et ſteriles platani malos geſſere valentes.
Caſtaneæ fagus, ornusq; incanuit albo
Flore piri: glandemq; ſues fregere ſub vlmis.
Nec modus, inſerere, atq; oculos imponere, ſimplex.
Nam qua ſe medio trudunt de cortice gemmæ:
Et tenues rumpunt tunicas: anguſtus in ipſo
Fit nodo ſinus. huc aliena ex arbore germen
Includunt: vdoq; docent inoleſcere libro.
Aut rurſum enodes trunci reſecantur: & alte
Finditur in ſolidum cuneis via. deinde feraces
Plantæ immittuntur. nec longũ tempus: & ingens
Exijt ad cœlum ramis felicibus arbos:
Miraturq; nouas frondes, & non ſua poma.

calamus, ad corticẽ vſq; ſuũ deprimat̃, nec cortex explicetur in rugas. ideo lachrymantes calamos inſeri non oportet, nec aridos qdẽ. Id etiã religionis ſeruant, vt luna creſcẽte calamus vtraq; deprimatur manu, validiusq; demiſſi tardius ferunt, fortius durãt, nõ hiſcat nimium rima, ne compreſſum necet. Si craſſior truncus inſeratur inter corticẽ & lignũ, inſeri melius cuneo, optime oſſeo, ne cortice rumpatur laxato, ceraſi libro dẽpto. findunt̃ hę ſolę, & poſt brumã inſerere aptiſſimum q̃ proximum terræ, patiatur, nodorũ trũciq; ratio eminere calamũ ſex digitor̃ longitudine non amplius debent. Cato inſeri præcepit pyra, ac mala per ver tantũ luna ſitiente, hoc eſt ſicca. Præterea poſt meridiem, ac ſine vento auſtro. Et abunde arbitrant̃ paleato luto rimã cuſtodire duobus digitis inſito extante: inſeritur aũt oleaſter calamo, & inoculatione, vt idẽ ait ca, xvij, De inſitu vero, & inoculatione optime etiam Theoph. meminit lib.i. de cauſis plantarũ. Meminit item Col.li. iij.c.xxvj. ¶Nam qua ſe medio.) Hę arbores recipiunt talem inſitionem, teſte Columella qua humidum, ſucceſum & validũ librũ habent, ſicuti ficus, adde etiam caſtaneã & oliuam, &c. Et alte finditur. Fiſſuram trium digitor̃ Columella docet.

MANCINELLVS.

Arbut⁹. ¶Arbutus horri.) Verſus eſt dactylus. Arbutus autem, arbor eſt fruticoſa, pomum habet ſimile terreſtribus fungis, dicit̃ alio nomine Vnedo, argumento vnum tantũ edendi. Plura Pli.lib.xv.c. xxiiij. ¶Valentes.) i.feraces. ¶Platani. Hæc arbor lata folia habet, vti vitis, & ficus, Pli.lib.xvj.c.lxxvij. legito. ¶Caſtaneę fagos.) ſcilicet geſſere: ſolebat enim caſtanea ſylueſtris ex fago inſeri, quo glandes pduceret. ¶Ornus.) Arbor eſt ſterilis albo cortice. ¶Nec modus inſerere, atq; oculos imponere ſimplex. Pli. lib.xvij.capi. xiij. docet, q̃ ſemine quoq; inſerere natura docuit. quod qdem aues in mollibus arborum lecticis egeſſerant, & ventus forte immiſerat in aliquas corticũ rimas. Vnde vidimus, inquit, ceraſum in ſalice, platanum in lauro, laurum in ceraſo. Ratio poteſt eſſe duplex & prima inter corticẽ lignumq; inſerẽdi mox truncũ inforare medium priſci, ipſiq; medullæ calamum vnum imprimere, neq;.n.plures capiebat medulla ſubtilior, poſtea truncum leniter findere cœperunt, cuneoq; tenui fiſſura cuſtodiẽte, in rimã deciſum calamũ inſerebãt, ſed obſeruandum, ne fiſſura in nodo fiat. Certumq; eſt ab humeris arbor̃ orientem æſtiuum ſpectantibus ſurculos petendos, & e feracibus, & e germine nouello, niſi vetuſtę arbori inſerantur. ij enim robuſtiores eſſe debent, pterea vt prægnãtes.i.germinatiõe turgẽtes, & quos parere illo ſperauerint anno: inſerunt̃ aũt, & inuerſi, cum id agitur vt minor altitudo in latitudinẽ ſe fundat, Calamis ex acutis, medullam, ne nudet calamus

Platan⁹ Inſerendi modos.

ASCENSIVS.

¶Inſeritur vero ex fœtu, &c.) Poſtq̃ elocutus eſt de naturali arborum procreatione, nunc loquit̃ de artificiali, quam tñ natura & inuenit & perficit, videlicet de inſitione, quæ tribus modis fit ſemine, inſitu, & inoculatiõe. Semine quoties arbori puluerulentę aut putri incidit, aut inſert̃ ſemen quod germinat: germiniſq; radices principali trunco cõglutinant̃, ita vt ab eiſdem radicibus poſtea nutriantur. De inſitu aũt & inoculatione Ser. diſſerit, quia vero nõ videt̃ Seruio approbabile arborẽ ſterilem fœcundę inſeri, vt fagũ caſtaneę: nec hypallage locus ſatis apt⁹ eſt in mediocri ſtylo & re ſeria, malit dictionem fagos eſſe nominatiui caſus ſingularis numeri, vt ſit ordo. Steriles platani geſſere malos, id eſt ramos caſtaneę valentes.i.tam validos, vt mali.i.arbores nauium eſſe poſſint: & fagos, id eſt arbor illa glandifera, & ornus incanuit, id eſt albicauit albo flore piri. verum Mancinellus ſentit, caſtaneę ſylueſtri & parum fertili inſitas eſſe fagos vt glandẽ ferat, quæ ſuibus vtilior ſit, quo modo ordo erit. Vero, pro ſed, arbutus.i.arbor illa horrida.i.hiſpida, inſerit̃.i.recipit inſitionem ex fœtu.i.ſurculo aut fructu nucis.i.nux aut ſurculus eius põt per inſitionẽ arbuto conglutinari, & platani arbores, illę a latitudine folior̃, dictę geſſere malos.i.arbores pomiferas valentes.i.vtiles & fertiles (niſi mauis Seruium prius expoſitum imitari) & caſtaneę.ſ.ſylueſtres geſſere fagos, id eſt arbores glandiferas in vſum porcorum, aut ad materiam habẽdam (materies enim fagorum cælatoribus magno vſui eſt, vnde in Buco. Pocula ponam fagina, cælatum diuini opus Alcimedontis. Præterea poſſet loqui de inſitione naturali, ſi videlicet aut auis glandem fagi in caſtaneę ſpecum detulerit, aut ipſa deciderit, vt poeta naturam rerum exprimat, & nõ ſolum quod agricolis conducat) & ornus, arbor illa ſterilis, incanuit, i. albicauit albo flore piri: & ſues fregere glãdem ſub vlmis (ergo in glandiũ vſum facta eſt inſitio, vñ nõ mirum ſi fagum caſtaneæ inſitã dicit, præſertim illic, vbi nimia caſtanearũ copia) nec modus inſerere.i.inſerẽdi & inſitionẽ faciẽdi eſt ſimplex.i. vniformis & vnus, & modus imponere.i.imponendi oculos.i.modus inoculandi nõ eſt ſimplex. Nam qua, ſup. parte

parte gemmę.i.groſſi moduli ſeu germina, e qbus frondes & fructus exeunt, trudunt ſe de cortice medio & rumpunt tenues tunicas.i.librum ſeu corticẽ interiorẽ: ea, ſup. parte ſit anguſtus ſinus.i.oculus, & receptaculum in ipſo nodo, & ipſi inſitores, includunt huc.i.in hunc ſinũ ſeu oculũ. germẽ.i. ſurculũ aut virgulam, quæ qa inſerit̃, inſita dicit̃: & docent.ſ.germen inſitũ, inoleſcere.i.cõcreſcere & cõſolidari, libro.i.interiore cortice, hudo.i. humorẽ & ſuccũ intrinſecus habente & ita vegeto ac veſco. Aut trunci enodes.i.nullũ nodum habẽtes, reſecant̃.i.findunt̃, rurſum.i.iterũ, & via.i.rima & apertura: findit̃.i.findendo fit alte.i. profunde, in ſolidum.i.in robur & lignũ ipſum nedum in corticem ac librum, finditur, dico, cuneis, qui oſſei præcipiuntur eſſe, deinde.i.poſt aperturam, plantæ feraces immittunt̃.i.inſeruntur nec longũ tempus ſup. intercidit, aut elapſum eſt, & ingens arbor exijt ad cœlum.i.exorta eſt, felicibus.i.fœcũdis aut fertilibus ramis,

mis, & eſt mirata.ſ.arbor prior nouas frondes.ſ.arboris inſitæ, & poma non ſua.i.ſuæ naturæ conformia.

PIERIVS.

¶Et ſteriles platani malos geſſere valentes Caſtaneæ fagos, ornusq; incanuit albo Flore pyri.) In aliquot Priſciani codi. antiquioribus, ijsq; præſertim, quos ab Hieronymo Aleandro cõtubernali meo viro literatiſſimo accepi, vno exemplo lectionem hanc ita citatam inueni, caſtaneæ, cum puncto, vt genitiui ſit caſus dictioni, malos applicandi, mox fagus, ornusq;, incanuit albo flore pyri. Quam lectionẽ etiã Seruius agnoſcit, dum, fagos, nominatiuũ eſſe græcum dicit, dum, os, finalitatis ratione produci poſſet, licet alioqui breuis ſit. In Mediceo codice ita ſcriptum vt in vulgatis codicibus habetur. ¶Plantæ immittuntur.) Sunt antiqui codices, in quibus legere eſt immittantur, reliqua tamẽ omnia per indicatiuum modum dicta, & longe melius eſt, immittuntur.

SERVIVS.

¶Pręterea genus haud vnũ.) Docet nunc etiam in ſingulis arbor̃ ſpeciebus eſſe aliquam varietatem. ¶Lotoq;.) Lotos Nymphę quædam fuit, quam cum amatam Priapus perſequeretur, illa deorum miſeratione in arborem cõuerſa eſt: quę vulgo faba ſyriaca dicit̃. ¶Vnam in faciem.) In eandem ſimilitudinẽ. ¶Orchites.) A græca etymologia, ſed obſcœna, id eſt a teſticulis qui ὄρχεις dicunt̃. ¶Radij.) Oliuæ ita a longinquitate nominatæ. ¶Amara pauſia baca.) Oliua a pauiendo dicta, id eſt tundendo, aliter enim ex ſe oleum non facit. Amara autem baca viridi, vt alibi, Floribus atque apio crines ornatus amaro, id eſt viridi: nam de pauſia viride oleum fit, vnde contra dulce dicitur non viride. ¶Pomaq;.) Subaudi a ſuperioribus, Non vnam naſcuntur in faciem. ¶Alcinoi ſyluæ.) Id eſt pomiferę arbores, nam Alcinous rex Phæacum fuit diligens cultor hortorum, vnde per eius ſyluas, arbores pomiferas intelligimus: de quo Homerus ait, quod haberet καὶ ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ, αὐτὰρ ἐπὶ σταφυλῇ σταφυλή, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ. ¶Cruſtumijs.) Cruſtumia pyra ſunt ex parte rubentia ab oppido Cruſtumio nominata. ¶Syrijsq; pyris, grauibusq; volemis.) Id eſt magnis. Nã & volema ab eo quod volam impleant dicta ſunt. Vnde & inuolare dicimus.

Lotos.

Præterea genus haud vnum nec fortibus vlmis,
Nec ſalici, lotoq;, nec idæis cypariſſis:
Nec pingues vnam in faciem naſcuntur oliuæ
Orchades, & radij, & amara pauſia baca.
Pomaq;, & Alcinoi ſyluæ. nec ſurculus idem
Cruſtumijs, Syrijsq; piris, grauibusq; volemis.

nis habet, orchites olei. Probus autem ſic ait, Orchites a magnitudine appellatę quod ſimiles ſint teſticulis. Orchis enim teſticulus dicitur. ¶Pauſia.) Oleę genus acerbę, quam poſiam vocant. In Varrone item poſea & pauſia legitur. Colu.li.vj.c.vj. ſcribit decem olearum genera in notitiam ſuam perueniſſe, Sunt autem Pauſia Algiana, Liciniana, Sergia, Næuia, Culminia, Orches, Regiona, Circites, Murtea. Ex quibus baca iucundiſſima eſt Pauſia, ſpecioſiſſima eſt regia etiam virga quæ potius eſcæ, quàm oleo eſt idonea, pauſiæ tamen oleum ſaporis egregij, dum viride eſt. Orches quoq; & radius melius ad eſcam, quam in liquorem ſtringitur. Oleum optimum Licinia dat, plurimũ Sergia, oĩs olea, & maior fere ad eſcam, minor oleo eſt aptior. ¶Alcinoi ſyluæ.) Probus ait, Alcinoi ſyluas dici, quia refert Homerus, eum habuiſſe pomarium incredibili ſuperbia: fuit aũt rex Phœacum, qui ſunt in inſula Corcyra. Pli. item ſcrib. lib.xix.ca.vij. & antiquitas nihil prius mirata eſt, q̃ & Heſperidũ hortos, ac regũ Adonis, & Alcioni. ¶Cruſtumijs, Syrijsq; pyris, grauibusq; volemis.) Pli.lib.xv.ca.xv. de pyris inquit, Cunctis autem cruſtumia gratiſſima, proxima falerno a potu, quoniam tanta vis ſucci abundat. Lactea hæc vocãtur in ijs, qui alij colore nigro donant ſyriæ, propterea dixit volema Virgilius a Catone ſumpta, & qui ſementina, & muſtea nominat. ¶Cruſtumijs.) Pli. lib.iij. de Italia loquens, ait. Volaterrani cognomine Etruſci Volſinenſis in eadem parte oppidorum veterum nomine retinent agri Cruſtumini. Calatranus idem etiam tertio capite ſexto ſcribit cruſtumium fuiſſe in Latio oppidum.

Pauſia.

Orches.

Alcino⁹ Cruſtumium.

PROBVS.

Cypreſſus. ¶Idæis Cypariſſis.) Cypariſſum dicit Cypreſſum, quidam dicunt a Cypariſſo, qui in inſula Chia, cum haberet ceruum manſuetum quem vnice diligebat, & errantem in ſyluis ignarus iaculo traieciſſet, Inedia ſe necauit, quem quia nec cõſilio a morte, nec viribus medicinæ, Apollo, qui eum immoderate diligebat, reuocare poterat, conuertit in cupreſſum arborem luctuoſam. Quidam putant, vt Aſclepiades ait, Boream fuiſſe Celtarum regem, qui filiam Cypariſſam amiſerat, & nouum arboris huius genus primus in eius tumulo ſeuerit. Oh eamq; cauſam eſſe luctuoſam cupreſſum. Idæas autem cypariſſos ideo dicit, quod copioſe ſint in nemore matris magnæ. ¶Orchites & radij, & amara pauſia.) Orchites a magnitudine appellatæ, quod ſimiles ſint teſticulis, qui græce ὄρχεις dicuntur: Pauſia, oleę genus eſt acerbæ, quam poſian vocant. ¶Pomaq; & Alcinoi ſyluæ.) Alcinoi ſyluas dicit̃, quia refert Homerus eum habuiſſe pomarium incredibili ſuperbia. Fuit autem rex Phæacum qui ſunt in inſula Corcyra, & habuit ex Aretẽ fratris ſui filia Rhexenoris Nauſicaam filiam, quæ Vlyſſi inopi in littore opem tulit & Ituro patris donum veſtitum dedit.

MANCINELLVS.

Vlmus. ¶Vlmis.) Vlmi duo genera Græci nouere. Montoſam, quæ fit amplior. Campeſtrẽ, quæ fruticoſa, ſunt & alia generã, vt Pli. docet lib.xvi.c.xxx. ¶Nec ſalici.) videto paulo ante, ibi, Et glauca canentia fronde ſalicta. ¶Lotoq;.) Huic magnitudo eſt, quæ pyro, inciſuræ in folio crebriores, alioquin ilicis viderent̃ differentiæ, plures eiq; maxime fructibus fiunt. Naſcit̃ fructus denſus in ramis myrti modo, ligno color niger ad tibiarum cantus expetit̃. Plini.lib.xiij.capi.xix. ¶Idæis cypariſſis.) Cypariſſi duo genera, fœmina metam habet in faſtigium conuolutam, mas ſpargit extra ſe ramos, in Idæis montibus cypariſſus plurima eſt. Pli. libro xvj.ca.xlvij. ¶Oliuæ.) Oliuarum genera tria dixit Vir. inquit Pli. lib.xv.cap.iij. ¶Orchites, & radios & poſias.) Poſia plurimum carnis

Lotos.

Cypariſſu.

Orchites.

ASCENSIVS.

¶Præterea.) Poſtq̃ prænotauit varios inſerendi modos, monet Varietatem eſſe in ſingulis arborũ ſpeciebus dum inſerãtur, quæ qualis ſit nõ exequit̃: ſed ne imminutus culpet̃ præmuniuit ſeſe dicens, Non ego cuncta meis amplecti verſibus opto: Et, Quare agite o proprios generatim diſcite cultus agricolæ, &c. Nominat ergo arbores quæ varie inſeri volunt, quas quia commentarij ſatis deſcribunt, Ordinem tantum compegero qui talis eſt: Prętereа, id eſt præter hoc quod ſit diuerſus inſerẽdi modus, genus, ſcilicet inſerendarum arborũ eſt haud, id eſt nõ vnum: ſed ſupple diuerſum, nec vlmis fortibus, id eſt diu durantibus e qbus rotę fieri ſolent: nec ſalici, nec loto, nec cypariſſis idæis, id eſt in Ida plurimum naſcentibus.ſ.vnum genus eſt: nec oliuæ pingues naſcuntur in vnam faciem.i. ſpeciem aut formam.ſ.Orchites.i.bacæ oliuæ pingues multum olei habentes, & a teſticulis quorum formam habent denominatę, & radij.i.oliuæ oblongæ, & pauſia, id eſt oliua carnoſa (quam Pli. poſiam vocat, ſed au in o, paſſim mutatur) amara baca, id eſt habens amaram bacam, & poma, ſup. non naſcuntur in vnam faciem, & ſyluæ Alcynoi.i.quales coluit Alcynous Phœacum rex, hoc eſt arbores pomiferę non naſcuntur in vnam faciem, nec idem ſurculus.i.germen aut virgultum eſt pyris cruſtumijs, id eſt ab illo oppido in Latio denominatis, & Syrijs a patria ſic vocatis, aut quia ſubnigra ſunt, & volemis.ſ. pyris, grauibus.i.ponderoſis, & volam.i.interiorem partem manus implentibus, vnde dicta putantur, hoc eſt, non ſatis eſt ſcire diuerſos inſerendi modos, ſed oportet noſſe, quæ arbores in vlmum, quæ in ſalicem, quæ in lotõ, & quę in cypariſſum inſeri velint. Neq; id quidem ſatis, nam dato q̃ vlmo noris oliuam recte inſeri, non continuo quãlibet ſpẽm oliuę inſeres, ſed noris prius an orchites,

an orchites, an radios, an posias habere velis & cui arbori conueniat. Itē si pirū habere velis nō satis est insitionem facere, sed pro volemis habendis opus erit surculo volemi, & ita de reliquis.

PIERIVS.

¶Nascuntur oliuæ Orchites & radij.) Quãuis Seruius orchites, agnoscit: In Mediceo tñ & alijs antiquis codicib⁹ manu scriptis, Orchades Orcades habetur. Nam cum ὄρχις ὄρχεος testiculus dicatur per ε, quæ vocalis apud Græcos non grauate plerūq; transit in α vocalem ancipitē, facile inde potuit Orchas Orchadis fieri, sed puto grammaticos voluisse Insulas a fructu ea scriptione distinguere. Itaq; apud Catonem, Varronē, & Iunium Moderatū & Orchis & Orchites passim legiť, eamq; noīs formā Iouianus Pontanus etiā agnoscit, quãuis alibi variet.

SERVIVS.

¶Non eadem arboribus pendet vindemia nostris.) Id est vites quoq; diuersę sūt. ¶Nostris) autē italis. Et bene pendet dixit. Nulla enim vitis in Italia est quæ non pendeat. ¶Quam Methymnæo carpit de palmite Lesbos.) Lesbos insula est, cuius ciuitas Methymna habēs pretiosissimū vinū. ¶Thasiæ vites.) A Thaso insula nominatę. ¶Mareotides albæ.) Ægyptię. Mareotis enim pars est Ægypti, & dicēdo Albæ, ostendit etiam esse purpureas, vel alterius coloris. ¶Pinguib⁹ hę terris habiles, leuioribus illę.) Pinguibus Thasiæ, Leuioribus Mareotides. Nam ordinē positū sequimur, cum aperte aliqd non commemoratur. ¶Passo Psithia vtilior.) Bene vtilior, vt ostendat etiam de alia vua posse passum fieri, sed melius de Psithia, passum aūt dicitur a patiendo. Nam decoquitur mustum, & inde fit passum. hinc Defrutum dictum est, quod defraudatur, & quasi fraudem patitur. ¶Tenuisq; Lageos.) Lageos est quæ latine leporaria dicitur. Tenuis autē, penetrabilis, quæ cito descendit ad venas. ¶Tentatura pedes.) Terentius, Neq; pes, neq; mens suum satis officium facit. Olim autem aduerbium est cuiuslibet tēporis. ¶Purpureę.) Purpurei coloris. ¶Precięq;.) Hę cito maturescūt, vñ & precię dictę sunt, quasi præcoquæ: q ante alias coquantur. ¶Quo te carmine dicam Rhetica?) Hanc vuam Cato pcipue laudat in libris, quos scripsit ad filiū: cōtra Catullus eam vituperat, & dicit nulli rei apti esse, miratur q cur eā laudauerit Cato. Sciens ergo vtrūq; Virgilius, medium tenuit, dicēs. Quo te carmine dicam Rhetica? ¶Nec cellis ideo cōtende Falernis.) Licet sis a Catone laudata, tamen vino te Campano præferre nō debes. Cellis autē Apothecis dicit. nam cellas vinarias dicimus. Et Falernus mons est Cāpanię in quo optima vina nascunť. ¶Sūt & aminęę vites firmissima vina.) Amineū vinum dictum est, quasi sine minio. i. rubore, nam album est. Sane aminnæum dici versus probat, qui stare non pōt, si aminæum dixerimus. ¶Tmolus & assurgit qbus, & rex ipse Phanæus.) Assurgit, Duplex est hoc loco expositio: nā alij volunt sine vitio in sub auditione

Non eadem arboribus pendet vindemia nostris:
Quam Methymnęo carpit de palmite Lesbos.
Sunt Thasiæ vites: sunt & Mareotides albæ:
Pinguibus hæ terris habiles: leuioribus illæ.
Et passo psithia vtilior, tenuisq; Lageos
Tentatura pedes olim, vincturaq; linguam:
Purpureæ, præcięq;, & quo te carmine dicam
Rhetica? nec cęllis ideo contende Falernis.
Sunt etiam Aminęæ vites, firmissima vina:
Tmolus & assurgit quibus, & rex ipse Phaneus:
Argitisq; minor: cui non certauerit vlla,
Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.
Non ego te mensis, & dijs accepta secundis,
Transierim Rhodia, & tumidis Bumaste racemis.
Sed neq; q̃ multæ species, nec nomina quæ sint,
Est numerus, neq; enim numero cōprendere refert.
Quem qui scire velit: Libyci velit ęquoris idem
Discere, q̃ multæ Zephyro turbentur arenæ:
Aut vbi nauigijs violentior incidit Eurus:
Nosse quot Ionij veniant ad littora fluctus.

auditione esse posita, quæ aperte dicere non possumus, vt sit, quibus vinis assurgit, id est cedit Tmolus & Phanæus. Quod si aperte dicatur, est vtrunq; vitiosum, tamē vinis de græco traxit: nam οἶνος dicunt. Pleraq; autē subaudiri quæ aperte nō possumus dicere, & ipse alibi docet, dicens, de alecto Nec dextræ erranti deus adfuit. & Sallust. qui ait, Quis a Sertorio triplices insidiæ, per idoneos saltus positę erant. Prima autem & subaudiendum reliquit insidiæ: quod penitus dicere non possumus. Alij ad superiora referunt, vt Quibus, non ad vina referamus, sed ad vites, vt sit quibus vitibus cedit Tmolus & Phanæus, montes vitibus consiti. Et est figura: qualis illa in Æneide, Me puer Ascanius capitisq; iniuria chari: Quem regno Hesperiæ fraudo, scilicet Ascanium, non, quem caput. Tmolus mons est Ciliciæ. Phanæus mons est in promontorio Chij: dictus a Phanæo rege. Vt autē assurgit, cedit, sic tractum est a sedentibus, qui in honorē alicuius, assurgere consueuerunt. ¶Rex ipse Phanęus.) De Lucillio hoc tractum est, qui ait, χῖος τε δυνάστης, i. οἶνος. ¶Argitisq; minor.) Quantum ad solam pertinet speciem. ¶Mensis & dijs accepta secundis.) Grata sacrificijs & mensis secundis, pomorum scilicet. ¶Bumaste.) Vua in mammæ bouis similitudinem. ¶Sed neque quam multæ species, nec nomina quæ sint Est numerus.) Scit apud diuersos lecta esse innumerabilia vitium genera, quibus ostensus ait. Colligere tāta vitium genera, nec vtile est nec possibile. Qui enim conatur vniuersa cognoscere, debet etiam impossibilia scire, vt est arenarium vel fluctuum numerus.

PROBVS.

¶Non eadem arboribus pendet vindemia nostris. q.m.c.d.p.l.) Lesbos est insula Asiæ in sinu ęgæo cōspicua Troadi, & Thraciæ a Lesbe filio Macharis appellata, in qua est oppidū, quod appellatur methymna. Ex quo fuit Arion citharœdus, palmitem, significat vitē. ¶Sunt thasię vites. s.e.m.a.) a Thaso diciť insula, vnde thasias, Mareotidas ægyptiacas intelligim⁹ a palude Mareotide, quę est in Ægypto, psithiæ genus vitis, & lagæos & preciæ & purpureæ: argites autē dicta est a candore. ¶Tmolus assurgit quibus & rex ipse Phaneus.) Tmolū vult intelligi Lydiæ montem omnino fertilē, Phanæum portum vult esse insulę Chię, & significari inde chiū amineū. ¶Rhodia & bumasthos.) Genera sunt, vuarū Rhodia, a loco dicta. Bumasthos q imitetur papillas vaccæ, Ionius fluctus, dicit Adriatici maris, q Ionium est ab Ioue dictum.

MANCINELLVS.

Vitis arbor. ¶Arboribus nostris.) i. Italicis vitibus, Pli. enim lib. xiiij. cap. ij. ait, vites iure apud priscos magnitudine quoq; inter arbores numerebantur, Ioui simulachrum in vrbe Populonia ex vna conspicimus vite, tot æuis incorruptum. Item Massiliæ patria Metaponti templum Iunonis viteis columnis stetit, nec est ligno vlli
Lesbos. æternior natura. ¶Lesbos.) Probus sic ait, Lesbos est insula Asiæ in sinu Ægeo conspicua Troadi & Thraciæ, in qua est oppidum, quod appellať Methymna, ex quo fuit Arion citharœdus. ¶Thasiæ vites.) Plin. lib. xiiij. capi. quarto inquit. Dixit Virgi. Thasias, & Mareotidas, & Lageas cōpluresq; externas, quæ non reperiun-
Thasos. tur in Italia. Thasos autē insula erat libera olim Etria dicta, & idē scribit libro quarto cap. xiij. Herodotus scrib. q Thasos dicta est a Thaso filio Phœnicis, quæ insula est in mari Ægeo. ¶Mareotides.) Docet Probus q ægyptiacas intelligimus a Mareotide palude, quæ est in Ægypto. Idem quoq; asserit Acro & Porphyrio Ode. xxxvij. primi volu. iuxta quā paludē vinum optimum esse aiunt Mareoticum appellatum. ¶Pinguibus terris.) Colu. libro iiij. cap. primo scri. Cellum censere optimum esse solum vitibus, Nec densum nimis nec resolutum soluto tamē propius, nec exile, nec lætissimum, proximū tamen huberi, nec siccū, nec vliginosum, modice tamē roscidum, nec amarum, nec salsum, ne saporē vini corrumpat. ¶Passo psithia vtilior.) a patientia nomē acinis
Passum datur passis, vt scrib. Plin. lib. xiiij. cap. vero. x. ait. psythium passi genus suum saporē nō vini referens, quo autē pacto passum fiat, late docuit Columel. lib. xij. capi. xxxix. passum inquit Nonius, dicitur liquoris genus, quod ex vua passa cogitur, alibi dixerat, passum est proprie rugosum, vel siccum, vnde & vua dicta passa est, quod sit rugis implicata, hinc Plautus ait pro vua pensili passa, & Lucilius, Rugosi passiq; senes. ¶Lageos.) Hanc extremā scribit esse Pli. quæ non reperitur in Italia. Lagos autem lepus dici-
Præcia. tur, inde Lageos leporaria dici potest. ¶Olim quandoq; cum sit tenuis & penetrabilis. ¶Præcięq;.) Pli. lib. xiiij. ca. xij. inquit, pręciæ, duo genera magnitudine discernūtur. Dicuntur aūt pręciæ, quasi pręcoces, quod ante alias maturescūt. ¶Quo carmine.) quibus laudibus. ¶Rhetica.) Ante Tyberium Cæsarem inquit Plin. lib. xiiij. ca. ij. Rheticis prior mensa erat. Hæc aūt locis temperatis fœcundæ bonitatis copiam pręstat, estq; breuis, & cute omnium tenuissima conferta acino, degener vino. Rheticæ autē vites dicuntur a Rhetia regione. ¶Ideo.) q laudanda es, & dicenda. ¶Cællis falernis.) Secunda vini nobilitas falerno agro erat, qui ager a Rheticę ponte campano læua petentibus vrbanam coloniam Syllanam nuper Capuæ contributā incipit, author Pli. lib. xiiij. ca. ix. ¶Aminęæ vites.) Macro. lib. iiij. Saturnalium, de oleis, & vuis sic scribit. Sicut vuarum ista sunt genera Aminea. s. ab regione. Nā aminei fuerunt vbi nunc falernum est, & Pli. lib. xiiij. ca. iij. inquit principatus datur amineis propter firmitatem, senio quoq; proficiētem vtriq;, gnq; eius genera prima ex amineis maturescit ocyssime, atq; putrescit. Idem cap. v. ait. Est & nigra aminea, cui syriace nomen: de amineis aūt etiā plura Colu. lib. iij. ca. ix. ¶Tmolus.) de hoc latius libr. j. Georg. Croceos vt Tmolus odores. ¶Assurgit.) Iactat se, vel eleuatur, & crescit. altior. n. mons ipse videť vitibus adultis. ¶Quibus.) Vitibus. s. vnde Probus ait, Tmolū Lydiæ montē amineo fertilem vult intelligi. ¶Rex ipse Phanæus.) Probus ait, quod Phanæum portum vult esse insulæ Chiæ, & significari, inde Chium amineum: rex autē ait, quoniā vt aiunt, a Phanæo rege portus ille appellatus est. ¶Argitisq; minor.) Probus ait, argitis dicta est a candore, argetus autem candidus dicitur. ¶Rhodia.) Vitis a loco dicta est: est. n. Rhodus in Lycia insula, teste Mela, & Pli. lib. v. ¶Mēsis secundis.) primæ mensæ carnis erāt, rhodos secundę vero pomorum, quæ bellaria dicebantur. Vnde Macro. lib. ij. Satur. sic ait. Significant autem bellaria omne mensæ secundæ genus. Vina quoq; dulciora est inuenire in comœdijs antiquioribus hoc vocabulo, dictaq; ea Liberi bellaria. Dijs: eius. n. vino illis libenter libabant. ¶Bumasthe.) Pli. lib. iiij. ca. ij. ait. Tument vero mammarū modo Bumasthi. Componitur aūt ex bu, Bumasthus. quod magnū quid enunciat, & masthos, quod est mamma. ¶Est numerus.) Pli. lib. xiiij. ca. ij. inquit genera vuarum atq; vitium comprehendi numero posse vnus existimauit Democritus, cuncta sibi Græciæ cognita professus. Cæteri innumera atq; infinita esse prodiderūt. ¶Libyci æquoris.) Pom. Mela inquit mare, quo Africa cingitur a septētrione Libycum, a meridie Æthiopicum, ab occidēte Atlanticum dicimus. ¶Zephyro.) Videto lib. j. Et putreis Zephyro, &c. ¶Ionij fluctus.) Soli. scri. quod Græci Thuscū mare Ionium, vel Tyrrhenum Itali inferum vocant, & Strab. lib. iij. scri. Ionicum sinum partem esse eius maris, quod Adriaticum dicitur. Hæc ille. Beroaldi autem descriptio est. Passum fit ex stica, aut apiana vua, in sole, aut oleo feruente vsq; ad consumptio- Beroal. Passum nem dimidiati ponderis adusta, & in dolium cum musto iniecta. Defrutū vero vinum est musto vsq; ad dimidiam partē decocto a fruendo, sic dictum quod in mellis morem in vasculo cōseruari potest, authore Palladio, cætera in Man. aut Bero. videbis. Defrutum.

ASCENSIVS.

¶Non eadē arborib. &c.) Nunc vitib. quoq; varietatē esse ostendit, earumq; varias species enumerat, dicens. Non eadem, id est illa ipsa vindemia. i. nō eadem vitis vindemianda pendet nostris, id est Italicis (loquitur enim Italicis) arboribus quibus maritantur vites, non eadem dico quam Lesbos. i. vindemiator Lesbius capit, id est carptim aufert de palmite Methymnæo, id est iuxta Methymnam Lesbi ciuitatem crescente, vites Thasiæ, a Thaso insula maris Ægei olim Etia vel Etria dicta denominatę: sunt, sup. sed non eędē cum ijs quę pendent in nostris arborib. Et sunt mareotides. s. vuę, aut vites ægyptiacæ: albę. s. in colore: & hę. s. Thasię vites sunt habiles. i. coaptabiles terris pinguibus: quia in illis plantari volunt: & illę. s. mareotides sunt habiles: terris leuiorib. .i. puluerulentis: & psythia. i. vua vtilior passo. s. faciendo (quod quo modo fiat ex Beroaldo in Seruium statim disces) sup. est: & lageos. s. vua tenuis. i. subtilis: tentatura id est titubare & vacillare factura olim pedes. s. poti & vinctura, id est connexura, & impeditura linguā. s. eius, qui eius vinum subtile & penetratiuum immodice biberit: &, sup. sunt purpureę. s. vuę, & precię, & pręcoces. i. pręter cęteras coctę, & mites ac maturę: & o rhetica quo carmine. s. an laudatiuo cum Catone, an vituperatiuo cū Catullo, dicam. i. describam te? q. d. id dubito, nec contendo, ideo quia .s. laudaris a Catone, cęllis. s. vinarijs, falernis. i. in quibus sunt vina falerna, a Falerno monte Campanię Italicę, vbi nascuntur denominata. Et sunt vites aminęę a regione potius q̃ a colore, sic dictę, appositorie firmissima vina, quibus. s. vitibus (nam vinis non vtimur) Tmolus mons ille Lydię: sed Nestor Tmolus legit hoc loco, pręter aliorum morem, dicitq; errorem Seruianum secutus Cilicię montem esse. Est pręterea controuersia de significatione huius verbi assurgit. Nam Mancinellus ita interpretatur, vt sit, iactet se, vel eleuatur, & crescit. Altior enim (inquit) mons

Universidad de Deusto Biblioteca

ipſe videtur vitibus adultis. Ser. aũt exponit aſſurgit.i.cedit, & reuerentiã facit, in cuius ſentẽtiã libẽter eo, nõ tam ꝙ ita legi apud Iuue. Si iuuenis vetulo nõ aſſurrexerit, &c. q̃ ꝙ vberior ſit ſentẽtia, & maior ornatus. Nam laudẽ aminearũ vitium dicit, ꝙ Tmolus, & Phanęus aſſurgunt.i.tanq̃ melioribus reuerentiã prębẽt. Quin ſi a loco dicunt amineę, non accumulantur eis Tmolus & Phanęus. Ornatus autẽ mirus eſt in vocabulo rex. Magnæ.n.dignitatis ſunt, quibus rex aſſurgit.i.reuerentiã prębet. nõ quibus altior fit. Itaq; haud dubie poetæ mens eſt vites amineas præſtantiores eſſe ijs, quę in Tmolo, & Phanęo creſcũt: Ordo igit eſt. quibus.ſ.vitibus, Tmolus mons ille Lidię aſſurgit.i.aſſurgẽdo reuerentiam facit tanq̃ melioribus, & quibus ipſe Phanęus, portus.ſ. Chię inſulę a rege denominatus: in Chio autẽ ſunt optima vina, optima aũt quæq; ſolẽt in portũ deferri, vt vendantur: per portũ ergo omnia vina illius inſulę intelligit. Et eſt argitis. vua cãdida minor.ſ.in molle, & extẽſione: ſed quia acinos modicos habet, & pelliculã tenuẽ, ſuccũ vero ſubtilẽ dicit, cui.i.cum qua vlla.ſ.alia vua non certauerit.i.cõtenderit, aut fluere tantũ.i.in fluxu tãto, hoc eſt in reddendo tanto vino, aut durare.i.in durãdo per totidem annos, reddit ergo plurimũ vini, quod diutiſſime cõſeruari põt. Et o rhodia.ſ.vua, aut vitis a Rhodo inſula Lyciæ dicta, accepta.i.grata dijs.ſ.in ſacrificijs, & ſecundis mẽſis, quãdo.ſ.bellaria & dulciora vina exponebantur: ego nõ tranſierim.i.ſilẽtio prçterierim, hoc eſt prætermiſiſſe velim te, & o Bumaſthe vua dicta a bouis mamma, tumidis.i.amplis & inflatis racemis, ego nõ trãſierim te.i.ſine tui mẽtione. Quia vero harũ mentionẽ facit ne culpetur aliarũ non meminiſſe dicit: ſed neq; refert.i.intereſt, aut ad rem facit ſcire q̃ multę ſint ſpẽs.ſ.vitiũ, nec quæ ſunt nomina.ſ.earũ. Eſt numerus.ſ.vitiũ, neq; refert cõprehẽdere, ſup. eas numero, quẽ.ſ.numerũ, qui velit ſcire, idem velit diſcere.i.tantundem profecerit, ac ſi velit diſcere q̃ multę arenę littoris Libyci turbẽtur Zephyro.i.vento illo ab occidente flante, aut idem velit noſſe.i.nouiſſe & ſcire, ſeu cognoſcere quot Ionij fluctus, aut quot fluctus.i.procellę, Ionij.ſ.maris: veniant.i.appellantur ad littora, vbi.i.quãdo Eurus ventus ille ab oriente flans incidit, violẽtior .i.valde impetuoſus, & violentior ſolito incidit dico nauigijs.i. in nauigia: quoniã ſcire vt difficillimum ita minime vtile foret: quocirca dehortatur a numero vitium comprehendendo.

PIERIVS.

¶Et quo te carmine dicam Rhœtica? ne cellis ideo contende falernis.) In codi. aliquot ant. legere eſt, ne cellis adeo, vt etiam citatum eſt ab Aruſiano: Quod neſcio quid elegantius habere videtur: adeo, pro tamen. Quamuis ideo Seruius agnoſcit, ſuper hãc ſententiam Plinius. In Veronenſi agro Rhœtica vina optima, falernis tamen poſthabita a Virgilio. Strabo Rhœti ad Italiam vſq; pertinẽt, quę ſuprã Veronam ac Comum eſt, vinum Rhœticum inter Italica egregie cõmendatum. ¶Sunt & amineæ vites firmiſſima vina.) Omnibus ferè doctis negocium faceſſere viſum eſt carmen hoc, dum in nomine amineæ, ſcriptionẽ alij animaduertendam, alij ſyllabarum quantitatẽ introſpiciendam, alij vini genus exquirendum ſolicite cenſerẽt. Nam quod apud Seruium legitur aminneæ, dici oportere propter verſum, qui ſtare non poſſet, ſi Amineæ, diceretur: putauit is, & ſcripto prodidit aminias, a minio dictas, quod vinum id album ſit, & idcirco ſine minio. quare ſecundam a principio ſyllabam produci debere vno plus N, interiecto iudicauit, niſi Amymneæ legatur ex Stephano. ſed enim ille Aminæos inter Epiroticos enumerat. Fuerunt alij, qui Virgilianum carmen totum inuerterent: eadem offenſi dubitatione, quod ei nomini nõ eſſe locum ea qua circunfertur ſede ſito arbitrarentur. Putarunt alij Virgilium nomẽ authoritate ſua verſui licenter adcommodaſſe. Sed enim cum animaduerterim apud Grçcos ἀμμιναιον ſcribit, prçſertimq; apud Ariſtotelem, qui Ammineos Theſſaliæ populos ſuæ regionis vites in Italiã tranſmiſiſſe, tradit in Politicis, & ab illis vuæ nomen impoſitum, meminiq; eſſem Auſonium Pæonium eruditum ſanè authorem & ſi non vſq;quaq; cultum, eademq; quæ apud Græcos ſcribitur ratione nomẽ verſibus inſeruiſſe, cum cecinit. Solus qui Chium miſcet & ammineum, quo.ſ. Tibullianum illud interpretaretur. Nunc mihi fumoſi veteres proferre falernos, Cõſulis, & Chio ſolue vincla cado. Facile adductus ſum, vt Mediceũ codicem atq; alterum quendam Vaticanæ Bibliothecæ in huius verſus lectione caſtigatiores dubio procul exiſtimarem, in quibus ſcriptum eſt. Sunt etiã ammineæ vites, qua lectione omnis & ſcriptionis & ſyllabarum ambiguitas tollitur. Quod vero Seruius aſſerit vinũ ammineum album eſſe, ideoq; dictum quaſi ſine minio, cõmenticium eſt, cum agnoſcat Plinius vitem ammineã nigram cui nomen Syriacæ. Et ex pluribus ammineis genus tantum vnum deſignet Columella quod albidas vuas habeat. Præterea ſi verum illud eſt, quod pleriq; tradunt, ammineum vinum idem & falernum eſſe, id nigrum potius habebitur Martialis elogio dicentis. Marmorea fundens nigra falerna manu. Nam Macrobius ait ammineos fuiſſe, vbi nunc falernus ager. Genuſq; vitis ammineæ minoris vulgo notiſſimæ, quę Campanię celeberrimos Veſuuij colles ſurrẽtinoſq; veſtit, agnoſcit Columel. ſolaſq; ab antiquis agnitas atteſtatur, & ſuis quoq; tẽporibus vetuſtiſſimas quaſq; vineas ammineas exiſtimatas, cęterũ Virgilius diuerſum quid a Macrobio tradere videt cum ſedulo diſtinguat ſpẽs, quaternaq; genera duabus cõparationibus cõplectatur Rhœtica falernis cõferendo, cũ quibus tamẽ ea, vtpote deteriora minime cõtendere debeant, moxq; ammineum ſubiungat, cui Tmolium ex Libya, & Phanæum ex Chio cõparat, minoremq; argitem, quãuis hæc vitis & liquoris copia, & vetuſtatis firmitudine ſit cæteris omnibus anteferenda, aſſurgeret tamẽ vinũ eius ammineo, illiq; prius locũ cedere aſſeuerat. Qui quidem ſi falernũ & ammineũ idem agnouiſſet vinum: non ita ſtatim per comparationes in diuerſa genera diſtribuiſſet, illud Rhœticis, hoc Chijs & quibuſdam alijs anteferẽdo. Sanè vero falerniũ id omnino eſſe, quod vulgo nũc gręcum appellant pleriq; non inerudití cõſentire videntur. Sed nos hæc alijs, quos intellexi negocium huiuſmodi ſumpſiſſe, diſputanda relinquemus cum eo ſolicita magis cura propereimus, vt veterum codicum lectionem a tinearum iniuria, quoad fieri poteſt, vindicemus. ¶Tmolus & aſſurgit quibus & rex ipſe Phanæus.) In antiquis aliquot cod. manu ſcriptis legere eſt abſq; &, particula. Tmolus aſſurgit quibus. Atq; ita neceſſe eſſet cõtinuare ordinem elocutionis, firmiſſima vina, quibus Tmolus adſurgit, & rex Phanæus. Sed.n. obſtat ſyllaba. Trocheus ea ſede poſitus exẽplo caret, neq; cæſura vlla ſuccurrit quæ cõmunẽ locum faciat, quare cõmẽti ſunt Grammatici, &, illud tanq̃ cuneum, aut farturam aliquã interponere, quę verſum ſuſtineret vel labaſcentem obſtiparet: quorum tamẽ omnium ambiguitatẽ ſuſtuleris, ſi quod in Mediceo, & in Long. Vaticanæ Bibliothecæ legitur, adſurgit miſeris. Ibi enim Tmolius adſurgit: denominatiuum nomen a Tmolo habetur. vt enim ab Olympo Olympius: a Caucaſo Caucaſius, ita a Tmolo Tmolius. Eritq; ordo, Quibus vinis rex Tmolius adſurgit, & rex Phanæus. ¶Non ego te menſis & dijs accepta ſecũdis.) Quamuis hic numerus vt in vulgatis codicib. habetur, & grauis ſit & ſonoritatis plenus, & ad heroici ſtyli maieſtatẽ propius accedat, plura tamen ex antiquis exẽplaribus, quæ legimus, adonio prępoſito numero ſic habent. Nõ ego te dijs. Inde Alcmanico tetrametro, & menſis accepta ſecundis, cuiuſmodi numeri eſt Horatianum illud. O fortes peioraq; paſſi. ne mediocri ſtylo verſus ita inſurgeret, atq; hunc numerum agnoſcit Seruius, ſignificat vero eam eſſe & eſui & potui bonam. dijs.n. libationes fiunt, menſis vero ſecundis & poma & fructus alij inferuntur.

Nec vero terræ ferre omnes omnia poſſunt.
Fluminibus ſalices, craſſiſq; paludibus alni
Naſcuntur: ſteriles ſaxoſis montibus orni:
Littora myrtetis lætiſſima: deniq; apertos
Bacchus amat colles: Aquilonem, & frigora taxi.
Aſpice & extremis domitum cultoribus orbem,
Eoaſq; domos Arabum, pictoſq; Gelonos:
Diuiſæ arboribus patriæ. ſola India nigrum
Fert hebenum: ſolis eſt thurea virga Sabæis.

SERVIVS.

¶Nec vero terræ ferre omnes omnia poſſunt.) Aut generale eſt, ſicut ait in primo, Et qd quæq; ferat regio, aut ad ſuperiora ptinet, vt ſit ſenſus talis, Non prodeſt noſſe cũcta vitium genera: nec omnia procreantur in omnibus terris. ¶Craſſis paludibus.) Lutoſis naturaliter. ¶Littora myrtetis lætiſſima.) Locũ poſuit pro ipſis arboribus, ſicut ſalictũ pro ſalicibus. nã myrtetũ eſt locus, arbor vero ipſa myrtus vocat. ¶Denique apertos Bacch' amat colles) Hinc eſt ꝙ vites amant montium laxiora. ¶Aſpice & extremis) Intuere etiam extremum orbem cum ſuis cultoribus domitũ: nã ſubaudiuimus eũ. Et per tranſitũ maieſtatẽ Romani laudat imperij. ¶Eoaſq; domos Arabum.) Arabia, Panchaia, Sabæorum gens, eſt, apud

apud quam thus naſcitur: vt, Solis eſt thurea virga Sabęis. Item, totaq; thuriferis Panchaia pinguis arenis. Plautus Arabico ture. ¶Pictoſq; Gelonos, Stigmata habentes: populi Scythiæ. vt, pictiq; Agathyrſi. ¶Diuiſæ arboribus patriæ.) Regiones. vt, Italiã quęro patriam. ¶Sola India nigrum fert hebenum.) Atqui & in Ægypto naſcitur, ſed Indiam, omnem plagam Æthiopiæ accipimus. Sanè & hæc hebenus & hoc hebenum dicitur: hic neutro vſus eſt. Lucanus vero ait, Hebenus Mareotica vaſtos Non operit poſtes. Hebenus autem arbor eſt, quæ cæſa dureſcit in lapidem. ¶Balſamaq;.) Quę vacat. vt alibi, Dixitq;, & prælia voce diremit. Sanè balſamum eſt arbor ipſa: Opobalſamum, ſuccus collectus ex arbore: nam ὀπὸς dicitur ſuccus τὸ ξύλον lignum ipſius arboris. Probatio aũt opobalſami, vt dicit Plinius, hæc eſt, Si contra ſolem feratur & corruptum non ſit, manum ferentis exurit. ¶Semper frondentis acanthi?) Acanthus arbor eſt in Ægypto ſemper frondens, vt oliua, laurus. Acanthos dicta quia ſpinis eſt plena. Abundat hac etiam Circina inſula. ¶Velleraq; vt folijs depectant tenuia Seres.) Apud Indos & Seres, ſunt quidã in arboribus vermes, & bombices appellantur, qui in aranearum morem tenuiſſima fila deducunt. Vnde eſt ſericum: nam lanam arboream nõ poſſumus accipere, quia vbiq; procreat. ¶Oceano propior gerit India lucos.) Hæc enim habet arbores magnas, quæ eſt iuxta Oceanum. hinc eſt, Extremi ſinus orbis. ¶Depectant.) Decerpant: ſed alij depectat legunt, quod ſi eſt, Seres, poſuit pro Sers: ſicut trabes pro trabs. Sic Lucanus, ſub iuga iam Seres, iam barbarus iſſet Araxes. ¶Nõ tarda.) Id eſt ſtrenuiſſima: nam Liptotes figura eſt.

Quid tibi odorato referam ſudantia ligno,
Balſamaq;: & bacas ſemper frondentis acanthi?
Quid nemora Aethiopum molli canentia lanæ?
Velleraq; vt folijs depectant tenuia ſeres,
Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
Extremi ſinus orbis? vbi aera vincere ſummum
Arboris haud vllæ iactu potuere ſagittæ:
Et gens illa quidem ſumptis non tarda pharetris.

PROBVS.

¶Eoaſq; domos Arabum, pictoſq; Gelonos.) Sunt Scythæ dicti ab Herculis filio Gelono & Echidna, vt in .iiij. Herodotus refert. ¶Hebenum.) Lignum eſt nigrum pretioſum. Balſamũ eſt liquidum medicamentum oculorum curationi neceſſarium, quod arboribus diſtillat in modum picis. Acanthus eſt herba ſpinoſa, folia lata habens, & rugoſa. ¶Quid nemora Æthiopum molli canẽtia lana? Velleraq; vt folijs depectant tenuia Seres.) Exiſtimantur beſtiolæ quædam: quas bombycas vocant. quidam iudicant ex arundinum folijs feras, veluti lanam facere, & inde fieri ſerica, Seres autem natio eſt in vltima India.

MANCINELLVS.

¶Apertos, Bacchus amat colles.) Colu. lib. iiij. ca. xxi. ſcribit eſſe proprietatẽ in vitiũ ſurculis, vt alij meridiano axe conualeſcant, quia calidiores, alij ſeptentrionẽ deſiderẽt, quia contriſtant æſtu & quidẽ temperamento lætentur orientis, vel occidentis & Celſus, vt refert idem Colu. lib. iij. ca. j. cenſebat ſolum vitiũ eſſe, nec campeſtre, nec præceps, ſimile tamen edito campo. Cœlum porro, neq; niuale vinea, nec æſtuoſum deſiderat, calido tamen potius q̃ frigido lætatur, imbribus, magis q̃ ſerenitatibus offenditur, & ſolo ſicco q̃ nimis pluuioſo eſt amicior: perflatu modico, leniq; gaudet. ¶Taxi.) De Taxo videto Pli. lib. xvj. ca. xxj. ¶Aſpice & extremis.) Sicuti primo volumine oſtendit non quamlibet regionem omnia producere, eodẽ modo hic diuerſas eſſe arboribus patrias, & hoc quia dixerat, Nec vero terræ ferre omnes, &c. Et apertos Bacchus amat colles, &c. ¶Extremis domitum cultoribus orbẽ.) i. cum extremis cultoribus. In Auguſti aũt laudem id dicitur: Ab Auguſto enim, vt ſcribit Euſebius, Indi per legatos amicitiam poſtularũt. Et Hora. libro quarto ode. ix. ait Auguſto ſcribens, Te Cantaber non ante amabilis, Meduſq; Indus, te profugus Scythes miratur. ¶Eoas.) Orientales. ¶Arabum.) Arabiæ pars, vt Diony. ſcribit, quę ad orientem & auſtrum ſpectat, rubro alluitur mari. Vtq; Solinus ait Arabia ſacra interpretatur partem eius Eudæmonem Grçci, noſtri beatam nominauerunt, non fruſtra. Nam præter odores, quos creat plurimos ſola tus mittit in
Geloni. eiuſdem ſaltibus myrrha prouenit. ¶Pictoſq; Gelonos.) Geloni, vt Soli. ſcribit, populi ſunt in Scythia, qui de hoſtium cutibus, & ſibi indumenta faciunt, & equis ſuis tegmina, ijs propinqui ſunt Agathyrſi, qui vt illi coloribus ſe pingere cõſueuerunt: Agathyrſi aũt, vt ſcribit Mela, ora artuſq; pingunt, vt quique maioribus præſtant, ita magis, vel minus. Cæterum ijſdem notis omnes, & ſic vt ablui nequeant. ¶India.) Vide libro primo Georgicorum,
hebenũ India mittit ebur. ¶Hebenum.) Plinius lib. xij. ca. ij. ſcribit quod inter Indiæ arborum magnitudinẽ. Virgi. Hebenũ nuſq; alibi naſci profeſſus. Herodotus eam Æthiopię intelligere maluit, accẽdi eam Fabianus negat, vritur tamen odore iucundo, materia nigri ſplendoris, ac vel ſine arte protinus iucundi. ¶Sabæis.) Latius ibi, molles ſua tura Sabæi. ¶Balſama.) Pli. libro. xij. cap. xxxvj. inquit. Sed omnibus odoribus præfertur balſamum, vni terrarum Iudeæ conceſſum: eſt autem arbuſcula viti ſimilior quam myrto, perpetua coma ſemen eius proximũ guſtu, colore rufum, nec ſine pingui. Ramus inciditur vitro lapide, oſſe ſine cultellis, ferro lędi vitalia odit: ſuccus e plaga manat: quem Opobalſamum vocant: eximiæ ſuauitatis li- Opobalſamum
gnum xylobalſamum vocatur, & coquitur in vnguentis. Pro ſucco ipſum ſubſtituere officinæ, præcipua autem gratia lachrymæ, ſecunda ſemini: tertia cortici: minima ligno, &c. ¶Acanthi.) xylobalſamũ.
Eſt acãthos hic arboris ſpecies, alibi herba, videto latius Eclo. iij. Acãth'.
¶Æthiopum) Æthiopia Ægypto contermina: inſignes arbores non ferè habet præter liniferas, propior tamen huic natura lanę maiorq; folliculus granati modo mali. Plin. lib. xiij. cap. xvj. ¶Seres.) Hi vti Pli. ſcri. li. vj. ca. xvij. regionem inhabitat, quę ſpectat Seres.
æſtiuum orientem, & primi ſunt hominum, qui naſcantur laniſicio ſyluarum nobiles, perfuſam aqua depectentes frondium caniciem. Solin. addit ꝙ lanuginis tenerã ſubtilitatem humore domant ad obſequiũ, & ꝙ hoc illud ſericum in vſum publicũ damno ſeueritatis admiſſum, & quo oſtentare potius corpora, q̃ veſtire, primo fœminis, nunc etiam viris perſuaſit luxuriæ libido.

ASCENSIVS.

¶Nec vero terrę, &c.) Docet cauſam quare non conducat, nec facile ſit omnes vites noſſe: quia.ſ.non omnes vbiq; naſcuntur. Et ita, qui vites Italiæ non aliarum regionum adhuc ignoret, neq; eas noſſe profuerit. Et quo id probet, vtitur quadam inductione aliorum terræ naſcentium. Reprehẽditur autem Ser. a Beroaldo in expoſitione illius, Velleraq; vt fo. cuius verba citabuntur ibi, Vnctos ſaliere per vtres, quia ſimul reprehẽduntur. ¶Ordo hic eſt, Nec vero, id eſt non etiam omnes terrę poſſunt ferre omnia: quia ſalices naſcuntur in fluminibus: alni naſcuntur in craſſis paludibus: orni ſteriles naſcuntur in ſaxoſis montibus: littora ſunt lætiſſima, id eſt acceptiſſima myrtetis, id eſt myrtis ipſis: denique id eſt vt ad inſtitutum redeam: Bacchus.i.vitis: amat colles apertos.i.apricos, & ſoli expoſitos: taxi arbores in corſica plurimę naſcentes, amant Aquilonem & frigora: aſpice orbem.i.globũ terrę domitum.i.ſubactum, & cultum extremis cultoribus.i.vſq; in extremũ eius extenſis (quod in Auguſti gratiam dicit, per quẽ tunc licebat etiã extremos cultores orbis aſpicere: videtur enim cõmentarijs ſentẽtia, vt orbis dicatur domitus cum cultoribus, hoc eſt vt etiam cultores domiti dicantur: veruntamẽ poſſet ſenſus eſſe, quod orbis ſit domitus cultoribus, & tamẽ adhuc ſeruet naturam ſuam, ita vt nec omnes terrę ferre omnia poſſint, quantumcũq; domitę & ſubactę ſint) & aſpice domos Eoas id eſt oriẽtales: Arabum, id eſt quas Arabes ad mare rubrum protenti habitant: & aſpice Gelonos, populos illos Scythię pictos more.ſ.Agathyrſorum (de quibus Mancinel.) & ſupp. videbis, quia patrię.i. terrę naturę ſunt arboribus diuiſę.i.diſtinctę, id eſt quod ſua cuiq; arbori ſit patria. Nam ſola India fert hebenum.i.lignum illud nigrum (pro arbore autẽ viua dicitur, Hebenus mareotica, &.) Virga turea, id eſt turifera eſt ſolis Sabęis, populis illis in confinibus Arabię. Quid.i.ad quid referam.i.recenſeam & narrem tibi, &.i.pariter balſama ſudantia ligno odorato.i.odorifero: &, id eſt ſimul bacas.i.fructus ſylueſtres ſparſim naſcentes, acanthi, illius virgulti ſemper frondentis: Quid, id eſt ad quid dicam tibi nemora Æthiopum canẽtia.i.albicantia, molli lana, quę nõ multum a lino diſcedit: & quid dicam, vt.i.qualiter Seres populi illi ad ęſtiuum orientem protenti, depectant.i.decerpãt pectinibus folijs.i.de frondib. arborum, tenuia vellera.ſ.lanę, vnde fiunt veſtres ſericeę tenuiſſimę bombicinis nõ diſſimiles: aut quid dicã, quos lucos.i.quas arbores India propior.i.valde vicina Oceano ſ.mari, appoſitorie, ſinus extremi orbis gerit.i.producit, vbi.i.in quo vllę ſagittę, haud.i.non potuere vincere.i.ſuperare & excedere iactu.i.proiectu ex arcu, ſummũ aera, ad quẽ.ſ.arbores pertingunt, & quidẽ, id eſt tamen certe, illa gens eſt non tarda, immo apprime ſtrenua pharetris ſumptis.ſ.ad ſagittandum, quia opti-

mi sunt sagittarij, & tamen nõ ait altum iacere possunt telum, vt summitatem arborum in aera extensarum attingere possent, vnde notum est miram esse celsitudinem eorum, sed quid inquit dicam.i.prolixius describã hæc? quasi dicat, id frustra fecero, cum in nostris regionibus nõ nascantur: & ita perstat in causa reddenda, cur non prosit comprehendere vites numero.

Pierius.

SERVIVS.

❡Media fert tristes succos.)di, sine sibilo proferenda est: græcum enim nomen est, & Media prouincia est. ¶Tristes succos.)Amaros: vt, Tristisq; lupini. ¶Tardumq; saporem Felicis mali.)Apud Medas nascitur quædam arbor ferens mala, quæ medica vocatur: quam per Periphrasim ostendit, eius supprimens nomen. Hanc pleriq; citrum volunt, quod negat Apuleius in libris quos de arboribus scripsit: & docet longe aliud genus arboris esse. ¶Tardum autem saporem.)Dicit, vix intelligibilem quod illi ad carnem mediam citri referunt. Nam prima & interior facile suum ostendit saporẽ. ¶Felicis mali.)Secundum eos qui dicũt citrum foecundum: nam hæc arbor, id est citri, omni penè tempore plena est pomis, quæ in ea partim matura, partim acerba, partim adhuc in flore sunt posita. Aut certe Felicis, salubris. Nulla enim efficacior res est ad venena pellenda. ¶Sæuæ nouercę.)Aut hę quæ sęuę sunt: aut epitheton est omnium nouercarum. ¶Non innoxia verba.)Liptotes, id est nocentissima. Et est augmentum quasi parum putet venena miscere, nisi etiam magicos cantus addiderint. ¶Membris agit atra venena.)Radices, nuces, lupini, citrum, apium prosunt contra futurum, non contra iam acceptum venenum. Vnde etiã antiquitus ante vllas alias epulas, hæc solebant mensis apponi, apparet ergo nõ eum de citro loqui in pręsenti, cum dicit, Membris agit atra venena. Iam data. ¶Faciemq; simillima lauro.)Figura Ciceronis, qui ait in Cæsarianis, Sed simillimum deo iudico. Sanè etiam hæc probat citrum non esse: nam citri arbor & multum non potest crescere, & multo habet folia maiora quam laurus. ¶Alium late iactaret odorem.)Et infinitum emittit suum odorem, & longe alium quam laurus. ¶Flos apprima tenax.) Apprima, id est maxime. Et est nomen pro aduerbio. sicut, Et pede terram Crebra ferit, pro crebro. ¶Animas.)Δύσπνοιαν, id est pulmonis vitiosum anhelitum, quod exprimit subdẽs, Senibus medicantur anhelis. ¶Olentia Ora.)Putentia, id est δυσωδίαν oris: Notandum sanè huic vni tantum arbori incubuisse Virgilium & expressisse vbi sit, qualis sit, cuius potestatis sit, sicut in quarto, de herba amello, quod qui de arboribus au herbis scripserunt in omnibus exequuntur.

Media fert tristes succos, tardumq; saporem
Felicis mali: quo non præsentius vllum,
Pocula si quando sæuæ infecere nouercæ:
Miscueruntq; herbas, & non innoxia verba:
Auxilium venit: ac membris agit atra venena.
Ipsa ingens arbos: faciemq; simillima lauro:
Et, si non alium late iactaret odorem:
Laurus erat. folia haud vllis labentia ventis:
Flos apprima tenax. animas, & olentia medi
Ora fouent illo: & senibus medicantur anhelis.

PROBVS.

❡Media fert t.s.t.q.s.felicis mali.)Pars Parthorum Media est appellatata, a Medo filio Medeę & Ægei, vt existimat Varro q quatuor libros de Argonautis edidit. Arbor autem, quę describitur a Virgi. nascitur quidem & in Italia. Sed nõ est eiusdem effectus, cuius in Media appellatur Rhododaphne.

MANCINELLVS.

Media. ❡Media.)vt Stra. ait in li.xj. est in partes duas diuisa, in maiorẽ, & minorẽ. Maioris Metropolis sunt, Ecbatana magna ciuitas, & Medij imperij caput, qua Parthi regia vtebant. Nã reges ibi ęstatem agebãt: frigida.n. est Media, hyemẽ vero Seleucię, quæ secus Tygrin est prope Babylonem: altera pars est Media Atropatia, ab Atropato duce nominata. Dicit aũt Medus Medeę filius regioni nomẽ imposuisse. ¶Felicis ma.)Pli.lib.xij.ca.ij. ait, Malus Assyria, Malus Assyria. quã alij vocãt Medicã, venenis medetur: Foliũ eius est vnedonis intercurrentib. spinis: pomũ ipsum alias nõ manditur odore pręcellit foliorũ quoq;, qui trãsit in vestes vna cõditus, arcetq; animaliũ noxia. Arbor ipsa omnibus horis pomifera est, aliis cadentibus, aliis maturescentib. aliis vero subiacentib. Nec alia arbor laudat in Medis. eius aũt grana Parthorũ proceres incoquebant esculẽtis, cõmendandi halitus gratia. Macro. vero lib.iij. Satur. capite de nuce pinea, sic ait. Quod autẽ ait idẽ Cloatius, Citreum & ipsum persicũ malũ est sm Vir. felicis mali, quo nõ pręstãtius vllum, & reliqua. Et, vt nemo dubitet, hęc de citreo dixisse Vir. accipe, quę Appius in li. de syluestribus arborib. dicat. ¶Citrea.)Idẽ malus

PIERIVS.

❡Eoasq; domos.)In Longobar. domus, quarta declinatione legitur: quod & apud T. Liuium in antiquis codicib. obseruatum. ¶Solis est thurea vi.(a.)In Longobar. Solis & thurea, sed inemendate. Turea vero absq; adspiratione in antiquis codicibus: quod multi fuere, qui Tus latinum esse vocabulum, & a tundendo dictum voluere.

malus & Persica, altera generatur in Italia, & in Media altera. Et paulopost de Citreo loquens ait. Est autẽ odoratissimũ, ex quo interiectura vestium tineas necat: fertur aũt venenis cõtrariũ, contritũ cũ vino purgatione viriũ suarũ bibẽtes seruat. Generantur aũt in omni Perside omni tempore mala citrea: alia.n. pręcarpuntur, alia autẽ interim maturescunt. vides hic & citreum nominari, & omnia signa pomi, quę de eo Virg. dixit, licet nomen citrei ipse non dixerit. Hęc Macro. ¶Tristes succos.(Soli.ca.xlj. scri. Pomum ipsum, de quo iam diximus, esse sapore aspero, & amaritudinis miræ. Ergo tristes succos.i.amaros, vt ibi. ¶Tristisq; lupini, &c. ¶Tardumq; saporẽ.)i. diutius immorantem gustanti propter miram amaritudinẽ. vnde nõ procedit, vt ille ait, vix intelligibilẽ. amaritudo.n. illico sentitur. ¶Agit atra vene.)i. expellit venena ipsum malũ, quod iam late superius patuit. ¶Apprima.)pro apprime.i. valde. ¶Animas.)i. halitus.

ASCENSIVS.

❡Media fert.)Describit prolixius vnius mali virtutẽ, quod alij citrum, alij patrio nomine medicũ malum appellandũ putãt, alij rosam lauream: de qua re Mancinelli videbis citationes. Seruius summopere cõtendit nõ esse citrum, contra Macrobius sentit, atqui cum Plinio medicum malum appellabit, errare non poterit. nascitur.n. in Media. Eius aũt describendi videtur hæc ratio, vt significet multas esse arborũ species, variasq; naturas, quas Italia non fert, Ideoq; frustra describi. q.d. quid prosit nosse, quia Media fert tristes succos: &c. ❡Ordo est. Media.s. regio, a Medo Medeę filio denominata: fert succos tristes.i.amaros: & saporem tardum.i.immorantẽ, & hebetantem gustum mali.i.pomi: felicis.i. salubris: quo.s.malo: vllum auxilium nõ venit præsentius.i. salubrius, & citius, aut melius adiuuãs, sęuę nouercę infecere quãdo. Id est aliquando pocula.s.priuignorum, hoc est liberorũ: & si miscuerunt herbas.s.nõ innoxias, hoc est toxica, & verba nõ innoxia, immo maxime noxia, & fascinatoria: ac pro &, sup. quo vllũ aliud auxiliũ, non agit.i. expellit membris.i.a corporibus sumetium: nõ agit dico præsentius.i.citius & melius q̃.s. dictũ pomũ venena. (Dixi poetam interdum rem depingere, ac syllabę mutatione sententiã innuere: vt illic, Matri longa decẽ tulerũt fastidia menses: &.iij. Æneid. Obstupui: steteruntq; comæ, & vox faucibus hæsit. in quibus syllaba media præter naturam correpta videtur subitum motũ significare: sicut & hic penultima in dictione miscuerunt, quę cũ longa sit, tamen corripit forte, vt subitã nouercæ ad facinus accinctionẽ depingat, atq; mali dexteritatẽ in medendo, Nec audiẽdus erit, qui miscuerint, leget, quia tũc dixisset, nõ infecere, sed infecerint) Ipsa arbos.s.medica, quę hoc pomum fert: est, sup. ingens.i. valde magna, & simillima, faciẽ.i. habens faciem, hoc est facturã, & effigiẽ corporis simillimã lauro(vnde rosam lauream quidã intelligunt. Est autẽ figurata locutio, faciem simillima, quæ synecdoche a plerisq; dicitur. Facies aũt totã corporis descriptionẽ, ac facturam significat. vnde.v. Æneid. quibus aspera quondã, Visa maris facies.) Et si.s. arbor nõ iactaret.i.a se emitteret, late.i. protẽse alium odorem, quã.s.laurus, erat.i. esset laurus(Erat apud Oui. nõ semel leges proforet, aut esset positum, & apud Flac.) ser. saty. iij. Decies centena dedisses Huic parco, & paucis contento quinq; diebus. Nil erat in loculis) folia, supp. haud.i. non labentia.i. defluentia aut decidentia vllis ventis. flos est tenax apprima, pro apprime, nomen pro aduerbio.i. valde (quasi ad primos gradus tenacitatis. Iungitur autem nominibus non verbis. Habetq; mediam sicut primam. Comicus Apprime vtile in vita(Medi.i.populi Mediæ, fouent illo.s. flore, animas.i. halitum anhelitum, & ora olentia.s. grauiter: & medicantur.i. medentur, senibus anhelis.i. animã, aut anhelitũ ęgre trahẽtibus. Et ita hoc pomũ peculiariter describit, ac laudat, vt nãciscatur occasionem

sionem laudem Italiæ inferendarum. Cum enim apprime vtile sit, & in sola Media repertum videtur singularis esse Mediæ gloria. Si ergo percuncteris, quid simile in Italia reperiatur, Respondeat longe excellentiora: vnde infert. Sed neq; medorum syluæ, &c. vt in sequentibus explanabimus.

PIERIVS.

❡Quo non præsentius vllũ.)In Longob. codi. præstantius, legitur. Sed præsentius magis placet eruditis. ¶Miscuerũtq; herbas.) In Oblon. peruetere cod. atq; etiã in Long. miscuerãt, legit, quod minime placet. In altero antiquo, miscuerint, habet. Sed ego nunquã lectionem primã reijcerẽ, cum in Bucolicis, tulerunt, & apud Teren. emerunt, eadẽ figura legat. ¶Flos apprima tenax.) quãuis nonnulli codices habeãt, apprime, magis tñ placet, quod in vetustioribus legitur, adprima, eãq; lectionẽ mihi videtur agnouisse Arusianus. Et in antiquo Terẽti cod. manu scripto legitur. Meis me omnibus scio esse adprima obsequentẽ: est vero græca figura nõ inelegans ἐπὶ τὰ πρῶτα. Quoniã vero multi ad hanc ætatẽ quod nam hoc malum sit, quod a Virgilio describitur, non ociose quærunt: quid ego sentiam dicã, bona eorum venia, qui aliter iudicant. Nam medicũ malum, pomum id esse virgilio videtur, quod vulgo Naranzium apud Venetos, apud Romanos & Campanos ab angulorũ densitate, quibus succus intrinsecus dispescitur, in folliculos suos collectus. Melangulum appellabat, ab aliis in citriorum species acceptum. Hanc sane arborẽ & huiusmodi fructum Virg. pingit, dum tristis succos memorat, dum tardũ saporẽ, dum fertilitatem, dum medicamẽti vim contra venena habere(quod a Nicandro acceptum mutuo) dum simillimam esse lauro, dum folia indecidua virore æterno, dum floris tenacissimam, dum grauẽ animã emendare dicit. vbi autẽ Nicander dicit, μήδοντε καὶ ἰμπρίοεντα σίνηπι, Sunt q μῆλον legunt: Sed enim interpres μῆδον agnoscit, & addit ἐστι δὲ τὸ μηδικὸν μῆλον ὅ ἐστι τὸ νεράντζιον dictione ita subbarbarice scripta: quo sñia magis oĩbus innotesceret. Eandẽ porro arborem & Macrobius & Plinius esse ostendunt, quã etiam apud Persas esse ea fructuum cõmendatione dicunt, vt poma alia præcarpantur, alia interim maturescant, alia subnascantur: sitq; deniq; arbor ipsa omnibus horis pomifera. Addunt mala venenis contraria, odore pręcellẽtia. Esculentis cõmendandi halitus gratia, incoqui solita. Illud præterea in ipsis citrijs experimur(quãdo nomẽ hoc in id genus omnia iam receptum est) quod de foliorũ odore Plinius tradit: trãsire quippe in vestes vna conditũ, arcereq; animaliũ noxia. Quod vero Seruius ideo coniecturã facit nõ esse citrium, quia dicit Poeta. Ac membris agit atra venena, leue est. nõ.n. intelligendũ inferre venenũ membris, sed procul a membris agere. Quã quidem opinionem meã eo audentius sum propalare adgressus, quod virũ & literatura pręstantem, & felicitate ingenij styliq; candore omnibus admirandũ Iacobũ Syncerum Actium idẽ sentire adinueni: cum ego Neapolim ad salutandum hominem Roma profectus essem.

Sed neq; Medorum syluæ, ditissima terra,
Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus,
Laudibus Italiæ certent: non Bactra, neq; Indi,
Totaq; thuriferis Panchaia pinguis arenis.
Hæc loca non tauri spirantes naribus ignem
Inuertere, satis immanis dentibus hydri.
Nec galeis, densisq; virum seges horruit hastis.
Sed grauidæ fruges, & Bacchi Massicus humor
Impleuere: tenent oleæq;, armentaq; læta.
Hinc bellator equus campo sese arduus infert:
Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus
Victima, sæpe tuo perfusi flumine sacro
Romanos ad templa deum duxere triumphos.
Hic ver assiduum, atq; alienis mensibus æstas.
Bis grauidæ pecudes: bis pomis vtilis arbos.

SERVIVS.

❡Sed neq; Medorũ syluę.)Iã incipit laus Italię, quã exequitur secundũ pręcepta rhetorica. Nã dicit eam & habere bona omnia, & carere malis vniuersis. ¶Gãges.)Indiæ fluui, per quã prouincia significat. ¶Hermus.)Lydię fluuius, arenas aureas trahẽs. ¶Laudibus Italiæ certent.)Figurate, nam certo tecũ dicimus. ¶Bactra.) Regio iuxta Assyrios: vnde & populi Bactriani dicunt. ¶Pãchaia.)Arabia, vt diximus supra. ¶Non tauri spirantes naribus ignẽ.)Quales fuerũt in Colchide ciuitate Scythię, nã hoc habet fabula, Iason Colchos profectus ad tollendum vellus aureum quod dicauerat Marti Phryxus, fretus Medeæ auxilio: & peruigilem draconem occidit, & eius dentes seuit iunctis tauris ignem afflantibus, vnde nati sunt armati, qui primum fecerunt impetũ in Iasonem frustra: postea mutuis vulneribus cõciderũt. Has autẽ conditiones Oeta rex proposuerat, cui Apollo respõderat, tandiu eũ fuisse regnaturũ, quandiu illud vellus fuisset in templo. ¶Seges horruit.)Nõ placuit. Seges aũt, quia de semine. ¶Grauidæ fruges.)Large abundantes. ¶Massicus humor.)Vinum Campanum a Massico monte Campanię. ¶Hinc albi Clitumne greges.)Vocatiuus est Clitumne. Clitumnus aũt fluuius est in Meuania, quæ pars est Vmbriæ partis Tusciæ, de quo fluuio, vt dicit Pli. in historia naturali, animalia quæ potauerint, albos fœtus creant. ¶Maxima taurus Victima.)Quia triumphantes de albis tauris sacrificabant. ¶Perfusi flumine sacro.)Fluẽto. Perfusi autem tauri, qui ante triumphantes vsq; ad templa ducebantur. Aut certe Perfusi greges intelligamus. quod ad equos triumphales potest referri. ¶Duxere triumphos.)Si, equi duxerunt: si boues, deduxerũt. ¶Hic ver assiduum.)Verna temperies: nam ver, assiduum esse non potest. Horatius, Ver vbi longum tepidasq; præbet Iuppiter vmbras. ¶Bis grauidæ pecudes.)Verum est: vnde enim in Bucolicis, Lac mihi non æstate nouum, non frigore desit. ¶Bis pomis vtilis arbos.)Biferæ sunt arbores.

PROBVS.

❡Nec pulcher g.a.a.tur. Her. Laudibus Ita.c.n.b.n.i. Totaq; tu. Panchaia p.a.)Ganges fluuius est Indiæ: Hermus Lydiæ, qui fert aurũ. ¶Bactra.)Oppidũ Indorũ. ¶Panchaia.)Regio a rege Pãcheo dicit. ¶Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus.)Victima s.t.p.s.s. Clitumnus est Etruriæ flumen a fronte nauigabilis. Pãchaia

MANCINELLVS.

❡Sed neq; Medorũ.)Orditur iam Italiæ laudes. ¶Ditissima ter.) De Medorum diuitijs videto Stra.li.xj. ¶Pulcher Ganges.) Stra.lib.xv. ait, q̃ a montibus Ganges descẽdit, cũq; in planiciem peruenit, ad orientẽ cõuersus in mare progreditur, vnũ ostiũ habens q̃q; omniũ indicorũ flumen maximũ sit, Pulcher igit Poeta ait ob eius magnitudinẽ. Pli. aũt lib.xvj. ca.xix. plura de Gange describit. ¶Hermus.)Fluuius est in Mœonia, qui smyrneos campos secat, & phrygiã scindit a Graia. Hũc quoq; Hermum fluctib. aureis æstuasse antiquitus credit, author est Soli. cap.xxvij. Herm⁹. ¶Laudibus Italiæ.) Pli.lib.iij.ca.vj. de Italia inqt. Italia. Terra omniũ terrarum alumna, eadem & parẽs, & numine deum electa, quæ cœlũ ipsum clarius faceret, sparsa cõgregaret, imperia ritusq; molliret, & tot populorũ discordes, ferasq; linguas sermonis cõmercio contraheret ad colloquia, & humanitatẽ homini daret: breuiterq; vna cunctarum gentiũ in toto orbe patria fieret: tanta nobilitas omnium locorũ tanta rerum singularũ, populorumq; claritas vrbs Roma vel sola in ea, & digna etiã recta ceruice facies: Est & Campaniæ ora, felixq; illa, ac beata amœnitas. Iam vero tota ea vitalis, ac perennis salubritas cœli temperies, tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxij saltus, tam opaca nemora, tam munifica syluarum genera, tanta frugum, & vitiũ, olearumq; fertilitas, tam nobilia pecorũ vellera, tam optima tauris colla, tot lacus, tot amniũ, fontiumq; vbertas, totã eam perfundens, tot maria, portus, remigiumq; terrarũ cõmercio patens vndiq;. Neq; ingenia, ritusq;, ac viros, & signa, manuq; superatas cõmemoro gentes: hæc & plura ille. Multa etiam Strab.lib.vj. cõmemorat. ¶Bactra.) Stra.lib.vj. scri. q̃ in Scythia sit Bactra vrbs, quæ etiã Zariaspa appellata est: Zariaspa. Pli. tamen lib.vj.ca.xvj. ait procedendo ad Bactriã oppidũ, quod appellant Zariastes. Postea inqt Bactri quorũ oppidũ Zariastes, quod postea Bactrum a flumine appellatũ est. ¶Indi.) Scrib. Diony. q̃ in plerisq; Indiæ locis aurum eruitur: quodque multi ex eis inde quæstum aucupantur, alij telas lineas contexunt: alij tectos elephantũ dentes abradunt: alij per fluminum decursus incedẽtes, perquirunt, berillos, adamantes, iaspides, amethisthos, sunt ibi & arua perpulchra, & læta, quę & vniuersum semper annũ virent. ¶Panchaia.)Persidis regio, ab rege Pancheo, vt Probus inquit. ¶Hæc loca.)Laudat Italiam, q̃ expers est malorum, bonorumq; ferax. ¶Non tauri.)Apud Colchos in ponto id euenisse Iasoni: Oui. scri. lib.vij. Met. Quod itẽ Medea Iasoni scribens apud eundẽ poetã in Heroidibus sic ait, Martis erant tauri

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

plusq̃ per cornua sæui, Quorũ terribilis spiritus ignis erat, Ærapedes solidi prætẽtaq; naribus ora. Nigra per afflatus hęc quoq; facta suos. Semina præterea populos genitura iuberis, Spargere deuota lata per arua manu. Qui peterent natis secum tua corpora telis, Illa est agricolæ messis iniqua suo. Diod. autem lib. v. hæc omnia latius. Diximus & nos aliqua Eclo. iiij. ¶ Mallicus hu mor.)Pli. de Campania loquens lib. iij. cap. vj. Is iungunt falerni, Caleni deinde consurgunt Massici, Gaurani, Surrentiniq; montes, & lib. xiiij. ca. ix. de vinis generosis Italiæ, inquit. Certãt Massica æque & monte Gaurano, Puteolos, Baiasq; prospectantia, Clitumni in phalisco Clitumnianis aqua pota cãdidos boues facit, In Bœotia amnis Melas, oues nigras. Pli. lib. ij. cap. cvj. Hinc al bi Clitumne gre.)Ordo est: o Clitũne, hinc ex Italia albi greges, & taurus maxima victima sæpe tuo sacro flumine perfusi duxere Romanos triumphos ad templa deum. Triumphãtes enim al bis equis: curru inaurato, capite coronato lauro per vrbẽ vecti capitolium ascendebant ad templum Iouis optimi maximi, vbi mactato albo tauro: domum postea repetebãt. ¶ Templa deum.) Erat in capitolina arce celeberrimum Iouis optimi maximi templum: de quo Lac. lib. xix. meminit. Erat & Iunonis monetæ Mineruæ delubrum. In capitolio demum deorum omnium simulachra colebantur, vt Seruius li. ij. inquit, ibi videlicet. Ecce autem Panthus, &c. ¶ Hic ver assi. atq; alię, mẽsibus ęstas.)Hoc ait quoniam etiam Strab. lib. vj. scrib. Italia subiacet vniuersi aeris temperiei. Solinus item inquit inesse Italiæ locorum salubritatem & cœli temperiem, quod & Plinius scribit.

ASCENSIVS.

¶ Sed neq; Medorum, &c.)Apte ingreditur laudes Italię, ne videlicet patriæ suę immemor culpetur, vbi laudarit alias. Laudat aũt eam plena laude, ostendens videlicet, & mala abesse, quæ tamen aliis sunt, & bona ferè aliarum odesse. Quã rem etiã Pli. approbat, vt ostendent verba Mancinelli suis locis ponenda. Sanè si ad singula bona respexeris, inuenies ea in multis regionibus vberiora, aut meliora: si ad omnia sit, nusquã, cũ non desint, quibus etiã peculiariter vincat. ¶ Ordo est. Sed neq; sylue. i. pomiferę, Medorũ, appositorie, ditissima terra, quia vt Iusti. Icri. flumina exhauriebant Medis, nõ diuitię sub Xerxe rege. Nec Ganges fluuius Indię pulcher. i. spectabilis in magnitudine, aut varijs diuitijs ornatus atq; Hermus fluuius Mæoniæ, turbidus. i. turbulentus auro .i. aureis arenis immistis certent, i. merito contendant laudib. & titulis Italiæ, nõ Bactra vrbs Scythiæ, & regio vicina, nõ, sup. cẽtet, laudibus Italię: neq; Indi, sup. certẽt, hoc est regiones Indiæ, & tota Panchaia pinguis arenis turiferis, sup. nõ certet. Quia tauri spirãtes. i. efflantes naribus. i. per nares ignẽ, nõ inuertere hæc. i. Italiæ loca, sicut in Colchide ciuitate Scythiæ, & hoc dentibus im manis. i. efferacissimi hydri. i. anguis aquatici, satis. i. seminatis: nec seges. i. satio, virum horruit. i. horrida creuit, densis galeis, & hastis, sicut in Colchide etiã contigit: Sed fruges grauidæ. i. frecũdæ, & grãdes, fœcundę quidẽ ad alias procreandas: grãdes aũt ad vsum seruiũt, & humor Bacchi. i. vini massicus. i. campanus a mõte Italiæ denominatus, impleuere, sup. hæc loca. ſ. Italiæ, & oleæ, sup. lætę: & armenta læta. i. pinguia, & incolumia, ac nitidã tenent hęc loca. Equus bellator. i. belliger infert hinc. i. ex his locis Italię sese. i. semetipsum, campo. i. in campum, existens arduus. i. altus, & erectus. Et o Clitumne) amnis in phalisco apud Meuaniam defluens) albi gregis. ſ. equorũ, aut iuuencorũ, & pro. i. taurus. ſ. albus, appositorie maxima victima, hoc est quæ Ioui triumphante offertur, perfusi tuo flumine sacro. i. ad sacrificiũ eos a potestate (quia poti eo fluento albescunt) duxere sæpe hinc. i. ex his locis Italiæ triumphos. i. triumphantes Romanos, ad templũ deum. i. deorum. ſ. capitolium. Insidebant enim equis albis sacrificaturi iuuencum intactum, & album (Sanè si per albos greges iuuẽcos intelligit dicendo, & maxima taurus, victima, ostendit taurũ esse egregium. i. seorsum a grege nominandum, sicut Achillẽ, dicẽs, Troas relliquias Danaum, atq; immitis Achilli, & ita expositiue ponitur particula, &: si vero de equis loquitur duo dicit) hic. i. in Italia est ver. i. temperies verna, quia nunq; est intensissimum frigus aut cauma assiduum. i. perpetua, atq; æstas. i. calor æstiuus, mẽsibus alienis. ſ. in quibus alibi hyems est, pecudes sunt bis grauidæ, hinc. ſ. in Italia. vnde in Buco. Lac mihi non æstate nouum, non frigore defit: & arbos. i. arbos est bis fertilis pomis. i. bis fert quotannis poma. i. bifera est, sicuti plurimæ sunt ficus.

PIERIVS.

¶ Tenent oleæq; armentaq; læta.)In Mediceo, & antiquioribus aliquot codi. & ijs præfertim, qui particulã, cp. geminare gaudẽt legere est. Tenent oleæ armentaq; læta, absq; particula, cp. post dictionem oleæ. ¶ Bis pomis vtilis arbos.)In Mediceo arbor, agnitam vero differentiam inter arbor, & arbos a veterum nõnullis, alio loco diximus. Quod attinet ad sententiam desumpta ea est ex Varrone, vbi dicit: Malus biferæ, vt in agro Consentino.

titulis

SERVIVS.

¶ At rabidæ tygres absunt.) Malũ Armeniæ. (Et sæua leonum semina.) Malum Libyæ. Semina, Genera. Et est Lucretij sermo. Nam quod ait. Sæua aut cruẽta accipimus, aut re vera sæua semina. Vt enim dicit Plinius, Animalia hæc quæ sunt cũ acutis vnguib⁹, frequẽter parere nõ possunt, vitiantur enim intrinsecus ſ. mouentibus pullis. ¶ Nec miseros fallũt aconita legẽtes.) Mira arte vsus est, vt excusaret rem quam negare nõ potuit. Nam aconita nascunt in Italia: sed non ea obesse dicit, quia sunt omnib⁹ nota. Hæc aũt herba dicitur nata esse de spumis Cerberi, quo tempore eũ Hercules ab inferis traxit. Quæ quia in saxis & cotibus nascitur, aconitum dicitur, ἀπὸ τῆς ἀκόνης, id est a cote: & dicimus, τὸ ἀκόνητον καὶ τὸ ἀκόνητα. ¶ Neq; tanto squammeus.) Sunt quidẽ serpentes in Italia, sed non tales quales in Ægypto, aut in Africa. ¶ In spiram) autẽ, in collectionẽ volubilitatis: quod est a funibus tractum. ¶ Adde tot egregias vrbes.) Laudat italiã a ciuitatibus, quas & plures habet, & maximas & opportunissime collocatas. ¶ Fluminaq; antiquos subter labentia muros.) Quod laudat etiã Cicero in libris de repub. ¶ An mare quod supra.) Id est Adriaticum. ¶ Quodq; abluit infra.) Id est Tyrrhenũ. ¶ Te Lari maxime.) Larius est lacus vicinus Alpibus, qui iuxta Catonem in originibus, per sexaginta tenditur millia. Et Larius, Lari vocatiuus facit, sicut Iulius Iuli, Mercurius Mercuri. ¶ Fluctibus & fremitu assurgens Benace Marino: Benacus lacus est Italiæ, qui magnitudine sui tẽpestates imitaẽ marinas. Assurgens autẽ vocatiuus est casus, vt sit, Memorem & te o Benace assurgens. i. tumescẽs fremitu mario. Aut certe Anthropofis sit, pro assurgentem. ¶ An memorem portus Lucrinoque addita clausträ) In Baiano sinu Campaniæ contra Puteolanam ciuitatem lacus sunt duo, Auernus, & Lucrinus: qui olim propter copiam piscium vectigalia magna præstabant. Sed cum maris impetus plerunq; irrumpẽs exinde pisces excluderet, & redemptores grauia damna paterentur, supplicauerũt senatui: & profectus C. Iulius Cęsar, ductis brachijs exclusit partem maris: quæ antea infesta esse consueuerat, reliquitq; breue spatium per Auernum, qua & piscũ posset copia intrare, & fluctus non ellent molesti. quod opus, Iulium dictum est: sed hic ambitiose vndam Iuliam appellauit frementem cõtra moles a Iulio oppositas. ¶ Indignatum magnis stridoribus æquor?) A solita exclusum licentia, & indignationem suam stridoribus prodens.

PROBVS.

¶ Nec miseros fallũt aconita legẽtes.) Aconita sunt venenorum genera, quæ ferè in petris nascuntur Scythiæ iuxta Mæotida paludem. Existimatur autem esse ex spuma cerberi, quam is pertulerit pertractus ab Hercule in lucẽ. Aconita aũt grẽce cautis nomine dicuntur, illam enim ἀκόνην appellant. ¶ An mare quod supra memorẽ quodq; alluit infrà?) Cingit Italiam ab septẽtrione Adriaticus sinus, a meridie Tuscum mare, Adriaticũ superũ appellant.

At rabidæ tigres absunt, & sęua leonum
Semina: nec miseros fallunt aconita legentes:
Nec rapit immensos orbes per humum: neq; tanto
Squammeus in spiram tractu se colligit anguis.
Adde tot egregias vrbes, operumq; laborem:
Tot congesta manu præruptis oppida saxis:
Fluminaq; antiquos subter labentia muros.
An mare, quod supra memorẽ, quodq; alluit infrà?
An ne lacus tantos? te Lari maxime: teq;
Fluctibus, & fremitu assurgens Benace marino?
An memorem portus: Lucrinoq; addita clausträ?
Atq; indignatum magnis stridoribus æquor?
Iulia qua ponto longe sonat vnda refuso:
Tyrrhenusq; fretis immittitur æstus auernis.

pellant. Thuscum inferum. ¶ An ne lacus tantos te La. m. t. q̃s. fl. e. fr. aſſ. Benace marino? ¶ Vterq; lacus est in Italia. Larius Vmbros tangit, & peruenit vsq; Comum. Benacus est, ex quo Mincius flumen oritur, quod præterfluit Mantuam.

MANCINELLVS,

¶ Tygres.)De ijs videto Eclo. v. ¶ Leonũ.)De his legito Plin. lib. viij. ca. xv. ¶ Aconita.)Videto Eclo. viij. Prima aũt Hecate Aconitum inuenit, de quo latius Diod. li. v. Pli. aũt li. xxvij. c. ij. de Aconito plura scribit. ¶ Anguis.)Scribunt in India serpentes in tantã magnitudinem adolescere, vt solidos hauriant ceruos taurosq;. Metrodorus circa Rhyndacum amnem in ponto, vt supra volãtes, quamuis alte, perniciterq; alites hausto raptas absorbeant, author Pli. li. viij. ca. viij. In spiras, reuolutionẽ. ¶ Sub antiquos mustos.)Hoc est sub antiqua oppida. Multa siquidem Italiæ oppida prope mœnia, vel intra habentia flumina habent. ¶ An mare.)Italia, vt Pli. scri. li. iij. ca. vi. sita est inter duo maria inferum & superum, inferum a Græcis, Thuscum & Tyrrhenum vocatur, Superum vero, Adriaticum appellant ab Adria inclyta vrbe, vt Strab. ait: Probus etiã inquit, Cingit Italiam a septentrione Adriaticus sinus, ab meridie Thuscũ mare, Adriaticum superum appellatur. Thuscum inferum. Lacus tantos, ¶ Larius.)Vt Stra. lib. vj. meminit in Gallia Cisalpina prope Comum vrbem lacus est, quẽ Adua fluuius auget, inde amnem Padum ingrediens. Est autẽ, vt idem scrib. lib. iiij. Larius longitudinis ferè stadiorum. cccc. latitudinis xxx. qui amnẽ efficit Ticinũ sane grandem. ¶ Benace.)Benacus, vt Strabo in fin. libro quarto lacus stadiorum. cccc. longitudinem habet, latitudinẽ vero. xxx. de quo Mincius amnis effluit. Est ẽt lacus Verbanus longitudinis quidẽ stadiorum. cccc. latitudo vero angustior est quã Benaci, emittit fluuiũ Aduam, omnes autẽ tres dicti lacus in Padum influũt, oriunturq; ex Alpibus. ¶ Lucrinæ noq; addita clausträ.)Lucrinus sinus vsq; Baias latitudinem pandit, qui ex exteriori pelago per aggerẽ longitudinis stadiorum octo, latitudinis aũt vnius orbitæ arcet. Illũ autẽ ab Hercule tracẽ pedibus perambulari propter fluctus ingruentes per hyemes superne vix posset. Agrippa exornatũ melius construxit, leuiori bus. n. lembis præstat ingressum: intra autẽ Lucrinũ sinum Auernus est, qui cõprehensam Misenum vsq; tellurem manualem effecit insulam a maris spatio inter ipsum, atq; Cumas. Est autẽ Auernus & fundo, & ostio sinus cõmodus, & magnitudine, & natura portum cõtinens, vsum tamen portus nequaquã præbens, quoniam ante illũ Lucrinus portus iacet. Supercilia aũt Ardua, Auernum vndiq; circuncludunt, præter ostiũ, suo quidẽ tẽpore amœnis culta modis inquit Stra. olim aũt agrestibus refert a memoribus & proceris arboribus inuia: nã postea Auerni lucũ succidit Agrippa locis perpulchra adornatus ædificia, hæc ex Stra. ¶ Iulia vnda.)Iulium portum intelligit. de quo Suet. in Augu. sic ait. Do nec nauibus exinde ægre fabricatis, ac viginti seruorũ millibus manumissis, & ad remũ datis portũ Iulium apud Baias immisso in Lucrinũ, & Auernũ mari lacũ efficit, in quo cũ hyeme totas copias exercuisset, Pompeiũ inter Milas & Naulochum superauit. ¶ Æstus.)

Angues

Italiæ maria, Tyrrhenum,

Lacus, Larius,

Lucrinæ

Auernæ.

Iulius portus,

¶ Æstus.)Is est maris accessus. i. inquietudo. Vnde & æstuaria, per quæ mare vicissim tam accedit, q̃ recedit: fretum autem appellatum, cp. ibi mare semper feruеat: nam fretum est angustum, & quasi feruens mare ab vndarum feruore nominatum. Æstus. Fretũ.

ASCENSIVS.

¶ At rapidæ tygres, &c.)Iterum in laudem Italiæ ostendit illi mala & incómoda aliarũ regionum deesse, & bona abundare, dicens illic, Nec tygres, nec leones, nec aconita venenata, neq; immanes serpentes esse, sed egregias vrbes, amœna & vtilia flumina: lacus & prata, & duplex mare, superum & inferum. i. Adrianum & Tyrrhenum. ¶ Ordo est. At. i. led, tygres rapidæ, id est pernicissimæ & immanissimæ, vt sunt in Armenia: absunt, scilicet ab Italia, & sæua. i. ferocia semina leonum, vt sunt in Africa, absunt, scilicet ab Italia: nec aconita. ſ. venenata, vt sunt in Ponto, fallunt. ſ. in Italia: legentes, id est colligentes miseros. i. ignaros nec prætendentes malum, & ita miseratione dignos. Nec anguis squammeus, id est squammosus rapit per humum. i. terram. ſ. Italiæ: immensos, id est maximos orbes. i. sinus & annulos in quos se colligit, neq; colligit se in spiram. i. collectionem volubilitatis, hoc est, vt iterum dicat in annulos, tanto tractu, quanto alibi, videlicet in Africa aut Ægypto: adde. ſ. ad pecudum fœcunditatem, aut ad vacationem incommodorum, tot egregias vrbes, & labores operum, id est laboriosa, ac laborata opera: & tot oppida congesta, id est accumulata, saxis præruptis manu, & ad flumina subter labentia antiquos muros. An memorem: quasi dicat, non opus est (cum nemo sit qui ignoret) id est recitem, mare, scilicet Adriaticum quod alluit, scilicet Italiam, supra, id est ad partem superiorem, hoc est orientem versus ad Venetias, scilicet an mare, quod alluit infra, id est parte inferiore: hoc est mare Tyrrhenum, quod inferum vocant ad Caietam occidentẽ versus. An ne, scilicet memorem potius, tantos lacus, id est stagna aquarum videlicet: o Lari maxime, id est amplissime (est autem in Gallia Cisalpina prope Comum) sup. memorem te: & o Benace lacus, scilicet Italiæ, assurgens, id est eleuans fluctibus & fremitu marino, idest instar & in formam maris. An memorem portus, & clausträ, id est obstacula, & obices: addita, scilicet ab Iulio Cæsare Lucrino. ſ. lacui, & memorem æquor, id est mare indignatum. ſ. iter sibi præclusum esse indignatũ dico, magnis stridoribus, qua. ſ. parte, vnda Iulia, id est a Iulio Cæsare occlusa, ad portum Iulium, lonat lõge, & hoc ponto, id est mari refuso, id est iterum infuso ruptis obstaculis: vnde Hora. in arte, Debemur morti nos nostraq;, siue receptus Terra Neptũnus classes aquilonibus, arcet. Regis opus, sterilisq; diu palus aptaq; remis, &c.) & qua, scilicet parte, Tyrrhenus æstus id est feruor maris Tyrrheni, immittitur fretis auernis, id est in freta auerna, hoc est in feruorem & inũdationem atq; accessum maris in Auernum, id est lacum vicinum Baijs: iuxta quem dicitur descensurus ad inferos.

PIERIVS.

¶ At rabidæ tygres absunt.)Non displicet quod in Mediceo & antiquis alijs legitur. At rapidæ tygres: ea enim animalia & pernicitate cursus, & truculentia notantur.

SERVIVS.

¶ Auro plurima fluxit.)Copiosior fuit in rem pretiosiorem. ¶ Assuetumq; malo Ligurẽ.)Id est labori. ¶ Volscosq; verutos.)Italiæ populi sunt. ¶ Extulit hæc Decios.) Creauit. Decij autem duo fuerũt, quorum vnus bello Italico, alter Gallico se deuouere pro repub. ¶ Marios.)Marij multi fuerunt: quorum vnus septies fuit consul. ¶ Camillos.) Abusiue. Nam vnus fuit qui a Gallis sublata signa reuocauit. ¶ Scipiadas.)Pro Scipionibus dixit: sicut Amazonidum pro Amazonum alibi posuit. Scipiones autem duo fuerunt, auus & nepos: quorum vnus legẽs victæ Carthagini imposuit: alter eandem diruit. Hæc autem omnia plenius in sexto memorauimus. ¶ Imbellẽ auertis.)Id est auertendo reddis imbellem. ¶ Romanis autem arcibus.)Romanis vrbibus, a Romano imperio. ¶ Magna virũm.)Virorum fortium. Iam concludit laudans a viris, a fertilitate rerum, a Saturni imperio.

Hæc eadem argenti riuos, æriscq; metalla
Ostendit venis: atq; auro plurima fluxit.
Hæc genus acre virũ, Marsos, pubemq; Sabellam,
Assuetumq; malo Ligurem, Volscosq; verutos
Extulit: hæc Decios, Marios, magnosq; Camillos,
Scipiadas duros bello: & te maxime Cæsar:
Qui nunc extremis Asię iam victor in oris
Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.
Salue magna parens frugum Saturnia tellus,
Magna virum. tibi res antiquæ laudis, & artis
Ingredior, sanctos ausus recludere fonteis:
Ascræumq; cano Romana per oppida carmen.

¶ Metallum.)Metallum a Metallo dicitur, quod est scrutor, vel Virgi.

Universidad de Deusto Biblioteca

inquiro. Nã in omni ferè materia: vna inuenta vena, non procul inuenitur alia, quod & Pli. notauit lib. xxviij. ca. viij. ¶ Auro.) Aurum auſtria plurimum gignit, neq; in alia parte terrarum tot ſęculis hæc fertilitas, Italiæq; parcitum eſt vertere interdicto patrum, alioquin nulla fœcundior metalli quoque erat tellus, &c. Pli. xxxiij. ca. v. *Marſus* ¶ Marſos.) Marſi Italiæ populi velocitate pedum plurimum ad curſum præſtant, vt Diony. ſcri. Solin. aũt ait, Marſorum gentem ſerpentibus illęſam eſſe, ſed nihil mirum a Circes filio hi genus ducunt, & auita potentia deberi ſibi ſciunt ſeruitiũ venenorum, ideoq; venena contemnunt. Stra. vero li. v. ait, ꝙ Alba Marſis finitima eſt in excelſo locata ſaxo, prope *Fucin⁹.* Fucinus eſt lacus longitudine par pelago, is autem Marſis, & vicinis maximo omnibus vſui fit. *Sãnites.* ¶ Sabella.) Samnitis intelligit: qui, vt Feſtus ait: dicti ſunt a colle ſamnio, vbi ex Sabinis aduentantes cõſederunt. Pli. vero lib. iij. ca. xiij. ait, ꝙ Sannitij erant Italiæ populi, quos Sabellos, & Samnitas Græci dixere. Ea gens, vt Florus lib. i. ait, opulenta erat, fallax, rapida, ac furioſa, & in exitium vrbis agitata, pertinax, ſexies enim rupto fœdere cladibusq; ipſis animoſior erat: hos tamen quinquaginta anni per Fabios, & Papirios patres, eorumq; liberos vrbs Roma ſubegit ac domuit. Sunt autem Samnites inter Campaniam, & Apuliam, vt oſtendit Stra. lib. v. regionem montanam poſſidentes, & mari non admodum proximi. Hæc autem natio exigua eſt quidem, cæterum fortitudine cõſpicua, oſtentata Romanis eorum ſæpiſſime virtute: tandem cum libertatem aſſequi vellent, deſciuerũt: vnde Marſicum exarſit bellum. *Marſicũ bellum.* Marſicum autẽ ideo nominatum: quoniã a Marſis rebellandi ſciſcitatum fuerat initiũ. *Ligures* ¶ Aſſuetumq; malo Ligu.) Liguria in ipſis apenninis montibus inter Galliam, atq; Etruriam ſita eſt nihil deſcriptione dignum habens: niſi ꝙ vicatim vitam agunt, terram arantes aſperrimam, fatigãteſq; ligonibus. immo vero ſaxa incidentes, vt Poſſidonius inquit: ita Stra. li. v. Diony. etiã lib. vj. ſcri. Ligures patriam habitãtes aſperam, ac omnino ſterilem plurimo labore continuoq; vitam puram agere. Venationibus continue vacare, captiſq; feris fructuum inopiam ſuſtẽtare, in terra cubare vt plurimum, hocq; pacto priſco more abſque apparatu aliquo viuere. Deniq; mulieres virorum, viros ferarum robur, & vires habere, feroces eſſe, & acuti ingenij, non in bello ſolum, ſed in omni vita, &c. Propter ſupradicta igitur mala, & labores, ait Maro, Aſſuetumq; malo Ligurem: non autem malo. i. latrocinijs, vt quidam volunt, propter illud Ænei. Vane ligur, &c. nam Poeta hic eos laudat, & Diodo. vitam puram agere eos ſcribit. ¶ Volſcoſq; verutos.) Diodo. Alicar. inquit. Vrbs Volſcorũ inſignis *Velitræ* Velitræ magna ipſa, & populoſa: hæc ille: propter quod eſt apud Scyllium lib. viij. Setia & in celebri miſerunt valle Velitræ .i. frequenti valle. Nam adhuc veſtigia appię vię in eius valle exiſtunt diſtantes a mœnibus ſtadia. xij. vel circa. Celebratur etiam hodie continue vrbs ipſa a peregrinis illac trãſeuntibus, cum ab vrbe Roma Neapolim petunt, & e conuerſo. Fuit inde Auguſtus Octauius oriundus, de quo late apud Trãquillum, qui inter alia ſic ait, Velitris antiquitus tacta de cœlo parte muri: reſpõſum eſt eius oppidi ciuem quandoq; rerum potiturum, ſero tamẽ documentis apparuit oſtentum illud Auguſti potentiam portendiſſe. Diſtat autẽ ab vrbe Roma viginti millibus paſſuum, ab Lauinio *Verutũ* vero millibus paſſuum tribus. ¶ Verutos.) Verutũ eſt telum breue & anguſtum, vt ſcribit Nonius. Probus vero inquit, Volſci veruti ideo dicunt, ꝙ dolonibus in prælio ſoliti ſint vti. ¶ Decios.) De ijs & reliquis late Plin. de viris illuſtribus. ¶ Scipiadas.) Vt P. Scipionem & Cneum fratres, qui in Hiſpania pro Romano imperio occubuerunt, & Cornelium Scipionem Publij filium, qui deuicta Carthagine Africanus dictus eſt. *Scipiones.* Cuius frater L. Scipio ob Aſiam deuictam, Aſiaticus eſt appellatus, & Cnei Scipionis P. Cornelium Naſicam filium, qui in tota vrbe vir optimus iudicatus eſt. Adde & his Scipionem Æmylianũ Carthaginis exitium. de Scipionibus autẽ hæc, & plura Plutar. Cæſar. Auguſtum intelligit: nam vt ſcrib. Lucius Florus Scythæ miſerant legatos Auguſto, & Sarmatæ amicitiam petentes, Seres etiam, habitanteſq; ſub ipſo ſole Indi cum gemmis, & margaritis, elephantoſq; inter munera trahentes nihil magis ꝗ̃ longinquitatem viæ imputabant, quã quadriennio impleuerat Parthi quoq; quaſi in victoria permanerent, rapta clade craſſiana ſigna retulere. hæc ille: meminit etiam Suet. ¶ Saturnia tel.) Saturnus enim in Italia regnauit, quo tempore aureum ſæculum fuiſſe aiunt, cõſtruxitq; vrbẽ in monte Capitolino, quam Saturniã appellauit, hinc Maro lib. viij. ait, Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit arcem, Ianiculumq; illi, huic fuerat Saturnia nomen: & Var. ſcri. Tarpeium montem Saturnium, a Saturno appellatum, & ab eo Saturniam terram. ¶ Magna virum.) Ordo eſt: magna parẽs virum, repetit enim parens. ¶ Antiquæ laudis.) Quanta agricolis laus eſſet olim, circa principium aperuimus. Pręterea antiquorũ multis in Italia vinearum cultura laudata fuit, de quo videto Plin. lib. xiiij. ca. vj. Laudabatur item Italia ob generoſa vina: de quibus idem lib. xiiij. cap. ix. ¶ Sanctos fontes.) Muſarũ. ſ. ¶ Aſcręum.) Carmen Heſiodi Aſcręi intelligit, qui princeps omnium de agricultura præcepit, & carmine executus eſt, quem poſtea Maro hic in Geor. imitatus eſt. De Aſcra autem latius Eclo. ſexta.

ASCENSIVS.

¶ Hęc eadẽ, &c.) Continue laudat Italiã, ſed nunc a venis & viris, dicẽs: Hęc eadẽ. ſ. Italia oſtendit, & tamen nõ ſcrutatꝰ, riuos argenti. i. argẽtiferos: aut riuos. i. venas argẽti: & oſtendit venis. i. in venis terrę, metalla æris, & fluxit plurimo auro: hæc. ſ. Italia extulit. i. ſublimauit, & ad gloriã deduxit, acre genus virum. i. virorũ. ſ. Marſos & pubem. i. iuuentutẽ Sabellã. i. Samnitũ, & Ligurẽ populum inferioris Italiæ, aſſuetum malo. i. labori & durę vitę: & Volſcos illos populos Italię, verutos. i. qui verua & ſudes pręuſtas in prælia ferre ſolebant. hi ſunt populi, de quibus generaliter locutus eſt: hæc. ſ. Italia extulit Decios. ſ. patrẽ & filiũ, qui ſe ambo pro rep. deuouerũt: & Marios & Camillos pręſtantiſſimos Romanorum duces: & extulit Scipiadas. i. Scipiones, duros. i. fortes & inuincibiles, bello. i. ad bellũ & extulit te o maxime Cæſar. ſ. Auguſte, qui exiſtẽs nũc victor in extremis oris. i. regionib. Aſiæ auertis Indũ. ſ. populũ, imbellẽ. i. qui facis ipſum imbellem auertẽdo arcibus Romanis: ita ꝙ in eas moliri nihil audeat, quaſi vero illic ſtatus ſit, ita vt cum Horatio dicat. Nihil tale ortũ aut oriturũ, & quod in ſexto dicturus eſt. Nimiũ Romana propago viſa potens ſuperis, & prę gaudio & admiratione exclamet ſalutãs Italiã his verbis. O tellus. ſ. Italica Saturnia, quę. ſ. ab eo ꝙ illic Saturnus aliquando latuit, Latiũ, appellatur, magna parens frugum, & magna parens virum. i. virorum videlicet præſtãtium: ſalue. i. ſalua & incolumis ſis: ego ingredior. i. exordior tibi. i. in tuam gloriã res antiquæ laudis, & artis. ſ. agrariam, hoc eſt agriculturã, auſus recludere. i. aperire, ſanctos. i. inuiolabiles fontes, videlicet muſarum, aut abſtruſos locos rei ſanctæ, & cano per oppida Romana carmẽ Aſcræum. i. Georgi. qualẽ Heſiodus Aſcræus primus ſcripſit. Dixi in regulis Bucolici carminis, re, particulam quoties verbo ad velamen aut clauſuram pertinenti coniungitur contrariũ importare, vt claudo & recludo, velo & reuelo, &c.

PIERIVS.

¶ Imbellẽ auertis Romanis arcibus Indum.) Ad id reſpexit aiũt nonnulli, quod Indi cum Antonio & Cleopatra veniebant: vt in viij. Æneid. habetur: Omnis eo terrore Ægyptus, & Indi, Omnis Arabs oẽs verterũt terga Sabęi. dicunt itaq;, auertis & imbellem facis, aut imbellẽ victum iam nec bellantẽ. Cæterum, quid grande: ſi auertis imbellẽ? Quare id potius tactum crediderim, quod Suetonius in vita Auguſti memorat. Eum virtutis, moderationiſq; fama: Indos ẽt ac Scythas auditu modo cognitos pellexiſſe ad amicitiam ſuã: populiq; Romani vltro per legatos petendam. Imbellem igitur abſq; vllo belli negocio. Quamuis non ſum neſcius Lucanum dicere eos cœli clementia molliores fieri.

Nunc locus aruorum ingenijs: quæ robora cuiq;:
Quis color, & quæ ſit rebus natura ferendis.
Difficiles primum terræ, colleſq; maligni,
Tenuis vbi argilla, & dumoſis calculus aruis:
Palladia gaudent ſylua viuacis oliuæ.
Indicio eſt tractu ſurgens oleaſter eodem
Plurimus: & ſtrati bacis ſylueſtribus agri.
At quæ pinguis humus, dulciq; vligine læta:

SERVIVS.

¶ Nunc locus aruorum ingenijs) Naturis. Tempus eſt inquit naturam agrorum deſcribere. Et multi hoc loco culpant Virgilium, quod in vnum coegit quatuor librorum propoſitionem. Nam & de aruo, & de conſito, & de paſcuo, & de floreo iſto in loco commemorat. quod ideo nõ eſt reprehendendũ, quia non ea late exequitur: ſed carptim & breuiter tranſit, quæ latius explanat in ſingulis. ¶ Quæ robora cuiq;.) Quæ ſit poſſibilitas vniuſcuiuſq;. ¶ Quis color.) Quæ ſpecies: quomodo dicimus, quo colore ille creauit: licet breuiter etiã ſit dicturus de colore terrarũ. ¶ Difficiles primum) Pene ſteriles,

parum creantes. ¶ Maligni.) Infœcũdi. ¶ Tenuis vbi argilla.) Sine humore, qua eſt piguis. ¶ Calculus.) Lapis breuis terræ admiſtus. Dictus calculus, quod ſine moleſtia ſui breuitate calcetur. ¶ Viuacis oliuę.) Diu viuentis. Hinc ſupra, Tarde creſcẽtis oliuæ. res enim diu duratura tarde creſcat neceſſe eſt. ¶ Tractu.) Plaga, regione. ¶ Dulciq; vligine læta.) Vligo proprie eſt naturalis humor terrę, ex ea nũq; recedens. Bene autem dulci addidit ad diſcretionem amarę. Vliginoſus ergo ager eſt, ſemper vuidus, nam vuidus dicitꝰ qui aliquando ſiccatur. ¶ Felicem limum.) Terrarum ſcilicet, id eſt fertilem, nam fluminum limus eſt noxius. ¶ Huc.) Illuc. ¶ Et filicem curuis inuiſam.) Radices enim eius ſibi inuicẽ ſunt nexę, & auulſę renaſcuntur. ¶ Olim.) Quouis tempore. ¶ Pateris & auro.) Pateris aureis, ἓν διὰ δυοῖν. Molemq; & montis. ¶ Pinguis Tyrrhenus.) Victimarum ſcilicet carnibus. ¶ Inflauit ebur.) Tibiarum quibus in aurem ſacerdotis cani ſolebat. ¶ Lancibꝰ pandis.) Aut patulis, aut extorum pondere curuatis. ¶ Fumantia reddimus exta.) Sacerdotum vſus eſt verbo. Reddi enim dicebantur exta, cum probata & elixa aræ ſuperponebantur.

Quiq; frequens herbis, & fertilis vbere campus:
Qualem ſæpe caua montis conualle ſolemus
Deſpicere: huc ſummis liquuntur rupibus amnes:
Felicemq; trahunt limum: quiq; editus auſtro:
Et filicem curuis inuiſam paſcit aratris:
Hic tibi præualidas olim, multoq; fluentes
Sufficiet Baccho vites: hic fertilis vuæ:
Hic laticis: qualem pateris libamus, & auro:
Inflauit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras:
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.

PROBVS.

¶ Hic laticis q. pateris l. e. a. Infl. c. p. Ebur: Tyrrhenus ad aras pinguis.) Tyrrhenus Thuſcus tibicen ſignificatꝰ: vel ꝙ non ſit ſubtilis muſicæ barbara, vel ꝙ tumeant buccæ inflantes tibias, quæ ſignificantur ebore dicto.

MANCINELLVS.

Ingeniũ ¶ Ingenijs.) Id eſt naturis, & qualitatibus, Ingeniũ nãq; dicitꝰ ſua ſponte natura, qđ hic etiam Nonius intellexit. ¶ Primũ. (Cano. ſ. Difficiles primum.) Senſus eſt, ꝙ terræ difficiles, colles maligni, ſterilis terra, vbi eſt tenuis argilla, & arua calculis plena oliuis gaudent. ¶ Tenuis argilla.) Nõ pinguis creta. Pli. lib. xvj. c. v. ſcri. argilloſam terram eſſe, quæ opere difficillima quęq; raſtros, ac vomeres ingentibus glebis oneret. ¶ Calculus.) Lapillus. ¶ Dulci vligine.) Dulci pinguitudine, & naturali humore, nõ aũt amara. ¶ Atq; pinguis humus.) Senſus eſt. ꝙ humus pinguis & fertilis dulci vligine, & campus herboſus & fertilis vbere, & abũdantia, qualis campus in montis conualle eſſe ſolet, & ager qui expoſitus eſt Auſtro, & qui filicem habet, vitibus conueniunt, & vina *Filices.* optima producunt. ¶ Montis conualle.) Cato agrum indicat ad radicem montium planicie in meridiem excurrente, quæ eſt totius Italię ſitus. Pli. lib. xvij. ca. v. ¶ Filicem inuiſam aratris.) Id ait, quia ex vna radice complures exeũt filices, & radices ipſę longe ſunt in obliquum quibus ſues pingueſcũt, folia cimicem necãt, ſerpentem non recipiunt. Plin. lib. xxiij. capi. xliij. ¶ Præualidas.) Amplas. ¶ Sufficiet.) Subminiſtrabit. ¶ Baccho.) Vino. ¶ Fertilis.) ſ. eſt. ¶ Laticis.) Vini pateris, & auro. i. pateris aureis per Endiadin. ¶ Libamus ad aras.) ſcilicet pinguis: & Tyrrhenꝰ Thuſcus, tibicen ſignificatur, vel ꝙ non ſit ſubtilis muſicæ, vel ꝙ tumeant buccę inflantes tibias, quæ ſignificatur ebore dicto. *Tibia. Tuba.* Probus ſcribit, potius tamen pinguis victimarũ carne. ¶ Ebur.) Tibiam intelligit, quãuis tubã, nõ tibiam Tyrrheni iuenerint. Vnde Virgi. Tyrrhenuſq; tubæ mugire per æthera clangor. & Pli. li. vij. ſcribit ęneã tubam inueniſſe Piſeum Tyrrhenũ, obliquam tibiam Mydam in *Tyrrhenus.* Phrygia: geminas tibias Marſiam. In eadẽ gente Lydios Modulos Amphion. cum tibijs canere voce Trozenus Dardanus inſtituit. Adhibebatur autem tuba nõ ſolum in prælijs, ſed in omnibus feſtis diebus propter laudis, vel gaudij claritatem. *Lidi muſici.* Vnde in pſalterio dicitur, Canite initio menſis tuba, in die inſigni ſolẽnitatis veſtræ, præceptũ enim fuerat Iudeis, vt initio nouæ Lunæ tuba clangerent. Tibias autem diu funeribus ferunt adhibitas, mox & ſacris gentiliũ. ¶ Tyrrhenus.) Tyrrhenos Romani Etruſcos appellant, atq; Thuſcos, Græci vero eos hoc noĩe nominauerũt a Tyrrheno Atys filio, q ex Lydia colonos hanc in regionem dimiſit. cæterũ Thuſcię longitudinem maximam a Luna vſq; Oſtiam per littus ſtadiorũ millibus duobus, & quingẽtis ſcribit Stra. libro. v. & Plin. lib. iij. ꝙ Tyrrheni a ſacrificio ritu lingua Græcoꝝ Thuſci ſunt nominati. ¶ Pandis.) Curuis.

ASCENSIVS.

¶ Nunc locus ar. inge.) Facto honeſto ad inſtitutã materiam regreſſu Poeta incipit recludere ſanctos fontes, hoc eſt ſubtiles ad rem agrariam pertinentes indagines: quales ſunt de terrarũ ingenijs atq; naturis, quæ nõ ſine ſubtiliore ſcrutatione deprehenduntur. ¶ Ordo igitur eſt. Nunc locus, ſcilicet eſt ingenijs, id eſt ingenitis naturis & viribus aruorum, ſcilicet deſcribendis: hoc eſt deſcribenda ſunt ingenia aruorum, quæ videlicet robora. i. quæ vires ſint cuiq;. ſ. aruo, & quis color, id eſt quę qualitas quę ex colore deprehenditur: & quæ natura ſit rebus ferendis. id eſt producendis, tam ergo de fertilibus videlicet aruis, ꝗ̃ de ferendis. ſ. vitibus & pomiferis arboribus, quæ ferunt & feruntur loqui prætendit. Primum. ſ. cano, aut ſcire oportet: quod terrę difficiles, & colles maligni, ſcilicet ad frugum productionem, vbi. i. in quibus eſt Argilla, id eſt terra cretacea tenuis, id eſt non pinguis: & vbi eſt aruis dumoſis, id eſt veproſis calculus, lapillus frequens qui calce offenditur, gaudent ſyluam oliuæ viuacis, id eſt diu durantis antequam moriatur. Palladia, id eſt a Pallade ſeu minerua inuenta, hoc eſt vbi terra ad fruges inutilis videtur aptiſſima eſt ferendis oleis: vnde oleaſter, id eſt imitator oleę: hoc eſt olea ſylueſtris: ſurgens eodem tractu. i. in eadẽ regione cœli plurimus. i. frequentiſſimus eſt, indicio. i. ad indicium: hoc eſt indicat illic oleam quoq; faciliter naſci poſſe, & agri ſtrati. i. conſperſi & oppleti baccis. ſ. oliuis ſylueſtribus, quæ. ſ. ab oleaſtris deciderent, ſup. ſunt indicio. At. i. ſed. humus. i. terra, verbum ponitꝰ ibi, ſufficiet Baccho vites, &c. quæ erit pinguis & læta vligine. i. naturali humore & campus qui frequens eſt herbis, id eſt multas herbas ſponte producens, & fertilis vbere, id eſt fœcunditate ſua naturali, qualem nos ſolemus deſpicere. i. deſpiciẽtes: hoc eſt deorſum inſpicientes videre ſæpe in caua conualle montis, quia ſup. amnes liquuntur. i. defluunt dulciter, huc. ſ. ad huiuſmodi campum ſup. de ſummis rupibus. i. montibꝰ ſaxoſis & pręruptis, &. ſ. amnes trahunt huc, id eſt ad hunc quem diximus campũ limum felicem. i. fœcundum, quiq; duæ ſunt dictiones. i. & hic ſup. campus qui eſt editus. i. expoſitus in altiore loco Auſtro. i. vẽto meridionali, & qui paſcit filicem. i. herbam illam inuiſam. i. moleſtam aratris, quia radices eius obſunt aratris, hic dico campus hęc humus ſufficiet. i. abunde ſubminiſtrabit tibi olim vires pręualidas id eſt prę cęteris validas & fluentes multo Baccho. i. vino, hic. ſ. campus eſt fertilis vuæ. i. bene fert vuam: hic ſup. eſt fertilis laticis. i. liquoris in vua latẽtis, hoc eſt vini, qualem. ſ. liquorem aut laticem, nos libamus. i. offerimus: pateris & auro pro pateris aureis, per endiadin, quæ fit quoties inter dictionem regentẽ & rectam ponitꝰ coniunctio faciens ambo ſubſtantiua eiuſdem caſus quæ deberent eſſe diuerſi caſus, aut alterũ in adiectiuum verti, vt molem & montes, pro molem mõtium, &c. Sunt aũt paterę vaſa ampliter patentia: cũ. i. quãdo Tyrrhenus. i. Lydius aut Thuſcus ex Tyrrhenis ſeu Lydis oriundus pinguis, aut ex frequenti ſacrificio, aut pinguis apparet dum inflat, quia maxillę inflantibꝰ tubas inflantur: cum ergo inflauit ebur. i. tibias eburneas & inflando viſus eſt pinguis, ad. i. iuxta aras: & cum, id eſt quando nos reddimus. id eſt offerimus lancibus pandis, id eſt in curuum patentibus exta: id eſt inteſtina extantia fumantia, ſcilicet ab igne quo cremabantur, aut recens exempta.

Sin armenta magis ſtudium, vituloſq; tueri,
Aut fœtus ouium: aut vrentis culta capellas:
Saltus, & ſaturi petito longinqua Tarenti:
Et qualem infelix amiſit Mantua campum,
Paſcentem niueos herboſo flumine cycnos.

SERVIVS.

¶ Aut vrentis culta capellas.) Omne enim quod momorderint: vrũt: vnde eſt, Et admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix. ¶ Saturi Tarenti.) aut fœcundi, aut quod eſt iuxta oppidũ Saturum, Tarentum enim & Saturum vicinæ ſunt Calabriæ ciuitates. Horatius, Me Saturiano vectari rura caballo. ¶ Liquidi fontes.) Puri, ſine peſtilentia. ¶ Et quantum longis.) Vt in Æneide diximus, hoc dicit Varro fuiſſe in Roſulano agro, poſtꝗ̃ Velinus

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus ſiccatus eſt lacus: vt i longam pertigam magnitudo ſuperabat herbarum.

PROBVS.

¶ Saltus & ſaturi petito. l. t. Et qualem i. a. m. c.) Tarentũ oppidum in Italia cõdiderunt Parthenidę: hoc eſt exules Lacedæmonioꝝ, duce Phalanto. In finibus autẽ Tarẽtinoꝝ eſt locus, quẽ Saturium vocãt. vnde ẽt paludem ſaturã: cuius etiã in. vij. mẽtio eſt, cũ ait Vir. Qua Saturę iacet atra palus. g. q. p. i. q. t. u. a. m. m. c. vrẽtis. ſ Saturi.) Saturi ergo Tarẽti a ſaturio loco: vel a Satura palude dixit. Quidã dicũt tum ob agri bonitatẽ, tum a loco quodã Saturo, qui eſt ꝑpe Tarentũ Saturũ cognominatũ. Dicũt aũt Tarentũ Neptuni filiũ Lacedæmonia ciuitate ex Saturia Minois Cretenſiũ regis filia ꝓcreaſſe filiũ. Hunc proiectũ, naufragio facto, Delphines in Italiã euexiſſe dicuntur. Cuius hodieq; teſtimoniũ manet. Nam in municipio Tarẽtinoꝝ hoĩs effigies in Delphino ſedentis eſt a Saturia vxore eum locũ a Saturia appellaſſe ferẽt. Et poſtea ei loco ex ſuo noie, nomen Tarentum impoſuiſſe. Ideo infelicem Mantuam dicit, quia Mãtuanis, ꝙ a Romanis deſciuerant, agri adempti ſunt.

Saturiũ.

Tarẽtũ.

MANCINELLVS.

¶ Magis ſtudiũ.) ſup. eſt tibi. ſ Aut ouiũ fœ. aut, &c.) S, cum ſua vocali ꝑcedenti tollit in ſcanſione, qdam vero textus antiqui fœtum habẽt. ſ Vrẽtis culta c.) hoc ideo, qa vt Pli. ſcri. li. viij. c. xlvij. capris aia eſt, quã ouibus ardẽtior, earũq; morſus arbori exitialis, oliuã lambẽdo quoq; ſterilẽ faciunt: eaq; ex cã Mineruæ imolant. Saturitatem.) A ſatura palude ei vicina, vel ob agri bonitatem, vt Probus ait, ſ Longinqua ta. eſt. n. Tarentũ Calabriæ, ꝓxima vrbs extrema Italię, de quo late. Stra. lib. v. Florus ſcri. Tarentum Calabrię quondam & Apulię totiuſq; Lucanię caput poſitũ in ipſis Adriatici maris faucibus. ſ Mantua.) Caulam de amiſſis Mantuę aruis late diximus in argumento Tityri in flu. Mincio, videlicet qui Mantuã ꝓterfluit. ſ Exigua tñ.) Cæſar Vopiſcus cũ cauſam apud cenſores ageret, campos Roſiæ dixit Italiæ ſumendos eſſe in quibus perticas pridie relictas gramẽ operiret, ſed nõ niſi ad pabulum probat Pli. lib. xvij. c. iiij.

ASCENSIVS.

¶ Sin armenta magis ſtudium.) Quia conſtituit deſcribere ingenia terrarum, & cuius rei, quælibet fertilis ſit, ſubinfert naturam etiam terræ palcuæ atq; herbiferæ, oſtendens quo in loco præſtet: dicens, quia iuxta Tarentũ & Mantuam, iterumq; per tranſitum non inutilem plangit Mantuanorum iacturam, qui citra culpam

Non liquidi gregibus fontes, non gramina deſunt:
Et quantum longis carpent armenta diebus:
Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.

culpam tam felicia prata amiſerant. Sanè in qua re Mancinellus diſputat difficultatẽq; facit, alij facili pede elabũtur, legentes, neq; aut ouium fœtum, neq; aut ouiũ fœtus, ſed aut fœtus ouiũ. Seruius ſummope cõtendit Vir. nõ vſum eſſe elipſi huius literę s. quã tũ veteres tre quentiſſime vſurpãt. Vbi ergo alij huius literę aſſumptionẽ cenſent, vt in illo, Inter ſe coẽſſe viros & decernere ferro: quo multi legunt, Ser. indicat legẽdum, & cernere ferro. Et vbi quibuſdam legẽdum videt, Hic ſpecus horrendus, & ſæui ſpiracula ditis. Seruius legẽdum cenſet. Hic ſpecus horrẽdum, cui lectioni ẽt ſonoritas ſuffragat, quę & huic loco negat legendum. Aut ouiũ fœtũ, legamus ergo, Aut fœtus ouiũ. ¶ Ordo ẽ. Sin. i. ſed ſi ſtudiũ ſupeſt tibi. i. ſtudes & optas magis. ſ. q; vineã tueri. ſ. a fame & inedia armenta & vitulos, aut fœtus ouium. i. agnos aut capellas: vrentes. ſ. morſu ſuo, qa quidquid mordent, arefit. culta. ſ. aut vineas, aut arbuſta, aut ſegetẽ petito ſaltus & longinqua. i. lõginquas regiones Tarenti Saturi, qd eſt iuxta ſatura paludem, vnde & ſaturum fieri põt, & quod ſaturas reddit pecudes & petito campum, qualem Mantua infelix, i. diſfortunata, quę citra culpã agros & prata amiſit, amiſit dico paſcentẽ flumine herboſo, cygnos. i. hoſpites niueos. i. ſane cãdidos, & vbi ſup. fontes liqdi nõ deſunt grẽgib⁹. ſ. ad potũ, & gramina nõ deſunt, imo abũdant per liptotẽ ad eſcam, & vbi ros gelidus. i. frigore matutinali cẽcret⁹, reponet. i. reſtituet tñ. ſ. herbarũ exigua. i. modica & breui nocte. ſ. æſtiua, hoc eſt ſpatio ẽt breuiſſimæ noctis: tñ dico, quãtum armenta vt boues, bubuli, vaccæ, tauri, equi, & ſimilia aĩalia carpẽt. i. abrodẽt longis dieb⁹. ſ. æſtiuis: eſt ergo antithethon lõgis dieb⁹ & exigua nocte. Reponere aũt eſt reſtituere ablatũ, tractũ a numularijs, qb⁹ dum ſatisfit, reponit quod ꝓius poſuerant, & ita eſt gratiam aut debitũ referre. vnde luturna hæc rapta pro virginitate reponis. Sanè ſicut ponere eſt aliqñ materiã quãuis primũ deſcribere, ita reponere eſt interdum quod ſemel ſcriptum eſt iterum ſcribere: quo id emendatius fiat. Vnde Hora. in arte. Scriptor honoratũ ſi forte reponis Achillem. & Iuue. nunq; ne reponam? &c.

PIERIVS.

¶ Aut fœt⁹ ouiũ, aut vrẽtis culta capellas.) In anti. oĩb⁹ co. manu ſcriptis, quos verſare cẽtigerit, ſcriptũ obſeruaui. Aut ouiũ fœtus aut vrẽtis culta capellas, vbi, Tus, put in veterib⁹ poetis ſæpe accidit, elidẽt. De caprarũ vero halitu arboribus exitiali, pleriq; multa dixere: hac porro de cauſa apud veteres, ſigs locaret prędium, excipiebatur: vt Varro ait, ne colonus teneret capras.

SERVIVS.

¶ Aut vnde iratus.) Infœcunditate diuturna. ſ Antiquasq; domos.) Aut reuera antiquas aut charas. Salluſtius, Tantum antiquitatis curæq; maioribus pro Italica gente fuit. Eſt autẽ ecbaſis in iſta deſcriptione. ſ Ieiuna glarea.) Sicca & ſterilis terra. ſ Caſias rorẽq;.) Caſia, & Roſmarinus apibus aptæ ſunt herbæ. ſ Thophus ſcaber.) Lapis aſperrimus, vñ & ſcabies dicitur ab aſperitate. ſ Nigris.) Nocẽtibus. ſ Nec cant.) Nicãder & Solinus, qui de his rebus ſcripſerũt. ſ Quæ tenuem exhalat nebulam. Dicit agrum omnium rerum feracem, Quatuor enim genera agrorum imitatur qui ſolus poteſt quod illi quatuor: ſicut ſequentia indicant. ſ Fumoſq; volucres.) Quaſi fumos, i. ex humore. ſ Suo gramine.) Naturali, ſcilicet non coacto. ſ Nec ſcabie, & ſalſa lædit rubigine ferrũ.) Proprie. Nã rubigo quaſi ſcabies ferri eſt. ſ Diues Capua.) Ideo dixerunt, qa talem arat. ſ Veſeuo.) Veſeuus mons ẽ Ligurię, ſub Alpibus poſitus, nam Campanię, Veſuuius dicitur: pro quo multi Veſuum

Nigra ferẽ, & preſſo pinguis ſub vomere terra,
Et cui putre ſolum (nanq; hoc imitamur arando)
Optima frumentis. non vllo ex æquore cernes
Plura domum tardis decedere plauſtra iuuencis.
Aut vnde iratus ſyluam deuexit arator:
Et nemora euertit multos ignaua per annos:
Antiquasq; domos auium, cum ſtirpibus imis
Eruit, illæ altum nidis petiere relictis.
At rudis enituit impulſo vomere campus:
Nam ieiuna quidem cliuoſi glarea ruris,
Vix humiles apibus caſias, roremq; miniſtrat:
Et tophus ſcaber, & nigris exeſa chelydris
Creta, negant alios æque ſerpentibus agros
Dulcem ferre cibum: & curuas præbere latebras.
Quæ tenuem exhalat nebulam, fumoſq; volucres.
Et bibit humorem: & cum vult, ex ſeipſa remittit:
Quæq; ſuo viridi ſemper ſe gramine veſtit:
Nec ſcabie, & ſalſa lædit rubigine ferrum:
Illa tibi lætis intexet vitibus vlmos:
Illa ferax oleę eſt: illam experiere colendo
Et facilem pecori, & patientem vomeris vnci.
Talem diues arat Capua, & vicina Veſeuo
Ora iugo, & vacuis Clanius non equus Acerris.

ti Veſuum eſſe poſitum volunt. ſ Et vacuis Clanius non æquus Acerris.) Acerræ ciuitas eſt Campaniæ, haud longe a Neapoli: quam Clanius prætерfluit fluuius, cuius frequens inundatio eam exhaurit. Vnde ait. ſ Vacuis.) i. infrequentibus.

PROBVS.

¶ Talem diues arat Capua, & vicina Veſeuo Ora iugo & vacuis, Clanius nõ equus Acerris.) Veſuuius mons eſt in Campania, vino fertilis, quẽ veſeuum ingum dicit. Eiuſdem Campaniæ flumen Clanius iuxta Acerræ nomine, ſed gigantis nomine Clanius dictus eſt, ideo dicit, vt Metrodorus ait, Non æquus, aut idcirco, Acerris exiſtimatur, quod eas ſæpe inundet, quæ vacuæ iccirco dicũtur, quod penè deſertæ ſunt.

MANCINELLVS.

¶ Nigra.) Pulla terra eſt optima, & operi ſatiua, quæ temperatæ vbertatis eſt, mollis, facilisq; culturæ, nec madida, nec ſitiens, & poſt vomerem nigreſcens, & quam recentem exquirunt improbe aliter vomerem 'comitantes, coruiq;

coruiq; aratoris veſtigia ipſa rodentes. Pli. lib. xviij. ca. v. ſ Nanq; hoc imita. aran.) Senſus eſt, ꝙ arando fit ſolum putre: neq; enim vt inquit Colu. lib. ij. cap. ij. aliud eſt colere q̃ ſoluere & fermentare terram, ideoq; maximos quæſtus ager præbet. ſ Plauſtra.) De ijs lib. Geor. j. ſ Syluã deuexit.) Nou. Item intelligit, cæſa veteſ Enituit.) Incanuit, non nigruit vt pingui agro euenit. ſ Ieiuna re ſylua, videto i Tityro de nouali. ſ At rudis.) i. ſterilis & macer. Glarea. glarea.) i. ſicca, macraq; terra, minutiſſimis lapillis miſta, glareoſum oleis ſolum aptiſſimum in Venafrano. Plinius ſcribit libro xvij. cap. iiij. ſ Caſias.) De caſia late Eclog. ij. Plin. lib. præterea. ij. ca. xxj. de cura & pabulo apum, ait ergo harum ergo cauſa oportet ſerere thymum, roſam, violas, lilium, fabam, caſiam, &c. ſ Humiles.) Candidę enim caſiæ, magis ſe, humi ſpargunt, ſuntq; odoratæ, ſ Roremq;.) Rorem marinum intelligit, ſ Tophus ſcaber.) Pli. lib. xvij. ca. iiij. ait, ꝙ Tophus ſcaber natura fabricabilis, expetitiui, quoq; ab authoribus pro vitibus. f. Sequenti vero capite, inquit fruges alit tophaſea alba, quæ ſi ſit inter frondes, reperta eſt ad refinitum fertilis. ſ Chelydris.) Calabria chelydris frequẽtiſſima eſt, vt Soli. ſcri. titulo de Italia. ſ Diues Capua.) Strabo lib. quinto ſcribit, Capuam Campanię caput eſſe, Campaniaq; campos omnes felicitate ſuperare. Et Plin. lib. decimooctauo inquit, ꝙ quantũ vniuerſas terras campus ille campanus antecedit, tantum ipſum pars eius, quæ Laboriæ vocatur, quem phlegreũ Græci appellant, finiuntur q; Laboriæ via ab vtroq; latere conſulari, quæ a Puteolis, & quæ a Cumis, Capuam ducit. ſ Veſeuo iugo.) Veſeuus, Veſulus, & Veſuuius dicitur: eſt autem mons in Campania, teſte Solino, qui, vt ſcribit Strabo libro quinto, amœniſſimis habitabatur agris, excepto cacumine. Dicunt alij Neapolim ad quartum lapidem proximum eſſe. De hoc Pli. Iunior quomodo ſuo tempore arſerit, late ſcribit lib. v. epiſtola vero. xv). &. xx. ſ Clanius.) Campaniæ flumẽ eſt Clanius iuxta Acerras a nomine gigantis ita dictus. Non æquus autem Acerris ideo exiſtimatur, quod eas ſæpe inundet, quæ vacuæ iccirco dicuntur, quod penè deſertæ ſunt. author eſt Probus.

Laborię Veſeu⁹.

ASCENSIVS.

¶ Nigra fere, &c.) Oſtendit quę terra vitibus, & quæ paſcuis congruat, nunc docet, quæ frumento conueniat, dicens, quod nigra & pinguis ſic tamen vt ſit putris non nimis compacta. Item quæ prius arboribus conſita erutis illis noualis facta ſit, deinde iterũ redit ad arbuſtoꝝ. i. arbor vitibus maritandarum terram. Item ad eam in qua oleę vberius naſcantur, vt ex ordine patebit qui talis eſt. ſ Terra nigra fere. i. pulla & fuſca & pinguis ſub vomere preſſo. i. profundius immiſſo, & cui. ſ. terræ eſt ſup. ſolum. i. ſuſtẽtaculum glebę putre. i. reſolutum, & non nimis cõpactum) nãq; pro quia: nos imitamur arando efficere terrã putrem, ſicut nonnulla naturaliter eſt) hmõi, inquã, terra eſt ſup. optima. i. conuenientiſſima frumentis. i. varijs frugibus, vt tritico, & hordeo, ac farri: tu nõ cernes. i. nemo cernet plura plauſtra. i. frugũ vehicula decedere ex vllo æquore. i. ex campo æquo & plano decedẽtes redire domum. i. in horreum tuum, & hoc iuuencis, id eſt bobus iunioribus, & ita fortioribus & agilioribus ex iuuẽta, ſed tardis, id eſt tarditatis pondere & onere frugum, quas domũ auehunt: plura dico, q̃ ex tali terra, hoc eſt illa terra maximam faciet tibi vſuram frumenti. Aut ſup. vtilis eſt ille campus, vnde arator iratus. ſ. ſterilitati arborũ, deuexit ſyluam. i. cunctas arbores, & euertit, i. funditus eruit, nemora ignaua. i. iutilia, & nullum fructum afferentia, per multos annos & eruit cum imis ſtirpibus. i. radicibus, antiquas domos, id eſt habitationes auium. i. arbores exceſſas: & illæ. ſ. aues, petiere altum. ſ. aera, relictis nidis: at, id eſt ſed: cãpus rudis. i. ſterilis & macer, aut reuera adhuc incultus, enituit, id eſt incanuit & albicauit, ſcilicet paulo poſt vomere impulſo. Nam glarea ieiuna, i. terra macra lapillis imiſta: quidem. i. certe ruris cliuoſi. i. qualis eſt in rure cliuoſo, vix miniſtrat apibus caſias. i. herbas illas odoriferas, quibus apes veſcuntur humiles, id eſt humi naſcentes, parumq; propter ſterilitatẽ illic ſnrgẽtes, & vix miniſtrat rorem. ſ. marinum. Et tophus. i. lapis ille: ſcaber. i. aſper, & cauernoſus, hoc eſt terra in qua frequẽs tophus eſt & creta. i. terra cretacea: exeſa. i. conſumpta: chelydris. i. ſerpentibus illis nigris. i. nociuis. Eſt aũt conſtructio ſemiplena: non enim videtur referẽdum ad illud, vix humiles apibus, &c. vnde ſubaudiẽdum mihi videtur tales ſunt, ꝙ qui de agricultura ſcribũt: vt Nicander & Solinus, negent alios agros ferre cibum æque. i. æqualiter dulcem ſerpentibus: & præbere latebras curuas ſcilicet, hoc eſt talis terra eſt aptiſſima latebris & eſcis ſerpentum non frugibus ferendis. (Si in textu eſſet, vt tophus, vbi eſt, & tophus, facile reperiretur ordo, ſic videlicet negant alios agros ferre ęque dulcem cibũ, vt tophus ſcaber, ſup. fert, quod qa non exprimitur eſt locutio minus grammatica. Sit ergo in ſubauditiõe quod diximus.) Illa. ſ. terra quæ exhalat. i. expirat & emittit tenuem, id eſt modicam & exilem nebulam & fumos volucres. i. facile euaneſcentes & quæ bibit, id eſt attrahit humorem, & quę ipſa. i. per ſe nullo adiuuãte, remittit ex ſe. ſ. humorem dum ipſa vult (nõ dices ex ſeipſa vna dictione, quia ſi ipſa eſſet ablatiui caſus, produceretur: vbi nũc quia noiatiui caſus, corripitur) quęq; .i. & quę (ſunt enim due dictiones) veſtit ſe ſemper luo gramine viridi. i. terra herbifera ſponte ſua: nec lædit ferrũ. ſ. aratri, ſcabie & rubigine ſalſa. i. ex ſalſedine naſcẽti, illa dico intexit vlmos vitibus lætis. i. fœcundis & iucundis aſpectu: & illa. ſ. eadem eſt ferax oleę: & tu experiere. i. iuenies colendo. i. dum colis illam, &. i. ſimul, facilem. i. parabilem, & benignam, quia multum herbiferã pecori & patientem (nomen eſt.) i. toleratiuam, vomeris vnci. i. incurui, & ſic adeẽtiuum eſt: aut vnci. i. dentis ipſius vomeris, vt ſubſtãtiuũ ſit. Capua. i. tractus iuxta Capuã, quæ ciuitas eſt Italiæ Campanię caput diues. ſ. fertilitate agrorum: arat talem. ſ. agrũ: & ora. i. regio vicina iugo Veſeuo. ſ. mõti in Cãpania: & Clanius. i. accola Clanij qui eſt fluuius Cãpanię nõ æquus. i. iniurius, Acerris. i. ciuitati illi Campaniæ, vacuis. i. euacuatis ex frequẽti inundatione Clanij, quæ ſi nulla eſſet nihil eſſet illarum agro fertilius, arat ergo talem. ſ. terram. in omnibus autem ponitur continens pro contentis, agri pro colonis, quorum eſt arare.

PIERIVS.

¶ Et cui putre ſolum.) Et cui, dactylum eſſe videẽ Valerius Probus aſſeuerare, dum cui, ex duabus breuibus conſtare affirmat, nõnunq; vero in iambum creſcere, fieri etiam iterdum ſynalœpham. ſ Roremq; miniſtrat.) Pli. xix. Ros marinus locis putris dis, ac macris ſeritur. ſ Aut vnde iratus ſyluam deuexit arator.) In Medi. codice deiecit, legitur. ſ Et tophus ſcaber & nigris exeſa chelydris.) Ita in veteribus omnibus habeẽ, male vero poſuere, qui, ſcaber nigrisq; publicandum curauerunt. ſ Quęq; ſuo viridi ſemper ſe gramine veſtit.) In antiquiſſimo codice Romano, numerus ita habet, Quęq; ſuo ſemper viridi ſe gr. v. ſ Et ſalſa lædit rubigine ferrum.) In Ro. codice, vt ſæpe dictum, Robigine, per o legitur, prima ſyllaba. ſ Illa ferax oleę eſt.) In antiquiſſimo codice, Romanæ notæ, & in Mediceo, oleo, legitur: & ita in quodam alio vetuſtiſſimo habeẽ, ex qua dictione vltima ſyllaba abraſa fuit, & oleę repoſitum. ſ Et vicina Veſeuo ora iugo.) In Ro. veſeuo, ſcriptum eſt corrupte, falſum vero eſt, quod apud Seruium legitur veſeuum montem eſſe Liguriæ ſub alpibus poſitum. Nam ille Veſulus appellatur, de quo Virgilius alibi, Veſulus quẽ piniſer affert: Veſeuus vero de quo hic Virgilius, Campaniæ mons qui & veſuuius & Veſuius dicitur.

SERVIVS.

¶ Supra morẽ.) Abundanter, plus ęquo. Iſti aũt verſus inſe cõparabiles ſunt: tantã habẽt ſine aliqua periſſologia repetitionẽ. ſ Denſa magis Cereri.) Bene addidit magis, nam hoc vult oſtẽdere qd vbi melius naſcitur, põt enim & frumentũ in rara, & vinũ in dẽſa, ſed non feliciter naſci. ſ Caſpies.) Eliges: vt, Aut capere, aut captas. iã deſpectare videtur. ſ In ſolido.) Ne ager ſit cõcauꝰ. ſ Aptius vber erit.) Aptior

Nunc, quo quanq; modo poſſis cognoſcere, dicam
Rara ſit, an ſupra morem ſi denſa requiras:
Altera frumentis quoniam fauet: altera Baccho:
Denſa magis Cereri, rariſſima quæq; Liæo:
Ante locum capies oculis: alteq; iubebis
In ſolido puteum demitti: omnemq; repones
Rurſus humũ: & pedibus ſummas ęquabis arenas.
Si deerunt: rarum pecoriq; & vitibus almis
Aptius vber erit. ſin in ſua poſſe negabunt
Ire loca: & ſcrobibus ſuperabit terra repletis:
Spiſſus ager: glebas cunctantes, craſſaq; terga

tior vbertas & fertilitas. ſ Glebas cũctãtes. (Validas, grues magnas: vt, Auiduſq; refringit Cunctatẽ. ſ Expecta.) probaba: vt, Et rebus expectata iuuẽtus. ſ Nec manſuefcit arãdo.) Dum araꝰ, alibi de arboribus ita. Exuerint ſylueſtrẽ animũ. ſ Sua noia.) Propriã generoſitatẽ: vt, Et nos aliqd nomenq; decuſq; Geſſim⁹. ſ Specimẽ.) Dignam probationem. ſ Spiſſo vimine.) Spiſſi viminis. ſ Qualos, Colaq; prælorum.) Qualos, per quos vinum defluit,

fluit, qui & ipsi a colādo dicti sunt. Prela autē trabes sunt, qbus vua iam calcata premit. ¶ Eluctabitur.) Cum mora egredietur. ¶ Amaror.) Amaritudo, & est sermo Lucretii, & vera lectio ipsa est. Nā multi amaro legunt: vt sit, Sensu amaro.

MANCINELLVS.

¶ Lyęo.) Lyę° Bacchi a Lyo, quod est soluo, eo quod mentem & membra vinum dissoluat, vnde sequitur paralysis. ¶ Huber.) Fertilitas.) Proscinde iuuencis.) Ad frumēta serenda. s. ¶ Salsa tellus.) Pli. li. xvij. c. iiij. ait, salsęq; terrę multo melius credunt tutiores a vitijs inascētium animaliū. ¶ Amara.) Pli. lib. xvij. ca. v. ait, terram amarā, siue macram siquis probare velit demonstrant, eam atræ, degeneresq; herbæ. ¶ Specimen.) Documentū, indicium, signum, experimentum. ¶ Qualos.) Calathos. ¶ Cola prelorum.) Id est torcularium vasa viminea, seu crates illas virgeas quæ vinaceis supponunt prælis. i. lignis, quibus calcata vua premit. ¶ Fumosis tectis.) Solent enim huiusmodi res in tectis seruari, ne pluuia putrescant. ¶ Eluctabitur. ¶ Exibit. ¶ Amaror.) Gel. lib. j. c. xxj. scribit hoc loco legendum esse amaror, & nō amaro, Aitq; poetam id a Lucretio sumpsisse, qui quidem li. iiij. dixit, Cum tuimur miseri absinthia tangit amaror.

Expecta: & validis terram proscinde iuuencis.
Salsa autem tellus, & quæ perhibetur amara,
Frugibus infelix (ea nec mansuescit arando:
Nec Baccho genus, aut pomis sua nomina seruat)
Tale dabit specimen, tu spisso vimine qualos,
Colaq; prælorum fumosis deripe tectis.
Huc ager ille malus, dulcesq; à fontibus vndæ
Ad plenum calcentur. aqua eluctabitur omnis
Scilicet: & grandes ibunt per vimina guttæ.
At sapor indicium faciet manifestus: & ora
Tristia tentantum sensu torquebit amaror.

dis, id est robustis. Autē pro sed: tellus salsa, & quę amara, perhibetur, id est dicitur infelix. i. infausta, frugibus (nam ea nec mansuescit, id est mansuefit arando, id est dum aratur, nec seruat Baccho genus, id est propaginem, quia ex vitibus illic satis nemo plantaria, seruet cum imite vinū ferent, aut nō seruat pomis sua noia: quę, scilicet a loco nobili denominari solent, vt punica persica, picentina) ea dico, terra dabit tale specimen, id est experimentū, & indicium spectabile: tu diripe. i. rapiendo assume, tectis fumosis, vbi. s. pendet in futuram vindemiam: qualos, id est calathos & corbes vimine spisso. i. dense conserto & diripe cola prælorum, id est vasa viminea, quæ ad præla, hoc est ligna quibus vuæ premūtur, extenduntur: & ille malus. i. salsus, & amarus ager: hoc est terra sumpta ex illo agro: & dulces vndæ, a fontibus. s. sumptæ: calcentur, id est stipentur calcibus huc, id est in hæc vasa viminea ad plenum, id est donec plena fuerint. Scilicet, id est scire licet, cur id præcipiat: quia omnis aqua eluctabitur, id est expelletur vi pedum, cum quibus luctari videtur: & grandes guttæ, scilicet aquæ ibunt, id est manabūt per vimina: at, id est sed: sapor manifestus faciet indicium, scilicet sui: an dulcis, an vero salsus, atq; amarus sit: & amaror, id est amaricies, seu amaritudo si sit, torquebit ora tentantum, id est periculum facientium sensu. i. per sensum. Sunt qui legant sensu amaro: sed A. Gellius cōuincit legendum esse amaror. Multa ergo sunt abstracta huius concreti amarus videlicet amaritas, amaritudo, amaricies, & amaror amaroris, sicut dulcor dulcoris.

ASCENSIVS.

¶ Nunc quo quāq; modo.) Docuit, quæ terræ quibus rebus cōgruant, nunc docet, quomodo tales esse notantur, dicens: ego dicam, id est describam: nunc, id est deinceps, quomodo tu possis, id est quilibet possit cognoscere, quāq; id est quamlibet terram: Igitur. Si tu requiras, id est disquiras, & nosse velis, an scilicet terra sit rara, an densa supra morem, id est modum, & mensurā hoc est imodice: requirere autem potes, quia altera, scilicet densa, fauet magis Cereri, id est frumento: & altera, scilicet rara, fauet magis Baccho, id est vino, aut vitibus: quod exponit, dicens, densa, scilicet fauet magis Cereri, & quæq; rarissima, id est omnis, valde rara, sup. fauet Lyæo, id est Baccho, hoc est vino, aut vitibus. Si tu ergo id requiras, tu capies oculis, id est deliges: ante, id est priusq̄ agas, hoc est primum: & iubebis puteum demitti, id est deorsum mitti in solido, scilicet loco, hoc est pleno & nō cauernoso, nec rimoso: demitti, dico, alte, id est profunde, & repones rursus oēm humū. i. terrā, & tu æquabis. i. planabis pedibus. i. cōculcando & suppeditādo summas arenas. i. summitatē terrę iam parum desiccatæ, si. s. arenæ, deerunt. i. deficient, ita q nō poterūt fossam replere: rarū, sup. est illud vber, & erit aptus pecori. i. pascuis aut arboribus: quib° pecus vescitur, & vitibus almis. i. altricibus aut Baccho sacris. Sin. i. sed si. s. arenæ negabunt posse ire. i. redire in sua loca. i. in fossam, vnde paulo ante effossæ erant: & terra superabit. i. superextabit, & abūdabit: repletis scrobibus. i. postq̄ scrobes & fossæ fuerint repletę, ager. s. ille est spissus. i. densus, & expecta a tali agro post arationē glebas cunctantes. i. graues, & quę te imorari possent: & terga crassa. i. porcas, hoc est terras ab aratro proiectas crassas, & densas: & proscinde terram iuuencis validis,

PIERIVS.

¶ Nunc quo quāq; modo.) In codi. fere oibus antiqs quocunq; modo, legit: quæ lectio, minime recepta est. ¶ Altéq; iubebis in solido puteum demitti.) In Mediceo videbis, legitur: vt domini curam & diligentiā ad opus recte faciēdum inuidet: vnde statuus subijcit. ¶ Et pedibus summas equabis arenas.) Quod perperam codi. aliquot legitur: pedibus summis. Est & puteū dimitti, legere: sed demitti per e, hoc est deorsum mitti longe melius. ¶ Si deerit.) In Mediceo & antiquis alijs. Deerunt, & derunt. facta synæresi ex duobus ee, in vnum. ¶ Crassaq; terga expecta.) In Ro. codi. legas, exerce, sed longe melius, expecta, vt in ceteris codi. habet. ¶ Tu spisso vimine qualos.) In Lōgobar. spissos vimine qualos, legit: sed magis placet, spisso vimine, vt in Medi. & alijs habetur. ¶ Aqua eluctabit ois.) In antiquis plerisq; codi. luctabit, legitur: quod non ita probatur, cum eluctabitur. rem magis pingere videatur. ¶ Sensu torquebit amaror.) Quāuis Ser. & aliquot alij veram hanc esse lectionē afferant, & a Lucretio sumptā. Cū tuemur misceri absinthia tangit amaror: Accedantq; codicū nonnullorum peruete rū testimonia, multaq; in hanc lectionē Aulus Gellius congesserit, displicere tamē non pōt, quod in antiquissimo cod. Romano amaro, legit. Sapor. n. vtriq; verbo suppositū esse pōt. In Longobardico etiā amaro scriptū erat. Sed enim r litera altera manu & atramento apposita est, idem factum in Mediceo.

SERVIVS.

¶ Habendo.) Dum habetur.) Lentescit.) Cohæret. ¶ Iusto lætior.) Vltra modum plusq̄ oportet. ¶ Ah nimium ne sit mihi fertilis illa.) Ne herbæ plus æquo crescentes spem adimant frumētorum. Vnde ait in primo, Luxuriem segetum tenera depascit in herba. ¶ Primis aristis.) Herbis surgentibus, quarum luxuries futuris frugibus nocet: quas culmi tenues ferre non possunt. ¶ Et quisquis color.) Vera lectio hæc est, nam male quidam, Et quis cuiq; legunt, excludentes at: vt sit, Et quis cuiq; color, sceleratum, exquirere frigus Difficile est. Alij colos legunt, vt excluso, s, fiat Synoloepha: & scandamus ita, Et quis cuiq; colot at sceleratum: vt sic sit, quemadmodū, Inter se coiisse viros & decernere ferro, quod non procedit. Tunc enim, r, in, s, mutatur, cum lōga opus est syllaba, vt color colos, labor labos, honor & honos: hic autem nō solum longam non facit syllabam: sed etiam excluditur s cū superiore vocali, vnde legēdum est quisquis color, quod nec obscuritatē affert, nec fidē derogat lectioni. ¶ Sceleratum.) Nocēs, omnia exurēs. ¶ Ederæ pandunt vestigia nigræ.) Ederæ indicant frigus: nam vestigia appellauit indicia. Nigrę autem, ad albarum discretionem, vt edera formosior alba.

Pinguis item quæ sit tellus, hoc deniq; pacto
Discimus. haud vnquam manibus iactata fatiscit.
Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo.
Humida maiores herbas alit: ipsaq; iusto
Lætior. ah nimium ne sit mihi fertilis illa:
Neu se prævalidam primis ostendat aristis.
Quæ grauis est ipso tacitam se pondere prodit.
Quæq; læuis. promptum est oculis prediscere nigrā:
Et quis cui color. at sceleratum exquirere frigus
Difficile est. picee tantum, taxiq; nocentes
Interdum: aut ederæ pandunt vestigia nigræ.

Mancinellus

MANCINELLVS.

¶ Fatiscit.) Dissoluit, aperit. ¶ Habēdo.) Dum habet, humida maiores herbas alit. Pli lib. xvij. c. iiij. inquit, nec semp aquosa est terra, cui proceritas herbarū, quæ grauis est, idē li. xvij. c. iiij, ait, Nec grauis, aut leuior iusto deprehēdit pondere: qūo. n. terre pōdus iustū intelligi pōt? ¶ Picee.) Picea montes amat atq; frigora hæc plurimā resinā fundit, idē li. xvj. c. xv. ¶ Taxiq; nocētes.) Est. n. venenosa arbor, de qua late idē li. xvj. ¶ Ederæ nigræ.) idē li. xxxiiij. c. xlviij. scri. ederā inimicā satis oib°, serpētinā frigori gratissimā: est aūt candida & nigra, de qua etiā latius Ecloga septima.

Picea.
Edera.

ASCENSIVS.

¶ Pinguis item, &c.) Eandem rem prosequitur, ostendens videlicet qua via possemus terrarum qualitates deprehendere. Vnde ordo est. Item nos discimus deniq; hoc pacto. i. modo quæ tellus sit pinguis. Nam ea sup. iactata manib° haud. i. nō fatiscit. i. dissoluitur, & aperit, sed lentescit. i. fit lenta, hoc est cohæret ad digitos habēdo, id est dum habetur in morem picis, sicut pix quæ se tangentibus hæret. Et per sensum a contrario dat intelligere, quod quæ fatiscit & resoluitur, in puluerem macra fit. Humida alit herbas maiores, quam, sup. arida, aut maiores, id est sane magnas, & ipsa est lætior, id est vegetior: iusto, id est quā iustum est, & quam oportet: ah ne, illa, scilicet humida sit mihi, nimium fertilis, id est ferax, aut luxurians: neu, id est neue, illa se ostendat prævalidam, id est præter cæteras, validam & huberem in primis aristis, id est cum primum exurgent spicæ. Cognoscit ergo humidā ex abundantia herbarū & segetū. Contra arida ex raritate earum. Terra, sup. quæ grauis est quęq; i. & quę leuis, prodit. i. manifestat se tacitam. i. tacentē, aut licet nihil de ea dicat, ipso pondere. i. grauitate & ponderositate. Promptum. i. facile est prædiscere. s. priusq̄ aliquis dicat oculis. i. visu, nigrā. s. terram, quæ terra nigra sit, & quisquis, id est quicūq; sit, sup. terræ color. At. i. sed, regrere. i. exquisite nosse, frigus sceleratū. i. infestū & nociuū occulte nocens more sceleratorum, est difficile, tantum. i. tantūmodo picee. s. arbores & taxi etiam arbores quæ frigora amant nocētes, imo interdum sola vmbra necātes, & ederæ nigræ (quia sunt etiā albę.) vnde in Buco. Edera formosior alba) pandunt. i. manifestant, & palam ostendunt interdū vestigia. i. indicia frigoris, quę sic frigidam terram esse indicant, vt vestigia gressum eius, cuius sunt. Et hæc de terrarum ingenijs & qualitatibus.

PIERIVS.

¶ Neu præ validam.) In Roma. codi. in Mediceo & aliquot alijs, nec, habet. In quibusdam alijs, ne. ¶ Ipso tacitū, se pōdere prodit.) Tacitum, vel aduerbialiter, vel in supini figura: vt cur longe repetere debeamus, nō video, cum antiqua omnia exemplaria. Tacitam habeant. ¶ Et quisqs color, at sceleratū exquirere frigus Difficile.) In codicibus nōnullis admodum vetustis legere est, Et quis cui ve color seleratum. In Medi. Et quis cuiq; colos at, vt sit abiectio illa quā tangit Seruius, qui tamen lectionē illam magis approbat, quæ vulgatis in exemplaribus habetur.

SERVIVS.

¶ His aīaduersis.) i. agri qualitate deprehēsa. ¶ Terrā multo aň memento Excoquere.) Hoc dicit, non esse eo anno ponendas vites, quo fodiuntur scrobes: sed post annum, vt calore, frigore, & labore rustici possit terra putrefieri. ¶ Infodias.) Obruas. ¶ Et labefacta mouens.) Hypallage: mouens & labefaciens. ¶ Ante locum similem exquirūt.) Dicit, in translatione arborū similem terram esse requirendam. ¶ Arborib° seges.) Quia de seminario loquitur arborum, bene segetē appellauit. ¶ Digesta.) i. ordinata: vt, Digerit in numerum. ¶ Matrem.) Terram, vt, Antiquam exquirite matrē. ¶ Quę terga obuerterit axi.) Septētrioni. Nā græce ἄμαξα dicitur. ¶ Collibus, an plano melius sit ponere vites Quære.) At qui supra ait, Deniq; apertos Bacch° amat colles, sed ēt in vallibus poni posse vites, superius idicauit: vt, Hic tibi prævalidas olim multoq; fluētes Sufficiet Baccho vites. Vnde modo vtrūq; complectitur, & dicit quēadmodum in plano, quēadmodum in colli. vites ponere debemus. ¶ Metabere) Eliges, & lōge alia significatio ē Metor metaris (vnde Lucan°, Hesperios audax veniā metator in agros) & alia Metior metiris. Illud enim metatus sum: hoc mensus sum facit. ¶ Densa.) Pro dense: vt, Et pede terram Crebra ferit, pro crebro. ¶ Indulge ordinibus.) Da operam: vt Indulgent vino, & eos effice largiores. Nam de plano ait, Densa sere. ¶ In vnguem.) Ad perfectionem. Et est translatio a marmorarijs, qui iuncturas vnguibus pbant. Horatius, Ad vnguem Factus homo. ¶ Arboribus positis.) Vitibus ordinatis. ¶ Secto limite.) Ducto. Vnde & sectæ philosophorum dicuntur, id est ductus. ¶ Quadret.) Consentiat, congruat. Translatio a quadris lapidibus, qui sibi bene conueniunt. ¶ Fluctuat.) Splendet. ¶ Numeris.) Ordinibus. ¶ Pascat prospectus.) Delectet: vt, Atq; animum pictura pascit inani.

His animaduersis, terram multo ante memento
Excoquere: & magnos scrobibus concidere mōtes:
Ante supinatas Aquiloni ostendere glebas:
Quàm lætum infodias vitis genus. optima putri
Arua solo. id venti curant, gelidæq; pruinæ,
Et labefacta mouens robustus iugera fossor.
At si quos haud vlla viros vigilantia fugit:
Ante locum similem exquirunt: vbi prima paretur
Arboribus seges: & quo mox digesta feratur:
Mutatam ignorent subito ne semina matrem.
Quin etiam cœli regionem in cortice signant:
Vt quo quæq; modo steterit: qua parte calores
Austrinos tulerit: quæ terga obuerterit axi:
Restituant. adeo in teneris consuescere multū est.
Collibus, an plano melius sit ponere vites:
Quære prius. si pinguis agros metabere campi,
Densa sere: in denso non segnior vbere Bacchus.
Sin tumulis accliue solum, collesq; supinos:
Indulge ordinibus. nec secius omnis in vnguem
Arboribus positis secto via limite quadret.
Vt sæpe ingenti bello cum longa cohortes
Explicuit legio: & campo stetit agmen aperto:
Directæq; acies: ac late fluctuat omnis
Ære renidenti tellus: nec dum horrida miscent
Prælia: sed dubius medijs Mars errat in armis.
Omnia sint paribus numeris dimensa viarum.
Non animū modo vti pascat prospectus inanem:
Sed quia non aliter vites dabit omnibus æquas
Terra: neq; in vacuum poterunt se extendere rami.

MANCINELLVS.

¶ His aiad.) i. terrarū natura pcepta, vel cognita. ¶ Exco.) Calore videlicet & frigore. ¶ Multo ante.) scilicet q̄ lætū infodias vitis genus. ¶ Scrobibus. Hoc dicit, quoniam vitium surculi, teste etiam Pli. lib. xvij. cap. xx. seruntur & in scrobe, & in sulco longiori, super quos tenerrima ingerit terra: sed esse vitis radicem in media scrobe oportet. Et Colu. lib. iij. c. iij. ait, Itē si scrobibus, aut sulcis vineā posituri erim°, optimū erit ante annū scrobes vel sulcos facer. ¶ Magnos modo.) Hoc iubet, quia cliuosa altiores poscunt scrobes, quod itē Pli. li. xvij. c. xxj. docet. Maro supius ait, Aptos Bacchus amat colles: Colu. ēt lib. iij. c. iiij. ait, Curādum aūt est, vt locis arduis, & cliuosis alti° vitis deponat quā si humidis, & planis Aqloni, vt ei° . s. frigore excoquatur. ¶ Optima.) Ordo est, arua putri solo optima sunt putri. i. mollificato & solubili. ¶ Id vēti.) vt arua sint putri solo. ¶ Pruinę) de his iam dictū est. ¶ Labefacta.) i. cōuulsa effossa, subacta. ¶ Iugera.) Iugeri mensura ducentos, & quadraginta lōgitudinis pedes cōtinet, dimidiūq; in latitudine: de quo Fab. lib. primo. Pli. vero li. xviij. capi. iij. ait, q iugerum vocabatur qd' vno iugo boū exarari in diem potuisset. Actus in quo boues agerentur cū arant vno impetu iusto, Hic erat centū viginti pedū, duplicatusq; in longitudinē iugerū faciebat, Hęc ex Pli. Varro iugerū ait dictū, q iunctū est duobus actibus quadratis. ¶ Aut si quos, &c.) Hoc est si q sunt vigilantes. ¶ Prima seges.) i. seminarium, vel arborū, vel vitium. Locū similem Theophra. li. iij, de causis plantarū ait, ex simili loco, aut non deteriori semē accipiēdum. Col. lib. iii. c. j. ait, Optimū esse eodē agro, quo vitem depositurus es, vel certe vicino facere seminarium, at si cāpestres, & vliginosos agros possidebis, proderit quoq; seminariū simili loco facere, & vitē largo cōsuescere humore. Idē Col. lib. iiij. c. ix. sic ait, sed & qualitas soli plurimum

Iugerū.

iuuat,

Universidad de Deusto Biblioteca

iuuat,vt ex macro aut mediocri tranſducaṫ in melius:nam quod aſſuetum eſt pingui,nullo modo maciem terræ patiṫ, niſi ſæpius ſtercores,de hoc latius idem lib.iiij.c.v.¶Cœli regi.)Cato præcipit meridianam cœli partem ſignare in cortice,vt tranſlata iiſdẽ, & aſſuetis ſtatueretur oris,ne aquiloniæ meridianis oppoſitæ,ſolibus finderentur,& algerent meridianę aquilonibus.Hæc & plura Pli.li.xvij.c.viij.¶Axi.)i.ſeptẽtrionali cœlo:de quo Feſt.Adeo multum eſt, tñ prodeſt.Ouid.quoq; ait in arte.Fac tibi conſueſcat,nil aſſuetudine maius.Et Theophra.lib.v.ait, ꝙ mos ſolitus plurimũ valet,fit enim tanquã natura.¶Collib.an plano.) de ſolo,& cœlo vitibus opportuno,videto latius ibi , Deniq; apertos Bacchus amat colles.¶Metabere.)Parabis,ſic enim Nonius hunc locum aperit,¶Denſa.)pro denſe.Col.lib.iij.ca.iiii.inquit.Vinea quę anguſtiſſime conſeritur quoquo verſus quinq; pedũ ſpatio interpoſito,ponitur iter.vij.vel.viij.pedes quã rariſſime. Vt etiã facile arari poſſit inter denos pedes conſtituitur.Pli.aũt li.xvij.c.xxj.ait,ꝙ inter binas vites intereſſe oportet pedes quinos:minimum autem læto ſolo pedes quaternos,tenui plurimũ octonos. Nec ſecius arborib⁹ poſitis in vnguem quadret omnis via ſecto limite.i.ducto tramite,vel ſulco,nec ſecius, nec aliter q̃ vitibus : ſolent enim arbores inter vites ſeri,vel nec ſecius.i.non aliter arboribus,i.vitibus via quadret,q̃ acies inter ſe ante inceptũ prælium.¶In vnguem.)Ad perfectionem:eſt enim metaphora ſumpta a marmorarijs,qui quidem iuncturas vnguibus ꝓbant.¶Legio.)In legione erant centuriæ.lx. Manipu.xxx. Cohortes.x. vt Cynth.lib.vj.notauit,authore Gel.li.xv.c.iiij. Legio aũt dicta eſt ꝙ leguntur milites in delecto , vt Var.docet.De legionibus autẽ & cohortibus, videto Modeſtum.

ASCENSIVS.

❡His aiaduerſis,&c.) Poſtq̃ naturas terrarũ edocuit, præſcribit quo pacto terra colenda ſit,potiſſimũ pro vitibus ferẽdis : quod peritiſſime facit ne primi libri partes in hunc congeſſiſſe culpeṫ. Nam in hoc libro eatenus licet agriculturã deſcribere, quatenus ad vitium aut arborum ſationẽ conducit. ❡Ordo igitur eſt,His ſcilicet prædictis de terrarũ ingenijs , animaduerſis.i.cõſideratis & cognitis.i.poſtq̃ noſti quæ ſit ſua cuiq; terræ natura, & quorũ feliciter ferax ſit, tu memento quoq;.i.etiam excoquere.ſ.ſolibus terram,& cõcidere ſcrobibus.i.in ſcrobes,hoc eſt foſſas,magnos montes:& memento oſtẽdere aquiloni glebas ſupinatas.i. qua parte terram ſpectabat in cœlum verſas,ante.i.priuſq̃ infodias,id eſt plantes aut obruas in foſſam genus vitis lætũ.i.fertile & lętitiã tibi allaturũ:arua ſunt optima ſolo putri.i.putrefacto & reſoluto,venti & gelidæ pruinę curant id.ſ.vt ſolum putrefiat,& ideo inuertẽdum & ventis ac ſolibus pruiniſq; exponẽdum eſt, & foſſor robuſtus.i.purus & fortis mouẽs iugera.i. terrã quãtã, ꝙ.i.par boum ſingulis diebus arare poteſt labefacta.i.effoſſa , & ſubacta:hoc eſt ſubigens & mouẽs ea, vt ſit ſ'm ſeruium hypallage, labefacta pro labefaciens, paſſiuum pro actiuo,aut labefacta, id eſt mollificata priuſq̃ moueat aut inuertat,at.i.ſed:ſi vlla vigilantia,haud.i.non, fugit.i.præterijt (eſt autem præteriti temporis, quia primã producit) quos.i.aliquos viros.i.ſiqui adhibuerint oẽm diligentiam ipſi exquirunt ante.ſ. q̃ transferant vites, aut arbores,locũ ſimilem,vbi.i.in quo,prima ſeges.i. ſatio paretur arboribus:& quo.i.ad quem ipſa ſeges digeſta.i. adulta feratur.i.transferatur,mox.i.paulo poſt.ſ.curabant vt locus,vbi prima erit ſatio aut plantatio arborum ſit ſimilis illi quo mox trãſferatur ne ſemina.i.plantaria mutata ſubito,ignorẽt matrem.i. primam productricem.Quinetiam.i.inſuper:illi vigilantiſſimi, ſignant in cortice.ſ.arboris transferendæ, regionem.i.faciem & ſitum cœli,vt quomodo quęq;.i.quęlibet.ſ.arbor aut vitis,ſteterit.ſ.in priore ſolo,& qua parte tulerit.i.perpeſſa ſit, calores auſtrinos.i.aduſtionem venti auſtralis : & quæ terga ipſa obuerterit axi.ſ.ſeptentrionali,eo,ſupple modo & ab ea parte , reſtituant eam terræ adeo.i.intantũ,eſt multũ conſueſcere.i.conſuetũ eſſe, in teneris,ſcilicet annis & naturis,quia prima quęq; tenacius hęrent,atq; conſuetudo eſt altera natura:quęre, id eſt diſquire etiã prius:an melius ſit ponere vites,ſupple in collibus , an in plano , quia dictum eſt,denique apertos Bacchus amat colles . Si tu metabere,id eſt parabis,aut eliges ad parandum:ſicut qui caſtra metantur locum capiunt:agros campi.i.loci capacis,& pinguis:ſere denſa , pro eo quod eſt denſe & miſtim , quia Bacchus.i. vitis eſt non ſegnior vbere,id eſt fœcunditate campi in denſo.ſ.loco,hoc eſt vitis,reſpondet vbertati terræ.Sin.i.ſed : ſi ſup.metabere,ſolũ in quo ſeras vineam : accliue.i.aſſurgens paulo collibus.i. monticulis & collis, ſeu colles:ſupinos.i.ad cœlum erectos:indulge.i. da operam ordinibus.i.vt in ordinem digerantur : nec ſecius.i. non aliter,omnis via,id eſt ſitus arborum, quadret in vnguem, id eſt perfecte in formã quadrangularem.fiat arborib⁹ poſitis.i. diſpoſitis,limite ſecto,i.diuiſo in lineas directas & quadrãgulas. Vt,id eſt quemadmodum,cum longa legio explicuit, id eſt ordinauit ſæpe,& ingenti bello cohortes.i.claſſes ſuas:& agmẽ.i.quæ a duce in prælium iamiam agi poteſt multitudo, ſtetit in campo aperto:& acies directæ,ſcilicet ſunt:& omnis tellus fluctuat,id eſt micat:late.i.ampliter,ære renitenti.i.armis æreis obnitentibus a nitor,non a niteo.Ipſi,ſupple ſic inſtructi,nec dum.i. non adhuc miſcent prælia.i.conſerunt manus:ſed Mars dubius.i. incertus, an eos in prælia inflãmabit,an ad cõcordiam redire ſinet,errat in medijs armis,i.ſic conſtruuntur in ordinem vites, vt ſolent ante præliũ inſtrui exercitus qui ſigno dato mox conſeruntur . Sint ergo oia dimenſa.i.cõmenſurata, paribus numeris.i.ordinationib⁹ nõ ſup.ideo vti.i.vt proſpectus.i.pulcher, de longe , hoc eſt porro aſpectus.(Eſt.n.pulchrũ videre arbores vitiferas in ordinem cõſertas)paſcat.i.delectet animũ inanẽ.i.ſeſe rebus inutilib⁹ oblectantẽ:ſicut.j.Æneí.Atq; animũ pictura paſcit inani:ſed ſup. ideo,quia terra non dabit aliter.ſ.q̃ in ordinẽ digeſtis , oibus.ſ. arboribus & vitibus æquas.i.æquales vires,hoc eſt æqualia nutrimenta,neq; rami.ſ.arboꝝ, poterũt ſe aliter extẽdere in vacuã, qa ſi confuſe & miſtim ferantur,alia aliam impediret , & ita neq; ſolem ſimiliter acciperent,neq; nutrimentum a terra æquale haberent,neq; ramos impeditos extenderent.

PIERIVS.

❡Et magnos ſcrobibus concidere montes.)In codice Romano, circũdare montis,legiṫ: quod ſuos habet amatores. In Mediceo abſq;,&,legitur,Excoquere magnos ſcrobib⁹ cõcidere montes. Nam & membrũ,quod ſequiṫ abſq;, copula , eſt. ¶Mutata ignorent ſubito ne ſemina matrẽ.) Aliquot ab hinc annis. omnes ad vnum conuenere,vt,Mutata,ſcriberent,& ad ſemina referri vellent,cum tamen in veteribus omnibus exemplaribus,manuſcriptis, Mutatã , quippe matrem legatur , eaq; de cauſa Virgil.ſimilem locum exquirẽdum admoneat, ne accidat ſeminibus, quod & infantibus,vbi vel matris, vel nutricis vbera mutaueris.Fit.n. vt alias reformident,eaſq; pertinaciter repoſcant,quibus a teneris inſueuerint.Nam quod ſemina mutata,de loco ad locũ trãſlata interpretari volunt,ineptũ eſt.In Medi.codi.apex ille compendiariæ notæ,qui pro M finali illitus erat,nunc abraſus eſt. Deligentia vero quæ ſit adhibẽda, ne vites deteriore ſeramus ſolo, multa apud Col.& Theophra. ¶Adeo a teneris cõſueſcere multũ eſt.) In Roma.co.multũ eſt.Antiquoꝝ more ſcriptũ eſt,vt multa apud Plautum:eſt etiã in teneris , lectio codicis Medicei. ¶Collibus,an plano melius ſit ponere vites.(In codi.aliquot antiq; eſt, Medi.vitem vnitatis numero legas:qđ figuratius eſt. ¶Directæq; acies.) In Ro.cod.& hic & alibi.Derectæ, legiṫ,eadẽq; lectio eſt in Mediceo. ¶Ære renidenti tellus.) In codicib⁹ aliquot , Renitenti ſyllaba refragante legitur.Sed enim,Renidenti,cum Roma.cod. & quibuſdam alijs legẽdum. Renidere enim ꝓpriũ æris eſt, cum politum & leuigatum fuerit, cuiuſmodi eſſe arma decorum eſt, quod a Vegetio præcipiṫ.Nam & Seruius, Fluctuat, ſplendet, exponit,vt ab hac ſententia non recedat. Quãuis id per metaphorã potius dictum videṫ,eo quod inſtructæ acies fluctuum marinorum inſtar moueri videnṫ.Renidere vero , quãuis apud Catullũ & Statium,ad blanditionem quandam ſignificare videatur,apud Horatium tñ eo ſignificato dictũ,quo hic Virg. vtitur . Nõ ebur neq; aureũ mea renidet in domo lacunar. ¶Terra neq; in vacuũ poterunt ſe extendere rami.) In Roma.co. abſq; pronomine,ſe, legitur:Poterunt extendere,vt alibi ferro accingunt , abſq; ſe, & lateri adglomerant noſtro,eodem modo.In Medi. tamen & alijs id pronomen habetur.

SERVIVS.

❡Forſitan & ſcrobibus quæ ſint faſtigia quęras.)Vt etiam ſupra diximus , ſcrobes ſunt maſculini generis, nam Cicero in Oeconomicis ſic dicit: & Plaut⁹ ait Sexagenos ſcrobes.Minor autẽ eſt Lucani , & Gracchi authoritas. Nam Lucani ait , Exigua poſuit ſcrobe. Gracch⁹ , Abũde foſſa ſcrobis eſt, qđ exẽplũ in Terentiano eſt, ¶Quæ ſint faſtigia q̃ras.) Faſtigium & ſummæ & imæ partis poſſumus dicere : ſicut altũ & mare & cœlũ dicimus. Hinc eſt, Cœlumq; ꝓfundũ. Cum & puteus ſit ꝓfundus. ¶Auſim.)Auſus ſim,audebo. ¶Sulco.)i.foſſa. ¶Æſculus in primis.) Arbor eſt glãdifera, quę licet ab eſu dicta ſit,tamẽ per æ ſcribiṫ , ſicut & cælatũ, licet a celo celas habeat deriuationẽ,tñ alterius eſt ſenſus, nã cœlũ dicimus , qđ videm⁹, & oibus videntib⁹ paret, cęlatum aũt dĩ qđ a viſu abſcõdiṫ. ¶Nõ flabra.) Hoc nomen tñ pluralem recipit numerũ , ab eo vero qđ eſt flamina, flamẽ poſſumus dicere, licet ſit vitã dum ꝑpter aliã ſignificationẽ. Nã diciṫ flamen Dialis,flamen Martialis. ¶Ne ve inter vites corylũ ſere.)Radices.n.ei⁹ nocẽt vitib⁹. ¶Neue flagella ſumma pete.)Flagella dicunṫ ſummę arboꝝ partes,ab eo quod ventoꝝ crebros ſuſtinẽt flat⁹. ¶Tantus amor terrę.)Sic diligenter a ruſticis ager eſt colẽdus. ¶Ferro lęde retuſo.) Retuſo,obtuſo,quo vites quaſſanṫ potius q̃ putanṫ. ¶Neue oleę ſylueſtres inſere truncos.) Nõ quod nõ proſit,ſed vt etia ipſe dicit ꝓpter caſum incẽdij. ¶Incautis paſtoribus.)Negligẽtibus,circa alia occupatis. ¶Et ruit atrã.) Egerit,emittit , & ruere facit.Nã mõ Ruit agẽtis eſt. ¶A vertice.) Ab Aquilone:vt,Hic vertex nobis ſemp ſublimis. ¶Ferẽs.) Flans: vt,Fieret vẽto mora ne qua ferẽti. ¶Hoc vbi.)Subaudi cõtigerit. ¶Superat.) Supereſt:vt,Quid puer Aſcanius ſuperatne ?

Forſitan & ſcrobibus,quæ ſint faſtigia quæras:
Auſim vel tenui vitem committete ſulco.
Altius,ac penitus terræ defigitur arbos:
Æſculus in primis;quæ quantum vertice ad auras

Ætherias,tantum radice in tartara tendit.
Ergo non hyemes illam,non flabra,neq; imbres
Conuellunt.immota manet:multoſq; per annos
Multa virum voluens durando ſæcula vincit.
Tum fortes late ramos,& brachia tendens
Huc illuc,media ipſa ingentem ſuſtinet vmbram
Neue tibi ad ſolem vergant vineta cadentem.
Neue inter vites corylum ſere.neue flagella
Summa pete:aut ſummas defringe ex arbore plãtas.
(Tantus amor terræ) neu ferro læde retuſo
Semina neue oleæ ſylueſtres inſere truncos.
Nam ſæpe incautis paſtoribus excidit ignis:
Qui furtim pingui primum ſub cortice tectus,
Robora comprendit:frondeſq; elapſus in altas
Ingentem cœlo ſonitum dedit.inde ſecutus
Per ramos victor, perq; alta cacumina regnat:
Et totum inuoluit flammis nemus:& ruit atram
Ad cœlum picea craſſus caligine nubem,
Præſertim ſi tempeſtas à vertice ſyluis
Incubuit:glomeretq; ferens incendia ventus.
Hoc vbi:non à ſtirpe valent:cæſęq; reuerti
Poſſunt : atq; ima ſimiles reuireſcere terra.
Infelix ſuperat folijs oleaſter amaris.

MANCINELLVS.

❡Tenui ſulco.)Videto paulo ſuperius ibi , Et magnos ſcrobib⁹ concidere montis. ¶Penitus.)maxime. ¶Flabra.) Ventoꝝ flatus. ¶Multoſq; p annos.)Quidã antiqui textus habent etiã multoſq; nepotes,qđ magis placet.Erit aũt ordo , & durãdo voluẽs multa virũ ſęcula vincit multos nepotes,ſiue, & voluens multa virum ſęcu.durãdo vincit multos nepotes.i.multã & longã poſteritatẽ. Multoſq; per annos voluens,multa virũ ſęcu.durando vincit.i. ſuperat illa ſæcula,non ſuperaṫ ab illis. ¶Sęcu.) Sęculum ſpatium annoꝝ centũ vocaṫ dictũ a ſene,ꝙ longiſſimũ ſpatiũ ſeneſcẽdoꝝ hoium putant. Var.eſt author. ¶Verg.)Inclinẽt. Ad ſolẽ cadentẽ. Pli.xvij.c.ij.ait,ꝙ Vir.vites ad occaſus ſeri dãnauit,aliqui ſic maluere q̃ in exortu,a plurib⁹ meridiem ꝓbari aiaduerto,nec arbitror perpetuũ quidqd in hoc ꝑcipi poſſet , ad ſoli naturã , ad loci ingenium,ad cœli cuiuſq; mores,dirigẽda ſolertia eſt. In Africa meridiẽ vineas ſpectare & ſi viti inutile,colono ſalubre eſt.Quoniam ipſa meridianę ſubiacet plagæ:quapropter ibi,qui in occaſum,aut ſeptentrionales conſeret,optime miſcebit ſolum cœlo, cum Virg.occaſus improbet, Nec de ſeptentrione relinqui dubitatio videtur : atqui in Ciſalpina Italia magna ex parte vineis ita poſitis compertũ eſt : nullas eſſe feliciores multũ rõnis obtinent venti.Hæc ex Plinio. ¶Corylum.) De Corylo videto in Tityro , eſt aũt fructicoſa arbor,de qua multa Theophr. li.iij. ¶Fla.ſum.) Theophra.lib.v,de cauſis plantarũ ſcri.plantas petẽdas eſſe ab radice potiſſimũ,quod ſi minus conſequi poſſint,a parte inferiore arboris,potius q̃ a ſuperiore accipiunt enim, viuaciora intelliguntur,excepta vite,ac fico,& quidqd humidum ſit:quippe humida parte ſuperiore melius germinant.Colu.lib.iij.capi.iij.ait, quod vitis ſemina optima habenṫ a lumbis : ſecũda ab humeris : tertia ſumma in vite lecta,quæ celerrime cõprehendunṫ , vt ſint feraciora,latius aũt eadẽ habenṫ lib.iiij.ca.x.) Flagella.)Summæ arborum partes dicuntur a ventorum flatu. ¶Retuſo.) Hebeti. Theophra.libro quinto de cauſis plantarũ ait, ꝙ ferro quam leuiſſime purgandæ ſunt arbores:& vites etiam, periculum nanq; interius propter vlcera imminet,quemadmodum enim radicibus vulneratis cum foditur arbores deterioreſcunt, ſic etiã vulnere partis ſuperioris noxam eandem his poſſe afferri credendum eſt. Cum nequeunt tolerare ſemina arborum , vel vitium plantulas. ¶Ruit.) Emittit. ¶Ab vertice.) a ſeptentione. Tempeſtas ventorũ furor. ¶Ferens⁹) flans. ¶Hoc vbi.) ſup. euenerit. ¶Infelix.)Sterilis.

ASCENSIVS.

❡Forſitan & ſcrobibus, &c.) Quia pręmonuit ſcrobes pręfodere,& vites in ordinem diſponere:docet ſcrobiũ ꝓfunditatem dicens. Tu quæras.i. percũcteris forſitan, &.i. etiã quę ſunt faſtigia.i.altitudies ſeu ꝓfunditates , ſcrobibus.ſ. fodiẽdis,hoc eſt q̃ profunde effodi debeat.Ad quod reſpõdet : ego auſim cõmittere vitem:&.i.etiã tenui ſulco , ſed arbor, cui vitis maritaṫ, defigitur.i.deorſum infigitur terrę,altius.i.profundius , & penitus.i.pene itus , & viſcerib⁹ terrę,& eſculus.ſ.arbor in primis.i.inter primas,hoc ẽ pręcipue ęſculus infigiṫ alte,quæ ſ.ęſculus tendit tantum.i.intantum radice.i. per radicem in tartara.i.ad inferna, quãtũ tendit vertice.i.ſummitate & cacumine : ad auras ęthereas, id eſt cœlũ verſus. Ergo qa tã firmiter radicata eſt , hyemes, id eſt tempeſtates nõ conuellunt illam.ſ.ęſculum,nõ flabra,id eſt venti,neq; imbres.i.pluuiæ , ſed manet immota, & vincit.i.votĩ compos permanet durando per multoa annos voluens.i.tranſigens multa ſęcula virum, id eſt virorum, aut legamus,multoſq; nepotes:& ipſa voluens durãdo multa ſęcula virum,vincit multos nepotes.i.poſteriores eorum:tum.i.deinde poſtquam ſic radicata eſt,ipſa tendens,i.extendens huc illuc.i.in diuerſas partes ramos fortis & pro.i.brachia,ſup.fortia , ipſa exiſtens media ſuſtinet ingentem vmbram.ſ.ramorum ſuorum . Neue &c. Docet quo loco,& quo reſpectu ad cœlum vites ſerendæ ſint , dicens, Neue ſere corylum.i.auellanam inter vites , neue pete ſumma.i. extrema flagella,id eſt ramalia,aut ne defringe plantas, id eſt ſurculos,& virgulas inſerendas ex ſumma arbore, id eſt ex ſummitate arboris, tantus:i.tam magnus eſt amor terræ.ſ.ꝙ quo ei viciniora ſint omnia eo ſint fertiliora:neu.i.neue lęde ſemĩa.i.virgultum inſerendum,ferro retuſo.i.hebeti,neue inſere ſylueſtres truncos oleę.ſ.inter vites, & arbuſta:nam ignis excidit ſæpe paſtoribus incautis.i.nõ recte cauentibus, nec proſpiciẽtibus , quĩ ſcilicet ignis tectus primũ furtim.i.more furti ſub pingui cortice,videlicet oleę, comprendit.i.inuadit poſtea,& ſimul occupat : robora.i.truncum, & elapſus ſurſum , & extra lapſus. componiṫ enim extra,in altas frondes.ſ.oleę:dedit cœlo.i.aeri , ingentẽ ſonitum.i.crepitum & fragorem , eo enim quod frondes virides ſunt,crepitant , & quia pingues cremari poſſunt:& ipſe ignis victor ſecutus inde.i.poſt combuſtionem frondium,regnat per ramos,& per alta cacumina.i.ſummitatem arborum, & inuoluit.i. implicat,totum nemus flammis, & ipſe craſſus caligine,id eſt fuligine picea.i.qualem pix generat,ruit.i.proijcit. (Capitur.n.hic actiue) atram nubem.ſ.fumi ad cœlum pręſertim ſi tempeſtas.ſ. vẽtorũ,incubuit.i.ingruit ſyluis.i.in ſyluas a vertice.i. a ſeptentriõe,ſ'm Mancinellum,aut potius deſuper ita,vt ignis a ſummitate vi ventorũ deijciatur in truncos, & inde in vicinas arbores, & ſi ventus ferens.i.inſtans glomerat incendia.i. flammarũ globos per cacumina. Vbi.i.in quo loco,aut tempore, hoc ſup.euenerit:ipſę oleę nõ valent reuireſcere a ſtirpe,& cæſę.i.amputatæ, nõ poſſunt reuerti,& reuireſcere ſimiles in ima terra , & ita oleaſter infelix.i. infœcũdus, ſuperat.i. ſupabundat folijs amaris.i. habens amara folia,qui dominatur extinctis oleis.

PIERIVS.

❡Altius ac terræ penitus defigiṫ arbor Æſculus.) antiqua exemplaria ſunt,in qbus Altior, legatur : Quæ quidem lectio in Mediceo codi.ſubdititia eſt, cũ prius,altius,ſcriptum eſſet. ¶Multoſq; per annos.Multa virũ voluens durando ſæcula vincit.) In Ro. codi.legere eſt,Multoſq; nepotes,multa virũ. ¶Neue inter vites Corylum ſere.)In anti. exemplari.Corylum per u ſcribi,quaq; ratione,diximus in Bucol.ſunt vero qui intelligant præceptum hoc

Universidad de Deusto Biblioteca

hoc,quia Coryli sunt exiles , neq; diuturnæ,minimeq; idoneæ, quibus vites applicentur. Sed enim prior est causa, quia vitibus nocent, quare inferius in antipharmacē dixit. Et in veribus torrebimus exta colurnis, vt hostia nocēs eo precipue virgulto coquatur,quod itidem vitibus nocet:ea enim de causa Caper Baccho immolabatur. ¶ Aut summas defringe ex arbore plantas.) In veteribus aliquot codicibus,summas,omnino legitur, In quib. &,destringe,non defringe habetur. In Romano vero & aliquot aliis antiquioribus, Summa,vnitatis numero,sexto casu legitur: Ex arbore enim, Summa & ima eleganter dicere solemus. ¶ Neu ferro læde retuso.) In exemplaribus antiquioribus, retunso,legitur, vt vomeris obtunsi, de quo alibi. ¶ Frondesq; elapsus in altas.) Nonnulla ex veteribus elabsus,scribunt per,b,characteristicum thematis,ita etiam in.iij. Labsus, & alibi eodē modo. Harum vero literarum b & p vicissitudinariū cōsensum superius ostendimus, vnum addam exemplum , quod econtrario carpo, & scribo, cum præteritum faciunt characteristicum præsentis in sibi cognatam mutant, vt scribo , scripsi facit:contra vero carpo carbsi : per b enim præteritum verbi huius enunciari Terētius Scaurus attestatur : sed & scribsi per b, in antiquis & approbatis exemplaribus inuenio, vt in Terentiano codice vaticano,quem pleriq; omnes docti homines magni faciunt, scriptum est. Tu te his rebus finē prescribsisti pater. Quareq; mihi nō sit mirum in tanta sentētiarum varietate , vt labor verbum characteristicū suum in præterito retinere possit.

Næc tibi tam prudens quisquam persuadeat author:
Tellurem Borea rigidam spirante mouere.
Rura gelu tum claudit hyems:nec semine iacto
Concretam patitur radicem affigere terræ.
Optima vinetis satio:cum vere rubenti
Candida venit auis longis inuisa colubris:
Prima vel autumni sub frigora:cum rapidus sol
Nondum hyemē cōtingit equis.iam preterit ęstas.
Ver adeo frondi nemorum, ver vtile syluis:
Vere tument terræ:& genitalia semina poscunt.
Tum pater omnipotens fœcundis imbribus ęther
Coniugis in gremium lętę descendit,& omnes
Magnus alit,magno commistus corpore,fœtus.
Auia tum resonant auibus virgulta canoris:
Et Venerem certis repetunt armenta diebus.
Parturit almus ager:Zephiriq; tepentibus auris,
Laxant arua sinus.superat tener omnibus humor:
Inq; nouos soles audent se gramina tuto
Credere:nec metuit surgentes pampinus austros:
Aut actum cœlo magnis aquilonibus imbrem.
Sed trudit gemmas,& frondes explicat omnes.

SERVIVS.

¶ Nec tibi tam prudens quisquā.) Dicit quo tpe vites ponendę sint,& probat tolerabiliter autūno melius verno:nā dicturus, Ver adeo frondi nemorum,ver vtile syluis. ¶ Cōcretam radicē.) Ante.n. quasi gutta quędā est ex terra & humore,pcreata, quę postea tenditur in radicē. ¶ Vere rubēti) Floribus splendido. ¶ Cādida venit auis.) Iuuena. Serpente Ciconia pullos Nutrit. ¶ Vere tument terrę.) Asper simpliciter accipit,vt terrę nominatiuus sit pluralis. Donat' vero terræ genitiuum vult esse singularem:vt sit sensus mutata distinctione, Vere tument syluæ.s.a superioribus : terræ & genitalia semina poscūt,i.tument syluæ & genitalia semina terrarum requirūt.Sed melius Asperū sequitur : vt, ¶ Genitalia semina , quæ nos iacimus intelligamus,nō quæ ex terra syluę suscipiunt. Genitalia autē dicimus semina , quibus aliquid procreatur & gignitur. ¶ Tument.) Suspenduntur. ¶ Pater omnipotens fœcundis.) Interdum pro aere Iuno , & pro æthere Iuppiter accipitur . Aliquoties & pro aere & pro æthere Iuppiter, Iuno vero pro terra & aqua:sicut hoc loco intelligim'. Nam æther nō habet pluuias, vnde ætherem pro Ioue accipim' : cui tribuuntur aer & æther:quæ duo mista terræ & humori vniuersa procreāt. Dicit autem verno tempore esse pluuias, quibus cuncta nascuntur : vnde fœcundis imbribus dixit : quibus terra fœcundatur. ¶ Magno commistus corpore fœtus.)Pro corpori. vt,Hæret pede pes. Item alibi,Et magno se corpore miscet.Licet possimus accipere , Commistus terræ magno suo corpore,id est ętherio. ¶ Certis diebus.) Statutis,legitimis,a natura arcana quadam ratiōe dispositis:vt tractat Lucretius,qui dicit rationē hanc ex ętherio calore descendere. ¶ Almus ager. Ab eo quod nos alat. ¶ Zephiri.) Fauonii : alibi , Et Zephyro putris se gleba resoluit. Horatius, Soluitur acris hyems grata vice veris,& Fauoni. ¶ Nouos soles.) Dies vernales. ¶ Nec metuit surgentes pampinus Austros.) Varie. Nam supra ait , Audent se gramina tuto Credere. ¶ Trudit.) Propellit,effundit in folia.

MANCINELLVS.

¶ Borea spirante.) Cum solum flatibus Aquilonis cōcrescat atq; siccescat,austrinis cōtra labescat,atq; humescat, plantaq; pari ratione humidior sicciorve seipsa reddatur , hac de causa meli' per austrum seritur:radicatur enim,germinaturq; celerius , cū planta turgens creditur solo turgēti, cœlumq; adest emollitum atq; benignum , Aquilone autem aduersa omnia veniunt , frigent etenim plantæ , atq; laborant,& solo gelato,neq; radicem æque demittere,neq; germen edere possunt, hæc ex Theophra. lib.v. de causis plantarum. ¶ Optima vinetis satio est.)Columel.lib.iiij. ca.iij.ait.Plantaria facito ab oriente a.x,luna & a.xx. hæc vel melior est vitibus satio, sed cum feres frigidos ventos vitato,docet etiam ibidem Columel. quo pacto plantaria debeant fieri , & libro,iiij.capi.xiiij.ait,quod vitis vere, autūno tempestiue deponitur, Vere melius, si aut pluuius,aut frigidus status cœli est:vt ager pinguis , aut cāpestris,& vliginosa planicies . Rursus autūno si sicca,si calida ē aeris qualitas , si exilis, aut arduus cāpus,si macer pruptusve collis. Vernæq; positionis dies fere quadraginta sunt ab idib' Februarii vsq; ad ęquinoctiū rursus autumnalis ab idibus Octo.in Cal. Decē. Satiōis aūt duo genera,malleoli,vel viui radicis , quod vtrūq; ab agricolis vsurpat,&c. ¶ Prima vel autūni.) Theophrast' li.iij. de causis plantarū ait , Turgescit solum cum humectum , atq; tepidū est, statumq; temperatum aeris obtinet, tunc agile, fertile,atq; lætū cōsistit,quod duobus fieri temporibus maxime arborū generi solet vere,ac autumno,& quidem his temporib' arbores magis serimus.Sed melius vere , nunc enim solū humidū est,& solis tepefaciēs elicit germen , & cœlum placidum, atq; solidū eflat,ita vt ex his oibus educatio & geminatio prospere sequi possit,tamē satio cōmunior omnium,vel plurimorum, tam fructuum q; plantarum tempori verno tribuitur,hęc ille. ¶ Rubenti.)Florido. ¶ Candida auis.) Ciconiam intelligit, quā e longinquo venire,nō dubium est,vti & grues illas hyemis, has estatis aduenas nec venire, sed venisse cernimus , honos his serpentium exitio,tantus, vt in Thessalia capitale fuerit occidisse, eadē legimus pœna,quæ in homicidas.hæc & plura Plin. libro.x.cap.xxij. ¶ Cum rapidus sol.) Rapit enim ac trahit ad se cuncta torrens,& sorbens calore suo quo liquor siccatur : de quo etiā ante patuit. ¶ Æstas.) Autumni calorē ęstatem appellauit. ¶ Tument.) Turgescūt. ¶ Et genitalia semina poscūt.) Semper.i.solo turgenti semina mandare oportet:sic enim optime germinatio agitur, vt scribit Theophrastus lib.iij.de causis plantarū. ¶ Coniugis in gremium.) Iuppiter,vt dixit Ennius, is est quē Gręci vocāt aerem, qui ventus est , & nubes , & imber postea dictus , quia mortalis atq; arbores, herbasq; omnes iuuat.Iuppiter item, cœlum dicitur. Varro scrib.talia Iuppiter, id est aer,qui ventus est , & nubes imber postea:Descēdit in gremiū lætę cōiugis.i.Iunonis,quę & terra:& Philosophus ethi.lib.viij.scri.Euripidē hæc dicere. Cum est sicca tellus ipsa certe tum imbrem amat,cum turget ęther imbri cum cœlum tumet affectat, vt telluris in sinus cadat. ¶ Æther.) Iuppiter, quem summum deum,mundiq; animam voluere.Euripides ætherem cœlum ipsum,ac Iouem voluit , vt scri. Tul.li.j. de.n.d. Lætę fœcūdę veris temperie. ¶ Magno corpore.)s.terrę. Subest enim natura terræ,vnde superius ait, Quippe solo natura subest.Natura aūt res oēs creat, auget,alitq;, vt Lucre.inqt. ¶ Resonat.)Oui.item lib.j.Fastoꝝ ait. Et tepidum volucres concentibus area mulcent.Ludit & in pratis, luxuriatq; pecus. ¶ Zephiri.) De his late lib.j.Geor.Et zephiro putris se gleba resoluit. ¶ Superat tener omnibus humor.) Ver vero calidum fecit , & humectum deus omnium fabricator.Sicca æstas,& calida, autūnus siccus,& frigidus.Hyems humida pariter & frigida, author est Macro.li.vij. ¶ Nouos soles.)tūc enim est noua tpis ætas,vt etiā Oui. lib.j.Fast.inquit. ¶ Austros.) qui humidi sunt , & nubila nutriūt, de quibus

de qbus latius supra. ¶ Imbrē,)i. grandinē, ait enim Aquilo li.vj. Met. Induroq; niues,& terras grandine pulso, ¶ Geminas.) Vitiū oculos intelligemus per metaphorā,vt latius patuit Eclo,vij.

ASCENSIVS.

¶ Nec tibi,&c.)Docet quo vēto flante arādę aut fodiēdę sint terræ,dicens,quia nō Borea,sed Zephyro qui veris tempore flat, in cuius laudem parumper digreditur. ¶ Ordo est, Nec quisquam author tam prudens.i.quantūcunq; prudens habeat,persuadeat tibi mouere,id est aperire arando aut fodiendo,tellurem,i.terrā, rigidam,i.constrictā gelu:& hoc Borea.i.vento illo septētrionali spirante.i.cum spiritu & sibilo flante , quia hyems.i.tempestas hyberna ac pluuiosa,claudit tum.i,tunc.s.cum Boreas flat gelu, nec patitur.i.non permittit aut sinit,affigere terræ radicē concretam : & hoc semine iacto.i.postq; iactum sit semen. Optima autē satio est vinetis.i.vitibus vere rubenti.s.floribus, vnde & purpureum alibi dicit : cum,i.quādo:auis candida.s. ciconia inuisa colubris longis, qbus.s.pascit, venit.s.ad nos , vel sub.i.pauloante prima frigora autūni:cum.i.quādo:sol rapidus.i.ad se humores attrahens , aut celeriter semper currens nondum cōtingit equis suis hyemem.i.lineam aut signum vbi existens hyemē facere solet:& cum iam æstas præterit.i.inter cauma & frigus intensum, Ver est adeo.i.valde multū vtile,frondi nemorū,ver est adeo vtile syluis : terræ tument.i.grauidę fiunt vere , & poscunt semina genitalia.i.qbus cōceptis generent,quia ęther.i.aer tepidus, hoc est Iuppiter existens pater oipotens:descendit tum.i,tunc.s. tempore verno,læte.i.lętanter in gremiū coniugis.s.Iunonis, q pro terra ponitur, vnde & terrenorū regnorum moderatrix a poetis censetur, censetur,sup.cum imbribus fœcundis.i.fertilibus aut fœcūditatem pariētib':& ipse.s.Iuppiter , cuius oia plena sunt, cōmistus.s. cū magno corpe.s.totius terrę,alit oēs.s.terrę, & virgulta auia.i. in qbus nulla est via,hoc est syluestria : resonant tum.i.tūc auib' canoris,& armēta repetunt tunc certis dieb'.(Cæteris.n.in coitu satietas est,homini pene nulla)Venerē.i.rem naturalē ad ,ppagādam,plem.Et ager almus.i.quo alimur,parturit tūc.s.in vere : & arua laxant sinus.i.gremiū & receptaculum seminū:laxāt dico.i. aperiunt & dissoluūt , auris Zephiri tepentib'.i.teporē afferentibus humor tener.i.molliculus,superat oibus.s.viuētibus,& gramina audent credere.i.cōmittere se,tuto.i.sine periculo , nec pāpinus.i.si frondes vitiū:metuit sup. tunc austros surgentes , aut imbrē.i.copiā pluuię,actū.i.impulsum,sup. de cœlo sup. cū magnis aquilonibus,sed trudit.i.propellit & effundit in folia, gemmas.i.vitium oculos aut modulos:& explicat.i.pandit,oēs frondes,quibus.s.opus est arboribus fructiferis.

PIERIVS.

¶ Tellurem Borea rigidam spirāte mouere.) In Ro.co. moueri, legit, quod minime displicet. Impersonale enim habet,nescio qd magis generale ex Seruii snia. Nam etiā in segetū cultu præceptū hmōi dedit,& Borea flante neq; arādum , neq; serēdum monent agricolationis magistri. ¶ Zephyriq; tepētibus auris laxant arua sinus.) In Ro.co.& in Medi.tremētibus , legit,quod si admittas, dictū erit ab effectu,magis vero placet, tepentibus ob rōnē physicam,quod calidi sit aperire,vt frigidi cōdensare. ¶ Audēt se gramina tuto credere.) Celsus ait Virgilium scriptū reliquisse germina , quare male gramina repositū est . loquit enim de arborū omnium fœtu.

Non alios prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies:alium ue habuisse tenorem
Crediderim:ver illud erat:ver magnus agebat
Orbis,& hybernis parcebant flatibus euri:
Cum primū lucem pecudes hausere:virumq;
Ferrea progenies duris caput extulit aruis:
Immissæq; feræ syluis,& sydera cœlo.
Nec res hunc teneræ possent perferre laborem:
Si non tanta quies iret frigusq;,caloremq;
Inter:& exciperet cœli indulgentia terras.

SERVIVS.

¶ Non alios prima.) Hoc secundum licentiam poeticam dixit,nam falsum est.Constat enim post factū mundum ex qualitate cursus solis tēpora esse diuisa. ¶ Tenorem.) Ductum. ¶ Ver illud erat.) Absoluta elocutio: quidquid illud fuit,ver fuit. ¶ Hybernis flatibus. ¶ Asperis, sæuis. ¶ Virūq; ferrea progenies.) Procreata ex lapidib' ad laborem , alibi, Vnde homines nati durū genus. ¶ Immissęq; ferę syluis.) Hunc ordinē propter Arcadas tenuit,qui se Proselenos esse asserunt.i.ante lunam natos : quod & Cicero in Fundaniana cōmemorat:& Statius qui ait. Arcades astris lunaq; priores. ¶ Hunc laborem.) Vel frigoris , vel caloris. ¶ Quies.) tranquillitas . Et est veris definitio, Cœli indulgentia.

MANCINELLVS.

¶ Originem mundi.) Pli.scri. mundum quod alio noie cœlum appellari libuit,neq; genitū, neq; interiturū vnq; nostri Theologi scribūt.xv. Cal.Aprilis mundū creatū fuisse die solis. Poeta ēt idem videtur asserere,ait enim, ver illud erat,&c.Orbis dictus est mundus, quoniam eius forma in speciem orbis absoluti globata est, vt Pli.docet magnus orbis , magnus ait , quod vt testatur etiam Plin.immensus est,& infinitus:ac finito similis,furorq; est mensuram eius animo quosdam agitasse,atq; prodere ausos pecudes.v.&.vj.die volatilia,& animalia cuncta genita sunt,deinde homo, qui illis dominaret , in quo qdem Poeta ipse nostrę fidei sequitur opinionem. ¶ Ferrea progeni.) Fabulas sequitur narrātes e lapidibus natos hoies , de quo latius Oui. ¶ Et sydera cœlo.) Quarto die facta sunt luminaria, duo in firmamento cœli , vt lucerent super terram. ¶ Laborem.)s.caloris & frigoris, ¶ Indulgētia cœli.) id est aeris tranquillitas,& temperies.

ASCENSIVS.

¶ Non alios,&c.) Quo facilius persuadeat vernā temperiē esse in rebus ineuntibus & iam primū creandis aptissimam , dicit etiam mundi totius originē in verno tempore fuisse , nō quia iam ver esset,cū mūdus fieret,sed qa pma tēperies quę iam ,pducto mundo fuerat verna erat primiq; qui illuxerint soles vernales. Consentit ergo cū fide mūdum esse creatum , & aliquādo incepisse, & statim eo creato ver fuisse, hoiesq; vltimo loco creatos:sed poetice dicit ferreos,sicut lib.j.de lapidibus iactis loquens, Vnde homines nati durū genus : verūtamē meo iudicio de his hoib' qui tēpore Pyrrhę erant,non loquit:sed de primis.nam loquitur de his q statim post ,pductionē primarū pecudū ,pgeniti sunt, quos ferream ferreā ,pgeniē forte appellat : qa ,pgenitores erāt ferreoꝝ vt ,pgenies nō solū ,pgenitos sed & ,pgenitores significet . Inde eni cęteri ,pgeniti dītur. ¶ Ordo ē.Ego crediderim nō alios dies,i.soles q dies faciunt , nō alios dico q vernos illuxisse, sup.in pma origine mūdi crescētis.i. vt pmū mūdus creat' ad aliarū rerū ,ppagationem crescere cœpit: ve pro vel,ego crediderim.i. ausim credere : dies in prima origine mundi crescētis,non habuisse aliūt enorē.i.ductū alium q vernū illud.s.qd fuit in prima origine mūdi erat ver,magnus orbis.i.principiū magnę reuolutionis,toti'.s.mūdi agebat ver.i.tēpestatē vernā & Euri.i.venti illi oriētales frigidi & cōtrarii Zephyro seu Fauonio in vere flāti parcebāt, id est abstinebāt,hybernis flatib':tunc.s.cū.i.qn pecudes hausere pmū.i.vt dicūt pmitus,lucē,i.claritatē diei (qa pecudes erāt ante hoies formatę) & cū ,pgenies ferrea.i.dura quasi robore aut lapidib' pmū genita,aut potius, vt dixi : ,pgenies ferrea.i.ferreos ,pgenitura,virū.i.viroꝝ extulit caput duris aruis.s.saxosis, & feræ sunt imissę syluis.i.in syluas,& sydera sunt missa cœlo (nisi dicas ferę imissę sydera.i.imittēdo effectę sydera:cœlo.i. ad ornatū cœli : fabulāt.n.signa cœlestia feras ferme fuisse , sed por cōstructio melior est.)Nec res tenerę.i.recēs genitę possent pferre hūc.i.talem laborē ventoꝝ.s.& frigoris,si tāta qes.i.tēperies, & cōcordia nō iret.i.itercederet iter frigus,qd'.s.in hyeme est , & calorē q est i ęstate dominant,& si idulgētia.i.benigna iflūētia,& quasi clemētia,cœli.i.aeris nō exciperet.s.ab aduersis,& nociuis terras.

PIERIVS.

¶ Cum primū lucem pecudes.Roma.& Mediceus co.Cū primæ lucem pecudes,legunt,quod nō displicet. ¶ Virūq; Ferrea progenies duris caput extulit aruis.) Lactā.lib.j.lectionē agnoscit, terra,vbi dicit. Illud hoc loco pterire nō possum : quod errātes qdā philosophi aiūt hoies,ceteraq; aialia sine vllo artifice orta esse de terra.Vnde illud Virgilianū, Terrea progenies duris caput extulit arnis.Sed quātum pertinet ad terream , tam instrumēti nostri monumētis consonū est : q a philosophoꝝ antiquiorib' scholis non alienum Ægyptiis, Arabis,& plerisq; aliis nationibus, apud quas rerū naturaliū disciplina claruerit , in eandem sniam facile concedentibus.in qbusdam vero Lactantii codicibus verba illa. Procreata est ex lapidibus , Ex Seruii cōmentario importune videas inserta Virgiliano carmini . Illud autem terrea,eruditis auribus non satisfacit,qui putant Lactantii codicē deprauitū : cum ferrea, sententiam nihil immutet.

Quod superest, quęcunq; premes virgulta per agros,
Sparge fimo pingui: & multa memor occule terra:
Aut lapidem bibulum, aut squalenteis infode cōchas.
Inter enim labentur aquæ: tenuisq; subibit
Halitus: atq; animos tollent sata. iamq; reperti,
Qui saxo super, atq; ingentis pondere testæ
Vrgerent. hoc effusos munimen ad imbres:
Hoc, vbi hiulca siti findit canis æstifer arua.
Seminibus positis superest deducere terram,
Sæpius ad capita: & duros iactare bidentes:
Aut presso exercere solum sub vomere: & ipsa
Flectere luctantes inter vineta iuuencos.
Tum leues calamos: & rasæ hastilia virgæ,
Fraxineasq; aptare sudes, furcasq; bicornes:
Viribus eniti quarum, & contemnere ventos
Assuescant: summasq; sequi tabulata per vlmos.
Ac dum prima nouis adolescit frondibus ætas:
Parcendum teneris: & dum se lætus ad auras
Palmes agit laxis per purum immissus habenis:
Ipsa acie: falcis nondum tentanda: sed vncis
Carpendæ manibus frondes: interq; legendæ.
Inde vbi iam validis amplexę stirpibus vlmos
Exierint: tunc stringe comas: tunc brachia tonde:
Ante reformidant ferrum: tunc deniq; dura
Exerce imperia: & ramos compesce fluenteis.

SERVIVS.

¶Quod superest.) Non quod deest, sed quod sequit. ¶Premes.) Demerges, infodies. ¶Quęcunq; virgulta.) Siue de plantariis, siue de arboribus. ¶Lapidē bibulum.) Qui arenarius vocatur. ¶Aut squalētes infode cōchas.) Cocleę autem propter admittēda spiramina infodiūtur. Lapis vero arenarius, & ppter spiramina & ppter hauriendū humorē, si forte nimius fuerit. Squalētes.) Sordidas. ¶Animos tollent.) Sumēt ab his rebus magnanimitatē. ¶Iamq; repti.) s. diligentiores. ¶Effusos munimen ad imbres.) Contra nimias pluuias. ¶Hiulca. t Nimiis caloribus fissa. ¶Ad capita.) Positarum. s. vitiū. ¶Iactare aūt bidentes.) Hoc ad comminuendas pertinet glebas. ¶Flectere luctantes.) Cū quadam moderatione ducere, ne tenera adhuc virgulta concutiant. ¶Leues calamos.) Nitidos. Dicit autem & cannas & virgas radendas, ne ex corticibus rubigo aduersa vitibus possit creari. ¶Seq tabulata.) Tabulata sūt rami effusiores, & in plana tendentes, non in altiora crescentes. ¶Per purū.) Per aerem. ¶Ipsa acie falcis nondū tentāda.) Si acies, sensus hic est, Teneris adhuc vitibus, nō est falcis acies necessaria. si aciē subaudiamus virgulta: vt sit, Ipsa virgulta nōdum falcis acie tentāda sunt. ¶Stirpibus.) Solidiorib' palmitibus.i.truncis. ¶Frons tenera.) Frondis vera lectio est. Lucre. Frōdiferasq; domos auiū. Apud antiqores.n. singularis noīatiu' erat frōdis, hodie vero & a frōte & a frōde vn' est noīatiu' frons, sicut etiā lens a lente, & a lende capitis breuiore pediculo.

PROBVS.

¶Tabulata per vlmos.) Rami sunt, q vites sustinēt p trāslationē, qa rustici, cū putant, supra eos ramos stant, hoc est tabulas.

MANCINELLVS.

¶Quod superest.) Quod restat docēdum est sup. vel aduertendum. ¶Fimo.) Theophrastus lib. iii. de causis plantarum inquit, quod stercus agrum & solutū & tepidum reddit, quod alii protinus terrę pmistum plantę aggregāt, alii inter terram superiorē mediū disponūt. ¶Occule terra.) Terra inferior alit vitem & arborem, superior custodit. Col. li. iii. c. iii. author. ¶Lapidē.) Lapides subiiciunt, vt plantę per hyemē humore perfrui, & p ęstatē possint refrigerari. Enimuero cōtra vtrūque tēpus ita pręparasse oportet, vt lapides humorē contineant, & ęstate radicibus calorem propulsent, alii sarmenta substernunt, alii vas fictile plenū aquę apponūt. Theophrastus edocet lib. ii. Col. etiam lib. iiii. c. iiii. ait, in imo scrobe lapides, circa pōdo qnq; posito, ne vitem premant, sed iuxta radices sint. Theophrastus autē predicto libro ait, oportere etiam calculos ab amne, aut faucibus torrētis petitos: nam si lapis latus, atq; perpetuus sit, arbori est noxę, si rotundus, minutusq; subiiciat, refrigerat, & aquam trāsmittit, & locum radicibus peruium pręstat, lapides præterea hyeme tepefacere, æstate refrigerare posse affirmāt. ¶Squalentis.) Squalens, a squamis dicit splendens, a squalore vero sordidum. ¶Qui saxo super.) Maronis pręceptū fuit, vt in scrobibus lapides disponerent, qui singuli nō excederēt, quinq; librarum pondus: hi enim vident & aquas hyemis, & vapores æstatis propulsare radicibus, author est Col. lib. iiii. c. xv. ¶Munimen.) s. est. Hoc. s. munimē est. ¶Hiulcam siti.) i. siccitate aperiente ea arua. s. ab hio hiulcus deducit. Catullus etiam ait, Cum grauis exustos æstus hiulcat agros. ¶Canis ęstifer.) vii. Calendas Augusti canicula apparet, estq; caligo ęstuosa, vt scri. Colu. lib. xii. Et Plinius secundo ait, caniculę exortu accendi solis vapores, quis ignorat? ¶Ad capita. Capita vitiū putata circūfodito, arare incipito, vltra citraq; sulcos perpetuos ducito, ita præcipit Cato teste Plinio libro. xvii. capi. xxi. Columella autē lib. v. ait quod fat plerisq; visum est ex Calen. Martii vsq; in Octob. tricesimo quoq; die nouella vineta confodere, omnesq; herbas & præcipue gramina extirpare, &c. ¶Aptare.) Superest. ¶Tabulata.) cacumina ipsa, & arborum casulas. ¶Parcendum teneris.) Pli. lib. xvii. docet nō esse festinādum ad putationē nouellę vitis, sed primo in circulos materiem colligendam. Nec nisi validę putationem admouendam. ¶Palmes agit.) Vitis materia mollis, qui p nouella brachia emissus fructum affert, propterea lætus palmes ait poeta. Dicitur autem palmes, vt Festus ait, quod in modum palmarum virgulas, quasi digitos edit. Et Col. ait li. iiii. c. vi. q malleolus nouellus est palmes innatus primi anni flagello, &c.

Fimus.
Agri.
Squa.
Hiulca.

ASCENSIVS.

¶Quod superest.) Redit ad institutum suum, docens, quo pacto terræ vitibus ferendis aptandæ sint. ¶Ordo autem est. Quod.i. vt agamus quod superest.i. agendum & docendum restat: quæcunq; virgulta, tu pmes.i. pressa plantabis per agros: sparge sup. ea fimo pingui, & tu memor, aut præcepti mei, aut infelicitatis aliter plantatorum: occule.i. occulta & absconde ea, multa terra: & infode.i. simul cum vitibus in eadem fossa fode, aut lapidē bibulum. s. aquæ, hoc est arenarium, aut conchas squalentes.i. sordidas, vt. s. per testas fiant spiramenta: enim pro quia: aquæ. s. pluuiæ aut deriuatæ: labentur inter. s. conchas, & tenuis halitus.i. spiritus, subdit.i. clanculum intrabit, & sata.i. seminaria plantarum, tollent.i. erigent, animos.i. vigorem suum. Et iam reperti. s. sunt qui superurgerent.i. premerent saxo atq; pondere ingētis testę, quia hoc. s. aut saxum, aut testam magnā superponere, est munimē.i. protectio, ad.i. cōtra imbres perfusos.i. nimis impetuosos, hoc. s. etiam munimen est contra ęstum, cum.i. quādo canis ęstifer, in quo signo sole existēte intensissimus solet esse calor, findit, id est secat & diuidit arua hiulca.i. hiantia, siti.i. siccitate. ¶Seminibus positis. Docet quid agēdum sit postq; seminaria posita sunt dicens, seminibus positis.i. postq; semina posita sunt, superest.i. reliquum est, deducere.i. deorsum ducere sæpius terram ad capita. s. seminum, & iactare. s. superiniicere bidentes instrumenta vinitorum duos dentes habētia, duros, quia ex ferro aut respectu glebarum, & hoc ad glebas discutiendas & dissoluēdas; aut exercere solum.i. terram sub vomere presso.i. altius imisso, & flectere, id est cum moderatione ducere iuuencos luctātes.i. petulcos, & qui luctarentur si non flectentur inter vineta, id est loco in quibus vites nascuntur. Loquitur de situ Italico, vbi inter ordines vinearum agri frugiferi satis dereliquitur, vt arari possit. Habent.n. ferè in eodem solo vinum, frumentum, & fructus arborum. Tum.i. deinde superest, aptare. s. ad vites sustentādas, calamos leues.i. nitidos ac politos, seu leuigatos, hoc est decorticatos, producitur enim prima, & pro.i. hastilia.i. perticas virgæ rasæ.i. decoriatæ & sudes fraxineas, vnde pali fiunt, & furcas bicornes.i. bina cornua habentes, ad suffulciendas vites, aut impositas perticas, quarum. s. furcarum viribus.i. sustētaculis. s. vites assuescant.i. assuetæ fiant, eniti.i. erigi cum quodam annixu, & cōtemnere ventos, vnde deiicerentur, si non haberēt fulcimen, & assuescant sequi tabulata (quę vulgus solaria vocat, quia solum faciūt quasi per aerem euntibus, sed tabulata dicuntur: quia ex tabulis super trabes positis conficitur: vitium autem testudines tabulata dicuntur: quiaperticæ pro trabibus, & vites cum frondibus ac fructibus tabularum vicem præstant) tabulata igitur.i. cōnexiones perticarum in morem tabulatorū: per vlmos summas.i. quæ sunt in summitatibus vlmorum. Ac dum, id est quādiu prima ætas adolescit frondibus nouis, id est quādiu frondes teneræ ac nouæ, & nōdum adultę sunt, parcendum. s. est.i. parcere oportet, teneris frōdibus vitium videlicet, hoc est pampinis, &.i. etiam dum palmes lætus.i. vegetus agit se ad auras.i. erigitur, & multū adhuc crescit immissus per purum.i. liquidum aerem, & hoc habenis laxis.i. libero excremento, ipsa acies falcis, nōdum. s. est tentanda. s. in putandis vitibus.i. nondum putandę sunt vites: ferro ipsius falcis.i. cultri incurui quo vites putari solent: sed frōdes. s. luxuriantes & superflue pampini: carpēdę sunt manibus vncis.i. incuruatis aptis videlicet constrictis digitulis, & frondes sunt interlegendæ.i. tollendæ de medio non temere, sed cum delectu, inde.i. postmodum, vbi adoleuerint vites, vbi. s. frōdes exierint: stringe.i. decerpe stringendo, tum.i. tunc, comas.i. pampinos, quæ sunt vitium comę: & tonde.i. reseca & puta, tum.i. tūc brachia.i. palmites. Nam ipsa brachia. s. reformidant ante.i. prius q emiserint frondes, ferrum. s. falcis: deniq;.i. vt semel præcipiam: exerce tum.i. tunc, dura imperia. s. amputando (nam durus imperator est, qui in capita suorum animaduertit) & pro.i. cōpesce. s. putando ramos fluentes.i. luxuriantes: hoc est qui effluerent luxuriose, nisi compescerentur.

PIERIVS.

¶Superest deducere terram.) In Roma. cod. diducere. In aliquot aliis, educere. Sed vulgata lectio castior. ¶Furcasq; bicornes.) In Roma. codi. legere est, Furgasq; valentis, quod mihi non satisfacit: tametsi in aliquot aliis codicibus ea lectio reperiatur. ¶Palmes agit.) In Medi. codi. aget, futuro tempore legitur. ¶Ipsa acie falcis nondum tentanda.) In Roma. cod. numerus ita habet ipsa acie nondum falcis. In aliquot aliis, Ipsa acies, legitur: sententiam vero hanc Quintilianus sibi desumpsit institutionum libro. ii. Quod etiam rusticis notum est, qui frondibus teneris non putant adhibendam esse falcem, quia reformidare ferrum videntur, & nondum cicatricem pati posse. ¶Et ramos cōpesce fluentes.) In antiquis codi. Ro. legere est, ramos compesce valentis, præcepto, phrasiq; ex Varrone sumpta, qui primo de agricultura ait. Vites pampinari, sed a sciēte, nam id, q putare, maius, neq; in arbusto, sed in vinea fieri, pampinare est sermēto coles, qui nati sunt de iis qui plurimū valent, secundum, nōnunquā & tertiū relinquere reliquos decerpere ne relictis colibus sarmētum nequeat ministrare succum.

Texendæ sepes etiam, & pecus omne tenendum:
Præcipue dum frons tenera, imprudensq; laborum.
Cui, super indignas hyemes, solemq; potentem,
Syluestres vri assidue, capreæq; sequaces
Illudunt: pascuntur oues, auidæq; iuuencæ:
Frigora nec tantum cana concreta pruina,
Aut grauis incumbens scopulis arentibus ęstas,
Quantum illi nocuere greges, duriq; venenum
Dentis, & admorso signata in stirpe cicatrix
Non aliam ob culpam Baccho caper oībus aris
Cęditur: & veteres ineunt proscenia ludi:
Pręmiaq; ingentes pagos, & compita, circùm
Theseidę posuere: atq; inter pocula lęti
Mollibus in pratis vnctos salire per vtres.

SERVIVS.

¶Texendæ sepes etiam.) Alii hic distinguūt: alii separant texendę, sepes etiam & specus oē tenendum. ¶Solem potentem.) Intollerabilem, grauē. ¶Indignas autē hyemes.) Sæuas. ¶Syluestres vri.) id est boues agrestes, qui in Pirenæo monte nascunt iter Gallias & Hispanias posito. Sunt autem exceptis elephantis, maiores aīalibus cæteris. dicti vri ἀπὸ τῶν ὄρων.i. a montibus. ¶Capręq; sequaces.) Id est persecutrices: vt Maleęq; sequacibus vndis. ¶Incumbens scopulis.) Etiam saxa coloribus penetrans. ¶Admorso.) Participium est, ac si diceret abroso. ¶Non aliam ob culpam.) Victimæ numinibus, aut per similitudinem, aut per contrarietatem immolantur. Per similitudinem, vt nigrum pecus Plutoni. Per contrarietatē, vt porca, quæ obest frugibus, Cereri: & caper qui obest vitib' Libero. Item capra Æsculapio, qui est deus salutis: cum capra nunquam sine febre sit. ¶Aris autem omnibus.) Non sine causa dixit, nam cum numinibus cæteris varie pro qualitate regionum sacrificetur, vt Veneri Paphiæ tantum de thure; vnde est, Haud equidē tali me dignor honore. Genetrici vero, id est Romanę, etiā de victimis: Libero vbiq; caper immolatur. ¶Veteres ineūt proscenia ludi.) Primi ludi theatrales ex liberalibus nati sunt: Ideo ait veteres ludi. Proscenia autem sunt pulpita ante scenā, in quibus ludicra exercentur. ¶Pagos & compita circū.) Id est per quadriuia, quę cōpita appellantur, ab eo quod multæ vię in vnam confluant: & villas, quæ pagi ἀπὸ τῶν πηγῶν appellant, id est a fontib' circa quos villę consueuerūt cōdi, vn̄ & pagani dicti sunt, quasi ex vno fonte potātes. Cōpita aūt, sunt vn̄ ludi compitalitii vocant. ¶Thesidę.) Athenienses, q primi ludos istituere liberales. ¶Mollibus in pratis vnctos salire per vtres.) Vnctos vel olei vel lixiuia. In pratis, aūt ideo ne lęderent cadētes. Vtres vero fiebant ad insultationē etiam mortuorum caprorum, nequid ex his esset quod nō sentiret iniuriā. ¶Saliere.) Secūdum artē locutus est. Nam si salio salui dicebant: vnde & Cicero ait in Miloniana, Cum hic de rheda reiecta penula desiluisset, Sic etiam ab eo quod est Cano, non cecini, sed cani dicebant, vnde Sallustius, Cornua occanuerunt.

PROBVS.

¶Non aliam ob c. b. c. o. a, Cæditur & ve. in proscenia ludi: Præ

Universidad de Deusto Biblioteca

miaq; in.p.e.c.cir. Theſidæ.p.a.i.p.l. Mollibus in.p.v.ſaliere per vtres.) Poſtq; mortale genus animaliū cœpit carne veſci, ex his quæ frugibus nocerent, vel aliquos lederent fructus. Prima exiſtimatur hoſtia fuiſſe ſus. Secunda caper: ille, quia terram roſtro protrudendo ſemen erueret. hic, q̄a vitem læſerat. Itaq; ēt Ouid. in.xv. Teſtimoniū huic opinioni dicēte Pythagora. Et prima putatur Hoſtia ſus meruiſſe necem, quia ſemina pando eruerat roſtro, ſpemq; interceperat anni, Vit. caper m.b.m. ad aras Duciť, vltoris nocuit ſua culpa duobus, Præmia aūt poſuiſſe Theſidas, cum dicit ingentes pagos, & compita circū, Athenienſes ſignificat a rege Theſeo dictos, itaq; ludis, q̄a p̄miū Victori erat caper, qui græce tragos, tragœdia cœpit appellari, genus quoddam carminis ab antiquis cauſa ſpectaculi inſtitutum.

MANCINELLVS.

¶Vri.) In ſylua Hercynia Germanię ſunt magnitudine paulo infra elephantes ſpecie & colore, & figura tauri, magna vis eorum, & velocitas, neq; homini, neq; feræ, quā conſpexerunt, parcunt: hos ſtudioſe foueis captos interficiūt cornua ſtudioſe conquiſita ab labris argēto circūcludunt, atq; in ampliſſimis epulis pro poculo vtuntur. Hęc ex lib. vj. Cōmenta. Cæſaris de bel. Gal. Macro. lib. Vj. ait, q̄ vri Gallica vox eſt qua feri boues ſignificantur. Capreæ ¶Capręq;.) Capræ in plurimas ſimilitudines transfigurantur. ſunt capreæ. Sunt rupicapreæ, ſunt Ibices pernicitatis mirandę, ſunt & Damę, multaq; alia haud diſſimilia, Pli. lib. viij. ¶Incumbens ſcopulis arentibus.) Id eſt ſaxa etiam ipſa calore penetrans. ¶Admorſo.) Caprarum morſus arboribus exitialis, Oliuā lambendo quoq; ſterilem faciunt, eaq; ex cauſa Mineruæ immolantur, author Pli. lib. viij. ca. xlvij. Caper. Sus. ¶Caper.) Prima hoſtia fuiſſe putať ſus, ſecunda caper, illa, quia rictu ſemina eruerat, hic, quia vitem læſerat. Hinc Ouid. lib. xv. Meta, loquente Pythagora ſcri. Et prima putatur Hoſtia ſus meruiſſe necem, quia ſemina pando Eruerit roſtro, ſpēq; interceperit anni, Vite caper morſa Bacchi mactatus ad aras Ducitur, vltoris nocuit ſua culpa duobus, aſſerit idem Var. lib. ij. c. iiij. ¶Omnibus aris.) Nam cum aliis diis pro varia regionum conſuetudine vario modo ſacrificetur, Baccho ſemper, & vbiq; in liberalibus mactatur caper. ¶Veteres lu.) Spectaculorum origo, teſte Caſſiodoro, ab Græcis tracta eſt, nam cū agricultores feriatis diebus ſacra diuerſis numinibus per lucos, vicoſq; celebrarent. Athenienſes primum agreſte principium in vrbanum ſpectaculum collegerunt. Theatrum græco vocabulo appellantes, vtq; Diomedes ait, hircus præmium cantus proponebať: vnde Hora. in arte iquit. Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum. Tragœdia. Inde itaq; tragœdia dictum eſt carminis genus a trago, id eſt hirco. Teſpis. Teſpis autem genere Athenięſis primus inuenit tragœdiam: ait enim Hora. in arte, Ignotum tragicę genus inueniſſe camœnæ Dicitur, & plauſtris vexiſſe poemata Teſpis. Proſcenia. ¶Ineunt.) Petunt, adeunt, Proſcenia pulpita erāt ante ſcenam in q̄bus ludicra exercebanť. Pagus. ¶Pagos.) i. vicos, & cōuenticula ruſticorum, ſm̄ Diomedem: dicti aūt pagi a fontibus, πηγὴ enim fons Cōpita. diciť Dorice, author eſt Feſt. ¶Compita.) Sunt triuioꝝ platęę vel Theſe⁹. ſpatia. ¶Theſidę.) Athenienſes. Theſeus. n. vt Euſeb. ſcri. Athenięſes prius per regionē diſperſos in vnā ciuitatē cōgregauit. ¶Poſuere.) Scilicet caprū, vt iis eſſet prēmiū. ¶Vtres.) Icaro patri Erigones: liber pater, vinū & vitem, & vuā tradidit: qui cū ſeuiſſet vitem ipſam, & hircus in vineā ſe cōieciſſet, & quæ ibi tenerrima folia videret, decerpſiſſet, ex pelle eius vtrem fecit, ac vino plenum perligauit, & in medium proiecit, ſuoſq; ſodales circa eum ſaltare coegit, author eſt Iginius.

ASCENSIVS.

¶Texendę ſepes, &c. Adhortatur præmunire vineas ſepibus ab hircorum caprarumq; incurſibus: facturus inde tranſitum ad ſacrificia ruſticorum deſcribenda. ¶Ordo eſt. Sepes. i. munitiones ex virgultis in cratium morem complicatis vineas ſepiētes, ſup. ſunt etiam texendæ: & omne pecus eſt tenendum. i. arcendum, a vineis præcipue, dum. i. donec, ſeu quādiu, frons eſt tenera & imprudens. i. inexperta, laborum. i. incōmodorum, cuiuſmodi ſunt hyemes venti, grādines, morſus, infractiones, putationes &c. Cui ſcilicet frōdi. Vri. i. id genus bouis, ſylueſtres. i. petulci, & indomiti: & capreę, i. capræ ſylueſtres, ſequaces. i. pſecutrices, aut quæ vineas inſequuntur, illudunt. i. nocent & officiunt, ſup. in vltra aut præter, indignas. i. nimis magnas, hyemes. i. tēpeſtates pluuioſas, & ſolem potentē. ſ. in ardore atq; æſtu, oues paſcuntur. ſ. vineas, & iuuencæ auidæ. ſ. cibi paſcuntur. ſ. vineas: Nec. i. nō, & frigora concreta. i. cōſtricta pruina cana. i. per pruinā albicantē, aut æſtas grauis. i. calor vehemēter æſtiuans, incūbens. i. violēter ingruēs ſcopulis. i. ſaxis in mari ſitis arentibus. ſ. præ ſiccitate, & ita vehe=
menti

menti calore fiſſis, nocuere. ſ. frōdi aut vitibus, tantū. i. intātum, quātum illi greges. ſ. caprearū præcipue, & quātum. ſ. nocuit. venenū dentis duri. ſ. caprearū, qui quicq̄d abrodit ſimul exurit, & cicatrix. i. ſtagna duri dentis ſignata. i. infixū, in ſtirpe. i. trunco & ſtipite, admorſo. i. mordicus abroſo. Caper cęditur. i. mactať Baccho exiſtēs ſacer. i. aut execrabilis, aut ſacrificabilis: cæditur dico oībus aris cū aliis numinibus varię mactenť hoſtię ac victimę ob non aliā cauſam. i. ob eā cauſam, q̄a. ſ. vitē abrodit & inurit, vnde Oui. in Faſt. Rode caper vitem tamē hinc cū ſtabis ad aram, In tua quod ſpargi cornua poſſit erit. Et ludi veteres īmo vetuſtiſſimi, q̄a primi credunť fuiſſe, ineunt proſcenia. i. loca ante ſcenas, id eſt vmbracula pro q̄bus agebanť aut ludebanť fabellæ: & Theſidę. i. Athenienſes a Theſeo in ciuitatem collecti, poſuere præmia. ſ. caprarum, Vnde Hora. Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum, ingētes. i. valde magnos, pagos. i. vicos circa fontē in agro exiſtentes. (Galli villagia vocant) & circum compita. i. loca quo plures competunt. ſ. quo plures conueniunt, vt ſunt triuia: atq; ipſi læti inter pocula. i. poſt epulationē & cōpotationē ſaliere in pratis mollibus. i. herboſis per vtres. i. ſaccos ex corio factos, & vino impletos, vnctos. i. pingues & lubricos. De his autem latius diſquirit Beroaldus in Seruium, cuius verba ſimul cū his quæ de ſericis lanis annotauit, in hunc locū recepi. Sunt autē in illa verba Seruiana. Apud Seras ſunt in arborib⁹ vermes, qui in aranearum moré fila tenuiſſima deducunt, vnde eſt ſericū. Contra quæ Beroaldus & hiſtorici oēs diſſentire videnť a Seruii ſnīa, ſcribētes, quēadmodum apud Sera ſunt arbores lanigeræ ſine vermibus, quarū frondibus caniciē depectunt aqua perfuſam, ex quo vellere veſtimenta conficianť, quæ ſerica nuncupanť, vt author eſt Pli. cuius verba libuit ſubtexere ex lib. vj. ſeres lanitio ſyluarum nobiles perfuſam aqua depectentes frondiū caniciē, vnde geminus fœminis noſtris redordiendi fila rurſumq; texēdi, tam multiplici opere tam longinquo orbe petiť, vt in publico matrona tranſluceat. Hoc idē Soli. in collectaneis tradit. Et pfecto Plinii ac Solini verba ita Virgiliano carmini cōueniūt, vt ab illo mutuata eſſe videanť: nāq; poeta ſic ſcribit, Velleraq; vt foliis depectāt tenuia Seres, quo q̄dē verſu apertiſſime demonſtrat vellera & lanitium apud Seras colligi ex foliis, nō aūt confici a bombycib⁹ vermiculis, ſicut exponit Ser. Enimuero bombyces non apud Seras, ſed in Aſſyrię inſula Coo peculiariter, pueniunt, qui q̄dē bombyces vermiculi ſunt, telaſq; araneaꝝ modo texunt ad veſtē, luxūq; fœminarſi, quæ bombycina appellanť, cui⁹ mētio fit apud Iuue. Quarū delicias vel pāniculus bombycinus vrit. Prima eas veſtes texiſſe in inſula Coo Pamphila Platys filia diciť, vt author eſt Ariſtoteles in. v. de aīalibus, & repetitum eſt a Plin. in. xj. vnde veſtis Coa noiatur, cuius crebro meminerūt poetę, & in primis Ouid. atq; Propertius: Præterea nō ſatiſfacit mihi Seruius in enarratione illius Virgiliani carminis, vnctos ſaliere per vtres, cum hic locus ab vnico tantū Iginio (quod q̄dem legerim) optime declareť: adeo vt nihil Virgilianæ ſententiæ ſit accōmodatius. Scribit enim in libro de ſignis, Bacchum, vinum, & vitem, & Vuā, Icaro tradidiſſe, vt oſtēderet hominibus quomodo ſereretur, & quod ex ea naſceretur, hic cum ſeuiſſet vitem hircus in vineam ſe conſiciens tenerrima queq; folia decepit ex quo facto Icarus indignabūdus hircū interfecit, & ex eius pelle vtrem confecit, quē vino plenum coniecit in medium. Sodaleſq; ſuos circa eum ſaltare coegit, Alii tradunt Icarum, cum a Libero patre vinum accepiſſet, ſtatim vtres plenos in paluſtrum impoſuiſſe. Ex hac Iginii narratione, vt ego ſentio, Maronianum carmen apertiſſime illuſtratur, & ſentētia efficitur manifeſtaria. Hæc ille, quoꝝ quidem Mancinellus hic aſſumpſit.

PIERIVS.

¶Et pecus omne tenendum eſt.) In Ro. codi, tuendum habes. In Mediceo, tenendum, abſq; eſt. ¶Præcipue dum frons tenera.) Aduerte loco hoc Seruii corrupta eſſe verba, quę, vt per te incolumitati ſuæ reſtituere poſſis, quid ſup hoc nomine veteres tradiderint, apponam: Cariſius ait, frundes, & frundibus, veteres per u dixiſſe: cuius rei exemplum ponit Ennii ex annalium libro ſeptimo, rureſcant fundes, nō, frondes, mutatum vero, u, in, o, monet Plinius, & nominatiuum abſq; n, litera in vtroq; loqui, frns, fros: nam fros τὸ μέτωπον. ¶Sylueſtres vri aſſidue, capreęq; ſequaces illudunt.) In Romano codice aſſidue, quam ſcriptionem improbat Cariſius, cum nomen ſit ab aſſe. Quod vero Seruius vros in pyrenæis naſci dicit Plini. eos, quos inter equos etiam enumerat, ad ſeptentriones ſtatuit, quorum cornibus barbari illi potent, Cæſar in Hercynia ſylua Germaniæ. ¶Aut grauis incumbens ſcopulis arentibus æſtas.) In codice Mediceo, æſtus,
legitur

legitur. Quod frigori reſpondet per antitheti proprietatē, & eadem locutione variatum in Palæmone, ſi lac præceperit æſtus. ¶Et admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix.) Admorſo quidem in veteribus aliquot codicibus habetur: in pleriſq; vero, d, littera abraſa eſt, imperite, vt mihi videtur, niſi ſit, quod in antiquis aliis, a morſu, legitur. Sanē Romanus codex, admorſu, vnica dictione, verbali nomine legit. In Mediceo etiam prius ſcriptum erat, admorſu per, u, inde illita eſt circularis linea alio atramento: vt, admorſo, dicat. Sed enim Seruius, admorſo, participium agnoſcit, ac ſi diceret, abroſo, ſtirpe. Quamuis negat Donatus ſtirpem apud Virgilium, reperiri fœminino genere, quam ſententiam & Cariſius & alii pleriq; reiecerunt, vt alibi dictum. ¶Non aliam ob culpā Baccho caper omnibus aris Cæditur, & veteres ineunt proſcenia ludi, Præmia quam ingentes pagos, & compita circum Theſeidæ poſuere.) Sunt qui epitheton, ingentis, ocioſum eſſe, vel importunum iudicent. quod non in ingentibus tantum pagis, ſed in omnibus ea ſacra fieri pietas illa vetus expoſcebat: neq; diſtinguendum, vt per compita minores pagos intelligamus, cum ſit eiuſdem ſententiæ dilatatio, vt etiam apud Horatium quis circum pagos, & circum compita victor, quin pagus pauciſſimis etiam caſis conſtare poteſt, compita, cum triuiorum plateas requirant, pluribus itidem conſtare domibus æquum eſt: quare lectionem illam ſummopere approbarim, quam in codicibus omnium quos verſauerim antiquiſſimis obſeruaui. Præmiaq;, ingeniis pagos & compita circum Theſidæ poſuere, vt intelligas de tragœdiis, quarum ſcriptoribus hircus præmium fuerit ꝓpoſitum, Horatio dicente, Carmine qui tra=
gico

gico vilem certauit ob hircum, & his ludis poemata cani ſolita: idem Horatius oſtēdit dum theſpin ait plauſtris vexiſſe poemata, de tragediæ inuentore loquens. dicamus igitur Athenienſes poſuiſſe præmia ingeniis pagos & compita circum: quia vero ſunt qui Virgiliū negent vſum ingenii vocabulo, pro ea vi mentis, quæ ſit docilitatis, meditationis, inuentionis, & prudentię capax: eo ſignificato, quod apud Horatium eſt, Graiis ingenium, & apud Salluſtiū. Sed quia prouenere ibi pręclara ingenia omne punctum me tuliſſe fateantur, ſi dixero apud Virgilium eodem ſignificato accipi, Haud equidem credo, quia ſit diuinitus illis ingenium: ad eorum enim opinionem refellendam, hoc ait, qui putabant multis & prudentię, & docilitatis ſignis in auium genere perſpectis, ea pollere mente, cuius ſententię Democritū fuiſſe tradunt, ſiquis vero Virgilii ſentētiam inſpiciat, neminem tam ſtupidum eſſe crediderim qui non fateatur eo loco igenium pro vi mentis accipi quæ ſit docilitatis, & prudentię capax. Quod ſi etiam nuſquam alibi Virgilius eo vocabulo vſus fuiſſet latiniſſimæ illius ætatis conſenſus, qua M. Tullius, Salluſtius, Hora. claruere facit, vt hoc loco non incōgrue in hanc ſententiam poni potuerit, etiam ſi rei tactæ pulchritudo eruditioq; ipſa, & veterum codicum teſtimonia non accederent. ¶Vnctos ſaliere per vtres.) Seruianis temporibus præteritū a ſalio ſalui, pronunciabāt, idem tamen, ſalii, ſecundum artem dictum aſſerit a Virgilio, quod veteres ſaliui faciebant, hinc nonnulli, ſaluere ſcribunt. In codi. tamen antiquis manu ſcriptis, ſaliere, legiť: eiuſmodiq; pręteriti forma agnoſcitur a Priſciano hoc eodem citato verſu, eum vero ſaliendi moré videas ad Iginiū de ſignis, vbi de Arctophylace loquitur.

Necnon Auſonii Troia gens miſſa coloni
Verſibus incomptis ludunt, riſuq; ſoluto:
Oraq; corticibus ſumunt horrenda cauatis:
Et te Bacche vocant per carmina læta: tibiq;
Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu.
Hinc omnis largo pubeſcit vinea fœtu:
Complentur valleſq; cauæ, ſaltuſq; profundi:
Et quocunq; deus circum caput egit honeſtum.
Ergo rite ſuum Baccho dicemus honorem
Carminibus patriis: lanceſq; & liba feremus:
Et ductus cornu ſtabit ſacer hircus ad aram:
Pinguiaq; in verubus torrebimus exta colurnis.

SERVIVS.

¶Necnō Auſonii, Troia gēs.) Hoc eſt etiam Romani hęc ſacra celebrāt & canunt. nā hoc eſt. ¶Verſibus incomptis ludūt.) Id eſt carminibus Saturnio metro compoſitis, quod ad rhythmū ſolum vulgares cōponere cōſueuerūt, Horatius, Libertaſq; recurrētes accepta per annos Luſit amabiliter. ¶Riſuq; ſoluto.) Id eſt cachinno. ¶Oraq; corticibus ſumunt.) Quia neceſſe erat pro ratiōe ſacrorum aliqua ludicra & turpia fieri q̄bus poſſet populo riſus moueri: qui ea exercebant propter verecundię remedium hoc adhibuerunt, ne agnoſcerenť, vt perſonas factas de arboꝝ corticibus ſumerent. ¶Et te Bacche vocant.) Hymnos in tuū canunt honorē. ¶Tibiq; oſcilla.) Mollia penſilia: vt, Pilentis matres in mollibus. Oſcilloꝝ aūt, varię ſunt opiniones: Fabula. Nam alii hanc aſſerunt fabulam, Icarus Athenienſis pater Erigones, cū acceptū a Libero patre vinū mortalibus indicaret, occiſus eſt a ruſticis: qui cū plus ęquo potaſſent, inebriati venenū ſe accepiſſe crediderant, huius canis eſt reuerſus ad Erigonē filiam, quæ cum eius comitata veſtigia pueniſſet ad patris cadauer, laqueo vitam finiuit. Hęc deoꝝ voluntate inter aſtra relata eſt, quam vocāt virginē. Canis quoq; ille eſt inter ſydera collocatus. Sed poſt aliquātum tempus Athenienſibus morbus immiſſus eſt talis, vt eoꝝ virgines furore quodam compellerenť ad laqueum, reſponditq; oraculum ſedari poſſe peſtilentiā illam, ſi Erigonis, & Icari cadauera requirerenť: quæ cū diu quęſita nuſquā inuenirētur, ad oſtendendum ſuā deuotionē Athenienſes, vt etiā in alieno ea quærere viderenť elemēto, ſuſpenderunt de arboribus funem: ad quē ſe tenentes hoīes hac atq; illac agitabātur: vt quaſi etiam per aerem illoꝝ cadauera quærere viderenť. Sed cum inde pleriq; caderēt, inuentū eſt vt formas ad oris ſui ſimilitudinē facerent, & eas pro ſe ſuſpenſas mouerent. Vnde & oſcilla dicta ſunt ab eo, q̄ in his cillerentur, id eſt mouerentur ora: nam cillere eſt mouere: vnde & furcillæ dictæ ſunt, quibus frumēta cillentur. Alii dicunt oſcilla membra eſſe virilia de floribus facta, quæ ſuſpendebantur per intercolumnia: ita vt in ea homines acceptis clauſis perſonis impingerent. & ea ore cillerent, id eſt mouerent ad riſum populo commouendum, & hoc in Orpheo lectum eſt. Prudentioribus tamen aliud placet, qui dicūt ſacra Liberi patris ad purgationem animæ pertinere: omnis aūt purgatio, aut per aquā fit, aut per ignē, aut per aerē: ſicut & in ſexto ait, Aliæ pan=
duntur

dunť inanes Suſpenſę ad ventos, aliis ſub gurgite vaſto Infectum eluitur ſcelus: aut exuritur igni. Vt nunc per oſcilla genus purgationis, videlicet aeris: quod eſt maximū intelligamus. Nam p̄mū aquæ eſt, ſecundū eſt ignis, tertiū aeris. ¶Hinc omnis largo pubeſcit vinea fœtu.) Poſt hæc ſacra celebrata. ¶Ergo rite ſuū Baccho dicemus honorem.) Iuſte igitur Liberi celebrabim⁹ ſacra. ¶Honeſtum.) Pulchrū. ¶Carminibus patriis.) Id eſt Romana lingua, pleraq; enī ſacra, pro gentium qualitate: pleraq; ſecundum ſuū ritum coluntur, nam hymni Libero apud Græcos græca, apud Latinos latina voce dicuntur. Hymni vero matris deum vbiq; propriā, id eſt græcam linguam requirunt. ¶Stabit ſacer.) Placebit. Tunc enim eſt aptum ſacrificium, cum dedicatum animal victimæ patiens inuenitur, vnde & alibi ſic ait, Et ſtatuam ante aras aurata fronte iuuencum. i. placere faciam. Contra Lucanus, Diſcuſſa fugit ab ara Taurus: Sacer, autem execrabilis. vt, Auri ſacra fames. ¶In verubus torrentibus exta colurnis.) Quia ſicut etiam caper eſt inimicus vitibus, ita eis nocet & corylus. Vnde & ait ſupra, Neve inter vites corylum ſere.

PROBVS.

¶Necnon Auſonii Troia gens miſſa colo. V. i. l. r. q;. ſ. Oraq; corticibus. ſ. h. c. Et te. Bac. vo. p. l, t. q;. Oſcilla ex. a. ſ. m. p.) Hic ritus Oſcillorum iactationis frequens in Italia ab Atticis eſt traditus. Celebratur autem feriis ſementinis ex hac cauſa ab Athenienſibus inſtitutus, Icarus paſtor Atticus, cum a Libero patre accepiſſet vinum deputandum venale, & præciperet ignorantibus adhuc vſum huius, vt parce biberent, illi ſapore delectati: contumaces fuerunt præcepto. Itaque cum & corpus eorum ſolueretur, & ſermo ebrietate, arbitrati ſe venenum accepiſſe interfecerunt Icarum. Canis autem eius ſine domino reuerſus ad Erigonem filiam, dux fuit quærenti patrem: Illa autem cognita morte Icari ſuſpendio ſe necauit, Canis non recedens a corpore domini inedia couſumptus eſt. Cum autē ſubita peſtilentia in Attica incidiſſet, & noui generis virgines alienata mente, ſuſpendio ſe necabant in ſyluis. Conſultum eſt oraculum Apollinis de fine tam luctuoſi furoris, Reſponſum eſt remedium futurum præſens ſupplicium eorum, qui occiderant Icarum. Quibus conquiſitis, & interfectis, ſacratiſq; inter ſydera Icaro filia, & cane plane numinibus ſacrificium inſtitutum eſt, quo Oſcilla imita=

Universidad de Deusto Biblioteca

rentur suspendia atticarum virginum. Elęam graece dicunt oliuam, ex qua premitur oleum, quod eleon vocatur. Eleos dicitur misericordia, quae quia contingit eis, quibus pax datur, olea pacis signum est.

MANCINELLVS.

¶Necnon Ausonij.) Praedictos Atticorum ritus, vt Cassiodorus & Probus scribunt, Romani, sicut caetera extrema ad suam rempublicam traxerunt. Ausonij autem Italiae populi Pometio agro vicini Campaniam tenebāt, & cum mare Siculum, ne Semel quidem incoluerint: Siculum tamen pelagus Ausonium appellat, author est Strabo libro. v. Festus vero sic, Ausoniam appellauit, Auson Vlyssis & Calypsus filius, eam primam Italiae partem, in qua sunt vrbes Beneuentum, & Cales, deinde paulatim, tota quae Apennino finitur: dicta est Ausonia ab eodem duce, a quo vrbē etiam Aruncam conditam ferunt. ¶Ora.) pro personis posuit, vt Macro. ēt lib. vj. ait. ¶Per carmina lęta.) i. per hymnos. ¶Oscylla.) Iginius sic ait, Cum in finibus Atheniēsium multę virgines sine causa suspendio sine morte consciscerent, quod Erigone moriēs erat precata, vt eodem leto filiae Atheniensium afficerentur, quo ipsa foret obitura, nisi Icari mortem persecuti, & eum forent vlti. Itaq; cum id venisset, petentibus eis Apollo dedit responsum si vellent euentu liberari Erigone satisfacerent, qui q; ea se suspenderat, instituerunt, vt tabula interposita pendente funibus se iactarent, vtique pendentes vento mouerentur, quod sacrificium solenne instituerunt, itaque & priuatim, & publice faciebant. Probus autem scribit. Oscyllorum ritum in Italia ab Atticis quoq; sumptum esse: qui ritus celebratur ferijs sementinis: Ferię sementinę. dictę vero Ferię sementinae, author Varro, a semente. Refert autem Probus eadem pene quae Iginius de Oscyllis. ¶Mollia.) Id est pensilia, vt apud Martia. Nec triuiae templo molles laudent honores, id est pensiles: nam summa miracula iquit Pli. li. xxxviij. ca. xij. Erant ibi epistilia tantę molis attolli potuisse, nec de re alia intelligendum est: fit enim comparatio ad Amphitheatrum ab ędificio, non a statuis vel alijs. ¶Tibiq;.) Mortuus fuerat Icarus Bacchi munere, inde Erigone filia suspenderat, sicut etiam Atheniensium virgines ob Erigones imprecationem: sed habito responso postea, vt dictum est: Oscyllorum sacra instituta sunt. Poeta dicit Baccho illa fieri solita vt placaretur. s. ac si eiusdē irato numine suspendia virgines exercuissent, hac ratione Baccho Oscyllorum sacra potissimū tributa existimo, cum propter Icarum & Erigonem fuerint instituta, ad tollenda virginum suspendia. Hinc post Bacchi sacra. ¶Pubescit.) Germinat, crescit, floret. ¶Honestum.) Pulchrum. ¶Carminibus patris.) Id est latina lingua, nam apud Graecos graeca lingua Libero dicebatur. ¶Lāces.) Sacrificandi vascula. ¶Libaq;.) De ijs Eclog. vij. legito. ¶Stabit.) Non fugiet, per quod aptū sacrificium notauit. ¶Sacer.) Execrabilis.

bilis. ¶In verubus colurnis.) In paxillis: verubus autem ait, quoniam quaedam exta in olla, quaedam in veru coquebantur: vnde ait Varro. Haec sunt, quorum in sacrificijs exta, in olla non in veru coquuntur.

ASCENSIVS.

¶Necnon Ausonij.) Atheniensium inquit ritū, Ausonij quoq; coloni absumpserunt. Quia vero per hoc videretur sentire Romanos a Graecis & originē & ritum traxisse: quoniā Ausonij ab Ausone Vlyssis & Circes filio dicti sunt, subiunxit Troia gens missa. q. d. tamet si generaliter Ausonij nominent ab Ausone: tū Romani precipuam originem traxerūt a Troianis. ¶Ordo est. Necnon. i. etiam. q. d. nō solum Athenienses, sed etiā coloni Ausonij. i. agricolę Italici, & potissimum Romani. (Appositio restringēdę generalitatis gratia) gens missa Troia. i. ab vrbe Troia post destructionem eius, hoc est Romani ludunt versibus, incomptis. i. inornatis & pedestribus exordijs, & risu soluto. i. cachino rustico, hoc est vero & non dissimulato: & sumunt horrenda ora. i. personas, per quarum medium sonant verba. (Galli appellant, faulx visaiges) corticibus cauatis. i. vt faciei applicētur. factis foraminibus, pro oculis naribus & ore: & vocant. i. inuocant te o Bacche per carmina lęta. i. laetitiam eorum post vinum indicantia, & suspendunt tibi. i. in honorem tuum ob memoriam Icari & Erigones quibus fausti, Oscylla. i. facierum simulachra parua mollia. i. pensilia, aut ex molli materia effecta, ex pinu alta. Hinc. i. ex his sacrificijs, aut post hęc sacrificia: omnis vinea pubescit. i. germinat ac floret, largo. i. abūdanti & fertili foetu, hoc est fit qualis pubescentes puellae quae facile grauidae fiunt atq; cōcipiunt, & ita valles cauę, & saltus profundi non solum colles complentur. i. implentur simul largo. s. foetu vinearū, & sup. omnia loca complentur quocūq;, id est in quęcūq; deus. s. Bacchus circumegit. i. duxit & quassauit, caput honestum. i. pulchrū. Ergo q. d. i. Baccho fauente omnia complentur, dicemus rite. i. secūdum ritum & debitum morem Baccho suum. i. proprium honorem. i. hymnum & canticum laudis carminibus patrijs. i. Romana lingua: & nos feremus lances. i. vasa sacrificijs apta, & liba. i. molam, & hircus ductus (non tractus sponte adductus stabit) sacer. id est erit placens & conueniens sacrificio, ad aram. s. Baccho extructam: & nos torrebimus exta pinguia, vt non abiectam afferant hostiam in verubus. i. paxillis, colurnis, s. ex corylo factis: corylus autem vitibus obest, vt caper, & ita congruit in sacrificijs Bacchi eam amputare vt fiant verua.

PIERIVS.

¶Ergo rite suū Baccho dicemus honorē.) In veteribus aliquot codi. legere est, suos honores, quod rem splendidiorē efficit. ¶In verubus torrebimus exta colurnis.) In co. Medi. torquebimus legitur, quod ipsius rei ministerium videt, exprimere. Sed. n. torrebimus, receptius.

SERVIVS.

Est etiam ille labor curandis vitibus alter:
Cui nunq; exhausti satis est. nanq; omne quotannis
Terq;, quaterq; solum scindendum: glebaq; versis
Aeternum frangenda bidentibus: omne leuandum
Fronde nemus. redit agricolis labor actus in orbem:
Atq; in se sua per vestigia voluitur annus.
Et iam olim, seras posuit cum vinea frondes:
Frigidus et syluis Aquilo decussit honorem:
Iam tum acer curas venientem extendit in annum
Rusticus: & curuo Saturni dente relictam
Persequitur vitem attondens; fingitq; putando.

¶Est etiā ille labor.) Iam paulatim tendit ad vitiū vituperationē, dicēs, & īfinitū esse earū laborē: vt, Cui nūq; exhausti satis est, & incertū fructū: vt, Et iā maturis metuēdus Iuppiter vuis, & ipsum ēt fructū pnitiosum: vt, Bacch⁹ & ad culpā causas dedit. ¶Exhausti satis est.) Exhaustionis, finitionis, quod qa asperū visum ē, se ad figurā trāstulit, & ait. Exhausti, vt Seruātissimus ęqui: pro ęquitatis. ¶Omne solū.) Continēs. s. vites. ¶Aeternū.) Semp. perpetuo. Et absolute locutus est. ¶Leuandum fronde nemus.) Releuādum, spoliādum. Omne autē nemus dicit & arborū & vitiū. Vnde paulo post dicturus est, Bis vitibus ingruit vmbra. ¶Labor actus in orbē.) i. in anni circulum labor se inuicē sequit rusticor. ¶Olim.) Quādoq;. Significat autē finale tēpus autumni, ¶Seras frondes.) Sero cadētes. Tarde enim spoliant vites frondibus. ¶Frigidus & syluis Aquilo decussit honorem.) Varronis hic versus est. ¶Acer.) Non quilibet, sed diligēs. ¶Curas venientem extēdit in annū.) Quasi in tēpore alieno premeditatur futurum laborem. ¶Et curuo Saturni dente.) Id est falce quae est in eius tutela. Nam Saturnus dicitur, patri Caelo virilia falce amputasse, quae in mare cadentia Venerem creauerunt: quod ideo fingitur, quia nisi humor de coelo in terras descenderit, nihil creatur. Alij Saturnum Saturnum deum esse temporum dicunt, quae sicut falx, in se recurrunt. Alij vero dicunt Saturnum in progressu nihil nocere: cū retrogradus ē, esse periculosum. Ideoq; eum habere falcem in tutela, quod & ipsa protēta nihil valet, retro acta vero, quid quid ei occurrerit secat. ¶Relictā.) Scilicet a se paulo ante desertā. ¶Fingitq; putādo.) Componit vt. Fingitq; premendo.

MANCINELLVS.

¶Satis exhausti.) Id est sufficiēs finiti, vel perfecti: vt quae bella exhausta canebat, id est finita, & perfecta. ¶Terq; quaterq;.) Pli. libro. xviij. capi. xx. scribit. Satis esse vineam ter anno confodi, ab aequinoctio verno ad Vergiliarum exortum & canis ortum, & nigrescente acino. Quam ita determinant veterem semel a vindemia ante brumam, cum alij ablaqueare, & stercorare satis putent. Iterum ab Idibus Aprilis anteq; concipiat, hoc est in vj. Idus Maij, deinde priusquam florere incipiat, & cum defloruit, & variante se vua. Peritiores affirmant si iusto saepius fodiatur, in tantum tenerescere acinos, vt rumpantur, quae fodiuntur, ante feruentes oras diei fodiendas conuenire. ¶Aeternum.) Semper. ¶Frangenda gleba.) Id occare appellant ab occidendo, quod grandes terrae caedit globos, vt Fest. ait. Omne nemus vitium. s. de quo vide paulo inferius, Bis vitibus ingruit vmbra. ¶Labor

Annus. ¶Labor actus.) id est in ipsa vinea habitus & effectus. ¶Annus.) Solis annum, nō solum a Calen. Ianua. vsq; ad easdem vocamus, sed etiam a sequēti post Calen. vsq; ad eundem diē: & a quocūq; cuiuslibet mensis die vsq; in diem eundem reditus annus vocatur, author Macrob. libro. ij. de som. & libro primo sat. inquit, q; Atteius Capito annum a circuitu temporis putat dictum, quia veteres an pro circum ponere solebant. ¶Honorem.) Nam, vt aiunt, turpe, & sine frondibus arbor & sine crine caput. ¶Saturni dentem.) Falcem Saturno putant attributam, quod tempus oia metat, execet, incitat: nam idem Cronos est, id est tempus author Macro. libro primo Satur. falcis autem vinitorię figura a Columella libro. v. capi. xxv. docetur ample. ¶Fingit.) Componit. ¶Putando.) Theophrastus libro. iij. de causis plantarum ait, q; quando bene vitis putatur, & germen, & fructum melius affert, & viuere diutius potest. Tempus autem amputandi alijs locis tantummodo diuidunt, alij genera etiam tangunt, iubent mature illas recidere, quae solo sicco, & calido, cum primum sua demittere folia cessauere, quae in frigido, atq; pluuio positae sunt, has paulo ante germinationē, quippe quae in solo sunt sitiente, humorē suum seruantes, ipse meliorescūt, & fructū vini suauioris pgnerant, quę vero in frigido sunt, emisso humore nec ipso deteriores, quitq; redduntur, & fructus fit incorruptior, mediū autem, ac temperatū obtinentibus agrum, medium tempus statuitur. Pli. vero lib. xvij. capi. xxj. docet, quo maturius putantur aptis diebus eo plus materię fundunt: quo serius, eo fructū vberiorem. quare macras prius conuenit putare, validas nouissime, plagam omnem obliquam fieri, vt facile decidant imbres: Recidi autem semper inter duas gemmas, ne sit vulnus oculis in recisa parte: si macra vitis idoneos palmites non habeat, ad terram recidi eam, nouosq; elici vtilissimum.

Ascensius

ASCENSIVS.

¶Est etiam ille labor, &c.) vt Ser. docet paulatim ad vitium vituperationē tendit, vt plenius oleas laudet, quae & sine multo labore nascunt, & facile cōseruant, & salubrē ferūt fructū. ¶Ordo est. Et etiam ille alter labor curandis vitibus. i. ad curandas apte vites. s. labori nunq; est satis exhausti. i. peractę & consummatę, aut in[...]nsę operę: nam omne solum cōtinens. s. vites est scindendum. i. sulcādum aut aperiēdum, quotannis. i. singulis annis ter & quater. i. frequēter: & omne nemus. s. tam arborum q; vitium est leuādum fronde. i. stringēdum, & fronde priuādum, vt botri solem excipiant: labor redit agricolis, actus. i. impulsus & reductus in orbē. i. circulum atq;. i. & aut atq;. i. pariformiter vt ann⁹ voluitur in se per sua vestigia. i. vt a vere per ęstatē autumnū & hyemē fit semper reditio in ver. Ac iam cum. i. quādo, vinea posuit. i. deposuit olim frondes seras. i. quas sero & tarde deponit, & Aquilo. i. ventus frigidus qui a septetrione flans decussit syluis honorē. i. ornatū frondium, iam tunc rusticus acer. i. strenuus, extendit. i. dilatat curas in annum venientē. i. incipit curare quae anno sequenti peragenda sunt, & prosequit curuo dente Saturni. i. falce quali Saturnus vsus dicitur: vitem relictam. i. paulo a se desertam, vel cuius culturam paulum intermiserat, & attondēs. s. eam: hoc est vitem fingit. i. componit, putando. i. resecando superflua & coaptando vtilia.

PIERIVS.

¶Et iam olim seras.) In Romano codice legere est, ac iam olim. In aliquot alijs, at iam, quarum lectionum nullam improbarim. ¶Curas venientem extendit in annum Rusticus.) In Romano codice, pro, rusticus, agricola legitur: magis vero placet, rusticus, tum quia sic habetur in reliquis exemplaribus, tum ex Vibuli synepeia, Ipse seram teneras maturo tempore vites Rusticus.

SERVIVS.

Primus humum fodito: primus deuecta cremato
Sarmenta: & vallos primus sub tecta referto:
Postremus metito, bis vitibus ingruit vmbra:
Bis segetem densis obducunt sentibus herbae.
Durus vterq; labor. laudato ingentia rura:
Exiguum colito. necnon etiam aspera rusci
Vimina per syluam, & ripis fluuialis arundo
Caeditur: incultiq; exercet cura salicti.
Iam vinctae vites: iam falcem arbusta reponunt:
Iam canit ext e nos effoetus vinitor antes.
Sollicitanda tamen tellus: puluisq; mouendus:
Et iam maturis metuendus Iuppiter vuis.

¶Primus humum fodito.) Hoc est ad laborem primū te esse cōuenit, vltimum ad fructus legēdos. Vinum enim factum de inmaturis cito acescit: & hoc loco inest vitiū vituperatio, quae fructus aut imaturi collecti depereunt: aut si earū fuerit expectata maturitas nihilominus pereūt. Nam dicturus est, Et iam maturis metuēdus Iuppiter vuis. ¶Et vallos primus sub tecta referto.) Vitiū sustentacula, quae in nō nullis locis, in tecta portātur, ne imbribus depereant cito. ¶Metito.) Vindemiato. ¶Bis vitibus ingruit vmbra.) Vitis & arboris, vt dempta folia solem admittant, quo possint vuae maturescere. ¶Bis segetem densis obducunt sentibus herbę.) Semel autumnali, semel vernali tēpore. ¶Durus vterq; labor.) Et vellendarum herbarum & frōdium secandarum. ¶Laudato ingētia rura, Exiguum colito.) Hoc etiam Cato ait in libris ad filium de agricultura: quod ideo dictum est vel quia maiores, agros incultos rura dicebāt, id est syluas, & pascua, agrum vero, qui colebatur: vt intelligamus, Laudato ingentes syluas, colito agrum minorem, vel, quod melius est, quia ait in primo, Alternis idem tonsas cessare nouales, Et segnem patiere situ durescere campum: quod fieri non potest nisi fuerint spatia maiora terrarum. Nam & Cato, vt diximus, & Cicero in Oeconomicis ob hoc laudant praedia latifundia, vel q;, vt dicit Donatus, etiam non culta praestant aliquid domino. ¶Rusci.) Ruscū virgultum est, vnde vites ligantur. Et commemorat labores qui licet circa alia, tamen pro vitibus exercentur. ¶Incultiq; exercet cura salicti.) Quasi cum indignatione ait, Causa vitium, cura nos etiam sponte nascentium rerum fatigat. ¶Falcem arbusta reponent.) Putatae sunt, nec falcem requirunt. ¶Iam canit extremos effoetus vinitor antes.) Melius est effoetus legere, quàm effoetos: vt quidam legunt. Et antes alij extremos vinearum ordines accipiunt: alij macerias quibus vineta clauduntur: quae macerię fiunt de assis, id est siccis lapidibus, vnde assae tibię dicuntur, quibus canitur sine chori voce. Dicuntur autem Antes a lapidibus eminētioribus, qui interponuntur ad maceriam sustentandam: nam pprie antes sunt eminentes lapides, vel columnae vltimae, quibus fabrica sustinetur, & appellantur antes ἀπὸ τοῦ ἀντισήκειν: ad quam etymologiam etiā extremos ordines vinearum possumus trahere, qui ante stant. Hoc autem dicit, Iam cantat rusticus labore finito: tamē deesse non potest quod exercere circa culturā vitium debeat. ¶Puluisq; mouēdus.) Genus ipsum culturę pulueratio vocatur, quo imunitę glebę vitibus applicant. ¶Maturis metuendus Iuppiter vuis.) Aer, more suo, cui⁹ varietas plerunq; laborē decipit rusticorū. Et tacite videt admonere, qd' in pmo aperte dixit sacrificijs tēpestates esse pellendas.

PROBVS.

¶Antes.) Effoetos ordines enim ad vindemiā factos dicit, & tum maxime subdito imbres periculosos esse.

MANCINELLVS.

¶Sarmenta.) Sparsa vinea putata, id est putrefacta. Vnde & virgulae abscissae sarmenta dicuntur. sarpere enim antiqui pro purgare ponebant. Fest. author. ¶Sub tecta.) Ne pluuia marcescant. Sarmenta. Sarpere ¶Vallos.) Palos. ¶Metito.) Fructus sumito. ¶Bis vitibus igruit.) Id est superuenit: bis aūt ait, quoniam post primam pampinationem iterum crescunt pampini, & quantitate, & numero: vnde Plin. libro. xvij. capi. xxj. ait. Pampinatio verna in confesso est ab Idibus Maijs intra dies decem vtiq; antequam florere incipiat, de sequente variant sententiae, cum defloruerit, aliqui pampinandum putant, alij sub ipsa maturitate, his igitur patet nō conuenire illud, Bis vitibus ingruit vmbra, scilicet ipsius vitis, & arboris. ¶Bis segetem.) Post primam nanq; purgationem iterum opus est purgare, atq; euellere herbas, nec procedere potest bis, idest autumno, & vere, quia hyemis initio, vt plurimum seritur aut autumni fine, vterq; labor vitium & segetum, purgatis densis sentibus, id propter carduos, & tribulos, ac lappas: vnde lib. j. inquit. Vt mala culmos Esset rubigo segnisq; horreret in aruis Carduus, intereūt segetes. subit aspera sylua. Lappęq;, tribuliq;, qui putauere, quippe ita censebant. Satius esse minus serere, melius arare, qua in sententia, & Virgilium fuisse video ait Plinium lib. xviij. Columel. etiam refert libro. v. capi. iij. Paridium quendam duas filias & vineis consitum habuisse fundum, cuius tertiam

Universidad de Deusto Biblioteca

tiam partem nubenti maiori filię dedisse in dotem, ac nihilominus ęque magnos fructus ex duabus partibus eiusdẽ fundi percipere solitum. Minorem deinde filiam nuptu collocasse in dimidia parte reliqui agri, nec sic ex pristino reditu detraxisse, &c. ¶Rusci.) Ruscum herba est sponte nascens: qua in cibis vtuntur plerę́q; gentes. Pli. lib. xxj. ca. xxviij. Maro tamen fruticis genus esse ostendere videtur, eo demum vites ligabantur. ¶Exercet.) Agricolam, scilicet. ¶Inculti salicti.) Hoc ideo, quia vt Plinius libro xvj. capi. lij. ait de salice. Nullius quippe tutior reditus minorisve impendij, aut tempestatum securior. ¶Arbusta.) Arbores vitibus maritatæ: de quibus Eclog. ij. latius, & Plinius libro xxvij. capi. xxij. ait, nobilia vina non nisi in arbustis gigni, & in ijs quoq; laudatiora summis, sicut vberiora imis adeo excelsitate proficiscitur. ¶Iam canit effetos extremus vinitor antes.) Sic quidam antiqui textus habent, quidam vero, Iam canit extremos effœtus vini. ant. ¶Canit.) Laudat canendo. ¶Effœtus.) Lassus fatigatus, languidus. Antes dicuntur extremi ordines vinearum: vt Festus ait. Antiæ vero muliebres capilli demissi in frontem. ¶Vinitor.) Vineæ custos & fossor. ¶Puluis.) Pli. libro xvij. capi. xxj. scribit, fossione puluerem excitatum contra solem, nebulasq; vuis prodesse. Theophrastus libro tertio causarum docet, q pulueris excitationem primis temporibus, cum nigrescere vuæ incipiunt facere debemus: damnari autem quousque ad maturitatem perueniant. ¶Iuppiter.) Aer, pluuia qua nimia marcescunt vuæ.

Arbustum.

Antes.
Antiæ.
Vinitor

ASCENSIVS.

¶Primus humum, &c.) Docet diligentẽ vinitorem & qui multum vini expetit debere esse primum in labore, & vltimũ in messe, seu vindemia, quare iterum probat difficultatem laboriosam in vitibus esse. ¶Ordo est. Tu fodito primus humum, vbi, scilicet vitem plantes aut stercores, & cremato primus sarmenta. i. amputamenta, hoc est superfluos & resectos palmites, deuecta. s. a vinea domum. In quo verbo est fœcũda breuitas. Nam multa simul dicit. non enim poteris, prius sarmenta domum vehere & cremare, nisi & prius putaueris, nam rarissimus quisq; sarmẽta iam putata in vineis dereliquit, & referto prius sub tecta ne. s. putrescant vallos. i. palos, quibus vites suffulciuntur, hoc est stipites, & metito. i. vindemiato postrem⁹. i. vltimus. vmbra. s. frondium aut pampinorum, ingruit vitibus bis. i. bis eijciunt vites frondes (quod manifestarium est: vnde libentius dixero sic, q̃ bis. i. duarum, quia arboris & vitis. sic. n. de vitibus ad vallos fixis non procederet) & herbę obducunt. i. cooperiũt bis segetẽ. i. seminaria, hoc est nouellas vitium plantas, bis. s. vere & autumno, sentibus. i. herbis spinosis, & nociuis: densis. s. dense nascẽtibus: vterq; labor. s. qui est in amouendis pampinis, & sentibus est durus. i. molestus & grãdis, & ergo laudato ingentia rura. s. aliorum, aut ingentia rura tibi ad varium vsum accõmoda, vt eorum multum pascuis, & multũ syluis cæduis, parum autem vineis deputes, vnde subdit, colito exiguũ. s. rus ad vinum aut frumentũ habendum. Necnon. i. etiam, aut insuper: aspera vimina rusci, illius fruticis lenti de genere veprium quo vites liganẽ: cæduntur. s. a rusticis & arundo fluuialis cæditur. i. amputatẽ ripis. i. in marginibus fluuiorum, arundinibus autem faciunt Itali sepimenta in hortis suis, & cura salicti inculti. i. salicum incultarũ, hoc est sponte nascentiũ exercet. s. cultorem vitium, iam vites, sup. sunt vinctę. i. ad palos ligatę. i. ponatur tempus quo id verum sit dicere, & quo iam arbusta. i. arbores vitibus maritatæ reponunt. i. requiescere faciũt falcem, quia nolunt putari amplius, & quo vinitor. i. vineę curator effœtus. i. lassus & virium expers: canit. i. laudat canendo, antes. i. ordines vinearum, extremos. i. ad consummationẽ perductos: & tamen tellus est solicitanda. s. rastris, & puluis est mouẽdus, vt. s. eo obducanẽ vuę priusq̃ maturę sint: & Iuppiter. i. aer, hoc est tempestas dij, hoc est cœli. seu aeris: est metuendus vuis maturis, quia marcescunt pluuia, vinumq; hebescit.

PIERIVS.

¶Et vallos sub tecta referto.) In hanc sententiam Varro lib. j. de agricultura, dominus simulac vidit occipitiũ vindemiatoris furculas reducit hybernarum in tecta, vt sine sumptu harum opera altero ãno vti possit. ¶Iam canit extremos effœt⁹ vinitor antes.) Carminis huius lectio in antiquis codicib⁹ varia est, nam in codice Romano, Iam canit effectos extremus vinitor: verum id improbatur a Seruio, qui mauult effœtus, legere. In Longo. atq; etiam in Mediceo, canit effœtus extremos, aliqui timẽtes syllabę dictionum ordinẽ transmutarunt, multiq; ita, vt vidimus, toto opere ausi sunt aggredi.

Contra, non vlla est oleis cultura: neq; illæ
Procuruam expectant falcem, rastrosq; tenaces:
Cum semel hæserunt aruis: aurasq; tulerunt.
Ipsa satis tellus, cum dente recluditur vnco:
Sufficit humorem: & grauidas cum vomere fruges.
Hoc pinguem, & placitam paci nutritor oliuam.
Poma quoq;, vt primum truncos sensere valentes:
Et vires habuere suas: ad sydera raptim
Vi propria nituntur, opisq; haud indiga nostrę.
Nec minus interea fœtu nemus omne grauescit:
Sanguineisq; inculta rubent auiaria bacis.
Tondentur cythisi, tedas sylua alta ministrat:
Pascunturq; ignes nocturni: & lumina fundunt.
Et dubitãt homines serere, atq; impendere curam.

SERVIVS.

¶Non vlla.) Id est nulla. Alij nõnulla legunt. i. aliqua: non vt in vitibus nimia. ¶Procuruam expectãt falcem.) Vt putentur: quod tamẽ ad curam referẽ anniuersariam, nam necesse est, licet tarde, oliuã putari. ¶Rastrosq; tenaces.) Ad fodiendum scilicet. Negligentiam autem ferunt oleæ cum iam cœperũt esse valentiores: nam adhuc paruę nimiam curam requirunt. ¶Aurasq; tulerunt.) Ferre auras proprie est, assuescere aeris varietati, quę obest reb⁹ teneris, nimiũ. ¶Ipsa satis tellus.) Hoc dicit, Aratum oliuetum & oleis prodest, & exinde frumẽta gignũtur. ¶Sufficit humorem.) Scilicet subministrat arboribus. ¶Grauidas cum vomere fruges.) Cum, abundat: nam hoc dicit, Subministra fruges vomere, id est per vomerẽ. Ennius, Effudit voces proprio cum pectore sancto, id est proprio pectore. Nam, Cum, vacat. Vrbanus tñ sic accipit. Grauidas cum vomere. i. statim post arationẽ. ¶Hoc.) Hac re. ¶Nutritor.) aũt pro nutri: nam pro actiui imperatiuo pręsenti, passiuũ futurũ posuit. ¶Et vires habuere suas.) Quia tenera virgulta solent religari fustibus validioribus, sicut supra ait de vitibus, Vitibus eniti quarũ & cõtemnere ventos. ¶Fœtu nemus omne grauescit.) Fœtu. i. vtilitate: nam ois vtilitas fœtus est. Illuc aũt tendit laus ista syluarũ, vt & probet nõ mirũ esse si & poma & oliuę sine vlla cultura pbeanẽ & crescat vitiũ vituperatio circa quas tantus ipendiẽ labor. ¶Auiaria.) Secreta nemora, quę aues frequẽtant. ¶Bacas) aũt. ¶Sanguineas.) accipimus poma syluestria. ¶Tondenẽ cithisi.) Virgulta a Cytho insula, vbi abundant nominata.

MANCINELLVS.

¶Contra.) E contrario. ¶Non vlla.) i. nulla, nec aliquo pacto legendum est nõnulla, id est aliqua, nam ipsemet Poeta dicit oleas vbi excreuerunt, nõ expectare falcem: nec ligones: nam satis humoris recipiunt vel cum vinea effoditur, vel cum araẽ ager ad segetes: non ergo Virgi. id quod nunc ait de primis annis intelligit, sed vbi excreuerint, vt dixi: nam in primis annis adhibẽda est cura. Vnde Cato capi. xliij. sic ait: Si voles, vinea cito crescat, & olea, quam seueris semel in mense serito sulcos: & circũ capita oleagina: quot mensibus donec trimę erunt, fodere oportet eodem modo cæteras arbores procurato. & cap. xliiij. ait. Oliuetum diebus quindecim ante ęquinoctium vernum icipito putare ex eo die, dies quadragintaquinque recte putabis, &c. Columella libro iij. capi. xvij. inquit. Si in olea vnus ramus aliquanto cæteris lætior est, nisi eum recideris arbor tota fiet retorrida, & Plinius libro xvij. ca. xvij. scri. q siquis quærat, quod tempus oleę serendę sit agro sicco per sementem, agro lęto per ver. Oliuetum diebus quindecim ante ęquinoctium vernum icipito putare ex eo die dies quadraginta recte putabis. Stirpes leues facito circũ oleã autumno ablaqueato, & stercus adijcito, radices si sursum abibunt crassiores fient, & in radices vires oleæ abibunt. Vetus oliuetum ab æquinoctio verno intra Vergiliarum exortum interradi alternis annis melius inuentum, circunfodi autẽ omnibus annis à solstitio duum cubitorum scrobe pedali altitudine: stercorari tertio anno. His igitur patet etiam, vbi excreuerint oliuas requirere aliquam culturam. Poeta tamẽ nec falce, nec rastris vbi excreuerint, indigere ait: quod absurdum non est, vidi enim olиueta omnino pene neglecta, nihilominus bacis referta. ¶Expectant.) Anno quoque, videlicet sicut vites. ¶Tenaces.) superius ait, Et duros iactare bidentes. ¶Dente vnco.) Ligone vel rastris. ¶Cum vomere.) Ordo est, & cum tellus recluditur vomere sufficit, id est subministrat fruges grauidas. ¶Hoc.) Hac re. ¶Nutritor.) Nutritur, & nutricatur, pro nutrit, & nutricat olim dixere, vt probat Non. ¶Poma quoq;.) Ostendit pomaria fieri debere cum nulla ferè cura indigeant. ¶Vires suas.) Dum enim tenellæ sunt arbores sudibus ligari solent. ¶Interea.) dum nostra ope nõ indiget. ¶Nec minus.) quam si nostra ope indigeret, eaq; frueretur. ¶Omne nemus fœtu grauescit.) Omnis amœna sylua producit, vt castaneas, corylos, nuces, mala, cerasa, & huiusmodi. ¶Inculta auiaria.) Incultæ syluæ, auium stationes. ¶Sanguineis bacis.) Vt arbutis, cornis, sorbis, & similibus. ¶Tondentur.) Metuntur pro animalibus. De cithiso autem frutice latius videto in Tityro. Plin. præterea lib. xiij. ait, q nec aliud impendij est. ¶Tedas.) Faces: nam Teda arbor, & resinam ferens, flammis, ac luminę sacrorum etiam grata. Pli. lib. xvi. pascuntur a tedis. s. propter resinam. ¶Dubitant.) Cum nulla ferè cura sit opus. ¶Serere.) videlicet, quæ in nemore, & auiarijs sint aliqua cura fœtus producunt, item serere cithisum: & tedas cum sine labore, sine cura, sine impendio multum commodi afferant.

ASCENSIVS.

¶Contra non vlla, &c.) Ingreditur laudes olearum, quę nullo labore cõseruantur, diutius viuunt, largos & eosdem salubres fructus afferunt: affert pręterea & alia arborum cõmoda, quæ ex ordine patebunt. is aũt talis est. Cõtra. i. econtrario, quia. s. vitibus maxima est nõ vlla. i. nulla penitus cultura est oleis: neq; illę, hoc est oleæ, expectant. i. desiderãt, falcem, & rastros tenaces. i. cui insussi sunt donec eruerint ac eradicauerint tenẽtes, cum. i. postq̃, scilicet oleæ hæserunt semel aruis, id est radicatæ sunt in terra, & tulerunt auras. i. impetus ventorũ. Et ipsa tellus cum, id est quando recluditur, id est aperitur, dente vnco. i. ligno incuruo, sufficit. i. sufficienter facit, & ministrat satis. i. cõsitis & plantatis arboribus humorem & cum recluditur, id est sulcatur vomere sufficit grauidas fruges, & ita non abundat particula, cum, nec est prępositio, sed aduerbiũ temporis. Nutritor autẽ secundum cõmentarios & personale est verbum futuri imperatiui vocis deponentalis, pro qua nunc actiue dicimus nutrito. siquis autẽ impersonaliter cõstruxerit, vt sit nutritor, id est homines ferè nutriunto, quasi dicat, impero vt homines nutriant, oporteret impersonali dare accusatiuum, sicut præcipitur ab eo qui dixit, Mattheum legitur, sed eiusmodi locutiones apud idoneos esse negãtur. Contra autem q̃plurima olim in deponentali voce proferebantur, quę nunc actiua sunt. dicamus ergo cũ Seruio. Nutritor. i. nutri, aut nutrito, hoc. i. hac re. s. dicta: hoc est per id, aut pp̄ter id quod dictum est, oliuã pinguẽ & placidã paci: cuius. s. significatrix est, vt per columbam etiam Noe patuit. Poma quoq; &c. Ingreditur aliarum arborũ laudem. accipit aũt poma genere neutro, hoc est fructũ pro arboribus: sed vt in grãmatica diximus, quęcunq; in um, exeũt, si nõ sunt mulierũ propria, neutri sunt generis, vt theatrum, scortũ, &c. ¶Ordo est. Poma quoq;. i. etiã poma: hoc est arbores pomiferę: vt. i. vbi primũ sensere truncos valentes. i. robustos: & habuere suas. i. debitas, aut proprias vires, ita vt non indigeant furcarũ fulcimentis: ipsa nituntur. i. eriguntur & tendunt, ad sydera. i. cœlum versus: vi. i. virtute propria: haud. i. non indiga. i. indigentia nostræ. i. humanę opis. i. auxilij & potestatis. Nec minus. i. & tantundem: omne nemus grauescit. i. grauidum fit ex se, interea. s. dum vitibus tantum laboris impenditur, fœtu. i. vtilitate aut fructu, quẽ ex eis exigimus, siue materies siue bacæ aciniq; sint: & auiaria. i. auiũ domicilia, inculta. i. neglecta ab hominibus: rubent bacis. i. fructibus syluestribus sanguineis. s. colore dum maturę sunt. Cithisi. i. frutices illi pecori gratissimi: tondentur. s. in vsum pecoris, hoc est metẽtur: alta sylua ministrat tedas. i. faces ex tedis quæ arbores resinosæ & picis plenæ sunt, quocirca in multis locis in morẽ candelarũ vtunẽ in remediũ tenebrarum: q; pro. i. ignes nocturni pascuntur. i. nutriuntur: iniectis. s. tedis, ignes fundũt lumina atq; ita duplex bonũ est in eis, quia & calore & lumine prosunt. Et dubitant, &c. duplex sensus, nam alij accipiũt sic, vt propterea q paratę sint arbores nulloq; labore indigentes homines dubitẽt eas serere. i. an serere debeant cũ sponte nascantur, & tunc simpliciter indicat atq; enunciat, aut vtitur figurata interrogatione: vt sit, &. i. attamen dubitant homines serere. s. huiusmodi arbores, vt tedas, & cæteras tam vtiles, atq; impendere curas, vt. s. cõseruentur. q. d. id nõ decere: sed eas quoq; arbores serẽdas esse. Licet enim syluestres arbores sponte sua veniant: tamen quia magis, q illa nobis vsui est operępretiũ fuerit illã serere: quia maxime indigemus. Similis est locutio. vj. Æneid. Et dubitamus adhuc virtutẽ extendere factis: de qua illic videbimus, hic aũt priori modo. ¶Ordo est. Et quia. s. hæ arbores sponte nascuntur, homines dubitãt serere. s. eas, & impendere curas. s. eis. Posteriori sic. Et nonne tamen homines dubitant serere, sup. eas, & impendere eis curas. q. d. eos quidem id facere, cum tamẽ omnes vineas curent, sed perperam, cum illis nunq̃ sit satis laboris exhausti, his autem nunquam nimis parum.

PIERIVS.

¶Opisq; haud indiga nostræ.) In Romano codice opes haud, absq; particula, q;, legitur: scriptum vero est, opes, pro, opis, more suo, vti eo loco, Sublimes in æthere Nisus, pro sublimis, qui syllabæ timuerunt post opis, q;, vt facere soliti sunt, addidere. Nam lectio venustior absque ea particula. ¶Tondentur cithisi.) In Romano codice, versus hic statuitur post eum, pascunturq; ignes, sed non procedit, cytisi, sine adspiratione. ¶Et lumina fundunt.) In antiquo, ac lumina fundunt.

Quid maiora sequar: salices, humilesq; genistæ,
Aut illę pecori frondem, aut pastoribus vmbram
Sufficiunt, sepemq; satis, & pabula melli,
Et iuuat vndantem buxo spectare Cytorum,
Naritiæq; picis lucos: iuuat arua videre,
Non rastris hominum, non ulli obnoxia curæ.
Ipsę Caucaseo steriles in vertice syluæ,
Quas animosi euri assidue franguntq;: feruntq;:
Dant alios aliæ fœtus, dant vtile lignum
Nauigiis pinos, domibus cedrosq;, cupressosq;:
Hinc radios triuere rotis, hinc tympana plaustris
Agricolæ: & pandas ratibus posuere carinas.
Viminibus salices fœcundæ, frondibus vlmi.
At myrtus validis hastilibus, & bona bello
Cornus: Ithyreos taxi torquentur in arcus.
Nec tiliæ leues, aut torno rasile buxum,
Non formam accipiunt, ferroq; cauantur acuto,
Necnon & torrentem vndam leuis innatat alnus
Missa Pado: necnon & apes examina condunt
Corticibusq; cauis, vitiosæq; ilicis aluo.
Quid memorandũ ęque Baccheia dona tulerunt:
Bacchus & ad culpam causas dedit. ille furentes

SERVIVS.

¶Aut illæ.) Id est salices, aut genestæ. Multi tamen & tiliæ legunt, vt tria dixerit, Salices, tilias, & genestas. ¶Vndãtem buxo spectare Cytorũ.) Montem Macedoniæ, in quo abũdat buxus: quæ vento mota, æstus imitatur vndarũ. ¶Naritiæq; picis.) A loco in quo abundãt pices. ¶Non vlli obnoxia curæ.) Non debitricia, nihil labori nostro debentia. ¶Ipsæ Caucaseo.) Caucasus mons est Scythiæ, positus hic pro qũuslibet asperrimis mõtibus. Steriles autẽ ait syluas comparatione pomiferarum arborũ. ¶Hinc.) De syluis scilicet: nã de cupresso efficit rotas nullus aut radios. ¶Triuere.) Tornauere, cõposuere de torno. ¶Tympana.) Tecta vehiculorũ. ¶Pandas.) Curuas. ¶Viminibus salices fœcũdę.) Legit & fœcundæ frondibus vlmi. ¶At myrtus validis hastilibus.) Alibi, Et pastoralem præfixa cuspide myrtum. ¶Et bona bello cornus.) Apta est enim etiã cornus hastilibus. ¶Ityreos taxi curuãtur in arcus.) Ityreos, hoc est in arcuũ Ityreorũ similitudinem, Ityreos autem dicit Parthicos. ¶Nec tilię leues aut torno rasile buxum.) Ordo est, Necnõ tiliæ leues aut rasile buxum, torno formã accipiunt. ¶Necnon) dicit, hoc est etiã. ¶Missa Pado.) Species est pro genere. ¶Vitiosæque ilicis aluo.) Cariosæ. Vult autẽ probare etiam putres arbores habere aliquam vtilitatem. Sanè pro alueo per Synæresim aluo dicimus. ¶Quid memorandum æque.) Quid similiter laudandum. ¶Tulerunt.) Dona Liberi: sicut syluæ multa sponte procreãtes. Alij & quæ legũt, vt sit sensus, Quid dicendum est quæ tulerunt, id est attulerũt, ipsa etiã dona Baccheia. vt hoc dicat, Parum est q vites tantum laborẽ requirũt, etiam munera earum causas præstant furoris. ¶Ille furentes

Universidad de Deusto Biblioteca

Centauros leto domuit, Rhœtumq́, Pholumq́,
Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.

furẽtes Centauros.) Atqui in Æneid. ait, Mars perdere gentem Immanem Lapithum valuit. Sed hoc soluit Horatius, dicens, Nec se Mars melius cum Marte confundet Thyoneus. Nã re uera licet irarum causas Mars habuerit, Lapithæ tamen & Centauri in furorẽ sunt ebrietate cõpulsi. Deinde hoc loco Centauros ait in furorẽ actos a Libero, non Lapithas. ¶ Centauros leto.) Hic quæstio est, cur Pholũ inter centauros interfectũ dicat: quẽ Hercules etiã hospitem habuit & necdum infestauerit: sed perẽptis centauris, cum sagittas eius Pholus miraretur, vna earũ super pedes ipsius cecidit, & letalis ei fuit. Inter Lapithas autẽ & centauros bellum fuit propter Hippodamiã, siue Deianiram: & cum ad rapiendum virginẽ insolẽtes centauri fuissent, a Lapithis sunt attriti. Magno Hyleum Lapithis cratere minãtem.) Bonum schema. ita enim pinguntur, quasi poculis bella tractantes.

PROBVS.

¶ Et iuuat vndantem buxo spectare Cytorum.) Cytorus est oppidum ponticum fertile buxo non solum, sed præcipue. ¶ Nariciæq́ picis lucos) Naricia est oppidum Locridos piceis frequens. ¶ Ithyrei.) Natio est Scytharum.

MANCINELLVS.

¶ Maiora.) Maioris commodi, de quibus iam dixit, & sic ait, iam minora quoq́ hominibus in multis prodesse. ¶ Illæ.) Salices, & genistę. ¶ Pabula melli.) Genista enim, vt Plin. lib. xxiiij. ca. xxxiij. flores habet apibus gratissimos: & in Tityro Poeta dixit Hibleis apibus florem depasta salicti. ¶ Et iuuat.) Ostendit Poeta oblectationem præbere syluestria loca, quanto magis igitur culta? Narrat inde syluestrium arborum cõmoda, quibus quidem fruuntur
Cytor. tur homines. ¶ Cytorum.) Is mons est in Paphlagonia, teste Plin. lib. vj. cap. ij. Et Strabo lib. xij. scrib. Cytorum vrbem fuisse ipsius Paphlagoniæ Asiæ prouinciæ, a Cytoro Phryxi filio, addens q in Amastriano agro plurima, atq́ optima buxus nascitur, pręsertim circa Cytorũ. ¶ Buxo.) Buxi materies honorata est. est enim lenis & solida: & quadam duricia, ac pallore commendabilis. Buxus, Pireneis ac Cytoro montib. plurima, ac Berecintho tractu, Plin. lib. xvj. cap. xxix. Nariciæq́.) Naricia Ithacæ tellus optatissima, & ipsa olim Vlyssis patria, vt scribit Dionysius. Ithaca autem
Picea. insula est in mari Ionio, vt Mela scribit. ¶ Picis.) Picea montes amat, atq́ frigora: feralis arbor, & funebri indicio ad fores posita: hæc plurimam resinam fundit, interueniente candida gemma tam simili thuri vt mista visui discerni nõ queat, & inde fraus sæpissime Asiæ, Plin. lib. xvj. ca. xv. ¶ Caucaseo vertice.) De Caucaso vide Eclo. v. Eius autem vertices hyeme sunt inaccessibiles, vt Strab. ait, lib. xij. ¶ Cedrosq́.) Mauris plurima arbor cedri, & mensarum insania: sunt autem cupresso fœminæ etiam non syluestri similes folio, odore, caudice, vt Plinius lib. xiij. ca. xvij. scribit. Theophrastus: vero lib. iij. edocet, q cedrus est iunipero non absimilis, sed folio maxime distat eius materies putredinem nullam sentit, frutex odoratus. Idem Plin. lib. xvj. cap. lv. ait, quod Cedrus in Creta Africa Syria laudatissima est, & cedri oleo peruncta materies, nec tineã, nec cariem sentit: iunipero eadem virtus, quæ cedro. Ephesiæq́ Dianæ templi tectum conuenit esse e cedrinis trabibus. Valuas e cupresso. Est & Vticæ templum Apollinis cedrinas trabes habens. ¶ Radios corni.) Lignum non alio pene quam ad radios rotarum vtile, aut siquid cuneandum sit in ligno, clauisve figendum, ceu ferreis. Ilex item & oleaster, ac olea, quæ cariem, vetustatemq́ non sentiunt. Plin. lib. xvj. ca. lvj.
Tympana. ¶ Tympana.) Dicuntur a tympanizo, quod est extendo & verbero. sunt enim vasa semisphærica, quæ semper bina feruntur, in quibus ab vno latere pellis extenditur, & virgula percutiuntur, iis in sacris, Cibeles vtebantur. hic autem pro operimentis vehiculorum metaphorice ponuntur. ¶ Plaustris.) Vehiculis, de qui
Pilentũ. bus lib. j. Geor. hic autem pro pilentis ponuntur: erat enim pilentum contextum rotis quatuor, quibus matronæ olim vtebantur. Virg. pilentis matres. i. mollibus. ¶ Et pandas ratibus posuere carinas.) Larix in humore præcipua & alnus nigra non impro
Rates. batur in aqua & phagus. Pli. lib. xvj. cap. lvj. ¶ Ratibus.) Rates, vt inquit Festus, vocãtur ligna colligata, quæ per aquam aguntur, quo vocabulo etiam interdum naues significantur. Pandas cur
Carina. uas. ¶ Carinas.) Nautæ carinam vocant infimam trabem vbi nauis fundatur, quod quidẽ Ouid. quoq́ videtur asserere. ait enim libro. iiij. de ponto, Dum mea puppis erat valida fundata carina, Qui mecũ velles currere primus eras. ¶ Itureos arcus.) Id nomen sine h, scribendum est. Probus autẽ ait itureos nationem esse Scytharum: Strab. vero. li. xvij. scribit. Montanam regionem Iturei, & Arabes habent malefici omnes. Plinius lib. v. ca. xxiiij. in parte Tyriæ, quæ Cœle dicitur, scribit Iturœorum gentẽ. Ab illis igitur populis Itureos arcus poetam dixisse intelligendũ censeo. ¶ Tiliæ.) De tilia videto lib. j. ¶ Rasile.) Rasiles calati dicuntur, quasi rasi nihil extantis, aut redundantis plenitudinis. Virgi. tamen hoc loco ait, rasile buxum, quasi rasibile. Corticibus superis, &c. ¶ Quid memorandum.) Quid vltra dicendum de syluis, & arboribus. ¶ Æque.) Eodem modo, sicut examina & alia commoda iam enumerata, vel quid memorandum æque, quid similiter laudandum. Tulerunt ipsæ in syluis: nanq́ syluestres vites, & vuæ in eis sunt. ¶ Baccheia dona.) Vites & vuas. ¶ Bacchus.) Et superius vites, quibus nunq́ satis operæ est damnasse quodammodo visus est, nunc vero earum fructus quibus quidem hominibus furor ingruit. Vel potius nos hortat facta ecbasi. i. excursu enumerando syluarum commoda, vt vites nõ relinquamus: quanq́ multo labore indigeant, cum pro earum fructu potentes centauri etiam mori nõ dubitarint. ¶ Ad culpam.) Ad scelus. eius enim odore ducti dolium Pholo rapere voluerunt. ¶ Centauros.) Historia est, vt Diodo. lib. v. edocuit. Pholus Centaurus, cum domi Herculem suscepisset, defossum antea vini dolium extulit, verum eius odor ingens ad propinquos centauros delatus ebrios reddidit, vna igitur Pholi domũ magno ingressi tumultu ad rapinam versi sunt. Pholus itaq́ timens, cum se abscondisset, solus Hercules illis obstitit, qui superior multis eorum peremptis, reliquos in fugam vertit. Verum Pholus, vt cognatos sepeliret, sagitta a quodam euulsa seipsum vulnerauit, quo vulnere cum curari nequiret, obiit: & ab Hercule magnifice sepultus monti nomen dedit. ¶ Centauros.) Centauro stimulo nobis, vnde centauri, vt puto. Nam vt scribit Strab. lib. ix. de Thessalia, centaurorum natio dura sane, agrestisq́ erat, quos Home. a Perithoo fuisse expulsos a Pelio monte scrib. qui filius Isionis Lapitharum rex erat. ¶ Lapithis.) Lapithæ Thessaliæ populi, qui in Pindo, & Othri montibus habuere sedes, vt Pli. lib. iiij. ca. ix. edocet. Est autem Lapithæ, non Laphithę dicendum. Græci enim per th, nõ per ph, scribere soliti.

ASCENSIVS.

¶ Quid maiora sequar?) Docet nullas ferè esse arbores quarum nullus sit nobis vsus, vt de salice arbore lẽta, & fragili genista virgulto humili; & buxo frutice aut arbuscula sterili & aliis pluribus ostẽdit. Sanè in descriptione Cytori montis notatur Seruius a Beroaldo, his verbis. Diximus alias Seruiũ in rebus his, quæ ad geographiam pertinẽt parũ fuisse curiosum: cum in ipsius commentariis errores emergant manifestarii, qualis est hic. Nã Cytorus non est in Macedonia regione Europea, sed in Asiatica regione, quæ Paphlagonia nuncupatur, vt author est Pli. Fuit aũt Cytorũ ciuitas a Cytoro Phryxi filio cõdita & appellata, quod Mela Straboq́ testantur. In monte Cytoro buxus plurima nascebatur, vnde a Catullo, Cytorus buxifer cognominat. Credidit fortassis interpres Virgilianus Macedoniam & Paphlagoniã eandem esse regionẽ, ob quandam nominis similitudinem, sed profecto quantum Hispanus Scythicus, a Veneto Eridano disiungitur, tantum Macedonia abest a Paphlagonia, cum altera sit, vt diximus, Europeia regio, altera Asiatica. Atqui hoc tam turpe erratũ commẽtariis Seruii perinde ac deprauatis ascribere malim, q̃ Seruio, quem mihi persuadere non possum tam negligenter commentarios scriptitasse. Hæc ille. ¶ Ordo autem est. Quid. i. ad quid sequar. s. perscribẽdo, maiora. i. res in quibus maior & manifestior est vtilitas? quasi dicat, non opus esse cum etiam minima multo vsui fiant: nam etiam salices & genistæ humiles, id est breuis staturæ frutices, illæ, quasi dicat, quę vilissimę reputãtur: sufficiunt, id est ampliter subministrãt, aut pecori frondem, id est pabulum frondeum, aut pastoribus umbras: & sufficiunt satis sepem, id est munimen, & melli, id est mellificantibus apibus pabula, id est nutrimẽta: unde Eclo. j. Hybleis apibus florem depasta salicti: & iuuat, id est delectat, & utile est: spectare Cytorum montem illum Paphlagoniæ, vndantem, id est abundantem, aut in morẽ vndarum se habentem, buxo. i. illo genere arbuscularum, quarũ materies vtilissima est torno laborantibus, & lucos. i. arbores feraces, picis Nariciæ. i. qualis plurima est in Naricia patria Vlyssis vbi plurimæ sunt piceæ arbores: & iuuat videre arua, id est loca vt arua nobis vtilia non obnoxia. i. nihil debentia nec obligata rastris. i. dentalibus quibus terra raditur, cũ hæc loca inculta sint & non obnoxia vlli curæ hominum, quia negliguntur, & tamen prosunt plurimum. Ipsę syluæ steriles in vertice Caucaseo, id est etiam

etiam arbores in Caucaso mõte Scythiæ, cuius vertex hyeme inaccessibilis est, cõsitæ: quas. s. syluas, Euri, id est venti illi, animosi, id est impetuosi, frangunt & ferunt. i. impellunt assidue: dant fœtus aliæ alios, id est diuersæ diuersos, quæq́ suos: nam dant vtile lignum nauigiis, scilicet pinus: & dant lignum vtile domibus, scilicet cõstruendis, vt cedrum & cupressos. Agricolæ triuere, id est tornauere, hinc. i. ex his syluis: aut his, hoc est aliquibus arboribus harũ syluarũ rotis. i. ad rotas cõstruendas, radios. i. ligna quę sunt inter axẽ & circunferentiã, aut cãthos rotarũ qui radii dicti, q vt radii a globo solis, ita ab axe deducant, & triuere hinc. i. ex aliis arboribus harũ syluarũ, plaustris. i. vehiculis tympana. i. integumenta, ita vehicula obtegẽtia, vt etiã tympana coriis obteguntur, & posuere ratibus carinas. i. alnos aut trabes earum infimas pandas. i. incuruas: & salices sunt fœcundæ viminibus. i. vimina dant pro fœtu, ex viminibus aũt varia intexuntur vasa agricolis necessaria, vanni & corbes: vlmi sunt fœcũdæ frondibus quibus & terra pinguior fit, vnde & vitibus deliguntur. Et myrtus, sup. est fœcunda validis hastilibus: & cornus est bona. i. vtilis bello. i. ad bellũ: quia ex ea hastilia fiunt atq́ alia tela: taxi torquent. i. curuantur in arcus itureos. i. in formã arcuum optimorũ, quales habent Iturei populi Syrię: necnon, i. etiã, tiliæ leuis. i. planæ & nõ asperę: & buxũ rasile. i. quod faciliter radi potest torno. i. versatili instrumẽto accipiant formã. s. vasorũ, aut instrumentorũ nobis vtiliũ: nam tiliæ iugis faciẽdis cõgruunt, & buxũ pyxidibus lagenis aliisq́ multis: vnde addit & cauant acuto ferro. Necnõ. i. etiã: alnus arbor illa, leuis. i. fragilis præ siccitate si extra solum aut aquas fit, aut sic alnus missa Pado. i. a quouis flumine, in cuius ripis ferè nascit, annatat lęuis. i. agilis & cita: vndam torrentẽ. i. pręcipitanter fluentẽ: necnon. i. etiã, apes cẽdunt. i. abscondunt, & locant examina. i. fœtus suos, qui dum educuntur, examẽ dicitur: in corticibus cauis, & aluo ilicis. i. illius arboris glandiferę: vitiosæ. i. putrefactæ. Si ergo vitiosa huic vsui est, quanto magis integra in alium cedit? Quid æque memorandũ. i. ęque dignũ quod memoretur & laudet, tulerũt dona Baccheia, hoc est a Baccho inuentæ vites? q. d. nihil: &. i. insuper, Bacchus, hoc est inuentũ Bacchi, videlicet vinũ: dedit causas. i. occasionẽ ad culpam. s. cõmittẽdam per ebrietatem. Ille. s. Bacchus per vinum domuit leto, id est morte, centauros. i. populos illos Thessaliæ furentis. s. ebrietate, aut auiditate vini habendi, quod Olæ fecerãt; centauros dico, vt Rhœtum, & Pholum, & Hyleum minantẽ Lapithis. i. populis illis vicinis, quibus cũ centauris sæpe certamẽ erat, vnde centauri potu (cum. s. fortiores sibi visi sunt) poculo illis minabãtur magno cratere. i. poculo capaci, quod inter bibẽdum in manu habebãt. Itaq́ vinũ difficulter acquirit, periculose nascitur & cũ periculo absumitur. Cum alię aliæq́ multę arbores sponte ferè nascãtur, nullo labore conseruentur, & vsum sine periculo præstent.

PIERIVS.

¶ Humilesq́ genistę.) Antiquiora omnia exẽplaria, genestæ, per e, in penè vltima legunt, vt etiã superius adnotatũ est. ¶ Aut pastoribus vmbrã.) In veteribus omnibus codicib. scriptum obseruaui, vmbras, numero multitudinis. ¶ Ipsæ Caucaseo.) In antiquis, Caucasio, vt Olympius. ¶ Cedrosq́, cupressosq́.) In Roma. in Medi. & aliis antiquioribus codicib. legitur, Cedrumq́, cupressosq́: quanquã in Longo. cupressos, absq́ particula enclitica scriptum sit, scriptoris negligentia. ¶ Vinosæq́ ilicis aluo.) In Roma codi. legit, alueo, quod mirifice placet. ¶ Et torno rasile buxũ.) Signant gramatici dictionem buxũ neutro genere dictam a Virgilio, quã fœminino Ennius, & pleriq́ alii ex veterib. protulere. Sed enim aliis buxus arbor est, buxũ materia, atq́ ita recte etiã alibi dictũ, mirata volubile buxũ. ¶ Ithyreos taxi curuantur in arcus.) Inuenies omnino in aliquot codicibus antiquis, curuant. Sed in Mediceo, torquẽtur, habetur. in aliquot Itureos per u, & absq́ adspiratione, quam addere nonnulli grammatici commenti sunt, nomen ἀπὸ τοῦ ἰθύνω deduci asserentes. Sed enim apud Dionysium & Strabonem, in codicibus manu scriptis per, τ, &, ου, nomen scriptum inueni, ἰτουραῖοι, q̃uis in codicibus Aldinis per ϑ, notatum sit, errore librarii, τὰ μὲν οὖν ὄρεινα ἔχουσι πάντα ἰθουραῖοι τέ καὶ ἄραβες, est & vbi, tyræos, legas, sed inemendate. sunt enim in Arcadia Thyræi, & in Isthmo Tarentini promontorii, de ituræis vero sagittariis habetur in epistola Valeriani Imp. ad Aurelianum, habes sagittarios ituræos trecentos, recitatum a Flauio Vopisco. ¶ Ille furentes centauros leto domuit Rhœtumq́, Pholumq́.) In antiquis aliquot codicibus, centaurus, græco more casu terminato, vt in veterum monumentis, sæpissime legas, vixit annis, pro annos: & pleraq́ alia similia, scribendum vero videtur, Rhœcum, per, c, ex Callimachi commentariis quem locum in memoriam mihi redegit Petreius Zancus, doctissimus adolescẽs: quanquam sunt qui Virgilium volunt nominis eius asperitatẽ emollire voluisse.

O fortunatos nimium, sua si bona norint,
Agricolas: quibus ipsa, procul discordibus armis,
Fundit humo facilem victum iustissima tellus.
Si non ingentem foribus domus alta superbis
Mane salutantum totis vomit ædibus vndam;
Nec varios inhiant pulchra testudine postes:
Illusasq́ auro vestes, Ephyreiaq́ æra:
Alba nec Assyrio fucatur lana veneno:
Nec casia liquidi corrumpitur vsus oliui:
At secura quies, & nescia fallere vita,
Diues opum variarum, at latis otia fundis.
Speluncæ, viuiq́ lacus, at frigida Tempe,
Mugitusq́ boum, mollesq́ sub arbore somni,
Non absunt. illis saltus, ac lustra ferarum,
Et patiens operum, paruoq́ assueta iuuentus.
Sacra deum, sanctiq́ patres: extrema per illos
Iustitia excedens terris vestigia fecit.

SERVIVS.

¶ O fortunatos nimiũ sua si bona norint Aricolas.) Non est abruptus trãsitus ad laudẽ vitæ rusticæ: nã ad superiora pertinet. post vituperationẽ quippe vini, ista quasi cõsolatio est: per quã ostendit quantas voluptates rusticis, natura præstiterit. Quod autẽ Fortunatos nimiũ ait, nõ ad fortunã, sed ad fortunæ pertinet quãtitatẽ: nam hoc dicit, Quantũ in re est, maximas eis natura præstitit voluptates: quas si nossent, essent non fortunati, sicut nũc sunt, sed nimium fortunati. ¶ Procul discordibus armis.) Longe a ciuitatibus, plenis iurgio & rapinis. ¶ Iustissima tellus.) proprie. nã si iustus est qui quod accepit reddit, terra vtiq́ iustissima est, quę maiora fœnore semina accepta restituit. ¶ Si non ingentem foribus domus alta superbis.) Vt etiã in laudem fecit Italię, non solum vitam laudat rusticam, sed etiam contrariam. i. vrbanam, vituperat. Nam ista quæ de vrbibus dicit, opinabilia sunt bona: non vera, sicut rustica. Multum enim interest inter verum & opinatum malum, seu bonum. Vnde Iuuenalis, Pauci dignoscere possunt Vera bona. ¶ Inhiant.) Habere desiderant. Et dicimus inhio illam rem. ¶ Pulchra testudine.) i. Indica: vnde postes ornabantur vel lectuli. Lucanus, Foribus testudinis Indi Terga sedent fuluo maculas distincta smaragdo. ¶ Illusasq́ auro vestes.) In quibus artifex ludens, auro aliqua depinxerat. Male aũt quidam inclusas legunt. ¶ Ephyræaq́ æra.) Corinthia, quæ laudat etiã Cicero. nam Ephyrus est Corinthus. ¶ Alba nec Assyrio fucat lana veneno.) Assyrii populi sunt adiacentes Syrię, apud quos primum vsus inuentus est purpuræ. ¶ Veneno.) Colore. ¶ Nec casia liquidi corrumpitur vsus oliui.) Casia est herba, de qua fit vnguentum. Mire autẽ ait Vsus oliui corrumpitur, nam oleum generalẽ vsum habet, quod cum in vnguentũ fuerit corruptum, vni rei tantũ esse aptum incipit. ¶ Et nescia fallere vita.) Aut quia innocẽtes sunt, aut quoniam immobilis est status vitę eorum. Vrbanorum enim fortuna, aut insidiis, aut proscriptione variat. ¶ Latis ocia fundis.) Fundus dicitur ab eo quod sit rerum omnium fundamẽtum. ¶ Speluncę viuiq́ lacus.) i. bona naturalia, non sicut in vrbibus labore quæsita. vnde Iuuenalis, Et speluncas dissimiles veris. ¶ Frigida Tempe.) Tempe proprie sunt loca amœna Thessaliæ. Abusiue cuiusuis loci amœnitas. ¶ Mollesq́ sub arbore somni.) μαλακοὶ δ' ὑπὸ δένδρεσιν ὕπνοι. ¶ Illic saltus.) Venationes quæ penitus in vrbibus non sunt. ¶ Lustra ferarum.) Bene ferarum addidit, quoniam sunt in urbibus lustra meretricum. ¶ Paruoq́ assueta.) Id est non ut urbana, quæ est segnis & prodiga. ¶ Sacra deum sanctiq́ patres.) Duo dicit, Sacra deorum sancta apud illos sunt, sancti etiam parentes. ¶ Extrema per illos iustitia excedens terris uestigia fecit.) Hoc Aratus dicit, Iustitiam primo & in urbibus postea in agris tantum fuisse: ubi eam inducit loquentem cur abscedat e terris.

Probus.

Universidad de Deusto Biblioteca

PROBVS.

¶Ephyreiaq; æra.)Corinthia. Ephyra enim prius dicta est, postea Corinthus. ¶Frigida Tempe.)Tempe sunt loca nemorosa frigida fontana.

MANCINELLVS.

¶O fortunatos agricolas.)Tullius in Catone maiore Catonem ipsum illa dicere introducit. Venio nunc ad voluptates agricolarum, quibus ego incredibiliter delector, quæ nec vlla impediuntur senectute, & mihi ad sapientis vitã videntur accedere:habent enim rationẽ,cum terra,quæ nũquã recusat imperiũ,nec vnquã sine vsura reddit,quod accepit,sed alias minore, plerunq; maiore cum fœnore, &Seneca epist.j.lib.xiij.de Scipione maiore inquit. Abluebat corpus laboribus rusticis fessum,exercebat enim opere se,terrãq;,vt mos fuit priscis, ipse subigebat. Hora.quoq; secunda ode carminis,Epodon,rusticæ vitæ laudes,& commoda enumerat,vti & Maro amplissime, O fortunatos:o nunc interiectio est admirãtis, de qua latius in Tityro.¶Sua si bona norint.) Enumeratis syluarum commodis,quibus agricolę frui possunt, & alijs:nunc multo plura cõmemorat.¶Facilem victum.)Facilem cibum.habent enim in agro parata omnia ad victum necessaria. ¶Mane salutantum.)Prima secundaq; hora potentes amicos salutabant,quod Martialis lib.iiij.optime docet, ibi videlicet. Prima salutãtes,atq; altera continet hora.Exercet raucos tertia causidicos.¶Inhiant.)Concupiscunt.¶Varios ornatus)vt solebat in superbis domibus apparere.

Postes Testudines.

¶Postes.)A post dici videtur, quod post fores stant, Priscia.author.¶Testudine.)i.testudineis laminis,quibus etiam lectos,& repositoria vestiebant.Lucanus, foribus testudinis Indæ. Scribit autem Plin.lib.ix.ca.x.ꝙ testudines tantæ magnitudinis indicum mare emittit,vt singularum superficie habitabiles casas integant, atq; inter insulas rubri præcipue maris iis nauigent cymbis:Testudinumq; putamina secare in laminas lectosq; & repositoria iis vestire,C.Aruilius Pollio instituit.¶Illusas.)Depictas.

Ephyra Corinthus.

¶Ephyreiaq; æra.)Ephyra ante,postea Corinthus appellata est.Colonia, colli applicata in Isthmo.f.videto Pli.lib.iiij.ca.v.vbi de Peloponneso loquitur. De Corintho etiã Stra.lib.viij.plurima scribit, inter quæ ꝙ ciuitas ipsa Corinthiorum amplissima vsq; fuit & opulentissima, seu viros innumerabiles ad ciuile regimen peritissimos siue eximias opificum artes animo vertis,eratq; in ea plurima opera ære elaborata. Ephyreia sunt qui dicant,i,causa metri interpositum, sed cum ephyreios a Græcis dicatur,soluit,ei,diphthongum,vt etiã ibi, Priameia virgo.

Assyria.

¶Assyrio.)Persiæ iũcta est Assyria,in qua Babylon est,vt Stra. lib.xvj.scrib.¶Veneno.)Colore:intelligit autem purpureum liquorem in Tyro,vrbe Phœnicię optimum.Phœnicia enim pars est Syriæ,vt scribit Ptolemæus lib.v.Pli.lib.v.ca.xiij.

Phœnicia.

¶Fucatur.) Tingitur,coloratur:Phucos enim græce, latine color dicitur.¶Casia.)De hac videto in Alexi.¶Ocia.)Voluptates.¶Fundis.)Ager quod videbatur pecudum,ac pecuniæ esse fundamentum: fundus est dictus, aut quod fundat quotannis multa. Var.author.

Fundus

¶Tempe.)Loca amœna a cœli temperamento dicta, vt lib.j.Theba,inquit Lactan. Sunt autem proprie loca in Thessalia quinq; millium passuũ longitudine, & ferme sex latitudine vltra visum hominis attollentibus se dextra, læuaq; leuiter cõnexis iugis intus sua luce viridante,allabitur Peneus,qui inter Ossam & Olympum nemorosa conualle defluit. Plin.lib.iiij.capi.ix.¶Frigida.) Propter aquas, & vmbras ait.¶Molles.)Iucundi.¶Saltus.)Syluæ, quia dicit lustra ferarum, per quæ venationes intelligit.¶Sacra deũ sanctiq; patres.)Figura est syllepsis per genera, dicẽdo enim sacra,& patres sancti, etiam sacro sancta intelligimus.sacrum autem vocatur quicquid destinatum est dijs, Macro.libro.i.Satur.

Sacrum

¶Iustitia.)Videto Ecloga.iiij.

ASCENSIVS.

¶O Fortunatos, &c.)Quia varios ostendit vinitorũ labores dubiosq;,nec eos semper faustos fructus ne eos infelices per hoc cẽsuisse putetur, atq; ita rem quam laudare debeat vituperasse culpetur,cum exclamatione quadam dicit agricolas esse felices, qui tot bona sponte nascentia haberent, licet vitibus magnus sit impendendus labor,& qui ab vrbanorum curis longe grauioribus minusq; ferè salutaribus liberi ac immunes sunt, vnde falces & vestium ac cæterarum rerum luxus superfluusq; splendor non vera sunt bona,sed bona apparentia:vnde ea deesse agricolis pro beneficio deputat. ¶Ordo autem est, O agricolas fortunatos nimium,si norint, id est cognouerint sua bona,id est cõmoda quæ percepiscunt ex agricultura & rusticana vita.(Notum est,O,tribus casibus iungi, & expressum maiorẽ habere vim in significando. Si tamẽ scrupulosus & anxius grãmaticus verbum desiderat habeat:censeo,aut iudico.vt sit,O ꝙ̃ fortunatos censeam agricolas,si sua bona norint:sed qui nil subaudierit,minus ineptus erit vt enim vulgares ita & latinę locutiones quędam in affectu sunt nec perficiunt effectu)quibus,scilicet agricolis, ipsa tellus iustissima,quia plus reddit ꝙ̃ accipit, sed non ꝙ̃ debet: fundit procul id est longe a discordibus armis neq; in mari: sed humo victum facilem,id est parabilem & sine difficultate acquisibilem. Si,id est tametsi:domus alta qualis est in vrbibus cum rusticorum sit humiles habitare casas, superbis foribus,i.habentes superbas, hoc est magnificas & superbe ornatas fores, in quibus, scilicet spolia hostium & ferarum atq; sculpturæ variæ conspici solent, vomit totis ædibus ingentem,id est sanè magnã, vndam,id est multitudinem vndatim prouentem salutantum mane,scilicet prima hora diei(vnde Martialis. Prima salutantes atq; altera continet hora, &c.de qua consuetudine apud Iuuenalem satyra prima, vbi de sportula loquitur,plenius est videre)nec,id est & nõ: & si supple non inhiant, id est cum hiatu ferino se cõcupiscere indicant, postes varios,id est ornatos, aut forte iaspidos: pulchra testudine,id est quæ sunt in pulchra testudine.testudo autem est circumuolutio & curuatura cameræ,vt dicunt,in morem testudinis deuexa(vulgus voltã appellat)Mira est in omnibus vrbanis pompis vituperatio, & a rustica simplicitate laus. Nam Epithetis singulis res eleuat:atq; damnat, vt postes, quia varij sunt: varietas enim ad pompam & prospectum inanẽ non ad vtilitatem pertinet, fores damnat superbiæ: vndam salutantum molestiæ. quid enim miserius ꝙ̃ tot salutantibus aures accommodare sub primam lucem?Vestes autem non decenter ornatas:sed illusas auro dicit: æs Corinthium propter vrbis luxum & immodestam hominum appetitionem taxat. Nam eiusmodi commistionem, eo quod noua esset multi pluris ꝙ̃ solidum aurum siue argentum faciebant,solebantq; ex eo conflare signa pretiosissima. Sanè æs Corinthium illud erat quod post deflagrationẽ Corinthi ex variis metallis commistum post incendium compertum est.Pretérea quod lana fucatur oliuum corrumpitur, manifestam habet vituperationem: sed ad ordinem redeo. Et si non inhiant vestes illusas,i.ad illusionem intextas auro.i.filis auratis, & æra Ephyreia, id est Corinthia varia mistione ex incendio vrbis nata misere placentia.Nec vsus oliui liquidi,id est puri liquoris corrumpitur.f.a rusticis casia, id est admistione vnguenti ex casia facti vt fit ab vrbanis.At,id est sed: quies secura, id est separata a curis & vita nescia fallere, id est fallendi ignara, & speluncæ, id est antra amœna,& lacus viui,id est fluentes, nec arte,sed natura comparati,& tempe,id est loca amœna & temperata, qualia sunt tempe in Thessalia frigida, scilicet frigore opaco, de quo in Buc.hic inter flumina nota, Et fontes sacros frigus captabis opacum:& mugitus boum gratus,scilicet pastoribus,& molles,id est sine anxietate somni sub arbore,id est in vmbris arborum, non absunt, scilicet a rure immo adsunt abunde:saltus sup.sunt,illic,scilicet rure: & lustra,i.latibula & diuersoria ferarum sunt illic:& iuuentus,id est multitudo iuuenum, patiens operum, id est operationum, hoc est laborum,nõ vt vrbana delicijs assueta, & assueta paruo.f. sumptui & expẽsis modicis, sup.est illic:& sacra deum.i.deorum rusticorum præcipue sunt illic sancta, & patres sunt illic sancti & iustitia.f.virgo astrea, excedens terris.i.derelinquens ob scelera hominum terras & in cœlũ facessens, fecit extrema vestigia per illos.f.sanctos patres ruri degentes.

PIERIVS.

¶Totir vomit ædibus vndam.)In Mediceo codice, vomat,scriptum, quod nescio quid elegãtius sonat.¶Illusasq; auro vestes.) In codicibus aliquot antiquis legere est, inclusasq; auro, quam tamen lectionem improbat Seruius,&,Illusas, in antiquioribus omnino est.¶Alba nec Assyrio.)In Mediceo, & aliquot aliis anti. neq; Assyrio, legitur.¶Et nescia fallere vita.)In Roma.codi.vita, legitur:cuius suppositum erit quies.In reliquis tamen omnibus exemplaribus habetur,vita, & longe melius.¶At secula quies: & at frigida tempe.)In Longobar.ac, vtrobiq; scriptum:sed magis placet,at,id vero in Roma.co.per,d,ut sæpe solet scriptum inuenies.¶At latis ocia fundis.)Scribendum,otia, per,t,ex Medi.cod. & marmorum consensu, est etiam,ac,pro,at,quod nõ æque probatur.¶Non absunt illis saltus ac lustra ferarum.)Vetera omnia exemplaria quotquot habere contigit non illis, sed illic leguntur quod mirifice placet, idq; etiam Seruius agnouisse videtur:dum quæ rure quæq; in urbe sunt memorat.¶Paruoq; assueta iuuentus.)In Ro.co.legitur:exiguoq;,adsueta, uerum ideo magis placet. Paruo, ut in reliquis exemplaribus habetur: quia frequentissimo authorum usu dicitur,contentus paruo.

Seruius.

Me vero primum dulces ante omnia musę,
Quarum sacra fero ingenti perculsus amore:
Accipiant:cœliq; vias,& sydera monstrent:
Defectus solis varios,lunæq; labores:
Vnde tremor terris;qua vi maria alta tumescant
Obicibus ruptis:rursusq; in seipsa residant.
Quid tantum Oceano properent se tinguere soles
Hyberni:vel quæ tardis mora noctibus obstet.
Sin,has ne possim naturę accedere parteis,
Frigidus obstiterit circum pręcordia sanguis:
Rura mihi,& rigui placeant in vallibus amnes:
Flumina amem,syluasq; inglorius.ò,vbi campi
Sperchiusq;,& virginibus bacchata Lacænis
Taygeta:ò,qui me gelidis in vallibus Hæmi
Sistat:& ingenti ramorum protegat vmbra.

SERVIVS.

¶Me vero.)Diu quæsitũ est, vtrum philosophiæ, an rusticitatis esset vita felicior:vnde nunc dicit primam esse philosophiam:post ipsam rusticam vitam. Suam autem personã pro quocũq; ponit.sic paulo post,Rura mihi,pro cuilibet. Sic in primo, Non illa quisq̃ me nocte per altũ Ire iubeat. In tertio, Ne mihi tunc molles sub diuo carpere somnos. Et hoc est quod dicit Horati' in arte poetica, Hoc amet, hoc spernat promissi carminis author.¶Quarũ sacra fero)Poeta enim quasi musarũ sacerdos est.¶Cœliq; vias.) aut artes:vt, Inueni germana viam. Aut certe circulos quibus sydera continentur.¶Defectus solis varios.)Atqui vno modo tantum sol deficere nobis videtur,tunc f.cum luna plena e regione eius obstiterit radijs,& eos nobis fecerit non videri. Vnde varios accipimus defectus, non quia varia ratione contingant (nam ratio vna est, vt diximus)sed quia vel varijs temporibus fiũt,vel varie:interdum enim duobus,interdum quatuor, interdum pluribus deficit digitis.¶Lunęq; labores.)Vel errores:quia non recte incedit:vel defectus,qui cõtingunt Lunæ,quoties terræ altitudo interueniens radijs solis,eam illuminari nõ patitur,a quibus dicitur lumẽ accipere.¶Vnde tremor terris.)Varię sunt opiniones. Alij dicunt ventum esse in concauis terrę,qui motus etiam terram mouet. Sallustius,Venti per caua terræ citari. Lucanus, Querentem erumpere ventum Credidit. Alij aquam dicunt genitalẽ sub terris moueri,& simul eas cõcutere, sicut vas aquæ: vt dicit Lucretius. Alij σφογγώδη terram volunt, cuius plerunq; Latentes ruinæ, supposita cuncta concutiunt.¶Qua vi maria alta tumescant Obicibus ruptis.)Alij sic accipiunt, ꝙ ruptis obicibus, id est Calpe & Atlante montibus Hispaniæ & Mauritaniæ, Oceanus eruperit,& ista fecerit maria:quod nõ procedit. Si enim hoc esset,non diceret tumescant, sed tumuerunt:cum eruperunt Oceani maria. vnde æstuaria Oceani accipimus,qui per Gallias & Hispanias in infinitum erumpit contenta lege riparum, ad quas rursus recurrit. Cuius rei opiniones, Lucanus in primo commemorat,dicens,Ventus ab extremo pelagus sic axe volutet, Destituatq; ferens in sydere mota secundo Tethyos vnda vagæ lunaribus æstuat horis: Flammiger an Titan vt alẽtes hauriat vndas: Erigat Oceanum, fluctus ad sydera tollat.¶Quid tantum Oceano properent se tinguere soles Hyberni.)Circulorum hoc efficit ratio,vt etiam in Æneid.diximus.¶Tardis mora noctibus.)Tarde veniẽtibus.i.ęstiuis.¶Sin,has ne possim naturę accedere partes.) Physicæ philosophiæ,vnde sunt illa quæ dixit.¶Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis.)Secundum physicos, qui dicunt stultos homines esse frigidioris sanguinis:prudentes,calidi. Vnde & senes,in quibus iam friget,& pueri in quibus needum calet minus sapiunt.¶Inglorius.)Comparatione philosophiæ: sic in Æneide,Et mutas agitare inglorius artes. Non quod nulla gloria medicinæ est,sed quod minor, quam diuinitatis & augurandi, quæ ei Apollo obtulerat munera.vt, Augurium citharamq; dedit, celeresq; sagittas.¶Sperchiusq;.)Fluuius Thessaliæ.¶Taygeta.)Mons Laconum. Libero.i.Baccho sacratus.¶Hæmi.)Mons Thessaliæ:in quo etiam sunt Tempe.

PROBVS.

¶Defectus solis varios, lunæq; labores.)Deficit Sol cum eius orbem subit luna,& obstat radijs. Lunæ autem defectio fit, quia nõ suo lumine lucet,sed eo,quod a sole accipit, cum in vmbram terræ venit. Æstus aũt maris ad lunæ motum, & rationem fiunt,sed Lunæ sunt.v.motus diurnus,menstruus,annotinus, altitudinis, hi extremi ad mare pertinent. Terræ autem tremoris tres causæ sunt. Nam aut ventis inclusis exitum quærentibus fundamenta quassantur,vt ijs labefactis, superiora cõtinuantur,aut igni,quẽ inesse terræ Ætna docet exusta, cum cadunt,cum eis sonus ipsorum subsidit. Aut aquis id,quod sustinẽt,delabi in liquorem patiuntur, sed consumptis terris latius constituuntur.¶Quid tantum Oceano properent se tingere soles Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet.)Breuem diẽ facit, cum octaua parte maior est ea pars,circuli qua subiecta terris est brumalis,& superior eadem minor ęquinoctialis circuitus.¶Sin, has ne possim naturæ accedere partes Frigidus obstiterit circũ præcordia sanguis)Significat sanguine circũ præcordia ductio animum,Empedoclis sententia.¶Sperchius.)Thessalię flumẽ.¶Taygeta.)Laconices, vbi venantur virgines Lacænæ.Lacon enim Lacęna facit. Lacedęmonius, Laconicæ regio est. Lacedæmon oppidũ Spartę dicitur,vnde Spartanę sunt eædem virgines.

Lacedęmon.

MANCINELLVS.

¶Me vero primũ dulces ante omnia musæ, Quarũ sacra fero,ingẽti perculsus amore: Sin,has ne possim naturæ accedere partes, &c.)Proponit rusticæ vitæ philosophicã.Hinc illã optat,ad quam si accedere nõ possit, rusticam degere vitã exoptat. Est autem ordo, Vero,sed primum ante omnia me dulces musæ accipiant,&c. Cœliq; vias,motus,rationes, cursus. Vltimi cœli motus est, vt dicunt astrologi super duas axis extremitates polum.f.arcticũ,& antarcticum ab oriente per occidentẽ,in orientẽ iterum rediens,quem motum æquinoctialis circulus per mediũ diuidit:& etiã alter inferiorũ sphærarum motus per obliquũ huic oppositus super axes suos distãtes a primis.xxiij.gradibus &.xxiij.minutis, sed primus omnes alias sphæras secum impetu suo rapit intra diem,& noctem circa terrã semel,illis tamen cõtra nitentibus, hunc autem sm motum diuidit per medium zodiacus, sub quo quilibet septem planetarum sphærã habet propriam, in qua proprio motu differtur cõtra cœli vltimi motum.

Solis Eclipsis

¶Defectus solis varios.)Cum in plenilunio luna fuerit in capite, vel cauda draconis sub puncto directe opposito soli in firmamẽto: tũc terra interponetur cœli,& lunę, vnde cũ luna lumen non habeat, nisi a sole deficit a lumine. Estq; generalis eclipsis in omni terra,si fuerit in capite, vel cauda draconis directe, particularis vero eclipsis,si fuerit prope, vel infra metas determinatas eclipsi,semperq; in plenilunio, vel circa contingit eclipsis. Cum aũt fuerit luna in capite, vel cauda draconis, vel prope metas supradictas, & in cõiunctione cum sole,tunc lunæ corpus interponetur inter aspectũ nostrum,& corpus solare, vnde obumbrabit nobis claritatem solis, & ita sol patietur Eclipsim,nõ quia deficiat lumine, sed deficit nobis propter interpositionem lunæ inter aspectum nostrum, & solem. Eclipso autẽ deficio significat,inde eclipsis,id est defectio. Defectus solis va. Vario enim modo sol eclipsatur,quod contingit propter diuersitatem respectus in diuersis climatibus. Lunæq; la.i.defectus. Iuue. saty.vj.de mulieribus,vna laborãti poterit succurrere lunę.

Terræ motus causa.

¶Vnde tre.ter.)Babyloniorũ placita motus terræ, hiatusq;, & cætera omnia vi syderũ existimãt fieri ventos in causa esse non dubium reor inquit Pli.lib.ij.cap.lxxj. Neq; enim vnquam intremiscunt terrę:nisi sopito mari,cœloq; adeo tranquillo,vt volatus auium non pendeat,subtracto omni spiritu,qui vehit,nec vnquam nisi post ventos conditos,scilicet in venas, & cauernas eius, occulto afflatu, neq; aliud est in terra tremor ꝙ̃ in nube tonitruum, nec hiatus aliud ꝙ̃ cum fulmẽ erumpit,incluso spiritu luctante,& ad libertatem exire nitente.

Ocean'.

¶Qua vi.ma.al.)Oceanus,Soli teste, quẽ Gręci sic nominãt a celeritate,ab occasu solis irrumpẽs læuo latere,Europã radit Africam a dextro, scissisq; Calpe,& Abyla montibus, quos dicũt columnas Herculis inter Mauros funditur, & Hispaniam. Et Pli.lib.ij.inquit. Sed æstus maris accedere & reciprocare maxime mirum est,pluribus, quibus modis accidit. Verum causa in sole, lunaq;. Id aũt Macro.etiã li.j.de som.sentit.ait enim,Oceanus quoq; in incremento suo hunc numerum tenet. nam primo nascẽtis lunæ die fit copiosior solito, minuitur paulisper.ij.minoremq; videt eum.iij.ꝙ̃.ij.& ita decrescendo ad diẽ vij.peruenit. Rursus.viij.dies manet.vij.par.&.ix.fit similis vi.x. v.&.xj.fit.iiij.par.iij.quoq;.xij.&. xiij.fit similis.ij.xj.ij.j. Soli.itẽ ait,dubitatur etiã nunc quibus ex causis intumescat Ocea.nec in obscuro est plura pro ingenijs differentium potius ꝙ̃ pro veritatis fide expressa.

Dierũ a noctiũ ęqualitas.

¶Quid tantũ Ocean.)Dierum & noctiũ inæqualitatis causa obliquitas est signiferi, teste Pli.li.ij.cum pars æqua

mundi

Universidad de Deusto Biblioteca

mundi ſubterq; terras omnibus fiat momentis, ſed quæ recta in exortu ſuo conſurgunt ſigna lõgiore tractu tenent lucem, quæ vero obliqua, ocyori tranſeunt ſpatio. Alij ſic in omnibus circulis qui ſunt ab æquinoctiali vſq; ad tropicon Cancri, & in ipſo tropico Cancri maior eſt arcus diei quam noctis, id eſt arcus ſuper horizontem q̃ ſub horizonte. Vnde toto tempore quo ſol mouetur a principio Arietis per Cancrum vſq; ad finem virginis creſcunt dies ſupra noctes, & tanto plus, quanto magis accedit ſol ad Cancrum, & tanto minus, quanto magis recedit. E conuerſo autem de diebus & noctibus, dum ſol eſt in ſignis auſtralibus in omnibus alijs circulis, quos ſol deſcribit inter æquinoctialem, & tropicum Capricorni maior eſt circulus ſub horizonte & minor ſupra, vnde arcus diei eſt minor quàm arcus noctis, & ſecundum proportionem arcuum decreſcunt dies ſupra noctes, & quanto circuli ſunt propinquiores tropico hyemali, tanto magis decreſcunt dies. ¶ Tardi no.) Tarde venientibus. intelligit enim per id, dies æſtiuos, qui longi ſunt. Naturæ partes. i. naturalem philoſophiam. Sunt enim philoſophiæ tres partes. Moralis, Naturalis, & Rationalis. Moralis eſt, quæ docet morum eliminatam perfectionem. Naturalis, quę de diuinis corporibus diſputat. Rationalis vero, cum de incorporeis ſermo eſt, quę mens ſola complectitur. Macro. ait, lib. ij. de ſom. Cum itaq; Maro cœli vias, & ſydera ſolis, & lunæ defectus terrarum tremorem, & Oceani æſtuaria dierum, & noctium longitudinem & breuitatem cõplectitur, phyſice ſecreta commemorat. Eſt autem philoſophia, vt ſcrib. Alcinous affectio ſapientiæ, quæ ſoluit, ac reducit ad intelligibilia, conuertitq; nos ad ea, quæ ſunt ſecundum varietatem. Sapientia autem eſt ſcientia humanarum diuinarumq; rerum cognitio. ¶ Frigidus ſan.) Empedoclis ſententia loquitur is enim, vt ſcri. Cice. lib. j. Tuſcu. Animum eſſe cenſebat cordi diffuſum ſanguinem. Calidus autem ſanguis maiorem virtutem habet q̃ frigidus, vnde & omnes dextræ partes validiores ſunt, & debiliores ſiniſtræ, quia has regit calor iecoris, qui eſt concretus ſanguis, hinc caloris domicilium eſt. Illæ vero contagione frigidi lienis hebetant. lege Macro. li. vij. & Pli. li. xj. ca. xlvj. ſcri. q cordi ineſt præcipuus calor, quodq; ibi mens habitat. Tul. etiã in libro de natura deorũ ait, quod omne, quod eſt calidum & igneũ cietur, & alitur motu ſuo. Quod autẽ alitur, & creſcit motu quodam reuertitur certo, & æquabili: qui quãdiu remanet in nobis, tandiu ſenſus & vita remanent, refrigerato autem, & extincto calore, occidimus ipſi, & extinguimur. Præcordia, exta homini ab inferiore viſcerum parte ſeparantur membranis, quæ præcordia appellant, q cordi prætenduntur. Pli. libro vndecimo. O vbi campi, optandi aduerbiũ. ¶ Sperchius.) Theſſalię fluuius, vt ſcrib. Strab. libro nono. Solinus autem cap. x. ſcribit in Sperchio promontorio Orpheum, ſiue ſacrorum, ſiue cantuũ ſecreta agitaſſe. ¶ Taygeta.) Taygetus, vt Strabo docet lib. octauo, mons eſt Laconicæ: quæ Achaia eſt. Eſt autem mons ſuper mare non grandis admodum, cęterum excelſus, & erectus, cui ſubijcitur in Spartha, & Amyclæ regione mediterranea, vbi Apollinis templum. Liberi quoq; patris delubrum. Non ab re igitur Lacænis virginibus bacchata, Maro ait, Lacænis, id eſt Laconicis. Nam, teſte etiã Probo. Laconica Lacænas facit: eſt autem Lacon g. m. Lacæna vero g. f. Hæmi Thraciæ, mons eſt, cuius excelſitas, ſex millia paſſuum continet, vaſto iugo procumbens in Pontum, vt Plinius libro quarto capite duodecimo ſcrib. De eodem libr. primo Faſto. ait Ouid. Et quicunq; tuas accolit Hæme niues. Eſt fertilis Thracia, inquit Plin. lib. xvij. cap. quarto frigoris rigore, & æſtibus Africa &c. Ægyptus. ¶ Siſtat.) Repræſentet. Cicero ad Atticũ, vt te ante Calen. Ianuarias vbicunq; erimus ſiſtas.

Partes Philoſophiæ quot. — Sapientia. — Præcordia. — Sperchius. — Taygetus — Lacæna

Aſcenſius.

ASCENSIVS.

¶ Me vero, &c.) Quia tantopere ruſticam vitam laudauit, ne illam etiam philoſophicæ, & contemplatiuę prætuliſſe videatur, dicit ſe quidem præferre ruſticanæ vitę philoſophicam, & muſarum diuina inuenta, ſed ſi ad ea feliciter adſpirare nequiret, nullã eſſe in praxi vitam, quã ruſticanæ prętulerit: primas ergo partes diuinarũ, humanarumq; rerũ contẽplationi, hoc eſt philoſophię attribuit: proximas agriculturæ, dicẽs. Verũ pro ſed: muſæ. i. deæ rerum inuentrices, hoc eſt diuinarũ rerum cõtemplatrices, dulces ante omnia. i. exercitia humana: quarum ego perculſus. i. affectus ingenti amore, fero ſacra: vt. ſ. ſacerdos, accipiant me primum. i. primo & præcipuo loco, quia nihil gratius, aut iucũdius contingat, & monſtrent mihi vias. i. curſus, aut meatus cœli & ſydera. i. ſyderum virtutem, & ſignificationẽ, & varios defectus. i. eclipſes ſolis: & labores. i. eclipſes, & luminis imminutiones lunę: & monſtrent mihi, vnde tremor. ſ. accidat terris, & qua vi tumeſcant. i. inflentur, & extollantur: maria alta. i. eleuata, & hoc obiectibus. i. obſtaculis, vt littoribus, ruptis. i. diſſipatis, & deiectis: & reſidant. i. deſcendat vt locum capiant, rurſus in ſeipſa. i. in propria receptacula, prioreſq; alueos, & ambitus. Et monſtrẽt quid. i. ad quid, ſoles hyberni, id eſt qui illucent tempore hyberno, hoc eſt hyemali, properent. i. feſtinent tantum. i. intantum, tingere ſe Oceano. i. magno mari terram ambienti: & id dicit ſecundũ opinionem vulgi, credentis, ſolem in Oceanum ſui leuandi cauſa decidere, vel quæ mora obſtet noctibus hyemalibus, tardis. i. tarde decedentibus: ſed æſtiuis tardis. i. tarde venientibus (eadem in fine primi Æneidos reperies.) Sin. i. ſed, ſi ſanguis frigidus circa præcordia. i. tarditas ingenij ex ſanguine frigido circa cor producta (vnde Iuuena. q læue in parte mamillæ Nil ſalit Arcadico iuueni) obſtiterit. i. obſiſtendo effecerit, ne. i. vt non, vel quominus poſſim accedere. ſ. intelligendo, has partes naturæ. i. rerum cœleſtium, hoc eſt cauſam rerum. Rura. i. res ruſticanæ, & amnes rigui. i. Irrigatiui placeant mihi in vallibus. i. accedam ad delicias ruſticanas, & amẽ flumina. i. amœnitatem fluminũ, & ſyluas, et ſtens inglorius. i. ſine gloria, quæ cauſas rerum inuenientibus debetur. O, optantis eſt interiectio, ſcribunt quidam oh. O qui me ſiſtat. i. cõſtituat, &, vt dicunt, repræſentet, vbi. ſ. ſunt campi. ſ. amœni: & Sperchius. ſ. fluuius Theſſaliæ, ad quem Orpheus cantorũ ſacra peregit, & Taygeta (declinatur ſicut Iſmarus: hic Taygetus, & pluraliter hęc Taygeta) mons Laconię in Achaia: bacchata. i. a bacchantibus frequentata: virginibus Lacænis. O qui ſiſtat me in gelidis, id eſt refrigeratiuis vallibus Hæmi, illius montis Thraciæ, & protegat me ingenti vmbra ramorum. i. quis dabit vt naturali locorum dictorum ac conſimilium perfruar amœnitate? q. d. ſe beatum fore, ſi id contigerit.

PIERIVS.

¶ Quarum ſacra fero ingenti perculſus amore.) In cod. Longo. tantũ legitur, percuſſus. Sed in Ro. in Mediceo, & alijs antiquioribus perculſus, prout etiam dicitur, amore ſaucius: ſiue quia paſſim locutiones illæ percuſſus, & perculſus apud authores cõfunduntur. ¶ Qua vi maria alta tumeſcant.) In Longobardico, tumeſcunt, legitur: ſed elegantius eſt tumeſcant. ¶ Oceano properent ſe tingere ſoles tinguere.) Vt in veteribus habetur ſcribendum eſſe oſtẽdit. diſtinguo (aiunt veteres grammatici) de quo nemo dubitat, id vero diuerſis coloribus tinguere ſignificat, ac penitus de ſecernere, & diſſeparare. ¶ Rura mihi & rigui placeant in vallibus amnes.) In Roma. codi. rigidi, legitur: ſed enim non videtur amnibus cõuenire, vbi agitur de amœnitate, rigor enim glaciei potius cõgruit, vt ibi glacie riget horrida barba, niſi rigidi pro gelidi, poſitum ſit, ſed omnino fuit hic aſperitas euitanda.

Felix, qui potuit rerum cognoſcere cauſas:
Atq; metus omneis, & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, ſtrepitumq; Acherontis auari.
Fortunatus & ille, deos qui nouit agreſtes,
Panaq;, Syluanumq; ſenem, nymphaſq; ſorores.
Illum non populi faſces, non purpura regum
Flexit, & infidos agitans diſcordia fratres,
Aut coniurato deſcendens Dacus ab Iſtro:
Non res Romanę, perituraq; regna: neq; ille
Aut doluit miſerans inopem: aut inuidit habenti.
Quos rami fructus, quos ipſa volentia rura

SERVIVS.

¶ Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas.) Repetitio eſt ſuperioris coloris: nã hoc dicit, Et ruſtici felices ſunt, & qui tribuunt operam philoſophiæ. ¶ Rerum cauſas.) Id eſt phyſicam philoſophiam. ¶ Inexorabile fatum.) Alibi. Fortuna omnipotens & ineluctabile fatum. ¶ Subiecit pedibus.) calcauit. ¶ Fatum.) Ex fato venientia. ¶ Acherontis auari.) Omnem mundum in mortem trahentis. ¶ Deos qui mouit agreſtes.) Qui abſtinet ciuicis malis, & aut rura habitat, aut cum ſuis numinibus rura deſcripſit. ¶ Nymphaſq; ſorores.) Non Panis vel Syluani: ſed inter ſe ſorores, vt Ætnæos fratres: inter ſe ſcilicet. ¶ Populi faſces.) Honores qui a populo præſtantur. Proprie autẽ locutus eſt, vt faſces populi, regũ purpuram diceret. ¶ Infidos agitans diſcordia fratres.) Diſcordiã poſuit pro auaritia. Ab eo q̃ præcedit id quod ſequit. Infidos autem fratres ideo ait, q auaritiæ cauſa diſſentiunt. ¶ Aut coniurato deſcendens Dacus ab Iſtro.) i. nõ eum ſollicitat coniuratio Barbarorum. Iſter autem, fluuius eſt Scythiæ. ¶ Non res Romanæ, perituraq; regna.) Regna, ſcilicet Barbarorum. Nam duo dicit, Ruſticum nec Romanum imperium mouet. i. ad ambitum cogit: nec Barbarorum regna peritura. Non enim Romano maledixit imperio, licet hoc alij dictum velint ex generali venire ſententia: q omnis magnitudo imperij periculis ſubiacet. vnde etiam Iuuenalis ait, Ad generum Cereris ſine cæde & ſanguine pauci Deſcendunt reges, & ſicca morte tyranni. ¶ Aut doluit miſerãs inopem, aut inuidit habenti.) Cicero in Tuſculanarum. v. lib. hoc tractat, dicens, in quem cadit vna mentis perturbatio, poſſe in eum omnes cadere: ſicut poteſt omni virtute pollere, cui virtus vna contigerit. vnde nunc Virgi. noluit ruſtico aſſignare miſericordiam, ne ei daret etiã cæteras animi paſſiones, quas nouimus & a bonis, & a malis rebus venire. A bonis opinatis duas: vnam pręſentis temporis, vt gaudium: & vnam futuri, vt ſpem. A malis ſimiliter duas vnam pręſentis, vt dolorem: & vnam futuri, vt metum: quas paſſiones eſſe animi nõ dubium eſt. vnde & ipſe ait in ſexto, Hinc metuunt cupiuntq;, dolent, gaudentq;. Salluſtius etiã in Catilinæ bello ait, Omnes homines qui de rebus dubijs conſultant: ab odio, amicitia, ira, atq; miſericordia vacuos eſſe decet. nam animus haud facile verum prouidet, vbi illa officiunt. Ergo aut ſecundum Ciceronis tractatum hoc dicit: aut quod abſolutius eſt, intelligamus ideo ruſticum paupertatem non dolere, quod eam malum eſſe non credit, ſed munus deorum. Lucanus de paupertate, Et munera nondum intellecta deum. Eſt & aliud quod poſſumus accipere, ideo ruſticũ nec bonis nec malis alienis moueri, quia eius non intereſt. quippe qui ab vrbibus eſt remotus. ¶ Ferrea iura) Dura, inexorabilia, immutabilia. ¶ Inſanumq; forum.) Litigioſum. ¶ Populi tabularia.) Vbi actus publici continentur. Significat autem templum Saturni, in quo & ærarium fuerat, & vbi reponebantur acta, quæ ſuſceptis liberis faciebant parentes. Iuuenalis. Tollis enim, & titulis actorum aſpergere gaudes Argumenta viri.

Sponte tulere ſua, carpſit: nec ferrea iura,
Inſanumq; forum, aut populi tabularia vidit.

MANCINELLVS.

¶ Rerum cognoſcere cauſas.) Cõmentator li. j. phyſicorum ait: Scientiarũ quędam eſt perfecta, & illa eſt quę fit per cauſam, quędam imperfecta, & illa eſt, quæ eſt ſine cauſa. ¶ Atq; met⁹ omnis.) Cice. li. iij. officiorum ſcrib. Magnitudinis animi, & fortitudinis proprium eſſe, nil extimeſcere, omnia humana deſpicere, nihil, quod homini accidere poſſit, intolerandum putare, & paulo inferius inquit, fortitudinẽ eſſe dolorum, laborumq; contemptionem. ¶ Inexorabile fatum.) i. ex fato venientia. De fato autem latius Eclo. iiij. videto. item Maro lib. vj. inquit, Deſine fata deũ flecti ſperare precãdo. ¶ Acherontis auari ſtrepitum.) hoc eſt ipſam mortem, qua mediante animæ immortalitas acquiritur, vt Cice. ait. ſtrepitum aũt dixit, propter animarum omnium illuc tendentium tumultum: Vnde Poeta lib. vj. de hac eadẽ re, ait: Æneas miratus enim motuſq; tumultu: Dic ait, o virgo, quid vult concurſus ad amnem, Quidve petunt animæ: vel ſtrepitũ dixit. Quoniam ibidẽ de Acheronte inferno fluuio inquit, Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluẽta, Tranſportare prius quã ſedibus oſſa quierint. ¶ Acherõtis.) Eſt Acheron fluuius in Calabria in peninſula quadam iuxta Conſentiam, a quo oppidani Acherontini, vt Pli. lib. iij. ſcrib. Poetę vero dicunt eſſe fluuium in inferno cœno turbidum, & ęſtuantem. Strab. autem lib. viij. docet. Quam Acheron amnis fluens per Gylum vrbem Achaiæ Alphæum intrat, Acherontiq; propter inferni proprietatem inditum eſt vocabulum, quoniam ea in ora Cereris & Proſerpinæ ac Plutonis templa magno in honore ſunt. ¶ Auari) nam inquit Ouid. Serius aut citius ſedẽ properamus ad vnam. omnis enim Acheron cymba recipit in alterã ripam, nec ſatiatur vnq̃: nam omnes auet. ¶ Deos agreſtes.) De ijs li. j. Geor. late iam dictum eſt: quorũ etiam hic aliquos poeta nominat. ¶ Nouit.) Ille deos nouit agreſtes, qui optimus eſt, hi fortunati haberi poſſunt. ¶ Sorores.) Inter ſeipſas. ſ. populi faſces, duodecim erant lictores. i. miniſtri: qui cum faſcibus virgarum: ſecurim cuiq; conſulum præferebãt. Vtq; conſulum inſignia erant duodecim faſces, ita prætorum ac præſidum ſex tantũ. Lictor aũt a ligando dictus: q cum magiſtratus populi Romani virgis quempiã verberari iuſſiſſent, crura eius, & manus ligari vinciriq; a viatore ſolita ſunt: Iſq; qui ex collegio viatorum officium ligandi haberet, lictor ſit appellatus, ita Valgius dixit de lictore, vt refert Gel. lib. xvij. ca. iij. Tyro autẽ Ciceronis libertus lictorem, vel a Lycio dictum ſcripſit. Licio enim trãuerſo, qui magiſtratibus præminiſtrabant cincti erãt: vt inquit author idem Gellius. Populi ait, quoniam in quem populi ſuffragia, cõſularibus, habitis comitijs auſpicijſq; rite peractis, concurrebant, is erat conſul deſignatus. ¶ Purpura regum.) Trabeam intelligit, erat enim toga ex purpura & albo. Virgi. lib. vij. de Pico rege, Paruaq; ſedebat, ſuccinctus trabea. ¶ Flexit.) Mouit, ſolicitauit. ¶ Infidos.) Alter enim alteri ſubegit: ¶ Diſcordia.) Auaritiã intelligit. ¶ Coniurato.) Actiue dixit, nẽ paſſiue, vt ille docet. Coniurato autem, quoniã eius populi omnes quodammodo in Romanos coniurauerant, vt Daci, Sarmatæ, Germani. concitare aũt, & conſpirare ferè in malum accipiuntur, quoties in patriã aut in principem coniuratio fit atq; cõſpiratio. Coniuratio ſemper in alterius perniciẽ graſſari ſolet. ¶ Dacus.) Diuiduntur Daci a Germanis Danubio, vt ſcribit Tacitus, Lucius Florus inquit, quod Daci montibus inhęrent, quotieſq; cõcretus gelu Danubius iunxerat ripas, diſcurrere ſolebant, & vicina populari. Viſum eſt Cæſari Auguſto gentẽ aditu difficillimam ſubmouere. Miſſo igitur Lentulo vltro vlteriorem repulit ripam, circa præſidia cõſtituit, ſic tunc Dacia nõ victa, ſummota atq; dilata eſt: Sarmatas quoq; per eundem Lentulum Danubio prohibuit, quibus tanta barbaries eſt, vt pacem non intelligant. Germania quoq; magis turpiter amiſſa, q̃ glorioſe acquiſita. Hæc ex Floro. Tranquillus vero ſcri. Auguſtum Germanos vltra Albim ſummouiſſe, ex quibus Sueuos & Sycambros dedẽtes ſe traduxit in Galliã. ¶ Iſtro.) Iſter, vt Stra. ait lib. ix. oritur ab extremis Germaniæ partibus, ſuperiores autẽ fluminis partes in fontes verſus, vſq; ad præcipites eius decurſus, quos catarhactas nominant. Danubiũ vocant quæ maxime per Dacorum agrum delabũtur. Alias vero inferiores vſq; in pontũ per Getas, Iſtrum vocitant. Cæterum idem Dacorum & Getarum ſermo eſt. ¶ Ferrea iura.) Dura, firma, immobilia. ¶ Inſanum.) Clamoſum. ¶ Forũ.) Locus dicitur in quo iudicia fieri ſolent, vt ſcri. Feſtus. ¶ Tabularia. Loca vbi tabulę. i. ſcripta publica, & literæ ponuntur Græci, grammatophylacia appellant.

Acherõ — Acherõtini, — Lictor vñ dict⁹ — Purpura. — Coniurare. Conſpirare. — Iſter. — Danubius. — Forum Tabularia.

ASCENSIVS.

¶ Felix qui, &c.) Sicut primũ muſis vacare optauit deinde agriculturæ, ita docet primã felicitatem quę quidem in terris cõtingere poteſt, in muſis ac philoſophia conſiſtere, proxima in re ruſtica. ¶ Ordo eſt. Felix, ſup. eſt qui potuit cognoſcere cauſas rerũ per quas muſas & philoſophiã deprehendimus. atq; qui. ſ. ſubiecit pedibus omnis metus: &. i. etiã fatum inexorabile. i. neceſſitatem moriendi: is profecto felix eſt qui vere cum apoſtolo dicere poteſt. Cupio diſſolui & eſſe cum CHRISTO, & qui ſubiecit pedibus ſtrepitũ Acherontis. i. fluuij aut principis infernalis, auari: quia omniũ auidi, Nã ſerius aut citius ſedẽ properamus in vnã: hoc eſt oẽs deſcendimus in mortẽ, ſi non omnes in infernũ omneſq; in Acheronta, qui ſine lætitia dicit fluuius, dũ mortis guſtamus amara, ſed felix cuius tã munda & purgata eſt p philoſophiã ſm illos & ſm nos, per gratiam vita, vt nec inferorum concutiatur metu. Fortunatus, ſup. eſt. i. beatus. (Nam fortunare in bonã partem accipitur) &. i. etiã ille qui nouit. ſ. per experientiã, deos agreſtes. i. agreſtium deorum munera: hoc eſt qui intelligit & cognoſcit quantũ boni habeat agricolarum parſimonia, atq; continentia: nõ. n. omnia quæ bona ſunt, cõtinuo ab omnibus intelliguntur qui ea vident: vnde de paupertate Luc. Et munera nondum Intellecta deum. Qui, inquã, nouit, Pana deum paſtorum, & Syluanũ ſenẽ, deum. ſ. ſyluarũ, & nymphas. ſ. montiũ, fontiũ, fluminum, aut ſyluarum ſorores. ſ. inter ſe. Ideo aũt fortunatus eſt, quia faſces populi. i. quos per populũ in populũ ferũt magiſtratus, aut honores populares, non ſupp. flexerunt illum. ſ. qui deos agreſtes nouit, & purpura regum. ſ. indumentum, nõ flexit. i. ſolicitauit aut attraxit & inclinauit ad ſe illum. i. animum illius, & diſcordia. ſ. ex auaritia, aut ambitione nata: agitans. i. vexãs fratres infidos. i. inique ſua diſtribuentes, vt qui nec partẽ poſuere ſuis, quæ plurima turba eſt, aut Dacus populus a Germanis Danubio diuiſus deſcendens ab Iſtro coniurato. i. ab accolis Iſtri, vt Dacis, Getis, Germanis in Romanos cõſpirantibus, & cõiuratis. i. timor illorũ, non flexit ſupp. Et res Romanę & regna peritura. ſ. inquit Ser. Barbarorum, quaſi Romana peritura nõ ſint, cum dicturus ſit Iuppiter in primo Æneid. de Romanis, His ego nec metas rerum nec tẽpora pono, Imperium ſine fine dedi: ſed diuus Auguſtinus, vt ad dictum locũ primi Æneid. dicemus, Hunc locũ atq; illũ de verbis Domini Ser. xxix. argutius capit, dicens ex perſona poetæ dictũ eſſe regna peritura & ex perſona Iouis, quaſi fallacis

numinis

Universidad de Deusto
Biblioteca

numinis. Imperium sine fine dedi. Non absurdum tamẽ esset pro sententia poetę dicere, & quẽ res Romanę. i. administrationes rerum quas Romani possident, & regna. s. Barbarorũ peritura. i. a Romanis subigenda, & ad Romanũ imperiũ transferẽda, sup. nõ flexerunt. Alij. n. Laborãt res partas possidere, alij vt possideãt parere. Nec ille. s. agricola qui nouit deos agrestes, aut doluit miserans inopem. i. miseratus quidẽ est inopẽ, sed non cum dolore. i. animi cruciatu, ita vt paupertatẽ tanq̃ rem malã misere metuat, cum sit paucis cõtentus, aut inuidit habenti, hoc est medium, in affectionibus tenuit, ita vt neq; turpiter crucietur visis miseriis, neq; inuidet visis aliorum diuitijs, sed, sup. carpsit fructus quos rami tulere sua sponte, quos ipsa rura tulere volẽtia. i. nõ coacta & quia illis contentus erat non doluit miseratus inopem, quia paupertatem non putauit esse malum, & est altera expositio seruij, nec vidit rura ferrea. i. dura & inflexibilia, nec forum. s. iudiciale insanum. i. litigiosum, aut tabularia. i. loca vbi tabulæ. i. instrumenta: hoc est literæ publicæ ponuntur: vnde dicit populi. i. quæ sunt de rebus populi, hoc est de rebus publicis.

SERVIVS.

¶Cæca freta.) Subito in tempestatẽ surgentia. ſ Penetrant aulas & limina regum.) Prositentur satellitium. Limina autem ait interiorem familiaritatem. Sic Turnus, Stirpem admiseri Phrygiam, se limine pelli. ſ Petit excidijs vrbẽ) Incertum alienam, an suam dicat. ſ Gemma bibat.) Gemmeo poculo, non gemmato. ſ Sarrano dormiat ostro.) Tyria purpura, quæ enim nunc Tyros dicitur, olim Sarra vocabatur, a pisce quodam, qui illic abundat: quem lingua sua sarram appellant. Iuuenalis, Aut pictæ sarrana ferentem Ex humeris aulæa togæ. Hic stupet attonitus rostris.) I. vt concionetur. ſ Per cuneos (geminat⁹ enim plebisq; patrũq;.) ſ Corripuit.) Ordo est Corripuit enim hunc geminatus per cuneos plausus & plebis & patrum. ſ Exilioq; domos.) Volãtario. s. propter auaritiã. ſ Alio sub sole.) Sub alio climate.

Sollicitant alij remis freta cæca: ruuntq;
In ferrum: penetrant aulas, & limina regum.
Hic petit excidijs vrbem, miserosq; penates:
Vt gemma bibat: & Sarrano dormiat ostro.
Condit opes alius: defossoq; incubat auro:
Hic stupet attonitus rostris. hunc plausus hiantem
Per cuneos (geminatur enim plebisq; patrumq;)
Corripuit. gaudent perfusi sanguine fratrum:
Exilioq; domos, & dulcia limina mutant:
Atq; alio patriam quærunt sub sole iacentem.

PROBVS.

¶Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro.) Tyriam purpuram vult intelligi Sarranum ostrum. Tyrum autem Sarram appellatam Home. docet, quem etiam Ennius sequitur, cum dicit Pœnos Sarra oriundos.

Sarra.

MANCINELLVS.

¶Cæca freta.) Latentia, mométo enim vertuntur: cum tranquilla esse videantur. ſ Penetrant aulas.) Varia vrbanorum vota indicat, aliqui enim auaritia ducti nauigant, aliqui fastu colunt regia tecta, aliqui militiam, &c. ſ Aula.) Aula grece, latine atrium. Aulos vero tibia. ſ Limina.) Interiora scilicet. ſ Penates.) Domos vt gemma bibat. Martia. etiam ait. Gemmatum sythicis, vt luceat ignibus aurum: Ah quoties digitos exuit iste calix. Iuue. saty-v. Transfert ad pocula gemmas. Plin. Nec hoc fuit satis, tuba gemmarum potamus, & Smaragdis teximus calices. Gemmæ autem pretiosi lapides dicuntur, vt aiunt, quod instar gummi luceant. ſ Sarrano ostro.) Id est tyria purpura. Tyrus enim sarra quandoq; dicta est, vt Homerus docet, quem etiam Ennius sequitur authorẽ, cum dicit, Pœnos sarra oriundos, vt scribit Probus: Tyri autem nobilitas omnis conchylio atq; purpura constat, vt Pli. lib. v. cap. xx. inquit. Strabo autẽ lib. xvj. ait, quod post Sydonem maxima, atq; antiquissima Phœnicum est Tyrus, quæ tota insula est continenti tamen aggere coniungitur, quem Alexander in obsidione congessit, apud Tyrum purpurarum piscatus, hinc tyria purpura optima omnium perhibetur. Distat Tyrus a Sydone non plusq̃ ducẽtis stadijs, Post Tyrum est antiqua Tyrus trigintã distans stadijs. ſ Ostro.) Purpura, ex ostreis enim piscibus etiã tingitur, de quibus lib. j. Georgi. ſ Rostris.) Erant rostra in foro locus ad palatinas radices. Vnde ad populum loqui plurimum cõsueuerãt, & a rostris nauium sic quoq; cognominata: ait enim Liuius, Naues Antiatum partim in naualia subductæ: partim in censæ, rostrisq; earum suggestum in foro extructum adornari placuit. ſ Hiantem.) Anhelantem certaminis labore, & palma. Est autem ordo hunc hiantem corripuit. i. mouit, sulicitauit, & plebis, & patrum, plausus enim certe, sed vacat potius per cuneos geminatus. i. sæpe reditus, nõ enim semel tantum modo plaudebatur, sed iteratis vocibus. Potes etiam exponere hiantẽ. i. honoris cupidum, & referre ad graues viros, qui in theatris cum plausu excipiebantur ignaui, cum sibilis. ſ Cuneos.) Ordines. ſ Gaudent) Alij scilicet. ſ Exilio.) Parricidijs. n. exules coguntur. ſ Sub alio sole.) Sub alia regione.

Sarra. Tyrus.

Rostra.

SERVIVS.

¶Hinc anni labor.) Ex agricultura habet totius anni substantiam. ſ Hinc patriã.) Donatus villam intelligit, nõ re vera patriam. ſ Meritosq; iuuencos.) Sui consortes laboris.

Agricola incuruo terram dimouit aratro.
Hinc anni labor: hinc patriam, paruosq; nepotes
Sustinet: hinc armenta boum, meritosq; iuuencos.
Nec requies: quin aut pomis exuberet annus:

ASCENSIVS.

¶Sollicitant alij remis freta.) Vt plenius rusticorum quietem & continentiam laudet, inuehitur in aliorum commotiones & luxum, dicens. Alij. s. vrbani, rerum & honorum plus quam fas est cupidi: sollicitant remis freta cęca. i. occulta & latentia & ruunt, id est præcipites currunt: in ferrum, id est in arma: & penetrant aulas, id est theatra aut regias & limina regum, ideſt fiunt aulici vt fauore regum emergant, id est quiuis eorum petit, id est adoritur vrbem insidijs. i. per insidias affectat gubernacula vrbis: & petit miseros penates, id est domesticos deos, aut optima quæq; miserorum & penitissime custodita ab eis, vt bibat gemma. id est aut poculo gemmato, aut (quod plus esset) gemmeo, & vt dormiat ostro sarrano. i. purpura tyria: nam Tyros olim sarra dicta est. ea autem purpura præstat cæteris, cum sit dibapha. i. bis tincta, scilicet vt habeat, lectum coopertum purpura tyria, aut tapetis purpureis, alius condit. i. abscondit opes, & incubat auro defosso. i. incubãdo inuoluit se in aurum, quod prius infossum vt nunc conspiciat defodit: vnde Hora. sermone primo cõgestis vndiq; saccis, indormis inhians, & tanq̃ parcere lacris Cogeris aut pictis tanq̃ gaudere tabellis: hic attonitus, id est stupefactus & rapt⁹ admiratiõe indigna, stupet rostris, id est magistratibus pro rostris gerendis, Plausus corripit, id est totum ad se rapuit, hiantem. i. auiditate gloriæ captum, ita vt more canis fatibundæ vix os occludere posset: corripuit dico per cuneos. i. populorum receptacula, enim pro quia, geminatus, quasi dicat, nec id mirum, quia geminatus (& est sacra irrisio, sicut illa Horatij in Tygillum, Mœstum, ac sollicitũ est cantoris morte Tygilli. Quãpe benignus erat.) plebis & patrum, qui scilicet magnus & multum appetendus videtur. Alij, sup. gaudent perfusi. i. quãdo pene fusi sunt sanguine fratrum: & mutant domos. s. paternas, & humana dulcia id est quæ merito dulcia sint, exilio. i. pro dulcibus doloribus exulant vltro, vt. s. diuitias acquirãt, aut post effusionem sanguinis fraterni, vt scelerati voti compotes fiant: & quærunt patriam iacentem sub alio sole. i. sub alio climate, sed fœcundius dicit sole. Nam si in diuerso climate esset idem sol. i. idem respectus & eadem influentia solis leuior esset mutatio loci, quam vbi alius, est sol. i. diuersus influxus eius.

PIERIVS.

¶Hunc plausus hiantem, Per cuneos (geminatur enim plebisq; patrumq;) Corripuit.) Romanus codex, Mediceus, Longobardicus, & plerique alij, geminatus, legunt, quod etiam approbatur a Seruio.

Aut fœtu pecorum: aut cerealis mergite culmi:
Prouentuq; oneret sulcos: atq; horrea vincat.
Venit hyems: teritur Sicyonia baca trapetis:
Glande sues læti redeunt: dant arbuta syluæ:
Et varios ponit fœtus autumnus: & alte
Mitis in aprícis coquitur vindemia saxis.
Interea pendent dulces circum oscula nati:
Casta pudicitiam seruat domus: vbera vaccæ
Lactea demittunt: pinguesq; in gramine læto,
Inter se aduersis luctantur cornibus hœdi.
Ipse dies agitat festos: fususq; per herbam,
Ignis vbi in medio: & socii cratera coronant:
Te libans Lenæe vocat: pecorisq; magistris
Velocis iaculi certamina ponit in vlmo:
Corporaq; agresti nudat prædura palæstra.

Picea. Edera.

olea. Trapetis autem, molis oleariis. Et declinatur trapetũ sicut templum, Terentianus, Quo super insidens trapeto figna gyris tẽperat, Qd metrũ aptum est oliuã terentibus. ſ Arbuta,) Poma syluestria. ſ Pendent circum oscula nati.) Cõtra, illud, Exilioq; domos & dulcia limina mutant. ſ Casta pudicitiã seruat domus.) Non vt in vrbibus impudica. ſ Ipse dies agitat.) Suspendendum: & sic intereadum festos. nã hoc dicit, oẽs dies sic habet vt festos putes. Alij dicũt, festos dies cũ religione cõcelebrãt. ſ Agresti palæstra.) Rustica luctatiõe. Palæstra aũt dicta est, vel ἀπὸ τῆς πάλης. i. a luctatione: vel ἀπὸ τοῦ πάλλειν, hoc est a motu vrnæ. nam ducti sorte luctantur.

Trapetis. Autũn⁹ Magistrare. palæstra

PROBVS.

¶Teritur Sicyonia baca Trapetis.) Sicyoniam bacam oliuã dicit, Trapetum torcular est olei.

MANCINELLVS.

¶Hinc.) Ex agricultura est anni labor, hoc ẽ opera totius anni: toto siquidem anno pro legete laborandũ est. Vnde & Oui. lib. j. Met. ait, Sternunt legetes, & deplorata colonis Vota iacent, longique perit labor irritus anni. Hinc, ex agricultura, & labore totius anni. Patriã.) Villã. ſ Armẽta boũ meritosq; iuuẽcos.) Varro lib. ij. ait. In bubulo genere ætatis gradus dicunt quatuor, prima vitulow, secũda iuuencow, tertia boũ nouellow, quarta vetulorũ. ſ Meritos.) Ergo agricolam ipsum, iuuencus. n. dicitur, vt Varro docet, a iuuando, qa iam ad agrũ colendũ iuuare possit. Sustinet autẽ armẽta boũ, & iuuencos ex agricultura ferẽdo eruũ, viciam, medicã, & similia. ſ Nec requies.) I. agricolę. ſ Quin.) i. vt annus, aut pomis exuberet. ſ Aut fœtu pecorũ, &c.) qui sensus aliquas liter etiã cõueniret, ppter verba Theophrasti iamiam sequentia. Quod aũt quin, pro vt aliqñ exponat, Gel. etiã li. xvj. c. xiij. docet. Sed vt pro nõ apud Maro. lib. iij. ibi, Hic tibi nequa morę fuerint discipendia tanti, Quin vatẽ infanam aspicias. ſ Cerealis mer. cul.) Manipulo tritici calami. ſ Prouentuq; one. sul.) Theophr. li. viij. inquit ad incrementũ alimentũq; plorimũ qdem cœli tẽperies, atq; in totum anni conditio iuuat, imbrib⁹ enim serenitatẽ opportune secutis, oia feracia, permultisq; fœcũda redduntur. quamobrem nõ perperã: ,puerbio dicit. Annus fructificat, non tellus. ſ Vincat.) rumpat. Idẽ lib. j. Geor. Ruperũt horrea messes. ſ Sicyonia baca.) Oliua dicit, vt ẽt Probus ait. Sicyon aũt, teste Pli. li. iij. Achaię oppidũ fuit, vtq; Stra. li. viij. inqt, maximã agri Corinthi partem Sicyoni possessam occupauere, præterq; agrũ Sicyonum Alopus perfluit. ſ Trapetis.) Molis olearis: trapeta aũt a terendo dicta, nisi græcum est, id Varro docet. Cato aũt ca. cxlv. Trapetos ait, Var. lib. j. ca. lv. Trapetas. ſ Autũnus.) Dictus, q̃ tunc maxime augeatur hominũ opes coactis agrow fructibus, author Festus. ſ Apricis.) Solt expositis, quasi Africis. i. sine frigore, phrice. n. frigoris horror dicit. ſ Casta pudicitiã. Iuue. tñ, sat. vj. ait. Iamq; eadem, summis pariter minimisq; libido. Nec melior pedib. silicẽ quæ cõterit atrũ, Quã quæ longow vehitur ceruice syrorũ. Ipse, agricola. s. Agitat, sæpe agit, & celebrat. ſ Te libãs.) Legit etiam in antiqs delibans. Lenæe.) Videto lib. ij. Geor. in principio. ſ Magistris.) Pastoribus. magistrare. n. est moderari, vt docet Festus. i. regere, & gubernare Palæstrę ludus, & locus dicit, pale lucta, pale lęo luctor. Palęstrion loc⁹, vbi palęstra exercẽt, palęstres luctator palęsma lucta, certamina. palęstrę aũt repertor Mercurius fuit, vt scri. Diodo. lib. j. quod Hora. lib. j. ode. x. etiam asserit.

ASCENSIVS.

¶Agricolas incuruo ter. &c.) Docet agricolam nõ ociosum esse necessitate, sed lõge lætioribus exercitationibus teneri. Quia vbi sup. seu postq; agricola dimouit. i. cũ non in aduersas partes mouit &

Quin.

SERVIVS.

¶Sic fortis Etruria creuit.) Secũdum historiã. nam cõstat Tuscos vsq; ad fretũ Siculũ omnia possedisse. ſ Ante etiã sceptrum

Hanc olim veteres vitam coluere Sabini:
Hanc Remus, & frater: sic fortis Hetruria creuit.
Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma:
Vergi.

sceptrum Dictęi regis. Anteq̃ regnaret Iuppiter, qui est in Dictæo monte Cretæ nutritus. ſ Impia quàm cæsis gens est epulata iuuẽcis.) Arati est

hoc q dicit q maiores bouē comesse nefas putabāt. ‖ Nec dum impositos duris.) Iuue nalis, Nesciebāt primi gladios excudere fabri. ‖ Et iam tēpus equū fumātia soluere colla.) Allegoricos hoc dicit. Debe mus fatigato igenio parcere, & facere finem carminis. Sanè nō est cōparatio, sed trāslatio, sicut & in primi fine dixim⁹.

Septemq; vna sibi muro circundedit arces.
Ante etiam sceptrum Dictæi regis: & ante
Impia quàm cæsis gens est epulata iuuencis:
Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.
Necdum etiam audierant inflari classica: necdum
Impositos duris crepitare incudibus enses.
Sed nos immensum spatijs confecimus æquor:
Et iam tempus equûm fumantia soluere colla.

Et pleriq; volunt ideo eū dixisse hoc loco carmini Georgico finē se esse facturū, q duo sequentes libri, pastorales sunt, nō Georgi ci, vt etiam in prima huius carminis parte memorauimus.

PROBVS.

Dictæo regi.) Ioui a Dicte mōte Cretę, in quo educatus credit.

MANCINELLVS.

Hanc vitā.) Rusticā & agrestem, de qua latius, vbi de laudibus
Sabini. agriculturę. ‖ Sabini veteres.) Sabini, vt qdam existimauere ab re ligione, & deorum cultu Seuini appellati. Velinos accolunt lacus ro scidis collib⁹. Nam amnis exhaurit illos sulphureis aquis. Infra Sa binos Latiū est, ab latere Picenū, a tergo Vmbria appēninis iugis Sabinos vtrinq; vellantib⁹. Pli. li. iij. c. xiij. Sabinorum aūt ager egre gie oliuetis, & vinetis præditus est. Glandesq; passim producit, maxime gregibus, & armētis studeut. Est aūt gens antiquissima,
Etruria de qua Stra. li. v. hęc & plura. ‖ Etruria.) Pli. li. iij. c. vj. vocet, quod primū Etruriæ oppidū, Luna portu nobile. Colonia luna a mari recedēs, prooiorq; Pisa, Etruriæ aūt fines ad Tybridis ripā, vt ait Stra. extensi sunt. Septē arces.) Roma. n. septem amplexa est mon tes, Capitolinū, Auentinum, Cælium, Exquilinum, Viminalem, Quirinalem, Palatinū. Horū aūt ethymologiā Varro scribit, do
Septis mon. cetq; etiā quod dies septimontiū noiatus est ab his septē mōtib⁹ in quibus sita est. ‖ Dictæi regis.) i. Iouis, cuius tēplum erat in Di cte monte Cretæ, qui mons ab Ida ad orientē solem mille abest stadijs, vt Strab. lib. x. scri. In eo monte Iuppiter educatus credit, vt ait Probus. Id aūt Marro quoq; lib. iiij. Geor. asserit, dicēs. Di ctæo cœli regē pauere sub antro. Successit demū Saturno Iuppi
Dictæi. ter argēteo sæculo. ‖ Ante.) Ante Epanalepsis figura. i. replicatio.
Boues. ‖ Impia gens.) Varro lib. ij. c. v. ait de boue loquēs. Hic socius ho minū in rustico opere, & cæteris minister ab eo antiq manus ita abstinere voluerūt, vt capite sanxerint, siqs occidisset. Pli. aūt lib. vij. docet, quod animal occidit, primus Hyperbius Martis filius, Prometheus, bouē. ‖ Aureus.) Saturnus, q aurea ætate regnauit, in Latio, vt supra etiā patuit latius, agriculturāq; ibidē edocuit, de quo Maro lib. viij. sic. Primus ab æthereis venit Saturnus ab oris, Arma Iouis fugiēs, &c. Tu reliqua illic videto, aliqua ēt dixi mus Eclo. iiij. & Eclo. vj. quæ huc quoq; cōueniunt. ‖ Classica.)
Classica Tubarū sonitus inde noiant, quia classes equitū ordines vocāt, qui maxime, vtuntur tubis, Pris. author. Tubę etiā classica appel lantur, vt hic inflari classica. Oui. quoq; li. i. Met. ait de aureo sæ culo, Non tuba directi, nō ęris cornua flexi, Non galeę, non ensis erat, sine militis vsu, Mollia securæ peragebāt ocia gētes. ‖ Confe cimus equor.) i. absoluimus imēsam materiā. Est. n. metaphora, id est trāslatio a currētib⁹ equis ad suū scribēdi tenorē. Fab. li. vij. ostēdit esse cū trāslatione allegoriā. i. inuersionē, aut aliud verbis aliud sensu ostendat. Erit autē sensus quæ tractāda fuerant, expli cauimus. iam congruum est, carmen finire.

ASCENSIVS.

Hanc olim veteres vitā coluere Sabini.) Laudat agriculturā ab antiquitate, & veterū authoritate: oium. n. consensu vetustissimi mores approbatissimi sunt: vñ Phauorinus apud A. Cel. lib. j. c. x. Viue moribus pteritis, loque re verbis presentib⁹. Ordo est. Veteres Sabini. i. populi il li Italiæ sane antiqui: coluere olim hanc vitā. i. rusticanā, & Remus, & frater. i. Romulus, coluere hāc vitā præcipue pa storalē, & Etruria fortis cre uit, sic. i. p agriculturā scilicet i. scire licet quod agricultura pōt, ga &. i. ēt Roma pulcher rima facta est. s. sic. i. per agricolas, & pastores: aut Roma facta est. i. euasit, sic. i. per agriculturam pulcherrima rerū, ga agricolę multū decoris ac roboris attulerūt rebus Romanis, q; pro &, Ro ma circūdedit sic, &c. aut quæ. s. Roma circundedit vna sibi. i. ad decus & ornatū suū septē arces, i. colles, muro. s. vno: hoc est vnis mœnib⁹. Saturnus ēt aureus. i. optim⁹ aurea sęcula institués, age bat in terris hāc. i. rusticanā vitā añ sceptrū. i. regnū dictęi. i. Cre tensis regis. s. Iouis, hoc est anteq; Iuppiter expulso patre sibi re gnū vsurparet, & anteq; gens impia. i. scelerata: est epulata. i. epu lum publicū cōstituit iuuencis cæsis. i. mactatis quod ipiū videt, cū sint socij laboris, nunc pcipit, Thure deū placa, vitulum sine crescat aratro. Etiam, sup. hoies necdū. i. non adhuc audierāt ad huc, classica, i. signa bellica, vt tubas, lituos, & cornua inflari. s. cū hæc vita in honore esset sub Saturno, & necdū audierāt enses im positos duris incudibus. s. vt cudant, crepitare. i. crepitū, & soni tum dum percutiebant dare, sed nos cōfecimus equor imensum spatijs. i. absoluimus imensam materiam, aut nauauimus magnā operā in æquore. i. in re rustica, quæ vt ęquor plana est. Et tps est iam soluere. i. a iugo eximere, hoc est tempus soluendi. eximendi colla equū. i. equorū fumantia. s. ex diuturno labore, hoc est tam faciendus est finis, materiæ peractæ & ad metam perductæ.

PIERIVS.

Sic fortis Etruria creuit.) Sunt qui nomini adspirēt Hetruria, sunt q Ethruria scribūt. Apud veteres ego nulla adspiratiōe Etru ria scriptū obseruaui, Imperiū vero Etruscorū, vt ait Liuius, fuit ab alpib⁹, vsq; ad fretū Siculum, vnde totū mare quod a dextera Italici littoris est Tyrrhenū, appellat, atq; hoc est quod Virgi. ait, Sic fortis Etruria creuit. ‖ Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma.) Sunt antiqui cod. in quibus Pulcherrima, absq; adspira tione inuenitur, de qua scribendi ratione M. Tullium in hoc, no mine solicitum fuisse, vel ipsius in oratore testimonio manifestū est: cui cum vnum ratio, alterum cōsuetudo dictaret, coactum se vsui cedere profitetur. Sed. n. qd super hoc Terētius Scaurus tra diderit recitare non pigeat, vt ēt locum in eius codice mancum resarciamus, aut obscurū nimis adiecta paraphrasi dilucidemus, ait itaq; is, Et pulchrum quāuis in consuetudine adspiretur, ni hilominus tamen ratio exiliter & enunciandum & scribēdum p suadet. Ne vna omnino dictio aduersus Latini sermonis naturā media adspiretur: quāuis alij a Græcis putent esse translatum, quasi pulchum πολλὺν χρῶμα, quippe multum nitoris, & ele gantiæ significaret. Sunt tamen non hebetis ingenij viri, qui no mina huiusmodi in Crum exeuntia, a verbis deduci velint, a ful cio fulcrum, a sepelio sepulcrum, ita a Polio polcrum, mox con suetudine pulcrum. ‖ Et iam tempus equum fumantia soluere colla.) Sunt veteres codi. in quibus, equom, scribitur. In Roma no, & aliquot alijs, Spumantia, legit. Quam esse cum translatione allegoriam Quintilianus ait in octauo, Et fumantia. habet apud Carisium, vbi de allegoria.

GEORGICORVM LIBRI SECVNDI FINIS.

ASCENSIVS.

Teq; Pales, &c.) Vt mo rem institutum obseruē argumenta librorū pau cis explanabo priusquàm rē aggrediar, Ouidiani autem argumenti explanatio huius modi est: q;, pro &: Vates, id est diuinus Poeta Virgi lius: monstrauit, diuino, id est artificiosissimo carmine, omnia: & te o Pales, scilicet dea pabulorū: hoc est vos pa bula, & te, supp. pastorū, id est inter pastores memorande, id est digne qui memoreris & prędiceris: per orbem: hoc est te o Apollo deus pastorum, & cultus, id est custodiam & curam pecorum: & pascua læta, id est iocūda aspectu & fœ cunda gramine: & quis, id est quibus locis armēta. i. maiora animalia quibus armi exta tāt, vt boues, equi, & asini, ha bitent. s. stationem suam hoc est vbi pascantur & stabulen tur, & quis locis stabulentur agni.

P. OVIDII ARGVMENTVM IN TERTIVM LIB. GEORGICON.

Teq; Pales, & te pastor memorande per orbem,
Et pecorum cultus, & gramina pascua læta
Quis habitent armenta locis, stabulentur & agni.
Omnia diuino monstrauit carmine vates.

ANTONII MANCINELLI IN EVNDEM ARGVMENTVM.

Panditur apta boum: vel equum tibi forma notanda:

Post vitulum curam monstrat, curamq; parentum,
Tradit equis aliam. Vim postea pandit amoris.
Curat oueis: caprasq;: simul lactis, quoq; lanæ
Mentio. Cura canum: serpentum cura notatur.
Morborum quoq; te causas & signa docebit.
Communemq; luem cunctis animalibus olim.

agni. Bene agni qui ppter te neritudinē in stabulis, aut po tius caulis & septis, hoc ē oui libus detinent noctu cum ar menta, per prata vagētur sub dio. stabulētur, ergo, id est in stabulis locent. Stabulum au tem a stando dictum est, vnde stantib⁹ fere attribuit. equis bobus & nonnunquā ouibus. Mancinellus qui singulas partes explicat ex ordine argumentum construit sic. Aperta, id est con ueniens forma boum vel equum, id est equorum: pandit, id est reseratur & manifestatur. s. in hoc. iij. libro notanda tibi. i. cuius pastorali cura detento, & sup. poeta monstrat post. i. postea ex ordine curā vitulum. i. vi tulorum, & curam parentū. s. ipsorum, & tradit aliam. s. cu ra equis, & pandit postea vim .i. violentiam amoris, & curat oueis. i. docet curare (Est eni accusatiui casus, pluralis nu meri) & capras simul & fit mentio, lactis, quoq; pro & lanæ, & fit cura canum, & notatur cura serpentum, & docebit, scilicet ad finem operis te causas & signa, id est indicia morborū: & luem, id est pestem communem olim, id est quæ olim contingit cun ctis animalibus,



SERVIVS.

Te quoq; magna Pales.) Inuocat deam pabuli, di cturus de animalibus: si cut de frumentis dicturus & vitibus, Cererem inuocauit & Liberum. Sanè non est mi randum esse vsum eū prooe mio, sicut est vsus in primo. nam aliud quodammodo in choaturus est carmen, pasto rale. s. post expletum Georgi cum. deinde etiam si vnū sit, scimus concessum esse scribē tibus vt iteratione prooemij legentiū interdū reficiant la borē. Nam & Liuius frequen ter innouat principia. vt, Incē sa a Gallis vrbe. vt, Comple tis cōsulib⁹. Et Cicero in Ver rinis: qui in frumentaria cōci liauit auditorum animos, ite ratione principij, vt, Oēs qui alterum iudicāt. Pales autē vt diximus, dea est pabuli: quā alij Vestam, alij matrē deum vocāt. hanc Virgilius genere fœminino appellat. Alij, inter quos Varro, masculino gene re, vt hic Pales. Huic sacra sol uuntur. xj. Cal. Maias die, quę Palilia vocantur. ‖ Pastor ab Amphryso.) Amphrysus flu uius Thessaliæ. circa quem Apollo spoliat⁹ diuinitate, ob occisos Cyclopas, Admeto re gi pauisse armenta dicit. vnde eū nūc inuocat, qui Nomius vocatur

P. VIRGILII MARONIS GEORGICON LIBER TERTIVS.

Te quoq; magna Pales, & te memoran de canemus
Pastor ab Amphryso: vos syluæ, am nesq; Lycæi.
Cætera, quæ vacuas tenuissent carmi na mentes:
Omnia iam vulgata. quis aut Eurysthea durum?
Aut illaudati nescit Busiridis aras?
Cui non dictus Hylas puer? & Latonia Delos?
Hippodameq;? humeroq; Pelops insignis eburno,

Virgi,

Universidad de Deusto Biblioteca

vocat, vel ἀπὸ τῆς νομῆς. id est a pascuis: vel ἀπὸ τῶν νόμων .i. a lege chordarũ. ¶ Syluę amnesq; Lycæi.) κατ' ἐξοχὴν, montem Arcadiæ posuit: vel quia pecorosa, vel quia Pan illic est rusticum numen. ¶ Cætera quæ vacuas tenuissent carmina mentes.) Hoc est fabulæ quæ delectationi esse poterant, & occupare mentes curis solutas, iam descriptæ a multis in omnium ore versantur. ¶ Quis aut Eurysthea durum.) Eurystheus rex fuit Græciæ Persei genus, qui Iunonis instinctu imperabat Herculi, vt varia monstra superaret, quibus posset perire. vnde eum durũ appellauit, qui potuit ad complendum odium nouercale sufficere. ¶ Aut illaudati nescit Busiridis aras?) Busiris rex fuit Ægypti, qui cum susceptos hospites immolaret, ab Hercule interemptus est, cum etiam eum voluisset occidere. huius laudes scripsit Isocrates: vnde illaudati participium est pro nomine: vt sit illaudabilis, non qui laudatus non sit, sed qui laudari non meruit: vt est illud in. vij. Æneidos, Diues inaccessos vbi solis filia lucos. Pro inaccessibiles: non ad quos nullus accessit, sed ad quos nullus accedere debeat. ¶ Cui non dictus Hylas puer.) Id est a quo. Horatius, Scriberis Vario fortis & hostium. Pro a Vario. Hylas autem socius Herculis fuit, qui aquatum profectus, raptus est a Nymphys in Mysia. ¶ Latonia Delos.) In qua Latona enixa est Apollinem & Dianam, quã insulam ante vagam Apollo, vt in tertio legimus, Mycone celsa Gyaroq; reuinxit: vbi fabulam plenius diximus stabilem fecit. ¶ Hippodameq;.) Græca quę in η exeunt plerunq; ipsum η in ia soluunt: vt Hippodame Hippodamia: Penelope Penelopia. Fabula talis est, Hyppodame filia fuit Oenomai regis Helidis & Pisarum: hic equos habuit velocissimos, vtpote ventorũ flatu creatos, qbus Procos filiæ multos necauit, sub hac conditione prouocatos ad curule certamen, vt aut victus traderet filiam, aut victos necaret. Postea cum Pelopem amasset Hippodamia, corrupit Myrtilum aurigã patris, primi coitus pactione: qui factis cæreis axibus cum victore Pelope a puella promissum posceret præmium, ab eius marito præcipitatus in mare est, cui nomen imposuit. nam ab eo Myrteum dicitur pelagus. ¶ Humeroq; Pelops insignis eburno.) Tantalus pater Pelopis, volens deorum tentare diuinitatem, inuitatis filium suum epulandum apposuit: a quo omnes alij abstinuerunt, excepta Cerere, quæ brachium eius consumpsit. Postea punito Tantalo cum dij voluissent eius filium reuocare ab inferis, Ceres ei eburneũ brachium restituit. Quod ideo fingitur, qa Ceres ipsa est terra, quæ corpora vniuersa consumit, ossa tantũ reseruans. ¶ Acer equis.) Victor etiam Oenomai. ¶ Via.) Ratio. ¶ Me quoq; possim.) Sicut se alij sustulerunt carminis merito. ¶ Victor.) Effector propositi: Sic paulo post, illic victor ego.

Acer equis: tentanda via est: qua me quoq; possim
Tollere humo: victorq;, virum volitare per ora.

PROBVS.

¶ Te quoq; magna Pales, & te memoran. ca. Pastor ab Amphryso, vos syluæ, amnesq; Lycæi.) Pales dea est pastorum, qui diem sacrum appellant parilia transposita litera l, quæ si suo loco esset palilia potius dicerent, qui dies natalis est vrbis Romę, quæ a pastoribus est condita: huius autem cuius deę esset, etiam ritus declarat. Nam & ignes transiliũt, accensis stramentis more agresti: ibi hunc diem colentes lacte libant, qui fructus ex pecore tollit. ¶ Amphryso.) flumen est Thessaliæ, cuius regionem quandam Molossi incolunt. Quorum rex fuit Admetus Pheretris filius, cuius pecora & armẽta Apollo pauit, iussus seruiẽdi contumelia. x. annis luere temeritatem, per quam Cyclopas perdiderat, qui fulmen fecerant, quia indignabatur eo percussum Asclepium: is ergo inuocat eũ cum Pale. Lycæus mons Arcadiæ regionis, quæ pecorum præcipue est studiosa. ¶ Quis aut Eurysthea durum.) Eurystheus fuit rex. cuius imperio Hercules intolerabilia stipendia sustinuit. ¶ Aut illau. nescit Busiridis aras.) Busiris Neptuni filius rex Ægiptiorum fuit, aduenas ad aras imolare solitus: quẽ
Busiris. Hercules interfecit. ¶ Cui non. d. Hylas p. e. l. d.) Hylas Theioda-
Hylas. mantis filius, Dryopũ regis, quorũ gens subiecta Parnaso fuit, qui patre iterfecto Herculem secutus, studio eius virtutis ardẽs. Cum ex comitatu Argonautarum in Mysia Hercules recessisset, ad materiam quærendam, remi quam fractum volebat reficere, & Hylas ad hauriendam aquam Ascanij fluminis vrnam extulisset, dum accedit ad ripam adamatus a nymphis est, propter hũc Hercules comites deseruit, nec secutus Iasonem, vt refert Apollonius in Argonautis eius fluminis nympha Meliæ Eunycæ partus est, & Apolloni9 refert in Argonautis, μαυδωνίκας βαλεῖσιν. ¶ Latonia Delos.) Quia ibi peperit Apollinem & Dianam in ipsa palmæ & oleæ arbore.

MANCINELLVS.

¶ Cato maior in Cicerõe de agricultura loquens, ait: Nec vero segetibus solũ & pratis, vineis, & arbustis res rusticæ lętæ sunt, sed pomarijs etiam, & hortis, tum pecudum pastu, & apum examinibus florũ oium varietate. Itaq; non iniuria poeta fecisse videtur, si post segetes atq; vineta & arbusta, de pecudũ pastu, & apib9 scripsit. ¶ Te quoq;.) Sicut Cererem & Bacchum cecinimus. ¶ Pales.) vt Naso, & Festus aiunt, dicebatur pastorum dea, cuius festa parilia dicebantur pastorum: q pro partu pecoris eidem sacra fiebãt, qui dies, vt Probus ait, dies natalis est vrbis Romæ, quæ a pastoribus est condita, quo die, & ignem transiliebãt, accensis stramentis more agresti, & lacte libabant, qui fructus ex pecore tollitur: de his autem late Ouid. libro tertio Fasto. Pli. autem libro decimooctauo capi. xxix. scribit, Romæ natalem fuisse. xj. Cal. Maij. sic etiam Solinus ait. Ouidius tamen libro quarto Fast. duodecimo Calendas Maij fuisse scribit. Sunt qui aliter scribant, demum, quo die condita fuerit, incertum putare debemus, cum etiam & quo tempore, & a quo minime constat, quod quidem late ostendit Diodo. libro primo antiquitatum, vbi maximam refert varietatẽ. ¶ Pastor.) Apollinem intelligit: quomodo autem Admeti regis armenta apud Amphrysum Thessaliæ fluuium pauerit, videto Ecloga. v. Macro. vero libro primo Satur. de diuisione dierũ ait, Nomion Apollona cognominauerunt, nõ ex officio pastorali, vt fabula, per quam fingitur Admeti regis pecora pauisse, sed quia sol pascit omnia, quæ terra progenerat, vnde non vnius generis, sed omnium pecorum pastor canitur. ¶ Lycæi.) Arcadiæ montis, in quo delubrum Iouis Lycæi, quem Pana volunt intelligi, vt etiam ante ostendimus. Stra. autem libro octauo scribit in Arcadia fertilia fuisse pecori pascua: præsertim equis, atq; asinis equarũ suppositoribus. ¶ Eurysthea durum.) Eurystheus, vt Euseb. scri. fuit Mycenarum, Lacedęmoniorumq; rex, qui teste Diodo. libro. v. Herculi. xij. labores, ceu certamina perfici mandauit, propterea durum poeta dixit. ¶ Illaudati Busiri. aras.) Legitur etiã arces in antiquis. Macro. libro Satur. vj. exponit illaudati pro illaudabilis. i. nunq; nominandi: nam laudare significat prisca lingua nominare, appellareq;. Strab. vero lib. xvij. scri. q nullus Busiris rex fuit, nec tyrannus in Ægypto. Vnde fabula est, quod de ipso dicitur, Idem quoq; Diodo. cõfirmat: ait enim lib. ij. in Osiridis veluti frugum, ac fructuum repertoris memoriam apud posteros immortalem, boues rufos: quoniam videtur colore similes Typhoni, qui Osiridem necauit imolari permissum, hominesq; colore Typhonis antiqui reges ad sepulchrũ Osiridis sacrificio mactabant, qua ex causa pauci rufi Ægyptij reperiebantur: externi plures, hæc res materiã fabulandi Græcis dedit Busiridem hospites necasse: sed Osiridis sepulchrum ea crudelitate notãdum ẽ. Liuius tamen. v. scri. q Hercules Busiridem Ægyptiow regem in Ægypto mactatos aduenas Ioui sacrificantẽ merito affecit supplicio. Euse. ait, q Busiris Neptuni, & Libyę Epaphi filię filius ad vicina Nilo loca tirãnidem exercuit, trãseuntes hospites crudeli scelere interficiens. ¶ Hylas puer.) Videto Eclo. vj. ¶ Latonia Delos.) quia ibi peperit Dianam & Apollinem templum habet. Sed propterea in insula dicunt nati (vt scri. Macro. lib. j. sat.) q ex mari nobis oriri vident. Et hæc insula ideo delos vocat, qa ortus vocat & quasi partus liminũ oia facit dela. i. aperta clarescere. Præterea Delos manifestius dicit. Deloo, manifesto, declaro. Est autẽ Delos insula in mari Ægeo sita, vrbem habens in plano positam, & Apollinis templum, atq; Latonę, quæ ibi Dianã simul, & Apollinem peperit, author Stra. li. x. ¶ Hippodameq;.) In Pisa Peloponnesi ciuitate (vt Diod. lib. v. edocet.) Mars ex Ægina Æsopi filia genuit Oenomaum. Is vnicam filiam Hippodamiam appellauit, cum finem vitæ ab oraculo sciscitanti responsum est, tunc in fata illũ cessurum, cum filia nupsisset, decreuit igitur filiam perpetua virginitate frui. Multis tandem vxorẽ sibi illam postulantibus certamen proposuit, quo qui victus esset, interficeretur, victor virginem desponderet. Equow ita instituit cursum a Pisa ad aram Neptuni, quæ erat apud Isthmũ Corinthi. Cursus erat eiusmodi. Oenomaus arietẽ Ioui sacrificabat, qui virginẽ postulabat, quatuor equow ferebatur curru. Oenomaus sacris peractis, cursu sequebatur, pręcedente auriga Myrtilo assecutum hasta, quam manu gestabat interficiebat, hoc pacto cum plures equorũ velocitate peremisset, Pelops & Tãtali filius visa Hippodama, corruptoq; Myrtilo illius opera victoria vsus est. primus enim ad arã Neptuni peruenit, qua ex re dolore actus Oenomaus existimans aduenisse responsi tempus, sibi mortem consciuit, Pelops aũt sumpta vxore

vxore Hippodamia, Pisæ regnũ tenuit, hæc ex Dio. Hippodame, dici põt bellicosa: Hippodamos. i. bellicosus dicitur, vel equorũ domitor. ¶ Humeroq; Pelops.) Ordo est, & Pelops acer equis, insignis eburno humero. quo pacto aũt id euenerit illi, videto lib. vj. Meta. Ser. autem fabulam interpretat. ¶ Victor.) Voti compos
Facere. virũ. ¶ Vo. per. o.) Pli. iunior lib. vj. epi. ad Tacitũ equidem bea-
Scribet. tos puto, quibus deow munere datum est, aut facere scribenda, aut scribere legenda: beatissimos puto quibus vtrunq;.

ASCENSIVS.

¶ Te quoq; magna Pales.) In hoc. iij. lib. descripturus pascua & pecora inuocat eorum numina, & fere inuocat & pponit more Græcow. Nam per metonomiam deow dearũq; nomina pro rebus qbus præsunt poni solent, quocirca dicẽs, Te quoq;, &c. duo facit, nam iuocat venerabili illa cõpellatione ac affatione, simulq; proponit, quia non numina, sed res quibus pręesse putabant descripturus intelligit. ¶ Ordo igit est. O magna (quia suum cuiq; numen magnũ est.) Pales. i. dea pabulorum, nos canemus. i. cum laude tua describemus carmine te. i. dona & munera tua: hoc est pabula. & te o pastor. s. Apollo memorãde. i. denominãde & memoria digne, ab Amphryso fluuio illo Thessaliæ. i. propterea q illic Admeti regis gregem pauisse perhiberis: vnde Nomius. i. pastorũ deus habitus es: & nos canemus vos o syluæ, & amnes Lycęi. i. Arcadici, apud quos. s. Pan & cæteri pastores plurimũ diuersati sunt, hoc est in hoc opere pascua & pecora. i. rem pastoralem pertractabimus. Cætera quæ vacuas, &c. Ne quis calumniet poetam rem vtilem minusq; delectabilem descripturũ, q pecoris curam suscipiat, iucundaq; figmenta ac poetarũ fabulamenta prætereat, innuit se hanc rem descripturũ non ignobilitate quadam animi, sed summa generositate: quippe qui falcem in facilẽ messem mittere nolit, nec aliow inuenta sectari. Nam licet Hesiodũ imitetur, cum tamen longe præterit atq; præcellit, quia ergo cętera quæ vacuas tenuissent carmina mentes Omnia iam vulgata, tentanda inquit est via, qua me quoq; possim tollere humo, victorq; virũ volitare per ora. i. excogitanda est mihi materia non ignobilis, aut in re tenui elaborãdum est, vt nõ tenuis sit gloria, sicut in quarto dicturus ẽ, In tenui labor, at tenuis nõ gloria, &c. ¶ Ordo aũt est, Cætera carmina. i. cæterę res carmine describendę, quę tenuissent. i. occupare potuissent, mẽtes vacuas. i. securas, nec de lodice parãda solicitas, sed ociosas & liberas, sunt iam oia vulgata. i. ipsæ res sunt vulgo expositæ & notæ frequenterq; descriptæ. Nam quis nescit, q. d. nemo, aut Euristhea regem Gręciã, hoc est Mycenarum & Lacedęmoniorũ, durum. s. in Herculem quem ad tot labores, implacatus impulit: aut quis nescit aras. s. in quibus hospites imolauit aut arces. i. aulam tyrannicã Busiridis. s. regis Ægypti illaudati. i. illaudabilis, aut nunq; iuste laudati. Cui nõ est dictus. i. narratus & recitatus carmine Hylas puer. s. Herculi dilectus, & cui non est dicta Delos. i. insula illa Latonia. i. in qua Latona Dianã & Apollinẽ enixa dicit, & cui non est dicta Hyppodame. s. puella dicta quasi equorum domitrix aut bellicola, & cui non est dictus Pelops. s. filius Tantali a quo Peloponesos dicta est acer. i. strenuus equis. i. bellator domitor Oenomai in equis, is sup. isignis & clarus & famatus humero eburno, quem. s. illi restituisse dicunt dij exeso a Cerere eius proprio. cui inquã, hæc oia non sunt dicta? q. d. nemini: qa oẽs norunt. (Sunt qui ne vitiosum sit bina epitheta sine cõiunctione vni dedisse dicant legẽdum, humeroq; Pelops isignis eburno, & Acer equis.) qa ergo cætera iam nota sunt & diuulgata, tentãda. i. attentanda est via qua ego possim tollere. i. erigere humo. i. a re humili, qualis est aliow inuentus dũtaxat, inniti quoq;. i. etiã me, sicut cæterarũ rerũ inuẽtores se extulerũt, & qua ego victor. i. cõpos voti, possim volitare per ora virum. i. virow. s. prestantium, qa a viribus ac virtute dicunt viri: sed pulchrũ est a laudatis laudari, vt Hector Neuianus inquit, authore etiam Cicerone.

PIERIVS.

¶ Cætera quæ vacuas tenuissent carmina mentes, Oia iam vulgata.) Quãuis carmina, nõ improbarim: in codi. tñ aliquot manuscriptis legit, carmine, septimo casu. Non enim dicit cætera carmina iam vulgata sunt, sed cætera oia, quę versib9 pangi potuissent, queq; plurimũ in poetarũ argumẽta venire solent: mox ea quę nam sint recenset. ¶ Eurysthea durũ.) Ne quem transuersum agãt, qui dirũ malunt ad hois crudelitatẽ ostẽdendã: durũ, castam esse lectionẽ ostendit Val. Flacci parodia. Sed duro sæuę sub rege Mycenę. ¶ Aut illaudati nescit Busiridis aras.) In Ro. co. in Medi. & in Longo. Inlaudati, per in, scriptum est more veterum ac de illaudato qdẽ legas apud Gel. lib. ij. c. vj. Locũ vero hunc No. Marcellus expositurus ait, Laudare significat ẽt nominare Virgi. Aut illaudati nescit Busiridis aras. i. nec noiandi. Plautus in captiuis. Id vt scias Iouem supremũ testẽ laudo Ægio. Sunt qui illaudatũ ferum, & immanem interpretent. Non defuerunt olim, qui Virgilio vitio verterẽt, quasi ociosum epitheton imanissimo oium Tyranno attribuerit. sed. n. tot inter opiniones primas obtinere videtur Isocratis oratio dicentis eũ qui Busiridem laudare conatus fuerat, id demum effecisse, vt & vituberabilis, & odio magis dignus, ob eam cõmẽdationem videretur. Eius vero verba subtexere visum est non importunum, ἀλλ' οὖν ἐπί γε ταῖς ὑπὸ σοῦ λεγομένοις οὕτως ἀγανακτήσειν, ὥστε μηδεμιᾶς ἂν ἀποσχέσθαι τιμωρίας καί τοι πῶς οὐκ αἰσχύνεσθαι μᾶλλον ἢ σεμνύνεσθαι προσήκει, τὸν παρὰ τοῖς λοιδορουμένοις ὑπ' αὐτῶν μᾶλλον ἀγαπώμενον, ἢ παρὰ τοῖς ἐγκωμιαζομένοις. quorum sententia est huiusmodi. Verum enimvero, quæ a te dicta sunt, ea tam indigne ferre debet, ac si nullum inde sit honorem consecutus, cur vero quis non vituperatione se affectum potius q̃ laudatum iudicet, qui propter ea, qui in se maledice contorta sunt, maiorem apud homines gratiam consequatur, q̃ propter ea, quæ fuerint præcipue laudata? Quare si Virgilium dixerimus, dum Busiridẽ illaudatum appellat, lucum hunc Isocratis perstrinxisse, non inepte forsitan locum interpretari iudicabimur. Alij Ouidio freti dicunt illaudatum Busiridem ea de causa dici, quia Iuppiter eius sacrificia nunq; approbauerit. Sed vereor, ne dum tam multa super illaudato perquirimus, nos quoq; illaudandi iudicemur.

Primus ego in patriam mecum (modo vita supersit)
Aonio rediens deducam vertice musas:
Primus Idumęas referam tibi Mantua palmas:
Et viridi in campo templum de marmore ponam
Propter aquam: tardis ingens vbi flexibus errat
Mincius: & tenera prætexit arundine ripas.
In medio mihi Cęsar erit: templumq; tenebit.
Illi victor ego, & Tyrio conspectus in ostro,
Centum quadriiugos agitabo ad flumina currus.
Cuncta mihi Alphęum linquens, lucosq; Molorchi,
Cursibus, & crudo decernet Græcia cestu.

SERVIVS.

¶ Primus ergo in patriam.) Ideo primus, q ante illũ nullus Mãtuanus poeta fuit, aut quia nullus exinde talis emersit. ¶ Modo.) Tantummodo. ¶ Aonio vertice) Bœotio. Heliconia ipsa est Bœotia, in qua est Helicon mons Musis dicatus. ¶ Idumęas palmas.) Abundãtes, quãtę sunt apud Idumẽ ciuitatem Phœnicis, Lucan9, Et arbusto palmarum diues Idume. ¶ In medio mihi Cæsar erit, templumq; tenebit.) Id est ipsi templum dabo. Et verbo vsus est põtificali. Nam qui templum dicabat postẽ tenens dare se dicebat numini, quod ab alio necesse fuerat iam teneri, & ab humano iure discedere. Quad aũt dicit. ¶ In medio mihi.) Eius tẽplum fore significat: nã semp ei sacrat9 numini locus est, cuius simulachrũ in medio collocat: alia enim ad ornatũ tantũ pertinent. ¶ Tyrio cõspectus in ostro.) In habitu pontificis: cuius se officiũ dicit in consecratiõe sumpturũ. ¶ Centũ quadriiugos agitabo ad flumina.) Id est vni9 diei exhibebo Circenses: quia, vt Varro dicit in libris de gẽte populi Romani, olim. xxv. missus fiebãt, sed vigesimusquintus dicebat ærarius, eo quod de collatiõe populi exhibebatur, qui desijt esse, postq; cõferendæ pecuniæ est consuetudo sublata: vnde hodieq; permansit, vt vltimus missus, appelletur ærarius. Ergo centũ currus secũdum antiquitatẽ dixit, sicut etiam ad flumina. Olim enim in littore fluminis Circenses agitabãtur: in altero latere positis gladijs, vt ab vtraq; parte esset ignauię pręsentis periculum. vnde & Circenses dicti sunt, qa exhibebãtur in circuitu ensibus positis: licet alij a circũeundo dicant Circenses vocari. ¶ Cũcta mihi.) In honorẽ meũ. Et hoc dicit, Ex alijs agonibus ad me certatura Gręcow multitudo conueniet. Per Alphęum aũt, Iouis Olympici agonẽ significat. Nã Alphęus fluuius est Elidis, quæ ciuitas iuxta Pisas est, in qua colit Olympicus Iuppiter. ¶ Lucosq; Molorchi.) Id est syluam Nemeam, in qua celebratur Agon in honorem Archemori. Molorchus autem pastor fuit, qui Herculem veniẽtẽ ad occidendum Nemeum leonem,

Universidad de Deusto Biblioteca

suscepit hospitio. ¶Crudo cæstu.) Duro.vt, Seu crudo fidit pugnam committere cæstu.

PROBVS.

¶Primus ego in patriam m.m.u,s.Aonio r.d.u.m.Primus Idumęas r.t.m.p.) Terram, quæ nunc Bœotia vocatur habuerunt ante Hyrantes, Leleges, Tenices, Phœnices, Aones. vnde adhuc Aonia dicit. Est aũt in ea Helicon mons sacer musis, in cuius vertice musis fons expressus dicit vngula Pegasi, quem alij Aganippen, alij Hippocrenẽ vocant. Inde ergo se deducturum musas dicit, quia primus Mantuanorum carmina scripserit. Idumæas autem palmas ab Idumęorum gente.i.Iudęorum, quę regio est in Syria Palæstina. Locum autem hunc dixit, non ꝙ ibi tantum sint palmæ, sed præcipue; vbi flexibus errat Mincius, Mincius flumen ex Benaco lacu fluens, prætexit Mantuam. ¶Cuncta mihi Alphęũ l.l.q;.Molorchi, Cursibus & c.d.g.cæstu.) Eos significat ludos, q in Achaia celebrantur quinto quoq; anno, & appellantur Olympia, & eos qui in Arcadia, & dicuntur Nemęa. Alphæus.n.flumen est Achaię, iuxta quem Elis oppidum, extra quod Olympij Iouis templum, ibi celebrantur quinquẽnalia certamina gymnica, Lucos Molorchi Nemeę adijcit. Molorchus fuit Herculis hospes, apud quem is diuersatus est, cum proficisceretur ad Leonem Nemęum necandum, Qui cum immolaturus esset vnicum arietem quẽ habebat, vt Herculem liberalius acciperet, impetrauit ab eo Hercules, vt eum seruaret immolaturus, vel victori, tanq; deo, vel victo, & interfecto leone, cum solutus esset, vel odio Iunonis, ne ei cœlestes honores contingerent: vel fatigatus, experrectus mira celeritate damnũ correxit. Sumptaq; picea corona, qua honorantur, qui in Nemęa vincunt, superuenit. Itaq; & Molorcho paranti sacrificium manibus, vbi & aries immolaturus erat. Inde Nemęa instituta sunt, postea Archemori manibus sunt renouata a septem viris, qui Thebas petebant: Sed Molorchi mentio est apud Callimacum in Ætion libris.

MANCINELLVS.

Helicõ. Parnasus. ¶Aonio vertice.) In Aonia Bœotię parte mons est Helicon Phocidi affinis ex aquilonis partibus nõ procul a Parnaso distãs, qui in Phocide ẽ. Parnaso ęmulus est, & altitudine, & circuitu, vterq; enim niuibus pulsatur, & rupes amborum saxea est. hoc autem in loco est consecrata musis ædes, fonsq; Caballinus, & Libethridũ spelunca nympharum: author est Strab.lib.ix. Vtq; Probus ait, fons ille expressus dicitur vngula Pegasi, quem alij Aganippen, alij Hippocrenem vocant, Inde ergo se deducturum secũ musas ait, ꝙ primus Mantuanorum carmina scripsit. ¶Idumæas pal.) i.laudem, & gloriam, palma enim pro victoriæ præmio ponit, ex qua laus redundat, de qua palma videto lib.j.Geor. Idumæa autem pars est Syriæ, teste Pli. lib.v.cap.xiij. Supraq; Idumæam Iudæa

idumęa longe, lateq; funditur. Dixit autem Idumæas palmas, quoniam ibi copia maxima est, non ꝙ alibi etiam non fuerit. Ptolemæus lib.v.scri. Idumęam regionẽ totam esse ab occasu Iordanis fluuij in Palæstina Syriæ prouincia. Stra.lib.xvj.scri.in Hierico campo palmetum esse spatio stadiorum centum, & totum irriguũ & habitationibus plenũ, vbi & regia est, & Balsami viridariũ. Pli. quoq;

Hieric⁹. lib.v.c.xv.scri. Hiericontẽ palmetis consitam, fontibus irriguã, propterea igit Idumęas palmas Maro ait. Hiericus.n.oppidum in Iudæa est. Palæstinę quoq; regione, sicut Idumæa: est item Iudæa ab occasu Iordanis fluuij, sicuti & Idumæa, vt ostendit Ptolemæus lib.v.& Pli.lib.etiam.v.ꝙ supra Idumæã, Iudæa lõge lateq; funditur: ergo ob Hiericontis campum Idumæas palmas ait. est enim ꝓpinquitas eis. ¶Propter.) Prope. ¶Mincius.) qui Mantuã prȩterfluit. ¶Tenebit.) Seruabit, custodiet. ¶Victor.) Voti cõpos. ¶Tyrio ostro.) Vide in fine lib.ij.Geor. Ostro id ait, quando prætor præsidebat ludis Circensib⁹ habitu triumphali, quod etiam Iuuena.sat.x.innuit, ibi.s.Quid si vidisset prętorẽ, &c. ¶Quadriiugos.) Habẽtes quatuor equos iugo, pollicetur aũt curules ludos Augusto. ¶Agitabo.) Sæpe agã. ¶Alphæũ.) de Alphæo & Olympicis ludis videto li.j.Geor.ibi, Eliadum palmas Epiros equarum. ¶Lucosq; Mo.) Eos ludos intelligit authore Probo, q in Arcadia celebrabant, dicebãturq; Nemæa. Molorchus.n.fuit Herculis hospes, cum ꝓficisceret ad Leonẽ Nemęum necãdum: quo quidem necato Nemæa instituta sunt, postea Archemori manib⁹ sunt renouata a septem viris, qui Thebas petebant. Molorchi aũt mentio est apud Callimachum. ¶Crudo cæstu.) De ludo cæstuum videto Poetam lib.v.Ænei. Cæstus aũt a cædendo dicit.

ASCENSIVS.

¶Primus ego in pa.&c.) Ostendit qua via speret se victorem fore, & humo efferri posse, si videlicet primus Mantuã musas transferat, eisq; illic ædem dicet, quod se facturum dicit in honorem Augu.Cæsaris, qua occasione describit sacrificij cõcepti pompã, & Cęsaris triũphalia insignia, cuius etiam egregia facinora se descripturum pollicet. ¶Ordo igitur est. Ego rediens nõ illinc, vbi fuerit corpore, sed contẽplatione, & animi exercitatione, deduca vertice Aonio.i.ab Helicone monte Aonię, quę Bœotię pars est, deducam dico, primus mecũ musas in patriam.s.meam: hoc est Mantuã, vbi natus, & quasi, si id dicam, paratus sum modo, id est dũmodo vita supersit, & o Mantua ego referam tibi, id est ad te, & ad honorem tuum primus palmas Idumæas, id est gloriam & laudem, qualem habent palmis coronati: quarum Idumæe præstantissimæ habentur, hoc est primus merebor nobili palma coronatus in patriam meam redire: Et ego ponam, id est cõstituã, templum, id est ædem sacram contemplationi dicatam de marmore.s.cõstructam, supple in campo viridi, propter, id est iuxta aquam, vbi.s.locus purgatior & amœnior esse solet, vbi.i.in quo loco, Mincius fluuius ille apud Mantuam in Padum incidẽs, errat, i.circunfluit: non recto tramite erranti similis, tardis flexib⁹: hoc est ipsum tardantibus, cuius tarditas in commodum accolarum vergit. Nam fluuij præcipites negant reditum cum difficilimũ sit aduerso flumine quicquam vehere, & vbi Mincius prætexit.i.cooperit, & munit ripas tenera arundine Cæsar.s.Augu. erit mihi.i. ad votum meum in medio.s.templi, quasi princeps eius: & tenebit.s.tanquam rem sibi dicatã templum. Ego victor, id est voti compos, illi, id est in illius honorem, aut cõspectus illi, id est ab illo, in ostro Tyrio, id est purpura tyria, vt pręses ludorum, agitabo ad flumina centum currus quadriiugos, id est habentes quaternos equos: hoc est exhibebo vnius diei ludos Circenses, & cuncta Græcia, i. pubes Græcorum, linquens Alphęum, scilicet amnem Elidis, ad quem currules ludi fieri solebant, & lucos, id est syluas incæduas, Molorchi.i.quæ sunt i Arcadia, a Molorcho denominati: certet mihi, i. ad votum meum cursibus, scilicet equorum, vt apud Alphæum solet, & cæstu.i. munimine manuum, quo pugiles se inuicem cæduht: crudo, id est ex corio crudo, & plumbi pleno facto, quomodo apud Molorchum certare solebant Arcades in ludis Nemæis.

PIERIVS.

¶Illi victor ego, & tyrio conspectus in ostro Centum quadriiugos agitabo ad flumina currus.) In Romano in Medi. & aliquot antiquissimis codi. Illic, hoc est Mantuæ, in patria mea: quo primus ego musas ab Aonia deduxero. In Lõgobar. abrasum est, credo imperiti nescio cuius temeritate. Qnanquã nihil probibet, quin illi, pro illic, accipi possit, vt in secundo Ænei. Illi mea tristia facta, quod pro illic positum Grammatici veteres obseruarunt. ¶Et crudo decernet Græcia cæstu.) In Roma. codi. Duro cæstu legitur, sed enim in quinto Æneidos, Seu crudo fidit pugnam committere cæstu: Præterea in Mediceo, & in Longobardico, & in quibusdam, Decertet, habetur: vt alibi certare palæstra, quod vero obijciunt alij, decernere ferro, id loco suo examinabitur.

SERVIVS.

¶Tonsæ oliuæ.) Minutis folijs compositę. vt, Tonsisq; ferũt mantilia villis. Habiturũ se autem coronã tonsilem dicit. ¶Vel scena vt versis.) Apud maiores, theatri gradus tantum fuerunt. Nam scena de lignis tãtum ad tempus fiebat, vnde hodieq; permãsit cõsuetudo, vt componant pęgmata a ludorum theatraliũ editoribus. Scena autẽ quæ fiebat, aut

Ipse caput tonsæ folijs ornatus oliuæ
Dona feram. iam nunc solennes ducere pompas
Ad delubra iuuat: cæsosq; videre iuuencos:
Vel scena vt versis discedat frontibus: vtq;
Purpurea intexti tollant aulæa Britani.
In foribus pugnam ex auro, solidoq; elephanto
Gangaridum faciam, victorisq; arma Quirini.
Atq; hic vndantem bello, magnumq; fluentem
Nilum, ac naualis surgentes ære columnas.

aut versilis erat, aut ductilis. Versilis tunc erat, cum subito tota machinis quibusdã conuertebatur: & aliam picturæ faciẽ ostendebat. Ductilis tũc cum tractis tabulatis hac atq; illac species picturæ nudabatur interior. Vñ perite vtrũq; tetigit, dicẽs. Versis discedat frontibus: singula singulis cõplectens sermonibus. Quod Varro, & Suetonius commemorãt. ¶Purpurea intexti tol-

Addam vrbes Asiæ domitas: pulsumq; Niphatem:
Fidentemq; fuga Parthum, versisq; sagittis:
Et duo rapta manu diuerso ex hoste trophæa:
Bisq; triumphatas vtroq; ab littore gentes.

lant aulęa Britani.) Hoc secũdum historiam est locutus. Nam Augustus postquã vicit Britaniam, plurimos de captiuis quos adduxerat, donauit ad officia theatralia. dedit etiã aulæa, id est vela, in quibus depinxerat victorias suas, & quẽadmodum Britani ab eo donati, eadem vela portarent: quæ re vera portare consueuerant, quã rem mira expressit ambiguitate, dicens. ¶Intexti tollant.) Nam in velis ipsi erant picti qui eadem vela portabant. Aulæa autem dicta sunt ab aula Attali, in qua primum inuẽta sunt vela ingentia, postquam is populum Romanum scripsit hæredem. ¶Solido elephanto.) Ebore integro: non sectili. ¶Gangaridum.) Gangaridæ populi sunt inter Indos & assyrios, habitantes circa Gangem fluuium. vnde etiam Gangaridæ dicti sunt. Hos deuicit Augustus: vnde est, Imbellem auertis Romanis arcibus Indum. Gangaridum vero pro Gangaridarum posuit, quia hic Gangarida facit, Quod autem ait, Victorisq; arma Quirini, Non est cõtrarium: nam vt etiam in primo Æneidos diximus: Suetonius Tranquillus hoc de Augusto commemorat, Quodam tempore tres partes populi consentiente senatu obtulisse ei tria nomina: Quirini, Augusti, Cæsaris: ille ne vnum eligendo, alias offenderet partes: primo Quirinus est dictus: inde Cæsar: post in nomine permansit Augusti: vnde eum Virgilius omnibus istis appellat nominibus. Nam Quirinum, Romulum accipere non possumus, quia Gangaridas penitus ignorauit. ¶Vndantem bello.) Quasi non vndas, sed bella portantẽ: propter Antonii & Cleopatræ grauissimũ prælium. ¶Magnũq; fluentẽ.) Magne. vt, Toruũq; repente clamat. ¶Ac nauali surgentes ære columnas.) Augustus victor totius Ægypti quam Cæsar pro parte superauerat, multa de nauali certamine sustulit rostra, qbus conflatis quatuor effecit columnas, quæ postea a Domitiano in Capitolio sunt locatæ: quas hodieq; cõspicimus. vnde ait, Nauali surgentes ære columnas. Nam rostratas Iulius Cæsar posuit victis pœnis nauali certamine: e quibus vnam in rostris, alteram ante circum videmus a parte ianuarum. ¶Niphatem.) Niphates & fluuius est & mons. vt, Et Cimini cum monte lacum. Per Niphatem autem, populos iuxta habitantes accipimus. Nam nec fluuius, nec mons vnq; potest pelli. ¶Fidentemq; fuga Parthum.) Tunc enim melius iaculantur sagittas. ¶Rapta trophæa.) Raptim & sine labore; quęsita. ¶Diuerso autẽ ex hoste.) Orientis & occidentis accipimus. Vnde ait, Vtroq; ab littore: Orientis, propter Gangaridarum: Occidentis, propter Britanorum triumphum.

PROBVS.

¶Purpurea i,r.a.) Britani plerunq; ludis imperatoris, quas proxime gentes deuicit earum habitum, & figuram auleis intexunt, qua sæpius redintegraret memoria virtutis, quã populo ostendebant. Britanos autem pro qualibet gente dixit. ¶Gangaridum f.v.a.q.Ad.v.a.d.p.q;.Nipha. Et duo rapta manu diuerso ex hoste trophæa.) Gangaridæ dicuntur ab Indiæ flumine Gange. Cingitur enim Caucaso Indiæ flumine, & Oceano, victorẽ Romulũ significat: sic enim Proculus Iulius persuasit populo, cum Romulus non compareret, cum vidisse, ab eoq; in mandatis accepisse, vti P.R. Quirinum se appellaret, quia in numerum deorũ esset receptus. Niphates mons est Armeniæ, qui cingitur Tygri, Eufrateq; fluminibus. Et est pars Mesopotamiæ. Hæc autem flumina decurrunt in prassum suum. ¶Diuerso ex hoste trophæa.) Significat ex orientali & occidentali.

MANCINELLVS.

Olegia corona. ¶Ipse.) Ergo maro ornatur pro victoria, scilicet folijs oliuæ: scribit Herodotus lib.viij. Olympici certaminis fuisse præmium propositum oleaginam coronam, qua donarentur: nõ enim pecuniarum certamẽ agitabant, sed virtutis. Plinius item libro decimoquinto capite quarto ait. Oleę honorem Romana maiestas magnum præbuit turmas equitum Idibus Iulijs ex ea coronando, item minoribus triumphis ouantes, Athenę quoq; victores

Pompa. olea coronant. Græci vero oleastro Olympiæ. ¶Pompas.) Dicit pompa multitudo ipsa ad sacra collecta, & quæ triumphum sequitur, quæ item ad funus pergit, vox græca est. ¶Delubra.) Templa, de quibus Seruius libro secundo Æneidos, & nos latius

Scena. prope finem libri.iiij. Georgi. ¶Scena.) id dicitur tentorium tabernaculum. Scenoo enim habito, contubernor, pono tentoriũ. Scenoma habitaculum. Scena vmbra: Scena autem, Cassiodoro teste, ab rusticis primũ inumbrationis causa comparata fuit: vbi prius carmina incondita erant, hincq; a nonnullis habitaculum traductum fuit. Veruntamen postquam in vrbem deducta fuit scena, redactũ est nomen ad eam theatri partẽ quæ ab vno eius cornu ad alterum, cum coopertura ducebatur: fiebat enim theatrũ in hemicycli formã. Seruius autem sic ait, apud maiores theatri gradus tantum fuerunt. nam scena de lignis ad tempus fiebat, vnde hodieq; consuetudo permansit, vt componantur pegmata a ludorum theatralium editoribus. Scena autem quæ fiebat, aut versilis erat, aut ductilis: versilis tunc erat cum subito tota machinis quibusdam vertebatur, & aliam picturæ partem ostendebat. Ductilis, tunc cum tractis tabulatis hac, atq; illac species picturę nudabatur interior. vnde perite vtraq; tetigit dicens, versis discedat frontibus, singula singulis complectens sermonibus, quod Varro. & Sueto. commemorant. Vitruuius autem libro.v. ponit tria scenarum genera. Aulęa, picta velamenta, aulęis victarũ gen- Auiæa. tium plerunq; habitum, & figuram intexebant, quo sæpius reintegraretur memoria virtutis, quam populo ostendebant. ¶Britanos) autem pro qualibet gente dixit, hæc ait Prob. Quod autẽ ait Ser. Augustum vicisse Britaniam, adduxisseq; plurimos captiuos, secus est: nam Iulius Cæsar id egit, vti iam ostendam. Strabo enim libro quarto scribit de diuo Cæsare, narrãs sic. Duabus autem victorijs cõtra Britanos, re bene gesta, cum duos tantum militum ordines traiecisset, acceptis obsidibus magnum seruorum numerum, ingentemq; prædam reportauit, hoc tamen tempore quidam eius loci principes legationibus, & obseruãtijs Augusti Cæsaris amicitiam comparãtes in Capitolio dona dijs obtulerunt, & vniuersam fere insulam Romanis propriam familiaremq; instruxerũt. hæc ille. Plutarchus etiam scribit Iulium Cęsarem ex cõtingenti Gallię in Britaniam bis adnauigasse, maioraq; hostibus damna quàm suis emolumenta contulisse ob regionis inopiam, at qualem animo conceperat bello finem imposuisse: acceptis autẽ a rege obsidibus, & tributis imperatis ex insula remeasse. hæc fere omnia cum Strabone conueniunt: itaq;, vt dixi, quod Ser. Augusto tribuit diui Cæsaris fuit. ¶Britani.) Videto in Tityro de Britania. ¶Solidoq; ele.) Duro ebore. Virg.li.iij.Geor. Solidũ. de equis, Et solido grauiter sonat vngula cornu: & lib.vj.Ænei. Solidoq; adamante columnę.i.duro, Itaq; solido elephãto.i.ebore integro non conuenit: sed duro exponendum. ¶Gangaridũ.) Gangaridæ, Indi dicuntur a flumine Gange. cingitur enim Caucaso, India, & flumine & Oceano: Probus author. de Gange autẽ Gangaridę. videto libro secundo Georg. Solinus scribit Gangaridas extimũ Indiæ populum, cuius Rex inquit, equites mille, elephantes septingentos, peditum.lx. millia in apparatu belli habet. Augustus autem re vera nunquam cum Indis pugnauit, vt latius libro secundo Georgico. ostendimus: sed tamẽ illi ad eius amicitiam petentes legatos cum muneribus misere: poeta demum cum Indis pugnasse innuit, dixit enim lib.ij.Georgico. Et te maxime Cęsar. Qui nũc extremis Asię iam victor in oris, Imbellem auertis Romanis arcibus Indum. Sed intelligas id fuisse, quãdo in Parthos, & Armenios bellum gessit, vbi Tyberius Tribunus militum recepit signa, quæ M.Cras. ademerant Parthi, tunc enim potuerũt cum medis, Armenijs, & Parthis, contra Augusti exercitum pugnare Gangaridæ. ¶Quirini.) i. Augusti: nam Lucius Florus scribit, ob ingentia facta tractatum fuisse in senatu, an quia condidisset imperium Romulus vocaret, sed sanctius & reuerẽtius visum est, nomẽ Augusti. Meminit item Sueto. ¶Nilum.) Nilus in- Nilus. certis oritur fontibus secundum quosdam immenso longitudinis spatio ambulans, demũ pluribus in locis, & latens, & exiens Africam ab Æthiopia diuidens, medios Æthiopes secat, longo postea interuallo in Ægyptiũ mare se euomit. Certis tamen diebus auctu magno per totam spatiatus Ægyptũ fœcundus innatat terræ. Hæc & plura Pli.lib.v.c.x. ¶Vndantem bello.) Propter bellum Cleopatræ & Antonij in Augustum ait: qui quidem, vt scribit Plutar. in Antonij vita, duxere armatas naues quingentas in Augustum tandẽ pugnãdo apud Actium in Epiro victi sunt, fugientesq; Alexandriam petierunt, vbi postea ab Augusto oppressi sibipsis mortem cõsciuere. ¶Magnum fluentẽ.) Pro valde fluentem: habet enim ostia.v. & exundat, vnde dictum est. ¶Ære columnas.) Id Seruius ipse aperuit. Sunt autẽ nostro ęuo in diui Ioannis Lateranensis Basilica. Vrbes Asię domitas intelligit, Medos, Parthos, & Armenios. ¶Niphates.) Mons in Armenia Mas- Niphates. sio monti orientem versus imminẽs, vt Strabo libro vndecimo docuit. Est & fluuius, inde Luca. ait, Armeniusq; tenens voluen-

Universidad de Deusto Biblioteca

tem saxa Niphatem, & Iuuena. saty. vj. Quosdam facit isse Niphatem in populos, &c.) Pulsumq; Nipha.) Locū pro accolis posuit. ¶ Parthum.) De Parthis videto in Tityro fidentem fuga feri. Trogus lib. xlj. & Parthi cominus in acie praeliari, aut obsessas expugnare vrbes nesciunt, pugnant itaq; aut procurrentibus equis, aut terga dantibus, saepe etiam fugā stimulant, vt incautiores aduersum vulnera insequētes habeant plerunq;, in ipso ardore certaminis praelia deserunt, ac paulopost pugnam ex fuga repetunt. ¶ Diuerso ex ho.) i. orientali & occidentali, vt ait Prob. melius tū meridiano, & septētrionali accipimus: nam vt Lucius Florus ostēdit, sub meridiano Musulanos, atq; Getulos accolas Syrtiū Cosso duce compescuit, Marmaridas & Garamanthas Curio subigendas dedit, ad septentrionem conuersus compescuit Noricos, Illyricos. Pannonios, Dalmatas, Thraces, Dacos, Sarmatas, Germanos. ¶ Trophaea.) Tropaeon Graeci dicunt, Latini vero Trophaeū a Tropi, quod est conuersio: Trophaeo verto: Tropoo in fugam verto. Qui enim dux hostem fuga conuerterat, Tropheū merebatur, qui autem plena victoria cōsequeretur triumphum. saepe autem arbor, in qua hostium spolia affigebantur, Trophaeum dicebatur. Vnde Maro libro vndecimo Aeneid. de Aenea, qui Mezentium occiderat, ait: Ingētem quercum decisis vndiq; ramis, Constituit tumulo, fulgentiaq; induit arma, Mezenti ducis exuuias tibi magne Trophaeum, Bellipotens aptat rorātes sanguine cristas: Telaq; trunca viri, &c. & paulo inferius ait, Indutosq; iubet truncos hostilibus armis, Ipsis ferre duces, inimicaq; nomina figi, &c. ¶ Vtroq; ab littore.) Id est oriētali, & occidentali, ergo vti superius expositum est, quadrat. vult enim Maro ostendere totius orbis partes Augustum subegisse. Idem Florus scribit, q; Augustus ad orientem versus exercitum misit in Armenios, Medos, Parthos, qui postea omnes cum Indis etiam Augusti, & Romanorum ditioni paruerunt. Sub occasu autem Cantabros, & Astures, &c. superauit, vtq; scri. Sueto. alias natiōes male quietas ad obsequium redegit.

Parthi. Tropheum.

ASCENSIVS.

¶ Ipse caput, &c.) Ostendit mirifice Poeta, se super se vehi ac rapi in gloriam, ac laudationem Augusti: vt qui quo illi decētius obsequatur, sibi ornatum omnem vendicet per imaginationem ac phantasiam quandam quasi ex desiderio obsequēdi ortā. Sed ne cum commentarijs qui prolixi, sed non superflui sunt, opus immensum faciam. ¶ Ordo est. Ipse, i. ego Maro. est enim apud nos trium personarum, sicut αὐτὸς apud Graecos ornatus caput. s. habens caput ornatum, folijs. i. frondibus oliuae tonsae. i. decerptae e frondibus tonsilibus: feram. i. offerā dona. s. Augusto templi ipsius praesidi, iuuat. i. delectat iam nunc. s. etiam ante constitutum templum ducere. i. per phantasiam & imaginationē ducere. s. sponte accedentes, ad delubra. i. templa in quibus sunt deos sacra, pompas solennes. i. quales in solennibus sacrificijs duci cōsueuere, & videre. s. animo, iuuencos caesos. i. mactatos: vel. i. etiā aut vicissim: iuuat videre, vt. i. quo pacto, aut qualiter: scena. i. vmbraculum ad ludos scenicos exhibēdos extructū, discedat. s. a loco priore: frontib⁹ versis. s. in scena versatili, aut versili: de qua Valla & Manci. hicq; pro &, vt. i. qualiter Britani. i. qui nunc Anglici dicunt, intexti. i. in aulaeis, tollant. i. ferant, hoc est sic acu picti, & intexti aulaeis, vt videantur ferre aulaea. i. velamenta parietū aularum, quae si prosternant, tapetes dici solent: cum vero pendent aulaea purpurea. i. ex purpuraceo filo contexta: posset forte dici, q; Britani tollant. i. extollant, & erigant cum gradiores sint. Ego faciam in foribus. s. templi, hoc est in vestibulis ex auro & elephanto. i. dente elephātino solido. i. nō integro, sed duro: hoc est ex ebore inaurato, pugnā Gangaridum, pro Gāgaridarum. i. qua Gangaridae populi iter Indos & Assyrios ab Augusto deuicti sunt: faciam. s. ex auro & ebore, arma Quirini, i. Augusti. Quirini appellationem populus obtulit victoris. s. Indorū, Parthorū, & reliquorū fere populorū, atq; supp. faciam hic Nilum fluuiū Aegypti, cuius reginā Cleopatrā & M. Antoniū deuicit Augustus, vndantem ergo. i. abundantē bello. i. rebus bellicis, vt armis & nauibus, & fluentem magno. i. magne, & faciam columnas surgētes, id est editiores ex aere nauali. i. rostris nauium victarū detracto: & addā. s. in sculptura, vrbes Asiae domitas, s. ab Augusto, & Niphatem. i. accolam Niphatis fluuij & montis in Armenia pulsum, & Parthū fidentem fuga. i. in fugiendo & sagittis versis. s. inter fugiendum in hoste: & addam duo Trophaea. s. spolia quasi opima: rapta manu. s. Caesaris victoris ex diuerso hoste. s. tam orientali q; occidentali, & gentes triumphatas. i. in triumphum actas, & de quibus triumphatum est bis. s. sub Caesare & sub Augusto: ab littore. s. Oceani, vtroq;. s. tam orientali q; occidentali, & ita raptim Augusti triumphos commemorat.

PIERIVS.

¶ Rapta manu diuerso ex hoste tropaea.) In Ro. codi. & aliquot alijs antiquioribus Tropaea, absq; vlla scriptum est adspiratiōe, & id quidem recte.

Stabunt & Parij lapides, spirantia signa,
Assaraci proles, demissaeq; ab Ioue gentis
Nomina, Trosq; parens, & Troiae Cynthius author.
Inuidia infelix furias, amnemq; seuerum
Cocyti metuet, tortosq; Ixionis angues,
Immanemq; rotam, & non exuperabile saxum.

SERVIVS.

¶ Stabunt & parij lapides spirantia signa.) In templo Caesaris maiorū statuas eius dicit se esse positurum, quas commendat, & a pretioso marmore, & ab arte, dicens, Spirantia signa, sic alibi, Viuos ducēt de marmore vult⁹, Itē, Pariusue lapis circūdatur auro. ¶ Assaraci proles, demissaeq; ab Ioue gentis Nomina.) Ponam inquit eorū statuas, qui a Ioue vsq; ad Assaracum, & ab Assaraco vsq; ad Augustum originem ducunt. Assaracus aūt auus Anchisae, pater Capis fuit. ¶ Trosq; parens.) Troianorum rex, Ganymedis pater, a quo Troia noiata est. ¶ Troiae Cynthius author.) Vel Apollinem dicit propter muros: vel Cynthiū regem Troiae, quē in Troicis suis Nero cōmemorat. ¶ Inuidia infelix.) Quae inuidentes efficit infelices. Dicit autem se talia scripturum vel facturū, vt magnitudine sui mereantur inuidiam: ipsam tamē inuidiam nihil esse nocituram timore poenarum. ¶ Amnemq; seuerū.) Tristem. Contra Terētius, Tristis seueritas inest in vultu, atq; i verbis fides. ¶ Tortosq; Ixionis angues.) Quibus religatus ad rotam est, postq; illicitos Iunonis petiuit amplexus. ¶ Et non exuperabile saxum.) Quod contra montem Sisyphus voluit. Et non exuperabile dixit, non quod superari non potest, sed quod exuperare nō valet summum montis cacumen.

PROBVS.

¶ Stabunt & parij lapides spirantia signa, Assaraci proles, demissaeq; ab Io. g. No. Trosq; p. & T. Cynthius author.) Paros insula est Cyclas in Aegeo mari, in qua mons est Marpessos, vnde marmor excidit candidum, vt ipse Virg. in. vj. Marpessiam cautē vocat: Assaraci autē prolem vult accipi Caesarem, qui deducat progeniem ab Aenea, qui ex Anchisae patre est. Capys assaraci filius. Assaracus aūt Trois. Tros ipse Erichthonij. Erichthonius ex Electra & Ioue nascit, vt Scyllos tragicus scriptor sentit. Cynthius est Apollo a monte insulae Deli Cyntho dictus, idcirco Troiae author dicitur, quod eam munierit sub Laomedonte & Neptunus. ¶ Inuidia infelix. s. a. q. s. Cocy. m. t. q. Ixionis angues.) potest videri hic sententia ambigua, qa & angues aliquis interpretari pōt rotam. Et non exuperabile saxum: Ixionis, Sed nec per rotam & saxum aliud esse supplicium. Sentis enim illum a furia, & Perithoum vrgeri epulis regij apparatus, quarum prius incendantur, & motu impendente saxi vrgeri, cum ait, Quid memorem Lapithas, Ixiona, Perithoumq; Quos super atra silex, iamiam lapsura cadenti, Imminet adsimiles. Sed significatio horum versuum fere haec est, Quisquis inuiderit huic operi, debebit timere post accessum vitae, supplicia, quae pati existimantur defuncti, & furias. Cocytus autem palus est inferorum & styx. Styga si diceret seuerum intellexerimus eam ob hoc dici, quod eius religio teneat deos. per eam enim iurare credunt, sed cocyti amnem dicit, quia luctuosa voce appellatur. Seuerum autem significat tristem, q; proprium est mortis. Interea Dryadum syluas. s. q. s. i. hoc est scribamus carmē agreste imperatum a Mecoenate.

MANCINELLVS.

¶ Parij lapides.) Paros insula est vna Cycladū ab Delo. xxxviij. milliaria distans, vt docet Pli. libro. iiij. capi. xij. & Stra. lib. x. inquit. Paros lapidem producit, quem Parium appellant, ad marmoreas sculpturas aptissimum. ¶ Spirantia signa.) Appositio est, dicit autem statuas Troianae gentis, a qua Augustus originē habuit velle affigere. ¶ Assaraci proles.) Dardanus Iouis filius Erichthonium genuit, hic natus est Tros, a quo dicta Troia Troius Assaracus, et Capis, ex quo Anchises; exq; eo & Venere Aeneas Troianorum clarissimus, author Diodo. libro. v. Ab Aenea autē Iulius, ex quo Iulia gens, q; latius in Bucol. patuit. ¶ Cynthius.) .i. Apollo, de quo late Eclog. vj. ¶ Troiae author.) secundum fabulas loquitur. Nos autem aperuimus in fine primi volumi. Geor. ¶ Inuidia infelix.) Horum carminum sensus est, teste etiam Probo. Quisquis inuiderit huic operi, debebit timere post vitae excessum supplicia, quae pati existimantur defuncti, & furias. Inuidia autem tristitia est de alienis bonis secundum Dama. dicebatq; Socrates, vtinam inuidi in omnibus ciuitatib. oculos, & aures haberent, vt de omnibus profectibus torquerentur, quot. n. sunt hominū feliciū gaudia, tot sunt inuidorū gemitus: & Hora. episto. ij. primi volu. ait, Inuidus alterius macrescit rebus opimis: Inuidia Siculi nō inuenere tyranni Maius tormentum, merito ergo inuidia infelix. Oui. aūt lib. ij. Meta. latissime de inuidia scrib. ¶ Seuerū amnem.) i. tristē, q; proprium est morti, intelligitq; stygem paludē. ¶ Cocyti.) Cocytus fluuius est infernus, interpretaturq; luctus, & vlulatus. Cocyo & Cocyzo, ploro, lamentor, lugeo: vnde & Macro. li. j. de som. ait, q; Cocytum aliud esse nō asseruerūt, q; quidquid homines in luctū, lachrymasq; cēpellit. ¶ Ixionis.) Ixion Phlegiae filius Iunonem attentauerat, ea illi nubem in sua forma obiecit, cū qua concumbens Centauros genuit, quo se iactans ab Ioue fulminatus apud inferos torquetur super rota serpentibus circunfusa ligatus perpetua volutione, vnde Tibullus ait, Illic Iunonē tentare Ixionis ausi Versantur celeri noxia membra rota: & Oui. lib. iiij. Meta. Voluitur Ixion, & se sequiturq; fugitq;. Macro. aūt li. j. de som. scri. q; omnia, quae apud inferos esse credidit fabulosa persuasio, in nobismetipsis, & in ipsis humanis corporibus assignare conati sunt, vnde per illos, qui radijs rotarum districti pendent, nihil aliud intelligi voluerūt, q; qui nihil consilio praeuidentes, nihil ratione moderantes, nihil virtutibus explicantes, se & actus suos omnes fortunae permittētes, casibus & fortuitis, semper rotantur, saxum ingēs voluere inefficacibus laboriosisq; conatibus, vitam terentes, & Ouid. lib. iiij. Meta. ait, Aut petis, aut vrges ruiturum Sisyphe saxum.

Parus. Dardanus.

Inuidia. Cocyt⁹. Ixion.

ASCENSIVS.

¶ Stabunt & parij, &c.) Eiusdem templi quod animo conceperat exornationem prosequitur poeta, nō qui se diuinis carminibus .i. lapidibus construendum putarit: dicit ergo, & lapides parij. i. sculpturae ex marmore candido quod in Paro insula plurimum nascitur, stabunt. s. ad ornatum templi in foribus, aut alibi, appositorie, signa spirātia. i. quasi spiritum habeant spirare visa: vnde in. vj. Credo equidem viuos ducent de marmore vultus. & proles. i. progenies Assaraci illius principis Troiani, vnde Iulius & Augustus originem traxerūt, stabit sup. ex marmore illo exsculpta: q; pro. i. nomina. i. stemmata aut tituli, gentis demissae. i. deductae ab Ioue. s. per Dardanum & Electram (vide Mancinellum) & Tros parens. s. Assaraci, & ab eo descendentium, & Cynthius, id est Apollo, author. i. fabricator Troiae cū Neptumno, sed Phoebum, Apollinem fingit poeta Troianis semper propitium fuisse, vnde est, Phoebe graues Troiae semper miserate labores Dardana qui Paridis direxti tela manusq;. Neptumnum autem aduersum & saeuum, vnde est, Neptumnus muros magnosq; emota tridenti, Fundamenta quatit &c. quod quantū ad Apollinem, ideo mihi videtur finxisse, q; in illius templo Achilles occisus est, & quā postea Augustus eius personam induerat, in eiusdem tutelam se cōmiserat, cui & aedem sacrauerat. inuidia infelix, quia se plus q; inuisum cruciat, metuet furias & amnem seuerum immo implacabilē Cocyti. i. fluuij illius infernalis, a perpetuo luctu denominati, & angues Ixionis (Mancinel. Ixionis scripsit.) i. qui dependent ad rotam Ixionis tortos. i. implicitos, & rotam immanem, & saxum. s. Sisyphi, aut quod Sisyphus voluit non exuperabile. i. quod nunquam ad quietem deduci potest, hoc est quisquis inuidia concutietur, ob has Caesaris laudes aeterna sibi supplicia timere debet, aut tanta erit gloria Caesaris, vt multi rumpendi sint prae inuidia: quod apud inferos, aeterna manent supplicia, de quibus in. j. Aenei. latius & Mancinellus abunde.

PIERIVS.

¶ Tortosq; Ixionis angues.) In Romano codi. Orbes, legitur: quod si admittas, figura erit ἐναλλαξις, quia sequitur, immanemq; rotam. In alijs, Tortos angues, quod agnoscit Seruius. ¶ Nō exuperabile saxum.) In antiquis exemplaribus, Exsuperabile: Iuniores maluerunt in huiusmodi compositis verbis, s. literam, x, praetecta excludere.

Interea Dryadum syluas, saltusq; sequamur
Intactos, tua Mecoenas haud mollia iussa.
Te sine nil altum mens inchoat. en age segneis
Rumpe moras. vocat ingenti clamore Citheron,
Taygetiq; canes, domitrixq; Epidaurus equorum:
Et vox assensu nemorum ingeminata remugit.
Mox tamen ardenteis accingar dicere pugnas:
Caesaris & nomen fama tot ferre per annos:
Tithoni prima quot abest ab origine Caesar.

SERVIVS.

¶ Interea Dryadum syluas.) Donec laudandi Caesaris tempus adueniat, interim Georgica scribo. Intactos autem ait saltus, quod ante ipsum nullus latine carmen Georgicum scripsit. ¶ Te sine nil altum mens inchoat.) Ac si diceret. Non meo ingenio, sed tuo fretus imperio ad hoc carmen accessi. ¶ Vocat ingēti clamore Citheron.) Hortātur nos ad scribendū illi montes, qui animalibus sunt referti. Citheron autem pars est Parnasi. ¶ Taygetiq; canes.) Id est Lacones: nam Taygeta ciuitas est Laconiae. Et hoc ideo, quia dicturus est, Nec tibi cura canum fuerit postrema. ¶ Domitrixq; Epidaurus equorum.) Epiri ciuitas est equis nobilis. ¶ Vox ingeminata remugit.) Duplicata per Echo. Alibi, Non canimus surdis, respondent omnia syluae. ¶ Mox tamen.) Id est postq; Georgica conscripsero. Et ardentis pugnas legendum est: nam male quidam ardentis Caesaris accipiunt, vt Is communis sit syllaba. ¶ Tithoni prima quot abest ab origine Caesar.) Id est tua facta tot annis celebrabuntur, quot anni sunt a te vsq; ad mundi principium. Et modo Tithonum pro sole posuit, id est pro Tithane. Nam Tithonus frater Laomedontis fuit, quē praeliantem Aurora dilexit, & rapuit, a quo vsq; ad Caesarem nō valde multum tempus est.

PROBVS.

¶ Vocat ingenti cl. Citheron Taygetiq; ca. &c.) Citheron mons est Boeotiae, ibi arcana Liberi patris sacra celebrantur. iij. quoq; anno quae trieterica dicūtur. Existimatur autem Liber esse cum musis & ideo ex edera fronde eius corona poetis datur, cum idcirco vocari se eius sacris vult accipi, quod & de vitibus praecepit, Taygetos canes dicit Laconicos a Taygeto monte Laconices. ¶ Epidaurus.) Est Peloponnesi, vnde optimi, & generosissimi equi exeunt. ¶ Mox tamen ardentis ac. &c.) Pollicetur autem se quoq; Caesaris Octauij, qui postea Augustus cognominatus est, scripturum victoriam. Et quidā putant eum promissis fidem destituisse ignorantes, non quidem progegumenços acta eius scripsisse: sed tamen non claudicare, quantum ad fidei pertinet vinculū, in. viij. enim descripsit in clypeo eius pugnam, & Actiacum bellum, quod est gestum cum Antonio. Tithonus autē fuit Laomedontis filius, frater. Priami existimatur ab aurora adamatus, vxorem eam habuisse. Priami autem filia Creusa Aeneae vxor, mater Ascanij a quo genere ad Caesarem peruenit

MANCINELLVS.

¶ Interea.) Antequam templum de marmore ponam. ¶ Dryadum.) Videto lib. primo Geor. Dryadesq; puellae. ¶ Saltus.) Campos intactos ab Latinis. s. poetis: dicit autem scribamus carmen agreste a Mecoenate imperatum. ¶ Haud mollia.) Sed ardua, per Liptoten. ¶ Segnis.) Inutiles, steriles, pigras. ¶ Citheron.) Saltus est prope Thebas in Boeotia, vt Solin. & Plin. ait libro. iiij. Mela inquit in Phocide Delphi, & mons Parnasus in Boeotia: Thebae, & Citheron fabulis carminibus celeberrimus. Probus sic ait, Citheron mons est Boeotiae, vbi arcana Liberi patris sacra celebrantur tertio quoque anno, quae trieterica dicuntur: existimatur autem Liber esse cum musis, & ideo ex ederae fronde eius corona poetis datur. Ouidius autem libro tertio Meta. ait, Vadit vbi electus facienda ad sacra Citheron Cantibus, & clara bacchantum voce sonabat. Strabo libro nono scribit, quod Citheron prope Thebas finitur, penes quem Asopus currit inferiora eius alluēs. Videto item Eclo. vj. Citheron hūc nominat, quia de bobus scripturus est, vnde in Boeotia dicta est qua Citheron habetur. ¶ Taygetiq;.) Videto in fine. ij. libri Georgico. ¶ Epidaurus.) Vrbs est Peloponnesi inquit Probus: vnde optimi & generosissimi equi exeunt. Ptolemaeus etiam libr. iij. in Peloponneso ponit Epidaurum. Strabo libro octauo videtur scribere Epidaurum esse inter Achaiam & Peloponnesum, anteaq; Epitaurum vocatam. Mela autē scri. Epidaurum oppidū esse littori appositū, circa finē vero dicti li. viij. Stra. sic ait. Equorū sanè genus excellit arcadicū, quēadmodū & Argolicum & Epidauricū. Aetolorū praeterea, & Acarnanum solitudo pascendis equis est accōmodata, non minus q; Thessalia

Citheron. Epidaurus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Thessalia.Pli.autem lib.iiij.scrib.Epidaurum oppidum Æsculapij delubro celebre esse in Achaia. Soli.etiam.ca.vij.scrib.Epidaurum esse in Achaia,atq; decus esse Æsculapij sacellum,cui incubãtes ægritudinum remedia capessunt monitis somniorum. Vox predictorum.s.locorum.¶ Mox tamen ardentis.)Pollicetur Cæsaris Octauij, qui postea Augustus cognominatus est, scripturũ victoriam,quod reuera fecit:in.viij.enim lib.Ænei.descripsit in Clypeo eius pugnam,& Actiacum bellum,quod est gestum cum Antonio,vt etiã Prob.ait.¶ Tithoni.)Tithonus, vt Diod.ait li.v. filius fuit Laomedontis,& Priami frater, qui existimatur ab Aurora adamatus,eam vxorem habuisse. Priami autem filia Creusa Æneæ vxor mater Ascanij, a quo secuta gens, quæ ad Cæsarem peruenit,quod item edocet Probus.¶ A prima origine Tithoni) id est ab ipso Dardano Iouis filio, a quo ad Augustum fuerunt anni mille sexcenti,vel circa, vti ex Eusebio colligi potest: Poeta tamen finitum pro infinito numerum posuit.

ASCENSIVS.

¶Interea Dryadum,&c.)Redit ad institutũ suum quod est Georgicam describere. Non modo quæ est in agricultura, sed quæcunque ea sit, dicens, interea dum hæc moliar iustoq; apparatu templum Augusto constituam, sequamur syluas Dryadum, id est rem agrestem, verum quia de syluis locutus fuit in secundo libro,bene adijcit,saltusq; sequamur intactos,vt scilicet de syluis & saltibus se locutum significet, quatenus ad rem pecuariam & ad pabula pertineant,aut vt metaphoricos loqui innuat, de materia videlicet confusa & a Latinis scriptoribus adhuc intacta. Nominat autem saltus quosdam, cuiusmodi sunt Cytheron in Bœotia propter boues. Taygeta in Laconia propter canes & Epidaurum inter Achaiam & Peloponnesum propter equos. Notatur autem Seruius in descriptione Epidauri a Beroaldo his verbis. Quemadmodum in Cyteri expositione errauit Seruius, vel potius ipsius adulterata volumina, ita in Epidauri enarratione turpis est error cum ciuitas fuerit non in Epiro,sed in Peloponeso,vt Plin.Strab.omnesq; geographi testantur, & fuit in Saronico sinu Epidaurum oppidum locatum Æsculapij templo celeberrimum alio nomine vocatur Epitaurus. verum opinor,Seruium similitudine nominis fuisse deceptũ, cum Epidamnus inueniatur & Epidaurus:de Epidauro iam dictum est. Epidamnus autem,cuius meminit Plautus in Menechmis, ciuitas est Epori, quam Romani, vt in.iij.scribit Plin.propter inauspicatum nomen Dyrrachium appellauerunt, de cuius conditoribus ita scribit Appianus Epidamnus rex vrbem condidit, quæ abi pso nomen assumpsit,huius rx filia nepos Dyrrachus portum vrbi adiecit,q; Dyrrachium appellatur.Epidamni meminit Lucan.in.x.ad campos Epidamne tuos, quæ dictio in omnibus ferè codicibus deprauata legitur: & pro Epidãne passim scriptum est epidaure, quod nec historiæ, nec Lucani sententiæ conuenit. Cum de Sæuo centurione loquatur,qui apud Dyrrachium,hoc est Epidamnum in partibus Cæsaris viriliter dimicauerat:& memorabile facinus quod historici omnes concelebrant, audacia prope incredibili patrauerat. Hæc ille.¶Ordo autem est.O Mecœnas nos sequamur interea scilicet dum Cæsari moliar templum, & pompã triumphalem syluas Dryadum, id est dearum arborum, hoc est quas ille frequentãt, id est versemur in syluis,vbi sunt pecorum quorundam pabula, vt suum in glandibus & boum in frondibus, & saltus.s.armentorum intactos.i.non prius descriptos ab Latinis poetis, appositorie tua iussa aut mollia.i.non futilia nec paruipendenda, quia mens.s.nostra,nil,id est non aliquid, non inchoat aliquid altum,sine te,id est sine authoritate tua,aut assensu tuo.En age, adhortandi aduerbium est age,en vero ad nouos conatus pertinet, rumpe moras segnes.i.quæ segnes efficiunt, quia Cytheron saltus ille in Bœotia vbi boum ac ederę copia est, & Bacchi cum musis ratio vocat.s.nos ad se describendum ingẽti clamore, & canes Taygeti.i.Laconici vocant nos:& Epidaurus scilicet ciuitas iuxta Peloponnesum domitrix equorum.s.præstantium & animosorum(quia aliorũ, aut inutilis, aut facilis est domatio)supple vocat nos:& vox,id est sonitus dictorum,remugit.i.reboat aut resonat ingeminata, id est duplicata assensu nemorum, quia nemora resonando & respondẽdo idem quod acceperunt videntur assentire,idem velle atq; itidem clamare.Ego tamen accingar.i.disponar & habilitabor, mox.i.paulopost peracto.s.hoc opere dicere.i.laudare carminibus meis pugnas Cæsaris.s.Augusti ardentis.i.fulminanter factas in prȩlio Martio ardore:& accingar ferre.i.extollere nomen Cæsaris per tot annos, quot Cæsar abest a prima origine Tithoni, patrui aut fratris Priami,cuius prima origo, secundum Mancinel.fuit a Dardano & Electra:sed & Dardanus & Electra originem habuerunt vsque adeo, vt ad primum hominem secundum veritatem recurrendũ esset.Quocirca sm rigorem verborum,quia nõ dicit ab origine, sed a prima origine,significat Cęsarem fuisse in medio temporis: tantumq; eius famam duraturam,quantum mundus durauerit. sed duplex potest esse expositio illius genitiui Tithoni actiua scilicet,qua Tithonus Cæsarem procreauit, & tunc minor est tempestas,aut passiua qua Tithonus productus est a primis parẽtib. quod quia poetam latuit,recipiamus simpliciter, vt cæteri commentarij tempus finitum pro infinito positum.

Beroal. Epidaurus.

Epidãn.

SERVIVS.

¶Seu quis Olympiacę)Dictus est de armẽtis & gregib⁹: Armenta aũt, sunt equorum & boum,q; hęc animalia apta sunt armis: vt,scutis boũ coria,equi prælio. Greges vero capellarũ & ouium sunt. ipse paulopost, Hæc satis armentis supera pars altera curæ. Lanigeros agitare greges hirtasq; capellas.¶ Hæc tamen.) Id est armenta & greges.sciẽdum q; plerunq; cõfundit authoritas.¶ Olympiacæ miratus præmia palmæ.)Studiosis curulis certaminis, quod geritur apud Pisas,in honorem Iouis Olympici.¶ Corpora præcipue matrum legat.)Magis matrum, per quod ostenditur etiam patrum corpora esse requirẽda.¶ Toruæ forma bouis.)Paulopost, Et faciem tauro propior.i.tauro similis.¶ Toruæ.)Terribilis.¶ Turpe caput.)magnum.vt, Turpes pascit sub gurgite phocas.¶ Plurima ceruix.(Longa: vt, Cum se nux plurima syluis Induet in florem.¶ Crurũ tenus.)Vsq; ad crura. Et modo tenus aduerbiũ est: nam si esset præpositio,ablatiuo cohæreret.Palearia autem, sunt pelles dependẽtes e gutture.¶ Et camuris hyrtæ sub cornibus aures.)i.curuis,vnde & cameræ appellantur.Præcepit autem aures & magnas & hirsutas esse debere.¶ Nec mihi displiceat.)Liptotes figura est.i.valde placeat.vt, Munera nec sperno.¶ Faciem tauro propior.)Imaginem,similitudinem totam.

Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ
Pascit equos:seu quis fortes ad aratra iuuencos:
Corpora præcipue matrum legat.optima toruæ
Forma bouis:cui turpe caput:cui plurima ceruix:
Et crurum tenus à mento palearia pendent.
Tum longo nullus lateri modus.omnia magna:
Pes etiam:& camuris hirtæ sub cornibus aures.
Nec mihi displiceat maculis insignis,& albo:
Aut iuga detrectans,interdumq; aspera cornu:
Et faciem tauro propior:quæq; ardua tota,
Et gradiens ima verrit vestigia cauda.

MANCINELLVS.

¶Olympiacæ palmæ.)Olympica certamina in Achaia prope Alphæum intelligit, de quibus latius lib.j.Georg.Eliadum palmas Epiros equarum.¶ Plurima cer.)Longum collum.¶ Palearia.) pelles dependentes sub collo.¶ Camuris.)Curuis, inde cmeræ tecta recurua.¶ Detractas.)Male tractans.¶ Et faciem tauro pro.) .i.habens faciem propiorem similioremq; tauro. Pli.li.iij.in tauris in aspectu generositas torua frõte, auribus setosis quibus minora q; bobus cornua, tenuioraq;. Var.vero li.ij.ca.v.de bobus scrib.q; qui gregem armẽtorum emere vult,obseruare debet,vt sint vaccæ bene compositæ:vt integris membris pilosis, oblongæ,amplæ, nigrantibus cornibus, & latis frontibus: oculis magnis,& nigris, pilosis auribus, pressis malis, apertis naribus, labris subnigris,ceruicibus crassis, ac longis a collo, corpore amplo,demisso:bene costato,latis humeris,bonis clunibus,caudam perfusam vsq; ad calces,vt abeant in inferiorẽ partem,frequentibus pilis subcrispis,cruribus potius minoribus, & rectis genib⁹, & cuius vngues sint leues, & pares,corium attactu non asperum ac durum:colore potissimum nigro,deinde rubeo,tertio heluo, quarto albo:mollissimus enim hic vt durissimus primus, neque nõ præterea vt mares fœminis boni sint, quorũ & forma est spectanda,&c.Col.etiã li.vij.ca.j.scrib.quomodo Mago Carthaginẽsis prodidit,q; parandi sunt boues nouelli quadrati, grãdes mẽbris,cornibus proceris ac nigrantibus, & robustis,fronte lata,& crispa,hirtis auribus,oculis & labris nigris,naribus resimis,patulisq;,ceruice lõga,& torosa, palearibus amplis, & penè ad genua promissis,pectore magno,armis vastis, capaci & tanquã implẽte vtero,lateribus porrectis,lumbis latis,dorso recto,planoq;, clunibus rotundis,cruribus cõpactis,arrectisq;,sed breuioribus potius quã longis,nec genibus improbis, vngulis magnis, caudis longissimis,& setosis,pilosisq;,corpore denso, breuiq;,colore rubeo, vel fusco, tactu corporis mollissimo. Capite vero.xviij.de tauris. Idem ait se censere, probandos tauros maxime membris amplissimis,moribus placidis, media ætate. Cætera ferè omnia eadem in his obseruabimus, quæ in bobus eligendis. Nec enim alio distat bonus taurus a castrato, nisi q; huic torua facies est,vegetior aspect⁹, breuiora cornua, torosior ceruix,& ita vasta, vt sit maxima portio corporis, ventre pauło strictiore. Idem quoq; ca.xix.de forma vaccę ait,quod forma vaccæ quoq; probantur altissimæ formæ longæ, quod maximis vteris, frontibus latissimis, oculis nigris, & patẽtib.cornibus venustis, & læuib.& nigrantibus, pilosis auribus,compressis malis, palearibus & caudis amplissimis vngulis modicis, & cruribus. Cætera quoq; ferè eadem quæ in maribus desiderantur.¶ Ima cauda.)Huic tantum animali omnium,quibus procerior cauda non statim nato est,consummatæ vt cæteris mensuræ crescit, donec ad vestigia ima perueniat.Plinius.

ASCENSIVS.

¶Seu quis,&c.)Hæc est pars executiua,in qua incipiẽs determinare de animalibus nobis præcipue cõducentibus, de equis.s.& bobus:docet primum,quibus matribus procreari debeant,deinde quo tẽpore illę habiles sint partui.¶Ordo est.Seu,i,siue,quis .i.aliquis miratus.i.cum admiratione affectans, præmia palmæ Olympiacæ.i.quæ olim dabãtur equis victoribus in Achaia iuxta Alphęum,pascit equos.s.quibus ea prẽmia mereatur:seu quis pascit.s.iuuencos fortes.i.idoneos ad aratra legat.i.deligat præcipua corpora matrũ.i.prospiciat præcipue qua matre velit eos procreari.Forma bouis.i.vaccæ toruæ.i.obtortæ frontis, & immitis est,sup.optima,cui caput,supple est turpe, id est toruũ aut magnum pro modulo corporis,cui ceruix est plurima, id est sanè longa:& cui palearia.i.pelles laxæ,pendent a mento tenus crurum.i.vsq; ad crura: tum,id est deinde,cui, scilicet est lateri longo,id est in latere prælongo nullus modus.i.mẽsura proportionabilis cæteris membris, & cui.s.sunt omnia, magna,etiam pes. q.d.nedum alia membra, aut qui breuior in multis placere solet,& aures hirtæ.i.hirsutæ:hoc est pilosæ sub cornib.camuris.i. incuruis,& intortis,nec.i.& non,&,scilicet bos insignis.i.notata maculis & albo,id est albo colore immistis:non displicebit, id est per liptotem multum placebit, mihi:aut.s.bos,aut vacca(loquitur enim de matre)detrectans, id est refugiens præ toruitate & proteruia,iuga & aspera interdum cornu.i.cornupetens aliquãdo & minitans, & propior.i.vicinior & similior tauro, scilicet q; vaccæ,hoc est masculo q; fœmellæ,faciem.i.in facie,aut secundũ faciem,per synecdochen, hoc est habens faciem similiorem tauro quam vaccæ:quæq;.i.& quæ, & sup.ea non displicebit mihi, quæ est tota ardua, & quæ gradiens.i.ingrediens verrit.i.delet, sicut scopis verritur atrium vestigia, scilicet pedum suorum antecedentium,cauda ima id est vsq; ad terram demissa.

PIERIVS.

¶Et crurum tenus a mento palearia pendent.)Tenus si præpositio sit, ablatiuo casui cohærere dicit Ser.esseq; hic aduerbium. Sed.n.tenus,cum nomine,quod sit numero multitudinis,genitiuo sæpius iunctum animaduerti. Quintilianus. Aurium tenus in vsum lingua perceperit. Catullus Nutricum tenus extantes. Ita.n.is appellat papillas, quod inepte simul & inuerecunde quidam legunt,Iam crurum tenus extantes.¶ Aut iuga detrectans.) In Ro.cod.in Medi.& in alijs antiquissimis vno tãtum excepto, scriptum inueni,detractans, quod etiam in Oratorum exemplaribus antiquis obseruaui,prę̃sertimq; apud Liuium,& detractãt, & detractare,sæpissime.¶ Et faciem tauro propior.)In codi.Longobar.proprior,legitur. Sed vulgata lectio propior,a prope,castior est.

SERVIVS.

¶Lucinam iustosq; pati Hymenæos.)Hysteron proterõ est.Ante.n.est Hymenę⁹,post Lucina cõsequit. Item Hysteronproteron est,Desinit ante decẽ, post quatuor incipit annos.Ante enim incipit, sic desinit.¶ Cætera.)Ætas scilicet, quę est vel ante quartum,vel post decimũ annum. Et bene ostẽdit per hęc tempora posse quidem armentis,sed inutilem prouenire fœturam.¶ Superat gregibus dum læta iuuentus.)Dum suppetit.Et dicit iuuenili ætate eas debere concumbere,quia cito tẽpora meliora depereũt.¶ Pecuaria.)Ab eo quod est pecuare venit:nam pecua, vt ait in Põpeiana cicero, ab eo quod est pecu

Ætas Lucinam,iustosq; pati Hymenæos,
Desinit ante decem,post quattuor incipit annos,
Cætera nec fœturæ habilis,nec fortis aratris.
Interea,superat gregibus dum læta iuuentus:
Solue mares:mitte in Venerem pecuaria primus:
Atq; aliam ex alia generando suffice prolem.
Optima quæq; dies miseris mortalibus æui
Prima fugit,subeunt morbi,tristisq; senectus:

Universidad de Deusto Biblioteca

pecu venit: vt genu genua. ¶Suffice prolē.)Subministra. Vnde etiā suffectos cōsules dicimus. ¶Miseris mortalibus qui Prima fugit.)Ista sententia nō solū ad animalia pertinet,

Et labor,& duræ rapit inclementia mortis.
Semper erunt,quarum mutari corpora malis.
Semper enim refice:ac,ne post amissa requiras:
Anteueni:& sobolem armento sortire quotannis.

sed generaliter ad omnia. ¶Subeūt morbi,tristisq; senectus.)Naturalem ordinem tenuit,dicens,aduenire morbum,senectutem,mortem. ¶Inclementia.)Inexorabilitas & duritia. ¶Semper enim refice.)Vacat enim. Sanè dicit anteueniendū esse,vt anteq; pereāt reparentur armenta. ¶Sobolem armēto sortire quotannis.)substitue,subministra. Et est verbum iudiciorū: nam subsortiri dicuntur iudices,qui occupatorum funguntur officio.

PROBVS.

¶Ætas Lucinā i.q.p.hymenæos, Definit a.d.p.q.i.a.)Ex lucina partus,ex hymenæo concubitus accipimus. Itaq; hoc post ait annum.iiij.& intra.x.ad concipiendum esse vtiles boues, extra finē hunc parum. Spadices palmæ cuius iam deficit color,colorem dicit. Siculi enim palmā quam Græci phœnica appellant, vocant
Spadix. Spadica. Spadix color est,quem Leucopyrum vocant, hoc est al-
Glauc'. bus & fuscus. Glaucus autem color viridis.

MANCINELLVS.

Lucina. ¶Lucinam.)Ex Lucina partus, ex Hymenęo concubitus accipimus, Itaq; hoc ait post annū.iiij.& intra.x.ad concipiendū vtiles esse boues, Probus: Luna autē,vt Varro inquit,nascentiū dux est, hinc ab iuuando,& luce Iuno Lucina dicta ab Latinis ipsa.n.men
Hymenæus. sibus actis in lucē producit infantes. ¶Hymenæos.)Hymenæus, teste Martiano Capella, Veneris & Bacchi filius, dictusq; nuptiarum deus cuius officiū dixit psallere in nuptijs, cantare ad thalamos,& coronare limina sertis,pro coitu hic ponit. Hymen vero
Hymē, sm Græcos & Latinos,est quædam virginalis pellis, quæ primo coitu abrumpitur,ponitur & pro Hymenęo, Hipsiphyle Ouidiana ad Iasonem, Non ego sum furtim tibi cognita,pronuba Iuno Affuit,& sertis tempora vinctus hymen. Dicunt alij Hymenęum quendam fuisse apud Athenas,qui inter bella sęuissima virgines liberauit, quam ad causam nubentes eius numen inuocabant, quasi liberatoris virginitatis, Lucinam pu.& hy.hysteron proteron,hoc est vltimū prius,nam sententia ordine cōmutat. Sic etiā est ibi, Definit ante decem &c. de Val.li.ij.ca.v.ait q nō minores oportet inire q̄ bimas,vt trimæ pariant eo melius si quadrimæ, plereq; pariunt in.x.annos, quædā etiā plures. Maxime idoneū tempus ad cōcipiendum ab Delpihni exortu vsq; ad dies.xl.aut pauloplus,quę enim ita conceperunt temperatissimo anni tempore pariunt,vaccæ enim mēsibus.x.sicut pręgnātes, mas an fœmina sit concepta,significat taurus cū inijt,siquidē si mas in dexteriorem partem abijt:si fœmina,in sinisteriorem partem. Pli.vero li.viij.ca.xlij.scri.q suo tempore anniculę ad fœcunditatē poscebantur,tolerantius tamem bimæ,tauri generationem quadrimi implent,& singulis denas eodē anno tradunt. Conceptio vnico initu peragitur, q si forte pererrauerit.xx.die post marē fœmina repetit,pariūt mense.x.quidquid ante genitum inutile est. Tauri nō sępius q̄ bis die ineunt, Robur est tauris inquinatum, vita fœminis.xv.annis longissima,maribus.xx. ¶Fœturæ.)Geniturę & prouentui. ¶Cętera ætas.)Hoc est ante quartū annum,& post decimū, Col.item li.vij.ca.xix.ait,cum vaccæ accesserunt annos.x.fœtib' inutiles sunt rursus minores bimis inire nō oportet,si ante tamen conceperint,partū earū remoueri placet, ac per triduum ne laborent vbera exprimi: postea mulctra prohiberi. ¶Superat.)Interest, imminet. ¶Dum lę.iu.)Vel iumēta.i.dū iuuenes sunt vaccæ,cōcipiant:repit enim senecta, cum morbis plurimis. ¶Solue ma.)Primus, quo tempore vaccę ineundæ sint,iam diximus: Col.etiā li.vij.ca.xxij.scrib.q mense Iulio fœminæ maribus plerunq; permittendæ, vt eo tempore cōceptos proximo vero

vero adultis iā pabulis edāt, nam.x.mensibus ventrē perferunt,vnumq; marē.xv.vaccis sufficere abunde est. ¶Pecuaria.)Pecuare pecuaria, faciterpecu pecua, pec' pecudes, pecus hoc pecora. ¶Suffice.)Subministra. Col.li.vij.ca.xx.de vaccis ait,sed & curandum est omnibus annis equæ, atq; in reliquis gregibus pecoris,vt delectus habeat. Nam & nixæ, & vetustate, quæ gignere desierunt submouendæ sunt,& vtiq; tauro,quæ locum fœcundarū occupant ablegendæ,vel aratro domādæ, quoniam laboris,& operis non minus q̄ iuuenci propter vteri sterilitatem, patientes sunt. ¶Optima quæq; di.)Oui. quoq; de arte, Cito pede labitur ætas, Nec bona tam sequit, q̄ bona prima fuit. ¶Inclementia.)Duritia,& crudelitas. ¶Sortire.)Elige.

ASCENSIVS.

¶Ætas Lucinam.)Docuit qua facie matres eligendæ sint ad suficiendā prolē: nunc significat qua ætate ad partū habiles sint, dicens, Ætas pati.i.patiēdi aut idonea ad patiendū, Lucinam.i.partum,vt sit dea partus pro partu:& hymenæos.i.coitus iustos, definit ante.x.annos,& incipit post quatuor annos: est ergo inter iiij.&.x.annos. Cętera.i.reliqua ętas(dicimus aūt cętera in fœminino,& cæterum in neutro etiā singulariter, sed cæterus,aut cæter in masculino non legitur)nec est habilis.i.idonea, fœturæ.i. propagationi,nec est fortis.i.per defectū fortitudinis nō est conueniens aratris.i.ad arationem. Interea autē.i.inter quartū & decimū annum:dum.i.donec,iuuentus pro iuuēta ętate,superat.i. superstes est gregibus.s.boum & equorū,vnde Cicero dixit gregem armentorū(est enim generale)solue mares.s.in Venerē,hoc est ad opus venereū exhibēdum, & mitte primus.i.cum primum congruerit,non expectans experimentum ab alijs,pecuaria.i.pecora in Venerem.i.opus venereum,& suffice.i.substitue,generando.i.per generationē pecuariā,prolem aliam.i.ex alia, quod vulgo dicunt vnā ex alia, ita vt per propagationē sit cōseruatio specierū,quæ per indiuidua decedētia esse nō pōt. Nā optima quęq; dies.i.tempestas ad omnia cōuenietissima, fugit.i.elabitur miseris mortalibus etiā cunctis prima,& morbi subeunt.i.subsequuntur,& senectus tristis subit.i.subsequitur,& labor.s.subsequitur, & inclementia.i.rigorosa sæuitia & duritia mortis duræ.i.amarissimæ,aut diræ.i.crudelis,rapit.s.de medio: hoc est delet,& extinguit,enim pro quia,quia semper erūt,sup.matres,& pręcipue vaccæ:quarū corpora tu mauis.i.quilibet mauult, aut malit mutari.s.in melius, refice.i.reforma in melius ac repara quod vetustate degeneratum est(Quia particula.n.nō suo ordine ponitur, dicit a Seruio vacare.i.superflua esse,sed quo ordine a nobis posita est nō vacat,verū si esset. Semper itē refice minor esset in constructione obscuritas)ac anteueni.i.præueni, & sortire.i.elige, quotannis.i.singulis annis armēto.s.reficiendo,sobolē.i.propagationem nouā:ne requiras post.i.postea amissa.i.genus bonorum armentorum degenerando ad interitum intendisse.

PIERIVS.

¶Definit ante decem.)In Longo. Definet futuro tempore legit. In Ro.decim, suo quodā scribendi more, vt Aurea mala decim, quod vt diximus, etiā apud Asprū est. ¶Lęta iuuētus.)In med.& antiqs plerisq; codi.iuuētas:de quo alibi satis dictū. ¶Quarū mutari corpora mauis.)In ant.cod.malis est, quod venustius videt. Quā lectionē etiam apud Carisium obseruaui, vbi fieri Solœcismum ait trāsmutatione qualitatis in cōiunctionibus, vt eo loco semper erunt, quarū mutari corpora malis, semper enim refice, pro semper, itaq;. ¶Anteueni:& sobolem armento sortire quotānis.)In Medi.& in Longobardico absq;.&, Ante veni sobolem. In aliquot cod. Anteueni,vnica dictio. In Roma. Mediceo, & quibusdam alijs codi.antiquis, Subolem, passim inuenias. de quo satis alibi disputatum.

SERVIVS.

¶Est idē delectus equino.) Vt habeant matres optimas. ¶In spem statues summittere gentis.)Id est quos vis admissarios fieri. Notāda sane exqsita varietas:nam in bobus matres ante descripsit:i equis admissarios ante cōmemorat. ¶Altius ingredit.)Cū exultatione quadam incedit. ¶Mollia crura reponit.)Ennius de gruibus

Necnon & pecori est idem delectus equino.
Tu modo,quos in spem statues submittere gentis:
Præcipuum iam inde à teneris impende laborem.
Continuo pecoris generosi pullus,in aruis
Altius ingreditur:& mollia crura reponit.
Primus & ire viam,& fluuios tentare minaces
Audet:& ignoto sese committere ponti.
Nec vanos horret strepitus,illi ardua ceruix:

gruibus dicit, Perq; fabam repūt, & mollia crura reponūt. ¶Primus & ire viam)Matris pire vestigia. ¶Ignoto pōti.) Per quē nunq̄ trāsierat. ¶Argutū.)Breue. ¶Luxuriatq; toris aiosum pect'.)Nodosum & eminēs pulpis. ¶Spadices) Quos phœniciatos vocant p̄fessos myrteos. Glauci autem sunt felineis oculis.i.splendore p̄fusis. ¶Color deterrimus albis

albis & giluo.)Atqui albis ait Qui candore niues anteirēt. Sed aliud est candidum esse.i. quadam intenti luce perfusum,aliud album,quod pallori cōstat esse vicinum. Giluus autē melius est color. Multi autem ita legunt, Albis & giluo: vt nō album & giluū:sed albogiluum vituperet, quod si singuli colores vituperandi sunt:quanto magis mistus vterq;.i.albo giluus. ¶Tre-

Argutumq; caput:breuis aluus:obesaq; terga:
Luxuriatq; toris animosum pectus. honesti
Spadices,glaucíq;:color deterrimus albis,
Et giluo,tum,si qua sonum procul arma dedere:
Stare loco nescit:micat auribus:& tremit artus:
Collectumq; premens voluit sub naribus ignem.
Densa iuba,& dextro iactata recumbit in armo.
At duplex agitur per lumbos spina:cauatq;
Tellurem:& solido grauiter sonat vngula cornu.

mitartus.)Figurate, pro artubus tremit. ¶Voluit sub naribus ignem.)Flatu indicat magnanimitatem suam. ¶Duplex spina.) Aut re vera duplex,aut lata: vt, Duplicem gemmis auroq; coronam. Item, Et duplici aptantur dentalia dorso.

MANCINELLVS.

¶Idem delectus.)vt.s.corpora præcipue matrum legat: item, vt quotannis soboles armento eligatur. ¶In spem gentis.)In fœturam, vt sint admissarij. ¶Et mo.cru.re.)Glomerat apte reducit alterno crurem explicatu. ¶Mollia crura.)Faciles tibias: non.n. inepte dureve ambulat vti plerisq; euenit. ¶Primus & ire viam.) Var.lib.ij.cap.vij.inquit, Equi boni futuri signa sunt,si cum gregalibus in pabulo contendit in currendo aliaue qua re quo potior sit, cum flumen traijciendum est gregi in primis progredi-
Eqboni signa. tur ac non respectet alios. ¶Argutumq; caput.)Id est breue,& exiguum. Var.lib.ij.capi.vij.ait, Equas debere esse clunibus, ac ventribus latis. Equos ad admissurā, quos velis habere legere oportet amplo corpore, formosos, nulla parte corporis inter se non congruenti,caput habeant non magnum, nec membra confusa sint,oculis nigris,naribus non angustis, auribus applicatis,non angusta iuba,crebra,fusca,subcrispa, sub tenuibus setis implicata in dexteriorem partem ceruicis, pectus sit latum, & plenum humeri lati,venter modicus,lumbi deorsum versus pressi,scapulæ latæ,spina maxime duplex,si minus non extans:cauda ampla, subcrispa,crura recta,æqualia,introuersa,genua rotūda,nec magna,vngulæ duræ,toto corpore vero habeāt venas,quę animaduerti possunt. Hæc ex Var. Col. etiam lib.vij.sic ait,cum vero natus est pullus confestim licet indolem existimare, si hilaris, si intrepidus, si neq; conspectu, nouæq; rei auditu terretur, si ante gregem procurrit,si lasciuia,& alacritate interdum, & cursu certaminis æqualis exuperat,si fossam sine cunctatione trāsilit, pontem flumenq; transcendit, hæc erunt honesti animi documenta, corporis vero forma constabit exiguo capite, nigris oculis,naribus apertis, breuibus auriculis, & arrectis, ceruice molli lataq;, nec longa densa iuba,& per dextram partem profusa:lato,& musculorum toris numeroso pectore,grandibus armis, & rectis,lateribus inflexis,vētre substricto,testibus paribus,& exiguis,cauda longa & secta crispaq;:mollibus atq; altis,rectisq; cruribus, tereti genu paruoq; neq; introrsus spectanti, rotundis clunibus, fœminibus torosis,ac numerosis,duris vngulis,& altis, & concauis,rotundisq;,quibus coronę mediocres suppositę sunt,sic vniuersum corpus compositum,vt sit grande,sublime, erectum,ab aspectu quoq; agile, & ex longo quantū figura permittit rotundum. ¶Breuis aluus.)Modica, substricta. ¶Obesaq; terga.)Grandes lati & pingues humeri,obesus enim,vt Festus ait,pinguis dicitur, quasi ob edendum factus. ¶Luxuriat toris.)Abundat pulpis:debet.n.esse latum,& plenum ac torosum. ¶Spadices.)Phœniceus color,seu puniceus.& spadix,idem teste Gel.lib.ij.ca.xxvj.si
Glauc' color. gnificat autem exuberantiā, splendoremq; ruboris. ¶Glaucíq;.) Cœrulei. Glaucus.n.color viridis dicit,quod Probus ostendit,& Gellius dicto loco. ¶Albis.)Non candidus: sed albis.i.pallidulis.
Giluus. Flauus. color. ¶Giluo.)Giluus color est buxeus, vt quidā volūt, vulgo giallus appellatus:aliqui vero per giluum intelligunt flauum qui ex viridi & rufo,& albo concretus est. Seruius melinum intelligit. Est
Melin' color. autem melinus color cādidus,optimus in Melo insula:in Samno quoq; nascitur,author est Pli.lib.xxxv.ca.vj. Aulus Gellius autē in fine lib.xij. Innuit giluum colorē esse medium inter nigrum, & album. Scribit enim tria genera esse vini, Nigrum,album,medium,quod vocant κιρρὸν giluum. ¶Micat auribus.)Arrigit,ac deprimit aures. ¶Tremit artus.)Concutit. ¶Collectū ignem.)Attractam flatus vim & potentiā. ¶Fremēs.)Et fremens, & premens in antiquis legitur. Erit aūt ordo. Et premens ignem collectum voluit sub naribus:premens autē, id est non emittens, sed retinens interius hinc sub naribus voluit. ¶Voluit sub naribus,per quod

eiur,vis apparet, est enim magni flatus. ¶Solido.)Duro.

ASCENSIVS.

¶Necnō & pecori, &c.)Postquam de boū generatione locutus est, prosequit equinā, de qua Landinus sic. Mira, inquit, varietas:nam in bubulo pecore a matribus,in equino a patribus incipit. Sunt hæc tria pecorū genera oibus pręcipua. Bos.n.nobis terrā colit,sine cuius opere agricultura omnino difficilis esset. Equus,& cōmode nos vehit, & in bello auxiliat egregie,& in multis rebus comes est homini, atq; in vecturis & veterrimos habemus equos & iumenta. Docilitas maxima est in equo. Amissos luget dominos, desiderijs lachrimas mittit,interfecto Nicomede rege, eius equus inedia vitam finiuit. refert Philarchus Cētaretriū e Galathis occiso in pugna Antiocho potitum equo illius illum ascendisse,at equū indignatione ascensum p̄cipitē in abrupta isse,ac se & equitē p̄didisse. Bucephalus Alexādri equus neminē ornatu regio insignitum præter ipsum Alexādrū accipere voluit,in expugnatione Thebarū vulneratus Alexandrū in aliū equū transire nō est passus. Equus Cæsaris nullum nisi ipsum Cæsarē dorso accipere voluit. Hic anteriores pedes humanos habebat. Semiramis equū vsq; in coitum amauit, vt ait Iuba. Aristo. aūt in lib. de animalibus, Equum equāq; post hominē reliquis animalibus salaciorē esse dicit. Addit etiā ipsum xl.dentes habere primores quatuor.xxx.mense mutare. Anno deinde postbinos, vtrinq; superne & inferne. Itē alio anno.iiij. item alio.iiij. Completis annis.iiij.& mensibus.vj.non emittit, & tunc idoneū tēpus ad procreandū habet:refert prætereа equū omnibus & donec viuit coire. Idē facere fœminā. Dicit prætereа ætatē ad.xviij.annū protendi in equo, Sed ad longū ad.xxx.vsq; produci:in nōnullis etiā ad quinquagesimū, sed minus viuere q domi aluntur q̄ gregarij. Albertus autem cognomēto magnus ait equū biennio inire incipere:sed meliorē esse,fœtū post triennium vsq; ad.xx.qui est arctus sm quē minori cōiunctione iunguntur Iuppiter & Saturnus. Inire autē vsq; ad.xx.annū & equā concipere,quāuis debiliter vsq;.xl.quod ferè spatiū est suę vitę, quāuis olim inuētus sit equus.lxx.annorū:ipse autē Albertus refert vidisse se equū ex maioribus apud militem qui adhuc robustus excesserit annū sexagesimū. Hæc ille. ¶Ordo est. Necnon.i. etiam idem delectus.i.ad eligendum disquisitio, est pecori,equino,i.circa pecus equinū,hoc est circa equos,hoc est eadē diligentia habenda est in parentibus boni equi deligendis & quotannis reficiendis. Tu impēde iam inde vsq; a teneris.s.annis, aut membris,laborem præcipuum.i.præcipuā diligentiā & curam, supp. illis equis, quos tu statuis modo.i.proponis & pretendis in.i.ad spem gentis.i.generis,sicut ibi illa de gente creatos,&c. submittere.s.supermittere:hoc est admissarios facere.i.qui admittātur ad generationem,vt autē a teneris annis generosum equi animum agnoscamus dicit. Pullus generosi pecoris,ingredit continuo.i. mox vt natus est altius.i.ceruice erecta, in aruis vbi.s.libere ingredit,& reponit crura mollia.i.molliter more gruū,aut mollia, hoc est decenter flexibilia. Et audet ire viam.s.insolitam & periculosam primus.i.ante alios, nec expectat vt alij periculū faciāt, seu experiantur,& audet tentare fluuios minaces.s.profunditate aut præcipiti cursu,& audet cōmittere se ponto.i.mari ignoto.i. per quem pontum, aut quod mare non prius transiuerat. Ego in pluribus legi ponti:atq; ita legendū putem, quia pro aquis satis est dixisse,fluuios tentare minaces:solent autē equi meticulosi difficulter primi transire pontem. Nec.s.pullus generosi equi, horret.i.cū horrore formidat,strepitus vanos.i.futiles & inanes vt arborū vento concussarū aut similium. Ceruix, supp.est illi ardua.i.erecta & sublimis, & caput argutū.i.breue ac politū: aluus sup.est breuis & terga,sup.sunt obesa.i.pinguia;& pingui immorata:& pect' animosum luxuriat toris.i.abūdat pulpis. Honesti.i. pulchri,sup.sunt pulli,aut equi,spadices.i.punicei seu phœnicei: hoc est rubri cū splendore:& glauci.i.cœrulei,hoc est subuirides cum nigro immisto:color deterrimus est albis:& giluo.i.qui in albo giluas,hoc est buxeas ac subcroceas habēt maculas. buxeus autem color est qui in buxo ligno noti coloris, aut deterrimus color est albis.i.pallidulis,& giluo.i.buxeo & semiluteo. Tum scilicet equus non deterrimus:sed generosus, nescit stare.i.requiescere,loco.s.vno & eodē:si qua arma dedere procul sonū:q; continuo

Universidad de Deusto Biblioteca

tinuo cespitat:micat auribus.i.arrigit & rursum deprimit aures: sicut qui digitis micant.i.diuinandi ludum exercent, nunc eos premunt, nunc erigunt:& tremit artus.i.habet artus trementes, ex vehementia,scilicet spiritus atque animorum:& ipse fremens voluit sub naribus ignem.i.calidum flatum atq; anhelitum collectum, scilicet inspirando.Iuba, supp.est illi densa,& recumbit, id est quiescit, aut reponitur iactata in armo.i.humero: dextro, id est dextri lateris.At.i.sed,duplex, id est lata spina: agitur.i.deducitur per lumbos:& ipse ingrediens precipue currendo, cauat tellurem.i.eijcit teram, & vngula, scilicet eius cornu solido: id est duro aut integro,nec fisso.i.habens cornu solidum,sonat grauiter.i.vehementer.

PIERIVS.

¶Quos in spem statuis submittere gentis.)In Roma.codi.& in quibusdã alijs statues futuro tempore legitur. Ita correptum in Mediceo.¶Et ignoto sese committere Ponto.)In Ro.& in Lon. & quibusdam alijs vno cõ sensu Ponti,legitur. Quid enim equis cum mari? cum fluminibus vero & pontibus sæpe negocium. Quãuis in Calabriæ & Apuliæ locis equorum generositatem eo experimento probent, si ad mare impulsos, contra aduenientes fluctus impauidos aspexerint, ideoq; pullos in natationibus adsuefaciunt:est autem,ponto, scriptum in cod.Mediceo.¶Nec vanos horret strepitus.)Quintius lib.viij.ordinem esse dicit, Nec vanos horret strepitus. Tum siqua sonum procul arma dedere, stare loco nescit.Cætera vero, quæ totam eiusmodi equi faciem describunt. Illi ardua ceruix, vsq; ad eum locum Color deterrimus albis,& giluo, per interpositionem collocata, quare parenthesis vtroq; adlinenda loco est.¶Collectumq; fremens voluit sub naribus ignem.)In Mediceo co.correctum est,fremens. Sed enim prius recte, Premens scriptum erat, vt in alijs emendatioribus habetur.¶Et solido grauiter sonat vngula cornu.)In Ro. Quatit vngula, habetur. Sed magis placet sonat, quia dicit, Solido cornu: omnia enim solida validius sonant, estq; & Iuuenalis synepeia, Quo tondente grauis iuueni mihi barba sonabat: non enim ibi(hoc enim. κατὰ πάρεργον addemus)grauis barba mihi Iuueni:sed grauis,pro grauiter sonabat,legendũ est,vt ostedat eum neque quidem artis suæ peritia potuisse adeo ditari, vt patricios iam omnes opibus prouocaret:& pondus habet, Iuueni mihi, cui vel lanugo vel mollior barba, sine stridore abradi potuisset,siquam profitebatur artem,tonsor calluisset.

Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis
Cyllarus:& quorum Graii meminere poetæ,
Martis equi biiuges:& magni currus Achillis.
Talis & ipse iubam ceruice effudit equina,
Coniugis aduentu pernix Saturnus:& altum
Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto.
Hũc quoq; vbi aut morbo grauis,aut iã segnior annis
Deficit:abde domo:nec turpi ignosce senectæ.
Frigidus in Venerem senior,frustraq; laborem
Ingratum trahit:&,si quando ad prælia ventum est:
Vt quondam in stipulis magnus sine viribus ignis,
Incassum furit.ergo animos,æuumq; notabis
Præcipue:hinc alias artes,prolemq; parentum:
Et quis cuiq; dolor victo,quæ gloria palmæ.
Non ne vides?cum præcipiti certamine campum
Corripuere:ruuntq; effusi carcere currus:
Cum spes arrectæ iuuenum:exultantiaq; haurit
Corda pauor pulsans:illi instant verbere torto:
Et proni dant lora:volat vi feruidus axis.
Iamq; humiles,iamq; elati sublime videntur
Aera per vacuum ferri:atq; assurgere in auras.
Nec mora:nec requies.at fuluæ nimbus arenæ
Tollitur:humescunt spumis,flatuq; sequentum.
Tantus amor laudum,tantæ est victoria curæ.

SERVIVS.

¶Amyclei domitus Pollucis habenis Cyllarus.)Atqui Castor equorũ domitor fuit:sed fratrẽ pro fratre posuit poetica licentia:vt, Quas illi Philomela dapes, pro Progne. Itẽ, Reuocato a sanguine Teucri pro Dardani. Aut certe ideo Pollucẽ pro Castore posuit, quia ambo licẽter & Polluces & Castores vocant:nam & ludi & templum & stellę Castorum vocatur.¶Martis equi.) δεῖμος καὶ φόβος.¶Et magni currus Achillis.) Pro equis: Baliarchus & Xãthus.¶Cõiugis aduẽtu pernix Saturnus.) Dũ cum amata Phyllira Saturnus coiret, Ops eius vxor aduenit:cuius præsentiam veritus,se in equũ cõuertit,qualẽ potuit numẽ imitari, exinde natus est Chiron dimidia parte homo, dimidia equus. Sanẽ ops cum de vxore Saturni dicimus,o corripitur, vt ops opis.cũ vero de nympha dicimus,opis longa est o:vt,Opis ad ęthereum pennis aufertur Olympum. Pernix autem ad equũ refertur:nã Saturni stella tardissima est.Pelion montem Thessaliæ,in quo Chyron habitauit.¶Nũc quoq;.)Licet bonum & tot signis probatũ.¶Morbo grauis aut iam senior.)Duo sunt quibus minuuntur corporis vires:senectus, & morbus,vnde mire vtrunq; complexus est.¶Abde domo.)In domo: nam si aduerbialiter vellet loqui,domi diceret. Tale est illud in quarto, Non Libyæ non ante Tyro.¶Nec turpi ignosce senectæ.)Cicero in Catone maiore, & laudat & vituperat senectutem:vnde dupliciter hunc locum intelligimus: aut, Nec ignosce turpi senectæ: aut, Non turpi senectæ ignosce.i.abde, & ignosce senectæ, quæ turpis non est:quia per naturam venit.¶Ad prælia ventum est.) Alibi, Nocturnaq; bella.¶Animos æuumq; notabis.)Præcipue ante omnia ætatem & magnanimitatem requires.¶Post cętera.) Id est parentes & studium.¶Et quis cuiq; dolor victo: quæ gloria palmæ.)Vult probari equos vel amissione, vel acquisitione victoriæ,nam eo tendit sequẽs iste decursus.Vnde & paulo post, Tantus amor laudum, tanta est victoria curæ. Lucanus, Quantum clamore iuuatur Eleus sonipes.¶Effusi carcere currus.) Vsurpatiue pro carceribus, qui ab arcendo dicti sunt. Nam carcer est custodia noxiorum.¶Iuuenum.)Aurigarum,vel spectantium.¶Haurit.)Ferit vt,Latus haurit apertum.¶Verbere torto.) Frequẽti.s.iteratione.¶Feruidus axis.)Alibi, Frenaq; feruẽtesq; rotas.Nam tam rotæ q̃ axis cursu calescunt.

PROBVS.

¶Talis a.d.Pollucis.h.Cyllaros e.q. Graij m.p.Martis.e. b.e.m.c.a.)Amyclę oppidum est Laconices.vnde refert Homer.in catalogo ducũ, qui ad Troiã accesserunt.Pollux aũt & Castor Lacedæmone nati sunt,qui existimant equos accepisse a Iunone muneris nomine Xãthũ, & Cyllarũ,quos ei Neptũnus donauerat Martis equi dicunt dimos & phobos,Homero authore.Achillis,Xanthus & Æthon, quidã quatuor putant, & eis adiungunt Podargũ, & Lampũ Sed eis qui duos credũt hæc eorũ epitheta esse, persuasum est. ¶Talis & i.i.e.f.e.Cõiugis a. p.s.&.a.Peliõ hinnitu fugiẽs impleuit acuto.)Saturn⁹ Phylliram Oceani, & Thetis filiam existimatur adamasse, & cum ea se mutasset in equũ vt eum falleret, ille quoq; in equum transfiguratus, cum ea cõcubuit, ex quibus natus est Chiron doctissimus centaurus. Pelion est Thessalię mons.Neptumniq; ipsa.de.originẽ gẽtis. Neptumnus Cereri cum vim adferre vellet, ea se in equã transfigurauit, nihilominus incepto non destitit Neptumnus,Eamq; ita cõpressit,q; genus equorum inde proditur esse.

MANCINELLVS.

¶Amyclæi Pollucis.)Pollux & Castor Lacedæmone nati, qui existimatur equos accepisse a Iunone muneris nomine Xanthum & Cyllarum,quod ei Neptũnus donauerat,Probus. Amyclæi,Amyclæ oppidum est Laconiæ regionis Achaiæ, teste Plin. libro.iiij.Fuit autem patria Castoris & Pollucis, Strabo lib.viij. ait,q; Taygeto monti subijcitur Sparta & Amyclæ. Plin.libro.iij. scribit.Amyclas etiam fuisse prope Tarracinam a serpentibus deletas.¶Martis equi biiuges.)Martis equi traduntur dimos, & phobos,Homero authore:vt scribit Probus, Achillis vero Xanthus, & Æthon, quidam quatuor putant, & eis adijciunt Podargum & Lampum, author idem Probus.¶Saturnus.)Is cum Iouem filium quæreret in Thracia cum Phyllira Oceani filia in equum versus dicitur concubuisse, & ex ea Chironem centaurum natum,artis medicinæ inuentorem, qui a Phyllira Phylliri des dicitur a poetis.scribunt Aratum de aduentu vxoris nil scribere. Virgilius tamen ostendit vxoris Opis aduentu in equũ versum esse,dum cum illa coiret.¶Pernix.)Velox, quia equus.¶Altum Pelion.)Thessalię montem altissimum, teste Pli.li.ij.in quo vt scribit Soli.nuptiale conuiuium Thetidis, & Pelei celebratum fuit.

¶Nec turpi ignosce senectæ.)Ordo est, nec ignosce turpi senectæ,quãuis enim seniores equi sint, cum modo tamen laborẽ tolerare valent. Est autem sensus, quod vbi optimus equus vel morbo vel senecta deficit,remouendus est ab admissura, & in domo retinendus,nec parcendum.ostendit enim omnino fatigandum, cum modo tamen.¶Turpi senectæ.)Iuue.etiam sat.x.ait, Sed quam cõtinuis,& quantis longa senectus,Plena malis deformem,& tetrum ante omnia vultum: Dissimilemq; sui, deformẽ pro cute pellem,Pendẽtesq; genas,& tales aspice rugas, &c.q̃uis autem senecta sit a natura,omnino, quin turpis sit,negari nõ potest:ergo, nec ignosce turpi senectæ dicendum.¶Frigidus, &c.) Hic locus asserit,quod dixi verum esse,vt.s.ab admissura senior, in domo teneatur:ibiq; fatigetur cum modo nec penitus ignoscatur ei:generat autem mas ad annos.xxxiij.& ad.xl.durasse tradunt adiutum modo in attollenda priori parte corporis: sed ad generandum paucis animaliũ minor fertilitas, qua de causa per interualla admissuræ dantur, nec tamẽ quindecim initus eiusdẽ anni valet tolerare. Equæ gignunt annis omnibus ad.xl.vixisse equum.lxx.annos proditur,Plinauthor lib.viij.ca.xl.Colu.vero lib.vij.ca.xxvj.scribit, q; putant minorem trimo non idoneum admissuræ, posse vero vsq; in.xx.annum progenerare, fœminã bimam recte concipere, vt post.iij.annum enixa fœtum educet, eandemq; post.x.nõ esse vtilem.Superiori autem capite dixerat, q; nec minus q̃.xv.annos, nec rursus plures q̃.xx.vnum debet implere.¶Frustraq; laborẽ ingratum trahit.)Ordo est, & frustra trahit,id est producit ingratum laborem, id est ingratum coitũ, nam calidissimus quisq; citius venerem perficit, & ei gratior illa sit,senes vero tardiores sunt,quia frigẽt.¶Quondam.)Quãdoq;. ¶Animos.)Vt sit hilaris equus,& intrepidus, &c. vt supra ostendit Columel.¶Æuum.)Colu.lib.xj.cap.xxvi.scribit,quod anno rum notæ cum corpore mutantur,nam dum bimus & sex mensium est,medij dentes superiores,& inferiores cadunt,cum quartum agit ijs,qui canini appellantur,deiectis alios affert:cum sextum deinde annũ molares superiores cadunt. Sexto anno quos primo mutauit, exæquat:septimo omnes explentur æqualiter: & ex eo cauatos gerit, nec postea quot annorũ sit manifesto cõprehendi potest.x.tamen anno tempora cauari incipiunt, & supercilia nõnunq; cadere:& dentes prominere:hæc ille.¶Alias artes.)Equorum enim alij,sunt ad rem militarem idonei, alij ad vecturam,alij ad admissuram,alij ad censuram,alij ad prędam.Itaq; non item sunt spectandi,atq; habendi. Hinc peritus belli alios eligit,atq; alit ac docet alios quadrigarius,&c.Plura Var.lib.ij.cap. vij.¶Prolemq; parentum.)Varro pro dicto loco sic ait, de stirpe magis interest,qua sint, quod genera sunt multa, itaque ad hoc nobiles ab regionibus dicuntur in Græcia. Thessali equi:a terra Apuli,ab rosea roseani.¶Quę gloria palmę, vt cursu certãs ęquales superare conetur, &c.¶Carcere.)Repagulis.¶Currus.)quadrigæ.¶Exultantia.)Salientia, trementiaq;,haurit, eleuat, ferit. ¶Instant.)Imminẽt equis.¶Verbere.)Scutica.¶Lora.)Habenas. ¶Vi.)Violentia.¶Nimbus.)Nubes.

ASCENSIVS.

¶Talis Amyclæi.)Adducit exempla laudatissimorum equorũ, quos tamen non semper permansisse docet in eadem præstantia vt admissarij conuenienter fiant:per quod innuit summam diligentiam adhibendam in deligendo bono equo admissario:cum etiã laudatissimi degenerent, nisi summa cura reficiantur quot annis. ¶Ordo est. Talis.s.erat, Cyllarus.i.equus ille nobilis,domitus habenis Pollucis fratris.s.Castoris, & filij Iouis ex Læda: Amyclæi,id est apud Amyclas Laconum ciuitatem orti: sed Seruius vult fratrem pro fratre positum esse, hoc est Pollucem pro Castore:& tales,sup.fuerunt illi,quorum poetę Graij.i.Gręci meminere.i.mentionẽ fecere, scilicet equi Martis biiuges.i.bini iugum trahentes in curru Martis:sunt autem Dimos & Phobos, secundum Seruium appellati: & talis.s.fuit currus.i.equus cursatius,aut potius equi trahentes currum, magni Achillis:& ipse Saturnus pernix.i.celeriter currens, aduentu coniugis.i.cum aduentantẽ sentiret cõiugem Opim.s.effudit talis.s.effectus equus iubam.i.comam colli ceruice equina.i.per ceruicem equinã in quam suam transformauerat, ne a coniuge agnosceretur, rem cum Phyllyra habens:& ipse Saturnus fugiens.s.a facie coniugis impleuit Pelion montẽ illum Thessalię altum.i.excelsum, hinnitu acuto.i.sonitu equino in signum ferocis animi prolato. Abde.i.occulta & segrega ab equabus ne coeat, quoq;.i.etiam hũc talẽ(sicut Ænei.ix.Hunc ego te Euriale aspicio)hoc est licet optimum dum iuuenta & valetudine præstaret:abde tamen domo.i. contine domi, vbi.i.quando ipse deficit.i.deficitur a viribus, & impotens efficitur, aut grauis.i.grauatus morbo,aut segnior.i. tardior & iacentior annis,id est annositate:nec.i.& non, nõ ignosce senectæ turpi.i.deformi, secundum Iuuenalem cum iuuenta in omnibus placida sit, aut ignosce.i.indulge senectæ non turpi sed debili: sed prior expositio mihi gratior est, licet enim senes non sint turpes in moribus, sunt tamen aspectu quæ turpitudo in pecore sat est:nam quid ad pecus quod moraliter non turpis senectus per naturam, non per animi vitium eueniat:non ergo ignosce.i.ne indulgeas senectæ turpi.i.ne sis clementior in senectam turpem,ita vt dicas, fuit admissarius iunior validosq; procreauit,quo circa & senior admittetur,ea enim stulta est clementia,cum nec equo nec rebus tuis cõsulueris:quia senior.i.plusq̃ sat est senex,est frigidus.i.segnis quasi seorsum ab igni venereo, in venerem.i.ad coitum,& trahit.i.longo tractu vix peragit, frustra laborẽ ingratum.i.inutilem vtrisq; & minus acceptum fœmellæ calenti, & si ventum est quando.i.aliquando ad prælia.i. cõcertamina equorum:ipse furit.i.excandescit incassum.i.inuanum,quia nõ potest rebellare,aut saltem expugnare,vt.i.quemadmodum, ignis magnus furit quondam.i.aliquando in stipulis.i.materia leui, sine viribus.i.quia cum ipsum cõbustibile nõ sit capax vehementis caloris, nec habeat vim resistẽdi cito extinguitur,& lãguet ignis:ergo tu notabis.s.in equo admissario,hoc est quem admittas ad procreationem,pręcipue animos.i.animositatem,& æuum.i.ętatem:& notabis hinc.i.deinde & secundo loco,alias artes.s.ad quas eos destines:& notabis prolem parentũ, id est qualem prolem parentes eius progenuerint olim:hoc est, & quis cuiq; dolor,sup.sit victor.i.dum victus est:& quæ gloria palmæ.i.dum vincit,hoc est qua generositate animi sint,an videlicet gaudeant victores & doleant victi,quod in generosis equis accidit,qui etiam sessore nobili gaudent & animos extollunt:vnde subdit,Nonne vides,quasi dicat, videre quidem potes: cum, scilicet equi corripuere, id est simul rapuere campum,i.locum designatum intra metas capacem & amplum certamine, scilicet curuli præcipiti, id est in quo præcipites currunt: & cum, id est quãdo:currus.i.ipsi quadrigę ruunt.i.protrahuntur,quasi ruãt effusi.i.fusim emissi,carcere pro carceribus, id est loco vbi prius arcebantur: & cum, id est quando, spes iuuenum.s.aurigarum, aut spectantium:arrectæ, id est attentæ sunt ad victoriam: & pauor,id est metus ne vincantur, quibus fauens aut præsunt: pulsans,id est solicitans: haurit,id est inuadit,corda exultantia,scilicet de spe victoriæ.sunt ergo spemq; metumq; inter dubij, exultant de victoria sperata,pauent ob formidatam iacturam illi, scilicet iuuenes aurigę instant verbere torto, id est flagello ex chordis intortis:& proni, id est inclinato capite,quasi ptrahãt equos: graphice effingit gestum & situm aurigarum agitantium equos suos:dant.i.laxant,lora.i.habenas,axis,feruidus, scilicet ex subito motu volat, id est iam præceps fertur, vt volare videatur,vi, idest vehementi tractu equorum:& ipsi aurigæ videntur iam humiles & iam elati,situ & animo:situ quidem,quia volatus auium & cursus equorum ferè in morem vndarum ascendendo & descendendo fit:animo autem, quia vt dicit Terentius in Hecyra, Profecto hoc sic est,vt puto, omnibus nobis, vt res dant sese ita magni atq; humiles sumus.Ipsi ergo iam elati & iam humiles videntur ferri sublime,id est sublimiter,per aera vacuum, id est capacẽ ac si vacuus sit,atq; assurgere.i.erigi in auras:nec mora,nec requies est.s.aurigis & equis:at.i.sed: nimbus.i.globus in morẽ nubis,arenæ flauæ.i.ex arena flaua collectus,tollitur,id est erigitur a pedibus animosorum equorum excitatus: nam generosi equi est terram profundius carpere: & ipsi equi humescũt,id est humefiunt & irrigantur spumis, scilicet proprij sudoris & flatu, id est anhelitu sequentium, id est sequentium equorum, tantus amor:id est tãta auiditas laudum,est,supple equis, & victoria est tantæ curæ,vt scilicet sine intermissione & requie tam pręcipites currant vt volare videantur,vnde facile concluditur equos animorum suorum indicia facere.

PIERIVS.

¶Graij meminere.)In pluribus cod.antiqs vnico,i,Grai, scriptũ inuenias,ex eorũ sententia, qui,i,inter duas vocales per se plenã & satis sonoram esse iudicabãt.Ideoq;, Graius, vnico i scriptum. Graij in casibus alijs per synæresin facere debere,Cum tamen alij cuius sententiæ Ciceronem fuisse tradit Velius Longus, similia per geminatum ii pronunciarent,Vt Maia,Graius, vnde Graij: Sed & ipsa declinationis proportio expetit,vt,us,vltimæ syllabæ finales literæ in genitiuo secundæ abeãt in,i. Eandemq; vocẽ esse etiam nominatiui pluralis consentiunt omnes, quare Graij, duplicato,i,scribendum fuerit, cum nulla regula,i,priorem consonantis

Universidad de Deusto Biblioteca

nantis loco positam elidi præceperit, subsecuta vero ętas cũ non intelligeret ex duobus, ĳ, priorẽ loco consonantis positã, sed pro vocali acciperet, synæresin fecit, atq; hinc, Grai, per vnũ. i. ¶ Iubã ceruice effudit equina.) In Roma. & quibusdã aliĳs. Effundit, pręsenti tempore legitur. In aliquot aliĳs, fudit: sed effudit legẽdum de pręterito ipse narrationis ordo exposcere videtur. subsequiť enim & impleuit. Quod vero sequitur, coniugis aduentu, quod in antiquis aliquot codici. per t notatum est atuẽtu: Victorinus ait, desiisse nos per t scribere. ¶ Hũc quoq; vbi aut morbo grauis aut iam segnior annis Deficit.) In Roma. co. segnior ętas legitur: sed nitidior est elocutio: vbi deficit aut morbo grauis, aut annis segnior. ¶ Vt quõdam in stipulis magnus sine viribus ignis.) In Romano codice legitur, in stipula, vnitatis numero, intellectionis figura. In aliĳs plurale est. ¶ Cum præcipiti certamine campũ Corripuere, ruuntq;.) In veteribus aliquot exemplaribus, præcipiti conamine, legiť: quæ mihi paraphrasis videtur & vti veteres scribere consueuerunt. In iĳsdem antiquis notatum est, corripuere ruuntq;. ¶ Atq; assurgere in auras.) In romano codice exsurgere legitur. In Longobardico, & in Oblongo insurgere: In reliquis, tum assurgere, tum adsurgere, & hoc magis receptum. Sed nullũ ego velim improbare, codicum reuerentia. Legas etiam in aliquot & his antiquis, in aures, sed auras, omnino casta lectio.

SERVIVS.

¶ Primus Erichthoni⁹.) Vulcanus impetrato a Ioue Mineruæ cõiugio, illa reluctãte, effectum libidinis proiecit in terrã: inde natus est puer draconteis pedibus, qui appellatus est Erichthonius, quasi de terra & lite procreatus. Nam ἔρις est lis, & χθὼν terra. Hic ad tegendã pedum fœditatẽ, iunctis equis vsus est curru, quo tegeret sui corporis turpitudinẽ. ¶ Rapidus.) Velox. ¶ Victor.) Sui propositi effector. ¶ Frena Pelethronĳ.) Pelethroniũ oppidũ est Thessaliæ, vbi primũ domandorum equorũ repertus est vsus. Nã cũ quidã Thessal⁹ rex bobus œstro agitatis satellites suos ad eos reuocãdos ire iussisset, illiq; cursu nõ sufficerẽt, ascẽderunt equos, & eorũ velocitate boues secuti, eos stimulis ad tecta reuocarunt. Sed hi visi, aut cum irent velociter, aut cum eorũ equi circa flumen Peneon potarent, capitibus inclinatis locũ fabulæ dederunt: vt Centauri esse crederenť, qui dicti sunt Centauri ἀπὸ τοῦ κεντεῖν τοὺς ταύρους. Aliĳ dicunt Centaurorũ fabulam esse confictã, ad exprimendã humanæ vitæ velocitatẽ, quia equũ constat esse velocissimũ. Bene autẽ Pelethronĳ addidit: quia sunt & aliĳ Lapithæ. ¶ Equitem.) Equum, pro equo, rectorem posuit. ¶ Gressus glomerare superbos.) Vt cũ disciplina incedat. ¶ Quamuis sæpe fuga versos.) Ordo est. Quãuis sit sæpe victor, quamuis nobili genere procreatus, tamẽ a magistris est ætas magnanimitasq; requirenda: quæ si nõ fuerint, illa nihil prosunt. ¶ Neptumniq; ipsa deducat origine gentẽ.) Ab equo Neptumni, qui natus est tridentis percussione. ¶ His animaduersis.) Moribus & ætate deprehẽsis. ¶ Instant sub tempus.) Coeundi. s. quo eis cura maior adhibeať. ¶ Denso distendere pingui.) Non laxo, quod quibusdã potionibus per fraudem Agasones facere consueuerunt, vnde ait, Denso pingui: id est viribus pleno. Sanẽ Pingue est generis neutri: & ita in omnibus idoneis inuenitur. Nam nec pinguedo nec pinguetudo latinũ est. ¶ Pubentesq; secant herbas.) Adultas, maturiores: quibus robur acquiritur. ¶ Blãdo labori.) Periphrasis est coitus. ¶ Ieiunia.) Infirmitatem venientem ex inedia.

Primus Erichthonius currus, & quattuor ausus
Iungere equos: rapidisq; rotis insistere victor.
Fręna Pelethronĳ Lapithæ, gyrosq; dedere
Impositi dorso; atq; equitem docuere sub armis
Insultare solo: & gressus glomerare superbos.
Æquus vterq; labor: æque iuuenemq; magistri
Exquirunt, calidumq; animis, & cursibus acrem:
Quamuis sæpe fuga versos ille egerit hosteis:
Et patriam Epeirum referat, forteisq; Mycenas:
Neptumniq; ipsa deducat origine gentem.
His animaduersis, instant sub tempus, & omnes
Impendunt curas denso distendere pingui:
Quem legère ducem: & pecori dixere maritum:
Florentesq; secant herbas: fluuiosq; ministrant,
Farraq;: ne blando nequeant superesse labori:
Inualidiq; patrum referant ieiunia nati.

gi, vt dicat, q. i. æque magistri exquirũt iuuenẽ equum. ¶ Calidũq; animis, & cursibus acrem. Quãuis.) Sensus est eligendũ esse equum iuuenẽ, calidumq; animis & cursibus acrẽ, quãuis sæpe cursu victor aliorũ fuerit, quãuis optimã patriam referat, & optimam stirpem. ¶ Egerit.) fugauerit. ¶ Epyrũ.) De Epyro latius li. i. Georg. Palmas Epyros equarũ. ¶ Fortisq; Myce.) Ad Agamennona respexit, qui Græcorũ ductor exercitus Troiã deleuit: vnde alibi ait, Agamẽnoniasq; Mycenas: præterea docet Stra. lib. viĳ. q Argos a primordio magis ac magis extitit potentia primarium, subinde Mycenę ampliora susceperunt incremẽta propter cõmigrantes in illas Pelopidas: nam cum oẽs ad Atrei filios consisterent, Agamennon natu grãdior regnum adeptus, duce virtute, ac pariter fortuna comite, regionis paternam possessionẽ ampliauit, & Myceneo Laconicam adiecit imperiũ: verum Meuelaus Laconicæ regimẽ tenuit. At Agamennon Mycenarũ vsq; Corynthũ, ac Sicyonẽ, & Ioniã, & Agialeorũ. sic. n. ea vocabant ætate, cum posterius Achæi dicti sint, regnũ suscepit. Hæc, & plura Stra. ¶ Neptumni origine.) Neptumnus Cereri cũ vim afferre vellet, ea se in equã vertit. Neptunus vero eã ita cõpressit: vnde generosi equi proditi esse dicunť, author Probus: nos autẽ latius de Neptũni equis li. i. Geor. ibi. Tuq; o cui prima frementẽ, &c. His videlicet ætate: & annis equi. ¶ Instant.) Incumbunt, attendunt. ¶ Sub tempus.) Prope tempus coeũdi. s. cui datur initiũ, teste Var. li. ĳ. ca. vĳ. ab æquinoctio verno ad solstitiũ. Admittere aũt oportet, cum tempus anni venerit, bis die, mane, & vespere. Colu. etiam lib. vĳ. ca. xxv. sic ait, vulgaribus equis passim maribus, ac fœminis pasci permittiť, nec admissuræ certa tempora seruentur generosis circa vernum æquinoctium mares iungentur, vt eodem tempore quo cõceperint, iam lætis, & herbidis campis post anni mensem, paruo cum labore fœtũ educent: nam mense. xĳ. parum edunt. ¶ Denso pingui.) Ait ibidem Columella, Eoq; tempore, quo vocantur a fœminis, equus scilicet, roborandus est largo cibo, appropinquante vere, hordeo: eruoq; saginandus, vt Veneri supersit, quantoq; fortior inierit, firmiora semina præbeat futuræ stirpi. & Varro libro. ĳ. ca. v. de bubus sic ait, proter fœturam, Hoc obseruare soleo ante admissuram mensem vnũ, ne cibo, & potatione se impleãt, quod existimatur facilius macram concipere. Contra tauros duobus mensibus ante admissuram, herba & palea ac fœno facio pleniores, & a fœminis secerno. ¶ Blando labori.) id est Veneri.

MANCINELLVS.

Erichthoni⁹. ¶ Erichthonius.) Fuit is Vulcani, & terræ filius: qui primus dicitur quadrigis vsus, quo decẽtius celaret pedes suos anguineos. Probus author, & Pli. lib. vĳ. inquit, q bigas primũ iunxit Phrygum natio, quadrigas Erichthonius. Eusebius item sic ait, Erichthonius primus quadrigas iunxit in Græcia: erant quippe apud alias nationes, id autem fuit, Danao regnante Argis. ¶ Frena Pelethronĳ impositi dorso.) Et insultat solo, carmina sunt Ennĳ in Alexandro, vt docet Macro. lib. v. Frenos autem, & strata equorũ
Pelethronĳ. Pelethronium inuenisse scribũt, pugnare ex equo Thessalos, qui Centauri appellati sunt, libãtes secundum Pelium montẽ, vt scri. Pli. li. vĳ. & Probus ait, Pelethronium subiectũ esse Pelio monti. Pelethronĳ Lapythæ. i. ex Pelethronio oriundi, Fræna inuenere,
Eques. habitant enim Lapythæ plura oppida in ipsa Thessalia. ¶ Equitẽ.) id est equum portantem hominem, oẽs enim antiqui scriptores vt hominẽ equo insidẽtem, ita & equum, cum portaret hominẽ, equitem vocauerunt, & equitare non hominẽ tantum, sed equũ
Eqtare. quoq; dixerunt, author est Macro. li. vj. in fine. ¶ Vterq; labor.) s. docere equum saltus, & ingressus, potest etiã per Epexegesim legi, vt

ASCENSIVS.

¶ Primus Erichthonius, &c.) Quia generositatem animi exquirendam docuit in certamine curuli, docet incidentaliter qui primi fuerint equorum domitores, rediturus ad institutum, quod est per annos & animos admissarĳ diligenter annotandos esse. Erichthonius autem secundum diuum Augustinum in libro de ciuitate dei, vt recitat hic Landinus, fuit infans inuentus in Vulcani Mineruæq; templo serpente implicatus, quod quia illi regnum portendere iudicatum est, diligenter enutritus & dictorum, hoc est Vulcani & Mineruæ filius habitus, vnde fabulæ locus. ¶ Ordo est. Erichthonius vir ille anguineis pedibus, ausus, supple est primus iungere currus, & quattuor equos, id est quadrigas

quadrigas, aut equos quadriiugos: & ipse victor. i. voti compos, aut victor aliorũ in curuli certamine ausus est primus insistere rotis rapidis. i. raptim percurrẽtibus. Lapithę populi illi Thessalię: Peletronĳ. i. Peletronio oppido vicini impositi dorso. s. equino, aut equorũ, dedere. s. equis frena, & gyros. i. modũ ducẽdi eos in gyros: atq; docuere equitẽ. i. equũ (aut re vera equitẽ, qa directorẽ, vt eques dicať fecisse qdqd eius imperio equus fecerit) insultare. i. insultũ facere solo. i. terrę, sub armis, & glomerare. i. in gyrum, & glomeris formã facere gressus supbos. i. supbi & elati animi indices, vterq; labor. s. docẽdi insultũ & ingressum, vt insultus sit ętatis iuuenilis, ingressus supbus animi nobilis indicium, q pro &: magistri. s. armẽtorũ pcreãdorũ: exquirũt ęque. i. ęqualiter, iuuenem. s. equũ calidũ annis vnde insultet, & aciem cursibus, vt sciat gressus glomerare supbos: exquirũt aũt ad hoc, vt admissariũ faciant: q̃uis. i. quantũuis, ille. s. nobilis equus, egerit fuga. i. fugauerit, aut egerit in fugã (põt. n. bis cõstrui ablatiu⁹ fuga) & q̃uis referat Epyrũ patriã. i. iactet se ortũ in Epyro, & q̃uis referat Mycenas fortis, vnde. s. fortis Agamennon fuit, & vbi argolici equi sunt fortes & generosi: & q̃uis deducãt gentẽ. i. genus suum ipsa origine Neptuni. i. de eo quẽ primũ Neptunus pduxit pcussa tridente terra, aut de pcreato ex coitu Neptuni in equũ versi cũ Cerere in equã versa: Aut sic: q̃uis. i. licet ille &c. tñ magistri exqrũt ęque iuuenẽ & cursib⁹ acrẽ, &c. His aĩaduersis. Proseqť eandẽ rem dicẽs, vbi. i. in equo admissario annotauerunt ętatẽ & mores ipsi magistri inuẽto boni animi bonæq; ętatis equo, studẽt illi vires addere sedula accuratiõe. Ordo aũt ẽ. his. s. annis, & aĩs aĩadersis. i. cõsideratis & annotatis in equo. i. postq annotauerũt equũ non esse nimis annosum & satis aĩosum: ipsi magistri. s. armentorũ, instant. i. diligẽter curãt: sub. i. ante tẽpus. s. coitus, & pro. i. ipẽdunt curas. i. curãt distẽdere. i. farcire & iplere, denso. i. solido, & nõ turgido, aut inflato pingui, sup. eũ equũ: quẽ legere. i. elegerunt ducem. i. armẽti, hoc est principẽ & patrẽ, & quẽ dixere. i. addixerũt pecori maritũ. & secãt. i. abscindunt ei herbas florẽtis. i. succosas adhuc in flore existẽtes, & ministrãt fluuios. i. aquã fluuialẽ qua pingues fiant, & farra, i. ea frumẽta pinguia, ne. i. vt nõ, vt scilicet equus admissarius: nõ nequeat. i. possit, superesse. i. sup quã satis est esse, hoc est sufficere labori blando. i. venereo, qui blãde impẽdiť, & nati. i. pulli iualidi: referant. i. reprę̃sentent ieiunia. i. macilentiã, patrũ. i. progenitorũ suorũ. Hęc de patribus. Reprehendiť a Beroaldo Seruius, eo quod negat pinguedinẽ & pinguitudinem dici, his verbis, Si vera est Seruĳ sniã, nõ latine locutus est, M. Varro Latinorũ oium, vt ita dicam latinissimus, qui in secundo de re rustica sic scriptũ reliquit. Sus prę pinguedine carnis non modo surgere nõ posset. Idem in tertio. Motus earũ est lux pinguedini inimica. Pli. quoq; nõ latine si Seruium sequiť scripsit, qui haud dubie latinã linguã locupletauit, cuius verba hæc sunt ex lib. xj. In corde summa pinguitudo est quædam lætis extis, & alibi plerisq; animaliũ est pinguitudo sine sensu. Col. in barbarã lexin. i. dictionẽ lapsus est scribẽs in. xiĳ. nõ sola exprimiť amurca, sed & aliqd secum pinguitudinis attrahit & alibi. Repulit olei pinguitudo materiam, qualis est gũmi. Et Palladius pinguedine, inquit, sua brachium quoq; proximũ debilitauerit, quid multa? eruditorum libri scatent pinguedine, cum quibus equidẽ malim errare, quam cum Seruĳ cõmentariĳs, recte sentire.

PIERIVS.

¶ Rapidisq; rotis insistere victor.) In Roma. cod. legiť, Rapidusq;, quod & Seruius agnoscit. ¶ Neptuniq; ipsa deducat origine gentem.) In Ro. co. nõ gentẽ, sed nomen, legitur. Quod vero equos vllos a Neptuno deducere dicat originẽ. Nõ quid tridentis percussione equus exilierit, in quo Seruius falsus est corrupto codice Ouidiano, neq; quod se Ceres in equã mutauerit, ita a Neptuno compressa, vnde generosos equos genitos ait Probus: Sed qa Neptunus quorũdam equorũ author fuit, vt Pegasi, & alterius in Thracia pcusso scopulo, veluti Medusa Arionis, Ceres odorimi, quẽ Adrastus habuit. ¶ Florentesq; secant herbas.) In co. aliquot antiquis legere est, pubẽtesq;, quale pabulum longe delicati⁹ est. Nam moderatus equorũ gregibus pascua mollib⁹ potius q pcęris herbis abundantia pręcipit eligenda. ¶ Ne blando nequeant superesse labori.) In Ro. & antiquissimis alquot codi. Nequeat, singulari numero legiť, de eo enim loquiť. Quẽ legere ducem & pecori dixere maritum.

SERVIVS.

¶ Iam nota voluptas Sollicitat.) Dicendo nota per translatum tetigit rem ab aliĳs diligenter expressam. Nã equæ pullæ cum primum coeunt, si macræ sint, & debilitantur, & debiles creant: post primũ autem partum tenues esse debent. ¶ Frondesq; negant, & fontibus arcent.) Cõtra illud, Florentesq; secant herbas, fluuiosq; ministrant. ¶ Cum grauiter.) Hoc ẽ die medio. Hoc autem ad exprimendum diei temp⁹ est positum: nõ quod equę ęstatis tempore coeant. ¶ Nimio ne luxu.) Nimio pingui. Et bene rem turpem aperte a Lucretio tractatã vitauit trãslationib⁹, quas omnes ab agricultura traxit. ¶ Luxu.) Propter luxuriẽ segetũ. ¶ Genitali aruo.) Pro muliebri folliculo, quẽ scilicet vuluã vocant, vt etiam Plinius docet: nam folliculus ante dicebať. ¶ Sulcos oblimet iertes.) claudit meatus. Et hoc similiter p translationẽ dixit, nã legimus supra, Et obducto late tenet oĩa limo. ¶ Exactis grauidæ cũ mensibus errant.) Vicinis partui, tunc enim diligentius tractandę sunt ne abigãnt. ¶ Saltus superare viam.) Quod solet fieri cum pascunt pedibus impeditis. ¶ Vacuis.) Magnis, ¶ Plena flumina.) Ne inclinenť ad potum. ¶ Est lucos silari circa, ilicibusq; virentem Plurimus Alburnũ volitans.) Ordo talis est. Circa

Ipsa autem macie tenuant armenta volentes.
Atq; vbi concubitus primos iam nota voluptas
Sollicitat: frondesq; negant: & fontibus arcent:
Sæpe etiam cursu quatiunt: & sole fatigant:
Cum grauiter tunsis gemit area frugibus: & cum
Surgentem ad Zephyrum paleę iactantur inanes.
Hoc faciunt: nimio ne luxu obtusior vsus
Sit genitali aruo: & sulcos oblimet inertes.
Sed rapiat sitiens Venerem: interiusq; recondat.
Rursus, cura patrum cadere, & succedere matrum
Incipit: exactis grauidæ cum mensibus errant.
Non illas grauibus quisquam iuga ducere plaustris,
Non saltu superare viam sit passus: & acri
Carpere prata fuga: fluuiosq; innare rapaces.
Saltibus in vacuis pascant, & plena secundum,
Flumina: muscus vbi, & viridissima gramine ripa:
Speluncęq; tegant: & saxea procubet vmbra.
Est lucos Silari circa ilicibusq; virentem
Plurimus alburnum volitans: cui nomen Asilo
Romanum est: œstrum Graĳ vertere vocantes:
Asper, acerba sonans: quo tota exterrita syluis
Diffugiunt armenta: furit mugitibus æther
Concussus, syluęq;, & sicci ripa Tanagri.
Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras
Inachiæ Iuno pestem meditata iuuencę.
Hunc quoq; (nam mediĳs feruoribus acrior instat)
Arcebis grauido pecori: armentaq; pasces
Sole recens orto, aut noctem ducentibus astris.

Circa lucos Silari fluminis lucaniæ, & Alburnum eiusdem montem, est plurimus volitans: ac si diceret, est multa musca. Volitãs autem, modo nomen est, non participium. ¶ Oestrum Graĳ vertere vocãtes.) Vertere ex soni similitudine, Onomatopœian fecere. Nõ enim possumus accipere, ex latina lingua mutauere, cũ constet græcã primam fuisse. Oestrum autem græcum est: latine asilus, vulgo tabanus vocať. ¶ Cui nomen asilo.) Vt Cui Remulo cognomẽ erat. ¶ Sicci tanagri.) Nõ multũ valentis. Tanager aũt fluuius ẽ Lucanię. Et hoc dicit, armẽtorum mugitu cũcta resonare. ¶ Hoc quondã monstro.) Argumentatur ab exemplo, dicens, œstro cõtra pellicem se defendisse Iunonẽ. Nota autẽ est fabula: Iouis Inachi filiam a Ioue Iunonis aduentu conuersam esse in vaccã, cui Iuno immisit œstrũ: quo toto orbe fatigata tandem aliquãdo venit ad Ægyptũ, & illic in Isim cõuersa est. Trãsit aũt per mare angustũ, quod Bosphoron appellatũ est, nũc Hellespontum nominatur. ¶ Pestem meditata iuuencę.) Vel quam pestem ante excogitauerat, vel meditata inferens & exercens accipiamus. Horatius, Horrẽdaq; cultis Diluuium meditatur agris, id est infert, exercet. Nam & in ipsa meditatione exercitum est. ¶ Hunc quoq;.) Id est etiam

Universidad de Deusto Biblioteca

hoc malū remoue. ¶Feruoribus acrior instat.) Tunc est acrior. Et dicendo tempus, ostendit quemadmodum possit euitari. ¶Grauido pecori.) A grauido pecore. Nam arceo a te dicimus. ¶Sole recens orto.) Statim. Sallustius. Coria recens detracta veluti glutino adolescebant.

PROBVS.

❡Est lucos Silari circa ilicibusq́; v.p.l.al.u.c.n. Asilo.ro.e. Oestrum Graij.u.u.) Silarum flumen est Lucaniȩ portus Alburnus, & eiusdem nominis mons ad sextum a primis tabernis, mentionem facit Lucilius hoc versu. Quatuor hinc ad Silari flumen, portumq́; Alburnum, Asilo genus est Tabani adeo acer, vt soleat armenta bucera inquietare, vocatur græce Ostros. Meminit autē historiæ hoc loco Virgilius eius quā Ouid. in primo Metamor. exposuit plene referens Inachi filiam Io compressam a Ioue mutatam in vaccam actam esse per orbem terrarum. Oestro donec ad flumen Nilum venit, Ibi mitigata Iunone, finitus sit eius labor, quā Inachiam dicit Virgi. ¶Et sicci ripa Tanagri. Tanagrus torrens est Lucaniæ, qui cum pluuiæ sunt, effusior est, & sæuit: cum serenum, siccus est.

MANCINELLVS.

❡Iam nota voluptas.) De equabus intelligit, alias enixis. ¶Paleis.) Quid proprie palea sit, lib.j. Geor. videto. ¶Luxu.) copia, abūdantia. ¶Obtusior.) id est hebes. est enim gradus pro gradu. ¶Visus.) Vtilitas. ¶Genitali aruo.) i. vuluæ, & matrici. ibi.n. cōcipitur, ibi educaf, & crescit quidq̄d concipif. ¶Oblimet.) Obducat, cooperiat, claudat, limo repleat proprie. ¶Sulcos inertes.) Vuluæ meat⁹ cōceptioni ineptos: si repleti fuerint nimio luxu. ¶Sitiēs.) Vulua ipsa macrior. ¶Venerem.) Equi semen, patrum, admissariorum, vbi enim equas impleuerint, eoꝝ cura habetur minima. ¶Exactis mensibus.) i. pfectis, & partui, & vicinis: vñ lib.j. Georg. Exactum ad mensem pluuia, ventisq́; carebunt. Varro li.ij.c.vij. ait, Cum conceperint equæ, videndum, ne aut laborent plusculum, aut ne frigidis sint locis, quod algor maxime pregnātibus obest. itaq; in stabulis, & humore prohibere oportet domū clausa habere ostia, ac fenestras: & inter singulas a presepib⁹ interijcere

Lēgorij longorios, qui eas discernant, ne inter se pugnare possint. prȩgnātem, neq; implere cibo, neq; esurire oportet: alternis annis, qui admittūt diuturniores equos & meliores pullos fieri dicūt. ¶Grauibus plaustris.) Innuit anteq̄ partus vicinus fuerit, prægnantes equas etiam fatigari posse leui modo. De plaustris videto li.j. Geor. ¶Saltibus vacuis.) Campis magnis, & carentibus saxis & arboribus deiectis. ¶Secūdum.) Prope ad potū, pcumbant. ¶Muscus.) vbi lanugo viridior, quȩ locis humidis, & sole carentibus fit, muscus dicif: hic, pro herba tenella, seu lanugine, quȩ in

Silarus. aquarum superficie nascif, accipif. ¶Lucos Silari.) Silarus fluuius est qui veterē Campaniam diuidit: picētibus, cui quidem fluuio proprium illud inesse tradif: vt in eius aqua demissa virgulta saxificentur, forma tamen, coloreq́; seruato, author est Stra. lib.v. Probus scribit Silarū Lucaniæ fluuium esse, sic etiam Ptolemæus

Alburnus. lib.iij. ¶Alburnum.) Alburnus Lucaniæ portus, & eiusdem nominis mons, teste Probo. Pli.lib.xj.c.xvj. scrib. quod nascūtur aliquando in extremis fauis apes grandiores, quæ cæteras fugant.

Oestrus Asilus, ¶Oestrus.) Vocatur hoc malum, Theodorus autē interpres Aristotelis lib.v. de historijs aīalium ait, quod Asilus latiusculis quibusdam bestiolis, quæ in fluuijs supernatant, enascitur. quāobrē

Tabani magna Asilorum copia circa aquas, vbi id genus bestiarum est. Tabani vero ex ligno nascuntur. Festus vero scribit Oestrū græco vocabulo furorem dici, Prætereā Oestreo insanio œstreome stimulor: sunt qui putent Asilum a voce dictū ab Latinis, Oestrū quoq; voce a Græcis. Ego tamen œstrum dictum ab illis puto a furore, & ita vertisse vocātes oestrū. Latini enim ab voce Asilum: illi oestrum a furore vocarunt. Vertitur autem nomen, quoties a proprio in aliud transmutatur. Sic Byrsa, cum sit, pprie corium, ab re ipsa quoq; dicta est, Carthaginis arx, sic & Oestrus cū sit furor ab eodē effectu Oestrus dictū est illud aīal. ¶Tanagri.) Tana-

Tanagrus. grus torrens est Lucaniæ, qui cum pluuiæ sunt, effusior est, & sæuit: cum serenum, siccus est. Idem Probus. ¶Acerba.) pro acerbe. ¶Inachiȩ iu.) Inachus apud Argos primus regnauit annis.l. author Eusebius, eius filia Io ab Ioue in vaccam Iunonis aduentu conuersa est, quā postea Iuno dono accepit, tradiditq́; seruādam Argo pastori suo: quo obtruncatō ab Mercurio irata Iuno in Io œstrū immisit, quo exterrita illa vsq; in Ægyptū fugit, ibiq́; Ioue agente in humanam rediit figuram, mutatoq́; nomine Isis dicta est, & ab Ægyptijs pro dea culta. id autē latius Ouidius narrat lib.j. Meta. Hunc quoq; vltra predicta arcenda, vitādaq́;. ¶Pecori armenta.) Hic nulla est Synalœpha.

ASCENSIVS.

❡Ipsa aūt macie, &c.) Postq̄ de cura patrum equoꝝ locutus est, prosequif de cura matrū, additurus & causam natoꝝ. ❡Ordo aūt est, Ipsi, sup. magistri armentoꝝ, extenuant. i. tenuia faciunt, macie, volentes. i. voluntarie & scientes, & ex deliberatiōe, ipsa armēta quæ fœtus cōcipiant, atq; vbi voluptas iam nota. i. antea attentata: sollicitat. i. procurat primos cōcubitos. i. vbi primum coire cupiunt: ipsi magistri. s. negāt frondes. & arcent, sup. ea fontib⁹, & quatiunt. i. concitant etiā sæpe cursu, & fatigant sole. i. ęstu solari: tunc. s. cū area. i. locus aridus triturȩ frugum aptus, gemit. i. more gementiū premif, grauiter. i. moleste frugibus tonsis, quȩ tonsæ & intercisȩ iam sunt, nō tonsis pro tōdendis, hoc est in medio die cū fruges tonsȩ flagellis excuti solent, & cū paleȩ inanes. s. frugibus excussis, iactanf. s. ad purgationē frugū ad Zephyrū. i. ventum dulcem & calidum, surgentē. i. flantē mollius, & sup. magistri, faciunt hoc. s. quod dictum est, hoc est extenuant sic equas ne vsus sit obtusior. i. hebetior q̄ deceat aruo genitali. i. folliculȩ matricis, aut vuluȩ nimio luxu. i. ppter nimiū luxum, hoc est superabūdantē pinguedinē, & ne luxus. s. oblimet. i. oppleat quasi limo, sulcos. i. receptacula seminum, inertes. i. hebetata, & obtuse facta, sed vt sup. aruū illud genitale, hoc est vulua, rapiat sitiēs. i. appetens, Venerē. i. semen: & recondat interius. i. in intimis cellulis. Rursus. i. iterum post susceptum semen, cura patrū incipit cadere. i. deficere, & cura matrum incipit succedere. i. post conceptum habenda est cura pcipua de matribus, vt post partū de pullis. Cum. i. quando, matres, sup. errant. i. pascuntur ad libitū existentes grauidȩ. i. prægnātes mensibus exactis. i. perfectis & partui vicinis, quisquam nō sit passus. i. nemo patiatur illas ducere iuga grauibus plaustris, & quisquā non sit passus illas superare viam saltu, & capere. i. carptim trāsire prata acri fuga. i. cursu veloci fugiēti similis: & innare fluuios rapaces. i. præcipites oīa imissa secū rapientes: sed sup. magistri pascant eas in saltibus vacuis. i. campis magnis carētibus obstaculis, & secūdum. i. ppe flumina plena ne se fatigent inclinādo ad hauriēdum potū, vbi. s. est muscus, & vbi est ripa viridissima gramine. i. herba in ea nascēte, & vbi. sup. spelunce tegant. s. equas a sole & vmbra saxea. i. a saxis deriuata, procubet. i. longe extendaf, vt in ea grauidæ recubent. Est lucos Silari, &c. Docet cur vmbræ deligendæ sint, vt videlicet vespȩ & asili arceanf, dicens, volitans, scilicet vermis aut asilus, (& est masculini generis, cum volucris sit fœminini, teutones quoq; muscas volitantes vocant) plurimus. i. frequentissimus, est circa lucos Silari, illius fluuij Italiæ qui Veterem campaniam a Picentibus diuidit, & circa Alburnū Lucaniæ portum virētem ilicibus. i. vbi sunt plurimæ ilices virentes, cui scilicet volitanti, est Asilo nomē Romanum, id est vocabulo Romano Graij, id est Græci, vertere. s. a sono volatus, vocantes œstrum, aut vertere a re, quia furorem, quem oestrum vocant, animalibus quæ persequitur, inducit: volitans dico asper, scilicet aculeo, aut morsu & sonans acerba. i. acerbe. s. volatu, quo tota armenta exterrita diffugiunt syluis. i. per syluas, æther concussus mugitibus. s. taurorum & boum, aut generaliter omnium armentorum furit, id est furorem illorum, resonat: & syluæ, sup. percussæ furunt: & ripa Tanagri, illius torrentis Lucaniȩ, sicci. s. in æstate, sup. furit. Iuno meditata. i. exercens & inferens pestem. i. furorem, iuuencȩ, id est iuniori vaccæ, Inachiæ. i. in quā Io Inachi argiuorum regis filia in adulterio cū Ioue deprehensa cōuersa fingitur, exercuit quondam. i. aliquando horribiles iras. s. suas in pellicē, hoc monstro. i. oestro, quo vaccam illam persequebatur vsq; in Ægyptum. Tu arcebis pecori grauido, vt equȩ, vaccȩ, & cuilibet alij quoq;. i. etiā hunc. s. volitantem, hoc est Oestrum aut Asilum, seu Tabanum, & tu pasces armenta sole orto recens. i. recenter, hoc est sub prima luce, & astra ducentibus noctem. i. sub crepusculo: nam ipse volitās, instat. i. ingruit acrior medijs feruoribus. i. sub medio ęstu solis, qui fere est paulopost meridiem.

PIERIVS.

❡Frondesq́; negant & fontibus arcent.) In codi. aliquot antiquis perperam omnino, Frondibus, legitur: sententia frustra repetita. ¶Cum grauiter tunsis gemit area frugibus.) In Romano codice vbi, n, plerunq; videtur abundare tunsis, tamē hoc loco scriptum est, In quibusdam alijs Tonsis, sed enim hic loquitur de tritura, quæ fit in agro Mantuano, & Euganea fere omni, circumductis per aream equis, qui spicas pedibus pertundant. Eiusdem speciei est quod sequif. Obtusior vsus. Nam in Romano codice, & qbusdam alijs, obtunsior, habetur: vt superius, obtunsi, pro obtusi posuit. Quod vero dixit, sit Genitali aruo, metaphora est ad ornatum, vt parū speciosa dictu honestius pferantur, vt Quintilianus

lianus obseruauit. ¶Cui nomen Asilo Romanū est: Oestrū Graij vertere vocantes.) In antiquis aliquot codi. quoi. Nā hæc quoq; sunt obseruāda, quāuis penitus ex vsu recesserint. In Roma.co. Romanumst, more veterū scriptū habef, facta collisione ex vocali, quȩ in, est, repetif, In Long. vertere vocando. i. nomen imponē do per formā gerundij: vt, fingitq; pmendo. In nonnullis etiam œstron, per, O, non indecenter scriptū inuenias, vt ipsa etiam declinationis forma Inię correspondeat. ¶Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras.) In antiq. codi. horribilis, per vnicum, i, finali syllaba, ex Velij Longi snia. Quod vero in Ius fabula recensenda Ser. dicit. Transiit aūt per mare angustū, quod Bosphoron ab ea appellatū est, nūc Hellespontus nominaf, vltima illa verba. Nunc Hellespōtus nominatur, adulterina esse crediderim. Non enim adduci possum eū ignorasse aliū esse Bosphoron aliū Hellespontū, atq; alterū ab altero longe distare: cum Bosphorus Thracius, Vbi eius bouis transitus fuisse traditur ad fines Euxini maris dubio procul sit, inde Propontis late diffusa interiaceat, cui mox subiungitur Hellespontus. ¶Inachiæ Iuno pestem meditata iuuencæ.) Apud Horatium eodem significato legitur, diluuiē meditatur agris: quāquam sunt, qui Minitatur, eo loco legēdum autument

SERVIVS.

❡In vitulos.) Modo generaliter & de equis, & de bobus accipimus. ¶Notas.) Characteres. ¶Pecori habendo submittere.) Admissarios facere. ¶Et campum horrentem fractis inuertere glebis.) Phrasis poetica. Suffecerat enim, Aut scindere terram. ¶Cætera pascuntur.) Per hoc intelligimus illa omnia, quæ dixit animalia domi esse seruanda. ¶Tu quos ad studiū.) Locus de bobus domādis. ¶Viamq́; insiste domandi,) Institue artem domandi. ¶Circlos.) Circus est principale vnde fit circulus, & per syncopā circlus: sicut periculum & periclum, sæculum & seclum. ¶Gradum conferre.) Pariter incedere. ¶Rotæ inanes.) Sine pōdere. ¶Temo æreus.) Fortis, sic in quinto, Ærea quem obliquū rota transijt, Item Horatius, Inclusam Danaē turris ærea. ¶Pubi indomitæ.) Hoc ad iuuencos tantū ptinet. Nam de equis cōtra dicturus est: vt, Nāq; ante domādum Ingētes tollent

Vescum aios. ¶Vescas frōdes.) Siccas & teneras, Nam vescū hoc est pprie: vnde & telȩ aranearum vescȩ vocanf. ¶Frumēta manu.) Bis etiam farraginem dabis.

Post partum, in vitulos cura traducitur omnis:
Continuoq́; notas, & nomina gentis inurunt:
Et quos aut pecori malint submittere habendo:
Aut aris seruare sacris: aut scindere terram:
Et campum horrentem fractis inuertere glebis.
Cætera pascuntur virides armenta per herbas.
Tu quos ad studium, atq; vsum formabis agrestem:
Iam vitulos hortare: viamq́; insiste domandi:
Dum faciles animi iuuenum: dum mobilis ætas.
Ac primum laxos tenui de vimine circlos
Ceruici subnecte. dehinc, vbi libera colla
Seruitio assuerint: ipsis ē torquibus aptos
Iunge pares: & coge gradum conferre iuuencos.
Atq; illis iam sæpe rotæ ducantur inanes
Per terram: & summo vestigia puluere signent.
Post valido nitens sub pondere faginus axis
Instrepat: & iunctos temo trahat æreus orbes.
Interea pubi indomitæ, non gramina tantum,
Nec vescas salicum frondes, vluamq́; palustrem,
Sed frumenta manu carpes sata. nec tibi fœtȩ
More patrum niuea implebunt mulctralia vaccȩ,
Sed tota in dulces consument vbera natos.

MANCINELLVS.

❡Post par. &c.) Var. li.ij. ca.v. ait de vitulis, Lactātes cū matribus ne cubent, atterunf.n. cum creuerint vituli leuandȩ matres pabulo viridi obijciēdo in pręsepijs, item his fere ī oibus stabulis lapides sternēdi, vt qd itē ne vngulæ putrescant, ab ęquinoctio enim autūnali vna pascunf, cū matribus Semestribus vitulis obijciūt furfures triticeos, & farinā hordeaceā & tenerā herbā, & vt bibāt mane & vespere curāt, hęc ex Varrone, Palladius itē de Aprili ait. Hoc mēse vituli nasci solent, quoꝝ matres abūdantia pabuli inuenif, vt sufficere possint tributo laboris, & lactis. ¶Notas inurunt.) Colu. lib.xij.c.ij. loquēs de fine Aprilis ait, q eodē tēpore fœtus fœcūdi pecoris signari oportet. Sed de Ianuario scribens circa eius finē iquit. His etiā diebus maturi agni & reliq fœtus pecudū, nec minus maiora quadrupedia charactere signari debent, Palladius quoq; de

Aprili ait, Et serotini fœtus hoc mense signentur,Et quos aut pecori, & oīs cura traducitur in illos, quos,& cætera, intelligit autē admissarios futuros.Cætera pascunt, Varrone teste lib.ij. pascūtur armenta cōmodissime in nemoribus: vbi virgulta, & frons multa hyeme cum hybernant sm mare æstu abigunt in montes frondosos.¶Hortare.) Assuesce.¶Viamq; do.Col.li.vij.c.ij.ait,ꝙ vitulos oportet,cum adhuc teneri sunt cōsuescere manu tractari,ad ꝑsepia religari,vt exiguus in domitura labor eoꝝ.& minus sit periculi. Verū neq; ante tertiū,neq; post q̄rtū annū iuuencos domari placet,cū illa ętas adhuc tenera sit,hæc iā ꝑdura. ¶Viam.) Rationē, consuetudinē.¶Insiste.)Statue,frequenta,exerce.¶Iunge pa.)Custodiendū,ne statura.vel viribus impar cū valentiore iungat:nam vtraq; res inferiori celeriter affert exitiū.verba sunt Colu.¶Ipsis e torquib⁹ aptos.) Ipsis e torqbus.i.ab ipsis circulis. ¶Iunge pares,&c.)Aptos autem e torquibus ait,qa seruitio assueti torquiū,apti ad domādum effecti sunt.¶Æreus.)Fortis.¶Pubi indomitę.)Vitulis indomitis.¶Non gramina tm̄.) Col.lib.vij.c.iij.scri.ꝙ si vbertas regionis viride pabulum subministrat,nemo dubitat,quin id genus cibi cæteris anteponēdum sit. Ab Idibus tamē mensis Aprilis vsq; in Idus Maias,viride pabulū recte serat: pōt.n.in Cal.Iulias frigidiorib⁹ locis, idē ꝑstari a quo tpe in Cal. Nouembris tota ęstate,& deinde autūno satient fronde, probat maxime vlmea, post fraxinea,& ab hac populea, vltima sunt iligna,& querna,& laurea.¶Vescas frondes.)i.minutas,vescū enim teste Nonio,hunc etiam locū afferente,minutū,& obscurū notat. Festus inquit,& vescus fastidiosus dicit,& pro pusillo vtebantur. ¶Frumenta.) Farraginem:de qua latius iamiam.

Vescū.

ASCENSIVS.

¶Post partū cura in vitulos,&c.) Postq; docuit in generādis vitulis primā curā adhibēdam matrib⁹,& in generādis pullis equinis patribus post cōceptum aūt vtrorunq; matribus,nunc docet post partū præcipuā curam adhibēdam natis tam vitulis q̄ pullis,& primo vitulis,dicens.Omnis cura traducit.i.transfert post partū,a matribus.f.in vitulos:& sup.magistri pecoris,aut diligētes custodes,aut pastores:inurunt cōtinuo,i.vt primū nati sunt, notas.i.signa,& noīa gentis,i.generis & inurunt notas.i,notant, quos.f.vitulos, malint submittere.i.supermittere pecori habendo.i.ad habēdam prolem & propagationē,aut quos malint seruare.f.intactos,aris sacris.i.ad sacrificia aris imponēda,aut sup.quibus malint scindere,aut potius quos seruant scindere.i.ad scindendam & sulcādam terrā,& inuertere glebis fractis.i.dissolutis, campū horrentē.i.asperū & herbosum ac tribulosum: Cætera armenta.i.iuniora pascunt per herbas virides.i.in pratis sine cura domatiōis,sed tu hortare iam vitulos,i.cū adhuc vituli sunt sup eos quos formabis ad studiū.i.exercitiū & vsum agrestē.i.agrorum colendoꝝ:& insiste.i.institue, viā.i.rationē domādi, dum,i, donec vel quādiu anni iuuenū.i.iuuencoꝝ sunt faciles.i.flexibiles,& dociles ad faciēdum quod volumus:& dum ętas est mobilis,quod ad oīa aīalia,etiā ad homines spectare pōt:Ac (vt habeas viam domādi) subnecte primū ceruici cyclos.i.circulos laxos.i. solutos,nec dure prementes de tenui vimine,vt.f.ceruices assuetas haberet vinculis:dehinc.i. post modū:vbi.i.qn̄ colla libera.i. non abluctentia,sed domita,& libera hoc est vltro se submittentia,assuerint.i.assuefacta fuerint iam seruitio (mire dicit seruitiū, cui assuetus sis libertatē esse,quia nihil seruile, quod libens feceris) iunge iuuencos pares.i.cōsentiētes ac pariter trahētes ęqualium,videlicet virium,ac corpoꝝ,animorumq;. quoad eius fieri pōt,aptos.i.aptatos ex ipsis torquibus.i.circulis, hoc est ex eo ꝙ pares circulos perpessi sint,ac statim postq; circulos deposueris, & coge iuuencos cōferre.i.simul ferre, gradum:vt ęque velociter ingrediant, quia secus altero ducente,alter cessitaret,atq; rotæ inanes.i.non onustę,ducantur illis.i.ab illis iam.f.vbi domiti sunt sæpe per terrā, & signent vestigia summo puluere.i.discant celerius incedere.nam qui pondere pressi sunt, altius figunt vestigia firmiusq; incedunt,sed longe tardius,vbi aūt celeritatē induerint,firmitudinem inducet pondus atq; onus quo prement. Post.i.postea vbi, vt dixi, celeres effecti sunt axis: faginus.i. ex fago factus, nitens.i.laborans sub valido pondere, instrepat.i. strepitum ac crepitū validū faciat, & temo æreus.i.fortis ex ære munitus,trahit orbes iūctos.i.rotas sibi annexas. Interea,f.dum ista moliris,carpes pubi.i.iuuencis indomitę.i.adhuc domādis: nō tantū.i.nō solum gramina.i.herbas vulgo crescētes,nec frondes salicum vescas.i.minutas,& vluam.i.herbā vilem palustrē.i. quæ in paludibus nascitur: sed carpes, sup. etiam frūmenta sata manu.i.legumina meliora, vel carpes manu legumina sata non sponte nascentia:hoc est hordea & farra aut farraginē,nec vaccæ fœtæ.i.quę iam pepererunt,implebunt more patrum.i.sicut patribus,hoc est maioribus nostris solebāt,qui lactis studiosi erāt, mulctra.i.vasa in quæ mulgetur,niuea a candore.f.lactis,hoc est non mulgebis matres,sed consument.i.expendent,tota vbera.i. totū lac vberum suoꝝ in dulces natos.i.vitulos ad aratra destinatos.¶Carpit Seruius in expositione huius vocabuli vescas a Beroaldo his verbis. Vescum quid sit optime intelligemus si eius originē,& etymologiam diligenter perscrutati fuerimus. Nam vescū ex ve particula & esca copulatū est, vt author est Gel.li.xv. noctium atticarum,& cum ve particula tum intensionem significet,tum minutionem,ita vescum vtriusq; diuersæ significationis vim capit, aliter enim Lucretius vescū salem dicit, ex edendi intentione,aliter Lucilius vescum appellat cum edendi fastidio: vescū itaq; id significat,quod i esca & cibatu appetit, & id quod fastidiosum est,in altero hæc particula ve intendit, in altero minuit.Et ita Virgi.appellat vescum papauer ab edendi intensione, quod videlicet in cibis adhibeatur,& vescas salicū frōdes, q̄m.f. escis iuuencoꝝ sunt accōmodatæ. Festus quoq; scribit,vescū fastidiosum significare & edacem. Prçterea vt aliquid de interioribus literis depromamus, vescus apud priscos pro pusillo vsurpabatur, quod declarat Ouid.in fastis sic scribens, Vegrandia farra coloni, Quę male creuerunt vescaq; parua vocāt.& vesculi male curati & graciles hoīes nuncupantur.nāq; antiqui ve syllaba rei paruæ ꝑponebāt,vnde Veiouis pro pusillo Ioue dictus est, q̄uis in alia significatione, vt mox docebimus, accipiatur,& vegrandem fabam,pro minuta vocitauerunt: & apud Ausoniū vegrandes messes legimus, pro paruis, & a Varro.scriptum est in rerustica. Oues sunt vegrandes ac imbecillæ.In hac significatione,vt equidem arbitror,accipitur apud Pli. qui scribit in.vij.Corpore vescos esse sed eximijs viribus. Seruij autem expositio, vt dicam quod sentio, non solum non vera esse videtur,sed etiam sibipsi discors, cum vescas salicum frondes interpretatur siccas & teneras cum siccum tenero contrarium esse videatur. Exponamus igitur Vescas frondes, vel quod esca sunt & cibaria iuuēcorum, vel vt exponit Nonius Marcellus, quod fastidiosæ sunt. Commentarios officium fuerat diligentius scitiusq; Virgilianū carmen arbitrari, & super hac dictione vescum cum vetustatem redoleat, & eruditionem reconditam,præ se ferat, copiosius disputare & eruditius. Hæc ille.

Beroal. Vescū.

PIERIVS.

¶Post partum in vitulos cura traducitur omnis.) In Romano codice, in Mediceo,In Longobardico,& aliquot alijs versus hoc numero legitur.Post partum cura in vitulos trad.om.Præterea in Oblongo illo codice,quem Pomp.Lætus delicias suas agebat, deducitur,pro,traducitur, habetur: sed alterū melius. ¶Aut aris seruare sacris aut scindere terram.) In Romano, & in Mediceo codice, sacros, legitur: quod minime displicet. Sanè & in Longobardico,sacros, prius legebatur:inde abrasa,o,litteræ parte,sacris legi voluerunt.¶Tu quos ad studium atque vsum formabis agrestem.) In Romano codice, legitur, ad studia: sed hoc significato melius,studium, singulare. ¶Ipsis e torquibus aptos.) In antiquissimo codice Oblongo,de torquibus, legitur. In Longobardico, ipsis & torquibus aptos. ¶Et iunctos temo trahat æreus orbes.) In antiquissimis vinctos,& orbis.¶Vluamq; palustrem.) In Romano codice,syluam,legitur: sed vluam,magis acceptum.¶More patrum niuea implebunt mulctralia vaccæ.) In Romano codice, in Oblongo, & in aliquot alijs, mulctralia. legitur: quamuis in aliquibus deest littera,c,ante,t, quod in Mediceo videtur, inuenimus & in aliquot codicibus antiquissimis, mulgaria: qua dictione vsus est Valgius, Sed nos ante casam tepidi mulgaria lactis.In Longobardico prius erat, multralia,quę dictio abrasa leuiter est, & mulgaria repositum.

SERVIVS.

¶Prælabi flumina Pisæ.) qa vt supra diximus, circa ripas fluminum agitabatur curule certamen. ¶Inq; vicem.) Frenorū scilicet, ne adhuc tenera ora lędantur.¶Etiam inscius ęui.) Nondum habēs ab annis fiduciam.

Sin ad bella magis studium, turmasq; feroces:
Aut Alphea rotis prælabi flumina Pisę:
Et Iouis in luco currus agitare volantes:
Primus equi labor est,animos,atq; arma videre

PROBVS.

¶Alphæus flum.)Est Achaiæ Pisæ oppidum, quod habuit Oenomaus.

Oenomaus.Hic vel.a.e.m.campi.) Eleus cāpus stadiū olympiacū, vbi equi quoq; certāt. Scythia regio est septentrionalis:Belgæ natio Galloꝝ.

MANCINELLVS.

¶Sin ad bella magis.) Iam ad equos trāsit.¶Turmas.) acies Est enim turma proprie equitū:habens equites.xxxij. huic qui prest,Decurio noiatur, vt scri.Modestus.¶Prælabi rotis.)i. iuxta decurrere.¶Alphęa flumina Pisę.) Iouis olympici tēplum in agro Pisano erat: ab Elide stadijs minus trecētis: absens, ante illud vero lucus agresti vestitus olea surgebat:in quo stadiū erat vbi curule certamē,author est Stra.li.viij. Id aūt olympicū certamen,& equoꝝ,& palæstrę erat:quod Hercules Ioui patri dedicauerat: eligit aūt optimū Græcię locū ad statuēda certamina campos.I.iuxta Alphęū flumē sitos:hęc ex Diod.li.v.diximus. & plura in principio huius tertij libri. Cūcta mihi Alphęū linquēs &c. ¶Lituos.) Erat litu⁹ augurū baculus aduncus,sine nodo, de quo latius in principio. Acro vero docet iter tubā & lituū discrepare. Lituus,n.equitū est,& incuruus. Tuba aūt peditū:& directa,Litui acutus sonus est,Tubę grauis. Virg.etiā ait,Et lituo pugnas insignis obibat,& hasta: Gel.lib.v.scri. Tuba a sonitu lituus appellata est.¶Frenos audire.) Varro li.ij.c.vij. admonet pullos cū stant cū matribus,interdū tractādum, ne cū sint disiuncti,exterreant, eademq; causa ibi frænos suspēdendum, vt oculi consuescant & videre eoꝝ faciem,& e motu audire crepitus,cum iam ad manus accedere cōsueuerint,interdū interponere bis puerū, bis aut ter pronū,&c.& hoc cū sit trimus.Sunt qui dicant post annum,& sex menses equulum domari posse,sed melius post trimū, a quo tpe farrago dari solet.hęc.n.purgatio maxime necessaria equino pecori,quod diebus decē facere ꝑortet,nec pati vllum cibū alium gustare, ab vndecimo die vsq; ad decimūquartū dando hordeū quotidie, adijciendo minutatim quod quarto die feceris, in eo decē diebus ꝑximis manēdum.Ab eo tpe mediocriter exercēdū, & cum sudauerit,oleo perungendum: Si frigus erit in equili faciendus ignis. ¶Depulsus ab vbere matris.) Docet Varro dicto loco,equinum pullum nō prius biennio confecto ab lacte remouendum.¶Inq; vicem.)f.frenoꝝ ne tenella ora lædant. ¶Inualidus iamiam tremens,etiam inscius æui.) Legitur item,inualidus etiamq; tremens, quod nō est absurdum:licet us breuis sit, nam sæpe in hoc opere,& alibi Poeta vtit diastole, quod latius in versilogo ostendimus, Inscius æui,antequam vires habeat.

Turma. Lituus. Tuba.

Ascensius

Bellantum:lituosq; pati:tractuq; gementem
Ferre rotam:& stabulo frenos audire sonanteis.
Tum magis,atq; magis blandis gaudere magistri
Laudibus:& plausæ sonitum ceruicis amare.
Atq; hec iam primo depulsus ab vbere matris
Audiatinq; vicem det mollibus ora capistris
Inualidus,etiamq; tremens,etiam inscius æui.

ASCENSIVS.

¶Sin ad bella magis,&c.)Docuit quæ cura sit circa boues generādos,educandos, & domādos habēda, idq; primo loco eo ꝙ agriculturā ꝑsertim in Italia maxime cōducat,magisq; agriculturā q̄ bella ꝑbet:nunc tamē curam pulloꝝ prosequitur qui bello aptāt. vnde dicturus est Anchises Ænei.iij. Bello armant equi bellum, terra hospita portas.Sed tamē ijdem olim curru succedere sueti. Itaq; nō nihil ad agriculturā faciunt:cum in multis locis boum munus in arando expleant. ¶Ordo est.Sin.i.sed,si studiū sup. est tibi magis ad bella,q̄ ad turmas.i.acies feroces.f.hostiles, aut studium est prælabi.i.celeri cursu pręuolare,rotis.f.in curuli certamine,flumina Alphea.i.Alphęū fluentū Pisę, illi⁹ ciuitatis Elidis, Et pro.i.agitare currus volantes.i.celerrime decurrentes in luco Iouis.f.olympici,dū olympica agunt certamina.Primus labor.i, prima exercitatio equi, est videre animos.i.gestus qui aīos bellantū indicāt,atq; arma bellantū.i.clangorē armoꝝ, & strepitum cornuū clamoreq; viroꝝ animose bellantiū,& pati lituos.i.tubas incuruas clareq; sonantes, q̄bus equites accēdi solent, & ferre rotam gementē tractu.i.dum trahit, & audire in stabulo frenos.f. ęreos sonātes.i.crepitantes. Tum.i.deinde.f.studiū est gaudere magis atq; magis.i.in dies aut in horas magis blandis laudibus magistri.i.equoꝝ, & amare.i.affectare,sonitū ceruicis plausæ.i. molliter palpitatæ.Atq; pullus.f.audiat,hęc.f.dicta,depulsus iam a primo vbere matris.i.vt primū ab vbere matris depellit, & ablactatur:& det inuicem.f.frenoꝝ quæ dura sunt capistris mollibus.i.nō asperis ora.f.sua, existens iam.i.adhuc inualidus.f.corpore,& iamq; tremens.f.animo etiam inscius æui.i.moris viuendi, vnde non habeat fiduciam quā habēt experti,quia nihil id facere dubitat,quod se bene didicisse confidit.

PIERIVS.

¶Inualidus etiamq; tremēs etiam inscius æui.)In codicibus nōnullis antiquioribus,& iam,per distinctas dictiones coniunctionem & aduerbium vtroq; loco scriptum obseruaui. Quam quidem lectionem etiam Cōminianus scriptor, vt Carisius ait, diligentissimus agnoscit. Nam vbi solœcismū per partes orationis fieri ait, versum hunc citat,eo quo dicebamus modo scriptum, Exponitq; iam,pro etiam, nunc cōiunctio posita pro aduerbio. Eodem modo illud etiā crediderim accipiendum.viij. Ænei.Aut pingui flumine Nilus Cum refluit cāpis, & iam se cōdidit alueo, de quo loco suo dictum.

SERVIVS.

¶Vbi quarta accesserit ętas.) Quartus annus.Nam ætatem plerunq; generaliter dicimus pro anno,pro triginta,pro cētū,pro quouis tēpore. ¶Sitq; laboranti similis.) Præparet ad futurum laborem. ¶Qualis Hyperboreis.) Hyperborei montes sunt Scythiæ: sic dicti, ꝙ supra.i. vltra eos flat Boreas. Dicit autē, sic currat equus, vt ventus. ¶Arida aūt nubila.) Sine pluuijs. ¶Differt.) Dissipat. ¶Horrescūt.) Contremiscunt. Persius, Scis comitē horridulum trita donare lacerna.i.trementē. ¶Ille volat.) f. ventus. ¶Verrens.) Trahēs.¶Ad Elęi metas.)i. circi.Elis aūt ciuitas Arcadiæ, in qua agebat curule certamē,& est spēs pro genere. ¶Spumas aget ore cruētas.) Qd ē signū eq fortissimi, si velut rubras egerit spumas. ¶Belgica esseda.)Gallicana vehicula. Nam Belgę ciuitas ē Gallię in qua huiuscemodi vehiculi rept⁹ ē vsus. ¶Molli colli.)Domito:vt,Mollia colla reflectūt. ¶Duris parere lupatis.) Frenis asperrimis.Dicta sunt lupata a lupinis dentibus, q inęquales sunt:vnde etiam eoꝝ morsus Vehementer obest.

Probus

At,tribus exactis,vbi quarta accesserit ętas:
Carpere mox gyrum incipiat:gradibusq; sonare
Compositis: sinuetq; alterna volumina crurum:
Sitq; laboranti similis.tum cursibus auras
Prouocet: ac per aperta volans, ceu liber habenis,
Æquora,vix summa vestigia ponat arena.
Qualis Hyperboreis Aquilo cum densus ab oris
Incubuit:Scythiæq; hyemes,atq; arida differt
Nubila. tum segetes altæ,campiq; natantes
Lenibus horrescunt flabris:summæq; sonorem
Dant syluæ:longiq; vrent ad littora fluctus.
Ille volat,simul arua fuga,simul ęquora verrens,
Hinc vel ad Elei metas,& maxima campi
Sudabit spatia:& spumas aget ore cruentas:
Belgica vel molli melius feret esseda collo.
Tum demum crassa magnum farragine corpus
Crescere iam domitis sinito.nāq; ante domandum
Ingentes tollent animos:prensiq; negabunt
Verbera lenta pati:& duris parere lupatis.

PROBVS.

¶Hic vel.a.e.m.e.m.campi.) Elæus campus stadium olympiacū, vbi equi quoq; certāt. Scythia regio est septētrionalis,Belgę natio Galloꝝ.

MANCINELLVS.

¶Tribus exactis.)Transactis & pręteritis tribus ętatibus.i. tribus annis,quo autem tempore Varro id iubeat iamiam vidimus. ¶Aperta æquora.) Campos amplos.¶Hyperboreis oris.) habitant Hyperborei supra aquilonis flatum, dicti ꝙ humanæ vitę modū excedat viuendo vltra centesimum annū, vt scribit Festus. Solinus etiā scribit:ꝙ Hyperborei incolunt vltra aquilonem, apud quos mundi cardines esse credunt,Dom⁹ sunt nemora vel luci, Indæ victū arbores subministrāt, discordiam nesciunt, egritudine nō inquietantur, ad innocētiam omnibus æquale votū. ¶Scythiæq; niues.)De Scythia late li.j.Georg.Mundus vt ad Scythiā. ¶Differt.(in diuersas fert partes ac pellit. ¶Nubila dum,legitur item,tum,&, cum,in antiquis. ¶Campiq; natantes.) Exundant enim sata ob ventoꝝ flatus.¶Horrescunt.) Contremiscūt.¶Lon

Hyperborei.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

giq; vrgēt.)Legiť longeq; vrgēt.¶ Verrēs.) Trahēs.¶ Hic.) Legiť, & hinc in antiqs.¶ Elei metas capi.)Seneca i Thyeste ait, Alphæus stadio notus olympico, id aūt iajam aptū est.¶ Metas.) Currendi terminos.¶ Molli collo.)i.domito,ac placido.¶ Spumas cruētas.) Fortissimi equi signū est, si velut rubras egerit spumas. Belgica esseda melius feret.i.aptior erit ad belli currus, qualib⁹ quidem Belgici pugnacissimi vsi sunt. Transalpinā Galliā qdā treis in ptes diuisere. Aquitanos, Belgas Celtasq;,Belgas noiabant Oceano cōfines vsq; ad hostia Rheni, & nōnullos Rheni & Alpium vicinos incolas. Et Belgis Veneti sunt, qa aduersus Cæsarē nauali certamine cōtēderūt, & superati sunt. Vniuersa vero natio, quā hęc ętas, inquit Stra. suo ęuo, Gallicā vel Galliaticā vocant, Martis studio, & animoꝝ ardet īpetu cōserendę pugnę, alacritate ipigra, sempq; spectantes in Boreā, aut Oceano ꝓpiores cōserēdis pugnis audaciores, e qbus summos Belgas asserūt esse: per gentes quindecim diuisos intra Rhenū ac Lygerim vergētes in Oceanū Belgarū fortissimos Bellouacos eē dicūt, post istos Vestiones: hæc ex Stra. lib. iiij.¶ Farragine.) De hac paulo supius dictū est, ibi.s. Frenos audire sonātis.¶ Lenta.) Flexibilia, mollia. scuticę.n.& virgę lentæ & molles sunt.¶ Duris lupatis.) duris frenis a lupinis dentib⁹ dictis. Lupus aūt & lupatū frenum diciť. Ouid. in Tri. Et placido duros accipit ore lupos, Et Mar. Mordent Aurea & lupata cerui.

ASCENSIVS.

¶At tribus exactis vbi quarta accesserit ætas,&c.) Docet quo pacto triēnio equus sit instruēdus, dicēs. At.i.sed, vbi.i.postq; quarta ętas.i.quartus annus (alij ęstas legūt, sed veri text⁹ habet, ętas, nec ab re: nā in quartū vsq; annū eē videť noua ætas, vñ & anniculos, bimulos, trimos, & quadrimos dicimus nō vltra ꝓcedētes: Anniculi sunt mollius educādi, bimi ablactādi, trimi domandi & instituēdi, quadrimi vsibus applicādi) accesserit.i.aduentauerit: tribus exactis.i.expletis & trāsactis, sup. equus incipiat mox.i.statim capere.i.carptim efficere, gyrum.i.gressum in morē gyri, & sonare.i.sonitū facere gradib⁹ cōpositis.i.arte factis & decentib⁹, & sinuet.i.volutet in sinū colligat atq; incuruet alterna volumina.i.inflexiones crurū, & sit similis laborāti.i.sic ingrediať, vt laborās. tum.i.deinde, equus ille ꝓuocet.i.lacessat auras cursibus quasi velit cū ipsis cōtendere velocitate cursus, & volās p ęquora aperta.i.cāpos patētes, ceu tanq; liber habenis ponat vix vestigia sup. in summa arena, vt.s. ꝓuolasse videať, qualis sup. ꝓuolat Aqlo.i.vent⁹ ille, cū.i.qñ ipse dēsus.i.nubilosus & pluuiosus, incubuit.s. mari ac terris ab oris.i.regionib⁹. Hyperboreis.i.Scythicis sup quas flat Boreas. (Alij legūt cōdēsus, vt sit qualis Aqlo cōdēsus.i. cōdensatus incubuit ab Hyperboreis oris, sed qa sequiť non distulit sed differt, verior mihi lectio videť cū dēsus) vt qualis Aquilo volat, cū ipse densus icubuit ab oris Hyperboreis, & qualis Aqlo differt.i.dissipat, & i diuersas regiōes fert.i.tēpestates Scythię atq; nubila arida.i.sine pluuijs, aut exiccatiuā vim ꝓpter ptes terrestres admistas habētia: tū.i.deide segetes altę & cāpi natātes.i.more natātiū diffluētes ventoꝝ inundatiōe, horrescūt.i.cōtremiscūt lenibus.i.ęqualiter ingruētib⁹, flabris.i.vētis, & syluæ summæ.i. suprema flagella arboꝝ, dant sonorē.i.sonoritatē & crepitū & fluctus longi.i. in longū tractu, vrgēt.i.ipellunt, sup. se ad littora. Ille.s. vētus Aqlo videlicet, volat: verrēs.i.trahēs, aut equans, & quasi scopis purgans simul arua & simul æquora.i.(hoc loco) maria: hic.s.equus q sic vt Aqlo supuolat vel sudabit ad metas, & maxia spatia Elei campi.i.in curuli certamine quod in Elide fit, & aget ore.i.excutiet cruētas spumas, quod signū videlicet est magni roboris atq; animi, vel feret.i.trahet, melius q; cæteri, aut valde bene esseda.i.vehicula Belgica.i.Gallię Belgicę, q inter Sequanam & Scaldim est, collo molli.i.nō rebelli, domito. Sinito.i. permittito, tū demū.i.tunc ꝑmū equis sup. domitis iam corp⁹.s. eoꝝ magnū crescere farragine.i.nutrimēto ex farre facto, crassa.i.pingui, dixit iā domitis, nāq; ipsi tollēt ante domādū.i.priusq; domiti fuerint, ingētes.i.valde magnos aīos, si sic farragine crassa crescerēt, & ipsi prensi.s.ad domādū negabūt.i.nollent pati verbera.i. scuticas & flagella, lenta.i.flexibilia, & parere.i. obtēperare, lupatis.i. frænis a lupinis dentibus denoiatis, vocanturq; vulgo morsus asperi, duris.i.asperis & dure tractantibus ora equoꝝ.

PIERIVS.

¶Vbi quarta accesserit ętas. Hęc vtiq; lectio oīum fere codicum antiquoꝝ ē, vno illo vetustissimo excepto, quē Romanū appellamus, in quo legiť, Vbi qrta accepit ęstas, cęterū ętas, agnoscit Seruius, expōitq; qrta ętas, qrt⁹ ān⁹, q velit ętatē accipi multipliciter: neq; ignorat Varro, ꝓceptū, post annū trinū meli⁹ eē pullū domare: mihi vero neq; accepit, neq; ęstas displicēt, ītā vetusti codicis testimonio, q fidē apud me eoten⁹ facit, cū itegras variat dictiōes. in literis vero nōnunq; corruptissim⁹ ē, sed, vt de Ennio Vrgilius ꝓfiteri solit⁹, ex eo stercore aurū plerūq; colligiť.¶ Lōgeq; vrgent ad littora fluct⁹.) In codi. aliquot antiqs cū Mediceo longe', legiť, vt sit aduerbiū pro valde, vrguēt vero Attiano more adhuc qdā scribūt exēplaria.¶ Hic vel ad Elei metas, & maxia cāpi sudabit spatia.) In Longob.co.& in altero ꝑuetusto. Hic vel ad, ꝓut vulgata legūt exēplaria legiť. In Romano. hinc & ad Elei, hoc est ex hmōi cura emissus ad certamina. In Oblongo etiam est, &, non, vel.

Sed non vlla magis vires industria firmat:
Quàm Venerem, & cæci stimulos auertere amoris:
Siue boum, siue est cui gratior vsus equorum.
Atq; ideo tauros procul, atq; in sola relegant
Pascua, post montē oppositū, & transflumina lata:
Aut intus clausos satura ad præsepia seruant.
Carpit enim vires paulatim, vritq; videndo
Fœmina: nec nemorū patiť meminisse, nec herbæ.
Dulcibus illa quidem illecebris, & sæpe, superbos
Cornibus inter se subigit decernere amantes.
Pascitur in magna sylua formosa iuuenca.
Illi alternantes multa vi prælia miscent
Vulneribus crebris: lauit ater corpora sanguis:
Versaq; in obnixos vrgentur cornua vasto
Cum gemitu. reboant syluæq;, & magnus olympus.
Nec mos bellantis vnà stabulare. sed alter
Victus abit. longæq; ignotis exulat oris,
Multa gemens, ignominiam, plagasq; superbi
Victoris, tum quos amisit inultus amores:
Et stabula aspectans regnis excessit auitis.
Ergo omni cura vires exercet: & inter
Dura iacet pernox instrato saxa cubili,
Frondibus hirsutis, & carice pastus acuta:
Et tentat sese: atq; irasci in cornua discit
Arboris obnixus trunco: ventosq; lacessit
Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena.
Post, vbi collectum robur: viresq; receptæ:
Signa mouet: præcepsq; oblitum fertur in hostem.
Fluctus vti medio cœpit cum albescere ponto
Longius: ex altoq; sinum trahit; vtq; volutus
Ad terras, immane sonat per saxa: nec ipso
Monte minor procumbit. at ima exęstuat vnda
Vorticibus: nigramq; alte subiectat arenam.

SERVIVS.

¶Cæci amoris.) Latentis Cupidinis.¶ Relegant.) Remouent.¶ Flumina lata.) Ne natatus sit facilis.¶ Vidēdo.) Dum videtur. Gerundij modus a passiuo.¶ In magna sylua.) Alij Sila legūt: vt sit mons Lucaniæ, quod modo nulla necessitas cogit: vt in Æneide, Ac velut ingēti Sila sub monte Taburno. Vbi vtrunq; speciale est.¶ Reboant sylue.) Resultant, remugiūt. Est autem græcum verbum, nam apud Latinos nullum verbum est quod ante o finalem, habeat o: excepto Inchoo: quod tamen maiores aliter scribebāt, adspirationem interponētes duabus vocalibus, & dicebāt incoho, tria enim habebant nomina in quibus c literam sequeretur aspiratio, sepulchrum, orchus, pulcher, a quibus pulcher tātum hodie recipit aspirationem.¶ Exulat.) Extra suū solū habitat.¶ Aspectans.) Cicero de Catilina, Retorquet oculos ꝑfecto sæpe ad hanc vrbem, quā e suis manibus ereptam esse luget.¶ Vires exercet.) Ab icultu robur acgrit.¶ Pernix.) Modo perseuerans. Hora. Pernicis vxor Apuli. Pernix autem perseuerans a permittēdo tractū est.¶ Carice acuta.) Herba durissima.¶ Oblitum.¶ Iam securū ex ante acta victoria.¶ Immane.) Aduerbium est.¶ Fluctus vti medio.) Sic paulatim mouetur ad prælia.

PROBVS.

¶Carix.) Herba quæ nascitur in paludibus.

MANCINELLVS.

Amor. ¶Cæci amo.) Vis magna mentibus blandis, atque animi calor amor est inquit Sene. in. vij. Est item amor mentis quædam passio ab exterioribus illata, & per sensus corporeos introducta, cæcum vero amorē tangunt, vt aduertamus amātes ignorare, quo tendant, nulla eoꝝ esse iudicia, nulla rerū distinctiōe, sed sola passione duci. Charinus aūt in mercatore Plauti. Amorē hæc cuncta vitia sectari solent, inquit. Cura, ęgritudo, nimia elegantia, insomnia, ęrumna, error, & fuga. Ineptia, stultitia, temeritas, imodestia, petulantia, cupiditas, maleuolentia, desidia, iniuria, inopia, cōtumelia, dispendiū, multiloquiū, pauciloquiū: hoc ideo fit, qa, quę nihil attingūt ad rem, nec sumptus videt. Amoris itē Pathos latius Eclo. viij. ostēdimus.¶ Stimulos auertere.) Col. li. vij. c. xv. scri. Maxime curādum esse verno tpe anni, vt iam fœminis q; admissariis desiderātibus coeundi fiat potestas, qm̄ id ꝑcipue armētum, si ꝓhibeas libidinis extimulať furijs. Vnde ēt veneno inditū est nomen Hippomanes, q, equinę cupidini similem mortalibus amorē accendat: Equos aūt pretiosos reliquo tpe anni remouere oportet a fœminis, ne aut cū volent ineant, aut si id facere ꝓhibent cupidine solicitati noxam cōtrahāt. Itaq; vel in longinqua spatia marē placet ablegari, vel ad præsepia cōtineri.¶ Videndo.)
Illecebræ. Dum videť.¶ Illecebris.) Suasionibus, voluptatibus, blandicijs, sed in malam & bonam partem sunt. Tul. de repub. lib. vj. suis te oportet illecebris ipsa virtus trahat ad verum decus. Idem pro M. Cœlio. erant, apud illum illecebræ libidinum multæ. & pro Milone, quis ignorat maximā illecebram esse peccandi impunitatis spem?¶ Subigit.) Impellit, cogit.¶ Sylua.) Sylua in antiquis semper legi.¶ Decernere.) Certare.¶ Lauit.) A lauo lauis præsens est, lauit autem inficit, deturpat.¶ Obnoxios.) Cōtra positos, contra nitētes.¶ Reboāt.) Resultāt per Echo scilicet.¶ Magnus olym-
Olymp⁹ pus.) Mons est Thessaliæ, qui excellenti vertice tantus attollitur, vt tegmina eius cœlū accolæ vocēt, ara est in cacumie Ioui dicata, cuius altaribus: si qua de extis inferunť, nec difflantur vētosis spiritibus, nec pluuijs diluuntur. Sed voluente altero anno, cuiusmodi relicta fuerint, eiusmodi reperiūtur, literę in cinere scriptæ ad alterā anni cerimoniam permanent: hæc Solinus cap. viij.¶ Multa.) pro multū.¶ Ignominiam.) Est enim hæc nominis nota: atq; macula.¶ Aspectans.) Ex patho, & affectione scilicet. Pernix ꝑseuerās.¶ Carice.) herba palustri, teste Probo.¶ obnixus.) Incumbens, obluctans.¶ Lacessit.) Prouocat, affligit, lacerat.¶ Proluit,) Imaginem quādam veri ludi & certaminis agit.¶ Viresq; receptæ.) Legitur & refertæ.¶ Signa.) Pugnādi scilicet, vnde a mari sumpsit metaphoram. Nam cum mare in medio albescit, spumas agens, ac paulatim vndas eleuat, inde exęstuat maxime. Sic taurus paulatim signa bellandi mouens in hostem postea irruit.¶ Procumbit.) Decidit,

ASCENSIVS.

¶Sed nō vlla magis,&c.) Apta digressione vim amorū interserit docens vires masculorum præcipue amorib⁹ dissolui atq; eneruari, ideoq; monet a Venere arcēdos seruato ordine, quo in superiorib⁹ ꝓcessit, nam prius de tauris q; cęteris loqť, cum boues sint præcipue agricolis vsui, qui & labore & carne, & corijs ꝓsunt. ¶Ordo est. Sed vlla industria.i.subtilitas a natura inducta, nō firmat.i.roborat magis res, siue boum, siue equoꝝ, sicui vsus equoꝝ est gratior.i.vtilior & acceptior q; sup. boum (quod quia paucis accidit, quasi præter opinionē contingat dubitare videť) non vlla dico industria auertere.i.amouere præueniēdo Venerem.i.rem venereā, & stimulos cæci.i.latentis aut excæcātis amoris, videtur quibusdā amorem præcedere Veneremq; sequi, sed non ab re amorem, id est cupidinem Veneris, non patrem sed filium dixerunt maiores. Nam natura quidem excitat ad actum, sed actus inflammat, & ita sitit Venus ebria semper, paritq; vsus insanus amorem. At ideo, scilicet, quia tanta est vis amoris magistri, scilicet pecorum: relegant, id est remouent, aut potius remittunt, & ablegant tauros procul, scilicet a vaccis: atq; in pascua sola, scilicet a vaccis vacua, post montem oppositum, scilicet a conspectu vaccarum, & trans flumina lata, aut seruāt tauros clausos intus.s. in stabulis ad præsepia satura, id est plena, & ipsos saturātia: Enim, pro quia: fœmina, scilicet vacca & quæuis alia carpit vires, scilicet masculorum, paulatim, id est lenta vi amoris: & vrit, idest incendit animos marium: videndo, id est dum videť, quasi dicat, solo aspectu, passiuo, id est dum solummodo aspicitur, nec patitur, scilicet masculum, vt taurum meminisse nemorum propter frondes, nec herbæ.s. in pascuis: Illa quidem, idest certe, aut exceptiua est particula, vt sit, illa quidem illecebris, &c. sed illi alternantes, &c. Illa igitur, scilicet fœmella vt vacca subigit, id est compellit dulcibus illecebris, id est illectionibus venereis, superbos, scilicet tauros amantes, id est amore iuuencæ captas decernere, id est decertare inter se cornibus, aut decernere cornibus.i. diiudicare & dignoscere per certamen vtri illa cedat. docet autem quomodo illa subigat, quia non vi, nec imperio, sed videndo, id est dum videtur etiam nescia, vnde dicit Iuuenca formosa pascitur in magna sylua, secura, scilicet amorum: illi, scilicet tauri amantes alternātes.i.alternatim vim inferētes, multa vi, id est

Universidad de Deusto Biblioteca

violenti", miscent prælia crebris vulneribus.i.se crebro vulnerãdo: sanguis ater.i.cruor cõcretus,lauit.i.inficit,& imbuit corpora.s.taurorũ,& cornua versa.i.obuersa in alterutrũ:cũ vasto.i.valde amplo gemitu.i.pressura,vnde gemitus nasci solet, vrgent.i. imprimunt in obnixos.i.obnitẽtes,& obluctãtes tauros,syluę.s. vicinæ reboant.i.boatũ referũt, & mugitum per sonum echo,& olympus.s.mons aut quiuis alius vicinus,magnus,sup. reboat: Nec mos.i.cõsuetudo,est,sup.pastoralem rem tractãtibus stabulare.i.stabulis locare bellantes.i.cõtendentes de iuuenca tauros, vna.i.simul in eodẽ videlicet stabulo,sed alter.s.taurorũ,victus.i. is q victus est,abit.i.discedit prę ignominia, & exulat.i.extra solum suum vitam agit,in oris ignotis, longe.s.positis a patria gemens multa.i.multũ, aut gemens multa videlicet ignominiam, & plagas.i.vulnera victoris.s.tauri a quo victus est,supbi.i.elati, & ferocientis,ppter victoriam: qa geminat victoria vires. (Notanter pponit ignominiam plagis:qa eã generosus animus indignius fert) tum.i.deinde,ipse aspectãs amores,quos amisit inultus.i.amicã iuuencã quã amisit,& nõdum vltionẽ cœpit, & aspectans stabula.s.in qb⁹ victor cũ illa cõuersat, excessit.i.exit quasi ab excesso, aut præteritũ ab excedo.excessit.i.abijt regnis auitis, id est in qbus maiores sui dominati sunt. (Mirus artifex Poeta. Nam vt Home.in deis hoĩum vitã edocuit.ita hic in pecore si eni pecori dolet ignominiose vinci, viresq; recuperat, vt cõtumeliã deleat, victorq; euadat:turpe esset homini si non idem faceret, quod & ij fecisse legũtur,qui ab Annibale interclusi sub iugum missi leguntur Romani)Ergo quia.s.impatiẽter fert ignominiã illatam,exercet vires.s.suas omni cura: & ipse pernix.i. perseuerans & quasi pernoctãs,iacet inter saxa dura cubili instrato.i.nõ strato æquato,sed aspero, pastus frondibus hirsutis.i.spinosis & veprosis:& carice herba illa acuta.i.aspera,& tentat.i.experit sese .i.semetipsum,atq; discit irasci in cornua.s.sua obnixus.i. obnitens & insultãs aut ipetẽs trunco arboris:& lacessit.i. discindit & prouocat ictibus.s.cornuũ,vẽtos.i.auras:& proludit.i.facit proludium & exordiũ ad pugnã,arena sparsa.s.pedibus:vñ in Buco. Iam cornu petat,& pedib⁹ qui spargat arenã.Post.i.postea,vbi.i. quo tempore,robur collectũ,sup.est:& vires receptæ.s.exercitio nõ indulgẽtia,quæ rex notatu digna est: ipse mouet signa more videlicet dulcis ac principis militię: & ipse pceps.i.impetuosus, fert in hostem oblitum.i.negligenter propter partam victoriam agentem,& genio indulgentem,vt.i.quemadmodum. (Est enim aduerbium similitudinis,cuius prima corripit) fluctus cum cœpit albescere.i.alb⁹ fieri,sup.in medio Ponto.i.mari, trahit signũ .i.volubilitatẽ longius,& ex alto.s.mari,hoc est vt fluctus excitatus in medio maris leniter paulatimq; per aquas depellitur: q, pro &: vt.i.postq; volutus,sup.est ad terras sonat imane.i.imaniter & nimis impetuose per saxa:neq;.i.& nõ procumbit non minor ipso monte.i.ęqualis ipsi monti: at vnda ima.i.in imo sita, exęstuat.i.ebullit & efferuet vorticibus.i.gyris & scaturiginibus & subiectat.i.erigit & sursum iactat alte arenã nigrã, quia humidam,aut terræ profunde permistam.

PIERIVS.

¶Sed non vlla magis vires industria firmat.) In veterib⁹ aliquot codi.seruat, legitur: sed longe plures, firmat, habent. ¶Meminisse nec herbæ.) In Oblongo codi.neq;: quod mollius videtur. ¶Iacet pernox.) Cur pernox,innouari debeat non video, cum vetera omnia exemplaria manu scripta, de ijs loquor, quorum mihi copia fuerit, vno consensu legant, pernix: idq; tam manifeste agnoscat Seruius, & a pernittendo dictum velit. ¶Ictibus & sparsa.) Non placet quod in Ro.legitur, aut sparsa. ¶Fluctus vt in medio cœpit cũ albescere Ponto.) In Romano, in Mediceo,in Long.obar. & quibusdam alijs perueteribus codi. legere est, Fluctus vti medio,absq;,in. Sed in Oblongo suauiori numero legitur,fluctus vti in medio. ¶Nec ipso monte minor.) In Longo. in Medi.quod dulcius est,neq; ipso. ¶Vorticibus nigrãq; alte subiectat arenam.) In Roma.in Mediceo cod.Verticibus,more suo, contra Capri sententiam,& quod forte nõ displiceat, subuectat, in Romano est.

Omne adeo genus in terris hominumq;,ferarumq;.
Et genus equorum,pecudes,pictæq; volucres,
In furias,ignemq; ruunt. amor omnibus idem.
Tempore non alio catulorum oblita leæna
Sęuior errauit campis: nec funera vulgo
Tam multa informes vrsi,stragemq; dedere.
Per syluas tum sæuus aper: tum pessima tigris.
Heu male tum Libyę solis erratur in agris.
Non nę vides, vt tota tremor pertentet equorum
Corpora: si tantum notas odor attulit auras?
Ac neq; eos iam frena virum,nec verbera sæua,
Non scopuli,rupesq; cauæ,atq; obiecta retardant
Flumina correptos vnda torquentia montes.
Ipse ruit,dentesq; sabellicus exacuit sus:
Et pede prosubigit terram: fricat arbore costas:
Atq; hinc,atq; illinc, humeros ad vulnera durat.

SERVIVS.

¶Amor oibus.) id est in vno quoq; genere vn⁹ est amor.i. similis,vtputa in lupis vn⁹ est amor.i.similis. Itẽ in equis & alijs oibus pro qualitate sui generis, sicut alibi ait, Sopor suus occupat artus,i.ipsis aptus.nam in oibus aĩalibus nõ est amor vnus atq; idem, sed in singulis generib⁹,pro qualitate naturę. ¶Catulorũ oblita.) Vi.s.nimij amoris. ¶Legna) aũt græcum est,sicut dracęna: nam nos hic & hæc leo dicimus (lea nãq; vsurpatum est) quia in o, exeuntia,fœminina ex se nõ faciũt, vt fullo, latro, leo. ¶Informes vrsi.) Vel magni: vel qui tpe quo nascunt, forma carẽt. dicitur enim quędam caro nasci,quã mater lambendo in mẽbra cõponit. ¶Solis.) Desertis. ¶Libyę aũt in aruis. ¶Serpẽtibus plenis. ¶Tota tremor pertentet equorũ Corpora,) Signatis sermonibus vtitur ad vim amoris exaggerandum, dicens & tota corpora, & pertentet,i.penitus tentet: cum dicat leuem odorem equarum. ¶Notas odor attulit auras.)Hypallage est pro aurę odorẽ apportauerint notum. ¶Frena virum.) Pro virorũ fortium. ¶Rupesq; cauæ, atque obiecta retardant.) Ad illud superius respicit, Post montem oppositum, & trans flumina lata. ¶Sabellicus exacuit sus.) Sabinus:& est species pro genere. Dicit autem suem domesticum,quẽ cicurem vocant: nam de apris supra ait. Tunc sęuus aper.hoc enim vult probare non tantum feras, sed & mansueta animalia amore in furorẽ moueri. ¶Prosubigit.) Fodit, & pedibus impellit alternis,quod pugnaturi sues facere consueuerunt ad acquirendum robur. Vnde etiam latera & costas terentes, durant ea in futura certamina. ¶Hinc,atq; illinc.) Et ad pedum motum,& ad attritionem costarum.

PROBVS.

¶Sabelli. Gens est Italiæ coniuncta mari: vbi maxima copia aprorum est.

MANCINELLVS.

¶Adeo.)certe. ¶Amor oibus idem.)i.eodẽ modo sæuus,& vehemens. ¶Lęna.)Magna Lęnis libido coit⁹, & ob hoc maribus ira. Coitum sentit in adulterata leo,totaq; vi cõsurgit in pœnam, cum pro catulis fœta dimicat oculorũ aciẽ traditur defigere in terrã, ne venabula expauescat. Pli.lib. viij.cap.xv. ¶Vulgo.) Passim. ¶Informes vrsi.) Eorum coitus hyemis initio ambob⁹ cubantibus,cõplexisq;, pariunt trigesimo die, ac plurimum quinos,hi sunt candida informisq; caro paulo murib⁹ maior, sine oculis, sine pilo, vngues tantũ prominent, hanc lambendo paulatim figurãt. idem lib.viij. ¶Tigris.) De tigribus videto Eclo.v. ¶Heu male tum Libyę solis erratur in aruis.) Id est desertis,hoc autem propter varias feras dixit Poeta.Nam vt scribit Strab. libro.xvij. multa Libyæ loca,quæ habitari possent, non habitantur propter feras, maximaq; mediterraneę pars & regio circa Oceanum deserta est, multũ quoq; torrida zona occupat. ¶Torquẽtia.) Voluentia. ¶Montes.) Ingentes lapides,ppterquod ostendit equorum furorem: cum flumina etiam rapidissima tranent. ¶Sabellicus sus.) Species est pro genere. Sed de Sabellis videto latius lib. ij.Georgico. Pubemq; sabellam. Suilli tamen pecoris admissura a Fauonio ad æquinoctium vernum implet vno coitu. Pli.libro viij.& Var.lib.ij.capi.iiij.plurima. ¶Prosubigit.) Effodit. ¶Humeros durat.) In luto volutatio suibus gratissima,vt scribit Plini.& Columel.lib.viij.

Vrsi.

ASCENSIVS.

¶Omne adeo genus in terris,&c.) Locutus est de amoribus taurorum, nunc eos omnibus animantibus cõem docet pestem, hominibus, feris syluestrib⁹, æquoreis, terrestribus,& volucribus. Prius tamen de belluis inducit cum sit belluina voluptas, deinde de hominibus. ¶Ordo est. Adeo, id est omnino & vsq; ad vnum

Mancinellus



vnum omne genus hominum & ferarum.i.brutorum in terris.i.animal terrestre, & omne genus æquoreum.i.marinum,& pecudes quæ ferocitatem non habent, nec tamen rationem, & volucres quæ in aere versantur,pictæ.i.pulchræ, ruunt.i.præcipites currunt in furias & ignem.i.in ignem amorum excitantem furorem quendam: idem amor est omnibus.i.omnia hæc amant, non tamen videtur omnibus idem, vt Manci.vult.i.eodem modo sæuus & vehemens:Leæna non errauit campis,id est per campos alio tempore.s.q; quo amat sæuior.i.immanior & ferocior, existens oblita catulorum:in qua re maxima vis amoris venerei ostenditur, qui maternum expellit: nec vrsi informes,id est turpes, & qui quasi sine forma in globum nascuntur: non debere alio tempore, vulgo.i.passim, tam multa funera, & tantam stragem.i.prostrationem cadauerum per syluas:ac.s.tempore amorum, tygris animal illud perniciissimum & inimicum est sup.tunc pessima.i.immanissima: heu, dolentis est male.i.periculose,erratur,scilicet a quouis, tũc.s.cum tygres sunt in amore.in aruis solis,i.desertis Libyæ: vel potius erratur solis.i.ab ijs qui soli sunt male in aruis Libyæ,id est Africæ. Nonne vides, vt tremor, scilicet ex amore natus.)Galli vocant, Les fieures blanches)pertentet.i.afficiat,tota corpora equorum,si tantum.i.tantummodo,odor.s.ab equabus diffusus,attulit auras notas, scilicet equis qui noscunt quãdo ab equa appetente venerẽ diffunduntur:ac nonne vides, sup.vt neq; frena virum.i.virorum nedum

dum puerorum, neq; sæua verbera, non scopuli & rupes cauæ, atq; flumina obiecta.i.interposita,retardãt.i.immorantur eos.s. equos quo minus accedant ad equas: ideo autem dictum est de tauris,trans flumina lata,non tam vt non videant,q; vt non olfaciant vaccas, nec flumina torquentia.i.voluentia montes.i.saxa & scopulos correptos vnda.i.quæ etiam rupes & saxa impetu ferunt,non retardant eos:ipse sus.i.porcus, sabellicus.i.qui plurimus est in Sabinis,ruit.i.præceps fertur tempore amorũ:& exacuit dẽtes,& prosubigit.i.porro.i.de longe subigit,& effodit terram:& fricat costas.s.suas,arbore.i.ad arborem in quam trãsuersus currit iratus, atq; durat humeros,ad.i.contra vulnera, hinc atq; illinc.i.vtrinq;,aut ex diuersis.

PIERIVS.

¶Heu male tunc Libyæ solis erratur in agris.)In antiquissimo codice,versatur,legitur quod non placet:nam errare pertinet ad solitudinem,versari ad frequentiam. In Mediceo,errauit, habetur,sed neq; id acceptum. ¶Flumina correptos vnda torquentia montes.)In Medi.in Roma.in Lõgo.& in aliquot alijs veteribus codicib.legere est,correptosq; vnda.Nam cũ dixerit, obiecta retardant flumina,nõ incongrue alterum participium subiungat, quippe Torquẽtia montes correptos vnda, cui particula adiungitur copulatiua. ¶Humeros ad vulnera durat.)In Roma.in Medi.& aliquot alijs antiquis legere est, Humerosq; ad vulnera, vt illud vno membro concludatur. Fricat arbore costas. Atq; hinc, atq; illinc.

Quid iuuenis,magnum cui versat in ossibus ignem
Durus amor: nempe abruptis turbata procellis
Cæca nocte natat serus freta: quem super ingens
Porta tonat cœli: & scopulis illisa reclamant
Æquora: nec miseri possunt reuocare parentes:

SERVIVS.

¶Quid iuuenis.)Ne forte occurreret illa animalia carere ratione, dicit etiã grauius homines amore moueri. Fabula. Fabula talis est: Leãder Abydenus & Hero Sestias fuerunt inuicem se amantes. Sed Leander ad Hero natatu ire consueuerat per fretum Hellesponticũ quod Seston & Abydon ciuitates interfluit. Cũ igitur iuuenis oppressi tempestate cadauer ad puellam delatũ fuisset,illa se præcipitauit e turri. ¶Porta tonat cœli.)Aer nubibus

Universidad de Deusto Biblioteca

bus plenus, per quem iter in cœlũ est. ¶ Nec miseri possunt reuocare parentes.) Hoc est amor parentum. ¶ Imbelles.) Licet imbelles, tamen mouentur in pugnam. ¶ Furor insignis) Notabilis & precipuus. ¶ Glauci Potniades malis mẽbra absumpsere quadrigæ.) Potnia ciuitas est, de qua fuit Glaucus qui cum sacra Veneris sperneret, illa irata, equabus eius immisit furorẽ, quibus vtebatur ad currũ, & eum morsibus dilacerauerunt. Ordo aũt talis est, Quo tempore Glauci membra malis absumpserunt Potniades quadrigę. Hoc aũt ideo fingitur quod eis furorem Venus immiserit, qa dilaniatus est Glaucus effrenatis nimia cupiditate equabus, cũ eas cohiberet a coitu, vt essent velociores. ¶ Trans Gargara, trãsq; sonantẽ Ascanium.) Gargara pro quibuslibet mõtibus, sicut Ascanium pro quibuslibet fluminibus posuit: quod etiam sequentia indicant. ¶ Superant montes, & flumina tranant.) Hoc etiã Varro dicit, in Hispania vlteriore verno tempore equas nimio ardore cõmotas, contra frigidiores ventos ora patefacere ad sedandũ calorẽ, & eas exinde cõcipere & edere pullos, licet veloces, diu tamẽ minime duraturos. Nam breuis admodũ vitę sunt. ¶ Exceptant.) Frequẽter excipiũt. ¶ Caurum.) Pro corũ, sicut saurex pro sorex, caulis pro colis. ¶ Hinc demũ Hippomanes.) Scit lectũ esse apud Hesiodum herbã esse quãdam quæ Hippomanes vocatur, quasi ἵππου μανία, si enim eam comederint equi, furorem patiuntur. vnde nunc adiecit, Vero quod nomine dicunt. Nam vult illã herbam abusiue Hippomanes dictam, ꝙ possint equi furere & alia quacunq; ratione. Reuera autẽ Hippomanes dicit esse virus desfluens ex equarum inguinibus, quo tẽpore feruntur amoris furore, vt sit Hippomanes, virus natum, ἀπὸ τῆς μανίας τῆς ἵππου. ¶ Lentum virus.) Viscidum. ¶ Miscueruntq; herbas, & non innoxia verba.) Exprimit augmenta malitiæ nouercarum, quæ virus herbis, & cantibus herbarum armant venena.

Nec moritura super crudeli funere virgo.
Quid lynces Bacchi variæ: & genus acre Luporum:
Atq; canum: quid quæ imbelles dant prelia cerui:
Scilicet ante omnes furor est insignis equarum:
Et mentem Venus ipsa dedit: quo tempore Glauci
Potniades malis membra absumpsere quadrigę.
Illas ducit amor trans Gargara, transq; sonantem
Ascanium: superant montes: & flumina tranant:
Continuoq;, auidis vbi subdita flamma medullis:
Vere magis, quia vere calor redit ossibus: illæ
Ore omnes versæ in Zephyrum, stant rupibus altis:
Exceptantq; leueis auras: & sæpe sine vllis
Coniugiis, vento grauidę (mirabile dictu)
Saxa per, & scopulos, & depressas conualles
Diffugiunt, non Eure tuos, neq; solis ad ortus:
In Boream, Caurũq;, aut vnde nigerrimus auster
Nascitur, & pluuio contristat frigore cœlum.
Hinc demũ (hippomanes vero quo nomine dicunt
Pastores) lentum distillat ab inguine virus.
Hippomanes, quod sæpe malę legere nouercæ:
Miscueruntq; herbas, & non innoxia verba.

Maro, Et Borę de parte trucis, cũ fulminat, &c. Euriq; zephyriq; tonat domus omnia plenis. Rura natãt fossis. ¶ Illa.) Impulsa Moritura virgo: Hero Leandro scribens ait, Si tibi non parcis, dilectæ parce puellæ, Quæ nũq; nisi te sospite, sospes erit. ¶ Lynces Bacchi) Videto Eclo. v. in illo versu, Daphnis & Armenias, coeũt aũt lynces auersi, vt cameli, leones, elephãti, tygres, autor est Soli. ¶ Genus acre luporũ.) Coeũt lupi toto anno nõ amplius dies. xij. vt Sol. & Pli. scri. ¶ Atq; canũ.) Canũ iusta ad pariẽdũ annua ætas, gerunt in vtero sexagenis diebus gignũt cecos, nec vlli pręter hominẽ memoria maior. Pli. lib. viij. Quid Ordo est: qd cerui imbelles quę prelia dãt velq; pro &. Cerui a conceptu separant se ceruæ, at mares relicti rabie libidinis sæuiunt, aial est simplex, & omnium rerũ miraculo stupens. Pli. li. viij. ¶ Furor equarum.) Videto paulo superius ibi, stimulos auertere amoris, qd ex Col. dixerim. ¶ Mentẽ.) Voluptatẽ & appetitũ libidinis. ¶ Potniades.) Non longe a Thebis in Bœotia. s. est & fons Dyrce, & Potnia, in quibus obuenere, quæ de Potniadæ Glauco fabulæ vulgãt, vt illum Potniades discerpserint equę. Stra. lib. ix. Prob. vero ingt, ꝙ Potnia vrbs est Bœotiæ: vbi Glaucus Sisyphi filius & Meropes, vti Asclepiades li. j. ait, habuit equas, quas assueuerat humana carne alere: quo cupidius in hostẽ irruerẽt: ipsum aũt cum alimenta defecissent, deuorauerũt in ludis funebribus Pelię. ¶ Quadrigę.) De ijs videto in fine lib. j. Geor. ¶ Gargara.) De ijs aũt videto lib. j. Geor. Mirantur Gargara messes. ¶ Ascaniũ.) Stra. li. xiij. scri. Ascaniũ fluuiũ ex Ascanio Mysię lacu defluere. ¶ Versę in Zephyrũ.) In fœtura res incredibilis est in Hispania, sed est vera, ꝙ in Lusitania ad Oceanũ quædã e vento certo tẽpore concipiunt equæ, vt hic gallinę quoq; solẽt, quarũ oua hypenemia appellãt, sed ex ijs qui nati pulli, nõ plus trienniũ viuunt, hęc Varro li. ij. ca. j. Col. quoq; li. vj. ca. xxv. ait. Notissimũ etiã esse in sacro monte Hispanię, qui procurrit in occidentẽ iuxta Oceanũ frequẽter equas sine coitu ventũ pertulisse, fœtũq; educasse, qui tamẽ inutilis est, ꝙ triẽnio priusq; adolescat morte absumitur. ¶ Caurumq;.) Fauonius, qui ab Græcis Zephyrus dicitur, ab occasu æquinoctiali flat: Corus vero, qui argestes aliter dicitur, ab occasu solstitiali. Pli. li. ij. ca. xlix. grandines septentrio importat, & corus, siccus est corus præterq; desinens, antea caurus dictus est, vt aiunt. ¶ Auster) De hoc superius. ¶ Hinc.) Ex furore libidinis. ¶ Hippomanes) Scri. Pli. li. viij. equis amoris innasci veneficiũ Hippomanes. appellatũ in frõte, in caricæ magnitudine colore nigro, quod statim edito partu deuorat fœta, aut partũ ad vbera nõ admittit, si quis prereptũ habeat. dicitur autẽ ab Hippon. i. equorũ, & mania, furia insania. Est itẽ Hippomanes virus stillãs ab inguine equæ libidinis furore extimulatę, vt hic ẽt apparet. ¶ Legere nouercę.) Iuue. itẽ saty. vj. Hippomanes carmẽq; loquar, coctũq; venenum, priuignoq; datum.

Coeuntes lynces. Cerui. Potnia. Vẽtis cepti. Fauon. Corus. Hippomanes.

PROBVS.

Potniades. ¶ Quo tempore Glauci Potniades malis mẽbra absumpsere quadrigæ.) Potnia vrbs est Beotiæ, vbi Glaucus Sisyphi filius, & Meropes, vt Asclepiades in tragodeumenon lib. j. ait, habuit equas: quas adsueuerat humana carne alere, quo cupidius in hostem irruerent, & perniciosius. Ipsum autem cum alimenta defecissent: deuorauerunt in ludis funebribus Peliæ. Quidam aũt has equas Diomedis fuisse, quas Hercules ad Eurysthea perduxerit, & ab Eurystheo & Sisypho distractas, eumq; filio suo dedisse. ¶ Hippomanes quod, &c.) Hippo. nunc significat id quod ex inguinibus defluit equarum, quod datum amatorium, & furorem facit: si autem intempestiuum est, aut excedit modum. Theodo. herbã esse dicit, quam equi, si gustauerint, efferantur.

MANCINELLVS.

¶ Quid iuuenis.) agit sup. ¶ Nocte natat.) Allusio est ad Leandrũ. is aũt apud Ouid. ad Hero suã scribens, sic ait, Nox erat incipiens (nanq; est meminisse voluptas.) Cum foribus patrijs egrediebar amans. Nec mora deposito, pariter cũ veste timore, Iactabã liquido brachia lenta mari. ¶ Fretb.) Hellespontũ intelligit: de quo Sol. li. ca. x. inquit, Ille aũt magnus Hellespõtus stringitur in stadia septem, quibus ab Europa Asiaticã plagam vindicat, hic quoq; vrbes duæ Abydos Asiæ, & Sestos Europæ. Leander autẽ Abydo discedẽs Seston, per Hellespontũ ad Hero nauigabat. Hinc ait ipsa. Quid referã, quoties do vestibus oscula, quas tu, Hellespõtiacas ponis iturus aquas. ¶ Porta tonat cœli.) Ianum quidã solem demonstrari volunt (vt scrib. Macrob. lib. sat. j.) & ideo geminum, quasi vtriusq; ianuæ cœlestis potentẽ, qui exoriẽs aperiat diem, occidẽs claudat. Et apud Oui. li. j. Fast. ipse Ianus ait, presideo foribus cœli cũ mitibus horis. Et redit officio Iuppiter ipse meo. Porta itaq; cœli duplex oriens & occidẽs, de quibus lib. Geor. j. sic ait

Ianus.

ASCENSIVS.

¶ Quid iuuenis magnũ, &c.) Ostendit idem in hominibus, quod in feris ostensum est, nullam. s. esse pestem: quæ magis ac citius in furorem rapiat quam amorem insanum, idq; exemplo Leandri, quem amor impulit ad amicam Hero tranare sub sæuissima tempestate, & aquarum cõmotione. Quid iuuenis supple egit? q. d. nõne vides, aut nosti, quid iuuenis. s. Leander egit, cui durus id est ad dura impellẽs amor versat. i. excitat & stimulat ignem. s. amoris, magnum in ossibus. i. in medullis, quia vt dicitur in. iiij. Est mollis flamma medullas, quasi dicat, si nescis, nempe. i. certe ipse natat. i. tranatat, existens serus. i. tardus, & post intempestam noctem, quia nocte cæca: freta turbata, procellis abruptis, omnia signanter & ad pathos dicta, & quia serus quo longam expectationem significat, & etiam desperationem auxilij. & nocte, & cæca, id est caliginosa, & freta, a feruore dicta non æquora, & turbata,

non tranquilla, & procellis. i. nubibus vento immissis & abruptis. Quia si perpetuo tenore essent melius perducant, & etiam minus obruant, aut submergant, super quem. s. iuuenem, ingens porta cœli. i. cataracta cœli. i. aeris, tonat. i. tonitru minatur submersionem, & æquora. i. maria quæ prius erant ęquora illisa scopulis. i. saxis in aquis existentibus, reclamãt. i. magnum sonitum contra mittunt: nec parentes miseri possunt reuocare. s. a profectione ad amicam, nec virgo. s. Hero moritura. s. quæ postmodũ mortua est: aut quæ decreuerat iam tum mori, vt scribit ad eum apud Ouid. super funere crudeliter illato aut parentibus rebelli & elementis. Quid sup. dicam, quæ prelia dant lynces varię. i. maculosæ Bacchi. i. quæ sunt in tutela Bacchi, & quæ dat acre genus luporum atq; canum? q. d. non opus est, quia etiã nõ amantes feræ sunt: quid dicam quæ prælia dant cerui imbelles. s. alias? q. d. notum est, quãuis sint imbelles, tunc tamen prælia gestare. Scilicet. i. scire licet, quia furor equarum est insignis. i. infamis & notatus, ante omnes. s. alios amores: & ipsa Venus dedit mentẽ. i. talem impetum amoris eo tẽpore quo quadrigæ. i. equę quadriiuges, Potniades. i. in Potnia Bœotię ciuitate a Glauco educatæ absumpsere. i. deuorauerunt: malis. s. maxillis & mordicus, mẽbra Glauci. s. educatoris & domitoris earum. id enim fecerunt incitatæ a Venere. Amor ducit. i. fert & impellit: illas. s. equas quaslibet trans Gargara. i. quosuis montes non solum Mysiæ & trans Ascanium. i. quẽuis fluuium, nõ solum Ascanium fluuium Mysię sonantem. s. impetu aquarum: ipsæ equæ superant. i. transcendunt montes, & tranant flumina cõtinuo. i. statim vbi flamma est subdita. i. subtus data. s. immissa medullis calidis. s. igni amoris. Id autem magis vere. i. tempore verno, quia calor redit ossibus vere. i. tempore veris: illæ. s. equæ stant omnes in altis rupibus versæ ore. i. habentes os versum in Zephyrum. i. Fauonium, ventum illum dulcẽ ex occidente tempore verno flantẽ: & exceptant. i. concipiunt auras leues. i. vento motas, & ipsæ sępe grauidę vento sine vllis coniugiis. i. masculorum semine, aut commistione (mirabile dictu. i. quæ res est mirabilis dictu) diffugiunt. i. celeriter discurrunt per saxa, per scopulos & conualles, depressas. i. humiles, non Eure, quia ventus orientalis es ad tuos ortus neq; ad ortus solis, sed sup. in Boream. i. ventũ septentrionalẽ, & Caurum. i. Corum ventũ occidentalẽ ab occasu solstitiali, aut sup. eo, vnde Auster nascitur nigerrimus. i. densissimus & caliginosissimus: & contristat cœlum. i. aerẽ frigore pluuio. i. ex pluuia, aut cum pluuia nato. Demum. i. vt tandem vehementiam & venenum amoris dicam, virus lentum. i. lente agens (quod pastores dicunt vero nomine Hippomanes, quia Hippos, equus est & equa, mano autem distillo, sed mano priorem producit, cum tamẽ Hippomanes penul. corripiat: vnde nõ a mano, sed a mania. i. furore deducitur) distillat hinc. i. ex hoc furore libidinis ab inguine. i. pudibundis equæ. equę. Hippomanes dicit, quod nouercę malę, vel quę malæ sunt vel quia omnes malæ legere. i. collegerunt sæpe & miscuerũt (iterum penul. corr. præter morem) herbas sup. nõ innoxias, & verba non innoxia. (Regula est, vt quoties res sint inanimę venuste transferatur adiectiuum ad neutrum genus. Item vt tertium respondeat viciniori) i. nouercæ fecerunt sępe ex eo quod distillat ab inguine equæ cum sint in coitu amatorium virus atq; aliud ad inficiendos priuignos, aut alliciendos maritos, vnde Iuue. saty. vj. vt dicet Mancinellus, Hippomanes, &c.

PIERIVS.

¶ Cæca nocte natat serus freta.) Ordo numerusq; harum dictionum varius admodum in antiquis exẽplaribus inuenitur. In Romano enim codice, in Mediceo, & in Longobardico, sic habet. Nocte natat cæca serus freta. Alcmanio numero tetrametro hypercatalectico. In Oblongo dictiones vltimæ ita variant. Nocte natat cæca freta serus. Alcmanio tetrametro catalectico numero: Eo vero numero, qui passim habetur in impressis nusq; scriptum obseruaui in antiquis his, quos habere contigit exemplaribus. Sed enim hæc ad eos tantum pertinet, qui figurarum, quæ ex structura fiunt, varietate delectantur. ¶ Quo tempore Glauci Potniades malis membra absumpsere quadrigæ.) De Glauco, præter ea, quæ a Seruio & a Probo referuntur, sunt qui scribant Glaucum Sisyphi, cum ad inimicum certamen quadrigas duceret ad vicum Bœotiæ Potnias applicuisse, fuisse vero ibi fontem sacrum: ex quo qui biberent, insanirent, aut furore corriperentur, equas eo potum a Glauco per ignorantiam ductas, a potuq; furore correptas, in ipso certamine curru dominũ effudisse, ac morsibus dilaniasse. Virgilius pro cõmodo suo rem furori adscribit venereo. ¶ Vere magis, quia vere calor redit ossibus.) In Romano codice, quia vere redit calor, quod parui refert. ¶ Illæ ore omnes versæ in Zephyrum.) In Romano codice quod versæ ad Zephyrum legatur, nequaquam displicet, quamuis non improbem, in Zephyrum. ¶ In Boream Caurumq;.) In Romano codice, chaurum, per, ch, aspiratum scribitur. In Longobardico, chorum, vt ex aula, olæ: atq; ita sæpe pro vento apud alios etiam authores, adspiratione tantum excepta. ¶ Et pluuio contristat frigore cœlum.) In Romano codice, pluuio sidere, legitur: sed hoc loco magis placet, frigore, eruditis, vt cum eo faciat & agentes frigora ventos. ¶ Hinc demum Hippomanes.) In Romano, & in Mediceo codice, hic, hoc est hoc tempore distillat. ¶ Lentum distillat ab inguine virus.) In Romano, in Mediceo, in Longobardico, & aliquot alijs codicibus antiquis, destillat, per de, scribitur: a loco enim est motus. ¶ Miscueruntq; herbas.) In Romano codice, miscuerintq;, scriptum est, subiunctiuo modo: veluti etiam superiore libro, vbi loquitur de malo Medico: sed enim, miscuerunt, doctorum omnium consensu receptum est.

SERVIVS.

¶ Singula dum capti circumuectamur amore.) Dum speciatim singula describimus. ¶ Hirtasq; capellas.) Id est setosas: vt, Hirsutumq; supercilium. ¶ Hic labor, hinc laudẽ) Ad tuenda imbecilliora animalia. ¶ Et angustis hunc addere rebus honorem.) Humilem materiam alto sermone decorare. Sic illud in quarto est, In tenui labor, at tenuis non gloria. ¶ Sed me Parnasi deserta per ardua.) Per Parnasi ardua, Heliconem & Citeronem montes musis dicatos significat. & hoc dicit. Scribẽdi amor rapit me ad opus arduum, & a nullo ante descriptum. Quod per periphrasim & allegoriam poeticam indicat. ¶ Iugis.) Per iuga. ¶ Qua nulla priorum.) Dispono ire ad fontem Castaliã, per eam viam, per quam nullus ante egit orbitam suam. Ordo autem est, Qua nulla priorum orbita Castaliam diuertitur. ¶ Molli cliuo.) Id est facili itinere & descensione. Hic autem locus totus de Lucretio translatus est. ¶ Nunc veneranda Pales.) Id est Dea pabuli inuocanda nunc maxime.

Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus:
Singula dum capti circunuectamur amore
Hoc satis armentis. superat pars altera curæ,
Lanigeros agitare greges, hirtasq; capellas.
Hinc labor: hinc laudẽ fortes sperate coloni.
Nec sum animi dubius: verbis ea vincere, magnum
Quàm sit: & angustis hunc addere rebus honorem.
Sed me parnasii, deserta per ardua dulcis
Raptat amor: iuuat ire iugis: qua nulla priorum
Castaliam molli diuertitur orbita cliuo.
Nunc veneranda Pales; magno nunc ore sonandum.

PROBVS.

Castalia ¶ Castaliã.) Castalius fons est Delphis in Apollinis oraculo qui abluit ipsam aram dei, dictus a Castalio Delphici Apollinis filij nepotis Neptunni. Apollo aũt dicitur Musigetes, quia musis sacrũ existimetur vt Lutatius in primo cõmunis historię ait: qui deorum curam egerat.

MANCINELLVS.

¶ Fugit irreparabile tẽpus.) Oui. quoq; li. iij. de arte ingt, Ludite eũt anni more fluẽtis aquę. Nec quę preterijt iterũ reuocabitur vnda. Nec quę præterijt hora redire põt. Et Seneca ad Lucilium epist. j. ait. Omnia mi Lucili aliena sunt, tempus tãtum nostrũ est. ¶ Capti amore.) Ducti voluptate, & oblectatione. ¶ Hinc.) E gregibus. ¶ Labor.) Subijt. s. ac subsequitur. ¶ Verbis vincere.) Laudibus extollere. est enim difficile minima laudibus ostẽdere maxima, quod qui exequuntur, probandi sunt, hinc ait lib. sequenti de apibus, In tenui labor, at tenuis nõ gloria. ¶ Parnasi ardua deserta.) Parnasus mons est Phocidis, qui vniuersus cõsecratus existit, estq; in eo rupes quædam prærupta fundosam relinquens vallem, quæ rupes Cyrphis vocatur, saxea est, & nubibus pulsatur. Stra. libro. ix. ¶ Sed me Parnasi.) Sensus est, quamuis difficile sit angusta laudibus extollere, attamẽ iuuat eum ductum amore glorię talia exequi & Parnasum ascendere per aliam viam, ꝙ alij vates ascenderint, hoc est scribendo, quæ alijs non ita tractata fuerant. ¶ Iugis.) Per iuga, id est cacumina Parnasi. ¶ Qua.) via supp. ¶ Orbita.) Id est iter, vel cursus. est enim orbita proprie vestigium rotæ ab orbe dicta. ¶ Diuertitur.)

Tempo ris fuga. Parnasus. cyrphis. Orbita.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Diuertitur.)Voluit, tenditur.¶Molli cliuo.)Facili ascensu.¶Castaliam.)Castalia fons est in Parnaso,ad fines cuius fontis,Delphi vrbs locata erat Strabonis tẽpore, vt ipse docet lib.ix.Prob.ait, quod Castalius fons est Delphis in Apollinis oraculo,q abluit ipsam aram dei.¶Magno ore.)Res enim minime extollendæ sunt.

Castalia Delphi.

ASCENSIVS.

¶Sed fugit,&c.)Regreditur ab amoribus ad aliarũ rerum quæ ad rem pastoralẽ faciunt descriptionẽ,dicẽs, Sed tempus fugit,i. præterit interea tempus,inquit irreparabile,quocirca a prudentibus care & anxie expendendum est: fugit interea dum nos capti amore,s.suscepti operis.(Liuius in præfatione. Ceterum aut me amor suscepti negocij fallit, aut &c.)circumuectamur singula,i. vectamur circa singulas res, hoc.s.dictum est satis armentis, id est de maioribus animalibus, vt bobus & equis,altera pars curæ.i.negocij suscepti superat.i.superest, ac reliqua est:aut restat, scilicet agitare,supp.verbis,hoc est describere, greges lanigeros, vt oues, & capellas, hirtas.i.setosas aut pilosas, hinc.i.ex harum pecudum:cura est,sup.aut nascitur labor,sed vos o coloni fortes .i.perseuerantes in labore,sperate hinc laudem, quia quo res factu difficilior est,eo maiore cum laude perficitur, si modo bona sit.Nec sum dubius animi,i.non dubito q̃ magnum, id est quantum difficile sit vincere,id est superare, aut extollere verbis,ea.i. eas res exiguas, & addere hunc honorem rebus angustis.i.exiguis:sed dulcis amor.s.suscepti negocij,aut glorię sperate,raptat me per ardua deserta.s.a poetis Latinis loca Parnasi.i.montis, illius in Phocide musis consecrati, hoc est trahit me ad cõtemplandas res poetico scrutinio,& eiusmodi inuentiones,cuiusmodi se Græci in Parnaso adeptas gloriantur:dicit autem deserta Parnasi, eo q̃ nullus Latinorum poetarum hanc partem, qua de agris cultura ageretur,attigerit, nec quisquam Græcorum post Hesiodum plene de ea locutus sit:vnde si in Parnaso per fictionẽ quandam sint omnes scientiarum thesauri cum Phœbo & musis reconditi,hæc pars,quę de agricultura est,deserta videtur,iuuat.i. delectat igitur(inquit Maro)me ire iugis,i.per iuga Parnasi montis sup.ea parte qua nulla orbita.i.semita priorum.i.veterum poetarum,diuertitur.i.traducit castaliam.i.ad fontem illum musis sacrum,molli.i.trito cliuo, quia nullus ingressus est per eiusmodi cliuum quo circa mollis non est, & quia id perq̃ difficile est,rursus inuocat,dicens.O Pales dea pabulorum, veneranda.i. digna veneratione, sonandum est.i.sonare decet nunc dico.s.in re tenui, & abstrusa ora magno.i.carmine res paruas extollentes aut Pales est nunc veneranda.

PIERIVS.

¶Hinc labor hinc laudem.)In antiquis aliquot codi.legere est, Hic labor hinc laudem.q.d.fatemur quidem inesse laborẽ in ea cura,sed huius laboris præmium sit certa:quæ subsequitur laus: plura tamẽ exemplaria cum Medi.hinc de loco scribunt.¶Castaliam molli diuertitur orbita cliuo.)Vetera omnia exẽplaria manu scripta,quotquot in manus nostras deuenere,deuertitur per de,non per,di,scribunt,hoc est de loco eo vertitur,quod optime sententiæ quadrat.

SERVIVS.

¶Stabulis in mollibus.)Clementioribus, & aeris tẽperati. vel propter plagã australem, vel ꝓpter suppositas herbas animalibus.¶Frondosa reducitur æstas.)Donec vernum tempus adueniat. Nã vt etiã in primo dixim⁹, ver & æstas, sicut etiam hyems & autumnus,vnum fuerũt secundum rationem hemisphærij.¶Turpesq; podagras.)Respexit ad curam quæ sine pannis & medicaminibus sordidis nõ fit. ¶Post hinc.)Cum hoc feceris.& Post hinc, vnum vacat: sicut,Primus ibi ante omnes. ¶Fluuios præbere recentes.)

Incipiens,stabulis edico in mollibus herbam
Carpere oueis:dum mox frondosa reducitur æstas:
Et multa duram stipula,filicumq; maniplis
Sternere subter humum:glacies ne frigida lædat
Molle pecus:scabiemq; ferat,turpeisq; podagras.
Post hinc digressus,iubeo frondentia capris
Arbuta sufficere:& fluuios præbere recentes:
Et stabula à ventis hyberno opponere soli
Ad medium conuersa diem;cum frigidus olim
Iam cadit,extremoq; irrorat aquarius anno.
Hæ quoq; non cura nobis leuiore tuendæ:
Nec minor vsus erit.quamuis Milesia magno
Vellera mutentur,Tyrios incocta colores.

Id est aquam statim haustam,Nisi si pigrã potauerint, statim contrahunt morbum.¶Stabula a ventis.)Figurate.s.ventos nõ perferentia.¶Hyberno soli.)Cõtra plagam meridianam, per quam sol currit per hyemem:quod explanat dicens, At medium cõuersa diem.¶Extremo anno.)Mense Ianuario, qui est penultimus. Nam vt etiam in primo diximus, Vt primis extemplo a mẽsibus anni, a Martio mense inchoabat annus apud maiores, Ergo extremo anno, Extrema parte anni.¶Hæc quoq; non cura.)Cum de capellis loquitur, figurate neutro vsus est genere.Nã integrũ erat.¶Hæ quoq; non cura nobis leuiore tuendæ.)Sanè perite, quoniã scit planam esse ouium vtilitatem,eam præterit, & exaggerat meritum capellarum, vt dictis in lucem promat rem per se minus patentem.¶Milesia vellera.)Lanæ pretiosissimæ,nam Miletus ciuitas est Asiæ vbi tinguntur lanæ optimæ.Ipse in quarto, Milesia vellera nymphæ Carpebant. Cicero in Verrem, Quid a Milesijs lanæ sustulerit.¶Magno autem mutentur.)Ingenti pretio cõparentur. Nam apud maiores omne mercimonium in permutatione constabat:quod & Caius Homerico confirmat exemplo.¶Tyrios incocta rubores.)Figurate:quæ coquẽdo Tyrium traxit ruborem,id est migrauit in purpuram.

PROBVS.

¶Aquarius hyemem, & pisces finiunt, ab eis ver incipit, hoc est ariete.

MANCINELLVS.

¶Stabulis in mollibus.)Id est mitibus, & temperatis, non frigidis.Hinc Var.lib.ij.cap.ij.ait de ouibus,Primum prouidendum, vt totum annum recte pascãtur intus & foris, stabula idoneo loco vt sint ne ventosa quæ spectent magis ad orientem q̃ ad meridianum tempus:vbi stent solũ oportet esse eruderatum,& procliuum, vt euerti facile possit ac fieri purum:non enim solum ea vligo lanã corrumpit ouium: sed etiam vngulas adscabras fieri cogit,cum aliquot dies steterũt:subijcere oportet virgulta alia, quo molli⁹ requiescãt puriores q; sint,libẽtius enim ita pascuntur, faciẽdumq; septa secreta ab alijs,quo enitẽtes secludere possis.item quo corpore ægro hæc magis ad villaticos greges animaduertenda,contra illa quę in saltibus pascuntur, & a tectis absunt.lõge portant secum cratẽs, aut retia, q̃bus cohortes in solitudine faciãt.¶Frondosa æstas.)Nõ ver intelligit,sed æstatẽ ipsam quæ quidẽ incipit.vij.idus Maij.Ver aũt.vij. idus Febr.quo tẽpore etiã niues & frigora vigere solẽt:vnde & Var.dicto lib.j.ait, q̃ sibi greges in Apulia hybernabãt, qui in Rheatinis montibus æstiuabant.¶Molle.)Debile.¶Turpesq; podagras.)Turpes efficiẽtes.Podagra autẽ cõponitur a podos.i. pedis,& agra captura,aut præda, agria vero dolor dicitur.Ponitur item podagra quãdoq; pro laqueo seu pedica, q̃ podas.i.pedes,gremit.i.capit.¶Frondentia arbuta.)Capræ potius syluestribus delectãtur saltibus q̃ pratis.studiose enim de agrestibus fruticibus pascuntur,atq; in locis cultis virgulta carpunt,itaq; a carpendo capre nominatę, sic Var.scri.lib.ij.cap.iij.Meminit & similia ferè Columel.lib.vij.de capris.¶Stabula a ventis.)scilicet remota,stabulatur caprinum pecus mollius ad hybernos exortus. Caprile autem lapide, aut testa substerni oportet, quo minus sit vliginosum,ac luculentum foris,cum est pernoctandum substernimus virgultis,ne oblinantur. Varro lib.ij.Aquarius.xvij.Cal. Febr.sol in Aquarium trãsit.&.xv.Cal.Feb.Aquarius incipit oriri,ventus Africus tempestatem significat. Nonis Feb.medię partes Aquarij oriuntur ventosa tempestas.xv.Cal.Martij sol in Pisces transitũ facit,hinc occidit Aquarius, author Columel.li.xj. ca.ij.¶Cum frigidus olim.)Ordo est, cum olim frigidus iam cadit,cum enim occidit,non ita frigidus esse videtur.est aũt Aquarius frigidus & hyemalis, vt etiam asserit Ptolemæus lib.j.quatuor partium, hinc Saturno assignatus.¶Extremo anno.)Secundum illorũ opinionẽ locutus est, qui annũ a Martio incipiebant hoc enim pacto Aquarius & Pisces in extremo anno esse videntur: olim vero Aquarius & Pisces,vnum sydus erãt, vt Scorpius & Libra,vel Aquariũ vltimũ ait,quia ver a Piscibus incipit in primo mobili, de quo etiam Manilius.¶Hæc quoq;.)caprina videlicet pecora.¶Vsus.)Vtilitas.¶Milesia vellera.)Miletos Ioniæ caput,Cadmi olim domus,sed eius qui primus inuenit prosæ orationis disciplinam. Solinus author. cap.xxxvij.Strabo vero lib. xiiij.scri.Miletum a Neleo conditam, qui genere Pilus fuit.Erat autem

Podagra. Caprinum stabulum. Aquarius. Miletus.

autem optima vrbs atq; clarissima,ex qua oriundi fuere viri memoratu digni. Thales vnus e septem sapiẽtibus,qui primus physiologiæ,ac mathematicæ author fuit inter Græcos. Anaximander eius discipulus,& Anaximandri Anaximenes, itẽ Hecatheus qui historiã scripsit. Æschines orator, qui assumpta nimia erga Pompeium magnum licẽtia, missus est in exilium.¶Magno mutentur.)Grandi pretio mutentur alijs.s.mercibus,vt olim fiebat. Milesia vellera tertium lanę locũ Milesiæ oues obtinent.Pli.scri. lib.viij.cap.ix.Tyrios rubores,purpureum liquorem intelligit de quo videto lib.ij.Georgi.Et Sarrano dormiat ostro.

ASCENSIVS.

¶Incipiens,&c.)Incipit ergo quo ordine proposuerat de ouibus loqui,dicens.Ego incipiens,scilicet præcipere, aut altius sonare edico(quod maiorum est)id est manifeste & publice præcipio oueis,accusatiuus est, id est oues carpere,id est vt oues carpant in stabulis mollibus, id est temperatis a frigore & stratis, herbam,id est fœnum, dum,id est donec, æstas frondosa, id est frondibus plena, reducitur mox, id est paulopost, & edico sternere humum duram,subter,scilicet oues multa stipula,id est straminibus,& maniplis, pro manipulis, id est fasciculis filicum, id est illarum herbarum, ne glacies frigida lædat pecus molle,id est tenerum,& ferat,id est inferat scabiem,& podagras,id est pedum ægritudines turpes: post,id est deinde, ego digressus hinc,id est ab ouium præceptione iubeo sufficere, id est abunde subministrare capris, arbuta frondentia, id est frondes arbutorum, & præbere fluuios recentes, & opponere stabula, id est aperturas eorum soli hyberno a ventis,id est, habeãt solem incumbentem & ventum a tergo,hoc est,vt a septentrione a vento munita sint, & meridiei expositã,conuersa; scilicet ad medium diem, id est ad eum locum, in quo sol nobis videtur in meridie.tunc, scilicet cum Aquarius frigidus olim, scilicet in Ianuario,aut circiter,cadit,id est occidit, vt ad medium Martij, hoc est circa æquinoctiũ vernale: tunc enim soli in meridie ex directo opponitur septentrioni:& irrorat, id est rorem inducit anno extremo, id est circa principium Martij, vbi olim erat,& principium anni, pruinæq; in locis calidis in rorem commutantur: hæc quoq;,id est etiam, hæc pecora,videlicet caprina,erant tuenda,id est protegenda nobis non leuiore, id est minore cura quàm scilicet oues,nec vsus, id est vtilitas erit minor,scilicet in capris quàm in ouibus:quamuis vellera Milesia, scilicet quæ ferunt oues iuxta Mileton Ioniæ regionis: caput incocta, id est tingendo incoctos habentia Tyrios rubores,id est liquorem purpureum,mutẽtur, scilicet cum alijs mercibus,aut pecunia:sed more antiquo dicit, mutẽtur,magno,scilicet pretio,aut aliarum merciũ cumulo:hoc est quamuis Milesia vellera in summo pretio sint:eo quod eorum lanæ molles ad purpuram aptissimę sunt:tamen non minor est vsus in capris,quod probat sequentibus.

PIERIVS.

¶Hęc quoq; nõ cura nobis leuiore tuenda.)In Roma.cod.Hęc & tuendæ,legitur:& ita prius erat in co.Mediceo. In Longobardi.Hæ,fœminino genere, vt de capellis intelligat.Seruius tamen mauult poetam vsum neutro genere,locutumq; figurate,prout habetur in Roma.cod.veteribus enim aiunt fuisse morẽ, vt neutra fœmininis iungerent.¶Tyrios incocta rubores.)In Ro.co. & aliquot alijs peruet erib.colores,legitur. In Mediceo quidem, rubores,est: sed supra,co,notatum antiqua manu figuratius tamen est,rubores,legere.

SERVIVS.

¶Densior hinc soboles.)Binos enim pariunt capellæ plerunq;.¶Barbas.)sic de quadrupedibus. Nam hominum barbam vocamus.¶Incana.) autẽ dicit nimium cana.¶Cinyphij hirci.)Libyes,a fluuio Cinyphe.¶Miseris nautis.) Qui frequenter patiuntur pericula. In vsum autẽ castrorũ ideo dixit, & quia de Cilicijs poliuntur loricę,& teguntur tabulata turrium,ne iactis facibus ignis possit adhærere. Et bene laudat capellas, dicẽs Ciliciorum vsum & in mari, & in terra prodesse mortalibus hoc est in duobus elemẽtis concessis hominibus.¶Pascuntur syluas.)Et pasco & pascor illam rem dicimus.¶Summa Lycæi.)Mõtis Arcadiæ,& est species pro genere.¶Suosq; ducũt.) Educunt fœtus proprios & enutriũt:vnde & educatos dicimus. ¶Quo minus est illis curæ.)Ordo est, Igitur omni studio auerte ab eis ventos,& glaciẽ quo egestas mortalis,id est necessitas mortalitatis minus est illis curæ: hoc est, minus ad ipsarum pertinet curam.nam hoc dicit,Quanto illæ sibi adesse non possunt, tanto eis a te impendenda est maior diligentia.

Densior hinc soboles.hinc largi copia lactis.
Quàm magis exhausto spumauerit vbere mulctra:
Læta magis pressis manabunt flumina mammis.
Nec minus interea barbas,incanaq; menta
Cinyphij tondent hyrci,setasq; comanteis
Vsum in castrorum,& miseris velamina nautis.
Pascuntur vero syluas,& summa Lycæi,
Horrentisq; rubos,& amantes ardua dumos.
Atq; ipse memores redeunt in tecta:suosq;
Ducunt:& grauido superant vix vbere limen.
Ergo omni studio glaciem,ventosq; niuales,
Quominus est illis curæ mortalis egestas:
Auertes:victumq; feres,& virgea lætus
Pabula:nec tota claudes fœnilia bruma.

PROBVS.

Cinyps ¶Cinyphei tondent hirci, setasq; comantes Vsum in castrorũ & miseris velamina nautis.)Cinyps oppidum est, & flumen Africæ regionis Garamantũ. Apud eos hirci villosissimi nascuntur, quos tondent ad Cilicia,quibus nautæ vtuntur.

MANCINELLVS.

¶Densior hinc soboles.)Capræ pariunt, & quaternos, sed raro admodum,ferunt quinque mensibus,vt oues:capræ pinguedine sterilescunt, trimæ minus vtiliter generant,& in senecta nõ vltra quadriennium incipiunt septimo mense, & adhuc lactantes concipiunt Nouembri mense, vt Martio pariant,vita longissima plurimum annis,octo,tradunt, & noctu non minus cernere quàm interdiu, Plinius libro octauo. Columella vero libro item octauo, capitulo sexto, de capris sic ait. Parit autem, si est generosa proles, frequentes duos nonnunquam trigeminos. ¶Læta vbera mammis.)Hic locus ostendit vbera recte deduci ab humeo, secundum aliquos: vt tubera a tumeo,m,litera in b,conuersa, loca enim arida infœcunda sunt, apparetq; vbera dici interiora mammarum, mammas vero vberis eminentias. Nec minus interdum inquit capræ,& sobolem, & copiam lactis præbent, hirci etiam cõmoda hominibus tribuunt, & in terra, & in mari.¶Cinyphei hirci)Cynips fluuius est in Libya per vberrima arua decidens, vt scribit Mela. Poeta vero ostendit illic esse hircos tonsili villo,& Plinius libro octauo ait, quod in Cilicia circaq; Syriam capræ villo tonsili vestiuntur.¶Tondent.)Pro tondentur,hoc loco Priscianus exponit libro octauo.tu videto latius in Tityro ibi,Tondẽti barba cadebat, potest etiam dici tondẽt, scilicet pastores, & sic Cinypei hirci genitiuus esset singularis.¶Barbas.)Id est pilos: mentum vero pilorum locum. ¶Incana.) Valde cana.¶Vsum in castrorum.)Varro libro secundo capi.vlti.sic ait,Suscipit Cossinius, vt fructuum ouis e lana ad vestimentum, Sic capra pilos administrat ad vsum nauticum,& ad bellica tormenta,& fabrilia vasa. Neque non quædam nationes harum pellibus sunt vestitæ: vt in Getulia, & Sardinia, Post, inquit, & magnis villis sunt in magna parte Phrygiæ, vnde Cilicia,& cætera eius generis fieri solent.¶Pascuntur syluas.) Videto paulo superius, ibi frondentia arbuta Lycæi, pro quocunq; monte posuit Lycęum Arcadię montẽ,nam ibi est ouium & caprarum copia.¶Dumos.)Spinas.¶Suosq; ducunt.)Vel secum ducunt pascendo,vel ducunt, pro educant,id est nutriunt, ac lactant, quod quamuis sit omnino:vbera plena domum referũt.Columel.libro octauo ca.vj.scribit, q̃ capella præcipue probatur simillima hirco: si etiam est vberis maximi, & lactis abundantissimi.¶Glaciem.)Columel.libro.viij.de capris inquit, huic pecudi nocet æstus,sed magis frigus, & præcipue fœtę,id est grauidæ quæ in gelicidio hyemis conceptum fecit. De caprili vero superius videto ibi stabula ab ventis.¶Mortalis egestas.)Ordo est in hoc carmine, Quo egestas mortalis est minor curæ illi, id est minori curæ:hoc est quanto minus curant humanã indigentiam, necessitatem, auxilium, tanto magis eas curare debemus. ¶Virgea pabula.)Arbusculis enim frutetisq; maxime gaudent capræ,ea sunt arbutus,cithisusq; agrestis, nec minus iligni,querniq; frutices, qui in altitudinem non prosiliunt, Columel.libro viij.¶Fœnilia bruma.)Idem eodem libro, capitu.vero.iij.ait de ouibus,quod penurię hyemis succurritur obiectis intra tectum per

Vbera, Tubera

Ciliciũ.

Universidad de Deusto Biblioteca

per præsepia cibis. Aluntur autem commodissime repositis vlmeis, vel ex fraxino frondibus, vel autumnali fœno, quod cordum vocatur: nam id mollius, & ob id iucundius est q̃ maturũ. Cithiso quoq;, & satiua vicia pulcherrima pascuntur: hæc ille de ouibus hyeme cibandis: quod quidē etiam de capris intelligendum est, ait enim Var. lib. ij. ca. iij. Nec multo aliter tuendum esse hoc pecus in pastu, atq; ouili.

ASCENSIVS.

¶Densior hinc.) Docet (vt dixi) vtilitatem quam capræ plus q̃ oues afferunt, dicens eas & fœtu & lacte præstare, & tamen ex pilis earum etiam integumenta fieri contra pluuiam vtilia: deinde quia minori cura atq; custodia pascuntur æstate, & minori impēsa hyeme. ¶Ordo autem est. Densior soboles, id est proles aut fœtus, est sup. hinc, id est ex capris quę binos ferè pariunt quàm ex ouibus quæ ferè singulos, & copia lactis largi est hinc, scilicet ex capris maior quàm ex ouibus. Et q̃, id est quanto magis mulctra, id est vas mulctrale in quod. s. mulgetur, spumauerit vbere exhausto, id est emulcto, extracto. s. omni lacte, supple tanto magis vbera. s. earum manabunt, id est distillabunt lacte, mammis pressis. s. palmis, exprimendo lac, quam rem oues non patiuntur: vnde dictum est in Buco. Et succus pecori, & lac subducitur agnis. Nec minus, id est quinetiam, hirci Cinyphei tondent, id est tondentur barbas, id est habent barbas tonsas, & id quomodo Priscia. interpretatur, aut pastores tondent barbas, & incana, id est multum cana menta, & setas comantes, id est fructificantes & oblongas hirci Cinyphei. i. Libyci. sunt enim plurimi in Libya etiam tonsili villo videtur autem a nominatiuo Cinyps scribendum, Cinypei: nam a Cinype fieret Cinypei penul. long. Nota est insana & friuola cōtrouersia eorum, qui de lana caprina contendunt, dicentibus, alijs lana, alijs villum, alijs pilum, alijs setam dici. Sanè lana est mollior villus in ouibus, villus crispans, pilus in leone, & quibusdam canibus, seta durus admodum, & rigens pilus, vt in porco. Pilus autem inter setam & lanam medius, vt in equo, cane, homine, atque alijs multis: tondent dico in vsum castrorum vt. s. fiant integumenta contra pluuiam, & tondent miseris nautis, sup. in velamina. i. cooperimenta & integumēta, corporum: vero pro sed: capræ. s. & hirci, pascuntur syluas & summa id est verticem & summitatē Lycæi. s. montis Arcadiæ, & pascuntur rubos. i. vepres, horrētis, id est asperos, & hirsutos, & dumos amantes, id est appetentes, ardua. s. loca: hoc est capræ non carpunt prata, quorum fœnum pretiosum sit, sed frondes quæ nisi carpserint, in nihilum deciderint, itaq; nihil constant earum ferè pabula:

pabula: nec molesta est custodia, vnde subdit. Atq; ipsæ. s. sine custode aut pastore, memores. s. caprilium suorum, redeunt in tecta: & ducunt. s. secum in tecta, suos. s. fœtus, hoc est hœdulos: aut ducunt. i. educant, & vix superant. i. supertransire possunt, vbere grauido. i. lacte distento, & onusto, limen. i. lignum transuersum in introitu. Ergo, quia tanto sunt vsui, tu auertes. s. ab eis omni studio. i. conamine & diligentia, glaciem, & ventos niuales, sup. eo diligentius, quo egestas. i. necessitas, & labor mortalis, id est mortalitatis, & quę, aut qui mortalibus ferè comes est: est illis minori curæ, id est quantum ad curam, hoc est minori curæ: si legatur quo minus, &c. facilior esset cōstructio. Sensus autē est: quia capræ sunt, sui cultus negligentes, minusq; prouidæ circa miserias mortalium, eo diligentius nobis curandæ sunt. tu ergo auertes glaciem, & ventos niuales, id est qui cum niuibus decidunt: & tu lætus, id est libens, & bene volens, feres scilicet in stabula, victum: & pro, id est pabula virgea. i. virgarum frondes, aut comas in pabula earum decerptas, nec claudes fœnilia, id est loca in quibus fœnum reponitur, tota bruma. i. mediæ hyemis tēpore, hoc est non negabis eis fœnum saltem deuterum. i. secundæ sectionis, quod Cordon vocant secaturq; in autumno.

PIERIVS.

¶Quam magis exhausto spumauerit vbere mulctra.) In Romano codice & in aliquot alijs peruetustis legitur. Quo magis idq; vt, mihi videtur eleganter, missas vero facio dictiones quasdam inscitia librarij perperam notatas. ¶Læta magis pressis manabũt flumina mammis.) In Romano codice, in Longobar. & aliquot alijs sanè quam veteribus, non flumina, sed, vbera, legitur. Qui legerant vbere in superiore versu, veriti sunt repetitionem eiusdem vocabuli ariditatem orationis præ se ferre, ideoq; flumina supposuerunt. Sed enim, si animum aduertas, color ille dicendi non modo non aridus videtur, sed & venustatis plurimum habere: quanq̃ metaphorica ea hyperbole, flumina loco huic optime conueniat, & incomparabilem exprimat vbertatem. ¶Cinyphij tondent hirci.) In Roma codice, hircis, legitur: ab eis enim lanicij genus id demitur. Sunt etiam codices antiqui, in quibus scriptum est, hirquis, vt in Bucolicis etiam ostendimus hircum, & hirquum eundem, sed si figuram agnoscit Priscianus, tondent pro tondentur, quare hirci melius: de Cinyphijs hircis apud Herodotum mentio. Aduerte vero scriptionē, quod quæuis in Græcis diuersorum authorum codicibus impressis, κινύφιος scripta sit, prima per ιῶτα, secunda per, υ, ψιλόν. tamen in ijs, qui manu scripti sunt, κυνίφιος, prima per, υ, altera per, ι, habetur.

SERVIVS.

¶At vero Zephyris cum lęta vocātibus ęstas.) Subaudi aduenerit. Dicit aũt ver quo flare Zephyrus incipit: vt in primo, Et Zephyro putris se glęba resoluit. ¶Frigida rura carpamus.) Id est carpere cogamus animalia. Et mane pasci oues præcipit secundũ morē suę prouincię. Nam in aliquibus locis morbũ contrahunt nisi iam siccato rore pascanť. ¶Dum gramina canent.) Nocturnis & matutinis lucentes roribus herbæ. ¶Querulæ cicadę.) Canorę. Horatius, Sub cantu querulæ despice tibiæ. Aut certe querulæ diciť propter illã fabulam, q̃ Titonus maritus Auroræ post optatã longissimam vitam, in cicadã diciť esse cōuersus. ¶Rumpēt arbusta.) Nimio clamore. Iuuenalis, Et assiduo ruptæ lectore columnę. Persius, Findor, vt Arcadiæ pecuaria rudere dicas. ¶Ilignis canalibus.) Factis ex ilice. Sanè canalis melius genere fœminino q̃ masculino ꝓferimus. ¶Sicubi mag. Io. ant. rob. quer.) Quia omnis quercus Ioui est cōsecrata. Quod aũt dicit Iouis quercus, & ilicibus crebris sacra nemus accubat vmbra, Non reuera cōsecratos lucos dicit nos petere debere: sed ita dēsos quales sunt illi quos religio defendit. Vnde apparet quercũ Iouis, & sacrã vmbrã, generalia esse nõ specialia epitheta: nã, vt diximus, & omnis quercus Ioui est consecrata, & omnis

At vero Zephyris cum læta vocantibus ęstas:
In saltus vtrunq; gregem, atq; inpascua mittes,
Luciferi primo cum sydere frigida rura
Carpamus, dum mane nouũ: dum gramina canent:
Et ros in tenera pecori gratissimus herba:
Inde, vbi quarta sitim cœli collegerit hora:
Et cantu querulæ rumpent arbusta cica dæ:
Ad puteos, aut alta greges ad stagna iubeto
Currentem ilignis potare canalibus vndam.
Æstibus at mediis vmbrosam exquirere vallem:
Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus
Ingentes tendat ramos: aut sicubi nigrum
Ilicibus crebris sacra nemus accubet vmbra.
Tum tenues dare rursus aquas: & pascere rursus
Solis ad occasum: cum frigidus aera Vesper
Temperat: & saltus reficit iam roscida luna:
Littoraq; Halcyonen resonant: & Acanthida dumi.

& omnis lucus Dianæ. ¶Tenues aquas.) Epitheton est aquarũ. Alibi, Aut in aquas tenues dilapsus abibit. ¶Aera vesper Temperat) Refrigerat æstatis calorem. ¶Reficit.) recreat. ¶Luna) Nox. ¶Littoraq; Halcyonē resonāt & Acanthida dumi.) quo tempore resonat per littora Halcyon auis, cuius fabulã in primo memorauim⁹. Per Dumos vero Acãthidis, quã alij Lucinã esse volunt, alij vero carduelã, quæ spinis & carduis pasciť, vt inde etiã apud Græcos ἀκανθίς dicta sit ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν. i. spinis quibus pascitur.

PROBVS.

¶Litoraq; Halcyonē resonãt & Acan. du.) Halcyone fuit filia Æoli vxor Cæycis, quo in naufragio amisso mutata est in aues Halcyonias, cuius partus dum excluditur, septē diebus mare quietum est. Acanthis, ca est, quæ græce acanthis dicta est, latine carduelus a carduo. ¶Dumi.) Vocantur aspera loca, & inculta collicosa, alij Luciniam.

MANCINELLVS.

¶At vero.) Ordo est. At vero cum æstas læta. s. est, vel aduenit Zephyris vocantibus mittes in saltus, &c. ¶Læta æstas.) Non de vere, sed de ipsa æstate loquitur. Columella enim libro duodecimo ca. secundo sic ait, Nonis Maij Vergiliæ exoriuntur, mane Fauonius. vij. idus Maij æstatis initium Fauonius, aut Corus interdum,

interdum, & pluuiæ. vj. Idus Vergiliæ totæ apparent, Fauonius aut Corus interdum pluuiæ. Ecce hic apparet quomodo æstatem Zephyri vocant. Præterea Var. etiam libro secundo cap. ij. id apertissime ostendit de æstate non de vere intelligendum: ait enim de ouibus quod æstate cum prima luce exeũt pastum, propterea q̃ tunc herba rosida meridiana, quæ est aridior iucunditate præstat sole exorto puro propellunt, vt reintegrantes rursus ad pastum alacriores, faciant. Circiter meridianos æstus dum deferuescant, sub vmbriferas rupes, & arbores patulas subijciunt, quod refrigerato aere vespertino, rursus pascant ad solis occasum. Ita pascere pecus oportet, vt aduerso sole agat, caput enim ouis molle maxime est. Ab occasu paruo interuallo interposito ad bibendum appellunt, & rursus pascunt, quoad contenebrauit, iterum enim tum iucunditas in herba reintegrata est: hæc ab Vergiliarum exortu ad æquinoctium autumnale maxime obseruant. Reliquæ pastiones hyberno, ac verno tempore hoc mutant, quod pruina iam exhalata propellunt in pabulum, & pascunt, diem totum ac meridiano tempore semel agere potum satis habent. His igitur patet de ęstate intelligi, non de vere: quæ omnia Var. Mar. apposuit hoc loco. Columel. item libro viij. cap. tertio de æstate intelligit. Vtrunq; gregem, ouium, & caprarum. ¶Luciferi.) De hoc iam supra. ¶Canent.) Propter pruinam, scilicet ros: de rore item superius. ¶Sitim cœli.) Id est aeris æstum. ¶Cicadæ.) Vide in Alexi. ¶Ilignis canalibus.) Columel. libro octauo cap. iij. ait nulla esse tam blanda pabula, aut etiam pascua, quorum gratia non exolescat vsu continuo, nisi pecudum fastidio occurrerit præbito sale, quod veluti ad pabuli condimentum per æstatem canalibus ligneis impositum, cum e pastu redeunt, oues lambunt, atque eo sapore cupidinem bibendi, pascendiq; concipiunt. ¶Rosida luna.) Humida, intelligitq; de vespertina luna, quæ omnia, vt iam ostendit, Varro quoque edocuit. ¶Halcyonem.) Vide libro primo Georgi. ibi Dilectæ Thetidi halcyones. ¶Acanthida.) Sic legendum est, nõ aliter: nam Theocritus in quodã carmine Ecloga quæ inscribitur Thalisia Achantides ait. Est autem Acanthis auis vario colore, & stridula, quæ inter spinas viuit: legatur igitur carmē sic, Littoraq; Halcyonem resonant, & acanthida dumi.

Acãthis

ASCENSIVS.

¶At vero zephyris, &c.) Docuit quo pacto tempore hyberno educandæ sint capræ, sed & oues ferè eadem postulant nutrimenta: nunc docet quomodo temporibus reliquis pascendæ sint, facturus de varietate pascendi, & de diuersitate cœli non iniucundam nec ineptam digressionem. ¶Ordo est. At vero. i. sed certe: cum æstas læta. s. quæ est in fine Aprilis, & in Maio, supp. est, aut aduenit: tu mittes vtrunq; gregem. s. tam ouium q̃ caprarum, in saltus: atq; in pascua: & hoc Zephyris vocantibus. i. inuitantibus te & gregem. Carpamus. i. carpere cogamus rura frigida. s. nocturno frigore cum primo sydere. i. cum primum apparet sydus, luciferi. i. stellæ lucem ferentis, & solem tempore matutino præcedentis, vespertino autem sequentis, dum. i. quamdiu mane. i. tempus matutinum, est nouum: & dum. i. quandiu gramina canent. s. pruina: & dum ros est gratissimus pecori in tenera herba, & id secundum morem patriæ suæ præcipit poeta, inde vbi. i. postq̃ quarta hora. s. post ortum solis, collegerit sitim. i. siccitatem, cœli. i. aeris, & cicadæ querulæ rumpent. i. diffindent cantu. s. suo, arbusta. i. arbores vicinas, de quibus in. ij. Eclo. Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis (hyperbole aũt est in hoc, quod dicit arbusta cantu rumpi, quasi vero tanto impetu emittant crepitus suos, vt arbores diffindant, quam imitatus est Iuuena. sat. prima, dicens. Frontonis platani conuulsaq; marmora clamant Semper, & assiduo ruptæ lectore columnæ) cum ergo cauma instabit, iubeto potare. i. ad potum agere greges ad puteos, aut alta. i. profunda stagna, ad vndam currentem. i. defluentem canalibus. i. tubis cauatis, ilignis. i. ex ilice factis. At. i. sed: iubeto, sup. gregem exquirere vmbrosam vallem medijs æstibus. i. dum medij sunt æstus, sicubi. i. si alicubi magna quercus Iouis, id est Ioui sacra, tendat antiquo robore. i. ex trunco longęuo & grandi, ramos ingentis. i. valde amplos & extensos, aut si nemus. i. arboretum nigrum. i. caliginosum vmbra sacra. i. tali qualis solet esse in lucis sacris, accubet. i. vicinum iaceat, crebris ilicibus. i. illis arboribus condensę positis, a quibus nascitur vmbra ex aduerso. s. solis: & tu iubebis dare rursus. i. iterum, tum. i. tunc dum se sub vmbram receperint, aquas. i. potum aquarũ, & pascere rursus ad occasum solis, cum vesper. i. hesperus seu vesperus, stella vespertina frigidus. i. frigus nocturnum afferens, temperat. s. ab æstu aera, & luna rosida. i. humore nocturno perfundens terrã reficit iam saltus, & cum littora resonant. i. referunt cantantem Halcyonem auiculam illam quæ in mari in summa trãquillitate nidificare solet, & dumi referunt Acanthida auiculam illam dumis gaudentē, hoc est cantum eius, quem repetit æstu diurno sedato.

PIERIVS.

¶Ad puteos aut alta greges in stagna.) In Roma. co. At puteos adq; alta greges at stagna. In plerisq; enim præcipue ex his antiquis semper, ad, præpositio per, t, scribitur. Sed q̃ adq;, in eo codice legitur apud No. Marcellũ in libello de indiscretis generibus aut, legitur, vt vulgata habent exemplaria: quod vero Virgi. puteos genere masculino dixit, Varro malunt neutro dicere putea: vt maria, vt apud Græcos φρέαρ neutri generis est eodem significato. ¶Currente ilignis putare canalibus vndam.) In Ro. cod. lignis, nõ ilignis scriptum est. Verũ ligneis fuisse prius videtur in aliquot cod. in nonnullis, iligneis, est per ei, diphthon. vt amiceis sueis, in veterum monumentis, sed enim vt etiam in Medi. est, ilignis, agnoscit Seruius, & proprietatē poeticam refert ea compositio. ¶Æstibus at medijs vmbrosam exquirere vallem.) In cod. Longobar. Æstibus autē medijs, legitur: in quibusdã alijs anti. ac medijs. In Longobar. adquirere, quod nõ ita placet. Nõ tamen displicet, at, vbi, aut, habeť: vt quatuor sint pręcepta vno quoq; die seruanda. Quippe vt mane pascãtur, hora quarta potũ ministremus,

Universidad de Deusto Biblioteca

mus,meridie sub vmbra cōtineantur:vesperi vero iterum in pascua mittant.¶ Tum tenues dare rursus aquas.)In Ro.co.Tūc tenues,sed Tum multo magis placet.¶ Resonāt & acāthida dumi.) Vel vt alij acanthida.Scio fore,vt multi mihi negociū facessant,si dixero in antiquis oībus codi.quotquot ad manus meas peruenere, vno consensu legi,acalanthida dumi,Ita enim in Roma.ita in

in Oblongo codicibus antiquissimis, ita in Medi.ita deniq; habetur in plerisq; alijs.Præterea videtur Probus lectionē hanc agnouisse,si modo fidelem codicem nanciscare,dum dicit. Acalanthis ea est quæ grece ἀκανθὶς dicta est,Latine crudelis, a carduo.Neq; vero ignari sumus ex Plin.atq; etiam ex Aristotele Acanthin in spinis viuere, odisse asinos ideo quod flores spinæ libenter deuorent.

SERVIVS.

¶Quid tibi pastores Libyæ.) Dicit pro qualitate prouinciarū diuersa esse genera pastorū.¶ Sine vllis hospitijs.) Sine vllis stabulis.¶ Armentarius.)Abusiue,nam de gregibus loquitur.¶ Tectumq; laremq;.)Tentoria more militū:ac si casam diceret.¶ Amyclæumq; canē.) Laconicum. Et est species,p genere. Amycla autem ciuitas est Laconię: vnde est,Talis Amyclęi domitus Pollucis habenis Cyllarus.¶ Patrijs acer Romanus in armis.)Generaliter sibi concessis: ac si diceret Martijs.¶ Iniusto sub fasce.)Sub magno onere. vt, Ego hoc te fasce leuabo. Magnum autem onus dicit propter arma,alimenta,vestitum.¶ Ante expectatum.)Dicto citius, anteq; eius expectetur aduētus.Et est vna pars orationis:hoc ste aduerbium.¶ Stat.)Obstat,nam Aphæresis est.

Quid tibi pastores Libyæ, quid pascua versu
Prosequar:& raris habitata mapalia tectis?
Sæpe diem,noctemq;,& totum ex ordine mensem
Pascitur:itq; pecus longa in deserta sine vllis
Hospitijs:tantum campi iacet.omnia secum
Armentarius afer agit, tectumq;,laremq;,
Armaq;,amyclæumq; canem,cressamq; pharetrā.
Non secus ac patrijs acer Romanus in armis:
Iniusto sub fasce viam cum carpit:& hosti
Ante expectatum positis stat in agmine castris.

PROBVS.

Mapalia vbi locorū Numidæ. ¶Mapalia.)Loca deserta punica.¶ Quid tibi pastores Libyę.q.p.v.t.&.r.habitata mapalia t.)Numidę mapalia,vocāt tecta sua quę subductis nauibus suis post amissum regem Persea inuersa pro domicilio habere cœperunt.¶ Amyclæumq; canem.)Laconicū.¶ Cressam.)Cretensem,quia ibi optimi sagitarij sunt.

MANCINELLVS.

¶Quid tibi.)Ostēdit secundum varias regiones vario modo,& tempore pasci.¶ Pastores Libyæ.)Numidas, seu Nomadas intelligit.scribit enim Solinus, q Numidæ incolæ quandiu errarunt pabulationibus vagabundi Nomades dicti sunt,& Plin.lib.quinto cap.iiij.sic ait:Numidæ vero Nomadæ a permutandis Papilionibus,mapalia sua, hoc est domos plaustris circunferentes, Nomas autem Numidia dicitur,& pastor nomeus,nomen pasco,nome pabulum,pastura. Nomao autem cum secunda litera omega diuido,moueo.¶ Raris habitata mapalia tectis.)Mapalia casæ punicæ appellantur,vt inquit Festus,de his vero Sallu.in Iugur.sic, (Mapalia.) Cæterum adhuc ædificia Numidarum agrestium quæ mapalia illi vocant,oblonga,incuruis lateribus tecta,quasi nauium carinę sunt.¶ Raris tectis.)Scribit Stra.lib.xvij.quod maxima mediterraneæ Libyæ pars, & regio circa Oceanū deserta est:Paruis præterea habitationibus & sparsis, & ex magna parte pastoralibus distincta est.Ora autem, quæ ex aduerso nobis est, tota bene habitatur.¶ Armentarius.)Sunt enim ibi, & armenta,& greges, propterea armentarius ait,tectumq;, mapalia, id est domos in plaustris intelligit, vt ex Plinij verbis superioribus habetur.¶ Laremq;) Larem hic intelligo ignem,quoniam tectum dixit,& Colu.li.xij. de villico inquit, consuescat rusticus circa larem domini focum familiarem semper epulari. (Lar.) Lar etiam quandoq; pro domo ponitur.Ouid.libro primo trist.Quæ nostro frustra iuncta fuere lari.ponitur & pro deo ipso familiari, qui domi in ipso foco colebatur,nam focus deorum penatium ara est, vt etiā Porphyrius tradit: hæc tamen latius habentur Ode secunda.¶ Amyclæum.) Laconicū, de Amyclis superius patuit.¶ Cressam.)In Creta enim optimi calami pro sagittis sunt apud Cydoniam vrbem, de qua in fine Buc.¶ Iniusto sub fasce.)Sub ingēti onere. Vegetius enim libro primo scribit, quod pondus quoq; baiulare vsq; ad.lx.libras,& iter facere gradu militari frequentissime cogendi sunt iuniores, quibus in arduis expetitionibus necessitas imminet,annonam pariter,& arma portandi,quam rem antiquos milites factitasse,Virgilio ipso teste,cognosci potest ex hoc loco,vt idē ait. ¶ Et hosti.)Legitur & hostem in antiquis.

ASCENSIVS.

¶Quid tibi pastores, &c.)Quia qualitatem aeris obseruandam pastoribus significauit,docet diuersa genera passionum in diuersis esse regionibus,longeq; aliter in Libya æstu assiduo ferè concussa aliterq; in Scythia perpetuo frigore horrente pecora esse pascenda.Significat tamen id non apprime necessarium esse cognitu,cum

tu, cum Italici pastores quibus temperatior est regio ad illorum morem nō pascant: dicit ergo quid.i.ad quid,p sequar tibi versu.i.decātem, aut describam carmine pastores,& pascua Libyæ,& mapalia quæ & magalia, sed magalia primam producit, mapalia corripit, vtrunq; autē singulari caret, id est casas & humilia domicilia Libyæ habitata raris tectis.q.d.id inutiliter faciā cum pastoribus Italicis non conducat id nosse. Per transitum tamen tangit,dicens,Pecus pascitur.s.in Libya sæpe diem & noctem & totum mensem ex ordine:& it.i.errat pascēdo in longa deserta,sine vllis hospitijs.i.septis aut caulis seu ouilibus caprilibusve tātum campi.i.tam amplius & capax campus iacet.i.requiescit a satione & pascuis exponitur.s.illic,vt sic diuagari permittatur pecus armentarius.i.custos armenti, Apher.i. ex Africa vt Libycus: agit.i.ante se impellit omnia.i.omnes res suas,& tectum & larem.i.rem familiarem & arma.i.instrumenta sua, & canem Amyclæum.i.Laconicum & pharetram Cressam.i. Cretensem,Cydonijs sagittis refertā non secus.i.non aliter,ac.i. q Romanus.i.miles: acer.i.strenuus in armis patrijs.i.Martijs supp.agit secum omnia,cum.i.quando,carpit viam sub fasce iniusto.i.iniquo, hoc est nimis ponderoso & stat hosti.i.in perniciem,& malum hostium ante expectatum.i.ante expectationem, hoc est prius q expectatus fuerit stat dico castris positis in agmine.Seruius vult vnam esse partem orationis, sed certe sicut ablatiui imperionalium participiorū in vsu sunt,cum dicitur, Et dicto citius tumida æquora placat, Haud auspicato aduenit,&c.insperato accidit:ita quod rarenter fit accusatiuum hic vsurpare videtur Virgi.cum præpositione, vt sit ante expectatum.i.priusq expectetur.Et ita per transitum suos laudat poeta.

PIERIVS.

¶Omnia secum armentarius Afer agit,tectumq; laremq;, Armaq; Amyclæumq; canem.)In Roma.codice legitur, tectumq; laboremq;, armaq;: vbi quid sibi velit, laborem, viderint alij, mihi enim larem, ex antiquæ religionis cultu, summo opere placet. ¶ Iniusto sub falce viam cum carpit.)In Romano codice, quoniam hoc loco scriptū est, prout moris fuit apud veteres.sed enim Victorinus in orthographiæ præceptis ita monet, cum autem si fuerit aduerbium temporis, per q & u,siue vnum,siue duo scribatis, vt quum primum, & qum facerem.¶ Et hosti ante expectatum positis stat in agmine castris.)Vegetius primo de re militari,vbi de pondere agit cui se miles debeat assuefacere, locum hunc Virgilianum citans.Et hostem ante expectatū legit, vtrūq; accusatiuo casu,vt sit,ante expectatum hostem, huiusmodiq; lectionem,& in veteri codice apud Ianum Parrhasium, & in Vaticana bibliotheca,eo exemplari, quem Francisci Petrarchæ fuisse aiunt. Quantum vero ad scribendi rationem pertinet, expectatum,absq;,s,litera ante,p,posita vulgata ferè omnia habēt exemplaria. Sed enim in Romano codice, exspectatum legitur,s,adseruata, & ita scribendum monet Terentius Scaurus, ne per detractionem peccetur,si,s,litera submoueatur, quum adiecta prępositione,ait ille,saluum esse initium dictionis,quæ subsequitur debeat:ait vero Velius Longus quosdam differentiā posuisse, vt quādo expecto opperior significat, per,x,&,p,absq;,s,scribatur. Quando vero a specto spectas est,seruet,s,sed neq; veterum monumēta,neq; totius penè antiquitatis codices huic se regulę submisere, sed in vtroq; significato passim per,x,&,s,exspecto scriptum inuenes. Sanè Arusianus Messus locum hunc ita interpretatur:vt ante exspectatum, antequam expectatus exponat, ibiq; pro stat in agmine,scriptum est, stat in ordine.In quo admirabiliorem Romani militis virtutem intuemur:nam cum agmen incondita sæpe sit multitudo etiam temere contracta, ordo nunquam est sine duce,imperatore,præfecto, tribunove. Quare videtur

detur hic Virgilius summam disciplinæ militaris obseruantiā in Romanis admirari, cum dicit eos hosti obuiam factos, prius q illum aspiciant,expeditissimo opere simul,& vallum fixisse, neq; solum arma corripuisse, sed veluti si nihil aliud negocij intercurrisset, in ordine iam consistere paratum non tam ad vallum defendendum,sed etiam ad ipsam hostium aciem inuadendam,sed quamuis ita legatur apud Arusianum,bona tamen veterum codicum pars,agmine,legit: idq; magis eruditorum auribus satisfacere videtur.

SERVIVS.

At non,qua Scythiæ gentes,Mæoticaq; vnda:
Turbidus & torquens flauentes Ister arenas:
Quaq; redit medium Rhodope porrecta sub axem.
Illic clausa tenent stabulis armenta:neq; vllæ
Aut herbæ campo apparent,aut arbore frondes.
Sed iacet aggeribus niueis informis,& alto
Terra gelu late,septemq; assurgit in vlnas.
Semper hyems,semper spirantes frigora cauri.
Tum sol pallentes haud vnquam discutit vmbras:
Nec cum inuectus equis altū petit ęthera:nec cum
Præcipitem Oceani rubro lauit æquore currum.
Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ:
Vndaq; iam tergo ferratos sustinet orbes:
Puppibus illa prius patulis,nunc hospita plaustris:
Æraq; dissiliunt vulgo,vestesq; rigescunt
Indutæ:cæduntq; securibus humida vina:
Et totæ solidam in glaciem vertere lacunæ:
Stiriaq; impexis induruit horrida barbis.

¶At nō qua Scythiæ gētes.) subaudi talis est pastio.¶ Mæoticaq;.)Mæotis palus est Scythiæ frigore congelascens. ¶ Ister.)Fluuius Scythiæ, qui & Danubi' nominat.¶ Quaq; redit medium Rhodope porrecta sub axem.)Qua Rhodope mons Thraciæ protentus in orientalem plagam, Gamaides in septētrionalem reflectitur. Nā ideo ait.¶ Redit sub axem.)Nā axis est septentrio:qui grece ἄμαξα nominatur.¶ Informis terra.) Niuis superfusione, carens varietate formarum, nullisq; agnoscenda limitibus.¶ Septem assurgit in vlnas.)Crescit in septem vlnas. Vlna autem,vt diximus,secūdū alios, vtriusq; manus extēsio est:secundum alios,cubitus:quod magis verum est.quia græce ὠλένη dicitur cubitus: vnde est λευκώλενος ἥρη.¶ Pallentes haud vnquā.) Nunquam nubes dissoluit. Nam pallentes vmbræ sunt, non ex nocte,sed ex nubibus factæ.¶ Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ.)Aquæ congelascunt fluctes.Notandum sanè, quia cum hæc crusta dicimus fœminino genere,lapidis, aut ligni,aut gelu partē significamus. Cum vero crustum dicimus, edulium aliquod significamus, partem panis vel placentæ. Ipse in septimo,Orbem fatalis crusti.Horatius, Dant crustula blandi Doctores.Iuuenalis, Nos colaphum incutimus lambenti crustula seruo,¶ Hospita plaustris.)Facilis, vnde & hospitalis homo dicitur hospiti apte seruiens.¶ Æraq; dissiliunt vulgo.)Passim crepant: nam tam nimio frigore q calore æra rumpuntur, Persius, Findit infantes statuas.¶ Vestesq; rigescunt.)Durantur,vt frangi potius quam scindi posse videantur.¶ Cæduntq; securibus humida vina.)Etiam vinum naturaliter calidum illic gelatur. Intelligimus autem peregrinum,nam illic nō nascitur, sicut paulopost ipse docet, dicens, Fermento atq; acidis imitantur vitea sorbis. Sanè volunt physici vinum non gelari: vnde hoc loco, aut Hyperbole est:aut quia dixit Humida, aquæ mista intelligamus:ita enim gelari dicuntur.¶ Totæ solidam in glaciem vertere lacunæ.)Fossæ ad siccandos agros paratæ, cum alibi tantum incrustentur, illic vsq; ad imum congelantur.¶ Stiriaq; impexis induruit.)Stiria,id est gutta: inde fit diminutiuum, vt dicamus stilla. Inde est distillat,& stillicidium.Sensus autem duplex est:Nam aut hoc dicit, De impexis barbis pecudum pendens gutta duratur. Aut certe de tectis & arboribus gutta horrida induruit in modum barbarum.

PROBVS.

¶Rhodope.) Mons Thraciæ.¶ Medium axem.) Septentrionem dicit.

MANCINELLVS.

Nomades. ¶At non.)s.pecus it longa in deserta.¶ Scythiæ gentes.)Hic Nomades alios pastores,qui in Scythia sunt intelligit, de qbus Stra. lib.ij.sic ait, Nomades etenim tentorijs vtuntur centonum, instar pilo cōtextis, in plaustris vitam degentes circumq; tentoria pecora comitantur,a quibus victum captant,& aluntur lacte,caseo,carne.Pascua vero sectantur,loca semper herbosa permutantes,hybernis quidem temporibus Mæoticis versantur in paludibus,æstiuis vero per campestria vagantur,&c.¶ Mæotica vnda.) (Mæotis.) Mæotis Scythiæ lacus,qui Tanaim recipit,vt Strab.docet lib.xij. Pli.quoq; lib.vij.lacum dicit,idē vero Stra.li.vij.Mæotidis paludis ostium inquit.¶ Ister.)De hoc videto li.ij.Georgi.ibi,Descendens Dacus ab Istro.¶ Rhodope.)Thraciæ mons tendens in septentrionē,vbi axis est,de quo supra Strabo lib.vij.Mysos Thraces, & Getas etiam Nomadas vocatos innuit,i.pastores.¶ Informis terra.)Sine forma propria,niue enim tecta est, Gelu,Stra.dicto libro de Mæotica regione ait,quod æreę scinduntur hydriæ, quæ vero inter illas sunt,congelantur:& pisces in glacie destituti ligonib' effodiunt, alueus plaustris deambulatur. Meminit item plura de glacie Mæotidis libro.ij. ¶ Septem vlnas.)In septē brachia:de vlna latius Ecloga tertia.¶ Semper hyems.)De Scythica regione,multa quę huc etiam conueniunt, dicta sunt libro primo Geor.ibi,Mūdus vt ad Scythiam.¶ Cauri.) In hoc lib.iā de eis diximus.¶ Altum ęthera.)i.nec cum sol ad Cancrum, nec cum tendit ad Capricornum, nam tunc descendit rubro æquore, quod rubrum mare siue Æthiopicum appellant ad austrū versus effunditur ex ea maxime parte,qua vasta quædā solitudo, & inhabitabilis terræ plaga conspicitur:ardentibus,semper caloribus exusta,author Dio. videto item Pli.lib.vj.ca.xxvij.& Soli.cap.xlvij.¶ Ferratos orb.) Strab.libro secundo scribit, quod in ore paludis Mæoticæ tanta glaciei vis est,vt quo i loco missus a Mithridate imperator equestri pugna Barbaros in glacie hyeme superauerat illos eosdē nauali prælio soluto per æstatē gelu vicerit.¶ Hospita.)Id est habitabilis.¶ Æraq; dissiliunt.)Diximus iamiā q ereæ scinduntur hydriæ, quæ intra illas sunt congelantur.¶ Vulgo.)Passim.¶ Rigescunt.)Indurescunt ex gelu.¶ Vina.)Macrob.lib.vij.scrib.quam vina aut nunq,aut raro congelascunt,quia vinum semina quædam in se caloris habet. An alia pia causa est, quam quia ignoro, scire cupio.¶ Lacunæ.)Lacuna, vti Festus ait, est aquæ collectio, & ab lacu deriuatur.¶ Impexis barbis.)De brutis melius intelligendum. (Lacuna.) ¶ Stiria.)Gutta,stilla.interrogatus autem Palæmon grammaticus, quid inter stillam, & guttam interesset.gutta,inquit,stat,& stilla cadit.Euseb.scribit. (Stilla. Gutta.)

ASCENSIVS.

¶At non qua Scythiæ gentes, &c.)Docet diuersum esse pastionis genus apud Scythas,longeq; aliam aeri qualitatem, & pastoribus viuendi formam q in Libya.¶Ordo est.At, id est sed,nō scilicet sic it pecus in longa deserta sine vllis hospitijs, sicut in Africa(dependet enim ordo a superioribus)supple in ea parte mundi:qua,scilicet sunt gētes Scythiæ:& vnda Mæotica.i.Mæotis palus Scythiæ,supple est:& qua Ister, fluuius ille, qui suis locis Danubius dicitur, turbidus & torquens.i.voluēs arenas flauentes, id est flaui coloris:& qua Rhodope mons,aut rupes Thraciæ,redit,id est sursum tendit,porrecta, id est extēta in medium axem, id est in mediam regionem septentrionis, Non dico sic it pecus, quia pastores tenent illic armenta clausa stabulis,neq; haud vllæ herbę apparent sup.in campo, aut vllę frondes sup.apparēt in arbore:sed terra iacet informis, id est sine ornatu & varietate formarum aggeribus niueis.i.niue aggestis cumulis, & alto gelu late, id est ampliter & in longum ambitum: & assurgit, id est crescit,scilicet gelu,aut glacies, seu nix,in septem vlnas: hyems,supple est illic semper:& Cauri spirantes, id est efflantes, aut flando producentes,frigora semper sup.sunt illic. Tum, id est præterea: sol.i.radius solaris haud,id est nō discutit,id est amouet, vmbras pallentes, id est pallorem inducentes, quia interdiu non est caligo mera,sed pallida lux ex niue & nube mistim producta: nec.i. neq;,tunc supp.discutit vmbras,cum,id est quando,ipse, scilicet sol,petit altum æthera,id est oritur,inuectus.s.in hemisphærium nostrum equis.s.suis,nec sup.tunc cum lauit.i.tingit(sm opinionem vulgi,& est præsentis temporis a lauo lauis lauere)currum præcipitem.i.præcipitanter currentem:lauit,dico, æquore Oceani rubro,id est quod rubrum mare, seu Æthiopicum appellant: quod austrū versus effunditur,sed crustæ.i.fragmēta glaciei,cō-

Universidad de Deusto
Biblioteca

crescunt & cõgelantur subitæ in flumine currenti, idq; vt quidã sentiunt in fundo vbi minor est aquarũ motus: & vnda sustinet iam tergo.i.in superficie sua orbes.s.rotarum, hoc est circunferẽtias & canthos ferratos.i.ferro contra asperitatẽ, & quo firmius currant munitos: illa.s.vnda sup.fuit prius hospita.i.tranabilis, puppibus patulis.i.amplis & semper patentibus: & nunc, sup.est hospita.i.transmeabilis, aut supermeabilis, plaustris.i.vehiculis, aut curribus, & æra.i.instrumẽta crea, dissiliunt.i.disrumpunt subita vi frigoris, ita vt in diuersa dissiliant fragmẽta vulgo.i.passim, aut in pluribus locis, & vestes indutę.i.quas homines induti sunt, rigescunt.s.cõgelatæ: & ipsi cedũt.i.fecãt securibus vina humida.i.aquosa, aut vapida, aut vina humida, cedunt.i.locũ dant, quod parum esset, quia vbiq; cederent, sed non vbiq; cæduntur securibus vina, & lacunæ.i.receptiones aquarum totæ.i.ad fundum vsq; vertere supp.se in solidã glaciem.i.vt vnus sit globus glaciei nihil fluidæ aquæ permistum habens, & stiria.i.glacies ex stillis nasci, aut halitus concreta, induruit.i.congelata est horrida, i.aspera: barbis.s.Scytharum impexis.i.horridis & incultis. Id autem potius placet q̃m vt de stirijs tectorum intelligam.

Pierius

SERVIVS.

¶Non secius.)Nõ segnius q̃m inchoauerat. ¶ Pruinis.)Abusiue niuibus. nam pruina est matutini tẽporis frigus. ¶ Cõferto agmine cerui.)Coniuncto, Cerui enim congregatione gratulãtur. ¶ Mole noua.) Nimia magnitudine. ¶ Cassibus.)Id est retibus. Hinc est quod & incassum dicimus, id est sine causa, quasi sine cassibus: sine quibus venatio est inanis. ¶ Grauiterq; rudẽtes.) Ru enim more suo corripuit: vt in septimo, Et fera subnocte rudentũ. Persius producit, Findor, vt Arcadiæ pecuaria rudere dicas. ¶ Specubus)Artis fuerat specib' quia quarta declinatio in datiuo & ablatiuo pluralibus, u in i, vertit: & ita facit datiuum pluralem vt ab fluctu, his fluctibus, sed quia pinguius sonat & melius, specubus dicimus, vnum tamen nomen est quod aliter nõ dicimus, vt tribubus. ¶ Hic noctem ludo ducunt.)Quasi perpetuitatem noctis sub terris locati ludo concelebrant. ¶ Fermento atq; acidis imitanẽ vitea sorbis.) Potionis genus est quod ceruisia nuncupatur, & cõsequens est vt vinum per naturam calidum in prouincia frigida non possit creari. ¶ Septem subiecta Trioni.) Tmesis, pro septẽtrioni. ¶ Gens effrena virum.)Sæua, rectorem recusans. ¶ Riphæo Euro.)Scythico vento. Riphæi autem montes Scythiæ, vt diximus a perpetuo ventorum flatu nominati. Nam ῥιφὴ græce impetus & ὁρμὴ dicitur, ἀπὸ τοῦ ῥίπτειν. ¶ Pecudum fuluis velantur corpora setis.)Rhenonibus. Nam vt Sallustius dicit in historijs, vestes de pellibus Rhenones vocantur.

PROBVS.

¶Riphæo tunditur Euro.)Euro significat vẽto, nõ vtiq; eo qui ab ortu flat, sed eo, quẽ Aquilonẽ vocamus. Riphæos mõtes qui dam putauerunt alpes. sed proprie sunt Riphæi montes Scythiæ. Scythiũ quidã interpretantur lupini colorem, quidã ibiscum.

MANCINELLVS.

¶Interea.)Dum congelascunt aquæ. ¶ Non secius.)Non aliter, nõ segnius. ¶ Ningit.)Est in Scythia Riphæum iugum regio assiduis obsessa niuibus Sol. pruinis, quippe casus continuarũ niuiũ quiddam ibi exprimit, simile pruinarum. ¶ Torpent.)Stupent, frigent, rigent, pigri sunt, mole niuium cõgerie ac pondere. ¶ Nua.)Nix enim continue decidit. ¶ Cassibus.)Pedicis laqueis, retibus. ¶ Puniceæ.)Rubræ: est autem venantum mos pennas, tensis funibus affigere quod cerui pauẽtes in casses decidãt. Vnde Ouidius li. xv. Meta. ait. Nec formidatis ceruos includite pennis. Mõte niuis cumulũ. ¶ In defossis specubus.)Scytharum interius habitantium inquit Soli. asperior ritus est specus incolunt, pocula de inimicorum capitibus moliuntur, amant prælia, numero cædium honor crescit. ¶ Hic noctem.)Legitur & hic noctem. ¶ Fermento.)

PIERIVS.

¶Mæoticaq; vnda.)In Roma. in Medi, & alijs plerisq; codicibus antiquis, Mæotiaq;, legi: sed enim Stephano Λεγίται τὸ κτητικὸν μαιώτικος μαιῶται populi, μαιώτις palus. In Longobardico, Meotica, sed absq; diphthongo, quam læpe negligit. ¶ Quaq; radit medium Rhodope porrecta sub axem.)Radit, quiddam in plerisq; codicibus etiam diligenter impressis legeris. In antiquissimo tamen codice, Quaq; redit, legitur, atq; etiam in Mediceo, & id Seruius agnoscit, ratione etiam adiecta, quod is mons protentus in orientalem plagam in septentrionalem mox reflectatur. ¶ Spiran tes frigora Cauri.)In Romano codi. Chauri. In Longobardico, Chori, vti superius. ¶ Cæduntq; securibus humida vina.)Sæpe dictum in antiquis codi. nõ aspirari huic vocabulo, vmida, contra omnium grammaticorum præcepta, quod vero Seruius hic humida, propter immistam aquã dictum putat, quæ in causa sit, vt gelascant vina. Quintilianus vult hoc loco humida vina additum esse ociosum epitheton, sicut dentibus albis. ¶ Et totæ solidã in glaciem vertere lacunę.)In Romano codice legitur, Et totę in solidam: sed solidam in glaciem omnino venustius est.

Interèa toto non secius aere ningit.
Intereunt pecudes: stant circunfusa pruinis
Corpora magna boum: confertoq; agmine cerui
Torpent mole noua: & summis vix cornibus extant.
Hos non immissis canibus, non cassibus vllis,
Puniceæ ue agitant pauidos formidine pennæ.
Sed frustra oppositum trudentes pectore montem,
Comínus obtruncant ferro: grauiterq; rudentes
Cædunt, & magno læti clamore reportant.
Ipsi in defossis specubus, secura sub alta
Ocia agunt terra; congestaq; robora, totasq;
Aduoluere focis vlmos: ignicq; dedere.
Hic noctem ludo ducunt: & pocula læti
Fermento, atq; acidis imitantur vitea sorbis.
Talis Hyperboreo septem subiecta Trioni
Gens effrena virum Riphæo tunditur euro:
Et pecudum fuluis velantur corpora setis.

thæ, agunt ocia secura sub alta terra in specubus, id est antris & speluncis defossis, & aduoluere fossis robora, id est truncos arborum, congesta, id est accumulatos, & dedere igni tota, id est integras vlmos, id est arbores illas: & ipsi ducunt hic, id est in huiusmodi specubus ante ignem, noctem, id est tempus caliginosum ludo, id est ludendo: & ipsi læti imitantur pocula vitea, id est potum quem vitis profert. hoc est vina, frumento, atque sorbis, id est fructibus illis acidis, id est habentibus succum acidum saporem vini vtcunq; imitantem. Gens effræna, id est genus syluestre, & sine fræno honestæ conuersationis vagans: virum, id est virorum, subiecta septentrioni, hyperboreo, id est super quem Boreas flat, tunditur, id est feritur & concutitur. Euro, id est vento Riphæo, id est Scythico a Riphæis montibus flante: & sup. ipsi (aut quia collectiuum est nomen, gens dedit illi plurale) velantur corpora, id est habent corpora non decenter vestita, sed velata & tecta, setis, id est duris pilis fuluis, id est fului coloris, quales sunt ceruorum, sed dicit pecudum, de ouibus intelligẽs, quarum lanæ subrufæ illic sunt, ex nimium aquis corrupto candore, possemus tamen & ceruum pecudem dicere, cum pecus sit quicquid quicquid animalium humana caret effigie.

PIERIVS.

¶Non secius aere ningit.)In antiquioribus omnibus, ninguit, vnde ninguidus Lucretio & aliis veteribus, Capro. reclamante. ¶ Confertoq; agmine cerui.)In Ro. codice, confecto, legitur. In Mediceo, & alijs omnibus antiquioribus, conferto, vt sæpe legere est apud historicos, confertum agmen, confertissimos hostes. & confertum opus, quod ita dentium est, vt coniunctum videatur. ¶ Formidine pennæ.)In Ro. pinnæ more suo contra Capri sententiam. ¶ Sed frustra oppositum trudentes pectore montem.)In Roma. cod. Et frustra. ¶ Congestaq; robora totas aduolauere focis vlmos.)Totas, absq; particula copulatiua in multis veteribus codicibus legitur. Sed in Romano, in Mediceo, & in Longobardico, totasq; legitur, quæ lectio & eruditior est, & elegantior. Item in antiquissimo atuoluere, per, t, loco, d, vt pleraq; alia quæ vltro præterimus. ¶ Et pecudum fuluis velantur corpora setis.)In Roma. codice, velatur, numero vnitatis habetur, vt cum eo quadret, quod superius est. Tunditur. In altero etiam peruetusto, velatur, legere erat: sed altera inde manu, n, superaddita.



SERVIVS.

¶Si tibi lanicium curæ.)Et hæc lana dicimus, & hoc lanicium sicut fuga & effugium. Quod autem dicit oues lanæ causa non debere pinguescere, physicum est. Omne. n. pingue animal caret pilis: quod hirsutum efficit macies. ¶ Lappæq; tribuliq; ablint)A qbus rebus lana decerpitur. ¶ Villis lege mollibus albos.)Lana. n. alba pretiosior est, quippe susceptura aliũ quẽlibet colorem. Quod autẽ hic per transitũ tangit, in alijs plenius legiẽ, marium pecoris, & cornu & vngulis & palato albũ esse debere. Alioquin licet sit cãdidus lanis, constat ex eo pullos nigros creari. ¶ Aries sit candidus ipse.)Bene addidit ipse, quasi qui aut dominꝰ gregis est, aut qui antea pro damno capitali dari cõsueuerat. Nam apud maiores, homicidij pœnam noxius, arietis dãno luebat: quod in regũ legibus legitur. ¶ Pullis.)Nigris. ¶ Vdo palato.)Semper humido. Alibi, Et vdę vocis iter. ¶ Renice) Reij: aut quasi monosyllabũ produxit licẽter: aut vt supra diximus, quia cũ faciat reieci, i, pro duplici habeẽ, & reĩ effecit longã. Ideo & in alijs modis præsumit sibi, productionẽ. ¶ Munere sic niueo lanę)Mutat fabulã. Nã non Pan, sed Endymion amasse dicit Lunam, qui spretus pauit pecora cãdidissima, & sic eã in suos illexit amplexus: cuius rei mysticã volũt quãdã secretã esse rationem. ¶ Si credere dignũ est.) Tantum de Luna facrilegiũ.

Si tibi lanicium curæ: primum aspera sylua,
Lappæq;, tribuliq; ablint: fuge pabula læta.
Continuoq; greges villis lege mollibus albos.
Illum autem (quamuis aries sit candidus ipse)
Nigra subest vdo tantum cui lingua palato:
Reiice: ne maculis infuscet vellera pullis
Nascentum: plenoq; alium circunspice campo.
Munere sic niueo lanæ (si credere dignum est)
Pan deus Arcadiæ captam te Luna fefellit
In nemora alta vocans: nec tu aspernata vocantem.
At cui lactis amor: cytisum, lotosq; frequentes
Ipse manu, salsasq; ferat præsepibus herbas.
Hinc & amant fluuios magis: & magis vbera tendũt:
Et salis occultum referunt in lacte saporem.
Multi iam excretos prohibent à matribus hœdos:
Primaq; ferratis præfigunt ora capistris.
Quod surgente die mulsere, horisq; diurnis,

Virgi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Salsasq; ferat præsepib⁹ herbas.)Et vt multũ potẽtes, reddiant plurimũ lactis, & ipsum lac nõ sit tatuũ, sed habeat salis occultũ saporẽ. i. vix intelligibilẽ & nõ statim apparentẽ. ¶Excretos.)Validiores. ¶Ferratis capistris.)i. duris. ¶Nocte premũt.)Cogũt in caseos. ¶Calathis.) Vasis creis: in quibus lac vel recens caseus in vrbe distrahiẽ. ¶Aut parco sale.)Aut modico sale: aut reuera parco. i. seruatori: quia omne in quod mittitur seruat. Nam & homo frugi, parcus vocatur. Aut certe parco dixit, pro parce, vt sit nomẽ pro aduerbio.

PROBVS.

¶Munere sic niue c. t. l. f. In nemora al. vo. n. tu.)Pan Mercurij filius cum lunã cõcupisset, & haberet optimũ pecus poscẽte ea parte pecoris pro concubitu dicit pollicitus, & duas partes fecisse gregum, quarũ alterã candidiorẽ, sed lanæ crassioris, lunam deceptam candore deterius pecus abduxisse, vt poeta significat.

MANCINELLVS.

¶Laniciũ.)Lana ipsa, vt effugiũ pro fuga. ¶Aspera syl.)Colu. etiã lib. viij. ca. iij. ait, lequeris autem noualia nõ solum herbidas, sed quę olerum, quę vidua sunt, spinis, nã quotidie minuit lana, quę quãto prolixior in pecore cõcrescit, tanto magis obnoxia est rubis, quibus velut hamis, inuncata a pascentium tergoribus auellitur: molle vero pecus etiã velamẽ, quo protegitur, amittit atq; id non paruo sumptu reparatur, Facit item, vt ait Varro, scabras oues. ¶Tribuliq;.)De ijs videto lib. j. Geor. ¶Pabula læta.)pecora. n. cũ pinguia sunt plurimũ assumunt nutrimenti, hinc plures pilos habẽt, & crassiores, cum gracilia tenues ab exiguo nutrimẽto, siquidem pilus superfluit: est author Alexander Aphrodiseus. ¶Greges albos.)color. n. albus, vt scri. Colu. li. vij. tum optimus est, tum etiam vtilissimus, q; ex eo plurimi fiunt. ¶Greges albos) Varro lib. ij. ca. ij. ait, q; ouem esse oportet corpore amplo, quę lana multa sit, & molli, villis altis & densis toto corpore. maxime circum ceruicem, & collum, ventrem quoq;, vt habeat pilosum, itaq; quæ id non haberent, maiores nostri Apica appellant, esse oportet crurib⁹ humilibus, caudis obseruare vt sint in Italia prolixis in Syria breuib⁹, vt agnos procreent formosos. ¶Nigra sub est.)idem Varro ibidem ait, q; arietes sint frõte lata, vestiti bene, intortis cornibus, pronis ad rostrum, grauibus oculis, lana operis, auribus amplis, pectore & scapulis & clunibus latis, cauda lata & longa. Animaduertẽdũ quoq; lingua ne nigra aut varia sit, quod ferè, qui eã habẽt, nigros, aut varios procreãt, agnos. ¶Luna. Pan Mercurij filius cum Lunam cõcupiscseret & haberet optimum pecus, poscente ea partẽ pecoris pro cõcubitu, dicitur pollicitus & duas partes fecisse gregis, quarum alteram candidiorẽ, sed lanæ crassioris, Lunam deceptam candore, deterius pecus abduxisse poeta significat. Probus autho. Cũ itaq; luna albũ pecus elegerit, ostendit Poeta multo præstantius album lanicium esse omnibus alijs. Potest etiam illud accipi, q; luna candore lanæ ducta arietẽ album elegerit, deceptaq; fuerit, cum illi nigra lingua inesset, qua totum postea gregem maculauit, De Pane autem latius in Buco. & lib. j. Geor. ¶Cytisum.)latius in Buco. Varro autẽ lib. ij. c. ij. ait, q; maxime cytisus, & medica pingues faciunt facillime, & generant lac. ¶Lotosq; frequẽtes.)de loto herba intelligit quæ faba græca appellatur a nostris, vt Plin. docet lib. xxiiij. ca. ij. ¶Excretos hœdos.)ferè ad quatuor menses a mãma non disiunguntur agni: hœdi tres, porci duos. Varro lib. ij. prohibet ne lac exhauriatur ab eis. Vnde Colu. li. vij. c. ij. ait, q; teneri agni dum adhuc herbæ sunt experies lanio tradendi, quoniã & paruo sumptu deuehuntur, & his summotis fructus lactis a matribus non minor percipitur. Quod surgente die mulgẽt, vere ad caseum faciendum, mane, alijs temporibus meridianis horis, tametsi propter loca & pabulum disparile non vsq; quaq; idẽ fit. Varro li. ij. ¶Nocte premunt.)quo pacto caseus premendus est, & saliendus legito latius Colu. li. vij. ca. viij. ¶Sub lucem.)Ante lucem. ¶Calathis.)In fiscellas, aut calathos vel formas trãsfertur caseus, quia maxime refert primo quoq; tempore serum percolari, & a concreta materia seperari. Idem Colu. author est. ¶Parco sale.)id est mediocri, nec nimio. scribit. n. Colu. quod nimio sale caseus salsus fit, & vitio ascribitur. Potest dici etiam parco sale. i. saluatorio,

Nocte premunt: quod iam tenebris, & sole cadente,
Sub lucem exportant calathis (adit oppida pastor)
Aut parco sale contingunt: hyemiq; reponunt.

rio, nam vt scri. Macro. lib. sa tu. vij. natura siccus, & calidꝰ est, & fluxum corporis calore contrahit, humorem vero sic citate, vel coercet, vel exsorbet. Et Varro præterea scrib. lib. ij. quod qui aspergi solent sales, melior est fossilis quam marinus.

ASCENSIVS.

¶Sit tibi, &c.)Redit ad institutum a pastoribus ad rem eorum transiens, ostendens quomodo & plurimã, & sanè albã lanã habere possint pastores, si vellera conseruent, ne vepribus distrahant, & si agnorum generatio a mere candido ariete fiat, deinde docet quomodo copia lactis cõparabitur, & quid ex eo faciẽt pastores. ¶Ordo est. Si lanicii. i. lana, aut vtilitas & exercitiũ lanarũ est tibi curę: primũ, sylua aspera. i. densosa & spinosa, vt vepres, spinæ, & lappæ, & tribuli. i. herbæ asperę absint. f. a pascuis ouium, & fuge pabula læta. i. nimis pinguia, aut pingues facientia, & lege cõtinuo. i. statim a prima ætate eorũ, aut a prima custodia tua greges albos villis. i. velleribus, aut globulis lanarũ mollibus. Autẽ, pro sed: reijce. i. repelle illum. f. arietem admissariũ cui tantum. i. tantũmodo lingua subest. i. occulte est nigra sub palato vdo, quãuis ipse aries, i. exterior facies eius tota sit cãdidus. i. cum candore albicans: reijce dico, ne infuscet. i. fusca faciat & denigret, vellera nascentũ. f. agnorũ, maculis pullis. i. subnigris: & circunspice. i. circunspiciẽdo deligę, alium. f. arietem, in campo pleno vbi. f. ex omni parte eũ inspicere potes aut ex pleno grege in cãpo existẽte. Vt aũt sciamus quantũ pecus albũ eligendũ sit docet, quia etiã luna eius capta desiderio Pani cõsensit, aut vt sciamus quã diligẽter inspiciendum sit ne macula subsit docet, quia etiam luna quę ob arietem album sui copiam fecerat a Pane decepta est, vnde dicit. O luna Pan deus Arcadiæ fefellit te captã munere lanę. i. arietę lanigero niueo. i. valde cãdido, fefellit dico sic. i. per hoc q; sub erat macula nigra palato vocans te in alta nemora, vbi. f. tui copiam facias arietẽ candidum in mercedẽ receptura, nec tu asperę nata es vocantẽ. i. etiã secuta es si dignum est credere, quod prudenter addit, quia poeticum est figmentũ, nec cum decoro lunæ. At. i. sed ille cui amor. i. cupiditas lactis. f. habendi est ferat præsepibus. i. ad præsepia, cytisum fruticem illum dulcẽ & succosum, & lotos. i. frondes loti frequenter. i. frequenter adhibitas, & herbas salsas. i. sale aspersas, quia. f. oues, & cęterę pecudes amentur magis hinc. i. ex sale aut salsis herbis, fluuios. i. frequẽtius potãt, vnde plus lactis habẽt, ac tendunt. i. distendunt magis vbera, & referunt in lacte occultum saporem salis, quia lac est sapidius. Multi prohibent. i. arcent, hœdos excretos. i. maiusculos & validiores, vt trimestes, a matribus. i. ablactant eos, & præfigũt prima ora. i. extrema labra capistris ferratis. i. ferro, vt clauis munitis, vnde fugere volentes matrẽ lædant: & supp. multi, aut pastores: premunt. i. coagulant, & in formã casei cõstringunt, quem a forma nonnulli formaginẽ appellant, vnde est gallicum vocabulũ: premunt ergo nocte. i. ante lucem illud. f. lac (vnde in Buco. & pressi copia lactis) quod mulsere. i. mulgendo extraxere, die. i. luce, aut sole surgente, & horis diurnis. f. ad meridiẽ sic vbi ter mulgeant, & exportãt sub. i. ante lucem calathis. i. vasculis vimineis in quibus formam casei accepit illud. f. lactis, quod mulsere sup. iam tenebris sup. existentibus, aut ingruentibus & sole cadente: pastor adit oppida. f. vt vendat, vnde in Buco. & ingratæ premeretur caseus vrbi, &c. aut supp. pastores cõtingunt. i. respergunt lac presum sale parco. i. conseruatiuo aut modico: & reponũt. i. reseruãt repositum, hyemi. i. ad hyemẽ, aut hybernum tempus, in quo nõ omnes copiam lactis habent, vnde per excellentiam dicit ille. Lac mihi non æstate nouum non frigore defit.

PIERIVS.

¶Sit tibi lanicium curæ, primum aspera sylua, Lappęq; tribuliq; absint.)In Ro. cod. lanitium, per. t, silua, per. s, latinum, & tribuli, per. o, in penè vltima. Neq; præterierim illud, quod Laberius lanitia lanitiæ genere fœminino vsus est. Nihil refert molle, e lanitia attica, an pecore ex hircorũ, vestitum geras. ¶Lotosq; frequẽtes Ipse manu salsasq; ferat præsepibus herbas.)In Roma. & in Medi. codi. ille manu salsasq; ferat. f. cui lactis amor: quãuis ipse, maioris esse ponderis diligentioris q; curæ videatur.

SERVIVS.

¶Nec tibi cura canum fuerit.)Liptotes, pro magna tibi cura sit canũ. ¶Postrema.) Vilis. ¶Veloces Spartę catulos acremq;,

Nec tibi cura canum fuerit postrema: sed vna,
Veloces Spartæ catulos acremq; molossum
Pasce sero pingui. nunquam custodibus illis

acremq; molossum.) In illis velocitas, i his fortitudo laudatur. Sparta aũt Laconiæ est ciuitas. Molossia ciuitas Epiri. ¶Pasce sero pingui.)Aqua lactis

lactis, quæ pingues efficit canes. ¶Nocturnum furẽ.)Noctis oportunitatem captantẽ. Fur autem, a furuo dictus est, id est nigro. Nam noctis vtitur tẽpore. Horatius, Quam penè vidimus furuæ regna Proserpinæ. Aut certe a græco venit, nam fur φωρ vocatur. ¶Iberos.)Abactores. ferè enim Hispani omnes acerrimi abactores sunt. ¶Onagros.)Agrestes asinos. Et est laus canum. ¶Sæpe volutabris sylvestribus.) Volutabra, loca sunt in quibus se apri voluunt. Sylvestribus autem ideo, & quia circa calas esse, & in ciuitatibus possunt.

Nocturnum stabulis furem, incursusq; luporum,
Aut impacatos a tergo horrebis Iberos.
Sæpe etiam cursu timidos agitabis onagros:
Et canibus leporem, canibus venabere damas.
Sæpe volutabris pulsos sylvestribus apros
Latratu turbabis agens: montesq; per altos
Ingentem clamore premes ad retia ceruum.

PROBVS.

¶Iberi.)Hispani, a flumine Ibero.

MANCINELLVS.

¶Cur. c.)Canes, vel in primis mercari, tuerique debet agricola, quod & villam & fructus familiamq; & pecora custodit: nam quis hominum clarius, aut tanta vociferatione bestiam vel furem prædicat, q; canis latratę? quis famulus amantior domini, quis fidelior comes? quis custos incorruptior? quis excubitor inueniri potest vigilantior? quis deniq; victor, aut vindex cõstantior? hæc ex Colu. lib. vij. ¶Spartæ catulos.)Varro quoq; laudat Lacones, & Epiroticos: de sparta vide superius, & de Molossis Epiri populis. ¶Pasce sero pingui.)Colu. lib. vij. scrib. Canes hordeacea farina cum sero commode palci sine farreo, vel triticeo pane, admisto tamen liquore coctæ fabæ: sed tepido: nam feruens rabiem creat. ¶Impacatos Iberos.)Abigeos intelligit, & pecorum fures, poluit enim Iberos ob similes mores. Vnde Cantabros & vicinas illis gentes latrocinia exercentes, Cæsar Augustus oppressit, & qui Romanorum sociorum prædones erant, postea pro Romanis rei militari seruierunt. Coniaci videlicet, & qui Iberi amnis fontes incolunt. Labitur autem Iberus a Cantabris, e meridie ortum habens per magnum camporum spatium. strab. author libro. iij. de Hispania vbi etiam scribit, quòd eundem, & Ibertam & Hispaniam nominant. ¶Onagros.)Asinos syluestres. Onos. n. asinus & asina dicitur. Agros autem agrestis immitis ferox, Onagri i Phrygia & Lycaonia præcipui, pulis eorum, ceu præstantibus sapore Africa gloriaſ, quos falsiones appellant. Plin. lib. viij. ¶Volutabris.) Lacunis cœnosis, vbi se volutant. ¶Agens.)Persequens.

ASCENSIVS.

¶Nec tibi cura ca. &c.)Post boum, equorum, ouium, & caprarum descriptionem, transit ad canes, quos dicit curandos, & diligenter nutriendos. sunt. n. pastoribus magno vsui. ¶Ordo est. Nec cura canum fuerit tibi. f. pastori, postrema. i. minima & vltimo loco habenda: sed pasce vna. i. simul veloces catulos Spartæ. i. Laconiæ, & Molossum. i. canem Epiroticum, acrem. i. strenuum ad venatum & custodiam pecoris: pasce sero. i. liquore a caseo aut lacte defluente pingui. i. quo pingues fiunt canes: tu nunq; horrebis. i. cum horrore experebis, illis custodibus. i. custodientibus pecus tuum, non horrebis dico stabulis. i. pecori tuo in stabulis existenti. (Est autem datiui casus: nam sicut timeo & metuo tibi aduersitatẽ dicimus, sus luporum, qui nocte grassantur, aut nunq; horrebis a tergo. i. per insidias gregem quem minaueris insequentes Iberos. i. illos populos Hispaniæ, impacatos. i. impacabiles, quia abigei & fures nunq; pacati sunt, licet dissimulent, quandiu quod furentur habeas. Tu etiam agitabis canibus cursu. i. sequendo cum eis Onagros. i. asinos syluestres, timidos. f. ex natura, & tu venabere canibus leporem, & damas: & tu agens. i. persequens apros. i. porcos syluestres pulsos, ex volutabris. i. locis cœnosis in quibus obuolui solent syluestribus: turbis sup. eos ne infestent segetem, aut pecus tuum latratu. f. canum, & premes. i. compelles clamore. f. tuo cum latratu canum ad retia. f. tensa, per altos mõtes ceruum ingentem. i. valde magnum: & ita constat canes per quam vtiles non negligenter, curandos esse.

PIERIVS.

¶Sæpe volutabris pulsos sylvestribus apros Latratu turbabis agens.)In Ro. cod. scriptum est, Latratu terrebis: sed. n. turbabis, pleniorem sententiam reddit.

SERVIVS.

¶Odoratã stabulis)Pro odorem. & loquitur de serpẽtum remedijs, qui ingressi tecta animalibus nocẽt. ¶Agitare.)Persequi. ¶Graui nidore) Serpentibus. f. noxio. ¶Galbaneoq;.)Galbanũ spẽs est multis apta medicaminib⁹. ¶Chelidri dicti sunt, quasi cherydri: qui aquis & in terris morãtur. Nã χέρσος dicimus terram. ὕδωρ autem aquã. ¶Aut mala tactu.)Quæ & tacta nocet, & est permitiosa dum tangit. Vipera aũt species est serpẽtis, quæ vi parit, nam corrosis eius lateribus exeunt pulli cum matris interitu. Lucanus, Viperei coeũt abrupto corpore nodi. ¶Cœlum exterrita fugit.)Gaudet

Discę & odoratam stabulis accendere cedrum:
Galbaneoq; agitare graues nidore chelydros,
Sæpe sub immotis pręsepibus, aut mala tactu
Vipera delituit: cœlumq; exterrita fugit,
Aut tecto assuetus coluber succedere, & vmbræ,
Pestis acerba boum, pecoriq; aspergere virus,
Fouit humum, cape saxa manu: cape robora pastor:
Tollentemq; minas, & sibila colla tumentem

Virgi.

q iij tectis

Universidad de Deusto Biblioteca

tectis, vt sunt ἀγαθοὶ δαίμονες, quos Latini genios vocant. ¶Fouit humu.) Amplexa terram est in qua possit latere. ¶Timidum caput abdidit alte. ¶Cui timet. Nam vt dicit Plinius, serpentis caput etiā si cum duobus euaserit digitis nihilominus viuit. ¶Agmina caudæ.) Motus. Et hoc dicit, Cæde serpentem donec caudæ volubilitas conquiescat. ¶Squamea conuoluens sublato pectore terga.) Id est erectus: quod ad expressionem generis serpentis posuit. Alij enim repunt toto corpore. Alij eriguntur corporis parte. Lucanus, Et contentus iter cauda sulcare p rias. ¶Vdo vere.) Alibi, Cum ruit imbriferum ver. ¶Improbus.) insatiabilis. ¶Ingluuiem.) Ventris capacitatem. ¶Ranis loquacibus.) Clamosis. Loquacibus ideo, quia ex hominibus factæ sunt, vt dicit Ouid. ¶Asperq; siti.) Sallu. Quod genus, siti magis quā alia re accenditur. ¶Mihi.) Cuicunq;. vt, Non illa quisquam me nocte per altum Ire. ¶Nitidusq; iuuenta.) Pelle enim deposita redit ad ætatem priorem. ¶Catulos.) Abusiue dixit. Nam catuli proprie sunt canum.

Deiice. iamq; fuga timidum caput abdidit alte:
Cum medij nexus, extremæq; agmina caudæ
Soluuntur: tardosq; trahit sinus vltimus orbes.
Est etiam ille malus calabris in saltibus anguis,
Squamea conuoluens sublato pectore terga,
Atq; notis longam maculosus grandibus aluum:
Qui dum amnes vlli rumpuntur fontibus: & dum
Vere madent vdo terræ, ac pluuialibus austris:
Stagna colit: ripisq; habitans, hic piscibus atram
Improbus ingluuiem, ranisq; loquacibus explet.
Postquā exhausta palus: terræq; ardore dehiscunt:
Exilit in siccum: & flammantia lumina torquens
Sæuit agris, asperq; siti, atq; exterritus æstu.
Ne mihi tum molles sub dio carpere somnos
Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas:
Cum positis nouus exuuiis, nitidusq; iuuenta
Voluitur, aut catulos tectis, aut oua relinquens
Arduus ad solem: & linguis micat ore trisulcis.

PROBVS.

¶Galbani.) Medicamēti genus. ¶Calabria.) Regio, in qua Brundusium est oppidum.

MANCINELLVS.

¶Cedrum.) De cedro videto libro secundo Georgico. Præterea Plinius libro. xxiiij. scribit, quod cedri scrobe serpētes fugari certum est. item bacis tritis cum oleo, siqui perunguntur. ¶Galbaneo nidore.) Dat Galbanum Syria in Amano monte syncerum, si vratur, fugat nidore serpentes, fugiunt & perunctos galbano serpentes oleo: & spondilio misto tactu necat. Plin. libro duodecimo, & libro. xxiiij. Columella autem libro octauo cap. quarto ait, quod muliebrium capillorum, aut ceruinorum cornuum sæpius vstorum odor non patitur stabulis serpentes consistere nidore, odore. ¶Chelidros.) Serpen. Chelidris autem Calabria frequentissima est vt scrib. Solinus. ¶Vipera.) Serpentum. vipera sola terra dicitur condi, cæteræ arborum, aut saxorum cauis, in coitu viperæ mas caput inserit in os: quod illa abrodit voluptatis dulcedine, author Pli. libro octauo. Aristote. vero in libro de animalibus ait, quod serpentes vini incontinentes sunt, perinde viperas aliqui vino cum fictilibus ad sepes disposito venantur, ebrij enim capiuntur. ¶Iamq; fu.) Ordo est. & iam, id est nunc cum iam medij nexus, id est motus impetus & reuolutiones extremæ caudæ soluuntur: extēduntur, & vltimus sinus, id est curuatura trahit tardos, id est pigros orbes, id est sphæras & reuolutiones. ¶Fuga.) Id est fugæ loco alte. abdidit timidum cap. demū, sensus est, quod percussus serpens quādo dissoluit nodos & elongantur, trahitq; ægre vltimas curuaturas loco fugæ caput abscondit propter quod innuit Maro, vt caput ipsum opprimere debeamus. ¶Calabris.) Calabria Italiæ pars est, in qua Brundusium, hidrus mons, tum Salentini campi: vt Mela scri. græci teste Pli. lib. iij. Mesapiam a duce appellauere, & ante Peucetiam a Peucetio Oenotri fratre. ¶Anguis.) De Chelidro intelligit, vt diximus. ¶Vere vdo.) Hoc declaratum est libro. j. Georg. ibi, Præsertim incertis si mensibus amnis abundans Exit, &c. ¶Atram.) Obscuram, seu nigram, vt Nonius ait. ¶Ingluuiem.) Gulam. ¶Improbus.) i. læuus: authore etiam Nonio, ne mihi legitur, & nec mihi in antiquis. ¶Sub dio.) Asconius super librum tertium Verrinarum ait, sub dio, id est sub cœlo. Cœlum Græci τὸν Δία dicunt. iis igitur patet errare illos, qui sub diuo dicunt cum u. ¶Molles.) iucundos. ¶Heu dorso.) Ne libeat inquit resupinū iacuisse per herbas nemoris, caue dorso nemoris legas. ¶Micat.) Micare est hoc loco per vices sine ordine mouere, vt docet Nonius: alibi vero fulgere, vt micat ignibus æther. Quandoq; etiā est sortiri digitis M. Tul. lib. iij. offi. Dignum esse ducunt, qui cum in tenebris mices, &c. ¶Linguis trisulcis.) Lingua non omnibus eodem modo tenuissima serpentibus, & trisulca. Plin. lib. xj.

Galbanum.
Vipera.
Calabria.
Sub dio
Micare.

ASCENSIVS.

¶Disce & odoratā, &c.) Post villium animaliū educationē & custodiam, congrue docet nocentiū depulsionē, & præcipue serpentū, qui pecoribus sæpe molesti sūt. ¶Ordo est. Disce accendere stabulis cedrum, illā arborē, cuius etiā scobe, id est minutissimis particulis, quæ a scobina seu lima, aut serra decidūt: serpentes fugātur, odoratam, id est odoriferā, & magnos odores a se demittentē, cuius succo illita a carie conseruantur: disce agitare, id est profligare, chelidros, id est serpētes tam in terris q̄ in aquis versari solitos: graues. i. molestos agitare dico nidore, id est graui, & fumoso odore, galbaneo. i. galbani fruticis in Syria in Amano monte plurimum nascentis, nā aut vipera serpens venenatissimus vi pariens mala, id est nociua tactu. i. dum tangitur, delituit. i. occulta latuit sæpe sub præsepibus immotis. i. sub quibus fimus, & immundiciæ diu iacuerunt immotæ: & ipsa exterrita. s. a conspectu hominum aut lucis fugit cœlum. i. aerē perspicuum, aut coluber. i. serpēs oblongus assuetus succedere. i. locum capere sub tecto & vmbra: appositorie, existēs pestis boum acerba, & sup. assuetus aspergere pecoris virus: fouit humum. i. incubat terrā, quam amplexus est: o pastor qui talem offendis, cape saxa manu cape robora. i. ligna dura, & dence, id est deorsum iaciendo saxum, aut deprimēdo caput eius iactu tuo occide, sup. ipsam viperā, aut ipsum colubrum, tollentem. i. erigētem iras. i. collum & caput iratum, & tumentē colla. i. habētem colla sibilantia. i. sibilantia tumentia: iamq;. i. & iam, cum. i. quando, ipse abdidit alte. i. profunde, fuga, id est fugæ loco, aut dum fugere tētat caput timidum. i. cui præcipue timet, & cum medij nexus. i. reuolutiones & collectiones in annulos, & agmina. i. circuli qui inuicem aguntur extremæ caudæ soluunt. i. quando caput abditur & media membra dissoluuntur ab extremis & explicando sic membra sua fingit se serpens mortuū, & vltimus sinus. i. vltimus annulus, aut spira trahit iam extremos orbes, ita vt non videat se amplius moturus: tūc sup. deiice caput quod fuga abdidit: quia capite saluo, cætera mēbra facile conglutinauerit. Est etiā ille anguis, id est notissimus, & cuius iam meminit. s. chelidrus, malus. i. nociuus in saltibus Calabris. i. Calabriæ, regionis Italiæ, vbi primus est cōuoluens, id est cōplicans terga squamea. i. squamosa pectore sublato. i. erecto, atq; maculosus aluum longam. i. habens aluū longam, seu ventrē longum maculosam, seu maculosum grādibus notis, id est maculis: qui. s. anguis, dum, id est quandiu vlli amnes rumpuntur, id est defluūt fontibus, id est per fontes: & dum terræ madent vere vdo, id est irriguo, & austris. i. ventis illis pluuialibus, id est quandiu riuos & aquas offendit in cāpis & pratis, colit, id est habitat & frequentat, stagna, id est aquas stagnantes, aut stantes: & ipse improbus, id est insatiabilis habitās, scilicet hic in ripis, explet atram ingluuiem, id est voracitatē gulæ, scilicet ac ventris capacitatem fœdam piscibus & ranis loquacibus. i. querulis, vt prius dictum est, sed postquam palus exhausta. s. calore solis, & terræ dehiscunt, id est finduntur & fatiscunt ardore: ipse exilit, id est extra paludes, & lacus, ac stagna salit in siccum: & ipse torquens, id est inuoluens lumina flammātia, id est oculos igneos, sæuit, id est sæuitiam & ferocitatem suam exercet agris, existens asper, id est irritatus & infestus, siti, id est propter sitim, atq; exercitus æstu, id est vehementi ardore, ne libeat, id est nolim libeat, id est libido sit mihi, aut cuicunq; alteri carpere molles somnos, id est securam dormitionē sub dio, id est sub Ioue, id est sub aere, aut cœlo: neue iacuisse in dorso, id est in margine nemoris in vmbra, scilicet per herbas. Mancinellus tamen vult, nec refragor sic cōstrui, ne libeat mihi iam iacuisse dorso, id est super dorsum, vt resupinus iaceam per herbas nemoris, ne libeat, inquam, iacuisse tum, id est tunc: cum, id est quādo, ipse chelidrus, scilicet nouus, id est innouatus, & hoc exuuijs, id est vetere pelle positis, id est deposita, vnde Elegiacus, Crudelis diui serpēs nouus exuit annos.

annos. Formæ non vllam fata dedere moram, & cum ipse nitidus iuuenta. i. pellicula nitida & noua qualem habuit in iuuenta, voluitur arduus ad solem. i. soli expositus: & micat, id est sine ordine per vices mouetur, aut nunc micantium ludum exercet ore linguis trisulcis. i. in tris sulcos fissis, hoc est nūc exerit, nunc inserit linguas, sicut micantes: nunc erigunt, nunc deprimunt digitos: micat dico relinquens tectis catulos. i. fœtus suos, aut oua, scilicet sua, vnde fœtus edat. Seruius legit nō graues nidore, sed graui: verum sic duo sint epitheta graui & galbaneo: itaq; alij legunt, graues: & hæc de serpentibus.

PIERIVS.

¶Galbaneoq; agitare graui nidore chelydros.) Lege, grauis, quippe chelydros, ex veterum codicum testimonio, & structuræ ipsius concinnitate. ¶Sæpe sub immotis præsepibus.) In Romano codice, legitur ignotis: quod nos, scilicet ignoramus viperam sub illis delitescere. Sed, immotis, melius. ¶Fouit humum.) In codicibus aliquot manu scriptis, fodit, legitur. Sed fouit, Seruius agnoscit, & vetera sic habent exemplaria. ¶Vere madent vdo terræ, ac pluuialibus austris.) In Romano codi. & pluuialibus. ¶Ranisq; loquacibus explet.) Plures ex antiquioribus codicibus implet, legunt: sed plus est, explet, dicere. ¶Postquam exhausta palus, terræq; ardore dehiscunt.) In Romano codice, in Oblongo, in Longobar. & aliquot alijs non indecenter legitur, Exusta. Sed enim Exhausta proprie dictum videtur, & ita erat in Mediceo, nunc, a, litera inde abrasa est. Sunt quibus magis placeat, Exusta: ardore quippe desiccata: quam sententiam continuat, dum subiungit terræq; ardore dehiscunt, paludes porro exhauriri etiam possunt, absq; calore aeris: aut exustione terræ. ¶Exilit in siccum.) In codice Longobardico, atq; etiam in Mediceo exijt, habetur: sed id nimis segniter. concitatius vero mihi videtur, exilit.

SERVIVS.

¶Morborum quoq; te causas, & signa docebo.) Tria dicit, signa morborum, causas, & remedia: sed non seruat legitimum ordinē. Nam post remedia morborū, signa cōmemorat. ¶Turpis scabies.) Quæ asperum & turpe efficit corpus. ¶Et altius ad vitium persedit. ¶Medullas & ossa penetrauit. ¶Illotus adhæsit sudor.) Lotus vel lautus dicimus: inde est & lautum eo. Nam illud ab Horatio satis licenter dictum est, Ast, vbi me fessum sol acrior ire lauatum Admonuit. ¶Dulcibus fluuijs.) Salsa enim aqua magis pruriginem creat. ¶Vdisq; aries in gurgite villis Mersatur.) Simonem dicit ducem gregis, quem ita & Varro cōmemorat. huic autem partē aliquam lanæ pastores solent relinquere: vnde ait, vdis villis. Nam semper oues tonsæ lauantur. ¶Secundo amni.) Defluenti, cum aqua. s. ¶Tristi amurca.) Amaris olei sordibus. Hoc autem remedium est contra scabiem, & contra læsum vepribus corpus. ¶Viuaq; sulphura.) Dactylicus versus. ¶Idæasq; pices.) Liquidas quæ in Ida Phrygiæ monte nascuntur. ¶Scyllamq;, elleborosq;.) Genera herbarum sunt. ¶Præsens fortuna.) Efficax, vtilis, profutura. Et dicit incidendum esse vulnus si medicaminibus emolliri minime potuerit. ¶Summum vlceris os.) Ergo tunc secandum est cum os habuerit. ¶Et meliora deos sedet omnia.) Maiores enim expugnantes religionem, totum in experientia collocabant. Sallustius Nō votis neq; supplicijs muliebribus deorum auxilia comparantur, vigilando, laborando, prospere omnia cedunt: vbi socordiæ tete atq; ignauiæ tradideris, nequicq; deos implores, irati infestiq; sunt.

Morborum quoq; te causas, & signa docebo.
Turpis oues tentat scabies: vbi frigidus imber
Altius ad viuum persedit, & horrida cano
Bruma gelu: vel cum tonsis illotus adhesit
Sudor: & hirsuti secuerunt corpora vepres.
Dulcibus iccirco fluuiis pecus omne magistri
Perfundunt: vdisq; aries in gurgite villis
Mersatur: missusq; secundo defluit amni.
Aut tonsum tristi contingunt corpus amurca.
Et spumas miscent argenti, sulfura viuaq;
Idæasq; pices, & pingueis vnguine ceras,
Scyllamq;, Elleborosq; graues, nigrumq; bitumen
Non tamen vlla magis præsens fortuna laborum est:
Quam siquis ferro potuit rescindere summum
Vlceris os alitur vitium; viuitq; tegendo:
Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor
Abnegat: & meliora deos sedet omnia poscens.

PROBVS.

¶Scylla.) Bulbi genus, vnde inficitur acetū, quod Scyllites dicitur. Elleborū genus medicamenti venenati, quod interdum mortiferum est.

MANCINELLVS.

¶Morborum quoque.) Aduertēdum, quæ cuiusq; morbi sit causa, quæq; signa causarum eorū sint, & quæ quęq; morbum cura, ratio sequi debeat, inquit Varro lib. ij. ca. j. Morborum. Morbus est habitus cuiusq; corporis contra naturam, qui vsum eius facit deteriorem, Gel. libro quarto ca. ij. Cice. vero. lib. iiij. Tuscu. ait, q morbū appellāt totius corporis corruptionem. Ægrotationem, morbum cum imbecillitate. Vitium cum partes corporis inter se dissidēt: ex quo prauitas membrorum, distortio, deformitas. ¶Scabies.) Oues frequentius quam vllum aliud animal infestantur scabie; quæ ferē nascitur ex his causis, quas Poeta refert, præcipue tamē exiguitas cibi maciem. macies autem scabiem facit, hæc vbi cœperit

Morb⁹.
Scabies.

perit irrepere, sic intelligitur. Vitiosum locum pecudes, aut morsu scalpunt, aut cornu aut vngula tundunt, aut arbori affricant, parietibusve detergent. Huic primo quoq; tempore occurrendum, ne tota progenies inficiatur: cum præcipue oues contagione vexentur. Columel. lib. vij. cap. v. Scabies, est scabies durior cutis rubicunda, ex qua pustulæ oriuntur. Quædam humidiores: quædam sicciores. Exit ex quibusdam sanies, quo asperior est, quoque prurit magis, eo difficilius tollitur, author est Celsus libro sexto. ¶Dulcibus fluuijs.) Columel. æstiuum sudorem mari, vel flumine abluendum censet. ¶Villis.) Lanas intelligit, quæ in summa parte arietis tonsi relinqui solent. ¶Secundo amni.) Auersus enim flumini non aduersus defluit. ¶Amurca.) Scabiem tollit, si ad fæcem & amurcam succumq; decocti lupini misceas portione æqua detritum, album elleborum. Eidem remedio est, amurca duabus partibus decocta. Item vetus hominis vrina: testis candentibus inusta. Prodest etiam sulphuris triti, & picis liquidæ modus æqualis igne lente coctus, author Colum. libro. vij. ¶Tristi.) Amara: De amurca latius supra. ¶Spumas argenti.) Spuma distat a scoria, quo potest spuma a fæce distare: alterum purgantis se materiæ, alterum purgatæ vitium est, spumæ vis, est, siccare, mollire, refrigerare, temperare, purgare, explere, vlcerum tumores lenire. Plin. libro. xxxiij. capi. iiij. ¶Sulphura viua.)

Quatuor genera sulfuris.

Sulphuris genera sunt quatuor viuo solo ex omnibus generibus medici vtuntur. Viuum effoditur, translucetq;, & viret. Plin. libro. xxxv. Dioscorides vero ait, quod viuum sulphur tale est, quale a terra producitur: sulphur autem extinctum seu mortuum est, quod artificiose paratur, & in calamis ferreis funditur. Quando viuum sulphur miscetur cum terebinthea, curat scabiem: & ægritudinem, cum qua eleuatur cutis. ¶Idæasq; pices.)

Duo genera picis.

Circa Idam in Troade plurimæ sunt, vt scribit Plin. picis autem duo genera spissum, liquidumq;. Spissarum vtilissima medicina est brutis, quoniam pinguissima, & resinosissima: vtraq; præbet vtilitatem, sed magis rutila, quam cæteræ. Picis natura est, calefacit, explet, ad scabiem pecorum præcipuum remedium. idem libro. xxiij. ¶Vnguine.) Viscositate quadam. ¶Ceras.) Cera in medio est æqualiter calefacientium, & infrigidantium, & humectantium, & siccantium, authore Galeno. ¶Scyllamq;.) Scyllarum in medicina alba est, quæ masculis, fœminæ nigræ. scylla quæ candidissima fuerit, vtilissima erit, discutit furfures capitis, & hulcera manantia: illita ex oleo cocta. Pythagoras scyllam in limine quoque ianuæ suspensam malum medicamentorum introitum pellere tradit. Plin. lib. xx. capi. xxix. ¶Elleborosq; graues.)

Scylla duo genera ellebori.

Ellebori duo prima genera, candidum, & nigrum. Nigro, equi, boues, sues, necantur: itaq; cauent id, cum candido vescantur. Album non facile colligitur: caput enim aggrauat maxime, nisi præsumatur allium, & subinde vinum sorbeatur, celeriterq; fodiatur: Nigrum purgat per inferna, candidum vomitione, causasq; morborum extrahit. quondam terribile postea tam promiscuum, vt plerique studiorum gratia, ad prouidenda acrius, quæ cõmentabantur sæpius sumptitauerint. Italia Veratrum vocat. Nigrum, scabiem quadrupedum cum ture & cera, vel pice, sanat. Plinius libro vigesimoquinto capi. duodecimo. ¶Graues.) Aggrauant enim maxime caput. Potest etiam exponi noxios, propter eorum naturam, & vires. ¶Nigrum bitumen.) De hoc latissime vide Ecloga octaua. ¶Magis præsens.) Id est præstantior. ¶Ferro rescindere.) Resecandum est vlcus & medicamentis curandum. ¶Hulceris os.)

Hulcus Vulnus

Hulcus traxit aspirationem ab græco: illi enim helcos dicunt, est autem hulcus tecta & clausa malignitas. Vulnus vero hiatus patens. Marcellus author. ¶Tegendo.) Dum tegitur. ¶Deos omnia poscens.) Dei facientes adiuuant, inquit Var. libro primo de re rustica. Et Sallu. in Catilinario ait. Nõ votis, neq; supplicijs muliebribus auxilia deorum parantur, vigilando, agendo, bene consulendo, prospera omnia cedunt. Vbi secordiæ, atq; ignauiæ tete tradideris, nequicquam deos implores, irati infestiq; sunt.

ASCENSIVS.

¶Morborum quoq;, &c.) Nunc morbos pecorum, eorumq; remedia docet, & primo ouium, dicens. Ego docebo te. s. quamuis pastorem, causas & signa. i. indicia, morborum. i. habituum naturalem incolumitatem deprauantium, scabies turpis. i. turpes efficiens, tentat. i. afficit & molestat, atq; inficit oues, vbi. i. quoties, vel postq; imber frigidus persedit. i. perfecte sedit, a persido. i. locum cępit: aut a persideo. i. affixus transit ad viuum. i. vsq; ad interiora, videlicet ad medullas vsq; penetrãs: & cum horrida bruma. i. hyems horrere. i. frigere faciens, gelu cano. i. pruina albicante, vel cum sudor illotus, id est non ablutus, aut lauando non detersus, adhæsit ossibus: & cum vepres hirsuti, id est dentati secuerunt, dilacerauerunt corpora, scilicet ouium magistri, id est periti pastores: idcirco, id est propter hanc contagionem, quę nascitur ex sudore indeterso: perfundunt omne pecus fluuijs dulcibus: & aries mersatur, id est frequenter immergitur ab eis villis vdis, id est habens villos hudos saltẽ dum remittitur: & ipse aries missus, scilicet in fluuium: defluit, id est deorsum fluit, amni secũdo, id est descendente & non contra impetum eius, quia id aries pondere lanarum pressus nequiret. Aut, scilicet magistri contingunt, id est molliter inungunt, & fricant corpus. s. ouis tonsum amurca. i. olei fęce tristi. i. dolorem afferente, aut amara: & miscẽt spumas argenti, scilicet viui, & sulphura viua (Ser. attestatur legẽdum esse, viuaq; sulphura, non & sulphura viua.) & pices Idæas. i. quales plurimæ nascuntur in Ida, aut distillant ex arboribus in Ida Phrygiæ nascentibus: & miscent ceras pingues vnguine. i. viscositate: quidam sunt qui de butyro loqui censeant: & miscent scyllam. i. herbam illam & elleboros, etiã herbas in Anticyra plurimum nascentes: & bitumen, id est illud genus visci nigrũ, quia id contra scabiem, sicut elleborus niger, valet. dicitur autem etiã hoc elleborum, seu elborum genere neutro. Tum vlla fortuna laborum, id est vlla meditatio fortuita, non est magis præsens, id est efficacior, hoc est citius & melius curans scabiem, quã siquis potuit rescindere, id est resecare & aperire summũ os hulceris. i. putredinis clausæ, & intrinsecus inflatæ. Nam vitium, id est corruptio, alitur, id est fouetur, & augmentatur: & viuit, id est vegetatur & crescit tegendo. i. dum tegitur, dum, scilicet pastor abnegat adhibere manus medicas, id est medicatrices, ad vulnera, id est hulcera ouium, aut sedet, id est cessat & ocio indulget, poscens deos omnia meliora. s. q̃ habeat, nec quicquam operans: verum dij cooperantur non operantur nobis omnia.

¶Turpis oues tentat scabies vbi frigidus imber Altius ad viuũ) In Romano codice, temptat scabies cũ frigidus imber altius ad viuum. Ex his non reiecerim, cum, licet, vbi, non displiceat. Nam sequitur, vel cum Tonsis illotus adhæsit sudor, addam illud. In Roma. codi. Illutus legi. In aliquot plerisq; codi. Adlutus, quod non probatur. In alijs dictio est magis corrupta. ¶Et spumas miscent argenti viuaq; sulphura.) In Roma cod. scriptum est, argenti & sulpura viua: sulpura quidem, quia græcam esse dictionem arbitrati sunt, & in similibus non adsueuerint adspirationem admittere, vt triumpus, Pilippus, Hypsipyle. Quod vero pertinet ad numerum, in Mediceo, atq; etiam in Longo. codi. legitur, & sulphura viua. Sed membrana abrasa, ita tamen vt duos illos Dactylos, viuaq; sulphura, prius fuisse coniecties: In Longobardico librarius quid faceret ambiguus fuisse videtur, & vtranq; miscuit: videtur tamen adonium recepisse, & ac, non, &, adscripsit. Argenti ac sulphura viua. Sed enim acquieuerim ego Seruio & alijs quibusdam grammaticis antiquis dactylum esse versum asserentibus. ¶Et meliora deos sedet omnia poscens.) In Romano codice, aut, pro, &, pro omnia, omina, legitur: quod non æque placet.

SERVIVS.

¶Artus depascitur.) Et pasco & pascor illam rem dicimus. ¶Arida febris.) Quæ arida efficit corpora. Tamen sciendũ febrẽ, licet a feruore dicta sit, esse etiã frigidam. vnde modo ad diastolen ait aridã. ¶Incensos æstus.) Id est febrem. ¶Inter ima ferire pedis salientem.) Id est mobilẽ. Dicit autem illam venam esse feriendam quæ supra vngulam est animalis, tam lata quam nobilis. ¶Bisaltæ quo more.) Populi Scytharũ: qui fugientes, equorum sanguine aluntur lacte permisto. ¶Cum fugit.) Vel re vera fugit: vel pgit celeriter. ¶Carpentẽ ignauius.) Negligentius, sine auiditate. ¶Culpã ferro cõpesce.) Atqui habere morbũ culpa non est, sed hoc dicit, occidẽdo eã, tuã culpam cõpesce, id est vita crimen in quod potes incidere, si dum vni parcis, fuerit tot' grex ei' cõtagione corrupt'. ¶Incautum vulgus.) Quod morbosi pecoris contagione abstinere non nouit.

Quinetiam ima dolor balantum lapsus ad ossa
Cum furit: atq; artus depascitur arida febris:
Profuit incensos æstus auertere: & inter
Ima ferire pedis salientem sanguine venam:
Bisaltæ quo more solent, acerq; Gelonus.
Cum fugit in Rhodopen, atq; in deserta Getarum:
Et lac concretum cum sanguine potat equino.
Quàm procul aut molli succedere sæpius vmbrę,

Videris, aut summas carpentem ignauius herbas:
Extremamq; sequi: aut medio procumbere campo
Pascentem: & seræ solam decedere nocti:
Continuo ferro culpam compesce: prius, quàm
Dira per incautum serpant contagia vulgus.

PROBVS.

¶Bisaltæ.) Genus est Tracum. ¶Geloni.) Scythę, & vtriq; a regibus dicti. Iapidia, regio dicta est Hystriæ.

MANCINELLVS.

Febris.

¶Febris.) Dicitur febris a feruitate morbi, vel mali, vt scrib. Nonius. Est autem febris genus morbi in toto corpore, de cuius generibus late Celsus lib. iij. ¶Incensos ęstus.) Febris feruores. Ima ferire pedis, febricitantibus ouibus de talo, vel inter duas vngulas sanguinem mitti oportet. Nos etiam sub oculis, & de auribus sanguinem detrahimus, verba sunt Columel. libro octauo. ¶Bisaltæ.)

Bisaltæ.

Libera gens Bisaltæ in Macedonia, vt scribit Plin. lib. iiij. capi. xj. ¶Gelonus.) De Gelonis videto libro secundo Georgico. ibi, Pictosq; Gelonos. ¶Rodopen.) De hoc monte iam superius. ¶Atq;.) Legitur, & aut. Deserta Getarum,

Getæ.

Getas Græci Thraces opinati sunt, qui quidem vtrunq; Istri latus incolebant, Getę ad pontum in orientem vergunt: interq; mare ponticũ ab Istro ad Tyram flumen Getarum solitudo periacet plana tota & aquarũ indiga, Stra. lib. vij. ¶Contagia.) Videto in Tityro. ¶Ferro.) quo scilicet imam pedis venam ferias.

ASCENSIVS.

¶Quinetiam &c.) Docet oues nõ solum scabie, sed & febre nonnunquam tentari, datq; signum conceptæ infirmitatis in oue facturus transitum ad grauem pestilentiam, quæ olim fere pecora absumpsit in Italia. ¶Ordo est. Quinetiam, id est insuper, cum dolor lapsus ad ima ossa, id est ad medullas vsq;: furit, id est debacchatur & sæuit: & febris arida, id est lenta tabe consumens & desiccans ossa: depascitur, id est absumit: artus, id est membra pecoris, tunc supple profuit, id est vtile fuit, auertere, id est depellere, aut potius expellere, æstus, scilicet febrium, incensos. i. in sanguine & medulla, & ferire, id est pcutere & aperire percutiẽdo venam salientem, id est scatẽtem sanguine inter ima, id est plantam pedis, quo more Bisaltæ, id est populi illi in Macedonia Scythię vicini, & Gelonus, scilicet populus, acer, scilicet ad prælia, solent, scilicet ferire venam, vt sanguinem hauriant, cum. s. Bisalta aut Gelonus fugit in Rodopen, montem Thracię, atq; in deserta Getarum illorũ populorũ Thraciæ confinibus, & potat lac concretum cum sanguine equino: quo. s. anhelitum fortiorem habeat. Quam procul &c. Docet quomodo latentem morbum in pecude deprehendas, dicens, compesce. i. cõprime, aut reseca: ferro. i. cultro, aut cauterio, culpam. s. contagij futuri, nisi auerteris, supple eius pecudis, quam tu videris sępius procu, id est de longe, hoc est extremã in grege incedentem, aut succedere sæpius molli vmbra, id est sub mollem vmbram, aut quam videris carpentem ignauius. i. segnius summas herbas, & sequi. s. gregem extremam. i. vltimam, & decedere solam, nocti seræ. i. tardæ aduentanti, compesce dico, culpam tuam continuo priusq; dira contagia. i. infectiones ex contactu nascentes, serpant. i. lente diffundantur, per vulgus incautum. i. per cæterum corpus gregis tui cauere secreta nocumẽta nescientis. Nõ enim vitant oues scabiem aut morbum latentem, sicut lupum fugiũt, quem natura docet inimicum.

PIERIVS.

¶Aut summas carpentem ignauius herbas.) In Romano codi. segnius, sed ignauius agnoscit Ser. ¶Et seræ so. de. nocti.) In antiquis codicib', Sera nocte. Sed datiuo melius. ¶Continuo ferro culpam compesce.) In Romano, in Mediceo, & in quibusdam alijs peruetustis codicibus dictionum ordo est, continuo culpam ferro.

Non tam creber, agens hyemem, ruit ęquore turbo:
Quàm multæ pecudum pestes. nec singula morbi
Corpora corripiunt: sed tota æstiua repente,
Spemq; gregemq; simul, cunctãq; ab origine gentẽ.
Tum sciat, aerias alpes, & Norica siquis
Castella in tumulis, & lapidis arua Timaui,
Nunc quoq; post tanto videat, desertaq; regna
Pastorum, & longe saltus, lateq; vacantes.
Hic quondam morbo cœli, miseranda cohorta est
Tempestas: totoq; autumni incanduit æstu:
Et genus omne neci pecudum dedit: omne ferarum:
Corrupitq; lacus: infecit pabula tabo.
Nec via mortis erat simplex: sed vbi ignea venis
Omnibus acta sitis, miseros adduxerat artus:
Rursus abundabat fluidus liquor: omniaq; in se
Ossa minutatim morbo collapsa trahebat.

SERVIVS.

¶Tota æstiua.) Loca posuit pro animalibus. Æstiua autẽ sunt loca vmbrosa, in quibus per ęstatem pecora vitãt solis calorem. Statius, Et vmbrosi patuere ęstiua licęi. ¶Spemq; gregemq; simul.) Agnos cũ matribus. ¶Tunc sciat, aerias alpes Norica siquis.) Sensus hic est, Siquis est qui sciat ista loca qualia tunc fuerint, cum pecoribus erant referta, nunc quoq; ea vacãtia videat: licet plurimum a pestilentia fluxerit tẽpus. ¶Hic quõdam morbo cœli miserãda coorta est.) Describit pestilentiã Venetię, Gallię, Illyrici, nã quodã tempore cum Nilus plus ęquo excreuisset, & diu permãsisset in cãpis, ex aqua fluminis & calore puincię diuersa, & plurima in limo aĩalia sunt creata, qua recedẽte in alueos suos Nilo, & integra & quę semiplena fuerant, putrefacta sunt: exinde corrupto aere nata pestilentia est, quam Auster flans primo ex Ægypto ad Atticam puinciã pepulit. Mox inde in tractũ Venetię & Illyrici, vsq; quaq; vniuersa vastauit. Hanc aũt pestilentiã ordine quo diximus plenissime Lucretius est executus. ¶Aerias alpes.) i. Galliã. Et dicẽdo aerias, verbum expressit ex verbo. Nam Gallorũ lingua alti montes alpes vocanẽ. ¶Norica siquis.) Noricum pars est Illyrici. ¶Et lapidis arua Timaui.) i. Venetiam. Nam Iapidia pars est Venetiæ dicta ab Iapido oppido. Sallustius, Primam modo Iapidiam ingressus. Huius est fluuius Timauus. Vnde male quidam Iapigis legunt, cum Iapigia sit Apulia. ¶Miseranda tempestas.) Pessima, ferens rem dignam miseratione. ¶Totoq; autumni incanduit æstu. Exarsit prima autumni parte, quæ semper grauem efficit pestilentiã. Vt aũt autumnus abundet morbis, facit cõfine frigoris & caloris: quod licet etiã vernũ tẽpus habeat, caret morbo: quia tunc corpora pręcedenti durata sunt frigore, quę autũnus corrumpit, laxiora inueniens potestatis calore. ¶Corrupitq; lacus, infecit pabula tabo.) Ordinẽ secutus est, quẽ & Lucanus tenuit & Sallustius, Primo aerẽ, inde aquã, post pabula eẽ corrupta. ¶Nec via mortis erat simplex.) Nec moriebãtur ex vsu. i. sm naturalem ordinem, nõ tm̃ fuga aĩę, sed etiã corporis resolutione. Est autẽ Sallustij, qui ait, Ne simplici qdem morte moriebantur. ¶Ignea venis omnib' acta sitis.) Feruidus calor: ab eo quod pręcedit, id quod sequitur. ¶Fluidus liquor.) Humor sordidus. ¶Ossa.) Etiam ossa. Et per Hyperbolem totũ hominem significat.

MANCINELLVS.

¶Hyemem.) Grandinẽ intelligit. ¶Turbo.) Dicit turbo vẽtus q repentinis flabris psilit, atq; vniuersa perturbat. Vortex ille est: cum torquetur humus arida, & ab infimo erigitur ad summum, author Apuleius in lib. de mundo. Meminit, & Pli. lib. ij. capi. l. ¶Æstiua.) Loca dicuntur vmbrosa, vbi & pecora, & milites solis ardorem vitant. Sueto. in Augusto. Reliquas in hyberna & æstiua circa finitima oppida dimittere assuerat. Reliquas autem cohortes sup. ¶Spemq;.) Agnos, & agnas, & fœturam ipsam. ¶Tum.) Præterea. Tum sciat, huius pestilentiæ color totus & liniamenta fere omnia tracta sunt de descriptione pestilentiæ quę est lib. vj. Lucretij, descripsit etiam Manilius libro. j. sed Ouid. lib. vij. Meta. latissime. Alpes, montes sunt altissimi: qui Italiam ab Germania submouent: teste Pli. libro. iij. ¶Norica castella.) Norici incolæ sunt alpium, quondam Taurisci appellati, his contermini Rhęti, & Vindelici omnes in multas ciuitates diuisi, idem libro. iij. ¶Iapidis Timaui.) Iapides populi, & Timauus amnis in Venetia regione Italiæ sunt, vt scribit idem libro quarto. De Timauo autem latius Eclo. viij. Strab. pręterea lib. vij. scri. q̃ Iapides in Albio monte siti sunt, qui Alpib' posterior est, excelso admodum. Hinc quidem ad Pannonios, Istrumq; pertinentes, hinc autem

Norici.

Universidad de Deusto Biblioteca

autem ad Adriaticum mare, pugnaces quidem, cæterum ab Augusto Cæsare tandem expugnati ad vnum secundum lapides in Liburnos est nauigatio. Post tanto tempore.) Est autem sensus, ꝙ tanta pestilentia fuit, vt siquis videret illa loca, nunc quoque deserta aspiceret, quamuis iandiu id fuerit, &c. ¶Morbo cœli.) Aeris corruptione, quæ postea aut in aquas cadit, aut fruges per sedit in ipsas. Aut alios homines pastus pecudúmq; cibatus. Aut etiam suspensa manet vis aere in ipso. Et cum spirantes mistas, hinc dicimus auras. Illa quoque in corpus pariter sorbere necesse est, Lucre. libro. vj. ¶Tempestas.) Pestilentia. ¶Incanduit.) Ferbuit. ¶Autumni æstu. Tunc enim magis corpora languore afficiuntur aere non certo, vt etiam Ouidius in arte ostendit. ¶Tabo.) Corruptione.

ASCENSIVS.

❡Non tam creber agens, &c.) Docet, vt dixi, generalem pestilentiam, quæ olim in Italia, & etiam in Gallia fuisse perhibetur, imitatus, vt Mancinellus, dicit Lucretium in. vj. ❡Ordo est. Nec turbo, id est ventorum ex diuerso flantium commotio, agens hyemem, id est tempestatem, aut calamitatem grandinis, æquore. i. in æquore, id est mari, aut per æquor, id est campos æquos ruit tam creber, id est crebris grandinibus, quam. i. quantum multæ pestes pecudum supple sunt. Nec morbi corripiunt, id est raptim inuadunt singula corpora, sed inuadunt repente tota æstiua. i. omnia pecora æstiuantia in æstiuis locis, hoc est vmbrosis in quibus ab æstu proteguntur vmbris, aguntq; æstatem. (Posuit ergo locum pro locatis) & corripiunt spem, scilicet gregis, hoc est agnos & hœdos, & gregem, scilicet parentes, & cunctam gentē. i. totam speciem, aut totam propagationem ab origine, id est a primis vsq; ad summas. Siquis supple viderit. (Est enim zeugma ab inferiore in tempore) aut vidisset, tum id est tunc, cum hæc persitit inciperet alpes aerias, id est valde altas, hoc est summos montes Italiam a Gallis & Germaniam dirimentes, & castella Norica, id est Illyrica in tumulis, id est colliculis sita, & viderit, aut vidisset tunc arua Timaui, scilicet fluuii lapidis, id est qui in Iapidia regione Venetiæ vidisset, dico tunc, & videat quoq;, id est etiam nunc tanto, id est tam longo tempore post, id est quãuis tantum temporis interlapsum sit, vt pecus instaurari potuisset, & videat regna pastorum (qui etiã tuguria, & septa regna vocant, vt Post aliquot mea regna videns mirabor aristas) & saltus, id est campos

pos in quibus salire possent pecudes vacantes, id est vastos & vacuos modo longe & late, is supple sciat quod dictum est, scilicet ꝙ morbi non singula sed vniuersa sæpe corripiũt corpora, vnde sequitur. Tempestas, scilicet pistilentialis miseranda, id est pessima inferēs rem dignam miseratione, coorta, id est simul orta est quondam, id est superioribus temporibus hic, id est in dictis regionibus, morbo, id est infectione & corruptione cœli. i. aeris, & ipsa pestis incanduit, id est efferbuit toto æstu, id est incendio febrium, & morborum autumni, id est quale solet esse in autumno, vt Iuuenalis attestatur, & dedit neci, id est necauit omne genus pecudum, id est animalium cicurum præcipue. id est domesticorum, & omne genus ferarum, id est syluestrium, quæ fera sunt vtplurimum, & corrupit lacus, id est pascua, tabo, id est corrupto succo, Nec via, id est aditus mortis, id est ad mortem, vel qua mors ingruebat & crassabatur, erat simplex, id est vniformis aut naturalis, & sine malo extrinsecus aduenienti, sed vbi sitis ignea, id est ardentissima, hoc est tabes, aut siccitas penetrantissima ex calore generata acta, id est impulsa omnibus venis. i. per omnes venas, aut ad omnes venas abduxerat, scilicet a proprio & naturali situ hoc est contraxerat miseros, artus, id est membra miserorum animalium, liquor fluidus, id est superfluus & corruptus abundabat rursus, & trahebat omnia ossa collapsa in se minutatim, id est per minutas particulas morbo, id est per violentiam morbi, hoc est ex corruptione aeris sanguis & succus bonus desiccabatur, & in tabem contrahebatur, sed annitente natura (quæ quantum potest ad conseruationem indiuiduorum nititur) & conante deperditum succum instaurare cum nimium sit inualida, non solidum succum, sed ventorum & superfluum liquorem colligit, vnde post omnia ossa resoluta collabuntur.

PIERIVS.

❡Et Iapidis arua Timaui.) Non negarim Iapidis legendum, & Iapidiam, Venetię proximam regionem appellatã, quo vocabulo etiam Sallustius sit vsus. Non tamē reiiciendum est, ꝙ in Romano codi. atq; etiam in Mediceo legit, Iapygis, quãuis improbetur a Seruio qui Iapygiam ab Iapidia scriptione distinguit. Nã Hecatęus duas ponit Iapygias, quarũ vna sit in Apulia, altera in Illyrico, a quarũ vtraq; Iapyx, & Iapygius deriuet. ¶Corripuit lacus.) In Roma. in Medi. & antiquis aliis codicibus, corrupit, habetur.

SERVIVS.

❡In honore deum medio.) In sacrificiis, vt, Haud equidē tali me dignor honore. ¶Lanea.) i. victima. Nam non stat versus, si linea vitta dixeris. ¶Mactauerat ante sacerdos.) Eius scilicet mortē præueniens. ¶Ardent altaria fibris.) Quia, vt dicit Plinius secũdus, morbosa caro non coquit. ¶Nec responsa potest cõsultus reddere vates.) Colligi enim nisi ex sana victima, futura nõ possunt. ¶Suppositi tingunt sanguine cultri, sic & i sexto, Supponũt alii cultros, id est iugulant hostias. Dicendo autem Suppositi feriendi genus ostēdit. Nam interdum ab inferiori parte, interdum desuper feriebantur. ¶Summaq; ieiuna sanie infuscatur arena.) Signatis vsus est verbis, nimiumq; libratis. ¶Vulgo.) Vbiq; Passim & cateruatim. ¶In lętis autem verbis.) Ideo, ne eos fame perisse putaremus. ¶Hinc canibus blandis.) Etiã blandis canibus rabies ex pestilentia nascitur. ¶Quatit ęgros tussis anhela sues.) Proprie nã tussis commouet corpora. ¶Et faucibus angit obesis.) Tumentibus. Angit autem, bene ait. Nam angina dicitur porcorum morbus qui occupat fauces. Plautus, Vellem me in anginã verti, vt huic anniculę faucē præoccuparem. ¶Crebra ferit.) Crebro: nomen
pro

Sæpe in honore deùm medio stans hostia ad aram,
Linea dum niuea circundatur infula vitta:
Inter cunctantes cecidit moribunda ministros.
Aut siquam ferro mactauerat ante sacerdos:
Inde neq; impositis ardent altaria fibris:
Nec responsa potest consultus reddere vates:
Ac vix suppositi tinguntur sanguine cultri:
Summaq; ieiuna sanie infuscatur arena.
Hinc lætis vituli vulgo moriuntur in herbis:
Et dulces animas plena ad pręsepia reddunt.
Hinc canibus blandis rabies venit:& quatit ægros
Tussis anhela sues:ac faucibus angit obesis.
Labitur infelix studiorum atq; immemor herbæ
Victor equus:fontesq; auertitur,& pede terram
Crebra ferit.demissæ aures:incertus ibidem
Sudor:& ille quidem morituris,frigidus:aret
Pellis:& ad tactum tractanti dura resistit.
Hæc ante exitium primis dant signa diebus.
Sin in processu cœpit crudescere morbus:
Tum vero ardentes oculi:atq; attractus ab alto
Spiritus,interdum gemitu grauis:imaq; longo
Ilia singultu tendunt.it naribus ater
Sanguis:& obsessas fauces premit aspera lingua.

pro aduerbio. ¶Incert' ibidē sudor.) Irrationabilis, sine labore, cuius causa nõ apparet. ¶Morituris, frigid'.) Frigidus sudor mortis futurę signum est, & moriturus frigore plenus ē. ¶Tractãti dura resistit.) Frigida ē, nec cohęret digitis. ¶Cœpit crudescere morbus.) Validior fieri. vt, Deiecta crudescit pugna Camilla: & iam dat signa morbi validioris. ¶Obsessas fauces.) i. clausas. ¶Aspa ligua) i. nimia siccitate.

MANCINELLVS.

❡Lanea infula, fascia i modũ diadematis: a q vittę ab vtraque pte pēdēt, de hac li. iiii. de Ponto legit, Ambiat vt fuluas infula longa comas. Aut siq.) Legitur item, at si quã. ¶Neq; ardēt.) Propter corruptionē id erat. ¶Fibris.) Videto lib. ij. Georgi. ¶Ieiuna sanie.) Sanguine corrupto, & desiccato. ¶Hinc.) Ex ignea siti, & fluido liquorē ac pestilitate. ¶Vulgo.) Passim. ¶Lætis herbis, innuit nõ penuria cibatus id fuisse. ¶Angit.) Strãgulat, vñ & faucium dolor Angina vocatur, vt scrib. Fest. eo aũt morbo sues maxime cruciantur, vt aiunt. ¶Auertitur.) Refugit. Crebra pro crebro. ¶Crudescere.) Magis crudus, ac durus fieri.

ASCENSIVS.

❡Sæpe in honore deum medio, &c.) Prosequitur quod instituit
docens

docens quàm miseranda fuerit lues, ac dicēs. Hostia. i. pecus mactanda stans in medio honore deum, id est deorum ad aram, scilicet, hoc est parata in honorem deorum, mactetur dum infula lanea, id est fascia in modum diadematis, a qua vittę vtrinq; dependent. (Diadema autem erat panniculus interdum lineus super quem coronæ imponebantur) his autem quę sacrificari debebant, imponebantur vittæ (vnde Æneid. ij. Simon ad victimã expostulatus dicit: mihi sacra parari, Et salsæ fruges, & circum temporavittæ) circũdatur vitta, id est velamine capitis vtrinq; dependente, niuea, id est cãdidissima: cecidit sæpe moribũda, id est moriens inter ministros, id est sacrificulos cunctãtes, id est imorantes & segnius ferientes. Aut si sacerdos videlicet sacrificulus, mactauerat ferro, quam, id est aliquam hostiam, ante. i. priusq; moribunda caderet: hoc est si festinando præuenerat mortem: neque, id est non, altaria non ardent inde. i. ex tali hostia fibris, scilicet extorum impositis, scilicet ad cremandum, hoc est exta illa corruptissima nolebant inflammari, aut incendi: nec vates. i. aruspex: consultus, id est interrogatus consilium potest reddere responsa inde, id est ex inspectione talium extorum, ac cultri suppositi, scilicet vt in eos quasi sponte iret victima: tinguntur, id est imbuuntur vix sanguine, quia totus lenta tabe absumptus fuerat: & arena summa: id est supficialis: infuscatur, id est fit fusca sanie. i. corrupto sanguine, ieiuna, id est macilēto & modico, hinc, id est ex hac tanta corruptione, aut postquam hæc portenta in sacrificanda vita sunt: vituli, id est iuuenci. moriunt vulgo, id est passim in herbis lętis. i. pinguibus: & reddunt animas. i. vitas dulcis ad præsepia plena. i. pabulorum, hic, id est ex hac corruptione, aut ignea siti, rabies venit canibus blandis, id est domino suo blandiri solitis: & tussis anhela, id est anhelitum trahens misere quatit, id est concutit, & tremere facit: sues, id est porcos, ægros, id est morbo affectos, ac tangit, id est strangulat faucibus obesis, id est aut pinguibus, vt inedia putentur mori, aut sic inflatis, vt pingues putētur. Equus victor, id est vincere solitus in curuli certamine: labitur infelix studiorum, id est certaminũ, quæ non amplius exercebit, sicut, o felix animi iuuenis, aut equus victor labitur infelix, existens, immemor studiorum, atque herbę, sed prior constructio, licet rarior, magis tamē quadrat cõtextui, si enim dixeris, equus infelix victor, iam duo sunt epitheta sine coniunctione. Si sic equus victor labitur infelix immemor studiorum atq; herbę, iterum totidem sunt. Aut si sic, Equus victor
labitur

labitur infelix atq; immemor studiorum, herbæ: iam deerit coniunctio genitiuis, nec satis est ꝙ participium existens subaudiri pōt, vt sit, labitur infelix existens immemor studioꝝ atq; herbæ. Quia ergo alibi consimiliter loquitur, & felix cum genitiuo construit, maiorq; est significãtia, dicendo infelix studiorum quam immemor studiorum. Nam priore modo significatur infeliciter studuisse alios equos vincere: cum iam a fœdissimo morbo vincatur: & ipse equus auertitur, id est aspernatur, & indignatur aspicere fonteis, id est aquas lympidas & puras: & ferit, id est concutit pede terram crebra, id est crebro, aures. s. equi languentis, demisse sunt, quas validus erigere solebat: & sudor est ibidem. i. interea dum aures demittit incertus. i. cuius causa latet cum non eueniat ex calore, aut agitatione, seu labore: & ille, scilicet sudor incertus: quidem. i. certe, est sup. equis morituris frigidus, pellis aret & resistit tractanti existēs dura. i. rigida & aspera ad tactum, id est dum quis attingit ea, quod signum est exhausti succi, vnde non cutem sed pellem dixit, nam habēt, vt Iuuena. de sene dixit, deformem pro cute pellem, vnde & Persius, Cute perditus, &c. Contra de se Hora. in epistolis. Me pinguem & nitidum bene curata cute vises Cum ridere voles Epicuri de grege porcum, &c. s. equi morituri dant hęc signa primis diebus ante exitium. i. mortem & vitæ exitum, hoc est vbi primum incipiũt languere: sin. i. sed, si morbus cœpit crudescere, id est crudior & sæuior fieri in successu, id est continuatione: tum vero, id est præcipue & ad verum: tunc, sup. fiunt oculi ardentes atq; spiritus grauis, id est molestus, attractus, sup. est aliquando ab gemitu alto. i. ab alto, pectore sumpto, & ilia ima. i. intestina interiora, tendunt. i. tentant, singultu longo. i. longe tracto: aut equi tendunt. i. trahũt ilia longo singultu. Sanguis ater. s. corruptus: it. i. defluit naribus, & lingua aspera, id est ex nimia siccitate rigens, premit. i. tentat, fauces obsessas. i. conclusas & obstructas.

PIERIVS.

❡Linea dum niuea circundatur infula vitta.) In Medi. in Longobar. & quibusdam aliis antiquis codicibus Lanea legit: quod agnoscit Seruius. ¶Inter cunct. decid. morib. ministros.) In Romano codice magistros, legitur: de sacerdote enim loquitur, qui ferire cunctaretur. ¶Crebra ferit.) In Longobar. crebro ferit. Neq; timendum syllabæ, cum Carisius, tertio. Aduerbium pro dactylo agnoscat, & sero trochæi dimensione sit apud Statium. ¶Et ad tactum.) In Romano: at, vt solet, in Longobardico, & ad tractum.

SERVIVS.

❡Profuit incerto latices infundere cornu.) Nõ semper, sed aliquãdo, nam hoc solum est quod morbo liberat, aut cõmouet in furorem. ¶Mox erat hoc ipsum exitio.) Quod saluti esse putabat. Et hoc est quod paulopost dicturus est, Quęsitęq; nocent artes. ¶Furiisq; refecti.) Quia languentia corpora in vires quodam modo excitat furor, & facit ea in exitiũ cõualescere. ¶Dii meliora piis.) Per parenthesim in execrationem hostiũ hanc torquet insaniam. ¶Fumans sub vomere taurus.) Per hoc ostendit etiam fortes tauros repente morbo concidere. Nemo enim pestilentem ad aratra ducit iuuencũ. ¶Extremosq; ciet gemitus.) Vltimũ gemuit. Sanè ciet modo Dat significat, sicut i tertio de Andromache, Lachrymasq; ciebat. cum ciere ꝓprie sit aliquid cõmouere. ¶Fraterna morte iuuencum.) Cõsortis iteritu. Et ex affectu dictum est rustici. ¶Mouere animum.) In suum desiderium illicere. ¶Purior electro campum petit amnis. Nã sicut electrum defęcatius est metallis

Profuit inserto latices infundere cornu
Lenęos.ea visa salus morientibus vna.
Mox erat hoc ipsum exitio:furiisq; refecti
Ardebant:ipsiq; suos,iam morte sub ęgra
(Dii meliora piis,errorémq; hostibus illum)
Discissos nudis laniabant dentibus artus.
Ecce autem duro fumans sub vomere taurus
Concidit:& mistum spumis vomit ore cruorem:
Extremosq; ciet gemitus.it tristis arator
Mœrentem abiungens fraterna morte iuuencum:
Atq; opere in medio defixa relinquit aratra.
Non vmbrę altorum nemorũ,non mollia possunt
Prata mouere animum:non qui per saxa volutus
Purior electro campum petit amnis.at ima
Soluuntur latera:atq; oculos stupor vrget inerteis:
Ad terramq; fluit deuexo pondere ceruix.
Quid labor,aut benefacta iuuãt:quid vomere terras
Inuertisse graues?atqui non Massica Bacchi
Munera,non illis epulæ nocuere repostæ.
Frondibus,& victu pascuntur simplicis herbę.
Pocula sunt fontes liquidi,atq; exercita cursu
Flumina:nec somnos abrumpit cura salubres.
Tempore non alio dicunt regionibus illis
Quęsitas ad sacra boues Iunonis:& vris
Imparibus ductos alta ad donaria currus.
Ergo ęgre rastris terram rimantur:& ipsis

oibus ita & currens aqua cæteris purior. ¶Ad terrãq; fluit.) Luc. Fessumq; caput se ferre recusat. ¶Quid labor, aut benefacta iuuant?) Si neutrũ mortē repellit, nec corpis exercitiũ, nec mentis religio. Nã si generalis est sentētia, secundum Epicureos cõtra religionem est. Si autē tm̃ ad bouem referf, hoc dicit, Quid ei prodest labore suo aluisse mortales? ¶Atqui non Massica Bacchi Munera.) Vina pretiosa a Massico monte Cãpanię. Et ptransitum tangit illa, quæ dicunt physici, morbos venire ex cibi & potus nimietate, vel mutatione, ex nimiis vigiliis & multa solicitudine. Dicũtq; etiã sine his nasci ęgritudinē. nam in aialibus cum nihil horũ sit, tamen ęgritudines cernimus. ¶Epulę repositę.) Aut abũdantes. aut varię. ¶Simplicis herbę.) Propter varietates epularũ dixit simplicis herbę. ¶Nec somnos abrumpit cura salubres.) Ex cura eni nimia vigilię ꝓcreant. ¶Et vris imparibus ductos alta.) Bob' agrestibus, & ipsis inęqualib'. Nã vri agrestes boues sunt, vt diximꝰ supra. Et hoc poetice dicit. Cæterum veritas hæc est.
Cum

Vnguibus infodiunt fruges: monteſq; per altos
Contenta ceruice trahunt ſtridentia plauſtra.

Cum mos eſſet ſacerdotem Argiuã iunctis bob' ire ad tẽpla Iunonis, & ſolẽni die boues nõ inuenirent (peſtilẽtia enim quæ per Atticam tranſierat, vniuerſa conſumpſerat) duo ſacerdotis filij Cleobis & Bito, matrem ſubeuntes iugo, ad templa duxere. Tum Iuno probans eorum religionem, obtulit matri, vt quod vellet, poſceret filijs, illa pia reſponſione ait, vt quod ſciret dea vtile mortalibus, ipſa præſtaret. Altero itaq; die ſacerdotis filij iuuenes reperti ſunt mortui. Ex quo probatũ eſt nihil eſſe morte præſtantius, quod Herodotus apud Græcos pleniſſime commemorat in prima hiſtoria. ¶Donaria.) Donaria proprie loca ſunt in quibus dona reponuntur deorũ. Abuſiue templa. Nam ita & puluinaria pro templis ponimus, cum ſint ꝓprie lectuli ſterni qui in templis conſueuerãt pleriſq;. ¶Ægre.) Difficulter. ¶Rimantur. In rimas agunt. ¶Ipſis vnguibus.) Hiperbolicos. Id eſt manibus.

MANCINELLVS.

❡Profuit.) alias. ſ. tunc vero exitio erat. ¶Inſerto ori.) Immiſſo.
Electrũ. ¶Lengos latices.) Vinum, De Lengo videto li. ij. Geor. ¶Dij me.) totum carmen parentheſim habet. ¶Abiungens ſeparans. ¶Reliquit.) Legitur & relinquit. ¶Electro.) Omni auro ineſt argẽtum vario pondere, alibi dena, alibi nona, alibi octaua parte, vbicũq; quinta argenti portio eſt, Electrum vocatur. Electri natura eſt lucernarum lumina clarius argento ſplendere, quod & natiuum, & venena deprehendit, neq; diſcurrunt in calcibus arquus cœleſtibus ſimiles cum igneo ſtridore. Pli. lib. xxiij. ca. v. vide plura in Buco. ¶Inertes.) Immobiles. ¶Quid labor, aut benefacta iuuant?) Oui. amorum lib. iij. inquit, Scilicet omne ſacrum mors importuna profanat, Omnibus obſcuras inijcit illa manus. Viue tamen, moriere pius, cole ſacra colentẽ. Mors grauis a templis
Mors. Æqua. in caua buſta trahet. ¶Atqui non Maſſica Bacchi Munera.) Certe inquit, non potentia vina illis, nõ epulę repoſtę, i. ſæpius appoſitæ, ac per id copioſæ & variæ nocuere vti quidem hominibus accidere ſolet, nam clari fontes, & flumina viua potum præbebant, frõdes & herbæ ſimplices pabulum miniſtrabant. Eſt itaq; metaphora ab edacibus, & ebrijs ſumpta, in peſtilentia enim maxime obeſt edendi luxus, hinc iubent medici eo tempore in eadem menſa diuerſa cibaria eſſe nõ debere, nec edenda eſſe. Nam non æqualiter digeruntur, hinc generãtur humores mali, ęgritudines facientes, & pernecantes, vt etiam Auicenna tradit. Seneca etiam in epiſtolis inquit, ꝙ vbi ſunt diuerſa cibaria inquinãt, non alunt. Peſtiſq; tempore, vt medici aiunt, vina potẽtia longe
Somn'. obſunt, dulcia item & artificialia. ¶Somnos ſalubres.) Temperatus enim ſomnus, & qui non ex crapula & ebrietate venit, inſtaurat ſpiritus in vigilijs reſolutos, membra labore feſſa reparat, calorem ſtomacho ſubminiſtrat, mentem purgat, deniq; totum corpus ad agenda omnia renouat. Immoderatus vero ſomnus corpus deſiccat & infrigidat, ac ſuperfluitatibus replet phlegmaticis. Superfluæq; vigiliæ calorem incendunt, corpus deſiccant. ¶Nec abrumpit.) Vti etiam hominibus accidit, adhuc enim perſtat in metaphora. ¶Quæſitas ad ſacra boues.) Herodotus. v. folio primi voluminis ſic ait. Cum dies feſtus Iunonis apud Argi-
Fabula. uos eſſet, oportereтq; omnino matrem horum (Cleobis videlicet & Bitonis) ad tẽplum ferri, bobus iunctis, nſq; boues ex agro eius ad horam præſto non eſſent, tunc iuuenes excluſi tempore, iugum ſubeuntes, plauſtrum pertraxerũt: quo mater vehebať, & quinque ac quadraginta per ſtadia ferentes, ad templum peruenerunt. Quibus cum hæc feciſſent, & ab omni cœtu conſpecti fuiſſent, optimus obtigit vitę exitus, per quem deus indicauit, ſatius eſſe homini mori q̃ viuere. Nam cum circũſtantes Argiui laudibus tollerent, viri quidem conſiliũ filiorũ, fœminę vero eorũ matrem, ꝙ talibus filijs prædita eſſet. Mater gaudio perfuſa, cum liberorũ fato, tum fama ante ſimulachrum ſtans precata eſt deam, vt Cleobi & Bitoni filijs ſuis daret, id quod optimum eſſet homini contingere. poſt hanc precationem, vbi ſacrificauerunt, epulatiq; ſunt quieſcentes in ipſo delubro, nõ ſunt amplius excitati, ſed hoc vitę exitu perfuncti quorum effigies tanquã virorũ: qui optimi extitiſſent, Argiui ſtatuas apud Delphos collocauerunt, hæc ille. Cicero vero libro primo Tuſcu. ſic ait. Primũ Ar-
Cleobis Biton. giuæ ſacerdotis Cleobis, & Biton filij prædicanť. Nota fabula eſt. cum enim illam ad ſolenne, & ſtatutum ſacrificium curru vehi ius eſſet, ſatis longe ab oppido ad Fanum, morerenturq; iumẽta, tunc iuuenes ij, quos modo nominaui, veſte poſita, corpora oleo perunxerunt, ad iugum acceſſerunt, ita aduecta in Fanum, Cum currus eſſet ductus a filijs, precata a dea dicitur, vt illis premium daret de pietate, quod maximũ homini dari poſſet a Deo. poſt epulatos cum matre adoleſcẽtes ſomno ſe dediſſe, mane inuentos eſſe mortuos. hæc Cicero. ¶Et vris imparibus.) Id poeticum eſt. Nam & Herodotus, & Cice. oſtenderunt aliter eueniſſe, de Vris autẽ latius in libro ſecundo Georgico. ¶Donaria.) Templa intelligit, multa enim illic dijs donantur. ¶Rimantur.) In rimas & ſulcos agũt homines ipſi. ¶Ægre.) Duriter, difficulter.

ASCENSIVS.

❡Profuit inſerto.) Exaggerat peſtis quam narrat, ſęuitiam, cum nullo medicamine ſedari potuerit, quando & ea quæ contra peſtes valere conſueuerant cõtra eam inualida fuerint. ❡Ordo eſt, Profuit. ſ. alias, hoc eſt in alijs horis & peſtilentijs, aut potius in principio huius peſtilentiæ infundere. ſ. in pecus languens, cornu inſerto. i. ori immiſſo, hoc eſt per cornu inſertum, latices Lenęos, id eſt Bacchicos, hoc eſt vinum quod latex dicitur, quia in vuis latet, & lenęum, quia a Baccho inuentum, & ea ſalus eſt viſa vna, id eſt ſola morientibus, id eſt mortalibus, aut contra mortẽ hoc ipſum. ſ. infundere vinum, erat exitio, id eſt ad exitiũ, id eſt mortem, & ſcilicet equi refecti, id eſt recreati & validiores apparentes, furijs. id eſt per furorem, qui vires afferre videť, ſed non diu duraturas: ardebant, id eſt incendebantur maioribus furijs: & ipſi laniabant dentibus nudis, id eſt denudatis: id enim equi ſolent mordere volentes ſuos, id eſt proprios artus diſciſſos. i. dilaniatos, iam ſub morte ęgra. i. ęgros faciente, aut extrema cum non amplius poſſint. Dij, ſup. cõcedant pijs, id eſt bonis, & deorũ cultoribus meliora, ſcilicet omnia, aut euenta: & inferant ſupple hoſtibus. ſ. regionis & patriæ pietatis, illum errorem. i. furorem, quem tum equi perpeſſi ſunt. Honeſta eſt parẽtheſis affectionis plena, & per apoſiopeſim verbum ſubticens, vt in pathicis locutionibus ſolet. Autem pro ſed: ecce, quaſi de repente & ex improuiſo: taurus concidit, i. mortuus cecidit, fumans, id eſt cum fumaret & ipenſe laboraret, ſub duro vomere: & vomit ore cruorem miſtum ſpumis: & ciet, id eſt excitat, & ex imo pectore trahit extremos gemit': arator it. i. abit & diſcedit, triſtis: abiungẽs. i. ſeparans, & ab iugo diſſoluens, iuuencum. ſ. alterum mœrẽtem, id eſt dolentem & mœſtum, morte fraterna, id eſt coniugalis ſui quo quaſi fratre in labore vſus fuerat, atq; arator relinquit, ꝙ ſi legendum eſt, vt fere textus habent, reliquit, ordo eſt: atq; id eſt poſtquam, iuuencus, ſcilicet reliquit aratra defixa in medio opere, vmbræ aliorum nemorum non poſſunt mouere animum eius: & mollia prata nõ poſſunt mouere animum eius, & amnis, id eſt riuus, qui volutus per ſaxa: petit cãpum exiſtens purior, id eſt defęcatior, electro, id eſt illo genere metalli puriſſimo: at, id eſt ſed: latera eius ima, id eſt inferiora: ſoluuntur, id eſt labaſcunt: & ſtupor, id eſt hebetudo, vrget. i. obſidet, oculos inertes, id eſt parum videntes præ ſtupore & vertigine ex moleſtato cerebro procreata: ceruix, ſcilicet eius qui ſic ſtupet, fluit. i. circumfertur, & voluitur in morem fluminis, ad terram pondere, ſcilicet corporis, aut capitis: deuexo, id eſt deuoluto: qd labor, ſup. iuuat? quid benefacta iuuant, id eſt proſunt, qd iuuat inuertiſſe terras graues. i. pingues, vomere. i. ea parte aratri ab eo ꝙ terram vomit dicta. q. d. nihil. Atq;. i. ſed quomodo ſup. id euenit? q. d. id mirari licet: nam munera Bacchi, id eſt vina, Maſſica. i. in Maſſico monte Campanię creſcere ſolita, quę fortia ſunt, & hominibus nocere ſueta, non nocuere illis. ſ. iuuencis aratorijs, & epulę repoſtę. i. abundantes & varię, aut ſæpe ſumptę, aut recoctę non nocuere illis, quia paſcuntur frondibus, & victu ſimplicis herbę. i. fontes liquidi ſunt illis pocula. i. potus, atq; flumina exercita. i. purificata & vegetata nec torpentia, curſu. i. repentino fluxu. nec cura abrumpit ſomnos ſalubres, ſicut hominibus ſolet: dicunt. ſcilicet ſeniores, aut qui res priſcas repetunt, boues quęſitas. i. deſideratas, nec inuẽtas eſſe in illis regionibus, ad ſacra Iunonis, nõ alio tempore, quàm, ſcilicet hoc quo cunctæ perierant, & dicunt currus eſſe ductos ad donaria. i. ſacraria, hoc eſt repoſitoria rerũ quę dijs donantur, alta, ſcilicet in capitolio conſtituta, vris. i. bobus ſylueſtribus imparibus, id eſt indomitis, & ob id impariter trahentibus, aut reuera imparibus: quia ne vri quidem pares tũc reperiri poterant. (Alludit quidem Poeta ad hiſtoriam Cleobis & Bitonis: ſed non continuo loquiť de his, nam non fuerant illis regionibus, hoc eſt in Italia, & cõfinio eius. potuit autem fieri, vt conſimili modo Romę ſacrificarent Iunoni, cumq; boues deeſſent vris vterentur. (Ergo qa. ſ. deerant boues aratorij: agricolæ, ſup. rimanť. i. ſulcãt, ægre. i. cum difficultate, terrã raſtris. i. raſtellis ligonibus & marris, dentatis: & infodiunt fruges ipſis vnguibus: & trahunt per altos montes plauſtra. i. vehicula ſtridentia: ceruice contenta. i. contracta propter preſſuram.

PIERIVS.

❡Erroremq; hoſtibus illum.) In Roma. ardorem. Nam de morbi genere dictum eſt, ardebant. ¶Non gramina poſſunt grata, mouere animum.) Legendum ex veteribus omnibus codicibus, Non mollia poſſunt prata mouere animum, quæ lectio maxime probatur ab eruditis omnibus. ¶Et victu paſcunt ſimplicis herbæ.) In Longo, victum non ineleganter.

Non lupus inſidias explorat ouilia circum:
Nec gregibus nocturnus obambulat. acrior illum
Cura domat. timidi damæ, ceruiq; fugaces,
Nunc interq; canes, & circum tecta vagantur.
Iam maris immenſi prolem, & genus omne natantũ
Littore in extremo, ceu naufraga corpora, fluctus
Proluit. inſolitæ fugiunt in flumina phocæ.
Interit & curuis fruſtra defenſa latebris
Vipera, & attoniti ſquamis aſtantibus hydri.
Ipſis eſt aer auibus non æquus: & illæ
Præcipites alta vitam ſub nube relinquunt.
Preterea nec iam mutari pabula refert:
Quęſitęq; nocent artes. ceſſere magiſtri,
Phillyrides Chyron, Amythaoniuſq; Melampus.
Sęuit, & in lucem Stygiis emiſſa tenebris
Pallida Tiſiphone, morbos agit ante, metumq;:
Inq; dies auidum ſurgens caput altius effert.
Balatu pecorum, & crebris mugitibus amnes,
Arenteſq; ſonant ripę, colleſq; ſupini.
Iamq; cateruatim dat ſtragem: atq; aggerat ipſis
In ſtabulis, turpi dilapſa cadauera tabo.
Donec humo tegere, ac foueis abſcondere diſcunt.
Nam neq; erat coriis vſus: nec viſcera quiſquam,
Aut vndis abolere poteſt, aut vincere flamma.
Nec tondere quidem morbo, illuuieq; pereſa
Vellera, nec telas poſſunt attingere putres.
Verum etiam inuiſos ſiquis tentarat amictus:
Ardentes papulæ, atq; immundus olentia ſudor
Membra ſequebatur. nec longo deinde moranti
Tempore, contactos artus ſacer ignis edebat.

SERVIVS.

❡Nocturnus obambulat.) Inſidiatur. Quod aũt ait nocturnus, figurate rem tẽporis, ad perſonã tranſtulit. ¶Cura domat.) i. peſtilẽtię. ¶Timidi Damæ.) Mutauit genus, vt vitaret ὁμοιοτέλευτον. Horatius, Et ſuperiecto pauidæ natarũt ęquore damę. Dicẽdo damas & ceruos errare cum canibus duo oſtendit, & hos timoris & illos ferocitatis eẽ oblitos. ¶Fugiunt in flumina phocę.) Quaſi timentes marinam peſtilentiã. ¶Ipſis auibus.) Suis quodammodo quę alarũ velocitate ſupergredi poterant aerem peſtilentem. ¶Phillirides Chiron.) Medicinę inuentor, Saturni & Phillyrę filius. ¶Amythaoniuſq; Melamp'.) Amythaonis filius, καθαρτὴς .i. purgator. Nã Prœtidas ipſe purgauit luſtrationib' quas inuenerat. Hoc dicit, conualeſcẽte morbo nec medicinam prodeſſe, nec religionẽ. ¶Arẽteſq; ſonant ripę.) Velut peſtilentiam etiam elementa ſentire, ſic in tertio. Arẽbãt herbę, & victum ſeges ęgra negabat. Nam ſegetem pro terra poſuit. ¶Nam neque erat corijs vſus.) Quippe morbo putrefactis. ¶Nec viſcera quiſq; aut vndis abolere põt.) Nec lauari nec coqui poterãt. Caro.n. corrupta morbo, quendam habet mucorem, qui non abolui poteſt: qm̃ omne poſſidet corpus. Item igni ſuperpoſita, aut putrefit, aut dureſcit, nam nõ coquitur. ¶Ardentes papulæ.) Id eſt carbunculi. ¶Immundus ſudor.) Morbus pedicularis φθειρίασις. ¶Sacer ignis.) Quẽ Græci ἱερὰν νόσον vocant.

MANCINELLVS.

❡Explorat.) Exquirit, premeditatur. ¶Proluit.) Aſpergit, lauat.
Phocæ Obambulat, circumambulat. ¶Fugiunt in flumina.) Tanquã hęc ſalubriora eſſent. ¶Phocæ.) Vituli marini, quos vocant phocas ac dormiunt in terra, moreq; pecudum in eadem pariunt, nunquam geminis plures educant mammis fœtum, non ante duodecimum diem deducunt in mare, ipſis in ſono mugitus, vnde nomen vituli acceperunt, nullumq; animal premitur grauiore ſomno, pennis quibus in mari vtuntur. humi quoq; vice pedũ
Hydri. ſerpunt, Pli. lib. ix. ¶Hydri.) Serpentes aquatici: hydas enim hydorq;, & hydor aqua dicitur. ¶Mutari pabula.) Columella libro viij. ca. v. ſic ait. Quod ſi ægrotat vniuerſum pecus, eſt remedium præſens, & ſummum pabula mutare: & aquationes, & totius regionis alium quęrere ſtatum cœli. Cutem vſque, ſi ex calore, & æſtu concepta peſtis inuaſit, vt opaca rura, ſi inuaſit frigore, vt eligantur aprica. ¶Ceſſere magiſtri.) Non eſt in medico ſemper
Chiron filio releuetur, vt æger, Interdum docta plus valet arte malum. Ouidius lib. j. de ponto. ¶Phillyrides Chiron.) Herbariam, & medicamentariam a Chirone Saturni & Phillyræ filio inuentas ſcribit Pli. lib. vij. Et medicinam ab Ægyptijs, alij per Arabum Babylonis, & Apollinis filium. ¶Melampus.) Is teſte Home. lib. xv. Odyſſeę, fuit Amythaonis filius: patria Argo, qui, vt ait Mantis fuit. j.
Tiſiphone. vates, Vtq; Lactan. ſcribit lib. iij. Theb. Prœti Abantis filij Argiuorum regis inſanas filias Melampus curauit, herbariæ artis periſſimus, latius autem Eclo. vj. ¶Tiſiphone.) τίσις pœna, vltio, punitio, dicitur: φονὴ autẽ ac φόνος cędes, vel mors fertur.
Alecto. Megera Alecto inceſtans dici põt. Megera vero a μεγαίρω quod eſt odi, ac inuideo. Hæ tres furię dicuntur. ¶Metum.) i. mortẽ. ¶Inq; dies.) Id eſt quotidie magis. ¶Stragem.) Corporũ proſtrationẽ, & ruinam. ¶Cateruatim.) Multipliciter, congregatim. ¶Tabo.) Corrupto hũore, & ſanguie. ¶Abolere.) Purgare ita corrupta erant. ¶Illuuie.) Squalore, immundicia, ſorde. ¶Vellera.) Varro libro ſecundo capite vltimo ſcrib. ꝙ lanam demptam ouibus, ſcilicet & conglobatam, alij vellera, alij velamina appellant, ex quorũ vocabulo ait: animaduerti licet prius lanarum vulſuram quàm tonſuram inuentã. Qui etiã vellunt, ante triduo ieiunas habent, ꝙ languidę minus ęgre radices lanę retinerent. Omnino tonſores in Italiam primũ veniſſe ex Sicilia dicunt. Olim tonſores non fuiſſe aſſignificant antiquorũ ſtatuæ, ꝙ pleręq; habent capillum, & barbam magnã, hæc ex Varrone. ¶Attingere telas.) peruenire ad telas. ¶Putres.) Solubiles, vti illud, Et Zephyro putris ſe gleba reſoluit. Vnde & Penelope, vt Homerus ſcrib. ꝙ interdiu texebat, noctu diſſoluere ſolita eſt. ¶Inuiſos odioſos malis ſequẽtibus. ¶Ardentes papulę.) Papularũ duo ge-
Papulę. nera ſunt, altera eſt, in qua per minimas puſtulas cutis, exaſperatur, & rubet, leuiterq; roditur, medium habet pauſillo leuius, tarde ſerpit, idq; vitium maxime rotũdum incipit, eademq; ratione in orbem procedit, altera autem eſt, quam agriam, id eſt ferã Græci appellant, in qua ſimiliter quidem, ſed magis cutis exaſperatur, exhulceraturq;, ac vehementius, & roditur: & rubet, interdum etiam pilos remittit: hæc Celſus libro quinto, vbi etiam curationes docet. ¶Contractos.) Correptos, coinquinatos. ¶Sa-
Sacer ignis. cer ignis.) id eſt execrãdus, nam, vt inquit Celſus libro quinto. Sacer quoq; ignis malis hulceribus annumerari debet. Eius duæ ſpecies ſunt, alterum eſt ſubrubicundum, aut miſtum rubore, atq; pallore, exaſperatumq; per puſtulas continuas, quarũ nulla altera maior eſt, ſed plurimæ perexiguæ in ijs ſemper fere pus, & ſępe rubor cum calore eſt, ſerpitq; id non nunquam ſaneſcente, eo quod primo vitiatum eſt, nonnunquam etiam exhulcerato, vbi ruptis puſtulis hulcus cõtinuatur, humorq; exit, qui eſſe inter ſaniem & pus videri poteſt, fit maxime in pectore, aut lateribus: aut eminẽtibus partibus, præcipue in plantis, alterum autem eſt in ſummæ cutis exhulceratione, ſed ſine altitudine latũ, ſubliuidum, inęqualiter tamẽ mediumq; ſaneſcit extremis procedentibus, ac ſæpe id, quod iam ſanum videbatur iterum exhulceratur, ac circa proxima cutis, quæ vitium receptura eſt, tumidior, & durior eſt, coloremq; habet ex rubro ſub nigrum, hæc Celſus. Igni autem ſacro, vt Pli. docet libro. xxx. medentur vermes terreni ex aceto illiti. Grillus cõtritus in manibus, adeps anſeris, viperæ caput aſſeruatum, & combuſtum, deinde ex aceto impoſitum, &c. Plura idem Celſus medicamenta ibidem edocuit. Columel. vero libro. viij. capi. v. ſic ait. Eſt etiam inſanabilis ſacer ignis, quam puſtulam vocant paſtores, ea niſi compeſcitur

intra

Universidad de Deusto
Biblioteca

intra primam pecudem, quę tali morbo correpta eſt, vniuerſum gregem contagione proſternit, &c.

ASCENSIVS.

¶Non lupus inſidias.) Docuit pecudum, id eſt cicurum, ſeu domeſticorum animalium per diram peſtem abſumptionem, nunc docet ferarum quoq; tam terreſtrium quàm marinarum, atque aeriarum miſerabilem ſtragem atq; luem. ¶Ordo autem eſt. Lupus non explorat: id eſt non facit explorando inſidias circum ouilia, nec obambulat, id eſt circumambulat gregibus, id eſt perniciem gregum, nocturnus, id eſt tẽpore nocturno, vt ſolet dum valet, quia acrior cura ſcilicet inſtantis mortis, domat illum. Damę timidi & Cerui fugaces, id eſt aſſidue fugientes, & quibus tota ſalus eſt in fuga, nunc (pro tunc) in hac quam narro tempeſtate, & inter canes & circum tecta fluctus proluit, id eſt prouoluit ad littora, aut aſpergit ſuper natantem iam prolem immenſi maris, & pro, id eſt omne genus natantum, id eſt natare ſolitorum: proluit dico, i littore extremo, ceu corpora naufraga, id eſt poſt naufragium proiecta ad littura, Phocę inſolitę, ſcilicet magnitudinis, aut raro viſę. ſunt autem vituli marini, fugiunt in flumina: & vipera, id eſt ſerpens illa nociua defenſa fruſtra, id eſt nequicquam latebris curuis, vnde extrahi & in quibus occidi non poterat, interit, ſcilicet peſtilentia: & hydri, id eſt ſerpẽtes aquatici, attoniti, id eſt ſtupefacti, ſquamis aſtantibus, id eſt erectis, & auxiliantibus quidem contra externa ſiqua vim inferrent, ſed non contra peſtem intrinſecus graſſantem. Aer eſt non ęquus, id eſt iniquus & peſtilens, ipſis auibus quibus tamen proprium eſt ſolum: & illę, ſcilicet aues præcipites, id eſt præcipitanter in terram decidentes, relinquunt vitam, id eſt animã, ſed anima interit cum vita, vnde recte vitam dixit, non quia derelicta maneret, ſed quia quam illic habebãt in terris non haberent ſub alta nube, id eſt regione nubium. Præterea. i. præter hęc mala, nec refert, id eſt quicquam ad rem facit aut rei. i. commodum fert, pabula iam mutari & artes quęſitę nocent, id eſt officiunt, magiſtri, id eſt peritiſſimi medici, hoc eſt iuuenta eorũ, ceſſere. i. victi ſunt a morbo & ſuccubuerũt: Chiron. ſ. centaurus ille iuſtiſſim⁹ Phyllirides. i. Phyllirę ex Neptuno filius, & Melampus purgator ille Prætidum cũ furore agitarenť, Amythaonius, id eſt Amythaonis filius ſupple ceſſit, Tiſiphone, id eſt furia illa infernalis & pœnam & cædem inferẽs, pallida, ſcilicet ab effectu, aut quia in vmbris verſata, ſęuit, id eſt crudeſcit & ſęua atq; immanis fit: & ipſa emiſſa tenebris ſtigijs, id eſt triſtitiæ infernalis, in lucem, id eſt ad regionem noſtram agit. ſ. ante ſe morbos & metum, id eſt mortẽ quæ ex metu vel cum metu conſpicitur: & ipſa ſurgẽs. i. ſurſum agens ſe, effert. i. extollit, caput, ſcilicet ſuum auidum, ſcilicet cædis, & ſanguinis, & in dies altius (bene addit altius, quia in dies & in horas particulam exceſſiuam expoſtulát) hoc eſt in dies ſingulos maior eſt vis dirę peſtis a Tiſiphõe excitata, amnes & ripę arentes, ſcilicet ęſtu aeris corrupti, & colles ſupini, id eſt editiores, hoc eſt omnia loca in quibus pecora paſci ſolebant, ſonant. i. reſonant balatu pecorum, hoc eſt ouium, & crebris mugitibus. ſ. taurorum morientium, & ſ. Tiſiphone dat iam ſtragem. i. cumulum proſtratorum ac morientium, cateruatim. i. per cateruas, nõ per ſingula capita, atq; aggerat, id eſt accumulat in ipſis ſtabulis, quia efferri nequeunt præ multitudine, ipſa cadauera delapſa. i. quæ occiderant, turpi tabo donec. ſ. homines diſcũt tegere. ſ. cadauera humo. i. inhumare, & abſcondere foueis. diſcunt autẽ experiendo, quia multa infectio & nulla vtilitas ex cõſeruatione cadauerum proueniret. Nam neq; vſus. i. vtilitas, erat corijs. i. pellibus e quibus coria parantur, nec quiſq; põt aut abolere. i. purgare, viſcera. i. carnes vndis, aut vincere. i. excoquere, flãma. i. igni, Nec. ſ. paſtores poſſunt quidem. i. ſaltem tondere vellera peréſa morbo & illuuie, id eſt ſanie & corruptiõe illuente, id eſt intrinſecus imbuente, nec poſſunt attingere. i. per laborẽ peruenire ad hoc, vt ex eis habeant telas etiam putres: verumetiam. i. inſuper, ſi quis tentarat. i. conatus fuerat facere, amictus inuiſos, ſcilicet a natura, hoc eſt quos natura inuidit, & negauit mortalibus, papulę. i. carbunculi, & puſtulę ardentes. ſ. ſacro igni, atq; ſudor, immundus. i. corruptus, ſequebatur. i. perſequebatur & conficiebat, membra olentia. ſ. grauiter, hoc eſt fœtida, & ignis ſacer. i. execrabilis & peſtilentialis, edebat, id eſt abſumebat, deinde tempore nõ longo. i. non longum, aut diu moranti, ſed ſtatim ſubſequẽti, hoc eſt paulopoſt artus contractos, ſ. ab illis amictibus, hoc eſt qui talibus, veſtiebantur etiam inficientibus. Et hæc de his quę in tertiũ Georgicon adducta voluimus.

PIERIVS.

¶Inſolitę fugiunt in flumina phocę.) In Longobardico legitur, ad flumina. Sed ſi, in flumina. Intelligimus eas immergi, neq; audere in ſiccum prodire, ſi, ad flumina, ſubaudiendum, a quibus auxilium petere viderentur. ¶Arenteſq; ſonant ripæ.) In Romano co. Horrenteſq;, ob tetros, ſcilicet mugitus animaliũ, ſi, arentes, erit, vt illud Aridus altis montibus audiri fragor. ¶Ac foueis abſcondere diſcunt.) In antiquiſſimo quidem codi. foſſis, legere eſt. Sed ad valla & muros retinent foſſæ. Hoc tamen loco non tolleranda tantum, verum etiam decoris, & dignitatis plurimũ habere videtur improprietas huiuſmodi, ad cadauerum multitudinem, quæ magno numero congregabantur, indicãdam, quibus condendis capaciore opus eſſet loco. Nemo vero ignorat foſſas amplioribus ſpatijs produci ſolere, cum fouea quid anguſtius ſignificet, vtputa ſcrobem, vel luporum decipulas, vel quid huiuſmodi ad modicos vſus. ¶Verum etiam inuiſos.) In Ro. codi. legitur, quin etiã inuiſos, ¶Contactos artus ſacer ignis edebat.) Vulgata quædam exemplaria legunt, contractos ſacer artus, ſed in Romano legiť, mutato etiam numero, cõtactas ſacer artus, ac quantum ad contactum pertinet, quod de cõtagioſa vi, peſtilentiæ dicitur. Apud Liuium etiam in codicib⁹ antiquis legas, vulgatiq; contactu in homines morbi. Quod in impreſſis, attactu, non ita proprie habetur.

GEORGICORVM LIBRI TERTII FINIS.

ASCENSIVS.

PRotinus aerij mellis.) Tetraſtichi Ouidiani. ¶Ordo eſt. Vates ſupple ſeu Poeta Virgilius, indicat. i. notificat hoc quarto lib. protinus. i. ſtatim, aut ꝓtinus. i. ampliter, regna, id eſt apum (quę regem habent, & ita aulam, & regna) aluearia mellis aerij. i. ex aere collecti redolẽtia, id eſt ſuauiter fragrantia, & apes hyblęas. i. optima mella facientes, quales ſunt hyblæę in Sicilia, & tecta cerea, id eſt fauos aluorũ pro alueorum, hoc eſt quę ſunt i alueis ſeu aluearibus earum, q;, pro & flores qui albi, ſcilicet naſcũtur quã apud Hyblam, vbi copia thymi naſcitur, & indicat quę examina ſint legenda. i. colligenda vt habeanť mella aut reparanda, & indicat fauos humẽteis, id eſt melle fluentes dona cœleſtia, id eſt beneficio cœli, aut rore cœleſti collecta. ¶Quæ ſedes apibus &c. Heptaſticorũ carminum Mancin. vberius ex ordineq; toto libro cõtinentur explicatium ordo eſt. Poeta reponit, id eſt doctius ac emendatius ſcribit hoc quarto libro, quæ ſedes, ve pro vel, quę ſtatio ſit paranda apibus, & docet quoque, id eſt etiã ſigna languentum, i. languentium apum, ſcilicet & ſalutem medicam, id eſt ex medicina cõparãdã, & modum naſcẽdi, vt ſcilicet ſine concubitu ore legunt natos, & multa nomia nympharum inter quas Ariſtęi matrẽ nominat, & pandit luctũ Ariſtęi ob demortuas. ſ. apes & fauorem matris, quæ cõſilium dederat adoriundi Protei abs quo reparationẽ didicit, Tũ id eſt deinde pãdit patriã, ſcilicet carpathon Prothei vatis, id eſt diuinatoris, ac futura vaticinantis, & mores. i. inſtituta eius & ſpecies: in quas ſcilicet ſe tranſmutauerat: & pandit: vt, id eſt qualiter Orpheus reuocarat Euridicem cõiugẽ ſuam: ab vnda ſtigia, id eſt infernali, quod fecit threicia fretus cithara, & nos docemur tandem, reparare, i. inſtaurare, examen, id eſt fœtum apium. ſ. extinctarum.

P. OVIDII ARGVMENTVM IN VLTIMVM GEORGICON LIBRVM.

Protinus aerij mellis redolentia regna,
Hyblęas & apes, alueorum & cerea tecta,
Quiq; albi flores, examina queq; legenda,
Indicat: humenteiſq; fauos, cœleſtia dona.

ANTONII MANCINELLI IN QVARTVM GEORGICON ARGVMENTVM.

Quę ſedes apibus, ſtatiove paranda reponit.
Languentum quoq; ſigna docet, medicamq; ſalutẽ.
Naſcendiq; modum, Nympharum nomina multa,
Pandit Ariſtęi luctum, matriſq; fauorem,
Tum vatis Protei patriam, mores, ſpecieſq;.
Orpheus Eurydicem ſtigia vt reuocarat ab vnda,
Examenq; apium tandem reparare docemur.

SERVIVS.

PRotinus aerij mellis cœleſtia dona Exequar.) Rhetorice dictur⁹ de minoribus rebus magna ꝓmittit, vt & leuem materiã ſubleuet, & attẽtũ faciat auditorẽ. Sanè perite, quoniam ſcit breue eſſe opus hoc de apibus, & intra paucos verſus poſſe cõſumi: vſus eſt tranſlationibus ad dilatãdam materiã, dicens, apes habere reges, ꝓtoria, vrbes, & populos. Sanè ſciendũ, vt ſupra diximus, vltimã partẽ huius libri eſſe mutatã: nã laudes Galli habuit locus ille, qui nunc Ariſtei continet fabulam, quæ inſerta eſt poſtq; irato Auguſto Gallus occiſus eſt. ¶Protinus.) Deinceps, Exinde. Floreum agrũ exequar, ſicut ſum cæteros executus. ¶Aerij mellis.) Nam mel ex rore colligitur, qui vtiq; ex aere defluit: vnde eſt. ¶Cœleſtia dona.) id eſt munus deorum. Ante enim mel inueniebať in folijs: vt, Mellaq; decuſſit folijs. ¶Hanc etiam.) Sicut ſuperiores. Admiranda tibi leuium ſpectacula rerum.) Audies ex leuibus rebus digna ſtupore eſſe, in apibus proceres, & tanta certamina. ¶Mores.) Quia caſtæ ſunt, vt illum adeo placuiſſe mirabere morem. ¶Et ſtudia.) vt, Tantus amor florum & generandi gloria mellis. ¶Et populos.) vt, Vt binæ regum facies, ita corpora plebis. ¶Prelia dicam.) vt, Erumpunt portis, concurritur ęthere in alto. ¶In tenui labor: at tenuis non gloria.) Comparatio eſt laboris q magnam dat gloriam ſi fuerit materia ſubtilis ornata. ¶Numina lęua.) Proſpera: vt alibi, Intonuit lęuũ. ¶Auditq; vocatus Apollo.) Aut quaſi poetam Apollinem iuocat, aut quaſi deũ paſtoralem. Nam Apollo, Nomius dicitur.

P. VIRGI. MARO, GEORGICON LIBER QVARTVS.

PRotinus aerii mellis cœleſtia dona
Exequar. hanc etiam Mecœnas aſpice partem.
Admiranda tibi leuiũ ſpectacula rerum,
Magnanimoſq; duces, totiuſq; ex ordine gentis
Mores, & ſtudia, & populos, & prælia dicam.
In tenui labor, at tenuis non gloria: ſiquem
Numina læua ſinunt: auditq; vocatus Apollo.

PROBVS.

¶Protinus aerij mellis cœleſtia dona Exequar.) Quidã dicunt mel in aere naſci. Quidã apes colligere, quo tẽpore in Ida Iuppiter nutriebať, tum primum ex aere fluxiſſe, eoq; ipſum alitum.

MANCINELLVS.

¶Protinus aerij mellis, &c.) Ariſtęus de quo latius in. j. li. Ariſtę⁹.
Georg. habeť, primus & apiũ & mellis vſum, & lactis, coagula hoibus tradidit, vt Iuſti. lib. iij. ſcrib. Diodo. quoq; in fine libri quinti cum Iuſtino conuenit, dicit enim quod Nymphis a matre traditus eſt nutriendus, a quibus cum lac coagulare mel atq; oleum cõficere didiciſſet, primus ea in vſum hominum traduxit, vnde a poſteris, vt deus cultus eſt. Quando vero & in qua regione primum natæ ſint apes, videto Columel. lib. x. capi. ij. Eſt autem apis res præcipui quæſtus. cum fauet, vt teſtatur Pli. lib. xxj. Protinus aerei mellis: de protenus, & protinus videto latius in Tityro. Protinus, id eſt ſtatim continuo, vel deinceps, præterea, vtrunq; enim cõuenit: nam Caper ſcribit pro- Protin⁹
tinus per. i. aduerbium eſſe temporale, id eſt ſtatim, & Priſcianus libro. xv. ſcribit eſſe aduerbium ordinatiuum, vt deinde, præterea, continuo. ¶Aerij mel.) Venit mel ex aere & maxime ſyderũ exortu. Itaq; cum prima aurora folia arborum melle roſida inueniuntur: at ſi qui matutino ſub dio fuere, vnctas liquore veſtes capillumq; cõcretũ ſentiunt, ſiue ille eſt cœli ſudor, ſiue quędam ſyderum ſaliua, ſiue purgantis ſe aeris ſuccus, ſiue aquæ eſt, & purus, ac liquidus, ac ſuæ naturæ quaſi defluit, Plinius lib. xj. ¶Hanc aſpi. partem.) Attentũ hic Mecœnatem reddit, rogando, vt hæc

vt hæc quoq; aspiciat. ¶ Admiranda tibi.) Attentum iterum reddit, promittens se de rebus mirandis verba facturum, exponésq; etiam numero res, de quibus dicturus est. ¶ Duces. ¶ Apū reges. ¶ Mores.) Instituta & communes omnium consensus. ¶ Studia.) Occupationes, labores. ¶ Populos.) Progenié. ¶ In tenui labor.) Est enim difficile minima exornare, atq; extollere, & contra maxima leue est. Sunt enim referta bonis pluribus. ¶ Numina læua sinunt.) Id est aduersa, nam deos quosdam, vt prodessent, celebrabant, quosdam vt ne obessent, placabant.

ASCENSIVS.

¶Protinus aerij mellis.) Admirabili artificio rem tenuem extollit Poeta: sic enim de apibus tractat, vt res diuinas & heroicas aptissime inserat. diuinas qdem, vt ibi dicturus est, Esse apibus partem diuinæ mentis & haustus Æthereos. heroicas quidem, quia admiranda tibi leuiū spectacula rerū Magnanimosq; duces, &c. ¶Ordo est, O Mecœnas ego exequar, id est in executione cœpti operis perscribam, protinus. i. statim, vel omnino, & quasi porro tenus, id est ampliter: dona cœlestia, id est beneficio cœli, aut in aere collecta, mellis aerij. i. quod rore & floribus in aere, vt dixit, de apibus colligitur: aspice, scilicet fauenter, etiam hanc partem, sicut supple reliquas aspexisti, quia statim in principio primi libri Mecœnatem nuncupauit. Aspice, inquam, quia ego dicam tibi spectacula rerum leuium, vtpote apum, quæ inter animalia nobis cōmoda minima habent corpuscula, admiranda. i. digna admiratione, quia admirabere morem, q; nec concubitu indulgent, item q; rege incolumi mens omnib' vna est, atq; alia multa, & duces magnanimos qui animas in vulnere linquunt, & mores & studia totius gentis, id est generis apum videlicet quæ more humano instituta & exercitamenta habent, & dicam populos. i. vulgus apum, & prælia quæ. s. ab eis cōmittuntur, quia illis ira modum supra est. Labor sup. erit mihi, scilicet in tenui. i. in re exili & modica: at. i. sed. gloria non sup. erit tenuis. i. exilis & modica, si numina læua. i. gloriæ humanæ inimica, sinunt quem. i. aliquem gloriose dicere, hoc est si numina inimica inferorū non obstiterint: & si Apollo, qui deus superus est & poetis beneuolus esse solet, vocatus in auxilium meum: audit. i. exaudit. s. me,
Beroal. hoc ē si aspirat cœptis meis: hęc de mēte Auli Gellij, vt Beroaldus in Ser. annotauit, sic scribens. Romani antiquitus deos quosdā, vt prodessent colebant, quosdam vero ne obessent, placabant. Cum Iouem igit & diiouem a iuuando nomina essent, veiouem appellauerunt dempta atq; detracta iuuandi facultate, vt author est Gellius in. v. simulachrum enim veiouis sagittas tenet quæ sunt videlicet paratę ad nocendum, quapropter eum deū plerięq; Apollinē esse dixerunt, prętera Virgiliū quoq; aiunt multæ antiquitatis hoiem sine ostentationis odio peritū, numina lęua deprecari in his versibus. In tenui labor, at tenuis non gloria siquē Numina; læua sinunt, auditq; vocatus Apollo. Significat enim quandam vim esse huiusmodi dierum in lædendo, magis q; in iuuando potentem. Et ita sm Gellium, authorem, qui per quam scite, & adamussim, Virgilianam maiestatem pensitauit. Exponemus potius, Numina lædentia q; iuuantia. Et quoniam in Gellij mentionem incidimus, admonendi sunt illius scriptoris sectatores, vt locum emēdent in eo capite, in quo, de, veioue differit deprauatum, cum in omnibus passim codicibus Gellianis, hæc verba legant. In his dijs, quos placari oportet, vti mala a nobis, vel a frugibus natis amoueantur arungus, habetur, & robigus. Mendum est maximum in nouissimis tribus verbis, quod nisi emendentur, difficultates pariet iextricabiles. nos vero Marte nostro, ita correximus. Auerruncus habetur, & robigus, & ita corrigendum esse censemus fulti authoritate eruditissimorū: nanq; Auerruncus deus est, qui malorū auertendorū causa colebatur ab auerruncando nominatus, vt docet M. Varro in libris de lingua latina: auerruncare autem vocabulo antiquo significat auertere atq; depellere, quam dictionē vsurpat Liuius, sic scribens in. viij. placuit ad auerruncandam deum iram victimas cædi, & in. x. prodigiorū auerruncandorum causa supplicationes in biduum senatus decernit. Cice. ad Atticum in epistolis sic scribit. Certe cōtra igitur iniquis dij auerruncēt. Cato quoq; in re rustica viduertatem inimiquit vastitudinemq;, calamitates, intemperiasq; prohibessis defendas, auerruncesq;. Et Fest. pacuuianum dictum amentiā auerruncassent tuam interpretatur. i. auertissent. Auerruncū itaq; deū Romani colebant, & ab eo precabātur vt pericula auerruncaret: hoc est auerteret, amoliretur, atq; propulsaret: legat ergo apud Gellium Auerruncus, non autem arungus. Cum arungus nihil significet, & dictio sit illiterata: Aruncus apud Plinium accipitur pro villo qui a capellarum mento dependet. Sed hoc & id genus sexcenta alia quę apud scriptores in latina lingua reperiunt partim obscura, partim deprauata tractantur ac enodantur a nobis vberiori volumine quod quotidie cudimus: & adhuc sub incude est quod in paruo edetur tpe, in quo omni studio ac vigilātia contendimus, laboramus, enitimur pro virili parte, de latinę linguæ sectatoribus bene mereri. Hæc ille.

Auerruncus. Auerrunco.

PIERIVS.

¶Totiusq; ex ordine.) In Ro. codi. atq; etiam in Medi. legitur absq; ex, præpositiua particula, Totiusq; ordine. In alijs antiquis codicibus, ex, habetur, in quo animaduertēdum esse synizesim ex duabus vltimis syllabis, in Totius, si lectio ea, Totiusq; ex ordine gentis, admittat. Verum ego crediderim, ex, insertum ex paraphrasi, recteq; legi. Dicā ordine. ¶Mores & studia, & populos, & prælia dicam.) In Roma. prœlia, per, œ, & in antiquissimo alio codice vno minus, &, legitur, quàm in vulgatis habeatur exemplaribus. in hunc modum, Mores & studia populos, & prælia dicam. Voluerunt enim studia suspendere, & absq; &, coniunctiuæ particulæ interiectu sententiæ reliquum subiungere. Sed enim particulā illa ter iterata me nihil offendit, & præter quod numerosiorem versum facit, figuram etiam non inelegantem adstruit.

SERVIVS.

¶Principio sedes.) Dicit vbi aluearia ponēda sint: i qua re satis perite & ea quę abesse debent ne noceāt apibus: & ea q adesse, vt possint pdesse commemorat. Sanè quoniam supra ait, Magnanimosq; duces ideo intulit modo, Sedes, stationq; quā trāslationē diligenter reseruat. ¶Hœdiq; petulci.) Lasciui, exultantes. Et petulci dicti ab appetēdo, vñ & meretrices petulcas dicim'.) ¶Picti terga.) Picta terga habentes. ¶Pingui, stabulis) Plenis: sicut inanes res, tenues nominamus e contrario. ¶Meropesq;, aliæq; volucres.) Dicendo, aliæq; volucres: ostendit etiam aues esse meropes. Sunt autem virides, & vocantur apiastræ: quia apes comedunt. ¶Et manib' Progne pectus signata cruentis.) Nomen posuit pro nomine. Nam Philomela in hirundinem versa est: pro qua Prognem vel quasi sororem posuit, vel quasi eam quæ fuerat illius sceleris causa. Nam ipsa Tereum miserat ad deducendam sororem. ¶Dulcem nidis immitibus escam.) Id est crudelibus pullis qui apum morte nutriuntur.

Principio, sedes apibus, statioq; petenda:
Quo neq; sit ventis aditus, (nam pabula venti
Ferre domum prohibent) neq; oues, hœdiq; petulci
Floribus insultent: aut errans bucula campo
Decutiat rorem: & surgentes atterat herbas.
Absint & picti squalentia terga lacerti
Pinguibus à stabulis: meropesq;, aliæq; volucres,
Et manibus Progne pectus signata cruentis.
Omnia nam late vastant: ipsasq; volantes
Ore ferunt, dulcem nidis immitibus escam.

CONSTANTIVS.

¶Iacobus aūt Constantius Phanensis ostendit Prognes & Philomelę fabulam variari collectaneorum suorum ca. xxiiij. his verbis. Excuderam olim adolescētulis tetrastichon epitaphium in Octauium Cleophilum vatem Fanēsem, cum quo ipsas perijsse gratias & musas dixerim adeo lepidos, illicibiles, dulces, sonoros versus cōponebat. In eo Prognē posuim' pro Luscinia. quod statim vt exiuit in publicū a duob' qui in Romana academia profitebantur, fuit cum derisu authoris tanquā protritę fabulę parum conscij damnatum. Quaprōpter vt ei, qui superest (nam alter humanis decessit) ostendā inscitiam suam, atq; hoc exemplo doceam alios, quicunq; sunt natura propensi ad cauillandum in alienis rebus, nō esse de subito iudiciū proferendum, producere authores statuo, a quibus consilium cepi, cum Prognen pro Luscinia scripsi. Zenobius in prouerbiorū epitomatibus, vbi adagium hoc exponit Δαυλίαν κορώνην, id est daulium cornicem Prognē ait in Ædona, id est Lusciniam & Philomelam in Chelidona, id est hirundinem fuisse mutatas. Cui suffragatur illud, quod in Aristophanis in ranas cōmentario legimus, Ityn Ædonis filium Lugubri eius cantilena defleri, & nequis grecę literaturę ignarus cōfingi, hæc a nobis fortasse existimet, afferam

Progne. Philomela.

ram & Marci Varronis in de lingua latina testimoniū, qui sic scribit. Lusciniola, & luctuose canere existimatur atq; esse ex Attica Progne in luctu facta auis. Quin & Probus Virgilianus iterpres in hirundinem inquit, Philomela fertur ab alijs nō Progne versa. Agnoscat iugiter errorem suum meorum carminū vellicator & discat domi interdum nostræ meliora nasci quàm suæ.

PROBVS.

Meropes. ¶Petulci.) Lasciuientes hœdi. ¶Aut errans bucula campo.) Vaccam dicit. ¶Meropesq; aliæq; volucres.) Meropes dicuntur aues quas in Italia vocant barbaros, quarum vox, quia multiplex carpit partitionum voces, Meropes appellantur græce a merismo, quę Græci vocant, nos partitionem vocis, quā idem ὀπὰ dicunt
Progne glossematicos. ¶Et manibus Progne pectus signata cruētis.) Hirundo quondam Progne Pandionis filia, quæ cum filium suum Itym coniugi pro epulis apposuisset, propter quod in auem mutata est, ideo dixit, Et manibus Progne. p. s. e. in hirundinē Philomela fertur ab alijs, non Progne versa.

MANCINELLVS.

¶Sedes apibus.) Sedes apibus collocanda est contra brumalem meridiem, procul a tumultu, & cœtu hominum, ac pecudū, nec calido loco, nec frigido, nam vtraq; infestantur: hæc autem ima parte sit vallis, sic enim facilius apes ascendunt, cum prodeunt pabulatum, cum onere autem per procliuia non ægre deuolant Columel. libro. x. ca. v. ¶Hœdiq; petulci.) Hoc epitheto primus Lucretius vsus est. dixit enim libro secundo. Præterea teneri tremulis in vocibus hœdi, Corniferas norūt matres, agniq; petulci.
Petulci Macro. libro. vj. Petulci lasciui. ¶Insultent.) Insiliant. ¶Bucula.) A boue diminutiuum est. ¶Surgentes.) Crescentes. ¶Squalētia.)
Meropes. Splendida. ¶Pinguibus.) Pinguia propter mel ait. ¶Meropesq;.) Hæ aues cunabula in terra faciunt, corporis grauitate prohibitę sublime petere, genitores suos reconditos pascentes, pallidos intus colore pennarū superne cyaneo, priori subrutilo. Nidificant in specu sex pedum defossa altitudine. Pli. lib. x. capi. xxxix. aliter gauli dicuntur, vt aiunt vulgo etiam ieuoli. ¶Progne.) In hirundinem Philomela fertur ab alijs, non Progne versa. Id aūt Varro etiam asserit: dicitur enim Lusciola quod luctuose canere existimatur, atq; esse ex Attica Progne in luctu facta auis, latius tamen de Progne videto librum sextum Meta. ¶Pectus signata.) Occiderat enim Itym filium, Hinc ait etiā Ouid. Neq; adhuc de pectore cædis Excessere notæ, signataq; sanguine pluma est.

ASCENSIVS.

¶Principio sedes, &c.) Hæc est pma pars executionis in hoc opere, in qua, vt a Mancinello prænotatum est, poeta de sedibus, seu stationibus apum differit, dicens. Principio, id est pro pmo præcepto, sedes & statio, id est habitatio (sed exeuntibus iunioribus videtur statio, ea enim est vbi naues ad tempus stant residentib' autem senioribus sedes est) est petenda. i. deligenda apibus datiuus est vtilitatis non passionis, hoc est non ab apibus (nō enim illis pręcipit) sed ab agricolis pro apibus. Quo, id est ad quam sedem & stationem aduerbium pro nomine, neq; sit aditus. i. afflatus ventis (nam venti prohibent, id est impediunt ferre domū pabula, vt thymum & etiam mella) neq; oues, ve pro vel hœdi petulci, id est petulantes & lasciui cuncta lacessentes insultent. i. frequenter insiliant floribus, & ita, scilicet decutiant rorem, aut neq; supple bucula, id est iuuenca, aut iunior bos, errans, id est pascens vagando, campo, idest per campum, decutiat, id est concutiendo deijciat rorem, & atterat herbas surgentes e quibus, scilicet pabula atq; fauos colligerēt apes. Et lacerti picti, terga squalentia, id est lubrica & immunda, hoc est habentes terga picta. i. maculis distincta, absint a stabulis, id est aluearibus in quibus stationem habent, vt dictum est, apes pinguibus. i. plenis & melle distentis: & meropes volucres, & illæ aliæ volucres, quæ. s. apes deuorant: & Progne, hoc est hirundo, in quam versa putatur signata pectus, id est pectus habens signatum, manibus cruentis, scilicet sanguine filij quem patri epulandum dederat, supple absint a pinguibus stabulis. Nam huiusmodi vastant omnia late, & ferunt ore ipsas, volantes, scilicet apes, appositorie escam, vel in escam dulcem immitibus nidis. i. in quibus pulli sunt ex rapina pascendi, posset etiam ordo esse, ferunt nidis. i. ad nidos. Item sic, & ipsę aues volantes ferunt ipsas. s. apes, quia volando captando apes, sed in idem redit.

PIERIVS.

¶Meropesq; aliæq; volucres.) In Medi. codi. non est geminata particula, q;, sed meropes aliæq; ve legit: magis tamē placet geminari, vt in alijs codicibus habet. ¶Et manibus Progne pectus signata.) In Ro. co. & aliquot alijs antiquissimis, Procne, scriptum est, veluti græci faciunt πρόκνη. Quos & Romani secuti sunt, vt ex antiquis inscriptionibus quas Romæ obseruauimus videre licet. In quirinali enim hæc ita habentur.

P. VALERIVS BASSVS PRÆFECTVS FABRVM CÆCILIA PROCNE DIANÆ VALERIANÆ D.D.

Quod Epigramma ideo libuit adnotare, quia memineram Iouianum Pontanum literatissimum priori ętate virum solicitum super hac dictione fuisse, quia Prochne per ch, in Apulia scriptum reperisset. Quod vero malunt nunc Progne, per, g, septimam literam scribi non difficulter admiserim, quia, c, cognationem habere cum, g, & sæpe eas inuicem succedere alibi demonstratum est.

SERVIVS.

¶Et tenuis fugiēs per gramina riuus.) Suspendendū est tenuis, ne incipiant esse duo epitheta, quod apud Latinos cōstat esse vitiosum. ¶Vere suo.) Sibi grato & aptissimo. ¶Decedere ripa calori.) Vt ęstus possint aquarū vicinitate mitigare. ¶In medium.) Ordo est, in medium transuersas salices, & grandia conijce saxa. ¶Pontibus & crebris.) Veluti pontibus: nam nō sunt pontes. ¶Si forte morātes.) Tarde remeātes ex pascuis. ¶Neptuno immerserit.) Deū pro aquis posuit. ¶Grauiter spirātis copia tymbrę.) Gen' est herbę abundātis in Phrygia. Grauiter aūt modo bene, & multum significat: alias male: vt, Aut vbi odor grauis. Item, Graue olentis Auerni. ¶Violaria.) Loca in quibus nascuntur violæ.

At liquidi fontes, & stagna virentia musco
Adsint, & tenuis fugiens per gramina riuus.
Palmaq; vestibulum, aut ingens oleaster obumbret:
Vt cum prima noui ducent examina reges
Vere suo: luderq; fauis emissa iuuentus:
Vicina inuitet decedere ripa calori:
Obuiaq; hospitiis teneat frondentibus arbos.
In medium, seu stabit iners: seu profluet humor:
Transuersas salices, & grandia conijce saxa:
Pontibus vt crebris possint consistere: & alas
Pandere ad æstiuum solem: si forte moranteis
Sparserit: aut præceps Neptuno immerserit eurus.
Hæc circum casię virides, & olentia late
Serpilla, & grauiter spirantis copia thymbrę
Floreat, irriguumq; bibant violaria fontem.

aptissimū ad sanitatē apum, sic ad mellificum Thymum. ¶Musco.) Viridi lanugie. ¶Vere suo.) Sibi cōuenienti. ¶Fauis.) Fauus est, quem fingunt multi cauatum e cera cum singula caua sena latera habeant singulis pedes dēdit natura. Varro li. iij. ¶Iuuentus.) Apū progenies. ¶Hospitijs.) Sedibus aquā liquidam, vnde bibant esse oportet, eamq; propinquam quę pręterfluat, aut in aliquem locum influat, aut ne altitudine ascendat duos aut tres digitos, in qua aqua iaceant testę aut lapilli, ita vt extent paulum vbi assidere, & bibere possint, in quo diligēter habenda cura, vt aqua sit pura, quod ad mellificium bonum vehemēter prodest. Varro lib. iij. ¶In medium.) Ordo est, in medium conijce salices, &c. ¶Moranteis.) Dum pabulanē. s. Neptuno aquis ipsis casiæ. de his videto in Alexi. Si etiam de serpillo. ¶Thymbræ.) Hæc alio vocabulo satureia dicitur, seritur mense Februario. Plini. libro. xix. Columel. vero lib. x. ca. iiij. sic ait, aut etiam thymbræ, vel nostratis Cunelæ, quam satureiam rustici vocant, in Pli. autem lib. xx. Cunilia semper legitur.

Fauus. Thymbræ. satureia

MANCINELLVS.

¶At liquidi fontes.) Varro etiam lib. iiij. capi. xvj. docet prope apiarium debere esse loca vbi pabulum sit frequēs, & aqua pura.
Cytisū. Si pabulum naturale deest, serenda sunt rosa, serpillum, apiastrū, papauer, faba, lens, pisum, ocymū, medica. maxie cytisum, quod valentibus vtilissimum est, etenim ab æquinoctio verno florere incipit & permanet ad alterum æquinoctium autūni, sed vt hoc aptissimum

ASCENSIVS.

¶At liquidi fontes.) Postq; descripsit quæ abesse debeāt apibus

Universidad de Deusto Biblioteca

atq; aluearijs, nunc quæ adesse velit, describit, dicēs, At, id est sed, fontes liquidi, id est puri & lympidi, & stagna virentia musco, id est in quibus crescit muscus viridis, & riuus tenuis, id est exilis, ne murmure, scilicet aquæ impetuose decurrentis offendantur apes fugiens, id est recurrēs per gramina adsint, scilicet ad aluearia & sedem stationemq; apum: & palma, id est arbor illa longissimis frondibus, aut oleaster, id est olea syluestris, ingens, id est ingentes ramos expandens, obumbret vestibulum, id est paruū stabulum, hoc est primū introitum stationis, vt cum, id est quando, reges, id est primores apum regali more viuentes, noui, scilicet ad nouam pubem regendam electi, ducent, id est educent, suo.i. opportuno & debito vere, prima examina.i. primos fœtus apum, & iuuentus.i. multitudo iuniorū apum, emissa, id est educta tunc primū, ludet fauis.s. a se collectis, ripa vicina inuitet.i. alliciat, decedere calori ad frigus opacum in ripis, & vt arbos, scilicet palma, aut oleaster, obuia, id est obiecta decedere volentibus, teneat, id est immoretur, hospitijs, id est sedibus frondentibus nuper captis, frondibus, id est ramorum frōdentium, hoc est vt propter amœnitatem riparum alliciantur exire alueariis, sed propter amœnitatem arboris redeant, nec sedes mutent. Seu id est siue humor, id est aquæ vicinus, stabit, id est stagnabit, iners, id est torpens, seu profluat, conijce salices transuersas, id est trāsuersum, & saxa grādia in medium, scilicet eius, hoc est humoris, seu aquę vt.s. apes possint consistere, id est requiescere crebris pontibus, id est lignis aut lapidibus iniectis, quibus vt homines pontibus vtantur, & possint pandere, id est explicare alas ad solem æstiuum, si forte Eurus ventus ille impetuosus, sparserit, id est dispersit, scilicet apes morantes.i. tardius redeūtes. dum enim incumbentē pluuiam percepiscunt nō solent abire a stabulis longius saltem, & si forte abiuerint præcipites redire, siquæ autem immoratæ fuerint ne alis humidis immergant dum aquam persuolare cupiant, monet pontes constituere: & si, Eurus præceps, id est præcipitanter flans & ingruens, immerserit Neptuno, id est aquis quibus Neptunus pręest, casiæ, id est herbæ illæ odoriferæ virides floreant supple circum hæc, scilicet dicta loca ac stabula apum, & serpilla olentia late, & copia, id est abūdantia & vbertas, thymbrę in Phrygia abundantis, a qua Apollo thymbræus dictus est, spirantis.i. fragrantis, grauiter, id est potenter, floreat circum hæc, & violaria.i. violarum frutices, aut copia earum, aut loca in quibus nascuntur, bibant circum hæc, fontem irriguū.i. irrigantem, hoc est habeant etiam herbas odoriferas in confinio ad pastum & mellificium.

PIERIVS.

¶Aut ingens oleaster obumbret.) In Ro.co. & in quibusdā alijs peruetustis codicibus, inumbret, legitur, sed plures, obumbret, habent. ¶Vicina inuitet decedere ripa calori.) In Ro.co. discedere est. Sed decedere magis probatur, & signatissime positum est. ¶Et olentia late serpilla.) In Ro.codi. Serpulla, de qua scriptione plura diximus in Alexi.

SERVIVS.

¶Vtraque vis apibus pariter metuēda.) Tam caloris q̄ frigoris. Qd' licet vtrūq; ęquali modo metuendum sit, tamen dissimiliter nocet. Nam calore liquefacta defluunt mella, si fuerint frigore condurata, quę cōstrictas apes interimūt. ¶Spiramenta.) Exitus. Alibi, Seu spiracula ditis. ¶Fucoq;, Genus est herbę, vnde tingūtur vestes. Fucum autē & flores pro cera posuit quā ex his colligunt rebus. ¶Hęc ipsa ad munera.) Ad officia coangustandarum cauernarū. Et visco & Phrygiæ seruant pice lentius Idę.) Ordo est, Seruāt gluten, quod est lentius & visco, & Phrygię Idæ pice. Seruant autē mire ait: nam pilas qualdā in aluearibus faciunt, de qbus postea cerea tecta cōponunt. ¶Si vera est fama.) Si credendum est apes posse terras effodere. ¶E leui rimosa cubilia limo.) Alij. ¶Et leui legunt.) Vnus tamen sensus est. Nam hoc dicit, Quod illæ nimio labore perficiunt, tu e laui vngue rimosa cubilia circūfouens limo, etiā raras frondes superinijce. Quod ideo fit ne vel limus crepet, vel cauernę aut sole penetrenť aut frigore. ¶Taxum sine.) Venenatā arborem, vt in Eucolicis, Sic tua cyrneas fugiant examina taxos. Mel enim pessimum exinde gignif. ¶Rubentes cancros.) Odore enim ipso pereunt. Rubentes autem cum vruntur: non quia per naturam sint huius coloris. ¶Altæ neu crede paludi.) Ne facile mergātur. ¶Vocisq; offensa.) Resonat Echo repercussa, quā apes vehementer horrere manifestum est.

Ipsa autem seu corticibus tibi suta cauatis,
Seu lento fuerint aluearia vimine texta:
Angustos habeant aditus. nam frigore mella
Cogit hyems: eademq; calor liquefacta remittit.
Vtraq; vis apibus pariter metuenda. neq; illę
Nequicquam in tectis certatim tenuia cera
Spiramenta linunt: fucoq; & floribus oras
Explent: collectumq; hæc ipsa ad munera gluten,
Et visco, & Phrygiæ seruant pice lentius Idę.
Sæpe etiam effossis (si vera est fama) latebris,
Sub terra fodere larem: penitusq; repertæ
Pumicibusq; cauis, exesæq; arboris antro.
Tu tamen, e leui rimosa cubilia limo,
Vngue, fouens circum: & raras superinijce frondes.
Neu propius tectis taxum sine: neue rubentes
Vre foco cancros: alte neu crede paludi;
Aut vbi odor cœni grauis: aut vbi concaua pulsu
Saxa sonant; vocisq; offensa resultat imago,

cus rubea herba, qua vestes tinguntur, φῦκος enim color dicitur. ¶Et flori.) Flores quoq; latiores aditibus circūstruūt apes, vt Plin. scribit. ¶Oras.) Fissuras. ¶Glutē.) Confectionem quandam. ea autem, vt Plinius libro.xi.cap.vij. ostendit. Propolis dicitur. ait enim sic, ppolis crassioris, iam maturę additis floribus, nōdum tamen cera, sed fauorum stabilimentum, qua omnes frigoris, aut iniurię aditus obstruunť, odore etiam non graui, vt qua plerique pro galbano vtantur. Meminit & Varro libro.iij. ¶Munera) officia. ¶Pice Idæ.) De hac superius. ¶Sub terra fodere larem.) Circa Thermodoontem fluuium duo apum genera, aliæ in arboribus mellificant, aliæ sub terra triplici cerarum ordine vberrimi prouentus, Plinius li.xj.ca.xvij. ¶Penitus cauis.) Valde cauis. ¶Pumicibus.) Lapidib⁹. ¶Antro.) Cauerna. ¶Limo.) Fimo bubulo inquit Pli. ¶Cancros.) Grauis, & tetri odoris, non sola virentia, sed & quęlibet res prohibeanť, sicuti cancri nidor, cum est iginibus adustus, aut odor palustris cœni, nec minus vitentur cauę rupes, aut valles argutę quas Græci Echus vocant, Columel.lib.x, capi.v. Cancros cancrum odore siquis iuxta coquat, apes exanimantur, Pli.xj. ¶Altæ paludi.) Aqua enim non debet ascēndere duos aut tres digitos, vt iam ostendimus latius. ¶Offensa.) Repercussa. ¶Vocis imago.) Echo intelligitur, imago vero quasi imitago dicitur. ¶Resultat.) Inimica apibus Echo est resultanti sono, qui pauidas alterno posset ictu inimica & nebual, Plinius libro vndecimo.

Propolis.

MANCINELLVS.

¶Ipsa autem.) Alueara sunt optima cortice, secunda ferula, tertia vimine, Pli.libro.xxi.ait, q alij faciunt alueos, ex viminibus, alij e ligno, ac corticibus, alij ex ab ore caua, alij fictiles, alij etiam ex ferulis quadratas, longas pedes circiter tres, latas pedem, hæc omnia vocant a mellis alimonia aluos. ¶Aluearia.) hoc alueare & hoc aluearium. hec aluus & hic alueus, sic thymus & thymum. Cytisus & cytisum legimus in Var. Columel. & Plinio. sic etiam satureiam in singulari, & satureia in plurali reperimus. ¶Angustos aditus.) Columella docet lib.x, aditum fore capacem vnius apis tantummodo, sed plures esse debere, quo facilius apes, intrent, exeantq;. ¶Certatim.) Cum certamine. ¶Tenuia spiramenta.) Rimulas. ¶Liniunt.) Inungunt, Circumlini aluearia fimo bubulo vtilissimum inquit Plinius libro.xxj. ¶Fucoq;.) Est fucus

ASCENSIVS.

¶Ipsa autem, seu corticibus, &c.) Docet aluearia cōficere, ostendens ex qua re & qua forma fieri debeant. ¶Ordo est. Autē, pro sed: ipsa aluearia (si non scribēdum est aluaria, quod ab aluo formetur, sicut ab alueo, aluearia dicimus: est contractio vocalium in vnam syllabam, & pronunciādum quasi aluearia) id est domicilia apum seu fuerint tibi suta, id est consueta, & consuendo formata, sup. ex corticibus cauatis, extractis, scilicet ilignis, seu fuerint texta, id est contexta vimine lento, id est flexibili, sicut ex culmis frumentaceis etiam fiunt, ex quacunq; ergo materia formata fuerint, habeant angustos, id est constrictos, aditus.i. accessus. Nam hyems cogit.i. constringit & contrahit mella frigore, quod scilicet per lætos aditus intraret, & calor.s. æstiuus, remittit, id est defluere

defluere facit eadem.s. mella liquefacta.i. resoluta, & vtraq; vis.i. violentia, aut abundantia tam frigoris q̄ caloris est metuenda pariformiter apibus ne.s. illis officiat. Neq; illę.s. apes neqcquā.i. frustra, hoc est nō ab re, sed summa rōne linunt.i. obstruunt cera, certatim.i. cum magno conamine sicut fit vbi pro laude certatur, in tectis.i. aluearibus, aut aluearijs suis spiramēta.i. rimas p que spiritus.i. ventus intret, tenuia.i. quātumuis tenues, & modicas, & explent.i. opplent, oras.i. extremas fissuras, fuco.i. herba illa rubea, & floribus.i. cera ex floribus collecta, aut reuera solidis florum: & ipsæ seruant gluten.i. genus cōglutinationis collectū.s. ex floribus & herbis, ad hæc ipsa munera.i. officia, hoc est ad obstruēdas rimas lentius.i. viscosius, &.i. simul visco, & pice Idæ Phrygię.i. quæ colligitur ex arboribus piceis in Ida Phrygia abundantibus. Apes etiam fodere sæpe (si fama est vera. quia nō est verisimile apes fodisse) sub terra larem, id est foramen aut domum, & hoc latebris.i. cauernis terræ, effossis.i. fodiendo apertis, & repertę.s. sunt sup. in pumicibus.i. lapidibus illis spōgiosis, penitus.i. valde & pene intus, cauis, id est cauatis, & in antro arboris exesæ, scilicet a carie aut vetustate, hoc est apes summum quidem studium adhibent ad obstruendas rimas aluariorum: tamen &, id est etiam, tu vnge cubilia rimosa, id est hiantia & rimas ac fissuras habentia limo leui.i. molli & faciliter leuigabili, fouēs circum, id est in circuitu, & superinijce raras frondes ne.s. deficatus limus dissoluatur, neu sine, id est & non permittas, taxum, arborem illam in corsica frequentem, & mella deprauantē propius, id est vicinius q̄ satis sit, aut valde vicine tectis, scilicet aluearium, neue vre, id est vel ne vras foco, id est igni, aut in foco, idest loco vbi ignis fouetur, cancros, id est pisciculos illos rubentis, scilicet dum cocti sunt: hæc autē vetat ne graui odore necentur apes: neu crede, id est cōmitte.s. apes paludi, altæ.i. profundę, ne.s. immergantur peruolantes, cum non possint saxa eminētia iniici, aut ne graui odore exhalante suffocenť, aut ne credes apes sup. illi loco, vbi est odor grauis cœni, id est luti, aut vbi sonent pulsu.i. ex impulsu aquarū, saxa concaua, id est excauata pulsu.i. per impetum & impulsum aquarum, vbi imago vocis.i. echo referens eandem vocem quam acceperat, resultat, id est repercutiť, offensa.s. ab obstaculo loci cōcaui, quia vt graui odore ita vehementi sono obtunduntur apes.

PIERIVS.

¶Seu lento fuerint aluearia vimine texta.) Quamuis, aluearia, quinq; syllabarū numero per synizesin dictione integra scribēdum esse nonnullorum codicum consensu, & Capri grammatici obseruatione monemur: Pleraq; tamen exemplaria vetera, aluaria, legūt, quam lectionem Flauius Sosipater agnoscit, vbi dicit, aluaria, neutraliter dicuntur. Virgilius, Seu lento fuerint aluaria vimine texta: quamuis Cicero dixerit, apes in aluearū concesserant, in œconomico, singulariter. Aduertēdum vero, nunquid apud Sosipatrum codex mendosus sit ea dictione neutraliter dicuntur, pro pluraliter, vt respondeat ad illud quod Cicero singulariter protulit. In antiquo sane codice Carisij neutraliter legi, & aluaria quadrisyllabum. ¶Collectumq; hæc ipsa ad munera gluten.) Obseruat Carisius Gluten a Virgilio dictum, quod alij Glutinum dixere. vt apud Scaurum legere est Dædalum inuenisse glutinum. & apud Sallustium quasi glutino adolescebant. ¶Sub terra fodere larem.) Sunt codices, in quibus sub terram sit, In Mediceo, sub terras, Atque etiam fouere larem, quod satis videbatur superiore versu, ac eodem membro dictū, effossis latebris. ¶Exesæq; arboris antro.) In codicibus nōnullis manu scriptis legere est, Arboris aluo: Sed antro, per hyperbolem longe melius videtur, ac figuratius. ¶Neu propius tectis taxum sine. In oblongo codice Vaticano, legere est, Neu propius, Taxum tectis sine, propter sibilum vero duorū.ss. crediderim ea transposita,

SERVIVS.

¶Pulsam hyemē sol aureus egit.) Secūdum physicos, qui dicunt quo tēpore hic hyems est, ęstatē esse sub terris: & versa vice cum hic ęstas illic hyemem. Quod etiam Lucretius exequiť, & trahit in argumentum putealem aquā, quę æstate frigidissima est: hyeme vero calidissima. ¶Metunt flores.) Secāt. Vñ & messores dicti sunt. Sanè meto metis facit pręteritū perfectū messui. ¶Hinc.) Ex floribus.s. ex qb' primo mel, mox pullos efficiunt. ¶Nescio qua dulcedine lętæ.) Quadam arcana ratiōe naturę. Mella tenacia figunt.) Quia cum inuersi sunt faui, mel tamen inde nō funditur. Vnde ait Tenacia, quę in resupinatis fauis cohærent. ¶Caueis.) Aluearibus. ¶Æstatem liquidam suspexeris agmen.) Per ver serenum. ¶Contemplator.) Pro intuere, nam tempus futurum pro præsenti posuit ab imperatiuo modo. ¶Aquas dulcis, & frondea semper.) Propter hoc ait supra, Et tenuis fugiens per gramina riuus, Palmaq; vestibulum. ¶Trita melisphylla.) Varro hanc herbā apiastrū dicit in pmo libro operis rustici. ¶Cerinthæ ignobile carmen.) Vile, vbique nascens. ¶Matris cymbala.) Quæ in eius tutela sunt, ideo quod similia sunt hemicyclis cœli qbus cingitur terra, quæ est mater deoꝝ. ¶More suo.) Naturali rōne, cuius causa nō redditur. Quis enim nouit cur aeris sono redeāt in aluearia? licet ipse paulopost dicit, Crepitantiaq; æra secutæ, Dictæo celi regem pauere sub antro.

Quod superest, vbi pulsam hyemem sol aureus egit
Sub terras: cœlumq; æstiua luce reclusit:
Illę continuo saltus, syluasq; peragrant:
Purpureosq; metunt flores. & flumina libant
Summa leues. hinc nescio qua dulcedine lætæ
Progeniem, nidosq; fouent: hinc arte recentes
Excudunt ceras: & mella tenacia fingunt.
Hinc vbi iam emissum caueis ad sydera cœli
Nare per æstatē liquidam suspexeris agmen:
Obscuramq; trahi vento mirabere nubem:
Contemplator: aquas dulceis, & frondea semper
Tecta petunt. huc tu iussos asperge sapores,
Trita melisphylla, & Cerynthę ignobile gramen:
Tinnitusq; cie, & matris quate cymbala circum.
Ipsę consident medicatis sedibus: ipsę
Intima more suo sese in cunabula condent.

MANCINELLVS.

¶Quod supest.) quod restat docebimus. ¶Vbi pulsam hyemē.) Alexander Aphrodiseus problematum sectione.vj. sic ait, Cur putealis aqua in hyeme calida est, in ęstate autem frigida? Respōdendum, quod cōtrariū semper fugit. vtpote sibi infestū, contrariū. Cum ergo calidum & frigidum inuicem inter se contraria, atq; corruptiora sint, nō dubium: quin per ęstatem calor aerem ambiat calidum, inq; terræ sinus, atq; penetralia fugiat frigidus, & ob hoc aquā frigefaciat. Per hyemem vero frigore dominante in aere calor in terræ penitissima diffugiens, aquam calefacit, nam id natura sanxit, vt contraria in eodē loco, ac per idē tempus simul non manerent. hæc ille: tamen eadem fere Lucre. quoq; dixit, cū ait, Frigidior cur in puteis ęstate sit humor. Arescit, quia terra calore, &c. ¶Ille continuo.) Hyeme apes conduntur ante fabas florentes non exeunt ad opera, & labores, nullusq; cum per cœlum licuit ocio perit dies, primum itaq; fauos constituunt: cerā fingunt, hoc est domos, cellasq; faciūt, deinde sobolem, postea mella, Pli.lib.xj. ¶Et flumina libant.) Sine aqua inquit Colu.libro.xj. neq; faui, neq; mella, neq; pulli deniq; figurari queunt. Est igiť opus, vt aqua sit apibus vicina. ¶Hinc.) E florib⁹, & aquis. ¶Dulcedine.) Dulcis enim est soboles oibus fere. ¶Ceras.) Celsus ait, vt inquit Colu.li.x. ex floribus ceras fieri, ex matutino rore mella, quæ tanto meliorem qualitatem capiunt quanto iucundiore sit materia cera confecta. ¶Caueis.) Ab alueis. ¶Æstatē liquidā.) Ver serenū, ait enim inferius, Ergo vbi ver nactę sudū. ¶Agmē.) Examē. Quippe talis est apud natura, vt pariter quęq; plebs generentur cum regibus: qui vbi euolandi vires adepti sunt, cōsortia dedignanť vetustioꝝ: multoq; magis imperia, itaq; duces procedunt sua iuuētute, quę vno aut altero die in ipso domicilij vestibulo glomerata consistens egressu suo proprię desideriū sedis ostendit, &c. Colu.lib.x. ¶Contemplator.) Inspice, aduerte. ¶Melisphylla.) Pli.li.xx. sic ait, Apiastrum Iginius quidem melisphyllon

Apū labor.

Apū reges.

Apiastr Melisphyllō

PROBVS.

¶Casiæ virides, & olentia late serpilla.) Casia herbæ genus id qd' herbæ est odoratæ. Serpilla item, herbæ genus, quod a serpendo serpillum cognominatur. ¶Trita melisphylla.) Est herba, quam plerique vocant melliloton. ¶Cerinthon.) Est flos luteus cuiusdā herbæ, quæ copiosissima est in Euboea: in qua oppidum est impositum Tarentum Lacedęmonij condiderūt, duce Palanto, qui sunt dicti Partheniadæ nati cum oppugnaretur Messene non legitimo matrimonio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Jon appellat: Hæc ille. interpretatur autem, vt aiunt alij, melisses, id est apis, Phyllon, folium, herba enim est cuius folia mel sapiũt: idem vero Plinius lib. xx. scrib. melisphyllo, siue meliterna, si perungantur aluearia, nõ fugient apes: nullo enim magis gaudent flore. Copia istius examina facillime continentur. Item præsentissimum est contra ictus earum vesparumq;, & araneorum, item scorpionum, &c. ¶ Cerynthæ. Herba est folio candido incuruo cubitalis, capite concauo, mellis succum habente, florum eius auidissimæ sunt apes, atq; etiam sinapis. Plinius libro xxj. capite xxiiij. ¶ Tinnitusq; ciere.) Varro libro tertio scrib. quãdo noua examina volant iaciẽdo inter apes puluere & circumtinniendo ære perterritas, quo voluerit, perducet mellarius, & Plinius libro vndecimo inquit de apibus. Gaudent plausu atq; tinnitu æris, eoq; conuocantur. Matris cymbala.) Instrumenta erant, quibus vtebantur in sacris Cybeles deorum matris. ¶ Medicatis sedibus,) Solent enim mellarij locum aliquem oblinire apiastro, cæterisq; rebus, quibus delectantur apes, vt ibi considant, vbi consederint afferunt aluum prope easdem illitam intus, & prope apposita fumo læui circundato, cogunt eas intrare. Varro inquit libro tertio.

AS CENSIVS.

¶ Quod supereſt.) Docet reliqua ad apes pertinẽtia, qũo videlicet, educant fœtus, & quo medicamento retinendæ sint ne diuagentur. ¶ Ordo est, respiciens ad id, Principio sedes apibus, &c. vt sit illud, quidem in principio faciẽdum est, sed vt quod supest, id est quod reliquũ est, aut quod restat, præcipiã, vbi. i. posteq;, sol aureus, id est rutilus, egit sub terras. i. exegit conspectu suo hyemem, id est frigus, & pluuias hyemis, pullam, i. exactam: & reclusit. i. aperuit luce æstiua. i. splendore æstiuali: illẽ. s. apes, peragrãt, id est

SERVIS.

¶ Incessit.) Ingruit, inuasit. Alibi, Incessi muros, ignes ad tecta volare. Et incessit regibus figuratum est: nam incessit reges dicimus. ¶ Trepidãtia bello corda.) Alacritate pugnandi: non timore. Alibi, Exultantiaq; haurit Corda pauor pulsans. ¶ Morantis.) Tarde incedentes. ¶ Fractos.) Collisos. ¶ Trepide coeũt.) Festinant inter se in aluearibus. ¶ Pénisq; coruscant.) Quemadmodum scuta milites cõmouent. ¶ Vocant clamoribus hostẽ.) Prouocant. ¶ Ver nactæ sudum.) Serenum post pluuias. vt, Per sudum

Sín autem ad pugnam exierint (nam sæpe duobus
Regibus incessit magno discordia motu)
Continuoq; animos vulgi, & trepidantia bello
Corda, licet longe præsciscere: nanq; morantes
Martius ille æris rauci canor increpat: & vox
Auditur, fractos sonitus imitata tubarum.
Tum trepidẽ inter se coeunt. pennisq; coruscant:
Spiculaq; exacuunt rostris, aptantq; lacertos:
Et circa regem, atq; ipsa ad prætoria densæ
Miscentur: magnisq; vocant clamoribus hostem.
Ergo vbi ver nactæ sudum, camposq; patentes:
Erumpunt portis: concurritur: æthere in alto
Fit sonitus: magnum misteq; glomerantur in orbem:
Præcipitesq; cadunt. non densior aere grando,

sudum rutilare vident. ¶ Camposq; patentes.) Id est per aerem purum & liquidum, non nubibus clausum: & ita aer, campus est apum, vt mare nauium, hominum solum. ipse in quinto, Subtrahiturq; solum. ¶ Glomerant in orbem.) More bellantium. ¶ Non densior aere grãdo.) In alijs enim bellis victi tantum pereũt: in certamine vero apum etiam victrices. Nam dicturus est, Animasq; in vulnere ponũt. ¶ Tantum pluit ilice glãdis.) Erit nominatiuus hæc glans. ¶ Ingentis animos.) Statius, Maiori exiguo regnabat cor

pore virtus. Homerus μικρὸς μὲν ἔην δίμως ἀλλὰ μαχητής. ¶ Puluere exigui iactu.) Quia cum puluerẽ viderint, sperãt tempestatem futurã, quæ eis plurimum nocet.

MANCINELLVS.

¶ Incessit.) Inuasit. ¶ Aptãq; lacertos.) Perstat in metaphoris. ¶ Circa regẽ.) Mira apum circa regem obedientia, cum procedit, totum examen circa eum conglobatur, cingit, protegit, ceu ni non patitur. Plinius lib. xj. ¶ Prætoria.) Dicta quod ibi resideat prætor ad diffiniendum. ¶ Nactæ.) Inuenerunt. ¶ Ver sudum.) Id est siccum quasi sine hudo, vt ait Festus. ¶ Puluerisexigui iactu.) Varro libro tertio sic ait, Quæ crebrius inter se pugnabunt, aspergi eas oportet aqua mulsa, quo facto non modo non desinunt pugna, sed etiam conferciunt se lingentes, &c.

Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.
Ipsi per medias acies, insignibus alis,
Ingentes animos angusto in pectore versant,
Vsq; adeo obnixi non cedere: dum grauis aut hos,
Aut hos, versa fuga victor dare terga coegit.
Hi motus animorum, atq; hæc certamina tanta,
Pulueris exigui iactu compressa quiescent.

ASCENSIVS.

¶ Sín autem ad pugnam.) Quia docuit apes euocari aliquãdo serenitate, docet conlequenter eas etiam ad pugnã excitari, & excitatas modica re, vtputa iactu pulueris posse sedari. ¶ Ordo est, Sin. i. sed, si sup. apes exierint ad pugnam (nam ne id mireris) discordia incessit, id est irrepsit sæpe duobus regibus. s. apum magno motu. i. cum tumultu populi. s. præscisce re, & prædicere continuo animos vulgi, i. reliquarum apum quę respectu regũ vulgus. i. vilis populus sunt, & corda trepidãtia bello longe. s. anteq; ineant prælia. Nãq; ille. s. notissimus & inclytus canor. i. clangor. Martius. i. bellicus, æris. i. litui aut tubæ æreę, rauci. i. rauce sonantis, hoc est murmur & strepitus apum bellicum clangorem imitans, increpat, id est carpit & exprobrat cum crepitu quodã morantis, scilicet intra cellas, aut aluearia sua nõ statim proruẽtis. (Est aũt accusatiuus pluralis numeri, exponit, quis sit canor, dicens) & pro. i. vox imitata. i. imitans & effingens sonitus tubarum fractos. s. raucitate canentis cum stupore auditur, scilicet inter apes, tum ipsę apes coeunt. i. congrediuntur, & conuentum faciunt inter se existentes trepidæ, id est festinæ cum tremore, sicut in bello tumultuario homines solent & coruscant, id est micant pennis, id est vibrantibus alis: & exacuunt rostris spicula, id est aculeos suos: & aptant suos lacertos ad insultus faciendos, & recipiendos: & miscentur circa regem densę, & ad ipsa prætoria. s. vbi prætor. i. princeps belli & iudex locũ habet, hoc est summa cura custodiunt regem & ductorem suum, in qua re, vt dixi, Poeta per apes docet, quid hominibus faciendum est, quodq; peculiari quadam laude Galli hactenus obseruant: & vocant, id est prouocãt magnis clamoribus hostem, aut singularis est pro plurali, qui plus significat, aut multo significantius hostem, id est regem caput belli & discordiæ, quasi dicat, vt ad sui regis custodiã feruent, ita in aduersarij perniciem ardent. Ergo quia, scilicet nonnunquam ad pugnam exire solent vbi ipsæ apes, scilicet nactæ supple sunt, id est obtinuerunt, ver sudum, id est seorsum ab vdo est clarum & serenũ, & campos patentes. vbi, scilicet equo Marte pugnent, hoc est data opportunitate temporis & loci: ipsę erumpunt, id est vi se emittunt portis. (Allusio ad ciuitates) & concurritur, id est concursus fit, scilicet ab vtroque exercitu in alto æthere, & sonitus, scilicet pugnãtium fit: & ipsæ mistæ, glomerantur, id est conuoluunt in magnum orbem, id est glomus: & cadunt præcipites, scilicet mutuis vulneribus interemptæ & amissis potissimum spiculis, grando non cadit, aut nõ pluit densior aere, q̃ scilicet apes, nec tantum. i. tam multum glandis pluit de ilice concussa, quantum, scilicet apum cadit ex tali conflictu, & est apta similitudo. nam corpuscula apum grãdinis, & glandis fere instar sunt.) Ipsi, scilicet reges, & primi ductores versant in angusto corpore ingentes animos (pulchrum antitheton) obnixi, id est obnitentes & cõstituentes vsq; adeo, id est omnino nõ cedere, dum, id est donec victor grauis, id est molestus & grauiter vrgens, subegit, aut hos, hoc est, aut vnos, aut alteros dare terga verla. i. obuerla fuga, id est per fugam: hi, scilicet immensi motus animoꝝ, atq; hæc tanta certamina, scilicet apum, quiescent, id est sedabunt compressa iactu, id est per iectionẽ exigui pulueris, credunt enim aut grandinẽ aut imbrem decidere, & est iterum antitheton, tanta, id est tam magna certamina & exigui pulueris, &c. Antitheton autem, vt sæpe admonui, dicitur contra positum, hoc est cõtrariorũ positio, quę plurimũ splendoris habet: vnde ab inanibus causidicis plus iusto affectari solet dicẽte Persio. Pedius quidẽ Crimina raris librat in antithetis, doctas posuisse figuras

Antithe ton.

noster. Nam nisi metaphoricos loquaſ, nõ posset exhibere, quod in fronte receperat admirãda leuium spectacula rerũ. Opus enim erat in apibꝰ animaliũ vtilium facile minimis res regales, immo plus q̃ heroicas fingere, vnde dicturus est, esse apibus partem diuinę mentis & haustus Ætherios dixere. Vnde nunc reges apum describens, reges Hominum graphice depingit nõ minus arguta inuentione quã Homerus, qui in deorum factis humana perscribit. Artificiosius enim est in minimis animalium summos homines gerendi officia præscribit. Nam animosi duces, non sinunt se castris aut mænibus includi, sed statim in hostem pdeunt, quod quia non fecerunt Troiani, eis vitio daturus est in nono, vocaturus eos nõ Phryges, sed Phrygias, mulierculariq; enim est inclusi, vnde nunc dicit. Sin aũt ad pugnam exierint, & discordia magno motu, quæras qũo magno motu, cum tantilla sint illis corpuscula? Nempe animoꝝ, quia regibus incessit. Illud autem incessit videtur præsentis temporis. Nam dicit incesso incessis cum dandi casu, vt incessit mihi cupido, &c. Animos vulgi. Id quoq; ductorum optimorum est. Vnde ante prælia committenda fere concionem habere inducuntur: vt militum animos prænoscant. Trepidantia aut Martio furore cõcussa, aut spemq; metumq; inter dubia longe præscisce re, quia longe dicit, certum est non esse inchoatiuum verbum, nõ enim longa est inchoatio, sed pro principali ponit dicere etiã potuisset prædiscere. Martius. i. bellicus, aut quali Mars suos accendere solet. Multum autem ad bellum posse clangorem tubarum indicat illud, quod in sexto Ænei. de Miseno docet, Ære ciere viros, Martemq; accendere cantu. Quia vero apes non vtuntur tubis, apte dicit, vox auditur fractos sonitus imitata tubarum. Vbi miram vim depingendi etiam qui pingi nõ potest sonitus, habet vocabulum fractos, nam subraucum, & bellicum sonantis tubæ sonitum, aut militis clamorẽ tremulum, & subaridum indicat. Coruscant pẽnis vt milites armis, natura autem hoc omnibus animalibus dedit, vt quibus maxime valent, minentur, antequã prælium cõmittant. Sic enim canes dentes: feles, vngues, tauri, & arietes cornua ostentant, vt milites hastas suas vibrant, quia vero apes pẽnis, quæ alarum sunt tibicines, plurimum possunt, nam fractis illis & penitus inutiles sint. Non ab re eas explicant, spiculaq; exacuunt rostris, &c. Et circa regem quippe cuius cura ipsis præcipua est, quia rege incolumi mens omnibus vna est amisso rupere fidem, tota itaque reipub. salus in regis salute cõsistit. Ad ipsa prætoria. i. tabernacula & tentoria regis. Nam prætoris est quicũq; in castris ius dicit, siue rex, siue imperator, siue dux, siue consul, alioqui fit. Vocant ergo fiduciam præ se ferunt, quod militibus faciendum est, eo q̃ multi possunt, quia posse videnť. Apte etiam dicit hostem, non hostes, aut quia plus sępe per singularem significamus, aut quia ad totũ exercitum hostilem respicit, aut potissimum, quia ad alterius factionis regem, sicut enim in sui cuique regis incolumitate salus est, ita in alterius regis nece victoria. Ergo vbi ver nactæ sudum. Ideo serenitatem expectant, quia ventus officit volatui. nec consilio, sed naturæ stimulis ad prælia impelluntť. Sudum autem dicitur seorsum ab hudo, aut sine vdo, vnde & Plautus. Quin tu in paludem is, exagitatusq; arundinẽ, qui pertegamus, villam: dum sudum est, irrumpunt portis, alludit ad portas castrorum, vnde nullus mihi tam inepte fuerit sciolus vt dicat inepte dictas portas de alueoꝝ rimulis. Nam summo artificio res minimas, vt maximas effert. Alludit etiam ad militũ bellicosoꝝ animos qui non expectant donec educanť, sed prorumpunt. Ipsi quippe, qui magni, quia reges. Ipsi enim emphasim habet. Obnixi, id est obnitentes. Possemus plura etiam insequentem partem, immo in totũ opus afferre, sed breuitati studentes interdum monuisse cõtenti sumus, multo plura q̃ a cõmentarijs afferantur esse ab diligente interprete afferẽda. Nos aũt ideo breuiores sumus, qd' culpamur a nõnullis nimis apertim & faciles eẽ, atq; vtinã id solũ sit in nobis nõ obscitabundus lector plura discere poterit: vt ex illo Ser-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uiano quod dicturus est ad aliud, Vela traham, & terris festinem aduertere proram, vbi illam (inquit) allegoriam respicit qua est vsus in principio ades, & primi lege littoris oram. Item, Pelagoq; volans da vela patenti, &c. Traximus quod modo diximus allusiones, & metaphoras conuenienter esse continuas.

Pierius.

SERVIVS.

¶ Deterior qui vsus.) Peior a malo dicit: deterior a melior re. ſ Prodigus.) Nō mella conficiens, sed mella cōsumens. Ideo autem regem solū præcipit occidendum, qa eo amisso tuus dissipat exercitus. Nam vt Binæ regum facies, ita & corpora plebis. ſ Squalentibus.) Splendentibus: quod a squamis venit. vt, Squamis auroq; trilicē. Nam a squallore, sordidū significat. vt, Squallentem barbam. ſ Terram sico spuit ore viator.) Aut i terram, aut reuera terrā, propter puluerem. ſ Paribus lita corpora guttis.) Similibus. i. aureis habentes distincta corpora. Nam lita, est illita, distincta. ſ Potior soboles.) Ad mella, scilicet, pcreanda. ſ Cœli tempore certo.) Et cum oriuntur Pleiades, & cū occidunt, id est verno & autumno. ſ Dulcia mella.) Non est superfluū epitheton. Nam ideo ait dulcia, quia etiam sunt amara, vt corsicana, sicut in Bucolicis diximus. ſ Liquida.) Defęcata sine sordib⁹, nō quę fluūt, nā mala sūt. ſ Durū Bacchi domitura sapore. ſ Apta mulso. Bene aūt ait durum saporē: qa maiores vina asperrima mellis dulcedine tēperabāt. ſ Frigida tecta.) Melle vacua, inoperosa: cōtra, Feruet opus. ſ Instabiles aios.) Suadentes inanē vagādi licentiā. ſ Quisq;.) Subaudi militū: aut certe quisquā de exercitu. ſ Altū ire iter.) Aut ludendo in altū volare, aut in bella, pcedere, alias nō audebit.

MANCINELLVS.

prodig⁹ ¶ Prodigus.) Consumptor. prodigere enim est cōsumere, vt docet Festus. ſ Vacua.) Altero. i. rege. ſ Aula.) Ea atrium dicit. aulizo autem, in aula habito. ſ Alter erit maculis) Aristo. libro. v. sic ait, Ducum apum duo sunt genera. Alterum suluum, quod prestantius est, alterum nigrum, magisq; varium. Magnitudo ijs dupla quam cæteris, nec vnus in quoq; examine dux, sed plures. Plin. libro. xj. sic, apum rex, non vermiculus nascitur, vt alię: sed statim penniger. Reges plures inchoantur, nec desunt postea ex ijs soboles, cum adulta esse cœpit, cōcordi suffragio teterrimos necat, ne distrahát agmina. Duo autē genera eow, melior niger, variusq; omnibus, forma semper egregia, & duplo q̄ cæteris maior, pennę breuiores, crura recta, ingressus cellior, in fronte macula quodam diademate candicans, multum etiam nitore a vulgo differunt, illudq; cōstat imperatorē aculeo nō vti, sigs alam ei detruncet, non fugiet examen. Cum processere se quæq; proximā cupit esse, & in officio cōspici gaudet, sessum humeris subleuant, validius fatigatum ex toto portant, vbicunq; ille consedit, ibi cunctarum castra sunt, tunc ostenta faciunt priuata, ac publica vna depēdētes in domibus templisue. Sedere in ore infantis Platonis, tunc etiam suauitatem illam prædulcis eloquń portendentes, semper duce prehenso totū teneē agmen, amisso dilabiq; migrātq; ad alios, esse vtq; sine rege non possunt. Inuitę aūt interimunt eos cum plures fuere, potiusq; nascentum domos diruunt. hęc Pli. ſ Squallentib⁹.) Splendentibus. ſ Ardēs.) Lucēs.

Facies. ſ Melior insignis ore.) Diastole est. Ore, aspectu, & forma. ſ Facies.) Est facies totius corporis forma, dicta facies a factura corporis, vt a it Nonius. ſ Aliæ turpes horrent apes.) Sunt & rusticæ syluestres q; horridæ aspectu multo iracundiores, sed opere, ac labore præstantes, vrbanarum duo genera, optimæ breues, varię q; & in rotunditatem compactiles. Deteriores longæ, & quibus similitudo vesparum. Etiam deterrimæ ex ijs pilosæ in Ponto sunt quædam albæ, quæ bis in mense mella faciunt. Plin. libro. xj.

PIERIVS.

¶ Victor dare terga coegit.) In omnibus ijs codici. quos habere potuimus, Subegit, scriptum obseruauimus pro coegit. ſ Pulueris exigui iactu compressa quiescunt.) In Mediceo, & antigs plerisq; codicibus quiescunt, præsenti tempore legitur, vt præcepta hæc magis asseuerare videatur.

Verum, vbi ductores acie reuocaueris ambos:
Deterior qui visus, eum, ne prodigus obsit,
Dede neci: melior vacua sine regnet in aula.
Alter erit maculis auro squalentibus ardens.
(Nam duo sunt genera) hic melior, insignis & ore,
Et rutilis clarus squamis: ille horridus alter
Desidia, latamq; trahens inglorius aluum.
Vt binæ regum facies, ita corpora gentis.
Nanq; aliæ turpes horrent: ceu puluere ab alto
Cum venit: & terram sicco spuit ore viator
Aridus. elucent aliæ: & fulgore coruscant
Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.
Hæc potior soboles: hinc cœli tempore certo
Dulcia mella premes: nec tantum dulcia, quantum
Et liquida, & durum Bacchi domitura saporem.
At cum incerta volant: cœloq; examina ludunt:
Contemnuntq; fauos: & frigida tecta relinquunt:
Instabiles animos ludo prohibebis inani:
Nec magnus prohibere labor. tu regibus alas
Eripe. non illis quisquam cunctantibus, altum
Ire iter, aut castris audebit vellere signa.

bro. xj. ſ Lita.) id est illita ac distincta sunt. ſ Potior.) Melior ſ Mella premes.) Mellis conficiendi tempora duo sunt, Ver atq; autumnus, sed vernum suauius candidius oīno præstātiusq; autūnali est, author Aristo. li. ix. de animalibus. Sicuti autem duo cōficiēdi tempora, ita eximēdi. Columella autem libro. x. scribit, q̄ peracto solstitio vsq; ad ortum caniculę, qui fere dies. xxx. sunt pariter trumēti & faui demetunt, a canicula fere post diē. Arcturus orit. Post arcturi exortum circa æquinoctiū Libræ fauos secunda est exemptio. Varro vero lib. iij. scribit esse tria tempora eximendorum duorum, de quibus inferius dicam, ibi scilicet, Duo tempora messis. ſ Liquida.) Pura. ſ Durū Bacchi domitura saporē. ſ Aristæus primus omniū mel miscuit vino suauitate præcipua. Fit autē mulsum e musto cum quinq; cōgīs austeri musti congio melis & salis cyatho sufferuefactis. Pli. lib. xiiij. ſ Ludo inani.) Id est ab ludo prohibebis inani, tunc enim non mellificandi gratia exeunt. ſ Vellere signa.) A militibus sumpta metaphora. illa enim digressuri euellunt signa. ſ Quisquam.) Id est aliqua apum: nam vt scribit Plinius, Siquis alam regis detruncet, non fugiet examen. Quisquam præterea, & masculino & fœminino generi iungit. Terentius in Eunucho, quandoquidem illarum, neq; te quisquam nouit, vbi notādum quisquam pro muliere dictum.

ASCENSIVS.

¶ Verum vbi ductores acie, &c.) Docet duorum regum prestantiorem esse eligendum, & signa quibus is dignosci posset, deteriorem autem occidendum, ne prodigus obsit, dicens. Verum. i. sed: vbi. i. postquā tu reuocaueris acie, id est a pugna per tactū, scilicet puluēris, ambos ductores, id est principes belli, hoc est reges dede neci, id est occide eum qui visus sup. fuerit, aut qui videbitur, deterior, id est minus bonus, ne ipse prodigus, id est dissipator rerum & exercitus sui obsit, id est noceat reipub. suę & reituæ priuatæ: & sine, id est permitte, vt supple melior, id est prastantior eorū regnet in aula vacua, scilicet ab hoste qui iam occisus fuerit. Bene autem dicitur in aula quæ proprie regia dicitur, licet pro atrio vulgo accipiatur. Alter, scilicet regū: hoc est præstantior: erit ardens. i. coruscans & resplendens, maculis squalentibus, id est splendentibus more squamarū in piscibus, auro, id est colore fuluo (dico inquit alter, nam duo sunt genera, scilicet regum) hic, scilicet de quo loquitur, videlicet insignis, id est insignitus & decoratus: ore, id est facie. Est autem diastole, id est positio breuis pro longa, iambus pro spondeo in quarto pede, melior insignis, &c. & clarus squamis rutilis. i. micantibus in morem auri: ille alter. s. deterior, horridus desidia, id est segnicie, & etiam ignauia torpens, & trahens, supple erit inglorius aluum latam, id est obesam & oblongam. Vt, id est quemadmodum binæ, sup. sunt facies, id est factura & formę corporum regum, ita supple bina sunt corpora plebis, id est vulgi, hoc est reliquarū apū nanq; aliæ. i. aliquæ horrent existentes turpes, ceu. i. veluti, cum: viator aridus, scilicet desiccatione aut siti, venit ab alto puluere, id est postq; permeauit terram puluerulentā: & spuit ore sicco. i. per puluerem saliuę concretum exiccato: terram. i. puluerē cum saliua, vt dixi, concretum: alię. s. apes elucent. i. coruscant fulgore ardentes, id est resplendentes auro, id est fulgore auri fulgorem imitante, & corpora supple earum lita sup. sunt, paribus guttis, id est

id est maculis quasi guttatim sparsis, hæc scilicet posterior soboles est potior, id est potius eligenda: tu premes, id est coges, hinc, id est ex hac posteriore sobole, certo tempore, id est dispositione cœli, mella dulcia, nec tantum dulcia quantum &, id est pariter liquida, id est defęcata, & domitura durum saporem Bacchi, id est acre vinum faciendo mulsum, hoc est quæ qdem dulcia erūt, sed tamen magis liquida, & ad mulsum conficiendum vtilia. ſ At cū incerta volant. Tangit tertium euolandi modum: nam non solum euolant dum educuntur, aut dum ad pugnam exercitātur, sed etiam ad ludum inanem quem prohibere monet, dicens. At. i. sed: cum, id est quando, examina, scilicet apum, volant incerta, id est vagabunda sine certa ratione euolatus: & ludunt cœlo, id est in aere, & contemnunt fauos, & relinquunt tecta sua, scilicet frigida, vtpote ab operatione cessantes: nam feruet opus redolentiq; thymo fragrantia mella, tu prohibebis animos, scilicet apum instabilis, id est vagos & incōstantes, nec ad rem intentos supple ab ludo inani, nec magnus labor, id est & non magna difficultas est prohibere, pro eo quod est prohibendi: tu eripe. id est id est deme regibus alas, & sup. prohibueris, quia quisquā. s. de plebe: non audebit ire iter altum. i. euolare per aera, aut vellere signa castris. i. egredi ad pugnam: illis, scilicet regibus cunctantibus. i. immorantibus in tectis.

PIERIVS.

¶ Verum vbi ductores acie reuocaueris ambos.) In antiquis plerisq; codicibus ambo, per, o, legitur, quam synceram, & emaculatam lectionem Sosipater Carisius agnoscit, addita etiam ratione quod hoc Græcos secuti dicimus, quia illi τοῦϛ δύο, & τοῦϛ ἄμφω dicunt, neque respuit Terentius eundem hunc modum, vt in Andria, Hem Charine ambo opportune vos volo, quod vero in Adelphis est, vsque a pueris curaui ambos sedulo, Helenius Acron in eadem fabula locum ex Salustij libro. iiij. historiarum citat. Inter me atque Lucullum prope inopia rursus ambos incessit, Verrum dicit errare, qui putat hos ambo, dici debere. Indifferenter autem locutos veteres ex multis auctorum exemplis Carisius ostendit. ſ Cum venit ad terrā sicca spuit ore viator.) In antiquis aliquot codicibus, & sicco terram spuit.

SERVIVS.

¶ Croceis floribus horti.) Tā odoris optimi quàm coloris: non enim dicit illic crocū fossum esse debere. ſ Falce saligna.) Facta de salice: quasi in simulachro ligneo. ſ Hellespōtiaci seruet tutela Priapi.) Nō dicit Priapū illic esse debere, sed præcipit tales esse hortos: vt mereamur deū habere custodē. Hic aūt Priapus fuit de Lampsaco ciuitate Hellespontide qua pulsus, ppter virilis membri magnitudinem, post in numerū deorum receptus, meruit numē esse hortorum. De hoc Horatius, Nam fures extra coercet, Obscœnoq; ruber porrectus ab inguine palus: Aſt importunas volucres in vertice arūdo Terret fixa. Dicitur aūt prœesse hortis, ppter eos fœcunditatē: nam cum alia terra semel creet aliquid, horti nunq; sine fructu sunt. ſ Ipse thymum.) Diligens rusticus, & cultor hortow. ſ Irriget imbres.) Id est aquas. Iuuenalis, In tenuis plantas facili diffunditur haustu. ſ Vela traham: & terris festinē aduertere proram.) Illam allegoriam respicit qua est vsus in primo, Ades, & primi lege littoris oram. Item, Pelagoq; volans da vela patenti. ſ Pingues hortos.) Fœcundos.

Inuitent croceis halantes floribus horti:
Et custos furum, atq; auium, cum falce saligna
Hellespontiaci seruet tutela Priapi.
Ipse thymum, pinosq; ferens de montibus altis,
Tecta serat late circùm, cui talia curæ:
Ipse labore manum duro terat: ipse feraces
Figat humo plantas: & amicos irriget imbres.
Atq; equidem extremo ni iam sub fine laborum
Vela traham: & terris festinem aduertere proram:
Forsitan & pingues hortos quæ cura colendi
Ornaret, canerem: biferiq; rosaria Pesti:
Quoq; modo potis gauderent intyba riuis,
Et virides apio ripæ: tortusq; per herbam
Cresceret in ventrem cucumis: nec sera comantem
Narcissum, aut flexi tacuissem vimen acanthi,
Pallentesq; ederas, & amantes littora myrtos.

ponitur, vt auibus formidini sit. Itemq; noctu furibus, quod interdiu custos videtur stare.

Fœcundos. ſ Biferiq; rosaria Pesti.) Pestum oppidū est Calabriæ, in quo vno anno bis nascit rosa. ſ Cresceret in ventrem cucumis.) In curuaturā. Ideo aūt sic qui p herbā, nam rectus crescit si pendeat. Sanè hic cucumis hui⁹ cucumis declinatur, sicut agilis, secūdum idoneos. Nam neoterici hui⁹ cucumeris dixerūt: sicut pulvis pulueris. ſ Nec sera comātem Narcissum.) Sero flores habentem.

PROBVS.

¶ Et custos furū atq; auiū falce saligna Hellespōtiaci seruet tutela Priapi.) In Hellespōto est Lampsacum oppidum in quo Priapus formosissimus, dicit esse, quem ciues eius colunt, vt deum. is aūt in horto

MANCINELLVS.

¶ Hellespontiaci Priapi.) Fabulntur antiqui filium Dionysij, ac Veneris Priapum fuisse: dusti vero satis simili coniectura, q̄ qui vino indulgeant, sunt natura in Venerem promptiores: non solum aūt in vrbium templis, sed in agrestibus quoq; locis tanq̄

Virgi. r iiij vinearum

Universidad de Deusto Biblioteca

vinearum atq; hortorũ custos colitur, fructuũ fures castigans, Priap°. huic deo sacra cum ludo & risu fiebant. Diodo. libro. v. Priapus item portus, & vrbs ad mare Hellesponti sita nomen habens a Priapo, qui apud eos colebatur. Hic ab iunioribus in deum habitus est. Nam Hesiodus Priapum non nouit. Stra. lib. xiij. ¶ Falce saligna.) Pli. lib. xix. cap. vij. sic ait, hortosq;, & foros tantum contra inuidentium fascinationes dicari videmus in remedio saturnica signa. hæc ille. Cur autem falx Saturno detur lib. ij. Georgi. ostendimus, & Columel. libro. xiij. de cultu hortorum sic ait. Sed truncum forte dolatum Arboris antiquæ numeri venerare Thyphalli, Terribilis membri medio, qui semper in horto, Inguinibus puero prædoni falce minet. Diodo. autem scri. lib. v. q̃ hunc deum qdam Thyphallum, alij Thyphonẽ nominant. dicit autem preesse hortis, vt ait Ser. propter eorum fœcunditatem. Thymũ Horti enim nunq̃ sine fructu sunt. Thymum hortis maxime aluearia & apes conueniunt. res precipui questus, cum fauit. harũ ergo causa oportet serere thymum, apiastrum, rosam, violas, lilium, cytisum, fabam, papauer, casiam, mellilotum, mellisphyllũ, cerynthem, sinapim, arbores, item quæ proxime seri conuenit quæ & euolantium examina inuitent, neq; longius abire patiatur, & genistas circũseri aluearijs gratissimũ, Pli. lib. xxj. ca. xxiiij. ¶ Thymum.) Thymi duo genera. Candidum radice lignosa in collibus nascens, quod & præfertur, alterum nigrius florisq; nigri præcordijs medetur ex aceto cum melle, quæ potio datur & in alienatione mentis, ac melancholicis. Pli. lib. xxj. Var. autẽ lib. tertio scri. Thymum aptissimum esse ad mellificium propter hoc siculum mel inquit fert palmam quod in thymũ bonum, & frequens est, & Columel. lib. x. ait, q̃ saporis præcipui mella reddit thymus, Thymo deinde proxima Thymbra, serpillumq;, & origanum, Pinosq; ferens, Ceras enim ex omnium arborum satorumq; floribus confingunt apes, excepta rumice, & clenopede, herbarum hæc genera. Pli. lib. xj. ¶ Atq; equidem.) Excusat se, cur de hortis non scribat. ¶ Vela trahant.) A nautis ducta metaphora, qui portui vicini, aut littori vela contrahunt. ¶ Aduertere.) Pęstum Appropinquare. ¶ Biferi pesti.) In Lucania Pestum oppidum ab Græcis Posidonia appellatum a Dorensibus conditum, vt Plin. libro tertio, & Solinus aiunt. Strabo item lib. v. sic ait. Hoc vero tempore sinus ipse Pæstanus nuncupatur, verum vrbs ipsa Posidonia Pæstum vocatur, medio in sinu locata, vtq; alij dicũt, tanta ibi cœli indulgentia viget, q̃ bis in anno fructus quosdam & rosas ipsas producit, quod quidem hic quoq; Maro ostendit. ¶ Intuba.) De ijs lib. j. Georg. ¶ Apio.) De hoc Ecloga. vj. ¶ Tortus cucumis.) Crescunt cucumes, qua coguntur forma in Italia virides, & quam minimi, in prouincijs maximi, & citrini aut nigri. si vas cum aqua subijciatur a. iiij. digitorũ interuallo descendunt, ante posterum diem, at si oleum eodem modo sit in hamos curuantur: cum magnitudine excessere pepones vocantur: Proueniunt & mali cotonei effigie, quos Melopepones vocant. nõ pendent ij humi rotundantur, Pli. libro. xix. vtq; etiam ex libro. xx. colligi potest, Cucumeres torti dicuntur: pepones rotundi, Cucumeres. Melopepones melonas. ¶ Narcissum.) Vide latius in Alexi. Sera pro sero ac diu. ¶ Acanthi.) Videto in Palęmone. ¶ Ederas.) Diximus Pepões. Ecloga septima.

ASCENSIVS.

¶ Inuitent cro. &c.) Admonuit subitos tumultus atq; inanis lusus apum prohibendos, nunc monet ad mellificationem eliciendos & croceis floribus inuitandos facturus digressiunculam de hortorum cultu, subiuncturusq; cuiusdam senis fœcũdam in ea re diligentiam. ¶ Ordo est. Horti halantes, i. fragrantes & spirantes floribus croceis, id est aut reuera croci, aut crocei coloris, inuitent, id est alliciant & attrahant apes ad se: & custos furum atq; auium,

auium, scilicet importunarum cum falce saligna, id est qui pingi solet cum arundine, aut falce ex salice facta, hoc est Priapus: quãuis falx Saturno detur, appositorie, tutela, quasi dicat, qui custos est & tutela Priapi Hellespontiaci. i. ex Hellesponto oriũdi, & illic summopere culti: feruet, scilicet hortos, aut tales sint, vt seruari mereantur: ipse, scilicet diligens rusticus, ferens, scilicet ad aluearia, de alis montibus, thymum, id est herbam illam apibus gratissimam, & præcipue in montibus natam, quia dulcior est, & pinos, scilicet ad ceras cõficiendas, & thymum ad mella: & is. s. cui talia. s. mella & ceræ, sunt curæ, serat lacte circũtecta. s. thymũ & pinos, hoc est frondes pinorum: ipse scilicet rusticus apum curator, terat manũ duro labore, & ipse figat, id est affigat humo, plantas feraces: & irriget. i. superfundat, imbres amicos. i. salubres. Atq; equidem, idest ego certe ni. i. nisi ego traham iam vela, id est sim iuxta nauigationis institutæ portum, hoc est sub extremo fine laborum, & nisi festinem aduertere terris. i. ad terram prorã, idest posteriorem nauis partem, quod faciunt, qui in statione nõ diu mansuri sunt, vt Æneι. vj. Obuertunt pelago proras, ego forsitan canerẽ, &. i. simul quę cura colendi. i. in colẽdo, ornaret hortos pingues. i. fœcundos, & rosaria. i. rosarum copiam, aut plantaria, Pęsti. i. illius oppidi in Calabria biferi, id est bis quotannis fructus ferentis, quoq; (duæ sunt voces). i. & quomodo intyba gauderent. i. lęta essent riuis potis. i. absumptis & imbibitis: & quomodo ripę virides gauderẽt apio. i. herba illa viridi, & cucumis herba illa, tortus. i. implicata per herbam cresceret in ventrẽ, id est latum ventrem acciperet, nec tacuissem, id est etiam cecinissem, Narcissum. i. herba in illam einsdem nominis florem ferentem, comantem. i. frondentem, aut florentem sero. i. tarde & vimen acanthi, illius fruticis spinosi, flexi. i. flexibilis, aut reuera flexi in hortis, & ederas pallentes. i. albas, aut pallere facientes, & myrtos amantis littora. i. felicites nascentes in littoribus, quare in Veneris quę nata in mari est, dicuntur tutela.

PIERIVS.

¶ Quoq; modo potis gauderent intyba riuis.) In Longo. versus ita legitur. Quoq; modo positis gauderent intyba fibris. quanq̃ fibris, superadditũ eadem tamen manu, & atramẽto nõ dissimili. No. Marcellus in libro de idiscretis generibus, hoc citato versu, riuis, agnoscit. Hic enim loquitur de satiuo, non nescimus vero alibi dictum, & amaris intyba fibris. Sed enim Priscia. vbi potus per syncopam a potatus melius dici docet, Virgilij locum hunc citat. Quoq; modo potis gauderẽt intyba fibris, velut illud. Huc ipsi potum venient per prata iuuẽci. Quod vero Vir. & Pli. intybum genere neutro protulere: Lucilius & Pomponius genere masculino ponere maluerunt: Sed & illud nõ pręteribo codices plerosq; ex antiquioribus legere, intuba, per, u, & apud Pliniũ in vetustis codi. intubum passim haberi, & ita dubio procul scribẽdum est apud Latinos, cum intubum, & Dioscoridis, & Galeni, & aliorũ quorundam authorum attestatione fit Romana dictio. Literam vero, y, nequaq̃ esse Romanam manifestum est. Verũ Gręcos, u, breue pręsertim ex dictionib⁹ nostris ea litera scribere instituisse, quare qui ἴντυβον apud Græcos legerant, vt apud Galenum κιχώριον τὸ ῥωμαϊστὶ λεγόμενον ἴντυβον λάχανον. Apud Dioscoridem vero ῥωμαῖοι ἴντυβον ἄγριον. Et ita apud alios, nihil animaduertentes eam Latinam esse dictionem gręce scribere maluerunt, quam eam Romanæ scriptioni reddere. ¶ Nec sero comantem Narcissum.) Superius dictum est, crebro, vltima breui positum in Longobardico exemplari, ita etiam hoc loco sero comantem, tam in eo q̃ etiam in Mediceo codice habetur. Nam & apud Statium, sero memor thalami legas, & aduerte etiam apud Seruium legi debere, sero flores habentem. Hoc enim ille tantũ dixit, non taciturus quidem, si sera pro sero figuratam elocutionem agnouisset.

SERVIVS.

¶ Oebaliæ turribus altis.) Oebalia ipsa est Laconia: vnde de Castore & Polluce ait Statius, Oebalide fratres. ¶ Galesus) vero fluuius est Calabrię, qui iuxta ciuitatẽ labitur Tarentinã, in qua se hortos optimos vidisse cõmemorat. Oebaliæ autem turres ait quas cõdiderant hi qui de Oebalia venerant, Nam vt etiam in tertio Æneidos diximus, Lacones diu bello attriti ab Atheniẽsibus,

Nanq; sub Oebaliæ meminime turribus altis,
Quà niger humectat flauentia culta Galesus:
Corytium vidisse senem: cui pauca relicti
Iugera ruris erant. nec fertilis illa iuuencis:
Nec pecori opportuna seges: nec cõmoda Baccho.
Hic rarum tamen in dumis holus, albaq; circum
Lilia, verbenasq; premens, vescumq; papauer,
Regum æquabat opes animis: seraq; reuertens
Nocte domũ, dapibus mensas onerabat inemptis.
Primus vere rosam, atq; autumno carpere poma.

bus, & inopiam timẽtes virorum, præceperũt vt virgines cum quibuscũq; concumberent, quo facto cũ post victoriã iuuenes de incertis parentibus nati erubescerent originem suam. (nam & Partheniatæ appellabant) duce Phalãto octauo ab Hercule nauigijs profecti venerũt ad oppidũ Calabrię, qd' Taras Neptuni filius cõdiderat: & id auctũ habitauerunt. ¶ Corycium vidisse senẽ.) A Cilicia. Corycos enim ciuitas

ciuitas est Ciliciæ, in qua antrum illud famosum pene ab omnibus celebratum. Et per transitum tangit historiã memoratam a Suetonio. Pompeius enim victis piratis Cilicibus, partim ibidẽ, partim in Græcia, partim in Calabria agros dedit. Vnde Lucanus, An melius fient piratæ magne coloni. Male autem quidam Corycium proprium asserunt esse nomẽ, cum sit appellatiuum eius qui more Corycio hortos excoluit. Quod etiam Plinij testimonio comprobatur. ¶ Vidisse senem.) Ordo est Memini vidisse. dicimus autem & memini videre. Terentius, Memini videre, quo æquior sum Pamphilo si se illam in somnis. ¶ Relicti.) Deserti, atq; contempti. Quis enim agrum non sperneret nulli rei aptum, non vitibus, non frumentis vel pascuis? ¶ Rarum holus.) Id est plãtatile. ¶ Vescumq; papauer.) Quo vescimur. Nam est aliud lethæum quo non vtimur. nam vescas salicũ frondes aliter dictum est. ¶ Regum æquabat opes animis.) Bene animis, non potestate, quia regum more cibis non comparatis vtebantur. ¶ Frigore saxa rumperet.) Vnus est enim, vt diximus, effectus & caloris & frigoris. ¶ Glacie cursus frenaret aquarum.) Mira varietas. Nam supra ait, Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ. ¶ Æstatem increpitans seram.) Tarde venientem, cum ille iam eius carperet fructus.

Et, cum tristis hyems etiam nunc frigore saxa
Rumperet: & glacie cursus frenaret aquarum:
Ille comam mollis iam tum tondebat acanthi,
Æstatem increpitans seram, Zephyrosq; morantes.

pre.) Carpebat. ¶ Etiã nunc.) hoc est adhuc dicitur: item etiam num. ¶ Seram) Tardius venientem, cum ipse in hyeme rosas carperet, & huiusmodi. ¶ Zephyrosq; morantis.) Lib. iij. Geor. diximus Zephyros in æstatis principio flare, ibi videlicet, At vero Zephyris, cum læta vocantibus æstas. Etiã nũ

PROBVS.

¶ Oebalia.) Arx ab Oebalo dicitur in Lacedęmone hoc ipsum oppidum, quod præterfluit Galesus flumen, Pompeius cum oppugnaret piratas remigibus eorum promisit agros, si vicisset eorum adiutorio. Quorum proditione victor Tarẽtinorum agros veteranis diuisit. Et quicquid deterrimum fuit, remigibus dedit, Cilices autem tunc exercuerunt piraticam. Est autem in Cilicia promontorium, Corycium, Cilicem intelligi vult, hoc est remigem piratarum.

MANCINELLVS.

¶ Oebaliæ turribus.) Tarenti intelligit, quod oppidum Lacedæmonij ædificauerunt, duce Phalanto, Apollinis oraculo, vt latius Strabo libro sexto edocuit. Oebalus autem Arguli filius Laconię rex suo nomine prouinciam dixit, vt scrib. di. Cretensis in Troiana historia. ¶ Galesus.) Is, vt Liuius lib. v. ij. bel. punico dixit, Calabriæ flumen est Tarento proximum per quinq; passuum millia. ¶ Niger.) Cœruleus. ¶ Corycium senem.) Cilicem intelligi vult, vt Probus inquit, hoc est remigem piratarum, Pompeius enim cum oppugnaret piratas, remigibus eorũ promisit agros, si vicisset eorum auxilio: quorum proditione victor Tarentinorum agros diuisit, est autem Corycos Mela teste, oppidum in Cilicia, supra quod specus est nomine Corycius, supra quam dici possit eximius. ¶ Seges.) Id est terra. ¶ Baccho.) Vitibus. ¶ Ra-Holus. rum holus.) Quia rarum transponitur. Est autem holus vnaquæq; herba qua vescimur, vtq; ait Varro, ab holla holera dicta, ibi enim decoquebantur. ¶ Verbenas.) Videto in Pharmaceutria Eclo. ¶ Vescumq; papauer.) De papauere latius in Alexi Ecloga. latissime tamen libro. j. Georgico. ibi, Et cereale papauer. Vescum, id minutum significat, teste Nonio, potest tamẽ hic etiam, quo vescimur exponi, vescebantur enim papauere, vt superius ostendimus. ¶ Opes animis.) Ait Seneca in animo, non in patrimonio putemus esse diuitias. Animus est qui diuites facit. ¶ Carpere.)

ASCENSIVS.

¶ Nanque sub Oebaliæ, &c.) Vt paucis nos inuitet ad hortorum culturam, ostendit quantum valeat per senem quẽdam qui in Italia sterilem locum alioquin cultu diligenti tam fertilem fecerat: vt ex eo sibi victum compararet, variosq; ornatus haberet, vnde dicit. Canerem quidem prædicta: nanq; pro quia: ego memini. i. memoria repeto, me vidisse (Agretius dicit hunc locum esse mirabilem rarumq; inuẽtu vbi memini apud idoneos cum verbo præteriti temporis construatur, cum totus sermo de præterito sit.) i. quod viderim aliquãdo, sub altis turribus Oebaliæ. i. Tarentinæ vrbis Calabriæ ab Oebalijs, hoc est Laconibus extructæ: in ea, scilicet parte, qua Galesus fluuius ille Calabriæ niger. i. cœruleus, aut profundus, humectat. i. irrigat, culta. s. arua flauentia, scilicet ex flaua Cerere, hoc est segete: vidisse dico, senem Corycium. i. Cilicem, hoc est ex Coryco Ciliciæ oppido piratam Tarentinæ cum alijs colonum effectum: cui, scilicet seni, erant pauca iugera ruris relicti. i. deserti, & propter sterilitatem a nemine occupati, nec culti. Illa seges, id est terra, non erat opportuna, id est accommoda, & grata: iuuencis. i. armentis non pecori, scilicet gregario: nec erat commoda Baccho. i. vitibus, tamen ille premens. i. vi conserens, dumis holus rarum, id est plantatile, & premẽs alba lilia & verbenas, id est herbas quibus in sacris vti solebant, circum. i. per circuitum holerum, & papauer vescum. i. imminutum & paruæ escæ accommodum, aut quo vesci posset, æquabat animis, quia re ipsa non potuit, opes. i. diuitias & facultates regum. i. ditissimorum: & ipse reuertens. i. rediens ex illo agro sterili, domum nocte sera, id est suprema luce postquam totam diem culturę impartiuerat; onerabat mensas. s. suas, dapibus. i. escis inemptis. i. non emptis, sed ex agro suo collectis, quia forte moretum, aut aliud placentæ genus ex holeribus & herbis cõfecerat. Ipse carpere, id est carpebat. (Figura historijs apta qua infinitiuum pro indicatiuo ponimus) primus rosam vere, id est tempore verno, atq; carpebat primus poma autumno, id est tempore autumnali: & cum hyems tristis rumperet etiam nũc, id est ipso puncto temporis saxa frigore. i. gelu asperrimo, & frenaret cursus aquarum. i. constringeret aquas currere solitas glacie: ille tondebat, id est metebat iam tum comam. i. recentem frondẽ, aut summitatem, acanthi mollis. i. teneræ & eo anno natæ increpitans. i. cum crepitu exprobrans æstatem seram. i. tarde aduentantem, & Zephyros ventos illos dulces vernam tempestatem afflare solitos, & Fauonios latine dictos morantis. i. tardantes venire, & flare sua tempestate. memini.

PIERIVS.

¶ Hic rarum tamen in dumis olus.) In Longobardico codice legere est, hinc, hoc est ex paucis illis iugeribus, quæ nec pabulo nec segeti, nec vitibus etiam opportuna. In reliquis, hic. ¶ Et cum tristis hyems etiam nunc.) In codicibus nonnullis, etiam num, quæ dictio frequentissima apud Plinium, ex eo, quod Græci ἔτι καὶ νῦν dicunt.

SERVIVS.

¶ Ergo apibus fœtis idẽ, atq; examine multo.) Nõ sine causa hortos descripsisse videretur. ¶ Illi tiliæ, atque vberrima pinus.) Illi, vberrima scilicet: Nam per naturam & tiliæ & pinus steriles esse dicuntur. ¶ Seras.) Maiores: quod nimię difficultatis est. ¶ In versum.) In ordinem. vt, Triplici pubes quã Dardana versu impellunt. ¶ Distulit.) Trãstulit. Nam mutauit præpositionẽ. ¶ Eduram.) Nimiũ durã, validam. ¶ Et spinos iam pruna ferentes.) Prunorum arbor vocatur spinus, genere masculino. Nã sentes, has spinas dicimus. ¶ Spacijs iniquis.) Angustis, vt, Spatioq; subit Sergestus iniquo. Et dicit se carminis breuitate constrictum hortos plenius nõ posse describere.

Ergo apibus fœtis idem, atq; examine multo
Primus abundare: & spumantia cogere pressis
Mella fauis. illi tiliæ, atq; vberrima pinus,
Quotq; in flore nouo pomis se fertilis arbos
Induerat: totidem autumno matura tenebat.
Ille etiam seras in versum distulit vlmos,
Eduramq; pirum, & spinos iam pruna ferentes,
Iamq; ministrantem platanũ potantibus vmbram.
Verum hæc ipse equidẽ spatiis disclusus iniquis
Pretereo: atq; aliis post memoranda relinquo.

bere. ¶ Alijs.) Gargeliũ & Martialem significat.

MANCINELLVS.

¶ Fœtis.) Ac si diceret enixis. ¶ Abundare.) Abũdabat. ¶ Cogere.) Cogebat. ¶ Illi tiliæ.) s. erant vberrimę. fœmina. n. semen fert, ac florẽ, teste Pli. sed de tilia latius lib. j. Georgi. ibi cæditur & tilia ante iugo leuis. Colu. autẽ li. x. ca. iiij. scri. Tilias esse apibus nocentes. Vir. vero aliter sensisse videt, cum hic apposuerit cum ipsa pinu, cuius quidem floribus, vt cæterarum pomiferarum arborum vescantur apes, & paulo inferius ait, Et pinguem tiliam, scilicet pascuntur. Et Pli. lib. x. ca. xiij. scrib. q̃ sorbetur mel optimum, & minime fronde infectum e quercus, tiliæ, arundinum folijs. ¶ Seras.) Diutinas, grandes, ingentes.

Universidad de Deusto Biblioteca

gentes.¶ In versum.) In ordinem.¶ Distulit.)Transtulit.¶ Eduram.)Hoc loco robustam, & per id grandem.¶ Iam pruna ferentes.)Per id agelli optimum ingenium ostẽdit, cum in eo transpositi ingentes trunci, non solum plantulæ optimæ prouenirent, ac crescerent.¶ Iniquis.)Angustis, breuibus, hoc est carminis breuitate compulsus, &c.¶ Atque alijs post commemoranda relinquo.)Id autem Columel. executus est postea, vnde ait ipse lib.xj. Hortorum quoq; te cultus Syluine docebo, Atq; ea, quæ quondam spatijs exclusus iniquis. Cum caneret lætas segetes, & munera Bacchi: Et te magna Pales, necnon cœlestia mella Virgi. nobis post se memoranda reliquit, Floruit autem Colu. Senecæ tempore: ipse nanq; lib.iij.cap.iij. de vineis sic ait, his certe temporibus & Nomentana regio celeberrima fama est illustris, & præcipue, quã possidet Seneca vir excellentis ingenij, atq; doctrinæ, cuius in prædijs vinearum iugera, &c.

Columella.

ASCENSIVS.

¶Ergo apibus, &c.)Ne præter institutũ diuagatus culpetur applicat quæ de sene Corycio elocutus est ad propositam materiã, dicens. Ergo quia.s. diligens fuerat hortorũ cultor, idem.s. senex Corycius, abundare, id est abundabat primus apibus fœtis.i. enixis partum, atq; multo examine.i. fœtu educẽdo: & ipse cogere, id est cogebat, hoc est constipabat primus fauis pressis mella spumantia.i. ex pressura, aut ex impetu & vehemẽti casu, pondus.n. aquarum & præceps casus spumam procreat, tiliæ sup. fuerant illi, atq; pinus vberrima supp. fuerat illi quotq;.i. & quot pomis arbos.i. arbor fertilis, induerat.i. ornauerat & vestierat se in flore nouo, i. quot flores produxerat arbor: ipse senex tenebat totidem.s. poma matura in autumno, & ita nullus flos peritũ decideret, ille.s. idẽ senex, distulit.i. trãstulit & disposuit etiã vlmos seras.i. grandes & diutinas, in versum.i. ordinẽ, & lineã ab qua directe vertatur, & pirum eduram.i. valde duram, & spinos ferentes iam pruna, hoc est iam fœcundos. Nã Seruius vult genere masculino dici arborem spinum: putatur tamen voluisse dicere voce masculina sub us.s. non, a, & distulit etiam platanum arborem ablatis ramalibus dictam ministrantẽ potantibus.s. sub eam vmbrã. Nam is præcipuus eius arboris vsus: verum.i. sed, ipse.i. ego, quidẽ.i. certe exclusus.s. ab huiusmodi rerũ executiõe, iniquis.i. inæqualibus, hoc est nimis breuibus & angustis spatijs.i. metis aut vitæ, aut carminis, aut alijs negocijs vrgentibus: prætereo hæc atq; relinquo cõmemoranda.i. recensenda, post.s. huius operis editionem, aut consummationem, alijs.s. a poetis, & scriptoribus.

PIERIVS.

¶Iamq; ministrantem platanum potantibus vmbram.)Veteres omnes codi. vmbras habent numero multitudinis, forte vt spatiosius aliquod ostendat, quod memoria proditum plures olim turmas, sub vna platano cõdi solitas, de hac autem Varro. Iucunda eius vmbra haud alia lætius operiente toros. Pli. Platanus arbor nulli rei, nisi vmbræ vtilis.¶ Spatijs disclusus iniquis.)Veteres omnes codi. exclusus, habent, quod & Columellæ parodia cõfirmatur, discludere enim aliud significat.¶ Atq; alijs post commemoranda relinquo.)In codicibus aliquot legas, post hæc memoranda, sed cõmemoranda, Longobardicus, & aliquot alij codices habent. Sunt qui post me memoranda legant, vt in Medi. codice habetur, quam lectionem videtur agnouisse Columella.

SERVIVS.

Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipse
Addidit, expediam: pro qua mercede canoros
Curetum sonitus, crepitantiaq; æra secutæ,
Dictæo cœli regem pauere sub antro.
Solæ communeis natos, consortia tecta
Vrbis habent: magnisq; agitant sub legibus æuũ:
Et patriam solæ, & certos nouere penates:
Venturęq; hyemis memores, ęstate laborem
Experiuntur: & in medium quęsita reponunt.
Nanq; alię victu inuigilant: & fœdere pacto
Exercentur agris. pars intra septa domorum
Narcissi lachrymam, & lentum de cortice gluten
Prima fauis ponunt fundamina, deinde tenaceis
Suspendunt ceras. aliæ spem gentis adultos
Educunt fœtus. alię purissima mella
Stipant: & liquido distendunt nectare cellas.
Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti:
Inq; vicem speculantur aquas: & nubila cœli:
Aut onera accipiunt venientum: aut agmine facto
Ignauum fucos pecus à presepibus arcent.
Feruet opus: redolentq; thymo fragrantia mella.

¶Naturas apibus quas: Iuppiter ipse Addidit.) Naturas pro moribus posuit. Addidit autem, aut dedit: aut re uera addidit. Necesse enim est eas etiam ante habuisse mores aliquos pprios.¶ Pro qua mercede canoros.)Ordo est, Expediam naturas apũ: quæ canoros Curetũ sonitus Crepitantiaq; æra secutę, Dictæũ cœli regem pauere sub antro.¶ Pro qua mercede)id est gratia vel labore.¶ Solę cõmunes natos consortia tecta vrbis habẽt.) Nam vt etiam Donatus dicit, tragicum est, & vltra carmen Georgicon si accipiamus pro qua mercede, exclamationẽ esse: vt sit, pro quãta hoc mercede fecerunt: scilicet vt Iouẽ alerẽt: quẽ Ops Saturni vxor Curetibus, Coribantibus, & Idæis dactylis custodiendum dedit in monte Cretę Dictęo: ne eũ Saturnus cõsumeret, vt filios oẽs solebat. Quod ideo fingitur, quia Saturnus, vt diximus, temporũ deus est, quę in se reuoluuntur in æternum. Tunc itaq; apes æris secutæ sonũ, Iouem melle aluisse dicuntur: pro qua re eis postea præstitit Iuppiter vt haberent liberos sine vllo concubitu.¶ Solę cõmunes natos)Plato in libris quos περὶ πολιτείας scripsit, dicit amori reipublicæ esse nihil præponendum. Omnes præterea & vxores & liberos, ita nos tanquam cõmunes habere debere: vt charitas sit non libido confusa. Quod præceptũ dicit nullum præter apes seruare potuisse.¶ Magnis legibus.)Id est æternis, nunq; mutabilibus. Iisdẽ enim legibus semper vtuntur: nec eas, vt homines, sæpe cõmutant.¶ Nouere penates.)Charissima habent. vt, Hic inter flumina nota, id est chara.¶ In medium quæsita reponunt.)Quæsita & parta in cõmune conseruant. Ipse alibi, In medium quærebant.¶ Victu.)Victui.¶ Fœdere.)Pacto. vt vicissim in aluearibus, vel in agris laborẽt.¶ Narcissi lachrymã.)Narcissi humorem. Quod autem ait, Narcissi lachrymam, allusit ad fabulam: quia, vt diximus, de puero est cõuersus in florem.¶ Prima fauis ponunt fundamina.)græce προπολιν locãt, duriore cera, quæ vix ferro potest frãgi, quam colligunt de gummi arborum, & rasis lapidibus. vnde paulopost dicet, Sæpe etiam duris errando in cotibus alas Attriuere.¶ Tenaces ceras.) Mella retinentes.¶ Adultos educũt fœtus.)Educẽdo adultos faciũt.¶ Cecidit custodia sorti.) Ex sorte. Nam aduerbiũ est, quod traxit a militia. Legimus.n. Partibꝰ æquabat iustis, aut forte trahebat.

MANCINELLVS.

¶Pro qua mercede.) Quia Iuppiter eis tales naturas addiderat.¶ Curetum.)Curetes vt Stra. docet lib.x. dicti sunt quasi curatores, ij enim infantem Iouem curarunt, pulsantes cymbala, & similia, ne pariẽs mater Rhœa, eiusq; vagitus a Saturno audiretur, qui quidem natos filios illico deuorabat, hęc ex illo. Curetum autẽ sonitus apes secutę mella intra Iouis ora inserebant, quo illi gratiam referrent naturæ eis ab ipso traditæ, Macro. vero lib.j. sat. de Saturno inquit, hunc aiunt filios suos solitũ deuorare, eosq; rursus euomere, per quod similiter significatur, eum tempus esse, a quo vicibus cuncta gignãtur, absumanturq;: & eo denuo renascantur, Eundẽ a filio pulsum, quid aliud est, q̃; senescẽtia, ab eis quæ post sunt nata depelli:¶ Dictæo antro.)Dicte vt Stra. scri. li.x. in Creta mõns est, vbi Iouis Dictæi templũ.¶ Solæ.)Ex cũctis animalibus scilicet.¶ Cõmunis natos.) Nihil enim nouere, nisi cõmune, vt etiam Plin. scrib.¶ Consortia tecta.)Eiusdem sortis. sunt enim cõmunia omnibus. Tamen, vt ait Pli. Regias imperatoribus futuris in vna parte aluei extruũt, amplas, magnificas, separatas, tuburculo eminentes.¶ Certos penates.)Id quidem, quod ait Pli. lib.xxj. poeta hic asserit, Nam hostitia vicus alluitur Pado, huius inquilini pabulo circa deficiẽte, imponunt nauibus aluearia, noctibus ad quinq; millia passuum contrario amne subeũt egressę luce apes, pastęq; ad naues quotidie remeant, mutantes locũ, donec pondere ipso pressis nauibus plena aluearia intelligantur, euectisq; eximuntur mella. Et in Hispania mulis prouehunt simili de causa. Nanque aliæ victu cum agmen ad opera processit, aliæ flores aggerũt pedibus, aliæ aquã ore, guttasq; lanugine totius corporis, aliæ intus operantur, Pli. libro

Curetes. Saturnus. Dictæo.

libro vndecimo.¶ Narcissi lachrymam.)Colligunt etiam lachrymas arborum, quæ glutinum pariunt, vt Plinius docet.¶ Gluten.)Propolim intelligit, de qua ibi superius, Collectumq; hæc ipsa ad munera gluten.¶ Ceras.)Ex omnium arborum, satorũq; floribus confingunt cẽras, vt scribit Plinius. Aristoteles vero libro quinto, de animalibus dicit eas construere fauos e floribus. Ceram e lachryma arborum fingere, Mella ex rore aeris syderum exortu potissimum.¶ Educunt.)Nutriunt: hic enim vetus sensus est poetæ: nam apes gallinarum modo incubant: vt latius infra dicemus.¶ Stipant.)Componunt, densant.¶ Liquido.) Mundo puro.¶ Distendunt.)Implent.¶ Nectare.)Melle hoc loco, Sed quid proprie dicitur, videto Ecloga quinta.¶ Sorti.)Aduerbium est hoc loco. Nomina enim per diuersos casus loco aduerbiorum ponuntur. per nominatiuum, vt fors, pro forte: recens pro recenter. per genitiuum militiæ pro in militia, per datiuum, vt vesperi, ruri, sorti. Priscianus libro decimoquinto, sorti pro in sorte.¶ Custodia.)More enim castrorum interdiu stationem ad portas seruant.¶ Aquas.)Id ait, quoniam prædiuinant ventos, imbresq;, & tunc se continent tectis, vt ait Plinius.¶ Accipiunt.)Quæ enim flores comparant ab alijs, exonerantur, nouissimæq; a fessis, & iam emeritæ ab inchoatis, primos in opera expetunt, tardantes sine clementia puniunt: neque in opere tantum: sed in fœtu coadiuuant eas, multum ad calorem, conferente turba.¶ Fucos.)Sunt fuci sine aculeo maiores apibus, Cum mella cœperint maturescere abigunt eos. Multę singulos aggressæ trucidant. Nec id genus, nisi vere conspicitur: fucus ademptis alis in alueum reiectis, ipsæ cæteris adimit. Nigri sunt fuci, & lata aluo fures maximi inter apes, ita appellati, quia furtim deuorant mella. Plinius libro vndecimo.¶ Ignauum pecus.)Animal immune, sine doctrina, inutile non aptum industriæ, nam industrios gnauos dicimus. Præsepibus aluearibus, præsepia enim non tantum quibus iumenta, cæteraq; animalia pabulantur, sed omnia loca clausa, & tuta, dicta præsepia, author est Marcellus.¶ Feruet.)Frequentatur.

Sorti. Nomina pro aduerbijs.

Fuci.

Præsepia.

ASCENSIVS.

¶Nunc age, &c.)Ingreditur ergo ad describẽdas naturas apum, & mores sane mirabiles, dicens. Nunc age, adhortandi est, ad auditorem spectans, aut etiam primam personam respiciens, expediam, id est paucis aperiam naturas, quas Iuppiter ipse, scilicet qui maximus est & præcipue potest, addidit, scilicet ad priores naturas, & pro qua mercede, id est quid mercedis accepturæ ipsæ secutæ canoros sonitus Curetum illorum populorum Cretæ, qui Iouem in Dictæo monte alendum susceperant, & secutæ æra crepitantia, id est cum crepitu sonantia dum a Curetibus pulsabantur, ne Saturnus vagitum Iouis perciperet (habuerunt ergo iam tunc apes naturam sequendi crepitum peluium, sed addidit Iuppiter, vt solæ communes natos haberent, & vt sine concubitu ederent fœtus) quod ergo ipsæ secutæ æra crepitantia, pauere regem cœli, videlicet Iouem, sub antro Dictæo, id est qui in Dicte monte Cretensi absconditus erat. Incipit ergo narrare naturas superadditas, & mores apum, dicens. Solæ, scilicet apes, habent natos communes etiam a multis partos & genitos: & habent tecta vrbis, id est habitationis consortia, id est communia, & ad communem sortem pertinentia: & agitant æuum sub magnis legibus, quia sub legibus naturæ: & ipsæ solæ, scilicet inter animantia rationis expertia nouere patriam, ita vt ad eam redeant: & certos penates, id est lares apud quos nascuntur: & ipsæ memores, id est prouidæ venturæ hyemis experiuntur laborem æstate (non dicit hic quod solæ id faciant: nam & formicis ea natura est) & reponunt quæsita, id est parta & accumulata in medium, id est in commune, sicut communiter laborant. Nanq; aliæ, id est aliquæ, inuigilant victu (datiuus est) id est victui habendo, & exercentur agris, id est per agros in acquirendo victu, fœdere pacto, scilicet inter eas, vt non sibi solis, sed omnibus victum quæritent: pars, id est aliæ, ponunt intra septa domorum, id est aluealiorum lachrymam, id est rorem, aut tenuem succum (sed lachrymam signanter dicit, quod is flos ex puero lachrymante prouenit) Narcissi illius floris in quem puer flens conuersus fingitur: & gluten, id est glutinum & viscum, lentum, id est fluidum aut liquidum de cortice, scilicet sumptum, vt durius sit, appositorie, prima fundamina, id est quæ res sint prima fundamenta, fauis quos primum construunt: deinde suspendunt ceras tenacis, id est pinguiores & firmius adhærentes: aliæ educunt fœtus adultos, appositorie, spem gregis, id est in quibus est spes de conseruando grege: aliæ stipant, id est condensant mella purissima: & distendunt, id est sic farciunt, vt distendi cogantur, cellas, id est fauorum receptacula, nectare melle liquido, id est puro & pellucente. Sunt supple, aliæ, quibus custodia ad portas, id est excubitus cecidit sorti, id est in sortem: & speculantur inuicem, id est vicissim aquas, vt scilicet inde prognostica capiant, & nubila cœli, ne scilicet operariæ exeant imminente imbre. Aut accipiunt onera venientum, quia non eædem stipant & colligunt mella, aut ipsæ facto agmine, id est manu conserta, arcent, id est amouent & abigunt a præsepibus, id est aluearibus suis, fucos (appositorie) pecus ignauum, id est nullius gnauitatis hoc est industriæ & laboris, nihil agens, & aliena cõsumens. Sunt enim fuci vespæ ignobiles non mellificantes, sed tamen melle vescentes. Opus, id est exercitatio omnium earum, feruet, id est cum feruore fit, & mella fragrantia, id est redolentia & molliter spirantia, redolẽt thymo, id est trahunt odorem thymi, vnde collecta sunt, & apes pastæ.

PIERIVS.

¶Et patriã solæ & certos nouere penates.)In codicibus aliquot legere est, a patriam solæ, & certos nouere penates: non enim, a, semper dolentis interiectio, sed admirationem interdum significat, scribit vero, a, sine adspiratione ex Probo alibi notatum. In Longobardico non est, &, secundo loco legitur vero. Et patriam solæ certos no. pe. sed enim qui dictionem, &, hinc auferunt, venustatem etiam omnem a versu auferunt.¶ Narcissi lachrymam, & lentum de cortice gluten.)In codi. aliquot antiquis & præsertim in Longobardico, lectum, legitur, non lentum: plurimarum enim arborum cortices gluteo exsudant, vt resinam, succinum, quibus vtuntur apes, in opere suo construendo ad firmitatẽ, sed & lentum placet, quod proprium est glutinis epitheton.¶ Redolentq; thymo fragrantia mella.)In Longobardi. flagrantia, scriptum est, quod non probatur, ex grammaticorum distinctione.

SERVIVS.

Ac veluti lentis Cyclopes fulmina massis
Cum properant: alij taurinis follibus auras
Accipiunt: redduntq;: alij stridentia tingunt
Aera lacu. gemit impositis incudibus Ætna.
Illi inter sese magna vi brachia tollunt
In numerum: versantq; tenaci forcipe ferrum.
Non aliter (si parua licet componere magnis)
Cecropias innatus apes amor vrget habendi,
Munere quanq; suo. grandæuis oppida curæ:
Et munire fauos: & Dædala fingere tecta.
At fessæ multa referunt se nocte minores,
Crura thymo plenæ: pascuntur & arbuta passim,
Et glaucas salices, casiamq;, crocumq; rubentem,
Et pinguem tiliam, & ferrugineos hyacinthos.
Omnibus vna quies operum: labor omnibus vnus.
Mane ruunt portis; nusquam mora. rursus easdem

¶Ac veluti lentis Cyclopes fulmina.)Comparatio ad festinationem pertinẽs solam.¶ Cecropias.)Id est Athenienses a rege Cecrope Atticę, vbi optima mella nascuntur.¶ Innatus.)Insitus.¶ Vrget.) Premit.¶ Grandæuis oppida curæ.)Sicut senes muros tuentur, nec in bella prorumpũt.¶ Dędala tecta.)Ingeniosa: vt Dædala circe.¶ Crocumq; rubentem.) Sallustius in historiis ait, In qua crocum gignitur, genere neutro secũdum artẽ vsus est, hic poetice masculino, referẽs se ad puerum qui in hũc florem dicitur esse cõuersus.¶ Ferrugineos hyacinthos.)Ferruginei, id est nigri coloris.¶ Corpora curãt) Se reficiũt. vt, Eessiq; & equos & corpora curant. Sanè curare corpus, si de hominibus dicimus, & cibo & lauacro intelligimꝰ, vel alterutro: si de apibus, tantum cibo accipimus.¶ Sopor suus.)Ipsis aptꝰ.¶ Aut credũt cœlo.)Scilicet suos volatus.¶ Aquantur.)Aquã hauriunt ex vicino.¶ Instabiles.) Fluctuantes.

MANCINELLVS.

¶Cyclopes.) Brontes, Steropes, & Pyragmon, Cyclopes insignes fuere, hos artificiosos fuisse cõstat, quos Vulcano ignis deo attributos, sub eo Iouis cõficere fulmina volunt, de quibus latius Maro ipse libro octauo meminit Brontesq; Steropesq; & Nudus mẽbra Pyragmon. Brontes

Cyclopes. Steropes.

Brõtes. Pyragmon.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vesper vbi è pastu tandem decedere campis
Admonuit: tum tecta petunt: tum corpora curant.
Fit sonitus: mussantq; oras, & limina circùm.
Post vbi iam thalamis se composuere: siletur
In noctem. fessosq; sopor suus occupat artus.
Nec vero à stabulis pluuia impendente recedunt
Longius: aut credunt cœlo aduentantibus curis:
Sed circum tutę sub mœnibus vrbis aquantur:
Excursusq; breues tentant: & sæpe lapillos,
Vt cymbæ instabiles fluctu iactante saburram,
Tollunt. his sese per inania nubila librant.

Folles. tes autem tonitruus dici potest, nam Bronte tonitruũ significat. Steropes vero fulgur interpretari valet. Astrope enim coruscatio dicitur, Pyragmon dicit quasi ignita incus, Pyr nanq; ignis est, Acmon incus. videto etiã de Cyclopibus lib. j. Georgico. Circa finem. ¶ Follibus.) Instrumẽta sunt folles ex corio, quibus excitãdo igni vtuntur fabri ferrarii. ¶ Reddunt q;.) Cũ enim folles eleuantur, aerem concipiunt: cũ vero premuntur, emittunt eundẽ. ¶ Ætna.) De hoc monte videto lib. j. Georg. Circa finem. Diodorus scrib. libro sexto, quod asserunt nonnulli meatus esse subterraneos ab Ætna ad Æolias insulas. sub Æolis autem Cyclopes esse, Vulcani ministros poetæ fabulantur.

Forceps ¶ In numerum.) In ordinem & rationem. ¶ Forcipe.) Forceps dicitur, q; foruum, id est candens capiat ferrum, foruum enim calidum significat, inde fornus, & fornax Marcellus scri. ¶ Cecropias apes.) Cecrops ædificandæ vrbis Athenarum initium dedit, vt Strab. docet lib. ix. Licet non omnes id asserunt. Euthronius autem scripsit, apes Erichthonij temporibus in monte Hymeto primum natas, vt inquit Colu. lib. x. cap. ij. Et Plin. libro xj. scrib. in Hymeto Atticæ monte mel optimum esse, vti in Hybla Siciliæ.

Apes vbi inuentæ.

Dædal⁹. Opera apum. ¶ Dædala.) Ingeniosa. Dædalos enim ingeniosus dicitur, Dædalo, orno, vario. ¶ Fingere.) Componere. ¶ Minores.) Iuniores. Nam ado lescentiores ad opera exeunt, seniores intus operantur, aliæ enim struunt, alię suggerunt, alię cibum comparant, ex eo quod allatum est. Neq; enim separatim vescuntur, ne inæqualitas operis aut cibi fiat, & temporis: Plin. lib. xj. ¶ Crura thymo plenæ.) Quæ flores cõportant, prioribus pedibus fœmina onerant, propter id natura scabra pedes priores rostro, totoq; onusto remeãt farcina pandatæ. Plin. ¶ Glaucas salices.) Glaucus color viridis, cœruleus dicitur, vt Gellius ostẽdit lib. ij. cap. xxvi. ¶ Tiliam.) De hac latius paulo superius, & etiam lib. ij. Georgi. ¶ Hyacinthos.) De hyacintho videto Eclog. iij. ¶ Ferrugineos.) Ferrugineum colorem ferri similem esse volunt. Veruntamẽ ferrugineus color, cœruleus est. Marcellus author etiam hunc locum afferens. ¶ Mane ruunt.) Noctu quies in maturinum, donec vna excitet omnes gemino, aut triplici bombo, vt buccino aliquo. Tunc vniuersæ peruolant, si dies mitis futurus est, Plin. ¶ Vesper.) Videto lib. j. Geor. ¶ Fit sonitus.) Cum inuesperascit, in alueos strepũt minus, ac minus donec vna circũuolet, eodẽ, quo excitauit bombo, seu quietẽ capere imperans, & hoc castrorũ more, tunc repente omnes conticescunt, Pli. ¶ Vrbis.) Id est apiarij. ¶ Lapillos.) Tollunt, Gerulæ secundos flatus captant, Si cooriatur procella apprehensis pediculo lapillis se librant, quidã in humeros imponi tradũt iuxta vero terrã volant, Plin. ¶ Cymbæ.) Nauiculæ. ¶ Saburram.)

Glauc⁹. color.

Ferrugineus color.

Saburra Arenam, grauẽ terram, & onus, quo naues stabiles fiũt. Vnde Pli. lib. xvj. ca. lxvj. scrib. cxx. modios lentis pro saburra fuisse naui, qua Obelisc⁹ in vaticano circo statutus ex Ægypto Caij principis iussu adductus est. De abiete autem huius nauis diximus li. ij. Geor. circa principium, vbi est scriptum. cap. lv. pro ca. lvj.

ASCENSIVS.

¶ Ac veluti lentis, &c.) Facit digressiunculam adducendo similitudinem sumptã à Cyclopibus qui ministri Vulcani cum eo in antro Vulcani dicuntur Ioui arma & fulmina fabricare. quod dicit Poeta non maiori cum festinatione nec molimine ac ordine faciunt, atq; si parua licet componere magnis, hoc est reddendo singula singulis, apes pro virili sua mellificio intendunt. Nam sicut Cyclopũ alius flando massam calefacit, alius ferit, immo plures feriunt in numerum, id est secundum proportionẽ mulcã, quam Pythagoras ex ictibus inuenisse dicitur, alius extinguit, & suo quisq; muneri intẽtissimus est, ita & apum suum quęq; munus summa cum diligentia summoq; conamine nõ sine ordine deplet. ¶ Ordo verborum talis est. Ac veluti, id est quemadmodum, cum, id est quando: Cyclopes, id est populi illi olim in Sicilia vnum oculum habere reperti, properant. i. properanter fabricant, massis lentis. i. mitigatis & mulcendo lætificatis, fulmina. s. Iouis: alij, id est quidam eorum, accipiunt & reddunt auras. i. flatus & reflatus follibus taurinis. i. corio taurino munitis & circũseptis. Alij tingunt, id est extingunt ęra. i. quæuis metalla stridentia. i. quæ stridorem emittunt & crepitum dum extinguntur lacu, id est aqua cœnosa, aut re uera lacu cũ naturalis sit huiusmodi fabricatio ętna, mõs ille Siciliæ perpetuo ardore ęstuãs, vnde propter sulphur & cæteram materiam fulminis cuius illic copia est, datus est fabulæ locus, vt fulmina Iouis illic fabricare dicãtur) gemit, id est fatiscit, aut resonat quasi gemitũ referẽs, illi, scilicet Cyclopes, tollũt, id est erigunt inter sese in numerũ. i. secundum ordinem & concentum musicum qui ex proportione & apta vicissitudine resultat, brachia, scilicet sua magna vi, id est molimine ingenti, & versant ferrũ, scilicet quod cudunt forcipe, id est instrumento (quam tenellã quidam vocant, ab eo autem quod foruum. i. calidum capiat, nomen sumpsit) quo calida capi possunt non aliter, id est consimiliter) si licet componere, id est conferre & comparare parua, quantæ sunt apes magnis quanti sunt Cyclopes. Contra in Buco. Sic paruis cõponere magna solebam) amor habendi, scilicet mel aut mellis & fauorum, innatus, id est connaturalis & ita non vitiosus, vt est sæpe in hominibus, vrget, id est impellit & instigat, apes Cecropias. i. Atticas, quæ in Hymeto mõte Atticæ regionis vbi optimi mellis copia est, natæ dicuntur, aut Cecropias quasi Palladias & Dædalias, id est subtiles & operosas, in contexẽdis fauis, vrget dico, quãq; id est quamlibet apum, suo. i. proprio munere, quod, scilicet ei sorti cecidit. Oppida. i. aluearia operta in quibus sunt varia domicilia, sunt curæ. i. ad curã deputata grãdeuis. i. prouectioribus apibus: & munire, scilicet contra frigus calorem & fure. s. fauos: & fingere, id est componere, tecta Dædala, id est subtilia quasi a Dædalo fabricata essent: at, id est sed, minores, id est iuniores fessæ, scilicet ex onere & labore, referunt. s. alis suis, se, hoc est seipsas cum melle suo. referunt autem domum, multa nocte. i. cum iam plurima pars noctis transacta sit, computando noctem respectu aliarum volucrum, quæ ante vesperum considunt ad concubitum: referunt dico se plenæ crura. i. habẽtes crura plena. i. onusta aut onerata, thymo, id est melle ex thymo collecto, aut flore eius: &. s. apes pascuntur. i. depabulãtur passim. i. in plurimis passibus & locis: &. i. etiam arbuta. i. frundes, aut flores arbutorum, & salices glaucas. i. glaucĩ, hoc est viridis ac cœrulei coloris, hoc est flores salicum, vnde in Buco. hyblæis apibus florẽ depasta salicti: & pascuntur casiam herbam illam odoriferã, aut florem eius & crocum rubentum. s. filo florum, & tiliã. s. arborẽ, pinguẽ. s. in fronde viscosa, & hyacinthos. s. flores, ferrugineos. i. cœruleos ac subnigri admisto rubro coloris. Vna quies operum. i. ab operatione est omnibus. i. oẽs simul quiescunt, labor est omnibus vnus, id est eodẽ tempore. Ipsæ ruũt. i. celeriter excurrũt mane portis (Alludit semper ad homines gnauos) nusquam. i. in nulla parte est mora: rurius vbi. i. postquã, vesper, id est stella vespertina admonuit easdem, scilicet apes decedere tandem. i. post multã moram campis e pastu. tum. i. tunc, petunt. i. repetunt tecta, id est domos suas: & curant. i. molliter tractant ac reficiunt corpora. s. sua, sonitus fit, & mussant, i. obstrepunt circum oras & limina. s. regni sui quasi hostẽ terrẽtes: post, id est postea vbi ipsę compoſuere se thalamis. i. cubilibus, filetur. s. ab omnibus, in noctem. i. ad continuum noctis perficiendum: & suus. i. proprius & cõuenies sopor. i. profundior somnus, aut dormitio: occupat. i. sopit artus fessos. s. ex labore diurno. Nec vero. i. & certe nõ recedũt longius a stabulis. i. aluearibus suis, pluuia impendẽte. i. imminente quæ quasi in nubibus pendeat, aut nõ credunt. i. non cõmittunt, supl. se: aut nõ credũt. i. cõfidunt cœlo. i. sereno aeri (vnde ad Palinurũ in fine quinti, Heu nimiũ cœlo & pelago cõfise sereno) & hoc Euris. i. vẽtis illis pluuiã afflare solitis aduentãtibus. i. ingruẽtibus sed ipsæ aquantur. i. potantur tũtæ. i. protectæ a pluuia & vento, circum. i. in circuitu, sub mœnibus vrbis tutæ. i. defendẽtis & tutantis eas a pluuia & vẽto. (Nam tutum cõmuniter dicĩ, & quod defendit, vt locus: & quod defensum est, vt homo) & tentant. i. attentãt, & cum anxietate faciũt excursus breues: & tollunt. i. alportant sæpe lapillos, quibus. s. cõtra impetum ventorũ ferantur, vt cymbæ. i. nauiculæ instabiles. i. mobiles & vento agitabiles & fluctuantes, hoc est minima nauigia tollunt saburram. i. arenam & grauẽ terram fluctu iactante. i. huc illuc impellẽte eas, vnde subuerterenẽ nisi pondere saburræ stabilirẽtur: & apes supp. librant .i. æquis

.i. æquis alis firmant & stabiliunt sese his. s. lapillis, per nubila inania. i. per aerem nubilosum & ventosum.

PIERIVS.

¶ Cum properant alij taurinis follibus auras Accipiũt.) In Longobardico, gobardico, totum hoc desideratur, alij taurinis follibus auras: quæ lectio nimis detruncata esset. ¶ Gemit impositis incudibus Ætna.) In Longobardico, in Mediceo, & aliquot alijs codicibus antiquis, non Ætna sed antrum habetur.

SERVIVS.

¶ Concubitu.) Pro concubitui. Nam indulgeo illi dicimus. ¶ Nec corpora segnes In Venerem soluunt.) id est in libidinem non resoluuntur. Persius, ille in Venerem putris. ¶ Nixibus.) Partubus. Vnde & enixa dicimus. ¶ Regunt.) Figunt. ¶ Sub fasce.) Sub onere: vt, Iniusto sub fasce viam, dicit Cicero. ¶ Tantus amor florum.) Supra de equis, Tantus amor laudum, tanta est victoria curæ. ¶ At genus immortale manet.) Genus manet, scilicet per successionem. ¶ Domus.) Familia: vt, Da propriam Tymbree domum. ¶ Medus Hydaspes.) Fluuius Mediæ. De his autem gentibus Sallustius dicit, Adeo illis ingenita est sanctitas regũ nomi-

Illum adeo placuisse apibus mirabere morem:
Quòd nec concubitu indulgent: nec corpora segnes
In Venerem soluunt: aut fœtus nixibus edunt.
Verum ipsæ foliis natos, & suauibus herbis
Ore legunt: ipsæ regem, paruosq; quirites
Sufficiunt: aulasq; & cerea regna refigunt.
Sæpe etiam duris errando in cotibus alas
Attriuere: vltroq; animam sub fasce dedere.
Tantus amor florum, & generandi gloria mellis.
Ergo ipsas quamuis angusti terminus æui
Excipiat (neq; enim plus septima ducitur æstas)
At genus immortale manet: multosq; per annos
Stat fortuna domus: & aui numerantur auorum.
Præterea regem non sic Aegyptus, & ingens
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes
Obseruant. rege incolumi, mens omnibus vna est.
Amisso, rupere fidem: constructaq; mella
Diripuere ipsæ: & crates soluere fauorum:
Ille operum custos: illum admirantur: & omnes
Circunstant fremitu denso: stipantq; frequentes:
Et sæpe attollunt humeris: & corpora bello
Obiectant, pulchramq; petunt per vulnera mortem.

nis: quas tamen, apes dicit amore circa regem superare Virgilius. ¶ Obseruant.) Venerantur. Alias obseruare est callide aduertere. Terentius, Obserues filium, quid agat, quid cum illo consilij captet. ¶ Mens omnibus vna est.) Id est concordanter operantur & viuunt. ¶ Diripuere ipsæ.) Quæ etiam ipsæ animam colligendo mel impendere consueuerunt: vt, Vltroq; animam sub fasce dederunt. ¶ Stipantq; frequentes.) Quasi quodam satellitio ambiunt. ¶ Sæpe attollunt humeris.) Ætate scilicet fessum. ¶ Pulchram mortem.) Gloriosam: quippe quæ pro rege suscipitur. Traxit autem hoc de Celtiberorum more, qui, vt in Sallustio legimus, se regibus deuouent, & post eos vitam refutant.

PROBVS.

¶ Præterea regem non sic Ægyptus, &c. ingens Lydia.) Media natione in Asia. ¶ Aut Medus Hydaspes.) Flumen Iudeæ: Sed Virgilius dixit flumen Hydaspem, quod Medi duce Alexandro per eum regem Indorum, & ipsam Indiam subegerint.

Mancinellus.

MANCINELLVS.

¶ Nixibus.) Partubus conatibus. ¶ Ipsæ natos.) Apes gallinarũ modo incubãt, id quod exclusum est primum, vermiculus videtur candidus: iacẽs transuersus, adhærensq;, ita vt pascere videatur. Rex statim melliei coloris, vt electo flore ex omni copia factus neq; vermiculus, sed statim penniger. ¶ Quirites.) Ac si diceret, ciues, & nobiles apud Regem. est enim ab vrbibus sumpta metaphora. ¶ Sufficiunt.) Suggerunt, subministrãt. ¶ Aulasq; & cerea regna refigunt.) Non pro figunt exponatur, sed iterum figunt. ait enim Pli. libro vndecimo ca. x. Ruentes ceras fulciunt pilarum instar interius a solo fornicatis. vt sit aditus ad farciendum. ¶ Attriuere.) Colligendo inde rorem. ¶ Fasce.) Onere. ¶ Sæptima ætas.) Aristoteles lib. v. de histo. animalium scribit, vitam apum annos sex, Nonnullas etiam septem posse complere. ¶ Regẽ rege constituto multitudinem trifariam diuiserunt, & alios quidem milites, alios agricolas, alios sacerdotes vocauerunt. & alios sacrorum curatores, alios eorum, quæ ad hominem pertinent, alios quæ ad bellum, alios quæ ad pacem, & terram, & artes spectant, ex quibus regi prouentus afferebantur. Sacerdotes philosophiam, & astronomiam exercebant. & cum regibus diuerſabãtur. Stra. lib. xvij. ¶ Lydia.) Ea cum Phrygia, & Caria, & Mysia iungitur. Quapropter earum regionũ loca difficulter distingui possunt, cum inter sese coeant. Lydia autẽ, & Mœonia eadem est. Sardis vrbs quidem magna Lydorum caput fuit. Strab. lib. xiij. Parthorum: de Parthis videto in Tityro. ¶ Medus.) Media teste Plinio. v. ab ortu Parthię iungitur, tu vero latius videto lib. ij. Geor. ¶ Hydaspes.) Is fluuius est amplissimus, & ad nauigandi vsum aptissimus

Apum

rex.

ægyptij

Lydia.

Media Hydaspes.

tissimus in India, vt scrib.Diony.& Strab.lib.xv.Ptole.libro septimo.Poeta tamen Medum appellat,& id propter eius amplitudinem.¶Obseruant.)Custodiunt: hinc ait, rege incolumi mens omnibus vna, Et superius ait, Et circa regē densæ miscentur,&c. Plinius item libro vndecimo inquit. Mira apum circa regē obedientia: cum procedit totum agmen circa eum conglobatur, cingit p otegit,cerni non patitur. Ascanius vero lib.ij.verrinarum exponit,obseruant hoc loco pro venerantur, sed cōuenit etiam custodiunt,vt patuit.¶Crates.)vnde dicantur Crates,videto lib. primo Georgico.nam hic cōuenit.¶Attollunt humeris.)Fessum regem humeris subleuant, validius fatigatum ex toto portant, se quæq; proximam illi cupit esse, & in officio conspici gaudet, Plin,pulchram mortem, vt illud, Pulchrumq; mori succurrit in

Acule'. armis.Pli,autem scribit, quod aculeum apibus natura dedit ventri insertum ad vnum ictum.hoc infixo quidam eas statim emori putant,aliqui non nisi intantum adacto,vt intestinum sæpe assequatur,sed fucos postea esse, nec mella: nec fauos facere velut castratis viribus.

ASCENSIVS.

¶Illum adeo,&c.)Prosequitur reliquam apum naturam cum proxime ad humana instituta accedentem imo in multis excellentem,vt in eo quod sine concubitu procreant & regem inuiolata fide semper obseruant. ¶Ordo est. Tu mirabere.i.mirari poteris & quilibet alius, illum morem quem dicturus est placuisse adeo.i.omnino apibus videlicet, quod nec indulgent.i.incumbunt concubitu.i.coitui.(Nota est regula qua præcipitur datiuū nō debere maiorem esse genitiuo,vnde a genitiuo anuis & senatuis,legitimus datiuus est anui & senatui,a genitiuo autem anus & senatus,anu & senatu, vnde hic concubitu in dandi casu positum volunt,quam formationem Seruius legitimā censet, negās obliquos singulares in quarta excedere posse nominatiuū pluralem. Verum in multis locis vbi datiuum in,u,formatum interpretes dicūt posse ablatiuum censeri.vt si hoc loco subaudiatur natis,quod nec indulgent natis,concubitu,i.per concubitum,& illic,curruq; volans dat lora secundo,vt subaudiatur equis,sic & volans secundo curru dat equis lora,& parce metu, pro abstine a metu, verumetiā in hoc quarto manifeste datiuum in,u,reperimus)nec ipsæ apes segnes.i.torpentes & pigritantes(nam Ocia si tollas periere cupidinis artes, seu arcus)soluunt corpora in Venerem.i.luxuriam & coitum, & haud.i.non edunt.i.in lucē producūt fœtus.s.suos,nixibus.i.partubus & corporum molimine: verum ipsæ legunt.i.colligunt ore natos.i.semē natorum vnde nascantur & incubando formentur apes e folijs, & herbis suauibus tam gustu quam odoratu. Ipsæ.i.apes(dicitur autē per emphasim,quasi dicat, non alieno labore adiutæ nec aliena authorite fretæ:sed,vt dicunt,per se & proprijs viribus)sufficiunt.i.sufficienter faciunt, & constituunt,ac procreant regem, qui non nascitur vermiculus,sed statim penniger,& paruos quirites,i.ciues quales erant Quirites, id est Romani sub Quirino,id est Romulo qui sibi regem cōstituerunt, & refigunt.i.diligētius figunt,aulas,id est regias suas,& regna cerea,i.in cera constituta,& quibus mœnia sunt ferè cerea, hoc est ex cera facta,aut ea munita. Apes attriuere etiam sæpe alas in duris cotibus.i.saxis & rupibus: & dedere vltro.i.non ab extremo,sed vi propria impulsæ,animam id est vitam sub fasce.i.onere mellis & pabuli quod afferunt,tantus,id est tam magnus(vt.s.moriantur vltro, aut acclamatio est) amor florum est sup.apibus,& tanta gloria.i.cupido gloriæ mellis generandi.i.quam obtinere sperant in generando melle. Loquitur,vt dixi, fere ex affectione hominum qui gloriæ cupidissimi sunt. Ergo.i.quia intantum student proli procreandæ & regno augendo & ditando, quamuis terminus angusti.i.breuis & paruo spatio contenti ęui,excipiat,id est comprehendat,ipsas,scilicet apes.enim pro quia, septima ęstas ducitur,id est degitur apibus,neq; plus,id est & nō amplius:at genus.i.progenies & propagatio,manet immortale.i.in perpetuū, & aui auorum numerantur.i.inter apes simul superstites quod in hominibus quibus lōgissima est vita raro contingit. Præterea Ægyptus & ingens Lydia nec populi Parthorum aut Medus:ve pro vel Hydaspes.i.Indus,vt sit fluui' pro accolis.(Legi in vetusto codice Hydaspesve: nam Medus non est Hydaspes, nisi quia ex India ad Medos pertingit, si tamen velimus poetam sentire Hydaspem esse Mediæ quoq; fluuium legatur sine particula ve, vt non sit hypermeter sic(aut Hydaspes Medus.i.ad Medos vsq; pertingens non obseruant.i.venerantur,& custodiunt sic regem vt.s.apes.Nam rege incolumi.i.quandiu rex est incolumis & sanus, mens est omnibus vna.i.simul viuendi rempub.augendi, & regi obsequendi,sed rupere fidem.i.fœdus & cōcordiam rege sup.amisso, & diripuere mella cōstructa.s.sub rege,& ipsæ quæ.s.collegerant,soluere,id est dissipauere crates.i.cōtextus fauorum. Ille.s.rex sup. est custos.i.conseruator non opera, sed authoritate,& venerantur illum, scilicet regem, & omnes circum stant illum.i.ad illius obsequium satellitium præbent,denso fremitu,scilicet indignatæ si quisq; vim inferat, aut diligentius se obsequatur:& ipsę frequentes,id est condensæ, stipant.i.arte sepiunt regem:& ipsæ attollunt,id est erigunt & portant sæpe regē humeris:& obiectant, id est frequenter obijciūt bello.i.periculis bellicis, corpora.s.sua pro rege:& petunt pulchram.i.gloriosam mortem per vulnera, suscepta,scilicet pro rege, quam laudem Seruius Celtiberis concedit,nec quisq; Gallis iuste abstulerit. Siquis autem hæc omnia penitioribus oculis inspicere velit,dixerit(quoniam res Romana ad monarchiam iam tunc redacta erat, ipsæq; Maro Augusto volēti rerum administrationem derelinquere, persuaserat nihil melius quàm vt respub.ab vno regatur, dummodo is princeps bonus sit)poetam inuitare Romanos ad Augusti obseruationē, cum etiam apes doceāt optimum esse reipu. statum, vbi vnus sit rex,hoc est monarcha,seu solus princeps.

PIERIVS.

¶Quod nec cōcubitu indulgent.)In Roma cod.& aliquot alijs neq;.Obseruandum vero est,concubitu,casu tertio per abiectionem literæ vltimæ positum,vt alias sæpe, teq; aspectu ne subtrahe nostro,quē casum neq; M.Tul.aspernatus est,vt eo loco quibus subito impetu,ac latrocinio parricidarum resistat. Præterea Cæsar in huiusmodi omnibus,i,literam censuit abijciendam, domitatuq;,ac ornatu,& ita reliqua esse & scribenda,& proferenda. ¶Verum ipsæ folijs natos, & suauibus herbis.)In codici,aliquot mutato numero legas,ipsæ natos folijs.In Roma.vero,ipsę e folijs,nō inuenuste.¶Et cerea regna refigunt.)Quid sit refigere,nulli puto non innotuisse, qui legerit in Virgiliano carmine,fixit leges pretio,atq; refixit.Quare placet quod in Romano co.in Medi.& quibusdā alijs anti.exemp.refingunt,legitur:est enim superius,& Dædala fingere tecta:quare fortasse, & Seruij codex corrigendus. Aduertendum etiam ex loco desumptum argumētum, quod in Longo.exēplari sic habet,aluorum & cereā regna:quod in vulgatis,cerea tecta,legitur.¶Ergo ipsas quāuis angustus terminus æui.)In Roma.cod.in Medi.& alijs omnibus codi.quot quot habere potui,vno consensu angusti terminus æui,legitur. Res enim quæ terminatur, aut angusta, aut lata est.¶Et ingens Lydia.)In Romano codice, ludia, vt cumba, murta, corulus,& similia.

SERVIVS.

His quidam signis, atq; hęc exempla secuti,
Esse apibus partem diuinę mentis,& haustus
Aetherios dixere.deum nanq; ire per omnes
Terrasq; tractusq; maris, cœlumq; profundum.
Hinc pecudes,armenta,viros,genus omne ferarum
Quenq; sibi tenueis nascentem arcessere vitas:
Scilicet huc reddi deinde:ac resoluta referri
Omnia: nec morti esse locum.sed viua volare
Syderis in numerum, atq; alto succedere cœlo,

¶His quidā signis atq; hęc exempla secuti.)Locum hūc plenius est executus in sexto, quem hoc loco breuiter colligit,vt probet etiam apes partem habere diuinitatis. Nāq; omnia animalia ex quatuor elemētis & diuino spiritu cōstare manifestum est. Trahūt enim a terra carnem,ab aqua humorē,ab aere anhelitū, ab igne feruorē, a diuino spiritu ingeniū. Quod quia est in apibus sicut etiā in hominibus(nanq; metuunt,cupiunt,dolent, gaudent:quę probantur ex his quæ faciunt.dimicant enim,colligunt flores, præuident pluuias)fateamur necesse est etiā apes partem habere diuinitatis. Vt autē hoc exemplis, id est rebus similibus cōprobaret, Lucretiū secutus est: qui dicit ea quæ inter se probare non possumus,a similibus cō probanda. Ventum nāq; docet corporalē esse: nō q eum tenere vel cernere possumus, sed quod eius similis atque aquæ effectus est, quam corporalem esse manifestum est. ¶Haustus æthereos.)Diuinos spiritus.¶Deū nanq; ire per oēs.) Ipse in sexto, Cœlum ac terras camposq; liquentes Spiritus intus alit.

Lucanus, Iuppiter est quodcunq; vides, quocunq; moueris.¶Hinc pecudes.)Hinc.i.ex deo, ex diuino spiritu sumunt omnia cum nasci cœperint,vitam: cæterum corpus ex quatuor elementis est, vt diximus.¶Scilicet huc reddi.)Sine dubio etiam cuncta dissolui & redire rursus in originē suam necesse est.¶Locum morti.)Id est perditioni. Nihil est enim quod perire funditus possit,cum sit το πᾶν, id est omne in quod redeunt vniuersa resoluta.Res autem hæc quæ mors vocatur,non est mors:quippe quę nihil perire facit,sed resolutio. Vnde mire a plerisq; bene interitus dicta est,quasi interueniens, & mistarum rerum connexionem resoluēs.Lucretius, Continuo hoc mors est illius quod fuit ante connexio.

MANCINELLVS.

Deus. ¶Haustus æthereos.)Diuinos spiritus, Deum nanq; ire per omnes.Deus,vt etiam Fabius inquit li.vij.spiritus est omnibus partibus immistus.At Tullius lib.j.Tuscula.ait, Certe & deū ipsum, & diuinum ipsum animum corpore liberatum, cogitatione cōplecti non possumus. Lactantius vero libro.j.sic. Deus est mens quædam soluta,libera & segregata ab omni concretione mortali,omnia sentiens,& omnia mouens, Videtō etiam plura Ecloga iij.ibi,Ab Ioue principium musæ,Iouis omnia plena.¶Cœlumq; profundum.)Id est aera, quod latius declaratum est Eclo.iij.vbi est hoc idem carmen.¶Hinc pecudes.)Deus qui prima causa est, & vocatur(vt Macro.ait libro primo de somnio)vnus omnium quæq; sunt,quæque esse videntur princeps,& origo est.Hinc pecudes.Ordo est, Dixere hinc,id est adeo pecudes, armenta viros & cætera arcessere sibi tenues vitas.¶Tenues vitas.)Id est spiritus,& animas.Hippocrates enim,Macrobio teste libro.j.de somnio dixit animam spiritum esse tenuem per corpus omne dispersum.Epicureus vero speciem ex igne, & aere, & spiritu mistam. Scilicet huc reddi, deinde animæ de cœlo in terras meare, & de terris,in cœlum remeare credimus, vt etiam Macrob.inquit,& Manilius lib.iiij.An dubium est habitare deum sub pectore nostro.In cœlumq; redire animas,cœloq; venire.Nec morti esse locum?Sunt qui discessum animi a corpore putant esse mortem, vnumq; illud erat insitum priscis illis quos castos appellat Ennius esse in morte sensum. Neque excessu vitæ, sic deleri: hominem,vt funditus interiret. Ipsam enim mortem quandam quasi migrationem,commutationemq; vitæ credebant. Quæ in claris viris,& fœminis,dux in cœlum solet esse,in cæteris humi retineretur,& permaneret tamen. Ex hac opinione Romulus in cœlo cum dijs agit æuum & Hercules & huiusmodi:Cice.author lib.i. Tuscu.¶Syderis in numerum.)In ordinem & rationem, vel inter sydera.Dicitur autē sydus,authore Macrobio, id quod in ali-

Signū. quod signum stellarum plurium compositione formaē,vt aries, taurus,Perseus:vel corona.

ASCENSIVS.

¶His quidam signis,&c.)Quia quæ de apibus dixit belluinam naturā superexcedere videnē, maioraq; q̄ vt apibus cōueniant, cum sint rationis expertes,ex secta Pythagorica innuit eundē esse spiritū in apibus atq; hominibus, cum spiritus immortalis de corpore in corpus migret, & ex homine in pecus atq; e diuerso, præterea omnis animos vbicunq; sint esse participes diuinę mētis, acciperéq; infusionē eius qui in omnibus est dei:cum tamen inter philosophos magna sit quæstio, an deus sit in vniuerso ipsum inanimans,an extrinsecus ipsum gubernans, nam vt de fide loquar,manifestum est simplicissimum esse deum,& ante cuncta creata,omnia tamen, cum vbiq; sit conseruare, sed poeta censet omnium vitam dependere a deo ab ipso originem habere, & ad ipsum tendere, nullamq; animam interire quod quantum ad fidem spectat, erroneum est.Nam spiritus pecorum cum ipsis extinguitur. ¶Ordo est.Quidam,scilicet philosophi,aut rerum indagatores, his signis.i.propter hæc signa, aut inducti sup.his signis prædictis,& secuti, id est considerantes hæc exempla.i.argumenta in approbationem & declarationē rei dixere partē.i.participationem diuinæ mentis.i.magnæ animæ mundi, & haustus æthereos.i.spiritus ex æthere haustos & sumptos esse apib':nāq; supp.dixere deum ire, id est extendi per omnes terras, & tractus maris, & cœlum profundum, id est aerē qui procul a fundo est, & dixere pecudes, id est animalia gregaria & armenta & viros,id est homines, & omne genus ferarum quenq;,id est quēlibet horum(masculinum enim præponderat)nascentem,id est dum nascit arcessere,id est accire & attrahere sibi: hinc, id est ex deo,aut spiritu diuino per omnia diffuso, animas tenueis, id est spiritus vitales & subtiles, quibus etiā secundum organi dispositionem in disquirendo vti possit(secundum mentem videlicet Pythagoræ,quæ nimirum erronea est,sed poetam interpretari non est errorem approbare,cū & ipse varias sectas secutus, nunc hoc nunc illud sequatur)Scilicet.i.scire licet quomodo id dixerint,quia dixere omnia reddi deinde huc, id est in deū & principia sua(quia vnumquodq; compositum probatur ex eo in quod resoluitur: si ergo animus omnis cœlos petit inde sumptus videtur(& omnia resoluta,nō dicit mortua aut interempta,sed resoluta per animæ à corpore separationē, referri huc, scilicet in deum & æthera,nec locum esse morti, id est interitui, aut annihilationi spirituum, sed omnia scilicet vitalia volare viua, aut sed omnia viua id est principia viuendi, hoc est omnis spiritus vitales volare in numerum syderis.i.inter comparia sydera,aut in ordinem syderum,atq; succedere alto cœlo.i.ad altum cœlū,propter differentiam profundi cœli iam nunc pro aere positi cum tamen alti & profundi respectu diuersarū vna sit appellatio, vnde elatum dicitur,altum,& procul a fundo profundum.

PIERIVS.

¶Quenq; sibi tenues nascentē arcessere vitas.)In codicibus aliquot anti.accersere, habetur Teren.Scaurus vtcunq; scribatur, siue accerso,siue arcesso, ad eandem significationē pertinere putat,vt alibi dictum.¶Syderis in numerum, atque alto succedere cœlo.)In Roma.alto se condere cœlo,pro succedere.

SERVIVS.

Si quando sedem angustam,seruataq; mella
Thesauris relines:prius haustu sparsus aquarum,
Ore foue,fumosq; manu prætende sequaces.
Bis grauidos cogunt fœtus:duo tempora messis.
Taygete simul os terris ostendit honestum
Pleias:& Oceani spretos pede reppulit amnes.
Aut eadem sydus fugiens vbi piscis aquosi,
Tristior hybernas cœlo descendit in vndas.
Illis ira modum supra est:lęsæq; venenum
Morsibus inspirant:& spicula cęca relinquunt,
Affixæ venis:animasq; in vulnere ponunt.

¶Siquando sedem augustā.) Idest aluearia.Et proprie Augustum est tectū augurio cōsecratū.Abusiue nobile, quasi maiestatis plenū.¶Thesauris.)Id est repositionibus: ac si diceret apothecis.¶Sparsus.)Spargens. Participiū est pro participio.¶Ore foue.) Ipso haustu scilicet.Et hoc dicit, Spargendo aquam imitare pluuiam. Alij Ore faue legunt, vt sit tace.etiam ipse in quinto, Ore fauete oēs. Horatius, Fauete linguis.¶Fumosq; manu prætende.)Fumum etiam præfer. Quibus rebus cum territæ illę discesserint,impune poteris mella colligere.¶Fumos sequaces. Quippe apum persecutores: vt,Maleæq; sequacibus vndis.¶Bis grauidos cogūt fœtus.)Gemina est fœcunditas mellis.¶Duo tempora messis.)Id est fructus. Iuuenalis, Veram deprendere messem si libet.¶Taygete simul os.)Taygete vna est de Pleiadibus septem.vt autē etiam supra diximus, bis mel præcipit colligendum,orientibus Pleiadibus,id est verno:Item cum occidunt, autumnali scilicet tempore.¶Oceani amnes.)Homeri ste ἀπ᾽ ὠκεανοῖο ῥοάων. Amnes autem bene ait, quia in morē fluminis eius fluenta reditura prorumpunt.¶Aut eadem sydus.)Australem piscem significat,qui aquarij vndā ore suscipit. Vnde & aquosi addidit. Tunc enim piscis hic oritur quo tēpore Pleiades occidunt.¶Tristior.)Vel propter occasum, vel propter propinquantē iam hyemis asperitatem.¶Illis ira modum supra est.)Excedunt modum. nam cum suo interitu irascuntur. ¶Spicula cæca.)Breuia, quæ possunt latere. ¶In vulnere ponunt.)Non suo,sed a se illato,& Amphibolicōs dictum est, vt cum Turni iniuria matrē admonūit,quam inferebat:sed nō quam inferebant validiores.Itē Sallustius.Iniuria validiorum.s.quam inferebant validiores.

PROBVS.

¶Taygete.)Vergiliarum ostēdit sidus synedochicos vna ex his hoc nomine appellatur. Et qua totum astrum significatur per pleiades, quoniam cum hac Iuppiter cōcubuit in monte,qui ex euentu Taygetos dicitur.

MANCINELLVS.

¶Angustam.)Seruius legit, augustā per,u,in antiquis vero angusta

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

gusta legi per, n, scilicet vtrunque tamen conuenit, tunc enim angusta est, cum melle repleta fuerit. Vnde Columel. scrib. lib. x. semipleni faui differendi sunt, sed etiam liquore completi, & superpositis ceris tanquam operculis obliti demetantur, quod etiam libro. xi. cap. secundo latius repetit, De Augusto autem late videto festum. ¶ Relines.) Eximes, rades: nam duobus ferramentis in eximendo melle opus est, altero faui succiduntur, altero eraduntur, de quorum figura legito Columellã lib. x. cap. xv. ¶ Thesauris.) Repositoriis. Thesaurizo enim significat colloco, repono. ¶ Prius haustus.) Ordo est, prius ore foue, id est contine haustus aquarum, Sparsus, pro spargens in alueos scilicet atq; apes, sic. n. fugient pluuiam putantes, fugiẽt, & fumis sequentib. ¶ Bis grauidos cogunt foetus.) Inquit bis cogunt, stipant, conficiunt mella apes, bis etiam eximuntur. De hoc autem latius supra videto, ibi scilicet, Mella premes. ¶ Messis.) i. vindemiç, & mellationis. ¶ Taygete pleias.) i. ex Pleione & Atlante genita: est enim vna septem Pleiadum, de quibus late lib. i. Geor. ibi, Pleiadasq; Hyadas exoriuntur autem Vergiliç nonis Maiis mane, vt scrib. Columella lib. xii. vbi dixit, Tertio Calen. Iunias ventosa tempestas, ait his diebus oportere castrare alueos, si sunt pleni, atq; operculati faui aliter differenda mellatio. ¶ Honestum.) Pulchrum. ¶ Pede reppulit.) Cum enim oriuntur Pleiades, videntur e mari exire, cum aliter sit. ¶ Aut eadem.) Ordo est, aut vbi eadem Taygete, fugiens sydus aquosi piscis &c. Vergiliae autem incipiunt occidere solis exortu. xiii. & xii. Calen. Nouembris, vt scribit Columel. lib. xii. ¶ Sydus aquosi piscis.) De pisce qui Notius dicitur, intelligit. is enim inter hyemalẽ & antarcticum circulum media regione collocatus, spectare & exortum videtur inter Capricornũ, & Aquarium, ore excipiens aquam, quae profunditur ab Aquario. Exoritur autem cum piscibus, author est Iginius. Varro vero lib. tertio sic ait: Eximendorum fauorum primum putant esse tempus Vergiliarum exortum, secundum aestate exacta, antequam totus exoritur arcturus. Tertium post Vergiliarum occasum, &c. ¶ Spicula relinquunt.) Hoc latius dictum est iamiam ibi scilicet, Pulchrasq; petunt per vulnera mortem.

Thesaurizo.

ASCENSIVS.

¶ Siquando &c.) Ostensa apum natura, redit Poeta ad earum curam, & custodiam quae huius operis principalis est institutio, dicens. Si tu relinques, id est eximes quando, i. aliquando, Thesauris, id est expositoris. hoc est aluearibus sedem augusti. i. quasi augurio consecratam regalem, aut angustam: & mella seruata. s. ab apibus, tu sparsus. i. spargens, aut sparsus haustus. i. habẽs haustus aquarum sparsos. s. thesauros, ore. s. in spargẽdo haustus acceptos: & praetende, id est ante te extende manus fumos sequaces. i. persecutores apum, vnde. s. apes enecantur, aut qui se continuo subsequuntur: sensus ergo est, priusquam eximes mella, inspergas ore haustus aquarum, vt apes verentes pluuiam se cõtineant intra aluearia: deinde praetende fumos quibus aliquae necentur, vt illis suffocatis mella diripias: non enim ablato melle superuiuere omnes permittuntur. nam hyeme inedia intereũt. Apes autem cogunt. i. congregant, ac stipant bis. s. quotannis, hoc est in vere & autumno, foetus grauidos. i. mella ponderosa & abundantia, & duo sup. sunt tẽpora mellis. i. colligendi, aut eximendi mellis, videlicet simul. i. continuo postq; Taygete Pleias. i. vna de Pleiadibus ex Pleione & Atlante genita, & in stellam versa ostendit terris os honestum. i. pulchrum nec pudibundum, vt consorores, quae mortali nupta se abscondit, aut honestum. i. pulchrum propter laetitiam, vnde Statius in Achilleide, o quantum gaudia formae adiiciunt: laeti enim videntur pulchriores tristibus, vnde statim sequitur. Tristior hybernas, &c. hoc est ad Nonas Maias quando Vergiliae oriuntur, & cum ipsa repulit pede. i. conculcauit amnes Oceani. i. maris fluctus e quibus oriri videtur, spretos cum. s. ortum magis diligat: Aut supple tunc tempus messis est vbi eadem. s. Taygete fugiens sydus piscis aquosi. i. aquas dum oritur inducentis, descendit existens tristior, descendit dico coelo in vndas hybernas. i. quas a vulgo eo tempore occupare putatur. Docet quare occidebãt aut iterum redit ad naturam earum describendam, dicens. Ira est illis supra modum. & ipsç laesae. i. offensae, aut laesae ab apibus inimicis, inspirant morsibus, venenũ. i. vim inflandi, & relinquunt, spicula. i. aculeos, cçca. i. breuia & exilia quç latere possint affixa in venis. s. inimicarum: & ponunt animas. i. vitas in vulnere, quia exempto aculeo saepe necantur, & ita debent apes languidae reddi fumo sequaci.

PIERIVS.

¶ Si quando sedem augustam.) In Longobardico, & in aliis aliquot cod. legere est angustam, sed enim Seruius, augustã, agnoscit, & nobilem interpretatur. ¶ Thesauris.) In Roma. cod. Thensauris, de quo dictum in Alexi. ¶ Prius haustus sparsus aquarum ore foue.) In Romano codi. haustu legitur: & in Longobardico prius ita fuisse videtur, quia, s, litera alieno est atramento illita. In eodem legitur, ora foue, quod agnoscitur a Seruio, quamquam haustus accusatiuo casu videatur approbare. ¶ Illis ira modum supra est.) In antiquis aliquot codicibus, modum super est legitur, sed supra castior lectio. ¶ Affixae venis animasq; in vulnere ponunt.) In peruetericodice legi, Adfixa venis, quippe spicula, syllabae enim locus in tritimemeri communis est, vt pectoribus inhians & similia. In Oblongo tamen codi. adnixae. Praeterea in Roma. cod. & aliquot aliis legere est, In vulnera, quarto casu numero multitudinis, quod nescio quid efficacius habet, Seruius vulnere ablatiuo casu omnino legit. In hanc sententiam Plinius aculeo infixo, aliqui eas mori putant, aliqui nõ nisi ita infixo, vt intestini pars adhaeserit, sed fucos postea esse, nec mellificare.

Sin duram metuens hyemem parcesq; futuro:
Contusosq; animos, & res miserabere fractas:
Aut suffire thymo, cerasq; recidere inanes
Quis dubitet? nam sçpe fauos ignotus adedit
Stellio: & lucifugis congesta cubilia blattis:
Immunisq; sedens aliena ad pabula fucus,
Aut asper crabro imparibus se immiscuit armis:
Aut dirum tineç genus, aut inuisa Mineruç
In foribus laxos suspendit aranea casses.
Quo magis exhaustç fuerint: hoc acrius omnes
Incumbent generis lapsi sarcire ruinas:
Complebuntq; foros: & floribus horrea texent.

SERVIVS.

¶ Parces futuro.) Scilicet tẽpore. ¶ Contusos animos.) Confractos. ¶ Res miserabere fractas.) i. afflictas, ¶ Suffire thymo.) Id est fumigare: vt exinde inimica illis animalia fugiant. ¶ Cerasque recidere inanes.) Sanè hoc dicit, si nihil habuerint in aluearibus vel te tollente, vel exedentibus prauis animalibus, apibus minutatim incisam cera ministra. Stelliones vero & cetera, thymi fumo ab eis repelle. ¶ Ignot⁹.) Ignobilis, vel ex improuiso veniẽs. ¶ Adedit.) Consumpsit. ¶ Lucifugis blattis.) Per noctem vagantibus. ¶ Immunisq; fucus.) A labore, scilicet ventri tantum indulgens. ¶ Imparibus armis.) Inaequali consilio. Nam apes laborantes consumit. Alibi, Et quaerere conscius arma, id est consilium. ¶ Foribus suspendit aranea casses.) Virgilius quidem confundit: tamen sciendum maiores animal ipsum masculino genere appellasse, hic araneus: retia vero quae faciunt, foeminino. ¶ Inuisa Mineruae.) Ideo ait Mineruae inuisa, quod ab ea in hoc animal puella Lydia cõmutata est, cum deam lanificio prouocasset inferior.

PROBVS.

¶ Inuisa Mineruae. L. i. f. s. aranea.) Mars deuicta Thracia dicitur Mineruae donasse regiam puellam, ex captiuis nomine Arachnẽ, quae subtilitate operis lanificii negauit cedere Mineruç, ob hoc in araneam cõuersa est. & graece ἀράχνη vocatur.

MANCINELLVS.

¶ Sin durã metues hyemẽ.) Est in eximẽdis fauis necessaria dispensatio, quoniam inopia cibi desperãt, moriũturq; aut effugiunt. Contra copia ignauiam affert. Qui sunt diligẽtiores ex verna vindemia duodecimã partem apibus relinquunt, aestiua autẽ mellatione decimam partem Thasio Dionysio relinqui placet, si pleni fuerint aluei, si minus pro rata portione, aut inanes omnino nõ attingi. In mellatione vero quae fine vindemiç, & Vergiliarum occasu Idibus Nouembris fere includitur, relinqui ex ea duas partes apibus ratio persuadet, & semper eas partes fauorum, quae habeant Erythacem, quã alii Sandaracam, alii Cerinthum vocant, hic erit apum, dum operantur, cibus, qui saepe inuenitur in fauorũ inanitatibus sepositus, & ipse amari saporis, sed plenus humoris cibus: gignitur autẽ rore verno, & arborum succo gummi modo. Haec omnia Plin. lib. xi. in Varrone autẽ libro. iii. Rythacem legitur. ¶ Aut suffire thymo.) Columel. libro. x. admonet vsq; in autumni aequinoctiũ. x. quoque

Erythace.

quoq; die aluos aperiẽdas esse, & fumigandas, quod cum sit molestum, examinibus saluberrimum tamen esse conuenit. Suffitas deinde aestuantis apes refrigerare oportet conspersis vacuis partibus aluorum, & recentissimi rigoris aqua infusa. Praeterea: vt tineae, si apparuerint, euertantur, papilionesq; eruantur, qui plerunq; inter aluos morantes apibus exitio sunt. Nam & ceras erodunt, & stercore suo vermes progenerant, quos aluorum tineas appellamus. Ergo Vergiliarum occasu primo statim conueniet aperire aluos, & purgare quicquid immundi est diligẽtiusq; curare, quoniã per tempora hyemis non expedit mouere, aut tepefacere vasa: haec Colu. Varro etiã lib. iii. sic ait, verno tempore, & aestiuo ferè ter in mense mellarius inspicere debet, fumigans leniter, & a spurcitiis purgare aluum, & vermiculos eiicere. ¶ Cerasq; recidere inanes.) q; pro vel exponendum est, propter aut praecedens, Iginius scripsit, Aristomachum existimasse succurrendum laborantibus hoc modo. primum, vt omnes vitiosi faui tollant, & cibus ex integro recens ponatur, deinde vt fumigentur. Columel. libro. x. Vbi etiam dicit vacuas cerarum partes cõputrescere, & vitiis paulatim serpentibus corrupto melle ipsas quoq; interire. ¶ Ignotus.) Vnde enim venerit, non apparet. Vel potius ignotus, quia in aluis latet, & sic mellario ignotus est: ergo ignotus. i. latens. ¶ Stellio.) Lacertç genus a colore dictus. est enim corpore picto lucentibus guttis in modum stellarum, teste etiã Ouidio. ait enim li. v. Metamor. Latebrasq; petit aptumq; colori Nomen habet variis stellatus corpora guttis, Stellio, apes plurimorum animalium iniuriis obnoxiç, impugnant eas naturae eiusdẽ degeneres vespç, atq; crabrones, populantur hirundines, & quçdam aliae aues, insidiantur aquantibus ranae, papilio etiam, ceras depascitur, & relinquit excrementa, quibus teredines gignunt. Nascuntur & in ipso ligno teredines, quae ceras praecipue appetunt. Filis etiam araneus quacunq; incesserit alarum maxime lanugines obtexit. Plin. lib. xi. ¶ Lucifugis.) Blaptas in aluearis gigni apertum est, quae & ipsae pennatae sunt inquit Arist. lib. v. de animalibus. Dicuntur autẽ a blapto, quod est noceo, nec solum in aluearis gignuntur, sed etiam extra, vnde Hora. saty. ii. libro secundo ait, cui stragula vestis blaptarum, ac tinearum epulae putrescat in arca. Et Plin. lib. xx. cap. iiii. de cunilagine herba sic ait: Manipulo quoq; eius adiecto etiam a tota domo blaptas conuenire ad eam tradunt. idem quoq; lib. xi. ca. xxvii. ait, q; tenebrarũ alumnae blaptae vitam lucemq; fugiunt, in balneis maxime humido vapore prognatae. ¶ Immunis.) Expers, sine labore & officio imparibus armis. Crabrones maiori aculeo vtũtur, vtq; scribit Plin. libro. xi. ictus eorum haud temere sine febri est. Authores sunt ter nouenis punctis interfici hominem. Tineae paulo superius dictum est. ¶ Aranea inuisa Mineruç.) Arachne enim optima lanificii studio Mineruae non cedens cum ea certauit posita tela. Irata inde illius telam dilacerauit, eiusdemq; frontem terq; quaterq; radio percussit, suspendit se dolore mota puella. Pallas vero eam tunc miserata leuauit, & in vermen araneũ vertit, hinc stamen remittit, & exercet antiquas telas. Haec autẽ latius lib. vi. Meta. Ouid. habet, Araneae vero telas obesse apibus iam dictũ est. ¶ Casses.) Rhetia, telas. ¶ Exhaustae.) Ad illud potissimum retulit. Cerasq; recidere inanes, nam si cerae fuerint recisae, incumbent, vt resarciantur. Retulit item ad apium perniciẽ dicens, quo magis fuerint exhaustae, & consumptae, ab prçdictis magis conabuntur sarcire generis ruinas. ¶ Foros.) Cellas. ¶ Horrea.) Fauos.

Stellio, Blaptç, Arachne.

ASCENSIVS.

¶ Sin duram, &c.) Docet in adimendo melle dispositionem, atq; prouidentiam adhibendam, & apibus succurrendum esse, dicẽs. Sin. i. sed, si tu metues duram. i. longam hyemẽ, & tu parces futuro. i. quo in futurũ opus erit: & miserabere animos, scilicet apũ, conuulsos. i. labefactos, & concussos timore famis, & inediç, quis dubitet. q. d. merito nullus, aut suffire. i. subfumigare contra fures, thymo: q; pro vel (forte legendũ est, ceras ue &c.) recidere. i. resecare ceras inanes. i. vacuas, ne illis visis animi apum contundantur, timore famis ostendit, cur suffire iusserit, dicens. nam stellio, id est lacerta stellatis maculis ignotus. i. ignobilis, aut reuera latens, & non perceptus ab apibus cum adoriatur ab inferiore parte, adedit, id est absumpsit fauos, & cubilia sup. sunt congesta, id est ex congerie herbarum, aut foliorum constructa videlicet in aluearibus, blaptis illis vermibus pennatis a nocendo dictis, lucifugis. i. lucem fugientibus & in tenebris alueariũ, vbi saepe gignuntur diuersantibus, & fucus. i. vespa, aut apes ignaua, sedens. i. residens & cessitans, immunis. i. non particeps operis, & sine munere laboris, ad pabula aliena, id est alieno labore, vtpote apum congesta & parta, aut crabro etiam vespae genus: asper. i. rigidus & immanis hostis, immiscuit se. s. apibus, armis. i. aculeis, imparibus. i. longe maioribus q; apes habeant, aut genus tineae, id est vermis omnia excedentis, & ob id dirum. i. execrabile, quia immite supp. adedit fauos, aut sedens, sup. est immunis ad aliena pabula, aut aranea (respicit ad Arachnem puellam Lydam, vnde foeminino vtitur genere, cum vermiculus araneus dicatur genere masculino. Inde araneolus diminutiuum: quo vtitur in Culice, Atq; vt araneoli tenuem formauimus orsum) aranea igitur, id est Arachne puella Lyda in araneum versa, inuisa Mineruae. i. Palladi propter aemulationem in arte texendi, suspendit in foribus. i. pro portis, & introitibus, atq; egressibus casses laxos. i. retia laxa, quae laxa suspenduntur, vt fortius implicent, nam tensa obstant, sed non irretiunt tam faciliter, quo. i. quãto magis apes fuerint exhaustae. i. euacuatae, recisis fauis, ac ceris inanibus, & ab animalibus nociuis exesis, hoc. i. tanto acrius incumbent. i. animentur omnes sarcire. i. instaurare, & reparare, seu reficere, ruinas. i. iacturam, & damna: generis lapsi. i. ad interitum decidẽtis, & complebunt foros. i. loca, per quae inferũt mella sua, sicut nautae per foros inferunt mercimonia, hoc est cellas vsq; ad foros: & texent. i. conficient denuo horrea. i. receptacula mellis fauos, videlicet floribus. i. ex foliolis florum, vt dictum est.

PIERIVS.

¶ Sin duram metues hyemem.) In codici. aliquot, metuens, legitur: participii forma, cui duo supponantur verba, parcesq; futuro. contusosq; animos, & res miserabere fractas, tum ea fuerint peragenda, quae subiungit, suffire thymo, cerasq; recidere. Quo vero pacto haec accipiantur a Prisciano viderint alii. Quãdoquidem (ait ille) parcesq; futuro, pro parce, & miserabere pro miserator, indicatiuis, pro imperatiuis positis exponi debere, mihi quidem non displicet, metues parces & miserabere, vna continuatione eodem modo, & tempore legi. Sanè vero in codi. Longo. mirabere, prius legebatur, mox se, syllaba secunda superaddita est, quod reliqui habent codices. ¶ Aut suffire thymo.) In codici. aliquot antiq. at, non, aut, legitur: & sufferre, pro suffire, omnino id corrupte: sed enim, at, periti plerique viri non expungunt, quae lectio etiam codicis est Medicei. ¶ Nam saepe fauos ignotus adedit stellio.) In Romano codi. adhaesit corrupte (vt mea fert opinio) legitur. Nam de his loquitur, quae de pascendo mel exhauriunt. aduertendum vero codices omnes legere subsequẽtem versum per creticum pedem primo loco stellio, & lucifugis congesta cubilia blattis. ¶ Aut durum tineae genus.) Sunt codices admodum veteres in quibus legatur. Aut dirum tineae genus: sed durum magis placet, vt abrodendi vim, quae tinearum propria est, indicet: quamuis, durum, non reiecerim ominosum epitheton, & iis praecipue omnibus aptum quç damnum inferant. Sanè quidem in Mediceo codi. durum, prius scriptum fuit, mox parte primae vocalis abrasa, dirum, factum est. ¶ In foribus laxos suspẽdit aranea casses.) Antiqua omnia exemplaria, quae versamus, hoc numero legunt. Laxos in foribus suspendit aranea casses, superior quidem numerus elegantior: sed hic alter pressiori stylo, cuiusmodi in didascalico requiritur argumento, magis accommodatus, & ita Nonius Marcellus legisse videtur in libro de discretis generibus, vbi araneam foeminino genere positam a Virgilio ait. Quam Plautus non semel virili genere appellarit.

Si vero (quoniam casus apibus quoq; nostros
Vita tulit) tristi languebunt corpora morbo:
Quod iam non dubiis poteris cognoscere signis.
Continuo est aegris alius color: horrida vultum
Deformat macies: tum corpora luce carentum
Exportant tectis: & tristia funera ducunt:
Aut illae pedibus connexç ad limina pendent:

SERVIVS.

¶ Vita tulit.) Vitç longitudo morborũ creatrix. Sic in Bucolicis, O Lycida viui peruenim⁹. ¶ Alius color.) Id est pallidus, quia dixit supra. Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis. ¶ Funera ducũt.) Cum exequiali scilicet pompa. Et ducere, proprie funerũ est. Persius, Nerio iam tertio ducitur vxor. ¶ Pedibus connexç.) Hinc multi dictas apes volunt, quod se pedibus inuicẽ tenẽt: licet crebrior sit illa opinio, quod sine pedib⁹ primo esse dicunt. vt, Trunca pedum primo. ¶ Tractim.) Sine intermissione, iugiter. ¶ Frigidus vt quondã syluis immurmurat

Universidad de Deusto Biblioteca

murat Auster.)Tres cōparationes singulis impletę versiculis de Homero trāslatę sūt, quas ille binis versib' posuit. ¶Hic iā galbaneos.)Id est cū hic processerit morb', galbanus incēdēda est, nō vt supra dixit,thymus,mel etiam in aluearia medicatū, tamē inferēdū:non vt supra ceræ inanes. ¶Gallę saporem.¶Multi pilas cyparissi accipiūt.Est etiā flos in pratis.Plene hāc herbā, vt etiā supra arborē felicis mali exequit̄,Nā dicit vbi creetur, qualis sit, qd possit.¶Aureus ipse.)Flos scilicet.¶Violę sublucet purpura nigræ.)Mire ait sublucet:vt ostendat purpurei coloris folia quodā virore esse perfusa.¶Tonsis in vallibus illum.)Nō syluosis. Vnde est contra,Intonsi montes.¶Prope flumina Mellæ.) Mella fluuius Gallię est, iuxta quē hæc plurima herba nascitur. Vnde & Amello dicit̄ sicuti etiā populi habitātes iuxta Lemannum fluuiū Alemani vocātur.Lucanus, Deferuere cauo tentoria fixa Lemanno.

Aut intus clausis cunctantur in ędibus omnes,
Ignauęq; fame,& contracto frigore pigræ.
Tum sonus auditur grauior:tractimq; susurrant:
Frigidus vt quondam syluis immurmurat auster:
Vt mare sollicitum stridet refluentibus vndis:
Aestuat vt clausis rapidus fornacibus ignis.
Hic iam galbaneos suadebo incendere odores:
Mellaq; arundineis inferre canalibus,vltro
Hortantem,& fessas ad pabula nota vocantem.
Proderit & tunsum gallæ admiscere saporem,
Arentesq; rosas,aut igni pinguia multo
Defruta,vel psythia passos de vite racemos,
Cecropiumq; thymū,& graue olentia centaurea.
Est etiam flos in pratis:cui nomen amello
Fecere agricolæ:facilis quærentibus herba.
Nanq; vno ingentem tollit de cespite syluam.
Aureus ipse;sed in foliis,quæ plurima circum
Funduntur:violæ sublucet purpura nigræ.
Sæpe deum nexis ornatæ torquibus arę.
Asper in ore sapor.tonsis in vallibus illum
Pastores,& curua legunt propé flumina Mellæ.
Huius odorato radices incoque Baccho:
Pabulaq; in foribus plenis appone canistris.

niusq; Melas. Mellam vero Galliæ fluuium dicunt.

ASCENSIVS.

¶Si vero &c.)Docet apum morbos morborumq; signa & remedia. Mire autem dicit in principio, Quoniam casus apib' quoq; nostros Vita tulit.Quasi vero morbi infirmitates cæteræq; miseriæ homini debitæ, & non cæteris animantibus. Sed vt in tertio libro vbi de pestilētia locutus est, innuit homines ferē sibi sunt causa morborū, nam varijs & vltra modū sese ingurgitāt cibis:pecudes autē & boues simplici cibo & salubriore potu tēperantius victitāt. Quia igitur apes neq; cibo nimio,neq; potu,neq; ocio aut torpore,morbū contrahunt, videtur merito a morbis immunes fore, præsertim cum tā charæ sint Ioui, vt illis hoc dederit quod sine concubitu procreent.Vita ergo tulit apibus quoq; casus nostros.i. nobis ad immoderatum,& varium victum debitos. Est autem in principio, vt signauimus duplex parenthesis, nam illis sublatis sententia manet integra sic.Si vero tristi languebunt corpora morbo, Hic iam galbaneos suadebo incendere odores,vt cum ordine repetam, ante ex hoc loco patet odores non semper in plurali significare species aromaticas odoriferas, nam galbaneos odores ponit pro his qui galbano incenso fiunt. Et tamen idem, ac si dicat galbanum odoriferum inferre canalibus. Quia canalis primam corripit scribendum est vnico n.¶Ordo autem est.Si vero tristi languebunt corpora morbo, hic iam galbaneos suadebo incendere odores.cætera autem quasi per parenthesim inserta sunt,quæ etiam construendo interserere possumus sic:Vero pro sed:si corpora.s.apum languebunt tristi.i.letali morbo, quoniam vita.s. longior, quæ tamen apibus respectu hominum, per quam breuis est:tulit.i.attulit,quoq;.i.etiā apibus nostros.i.humanos casus.s.miserias & aduersitates per morbos aduentantes, quod.s. corpora apū languere tristi morbo,tu poteris cognoscere signis nō dubijs.i.certis, nam color alius, quam scilicet fuerat sanis est continuo ægris macies horrida.i.aspera,rugosa,& horrorem generans, deformat.i.deformē facit vultum.i.os, aut faciē apum: tum.i.præterea,aut post mortē:reliquę res exportant tectis corpora carentū luce.i. vita functarum:& ducunt tristia funera(semper alludit ad humanos ritus)aut illæ.i.morbosæ & languidæ: pendent ad limina.i.ad introitus, connexę.i.cōplicatæ & condependentes pedibus,aut inter se,aut potius ad limina, quia si non cōnecterent sese, deciderēt præ languore:aut ipsę omnes cunctātur.i.immorantur intus in ædibus clausis,hoc est non egrediuntur ad opus:& ignauæ sunt sup.i.sine industria & labore fame.i. propter famem quæ nascitur ex inedia, & pigræ.i.torpentes frigore contracto ex desidia.s.& languore.tum.i.ad hoc sonus grauior.i.tristior & fractior,auditur:& susurrāt tractim.i.per longos tractus, vt languidi solent, qui suspiria ex imo pectore trahunt (non dicam ergo tractim.i.continue, nec iugiter,aut sine intermissione, cum verior, & cōuenientior sit proprius significatus) vt.i.quemadmodū,auster frigidus, immurmurat.i.longe & tractim resonans murmur facit in syluis, & vt mare sollicitum.i.ex solido.i.integro citatum cōmotum, stridet.i.stridorem procul stantibus affert vndis refluētibus, & vt ignis rapidus.i.vehemēs æstuat.i.feruet cum sonitu obscuro & concauo,fornacibus clausis.i.occlusis & opertis, nam clarior sonus editur ab apertis, hic .i.modo cum talia morborum signa videris, ego suadebo incendere odores galbaneos, id est incendendo galbanum dispergere odores eius, aut odores posuit, pro odoramentis & rebus odoriferis, sicut Media mittit odores: & ego suadebo te hortantem vltro.i.sponte apes fessas & vocantem eas ad pabula nota.i.qualia ipsæ sibi cōparare solent,inferre.s.in aluearia canalibus arundineis,

MANCINELLVS.

¶Est ægris alius color.)Minus,valentium signa,si sunt pilosę,& horridæ,vt puluerulentæ,nisi opificꝗ eas vrget tēpus,tunc enim propter laborē asperantur, & marcescunt,Varro libro.iij.¶Tractim.)Cōtinue.¶Quondā.)Quandoq;.¶Hic tūc galbaneos odores.)Galbanus odore comitialibus subuenit,& in stomachi defectu.Plinius lib.xxiiij.latius tamē circa finem libro.iij.Georgicorum videto.Columella vero libro.x.sic ait,nec non etiā ille morbus,maxime est cōspicuus,qui horridas,cōtractasq; carpit, cum frequenter aliæ mortuarū corpora domicilijs suis efferunt, aliæ intra tecta,vt publico luctu mœsto silentio torpent, id cum accidit arundinis infusi canalibus offerunt sibi maxime decocti mellis,& cum galla vel arida rosa detriti, galbanum etiā,vt eius odore medicent̄:incendi conuenit,passoq; & defruto vetere fessas abstine.optime tamē facit Amelli radix, cuius est frutex luteus purpureus flos ea cum vetere amineo vino decocta exprimit̄, & ita liquatus eius succus datur.hæc ille.¶Defruta.)Defrutū dicitur,si mustū ex duabus partibus ad tertiā partem redigat̄ deferuere faciendo,ad mediā vero partem decoctū,Sapa vocatur,vti Marcellus scribit.Plin.lib.xiiij.oppositum scribit:Sapam nanq; appellat musta vsq; ad tertiam partē mensurę decocta,defrutum vero ad dimidiam partem,libro etiam.xxiij.inquit,Vino cognata res sapa est,musto decocto,donec tertia pars supersit, ex albo hoc melius,gallę saporem tunsum,id est tunsæ gallæ,gallarum autem sapor stypticus est valde,Galeno teste, Vniuersaliter quidem administrandæ sunt ad stypticandum,retinendum, & desiccandum & satis infrigidant,fortificāt membra fluxa, omnes que ægritudines prohibent,quæ fiūt ex humorum dissolutione, earumq; etiā fluxus prohibetur.¶Psythia passos.)De his late videto libro secundo Georgicorum.¶Cecropium thymum.)Atticum est enim optimum in Hymeto monte: est autē species pro genere.¶Centaurea.)Herba hæc maior,& minor est,ambæ tamen calidæ,& siccæ complexionis in secundo gradu,Maior totum ventrem purgat,minoris elixatura bibita choleram, & humores pingues deponit,author Dioscorides. Plinius etiam multa libro vigesimoquinto.¶Amello.)Paulo ante de eius flore & frutice diximus, ¶Violæ sublucet purpura nigræ.)Purpureū florē illum tingendis expetitum vestibus in medijs habēt faucibus,liquoris id minimi est in candida vena. Vnde pretiosus ille bibitur nigrantis rosæ colore sublucent. Plinius libro nono ca.trigesimoquinto. ¶Tonsis.)Falce messis vel non syluosis, inde & contra intonsi montes dicuntur.¶Flumina Mellæ.)Pomponius, Mellam describit fluuium esse in Thracia,& in Ægeum ingredi. Alibi etiam ait in Pamphilia est Mellas nauigabilis fluuius:est item alter in Sicilia, est & pluribus in locis, Ouidius, dixit in Metamor. Migdoniusq;

Galbanus, Defruta. Sapa.

dineis,id est fistulis ex arundine factis mella, scilicet in pabulum quæ sunt pabula nota: ea autem adhibentur ad instaurandas vires,tum corporum,tum animorum, odores autem ad recreandos spiritus.Proderit,id est vtile erit, &.i.etiam admiscere saporem gallæ tunsum,id est contusam gallam, vt magis sapida sit,& rosas arentes desiccatas, scilicet in sole, aut defruta, scilicet vina pinguia,multo igni, scilicet decocta, & recocta, vel racemos de vite psythia passos, id est vuam passam, quæ est ex vite psythia quæ suauis est, & saporem melius referens, & thymum cecropium,id est atticum: & centaurea herbas calidas & siccas, olentia graue,id est grauiter & multum.Est etiam flos in pratis,cui amello agricolæ fecere nomen, liceret dicere cui agricolæ fecerē nomen amellum, amelli, & forte amellus herba, scilicet quæ eum florem fert. est facilis, id est faciliter reperibilis quærentibus. Nanque tollit, id est erigit, & extollit, & excrescere facit ingentem syluam,scilicet foliorum & caulium de vno cespite, id est de radice in vno cespite contenta: ipse,scilicet flos, est aureus,id est aurei coloris, sed purpura, id est purpureus color violæ nigræ, hoc est ferrugineæ, sublucet, id est parum lucet, quia fuscus est in folijs, quæ funduntur plurima circum, id est per circuitum, aræ deum, id est deorum, sæpe supp.sunt ornatæ torquibus, id est circulis intortis,nexis, id est complicatis ex huiusmodi floribus & folijs sapor est asper in ore,pastores legunt, id est colligūt, illum,scilicet florem in vallibus,tonsis,id est apricis & non syluosis & prope flumina curua, id est per littora curua defluētia,Mellæ illius fluenti in Gallia,tu incoq; Baccho.i.vino odorato, id est forti & odorem magnum exhalante, quale est vetus amineum, de quo prius,Sunt & aminee vites firmissima viva:radices huius scilicet floris,aut herbæ:& appone, scilicet apibus,pabula.i.nutrimenta ex tali decoctione,plenis canistris,id est sportellis aut calathis,vasis.s.vimineis.

PIERIVS.

¶Si vero(quoniam casus apibus quoq; nostros vita tulit)tristi languebunt corpora morbo.)In Oblongo codice.sin,legitur: quod si admittas, superius,si duram, legendum erit, Nam cum ex duobus causis melli calamitas inferatur, vel quia furto pereat,vel quia apes morbo languescant prioris detrimenti remedium, suffire thymo dixit. Ita enim fugari noxia animalia, post hæc ad reparandas exhaustas apes sufficere ipsarum apum solicitudinem, & abundantem mellificationem. Quod vero pertinet ad earum morbos, nostrum esse negocium,vt conualescant,vnde sequitur, Hic iam galbaneos suadebo incendere odores:quare, vt hæc omnia connectantur legere,sin, & secundo loco non displiceat, nam periodus illa quæ incipit a siquando sedem, ibi claudi videtur. Animasq; in vulnera ponunt.præterea parenthesis quædam longior,& in decem versuum numerum producta,non temere videtur obseruanda, quippe ab eo versu, continuo est ægris alius color,vsque ad,æstuat vt clausis rapidus fornacibus ignis,ea comprehenditur,estq; ordo.Sin vero tristi languebunt corpora morbo, quod non iam dubijs poteris cognoscere signis, vt iam prætercam parenthesin alteram(quoniam casus apibus quoque nostros vita tulit)eo vsque procurres, hic iam galbaneos suadebo incendere odores. Quantum vero pertinet ad sententiæ varietatem in hac periodo adnotatur, casus apibus quoque nostros. In aliquot antiquis codicibus,nostris, quod ad adblandiendum dictum esset, ac nimirum humiliter, castior autem lectio, & erectioris sententiæ est legere, vt vulgata habent exemplaria, casus nostros, quæ enim humano generi accidunt mortaliumq; mores, & effectus statim enumerat. ¶Ignauæq; famæ.)Legitur,& ignaua, quæ, scilicet aut ignauis accidat, aut ignauos reddat.¶Aut illæ pedibus.)In codicibus aliquot antiquis,atque illæ.¶Frigidus vt quondam syluis immurmurat auster.)In Longobar.syluas,quippe murmurat in syluas. ¶Vt mare solicitum.)In Mediceo co.aut mare,legitur: sed quia sequitur tertium membrum per, vt, quippe, Æstuat vt clausis rapidus fornacibus ignis, magis probatur, Vt mare, particula ea ter repetita.¶Hic iam galbaneos.)In antiquis aliquot codicibus, calbaneos,per,c,propter cognationem, scilicet vt gortynia, & cortynia.¶Nanq; vno ingentem tollit de cespite syluam.) Vt veteres prætercam codices, in quibus, de vertice, scriptum est, id minime dissimulandum, quod in plerisq; manu scriptis exemplaribus, imo ingentem tollit de cespite, scriptum inuenimus.¶Et curua legunt prope flumina Mellæ.)In Roma.cod.per flumina, legitur: est vero Mella fluuius in Gallia Cisalpina Brixiæ opulentissimo municipio vicinus emissus ex monte Breuno.Quod vero Seruius de Lemano fluuio, vnde Alemani populi dicti sint, sibi comminiscitur, lacum non fluuium esse scimus, quem magna ex parte Heluetij, Secaniq; circundant,populi Adlemanum vulgo mox Allemani vocari cœpti, a quibus id nominis in totam inde Germaniam propagatum est, vt apud eosdem Italia a viciniore regione Longobardi omnes nuncupantur.¶Pabulaque in foribus plenis appone canistris.)In Romano codice,& aliquot alijs,expone, legitur: quod ideo probauerim, quia dixit in foribus, nihilo secius & adpone,idem significabit.

SERVIVS.

¶Sed siquē proles subito defecerit omnis.)Miro vsus est ordine. Nā primo ait quēadmodum animalia apibus inimica pellēda sint:deinde quibus medicaminibus morbo possint carere.nūc dicit penitus amissæ qua possint ratiōe reparari.¶Tēpus)subaudi est

Sed siquem proles subito defecerit omnis:
Nec,genus vnde nouæ stirpis reuocetur,habebit
Tempus & Arcadii memoranda inuenta magistri
Pandere:quoq; modo cæsis iam sæpe iuuencis

Virgi.

Universidad de Deusto Biblioteca

nunc. ¶Arcadij magistri.)Aristæis. ¶Cæsis iuuencis.)Verberibus occisis. Bono aũt sermone vsus est: nam cædi interdum occidi, interdum verberari significat. ¶Insyncerus cruor.) Vitiatus, corruptus. Nã ideo verberatur vt ex putrefacto cruore vermes creẽtur, vnde apes fiunt. ¶Altius omnẽ Expediam.)Contra in Æneide, Sed summa sequar fastigia rerum. Sane sciẽdum Pliniũ dicere de bobus apes,

Insyncerus apes tulerit cruor. altius omnem
Expediam, prima repetens ab origine famam.
Nam, qua Pellæi gens fortunata Canopi
Accolit effuso stagnantem flumine Nilum:
Et circùm pictis vehitur sua rura phaselis:
Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena,
Et diuersa ruens septem discurrit in ora,
Vsque coloratis amnis deuexus ab Indis:
Quaqꝫ pharetratæ vicinia Persidis vrget:
Omnis in hac certam regio iacit arte salutem.

de equis crabrones, de mulis fucos, de asinis vespas procreari. ¶Pellæi canopi.)Canopus ciuitas est iuxta Alexandriam, quam Alexander condidit instar chlamydis suę: qui fuit de ciuitate Macedoniæ, quæ Apella nominatur. Canopus autem dicta est quasi Canobus, a Canobo Menelai gubernatore illic sepulto. ¶Phaselis.)Breuibus nauiculis quibus vtuntur cum stagnauerit Nilus. ¶Nigra fœcũdat arena.)Nouum enim semper limum trahit, qui efficit fœcunditatem. Vnde & Nilus dictus est quasi νέαν ἰλὺν, id est trahens nouum limum. Nam antea Nilus latine Melo dicebatur. ¶Iacit salutem.)Ponit apum reparandarum salutem. Cicero, Iacta sunt fundamenta defensionis meæ.

PROBVS.

Pella. Canop. ¶Nam qua pel. g. f. c.)Pella est oppidum Macedoniæ patria Alexandri. Omnes autem Alexandrias Alexander cõstituit. Ergo Canopi Pellæi dicti sunt. ¶Canopus.)Est autem oppidum in Ægypto iuxta Alexandriam a gubernatore dictum Menelai. Fortunatam autem dixit gentem propter agri fertilitatem.

MANCINELLVS.

¶Sed siquidẽ proles subito de.)Docebit iam reparãdarum apiũ modum. Peracti autem solstitij vsqꝫ ad ortum caniculę tempore progenerari apes posse iuuenco perempto, Democritus & Mago, nec minus Virgi. prodiderint. Mago quidem vẽtribus etiam bubulis idẽ fieri affirmat, Colu. lib. x. ¶Arcadij magistri.)Aristęi. (Aristę.) is. n. in Arcadia late regnauit, primusqꝫ & apum, & mellis vsum, hominibus tradidit, vt latius in principio huius voluminis patuit, & in principio primi. ¶Pellæi.)Canopus centum ac viginti (Canop.) stadijs distat ab Alexandria pedestri itinere vadentibus, dicta de nomine Canobi, qui Menelai classem gubernabat, & ibi mortuus est, in ea vero erat Serapidis templũ, & cultu, & religione excellens, e septem præterea Nili ostijs pręcipue canopico ostio vtebantur Ægyptij tanquã emporio, occlusis Alexãdriæ portubus. Stra. idem scri. lib. xvij. Est autem Canopus in quadam Nili insula teste Solino, quam vrbem aiunt ab Alexandro Pellæo ædificatam, i. Macedonico, (Pella.) Pella enim vrbs Macedoniæ est, teste Mela, quam maxime illustrem alumni effecerunt, Philippus Gręcię domitor. Alexãder etiam Asię. ¶Fortunata.)Dixit, propter agri fertilitatem, vt ait Probus. Mella etiam scribit Ægyptum miræ fertilitatis esse, & hominum, aliorumqꝫ animalium perfœcundã genitricem. (Canopicum.) Dicit etiam fortunatã Canopi gentem propter ipsum Nilum, in quo sita est vrbs, & canopicum ostium, quo Ægyptij tanquã emporio vtebantur. ¶Stagnantem.)Videto lib. iij. Georgi. (Phasel.) ¶Phaselis)Naui. Nonius autem ait, quod Phaselus proprie est nauigium campanum. Strab. lib. xvij. scrib. quod a septem Nili ostijs partes quædam obruptæ in totam insulam diuisæ, multos riuulos, insulasqꝫ fecerunt, vt tota insula sit nauigabilis, fossis in fossas diuisis, quæ tanta facilitate nauigantur, vt nonnullæ testaceas habeant. (Delta.) Illa aũt insula Delta nominatur, quam mare, duoqꝫ Nili fluenta efficiunt: Delta vero dicitur propter, Δ, figuræ similitudinem, quam habet, quoniam triangulum. ¶Pharetra. Persi.) Post Acarnaniã Persia est. Acarnania autem Indi ostio, vltima. Venantur Persæ pila & sagittas ab equis mittentes, & funda vtẽtes, Stra. lib. xv. ¶Viridem Ægyptum.)Propter sata, & vineta, & gramina ob Nili fœcunditatem, hinc ait nigra arena, i. nigro limo, & lib. ij. Geor. diximus optimam esse nigram terram. ¶Colora. in.) Nigris. Nilus autem originem, vt Iuba rex potuit exquirere in monte inferioris Mauritanię, non procul Oceano habet, author Plin. lib. v. ca. x. ¶Deuexus.)Declinatus, protinus, demissus.

CHRISTOPHORVS.

¶Arcadij.)Optimum principium, in quo summam captat attentionem. Dicit. n. se dicturum non fabulas, nec pręcepta vulgaria, sed memoranda, nec indocti hominis, sed magistri, & Arcadij, vt sit laus a natione. Nam Arcades præualuerũt in omni pecore co-

(Aristæ.) sendo. Arcadij. s. Aristæi, q vt meminit Iustinus in Arcadia regnauit, primusqꝫ lactis coagulãdi author fuit, melqꝫ reperit, &, vt ait Pli. primus mel vino miscuit, mulsumqꝫ inuenit. Diod. aũt ait, Aristæũ primum Baccho contra Saturnũ profecturo tanqꝫ deo sacrificasse. ¶Altius omnẽ.)Demonstrauerat se incepta narraturum. Nunc sic narraturũ pollicet, vt altius exponat, quasi dicat ita a principio repetam, vt res facile intelligi possit. ¶Canopi Pellæi.)Non a Pellæo rege cõditi, sed Canopi Ægyptiaci, in qua Ægypto rex Pellæus. i. Alexander sibi regnum constituit, ędificata Alexandria cognominata a Pella vrbe Macedoniæ suę patriæ. Vnde & Iuue. Vnus Pellæo iuueni vix sufficit orbis. Canopum autẽ vrbs Ægypti, quasi Canobum a Canobo auriga Menelai illic sepulto.

ASCENSIVS.

¶Sed siquidẽ proles, &c.)Docet reparandarum apium vbi penitus extinctæ fuerint modum. Nam notum est nõ omnia animalia per propagationem gigni, cum multa gignantur per putrefactionem, hoc est ex materia putrefacta per virtutẽ cœlestẽ, & pręcipue solis, quem ideo patrẽ rerum appellauit Homerus. Vt autẽ id doceat latam fabulã ingredietur repetendo, videlicet quomodo Aristæus, amissis apibus matrẽ adijt, qua authore, & cohortãte Protea deum marinũ & vatem adijt, & in vincula coniecit, abs quo tandem didicerat causam apum interemptarum esse, quę ipsis petulantia Euridice Orphei coniux, & nympharũ Napæarum, hoc est florũ in choreis ducendis, socia a serpente interempta ad inferos descenderat: cum vero ad placandas nymphas iussu matris sacrificaret simul apes recuperauit, vt suo loco dicetur. ¶Ordo est. Sed si omnis proles. i. tota progenies apum, defecerit. i. destituerit, aut deliquerit, quem. i. aliquem, subito. i. ex improuiso & subito interitu, nec habebit. s. aliquas apes, aut aliud quoduis vnde genus nouæ stirpis, &. i. progeniei, aut prolis, reuocetur. s. ab interitu: tempus supp. est pandere. i. manifestare, &. i. simul inuenta magistri Arcadij. s. Aristæi, qui in Arcadia regnauit, memoranda. i. digna memoratu: aut tempus est pandere & memorãda sunt. i. ad memoriã reducenda, quoqꝫ. i. quomodo cruor insyncerus. i. immundus & corruptus, tulerit. i. produxerit sæpe apes iuuẽcis cæsis. i. occisis, & in pelle derelictis, & ideo sup. inquit poeta, ego expediam, id est expedite enarrabo, omnem famẽ. i. quicquid de ea re fama ad nos attulit, altius. i. lõgius, aut profundius, repetens. i. recensens a prima origine. Nam omnis regio (vt dicitur ibi, omnis in hac) ab ea sup. parte, qua gẽs fortunata. i. largas fortunas, ac diuitias habens Canopi oppidi Pellæi. i. ab Alexandro Pellæo conditi. i. Macedonico secundum Soli. aut Pellæi. i. vicini Alexandriæ Pellæi videlicet Alexandri regiæ accolit Nilum fluuium illum Ægypti stagnantem. i. inundantem, & in campos effluentem (vbi ad tempus stagna, & fertilitatem parit, vnde fortunatam gentem dixit) flumine effuso. s. in agros, & vehitur circũ sua rura, phaselis. i. scaphis, pictis. i. ornatis, aut picatis, sed etiã testaceis vtũtur illic scaphis, quaqꝫ. i. qua. s. parte, amnis. s. Nilus, vrget vicina Persidis regionis pharetratæ. i. cuius incolæ pharetris & sagittis multum valent, Nilus vrget, & fœcundat Ægyptũ viridẽ. s. segete, aut herbis post inundationẽ, arena nigra. i. limo nigro, quẽ illic relinquit, & ruẽs diuersa. i. in diuersas partes, aut ruens. i. defluens discurrit in septem ora. i. ostia diuersa, amnis dico deuexus. i. defluens & deorsum ductus, vsqꝫ ab Indis coloratis. i. nigris, qui color fortis est. Ab ea dico parte, omnis regio iacit. i. constituit, & ponit in hac arte, quam. s. dicturus est certã salutem. s. reparãdarum apum. Eam autem artem ex sacrificio pro placandis nymphis instituto inuentã suo loco author docebit.

PIERIVS.

¶Sed siquem proles subito defecerit omnis.)In Mediceo, & aliquot antiquis codicibus, legere est, Sed siquidẽ proles subito defecerit omnis. ¶Et viridẽ Ægyptum nigra fœcundat arena.) Versus hic Romano codice, locum habet post versum, vsqꝫ coloratis, hoc scilicet ordine.

Quaqꝫ pharetratæ vicinia Persidis vrget.
Et diuersa ruens septem discurrit in ora,
Vsqꝫ coloratis amnis deuexus ab Indis.
Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena.

Seruius.

SERVIVS.

¶Ipsos contractus.)Ad sustinendum tantum & coarctandum bouis cadauer. ¶Angustiqꝫ imbrice tecti.) Licet & hic imbrex lectum sit, melius tamen secundũ Plautum, hęc imbrex dicimus: Nanqꝫ ait, Fregisti imbrices meas dum te dignã sectaris simiã. ¶Obliqua luce fenestras.)Quæ ex obliquo lumen infundũt, vt in horreis cernimus. ¶Multa reluctanti.)Pro multum, nomen est pro aduerbio. ¶Soluuntur viscera pellẽ. ¶Liquescunt & putrefiunt. ¶Ramea fragmenta.)De ramis fracta, id est fragmina ramorum. Dicimus autem, & hic ramus & hoc ramale. Persius, Vt ramale vetus. ¶Casiasqꝫ recentes.) Statim carptas. ¶Zephyris primum impellentibus vndas.) Incipiente vnda. ¶Teneris tepefactus in ossibus humor.) Vtpote bimi vituli in quo plurimum feruentis est sanguinis. ¶Visenda modis animalia miris.)Et qꝫ ex cadauere nascantur animalia, & qꝫ apes ex vermibus procreentur. ¶Trunca pedum.)i. sine pedibus. Et bene addidit primo, nam postea tam pinnas qꝫ pedes accipiũt. ¶Pinnis miscentur.)Inter se pinnarum leuitate conueniunt.

Exiguus primum, atqꝫ ipsos contractus ad vsus
Eligitur locus. hunc angustiqꝫ imbrice tecti,
Parietibusqꝫ premunt arctis: & quattuor addunt
Quattuor à ventis obliqua luce fenestras.
Tum vitulus bima curuans iam cornua fronte
Quæritur. huic geminæ nares, & spiritus oris
Multa reluctanti obstruitur: plagisqꝫ perempto
Tunsa per integram soluuntur viscera pellem.
Sic positum in clauso linquunt: & ramea costis
Subijciunt fragmenta, thymum, casiasqꝫ virentes.
Hoc geritur Zephyris primũ impellentibus vndas:
Ante nouis rubeant quàm prata coloribus: ante
Garrula qꝫ tignis nidum suspendat hirundo.
Interea teneris tepefactus in ossibus humor
Æstuat: & visenda modis animalia miris,
Trunca pedum primo, mox & stridentia pennis,
Miscentur: tenuemqꝫ magis, magis aera carpunt.
Donec, vt ęstiuis effusus nubibus imber,
Erupere: aut vt neruo pulsante sagittæ,
Prima leues ineunt siquando prælia Parthi.

MANCINELLVS.

(Imbrices.) ¶Imbrice.)Imbrices tegulæ dicuntur, quod imbres capiant. ¶Zephyris.)Hi flare incipiunt septimo Idus Februarij primo. s. die veris, vti latius libro primo Georgicorum. ¶Hirundo.)De hac Ouid. in fine lib. ij. Fasto. ait, Fallimur an veris prenũcia venit hirundo, & Philosophus lib. j. Æthi. ait, quod ver nec vna facit hirundo, nec vnus dies. Columella vero lib. xij. ca. ij. sic ait. x. Calẽ. Martij, Leo desinit occidere, venti septentrionales, qui vocantur Ornithiæ per dies. xx. esse solent, tum & hirundo aduenit.

ASCENSIVS.

¶Exiguus primum, &c.)Exequitur quam prælibauit materiam dicens. Locus exiguus, i. modicus & angustus atqꝫ contractus, i. constrictus in ipsos vsus, i. ad hanc ipsam vtilitatẽ vt. s. in eo bos putrescat, eligitur primũ ab his. s. qui apes reparare pretendunt, & ipsi premunt, i. obstringunt, hunc. s. locum imbrice. i. integumento cõtra imbres tecti angusti, & parietibus arctis. i. angustis. s. tectum tepidum tenentibus. (Est autẽ proceleumaticus in primo loco positus) & addunt quatuor fenestras luce obliqua. i. ex obliquo infusa, & inter media nõ directe aspecta a quatuor ventis. s. principalibus qui forte frigus nõ teporem generent si ex directo intrent. Tum. i. deinde, postqꝫ locus sic constitutus est, vitulus curuans iam cornua in fronte bima, id est bienni, hoc est ipse vitulus bimus, & ita tener & sanguinis ac succi plenus, quærit. s. ab his qui apes reparare volunt: Nares geminæ. i. ambæ & pares, obstruuntur sup. huic. s. vitulo: & spiritus, id est anhelitus oris, obstruitur huic reluctanti multa, id est multum: & viscera. i. carnes omnes, tunsa, id est percussa & cõtusa, soluuntur, id est laxantur huic. s. vitulo perempto plagis. i. fustigatione: soluuntur dico, per pellem integram. i. solidam ne spiritus, aut succus, aut sanguis exhaletur: & ipsi qui hæc fecerunt, linquunt. i. relinquunt, scilicet vitulum positum sic in clauso, id est occluso loco: & subijciunt costis. s. vituli ne pellis putrescat, fragmenta ramea, id est ramorum,

ramorum, & thymum, & casias recentes, id est statim carptas, hoc scilicet quod dictũ est, geritur, id est fit Zephyris impellentibus primũ vndas, id est in principio veris, ante quam prata rubeant coloribus nouis, id est nouorũ florum, & antequã hirundo garrula suspendat nidum tignis, id est ad tigna domorũ. interea. s. dum Zephyri flant, & hirundo nidificat, humor. s. vituli tepefactus in ossibus teneris & ætate & fustigatione, æstuat. i. efferuet, & animalia visenda. i. quæ postea visuntur & miscentur miris modis existentia primo trunca pedum, id est pedibus carentia, vnde apes quidam dictas volunt.)Est autem inusitata grãmatica, trunca pedum) & stridentia mox. i. paulopost pennis: & carpunt. i. inspirant magis, & magis tenuem aurã. s. vitalem donec erupere. i. vi euolauere ex corio vitulino, vt imber supple erumpit, effusis nubibus æstiuis, quæ subitæ & impetuosæ ferè sunt. cum aer purior eas continere non valeat, & velut sagittæ supple, erumpunt, aut potius emittuntur, seu eiaculantur, neruo, id est arcu neruis munito pulsante, id est impellente, si Parthi. i. populi illi leues. s. in fuga confidentes, ineũt, id est inceptant, quando, id est aliquando prima prælia, id est præludia præliorum, tunc enim sagittis, quibus multum valent, obnituntur.

PIERIVS.

¶Parietibusqꝫ premunt arctis.)Quantum ad versum pertinet, quærunt multi quæ sit huius metrici numeri ratio, parietibus, sed vt aliorum opiniones prætercam, satis nunc fuerit eam posuisse, quam Fl. Sosipater Carisius cõminiscitur, fieri quippe syllabam positione longam etiam si post breuem vocalem subiuncta sit consonanti vocalis, & correptam vocalem habeat consequentem, vt parietibus textum cæcis iter. ¶Thymum ca. vi.)Antiqua omnia exemplaria quotquot legi, recentes habent, pro virentes: puto vero recẽtes, paraphrasin fuisse. ¶Ante nouis rubeãt qꝫ prata coloribus, ante Garrula qꝫ.)In antiquo codice legere est, coloribus, & ante, facta ex, u, &, s, collisione more veterum, quod apud Virgilium, & in sequentem ætatem inuentu rarissimum, elocutio hæc præterea absqꝫ vlla copula elegantior est, nec dignitatis expers. ¶Mox & stridentia pennis Miscentur: tenuemqꝫ magis, magis aera carpunt.)In antiquis aliquot codicibus, pinnis, vti sæpe, dictum, reclamante Capro: & tenuemqꝫ magis, peonico primo in tertia sede posito, emqꝫ, magis vel secundo, quarta, quod in hac elocutionis figura copula semper interponi consueuit. neqꝫ mirandum alios pedes pręter dactylum, & spondeum ingredi versum heroicum, missum. n. facio proceleumaticum. qui ratione temporum cum dactylo, & spondeo consentit. Sed de his loquor qui temporibus quinqꝫ constant, quos Terentianus adnotauit, sed. n. hæc locis quæqꝫ suis recitabunt. Illud quod maioris est momenti referã scriptum esse in antiquis co. aera captant, pro carpunt, vti frigus captabis opacum, & captauit naribus auras. qꝫqꝫ &, auras vitalis carpis, alibi legatur. ¶Erupere: aut vt neruo.)In cod. aliquot antiquis, eripuere legitur imperfecto sensu. In aliquot alijs, Erupere velut, hoc suauius, illud vero primum numerosius.

SERVIVS.

¶Extudit.)Studiose reperit. ¶Ingressus.)exordia. ¶Noua experientia.)Nullo docente, ars per vsum reperta. ¶Pastor.)Aristæus. Filius fuit Apollinis & Cyrenes filiæ Penei fluminis Thessaliæ, qui cum Eurydicẽ nympham vxorem Orphei vitiare voluisset, & illa fugiens a serpẽte fuisset occisa,

Quis deus hanc musæ, quis nobis extudit artem?
Vnde noua ingressus, hominum experientia, cœpit?
Pastor Aristæus fugiens peneia tempe,
Amissis (vt fama) apibus, morbo qꝫ, fameqꝫ,
Tristis ad extremi sacrum caput astitit amnis
Multa querens: atqꝫ hac affatus voce parentem.
Mater Cyrene, mater, quę gurgitis huius
Ima tenes: quid me pręclara stirpe deorum

Virgi.

cisa, Nympharum iracundia cũctis animalibus pditis funditus & cunctis apibus, matris auxiliũ petijt. ¶Extremi amnis)Id est summi, vnde nascitur, & sic dicimus, Proh supreme Iuppiter. ¶Mater Cyrene, mater.)Inuidiosum est nomine parentes vocare, Vnde est paulo post, Et te crudelem nomine dicit. Sic in duo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

decimo in desperatione ait, Ruitque implorans nomine Turnum.ſ Gurgitis huius.) id est Penei fluminis.ſ Inuisum fatis genuisti.)Si natus ex diis, inuisus est fatis. Sic in primo Æneidos, Nos tua progenies cœli quibus annuis arcem.Item, Quis te nate dea per tanta pericula casus Insequitur?ſ Vitæ mortalis honorem.)Bene honorẽ ait, quia arare, animalia pascere, apes etim habere, erat honor. Nam in ingenti honore fuit rusticitas. Alibi, Non vllus aratro Dignus honos.ſ Custodia solers.)Diligens & perita industria.ſ Te matre relinquo.)Ac si diceret, Sub ea perdo vsum laboris: sub qua augere debueram.ſ Felices.)Fertiles.ſ Fer.)Infer.ſ Interfice messes.)Secundum Pythagoram, qui habere animam dicit cuncta crescentia. Vnde & alibi, Aret ager vitio moriens.ſ In vites.)Contra vites.ſ Molire bipennem.)Vt eas succidas.ſ Tedia laudis.)Tædium est angor mentis & animi, non corporis inualetudo.

(Si modo,quẽ phibes,pater est Tymbræus Apollo)
Inuisum fatis genuisti:aut quò tibi nostri
Pulsus amor? quid me cœlum sperare iubebas?
En etiam hunc ipsum vitæ mortalis honorem,
Quem mihi vix frugum,& pecudũ custodia solers
Omnia tentanti extuderat:te matre relinquo.
Quin age,& ipsa manu felices erue syluas:
Fer stabulis inimicum ignẽ:atq; interfice messes:
Vre sata:& validam in vites molire bipennem:
Tanta meæ si te ceperunt tædia laudis,

PROBVS.

(Pastor Aristæus fugiens Peneia tempe.)Peneus est Thessaliæ flumen,quod in Pindo monte eiusdem terræ oritur. Tempe autem sunt loca frigida,opaca,frondosa, copiosa fontibus,vel fluminibus, hoc cõmune omnium eiusmodi locorum est.Et idcirco additum Peneia tempe, qui poterant & alia intelligi, dicitur quidem, & in eis locis præcipue, vbi Peneus oritur,vt in primo Metamor.Oui.refert,dicẽs,Est nemus Æmoniæ prærupta quod vndiq; claudit,Sylua,vocãt tempe,per quę Peneus ab imo, Effusus pindo spumosis voluitur vndis,Insula Carpathos dicta, quæ existimatur obiecta Peneo.

MANCINELLVS.

(Extudit.)Inuenit.ſ Aristæus,) Latissime de hoc circa principium.j.libri.Georgico.Ingressus initia.ſ Peneia tempe.)Videto lib.ij.Georgi.ſ Extremi.)Summi. Amnis Penei qui fluuius est in Thessalia in Pindo monte ortum habens.ſ Tymbræus Apollo.) Tymbra campus erat antiquo Ilio proximus, & Tymbræus qui per eum fluit in Scamandrum emittens ab Apollinis Tymbræi templo quinquaginta stadijs distabat, scrib.Strab.libro.xij.Solers in omni re prudens est, vt scrib.Festus.ſ Omnia tentanti.) De his late diximus libro.j.Georgi.ibi, & cultor nemorum, &c. ſ Excuderat.)Parauerat.

Thymbra.

CHRISTOPHORVS.

(Quis deus.)Captat attentionem, ostendẽs magnitudinem rei cum sine musarũ fauore exprimi non possit.ſ Tymbræus.)Tymbra,vt ait Dioscorides herba est quæ nascitur locis saxosis, & asperis, folia habet similia thymo, sed molliora, & maiora,& styptica,& viridia:habet spicam plenã floribus, quorum color tendit ad cinitrinitatem,& viriditatem,eadem herba dicitur satureia a Satyris, qui luxuriosi, falacesq; sunt, quoniam eos qui illa vtuntur,in Venerem pronos reddat,hinc dicitur Apollo Tymbræus.Est autem oratio pathetica,& ab animo perturbato proficiscẽs, vnde habet principium vix ab iurgio abstinens,& querelis refertum.ſ Quid me,c.f.i.)Nam iniuria summa est, vt cui cœlum promittatur, is idem humanum honorem tueri non possit, & eum quidem honorem,quem ipse summa cum industria,& labore arando, pascẽdoq; sibi acquisierit.Etenim locus præter spem, vnde summum citatur pathos:quod qui iubente matre cœlum speraret,is ab humano honore deciderit, quod eo etiã infelicius accidit,quia deceptus esse videtur a matre,in qua si spem omnem repolueraet iure reprehendi nõ poterat,& ita deceptus vt dum maiora promittat,ea quæ suo sudore pepererat, eripiantur.ſ Omnia t.)In quo, & corporis extremus labor, &,vt aiunt, summa industria apparet.ſ Te.m.)Ex duobus verbis duplex resultat argumẽtatio. Te scilicet dea,ex quo ostẽdit quid possit mater,& hinc dolet, quod officium maternum deserat.ſ Quin.a.)Cõcessio est color rhetoricus,quod fit,cum id concedimus, quod fieri nullo pacto vellemus,quo tempore semper aliquid addimus, quod a faciẽdo deterreamus:vt,I sequere Italiã ventis, pete regna per vndas. Nam deterret ipsum ab agendo, quod cõceditur proposito metu tempestatis, Sic hic proposita calamitate in filium, quam non est verisimile,vt mater vllo pacto euenire cupiat.Eruit, scilicet vt animus in præceps ex turbatione ferebatur,ita, & quæ animum ex-

Thymbra.

Concessio.

primit oratio præcipitatur, necesse est hic abrupta,& acclsa, & magna ex parte sine compulis fluctuat.

ASCENSIVS.

(Quis deus hanc musę,&c.) Apte ingreditur fabulã Aristæi, cum enim supra humanas vires videatur inuẽtum, vt ex vitulo putrefacto gẽnerentur apes,merito contigit ad diuinas.Querit ergo a musis,omniũ gnaris & inuentricibus, quis deus eam artẽ primus extuderit?Ad quod quasi musa respondet,incipit narrare quo pacto Aristęus apes semel omnes amiserat, querelasq; apud matrem nymphã depositas,cuius tandem cõsilio Protea deum marinum & vatẽ aggressus hanc artẽ tandem didicit, sed fabulã multis exornat, vt nympharum descriptione, & Orphei fabula, nunc ergo Aristęi lamenta declarabimus,hoc ordine. O Musę dicite supp.quis deus,quis,inquam, deus extudit.i.cum labore & molimine quasi sæpe obtundendo caput suum, reperit nobis.i. ad vtilitatem nostram, cum deo nullum sit ex ea cõmodum,hãc artem.s.reparandarũ apum ex vitulo, vnde.i.a quo, noua experientia hominum, cepit.i.accepit ingressus.i.exordia, & principia:Respondet Aristæus Apollinis ille & Cyrenes nymphæ filius pastor,fugiens, hoc est celeriter quasi ex odio deferens, tempe amœnissima loca Thessaliæ, peneia.i.circum quę Peneus auus illi maternus circũfluit(vbi annotandũ quod nihil dulce, & amœnum sit agricolis sua amittentibus, cum Aristæus tempe etiam Peneia fugeret)fugiens dico apibus amissis.i.postquã apes suas amiserat,& morbo,& fame(modo quintæ est)vt fama est, quod addit, quia fabulam Orphei recitaturus est:astitit tristis,ad sacrũ caput amnis.s.Penei, extremi,id est summi, videlicet iuxta Pindum montem vbi ortum habet:astitit dico,querẽs, id est cõqueres multa.i.multum,atq; affatus,i.alloquens,parentem, scilicet matrem:hac voce,id est hac oratione.O Cyrene,mater, materiũcit)quæ tenes,id est habitas ima, id est profunda huius gurgitis, scilicet Penei fluminis, quid, id est ad quid genuisti me inuisum fatis.i.diis diffauentibus supp.de præclara stirpe deorum, si modo,id est dico me genitum de præclara stirpe deorum, dum modo Apollo Tymbræus.i.a copia tymbræ in Phrygia vbi præcipue colitur,dictus:quem perhibes, id est attestaris & asseris mihi patrẽ,est mihi pater,aut si deorum progenies sum,nec satis inuisus,quo.i.ad quẽ locum:amor nostri, id est qui sit de nobis:pulsus supple est,tibi,id est a te: quid, id est ad quid iubebas me sperare cœlum,id est quod reciperer in deorum numerum:en,indignantis est demostratio:ego relinquo.i.amitto, quia aliter non relinquerer,te matre,id est cum tamen tu mihi mater sis,quia de matre nihil ambigitur, cum pater sæpe incertus sit: etiam hunc ipsum honorẽ mortalis vitæ, id est quem inter mortales merui, quem,scilicet solers,id est diligens & solidę, id est plenæ artis,custodia.i.accuratio,frugum & pecudum, vix.i.cum summa difficultate extuderat,id est pepererat, & parauerat(venit, vt opinor ab extundo extudi.Nam excudo secundam producit,vt Æneid. vi.Excudẽt alij spirantia mollius æra.Et a cudo præteritum antis quum est cusi,aut vt nunc dicimus, cudi priore longa esset:ergo contra naturam sic excuderat legatur quomodo ferè textus habent:sed nec immutare ausus sum)extuderat igitur mihi, tentanti,id est attentanti & disquirenti omnia. Quin ãge,amara adhortatio eius qui cum minora detestetur, ad maiora cohortatur, si tanta tædia meæ laudis ceperunt te, vt.f.permittas meis laboribus parta interimi,&.i.etiam, tu quæ cum mater sis,mihi fauere debes,erue manu syluas.i.arbores,felices, id est fertiles:fer,id est infer stabulis ignem inimicum, id est sacrum quo pecus inficiatur:aut nocentem quo stabula comburãtur: atq; interfice,id est emori procura messes.i.segetem maturam, vnde messis fieret. Vre.i.cõbure sata.f.nouella, & molire.i.cum molimine infer validam nõ putatoriam,sed inciforiam, bipennem.i.cultrum duas pennas habentem, in vites.f.meas, hoc est si felicitas mea & gloria parta tibi dolori est abole omnia quæ habeo.

Famę.

PIERIVS.

(Quis deus hanc musæ, quis nobis extudit artem.)In codice Longobar.& in Mediceo,extulit,legitur:sed enim extudit,agnoscit Seruius. Sunt etiam veteres codices in quibus, Quis non geminatur: sed,qui nobis,habetur.ſ Tristis ad extremi sacrum caput

put astitit amnis.) In codici.aliquot antiquis legere est, ad extremum,quippe caput,solent enim flumina pluribus esse capitibus prædita: quod vero extremum est,nomen plerũq; solet incedere,quamuis idem significaret ad caput amnis extremi quod pluribus est in exẽpla.ſ Præclara stir.deo.)In Roma.cod.a stirpe legitur:in quodam alio,a,cum circũflexo accentu cernitur.ſ Quẽmi.vix.fru.& pecu.custo.solers omnia tentan. extuderat.ſ Quatuor dictiones in hoc membro aliter q̃ vulgata habeant exemplaria leguntur in codici.antiquis.primum est,pecorum, pro pecudum, vt armenta etiam complectatur. Alterum,sollers,duplici,ll, vt plerisq; alijs locis.Tertium,temptãti,inserto,p, ex cuiusdam ætatis consuetudine. Quartum exstuderat.s, post,x, apposita, cum verbum ab,s,non incipiat. Id quod Seaurus, & Velius reprehendant: reprehendant:sed,vt alia quæ per abusum inualuere missa faciamus:non est id prætereundum, quod sollers duplici,ll, recte scribi ex eo conijcimus, quod sollum olcum nomen, a quo & arte, deductum nomen fatentur omnes duplicato,ll, scribi Verrius Flaccus ostendit,vbi de imolatione quæ solitaurilia dicebantur, disputat,cur nomen id tantum ex iis quæ a solo veniũt vnico,l, scriptum inueniretur: sed enim eius verba ex antiquo Pompeo Fest. codice subiunxisse minime videatur importunum: quod si a sollo, & tauris, earum bestiarum ductum est nomen, antiquæ consuetudinis per vnum,l, enunciari non est mirum, quia nulla tunc geminabatur litera in scribendo.Quam consuetudinem Ennius mutauisse fertur, vtpote græcus græco more vsus, quod illi æquè scribentes, ac legentes duplicabant mutas & semiuocales.

SERVIS.

(Sonitum thalamo sub fluminis alti.)Cur nõ etiam vocem audiuit?Scilicet quia in ima fluminis parte erat,lanificijs occupata.ſ Milesia vellera nymphę.) Pretiosa,Cicero Nam quid a Milesijs lanę publicę abstulerit?ſ Hiali Saturno fucata colore.) Vitreo,viridi, nymphis apto. ſ Saturo) autem largo, abũdãti:aut certe Tarẽtino,ab oppido Saturno.iuxta Tarẽtum enim sunt baphiæ, in qbus tingit lana. ſ Drymoq;, Xanthoq;.) Hæ sunt,vt multi volunt, de quibus ait Iuno,Sunt mihi bis septem præstanti corpore nymphę.Sed magis poetice confecta nomina accipiamus. Sanè mira varietate vsus est: nã ne cõtinuatio nominum posset creare fastidium,in alijs habitum, in alijs cõmemorat virginitatẽ, in alijs pulchritudinem.ſ Pictis incinctę pellibꝰ ambę).Nebridas habẽtes, sed hic venatricũ est habitus:quẽ ideo Nymphis dat, quia multas eas legimꝰ ex venatricibꝰ factas. vt, Et tandẽ positis velox Arethusa sagittis. Notãda autem est figura honestissima facta ex repetitione sermonis: vt,Oceanitides ambę, ambe auro, pictis incinctę pellibꝰ ambę.ſ Curã inanem.) Definitio ẽ amoris. ſ Vulcani Martisq; dolos.) Secũdum Donatũ hic est distinguendum:vt,Dolos ad Vulcanũ.ſ Furta dulcia.)Id est adulterũ,referas mus ad Martẽ.Scimus.n.qđ Sole indicãte, Mars cũ Venere p artẽ Vulcani est relig⁹ catenis.ſ Atq; Chao.)Et a Chao narrabat creb̃ros amores deos.ſ Summa placidũ caput extulit vnda.) Mire p transitũ veritatẽ tetigit, Nãq; Arethusę fons dulcia fluenta inter medio habet fluctus.ſ Cyrene soror.)Propter similitudinẽ potestatis, ait soror. Nam Cyrene, Thessalię: Aretusa vero de Elide. ſ Tua maxima cura.) Quẽ plurimũ diligis.ſ Penei genitoris ad vndam.)Aut tui genitoris,aut honoris est.vt,Tybri pater.

At mater sonitum thalamo sub fluminis alti
Sensit.eam circum Milesia vellera nymphæ
Carpebant hyali saturo fucata colore,
Drymoq;,Xanthoq;,Ligeaq;,Phyllodoceq;,
Cæsariem effusæ nitidam per candida colla,
Nesęe,Spioq;,Thaliaq;,Cymodoceq;,
Cydippeq;,& flaua Lycorias,altera virgo,
Altera tum primos Lucinæ experta labores,
Clioq;,& Beroe soror,Oceanitides ambæ,
Ambę auro,pictis incinctæ pellibus ambę,
Atq; Ephyre,atq; Opis,atq; Asia Deiopea,
Et tandem positis velox Arethusa sagittis.
Inter quas curã Clymene narrabat inanem
Vulcani,Martisq; dolos,& dulcia furta:
Atq; chao densos diuum numerabat amores.
Carmine quo captę,dum fusis mollia pensa
Deuoluunt:iterum maternas impulit aures
Luctus Aristęi: vitreisq; sedilibus omnes
Obstupuere.sed ante alias Arethusa sorores
Prospiciens,summa flauum caput extulit vnda.
Et procul,ò gemitu non frustra exterrita tanto,
Cyrene soror,ipse tibi tua maxima cura
Tristis Aristęus,Penei genitoris ad vndam
Stat lachrymans:& te crudelem nomine dicit

Hyalos

Polisyntheton.

Dialytõ

Asyntheton,

MANCINELLVS.

(Milesia vellera.) De iis videto librum tertium Georgicorum. ſ Carpebant.) Diuellebant, nebant: vnde ait inferius.Dum fusis mollia pensa diuoluũt.ſ Hyali.) id est vitri, cuius color cũ aqua conuenit, hyalos, vitrum dicitur: hyalinos, vitreus:hyalurgos, vitriarius: hyalurgion, officina vitriaria,ſ Fucata.) Depicta, tincta, colorata: phycos enim, color dicitur.ſ Drymoq;.) Figura est hoc versu, Polysyntheton, id est multipliciter coniunctum, huic contraria est Dialyton, vel Asyntheton, id est sine coniunctionibus.ſ Nesęe, Spioq;, Thaliaq;, Cymodoceq;.) Hoc modo legendum est carmen. Eustathius enim exponit Spio, & spæon, id est specubus, dictam proter maris cauernas & quod græca seri ptura est speio, cum ει, diphthongo, quæ in i longam vertitur. Est idem carmen in fine libri quinti Æneidos: legitur etiam Nisæe, Cymodoce, ea dicta est quod vndas maris cum ventorum spiritu quiescere faciat.ſ Lucinæ labores.) Id est partus: de Lucina segregatione: nam,vt Festus ait,Chaos appellauit,Hesio, confusam quandam ab initio vnitatem hiantem patẽtemq; in profundum.ſ Vitreis.) Vitreo colore,qui aquę simulis est.

ASCENSIVS.

(At mater,&c.) Priusquam matris responsum describat, graphicæ describit eius exercitationem, quo studio tenebatur,inter quas Nymphas diuersabatur,& quomodo ad secundos questus Aristæi vna Nympharum excitata caput extulerit. Mirum est vbique poetæ artificium mirumq; decorum. Nam quia fabellis detentas dixit, ad sexum pertinet muliebrem, qui talibus gaudet: lanificio intentas esse ad conditionem Nympharum honestarum, quæ non indulgebant ocio, sicut nec Lucretia illa Romana cum honestissimis matronis apud Romanos decantata: quæ vero de ornatu vario Nympharum affert, ad carminis quoque ornatum & varietatem faciunt: sed & asperitatem nominum temperat epithetis: ipsa autem nomina etiam aptum significatum habent: nam. vt Sipontinus docet, Drymos, dicitur sylua: vnde Drymo Nympha aquarum,quasi per syluas fluens. Xantho autem, a colore: nam Xanthon subruheum interpretatur: cuius coloris est aqua inter syluarum frondes defluens. Ligea autem, a canthus suauitate dicitur: nam ligyros, suauis dicitur: suauitas autem talis est in Nymphis: vnde in Bucolicis, Nec percussa iuuant fluctu tam littora, nec quæ Saxosas inter decurrunt flumina valles. Phyllodoce, a foliis capiendis: nam phyllon, folium dicitur,& dechome, capio. Nesæe, a natando: nam neo cuius futurum est νήσω, hoc est neso,significat nato. Spio ἀπὸ τῶν σπείων, id est a speciebus propter maris cauernas,aut rumpendis fluctibus: nam spume

Drymo Xantho Ligea.

Phyllodoce.

Nesæe.

Spio.

Thalia. Cymodoce. Cydippe. Lycorias. Clio. Beroe. Ephyre Opis. Asia. Deiopeia. Arethusa. Clymene.

me significat idem quod rumpo. Thalia dicit virens & læta, aquis enim omnia virent, thallo autem vireo & lętor significat, sed, l, abiicitur in Thalia, Cymodoce a recipiẽdis & sedãdis vndis, Nam cyma dicitur vnda, &, vt dixi, dechome recipio. Cydippe excellentia & gloria equoꝝ. Nam cydos gloria, & hippos equus dicit. Lycorias a destruendis mõtibus: nam Lycoo dicitur destruo & oros mons, Clio gloria interpretatur. Beroe a voracitate: nam boro dicitur cibus & vorago, & boros edax: aquæ autẽ plurima exedunt. Ephyre etiam Corinthi antiquũ est nomẽ ephydatios autem aquaticus dicitur, Opis, & Asia nympharum nomina primam producunt, vt hic. Opis autem dicitur cura, & opizo, obseruo, curo, vereor. Asia autem limus, & cœnum. Deiopeia a contentione vocis. Nam deis dicitur pugna, & contentio: & opos vox. Arethusa a complacendo: nam aresco dicitur complaceo, vnde dicitur, Ante alias Arethusa sorores Prospiciens. Clymene a celebritate: nam clyo celebro significat, vnde bene dicit, Inter quas Clymene curam narrabat inanem, Vulcani, &c. Sed ne longius diuager. Ordo est. At, id est sed: mater, scilicet Cyrene sensit sonitum, scilicet lamentationum Aristæi, sed nõ vocem, quia vox dicitur prout articulata est: sonus autem, quia genus soni vocis, & non vocis quidquid sonat: licet ergo sonum eum audiuit, qui & vox erat, tamen audiuit eum, vt non vocem, non autẽ vt vocẽ ideo, quia erat sub thalamo alti fluminis. Nymphæ. s. aquarũ, seu fluminum, quę paulopost enumerabũtur, carpebant circa eam scilicet Cyrenẽ, vellera milesia. i. tam pretiosa, ac sunt milesia fucata. i. imbuta, & tincta colore saturo. i. abundante, & saturante, aut Tarẽtino, q̃a Tarentinũ oppidum est Satureiũ, vbi & lanæ bonæ sunt. & baphia. i. tincturę loca, a colore dicit hyali. i. vitri, hoc est aquarũ colori correspondenti, quo nymphæ aquarũ gaudent. nymphę, dico, Drymo, & Xantho, & Ligea, & Phillodoce effusæ Cęsariem nitidam. i. habentes cęsariem. i. comam ventis: quibus cedat diffusam, nitidam per colla candida, qualia sunt fere in locis frigidioribus. Item Nesęi, & Spio, & Thalia, & Cymodoce, & Cydippe, & Lycorias flaua. i. flaui coloris, altera. s. Cydippe existens virgo. i. adhuc intacta. (Nam hoc loco virgo accipit, non a viridiore ętate tantũ, sic enim Lycorias virgo diceret, sicut Pasiphæ in Buc. Ah virgo infelix quæ te dementia cæpit, sed etiã nõdum experta virum) altera ergo. i. Lycorias experta tum. i. tunc, hoc est paulo ante illud tẽpus, primos labores Lucinę. i. quibus pręest Lucina, hoc est partus. Item Clio & Beroe sorores existẽtes ambę Oceanitides pro Oceanides. i. Oceani filię & ambę incinctę auro, & ambę incinctę pellibus pictis. s. hinulorũ, quę nebrides vocantur. Atq; Ephyre, & Opis, & Asia, & Deiopeia, & Arethusa velox. s. in cursu, dum Alpheum fugit, sagittis: quibus. s. in venãdo vsa fuerat posita. i. depositis, aut repositis tãdem. i. post longum exercitium inter quas. s. nymphas, Clymene narrabat curã. i. solicitudinem de Venere vxore custodiẽda, Vulcani, inanem. i. frustra susceptã, & dolos. i. furtiuos amores concubitus Martis. s. cũ Venere, & pro. i. dulcia furta: & numerabat densos. i. frequentes amores diuũ, a Chao. i. a mũdi initio, vel a primo deoꝝ, quo carmine. i. cuius carminis delectatione, dum ipsę. s. nymphæ captæ, deuoluunt fusis mollia. i. mollis lanę pensa: dum enim deuoluũt, minus attentæ sunt, q̃ dum nent) luctus. i. lamentatio Aristęi, impulit. i. percussit iterũ aures maternas. s. tanq̃ magis solicitas: & omnes. s. alię, & ipsa simul obstupuere in sedibus vitreis. i. vitrei coloris, in quibus sedebant in aquis. s. Arethusa, quæ velox & complacens

Virgo.

Vide Seruiũ.

placens dicitur, prospiciens ante alias sorores. i. nymphas, extulit caput flauũ. i. flauis capillis decoratum, vnde summa, & peculi. longe priusq̃ rediret, cum esset adhuc sub medio reditu, supple inquit. O Cyrene soror nõ exterrita frustra tanto gemitu, q̃a ipse Aristęus tristis existens tibi tua maxima cura stat lachrymans ad vndã Penei. s. fluminis genitoris. s. tui, & aui sui, & dicit te nomine. i. nominatim, crudelem. i. immitem, quod signum amentiæ est per impatiẽtiam ortę, sicut pius Æneas amissa cõiuge, inquit Ænei. ij. Quem nõ incusaui amens, hominumq; deorumq;, Aut quid in euersa vidi crudelius vrbe? quasi dicat, nullum, & nihil. Incusare tamen deos per impatientiam non est hominis sapiẽtis etiam secũdum stoicos, & præcipue Epictetum. Et ideo poeta inducit eos, qui deos incusant vehementer commotos Aristæum iuuenem per amissionem rerum a se inuentarum, & Æneam per amissionem coniugis.

PIERIVS.

¶At mater sonitum thalamo sub fluminis alti sensit.) In codicibus aliquot antiq̃s sentit, est, præsenti tempore, quod nõ ita placet. ¶Carpebant hyale saturo fucata colore.) Satyro, est per, y, in media syllaba scriptione græca. Nam cum nõ inficietur Seruius Saturum colorem ab oppido Satureo, iuxta Tarentum nuncupari G... oppidum id σατύριον dicunt ἔστι δὲ χώρα πλησίον τάραντος, apud Stephanum. Inde Virgilius saturum, y, in, u, latino more verso, quod Græci σατύριον καὶ σατύρινον, deminauere. ¶Ligeaq;. (In Longobardi. & in Medi. Legea, legitur λεγεα tamẽ per ἰῶτα prima syllaba scribitur apud Græcos. ¶Nesęe, Spioq;, Thaliaq;, Cymodoceq;.) In codi. aliquot totus versus desideratur, qui tamen non sine carminis iniuria demi potest. ¶Cydippe & flaua Lycorias.) In Longobar. Cydippeq;, & flaua Licor. quæ phrasis est Virgiliana, & figura grecanica, vt illud apud Hesiodũ ἰηεακταί καὶ ἀκταίη, & illud, πουλυνόμη τε καὶ αὐτονόμη. Atque Ephyre, atq; Opis, atq; Asia, & Deiopeia.) Qui versum corrigere voluere ita scripserũt. Atque Asia Deiopeia, sublato, &, at non aduerterunt ex antiquis codicibus legi debere, atque Ephyre, sed atq; Opis & Asia Deiopea. In Ephyre enim nulla synalœpha, sed spondeus est, re at, inde dactylus, q;, opis, & inde alij duo dactyli cum pede bissyllabo finali Asia Deiopea. ¶Inter quas curam Clymene narrabat inanem.) In antiquo exemplari, curas inanis, numero multitudinis. ¶Vulcani Martisq; dolos.) In antiquis codicibus, Volcani, pro vt eius exigit etymologia. ¶Atq; Chao densos diuum numerabat amores.) In vetustis aliquot exemplaribus, Atq;, legere est. Quod etiam habetur in exemplis Arusianis, sed enim mihi non satisfacit: cæterum, E que Chao legẽdum esse colligitur ex Seruio, vbi in Bucoli. versum hunc citat in eiusdem elocutionis argumentum, quæ est Ecloga septima, E que causa resonant examina quercu, ait enim e que sacra, & de sacra: vt e que Chao densos diuum enumerabat amores, id est a Chao, vltimũ hoc multi postea in contextum recepere. Illud etiam obseruatione dignum quod enumerabat, non inuenuste legitur a Seruio, qui numerus in hoc genere carminis multũ decoris & venustatis habet. Placet tamen atque Chao, vt pleraq; habent exemplaria. ¶Prospiciens summa placidum caput extulit vnda.) Mirifice placet quod in plerisq; codicibus antiquioribus, Flauum caput, legitur: Epitheton quidem cultui muliebri congruum. Nam placidum hic ociosum videret. Quod alibi Neptuno signate est attributum procellosa depulsa tempestate tranquillitatem induturo.

Huic perculsa noua mentem formidine mater,
Duc age: duc ad nos: fas illi limina diuum
Tangere, ait: simul alta iubet discedere late
Flumina: qua iuuenis gressus inferret. at illum
Curuata in montis faciem circunstetit vnda,
Accepitq; sinu vasto: misitq; sub amnem.
Iamq; domum mirans genitricis, & humida regna,
Speluncisq; lacus clausos, lucosq; sonantes,
Ibat: & ingenti motu stupefactus aquarum,
Omnia sub magna labentia flumina terra
Spectabat diuersa locis, Phasimq;, Lycumq;,
Et caput, vnde altus primum se erumpit Enipeus,
Vnde pater Tyberinus, & vnde Aniena fluenta,
Saxosumq; sonans Hypanis, Misusq; Caycus,

SERVIVS.

¶Noua formidine mater.) Magna. vt, Pollio & ipse facit noua carmina. ¶Fas illi limina diuũ Tangere.) Vtroq;. n. deo parente nascebat. ¶Speluncisq; lacus clausos.) Mirans, per omnia subaudim'. Lacus autem dicit fontiũ & fluuiorum receptacula. Hæc autem nõ sunt per poeticã licentiam dicta, sed ex Ægyptiis tracta sũt sacris. Vbi pueri de sacris parẽtibus nati, a sacerdotibus nymphis dabantur: qui cum adoleuissent, redditi narrabãt lucos esse sub terris, & immẽsam aquam omnia continentem, ex qua cuncta procreantur. Vnde est illud secundum Thaleta, Oceanumq; patrem rerum. ¶Phasimq;.) Fluuius Colchidis. ¶Lycumq;.) Fluuius Asię. ¶Enipeus.) Thessalię fluuius. ¶Pater Tyberin'.) Tyberis & Anio Italiæ sunt fluuij. ¶Saxosumq; sonãs Hypanis.) Ponti fluuius. Et saxosum legẽdum est, nõ saxosus, ne sint duo epitheta: quod apud Latinos vitiosum est. ¶Mysusq; Caicus.) Qui per Mysiã labit. ¶Eridanus.) Fluuius Italiæ, qui & Padus vocatur. ¶Purpureum) autem nigrum ex altitudine accipimus. Nam Padus non in Rubrũ mare, sed iuxta Rauẽnam in Adriaticum

Et gemina auratus taurino cornua vultu
Eridanus, quo non alius per pinguia culta
In mare purpureum violentior influit amnis.
Postquam est in thalami pendentia pumice tecta
Peruentum, & nati fletus cognouit inanes
Cyrene: manibus liquidos dant ordine fontes
Germanæ: tonsisq; ferunt mantilia villis.
Pars epulis onerant mensas: & plena reponunt
Pocula: Panchæis adolescunt ignibus aræ.
Et mater, cape Mæonii Carchesia Bacchi:
Oceano libemus, ait. simul ipsa precatur
Oceanumq; patrem rerum, nymphasq; sorores,
Centum quæ syluas, centum quæ flumina seruant.
Ter liquido ardentem perfudit nectare Vestam:
Ter flamma ad summum tecti subiecta reluxit.
Omine quo firmans animum, sic incipit ipsa.

in Adriaticũ cadit. Et purpureum grecũ est epitheton: mare rubrum etiam dixit Homerus, εἰς ἅλα πορφυρ[illegible]. Vnde apparet Victorinũ hoc loco errasse, qui purpureũ mare rubrum esse dixit, quod est iuxta Indiã. ¶Fletus inanes.) His enim mouebantur rebus quarũ erat facilis reparatio. ¶Dant ordine fontes.) Rite secundum ordinem epularũ. ¶Mantilia.) Quib' manus tergunt. ¶Plena reponunt pocula.) Iterãt, sæpe offerũt. ¶Panchæis adolescũt ignibus arę.) Id est ture, Arabicis odorib'. Adolescunt autem pro incenduntur. κατ᾽ εὐφημισμὸν ponitur. ¶Mæonij Bacchi.) Lydij vini. ¶Carchesia) autem poculorum sunt genera. ¶Oceano libemus, ait.) Quasi nympha Oceano sacrificat. ¶Oceanumq; patrem.) Secundum Thaleta, vt supra diximus. ¶Centum quę syluas, centum quę flumina seruant.) Aut ducentas esse dicit: aut finitus est numerus pro infinito. ¶Perfudit nectare Vestam.) Id est in ignem vinum purissimum fudit: post quod quia magis flãma conualuit, bonum omen ostendit.

PROBVS.

¶Taurino cornua vultu Eridanus.) Siue Padus. Et ideo Taurino vultu, quod eius sonus, vt tauri mugitus, & ripæ flexuosę sunt, vt cornu.

MANCINELLVS.

Phasis. Lycus. Rhyndacus. Enipe'. Tyberis.

¶Phasimq;.) Phasis Asię fluuius. c. ac. xxx. pontibus pertransitur qui pp̃ter flexiones asper, ac violentus in Colchidem defertur, auctus demum exit in Pontum secus eum vrbs iacet eiusdem nominis & lacus, non procul ipsa vrbs Colchorum emporium, quod ex alia parte amni percingit, ex alia lacu, ex alia mari. Strabo libro vndecimo. Diony. scribit Phasim oriri ex monte Armeno labijq; ex altissimis collibus Caucasi, cui Colchi adhærent, inde in Euxinum deflecti. ¶Lycumq;.) Lycus fluuius postea Rhyndachus dictus est, orit in stagno Artinia iuxta Miletopolim, recipit Mageston, & plerosque alios: Asiam, Bithyniamq; disterminans, Plin. libro quinto capi. xxxiij. Mela scribit in Antiochia Syriæ parte Lycum amnem esse. ¶Enipeus.) Est is Thessaliæ fluuius, qui in Epidamnum allabitur: Epidamnus vero in Peneum. Strabo libro decimo edocuit. altus autem Enipeus Poeta ait, quia ex Othry monte defluit, vti aiunt. ¶Tyberinus.) Tyberis antea Tybris appellatus: & prius Albula e media fere longitudine Apennini profluit, tenuis pmo inde. ij. & xl. fluuijs auctus, pręcipuis autem Nare, & Aniene, qui & ipse nauigabilis in Tyrrhenum dilabitur æquor. Plin. libro tertio. ¶Aniena fluenta.) Anio ex Alba decurrens præter latinam Marsorum vrbem, & propinquum illi campũ Tybrim postea intrat. Stra. libro quinto. descendit aũt per Tybur, Hypanis & Megaros aurum vehunt, ditissima oĩum flumia. ea enim a mõte Hemodo primum exorta, in Oceanũ tandem dilabunt. Soli. quoq; de India scri. Hypanim nobilissimũ flumen: qui Alexãdri magni iter terminauit, sicuti aræ in ripa eius positę pbãt. ¶Misusq; Caicus.) Supra partem Troadis in Mediterraneo est, qui vocatur Teutrania, quã Mysi antiquitus tenuere: ibi Caicus amnis oritur. Plin. libro quinto. ¶Eridanus.) Padus nulli amnium celeritate iferior a Græcis dicit Eridanus, vt scribit Plin. libro tertio, & teste Mela ab imis radicibus Vesuli montis exortus, paruis se primum fontibus colligit, mox ita augetur alijs amnibus, vt se per septem ostia effundat, vnum de ijs magnum Padum appellant. inde eam citius prosilit, vt discussis fluctib' diu qualem emisit, vndã agat: suumq; etiam in mari alueum seruet, donec eum: ex aduerso littore Istriæ eodem impetu profluens Ister amnis accipiat. ¶Auratus cornua.) Geminas ripas intelligit, quæ cum tortæ sint fluuiorum cornua appellantur: auratas autem dicit Poeta, quoniam vt Plin. refert, Padus amnis est Italiæ ditissimus, & campos vbertate fœcundat, vel potius auratus ait, quoniam inter sydera relatus fertur, habetq; stellas. xiij. vt scribit Iginius. ¶Taurino vultu.) Id ait, quoniam Eridani sonus, vt tauri mugitus sit, & ripæ flexuosæ, vt cornua, Probus. ¶Purpureum ma.) Padus, vt Plinius scribit, in mare Adriaticum fluit: in quod triginta flumina defert. purpureum autem cœruleum itelligimus, vnde paulo superius Poeta dixit, violę sublucet purpura nigrę, quod ibi latius apertum est. Aristoteles autem particula. xvj. problematum scribit, perflante Aquilone mare perspectius, atq; trãslucidius fieri quàm Austro. particula vero. xvij. scrib. Austro spirante cœruleum mare fieri: demum purpureus color niger est rubore quodam admisto. De purpureis autem coloribus quomodo varij sunt secũdum solis temperiem in diuersis locis, videto latissime Victruuium in penulti. & vlti. cap. libri. vij. Pumice saxo vndis corroso. ¶Pancheis ignibus.)

Anio. Eridan'. Purpureus color. Pãchaia.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

ignibus.) Id est tureis. tus enim in Panchaia nascitur. virg. libro secundo Geor. Totaq; turiferis Panchaia pinguis arenis, & superius eodem libro dixerat, Solis est turea virga Sabęis, per quod intelligitur Panchaiam in Sabęa regione esse, Probus vero Persidis regionem scribit esse ab rege Pancheo dictam. ¶Adolescút.) Augentur, honorant, incenduntur. ¶Carchesia.) Est Carchesium poculis Gręcis tantúmodo notum, procerum & circa mediam partem cópressum: ansatum mediocriter ansis a summo ad infimum pertingentibus. Macrob. libro quinto. ¶Mæonij Bacchi.) Vini Lydij. De Lydia autem dictum est paulo superius. ¶Oceanumq; patrem rerum.) Diodo. libro primo ait, ꝙ humiditatem, Oceanum prisci vocitarunt, & Græcorum nónulli Oceanum generatorem deorum, & matrem Tethym prius etiam dixerant, ꝙ in humidis calore adhibito fit generatio. ¶Nectare.) Optimo vino. de nectare vero latius superius est. ¶Ardenté Vestam.) Igné ipsum, vnde ait Ouid. libro sexto Fasto, Nec tu aliud Vestam quá viuam intellige flammá. Cice. autem in libro de natu. deo. scrib. Vestę nomen a Gręcis esse. Ea enim est, quę ab illis Hestia dicit, vis autem eius ad aras & focos pertinet: itaq; in ea dea, ꝙ est rerú custos intimarum, omnis & precatio, & sacrificatio extrema est. Dixerat autem paulo superius, in omnibus vim habere maximá, prima, & extrema, & ꝙ principem in sacrificando Ianum esse voluerunt, quod ab ineundo nomé est dictum: de Vesta etiam plura diximus in fine lib. j. Georgi.

ASCENSIVS.

¶Hic percussa, &c.) Docet quomodo susceptus sit in thalamos maternos Aristęus, vtq; exposita querela, eaq; inani intellecta post epulationé Oceano libabant. ¶Ordo est. Mater, sup. Aristæi, videlicet Cyrene, percussa menté noua. i. magna, aut insolita cú filio illatenus prospera fuissent omnia, formidine, id est habens mentem attonitá & percussam nouo metu, ait, scilicet ad Arethusam talia nunciáti: age, adhortádi est duc, duc, inquit ad nos sup. Aristęum, quia fas est illi cum sit de sanguine diuum tangere limina diuum, id est diuorum aut diuarum & simul, id est cú hæc diceret. iubet flumina alta, id est, pfunda discedere late, ab ea supple parte, qua iuuenis, scilicet Aristęus inferret ingressus, i. ingrederetur: at. i. sed, vnda, scilicet fluminis circústetit, illum, scilicet Aristęum curuata in faciem. i. similitudinem, aut formá montis, (quod reuera Mosi & cęteris Israeliticis contigit in exitu Israel de Ægypto) & accepit iuuenem sinu, id est receptorio, vasto. i. valde amplo & capaci & misit sub amné, & ipse ibat iam, mirans, id est admirans domum, & humida regna genitricis, & lacus clausos speluncis, id est abditis penetralibus terrę, & lucos, id est syluas inceduas & omnium fluminum ac arborum, semina atq; elementa: sonantis, scilicet suo vento subterraneo videlicet: & ibat stupefactus ingenti motu aquarum, & spectabat omnia flumina labentia sub magna terra diuersa, id est distincta etiam sub terra locis, & Phasim Asiæ fluuium, qui in Colchidem defert: & Lycum fluuiú inter Asiam & Bithyniá, & spectabat caput vnde Enipeus, fluuius ille Thessaliæ, altus. i. profundus, erupit. i. extulit se primum, & spectabat supple locum vnde Tyberinus, scilicet fluuius Italiæ, erupit sup. aut habeat caput, id est ortum & vnde fluenta Aniena. i. Anienis fluminis Italiæ in Tyberim incidentis. habeát, sup. caput, & vnde Hispanis fluuius Indiæ apod Scythas ortus, & in Pontum defluens sonans saxosum, id est saxose, id est vt sonát flumina inter saxa decurrentia, & Caicus Mysus, id est qui per Mysiam labitur, sup. habeát caput atq; ortú, & vnde Eridanus. i. Padus, de quo prius fluuiorum rex Eridanus, auratus gemina cornua, id est habés geminas ripas cornibus persimiles auratas, id est pretiosas, aut, ppter greges, aut potius propter vrbes, vultu taurino, id est fluxu medio taurinum mugitum imitante, alludit auté ad fabulam Acheloi, cui propter fertilitaté cornu copiæ ablatum ab Hercule fingitur, quasi dicat, verioré esse causam in Pado seu Eridano, cui gemina cornua & ea qdem aurata assignétur vnde subdit, quo, scilicet Eridano nó alius amnis influit violentior in mare purpureum, id est ferrugineum, aut cœruleú per culta pinguia, id est arua & rura pinguia & culta, vt & naturę benignitatem & agricolarum industriam & indulgétiá laudet. Post quam peruentum est, scilicet ab Aristęo & comitibus in tecta thalami. i. Cyrenes pendentia, id est pensilia aut suspensa pumice. i. in saxo cauernolo, & aquis corroso, & Cyrene cognouit fletus gnati. i. filij sui inanes, id est facile remediabiles, germanę. i. sorores dant ordine, scilicet ministratorio manibus. i. lauandis, fontes liquidos. i. limpidos & dulces: salsi enim crassiores sunt, & ferunt mantilia villis tonsis, id est quorum villi erant tonsi, ijs aút tergebant manus: pars. i. quędam ex eis, onerant mensas epulis, & reponunt, id est iterum ponunt postquam exhausta fuerant pocula plena, & arę adolescunt. i. augentur, & incenduntur, ignibus. i. odoribus, quos ignis excitat Pancheis. i. ex thure Panchaię co diffusis. & mater ait, o fili cape carchesia. i. pocula illa Græcis nota, Bacchi. i. vini, mæonij. i. Lydij: quod boná est, & libemus. i. sacrificemus Oceano, scilicet deo maris, & simul, idest cum hoc diceret, ipsa precatur Oceanum patrem rerum, scilicet omniú quę augescunt, qa ex humore procreant secúdum Thaletem & nymphas sorores inter se, aut etiá Cyrenes, sed potius inter se, quia si Cyrenes, non tacuisset, vni tot sorores fuisse: centum dico nymphas, quę seruant. i. habitant, aut conseruát syluas, vt sunt Dryades, & centú quæ seruant flumina, vt sunt Naiades seu Nereides: & ipsa perfudit ter, quia numero deus impare gaudet, Vestam. i. ignem ardentem, scilicet victimam nectare, id est vino liquido, id est purissimo, & flamma, scilicet vino aucta subiecta, id est sursum iacta & exiliens, reluxit ter ad summum tecti, quod signum erat litationis & accepti sacrificij, quæ omine, id est indicio suscepti sacrificij: & præsentis numinis, vt Ænei. ij. in flámma qua Ascanij lambere visa comas, ipsa scilicet dea perita eius rei firmans. i. corroborans & confortans animú, incipit sic. i. vt sequitur sup. fari aut sermonem suum.

PIERIVS.

¶Huic percussa noua mentem formidine mater.) In Mediceo & nonnullis alijs codicibus peruetustis, percussa legit, de quo alibi. ¶Et caput vnde altus primum se erumpit Enipeus.) In Romano codice legere est, primum se erumpit. In Oblongo illo, quem Pomponius Lætus delicias suas est appellare solitus, primum erumpit sine vlla prorsus collisione, & ita erat prius in codice Mediceo: in aliquot alijs, Enipheus, est per, φ, sunt enim qui Enipheа, fluuij nomen ab Enipheo Troiano viro, cuius Home. mentionem fecerit, hac scriptura distinguant. ¶Saxosumq; sonás Hypanis Mysusq; Caicus.) In Romano codi. Saxosus, legitur: quod improbat Seruius, ne duo sint epitheta, quod apud Latinos vitiosum est, erat tamen in Oblongo perueteri, atq; etiam in Mediceo saxosus, aliena inde manu, saxosum, est repositum. Sed quod Seruius ait de duobus epithetis videtur, sonans loco verbi positus quàm pro epitheto positum, neq; huius elocutionis exempla desunt. Quod vero Misus, per ιωτα scribitur in codi. nónullis. Antiqui aliquot per, y, scribunt, μυσία χώρα καὶ πόλις, apud Stephanum reperitur. Quod autem ad denominatiuú pertinet, & Mysij populi dicuntur, & Æolum lingua Mysadrj, Illud addam in Longob. pro, Hypanis Hypanus per, u, legi vltima syllaba, ita etiam in Mediceo. ¶In mare purpureú violentior influit amnis.) In Roma. & in codici. perueteribus, effluit, legitur: quod veriti sunt, in, geminetum vitiosum esse, cum tamen huiusmodi exempla pleraq; etiam apud oratores inueniantur, quę longum esset enumerare.

SERVIVS.

¶Est in Carpathio Neptuni gurgite vates.) Carpathos, insula contra Ægyptum, a qua vicinum pelagus Carpathiú appellatum est. Hic aliquádo regnauit Proteus relicta Pallene ciuitate Thessalię, ad quá tamen reuersus est postea: quod ostendit hoc loco, dicens, Patriamq; reuisit Pallenen. ¶Magnum qui piscibus æquor.) Dij enim marini prima parte equi sunt, postrema resoluuntur

Est in Carpathio Neptuni gurgite vates
Cœruleus Proteus: magnú qui piscibus æquor,
Et iuncto bipedum curru: metitur equorum.
Hic nunc Emathiæ portus, patriamq; reuisit
Pallenen. hunc & nymphæ veneramur, & ipse
Grandæuus Nereus. nouit nanq; omnia vates,
Quæ sint: quæ fuerint: quæ mox ventura trahantur:
Quippe ita Neptuno visum est: immania cuius
Armenta, & turpes pascit sub gurgite phocas.
Hic tibi nate prius vinclis capiendus: vt omnem

resoluuntur in pisces. ¶Quæ sint, quæ fuerint. vt Home. ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα. ¶Ita Neptuno.) Vbi deest ratio, sic loquitur. Nam ita & in tertio dixit, Sic visum superis, cum præmisisset Immeritam. ¶Armenta & turpes phocas.) magnas: vt, Cui turpe caput, Phocę sunt boues marini. ¶Expediat morbi causam, euentusq; secúdet. Duo enim ista requiruntur in oraculis causa

causa mali, & remedium. ¶Sine vi nó vlla dabit pręcepta.) Ne eú speraret posse precibus flecti. ¶Doli circú hęc demú.) Circa vincula nouissime eius desinent doli. i. formarum varietates: cuius figmétum physicam volunt esse rationé: ná homo habet in se libidinem, stultitiá, ferocitaté, dolú: quæ dum in eo viget, pars illa quę vicina est diuinitati. i. prudétia, non apparet: quæ tunc potest suas vires tenere cum fuerint illa religata. i. cum qs caruerit omnib⁹ vitijs. Vnde sacerdotem hunc dicit posse vaticinari, & suscipe diuinitaté, cum religata in eo fuerint syluestris cupiditas, asperitas, lapsusq; animi aquarú mobilitati similis. ¶Medios cú sol accé derit ęstus.) Fere enim numina tunc videnf. Lucanus, Medio cum Phœbus in axe est, aut cœlum nox atra tenet: tunc ipse sacerdos Accessum dominumq; timet deprendere luci. ¶In secreta senis ducam.) Fere omnes dij marini senes sunt. Albent enim eorum capita spumis aquarum. ¶Atra tigris.) i. sęua. ¶Tanto nate magis.) Alij legunt, Tantum nate magis.

Expediat morbi causam: euentusq; secundet.
Nam sine vi non vlla dabit pręcepta: neq; illum
Orando flectes. vim duram, & vincula capto
Tende: doli circum hæc demú frangentur inanes.
Ipsa ego te, medios cum sol accenderit æstus:
Cum sitiunt herbæ: & pecori iá gratior vmbra est:
In secreta senis ducam: quò fessus ab vndis
Se recipit: facile vt somno aggrediare iacentem,
Verum vbi correptum manibus, vinclisq; tenebis:
Tum varię illudent species, atq; ora ferarum:
Fiet enim subito sus horridus, atraq; tigris,
Squamosusq; draco, & fulua ceruice leæna:
Aut acrem flammæ sonitum dabit: atq; ita vinclis
Excidet: aut in aquas tenues dilapsus abibit.
Sed quanto ille magis formas se vertet in omneis:
Tanto nate magis contende tenacia vincla:
Donec talis erit mutato corpore: qualem
Videris, incepto tegeret cum lumina somno.

in mari vtuntur, humi quoq; vice pedum serpunt, vestiuntur autem pilis vti pistris, & balena.

CHRISTOPHORVS.

Prote⁹. ¶Proteus.) Deus marinus, Oceani & Tethydis filius fuit, & vates, q ab Agamemnone vi coactus, sm Home. futura predixit. Sút qui dicát ex Pallene fuisse, & apud Ægyptios regnasse, & ad eú post excidiú Troianú tépestate cópulsum deuenisse Agamemnona: sed Herodo. scribit Parim rapta Helena tépestate in Ægyptú apud canopicum Nili ostium delatum, & ab Otone ostij custode ad Proteum deductum esse (Paris ad Proteú.), ac Proteus cognita rapina Helená, resq; suas, illá Menelao restituendam retinuit, ac triduo Parim abire iussit, Mene. deinde expugnata Troia Helenaq; in ea vrbe nó inuenta in Ægy. venit, atq; illá a Prot. recepit. ¶Turpes phocas.) Phocæ. Phocæ vituli marini dicuntur, spirát, vt balenæ & delphini, ac in terra dormiunt, & profundum accipiunt somnum, pręsertim cum multa esca crapulentur, nó squama, sed corio bubulo teguntur, parit in littore, & lac prebet, teste Aristotele, quapropter ambiguú hoc animal esse. i. aquaticum, & terrestre, idem philosophus asserit.

PROBVS.

¶Hic nunc Emathie portus patriáq; reuisit, Pallenté.) Emathia dicit Macedonia ab Emathione fratre Ménonis, vbi est vrbs Pallene, sed Proteus in Ægypto natus est. Et, ppter crudelitaté Busyridis dicit Pallenem petijsse, & ita redijsse in Ægyptum.

MANCINELLVS.

Carpathus. ¶Carpathio gurgite.) Est Carpatus insula excelsa. CC. stadia habens, fuitq; vrbibus. iiij. pollens, & nomen celebre consecuta est. a qua pelago quoq; nomé est inditú: Stra. li. xj. de sporadibus, & Pli. lib. v. cap. xxxij. scribit, vna de insulis Rhodioꝝ, idem Strabo lib. ij. ait. Carpathium mare esse vsq; Rhodú Cretáq;, ac Cyprú.

Prote⁹. ¶Proteus.) Diodo. lib. ij. sic ait, defuncto rege post. v. genus cú Ægyptus rege careret ex digniorıbus quidam in regem assumptus est, quem Ægypti Cętea Gręci Proteú appellant, qui Iliaco tempore extitit, hùc artium peritú fuisse tradunt, & in varias sese formas vertere solitú, vt nunc animal, aliquádo arbor, aut ignis, aut quid aliud videret, quæ eadé & sacerdotes de illo scribunt, hará cognitioné cótinuo ex astrologoꝝ, ac sacerdotum vsu rex est assecutus, consuetudo autem regibus tradita Græcis causam huiusmodi trásmutationis fingédi prębuit. Nam Ægyptijs mox erat regibus, aut leonis, aut draconis priorem partem in capite ferre, insignia principatus, quandoq; vero arborem, aliquádo ignem, quandoq; redolentia supra caput vnguenta, hęc tamé ad decorem spectabant, atq; ornatú tum stuporé, ac superstitioné quandam aspicientibus inijciebant: hæc ille: teste vero Hesio. in Theogonia Oceani, & Tethyos filius fuit, fuitq; vates maximus, De quo quidem & Theocri. ait. Os Proteos phocas χαλίας ἔνεμε, hoc est vti Proteus Phocas etiam deus existés pauit. ¶Bipedum equoꝝ.) Marini equi prima parte equorú effigiem habent, postrema piscium, qua figura etiam in antiquis marmoribus cernuntur, vt aiunt. Bipedum autem ait, quoniam vt scribit Pli. penne quæ pedú vice datæ sunt piscibus, nullis supra quatuor, quibusdam binæ, quibusdam ternæ, aliquibus nulle, &c. ¶Emathiæ portus, de hac videto in fi. lib. j. Georgi.

Pallene ¶Pallene.) Pallene Arcadiæ oppidum, teste Plin. hic vero intelligit Maro de Pallene vrbe Thraciæ, quam habitauit, vt apud Lycophronem apparet Proteus anteq; in Ægyptum transiret. Dicta autem est Pallene a Pallene filia Sytonis, vt Apud Eusta. habet.

Nereus, ¶Nereus.) Oceani & Tethyos filius, teste Hesio. quem oium antiquissimú dixit Orpheus in Argonautica. Neros autem aqua dicit. ¶Immania armen.) huiusmonis causa, vt scribit Plinius libro. ix. sunt in mari animalia maiora, etiam terrestribus: plurima autem, & maxima in medio mari, ex quibus balenæ quaternorú iugerum, pistres ducenorú cubitorum.

Phocæ. ¶Phocas.) Vitulos marinos intelligit, qui in terra pariunt pecudum more, nunquam geminis plures, educant mammis fœtum, ipsis in somno mugitus, vnde nomen vituli acceperunt. Nullum animal premitur grauiore somno, pennis, quibus in mari

ASCENSIVS.

¶Est in Carpathio, &c.) In hac parte habetur oratio Cyrenes ad filium, in qua docet eum, qua pacto amissarum apum recuperationem a Proteo ediscat, & primo vbi eum inueniat, dicens. Proteus deus ille marinus, & vates cœruleus, id est marinus: est in gurgite Carpathio, id est maris Carpathij, Neptuni. i. in quo Neptuni pecus custodiat: qui. s. Proteus, metitur. i. tranat magnum æquor piscibus, id est vectus a piscibus, & curru equorum bipedum. i. marinorum tantum in anteriori parte, in qua equis similes sunt pedes habentium, cum in posteriori piscibus similes pedes non habeant, iuncto, scilicet ad iugum: hic, scilicet vates cœruleus, reuisit nunc portus Emathiæ. i. Thessaliæ, aut Macedonię patriam, id est natale solum, ipsius, scilicet Protei, hunc veneramur, &, id est etiam nos nymphę: & ipse Nereus deus aquarum Oceani & Thetyos filius grandæuus, id est secúdum Orphea antiquissimus diuorum, sup. veneratur hunc: nanq; ipse vates nouit omnia, quæ sint, scilicet in præsentia, quæ fuerint, scilicet præterita, & quæ trahantur ventura mox, id est paulo post. Quippe, quia certe ita visum est, id est ita placuit, Neptuno, id est magno deo nostro: quasi dicat, nescio, cur eum Neptunus prętulerit, sed quia ita visum est deo, censendum est ęquum esse) quę sententia sane quam theologica est, licet falsis dijs attributa, vnde libro. ij. Ænei. Occidit & Peleus iustissimus vnus Qui fuit in Teucris, & seruátissimus ęqui. Dijs aliter visum. Et in principio tertij. Postquam res Asiæ, Priamiq; euertere gentem, Immeritam visum superis. Sanè quæstionem habet quomodo Ænei. iij. Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo Prædixit, vobis furiarum ego maxima pando, per quæ omnem diuinam peritiam ab Ioue, abs quo fata pendent pendere, & ne Apollinem quidem nisi prius ab Ioue acceperit, diuinare demóstrat, quomodo ergo Neptuno eadem sit potestas? Verum sciemus hæc tria numina, Iouem dico Neptunum & Plutonem triplicem apud gentiles theologos habere potestatem quæ in Ioue fulmine trisulco, in Neptuno tridente, in Plutone Cerbero tricipiti significat, ideoq; pro Plutone Iouem infernum & stygium dictum legimus. Quapropter nympha quæ sub ditione Neptuni est Neptuní vt summum deoꝝ venerata, etiam eam potestatem ei attribuit, quæ Iouis est, quasi vero vt Iuppiter pro Neptuno, ita Neptunus pro Ioue poni possit, cú deus sit vnus, nomina vero diuersa, sed sub eo nomine colat, sub quo eius potestati subijcimur, aut numie egemus, verum plus ꝙ constitueram diuagor.) Est ergo ita visum Neptuno qui nymphis cum Oceano pro summo numie est, cuius, scilicet Neptuni, ille pascit sub gurgite, s. Carpathio, armenta immania. i. ita magna, vt tanꝙ mala terrori sint, & phocas. i. vitulos marinos, turpes. i. torpétes somno aut magnas: hic. s. states o nate est

te est, capiendus tibi.i. debet capi a vinclis.i. in vincula, prius.s. quam quicquam ab eo petas: vt ipse expediat.i. expedire dicat omnem causam morbi. (Quanto prudentius hæc admonuit, quam nunc plerique facimus, qui remedium morborum petimus, nolentes causam abolere. scimus enim quia quidqd patimur, peccata nostra meruerunt, & tamen quando precamur finem malorum, non facimus finem peccandi. Quia ergo nympha non potuit dare malorum remedium nisi cessaret causa propter quã inducta fuerant: prudenter admonet filium vt causam disquirat: ea aũt fuit mors Eurydices, quã violare voluerat, vt suo loco dicet. & vt secundet.i. secundos faciat, aut annunciet euentus.i. quę postea eueniant.i. remedia. dicimus ergo etiam euentus, quãuis Valla euenta dicẽdum doceat. ad bonum autẽ omen pertinet, quod dicit secũdet. non enim certi sumus dum precamur, vtrum dij secundent, at ita sperandum est. Nam sine vi. &c. Causam reddit cur vinclis prius capiendus sit, quia videlicet ipse non dabit vlla pcepta sine vi.i. violentia, neque tu flecles illum orando.i. per orationẽ & precestende ergo illi capto duram vim.i. violentiam, sine remissione & vincla.i. sine relaxatione doli.i. illusiones eius inanes.i. frustra incepti per eum, frangentur, id est frustrabuntur, demum.i. tandem, circum hæc, id est dum hæc fient, aut circũ hęc vincula. ipsa, id est egomet, ducam te in secreta, id est arcanos thalamos senis, scilicet Protei, tum cum sol accenderit medios æstus, id est in meridie cum herbæ sitiunt, id est desiccantur calore qui in nobis sitim generat, & cum vmbra est iam grauior, scilicet quã herbę pecori, in secreta dicit, quo.i. ad quę, ipse senex fessus abvndis aut recipit se tanquã in tutiora, aut amœniora loca ab vndis, vt tu aggrediare.i. inuadas, facile, id est faciliter ipsum iacentem.s. oppressum somno.i. sopore: verũ, id est sed: vbi, id est quãdo tenebis ipsum correptum.i. celeriter & quasi simul totum raptum manibus & vinclis, pro vinculis: tum.i. tunc, variæ species, id est rerum apparitiones & imagines, atque ora.i. facies & formę ferarum eludent.s. te: enim pro quia: ipse fiet subito sus horridus rigentibus.s. setis, & spumãs, vt aper, hoc est sus syluester, & fiet tigris atra.i. infesta & inimica, & draco squamosus.i. squamis multis tectus, & lęna ceruice fulua, id est rutila, aut dabit acrem sonitum, id est crepitum flammę, id est ignis ardentis similitudinẽ induet atque excidet, id est cito elabetur sic vinclis, aut abibit delapsus.s.e vinculis in aquas tenueis, id est transparentes, sed o nate, id est fili, quanto magis ille vertet se in omnis formas tanto magis cõtende, id est contrahe & constringe vincla tenacia, id est ipsum assidue & semper tenẽtia, donec ipse erit.i. videbitur talis corpore mutato, i. reducto in pristinam figurã qualem videris ipsum cum tegeret lumina, id est sopiret oculos somno incepto, cum.s. ipsum primum adoriebaris.

Nota.

PIERIVS.

¶Orando flectes.) In Mediceo codi. orando vinces, legere est: Alterum ex his paraphrasis omnino fuit. ¶Doli demum circum hæc frangentur inanes.) In Medi, dictionum ordo ita habet, doli circum hæc demum, meliori numero. ¶Tum varię illudent species.) Hoc loco plurimum variatur. Nam in Roma. codi. ludent. In Oblongo perueteri, eludunt, pręsenti tempore. In Longob. in Mediceo & plerisque alijs, eludent. futuro. Neque vero reticenda sunt hoc loco, quæ de Proteo Augustinus cõtra Academicos disputat in hunc modum. Proteus enim ille, vt vos adolescẽtes nõ penitus poetas a philosophia contemnendos videatis, in imaginem veritatis inducitur. Veritatis inquam Proteus in carminib' ostentat, sustinetque personam, quam obtinere nemo potest, si falsis imaginibus deceptus, comprehensionis nodos, vel laxauerit, vel dimiserit. Sunt enim [illegible] imagines, quę consuetudine rerum corporalium, per istos, quibus ad necessaria huius vitæ vtimur, sensus etiam cum veritas tenetur, & quasi habetur in manib', decipere, atque illudere moliuntur, hic vides D. Augustinum paraphrasi hac, illudent, agnouisse, quod si, ludent, legas, non nihil sententia remittet.

SERVIVS.

¶Liquidũ ambrosiæ diffundit odorem.) Vnxit eum, quo posset esse vidẽdi numinis capax. ¶Habilis.) Vegetabilis. ¶Specus ingens.) In singulari numero hoc specus, in plurali hi specus dicim'. ¶Deprẽsis.) Periclitantibus. ¶Tegit.) Tegere cõsueuit. Nam tũc illic nõ erat. ¶Obice.) Obiectione. Et meli' hic obex, quã hęc obex dicim'. ¶Auersum a lumine. Paululum obliquum a lumine. Et sciẽdum Proteum temporalem suscipere diuinitatem, alioquin potuit Aristęum cognoscere latitantem. ¶Iam rapidus.) Hic distinguẽdum, ppter duo epitheta. ¶Sirius autem stella est in ore Canis, per quã nimios æstus accipimus. ¶Sitientes Indos.) Populos subsolanos. ¶Caua flumina.) Alta. Lucanus, Deseruere cauo tẽtoria fixa Lemãno. ¶Vix defessa senem passus componere membra.) Auiditatem exprimit tenere cupiẽtis. Vnde eum contra matris præceptum cito in Proteum impetũ fecisse dicit, per quod incontinentes animos hominum docet Poeta.

PROBVS.

¶Cum Proteus consueta petens e fluctibus antra ibat.) Proteus deus maris solitus se in omneis figuras cõuertere.

Hæc ait: & liquidum ambrosię diffudit odorem:
Quo totum nati corpus perduxit. at illi
Dulcis compositis spirauit crinibus aura:
Atque habilis mẽbris venit vigor. Est specus ingens
Exesi latere in montis: quo plurima vento
Cogitur: inque sinus scindit sese vnda reductos:
Deprensis olim statio tutissima nautis.
Intus se vasti Proteus tegit obice saxi.
Hic iuuenẽ in latebris auersum à lumine nympha
Collocat. ipsa procul nebulis obscura resistit
Iam rapidus torrens sitientes Sirius Indos
Ardebat cœlo: & medium sol igneus orbem
Hauserat. arebant herbæ, & caua flumina siccis
Faucibus ad limum radii tepefacta coquebant:
Cum Proteus consueta petens è fluctibus antra
Ibat. eum vasti circùm gens humida ponti
Exultans, rorem late dispergit amarum.
Sternunt se somno diuerso in littore Phocę.
Ipse (velut stabuli custos in montibus olim,
Vesper vbi è pastu vitulos ad tecta reducit:
Auditique lupos acuunt balatibus agni)
Consedit scopulo medius: numerumque recenset.
Cuius Aristæo quoniam est oblata facultas:
Vix defessa senem passus componere membra,
Cum clamore ruit magno: manicisque iacentem
Occupat. ille suę contra non immemor artis,
Omnia trãsformat sese in miracula rerum,
Ignemque, horribilemque feram, fluuiũque liquentem.

Vnde ait Oui. lib.j. de ponto, Nectar, & ambrosiam, latices, epulasque deorum, Det mihi formosã grata iuuẽta manu. Ambrosius aũt est ambrosius, qd' diuinitatem & immortalis, pduxit, perunxit, affecit. ¶Dulcis aura.) i. vetus sic. n. Nonius quoque hũc locũ exponit. ¶Vigor.) Fortitudo, firmitas. ¶Depresis.) Tempestate oppressis. ¶Olim.) Quandoque. ¶Obice.) Oppositione, obiectione obice pessuli fere [illegible] quit Festus. ¶Rapidus Syri'.) Canis maior habet in lingua stellam vnam quę canis appellatur. In capite aũt alterã, quã Isis suo nomine statuisse existimatur & Sirion appellasse ppter flãmę candorem, & huiusmodi fit, vt præter cæteras lucere videat. Scribit ita Iginius Siriao aũt luceo, & sicco significat. Inde Sirius stella, quã aũt de natura maris est. homines nimio solis ardore fatigat. Plinius scri. lib. xvij. c. xlij. Auem parram oriente sirio ipso die nõ apparere & donec occidat. ¶Rapidus.) suo enim ardore cuncta rapiẽdo desiccat. Hac etiã rõne superius dixim' rapidum solem appellari, quod hic locus apertissime indicat. ita esse rorẽ marinũ. s. q amarus est, Pli. lib. ix. c. xlix. sic ait, Libanois locis putridis, & macris ac rosidis serit, radicẽ habet holusatri, nihil a thure differẽtẽ. Vsus est eius post annũ stomacho saluberrimus: quidam eam nomine alio rosmarinum appellant: hæc ille. ¶Ipse velut.) Ordo est, ipse cõsedit scopulo medius, numerumque recenset, cętera per parenthesim claudantur. ¶Olim.) Quandoque. Auditi legitur & auditus. ¶Acuũt.) Instigant. ¶Recenset.) Retractat, recognoscit. ¶Facultas.) Copia, opportunitas. ¶Manicis.) Vinculis.

MANCINELLVS.

Ambrosia. ¶Ambrosiæ.) Ambrosia species est artemisiæ, simplici caule, folijs minimis flores copiosi erumpunt, cum vua maturescit, odore nõ iniucundo. Pli. lib. xxv. Ex hac autem dij pasti sunt crediti. Vnde

ASCENSIVS.

¶Hęc ait, & liquidum ambrosiæ diffundit odorẽ, Quo totũ, &c.) Postquam mater Cyrene filium edocuit quomodo Protea adoriri, id est per insidias inuadere & comprendere debeat, reddidit eum aptum qui eum videat & capiat. Nam vt vetus erat superstitio semidei, non semper, sed duntaxat quando volebant, videbantur a mortalibus, vnde in Bucolicis Silenus, Soluite me pueri satis est potuisse videri. Reddit autem ipsum aptum ambrosia herba odorifera & suaui admodum, qua dij refecti credunt, sed communicatione diuini cibi credebantur mortales in deorum consortium assumi, vnde Æolus Ænei.j. Tu das epulis accumbere diuum. Sanè omnia quæ hic habentur, figmenta, psunt dissimæ Etnicorum theologiæ quadrãt. Nam quod diuinus ille Homerus Protea dicit coactum ab Agamemnone illi, nec aliter futura pręd ixisse: significat quod vates nõ sui compotes, sed a diuino spiritu coacti vera dicant, vt de Balaam latissime sacrę attestatur literæ, & de Sibilla Maro noster Æneid. vj. Quin & regum historia Saulem inuitum inter prophetas raptum attestatur. Per Protea autem qui ad moralem sensum referũt, fere veritatem intelligunt, quam omnes philosophi in suis opinionibus perquirũt, varijs eludentem figuris. vnde tot sunt in omni scientia opiniones inter se quãmaxime discrepantes, cum tamen veritas veritati semper quadret, sed ea diuersitas aut discrepantia est in ingressu dũtaxat, qui perseuerauerit & vinculis manibusque, id est toto conamine veris scientijs comprehẽdendis studuerit, tandem eam in propria forma comprehendet, nam nihil est ipsa veritate fortius, vt in sanctis literis legimus, ipsa tandem semper præualet, atque omnia monstra errorum & mendaciorum deprimit, de qua Cice. O magna vis veritatis quę contra omnium ingenia, calliditatem, solertiam, contraque fictas hominum insidias se per seipsa defendit. De Proteo autem, licet multa iam vidimus, addam ex Landino hęc. Proteus aũt deus marinus, Oceani & Tethyos filius fuit & vates, qui ab Agamẽnone vi coactus sm Homerum futura prædixit. Sunt qui dicunt ex Pallene fuisse, & apud Ægyptios regnasse, & ad eum post excidium Troianum tempestate compulsum deuenisse Agamemnona. Sed Herodotus scribit, Parim rapta Helena, tempestate in Ægyptũ apud canopicũ Nili ostium delatum, & ab Othone ostij custode ad Proteum deductum esse: At Protea cognita capita Helenam Menelao restituendam cum rebus eius retinuisse, ac triduo Parim abire iussisse, Menelaum deinde expugnata Troia Helenaque in ea vrbe nõ inuẽta in Ægyptum venisse, atque illam a Proteo recepisse. hæc ille, quę multum ab his quæ Homerus & Virgilius tradunt discrepant, sicut & alia multa inter Græcos historiographos, vnde non ab re ab Iuuenale dictum est, Et quidquid Græcia mendax Audet in historia. Idẽ Landinus Protea senem dicit, quia nihil antiquius veritate, ad eũ ductum Aristæum a matre per quam rationem intelligit: ratio enim inquit & non appetitus optima dux est ad veri inquisitionem, eundem in antro latere, quia veritas in obscuro latet. In varias formas mutari, quia decipimur specie recti, donec in formã humanam.i. ad verum rationis iudicium per longam inquisitionem redire cogimur, sed satis superque philosophati sum'. Nemo est tam infœcundi ingenij qui in re tam fertili nihil frugis bonæ inuenerit. ¶Ordo igitur est. Supp. Cyrene mater Aristæi ait, hæc s. quæ dicta sunt: & diffundit odorem ambrosiæ.i. ambrosiam ipsam odoriferam, liquidum.i. fluentem & mundum: quo.s. odore ipsa perduxit, id est imbuit (tractum ab iis qui inaurant. Vnde Persius Saty.ij. Auro sacras quod ouato perducis facies) totum corpus nati, id est filij, videlicet Aristæi, atque.i. sed dulcis aura, id est fragor per auram diffusus, aut ventus spirauit illi, scilicet Aristæo sic perfuso, & hoc crinibus compositis (vt enim deorũ prognatum genere significaret filium, nec a Proteo respueretur, aut vt mortalis perciperet, imbuit capillos eius eo odore, quo deorum imbui solent: vnde Venus Æneid.j. volens se dum abiret significare deam ambrosiæ odorem capillis suis dedit, vnde dicitur ibidem, Ambrosiæque comę diuinum vertice odorem spirauere.) Atque vigor habilis.i. vegetus & agilitans deoque cõueniẽs. (Nam incessu & agitatione corporis etiam diui apparere solent: vnde Æneid.j. Et verã incessu patuit dea) venit.i. accessit per imbutionem ambrosię, membris, scilicet Aristęi, specus, id est antrũ ingens, est in latere montis exesi.s. vetustate, aut impetu aquarũ. De antro autẽ Chironis dicit Statius in Achilleide, Pars exhausta manu partem sua ruperat ętas) quo.i. ad quod specus, aut quem specum (vtrũque enim dicitur) plurima vnda cogit, id est impellit, vento: & ipsa scindit sese.i. seipsam in sinus reductos, i. refluos ita vt vltra fluere nequeat vnda: vnde addit, quæ supp. vnda est: aut, appositorie, vnda dico, existens statio.i. locus vbi ad tempus stant naues, tutissima.s. a periculo procellarum & ventorum, nautis deprensis.i. in ipsa tempestate in mari offensis, & ita oppressis, olim.i. quouis tempore. Deprendere dixit pro deprehendere, sicut prendere pro prehendere. Est autem deprehendere, aliquem offendere in ipso facto, vt qui adulterũ in ipso facto inuenit. deprendit ipsum, seu deprehendit ipsum, vnde Horatius.j. sermo. Deprendi miserum est Fabio vel iudice vinctam. Rescimus autẽ post factum. Quia ergo nautæ in ipso facto audacię.s. qua audẽt cœlo turbido mare ingredi, a tempestatibus opprimuntur, aptissime dicũtur deprendi. Proteus tegit se intus, id est in ipso antro medio obice.i. obiectiõe, vasti, id est valde ampli saxi. Nympha, scilicet Cyrene, collocat hic, id est hoc dicto, iuuenem, scilicet Aristæum in latebris auersum a lumine, id est ab ea parte qua saxum obiectum erat lumini & ipsa resistit procul nebulis, existẽs obscura, hoc est sepsit se & filium nebulis ne a Proteo videantur, sicut Æneid.j. Venus Æneam, cũ Achate nebulis obduxit. Sirius, id est stella ardens in ore canis rapidus, id est raptim estuans, ardebat, id est ardenter splendebat cœlo, i. per cœlum torrens, id est inurens, Indos, id est populos Indiæ, sitientis, scilicet ex æstu & ariditate, cum sint subsolani, & sol igneus, id est ardens & rutilãs, vt ignis: hauserat, id est expleuerat, medium orbem, id est dimidium cursus sui diurni, hoc est iam trãsactus erat meridies, quo sol est in medio cœli: herbæ arebant, id est desiccabantur, & radij scilicet solares, coquebant, id est more eorum quę coquunt ebulliebant flumina caua, id est profunda exhaustis aquis caua apparentia, & tepefacta ad limum, id est vsque ad fundum, & faucibus siccis, id est aqua destitutis, tunc dico, cum, id est quãdo Proteus ibat e fluctibus, petens antra consueta: gens humida, id est genus animalium, hoc est piscium humidorũ, ponti vasti, id est ampli.i. in ponto versari soliti exultans, dispersit late circum eum rorem amarum, id est marinum, qui amarus est. Phocæ, id est vituli marini in quibus, pfundissimus est sopor, sterpunt se somno.i. propter somnum quo opprimuntur in littore, quia tam in terris, quam in aquis degunt. Ipse, scilicet Proteus, consedit, id est locũ sedendi cepit medius.s. inter pecora sua scopulo, id est lapide extante in aquis: & recenset, id est enumerat, & ad sensum redegit, aut renouat, numerum, scilicet pecorum sibi commissorum, velut custos stabuli, id est qui curam habet numerandorum pecorũ supple recenset numerum eorum, olim.i. quouis tempore, in montibus.i. in iis locis, vbi pecus per totam æstatem in montibus cõtineri solet, tũc dico recenset, vbi.i. quãdo vesper reducit e pastu ad tecta.i. stabula vitulos, & vbi agni auditi.s. a lupis acuũt, id est acriori fame irritant lupos, balatibus, scilicet suis, hoc est sic sedet Proteus ad numerãdos vitulos marinos & reliquum pecus sibi a Neptuno cõmissum, vt pastores in montibus sedent ad numerandos vitulos & agnos suos. Cuius.s. Protei, quoniã facultas, i. facilitas capiet & opportunitas est oblata Aristæo, ipse supple Aristæus vix passus senem componere membra defessa, ruit, supple in eum clamore magno. (In qua re seruat decorum ętatis: iuuenes enim audiores sunt in principio rerum gerẽdarum, & ideo prius dixit Aristæum iuuenẽ, dicens, Hic iuuenẽ in latebris, &c.) & occupat manicis, i. manuum vinculis, iacẽtem.s. Protea. Ille.s. Proteus, non immemor, immo quãmaxime memor, suæ artis, qua.s. elabi solebat cõtra.i. ex aduerso obnitendo transformat.i. transfigurat sese, in omnia miracula rerum.i. in omnes formas mirandas & horrendas, de quibus prius dictũ est, sup. & in ignẽ, & feram horribilem & in fluuium liquẽtem.i. fluidum, nõ quod talis esset, sed quia talis apparebat.

Depren dere.

Rescire

PIERIVS.

¶Hæc ait & liquidum ambrosiæ diffudit odorem.) Quo totum nati corpus perduxit.) Vtrunque verbum in Romano codice diuersum est, vbi legitur depromit odorem, & corpus perfudit. In aliquibus etiam ambrosia ablatiuo casu, integrum autem lectoribus sit, quam maluerint lectionem admittere, cum neque hæc, neque illa mihi reprensione digna videatur. ¶Spirauit crinibus aura.) In Romano codice, auras est: quod nõ placet. ¶Auersum a lumine nympha Collocat.) Romanus codex, & plerique peruetere res, auersum lumine, absque a. pręposition e separatiua legunt. In aliquot, auersum a limine, habetur. ¶Ipsa procul nebulis obscura recessit.) Vetera oĩa exẽplaria, quotquot habui, resistit, legũt, Hoc est retro vel in recessu sistit. ¶Iam rapidus torrens, sitientis Sirius Indos.) Sirius, forsitan negocium facessat, quia Sirius, in codicib' aliquot antiquiorib' legitur. Sed enim id ea de causa fa-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum, quod cum σύριος, Græce per υ diphthongum prima syllaba scribatur, ex Latinis alij primam, ex diphthongo, alij secundam vocalem acceperunt, syllaba tamen nihil imminuta. Quia vero sunt, qui sirium in hoc loco importune infertum a Poeta suspicentur, his respondsum facio. Virgilium ad antiquorũ eruditionem respexisse, siquidem sol & σείρ & σύριος & σείριος apud veteres appellabatur, quin etiam Ibicus poeta lyricus, astra omnis siria vocat. ¶ Dispergit amarum.) In Mediceo & aliquot aliis, & disperſit, præterito legitur. ¶ Sternunt se somno diuersi in littore phocæ.) In Romano codice, & aliquot alijs de melio-

re nota

re nota, Diuersę, quod & venustius, & doctorum sermoni accómodatius videtur. ¶ Auditiq; lupos acuunt balatibus agni.) Hoc etiam placet, quod in Romano, & in Mediceo codice legitur, Auditis, quippe balatibus. ¶ Consedit scopulo medius.) In Romano codice legere est, Considit, mutatione solita eius manus. Sed quid illud quod in Longobardico, Recensijt, pro recensuit, vtcunq; scribere voluerint, versu dactilico reperitur: Aristæo enim statim irruente iam munus ipse senex suum peregerat, seque tradiderat quieti. Sed enim, recenset, in probatioribus habetur exemplaribus.

SERVIVS.

¶ Hominis ore.) Humana, scilicet voce. ¶ Nam quis te iuuenum cõfidentissime nostras.) Id est quisnam. Hodie enim. Nam particula postponitur, antea præponebatur, Terentius in Phormione, Nam quę est hæc anus a fratre egressa meo? ¶ Proteu.) Vocatiuus græcus est, vt Orpheu. ¶ Fallere cuiquam.) Aliq; quicquam legũt. Hoc autem dicit, Cum omnia noueris, desine aduentus mei causam velle cognoscere. ¶ Deum præcepta.) Propter matrem hoc posuit nomen. ¶ Grauiter frendẽs.) Cõingenti tumultu. ¶ Nõ te nullius.) Id est non humilis, sed magni. ¶ Magna lues cõmissa tibi.) Id est magnorum scelerum est ista persolutio. Et alij ita distinguunt, vt sit, A te commissa. ¶ Alij tibi has miserabilis Orpheus. ¶ Non humile autem numẽ dicit Tisiphonem, id est mortis vltricem. nam ideo Tisiphone dicta ẽ, quasi cui cura est τίσις φόνου, id est mortis vltio. ¶ Haudquaquam ob meritũ.) Id est non tales quales mereris. Nam eius vxori causa mortis fuisti. Inferret autem digna supplicia, nisi fata prohiberent: quibus fauentibus ira numinum minora infert, licet maiora non possit. ¶ Moritura puella.) Merito non vidit: quippe moritura. ¶ Seruantem ripas.) Tenentẽ. vt, Tantas seruabat filia sedes. ¶ At chorus

Verum vbi nulla fugam reperit fallacia: victus
In sese redit: atq; hominis tandem ore locutus.
Nam quis te iuuenum confidentissime nostras
Iussit adire domos: quid ue hinc petis: inquit: at ille
Scis Proteu, scis ipse, neq; est te fallere quicquam.
Sed tu desine velle. deum præcepta secuti
Venimus huc: lapsis quęsitum oracula rebus.
Tantum effatus, ad hęc vates vi denicq; multa
Ardentes oculos intorsit lumine glauco:
Et grauiter frendens sic fatis ora resoluit.
Non te nullius exercent numinis iræ.
Magna lues cõmissa, tibi has miserabilis Orpheus
Haudquaquam ob meritũ pœnas (ni fata resistant)
Suscitat: & rapta grauiter pro coniuge sęuit.
Illa quidem dum te fugeret per flumina præceps:
Immanem ante pedes hydrum moritura puella
Seruantem ripas alta non vidit in herba.
At chorus æqualis Dryadũ clamore supremos
Implerunt montes. flerunt Rhodopeię arces,
Altaq; Pangæa, & Rhesi Mauortia tellus,
Atq; Getę, atq; Hebrus: atq; Actias Orithyia.
Ipse caua solans ęgrum testudine amorem,
Te dulcis coniux, te solo in littore secum,
Te veniente die, te decedente canebat.

rus ęqualis Dryadum.) Ergo & Eurydice Dryas: & bono compendio, eius prætermisit interitum. ¶ Supremos montes.) Summos. vt, Proh supreme Iuppiter. ¶ Rhodopeię arces, altaq; Pangæa.) Rhodope mons est Thraciæ, sicut Pangæa. ¶ Rhesi Mauortia tellus) Quam postea Rhesus tenuit. & est Prolepsis ex persona poetæ. Quo enim tempore Orpheus fuit, Rhesis necdum regnabat in Thracia. ¶ Hebrus,) Fluuius Thracię gelidissim⁹. ¶ Actias Orithyia.) Atheniensis nympha, quam Boreas in suum matrimonium rapuit. ¶ Caua testudine.) Periphrasis citharæ, cuius vsus repertus est hoc modo, Cum regrediens Nilus in suos meatus varia in terris reliquisset animalia, relicta etiam testudo est: quæ cum putrefacta esset, & nerui eius remansissent extenti intra corium, percussa a Mercurio sonitum dedit: ex cuius imitatione cithara est composita. ¶ Ægrũ amorem.) Mœstum, decertum. ¶ Solo in littore.) Desserto, in quo sine vxore morabatur.

PROBVS.

¶ Altaq; Pangæa & Rhesi Mauortia tellus,) Pangæus mons est, & Rhodope Thraciæ. Rhesi, tellus Thracia, quæ prius dicta est Aria ab Areo rege patre Thracis, & Edonię, a quo Thracia dicta est, & quędam

quædam gens est edime, latine autem interpretatur ansa, Martia siue Mauortia. Mauors autem dicitur magna vertens deus.

MANCINELLVS.

¶ Nam quis.) Pro quisnã. Est cuiquã, pro datur cuiquã. ¶ Velle.) .i. fallere. ¶ Glauco.) i. cœruleo, viridi, vt latius lib. iii. Geor. probauimus. ¶ Frendens.) Dentibus insonans. ¶ Fatis.) Oraculis. sunt enim fata, quæ dij fantur, de quibus latius supra. ¶ Luis.) Peri. in per e, in antiquis legitur: Luis ergo. i. purgas, vt ibi, Post mihi nõ simili pœna cõmissa luetis. Luo. n. a luce dicitur, vt scrib. Varro, haudquaquã ob meritum non secundum meritũ, maiores enim meritus esses. ¶ Sæuit.) Ordo est, & pro rapta cõiuge sæuit grauiter, pro sęuiret ni fata resistãt. ¶ Pangęa.) Pangeus Thracię mons est, teste Pli. lib. iiii. cõponitur autem a Pan, quod est totũ, & gæa terra. ¶ Rhesi tellus.) Thraciæ partem possedit Rhesus, vbi Mars omniũ deus, vt Mela scribit. ¶ Getæ.) De his superius. ¶ Hebrus.) Videto Eclo. x. ¶ Atthias Orithyia.) i. Atheniẽsis: nam vt Eusebius scribit, Erichthonij Vulcani filij filiam Orithyiam Boreas Aristæi filius Thrax rapuit, quæ fabula ventum fingit, latius etiam Ouidius. vi. Me. scribens in fi. scilicet Hebrus & us, atq; &, breues pro longis more suo, per diastolen, Atthias atthis, regio in qua erãt Athenę: secundum, habet aspiratum, inde Atthias patronymicum, i. Athenẽsis, ¶ Testudine.) i. cheli. ¶ Te dulcis coniux.) Epanalepsis est id est replicatio, seu anaphora, i. relatio vel repetitio.

CHRISTOPHORVS.

¶ Nam quis.) Id est quisnam, & est anastrophe, in qua præpositio postponitur: vt, Transtra per & remos. ¶ Confidentissime.) Magna enim est confidentia audere accedere ad Proteum, id est ad difficultatem veri inueniendi. ¶ Scis Proteu.) Sola enim veritas seipsam nouit, nec a quocunq; decipitur. ¶ Ardentes oculos lumine Glauco ardentes.) Splendentes, ingenij enim acumen indicat splendor in oculis, idem notat color glaucus in pupillis, hinc est, q̃ Pallas quę dea sapiẽtię habetur γλαυκώπις cognominetur, est autem glaucus color quem Latini veteres cesium dixerunt, vnde cesiam glaucopiam appellarunt. dicitur autem cesia, teste Nigidio, de colore cœli quasi cœlia. ¶ Orpheus.) Fabula nota est, Orpheum vxorem habuisse Euri. quæ dum Aristæ. fugeret per loca herbis, floribusq; ornata, latentem serpentem calcauit, cuius venenato morsu extincta ad inferos descendit. est autem Eurydice humana anima, quæ dicitur Eurydicẽ, id est altum iudiciũ habens propterea, q̃ rationalis est. hæc nubit Orpheo cum corpori coniungitur & amatur ab Aristæo, id est ab optimo, illi autem corporis voluptatibus irretiti (id enim flores sunt herbę, quæ terræ sunt pulchritudo) optimum, quod est per illa fugit, atq; a serpente, id est a peccato, quod inter illas voluptates latet, interimitur, & ad inferos demergitur, sed conceditur Orpheo, vt illam sono citharæ, id est actionum compositione, quo maxima harmonia est, vnde virtus exoritur ab inferis reuocet. i. a vitijs liberet, sed ea lege, ne respiciat, id est ne in vitia relabatur, nam relapsa habitum tacit.

ASCENSIVS.

¶ Verum vbi nulla fugam, &c.) Ostendit quomodo Proteus cõstantia & pertinaci oppressione Aristæi victus in formam humanam redit, & edocuit cur dij passi sint apes eius interisse, quod euenisse dicit ob mortem Eurydices coniugis Orphei, quã dum Aristęus opprimere volens persequeretur, a serpente morsam & extinctam ad inferos descendisse docet, & ab Orpheo frustra repetitam, quam rem late exequitur Poeta: nam in eam finem opes ris in quo Galli laudes continebantur, conuenit. Reperit, est hic præsentis, nam in præterito solet, p, duplici scribi, & primam pro ducere. Confidens & confidentia in malam partem, accipi solent: fiducia in bonam, confidimus autẽ aliis, fidimus in nobis. ¶ Ordo est. Verum, id est sed: vbi, id est postquã, nulla fallacia, scilicet Protei, reperit, id est inuenit & obtinet: fugam, i. fugiendi facultatem: ipse Aristęus victus redit in sese, id est seipsum, atq; ipse loquutus, id est loquens tandẽ ore hominis, id est humano, inquit, o confidentissime & maximam confidentiam habens, ita vt nullis monstris deterreariis quo minus inceptum peragas: nam quis pro quisnã iussit te adire nostras domos, quidve petis hic, id est in nostris domibus? At, id est sed: ille, scilicet Aristæus supple inquit, aut respõdit: o Proteu tu scis ipse inquã, id est tu per te nulla docente cum sis vates & tam præsentium q̃ futurorum scius: scis, scilicet quid petam, neq; cuiquam est supple permissum, aut datum fallere te, aut neq; est, id est contingit te fallere quicquã, id est in quouis, aut cuiquã, id est cuiuis est fallere te, sed tu desine velle, scilicet causam aduentus mei ex me cognoscere, cum scilicet omnia per te noscas. Aut tu desine velle sup. fallere me tot monstris & elusionibus, hoc est sicut nec, falli potes a quoquam, ita nec fallere debes quenquam) Sed quæres si omnia nouit Proteus quo modo non nouit aduentum Aristæi, & se in vincula ab eo conijciendum: aut quo modo deus vinci potuit? Verum scies quod prius diximus Protea diuinandi potestatem a se non habere, vnde dictum est. Quippe ita Neptumno visum nec semper diuinandi furore rapi, sed tunc tantũ cum ira percitus eo q̃ vinculis detentus supra se rapiebat, quocirca vt propheticum furorẽ concipiat, cõsuluit mater quæ eius mores nouit ipsum in vincula cõtrahere & adoriri: potuit autem Aristæus, & quia iuuenis, & ille senex, & quia deorum quoq; stirpe creatus, & quia, vt dictum est, postquam ambrosia perfusus erat habilis membris venit vigor) nos secuti præcepta deum, id est deorum & potissimum matris, venimus, id est accessimus, huc, id est in hunc locum, vbi nũc sumus quæsitum, id est ad inquirẽdum rebus lapsis, id est deperditis, oracula, id est deorum cõsilia, & respõsa: per quæ remedium obtineamus. Tantum, id est duntaxat, hoc effatus supple est Aristæus (aptum est autem diuinationibus verbum effatus) vates, scilicet Proteus, intorsit denicq; id est tandem, ad hęc, scilicet effata & verba Aristæi, quia scilicet audierat deos id velle: intorsit dico, multa vi. i. violentia, oculos ardentis ex commotione animi lumine glauco, id est cœruleo: & frendens grauiter, i. cum ingenti tumultu, resoluit ora fatis, scilicet dicendis. i. oraculis pronunciandis, id est incepit effari oracula diuum: tu luis, id est persoluendo purgas magna cõmissa (sic Mancinellus, alij lues legunt, vt sit, magna lues est commissa tibi) Orpheus miserabilis, id est dignus miseratione, suscitat, id est excitat & procurat tibi continuo, ita vt vna pœna sedata altera exoriat (hoc enim est suscitare pœnas) has pœnas, scilicet quas dedisti, & dabis, ni. i. nisi fata resistant, id est aliter disponãt, haudquaquam, id est nullo pacto, ob, id est secundũ meritum, quia maiores lõge meruisti: & sęuit grauiter pro coniuge, scilicet Eurydice rapta, scilicet ab inferis postquã ipse retrospexerat. (Ego malim dicere eam restrictione, ni fata resistant, respicere ad verbũ suscitat, sicut dixi, q̃ Orpheus eas pœnas semper excitaret nisi fata resistant, q̃ sicut Mancinellus vult vt sit ordo, sæuit pro sæuiret, nisi fata resistant, quia reuera sæuit, sed si fata obsistant nequicquam & frustra, quia nocere nõ posset, sed potius placari cogeretur.) Ostendit cur sęuiat pro coniuge rapta, dicens, Ille, scilicet coniux Orphei Eurydice, quidem id est certe, dum fugeret. i. præcipitanter sine consideratione per flumina te insequentem, vt, scilicet opprimas eam: ipsa puella. i. adhuc iuuęcula coniux Orphei moritura, id est properãs ad mortem, quamuis nesciret, non vidit in alta herba ante pedes. f. suos cum oculos in te retorqueat, hydrum, id est serpentem aquatilẽ, immanem. i. valde magnum & sęuum, seruantem. i. defendentẽ nequis accedat ripas. i. margines fluminum. At, id est sed: chorus Dryadum, nympharum arborũ, æqualis. i. coęuus, hoc est nymphæ coæuæ Eurydices implerunt clamore. i. vlulatu ob mortem Eurydices: montes supremos. i. altissimos, arces. i. summitates, Rhodopeie, id est Rhodopes montis Thraciæ, flerunt. & Pangæa alta. i. mons Thracię, flerunt (declinatur autẽ hic Pangæus & pluraliter hæc Pangæa, sicut Ismarus, Taygetus, Dindymus, Gargarus, & alia multa) & tellus Mauortia. i. in qua Mars potissimum dominatur, & quæ postea Rhesus habitauit & tenuit in Thracia, vbi Mars gradiuus dicitur (quod vocabulum, neq; græcũ, neq; latinum est. Est ergo, vt Seruius dicit Prolepsis ex persona poetæ nam quo tẽpore nymphæ Eurydices mortem fleuerunt, Rhesus nondum natus erat, qui postea ad bellum Troianũ venisse dicit, non autẽ est eiusmodi vitiosa, sicut si ex persona loquentiũ esset) tellus ergo Mauortia, vnde. f. Mars oriundus dicitur, Rhesi illius regis qui postea eam partem Thraciæ tenuit, supple fleuit. Atq; Getæ. i. vicini Thraciæ populi, atq; Hebrus fluuius Thraciæ & Orithyia nympha illa Atthias. i. Attica, seu Atheniẽsis in Thracia a Borea rapta, sup. fleuerunt. (Est autem patronymicũ a patria deductum Atthias, sicut Medea colchis dicitur, & Troianę mulieres Iliades. Mancinellus sentit scribendum Atthis, quod Tortellius negat.) Ipse. f. Orpheus, solans, amorem ægrum. i. misere affligentem testudine caua. i. cheli, aut cithara in morem testudinis facta, aut ex testudinis imitatione inuenta: o dulcis coniux, scilicet Eurydice canebat te, canebat inquã, te littore. i. vbi ipse solus, quia sine te erat, & ita canebat secum: canebat dico te die veniente, & canebat te die decedente, id est occidente sole.

PIERIVS.

¶ Verum vbi nulla fugam reperit fallacia.) In aliquot anti. cod. pellacia, scriptum est. In Med. vtrunq; & pellacia, & fallacia, notatum est. ¶ Atq; hominis tandẽ ore locutus.) Nimirũ est quod in

Universidad de Deusto
Biblioteca

cod.aliquot antiquis,post,Tandem,habetur,importune inculcatum est,cum huius suppositi,quod est,locutus,verbū,inquit,tertio sit versu collocatū. ⁋Scis Proteu,scis ipse.) Sunt antiqui codi, manu scripti,in quibus legit̃,Proteus,vocatiuo casu. Atticorum idiomate ὦ πρώτευ. Sed Proteu κοινῶς, receptum est Latinis. ⁋Deum pręcepta secuti Venimus huc lapsis quęsitū oracula rebus.) In Ro.co.& aliquot aliis codi.antiquioribus, non huc, sed hinc,legit̃: membraq́ ita disposita sunt, vt deum pręcepta secuti Venimus,cōtinenter legatur,mox hypodiastole signata. Hinc lapsis quęsitū oracula rebus,subiūgatur, quāuis in Oblong. lassis, legatur,& in aliquot aliis, labsis, per characteristicon prȩsentis. Erat etiam in Mediceo prius,hinc,scriptum aliena inde manu factum huc,altera lectione abrasa. ⁋Tantum effatus ad hæc vates.) Quod in Longober.legitur. tantus ad hoc fatus vates. In memoriam mihi adduxit Terent. Scaurum super hoc solicitum fuisse, quo pacto,effatus,scribēdum esset, vbi semiuocales ait geminare, ideoq́ effatus, non,exfatus,vel,ecfatus dicendum. Sanè crediderim aliquid huiusmodi fuisse prius in eo cod. Vnde Longo. exscribebatur,datamq́ inde ansam reliqua subuertēdi. ⁋At chorus ęqualis Dryadum clamore supremos implerunt montes.) In Roma.co.& aliquot aliis, Supremo,legitur, vt clamoris magnitudo declaretur,Sed enim supremos,quippe montes,Seruius agnoscit,vt illud,Pro supreme Iuppiter. ⁋Altaq́ Pangea & Rhesi Mauortia tellus.) In codi.aliquot antiquis, Panchai,legit̃: vt sit, alta tellus Panchai,& mauortia tellus Rhesi.Sed enim παγγαῖον, est montis nomen, casta igit̃ lecto, Pangæa. Panchaia enim pertinet ad Arabiam, de qua libro.ij. Georgico. Totaq́ thuriferis Panchaia pinguis arenis. ⁋Atq́ Getæ, atq́ Hebrus, atq́ Actias Orithyia.) Hic quoq́ versus in codicib⁹ omnib⁹ antiquis quos versare potuimus, eodem modo habet, quo superior ille, Atq́ Ephyre, atq́ Opis,& Asia Deiopeia.ita enim legitur, Atq́ Getæ, atq́ Hebrus,& Actyas Orithyia, nulla in tritimemeri collisione facta, cuius pedes ita discludi debent, Atq́ Getæ,atq́ Hebrus,& Actias Orithyia, si cui tamen atq́ illud ter repetitum magis placeat,quod ita versus scriptus sit in Valerii Probi codice, mihiq́ in pentimemeri potius breuem pro longa positam, vt locus ille cōmunis ē,nō laboro.Orithyiā vero quadrisyllabā esse dictionē, ea dimensione,qua pœonicum quartū a maiori circūscribimus duabus mediis syllabis per diphthongum notatis. Indicant Homeri versus, μαῖρα καὶ ὠρείθυια, & alibi, ἐυπλόκαμος τ' ἀμάθεια καὶ ὠρείθυια. Te veniente die, te decedente canebat.) In Mediceo, & aliquot aliis antiquis,discedente,habetur. Sed enim decedente receptum est.

Tænarias etiam fauces,alta hostia Ditis,
Et caligantem nigra formidine lucum
Ingressus,manesq́ adiit,regemq́ tremendum,
Nesciaq́ humanis precibus mansuescere corda.
At cantu commotæ erebi de sedibus imis
Vmbræ ibant tenues,simulachraq́ luce carentum:
Quàm multa in syluis auium se millia condunt:
Vesper vbi,aut hybernus agit de mōtibus imber:
Matres,atq́ viri,defunctaq́ corpora vita,
Magnanimum heroum pueri,innuptæq́ puellæ,
Impositiq́ rogis iuuenes ante ora parentum.
Quos circum limus niger,& deformis arundo
Cocyti,tardaq́ palus innabilis vnda
Alligat:& nouies Styx interfusa coercet.
Quin ipsę stupuere domus,atq́ intima lethi
Tartara,cœruleosq́ implexæ crinibus angues
Eumenides:tenuitq́ inhians tria Cerberus ora:
Atq́ Ixionei vento rota constitit orbis.

SERVIVS.

⁋Tęnarias etiam fauces.) Tęnarus Laconiæ promontoriū est circa finem Maleę,vbi inferorum dicitur esse descēsus. ⁋Manesq́ adiit, regemq́ tremendum.) Hęc omnia ad laudem pertinēt citharę,qua fretus ista supauit. ⁋Nesciaq́ humanis.) Ad exitum futurę rei respexit,non ad principiū. Nā pmo meruit Eurydicē. ⁋Erebi de sedib⁹ imis.) De interioribus tenebris inferoꝝ. ⁋Implexæ.) Inuolutæ, implicitæ. ἐμπεπλεγμέναι. ⁋Ixionei vento rota constitit. ⁋Deest cum. & hoc dicit, cum vēto suo rota cōstitit,id est cum causa volubilitatis quieuit.

PROBVS.

⁋Tęnarias etiam fauces.) Tęnarios est Laconię litt⁹ i quo specus ē, per quem Hercules existimatur descendisse ad inferos,& Orpheus.

ASCENSIVS.

⁋Tęnarias &c.) Prosequitur materiam inceptā, ostendens quomodo Orpheus ad inferos descendens, cōiugem recuperauerat ea lege, vt nō retrospiceret,quā retrospiciens do tamē amiserat. quam rem satis modulate Boeti⁹ quoq́ concinit in de consolatione philosophica nec difficilis excogitatu est allegoria, si animaduerterim⁹ qd in sanctis literis sit retrospicere,& quid canis reuersus ad vomitum: & quid vxor Loth cum retrospiceret in salis statuā versa,& id genus alia. Nam si Eurydicen animam rationalem dixerimus Orpheo,id est carni nuptam & ab Aristæo.i. ratione cum in herbis.i. delitiis ageret insecutam, & a serpente.i. peccatis occisam, & modulis ac lachrymis mariti confitentis,& contriti.s.ad superos.i.in gratiæ statum reductam,ea lege,vt nō retrospiciat.i.recidat in peccatum,qa tunc essent nouissima peiora prioribus,forte nimis Christiani videremur iis qui negent Ethnicos intellexisse animam nostram etiam carni nuptā ab ea in vitia allici, & ab rōnale retrahi, & quæ dixi alia.Sed ordinē psequamur qui talis est. Orpheus ingressus etiā fauces Tænarias.i.Tænari promontorii in Laconia, vnde descensus dicit̃ ad inferos,appositorię,ostia.i.ianuas,alta.i. profundas, Ditis,id est Plutonis: & lucum, id est syluam incæduam,hoc est,quę nunquam cæditur, nec amputatur,caligantē, id est tenebricātem, formidine nigra, id est nigredine formidolosa,adiit:& manes, id est animas apud inferos manētes, vnde secundum veterum theologiam ad nos manant, & regem tremendum,quippe quem nullius miserescit,videlicet Plutonē,& corda nescia mansuescere humanis precibus: At, id est sed, quamuis scilicet nequeant flecti precibus vmbræ tenues,quia non corpora, sed simulachra corporum defunctorum, hoc est animæ commotæ cantu,scilicet Orphico,ibant de imis sedibus Erebi,id est caliginis infernalis:& simulachra,id est effigies sup.hominū carentum luce.i.vita, ibant supp.tam multa, quia multa millia auium condunt se in syluis,vbi vesper aut imber hybernus.i.longus,& continuus,agit.i.impellit eas de montibus in syluas, simulachra dico, videlicet matres.i.fœminæ atq́ viri,& corpora magnanimum pro magnanimorū heroum.i.principum virorum, defuncta vita, id est munere vitę:& pueri & puellę innuptę, & iuuenes impositi rogis,id est ignibus,& pyris incensis ante ora parētum, id est omne genus hominum cuiuscūq́ ętatis sexus aut cōditionis fuerint,circum quos limus niger & arūdo deformis, Cocyti

MANCINELLVS.

⁋Tænarias etiam fauces.) Tęnarus in Laconia promontorium aduersum Africæ, ripa erecta est,sacram Neptuni ædem constructam continens in luco,propinquaq́ spelunca est,per quam Cerberum ab inferis superius reductum ab Hercule fabulæ canunt. Solinus scribit, & Strab. libro.viij. ⁋Fauces.) Angustos aditus. ⁋Erebi.) Dicunt Erebum esse terræ profundissimum, & abscon-
Erebus. ditum locum, seu inferorum profunditatem atq́ recessum. Erebenos autem græce, latine obscurum significat. ⁋Cocyti.) Videto librum.j.Georgicorum. ⁋Styx.) Latius supra, Tartara iam diximus. ⁋Eumenides.) De iis libro primo Georgicorum. ⁋Cerberus.) Is dicitur quasi creoboros, id est carnem edens, nam crea, caro est: boros, dens: de hoc Seneca in Hercule furente ait, post hæc auari Ditis apparet domus, Hic sæuus vmbras territat stygius canis, Qui terna vasto capita concutiens sono, Regnum tuetur sordidum tabo caput Lambunt colubræ, viperis horrent iubæ, Longiusq́ torta sibilat cauda draco Par ira formæ,&c. ⁋Inhians.) Intentus, concupiscens. ⁋Tenuit.) Clausit, vt illud, Intentiq́ ora tenebant, pro claudebant, nec est aliter exponendum, quod & hic locus indicat. ⁋Ixionei orbis.) Videto libro tertio Georgicorū. ⁋Vento.) Quo quidem moueri solebat.cum vento ergo restitit.

CHRISTOPHORVS.

Tęnar⁹. ⁋Tænarias.) In Laconica regione promontorium est circa finem Malei montis, in quo quia hiatus est, & ex eo agente spiritu murmura audiuntur, inferorum dixere fauces. ⁋Constitit.) Restitit,non mota est iamq́ pedem, maxima cōmiseratio, quod veluti nauis, quæ multas euaserit tempestates, in portu perierit, & est pathos, ab eo quod est præter spem.

Id est illius paludis infernalis: & palus innabilis,i.per quā nare nemo pōt,vnde tarda.i.ppter tardationē vndę quę immoratur & immergit natare conantes, frequētior tamē & vt puto verior lectio est inamabilis.i.non amabilis,qa nullam causam cur ametur habet.est enim tristis & obscœna,alligat.i.detinet,& styx.i.palus illa tristitiæ infernalis iterfusa nouies.i.per nouem circulos, (quæ res sexto Ænei.ad vnguem pertractanda est)coercet, id est cōstringit ne exeant:quin,id est quinimmo, ipsę domus, scilicet infernales,stupuere,scilicet ob cantum Orphei,atq́ tartara,id est tenebrarum loca intima,id est profundissima,leti, id est mortis, sup.obstupuere:& Eumenides,id est furię infernales implexę crinibus angues cœruleos.i.habentes angues cœruleos implicitos in capillis,sup. stupuere: & Cerberus,canis ille infernalis triceps significans,vt dixi,triplicem Plutonis potestatem cœlestium,terrestrium & infernorum: tenuit,id est continuit a latratu tria ora atq́ rota orbis Ixionei, idest circumuolutionis,aut circumferentiæ,quam apud inferos voluit Ixion, vt dicitur.vj. Ænei.constitit vento.i.stetit cum vento,nō opus est intelligere cum,quia ponitur in verbo constitit. Idem enim est,consto tibi & sto tecum, hoc est omnes pœnę & omnia tormenta inferorū cessauerunt ad cantum Orphei,ita vt nec aditum nec egressum prohiberet Cerberus Eurydice,vt in sequentibus latius dicam.

PIERIVS.

⁋Tænarias etiā fauces.) In antiquis aliquot,modo fauces, modo valles inueni, quæ consulto prætereo, cum omnino, fauces, scribēdum videatur. ⁋At cantu cōmotæ Herebi de sedibus imis vmbræ.) In codicibus nonnullis antiquioribus, cantum,legas: nempe quod,at,coniunctionem,vel eo modo per,t, scriptā præpositionē esse crediderint. Sed enim,cantu, lectio castior habet̃. In Mediceo,&,copulatiua erat prius,inde,factū at. ⁋Quam multa in syluis auium se millia condunt.) In antiquis omnibus exemplaribus quæ versauimus. In foliis, non in syluis legitur, & milia, vnico,l,tam hic, quàm in veterum monumentis sæpe legitur. Sunt qui substantiuum, mille, & adiectiuum scriptione distinguant. Præterea in Romano codice tres versus superabundant, ex Ænei.vj.huc importune translati, quodq́ magis, indigneris, corruptissime scripti. ⁋Tardaq́ palus inamabilis vnda.) Sunt codices in quibus innabilis, legatur. Sed enim probatiores omnes inamabilis, legunt. Et Aulus Gellius eandem hanc lectionem,agnoscit, dum dicit Virgilium stygiam paludem inamabilem dixisse, κατὰ στέρησιν amoris. Sicut illaudatum, κατὰ τοῦ ἐπαίνου στέρησιν, Sed enim de hoc dictum loco suo. ⁋Alligat & nouies.) In codicibus aliquot manu scriptis. Atligat, In aliis adligat obserues, quam antiquam non esse scriptionem, ex eo possumus cōiectare (Neq́ enim hic antiquitatē intelligo vel Ennii, vel Pacuuii temporibus:Sed quæ circa Octauii Augusti tempora vigebat) quod Teren. Scaurus antiquos, pellego, non perlego. Colligo,non conligo:alligo,non adligo, dixisse asserit, huiusq́ pronunciationis exempla sibi ex Virgilio desumit. Quare alligat geminato,ll,scribere deberemus. ⁋Cœruleosq́ implexę crinib⁹ angues.) In codice Longobar.& aliquot aliis, amplexę, legitur. In Oblong.& altero admodum carioso, implexę. In Ro.innexæ, quē prętuleris,nō laboro. ⁋Tenuitq́ inhians tria Cerber⁹ ora.) In antiquioribus aliquot codi.legi,tenuit inhians tria, nulla interposita particula copulatiua.Nam & locus semiquinarię communis est,siq́s syllabę timeat & sententię cōcinnitas ipsum quodāmodo hiatum repræsentat:cui,si,q́,illud inserueris, fauces ppemodum videberis obstruxisse. Non prętetibo etiā, Tenuitq́ minans,alicubi legi,sed id inemendate. ⁋Atq́ Ixionei vento rota cōstitit orbis.) In codicibus aliquot,cantu rota,legit̃. Sed agnoscit, vento,Seruius,

Iamq́ pedem referens,casus euaserat omneis:
Redditaq́ Eurydice,superas veniebat ad auras,
Pone sequens(nanq́ hanc dederat Proserpina legē)
Cum subita incautum dementia cępit amantem,
Ignoscenda quidem,scirent si ignoscere manes.
Restitit.Eurydicenq́ suam iam luce sub ipsa
Immemor heu,victusq́ animi respexit.ibi omnis
Effusus labor:atq́ immitis rupta tyranni
Fœdera:terq́ fragor stagnis auditus auernis.
Illa,quis,& me inquit miserā,& te perdidit Orpheu?
Quis tantus furor?en iterum crudelia retro
Fata vocant:conditq́ natantia lumina somnus:
Iamq́ vale.feror ingenti circundata nocte,
Inualidasq́ tibi tendens,heu non tua,palmas.
Dixit:& ex oculis subito,ceu fumus in auras
Commistus tenues fugit diuersa:neq́ illum
Prensantem nequicquā vmbras,& multa volentem
Dicere preterea vidit:nec portitor Orci
Amplius obiectam passus transire paludem.
Quid faceret?quò se rapta bis coniuge ferret?
Quo fletu manes,qua numina voce moueret?
Illa quidem stygia nabat iam frigida cymba.

SERVIVS.

⁋Incautum amentem.) Epitheton amātis est. ⁋Ignoscenda quidem,scirent si ignoscere manes.) Participium sine verbi origine.non enim facit ignoscor, sicut nec triūphor, regnor. ⁋Euridycēq́ suā iā.) Alii legunt, Iam luce sub ipsa. ⁋Victusq́ animi.) Sic hoc loco dixit:vt,O pręstās aī. ⁋Respexit.)i.cōmisit in legē. ⁋Ibi omnis effusus.)i. functus & frustratus. ⁋Tyranni.) Id est Plutonis. ⁋Terq́ fragor stagnis auditus auernis.) Quasi exultarent vmbræ reditū Euridices. Lucanus dicit in Orpheo strepitū factum redeunte Eurydice ob hoc quia gaudent a luce relictā Eurydicen, iterū sperātes Orphea manes. ⁋Iterū crudelia retro Fata vocant.) Ouidius,Bis rapitur,vixitq́ semel. ⁋Natantia lumina.) In mortem reducta. ⁋Inualidas palmas.) In vmbrę tenuitatem redactas. ⁋Heu nō tua.) Quia supra dixit, Eurydicenq́ suā iā. ⁋Fugit diuersa.) Id est per diuersa. ⁋Præterea.) Postea.vt,Et quisquam numen Iunonis adoret Preterea? ⁋Amplius obiectam passus trāsire paludem.) Misticum est. Dicit̃ enim bis eandem vmbram euocari non licere.

MANCINELLVS.

Proserpina. ⁋Pone post.) Sub ipsa luce, prope superas auras. ⁋Proserpina.) Hanc Plutoni tribuerunt, quoniam terrena vis omnis, atq́ natura Diti patri dicata est, qui dictus est apud Græcos Pluton, quia & recidant omnia in terras,& oriantur e terris. Proserpina autem est ea,quæ græce Persephone nominatur, quam frugum semen esse volunt,absconditumq́ quęri a matre fingūt,vt ait Cicero in libro de natu.deo. Varro tamē inquit,quod Epicharmus Ennii lunam Proserpinam quoq́ appellat, q̀ solet esse sub terris, nam hæc vt serpens modo in dexterā,modo in sinistrā partē late mouetur: serpere vero & proserpere idem dicebat: de hac etiā plura libro primo Georgicoꝝ. ⁋Auernis stagnis.) In Auerno maiores nostri Homerica defunctorū vaticinia fuisse fabulis edidere. Hāc.n. locorū partem Plutoni dicatā opinabantur,placatisq́ prius per sacrificia diis manibus illuc intrabant,aderant enim q talibus exponendis ductores essent locoꝝ fructus percipiētes. Fons vero ibi fluuialibus scatens aquis excurrit in mare:ab eius vsu abstinebāt omnes, stygias opinantes esse aquas,eo in loco constructum erat oraculum, ex aquarūq́ feruore vicinaꝝ phlegethontem esse cōiectura factitabāt, & ex acherusia: hæc & plura Stra.lib.v. videto etiam libro iij.Georg. ⁋Pręterea.) Postea ⁋Portitor Orchi.)i. Charon. Virg.li.vj. Ænei. Portitor has horrendus aquas,& flumina seruat, Terribili squallorē Charon,&c.postea inquit, Ipse ratem conto subigit,velisq́ ministrat Et ferruginea subuectat corpora cymba. ⁋Orci.) videto lib.j.Georgi.

CHRISTOPHORVS.

⁋Reddita.) Quasi reddita dementia: nam vis amoris dementia est,incautum,nihil tam proprium amanti, vnde pueris equiparatur, & propterea Proper. Quicunq́ ille fuit puerum qui pinxit amorem, Nonne putas miras hunc habuisse manus? is primum vidit sine sensu viuere amantes, Et leuibus curis magna perire bona. ⁋Ignoscenda.) Nam si cognosceremus quam misere cupiant amantes visere rem amatam, & quam vehemens sit hęc perturbatio in hac re, iudicaremus illis huiuscemodi erratū condonandum. Sed manes propter illorum crudelitatem nullam nouerunt humanitatem. ⁋Immitis.) Vnde nulla esset commiseratio speranda. ⁋Illa, quis & me inquit miseram, & te per.) Oratio vehementer pathetica, Nam & suum vehementer exprimit dolorem. Demonstrat enim eo deuenisse amantes, vt

Amētes pueri sunt.

culpa illius qui nihil minus quàm hoc voluisset infelicissimo ac æterno dissidio separentur. ꝩHeu non tua.) Quasi dicat, quod vtrunq; miserrimum accidit.

ASCENSIVS.

¶Iamq; pedem referẽs,&c.) Docet Proteus quomodo Orpheus threicius fretus cithara fidibus canoris, coniugem eduxerat ex inferorum carcere, & quomodo eam iterum amisit contra legem datam per impatientiam amoris retrospiciendo, dicens. Iamq;, id est & iam, Orpheus supple aut Euridice, sed potius Orpheus referens pedem, scilicet ab inferis, euaserat omnes casus, id est difficultates, quia & canem placauerat & cum Plutone & cum Proserpina, Plutonis cõiuge ad quem de fœmina magis spectabat pactus fuerat,& Euridice comux.f. eius reddita.scilicet ei, veniebat ad auras superas sequẽs.f.maritum, pone,id est,ppe, sed post eum, nanq; proserpina, quæ est inferorum regina Cereris filia quam Pluto rapuerat, dederat hãc legem, vt scilicet post maritum rediret, nec ab eo respiceretur: veniebat dico, iam ad auras superas, cum subita dementia cepit, id est inuasit ac vicit amantem incautum, atque ideo incautum, quia amantem,sunt enim amantes cæci & amentes fere: dementia dico ignoscenda, id est, vt dicunt, condonanda & remittenda: quidem, id est certe, quia non per prauitatem, sed per vim amoris legem transgressus est, si manes scirent ignoscere, id est veniam dare, demẽtia autem erat, quia restitit, id est immoratus est: & ipse immemor (heu condolentis est)& victus animi,id est habens animum victum (genitiuus apud Virgilium fere ponitur vbi in patiente est intrinseca actio, vt præstans animi, qui sibi animum præstat: victus animi,qui animum suum sibi vicit: maturus æui,qui sibi æuum maturat: infelix animi, qui animum sibi infelicem facit) victus ergo animi,quia ipsum per impatientiam amoris vicit,respexit suam,scilicet amantissimam cõiugem Euridicen, iam sub ipsa luce,i. vbi iam lucem intrasset cũ coniuge, si eam non respexisset,nam non debebat retrospicere, donec ad lucem peruenissent (in qua quid aliud innuitur,quam quia vanum est ante lucem surgere.) Sanè secũdum Seruium duplex est distinctio, nam alij legunt, Euridicenq; suam iam, quasi quæ prius non fuisset eius,sed inferorum,quam lectionem videtur approbare ipsa Eurydice, vbi dicit. Iamq; vale,feror ingenti circundata nocte Inualidasq; tibi tendens, heu nõ tua palmas,quasi dicat,iam tua eram sed modo non sum tua. Alij ponunt particulam,iam,cum sequẽtibus,videlicet iam sub luce ipsa. Ibi.i.in ea re,aut in eo loco, vbi coniugem respexit omnis labor effusus supple est, id est frustratus & perditus,& fœdera.i.pacta immitis tyranni,f.Plutonis rupta.i.irrita facta sunt,& fragor.f.vocum acclamantium, auditus est ter in stagnis auernis.i.infernalibus, quia gaudebant manes Eurydicen redire, vt iterum Orphea audirent (Gaudent autem reuera ex sola inuidia multos damnari, cum tamen non verum gaudium, sed incrementum dolorum inde habeant,) Illa.f.Eurydice sentiens se trahi ad inferna,inquit, O Orpheu,quis perdidit me miserã & te, quis inquam,tantus furor,quasi dicat,nõ amantis, sed amentis & furentis, id est en crudelia fata vocant me iterum retro, id est retrorsum:& somnus, scilicet mortis, condit.i. sopit lumina natantia.i.oculos stygio humore sopitos, aut madentes. Iamq;.i.& iam,aut posthac,vale,quod discedentis est,ego feror.i.auferor abs te circũdata ingẽti nocte.i.caligine, tendens tibi.i.ad te,heu non tua.i.non amplius tui iuris, aut in potestate tua,palmas.i.manus inualidas, id est in vmbrarũ tenuitatem redactas,& ob id resistere nequeuntes,dixit.f.Eurydice,& fugit subito ex oculis,in auras, ceu fumus tenuis, cõmistus.f.aeri, fugit in diuersa, id est diuersas partes aeris, ita vt nihil fumi amplius appareat,neq; vidit præterea.i.præter ea (vt dicunt) vicem, hoc est postea,illum,scilicet Orphea prensantem,id est captantem,sed non capientem:prensantem ergo,id est frequenter prendere conantem,nequicquam,id est frustra vmbras,id est cõiugem quæ iam in vmbras diffusa erat,& volentem dicere multa, nec portitor Orci,id est inferni,scilicet Charon,passus est sup. Orphea trãsire amplius paludem scilicet stygem obiectam, id est interpositam & regionem viuorum ac mortuorum separantem. Quod Seruius dicit mysticum esse, idest arcanum, sumptũ ex superstitione potius quàm ex religione prisca, qua dicitur bis eandem vmbram euocari non licere. Quasi non Eurydicem,sed vmbram eius euocarit Orpheus carminibus & incantationibus sacris: Sane euocandarum vmbrarum mentio fit etiam in libris regnorũ vbi iussu Saulis euocata est vmbra Samuelis, de qua quid theologi nostri censeant apud eos, & præsertim diuum Augustinum videndum est. Quid facere (aporesim Orphei recitat) hoc est qd putat eum tunc facere debuisse, vel dubitat tunc Orpheus quid faceret,& quo ferret se coniuge bis erepta.i.vi amissa semel a serpente,& semel ab inferis,quo fletu moueret,id est qua miseratione afficeret manes, id est inferos, & qua voce moueret numina, scilicet supera: quidem, id est certe: illa,scilicet propter quã hæc dicebat,nabat iam frigida.i. mortua,& exanguis: cymba stygia, id est qua traducebatur per stygem paludem, de qua.vj. Æneid. plenius dicendum erit.

PIERIVS.

¶Cum subita incautum dementia cepit amantem.) In Romano codi.& in aliquot alijs subito, legitur,quod quidem aduerbium eo loco non displicet. ꝩTerq; fragor stagnis auditus auernis.) In Romano codice legitur, Terq; fragor stagni est auditus auerni: cæterum in eo literæ omnino aliquot superflue. In Mediceo auernis,erat, nunc, scilicet vltima litera abrasa est, vt cum Seruio sentiret lectio. ꝩQuid faceret quo se bis rapta coniuge ferret?) Nonnulli veteres codi.legunt, Quo se rapta bis coniuge, vt euitarent vocem in continuatione sermonis, quæ communis est: cum, Rapta bis a rapto raptas, sed monosyllabum,bis,plurisyllabicis illis dictionibus interiectum, modulatius videtur adsonare. ꝩQuo fletu manes qua numina voce moueret,) In Romano codice legere est, Quos fletu manis quæ numina voce moueret. Nam illi amplius adeundi non erant,a quibus diutissime conditionis leges acceperat. Quãquam non displiceat, quo fletu & qua voce.

SERVIVS.

¶Ex ordine.) Sine intermissione. ꝩDeserti.) Asperi,inculti. Strymon aũt fluui⁹ est Thraciç,circa quem ad extinguendum amoris morabatur calorem. ꝩHæc.) Id est talia qualia ipse cõmemorat. ꝩAgentẽ carmine querc⁹.) Id est mouẽtem. ꝩPhilomela.) Pro quauis aue. Nam spẽs est pro genere. ꝩFlet noctem.) Iugi nocte,cõtinuo fletu. ꝩTanaimq; niualem.) Fluuium Scythiæ. ꝩNunq; viduata pruinis.) Sẽper niuibus plena. ꝩQuo munere matres.) Nuptiali.f. ꝩCicones) autẽ thraces mulieres sũt:q ab Orpheo spretę discerpsere eũ p Liberi sacra simulata. ꝩMarmorea caput a ceruice reuulsum.) i.pulchra. Sanè alludit ad id qđ dicit Ouid. qa cũ caput eius ad ripã delatum mordere voluisset,est conuersus in lapidẽ. ꝩOeagrius Hebrus.) Oeagrius fluuius est, pater Orphei:de quo Hebrus nascitur, vnde eum appellauit Oeagrium.

Septem illum totos perhibent ex ordine menses
Rupe sub aeria,deserti ad Strymonis vndam
Fleuisse:& gelidis hæc euoluisse sub antris,
Mulcentem tigres,& agentem carmine quercus.
Qualis populea mœrens Philomela sub vmbra
Amissos queritur fœtus: quos durus arator
Obseruans nido implumes detraxit.at illa
Flet noctem,ramoq; sedens miserabile carmen
Integrat:& mœstis late loca questibus implet.
Nulla Venus,nulliq; animum flexere hymenæi.
Solus Hyperboreas glacies,Tanaimq; niualem,
Aruaq; Riphæis nunquam viduata pruinis,
Lustrabat,raptam Eurydicen,atq; irrita Ditis
Dona querens.spretæ Ciconũ quo munere matres,
Inter sacra deum,nocturnaq; orgia Bacchi
Discerptum latos iuuenem sparsere per agros.
Tum quoq; marmorea caput a ceruice reuulsum
Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus,
Volueret:Eurydicen vox ipsa,& frigida lingua

PROBVS.

¶Spretę Ciconũ quo munere mẽses.) Cicones natio Thracum, qua oppidum est Ismaros. ꝩEt faciles venerare Napeas.) Napeæ sunt nymphę.

CHRISTOPHORVS.

¶Oeagri⁹.) Refert Dio. siculus Bacchũ insidias Lycurgi Thraciç censiũ regis admonitu theropis viri Thracis vitasse,ac paulo post victor Lycurgũ regno spoliasse, illudq; beneficij memor Theropi tradidisse,q moriẽs Oeagrũ filiũ a quo & fluuius denoiatus est, heredẽ reliquit. Ex Oeagro aũt nat⁹ est Orphe⁹, dicit Oeagrũ fuisse p nepotẽ Atlantis & Halcyone vna ex filiab⁹ Atlantis, de Orpheo plura alio loco diximus eadem hic q fuit,& eiusdẽ nominis poeta in Arcadia,& ali⁹ Crotonias qui cũ pisistrato Atheniẽsium tyranno vixit. Sunt qui etiã sex Orpheos nominẽt, hunc aũt quẽ in pretio habemus, scribunt Libyam, & Ægyptum peragrasse & Trimegisti Mercurij doctrinã imbibisse. Quãquam teste Cice. Aristo. docet Orpheum poetam nunq; fuisse, & hoc orphicum carmen Pythagorei ferunt cuiusdam fuisse Cereonis.

Ah miseram Eurydicen,anima fugiente vocabat:
Eurydicen toto referebant flumine ripæ.

MANCINELLVS.

¶Strymonis.) lib.j.Geor.diximus. ꝩMulcentẽ ti.) Per id sua eloquẽtia feros hoies,& rapaces reuocasse in mãsuetudinẽ,& humanitatẽ,Orphea intelligimus. ꝩEt agens c.q.) Per id obstinatę opinionis hoies intelligimus, qui nõ nisi per eloquẽtiæ vires queũt a sua ptinacia remoueri. ꝩPhilomela.) Lusciniola hoc loco, alibi hirundo,vt latius supra ostẽdimus. Philon aũt,amans dicit̃. Mela vero mala,poma,seu oues, miserabile carmen integrat. Pli.lib.x. scri.q lusciniis diebus ac noctibus cõtinuis.xv.garrulus sine intermissu cãtus,dẽsante se frondiũ germine in qua vna aue perfecta musicę scientia modulat⁹ edit̃ sonus,& nũc cõtinuo spũ trahit̃ in longũ,nũc variat̃ inflexo,nũc distinguit̃ cõcluso, copulat̃ intorto,ꝑimitur,reuocat̃:Plura tñ ibidẽ leges,ꝑmiranda quidẽ. ꝩHymenęi.) Nulla cõiugia,videto li.iij.Geor. ꝩHyperboreas) li.iij.Geor. latius videas. ꝩTanaim.) Tanais fluuius Europã ab Asia disiũgit, atq; amborũ fines vtrinq; perlabens, in Boreã versus per Sauromatas in Scythiã vsq;, atq; in Męotidẽ paludẽ protendit̃. orit̃ aũt ex Idææ montibus. Diony.scri.& Stra.lib.vij.& lib.ix. ꝩRiphęis.) Vide lib.j.Geor. ꝩCiconũ matres.) Circa Hebrũ Thraciæ fluuiũ Cicones habitãt,teste Mela,horũ mulieres, teste quoq; Oui.li.xj. Meta. Orpheũ,eo q fœmineũ amorẽ in puerorũ Venerẽ transtulisset,& propterea eas sperneret furialiter laniarunt,post vero lyram, & caput eius in Hebrum iecerũt. ꝩOrgia.Bac.) In Rhodope Thracię monte Orpheus sonare cantareq; solitus erat,& ibi sacra Liberi patris Orpheo primũ initiãte celebrabant̃, vt scribit Mela. ꝩOrgia Bacchi.) Stra.lib.x.sic ait, plurimi igit̃ Græcorũ totũ ceremoniale negociũ,quod orgia vocãt,bacchanaleq;,& colicũ & sacrorũ mysteria Libero patri attribuerunt, & Apollini & Hecatæ, & Musis, & Cereri, propter hęc Strabonis verba optime Ser. dixisse videt̃ lib.iiij.Æneid. vbi ait, orgia apud Græcos sacra omnia dicuntur,sicut apud Latinos Cerimoniæ. Sed iã abusiue sacra Liberi patris orgia vocant̃,preterea orge ira dicit̃, Orgao concito,cõcupio, Orgiazo, orgia celebro, orgizome, irascor. ꝩOeagri⁹ Heb.) Oeagros vir,siue fluui⁹ Orphei pater, vt ipse in argonauticis ait. Dio. item lib.v. asserit Orpheum oeagri filium,& doctrina,& melodia,ac poesi excelluisse omnes quorũ extet memoria: de hebro superius patuit. Ser. autẽ ait ex Oeagro fluuio natum Hebrum.

Luscinia Philomela. Tanais. Oeagros.

ASCENSIVS.

¶Septẽ illũ.) Docet quę deinceps egit Orpheus, vt iustã in se cẽseret animaduersionẽ Aristæus qui tot malorũ caput erat. ¶Ordo est, Perhibẽt.f.poetæ, aut historiographi, illũ.f.Orphea, fleuisse septem mẽses totos.i.integros, ex ordine.i.sine intermissione sub rupe aeria.i.alta,ad.i.iuxta vndam.i.fluentũ,aut lucũ, Strymonis illius fluuij Thracię, deserti.f.ab hominibus cum latas paludes faciat, quas grues habitãt, vnde dictum est, Strymoniçq; grues,&c. & perhibẽt eũ euoluisse hæc.f.quæ de Eurydice dicta sunt,sub gelidis antris,eũ dico, mulcẽtẽ carmine.i.dulcedine cãtus, tigres.i. ferocissima animalia & quercus.i.rigidissimas arbores, quam fabulã Hora. in arte sic explicat. Syluestres hoies sacer interpresq; deorũ Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus, Dictus ob hoc lenire tygres rabidosq; leones. Perhibẽt dico fleuisse talẽ, qualis Philomela auis illa dulciter querula) vnde licet species pro genere, id est ea pro quauis aue ponat̃, tamen videtur quidã delectus esse cum ea ob iniuriã illatam potissimũ querat̃) mœrens.i. tristata sub vmbra populea.i. populorũ arborũ iuxta quas.f.nidũ fecerat, querit̃.i. voce querula deflet, fœtus.i. pullos amissos, quos arator durus.i. immitis, obseruans.f. matrẽ quo cibũ afferret, detraxit nido implumes.i. priusq; volare scirent: at.i. sed illa.f. philomela flet noctẽ.f. totã & sedens ramo vnde nidus ablatus est, integrat.i. sępe repetit & ex integro canit carmen miserabile,& implet loca vicina late questubus.i. querelis mœstis.i. mœstitiã iudicantibus:& nulla Venus.i. appetitus coeũdi, & nulli hymengi.i. nouæ nuptiæ flexere animũ.f. Philomelę & etiã Orphei, & Orpheus solus lustrabat.i. circuibat solus glacies hyperboreas.i. quæ ferè sunt circa mõtes Hyperboreos super quos.f. Boreas flat, & Tanaim fluuiũ Europã ab Asia dirimentem niualẽ.i. niuibus tectũ,& arua nũq; viduata.i. priuata, pruinis.i. gelu cõcreto, Ripheis.i. in Ripheis montib. existentibus, querens.i. cõquerẽs Eurydicẽ raptã, atq; dona Ditis qui donauerat, vt in lucẽ rediret, si nõ respexit eã irrita.i. frustrata per respectionẽ, quo munere.i. quo officio querẽdi cũ Orpheus vituperaret̃, matres Ciconũ populorũ Thraciæ spretæ.f. ab Orpheo qui nequiens animũ ad nouos amores applicare fœminas detestatus, fingit̃ ad amores puerorũ se transtulisse, sparsere iuuenẽ.f. Orpheũ adhuc iuuenẽ & ita amabilẽ, per agros discerptũ late inter sacra deũ.i. deorũ:& orgia.i. festa a cõcitatis celebrari solita Bacchi nocturni.i. noctu coli soliti, cum.i. quãdo Hebrus Oeagrius.i. ex Oeagro patre Orphei nascens, aut ab Orpheo Oeagrio dictus Oeagrius portãs caput.f. Orphei reuulsum.f. per mulieres, a ceruice marmorea.i. cãdida & tereti, volueret ipsum medio gurgite.i. flumine Hebri, vox ipsa & lingua frigida.i. moribũda vocabat quoq;.i. etiã, tum.i. tũc Eurydicẽ: vocabat dico anima fugiente sub vmbras.f. p indignationẽ eo quod violenta esset mors: ripæ referebãt.i. resonabãt toto flumine Eurydicen.i. nomen eius ab eo moriente sępe repetitum.

PIERIVS.

¶Septẽ illum totos perhibent ex ordine menses Rupe sub aeria deserti ad strymonis vndam Fleuisse.) In Ro.cod. legere est, flesse sibi, quippe solitarium deserti ad strymonis vndam nõ amplius ad manes, Deosue inferos exorandos, nõ ad contrahendas feras, & superuolantes aues, nõ ad agrestium hominũ fera corda mitiganda, moresq; cõponẽdos, expoliendosq;. Sed sibi, sed ad calamitatis sue lamentationem, sed ad inferorũ duriciem incusandam. Flesse sibi, vt tanti doloris lenimentũ aliquod inueniret musarũ beneficio cum quibus ortas ait Hesiodus, Ληςμοσύνην τε κακῶν ἄμπαυμάτε μερμηρῶν. ꝩEt gelidis hæc euoluisse sub antris.) In Ro.codi.& aliquot alijs, sub astris, legitur. Astra nimirum gelida appellat septẽtrionalia, sequitur enim, Solus hyperboreas glacies Tanaimq; niualẽ, Aruaq; Ripheis nunq; viduata pruinis Lustrabat. Quæ omnia loca in septẽtriones deflexa sunt. ꝩQualis populea mœrens Philomela sub vmbra.) Philomelã Seruius pro aue qualibet positã ait. Sed cur nõ proprie de Luscinia intelligamus, cui a lugubri cantu nomẽ inditum, eadẽq; flet noctem: nisi ea de causa dictũ a Seruio quisquam opinetur, quia nõnulli volunt ex duabus sororibus Procnẽ in Lusciniã, Philomelam in hirundinẽ esse conuersam, vt eo loco habetur, Et manibus Procne pectus signata cruentis, quod etiã tradit Varro. ꝩNulla Venus nulliq; animum flexere hymenæi.) In Ro.co. in Medi.& aliquot alijs anti. legere est, Nulla Venus nõ vlli animũ. ꝩSpretæ Ciconũ quo munere matres.) Aliquot antiqui co. spreto, legunt, vt sit, spretis ab Orpheo nuptijs. Seruius mauult, spretæ matres. ꝩNocturnaq; orgia Bacchi.) In co. aliquot anti. nocturniq;, legit̃, per hypallagẽ, quãuis nonnulli ex peritioribus, nocturna, receperint, quæ lectione nulla fiet collisio in nocturnaq; orgia, Sanè vero in Medi. nocturni, scriptum est.

SERVIVS.

¶Hęc Proteus.) Subaudi dixit. ꝩAt non Cyrene.) Deest territa est: quod ex sequẽtib. datur intelligi. ꝩPacem petens.) Beneficium, beneuolentiam. ꝩFaciles Napæas.) Exorabiles nymphas ad ignoscendum paratas. Sanè sciendum easdẽ esse Napæas, quæ & Dryades sunt. Nam supra ait, At chorus æqualis Dryadum. ꝩIntacta ceruice.) Indomita. Et dicit animalium sacrificium esse faciendum, vt non tantum occidantur hostiæ. ꝩOrphei.) Datiuus græcus est. ꝩLethea papauera mittes.) Agrestia. ꝩPlacatã Eurydicẽ vitula venerabere cęsa.) Hypallage, pro veneratã placabis. ꝩPræcepta facessit.) Facit: frequẽtatiuũ est, p principali. Aut certe ideo facessit, qa plures hostias imolauit. ꝩSubitũ & dictũ, ac mirabile monstrũ) Res.n. hęc ex improuiso vẽit, vt apes ex bob⁹ erũperẽt.

Hæc Proteus:& se iactu dedit ęquor in altum:
Quaq; dedit,spumantem vndam sub vertice torsit.
At non Cyrene.nanq; vltro affata timentem.
Nate licet tristes animo deponere curas.
Hæc omnis morbi causa:hinc miserabile nymphæ,
Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis:
Exitium misere apibus.tu munera supplex
Tende,petens pacem:& faciles venerare Napęas.
Nanq; dabunt veniam votis:irasq; remittent.
Sed modus orandi qui sit,prius ordine dicam.

Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quattuor eximios præstanti corpore tauros,
Qui tibi nunc viridis depascunt summa Lycæi:
Delige: & intacta totidem ceruice iuuencos.
Quattuor his aras alta ad delubra dearum
Constitue: & sacrum iugulis demitte cruorem:
Corporaq; ipsa boum frondoso desere luco.
Post, vbi nona suos aurora ostenderit ortus:
Inferias Orphei Lethæa papauera mittes:
Et nigram mactabis ouem: lucumq; reuises:
Placatam Eurydicen vitula venerabere cæsa.
Haud mora: continuo matris præcepta facessit:
Ad delubra venit: monstratas excitat aras:
Quattuor eximios præstanti corpore tauros
Ducit: & intacta totidem ceruice iuuencas:
Post, vbi nona suos aurora induxerat ortus:
Inferias Orphei mittit: lucumq; reuisit.
Hic vero subitum, ac dictu mirabile, monstrum
Aspiciunt: liquefacta boum per viscera toto
Stridere apes vtero: & ruptis efferuere costis:
Immensasq; trahi nubes: iamq; arbore summa
Confluere: & lentis vuam demittere ramis.

Nam præcepta Cyrenes, tantum ad placandum numina pertinebãt. Notandum sanè, quia ex hoc euẽtu illa res inuenta est, quã supra memorauit, & melior facta per industriã. ¶ Stridere apes vtero, & ruptis efferuere costis.) Hæc verba & secundæ sunt coniugationis & tertiæ: nunc tantum tertiæ. ¶ Vuam demittere ramis.) In morẽ vuæ. i. botryonis defluere: quod Græci βοτρυδὸν dicunt.

MANCINELLVS.

Vertex. ¶ Sub vertice.) Est vertex cõtorta in se aqua, vel qcquid aliud similiter vertitur, inde propter fluxum capillorum pars summa capitis ex hoc in quam in montibus eminentissimũ recte dixeris hæc omnia. Vertices proprie tamen, vnde initium, & Fab. lib. viij. qui etiã lib. j. scrib. Vorsus, & vortices dixerũt antiqui, quę primo Scipio Africanus in, e, literam secundã vertisse dicitur, & Caper inquit, Vertex capitis est, vortex fluminis. ¶ At non Cyrene.) Supple timuit. refert enim ad illud. Nanq; vltro affata timen. ¶ Faciles.) Mites, placabiles. ¶ Napæas.) Nymphæ sunt proprie, quæ virgultis & floribus delectantur: vt Oreades quæ montibus Lactantius. th. iiij.

Napęę.

Delubrum. ¶ Delubra.) Varro libro octauo rerum diuinarũ. Delubrum ait alios æstimare, in quo præter ædem sit area assumpta deum causa, vt est in circo flaminio Iouis statoris, alios, in quo loco dei simulachrum dedicatum sit, & adiecit, sicut locum, in quo figerent candelam, candelabrum appellatum, ita in quo deum ponerent nominatum, delubrum. His a Var. præscriptis possumus intelligere id potissimum ab eo probatum, quod ex sua consuetudine in vltimo posuit, vt a dei dedicato simulachro delubrum cœperit nuncupari: hæc Macrobius libro tertio Satur. Orphei, melius Orphi legemus, vt in Buco. Orphi Calliopeia, De quo ibi latius. ¶ Lethæa papa.) Iam supra ostendimus. ¶ Vuam.) Iuuena. Etiam examenq; apium longa confederit vua.

ASCENSIVS.

¶ Hæc Proteus, &c.) Enarratis quæ compulsus erat enarrare a diuino spiritu Proteus sese in vndas deiecit, tanquã cui iuuenem considentẽ abs quo iniuriã passus erat ignoratione remedii punire vellet, cum causam malorũ edocuisset: quocirca artificiose præstructã est a Poeta, vt Cyrene capta nebulis adesset, omniaq; intelligeret, quæ intelligens nymphas placandas & sciens quo sacrificio apum instaurandarum modum inuenit, quia ex vitulis mactatis & in nonum diem derelictis subortæ sunt. ¶ Ordo est. Hęc Proteus supra dixit, quaq;. i. & qua: & dedit se iactu, id est impetu magno in altũ æquor: & forsit sub vertice, aut capitis, quia se præcipitem dedit, aut sub vertice, id est reuolutione aquarum vndam spumantẽ supra in ea parte qua dedit se in altũ. At, id est sed, Cyrene nõ, scilicet dedit se in altum, hoc est non aufugit, licet esset nympha aquatilis derelinquens filiũ inconsultũ & dubium, sicut Proteus (& ita malim dicere, q̃ quod quæstio timuit) Nanq; ipsa est affata vltro (quod longe abest, vt aufugeret) timentẽ, scilicet Aristæum. O nate, licet. i. licitũ est, deponere animo curas tristis, id est quę te tristẽ reddunt, hæc, scilicet quã Proteus dixit, est omnis causa morbi: & nymphæ cũ quibus illa, scilicet Eurydice, agitabat choros, id est choreas & festiuitates, in altis lucis, id est syluis sacris & incæduis misere. i. immiserunt (media longa. est enim verbũ præteriti perfecti temporis) hinc, id est ex hac causa apibus scilicet tuis exitium, id est internecionẽ miserabile, id est miseratione dignam, tu supplex petẽs precem, scilicet a nymphis & Eurydicen: tende, id est prætende offer munera, id est sacrificia, & venerare, scilicet muneribus, Napæas, id est florum & virgultorum nymphas faciles, id est cito exorabiles, & quod preceris facientes: nanq; dabunt veniam, votis, id est propter vota: sed ego dicam prius, quam orueris, scilicet eas, qui sit modus orandi: delige, id est de multis elige quatuor tauros eximios id est ex aliis exemptos (sed proprie porci dicuntur eximij secundum Donatum & tauri intacti, vt bidentes lecte) præstanti corpore, id est habentes præstans corpus, & delige totidem iuuencas, ceruice intacta, scilicet a iugo, id est quæ nunquam iugum traxerunt, quæ desunt, id est carpũt tibi nunc summa, id est summitatem, Lycæi, scilicet mõtis Arcadiæ, viridis, id est herbosi: p quod ostendit vernam esse temperiem qua apes ita instauran das prius docuit: & constitue itis, scilicet dictis quatuor aras ad, id est iuxta alta delubra. i. templa dearum. (In quibus, scilicet earum simulachra, vt quidam dicunt, decorticata sunt) & demitte, id est extrahe deorsum, iugulis, id est ex anteriori parte colli, cruorẽ sacrum, scilicet deabus, & desere ipsa corpora boum, scilicet cum pellibus in loco frõdoso, vt, scilicet locus sit tepidus & tectus qualẽ supra descripsit: & post, id est postea, vbi aurora nona, id est noni dieiis enim etiam tunc obseruabatur in funebribus rebus & sacrificiis) ostẽderit suos ortus. i. illuxerit, tu mittes Orphei, pro Orpheo, inferias. i. sacrificia quæ manibus apud inferos cõpetunt. f. papauera lethæa. i. obliuionem inducẽtia. Seruius dicit agrestia, cum sint etiam esca. i. quibus vescimur (posset Orphi legi in dat. tiuo a nominatiuo Orphes, item Orphei in genitiuo, vt sit diphthongus græca sicut eus in nominatiuo, & ordo est, mittes lethæa papauera, appositorie, inferias Orphei) & tu mactabis ouem nigram inferis, scilicet gratam, & tu reuises lucum vbi boues deresticti erunt, & tu venerabere Eurydicem placatam, id est quam tibi polliceor sic placandam, vitula cæsa, id est mactata. Haud mora significat matrem abijsse aut conticuisse illis dictis, haud. i. non mora sup. fit, & Aristæus facessit. i. factum it, continuo. i. illico & euestigio. præcepta matris: & venit, id est accidit ad delubra & excitat, id est innouat aras monstratas, scilicet a matre: & ducit, scilicet ad eas, quatuor tauros eximios præstãti corpore, & totidem, id est etiam quatuor iuuencas ceruice intacta, & post vbi aurora nona induxerat suos ortus mittit, Orphei. i. Orpheo inferias id est sacrificia inferis apta: & reuisit lucum in quo. f. dereliquerat boues: vero pro sed, Aristæus. f. & qui aderant vt sacrificulus aliquiciunt hic, id est in hoc loco & tempore, scilicet nona die monstrũ subitum, id est subito exortum, & mirabile dictu, id est dum dicitur, videlicet apes stridere per viscera boum liquefacta, id est resoluta & putrefacta toto vtero, & efferuere, id est feruenter euos lare costis ruptis (efferuere & stridere, tertiæ sunt hic inflexionis ab efferuo & strido) & nubes immensas. i. valde magnas, hoc est examina apium in morem nubis volantium trahi, id est cõtrahi, & confluere. i. consluxum facere iam sup. in arborem summam, & demittere ramis lentis, id est pondere vibrantibus, id deprendere in ramis lentis, vuam, id est examen apum in morem racemorum condependentium.

PIERIVS.

¶ Quatuor eximios præstanti corpore tauros.) In Romano codice legitur, eximio præstantis corpore, quod tantundẽ est. ¶ Delige & intacta totidem ceruice iuuencos.) In Longobardico, dilige. legitur, quod etiam superius habuimus eodẽ significato. Sed & intactas, quippe iuuẽcas, per syllepsim legitur in Rom. co. sed mone magis poetico. Quanq; & illud venuste dictum. Intacta ceruice, quod agnoscit Seruius. ¶ Inferias Orphei lethæa papauera mittes.) In Romano tantum co. Orpheo latio declinatu scriptũ est quod per synixesin, accipietur, vt aluearia, & ferreiq; eumenidum thalami. In aliis tamen, Orphei, per diphthongon est, vt græce ὀρφεῖ cuiusmodi illud etiam apud Catullum. Qualis adest Thetidi, qualis concordia Pelei. Sub. sequitur inde versus.

Post hunc,

Placatam Eurydicen vitula venerabere cæsa.
Et nigram mactabis ouem, lucumq; reuises.

Hoc ordine habent in codice Longobardico, & ita disponendos esse nemo nõ videt, cum præsertim hęc rite perfecta, qno præceptum

ptum fuerat ordine, cognosci possit ex eo versu, qui toti periodum complectitur.

Inferias Orphei mittit, lucumq; reuisit.

Quattuor eximios præstanti corpore Tauros.
Delige & intacta totidem ceruice iuuencos.
Eodem modo quo superius, Eximio præstantis, & intactas, & ita inferias Orpheo, in Ro. codi.

SERVIVS.

¶ Hæc super aruorũ cultu.) Primum librũ per hoc significat: per pecora autẽ, tertium & quartum, quia & apes pecora sunt. Per arbores secundum. Et hoc dicit, Hæc ego. i. Georgica scripsi dum Cæsar in oriẽte pugnaret. ¶ Euphraten.) Orientis fluuium. ¶ Fulminat.) Fortiter facit. ¶ Victorq; volẽtis Per populos.) Vnum virtutis est, aliud iustitiæ. Nam vincere, virtutis est: volentibus imperare, iustitiæ. ¶ Viamq; affectat Olympo.) Præparat sibi diuinos honores.) Parthenope.) Id est Neapolis, quæ primo ex corpore vnius Sirenis illic sepultæ Parthenope est appellata. ¶ Studijs florentem ignobilis oti.) Id est artis poeticæ, quam ocium appellauit ignobile, ne quid de se videretur arrogans dicere. ¶ Carmina qui lusi pastorum.) Qui etiam Bucolica scripsi. ¶ Audaxq; iuuenta.) Ætate iuuenili. Nam, vt diximus supra, vigintiocto annorum. Et bene breuiter a se scriptarum rerum exemplum est titulum.

Hęc super aruorum cultu,pecorumq; canebam,
Et super arboribus: Cæsar dum magnus ad altum
Fulminat Euphraten bello: victorq; volentes
Per populos dat iura: viamq; affectat olympo.
Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, studijs florentem ignobilis oci.
Carmina qui lusi pastorum: audaxq; iuuenta
Tityre te patule cecini sub tegmine fagi.

MANCINELLVS.

¶ Hæc super aruorum cultu.) Peroratio est, cumulum quidam: conclusionem alij vocant, quidã enumerationem: breuiter enim repetit totam simul causam, atq; materiam decurrendo per capita. De hac etiam Fab. lib. vj. latius scribit. ¶ Ad altum Euphratem) Armeniam maiorem intelligit, in qua Euphrates oritur, vt Strabo lib. xj. atq;. xvj. Cæsar autem Augustus, vt Florus scrib. ad orientem versus exercitum misit in Armenios, Medos, Parthos, qui postea omnes cum Indis etiam Augusti, & Romanorum ditioni paruerunt. ¶ Volentis po.) Augustus virtutis, moderationisq; fama Indos etiam, atque Scythas pellexit ad amicitiam suam, populiq; Romani vltro per legatos petendam, vt scrib. Suetonius, Florus etiam & Eusebius, quæ omnia latius supra patuerunt. ¶ Viamq; affectat Olympo.) Ouidius quoque libro primo Fast. ait. Sic petitur cœlum, per labores, scilicet & virtutẽ, vitiorumq; fugam. affectare q̃ inquit Festus, est pronum animum ad faciendum aliquid habere: affectat ergo viam, id est præparat Olympo, id est ad diuinos honores. ¶ Illo Virgiliũ.) Virgilius Maro in Pago, qui dicebatur Andes haud procul a Mantua natus, Pompeio & Crasso consulibus. Cremonæ studijs eruditus, sumpta toga, Mediolanum transgressus est, post breue tempus Romam perrexit, vt scribit Eusebius. Alij vero scribunt Virgilium ab Mediolano Neapolim iuisse, quod & ipsemet hoc loco indicat, vbi ante alios, & græce & latine eruditior factus se in vrbẽ contulit. Ostendit autem hic Georgica Neapoli, Æneida vero, partim in Sicilia partim in Campania. xj. annis confecisse. Bucolica autem triennio perfecisse aiunt, annos natum, vt Probus affert. xxviij. inde inquit inferius. Audaxq; iuuenta, &c. Parthenope ab tumulo Sirenis appellata est, vt scribit Plinius libro tertio. hanc Augustus postea Neapolim esse maluit, vt Solinus ait. Neapolis vero idem est quod noua ciuitas, vt etiã Strabo docet in libro quinto. Vir. tamen scri. quod ab ea græca voce Neapolis noua polis ab antiquis nostris vocitata est. Strabo libro quinto ait, quod Neapolis dicta est, id est noua ciuitas, quam postea & Chalcidenses incoluerunt, & ex Pithecusis, Athenisq; venientes, vbi Parthenopes vnius e sirenibus sepulchrum ostenditur. Neapoli autem quinquennalis facer ille musicus & gymnicus complures per dies celebrabatur Agon. Habet & Neapolis calidarum aquarum scaturigines & apparatissima balnea, nulla ex parte Baianis inferiora. Plurimi vero e Roma Neapolim secessum facientes, victum græcanico ritu perducebant, aut quietis & otij gratia, præsertim qui eruditioni dabant operã, aut remissioris vitæ desiderio maxime quos lenectus affligebat, vel aduersa valetudo, hæc & plura Strabo. ¶ Ignobilis oci.) Literarij laboris, & studij. i. poetices, hinc etiam Ouidius lib. iiij. de ponto ait, de Dionysio, Ille Syracusia modo formidatus in vrbe, Vix humili durã repulit arte famem, docuit enim Corinthi. Idem quoq; lib. iiij. de trist. inquit. Sæpe pater dixit, studium, quid inutile tentas? Mæonides nullas ipse reliquit opes. ¶ Lusi.) Scripsi, de quo latius tibi in Tityro, Ludere quæ vellem. ¶ Carmina pastorum.) Bucolica intelligit, quod per Epexegesim

Virgilij patria.

Neapolis vnde dicatur.

sequenti carmine suo more apertius innuit. ¶ Audaxq; iuuenta.) Homerus in Odyssea inquit. Tu tamen intrato metuens nihil omnibus audens. In rebus melior. Turnus itẽ lib. x. Æneid. ad suos, Audentes fortuna iuuat. Et Socrates in Gorgia Platonis cẽset, Animam rectè institutam tria potissimũ habere debere. Scientiam primo. Deinde opinionem prudentis. f. atq; beneuoli. Tertio audaciam. Vtq; Victorinus ait, audax est qui in prosperis temere aliquid aggreditur: audax item est ille, qui prouisis rationibus fortiter aliquid incipit, ltaq; & ad malum, & ad bonũ audax referri potest. Temerarius vero semper ad malum, vtq; Festus innuit, audacia ab auide. i. cupide agendo dicta, Audaxq; iuuenta. i. calore procedit. calidus. n. languis maiorem virtutem habet q̃ frigidus, vt in senibus apparet, de quo latius libro. iij. Georgico. ¶ Cecinit.) Et cecini & cecinit in antiquis legimus, vtrunq; conuenit.

ASCENSIVS.

¶ Hæc super aruo, &c.) Perorans Poeta operum a se tunc cõpositorũ meminit, veritus forte (quod plerisq; aliys contigit) aut sua aliys, aut aliena sibi ascribi posse, simulq; cũ summa modestia studium suum Aug. studio cõparat, dicens ocium suum. i. exercitiũ poeticum quod in ocio & quiete atq; in vmbris fit ignobile, nõ quidẽ simpliciter, sed respectu bellicæ gloriæ, quę Romanis suma visa est. vnde cum Romæ forũ vasto specu hiaret, nec alio q̃ quo plurimũ Roma. populus posset, oppleri posse vates canerẽt ferunt (inquit Liuius ad principium. vij. lib. decadis primæ) tum Marcũ Curtium iuuenem bello egregiũ castigasse, dubitantes an vllum maius rationis bonũ q̃ arma virtusq; esset. Silẽtioq; facto templa deorũ immortalium, quæ foro imminent capitoliũq; intuentẽ & manus nunc in cœlũ, nunc in patentes terræ hiatus ad deos manes porrigentẽ se deuouisse, equo deinde q̃ poterat maxime ornato insidentem, armatũ se in lpecum immisisse. hæc ille quocirca & Maro noster li. vj. Tu regere imperio populum Romane memento, Hæ tibi erunt artes, pacisq; imponere morẽ, Parcere subiectis, & debellare superbos. Et quia summã gloriã in armis cõstituit, prius arma q̃ virum prælibat, dicens. Arma virũq; cano, cum tamen virũ prius exequatur, vnde & arma describturus in. vij. inquit, Maius opus moueo, &c. Respectu ergo bellorũ ab Augusto gestorũ ocium literarũ ignobile censet, sicut & medicinæ peritum inglorium appellat, dicens Ænei. xij. Scire potestates herbarũ vsumq; medendi, Maluit, & mutas agitare inglorius artes. Quia igitur studium poetarum tranquillitatem amat, ideo ocium vocat, quia vero in laudẽ Augusti censet gloriosius esse bene agere q̃ bene scribere: quia qui bene agunt dum etiã viuũt nobiles fiunt, qui vero bene scribũt, plerunq; post obitum dumtaxat noscitantur, cum viuẽtes studio dediti lateant, aut inuidia obruantur. Sed de hac re satis. ¶ Ordo igitur est. Ego Virgilius, supp. canebam hæc. f. quæ præmissa, sunt, super, id est de cultu aruorum, vt in primo li. & pecorum, vt in tertio, & sub arboribus, vt in secundo (& quod non opus est dicere nunc de apibus quæ etiam pecora sunt) canebam inquit, sup. tunc dum Cæsar. f. Augustus magnus. f. præter cæteros: fulminabat bello. i. vt fulmen prosternit obsistẽtes: ad Euphratẽ. f. fluuium Armeniæ maioris, altum. i. profundũ & ipse victor. i. voti compos, dat iura, per populos volẽtes. i. vltro se legibus eius submittẽtes: & affectat viã. i. iter hoc loco, Olympo. i. cœlo, hoc est ad diuinos honores. (Est autem datiuus localis, quẽ nonnulli octauum vocãt casum resolubilis in accusatiuum mediante ad, vel in) vt affectat Olympo. i. ad Olympum (Olympum autem pro cœlo vsurpari alibi dictum est) Parthenope. i. Neapolis, hoc est ciuitas noua dicta Parthenope a Syrene illic sepulta, dulcis. i. amœna & grata propter studiũ alebat illo tempore quo. f. Cæsar ad Euphratem fulminaret: me. f. Virgilium authorem huius operis, florentẽ studijs, oci pro ocij, hoc est vacationis ignobilis. f. dum fit, aut respectu gloriæ belliæ, quã Cæsar meretur: qui. f. Virgilius, lusi. i. graciliter, & facili stylo scripsi, carmina pastorũ. i. Bucolica: & qui audax iuuenta, id est iuuenili ætate, quæ minus periculi sentiens, & minus malí experta

Universidad de Deusto
Biblioteca

perta audacior esse solet, cecini te o Tityre recubantem sup. sub tegmine phagi patule, vt in primo bucolico carmine patuit.

PIERIVS.

Illo Virgilium me tempore dulcis alebat Parthenope.) Non alienum fuerit a suscepti operis negocio, & quo modo Virgilij nomen sit scribendum, ipse quoq; cum tot alijs, qui argumentum huiusmodi amplexi sunt, quæsiero, i, siquidem, an, e, potius sit huius nominis vocalis prima, literatissimis illis, qui superiori ætate claruere viris, haud parum negocij facessit. Atq; illud in primis non ierim inficias, in Roma. co. passim Vergilium, & Vergilij, per, e, vocalem secundam scribi. Sed enim id ea ego de causa factum crediderim, q; mutatio literæ, i, in, e, atq; itidem, e, in, i, sit toto eo codice frequentissima, vt Sublimes in æthere Nisus, pro sublimis. Quiq; nouas alites, pro altis. aut Phyllides ignes, pro Phyllidis. Tum Regidas motare cacumina quercus, pro rigidas. fuerunt enim sæcula, quæ, i, literam odio quodammodo prosequi visa sunt. contra, quæ libentius, e, per, i, literam proferre malet. hic Mircirius, ab antiquis dictus, Varrone teste, qui nũc Mercurius: & ex eadem originatione cõmircia illi per, i, secunda syllaba, quod nos commercia per, e, libentius enunciare voluimus. Quid quod, eliganter secunda syllaba, per, i, scribendum præcipit Caper, quod ab eligo descendat? Nemo vnus tamen dictionem ita proferre nunc auderet. Pari modo idem author, exinterauit, quod ex interioribus verbum emanarit, & scribendum, & pronunciandum monet, cum nos tamen τὰ ἔντερα dictionem græcam agnoscamus, vnde verbum id conformauerimus. Et ne tædium afferat singulorum nomenclatura, sexcenta huiusmodi præteribimus: vt minus me moueat, quod in pandectis quoq; illis, quæ nunc Florentiæ publice asseruantur, libro ipso Iustiniani principis, vt creditur archetypo, non aliter q̃m per, e, nomen id notetur. sint commentaria Tyberij Donati grandioribus notata characteribus. Sint codices alij, atq; alij, huius, vel illius authoris, in quibus, Vergilius, per, e, scriptum inueniatur: ætatis quippe id consuetudine, nõ ratione factum contenderim, tot alijs nominibus quod ad has literas pertinet, pro temporum varietate variãtibus. Quod si aliqua reperiantur monumenta, in quibus Vergilij nomẽ per, e, notatum sit, certe longe plura sunt, in quibus Virgilius, per, i, legatur. Et ne de Marone dictum dubitemus, viseba-tur in foro Troiani proximis his annis monumentum id, quod Honn. Impp. in Claudiani poetæ luculentissimi memoriam erexerant, in quo præter latinam inscriptionem, quæ facti consiliũ, & Claudiani meritum indicaret, græce insuper κατ' ἐπιτοκὴν inciſum distichon legebatur huiusmodi.

ΕΙΝ ΕΝΙ ΒΙΡΓΙΟΙΟ ΝΟΟΝ ΚΑΙ ΜΟΥΣΑΝ
ΟΜΗΡΟΥ ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΝ ΡΩΜΗ ΚΑΙ
ΒΑΣΙΛΕΙΣ ΕΘΕΣΑΝ.

Ex quo manifestum est Virgilij Maronis nomen in monumentis publicis per, i, notatum fuisse. An vero memorem Græcos codices in quibus Virgilij nomen habeatur. Sanè apud Stephanum in dictione κάπυα nomen hoc per ῶτα: legitur non per ῖ+λον, ἐξ οὗπερ ἦν βιργίλιος ὁ ποιητής. Sed hæc perquirere non est consilium. Nam obijcient in Suidæ collectaneis Vergilij Maronis nomen per, e, legi in dictione ἀρρίανός, qui Virgilij Georgicon metaphrasim fecit. Sed id magis absurdum, quod in eodẽ loco Vergilius, ll, geminato legitur, βιργιλλίος, vbi etiam in antiquis aliquot quot monumentis nõ negarim inueniri: quanquã id ea ratione factum est (de vocali tantum loquor) q̃ Vergiliũ a virga pleriq; dictum agnoscebant, id scilicet a matris somnio desumptum virgam vero recentiora illa tempora per, e, vt nũc quoq; vulgo discitur, vergam, primo dicere, inde Vergilium eadem stribiligine scribere cœperunt. Sed enim si ab etymo nominis huius ratione petamus, Virgilio nomẽ a Virginali facie, vel modestia inditum interpretes affirmãt, eumq; Partheniata vocatum, tam veterum scripta q̃ inscriptiones librorum eius ostendunt, in quibus tot codicibus vetustis notatum inspicitur.

P. PARTHENIATIS VIRGILII MARONIS.

Accedit huc epigramma græcum, quo Dido queri videtur, alienum quid Virgiliũ a sui nominis significatione fecisse, cum pudicissimæ fœminæ tam fœdas impudicitiæ notas inusserit, ad id enim adiudit finis ille.

πιέριδες πίμοι ἄγνον ἐφωπλίσαοθε μέφονα
τοῖς κεθ' ὑμετέρης ἡνύσατο σωφροσύνης.

Quare siue etymon a virga, siue a virginali specie, vnde illi tam celebre nomen, Virgilius, per, i, scribi debere videtur. Quod vero apud Romanos in antiquorum monumentis nomẽ id per, e, nõnunquam notatum inueniatur, vt apud Angelum Colotium in eius hortis.

C. VERGILLIVS MARTANVS COLONVS.

Hos, æquo aliquo dato iudicio, percunctari velim: si tantum illis monumentis tribuunt, vt quicquid in illis inspexerint, pro lege habeant, cur nõ & reliqua eodem modo scribenda censent, quo singula eodem marmore scripta sunt, quippe Vergillius, ll, geminato, bone, & care, absq; diphthongo in acquisitiuo casu: cur, quia in alio marmore peruetusto Romæ, Q. Bergilius, legitur, non itidem præcipiunt, Bergilius, per, b, mutã, non per, v, digamma non scribendum esse? Nam quod alibi legatur.

M. VERGILIVS NARCISSVS
VIXIT ANN. XIIII.

Non magis me mouerit q̃m verginia, & Verginius, præter analogiæ rationem per, e, quodam in monumento scriptum. Pari sententia, hodie haudquaq̃ ego Deana scripserim, quod ad D. Eusta-chij legerim. Deang. D. D. Necq; Menerua, Leber, & Magester, quæ per, e, protulisse veteres, Fabius attestatur. Necq; Ioue datiuo casu tametsi Ameriæ intra ædem sancti Secundi notatum sit.

IOVE OPTVMO MAXVMO
D. PETTIVS. T. F.

Necq; itidem die, & victore, pro dij, & victori, quæ idem apud veteres Quintilianus agnoscit. Verum ego plurima, quę super hoc dici possent, de industria prætermitto. Qui certo sciam clarissimos literatura viros quorum lucubrationes propediem in lucem spero prodituras, satis superq; ijs, qui e, literam in eo nomine adamarunt, respondisse. Nos lucubrationibus nostris in Bucolica, atq; Georgica modum imponemus, si duo tantum ex antiquis codicibus addiderimus. Oti, in aliquibus legi. In Romano hoc tantum loco Oci. Sed super hoc Ecloga prima disputatum est, & illud, Tityre te patulæ cecinit sub tegmine phagi, mutato ordine, verbiq; persona in codicibus aliquot antiquis haberi, Tityre te cecini patulæ sub tegmine phagi: De se enim totũ hoc loqui poetam, id ostendit, quod superius dixerat, Illo Virgilium me tempore dulcis alebat Parthenope.

P. Virgilij Maronis poetarum clarissimi Bucolicorum, & Georgicorum: cum Seruij Mauri honorati, Probi grammatici, Antonij Mancinelli Veliterni, Iodoci Badij Ascensii commentarijs. Adiectis nuperrime varietatibus diuersorum textuum per Ioannem Pierium Valerianum.

FINIS.

P. VIRGILII MARONIS

AENEIS ACCVRATISSIME RECOGNITA

CVM COMMENTARIIS

Seruij, & Donati, ex antiquis exemplaribus, ad suam integritatem, pristinumq; candorem restitutis. Qua in re Donatus triplo sanè auctus fuit hac postrema editione. Addita familiari interpretatione Ascensij, Cũ accuratissimis annotationibus Christophori Landini, Augustini Dathi, & Philippi Beroaldi. Quibus accedunt castigationes varietatesq; Virgilianæ lectionis per Ioannem Pierium.

Ac nouissime redacto toto operis contextu ad fidem antiquorum exemplarium manuscriptorum PETRI BEMBI *Cardinalis*, & ANDREAE NAVGERII, *ac* IOVITAE RAPICII. *vbi innumerabilia penè loca sunt ad integritatem restituta.*

VENETIIS M D LII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SERVII MAVRI HONORATI GRAMMATICI IN PVBLII VIRGILII MARONIS AENEIDA COMMENTARIORVM LIBER PRIMVS.

IN exponendis authoribus, hęc consideranda sunt: Poetæ vita, Titulus operis, Qualitas carminis, Scribentis intentio, Numerus librorum, explanatio. Virgilii vita hæc est Patre marone Virgilius ortus fuit, Matre vero Maia. fuit ciuis Mantuanus, quæ ciuitas est Venetiæ. Diuersis in locis literis operam dedit. Nam & Cremonæ & Mediolani & Neapoli studuit: adeo autem verecundissimus fuit, vt ex moribus cognomen acceperit. Nam dictus est Parthenias vel parthenius ideſt omni vita probatus. Vno tantum morbo laborabat: nam impatiens libidinis fuit. Primum a Virgi. hoc distichon factum est in Balistam latronem, Mŏte sub hoc lapidum tegitur Balista sepultus, Nocte diecp tuŭ carpe viator iter. Scripsit etiam octo libros hoc, Cirin, Ætnam, Culicem, Priapeia, Catalecton, Epigrammata, Copam, Diras. Postea ortis ciuilibus bellis inter Antonii & Augu. Auguſt' victor Cremonensium agros qa pro Anto. senserant: dedit militibus suis, qui cum non sufficerent his addidit agros Mantuanos, sublatos non propter ciuium culpam, sed propter vicinitatem Cremonensium. Vnde ipse in Bucoli. Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonę. Amissis ergo agris, Romam venit, & vsus patrocinio Pollionis & Mecœnatis solus agrum quem amiserat recipere meruit: tunc ei proposuit Pollio vt carmen Bucolicum scriberet: quod eum constat triennio scripsisse & emẽdasse. Item proposuit Mecœnas Georg. quę scripsit & emendauit septem annis. Postea ab Augu. Æneidem propositam scripsit annis. xj. sed nec emendauit nec edidit: vnde eam moriens precepit incendi. Augustus vero ne tantum opus periret, Tuccam & Varum hac lege iussit emendare, vt superflua demerent, nil adderent tamen, vnde & semiplenos inuenim⁹ eius versiculos, vt hic cursus fuit, & aliquos detractos, vt in principio, Nam ab armis non incepit, Sed sic.

Ille ego qui quondam gracili modulatus auena
Carmen, & egressus syluis vicina coegi.
Vt quàm vis audo parerent arua colono:
Gratum opus agricolis: at nunc horrentia Martis
Arma virumq; cano.

Et in secundo constat hos versus esse detractos,
Aut ignibus ægra dedere.
Iamque adeo super vnus eram, cum limina Vestæ
Seruantem, & tacitam secreta in sede latentem
Tyndarida aspicio. dant clara incendia lucem
Erranti, passimq; oculos per cuncta ferenti.
Illa sibi infestos euersa ob pergama Teucros,
Et Danaum pœnam, & deserti coniugis iras
Permetuens Troiæ, & patriæ communis Erinnys
Abdiderat sese, atque aris inuisa sedebat.
Exarsere ignes animo: subit ira cadentem
Vlcisci patriam: & sceleratas sumere pœnas.
Scilicet hæc Spartam incolumis patriasq; Mycenas
Aspiciet partoq; ibit regina triumpho?
Coniugiumq; domumq; patres, natosq; videbit,
Iliadum turba, & Phrygiis comitata ministris?
Occiderit ferro Priamus, Troia arserit igni?
Dardanium toties sudarit sanguine littus?
Non ita: nanq; & si nullum memorabile nomen
Fœminea in pœna est, nec habet victoria laudem:
Extinxisse nefas tamen, & sumpsisse merentis
Laudabor pœnas: animumq; explesse iuuabit
Vltricis flammæ, & cineres satiasse meorum.
Talia iactabam, & furiata mente ferebar,
Cum mihi se non ante alias, &c.

¶Periit autem Tarenti in Apuliæ ciuitate. Nam dum Metapontum cupit videre valetudinem ex solis ardore contraxit. Sepultus autem Neapoli: in cuius tumulo ab ipso compositum est tale distichon, Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenec nunc Parthenope: cecini pascua, rura, duces. ¶Titulus est Æneis deriuatum ab Ænea, vt a Theseo Theseis, sic Iuuenalis, Vexatus toties rauci Theseide codri. Qualitas carminis patet: nam est metrum heroicum, & actus mistus vbi & poeta loquitur, & alios inducit loquentes. est autem heroicum quod constat ex diuinis humanisq; personis continens vera cum fictis. Nam Æneam ad Italiam venisse manifestum est, Venerem vero locutam cum Ioue. missumve Mercurium constat esse compositum. Est autem stylus grandiloquus qui constat alto sermone magnisq; sententiis. Scimus enim tria esse genera dicendi. Humile, Medium, Grãdiloquum. Intentio Virgilij hæc, Homerum imitari, & Augustum laudare a parentibus. Nanq; est filius Actiæ, quæ nata est de Iulia sorore Cæsaris. Iulius autem ab Iulo filio Æneæ originem ducit: vt confirmat Virgilius dicens, A magno demissum nomen Iulo. De numero librorum nulla hic quæstio est, licet in alijs inueniatur authoribus. Nam alij Plautum dicũt scripsisse fabulas viginti vnam, alij quadraginta, alij centum. Ordo quoque manifestus est, licet quidam superflue dicant secũdum librum primum esse, tertium secundum, & primum tertium. Ideo quia primum Ilium concidit, post errauit Æneas, inde ad Didonis regna peruenit, nescientes hanc esse artem poeticam: vt a mediis incipientes per narrationem ad prima redeamus, & nõ nunquam futura præoccupemus: vt per vaticinationem. Quod etiam Horatius sic præcipit in arte poetica dicens, vt iam nunc dicat, iam nunc debentia dici Pleraque differat, & præsens in tempus omittat. Vnde constat perite fecisse Virgilium. Sola superest explanatio, quæ in sequenti expositione probabitur: hęc quantum ad Æneidem pertinet dixisse sufficiat. Nam Bucolicorum & Georgicorum alia ratio est, licet eadem sit obseruatio. Sciendum præterea quod sicut nunc dicturi thema proponim⁹: ita veteres incipiebant carmen a titulo carminis sui, vtpote, Arma virumq; cano. Luca. Bella per æmathios. Statius, Fraternas acies alternaq; regna.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TYBERII CLAVDII DONATI AD TYBERIVM CLAVDIVM MAXIMVM DONATIANVM FILIVM INTERPRETATIONVM VIRGILIAMÆ ÆNEIDOS LIBER I.

Rost illos qui Mantuani vatis mihi carmina tradiderunt, postq; illos, a quibus in Æneidos libris quasi quidam solus & purior intellectus expressus est, filere melius erat, quia loquendo, crimen arrogantis incurrere, sed cum aduerterem nihil magistros discipulis conferre quod lapiat, scriptores autem commentariorum non docendi studio, sed memoriæ suę causa quædam fauorabili studio, multa tamen inuolute reliquisse: hæc tibi charissime tui causa cõscripsi, non vt sola perlegas, sed vt collatione habita, intelligas: quid tibi ex illorum, quidve ex paterno labore sequendum sit. Non enim aut illi omnia complexi sunt, vt res ipsa indicat, aut ego tanta compossui, quæ te possint ad pleni intellectus effectũ competenter instruere. Quocirca vt dictum est, lege omnia, & si forte nostra aliis displicebunt, tibi certe complaceant, quæ filio pater sine fraude transmisi.

Primum igitur & ante omnia sciendum est, quod materię genus Maro noster aggressus sit. hoc enim nisi iter initia fuerit cognitum, vehemẽter errabitur, & certe laud in ĩ est, quod idcirco incognitum est & latens, quia miro artis genere, laudationis ipsius dum gesta Æneæ percurreret, incidentia quoque aliarum materiarum genera complexus ostẽditur, nec tamen aliena a partibus laudis, nam idcirco assumpta sunt, vt Æneæ laudationi proficerent. Hoc loco quisquis Virgilij ingenium, moralitatem, dicendi notitiam, scientiam, mores, peritiamq; rhetoricæ disciplinæ metiri volet, necessario primum debet aduertere, quem susceperit carmine suo laudandum, quantum laborem, quamq; periculosum carmen aggressus sit: Talem enim mostrare Æneam debuit, vt dignus Cæsari in cuius honorem hæc scribebantur parens & authór generis præberetur, cũq; ipsum memoriæ fuisset traditurus, extitisse Romani imperij conditorem procul dubio vt fecit, & vacuum omni culpa, & magno præconio præferendum debuit demonstrare. Dicamus ergo quæ ipsius Æneæ personam deformare potuissent. nullum enim Virgiliani carminis apparebit ingenium, nisi in persona suscepti herois fuerint enumerata contraria. Incertum quippe esse non potest, Æneam sic ex Asiæ partibus recessisse amissa patria quam defensare non potuit, perditis opibus regni, tanta & illic apud Ilium, & cum genitali solo truderetur esse perpessum, vt cuiuis credibile esse possit talia illum non fuisse passurum, nisi iure deos omnes habuisset infestos, quod est proculdubio criminosum, & qui sic vitam suam duxerit, vt displiceret omnibus superis, nullumq; fautorẽ ne ipsum quidem auũ suum louem habere voluerit. Purgat ergo hæc mira arte Virgilius & non tantum collecta in primis versibus, vt mox apparebit, verumetiam sparsa per omnes libros excusabili assertiõe, &(t quod est summi oratoris) confitetur ista quæ negari non poterant, & summotam criminationem conuertit in laudem, vt inde Æneã multiplici ratione præcipuum redderet, vnde in ipsum posset obtrectatio conuenire. Itaque componit, non vt alij putant, carminis caput, sed vt nos asserimus, carminis thema, tanta subtilitate actis, vt in eodem hoc in eius breuitate latitudinem magnam futuri operis demonstraret. Commendat in prima propositione carmen suum, personamq; suam, & gesta eius quę purgandum laudandumq; susceperat, simulq; partitur quid fato, quid extra fatum perpessus sit, subtiliter monstrans, quæ accidunt fato, nullius posse virtutibus superari, perinde quod non esset illius crimen, si expugnare fata non valuit, illa vero quæ extra fatum imponebantur aduersantibus superis & Iunone, patientia & virtute animi transmisisse, nullum interea Æneæ speciale meritum fuisse ostendit, vt Iunonem prius, dehinc omnes deos sentiret inimicos. Nam & Iunonem strictim in themate ipso, latius autem in carmine, frustra aduersus Æneam inimicitias suscepisse & deos cæteros prodidit, non quasi fœuæ Æneas mentis excitator, sed reginæ suæ qualicũq; studio obsequutor, vt dictum est sese promitteret, quæ Æneas idem in terra quæ in fluctibus aduersa pertulerit. Purgata persona quam propria defensione Virgilius tuebatur, quod ad oratoris officium pertinet, diuersæ partis, hoc est inimice fuerit deformãda. huic enim & sæuitiæ crimen obiecit & diuturnitatis retentarum inimicitiarum apposuit, addens in fine thematis ingentem inuidiam scu licet Romani imperij felicitatem emersura non fuisse, si Æneas author eius, & conditor, Iunonis factione ad plenum fuisset oppressus. Hæc te summatim nosse conueniat, nec arbitreris me circunuentione vsum. Cum enim aduerterem, tyrocinia tua nouitate ac breuitate expositionis: instrui non posse, aliquãtulum augeri debui, vt iam ipse quasi quoddam præludium futuræ interpretationis præmitterem, melius existimans, loquacitate quadam te facere doctiorem, quam tenebrosæ breuitatis vitio in erroribus linquere. Quem perfectũ cupido cuiq; mei laboris opus sculum, peculiaris animi quasi quoddam hereditarium munus, & iura transmitto. Ac ne forte nescias, quid tibi commodi ex hac traditione possit accedere, paucis accipe. Si Maronis carmina competenter attenderis, & eorum mentem congrue comprehenderis, inuenies in poeta rhetorem summum, atque inde intelligas Virgilium non grammaticos, sed oratores præcipuos tradere debuisse. Idem enim tibi (vt aliquibus locis exempli causa posuimus) artem plenissimam dicendi demonstrabit. amato eorum qui multorum diuersorumq; scripta complexus est, erit operæpretium non errare perplurimos, & si id placebit, laudabis eum, cui licuit vniuersa percurrere, qui se diuersæ professionis, & diuersarum sectatoribus artium, beneuolum præbuit peritissimumq; doctorem, habet denicq; ex eo nauta quod discat in officiorum ratione, habent quod imitentur patres & filij, & mariti & vxores, imperator & miles, Ciuis optimus, & patriæ spectatissimus cultor in laboribusq; reipu. optimum quęque & apud suos primum fortunas & salutem suam debere contemnere, magisterio eius instruit possunt, qui se aptant ad deorum cultum, futuraq; noscenda, hic habent imitandam laudem qui illæsas amicitias amant, habent quam metuant notam, qui fluxa fide aut amicum fefellerint aut propinquum. Docet quales debeant esse hoies, quorum præsidia in necessitatibus postulantur, ne arrogantiæ aut inhumanitatis crimen incurrant, non erubescendum si potior interiorem roget, cum fuerit necessarium. Postremo quoniam non possumus Maronianæ virtutis omnia numerata percurrere, exempli causa ista dixisse sufficiat. Facilius enim cætera legendo & considerando reperies, si prædicta fueris assecutus. Omnia certe quæ ex eis arripere placuit, suis quibusque locis explicando tractabimus, nec te perturbent imperitorum vel obtrectatorum Virgiliani carminis voces inimicæ: Scio nonnullos calumniari quod sentẽtias suas Virgilius velut contraria sentiendo dissoluit. In his quippe reperiuntur qui relictis perspicuis rebus, argumẽtis velint contraria ipsa firmare, atque ita fictionibus suis ostendunt sese a vero intellectu longe esse discretos. Virgilius enim si dixit deos esse & rursum non esse memorauit, alio autem loco posuit esse, sed tibi curare, alio vero, esse & curare quæ homines agant. Esse fatum & nõ esse statuta die homines mori, & interdum ante præfinitum tempus extingui, Sentire aliquid mortuos, vel nihil esse post mortem non asserentis officio ductus est, & pro tempore. Pro persona, pro loco, pro causa, aut abstraxit, aut certe dissoluit. Denique si ad propositum thema redeamus, inueniemus Virgilium ita esse professum vt gesta Æneæ percurrere, non vt aliquam scientiæ interioris, vel philosophiæ partem, quasi assertor assumeret. Interea hoc quoque mirandum debet aduerti, sic Æneæ laudem esse dispositam, vt in ipa exquisita arte omnia materiarum genera conuenirent, quo fit vt Virgiliani carminis lector rhetoricis præceptis instrui possit, & omnia viuẽdi agendiq; officia reperire. Restat vt ante dispositiõis inferioris ingressum, & iam hoc debeat nosci. Ordinationẽ operis sui sic collocasse Virgilium, vt posteriora primitus, & prima posterius poneret, nam & ciliensi, in parte naufragiũ descriptũ nõ inter primos labores Æneæ numerabatur, vsq; adeo vt ipse idem diceret, iactatos æquore toto Troas reliquias Danaum, atq; immitis Achilli, Arcebat longe Latio multosq; per annos, Errabat acti fatis maria omnia circum. Et ex Æneæ persona. O socij neq; enim ignari sumus ante malo: O passi graviora, dabit deus his quoq; finẽ. Vos & Scyllam rabiem penitusq; sonantes Accestis scopulos, vos & cyclopea saxa Experti. Et ex persona Didonis, Nã te iam septima portat Omnibus errantem terris & fluctibus æstus. Hęc ergo quę posterioris temporis fuere, possuit prima, & in aliud tempus superiora distulit, vt in cõiuiio Didonis narrarent, ne si prima ponerentur, odiosum foret, hęc ea dẽ inquirẽte Didone repetere quæ prolixitatis cã vitãdæ semel dici conuenerat. Interpretemur igitur quod diximus thema, cuius prima pars est.

IODOCI BADII ASCENSII IN P. VIRGILII MARONIS ÆNEIDA PER QVAM FAMILIARES COMMENTARII.

Vandoquidem Poetę vita notior est, tum ex Donati, tum ex Seruij, tum ex Mancinelli, tum ex nostris in Bucolica commentarijs q̃ vt iterum notificetur, ne quem crambe toties apposita enecet expositis supersedero. Verum tametsi titulus quoq; manifestarius, tamen quia rudi adhuc pubi nihil satis expositum, sciet literaturę tyrunculis, titulũ, id est subscriptionem solere sumi a nobiliori & pricipaliori, vñ hic ab Æneadeductus est, eò quod in rebus gerẽdis, primas nimirum partes obtinet, poetæq; intẽtioni maxime conducit eum q̃ gloriosissimum efficere vt iamiam dicemus. Formari autem solent nomina librorũ vt patronymica fœminina eo quod libri pater videtur, qui res præclaras quæ in eo describuntur, patrauit. verum quia libro & viro, vnum esset nomen licet Varia inflexio si Æneas inscriberetur sicut Ilias, non formauit ipsum a nominati uo Latino Æneas, vnde patronymicum masculinum Æneadas, vt Æneadæ duri, &c. a quo per ablationem de syllabæ fieret hæc Æneas huius Æneados, sed a nominatiuo græco Æneus, vnde fit hic Æneides cõtrahendo scilicet diphthongum ei, in, i, lõgum, vt Hæc satis Æneide, &c. a quo rursus per ablationem de syllabæ, & resolutionẽ ei, diphthongi in ei diuisas syllabas fit hęc Æneis nomen libri huius, cuius accusatiuũ hanc Æneida qui putãt esse pluralẽ dicũt in libris, Æneidorum, &c. Sicut ergo a Theseus fit hæc Theseis, & ab Achilleus (sic enim græce dicitur) hęc Achilleis ita ab Æneus hęc Æneis. Qualitas carminis est heroica exametra, & ob id grandiloqua. Intẽtio authoris quam potissimũ prę notare intendo, & quæ cæteris fere datur est nimirum, vt & reipublicę & sibi quamplurimum per huius operis editionem prosit. quam & feliciter, & abunde consecutus est. Nam constituisse videtur simul & iucunda & idonea dicere vitę. Quia enim nouit nihil reipublicæ esse vtilius q̃ & clemẽtem, & prudentem, & fortem, & temperatum, & iustum, & cæteris virtutibus prædità habere principem, talem in Æinea Augusto imitandũ depinxit forte, vt Xenophon de Cyro fecisse perhibetur, non semper qualis fuit, sed qualem fuisse decuit perscribẽs. Injeciẽs per hoc Augusto magnam eius imitãdi necessitatẽ cum ab eo qui summe pius iustus, fortis, temperatus, &c. fuisse perhibetur originem traxerit, turpeq; sit a maiorum honestis institutis & virtutibus degenerare. Quin adeo, quia (vt ad sextũ huius dicturus est Sernius) nouit nullum opus Romanis acceptum quod bonis moribus & reipublicę incolumitati nihil conferret, in ipso sexto & fontibus pœnas, & iustis præmia tam tancte constituit, vt Pauló nostro non indigna quæ scribit pleraque censeri mereantur. Sibi quoque nec parum profuit qui tantum in rempublicã cõtulit quicq; honesto studio immortalem gloriam meruit. Et hęc communis est omnibus bona, & bene scribentibus intentio. Sed & speciales atque peculiares videntur authori nostro fuisse plurimæ. Quarum vna est, vt sicut in Buco. humile genus scribẽdi primę agre stium ætati, quæ pastoralis est, competẽs attigit, & in Georgicis mediocre mediæ illorum ętati, hoc est agricolarię congruũ consecutus est, ita hic sublime genus consummatæ, sed non decrepitæ ætati, hoc est bellicæ virtuti debitum consequatur. Altera, vt sicut in Buco. Theocritum, & in Georgicis Heliodũ æquiparauerit, ita hic principem poetarum, & fontem ingeniorũ Homerum æquiparet, seq; fœcũditate ingenij, illi præstare demonstrat. Nam quod ille vigenisquaternis libris, hoc poeta noster senis effecit in sex siquidem prioribus locis Odysseam, hoc est virum ex pressit, in reliquis sex Iliada, hoc est arma consecutus. Sicut ergo Homero propositum videtur, vt & vitam contemplatiuam quę in Vlysse significata est, & actiuam quæ in bello Troiano prudenter gesto expressa est, explicet: ita & poetæ nostro, vt vtranque vitam, sed in vno (quod gloriosius est) homine nobis depingat. Quocirca vt Homerus in Hectore tracto substitit, calamumq; repressit, ne progressus eius ignobilem interitum cogeretur memorare, ita Maro noster in Turno deuicto constitit, ne, Æneæ quoq; submersionem tristẽ deflere cogeretur, qui etenim quãuis summopere laudare contendit, in summa eius laude calamũ sistet, vt ille in Hectore tracto, & hic in Turno deuicto. Errant et go miserę qui poetam, vltro progressurum somniant, ni morte præuentus fuisset, cum iam operis finem sed non castigationem attigerit. Tertia est, vt in viro totam vitam humanam depingat, infantiam quæ periculis subiecta est in primo vbi naufragia, & ventorum procellæ. Pueritiam quæ præceptorum ferulis multisq; infirmitatum flagellis subiacet in secundo vbi excidiũ Troiæ declaratur: Adolescentiam cuius Salomone teste via incertissima est, in tertio vbi errorum Æneæ narratur compendium. Iuuentam quæ perditis, fæpe amoribus obruitur, vt misera Dido. In quarto, Virilitatem quæ glorię studet, vt qui in quinto in anniuersario Anchisę celebrãt ludos. Senectam quæ mortis admonetur, vt qui in sexto descendit ad inferos, totumq; inferorũ contemplatur statum, vnde redisse non inepte fingitur animo siquidem nondum a corpore separato, sed per contemplationẽ abstracto descendit, de qua re pulchre disputat Pphilelphus primo epistolarum ad Cyriacum, Addere possumus, quod omnes fere libros terminat exitu vitæ. Est enim mors vltima linea rerum, vt primum morte Priami & Hectoris vbi inducitur Dido multa super Priamo rogitans super Hectore multa, Secundũ mortem Creusę, Tertium Anchisæ, Quartum Didonis, Quintum Palinuri, Sextum Caietæ. Quinetiam totum opus morte Turni claudit: in qua summa erat Æneæ gloria iam consummata. Neque vero minus est in sexto reliquis libris artificij, vbi videlicet deorum hominumq; grauissimæ & plurimæ habentur conciones, varia bellorum euenta, miserandæ strages, rerum antiquissimarum commemorationes, Obsessorum trepidationes, securorum necem, & multa id genus alia, tum artificiosę, tum difficilia dicta: vsq; adeo vt arma prosecutus dixerit, Maius opus moueo, &c.

Primus haber Libycam, &c.) Vt iuxta morem in superioribus obseruatum argumenta explicem totius operis hæc summa est, Æneas Anchisæ & Veneris filius, gener Priami, quia maritus Creusæ quæ priami filia erat, & pater Iulij Ascanij, vnde domus Iulia Romæ capta Troia & Ilio in census Idam tenuit, vbi collecta manu ad exilium parata Antandrum petijt, ibiq; fabricatis nauibus in Thraciam concessit, inde prodigijs actus in Delum peruenit: vnde dijs monẽtibus in Cretam per errorem patris Anchisæ appulsus est, atq; inde peste fatigatus ex responso Penatum venit ad Strophadas insulas, vbi Harpijs vexatus est: inde maritima Græciæ præterueclus in Epirũ profectus Heleni qui Priami filius & vates erat hospitio, susceptus est. Ab Epiro venit in Calabriam, illinc q; aduentu Diomedis territus naufgauit ad Scyllam & Charibdim quæ Ætnæ vicinæ sunt atq; circuita magna Siciliæ parte Drepanũ venit, vbi secundum poetã perdidit patrẽ inde venit ad Elisam quæ & Dido dicitur, inde ab Ioue per Mercuriũ reuocatus in Italiã, prius tamẽ ad Siciliam repulsus patri anniuersariũ celebrauit quo peracto Italiam ad Cumas appulsus duce Sibylla ad inferos descendit patrem visurus a quo genus suũ didicit. inde ad Italiam a dijs promissam recta peruenies per ceruam ab Iulo occisam Iuno discordiam excitauit cum Latino, cui & Turnus Lauiniæ procus, & a matre Amata nomine, maritus destinatus, suppetias tulit. quapropter Æneas ad Euandrũ, qui tunc eas oras vbi nunc Roma est tenuit, concessit. Vnde Pallante filio adiutus ad vrbem nouam quã in Italia condiderat, & in qua Ascanius cũ cætera pube obsidebatur festinat, cũ iam eam Turnus inuasisset vi tamen repulsus erat. Postea cum Mezẽtio & Rutulis eius, bella gessit quibus superatis Rutulos cum Camilla deuicit, & tandẽ Turno occiso voti compos fin Maronem Lauiniam Latini filiam obtinuit vxorẽ. Et hic est ordo rerũ gestarũ, aut quę pro gestis a Poeta recitantur, verum alius longe ordo a Poeta obseruat. Nam vt dicunt versiculi, Primus liber habet, vt. i. qualiter Troes, veniant in vrbem Libycũ, videlicet Carthaginẽ, quod contigit septimo anno. Secundus edocet excidiũ & cladem Troiæ, narrante. ſ. Æneа & audiente Didone. Tertius, ſ. liber, canit Teucros. i. Troianos vectos æquore a Troia. Quartus narrat item. i. consimiliter, duo vulnera. ſ. amoris & gladij quo se occidit Elisse. i. Didonis miserę, honores. ſ. funebres & anniuersarij celebrant in quinto, ſ. libro manibus. ſ. Anchisę, ad tumulum, sup. eius in Sicilia. Sextus memorat. i. recitat Æneam vilentem tartara. i. inferna. Septimus armat iam bello. ſ. suscepto, italiam, id est Italos, in, id est contra Phrygas. i. Troianos. Octauus dat Æneæ simul socios, scilicet Arcadas & arma, scilicet a Vulcano fabricata. Daunius, id est Dauni filius. Turnꝰ expugnat nono sup. libro, noua mœnia Troiæ, hoc est mœnia nouę Troię, quam in primo aduentu cõdiderat Æneas. Decimus exponit pugnas Thuscorũ. i. Ethruscorũ, vt Mezentij & sociorũ in littore. i. ad littus. Rutuli qui populi Turni erant, superantur vndecimo supple libro, morte Camille virginis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ginis bellatricis, vltimus, scilicet liber imponit finem bello nece, id est per necem Turni in primo libro vt recitant versiculi satis protriti & expositi, Æneas septimo errorum suorum anno sperans ex Sicilia in Italiã peruenire Iunone inuidente ventis ad Libyam repulsus est, vbi refectis socijs, disquisiuit qui eam regione teneat, cui mater media sese tulit obuia sylua, edocuitq; Elyssam ea regna tenere, nouasq; sedes illic locasse, verũ, interea dum Æneas hęc a matre incognita disquirit, Dido quæ nouam classem appulsam audierat, verita hostes esse, eam expugnare iusserat, vnde Ilioneus vir inter primos facundus, questum venerat, cum Æneas septus a matre nebulis, non visus adesset, qui tandem apparens benigno suscipitur hospitio, & ab Elyssa rogatus Troianum excidium narrare parat, quod in secũdo exequitur, vt illic videbimus.

ARGVMENTA IN XII. AENEIDOS LIBROS.

Primus habet Libycam veniant vt
Troes in vrbem.
Edocet excidium Troiæ cladem'q; secundus.
Tertius à Troia vectos canit æquore Teucros.
Quartus item miseræ duo vulnera narrat Elissæ
Manibus ad tumulum quinto celebrantur honores.
Aeneam memorat visentem tartara sextus.
In Phrygas Italiam bello iam septimus armat.
Dat simul Aeneæ socios octauus, & arma.
Daunius expugnat nono noua mœnia Troiæ.
Exponit decimus Thuscorum in littore pugnas.
Undecimo Rutuli superantur morte Camillæ.
Ultimus imponit bello Turni nece finem.

SVBTILISSIMI AC FIDISSIMI POETARVM INTERPRETIS AVGVSTINI DATHI SENENSIS LECTIO PRIMA, CVM VIRGILII ÆNEIDEM PVBLICE EXPLANARE COEPISSET.

Troia capta (vt plane historicorum grauissimus testatur Liuius) cum in cæteros sæuitum Troianos esset, duo seruati sunt, Antenor, & Anchisæ ac Veneris filius ad Simoenta fluuium natus Æneas, ac de Antenore quidem opportuniore loco agendum erit. Æneas autem dux bello clarus, atque insignis heros, cum multa sæpius cũ hoste congressus fecisset egregie, ad extremum domo profugus (vt idem prodit Liuius) seruatus Italiæ (vt dicit Homerus) sumptis dijs penatibus, quos sibi Hector per quietem commẽdauerat, assumpto & patre sene, ac paruulo filio Ascanio, comitante vxore Creusa, Matre dea monstrante viam cum nauibus .xx. mare ingressus est, Italiam fato, Lauinaq; littora petiturus. Traiecit primum in Thraciam vbi Polydori monitu, cuius tumulum reperisset, aufugit auarum littus, cõdita prius ciuitate, quam de suo nomine vocauit Æneam. Eam ipsam etiam historici memorant & Thessalonicæ propinquam fuisse perhibent. Rursum nauim conscendens in Cretam venit, vbi cum aliquandiu cõstitisset, non satis recte oracula interpretatus, pestilentia inde pulsus est. Cogitans deinde Italiam, in Chaoniã transmisit, futuraq; ab Heleno vate instructus. Siciliã petijt, apud Drepanũ (vt Maroni placet) patrẽ Anchisen pdidit. Porro cũ Sicilia soluisset, aduersa tẽpestate, in Africã delatus est, inq; ea regione a Didone regina honorifice exceptus est (& si fabulis credimus) etiam ardenter amatus. Increpitus tñ deorũ iussu Africam reliquit, atq; iterum Siliciam repetiuit. Ibi tum ludis & anniuersaria in honorem patris celebratis, Acesta posita ciuitate, & suorum ibidem parte relicta, dum Italiam pergit Palinurum gubernatorem classis amisit. Exinde Baias appulit, & Cumea Sibylla duce ad inferos descẽdit, ad Elysios campos vsque penetrauit cognita Anchise referente, sue posteritatis serie, ad superos rediens persoluit Miseno inferias. Mox Caietam venit, & nutrice amissa eius nominis vrbem condidit. Postremo ad Ostia Tyberis peruenit, itaque ad destinatum locum, se venisse ratus, finem vlterius nauigandi fecit. Lauiniam Latini regis filiam, antea Turno pactam iuxta oraculi vocem, accepit vxorem. Quam ob causam a Turno bello lacessitus est, adiutus potissimum Euandri Arcadis auxilio, ac diu conflictatus maximarum rerum, & amplissimi, ac florentissimi regni dedit initium. Ac postmodum excedẽs rebus humanis, in numerum deorum (vt fabulantur) trãslatus est, & deus habitus. De quo Liuius hæc memoriæ prodidit. Huic secundum cũ Latinis prælium vltimum operum mortalium fuit. Eumq; situm super Numicum flumen, Iouem indigetem appellarunt. Cumq; ab Ænea Troianorum duce, res Romana profectura esset, & ea quidem vrbs, quæ totius orbis assequeretur imperium: nõ sine causa commentus est, & elegantissimus vates, Æneam progenitorem eorum, qui vrbem Romanam condituri essent protectã soluisse Asia delatum in Africam ad Didonis regna peruenisse, tandem attigisse Europam, vt per eiusmodi lustrationem totius mundi partium, terrarum omnium atque vniuersi orbis auspicaretur imperium. Hoc igitur præclaro carmine, argumentum ingens cœpit Virgilius Maro, & adiecit Latio eximium decus. Videlicet Poeta magnus: omniumq; præclarissimus, atque optimus, Vt Aurelius Augustinus ait, & Homerum imitatus, qui Achillem cecinerat, hic Æneæ errorem primum, tum bellum cantauit, quod cum Turno gessit Æneas, Reliquum est vt præstantissimus præceptor, & optimus auunculus, partes suas prosequatur. Dixi.

Ille ego qui quondã, &c.) Proponit (inquit Donatus) diuidit, & sese commendat poeta, proponit quidem, quia dicit se horrẽtia Martis Arma virumq; descripturum, in qua re etiã diuidit: quia arma sex posterioribus, & virum sex prioribus libris descripturus est: sed alio ordine proponit, alio prosequit, eo forte quod id vsu venire solet: vt quæ prima sunt in intentione, vltima sint in executione: sed arma fuisse prima a Poeta intenta ex multis conijcere licet, tum quia in Buco. dixit, Cum canerẽ reges & prælia, &c. quasi iam tunc proposuerit reges & prælia describere, tum quia armorũ opus maius vocabit in septimo, vbi dicturus est, Maius opus moueo. tum quia in armis Æneę a Vulcano fabrefactis Cęsaris gesta percursurus est, quod facturus nõ erat, si, vt quidã volũt, Augusti quoq; gesta perscribere cõstituisset, ad quę quidem arma alludere poetã dubium nõ est, dicente Donato arma. i. scutum & reliqua quę Æneę fabricauit Vulcanus. Verumtamen per arma res bellicas quę in armis geruntur potius intellexero: nec tamen accedo ad eorum errorem, qui exponunt arma virumq; .i. armatum virum, cum res distinctę sint, nam & virum & arma eius seorsum describit. Commẽdat autem sese, inquit Donatus, quod neq; ludicra nec turpia, sed spectata elegerit. Ex hac autem sui atq; a se scribendorum commendatione reddit auditorẽ seu mauis lectorem beneuolum, & attentum ex pondere rerum, Acclamaturus enim est, Tantę molis erat Romanam, condere gentem. Docilem autem ex rerũ diuisione. Principium, authore Ser. fecerat poeta quale nos suscepimus, Ille ego qui quodã. In quo poeta tria principalia opera sua triplici stylo nobis depingit, nã Bucolica quę gracili stylo descripsit gracilibus verbis cõmemorat, Georgica quę mediocri mediocribus, & Æneida quã sublimi, sublimib[us] vsq; adeo vt sint qui spumosum & cortice pingui censeãt, vt apud Persi. plenius executi sum[us]. Nihil enim videtur gracilius, q̃ Ille ego qui quõdam gracili modulatus auena Carmen. Oĩa enim sunt aperta & propitia, Nihil mediocri stylo consonantius, q̃ egressus syluis vicina coegi. Vt q̃uis auido parerent arua colono. Gratum opus agricolis, nam & scematis mediocris styli, hoc est figuratis & translatitijs locutionibus vtitur. Nihil vero sublimius q̃ at nunc horrẽtia Martis, Arma virumq; cano: quod tamen non inflatum, sed solidũ ac firmum est: vt rarũ male vetus vegrãdi subere coctum. Hoc aũt modo auspicatum reor poetam, vt (sicut in finem Georgi. diximus) operum suorũ se authorem

se authorem ostenderet, & alienorum minime cupidum, simulq; vt triplici stylo tria opa suscepisse significet, vtq; ab humili exordio in sublimem desinat exitum, iuxta quod legimus apud Horatium in de arte poetica, quod Homerus & quis consultus poeta Non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem Cogitat, qa tamen hoc exordium humilius visum est Tuccæ & Varro q̃ vt tanti maiestati carminis congruat, dempserunt vsq; ad arma virumq; cano, quod nos tamen & explanare & in ordinem redigere constituimus. Ille ego. Vtrunq; pronomen emphasim habet. Nam ille (vt in Buco. docuimus) ad nobilitatem & gloriam pertinet, vt Alexander ille magnus. Plato philosophus ille diuinus. Ille ego igitur idem est, ac si dicat, iam notissimus poeta quasi q obtinuerit quod in Georgi. iij. sic dixit, Tentãda via est, qua me quoque possim Tollere humo victorq; virum volitare per ora. Ego autem confirmat & excludit. q. d. non alius, sed ille idem: sicut, Ipse ego cana legã tenera languine mala, Ille ego qui quondam modulatus, & egressus coegi, euocatio est, Quondam sicut olim trium est temporum Gracili auena, qa pastorale, hoc est bucolicum carmen, vt latius declaratum est ibi, Syluestrem tenui musam meditaris auena. Carmen a canẽdo dicitur, nõ quod vocis lenocinio cani velit, sed qa modulis cõstet, & egressus syluis, Alij distingunt syluis vicina, vt sit, & egressus, carmen, hoc est carminis gracili auena modulandi materiã, coegi vicina syluis. i. arua, sed in idem redit, nam & latinitas & sententia vtroq; modo constat. Latinitas quidẽ, quia egredior ablatiuo frequenter iungitur, vt in .ij. huius, Est vrbe egressis tumulus. Sentẽtia vero, qa syluas ingredi significauit, cum dixit, Syluestrem tenui musam medi. aue. Vnde Georgica descripturus egressus syluis videt. Secundo etiã modo stat latinitas & sententia, nam arua sunt vicina syluis. Vñ Flaccus sermo. secũdo. Hoc erat in votis, modus agri non ita magnus Hortus vbi, & tecto vicinus iugis aquę fons. Et paulũ syluę super his foret, &c. Sylua ab hyle scribitur per, y, a silendo per, i, quãuis alij exponãt vt sit, quantũuis, alij quãuis, pro quãquam, & ita duplicem faciunt ordinẽ, priores sic vt arua parerẽt colono, quãuis. i. quantũuis auidõ, hoc est etiã auidissimo. Posteriores vero sic, vt quãuis arua parerent colono auido, tamen opus esset gratum agricolis, sed priores magis cõdepẽdentem cõtextũ faciũt. At, auersatiua est particula, initijs apta, quib[us] res a prioribus cõtrarias incipimus, vt illud i fine tertij huius, factoq; hic fine quieuit, sequitur in principio. iiij. At regina graui iandudũ saucia cura, Vulnus alit venis, &c. Cętera cũ sequentib[us] declarabimus. ¶Ordo autẽ huius est, Ille ego. i. iam notissimus poeta. P. V. Maro, qui modulatus, i. ad modulos cõsecutus quõdã. i. vt in fi. Geor. dicit, in iuuẽta carmẽ. i. Bucolicũ, auena. i. calamo, seu culmo ex auena, gracili. i. tenui stylo & carmine cõgruẽti, & egressus syluis. i. rebus syluestribus, hoc est carmine pastorali, coegi. i. in pcepta redegi, vicina syluis. i. Georgi. hoc est aruorũ quadruplicii argumẽta, appositorie, opus gratũ agricolis, vt arua parerẽt. i. obedirẽt ex pceptis meis colono. i. agricolę, q̃uis. i. quantũuis auido. i. cupido, hoc est ẽt auidissimo, aut sic, & egressus coegi vicina syluis: Vt. i. vtpote qui scirẽ qd q̃uis arua parerent. i. obedirẽt colono auido. i. rerũ cupido, hoc est imperijs rusticorũ, de qbus in Geor. late dictũ est, tñ opus esset sup. aut foret gratum agricolis. i. agricolę tã auidi sunt vt oĩa ad nutũ credere velint, sed, vt dixi, prior snĩa magis placet. Quinetiam cõstructio quadrãtior esset sic, Ille ego q modulatus sup. sum quondã gracili auena, carmẽ coegi, &. i. etiã vicina syluis gratũ opus agricolis egressus. s. syluis ideo vt arua parerẽt, &c. At cano nũc arma, &c.

HÆC HACTENVS RECENSVIT PETRVS Fundius. Tum primam Æneidos lectionem legit Augustinus Dathus.

Satis superq; pręclari carminis argumentũ, exposuit Petrus Fundius Sororis filius: sed in literis mihi atq; eruditione genitus, prosequar ipse egregij poematis explicationẽ non reiectis quatuor versiculis, quos Tucca detraxit & Varus, cũ sint mea quidẽ sententia cognitione dignissimi. ¶Ille ego, qui, &c.) Hos versus Virgilius Maro ediderat Æneidos initium, sed eos postea detraxere Varus, & Tucca, Virgilij, & Horatij (vt Cęsariensis Eusebius inquit) contubernales, atque illustres poetę, quibus ab Augusto Cęsare emendanda, Æneis tradita est, ea lege, vt nihil prorsus adderẽt. Exile enim, & fere ieiunitatis plenum, videbatur initium tam alti, tamq; pręclari operis. Nihil nanque est, inter Latinorum poetarum carmina, neque maius Æneide, nec pręstabilius. Sed in his quatuor versibus illud artificiosum, ac præclarum videri debet. Nam quẽadmodum tria carmina, Bucolicum, Georgicum Æneidaq; cõmemorat, ita & eleganter, ac perdocte, triplicem dicendi figurã seruauit, & priorem quidem versum, attenuate, ac demisse, & gracili quadam, tenuiq; figura, & subtili, atque venusto charactere dicendi inceptauit, dicens, Ille ego, qui vero ad rura, culturãq; agrorum, versus pertinerent, eos ita composui, vt humili, nõ tamen infima, verborum dignitate, & moderato quodam, atque amœno dicendi genere personarent, quod diligenti, & studioso homini (si legat accuratius) plane erit manifestum. ¶Et egressus syluis, &c.) Tum grauis, valida, & vberem quandam dignitatem, atque amplitudinem continens figura contexitur, cum tuba terribili sonitu, & clangore vehementer intonat. ¶At nũc horrentia Martis Arma, virumq; cano.) Quibus verbis, quid sublimius, quid magnificẽtius, dici poterat? Bene itaque, qui in Virgilium commentarios ediderunt, humili oratione Bucolica, grauissima Æneidem, media vero Georgica fuisse conscripta a poeta insigni, ac Mantuano vate, testati sunt. Quatuor vero his versibus, profitetur Virgi. pastorale carmen cecinisse, tum tradidisse de agricolatione pręcepta. Iam vero subiturum sese aduentum Æneæ in Italiam Diuturnumq; errorem, resq; eius ducis belli gestas. ¶Gracili auena.) Est humili stylo. Eadem enim quæ a Cicerone, extenuata figura, quæ a Donato, & Seruio, tenuis nominatur, ab A. Gellio, gracilis dicta est: quem Græci dicendi characterem ἰσχνὸν vocant. ¶Modulatus.) Modulari, & canere, ad musicos, ac poetas pertinet. Musici enim quondam vates, ac sapientes, ijdem iudicari consueuerunt, idque ipsum pulcherrime Fabius Quintilianus ostendit, atque ei numero Orpheum ante alios, Linumq; ascribit, vtrunq; (vt est in fabulis) dijs genitum, quorum alterum quod rudes atq; agrestes animas Threicia fretus cithara, fidibusq; canoris, & disciplinæ poeticæ modulis demulceret, non feras modo, sed saxa quoque & syluas duxisse perhibent, quæ res vel musicæ peritiæ, vel poeticæ disciplinæ potestatem, vimq; demonstrat. Recte igitur Virgilius quasi quidam Latinorum Homerus carmen modulatum dicit, quod est, versibus cecinisse. ¶Arua.) Sunt terra quam ad percipiẽdas fruges excolimus. Terra igitur (vt M. Cato in primis, & Cicero testes sunt) nunquam sine vsura reddit, quod accepit, sed plerunq; maiore cum fœnore, videlicet, si ager ipse diligenter fuerit excultus, interdum vero minore, cum fuerit a colonis neglectus. Parent igitur, atque obtemperant arua colono, cum multo plus afferunt agri, quam acceperunt, sed tum parent auido colono, quando mensuram longe cumulatissimam reddunt, magnamq; atque auidissimam agricolæ ipsius cupiditatem explent. Itaque Virgilius de colendis agris dicit, se eiusmodi artem, atque pręcepta tradidisse: quæ si colonus seruet, quamlibet auidus sit, facillime erit sui voti compos, ac fauente Georgico carmine: Multas cõgeret in horreum truges. ¶Quãuis.) Non q̃q; in hoc loco: sed quantũuis significat, sicut & quãlibet. Posset & quãuis exponi p quanquam, sed id pręter eruditissimos nemo prorsus intelligat, pulcherrimaq; est ea loquendi figura. ¶Horrẽtia Martis Arma.) Erudite Virgi. bellũ his verbis expressit, cui veteres Martẽ præesse testantur. Nam quemadmodũ Mars ipse ferus existimatur, ita & quibus præest, opera horrentia sunt, quę vtiq; bella putamus. Quare & M. Cicero. vi. de repub. lib. cum cœlestes orbes, globosq; describit: Martẽ his verbis cõmemorat: Tum rutilus horribilisq; terris, Quem Martium dicitis. Noster igitur orator, Martem horribilẽ: sapiens vates Horrẽtia arma Martis, non absurde posuit. ¶Martem.) Ferunt inter se septem illa errãtia sydera, tertium orbẽ, globumq; esse sortitum, & bienni curriculo zodiacũ circum pererrare: plurimum aũt obesse, nisi eius infestiorem vim, Iouis, ac Veneris, (qui salutares planetę sunt) commertium, ac vicinitas, moderetur. Stella est (vt Astrologi tradunt) q̃ plurimum habet caliditatis, ac siccitatis, atq; ob eam rem, prælijs, contentionibusq; dicitur præesse. Nam vterq;, tum calor, tũ etiam siccitas, magnam ad inflãmandos hominum animos vim habere, phisicis rationibus declaratur.

Gacilis auena.

Modulor.

Arua.

Quãuis

¶Finis prefationum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN LIB. PRIMVM ÆNEI. COMMENTARIA SERVII.

ARma.)Multi varie differunt cur ab armis Virgilius cœperit: oés tamẽ in hanc sententiã ire manifestum est,cum eum cõstet aliunde sumpsisse principiũ, sicut in prẽmissa eius vita monstratũ est.Per arma autẽ bellũ significat,& est tropus Metonymia.Nã arma quibus in bello vtimur, pro bello posuit.Sic toga qua in pace vtimur, pro pace ponit:vt Cicero,Cedant arma togæ,i.bellũ paci. ſ Arma virũq;.)Figura vsitata est,vt nõ eo ordine respondeamus,quo ppositum.Nã prius de erroribus Æneæ dixit:post de bello.Hac aũt figura etiã in prosa vtimur.Sic Cice.in Verrinis,Nam sine vllo sumptu nostro copis, tunicis, frumentoq; suppeditato, maximos exercitꝰ nostros vestiuit,aluit, armauit.ſ Virũ.) Nõ dicit quẽ:sed circũstantias ostendit Æneã.ſ Cano.)Polysemus sermo est.Tria,n.significat:aliquando laudo,vt,Regemq; canebãt:aliquãdo diuino:vt,Ipsa canas oro:aliquando cãto,vt in hoc loco. Nam pprie cãto significat,quia cantanda sunt carmina.ſ Troiæ.) Troia regio est Asiæ, Iliũ ciuitas est Asiæ. Plerunq; tñ vsurpant poetæ,& pro ciuitate vel regione, vel,puincie ponũt. Iuue. Et flammis Asiã terroq; cadentẽ.ſ Qui primus.)Quæruntmulti cur Æneã primũ ad Italiã venisse dixerit, cum paulo post dicat Antenorem ante aduentũ Æneæ fundasse ciuitatẽ. Constat quidẽ, sed habita temporũ ratione peritissime dixit Virgilius. Nanq; illo tempore quo Æneas ad Italiã venit,finis erat Italiæ vsq; ad Rubiconẽ fluuiũ.Cuius rei meminit Lucanus, Et Gallica certus Limes ab Ausonijs disterminat arua colonis.Vnde apparet Antenorem nõ ad Italiã venisse,sed ad Galliã Cisalpinã,in qua Venetia est.Postea vero promotus vsq; ad Alpes Italiæ finibus,nouitas creauit errorẽ. Plerisq; tamen quæstionẽ hanc volunt ex sequentibus solui,vt videatur ob hoc addidisse Virgilius ad Lauina littora, ne significaret Antenorẽ. Melior tamen est superior expositio.ſ Italiã.) Ars quidem hoc exigit, vt nominibus prouinciarum præpositionẽ addamus,ciuitatum nunq;. Tamen plerunq; peruerso ordine lectum est.Nam ecce hoc loco detraxit prouincię præpositionem, dicens,Italiã venit pro ad Italiã venit. Tullius in Verrinis, Ea die Verres ad Messanam venit,pro Messanã venit. Sane sciendum est vsurpari ab authoribus vt vel addant, vel detrahant præpositiones.Nanq; ait Virg.Syluis te Tyrrhene feras.Pro in syluis.Vt ergo illic loco detraxit prępositionẽ,sic hic prouincię:& est figura. Italia autẽ pars Europæ est.Italus enim rex Siculorum profectus de Sicilia, venit ad loca quæ sunt iuxta Tyberim, & ex nomine suo appellauit Italiam. Ibi aũt habitasse Siculos vbi est Laurolauiniũ,manifestũ est:sicut ipse alio loco dicit,Siculi veteresq; Sicani. Item, Et gẽtes venere Sicanæ Sæpius.ſ Fato profugus.)Fatum adutrunq; pertinet,& quod fugit,& quod ad Italiam venit.Et bene addidit fato,ne videatur aut causa criminis patriã deseruisse, aut nouũ imperij cupiditate.Profugus aũt, proprie dicitur qui prosul a sedibus suis vagatur,quasi porro fugatus. Multi tamen ita definiunt,vt profugos eos dicant, qui exclusi necessitate de suis sedib⁹ adhuc vagant:& simulac inuenerint sedes, nõ dicant profugi,sed exules.Sed vtrũq; falsum est, Nã & profugus lectus est, qui iam sedes locauit.vt in Lucano, Profugi que a gente vetusta Gallorũ Celtæ miscentes nomen Iberis.Et exul qui adhuc vagat. vt in Sallustio,Qui nullo certo exilio vagab antur,adeo exiliũ est ipsa vagatio.ſ Lauinaq; venit Littora)Hęc ciuitas tria habuit nomina.Nam primũ Laumiũ dicta est a Lauino fratre Latini,Postea Laurentum a lauro inuenta a Latino, dum adepto imperio post fratris mortem ciuitatẽ augeret.Postea Lauiniũ a Lauinia vxore Æneę.Ergo Lauina legendũ est,nõ Lauinia,quia post aduentum Æneæ Lauiniũ nomen accepit.Ergo aut Lauinũ debuit dicere,sicut dixit,aut Laurentũ.quãuis quidam superfluo esse Prolepsim velint,ſ Littora.)Laurolauiniũ cõstat.viij.millibus a mari remotum.Nec nos debet fallere, quia dixit Lauina littora.Littus enim dicitur terra quæq; mari vicina:sicut ipse Virgi.in.iiij.Cui littus arandum:cum per naturã littus arari nõ possit. Ergo scire debemus littus posse terrã dici.ſ Multũ ille.)Collisio est,& ille hoc loco abundat.Est,n.interposita particula propter metri necessitatẽ:nam si detrahas ille, stat sensus. Qui primus enim ad omnia possumus trahere. Sic alio loco,Nũc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra. Est aũt Archaismos.ſ Et terris iactatus.)Fatigatus. est enim apud Thraciam monstro illo quo de tumulo Polydori sanguis emanauit:apud Cretam pestilentia: apud Strophadas insula Harpyę: tẽpestate vero & in primo,& in tertio. Iactamur aũt in maris fluctib⁹, fatigamur in terris,& bene duorũ elementorũ mala vno sermone cõplexꝰ est.ſ Et alto) Modo mari. Altũ tñ sciendũ est q; & superiorẽ,& inferiorẽ altitudinẽ significat.Nãq; mẽsuræ nomen est altitudo.ſ Vi superum.)Violẽtia deorũ sm Homerũ qui dicit a Iunone rogatos esse deos in odium Troianorũ:quod & Virgi.testigit,dicẽs,Vos quoq; Pergama mœa iam fas est parcere gẽti Diiq; Deæq; omnes. Latenter aũt defendit hac ratione Troianos,q; nõ suo merito eos insequebant numina,sed Iunonis impulsu.ſ Sæuę.)Cum a iuuãdo dicta sit Iuno, quærũt multi cur eã dixerit sęuã:& putãt temporale esse epitheton quasi sęuam circa Troianos:nescientes q; sęuã dicebant veteres magnã, vt Ennius, Induta fuit sæua stola. Itẽ Virg.cum vbiq; piã inducat Æneã ait, Maternis sęuus in armis Æneas.i.magnus.ſ Memorem Iunonis ob iram.)Constat multa in authoribus inueniri per cõtrariũ significantia, pro actiuis passiua.vt,Pictis bellantur Amazones armis, pro bellant.Pro passiuis actiua.vt,Populatq; ingentẽ farris acerum,pro populatur.Et hæc varietas vel potius cõtrarietas:inuenitur etiam in aliis partibus orationis, vt sit aduerbiũ pro aduerbio,vt est,Hoc Tũc pater ignipotens cœlo descendit ab alto.pro huc.Et in participio:vt,Et qua vectus abas, pro vehebaꝰ.Et in nomine:vt,Memorẽ Iunonis ob iram.non quæ meminerat, sed quæ in memoria erat. De his autẽ hæc tantũ quæ lecta sunt ponimus: nam ad eorũ exemplũ alia formamus.ſ Multa quoq; & bello passus.)Duas cõiunctiones separatas naturaliter nemo coniungit, sed hoc plerũq; a poetis causa metri fit. Ergo hic vna vacat: sicut alio loco, Dixitq; : & prælia voce diremit.ſ Bello passus.)Contra Turnũ quod gessit.ſ Dum cõderet vrbẽ.)Tres hic sunt significationes.Aut enim Troiam dicit,quã,vt primũ venit in Italiam,fecit Æneas.de qua ait,Castrorum in morẽ pinnis atq; aggere cingit.Et alio loco Mercurius,Nec te Troia capit. Troiam autẽ dici quam primũ fecit Æneas,& Liuius in primo, & Cato in originibus testantur.Dum enim hæc fieret, ab agrestibus ob vulneratũ regium ceruum mota sunt bella.Aut Laurolauiniũ.Et significat. ſ Dum.)Donec.tandiu enim dimicauit quandiu tempus faciẽdę ciuitatis veniret, id est donec Turnus occumberet. Aut Romã. Et est sensus.Dummodo dum conderet vrbẽ:aut Troiã,aut Laurolauinium, aut Romã significat.ſ Inferretq; deos Latio.)Latiũ duplex est,vnũ a Tyberi vsq; ad fundos.Aliud inde, vsq; ad Vulturnum.Deniq; ipse dixit,Veteresq; latinitideo quia scit esse etiã nouos Idest,a Fundis vsq; ad vulturnum. Latium autẽ dictũ est, q; illic Saturnus latuerit fugiens filij arma.ſ Inferretq; deos Latio.)Hoc est in Latiũ.Et est figura vsitata apud Virgiliũ, Quod.n. per accusatiuum cum præpositione dicimus, ille per datiuũ posnit,

P. VIRGILII
MARONIS AENEIDOS
LIBER PRIMVS

ILLE EGO: QVI QVONdam gracili modulatus auena
Carmen:& egressus syluis, vicina coegi
Vt quamuis auido parerẽt arua colono:
Gratum opus agricolis, at nũc horrentia Martis
Arma,virũq; cano: Troię qui primus ab oris
Italiã,fato profugus,Lauinaq; venit
Littora,multum ille & terris iactatus,& alto
Vi superum,sęuę memorem Iunonis ob iram.
Multa quoq; & bello passus:dum cõderet vrbẽ:
Inferretq; deos Latio:genus vnde latinum,
Albaniq; patres,atq; altæ mœnia Romæ.

Universidad de Deusto Biblioteca

nit sine præpositione, sicut alibi, It clamor cœlo, pro in cœlum. ¶ Genus vnde Latinũ.) Si iam fuerunt Latini, & iam Latium dicebatur, contrarium est quod dicit ab Ænea Latinos originẽ ducere. Prima est inepta absolutio, vt vnde nõ referas ad personam, sed ad locũ. Nanq; vnde aduerbiũ est de loco, nõ deductio a persona. Tamẽ Cato in originibus dicit hoc, cuius authoritatẽ Sallustius sequitur in bello Catilinæ, primo Italiã tenuisse quosdã qui appellabantur Aborigines, hos postea aduẽtu Æneæ Phrygibus iunctos, Latinos vno nomine nuncupatos. Ergo descendũt Latini non tantũ a Troianis, sed etiã ab Aboriginibus. Est aũt vera expositio hæc: Nouimus q̃ victi victorum nomẽ accipiunt, potuit ergo victore Ænea perire nomen Latinũ. Sed volens sibi fauorẽ Latij cõciliare, nomen Latinũ non solum illis nõ sustulit, sed etiã Troianis imposuit. Merito ergo illi tribuit quod in ipso fuerat, vt posset perire. vnde & ipse inducit in .xij. lib. rogantẽ Iunonem ne pereat nomen Latinũ. Item in execratione Didonis legimus, Nec cum se sub leges pacis iniquæ Tradiderit. Iniqua enim pax est in qua nomen amittit ille qui vicit. ¶ Albaniq; patres.) Albam ab Ascanio conditã constat: sed a quo, incertum, est vtrũ a Creusæ an Lauiniæ filio: de qua re Liuius dubitat. Hanc aũt cum euertisset Tullus Hostilius, omnes nobiles familias Romã transtulit. Et sciendum bene hũc ordinem seruare Virgilium, vt ante dicat Latium, inde Albam, post Romã. Quod & hoc loco fecit: & in .v. libro, vt Priscos docuit celebrare Latinos, Et deinde, Albani docuere suos, nunc maxima porro Accepit Roma, & patrium seruauit honorem. Item in .vij. Mos erat Hesperio in Latio quẽ protinus vrbes Albanę coluere sacrum: nunc maxima rerum Roma colit. ¶ Atq; Altæ mœnia Romæ.) Aut propter gloriã, aut propter ædificia ingentia: aut quia in montibus collocata est.

IN LIB. ÆNEID. COMMENTARIA DONATI.

ARma virumq; cano.) In hac breuitate & angusta propositione multa cõplexus est, nam & posuit, & diuisit, & in eo ipso sese cõmendat, quod nõ ludicra vel turpia, vt alij, sed spectata elegerit ad scribendũ. ¶ Arma.) Scilicet, hoc est scutum & alia quæ Æneæ Vulcanũ fabricasse perscripsit. ¶ Virum.) Non vt sexũ significaret, sed virũ qui talia arma, tam magna, pulchra, habere vel gestare potuit. ¶ Virum.) Qui Romani imperij author & conditor esse debuerit, vel meruerit. ¶ Virum.) Qui terra mariq; iactatus multa aduersa tolerando ac ferendo trãsmiserit. Hoc loco plerię arbitranť errasse Virgiliũ, vt primo rem, deinde personam poneret, qui si Sallustiũ considerarent liberũ ratione metrorum sic historiam cœpisse, vt primo rem, deinde populi Romani personã poneret, nunquã Virgilium criminarenť, quem constat in propositione liberã ordinandi habuisse licentiã, exequendi vero alium ordinẽ tribuisse, nam quod ait cano, quasi iam carmine cõpleto loquereť, ostendit ex aperto thema esse, quod plenũ atq; perfectũ futurę cõscriptioni carminis pręparauerat. ¶ Cano.) Bis accipitur. Cano arma, Cano virum, sed armorũ descriptionẽ primo propositã sequenti disputationi seruauit, & cœpit a gestis viri adiungens hæc secundæ propositioni, ne hiulcã faceret narrationem. Sequiť altera cum propositione diuisio, vt ostẽdat quid Æneas fatali ratione, quid extra fatũ perpessus sit, nam fuit fati, vt perdita patria sua ire ad Italiã, & in eam venire cogereť, quo loco Virgilius Æneam proditæ ciuitatis crimine absoluit. nulla .n. culpa est defensare nequisse, quod fataliter interisse dubitari non poterat, simul monstrat nõ pœnã fuisse, quod Asiæ finibus exclusus Æneas amisso genitali solo, quasi exul trahebať in alienas terras, sed gloriã, optimũ quippe est, idcirco paruũ perdere vnumquenq;, vt minore percussus detrimento, maioris rei emolumẽta conquirat. certe & illud sentiendũ, nõ malo fatorũ voto, Iliensi imperio excidiũ extitisse, sed ne esset quod in Asiæ partibus eum detineret, qui cõstituẽdo Romano imperio dignus author & cõditor parabatur. Ergo quod ait. ¶ Troię q. p. ab. o. Ita. f. p. L. q̃. v. Lit.) Fatorũ id ratione cõtigisse non dubiũ est, sed quærendũ est cur posuerit, Lauinaq; venit Littora, cum nondũ fuisset hoc loci nomen, eo .s. tempore, quo Æneas venit ad Italiam, nõ ergo iam tunc fuerãt Lauinia littora, sed tunc cum gesta veteribus sæculis Virg. replicabat. alia Virgilio fuit causa, qua dixit primũ Æneam ad Italiã, cum cõstet etiã alios esse perductos, eo ante q̃ Æneas Italiam tetigisset, & verũ est, sed nõ ad eam Italię partem, in qua sunt Lauina littora. ergo, & primus fato, quia alij ex euentu ad Italiam fuerant delati, Æneas vero compulsus, quia sicut multis locis est positũ, aliã terrã tenere nõ poterat, cui fuerat decreta Italia in ea parte in qua ab eo Lauinium oppidum conditũ est. ergo colligiť intellectus, vt, s, fato, nõ semel accipiať, vt sit, fato perdidit patriã, fato expulsus, fato peruenit ad Italiæ partẽ, in qua vocitari cœperũt Lauina littora. ¶ Multũ i. &. t. i.) Aliã tenet cum propositione diuisionẽ, nam specialiter scripsit in carmine suo, quæ in terris, quæ in pelago perpessus sit Æneas, & hæc ipsa asserit extra fatum fuisse, adde. ¶ Vi su.) Vis .n. non est nisi cum sit aliquid extra leges, hoc est contra fatũ, vt autẽ ex hoc quoq; excusaret Æneã, qui nihil tale de superis meruerat, addidit. ¶ Sęuæ. m. I. o. i.) Hoc est non propter Ænee aliquã culpã hæc superos fecisse, sed vt obsequerẽtur studio & voluntati Iunonis. Cui vtpote reginæ, vniuersi in quã vellet partẽ, cõsentire debuerãt, & idẽ velle, quod illa pręsumpserat. Purgatᵘ est ergo ex ista parte Æneas: restat vt ipsam quoq; Iunonẽ frustra aduersus ipsum odiũ suscepisse monstremus, in quo ipso nõ tantũ purgatio est susceptæ personæ, verũetiã defamatio Iunonis, quã ediuerso poeta cõstituit. ait .n. ¶ Sęuę. m. I. o. i.) Non .n. sæuam potentẽ dixit, vt alij volũt, sed reuera sęuã, quæ persequereť innocentẽ, & eum qui nihil admisisset, & esset deorũ omniũ, perindeq; ipsius quoq; Iunonis antistes & cultor. onerat eam etiã alterius criminis inuidia. q̃ inimicitias ipsas nulla ex culpa susceptas diutissime ac tenaciter retineret, perindeq; indicauit honestis & probis etiã iustarũ inimicitiarũ longeuã non cõuenire memoriã. hunc locũ apertius notat in .v. lib. nam cum Venus apud Neptumnũ de ipsa Iunone quereretur, ait inter cætera, Iunonis grauis ira neq; exaturabile pectus, Quã nec longa dies, pietas nec mitigat vlla. Concludit mire thema ipsum, & omnẽ aduersus Iunonẽ inuidiã cõpetẽter exaggerat, dicẽdo. ¶ Multa q. & b. p. d. c. v. In. q̃. d. &c.) Vt etiã tunc bello Æneã appetisset, cum ciuitatẽ in Italia cõderet, cũ inferret deos Romano imperio & statui publico profuturos, contraq; si obtinuisset Iuno, nec Latinũ genus, nec Albanos principes, atq; ipsam Romã emersurã fuisse, perindeq; nec ipsum Cæsarẽ Romani imperi habiturũ. Vrbẽ, de hac dictum est, moliri iam tecta videt, iam fidere terræ, cuius dolore cõmota Iuno excitauit per furiã bellũ proposito noua inuentione themate in quo nõ solũ quæ esset dicturus ostẽdit, verũetiã multiformi ratione diuisionis vsus est. cõmendauit carmẽ suũ, omni liberũ crimine demõstrauit Æneã, & Iunonẽ ex diuerso monstrauit multis modis graui peruri inuidia. Ipsum aggrediť ab inuocatiõe musę sui carminis caput, cui nisi instruẽdi lectoris causa thema pręmisisset, perdidisset, pfecto gratiã laboris sui cũ quid dicturus esset, lector ipse nesciret. Interea, pposito themati nõ mirandũ est in oibus nõ respondisse Virgiliũ. cũ .n. libros suos disposita ordinatione pręscriberet, fine viuẽdi circumuẽtus, intentionẽ pfessionis suę cõplere nõ potuit, Albaniq; patres, atq; altę mœnia Romæ, nõ scripsit. Expoluimus thematis textũ, iam nunc ad originẽ carminis, caputq; redeamus, vt ostẽdamus Virgilium poetarum more, quod erat scripturus ab inuocatione musæ cœpisse.

IN LIB. I. ÆNEID. COMMENTARIA DATHI.

ARma, virũq; cano.) Duo proponit Virg. quorũ vtrũq; & Titus Liuius historia cõplexus est .j. lib. ab vrbe condita. Nam de Ænee ipsius peruagatione, atq; in Italiã aduẽtu, deq; eius rebus gestis nõ solũ poetę fabulanť, sed etiã loquunť historici. ¶ Virũ.) Æneã intelligi duo argumẽta sunt, sed in primis carminis pręnotatio. Etenim opus vniuersum Æneis inscripta est, q̃ ab Ænea nomẽ inflectitur. Nã quemadmodũ Odyssea q̃ de Vlysse, Ilias q̃ de Ilio, Thebais q̃ de Thebis, Achilleis q̃ de Achille, Theseis q̃ de Theseo, Metamorphosis q̃ de transformationibus scripta sit, nũcupatur: ita & Æneis q̃ in ea ducis Æneæ gesta edisserantur hoc nomine appellata est. Quinetiã adhibitę circunstantiæ Æneã manifestãt. Quid .n. refert vel Æneã proponere vel eũ virũ, qui ex Troiano solo, fatorũ voluntate, primus ad Italiæ partem, Lauina littora venit, cũ is certe Æneas fuerit? ¶ Cano.) Cantare poetas nemo dubitat eorũ, qui & disciplinæ musicæ rationẽ & eruditissimorũ veterum scripta cognouerint. Nam (vt etiã Aug. Aurelius tradit: & nemo ignorat) omnipotentia canẽdi musis tributa est. Hæ vero poeticæ presunt, vt apud Platonem in phædro ostẽdit Socrates. Musas aũt esse cantũ, etiã rustici nouerunt, vt ait Macro. quare easdẽ & camœnas quasi a canendo ausi sunt appellare. & theologi .ix. musas octo Sphęrarũ musicos cãtus & vnam maximã cõtinentiã quæ cum sit ex omnibus esse voluerũt. Quocirca & canere cœlũ cõprobãt ob eamq; causam etiã sonos musicos sacrificijs adhibebãt. Scite igiť. Aurelius Augustinus .j. librorum, quos de musica arte cõposuit, musicã finit bene modulandi scientiã: id autẽ est bene concinendi. Nam canere, & modulari, ad poetas pertinẽt: vt supra iã patefactũ est. Hinc Vir. Gracili modulatus auena Carmẽ, modulari vero & canere, vtrũq; cãtare significat. At cantant poetæ & musicũ studiũ est plerũq; poeticũ. Hinc illud

illud apud Terẽtiũ in Heautontimerumeno. Tum q̃ maleuolus vetus poeta dictat, repente ad studiũ se applicasse hũc musicum. Rursum in Hecyra. Ita poetã restitui in locũ prope iam remotũ iniuria aduersariorũ à studio atq; a labore, & ab arte musica. Et iterũ eodẽ in loco. Nolite sinere per vos artẽ musicã recidere ad paucos. De poetico nãq; studio loquebať. Demũ in Phormione eadẽ sentẽtia rectissime cõfirmatur, cũ dicit Calliopius: in medio oibus palmã esse positã, qui artẽ tractãt musicã. Itaq; ne in hac explanatiõe diutius immorer, poetarũ officiũ est canere aut modulari, opus vero carmen vel poema. Hinc Home. poetarum facile princeps ad musicã cõuersus, quæ cantui præesset, Iliada scripturus in hũc modũ præfatus est μῆνιν ἄειδε θεὰ, quẽ Virg. in plerisq; imitatus inquit. Arma virũq; cano, & alio in loco. Cecini pascua rura duces, quod est cãtaui in primis tria carmina. Pastorale Rusticũ, & heroicũ de Ænea. Canere vero cantare intelligi oportere, idẽ poeta manifestat, qui in Buc. de Hesiodo, ita locutus est: Hos tibi dãt calamos, en accipe, musę Ascreo quos ante seni, quibus ille solebat Cantãdo rigidas deducere montibus ornos. Quare nõ indocte quisquis ita exorsus est quod est apud Flaccũ. Fortunã Priami cãtabo & nobile bellũ. Et Boetius Seuerinus. Vir sciẽtia & doctrina omniũ penè præstantissimus, & canẽdi & modulandi, & cantãdi deniq; exẽpla suppeditat, testificãs ea omnia esse poetarũ ac vatũ munera. De philosophia .n. quã loquentẽ inducit & versibus sæpe ludentẽ, ita ait. Hæc cũ philosophia dignitate vultus, & oris grauitate seruata: leniter, suauiterq; cecinisset. Et rursum, Iã cantũ illa finierat, cũ me audiẽdi auidũ, stupentẽq;, arrectis adhuc auribus, carminis mulcedo defixerat. Ac paulopost Canendi etiã iucunditate refouisti. Cunq; philosophia quę secũ loquereť versus allatura esset ac simul inquit. Ita modulata est, Deniq; & alio in loco, hęc verba subiecit. Quare necesse erit humanũ genus, vti paulo ante cãtabas. Et alia, sed infinitũ sit eiusmodi exẽpla colligere. Hęc aũt idcirco attulimus ad eorũ sententiã refellendã, qui imperiti harũ rerum, ac prorsus ignari illepide atq; imperite, canere apud poetas volũt esse describere: nec verbi ipsius aut vim aut elegãtiã cõplecti animo possunt. Troiæ qui primus ab oris Italiã fato profugus Lauinaq; venit Littora. Primũ dicit Æneã in Italiã venisse, qua in re plerię viri etiã eruditissimi dubitare cõsueuerunt, q̃ nõ multo post idẽ poeta profectũ Antenorẽ in eam Italię partẽ, quæ iampridẽ Venetia dicebať, & Patauiũ condidisse perhibeat, idq; multis etiã annis ante, q̃ Italiã attigisset Æneas. *Antenor.* Nam & ipsi quoq; historiarũ scriptores primũ venisse Antenorẽ, cũ multitudine Henetũ, tum Æneã nõ obscure declarant. Quæ res dubitationẽ plane difficillimã videť afferre. Verũ respondent nõnulli, & hi quidẽ non illiterati, asseruntq; nouitatẽ errorẽ eiusmodi peperisse. fuisse quondã nõ tam latos ipsius Italiæ fines, sed lõge angustiores, nec nisi ad Rubiconẽ vsq; flumen produciť ac recenti memoria vsq; ad Alpeis fuisse protractos, testẽ producunt in medium *Italiæ fines.* Lucanũ Cordubensem Poetã nequaq; ignobilẽ, qui hac de re ita locutus est. Sed Gallica certus Limes ab Ausonijs distermi nat arua colonis. Hãc ergo sententiam nec satis probo nec plane reijcio. Habet .n. authores viros certe probatissimos. Alij nõ totã Italiã cõmemorari volũt, sed eius partẽ quãpiam, vbi Italia & Laurentes agri modico atq; ab angusto freto Sicilia diuiduť. Quare & eidem versui ab erudito poeta accessio facta est Lauinaq; venit littora. Etenim nõ ad Lauina littora Antenor, sed in intimum maris Adriatici sinũ venisse diciť. Hęc vero sententia & poetę verbis cõuenit & ab historicorum veritate nequaq; abhorret. Sed lõge acutius ac multo verius sensere qui nuper exorti sunt, & poetam Virgiliũ cauisse profitentur, vt vlla esset prorsus in tam splẽdido poemate dubitatio, quin facile dissolui queat. Venit itaq; Antenor in eas terras, quæ modo Italia nuncupať, venit etiã multo anteqũ aduẽtaret Æneas. At primus venit Æneas in Italiã fato: nunquid fatum frustra adhibuit sapientissimus vates? Sed plerię nõ tam ipsi perspicaces, q̃ aliorũ explanatione cõtenti, neq; fatũ ani*Cur addidit fato.*maduerterunt, neq; quid sit fatũ ipsum plane intelligũt. Qui si Liuij historiã lectitassent, sua profecto sententia atq; errore desistent. nam Antenorẽ quidẽ ipsum cũ multitudine Henetũ venisse ait, in intimũ maris Adriatici sinũ, ac tenuisse terras, quę inter mare alpeisq; sitæ erãt, pulsis Euganeis. Æneã vero a simili clade domo profugũ, sed ad maiora rerũ initia, ducẽtibus fatis primo in Macedoniã venisse, deinde in Siciliã quęrentẽ sedes delatũ, postremo Laurentẽ agrũ tenuisse narrat. Mira hæc historici poetęq; cõcordia. Fato cantat Vates primũ in Italiã Æneã venisse eundẽ scriptor historiarũ nobilissimus, orbẽ pererrare tradit ducẽtibus fatis: Vterq; vero nõ inscite profugum Æneã vocãt. Neq; .n. suæ spõtis erat, nec suo arbitrio ducebať, & quod creditu difficile quibusdã videri solet, nesciebat Æneas Troianiq; vbi fas esset regna resurgere Troiæ. Vago cursu ducebanť, multosq; per annos errabant acti fatis maria omnia circũ. Num igiť deorum iussu æque diceť venisse Antenor Patauiũ cõditurus atq; Æneas qui erat totius orbis cõstituturus imperiũ? Neq; .n. fuit vlla vnq̃ respu. aut bonis artibus ditior, aut præstabilior imperij magnitudine, ac Romana ciuitas tantũ alias interę ap̃sit extulit vrbes, Quantũ lenta solẽt inter viburna cupressi. Bene igiť Æneã ac tantæ, tamq; augustæ vrbis primordia fata ducebant, & ne de Fato pluribus modo philosophari videamur fatũ cum Platone dei iussionẽ ac voluntatẽ interpretamur. Quare & cum apud Didonẽ Æneas ipso primo Virgilij cõmento diuersareť, iussus est amoribus cedere ac fatis obsequi. Itaq; & .iiij. eiusdem carminis libro a Ioue missus Mercurius Æneã his vocibus affatur, Tu nunc Carthaginis altæ Fundamenta locas, pulchrãq; vxorius vrbẽ Extruis: heu regni rerumq; oblite tuarũ. Ipse deũ tibi me claro demittit Olympo, Regnator cœlũ & terras qui numine torquet: Ipse hæc ferre iubet celeres mandata per auras. Quid struis, aut qua spe Libycis teris ocia terris? Si te nulla mouet tantarũ gloria rerum: Nec super ipse tua moliris laude laborẽ, Ascaniũ surgentẽ, & spes hæredis Iuli Respice, cui regnũ Italię, Romanaq; tellus debenť. Quæ cum accepisset, Æneas auebat abire fuga dulceisq; relinquere terras. Attonitus tanto monitu imperioq; deorũ. Et rursum de eodẽ Aenea paulopost. Ille Iouis monitis immota tenebat Lumina, & obnixᵘ curã sub corde premebat. Itaq; postrema hæc sententia: vt elegãtia subtilitateq; superiores illas, ita & veritate longissime antecellit. Vi superũ, sæuæ memorẽ Iunonis ob irã. Cõtra Epicureorum & Stoicorũ sententiam, versum hunc posuit Vir. Quorũ Epicurei *Epicurei. Stoici.* deos oĩno ociosos cõstituebãt negabãtq; vllã prorsus habere humanarum rerũ procurationẽ, atq; ita nec gratiã in eos ad benefaciendũ, nec irã ad nocẽdum cadere, alteri vero gratiã dijs immortalibus tribuebãt, sed irã a diuinitate penitus censebãt alienã esse: q̃ nõ diuinæ maiestatis, sed terrenę fragilitatis sit cõcitari, perturbari, insanire, quæ omnia in salo atq; æstu iratæ mẽtis inesse credunť. Sed sapiẽs fortasse vates, vt fallos & cõmentitios deos a verę diuinitatis maiestate seiungeret: etiã diuorũ reginã & maximã oium (vt stulti veteres putabãt) deã irasci, perturbari, & ægritudinum agitari fluctibus profiteť. Et ne irã quispiã intelligeret: quæ etiã solet in deos cadere, sęuã & immitẽ Iunonẽ vocitauit: cum tñ nihil magis a diuinitatis natura abhorreat, q̃ sæuitia, atq; crudelitas. q̃ si sęuã Iunonẽ magnã interpretanť, ij fortasse boni viri fuerint, sed profecto nõ satis eruditi. Dum cõderet vrbẽ. Quã vrbem *Vrbs ab Aenea cõdita.* intelligi poeta velit. magna apud nonnullos disceptatio est. Multi .n. nõ tam exponendarũ rerum q̃ ostentãdi ingenij gratia vnã eandẽq; cuiuspiã libri partẽ in varias distrahunt sentẽtias, quod cõtingit ijs, qui vrbẽ hoc in loco vel Lauiniũ, vel longã Albã, vel Romã intelligi posse arbitranť. Sed nos optimis subnixi rationibus Romanã duntaxat vrbem interpretamur. Primũ .n. si ad magna quædã rerũ initia & ad augustissimæ vrbis primordia Æneã Troianorũ ducẽ fata ducebãt, qua ratione, vel Lauiniũ, vel longã Albam suspicabimur, cũ vtriusq; & angusti fines extiterint, & per breue tẽpus durarit imperiũ? Eiusmodi igiť imperia dij immortales moliebanť. Has vrbes Iuppiter sępe pollicebať. Sed longe erat Carthago maior, ac præstabilior, aptiorq;, in qua cum Didone regnaret Aeneas Heccine erat tãtarũ gloria rerũ, hoc præclarũ Italiæ regnũ? Ridicule igiť in hoc loco alterutrã nominatarũ vrbiũ cõmemorãt. Quod si hãc rationẽ ob ingenij tarditatẽ perspicere nequeunt, audiant poetã ipsum, qui perspicue ac dilucide Romanam vrbẽ explicauit, asserens Aeneã ducem, ac cęteros Troianos Græcorum reliquias iactãtes æquore toto, & per varias maris ipsius oras vagari. Tantę molis erat Romanam cõdere gentẽ. Illud quoq; spectandum est, q̃ vrbem etiã vulgata cõsuetudine, nisi illud adiectiuũ fuerit, Romã significari credimus, ob eius magnitudinem, atq; præstantiam, vt oratores, Demosthenem & Ciceronem, Poetas Homerum & Virgilium. Genus vnde latinum. Liuius author optimus nusq̃ Latinos cõmemorat neq; id nominis *Latini.* in sua historia meminit: donec ab Aenea ipso Aboriginibus Troianisq; impositum est. Gens enim cui Latinus imperitabat, Aborigines vocabãtur, quos vero Aeneas duxerat, Troiani. Sed postq̃ Mezentius Hetruscorum rex, Turno Rutulisq; iam diffisis rebus socia arma iunxit, Aeneas ea tempestate aduersus tanti belli terrorẽ, vt animos Aboriginum sibi conciliaret, ne sub eodem iure solum sed etiam nomine omnes essent Latinos vtrãq; gentẽ appellauit. Qua quidem re effectũ est, vt Aborigines Troianis studio ac fide erga regem Aeneam nequaquã cederent. Bene igitur a Mantuano vate traditur Latinum genus ab Aenea deductum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ascani⁹. dum. Albaniq́; patres. Ascanius, cui cognomentú etiam Iulo erat quemq́; Iulia genus authoré nominis sui nuncupat, incertum si Creusa, an Lauinia genitus, sed proculdubio Ænea natus, post patris obitú Lauinio vrbe relicta, nouá aliá sub Albano môte côdidit, quę a situ, vt ait Liuius, porrectæ in dorso vrbis lóga Alba appellata est. Liquido ex his constat Albanos patres ab Ænea profectos, altæ mœnia Romæ. Côpertum est mihi apud historiarú scriptores, nó Latinos solú, sed etiá Græcos quicunq́; veritatis nobilitate pręstant, Romaná vrbé, authores habuisse Remú ac Romulum fratres, sed eorum quoq́; genus (si altius initia repetanť) ab Ænea sumpsit exordiú. Ita. n. origo antiquior, & quasi genealogia côtexitur. Æneas náq́; genuit Ascanium, qui (vt diximus paulo ante) & longá Albá condidit, & in ea regnauit. Ascanius genuit Æneá Syluiú, Æneas Syluius Latinum Syluiú, Latinus genuit Albam, Alba genuit Athi. Athis genuit Capi. Capis Capetum. Capetus genuit Tyberinum. Tyberinus genuit AgripPá. Agrippa genuit Romulú Syluiú. Hic vero fulmine ictus Auétino regnú per manus tradidit. huic deinceps Proca successit in regnum, qui Numitoré Atq́; Amuliú procreauit. Numitor Rheá syluiá genuit. ex qua a Marte côpressa (vt pleriq́; fabulantur) geminus partus editus est, natiq́; Remus & Romulus, qui Romanæ vrbis incunabula quędá primordiaq́; iecerunt. Non absurde igitur dictum & mœnia initiaq́; Romani populi ab Ænea fluxisse.

Alba lóga. Romæ origo. Genus Romuli.

Mœnia. Mœnia. Plerique hanc particulá vnde ducta sit, ignorant. Vulgus aút grámaticorú mœnia appellari dicit, veluti munimina q̀ totius vrbis muniméta sint. Verú turba imperitorú hominú ita arbitranť. nesciétes Mœnium extitisse qui mœnia primus excogitarit, ac mœnia post ab ipso inuentore Mœnio sumpsisse nomé Romæ.

Romæ nomen. Sunt qui ambigant, quá ob rem Roma appellata est, & querentes, vnde nomen id ductú sit, in contrarias opiniones distrahuntur. Quidá arbitrantur primú eam Romę appellationé ab Euandro inditá qui eum oppidú ibi offendisset, quod extructum antea Valentiá dixerat latina iuuétus, ne prioris nominis significationé immutaret Romá grece Valentiá appellauit: Nos auté Grecorum volumina perscrutátes animaduertimus ῥώμην robur significare. Nuper vero apud Isocraté, virum apud Græcos magna gloria excellentem id nomen reperimus, vbi de robore & corporis viribus locutus est. Eadem autem apud Græcos dictio, fœminino genere ω litera & dasea, quæ crassi spiritus nota est perscripta, modo robur, modo Romá vrbé significat. Quod si Græcos imitemur, prima eius particulæ syllaba aspirationé admittat, cum nusquá in vetustissimis codicib. Rhomá aut audiuerim aut legerim. Fuere, nónulli, in quibus & Heraclides anthor etiá celeberrimus, qui Romam a nobilissima quadá muliere & captiua originé traxisse velint. Dicút. n. Troia capta Achiuorú quosdá per Tyberim amné in ea loca ventitasse, vbi núc Roma sita est. Suasu aút Romæ quę vna inter captiuas plurimum corporis forma & vultus decore ac venustate pręstabat, sedes inibi locauisse atq́; mœnia instruxisse noui

Roma. oppidi, quod ab illius noie Romá appellarint. Alij vero quorum in primis fuit Agathocles: eandem vrbé a nomine Romes vocitatam ferunt, sed fuit Rome Ascanij (vt ipsi perhibét) filia & neptis Æneæ, quam ob pręclara virtutum muliebrium merita dignam existimarunt, cuius appellationé Romana ciuitas sortiretur. Sed hæc forsitan cæteris hominibus quasi similia veri, ac probabilia videri possint. Sed nos Liuium in plerisq́; authorem secuti Romam a conditoris nomine appellatam credimus. Nam Romulus ipse post fratris interitum ac cędem turpissimá solus potitus imperio, vrbem perfecit, & de suo nomine Romam vocauit.

IN LIB. I. ÆNEID. COMMENTARIA ASCENSII.

Arma. Arma, virúq́; cano.) Ordo (vt dixi) depédet a superiori carmine. At nunc horrentia Martis Arma, virúq́; cano. quocirca nó eam in Donati sentétiá qui dicit arma. i. scutú, & reliqua, quę Ænec fabricauit Vulcanus: Nam Martis nó Vulcani

Horrentia. arma, dicit: intelligens nó arma ipsa, sed bella in armis, Martio furore gesta. ¶Horrétia.) Horrétia aút dicit ab effectu, quia horrorem inducunt: vnde Flaccus. j. carminú, Multos castra iuuant & li-

Martis. tuo tubæ Permistus sonitus bellaq́; matribus detestata. Signáter áut Martis arma dicit, quasi a viris Martijs. i. bellicosis gesta ne ab ijs gesta putenť ad quos dicetur. O vere Phrygię, neq́; enim Phryges, & tympana vos buxusq́; iuuant Berecynthia matris Ideę, &c. quasi vero iam tunc Mars gentem illá fouerit, cuius author futurus erat, dicente Liuio in pręfatione: Sicui populo licere oportet consecrare origines suas, & ad deos referre authores, ea belli gloria est populo Romano, vt cum suum côditorisq́; sui parentem Marté potissimú ferat, tam hoc gentes humanæ patiantur æquo animo, q̀ patiunť imperium.

Vir. ¶Virumq́;.) Vir, dicitur (sm Cice.) a virtute: veruntamé (vt grámatici dicunt) vir notat ætaté, vir sexú & proprietaté. hic vero nó ætaté notat, nec (vt Donat⁹ dicit) sexú, sed excellentiá quę ad proprietaté pertinet. Ergo (inquit Dona.) virum qui talia arma & tam pulchra & habere & gerere potuerit, qui Romani imperij author esse meruerit, qui Iunonis inimicitias, & reliquorú deorú factiones superauerit, qui tot aduersa mari perpessus tolerádo transmiserit. Hæc Dona. Diximus cur proponendo arma pręmiserit, verú est etiá altera ratio, nam cú de viro prosequi côstituerit, durú fuisset, etiá si per metrum potuisset, Virum & arma cano, Troiæ qui primus ab oris. Ná relatiua ad vicinius antecedens referri solent.

Cano. ¶Cano.) Cano (inquit Ser.) est Polysemus sermo. i. multa significás. Nam græce πολυσημάντος καὶ πολυσημος. i. Polysemátos & Polysemos, latine dicitur plura, seu multa significás. Cano tñ vnum per se quod & notú est significat, sed ex côsequenti plura: nam quia insigniú virorum facinora decantari solent, & decantádo laudari, accipitur pro laudo, sed

Dico. carmine: & ita pro eo quod est describo carmine: sicut, quia dicimus ex arte, quoties aút arté adhibemus, ferè laudamus: (Nam in vituperádo vno, nisi alterú laudemus, parú fructus côsequamur) ideo dicere, accipitur pro eo quod est laudare: vnde Fla. Prima dicte mihi summa dicéde camœna. Hinc exijt ille vulgaris versiculus: Laudo, cano, describo, cano, dic & cano, canto, Troiæ qui primus ab oris, &c. Quia nihil sententiosius est Donato nó possum eius verba pręterire: dicit aút hoc loco sic. Altera cum propositione diuisio, vt ostédat quid Æneas fatali ratione côpulsus, & quid

Fato. extra fatú perpessus sit. ¶Fato.) Fati. n. fuit vt relicta Troia Italiá peteret. Ergo crimine desertæ patriæ absoluiť. Non potuit defendi quæ fato interitura erat. Sed neq́; pœna fuit, q̀ sit Asia pulsus, sed gloria. Nam minori detriméto affectus, magis est emolumentum côsecutus. s. vt Romanú imperiú conderet, nó ergo malo fatorum patriá perdidit, sed ne ab ea detineať Æneas qui Romano

Lauina. imperio côstituendo dignus author parabatur. ¶Lauina littora) Cum alij ante Æneá in Italiá venerint, ille tamen primus venit ad eam parté vbi deinde fuerunt littora Lauina. Hęc Dona. Per quę soluiť quæstio quá ser. proponit quomodo. s. Aeneas dicatur primus venisse in Italiá, quádoquidé ante eum (vt dicet Venus) Antenor potuit, medijs elapsus Achiuis, Illyricos penetrare sin⁹, atq́; intima tutus Regna Liburnorum, & fonté superare Timaui, &c. vbi Patauiú (vt ibi consequenter diciť) locauit, quia ille quidé venit primus in Italiá, sed non in eam parté vbi Lauina sunt littora, vt. s. q̀ ponať expositiue, vt sit, venit Italiam, q̀ pro & Lauina littora, aut potius non copulatiue, sed copulatim, vt sit, venit primus in Italiam, & in Lauina littora post excidium Troianum. Sicut CHRISTVS, primus venit in lymbú patrú, & spoliauit, non tamen primus venit in lymbú. Aut si Antenor quoq́; in Italiá profugus venit, non tñ fato, quia fata nó censuerunt Troianorum imperiú per Antenora, sed per Aeneá auspicandú. Itaq́;, nó deorú fauore, profugus factus est Antenor vt Aeneas. Aldus Manutius asserit Lauinia legendú, idq́; in bibliotheca summi pontificis côpertum. ¶Venit.) Pręteriti est temporis. ¶Littora.) Poetico more appellatiuo pręepositioné detraxit. Multú ille & artificiose versum difficilé in quo & côsonans & vocalis absumiť & monosyllabum

Altum. ponitur, côfecit, vt rei molé depingat, sicut Flaccus: O & pręsidiú, & dulce decus meú. ¶Alto.) Altum mare dicitur profundú, quia superficies aquæ profundæ multum erigitur a fundo, sed proprie altum dicitur mare in medio, quia corpus sphæricum in medio sui, altius est: tota aqua maturaliter est altior terra. ¶Vi superum.) Ergo non ob demerita, nec in perniciē (vt dicit Donatus) sed in gloriá, quia ex leuiore damno maius emolumentum con-

Vi. secutus est, nisi enim Troia decidisset: nunquam Roma exorta fuisset. ¶Vi.) Vis (inquit Donatus) est cum fit aliquid contra leges, i. contra fatum: vt autem ostendat nihil tale de superis meruisse Aeneam addit. ¶Sæuæ memoré Iunonis ob irá.) Ergo, non propter culpam Aeneæ fecerunt superi, sed vt obsequerentur Iunoni omnium reginę: purgatur igitur Aeneas, & deformatur Iuno aduersaria. ¶Sæuæ.) i. crudelis, quæ persequitur innocentem, vt qui deorum omnium, atq́; ipsius etiá cultor sit. Onerat autem eum q̀ inimicitias nulla Aeneæ culpa susceptas diutissime, tenaciterq́; retineret, cum ne id quidem etiá si iustæ sint inimicitiæ, facere probis côueniat. Hæc latius in. v. sic. Iunonis grauis ira, nec exaturabile pectus, Quam nec longa dies, pietas nec mitigat vlla. Hæc Donatus, qui fictionem poetæ argutissime declarat. Sed causa fingendi, cum multiplex esse potuerit, hæc mihi nunc potissima videtur, quia (secutus Homerum) poeta, Iouem deorum, & Iunonem dearum, summam ponit. In Iunonis quidem potestate

state sunt regna: honor autem (vt Homerus inquit) ab Ioue est, quia ergo in omni sexu, vir prepollet, nihilq́; est proximus viro, q̀ eiusdem sexus fœmella: ideo Romani imperij Iouem assertoré asserit. Carthaginis auté Romæ in primis æmulę Iunoné, quæ vt Carthago tandem deleta est, tandé succubuisse fingitur. In gloriá auté pugnantiú effictú est deos his aut illis, aut deorú alios alijs fauisse, quia & gloriosum est eos qui a dijs tutátur vicisse & minus côtumeliosum ab eo qui potentius numen fauet victú esse. Ceterum, quia (vt Home. ex deorú descriptione hominú vitam describit, innuit mulierú côsilio probos multa passos: sed tamen vicisse tandé. ¶Dum côderet vrbé.) Dona. exaggerat (inquit) q̀ Æneam bello appetisset cum conderet vrbé, & deos imperio publico pro futuros inferret, quod si Iuno obtinuisset, nec Latinú genus, nec Albani principes, nec Romanú imperium fuisset futurú, nec Cæsar imperij culmé habiturus. Indoluit. n. cum moliri iam tecta videret iam fidere terræ, & bellú per furiá excitauit. Per Alecto (scilicet vt dicetur in. vj.) Propositione auté ista, nó solum quæ dicturus sit ostendit: sed multiformi ratione diuersionis vtitur, cômédat carmen: Æneam a culpa liberat: Iunonem multa variaq́; inuidia obruit. Caput carminis ab inuocatiôe Musæ aggreditur, cui nisi lectoris instruendi causa, thema præmisisset, laboris gratiam perdidisset: cum quid lecturus esset, nesciret: q̀ si cuncta nó impleuit, morti immaturæ attribuendú est. Nam quæ tangit dicendo, Albaniq́; patres, atq́; altæ mœnia Romæ, nó scripsit. Hęc argutissimus Donatus, quorú ei refraganť alij, q̀ sentit eum Albanos patres, atq́; mœnia Romæ, aliter q̀ scripserit descripturum, nam in hac propositiôe, nó dicit poeta se descripturú mœnia Romæ, sed virú, genus vnde Latinum, Albaniq́; patres, atq́; altę mœnia Romæ. Taxat etiá Beroaldus Seruium in descriptione Latij, & in eo

Latinú. quod dicit, quia victi victorú nomé accipiút: veruntamen in hoc secúdo, quia Seruius quid poeta sentiret, potius q̀ quid historiæ fides haberet, explanare côstituit, minus a Beroaldo reprehendiť: scit enim q̀ Virgilius censuit eos, Latinos prius dictos, q̀ Æneas in Italiá veniret, qui eos Latinos perdi permisit, Verba Beroaldi sunt. A Seruio dissentit, Pli. seri. in. ij. natura. histo. lib. Latium antiquú Tyberi vsq́; Circeios fuisse seruatú, deinde vsq́; ad Lirim fluuium processisse, quod etiá refert Solin. in collectaneis Serui. ¶Genus vnde Latinú.) Nouimus, q̀ victi victorú, nomé accipiút, &c. Melius & verius locum Virgilianum declarát verba Liuij ita scribentis. Æneas aduersus tanti belli terroré, vt animos Aboriginum sibi côciliaret, ne sub eodé iure solú, sed etiá nomine oés essent, Latinos vtranq́; genté appellauit. hoc idé a Strabone in. v. refertur: & Iustinus quoq́; in. xxx. sic inquit: Quid Latinos populos qui ab Ænea conditi videntur: Ex his manifestissime apparet cur poeta dixerit, Genus vnde Latinum. Nó inficior tamen a Vir. Latinos populos appellari, tanq̀ ita nuncuparétur ante aduentú Æneæ, cuius rei vel ille versus argumento sit: Nec vetus indigenas nomen mutare Latinos, quod si verum id est q̀ Liuius, Iustinus, ac Strabo memorant, apparet nó Latinos ante Æneam fuisse nuncupatos, sed Aborigines, ac Laurétes, quos postea Æneas, Latinos nuncupauerit: pręterea, apud scriptores idoneos, nó memini legisse, q̀ Victores victis nomina immutarét, id quisq́; secum poterit pensitare, & sequi quod probabilius iudicabit. Hæc ille.

Ordo. ¶Ordo auté est. At. i. sed, ego cano. i. carmine heroico describo: & id in laudem: arma Martis. i. qualia Mars tractat, aut Martis. i. belli per metonymiá, qua deus pro re cui preest poni solet horrétia. i. horroré incutientia & virum. s. Æneá talia tractare solitum, qui profugus fato. i. non propter culpam aut crimen, sed deo ita volente (qui constituerat per destructioné Troię tandem Româ extruere, quia destructio vnius ferè generatio est alterius) venit primus fato. i. per fatum, hoc est deorum præordinatione, ab oris. i. regionibus, Troiæ illius puinciæ, aut ciuitatis in Phrygia (ná pro Ilio aliquádo accipiť, vt quis Troię nesciat vrbé?) sup. ad aut in Italiá. i. regionem illá præclaram in Europa: & pro. i. aut, vt dixi copulatim venit primus in Italiá & littora Lauina. i. tunc sic denominata & postea Lauinia, Multum ille, &c. sm Seruium ille vacat, & reuera sine eo posset plena esse côstructio, sed metri causa interponitur: & quia, vt dixi, pondus & difficultaté rei ostendit durior scansio carminis. Ille igitur. s. nobilis & præclarus vir qué cano iactatus sup. est, multum. i. abunde, & i. simul terris (iterum subtraxit præpositinem.) i. in terris, vt in Thracia, Creta, Sicilia, Africa, & tádé in Italia & s. mari. i. profundo (vt dicetur ibi, Vix e côspectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti, &c.) vi. i. violentia superum pro superorum. s. deorum (qui tamen bona conferre debeant, cum inferi noceant, sed videntur superi illi aduersum Æneam fuisse qui de Iunonis factione erant, aut reuera etiá fauentes Æneæ superi permiserunt eum iactari vt ex aduersitate maioré gloriá nanciscatur, vtq́; clarior sit Romana gens de qua dicit, Tantæ molis erat Romaná condere gentem) & ob iram memorem Iunonis sæuæ. i. immitis & implacabilis pro Iunonis memoria, aut ob irá memoré. i. vltricem & implacabilé quę ignoscere nunq̀ voluit. Iunonis sæuæ, vt dixi, crudelis, aut magnæ quæ statim de se dicet, Ast ego quæ diuum incedo regina, Iouisq́; Et soror & coniux. & ille sup. passus supp. est, quoq́;. i. etiá multa. i. multum bello. i. per bellum in Italia gestum, dum conderet. i. extrueret vrbé. i. oppidum, in Italia, nó tamen suo tempore Româ quam Romulus multo post condidit, sed Troiam aut Laurolauinum, veruntamen quia Româ præcipue spectabat: & eius fundaméta iecit in filio suo, vult Dathus de Roma intelligendú & dum inferret Latio. i. in Latium. (Est aút datiuus localis freques apud hunc authoré, qué nonnulli octauú vocant) deos, vnde. i. vt Seruius sentit a quo Latio, sed cum id in laudé viri qué canere côstituit nó cedat, dicemus a quo viro, genus Latinum. i. qui nunc Latini vocanť sup. denominationé aut confirmationé nominis traxerunt, nam vtráq́; genté. s. Aboriginum & Troianorú Latinos appellauit, aut si Aborigines prius quoq́; appellati fuerát Latini, vt semper ita appelleňť censuit, & ita eius nominis author extitit, & vnde. s. orti sunt, patres. i. principes & reges Albani. i. qui in Alba ciuitate ab Alba sue denominata regnarunt, & Romuli ac Remi multorumq́; aliorú Romanorú patres ac progenitores fuerunt. Nam auus Romuli Numitor Albanorú rex erat: & cum Alba ab Romanis dirueretur, plurimi propter originé in ciuitaté recepti sunt, & vnde sub originem traxerunt mœnia altæ Rome nó q̀ ab Ænea extructa fuerant: sed quia qui ea extruxerunt ab eo originé traxerunt. Verum nimium prolixus fierem si singula exequi velim quibus suus erit postea locus. De Albanis tamé (ne nihil dicam) dicit Stra. lib. v. sic Albani Romanis initio in imum conspirabant, cum & Latini eiusdé linguæ simul essent, vterq́; vero per se suum obtinebat imperium. Nec minus tamen cônubia sacraq́; communia erant: & reliqua iura ciuilia. Posteriori deinde tempore côflato inter eos bello Alba diruta est, templo duntaxat excepto. Albani vero Romana ciuitate donati sunt &c.

IN LIB. I. ÆNEID. COMMENTARIA PIERII.

Ille ego, qui quodá gracili modulatus auena.) In nobilissima, maximeq́; celebri poematis Virgiliani parte non ociose plerique oés quęrunt, sit ne inde exordiendú a quatuor illis versibus, quos veterú quorundá censura côstat esse detractos: an illis pręteritis ab eo loco incipiendú, Arma, virúq́; cano. Sané quantú ad antiqua pertinet exéplaria manu scripta, nullú adhuc inueni, vbi principiú Æneidos a quatuor illis versib. desumereť, verú separatim in codicib. aliquot pręscripti habentur. In plerisq́; vero, ijsdé antiquioribus, ne inueniunť quidé, sed fuerint sané Tuccæ Varriq́; censura sublati, eo tñ consilio fuerút a Virg. prępositi, vt legerentur, id quod in alijs etiá operib. nó incuriose factitasse deprehenditur, dum in Buco. Eclogarú quas prius edidisset, métionê facit, vt in Daphnide, Hæc nos, Formosum Corydon ardebat Alexin. Hęc eadé docuit. Cuiú pecus, an Melibœi? Et cum Georgicon libris finé imponeret, Bucolica a se scripta citauit: Carmina qui lusi pastorú, audaxq́; iuuenta Tityre te cecini patule sub tegmine phagi. Et ne cui de nomine quoq́; ambigédú esset, id in carmine curauit inferendú, Illo Virgilium me tépore dulcis alebat Parthenope. Nam nisi ea fuisset cura, satis erat dixisse, Illo me tempore dulcis alebat Parthenope. Pari vero rône visum est illi tertium húc ingenij felicissimi conatú duobus illis prioribus adnectere, vt vnú quasi corpus insolubili vinculo colligatú, cú nominis sui æternitate a furacitatis iniuria, quæ túc nimiú impudéter in aliorú labores grassabať, incolume seruareť, visum tñ est posteritati côfirmata iam táti poetę fama in Tuccę Varriq́; sentétiá descédere, bonaq́; hoim pars nimirú. ¶Arma virú.) Æneidos principiú agnoscunt eo potissimú argumēto, quod citaturus Persius Poeta Virgilianá Æneida dixerit, Arma, virú, nonne hoc spumosum. Quodq́; Val. Martialis, ptinus Italiá côcepit, & Arma virúq́;. Quod & ex. Propertius, qui núc Ænec Troiani suscitat arma, multa illi preter hęc, ex aliorú poetarú tam Grecorú q̀ Latinorú passim dia afferre solent, vt Virgiliú in exordiendo, nó tam veteres imitatum ostendant, q̀ alios etiam imitatores habuisse, sed enim fuerit, ea Persij sententia, intellexerit illud Æneidos esse principium Valerius Martialis, censuerint eos versus quatuor tollendos, Augusti Octauiani temporibus eruditi viri, magis tamé ego vnius Virgilij iudicium æstimarim, q̀ Criticorum omnium censuras quantumlibet acris, cum ijs præsertim ex eruditorum præceptis

Universidad de Deusto Biblioteca

nõ fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem cogitauerit. Adde, φ versus illi a Persio & Martiale citati non sunt idonei, qui tale esse principium indicent. Sex. vero Propertium quis non videt, dum is scriberet, Qui nunc Æneæ Troiani suscitat arma, ad coniunctũ illud Virgilianum carmẽ respexisse, quod ijsdem pene verbis est. ℱ At nunc horrentia Martis Arma, virumq; cano, Italiam fato profugus, Lauinaq; venit Littora.) Anxie quidẽ, ac diutissime quæsiui, vbi nam gentium antiquissimus ille codex delitesceret, in quo Lauinia venit Littora, pleriq; non illiterati viri scriptum asseuerarunt, citato ex Vaticana bibliotheca vetustissimo, qui nusq; inuenitur, codice: regula etiã adinuenta, quo denominatiuum, ea forma deducere, necessarium putẽt. sed enim, (vt multa prætercam, quæ contra oggeri possent) ad eius regulæ infirmitatem coarguendam, cur Lauina, dimensione bachij legendum sit, nõ contemnendam mihi rationem Seruius videtur attulisse, nam φ apud Dionysium Alicarnasseum legamus populos treis, Lauinienses, Laurentes, & Lauiniatas, nequaquam ostendit Virgilium Virgilium, Lauinia, nõ Lauina, formare debuisse: non enim grecitatis vsu nostrorum quę esse cum decoro potest, licentia coarctatur. Quid vero, quod apud Sex. Propertium, Lauinis, dimẽsione Molossi positum videmus, eo versu, Iactaq; Lauinis mœnia littoribus, nisi quis factam ibi synæresim dicat, ex Lauinijs, φ in Lauina alterius formæ casu fieri non possit, sed quoniam hæc aquā hærent, si vetusti codices ambiguitatem ipsam firmare possunt, nullum ego neq; in intima bibliotheca Vaticana, neq; in ea, quæ omnium commodo patescit, neq; in alijs, quos alibi viderim, codicem inueni, qui lectionem eiusmodi contineret, in omnibus vero quotquot enancisci potui, atq; etiam in Ti. Claudij Donati cõmentarijs antiquis, Lauinaq; venit, eodem exemplo scriptum inspexi. Addam & illud, litus, vnico, t, in antiquioribus plerisque codicibus haberi, vt etiam in veterum monumẽtis inspicitur, de quo lib. vij. plura. ℱ Vi superum, sęuę memorẽ Iunonis ob iram) Vulgati pleriq; codices, &, particulam inserunt, Vi superum & sæuæ, antiquiores, absq; & legũt, quod longe venustius, & grauius videtur.

Musa mihi causas memora: quo numine læso,
Quid ue dolens Regina deûm, tot voluere casus
Insignem pietate virum, tot adire labores,
Impulerit. tantæ ne animis cœlestibus iræ?

SERVIVS.

❡ Musa mihi causas memora.) Poetæ in tres partes diuidunt carmẽ suũ, proponunt, inuocant, narrant. Plerũq; tamen duas res faciũt, & ipsam propositionẽ miscẽt inuocationi: quod in vtroq; opere Homerus fe cit: nãq; hoc melius est. Lucanus tamẽ ipsum ordinẽ vertit: primo enim proposuit, deinde narrauit, postea inuocauit. vt est, Nec si te pectore vates Accipio. Sanè obseruandũ est, vt non in oibus carminibus numen aliquod inuocetur, nisi cum aliquid vltra humanã possibilitatẽ requirimus. Hinc in arte poetica Horatius, Nec deus intersit, nisi dignus vindice nodus inciderit. Bene ergo inuocat Virgil. non enim poterat per se irã numinis nosse. Item in nono libro nisi adderet, Iuno vires animũq; ministrat: quis crederet Turnum euasisse de castris? ℱ Quo numine lęso.) Quo, in quo, in qua causa. Et est septimus casus, & cõmunis elocutio. Dicimus enim, quo te lęsi: & est alia expositio. nanq; Iuno multa habet numina. Est Curitis, quæ vtit curru, & hasta, vt est, Hic illius arma Hic currus fuit. Est Lucina, quæ partubus pręest, vt Terẽ. Iuno Lucina fer opem. Est regina. vt, Quæ diuum incedo regina. Sunt & alia eius numina. Merito ergo dubitat quod eius læserit numen Æneas. Alij tamen dicunt separandum esse, vt de odio Iunonis nõ dubitet, quęrat autẽ quod aliud numen est læsum. ℱ Quo numine.) Ideo trahitur in ambiguitatem, & requirit in quo Iunonis numen læsit Æneas, quia in ipsum certa nõ erant odia, sed in gentem propter causas paulo post dicendas. ℱ Voluere casus.) Id est casibus volui. Et est figura Hypallage: quæ fit quotiescunq; verba per cõtrariũ intelliguntur. Sic alibi, Dare classibus austros: cum ventis naues demus, non nauibus ventos. Itẽ, Animumq; labantẽ Impulit, hoc est impellendo fecit labantẽ. ℱ Insignem pietate virum.) Quia patrẽ & deos penates sustulit, & de Troia liberauit. Et hic ostẽdit merito se inuocasse musam. Nam si iustus est Æneas, cur odio deorum laborat? ℱ Tantæ ne animis cœlestibus iræ?) Hic iam non de qualitate iracundiæ quærit, sed de quantitate. Nimia etenim ira est, quæ pietatis non habet considerationem. & hoc quidem sm Stoicos dicit: sed miratur cur tantum. Nam Epicurei dicunt deos humana penitus nõ curare. ℱ Tantęne.) Quasi exclamatio est mirantis. ℱ Animis cœlestibus.) Dijs superis. nam apud inferos constat esse iracundiam, vbi sunt furiæ Alecto & Megera.

DONATVS.

❡ Musa, inquit, mi. c. me. &c.) Rogatur musa, quoniã deum nihil latere conuenerat, vt odiorũ Iunonis aduersus Æneã diceret causas. Nullũ enim iustũ odiũ est, nisi quod delinquẽtis præcessit culpa, verũ quod numẽ, vel ipsam Iunonẽ lacessisset Æneas, vt cum nulla esset inuẽta, cõfirmaret Iunonis sæuitiã, ideoq; opposuit, insignẽ pietate virũ, hoc est deorũ cultorẽ & spectatæ vitę hominẽ, quo loco possumus conijcere quid factura esset delinquẽti, quãdo sic afflixit innoxiũ, quæ omnia sic in vnum rediguntur, nam irasci cum irascẽdi causa nõ suppetat & non sanari innumeris tormentis, alienis & grauissimis casibus, sęuitia est nõ ferenda. quod aũt in themate posuit, sæuę memorẽ Iunonis ob iram, hic quoq; cõfirmat, interea hoc dicendo, instruit homines ad bonã viuendi rationẽ. bonum. n. virum iustus dolor debet cõmouere, & sic in vltione sit moderatus, nec ipsas quãuis iustas inimicitias diutius in animo retineat. hoc hominũ genus meliore testimonio Sallustius persequit, & contrarios occulte reprehendit, dicens, & iniuria accepta ignoscere φ̃ persequi malebãt, quantum ergo reprehendenda est Iuno quæ nec accepit Æneæ iniuriã, & sic persecuta est innocentem? etiam diu inimicitias tenuit nulla præcedente offensione susceptas, nec tot pœnis & cruciatibꝰ insontis potuit sanari. ℱ Tãtæ ne. a. c. ir.) In deorũ mentibus lenitas ac misericordia & pronũ ad benefaciendum votũ esse cõuenit. Inde Virg. admiratur cum dicit. Tantæ ne animis cœlestibus iræ? Quia nec frustra irasci debent, nec cõmotionẽ suam immoderata vltione pensare, ne grauius reprehendatur in dijs, quod in hominibus displicet. Post inuocationem, quã nõ in adiumentum sui carminis, sed in fauorẽ suscepti sui, Virgi. posuit. Incipit causas enumerare, quas lector, vel auditor aduertẽs, inter initia ipsa cognoscat, & Iunonẽ sęuã, & deos cæteros malo studio eiusdem Iunonis nõ recte assensos, & Æneam non sua culpa perpessum esse, quæ passus est.

DATHI.

❡ Musa mihi causas memora) Mos est poetis cum bonis votisq; & precationibus deorũ dearũq; carmina exordiri, sed plerunq; musas inuocare, quę, vt iã supra ex Platonis sentẽtia ostẽsum est, Poeticæ præsunt, quippe quæ poetarũ ac vatũ inceptis aspirare dicantur, & plerunq; quidẽ musam vnã inuocãt, aliquando autẽ Musarum chorum comprecantur. Vnam alloquitur, Homerus. Vnam rursus in Odyssea. Surculus item Statius in Achilleide. Magnanimum Æaciden, formidatamq; tonãti Progeniẽ & vetitam patrio succedere cœlo Diua refer. Syllius quoq; Italicus vnam inuocat. Da musa decus memorare laborum Antiquæ Hesperiæ quãtosq; ad bella crearit, Et quot Roma viros sacri cum perfida pacti Gens Cadmea super regno, certamina mouit? Plures alloquitur in Thebaide Statius. Fraternas acies, alternaq; regna prophanis, Decertata odijs, fontesq; euoluere Thebas Pierius menti calor incidit vnde iubetis Ire deæ? Hesiodũ imitatus est, cuiꝰ operis primordiũ non illepide, quispiã de nostris in Latinum cõuertit. Huc ex Pierio resonãtes vertice musę Ferte pedẽ, & cantu vestrum celebrate parentẽ. Nõnunquã deũ & deã poetæ inuocant, quale est illud in Georgi. Vos o clarissima mũdi, Lumina labentẽ cœlo quæ ducitis annũ Liber & alma Ceres. Adhibet & alios post deos deasq; quos orabat vt pręsentes, ac propitij forent. Interdũ nullius dei propitiũ nomẽ adijcitur, sed oẽs simul inuocant, quale est apud Ouid. in Meta. li. Dij cœptis aspirate meis. Vna dea nõnunquã contenti sunt cuius ope vtantur. Id. T. Lucretio contingit ita exordienti, Æneadũ genitrix hominũ, diuumq; voluptas, Alma Venus. Sed illud in his præcationibus aptissimũ videri debet, si qui ei rei, de qua agendũ sit pręfuerint, ij a poetis dij deæq; inuocabantur. Recte igit agricolationis pręcepta canẽti: Rustica numina inuocantur, & inferorum res quispiã agat cõmodissime ei Dis pater & dij manes adsunt quale apud Claudianũ poetã insignem inueniri licet, Dij quibus in numerũ vacui famulent auerni, Vulgus iners opibus quorũ donatur auaris, Quicquid in orbe perit quos styx liuentibus ambit Interfusa Vadis: & quos spumantia torquẽs Æquora gurgitibus Phlegethon perlustrat anhelis: Vos mihi sacrarũ penetralia pãdite rerũ. Hoc apud Virgiliũ non infrequens est. Sed illud peropportunũ. quo in sexto Æneidos libro vsus est, dicens. Dij quibus imperium est animarũ, vmbræq; silentes, Et Chaos, & Phlegethon loca nocte silentia late. Sit mihi fas audita loqui, sit numine vestro, Pandere res alta terra: & caligine mersas. Magni enim refert: quẽ deum quãq; deam poeta inuocet. Calliopem modo precat Vates: cuius munere atq; ope vtendũ esset. Nouẽ. n. musę sunt: & suo quæq; officio fungit. Insignẽ pietate virum. Pium hominẽ quæq; sit pietas virtus. pleriq; ignorant, atq; ob eam ignorationẽ, Æneæ pietatẽ perperam indocta atq; imperita grammaticorũ cohors interpretatur. Sępe Æneã Virgi. cõmemorans insignẽ pietate virũ fuisse testatur. M. Cicero in Rhetoricis libris pietatem a religione seiunxit, ac finiuit eam virtutẽ esse, per quã sanguine coniunctis, patriæq; beneuolis officium & diligẽs tribuitur cultura. Hanc ego definitiobẽ considerans, vereor ne hi libri sint, qui inchoati ac rudes a Cicerone puero adhuc atq; adolescentulo exciderũt, quod ad Q. fratrẽ scribit. Neq; enim ea pietatis ratio, vt pietate in sanguine con iunctos, vtendum sit, sed (vt veteres existimabant) in deos mortaleis (vt nos rectius arbitramur) in principẽ vnũ atq; omnipotentem deum. Nimis tum Cicero familiaribus negocijs impediebatur. Sed cum post acrius philosophari cœpit, non inconsiderate pietatẽ definiuit, sed eius nomine rectissime vsus est. Nã in libris quos scripsit de natu. deorum, persæpe pietatẽ ad deorum cultũ retulit, ac differens contra eos: qui omnino nullam habere censerent rerũ humanarũ procurationẽ deos, cõtinuo horum, inquit, Si vera sententia est quæ potest esse pietas, quæ sanctitas, quæ religio? Et rursum. In specie fictæ simulationis, sicut reliquæ virtutes, ita pietas inesse non potest, cũ qua simul sanctitatẽ & religionem tolli necesse est: Et in alio loco idem. Cultus deorum est optimus, idẽq; castissimus atq; sanctissimus plenissimusq; pietatis, vt eos semp pura, integra, incorrupta & mente & voce veneremur. Sed quid multa? Inest in pietate ingẽs quidã ac præcipuus amor, cum quadã veluti veneratione ac cultu, quæ cum dijs immortalibus potissimũ debeantur, erit pietas (siquis proprie & sana mente loqui velit) ad diuinũ cultum referenda, pietatem vero habendam in deos immortaleis cum alij testes sunt, tum in primis Aurelius Augustinus in libro, quod ἐγχειρίδιον appellauit, eandem dicit apud Latinos esse pietatem: quam apud Græcos θεοσεβίαν, quem bonũ cultũ merito interpretatur. Et qui Iob librũ transtulere, vbi apud Græcos in eo volumine θεοσεβίαν repererunt, & σοφίαν cõuerterunt pietatem & sapientiã. Nam ad hominem dictum est. Ecce pietas & sapiẽtia. εὐσέβια autẽ quid sit, probe ostendit Hermes vir admirabili sciẽtia præditus, diffiniens his verbis. ἡ γὰρ εὐσέβια inquit γνῶσις ἐστὶ τοῦ θεοῦ. Pietas est dei cognitio. De eadẽ vero in alio loco μία φυλακὴ εὐσεβία εὐσεβοῦς γὰρ ἀνθρώπους οὔθ᾽ ὁ δαίμον κακὸς οὔθ᾽ εἱμαρμένη κρατεῖ. Et paulo post τὸ χάρακτὲ μόνον ἐν ἀνθρώποις ἐστὶν ἀγαθὸν εὐσέβια. Vbiq; viri eruditissimi & qui vtranq; linguam callent, εὐσέβιαν pietatem interpretãtur, quod si εὐσέβια ad diuinum cultum & dei cognitionem pertinet, eodem spectabit & pietas. Quocirca bene Cicero, ac multo etiam rectius, φ̃ in Rhetoricis libris in sexto de repub. pijs omnibus retinẽdus est animus, in custodia corporis, nec iniussu eius, a quo ille est vobis datus, ex hominum vita migrandum est, ne munus humanũ assignatum a deo effugisse videamini. Ostendit pios esse qui & dei legibus parent, & religionis iura non violant. Nam (vt in Tusculanis quęstionibus dictum est) vetat dominans ille in nobis deus iniussu hinc nos suo demigrare. Vnde & in eodem libro de repub. hortatur Paulus Æmilius Scipionem filium ad iustitiam colendam, ac pietatem. quodq; ea cum magna in parentibus & propinquis: tum in patria maxima sit, Dicit pietatem potissimũ esse erga patriam seruandam, quia nihil est illi principi deo, qui omnẽ mũdum regit, quod quidẽ in terris fiat acceptius, φ̃ concilia, cœtusq; hominũ iure sociari, quæ ciuitates appellantur. Est igitur hęc causa, quare pietas erga patriam maxima est, & ad diuinum cultum nihilominus referri debet. Ne igitur plura de pietate dicã, præcipua, est in deo, magna in patria, non mediocris in parentibus, nõ adeo in bene conuenientibus propinquis manifesta, non nulla deinceps in amicis, de qua etiam Cicero ad Cn. Lentulum. Ego omni officio, ac potius pietate erga te cæteris satisfacio omnibus. Sed ea pietas non satis proprie dicta est, quã Platonici etiã iustitiæ partem esse voluerũt, de qua etiam religio nata est. His igitur ita explicatis ostẽdendũ censeo, quamobrem pius sit appellatus Æneas: ac putant pleriq; dici ob eam causam insignem pietate virum, φ patrem miro semper amore coluèrit, præstiteritq; obsequentiũ liberorũ officio: freti forsitan Virgilij ipsius verbis in plerisq; locis, qbus patrẽ Anchisen pius alloquitur Æneas. Ergo age chare pater ceruici imponere nostræ. Ipse subibo humeris, nec me labor iste grauabit. Quo res cunq; cadent, vnũ ac cõmune periclum Vna salus ambobus erit. Atq; iterũ. Latos humeros, subiectaq; colla Veste superfuluiq; insternor pelle leonis, Succedoq; oneri. Et alio in loco Amphrisiã vatẽ precatur idem Æneas. Vnũ oro (quãdo hic inferni ianua regis Dicit & tenebrosa palus Acheronte refuso) Ire ad cõspectum chari genitoris & ora Cõtingat, doceas iter, & sacra ostia pandas. Illũ ego per flãmas & mille sequentia tela Eripui his humeris, medioq; ex hoste recepi. Sed & mortuo quoq; iusta semp Æneas patri officia persoluit. Hinc & illud in. v. eiusdẽ carminis libro. Dardanidę magni genus alto a sanguine diuũ Annuus exactis cõplet mensibus orbis. Ex quo reliquias diuiniq; ossa parentis Cõdidimus terra, mœstasq; sacrauimus aras. Iãq; dies (ni fallor) adest quẽ semper acerbũ, semper honoratũ (sic dij voluistis) habebo. His igitur fortasse argumẽtis freti piũ Æneã pleriq; in patrẽ, & suos oẽs fuisse arbitrant, nulla religionis mentione habita, quam diligentissime semper Æneas seruauit. Qui multũ & fatigatus terris & mari iactatus est, dum cõderet vrbẽ, Inferretq; deos Latio. Quã rem molestissime ferens, Iuno apud Æolũ questa hæc dicit. Gens inimica mihi Tyrrhenũ nauigat æquor, Ilium in Italiã portans, victosq; penates. Et patria decedens Æneas ante omnia pietatis ac religionis memor patrẽ hortat. Tu genitor cape sacra manu patriosq; penates. Ac ne sacra violaret, neue aliquid contra religionis iura ac sanctiones pontificiorũ rituũ efficere videret, subiũxit, Me bello ex tanto digressum, & cæde recenti, Attrectare nefas, donec me flumine viuo Abluero. Quare & cum Cumas venissent, & alij sese Troianorũ ad varia accingũt munera tamẽ Troianæ pubis pars densa ferarũ Tecta rapit syluas, inuentaq; flumina mõstrat, qbus se abluere Æneas posset, q cerimoniarũ semper ac sacrorũ rituũ vnus omnium extitit diligẽtissimus, vt merito ab insigni poeta pius plerunq; nũcupatus sit. Nã quæ sit pietatis virtus, satis multis verbis patefactũ est. Tantæne animis cœlestibus irę? Admirari sese ostẽdit poeta Iunonis infectationes atq; inimicitias, quas aduersus Æneã, hominẽ pijssimũ exercere videret. Negãt Epicurei atq; Stoici simul cadere in deum irã, quod fœdum sit diuinitatis Maiestati pollui irę ardoribus, atq; vllis perturbationũ fluctibus cõmoueri, Et quãquã de fictis atq; cõmẽtitijs Deis sermonẽ poeta intulit, operępretiũ tamẽ erit, clarissimorũ hominũ ac sapientũ hac de re nosse sententiã. Nostrã autẽ explanationem oẽm nõ ad falsorum deorũ vanitatẽ, sed ad veri ac summi dei veritatẽ referri volumus. Irasci deũ & ratio ipsa suadet, & scripturarũ testimonia cõprobãt. Sed cum irasci deum dicimus, id ita intelligendum est, vt nulla prorsus perturbatione concitetur. Hoc aũt verbum (v eruditissime Aurelius Augustinus differit) vindictæ vsurpauit effectus nõ illius turbulentus affectus. Nam & si quędã operũ similitudo in deo ad punienda hominum scelera inesse videatur, nulla tamẽ affectionum humanarum infirmitas cadere in deum potest. Lactantius autẽ Firmianus, cuius incertum est, vtra fuerit aut eruditio maior, aut facundia dulcior, pulcherrime hunc locũ disseruit, cũ in alijs libris, tum in his maxime, quos de ira dei ad Donatum scripsit. Nam cum de gratia paucula esset locutus, tandem de ira dei in hũc modũ argumentatus est, Complures sunt, inquit, facinorosi & nefarij qui omnia libidinibus polluant, cędibus vexent, fraudent, rapiant, peierent, nec consanguineis nec parentibus parcant, leges & etiã deum ipsum negligant. Ex quibus infert habere iram in deo materiam. Neq; enim fas est eum, cum talia fieri videat, non moueri: & insurgere ad vltionẽ sceleratorũ, & pestiferos nocentesq; delere vt bonis omnibus consulat. Quidam vero cum intelligerent plerosq; affectus non cadere in deũ, vt libidinem, timorem, auaritiã, mœrorem, inuidiam, omni prorsus affectu vacare crediderunt. Sed cum affectus duplices sint, alteri vitiorũ, vt quos modo nominauimus: alteri virtutis, vt ira aduersum improbos, charitas erga integros, miseratio in afflictos, priores a deo longissime abhorrent, posteriores vero diuina potestas, proprios, iustos, veros habet, hisq; ipsis diuina iustitia plurimum illustratur, Sapiens igitur vates non admiratur, si cadit ira in deos immortaleis, sed quod tantæ essent animis cœlestibus iræ. Ac paucis verbis explicata a nobis quæstio est, quæ forsitan librorum volumina postulare videretur.

Eusebia

Pius.

Ira dei.

ASCENSIVS.

❡ Musa mihi causas memora, &c.) Poetæ heroici, quia res supra humanas vires se pertractare significant, inuocãt. Græci quidẽ simul & proponũt, Latini vero proponunt, & deinde inuocant, vnde Home. in Iliade μῆνιν ἄειδε θεά, Irã pande mihi dea, & in Odyssea ἄνδρα μοι &c. i. vt Hora. transtulit, Dic mihi musa virum captæ post tempora Troię Qui mores hominũ multorũ vidit, & vrbes, vt aũt Philelphus sic, Callentẽ dic musa virum qui mœnia sacræ Diruta post Troiæ multumq; diuq; pererrãs, Et mentes hominũ multorum vidit & vrbes. Poeta ergo prius proposuit, vt quid le

Universidad de Deusto
Biblioteca

Musa,

cturi sumus,noscamus,deinde quasi minime potēs ea exequi inuocat,dicēs.Musa mihi causas memora.q.d.scio quidē virū insignē pietate & armis multa passum ob irā Iunonis,at ignoro causas irarū:& ita illud quo numine læso non accipiā generaliter de quocunq; numine,qui præmisit Iunonē esse læsam : sed in Iunone cū varia sint numina.i.potestates quibus ad nutū facit : dubitat quod in ea læsum sit ꝙ virū bonum ad tot mala impulerit, de qua re Donatus sic. ¶Musa ab inuocatione musæ quod erat scripturus incepit,quam cū dea sit nihil latere oportet.Interrogat ergo vt cū nulla in Ænea culpa inueniatur,cōfirmet Iunonis sæuitiā. Hæc Donatus.Nihil musas latere innuit author , dicēs Ænei.vij. Et meministis enim diuæ,& memorare potestis.Dictæ enim sunt musæ,vel a verbo μάω quod est quæro.sunt enim rerū indagatrices : vel a μυέω quod est instruo & in sacris initio iuxta quod dictum est Georgicorū secūdo , Me vero primū dulces ante omnia musæ.Quarū sacra fero ingenti percussus amore,Accipiāt cœliq; vias & sydera monstrēt.Quot aūt sint & quomodo dictæ,aperuimus in opusculo de musarū inuentis.Quidue dolēs Regina deū. Magna laus Æneę , cuius virtus ac gloria a fatis illi prædestinata Reginę deū dolori esse potuit : cū ergo id humanū captū excedat bene musam cōsulit.Tot voluere casus , Ser.hypallagen censet.i.actiuū,pro passiuo:vt sit dictū pro eo quod est insignē pietate virum volui a tot casibus,sed longe maior laus est Æneæ:quē non casus voluerūt,sed qui casus voluit:fuit.n.in oībus victor , quia infracto animo.itaq; casus voluit ꝗ pusillanimos & incōstantes voluere solet.Dona.sic. ¶Insignē pietate virū.)i.deorū cultorē & spectatæ vitæ,quid ergo delinquēti fecisset cum ita insectetur innoxium?Ergo collige.Nā cum irascendi causa non sit,& nō possit satiari innumeris tormētis & grauissimis casibus probat illā esse sęuam.His dictis instruit hoīes ad bonā viuendi rationē . Bonū.n.virum iustus dolor mouerat,& tū nō erat in vltione immoderatus,nec iustas iras diutius retinebat . Vnde Sallu.Et iniuria accepta ignoscere ꝗ persequi malebat. ¶Tantæ ne animis cœlestibus iræ?)Admiratur hoc poeta cū dij lenes esse soleāt & misericordes ꝗ reprehendatur in eis,quod in hoībus displicet. Hæc Dona. ¶Ordo est.O Musa.i.dea rerū occultarum inuētrix,& doctrix, aut historiarum perita,videlicet Clio,aut heroici carminis præses,vt Calliope,memora.i.recense & ad memoriā reduc , mihi causas.s.cur multū ille & terris iactatus & alto, quo numine.i.qua parte diuinitatis,aut qua potestate Iunonis(nam,vt dixi, si exponeretur quo numine, id est quo deo iam quæreret quod ipse prædixerat : dictum.n.est,quia sæuæ memorē Iunonis ob irā,sed cū multæ sint Iunonis potestates,est enim regnorū & partus pręses,deorūq; regina,& soror,& cōiux Iouis,quęrit in quo sit offensa)læsa.i.offensa,ab Ænea.s.ve pro vel,si ī nullo læsa est ab eo. Quid regina deū .i.deorū Iuno dolens.i.ægreferens(nam inuidia non semper ab iniuria aut lęsione nascitur:vt qui ad iustū regnum a deo exaltatur multis inuidiosus:at nulli iniurius est)impulerit.i.coegerit virū insignē.i.illustrem & præter cæteros præditū pietate.i.religiosa obseruatione in deos & in parētis voluere.i.tractare circumagere tot casus.i.ærumnas & aduersitates , cum tamē ab eis volutus non sit,quia victus nō fuit,& impulerit adire(quod fortis animi est qui terribilia cōstanter sed & prudenter aggreditur)tot labores signanter & per ꝗ diserte dictum : vir enim prudēs adit labores, quippe per quos ad virtutē itur,& qui ipsi mali nō sunt.nō autē adit casus,sed adeuntes voluit,obluctando.n.vincit eos, vnde dictum est,superanda omnis fortuna ferendo est . Ne.i.tantæ sunt supp.irę animis cœlestibus.i.habentne animi cœlestes tātas iras, vt etiam in virum insignem virtute odia exercere valeant?q.d. id perspicere non possum,Itaq; musa mihi causas memora.

PIERIVS.

¶Tot adire labores Impulerit.)In Roma.codi.impulerat, indicandi modo,& exacta specie legitur . Quasi iam hinc ad conciliationem, quæ Iouis precibus subsecuta est , Poeta respexerit , sed enim codices reliqui tam veteres , ꝗ recentiores , impulerit , legunt:hac tamen forma pleraq; alia sic mutata reperiemus.

Vrbs antiqua fuit(Tyrii tenuere coloni)
Carthago,Italiam contra,Tyberinaq; longe
Hostia,diues opum,studiisq; asperrima belli:
Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam
Post habita coluisse Samo.Hic illius arma,
Hic currus fuit:hoc regnum dea gentibus esse,
Siqua fata sinant:iam tum tenditq;,fouetq;.
Progeniem sed enim Troiano à sanguine duci
Audierat:Tyrias olim quæ verteret arces.
Hinc populum late regem,belloq; superbum
Venturum excidio Libyæ.sic voluere parcas.
Id metuens,veterisq; memor Saturnia belli,
Prima quod ad Troiam pro charis gesserat Argis:
Necdum etiam causæ irarum,sæuiq; dolores
Exciderant animo:manet alta mente repostum
Iudicium Paridis,spretæq; iniuria formę,
Et genus inuisum,& rapti Ganymedis honores.
His accensa super,iactatos æquore toto
Troas relliquias Danaum,atq; immitis Achilli
Arcebat longe Latio:multosq; per annos
Errabant acti fatis maria omnia circum.
Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

SERVIVS.

¶Vrbs antiqua fuit)Vrbs dicta ab orbe:quod antiqui ciuitates in orbem faciebāt:vel ab Vrbo parte aratri,quo muri designabantur & Antiqua aūt & fuit,bene dixit:nāq; & ante lxx.annos vrbis Romæ cōdita erat:& eā deleuerat Æmylius Scipio.quæ aūt nunc est, postea a Romanis est cōdita. vnde Antiquā accipe & ad cōparationē istius quæ nūc est, & Roma antiquiorē. ¶Tyrij tenuere coloni.)Deest Quā. Amāt nāq; antiqui per Epexegesim dicere, quod nos interposito pnomine exprimim⁹. Item,Est locus Italiā,Graij cognomine dicūt.deest quē.Coloni aūt dicuntur cultores aduenæ,& hos de Tyro constat venisse, qui Carthaginē cōdiderūt. ¶Italiā cōtra.)Cōstat tria latera habere Italiā,superi maris,inferi,& alpiū.vnde tollendi erroris causa adiecit,Cōtra Tyberina ostia,quę in infero mari sunt. ¶Lōge.)Valde.Salustius , Longe alia mihi mēs est patres conscripti. ¶Diues opum.)Modo tantū diues dicimus , antiqui adiungebant cuius rei:vt Diues equū , diues pictai vestis & auri.iungentes tantū genitiuo casui. ¶Studijsq; asperrima belli.)Causam ostendit mirabilem,dicens hos esse & bellicosos & diuites,cū ociosa sit semp opulentia.Iure ergo hāc diligit Iuno,& vult orbis regna sortiri. ¶Studijs.)Nō studio, quia ter rebellauit cōtra populū Romanū. ¶Fertur.)Dicitur,Et ingenti arte Virg.vtitur, ne rebus fabulosis aperte vtatur licentia poetarū,quasi opinionē sequitur & per transitū poetico vtitur more. ¶Posthabita.)Non cōtempta:sed in secundis habita.Nāq; in superiori versu dixit magis omnibus , vt etiā Samo originali loco seruetur affectio,Sic Iuue.Et Samia genitrix quæ delectatur arena. ¶Hic illius arma.)Figura creberrima , aduerbiū pro aduerbio posuit, loci pręsentis pro absentis debuit enim dicere illic,sicut habemus in superioribus. ¶Arma.)Instructā armis Iunonē alio loco testatur ipse : vt,Ferro accincta vocat. ¶Curr⁹.)Aut vere currū, quo s͠m Homerū in bello vtitur:aut thensam significat,qua deorum simulachra portantur. Thēsa aūt cū adspiratiōe scribitur,ἀπὸ τοῦ θείου .i.a re diuina. ¶Hic illius arma,hic currus fuit.)Quotiescunq; noia singularis & pluralis numeri connectuntur, respondemus viciniori:vt ecce hoc loco,currui,nō armis respondit.Eadē & in diuersis generibus est obseruatio,vt masculinū sit gis vicino siue masculinū siue fœmininū respondeam⁹, vt puta vir & mulier magna ad me venit. Si aūt plurali numero velimus vti,ad masculinum trāseamus necesse est,vt vir & mulier magni ad me venerunt. ¶Si qua fata sinant.)Qua vacat, & est ornatus causa positum:vt quæ tandem,gentiū,locorū & reliqua:vt, Dixitq; & prælia voce diremit. ¶Iam tum.)Ex quo consistit , vt est a Tyrijs colonis. ¶Tēditq;,fouetq;.)Figurate dixit.Non iam regnū fouet,sed tēdit,& fouet , vt regnum esse possit. ¶Duci.)Ductum iri: infinitiui modi a passiuo tēpus præsens pro futuro posuit,& verbum pro verbo,vt supra ostēsum est. ¶Audierat)A Ioue, aut a Fatis.Nō enim omnia numina habent diuinādi facultatē:deniq; ne ipse quidem Apollo sua sponte diuinat, vt est,Quæ Phœbo pater omnipotēs mihi Phœbus Apollo Prędixit . Et perite audierat.In Ennio enim inducitur Iuppiter promittens Romanis excidium Carthaginis. ¶Tyrias arces.)Carthaginem dicit , quā Tyrij condiderunt. ¶Olim.)Quādoq;.Tria enim tēpora significat:præteritum,vt olim arbos.præsens,vt Tumidis quod fluctib⁹ olim Tunditur.futurū,vt, Nunc olim quocunq; dabunt se tempore vires. ¶Hinc populū late regē.)A Romanis.Laudat aūt eorum imperiū dicendo populū regē. ¶Superbum.)Nobilē vt,Ceciditq; superbū Ilium. ¶Venturū excidio.)Ad excidiū nota figura. ¶Libyæ.)Carthaginis.Et prouinciā pro ciuitate posuit.Dicta autem Libya,vel quod inde Libs flat,hoc est Africus.vel vt Varro ait,quasi λειποῦσα ὕετου , id est egens pluuiæ.vnde & Sallustius , Cœlo terraq; penuria aquarum. ¶Voluere Parcas.)A filo traxit Voluere . vna enim loquitur,altera scribit,tertia fila deducit . Et dictæ sunt parcæ κατὰ ἀντίφρασιν:quod nulli parcant.sicut lucus a nō lucendo : & bellum a nulla re bella. ¶Id metuens.)Id timens.de futuro enim timor est.Odium,de pręteritis:Metuebat ergo Carthagini : Odiū autē habebat propter causas sequentes, & est de vtroq; exemplū, Cōueniunt quibus aut odiū crudele tyrāni.Aut metus acer erat. ¶Veteris belli.)Quantū ad Virgilium pertinet,antiqui.si ad Iunonem referas,Diu gesti. Tunc aūt ad personā referendū est,cum ipsa loquitur:ꝙ si nulla persona sit,ad poetā refertur. Nunc ergo veteris,ex persona poetæ intelligendū est.sic ipse alibi , Mirantur dona Æneæ,mirantur Iulum,Flagrantisq; dei vultus, Partē ad se retulit,partē ad Tyrios qui deum eum esse nesciebant. ¶Saturnia.) Antonomasia est,nō epitheton:quæ fit quoties pro proprio nomine ponitur quod potest esse cum proprio nomine , & epitheton dici. ¶Prima.)Atqui Hercules prior contra Troianos pugnauit: vnde modo prima princeps accipienda est. Nam plerunq; poeta significationem nominis dat participijs:vel econtra:vt,Voluentibus annis.Significat enim volubilibus.hac licētia & in hoc nomine vsus est , vt primā pro principe poneret. ¶Ad Troiam.)Ad, & apud,accusatiuæ sunt prepositiones.Sed apud,semper in loco significat,ad & in loco,& ad locū.In loco:vt,Ad quē tum Iuno supplex his vocibus vsa est . Et Cice.Decem siccos ad senatorē quendam relictos. Item , Ad Marcum Leccam te habitare velle dixisti, ¶Charis Argis.)Illic enim eam coli omnibus notū est. Argos autem in numero singulari generis neutri est:vt Horatius,Aptum dicet æquis Argos diesq; Mycenas . In plurali vero masculini,vt hi Argi.Cæterum deriuatio nominis Argiuos facit, non Argos. ¶Causæ irarum.)Nunc de præteritis loquitur. ¶Alta mente.)Secreta,recondita. ¶Repostum)autem syncopa est , vnam enim de medio syllabam tulit. Sed cum omnes sermones aut integri sint, aut pathos habeant:hi qui pathos habent, ita vt lecti sunt debent poni.quod etiam Maro fecit:nam repostus & porgite de Ennio trāstulit.integris autem & ipsis vtimur , & eorum exemplo alijs. ¶Iudicium Paridis.)Nota fabula, Paridem pro Venere contra Iunonem Mineruamq; iudicasse. ¶Spretæq; iniuria formæ.)Epexegesis est.Hoc enim fuit iudicium Paridis:vt que particula vacet: vt alibi,Dixitq;,& pręlia voce diremit.Licet nonnulli separent,dicentes aliud esse. Nunquam enim coniunctio ponitur nisi inter duas res.Et spretæ formæ referunt ad Antigonam Laomedontis filiam, quam a Iunone propter formę arrogantiam in ciconiam constat esse cōuersam. ¶Et genus inuisum.)Propter Dardanum Iouis & Electræ filiæ Atlantis filium:a quo origo Troiana deducitur. ¶Rapti.)Stuprati:vt est,Rapta Garamātide nympha , Item, Raptas sine more Sabinas. ¶Ganymedis honores.)Trois , regis Troianorum filij.Honores autē dixit,vel propter ministeriū poculorum quod exhibuit dijs ad quod receptus est, remota Hebe filia Iunonis quę ioui bibere ministrabat : & ob hoc quod exhibuit dijs pocula inter sidera collocatus Aquarij nomen accepit. ¶His accensa super.)Super his,aut de his:aut super metū Carthaginis , his quoq; accēsa. ¶Relliquias.)Vt stet versus geminauit,l, nam in prosa reliquias dicimus. ¶Atq; immitis Achilli.)Bene s͠m Homerum segregauit ducē a populo.sic Æneas in secundo,post omniū casum,Priami separauit interitum.vt , Forsitan & Priami fuerint quę fata requiras.Immitē autem dixit etiā circa extinctū crudele.Achilli, propter ὁμοιοτέλευτον detraxit,s,literā , quæ plerunq; pro sibilo habetur,nō solum necessitatis,sed etiam euphoniæ caussa.vt Sallustius,A principio vrbis,ad bellum Persi Macedonicum.detrahitur autē,s,tertiæ declinationis genitiuo. ¶Acti fatis.)Si odio Iunonis fatigabantur quomodo acti fatis?Sed hoc ipsum Iunonis odiū fatale est.laborat enim Virgilius nil Troianorum meritis,sed omnia fatis ascribere . Est & alter sensus:nam fatum voluntatem legimus.vt,Fatis Iunonis iniquæ,id est volūtate.vt hic intelligamus , agebantur fatis Iunonis, id est voluntate. ¶Maria omnia circum.)In fine accentum ponimus contra morē Latinum:sed corruptio hoc facit nanq; propositio post posita, corrupta est sine dubio. ¶Molis.)Difficultatis. ¶Romanam condere gentem.)Latenter ostendit hinc odium Iunonis Æneā pertulisse,quod Romanæ gentis author extabat.

DONATVS.

¶Vrbs antiqua fuit.)Primā & principalē causam odiorū Iunonis dicit, quam contra dispositionē fatorum susceperat Iuno,vt quod nunc Romanū imperium tenet,non ipsa, sed Carthago habuisset,sed angebatur fortissimo scrupulo, & futurorū genera sciebat fatorū ratione impediri, suosq; ꝙ emersurus foret ex sanguine Troianorū,qui opes eiusdem Carthaginis perderet,ideoq; cupiebat Troianos extingui , ne ad illius tēpora Troiana successio perueniret,cui Carthaginis debebatur excidiū:ecce ipsa principalis causa Æneam specialiter nō tenet in crimine. Cæteras videamus quas incidētes enumerat , quæ ne ipsæ quidē possunt eius innocentiā maculare , hæc tū enumerantur ad iniquitatē Iunonis exprimendā.cæterum sola illa,Carthaginis fuit , quæ inimicā odiū Troianorū vehementer vrgebat.cæterū si aliæ nō essent , necesse erat incitari ex illa sola Iunonem , vt quod instituerat aduersus Troianos exerceret, sed ppterea aliæ sunt causę propositæ , vt cū oēs fuisse ab Æneæ speciali culpa dixisset,ipse Æneas purgetur melius,& Iunonis factio conatibus iniquissimis noscatur esse suscepta.Laudatur hic Carthago , dum situs eius & cętera describuntur,vt ostendatur emergens Romanorum imperiū multiplici ratione opprimere potuisse,vel maxime fulta fauore Iunonis præsentis. ¶Vrbs an.f.)Antiquā debemus accipere,non magnā,vt nōnullis videtur,sed prolixi temporis,vt annositate ipsa roborata sit,atq; firmata , perindeq; potuerit Romanū imperiū nascens longeuis viribus præmere. ¶Tyrij t.c.)Vt præter incolas aucta sit etiam accessione Tyriorū . Laudatur etiā a loco ac situ. ¶Italiā c.t.q;.l.h.) A fortuna,diues opū, hoc est cui substātia propria nō deesset,nec quæreret alienam,a natura & moribus,studijsq; asperrima belli: hanc igitur parabat ęmula Iuno, cui omnis ad inferendū bellū Romano imperio patebat occasio , Iunonis furor,locorū proximitas,rei familiaris substātia , bellatorū numerus,& fiducia naturalis , & innatū studium dimicādi. ¶Quā I.f.t.m.o.v.p.h.c.S.hic.i.a.hic c.f.&c.)Tanta ostētatione Iuno cōtra Romanorū imperium nitebatur faciens pro Carthaginis opibus , vt omnibus eam terris & ipsis quoq; genitalibus præposuisset,deniq; insignia numinis sui & omne quod poterat in ea collocauerat. Vertere,hanc habet intellectus expressam rationē,vt nihil post excidium superfit,deniq; sic & alio loco ait,Quæ te genitor sententia vertit:hoc est sic mutauit, vt nihil pietatis remāsisset in sensibus Iouis.item omne mihi visum considere in ignes Ilium , & ex imo verti Neptunia Troia,quoniā constabat nihil eius remāsisse post flāmas . Hęc,vt dictū est,principalis fuerat,quæ etiā si sola extaret, sola posset aduersus Troianos animū Iunonis vrgere,faciebāt aliæ cumulū,& odiū ex priore causa susceptū magis ac magis angebat:hoc ostendit poeta dicēdo. ¶Id metuens.)Vt firmaret quod diximus fuisse vnā & principalē causam, quā primo loco posuit , incipit iā alias dicere.Ait.n. ¶Veterisq; me.Sa.b.p.q.a.t.pro.c.g.a.)Vt ostenderet Iunonē pernicioso studio laborare,ne Troianis contingeret, impune euasisse post excidiū Troiæ, vel viribus reparatis aduersus Græcos armari,quos Iliensi bello cōfouerat,vel fines obtinere Italiæ propter Carthaginis meritū. Addidit subinde aliam causam miro artis ingenio,vt ex vno Paridis facto nō vnū, sed aliud crimen videretur exortum,quę quidē vexarent Iunonis animum, nō tamen quę adscribi Æneę potuissent.sic.n.plurali vsus numero vnā causam duplicem facit, nam cum Iuno in iudicio Paridis offensa sit, ꝙ in malo aureo minorē prætulit deam quasi sit ingenium dicētis aliā,cū dicit. ¶Iudiciū Pa.s.q;.i.f.)Vt iniquū nō sufficeret iudiciū Paridis,qui potiori,hoc est reginæ deorū omnium prætulit inferiorē,accesserit & formæ iniuria, malum quippe aureum dicitur inscriptū fuisse , hoc munus formosior habeto : cū ergo datū fuisset Veneri dupliciter offensa est Iuno , vt cum esset soror Iouis,natu maior,regina deorū,cum iniuria famę suę obtinere nequiuerit. Causę ergo irarū fuerunt,sicuti dictū est in iudicio mali aurei duæ,vna quia non obtinuit,altera qa pulchrior iudicata est Venus.Ira pertinet ad illā partē,quia non vicit . Sæui aūt dolores ad iniuriā formæ reuocantur,Grauissime quippe fœminę offenduntur si fœdę iudicentur:deniq; satiat ipsam partē Virgi. dicendo. ¶Manet a.m.r.I.P.s.q;.i.f.)Vt nō tantū irata videatur ꝙ victa est,quantū illa parte quæ ad iniuriā formæ pertinebat, manet ergo quod dixit ad omnia pertinet,iudiciū Paridis,iudiciū.s. corruptū libidinis præmio.Paridis vero sic accipiendū, vt conuitium sit nō hominis nomē.s.sed quasi venalis, & inhonesti . Manet alta mente iniuria formæ , hoc loco doctores falluntur.nam tradunt iniuriā formæ sic . Dicunt.n.Antigonam Priami filiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

ingressam Iunonis templū formā corporis sui prætulisse simulachro deæ, quod cōtra est, nā melius est intelligere, quod Virg. habet, q̄ fabulosa sectari, vt iniuria formæ Paridis sit nō Antigonę. Adde. ¶ Et ge. in.) Vt ad principalē causam gementis ęstus reduceret. ¶ Et ra. Ga. h.).) Propterea quod turpiter amat⁹ sit a Ioue, hoc loco fœdū est intelligere aliquid de zodiaco circulo, in quo Ganymedes dicif collocatus, ne infames & effœminati inter sancta sydera numerentur, & sentiamus quod poeta nō dixit, exposuit oēs causas & ostēdit vniuersas alienas ab Ænea, atq; vt posterius dictas ostēderet incidētes, ait, ¶ His ac. s.) Hoc est his accēsa super illā quæ fuit propter excidiū Carthaginis, & bene dixit accensa. ignis. n. nō accendif nisi ex nutrimētis habuerit adiumentū, incipit vero narrare labores Ænee, & casus referens, nō prima, vt in themate exposuimus, sed sequētia. cōstabat. n. ipso tēpore quo in Tyrrheno mari nauigabat Æneas annū septimū, currere ab excidio, deniq; ipse poeta sic posuit, vt ostenderet multa præcessisse, quæ nō prætermittētis animo siluit, sed ratione obseruati carminis seruauit hæc ad Didonis cōuiuiū. ¶ Iactatos æq. to. Tro. r. da. atq; i. a. Ar. l. la.) Hæc omnia ad exprimendā Iunonis iniquitatē posuit, vt satiaret odiorū vnā & solā fuisse Carthaginis causam, quæ exagitata nec misereri desinebat, nec deserere intētionē suā: quę q̄m nouerat expugnari se ratione fatorū nec posse obtinere cupiat tū ab iis terris eos lōge arcere malū reparandū, quibus per posteros Romanū debebatur imperiū, atq; vt simul iniquitatem Iunonis, & sęuitiā demonstraret, ait, iactatos æquore toto Troas relliquias Danaū, atq; immitis Achilli Arcebat longe Latio. nouerat. n. contra ratione fatorū sese certare, qua causa propellere cupiebat Troianos a terris Italiæ, quos ad plenū superare nō poterat. inde factū est, vt nec miseratiōe mouere, vt iactatos toto mari, & eos q ex infinito numero ad paucos fuissent redacti, quosq; e manibus sęuissimorū hostium fortuna seruauerat insidiis non deficientibus obtereret. quod autem posuit relliquias Danaum, exprimitur crudelitas inimicitię quæ cladibus satiari nō potuit, & acquiritur Ænee laus maxima, quod de reliquiis Troię Romanum quæsiuit imperiū, perindeq; Poeta cōfirmat Æneam defendere potuisse patriam suā, si fata nō obstitissent, cum asserit in alienis terris imperium quæsiuisse. ¶ Multosq; per. a. Errabant acti fa. m. o. cir. Tantæ m. e. Ro. c. g.) Ne fatorum ratione passi videantur, quæ contra fatum Iuno faciebat, sic ordinatur sensus narrantis, ad condendā Romanā gentem multos per annos errabāt maria omnia circum, Tantæ molis erat Romanā cōdere gentē. Laudatur hic quoq; eorum virtus, qui nec malis frangebantur, nec diuturnitate temporis, & omnia fortiter tolerabant, & superatis aduersis ad retentionem debiti imperii prorumpebant.

DATHVS.

¶ Tyrii tenuere coloni.) Alii sunt coloni, quos meminit supra singulari numero. Vt q̄uis auido parerent arua colono. Alii qui modo positi sunt, Carthaginē tenuisse. Ac s̄m posteriorē hanc significātiā: sæpe apud historicos lectū est in ciuitates Colonias deductas, & ad locū quempiā Colonias missas, qui vero coloni mittendi essent: ii nomina dabāt in eam vrbē atq; in id oppidū, quo migrandū erat. Tyberina, a Tyberi inflexū nomē. Tyberis aūt nō a Gręco sermone venit, vt quidā arbitrati sunt. i. ἀπὸ τῆς ὕβριος, quæ iniuriā significat: propter regē Tyberium: qui in eis locis latrocinaref, ac prætereuntibus iniuriā inferret. Sed a rege ipso potius nomen deduxit, qui, vt ait Liuius in Traiecto Albulæ amnis submersus celebre ad posteros, nomē flumini dedit. Hic vero fluuius primo Albula: mox Tyberis appellatus, Hetruscis, Latinisq; finis erat. Ostia fluminum exitus atq; ora appellari neminē latet: cui antiquitas nota est: & qui Virgi. in hoc loco accuratius inspicit, & ob hāc nominis huius significantiā, quā vrbem Ancus Martius rex quartus Romanorū in ore Tyberis cōdidit, merito iure Ostiā appellauit. Diues opū studiisq; asperrima belli. Duo de Carthagine dicit Virg. quod opulenta, quod bellicosa esset. Nam plerunq; eæ ciuitates, quæ opibus præpollent ad gerenda bella

Opes.

propensiores sunt. Sunt. n. opes, quæ vel ampliores diuitias significant, vel potentiā belli nō minus incitabula q̄ subsidia. Non hæc est magna Carthaginis laus: quoniā illa ciuitas plurimum laudatur: quę iure sociatā ciuiū multitudinē cōtinet: abundantē agris, & sufficienter pecuniis affluentem, nō ad studia bellorum, sed ad tuendā pacem, atq; (vt Arist. ait) ad bene viuendū. Aptissime igitur & callidissime Carthaginē vituperat olim futurā infestissimā Romano nomini. Samo. Hæc fuit & insula & ciuitas in ea, ex qua fuit Pythagoras oriundus: quamq; postea reliquit cum Polycratis tyrannide teneretur. Hanc Italiæ partē extitisse falso nonnulli argumentanf. Nam quia philosophiæ genus: quod primus instituit Pythagoras Italicū appellatum est: Italū Pythagorā & Samū

Pythagoras.

vnde natus est Italiæ partē esse arbitrati sunt. Nescientes ideo Italicum dici: q eius author Pythagoras primū in Italia philosophatus est. Hic illius arma: hic currus fuit. Non poterat audere Iuno, vt ait Lactan. Aut Carthaginē defendere, nisi quia illic arma eius & currus fuit, aut Romanis nocere: nisi quia progeniē Troiano a sanguine duci Audierat, Tyrias olim quæ verteret arces. Has sibi Iuno causas pretexebat. Quapropter tam infesto animo Æneā ac reliquos Troianos insectaretur. Siqua fata sinant. Fata tria esse s̄m veterum figmēta, omnibus exploratū est: sed quid fatū sit, ex intimis philosophiæ penetralibus petendū est. Nam tria esse fata propterea dicunt: quia tria sint tempora: quæ omnia fato subiacent. Nec solū poetæ fata prædicant: quibus omnis hominū vita gubernetur: sed & multi quoq;, & hi quidē illustres philosophi, in quibus Democritus, Heraclitus, Empedocles, Aristoteles censuerunt omnia fato ita fieri: vt id fatū vim necessitatis afferret: vt pro eorū sententia fides mulieribus adhibenda sit dicentibus, vt ait Socrates, fatum a nemine omnino vitari posse.

Fatum.

Fatum est aūt, vt dicebat Plato, dei iussio, quod & Statius confirmare visus est. Fata appellans, quæ dii fantur. Stoici Fatū vocant, quod ex omni æternitate semper verū fuerit. At Chrysippus Stoicus acutissimo vir ingenio, Fatū est (inquit) sempiterna quædā & indeclinabilis series rerū, & catena voluens semetipsam sese, & implicās per ęternos consequentiæ ordines: ex quibus apta connexaq; est. Tandē Boetius Seuerinus optimus harum rerum iudex, Fatum a prouidentia secernit, & diuersa esse finitionibus monstrat. Nam prouidentia est quædā diuina ratio in summo omniū principe constituta, quæ cuncta disponit, fatum vero inhærēs rebus mobilibus dispositio est per quā prouidentia suis quæq; nectit ordinibus.

Prouidentia.

Quocirca prouidentia omnia simul quāquā diuersa sunt, atq; infinita cōplectitur. Fatum vero singula quæq; in motū digerit locis, formis, ac temporibus distributa. Omnis hæc igitur temporalis ordinis explicatio diuinæ mentis velut quodā adunata prospectu prouidentia est: eadē vero adunatio digesta atq; explicata temporibus fatū vocatur. Exemplo est artifex, qui fingendæ rei formā mente perspiciēs, mouet operis effectū. Verū quod simpliciter ac pręsenti quodā cōspectu fuerat intuitus: id per tēporales ordines ducit, & qui doctor multa allaturus est, & per tēporū ordines expositurus: ea ipsa secū vno veluti intuitu, ac simplici prospectu cernit. Modus igif regendarum rerū cum intelligentia diuina conspicif, prouidētia nuncupatur, cum vero ad ea refertur, quæ ipsa mouet, ac disponit fatū est a veteribus appellatū. Ex his nō incōmode elici potest: eos falsos nō esse, qui fatum diuinā voluntatē significare perhibent. Sed hac de re, alio in loco opportunius differetur.

Fata.

Fata ea sunt, quæ q̄m ineuitabilia atq; ineluctabilia censerentur, nulla arte, nullo ingenio poterāt euitari: & hęc ipsa quoq; Iuno regina deorum Iouisq; & soror & cōiux metuere videbaf. Idq; poeta eo fecit, vt vim fatorū necessitatemq; ostēderet. Belloq;. Pleriq; cum ignorāt vnde nomen quodpiā ductum sit cōtinuo ad antiphrasim cōfugiunt, & per cōtrarium dici volunt, qualia sunt hæc vocabula. Manes, officiū, lucus, ociū, Parcę. Bellū. sed de cæteris alias. Nunc de bello. Bellum (vt alii sentiunt) eo appellatū κατ' ἀντίφρασιν q bellum. i. bonum nullo modo sit. Nos autē omittamus, q bella quædā mala nō sunt.

Bellum.

Bellum certe a belluis dictum arbitramur, quarū bella propria sunt, & nō nisi ob ferinos flagitiosorū hominū mores ad homines trāslata. Hominū nanq; genus suapte ingenio, iustitiæ præsidio & linguę, ac verborū cōtentione contentum esse debet. Hanc vero nominis huius deductionem facillime probet, qui veterū scripta studiosius legerit. Sed Ciceronis in primis præsto est authoritas, qui in primo de officiis libro nostram sententiam plurimū firmat. Nam cum sint (inquit) duo genera decertandi. Vnum per disceptationem, alterū per vim, cumq; illud propriū sit hominis, hoc belluarum, confugiendū est ad posterius si vti nō licet superiore. Quibus verbis ostendit suum esse belluarū, vt bella gerāt, quæ hominēs suscipere nō nisi inuitos decet. Bello superbū populi Romanum futurū dicit: in cuius ditionē, non Carthago solum, sed maxima totius orbis pars redigenda erat.

Libya.

Libyæ. Libyam eandē vocat & Africam. Vnde & idem ventus Africus & Libs nuncupatur. Libyam autē Carthaginē vocat, q regionum nomina sæpe apud poetas pro ciuitatibus vsurpantur. Aut potius Libyam dixit, vt nō solū Carthaginis, atq; vnius vrbis cladē, sed etiā totius regionis vastationem cōplecteretur. Sic voluere parcas. Fata tria sunt, quas Parcas veteres appellabant, quibus nō modo homines, sed etiam dii (vt dicebant veteres) parere cogantur. Harum. n. instituta, ac leges indeclinabiles sunt, quibus etiam Iuno, & quod amplius est, Iuppiter pareat, cum tū in solenni precatione optimus maximus noief. De his idem poeta in Buco. Talia sæcla suis dixerunt currite fusis, Concordes stabili fatow numine Parcæ.

Parcæ.

Sunt autē earum noīa, Cloto, Lachesis, Atropos. Prima significat præteritum tēpus, quod fuso inuolutū est. Secunda præsens, qd' inuētum adhuc digitis continef. Tertia futurum qd' in lana & colo superest. Has pleriq; Parcas κατ' ἀντίφρασιν dictas opinantur, q nemini oino parcant. Nos libēter antiphrasin in ducēdis noibus aspernamur. Quod si vim parci perspexerimus, & vnde Parcus originē traxerit, repente & Parcæ ipsæ. i. fata in promptu erunt. C. Bassus libro de origine verbow & vocabulow dicit, q Parcus cōposito vocabulo est, quasi par arcæ, q arcæ parcus homo merito cōparari debeat, Quēadmodum. n. in arca oia reconduntur, eiusq; custodia seruātur, & cōtinentur, ita homo tenax paruoq; cōtentus oia custodita, & recōdita habet veluti in arca, & sic parcus quasi par arcę noiatus est, alii a pecunia, & arceo nomē ipsius confabricanf, q pecunias cōsumi, atq; impendi arceat, quasi pecuniarcus. Sed vtrunq; cōmentū molestum est atq; odiosum, ac bene, & cōmode Fauorinus philosophus harū rerum censor nō

Parcus.

incallidus, vt est apud A. Gel. Parcus (inquit) neq; ab arca, neque ab arceo, sed ab eo quod est paruū & parum denoiatus est, idq; & simplicius arbitrabatur & verius. Quod si parcus (vt ad propositum redeamus) a paruo ducitur: quid erit verius, quid aptius q̄ Fata ipsa parcas appellare, quæ vt duræ inexorabiles ac tenaces sunt: ita parce & ferme, exiliter, tenuiterq; vitā: cui p̄sunt hominibus partiunf? Nasci autē & mori Stoici Fatis tribuunt, media vitæ tēpora fortunę, sed nimis parce ac duriter sese Parcæ & fata gerunt: de quibus p̄clare Tragicus poeta. Dum fata sinūt Viuite læti: Properat cursu vita citato, volucriq; die Rota p̄cipitis vertitur anni. Duræ peragūt pensa sorores. Nec sua retro fila reuoluunt. At gens hoium ferf rapidis obuia fatis incerta sui Stygias vltro quærimus vndas. Parcæ parcissime nobis vitam tribuūt, atq; angustis tēporis momētis duraturā. Quid. n. tā circūcisum, vt scribit Pli. Quid tam breue, vt hoīs vita longissima? Et noster Hieronymus. Tempus (inquit) breue est; etiam si noningentis annis viueremus, vt antiqui hoies: tamen breue putandum esset quod haberet aliquando finem, & esse cessaret. Hec aduersus Iouinianum. Sed & ad Paulum senem cum scribit, humanæ vitæ ostendit angustias asserēs eam in breue tempus contractā. Quoties enim quisquam, aut centenariam, transgredif etatem: aut nō ad eā sic peruenit, vt peruenisse pœniteat? Atq; & Hippocrates in Aphorismis humanæ vitę breuitatem deplorat; sicut & poeta qui dicit, Tempora labuntur, tacitisq; senescimus annis, Et currit freno non remorante dies. Quam igitur parum est vel vitæ vel mortalis lucis. quod Parcę hominib⁹ tribuunt? Vt intelligamus a parsimonia earum atq; duritia ita appellatas. Nec solum hominum vitam angustis finibus terminari volunt: sed & nihil omnino in terris nimis diuturnum esse patiuntur: Quāobrem & ruiturā Carthaginē: vbi Iunonis arma & currus fuit, Iuno ipsa preuiderat. Quod idem excidium omnibus & magnificis tectis & altis, vrbibus sępe haud longo expleto annorum curriculo euenire consueuit. Quibus oibus patet & stabile atq; ineluctabile esse fatorum numen, & parcas nequaquam per cōtrarium, ita appellatas esse. Illud tamen prætereundum non est, postquā fit de fato mentio: fato pium hoiem neutiquā subiacere. Nam (vt ait Hermes, vir insignis disciplinæ) ei qui pie ac religiose vixerit, neq; fatum nocere pōt, neq; dęmon malus. Ipsius autē hæc verba sunt.

Fatū nō cogit hoiem.

Εὐσεβοῖς γὰρ ἀνθρώποις οὔτε δαίμων κακὸς οὔτε εἱμαρμένη. Nam Emarmen est, Græci fatum vocant. Id metuens. Ludit poeta gentilium deos, deasq;, eorumq; indicat vanitatē, cum ostendit humanis eos morbis laborare: & modo ira excandescere, modo dolore frangi, sæpe etiam metu expauescere. Id autem (vt ego arbitror) non fecit incaute Virgilius, qui vtiq; fallos deos non ignorabat, sed vew ac mūdi principē nesciebat. Nam solent ipsi quoq; poetæ, cū de diis loquūtur, eā asserere deow naturā. quę nullis perturbationibus cōcitef, & perfruaf perpetuis voluptatib⁹.

Deorū natura.

Huius rei testis locuples est Teren. qui in Andria hæc dicentē Pamphilum inducit. Ego vitam deow propterea sempiternam esse arbitror, q voluptates eow propriæ sunt. i. perpetuę: & quibus nulla intercedit ęgritudo. Necdum ēt causę irarū, sæuiq; dolores Exciderāt animo.

Ira duplex.

Pergit. Vir. dilucide aperire, quęnā esset ea ira, qua Iuno afficiebaf. Æquiuoce enim ira dicta est, quæ in deū cadit, & quæ hominē inflammat: & in illa qdem nulla est perturbationis turbulenta tempestas: hæc vero magnis incendiis, summisq; ardoribus agitatur. Quod autē ira Iunonis sit perinde, vt quæ manat ab humanis morbis, nosse pulcherrimū est. In iræ nāq; affectione quēadmodum, & in reliquis eiusmodi perturbationibus tria, vt philosophi tradunt) spectanda sunt, quow est vnū quod materiā attingit, vt feruor atq; inflāmatio sanguinis iuxta cor: quod tāgit Virg. in eo loco. His accensa sup. Et paulo post. Talia flāmato secū dea corde volutās. Alterū ē, q efficiētis vim habet, vt quod floccipēdi se quisquā arbitref. Idcirco. n. quis irasci solet, si se despici & contemni ducat. Id tangit poeta in eo præcipue loco, vbi querēs Iuno inducta est. Ego quæ diuū incedo regina, Iouisq; Et soror & coniux vna cum gente tot annos bella gero? & quisquā numen Iunonis adoret Præterea? haud supplex aris imponat honorē? Tertiū est, q finis habet rationē, vt appetitus vindictæ: vel (vt dicit M. Tullius) quæ eadē est diffinitio vlciscendi libido. Hoc nō obscurū est de Iunone, quæ vltionē precatur: & supplex Æolum alloquitur vētow regem oratq;, vt de Troianis dignū sumat supplicium, dicens. Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat ęquor, Ilium in Italiam portās, victosq; penates: Incute vim ventis, submersasq; obrue puppes: Aut age diuersas, & disiice corpora ponto. Ex his igitur tribus quæ posita sunt: irę terminus & diffinitio in hūc modum colligif.

Ira qd.

Ira est sanguinis feruor ab opinione contēptus manās in vlciscendi libidinem, quę haud ambigue Iunoni cōueniāt. Neq;. n. vel quid ira esset, vel quæuis alia ex animi perturbationibus Virgi. ignorauit. Animo manet alta mente repostū.

Anim⁹.

Qui animū & mentē idem esse arbitrabantur: manifesto fallunf errore. Animus altera pars est, qua homo, ipse constat, sed mens animi pars purior, atq; syncerior.

Mens.

In hac. n. insitę sunt & quasi cōsignatæ rerū notiones, quas Græci ἐννοίας vocant, & Platonici, vt inter animū ac mentē discrimen esse demonstrarent: dicebant fabulosis plerunq; vtendum esse, cum vel de anima vel de aereis atq; ęthereis potestatibus, vel de reliquis diis loquuntur, iidem fabulosa quęq; omittenda esse iudicabāt quoties de summo, ac principe omnium deo, aut de mente ipsa originales rerū species, quæ sunt ἰδέαι continente sermo habendus esset: & mentē deo potissimū tribuant, quā νοῦν vocant: adeo synceram ac simplicē, incorruptāq; mentē arbitrabanf. Et Aristo. in primo libro Politi. de animo ac mente locutus est, & animū qdē ad corpus, mentē & appetitū comparauit, dicens. Animū in corpus dominicum habere imperium: mentem vero in appetitum regium ac ciuile: sed multi ac præcipue poetę duo hæc sępe confundunt.

Iudici cōgrua.

Iudiciū Paridis. Quatuor sunt quæ habere iudicē bonū cōueniat: si & veras sentētias, & rectas ferre velit iudicādi authoritatem. Legum, ac iuris scientiam: peritiam rerum humanarū: voluntatis, ac mentis integritatē: quæ cū pleraq; Paridem Troianum deficerēt, idoneus, ac iustus iudex esse nō poterat, atq; ideo nec dignus, qui de dearū cōtrouersia iudicaret. Nam dum amoribus potius ac libidinibus obsequif, q̄ sententiæ, ac iudicii veritati studet, Helenā rapiens magnū atq; ēt extremū patriæ induxit periculum. Spretęq; iniuria formę, Et genus inuisum. Quāti ęstimanda est dea, cuius forma mortalum cuiquā, & ei quidem non satis ad sentētiam ferendam apto iudicanda cōmittif? Qualis rursum dea putanda est, quæ infensa tanto odio Troianos insectaref? Et verus quidem Deus, cui ingenita clemētia, atq; insita est: etiā scelerosam, atq; perditissimā ciuitatē seruet: si vel decē soli in ea iusti viri reperianf: ne iustum, atq; impium pari supplicio prosequatur. Iuno autē vt fictum numen ostenderet, ob paucow hoium noxas totius Troianæ gētis, ac nationis moliebatur interitū. Et rapti Ganymedis honores.

Ganimedis.

Iuppiter regiū puerū, quē vel Ganymedem, vel Cathamitū vocant: ad stuprū rapuit. Iarum enim videbatur (vt ait Lactan.) si in expugnanda fœminarū pudicitia maculosus esset, ac turpis, nisi etiam sexu. suo faceret iniuriam. Illud aūt est verū adulterium: quod fit cōtra naturam. Hic vero Ganymedes est: pui (vt idē Virg. testatur) raptus ab Alite sacra miscet amatori pocula grata suo. Sed p̄mus Home. Ganymedem ait: a diis raptum, p̄pter formā, vt Ioui bibere ministraret, Quod tū fictum ab Homero dicit M. Tullius, q neq; Ambrosia Dii aut nectare nec Iuuentute pocula ministrāte lætentur.

Nectar & Ambrosia. Fictitia.

Sed id ferunt tam molestum Iunoni fuisse, vt sæuam propter eam cām in Troianum genus iram conceperit. Quæ eadem (vt quidā tradunt) quo tempore cum Carthaginensibus bellum gerebatur, Varroni Consuli irata est, q formosum puerum in mensa Iouis ad exuuias tenendas collocauerat, & ob hāc causam Romanum nomen apud Cannas pene fuisse deletum. Puerum enim illum Iuno quasi alterū Ganymedem verebatur. Troas relliquias Danaum. Relliquias Græcorum dicit, vt paucitatem Troianow, qui superant demonstraret. Nam cōstat (vt etiā Liuii testatur historia) Troia capta in cæteros sæuitū esse Troianos duobus Ænee, Antenoriq; & vetusti iure hospitii, & quia pacis reddendęq; He-

lenę

Universidad de Deusto Biblioteca

leuę ſemper authores fuerant, omne ius belli Achiuos abſtinuiſſe. quare & minor erat eorum numerus, qu ſupererãt Troianorum: quod Antenor abeſſet. Immitis Achilli. Plerunq; iracũdiam ſæuitia comitatur, & qui vehementius ira concitanť eos eſſe immites & crudeles conſtat. At iracundum Achillem extitiſſe etiam Flaccus oſtendit, qui de eo inquit. Impiger iracũdus inexorabilis acer. Bene igitur cum in alio loco de Iunone mẽtio incidiſſet, ſæua & irata Iuno a Virg. comprobať. Quippe quæ Troianis irata ſæuitiam cohibere non poterat. Achilli pro Achillis vſurpatum eſt, nec mirũ apud Latinos bifariam terminari huius nominis patrium caſum. Cum apud Græcos idem ipſe trifariã exeat: & Latini inflectunt. Achillis vel Achilli, Græci vero ἀχιλλέος cõmuniter ἀχιλλῆος per η ſm Ionicos. ἀχιλλέως per ω ſm Atticos, quod idem & reliqua nõia apud Græcos patiunť, quæ in ως per diphthongum exeunt. Maria omnia circum tot maria intrauit Æneas tam varias oras adijt, vt eius errorem prope immenſum, T. Liuius appellare ſit auſus.

Achilli

ASCENSIVS.

¶Vrbs antiqua fuit, &c. Hęc eſt pars executiua in qua velut muſa narrante recitanť primũ diuerſæ cauſæ irarum. Non enim (vt quidam cenſent) potuit quãuis vnam fatis efficacem cõminiſci ad tantas iras Iunonis in Æneam, ſicut ecõtrario Homero, ſatis viſa eſt, vna cauſa irarũ Achillis in Agamemnona, raptus videlicet Briſeidos indulgẽtiſſimę atq; amãtiſſimę puellę. Nihil. n. mortalis aĩos tam cõcitat q̃ amoꝝ occupatio, verũ alię fuerũt Iunoni iraſcendi cauſæ, ſed ſi ꝓpius inſpicianť ad hanc vnã redeunt quã poſtea ſic Iuno dictura eſt. Vincor ab Ænea & quam hic ſic dicet, Me ne incepto deſiſtere victam, Nec poſſe Italia Teucroꝝ auertere regem? Quippe vetor fatis. vna ergo fuit iraſcendi cã quod fatis iuuantibus ab Ænea vincebať. Suſcepti autem furoris atq; odij cauſæ duæ fuerant, altera quod Paris iudicium pro Venere contra Iunonem & Pallada dederat; altera q̃ Hebe Iunonis filia repudiata erat, poſtq̃ Ganymedes puer Troianus & Trois regis filius ab Ioue raptus in eius locum ſuffectus erat, in quarũ ſecũda duplex eſt iniuria: quia & Hebe prelatus eſt in officio pincernæ & Iunoni, qa raptus eſt ad ſtuprum. Ex tunc ergo Iuno ſemp conata erat gentẽ Troianã penitus delere: egerrime ferens q̃ in fatis eſſet eam aliqñ rerũ potiturã: ad quod impediendũ in bello contra Troianos a Græcis geſto ſumma fuit Græcoꝝ adiutrix, ſi forte totam gentẽ delere poſſet. Carthaginẽ etiam ſummopere fouit, vt quã Italię vbi imperiũ tandem cõſtituẽdum a Troianis in fatis erat maximo incõmodo futuram præuiderat. Verum cũ reliquias Troiani generis ſupereſſe videret: nec eas fatis obſiſtentibus ſubmergere poſſet, orauit, vt ſaltem diſperganť: quia quod inuiti videremus ſi penitus abolere nequiuimus, differre conamur. Itaq; cũ iam poſt longos errores accederent ad portũ Italię a ventoꝝ deo poteſtate exorta iterum in Carthaginẽ redire compulſis ſperãs aut regnũ ſuum illic cõſtituere aut Romanũ quod futurũ norat impedire. Sed cũ inde auocareť Æneas, & iterũ ſuborta tempeſtate in Siciliam redierat, curauit Iuno, vt claſſes cõburerẽtur quibus in Italiam trãcerentur, ſed tantum abfuit, vt voti cõpos per id facta ſit: vt ẽt ſuis votis per id obſtiterit: nam matres & inualidi ꝓpterea duntaxat in Sicilia manſerant, veruntamen cũ in Italiam veniſſe videret, & vrbẽ iam condere acriori dolore mota cauſas belli per Alecto furiam infernalem inuenit, Turnumq; & Amatã Latini coniugẽ in Æneã, cõcitauit: tandem tamẽ fatis victa cõceſſit: quod ſignificat, vt dixi, Carthaginẽ aliquãdo a Romanis delendam: verum cur Iuno regnoꝝ dea dicať, quidam volunt quod inferiorẽ ſignificat aerem, ac faciem terrę. Iuppiter aũt eam partẽ vbi tonitrua fiunt & nubes: vnde in Georgicis, Coniugis in gremium late deſcẽdit: quando imber in terrã decidit, ſuper terram aũt omnia geruť regna: Sed hęc ſm ſuum cuiq; captũ expoſita ſint: deligat ſibi quiſq; quã ſequi velit ſententiam. Sed audiamus Donatũ, Poſt inuocationẽ in adiumentũ carminis & in fauorẽ ſuſcepti ſui operis poſitã: cauſas enumerat quibus lector in initio auertat: & Iunonẽ ſæuam: & deos malo ſtudio Iunonis motos: & Æneã non ſua culpa hæc eſſe paſſum. Vrbs antiqua. Primã odioꝝ Iunonis cauſam qua Ænea infectať dicit: qm̃ ab eo gens oritura erat quę imperium quod ipſa Carthagini ſeruari cupiebat prærepturа eſſet. volebat ergo ſi poſſet illum extingui. Igitur hæc ſola cã fatis erat ad odia excitãda: verũ aliæ quoq; enumeranť, vt cũ ſint procul a culpa Æneæ, & ipſe purgetur & Iunonis factũ iniquiſſimũ cognoſcať. Laudať multipliciter Carthago, vt oſtendať illa Romanũ imperiũ opprimere potuiſſe maxime annitente Iunone. Antiqua nõ magna, vt multi dicunt, ſed prola pſis tẽporibus vt annoſitate corroborata imperium Romanum naſcẽs longæuus viribus premeret Colonię vt præter incolas etiã aucta ſit colonis. Italiã cõtra laus eſt a ſitu. Diues a fortuna: ſtudijsq; a natura & a moribus. ergo omnis erat occaſio Iunonis fauor locoꝝ ꝓximitas: ſubſtantia rei familiaris, bellatoꝝ numerus, fiducia naturalis, & innatũ ſtudiũ dimicandi. Poſthabita coluiſſe Samo. Tanta obſtinatione cõtra Romanorũ imperium nitebať pro Carthaginis opibus, vt oĩbus terris, & ipſi loco genitali illam prępoſuerit, & inſignia ſui numinis & quidẽ quid potuit in ea collocauerit. Tyrias olim quę verteret arces, verteret, eã habet ſignificationẽ, vt nihil poſt excidium ſuperſit vel alibi, Quæ te genitor ſententia vertit: id eſt penitus ita immutauerit, vt nihil in illo pietatis relictũ ſit: Item, & oĩs humo verti Neptunia Troia, &c. Id metuẽs. Vt firmet primã fuiſſe principalem cauſam incepit dicere alias. Timet ergo ne Troiani ab excidio liberati vel vires aduerſus Grecos reparent: vel in Italia cõſiſtẽtes Carthagini officiant. Artificioſe deinde aliam cãm addit Iudiciũ Paridis: & vnã iniuriam facit duplicẽ. ſ. quod offenſa ſit in eo iudicio, quod minori ſit poſtpoſita: & qđ ſit ſpreta forma ſua, qã in pomo ſcriptũ erat, Pulchriori detur. Hoc maxime vexat mulieres. Hãc igiť partẽ facit Virgi. cum dicit, manet alta mente repoſtum iudiciũ Paridis, ſpretęq; iniuria formæ: Vt non tm̃ iraſcaſ quod victa eſt, quãtũ q̃ forma ſua ſit ſpreta. Manet ergo ad oĩa ptinet. Repoſtũ aũt ad iudiciũ Paridis. Iudicium. ſ. corruptũ libidinis pmio Paridis, vt cõuitiũ ſit, nõ hominis nomen. ſ. quaſi abiecti venalis, vulgaris & inhoneſti. Falluntur aũt qui referunt iniuria formæ, ad Antigonẽ. Vnde addit. Et gen⁹ inuiſum, vt ad principalem cãm gemẽtis æſtus reduceret Ganymedis. Qui tum Iupiter amatus eſt a Ioue / Eſt aũt fœdum hoc loco aliquid intelligere de zodiaco, in quo Ganymedes dicitur collocatus, ne infames, inter ſancta ſydera ſint collocati, & ſentiamus id qđ Poeta non dixit. Oſtendit oẽs has cauſas eſſe alienas ab Ænea, Atq; vt poſterius dictas oſtenderet incidentes, ait. His ac. ſuper. i. ſuper illam quæ fuit ob excidiũ Carthaginis, iactatos æquore. hæc oĩa ad exprimẽdam Iunonis iniquitatẽ ptinent, vt oſtẽdat excidium Carthaginis ſolam cauſam fuiſſe, ne ipſa miſereretur, nec deſereret intentionẽ ſuam quę cognoſcens non poſſe expugnare fata, cupiebat ſaltem illos arcere, quos ad plenum ſuperare non poterat. Non miſerebatur igitur, vt iactatos toto æquore, & eos qui ex infinito numero ad paucos redacti eſſent, quos e manibus ſęuiſſimoꝝ hoſtiũ fortuna ſeruauerat, inſidijs, aſſiduis obtereret. Relliquias Danaũ. Magna crudelitas, quæ nullis cladibus ſatiari poterat. Laus aũt Æneę magna, quod de ſolis reliquijs Troianorum imperium Romanũ condere potuerit. Ergo ni fata obſtitiſſent patriã integris opibus defendiſſet, cum in aliena terra imperium condiderit. Acti fatis. i. ipſi qui fatis agebanť in Italia errabant Iunonis inimicitijs. Tantę molis. Non fiunt ſine magno labore magna. Laudatur aũt Æneas: qui nullo labore, nulla diuturnitate erroris deſiſtebat ab incepto. Hæc Dona. quibus nihil diſertius. Addere põt quod colonus is dicitur qui a quouis imperio mittitur ad occupanda arua, aut oppida expulſis hoſtib⁹ vacantia: ne ſcilicet ab inimicis occupentur: aut vt qui illic reliqui ſunt in fide permaneant. vt autẽ ordinem & cõſtructionẽ textus faciliter capiat puer, meminerit tria. Primũ q̃ hæc verba tanquã a muſa dicta cauſas quas poeta exquiſiuerat, recitat. Secundum, quia moris eſt Virgiliani prius q̃ ad quæſitum reſpõdeat locum in quo res ſuper qua quæritur facta ſit deſcribere. ſicut in Buco. Vrbẽ quã dicunt Romã, &c. & in hoc primo, Eſt in ſeceſſu longo locus, &c. Tertiũ, quod poeta ſępe relatiuũ ſubticet, vt hic, Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere, ſubaudit quã, & in dicto loco. Eſt in ſeceſſu, ſubaudi quẽ, &c. ¶Ordo aũt eſt. Fuit vrbs antiqua. i. longiuſculo tpe corroborata & ditata priuſq̃ Romanũ imperiũ ortum erat. ſ. Carthago. (Conſtructio ſumẽda eſt interdum ex conſuetudine loquẽdi, nam vt ſm grãmaticoꝝ regulas dicam Vrbs antiqua fuit Carthago: aut Carthago fuit antiqua vrbs, oĩno nõ placet. aufert, n. & verbis dignitatẽ & ſnię põdus.) Fuit ergo vrbs antiqua. ſ. Carthago, aut vrbs antiqua. ſ. Carthago, fuit. ſ. ſuperioribus temporib⁹. nam tẽpore poetæ deleta fuerat illa: & antiqua Carthago. ſubaudi quã coloni. i. aduenę cultores pręter incolas, Tyrij. i. a Tyro miſſi ſeu profecti: tenuere. i. poſſederunt, & ita laus eſt eius a multitudine inhabitantium: contra Italiam. i. ex aduerſo Italia, laus a ſitu: quaſi vero Iuno elegerit eam eo q̃ cum ſit contra Italiam ſita, ei plurimum officere poſſet, quia affines contra affines pugnare ſemper incõmodum fuit, & longe, id eſt longo tractu, vt ſine multa manu oſtia obſidere poſſet, cum procul eſſet Romanus contra oſtia. i. receptacula fluuioꝝ, quæ quaſi ora & oſtia marium ſunt, qbus. ſ. aquas ingurgitãt: Tyberina. i.

per

Diues.

Paris.

Coloni.

Ordo.

per quę Tyberis in mare defluit. Tiberis autẽ Romam perfluit, vnde Carthago plurimũ Romanis obeſſe potuit obſidẽdo oſtia Tyberina, diues opum. i. fortunarũ: laus a fortunis, & aſperrima, laus a natura, quaſi dicatur acerrima: ſtudijs belli, laus ab arte & exercitio.) Hæc tota laus in gloriã Romanoꝝ cedit, qui talẽ ciuitatẽ delere potuerunt, ſicut in gloriã Æneæ Turnus vbiq; fortis & valens induciť, vt in laudẽ Achillis Hector ab Homero: de qua re ſic dicit Hora. ſer. lib. j. ſaty. vij. Hoc etenim ſunt oẽs iure moleſti. Quo fortes qbus aduerſum bellum incidit: inter Hectora Priamidem aĩoſum atq; inter Achillem. Ira fuit capitalis vt vltima diuideret mors. Nõ aliã ob cãm niſi q̃ virtus in vtroq; Summa fuit: duo ſi diſcordia vexet inertes, Aut ſi diſparib⁹ bellũ incidat vt Diomedi, Cũ Lyceo Glauco, diſcedat pigrior Vltro Muneribus miſſis, &c. Quam vnã. ſ. vrbem dicta Iuno fertur. i. diciť coluiſſe magis omnibus terris. (Non tamẽ eam ſolam coluit, ſed magis omnibus alijs terris eam vnã coluit: vnde potius dixero. Quam vnam Iuno fertur coluiſſe, q̃ ſic, quam Iuno fertur coluiſſe vnam magis omnibus terris) & hoc etiam Samo. i. patria Iunonis, hoc eſt in qua nata diciť, poſthabita. i. ſecundo loco habita & minus culta: arma. i. inſignia: illius. ſ. Iunonis: aut reuera arma quibus cum ſit regnorũ dea etiam vtitur: vnde in. ij. huius, Hic Iuno Sceas ſęuiſſima portas Prima tenet, ſociumq; furens a nauibus agmen, Ferro accincta vocat, ſup. fuerũt: (Eſt. n. zeugma ab inferiore) hic. i. in hac, de qua loquor, vrbe: aut hic pro illic: & currus illius fuit hic: currus autẽ quo aut bellatrix vtitur, aut ſimulachrũ eius vehiť. Et ipſa dea. i. cũ ſit dea quaſi authoritate diuina, vnde in vocabulo pondus eſt: tendit. i. prætendit aĩos: & fouet. i. adiuuat ope & adiumẽto: iam tum. i. tunc, hoc eſt a primordijs vrbis, & a prima ędificatione: hoc. i. hanc vrbẽ, eſſe gentib⁹. ſ. oĩbus regnũ. i. caput monarchię, & principatus totius mundi ſi fata ſinant. i. permittant, qua. i. quauis via aut rõne. (Non vacat, meo iudicio, licet Ser. id velit) particula, qua, ſed ſummã vim habet. q. d. nihil prætermittat Iuno, ſi qua. i. quacũq; via, aut aliqua via, fata ſinant. vnde ipſa in. vij. Flectere ſi nequeo ſuperos Acheronta mouebo. Eſt aũt ablatiui, aut ſeptimi caſus, vt & metrũ indicat & fœminini generis: nõ dices ergo, ſi qua. i. aliqua fata: ſed ſi fata ſineut, qua. i. aliqua via aut ratione: ſicut in Buco. Et ſi nõ aliqua nocuiſſes, mortuus eſſes. Præterea ea quæ Serui, vacare docet, vt gentiũ & locoꝝ tandem: nõ ſic vacãt quin aliquid ad vim ſnię adijciant, vt licet ſatis fuerit dicere, nuſquam eſt tamẽ quod attentius dictum videť nuſquã gentiũ, ſicut vbiq; locoꝝ q̃ vbiq;, & quouſq; tandem Catilina, q̃ quouſq; Catilina. Potius dicerẽ particulam. n. vacare cũ dicit, ſed enim niſi vna ſit pars orationis poſita, pro eo quod eſt, ſed certe, aut niſi perficiaſ ſic, ſed ſup. nouit fata nõ ſinere. audierat. n. progeniẽ duci vbi nullo modo dicerem duci poſitũ, pro eo quod eſt ductũ iri: non tam q̃ fatis oĩa preſentia ſunt, vnde quæ nobis futura ſunt ipſa, iam tunc ducũt q̃ q̃ multo magis vrgeat: Iunonẽ q̃ audierat ꝓgeniẽ duci. i. iam ortam ꝓduci vſq; ad eum, qui Tyrias olim arces verteret, vt. ſ. in Æneam grauius excadeſcat verita, ne is ſit a quo ꝓgenies ducať. Sed. n. id eſt ſed certe: audierat. ſ. ex fatoꝝ reuelatiõe.) Ridiculum autẽ eſt qđ Ser. dicit, q̃ apud Ennium Iuppiter Romanis ꝓmittit excidiũ Carthaginis. nõ. n. id audierat, ſed forte auditura erat: ſed Ennius id vaticinio tali ꝓnunciat, quo Maro multa, poſt factũ. ſ.) progeniẽ duci. i. deduci & ꝓtrahi a ſanguine Troiano, quæ verteret. i. fundit⁹ deleret: olim. i. quouis tpe futuro arces Tyrias. i. Carthaginenſes quas Tyrij coloni tunc tenẽbãt & audierat populum regem. i. regentem: late. i. ample, & ſuperbum. i. nobilem, aut elatum bello. i. gloria bellica, aut re militari venturum, hinc. i. ex hac Troianorum progenie, excidio. i. in excidium & euerſionẽ Libyæ. i. Carthaginis, quæ caput erat Libyę. (Alij ſic conſtruunt, Audierat populum vẽturum hinc late: & audierat regem ſuperbum bello venturum hinc, &c.) & audierat parcas. i. deas fatales (quæ qa nemini parcunt, aut a partu dictę ſunt, de qbus in Buco. late dictum eſt) voluere. ſ. fila aut ſtamina ſua, ſic. i. ad talem exitũ rerum. Et ipſa Saturnia. ſ. Iuno Saturni filia metuens id. ſ. excidiũ Carthaginis, per genus Troianum imminere, & memor belli veteris, id eſt iandiu geſti, quod ipſa geſſerat prima. i. præcipua, aut principalis, ad. i. iuxta Troiam, pro Argis. i. Argiuis. i. Græcis, charis. i. dilectis, eo q̃ Troianis inimicarentur, Nec dum. i. & nõ adhuc & cauſæ irarum. i. ob quas primum Troianis iraſci cœperat & ſęui dolores, quos tunc primum lęderetur paſſa erat: non exciderant etiã adhuc aĩo. ſ. Iunonis, hoc eſt cum ira renouabat cauſas irarum vnde iudicium Paridis, quod pro Venere contra Iunonem & Pallada ſeu Mineruam dederat ob mercedem Helenes a Venere promiſſæ: manet repoſtum. i. repoſitũ & ſeruatum alta. i. profunda, mente. ſ. Iunonis.) Tracta metaphora a vaſis ac alijs repoſitorijs altis, e quibus repoſita non tam facile excidunt vt quę in ſupficie rei minus ꝓfunde locãtur) & iniuria formæ. i. pulchritudinis ſpretæ. i. cõtemptæ a Paride qui Venerem formoſiſſimam iudicauit, ſup. manet repoſta, &c. Donatus in Teren. formã, non a morphe græco, ſed a formo vocabulo latino quod calidum ſignificat, deducit: eo q̃ ſanguis calidus formoſitatẽ parit. Fabula de iudicio Paridis notiſſima eſt. dicunt enim Bellonã, ac Martem, q̃ a nuptijs Thetidis excluſi eſſent per Mercuriũ pomũ miſiſſe, in quo ſcriptum erat, Detur pulchriori, aut pulcherrimę. cum ergo tres ſummę deę, Iuno, Pallas, & Venus de ea re cõtenderent, & quælibet pomum vendicaret, tandem ad Parin, qui in Ida paſtor tunc erat, retulerunt: qui ꝓpoſito a ſingulis pmio, a Iunone regno, a Pallade ſapiẽtia, & a Venere pulcherrima puella: Veneri conceſſit, & pomum adiudicauit: hinc ergo iratę deę qua fabula ſignificatur Parin plus Veneri. i. luxuriæ, q̃ regnorũ gloriæ, ac ſapientię ſtuduiſſe: quocirca regnũ Troianum excidium tulit. Et genus. ſ. Troianum, inuiſum, Iunoni videlicet propter Dardanũ Iouis ex Electra Iunonis Pellice filium, ſed Iunoni maxime inuiſi erant Pellicum filij, vnde & Herculem perſecuta eſt, & Phryxũ & Hellem, ſup. manet repoſtũ: & honores. ſ. quos habuit prelatus Hebe. Ganymedis pueri Troiani: rapti. ſ. ab Ioue ad ſtuprũ ſup. manẽt: repoſti, pro repoſiti, per ſyncopã: & hæc quaſi per parentheſin dicta ſunt: & ipſa Iuno accenſa ſup his. i. de his reb⁹: aut accenſa his. ſ. dictis, iam cauſis, ſup. i. vltra illam prius dictam de excidio Carthaginis: arcebat. i. diſtinebat & amouebat longe Latio. i. ab Italia, Troas. i. Troianos (propriũ pro abſoluto, ſicut & Teucri, & Dardani dicuntur. Eſt autẽ accuſatiuus plura. tertiæ declina. a nominatiuo Troes, cuius ſingularis eſt Tros Trois, ſicut Minos Minois, & Heros Herois) iactatos toto ęquore. i. per diuerſa maria appoſitiue, relliquias. i. reſiduos & derelictos Danaum pro Danaorum. i. Græcorum, atq; Achilli pro Achillis: immitis. i. ſęui qui in Troilum & Hectora ſæuit: ſeparat autẽ ducẽ a populo & exercitu: nam Achilles Danaus diciť generaliter ſumpto vocabulo: geminať quoq; l in dictione relliquias metri cauſa, & aufertur s litera in Achilli, concentus gratia, ne is ſyllaba ſibilum pariat: quidam a nõiatiuo Achilleus deductũ volunt. Danaum vero per ſyncopã dixit pro Danaoꝝ. Dicunť autẽ Græci a Virgilio his fere nõibus Danai. Pelaſgi, Argi, Argiui, Achiui. Troiani autẽ Troes, Teucri, Dardanidæ, Phryges, Laomedontiadæ. & ſup. Troes acti. i. impulſi fatis quæ nõ dabãt alias ſedes q̃ vnde Iuno arcebat, vnde dicturus eſt in hoc primo Æneas: Per varios caſus, per tot diſcrimina rerũ Tendimus in Latiũ, ſedes vbi fata quietas Oſtẽdunt, illic fas regna reſurgere Troię. Acti ergo fatis, errabant per multos annos, qa per ſeptẽ circũ oĩa maria. vnde acclamat poeta. Tantę. i. tã magnę molis. i. difficultatis, & tanti moliminis erat: cõdere. i. cõſtituere gentẽ Romanã, vnde qa tam difficilem habeãt ortũ, innuit Poeta Romanoꝝ prẽſtantiã, qa (vt dicit Dona.) Nõ fiunt ſine magno labore magna. Quę autẽ difficulter fiunt, difficulter quoq; deſtruunť. Eſt quoq; laus Ænęę, vt in Donato vidimus. Sanẽ non placet qđ Dathus dicit neſciſſe Æneã quo agereť cum manifeſte dicat ſe Italiam quęrere patriam.

laus Carthaginis & eius cã.

Duci.

Forma.

Fabula.

PIERIVS.

¶Tyrias olim quæ verteret arces.) Antiqui aliquot codi. euerteret, legunt: quod nõnulli aiunt maiorem præ ſe ferre conatum, ſed enim Ti. Donatus, vertere, eam habere intellectus expreſſam rõnem dicit, vt nihil poſt excidium ſuperſit, huicq; illud ſimile ſubiungit, Quæ te genitor ſentẽtia vertit? hoc eſt ſic mutauit, vt nihil pietatis remanſerit in ſenſibus Iouis. Additq; etiam illud ex alio loco. Tum vero. om. mi. vi. con. in ig. Ilium, & ex imo verti Neptunia Troia, qm̃ (vt ait Donatus) conſtabat nihil eius remãſiſſe poſt flammas, ideoq; hæc principalis fuerat cauſa: quæ etiã ſi ſola exiſteret. ſola poſſet aduerſus Troianos animum Iunonis arguere. ¶Nec dum etiam cauſſæ irarum ſęuiq; dolores Exciderant aio. Superfluũ videť veterum monumenta in teſtimonium afferre cõſueſſe priſcos, cauſſam, duplicato, ſſ, paſſim ſcriptitare, cum tot Romæ marmora ſpectemus: quæ dictionẽ eam per, ſſ, geminatum notatam oſtentent: ſcriptionis vero huiuſmodi, rationẽ hanc afferri ſolitã, ait Terẽ. Scau. q̃ cauſſa dicta ſit a cauillationibus, vel a cauendo cauiſſa, deninde κατὰ συγκοπὴν, cauſſa, ita, s, literam geminandam putauerunt, vt appareret originatio: aliter tñ ipſe ſentit, qui dicat. s, literam non ſolere geminari: niſi ꝑcedente vocali correpta, quare, cauſam, vnico, s, ſcribi mauult. Nos tñ libentius, s, in cauſſa, geminamus, qa ſic Virgilij, & Ciceronis manu ſcriptum, aſſerit Quintilianus. Vbi vero, ſæuiq; dolores, legitur in vulgatis codic. Vetera exemplaria quędam cum

Longo.

Universidad de Deusto Biblioteca

Longo.labores habent,quos.s.cõtra Troianos antea susceperat, toto eo decennali bello.Nam quod sequit̃,manet alta in mẽte repostũ Iudiciũ Paridis,& quę sequunt̃, ad exaggerationem posita sunt.Sed neq; illud dissimulandum est,emẽdatiores codices, alta mente,absq; in,prępositione legere. Quã qdẽ particulam Virgi. libẽter preterire solet.Quod vero ad dolores,pertinet. In veteribus plerisq; cod.altera illa sublata lectiõe,dolores, superinductũ est,nõ oĩno male,si quę sequũtur inspicias, quæ dolendi causam darent. ¶Rapti Ganymedis honores.) Quod in cod. aliquot antiquis duo illa verba,Rapti Ganymedis, per lineolas alio atq; alio loco ductas distingui videñt. Nempe in aliquot ante, & post dictionẽ Ganymedis,hoc pacto,Rapti Ganymedis,honores. In aliquotiter particulam copulatiuã & participiũ Rapti, hoc modo, & Rapti Ganymedis honores, in memoriã suggerit varias itidẽ huius hemistichii sentẽtias apud interpretes esse. Nonius,n.Marcellus,honores,pro integritate & pudicitia vult hoc loco intelligi:quare,Rapti honores,legere videt̃ hoc est rapta pudicitia.honores. alii pro dignatione,qua fuerit Ganymedes honestatus exponunt,quippe quod Mythologi eũ dicũt in zodiaco sedem sortitũ esse,q; qdẽ dictu fœdum ait Donatus. Seruius, qui honores Ganymed.habitos interpretatur Rapti, hoc est stuprati exponit. vt, Rapta Garamantide Nympha. Cui Ouidii etiam subscribit parodia.vi.Fastorum, Causa duplex iræ, rapto Ganymede dolebã, Forma quoque Ideo iudice victa mea est, sed hæc alii viderint. Troas relliquias Danaũ,atq; immitis Achilli.)Sunt qui ex poetarum veterũ exemplis,reliquias, vnico,l,recte scribi contendant: vt in bona codicum antiquorum parte notatũ inuenit̃. Aiunt enim re,particulam pro cõmuni habitam a veteribus, hinc apud Oui. Quod in ipsum recidat opto,quam tamẽ Valerius Probus semp breuẽ dicit, vbicunq; loquelaris sit, ideoq; iuniores,ll, geminari censuere. quam qdẽ quęstionẽ ita Cõminianus absoluit, vt in noie,relliquas, Barbarismum esse dicat adiectione literæ; perinde ac,Italiã fato,tẽporis adiectione. Nam Italiam Probus quoq; primã correptã habere contendit,& vitium in eo noie spatio factum, ait Quintilianus. Quare in altero cõsonantẽ geminare necesse est,alterũ vi quodãmodo sua crassescit, nulla parenthesi. Vt Vero prætereã q; minime placet,atq;, ex hoc versu sublatũ aliquot in codi. vt in fine copula legatur, relliquias Danaum immitis Achilli,prout apud Catullum. Iuppiter vt Calybũ omne genus pereat, & apud Tybullum cimmerium etiã obscuras accessit ad oras, quo nõnulli offensi, cimmerium obscuras etiam concessit ad oras,legẽdum censuere,alterũ vero locum græce scribendum curauere,hoc tamẽ loco,siquis eam coniunctionẽ,quæ est, atq;, demat,venustatẽ carminis demere videatur, est & illum varie ta in veteribus,q; in recentioribus exemplaribus positum, immitis Achilli, nam Achillei, in Oblongo habetur codice,quo declinatu vsus est Horatius,matronisq; Phrygũ classis Achillei, atq; alibi, heu peruicacis ad pedes Achillei, sicut etiam Vlyssei, idem, laboriosa nec cohors Vlyssei,quę quidem forma gręcanica est,& nominatiuũ habet in,eus,vt Achilleus,Odysseus,Orpheus. Vt in veterũ monumentis M.Valerius Achilleus lictor. Inde autẽ putant Achilli factum κατὰ συναίρεσιν Seruius detractam,s, literam ad ὁμοιοτέλευτον euitãdũ putat,pluraq; domũ exẽplaria ita scripta ostendunt.Quidem datiuũ pro genitiuo positũ aiunt, more veterũ,noia quędam agnoscit Probus in arte,quę in genitiuo casu nume.singu.in vno vocabulo suo duabus his formis finiant̃,i,& is,vtputa huius Achilli,& hui9 Achillis. Carisius inueniri ait apud veteres ex noibus in es,rectũ efferẽtibus,quæ sine rõne genitiuũ faciant per,i,vt apud Sallu.in prima historia, bellum Persi Macedonicũ.Item apud Vir.immitis Acchilli,& alio loco, fallacis Vlyssi, Priscia. veteres ait frequẽtissime datiuum pro genitiuo ,ptulisse Aristoteli,Demostheni, Tucydidi, Eurypidi pro Aristotelis, Demosthenis. Tucididis,Eurypidis, desumitq; sibi ex Virgilio exẽpla.Nunc acris Oronthi,& immitis Achilli,& miles Vlyssi.item ex Terentio Arconidi filiam,pro Arconidis,ex Ci.in.ii.in.Ver. Trimarcidi potestãte,qui eadem voce vsus est etiam in datiuo. Neq; præsentia Trimarchidi quid responderet,habuit, ne aliam quis esse declinationem putet,& Achilli absq;,s, sciãt oẽs pręter vsum non esse.

Vix ẽ conspectu Siculæ telluris in altum POE.
Vela dabant læti:& spumas salis ęre ruebant:
Cum Iuno æternum seruans sub pectore vulnus
Hęc secum. Me ne incepto desistere victam: IVNO
Nec posse Italia Teucrorum auertere regem:
Quippe vetor fatis.Pallas ne exurere classem
Argiuum,atq; ipsos potuit submergere ponto,
Vnius ob noxam,& furias Aiacis Oilei:
Ipsa Iouis rapidum iaculata ẽ nubibus ignem,
Disiecitq; rates:euertitq; ęquora ventis.
Illum expirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit:scopuloq; infixit acuto.
Ast ego,quæ diuum incedo regina,Iouisq;
Et soror,& coniux:vna cum gente tot annos
Bella gero:& quisquam numen Iunonis adoret
Præterea:aut supplex aris imponat honorem:

SERVIVS.

¶Vix.)Hoc loco mox vel statim significat. ¶E conspectu.) Vt adhuc de Sicilia possent videri. ¶Læti.) Vel alacres & veloces,vt est, Et lætus Eois Eurus equis.Item. Et virgea lęt9 pabula.i.festinus, & cũ intentione. Vel reuera læti:quanq; incõgruum sit post Anchisæ mortẽ,sed & interitus senum minus dolet,& magis lętos intelligẽdum est, vt sit causa maioris iracũdię,sic.n.& in septimo irascit̃,vbi lętum Æneam Siculo,pspexit abvsq; Pachynno. ¶Salis.) Maris, sm Home. Salem aũt quo vtimur,singulari numero tantũ dicimus: cũ iocos significamus, pluralem tantũ ponimus numerũ sm Lucanũ qui ait,Non soliti lusere sales. Aliqñ etiã & vrbanitatẽ per singularẽ numerũ significamus: vt Terẽ. Qui habet salem qd' in te est.i.quę res in te est.Masculini.n.generis ẽ, nõ neutri: & neutra triptota sunt:nec ab hoc accusatiuo noiatiuus esse pôt hoc sal. ¶Vulnus.)De pterito dolorẽ dixit: de futuro metũ, Ad vtrũq; Vulnus retulit. ¶Hęc secũ.) Subaudimus, locuta est, deest enim.Et hoc fictũ est, vt superius diximus. vnde.n.hoc sciret poeta.Bene aũt impatiẽtiã doloris ostẽdit detrahendo ei solatia:vt in quarto solam inducit Didonẽ,En qd ago? ¶Me ne.)Ne, nõ vacat:significat.n.ergo,& est cõiunctio rõnalis. ¶Incepto desistere.) Tolerabilius est enim non inchoare,q; incepta deserere. ¶Nec posse Italia Teucrorum auertere regem.) Sic & in septimo, Vincor ab Ænea.Et detraxit more suo præpositionẽ prouinciæ. Non enim dixit,de Italia: sed Italia. ¶Quippe vetor fatis.) Re vera,inquit, fata me prohibent, ergo Iuno ignorat vim fatorum. Sed hoc non possumus dicere,quia superius lectũ est, Si qua fata sinant.Et, Progeniem sed enim Troiano a sanguine duci Audierat.Hoc ergo est,omnes res hominum, aut ex nostra voluntate descendunt,vtputa sedere,surgere:aut ex fati necessitate, vtputa nasci,mori: aut ex deorũ volunrate,vtputa nauigare, vel honoribus frui.Nũc de nauigatione agit̃: & bene inuidiose,quasi ẽtiã huius rei potestatem ei possint fata detrahere. Est & alter latẽs sensus,vt sperret se reginã cõtra exulũ fata posse aliquid, si Minerua numẽ inferius valuit cõtra fata victorum. ¶Pallasne.) Minerua. ἀπὸ τοῦ πάλλειν τὸ δόρυ,i.ab hastę cõcussione:vel q; pallantem gigantẽ occiderit. ¶Classem.) Ad inuidiã posuit vt pro vna naui classem dicat sic Verus, Nauib9 infandũ amissis: cũ Orontes solus periisset,aut re vera vnã nauẽ significat,vt Hora.Me vel extremos Numidarũ in agros classe releget. Classis.n,dicta ἀπὸ τῶν κάλων .i.a lignis, vnde & calones dicunt qui militibus ligna portant,& καλοπόδια. ¶Potut.) Ad illud refert quod superius dixit,Nec posse. ¶Vnius ob noxam.) In istis sermonib9 vnius,illius,ipsius,naturaliter producitur media syllaba: sed cum opus est, corripitur hac excusatione, quod quoties vocalem longam vocalis sequitur, superiori vires detrahit. vt est, Insulæ Ionio in magno.Et, Sub Ilio alto.Et ob hoc mutat accentum, in latino enim sermone cum penultima corripitur, antepenultima habet accẽtum,vt hoc loco. ¶Vnius ob noxam.) Et contra,Nauibus infandum amissis vnius ob iram Prodimur. ¶Noxam.) Pro noxiam.Et hoc interest inter noxam & noxiam, quod noxia culpa est, id est peccatum: Noxa autem pœna. ¶Et furias.) Amorem. vt in Bucolicis, Seu quicunq; furor. ¶Oilei.) Oilei non vacat,Nam & duo Aiaces fuerunt: & ambo perierunt: sed ira Telamonius, hic amore. Et est græca figura si dicamus Æneas Anchilеæ, & subaudiamus filius.Hac autem figura vtimur circa patres, & circa maritos tantum.vt Virgilius, Deiphobe Glauci,id est filia. Idem, Hectoris Andromache, id est vxor. ¶Ipsa.) Bene ipsa: dulcis est enim propria manu quæsita vindicta. Noxa Noxa

cta.Vnde plus dolet Iuno alienis se viribus niti vt Æoli: vel inferorũ,sicut ipsa, Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo. ¶Rapidum.) Velocem.vt est, Cum rapidus sol nondum hyemẽ congit equis, iam præterit ęstas. Item, Rapidi ve potentia solis. ¶Iaculata.) In libris Etruscorum lectum est,iactus fulminum manubias dici:& certa esse numina possidentia fulminum iactus,vt Iouem, Vulcanum, Mineruã. Vnde cauẽdum est ne aliis hoc numinibus demus. ¶E nubibus.) Secũdum physicos, qui dicũt collisione nubium fulmen creari. ¶Rates.) Abusiue,naues: nam proprie rates sunt connexę inuicẽ trabes. ¶Illum.) Authorẽ, scilicet criminis. ¶Expirantem flãmas.)Non animã dicit flãmas,sed cum anima fulminis flammam euomentem.Et vt superius pleno nomini adiecit opũ,i.diues opũ:sic huic verbo. cũ.n.plenũ sit Expirat,addidit, Flãmas.vt alio loco. ¶Animas.) vt, Confixi expirant animas. ¶Turbine.) Volubilitate ventorum. ¶Scopulo.) Saxo eminenti.Scopulus aũt, aut a speculando dictus est:aut a tegumento nauium, ἀπὸ τοῦ σκεπάζειν. Cõtigerunt aũt ista circa Caphareũ montẽ Euboeę. ¶Ast ego.) Nunc cõparat singula. Et ne leue esset quod dixerat Ego,addidit. ¶Diuum regina.) Sic Sallu. Nos autẽ, hoc est populus Romanus. ¶Incedo.)Incedere proprie est nobilium personarum. ¶Iouisq; Et soror & coniux.) Physici Iouem ętherem.i.ignẽ volũt intelligi,Iunonẽ vero aerem. & qm tenuitate hæc elemẽta paria sunt, dixerunt esse germana. Sed qa Iuno, hoc est aer, est subiectus igni.i.Ioui: iure superposito elemento mariti traditũ nomen est,Iouem aũt a iuuando dixerũt, nulla.n. res sic fouet oia quẽadmodum calor. ¶Tot annos.) Licenter in istis locutionibus, & accusatiuo vtimur & ablatiuo. Dicimus.n. & tota nocte legi,& totã noctem legi. Honestior tñ elocutio est p accusatiuũ. ¶Aut quisquã.) Nõ Troianorum, sed oium generaliter. ¶Præterea.) Postea.vt,Pręterea vidit nec portitor Orci Amplius obiectam passus transire paludem.

DONATVS.

¶Vix e con.Si.tel.in al.Vela da.lę.) Ordinatur sensus sic. E cõspectu Siculę telluris in altum vela dabant vix læti. Perierat enim in Sicilia Anchises,& proxima erat Italia, dolebant Anchisis casum: lætabant̃ aũt q; haud procul esset Italia. Temperauit igit̃ vtrunq; Virgilius, & expressit vtrunq;, vt diceret Vix læti. ¶Cum Iuno ęter.s.s.p.v. Hæc se.)Cum.n.aduertisset Iuno Troianos de proximitate Italiæ, gratulari vulnere animi, quod perpetuum retinebat,magisq; cœpit vrgeri,exclusa igitur ab inuentione nocendi, exclusa

exclusa loco, & tempore, sic animi sui dolores & gemitus intimis sensib⁹ enumerabat. ⁋ Me ne in.) Quales vetus & pertinax inimica cogitationes habere debuerit, nō sine rhetorica disciplina poeta cōposuit. inducturus.n. sæuientis deficiētes inuētiones ad nocendū, inducto cōparatiuę qualitatis statu per exēpla aliena nocendi consilia inuenta cōmemorat. cōparat ergo Iuno personas, hoc est suam & Mineruæ, Troianoꝝ & Græcorum, inimicitiarū quoq; causas cōfert, Græcoꝝ pœnā Minerua irascēte completā, cum Troianoꝝ supplicijs quæ obtinere nō potuerūt enumerare nō cessat, quę plenius per singula differemus. Me ne, inquit, in ꝓnominibus est magnū dicēdi pondus, vt quod nō apertius dicit intelligatur, Me ne ergo, hoc est reginam deoꝝ & sororē Iouis & coniugē, sicut infra cū dolores suos persequeret, apparuit dicendo. Ast ego quæ diuū incedo regina, Iouisq; Et soror & coniux. Hoc ē Me ne, quod est, Ast ego, Intellectus.n. pronominū ipsoꝝ vnus est. Incepto desistere victam? Incepta sunt dispositiones & Incepta destinatiōes animoꝝ, sicuti Sallu. ait. Nam talia incepta cōsultorē vertissent reipub. pestē factura, dolet ergo intētionē suā sine effectu defecisse, nec superesse iam nocēdi consiliū vel tēpus. Interea bonoꝝ est incepta desistere, si tamē aut prece flectant, aut sponte ignoscant. hoc dolet se vtrāq; occasionem perdidisse, & incidisse quod doleret, cū ludibrio. s. vt superata. Inde est quod ait. ⁋ Desistere victā, Non p. Ita. T. a. r.) Hoc est dicere, si perdere nō potui, debui vel superare Teucroꝝ regē, Italia ꝓducte proferēda, vt sit ab Italia, deducta prępositione, vt est alio loco. Bellum ingens geret Italia, hoc est in Italia, ita est hic intelligēdū ab Italia, aggredit & comparationē pœnarum, vt qui perire nō potuit, vel secerneretur a terris Italię, fit & numeri cōparatio, vt si plures nō potuit opprimere vel iuxta vnum obtineret Æneā. sciebat.n. stirpi eius deberi Romanū imperiū, & Carthaginis euersionē. ⁋ Quippe v. fa.) Venit ad cōparationē suā & Mineruę. si.n. fata impediebant ne obtineret Iuno, nec Mineruę quę fuit inferior ꝑmitti debuit, vt quod vellet efficeret. sic ergo dixit. ⁋ Pallasne? Quæ non esset tanti nec tantæ potestatis. ⁋ Exurere clas. ar. atq; ip. po. sub. pon.) Hæc est cōparatio pœnarum, Minerua potuit & naues Græcorū, & Græcos ipsos exurere. Ego vnū ne occidere potui, nec auertere ab Italia. Exurere plus est q̄ vrere. Vrere est enim lædere aliqd flāmis. Exurere aūt penitus abolere incēdio, hoc loco & oī occasione confirmat poeta, Æneę stirpi fuisse decretū imperiū Italiæ, cum de solo inducit Iunonē loquentē, Quippe vetor fatis. Venit rursus ad cōparationē suam, & Mineruæ simul etiam vltro sibi obiectat, quod sciebat obijci posse, quod ē in causa artificiosum, vt proponas vltro atq; dissoluas, quod potuit formidare ne preteritum, vel certe suppressum dicatur purgationis desperatione transitū. ⁋ Pallas n.e.c.a. atq; i.p.s.p.) In ipsa comparatione persistens vtit argumēto a minore ad maius. minor.n. fuerat Minerua ętate & potestate, cui si fata cesserunt, vt in eos quos oderat pœnas exerceret, multo magis ętate pręcedenti Iunoni sorori & coniugi Iouis, reginę quoq; deoꝝ oīum debuerat nocēdi sinere facultatē. Fit comparatio alia cum dixit. ⁋ Vnius ob no. & fu.) Illa propter vnū multos cū ipsis nauibus perdidit, ego in plurimorum offensa vnū ab Italia auertere non possum? Hic quoq; laus exprimitur Æneæ, cuius tantū meritū fuit, vt eius facultatē Iuno cum oībus dijs non valuerit superare. Cum igit diceret. Quippe vetor fatis. addidit vt dictū est exēplum Mineruæ, Græcorūq; ab ea perditoꝝ existimans meoꝝ in te fata esse permutata, vt licuerit volenti inferre perniciem, quā fata non sinebant, maiorē dolorem Iunonis assignat, ꝙ in eodē fato Mineruam monstrat tantum in suis doloribus potuisse, vt in vltione sui ēt fulmine Iouis vsa videat, pœnāq; sic ipsam exprimit, vt delicti ipsius defendat authorē, quę defensio iram Iunonis exaggerat. qui.n. potuit defendi, iniuste grauissimū suppliciū pertulit, multo magis socij ei⁹ qui cū nauibus perierūt. ⁋ Vnius ob n.) Interea pro arbitrio suo & pro præsumpta Carthaginis cā vult cum rege, hoc est Aenea reos tenere Troianos, qui etiā nihil ipsi cōmeruissent. Videamus nunc queadmodum Aiacis excuset offensam, vt magis sese dolendo affligeret, si in eo facto acerbitas pœnę cōpleta esse videat, in quo nō fuit grauis delicti vel culpę substantia. Furias, inquit, Oilei. Aiax ingressus tēplum Mineruæ incestatus cæde & hoium sanguine, quia amore Cassandrę tenebat, atq; per hæc nesciebat quid mali cōmitteret, ab ipsis altaribus tractā stupro sacrā virginem violauit, & quod erat grauius sub ipsis oculis Mineruæ, defendit iste veniali statu, factum.n. manifestū non purgat, nisi hoc genere, vt dicatur, si deliquit Aiax non erat suę mētis, nec sui cōsilij. furebat enim, hoc est amabat, quod pathos, vt dictum est, venialiter defenditur: quicqd enim per pathos ipsum admittit, non

Vrere. Exuret.

ascribitur homini, qui maiore vi coactus aliqd efficit, quod contrahat crimen. Aiacis ergo factum leuius facit, vt ostendat veluti grauiora peccata Troianoꝝ, quę nō erant, deniq; cū enumeraret poeta superius incidētis iracundię causas, alios dixit deliquisse, q eo tempore quo Aeneas cū suis nauigabat, nō affuerat, denique nec Paris præsens fuit, nec Ganymedes, quoꝝ ex facto vtiq; nō debuit alios opprimere, qui nihil admiserāt. In facto tñ Mineruę consideratur irascētis iniusta īnia, quę non tractauit innocentiā in illa pœna consortiū, dūmodo cum illoꝝ iniusto supplicio perderet inimicum. ⁋ Disiecitq; ra. euer. q;. equo. ven.) Ne si forte alicui cōtigisset euadere haberet nauigādi subsidiū, alieno imperio vsa, hoc est cum Iouis fulmen acciperet, & imperiū Neptuni fratris sui, habuitq; in ventos iubendi potestatē, qui alterius imperio regebant. exprimitur hic magis ac magis irascentis Mineruę violentia, cum Aiacis ipsius demonstratur interitus, vñ Iunonis animus torquebat. perditis.n. Græcis nauibus & inoxijs hoibus naufragio pressis, debuit authoris offensę grauius suppliciū demonstrari, ne reus cū insontibus vna pariq; pœna videret afflictus. ⁋ Illum, inquit, expirantē.) Illum quod dicit, & eius nomen suppressit, hoc est quod plurimis locis dixim⁹ magnū intellectū ex pronoibus nasci: nam dicēdo illū, hoc vult intelligi. Illum temerariū, illum incōsideratū, illum sacrilegū, illum ꝓphanū, illum qui in templo deę, in tēplo virginis, ante ipsas aras, in conspectu numinis, regiā sacerdotē intactā stupro violauit: expirantē trāsfixo pectore flāmas, sine dubio flāmas anima expirantē. ⁋ Transfixo.) Scilicet ea corporis parte qua ꝑcussa facilius vniuscuiusq; interitus prouenit. Turbine corripuit, scopuloq; infixit acuto. figi enim nō potuit nisi ingenti turbine, cū pondere atq; magno ictu saxo fuisset illisus, & hoc ad irascentis animū pertinet, vt cū in acutū scopulum etiā molesto fluctu iactatus hęrere potuisset, adderet maior vis, quo facilius fieret, quod volebat offensa, hic illud etiam intelligi pōt, idcirco eum infixum scopulo, ne delatus fortassis ad littus sepulturę saltē beneficium reperiret. Hæc igit suppliciòꝝ genera ꝓpter acerbitatē Iunoni displicent, quę volebat Aiacem potuisse defendi, quo magis sese excruciat insontem furore peccasse dijudicans, & arbitrata crimini obnoxios teneri dos esse Troianos, qui nō erant rei. concludit mire cōparationē ipsam a persona sua, dicens. ⁋ Ast e.) Et quā vim tenent pronomina ipse poeta monstrauit, cum sequētia necteret. Ait enim. ⁋ Quę di. in. r. Iouisq; Et so. & con.) Ostendit ergo quid sit quod dixit. ⁋ Ast ego.) Scilicet quę omni genere Mineruam pręcedo, reginā enim cōstabat cæteris esse potiorē, accedente eo quoq;, ꝙ etiam si nullam reginę haberet potestatē, deberet ab eo qui frater esset & maritus, aliquod meritū consequi. constat.n. mulieres amātis acquirere dignitatem, si magni sint & in summo honore, aut potestate fuerint, per maritū aūt accedere, si nullius fuerit dignitatis. Cum igit & ipsa esset regina & deoꝝ rex esset, qui et & mariti consortio & germanitatis vinculo teneretur, vehemētissime mouebatur, quod desiderata non valeret implere: vt aūt rationem suam in vnū colligeret, vtit anacephaleosi. Nam me ne, quod in capite posuit, hoc est, Ast ego, quod dixit in principijs, Incepto desistere victam, Nō posse Italia Teucroꝝ auertere regem? hoc est quod memorauit, Vna cum gēte tot annos bella gero? Gręci.n. cum Aiace mox vt Minerua rata est in vno ictu perierunt. Complectitur ergo iter dolores suos, & hoc quod ipsa quasi cū ęqualibus bello cōtendens, per cōtinuos annos cōtinuas inimicitias exercens obtinere non potuerit, recte aūt posuit. ⁋ Bellā gero.) quasi cū resistentibus, quasi cum ijs, qui sperarent de Iunone victoriam, deniq; vt hoc probaret, ait. ⁋ Et quisquā nu. Iu. a. Præterea? aut su.a.i.h.) Hoc idcirco posuit, vt ostēderet per cōiecturā Troianos idcirco Iunonis numen nō adorare, aut aris eius non imponere sacrificia, quod sperarent ea retinēdo superaturos, hic quāta arte in medio posuerit, pręterea, debet ostēdi. nam sic esse debuit, ꝑterea quisq; numē Iunonis adoret, aut supplex aris imponat honorē? sed, vt diximus, honestius in medio posuit pręterea, vt vtraq; cōnecteret. Certe & hoc pluribus locis ostēdimus vnam orationis partē non semel, sed sępius accipiendā dicemus. præterea aut quisq; numē Iunonis adoret? pręterea aut supplex aris imponat honorem? vt præterea bis accipiatur, vt certe ordinato sensu semel ponatur in capite.

DATHI.

⁋ Vix e conspe.) Alia in narrandis rebus historicoꝝ: alia poetarū lex est: & historicis quidem mos est, vt a rerum initio ordiantur & continuam narrationē ad finem vsq; ꝑducant. Poetica aūt disciplina & lex est eiusmodi, vt a rerū medio initium sumat, & ad ipsum post initium reuertatur. Id seruauit Virgi. diligenter, cum ad

ad principium ac ianuam narrationis venisset. Qui cū primo versu polliceret producturum sese de Troianis littoribus Æneam. Troiæ qui primus ab oris Italiam, fato profugus, Lauinaq; venit Littora. Narrationē postea exorsus Æneę ipsius classem, non de Sicilia ꝓduxit. Vix e conspectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti. Homerum imitatus est, qui Vlyssis errorem, non a Troiano littore describit: sed facit primo nauigantem ex insula Calipsonis: & ex ꝑsona sua perducit ad Pheacas, illic vero in conuiuio Alcinoi regis narrat ipse quemadmodum de Troia ad Calipsonē vsq; peruenerit. Post Pheacas vero rursus Vlyssis nauigationē ad Itachem vsq;, ex persona ꝓpria poeta describit. Et Virg. Æneam de Sicilia producit: cuius nauigationem describendo (vt etiam ait Macro.) perducit ad Libyā, vbi in Didonis cōuiuio ipse narrat Æneas vsq; ad Siciliam de Troia nauigationē suā. Et addit vno versu quod iam copiose poeta descripserat. Hinc me digressum vestris deus appulit oris: Post Africam quoq; rursus poeta ex persona sua iter classis vsq; ad ipsam descripsit Italiam. Interea medium Æneas iam classe petebat: Certus iter. Sed hæc hodie (si ita certum est vobis) satis. Habes optime Andreocci pater, quæ in prima Æneidos lectione a nobis exposita sunt, quæque tuo iussu scriptis quoq; mandata. Vbi si quid erratum perspexeris, feceris humaniter si pro tuo arbitrio emendare volueris, vale ac tibi persuade tuam plurimum apud me authoritatem valere.

Perfectio Dathi.

ASCENSIVS.

⁋ Vix e conspectu, &c. Ostensis irarum causis, docet quomodo Iuno in Troianos sęuit, & quid in eos molita est, dicens, quod cū iam septimum agerent Troiani in erroribus annum & ex Sicilia (quæ proxima Italiæ est vsq; adeo vt continens aliquādo fuisse perhibeatur) vbi Æneas patrem sepeliuerat classem ad Italiam appellerent, & cum vix in altum vela darēt læti cum Iuno æternum, &c. hæc secum supple ait. Quę oratio muliebrem animum perquam graphice exprimit, nihil enim mulieri molestius quā inceptis etiam prauis cogi desistere; & cum id omnibus doleat, multo magis Iunoni dolere potuit, quæ diuum regina, & soror & coniux Iouis, præsertim cum pallas minus offensa plura potuerit. Nam offensa tantum fuit ab Aiace, qui per impatientiam amoris Cassandram filiam Priami, & vatem in templo Palladis oppressit. Sunt tamen qui non oppressam, sed solūmodo a templo abstractam dicant, iuxta illud secundi huius. Ecce trahebatur passis Priameia virgo Crinibus a templo Cassandra, aditisq; Mineruæ Ad cœlum tendēs ardentia lumina frustra. Ob hanc ergo iniuriam polluti, aut violati templi irata dea ad radices Caphareι montis in Euboia insula altissimi disiecit atq; prostrauit, obruitq; plurimas Græcorum naues, vnde Diomedes. xj. huius, Scit triste Mineruæ Sydus, & Euboicæ cautes vltorq; Caphareus: vbi tamen ad vtranq; opinionem alluditur. Nam plurimi dicunt, non propter violationem templi Mineruæ, sed propter necem Palamedis filij Naupli regis Euboiæ, quē per inuidiam & factionem Vlysses (vt ad principium. ij. huius dicetur) occidi curauerat, illic Gręcos naufragia passos: nam cū post Troianū excidium Argiuoꝝ classis ad Euboiam appulsa esset: intelligeretq; Nauplus eam tempestate laborare volens vlcisci mortē filij facē in Caphareo monte, cuius radices asperrimis cautibus & scopulis oppletæ erant, accendi iussit, qua visa Græci sperantes portum, aut stationem illic tutam esse, omnes eo contenderunt ventis & velis, atq; ita plurimi naufragiū fecerunt, vnde quia tēpestate prius exorta id contigit, ideo deę ascribitur, & quia per fraudem Naupli etiam Nauplo, verum poeta opiniones proposito suo conducētes tangit. bene autem hic dicitur Aiacis Oilei, quia erat & Aiax Thelamonius, seu Thelamonis fili⁹ qui maior eo quod esset fortior & præstantior dictus est, sed etiam furore raptus ꝓpter perdita Achillis arma seipsum interemit, & in florem hyacinthum, secundum Ouid. lib. xiij. trāsformatus est. Hic autem Oilei filius minor appellatus pernix admodum fuit in cursu & vibrandę hastæ peritissimus, vt attestatur Home. Iliad. ij. Verū ne in immensum crescat opus, audiamus argutissime Donatum, cuius verba sunt. ⁋ Vix e conspectu.) A septimo anno incipit narrationem vt priora reseruet ad conuiuium Didonis. Vix læti, vtrunq; temperat. Nam læti erant ꝙ essent propinqui Italiæ, Sed morte Anchisę contristati vix erant læti. Cum Iuno æternum ser. s.p.u. aduertens Iuno Troianos de proximitate Italiæ laborare, recrudescebat vulnus, & exclusa ab inuentione nocendi, & a loco, & a tempore sic suos dolores intimis sensibus enumerat. Me ne, composuit summa arte quales habere debuerit cogitationes carens inuentione ad nocendum, & inducto qualitatis statu per exempla

Aiax Oilei. Aiax minor.

aliena inuenta consilia enumerat, & comparat personam suam cum persona Mineruę & Troianoꝝ & Græcoꝝ & inimicitiarum causas: Mene, emphasim habet pronomen, & magnū dicēdi pondus, quod infra aperuit cum dicit. Ast ego quæ diuum incedo regina Iouisq; Et soror & coniux. Inceptis desinere victam.) Incepta sunt animoꝝ destinationes. Sallu. Nam talia incepta non consultorē vertissent rerum pestem factura. Dolet igitur intētionem suam sine effectu defecisse, nec superesse nocendi consilium vel tēpus, & quia bonoꝝ est incepta deserere, si aut prece flectant aut sponte ignoscant, ostendit vtranq; occasionem perdidisse, & incidisse in ludibrium. Vt. s. superata discederet. Regem. i. si perdere nō potui debui superare Teucrorum regem. Italia. i. ab Italia. Sic alibi, Bellum ingens geret Italia. ergo si nō poterat perdere saltē disiungere ab Italia, & si non oēs perirent saltē id obtineret iuxta vnū Æneam, cuius stirpi deberi sciebat imperiū Romanum. Quippe vetor fatis, ergo magis debuit Vetari Minerua fatis Gręcoꝝ: Pallasne, quę nō esset tanti meriti aut potestatis. Exurere classem. Comparatio pœnarum. Minerua potuit naues Gręcoꝝ & ipsos exurere: vrere est aliquid lędere incēdio. exurere est penitus abolere incendio. confirmat autem poeta soli Æneæ deberi imperium, cum de ipso solo laboret Iuno. Illum expirātem illa ꝓpter vnū plurimos perdidit, ego a plurimis offensa vnū ab Italia arcere nō possum, & quod auget dolorem ostendit Mineruam minorē deam Iouis fulmine vti potuisse, & in pœna delicti defendit authorem. Si ergo iniuste grauissimum pertulit supplicium, multo magis eius socij. Defendit autē culpam in amorem rejiciens, & vtitur veniali statu. Factum. n. quod manifestū est nō purgat, nisi dicat non erat suę mentis nec sui consilij Aiax, sed furore amoris trahebat. Nam quidquid fit per pathos non ascribit homini. Disiecitq; rates. Ne si alicui cōtigisset euadere, haberet nauigandi subsidiū. Euertitq; ęquora vētis, alieno est vsa imperio, nam Iouis fulmē arripuit, & Neptuni imperiū, habuit enim potestatē in vētos qui alieno subiecti sunt imperio. Illum, emphasim pronomē habet quasi temerarium, consideratū sacrilegū, ꝓphanum qui in templo deę virginis ante aras in conspectu numinis regiā sacerdotē intactā violauit. Pectore, quo vulnus oino letale esset. Turbine corripuit. nā aliter infigi nō poterat, & ostēdit vim irę in tanto impulsu. Voluit infigi scopulo: ne ad littus deueniēs saltē sepulturam acquireret. Ast ego quæ diuum incedo regina Iouisq; Et soror & coniux. Declarat quid illud sit. Ast ego. s. quæ in omni genere rerum Mineruā supero. Sum enim regina, sum soror & coniux Iouis. Vnde deberem ab eo qui frater est & maritus oia impetrare. Vna cum gēte tot annos, cū Minerua vno ictu potuerit. Pręterea, in medio posuit & bis est repetenda. Hæc Donatus, quibus addamus quæ in Seruiū sic dicit Beroaldus. Apud eruditos & idoneos scriptores noxa pro culpa reperitur frequētius q̄ pro pœna: ꝙ iurisconsul. apertissime ostendit scribens de verbo. signifi. Noxę appellatione omne delictū cōtineri, inde noxales actiones noiantur a noxa, hoc est maleficio & peccato seruorum. Quin. in declamationibus inquit, manifestissima quoq; noxa, i. delicto. Ouid. Inuidiam noxæ detrahit illa meę. i. culpæ. Liui. Ob quā meā noxam. i. delictum, & ita passim apud eruditos noxa accipitur, vnde Virgi. ꝓprie locutus est vnius ob noxam. i. culpam, nec exponēdum est prout exponit Seruius noxam, pro noxiam: quin etiam noxa significat damnum & periculum ac detrimentum, in qua significatione sæpissime apud Priscos reperitur. Oui. Nocte nocent potę, sine noxa luce bibunt. Columel. Nebulas ac pruinam sine noxa perfert, & alibi omnem iniuriam sine noxa patitur. Sueto. Sine vlla sua noxa adessent Idus Martię. Noxia vero sæpius adiectiuum est q̄ substantiuum, & significat nocentem, cuius rei plena sunt omnia & noxij sontes nuncupātur. Curiosius profecto lector ex frequenti antiquorum lectione comperiet id verissimum esse quod a nobis traditur, & differentiam illam Seruij, vtpote futilem ac prærancidam esse repudiandam. Hæc ille. ⁋ Ordo est. Troes supple, seu Æneadæ, hoc est Æneas cum socijs, læti. s. propter vicinitatem Italiæ, quam septennio quæsiuerant, & immemores Anchisæ: forsan ꝙ in discessu lætius accepti fuerant ab Aceste Siculorū rege, qui etiam abeuntibus vina dederat. vnde statim dicetur, Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes Littore Trinacrio dederatq; abeūtibus heros. Diuidit. Nō indecore ergo post opiparum epulum ꝙ Acestē dedisse verosimile est lętos dicit poeta ingeniosissimus, hoc innuens, quia fere extremū gaudij luctus occupat, ipsi ergo lęti & vicinitate Italię & Baccho exhilarati, dabant vix e conspectu Siculę telluris vela in altum. s. mare, i. vix verū fuit dicere ꝙ ab in Sicilię portu stantibus nō amplius videri possent, veruntamen

Incept. Vrere. Exurere. Venialis stat⁹. Violatio Cassandræ. Noxa. Ordo. Læti.

men fuit. Donatus argute cõstruxit vix cum noĩe læti: vt sint nõ plane læti, sed vix læti at ergo (quia vbi Troiani Italiam læti aspiciebant vt in tertio, Italiam læto socij clamore salutant: neq; ab re cum vnumquodq; naturaliter in locum natiuũ ac vnde originem traxit redeat) malim dicere plane lætos ꝓpter causas dictas, & ruebant, id est proruebant secundo & pleno cursu, spumas salis. i. maris salsi, quas præcipiti sulcatione faciebant: ære, id est rostris æratis, hoc est ære munitis iam tunc sup. cum. i. quãdo, Iuno seruans sub pectore vulnus, id est fomitem iracundiæ quo vulnerabatur, æternum. i. implacabile, ait, sup. aut meditata est hæc: sequũtur, secum. i. in animo suo. Me ne. i. nunquid æquũ aut decens, aut tolerabile est, me. s. quæ vt dicet diuũ incedo regina, &c. Quia secum & incensa furore loquit dea: apta vtitur Eclipsi) desistere incepto quod tristius & turpius est ꝗ nõ incepisse: incepit autẽ genus Troianum extinguere, & Carthaginẽ ad monarchiã sublimare, victam, quod tristius est ꝗ si sponte, mutato consilio desistat, sicut factura est tandem vt pollicetur Iuppiter dicẽs paulo inferius, Quin aspera Iuno Quę mare nunc terrasq; metu cœlumq; fatigat, Consilia in melius referet, mecumq; fouebit Romanos rerum dominos gẽtemq; togatam, nec posse quod tristius est ꝗ nolle auertere Italia, quod indignius est ꝗ si vetaret occidere solum, virtute autẽ præpositionis construit cum ablatiuo, aut subauditur, ab, vt vult Donatus, vt sit, ab Italia. q. d. nõ a toto mundo, sed ab Italia duntaxat quę nihil ad eum pertineat: regem Teucrorum, non dicit Dardanidarum quippe qui inde originẽ traxerunt, ne sit eis iustum redeundi desiderium. vocat autẽ Æneam regem in gloriam Iulię domus, quia gloriosum est ab hoste laudari, vnde Dido ad finẽ huius primi, Ipse hostis Teucros isigni laude ferebat. Quippe. i. quia certe, aut ironia est, cum Pallas cõtra fatum maiora fecerit, nam in fatis erat Gręcos victores in patriã reuersuros, qđ paucissimis datũ est, sed satisfactum tamẽ fatis, quę a Proteo Cassandra & Calchante de Troiano excidio prodita fuerant. Innuit ergo se fatis nõ astringi, licet fata obstẽt, nam frustra tẽderet atq; foueret imperiũ Carthaginẽse si sciret fata obstare, nec vinci posse, Cum ergo dictũ sit, Si qua fata sinant iam tum tenditq; fouetq;: certũ est ꝙ sciuit fata obstare, sed sperauit ea cõtrarijs fatis vincere posse. Nam vt maiora numina minoribꝰ prędiudicant, ita ſm Ethnicos fata fatis. Probat ergo se posse fata vincere, nam si Pallas iferior dea maiora cõtra fata (videtur) potuit: quis negabit Iunonẽ superiorem minora posse? (dicit ergo) Pallasne. q. d. nõne verũ ẽ ꝙ Pallas potuit exurere. i. funditus vrere, classem. i. cõfluxũ nauium argiuũ, pro Argiuorum, atq; submergere, ipsos. s. Argiuos, ponto. i. mari Euboico, iuxta Capharea montẽ, ob. i. propter noxam. i. culpã, & pro. i. furias. i. insanos amores, propter quos Cassandram vitiauit, aut a templo Mineruę abstraxit, vnius. s. hominis, videlicet Aiacis, Oilei, supp. filij, aut ob noxam & furias vnius. i. solius Aiacis Oilei. q. d. maxime, cum ego offensa a multis non possum vnum auertere ab Italia. iusta est ergo Iunonis querela, cum ipsa maior sit, minus petit. minus enim est auertere ꝗ submergere & exurere, & minꝰ auertere Teucros ab Italia quæ ad eos nihil pertinet ꝗ Argiuos ab Argis.) Scribitur aũt Oilei, & profert Oili: est enim ει diphthongus græca pro qua Græci i proferunt. Et si quis dicat submergere aut obruere classem, non pertinere ad Iunonem quæ non maris, sed aeris inferioris, aut terrarum dea est. Respondet ꝙ Pallas non suis, sed Iouis & Neptuni freta est opibus. Nam, vt physice. i. naturaliter loquamur, Pallas significat æthera. i. supremum & purissimum aerem, vnde e cerebro Iouis nata fingitur, & dea sapientiæ. Iuppiter autẽ aerem medium in quo fulmina & tonitrua exercentur. Iuno, vt dixi, inferiorẽ aerem. & ideo quia fulmina potissimum in media regione fiunt, & raro ad supremam ascendunt, ideo Minerua dicitur vsa fulmine Iouis, quia vero generant in terris sulphuratis & pinguibus, qualis est Ætna, & vbi Vulcanus Iouis fulmina fabricare fingitur, ideo faber Iouis fingitur, & q̃a venti nõ ascẽdunt vltra mediam regionẽ, vnde quia nõ attingunt verticem Olympi montis in Thessalia, vbi cineres holocaustorũ ventis non aguntur, nam annũ totum immoti manent,

nent, sed in media regione aeris postquã ex terra exhalauerunt: potissimum exercentur: ideo dicet Æolus ad Iunonem, Nimborumq; facis tempestatumq; potentem dicit ergo in augmentum rei.) Ipsa, scilicet Pallas, non implorans alia numina quorum interesset, sed, vt dicunt, ipsamet, & in propria persona, quod vindictę cupidis dulcissimum est: iaculata, id est iaculans, aut deijciens e nubibus rapidum ignem Iouis. i. fulmen ad Iouem pertinens, qui & frater & coniux, disiecit, id est prostrauit, aut dispersitq;. i. simul rates, id est naues (hoc loco) q; pro & euertit, idest ab imo sursum vertit, ęquora. i. maria prius ęqua. i. trãq̃lla: & corripuit, id est celeriter rapuit, turbine. i. volubilitate ventorum, illum. s. qui caput inimicitię aut irarum erat Aiacem videlicet, expirantem, id est animam efflantem, & hoc pectore transfixo. (Ideo autem prius corripuit eum turbine vt turbatum & exanimatum faceret, quia fulmina ſm Plinium, non prosternunt nisi metu exanimatos) & infixit. i. illisit scopulo acuto. (Scopulos est saxum in aquis eminens) Ast, id est sed: ego quę incedo regina diuũ, id est diuorum, & soror & coniux Iouis, gero bella tot annos. s. continuo eos persequendo, vbi Minerua vno impetu de suis aduersarijs vltionem sumpserit, cum vna gente, scilicet Troiana vbi Pallas, multam Gręcorum gentem disiecerit, & id est putas quod quisquam. i. quiuis mortalium adorat. i. adorabit, pręterea. i. postea, posthac, aut amplius, numen, id est diuinam potestatẽ Iunonis, quia ad nutum aliquid gerere putabitur. q. d. minime, quia vbi constabit Iunonem (hoc est me, loquit enim Iuno) nõ posse tam paruam rem cum maxime velit: quis ei diuinam potestatẽ concedet, aut quis supplex. i. supplicans & se humilians imponit pro imponet (quidam legũt adoret & imponat) præterea. i. posthac, aut pręter hanc vicem aris, scilicet Iunonis (hoc est meis inquit Iuno) honorem, scilicet dijs debitũ, quasi dicat, nullus, quia credar nil posse si hoc non potero, & ita vilis & abiecta habebor apud omneis mortaleis.

PIERIVS.

¶ Vnius ob noxã, & furias Aiacis Oilei.) In Oblongo cod. sane q̃ vetusto, furijs, legit, casu septimo, quod nõ ęque placet, vtrunq; enim cadit sub ꝓpositiuã particulã, ob. ¶ Scopuloq; ifixit acuto.) Sunt qui legant, infixit, ad maiorem quandam vltionẽ ostendendam, quod ego nusquam in veteribus codicibꝰ obseruaui. Sanẽ vero Ti. Donat, infixit, agnoscit, dum ait, figi. n. non potuit, nisi vrgente turbine: cum pondere, atq; magno ictu saxo fuisset illisus & inferius, Hic ẽt illud itelligi põt: idcirco eũ infixũ scopulo, ne delatus fortassis ad littus sepulturę saltem beneficium reperiret, verum hæc & alia eius scripta in impressis codicibus passim mutilata, laceraq; & maiori sui parte deprauata sunt. ¶ Et soror & coniux.) In plerisq; veteribus exemplaribꝰ cõiux, absq; n litera in vltima syllaba legit, sicuti Scaurus melius putat dici & scribi & a Sosipatro Carisio, coniux, inter ea nõia recensetur, quæ n. x. literis finiuntur, vt nux, Pollux. Neq; vero hic, veterũ inscriptiones recensebo, cum in nulla pene dictione variata magis scribendi ratio ꝗ in hoc noĩe reperiat. ¶ Et quis. nu. Iu. ado.) In co. Long. & aliquot alijs antiquioribus. Aut quisquã legit. Qui lectionem Ser. agnoscit. est aũt Gręcorum imitatio, qui τὸ ἢ disiunctiuã & interrogatiuã particulam vsurpãt. In aliquot alijs, ecquisꝗ, in alijs aut quis iam. Quę lectio sit ex his castior iudicãda aliorũ iudicio relinquimus. Idq; potius dicemus, adorat, pręsenti tẽpore indicatiui modi tam in Ro. ꝗ in cod. aliquot antiquis haberi. Et quod subsequitur. ¶ Aut supplex aris imponat honorẽ. In Ro. cod. imponet futuri tẽporis esse, alij q̃dam codi. non cõtemnendi, imponit legunt. eadẽ synchronia, quia lectũ est adorat, vtriusq; verbi lectio eodẽ tempore Donato agnita, qui totũ hoc de Troianis dictum putat, eos. s. idcirco Iunonis numen non adorare, aut aris eius non imponere sacrificia, quod se sperarent eam renitẽdo superaturos. Neq; tamen contemnenda est vulgata lectio, adoret, & imponat, figura loquendi græcanica & elegãti. magis. n. indignationẽ exaggerat si ad nationes reliquas referat, quippe nisi suppliciũ de Troianis sumat, nisi eos perdat, aut vlciscatur, futurum vt numẽ suũ apud omneis gẽtes & nationes despicatissimũ habeatur.

SERVIVS.

¶ Talia flammato.) Quod superius intermiserat, nũc reddit, nam dixerat supius. ¶ Hęc secũ: & modo ait. ¶ Volutãs.) Id est cogitãs. ¶ Nimborum.) Nimbi, nunc vẽtos significãt: plerunq; nubes & pluuias, ergo

Talia flammato secum dea corde volutans
Nimborum in patriã, loca fœta furentibus austris,
Aeoliam venit, hic vasto rex Aeolus antro
Luctanteis ventos, tempestatesq; sonoras
Imperio premit: ac vinclis, & carcere frenat.

go prout locus fuerit, intelligendum est. Proprie tamẽ dicuntur nimbi repẽtinę & pręcipites pluuię, nã pluuias vocamus lentas & iuges. ¶ Loca fœta.) Nunc plena, vt alio loco, Fœta armis. Sciendum est autẽ dici fœtam & grauidam, & partu

Illi indignantes magno cum murmure montis
Circum claustra fremunt: celsa sedet Æolus arce
Sceptra tenens: mollitq; animos, & temperat iras.
Ni faciat: maria, ac terras, cœlumq; profundum
Quippe ferant rapidi secum: verrantq; per auras.
Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris
Hoc metuens: molemq;, & montes insuper altos
Imposuit: regemq; dedit: qui fœdere certo
Et premere, & laxas sciret dare iussus habenas.
Ad quem tum Iuno supplex his vocibus vsa est.

& partu liberatam. vt, Fecerat & viridi fœtã Mauortis in antro. Enixam aũt eã fuisse lac, quod pueris prębebat, ostendit, Item fœtã grauidam, in illo loco oñdit, Nõ insueta grauis tentabunt pabula fœtas. Ergo q̃a fœta mediꝰ sermo ẽ, bene hoc loco epithetõ discreuit, dicẽs, Grauis fœtas: vt bonũ facinus, & malum facinus dicimus, & bonum venenũ & malum venenũ. ¶ Austris.) Figura est celebrata apud Virgilium: & est spẽs pro genere. Legerat apud Ennium, Furẽtibus ventis: sed quasi asperũ fugit, & posuit. ¶ Austris.) Pro ventis. ¶ Æoliam venit.) Nouem insulæ quæ sunt post fretũ Siciliæ, appellant Æolię ab Æolo rege Hippotę filio. licet habeãt & propria nomina. Vnde Virgi. ait, Æoliam Liparem. Poetę q̃dem fingunt hunc regem esse ventorum, sed, vt Varro dixit, rex fuit insularũ, ex quarũ nebulis & fumo Vulcaniæ insulæ prędicens futura flabra ventorum, ab imperitis visus est ventos sua potestate retinere. ¶ Hic.) Illic. vt superius, Hic currus fuit. ¶ Vasto antro.) Physica ratione hoc fingit poeta: naturale enim est, vt loca cõcaua plena sint ventis. ¶ Luctantes.) Elaborãtes egredi. ¶ Sonoras.) Grauisonas. Et est tẽpestatis epitheton. Ordo aũt talis est, Æolus ventos & tempestates sonoras vasto antro premit. ¶ Ac vinclis & carcere frenat.) Translatio est per poeticã licẽtiam facta. Carcer aũt est vndecũq; prohibemur exire, dictus quasi arcer ab arcẽdo. Locũ aũt in quo seruant noxij, carcerẽ dicimus numero tantũ singulari: vnde vero erũpũt vel emittũt quadrigę, carceres dicimus numero tantũ plurali: licet plerũq; vsurpet poeta, vt est, Ruuntq; effusi carcere currus. ¶ Illi indignãtes.) Hic apte ostẽdit q̃d sit luctãtes. ¶ Magno cũ murmure montis.) Nõ circũ montis claustra, sed cum magno mõtis murmure fremebãt, & est maior sensus, sic fremebãt, vt ẽt antra possent sonare. ¶ Celsa arce.) ſm quod superius diximus. Venti. n. melius deprehendunt ex alto. ¶ Sedet.) Non ociatur, sed curat. Apud antiquos. n. sedet, considerat significabat. vt alio loco ait, Turnus sacrata valle sedebat. ¶ Mollitq; animos.) i. ventos, ἀπὸ τῶν ἀνέμων, vt alibi, Quantũ ignes animæq; valent, & Horatius, impellunt aĩe lintea Thracię. Mollit aũt ideo dixit, vt per transitũ ostẽderet vitia naturę nulla ratione mutari, sed mitigari aliquatenus posse. ¶ Maria, ac terras, celũq; ꝓfundũ.) Atqui quatuor elemẽta sunt: Terra, Aqua, Aer, Aether. Sed hoc loco rite ꝓtermisit ętherẽ, q̃a venti nõ turbãt superiora, vt ait Luca. Pacem summa tenẽt, sed aut terras, aut maria, aut aerẽ. Nam cœlum hoc loco pro aere posuit. vt Lucre. In hoc cœlo qui dicit aer. ¶ Ferãt.) Auferãt. Et est aphęresis. ¶ Rapidi.) Veloces, vt supra. ¶ Verrãtq;.) Verrere est trahere, a rete, qđ verriculum dicit. Est autẽ principalitas verbi verro verris, pręteritũ, versi: vnde & fit participiũ versus hinc alibi, Et versa puluis iscribit hasta. i. tracta. ¶ Id metuẽs.) Timens. Ergo Iuppiter timet: nõ sibi, sed elementis, ne turbentur eruptione ventorum, vt si bellorum tempore dicas virũ fortẽ timere, nõ sibi, sed liberis suis. ¶ Molemq; & montes.) i. molem montis, & est figura endyadis, vt vna res in duas diuidat, metri causa interposita coniunctione. vt alibi, Pateris libamus, & auro. i. pateris aureis. ¶ Fœdere.) Modo lege: alias pace, quæ fit inter dimicãtes, Fœdus autẽ dictum est vel a fœcialibus. i. sacerdotibus, per quos fiunt fœdera: vel a porca fœde, hoc est lapidibꝰ cæsa. vt ipse alibi: Et cæsa iungebat fœdera porca. ¶ Et premere & laxas sciret dare iussus habenas.) Permansit in translatione, iussus autem ob hoc posuit, quia suo nihil facit imperio. Nam tolle hoc, & maior est omnibus dijs, si ad eius voluntatem possint elementa confundi, vt ipse Æolus, Mihi iussa capessere fas est. Simul ventorum ostenditur vis, quibus parum fuit superponi montem, nisi & regem acciperent, qui ipse quoq; alieno pareret imperio. ¶ Ad quem.) Pro apud quem, vt supra.

DONATVS.

¶ Talia flãmato secum dea corde volutans.) Cum hęc Iuno tractaret, taliaq; secum conferret, ipsa quoque nocendi consilium reperit, nec laborauit inquirere, quando illi exemplum Mineruę quod esset necessarium faciẽdum mature suggerit: sed prius Poeta debuit demonstrare quantum irascentis ardores excreuerint disputando: superius quippe cum initia cogitationum eius enumeraret, his inquit accensa super, hic ait, Talia flammato secum dea corde volutans: plus est enim flammatũ, quam accensum,

sum, vnde manifesta, vt dictũ est, ratione monstratur quãtum doloris Iunoni accesserit ex comparatione tot modis & generibus facta. Hęc igitur cum tractaret Iuno accepit de exemplo nocendi consilium: iuuabatur autem eius intẽtio, quod Troiani per id tempus nauigabant. ¶ Nymborum in patriam, &c.) Seruauit hic Virgilius ꝑsonę rationẽ miro artis ingenio: sed in ea parte nõ quæ cõpeteret reginæ, sed quæ conueniret iratæ & ei, quæ nollet occasionem loci & temporis perdere, nam si personam vellet ostendere reginæ, mittere aliquem ad Æolum debuit & iubere quod fieret: neglecta ergo potestatis ratione totum assignat iratæ, & ei quam cogebat vltionis spes in euidenti constituta, & licet iratis & flammatis æstibus animorum, non detur integra consiliorum intentio, tamen totum miscet in persona Iunonis, vt irata non consideraret iniuriam suam, & deorum regina, Iouisq; vxor & soror ad Æolum pergeret, sed ijs, vt dictum est, oĩbus spretis ipsa euaderet, curaret præsens, quod desiderabat impleri. mãdata enim si extitissent, aut negligi possent, aut non pro voluntate Iunonis procederent, aut emergente dilatione facti nocendi periret occasio, quo loco Virgilius docet per nosmetipsos agendum, quod rectius cupimus prouenire, & quãdo inferior persona nobis necessaria est, ad prestandum quod habet in potestate seruemus & honorificentiam competentem, vt maiori studio compleat quod fuerit necessariũ, gratulatur enim sibi a potiore esse delatum: cætera quæ sequuntur eam rationẽ tenent, vt sciamus ventos cauis terrę vel montium contineri. Æolum regem poetice inducit, dicitq; ad eum Iunonem supplicem locutam, cũ verba eius non essent iubentis, sed supplicis: ergo intelligendum, ꝙ ipsa ad eum venit. ¶ Ad quem tum Iu. sup.) Artificiose dixit, tum supplex, nam tum primũ neq; alio tẽpore fuit supplex Iuno, vt indicaret propter odium Troianorum, reginã iuisse supplicem deorum pene minimo, & locuta est hæc.

ASCENSIVS.

¶ Talia flammato, &c.) Bene inquit flammato, quia plus est inflãmatum esse, quam accensum: prius enim accenditur, aut incenditur rogus aut pyra, quam inflammet, quia non potest flãmam emittere quod incẽsum non est: vnde in quarto Æneidos, His dictis incensum animum inflãmauit amore: prius ergo propter iniurias illatas incensa, aut accensa erat Iuno: vnde dictum est, His accensa super. nunc autem vbi animaduertit etiam contumeliam quæ sibi oriretur si icepto cogeretur desistere, inflammata dicitur. Sed hæc & alia multa ingeniose explicat Donatus, cuius versa sunt. ¶ Flammato.) Superius dicit accẽsa, sed plus est flammato p. Vt ostendat quantum accreuerat ira ex comparatione Mineruę, nocendi autem consilium de Mineruę exemplo cepit, præsertim cum Troianos videret nauigantes. ¶ Nimborũ in patriam.) habet rationem personæ, non reginæ, sed iratæ quę occasionem nolit amittere loci & temporis. Nam si rationem reginæ haberet, mitteret aliquem, qui Æolo iuberet, sed q̃a mandata, nisi ipsa adesset poterant aut negligentius agi, aut differri, & sic preteriturret nocendi occasio, omisit personam reginæ, & sic monet poeta per nosipsos agẽdum qđ rectius curari volumus, & inferiori ꝑsonæ exhibendum honorẽ, si illa indigemus. Nam gratatur sibi a potiore eẽ delatum. Cętera significãt vẽtos cauis terræ oriri. ¶ Supplex.) Non quia supplicantis verba sit locuta, sed quia venit hæc Donatus. per nos autẽ negocia nostra rectius fieri, ꝗ per alios docet graphice apud Aulum Gellium Æsopus ca. xxix. lib. ij. vbi habetur Apologus de Cassita auicula: quæ pullos non transferẽdos docuit, donec ipse dominus messis minatus erat falcem in segetẽ suam mittere: vt illic quiuis videre põt. huc autẽ deducam verba Beroaldi in Seruium, quæ huiusmodi sunt. Geographi omnes scribunt insulas Æolias esse numero septem, non nouem, quarũ nõia hæc sunt, Lipara. Hiera, Strongyle, Didyme, Eriphusa, Phenicula, & nouissima Euonymos. Strab. in. vj, Pli. in. iij. Solinus. Mella de Æolis, quæ alijs nominibꝰ, Vulcaniæ, Lipariæ, Ephestiadæ nuncupãtur, scribẽtes numero tantummodo septẽ esse dixerunt, quibus vtpote orbis situm describẽtibus credere malim, ꝗ Seruio grammatici partes vsurpanti: hæc Beroaldus. ¶ Ordo est. Dea. s. Iuno: volutãs. i. agitans, & versans

Universidad de Deusto Biblioteca

fans secum, talia.i.tales iniurias,& cõtumelias, corde flammato.i. flammis flagrãte: venit.i.pficiscit, in Æoliam, patriã.i.quę est patria, nimbor.i.ventor, cum nubibus ortorum, aut commistor: appositorie, loca fœta.i.referta, aut fœcũda, austris.i. quibusuis ventis nimbosis, furẽtibus.i.indignãtibus, ꝙ inclusi essent, aut furentibus dum erũpunt: fœcũda, inquã, ventis.i.materia ventorũ ſm physicã rõnem: sed ſm poeticã fictionẽ etiam ventis ipsis, qui finguntur in terris inclusi ab Æolo cõtineri. (Elegit tamẽ doctissimus Poeta vocabulum naturę conueniens. Nam fœta dicũtur loca ventis, quæ fœtus cõtinent ventor, licet nondũ mereant dici venti: sicut mulier fœta, quę embryonẽ cõcepit, licet necdum homo sit.) Æolus rex.s.ventor premit hic.i.in hac dicta regiõe, videlicet Æolia: antro vasto.i.valde amplo,& capaci: ventos luctanteis.i.erũpere nitentes,& tẽpestates sonoras.i.quæ cũ sonitu emittunt, aut quę etiam illic sonorę sunt, vnde dictum est in.iiii. Georg. Aquas esse sub terris, lucosq; sonãtes. Premit dico, imperio.i.maiestate imperiali (Credit Æolus ventis imperare, ꝙ cum syluam cęderet, quæ in promontorio erat, eos mari immisisse visus sit, quos illinc renata sylua rursus exclusit, aut qa insulas ventosas,& vix aliud possideret, dictus est ventor rex in derisionẽ, vnde Neptunus statim dicet, Illa se iactet in aula Æolus,& clauso ventor carcere regnet) & frenat ventos vinclis,& carcere: inde ergo furere dicuntur, vnde subdit: Illi.s.venti, indignantes.i.indigne ferentes.s.claudi:& vinciri fremũt circũ claustra, cum magno murmure montis.i.quod nascit nõ a monte, sed ex relatione, aut repercussione montis, aut a ventis in ipso mõte, sub quo includuntur, Æolus.s.rex, sedet in celsa arce, tenẽs sceptra.i.insignia regalia,& mollit.i.mitigat & mollificat, animos.s.ventorũ:& temperat.i.moderatur iras) hoc ergo officium est boni regis duram gentẽ gubernãtis) quippe.i.quia certe, ni.i.nisi, sup. Æolus faciat.s.quod dictum est.i.nisi temperet iras ventor: ipsi rapidi ferant.i.ppellant secum,& verrant.i.trahant per auras, maria ac terras,& cœlum profundum.i.aerem, hoc est omnia elemẽta ad quæ peruenire possunt, nam ignem elemẽtarem non attingunt. Sed pater omnipotens.i.Iuppiter summus deus, qui ad cæteros dicit, Cœlicolę mea membra dei, ipse enim caput ẽ, abdidit.i.occulsit.s.ventos, speluncis atris.i.caliginosis, metuens hoc.i.quod omnia secum traherent, si ad libitum emitterent,& imposuit insuper molem,& altos montes.i.molem altorũ montium, (Licet hoc poeticum sit, certum est tamen patrem omnipotẽtem deum ipsum verum,& maria,& ventos suis limitibus cõtinere: qui aliter vniuersam terram obruerent) & oĩpotens pater Iuppiter.s. dedit.s.ventis, regem, videlicet Æolum qui sciret,&.i.simul, premere.i.arctius constringere vẽtos.s.fœdere.i.pacto certo, id est a deo constituto,& sciret dare iussus.i.quãdo a deo, aut Iunone, hoc est a superiore numine mandatũ haberet, habenas laxas.i.liberam eruptionẽ, metaphora sumpta ab equis, qui laxis habenis excurrunt. Ad quem.s.regem, aut deũ ventor: Iuno supplex.i. supplici similis, cum non ipsam venire decebat, sed quemuis ad Æolum mittere, aut fingens se supplicẽ, vt copiosius impetraret supplex, quã exegisset imperiosa, vsa est tum.s.vbi ad eũ venerat, aut cum Æolum in tali imperio videret. his vocibus.i. hac oratione sequente.

Æole (nãq; tibi diuũ pater, atq; hoĩum rex IVNO.
Et mulcere dedit fluctus: & tollere vento)
Gens inimica mihi tyrrhenum nauigat æquor,
Ilium in Italiam portans, victosq; penates.
Incute vim ventis: submersasq; obrue puppes:
Aut age diuersas: & disiice corpora ponto.
Sunt mihi bis septem præstanti corpore nymphę:
Quarum, quę forma pulcherrima, Deiopeam
Connubio iungam stabili: propriamq; dicabo:
Omneis vt tecum meritis pro talibus annos
Exigat: & pulchra faciat te prole parentem.

SERVIVS.

¶Æole.) Rhetoricum est in omni petitione hoc obseruare, vt possit pręstari quod petitur.i.vt sit possibilitas,& sit res iusta quæ petitur: vt habeat modũ petitio, vt sequatur remuneratio. Et sciẽdum secũdum hunc ordinẽ omnes petitiones formare Virgiliũ, Vt in hoc loco possibilitas ẽ, Et mulcere dedit fluct',& tollere vento.) Iusta petitio est, ¶Gens inimica mihi, Tyrrhenũ nauigat ęquor.) Omne.n. qd' contra inimicos petimus, iustum est. Modus est petitionis, Incute vim vẽtis, Et disiice corpora ponto.) Remuneratio. ¶Sunt mihi bis septem præstanti.) Æole incute vim ventis. Ordo ipse est,& est figura parenthesis, inter parenthesim & eclypsim hoc interest, quod parenthesis est, quoties remota de medio sñia integer pdurat sermo. Plenũ nãq; est, Æole incute vim ventis. Itẽ, Æneas rapidũ ad naues premittit Achatem. Eclysis aũt est quoties remotis interpositis, deest aliqd. vt est, Quos ego. deest enim affligam. ¶Diuum pater atq; hominum rex.) Periphrasis est.i.circũlocutio. ¶Et mulcere dedit fluctus & tollere vento.) Aliud pendet ex alio: Nam qui potest mulcere, potest & tollere.i.erigere in tempestatẽ. ¶Gens.) Sermo hic,& nationem significat & familiam', sed nunc ad vtrunq; potest referri, nam aut ad familiam Æneæ, aut ad Troianam gentẽ refertur. ¶Tyrrhenum.) Tyrrhenum mare dictum est, vel ꝙ Tusciam alluit.i.Tyrrheniam: vel a Tyrrhenis nautis, qui se in hoc mare precipitauerunt. Nanq; hoc habet fabula, Dormientem in littore Liberum patrem puerũ nautas abstulisse Tyrrhenos. qui cum esset experrectus in naui, quo duceretur interrogauit, responderunt illi, quo vellet. Liber ait, Ad Naxum insulam sibi sacratam. Sed cum alio vela deflecterent, iratum numen tigres sibi sacratas visibus eorum obiecit, quo terrore se illi in fluctus dedere præcipites. ¶Nauigat ęquor.) Figura græca est. Nos enim dicimus, per ęquor nauigat. Similiter etiam alio loco Terram, mare, sydera iuro: cum latinitas exigat, vt addatur prępositio. Et nõ vacat quod Tyrrhenum addidit, videtur enim dicere iam eis Italiam esse vicinam. ¶Ilium in Italiam portans.) Id est res Ilienses. Et inuidiose dicit Ilium, quasi ipsam cernat ciuitatem, cum Troianos aspexerit. ¶Victosq; penates.) Tacite occurrit quæstioni, Portat quidem & deos: sed victos,& contemnendos. ¶Incute vim ventis.) Duplex sensus est. Incute enim, inĳcere significat. Ventis datiuus est casus. Si autem Fac, septimus casus est: & erit sensus, fac vim Troianis per ventos. ¶Submersasq; obrue puppes.) Ordo est in sensu confusus: ante enim est vt obruantur fluctibus,& sic submergãtur. Tota aũt Iunonis petitio in sequẽtibus explanat. ¶Corpora ponto.) Tam virorũ ꝙ nauium: vt ipse alio loco, cũ de nauibus loqueretur, Et toto descendit corpore pestis. Sciẽdum sane est artem hanc esse petitionis, vt minora impetrare cupientes, maiora poscamus: quod etiã nunc Iuno facit, scit nãq; se fatis obstare non posse, sed hoc agit, vt eos arceat ab Italia. ¶Sunt mihi bis septẽ.) Nõ sine rõne Iuno nymphas dicit sua potestate retinere, ipsa est enim aer: de quo nubes creantur. vt est, Atq; in nubem cogitur aer. Ex nubibus, aquæ: quas nymphas esse dubiũ non est. Ideo autẽ Nympham Æolo pollicetur, quia ventorum rex est, qui aquę motu creantur. Bene ergo ei iungitur origo ventorũ. Sanè notant Virgiliũ Critici, qa marito promittit vxorem: quod excusat regia licẽtia, vt Sallu. Denas alĳ, alĳ plures habent, sed reges eo amplius. ¶Pręstanti corpore nymphæ.) Bene ẽt istas laudat, vt maior sit in Deiopeia pulchritudinis gloria. Laudabilius est enim superare laudatos, vt ipse ad maiorẽ Æneæ gloriam laudat & Turnum. Harum aũt quatuordecim nomina, vt qdam volunt, in Georgicis inuenimus. ¶Connubio iungã.) Cõnubiũ est ius legitimi matrimonĳ. Et bene Connubio iungã, dicit, vt hanc ab alĳs segregaret, quę a regib' sine lege habent: solent enim reges inter plures vni pręcipuũ dare nomẽ vxoris. Et cõnubio, nu, breuem posuit, cũ naturaliter longa sit. Nubo enim vnde habet originẽ, longa est. Sed est tropus Systole: qui fit quotiescũq; longa corripit syllaba, propter metri necessitatẽ. Ipse alio loco longam posuit, vt est, Hectoris Andromache Pyrrhin connubia seruas? Item, Cuiq; loci leges dedimus, connubia nostra Reppulit. Et, Per cõnubia nostra. Et, Numadumq; petã connubia supplex. Sciendum tamen est, quia plerunq; in compositione vel deriuatione principalitatis natura corrumpitur. Connubio iungã stabili, propriamq; dicabo. Multa in vnum contulit versum, quæ Iuno promittit. Dicendo enim Connubio, ostendit legitimum. Dicendo, ¶stabili.) Longam promittit concordiam, id est quę diuortio careat. Dicendo. ¶Propriã.) Adulterĳ remouet suspicionem. Quod autẽ adiecit. ¶Dicabo.) Obsequentem eam fore demonstrat. In vsu enim est, vt dicamus sacerdos dicatus est numini: hoc est ad obsequium datus est. ¶Meritis.) Pręstitis. vt alibi, Nec te regina negabo Promeritã.i.pstitisse. Et alterum pendet ex altero: meritũ enim nõ nisi ex pręstãtis descẽdit beneficio. ¶Pulchra prole.) Notanda figura: frequẽter enim hac vtit, nam quod nos per genitiuũ singularem dicimus, antiqui per septimum dicebant, vt hoc loco, parentem pulchra prole.i.pulchræ prolis. Et simpliciter intelligendum est: errant nanq; qui dicunt ideo pulchra dixisse, propter Canacem & Macareum in se inuicẽ turpissimos fratres, illi enim alterius Æoli filĳ fuerunt.

DONATVS.

¶Æole nanq; ti.d.p.atq; ho.) Hunc locum siquis attentius, diligentiusq; discutiat, nihil quod non miret inueniet, est enim arte & subtilitate dicẽtis admodũ satiatus, nam cœpit a noĩe, ꝙ ipsam nec Iunonẽ humilẽ, nec Æolo iniuriã facit, potior quippe si inferiorẽ suo nomine vocet,& se beneuolã monstret,& illi vnde gaudeat subministret. pulchrum est.n. si inferiore in loco positus cognitus sit potiori, perindeq; charus acceptusq; monstrat. fecit.n. ſm artis præcepta. Beneuolũ facit & attentum, cum dicit. Nanq; tibi diuum pater atq; hominũ rex, Et mulcere dedit fluctus,& tollere vento, nam exinde cõĳcere Æolus potuit, officiũ suũ Iunoni esse necessariũ, cum subtilitate circũuẽtus audiuisset habere se in ventos plenissimã potestatem. Ne aũt arrogantẽ faceret Iunonẽ, ait. Diuũ pater atq; hominum rex, nõ dixit frater meus atq; maritus meus, vt supra posuit, Ast ego quæ diuum incedo regina Iouisq; Et soror,& cõiux, illic enim vbi secũ locuta est, si specialiter hoc posuit nullo audiente, arrogans iudicari nõ potuit, hic vero cum dicit, Nanq; tibi diuũ pater atq; hominũ rex, intelligi potius voluit ꝙ dici. nõ enim apud eum loquebat qui nõ eam nosset, dictio aũt ipsa ne esset prolixa,& plurimũ temporis teneret, ipsa exculte sibi proponit, quæ ab Æolo possent excusationis causa prętendi,& ipsa illis respondet ita, vt alterius accedi nõ posset, deniq; ne diceret Æolus, nõ sunt vẽti in potestate, præuenit antea,& ait, plenã habes in ventos licentiã,& tenendi,& dimittendi, erigendi fluctus,& placandi potestatẽ. Nam tibi eam deorum omniũ & hominum rex cõcessit,& tradidit, ne diceret Æolus, habeo quidẽ in ventos potestatẽ, sed nõ mihi licet mare perturbare, quod est sub alterius regno: idcirco dixit,& potestatẽ accepisti in ventos & maria cum volueris perturbare immissis vẽtis, vel placare cum eos retinueris. Certe & illud sentiendũ est, nec metuas Neptumnum hac in parte, quia potior est Iuppiter, qui tibi hanc licentiã dedit, incipit iam insinuare ipsam causam dicẽs. ¶Gens ini.mi.) Omnia proponentis & respondẽtis studio memorantur. hic.n. nõ nominauit Æneã, ne diceret Æolus, non possum aliquid moliri aduersus nepotẽ Iouis, qui mihi imperiũ dedit. Ait ergo. ¶Gens.) Quæ generalitas nomẽ speciale suppressit, quod poterat impedire desideriũ. addidit enim inimica mihi, non dixit ego sum illius inimica, sed ipsam cõstituit inimicã, quasi inferiores potiorẽ prouocarent. Grauauit hoc genere Troianos, vt etiã ipse Æolus rerũ indignitate permotus, iracundiã suam Iunonis cõmotioni coniungeret. ¶Mihi.) vero quod ait, hoc est reginæ sorori Iouis & cõiugi, quæ omnia per pronomen intelligi voluit,& propter arrogãtiam nõ apertius posuit. ¶Tyrrhenũ na.æ.) Vel quod facilius moueri in perniciẽ nauigantiũ posset, vel quod vicinum esset Italię. ¶Iliũ in Ita.p.) Omnes opes suas omnemq; substantiã secum portans, quæ si perĳsset per idẽ tempus nouari posterius nõ potuisset, ne vero excusaret Æolus deorũ causa, quibus cogebat inferre violentiã, addidit, ¶Victosq; pena.) s. metuendos non esse qui nec sibi nec suis prodesse potuerãt desiderĳs, dehinc summa subnectitur. ¶Incute v.v.s.q;.o.p. Aut a.d.& d.c.p.) Expressit plenã potestatẽ. nam si eo ordine, quo locuta est, vellemus intelligere, nõ cohæret. si.n. ordinatã posset cõmota proferre dictionem, sic loqui inciperet. Æole, gens inimica mihi, Tyrrhenum nauigat ęquor, Iliũ in Italiã portans, victosq; penates, Incute vim ventis, submersasq; obrue puppes, Aut age diuersas,& disiice corpora ponto, Nanq; tibi diuũ pater, atq; hominũ rex, Et mulcere dedit fluctus,& tollere vento. Ante omnia tamen cõsiderãda sunt quę Iuno perfici cupiebat, dicta quidẽ, sed nõ ordine suo, vt apparet, eam per cõmotionẽ nimiam, ordinationem rebus ipsis dare nequisse. dixit. Incute vim ventis submersasq; obrue puppes,& disiice corpora ponto. Quid fieri necesse erat nauibus submersis, atq; ita nouissimũ ponere. ¶Aut age diuersos.) Vt esset, sicut diximus, oratio recte cõposita hoc modo, Incute vim ventis submersasq; obrue puppes,& disiice corpora põto. Aut age diuersas, deniq; hoc & ipsę cõiunctiones ostendunt cũ dicit. Incute vim ventis. Et ponit ꝙ vt cõiungat facto factũ, Submersasq; obrue puppes, adsociat,& vt cõpleat effectum submersarũ nauium,& prouenit inde. Disiice corpora ponto. Ecce ponit. Aut, diuersæ naturę coniunctionẽ, hoc est disiunctiuã vt faciat separationẽ pœnæ, vt si prouenire nõ posset, Submersasq; obrue puppes,& disiice corpora ponto, proueniret saltẽ, Aut age diuersos, quoniã sparsi nihil audere posterius poterãt, nec ad Italiã peruenire. ¶Sunt m.b.s.p.c.n.) Vt cupiditatẽ & ardorem explicandæ rei qua Iuno vrgebatur, ostẽderet, ad authoritatẽ iubentis addit,& præmiũ vt multifariã de effectu securior redderetur, sed hæc dictio obliqua est. pulsat enim Veneris munus,& quia propter Helenã, quæ fuit in alieno matrimonio,& Græci & Troiani perierãt, nec poterat esse matrimoniũ inter ipsam & Paridem,& si remota apud ipsum foret, legitimã sobolem vtpote adulterã procreare non posset, vsq; proponit econtrario potuerunt, acute subtiliterq; respondit singulis anteq; dicerentur occurrens. ¶Sunt, inquit, mihi.) Hoc est non inuadã te propter alienũ, quod cũ dedero posterius perdas, sed dabo quod habeo proprium. Subiecit deinde laudẽ muneris sui,& eam ipsam multis extollit. Primo a numero. ¶Bis septem.) Qualitate. ¶Præstanti corpo.) Quod difficile fuit omnes formosas memorat,& eam pollicetur, quæ pulchritudine cæteras anteiret, dehinc a genere cum dicit. ¶Nymphas.) Vt Helenam ratione sanguinis superaret, adiungit. ¶Cõnubio iun.sta.) Vt esset legitimo matrimonio sociata,& honestis nuptĳs iuncta, quod cum sit stabile matrimonium esset vnius cõsortio dedicatum, subnectit ex huiusmodi coniunctione quales possint procreari liberi. ¶Et pulchra faciat te p.p.) Paris.n. nec diu retinere potuit, quod male fuerat consecutus,& sicut dictũ est, si apud ipsum Helena viuo marito suo diutius mansisset, ac partum aliquem edidisset, pater ex eo dici non posset, ex adultero.n. concepti non habent legitimum patrem. Proinde illa est pulchra proles, quam profert honesta cõiunctio, hoc loco maior intellectus hominis amisso Virgilĳ puro & vero, sic suspicionibus in falsam interpretationẽ ducit, vt asserant pulchram prolem. idcirco Iunonem pollicitam, ꝙ Æolus iam turpes filios habuisset, cum viuo ei,& perpetui temporis matrimonium promisisset & pulchram prolem, hoc est nõ corporis, sed generis honestate decoratã, deniq; ostendemus pulchram prolem nõ in corporis forma Iunonẽ esse pollicitam, sed in ipso matris honesto cõsortio. Alio quippe in loco ipse Virgil. cum originem Cęsaris assereret a Troianis descendere,& hãc partem inter laudes eius poneret. Nascet, inquit, pulchra Troianus origine Cæsar.s. pulchra nõ corpore, sed natalium honestate, hoc loco Virgi. docet, contemnenda esse apud nos, quæ magna sunt, vt obtineamus, quæ magnopere desideramus impleri.

ASCENSIVS.

¶Æole (nanq; &c.) Plena artificĳ est hæc oratio, nihil.n. prætermittit Iuno, quod ad eam rem, quam exorare vult, facere posset. cum enim posset imperare, rogat,& in beneuolentiæ signũ proprio nomine compellat: nec se dominam Æoli, sed amicam gerit, captans per hoc beneuolentiam eius, quæ prima ĳs, qui aliquid impetrare volunt, captanda, cum opportunitate quam captasse innuitur in superiori versiculo, vbi dictum est, Ad quem tum Iuno, quasi tunc cum optimum erat: deinde (vt Seruius docet) ostendit quod petit, fieri posse, atque in eius a quo petit, esse potestate, dicens. ¶Tibi diuum pater, atq; hominũ rex Et mulcere dedit fluctus,& tollere vento.) Ostendit iustum esse, quia contra gentem inimicam, contra quam iustam petat vltionẽ, ostendit modum, quo fieri posset, dicens. ¶Submersasq; obrue puppes,&c.) Prætermittens quæ potissimum velit,& descendens ad ea, quæ prioribus negatis, velit: quasi dicat, si submergere nõ datur, saltem puppes age diuersas,& disiice corpora ponto. Et postremo addit præmium, seu remunerationem, dicens. ¶Sunt mihi bis septem præstanti corpore nymphæ, Quarum, quæ forma pulcherrima Deiopeam,&c.) Hæc autem in omnibus petitionibus, rite obseruãda docet Seruius. Multa etiam arguta addit Donatus, cuius verba sunt. Æole. Omnia in hac oratiõe sociata sunt summo artificio. Incipit a nomine, quod nec Iunonem humilem facit,& Æolo gratum est. Ostendit enim illi beneuolentiam, cum norit nomẽ:& ipse lætatus se potiori notũ, perindeq; acceptum atq; charum: ergo captat beneuolentiam Iuno, facit item attentum. Cum idem coniiciat Æolus, officium Iunoni esse necessarium, cum subtiliter intellexisset, habere in ventos plenissimam potestatem. Diuum pater, ne arrogantem faceret Iunonem, si dixisset, maritus,& frater, vt supra: cum locuta est secum: ergo hic satius fuit, id intelligi posse, quam dici: ne autem prolixior esset futura oratio, ipsa occulte sibi proponit, quæ excusationis causa potuisset Æolus opponere,& illis respondet, ne vlterius accedi possit,& negaret Æolus, ventos esse in potestate sua: præuenit, ostendens plenã illum a Ioue in eos habere potestatem. ¶Gens.) Hic non nominauit Æneam (ne responderet Æolus, non adeo in nepotem Iouis a quo imperium sumpsi. Speciale igitur subtraxit, generale posuit. ¶Inimica.) Non dicit se genti inimicam, sed gentem sibi, quasi inferiores potiorem prouocent, quæ res

Universidad de Deusto Biblioteca

etiam Æolo indignationẽ moueat, vt Iunoni auxiliaretur.¶ Mihi.)Quasi dicat, reginæ, & Iouis sorori, & coniugi: quod ne arrogans videretur, subtraxit.¶ Tyrrhenum.)Quod & facilius concitatur, & Italiæ vicinius est.¶ Ilium.)Quasi dicat, omnes opes suas, si amisisset, non esset facultas recuperandi. Ne aũt excusaret Æolus, deorũ causam addidit.¶ Victosq́; penates.)Nam quamuis dij sunt, tamen quia victi, cõtemnendi.¶ Incute vim ven.)Expressit pathos, propter quod non explicat rem ordine. Dixit ergo, quæ cupiebat: sed propter perturbationẽ sine ordine, qui erat: Incute vim.v.sub.q;.o.p, Et disiice corpo.pon, quod necesse erat fieri, nauibus submersis. Deinde ponere, aut age diuersas, vt si nõ posset prouenire primũ, proueniat secundũ: quoniã sparsi nequicq́; audere nec ad Italiã peruenire poterant.¶ Sunt mihi.)Addit munus, vt explicet ardor cupiditatis eius. Et ex obliquo pulsat Veneris munus in Paridem quę dedit mulierẽ, quæ nõ erat in potestate sua: vnde contra Iuno hic dicit: Sunt mihi. nec Helena esse propria vxor, nec inde creari legitima potest soboles, ergo acute dixit: Sunt mihi, Et connubio iungã sta.pro.q;.d.O.ut.t.m.p.t.a. Ex.& p.f.t.pro.p. Quarum rerũ nulla fuit in Helena: non.n.erat Veneris: ergo nõ potuit dare stabilẽ, nec legitime collocare.¶ Faciat te pro.p.)Nam ex legitimo, & stabili connubio hæc proles erat speranda. Extollit etiã munus primũ a numero bis septem, deinde a qualitate.¶ Præstanti corpore.)Omnes pulchræ sunt: quod difficile est, ipsa autẽ omniũ pulcherrima. in Paride autem, non erant talia, quia ex adulterio non potest dici pater, nec legitima est proles: ergo non pulchra. Nam pulchritudinẽ hanc non in corpore ponit, sed in honestate nataliũ, sic alibi, Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar. Ostẽdit aũt poeta, debere nos dare ea, quæ magna sunt apud nos, vt voto potiamur. Hæc ille.

Ordo. ¶ Ordo est. Æole, gẽs inimica mihi, nauigat æquor Tyrrhenũ.i.mare superũ: denominatũ a Tyrrheno Lydorum, qui in Etruriã venerunt, & illic sedes posuerunt, duce. portãs Iliũ.i.nouam Troiam, aut gentẽ superbã, & luxuriosam, quales erant Ilienses: aut Ilium, q; pro &, penates victos. Vnde Hector.ij.huius: Sacra, suosq́; tibi cõmendat Troia penates, Hos cape fatorũ comites. Bene autem addit victos, ne durum videatur Æolo contra penates deos tempestatem excitare. Incute igitur vẽtis.s.tuis, qui sub imperio tuo sunt: vim.i.imperium, aut vires, vt ijs freti violẽtius exeant: nam vis subditorum ferè in principe est: incute, inquam, nanq; pater diuum.i.diuorũ, Iuppiter: & rex.i.dominus, & rector hominum. (Apte Iouem deorum patrem, & hominum regem, dicit) dedit tibi.i.fecit tibi potestatẽ, aut concessit tibi: &.i.simul, mulcere.i.sedare, fluctus.s.turbatos, & cõmotos, & tollere.i.excitare, & cõmouere prius tranquillos: vento.i.impetu ventorum: ergo incute, nanq; potes, & iustum est, quia gẽs inimica: & obrue.i.obuolue, aquis, & arenis, & sepeli: puppes submersas.i.prius immersas aqs: aut (si id nõ datur propter fata, quod tamẽ prudenter tacet: quia orator nõ debet dicere ea, quæ sibi obesse possent) age.i.impelle puppes diuersas.i.in diuersas partes, ne videlicet collecta manu Italiam inuadant: quia sperauit Iuno si pauci Italiam inuasissent, expulsum iri, & disiice.i.in diuersa iace: & impelle corpora.s.tam nauium, q; hominum (& ignominiose corpora, quasi mera corpora, cum in nauibus nihil, præter simulachra, sic diuinitatis, nec in hominibus boni animi.) põto.i.per pontum, qui in tua ditione quodãmodo est. Et si hoc feceris, bis septem.i.quatuordecim nymphæ (quas quidã ad finem quarti Geor. nominatas volunt) præstanti corpore.i.habentes corpus prẽstãs, (hoc dicit, quia nouit iudicium Paridis Veneri fauisse, propter præstantiã puellæ a Venere promissæ.) sunt mihi.i.ego habeo eas, quarum vnã, sup. Deiopeã, quæ pulcherrima, sup. est forma.i.formositate, aut forma corporis. (Est autẽ pulcherrima, nominatiui, casus, & forma, ablatiui) iungam.i.coniungã tibi stabili.i.firmo, & indissolubili cõnubio, non ad tempus, quale fuit Paridis cum Helena: & dicabo.i.sacrabo tibi propriã: cum Helena Menelai fuerit, & etiã Deiphobo Paridis, seu Alexandri fratri, nupserit: vt ipsa exigat.i.extra agat, hoc est complete, & ad extremum vsq; vitæ agat tecum, omnes annos.s.vitæ, pro talibus meritis, quę.s.de me merueris: &, vt faciat te parentẽ pulchra prole, quod dulcissimũ est in matrimonio bonũ. Sanè quia Iuno est aer in quo nubes generant, & nymphæ sunt quasi nimbi, aut nubes in flumina, aut maria resolutæ: ideo physice, Iuno, nympharum domina fingitur.

PIERIVS.

¶ Incute vim ventis, summersasq́; ob. pup.)Sunt qui, subuersas, legendum autument, nec ordo in sensu sit confusus: obrui enim prius accidit q; immergi. Mihi tũ displicere nõ pẽt, quod in antiquis omnibus exẽplaribus quę versauimus, legitur, tũ summersas, tũ submersas, quod etiã si nõ accipiamus pro submergendas, vt grãmatici nonnulli interpretantur, certe poetarũ mos est, hæc de industria sæpe cõfundere.¶ Aut age diuersas, & disiice corpora ponto.)In antiquis oĩbus exẽplaribus de meliore nota, diuersos, legitur, virili genere, vt de Troianis intelligatur. Quã lectionem aperte Donatus etiam agnoscit, vbi super ordine hoc pluribus disputat, quæ in vulgatis codicib. nõ habentur, Ideo Nero ait cupere Iunonem, Troianos diuersos agi, quoniã sparsi nihil audere posterius poterũt, nec ad Italiã puenire, & inferius, Aut age diuersos, impleri nõ posset nisi venti (vt supra dictum est) inpugnãtes sese, discretos Troianos per diuersa distraherẽt.¶ Quarũ, quæ forma pulcherrima Deiopeã.)In Roma. codi. in Oblongo, in Medi. & aliquot alijs antiquis, Deiopeia, nominandi casu scriptum est, pulcherrima elocutionis figura. Nam alibi etiam Virg. vtitur antiptosi.

SERVIVS.

¶ Æolus hęc.)Subaudi dixit, quod ex posterioribus intelligif, vt supra notauim'.¶ Regina)Inferioris psonę reuerẽtia est, maiorẽ meritis appellare, nõ noie. Contra, maioris est minorẽ nomine tantũ vocare, qui ordo nõ nisi per indignationẽ corrumpif: vt in duodecimo, Sages i extremis rebus, Turnũ, nõ regẽ vocat: vt, Ruit implorans noie Turnum. Et alibi de Aristæo, Et te crudelem nomine dicit.¶ Explorare.)Deliberare. Superi' nãq; multa poposcerat Iuno: hoc ergo dicit, Tuum est deliberare quid velis.¶ Mihi iussa capessere fas est.)Figura est liptotes, quæ fit quotiescũq; minus dicimus & plus significamus per cõtrariũ intelligẽtes, vt hoc loco, nõ ait, licet mihi implere quæ præcipis: sed, nefas est nõ implere quę iusseris. Itẽ, Munera nec sperno.i.libenter accipio.¶ Tu mihi quodcũq; hoc regni.)Redijt ad physicã rationẽ, nam motus aeris.i.Iunonis, ventos creat, qbus Æolus preest. Dicendo aũt quodcũq;, aut verecunde ait, ne videaf arrogãs, aut latenter pene iocatur poeta, quis.n.potest ventos, id est rem inanẽ tenere:¶ Iouemq́; concilias.)Hysteron proteron in sensu est. nõ enim Iuppiter cõciliaf Æolo: sed Æolus Ioui, quasi superiori conciliaf. Cõciliantaute noui, recõciliantur antiqui.¶ Tu das epulis accumbere diuum)Hoc est, tu me deum facis, duplici.n.ratiõe diuinos honores meremur, dearũ cõiugio, & deorũ conuiuio, vnde & in Bucoli. legimus, Nec deus hũc mẽsa, dea nec dignata cubili est.¶ Hæc vbi dicta.) Et a Iunone & ab Æolo.¶ Cauum.)Ordo est, Conuersa cuspide cauum montẽ in latus impulit. Et alibi, In latus inq; feri curuã cõpagib' aluũ Contorsit, quasi in rem quę facile cedit ictui.¶ Agmine.)Vel impetu, vel multitudine. Agmẽ enim sermo polysem' est, nã impetum significat. vt, Illi agmine facto Laocoonta petũt. Multitudinẽ. vt, Vocat agmina sęua sororũ, Etiã exercitum incedentẽ, agmein vocamus.¶ Porta.)Omnis exitus porta dicif quasi qua põt vel importari, vel exportari aliquid.¶ Turbine.)Vi. ventorũ. Et sciẽdũ est, q; quãdo appellatiuũ est, facit turbinis: sed si sit nomẽ propriũ, turbonis facit: vt Hora. Turbonis marinis.¶ Eurusq́; Notusq́;.)Cardinales quatuor venti sunt, de qbus nũc tres ponit: paulo post vnũ, quẽ omiserat, reddidit, Stridens aquilone procella.

Æolus hec cõtra. tuus ò regina qd optes POETA
Explorare labor: mihi iussa capessere fas est. AEOLVS
Tu mihi (quodcunq; hoc regni) tu sceptra, Iouemq́;
Concilias: tu das epulis accumbere diuum:
Nimborumq́; facis, tempestatumq; potentem.
Hec vbi dicta: cauũ conuersa cuspide montẽ POE.
Impulit in latus. ac venti velut agmine facto,
Quà data porta, ruunt: & terras turbine perflant.
Incubuere mari: totumq; à sedibus imis
Vnà Eurusq;, Notusq; ruunt, creberq; procellis
Africus: & vastos voluunt ad littora fluctus.
Insequitur clamorq; virum, stridorq; rudentum.
Eripiunt subito nubes cœlumq;, diemq;
Teucrorum ex oculis, ponto nox incubat atra.
Intonuere poli: & crebris micat ignibus æther:
Præsentemq; viris intentant omnia mortem.

procella.¶ Procellis.)Procella est vis ventorũ cum pluuia. dicta procella ab eo q; omnia percellat.¶ Insequif clamorq; virũ) Quia præcesserat ventorũ sonus, quem & ipsum clamorẽ possumus dicere.¶ Stridorq; rudentũ.)Proprie, Nã in funib. stridor est.¶ Teucrorũ ex oculis.)Nunq; enim totũ cœlũ nubibus tegitur, sed illa pars cõtra quam flauerint venti. Quod autẽ dixit diem eripi, ad videntium oculos retulit, non ad naturã.¶ Nox incubat.)Nox dicta quia oculis noceat.¶ Incubat.)aũt ideo dixit, q; alienum tempus inuasit. Nam incubare proprie dicitur per vim rem alienam tenere.¶ Poli.)Axes.i.extremæ partes cœli.¶ Æther.)Ætherem hoc loco pro aere posuit, nubes enim vnde & fulmina, aeris sunt non ætheris, & frequenter Virgilius duo ista confundit.¶ Intentant.)Minantur.¶ Omnia.)autem ad superiora retulit.

DONATVS.

¶ Æolus hęc cõtra.)Quod ait contra, nõ contra voluntatẽ Iunonis, sed cõtra verba, noluit quippe ei parti respondere, qua Iuno præmiũ promisit, neq;.n.dixit bene me accipis, aut gratias ago promissis tuis, ne videretur etiam ipse vt Paris libidinis munere prouocatus, volũtati Iunonis obsecutus. itẽ intelligi etiã potest sic cõtra, quia illa dicit. Nãq; tibi diuũ pater, atq; hominũ rex, Et mulcere dedit fluctus, & tollere vẽto. Æolus ergo quomodo cõtra responderit, differamus. sed prius videndũ est quomodo etiã ipse beneuolum se fecit, ait.n.¶ Tuus o re. quid op. Explorare l. m.i.c.f.e.)Vt est, inquit, discretio inter personarum merita, sic & officia discernuntur. tu regina, hoc est officium tuũ iubẽdo, meũ vero exequendo cõpletur. Tui laboris est, hoc est tuæ curæ inuenire, quid iubeas, solicitudinis aũt meæ, dare præceptis effectũ. & quod ait fas est, licebit facere, etiam si illicita iubeas fieri. Illa.n. dixit, Victorq; penates. Æolus sic videtur contra respondisse, etiã si victi nõ essent, facerẽ: quia cum fieri aliquid nõ licet, incipit licere, si eius fiat iussu cui iubendi plena potestas est. Ecce exẽpli causa ponamus iudiciũ publicũ. Nõ licet hominẽ verberare aut torquere, & qui hæc fecerit, plectitur: sed si iussu iudicis fiat, nullum admittitur crimen, hoc voluit etiã Æolus dicere, illicita si me iubeas facere, faciã & impune faciã, quia regina iubente nulla obsequentẽ pœna sequetur. item cõtra respondit dicendo.¶ Tu mihi qu.q;.h.r.tu.sce.i.q;.Concilias.)Illa.n.dixit a Ioue accepisti potestatẽ, ille in voce officiosa persistẽs, ipsius Iunonis vult esse quod poterat. Addidit.¶ Tu das e.a.d.N.q;.f.)Ipsum, inquit, Iouem vt propitium habeã tu facis, & vt memorẽ se omniũ beneficiũ Iunonis ostenderet, addidit.¶ Tu das e.a.d.)Vnum videf posuisse beneficium præstitæ humanitatis, sed cumulaf alio, si cõuiuiũ cum potiore misceatur, Tertio si cum potioribus plurimis, Quarto si inferior persona non sedeat, vt fieri solet, sed accumbat posuit in fine, & hoc quod desideras tuũ est, & in tua positũ potestate, personarum in vtraq; oratione loci quoq; & temporis habitam rationẽ dubitari nõ potest.s. Iunonis, Æoli, Troianorũ, penatũ victorum, Veneris, Helenæ, Paridis, Deiopeæ, loci propter nobilitatem Tyrrheni maris, & Italiæ proximitatem. Temporis vero, ne multiloquio tractũ tempus opportunitatẽ nocendi corrũperet, deniq; breuiter Iuno desideriũ suum prosecuta, & breuius respõdet Æolus, & promisit effectũ.¶ Hæc vbi dicta.)& cætera quæ sequuntur, hoc est vbi Iuno & Æolus hoc dixerunt, cœpit Æolus iussa cõplere, quæ fuerunt hæc. Incute vim ventis, submersasq́; obrue puppes, Et disiice corpora ponto, aut age diuersas, patefecit igitur exitũ ventis, plurimos simul atq; diuersæ naturæ, hoc est contrariũ flantes, atq; impugnãtes sese fecit exire, vt cõfligentibus inter se fluctibus regendis nauibus corpora disiicerentur. Aut age diuersas, impleri non posset, nisi venti vt supra dictũ est impugnantes sese, Troianos discretos per diuersa distraherent, deniq; ait.¶ Incubuere ma.&c.)Vt simul cõplerentur quæ Iuno mandauerat, accessit ad violẽtiã maris aliorũ quoq; elementorũ plenissima perturbatio, dixit quippe.¶ Eripiunt subi.nu.)Hęc solis Teucris acciderant, & in solo mari fuerant tenebræ. Confusio quippe elementorũ & tetra pelagi facies sustulerat diẽ Troianis & cœlũ. Confunditur inquit cum tenebris dies, subtrahitur lux ex alienis temporibus, nox importune succedit, ne cõtra mala reperiri consiliũ posset, eripitur cœlum, & vt quam in partẽ niterẽtur gubernatores ipsi nescirent, eo amplius tonitrua mittebanf, & fulgura, & vt inter multiplices metus Troiani desperatione possessi nihil aliud sperarent q; mortem, idcirco dixit.¶ Intonuere p.)Inter hæc quales cogitatiões habuerit Æneas, vel cuiusmodi animo aut corpore senserit pathos poeta describit. ait.n.

ASCENSIVS.

¶ Æolus hæc contra.)Ponit responsionẽ Æoli, quam Donatus argutissime declarat: dicens, quomodo contra dicta Iunonis responderit: nam mutuis beneficijs certãt: cum enim Iuno dixerit, Æolum tenere regnum vẽtorũ, & accepisse ab Ioue, fatetur se id Æolus ab Iunone obtinuisse, & cum illa præmiũ, pro meritis promitteret: hic se obnoxiũ fatetur, vt cui nihil præmij debeaf, cum debitũ duntaxat persoluat: habent autẽ ambo rationẽ loci, & temporis, nam cum modicũ maris esset transfretandũ, ne longa oratione opportunitatẽ nocẽdi perderet, breuiter proposuit Iuno, sed breuius respõdet Æolus. Sed hæc omnia a Donato cõpletius audies: cuius verba hęc sunt.¶ Æolus hæc con.)Non cõtra volũtatem Iunonis, sed cõtra verba: nõ.n.ad præmia respondet, ne videatur moueri libidine, vt Paris. Reddit beneuolã, cum dicit discernendo officia: Tuũ est iubere, meũ cõplere iussa, fas est: licebit facere, etiã si illicita iusseris. Respõdet contra, veluti si dicat: etiã si victi nõ sint penates, licebit facere. nam cum qui potestatẽ habet, iubet: illicita fiũt licita inferiori. Vel dixit cõtra: quia Iuno dixit, illũ habere imperiũ a Ioue, hic respondet habere ab ipsa Iunone: & vt videatur memor beneficiorũ, addit.¶ Tu sceptra, Iouẽq;, Tu mihi quodcũq;.)Vult esse Iunonis, quæ Iuno illũ a Ioue accepisse memorauit.¶ Das epu.)Superius beneficiũ humanitatis accumulatur, si conuiuiũ cum potiore misceaf. Tertio si cum potioribus plurimis: quarto si inferior persona nõ sedeat, vt fieri solet: sed accumbat, posuit in fine hoc, quod deis desideratissimũ est. Personarum igif in vtraq; oratione, rationẽ habuit, scilicet Iunonis, Æoli, Troianorum, Penatium victorum, Veneris, Helenæ, Paridis, & Deiopeiæ. Item loci, propter mobilitatẽ Tyrrheni maris, & proximitatẽ Italiæ. Itẽ temporis, nam & Iuno breuiter orauit, & Æolus breuius respondit, ne longitudine tempus nocendi subtraheretur.¶ Hæc vbi.)Post vtriusq; orationẽ, cœpit Æolus iussa cõplere. Emisit plurimos, ac cõtrarios ventos, vt confligentibus inter se fluctibus regendis nauibus consiliũ nõ suppeteret: & deficiente industria, facilius mergerentur: & mersis nauibus, corpora disiicerentur: & vt cõplerentur iussa Iunonis, accessit ad violẽtiam maris, aliorum quoq; elementorũ perturbatio: nam nox eripuit cœlum, ac lucẽ: vt esset eadem facies maris, & terrę: ne cõtra mala consilium suscipi posset, neue scirent gubernatores, in quã partẽ mitterentur. Mittebantur tonitrua, & fulgura, vt multiplici metu Troiani desperantes, nihil aliud q; mortẽ expectarẽt.

¶ Ordo est. Æolus, supple respondit, contra hæc.s.prius dicta a Iunone: aut Æolus respondit hęc cõtra.i.econtrario, vel ex aduerso: o regina: bene secundũ Seruium dicit: non o Iuno, sed o regina: quia minores cõpellant maiores suos nomine dignitatis, & maiores inferiorem nomine proprio. Vnde prius Iuno, Æole, nanq;, &c. Quando autẽ contra fit, indignationis signum est. vnde Aristęus in.iiij. Georgi. Cyrene, mater Cyrene: quia matri succensus proprium nomẽ expresse tulit & matris suppressit, quod patet, quia Arethusa paulo post dicit ad eam: Et te crudelem nomine dicit.) tuus labor.i.tuæ partes, tuũ officium, sup. est: explorare.i.indagare, & inquirere: quid optes.i.optare, & iubere debeas: & fas est mihi (immo nefas est) non capessere.i.suscipere, & captum ire: iussa, scilicet tua. Nam tu mihi, supp. das, & confers, aut concilias hoc: quodcunq;.i.quidquid regni, supp. est: tu, supp. confers, sceptra, id est insignia regalia: q; pro &: tu concilias.i.confœderas mihi Iouem, pro eo quod est me Ioui: nam minores conciliantur maioribus: tu das accumbere (quod plus est q; assidere, aut astare: nam accumbunt principes mensarũ) epulis diuum, id est diuorum: & facis me potentem, id est cõpotem: nimborum, id est nubium ventis immistarum, & tempestatum: quas.s.excitat, aut sedat Æolus, potens, hic in nomen migrat, & ita genitiuum regit. Vbi, id est vt primum hæc, scilicet pauca verba: dicta, supple fuerunt: ipse Æolus impulit in latus montem cauum.s.ab ore antri: & disiecit in latus alterum montem cauum: quia dictum est, Molem & montes insuper altos Imposuit, aut impulit, id est impellẽdo infregit latus, & aperuit montem cauum: in cuius.s.cauernis erant venti: ac venti ruunt, id est erumpunt, supp. ea qua porta, supple est data, id est exitus est datus, hoc est quacunq; permittebantur exilire (qua, est ablatiui casus, poniturq; pro aduerbio per locum: data porta, nominatiui casus: recti a verbo est subintellecto.) & perflant terras, turbine, id est gyro, ex diuersis ventis orto, & omnia conturbante: incubuere mari, scilicet venti, id est alienum elemẽtum occupauere. Vnde incubatores dicuntur Tyranni: & Eurus, & Notus, & Africus, scilicet ventus, creber procellis, id est crebras procellas excitare solitus, ruunt.i.euertunt: vna, id est simul, & quasi dicas, vna vice, aut vna manu, totum, scilicet mare: & voluunt ad littora fluctus vastos, id est valde magnos. Et clamor virum, id est virorũ: & stridor, id est strepitus: aut fragor rudentum, id est chordarum, aut funium, qui-

Universidad de Deusto Biblioteca

bus vela ad malos ligabātur.insequitur,scilicet impetum ventorum:mire insequitur dicit:nam nō pręcedit stridor rudentū,nec multo post sequit,sed quasi in ipso impetu ventorum.Nubes eripiunt subito ex oculis Teucrorū.i.Troianorū, a Teucro oriundorum:& cœlum,& diē.i.claritatem diurnam:nox atra.i.caligo,qualis noctu esse solet:incubat ponto.i.occupat mare:poli.i.cardines cœlorū:intonuere.i.multū tonuere : æther.i.aer superior,micat.i.resplendet,& coruscat,aut nunc videtur,nunc absconditur,sicut digiti micātiū:crebris ignibus.i.fulgoribus,& coruscationibus:& omnia.s.elementa,ignis,aer,& aqua, cum terra desit aut omnia quæ fiunt,intentāt.i.minantur,aut prætendunt:viris.s.Troianis,mortem præsentem.i.instantem,& vrgentem.

PIERIVS.

¶Tuus o regina qd optes.)Et si placet,qd, indefinitū.In plerisq; tñ codicib.vetustis,quod habet:idq; alicubi per,t,finale,nō vt numerū significet, sed qa,t,&,d,indifferēter poni tā ī tabulis Æneis, ꝙ in marmorū monumentis,apud veteres obseruatū.

Extemplo Æneæ soluuntur frigore membra,
Ingemit:& duplices tendens ad sydera palmas,
Talia voce refert.{O terq;,quaterq; beati, AEN.
Queis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere:ò Danaum fortissime gentis
Tydide,me ne Iliacis occumbere campis
Non potuisse:tuaq; animam hanc effundere dextra?
Sæuus vbi Aacidæ telo iacet Hector:vbi ingens
Sarpedon:vbi tot Simois correpta sub vndis
Scuta virum,galeasq;,& fortia corpora voluit?

SERVIVS.

¶Extemplo.)Illico.Et est augurū sermo.Templū enim dicitur locus manu designatus in aere, post quē factū illico captant auguria.¶Æneę.)Seruauit dignitatem τὸ πρέπον, vt Æneā vltimū territū dicat.¶Frigore.)Timore. Et est reciproca trāslatio. Nā & timor pro frigore, & frigus pro timore ponitur:vt in Terētio, Vxorē tuā pauitare aiunt, nō timere,sed laborare frigorib. vtrunq; enim in vnū exitum cadit,sicut & de calore & frigore vrere dicimus,vt est,Aut Boreę penetrabile frigus adurat.¶Ingemit.)Nō propter mortē, sequit enim,O terq;,quaterq; beati,sed propter mortis genus,graue est enim ſm Homerū,perire naufragio, quia anima ignea est:& extingui videtur in mari.i.elemento cōtrario,vt igneus est ollis vigor.¶Duplices.)Duas,ſm morem antiquum,nam duplices duas dicebāt,vt hoc loco,& binos,duos:& vtrosq; pro vtrunq;,vt Cicero,Binos habebā,iubeo promi vtrosq;.Item Sallu.cum de duobus loqueretur, Hi vtriq; ad vrbem imperatores erant.¶O terq; quaterq;.)i.sępius. Finitus numerus pro infinito.¶Queis.)Quis & quibus vnū significat:ſm artem enim dicimus. Ab eo.n.quod est a quibus mittit:ab eo quod est a quo, in is mittit:sed a tertia declinatione in vsu sunt datiuus & ablatiuus plurales:licet antiqui oibus vsi sint casibus. Deniq; Cato in originib.ait, Si ques sunt populi.Et declinauit ques quiū:sicut puppes puppiū.¶Mœnibus altis.)Propter Pergama,quæ altissima fuerunt:ex quibus omnia alta ædificia, pergama vocant, sicut Æschylus dicit.¶Oppetere.)Ore terrā petere.i.mori. Possumus aūt sic vti hoc sermone,& vt per se plenus sit,& recipiat adiectionem.Ergo dicimus & oppetit,& mortē oppetit:sicut & expirat, & animā expirat.¶Fortissime gentis.)Atqui in artibus legimus superlatiuum gradum nō nisi genitiuo plurali iungi.constat quidē:sed gens nomen est enunciatione singulare,intellectu plurale. Bene ergo iunxit : in gente enim plures sunt,vt alibi, Ipse ditissimus agri Phœnicum, non enim vnus est ager Phœnicum.Itē Sallustius, Romani generis disertissimus. Sane quæritur cur Diomedem fortissimū dixerit,cum post Achillē & Aiacem ipse sit tertius,vnde etiā Sallustius ait primū Græcorū.Achillem multi dicunt ideo fortissimū, quia iuxta Homerum & Venerē vulnerauit & Martem. Alij ad gentē referunt,ꝗ Achilles Thessalus fuit, Aiax Græcus, Diomedes Danaus.Multi ad excusationē Æneæ volunt fortissimū dictū:a quo eum cōstat esse percussum vel superatum.¶Tydide.)Vocatiuus grecus est.si.n.latine diceret,o Tydida debuit ponere.Omnia.n. patronymica quæ in des exeunt,apud Latinos primæ sunt declinationis : vt Sęuus vbi Æacide telo iacet Hector.¶Animā hanc.) Quasi cum dolore hāc animam dixit, ac si diceret,quæ ad laborē nata est.)Effundere.)Secundum eos qui dicunt sanguinē esse animam,vt ipse alibi,Purpureā vomit ille animā, Nā alio loco aliorum opinionē sequitur, qui dicūt spiritum esse animā.vnde est, Atq; in ventos vita recessit.¶Sæuus.)Magnus, vt superius dictū est.Et bene elegit cum quibus perisse debuerit. Ipse enim & fortis est & numinum proles.Recte ergo his iungitur,in quibus talia fuerunt.¶Sarpedon.)Et in vltima possumus accentum ponere, & in penultima, nam Homerus & Sarpedonis declinauit : & Sarpedontis,vnde & varius accentus est,Sarpedonis autem antepenultima habet accentum : Sarpedontis penultima, sed Sarpedontis vsurpauit, naturalis enim declinatio est Sarpedon Sarpedonis, vt Memnon Memnonis, Sinon Sinonis. Si autem genitiuum in dontis miserit, a circunflexo venit:qui est in vltima syllaba nominatiui,vt Demophῶn Demophῶntis, Lycaῶn Lycaῶntis:sic ergo & Sarpedῶntis. Est autē Sarpedon filius Iouis & Laodamiæ, occisus a Patroclo.¶Simois.)Hoc nomen integrum ad no

nos trāsit, vnde suo est accentu proferendū.Nā si esset latinū,in antepenultima haberet accētū,quia secūda a fine breuis est.¶Sub vndis)Et sub vndis legimus,& sub vndas.Sed si sub vndas, Correpta, intellige : si sub vndis, Voluit. Varia ergo distinctio ē.¶Fortia corpora.)Hoc est virorū fortium corpora, nulla enim est in mortuis fortitudo.

DONATVS.

¶Extemplo Æneæ.)Alij frigus pro timore intelligūt positum,quod contra est,nam si timuit Æneas mortē,derogatū est virtuti ac meritis eius.Frigus ergo dixit proprie, quod nascebat nō ex casu euidentissimę mortis,sed ex leui genere,quod cruciabat animū viri fortis, qui optabat potius gloriose in cāpo occumbere,ꝗ in fluctibus ignobiliter interire.Recte ergo non timorē, sed verū frigus debemus intelligere, quod oriebat ex tot aduersis,quę corporis calores extorserant.Incipit iam dolores suos exprimere,vt appareat,quod i illis periculis gemeret.¶O terq; quaterq; b.)Hoc est multifariā felices, dicunt iam causæ.¶Quis ante ora pa.)Ex his quę secūdo libro scripta sunt,conijcere possumus Polytis illum fecisse mentionē,qui ante patrē suum Priamū Pyrrhi cæde procubuit,& quia patria potiore loco inter parētes numeratur.¶Troiæ, inquit,sub mœni.al.)Hoc est cū altitudo mœnium staret.¶Contigit oppe.)Id est cōtigit interire, reliquerunt ergo incolumen, quod bono ciui gloriosum solatiū est in interitu suo integrū statū ciuitatis proprię reliquisse.Altis ergo posuit vt ostēderet integram adhuc ciuitatē, ipse enim Æneas campos nō altitudinem dimisit.nam in.ij.libro cum ingenti gemitu ait, Et cāpos vbi Troiā fuit.Et quia pathetica fuit cōtinua dictio perseuerare non potuit,cum dicturū fuisse intelligamus,quod dolebat.id est ego aūt amissa patria, in fluctibus perdita gloria,moriturus sum,atq; vt hoc confirmaret, ait.¶O Danaum fortis.gen.) Tamen rursum ad aliud raptus est, dicens.¶Tydide me ne Ilia.) Ex his infelicem se existimans,qui hunc exitū vitę habere nō meruit, & ignobili mortis genere vir fortis in pelago fuerat moriturus,hoc ne cōplere quod cōiectura colligimus,fluctus interuenit,qui vocem loquentis occluderet.esset.n.vitium poetæ,si finitis querelis Æneæ,fluctū faceret superuenisse, deniq; similia alijs locis etiā Poeta poneret.Ait quippe, Hæc dum Dardanio Æneæ miranda videntur.& alibi,Talia fundebat lachrymās.dum enim consideraret Æneas picturas templi,dum Andromache loqueretur sermones suos aut dolores, imperfectis his Dido ad templū processit,& Helenus extra vrbem,ergo ait.

ASCENSIVS.

¶Extemplo Æneæ soluuntur frigore membra, &c.)Mirandam ostendit vim tempestatis, quæ etiam Æneam metu concessit:sed ſm Ser.seruat τὸ πρέπον.i.ipsum decorum : nam cum vltimum territum ponit:quia de cæteris dictum est, Insequitur,clamorq; virum, &c.Verum Donatus interpretatur frigore, non timore, sed naturali frigore:verba eius sunt.¶Extēplo Æneæ.)Exprimit quale & animi, & corporis sentit pathos.¶Frigore.)Non pro timore posuit:nam derogaret eius virtuti:ergo frigus dixit,pprie quod oriebatur,non ex casu euidentissime mortis,sed ex tot aduersis,quæ corporis calorem extinxerunt, quia cruciabatur animus viri fortis, qui maluisset gloriosius in cāpo occumbere, ꝗ ignobiliter ī fluctibus interire.¶O terq;, quaterq;.)i.multifariā. ¶Quis ante ora.)De Polyte ex his, quæ in.ij.dicuntur, intelligemus : qui cęde Pyrrhi in cōspectu patris occubuit.¶Altis.)quasi dicat integra adhuc ciuitate : ipse enim Æneas non Troiam altā, sed campos vbi Troia fuit,reliquit, & in fluctibus periclitaturus est.¶O Danaum fortissime gentis.)Ex illo ad aliud raptus est, existimans se infelicem, qui & hunc exitum vitæ fortiatur, & ignobili morte periturus.¶Me ne Iliacis.)Ex his se infelicē existimās, qui hunc exitum vitæ non habuerit,sed vir fortis in pelago esset moriturus.Non potuit aūt explere rationē, interueniēte fluctu. esset autem vitium poetę:si finitis querelis,fluctus interuenisset. Semper ergo imperfectas reliquit querelas:vt,Hæc dum Dardanio Æneæ miranda vident.Et alibi:Talia fundebat lachrymans. Beroaldus aūt dicit vtrunq;:nam Dona.id etiam dicit sic : Eruditis auribus non satisfacit Seruij interpretatio, perinde ac vulgaris,& frigidiuscula.Elegātius, & eruditius Virgilianū carmen interpretatꝰ est Macro.qui in primo in somniū Scipionis, cū septenariū numerū esse perfectissimū docuisset,deq; eius vi,ac potestate,multa disseruisset,ita subiunxit : vnde Virg.nullius disciplinæ expers,& ꝑ omnia beatos exprimere volens:ait,O terq;,quaterq; beati.)Hactenus Macro.cuius sententiæ adstipulat Tibullus illo versu.O mihi felicē terq; quaterq; diē:qui quidē versiculus, non secus a Tibullo pronuntiatus est:ꝗ a Virg.o terq; quaterq; beati:quod ęmulatus est(vt opinor)Silius sic scribens : Felix o terq; quaterq; frater. Nō me præterit Strab.enarrantē illud Home.cū terq; die reuomit scribere,ꝙ talis superlatio ab oibus vsurpatur: vnde Home.ait:Ter beati Danai, ter exorabiles & terq; quaterq; beati.Hæc ille.

Ordo. ¶Ordo est,Mēbra Æneę,vt genitiui casus, potest tamē & datiui casus esse,vt si dicat:Membra soluuntur Æneę, sed ſm Donati mentē,melius dicetur genitiui casus : vt nō ab Ænea, ne in Æneæ vituperiū,sed a natura solui intelligitur:soluunt extemplo.i.illico &,subito propter periculū, vt Ser.vult.frigore.i. horrore propter metū:nam quia metu præcordia laborant,eoq; totus sanguis succurrit:frigent naturaliter timētes, nec est cōtra decorū Æneæ,ꝙ timens inducat,quia etiā Iuno timuisse legitur, nec timuit Æneas mortem,sed genus mortis tam ignobile:nihil autem timere:non fortis, sed temerarij esset : potuit ergo timere Æneas,qui etiā gubernandę nauis peritus pericula intellexit:vnde sibi mortē ignobilē instare veritus, beatos dicit,qui gloriose apud Troiā occiderint.Qui tamē cum Donato,frigus Æneę fuisse dicet, quia in aquis versanti, & inter nubes ac imbres nihil a me quidē damnabit:quia tamē addit extēplo, quod potius ad timorē, ꝗ ad frigus naturale pertinet:cōcederē Seruio:soluuntur ergo frigore.i.horrore,qui & a frigore, & a timore nascit. Ingemit.i.in animo gemit,nō propter mortē,sed mortis genus, & tendens ad sydera palmas dupliceis.i.cōplicatas, & cōpressas : refert voce.i.eloquit.(nam animo prius voluisse significat verbū ingemit.)talia.s.qualia sequunt.O terq;,quaterq;.i.perfecte,& cōsummate,quia perfectio septenario numero significat beati:queis.i. quibus,cōtigit.i.cum difficultate a dijs cōcessum est(sicut de Polyte in.ij.dicetur,ſm Donatū, qui mortuus est ante ora parentū, sed intra mœnia, nō sub mœnibus.)oppetere.s.terrā mordicus: nam ne cadentes vocem viro indignam emitterēt, oppetierunt ore terrā,eamq; momorderunt.vnde est & humū semel ore momordit,hoc est oppetēdo terrā occidere,& necari ante ora parentum,quasi dulce sit filijs pro patria & parentibus, ante eorū conspectum,mori.Vnde Horat.Dulce,& decorū est,pro patria mori: idq; Lacenæ mulieres plurimæ ostenderūt:sub mœnibus Troię: altis.i.adhoc stantibus,& ab occidētibus defensis.O Tydide, pro Tytide.i.o Diomedes,vel Diomede:fortissime gentis Danaū,pro Danaorum.i.Grecorū.(habuerat.n.cum Ænea congressum Diomedes.Vnde dicturus est de Ænea lib.xj.Stetimus tela aspera cōtra,Contulimusq; manus, experto credite, quantus In clypeum assurgat, quo turbine torqueat hastā. Si duo præterea tales Idęa tulisset Terra viros, vltro Inachias venisset ad vrbes Dardanus, &c.Laudat ergo se mutuo,vt vtriq; gloriosum sit, neutrum succubuisse)me ne.i.ita ne dijs visum est:aut,ita ne decuit,me nō potuisse occumbere.i.obire mortem:occumbēdo, supp.in campis Iliacis.i.Troianis, & me non potuisse effundere tua q.d.viri fortissimi dextra:hanc.i.meam animam.i.sanguinem meum:qui sedes animæ.i.vitæ,est.)Gloriosum videtur a viro forti occidi.Vnde in.xj.quasi inuideat tam ignobili,tam nobilem mortem,dicit dea ad Aruntem:Tu ne etiam telis moriere Dianæ:)campis dico Iliacis:vbi.i.in quibus, Hector sęuus.i.terribilis, aut magnanimus dum viueret:nisi hyperbolicos dixerit etiā mortuum terribilem aspectu fuisse:iacet.s.prostratus,telo.i.hasta, quia eminus adortus est eum : Æacide.i.Achillis, nepotis Æaci:vbi.s.iacet:ingens.i.valde magnus:Sarpedon, vir ille Troianus,cęsus a Patroclo socio Achillis:& vbi.i.sub quibus mœnibus : Simois fluuius ille Troianus:(declinatur autem huius Simoëtis, huic Simoenti, & hunc Simoenta)voluit sub vndis tot scuta virum, pro virorū .s.fortium:correpta.i.simul rapta cum corporibus,quia nō proiecerunt scuta:vnde addit,& galeas.i.integmenta capitum : cassides.s.& fortia corpora.i.fortium virorum,qui occisi cum armis ab hostibus in Simoenta:vt a suis viderentur:proiecti erāt, & ita neq; arma neq; locum deseruerant, sed oppetierant pro patria: quorum similē se optat Æneas, vir quidem(vt a Virgilio vbiq; inducitur)plus ꝗ heroica virtute præditus. Qui videtur voluisse plura dixisse:sed fluctibus impeditus sermonem non absoluit. Vnde ait poeta quæ sequuntur.

PIERIVS.

¶Queis ante ora patrum.)Valerius Probus versum hunc citans, queis,iambū esse dicit:passimq; datiuo,& ablatiuo casu, pro iābo accipi debere.Quare non alienus sum ab eorū opinione,q queis, per e,scribendū censent,vt aliquot habēt marmora,sed in hoc loco cadit in vnā syllabā,κατὰ συνίζησιν.¶Sæuus vbi Æacidæ te.ia. Hector, vbi ingens Sarpedon, vbi tot Simois corre.sub vn.)Vt preterea,sęuos,per o,& correpta præpositione incolumi, veteribus in aliquot exēplaribus notata, quæ Scaurus ferre nō potest, Id attingā,quod in antiquiori quodā codice legere est:Hector & ingens,pro vbi ingens.Nempe quod satis illis visum sit repetere bis tantū aduerbiū:vbi,ne, si ter prolatū sit oratio loco tam mœsto lasciuire videatur.Mihi vero perplacet ea triplicata repetitio, quippe quæ maiorē quandam vim ad excitandū pathos habeat. Et bona antiquorū codicū pars.Vbi,ter ponit,& in antiquis Prisciani codicibus ita citatos versus inueni, dicente eo, Vbi, relatiuum grauari debere,vt hoc loco est. Vbi Æacidæ, vbi ingens, vbi tot Simois.

{Talia iactanti,stridens aquilone procella, FOE.
Velum aduersa ferit:fluctusq; ad sydera tollit.
Franguntur remi:tum prora auertit:& vndis
Dat latus:insequitur cumulo pręruptus aquę mons.
Hi summo in fluctu pendent:his vnda dehiscens
Terram inter fluctus aperit:furit æstus arenis.
Treis notus abreptas in saxa latentia torquet:
Saxa,vocant Itali mediis quę in fluctibus aras:
Dorsum immane mari summo.treis eurus ab alto
In breuia,& syrteis vrget(miserabile visu)
Illiditq; vadis:atq; aggere cingit arenæ.
Vnam,quæ Lycios,fidumq; vehebat Orontem:
Ipsius ante oculos ingens a vertice pontus
In puppim ferit,excutitur:pronusq; magister
Voluitur in caput.ast illam ter fluctus ibidem
Torquet agēs circū:& rapidus vorat ęquore vortex.
Apparent rari nantes in gurgite vasto:
Arma virum,tabulæq; & Troia gaza per vndas.
Iam validam Ilionei nauem,iam fortis Achatæ,

SERVIVS.

¶Talia iactanti.)Inaniter loquēti:vt alibi, Atq; irrita iurgia iactat.& , Voces dū iactat inanes.¶Aquilone.)Ab Aquilone.¶Aduersa.) Contraria, quia ad Italiam nauigātibus Aquilo contrarius est.¶Franguntur remi.)Vel gubernacula:vel,quod melius est, reuera remi. Antiqui enim velis remisq; nauigabant:vt, Valisdisq; incumbite remis : Obliquatq; sinus in vētos.¶Auertit.)Pro auertit. Et est figura creberrima,potest namq; pro actiui verbi significatiōe passiuū poni:vt est, Et pictis bellantur Amazones armis, pro bellant.Nec nos debet mouere quod bellor nō facit,natura enim hoc prohibuit. Nam compone hoc verbum, & inuenitur actiuū, facit enim debello.Et cōtra pro passiui verbi significatione, actiuum ponitur:vt est hoc loco, auertit pro auertitur.&, Insinuat pauor, pro insinuat.&,Nox humida cœlo Præcipitat,ꝑ præcipitatur. Sed hæc verba tantummodo pro se inuicē ponuntur,quę & actiua esse possunt & passiua, vt est auerto & auertor,præcipito & pręcipitor. Ergo nō possumꝰ dicere quod quidā artigraphꝰ, declinationes actiui verbi & passiui pro se inuicē ponit. Nam & neutralis verbi declinatio actiua est,& cōmunis deponētis ve passiua : & aliud est esse actiuū verbum, & aliud habere actiui verbi declinationē. ¶Dat latus.)Inclinatur.¶Cumulo.) Altitudine.¶Præruptus.)In altum leuatus.¶Dehiscens.)Id est valde hiscens. de enim augētis est, vt in Terentio, Deamo te Syre.¶Aperit.)

Universidad de Deusto
Biblioteca

rit. ¶Ostendit. Salluſt. Caput aperire ſolitus. i. nudare, oſtendere. ¶ Arenis.) Et ab arenis, & cum arenis. i. vel ab imo mouebatur mare, vel cũ ipſis arenis vt in tempeſtate ſolet. ¶ Tris.) Latinũ eſt. Genitiuus. n. pluralis quoties in ium exit, accuſatiuũ pluralẽ in is mittit, vt puppium puppis. Quoties in um exit, in es mittit, vt patrũ patres. ¶ Saxa latentia.) Propter tempeſtatẽ, hęc autẽ ſaxa inter Africã & Sardiniã ſunt, quæ ſaxa ob hoc Itali aras vocant, q̃ ibi Afri, & Romani fœdus inierunt, & fines imperii ſui illic eſſe voluerũt. Vnde & Dido, Littora littoribus cõtraria, fluctibus vndas Imprecor. Quæ aræ a Siſenna propitiæ vocant. ¶ Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus aras.) Ordo eſt, Quæ ſaxa latẽtia in mediis fluctibus, Itali aras vocãt, ¶ Dorſum immane.) Eminens, altum, ſm Homerũ. ¶ Mari ſummo.) Vel in ſummo, vel in placido. ¶ In Breuia & Syrtes.) Id eſt in Breuia Syrtiũ: quo modo Molemq̃ & montes. ¶ Breuia.) autem vadoſa dicit, per quę poſſumus vadere vel per quę vadi, vel peti pedibus poteſt. Et Syrtes Syrtiũ ſinus duo ſunt pares natura impares magnitudine, vt Salluſtius dicit. ¶ Lycios.) Hi Troiæ auxiliũ venerãt, qui mortuo rege Pandaro Æneam ſecuti ſunt, vnde & in ſecundo ait, Comitũ aſſluxiſſe nouorũ. ¶ Fidum.) Fidelem: vt trunq̃ nomẽ idẽ ſignificat. ¶ Ipſius ante oculos.) Ad maiorem doloré, vnde alibi, Quæq̃ ipſe miſerrima vidi. Item, Qui nati coràm ce rnere letũ feciſti. ¶ Ingens pontus.) Magna pars põti. Et eſt tropus Synecdoche. ¶ A vertice.) Aut a puppi quæ vertex nauis eſt: aut ab Aquilone qui flat a mũdi vertice, hoc eſt a ſeptẽtrione: vt ipſe alibi, Hic vertex nobis ſemper ſublimis. ¶ Magiſter.) Leucaſpis: vt in ſexto libro, Leucaſpin, & Lyciæ ductorem claſſis Orontem. ¶ Ter.) Sępius: finitus numerus pro infinito, crebros enim fluctus facit Aquilo, vt Salluſtius, Crebritate fluctuũ vt Aquilo ſolet. ¶ Ibidem. ¶ Ibidem & vbina multi dubitant vbi debeat eſſe accẽtus, quia vbi & ibi naturaliter breues ſunt: ſed ratione finalitatis plerunq̃ producuntur in verſu: neſcientes hanc eſſe rationem, quia pronunciationis cauſa contra vſum latinum ſyllabis vltimis, quibus particulæ adiunguntur, accentus tribuitur, vt muſaq̃, ille ne, huiuſce, ſic ergo & ibidem. ¶ Apparent.) Aliud eſt parere, & aliud apparere. Parere enim eſt obedire, vt Paret amor dictis. Apparere autem, videri: vt Apparet liquido ſublimis in aere Niſus. Et hęc obſeruatio diligẽter cuſtodiri debet, licet eam authores metri, vel clauſulæ cauſa plerunq̃ corrumpant. ¶ Rari.) Vel propter maris magnitudinẽ, vel quia vna perierat nauis. ¶ Nantes.) Prima verbi poſitio eſt, no nas nat. vnde eſt Nare per æſtatẽ liquidam, & prima ſyllaba naturaliter longa eſt: licet Natare, na breuis ſit in eadem ſignificatione. ¶ In gurgite vaſto.) Tapinoſis eſt, id eſt rei magnæ humilis expoſitio, prudenter tamẽ Virgilius humilitatem ſermonis epitheto ſubleuat. vt hoc loco, Vaſto addidit. Item cum de equo loqueretur, ait, Cauernas ingenteis. ¶ Arma virum.) Bene addidit virum. Arma enim dicũtur cunctarum artium inſtrumenta: vt, Cerealiaq̃ arma. Item, Colligere arma iubet. Item & alio loco dicendum. Et quę ſint duris agreſtibus arma. ¶ Troia.) Differentia in hoc ſermone eſt, & in ſenſu, & in ſyllabis. Nam cum prouinciam dicimus, & principale eſt nomen, breuis eſt Tro. quando autem nõ eſt principale, & deriuatio eſt: longa eſt Tro. vt, Troius Æneas. ¶ Gaza.) Perſicus ſermo eſt, & ſignificat diuitias: eſt autẽ generis fœminini: vt, Gaza lętus agreſti, quo exemplo apparet quoq̃ ſuperflue quæri a multis, quemadmodum potuerit aurum natare, neſciẽtibus gazas, id eſt opes, dici omne quod poſſidemus. ¶ Iam validam &c.) ¶ Vicit hyems.) Zeugma eſt ab inferioribus, Quod ſit & a ſuperioribus & a medio, plerunq̃ & ad vtrunq̃ reſpondet: vti Troiugena interpres diuum, qui numina Phœbi, Qui tripodas Clarn lauros, qui ſydera ſentis. Ecce hoc loco Sentis, & antedicta & ſequentia cõcludit. ¶ Ilionę.) Antiptoſis eſt, pro genitiuo enim datiuum poſuit: nam cõſtat huiuſcemodi græca nomina datiuũ ſingularem in ę diphthongum mittere, vt Orphę, nam illa ſolutio eſt, cum Orphei dicimus, nec modo Ilionei poſſumus dicere, aſtrictum eſſe genitiuum, vt iple ſit qui & datiuus, quod & ſi forte contingat, nõ regula mutatur, ſed Antiptoſis fit, qua plerunq̃ vtuntur poętæ: vt, Vrbẽ quã ſtatuo veſtra eſt: pro vrbs. &, Hæret pede pes, pro pedi. ¶ Vectus.) Qua vehebat ſignificat. Et pro præſenti participio quod nõ habemus, præteritum poſuit. In latino enim ſermone a paſſiuo verbo præſens participiũ nõ eſt, neq; ab actiuo præteritum, ſed quod vno verbo vel ſermone explicare non poſſumus, aut circunlocutione oſtendimus: aut ſi hoc nolumus, participiũ pro participio ponimus, ſed vſurpatiue, vt hoc loco

Parere. apparere.

Tris.

Et qua vectus Abas, & qua grandæuus Alethes
Vicit hyems: laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicum imbrem: rimiſq̃ fatiſcunt.

facti est. ¶ Vicit hyems) Hyems duas res significat: aut tempus aut vim venti, ergo pro loco intelligendũ eſt. ¶ Imbrem.) Imber dicitur humor omnis: vt Lucretius, Ex igni, terra, atq̃ anima, naſcunt & imbri, id eſt humore. ¶ Fatiſcunt.) Abundanter aperiũtur. Fatim. n. abundanter dicimus, vnde & affatim. Hiſcere autem aperire.

DONATVS.

¶ Talia iactanti.) Hoc eſt, adhuc loquenti interuenit vis fluctuũ, nec ſciuit Æneã explicare, quæ voluit. Cæterũ ſi cõpleſſet, dicere felices qui in Troia perierũt & infelicẽ qui eſſet perituras in fluctibus. ¶ Stridens Aqui.) Deſcripſit aduerſa omnia, quæ nauigantibus accidunt cum e diuer tẽpeſtas interuenit. ¶ Hi ſum. in fu. p.) Fluctibus vario motu venientibus, aut erigebãtur naues aliæ per tumorem maris, & in ſublime ferebantur, aut vlq̃ ad imum deprimebantur aliæ, cum vi vndæ ſubſiderent. ¶ Furit æ. a.) Non ſolum vndæ, verumetiã ima pelagi, tempeſtatum furoribus exagitabantur. Fit iam quod Iuno voluerat, nam cœperunt diuerſi agi, denicq̃ poſuit. ¶ Tris no. ar.) Quaſi peritus locorũ & nauigationis poſuit ab alto Eurus ducebat in Syrtes, hoc eſt de medio pelago, aliter. n. non poteſt, vtpote qui flatus habeat ex orientis partibus in quib. ſunt & Syrtes, eo nauigia cogere vnde poſſit reuocare, ſex igitur naues alienatę ſunt a cęteris vna turbata premitus in qua nauigabat Æneas, nunc caſus octauæ deſcribitur. ¶ Vnam, inquit, quæ Ly. fi. q̃. &c.) Vt cõpleretur quod poſitũ eſt, ſubmerſasq̃ obrue puppes, & diſſice corpora ponto, perit ergo amicus Æneæ & ante ipſius ante oculos, quia illi nõ contigerat, interire naufragio fidum ſibi periſſe cõſpiceret, atq̃ eo caſu dolore afficeretur, excuſatur Orontes, ne per imprudentiã nauem ſecum perdidiſſe putaretur, nam cum ingens pontus, hoc eſt vis maior & veniens a vertice nauem operuiſſet quod a dorſo fuerat, cauere nõ potuit. ¶ Iam vali. lio. na. iam for. Acha. Et qua vectus Abas.) Has ſpecialiter cum eorũ nominibus poſuit, qui in his potiores nauigabant, & vno caſu ferebantur dicendo. ¶ Omnes accipiunt.) Oſtendit vnam omniũ cauſam, & ſimilem fuiſſe fortunã, vt autem nõ plene obtineret factum ſm mandatum Iunonis, Neptunni datur occaſio, qui nõ tantum iniuriam ſuam reuocaret, verumetiam Troianis pereuntibus ſubueniret, ibiq̃ deſcribitur compleſſe, Æolum, quæ Iuno mandauerat cum dicit.

ASCENSIVS.

¶ Talia iactanti, &c.) Etiam hoc participium approbat Seruianã ſententiam, prius. ſ. timore frixiſſe Æneã: nam ideo dicitur, iactaſſe talia, hoc eſt quaſi inutilia futiuiſſe, q̃ timore captus eſſet, ſicut ſe amentia captum, propter amiſſam coniugem atteſtatur in. ſic: Quem nõ incuſaui amẽs hominũq̃, deorũq̃: ¶ Stridens Aquilone.) Hic quarti venti principalis fit mẽtio, nã ſupra aliorũ triũ meminit. ¶ Procella.) Procella autẽ dicitur vnda ventis immiſſa, a procellendo dicta. ¶ Tum prora auertit.) Alij legũt, proram: vt ſit, procella auertit prorã nauis & dat latus: q̃ ſi prora legendum eſt, erit prora auertit, pro auertitur, aut auertit, ſupp. ſe. Sed diligenter Seruiũ, & Donatum proſpicientes vocabula, facile intelligent. Donati verba ſunt. ¶ Iactãti.) Adhuc loquẽti interuenit vis fluctus. Nec permiſit explicare. Felices, qui in Troia perierunt. Sę infelicem, qui in fluctibus ſit periturus. ¶ Hi ſummo in fluctu.) Fluctibus vario motu venientibus: aliæ erigebantur tumore fluctuum, alię deprimebantur. ¶ Ab alto.) Peritus locorũ. Eurum dixit ducere in Syrtes ab alto. i. pelago. Aliter. n. nõ poſſet, cum flatus habeat ab Oriẽtis partibus, in quibus ſunt Syrtes eo nauigia cogere, vnde potuit reuocare. Sex igitur naues alienatę ſunt a cęteris, vna turbata premitur vbi erat Æneas. Nunc caſus octauæ deſcribitur. ¶ Apparent r. n.) Vt cõpleatur id, ſubmerſasq̃ obrue pup. Perit ergo Amycus & fidus, & in eius conſpectu excuſatur Orontes, qui nõ imprudentia: ſed vi tempeſtatis perierit. In puppim ferit, hos ſpecialiter, cũ eorũ nominibus ponit, qui in his potiores, nauigabant: & vno caſu ferebantur. Omnes accipiunt inimicum imbrem, id eſt vna omniũ cauſa, ac ſimilis fortuna fuit. Ordo

¶ Ordo autem eſt. Æneæ ſupple iactanti, id eſt dum Æneas iactaret. i. inaniter, ac nequicquam effutiret talia, qualia. ſ. præmiſſa ſunt: procella. i. vnda, & impetus aquarum: ſtridens Aquilone. i. vento illo ferit aduerſa, id eſt ex aduerſo, vt ſit nomen pro aduerbio: aut ferit exiſtens aduerſa, id eſt ex aduerſo, & oppoſito veniens, diſtinguenda autẽ ſunt epitheta, ita vt alterum ante verbum & alterum poſtponatur, quia vitioſum eſſet duo epitheta ſine coniunctione media vni ab vna parte adiici: & tollit. i. erigit, & ſubleuat fluctus ad ſydera: hyperbolicos. i. quam altiſſime poteſt:

teſt: remi quibus. ſ. aduerſantibus ventis, ſtrictis velis incũbebãt: frangũtur. ſ. a ſcopulis: tum. i. deinde: prora. i. prior pars nauis, a proruendis aquis dicta: auertit, ſup. ſe: aut auertit, pro auertitur: & dat latus. ſ. nauis: vndis. i. in vndas: mons aquæ. i. globus aquarum: præruptus. ſ. vi ventorũ ab alijs aquis interciſus: inſequitur cumulo. i. impulſu magno: hi. i. aliqui eorũ: pendẽt. i. ſuſpenduntur: in ſummo fluctu. i. maxime exaltato: & vnda dehiſcens. i. magnum hiatũ faciens his. i. alijs: aut aperit. i. aperire facit: his. i. alijs terram inter fluctus: æſtus. i. ebullitio, & feruor aquarum: furit. i. concitat: in more furentis arenis. i. inter arenas: Notus. i. ventus ille: vrget. i. torquet, & impellit: tres, ſup. naues, abreptas. ſ. a ſe: aut abreptas ab alijs, in ſaxa latentia. i. occulta: quæ ſaxa, ſup. exiſtentia in mediis fluctibus: Itali vocant aras. ſ. propitias: appoſito rie immane. i. valde magnum, & terribile dorſum. i. imminẽtem ſcopulum, ſup. in mari ſummo. Eurus. i. alius ventus, ab oriente flans: vrget. i. impellit, treis. ſ. alias naues, alto. ſ. pelago, in Breuia, & Syrtes. i. in Breuia vada Syrtiũ, quæ Breuia dicuntur, quia breui ſpatio, hic profunda, illic arenoſa, illic ſcopuloſa ſunt: miſerabile viſu. i. quæ res eſt miſerabilis. i. miſeratione digna viſu. i. dum videtur: & Eurus illidit vadis. ſ. breuibus illis, atq̃ cingit aggere, arenæ cõcitæ. ſ. quia dictũ eſt furit æſtus arenis, vnam, ſup. nauẽ, ſeptimam videlicet, quæ vehebat Lycios ſocios. ſ. Pandari olim, & Orontẽ fidum. ſ. Ænęæ, ante oculos ipſius. ſ. Æneę, ingens pontus. i. valde magna pars ponti, & eſt totum pro parte, ferit. i. incutit: in puppim. i. poſteriorẽ partem nauis: a vertice. i. ab Aquilone, qui a vertice flat. Magiſter. i. director nauis. ſ. Leucaſpis, excutitur. ſ. e naui: & voluitur pronus. i. præceps in caput. aſt. i. ſed, fluctus. i. impetus vndarum, torquet. i. impingit illã. ſ. nauẽ Leucaſpis, ter. i. frequenter agens. i. impellens, & verſans circũ. i. per circuitũ, & vortex. i. gyrus, vertigo, aut reuolutio aquarũ: rapidus. i. omnia ſecum rapiẽs, & attrahens, vorat. i. ingurgitat illam: nantes. i. natantes, in gurgite. i. impetu aquarũ, vaſto. ſ. valde amplo, apparẽt. i. eminent, & videntur rari, ideo rari, quia in vaſto gurgite, nam multũ, & paucum: magnum, & paruũ, ſm philoſophum per reſpectũ ad aliquid dicuntur. Arma. i. inſtrumenta, virũ, prota fuerat & gaza Troia. i. Troiana: hoc eſt opes, aut diuitiæ Troiæ, & veſtes & cõſimilia. (Eſt autem triſſyllabum, & adiectiuum, Troius Troia Troium, cum Troia ſubſtãtiuũ diſſyllabũ ſit: tẽq̃ in ſubſtantiuo, duplex conſonum: in adiectiuo vocale, & tamen prima producitur, quia etiã Troes, primam producit.) ſup. apparent, aut aguntur per vndas: hyems. i. tempeſtas pluuioſa: vicit. i. ſuperauit, & a curſu ſuo eiecit, iam validã nauem Ilioni, pro Ilionei:) aut Icribendum eſt Ilionei, vt ſit diphthongus græca) illius oratoris, qui ad finem primi orationẽ ad Didonem habebit, & vicit iam nauem: Achatæ illius viri fortis, quod forte ad differentiam fidi dicitur: vt dicetur ibi: Defeſſi Æneadæ, &c. & ſup. vicit eam nauẽ, qua Abas, vir ille Troianus (ſcribitur vno b, quia prio rem corripit, & facit huius Abantis.) vectus, ſup. illucuſq̃ fuerat, aut qua vectus, pro qua vehebatur, ſm Seruium. (Ego tamẽ quoties ſalua ſententia, proprius poteſt haberi ſermo: nollem figuratum dici) & ſup. eam, qua Alethes, vir ille grandæuus. i. grandigui, hoc eſt ſenex, ſup. vectus erat, pro vehebatur, aut illucuſq̃ vectus erat) cum iam oppreſſa eos non amplius veheret, quod. n. quieſcit, proprie nõ vehit, licet ſuſtineat: tunc autem illiſa ſcopulis ſiſti potuit: omnes. ſ. naues: accipiunt. i. admittunt ad ſe, & capiunt, imbrem inimicum. i. aquam marinam inſilientẽ: ideo autẽ dicit inimicum, quia non deluper incumbentem, ſed a latere ad Orientẽ, nam (vt Ser. per Lucretiũ probat) omnis humor imber dici poteſt: veruntamen eſt, cur in illo Lucretiano imber, ponatur ratio: vt attendenti faciliter apparere poteſt, ſicut & hic: Nam in more imbris, quia aliquando a nautis, vt aquã dulcẽ habeant, colligitur: aqua guttatim intrabat, & ita erat ſpecies imbris, ſed inimici, quia imber cœleſtis, qui ab eis colligi ſ amicus eſt, & commodus.) omnes ergo accipiunt imbrem inimicum. i. incommodum, & moleſtum: & hoc compagibus. i. iuncturis compactis: laterũ, laxis. i. diſſolutis, ita vt per rimas aqua influeret. & fatiſcũt. i. affatim, hoc eſt abunde, hiſcunt. i. hiant, & aperiuntur: rimis. i. per rimas: & ita niſi paulo poſt ſedata fuiſſet tempeſtas, omnes ſubmerſæ fuiſſent, quapropter ſequitur, Interea, &c.

PIERIVS.

¶ Tum prora auertit.) In Roma. codi. proram, legitur, accuſatiuo caſu: cuius ſuppoſitum erit procella. Quanquam Seruius longa diſputatione, auertit, pro auertitur, legendum cenſet. Quare itidem prora, caſu recto ponendũ: quæ quidẽ magis poetica elocutio eſt. ¶ In Breuia & Syrtes vrget.) In antiquis pleriſq̃ codi. vr guet: eſt, u, poſt g, addita. Attiano more. Et hoc loco Syrtes, in accuſatiuo plurali tantum fieri docet Priſcia, ſicut & Alpes: propterea quod græce declinata, a diphthongum habeant: eius vero ſolum apud Latinos eſſe per i, longũ. Eſt & Velii Longi ſententia, vt Syrtis, per, i, ſcribat citato verſu: t vaſtas aperit Syrtis. Noſtra autẽ ætate, literati pene omnes, diphthongum græcã recepere, atq̃ ita dictionis huius caſum Syrtes, per, es, vt pleraq̃ alia ſcriptitant, quod in codicib. antiquis inuentu rariſſimum, quodq̃ ſuperuacuum eſt, q. i. tam longæ, q̃ breuis naturam habet, tum incõmodum alioquãdo iudicat Quintilianus. Sed de hoc genere plura alibi recitantur. ¶ Vorat æquore vortex.) Mirum eſt quã læpe inuenias vortex, & vertex, indifferenter ſcribi in antiquis codicib. quod idem eſſe vult Aruſianus Meſſus. Capro tamen non temere vorticem, per, o, vocalem quartam, in prima ſyllaba: a vertice per e, vocalem ſecundã, diſtinguente. Præterea Sol. Cariſius, vertex a vertendo, vortex a vorando dicta putat. Vult autẽ Pli. verticem, immanẽ vim impetus habere vt, Ingens a vertice pontus. Vorticem vero circumactionem vndæ eſſe: vt, Rapidus vorat æquore vortex.

SERVIVS.

¶ Imis.) Bene in imo voluit eſſe Neptunnũ, vt iam factã cognoſceret tẽpeſtatẽ, nõ incipientẽ vetaret.) Stagna.) Stagnũ dicit aqua ſtans, ſed nũc profunda maris ſignificat, ab eo quod nõ niſi nimia tempeſtate turbanẽ. Ergo Stagna & imis vadis refuſa, aliud pẽdet ex alio, ga immobilis aqua in imo maris tantummodo eſt. ¶ Et alto, ſpiciẽs.) Aut e mari erigẽs caput, aut mari prouidens. ¶ Placidum caput.) Quę runt multi quẽadmodũ placidũ, ſi grauiter cõmotus, quaſi nõ poſſit fieri vt iraſcaf vẽtis, propitius ſit Troianis. Vno autẽ epitheto more ſuo, habitũ futurę orationis oſtendit: vt alibi vno ſermone, Tunc quaſſans caput. ¶ Cœliq̃ ruina.) Id eſt tonitribus, quorũ ſonus ſimilis eſt ruinis. ¶ Nec latuere doli fratrẽ Iunonis, & iræ.) Aut doli Iunonis, aut fratrem Iunonis, gemina ergo diſtinctio eſt. ¶ Eurũ ad le, Zephyrumq̃ vocat.) Per hos, oẽs intellige: iſti quaſi irati & turbatę mẽtis, vt alibi, Me me adſum. Similiter, Incipit effari, mediaq̃ in voce reſiſtit. Teren. Quẽ qdẽ ego ſi ſenſero.

Interea magnũ miſceri murmure pontum,
Emiſſamq̃ hyemem ſenſit Neptunus: & imis
Stagna refuſa vadis: grauiter commotus: & alto
Proſpiciens, ſumma placidum caput extulit vnda.
Diſiectam Aeneæ toto videt æquore claſſem:
Fluctibus oppreſſos Troas, cœliq̃ ruina.
Nec latuere doli fratrem Iunonis, & iræ.
Eurum ad ſe, Zephyrumq̃ vocat: dehinc talia fatur.
Tãtã ne vos generis tenuit fiducia veſtri? NEPT.
Iam cœlum, terramq̃ meo ſine numine venti
Miſcere, & tantas audetis tollere moles?
Quos ego. ſed motos præſtat componere fluctus.
Poſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis.
Maturate fugam: regiq̃ hæc dicite veſtro.
Non illi imperium pelagi, ſæuumq̃ tridentem,
Sed mihi ſorte datum. tenet ille immania ſaxa,
Veſtras Eure domos. illa ſe iactet in aula
Aeolus: & clauſo ventorum carcere, regnet.

Venti vnde.

iſti. n. ſunt cardinales. ¶ Generis fiducia veſtri.) Aſtreę enim vnę de Titanib⁹, q̃ cõtra deos arma ſumpſerunt, cũ Aurora cõcubuit. vnde nati ſunt vẽti ſm Heſiodũ. Et hoc loco fiducia pro cõfidẽtia poſuit, cũ fiducia in bonis ſit, cõfidẽtia in malis. ¶ Iam cœlũ terramq̃.) Aut ordo eſt. Auſi eſtis ſine meo numine tãtas moles tollere, & cœlũ terrãq̃ turbare? aut certe illud eſt, q̃ tria hæc numina, licet diuiſa imperia teneãt, videnſ tñ inuicẽ regni totius habere poteſtatẽ: ſicut & ipſa elemẽta quæ retinent, phyſica inter ſe quadã ratiõe jungunt: quod & ipſorũ numinũ ſceptra ſignificãt. Iuppiter. n. trifido vtit fulmine: Pluton, Cerbero, Neptun⁹, tridente. Multi. n. querũt cur modo Neptun⁹ de alienis cõqueraf elemẽtis. ¶ Quos ego.) Deficit hoc loco ſermo. Et congrue,

Universidad de Deusto Biblioteca

His enim affectibus tantū sermonis defectio congruit.¶ Sed motos præstat cōponere fluctus.)Prudenter ait,plus est.n.innocentibus succurrere,q̃ nocentium delicta punire.¶ Præstat.)Melius est:vt,Præstat Trinacrij metas lustrare Pachyuni.Et notādus sermo:nam & per se plenus est, & tam accusatiuo iungitur, q̃ septimo.Dicimus.n.& præstat illū,& prestat illo.¶ Post mihi non simili pœna cōmissa luetis.)Aut nō simili pœna.i.non ea, qua Troianos affecistis, aut certe.¶ Mihi non simili.)i.vehementer irato.¶ Luetis.)Persoluetis.Et hic sermo a pecunia descendit, antiquorum enim oēs pœnæ,pecuniariæ fuerūt.¶ Maturate fugā.)Cum maturitate.i.cum tranquillitate discedite.¶ Quo modo dicimus, Matura iracundiam tuam,i.mitiga.pernitiosum. Troianis est si maturent fugam,hoc est si accelerent.¶ Sęuūq;.)Vel magnum,vt superius:vel vere sæuū in ventos, quia minatur.¶ Sorte.)Ac si diceret, potuisse se etiā cœlum tenere: Æolū vero beneficio etiam carceris regna meruisse.¶ Immania.)Aspera. Manum.n.antiqui bonum dicebant:vnde & mane dicitur:quid enim melius?Et per Antiphrasim manes inferi, qa non sunt boni.¶ Vestras Eure do.) Irascentium est vti proprio nomine, vt Teren.Ego te in pistrinū Daue dedam.Aut quasi cōtra principē tempestatis irascitur, quē primū constat ægressum.¶ Quod autē dixit.¶ Saxa immania, vestras domos.de Pseudulo Plauti tractū est,vbi ait, Nisi carcerē aliquando effregeritis vestram domum.¶ Aula.)Irrisio est: sequitur.n.Carcere,& nihil tam cōtrarium si simpliciter intelligimus. ¶ Clauso.)Quia dimittere ventos nō ipsius est,sed iubentis.¶ Carcere regnet.)Licet carcer sit,tamen regnum est Æoli: hæc.n.pro affectu possidentis intelligenda sunt:vt alibi cum de rure loqueretur,Post aliquot mea regna videns,mirabor aristas.

DONATVS.

¶Disiectam Æneæ.)Statim sentit vnde hæc, hoc est cuius dolo essent perfecta,fratrē enim sororis pessimū studium non latebat, vocauit ventos ad sese & huiusmodi habuit obiurgationem quę erit pathetica,vtpote cōmoti & irati,abscissa,hoc est nō continua, nec cōposita,breuis ēt,subueniētis.n.in tali causa beneficiū,multiloquium nō quęrebat.¶ Tanta ne vos ge.)Incipit ab inuentione.Hoc.n.genus materię non habet principiū,& crimen exaggerat,dicens,eos nō solum sua,sed hæreditariā quoq; sectari temeritatem,quod genus vitij,quoniā naturale est,nō potest emendari.volunt.n.vētos patres habuisse, qui cum bellū dijs intulissent diuersis supplicijs perierunt. Ait ergo.¶ Tanta ne vos.)Vt ipsorē, esset crimen quod admiserant,esset etiā originale sanguinis,& generis.¶ Tenuit fi.ve.)Et licet parentū pessimorū gesta non maculent filios,polluuntur tamen si patrū suorum instituta sectentur. ¶ Iam cœ.ter.q̃;.)Obscura dictio eius ac breuis,qui loquebat irãtus,& qui ad sedandū tumorē pelagi festinaret.deniq; transiit, & ab aliorum iniuria elementorū,a quibus eū constat alienū,venit iam ad speciale admissum quod regnū eius imperiumq; turbauerat.¶ Meo,inquit,sine n.v.)Meo sine numine,hoc est contempto me,vel contra voluntatē meam.Venti abiecte pronuntiandū est, vt conuitium sit nomen.probatio autē admissi criminis admirabiliter posita,vt quod vrgebat nō assereret verbis sed ipsis aspectibus subderet dicēdo.¶ Tantas au.tol.m.)Duo pronomina cū pondere suo.nam quos,hoc est sceleratos,& ex pessimis genitos, & cętera,quæ sentiri similiter possunt. Ego idē imperator loci,& qui sum de potioribus dijs,& cū in deos diceret, excogitabat pœnam,ne inde faceret,nihilominus præcedit vltionē fore ne securos dimitteret,vel ne inualidum demonstraret,si neq; vltus esset in præsentia,haud futuræ vltionis nō pręmitteret metū, addens causas dilatæ pœnæ, q̃ esset melius primo dilata componere,dehinc redire ad vindictam. Ait ergo.¶ Sed mo.p.c.flu.)Si aliquid sequenti tempore ausi fueritis,non vt nunc verbis vos arguam, sed vos seuerius iudicabo.¶ Maturate fu.)Hoc est celeriter remeate.¶ Regiq; hæc di.ve.)Sæuumq; tridentē. Metuendū.mittit ipsi regi conuitia ac mandata, deformans regni ipsius potestatē & personam.¶ Tenet ille imma.sa.illa se iactet in aula Æolus, & clau.ven.car.reg.)Non regnum habet rex vester,inquit,sed saxa deserta,nec habet aulam,sed custos est carceris.

ASCENSIVS.

¶Interea mag.m.m.p.E.q̃.h.sensit Neptumnus,&c.)In figmentis poeticis,quibus plurimum delectat Maro,& tantundem prodest,(nam prudentis principis officium ad vnguem depingit.) aut ad historiam alludit,aut ad rem physicam historiam quidem hic respicit,q̃ Æneam in Italiā venisse dicit,nec ab ea horret,q̃ in Syrtes incidisse dicit:verum physica ratio docet, quomodo Neptumnus ventos fugauerit:post pluuias enim sedari solent,quo circa vis aquarum,quę per Neptumnū intelligitur ventos sedat, atq; ita Neptūnus mare placatū reddidit:sed quia, quæ ad sententiam pertinēt,Donatus erudite exequitur:quę vero ad sermonem, Serui⁹ sane quā diserte. Satis videor instituto meo fecisse, si post Donati verba, & Beroaldi in Ser.annotationē, ordinē cum facili explanatione subiunxero.Donati itaq; verba sunt.¶ Interea.)Neptumno datur occasio,ne penitus Iunonis iussa implerent.¶ Nec latuere.)Fratrē sororis studia non latebant.Ergo vocatis ventis, orationem habuit patheticā:vtpote cōmoti animi. Abscissam.i. nec continuā,nec cōpositā.Fuit breuis:quia subuenientis in hoc casu,nō erat multa loqui.¶ Tantane.)Hoc genus inuectionis,nō habet principium,& crimē exaggerat,ostendens illos nō tantum suam,sed hæreditariam sectari temeritatē:quod vitiū,quia naturale est,non potest emendari.Sunt.n.venti,a gigantibus, qui bellum dijs inferre ausi sunt,sed pœnas reddidere. Ostēdit igit eorū esse crimen quod admiserāt, etiā originale sanguinis.¶ Generis.) Non maculant filios paterna scelera:polluunt tamē, si illa sectantur.¶ Iam cœlum.)Obscura,breuisq; oratio & quia iratus erat,& ad succurrendū properabat. Deniq; trāsit ab aliorū elementorū iniuria,a quibus erat alienū, & venit ad propriam.¶ Meo.)Quasi dicat,me contempto.¶ Venti.)Abiecte pronunciandum, vt conuitium sit,nō nomen.¶ Tantas moles.)Mira probatio criminis, vt non solum asserat verbis, sed ipsis aspectibus subdat.¶ Quos e.) Duo pronomina cum pondere maximo.¶ Quos.)s.sceleratos & ex pessimis ortos:& qui similes intelligi possunt.¶ Ego.)s.imperator loci,& de potioribus dijs. Non vlciscitur, sed non dimittit eos sine metu futurę pœnę,ne se inualidū demōstraret.¶ Sed motos p.)Addit causam dilatæ pœnę.¶ Post mihi.)siquid deinceps ausi fueritis,re non verbis puniā.¶ Maturate.)Celerius remeate. ¶ Regi.)Inijcit & regi cōuitia, deformās regni ipsius potestatē & personā,asserens non habere regnū,sed saxa:non aulā, sed esse custodē carceris.Beroal.annotatio est.Insula, mediusfidius:hæc est expositio tanq̃ maturitas significet trāquillitatē, & mature tranquillum facere:magis itaq; Macrobio credendū est:qui in sexto Saturnaliū illud Virgilianū declarās,sic scribit: Maturū est quod neq; citius,neq; serius, sed medium quiddā, & temperatum est: & paulo post,sic ergo & Virgi.inducit Neptūnū discessum ventis imperantē,vt & tam cito discedant:& tamē flandi mediocritatem in regressu teneāt:tanquam mature.i.temperate abeuntes:apud Gelliū caput est,& elegantissimū, quo quid mature, & maturare significet,abunde mōstratur. Cuius verba mutuatus est Macro.

Ordo.

¶Ordo aūt est.Neptūnus,deus maris: sensit,id est percepit:interea,scilicet dum venti ita sæuiebāt, & naues disijciebant pontum.i.mare,(est autē græcum vocabulum.)misceri.i.turbari,& confundi,sup.cum magno murmure.i.sonoritate,& sensit hyemē.i. tempestatem nimbosam: emissam.s.ex antris, & cauernis terræ: & sensit stagna.i.stātes aquas, hoc est quę prius steterāt.(nam in præcipitijs & profundissimis antris maris aquę interclusæ, neq; fluunt,neq; refluunt:cum etiam in fluuijs minor fiat commotio ad fundum:vbi glacies tempore hyberno congelari solet.)refusa.i.emissa:sicut prius fuerant infusa:vadis imis.i.præcipitijs breuium vadorum, quæ in illis locis sunt: qui sup.cōmotus grauiter,aut multum,aut potius,vt virum grauē decet, qui cōmouetur dum bonis iniuriā inferri videt. Vnde dicetur, Tum pietate grauē,ac meritis,&c.Et prospiciens.i.porro aspiciens: alto.i.aut ex alto mari: aut in altum, aut per altum mare:extulit caput suū placidum.(Quæres,quomodo placidum, si grauiter commotus erat.Sed(vt dixi)grauiter exponi potest, pro eo quod est cū grauitate decenti:aut commotus fuit in ventos,& placidus respectu Æneæ:aut potissimum placidus, quia dum cōmotus ventis obstat eis, placidum redditur mare: vnde in Buco.Cum placidum ventis staret mare: placidum ergo, quia mare placaturum:si ius a placeo, nō a placo deducatur.)extulit dico,summa vnda, & vidit classem Æneæ.(hoc dicitur ex persona poetæ,qui nouit classem Æneæ fuisse:aut etiam, quia Neptumno notus erat Æneas, qui e mari oriundus erat:nam Venus e mari genita fingit. Vnde ipse ad eam ad finem quinti: Fas omne est Cytherea meis te fidere regnis,Vnde genus ducis,merui quoq;:sæpe furores Cōpressi,& rabiem tantā,cœliq;,marisq;, quod illic non diceret:hoc est, quod illic non induceretur dicere:nisi hic poeta vellet,eum nosse classem esse Æneæ.)disiectam.i.dispersam iactu procellarum: toto æquore.i.per totum mare, quod post sedationē uentorum ęquor fiebat:& uidet Troas oppressos fluctibus.s.marinis,& ruina cœli.i.pręcipitatione imbrium de cœlo.i.aere.Nec doli & iræ Iunonis latuere.i.cælatæ sunt fratrē Iunonis, scilicet Neptūnū:& supple ipse cognoscēs dolos,& iras Iunonis, uocabat ad se(quod signum principantis est)Eurum & Zephyrum: uentos, scilicet

inter

inter se contrarios:& ita mare plurimum turbantes, & fatur dehinc scilicet postquam aderant: talia.s.verba, qualia sequuntur: (dehinc hic monosyllabum profertur. Et s̃m mentem Donati, quæ mihi placet:non construeretur sic, vt venti sit vocādi casus. Ne pro an,o venti: sed sic) ne pro an fiducia vestri generis.i.qui fiditis in genus vestrū pernitiosum: tenuit vos tanta.i. tam magna,vt scilicet hæc audeatis.Vnde subdit:Audetis,supple: ne vos venti.i.qui nihil nisi venti estis,& humilibus natalib⁹ orti, audetis iam sine meo numine.i.nutu.i.volūtate, aut mea authoritate nō annuente:miscere.i.turbare iam cœlum,& terram: & audetis tollere.i.excitare,& erigere: tantas.i. tā magnas moles.s. globos aquarum fluctuum: quia dictum est,Ingens a vertice pontus in puppim ferit. Vos dico venti, quos ego, sup.sic puniā.vt exēplo omnibus sitis: aut quid simile, quod intelligēdum reliquit per aposiopesin.i.reticentiam,s̃m Ciceronē:aut obticētiam s̃m Celsum: aut interruptionē,s̃m quosdam,authore Quintiliano:quæ iratis conuenientissima est (potissimū dum aut se reprimunt, nequid indignum viro probo imprecent, aut tempus cōminandi deesse videtur:vt hic.nam sequitur) sed motos præstat componere fluctus: quod verbum Ser. docte interpretat: sed præstat.i.melius est:componere.i.q̃ componā: fluctus motos.i.excitatos,& diruptos:vos aūt luetis.i.purgabitis:pœna.i.pœnā dando, seu persoluendo:post.i.posthac,aut postquam composuero fluctus: mihi non simili.i.nō sicut nunc irato:sed temperato animo cōmissa.s. crimina,sup.vestra. In hoc autem verbo docet poeta,virum prudentem non statim vlcisci, donec ad tranquillitatem redierit. Vnde consultū aiunt Augusto, vt quoties ira percitus excandesceret,nihil aut dicat, aut faciat, priusq̃ vigintiquatuor literas Græcas ex ordine pronunciauerit,& ita sancita est snia,& cæteris

quadrans

quadrans: aut simili non erit datiui casus,sed ablatiui:vt sit:Luetis mihi non simili pœna quali nūc afficimini,quę videlicet i verbis minosis consistit:sed acriore quę cū effectu erit, qa supplicijs affligemini. Maturate.s.nunc.i.facite cum maturitate & temperamento,ita vt neq; citius,neq; serius, q̃ vtile dispersis nauibus fiat fugam:& dicite hęc.s.quę dicā vestro regi.q.d.tantū abest,vt vos timeā,vt ne regē qdē vestrū verear: dicite ergo regi vestro: imperium pelagi,& tridentē sæuum.i.manificū (habet enim Neptunus pro sceptro, fuscinā tridentē, qua significat triplex eius ptās.) Quia vero dens,& pes,masculini sunt generis: etiam in eo substantiuant: vt tripes,tridēs,bidens: nisi intelligatur ouis:esse datum mihi sorte.i.per sortē,qua Ioui cœlum,aut ignis,cum superiore aere: Iunoni aer iferior. Neptuno mare & Plutoni inferna obuenerūt:ille.s.rex vester:tenet saxa immania.i.vasta, & valde ampla, nec cuiquā bonum afferentia, aut cedentia:o Eure vestras domos,hoc ē tenet saxa,appositorie,vestras domos. Æolus ergo rex vester, iactet se in illa aula.i.regia.s.saxorū (& id ironicos) & regnet carcere ventorū clauso.i.postq̃ occluserit carcerē ventorū.q.d.eū illic tyrānidem,potius q̃ regnū habere, nec indignos, qui nobili regi subijciant, sed in ventos, itaq; Neptunus ęgreferens in suo regno quicquā præter authoritatē suā gestū, contumelijs afficit ventos.

PIERIVS.

¶Fluctibus oppressos Troas cœliq; ruina.)In Ro.quidem codi. ruinam,legitur per m,finalem literam,vt sit, videt Neptunus,oppressos Troas cœliq; ruinam. Seruius tamen ruina, Latino casu vna cum fluctibus agnoscit, & ita veterum codicum bona pars legit.Nam & imbres,& tēpestas ea,vento,tonitru, & crebris ignibus horrenda cœlitus incubuerant.

Sic ait:& dicto citius tumida æquora placat: POE.
Collectasq; fugat nubes:solemq; reducit.
Cymothoe simul,& Triton adnixus acuto
Detrudunt naues scopulo.leuat ipse tridenti,
Et vastas aperit Syrteis:& temperat æquor:
Atq; rotis summas leuibus perlabitur vndas.
Ac veluti magno in populo cum sæpe coorta est
Seditio:sęuitq; animis ignobile vulgus:
Iamq; faces & saxa volant:furor arma ministrat.
Tum pietate grauem,ac meritis,si forte virū quem
Conspexere:silent:arrectisq; auribus astant.
Ille regit dictis animos:& pectora mulcet.
Sic cunctus pelagi cecidit fragor:æquora postquā
Prospiciens genitor,cœloq; inuectus aperto
Flectit equos:curruq; volans dat lora secundo.

SERVIVS.

¶Dicto citius.) Nō antequā diceret: dixit.n.Sic ait. sed citius q̃ dici pōt.¶ Placat.) Sub poetica licētia physicā quoq; tāgit rōnem. Mare.n. dicitur esse Neptunus: quē superius dixit grauiter cōmotū,qa tēpestas erat.nunc ait Placat, qa iam sedari cœperunt maria. ¶ Collectas.) Aut nunc collegit ac fugauit, aut ante a ventis collectas fugauit.i. resoluit. ¶ Cymothoe.) Nomina deorū plerunq; de causis sunt ficta ab elemētis, quę numina dici voluere maiores,Vt, Cymothoe.id est cursus fluctuū, ἀπὸ τοῦ θέειν τὸ κῦμα. ¶ Triton.) Deus marinus,Neptuni & Salatię deę marinę filius,ab aqua salsa dictæ. ¶ Adnixus.) Antiquum est vt connixus, quibus hodie non vtimur.Dicimus enim adnisus & cōnisus.sed & multa alia vsus contra antiquitatē vindicauit:illi.n.Parsi dicebant, nos dicimus Peperci. Item, nos dicimus Suscepi,illi aūt succepi. Vt, Succepitq; ignē folijs. ¶ Leuat.(Leues ac nauigabiles facit:vt,Nostrumq; leues quęcunq; laborem.Et scire debemus prudenter poetā pro causis,vel tendere vel corripere orationē vt hoc loco periclitātibus Troianis, tota celeritate dicit esse subuentū.Cōtra in,v.lib.vbi nullū periculum est,latius describit placantem maria Neptunum. Item in.ij.libro, quoniam imminet periculum,vno versu ait.Quo res summa loco Panthu? quam prendimus arcem? ¶ Perlabitur vndas.) Figura est.Quod enim nos modo dicimus per præpositionem nomini copulatam sequente verbo, antiqui verso ordine præpositionem detractam nomini, iungebant verbo, ita tamen vt esset vna pars orationis,& faciebant honestam elocutionem. Nos dicimus Per vndas labitur: illi dicebant Perlabitur vndas, Item, Per forum curro:& percurro forum.Notādum plane quod plerunq; suum regit casum, plerunq; ad ablatiuum transit.¶ Ac veluti magno in populo.) Virgilius tempestati,populi motū comparat.Tullius populo tempestatem,pro Milone, Equidem cæteras tempestates & procellas in illis duntaxat fluctibus concionū. Idem autem Magno addidit, quia vbi frequens est populus, ibi & crebra seditio. ¶ Animis ignobile vulgus.) Id est stultum: vt contra nobilem animum prudentium dicimus, ideo etiam paulo post ait, Arrectis auribus.Sumpsit enim translationem ab

animalibus

animalibus.¶ Vulgus.)Et masculini generis & neutri lectū est, generis neutri hoc loco: alibi masculini.vt,In vulgum ambiguas. Et hoc est artis vt masculino vtamur, qa oīa latina nomina in us exeuntia,si neutra fuerint,tertię sunt declinationis, vt pecus pecoris: si aūt secūdæ fuerint declinationis, masculina sunt: vulgi autem facit,non vulgeris, vt docti,clari.Vsurpatū tamē est vt neutrū genus sit propter vnū grecū nomē.i. pelagus. Cū.n.pelagi faciat, neutri tñ est gñis. ¶ Furor arma ministrat.) Sic alibi, Rimāti telum ira facit.¶ Grauem.)Venerabilem:vnde & contēptibiles, leues dicim⁹. & bene seruat circa hāc rhetoricā diffinitionē, cui dat & iustitiā & peritiam dicendi:vt, Tum pietate grauem.&, Ille regit dictis animos.Orator.n.ita diffinit, Vir bonus, dicendi peritus.¶ Genitor.) Venerabilis:vt,Tybri pater. Ergo hoc nomē & ad verum patrē pertinet,& ad honorē refert.¶ Cœloq; iuectus aperto.)Non per cœlum vectus,sed cœlo iā sereno,vectus p maria.¶ Curru.)Nō vt qdam putant,pro currui posuit,nec est Apocope:sed ratio artis antiquę,quia omnis noīatiuus pluralis regit genitiuū singularem,& isosyllabus esse debet, vt hę musę, huius musæ:hi docti,huius docti. Item a genitiuo singulari datiuus regitur singularis,vt isosyllabus sit:vt huius docti,huic docto. Inde ergo est, Curruq; abscissa duorum Suspendit capita.Et, Libra die.ne si diei fecisset,maior esset nominatiuo plurali.¶ Secundo.) Troianis obsequenti. Et tractus est sermo a sequētibus seruis.i. pedissequis secundis.Vnde & secūdam fortunam dicimus: q̃ secundum nos est.i.prope nos.

DONATVS.

¶Dicto citius tumi.ęquo.pla.) Effectus obiurgationis & dilatæ pœnę continuo extitit,vt dicto citius placidū fieret mare.¶ Collectasq; fu.nu.so.redu.)Omnium elemētorum remouit iniuriam datur huic fato poetarum more comparatio, atq; ex ea occasione tractatur,cuius meriti & grauitatis esse debeat, qui in pñia sua retinet principatū.¶ Ac veluti magno.) Nam cū sæuientibus populis iam ventū est ad perniciem & furētes viderint virum præstantem meritis dicto eius & persuasionibus acquiescūt.Sic omnis pelagi fragor cōquieuit sub authoritate rectoris.Pręstitit in-

terea

Universidad de Deusto
Biblioteca

terea Neptunus quod potuit,liberauit naues & procurata pelagi tranquillitate saluté Troianis post pericula dedit, fugatis quoq; nubibus & reducto sole.hoc positum est,qa meminerat se Virgilius dixisse,Eripiunt subito nubes cœlumq;,diemq; . Hoc qdem Neptunus prestitit, sed aliud euétus aduexit . Nam delati sunt ad oras Libyę,hoc est ad eam terrarū partē,in qua Iuno colebaē inimicā,perindeq; in casum deteriorem conecti sunt.

ASCENSIVS.

¶Sic ait,&c.) Docet quātum potuit Neptuni grauiter locuti authoritas:docens id cęteros potentatus posse : dūmodo decentem grauita:em teneant.sed priusq; ordinem ponam:premittā Donati verba,quę hęc sunt.ſ Dicto citius.)Effectus statim apparet obiurgationis:& dilatę pœnę , vt dicto citius placidum fiat mare, & omnium elementorū remouet iniuriam,ac veluti hac comparatione datur occasio,vt ostendat cuius meriti , & grauitatis debet esse,qui in ciuitate sua princeps est. Nam cum ventū est ad furorem,si virum prestantē meritis audiunt,eius dictis acquiescunt. ſ Seditio.) Vt populus furens,motus grauitate viri, quiescit : sic mare,authoritate rectoris,quieuit. ſ Cœlo apto.) Quia dixerat , eripiunt subito cœlum.Liberauit igitur a tempestate Troianos, Neptunus:sed euentus aliud attulit.Nam illos in Libyem terram inimicę

inimicę Iunonis detulit.Ergo in casum deteriorem deuecti sunt. Ordo.

Hæc ille. ¶Ordo est.Neptunus,supp.ait sic, vt præmissum est:& placat.i.sedat:equora tumida.i.inflata,& procellosa : citius dicto .i.q̄ dici posset:& fugat nubes collectas.l.a ventis , vt tempestate citent:& inducit solem.i.solis aspectū:amotis.l.nubibus , Cymothoe.i.nympha,significās fluxū currentē : & Triton deus ille marinus:annixus.i.annitēs simul detrudunt scopulo , super quē.l. sedebant,naues.l.Troianow : ipse , per emphatim.q.d.& deus,& rex leuat.i.erigit.l. naues , tridenti.i. tridente sceptro , & aperit Syrteis vastas,i.capaces , & valde amplas : & temperat.i.temperatum , & tranquillum reddit æquor , atq; perlabit.i.molliter percurrit,summas vndas.i.summitatē vndarū , rotis leuibus.i.mobre rerum leuium celeriter motis. Ac pro &:veluti,i.quemadmodum:cum.i.qū, seditio est coorta,sępe.i. quod sępe fieri solet : insęuit.i.ęuittiam,& ferocitatē suā ostēdit:animis.i.voluntatibus, aut animositatibus:& faces volant iam:& saxa volant iam.i.præcipitāter iaciunt : furor.i.vehemēs aīoꝝ motus : ministrat arma, id est id sibi quisq; assumebat.quod furor accipe suadebat , & ita per furorem oīa arma propria visa sunt : tum.i.tunc : si.l.populi conspexere forte:quē.i.aliquē,aut quēuis virum grauem:pietate.i.

te.i.religione,& obseruantia in deum,ac meritis:si dico cōspexere talem virū,ipsi silent, & astant auribus arrectis.l,ad audiendū. Ille,l.vir grauis:regit dictis,i.ordinatione aīoꝝ.l.vulgi,& mulcet pectora sic.i.eodem mō:cunctus fragor.i.vehemens erepit⁹, generatus ex fractiōe vndarū pelagi.i.maris:cecidit.i. sedatus est:& resedit postq; genitor.l.Neptunus (quem patrem vocat, aut veneratiōnis causa:aut qa oīum pater a physicis dicit:sicut in Geor. iij.dixit : Oceanūq; patrem rerum & precipue in mari pater vocatur) prospiciens.i.procul inspiciens : equora.i.maria : & inuectus.i.qui inuehebatur , cœlo aperto : amotis.l.nubibus : flectit equos.l.marinos:& volans.i.celerrime pcurrēs curru iecūdo.i. secundo flumine:& prospere,& cōmode currente,dat.l.equis,lora.i.habenas ex corio ſm seruium, qui vult curru esse datiui casus,

SERVIVS.

¶Defessi Æneadę.)Nūc Troiani. aliquando Romani : vt, Æneadę in ferrum pro libertate ruebant. ſ Cursu.) Aut secundum quod superius dixi mus,proxima cursu.i.cursui. Aut cōtendunt cursu petere. Et est septim⁹ casus. ſ Vertuntur.) A proposito itinere hoc est ab Italia. ſ Est i secessu longo.)Est Topothesia.i.fictus secundum poeticam licentiam locus. Ne aūt videretur penitus a veritate discedere,Hispanienſis Carthaginis portum describit , Cæterū hunc locū in Africa nusquam esse constat:nec incongrue ,pter nominis ſmilitudinem posuit . Nā Topographia est rei verę descriptio. ſ Secessu.) Sinu secreto. ſ Locus.)Subaudis quē vt supius , Vrbs antiqua fuit. Et sciēdum est quod quoties premittim⁹ nomē cuiuslibet generis, & interposito pronomine sequit nomē alterius generis : mediū allud ,pnomen , proprii nois genus sequit, vt Sallustius , Est in carcere locꝰ, quod Tullianum appellatur. Ecce,pprio iunxit,nō appellatiuo. Tullianū.n,pprium nomē est: carcer,appellatiuū.Si aūt vtraq; noia appellatiua fuerint licenter cui volum⁹ respōdemus. ſ Inq; sinus scindit sese:vnda reductos.) Dividit se vnda in sinus reductos,i.replicabiles. ſ Gemini.)Pares ſmiles,interdum & duos significat. ſ Minant.) Eminent : vt, Minasq; murow ingentes. Item , Illa vsq; minat. ſ Sub vertice.)Hoc est circa radices montis,quę ad rectam lineā suspiciūt cacumē.i. verticē. ſ Tum syluis scena coruscis.)Syluis coruscis:hoc ē syluarum coruscarū,i.crispantū.vt, Iuuena. Longa coruscat Sarraco veniente abies.Et posuit septimū pro genitiuo,vt superius : Pulchra prole. ſ Scena.) Inumbratio.Est dicta scena ἀπὸ τῆς σκιᾶς. Apud antiquos.n.theatralis scena parietē nō habuit.sed de frondibus vmbracula quę rebant:postea tabulata componere cœperunt in modū parietis. ſ Horrenti.) Horror plerūq; ad odiū pertinet:plerunq; ad venerationē, vt hoc loco. sic Luca. Arboribus suus horror ineſt. ſ Atrum nemus.)Tropus est:per atrū,nigrum ostendit:per nigrū,vmbrosum:per vmbrosum , densum.i.frondibus plenū. ſ Viuo.)Naturali:vt,Viuo prēterueho hostia saxo. ſ Nympharum domus.) Aut verum dicit , & est historia : aut ad laudem pertinet loci. Talis inquit, locus est, vt domus credatur esse Nymphārū. Hic pro illic more suo. ſ Anchora morsu.) Hoc nomen cum in græco , vnde originem ducit, aspirationem non habeat , in latino aspiratur : quod est contrarium . nam magis Græcorum est aspiratio . Sed hoc in paucis nominibus inuenitur . Morsu autem de anchoris bene dixit : cum alio loco inueniamus , Tum dente tenaci Anchora fundabat naues. ſ Tellus ris amore.) Cuiuscunq; post pericula : vnde & superius dixit , Quæ proxima littora cursu Contendunt . Et paulo post infert, Optata potiuntur Troes arena . Tellurem autem pro terra posuit, cum Tellurem deam dicamus : terram elementum , vt plerunq;

sus,ordo est : & volans dat lora secundo curru.i.ſm eum Troianos obsequenti:vt sit metaphora a pedisequis:aut (vt dixi) commodo,quia secundum fluctus currenti.

PIERIVS.

¶Perlabitur vndas,) Non temere pellabit, in eo dicibus aliquot antiquis legitur : siquidem ex Velii Longi sententia per præpositio omnibus integra præponitur , nisi cum incidit in l, litteram . Malle enim elegantioris sermonis viros in præpositione , per ,geminare l, litteram (ait ille) quam r, exprimere : vt cum pellabor , malunt dicere , quam perlabor, ita enim in emēdatis eius authoris codi. habetur. ſ Currūq; volans.) In Romano codice . & aliquot alijs, legere est , fluctuq; volans, vt sit fluctu secundo , sed curru , magis placet eruditorū auribus vt figuratum magis.

Defessi Aeneadæ quæ proxima littora, cursu
Contendunt petere: & Libyæ vertuntur ad oras.
Est in secessu longo locus: insula portum
Efficit obiectu laterum: quibus omnis ab alto
Frangitur: inq; sinus scindit sese vnda reductos.
Hinc atq; hinc vastæ rupes, geminiq; minantur
In cœlum scopuli: quorum sub vertice late
Aequora tuta silent. tum syluis scena coruscis
Desuper, horrentiq; atrum nemus imminet vmbra.
Fronte sub aduersa scopulis pendentibus, antrum.
Intus aquæ dulces, viuoq; sedilia saxo,
Nympharum domus. hic fessas nō vincula naueis
Vlla tenent: vnco non alligat anchora morsu.
Huc septem Aeneas collectis nauibus omni
Ex numero subit: ac magno telluris amore
Egressi, optata potiuntur Troes arena:
Et sale tabenteis artus in littore ponunt.
Ac primum silicis scintillam excudit Achates:
Suscepitq; ignem foliis: atq; arida circum
Nutrimenta dedit: rapuitq; in fomite flammam.
Tunc Cererem corruptam vndis, cerealiaq; arma
Expediunt fessi rerum: frugesq; receptas
Et torrere parant flammis, & frangere saxo.

nes prepositiones licentia:vt est, Conditus in vrbem.contra , Et nota condunt in aluo.Item, Sæua sedens super arma.Et,Gemina super arbore sidunt.Cice.Quod ille in capite ab hostiū duce acceperat.Item,Et si fortes fueritis in eo,quē nemo sit ausus defendere.Aut rapuit,raptim fecit flammā in fomite.i.celeriter. ſ In fomite.)Fomites sunt assulę ex arborib⁹ dū cędunt excussę,dictę q; in eo opere occupati cibis potuq; confouent. At Opilius exustas iam vites vocari existimat fomites.ylij vocari putant scintillas q ex ferro candenti malleis excutiunt.dictę aūt ita,qa igni sunt cōfotę:pari modo assulę quę sunt securib⁹ excussę. ſ Corruptā vndis.) Aqua emollitā. ſ Cerealiaq; arma.) Fugiens vilia,ad generalitatē trāsit,ppter carminis dignitatē:& rem vilem auxit honestate sermonis:vt alibi,ne lucernā diceret,ait,Testa cū ardente videret Scintillare oleū. Et sciēdum est iudice Euphonia dici Cerealia, vel Cerialia : Typhoea,vel Thyphoia:Cęsareanus, vel Cęsarian⁹. In his ergo licentia deriuationis est. ſ Fessi rerum.)Hoc est penuria fatigati.Et fessus generale est:dicimus.n.fessus animo vt, Ter fessus valle resedit. & fessus corpore , quod magis est proprium. Et fessus rerum a fortuna veniētium,vt hoc loco. Epitheta enim nunquam vacant : sed aut ad augmentum, aut ad diminutionē , aut ad discretionē poni solent. ſ Fruges.)Generaliter fruges oēs dicuntur : & errant qui discernunt frumenta a frugibus . Nam Cicero ait,Olei,& frugum minutarum : cum de leguminibus diceret,vt ostenderet etiam frumenta fruges vocari. Frugum autē nomē tractum est a fruminē.i.ab eminente sub mento gutturis parte. ſ Receptas.) Liberatas.vt, Medioq; ex hoste recepit.i.liberauit. ſ Et torrere parant flammis , & frangere saxo.) Multi Hysteron proteron putant , non respicientes superiora : quia dixit vndis Cererem esse corruptam, quam necesse fuerat ante siccari.Qui etiam tamen contra hoc illo se tuentur exemplo , Nunc

Cudere

runcq; Vulcanū ponimus pro igni,Cererem pro frumento, Liberum pro vino, ſ Arena.) Querit, habeat necne nomen hoc aspirationē . & Varro sic diffinit,Si ab ariditate dicitur, non habet:si ab hęredo, vt in fabricis videmus, habet : melior tamē est superior etymologia. ſ vale tabenteis.) Madefactos aspergine. ſ Ac primū silicis scintillam excudit Achates.) Bene adiecit spēm , qa in certis lapidibus iuenit ignis. Excudit aūt est feriēdo eiecit: quia cudere est ferire. vnde & incus dicit : quod illic aliqd cudamus.i.feriamus. ſ Achates.) Allusit ad nomen . Nam Achates lapidis spēs est. Bene ergo ipsum dicit igne excudisse , vnde & Achatē ei comitem dixit.Lectū est.n.in naturali historia Plinii , qd sigs hūc lapidē in anulo habuerit,gratiosior eē videat. ſ Succepit.) Pro suscepit:vt dixim⁹ supra. ſ Rapuitq; i fomite flammā.) Pene soloecophanes est. nā cū mutationē verbū significet , ablatiuo vsus est : sed hoc solsuit , aut antiqua circa cōmu-

torrete

Universidad de Deusto Biblioteca

torrete igni fruges:nunc frangite saxo. Et voluit etiã hic Hysteron proteron esse,quod falsum est,Nam & hodie siccari ante fruges,& sic frangi videmus.Et quia apud maiores nostros molarũ vsus non erat,trumenta torrebant,& ea in pilas missa pinsebant: & hoc erat genus molendi. vnde & pinsores dicti sunt, qui nunc pistores vocãtur.Pinsere autem dici Persius probat: vt a Tergo quem nulla ciconia pinsit.

DONATVS.

¶Defessi Æneadę.) Defessi,hoc est licet fessi admodum,nitebantur, tamẽ tendere ad terrã,nequa iterum vis emergeret, qua causa ꝓxime littora capere maturius ꝓperabãt. Contẽdunt posuit, vt ostẽderet ipsius cursus difficultatẽ,quẽ satis fessi cõplere nitebanť,vel maxime, qa in aqua difficilior gressus est ꝓperantibus cursum.¶Est in secess. lon.lo.) Fit loci descriptio,nõ superflua,sed negocio ipsi necessaria:nam nõ oĩa eius, sed aliqua referunť.placiditas quippe fuerat pelagi procurãda ,ꝓpter cõtracta nauium vitia, & horrẽdam quassationẽ,hanc prębebat obiectus laterum, secretũ vero ꝓficiebat ad eã partẽ,qua cauẽdum erat ꝓpter regiones incognitas hoc dabat longitudo secessus,aqua vero & copiosa,& optima,ꝓpter vsus hoĩum hanc efferebat Nympharũ dom⁹, ꝓpter ardores aũt solis necessaria fuerant quę prębérent hoĩbus defensionẽ,ministrabat istã naturale antrũ , & opacitas nemorũ , tantũq; poterat opportunitas loci, vt illic naues , nec retinaculis tenerenť,nec ponderibus anchorarũ,idcirco premisit. Quib⁹ oĩs ab alto Frangiť locus.Sed oĩs vnda ab alto. Inq; sinus scindit sese vnda reductos.non oĩs ab alto frangitur & sese in sinus scindit, procurante hoc ipsum altitudine laterum, Ab alto.i.ab ea parte, qua continuũ fuerat mare.admiranda ergo breuitas & continẽs omnia necessaria. quod aũt omnis locus, qui in descriptionibus venit,quatuor habeat partes, descriptę sunt omnes. nam ostẽdit latera duo,dicẽs, Obiectu laterũ . Tertiam partẽ a tergo qua fuit aggressus.Quibus omnis ab alto Frãgitur , inq; sinus scindit sese vnda reductos, Hinc atq; hinc vastę rupes , geminiq; minantur In cœlum scopuli , quoꝝ sub vertice late Æquora tuta sylent, tũ syluis scena coruscis Desuper , horrẽtiq; atrũ nemus iminet vmbra.Oĩa hæc tribus lateribus aptanť. Quartã partẽ ex aduerso posuit,dicens.Fronte sub aduersa scopulis pendentib⁹ antrũ , Intus aquę dulces viuoq; sedilia saxo , Nympharũ domus. Cõpetentia sedilia & loco,& personis,in nympharũ domo , vt dulcedo aquæ & sedendi opportunitas veniente reficeret,non tantũ animo,verum etiam corpore. Intelligere aũt debemus , quod in oĩbus locoꝝ descriptionibus curãdum est locum istum sic poetam descripsisse vt ingredientẽ, hũc morẽ etiam Sallustium tenuisse manifestum est:vbi dexterã vel læuam dicit a tergo , & a fronte se velut consistentẽ in vno loco faciat. quę omnia mutabunť,si describẽs mutet speciẽ standi.nam si sese cõuertat,fit sinistra quę descripta est dextera,quę fuerat lęua.Fit rursum a fronte quod posterius fuit,& quod fuit , a fronte in posteriorẽ spẽm cõmutať. Addidit descriptioni fuisse scopulos duos altitudinis imẽsę. necessaria.n. fuerat huic negocio altitudo aliqua, ex qua latitudo pelagi posset attendi,eoꝝ inquirẽdoꝝ causa,qui ab Ænea fuerãt cũ nauib⁹ separati,nemoꝝ quoq; desorum fit cõmemoratio, & pręter oculoꝝ & animi delectationẽ,tuitionem quoq; metuentibus exhiberent,& receptos facerent non videri. Hunc igitur locum Æneas ingressus est , collectis vt superius ait septẽ nauibus ex oĩ numero.s.ex decem & nouẽ. vna.n.de viginti sub oculis ipsius perierat.recte aũt collectis dixit, in locis quippe diuersis fuerat,vna.s. in qua ipse Æneas fuit,tres vero de saxis , & de syrtibus tres. Videamus qd Ænęę adscribať, quia virtutes eius nõ occasione laudantur, vel quid assignetur cæteris.¶Egressi,inquit,op.po.T.a.) Recte dixit optata potiunť Troes arena . Qui cõtraria in perturbationẽ pelagi viderant cũ eoꝝ nauigio vsq; ad imũ deprimerẽtur. Subijciunť iam actus ipsoꝝ, alij inquit corpora sua & tabida sale membra solatio littorum confouebãt. quod aũt dixit , artus tabentes sale, a cõtrario posuit. sal.n.carnẽ corrumpi non patiť, sed inuentus est casus quo fieri posset, vt tabescat sale, quod seruari cõuenit : aqua.n.maris q̃uis salsa, cum corpus nõ seruaret, admisit corruptionẽ.Alij ergo dixit fusi p littora.¶Ac primũ sili. scin.) Achates,inquit,procurabat ignem , vt corruptũ fluctib⁹ & aqua madidum frumentũ siccari & frangi posset. Hic errãt male interpretantes & disputando pessime suum confitenť errorem , dicendo præposteram ordinationẽ posuisse Virgiliũ.Cum prius sit frangere saxo , hoc est molere , postea vero torrere flammis , quasi panem coquere,sed cum torrere cõstet dixisse Virgilium , non coquere, proculdubio recte posuit torrere prius,& post frãgere.meminerat.n.se de naufragijs loqui,& dixisse superius. Oẽs accipiunt inimicũ imbrẽ rimisq; fatiscunt . perindeq; madidum habuisse frumentũ,quod nisi igne mature siccari non posset,nec posset madidũ moli.recte ergo dixit,parãt prius torrere , vt posset saxo cõfringi.Descripsit actus alioꝝ. Videamus quos Æneas habuerit , & cũ quanta eius laude describanť . Iste.n.solus aut nõ sensit vim pelagi,aut solus de refectione aię aut corporis nõ cogitauit,quin potius aliũ quoq; laborẽ arripuit.intelligendũ hoc loco altitudinem scopuloꝝ idcirco esse in loci descriptione propositam,vt non tñ esse maior prospectus ex summo, verũetiam vt Ænęę laudationi altitudo ipsa proficeret, cuius virtus , & animi,& corporis tanta extitit,vt lassis oĩbus,& de cibo, & requie cogitantib⁹,solus non fugeret labore,& difficiles ascensus & ꝓlixos aggressus sit.Arripuit ergo altitudinẽ scopuli, neq; ab ascẽdendi labore reuocatus est.Dũmodo locus ille ex summo socios forsitan in subiecta latitudine pelagi demonstraret errantes.

ASCENSIVS.

¶Defessi.) Describit portũ in quẽ sese receperũt Troiani potissimum qui Ænęę tunc coniuncti erant. Nam cæteri , ita dispersi erant,vt nescirent Æneas viuerent necne:sicut & illi de ipso dubitabant.Fecit aũt aptam digressionẽ in descriptiõe portus,seu stationis,vt vero simile sit naues Ænęę potuisse illic abscondi : dum naues Ilionei, ac sociorũ , a Tyrijs igne peterenť.Sanè accuratius annotandum est, quæ naues cum Ænea receptę fuerant . Donatus dicit septem , quas Virgi. receptas dicit fuisse vnã in qua ipse Æneas erat:& tres de saxis & tres de Syrtibus receptas:de quibus videlicet dictũ est:Treis notus arreptas in saxa latentia torquet. Treis Eurus ab alto In Breuia & Syrtes vrget.Sed incidit quęstio de Achate,qui hic Ænęę comes datur:& tñ non erat in illis nauibus,nam dictũ est : Iam validam Ilionei nauẽ , iam fortis Achatę, Vicit hyems,&c.Vnde aut dicendum est,nõ eas septẽ fuisse, quas Dona.cõmemorat:aut duos esse Achates:alterũ quẽ fortẽ appellat:alterũ quem fidum vt sint epitheta discretiua : nam videť ille fortis Achates fuisse in comitatu Ilionei Gyę , Cloanthi , Caici & Orontis. Sed audiamus Dona. cuius verba sunt. ¶Defessi.) Licet fessi nitebanť proximã terram attingere, ne interea aliquis casus emergeret.¶Contendunt.) Ostendit cursus difficultatẽ quę fessi complere nitebanť, maxime , quia in aqua difficilior gressus est properantibus cursum.¶Est in secessu.) Loci hæc descriptio negocio,necessaria est. Placiditas.n.fuerat pelagi ꝓcuranda,ꝓpter corruptas naueis. Hanc præbebat obiectus laterũ . Secretũ vero proficiebat , quia cauendum erat propter regiones incognitas. Hoc dabat longitudo secessus , Nympharum domus , aquarum copiam præstat. Sunt & defensacula aduersus solem , antrum , & nemus. Tantaq; erat opportunitas loci, vt naues , anchoris non essent retinendę.¶Ab alto.) A mari.mira igitur breuitas quę contineat omnia necessaria.Cum autem locus contineatur quatuor partibus, ponit duo latera , & ingressum, quartã deinde partem posuit, Fronte sub aduersa.Semper aũt loca sic poeta describit vt ingrediens : sic facit Sallu. Quę omnia mutabunť, si vt recedens scribat.Addit aũt descriptioni, duos altos scopulos : vt sit. Vnde latus prospectus in pelagus appareat , ad inquirendas naueis ab Ænea separatas . Opacitas aũt , vt minus ab externis conspiciaťť facit.¶Septem.) Vna,in qua ipse erat:treis de saxis : treis de Syrtibus,ereptæ.¶Optata.) Quia cõtrariam in perturbatiõe pelagi viderant,cum nauigia ad imum vsq; deprimerenť. ¶Tabẽtis sale.) a contrario. Sal.n.conseruat . Sed inuentus est casus , vt tabescat sale,quod seruari conuenit. Aqua.n.maris,quãuis salsa. admittit corruptionẽ.¶Achates.)Achates ignem fieri curabat,vt madidas fruges torreret,vt sic siccatę frãgi possent. Nõ ergo est ꝑpostera ordinatio.Neq; dixit,coquere , sed torrere, Nam meminerat dixisse.Oẽs accipiunt inimicũ imbrem.¶Ordo est. Æneadę.i. Troiani,sub Ænea ꝑncipe Italiã petentes,& ab eo denoĩati : defessi.i. multũ fessi,& defatigati ex longa cõtra ventos & ꝓcellas reluctatione : cõtendunt petere cursu.i.per cursum, (quo verbo ostendiť quã sperata sit terra nautis deprehensis : vt etiã defessi currere faciant naues.Sanè mallem, cursu ablatiui, q̃ datiui casus censere : atq; ita nõ dicam,quæ proxima cursu,) ea, sup.littora,quę supple erant proxima.i.viciniſſima:quia nullo discrimine habito,quæ prima occurrerent,constituerant petere:& vertuntur ad oras.i.extremas regiones Libyę.s.ad eam partem vbi Carthago. Locus est in longo secessu.i.tractu ad quem licet secedere.i.seorsum ab alijs incedere:sup.quem,aut de quo, insula : quæ illic intersita iacet:efficit portũ.i.speciem portus:obiectu.i.ex obiectione,seu oppositione laterum.i.quia duo latera habet opportune opposita:quibus.s.lateribus:omnis vnda.i.impetus aquaꝝ frangitur.i.separatur:ab alto.i.ꝓfundo , seu medio maris (illic enim profundum

profundum est.)& scindit.i.diuidit se, in sinus.i.angulos littoꝝ reductos.i.replicabileis : quia nõ progrediuntur aquæ propter latera & quia vastæ.i. valde amplę rupes : q; pro.i.scopuli gemini.i.duo saxa ęqualiter eminẽtia in aquis:minãtur.i,minas , hoc est eminẽtias suas,extẽdunt in cœlum.i.cœlum versus:aut,si hyperbole est,in cœlum vsq; hinc:& hinc.i.ab vtraq; parte:aut gemini scopuli minantur in cœlum.i.quia tam alte protendunť, videnť minari se casuros in suspiciẽtes : nam his qui altissimos scopulos suspiciunt : videnť summitates eoꝝ nutare, & casum minari,sub quoꝝ.s.scopuloꝝ,vertice.i.summitate reflexa, & prominẽte : hoc est radice,& pede scopuloꝝ : vbi ab impetu aquarũ partim exhaustę sunt : q; vertex superincumbere videatur , his qui ad radicẽ sunt : sub vertice ergo scopuloꝝ : silent ęquora tuta.s. ab incursu ventoꝝ,& procellarũ : quia venti accedere nequeant: & omnis aquarũ impetus priusq̃ eo perueniant,frangiť: tum.i. insup,aut præterea,scena.i. vmbraculum , aut inumbratio coruscis syluis.i.habens syluas coruscas.i.crispanteis : iminet.i.incũbit desuper:& nemus atrum vmbra horrenti.i.contrementi,leni agitatione ventoꝝ:aut horrẽti.i.placida,vt sentit Seruius,appositorie atrum,i.quod atrũ nemus est:& quasi antrum iminet sub fronte aduersa,i.opposita:& hoc scopulis pẽdentibus.s. in morẽ antri,Intus.i.in medio scopuloꝝ:sunt,sup.aquę dulces:& sedilia saxo,viuo.i.naturali:appositorie domus nympharũ.i.quã nymphæ habitant : aut tam amœna , vt digna sit a nymphis habitari. Vlla vincula,non tenent hic.i.hoc loco,naueis fessas:quia sponte tenentur:& vlla anchora.i.instrumentũ vncis dentib⁹,quo in terra,non saxosa naueis fessas,aut fluctu agitatas, nautę alligant:nõ alligat , sup.eas morsu vnco.i.dente incuruo : qui terrã dum extrahit,erodit,& quodãmodo mordet. Æneas subit huc.i.ad hũc locum,aut portum:septem nauibus collectis, ex omni numero : & Troes egressi magno amore telluris.i.terræ potiuntur arena optata.i.quã in periculo tanto optauerant:& ponũt.i.reponunt, in littore,artus.s.suos.tabenteis sale,id est aspergine aquę salsę:ac Achates,vir ille fidus (alludit tñ ad lapidem) excudit primum.i. vbi primũ in terrã descenderat: scintillam silicis.i.particulã ignis, quæ erat in silice,aut in venis silicis : & suscepit.i.lente cepit , aut sursum cepit (vis enim ignis semp ascẽdit) ignẽ folijs.s.desiccatis:atq; dedit circũ arida nutrimẽta.i.cõbustibilia,sicca:& rapuit flammã.i.rapidam fecit flammã:in fomite.i.quę (vt diciť) radicaliter,& originaliter erat in fomite:aut rapuit in fomite, hoc est in illo quo ignis fouebatur flammam ad se (& neutro modo est solecophanes : nam nõ rapuit in fomitẽ, sed eam quæ erat in fomite rapuit ad se) tum.i.deinde, Æneadę.s.(nõ Æneas) quia vile est ministeriũ(fessi rerũ.s.multitudine, aut aduersitate , aut rerũ pro rebus,sicut felix animi.) expediunt.i.expedite efferunt : Cererem.i.frumentũ,aut panem:corruptã vndis : & arma.i.instrumenta Cerealia.i.qbus Ceres.i.frumẽtum tractať, aut qbus Ceres.i.panis,fit & parant torrere.i.desiccare flãmis.s.ab Achate exceptis:& frangere saxo.i.pinsere,aut molere quodãmodo : nõ tñ proprie,quia molę vsum non habebant.

PIERIVS.

¶Geminiq; minantur.) Seruius exponit,gemini, pares. Sed cur non duo ? cum præsertim in hac descriptione Virgilius Home. sequať, apud quem legi e est, δύο δὲ προβλῆτες ἐν αὐτῷ ἀυταί. ¶Ac primum silicis scintillam excudit Achates,) Arusianus Messus in Virgilianarum elocutionum exẽplis,Excudit, huic datiuo casu eleganter dici,carmine hoc ex Virgilio citato contendit approbare:& silici a poeta scriptum agnoscit : & ita habeť in eo codice,vbi integra Ti Donati cõmentaria leguntur,Sed & excussit, præterito tempore positum est, vt cum altero suscepit , quadret in synchroniam.Ea vero dictio,suscepit,in veteribus aliquot codicibus suscepit, geminato,cc,scripta est:vt succumbo , succedo : sen enim omnino ex,sub,& capio , succipto prius fuit : inde alterum c, in s, abijt, consuetudine pronunciationẽ huiusmodi magis approbante.

Æneas scopulum interea conscendit:& omnem
Prospectum late pelago petit:Antea siqua
Iactatum vento videat,Phrygiasq; biremes,
Aut Capyn,aut celsis in puppibus arma Caici.
Nauim in conspectu nullam,treis littore ceruos
Prospicit erranteis.hos tota armenta sequuntur:
A tergo:& longum per valleis pascitur agmen.
Constitit hic:arcumq; manu,celeresq; sagittas
Corripuit:fidus quæ tela gerebat Achates.
Ductoresq; ipsos primum capita alta ferenteis
Cornibus arboreis sternit.tum vulgus,& omnem
Miscet agens telis nemora inter frondea turbam.
Nec prius absistit:q̃ septem ingentia victor
Corpora fundat humi:& numerũ cũ nauibus ęquet.
Hinc portum petit:& socios partitur in omneis.
Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes
Littore Trinacrio:dederatq; abeuntibus heros:
Diuidit:& dictis mœrentia pectora mulcet.

SERVIVS.

¶Æneas.) Merita personarũ Vilibus officijs interesse non debent : quod bene obseruat vbique Virgilius,vt in hoc loco. Item in sexto cum diuersis officijs Troianos diceret occupatos:ait,At pius Æneas arces qbus altus Apollo Præsidet . Nisi cum causa pietatis interuenit,vt ad sepeliendum socios miscendo se operi hortaretur . Necnon Æneas opera inter talia primus Hortať socios , paribusq; accingitur armis.¶Scopulum.) Id est speculam,Et quando speculationem significamus,generis est fœminini : vt,Specula Misen⁹ ab alta.Speculum autẽ in quo nos intuemur,generis ẽ neutri , vt Iuue. Speculum ciuilis sarcina belli.¶Late petit.) In quantũ põt.¶Pelago.)In pelagus:vt, Inferretq; deos latio. ¶Antea si quẽ.) Aut ordo est, Ascẽdit scopulũ requisiturus Antea,Capyn,Caicũ:si quẽ videat. Et vsus ẽ hoc gñe elocutionis,quo & Terẽ.qui dixit , Quod pleriq; oẽs faciũt adolescẽtuli, & q nihil tã cõtrariũ : oẽs.n.gñale est , pleriq; speciale.ordo ergo ẽ, qđ oẽs faciũt adolescẽtuli, vt animũ ad aliqđ studiũ adiungãt.pleriq; equos alere,pleriq; canes . Aut certe,quẽ vacat,vt superius diximus,istas frequẽter vacare particulas,vt ipse Virg.Rhebe diu res siqua diu mortalib⁹ vlla est,nemo dicit si qua vlla,sed,si vlla.Vacat ergo Qua. Itẽ in Lucillio,Ecquẽ Pamphilũ queris ? Quẽ vacat. nã de vno loqbať. ¶Biremes.) Naues habentes remoꝝ ordinẽ geminũ:vt alibi,Triplici pubes quã Dardana versu Impellũt.¶In puppib⁹ arma Caici.)Quę nauigantiũ militũ est mos puppib⁹ arma religare:vt alibi , Pacẽ orare manu,pfigere puppib⁹ arma.¶Errãteis.) Pascẽtes vt alibi,Mille meę siculis errãt in montib⁹ agnę.Re vera.n.dum pascunť,vaganť.Et in.vij.de ceruo,Errabãt syluis.¶Ceruos.)Cerui dicti sũt ἀπὸ τῶν κεράτων.i.a cornib⁹.Sciẽdum ẽt latina noĩa,grecã plerũq; etymologiã recipe,sed cerui nõ sunt in ꝓuincia ꝓcõsulari , ad quã venit Æneas. Aut ergo fictũ est ſm poeticũ morẽ : aut ob hoc dictũ,qa heroicis tẽporib⁹ vbiq; oĩa nascebãtur:vt ipse , Oĩs feret oĩa tellus.¶Tota.)Inter totum & oẽ hoc interest, q; totũ dicim⁹ vnius corporis plenitudinẽ:omne de vniuersis dicimus,vtputa totũ auditoriũ habet scholasticos:hoc est,plenũ est auditoriũ scholasticis. oẽ auditoriũ habet scholasticos.i.oĩa auditoria.Vsurpant tñ poetę & ista cõfundunt, vt hoc loco tota pro oĩbus posuit:& cõtra pro toto,oẽm posuit:vt est, Oẽmq; reuerti per Troiã.Statius,Et totos in pœnã ordire nepotes.i.oẽs. Pleriq; deriuationẽ dicunt ab eo quod ẽ tot totus, vt ab eo qđ est quot quotus. Sed illud notandũ q; in deriuatiõe mutat plerũq; naturã:nam cũ tot naturaliter breuis sit,totus ꝓduciť: quotus vero ſm originẽ suam breuis remanet.¶Agmen.)Agmẽ ꝓprie diciť ordinata multitudo,vt est ambulantis exercitus.neq; enim in vno loco stans, agmen vocať:aut si inuẽtũ fuerit,vsurpatũ est:vnde bene adiecit Longũ,vt incedentiũ ostẽderet significationẽ. ¶Constitit.) Con ſm naturã breuis est semp,excepto cum,s,litera, vel,f,seqť. tũc.n. tantũ ꝓduciť: sicut in syllaba insula,infula.¶Corripuit.) Aut de pharetra Corripuit:vt est , Corripit hic subita trepidus formidine ferrũ.Aut ab Achate , vt eum secutũ esse per silentiũ intelligamus:vt illo loco.Ni iam pręmissus Achates Afforet.Item,Nũc respeto Anchises fatoꝝ arcana reliquit.¶Gerebat.) Aut nunc, aut q̃ gerere cõsueuerat.¶Cornibus arboreis.)Aut subaudi cũ , vt illo loco,Atq; Ixionei vento rota cõstitit orbis.i.cũ vento. Aut certe secundum supra dictam figurã Cornibus arboreis, pro Cornuũ arboreoꝝ.Melius tñ est,vt cum subaudias.¶Tum vulgus.) Bene vulgus,ductoribus interemptis.¶Miscet.) Perturbat , circũagit, insequitur.¶Frondea.) Pro frondosa posuit. plerũq; enim dum varietati declinationis student poetę,mutãt ꝓprietatẽ:nam frondeum

Universidad de Deusto Biblioteca

deum est totũ de frondibus, vt torus. Frondosus vero est lucus: licet.n.abunde frondibus,nõ tñ est de frõdibus totus, vt saxeus, & saxosus. ¶Quã septẽ.) Bene definiuit numerũ:necessitatis enim est hęc venatio,nõ voluptatis,in qua plura requirunt. ¶Victor.) Hoc loco, propositi effector: vt est, Atq; rotis insistere victor.) ¶Fundat humi.) Per humũ. Et est aduerbialiter positũ:vt,Humi nitens.i.per humũ. ¶Cum nauibus.)Cacephaton in sermone:qđ fit si cum particulam,n,litera sequat. ¶Hinc.) Pro inde. Abutitur enim aduerbio,more suo.) Partitur.) Sallu.ait, Prouincias inter se partiuerant.Nam & partio, & partior dicimus.Et est verbũ de his,quæ cũ vtranq; recipiant declinationẽ pro nostra voluntate, actiuę tamen sunt significationis,vt punio,punior,fabrico fabricor,lauo lauor: quanquã tentauerit Probus facere differẽtiã inter actiuã passiuãq; significationẽ:vt dicamus, tondeo alterum: tondeor ab altero:sed hoc in alijs verbis dicere nõ possumus, vt fabrico fabricor,pasco pascor.nam legimus,Florem depasta salicti:&,Pascuntur vero dumos.Sunt aũt alia verba quæ actiuæ declinationis significationisq; sunt: vt cædo.Sunt quæ passiuę, vt cædor.Inuenimus tñ actiuam declinationẽ,habere passiuã significationem,vt vapulo: & contra declinationẽ passiuam, actiuam habere significationem, vt loquor. Hæc ergo ab illis caute segreganda sunt verbis. ¶Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes.) Ordo est.Deinde vina partit, quæ Acestes dederat Trinacrio.Græcum est propter tria ἄκρα, id est promontoria: Lilybeum,Pachynnum,Pelorum.Latine aũt triquetra dicitur. ¶Heros.) Vir fortis, semideus, plus ab homine habens, vt ait Hesio, Ζεὺς κρονίδης ποίησε δικαιότερον καὶ ἄρειον Ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται ἡμίθεοι.

DONATVS.

¶Æneas scopulum interea conscen.&c.)Quod ait Nauim in cõspectu nullam treis littore ceruos,pspicit, prospicit bis accipiendum est,vt sit nauim nullam pspicit, sed ceruos. Fidus quæ tela gerebat Achates,aut in pręsenti aderat,& gerebat, aut qa ipse excudendo igni operã dabat,& remãserat,merito dictũ gerebat, vt Æneas tunc portaret tela quę Achates solitus erat ferre. Cũ igit nullum ei nauigiũ in latitudine subiecta pelagi apparuisset, euẽtus ceruoꝝ gregem repente mõstrauit, quod ipsum opportunũ visum est,non ad vsum superfluum,neq; ad aliquam venãdi voluptatẽ, sed qa inde procurari potuit indigentibus ac fessis subsidium victus,vt ex his aliquos Æneas occideret.septẽ ergo maiores strauit,in quibus alimonię maior posset esse substantia,multos præterea paruulos interemit. Interea videamus quemadmodum de ipsis ceruis locutus sit poeta.Reprehendunt enim temerariorum voce,quod dixit, a tergo sequũtur, & reuera vitiũ est, non poetæ,sed pessime pronuntiantium. nam tres ceruos errantes in littore sequebantur alij,alij a tergo per valles pascebantur, ponamos iam verba ipsa cum pronũciatione ipsa, & ordinatiõe. Tris littore ceruos prospicit errantes,hos tota armẽta sequũtur. Eos scilicet tres, cum ipsis qui per littus errabãt,alios vero a tergo pascentes describit,per valles,vt sit ordo, & a tergo longũ per valles pascitur agmen.non enim omnes errabant,aut omnes pascebant, sed alij subrepti fuerant ex oculis eius, alij vero fuerant post ipsum, subijciam' exemplum, simili ei vsus est Thestylis &, hoc est,Et, Thestylis & rapido fessis messoribus ęstu. Puppibus & læti nautę imposuere coronas, & puppibus. Item, Subito cum tabida membris,hoc est cum subito,ipsi quoq; numeri gregum diuersitatẽ significant.de errantibus quippe pluraliter dixit, Armenta sequunt:de pascẽtib' vero ait. Et a tergo longũ per valles pascit agmen. peius aũt poetę vitium foret si non fecisset locorũ & numerorũ separationẽ, nec fieri hoc vitium debuit, nec factũ esse manifestum est,tanq; imemor sui,singulari numero concluderet,quod pluralem sumpserat descriptionẽ. In littore.n.positos dixit pluraliter,hos tota armẽta sequunt,in vallibus vero pascit agmen,singulari numero expressit.huc accedit, quia qui pascit non errat,& qui errat nõ pascit, peracta necessaria ceruorum strage, hoc est quę oĩbus Troianis vberẽ victus substantiã præbere potuisset. ¶Hinc por.pe.) Remeat ad naues,inqt, & ceruos, quos interfecerat,diuisit inter socios.hic intelligit q breuiandę narrationis causa,pretermisit Virgilius translationẽ corporum: ait enim occidit ceruos, & perrexit ad portũ, & viritim dedit socijs,cum vtiq; partiri non posset,nisi quod fuisset ante translatũ, ex eo ipso tamen intelligitur factum,licet dictum non sit, vel certe conscriptum.partitus ergo ceruorum corpora inter omnes: nõ enim quenq; debuit pretermittere. Tantus autem amor eius in socios fuit,vt sibi non fecerit partẽ. ¶Vina bonus,&c.)Ordinatur sensus sic:deinde diuidit vina, quæ bon' Acestes onerauerat cadis littore Trinacrio atq; abeũtibus dederat: bonũ interea debemus intelligere,bonum ciuem,bonum largitorem.deniq; idcirco posuit,cadis onerarat,vt ostẽderet ex ipsa cadorum preter missa numeri taxatione significari,plurimũ vini fuisse quod datum est.quod autẽ dixit onerarat,hoc intelligendum, vinũ accipientibus profecisse, non quantum bonus largitor dare voluit, sed quantum Troiani ferre potuerunt,quos iam species ipsa honorauerat.q vero posuit,littore Trinacrio,intelligere possumus dandi substantiã prębuisse vbertatẽ soli,quod iuuabat dantis voluntatẽ.Dederatq; abeuntibus.Excepto scilicet eo quod in ipsos iam fuerat impensum,cum ibidem degerent. Iis dederat affatim, quos non fuisset iterum visurus, perindeq; non habiturus occasionem alteram largiendi. Hic conijci potest ab ipso Aceste datũ esse frumentum,quoniam supra dixit, Tum Cererem corruptã vndis, Et torrere parant flammis,& frangere saxo.non enim poterat fieri,vt vir tam copiosę liberalitatis solum vinum suis abeũtibus daret. Et dictis mœ.pe.mul.) Quis enim in tædio animi & in calamitatibus positus libenter cibũ sumeret? Sed quoties ista sunt,illa sunt, illa persona solet interuenire consolantis, quæ ab ipsis malis aliena est, sed istic & locus,& tempus,& persona considerãda sunt.nam locus similitudinis fuit, temporis ratio vrgebat,vt deberent alimonia confoueri, quos superius fessos alle ruit,persona quoq; extrinsecus deerat,quæ consolatione vteretur: reuocatur ergo consolandi officium ad Ænee personã tanto moderamine,vt neq; se satis tristem ostenderet,atq; ipsos a cõsolatione deijceret, neq; a doloribus immunem, ne in sua causa mœroribus se ostenderet alienum. Tractat hic & eorũ personã, quos dixerat fessos.recens.n.pathos non poterat mœrentiũ pectoribus semel eradi. Dictis,inquit,mulcet, quod enim penitus grauissime fuerat inflictum,non valebat auferri,sed mulceri potuit,vt cibus sumeretur,sumpto enim cibo,qui prouisus affatim fuit,accedente etiam vino & multo & bono,sperabatur more humani ingenij ventura relaxatio animoꝝ. Certe quantum differt ipsa consolatio,quę ab ea persona proficiscitur, non quę sit ipsis mœroribus vacua,sed quę maloꝝ societate iungatur,ipse Virgilius demonstrat.Vacuę quippe a doloribus personę potest e diuerso responderi Terentiano dicto, Tu si hic sis,aliter sentias.Cum aũt a socio malorum omnium prefertur,& accipi attentius potest,& patienter audiri,deniq; sic cœpit.

ASCENSIVS.

¶Æneas.)Postq; cæterorum ministeria descripsit,tractat officia ducis.s.Ænee, qui de salute socioꝝ quos in summo periculo dereliquerat,solicitus,veritusq;,ne aut submersi sint, aut in manus hostium inciderint:scopulum conscẽdit:vnde cũ naues pspicere nõ posset,videret tñ ceruos,cõuertit se ad eos capiẽdos, vt socijs receptis, epulum daret, eorumq; & animos & corpora reficeret. De qua re audiamus Dona. cuius verba sunt: Reliqui igitur se ipsos curabant. Æneas autem anxius de salute socioꝝ, labori nõ pepercit,sed altitudinẽ scopuli,ascẽdit: nõ ergo tantũ ad pspectũ descripta altitudo scopuli, quantã ad laudem Ænee. Qui aut nõ prospexit vim pelagi,aut de refectione corporis non curauit: & vt salutẽ socioꝝ pcuraret,nullo victus labore,tantã altitudinem ascendit. ¶Prospicit.) Bis accipe:vt nauem nullam pspicit, sed tñ prospicit ceruos. ¶Gerebat.) Vel tunc psens, vel portabat Æneas tela,quę Achates intentus igni, excitando reliquerat. Non vidit naues,sed euẽtus ostẽdit ceruos,quę res nõ ad venãdi voluptatẽ, sed ad victus necessitatẽ,recepta est. Septẽ ergo maiores strauit, in quibus alimonię maior esset copia. Multos deinde paruulos interemit,Reprehendunt aũt temerarij q poeta dixit:A tergo sequunt.Error est interpretantiũ. Nam treis ceruos errãteis in littore sequebantur armẽta:alij per valleis a tergo pascebant.Ita ergo legitur: Prospicit treis ceruos & hos sequuntur tota armẽta. A tergo vero totum agmen pascitur.Ergo illi errabant, hi pascebant.Neq;.n.omnes errabant,aut oẽs pascebantur. Sed alij erant subiecti oculi eius: alij fuerãt post ipsum. Similis autẽ versus est: Thestylis & rapido fessis messoribus ęstu, & hoc est & Thestylis. Itẽ, puppibus,& læti nautę imp.c. id est puppib'. Ipsi quoq; numeri gregum diuersitatẽ significãt. De errãtibus,n.pluraliter dixit: de pascẽtibus vero ait, a tergo, & longũ post valleis pascitur agmen. Ergo in littore positos pluraliter dixit. In vallibus vero pascit agmen. Huc accedit,q qui pascitur, non errat:& qui errat nõ pascit. ¶Hinc portũ petit.) Peracta ceruoꝝ strage, q Troianis satis sit, remeat ad naueis. ¶Bonus.) Bonus ciuis & bonus largitor. ¶Cadis.)Pretermisso cadoꝝ numero ostenditur vini copia. ¶Onerarat.) Ostẽdit nõ quantũ voluerit largitor datũ, sed quantũ Troiani ferre potuerũt. ¶Abeuntibus.) Q.d.præter id qđ' manẽtibus

tibus dederat. Dictis non poterant in maximo mœrore cibũ capere.Ergo adhibẽda consolatio erat. Verũ a psona aliena, a mœrore:sed hęc in solitudine nõ reperiebat. Hãc igit subdit Æneas, qui animi pręstantia,mœrorẽ vincere poterat,Hic ita se gerit,vt neq; se satis tristẽ ostẽderet,ne a cõsolatione illos deijceret, neq; omnino doloribus imunem.Ne in sua causa omnino alienus videretur. ¶Mulcet.) Nam grauissime afflictus.mœror penitus remouere nõ poterat.Sumpto aũt cibo, & vino, more humani ingenij sperat animoꝝ ventura relaxatio. Si aũt hæc consolatio ab alieno sit,posset responderi Terentianum illud: Tu si hic sis aliter sentias.Cum autẽ a socio maloꝝ põt attẽte audiri. Hæc ille. Quibus addamus quę in Seruij de pleriq;, & Heroe interpretationẽ annotauit Beroal. dicens, Isthęc morosa nimis Seruij distinctio, Terentij verba obscurat,& ex aptis facit nõ apta:ex nitidis sordidã ex manifestis, ambigua:nam modus loquẽdi est apud eruditos,vt ita dicant,pleriq; omnes,pro vna parte orationis:quod diligenter animaduertit Donatus apud Terentium:& curiosis auribus demonstrauit scribẽs,q pleriq; omnes, pro vna parte orationis dixerunt veteres, vt plus satis: allegatq; illud Næuianum:

Pleriq; omnes.

Pleriq; omnes subigunt sub suum iudicium, hoc locutionis genus vsurpãt locupletissimi scriptores:inter quos haud dubie numerat Gellius,qui ita scriptũ reliquit in.j. Versus istos ex Georgicis pleriq; omnes sic legunt, & alibi pleraq; omnia veterum literarum quæsita, & Macrobius, Vultisne diem sequentem: quem Pleriq; omnes abaco,& latrunculis cõterunt? Item nimis concisus est Seruius in explanatione Heroum: nec absolutã expressit tem in non paruã significationem:audiatur itaq; copiosissime docens qui sint Heroes, Augustin' lib.x. de ciuitate dei,his verbis:

Heros.

Nomen Heroum a Iunone dicitur tractum, quod græce Iuno, Hera appellatur:& ideo,nescio quis filius eius, sm Græcoꝝ fabulas,Heros fuit nuncupatus: hoc videlicet mysticum significante fabula:quod aer Iunoni deputetur:vbi volunt cum Dæmonibus Heroas habitare: quo nomine appellant alicuius meriti animas defunctoꝝ. Idem in.vij.Inter lunæ gyrum, & nymborũ, ac ventorum cacumina,aerias esse animas,sed ea animo,non oculis videri,& vocari Heroas,& Lares,& Genios: ex his liquido patet qui sint Heroes,& vnde nomen sortiantur. Trimegistus quoq; author est,Heroas habitare inter aeris purissimam partem supra nos,& terram,vbi nullus est nebulis locus. Minime prætereundum est id quod Martianus Capella tradit in nuptijs Philologię: Heroas,videlicet ab hera: quæ terra dicit esse nuncupatos: ista, curioso interpreti,fuerant vestiganda,& enarrãda:nisi forte Seruius existimauit satis, superq; esse id quod tractabat mutilatum tradere atq; concisum: cũ boni tñ grãmatici officium sit etymologias verboꝝ, significataq; vbertim explicare. Hæc ille.

Ordo.

¶Ordo aũt est. Æneas conscẽdit interea.s. dum Æneadę fruges parabãt, & cerealibus rebus intẽdebant:& petit.i.dirigit,late.i.in latũ, aut per latum,oẽm prospectum.i.totam virtutem prospiciendi:pelago.i.in pelagus (vt sit datiuus ad locum,vt etiam Seruius sentit, qui Antea vult eẽ accusatiui casus a nominatiuo Anteus.Erat.n. Anteus etiam vnus ex Troianis:sunt tñ qui velint esse aduerbiũ, sicut postea,quæ quia composita sunt,ex pronominibus retinẽt quantitatẽ,hoc est vltimã corripiunt, nã nomina dum aduerbia fiunt,quantitatẽ seruant:vt,antea,hodie,trãsuersa,crebra,&c. Vel si petit oẽm prospectum, si videat quẽ iactatum antea pelago.i. per pelagus: vento.i.a vento sed prior constructio mihi conformior videtur, sicut & sequentium hæc) ideo petit si videat.i.vt forte videat:aut,vt experiatur si videat, quẽ.i.aliquem iactatum antea.i.paulo ante,vento.i.a vento: & si videat Biremes, sup.naues,quę duoꝝ remigum ordine impelluntur: Phrygias.i.Troianas,aut Troianoꝝ,aut Capyn, aut arma.i.insignia Cayci illius Troiani:in celsis.i.sublimibus: puppibus.i. posterioribus partibus nauium, in qbus directores,quos patronos nũc vocant,considunt:suntq; altiores cæteris: vt in.iij.dicit,Stans celsa in puppi. Seruius aũt censet particulam,quem vacare:& Antea nomen etiã sic: Si videat Antea iactatũ pelago & biremeis Phrygias iactatas pelago.Aut Capyn,aut arma Cayci in celsis puppib'.s.fixa.) Nullam,id est nõ vllam,Æneas, sup.nõ prospicit vllam nauem in cõspectu: sed,sup.prospicit treis ceruos errãteis.i.libere pascẽteis, errantium more nunc procedendo, nunc retrocedendo, nũc in transuersum diuertẽdo in littore.(Eleganter omisit particulam; sed:nam nõ dices:Nullam nauem prospicit, sed treis ceruos prospicit:verũ sic:Nullam nauem prospicit,sed treis ceruos. Aut sic, nauẽ non prospicit,treis ceruos prospicit.) tota armẽta,s.ceruorum reliquoꝝ.(quia gaudent gregatim pasci,& errare vsq; adeo (vt authore diuo Augustino) dum flumina transeũt, onera cornuum sequẽtiũ pręcedentes, vicissim supportent.)sequunt ergo a tergo.i.directo tramite:ita vt nõ a latere,nam sequi nõ possent, licet nõ præcise a tergo: vidimus tamẽ Donatũ aliter sentire,qui nõ vult a tergo dicant sequi, sed agmen pasci a tergo per valles, (Quæres autẽ quomodo illic ceruos dicat poeta,cum secundum Herodotũ,ceruis & apris omnis Libya careat,cum tamen habeat leones,elephantes,vrsos,serpentes,& asinos cornua habẽtes. Ad hoc autẽ responde (vt Seruius) aut in superiori Libya ceruos nõ esse: in Citeriore vero,in qua Carthago est, nõ deesse.) & longũ agmen.s.ceruoꝝ, pascitur per Valles a tergo.s.trium ductorum, nam ductor,& agmen,correlatiua sunt,nam agmen ab agẽdo dicitur.agitur.n.sed a duce,hoc est ab eo, cui ducendi animus esse debet,licet agat,duces quoq; pręuij fere sunt: actores aũt sequẽtes.Quæri posset,qũo dicat sequi,& pasci:sed notum est, quia pascentes incedũt,vnde & pasci,& insequi ijdem posset dici: Æneas constitit.i.firmauit & repressit incessum: hic.i.vbi vidit ceruos: & corripuit manu arcum,& sagittas celeres.i.quas celeriter emittere peritus erat,& Achates solebat:quę tela.i.quas sagittas (Eleganter enim sequẽti non præcedenti conformat relatiuũ)Achates fidus, scilicet comes:qui nusquã Æneam dereliquit (vnde intelligẽdum est,q postq; ignẽ excuderat,relictis alijs ad humiliora ministeria deputatis, Æneam secutus sit:ad quod innuẽdum additum est primum,vt.s.in primo ingressu, excuderit ignẽ,& postea Æneam secutus sit:sicut etiã post refectionẽ corporis Ænee comes ibit in disquirẽdis locis,quia verõ dicit eũ celeres sagittas gestare solitum.posset idem intelligi hic fidus,qui supra fortis dictus est,vt eius nauis prius dispersa, sed postea collecta,intelligatur, inter eas,de quibus dictum est. Huc septem Æneas collectis nauibus,oĩ ex numero subit) & sternit.i.psternit:pmũ ipsos ductores, ferẽtes capita alta,cornibus arboreis, idest ramosis: tum id est deinde: miscet.i.mistim psequitur, aut reuera miscet:vt ad acies alludat quæ cæso ductore misceri, & cõfundi solent,nec in suo ordine persistere:miscet ergo.i.confundit vulgus.s.ceruoꝝ, & omnẽ turbã.i.turbatam multitudinẽ: agens.i. persequẽs.s.eã telis.i.sagittis: inter nemora frondea,pro eo quod est frondosa, id est inter syluas, aut arboreta: nec absistit.s.a psecutione, prius q ipse victor.i.voti compos: fundat,pro fuderit:humi.i.per humum,septẽ ingẽtia.i. valde magna,corpora.s.ceruoꝝ,& æquet.i. ęquauerit,aut ęquaret.i.ęqualem fecerit,numerum.s.ceruoꝝ pstratoꝝ:cum nauibus,quas septẽ collectas,supra meminit poeta. Hinc.i.ab hoc loco,aut facto: ipse Æneas.s.petit portum:vbi videlicet socij erant, & partit.s.ceruos in omneis socios:& diuidit deinde vina quę Acestes.i.Sicilię rex:bonus.i.beneficus: onerauerat cadis.i.per cados,hoc est vasa vinaria,qb' onerauit naues: qa quãtum oneris poterant portare, tantum vini dederat,& quę ipse heros.i.princeps magnificus,& heroica virtute pręditus:dederat.i.donauerat: abeũtib'.i.discedentibus littore Trinacrio,i. Siciliensi:& hoc modo littore Trinacrio,regit a dictione abeuntibus virtute præpositionis:aut si ordo est, dederat littore Trinacrio more poetico,subtraxit appellatiuo præpositionẽ. Sicut ibi littore ahena locant alij:& ipse mulcet.i.mitigat, & solatur:pectora.s.sociorum:mœrentia.i.mista, ob casum consocioꝝ: dictis.i. sermone sequẽti:de qua re,sicut de alijs multis,subtilissime locutus est Donatus,vt iam vidimus.

PIERIVS.

¶Antea, si qua.) In Longo.in Medi.& aliquot alijs antiqs exẽpl. si quẽ,legimus.Quod eloquutionis genus,alioꝝ etiã poetarũ testimonio,Seruius agnoscit:sed & si qua,in veteribus codicib' aliquot scriptum,animaduerti eamq; lectionẽ a veteribus grãmaticis defendi. Aitq; Sosipater quosdã ita legere,Antea, si qua iactatum vento videat:quẽadmodum legit.Si qua fata sinant, pro si quo,aliquo mõ.)Aliud aũt esse in illo,Si qua fata,aspera rumpas, Tu Marcellus eris: quanq; & ibi,si quo mõ,sit audiẽdum. ¶Hos tota armẽta sequunt.)Vetera aliquot exẽpla,quos tota, legunt,a nemine tñ,quod sciam,adhuc recepta lectio perinde ac illud etiã quod anti.codi,nõnulli,tot armẽta,scriptum habẽt: siue ea olim fuerit apostrophe,qua Latinos ẽt aliquãdo vsos, monumẽta plurima declarant: siue tot,numerale nomen, rõne cõmunis loci pducatur:sed tota,passim agnoscitur a Grammaticis. ¶A tergo, & longum per valleis pascitur agmen.) Errare eos. Ti. Donatus ait qui comã statuunt.Sequũtur a tergo, cum absq; vllo interiecto puncto,legendum sit, vno eodemq; mẽbro: A tergo & totũ per valleis pascitur agmen,vt sit, Longum agmen a tergo pascit per valleis:cuius eloquutionis exẽpla ponit: Testilis. & rapido fessis messoribus ęstu. Item. Puppibus & læti nautæ iposuere coronas. Item, subito cum tabida membris:hoc est,cum subito. ¶Corpora

ra

Universidad de Deusto Biblioteca

ra fundat humi.) In Roma.co.in Oblon. & aliquot alijs minime malis,humo,legitur,dandi casu: sed humi, aduerbialiter positũ: magis placet nostri tẽporis eruditis viris,veluti etiã in.v. Fusus humi. Quãq; & ibi quoq; variã esse lectionẽ apud veteres ostendimus. ¶Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes Littore Trinacrio,dederatq; abeũtib⁹ heros Diuidit.) Sũt qui magis approbent lectionẽ illã, Deinde bonus q̃ vina cadis onerarat,cuius quidem appositi verbũ est,diuidit,nõ,partic, vt Ser. putat. Sed.n. illã aduerbij trãspositionẽ in primũ locũ nusq; in codicib⁹ antiquis obseruaui. Agnitã vero Donato lectionẽ eã,quę vulgo habetur, inde patet,quod in ordinãdo sensu ita scribit. Deinde diuidit vina, quę bonus Acestes onerauerat cadis littore Trinacrio,atq; abeuntibus dederat. Est p̃terea in co. Mediceo pro heros,positũ hospes. Dederatq; abeuntibus hospes,vt muneri cõditio accrescat,q̃ hospitale fuerit.

SERVIVS.

¶O socij.) Ordo est, O socij reuocate animos. Bene aũt Socios dixit,vt se eis exęquaret. ¶Ignari.) Immemores. Et est Acyrologia. Ignarus.n. est q ignorat: immemor qui oblitus ẽ. ¶Ante malorum.) ὑφὲν est, vt alibi, Cœli subter labẽtia signa. ¶O passi grauiora.) Arte magna vtit. vult.n.eos meminisse grauissimorũ, vt pręsentia facilius tolerent. Et bñ grauiora dicit eẽ trãsacta, vt futura ostẽdat eẽ leuiora.

{O socii(neq; enim ignari sumus ante malorũ) AEN.
O passi grauiora,dabit deus his quoq; finem.
Vos & scyllæam rabiem,penitusq; sonanteis
Accestis scopulos:vos & cyclopea saxa
Experti,reuocate animos,mœstumq; timorem
Mittite.forsan & hæc olim meminisse iuuabit.
Per varios casus,per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium.sedes vbi fata quietas
Ostendunt:illic fas regna resurgere Troiæ.
Durate:& vosmet rebus seruate secundis.

¶His quoq;.) Scilicet sicut & grauioribus. ¶Scyllæam rabiem.) Exempla pro negociorũ qualitate sumere debemus:vt hoc loco, in marinis periculis ponit peractę tẽpestatis exẽpla. ¶Penitusq; sonãtis accestis scopulos.) i. valde & aut valde sonãtes, aut valde accessistis.i.iuxta. Et bene ait accessistis. non.n.passi sunt hæc pericula,sed his fuere vicini. ¶Cyclopea saxa.) Aut quę Cyclops in Vlyssem iecit:aut certe Siciliã dicit, in qua Cyclopes habitauerũt: vt ipse,Centũ alij curua hęc habitant ad littora vulgo. Possumus tamen etiam accipere:nam & ipse in.iij.ait, Nocte illa tecti syluis immania mõstra Perferimus. ¶Mœstumq; timorem.) Quod mœstos & solicitos faciat:vt mors pallida,& tristis senect⁹. ¶Mittite.) Omittite. Et est tropus aphęresis, quomodo temnere pro cõtemnere. ¶Forsan.) Fortasse, fortassis,forsitan,forte,& fors vnum significant: sed varie pro metri rõne ponunt. ¶Olim.) Modo temporis futuri est. ¶Meminisse.(Memini,& genitiuũ regit & accusatiuũ. Dicimus.n.& memini malorũ,& memini mala,& iuxta rõne: nam memorię obliuio cõtraria est. Et obliuiscor similiter & genitiuũ regit & accusatiuũ. vt,Obliuiscere cędis: atq; incendiorũ, & obliuiscor iniurias tuas o Clodi. Sic Tul. Cice. ¶Iuuabit.) Futuri tpis est. Huius aũt verbi præteritũ perfectũ anomalum ẽ. nam cum primę cõiugationis verba in tempore perfecto, aut in aui, exeant,vt amaui:aut in vi solutã,vt tonui:hoc verbũ neq; in aui facit,neq; in vi,sed vui,vt iuui. vt Luca. Iuuit sumpta ducẽ, iuuit dimissa potestas. ¶Per varios casus.) Argumentum a compensatione. ¶Sedes quietas.) Nõ vacat quod adiecit quietas. habuit.n. sedes & in Thracia & in Creta, sed non quietas. ¶Illic fas regna resurgere Troiæ.) Figura est etiam ante dicta, quo per contrarium aliquid intelligimus. Dicendo enim illic fas, ostendit alibi nefas,vt occurreret cogitationi sociorum, ne fatigati tot malis quascũq; requirerent sedes,quod etiam in quinto factum est,nauibus incensis. ¶Durate.) Duri estote ad sustinendos labores. sic Hora. Vix durare possunt imperiosius æquor. ¶Vosmet.) Met παρέλκον est. Siendum autem est has particulas met, piam, te, vt egomet, quispiam,tute,& similia, ornatus causa poni. Sunt enim aduerbia. quicquid enim ab illis septẽ recesserit partibus, aduerbium sit necesse est. Item quemadmodum probamus aduerbia esse,quia dicimus docte facio,docte feci, docte fecisti, & mutato verbo remanet aduerbium:ergo si sic & in istis particulis inuenimus,vt egomet,nosmet,vt mutatis casibus, vel personis eadem permaneant,aduerbia sine dubio sunt,nulla.n.hoc alia pars orationis admittit. Notandum sanè q̃ hę particulę plerũq; naturam suam habent non syllabarum, Nam cum te & met longæ sint, tu te met dactylus inuenitur:nec possumus harũ partium naturam discutere,quia sub regulis non sunt.

DONATVS.

¶O socij neq; enim igna.) Magno artis ingenio Ænee personã dicentis inducit. nouerat. n. odiosum illũ esse laborantibus,vtpote,cuius causa vniuersi trahebantur per tot aduersa,& tantorum temporũ tractu. ponit ergo primũ,O socij,socios hoc in loco melius intelligimus laborũ,q̃ congregationis. hoc enim dicere videtur,socius vester sum. in perferendis malis, nihil sine me aduersi sensistis,omniũ vobiscũ particeps fui, debet; audire quæ dicam,quia vobiscum hæc pertuli. diximus ergo quid significet socij, dicemus admirãdam cõsolandi inuẽtionẽ. Nam cum sit infortuniorum dura cõmemoratio & discriminũ repetitio vehementer odiosa, exulcerans magis eorum corda,qui passi sunt, commemorationi iungit poeta cõparationem, vt dicta ipsa medicinæ potius animorum, quàm exulcerationi proficerent. Aliter enim doloris pręsentis asperitas leniri nõ posset, nisi grauiorum malorũ inducta enumeratio ostenderet, ferenda esse in præsenti, quæ leuius accidissent. addidit sustinẽdi consuetudinem nutrisse sine dubio patientiam,dum assidue mala ferẽdo,transmissa sunt,nõ ergo superflue, sed necessario posuit duo. neq;.n.ignari sumus ante malorũ, O passi grauiora, propter ferendi consuetudinem,,pter malorũ comparationem. Omnis.n. incõmodorum nouitas grauius animos peruertit, ferendi vero consuetudo quicquid acciderit,facilius tolerat. ¶Dabit deus his quoq; finem.) Vltro ipse respõdendi rationi occurrit:potuit.n. dici,quãdiu hæc patiemur? vel,quãdo mala ipsa inuenient finẽ? Incipit iam facta malorũ ipsorum comparatione grauare, præterea & præsentia tenuare,vt hoc genere persuaderet mœrentibus quod volebat,& a generali propositione ad enumerationem specialem trãsitũ facit. ¶Vos,inquit, Scyllęam rabiem.) Scyllam esse constat in pelago,sed non vt poetæ describunt, neq; vt ipse Virgilius posuit vsq; ad pubem, sed humani corporis forma, & ab inguinibus vsq; ad finem canibus armatam:sed locum sęuis horrendisq; saxis obsessum,quem quis si incurrerit,perit. Troianis contigisse Virgilius posuit euasisse loci illius imanitatem, quam non euasissent,nisi quia successibus prosperis seruabãtur. Addidit, ¶Penitusq; sonantes Accestis scopulos.) Vt ostenderetur existente fortunæ suffragio,ex intima saxorum ipsorum parte liberatos. ¶Vos & Cyclopea saxa Experti.) Cyclopes humana specie, sed vltra humani corporis formam, hos plenissime poetæ ipse eorumq; feritatem in tertio libro scripsit cum vno oculo, cruda autem carne, membris quoque occisorum hominum vescẽtes, quos euasisse Troianorum futura prosperitas fecit, Velut ergo Æneas hęc fuisse grauiora a quibus cũ iam Troiani dissimulassent persuadet dissimulanda esse quę volebat esse leuiora. ¶Forsan & hæc olim.) Delectabit nos cum ad prospera veniemus, etiã hæc inter mala numerare. Hic sciendum est olim habere significationem trium temporũ, præteriti, præsentis,& futuri, ex quibus prisco more olim manifestum est præteritum tempus ostendere. Virgilius nũc ait,olim meminisse iuuabit,vt significaret futurum:præsens vero tempus ostendit dicendo, Est procul in pelago saxum,spumantia cõtra, Littora quod tumidis submersum tunditur olim Fluctibus,hyberni cõdunt vbi sydera Cauri. Hoc est cum occidentium syderum fuerint tempestates exortę tenditur insuper. ¶Per varios casus.) Quando necesse est ad bona per mala transiri,prosperarũ spe toleranda sunt aduersa,vel maxime cum spondet ocium sempiternũ. a tempore fecit comparationẽ bonorum & malorũ. Cum enim in aduersis sit breuissimũ tempus,tranquillitatis vero perpetuum,facile persuadere potuit, vt amicos a mœrore reuocaret. Post hęc respõdet ipse his quę possent opponi e diuerso,atq; ita q̃ dicẽda necessario fuerãt opportunius obtinerẽt. Facilius.n. persuasio necessarijs fulcta roboratur, si vltra ingeras. sed iuste dissoluas quod de diuerso ad victoriam parabat. Quippe Troiani laborẽ & salutis pericula metuẽtes, dicere poterant,quolibet loco cõstituamus idẽ & nõ trahamur cũ exitio nostro per diuersa,idcirco ipse posuit, Tendimus in Latiũ sedes vbi fata quietas Ostẽdunt, illic fas regna resurgere Troiæ. Dicẽdo Troiæ fata,pculdubio demõstrat fatalẽ dispositionẽ humanis nixibus superari nõ posse. Proinde esse acqescẽdum rebus fatali rõne definitis. Interea cũ dicit fata quietas ostẽdunt, & euadendi

dendi & perueniendi spem hoc genere pollicetur,effectum quoque omnium magno affectu concludit dicendo, Illic fas regna resurgere Troiæ. Sola illa terra, inquit, digna est in qua resurgat imperium Troiæ. Durate & vosmet rebus seruate secundis. Durate,vt transactis incommodis surgentem Troiam nobis videre contingat & perpetua tranquillitate gaudentem. Seruat adhuc poeta rationem decurso persuasionis textu. Ait enim.

ASCENSIVS.

¶O socij(neq;.) Oratio hęc consolatoria, in genere deliberatiuo cõstituta,grauitatis,& prudẽtię,virũ talẽ, qualis Æneas est,decentis plena est. Nihil.n. pretermittit,quod a prudẽti,& eloquenti viro dici debeat: vt ex Dona. discere possumus: cuius verba sunt. ¶O socij.) s.laborũ. Mira arte loquit. Norat enim odiosum illud esse laborãtibus,vtpote cuius causa vniuersi trahebant per tot,& tã diuturnas calamitates. Ponit ergo pręmiũ,o socij laborũ.q.d. qui nil sine me passi estis:ergo debetis audire quę dicã. ¶Ignari.) Mira cõsolatio:nam cũ odiosa sit infortuniorũ dura cõmemoratio,exulcerans eorũ corda q passi sunt, adiũgit poeta cõmemorationi cõparationẽ:vt dicta ipsa potius medicinæ sint, q̃ exulcerationi. Nã enumeratio præteritorũ malorũ,ac grauiorũ, ostendit ferenda esse pręsentia. Addit,& sustinendi consuetudinẽ, nutrisse patiẽtiã. ¶Grauiora.) Vt incõmodorũ nouitas grauius peruertit: sic ferendi cõsuetudo quidquid acciderit facilius tolerat. ¶Dabit deus.) Vltro respõdit,si quęrerẽt, quãdo hæc mala inueniẽt finẽ, & post cõparationẽ grauat pręterita,& leuat præsentia, & a generali ad specialẽ rationẽ venit. ¶Scyllęam.) In mari Siculo est locus horrẽdis saxis obsessus. Non aũt mulier vsq; ad pubem humani corporis:inferius vero canibus armata. ¶Accestis.) Ostendit fortunę suffragio ex intima saxorũ parte liberatos. ¶Forsan & hęc.) Delectabit nos,cũ ad prospera venerimus, ẽt hæc inter mala enumerare. ¶Olim.) Tria tẽpora significat,pręteritũ,præsens, & futurum. ¶Durate.) Quãdo per mala, ad bona transeundũ est:spe bonorũ toleranda sunt aduersa, præsertim vbi spondet per breuissimum tẽpus ociũ sempiternũ. ¶Fata.) Ergo parendũ est: nam illis obsisti nõ potest. ¶Illic fas.) Et euadendi,& perueniẽdi,spem pollicetur:& asserit Italiã solã esse quæ digna sit,in qua Troię imperiũ
Ordo. resurgat. Hæc ille. ¶Ordo est.O socij.s.errorũ & laborũ:per quã appellationẽ sibi illos cõciliat, vt qui se illis parẽ existimet: ordo aũt sic cõferendus est:o socij reuocate animos, &c.nã cætera per parenthesim inserta sunt.q.d. vt socij estis in aduersitate, volo socij sitis in magnanimitate, tolerãdo aduersa:neq; enim sumus,i. nam certe nos nõ sumus ignari.i.immemores, s̃m Ser. vt sit acyrologia.i.improprietas sermonis:sed meo iudicio,sic dicit,vt Dido dicet:Nõ ignara mali,miseris succurrere disco. Ignarus.n.est malorum,qui nunq̃ ea passus est.nõ sumus ergo ignari.i.nescij, antemalorũ:vna est particula.i.malorũ præteritorũ, & quæ ante hac passi sumus. O passi grauiora.s.mala: quorũ deus finẽ dedit: quia aliter nõ dicerent passi,sed adhuc pati:vnde subinfert, deus dabit quoq;.i.etiã:his.s.malis minus grauibus: finẽ.i.exitum, & terminũ,ac desitionem:q̃ aũt grauiora passi sint,probat: dicens, vos,&.i.simul accestis,pro accessistis:rabiem Scyllæã.i. quæ inter Scyllam,& Charibdim est,in mari Siculo,cuius Dextrum Scylla latus, læuum implacata Charibdis obsidet:& scopulos sonãteis penitus.i.valde,& quasi penè intus:& hoc est, cur Scyllæam rabiem dixit, quia sonitu aquarũ imitantur scopuli latratum canum rabiosorum:vos &.i.simul experti estis:saxa Cyclopea.i.a Cyclopibus in Sicilia obsessa.o socij igitur, quia nõ ignari antemalorũ,& grauiora passi(Est autem oratio intricata,quasi a turbato animo prolata:qualis erit in.ij.huius, vbi socios ad arma cohortabitur: atq; summum artificium est, vbi ab imperitis minus artis censetur.)reuocate animos, quibus.s.grauiora tulistis,vt & hæc ferãtis:& mittite.i.deponite,& reijcite,ac omittite: timorẽ mœstum, qui vos mœstos facit:aut mœstum.i.detestabilem:cum sit timor approbandus,qualis erat dum in periculo fuerãt:vnde dictũ est, Extemplo Æneæ soluunt frigore membra. iuuabit.s.animos.i. delectabit, & iucũdũ erit forsan:olim.i.tẽpore futuro, vbi oibus periculis defuncti erimus:meminisse.i.aut memorare.i.recitare, aut recordari:&.i.etiã, hæc.s.præsentia mala: quia iuuat euasisse mala, plus q̃ nõ incidisse. vnde in.iij. Iuuat euasisse tot vrbes Argolicas,mediosq; viã tenuisse per hosteis. Nos tendimus in Latiũ .i.in patriã nobis fatalẽ,vnde originẽ traximus, & vbi Saturnus latuisse perhibet:per varios casus, & tot discrimina.i.pericula rerum:fas est.i.a fatis permissum:regna Troiæ resurgere.i.reparari,& renasci:illic.s.in Latio:nõ in Creta,nõ in Delo,non in Sicilia, vbi fata.i.deorũ pręordinatiões,& volũtates nobis pręfatę.i.vaticinio significatę:ostẽdũt.i.indicãt vaticinio multorũ. vt in.iij.dicetur:sedes quietas.i.nõ mutãdas:quales nõ erãt in Creta de quibus in.iij. Mutãdę sedes,nõ hęc tibi littora suasit Delius,&c. Durate.i.perdurate:aut durate animos vestros cõtra mala:&(sitis duri ad tolerandos labores donec obtinueritis: sedes quietas iuxta oracula penatũ, qui vobis dixerunt: vt recitabitur in.iij.huius: Dardanidæ duri,quæ vos a stirpe parẽtum Prima tulit Tellus eadem vos vbere leto Accipiet reduces, antiquã exquirite matrẽ.) & seruate vosmet.i.vosipsos:rebus secundis.i.prosperis:post aduersas, quæ nunc vos premunt: & est sententia sanè moralis: & cuius facile esset ad allegoriam trãsferre: vt per Latium,patriam cœlestem intelligat,ad quam per casus varios,per tot discrimin rerum,tendimus:& sedes vbi fata,quietas ostendunt.

PIERIVS.

¶Neq; enim ignari sumus antemalorum.) In veteribus omnib. exemplaribus,distinctas inueni dictiones: in nonnullis puncto etiam interiecto, ante,malorum, quæ quidem græca est figura, τῶν πρὶν κακῶν, vt illud τῶν νῦν ἀνθρώπων, subintelligitur quidẽ in hoc quę passi sumus ante in illo ὄντων qui nunc sunt:cuiusmodi sexcenta in singulis Græcorum libris inuenias. Quod siquis subunionẽ magis adamet:vt apud Catullũ:post‿phaselus, & in Pandectis, post‿domus,nõ laboro. Non.n.institutũ est nostrũ, aliorum improbare sentẽtias, nisi error manifestus occurrat:sed varias codicum veterum lectiones recitare; cuiusmodi ea etiam est,quæ,Neq; enim immemores sumus:scriptum ostendit in codice Mediceo,nimirum ex paraphrasi Seruiana desumpta, ac aliena etiam manu inculcata lectio. ¶Vos & Cyclopea saxa.) Antiqui pleriq; codices,Cyclopeia pentasyllabum legunt: sed repugnante syllaba,quæ non tantum ω μέγα est, sed etiam ex altera vocali coalita in crasin,quæ nõ nisi in longam fieri potest. Quod siquis etiam syncopen malit, κυκλώπεις, κυκλῶπες o itidem paruum, vtpote minus validum, elidetur: ὤψ vero ὦπος grammatici notant,per ω μέγα pro facie,& oculo:ὄπος vero per o paruum, si vocem significet. Sunt tamen qui nomen originationi reddi posse putent, ὤψ enim παρὰ τὸ ὄπτω, cuius futurum ὄψω, vnde ὄψ ἀποβολῇ τοῦ ω, alterum vero illud ὤψ, κατ' ἔκτασιν factum, vel ω μέγα. In ο μικρόν,secundũ Dores,quos Latini bona sermonis parte sunt imitati mutari posse dicant:eademq; proportione,qua penè vltimam in αἰθίοπα,& αἰθιοπαδινον,corripimus, ex eodem fonte haustis,ita licere etiam in Cyclopeia fieri, dictione maxime,in denominatiuum excrescente. In hoc autem, ad exempla confugiendum duxerim:quorum nullũ hactenus, ex antiquis authoribus reperi, qui Cyclopa pene vltima longa non poneret. Quidam tamen ex recentioribus magni omnino viri, quorum authoritas pro ratione sufficiat, indifferentem protulere; rationes nimirũ, quas supra memorauimus, secuti. ¶Sedes vbi fata quietas ostendunt.) In peruetreri codice legere est,quietis,quippe nobis. Nam,sedes,per se plenum est ad otium indicandum,etiam sine alio epitheto. Sed enim grammatici plurimum codicum veterum consensu, Sedes quietas agnoscunt: & poetarum est: ita res epithetis exornare. Sunt etiam codices, qui legant: Sedes ibi fata quietas Ostendunt, veluti etiã sequitur,Illic,indicatiue. Sed enim magis receptum ab omnibus est,vt relatiue positum sit,vbi,

SERVIVS.

¶Voce refert.) Pleonasmos est, qui fit quoties adduntur superflua. vt alibi, Vocẽq; his auribus hausi. Terentius,His oculis egomet vidi. ¶Curis.) Cura dicta ab eo q̃ cor vrat. deniq; paulo post ait, Premit altũ corde dolorem. ¶Æger.) Æger est & tristis, & male valens. Ægrotus autẽ siue ęgrotans, tantummodo male viuens. ¶Spem.) Lętitiam. Et est crebra apud Virgilium figura: quæ fit quoties significatur ab eo q̃ pręcedit,id quod sequitur. Nam spem,lætitia sequitur:spes vero in vultu nõ videtur,sed lætitia. Hæc autẽ figura & versa vice fit:vt intelligamus ab eo q̃ sequitur, id quod præcedit. vt, Meritæq;

Talia voce refert:curisq; ingentibus æger POE.
Spem vultu simulat:premit altum corde dolorem.
Illi se prædæ accingunt,dapibusq; futuris.
Tergora diripiunt costis:& viscera nudant.
Pars in frusta secant:veribusq; trementia figunt.
Littore ahena locant alii:flammasq; ministrant.
Tum victu reuocant vires:fusiq; per herbam
Implentur veteris Bacchi,pinguisq; ferinæ.

Universidad de Deusto Biblioteca

Postquã exempta fames epulis: mensęq; remotæ:
Amissos longo socios sermone requirunt,
Spemq;, metumq; inter dubij, seu viuere credant:
Siue extrema pati: nec iam exaudire vocatos.
Præcipue pius Æneas, nunc acris Oronti,
Nunc Amyci casum gemit: & crudelia secum
Fata Lyci, fortemq; Gyan, fortemq; Cloanthum.

expectent præmia palmę. Palmam pro virtute posuit, quæ premiũ meret, & palmã post accipit. ¶ Prędę.)Ad prędam. vt, Inferretq; deos Latio. ¶ Accingũt.)Studiose parãt. vt alibi, Accingũt operi. Accinctos enim industrios dicimus: vt Hora. Altius ac nos præcincti sumus. Sicut cõtra negligentes discinctos vocamus: vt, Discinctos Mulciber Afros. ¶ Dapibusq; futuris.)Ambitiose dixit ꝙ sint cerui dapes futuræ. ¶ Tergora.)Tergus tergoris, vnde tergora coriũ significat. tergum vero tergi, vt templũ tẽpli, dorsum significat. vt Sallustius, Scilicet quia tergis abstinet. ¶ Viscera nudant.)Viscera nõ tantũ intestina dicimus, sed quidquid sub corio est. vt, In Albano Latinis viscera tio dabat. i. caro. Est aũt nominatiuus singularis hoc viscus huius visceris: vt Lucre. Viscus gigni sanguenq; creari. Sanguen autem ideo dixit, quia sanguinis facit, vt carmen carminis. Si. n. sanguis diceret, par esset nominatiuus genitiuo, vt anguis, pinguis. ¶ Veribus.)Ecce nomen de his quę in numero singulari indeclinabilia sunt, vt veru, cornu, genu. ¶ Tremẽtia)Palpitãtia adhuc. ¶ Ahena locant.)Quibus vtebant non ad elixandas carnes, sed ad se lauandos. Heroicis. n. temporibus carne nõ vescebant elixa. Huic aũt nomini maiores aspirationẽ dabant, nã ahena dicebãt. ¶ Tũc) .i. postq; se lauerunt. ¶ Victu.)Cibo. vnde & conuictores dicimus, vt Hora. Nõ quia sum tibi Mecœnas cõuictor. Nã conuiuę a cõuiuio dicunt. ¶ Fusi.)Polysemus sermo est. significat. n. & discumbentes, vt hoc loco: & fugatos & occisos. ¶ Implentur.)Impleor duos casus regit. dicimus. n. & impleor illius rei, vt Cicero, Squaloris plenus ac pulueris. Et Terẽ. Plenus rimarũ sum. Et impleor illa re, vt hoc loco. & alibi, Plenamq; sagittis Threicijs. Et Iuue. Lectica Mathonis Plena ipso. ¶ Ferinæ.)Feras dicimus, aut ꝙ omni corpore feruntur, aut ꝙ naturali vtuntur libertate, & pro desiderio suo feruntur. ¶ Postq; exẽpta fames.)Caute in mœstitia cibis famẽ exemptã dicit. i. fugatã, non ad affluentiã quæsitam. ¶ Mensęq; remotæ.)Quia apud maiores ipsas mensas apponebant pro discis. vnde est, Et mensæ grata secundæ. Duas. n. habebant mensas: vnam carnis, alteram pomorũ. ¶ Amissos.)Non re vera, sed vt illo tẽpore putabãt. ¶ Exaudire vocatos.)Aut subaudimus deos, & quasi conquestio est, ꝙ non flectantur precibus. Aut certe hoc dicit, Non solũ perisse eos, sed nec sepulturã habere ad quam vocentur. Nouimus. n. ꝙ mortuorum vmbræ ad sepulturã vocabantur, vt est, Manesq; vocabat Hectoreum ad tumulum. Et est figura, ab eo quod præcedit, id quod sequitur: quia post facta sepulchra manes vocãtur. ¶ Præcipue.)Inter omnes, quasi alijs magis pius. ¶ Oronti.)Pro Orontis. vt, Immitis Achilli. ¶ Secũ.)Propter socios, vt supra, Spem vultu simulat.

DONATVS.

¶ Talia voce refert.)Nõ enim, quod locutus est hoc animo retinebat. Mẽtitus est, inquit, vultũ suũ, vt quos fregerat mœror, regius sermo firmaret. Angebat, inquit, dolore ꝗ maximo, & hunc altis sensibus retinebat abstrusum. Videri. n. debuit persuasor ante oẽs reiecisse mœstitiæ partẽ, ne persuasionis effectũ perderet, si ipse intelligeretur tenere sensibus suis, quod aliorum mentibus aliqua ex parte desiderabat excludere. Vtrunq; ergo seruauit, & quod socijs ad cõsolationem fuerat necessariũ, & quod regi congrueret. Nam satis reprehensibilẽ faceret Æneæ personam si sine fraude hilarem diceret, aut purgato doloribus corde, quẽ conueniebat in sua causa plus affligi, ꝗ cęteros. Dehinc ostendit quantum potuit illa cõsolatio. ¶ Illi, inquit, se prædę accin.)Quod non faceret nisi mœrore deposito. Anxius. n. amicus nec victũ nec refectionẽ aliquã quęrit. Incipit iam diuidi per officia procuratio epularũ. Neq; enim deliciosæ dapes, aut irritamẽta gulæ fuerant adhibenda, sed refectio procuranda naufragorũ & eorum quos inedia & mala pelagi oĩs moras cõpellebãt abrumpere. ¶ Tergora diri. co.)Vtrunq; eodẽ tempore faciebant, alij detrahebant coria, & nudabant carnẽ, & anteq; omne corpus appareret, alij execabant partes, vt plenã properationẽ monstraret, addidit. ¶ Verubusq; tre. fig.)Figebãt, inquit, virgis ferreis tremẽtia viscera, hoc in quib. adhuc aliquis spiritus teneret, quod factũ ostẽdit eos de torrenda carne cogitasse. ¶ Littore ahena lo. alij.)Alij vero cum aqua imponebant igni vasa ęnea vt elixã facerent carnẽ. hęc enim coquẽdi visceribus maturitatẽ præstant, deniq; mox epularum prouentu procuratio, vires labore & fame perditas reuocabant, inuadẽtes in ea quę ferina pinguis, & vini copiosi & veteris atq; optimi bonitas suggerebat, hoc est quod ait. ¶ Tũ victu re. vi.) Tanta aũt illis aduersitas sic in obliuionem venerãt, vt per herbas fusi plus cibi ingererent, ꝗ refectio postulabat. id autem prestitit ipsa persuasio cõsulti regis. Ferina caro, quã præstare cęteris manifestum est, eadẽq; pinguis, hoc est quæ non tantũ natura, verumetiã qualitate appetentium animos irritabat. vini etiam species cui multiplex accesserat gratia a tempore, qualitate & quãtitate, nam & vetus fuerat & optimum & abundans, deniq; sic posuit. ¶ Implentur vete. Bac.) Vltra malũ sibi simul omnia ingerebant intantũ, vt non sufficeret occursum esse naturæ, sed vltra modũ sumerentur, quę suppeditantiũ bonitas & copia suggerebat. subnectitur dehinc moralitas & aliud alij regi datur. ¶ Positum est quippe. ¶ Postq; exem. fa.)Cum. n. fame & lassitudine premerentur, desperassent etiã de salute sua, nullius eos nisi propria cura tãgebat. refectis ergo venit in mentẽ recordatio sociorũ, quorũ de morte fuerant incerti. quod autẽ dixit, Inter spem & metum incerti, spes pertinet ad vitã, metus ad mortem, Ænee cõtra maior animi virtus exprimitur, qui nec cibum sumpsit, nec dissimulare a perditis potuit, nec eorum curã deposuit, qui forsitan poterant superesse, idcirco ait. ¶ Præcipue pius Aene.)Quod ait supra, spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. hoc etiã ipse dixit, secum gemebat singulorum casum, ne frangeret animos cæterorum, & cum maximus apud eum dolor esset, tamen virtute tegebat gemitus suos.

ASCENSIVS.

¶ Talia voce refert.)Post consolationem verbalem, additur solatium epularum, & vini, quo & animus, & corpus refici solet. Ser. censet pleonasmon esse. i. superfluitatem illius particulæ, voce: sat. n. fuerat dixisse, Talia refert. Veruntamẽ mihi nequaꝗ superfluum videtur, sed discretiuũ: vt sit, Refert quidẽ voce: sed longe aliter referebat, & reuoluebat, casus suorum animo, vt ex ordine patebit, quẽ prius ꝗ posuero, Donati verba, subijciam: quę sunt. ¶ Curisq; ingentibus æger.)Persuasoris erat, vt metũ dissimularet, cum spẽ persuadere tentaret, & regis erat afferre cõsolationẽ vtrunq; ergo præstitit, neq; oportebat illum in sua causa sine cura esse. ¶ Illi.)Ostendit, quid potuerit cõsolatio. Nam nisi mœror sublatus fuisset, refectionem aliquã non quæsisset. ¶ Tergora diripiunt.)Diuiditur per officia procuratio epularũ: neq; deliciosę dapes, aut irritamenta gulæ erant ijs paranda, qui naufragio & inedia laborauerant. Tergora: eodẽ tempore alij detrahebant coria. Alij, tanquam tota corpora apparerent, resecabant partes: & vt plenam properationem ostendat, addit. ¶ Verubusq; trementia fi.)Hoc est, quibus aliquid spiritus teneretur. ¶ Ahena.)Aquã imponebant igni, vt elixam facerent carnem. Hæc coquendi visceribus celeritatem prestant. Deniq; epulis paratis, vireis, labore & fame perditas, reuocant. ¶ Fusiq; per.)Adeo aduersitatiorum obliti erant, vt fusi per herbam plus cibi ingererent, ꝗ refectio postulabat. Hoc autem præstitit persuasio consulti regis. ¶ Ferina.)Per se suauis caro est hæc, sed additur pinguedo, vt suauior animos appetentiũ irritet. Vino autem accesserat gratia, a tempore, qualitate, & quantitate. Nam & vetus, & optimũ, & abundans fuerat. Hinc dixit, Implentur veteris Bacchi. ¶ Postquam exempta.)Fame & lassitudine oppressos, nullius cura tangebat. Refectis vero, venit in mentem recordatio sociorum, quorũ cum de morte incerti essent, erant inter spẽ vitæ, & metũ mortis. Æneæ autẽ maior ponitur virtus, qui nec cibũ sumpsit, nec dissimulare a perditis potuit, nec eorũ curam posuit, qui nec superesse poterant. ¶ Secum.)Nam apud alios, spem vultu simulat. ¶ Ordo est. Æneas, sup. refert. i. recitat, & exprimit talia: voce. i. sermone vocali: cum alia longe referret sermone mentali: & ipse æger. i. saucius, & dolore affectus: ingẽtibus. i. valde magnis curis. i. solicitudinibus, cor eius vrẽtibus: simulat. i. fingit (nõ enim omnis simulatio vitiosa est: vnde & Saluator finxit se longius ire.) & per similitudinẽ indicat, & præ se fert vultu. i. dispositione faciei: qua voluntas prodi solet: spem, s. melioris euentus, aut rerũ recuperandarum, & premit, corde. i. in pectore: altũ. i. profundum dolorẽ. Illi. s. socij eius sic consolati: accingunt. i. apparant se prædæ. i. ad prædam parandam: & diripiunt. i. raptim distrahunt: costis, scilicet ceruorum, ab Ænea occisorũ: futuris dapibus, id est ad futuras dapeis, aut appositorie quæ erant future dapes: tergora. i. pelles, aut cutes tergorum: & pro. i. nudãt viscera, id est carnes interiores

riores: videtur tamen leniorem partes expressisse poeta, nam tergora. i. quibus terga terguntur, diripiunt. i. vno tractu abstrahunt: sed pelles quibus viscera. i. intestina obteguntur: non tam faciliter abstrahunt: vnde nudant, dixit: Pars. s. sociorum. i. partim socij: secant. i. incidunt carneis: in frustra. i. particulas: & figunt verubus (alij veribus legunt, sed plures verubus.) sup. trementia. i. adhuc palpitantia, & spiritu vitali mota. Alij locant, scilicet ad lauandas carnes: ahena, sup. vasa, id est lebetes, aut cacabos ex ære factos: littore, pro in littore: & ministrant. i. subijciũt, flammas: quas. s. ex combustilibus excitant: tum. i. deinde: peracto. s. officio coquendi: ipsi reuocant. i. reparant, & in loca pristina alliciunt: vireis. s. suas: victu. i. cibo: & fusi. i. prostrati per herbam: quia sedilia non habebant, nec toros extructos: implentur Bacchi. i. vini, veteris: quod præstãtius ab omnibus censeri solet: & ferinæ. s. carnis: hoc est carnis ceruinæ: pinguis. s. quia septẽ ingentia corpora fuderat humi. (Sicut plenus genitiuo & ablatiuo iungitur, ita & verba a pleo cõposita, & hic implentur veteris Bacchi.) Postq; fames est exempta. i. fugata & perempta, epulis. i. epulando: & mensæ. i. ferculorum, aut obsoniorum, duo genera quę mensis. i. cum mensuris apponebantur: aut in quadris, aut in lancibus (vnde de quadris dicetur in. iij. Ambesas subigat malis absumere mensas. Et in. vij. En etiam mensas cõsumpsimus, inquit Iulus. Nam quadrã, ex crusto panis facere solebant. Non ergo loquitur in ijs locis, de tabulis super quas cœnatur.) & postq; igit mensæ. i. quadræ, aut lances cibis onustę: remotę, supp. erant: ipsi requirunt longo sermone socios amissos: existentes dubij inter spem, & metum: seu credant viuere, quod scilicet sperabant: siue pati extrema, supp. fata. i. mortem: quod metuebant: nec, id est & nõ: & credant eos vocatos, scilicet a socijs ad tumulos: nõ exaudire. i. respondere: vt scirent defunctos esse: aut sic, nec exaudire. i. non exaudiebant iam vocatos ad tumulũ. s. vt sit infinitiuus modus pro indicatiuo: vel potius sic: siue credant eos extrema pati: nec vocatos. i. licet vocentur exaudire: iam, id est amplius: aut deinceps cum mortui sint. Præcipue. i. præter cæteros, & plus ꝗ cæteri: Æneas pius, aut Æneas præcipue pius: sed melius, Æneas, quia pius gemit præcipue: nũc casum Oronti, pro Orontis: acris, id est strenui, qui cum Leucaspe submersus erat: & Amyci, id est illius Troiani, etiam acris: & nunc gemit secum, id est animo suo: quia spem vultu simulat: crudelia. i. immitia: & sæua fata. i. mortem Lyci, id est aut illius viri: aut populi Lycij: quia dixit supra: submersam esse vnam, quæ Lycios, fidumq; vehebat Orontem: & gemit Gyam, virum illum fortem: & Cloanthum fortem. i. casus eorum, qui tamen non erant submersi: vt patebit in quinto, vbi nauium directores erunt.

PIERIVS.

¶ Spem vultu simulat, premit altũ corde dolorem, &c.)In Oblongo codice perueteri, & aliquot alijs manu scriptis, Premit alto corde, legitur: quæ quidem lectio, non admodum aliena est ab Donatiana paraphrasi. Nam angebatur (inquit, dolore ꝗ maximo est, & hũc altis sensibus retinebat abstrusum. ¶ Veribusq; trementia figunt.)Est vbi, verubus, neq; vno quidem codice, per u, in penè vltima legatur, neq; desunt literati, qui lectionem eiusmodi probent. Quam tamen per i, vocalem tertiam, scribi debere tam vetustiorum grammaticorũ authoritas, ꝗ inscriptio quędam in termino areæ illius, quam Donatianus, post Neronianũ incendiũ, dedicauit, in diui Petri Basilica, paucis ante annis, oculis nostris inspeximus, ita enim incipit.

HÆC AREA INTER HANC DEFINITIONEM CIPPORVM CLAVSA VERIBVS,

Et quæ sequuntur. Grammatici sanè de huius nominis penè vltima soliciti fuere, cum nollent, verubus, ex quorundam abusu per u, admittere. Nam cum veteres omnino, veru, ossu, & genu, dicerent, in numero multitudinis, verua, & ossua proferebant, vt genua. Neq; desunt veterum monumenta, in quibus adhuc, ossua, scriptum legatur, quod ab ossu agnoscit Asper. inde, verubus, genubus, faciebant sed enim FL. Sosipater, vera, dicendum: non, verua, & verum, & veribus, contendit, citata etiam Plinij sententia, ex dubij sermonis lib. vj. dicentis, manifestum esse, veribus, genibus, ossibus, dici per i, in penè vltima. ¶ Nũc acris Oronti.)Seruius pro Orontis positum ait, nempe ad cacophoniam declinandam, Orontis: tamen habetur in antiquis aliquot exemplaribus. Sed omnino suauior est lectio Seruiana. Sosipater Carisius declinat, Orontes Oronte, vt Achates Achate: apud Græcos enim ὀρόντου, vt ἀχάτου, cuius nominis incusatiuum ait in am, desinere: si rectus Oronta latine reformetur: nisi vero reformetur, Orontem posse nos dicere, vt Virgilius, Fidumq; vehebat Orontem. vt etiam, Præmittit Achatem.

Seruius.

SERVIVS.

¶Finis.)Vel fabularum, vel diei. sequit nanq; paulopost, Æneas p noctē plurima voluens. Et sciendū est Virgiliū nō semper dicere ortū vel occasum diei, sed aut intellectui relinquere, vt hoc loco: aut negociis tēpora significare. est autē poetica καλλωπισμα, non omnia exprimere. vnde ait Horatius in arte poetica, Nec verbū verbo curabis reddere fidus Interpres. q̄uis plerīq; de trāslatione græcitatis hoc asserāt dictū, Homerus sane ista cōtemnens tēpora vniuersa describit. ¶Cum Iuppiter æthere summo Despiciēs) Oeconomiā istam s̄m Mathesim videt ordinasse Virgili⁹. Nā Ioue in altitudine sua posito cum Venere, significat q̄ per mulierē aliquam felicitas possit euenire. Ergo quoniā Æneas in partē regni admittetur a Didone per occasionē coniugii, idcirco hæc poeta præmisit. Sanè & illud animaduertēdū, quod peritissime dixit tristiorē Venerē fuisse cum Ioue, ex quo significat exitum vxoris infelicē futurū: nam se vtiq; Dido interemit. Quod autē Mercuriū facit a Ioue defluentē ad occasum descendere. i. ad ima terrarū: ostendit amicitias quidē fore, sed minime diuturno tempore permanere. Illud etiā mathematici dicūt, Venere in Virgine posita misericordem fœminam nasci, atq; ideo Virg. fingit in habitu Virginis venatricis, Venerē occurrisse filio: quod & misericordem postea reginam probauit Æneas, & in venatione cum ea permistus est. ¶Æthere summo.)Qui summus. Et proprium ætheri epitheton dedit: quia omnibus superior est. ¶Despiciēs.)Deorsum aspiciēs, sicut suspiciens, sursum aspiciens. Notandū sane quia si dispiciēs dixerimus, diligenter inquirens significamus, sicut deduco & diduco. Nam deduco est prosequor: diduco vero, diuido. ¶Veliuolum.)Duas res significat, & quod velis volat, vt hoc loco: & quod velis volat. vt Ennius, Naues veliuolas, qui & proprie dixit. Et est ista reciproca translatio nauiū & auium. Legimus. n. Et velorum pandimus alas: & cōtra de apibus, Nare per æstatē liquidam: cum natatus nauium sit, alę vero auium. Et sciendū est esse reciprocas trāslationes & partis vnius. ¶Iacenteis.)Aut in longū expositas: aut proprium epitheton est terrarum. nam cum cætera elementa mobilia sunt, sola terra stabilis est. vnde & bruta dicuntur. ¶Latos populos.)Cum populos numero plurali dicimus, vrbes significamus: cum vero populū, vnius multitudinē ciuitatis intelligimus. ¶Sic.)Quid est sic? id est vt ista conspiceret. ¶Et Libyæ defixit lumina regnis.)Pulchra proœconomia. i. dispositio carminis. Vituperabile enim fuerat si ex abrupto trāsitū faceret, quod in nono fecit, Atq; ea diuersa penitus dum parte geruntur: quæ res tamē excusatur vno sermone, Atq; ea, id est eodem tempore. quod solum est interpositū. Nunc vero bene transiit, quia inducit Iouem & de rebus humanis cogitantē, & Africā respicientem, ad qui venere Troiani. Vnde honestus color est, vt Venus adeat Iouem, timens ne Romana fata Carthagini cōcedant: felix enim euentus sequitur loca quæ respexerit Iuppiter: vnde in secundo ait, Aspice nos: hoc tantū. Et alibi, Atq; oculos Rutulorum reiicit aruis. vbi erat futura victoria. ¶Taleis.)De rebus humanis. ¶Iactantem pectore curas.)Nunc s̄m Stoicos loquitur, qui deos dicunt humana curare. interdum secundū Epicureos, poetica vtēs licentia. ¶Tristior.)Comparatiuum posuit pro positiuo. quādo enim tristis est Venus, vt nunc tristior diceretur? ¶Oculos suffusa nitentes.)Nitidos oculos lachrymis perfusos habens. Et est figura quę fit quoties participio præteriti temporis a passiuo, iungimus casum accusatiuum: vt, Deiectus animū, mœsta vultum. Dicendo autem Nitenteis, expressit etiam nimiam in lachrymis pulchritudinem: sicut de Euryalo, Lachrymæq; decoræ. ¶Æternis regis imperiis, & fulmine terres.)Volunt quidam superfluo Regis ad deos referri, Terres ad homines nescientes maioris esse potestatis, idem posse circa deos quod circa homines. ¶Et fulmine terres.)Non sine causa adiecit Terres. Est. n. fulmen quod terret, est quod afflet: vt, Fulminis afflauit ventis. est quod puniat: vt, Vel pater omnipotēs adigat me fulmine ad vmbras. Peremptorii autē fulminis late patet significatio. est quod præsagit. ¶Meus.)Subaudi filius: vt Aiacis Oilei vt ante diximus. ¶In te.)Modo contra te. alibi Pro significat: vt, Benignum accipit in Teucros animū, mentemq; benignam. i. pro Teucris. ¶Quid Troes potuere?)Argumentū ab impossibili. vt alibi, Nō ea vis animo. & est validius q̄ a voluntate. plus enim est non posse q̄ nolle. ¶Troes.)Erit nominatiu⁹ Tros. Et hæc breuiter scienda regula est, quia omnia nomina monosyllaba græca, quę in latinū sermonē transeunt, tertię sunt tantum declinationis, & tā latine quā græce declinari possunt. vt Tros Trois & Troos, Pan Panis & Panos. vt, Arcadici dictum Panos de more Licæi. ¶Ob Italiam.)Ne ad Italiā perueniāt, toto orbe pelluntur. Atqui in Africa sunt. sed si diligenter requiras, etiam inde pelluntur: ait nanq;, Hospitio phibemur arenæ. ¶Certe hinc Romanos.)Atq nusquā hoc legimus, sed per silentium intelligimus, vt superius de Iunone audierat. ¶Voluentibus.)Volubilibus. Et est participium pro nomine. Voluens enim est qui voluit: Volubilis aūt qui voluit. Anni autem voluuntur, non voluunt. vt est, Atq; in se sua per vestigia voluitur annus. ¶Fore.)Futuros esse. Et est de verbis defectiuis. ¶Reuocato.)Dicendo Reuocato, ostendit Italiā, vnde Dardanus fuerat. ¶A sanguine Teucri.)Teucrum pro Dardano posuit. Dardanus. n. de Italia profectus est, Teucer de Creta: quia solent poetæ nomina de prouinciis vicinis, vel personis vsurpare. vt Domitus Pollucis habenis Cyllarus, cum Castor equorū domitor fuerit. Item, Et manibus Progne pectus signata cruentis. pro Philomela. Item Didonem dicit Sidoniā, cum sit Tyria, a loci vicinitate. Item: Quid loquar aut Scyllam Nisi: cum Phorci fuerit. Et sciendū inter fabulam & argumentū hoc est historiam, hoc interesse: quod fabula est dicta res cōtra naturam, siue facta, siue nō facta, vt de Pasiphae. Historia, est quicquid secundum naturā dicit, siue factū, siue non factum, vt de Phædra. ¶Omni ditione.) Melius omni q̄ omnis: vt significet omni potestate, id est pace, legibus, bello. ¶Pollicitus.)Pollicemur sponte, rogati promittimus. ¶Quæ te genitor sententia vertit?)Verecunde agit Venus. nec enim conueniebat, vt aperte contra vxorē ageret apud maritum. vnde & similiter respondet Iuppiter, Neq; me sententia vertit. ¶Hoc.)Hac re. ¶Rependens.)Compensans. Et est translatio a pecunia. ¶Eadem.)Similis, qualis ab initio fuit: vt ostendat nec longitudinem temporis prodesse Troianis. ¶Finem.)Ac si diceret, non regnum requirimus, sed finem laborum.

Et iam finis erat: cum Iuppiter æthere summo
Despiciens mare veliuolum, terrasq; iacentes,
Littoraq;, & latos populos, sic vertice cœli
Constitit: & Libyæ defixit lumina regnis.
Atq; illum tales iactantem pectore curas
Tristior, & lachrymis oculos suffusa nitentes
Alloquitur Venus. {O, qui res hoīumq;, deūq; VE.
Æternis regis imperiis: & fulmine terres.
Quid meus Æneas in te committere tantum,
Quid Troes potuere? quibus tot funera passis,
Cunctus, ob Italiam, terrarum clauditur orbis.
Certe hinc Romanos olim voluentibus annis,
Hinc fore ductores reuocato à sanguine Teucri,
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent:
Pollicitus. quæ te genitor sententia vertit?
Hoc equidem occasum Troiæ, tristesq; ruinas
Solabar, fatis contraria fata rependens.
Nunc eadem fortuna viros tot casibus actos
Insequitur. quem das finem rex magne laborum?

DONATVS.

¶Et iam finis erat.)Epularum. s. & fabularū. ¶Cum Iuppi. æthe. sum.)Iuppiter ex superiori parte, hoc est cœli, respiciēs mare ac terras intuebat actus hominū, & quid gererent cōsiderabat, qua occasione arrepta Venus Troianis, amplius q̄ antea tristior & lachrymis internos animi dolores attestans, sic ad ipsum instituit loqui. Ipse est enim verus & maximus dolor, qui ante vocis exortum lachrymis pręcedentibus nunciat. Opportunitas aūt fuerat interpellandi, quia tūc Iuppiter curabat quæ agerentur in terris, quas Troiani tenuerant. ¶O qui res hominūq; deumq;.)Hęc materia vehementer artis subtilitatis plena est, & habet non tantum personarū, verum etiā rerum diligētissime seruatam rationē. hic enim loquitur Venus ad Iouē si priuatam personam ponamus filiam apud patrē, si publicam inferiorē deam apud deorum omnium & cunctorum hominū regē, & certe vicit quod publicum fuit. tractat ergo personas, vt dictum est, & subtilē inuidiam concitat, q cum sit deorū omnium Iuppiter, & hominū rector, ac nō immerito debeat curare quid dii, qd homines agant, omiserit verum Æneæ causa Iudiciū, ac dissimulatione interposita patiatur innoxiū multis & aduersis vexari tormētis: Verum quia duplex fuerat vtraq; persona, vt iā dictū est: loquebat enim inferior dea cum rege, & filia cū patre: pręponit publica, & priuata subnectit. Hoc. n. exigebat causa. Apud patrē enim nō potuit conqueri de diis, sed iustius eos pulsabat apud regē, deniq; sic cœpit O qui res hominūq; deūq; Æternis regis imperiis, & fulmine terres. Duo aūt proposuit, & singula singulis dedit, deorum personæ applicauit, Æternis regis imperiis, hominū vero & fulmine terres. Vt authoritate regant dii, homines aūt fulmine terreant & cōpellantur ad venerationē: Interea cū dicit, Æternis regis imperiis, illud intelligi pōt, quia cōtemni nō debet potestas, quę perpetuo manet, illa enim reuera negligi potest, quæ aliquo fine tēporis cōcludit. Proinde ait, cur veniūt dii cōtra ea quæ sunt fatali lege disposita? Quid meus Æneas in te cōmittere tantū? Quid Troes potuere? Secura q̄ causam diceret insontiū delicti. Dehinc exigit nomē, q̄m nouerat nihil admisisse Troianos, vt cū nullū esset inuentū, constaret immeritos hæc passos esse, vel pati. Ait ergo, Quid meus Æneas: specialiter nomē eius attigit, atq; a specie transit ad generalitatē dicendo, Quid Troes potuere. Quod vero ait, in te cōmittere, pronomen significat, Te regē deorū & hominū, Te q omnia habes in potestate, Te promissorē imperii noui, & spei melioris authorē, Te quē oēs dii suspiciunt, & homines fulmine territi venerantur. Quod posuit meus Æneas, meus, quā vim vel qd ponderis habeat, in euidēti est noscere. Meus enim, hoc est fili⁹ meus, perindeq; nepos tuus, pius, & deorū omniū cultor. Quid Troes tantū potuere? Tantū, bis intelligendū est. quid tm̄ Æneas cōmisit? quid tantū Troes potuere? Tantū, hoc est tam graue, tam magnum, tam immane, & q tot pœnis expiari nō possit, quo scelere admisso arcere Troianos debeat ab Italia, ppterea posuit. Quib⁹ tot funera passis Cunctus ob Italiā terrarum claudit orbis, quod ad id redigit, vt nec alicubi consistendi Troianis potestas sit, nec ad Italiā perueniendi. Terrarū claudit orbis, Cum negat, inquit, totius orbis terrarum nec ad Italiā veniendi potestas est, quid superest: nisi vt in fluctibus semper exagitent? ¶Certe hinc Roma.) Cōuenit id ex fide veteris promissi, immo potius antiquæ pollicitationis. Turpe est. n. decedere de fide, turpissimū cuiuis dictā mutare sententiā, quāto magis deorū & hominū regi, qui omne quod loquit, quod spondet, sentētiæ retinere debet pondus, vel maxime in ea causa, in qua filię & nepotis vertebat cōmodum. sequitur. ¶Quæ te ge. sen. ver.)Posuit post regis nomē etiā patris, vt appareat illum publicā priuatāq; personā retinentē non debere aliqua perfidiæ permutatione transduci. Ordinat autē sensus hoc modo. Certe hinc Romanos olim voluētibus annis, qui mare & terras tenerent omni ditione reuocato a sanguine Teucri, olim pollicitus, Reuocato a sanguine Teucri. Ideo q̄m Teucer Italus cum ad Italiā perueniret a Troia eius originē eo rediturā pollicitus fuerat Iuppiter. Pollicitus, inquit, pollicitationes enim tenent debitorē etiā si nolit exoluere. Promissa vero in arbitrio sunt posita volentis vel inuiti. proinde tractat cōtra pollicitationem nō debere interuenire perfidiā vel maxime in præsenti causa, in qua persona deorū regis esset, cuius cōueniebat fixā esse sententiā, ne quod est inter hoīes turpe, æquius reprehendat in eo, qui deorū & hominū teneret principatū. Verbum vertit, sumptū est ex eo q cum vas aliquod versatū fuerit, effundit omne quod habet, in Ioue igitur per istiusmodi verbū voluit demōstrare, vt ostēderet sic inimica persuasione peruersum, vt in sensibus eius nihil pietatis remansisset, quā integrā filiæ debebat & nepoti. Cōpletis iam partibus personæ publicū gerētis officiū conuenit cū vt patrē, quod nomē plurimū ponderis habet etiā in causa promissi, & eius, quod non tm̄ liberis, verū etiā posteris sit omnibus profuturū. Idcirco igitur posuit, Quæ te genitor sentētia vertit? Quasi si diceret, quis est te potior, q potuit vertere sententiā tuā? ¶Hoc eq. oc. tro.)Allusit quasi lances pōderū retineret. si. n. post damna cōsequatur lucrum & plus habeat aut meriti quod lucratiuum est, aut si tantundē quantū perit, proculdubio dissimulandum est in causa damni, cū id quod amissum est alterius cōmodi ratione pensat: nam inde cōpensatio dicitur, vbi quis tantū ponderis recipit in alia specie, quantū in alia videbat amisisse, ponit ergo hāc partē ex persona eius, quę dolebat amissum, & habebat consolationē de promissorū spe & ponit cum omni miseratione dicens, occasum Troiæ, & ostenderet rem maximā & nobilissimā interisse: casus enim rei est paruæ vel inferioris personæ, occasus vero diuinæ rei vel superioris personæ: nā solis & lunę occasum dicimus, & cum viri præclari vel spectati meriti obierint, nō prçuenti morte, sed occidisse dicuntur, Addidit, tristisq; ruinas solabar, vt affectū maioris miserationis augeret: nō enim est vlla ruina nō tristis. Fatis contraria fata rependens, fatis, inquit, malis rependens fata cōtraria, hoc est cōparans, & exequās mala fata fatis cōtrariis, sed contrariis non quasi aduersis dixit, sed contra mala profuturis, hoc est bonis. malo. n. contrarium est bonum, vt album nigro, vt amaro dulce, vt turbato trāquillum. ¶Nunc eadē for. vi. tot casi.)Non tantū, inquit, bona promissa nō veniunt, verum etiā mala perdurant. ¶Quem das finem rex magne laborū?) Vnde cœpit, illo conclusit, nam regem appellans, & quod est amplius magnū, ostendit & posse illum, & debere filię pręstare quod petebatur, & intelligendum monstrat, nō sine subtili inuidia positum, vt expectaret preces, qui id quod poterat nō sponte præstabat insonti, & quod erat potius suo. Quē das finem laborum? Quia is a quo petitur malorum finis, & qui potest postulata cōplere, efficere potuit ne aliquando accederent. potest & sic intelligi, quem das finem? quando Troiani venient ad Italiam? aut si id non datur, quando autem carebunt malis, & in tranquillo collocabuntur? Exemplis iam cumulat dolores suos, & comparatione a minore ad maius facta, querelas proprii mœroris exaggerat, personarum, & locorum quoq; faciens collationem.

ASCENSIVS.

¶Et iam finis erat.)Postq̄ mortales, quod poterant, effecerant: nec erat reuocandorum sociorum, vlla spes reliqua: apte inducitur diuinū auxiliū, quod suos in necessitatibus non destituit: verū Ser. argute docet rem physicā esse, & ex visceribus astrologiæ, fictionem hanc exceptā: nam dum Iuppiter Venerē beneuole aspicit, significat ei, qui eos in Horoscopo habet bonū per mulierem euenturū. Donati aūt verba sunt. ¶Finis.)Epularū, vel fabularū, vel lucis. ¶Despiciens.)Iuppiter ex alto actus hominū considerabat. Venus aūt, arrepta occasione, eū alloquit. ¶Tristior, & lachrymis oculos suffusa nitentes Allo. Ve.)q̄ antea lachrymis: ille est maximus dolor, qui ante vocis exortū lachrymis præcedētibus nunciat. ¶Tales.)Res plena subtili arte vbi personarū nō solum, sed & rerū habetur ratio. Loquit Venus ad Iouē si priuata filia ad patrē: si publica inferior dea apud summū deorū. Vicit aūt, quod publicū fuit. Cōcitat subtilē inuidiā, q Iuppiter, cuius sit iuste curare, quid dii, qd homines agant, omiserit: verū in Æneā iudiciū, & innoxiū, tot tormētis dissimulans, vexari sinat: præponit ergo publica persona, & subnectit priuata: apud. n. patrē nō potuit cōqueri de diis, sed apud deorū regem. Diis aūt applicauit Æternis regis imperiis, & hominibus fulmine terres. ¶Æternis.)Ergo nō sunt contemnenda, veluti ea, quæ ad tempus sunt. q. d. non veniunt dii contra fata. ¶Quid.)Freta innocentia Troianorum, quærit nomen delicti, quo non inuento, constet eos immeritos pati. ¶Æneas.)Speciale ponit nomen, atq; inde transit ad genus. ¶In te regem d. & h.)Qui omnia habes in potestate auum suum, promissorem noui imperii, quem omnes dii suspiciunt, & homines fulmine territi venerantur. ¶Meus.)Scilicet filius tuus nepos. ¶Tantum.)Bis repete, quid Æneas, & quid tantum Troes. Tantum, tam immane. ¶Cunctus.)Ad id redigitur, vt nec alibi stare, nec in Italiam venire possit. Ergo restat, vt in fluctibus, semper exagitetur. ¶Pollicitus.)Cōuenit ex veteris promissi, immo pollicitationis fide. Turpe enim est, decedere de fide: turpissimū, cuiuis mutare sententiam. ¶Quid ergo tanto deo, prętertim vbi filiæ, nepotisq; vertatur incōmodum. ¶Genitor.)Ponit post publicam personam, patrem, vt appareat neutram illarum debere, perfidia traduci. ¶Vertit.)Cum vas vertit, omne quod habet effunditur. Ergo ostendit, q Iuppiter, inimica persuasione, ita sit versus, vt nihil pietatis sit in eo relictum. Quam integram filiæ præstare debuit. ¶Genitor.)Multū valet ex persona in promissis: quæ, non liberis solum, verum & posteris sint profutura. ¶Quæ sentētia.)Quasi dicat, quis te potior est, q te possit vertere? ¶Hoc equidē.)Dissimulādū est damnum, si quod amissum est alterius, cōmodi ratione pensatur: vnde compensatio dicitur, veluti si in altera lance damno posito, in altera cōmodum par, vel maius ponatur. ¶Occasum Troiæ.)Ostendit rem maximam periisse. Casus enim paruæ rei est, vel personę inferioris. Occasus, diuinę rei vel personæ superioris. Nam solem, lunamq; occidere, & viros præclaros occidisse dicimus. ¶Rependens.)Comparans, & exęquans mala fata bonis. ¶Nunc eadem.)Non solum non veniunt bona, sed manent mala. ¶Quem das finem.)Quia Iuppiter potest postulata cōplere: & potuit efficere, ne aliquando acciderent, potest & sic intelligi, Quem das finem. i. quando Troiani venient in Italiam, aut quando carebunt his malis? ¶Ordo aūt est. Et iam erat finis. s. sermonis longi, quo socios amissos requisiuerant, ac diei, quia non est verisimile, vna luce potuisse eos iam tempestatem passos in terram descendisse, ignem excudisse: frugem desiccasse: Æneam tot ceruos fudisse, socios consolatum esse, vina dedisse, esculenta

Cōpensatio.
Casus.
Occasus
Ordo.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

esculenta a sociis parata esse cœnatū & conquestū esse: Æneā loca explorasse: ad Didonē aduenisse, quæ tūc datura ius ad forū conscenderat, quod mane fieri solet. Vnde Persius: His mane edictū post prandia Callirœn do. Et, vt Martialis dicit: Hora tertia diei, Nam exercet raucos tertia causidicos. Ipso ergo die, quo appulsi erāt in ea, nympharū domo.i.amœnissimo loco, quē prius descripsit poeta, manserāt vbi nūc cœnati erāt, cū finis esset sermonis, & diei: postridie autē Æneas loca disquirebat, vnde dicet, Vt primū lux alma data est, exire, locosq; Explorare nouos. Nō est ergo dubium, diē fuisse exactū, cum vesperi cœnare soleāt: & cum manifeste dicat Æneā, exorta luce, explorasse nouos lucos: finis igit erat tam longi sermonis, q̄ diei: cū.i.quādo: Iuppiter despiciēs.i.deorsum inspiciēs, de æthere summo: mare veliuolū.i.in quo vela volant, aut quod velis peruoluat, aut voluitur: & terras iacenteis.i. humileis, & prostratas: & littora, & populos latos.i.late habitāteis cōstitit sic.i.in tali affectione, quæ dicet sup. in vertice cœli: & defixit lumina.i.oculos, deorsum iniecit regnis.i.ad regna Libyæ, illius.s.partis, in qua Æneas tunc erat, atq;, pro &, Venus (scilicet illi occurrens, inuēta opportunitate) tristior.s.q̄ decuit, aut valde tristis (quod & Valla sentit: Nam, vt cū Landino, sm Priscianū, sub tristē & parū tristem, dicas, nō placet: nō.n.parum tristis cæteri potest, lachrymis oculos suffusa nitēteis:) & suffusa oculos nitēteis, id est habens oculos nitenteis suffusos.i.parū superfusos lachrymis, alloquit illum.s.Iouē, iactantē pectore.i.versantē, taleis.i.humanarū rerum curas. Alloquitur autē sic: O scilicet Iuppiter, hoc est iuuans pater & rex magne: qui regis æternis imperijs, cū mortalia facta pereant: vnde in Geor. Perituraq; regna res hominū, & deumq;, pro deorū, alij legunt, deorū, vt sit hypermeter versus, qui hic vitiosus non esset, quia syllaba abundans, absumi potest per vocalē sequentē, & qui terres res hominū & deorum: fulmine.s.tuo trisulco, quod etiā superi timēt, vnde Venus ad Cupidinem, in hoc primo: Solus nate patris summi, q tela Typhoea temnis: quid Æneas meus.s.filius, & tuus nepos: potuit, sup. cōmittere.i.cōmereri, & peccare tantū.i.tam magnū scelus. in te.i.contra te: & quid Troes potuere cōmittere in te? q.d.nihil. Plus autē est, nō potuisse cōmittere, q̄ cōmisisse: Troes dico, quibus passis tot funera.i.mortes suorū, nam verosimile est neminē superstitem esse, qui neminē suorum in bello Troiano amiserit, cūctus orbis terrarum: quia nusq̄ consistere a Iunone permittunt id ergo inuidiose in Iunonē dicit, sed tacite dictura expresse, si coniux non esset: clauditur.s.ab introitu: ob Italiam.i.vt arceantur ab Italia. Certe tu pollicitus, sup. es: cum Troiam perire permisimus. Romanos fore.i.futuros esse hinc: hinc dico.i.ex hoc Ænea, aut ex his Troianis: annis voluentibus.s.vices rerū, aut voluentibus.s. se, aut volubilibus: olim.i.aliquando, sed tēpore futuro, a sanguine Teucri reuocato: cuius verbi duplex est expositio, nā Ser. qui vult Teucrū pro Dardano poni: ita exponit a sanguine Teucri, pro Dardani reuocato.i.iterū in Italiā vocato: nam Dardanus ex Italia oriundus erat, nō Teucer: vnde dictū est, Dardanidæ duri, antiquā exquirite matrē. Ego vero, qui quod proprie dictū tueri possum, nihil per acyrologiā accipiam, dixero a sanguine Teucri, reuocato.i.reiecto.i.postq̄ sanguinē Teucri reuocauerat, & reiecerat: Dardani aūt sublimauerat, & ad imperiū orbis prædestinauerat: nam Troiani partim a Teucro Cretensi, partim a Dardano Italo, originem traxerunt: & visus est Iuppiter aliquādo Teucros, in imperiū vocasse, nūc vero assumptis Dardanidis, reuocare.i.reijcere, sicut reuocamus, & recantamus, quod perperā, aut vocauimus, aut cātauimus (tu lector delige, vtrā voles sententiā. Nam sunt q nō legant, reuocato a sanguine, sed reuocato sanguine Teucri.) qui.s.Romani, aut doctores ex Troianis oriundi, tenerent.i.possiderēt mare: & qui tenerēt.i.possiderent terras omni ditione.i.potestate: vt pace, bello, & legibus: o genitor quæ sententia vertit.i.a proposito vi abduxit te: id in Iunonē latenter dicit: sed vide q̄ subtiliter ingrediat Venus. Prius enim, vt ostēdat eum quæ promiserit, aut pollicitus sit, posse exequi, dixit: o q res hominumq;, deorūq;, &c. Nūc vero vt ostendat eū debere id velle pro suis, præsertim inquit, quę te genitor sentētia vertit: vt turpe sit regē, hominū, & deorum a proposito, ac promisso verti, & impium patrē a filia, & auum a nepote abduci. Equidē.i.ego quidem, quæ de te opinionē bonā habebā: solabar.i.pro solatio tolerabam: occasum.i.excidiū Troiæ: hoc.i.ex hac re.i.hac pollicitatione: quia pollicit⁹ eras ex occasu Troię Romā oriri. q.d. siquis mihi obijciebat, q permiserā Troiā meā occidere, quæ res mihi tristitiæ esse debebat, ego solabar hoc.i.hac re, q sciui te pollicitū esse Troianos aliquādo in Italia rerū potituros, rependēs.i.recōpensans, fata cōtraria fatis.i.modeste tolerans fata, quæ erant de excidio Troiæ: ob fata de institutione Romæ. Nunc.q.d.multū abest, vt pro aduersis læta obtineant Troiani, quia eadem fortuna.s.persecutrix, & inimica, insequitur nunc.i.hactenus, viros actos, tot casibus.i.ruinis, ærumnis, & aduersitatibus: o rex magne qui, & potes, & velle debes, quem finem laborum das. q.d. vt regna promissa omittam (quod alibi dictura est) quem finem laborum das: q.d. nullum, cum in dies magis laborent.

PIERIVS.

¶ Reuocato a sanguine Teucri.) In Mediceo codice, & aliquot alijs antiquis absq; præpositiua particula legitur: Reuocato sanguine.

Antenor potuit mediis elapsus Achiuis
Illyricos penetrare sinus: atq; intima tutus
Regna Liburnorum, & fontem superare Timaui.
Vnde per ora nouem vasto cum murmure montis
It mare proruptum: & pelago premit arua sonanti.
Hic tamen ille vrbem Pataui, sedesq; locauit
Teucrorum: & genti nomen dedit: armaq; fixit
Troia: nunc placida compostus pace quiescit.
Nos tua progenies: cœli quibus annuis arcem:
Nauibus (infandum) amissis, vnius ob iram
Prodimur: atq; Italis longe disiungimur oris.
Hic pietatis honos? sic nos in sceptra reponis?

SERVIVS.

¶ Antenor potuit.) Non sine causa Antenoris posuit exemplū, cū multi euaserint Troianorū periculū: vt Capys qui Campaniā tenuit, Helenus q Macedoniā, vt alij qui Sardiniā sm Salustiū. sed propter hoc ne forte illud occurreret iure hoc vexat, tanq̄ proditorem patrię. Elegit ergo similē personā: hi enim duo Troiā prodidisse dicūtur sm Liuiū: quod & Virgilius per trāsitū tangit. vt, Se quoq; principibus permistū agnouit Achiuis. Et excusat Hora. dicens. Ardentē sine fraude Troiam: hoc est sine proditione, quæ quidē excusatio nō vacat. nemo.n. excusat nisi rem plenam suspicionis. Sisenna tū dicit solū Antenorem prodidisse: quē si velimus sequi, augemus exēplū: Si regnat proditor, cur pius vagatur? Ob hoc aūt creditur Græcis Antenor petriā prodidisse, quia & legatos qui propter Helenā venerant, suscepit hospitio: & Vlyssem in mēdici habitu cognitū nō prodidit. ¶ Illyricos penetrare sinus.) Antenor, nō Illyricum, nō Liburniam, sed Venetiā tenuit. Ideo aūt Virgilius dicit Illyricos sinus, quod inde venit quidā Henetus rex qui Venetiā tenuit, a cuius nomine Henetiam dictā, posteri Venetiam nominauerunt. ¶ Tutus.) Ideo tutus, quia Rhetij Vindelici ipsi sunt Liburni, sęuissimi admodum populi, cōtra quos missus est Drusus. Hi aūt ab Amazonibus originē ducunt, vt etiam Hora. dicit, Quibus mos inde ductus, per omne tēpus Amazonia securi dextras obarmet quærere distuli. hoc ergo nūc ad augmentū pertinet, quod tutus est ēt inter sęuos populos. ¶ Fontē Timaui.) Amat poetę rem vnius sermonis, circūlocutionib⁹ dicere. vt, p Troia, dicant vrbē Troianā, pro Buthrotio, arcem Buthroti: sic & modo pro Timauo ait fontē Timaui. Et paulo post, Vrbē Pataui.i.Patauiū. ¶ Vnde per ora nouem.) Multi septē esse dicunt. q si incerta fides est, finitus est numerus pro infinito. ¶ Vasto cū murmure montis.) Tanta vi exit in mare, vt etiā resonet vicinus mons. Et sic dictū est, sicut superius, Illi indignātes magno cū murmure montis Circū claustra fremunt. ¶ Mare.) Amat poeta rem historiæ carmini suo cōiungere. Varro.n.dicit hunc fluuium ab incolis mare nominari. ¶ Proruptū.) Id est effusum, fluens. Et melius est proruptum q̄ præruptum legere. Bene autē diffiniuit quid est largus fons, id est solutum mare. ¶ Pelago.) Aquarū abundātia. ¶ Premit.) Populatur, vastat. ¶ Hic tamē.) Hoc est etiā in hoc loco difficili. ¶ Vrbem Pataui.) Hoc est Patauium. Patauium autē dictum, vel a Padi vicinitate, quasi Padauium: vel ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι, quod captato augurio dicitur cōditum: vel q auem telo petisse dicitur, & eo loco condidisse ciuitatem. ¶ Sedesq; locauit.) Ex votis suis facit inuidiam, dicens id concessum Antenori, quod ipse desiderat. ¶ Et genti nomen dedit.) Hoc est, quod ne victori quidem cōcederetur Æneæ: quod scimus a Iunone esse perfectum, contra quam oblique loquitur, propter consideratione mariti. Hi aūt primis temporibus ab Antenore dicti sunt Antenoridę. ¶ Armaq; fixit Troia.) Hoc est, securus est: quia solent amissi a militia, siue gladiatura, quibuslibet tēplis arma suspēdere. vt Hora. Vranius armis Herculis ad postem fixis. ¶ Cōpostus.) Syncope est, detraxit.n. de medio syllabam: vt, Et pocula porgite dextris. ¶ Nos tua progenies.) Sic loquit quasi vna sit de Troianis. nā aliter sensus nō procedit. Quod aūt dixit. ¶ Tua progenies.) Epexegesis est. vt, Ast ego quæ diuū incedo regina. ¶ Annuis.) Quia nutu semper promittit aliqd Iuppiter. ¶ Infandum.) Pro infande. vt in. vj. Miserū septena quotannis. Item, Toruūq; repente clamat, pro torue. Et est figura quæ fit quoties nomē pro aduerbio ponit. magis aūt poetica est: in prosa aut rara, aut nunquā, tamē hoc loco Infandū potest esse etiā interiectio dolentis. ¶ Vnius.) Produxit hic penultimā. ¶ Prodimur.) Multa quidē hic sermo significat, sed modo porro damur. s. ab Italia. Et sciendū est, omnium authorū esse consuetudinē, res dubie positas, in sequentibus explanare, & plenius dicere. vt hoc loco: nam quid est prodimur, ostendit dicēs, Atq; Italis longe disiungimur oris. ¶ Hic.) Id est talis. vt, Hunc ego te Euryale aspicio.i.talem. ¶ Honos.) Cum sm artem dicamus honor, lepor: plerunq; poetę r, in, s, mutāt causa metri. os enim longa est, or breuis. hoc quidē habet ratio: sed in hoc loco etiam sine metri necessitate honos dixit. Item Sallustius penè vbiq; labos posuit, quē nulla necessitas coegit. Melius tamen est seruire regulæ. ¶ Sic nos in sceptra reponis?) In sceptra, aut ad imperia reseruas sic, hoc est per naufragia. Aut certe antiqua est licentia communium præpositionum.

DONATVS.

¶ Antenor potuit med. ela. Ac.) In Antenoris nomine nō solū significatio est exempli, non de fabula cōcinnata figmentis, sed venientis de veritate, verum etiā assignantis humilē inferioremq; personā, vt inde magis dolere videat, quod inferiori licuit post excidiū Troiæ per tot difficilia cōsequi plenissimā requiē. Antenor ergo homo alienus a necessitudine tua humilis atq; depressus e medio hostiū labi potuit, & eorum manus effugere, quibus Iliū cōcidit, & multi nobiles perierunt, ad Illyricū etiā penetrare, cum dicit ad Illyricū, & dicitur etiā penetrare, & prolixitatē terrarū longissime remotarū, intelligendū est monstrare voluisse, & difficultatē perueniendi, simul etiā ad hostiles partes penetrandi, quæ omnia faciat dictis posterius annexis. penetrare est.n. penitus intrare: & addidit sinus recessus. s. terrarū longissime remotarum, quibus clausis nō potuisset euadere, si pericula extitissent, & vt maior esset Veneris dolor de felicitate Antenoris, euadere, inquit, potuit hostiles manus, ac per medios hostiū globos, & per inimicorū regna tutus, securusq; trāsire: superauit, inquit, & fontem Timaui, miro verbo vsa est superauit. superare.n. est sine cuiusquā molestia vel impedimēto peruenire, quo quisq; cōtenderit. Et quia leuissimū fuit trāsisse fontē. fontis.n. significatio nullam demōstrat difficultatē superatā: idcirco posuit, Vnde per ora nouē vasto cū murmure montis It mare proruptū, & pelago premit arua sonanti. Nequis arbitraret fontē fuisse mediocrē, nam sic sine aliquo labore transiri potuisset, tātæ illum fontē virtutis esse cōmemorat, vt per nouē illius ora periculis oībus liber Antenor transierit, ad exprimendū vndarū molē nexuit, Vasto cum murmure montis It mare proruptū, & pelago premit arua sonanti. Vt fons esset in solo vocabulo, re tū vera abundantia sui operis terris in alieno elemento faciē pelago demonstraret. interea quia semel positū est, potuit, nos non hoc semel, sed sępius debemus accipere, hoc modo. Antenor, inquit, potuit hostes euadere potuit Illyricos sinus penetrare, potuit regna Liburnorū superare, potuit fontē Timaui trāsmittere. & superare nō semel accipiēdum est, vt sit, superare regna Liburnorū. hic tamē ille in vno aduerbio & pronomine grāde pondus doloris adiecit, hic, inquit, hoc est in regionibus hostilibus, & per tot difficultates sine cuiusquā molestia superatis. Ille, hoc est homo iferioris meriti, cui abūdare deberet, quod in Troia Græcorū manus euaserat, tantū felicitatis esset adeptus, vt tutus trāsierit, tutus peruenerit, tutus ciuitatē Teucris condiderit, tutus noie Troiano vocitari indigenas fecerit, tutus arma Troiana, hoc est victa in eorū partibus fixerit, quos cōstaret victores extitisse, tutus in plenissima quiete perduret. Ecce ostēdimus semel dicta pro sępius dictis accipiēda, ab enumeratione prosperitatis alienę, trāsit ad cōparationē personę suę, atq; Æneę, & malorū de quibus querebat. ait.n. nos, exponit quid sit nos, quāquā & si non dixisset, posset intelligi. Tua, inquit, progenies, hoc est eius, qui deos oēs, & homines habes in potestate, apud quē priuilegiū primi gradus habere debuimus. ¶ Cœli quibus an. ar.) Dum spe ducimur promissorū tuorum & naues amisimus, & promissam Italiā tenere non possumus. quod autē ait, Vnius ob irā, optime ad finē dictionis est reseruatū. cum omni.n. cautela & ordine suo debuit, q̄uis oblique, pulsare Iunonis malitiā, ne si inter initia diceret offensus Iuppiter ex euidenti coniugis & sororis suæ iniuria desideria & necessitates gemētis, non libenter audiret. Ergo melius fuit in fine intelligi quid sit Vnius ob irā, q̄ dici ex aperto vnius, & dicendo nomen Iunonis oblique tangendo, nec lęsit eius animum, quem debuit tunc vel maxime habere præcipuum, & meliore arte vsa est, vt suppresso nomine, quod sine impedimento desidij sui nominare non poterat, ad numerorum rationē pergeret, sic enim planissima potuit iniquitas comprobari, vt vnius causas iniustas inimicitias excrescentis plurimi affligerentur insontes. sequitur inuidiosa cōclusio necessitudinis appellatione cooperta. ¶ Hic pietatis honos?) An nunquid erro inquit? & hoc putandum est melius esse quod trahimur? & hoc est consulentis officium? & hoc arbitraris? sese regnandi culmen, errare semper & sine fine laboris affligi?

ASCENSIVS.

¶ Antenor potuit, &c.) Quia Antenori, cōcessit Iuppiter, vt in Italiam, lætus perueniret, sedesq; locaret, videtur id, & Æneæ, debere cōcedere. Non autem placet mihi, quod Seruius dicit, vtrunq; proditorem fuisse, idq; authoritate Liuiana, nam Liuius id non asserit, cuius verba in principio operis sunt: Iam primum omnium, satis constat Troia capta in cæteros sæuitum esse Troianos, duobus, Ænea, Antenoreq;, & vetusti iure hospitij: & quia pacis, reddendæq; Helenæ, semper authores fuerunt, omne ius belli Achiuos abstinuisse. Casibus deinde varijs, Antenorē cum multitudine Henetū, qui seditione e Paphlagonia pulsi, & sedes, & ducem, rege Philemene, ad Troiam amisso, quærebant, venisse in intimum maris Adriatici sinum: Euganeisq;, qui inter mare, Alpeisq; incolebant, pulsis, Henetos Troianosq; eas tenuisse: & in quē primum egressi sunt locum, Troia vocatur: Pagoq; inde Troiano, nomen est, gens vniuersa, Veneti appellati, Æneam ab simili clade, domo profugum, sed ad maiora rerum initia ducentibus fatis, primum in Macedoniam venisse: inde in Siciliā quærentem sedes delatum. A Sicilia classe, Laurentem agrum tenuisse Troia. & huic loco nomen est. Hæc ille, qui nullam proditionem in Ænea, aut Antenore asserit: vnde, licet succinctius: castius tamen rem tractat Donatus, cuius verba sunt. ¶ Antenor.) Pro cōparatiōe a minore ad maius, exaggerat mœrorē. Antenor ergo, alienus a necessitudine tua, homo & humilis, & depressus, manus hostiū potuit effugere. ¶ Illyricos penetrare.) Voluit demōstrare difficultatē perueniendi, & ad hostileis parteis penetrādi, quę omnia facit, dictis posterius annexis. ¶ Penetrare.) Penetrare.n. est penitus intrare, & sinus, sunt recessus terrarū penitus remotarū, (Penetrare.) quibus clausis, nō potuisset euadere si pericula extitissent, & miro verbo vsa est, trāsire, quod est sine molestia, vel impedimento quouis peruenire. Et quia fontē superare, difficultatē nō demonstrat, addit. ¶ Vnde per ora no. &c.) Et cōmemorat tantæ illū fontem virtutis esse, vt per nouē illius ora, tutus transiret. ¶ Vasto cū m.m. It m.pr.) Vt fons, solo vocabulo, reuera sui abundantia, in terris pelagi faciē ostēderet. Repete: ergo potuit hostes euadere: potuit penetrare: si ille potuit superare s.t. ¶ Hic) Scilicet in regionibus, & per omneis difficultates. Ergo, vnū aduerbiū & pronomen, graue pōdus doloris adiecit: ille, minoris dignitatis, cur tantum felicitatis adeptus est, vt tutus trāsierit, tutus peruenerit, tutus vrbē suis condiderit, tutus noie Troiano vocitari indigenas fecerit, tutus arma Troiana.i. victa in eorū partibus fixerit: quos nō constat victores fuisse. ¶ Nos.) Transit ad cōparationē. ¶ Tua progenies.) Interpretatio est.) Tua, qui deos & homines in potestate habes. Apud quem priuilegium primi gradus habere debemus. Dum spe promissorū ducimur, naues amisimus: & promissam Italiā tenere nō possumus. ¶ Vnius ob irā.) Id optime ad finē orationis reseruauit: ne si inter initia dixisset offensus, Iuppiter sororis, & coniugis, iniuria alienaretur, nec etiam nomē Iunonis posuit, vt sine offensa, ad iniuriarum numerum perueniret. Hæc ille. Beroaldus vero in Seruiū dicit sic: Admiror Seruium in tam manifestariū errorē incidisse, idq; scripsisse, q a nullo historicorum traditum sit, cum omnes idonei scriptores, cōsono ore conscribant, in Paphlagonia, regione Asiatica fuisse populos Henetos nominatos: a quibus in Italia oriundi, sint cognomines eorū Veneti. hoc Liuius in. j. Plin. in. vj, Cornelius Nepos, & Qu. Curtius, memoriæ prodiderunt. Strabo vero opinatur Venetos Italicos, a Venetis Galliæ populis, Coloniā fuisse deductos: istorum oīum (vt arbitror) merito Seruij, est explosa sentētia. ¶ Ordo aūt est. Antenor, vir ille Troianus, elapsus.i. subtiliter liberat⁹, & erep- (Ordo.)

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptus, medijs Achiuis.i.Græcis:hoc est e medio inimicorum : potuit penetrare.i.penitus intrare:sinus Illyricos.i.Illyricæ oræ angustias : atq; potuit tutus.s.ab insidijs hostium, & odijs Iunonis, penetrare intima regna Liburnorū.i.illorum populorū,ad mare Ionicum.Sinus aūt Ionicus, Adriatici maris pars est,cuius a dextera pars Illyriam facit, cui Liburnia vicina est:& potuit superare fontē Timaui.i.Timauū, fluuium Venetię:aut fontē.i.impetum aquarū,quę effundūtur,vnde mare præruptū, aut proruptū:it.i. prosiluit:per nouē ora.i.magna ostia:cū magno murmure montis.s.vicini:& premit.i.cōcutit:arua.s.vicina:pelago.i.abundātia aquarū,quasi pelagus,i.mare constituentiū:sonante.i.cum murmure,& sonitu erumpēti:tamē.i.tametsi tantus sit impetus aquarum:ille.s.Antenor, respectu Æneæ humilis,& abiectus locauit hic.i.hoc loco,quē dico(inquit Venus)tam difficili:vrbem Pataui.i.Patauium, quæ nunc a Pado, Padua vulgo dicitur, & sedes Teucrorum.i.Troianorum,a Teucro oriundorum:& dedit gēti nomē.s.suum,quia Antenoridas primum vocauit. Sicut Æneas inquit in.iij. Æneadasq; meo, nomen de nomine fingo:& fixit arma Troia quasi victricia,in signū pacificæ possessionis : nos,progenies tua,quibus annuis.i.nutu concedis : arcem.i.sublimitatē cœli:prodimur,i.porro damur, aut in manus hostium videlicet Carthagineñ.tradimur:ob iram,non ob culpam : vnius,nō dicit cuius : intelligit tamen Iunonem : & hoc nauibus amissis, infandum.i.quæ res infanda,& detestanda, ac indigna(vt dicatur)est: non erat tamen,nisi vna amissa, vt Ser.recte exponit:atq; disiungimur longe(quod.n.nostris fit liberis,id nobis fieri censemus) ostendit quod voluit significare, cum dixit,prodimur, atq; igitur,pro, id est non disiungimur longe, oris.i.regionibus extremis:Italis,pro Italicis:aut Italię.Est sup.hic,huiusmodi honos pietati.i.qui debetur pietati,i.pio cultui deorum:in quo Æneę præcipue laus est:reponis.i.restituis, ne sic.i.per exilium,& prohibitionē:nos in sceptra.i.regna amissa, vt in noua recipiamur,q.d. non æque id fieri:& hoc dicto,quasi dolore, & impatientia victa, obticuit Venus. Vnde sequitur.

PIERIVS.

¶Hic tū ille vrbē Pataui.) Variæ quidē fuere olim Grāmaticorū sentētiæ, super eius genitiui scriptione, q declinationis secūdæ ratione in ij, geminatū, enunciari debet, Neq; ipsos tantū grāmaticos, diuersa in hoc sentire, sed alias, atq; alias ætates, modo simplici, modo geminato scriptitasse cōperio. Sanè Priscianus ait, veteres in huiusmodi genitiuis geminantibus ij, frequēter solitos, alterum ex ijs subtrahere, Virgiliano hinc exēplo citato. Hic tamē ille vrbē Pataui: perinde, ac illa etiā, nec cura peculi, neq; non, pauperis & Tuguri. citat idē alibi per syngresin: fata Lyci, pro Lycij & vrbē Pataui, pro Patauij. Sed.n. quod Priscianus, poetarū tantū innititur exemplis, multa veterum inscriptionum exempla, commemorare possem, quibus appareat oratores, etiam tandem scriptionis rationem, secutos esse. Scriptores vero indifferēter, nunc vnum, nūc geminatū, in ijsdē nominibus posuisse: vt illud apud Lucretiū: Nec ratio remedi cōmunis certa dabat. Apud Ouidium ad Cottam, antiquo codice, qui apud me est: Sacrifici genus est, sic intuere priores, idq; ea causa factum, quod cum tres sint figuræ, quæ syllabam, ex duabus, vnam conficiunt, crasis, synæresis, atq; synizesis. Deq; his duæ, crasis, & syngresis, Vnam scribam, vel vocalem, vel diphthongum, syllabamq; vnam enuncient. Synizesis vero, duas quidem vocaleis, ipsasq; distinctas scribat, sed vnam tantum dimensioni pedum imputet: cuiusmodi exempla, apud Lucretium, & Virgilium, sexcenta inueniuntur, quorū bona pars locis suis indicabitur, alij synizesin, vt recta declinationis forma appareret, adamarunt, alij crasin, aut synæresin, vt, quę minus offensionis, in versuū enunciatione, pre se ferrent, sequi maluerunt. Inde factum, vt in veterum monumentis, vnico i, plerasq; scripta inueniantur, cuiusmodi vnum hic tantum apposuisse sufficiat. Quam quidē inscriptionem proximis hisce diebus, vir optimus atq; literatissimus, Iacobus Sadoletus Carpent. episcopus, in hortis suis, quos habet in Quirinali, effodit. Templo etiam gentis Flauiæ adinuento, & signo Palladis, quem Domitianus dedicauerat, omnia hæc in alta semita. Fuit vero hic ille Flauius, Sabinus, Vespasiani frater maior, facundia nobilis, qui præfecturam vrbis annos.xij. obtinuit, penes quem ante Vespasiani principatum, decus Flauiæ gentis erat. Sed vt inscriptionibus, quæ innumeræ sunt in hūc modum præteritis, ad Virgilij locum reuertamur: Carisius qui genitiuū numero syllabarum, minorem esse nominatiuo non posse, contendit, magis eos denotatos, ait, qui maluerunt per vnum i, imperi, ingeni dicere, q secundum regulam, imperij, ingenij, geminata i, litera. Neq; tamen inficiatur placuisse Virgilio, per vnum i, scribere: Ille vrbem Pataui. Quare ita demum inferius ait. Plus in hac ratione geminandi in masculinis animaduertimus, vt, hic Æmilius, huius Æmilij. Atq; vt eorum interim opiniones dissimulemus, qui non genitiuos tantum, verum etiam vocatiuos, o Antonij, o Iulij, geminato ii, enūciari debere, scriptis prodidere. Quæq; de preterito perij, aut peri, & plura id genus, in Tytiro recitauimus: Nos, Vrbē Pataui. Ex recepta iam consuetudine & plurimis veterum inscriptionum exemplis, vnico, i. scribamus.

INTER DVOS
PARIETES.
AMBITVS PRIVAT.
FLAVI SABINI.

Olli subridens hoīum sator, atq; deorum, POE.
Vultu, quo cœlum, tempestatesq; serenat:
Oscula libauit natæ: dehinc talia fatur.
Parce metu Cytherea, manēt immota tuorū IVP.
Fata tibi: cernes vrbem, & promissa Lauini
Mœnia: sublimemq; feres ad sydera cœli
Magnanimum Æneam, neq; me sententia vertit.
Hic tibi (fabor enim: quando hæc te cura remordet,
Longius, & voluens fatorum arcana mouebo)
Bellum ingens geret Italia: populosq; feroces
Contundet: moresq; viris, & mœnia ponet:
Tertia dum Latio regnantem viderit æstas:
Ternaq; transierint Rutulis hyberna subactis.

SERVIVS.

¶Olli.) Modo tūc, propter sequentia. pronomen enim nō debet poni cum nomine, sed pro ipso nomine. null' enim dicit. illi natæ. Alias tamē Olli illi significat: vt, Olli dura quies oculos, & ferreus vrget Somnus. ¶Subridens.) Lætum ostendit Iouem, & talem qualis esse solet cum facit serenum. Poetarū enim est, elementorum habitum dare numinibus, vt supra de Neptuno dictum est. ¶Serenat) Hoc verbum de his est, quę carent prima positione: quod fit in his quæ i nostra nō sunt potestate, vt tono, fulmino, pluo, hæc enim non possumus dicere, nisi forte persona induatur eius qui potest, vt tale aliquid Iuppiter dicat. ¶Oscula libauit natę.) Leuiter tetigit. Et sciendū osculum, religionis esse: suauiū voluptatis. ¶Parce metu.) Quoties in causis arguimur, ante nos purgare debemus, & sic ad actionē descendere, quod & hoc loco Iuppiter facit: ante enim obiecta purgat, & sic venit ad promissionē. Et est parce metu elocutio vsualis, id est dimitte metum. quomodo dicimus parce verbis, parce iniurijs. ¶Cytherea.) Omnia quæ apud Græcos ει diphthongon habent, apud Latinos in e productū conuertuntur. Κυθέρεια, Cytherēa: Μήδεια, Medē a Omnia autē quæ dicit Iuppiter, ad solutionem pertinent antedictorum. Ideo autē nunc dicit, Parce metu: quia superius dixerat Tristior. ¶Manent immota.) Quia dixerat, Quæ te genitor sententia vertit: Et simul per transitū dogma Stoicorū ostēdit, nulla ratiōe posse fata mutari. ¶Tuorum.) Vel Troianorū, vel Romanorū. ¶Fata tibi.) Non propter te. Fati enim immobilis ratio est. sed aut vacat tibi, vt, Qui mihi accubantes in conuiuijs. Aut certe tuta sunt tibi fata, nō tamen ppter te. ¶Cernes vrbē.) Aut Romā significat: quia cum proprietatē detrahimus, quod magnū est, significamus. vt si dicas, legi oratorē: nec addas quē: intelligo Ciceronē. Et ne longa sit expectatio, adiecit. ¶Et promissa Lauini mœnia.) Aut certe detrahe, &, sicut multi, & epexegesim facis. ¶Cernes vrbem.) i. promissa Lauini mœnia. ¶Sublimemq; feres ad sydera cœli.) Propter illud, Cœli qbus annuis arcē. Æneas enim secundū quosdā, in Numicum cecidit fluuium: secundum Ouidium in cœlū raptus est, appellatusq; Iuppiter indiges. ¶Magnanimum.) Magnus & paruus: quoniam mensuræ sunt: ad animum, nō nisi καταχρηστικῶς adhibentur. ¶Hic.) i. Æneas. Et est ordo, Hic bellum ingens geret Italia. ¶Tibi fabor enim.) Hoc loco excusat quæstionem futuram, quasi Veneri dolenti quæ vera sunt dicat, sed aliter loquetur cunctis præsentibus dijs: dicet.n. in

in decimo Abnuerā bello Italiā concurrere Teucris. ¶Quando.) Siquidem. ¶Remordet.) Solicitat. Teren. Par pari referto, quod eā remordeat. ¶Arcana.) Secreta. Vñ & arca & arx dicta, quasi res secretę. ¶Italia.) In Italia, & detraxit prępositionē more suo. sic & illo loco, Non Libyę, nō ante Tyro despectus Hiarbas. i. in Tyro, nam si aduerbialiter vellet, Tyri diceret. ¶Populosq; feroces Contundet.) Incōgruū fuerat in cōsolatione bella prædicere: ob hoc ergo etiam victoriam pollicet. ¶Moresq; viris & mœnia ponet.) Hysteron proteron in sensu. ante.n. ciuitas, post iura condunt. Leges aūt etiam mores dici nō dubiū est. ¶Tertia dum Latio regnantē viderit ęstas.) Rhetorice, ne breue esset, si triēniū diceret, tempora diuisit in spēm. Ordo aūt est longissimus: nam aliter nō procedit, Sublimēq; feres ad sydera cœli Magnanimū Æneam, Tertia dum Latio regnantem viderit æstas.

DONATVS.

¶Olli subridens. Sicuti antequam loqueretur Venus lachrymis præeuntibus vocem, ostendit quid doloris in imis sensib' ferret, quidue esset editura per verba, ita etiam Iouem iducit signis innumeris ostendisse, quod optata omnia dicturus fuisset. ante eum quam veniret ad verba, debuit animum filię duris angoribus pressum cōponere vt vocem patris, curato ex maxima parte animo posset audire, nec oportuit causam narrationis differri, ne diutius anxia cremaret. Locutur', inquit, Iuppiter subrisit. risit enim quasi vulgare est, nec conuenit hic motus animi his personis, penes quas summa potestas ē. sed tēperauit, vt diceret, subrisit. vt pars esset seruata publicæ reuerentiæ, pars exhibita beneuolentiæ, quæ filiorū debēt & arte tribui. hoc ipsum ipse Virgilius ostendit, cur plenus non fuerit risus, hominum, inquit, sator, atq; deorum plene ridere non debuit, quia turpe istud hominum deorumq; imperium retinenti. certe & illud intelligendum idcirco eum non ad plenum risisse: ne in malis suorū, filia quoq; lachrymante & gemente, ipsum se alienū a tantis cladibus demonstraret. temperauit ergo dicēdo, subridens, vt partē daret Troianorū casibus, reseruaret lętitię partē illis, quæ fuerat pmissurus. ¶Vultu quo cœlum.) Exhibens talem vultū filię, qualem habet cū oia elemēta trāquillat. ¶Oscula libauit natę.) Ecce aliud bonę spei signū, in quo parū fuit publicasse beneuolentiā suam, nisi hæc iterum ac sæpius repetendo firmaret, quod internis sensibus tenebat. ¶Dehinc talia fatur.) Cum dicit, ostēdit nō frustra quę diximus esse premissa, signa. s. quę Veneris adimerent metū, & hanc ad audiendū recte cōponeret. ¶Parce me, Cytherea.) Quā cito mœrentis animū soluit. quod si hoc solum dixisset, abunde suffecisset, nam & securā reddidit, & nihil mutatū de superiorib' promissis expressit, sed huic dat poeta personā regis non patris. De futuris.n. loqui, & significare ventura, non nisi deorū rex poterat. ait.n. parce metu, hoc est timori parce, vt sit locutionis genus, & intelligatur noli timere, vsq; adeo ex persona publica induxit loquentē Iouem, vt Cytherea non filia diceret, & tuorū poneret nō nostrorū. Manent immota tuorū fata tibi, cum sufficere posset, quod dixit, Manent tibi fata, vt satiaret quod asserebat addidit Immota. Incipit iam enumerare spāliter, quod clausa generalitate pdixerat. ridens his quoq; quę Veneris querimonia cōprehēderat. ¶Cernes vr. & pro. laui. mœ.) Propter quod dictū est, Cunctus ob Italiā terrarum claudit orbis, & qa dixerat Venus, cœli quibus annuis arcem, ait Iuppiter. ¶Sublimemq; fe. ad syde. cœ. Magna. Æn.) Vt rñderet illi partim, qua dictū est, Quę te genitor snia vertit? Vt aūt apertiorē faceret specialitatem ipsam, addidit etiam ipse Iuppiter fatorū dispositionē, & oēm futuri temporis cursum, & dum hæc plena ordinatiōe ponunt, in breui cōplexione monstrat, quod cōtextus Virgiliani carminis esset habiturus, Gesta.n. tetigit quæ seculis oibus ab Ænea vsq; ad Cesaris tēpora & ipsius Cæsaris scribere disposuerat. Sed hæc in ipsius carmine idcirco perquiri nō debent, qa fine viuendi cōclusus, pposita nequiuit implere. dispositionem suam tamē in hoc libro firmauit. hic licet inspicere, qua arte carmina sua Virgi. repleat. supra.n. vt cito securā Venerē faceret, vsus est breuitate, vbi secutam succincta dictione pfecit, promisit futurorū longā fore insinuationē, quæ pro auditura plona odiosa esse nō potuit. Libēter enim Venus plixitatis illius fastidiū respueret, quæ cōposito animo cognouerat se res pspeas audituram. hoc esse seruādum in talibus causis etiā Terē. docet, qui dixit in Andria. Sed vbi inueniā Pamphilum, vt metū, in quo nunc est, adimā, atq; expleā animū gaudio? non enim cōuertere animū quispiam pōt, nisi fuerit in timoris causa securior factus. ¶Hic tibi fabor.) Dicturus arcana fatorum, quæ nulli fas esset nosse, commendat sensibus filiæ, & id se inclyte facere affirmat, vt illa melius nosceret beneuolum studium patris, & secreta cōtegeret. Hic, iquit, tibi fabor. tibi ait, qm̄ filia mea es: tibi, quā vehemēter solicitā video: tibi, quā nolo vexari angorib' diuturnis, tibi fabor, quod præter te nullum cōuenit nosse. ¶Qm̄ hæc te cu. re. Longius euol. fato. arca. moue.) Ego, inquit, paucis te instructā reddere debui, sed quia ęgritudo animi tui nō pōt penitus breuitate sermonis excludi, vtar plixitate narrādi, vt ducta in oibus tuorū fata cōdiscens, læteris pspe ris, & penitus animi mœrores excludas. hic locus ordinat sic. hic tibi fabor, inquit, enim qm̄ hæc te cura remordet, Bellum ingens geret Italia: nō Italiā dicit gesturā bellū, sicut alij putant, sed Æneā gesturū bellum in Italia: deducta.n. in præpositione, dixit, Geret Italia bellum, hoc est in Italia. denuq; sequitur. ¶Populosq; fero. contun.) Pronunciat futurā qdem ingente belli curā, sed bona prouentura posterius iterū posuit dicens. ¶Tertia dum Latio re. vi.) i. modico tpe regnaturū Æneam, hoc est triēnio. cumq; hoc dicit, ostendit procul dubio moriturū, sed quod fuit triste prętermissum est, sequēte tamen ipsius sermonis cursu ponit.

ASCENSIVS.

¶Olli subridens hoīum sator, atq; deorū.) Ponit responsionem Iouis, ostendens ex circunstantia vultus eius, qualis futura sit: qa vultu sereno, & hilari, beneuola solet reddi responsio: de qua re, vt de cæteris, argute disserit Donatus: dicēs. ¶Olli subri.) Vt Venus lachrymis anteq̄ loqueret, significauit dolorē internū: & qd dictura esset. Sic Iuppiter statim debuit hilaritate vultus, & osculo, & prima parte orationis demere angorē filię: nec oportuit eā circuitiōe deferri. ¶Subrisit.) Risu vtitur vt eam exhilararet: sed subrisit, vt maiestatem seruaret ex modestia. Nam satori hominum, & deorum turbis erat plenus risus. ¶Subrisit.) Vt partē daret Troianorum casibus, partem reseruaret illis quæ erat promissurus. ¶Vultu quo cœlum.) Tali qualem habet cum elementa tranquillat. ¶Oscula.) Signum optimum, cum beneuolentiam suam osculo publicat. ¶Dehinc.) Ostendit signa ista non frustra fuisse præmissa: quæ Veneris metus leuarent. ¶Parce.) Si solum hoc dixisset, abunde suffecerat ad demulcendum animum. Reddit enim securam, & se nihil immutatum esse demonstrat. Dat autem huic poeta, personam regis, non patris. De futuris enim non nisi deus loquitur. Ergo Cytherea dixit, & non filia, & tuorum, & non nostrorum. ¶Manent tibi fata.) Hoc sat erat, sed vt satiaret quod asserebat, addidit immota. Deinde enumerat specialiter, quod generaliter clauserat. Respondet etiam querimonijs Veneris. Nam cum illa dixisset: Cunctus ob Italiam terrarū clauditur orbis, Hic cernes vrbem. Et ad id cœli q.a.a. ponitur: Magnanimū Æneam sublimem feres ad sydera cœli. Vt aūt apertiorem faceret generalitatē: addit fatorum dispositionem. Tangit autem gesta ab Ænea ad Cæsarem, & tempora Cæsaris. Quę scribenda cum proposuisset, morte præuētus, nō impleuit: breui igitur oratione securam facit Venerem: longo deinde ordine futura explicat. Non enim ociose audisset Venus, quæ pertinerent ad gaudium: nisi prius amotus esset metus. Sic Teren. Vbi inueniam Pamphilum, vt metum, in quo nunc est, adimam, atq; expleam animū gaudio? ¶Fabor.) Arcana fatorum, quę nulli fas est nosse, cōmendat sensibus filiæ, & se illicite facere demonstrat, vt cognoscat illa beneuolum studiū patris. ¶Tibi.) Quia filia es: quia solicita: quia nolo te vexari angoribus: tu docta tuorum fata lætaberis. ¶Bellum.) Proponit curam belli, sed bona ventura promittit. Mortem autem Æneæ, quod erat triste, subticet. Hæc ille. ¶Ordo autē est. Sator. i. productor, & genitor hominū, atq; deorum. s. Iuppiter, qui solus & deos, & hoies progenuisse dicitur: cum cæteri aut deos tm̄, aut homines tm̄ progenuisse fingantur: libauit. i. modice tangēdo præbuit, natæ. i. filiæ, videlicet Veneri: oscula subridens. i. modice: sed blande arridens, olli. i. illi, aut sm̄ Seruium, ordo est. sator hoium, atq; deorū, subridēs olli. i. illi, tūc & illo tpe libauit natæ oscula, nam certe, olli natæ, vtrūq; exprimēdo, non dicemus, & fatur dehinc. i. postq̄ oscula libauerat, talia, qualia sequuntur. q autem dictum est dedisse oscula, nō Veneri, sed natæ, pendet a persona poeta, nam Iuppiter (vt argutissime docuit Donatus) hic, personam regis fatorum non patris gerit, vnde fatur talia. O Cytherea. i. o Venus, sic a Cytheris dicta: parce, i. abstine, & supersede metu. i. a timore. Sunt tamē qui putent metu, pro metui eē: sed si noui ingeniū poetæ nō diceret parce metui, etiam si versus pateret, fata tuorū. s. Troianorū: vt Æneæ filij tui, & Ascanij, cęterorumq; tibi charorū, manēt tibi. i. ad tuum cōmodum aut placitū immota. i. imutata, sicut prius erant cōstituta. Tu cernes vrbē. s. promissam a fatis: hoc est Romam, & mœnia Lauini, pro Lauinij: quæ priora cōdent, sed posteriora intendunt, quæ aūt prima sunt in intētione pponi solent, vt diximus ibi,

Universidad de Deusto Biblioteca

ibi. Arma, virũq; cano: q̃uis vltima sint in executione: & tu feres magnanimũ Æneã, filiũ tuũ, sublimẽ.i.excelsum, & gloriosum: ad sydera cœli, qa fiet deus indiges, neq; snia vertit me: quod tñ psupponit Venus, querẽs, q te genitor snia vertit? Hic.s.de quo loquor Æneas (fabor.n.tibi, hoc est, qa volo tibi secreta pãdere, & te nihil celare, qñ.i.qñquidem, hæc cura.s.de Ænea, & eius futuro regno, remordet.i.solicitat te, & ego voluẽs.i.reuoluens, & repetẽs longius.i.p longũ rerũ, gerẽdarũ tractũ, mouebo.i.excitabo, aut monebo, arcana.i.abscõdita, & secreta fatoꝝ: hoc ẽ dicã tibi qd fata de ipso Ænea cõstituerunt.) hic inquã geret Italia.i. in Italia: bellum ingẽs.i.valde magnũ, & quasi extra genus belloꝝ solitoꝝ: & contundet, quasi malleo cõteret, & pessundabit populos feroces.i.acreis, nam parũ glorię sit imbelles vicisse, & immites,

mites, ne impium sit humanos suppeditasse: & ponet viris.i.his qbus ob virtutem parcet mores.i.leges, & instituta: & mœnia.i. vrbes nouas: vnde Hora. in arte: Fuit hęc sapiẽtia quõdam oppida moliri: Leges incidere ligno. Pone, dico mœnia: aut potius, tu feres eũ in cœlum: dum tertia ęstas viderit ipsum regnantẽ Latio.i.in Latio, hoc est in Italia, aut dominantem Latio.i.Italiæ: & dum terna.i.tria hyberna.s.tẽpora trãsierint, Rutulis subactis.i. postq; Rutulos subegerit: hoc est, post triennium trãsferet in cœlum: sed maluit, vt argute Ser. docet, in duas parteis distinguere annum, q̃ trienniũ solum dicere. Fides quoq; historica (vt idem recitat) longe alia est. Nec dicit eum tunc moriturum, sed Ascanium illi successurum, quod tamen, sine eius decessu, fieri non posset. Vnde addit: At puer Ascanius, &c. vt in sequentibus declarabimus.

SERVIVS.

¶ At puer Ascanius.) Prudenter exitum Ænee & ostendit, & tacuit dicendo filiũ postea regnaturũ. ¶ Cui nũc cognomen Iulo Addit.) Secundum Catonẽ historię hoc habet fides, Æneam cum patre ad Italiam venisse, & ppter inuasos agros contra Latinum Turnumq; pugnasse, in quo prælio periit Latinus. Turnum postea ad Mezentium confugisse, eiusq; fretum auxilio bella renouasse, quib' Æneas Turnusq; pariter rapti sunt. Migrasse postea in Ascanium & Mezentiũ bella, sed eos singulari certamine dimicasse. Et occiso Mezẽtio Ascanium Iulum cœptũ vocari a prima barbę lanugine, quæ ei tẽpore victorię nascebat. Sciẽdum est autẽ hunc primo Ascaniũ dictũ a Phrygię flumine Ascanio, vt, Transq; sonantẽ Ascanium. Deinde Iulum dictum a rege Ilo: vnde & Ilium. Postea Iulum occiso Mezentio: de qbus nominibus hoc loco dicit. At puer Ascanius, cui nunc cognomẽ Iulo.) Additur. ¶ Ilus erat.) Ab hac aũt historia ita discedit Virgilius, vt aliquibus locis ostendat non se per ignorantiam, sed per artem poeticam hoc fecisse. vt illo loco, Quo magis Italia mecum lætere reperta. Ecce ἀμφιβολικῶς dixit: ostendit tamen Anchisem ad Italiam peruenisse. Sic autem omnia contra hanc historiam ficta sunt, vt illud vbi dicitur Æneam vidisse Carthaginem, cum constet eam .lxx. annos ante vrbem Romam conditam. Inter excidium vero Troiæ & ortum vrbis Romæ, anni inueniuntur .cccxl. ¶ Cognomen Iulo. (Si proprie loqueretur, agnomen diceret, non cognomen, sed magis ad familiam respexit: qa omnis gens Iulia inde originem ducit. Dicimus autem & nomẽ mihi est Cicero. vt, Hecyra est huic nomen fabulæ: &, Ciceronis. vt Salust. Cui nomen obliuionis condiderant. & Ciceroni: vt, cui Romulo cognomen erat. & Ciceronem: vt, Æneadasq; meo nomen de nomine fingo. Melius tamen est datiuo vti. ¶ Magnos orbes.) Tria sunt genera annoꝝ: aut enim lunaris annus est .xxx. dierum, aut solstitialis .xij. mensium: aut secundum Tullium magnus, qui tenet .xij millia quingentos .liiij. annos, vt in Hortẽsio, Et horum annorum, quos in Fastis habemus, magnus .xij. millia quingentos .liiij. amplectitur. Hoc ergo loco magnũ dicit comparatione lunaris. Et alibi, Interea magnum sol circumuoluitur annum. Annus autem dictus quasi anus, id est anulus, quod in se redeat, vt est. Atque in se sua per vestigia voluitur annus. Vel ἀπὸ ἀνανεοῦσθαι, id est ab innouatione. Voluendis.) Volubilib'. vt supra. ¶ Ab sede Lauini transferet.) Verum est: vitans enim nouercalem inuidiam deseruit Lauinium, & Albam Longam condidit: dictam ab omine albæ porcæ repertæ, vel situ ciuitatis. Vi, Modo virtute. nam multa significat. ¶ Hic iam.) Præterea. ¶ Tercentum.) Quomodo tercẽtum annos dicit cũ eam quadringẽtis regnasse constet sub Albanis regibus? Sed cũ prescriptione ait tercentũ.s. vsq; ad ortum vrbis Romæ. ait nanq;, Donec regina sacerdos Marte grauis. Et constat in regno Romuli & Numæ, & Tulli Hostilij, qui euertit Albam, centũ annos qbus pariter Roma

At puer Ascanius cui nunc cognomen Iulo
Additur: Ilus erat, dum res stetit Ilia regno:
Triginta magnos voluendis mensibus orbes
Imperio explebit; regnumq; à sede Lauini
Transferet: & longam multa vi muniet Albam.
Hic iam tercentum totos regnabitur annos,
Gente sub Hectorea: donec regina sacerdos
Marte grauis, geminam partu dabit Ilia prolem.
Inde lupæ fuluo nutricis tegmine lætus
Romulus excipiet gentem: & Mauortia condet
Mœnia: Romanosq; suo de nomine dicet.
His ego nec metas rerum, nec tempora pono.
Imperium sine fine dedi. quin aspera Iuno,
Quæ mare nunc, terrasq; metu, cœlumq; fatigat:
Consilia in melius referet: mecumq; fouebit
Romanos rerum dominos, gentemq; togatam.
Sic placitum: veniet lustris labentibus ætas:
Cum domus Assaraci Phthiam, clarasq; Mycenas
Seruitio premet: ac victis dominabitur Argis.

ma & Alba regnauerunt, esse consumptos. ¶ Totos.) i. sine intermissione. ¶ Gente sub Hectorea.) i. Troiana. sed debuit dicere Æneia. Diximus supius poetas noia ex vicino vsurpare. ¶ Donec regina sacerdos.) Historia hoc habet. Amulius & Numitor fratres fuerunt. Amulius fratrem imperio pepulit, & filiũ eius necauit: filiã vero eius Iliã Vestę sacerdotẽ fecit, vt spem sobolis auferret, a qua se puniri posse cognouerat. Hanc, vt multi dicũt, Mars cõpressit, vnde sunt nati Remus & Romus: quos cum matre Amulius precipitari iussit in Tyberim. tum, vt qdam dicunt, Iliã sibi Anien fecit vxorẽ: vt alij, inter quos Hora. Tyberis. vnde ait, Vxorius amnis. Pueri vero expositi ad vicinã ripam sunt. hos Faustulus reperit pastor, cui' vxor erat nup meretrix, Acca Laurẽtia, quæ susceptos aluit pueros. Hi postea auum suũ Numitorẽ occiso Amulio in regna reuocarũt, qbus dum cũ eo angustũ Albę videret imperiũ, recesserũt, & captatis augurijs vrbẽ cõdiderunt. Sed Remus prior sex Vultures vidit, Romus postea duodecim, quę res bellum creauit qd' alter de tpe, alter de numero cõtendit in quo extinctus ẽ Remus: & a Romi noie Romani appellati. Vt aũt pro Romo Romulus diceret, blandimẽti gratia factũ est, quod gaudet diminutiõe. Qd' aũt a lupa dicunt aliti, fabulosum figmentũ est, ad cælandam authoꝝ Romani generis turpitudinẽ, nec incõgrue fictum est: nã & meretrices lupas vocamus: vñ & lupanaria. Et constat hoc animal in tutela esse Martis. ¶ Regina.) Regis filia, abusiue ait more poetico, vt alibi, Magnũ reginę, sed enim miserat' amore.i.regis Pasiphaes. ¶ Marte grauis.) Grauida. vt, Nõ insueta grauis tentabũt pabula fœtas. ¶ Inde.) Deide. ¶ Fuluo tegmine.) i. pelle lupę qua vtebat more pastoꝝ. sed hoc multi reprehẽdũt cur nutricis tegmine vsus sit. qui gemina rõne refutant: vel falsitate fabulæ, vel exemplo Iouis, qui capre nutricis vtitur pelle. ¶ Excipiet gentem.) Remo.s.interempto. post cuius mortẽ natam cõstat pestilentiã: vnde consulta oracula dixerunt, placãdos esse manes fratris extincti: ob quã rem sella curulis cũ sceptro & corona, & cæteris regni insignibus semp iuxta sancientẽ aliqd Romulum ponebat, vt pariter imperare viderent: vnde est, Remo cum fratre Quirinus iura dabunt. ¶ Romanosq; suo de noie.) Perite: nõ ait Romã, sed Romanos. Vrbis.n.illius verũ nomen, nemo vel in sacris enunciat. Deniq; tribunus plebis qdam, vt ait Varro, hoc nomen ausus enunciare, in crucẽ leuatus est: quod nec Iginius quidem cum de situ vrbis loqueretur, expressit. ¶ Nec metas rerum nec tempora pono.) Metas, ad terras retulit. Tempora, ad annos. Lauinio enim & Albæ finẽ statuit, Romanis æternitatẽ. ¶ Quin.) Quinetiam. Minus enim est etiam, nam plenum est quinetiam. vt, Quinetiam hyberno moliris sydere classem? ¶ Aspera Iuno.) Tolerabilius hoc Iuppiter dicit. ¶ Metu.) Vt supra, id est metuens. ¶ Terras, cœlumq; fatigat.) Alibi, Absumptæ in Teucros vires cœliq; marisq;. ¶ Consilia in melius referet.) Quia bello Punico secundo, Iuno placata, vt ait Ennius, cœpit fauere Romanis

Romanis. ¶ Gentemq; togatam.) Bene gentem, qa & sexus oĩs & cõditio toga vtebat, sed serui nec colobia nec calceos habebãt. Togas aũt etiam fœminas habuisse, cycladum & recini vsus ostẽdit. Recinus aũt dicit ab eo quod post tergũ reijcit, quod vulgo Mauorte dicunt. ¶ Sic placitum.) Vel fatis, vel mihi. nam imperionale est. ¶ Lustris.) Quinquennijs. Et bene Olympiadibus cõputat tempora, qa nondum erant vel Roma vel consules. Lustrum aũt dictũ, q post qnquennium vnaquęq; ciuitas lustrabat. ¶ Domus Assaraci.) i. familia Troiana. Nam Assarac' Capyn genuit, Capys Anchisem: vnde Æneas author Romani generis: ex qbus Mummius qui Achaiam vicit. ¶ Phthiam.) Achillis patriã. ¶ Mycenas.) Agamemnonis patriam: vt, Agamẽnoniasq; Mycenas.

DONATVS.

¶ At puer Ascanius.) Vt ostenderet Ænee nõ extraneũ, se filium successurum, quod est omnibus optabile parẽtibus, eũ deniq; feliciorem fore in tantum, vt quod pater triennio tenuisset, ille haberet per annos triginta. Rursum cũ finẽ pollicet imperij anno trigesimo transacto ostendit etiã ipsum Ascanium moriturũ, sed vt dictum est, ptermissum est, qd' fuerat luctuosum, verum ne specialiter p singulas psonas excurrẽs nimium tẽderet narrationẽ: quędã generaliter miscet. Ait.n. ¶ Hic iam tercentũ.) Nõ iam per Æneã, aut Ascanium posteros, tñ & pximos Hectoris, nec ipsos vtiq; alienos, siqdem Creusa mater Ascanij soror fuit Hectoris: post triennium igit Ænee & triginta annos Ascanij. post trecentos Hectoreę gentis. ¶ Regina, inquit, sacer. Mar. gra. gem.) Ventura significabat Romuli tempora, Ilia & Marte parentib' genitis, qui licet duo fuissent vno partu prolati, vnum tñ, hoc est Romulum imperium retenturũ dicit. Remus.n.fraterna manu significabat interitus, qui postea Quirinus appellatus est, vt obscurari parricidium posset. hunc Romulum conditurũ Romã dicit, & eos, qui sub eius imperio futuri essent, appellaturũ Romanos tanta felicitate regnaturos, vt ipsoꝝ potestas esset infinita, & nulli alteroꝝ regum tempoꝝ clauderet, perindeq; felicitatẽ ipsam ppetuo mansuram. Quod aũt Venus oblique posuit Vnius ob iram pdimur, hoc Iuppiter intellecto, vt lætiorẽ Venerem faceret, ait. Quin aspera Iu. Quæ ma. nu. ter.) In tantũ pollicet oia fore, psperrima, vt ipsam quoq; acerrimã inimicã Iunonem & depositurã diceret inimicitias, & fauturã eius generi, quod fuerat psecuta. Ad Ænee accedebat meritum, quod Iuppiter pmittebat Iunonẽ nec obtenturã fuisse, & fuisse potius Troianis curã maleuolentię studio permutato, additur in fine proximoꝝ quod maiorẽ lætitiam pareret. ¶ Cum domus Assa. inquit Phthiam.) Vt qui ad tẽpus victores esse videbant, seruituri essent ijs, quos primitus vicerant. Ecce respõdit ad illud, quod de Antenore fuerat dictum, vt cum ille ex eo diceret felix, q in partibus Gręcię & cõdere potuit ciuitatẽ, & ibidem regnare, isti dicant imperaturi omnibus Græcis, & cunctos perpetua ditione pressuri. Gradatim igit Troianis generis stirpem & felicitatẽ plenam memorat esse venturã. Primo.n. Ænee triennium dedit, Ascanio triginta, alij trecentos annos. Cæsari Æneidem scribebat, hic aperuit quod in posterioribus libris poeta noster fuisset positurus, quę qdem vt dictũ est, cum supradictis scribere nõ potuit. nam secuta post Turni mortem, & gesta trium & triginta & trecẽtoꝝ annoꝝ, ac deinceps vsq; ad ipsius Cæsaris tempora, factaq; eius, fuerat suis carminibus cõditurus, & prouentus Troiani generis futuros nascẽdo meliores, deniq; alios partes aliquas orbis retenturos fuisse Cęsarẽ vero sic amplificaturũ Romanum imperium, vt nihil reliqui faceret, quod non subactum se esse fateretur. Idcirco ait.

ASCENSIVS.

¶ At puer Ascanius, &c.) Prosequitur quod increpat Iuppiter, historiã tangens vsq; ad Augusti tẽpora. Vnde dixerat: Altius, & voluens fatoꝝ arcana. &c. Quod quia facit, non videt mihi instituisse res Augusti psequi: licet Dona. id velit: cuius verba sunt. ¶ At puer.) Ostẽdit quod optabile est Ænee, nõ externũ, sed filiũ successurũ, eo feliciorẽ, vt nõ triennio vt ipse, sed triginta annos sit regnaturus. Hic iam tercentũ post triẽnium Ænee .xxx. Ascanio & .ccc. Hectore genti dat. Regina quæ quãuis geminos pariat: ad vnum Romulum imperium peruenturũ ostendit, & parricidium occultat, & Romanos a Romo appellatũ iri: qui tanta sint felicitate regnaturi, vt nulli alternoꝝ regum tempoꝝ terminis claudãtur. ¶ Aspera Iu.) Aperte ponit, quod Venus vnius ob iram dixit, ergo tantã felicitatem pollicetur, vt acerrima inimica, posito odio, amica futura sit. ¶ Cum do. Assa.) Extremus cumulus lætitię: vt qui ad tempus victores erant, ijs quos vicerant seruituri essent, quod est plus q̃ Antenorem inter victores populos cõledisse: & per medios Achiuos prolapsum esse. Verũ hæc qa in honorẽ Cęsaris scribebat, aperuit qd' in posterioribus fuisset scripturus: nisi mors pręuenisset. Nam post mortẽ Turni sequebatur .xxx. ac .ccc. annoꝝ gesta: ac deinceps vsq; ad Cęsaris tẽpora facta. Et Cæsarẽ ita amplificaturũ Romanũ imperium, vt nihil relinqueret quod nõ a se subactũ fatet. Hęc ille.

Ordo.

¶ Ordo est. At.i.sed: Ascanius puer.i.adhuc impubis. cui Iulo additur nũc cognomen.i.q transijt in cognomen.i.cognationis nomẽ, nam domus Iulia, inde dicta est. Sanè norit lector in externis nominibus, i, in principio dictionis cum vocali sequenti, diuisas facere syllabas vt Iulus trisyllabum, Iason, Iosephus, Iasius, Iesus, (Iamb' quoq;, sed eius est alia ratio.) Iacobus, Iacynthus, Iolas, Io, &c. In Latinis solere coniungi, vt Ianus, Iulius, Iustinus, Iuturna, Iouimanus. Notum etiam est & pueris, Latine dici, cui nunc cognomen Iulo, & Iulus, & Iuli: sed ad ordinem redeo. Puer ergo Ascanius. a fluuio sic denominatus, cui Iulo additur cognomẽ nũc, quia erat Ilus dum res Ilia.i. Iliensis, hoc est Troiana stetit regno.i.in dignitate, & maiestate regali. Sunt qui putent ordinem esse At puer Ascanius, cui cognomen, supp. est Iulo nunc: nam sup. Ilus erat, dum res Ilia stetit regno, additur.s.patri per successionem, sed tunc verbo explebit, deerit suppositum, melior est ergo constructio sic:

Ascani'

Puer Ascanius explebit ita: vt cætera quasi per parẽthesim dicta habeant. (Puer igitur Ascanius, qui & Ilus, & Iulus, agnominatus est: explebit imperio.i. regnãdo .xxx. magnos orbes.s.solares: hoc est .xxx. annos mensibus voluendis.i. volubilib', aut qui voluent: & trãsferet regna a sede Lauini pro Lauinij (de qua re sic habet Liuius in .j. Ambigã hiccine (.s. Lauinię filius) fuerit. Ascanius (.s. qui post mortẽ Ænee rerũ potitus est.) an maior, q̃ hic Creusa matre Ilio incolumi natus: comesq; inde paternæ fugæ, quẽ Iulum eundem, Iulia gens, authorẽ nois sui nuncupat. Is Ascanius vbicũq; & quacũq; matre genitus (certe natũ Ænea cõstat.) abundante Lauinij multitudine, florentem iam (vt tum res erãt,) atq; opulentã vrbẽ matri, seu nouercę reliquit: nouã ipse aliã sub Albano monte cõdidit, quæ ab situ porrectæ in dorso vrbis, longa Alba appellata, inter Lauiniũ, & Albã longã, Coloniã deductã .xxx. fere interfuere anni: tantũ tñ opes creuerant, maxime fusis Ethruscis, vt ne morte qdem Ænee, nec deinde inter muliebrẽ tutelam, rudimentumq; primum, puerilis regni mouere arma: aut Mezentius Ethruscisq;: aut vlli alij accolæ, ausi sint. Pax ita conuenerat vt Ethruscis, Latinisq; fluuius

Albula.

Albula, quem nunc Tyberim vocant, finis esset. Hæc Liuius, qui dubitabat vter Ascanius, an Creusæ, an Lauiniæ filius regnauerit: cuius dubij ratio si non alia hæc vna potuit fuisse, qa si Lauiniæ filium regnare affirmaret, iam inaniter gloriaret domus Iulia, ab Iulo hæreditario iure in regnum successisse, si in Creusæ, incubatorem illum, atq; iniquũ fuisse. Verum, poeta noster, qui in laudem Iuliæ domus hanc operam assumpsit, incunctanter Creusæ filium asserit, Lauinij quasi moderatorẽ fuisse. quod qa iuste obtinere nõ posset, dereliquit, Albamq; condidit: eoq; cum præstaret virtute, imperiũ transtulit, verũtamẽ successio regum Albanoꝝ, videt ab Ascanio Lauinię deducta: nam is Syluius dictus ẽ, eo q post mortẽ patris mater de eo grauida in syluas Ascanium Creusæ enixa fugisset. Vnde .vj. huius: Syluius Albanũ nomen, tua posthuma proles. Huic quoq; Ascanio, natus est filius Syluius, a quo cæteri reges Albani, Syluij sunt dicti. Quocirca si concedendum est (quod hic dicitur) Ascanium Creusæ Albã cõdidisse, illicq; regnasse, dicendum etiam erit post mortem illius, Ascanium minorẽ, Lauiniæ videlicet filium cũ tota prole, vsq; ad Romulum vrbis cõditorẽ regnasse. Sed opiniones varias recitat Landi. cuius verba sunt. Refert Liuius Albam longã nomẽ sumpsisse ab alba porca, cuius omine cõdita est: & a situ vrbis, qm in montis iugo, in longitudinem porrecta sit: & conditam esse ab Ascanio Ænee filio. Sed vtrũ ab eo quẽ ex Creusa in Phrygia, an ab alio quẽ ex Lauinia in Italia genuerat, ambigit. Tum ita prosequitur.

Stẽma Syluiorum.

Is Ascanius, quacũq; sit matre natus, abundante Lauinij multitudine, Albam cõdidit: atq; inter Lauiniũ & Albã, triginta interfuere anni. Syluius deinde regnat Ascanij filius casu quodã in syluis natus. Is Æneã Syluiũ creat: inde Latinũ Syluiũ, a quo aliquot coloniæ deductæ, prisci Latini sunt appellati. Mansit deinceps Syluius oĩbus cognomẽ. Alba ex Latino ortus, & ex Alba, Atys: ex Aty, Capys: ex Capy, Capetus: ex Capeto, Tyberinus: qui in traiectu Albulæ submersus, nomen suum flumini reliquit. Ex Tyberino, oritur Agrippa: & ex Agrippa, Romulus: qui fulmine ictus perijt: ex quo est Auentinus, a quo mons Auentinus (qa in illo sepultus est) nomen sumpsit. Auentini filius Procas est, qui Numitorẽ creat & Amulium, Amulius, Numitorẽ (cui regnũ legatum erat) qm grandior esset natu, pellit: filiumq; interimit: & filiam

Universidad de Deusto Biblioteca

filiam vestalem virginē facit: quę grauida facta, Martem (siue q̄ ita crederet: siue vt quia deus author culpę honestior esset) patrē nuncupat. Eius partu, natus est Romulus & Remus. Hæc Liui. Diony. aūt Halycarnasseus, refert Ascaniū Creusę filiū, qui antea Euryleon vocabaṫ, Albam cōdidisse. Erat Æneæ & alter filius, sed ex Lauinia. Hic, Syluius vocabaṫ, q̄ñ mater Ilia, metuēs priuignū illum, clanculum in syluis alendum curauerat: tradens illū Tyrrheno pastori, quē Latino sciebat fuisse acceptū. Mortuo aūt Ascanio, certabāt de regno hic Syluius, & Iulus Ascanij filius: sed populus litē diremit. Syluiumq̄ regnare iussit: Iulo aūt, regni loco, sacram quādam p̄tātem attribuit: honorē periculis imperij vacantē. Quem idem Diony. scribit, in domo Iulioꝝ ad suā vsq̄ ętatem durasse: in qua Cæsar mirifice floruit. Regnauit aūt Syluius vndetriginta annis. Æneas Syluius. xxxi. Latinus. lj. Albæ. xl. Capys. xxviij. Post hunc ponit Dionysius, regnasse Capetum annos xiij. Tyberinum. viij. Agrippā. xxxiij. Post hūc, loco Romuli, posuit Alladium, tyrānica violentia virū, qui deos cōtemnes, fulminum & tonitruū imitationibꝰ, se deū credi cupiebat: verū imbribus & fulminibus in eius domū cadentibus, & lacu iuxta quē habitabat in eius domū exundante, cum tota domo absorptus est. Auentinus regnauit annos. xxxvij. Procas. xxiij. Amulius, q fratri regnum eripuit. xlij. regnauit annos. Eusebius ait, Ascanium Albam condidisse, anno mūdi. xxvij. supra. iiij. millia: & regnasse annos. xxxviij. Deinde Syluium Posthumū. xxix. Æneā Syluium xxxj. Latinum. l. Albam. xxxix. Atym siue Ægyptū. xxiiij. Capym xxxviij. Capetum. xiij. Tyberinum. viij. Agrippā. xl. Aremulum, quem alibi Remulum vel Romulum. xxxix. Auētinum. xxxvij. Procam. xxiij. Amulium. xliiij. Hæc ille. Nos ad ordinē redimus, qui talis est. Transferet ergo Ascanius Iulus: regnum a sede Lauini (quāuis Dionysius dicat, non regnum, sed sacram potestatem filium obtinuisse) & muniet multa vi. i. potestate aut munimine: Albam longam: quę Alba, a porca alba dicta est, & longa a situ, vt vidimus in Liuio. Regnabitur) impersonaliter loquiṫ prudenter: ne Iulo aut regnū mendaciter addicat, aut turpiter auferat: regnabitur ergo, siue a Creusę, siue a Lauinię stirpe) hic. i. Albæ, ccc, annos totos. i. integros sub gente Hectorea. i. Troiana, & animosa, atq̄ bellicosa, vti erat Hector: donec sacerdos. s. Ilia, Rhea virgo Vestalis: regina quia regis. s. Numitoris filia vnica, interfecto videlicet fratre Lauso: grauis. i. prægnans, & grauida effecta Marte: de qua re Liuius sic. Procas, Numitorē, atq̄ Amuliū procreat: Numitori, qui stirpis maximus erat, regnū vetustum Syluiæ gentis legat. plus tñ vis potuit, q̄ voluntas patris aut verecūdia ętatis. Pulso fratre Amulius regnat: addit sceleri scelus: stirpem fratris virilem interimit: fratris filię Rheę Syluię per speciē honoris, cū Vestalem eā legisset, perpetua virginitate spē partus adimit. Sed debebatur (vt opinor) fatis tantæ origo vrbis: maximiq̄ sm deoꝝ opes imperij principium, vt compressa Vestalis, cum geminū partum edidisset, seu ita rata, seu quia deus author culpæ honestior erat, Martem, incertæ stirpis patrem nuncupat. sed nec dij, nec homines, aut ipsam, aut stirpē a crudelitate regia vindicant. Sacerdos vincta in cūstodiam datur: pueros in profluentē aquam mitti iubet: Hæc ille, qui persequitur, quomodo gemelli in littore dimissi: a lupa nutriti: donec a Faustulo reperti: & Laurētię educādi traditi sint, vbi addit: Sunt qui Laurētiam vulgato corpore lupam vocatam inter pastores putent ita locū fabulæ atq̄ miraculo datū, &c. Sanè priusq̄ ad ordinē redeam, prenotabo triēnium imperij Ænee, diligēter excogitatū a poeta. Nam ternarius numerus, qui primus impar, & ex primo pari, atq̄ vnitate cōstat, perfectissimus habeṫ: denarius aūt cōsummatissimus: vt supra quē non sit, nisi priores repetantur: Itaq̄ ternarium Ænee, denarijs binis multiplicat. quoꝝ priorē, dat Lauinio, posteriorē Albę: vt tertiū per quē infinitū imperium innuit, Romæ recipiat. Treis igiṫ annos regnare promittit Æneā: decies ter Ascanium: qa triginta annos, & decies triginta, hoc est tercentum annos Albanū duraturū regnum: & si consimili p̄portione procedaṫ, decies, tercentū. i. tria millia annoꝝ, qbus infinitū significaṫ imperiū, Romanos regnaturos, qui numerus nōdum completus est cum iam imperium in Germanos trāslatum videamꝰ. Verū certiora de præteritis q̄ de futuris, inducunt poetę vaticinia. Nam mētitus ē Iuppiter, dicēs, Imperiū sine fine dedi. De qua re diuus Augustinꝰ, de verbis dñi, ser. xxix. ita loquiṫ. Habēt mutationes regna. Veniet ille de quo dictū est, Et regni eius non erit finis. Qui hoc regnis terrenis p̄miserunt: non veritate ducti sed adulatione mentiti sunt. Poeta illoꝝ qdē, induxit Iouem, & ait de Romanis. His ego nec metas rerū, nec tpa pono Imperium sine fine dedi. Non plane ita rūdet veritas. Regnū hoc qd' sine fine dedisti, in terra est, an in cœlo? Vtiq̄ in terra. Et si esset in cœlo, cœlum & terra transient. Transient quę fecit ipse deus, quāto citius qd' cōdidit Romulus? Forte si velimus hinc exagitare Virgiliū, & insultare, quare hoc dixerit? in parte tolleret nos, & diceret nobis. Et ego scio. Sed qd facerē qui Romanis verba vendebā: nisi hac adulatione aliqd p̄mitterem, quod falsum erat? Et tñ in hoc cautus fui qñ dixi, Imperiū sine fine: Iouē ipsoꝝ induxi: qui hoc diceret: nō ex persona mea, dixerim falsa: sed Ioui, imposui falsitatis p̄sonam. Sicut deus falsus erat, ita vates mēdax erat. Nā vultis nosse, qa ista noueram: alio loco, qñ non Iouem, lapidem induxi loquentem: sed ex persona mea locutus sum, dixi: Non res Romanæ: perituraq̄ regna videte, qa dixi peritura regna. Dixit peritura regna: nō tacuit peritura, veritatē nō tacuit: semp mansura adulatiōe p̄misit. Nō ergo deficiamus fratres, finis erit terrenis oībus regnis. Nunc si finis est: deus videt, &c. Hæc ille. Nos ad ordinē reuertimur, qui talis est. Regnabiṫ his. i. in Alba Longa: sub gente Hectorea. i. Troiana: tercentum. i. trecentos annos: totos. i. cōtinuos, & sine interruptiōe Nam Romę fuerūt sępe itera regna, regnabiṫ dico tātisper donec sacerdos, regina. i. regis filia: videlicet Ilia Numitoris filia, & virgo Vestalis quā monialem nostri vocāt (eę aūt Vestæ, quæ dea ignis purioris, hoc est flāmæ erat dicatæ: perpetuā virginitatē cōseruabāt: aut pollutę defodiebātur viuę) grauis. i. grauida effecta: Marti. i. deo belloꝝ qa bellicosum genuit, p̄lem: aut forte: qa a viro belligero cōpressa, dabit partu. s. vno: p̄lem geminā. s. Romū, & Remū fratres gemellos (Iam Dona. q̄ Ser, p̄nūciant Romū, a quo Roma deduciṫ: blandimēti autē cā Romulum vocatū vult Ser. verūtamē, blandimēta solent esse temporanea, & loco cōgruentia, nō p̄petua) inde. i. post partū Ilię: Romulus: alter e gemellis, lætus: qa Martius iam tum animo erat, vt se facile Martis filium p̄baret: tegmine fuluo. i. rutilo quasi leonino: lupæ nutricis. s. suæ: a qua primū nutritus erat (sed argutissime rem aperit poeta: nam quota quęq̄ lupa fulua est. At meretrices, vt author est in Terē. Donatus, fuluo iducunṫ amictu, auaritia notatæ, pp fuluū auri colorē) excipiet. i. extra alios capiet, vt extra sortē fraternā: aut extra pericula, & latronū insultus: cū & eoꝝ plurimi latrones fuerint, & cōdent mœnia Mauortia. s. Romana, quæ se Martē iactent habere authorē, vt Liuiꝰ in p̄fatiōe attestaṫ & dicet. i. nuncupabit: Romanos, de suo noīe: qd' in cōsolationē Ænee diciṫ, cui id negatū erat cum tñ dictum sit, q̄ Antenor, genti nomē dedit. Ego, inquit Iuppiter: habet aūt emphasin p̄nomen, q. d. fatoꝝ cōditor, & qui res hoīum & deoꝝ, ęternis imperijs rego, nec pono. i. constituo: his, Romanis: metas. i. terminos rerum, qa erit aliqñ Iulius, Imperium Oceano, famam qui terminet astris: Et si dicas Oceanū saltem esse terminū imperij: dicemus Romanos etiam mari dominatos. Sed si tunc extremū Oceanum, terminum voces, dicam illum a natura, nō a fatis, positum. Quod si maior esset mundus: maius fuisset sm Iouis p̄missionem Romanoꝝ imperium. Nec dicit se nō ponere metas imperij, sed metas rerum, qa semp res plures acquirere poterant Romani, cum quotidie nouæ producantur. & si nō aliud, saltem gloriam augere poterant. Ego igiṫ, nec pono his metas rerum, nec tēpora, qbus eas possideant, sicut Albanis iam terminū statui: sed dedi. s. dum fata conderē: imperiū sine fine (ita. n. tūc erat in spe, sicq̄ visum poetæ: qui si aliter sensisset, non id etiā ex p̄sona Iouis dixisset) nam poeta nō minus Iouē q̄ se fallidicū negasset (vidimus tñ quid Augustinus sentiat) quin. i. quinetiam: Iuno aspera. i. accessibilis Troianis, & ita implacabilis (tractum a spinis, & rupibus asperis, quæ inaccessibiles sunt: qui vero aditū negant placari nolunt. Incusat ergo Iunonem, vt Venus dictura in. v. Quā nec longa dies, pietas nec mitigat vlla) quæ fatigat mare metu. q. d. inani, cum fata mouere nequeat: mare & terras. i. regiones omnes hominibus cōcessas: & cœlum. i. aerem: aut reuera cœlum, qa etiam superos solicitat: aut cœlum p̄pter Æolum dixit, nam venti in aere dominanṫ: Refert. i. reducet: consilia. s. sua: in melius. i. in meliorē sniam, quia tandem placabiṫ, & fouebit mecum: Romanos dominos rerum. s. omnium: & gentem togatam. i. Latinam potissimū Romanam, quæ in togis tempore pacis versari solet. Sic placitum. Confirmat Iuppiter fata Veneri promissa, dicens a deoꝝ placito stabilita: Addit Troianos nō solum in Latio regnaturos, sed etiam Græcis dominaturos: qd' respicit ad illud, Hoc equidem occasum Troiæ, tristeisq̄ ruinas solabar, fatis contraria fata rependens. Nam vbi Venus dixerat se solatam de occasu regni Troiani, per hoc quod nouerat Romanum oriturum: & ita rependens fata cōtraria fatis: non quod inter fata sit repugnantia: sed quia respectu diuersoꝝ, promittūt cōtraria. Nā vinci, & vincere: regnare, & seruitio premi, quodā modo

Tps Albę & regum.

Rhea Ilia.

modo contraria sunt. In fatis aūt erat, Troianos in Troia vinci: sed rursus in Italia regnare. Cum ergo cōtenta fuerit videre Romanū imperiū, addit Iuppiter, etiā in Græcos vltionē: vt par pari referre videaṫ Troiani: quo nihil dulcius Veneri cōtingere posset. Dicit ergo: sic placitū, sup. ē deoꝝ cōcilio: ętas. i. euūquoddā: veniet lustris labētibus. i. lapsu & successu tempoꝝ: quę lustris. i. quinquēnarijs, computabunṫ: cum. i. qñ, aut qua ętate, seu quo euo: domus Assaraci. i. Æneia, ab Assaraco deducta, premet, seruitio. s. subiugabit: Phthiam. i. patriā Achillis euersoris Troię, & Mycenas, patriam Agamēnonis: claras. s. tanta prole, & dominabitur Argis victis. i. dominiū exercebit in Argos. i. Argiuos seu Græcos victos, & subactos, qui nunc victores sunt. Vnde in secūdo huius: Ferus omnia Iuppiter Argos Transtulit.

PIERIVS.

¶Triginta magnos voluēdis mensibꝰ orbes.) In codice Longobardico, nō, orbes, sed annos, scriptū inueni, quā puto fuisse paraphrasim, nisi quis magnū annum solarē velit appellare. Lunaris anni rōne habita, eaq̄ de cā interiectū esse, voluendis mensibus, vt distinctio appareret. Orbes tñ docti oēs, vt castiorē lectionem admittunt. ¶Regnūq̄ a sede Lauini Trāsferet.) Leue hoc, sed eruditis auribus nō ingratū, in Ro. codi. scriptū esse, ab sede. Eiusdē iudicij est, quod statim subsequitur. ¶Et longā, multa vi muniet Albam. Variat numerus in his codicibus antiquis, quatuor vltimis pedibus solutis in hunc modum: Et longā vi multa muniet Albam. Sed enim tetrametri ratione, venustior. ¶Quæ est mare nunc, terrasq̄ metu.) Vetera quędam exēplaria legunt. Quæ mare, quæ terrasq̄ metu, multi vulgatam lectionem magis approbant. ¶Sic placitum, veniet.) Vetustissimi quidam codi. Placitum est, habēt, quæ pars mihi videṫ a paraphraste adiecta: Nam absq̄ substātiuo verbo, hęc oratio oino grauior, & angustior, quodāmodo videtur. ¶Ac victis dominabitur Argis.) In antiquis aliquot exēplaribus, Cunctis, pro victis est, quod mihi ridiculum videtur.

Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar,
Imperium Oceano, famam qui terminet astris:
Iulius, à magno demissum nomen Iulo.
Hūc tu olim cœlo spoliis Orientis honustum
Accipies secura. vocabitur hic quoque votis.
Aspera tum positis mitescent sæcula bellis:
Cana fides, & Vesta, Remo cum fratre Quirinus
Iura dabunt: diræ ferro, & compagibus arctis
Claudentur belli portæ. furor impius intus
Sęua sedens super arma, & centum vinctus ahenis
Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento.

SERVIVS.

¶Nascetur.) Ad illud respondet, Certe hinc Romanos. Et omnis poetæ intentio, vt in qualitate carminis diximus, ad laudem tendit Augusti: sicut & in Sexti catalogo, & in clypei descriptione. Hæc autem Iouis allocutio, partim obiecta purgat, partim aliqd pollicetur. ¶Pulchra.) Allusit propter Venerē. ¶Troianus) Ac si diceret, etiam Cęsar Troianus est. ¶Cęsar.) Hic est qui dictus est Caius Iulius Cæsar. Caius pronomē est: Iulius ab Iulo: Cęsar, vel q̄ cæso matris ventre natus est, vel q̄ auus eius in Africa manu propria occidit elephantē, qui Cæsar diciṫ Pœnoꝝ lingua. ¶Imperiū Oceano, famā qui terminet astris.) Aut ad laudē dictum est, aut certe est sm historiā. Re vera enim & Britanos, qui in Oceano sunt, vicit: & post mortē eius cum ludi funebres ab Augusto eiꝰ adoptiuo filio darenṫ, stella medio die visa est. Vnde est, Ecce Dionęi p̄cessit Cæsaris astrū. ¶A magno.) Sicut Alexāder, sicut Pōpeius. ¶Olim.) Modo futuri est. ¶Cœlo.) In cœlū. ¶Spolijs oriētis.) Victo Pharnace Mithridatis filio, qui re vera fuit in oriēte. Cęterū Ægyptꝰ in qua Ptolemęū vicit, in australi est plaga. ¶Honustum.) Inter honustum & oneratū hoc interest, q̄ Oneratus est qualicunque pressus pondere: Honustus vero cui onus ipsum honori est, vt siquis hostium spolia ferat. Sed oneratus aspirationē nō habet quia ab onere venit: honustus vero qa etiā ab honore descēdit retinet aspirationē. ¶Accipies secura.) Quia post mortem Cæsar meruit aram, fastigium, Flaminem, vt Cice. in Philippicis. ¶Hic quoq̄.) Potest intelligi sicut Romulus: sed melius sicut Æneas, de quo superius ait, Sublimemq̄ feres ad sydera cœli Magnanimum Æneam. Quoq̄ autē semper ad similitudinē ponitur: vt, Tu quoq̄ littoribus nostis. ¶Votis.) Vel ad vota, vel votis vocabitur. ¶Aspera tunc.) i. Cæsare consecrato, cū Augustus regnare cœperit, clauso iam templo, pax erit per orbē. Constat autē templum hoc ter esse clausum. Primū regnante Numa: item post bellum Punicum secūdum: tertio post bella Actiaca quę cōfecit Augustus, quo tpe pax qdem fuit, quātum ad exteras pertinet gentes: sed bella flagrauere ciuilia, quod ipse per trāsitū tangit dicēs. ¶Furor impius intus.) Huius aūt aperiendi vel claudendi templi ratio varia est, alij dicunt Romulo contra Sabinos pugnante cū in eo esset vt vinceretur, calidam aquā ex eodem loco erupisse, quæ fugauit exercitum Sabinorum. Hinc ergo tractum morem, vt pugnaturi aperirent templum, quod in eo loco fuerat constitutum, quasi ad spem pristini auxilij. Alij dicunt Tatium & Romulum facto fœdere, hoc templum ædificasse. vnde & Ianus ipse duas facies habet, quasi vt ostendat duorum regum coitionem, vel quod ad bellum ituri debent de pace cogitare. Est alia melior ratio, quod ad prælium ituri optent reuersionem. ¶Cana fides. & Vesta.) Subaudis erit. Canam autem fidem dixit, vel quod in canis hominibus inuenitur: vel quod ei albo panno inuoluta manu sacrificaṫ, per quod ostenditur fidem debere esse secretam. Vnde & Horatius, Et albo rara fides colitur velataq̄ panno. Vestam vero religionem: quia nullum sacrificium sine igne est, vnde & ipsa & Ianus in omnibus sacrificijs inuocātur. ¶Vesta c autē dicta vel ἀπὸ τῆς ἑστίας: vt digammos sit adiecta: sicut er. ver: Enetus, Venetus. vel q̄ varijs vestita sit rebus. Ipsa. n. esse dicitur terra quā ignem habere non dubium est, vt ex Ætna, Vulcanoq̄ datur intelligi. ¶Remo cum fratre Quirinus iura dabūt.) Multi sic intelligere volunt, vt supra diximus: quia post pestilentiā ad placādos fratris manes geminis oībus vsus est Romulus. vñ est, Viden vt geminę stent vertice cristę? Sed hoc esse nō pōt, qa iteratio ē ante dictoꝝ, aut ordo prępostęrus, si post dictum Cæsarē, Romulum repetit. Constat præterea Iani tēplum patuisse sub Romulo. Alij volunt per hos, Romanos intelligi. Vera tñ hoc habet ratio: Quirinum Augustū esse, Remū vero pro Agrippa positū, qui sororē Augusti duxit vxorē: & cū eo pariter bella tractauit. vnde est, Parte alia dijs & ventis Agrippa secūdis. Nam adulans populus Romanus Octauiano, tria ei obtulit noīa: vtrum vellet Quirinus, an Cęsar, an Augustus vocari. Ille ne vnū eligēdo partē læderet quę aliud offerre cupiebat, diuerso tpe oībus vsus est. Et primo Quirinus dictus est, inde Cæsar, postea qd' & obtinuit Augustus, sicut Suetonius p̄bat. & in Georgi. ostēdit Virgi. Nam cū de Gangaridum victoria diceret, qui iuxta Gangem sunt, quiq̄ ab Augusto victi sunt: ait, Victorisq̄ arma Quirini. Vt aūt pro Agrippa Remū poneret, poetico vsus est more, nam nomē ex vicino sumpsit. Hoc ergo dicit, Cum cœperit Iulius Cæsar cœlum tenere patratis oībus bellis, iura dabunt Augustus & Agrippa, Romulus aūt ideo Quirinus dictus est, vel q̄ hasta vtebatur, quæ Sabinoꝝ lingua curis dicitur. Hasta enim. i. curis, telum longum est: vnde & securis quasi semicuris, vel quod grece κοίρανος rex diciṫ. Constat aūt Græcos fuisse Romanos, vel p̄pter generis nobilitatē. Mars. n. cum sæuit, Gradiuus dicitur: cum tranquillus, Quirinus. Deniq̄ in vrbe duo eius templa sunt, vnum Quirini intra vrbem, quasi custodis & tranquilli, aliud in Appia via extra vrbem prope portam, quasi bellatoris vel Gradiui. ¶Dirę.) Cum apertę sunt. ¶Cōpagibus.) Ambages & cōpages antiqui tantū dicebant: posteritas admisit vt etiam compago dicaṫ: sed nō quia varius esse pōt nominatiuus, debet etiam declinatio mutari, quēadmodum nec in istis nominibus, arbor, arbos, vomer vomis: nam & arboris, & vomeris tantum facit. Ergo compages compagis, quoniam cōpago vsurpatum est: compaginis enim nemo penitus dicit. ¶Furor impius intus.) Vt superius diximus, p̄pter bella ciuilia, quæ gesta sunt cōtra Brutum & Cassium ab Augusto in Philippis: cōtra Sextum Pompeium ab Augusto in sicilia. ¶Sæua sedēs super arma.) Secundum antiquā licentiam. Sciendum tamen hodie, in, & sub, tantum communes esse præpositiones, cæterum super, & subter, iam accusatiuæ sunt, sicut clam, & post, quæ antea communes fuerunt: nunc in his mutata est. ¶Aenis nodis.) Non centum nodis, sed catenis, quas circūlocutione significauit, quia sunt catenæ nodi plures.

DONATVS.

¶Nasceṫ pulchra Troianꝰ origine Cæsar.) Optima. s. & honesta. vt nō corporis, sed originis itelligatur pulchritudo. ¶Imperium Oceano.)

Universidad de Deusto Biblioteca

Oceano.)vt tantum:Cæsar pugnãdo esset obtẽturus, vt nihil nõ domitũ relinqueret,& fama nominis ac triumphorum eius vsq; ad cœlum perueniret, diceretur; is est Cæsar trahens a magno demissum nomen Iulo :in tantũ autẽ domaturũ oẽs gẽtes,vt existẽtibus triumphis eius,pax dehinc & fides perpetua pmaneret.hoc est quod ait.¶ Aspera tum positis mite.sæcu.bel,) Id est leges Romuli perdurabunt.¶ Dirę ferro & compa.ar.&c.) Cessura omnia mala felicitate Cæsaris dixit, furorẽ.s.necessitatemq; bellandi, pmissione futurorum exposita prouideri securitas debuit,ne naufragi in alienis terris & incognitis,atq; in quib9 constaret inimicam Iunonem vehementissime coli, aliquam violentiam paterẽtur.han cpartem incipit sic.

ASCENSIVS.

¶Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar.) Pergit Iuppiter, perueniens ad id,quod maxime dictum voluit poeta:non.n.(vt sæpe iam diximus)cõstituerat. aliud dici q̃ dixerit: sed suis locis Iulij & Augusti laudes, inserit: vt hic in vaticinio Iouis. in sexto in prophetia Anchisę: & in.viij.in Clypeo Vulcani, itaq; nõ recipitur a melioribus sñia Donati, sentiẽtis constituisse res Albanas & Romanas vsq; ad Augustũ perscribere. Donati aũt verba hæc sunt.¶ Pulchra.)Optima & honesta : vt nõ corporis sit. sed originis.¶ Iulius.) Cæsar trahens nomen demissum : in tantũ autẽ dominaturum oẽs gentes,vt existẽtibus triumphis eius,pax dehinc & fides perpetua permaneret. ¶ Iura dabũt.)i.leges Romuli perdurabunt.Et deniq; cessura,oĩa mala, felicitate Cæsaris, dixit furorem.s.& bellandi necessitatẽ.Hæc ille.Beroal. aũt in Ser. dicit sic: Celeberrimi scriptores,& potissimũ Tranquillus, ac Plutarchus, scribunt Cæsarẽ matri Aurelię olim dixisse: mater aut pontificẽ, aut exulem filium,hodie videbis,eadẽ laudat, q nurum semp obseruauerit,& singulari pudicitia fuerit prædita, atq; vixerit, flo-

Cæsar. rueritq; viuente,atq; florẽte filio Cæsare: prę terea nõ ipse Iulius Cæsar dictator apud Romanos, primus hoc nomine decoratus est: sed Scipio Africanus,vt author est Plin.cuius verba hęc sunt ex libro.vij. Auspicatius enecta parentẽ gignuntur: sicut Scipio Africanus, prior natus: primusq; Cæsar,a cæso matris vtero dictus.Solinus idem scribens, Plinij verba corroborat. Hoc in loco, memorandum est id,quod a Spartano,de Cæsarum noie, refert: qui in Elio Vero imperatore tradidit eum qui primus Cęsar appellatus sit:hoc nomẽ esse sortitũ ab elephanto:qui lingua Mauroru Cæsar dicit: in prælio cæso : vel qa mortua matre,cæso ventre,sit natus:vel cũ magnis crinibus sit,vtero parẽtis effusus,

Compa go. vel,q oculos cæsios habuerit,&c. Quę vero in eundẽ,de declinatione huius nois cõpago,& de noibus Augusto oblatis, annotauit: hæc sunt. Sñiam Seruij refellit Manilius in primo astronomicon,scribẽs: Interdũ ęquali laterũ cõpagine ductus. Itẽ in eodẽ, Aeriã in nebulã clara cõpagine versus.Et Oui.in.j.Meta. Atq; ita disparibus calamis cõpagine cerę, & Seneca in.xiiij.epistolarũ ad Lucilium:cuius hęc verba sunt: Siue flãmarũ violentia cõpaginẽ soli rupit,siue vetustas. Inde compaginatio,& cõpaginatus deriuant,qua dictiõe vtit sępius Hieronymus,Augustin9, & Iosephi interpres Rufinus. Item cum talia in cõmentarijs Seruij,lego, in sñiam pedibus vado : vt existimẽ eos fuisse adulteratos:& in plurimis locis corruptos, mutilatos, inuersos : etenim Suetonius

Augusti noia. nusquã hoc refert. Cæterũ sic scribit in Augusto infanti cognomen Thurino,inditũ fuisse, postea Caij Cæsaris: deinde Augusti cognomẽ,assumpsisse,alterũ testamẽto maioris auũculi:alterum

Thurinus. Numatij Planci sñia,cũ qbusdam censentib9,Romulum appellari oportere:quasi & ipsum cõditorẽ vrbis pualuisse, vt Augustus, potius vocaret. Thurinus autẽ vocatus fuerat,a Pago Thurino, nulla mẽtio,nullum verbũ a Suetonio fit: q Quirinus fuerit nominat9,nisi fortassis credere velimus in alijs a Trãquillo, scriptis opusculis,huiusce rei habitã esse mentionẽ,quod existimare ridiculum est:nãq; in cõmentarijs Seruij: etiã Plinius sæpissime allegat.sed perperã:de his reb9 quaru nullã penit9 apud Pli. fit mẽtio,

Lycisca. quẽadmodũ de Lycisca scribẽs Seruius ait: Lyciscę sunt(vt etiã Pli.dicit) canes nati,ex lupis,& canibus.hoc nusquã apud Pliniũ reperit, nusquã in Pli. lectũ est, qui qdem refert canes in Gallia e lupis cõcipi: sicut apud Indos e tigribus, sed appellari Lyciscas, minime tradit. Idem Crocutas nuncupat ex cane, lupoq; conceptos.quinetiã dicit Seruius a Plinio,in na.mentionẽ fieri de lauãdis cadaueribus,& cõclamandis: cum apud Pliniũ, nullum super hoc verbũ sit scribentẽ de his,qui dicti sunt reuixisse. Libuit hęc duo exẽpli cã ponere: cum sępissime (vt diximus)Plinium falso citet Seruius,qui Ouidij quoq; allegat Metamor. referẽs fabulã Phyllidis,cuius rei,nulla penitus mẽtio,in eo opere facta reperit ex his itaq; ego coniecto, aut mutilatos fuisse Seruij commẽtarios:aut nõ fideliter exscriptos. nõ.n.ausim firmare tñ alioquin virũ tam pueriliter delirasse: nisi fortassis idẽ Seruio crimini damus quod Senecę dat Quintilianus:videlicet q his qbus ingrenda quędã mandabat,deceptus fuerit: nos ad ppositũ institutum redeamus. Hæc ille.Cæterũ,vt ppetuo tenore ordinẽ ponã, addamus & Landini verba,de portis belli clausis,quę hęc sunt.Scribit Piso in annalib9 ędificatũ templũ a Numa Pompilio iter Romanum Boariũq; foru,Iano gemino fuisse,& ab eo institutũ: vt eius porta clausa,pacẽ: aperta bellũ significaret. Clausa est ter.Primo suo tpe.Secundo in.j.bello Punico a Luctatio finito. Tertio sub Augusto finitis bellis ciuilibus. Ianus Ianus (vt refert Macrobius) siue sol,siue mundus putetur,ab eundo dicitur, quia mũdus semper est in motu.Appellaturq; Ianus. Itẽ,pater geminus. Item, Iunonius:qa Calendaru est princeps qua Iunoni dicatę sunt. Vñ illi (vt ait Var.)duodecim arę,pro duodecim mensib9 dicatę erãt. Dicit Consiuius a conserẽdo.s.ppaginẽ generis humani. Itẽ Quirin9, qa belli sit portus,dicitur Patulcius,& Clausius,quia bello valuæ eius pateant,& pace claudant. Volebant Romani in bello Sabino quod raptis virginib9 gestũ est portã, quæ erat in radicib9 collis viminalis, deinde ab euẽtu ianualem vocatã claudere. Sed cũ ter clausissent,& toties sua spõte pateret,armati ingressum custodiebãt,mox cum audirẽt ab alia pte suos,a Tatio fugatos fuga arrepta custodiã deseruerũt.Erãt irrupturi Sabini: cũ extẽplo p hanc portã,magna vis torrentium,scatentibus vndis erupit,& multas cateruas hostiũ,aut feruẽtibus vstas,aut vasta voragine deuoratas ferũt. Hic mos transit Iani, ianuã in bello ad auxiliũ patere. Hæc ille.Cæterũ Suet.de Iano ab Augusto clauso,dicit sic:Ianum Quirinũ,semel,atq; iterũ a cõdita vrbe,ante memoriam suã,clausum i multo breuiore tẽporis spatio terra, mariq; pace parta ter clausit.Hæc ille. Vbi Beroal. Numa secundus Romanoru rex Iani tẽplum,ad infimũ Argiletũ extruxit,qui index pacis foret & belli, Vt apertus in armis,clausus in pace,ciuitatẽ esse significaret. Semel ab ipso Numa clausus fuit: iterũ post primũ Punicũ pfectũ bellum: tertio post bellum Actiacũ ab imperatore Cęsare Augusto,pace,mari,terraq; parta:quod nostræ,inquit Liuius ętati, dij dederunt,vt videremus ad quod allusit Virg. in illo versu:Claudent belli portę. Sed diligẽter aĩaduerte Trãquillũ scripsisse Ianũ, ter clausum fuisse ab Augusto ,ppter historiã quã viri alioquin eruditi parum diligẽter obseruauerunt.Scito igit Augustũ Cæsarem ab Oriente post Antonium Cleopatramq; deuictos. Cũ Victoria redeuntẽ tum primũ clausisse Iani portas, quo die primũ Augustus cõsalutatus est.Mox,pfecturus in Hispanias cũ exercitu aduersus Cantabros, aperuit belli portas, quas iterũ claustro cohibuit in honorẽ Cantabricæ victoriæ.Deinde cũ ab Oriẽte in occidentẽ: a Septẽtrione in Meridiem, ac per totũ Oceani circulum,cunctæ gentes vna pace cõpositæ forent, Iani portas tertio Augustus clausit: & ita clausus est Ianus qnquies.Semel a Numa Pompilio: iterũ Tito Manlio consule, & ter p Augustũ Cęsarem multo breuiore tpe: q̃ bis clausum fuisset a superiorib9.historia tradit explicate ab Horosio lib.vj.historiarũ: cuius authoritate subnixi censemus legẽdum esse,ter clausit,sicut emẽdati codices habent: & quadrat historiæ cuius incuriosi legũt, tertio clausit: existimãtes nihil aliud esse subintelligẽdum, q̃ quod tertio loco Augustus clauserit, Ianum in sacris veteres Romani inuocabãt Ianum Quirinũ, Ianum Patulcium & Clausium. Quirinum autẽ cognominabãt,quasi belloru potentẽ:ab hasta quã Sabini Curim vocant: Patulcium,& Clausium,qa bello portæ eius patent pace claudunt.Hæc ille.Cur aũt bello aperiant aperuit Landinus:quia videlicet ab eo auxiliũ sperabãt.Hic autẽ cõsimili rõne,dictus est Romulus,qua & Ianus Quirinus,sed si singula persequar longe prolixior,q̃ cõstituerã fiam.¶Ordo igit est.Cæsar.s.Troian9 pulchra origine.i.per pulchrã originẽ,aut qa a pulchra Venere, sm Ser.deducta,aut honestã,qa legitimã, vt sentit Dona. sicut ibi. Et pulchra faciat te,ple parentẽ,nascet.s.lustris labẽtibus, & tẽporis successu,qui.i.tanq̃ is qui,aut.i.vt is sit qui terminet.i. claudat. imperium.s.Romanũ, Oceano.i.orbe terrarũ quẽ mare Oceanũ ambit:& q terminet famã astris. Vñ in Buc. Daphnis ego i syluis, hinc vsq; ad sydera notus. quinetiã inter sydera, vnde dictũ est, Ecce Dionei pcessit Cæsaris astrũ. Cęsar dico Iulius appositorie nomen,aut quod nomen demissum,sup. est.i.deductũ ab Iulo.s. Ascanio magno.s.sine pari,sicut & Alexander,& Põpeius, magni dicti sunt: vt Cęsari etiã ab origine ostendat deberi:quod Pompeio cõcessum est:vt secura.i.sine,aut seorsum a cura (nam dictũ est,qñ hęc te cura remordet) accipies.s.in cœtũ deoru olim.i.tempore futuro,cœli.i.in cœlum & in numerum cœlestium, hunc.s. Iulium Cæsarem,honustum,i.honeste oneratũ spolijs Orientis, id est

Ianus clausus ter ab Augusto.

id est quæ ex Oriente victo Pharnacę Mithridatis filio retulit, & hic.s.Iulius Cesar: vocabit.i.inuocabit, quoq;.i.et nedũ Æneas votis.i.ad vota suscipienda,vel in votis faciẽdis. Secula aspera.i. dura & tristia ,ppter bella, tum ciuilia, tum extrema,mitescent.i. fient mitia,tũ.i.deide regnãte.s.iam Augusto, & hoc bellis.s.oib9, de qbus iam per Beroal.mẽtio facta est,positis,i.depositis, aut sedatis,& pacatis: fides cana.i.antiqua & candida.i.simplex, & sine fuco,ac liuore & Vesta.i.casta religio, & Quirinus.s. virtus bellica per Quirinum significata,aut Romulus ipse primus rex, & senatus legumq; creator, cũ remo fratre.i.cũ authoritate fraterna: licet interemptus erat, sicut Seruius recitat. (Aut allegoricos intelligimus,vt sicut per intestinã emulationẽ, & fraternũ odium, Romulus fratrẽ occidẽs,semina belli vsq; ad ea tpa dedit, ita recõciliatis iam eoru manib9 gẽtes cunctæ in gratiã pacis coeãt, vñ sequit) dabunt iura.i.leges & instituta diræ portæ belli.i.templi Iani,quę apertę bellum significabãt: claudent ferro.i.ferreis repagulis & cõpagibus arctis.i.arcte cõpingẽtibus (vbi dicit diræ portæ claudent ferro ,ppter repetitionẽ literæ,quã caninã & irritatiuã vocant: etiã in vocabulis ipsis est qdam terror, ac diritas depictatsicut in illis Ennianis: Postq; discordia tetra Belli ferratos postes,portasq; refregit,in qbus (vt inquit Flaccus)inuenies etiã disiecti mẽbra poetę,furor,i.bellicus impius, qa intestinus, aut impietatẽ procreans:vt templou prophanationẽ,deuirginationes,stupra,homicidia,rapinas,& id genus alia, sedens intus.i. in ipso templo Iani cõclusus, super arma sæua.i.bellica,quę cum eo cõcludent: & ipse vinctus post tergum.i.habens manus post tergum, vinctas,centum,supp.catenis,nodis ahenis.i.æreis, hoc est duris:quia æs nõ tam facile frangit, aut rubigine absumitur, vt ferrũ,licet ferrũ durius sit:fremet cruento ore, horridus.i.existens horridus,& cruentus, atq; ægre ferẽs tædiu icludi. Nam. vt recitauit Beroal.ter clausit Augustus tẽplũ Iani,& reuera tertio, longa pace orbẽ moderatus,sub cuius imperio venit author pacis in mundum,qa tũc exijt edictum a Cæsare Augusto vt describeretur vniuersus orbis:vt Lucas nos docet.

PIERIVS.

¶Compagib9 arctis.)In veterib9 pene oibus cod.nõ Virgilianis tñ,sed alioru etiã authoru plerũq; inuenias,artis adiectiuũ nomẽ, absq;.c,scribi.Sanẽ vero Valerius Probus,artus, pro angusto, & artus pro mẽbris, sola internoscit declinatione, Iuniores tñ in altero,c,additũ voluere,vt appareret originatio ab arcendo.

Seruius,

Universidad de Deusto Biblioteca

SERVIVS.

Et Maia genitũ.) Mercuriũ. Et est Periphrasis. Cice. in lib. de deo. natu. plures esse dicit Mercurios: sed in deoꝝ rõne, fabulę sequẽdę sunt, nã veritas ignorat. Simul allusit poeta, qa per caduceatores. i. internũtios, pax solet fieri. Vt terrę.) Propter illud qđ sequit, Hospitio prohibemur arenę.

Hęc ait: & Maia genitũ demittit ab alto, POE.
Vt terrę, vtq; nouæ pateant Carthaginis arces
Hospitio Teucris: ne fati nescia Dido
Finibus arceret. volat ille per aera magnum
Remigio alarum: ac Libyæ citus astitit oris.
Et iam iussa facit: ponuntq; ferocia Pœni
Corda, volente deo. in primis regina quietum
Accipit in Teucros animũ, mentemq; benignam.

Pateant.) Propter illud, Cunctus ob Italiã terrarũ claudit orbis. Hospitio.) Ad hospitium. Ne fati nescia Dido.) Non sui. Nam si sciret exitum suum, multo magis vetaret, sed Fati dixit, voluntatis Iouis. sicut, Fatis Iunonis iniquę. Aut certe fati Troianorũ, qui nõ sponte, sed necessitate ad Africã venerãt: qđ vtiq; ignorabat Dido. Illo. n. tpe inuadendaꝝ terrarũ causa fuerat nauigatio, vt Sallu. meminit: facili tum mutatione sedium: quod etiã excusant Troiani, Nõ nos aut ferro Libycos populare penates Venimus. Ergo hoc agit, vt discat Dido eos ad Italiã tẽdere. Quõ ergo se iungit Ænee: Sed furoris illud est, nõ consilij. Nam nec sacerdotibus credidit. Vnde est, Quid vota furentem, Quid delubra iuuant? Remigio alarũ.) Translatio reciproca, vt supra diximꝰ. Citus.) Cum. n. alia signa tarde ad ortus suos recurrãt, Mercu. xviij. die in ortu suo inuenit. Pœni.) ἀντίστοιχον est, quasi Phœni. Volente deo.) Mercurio, vel Ioue. In primis.) Præcipue. In Teucros.) Pro Teucris: vt supra diximus.

DONATVS.

Hæc ait & Maia. geni.) Procurat Troianis securitas per duos, quorum alter auus esset, alter affinis. nam Maia Mercurij mater: vt in. viij. lib. apertius dictum est, Troianorũ generi nectebatur. Debuit ergo ad effectus implendos talis mitti persona, quæ præceptorum authoritatẽ duplici rõne ducta celerius maturaret alarum vel maxime iuuãte subsidio. subnectitur dehinc causa mittendi & definitio mandatorum. Vt terrę, vtq; no.) Nouas arces ideo posuit, quia nouitas regni cuncta potest habere suspecta, vt ipse Virgi. ait ex persona Didonis, Res dura & regni nouitas me talia cogunt moliri, & late fines custode tueri. Item põt intelligi & hoc modo, vt terrę Carthaginis pateant hospitio Teucris, & nouitas imperfectoꝝ ędificioꝝ. solus tum efficere Iuppiter ministro Mercurio potuit, vt inimicos suos Carthago susciperet cõtra Iunonis studium, quam colebat. In omnibus igitur celeritate opus fuit, quæ non est prætermissa, nam eandẽ breui sermone complexus est dicendo, vt Terræ, vtq; nouę pateant Carthaginis arces Hospitio Teucris. Terras dixit ne forte in regionibus Carthaginis, aut in littoribus a gentibus Troiani vexarẽtur. Nouas arces etiam sic accipimus, ne ad ipsam Carthaginẽ incogniti veniẽtes aduersa paterẽtur, sed magis reciperẽtur hospitio. Mercurium interea celeriter diffiniuit obsecutum iussis. Volat. il. per aera ma.) Atq; vt esset fides volasse per aera Mercurium, addidit. Remigio alarũ.) Aliter. n. cœli partibus admissus, ad terras venire nõ posset, nisi remigio alarũ adiutus, nõ enim per inane aeris pedibus ire potuit. fructus executionis implete vt manifestius appareret, adiecit. Et iam iuss. f.) Propter Ænee cõmodum, repẽte ex ferocia in lenitatẽ hoĩum corda mutant. Addidit. Volente d.) Hoc est Ioue, vel Mercurio. illi. n. naturalem ferociã repẽte abijcere nõ possent, nisi interuenisset cœlestis authoritas. Secũdo loco ipsius reginæ posuit partes, sed hęc ne notabile fieret, vt secundo loco regina placaret, aut in primis regina ipsa, quippe primo fuerat leniẽda, quæ vel iubere aliqđ in cõtrarium posset, vel emergentẽ violentiã pro ptãte compescere. In pri. re. quie. Ac.) Accipiũt ergo in Teucros, ipsa in primis quietũ animũ mentẽq; benignã. Librauit magna moderatione Virgi. quẽadmodũ hãc poneret partẽ. ponunt, inquit, ferocia corda Pœni, & accipiunt quietum animũ in Teucros & mentẽ benignã. nõ dixit cœperũt amare Troianos, quod fieri simul non poterat, vt eodem tẽporis puncto, & ferocitatẽ ponerent & amarent. suffecerat. n. ad necessitatẽ patris, vt a cogitationibus pessimis temperarent, quod ait, ponuntq; ferocia Pœni corda, meritũ eius monstrari voluit, ꝑpter quẽ impossibilia curabant, vt mala hominũ natura verteret in bonam, non iuxta omnes hoies, sed iuxta Troianos tantummodo. His inter Iouẽ, Venerẽ, & Mercurium gestis, redit ad ea a quibus interim recesserat, ab illa. s. Ænee cogitatione, qua dixit, Præcipue pius Æneas, nũc acris Oronti, Nunc Amyci casum gemit & crudelia secũ Fata Lyci, fortẽq; Gyan, fortẽq; Cloanthum. hæc ergo Æneas cogitabat per diẽ, & quia dixit, Et iam finis erat vel

vel cõuiuij, vel fabularũ, vel lucis: videamꝰ quas cogitationũ curas etiã per noctis tẽpus habuerit, ꝙ ipsum laudabile est satis, si in tot laboribus in aliã quam quietẽ flecti nõ potuit, neq; tũc saltẽ requiescere dormiendo, cũ aialia oia post fatigationẽ animoꝝ & corporũ soluũtur in somnos. Quę res ostendit quanta cura tueatur Virgi. Æneam, cum inuentis occasionibꝰ oia genera virtutum animi. s. & corporis applicare nõ cessat. deniq; solum posuit ascẽdisse montẽ, & montẽ altissimũ, & eo temporis ascẽdisse, quo cęteri tabidis corporibus & solutis iacebant in littore. Ecce etiã solus vtilitatẽ oium cogitat, solus vigilat, solus agẽda pertractat, solus ad ea complenda pergere disponit.

ASCENSIVS.

Hæc ait.) Post consolationẽ Veneris misit Iuppiter Mercuriũ deoꝝ nuncium ad cõciliãdos animos mortaliũ, & ꝑcipue Didonis, cũ Troianis: de quo sic ait Dona. Hæc ait, & Maię.) Exposita futuroꝝ ꝑmissione, ꝓuideri securitas desiuit, ne naufragi in terris alienis, & in qbꝰ inimica regnabat Iuno, aliquã violentiã paterent. Procurat aũt Troianis securitas per duos, quoꝝ alter auus, alter Affinis ẽ. Nam Maia, Mercurij mater, Troianoꝝ generi nectebat. Debuit ergo ad effectus iplendos talis mitti ꝑsona, quę ꝑceptoꝝ authoritate, duplici ratiõe deducta, celerius maturaret alarũ iuuãte subsidio. Nouę.) Quia nouitas regni cuncta habet suspecta, vt ipsa: Res dura & regni nouitas m. t. c. m. Vel lege: vt, Terrę Carthaginis, & nouitas ędificioꝝ pateat Teucris: solus aũt Iuppiter, ministro Mercurio, potuit ꝑstare, vt inimicos suos Carthago susciperet, sed oia cũ celeritate erãt agẽda: quã breui sermone est amplexus. Terras aũt dixit, ne in regionibꝰ Cartaginis, aut in littoribꝰ a gẽtibus vexarent. Noug ar.) Etiã sic accipimus: ne Carthaginẽ incogniti, veniẽtes aduersa paterent. Remigio alarũ.) Aliter. n. volare nõ potuisset. Et iã iussa.) Fructũ executionis implere posuit. Ponũt ferocia corda.) Natura velox in lenitatẽ mutat. Volente deo.) Nam nisi dei. i. Iouis, vel Mercurij iussus, intercessisset, natura ferox imutari nõ potuit, & qa reginę partes in secũdo loco posuit, correxit, dicẽdo, in ꝑmis. Nam ipsa fuit leniẽda, quæ vel incitare illos posset, vel violẽtiã comprimere. Et quoniã fieri nõ poterat, vt eodẽ temporis puncto, ferocitatẽ ponerent, & amarent, librauit verba: & nõ dixit amant, sed ponunt corda ferocia. Ordo est. Iuppiter, sup. ait. hæc quæ. s. dicta sunt, & demittit. i. deorsum mittit: ab alto. s. cœlo: genitũ Maię, aut Maia. i. Mercuriũ, filium Maię, vt terræ Carthaginis, & vt nouę arces Carthaginis, pateant Teucris hospicio. i. in hospitiũ, cum tamen nouæ arces soleant paucis patere, cum multis inuisæ sint: vnde Dido postea reddens rationem, quare iusserit classem Troianam exurere, dicet. Res dura, & regni nouitas me talia cogũt Moliri: & late fines custode tueri: ne Dido nescia fati. i. quæ nesciuit: ꝙ fato in Italiam profugere constituerit, & verita se ab eis expelli: aut nescia fatale esse Æneam regna Troiana reparaturum aliquã arceret. i. ꝓhiberet, Troianos: finibus. i. limitibus regni sui. Ille. s. Mercurius, Maiæ filius, volat per aera, magnũ. s. respectu terræ: centuplo. n. maior est: remigio. i. fretus auxilio, vt naues feruntur in aquis remigio alarũ: ac ipse citus. i. festinus: astitit oris. i. regionibus extremis, Libyæ: in ea. s. parte, in qua Carthago erat. Et facit iam iussa. i. mandata Iouis, hoc est cõciliat Teucris, animos Pœnoꝝ, & Pœni. i. populi Punici, hoc est Carthaginẽses: ponũt. i. deponunt, deo. s. Ioue, aut Mercurio: volente. i. inspirante, & persuadente, corda ferocia. i. alioquin ferocia, vnde ferus Annibal dictus est, & reuera natio illa ferox est: & regina in primis. i. inter primos, aut ꝑcipue: accepit. s. ab inspiratione Mercurij: animum quietum. i. pacatum, in. i. erga Teucros, & mentẽ. i. affectionem benignam. i. clementem.

PIERIVS.

Et Maia genitum demittit ab alto.) In Ro. co. Maię legit: quare nõnulli gnatum, nõ genitũ, legere volebant, eã ergo lectionẽ nusquã in antiquis co. obseruaui. Dimittit vero per di, fere passim, quod verbũ est nuncios delegãtium, vt ibi, equidẽ per littora certos dimittam. In quo forte diligẽtiam interpretum desiderẽs, qui di, vacare dicunt. Vt terræ, vtq; nouæ pateant.) In antiquioribus aliquot exemplaribus legere est, atq; nouę. Sed longe venustius est, vtq;. Volat ille per aera, magnũ.) In cod. Mediceo per ęthera, legitur, sed aera magis receptum.

SERVIVS.

Per noctem.) Decet enim pro cunctis regem esse solicitum. Alma.) Alma lux dicta quod alat vniuersa, vnde & alma Ceres, quod nos alat. Nã physici dicunt omnia per diẽ crescere, quomodo igit Virgilius ait, Exigua tantum gelidus ros nocte reponit; sed hoc pro miraculo positũ est: & amplius sentit. Locos.) Et locos & loca dicimus, cum in numero singulari locus tantum dicamus. Simile est & iocus, nam & ioca facit & iocos: vt ioca atq; seria cum humillimis exercere. Et, Quam multa ioca solent eẽ in epistolis. Et, Tum iuuenes agitare iocos. Quas vento accesserit oras.) Diximus superius figurã fieri cũ præpositio detracta nomini, verbo copulatur: & plerunq; eam suam retinere naturam, plerunq; conuertere. Hoc igit sciendum est, ꝙ cum casum suum retinet, Hysterologia est, vt hoc loco. cũ aũt mutat, figura est. vt, Cumarum adlabitur oris, Oris. n. pro oras posuit. Plerunq; etiam superfluas ponũt prepositiones. Qui teneant.) Iure dubitat, cum oia cernat inculta. Est aũt ordo, Qui teneant, homines ne ferę ne, Media per parenthesim dicta sunt. Exacta.) Exquisita. In conuexo nemoꝝ.) Proœconomia est ad causam pertinens. Non enim tenebit ab Afris, vt Ilionei. Conuexo) autem, curuo: vnde etiam conuexum dicimus cœlum. Sanẽ subaudimꝰ. Loco, vt alibi, Castroꝝ & campi medio. i. spatio. Sub rupe cauata.) Periphrasis est speluncę. Arboribus, atque horrentibus vmbris.) Vmbris arboribus, quo modo Molemq; & montes: aut certe arboribus & vmbris speluncę. Comitatus Achate.) Diximus queri cur Achates Ænee sit comes, varia quidem dicuntur, melius tamen hoc fingit, vt tractum nomen sit a græca etymologia. ἄχος enim dicitur solicitudo, quę regum semper est comes. Bina.) Si ad vtrunq; referas, bene dixit bina: si ad Æneã tantũ. antiquus mos est, vt supra diximus, bina pro duobus poni: sicut & duplices. Lato ferro.) Id est lati ferri: vt pulchra ple. Media sese tulit obuia sylua.) Quã Græci ὕλην vocant, poetę nominant syluam. i. elementoꝝ congeriem, vnde cuncta procreant. Et multi volunt Æneam in horoscopo Virginẽ habuisse, bene ergo in media sylua virginis habitu ei Venerẽ poeta facit occurrere: qa vt supra diximus, Venere in Virgine constituta, & misericordes procreant fœminę, & viri per mulieres felices sunt futuri, vt probamus in Ænea. Virginis os, habitũq; gerens.) Vultũ & amictũ. Spartanę.) Lacænę. Sparta. n. ciuitas est Laconię, vbi sunt puellę venatrices. Reddit autem causa cur virgo sit in syluis. s. propter venatum. Threissa.) Threicia, & est solutio, nam Threissa facit, sicut Cressa genus pholoe. Veniunt autem ab eo quod est Cres, Thres. Vt autem Creissa non faciat, illud est quia Chressa per a scribitur, nec potest recipere solutionem. Threissa vero per æ diphthongon, vnde & resoluitur. Fatigat.) Suo scilicet cursu. Harpalice.) Hæc est quę patrem suum captum a Getis, multitudine collecta liberauit celerius, quàm de fœmina potest credi. Vnde & flumina dicitur celeritate transire, multum autẽ epitheton fluminis eius addidit laudi. Pręuertitur.) id est transit. dicimus autẽ & pręuertit & præuertit, noua rõne. Nam passiua declinatione vtimur in actiua significatione, vt hoc loco: cum autem actiua declinatio est, passiuam habet significationem: vt, ille me pręuertit. Nanq; humeris de more.) Vt ostendat esse Venatrix. Habilem.) Aptũ sexui. Vnusquisq; enim arcũ habet pro viribꝰ suis. Comam diffundere.) Vt diffunderet. Græca autem figura est, sic alibi, Argenti magnum dat ferre talentum, vnde da bibere vsus obtinuit: quod facere nõ debemus, ne duo verba iungant, nisi in poemate. Nuda genu.) Nudum genu habens, vt si dicas, bonus animum, & est græca figura: sed nõ ea, quam diximus fieri per participium præteriti temporis, & casum accusatiuũ. hæc enim per nomen fit, quãuis ad vnam significatioem recurrant. Sinus collecta.) Vt, Oculos suffusa nitentes. Ac prior.) Paulo post sequitur. Heus inquit.) Heus aduerbiũ vocãtis, alias iteriectio est dolẽtis: vt, Heus etiam mensas cõsumimus inquit Iulus. Errantẽ.) Inuestigantẽ. Succinctam.) Instructam, vel, vt alij dicunt, in cingulo habentẽ pharetrã & pellem. Maculosę lyncis.) Lyncus rex Scythiæ fuit, qui missum a Cerere Triptolemum, vt hoibus frumenta monstraret, susceptum hospitio, vt in se gloria tanta migraret, interimere cogitauit, ob quã rem irata Ceres, eũ couertit in lyncem ferã varij coloris, vt ipse varię mentis extiterat. Et erit noiatiuus hæc lynx: vt Pan, Tros, q̃ in genitiuo vna syllaba crescũt. Cursum clamore ꝑmentẽ.) Plerũq; duo diuersa in vnũ exitum cadunt, licet cõtraria significent, vt hoc loco. Vidistis. n. etiã ad vocem pertinet, quod etiã ex Æneæ responsione colligitur.

At pius Aeneas per noctem plurima voluens,
Vt primum lux alma data est: exire, locosq;
Explorare nouos, quas vento accesserit oras,
Qui teneant (nam inculta videt) hoies ne, ferę ne,
Quærere constituit: sociisq; exacta referre.
Classem in conuexo nemorum sub rupe cauata
Arboribus clausam circum, atq; horrentibus vmbris
Occulit: ipse vno graditur comitatus Achatę,
Bina manu lato crispans hastilia ferro.
Cui mater media sese tulit obuia sylua,
Virginis os, habitumq; gerens, & virginis arma
Spartanæ: vel qualis equos Threissa fatigat
Harpalice: volucremq; fuga præuertitur Hebrum.
Nanq; humeris de more habilem suspenderat arcum
Venatrix: dederatq; comas diffundere ventis,
Nuda genu, nodoq; sinus collecta fluenteis.
Ac prior. Heus inqt iuuenes, mõstrate mearũ VE.
Vidistis siquam hic errantem forte sororum,
Succinctam pharetra, & maculosæ tegmine lyncis?
Aut spumantis apri cursum clamore prementem?

DONATVS.

At pius Æneas.) Reuoluenda sunt interposita, quæ Venus ad Iouem & ad Venerẽ Iuppiter habuit, quęq; dicta sunt, & erit vna narratio quę videt ad tempus esse diuisa: sic. n. connectitur, si retractis medijs superioribus inferiora iungant: dixit enim supra, Pręcipue pius Æneas nunc acris Oronti, Nunc Amyci casum gemit, &c. Completis igit, quę necessario videnť interposita, redit, vt oẽs Ænee curas ac diligentiam monstret, & cautelam optimi regis ostendat. ait igit, At pius Æneas per noctum plurima voluens. De plurimis generaliter positis specialiter aliqua persequitur, quæ necessario essent inuestigationis idustria colligẽda. Tractatu ergo habito diffinijt quę essent reqrenda loca. s. vel quę essent terraꝝ partes, vel qui tenerent. discretionis. n. coniectura in incertum rapiebatur, vtrum illa loca ferę an hoies inhabitarent. Interea multa quęrẽda Virg. diffiniẽs diuersis generibꝰ executus est. i. masculino, fœminino, & neutro, & responsurus oĩbus neutro plurali cõclusit locos inquit nouos, quas oras, qui teneãt homines. Classem in cõuexo nemo.) Occulit, ipse vno gradit comitatus Achate Bina manu lato crispans hastilia ferro. Exiturus cum solo Achate, nec in totum armatus ne timidus videret, cum solis hastilibꝰ geminis, & vno socio. hoc enim expediebat ei, qui iturus esset in solitudines, vt esset expeditus ꝓpter inquisitionẽ celerem & maturũ reditum, ad omnia circũspectus socios suos omni cautela cõmuniens: nam cõsulendi viam præbuit occasio loci, quẽ superius descripsit, cũ dicit, Est in secessu longo locus. Vt appareat nõ superfluã, sed necessariam fuisse descriptionẽ, ꝓpterea dixit, Ecce & hic Ænee virtutes & animi, & corporis numerant. Classem in conuexo nemoꝝ sub rupe cauata Arboribus clausam circum, atq; horrentibus vmbris, Occulit. Quietis enim omnibus, & diligẽter abscõditis, solus cum vno ad incertũ pergit. Addit ei a loco, a tempore, a persona, aliud ad laudem. nam cũ se ei obtulisset media in sylua, cõposita ad fallendũ fœmina, sub virginis habitu & forma, quasi venatrix, motus in libidinem non est, cui dabant oia audendi facultatẽ, locus, virginitas, pulchritudo, vestitus. accedebat ad hominis castitatem maloꝝ tantorum sęua congeries, quę etiam libidinosos reuocat a Veneris voluptatibus, vt Terẽ. ait, Nulla adeo ex re istud fit nisi ex nimio ocio. ait ergo. Cui mater media, &c. Ecce quanta irritamẽta libidinis Æneam non mouerunt, nam fuit pulchra, bene vestita, capillis diffusis, & genu nuda, dehinc quod se in illa solitudine ad conferendas cum viris fabulas prior ingessit. Quod vero generaliter dictum est, Virginis os, habitũq; gerens, hoc est quod specialiter enumerauit, qđ sit virginis os, quid habitus. nam suspendere arcum & comã ventis dare, virginũ est spẽs. Nuda genu, nodoq; sinus collecta fluẽtis, ad habitũ ptinet, genera sunt locutionum, vt ornatior fiat oratio. Ac prior heus in.) Prior enim debuit Venus offerre loquendi fiduciã, ne illis iprobũ forsan videret, cũ virgine, cũ sola tunc esse putaret, miscere colloquium. certe & illud ad fallendum proficiebat, vt illa non tantũ specie vir-

Universidad de Deusto Biblioteca

ginis,verum etiam sermone transduceret imprudentes, & ad interrogãdi necessitatem venire potuissent. Ipsa ergo prior cœpit. ¶ Heus,inquit,iuuenes monstrate mearũ Vidistis siqua.)Interrogatione breuissima ęque tamẽ necessaria continet ad fallendum. nam & sororũ dixit,& signa vestitus,atq; habit⁹ expressit.Breuius ipse respondit,atq; ita vt a propositis non erraret.

ASCENSIVS.

¶ At pius Æneas,&c.) Vt poeta inquit: Turpe duci totã somno perducere noctem:licet ergo dea mater,deusq; auus, pro filio & nepote soliciti essent: nõ tamẽ sibi prouidus heros defuit: qppe qui nouit,q dormitantibus dij auxiliatores non sint, ipse noctu præuidit quid postridie faciẽdum esset: atq; ita prima luce egreditur exploraturus regionem,illucq; matrem obuiam habuit in media sylua: quæ fictio astrologica, ratione non vacat: nam innuit Venerem fuisse Ænee in medio Horoscopi, & dominã cœli in natiuitate eius. Vnde Veneris filius, existimatus est. Ad quod accedit,quod dicit obuenisse in media sylua: nam syluã ab hyle, quæ est rerum omnium congeries, & prima materia deductam, plurimi attestãtur. Per syluam igitur, significat nobis diuersitas influẽtiarũ,in qua difficile est illum aureum ramũ, de quo in.vj. mentio fiet,inuenire. Quę ergo a poetis finguntur,altioris sapiẽtiæ medullas continent. Sed quęres si ideo Veneris filius sit Æneas, q eam in Horoscopo dominam habuerit: nõ sine matre fuerat Æneas, quæ enim alia sit non proditur, ibi dicam sic Æneã esse Veneris filium vt Romulum Martis:qa enim nõ constabat de patre eius,& præ se ferret virtutẽ Martiam,materq; assereret se a viro bellicoso.i.Martio oppressam:creditus est Martis filius: sic qa Anchises Æneã ex ignota,aut illegittima matre genuit: idq; Veneris incitatione, isq; genitus per Venerẽ gratia in oculis multorũ habuerit. dictus est filius Veneris, vt fortunæ filium dicunt, cui fortuna fauet. Sed ne in immensum crescat opus, audiamus Dona.sic disserentẽ. ¶ At pius Æneas.)Interposita narrationi,fuerant verba Veneris & Iouis in luctu Troianorum nunc in narrationem redit eo vnde digressus fuerat,l.Et iam finis erat. Exacta, proposuerat plura,in mascu.& fœmi. Hæc aũt vt complecteret: posuit neutrum. ¶ Clas.in cõue.) Exiturus cum solo Achate, nec omnino inermis fuit vt temerarius: nec oĩo armatus vt timidus: cum solis igitur,inquit hastilibus,& vno socio, in solitudinem enim iturus debebat esse expeditus, ppter requisitionem celerem & maturũ reditum. Ad oĩa circunspectus socios omni cautela occultat. Cui rei inseruit descriptio portus. Classem in conuexo nemorũ. Quanta ergo diligẽtia fuit qui nõ antea pfectus q̃ sociorũ saluti cõsuluisset. Et cum vno ad incertũ pergit. Additur ad laudẽ a loco,tempore,& psona. Nam cũ sese fœmina ad fallendum cõposita sola in sylua obtulisset motus libidine nõ est, quãuis virginitas pulchritudo & vestitus accẽderet. Accedebat ad castitatem congeries calamitatum quæ etiam libidinosos coercet, vnde Teren. Nulla adeo ex re istud fit nisi ex nimio ocio. Debuit Venus offerre loquẽdi fiduciam ne improbũ videret: q cũ virgine cũ sola tunc esse putaret,misceret colloquium,sed ad fallendum quoq; ptinebat,vt nõ solum specie:sed etiam sermone imprudentes traduceret,vt ad interrogãdi necessitatem venire potuisset. ¶ Monstra.)Interrogatio est breuissima,quæ tñ necessaria ad fallendum continet.Dixit & signa vestitus & habitũ expressit. Breuius autẽ respondet Æneas:nec tamen a propositis oberrat.

Ordo. ¶ Ordo est. At.i.sed: Æneas pius voluens.i.agitans, & reputans secũ: plurima.i.plurimas res:per noctem cõstituit quęrere.i.indagare,explorare,aut inqrere: vt primũ.i.vbi primũ, aut cũ primum lux alma.i.quę cunctos per laborẽ alit:data.i.a dijs cõcessa est tempore.s.matutino:exire.i.ad exeundum, & explorare.i.ad explorandum locos nouos.i.quos recenter accesserint (hinc patere pôt,locos terræ etiã diti:licet prius dixerit: loca fœta furentibus austris.)cõstituit dico quęrere quas oras.i.regiones accesserit) nõ sponte qa stultũ fuisset petere locos ignotos) sed vẽto, id est vi ventorũ impellentiũ:& qui teneant.i.possideant, sup.eas oras:ne pro an hoies: ne pro an ferę.i.bellue syluestres, qđ ideo quærere cõstituit,nam videt inculta.i.locos incultos: non.n.ita dudum Dido in eã regionẽ venerat,& ita cõstituit referre.i.recitare,&,vt dicũt reportare:socijs.s.suis,exacta.i.exquisita, aut reperta:& occulit.i.occultat. (scius fraudis humanę) classem, sup. suã:in cõuexo nemorũ sub rupe cauata clausam circum.i.per circuitũ:hoc est occlusam aut septã arborib⁹,atq; vmbris horrẽtib⁹, aut,vt prius dixit,placidis,aut horrorẽ pp solitudinem inducẽtibus,ipse comitatus vno,i.Achate,viro illo fido: sed ad lapillũ, vt prius dictum est,respicit, graditur,id est ingreditur:crispãs.i. vibrans (distinctim aũt construunt epitheta alterum ante verbum, & alterũ post ipsum: ne ab vna parte duo sint sine coniunctione media.) manu,sup.sua,videlicet altera bina hastilia.i.iacula: lato ferro.i. habentia latum ferrũ, vt habẽt venabula.i.cuspides venatorię,cui.s.Ænee mater.s.Venus,obuia.i.obuiam veniẽs tulit se.i.ingressa est media sylua.i.per mediã syluã:gerens.i.præ se ferens:os.i.aspectũ & pudorẽ,aut habitũ virginis:& arma.i.instrumẽta Venatoria:virginis Spartanę.i.Laconicę. Nam ex instituto & pcepto Lycurgi mulieres Spartanæ cogebant virilibus officijs exerceri,vñ & Parthenos mons in Laconia dictus est quod in eo virgines venari soleant παρθένος enim virgo est,vnde Proper. Multa tuæ Spartæ miramur iura Palęstrę. Sed mage virginei tot bona gymnasij. de hoc monte latius in Georg. ibi, Parthenios canibus circũdare saltus. παρθενών aũt locus est vbi habitant virgines. Virginis ergo Spartanę.i.Lacęnę venatricis,vel sup.existens talis qualis Harpalice,filia vt qdã volunt Borę:certe regis Thraciæ:vnde subdit, Threissa.i.Thressa, hoc est ex Thracia, fatigata equos:dum.s.patrẽ a Getis liberatura eos insequebatur.& præuertit.i.antecedit:fuga.i.cursu: aut præuertit Hebrũ.i.fluuiũ illum Thraciæ rapidissimũ,vnde addit volucrẽ fuga.i.quasi volantem præcipiti cursu,defluit enim ex montib⁹,niuibusq; auctus celerrime fertur. Ideo aũt erat similis Harpalicæ, aut Spartanæ virgini,nãq; pro quia suspenderat humeris arcum habilem.i.aptum virgini:vnde addit de more.i.vt illis moris erat:existẽs venatrix: & dederat ventis diffundere.i.dispergere comam,aut dederat comam diffundere.i.vt coma diffunderetur:ventis.i.per ventos, hoc est exposuit comã vẽtis diffundendam, existẽs nuda genu.i. habens genu nudum & collecta sinus fluentes.i.habẽs sinus fluẽtes collectos: nodo.i.in nodum,at ipsa prior inquit heus(quod reuocandi est aduerbium) iuuenes quod beneuole viro a muliere dicit, cum iam Æneas prouectior esset, monstrate.i.indicate si vidistis forte, quam.i.aliquam, mearum sororum.i.simili studio intentarum,aut reuera sororum (id autem perconctatur Venus vt nõ agnosceretur: nam voluit effingere morem virginũ, ac cæterorum meticulosorũ, qui dum in nemore deprehendunt, etiam si nullam habeant societatem, aut comitiuam perconctantur:an ne viderint comites,vt minor sit inuadendi audacia) vidistis ne ergo aliquam mearum sororum, quasi illic multas habeat: errantem hic,i,in hoc nemore discurrentem post feras, & succinctam pharetra,& tegmine.i.pelle, Lyncis.i.illius ferę maculosę.i,varijs maculis insperse: quã ferebant qui eam detraxerãt: aut prementẽ.i.retinentẽ,& imorantẽ clamore.s.valido: cursum apri.i.porci syluestris: spumãtis.i.spumã emittentis exagitatiõe & ira perciti? q.d.se tales habere in vicino sorores,quę & Lyncẽ, & aprum inuadere audeant.

PIERIVS.

¶ Socijsq; exacta referre.) Non placet,quod in Longobardico,& aliquot alijs legit, Socijs exacta, absq; copulatiua particula, quę necessario hic expetitur. Membra enim hæc ita colligata sunt, vt particula copulatiua sit pro redditione causæ. Ideo enim exit, vt exploret,ideo quærit quas vento accesserit oras, & qui teneãt vt socijs exacta referat. ¶ Dederatq; comas diffun.ventis.) In veteribus omnibus exemplaribus quotquot habere potui, comam, vnitatis numero scriptum animaduerti. In plerisq; etiam defundere. Sed id vitio temporum. Porro suspẽdere arcum & comam ventis dare virginum esse speciem Dona.ait,si quis,quod sit virginis os,qui habitus,quæsierit. ¶ Succin. pharetra,&c.) Inueniebam quidem codi.aliquot antiquos,in quibus pharetram, loco hoc,accusandi casu scriptum esset. Sed vulgatorum pene omniũ turba oppressus vt me temporibus accõmodarem, ne verbum quidem vlterius facturus eram. Sed cum Pris. grammatici multorum opinione non indiligentis, neque imperiti sententia memoriæ succurrisset, ne cuipiam eum authorem neglexisse viderer, quid ille super hoc sensisset, adnotare visum est: vbi.n.copulatiuarum esse ait, casus eosdem sociare, quædam tamẽ apud authores his constructionibus contraria,tradit inueniri:cuius exẽpli Virgilianum hinc citat carmẽ. Succinctam pharetram, & maculosæ tegmine Lyncis. Neque tamen inficiatur, melius in quibusdam co.absq;,m,pharetra ablatiuo casu inueniri. Alibi enim ab eodem Virgi.dictum Palla succincta cruenta: Quo vero accusatiuum alij tuantur exemplum esse, Magicas inuitam accingier artis. eam vero esse varietatis constructionis causam ait, quod succingor hanc rem,& hac re succingor dicimus, Sepæq; hoc de industria fieri ab authoribus, vbi anceps sit cõstructio dictionũ. Addit etiam quosdam Lyncis cursum a communi accipere,vt sit prementem Lyncis cursum, aut spumantis apri. Sed hæc nos indicare nunc instituimus, non iudicare.

Seruius,

SERVIVS.

¶ Orsus.)Nunc cœpit,alias finiit,vt,sic Iuppiter orsus, sed illic pprie posuit, hic vsurpatum est. Præteritũ enim participium ẽ. ¶ Audita neq; visa.) Hinc pbatur, quia superius hoc interrogauerat Ven⁹. ¶ O quã te.) Quę dea sit, dubitat, nam deam esse confidit. ¶ Nec vox hominem sonat.) Græca figura est. ¶ O dea certe.)Conclusio est syllogismi,qui constat ex ppositione,assumptione,& conclusione, nam si nec vox nec vultus mortalis est, restat vt dea sit. ¶ An Phœbi soror.) Diana:nam venatrix est, bene autẽ suspicat pro loco & qualitate habitus personęq;. ¶ An nympharũ sanguinis.)i.generis. ¶ Sis felix.) Propitia. Felix.n.dicitur & qui habet felicitatẽ,& qui facit esse felicẽ, vt in Buco. Sis bonus o felixq; tuis. Vnde & contra Iuno in.vij.dicit, Quæ potuit infelix.i. aduersa Troianis. ¶ Leues.) Leuem facias.vt, Leuat ipse tridenti. ¶ Quecunq;.) Seu Diana, seu nympha. ¶ Quo sub cœlo.) Aũt sub qua parte cœli, aut sm Epicureos dixit,qui plures esse volũt cœlos,vt Cicero in Hortensio. ¶ Tandem.) Hoc loco vacat Tandẽ. Sciẽdum sane multas particulas ad ornatũ pertinere tantũmodo vt puta enim,dum,gentium,locorũ, terrarũ. ¶ Hominumq; locorumq;.) Hypermetrus versus: vnam.n.plus habet syllabam,qui quoties fit, debet sequens versus a vocali incipere: vt hoc loco. Item, Omnia Mercurio similis vocemq; coloremq;, Et crines flauos. Nisi forte synęresis fiat in fine.i.vocalium collisio. vt est, Nec cura peculi. Hic enim nõ est necesse, vt sequẽs versus a vocali incipiat. ¶ Hostia dextra.)Hostię dicunt sacrificia,quæ ab his fiunt, qui in hostem pergũt. Victimę vero, sacrificia quæ post victorię fiunt. Sed hæc licenter confundit authoritas.

Sic Venus:at Veneris cõtra sic filius orsus. POE.
Nulla tuarũ audita mihi,neq; visa sororum. AEN.
O quàm te memorem virgo? nãq; haud tibi vultus
Mortalis: nec vox hominem sonat. ò Dea certe.
An Phœbi soror,an nympharum sanguinis vna:
Sis felix: nostrumq; leues quæcunq; laborem:
Et quo sub cœlo tandem,quibus orbis in oris
Iactemur,doceas.ignari hominumq; locorumq;
Erramus,vento huc vastis & fluctibus acti.
Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.

ASCENSIVS.

¶ Sic Venus.)Ostendit quam ęstimationem de Venere nõ agnita habuerit Æneas, qđq; ille responderit, vt Dona. explanat his verbis. ¶ O quã te memo.) Cõpleto respõso explicat seriẽ ęstimationis, quã de ea habuit. ¶ O d.) Cum hoc pronunciatũ sit, sequat certe an Phœbi soror. ¶ Quecũq;.) Siue Diana, siue nympha. Hic autẽ Ænee datur scientia religionum, non enim posset aliquid diuinum intelligere in hominis forma, nisi quia pollebat omni scientia sacrorum. Hæc ille. ¶ Ordo est. Venus, supple locuta est sic:& filius Veneris, scilicet Æneas orsus est.i.incepit loqui contra.i.vicissim,aut respondendo. Nulla tuarum sororum, sup. est audita,aut visa mihi.i.a me: debebat dicere reuerentiæ causa, aut dea:aut virgo,aut domina,nam ineptum est nulla dignitatis cõpellatione quemuis dignitate præditum compellare:sed excusat ignorantiam suam, quia videlicet nescit qualem compellet, dicens: O quasi addere vellet dea,aut virgo,sed dubitãs ait: quã, id est qualem sm nõnullos,memorem.i.compellem te:alij dicũt, quam.i.quantum,ego memorem.i.tui memoriam celebrẽ, sed inuertunt filum & contextum verborum: dicamus ergo simpliciter: o virgo quam memorem, id est compellem te: hoc est an deam an mortalem? q.d. videris quidem virgo vt de illo nõ dubitem:sed nescio an mortalem,an imortalem censeã nãq; vultus est,sup.tibi:haud.i.nõ mortalis.i.qualis mortali cõpetat:nec vox sonat.i.repræsentat hominem,id est humanum sermonem(quo cognito,licet more venatricis incesserit: concludit deam esse,dicens) o certe dea, sed licet nesciam an soror Phœbi.i.Diana, quæ venatrix est,an vna sanguinis.i.de sanguine nympharum: tamẽ sis felix,idest auxiliatrix:aut reuera felix.i. beata (vt duo optet,& illi bene esse & sibi) sis ergo felix,& leues nostrum laborem, scilicet indagandę regionis huius quæcunq; sup.es, seu Phœbi soror,seu alia dea,leues dicit nostrum laborẽ: & pro, id est doceas, sub quo cœlo.i.in quo climate,& in quibus oris.i.regionib⁹ orbis,quia non de parte, sed de vniuerso, vt maior sit cõmiseratio dubitare se significat & si reuera dubitat excusatur, qa cæca caligine illuc appulsus, cum tñ syderum peritus esset, nos iactemur tandem.i.post tot naufragia,& errores nostros: nos.n.erramus ignari hominum & locorũ Hypermeter est versus in quo syllaba abundans sequenti vocali absumit.) acti.i.impulsi huc vento & vastis fluctibus.i.procellis: multa hostia.i. plurimũ sacrificij cadet tibi.i.in honorẽ tuum ante aras:nostra dextra.i.cum a nobis mactabit & aris tibi extructis imponet & ita nihil dubitat Æneas eam esse deam,quam peritiam habere potuit, ait Dona. vt vidimus,eo q heros dea matre genitus. Ordo.

DONATVS.

¶ Nulla tua.audi.mi.neq; vi.so.)Nec vidimus aliquã sororũ tuarum,nec audiuimus clamantẽ. ipsis verbis respõdit, qbus cucurrit interrogatio, nam illa dixit si forte aliquã vidistis aut audistis, hic respõsum est,nec vidimus,neq; audiuimus. Cõpleto igit responso ęstimationis,quã de ipsa Æneas habuit,cœpit seriẽ explicare. ¶ O quã te memo.vir.)Cum pronũciatũ fuerit, o dea, sic debet dici,certe an Phœbi soror,an nympharũ sanguinis vna, vt sit, certe an Phœbi,an nympharũ sanguinis vna,Sis felix,nostrumq; leues quęcũq; laborem. quęcunq;.i.siue soror Phœbi,siue nympharũ,describit incertũ. describit verisimilia suspicionib⁹ colligentem,quę inquit,in te video,vel cum loqueris auribus sumo, nõ te humanę conditionis assignant: arbitror.n.te esse deã. sed in eo errat iudicium meũ, qa quę sis nescio, vtrũ sis soror Apollinis,hoc est Diana, an vna nympharũ, hic Ænee plurimũ datur sciẽtię religionũ. nõ.n.posset diuinũ aliqd intelligere in hominis forma, nisi qa pollebat scientia oĩum sacrorũ. ¶ Sis felix nostrũq; leues.) Sis,inquit, prospera quæcũq;,& ne diu laboremus errando,atq; inquirendo,quod nosse cupimus,referas.s. sub qua parte cœli agamus, vel ad quas partes terrarum simus appulsi, neq; enim loca ista aut hoies nouimus. Quippe quos vis maris,ac ventorũ pcellæ, ad incognita cõpulerũt. ¶ Multa ti.an.a.) Reddemus aris tuis pro meritis vicẽ multarũ hostiarũ vota soluentes, & ne oblatio sacrificiorũ simpliciter pmissa leuius fieret,addidit multa hostia. Cogebat rõ interrogatã respõdere, quia & ipsa ignorãtes cupiebat instruere. sed pmo,nõ primis, sed nouissimis occurrit. si.n.oblationẽ pfecto in extrema parte positũ tacẽdo acceptasset, profecto se cõfirmasset deam,secũdo ergo ad quæsita respondet.

Ascensus

PIERIVS.

¶ Sic Ve,at Ve,cõtra sic fi.)Antiq sane oẽs cod.quos inspeximus & Veneris,non,at,habẽt. ¶ An Phœbi soror,an nympharũ sanguinis vna. Vetera quędã exẽplaria legũt,aut Phœbi soror, aut nympharũ:sed an,interpretes agnoscũt. Insup Dona,ait, O dea,clausulam esse supioris mẽbri. Nã cũ pnunciatũ fuerit, O dea,sic debet dici, vt ille tradit. Certe an Phœbi soror, an nympharũ sanguinis vna,sis felix. ¶ Erramus vẽto huc vastis & flu,acti.)Hic quoq; numerus in Ro.cod,atq; ẽt in aliquot alijs antiqs trimetro claudit. Erramus vento huc & altero inde trimetro soluto, vastis flu.act. Quod maiorem præ se fert cunctationem in rei magnæ relatiõe percõmodam,dum singulis dictionibus,q̃ vna pedẽ claudant,ea interijcit mora.

SERVIVS.

¶ Tali me dignor honore.) Id est sacrificio. Et aut vult se probare non numen, sed virginem Tyriam: aut certe qa Paphię Veneri quæ Cypri colitur,ture tantum sacrificatur & floribus. ¶ Dignor.) Dignã me iudico. vt, Coniugio Anchisa Veneris dignate supbo.i.digne habite. ¶ Purpureo.) Aut pulchro, aut rosei coloris. ¶ Suras vicire cothurno.)

Cothurni

Tũ Venus.haud eqdẽ tali me dignor honore. POE.
Virginibus Tyrijs mos est gestare pharetrã: VE.
Purpureoq; alte suras vincire cothurno.
Punica regna vides:Tyrios,& Agenoris vrbem.
Sed fines Libyci,genus intractabile bello.
Imperium Dido Tyria regit vrbe profecta,
Germanum fugiens.longa est iniuria:longæ
Ambages:sed summa sequar fastigia rerum.
Huic coniux Sichæus erat ditissimus agri

Virgi.

Cothurni sunt calceamẽta venatoria, crura quoq; vinciẽtia:quo & quiuis vtriq; aptus est pedi. Ideo & numero vsus est singulari. ¶ Punica regna vides.) Hic attentũ facit Æneam. ¶ Tyrios.) Nil iterest vtrũ Tyrios an Sidonios dicat:nomina enim,vt diximus,de vicino mutuant. ¶ Et Agenoris vrbem.) Quã fecerũt Agenoridę, Agenor aũt rex Phœnicis fuit,Et sic dictũ ẽ:vt,Et tã-

 dem

Phœnicum,& magno miseræ dilectus amore:
Cui pater intactam dederat:primisq; iugarat
Ominibus:sed regna Tyri germanus habebat
Pygmalion,scelere ante alios immanior omneis.
Quos inter medius venit furor.ille Sichæum
Impius ante aras,atq; auri cæcus amore
Clam ferro incautum superat,securus amorum
Germanæ:factumq; diu celauit:& ægram
Multa malus simulans,vana spe lusit amantem.
Ipsa sed in somnis inhumati venit imago
Coniugis,ora modis attollens pallida miris.
Crudeles aras,traiectaq; pectora ferro
Nudauit:cæcumq; domus scelus omne retexit.
Tum celerare fugam,patriaq; excedere suadet:
Auxiliumq; viæ,veteres tellure recludit
Thesauros,ignotum argenti pondus,& auri.

dem Euboicis Cumarũ allabitur oris.i.ad Cumas quas fecerunt hi qui de Chalcide venerant ciuitatẽ Eubœę. ¶Sed fines Libyci.) Ante dicta dubia eẽ potuerũt:nũc aperte regionẽ oñdit, dicẽdo Libycos fines. Tyrij.n.& alibi esse potuerũt. ¶Intractabile.(Insuperabile,asperũ, sęuũ. ¶Germanum fugiẽs.) Hoc loco quasi obstupuit Æneas, vnde auditoris auiditati pscribit venꝰ, dicẽs longam esse iniuriam.i. causam: ab eo quod seqꝫ, id quod pcedit, vt supra, Spem vultu simulat. ¶Longæ ambages.) id est circuitꝰ. ¶Fastigia) Primordia. Quia scit longam eẽ historiã Carthaginis, vt Sallustius, Sed de Carthagine silere melius puto, q̃ parũ dicere. ¶Huic coiux Sichęus erat.)Quoties poeta aspera ĩuenit noia, vel in metro nõ stantia,aut mutat ea,aut de his aliqd mutilat. Nã Sicheus Sicharbas dictus ẽ.Belus Didonis pater Methres. Carthago a charta,vt lectũ est & in historia Pœnoꝝ, & in Liuio. Sanè Sichęꝰ,Si,breuis est p naturã:sed hoc in loco Ectasim fecit,ea licẽtia quæ est in ,pprijs noibus,licet enim in quauis proprij nois parte syllabę mutare naturã:quod & in appellatiuis euenit, si tamẽ de proprijs originẽ ducant,vt Sicanio prætenta sinu:qa venit a Sicano rege Siciliç. ¶Miserę.) Datiuus est,nõ aduerbiũ. ¶Ominibus.) Augurijs.Et sm Romanos locutus est , qui nil nisi captatis faciebant augurijs,& pcipue nuptias. Luca. Contẽtiq; auspice bruto. Iuuenalis, Veniet cum signatoribus auspex. ¶Tyri.)Aduerbium est. ¶Scelere ante alios imanior,Quos inter medius venit furor.) Iunge totum : nam aliter non pcedit,si segreges. Quos inter medius venit furor:cum ipse dicat, Licet simulatas , fuisse tamẽ amicitias : simul nãq; sacrificabant, ac si diceret , Sceleratior Atreo & Thyeste, vel Eteocle,& Polynice. ¶Ille Sichæum.) Si,hoc loco sm naturam posuit. ¶Impius ante aras.Probauit impium, quia ante aras. ¶Securus amoꝝ germanę.) Aut cõtemnens amorẽ sororis. vt,Securi pelagi atq; mei.i.contemptores. Aut certe securus erat de amore germanę circa maritũ nimio , ob quem se post mortẽ Sichæi interimere posse credebatur,nec enim sequitur,vt occiso Sichæo ipse statim potiretur auri,nisi etiam Dido periret. ¶Amores aũt plurali numero ad voluptatẽ pertinent. vt,Securus amorum, Qui iuuenum sibi semper erãt.Singulari etiã ad religionẽ. ¶Aegram.) Mœstam,anxiam. ¶Multa malus simulans , vana spe lusit amantẽ.) Atqui legimus , Quis fallere possit amantem ? Sed hic nimia Pygmalionis ostendiť malitia,quę etiã amantẽ fefellit. ¶Vana spe.)Quia dicebat, eũ reuerti. ¶Lusit.) Decepit. ¶In somnis.) si ab eo quod est somnium,Synæresis est : vt peculi pro peculij.Si autem a somno venit,in somnis, id est dum somnos caperet. ¶Crudelis aras,) Epitheton hoc de causa ẽ , nam arę pię sunt. ¶Nudauit.)Indicauit, vnde contra in sexto habemus,Et vulnera dira tegentem,hoc est celantẽ.Quid enim tegeret vndique truncatus ? ¶Retexit.)Ecce hic planius quid sit. ¶Nudauit.) Ostendit. ¶Tum celerare fugã.)Celeriter abire,vt dicimus cursum celero. ¶Suadet.) Secundum naturam duæ sunt syllabę, sed multi trisyllabum putant:quod enim si inueniatur, solutio dicenda est.quo modo dicimus æna & ahena. Hoc autẽ solum huiuscemodi verbum in Latino inueniť. ¶Thesauros.) Hoc nomen.n.non habet, sicut Atlas, Toas, Abas, Pallas : licet in obliquis casibus inueniatur,sicut nec formosus,quia deriuatiuum est a forma,vt a specie speciosus,ab odio odiosus. velut a genere generosus,vt a scelere scelerosus. ¶Ignotum argenti pondus & auri.)Aut quod ignorabat Dido,aut certe ad magnitudinem pertinet,id est tantũ quantum nullus vnquam nouit.

DONATVS.

¶Haud equidem me tali dig.hono.) Et si mereor , inquit a vobis honorificentiam talem,mereor quę conueniat homini,nõ tamen quę numinibus debeat exhiberi,quia suspicari etiã ipsa potuit,quibus signis illam putauerint deam,ait, Virginibus Tyrijs mos est gestare pharetrã , Purpureoq; alte suras vincire cothurno.ecce qua eã suspiciones eius conať auertere,vt adhuc nõ itelligat se loq cũ mře,habitus iste ingt,quo me existimatis deã, non meus est tantũmodo,sed omnium virginũ Tyriarũ , quæ in istis regionibꝰ cõmoranť, pharetrã nobis & hoc calciamentorũ genus imposuit patrius mos,& facile potuit hoc ipsum pro vero persuadere. qa Æneas superius dixit , nec regiones se.nec homines noscere, nescienti ergo bene mẽtita ẽ, Dehinc longarũ rerũ incipit breuis & cõcinna narratio,nõ.n. sub incerto diutius detineri debuit, cũ hæc & ipse vellet, & desideraret . mater igiť eo ordine respõdet, quo interrogatio ,pposita est , ait enim ille.Quo sub cœlo, quibus in oris. Idcirco hęc dicit. ¶Punica regna vides.) Designato loco,dicit psonas. ¶Tyrios,inquit,addidit Agenoris vrbem.) Vt etiã superioris nomen ostẽderet. ¶Sed fines Libyci.) illic ẽt occurrẽte pelago Africę termini ex vno latere clauduntur. ¶Genus insuperabile bello.) Meminerat.n.Virgi. se ex psona sua dixisse,studijsq; asperrima belli. Hic tñ nõ est repetitio eiusdẽ rei, qm̃ & dici necesse fuit,& ex alterius psona nunc dictũ est. ¶Imperium Dido Tyria regit vrbe,pfecta.) Hac angustia verboꝝ quãtam latitudinem tenuit? Complexa est enim præsens tempus,& præteritũ dicẽdo,vbi sit,& vnde venerit , dixit quæ vocaretur,& quid ageret,quæ illic tenebat imperiũ. Compendij autẽ causa ne interrogationibꝰ & responsionibus plusq̃ necesse fuerat tereretẽ tempus,& prolixũ fieret,quod maturo debuit fine concludi, ipsa oibus,quæ perquiri per interrogationẽ poterant,compendio faciliore respõdit,ergo dixit,imperiũ Dido Tyria regit vrbe profecta.Et queri potuit cã,qua cõpulsa est relinquere eã sedẽ , in qua fuit,& sectari longinquã quod fuerat , pro sexus fœminini rõne difficile,adiunxit. ¶Germa.fu.)Hoc quoq;,qa fuit icredibile tantam interuenire potuisse cãm , quæ sororẽ coegerat dura sectari fugientẽ,i.eum,a quo debuerat adiuuari,dixit. ¶Longa est iniu. lon.Am.se.sum.se.fast.re.)Ea positura est,quę fuerat dictura,sed artificio narrantis,multa sese ptermissurã simulat, vt ille spe futurę breuitatis cuncta attẽtius audiret. ¶Huic cõiux Sichæus erat.) Apud Phœnices optime,inquit,& copiosissime possidentẽ maritum habuit Sichæum. dehinc amoris inter coniuges honestas infert causas.amabat inquit hoiem,secuta iudiciũ patris,& probũ, & eũ,cui intacta nupsisset,& primis auspicijs iunctã esse cõstaret. multũ.n. differt inter affectum Virginũ nuptiarũ,& earum , quæ secunda coniunctione nectunť.Plurimũ vero meriti habẽt,quas intactæ filiæ arbitrio suo perficit pater . idcirco igitur posuit,Et magno miserę dilectus amore , Cui pater intactam dederat primisq; iugarat.hoc est nullis alijs,sed solis,trãsit ad psonã Pygmalionis,vt ad ipsam,pcederet causam, quæ Didonẽ proprijs sedibꝰ truserat. ¶Sed regna Tyri ger.ha.Pyg.) Tyri inquit tenebat imperium frater Didonis Pygmalion qualis iste,vel quoꝝ morum fuerit , consequenter ostendit . Germanus habebat Pygmalion. ¶Scelere, inquit ante ante alios im.om.Quos in.me.ve.fu.) Hoc loco sic est retinẽda pronũciatio , ne sic intelligamus vt Pygmalioni in scelere cõmisso defensio relinquať per venialem statum. sic enim plurimi imprudentes volunt, vt furor medius inter Sichęum & Pygmalionẽ venerit.Hoc si ita est,defendi põt Pygmalionis factũ,si nõ voluntate, sed furore peccauit , & videbitur Sichęus Pygmalionẽ furentẽ potuisse perimere,ac per hoc fient pares,quod ne ita sit,sic,pnunciandum est vt Sichæus,vt fuit innoxius,Pygmalion vero sceleratior alijs oibus demõstreť, quos in facinus impulit furor. Alij,inquit Virgilius,si in crimina grauissima ceciderũt,furor fecit,hoc est amor,aut isania,aut animi dolor , & possunt habere veniam.Pygmalion vero inde sceleratior per alioꝝ comparationem demonstratur,quia voluntate, nõ casu,aut necessitate scelus admisit,quod ipsum vt melius astrueret paucis expressit, vt alijs perpetrandi sceleris diceret causas : quæ reum multoꝝ criminũ Pygmalionẽ fortissime detinerent. ¶Ille Sichę im.an.ar.)Dixit vnam eandem causam fuisse, quæ ex vitio naturæ descẽderet, sed cui alia quoq; crimina necterentur . nãq; vt Sallu.ait,auaritia,fidem,probitatẽ , cæterasq; bonas artes subuertit.pro his,superbiã,crudelitatem,deos negligere, omnia venalia habere,edocuit.& cętera auaritiæ.ergo crudelitas cõmunis est, perfidiaq; coniuncta,quæ cũ hoiem tenuerat cędit inde qcqd inter hoies sanctum est.non põt.n.auaritia habere quod concupierit,nisi ad id scelere ppetrato peruenerit . huiꝰ exẽpla aliquot locis poeta noster inseruit.habemus in pñti libro Pygmalionis, in.iij.Polymnestoris,qui Polydoꝝ,ppter aurũ abiurãdũ necauit. In.vj.qui accepto auro patriã vẽdidit,& multa alia,quę locis suis plenius exequemur, vt ostẽdamus quot crimina teneantur admissa.Interea redeamꝰ ad tractatũ pñtem in quo illud ante oia noscẽdum est,nil esse in prima narrationis pte positũ quod esse superfluũ videať.Ille Sichæum impius ante aras atq; auri cęcus amore. Inuitauit in scelus naturæ pessimæ hoiem,opulẽtia diuitis.ait.n. Ditissimus agri Phœnicũ. qđ aũt dixit:Et magno miserę dilectus amore.vt inde factũ Pygmalionis magis magisq; grauaretur, q charissimã sorori necauerit virũ,Cui pater intactã dederat, vt in Sichæi nece ẽt cõtra iudiciũ patris scelus admisisse videať. ¶Clam ferro incautũ.) clam quod posuit grauat Pygmalionis cãm.nullus enim aliqd in occulto admittit,nisi qui scit se illicita cõmissurum,pręter hoc ẽt illud intelligi põt,ideo clam , qa si palam aliqd conareť admittere salus innocẽtis posset a plurimis defendi contra videntiũ consilium.Ergo scelerati hois fuit , clam cogitatum facinus perpetrare,vt omni coniectura cessante læteť author admissi.quis.n.crederet sororis virum sorori amabilem nullis inimicitijs interuenientibus innoxium semp , Pygmalionis sęuitia iugulatũ : quo loco plenissime crudelitatis reus Pygmalion ostẽditur,siquidem sciẽs admisit, quod credibile futurũ nõ putabat. Postremo vtiq; se tutum esse credebat ex regali potentia : nam idcirco præmisit poeta , q regna Tyri ipse retinebat . dicit ergo inde imanior cæteris.quia vt dictum est,occidit eũ qui esset innocens , & qui nullas cum eo inimicitias habuisset , occidit sororis virũ,qui sororẽ eius nunq̃ læsisset,& quæ esset amabilis , occidit ante aras,occidit,ppter solam auaritiã,occidit nulla (vtpote rex) coactus inopię necessitate , & eo facilius incautum aggressus , q Sichæus nihil tale ausurũ putabat vxoris fratrẽ. Ecce oratoria in poeta virtus,vnũ admissum quantis criminum generibꝰ aggregauit.quemadmodum loci cõis partes ingressus, latius discussit, quas aptius dixit non omissa breuitate necessaria , pro loco , pro tpe,pro persona. Æneas.n.in sylua naufragus suũ & naufragoꝝ socioꝝ negocium gerẽs , per id tẽpus quo miserijs suis cupiebat aliquatenus subueniri,tenendus nõ fuit longo contextu sermonis,tñ si consideraret ipsa breuitas,latissimũ dabit intellectũ rhetoricoꝝ præceptoꝝ.ait.n.ille , hoc est sceleratus, & nefarius ille a quo nil sceleris sperabať, ille rex quẽ nulla ad implendum scelus cogebat inopia, cuiq; superarent opes regiæ, ille , quem conuenerat amare sororis suæ virũ, ille, qui germanã suã viro priuare non dubitauit,qui seruare affinẽ potius debuit, q̃ necare Sichęũ hoiem inoxium,quem generum dignum iudicauit, cui traderet filiam adhuc virginẽ , & alterius amorẽ nescientẽ, eos prima matrimonij consecratione coniunctos,acceptã patri , amabilem sorori,faciens cõtra naturę religionẽ,faciens contra iudiciũ patris rupto humanitatis & affinitatis vinculo,necauit insontẽ,necauit incautũ, atq; eo facilius q talia nõ putareť ausurus. Occidit ante aras , vt sacrilegiũ quoq; his sceleribꝰ necteret. Occidit ante aras, hoc est dijs respiciẽtibꝰ,quos humana cæde funestare nõ debuit. post hæc,vt facti ipsius demõstratione expressa cãm scelerati hominis premeret,ait : Atq; auri cæcus amore, vt nullã ei defensionis partem relinqueret, qua vti pñt , qui aliqua violentia pressi, aut in se , aut in alios verterunt inpias manus. ¶Clam superat.) Nullus.n.secreto aliqd sceleris cõficit,nisi qui sciat se illicita ppetraturũ:qđ aũt ait cęcus,non ad corpus,sed ad aĩum Pygmalionis reuocãdum est. auaritia.n.tractus in scelera nõ considerauit quid faceret,vel in quẽ,vbi,vel quo in loco , aut qbus præsentibus.Hoc loco Virgilius docet,nihil sancti eẽ apud eos,quos possederit auaritia.hanc.n.sic diffinit , satiari nõ posse nisi humana & diuina iura fuerint violata, neq; vno loco hæc , sed plurimis posuit,crudelitatẽ atq; auaritiã nullo modo posse a se discerni . deniq; vt dictũ est,& Polydori exitio hoc idẽ docuit : nõ enim esset occisus nisi auri cupiditas crudelis hois sæuitiã ,puocasset : item alio loco auaritię scelere proditã patriã posuit dicendo,Vendidit hic auro patriã. ¶Securus amoꝝ germanæ.) Oia augendi criminis cã cõscripta sunt. Tanto.n.sceleratior teneť Pygmalion,quãto certissimus fuerat,nihil Didonẽ de fratre sensurã. Perinde nõ erat in tale scelus casurũ se fuisse , qđ ne in suspicionẽ qdẽ venire deberet. ¶Factumq; diu celauit.) Occultatio facti post admissum fuerat necessaria propter duplicẽ cãm, quarũ vna fuit , ne publicato interitu Sichæi ad authorem sceleris aliqua via veniretur , altera qa inuadendi in thesauros occasio interibat, si anteq̃ auro potiretur, cuius cupidus tot sceleribus se inuoluerat , deniq; de homicidio & de authore constaret. ¶Et ęgram Multa ma. simu.) Solicitã vehemẽter de statu amantissimi coniugis sororem suam compositis per dolum mendacijs fallebat Pygmalion, donec ipsi etiã thesauros incaute auferret. ¶Ipsa sed in somnis inhumati venit imago Coniugis.) Quia neq; suspicio in Pygmalionẽ esse poterat pp affinitatis cãm,neq; extabat aliquis gnarus facti , qui,pderet reum,includiť imago ipsius occisi vniuersa in somnis pandentis vxori.Et quod ait inhumati,crudelitatẽ voluit etiã in hac parte demonstrare Pygmalionis,& desperationẽ plenissimam,vt post multimodum scelus admissum occisi nõ curauerit sepulturam,quã procurare debuerat, vt nefarium factum viuentiũ oculis vel terra subtraheret.Quod vero ait. ¶Ora modis attollẽs pallida miris.) vt p expõnem & narrationis cõtextũ eum qui vixit , intelligere possit occisum. ¶Crudelis aras.) Sic debemus accipere, vt aliqd verbis relatum , aliqd oculis videať fuisse subiectum, obiecisse potuit oculis pectus ferro transfossum:aras vero , quæ non erant in præsenti , verbis potuisse mõstrare. ¶Cæcumq; domus scelus om.rete.) Ne iterũ diceret poeta,quod iam fuerat dictum,strictim posuit oia retulisse,quę negocio fuerãt:nam & authorẽ sceleris,pculdubio,pdidit, & vniuersa narrauit , designatis igiť facto,loco,psona,tpe:q̃m malum oẽ ab affine,pcesserat,& impietas dijs testibus perimpleta est,nec ,phiberi valuit,nec vltione pensari,atq; in eo in quo ijdem dij neq; hois innocẽtis vitam seruare,nec sanguinẽ fusum, nec suã vlcisci iniuriã potuerũt , fugã potius suadet vxori : nihil.n.religionis remansisse putauit apud eum,qui tanta impietate sæuisset, ne a cognati morte , ad necem quoq; sororis simili crudelitate transiret. Quia igiť vbi Pygmalion fuit,Dido tuta esse nõ potuit , nec sibi aduersus immanitatẽ fratris assistere:suadet potius Sichæus fugam ,pposita necessitate fugiendi,addidit facilitatẽ dicendo. ¶Auxiliumq; viæ.) Ostẽdere voluit sufficientes ad auxiliũ fugę,qui tanti fuerũt , vt eoꝝ pondus ignorauerint extranei,& Sichæo , & vxori ipsi fuerint incogniti:consulendi ergo in præsenti,& fugiendi mandatum fuit,& prospiciendi in futurum thesauroꝝ præcepta translatio.

ASCENSIVS.

¶Tum Ve.) Vt quæ vellet conuenientius indicaret filio , noluit se deam fateri:itaq; illi primũ occurrerit,vt argute docet Donatꝰ his verbis. ¶Haud equidẽ.) Cogebat, non ad interrogata respõdere,qa & ipsa ignorantes cupiebat instruere : sed primo nõ primis,sed nouissimis occurrit . Nam si in oblationẽ sacrificij in extremo positã tacẽdo acceptasset, cõfirmasset se deã , qđ confutare festinat. ¶Tali.) Nam si honorificẽtiam mereor talis erit, quę hoĩ præstanda nõ deo exhibẽda sit. ¶Virg.Ty.)Quia Venus suspicari poterat qbus signis illi deã se putabant. Idcirco illa conať auertere,Habitus.n.quo me deã suspicamini,nõ meꝰ est inqt, sed oium Tyriarum Virginũ,quę in his regionibꝰ sunt. Ergo patrius mos pharetrã & cothurnos prębet. Hoc aũt facile poterat illa psuadere, qa Æneas se regionesę ac hoies ignorare dixerat. ¶Puni.reg. vi.)Breuis & cõcinna narratio.Non.n.debuit Æneas sub incerto diutius teneri , & ipsa idẽ volebat.Respondet aũt eo ordine quo interrogať. Ille.n.quo sub cœlo, &.q.o.in.o.hæc : Punica regna vides,& designato loco dicit personas Tyrios inquit, & addit superioris conditoris nomẽ. ¶Fines Li.) Illic enim occurrẽte pelago Aphricæ termini claudunt . ¶Intacta.) Meminerat enim ex persona sua dixisse. ¶Studijsq; asperrima belli.)Nec est hic repetitio eiusdem rei,qm̃ & dici necesse fuit , & ex alterius persona dictum est. ¶Imperium Dido.) Mira breuitas, sed quæ multa complectatur. Præteritum enim & præsens ponit, & quæ vocaretur, & quid ageret quæ illi imperabat . Compendij vero causa fuit, ne interrogando , respondendoq; longum fieret quod mature debuit fieri. ¶Germa.fu.)Potuit.n.queri qua causa impulsa fuerit,vt relicta patria mulier:quod difficile est, longinqua sectareť. ¶Longa est.)In hoc addit, quia incredibile fuerat tantã interuenisse causam quæ cogeret germanã dura sectari , relinquentẽ eũ quem amare debebat. ¶Sed sum.se.) Artificiosa narratio . Nam multa prętermissuram se simulat , vt spe breuitatis attentius audiretur. ¶Huic cõ.) Amoris inter coniuges honestas inserit causas. Amabat (inquit) hominem secuta iudicium patris , & diuitem,& probum,intactam : multũ.n.differt inter affectum virginis,& eius quæ secũdo nupsit. ¶Primis, nullis alijs,sed solis. ¶Sed re. Ty.)Ex quo intelligitur habuisse spem faciendi, & factum defendendi,quia rex imanior scelere : nõ.n.est intelligẽdum quod furor medius inter Sichæũ & Pygmalionẽ venit . Nam sic defendi posset Pygmalionis factum,si nõ voluntate, sed furore peccauit Pygmalion.

Universidad de Deusto Biblioteca

uit,& furens fuisset Sichęus:ergo pares, quapropter ita pronunciandum:vt Sichęus fuerit inoxius, Pygmalion vero oībus alijs sceleratior, quos in facinus impulit furor. Ergo alij, si in crimina inciderūt, furor cā fuit, aut insania, aut animi dolor, & possunt habere veniam facti. Pygmalion vero aliorũ cōparatiōe sceleratior ostendit, qa volūtate nō casu, aut necessitate scelus admisit. ¶ Ce. amo.) Vnam cām ponit a vitio naturę pfectam. Sed cui alia crimina adnectunt. Nam Sal. ait: Auaritia fidem, pbitatē, cæterasq; bonas artes subuertit. Pro ijs superbiā, crudelitatē, deos negligere, & oīa venalia habere edocuit. Auaritię ergo crudelitas, comes, perfidiaq; coniuncta. Non.n.pōt voto potiri, nisi ad id per scelus venerit, habemus exēpla apud poetā hic Pygmalionis. In.iij. Polymnestoris. In.vj. qui auro patriam pdiderat. Nihil aūt in prima narrationis parte frustra positū est. ¶ Ditis,a.) Imitat pessima natura opulentiā. ¶ Et magno mi.di.a.) Hic grauat factum vt charissimum sorori virū necarit. ¶ Cui pater, vt) cōtra iudiciū patris fecerit. ¶ Clam.) Grauat factū. Nullus.n.clam facit, nisi illicitum esse sciat, vel clam: ne si palam, innocēs defendi posset. Ergo iam, vt lateret author. qui.n.crederet sororis virū innoxium amabilem, nullis interuenietib' inimicitijs ab eo cęsum? Ante aras, occidit propter solam auaritiā, cū rex nulla inopia vrgeret, occidit innoxiū: incautū sororis virū. Ergo virtute oratoria vnū admissum quātis criminū generibus aggrauat poeta, & partes cōis loci ingressus, quā late discussit nō omissa breuitate quę Ænee necessaria erat pter tot calamitates festināti. Ille de quo nihil tale sperabat. Ille quē nulla vrgebat inopia, qui germanā viro priuare nō debebat, qui affinē seruare debuit. Qui cōtra naturę religionē faceret. Contra iudiciū patris rupto humanitatis & affinitatis vinculo. ¶ Ante ar.) vt sceleri sacrilegium adderet, ante aras, i. dijs spectantib' quos humana cæde funestare nō debuit. ¶ Au.c.) A cupiditate enim ipeditus nō consyderauit, vbi, quid, cur, & in quē faceret. ¶ Fa.ce.) Duplici de cā. Prima ne manifesta cæde ad authorē aliqua via iret. Secūda ne re patefacta potiēdi auri occasione priuaret. ¶ Ipsa sed.) Qm̄ neq; suspitio in Pygmalionē duci propter affinitatē poterat, nec testis extabat, posita est imago. ¶ Inhu.) Vn auget crudelitas qd' cæsum sepultura priuauerit. ¶ Pal.o.m.) Vt iam illum cęsum intelligat, addit ¶ Cru.a.) Hoc p verba. ¶ Traie.) Hoc per visum nudat. ¶ Cæc.d.) Strictim ponit quæ supra diffusius dicta fuerant. ¶ Suad.) Suadet aūt fugam, qm̄ neq; vlcisci valet, neq; apud sceleratū tuta eē pōt. ¶ Auxi.u.) pposita fuga addit facilitatē in tanta thesaurorũ copia. Hæc ille. ¶ Si qua nos adiecta volemus in ordine ponent, qui talis est. Venus supp. inquit, aut

Ordo. respondit: tum.i.tunc cū talia audiret: equidem.i.ego quidem: haud.i.non dignor, id est dignam censeo, aut facio (non negat tamē se dignam esse, sed dicit se nō dignā reputare pro tunc præcipue, cui a filio sacrificet, itaq; obscuris vera inuoluit: non enim mentit, nec falsum dicit) me tali honore.i.sacrificio dijs & deab. debito: nō tamē, vt dixi, se deam negat, sed an putet dea (noluit enim agnosci ne filius agnita matre diutius imoret: nec socijs, vt Ilioneo, & cæteris coram Didone agentibus subueniat) docet ideo non debere deam censeri, ꝙ in venatricis habitu conspicit dicens: Mos est virginibus tyrijs.i.a Tyro profectis: aut reuera Tyrijs: gestare pharetrā, i. thecam sagittarū & vincire alte suras, id est posteriora tibiarū sub poplitibus, hoc est accipiēdo a parte totū crura genuū tenus: cothurno.i.altissimo calceamēto vtriq; pedi apto, quali cōtra vepres venatores, ac venatrices vtuntur: purpureo.i.purpurei coloris, qui ad ornatum adhibet. q.d. non ideo me deam putes ꝙ hoc habitu incedo: nam mos virginū in hac patria est, sed vt ad interrogata tua respondeam, tu vides regna Punica.i.Pœnorũ quæ sunt in Aphrica: erant enim nō pcul a Carthagine: & tu vides Tyrios.i.populos a Tyro profectos: qa dictum est: Vrbs antiqua fuit (Tyrij tenuere Coloni) Carthago & vrbem Agenoris.i.quā fecerunt Agenoridæ.i.ab Agenore rege Phœnicū deducti populi. Cuius genus sic deducit Landinus: Ex Ioue (inquit) natus est Epaphus: ex Epapho Belus priscus: ex Belo Agenor: ex Agenore Phœnix: ex Phœnice Belus.ij. qui & Methres appellat, ex quo Pygmalion & Dido, seu Elyssa & Anna. Dido autē eam vrbem condidit, sm̄ poetam, quam nunc videre poterat. Ad claritatem ergo vrbis vocat eam Agenoris vrbem, non ꝙ Agenor eam condiderit, aut in eis locis regnauerit, sed quia Dido quæ ab eo descendit cum ijs populis, quorũ maiores aliquādo sub Agenore fuerant eam cōdidit. Eiusdem (inquit idē Landinus) Phœnicis filius fuit Philistenes ex quo natus Sicarbas (quem poeta Sichęum vocat) qui patri in sacerdotio successit, & Elyssam quę Dido a Maro. appellatur: vxorem accepit, est ab eodem Belo prisco & alia successio: fuerūt.n.ei filij Danaus & Ægyptus, Ægyptus Lynceū genuit, q pulso, siue cæso patruo suo Danao Argis regnauit, reliquitq; Abantē filium (quāuis sint q hūc a Prisco Belo genitū scribāt,) Abas genuit Iasiū, & Iasius Amphionem, qui Orcomeni & Pili regnauit: item Talaonē ex quo natus est, Adrastus. Ex eodē Belo Agenor est, huius filius fuit Cylix, ex Cylice Pygmalion orit: qui Cylicū manu Cyprū occupauit, & Paphum genuit, qui oppidū de suo noīe nuncupatū, & in eo Veneris tēplum cōdidit: Cynarāq; filiū, reliquit, qui ex Myrrha filia, ab ea tn̄ deceptus Adonem genuit:) Sed fines.i.extremitates hui' regionis, sup. sunt: Libyci.i.a libycis populis habitatę: appositorie, genus sup. populi intractabile.i.durū, & asperum qd' a nullo tractari debeat (quod addidit Venus ne mentē inducat Æneas progrediendi: & vt potius apud Didonē maneat, donec abeundi facultas esset: nam idcirco, vt in hoc.j. videbimus diuinū afflauit honorē) bello.i.p bellū. Dido pfecta.i.quę descēdit & migrauit vrbe Tyria.i.a Tyro tenuit imperiū.i.regnū huius regionis: pfecta aūt fugiēs.i.qa fugit germanū.i.fratrē.s.Pygmalionem: iniuria.s. quę ei illata est: est longa.i.longo sermone recitāda. (Opus aūt erat aliqd dicere, qa statim occurrebat quęstio cur soror germanum fugerat: nam id nō faceret nisi aut impia aut impius, nec tn̄ expediuit pro tēpore multū dicere, vnde addit) ambages.i.inuolucra rerū & verborũ quę aperiri deberent ijs qui velint rem a primordio intelligere: sunt longę: sed ego sequar.i.tenebo, summa fastigia.i.capita rerū.s.gestarum, cur & quō fugerat. Coniux erat huic.s.Didoni Sichęus noīe (vocabat tamē Sicarabas. Ser. aūt dicit, mutatū esse vocabulum pter asperitatē, sed difficile est videre qd asperitatis sit in eo quod reiecit plus q̄ quod assumpsit. Quocirca iubet mihi aliā rōnem cōminisci. Nam si Sicarbā dixisset: plene cōuinci potuisset de ignoratione tpis: nam Elyssam Sicarbę coniugē longe post ea tēpora natā constat, qd' si qs poetę obijceret: dicere posset & aliā fuisse quæ prima Carthaginis fundamēta iecerat, & Sichæo nupserat. Nisi potius dixerimus etiam poetā in tota historia de Didone dormitasse excusatū tn̄, qa opus castigare morte pu̇entus, non potuit) Sichæus inquā ditissimus Phœnicū.i.inter Phœnices agri.i.agrorũ possessione. (Si grāmatici petant duos genitiuos a superlatiuo, alterū virtute ppria, hoc est virtute gradus: alterū virtute vocabuli, rectos possint hi dari: nam Phœnicū regit virtute gradus, Agri virtute vocabuli: dicimus enim diuitē agri nō Phœnicū in hoc qdē sensu) erat, vt dixi: coniux huic, & dilectus miserę.s.amāti, qa amans semper miserè cruciat, & pōt esse nomē & aduerbiū: sed potius censuero cū Ser. nomē: vt miserā dicat, qa dilecto coniuge viduatā indigne, dilectus ergo miserę Didoni: hoc est miseratiōe dignę, & est datiuus resolubilis in ablatiuū.i.a misera Didonē magno amore: qa primo) primus aūt qlq; amor maximus esse solet, vnde ipsa, in.iiij. Ille meos primus qui me sibi iunxit amoreis, Abstulit: ille habeat secum seruetq; sepulchro) Cui.s.Sichęo: pater.s.Methres, aut Belus.ij, dederat sup eā nuptui: intactā.i.virginē inuiolatā, & iugarat.i.cōiugauerat: primis ominibus.i.auspicijs, vel augurijs. Sed Pygmalion germanus eius imanior.i.sæuior & inhumanior: scelere.i.pter scelus cōmissum ante oēs alios.s.fratres inter quos venit furor medius.i.qui per furorē mediantē inter sese fuerūt sæui: cuiusmodi fuerūt Atreus & Thyestes: Eteocles & Polynices, quorũ posterorũ sęuitiā Statius describit, sed Pygmalion non furore percitus, sed auri cęcus amore, rem patrauit: hic ergo Pygmalion: habebat dum Dido sic coniugē suū Sichęum amabat, aut dum ei a patre cōiungeret: regna Tyri qa masculus & maximus natu ille.s.Pygmalion existens impius: qa violator templi & affinitatis deorũ authoritate cōtractę: & cęcus amore auri: superat.i. adorit & vincit ferro.i.sica aut mucrone: clam.i.ex insidijs & incautū ante aras.s.deorũ: oībus modis purgat Sichæum ab ignauia & imbecillitate: ne forte Ænee viro forti displiceat Dido, si prius imbelli nupta fuisset. Si enim Æneas dixerit quomodo superauit vir virum tam faciliter: respondet, quia clam & ferro. q.d. si prouisus fuisset, aut armatū inuasisset, vbi inermē adortus est, non ita superasset eum. At si nunc dixerit, non prouidi esse viri, solū.i.sine custode, & inermē incedere (purgat hoc, qa ante aras, rebus enim diuinis intentū nō decuit armari: vnde in.ij. hui'. Tu genitor cape sacra manu, patriosq; penates Me bello ex tanto digressum, & cæde recēti Attrectare nefas, donec me flumine viuo Abluero.) superat inquam securus amorū.i.nihil curās de amoribus germanæ, hoc est nulla pietate motus in germanā, licet sciret eam misere coniugē deperire: aut securus.i. certus amorum germanę.i.sororis suę: & ita sperās eam per impatientiā amoris etiā obiturā, qd' sperabat vt solus rerū potiret: quod tn̄ non obtinuit, vnde dicet, Portant auari Pygmalionis opes pelago: non

quę

quę eius erant, sed quas suas esse sperabat, ac iam tum ducebat: & ipse germanus.s.Pygmalion celauit.i.occultū, & ignotū tenuit factū.i.parricidiū (nam fratricidiū non dicimus) & ipse malus.i. iniquus: simulans.i.fingēs, multa.i.multas causas de absentia. Sichæi lusit.i.illusit: amantē.s.Didonem ęgram.s.animo.i.misere p euntem vana spe, quia dicebat eum propediē affore quęrēs occasionem obtinendi thesauri: quem vi auferre nō audebat, aut nolebat, sperans se id, ppediem sine tumultu inuenta opportunitate facturū. Sed ipsa imago coniugis.s.Sichęi occisi, inhumati, aut nō humati, quia honore sepulturę, & exequijs funebribus nondum affecti, aut multum humati.i.humo tecti: ne cadauer eius inueniretur, sed cum Dona. dixerim nondum humati saltem rite: venit in somnis.i.apparuit p insomnia, aut dum somno tenebat: attollens, vt.s.videantur: ora Pallida.s.Pallore mortis: miris modis.i. mirabiliter: & nudauit.i.aperuit, & signis indicauit: aras crudeles.i.ante quas crudeliter occisus est: vel quarū dij id crudeliter permiserant, aut iam nō vlciscebant: & pectora.s.sua: traiecta ferro: & retexit.i.reuelauit & aperuit seu ostēdit scelus cęcū.i.occultum: domus.s.eius hoc est quod domi eius patratū erat: omne.i. totū, hoc est signis qbusdam significauit Didoni quō a fratre ei' Pygmalione ante aras occisus erat, & vbi sepultus, & suadet tū.i. deinde: celerare.i.celeriter facere fugam & excedere patria.i.licet patria quæ chara omnibus est. Nam nō quęuis regio, sed eā duntaxat in qua natus est: sua cuiq; patria est: & recludit.i.aperit, & recludere docet: Tellure.i.e terra auxilium vię.i.viaticum.s.veteres thesauros: appositorie pondus auri & argenti ignotum.i.aut quod Dido ignorauerat, illic esse, aut ipsum dum viueret possedisse: aut tam magnum vt nullus vnquam tantum nouerit, sicut rem sine pari inauditam dicimus,

PIERIVS.

¶ Genus intra.bel.) In codi. aliquot antiquis. Insuperabile legit. Id apud Ser. paraphrasis est, apud Dona. cōtextus. Sed quia subiungit, meminerat enim Virg. ex se persona sua dixisse. Studijsq; asperrima belli. Hic autem non est repetitio eiusdem rei, quoniā & dici necesse fuit, & ex alterius persona nūc dictum est. Quod si Dona. eandem rem vtroq; loco agnoscit, nempe asperrimum & intractabile magis erunt similia, quam insuperabile. ¶ Et ægram Mul.ma.si.va.spe.lu.amā. In antiquissimo quodam exemplari, vna spe lusit, scriptū est, quę lectio forsan acutiorib' ingenijs nō displiceat,

displiceat, vbi consyderatum fuerit Pygmalionem cum tandiu factum occultasset, multaq; simulasset, amantem sola tantum spe deludere potuisse. Nam, quę cupimus, facile credimus. Poterat vero Dido fratris ingenium & perfidiam a teneris vnguiculis explorasse, ac perinde figmentis, quę multa ille comminiscebatur, dum ea de coniuge, vbinam esset, percontaret, nullam adhibuisse fidem, dum vero Pygmalion eum, & viuere, & venturum breui polliceretur, idq; vnum præcipue Dido concupisceret, hac vna spe decepta est. Si vero, vana, cuipiam magis placeat, integrum vnicuique sit, quam malit lectionem sequi. ¶ Ipsa, sed in som.) Friuola plerique dicunt, quæ de geminādis aut simpliciter scribendis literis disputentur: veteres tamen grammatici non incuriosam in huiusmodi vel leuibus obseruationib' operam insumpsere, quodq; ad hunc locum attinet: Sosipater Cari. armaria armarijs duplici ij: scribendum obseruat. Quæri vero ait de insomnijs, quoniam apud Virgilium non geminat, insomnis, vt ex hoc nescio quid, quod Ser. etiam ambigit videris. ¶ Patria.exce.sua.) In antiquissimis aliquot exemplaribus patriam, incusandi casu legere est, verba enim motum significantia, vbi præpositionem de loco sibi vendicauerint: sui quasi cuiusdam iuris facta, solent sibi adiungere accusatiuum, vt cum dicimus ex domo eo, mox exeo domum, quanquam & domo. Ita illud comicum: Caue ex isthoc excessis loco, non ineleganter dixeris: caue hunc excedas locum. Sic apud Virgi. est exire tela. ¶ Auxi.viæ.) In Mediceo codi. auxilio, legitur, acquisitiuo casu, vt sit sententia. Recludit thesauros, qui futuri essent auxilio vię. ¶ Vet.tel.reclu.the. Pleriq; non Virgi. tantum codi. antiqui, verum etiam Teren. thesauros, per.n. scriptum ostendunt, fuitq; Ser. super ea scriptione solicitus, & ex veteribus quidam alij. Quo enim modo hic: thensauros, legitur, ita & in antiquo Terentij codi. vaticanæ bibliothecę scriptum est, atq; in thensauro scripsit causam dicere, vnde esset thensaurus sibi clamat Ser. nomen hoc, n, literam non habere, sicut nec Atlas, Gigas, Abas, Pallas licet in obliquis casibus inueniatur: Atlantis, Gigantis, Abantis, Pallantis, Sicut nec formosus, quia deriuatiuū est a forma, vt a specie, speciosus. Sed quæ plurima de huiusmodi scriptionis ratione dicere hic institueramus, explicata sunt in Alexi, versu primo, Hic id tamen monere voluimus, si thensauros, per n, scriptum inuenias, id olim eruditis etiam viris negociū facessere solitum.

His commota fugam Dido, sociosq; parabat.
Conueniunt, quibus aut odium crudele tyranni,
Aut metus acer erat: naueis quæ forte paratæ,
Corripiunt: onerantq; auro: portantur auari
Pygmalionis opes pelago. dux fœmina facti.
Deuenere locos: vbi nunc ingentia cernes
Mœnia, surgentemq; nouæ Carthaginis arcem:
Mercatiq; solum, facti de nomine Byrsam,
Taurino quantum possent circundare tergo.
Sed vos qui tandem? quibus aut venistis ab oris?
Quò ue tenetis iter? Quærenti talibus ille POE.
Suspirans, imoq; trahens à pectore vocem.

SERVIVS.

¶ His comota.) Supradictis omnibus. ¶ Conueniunt, quibus aut odium crudele tyranni, Aut metus acer erat.) Oderant lęsi, Metuebant lædendi, hoc est, qui timebant ne lęderentur. vnde est illud in.iiij. Quos Sidonia vix vrbe reuelli, quia nō voluntate, sed aut odio, aut timore conuenerāt. Odium crudele tyranni. Id est crudelis tyranni, Et figura est Hypallage: nam in tyrānum, iustum odium est. ¶ Portātur auari Pygmalionis opes pelago.) Quas Pygmalion iam suas putabat, vnde ē in quarto vlta virum. Quæ enim auaro maior pena, quàm pecuniam, propter quam deliquerat, perdere? Remoue hoc, & falsum est, Vlta virum. Sciendum autem quod clam tangit historiam. Moris enim erat, vt de pecunia publica Phœnices misso a rege auro de peregrinis frumenta coemerent: Dido autem a Pygmalione ad hunc vsum paratas naues abstulerat, quam cum fugientem a fratre missi sequerentur, aurum illa præcipitauit in mare, qua re visa, sequētes reuersi sunt. ¶ Deuenere locos.) Ad minus est. ¶ Surgentem.) Erigentem se, vt, Surgētem in cornua ceruum. ¶ Nouæ Carthaginis.) Carthago enim est lingua Pœnorum noua ciuitas, vt Liuius docet. ¶ Mercatiq; solum, facti de nomine Byrsam.) Appulsa ad Libyam Dido. cum ab Hiarba pelleretur, petijt callide vt emeret tantum terræ, quantum posset corium bouis tenere, quod cum ille permisisset, corium in tenuissimas corrigias sectum tetendit, occupauitq; stadia.xxij. quam rem leuiter tangit Virgilius, dicendo facti de nomine, & non tegere, sed circūdare. ¶ Facti de nomine.) De causę qualitate. ¶ Tergo.) Pro tergore. ¶ Sed vos qui tandem?) Vacat hoc loco tandē. Et est naturalis interrogatio,

terrogatio,

q estis? vnde? Vel quo itur? Sicut ipse i.viij. licet mutato ordine. Quo tenditis iqt. Qui genus? vnde domo? ¶ Imoq; trahēs a pectore vocē.) Deest dixit. Et quoties lēge respondet, Parenthesis est, quoties nusquam, Eclipsis dicitur, vt hoc loco.

DONATVS.

¶ His cōmota fugam Dido.) Publicato scelere atq; eius authore per Didonem prodito, socij fugę poterāt cōgregari. nō enim erat consiliū, petere mulierē sine comitibus fugā, vel maxime quæ fugitura cū thesauris fuerat: metuebat.n. Pygmalion, ne amissa spe thesaurorũ sequeretur, & in peregrinis faceret, quod in sedibus occisi complere nō potuit. ¶ Conueniūt quibus.) Duo genera hoīum proposuit fugiturę Didoni esse sociata, vnū quod odisset Pygmalionē, alterū quod timeret. Odiū debemus accipere eorũ fuisse, qui nōnullis viribus ei resistere potuissent, metū vero eorũ, qui inferiore loco & fortuna constituti, cū reniti atq; obluctari nō possent, facilius se arbitrabant interituros. alij ergo pp odiū iuuabant Didonis necessitatē, ne Pygmalion obtineret, qd' volebat & thesauris iuasis fieret fortior: alij pp metū, qbus offerebat occasio, vt carerent hoīs sęuissimi dominatione. ¶ Naues quæ forte paratę.) Hoc ē magna pperatiōe in vnū colligūt naues, quæ forte in pn̄ti, fuerant paratæ, nō.n. tales quærebat necessitas, quę desiderarent fabricā, aut indigerent aliqbus armamētis, sed quæ essent paratę. si.n. videret aliqd nouari in nauigijs, aut eadē nōnullis instrui dabat apta suspicio, ꝙ fugę subsidium, & transuectioni copia pararet. differebat quoq; qd' fuerat maturādum. ¶ Onerantq; auro.) Sichæū superius dixit retulisse, aurū atq; argētū incogniti ponderis fuisse in thesauris, & oia eū

Universidad de Deusto Biblioteca

transferenda mandasse, ne ex illis aliqd remaneret, qd' in hois sæuissimi lucra côuerti potuisset. sed ne vbi ad ipsam fugã ventû ẽ, fugituri, quale cõsiliû habuerint, poeta cõmemorat. si.n. vellent totû aurû ferre, & oẽ argentû, maior numerus nauiû fuerat necessarius, quẽ cõstabat in promptu nõ esse. nõ ergo impositû est totû, sed quod pro modo nauium potuit ferri nec ptû inferioris spẽs, sed ea quę potioris meriti fuit. Auro inquit naues onerant. melius.n. fuit, vt argentû teneref, cuius pretiû in cõparatiõe auri cõstat esse inferioris. onerant inquit, vt ostẽderet, & amplius ipositû, q naues ferre potuerût, vt infinitû cû argẽto, qd' trãsferri nõ potuit, aliter diuitiarû copia exprimi nõ potuit, nisi dicereť ad exportandam thesauroꝝ substantiã, nec naues sufficere potuisse, vt vel aurû solû valeret auferri. ¶ Portanť auari Pyg. op. pe.) Omne hoc eo redigiť, vt pbeť quod est dictû. Ditissimus agri Phœnicû fuerat Sichæus, Ignotû pondus argẽti & auri habuit, portanť auari Pygmalionis opes pelago. Tantû ponderis fuit, vt pter auri tantûmodo spẽs transferẽdas, & hanc non omne mare fuisset necessariû. Qd' aût dixit Pygmalionis opes, nõ q ex bonis Pygmalionis descẽderent, sed quas arbitrabaf ad auiditatẽ suã mox esse venturas, in quo nõ inmerito affligereť cruciatib⁹ auaritiæ, quæ sic dolitura esset, quasi reuera ppriû fuisset amissa. ¶ Dux fœ. fa.) Ipsa.n. potior oĩbus fuit, & pter ipsius cãm & necessitatẽ ibant oẽs qui ascẽderant naues. certe & hoc ad insultationẽ positû possumus intelligere, vt duce fœmina perdiderit, quod propriû putabat effectû. Laudaf interea fugiẽtium consilium, quos non tenuit cupiditas amplius afferendi, qa nec poterant ferri, nec debuerant imorari. ¶ Deuenere locos.) Prius dixit, vbi nũc ingentia cernes Mœnia, surgentemq; nouę Carthaginis arcem, & secũdo loco posuit, mercatiq; solum, cum ędificium instrui non potuerit, nisi emptio loci primitus prouenisset. Et est reuera quod moueat quãdiu ad ordinationẽ sensus veniaf, qua facta patebit dictionis integritas. ordinaf ergo sic. Deuenere locos, mercatiq; solum, vbi nunc ingentia cernes Mœnia, surgentemq; nouę Carthaginis arcem. præsens tempus ostẽdit. Ergo integre posuit, primo emerût, & sic cœperunt ędificare taurino quantû possent circundare tergo. huius loci diuersa traditio est. alij dicunt pecuniã tunc ex corio bubulo fuisse, & inde pecuniã dictam, q ex pecore originẽ duceret, tantûq; fuisse in pretio loci, quãtum bouis vni⁹ coriû conficere potuisset, alia traditio talis est, q vẽditor loci hac fraude deceptus sit, vt tantû agri venderet, quantum corium bouis circũdare potuisset. illum nihil fraudis suspicatû arbitratum esse, tantû sedis traxisse, quantû posset occupare integrû corium, si per terrã iaceret. emptores vero fraude quęsito cẽmẽto i corrigiã tenuẽ solidum coriû dixisse, perindeq; factû, vt amplius q debuerat teneref, sed omnia hæc fabulosa sunt magis q vera. nã si consideremus, Vbi nunc ingentia cernes Mœnia, surgentemq; nouæ Carthaginis arcem. Et quod inferius dixit, Instant ardentes Tyrij, pars ducere muros, Molirîq; arcem, & manibus subuoluere saxa, Pars optare locû tecto, & concludere sulco, Iura magistratusq; legunt, sanctumq; senatû. Hic portus alij effodiunt, hic alta theatri Fundamẽta locant alij, imanisq; columnas Rupibus excidunt, scenis decora alta futuris. Hic templum Iunoni ingẽs Sidonia Dido condudit, Inueniemus tanta ac tam magna nõ potuisse, nisi locis latioribus condi, quæ comparari sine dubio nõ possent ex vnius corij vtraq; parte, licet ipse poeta addiderit veri similitudinem, qua credibile faceret factum dicendo de nomine Byrsam, facti de nomine Byrsam, quasi locum ipsum condendę ciuitati necessarium, atq; emptû cogitauerint Byrsam, quę appellatio & lingua græca, vnde Dido fuit, & punica, hoc est ipsius regionis in qua res gesta ferebaf, significabat corium. Byrsa qppe græca appellatione corium est, & bursalis punica elocutione corium significaf. compendio tamẽ sufficit noscere peregrinos homines ex empto habuisse illa loca, non inuasa per violentiam. ¶ Sed vos qui tandem?) Mira breuitas interrogationis, quę toto vno versu complexa est. s. vt dicerent qui essent, vnde venirent, quod ipsum in responsione monstrabif. interrogatio tñ ipsa nõ caret fraude. nam idcirco imissa est, vt adhuc Æneas nõ deã, sed hoiem crederet, quod reuera nõ prouenit, nam Æneam assignat poeta nõ trãsduci calliditate fallẽtis, sed in eo perseuerare, vt deã credat, nam ipsi parti primo, dehinc quæsitis cum magna animi laceratione respõdet. nullus.n. mala sua & ea in qbus adhuc voluatur sine dolore commemorat. ait ergo.

ASCENSIVS.

¶ His cõmo. &c.) Pergit Venus docens paucis quomodo Dido in eam regionem venerat, ciuitatisq; fundamẽta illic iecerat, vt graphice declarat Dona. his verbis. ¶ Odium) Eorum qui nõnullis virib⁹ potuissent resistere. ¶ Metus.) Eoꝝ qui aliquid crudelitatis expectarent. Ergo alij fauebant Didoni ne ille occupato auro fieret fortior. Alij propter metum qbus terebat occasio vt carerent sęuissimi hominis dominatiõe. ¶ Paratę.) Si enim aliquid innouassent in nauigijs dabatur aperta suspicio. ¶ Onerant auro) Aurum omne & argentû iusserat tolli Sichæus. Sed isti quia maior nauium copia ad omne tollendum opus fuisset: id tulerunt quod naues capere possent. Ergo auro quod pretiosius est, & nõ argẽto. Onerant vt plus ẽe q naues ferre possent impositum esse videaf. Quanta ergo fuit thesauroꝝ copia cum relicto argento, ne totum qdem aurum naues ferre possunt. ¶ Auari Pyg.) Omne illuc tendit, vt pbetur quod dictum est. Sed quo modo pygmalionis? Quia illas suas futuras animo cõceperat, pter quod sibi ereptas inique ferret. ¶ Dux fœmina. ¶ Ad insultationem Pygmalionis dictum: vt ea duce perdiderit quæ assecuturû se putabat. ¶ Deuenere locos.) Ordina sic: Deuenere locos. Mercatiq; solum u.n.in.c.Mœ. Nam ędificium institui nõ potuit, nisi prius empto solo. ¶ Tau. quantum.) Alij dicunt pecuniam, tunc ex corio bubulo fuisse, & pecuniam dictã q ex pecore originẽ duceret, tantûq; fuisse in pretio loci: quantû bouis coriû conficere potuisset. alij fraudẽ emptoris ponunt, qui tantû mercatus sit quãtû corio bouis possit circũdari: at vẽditor nihil tale suspicans arbitratus est tñ dedisse quantû integrû coriû posset occupare. Emptores vero in tenuẽ corrigiam illud secantes plusq; deberent occupantes: sed fabulosa sunt omnia: nam si attendaf magnitudo vrbis, & quanta a Virg. describitur, nõ poterat, nisi latioribus locis cõdi, licet poeta hoc credibile faciat dicendo facti de noie Byrsam, qđ & lingua græca vnde fuit Dido: & punica. i. ipsius regiõis in qua res gesta, coriû significat. ¶ Sed vos.) Mira breuitas interrogationis: nec fraude caret. Nam conaf ostẽdere se nõ esse deã, sed non fallit Æneam, Nam cum magna animi laceratione respõdet. Hæc ille.

Ordo. ¶ Ordo est. Dido commota his. s. ostẽtis ac visis nocturnis parabat fugam. i. opportunitatẽ fugiendi: & socios. i. comites fugæ, aut reuera socios, qui tyrannû fugere volebant etiam sua nõ solius Didonis causa, nam seqtur: conueniunt. s. socij qbus erat, aut odium tyranni crudele. i. in crudelem tyrannû.) Si qs tñ propriẽ, & sine hypallage interpretari volet, sensus erit. Odium fuisse crudele. i. acre & crudeliter crucians, qa inuidia & liuor torquet eos in qbus est) aut metus acer. i. vehemẽs, & vehemẽter affligens, vt consimili rõne dictû sit: odium crudele, qa acre (vt dixi) hoc est oẽs côueniebant, & qui eum oderût pp iniuriam iam tû illati, & qui acriter metuebat ne consimilem inferat quia, vt dicit Hora. Tunc tua res agiť paries cû proximus ardet. Et ipsi corripiunt. i. simul rapiunt naues quæ paratæ, sup. erant, forte. i. a fortuna, & onerant sup. eas auro: hoc est tantum auri ingesserunt quantum naues ferre possent: opes Pygmalionis auari. i. & quas Pygmalio iam suas putabat: portanť pelago. i. trãsuehunť p pelagus: fœmina. s. Dido. sup. est dux, i. ductrix, & princeps: facti. s. tam insignis, quia pulchrum est vlcisci auarum, & scelestum hominẽ: Id autẽ dicit ad insultationẽ Pygmalionis in execrationẽ auaritiæ eius, & in laudem Didonis quam Ænei conciliare: iandudum Venus eius rei perita parat. Ipsi ergo nauibus aurum auehentes: deuenere locos. i. venerunt ad locos seu loca: vbi. i. in quibus: tu cernes nunc. i. statim mœnia ingentia. i. valde magna: & arcẽ. i. propugnacula, & castella quæ in ciuitatibus esse solent: alludit ad arcem Capitolinam: Carthaginis nouæ. i. cuius pauloante fundamẽta primû erãt iacta: surgẽtem. i. erigentẽ. s. opera extruẽtium eam: deuenere dico locos & mercati sunt solum. i. terrã aut fundum solidum in quo arcẽ & mœnia extruerent: appositorie Byrsam. i. coriû (fm Dona.) de noie facti. i. a facto denoiatã: nã mercati sunt solum tñ quantû possent circundare tergo pro tergore. i. corio tergi: taurino. i. a tauro detractio. Sed sup. dicite tandẽ: vos qui sup. estis, aut a qbus oris venistis: ve, pro vel, quo tenetis iter. i. quo tẽditis? Ille. s. Æneas: suspirãs & trahẽs vocẽ a pectore imo: vt faciunt qui cû mœrore loquunť, sup. rñdit talibus querẽti. s. Veneri, quã tñ nõ agnoscebat: rñdit aût quę sequunť: sed verbum rñdit, aut dixit p eclipsim honestû omittiť: honesta autẽ est, quoties quod subaudiť facile est intellectu qualia sunt generalia verba, vt sunt gero, facio: vt, Nũc fama minores Italiam dixisse: fama, sup. est: naues quæ forte paratæ: subaudi erant. Talia per Latium: subaudi gerebantur. Piscaris, an venaris, an studes, an simul omnia, subaudi facis? Item verba ad loquelam spectantia nunc ponuntur sine suppositis, vt Vrbem quam dicunt Romã Mœlibęe putaui. Extremam vt perhibent: ita aiunt &c. nũc supposita sine ipsis, vt sic Venus: & hic quęrenti talibus, vbi talibus põt regi, & a participio quęrenti, & a verbo respondit subintellecto: &

cto: & quęrẽti põt esse septimi casus in designatione sequelæ positi, vt sit quęrẽti, sup. Veneri. i. dû Ven⁹ quęreret: sicut talia iactãti i. dû Æneas talia iactaret & datiui vt regaf a verbo subintellecto.

PIERIVS.

¶ Quibus aut venistis ab oris.) Vulgati oẽs codi. excusi formis, aut venistis, per disiunctiuã particulam legunt, neq; desunt codices aliquot manu scripti: in quib. eadẽ lectio habeatur, Sed in Romano, in Oblõgo, in Medicęo, & aliquot alijs, quibus aduenistis, legitur: neutram ego lectionem improbarim: sed cum particula disiunctiua, figuratiorem esse dixerim, aduenistis vero candidiorem. Non enim in hac interrogatione quicquam disiungitur, sed ea tria simul quęrunť. Qui sint: vnde ad ea loca venerint: quo tendant

SERVIVS.

O dea, si prima repetẽs ab origine pergam: ÆNE.
Et vacet annales nostrorum audire laborum:
Ante diem clauso componet vesper Olympo.
Nos Troia antiqua (si vestras forte per aureis
Troiæ nomen iit) diuersa per æquora vectos
Forte sua Libycis tempestas appulit oris.
Sum pius Æneas: raptos qui ex hoste penates
Classe veho mecum, fama super æthera notus.
Italiam quæro patriam, & genus ab Ioue summo.
Bis denis Phrygium conscendi nauibus æquor,
Matre dea monstrante viam: data fata secutus.
Vix septem conuulsæ vndis, Euroq; supersunt,
Ipse ignotus, egens, Libyæ deserta peragro,
Europa atq; Asia pulsus. ¶ Nec plura querẽtẽ POE.
Passa Venus, medio sic interfata dolore est.

¶ O dea.) Perseuerat in opinione sua: ita tamẽ vt & illius orationi aliquãdo concedat. Nam paulopost ait, Si vestras forte per aures Troiæ nomẽ iit. Aut certe illud est quod superi⁹ dixerat, An nympharû sanguinis vna, quæ non omnia sciunt: nam & moriuntur fm Aristotelem, vt Fauni Panesq;. ¶ Ab origine.) A raptu Helenæ. ¶ Pergam.) Perseuerem, hoc est vniuersa dicam. ¶ Annales.) Inter annales & historiã, hoc interest, Historia est eorum temporû quæ vel vidimus vel videre potuim⁹, dicta ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν, id est videre. Annales vero sunt eorû annorû & temporû, quæ ętas nostra nõ nouit, vnde Liuius ex Annalibus & historia constat. Hæc tñ confunduntur licenter, vt hoc loco pro historia inquit annales. ¶ Clauso.) More poetico qui dicunt cœlû per noctẽ claudi, & aperiri per diẽ, vnde est, Porta tonat cœli, & Cõsidunt tectis bipatentibus. ¶ Cõponet.) Finiet, vt, Oblato gaudens cõponi fœdere bellum. ¶ Vesper.) Proprie est stella. cum autẽ vesperi dicimus, aduerbiû temporis est. Et sciendum q omnia nomina, quæ de Græcis in os exeuntibus ad nos transeunt, apud nos aut in us, tantû exeût, vt Delos Delus: aut in er, vt ἄγρος ager: aut in vtranq;, vt Euandros Euandrus Euãder. ¶ Troia antiqua.) Nobili, venerabili: more suo. alibi, Terra antiqua. i. nobilis: nec enim esse poterat noua. Item, Templa dei saxo venerabar structa vetusto. ¶ Forte sua.) Casu suo. i. quo solet. Forte autẽ nomẽ est a nominatiuo fors. vt Teren. Fors fuat pol. ¶ Libycis.) Iam sciuit, audiuit enim, Sed fines libyci. ¶ Appulit oris.) Figura supradicta. ¶ Sum pius Æneas.) Non est hoc loco arrogãtia, sed indiciû. Nam scientibus aliquid de se dicere, arrogãtię est: ignotis, indicium. Aut certe heroum secutus est morẽ, quibus q mentiri turpe fuerat, tam vera reticere. Deniq; Vlysses in Homero ait suam famã vsq; ad cœlum venisse: vnde & iste, Fama super æthera notus. ¶ Ex hoste penates.) Optima elocutio est: plusq; significat de pluralitate ad singularitatẽ transire, vt venor multis canibus, & multo cane. vt Hora. Aut trudit hinc acris & hinc multo cane apros in obstitis plagas. ¶ Italiã quæro.) Hoc loco distinguendum est: nam si iunxeris. ¶ Patriã.) nõ procedit. Patria enim .i. ciuitas, in prouincia esse potest: nõ tamen vt ipsa prouincia, patria sit, licet in Sallustio lectum sit, Hispaniã sibi antiquam patriã esse: sed illic ad laudem pertinet, nõ ad veritatem. Tria ergo dicit, prouinciam quęro, hoc est Italiam: Patriam, hoc est Corinthum Tusciæ ciuitatem, vnde Dardanus fuit. ¶ Genus ab Ioue summo) Ideo quia ex Electra & Ioue Dardanus Iasiusq; nati sunt. Dardanus aût author est Troiæ. Et bene ad tria interrogata respondet, qui esset, vnde venisset, quo tenderet. ¶ Phrygium æquor.) Idest Hellespontû. ¶ Conscendi.) Bene conscendi fm physicos, qui dicunt terrã inferiorẽ esse aqua: quia omne quod contineť supra illud est quod continet. vnde est, Humilemq; videmus Italiã. ¶ Matre dea monstrante viã.) Hoc loco per transitû tangit historiam, quã per legẽ artis poeticæ aperte non potest ponere. Nam Varro in.ii. rerû diuinarû dicit, Ex quo de Troia est egressus Æneas, Veneris eum per diẽ quotidie stellã vidisse, donec ad agrû Laurentû veniret, in quo eam nõ vidit vlterius: quare cognouit terras esse fatales. Vnde Virgi. hoc loco, Matre dea monstrante viam. Item, Nusquã abero, & tutum patrio te limine sistã, & Iamq; iugis summæ surgebat lucifer Idæ. Quod autẽ diximus eum poetica arte prohiberi, ne aperte ponat historiã, certû est. Lucanus nãq; ideo in numero poetarû esse nõ meruit: quia videť historiã cõposuisse, nõ poema. ¶ Data fata secutus.) Scilicet a Ioue. ¶ Cõuulsæ.) Aut conuulsæ vndis, Euroq;. Aut ideo quia habes supra, Laxis laterû cõpagibus. ¶ Ignotus.) Deest Quasi. Nã contrariû est quod dixit, Fama sup ęthera notus. Facit aût hoc frequẽter Virg. vt hãc particulã subtrahat: vt, Medias inter cædes exultat Amazõ, quasi Amazõ. nã Volsca fuit. ¶ Peragro.) Per habet accentû, nã, a, longa quidẽ est sed nõ solida positione, muta enim & liqda quoties ponuntur, metrû iuuãt, nõ accentû. ¶ Europa atque Asia pulsus. Aut orbẽ i tres partes diuisit, & absolutû est, aut si Europã tantû & Asiã intelligimus, inuidiose locut⁹ est, vt supra Venus, Cũctus ob Italiã terrarû claudiť orbis, quasi cum indignatione dicat, per Troiam Asia careo: per Italiã Europa. Deniq; non passa Venus, eius interrupit querelas. ¶ Dolore est.) Aut narrantis Æneæ, aut certe suo dolore. Æquum enim est malis filij etiam ipsam moueri.

Historia. Annales.

DONATVS.

¶ O dea si prima repetens.) Deã, inquit, te esse certissimû est, quæ autẽ cupis audire, & multa sunt, & prolixa. duo.n. sunt quę impediunt. vnû quia non vacat, alterû quia narrationẽ malorû vnius diei tempus impleri non patitur. properabat.n. redire ad suos, & in locis incognitis & desertis post finẽ diei separatus ab ipsis inueniri nõ debuit. Hæc ergo breuissima principia fuerunt, in quibus beneuolentiã fecit, & honorificẽtiã cum deã appellat, & fecit attentã cum dicit, multa esse mala, quæ referre cogebaf, & eo genere ostendit se nõ omnia, sed aliqua esse dicturû. incipit iam ipsam narrationem, & respondet propositis, sed nõ eo ordine, quo quæsita sunt. illa.n. dixit. Sed vos qui tandẽ? Ille secũdo respõdet, & sic primę. in secunda.n. inquisitionẽ dixit. Quibus aut venistis ab oris? ¶ Nos Troia antiqua &c.) Ecce secundę interrogationi satisfecit. Ostẽdit.n. ex qua parte orbis venissent. nos, inqt, a Troia profecti sumus, dicit & eius laudẽ, antiqua, inquit, quã credimus te opinione noscere. magna.n. magnæ sunt opinionis, perindeq; fama currente oĩbus nota, & licet anni vnius cõmemorationem professus sit tantû fuisse prolixõ, vt totus dies eã cõplecti nõ posset, tamẽ vsus admiranda breuitate labores simul omniû cõclusit amorû, dicendo.n. discedendo de littoribus Troiæ tetigit primã temporis partẽ. Forte sua Libycis tẽpestas appulit oris. Hinc gnarus effectus quia Veneris verbis audiuit, sed fines Libyci. dicit iã qui sit ipse qui loquaf. ¶ Sum pius Æneas.) Et quia cû dea se arbitrabaf loqui, cõmendat personã suã dicẽdo. ¶ Raptos qui ex ho. pena.) Vt ostẽderet in excidio patrię hoc se habuisse pręcipuum, quod ante alia penates liberaret. ¶ Fama sup ęthera notus.) Famã medie posuit euidẽter assignãs qualis fama, quoniã multi etiam ex mala fama noti sunt. quali autẽ fama notus fuerit Æneas ipse Virg. alio genere demõstrauit. dixit.n. esse piû & religiosum iuxta deos. Fama sup ęthera notus. cû laboribus, inqt, & morib⁹ meis notus factus essem toto orbi, fama nois mei sine fine discurrens, cum iam quo tendereť nõ haberet, ad cœlû & superos etiã venit. Tertia inquisitio superat, quoue tenetis iter? ẽt ipsi rñdet dicens. ¶ Italiã quero pa.) Dixit ergo quo tẽderet, addidit quod qsitû nõ fuerat ornaturus meritû suû dicẽdo. ¶ Genus ab Io. sum.) Quæro bis accipiẽdû est, vt sit Italiã quero patriã, & genus quero, qđ a Ioue summo descẽdit. His adiũgit aliqua de causa sui erroris & ea, quę tenerent, pfectionis initia, & pñtis tẽporis mala. ¶ Bis denis Phrygiû consc. naui. ęquor. Matre dea mon. viã da. fa. secu.) Cum numerû nauiû diceret, ambitiosum fuit qđ dixit bis denis, quam si diceret viginti, sicuti p nihilo posuit. Vix septẽ conuulsę vndis Euroq; supersunt, Matre dea monstrãte viam. Quã breuiter auditus est, q gratias ageret matri, licet ipse quasi apud incognitam cõmendationis suæ causa, hoc voluit dicere, q ex dea sit genitus

cõmendationis

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõmendationis fuę cauſa,hoc voluit dicere,q̃ ex dea ſit genitus. ipſa etiam viam monſtrauit dicendo in ſecundo libro,Eripe nate fugam,finemq̃s impone labori.Nuſquam abero,& tutum patrio te limine ſiſtam. Hic oſtendit poeta etiam illud, quod Æneas de Troiæ littoribus nõ voluntate nauigauerit iungendo, Data fata ſecutus.quoniam fatalibus diſpoſitionibus conſentiendum magis eſt, quã inefficaciter reſiſtendum, ecce præterita ſtrictim trãſijt,& in præſenti immoratus propter maiorẽ miſericordiam cõmouendam.ſ Vix ſeptem conuullæ vn.eu.q̃.ſuper. Ipſe ignotus egens.)Singula verba,quã teneant vim,quemue habeant intellectum, neceſſario noſcẽdum eſt.ait.n.bis denis nauibus ve miebã, deſignatione numeri, magnis copijs motã nauigationẽ, voluit demonſtrare. Vix ſeptem conuulſę vndis Euroq̃ ſuperſunt. Qui vult animũ dolentis cõpetenter excutere, ſeparatis ſingulis pronunciare debet. Vix, vt oſtenderet ſe cum magna difficultate euaſiſſe,Septem, vt ex magno numero exiguum quid ſupereſſet.Cõuullæ vndis Euroq̃ ſuperſunt.Hoc eſt diſſolutæ duplici malo vi maris & tempeſtatum,ad approbandum vero calamitatẽ ſuam. vtitur occaſione loci,ac tẽporis,dicendo. Ipſe ignotus,quod eſt in rebus humanis extremum, in alienis nullius habere notitiã. Egens.quod fuit infelicitatis argumentũ, ſi.n.nõ egeret nõ eſſet ei cuiuſquã notitia neceſſaria.iuncta igitur fuerũt mala duo, vt incognitus fuiſſet,& egens, & additũ eſt ad cumulũ malorum,vt ſolitudo quoq̃ & deſerta cõcurrerent, vt nihil ad victum vel ex agreſti ſolitudine ſuppeteret.nec inueniret quiſpiã, qui miſereri poſſet, Europa atq̃ Aſia pulſus duas partes orbis nominauit, de tertia parte cõticuit,quæ Aphricæ fuit,& in ipſa poſitus loquebatur.dicturus etiã alia malorũ ſuorum fuit, ſed quia vniuerſa habuit nota,vel quia non libenter h.ec patiebatur vlterius enumerari,vel quia cõſulendi via ante nocte fuerat maturãda, ait.ſ Nec plura querẽ.paſſa Ve.)Quia de ſolitudine ac deſertione nauigiorum,de inopia quoq̃ fuerat conqueſtus, & incognitũ ſeſe narrauerat omnibus,Venus occurrit,& in omnibus ſecurum præſtat.

ASCENSIVS.

¶EO dea &c.)Hæc eſt reſponſio Æneæ miſerationem excitãtis,& ad ſingula interrogata Veneris breuiter, ſed non eo ordine quo interrogauerat,reſpondẽtis, quod autem dicit:Sum pius Æneas argute defenditur ab arrogantia per Ser.nam quod de pietate dicit indicium inquit eſt.vnde ſciemus Æneam tam inſigni pietate fuiſſe,vt vulgo pius agnominaretur. Itaq̃ dicendo, ſum pius Æneas non arrogat ſibi, ſed indicat quis ſit:hoc eſt dicit ſe eum eſſe, qui vulgo pius Æneas appellatur:de fama autẽ qua dicit ſe, ſuper æthera notũ, dicere poſſumus cum Ser.q̃ cum heros eſſet debebat vera fateri, cum & Vlyſſes apud Home.dicat famã ſuam ad cœlum vſq̃ veniſſe, aut de pietate intelligendũ eſſe, quã & in deos qui ſuper æthera ſunt & homines exercuiſſet.Aut reuera dicere interdũ eſſe collaudare. Nam ſi rex ignotus inciderit in manus populi,qui ipſi regi parcerent,cum priuato obeſſent,decenter ſe regẽ fateretur. Cum ergo Æneas audiſſet quod dixerat Venus: Sed fines Libyci genus intractabile bello: ne forte ignotus intercipiatur, potuit dignitatẽ ſuam oſtendere: præſertim corã ea a qua beneficium acceperat, vt ſignificaret ſe eõ indignũ eſſe, cui virgo reſpõderit tam beneuole. Sed de his audiendus eſt Dona.dicens ſic:O dea: Duo dicit impedire. Vnum quia non vacat: Alterum quia breuitas temporis narrationẽ expleri nõ patitur: properat redire ad ſuos a quibus in locis deſertis noctu ſeparari nõ debuit. Beneuolam autem facit & honorificam cum deam appellat. Et attentã cum multitudinẽ calamitatum ſuarũ proponit, & non tamen oẽs ſe dicturum,Reſpondet ad omnia ſed nõ ordine. Primo.n.reſpondet ſecundæ. Quibus aut veniſſis ab oris. Et quãuis narratione totius diei non poſſe expleri calamitates dixerit: tamẽ breuitate miranda labores omniũ concluſit annorum. Nam dicẽdo nos Troia antiqua:primã temporis partem poſuit. Dum aũt Diuerſa per.æ.u.tangit mediam:& forte ſua Libycis ponit poſtremã,& ſimul oſtendit, q̃ violentia fluctuum illuc appulerit: & quia cum dea putabat ſe loqui: cõmendat perſonã ſuam dicendo.ſ Raptos qui.e.h.p.C.u.m.)Fama medie poſuit, nec dixit,qua fama,nam & multi mala fama noti ſunt,ſed qua fama intelligat,ponit,cum illum religione in deos fama ſuper ethera notus dicit:Cum.n.laboribus meis eſſem notus toti orbi, fama nominis mei fine fine decurrens ad cœlum venit.ſ Italiam quæro.)Ad id,Quoue tenetis iter:& ornaturus genus addit, q̃ nõ quæſitum fuerat.ſ Et genus ab Ioue ſummo Matre dea. Libẽter auditur q̃ gratias agat matri quaſi abſenti data fata:ergo non voluntario a patria diſceſſerat,Sic præterita ſtrictim tãgit:& in præſenti immoratur, vt maiorẽ moueat miſericordiã.ſ Bis.d.)Oſtendit magnũ numerũ. Sunt aũt ſi dolẽtis animũ excutere volumus ſeparatim ſingula cogitãda:vix oſtẽdit quãta difficultate euaſit.ſ Ignotus.) Summa in humanis miſeria:in alienis terris nullius habere notitiã.Augetur aũt ſi ſit egens.Nam ſi nõ egeret,nõ eſſet ei cuiuſquã notitia neceſſaria:ad hęc duo mala,ignotus,& egẽs: addit tertiũ, ſolitudo:vt nihil ad victũ ſuppeteret: nec inueniretur qui daret. ſ Europa,atq̃ Aſia.) Tacuit de Aphrica: quia in ipſa erat. Venus aũt ſermonẽ interrupit:vel quia norat cũcta:vel quia nõ libenter audiebat:vel quia maturandũ, q̃n ante noctem via monſtranda erat. Hæc ille. Beroal.aũt dicit in Seruil.ſic. Et ſi ſermo in hac re, Iſido.lib.j.etymolo.ſuffragaẽ:tamen apud me pluris eſt auctoritas Ciceronis,& Gellij,qui(vt opinor,& Seruio,& Iſidoro, dõctio res extiterũt.Etenim Gel.in.v.illos arguẽs: qui de hiſtoria,& annalib.idẽ quod Ser.tradiderũt: inquit annales nihil aliud eſſe quod hiſtorię ſint:hiſtorias nõ omnino id eſſe quod annales ſint:tamẽ alterũ ſpeciale nomẽ ſit:alterũ generale: itaq̃ hiſtoria erit rerum geſtarũ expõ.Annales vero libri ſunt id quod factũ quoq̃ anno geſtumue ſit cõtinẽtes:hiſtoria quo cõſilio qua ratione res geſtę ſint,demonſtrat:habet affectus,auditorẽ cõmouet. Annales aũtẽ nudi ſunt nihil habent incitamenti:nec cõmouere quicquã poſſunt:ſimpliciter ſine vllis ornamẽtis:ſine fuco:ſine affectibus res geſtas cõtinẽtes:de quibus annalib.ita ſcribit Cicero li.ii.de Ora. Erat hiſtoria annalũ confectio, res oẽs ſingulorũ annorũ mãdabat literis pontifex maximus, efferebatq̃s in albũ, & proponebat tabulam domi, poteſtas vt eſſet populo cognoſcẽdi:hiq̃ annales maximi nominãtur.Virg.itaq̃, omnium rerum peritiſſimus,ex perſona Æneæ tanq̃ pontificis dixit in.j.Et vacet annales noſtrorum audire laborum:nam cum pontifex annales conficiat:& Æneas a poeta, perinde ac põtifex inducaẽ:merito annales appellat hiſtoriam rerum ſuarum,& hic Maronianus verſus a Macrobio cum diligentia lectus eſt, & eruditiſſime expoſitus, enucleatuſq̃, a Seruio autem parum cutioſe examinatus, penſitatuſq̃.

¶Ordo autẽ eſt.O dea(fatetur.n.adhuc deam,licet illa diſſimularet:nõ enim plane negauerat ſe deam)ſi ego repetens a prima origine pergam.i.peragam.i.ad finem vſq̃ dirigam filum & contextum hiſtoriæ quã interrogas:& ſi vacet.i.vacans velis audire annales.i.recitationẽ,quaſi ex annalib.i.libris quotannis ſcriptã laborũ noſtrorũ:hoc eſt,ſi & mihi dicendi,& tibi audiendi otium ſit:veſper.i.ſtella veſpertina, quæ cum Veneris ſit Veneri grata nuncupatur:componet.i.claudet & finiet:ante.i.prius q̃s peregero ſermonem inceptum diem.i.lucem diurnã: & hoc olympo.i. cœlo clauſo,quia noctu(ſm poetas)clauditur:aut ſi de monte intelligatur,& hoc Olympo clauſo.i.obtruſo,ita vt videri non poſſit poſtq̃s reb.nox abſtulit atra cõlorem. Tempeſtas appulit ſua forte.i.fortuna,& caſu inopinato:bene vtitur verbo actiuo cum accuſatiuo:errant enim qui dicunt nauis illius,aut ille appulit heri,aut applicuit:cum dicẽdum ſit nauis appulſa, aut applicita eſt: quam hic,aut ille appulit,aut applicuit: appulit ergo nos vectos per diuerſa æquora, ſup.a Troia antiqua.i.nobili:aut ſi de illo loquitur Troia antiqua:qua dictã eſt:Surgentemq̃ nouæ Carthaginis arcem.q.d.nõ mirum ſi ſurgat,quia noua:ſed vt in.ij.dicit: Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos:aut ideo antiquã dicit,vt notũ ſignificet(de qua re tamẽ ex more ſe dubitare ſignificans:propterea q̃ ea loca inculta eſſent: vnde exiuerat exploraturus loca ea:Qui teneãt(nam inculta videt)hominesne,ferę ne) addit ergo: ſi forte nomen Troiæ, ũt per veſtras aureis.i.ſiquid vnq̃ de Troia audiuiſtis in iſtis locis loqui. Nec eſt cõtra præceptum grammaticum q̃ pluraliter loquiſ dicens,non tuus, ſed veſtras:nam licet ad vnã loquitur:tamẽ de plurib.loquitur, hoc eſt de omnib.Tyrijs qui ea loca iam tenebãt. Sicut prius ad Eurum, Veſtras Eure domos:nõ enim de ſolius Euri, ſed de omniũ vẽtorum domib.loquẽs,veſtras dixit.Quod aũt dicit forte ſua ex perſona ſua dicit Æneas qui neſciuit factione Iunonis id factũ: aut ſi reuera,cũ heros eſſet id ſcire poterat, tamen diſſimulandũ erat, cum iam in regione Iunoni chariſſima eſſet:quod vero addit Libycis oris ex eo pendet,quod dixerat Venus. Sed fines Libycianã niſi id iam ab ea didiciſſet,incongrue dixiſſet,cum ſicut prius vtſum eſt ipſe,cũ Achate exiuerit exploraturus, quas vento acceſſerit oras:vnde ipſe pauloante hũc locũ ad Venerẽ. Et quo ſub cœlo,tandem & quibus orbis in oris Iactemur, doceas:ignari hominũq̃ locorũq̃ Erramus.Eſt ergo ac ſi dicat: appulit nos vt audio:oris Libycis,id eſt ad oras Libycas: eſt enim datiuus ad locũ, & per hoc reſponſum eſt ad illud, quib.aut veniſtis ab oris. Nũc reſpondens ad id.Sed vos qui dicit: Sum pius Æneas qui veho mecum claſſe penates,id eſt deos domeſticos,& quaſi penes nos natos: vt ſunt dij proprij ciuitatis Troiæ: raptos.i.ereptos: ab hoſte.i.

hoſte.i.ẽ manu,aut occupatione hoſtium.i.Græcorũ exiſtens notus fama.ſ.huius pietatis, ſuper æthera.q.d.etiam in cõſilijs deorum:aut hyperbole eſt. Ad id autẽ quod quęſitũ eſt,Quo ve tenetis iter:reſpondet:Ego quærò Italiã patriam.i.vnde originẽ traxi,Ser.vult nõ appoſitionem eſſe,vt Italiam intelligamus eſſe patriam Æneæ,ſed diſtinguendũ eſſe:quoties enim multa & diuerſa copulare volumus, ſatis eſt coniunctionẽ ante vltimum ponere:vt,Ioãnes,Petrus,& Iacobus in tranſiguratione dominica fuerunt:dicetur ergo, ego quæro Italiam.ſ.promiſſam a dijs, & patriam.ſ.Corythum:& genus a Ioue ſummo, ſup.quæro, hoc eſt quæro cunabula gentilium meorum qui ab Ioue deducti ſunt: nam dicetur in.iij.de Italia:Antiquã exquirite matrem:& Corythũ, terraſq̃ requirit Auſonias: & hinc Dardanus ortus Iaſiuſq̃ pater,aut ego exiſtẽs genus.i.progenies,deducta a Ioue ſummo conſcendi æquor Phrygium.ſ.Helleſpontum:bis denis.i.viginti nauib.ſecutus.i.ſequens fata data.i.conceſſa mihi a dijs vt fati ſit ereptũ eſſe & nõ proditionis: & hoc matre dea.ſ.Venere(cum qua iam ignota loquitur,& ita gratum ſe oſtendit matri quod illi acceptum eſt)monſtrãte viam.Septem,ſup.naues ex illis viginti:nec integræ, ſed conuullæ vndis & Euro.i.procellis ſuperſunt .i.reliquæ mihi ſunt: vix.i.quod cum ſumma difficultate mihi contigit:aut vix ſuperſunt: quia nõ totæ, cum remi fracti ſint & mali.Ipſe.i.ego:ignotus in his locis quãuis ſim fama ſuper æthera notus, peragro deſerta Libyæ quæ.ſ.dicis eſſe Libyæ.egens.i. qui egeo(vnde Dido dictura eſt in exprobrationẽ eius. Nuſquã tuta fides,eiectum & littore egentem Excepi: & regni demens in parte locaui, Amiſſam claſſem: ſocioſq̃s a morte reduxi.)& ſup. pulſus Europa.ſ.ad quam tendere parabat,& Aſia.ſ.a qua profugus fato venerat:in Aphricam vento pulſus:volebat autem plura dicere,nec.i.& non:& Venus non paſſa querentem, ideſt queri,aut cõqueri volentem plura inter fata eſt ſic, vt.ſ.ſequitur medio,quia nondum abſoluto ſermone:dixiſſet.n.caſus ſuos quos iam in mari paſſus erat, qui quia dicti ſunt incongrue repeteren tur,vnde ſubtiliter inducit Venerẽ interrupiſſe ſermonem eius.

PIERIVS.

¶Et vacet annales noſtrorum audire laborum.)In perueteri codi.manu ſcripto, annales noſtrorum audire parentum, legitur quod

SERVIVS.

¶Quiſquis es.)Pleraque per conceſſionem ſic tradit poeta, vt argumentum faciat:ſicut hoc loco. Audierat Venus, Sum pius Æneas fama ſuper æthera notus, dicit tamen Quiſquis es:hoc eſt, etiã ſi hæc in te non ſint, hinc tamen conſtat te eſſe felicem, q̃ venijſti Carthaginem. Item in ſecundo, Quiſquis es,amiſſos hinc iam obliuiſcere Graios: hoc eſt qualibet ratione contra nos bella ſuſceperis. ſ Haud credo inuiſus cœleſtibus. Liptotes figura per contrarium ſignificans,ideſt credo te eſſe chariſſimum ſuperis:vt ſupra, Mihi iuſſa capeſſere fas eſt. Cœleſtibus autẽ ſecundum Pythagorã,& preципue Platonem dixit, qui confirmant viuos eſſe ſuperis charos, mortuos vero inferis. Vnde & Virgilius de Pallãte.Et nil iam cœleſtibus vllis Debentẽ.Item contra, Vos o mihi manes Eſte boni, quoniã ſuperis auerſa volãtas.ſ Auras vitales carpis.)Quibus vitam.Nil eſt enim aliud vita niſi reciprocus ſpiritus, vnde Iuppiter quo conſtant omnia,vocatur ζεὺς ἀπὸ τῆς ζωῆς, ideſt vita. ſ Carpis.)Accipis.vt,Et,placidã carpebant membra quietẽ.ſ Tyriam.)Carthaginẽ a colonis.ſ Aduenęris vrbẽ.)Hyſterologia,vt ſupra,ſ Perge modo.)Tantummodo:hoc eſt,hæc tibi ſola ſic cura,nam liberatę ſunt naues.ſ Perfer.)Imperatiuus modus eſt:vt, Fer cineres Amarylli foras.ſ Reduces.)Proprie reduces dicũtur, qui pericula euaduntſic infra, Vt reduces illi ludunt.ſ.poſt periculũ illatũ ab aquila.ſ Verſis Aquilonibus.)Quia poſtq̃s ad Africam iter verterunt, aduerſus ante Aquilo cœpit eſſe proſperior. ſ Ni fruſtra augurijs vani docuere parẽtes.)Hoc ad cõfirmandũ errorẽ Æneę dixit,ne diuinãdo dea eſſe crederetur. Quod aũt dicit,ſ Vani parentes, aut hypallage eſt.i.vanũ augurium:vt,Dare claſſibus

Quiſqs es haud credo iuiſus cœleſtibꝰ auras VE.
Vitaleis carpis: Tyriam qui aduenęris vrbem.
Perge modo: atq̃ hinc te reginæ ad limina perfer.
Nanq̃ tibi reduces ſocios, claſſemq̃ relatam
Nuncio: & in tutum verſis aquilonibus actam:
Ni fruſtra augurium vani docuere parentes.
Aſpice bis ſenos lætanteis agmine cycnos:
Ætheria quos lapſa plaga louis ales aperto
Turbabat cœlo: nunc terras ordine longo
Aut capere, aut captas ſam deſpectare videntur.
Vt reduces illi ludunt ſtridentibus alis:
Et cœtu cinxere polum: cantuſq̃ dedere:
Haud aliter, puppesq̃ tuæ, pubesq̃ tuorum,
Aut portum tenet: aut pleno ſubit hoſtia velo.
Perge modo: & qua te ducit via dirige greſſum.

quod forte nõ diſpliceat:ſi quantum interrogationi cõgruat reſponſum perpenderimus. Tria enim percontata fuerat Venus: Quinam eſſent: Vnde digreſſi in Libyã aduenijſſent: Et quo demũ eſſent profecturi. Cuius interrogationis pars prima, ſed vos qui nam eſtis, duplicem requirebat reſpõſionẽ, a genere, vel a ſpecie: nam, quo quis celebris habeaẽ, aut maiorũ nobilitas aut virtus propria debet efficere. Æneas vero qui ſe huiuſmodi diſtinctioni obligatum intelligit, anguſtia tẽporis circunſæptus videt longam & importunũ eſſe, maiorũ ſuorum gloriã recenſere, feſtinãdumq̃ eſſe ad ſpeciẽ,& ad indiuiduum:vt quod nũc inſtat, interrogantem ſibi cõciliet. Itaq̃ prudenter ea, quæ ad maiores ſuos pertinent, nolle ſe recitare per occupationẽ dicit, fuiſſe vero nobiles eo cõprobat argumẽto, quod tot & tam magnæ ſint a maiorib.ſuis, geſtæ res(id.n.ſignificant annales)vt vix dies narranti ſit ſufficitura. Reliqua vero reſponſa cum manifeſta ſint, prætereo, vt minime ad cõmemorandum neceſſaria. Dona.tamẽ cum alijs cod.laborũ nõ parentũ.videtur agnoſcere dum ita exponit, Quia narrationẽ malorũ vnius anni, diei tempus expleri non patitur, ita enim annales, videtur interpretari, & malorũ paraphraſtice pro laborũ, poſuiſſe:ea tamẽ curata ſunt in vulgatis exẽplaribus.ſ Ante diem clauſo cõp.veſper olym.)In codi.aliquot antiquis nõ inuenuſte,componat, habetur.ſ Diuerſa per æquo.ve.) In perueteri quodam codi.iactos,legi, quod pro iactatos intelligi oporteret,vt illud,Quo primum iactati vndis. Sed maior pars veterum cod.vectos,habet:idq̃s omnino melius.ſ Et genus ab Ioue ſum.ſ In Roma.cod.ab Ioue magno,legitur.V trunq̃ epitheton Iouis eſt ſiue olympus, ſiue æther, pro Ioue intelligaẽ.ſ Vix ſeptem conuullæ vndis.)In Roma.codi.& aliquot alijs peruetuſtis,conuolſæ,per o ſyllaba media:ita reuolſus, ita auolſumq̃ humeris caput,& ſimilia. Præterea Victorinus conuulſus, per m,literam ſcribi præcipit, qui u,digammon eandem habere vim ceſeat,quam habeat,b,muta:pariq̃ ratione,ſi præcedat,n,ex aliqua cõpoſitione,in m,mutari: ſed hæc viderint alij. Illud ego potius referam,notari ab Donato vix ſeptem,quaſi pro nihilo poſitum & cum numerum nauium diceret,Ambitioſum fuiſſe dicere. bis denis,longe magis quam ſi viginti,dixiſſet. Verſus enim nihilo ſecus ſtetiſſet:ſi viginti Phrygium conſcendi,nauibus æquor,poſuiſſet.

claſſibus auſtros, & ibant obſcuri ſola ſub nocte,q̃ ipſi ſoli per obſcurã noctẽ. Aut certe vani parẽtes, qui res falſas & inanes docent. Et per hoc plerunq̃ decipere oſtẽdit auguria. Multi volũt ad nimiũ hoc amorẽ parentũ referri,q̃ teneritudine affecti,etiã ſuperflua liberos docẽt.ſ Bis ſenos cycnos.)Cycnos nanibus cõparat,aquilam tempeſtati. In auguriis aũt conſiderandę ſunt nõ ſolũ aues,ſed etiã volatus, vt in prepetibus:& cantus, vt in oſcinibus:quia nec omnes nec omnibus dant auguria, vt columbę non niſi regibus dant,quia nunquam ſingulę volant, ſicut rex nunquã ſolus incedit. Vnde eſt in ſexto, Maternas agnouit aues, per tranſitum oſtendit regis augurium. Item cycni nullis dant, niſi nautis:ſicut lectũ eſt in ὀρνιθοσκοπία, Cycnꝰ in auguriis nautis gratiſſimus ales:Hanc optãt ſemper, quia nunquã mergitur vndis. ſ Lętanteis.)Poſt periculum.ſ Agmine.)Volatu,impetu. Agmen autem apud Virgilium, eſt cuiuſlibet rei impetus:vt, Illi agmine certo. Et, Vocat agmina ſæua ſororum.ſ Iouis ales.)Aquila,quæ in tutela Iouis eſt:quia dicitur dimicanti ei contra Gigantes fulmina miniſtraſſe, quod ideo fingitur, quia per naturam nimii eſt caloris,adeo vt & oua quibus ſuperſedet, poſſit coquere,niſi admoueat gagatem lapidẽ frigidiſſimum, vt teſtatur Lucanus, Fœta tepefacta ſub alite ſaxa.ſ Capere.)Eligere: vt, Ante locum capies oculis.ſ Stridentibus alis.)Signum augurij eſt.ſ Cœtu.) Dicit Plinius Secundus in naturali hiſtoria,omnes aues colli longioris, aut recto ordine volare, vt pondus capitis præcedentis cauda ſuſtentet:vnde & prima plerunque deficiens, relicto loco incipit eſſe poſtrema, aut in cœtu ſe omnes inuicem ſuſtinere. Hoc autem volatu imitantur literas quaſdam, vnde Lucanus,

Et turbata

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et turbata perit dispersis littera pennis.¶Cătusq; dedere.)Allusit ad nautas.¶Puppesq; tuæ, pubesq; tuorum.¶Tropus synecdoche,a parte totum significat. Terentius,O lepidum caput,id est o lepidus homo.¶Ostia.)Proprie ostia dicũtur exitus fluuiorum: sed modo abusus est,quia plerunq; ostia ipsa pro portu sunt.

DONATVS.

¶Quisquis es.)inquit, perseuerat adhuc, quasi cum incognito loquatur,quasi diceret,siue Æneas es,siue Troianus.Haud cred. inui.cœle.au.Vita.carp.tyr.qui adue.vrb.)Diis inquit propitijs constat te vitã tuam ducere, quãdo post infinita aduersa visurus es Carthaginem.hæc inferendo proculdubio spondebat effectũ eorum,de quibus Æneas fuerat cõquestus,nam & colligebatur, & notitiam hominum,& futuram celebritatem loci,& humanitatem promisisse.¶Perge modo &c.)Hortatur eum, vt non secundum intentionem suã ad naues & ad socios redeat,sed magis pergat ad ciuitatem,& ipsam reginã, atq; vt hoc ipsum solicito & anxio persuaderet,facit lętũ,facit per omnia securũ dicens.¶Nanq; tibi reduces.)Quomodo id potuerit fieri,vel quomodo illa scire potuerit,potuit,inquiri,ait.quę conquereris perdita,mota iteratione ventorum ex indignis partibus tuta loca tenuerunt, dixit ergo & ventũ, quo euaserant.vnde id scire cõsequenter exequitur.¶Ni fruſtra augurium,)Ne vanos intelligamus, hoc est quasi stultos,qui prudenter auguria repererunt, ordinandus est sensus sic,atq; ita sentiendum, si non fuerunt vani parentes nostri, hoc est maiores,& nõ fruſtra nos auguria docuerũt.¶Aspice bis senos.)Ecce duodecim cygni numero nauium, quæ coæquãtur, quas Æneas putabat oppressas.¶Ætheria quos lapsa plaga.)Dicit cygnos ipsos post aquilæ perturbationem,vt naues tempestatibus constabat esse turbatas,hoc est disperſas,hilaritatẽ omnem, lętitiamq; recepisse, & vt cygni ordine soluto securi volitant,sic, inquit,& naues tuæ & omnes tui securi degũt, ac tuti sunt.¶Perge modo.)Posset Æneas dicere,non noui quo eam,hoc illa præripuit dicendo,via tibi monstrabit quo tendas gressus tuos.

ASCENSIVS.

¶Quisquis es,haud credo &c.)Nunc qui gratia venerat exequitur Venus . docet.n.locios ferè cum classe ſaluos esse recipiẽdos: monetq; Didonem accedant.Quod vero dicit:Quisquis es,nõ de rogat fidẽ Æneę,sed auget fidẽ dicendis.Nam sensus est, id quod dicturа sum,nõ ideo dicam,quia dicis te pium Æneã fama super æthera notum:sed quia augurij perita certissime posco te dijs acceptum, qui post tantã tempestatem incolumis classem recipies, sed ne dicta dicam, audiamus Dona.cuius verba sunt : Quisquis es:adhuc veluti cum ignoto loquitur,haud equidem oportet te dijs charum esse, quoniã Carthaginẽ veneris , hæc verba omniũ spondebant effectum,de quibus conquestus erat.Nam & notitiã sui , & celebritatem.& humanitatẽ pollicetur.¶Perge.)Hortatur ne redeat ad suos,vt proposuerat:sed eat Carthaginem.¶Nãq tibi.)Demit solicitudinem de socijs salutem illorum augurio nuncians.¶Ni fruſtra.a.va.d.p.)Ordina sic , ni vani fuere parentes, id est maiores nostri, & fruſtra nos docuerũt.¶Bis senos.)Numero nauium cœquantur,quas Æneas putabat oppressas.¶Ætheria.)Quos vt cygni post perturbationẽ illatam , ab aquila liberati suo ordine lęti, volantes terrã captã petunt,sic tui a tempestate erepti tuti sunt.¶Et qua te ducit via)Ne ille diceret,nõ noui iter.

Ordo. ¶Ordo autẽ est.Quisquis ides quicunq; es,hoc est, etiam si non sis ille pius Æneas,quem te prædicas & te esse satis credo : tamen ex solo augurio,& rerum euentu edocta,ego credo,q; supple tu, haud,

SERVIVS.

¶Auertens.)se subaudi , hoc est cum auerteretur:vt, Tum proram auertit.¶Rosea.)Id est pulchra.¶Ambrosiæq; comæ.)Aut deorum vnguento oblitæ,hoc est ambrosia : aut certe abusiue dixit diuinę comę.¶Spirauere.)Exhalauere.¶Vestis desluxit .) Quia dixit supra,Sinus collecta fluentis.¶Vera.)Bene vera,de qua ante dubitabatur.¶Matrẽ agnouit.)Nunc matrẽ cognoscit. Nã deã esse superius dixerat.¶Fugientem.)Celeriter abscedentem.¶Quid toties.)Sæpe: & aut κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus sæpe eum esse delusum, aut certe fm ipsum Virgiliũ, qui ait in secũdo ; Cum mihi se non ante oculis tã clara vidẽdam obtulit.Multi tamen volunt in hoc ipso loco sæpe eum esse deceptũ : vt in habitu,in interrogatione,respõsione q;, in augurijs.¶Tu quoq;.)Sicut Iuno , cæteriq; dei , q Troianis inimici sunt.)¶Cur dextræ iũgere dextrã.) Maiorũ enim hæc fuerat salutatio:cuius rei τὸ αἴτιον , ideſt causam Varro, Callimachum secutus, expoſuit asserẽs omnem eorum honorem dexterarum constitisse virtute : ob quam rem hac se venerabant corporis parte.¶Veras aut dire,

Dixit:& auertẽs rosea ceruice refulsit: POE.
Ambrosiæq; comæ diuinum vertice odorem
Spirauere:pedes vestis defluxit ad imos:
Et vera incessu patuit dea.ille,vbi matrem
Agnouit:tali fugientem est voce secutus.
Quid natũ toties crudelis tu quoq; falsis ÆNE.
Ludis imaginibus:cur dextræ iungere dextram
Non datur:ac veras audire,& reddere voces?
Talibus icusat:gressumq; ad mœnia tendit. POE.
At venus obscuro gradientes aere sepsit:
Et multo nebulæ circum Dea fudit amictu:
Cernere nequis eos,neu quis contingere posset:
Moliri ue moram,aut veniendi poscere causas.
Ipsa Paphum sublimis abit:sedesq; reuisit

dire , & reddere voces?)Sunt multæ reciprocæ elocutiones: vt hoc loco ,sunt multæ vnius partis vtriq; sufficientes:vt,tenemur amicitijs : ridiculum enim est si addas mutuis : cum amicitijs vtrunq; significet , sicut Fronto testatur.Item sunt elocutiones,quarũ vna pars plena est: quę si conuertantur, habent aliquid superfluum:vt in Salluſt.In tugurio mulieris ancillæ:bene addidit ancillę.At si dicas,in tugurio ancillæ mulieris:erit superfluum.Mulieris:ancilla enim & cõditionẽ ostendit,& sexum.Item , Res erat prætoribus nota solis. hoc sufficerat,male ergo addidit:Ignorabatur a cæteris. Quod si cõuertas,nihil esse superfluum inuenitur.¶Talibus incusat.)Res darguit , Incusare proprie est superiorẽ arguere:vt in Teren.pater ad filium , Quid me incusas Clitipho?Accusare vero, vel parẽ vel inferiorẽ:vt in eodẽ ad maritum vxor,Me miserã, quæ nunc quã ob causam accuser nescio . Et hoc proprietatis est : licet vsus ista male corrumpat. Sciendũ tamen est Terentium propter solã proprietatẽ omnibus comicis esse præpositum:quibus est, quantum ad cætera spectat , inferior.¶At Venus.)Ordo est, At Venus dea.¶Obscuro aere.)i. nebula , cuius diffinitio est.¶Circũ dea fudit.)Figura Tmesis est, quæ fit, cũ secto vno sermone aliquid interponimus:vt alibi, Septẽ subiecta trioni . Sed hoc tolerabile est in sermone cõposito:cæterũ in simplici, nimis est asperum:quod tamen faciebat antiquitas:vt,Saxo cere cõminuit brum.¶Aut vendi potscere causas.)Scilicet ne sæpe narrando crebrum patiatur dolorem.Vnde melius ad Æneam refertur . Medio sic interfata dolore est.¶Ipsa Paphum.)Ciuitatem Cypri.¶Sublimis.)Diuino incessu.¶Læta.)Proprium Veneris epitheton.¶Sabęo.)Arabico , Arabiæ autem tres sunt,Inferior , Petrodes, Eudæmon,in qua populi sunt Sabæi,apud quos nascitur thus. Dicti autem Sabęi ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, i.venerari,q; deos per ipsorum thura venerantur.¶Ture calent aræ,sertisq; recẽtibus halant.)Ecce vnde supra dixit,Haud equidẽ tali me dignor honore. Quod autẽ dicit, ¶Recentibus.)Laus est loci , qui semper flore vestitur.¶Sertis.) Sertũ & serta,cum nihil adiicit,dicimus:vt hoc loco,Item alibi ex pressius,Serta procul tantũ capiti delapsa iacebant . Si autẽ sertos dixero,Flores addo.Si sertas,addo coronas:vt Lucanus,Accipiũt sertas nardo florente coronas . Et hoc in multis nominibus obseruandum est,vt genus ex adiectione formetur,qua detracta,in neutrum cadat necesse est:vt piscinalis locus,piscinalis cella,piscinale,faginarius mulus,faginaria mula,faginarium.

DONATVS.

¶Dixit,& auertens.)Remota Æneæ suspicione, veram cõstituit deam,cõpletis quæ voluit, dimisit instructum & recedens pluribus signis monstrauit filio,quę esset, vt pleno visu aduerteret cũ qua sibi fuisset colloquiũ:nam refulsit splendore, quo fuit & relaxata veste vsq; ad vestigia ipsa est contecta.supra.n.dixit,Nuda genu nodoq; sinus collecta fluentes , Odoribus quoq; deã se esse monstrauit:Sic.n.eius comæ se effuderãt,vt ipsa prælens putaret ambrosia,quã mulieres vnguẽtis admiscent . Ordinat sensus sic. Ambrosiæq; comæ odorẽ spirauere.¶Ille vbi matrem agnouit.) Ecce nõ tantum deam se cõstituit,verumetiã matrem,sed ne præsentẽ fraudis argueret,proripuit eadẽ sese , sed illa quãdo repentino interstitio eam gradiendo vel currendo sequi nõ potuit,secutus est voce.¶Quid natum toties.)Incusatio est nõ contumeliosa,aut de amaritudine veniens,sed de religione & affectu.Cur inquit,ante hoc nomẽ tuũ mater cõsiteri noluisti?cur quasi aliena locuta es mecum?An nunquid tam infelix sum , vt in me etiã materno pectore crudelitas orta sit, quanto melius erat vt miseriæ meæ ex aperto matris fabulis leuarentur:& congressu dexterarum pietas cognosceret?nec semel hoc fecisti , sed sæpius.constabat enim inter ipsos multa & varia fuisse colloquia , in quib. Æneas & vultu matris & habitu,& sermonibus fallus est . Longa post fugientem incusatio esse debuit,sed tanta, quãta posset peruenire ad aures tota celeritate recedẽtis . Hinc igitur mature decessit carpens viam ad ipsa mœnia tendentem . Idcirco positum est.¶Talibus incusat.Addidit,At Venus.)Non tamen sufficit matri,quod verbis instruxerat filium , licet sciret, eadem omnia cõposuisse Mercurium,nam quatuor causis mota,eũtes nube multa circundedit, ne anteq; ad ipsam Didonem peruenirent aut viderentur ab aliquo,aut contingerentur,aut visos quisq; interrogationibus varijs detineret, vel certe veniendi causas exquirens properantibus moram afferret,ante noctis.n.tenebras peruenire debuerant.¶Ipsa pa.sub.abit.)Descriptio loci inducitur , qui opportunus incurrerat ad ciuitatem veniẽtibus.huius altitudo euidenter expressa est,quæ solet esse collis,in quos non est difficilis ascensus, prospectui tamẽ vt explorandis rebus aptissimus.huius latera sic fuerunt

Læta suas:vbi templum illi,centumq; Sabęo
Thure calent aræ:sertisq; recentibus halant.

fusa,vt prolixiora essent ab ea parte , qua ciuitas fuit , denicq; aduersæ arces inde appareant,hoc est obiectæ oculis,& contra positæ , in collis edito stantes , inde Æneas magna cum admiratione cernens operantes plurimos in ea regione , in qua non putabat aliquem commorari.Idcirco positum est.

ASCENSIVS.

¶Dixit,& auertens.)Docet quomodo Venus abiens , agnita est, quod opportunũ fuit,vt dictis fidẽ habeat Æneas, vtq; ab ea nebulis septus sit:cuius rei assignat quatuor causas Dona.cuius verba sunt.¶Et vera incessu p.d.)Cõpletis quæ voluit,dimisit lętũ,& instructũ,& plurimis signis se manifestauit , & splendore,& odore , & defluxu vestis.¶Ambrosiæq; co.)Sic eius comæ se effuderant, vt putarent ambrosia:quã mulieres in vnguẽtis admiscent perfusę.¶Voce.)Quando gradiendo,vel currendo , non potuit. ¶Quid.)Incusatio contumeliosa sed ex affectu & religione ,pcedens.Ergo mater nomẽ tuũ cõsiteri noluisti:& quasi aliena locuta mecũ maternis verbis,miserias meas, nõ leuasti:nec semel hoc fecisti,sed sæpe. Cõstabat.n.inter ipsos,multa & varia fuisse colloquia,in quibus ille vultu , habitu,& colloquio matris, fallus est. Debuit aũt incusatio ad abeuntẽ,nõ esse lõgior, q; vt ad celeriter fugiẽtis aures,peruenire posset.¶Obscuro aere.)Nõ satis fuit verbis instruxisse filiũ , licet sciret omnia eadẽ cõposuisse Mercuriũ, sed quatuor de causis texit,ne viderent,ne tangerent, neinterrogationibus varijs detinerent:vel veniendi causas quærentes eos, qui ante noctẽ venire debebãt,detinerẽt. Beroaldi aũt in Seruiũ, verba sunt hæc:Quis non videt fallam,ac penitus inanẽ esse distẽrentiam,quã Ser.nobis persuadere cõtendit?nemo ferè eruditorum in latina lingua, ita loquit?nemo hanc differentiã obseruat, quinimo sępissime secus legitur.Cęsar in primo cõmẽtario,omnium ordinum adhibitis,ad id consiliũ centurionibus,vehementer eos incusauit.Certe Cęsar,militibus suis maior est,nõ minor: & tamen contra Seruij disciplinam,dicit se illos incusasse:& profecto latinissime locutus est . Incusare.n.significat reprehẽdere,vel culpare,sine aliquo discrimine, hinc Corne.Tacitus inquit:Intẽperiem cœli incusantes,& apud Diomedẽ legitur:inculante Cicerone Catilina cõiuctus est,quod quidẽ exemplum, de maiore in minorẽ dici,nemo inficiatur:cum consul Cicero fuerit,& Catilina priuatus.Accusare verò,ab authoribus idoneis vsurpat, nusquam obseruata fetutina illa,& rancida Serui obseruatione,qua de re exẽpla ideo ponere supersedeo, quia talibus scatent scriptorum cũcta volumina.¶Ordo est. Dixit,i. Venus,i.finiuit sermonem suũ:& auertens, sup.se refulsit.i.resplenduit ceruice rosea.i. pulchra aspectu,qualis est rosa, & comę ambrosię.i.ambroba imbuteꝰ:spirauere.i.emiserũt,& diffuderũt,aut exhalauerunt , quasi spirãdo:diuinũ.i.diuinitatis,aut qualẽ dij, & deę diffundere solẽt odorẽ vestis.i.eius:de qua dictũ est, Nodoq; sinus collecta fluentis:defluxit ad imos pedes,& patuit incessu.i.incedendo vera dea cum prius de ea aliquantulũ dubitasset(hæc autẽ sunt signa diuinitatis:de quib.etiã in.v.dicit : Diuini signa decoris, Ardentesq; notate oculos q spiritus illi,Quis vultus, vocisue sonus:vel gressus eunti?)ille.i. Æneas vbi agnouit matrẽ.i.esse nõ solũ quãuis deam:secutus est, sup.eam fugientẽ:tali voce.i.sermone:nam pedibus nõ potuit eam assequi.Quid o mater , tu quoq;.i.etiam tu crudelis.i.immitis:(nã ex impatientia,omnia crudelia vocamus: vnde in Buco. Atq; deos , atq; astra vocat crudelia mater.Item,O crudelis Alexi.Item Amasius poeta : Crudeles diui serpẽs nouos exuit annos Formæ non vllam fata dedere moram.)ludis.i.illudis:natum.i.filium.i.me toties:falsis,i.fictichs, & aliud q; sit simulantibus imaginibus.i.speciebus:cur non datur.i.negatur, & nõ conceditur mihi, iungere dextræ,sup.tuæ : dextram,sup.meam: (cum etiam oſculum dare filio licere videatur.)& audire , & reddere voces veras.i.non sub aliena persona occultatas:hoc est matris,& filij,vt a matre , & a filio , Æneas incusat.sup.matrem , talibus.i.dictis,& tendit.i.dirigit gressum ad mœnia.i.Carthaginensia(vtrũq; enim reperitur.)At.i.sed , Venus sepsit.i.circundedit gradientes.i.Æneam cum Achate.(Est autem accusatiui casus pluralis numeri.)aere obscuro.i.denso , & opaco,& dea.i.ipsa quæ potuit,cum sit dea : circunfudit sup.eos multo amictu.i.tegmẽto nebulę:ne quis posſit cernere eos:neu, id est neue , quis posset contingere eos : ve,pro vel,moliri , cum molimine, & molestia facere moram.i.detinere eos , & exquirere,causas veniendi.Ipsa.i.Venus hoc facto:abiit sublimis.i.sublata , vel per altum volans in signum lætitiæ pro bene actis rebus:

Ordo.

Paphum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Paphum.i.ad ciuitatē illam Cypri, & ipsa læta reuisit suas sedes.i. vbi præcipue quiescit, ac colitur. Sed ingeniose alludit poeta ad historiam: nam Venus dicitur fuisse regina Cypri, quæ corpus suum diuulgabat:& quæ illic sepulta est: sedes autem pro sepulchro accipi solet: vt in.vj. Sedibus hunc refer ante suis vbi templum, sup. est illi, s. Veneri:& vbi centum aræ calent illic thure Sabæo.i. quod in Saba nascitur, nam solis est thurea virga Sabeis:& halant.i. spirant,& fragrāt sertis.s. florum, recentibus.i. recenter appositis a puellis, quæ eas frequenter innouant.

PIERIVS.

Agno.t.fu.est.u.se.)In Long.exē.mutato numero legit, fugiēte tali est.u.se. sed prior numerus ex tetrametro longe magis placet, qa nō ita languidus. Audire,& reddere voces)In co. aliquot vetustioribus, reddere, vnico, d, scribit: sed.n. geminatū d, in eo verbo Velius Long' asserit: nō ita aūt in reducere, quod ideo fuit adnotandū, quia sunt hodie qui clamitēt ex publicis cathedris, reddo, simplici d, scribēdū. Aut veniēdi exposcere causas.)In aliquibus antiq. codi. exquirere, legit quod maiori diligētia quærere, significat. In Lōgobar.& aliquot alijs, discere: In Roma. in Medi.& antiquiorib. plerisq; poscere, habet quod magis placet. Porro qui exquirere, fecerūt, id ex Donatiana paraphrasi desumpsere, vbi est, Vel certe veniēdi causas exquirēs, pperantib' moras afferret. Ipsa Paphū sublimis abit.)Vetera quædā exemplaria, & Paphon,& adit, scribūt: sed vt Paphon, non reiecerim: ita adit, nunq̄ scripserim. Ture calent aræ, sertisq; recētibus halāt.)Tus, multi nunc cum adspiratione scribūt: sed F.L. Sosipater, tus, a tundēdo dictū vult, ideoq; adspirationē non admittere, quāuis Iulius Modestus ἀπὸ τοῦ θύειν, quod est rem sacrā facere, nomen deduci velit. Habēt preterea plerisq; codices manu scripti, alant, absq; adspiratione: sed hoc imperite, cum natura ei verbo insit adspiratio.

Corripuere viam interea: qua semita monstrat.
Iamq; ascendebant collem: qui plurimus vrbi
Imminet: aduersasq; aspectat desuper arces.
Miratur molem Aeneas, magalia quondam:
Miratur portas, strepitumq;, & strata viarum.
Instant ardentes Tyrii, pars ducere muros:
Moliriq; arcem: & manibus subuoluere saxa.
Pars optare locum tecto: & concludere sulco.
Iura, magistratusq; legunt, sanctumq; senatum.
Hic portus alii effodiunt: hic alta theatris
Fundamenta locant alii: immanesq; columnas:
Rupibus excidunt, scenis decora alta futuris.
Qualis apes æstate noua per florea rura
Exercet sub sole labor: cum gentis adultos
Educunt fœtus: aut cum liquentia mella
Stipant: & dulci distendunt nectare cellas:
Aut onera accipiunt venientū, aut agmine facto
Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.
Feruet opus: redolentq; thymo fragrantia mella.
O fortunati, quorum iam mœnia surgunt:
Aeneas ait: & fastigia suspicit vrbis.
Infert se septus nebula (mirabile dictu)
Per medios: miscetq; viris: neq; cernitur vlli.

SERVIVS.

Corripuere viā.)Officiū eūdi celeriter arripuerūt. Neq; enim via corripit. Qui plurimus.)Id est lōgus, vt ipse alio loco, Cui plurima ceruix. Itē, Cum se nux plurima, id est amygdala: longa nanq; est. Aspectat)Rei insensibili dat sensum. Vnde est illud ī quarto de Atlāte. Itē Sallustius, Lyciæ Pisidiæq; agros despectantem. Miratur molem Æneas.) Hoc ad ipsum refert. Magalia quondam.)Hoc ad poetā. Nec enim hoc nouit Æneas. Magalia vero antistœchō est. Nam debuit magaria dicere: quia magar nō magal, Pœnorū lingua villā significat. Instant ardētes Tyrii.)Multū festinātes. Alij ingeniosi intelligunt. Nā per contrariū segnē id est sine igni, ingenio carentem dicimus: vnde & a Græco venit catus, id est ingeniosus ἀπὸ τοῦ κάιεσθαι. Ducere muros)Ædificare. Molirisq; arcē.)Molibus factis extollere. Optare.)Eligere: vt, Tuus o regina quid optes, Explorare labor. Tecto.) Ad tectū: nota figura. Sulco.)Fossa. Ciuitas enim, nō domus, circundatur sulco, vt alibi, Ausim vel tenui vitem cōmittere sulco. Legunt.) Eligunt. Portus effodiunt.)Id est cothona faciūt. Alta theatri Fundamēta.)Hinc futura magnitudo cognoscit. Qualis apes.) Tertiæ declinationis genitiuus pluralis & in ium, & in um exit, sed tum pro nostro arbitrio cū nominatiuus singularis fuerit n, & s, terminatus: vt amans & amantum, & amantiū dicimus. Cum aūt nominatiuus singularis er & ur fuerit terminatus, tantum in um exit: vt pater patrū, murmur murmurū. Reliqua vero nomina authoritate firmamus: vt apis apum, vel apiū. Æstate noua.) Bene noua, quia & est adulta & præceps sm Sallu. Florea.)Pro florida: vt, Nemora inter frondea turbā. Rura.)Græce ἄρουρα dicuntur. Aphæresis ergo sermonē fecit latinū. Exercet.)Fatigat: vt, Nate Iliacis exercite fatis. Hoc aūt participiū ab exercitu.i. militum multitudine, declinatione discernimus: nam nomen, quartæ declinationis est: participiū, secundæ. vt visus huius visus vel visi: passus, huius passus vel passi: auditus, auditi vel auditus: aditus, huius aditus, vel aditi. Sub sole.)In sole: vt, Nanq; sub ingēti lustrat dum singula tēplo. Cum gētis fœtus.)Ad laudē apum hoc pertinet: quod in quarto Georgicorum melius intelligitur. Liquentia.)Defæcata, sine sordibus: vt, Nec tantū dulcia, quantū & liquida, id est pura: nam dura mella constat esse meliora. Stipant.)Densant: trāslatio a nauibus, in quibus stupa interponitur vasis, quā stipam dicunt. Distendunt.)Implent: vt, Et denso distendere pingui. Nectare.)Melle: abusus est, propter suauitatis similitudinē. Cellas.)Et hic abusus est, vt fauorū cauernas cellas vocaret. Traxit autē a reponendi similitudine: vel a celando, vnde cellam appellauerunt. Agmine.)Nunc impetu. Ignauum.) Inutile, nō aptū industriæ. Nā industrios, gnauos dicimus. Fucos.)Secundā Pliniū, apū multa sunt genera. Propriè tamē apes vocant: ortæ de bobus: fuci, de equis: crabrones, de mulis: vespæ, de asinis. Fucus autē est sm Æmyliū Macrū, maior ape, crabrone, minor. Pecus.) Pecus.n. dicimus omne quod humana lingua & effigie caret. Vnde Hora. Omne cum Proteus pecus egit. Presepibus.)Aluearijs. Et est translatio, quæ fit quoties, vel deest verborū proprieties, vel vitatur iteratio. Feruet.)Cum celebratur: vt cōtra, Friget)Cū cessat dicimus: vt Terē. Nimirū hic homines frigent. Fragrātia.)Quoties incendium significat, q flatu alitur, vel a flāma: per l dicitur, quoties odor q fracta specie maior est: per r dicimus. Sciendum sanè nil in hac vacare cōparatione. Nā Pœnorū operi apū labor: custodię littorum, fucorū cōparatur expulsio. O fortunati, quorū iam mœnia surgūt. Bene fortunati, q iam faciunt quod ipse desiderat. Fastigia.)Nūc operis summitates, alibi ima significāt: vt, Forsitā & scrobibus quę sint fastigia queras. Suspicit.)Miratur: vt e cōtrario, despicit, cōtemnit significat. Mirabile dictu.)Ob hoc quod sequitur: quia mistus cunctis latebat. Per medios.)Figura nam planū fuerat, medijs se infert. Neq; cernitur vlli.)i. ab vllo: & est græcum: vt Hora. Scriberis Vario, id est scribet te Varius.

DONATVS.

Miratur molē Æneas.)Hæc generaliter sunt posita, omnes.n. viæ feruebāt, portę oēs, & omniū quę inter vniuersos gerebant, strepitus personabat. itur iam per species operum & operantiū. Instant ardentes Tyrii.)Laudantur, quia nō inuiti laborabant. Pars ducere muros.)Curabant, inquit, primitus quæ aduersus hostes cōseruationi salutis fuerant necessaria. Et manibus subuoluere saxa.)Nec terrebant asperitate laborādi, & manibus suis saxa voluebāt quieti publicæ profutura. Pars optare locū te.& cōclu.sul.)Secūdo loco priuata ædificia curabant. Iura magi.q; legunt, san.q;.sena.)Disponebant leges, & honores curiales, & ipsam curiā. Hic portus alij effodiūt.)Et hoc pertinet ad salutē salutisq; subsidiū. Hic alta theatri Funda. locant alij.)Post omnia, quieti publicę, quę possent vel saluti vel honoribus proficere, de voluptatibus iam & de delicijs cogitabāt, quod nō fit, nisi in ea ciuitate, in qua ociosa sunt omnia, q Æneæ fuerat necessariū. Alta fundamēta, ideo quia magni operis moles pedamētis debet fortissimis sustineri. Immanesq; colū.ru.exci.)Vt nō tantum theatri gesta iuuarent vnūquenq;, verumetiā aspectus pulcherrimi operis delectaret. Qualis apes æsta.no.)Immittit apum cōparatione, quod genus animalis nunq̄ a laboribus est vacuum & in plurimo numero cōstitutum est, vnanimi societate concordans quodq; habeat prouidentiam, & partiendi laboris naturalē industriam, vsq; adeo astutū, vt fucum pellat a sedibus suis, quod genus animalis nō tantum est iners & desidiosum, verum etiā aliena bene parta cōsumit. Quæ cum viderit Æneas nō inuidet alienæ felicitati, sed hanc prosecutus est laudē, quā collegit ex cōparatione fortunę suæ dicēs. O fortunati quorum iam mœ.sur.) Hoc est, s. quādo & ego ad hāc felicitatem perueniā? Infert se septus nebula.)Tantum valuit prouisio matris vt misceret Æneas omnibus Achate socio, vt viderent omnes, & is a nemine videretur, quod ait, bis accipiendum est, infert se, & permiscet se.

ASCENSIVS.

Corripuere, &c.)Docet ingressum Æneæ, nihil aūt in sentētijs dubiū occurrit, quod nō a Donato explicet, cui' verba sunt. Miratur.)Ponit generaliter q oēs vię & portę feruebāt, & strepitus agentiū personabāt. Instāt.)Itur iā per species laudant aūt, q nō inuiti agebant. Pars.)Ducere primo curabāt, quæ aduersus hosteis fuerāt necessaria. Locū.)Tecto: priuata ędificia curabātur. Iura.)Disponit leges, & honores curiales. Portus.)Et hoc ad salutis subsidiū. Alta theatri.)Postea quæ ad salutē, & honorē pertinent, pspicit voluptatibus, pper scenas, quod nō fit nisi in ociosa ciuitate, quod Æneę erat necessariū. Columnas.)Vt non solū theatri gesta, verū aspectus operis iuuaret. Ponit apū cōparationem, quæ & industria, & labore, & ęquitate operis, & cōcordia, excellētes sunt, & quę fucos animal nō solū iners, verūetiā vorax a sedibus pellāt. O fortunati.)Nō inuidet alienę felicitati: sed prosequit laude. q.d. quādo ego ad hāc felicitatē perueniā: an vrbe, an vmbra: nihil refert. Ordo aūt est. Æneas, sup.& Achates, corripuere.i. rapuere simul viā.i. iter suū, aut corripuere.i. carpsere, raptim viā.s. mōstratā interea dum Venus Paphū abiret: ea sup. qua semita.i. semis ita.i. dimidiata viā, (nam in syluis erāt: & vrbs adhuc noua erat, quo circa nondū amplæ, & tritæ vię ad eā e syluis ducebāt.) mōstrat.i. indicat eundū esse iuxta monitū matris, & ipsi ascendebāt iam collē, qui.s. collis existēs plurimus.i. lōgissimus: imminet vrbi.i. tendit, aut vergit in vrbē, aut q imminet in vrbē plurimus.i. pro plurima parte. Et spectat desuper.i. ab alto, & editiore loco, arces aduersas.i. ex aduerso sitas: Æneas miratur molē.i. magnitudinē nouæ vrbis: quod omē erat futurę difficultatis in ea a Romanis expugnāda: appositorie: quondā.i. aliquando.s. ante aduētū Didonis, magalia.i. humiles casas, quę & mapalia dicunt, & miratur portas & strepitū.s. ingredientiū: & strata.i. pauimēta viarū.s. publicarū quę lata erāt: Tyrij.i. populi illi a Tyro cū Didone profecti: ardētes.i. festinātes: instāt.i. instanter incumbunt operi: pars, sup. inst.t, aut instāt: ducere.i. pducere, & extēdere muros.s. cōtra insultū hostiū: & moliri.i. cū molimine, & mole magna extruere: arcē.i. munitionē pręcipuā vrbis, & subuoluere .i. sursum: hoc est sursum voluere saxa manibus.s. suis, cū nondū arma omnia, ad hoc idonea, haberēt. Pars sup. instāt (nisi dicam' infinitiuos, pro imperfectis indicatiui. vt ducere, producebat: & moliri, pro moliebat, & subuoluere, pro subuoluebat: & optare, pro optabat, & cōcludere, pro cōcludebat, &c.) optare.i. deligere, aut eligere, tecto.i. ad tectū extruendū locum, & cōcludere.s. ambitum vrbis: sulco.s. aratro circunducto (nam qui primum vrbē extruebāt, circumarabāt: sulcumq; per circuitū faciebāt, pro primis fossis, nisi vbi portam extruendā censebant: illic enim aratrū portabant: vnde portā, a portando dictā volunt. Varro tamē ab importandis rebus. Et ediuerso qui ciuitatē funditus destruere volebāt, eamq; euertebant tandē aratrū immiserunt. Vnde in.iij. Thraces arant, vbi Troia fuit. Quinetiā Ser. vrbem ab vrbo, parte aratri, dictā vult.)Et supple pars, aut alij: legūt.i. eligunt: iura.i. iuridicos viros, penes quos leges & iura, essent in noua ciuitate, & magistratus.i. vt dicunt nūc officiarios.i. qui aliquo magistratu fungerentur: & senatum sanctū.i. inuiolabilē. (Alludit autē ad Romanū statum) Alij effodiunt hic.i. hoc loco qui inter mare, & ciuitatē erat portus.i. effodiendo aptant portus, & alij locant.i. iaciunt: hic.i. alio loco: alta fundamenta theatri.s. pro ludis, & spectaculis exhibēdis, & alij excidunt rupibus.s. vicinis in colle iam dicto: colūnas immaneis.i. valde magnas: ita vt immanes videantur, appositorie, alta decora.i. ornamenta, scenis futuris.i. ad extruēdas scenas in amphitheatro. (Scenæ autem, sunt vmbracula, e quibus prodibāt acturi fabulas.) Tales, sup. instāt: aut talis fuit eorum labor, qualis labor exercet sub sole apes in noua æstate.i. in fine veris, aut in principio æstatis: per rura florea.i. florida cū .i. quando ipsæ apes educunt adultos.i. maturos & prouectioris ætatis: fœtus gentis.i. generis sui.i. quādo examina e fœtura sua educunt: aut cum.i. quando ipsæ apes stipant, id est condensant: mella liquentia.i. defæcata, & pura (vt in.iiij. Georgico. expositū est.)& distendunt.i. vsq; ad distentionem farciunt, cellas, scilicet fauorum, nectare dulci.i. melle purissimo. Vnde mulsum, nectareum, fieri posse videtur: aut cum accipiunt onera venientum.s. apum, euolare solitarū: nam non eædem colligunt, & stipant mella, aut extruunt fauos aut cum ipsi arcent.i. prohibent, & depellunt fucos.i. apes degeneres: appositorie, pecus ignauum.i. sine gnauitate.i. operositate solertia præsepibus.s. suis, id est pabuli sui receptaculis, & hoc agmine facto, quia nō possent singulæ singulis obsistere, cū longe minores sint, q fuci: tum, supple opus.i. exercitatio apum: aut reuera opus.i. id quod operātur: feruet.i. cum feruore fit: & mella fragrantia.i. odorifera: redolent.i. suauiter respirant, thymo, vnde collecta sunt saltem fundamina fauorum. Cum ergo hæc videret, Æneas ait, o fortunati, supple sunt: quorum mœnia surgunt: iam.i. in pręsentia: & suspicit.i. sursum aspicit: fastigia, id est sublimitatem vrbis, scilicet Carthaginis: & infert se per medios, existens septus, id est circundatus nebula: & miscet se viris: neq;.i.& tamen non, cernitur vlli, id est ab vllo: quod quia mirandum est, præmisit per parenthesim, mirabile dictu, id est quę res est mirabilis dictu, hoc est, dum dicitur, quocirca prudens poeta, id Veneris ope, factum prædixit, cum humana id fieri posse, haud credibile videatur.

PIERIVS.

Pars optare locum tecto.)In veteribus ferè omnibus exemplaribus legi, aptare locum: τοῦ τ' ἐςὶ τὸ ἁρμόζειν tametsi Seruius agnoscit, optare. Hic portus alij effodiunt.)In Longobardico, & aliquot alijs codicibus antiquioribus, legere est, Hic portas alij effodiunt, sed enim portus, magis placet, quod ad salutem salutisq; subsidium pertinere, Donatus ait, seu quia Virgilius alludat ad portum, quem effodere Carthaginenses intra muros obsessi ab Romanis, diuisoq; repēte muro, subitaria eruptione Romanos fugauere. Hic alta theatri Fundamenta locant alij.)Non displicet quod in Romano codice, & in quibusdam alijs peruetustis legitur, hic alta theatris eo modo quo inferius posuit, scenis decora alta futuris, sed & pro locant, codices nōnulli petunt, habent, quod æque placet. Redolentq; Thymo fragrantia mella.)In Romano codice, & aliquot alijs antiquis, flagrantia, legitur, & in Georg. eodem modo. Grammatici tamen vtriusq; verbi significata distinguunt. Per medios, miscetq; viris.)Sunt qui legunt vnico membro, Per medios, miscetq; viros quæ tamen lectio, neq; a veteribus, neq; a iunioribus, quod sciam, recepta.

Lucus in vrbe fuit media, lætissimus vmbra.
Quo primum iactati vndis, & turbine Pœni
Effodere loco signum, quod regia Iuno
Monstrarat, caput acris equi: sic nam fore bello
Egregiam, & facilem victu per secula gentem.
Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido
Condebat, donis opulentum, & numine diuæ.
Ærea cui gradibus surgebant limina: nexæq;
Ære trabes: foribus cardo stridebat ahenis.
Hoc primum in luco noua res oblata timorem
Leniit: hic primum Æneas sperare salutem
Ausus: & afflictis melius confidere rebus.

SERVIVS.

Lucus.)Vbicūq; Virgilius lucū ponit, sequit et consecratio: vt, Luco tū forte parentis Pilūni Turn' sacrata valle sedebat. Vnde & in sexto, Nulli certa dom', lucis habitamus opacis. Dicunt enim heroum animę lucos tenere. Luc' autē dicit quod nō luceat: non qd sint ibi lumina causa religionis, vt quidā volūt. In vrbe fuit media.)Nūc iā in media. Lætissimus vmbra.)Aut septim' casus est: aut sm Probū genitiuus: vt sit lętissim' vmbræ: sicut Sallu. Frugū pabuliq; lętus ager. Quo primū.) Hoc est simul ac venerūt, nec enim secūdo ad Africā ventū est. Effodere loco signū.)Historia hoc habet, quam more suo Virg. per trāsitū tāgit, Dido cū trāsiret per quādā insulā Iunonis, illic accepit oraculum: & sacerdotē eius secū abstulit: cū ei parū crederet promittenti Carthaginis sedes. quo cū venissent, sacerdos elegit locum faciēdę vrbis, quo effosso, inuentū est caput bouis. quod cū displicuisset (qa bos semp subiugatus est) alio loco effosso, caput eq inuētū placuit:

Universidad de Deusto Biblioteca

plac uit: quia hoc animal licet subiugetur, bellicosum tamẽ est, & vincit, & plerũq; cõcordat: vt ipse ostẽdit plenissime in illo loco, Bello armantur equi, bellum hęc armenta minant, Sed tñ ijdem olim curru succedere sueti Quadrupedes, & fræna iugo concordia ferre: Spes est pacis, ait. Illic ergo Iunoni tẽpla fecerunt. Vnde & bellicosa est Carthago per equi omen: & fertilis, per caput bouis. Quod regia Iuno Monstrarat.) Monstro dederat: &, vt diximus, tangit historiã. Et facilẽ victu.) Propter bouem, quod licet non dicat, tamen ex historia sumit. Sidonia.) Pro Tyria. Donis opulentum, & numine diuæ. Aut simulachrũ

Nanq; sub ingenti lustrat dum singula templo,
Reginam opperiens: dum quæ fortuna sit vrbi,
Artificumq; manus inter se, operumq; laborem
Miratur: videt Iliacas ex ordine pugnas:
Bellaq; iam fama totum vulgata per orbem:
Atridas, Priamumq;, & sæuum ambobus Achillem.
Cõstitit: & lachrymãs, Quis iã loc⁹ (inqt) Achate, AE.
Quæ regio in terris nostri non plena laboris?
En Priamus. sunt hic etiam sua præmia laudi:
Sunt lachrymæ rerum: & mentẽ mortalia tangunt.
Solue metus: feret hæc aliquam tibi fama salutem.

quoq; aureum fuit: & numen pro simulachro posuit, Vt Cicero, Sese iam ne deos quidem, ad quos cõfugerent, habere. Aut vult ostendere, plenũ esse pręsentia numinis templum. Ærea.) Ærea ideo, vel q æs magis in vsu veteres habebant: vel quod religioni magis apta est hæc materies, Deniq; flamen Dialis æreis cultris tondebatur. Aut certe ærea sæcula significantur. Nam vt Hesio. dicit, Tempore quo hæc gesta sunt, æreum sæculum fuit. Foribus.) Fores proprie dicuntur quæ foras aperiuntur: sicut apud veteres fuit. Valuæ autem sunt (vt dicit Varro) quæ reuoluunt, & se velant. Ianua autẽ est primus domus ingressus, dicta quia Iano consecratũ est omne principiũ. cætera intra ianuam, ostia vocantur generaliter, siue valuę sint, siue fores, quãuis vsus ista corruperit. Cardo.) Dictus est quasi cor ianuæ quo mouet. Stridebat ahenis.) Ad sua retulit tempora. Cautum enim fuerat, post proditum hostibus a Tarpeia virgine Capitolium, vt ærei cardines fierent, quorũ stridor posset aperta ostia omnibus indicare. Hoc primũ in luco.) Secuta sunt. n. & alia quæ detraxere formidinem. Timorẽ.) Multi quærũt cur post visam matrẽ quicquã timuerit. Quod tñ alij sic soluunt, vt dicant ne tum quidẽ Æneã Venerẽ quã viderat, esse credidisse: cuius vt ipse putabat, agnitæ nulla verba perceperat. Sed vera solutio hæc est, Ven⁹ nil de Afrorum moribus, vnde nunc formidat Æneas, sed de classe liberata dixerat filio. Sciendum tamẽ est, in Virgilio, interdum validiora esse obiecta purgatis: vel cõtra, vt hoc loco. Lenijt.) Quare cõiugationis tempus præteritũ perfectum vel in ui iunctum exit: vel sublato digammo, in ij, pro nostro arbitrio: vt lenij, leniui: audij, audiui. Sanè cum in vi exit, penultima longa est: & ipsa accentum retinet, cum vero in ij, penultima breuis est, & perdit accentum: quia, vt supra diximus, Vnius ob noxam: quoties vocalis vocalẽ sequitur, detrahit longitudinẽ præcedenti: sed hoc in metro vbi necessitas cogit. Nam in prosa, & naturã suam & accentũ retinet. Nunc ergo Lenijt, tertia a fine habet accentũ: quia penultima breuis est. Sanè plerũq; accentũ suum retinet etiã sermo corruptus: vt Mercuri, Domiti, Ouidi, tertia a fine habere debuit accentum, quia penultima breuis est, sed cõstat hæc nomina apocopẽ pertulisse: nam apud maiores erat idẽ nominatiuus qui & vocatiuus, vt hic Mercurius, o Mercurius, vnde cu licet breuis sit, etiam post apocopẽ, suum seruat accentum. Ausus.) Bene ausus, quia inter incerta fatis audacter salus speratur. Afflictis.) De afflictis, nec enim esse septimus casus potest. Confidere.) Fido & cõfido datiuũ regit. vt, Et fidere nocti. Sanè optima figura est, quæ nunquam a principalitate discedit: vt, Atq; humiles habitare casas, accusatiuo iunxit, quia habeo domũ dicimus, vnde est habito frequentatiuum. Sub templo) Hoc est in templo vt supra, Exercet sub sole labor, id est in sole. Reginam opperiẽs.) Expectans, aut quam intelligebat venturam ex artificum festinatione: aut certe videndæ reginæ occasionem requirens. Quę fortuna sit vrbi.) Felicitas. Artificumq; manus inter se.) Hoc est habebat artificũ comparationem. Ex ordine.) Hoc loco ostẽdit omnem pugnã esse depictam: sed hęc tantum dicit, quæ aut Diomedes gessit, aut Achilles, per quod excusatur Æneas si est a fortibus victus. Fama totum vulgata per orbem) quia Europa intulit, Asia passa est Africa iam depingit. Atridas.) Atrei filios, Agamemnonem, & Menelaum: sed vsurpatum est, nam Plisthenis filij fuisse dicũtur, Sæuum ambobus Achillem.) Atqui tres dixit: sed Atridas pro vno accipe, quos vnius patris constat fuisse. Plena laboris.) Plenus genitiuo iungitur, vt Terentius, Plenus rimarum sum. En Priamus.) Laus picturæ est, per quam non imago, sed ipse osten-

Fores.
Valuę.
Ianua.

ditur Priamus. Sunt hic etiã sua præmia.) Vt supra diximus, Omnis Æneæ solicitudo de moribus Afrorũ erat, quam nunc picturæ contemplatione deponit. Qui enim depingunt bella, & virtutem diligunt, & miseratione tanguntur. Sua.) id est cõgrua. vt, Struerentq; suis altaria donis. Laudi.) Virtuti. vt, Primam merui qui laude coronam. Mortalia.) Aduersitatibus constat subiacere mortales. Solue metus.) Collectio est. Nam vbi virtus præmia, aduersa miserationem merentur: ita te formido deponitur. Feret.) Pro afferet.

DONATVS.

Lucus in vrbe fuit media.) Nihil interest an lucus media in vrbe fuerit, an vmbra fuerit medio in luco. Quo primum iactati vndis.) Omni occasione Vir. docet, quemadmodũ futura noscantur. supra quippe cycnorum posuit exemplũ. hic asserit Pœnos delatos vi tempestatis & turbine in eo loco, ad quẽ primo peruenerant, cum fundamẽta effoderũt, equi caput inuenisse. In cuius forma luceret quædam signorum vis, quæ acre animal demonstraret, interpretatio signi talis extiterat, q illa gens futura esset in certaminibus bellicis fortis, & subsidijs victus semp copiosissima. & hoc signum constabat Iunonis suffragio demonstratum. Hic inquit tẽ. iu. ing.) Oportuit enim deã in eo loco habere honestissimam sedem, in quo virtutẽ suæ maiestatis ostẽderet. Condebat inquit templum Dido, & cum nondũ perfecisset, tanta iam reuerentia colebatur, vt & donis copiosissimum esset, & dea ipsa pręsens esse crederetur, propterea posuit. Donis opu. & nu. di.) Omne hoc opulentiam & deuotionem condentis demonstrat, & potentiã vel meritum numinis. Hoc primum in lu.) Genus est propositionis. dicturus est. n. quod viderit, vnde sperauerit aliquid boni, vnde metus eius lenitus est, nõ dixit vnde securus sit redditus, sed vnde timor eius imminutus. semel. n. totus eradi non potuit. Noua res oblata.) Hoc est contra spem visa, quippe eius oculis tanta spes occurrerat, qui paulo ante omnia vidisset deserta, vel ideo noua, quia videbat illic picta Troiani belli pugnarumq; certamina. Incipit iam reddere rationẽ, vt ostendat quid illud fuerat, quod leniebat Æneæ metũ, & spem inopinam promittebat. Nanq; sub ing. &c.) Tuetur hic Æneam Virg. ne inanibus captus videaf remansisse, quẽ cõuenerat reditum maturare ad socios suos, nec vlteri⁹ teneri illecebris felicitatis alienæ nanq;, inquit, sub ingenti lustrat dum singula templo reginã opperiẽs, ecce dixit vnã necessariam causam, reginã opperiens, quã sperabat, vt factũ est, ad opera videnda processurã. Ex hac autem occasione processurã, vt circumtulisset oculos, & singula cõsideraret, nec minus etiam illud fuerat cognitione præcurrente necessarium, vt cõditurus etiam ipse ciuitatem nouam aduerteret, quanto labore id constaret. cõsiderabat etiam vrbis illius fortunam, quę surgebat ingenti substantia & pulchritudine operis, ac firmitate visentis placebat aspectibus, artificũq; manus inter se, tanta omniũ artium in illo tẽplo venustas extabat, vt intuẽs nullam alijs pręferre potuisset, ita oẽs pariter vna gratia & pari subtilitate certabant. descripta magnitudine operis & fortitudine, ad ornatũ & pulchritudinẽ transit, vt picturas quoq; enumeret: sed miratur, cum semel sit positũ, nõ semel sed sæpius, debet aduerti hoc modo, Dum quæ fortuna sit vrbi miratur, artificũq; manus inter se miraf, operumq; laborẽ miratur. vidit Iliacas ex ordine pugnas, cum laboriosa diuersorũ operũ & subtilitatẽ singularũ artium miratur, & quid ageretur explorat, aduertit picturã monstrantem Iliacas pugnas, bellaq;, quorũ opinio per totũ orbem fuerat vulgata. nam non pingeref nisi quia ad ipsas partes fama currente peruenerãt. sed consideranda est primo vis dicentis. Vidit Inquit pugnas belli, quæ fama per totum orbẽ vulgata erat, vt nõ solũ interitum Troiæ totus orbis cognouisset, verumetiã quis, & queadmodũ, & quo euentu certasset. hic versus propositionem tenet futurę descriptionis. ostensurus est enim quid sint pugnę, quid sint bella. Vtrũq; enim certamẽ hostile significat. diuersum tamen Virg. ostendit e diuerso genere fieri, bellũ quippe est, quod inter plurimos geritur, pugna quæ inter duos agitaf, ad eandem propositionem pertinet. Atridas, Priamũq; & sæuum ambobus Achillem. Sæuum ambobus species est cõparationis, vt sit

sęuior fuit Achilles Agamemnone, & Menelao. Constitit & lachr.) Vbi hæc Æneas vidit, cõstitit mente, s. & corpore: turbaf vero vbi agnouit quæ essent illa quę pictura esse monstrabat, doluit & quasi nescientib⁹ socio indicauit & exposuit, & quomodo causa fuit doloris maxima, relationem eius & vocem lachrymæ pcesserunt. dolebat quippe de aduersis suis imperijsq; Troiani, & suoꝝ interitu factas esse fabulas, quas loquerenf homines, & propter oblectationem suam pingerent, quę vides, inquit, digesta picturis aduersa sunt nostra, quę res idicat nullum locum in orbe remansisse, qui clades nostras ignoret, quando etiam maloꝝ nostrorũ fama ad istas solitudines currendo peruenit. sic tamẽ dolenda protulit, vt partes etiam cõsolationis insereret. prius tamẽ agnationis ipsius ostẽdit initium, dicẽs, En Priamus. Dehinc adiungit. Sunt hic etiam &c.) Et in ista pictura quod dolorẽ mouerat, est quod maloꝝ solatium ferat. hoc ipsum colligebat argumentis nõ vero iudicio. Solue, inquit, metus fe. h. aliq. ti. fa. sa.) Mala enim cuiusq; dum nota sunt, vel cum scitur qui fuerit, vel a fortuna deiectus sit, manifestum est ipso nasci miserationẽ, qm afflictis humanitas non negetur, vt compleret superiorẽ propositionem, qua dixit, Hoc primũ in luco noua res oblata timorẽ Lenijt, hic primũ Æneas sperare salutẽ Ausus, & afflictis melius confidere rebus, En Priamus. Non tantũ demonstrãtis est, verũetiam dolentis. põt. n. sic aduerti, vt videaf dixisse. ecce ad quam infelicitatẽ perductus est Priamus, cœpit iam dolores suos exponere, quos ex persona potẽtissimi regis senis, & quoq; soceri capiebat. Sunt hic etiam sua premia laudi, Sunt lachrymę rerum, & ipsa propositio est. nam specialiter dicturus est quę laudanda, vel quæ dolenda sint. Et mentem mor. tan.) Absolute positum est tangunt, intellectus tamen ille est. mortalium mentem tangunt, quæcunq; aduersa mortalibus acciderint, deinde sequi f. Solue metus, feret hæc aliquam tibi fama salutẽ: potuit enim ex eo nasci Didonis vel incolarum miseratio.

ASCENSIVS.

Lucus in vrbe fuit.) Describit vrbem, & auspicium eius poeta, De quo subtilissime, vt de cæteris rebus, disquirit Dona. qui qa vocabula non semper exponit, ac historias protritas nõ repetit. imperitis frigidus videtur, cum nihil sit eo diligẽtius, aut feruẽtius, in argutijs sentẽtiarum disquirẽdis. Verba eius sunt. Quo primũ.) Vt supra, per cygnos demõstrata fuerat felicitas, sic nũc per Pœnos, qui tẽpestate vexati, huc incolumes venerant, & fundamenta fodientes, caput equi inuenerant, signũ habuerunt, vt in bellicis copijs essent futuri copiosi. Hic.) Oportuit enim deã in eo loco habere honestissimã sedem, in quo virtutem suę maiestatis ostenderãt. Et cum nondum perfectum esset, tanta reuerẽtia colebatur, vt & donis copiosum esset, & dea ipsa prælens esse crederetur. Hoc primũ.) Propositionis genus est. Dicturus est enim, quod videri: vnde aliqd sperarit. vnde sit lenitus metus. Nam totus eradi nõ potuit. Noua.) Vel contra spem: cum paulo ante vidisset omnia deserta, vel noua: quia videbat Troiana certamina depicta. Nãq;.) Reddit rationẽ, quid sit quod leniebat metum, & spem inopinã promittebat. Reginam op.) Nõ leuibus picturis tenebatur: sed quod necessarium erat, reginam operiebatur. Ergo ad sui excusationem hoc dixit. Circuspectabat etiam veluti & ipse nouam vrbem cõditurus, vt aduerteret, quãto id labore constaret. Artificumq; ma.) Ita omnes pariter vna gratia, & vna subtilitate certabant: vt intuens, nullam alijs pferre potuisset. Descripta autem magnitudine, & fortitudine, trãsit ad ornatum picturæ. Sęuum.) Comparationis species, vt sit sęuior fuit Achilles Agamemnone, & Menelao. Constitit.) Mente dolebat de aduersis suis, imperijsq; Troiani calamitatibus, & suorũ interitu factas esse fabulas quas loquerẽtur, & oblectationis causa pingerent. Sic tamen ita dolenda, vt partes etiam cõsolationis insereret. Feret hæc aliquam t. f. s.) Nam calamitas citat commiserationem. En.) Non tantum demonstrantis est, verũetiam dolentis. q. d. ecce ad quam infelicitatem perductus est Priamus. Exponit iam suos dolores: quos ex persona potẽtissimi regis, senis & soceri sumebat. Sunt hic etiam sua pręmia laudi.) Et hæc ppositio, Dicturus est. n. quæ laudanda, & quæ dolenda. Mortalia.) Quęcũq; aduersa mortalibus acciderint. Ordo est. Lucus, id est sylua incędua. i. quæ propter religionem nunquã cęditur, aut amputatur a luce dicta, aut quia minime lucet, cũ sit densissima sylua. fuit in media vrbe lætissimus. i. amœnissimus: vmbra, id est propter vmbram: bene dicit in media vrbe fuisse lucum, cum enim propter insultum hostium primum mœnia extruxerint, nondum eruerant syluas, quę erant in medio vrbis, quo. s. luco Pœni. i. populi Punici, iactati vndis, & turbine: sicut nunc

Ordo.

Æneadę fodere signum loco, id est ad locum capiẽdum: nisi malis dicere, quo loco effodere signum. s. consistendi: quod. s. signũ Iuno regia: quia regina deorum, aut quia regnorum distributrix, monstrarat scilicet ipsis cum oracula consulerent, aut monstrarat, pro monstro dederat illud signum, videlicet caput acris equi: nam, sup. signum erat gentem fore. i. futuram esse: sic. i. per tale portentum: si illic vrbem extruerent, vbi tale signum inuenirent: egregiam. i. excellentẽ bello. i. arte bellica, & re militari, & facilem victu. i. pro victu habendo: per sæcula, i. aut in æternum, aut per plurima tempora: sed melius per plurima tempora: nam tandẽ victi sunt, & Carthago deleta: ideo aũt vtrunq; portẽdebat equus: qa (vt dicef in. iij.) Bello armanf equi. vnde significabat caput equi, egregiã fore bello. Sed tñ ijdem olim curru succedere sueti: vnde significabat, facilem victu per sæcula gentẽ. Dido Sydonia. i. a Sidone, vrbe Tyri, oriunda cõdebat. i. extruebat: hic. i. in hoc loco, vbi inuẽtum est caput acris equi. Iunoni. i. in honorem Iunonis pręmonstratricis, ac indicis, ingens. i. valde magnũ templum decenter: Didonem rebus diuinis intẽtam, dicit, cum cæteri humanis, videlicet vrbi extruendę distinerenf: condebat: dico templum: opulentum donis. i. quod donis opulentũ efficit, & opulentũ numine diuę. s. Iunonis: quę sua pręsentia illud decorabat: qa dictum est, Hic illius arma, hic currus fuit. Cui. s. tẽplo: limina ęrea. i. ex ęre fabricata, surgebant. i. in altum extruebanf: gradibus. i. per gradus, & trabes, sup. erant connexe ęre. i. clauis ęreis, quæ a rubigine minus lædunf, q ferreę. (Est autẽ versus hypermeter, seu hypermetrus: sed quæ syllaba abundans absumitur a vocali sequente: sequitur enim ęre trabes &c.) Cardo. i. quasi cor ianuę, quo mouetur, stridebat. i. crepitabat, ac stridorẽ dabat: foribus. i. valuis ahenis. i. ęreis. Res noua oblata in hoc loco lenijt. i. mitigauit iminuendo. primũ. i. primo loco, timorẽ. s. Æneę, qui non tam sibi, q suis timuit: vnde timor, pro loco, & rebus ẽt fortibus, datur: vt diximus ibi. Ex tẽplo Æneę soluunf frigore membra, Æneas ausus est hic. i. hoc loco, sperare primũ. i. vt dicunt, primitus salutem. (Bene dicit, sperare, nõ optare: nam semp optare possumus, & debemus salutẽ: sed tunc tm̃ speramus, cũ cãm habemus, cur id faciamus.) & ausus est. Confidere rebus afflictis. i. aduersitate cõcussis, melius. s. q prius, aut satis bñ. Nãq; pro quia: dum ipse lustrat. i. circũspicit singula. i. singulas res sub templo. s. Iunonis: ingenti. i. valde magno: opperiẽs. i. expectans reginam, s. Didonẽ: quam eo venturã, ex indicijs certis noscebat. (Seruius legit, Reginã expectãs: Donatus, opperiens: & puto Seruium mutilatũ: & vtrunq; posuerat, videlicet, opperiens. i. expectans expositorium tm̃ mansisse. Vult item sub tẽplo, i. in tẽplo, exponẽdum esse: sed cũ ingens fuerit tẽplum, vt Æneas sub templo fuisse ita vt altiores se cõtemplaretur: nõ tñ id oĩno inaniter, quãuis deducturus est poeta, Atq; animũ pictura pascit inani: qa propter aduẽtum reginę illic immorari debebat: & qa etiam ciuitatem cõditurus erat, nõ indecenter formam eius vrbis inspiciebat: nõ autem videtur ingressus templum: quia rei sacrę, ab eo factæ, non meminit poeta: quocirca, non in templo, sed sub tẽplo, vt foris stetisse putetur: suspectãs tẽplum.) & dum ipse miratur: quæ fortuna. i. qualis felicitas, & prosperitas perficiẽdi sit vrbi. s. nouæ, hoc est Carthagini, & manus artificum, & labores operũ inter se. i. certo ordine, aut iusta, & ęquali proportione operantium: ita vt inter se cõsentirent, & opera iustis proportionib⁹ dispartirentur: dum ergo hæc miratur, videt pugnas Iliacas. i. quę apud Ilium gestę erant, ex ordine. s. quo gestę erant, & videt bella, vulgata iam fama. i. per famam, per totum orbem: quod ex eo argumẽtabatur: quia si ad eum vsq; locũ, qui tam incultus erat, diuulgata iam fuerãt: vero simile erat, ad alia loca diuersis populis habitata, peruenisse bellorum famam: & videt Atridas, i. Agamemnona, & Menelaon, Atrei filios, saltem putatiuos, vt tam a Gręcis, q a Latinis prædicãtur: licet Seruius Plistenis filios dicat: & videt Priamum, & Achillem sæuum ambobus, id est respectu amborum. Donatus enim vult comparationem esse: vt sit sæuũ ambobus, id est sæuiorem ambobus: nec id contra naturam sermonis. Nam, quia magnum, & paruum comparatiuę dicuntur: res nõ dicitur mihi, id est respectu mei magna, nisi sit maior me. Si ergo Achilles est, sęuus ambobus. s. Atridis. i. respectu amboꝝ. ipse est sæuior ambobus. Seruius autem vult, q sęuior sit ambobus. s. Atridis, & Priamo: vt Atridę sint pro vna parte, & Priamus pro altera. (Nam reuera fuit sæuus, & Atridis, & Priamo: & id, sæuum siue magnum animi, siue ferocis dicas, Atridis quidem, quia ira percitus, propter raptam Briseida: vtriq; contumelias dixit: nec prece, nec minis, nec donis potuit in Troianos ante mortem Patrocli excitari: vt Home. in principio Iliados docet: Pria-

Universidad de Deusto Biblioteca

mo autem,quia Hectora Troilumq́ interemerat.)Cum ergo videret sic Achillem ferocē,& ab Atridis hinc orari vt in bellu prodeat: hinc a Priamo,vt corpus exangue Hectoris saltem vendat: cōstitit,i.firmauit gressum:& lachrymās,inquit,o Achate,quę regio,sup.est in terris: nō plena.i.quę nō sit plena nostri laboris? q.d.nulla.En.cōmiserātis est,hoc est, ex cōmiseratione ostendentis.Priamus,sup.hic in sua dignitate depingit: sua.i.iusta p̄mia: sunt etiam hic,i.vbi feri habitant populi: laudi.s.meritę per virtutē: hoc est:virtuti.q.d.qd' Valerius in.iiij.q: magno vbiq́ pretio, virtus estimat. Nam & Priamus sic depictus erat, vt ob virtutem eius cōmiserti videant Pœni: & lachrymę rerū.i.de reb' miseris sunt.i.conspiciunt in pictura hac:hoc est,res miserę Priami lachrymis afficiunt: & mortalia.i.miserabiles casus mortalium: tangūt.i.afficiunt: mentē.i.p̄cordia eorū,qui hæc pinxerunt,aut pingere fecerunt,qa deflent miserabilem formā Priami:sic.n.depictus erat,vt qui eū aspiciebant, lachrymis maderent quasi fortunam eius deflentes.Solue.i,dissolue metus quos.s.de ferocitate Pœnorū habes.& loquit ad Achatem, aut forte ad se: hęc fama quę.s.de Priami laude est:feret,i.afferet tibi:hoc facit, cur potius dicam Æneam ad se loqui: quā ad Achatem:nam sibi potius,q̄ Achatæ,ex ea re salutem sperabat,feret ergo tibi,o Ænea, aliquā salutem:quia,si virtus Troianorū hic in pretio est,& nota: cum & tua nota sit,miserebuntur & tui.

PIERIVS.

Caput acris e.) Ne leuis adeo cuipiā obseruatio videat. in vet. pene oibus exēplarib',capud per d, scriptū esse:sciēdum eam esse inter d,& t,cognationē:vt plerūq́ sibi inuicē succedāt, Et Carisi' vbi,ad,nōnunq́ pro at,positū citat in hmōi noib', aut dictionib' vocali sequēte,suauius per d,p̄ferri putat. Est & quot, relatiuū p t,sępissime tam in libris q̄ in marmorib' notatū. Quot regia luno & in venustula quadā ïscriptiōe Romę in ędicula diui Blasij, quę ad Horologiū Augusti sita est,quot,ita scriptū inspexi.

APVSVLENA GERIA VIXI AN. XXII. QVOT QVISQVE VESTRVM OPTAVERIT MIHI ILLI SEMPER EVENIAT VIVO ET MORTVO.

Sic nam fore bello Egregiam.)Quod nōnulli legunt, signum fore,dictionem ego illam, in abrasis tātum codicibus suppositiam,animaduerti.In integris aūt,sic nam,quā lectionē,vt castiorem,Pontanus etiā agnoscit.vbi ait,in poeticis numeris,dictiōes monosyllabas binas simul:maxime:post dactylicam aliquā properationē,numerosas esse in medio collocatas:vt Virg.Monstrarat,caput acris equi,sic nam fore bello. Hic primum Æneas sperare salutem Ausus.) In Longobardico legitur, hoc,vt sit repetitio illius pronominis demonstratiui hoc, primum in luco. Hoc primum Æneas: magis tamē placet,hic,aduerbium. Et sęuum ambobus Achillen.) Scribendum est Achillen, per n, finalem,vt Probus in arte monet. Dissimulabo nunc sęuum,per o, ambob' hic pro vtrisq́ positum, ait Arusianus.Donatus vero,speciē esse comparationis putat:vt sit: Sæuior fuit Achilles Agamemnone & Menelao.

SERVIVS.

Inani.)Epitheton est picturę: aut qa caret corporū quæ imitat, plenitudine: aut quia nulli' est vtilitatis. Largoq́ humectat flumine vultū.) Tapinosis est quia dixit Humectat. Largo naq́ flumine, est fluore.i. fluxu ipso. Pergama circum.)Abusiue.Non.n. circa Pergama,hoc est arcem: sed circa Troiam bella gerebant. Troiana iuuētus.)Diffinitio est Hectoris: vt Catillusq́,acerq́ Coras Argiua iuuēt'. Et re vera sic pene vbiq́ Home.ponit, vt Hectori tantum vel Achilli tot'cedat exercitus. Hac Phryges.) Bene vbiq́ Virg. pro negocij qualitate dat Troianis & noia. nā timidos Phrygas vocat, vt hoc loco. Item, o verę Phrygię:neq́.n.Phryges. Dardanidas generosos:vt,Dardanidæ magni gen' alto a sanguine diuū. Laomedontiadas p̄fidos vt,Nondum Laomedonteę sentis piuria gētis. Troas fortes:vt,Troes agunt, princeps turmas inducit asylas. Hectores quoque fortes: vt, Nūc nunc insurgite remis Hectorei socij. Cristatus Achilles.) Secūdum Home. qui dicit in Achillis cristis, terribile qddam fuisse. Nec p̄cul hinc Rhœsi.) Rhœsus rex Thracię fuit:qui cū ad Troiæ venisset auxilia, clausisq́ iam portis tentoria locauisset in littore, Dolone pro dente Troiano,qui missus fuerat speculator: a Diomede & Vlysse est interfectus,qui & ipsi speculatū venerāt:abductiq́ sunt equi quibus pendebāt fata Troiana, Primo somno.) Prima parte noctis:vt,Libra die,somniq́ pares vbi fecerit horas. Tydides.) Id est Diomedes.Et bene Vlyssem cælat,p̄pter Æneā, vt supra diximus: aut quia secūdum Homerum occidente Diomede cadauera Vlysses trahebat. Ardenteis.)Et candidos significat,& veloces:vt,Pernicibus ignea plantis.si ignea, velox est sine dubio & ardens. Xanthum.) fluuium Troiæ. Parte alia fugiens amissis Troilus armis.) Veritas hoc hēt:Troili amore Achillem ductum: palumbes ei qbus ille delectabat, obiecisse:quas cū vellet tenere, captus ab Achille, in eius amplexib' perijt.Sed hoc quasi indignum heroo carmine mutauit poeta. Fugiens.) Fugere volens, accepto iam vulnere. Infelix.) Multi hoc loco distingūt: tū etiā si iūgas Puer, vnus ē sensus. Atq́ impar.) Ac si diceret, etiam si puer nō esset. Cōgressus Achilli.)Cōgredior tibi,antiqui dicebāt: sicut pugno tibi, dimico tibi. Hodie dicimus cōgredior tecum, dimico tecū. Curru.) Curribus falcatis Vsos ēē maiores,& Liuius & Sallusti' docent. Inani.) Sine rectore inā corp' herebat. Lora tenens tamē.)Quāquā mortu'. Versa.) Tracta, vt Plautus, Inueniant oīa versa.i.sparsa. Venit autē ab eo qd' est verro. Inscribit.) Dilacerat:vt Plautus, Corpus tuū virgis vlmeis inscribā. Hasta.) hostili.s.qua trāsfixus trahebat. Interea.) Dum hæc gerunt.Et satis opportune a matribus festinat ad templum:vt alibi, Necnon ad tēplum, summasq́ ad Palladis arces. Nō ęquę.) Idest inique.Liptotes figura est vt alibi, Et vacuis Clanius non ęquus acerris. Passis.) Participiū est ab eo quod est pandor.ideo aūt nō facit pansus: quia plerunq́ n,quod in prima verbi positione inuenit, in præteriti participio non est:de qua re iudicat euphonia,vt ab eo qd' est tundor, tunsus facit: vt, Tunsæ pectora palmis.Et tusus: vt, Non obtusa adeo gestamus pectora Pœni. Sciendum tamen est, licet alia euphoniæ causa varientur vel in generibus, vel in numeris:nactus tamen & passus,n penitus nunquam accipere. Peplumq́ ferebant.) Peplum proprie est palla picta fœminea. Mineruę consecrata:vt Plautus, Nunquam ad ciuitatem venio,nisi cum infert peplum.Hodie tū multi abuntunt hoc noie. Suppliciter tristes.) Vt decet rogantes.Et bene addidit suppliciter:quia & per iracūdiam,& per grauitatē,& per religionē,& per dolorem tristes sumus. Tunsę pectora.) Vt oculos suffusa. Auersa.)Irata: nec.n.poterat cōuertere se simulachrū.sic alibi, Talia dicentē iandudum auersa tuetur.Quo modo auersa:nisi iratā intelligas? Ter circum Iliacos.) Apud authores multa ad sensum, non ad aspectum possunt referri. Tertio.n.tractū intelligere possumus, non in pictura cōspicere. vñ est & illud, Mulcere alternos & corpora fingere lingua. Raptauerat.(Bene forma vsus est frequētatiua:per quā ostēdit quod per numerū dixerat. Exanimumq́.) Exanimus & exanimis dicimus:sicut & vnanimus, & vnanimis, inermus & inermis.Ergo pro nostro arbitrio aut secundę declinationis erunt,aut tertię.sed a tertia,ablatiuū singularē in i,mittunt:quia cōis sunt generis. Exanimis aūt,est mortuus, vt hic indicat locus:Exanimatus vero,timens:vt,Exanimata sequens impingeret agmina muris. Vendebat.) Ingenti arte vtitur verbis nam hoc loco quia pingi potuit, præsens tēpus posuit: superi', qa pingi nō potuit,sed referri, perfecto executus est tpe dicendo raptauerat,nō raptabat. Tum vero ingentē gemitū.) Iam.n.superius eum lachrymasse dixerat:hoc ergo addidit visum Hectoris corpus,vt et grauiter gemeret. Vt currus.) Quo tractus est. Amici.)Plus est q̄ si Hectoris diceret:vt alibi, Paruūq́ patri tendebat Iulum:cum potuerit dicere mihi. Manus inermeis.) Aut sine insignib' regijs, sceptro. aut supplices:vt,Dexteras tendam' inermes.Qd' tractū est de historia.qui.n.Victi se dedunt,inermes supplicant.Aut re vera inermes tunc. Contra Pyrrum enim processit armatus.Sanè per transitum historiam tetigit: quia cōstat Priamum cum ad supplicandum, tentorium Achillis fuisset ingressus dormientem Achillem excitauisse:vt pro filia corpore rogaret eū cum eū potuisset occidere:licet hoc,Homerus p̄p Achillis turpitudinē supprimat. Se quoq́ principib' permistū agnouit Achiuis.Aut latenter p̄ditionē tangit:vt supra dictum est:aut virtutem eius vult ostendere, nimię enim fortitudinis est inter hostium tela versari: vt Sallustius, Catilina longe a suis inter hostilia cadauera repertus est.Cornutus tū dicit versu isto, Vadim' immisti Danais, hoc esse soluendum. Eoas.)E naturaliter longa est: sit tamē breuis interdum cum eam vocalis sequitur: vt,Primo surgebat Eoo. Nigri Memnonis arma.)Quia Tithonus frater Laomedontis raptus ab Aurora, filium suum Memnonē ex ipsa progenitū ad Troię misit auxilia.Nigri aūt dixit, Æthiopis: vnde prima surgit Aurora. Arma.) Vulcania.vt ille ïdicat loc', Te potuit lachrymis Tithonia flectere coniux. Ducit Amazonidum.) Hoc est quod supra dixit,Videt Iliacas ex ordine pugnas. Homerus enim hæc omnia tacuit, quæ facta sunt post Hectoris mortem.Amazonidum aūt deriuatio est pro principalitate:sicut Scipiadas duros bello, pro Scipionibus. Sanè Amazones dictæ sunt quasi ἁμαζῶν, quod simul viuant sine viris: vel q̄ vnam mamam exustam habent, quasi ἄνευ μαζοῦ.Has aūt iam non esse constat, vtpote extinctas partim ab Hercule, partim ab Achille. Peltis.) Scutis breuissimis in modum Lunæ, iam mediæ. Penthesilea furens.) Furentem ideo dixit, quia sororem suam in venatione confixit,simulans se ceruam ferire. Sed hoc per transitū tangit: nam furor bellicus itelligitur. Aurea.)Amphibolon est hoc loco,vtrum ipsa aurea, an aurea cingula.Sciendum tamē plerunq́ amphiboliam metri ratione dissolui:vt,Aurea composuit sponda Dido: Aurea enim si ad spondam referas, nō stat versus. Exertæ.) Nudatæ: nudant enim quam adusserunt mammam, Virgo.) Ætatem ostendit & sexum.

Sic ait:atq́ animum pictura pascit inani, POE.
Multa gemens:largoq́ humectat flumine vultum.
Nanq́ videbat vti bellantes Pergama circùm
Hac fugerent Graij:premeret Troiana iuuentus:
Hac Phryges:instaret curru cristatus Achilles.
Nec procul hinc Rhœsi niueis tentoria velis
Agnoscit lachrymans:primo quæ prodita somno
Tidides multa vastabat cæde cruentus:
Ardenteisq́ auertit equos in castra:prius,quam
Pabula gustassent Troiæ Xanthumq́ bibissent.
Parte alia fugiens amissis Troilus armis,
Infelix puer,atq́ impar congressus Achilli,
Fertur equis:curruq́ hæret resupinus inani,
Lora tenens tamen.huic ceruixq́,comæq́ trahuntur
Per terram:& versa puluis inscribitur hasta.
Interea ad templum non æquæ Palladis ibant
Crinibus Iliades passis:peplumq́ ferebant,
Suppliciter tristes,& tunsæ pectora palmis.
Diua solo fixos oculos auersa tenebat.
Ter circùm Iliacos raptauerat Hectora muros:
Exanimumq́ auro corpus vendebat Achilles.
Tum vero ingentem gemitum dat pectore ab imo:
Vt spolia,vt currus,vtq́ ipsum corpus amici,
Tendentemq́ manus Priamum conspexit inermeis.
Se quoq́ principibus permistum agnoscit Achiuis,
Eoasq́ acies,& nigri Memnonis arma.
Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens:medijsq́ in millibus ardet,
Aurea subnectens exertæ cingula mammæ
Bellatrix:audetq́ viris concurrere virgo.

DONATVS.

Sic ait &c.) Propositio enim monstrat quæ in illa pictura eius animū reficerent,quę ve acerbitatē doloris excitent. Vtrunq́ tamen considerātis animū ducebat ad lachrymas. quo factum est, vt diceret, Largoq́ humectat flumine vultum. Dolet.n. quod licet egregie factum videret perierit tamen,dolet etiam quod pręcessit aduersum.incipit iam respondere propositioni superiori, Namq́ videbat vti.Ecce sicuti proposuit, ostendit bellum esse, quod inter plurimos geritur, simul etiam monstrat qd pro gloria Troianorū faceret,qd incurreret dolorē. Faciebat.n.pro gloria cū Troiani Græcos insequebant, & pro patria laborabāt,mouebatur dolor vbi Gręci superiores videbant.quod expressit dicens,Nec p̄cul hinc Rhœsi niueis tentoria velis Agnoscit lachrymās,primo quę p̄dita somno Tydides multa vastabat cęde cruētus.Ardentesq́ auertit equos in castra,priusq̄ Pabula gustassent Troię Xanthūq́ bibissent. Mox.n.vt venit occisus est, & abducti sunt equi eius ad Gręcorū cōgregationē, castra.n.non soli parietes faciunt, verum etiam collecta in vnum militū multitudo. Idcirco aūt dixit occisum Rhœsum, anteq́ equi eius aut pabula degustassent Troiana,aut bibissent Xanthi vndā, vt exitij ei' & vitæ finem celerē in ipso aduētu demonstraret,cum dicit,Multa cæde vastabat Diomedes tentoria,ostēdit cū Rhœso plurimos esse mactatos.non enim fieri potuit, vt solus ad auxilium venisset, aut solus in tentorio requiesceret.subnectit iam pugnā quæ gesta est inter Achillem & Troilū, sic enim posuit. Parte alia fugiēs ami. Tro.ar. Infelix pu. atq́ im.con.Ach.) Vnde infelix quia puer, & impar ē ei, qa iuuenis superare nō posset. Fert eq.cur.q́.hę.resu.ina.Lora tenēs.)Descriptio est eius qui supinus trahebat. Interea ad tēplū.)Hoc est iratę ibant crinib' Iliades passis peplumq́ ferebāt Suppliciter tristes,& tunsę pectora palmis. peplū ferebāt, gen' est vestis,pertinens ad ritū sacrorū Mineruę,alij scutū modicum dicūt. Diua solo fixos.)Quod faciunt irati, ne respiciāt qd' oderūt.his adiungit Achillis & Hectoris picturā, in qua nō tantū dolor ostēditur considerantis Ænee, verum etiam hostilis crudelitas grauiter reprehendit.nam omne inimicitiarū virus inter hostes eousq́ manere debet, donec interueniat finis vitę eius,qui fuerit superatus. Ter circum Iliacos.) Achilles exanimem p̄ muros patrios Hectorem dedit pertrahēdum, tantaq́ eius īmanitas demonstrat, vt hoc non semel sed sępius fecerit,nam per murorum ambitum ad insultationē plenam tertio circulo pertraxit. Ter cir.Ilia.ra.Hecto.mu.Exa.q́ aur.cor.ven. Achil.) In singulis grande pondus est, intellectus ad exprimendum dolorem videntis.gemuit.n.primo occisi fortunā & tanti viri fortis:dehinc q̄ de eo triumphus est actus,& quod erat malis oibus peius, sub ipsis ciuitatis aspectibus, vt defensorem illum suum cerneret,tot aduersis additū.O,quanta indignitas rerū, trahebat Hector ante muros exanimis,quos plena virtute defenderat, & circumducebatur toties nequis a cognitiōe illius durissimi casus remaneret exceptus,tantumq́ potuit hostis immanitas, vt miserrimo patri auro venderet,orbitatem suam non respexit, quā ille dum dāno moueri potuisset, vel funus captiui pignoris redimi totis opib' cupiebat. Interea pro dolentis animo cū hæc pronunciamus,extollendum est Hectoris nomē, & Achillis deprimēdum,notatur quippe ipsius Achillis impietas & auaritia. quis.n.mortuū vēdidit nisi impius? quis in regno positus, perindeq́ locuplex aurū desiderat,nisi auarus? Tum vero ingentē.)Cum dicit, Tū vero, ostendit aliquos animi dolores pręcessisse, sed non tales, quales ex Hectoris casu dixerat.s.cōstitit & lachrymans quis iam locus, inquit,Achate: Quę regio in terris nostri nō plena laboris? Itē, Multa gemens,largoq́ humectat flumine vultum. Rhœsi quoq́ niueis tentoria velis Agnoscit lachrymās. Hic ergo vbi maiores causæ doloris accesserant: tunc vero,inquit, Ab imo pectore gemitum dedit, dura & imoderata ac multiplici acerbitate percussus. viderat.n.spolia erepta viro forti & ciui optimo. Amici etiā corpus & currus aut ipsius Hectoris currus,vt inter spolia haberent, aut Achillis,quibus Hectorē traxit, & omnibus doloribus Priamū tendentē manus, hoc est rogantem. Quod autem ait,En Priamus: in eius nomine latissimū nobis dedit intelligēdi tractatum.Priamus,inquit.s.qui fuerit grauioris ętatis, potestatis regiæ,qui per ïfinita tempora cū omni felicitate floruerit. dolebat in eo socerum etiā suū patrē tot virtute prędito liberorū,auum quoq́ multorū nepotum ad hāc necessitatem redactum, vt post amissa oia in causa durissimæ orbitatis hostem supplex rogare cogeret,manibus,inquit,inermibus, aut simpliciter sine armis, aut certe sine insignibus regni: qa qui rogatū venerat in oib' se inferiorē debuerat demōstrare. Se quoq́ principibus p̄. agnouit.)Ad illam,p̄positionē p̄tinet,qua dixit,Sunt hic ēt sua prēmia laudi.nam q̄ ita sese pictum aduertit, vt principib' Grecis mistū esse cōstaret, vtiq́ fuit gloriosum,cateruas hostium, & cōfertissimos primorum cuneos non timuisse significat. Eoasq́ acies.) Agnouit.Non semel accipiēdum est.Agnouit.n.se Æneas,agnouit Eoas acies,agnouit nigri Memnonis arma. Ducit Amazonidum.)Laudem dixit eius,quę in fœminino habitu virili audacia ducebat.illa.n.tanta constantia fuit, vt congressiones bellicas viris certantibus nō timeret,nec reuocaretur virginali verecūdia: tanta autē fiducia venire videbatur,tantumq́ ardere in bellum, vt quod secretum esse virginibus solet,illa offerret videntibus.s. cum exerta papilla pugnaret. pertinet hoc autē ad prędiantis audaciam, vt pugnaret fœmina quæ munimine tegeretur armorū. Hęc omnia picturarū, quę specialiter poeta describit,non solum fuerunt in templo,sed considerantis Ænee intentionē aduentus Didonis interueniēs rupit,quod ipsum sic imperfectū poni conuenerat.esset.n.poetę vitium,si completo picturarū spectaculo, induxisset Didonem præcessisse.deniq́ sic posuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ASCENSIVS.

¶Sic ait,&c.) Pius Æneas,quæ ab alijs, vtpote externis, vidit lachrymis donata: non potuit siccis oculis, cum ad se pertinerent inspicere, itaq; pascebat animum: quia, & alios commiserantes conspiciebat,& largo humectat flumine vultum, quia nō potuit fortunam suam,& suorum sine lachrymis ispicere. Quod Donatus explicat.¶ Multa gemens.a.p.p.i.)Propositio.Monstrat, quæ rex in pictura,animum reficiat:& quæ doloré afferat. Vtrūq; tamen animū cōsyderātis,ducebat ad lachrymas. ¶Nāq; videbat.) Ostendit vnde lætitiam caperet,s.hac fugeret Græj & vnde dolorem.s. hac Phryges.¶ Prius q̄ Pabula gustassent Troię Xanthūq; bibissent.)Voluit ostendere celerem exitum,& finem eius. ¶ Tentoria.) vt ostēdat,plures fuisse mactatos. Non enim solus in tentoriis fuisset infelix, quia puer, & impar ei congressus est: quem iuuenis superare non potuisset. Est autē descriptio eius, qui supinus ferebatur.¶ Peplum.)Genus vestis pertinentis ad ritum sacrorum Mineruæ: alij scutum modicum dicunt. ¶Oculos auersa.t.)Quod faciunt irati, ne videant quod oderunt. Achillis autē actio, non solum dolorem consyderantis, sed etiam crudelitatē agentis, exprimit& auaritiam. Non enim odium vltra mortem procedere debet.¶ Ter.) Augetur crudelitas,quod non semel,& quod circa eos muros quos defenderat.Gemuit ergo þmo, fortunam tanti viri. Deinde,quod de eo triumphus actus est, &, qđ peius erat, sub ipsis mœnibus: vt ciuitas, defensorem suum, in ea calamitate cerneret. Trahebatur ergo extinctus ante eos muros: quos tanta fortitudine defenderat & toties circunducebatur, nequis ab ea cognitione subtraheretur: tantaq; fuit immanitas, vt patri, orbitatem suam venderet. Est autem pro dolore, in pronunciando, extollendum Hectoris nomen,& Achillis deprimendum. Quis enim mortuum vendidit, nisi impius? Quis in regno positus, ideoq; dives, aurum desyderat, nisi auarus? ergo impius & auarus Achilles.¶ Tum vero.)Ex hoc ostendit,aliquot animi doloribus progressus, hunc maiorem esse,nam dixerat: Constitit& lachrymans. Item: Multa gemens. Item: Agnoscit lachrymans.Hic aūt addit. ¶ Ingentem gemitum dat pectore ab imo.)Multiplici acerbitate percussus.Vidit.n.spolia erepta viro forti,& ciui optimo:amici etiam corpus En Priamus, in eius nomine,latissimū dedit intelligēdi tractum.s. qui fuerit grauioris ętatis,potestatis regię,& diu felix.Dolebat in eo socerū suum, & tot virtute prędito⁹ liberos⁹ patrem atq; auum eo redactum, vt in summa orbitate,hostē rogare cogeret,sine regis insignib⁹. Nam qui rogatū venerat,oibus inferiorē se monstrare debebat. ¶Se quoq;.)Honorificum fuerat confertos hostes non timuisse. Ordo. ¶Ordo est.Sic ait.s. Æneas & pascit.i.fouet:&, vt dicunt, confortat animum,pictura inani.i.quæ nō res sed similitudines rerum exhibet: gemens multa.i.multum, vt sit nomen pro aduerbio: aut multa.i.multas res: & humectat vultum.i.faciem suā: largo flumine.s.lachrymarū: more fluminis decurrētium. Nāq; videbat vti.i.quēadmodum Græi bellantes circū Pergama.i.mœnia Troiana:fugerent hac.i.per hanc partē,aut viam, & ita nō solum victorię,sed & fugæ Græcoꝝ depictæ erant,vnde iustos Pœnorū in Teucros animos iudicabat,sup.cum iuuentus Troiana.i.multitudo iuuenū,aut Hector, þmeret.i.opprimeret.s.Gręcos fugiētes:& videbat vt Phryges.i. Troiani hac, sup. fugerēt cū Achilles cristatus.i.cristas in galea ferens:sistaret.i.instanter plectęret Troianos fugientes, curru.s.quo vehebatur: nam tunc viri fortes de curru pugnabant,& præliabantur: quocirca vt aurigandi periti essent,instituti sunt ludi circules. Nec.i.& nō, & ipse lachrymās propter miserum casum,quem Seruius narrat,agnoscit:nō ,peul hinc.i.ab hoc loco vbi Priamus cum Atridis,& Achille depictus erat, tentoria Rhœsi, illius regis Thraciæ: niueis velis.i. quæ ipse per simplicitatem fecerat, ex niueis.i.valde albis velis: cum his quibus clam incedendum est & noctu: nigra magis opportuna sint, quæ tentoria,ergo niueis velis cum his quæ in eis erāt: Tydides,aut euphonię gratia, Tytides,hoc est Diomedes,Tydei filius cruētus.i.sanguinolentus:vastabat.i.prosternebat, & vasta faciebat loca,in quibus antea fixa erant,prodita.i.indicata prodiose ab Vlysse: primo somno.i.prima parte noctis: aut sicut de Troię captione dicet, Tempus erat, cum prima quies mortalib⁹ ęgris incipit,& dono diuū gratissima serpit. Tunc.n.profundior est sopor,& facilior adoriētibus via:& auertit.i.violenter abegit. (Abigunt enim clam, vnde sunt Abigei fures pecoris, aut armenta:auertunt aūt raptores. Vnde statim dicet Ilioneus. Nō nos,aut Libycos ferro populare Penates Venimus: aut raptas ad littora vertere prędas)equos ardētes.i.candore relucētes:vt Seruius dicit, aut feroces,aut indignantes a domino auerti, & ita ira feruis dos,in castra.s.sua:priusq; gustassent pabula Troię,aut bibissent Xantum fluuium illum qui Troiam perfluit. Troilus filius ille Priami indulgentissimus fugiens, alia parte.s.picturæ amissis armis.i.non fugiturus,si adhuc arma habuisset: existens puer iniquus.i.infortunatus,atq; pro quia: quia congressus Achilli.i.cum Achille:impar.i.cum esset tamen impar: quia imbecillior,& inermis.(Et si verum est quod Ser.dicit,quia in amplexibus Achillis perijt:res obscœna tangitur honeste a poeta,cum dicit, Atq; impar congressus. Nota est etiam grāmaticorū regula: q̄ verba ad pugnam,aut certamen spectāta,apud hunc poetā, sæpe cum dativo ponuntur,& apud alios,in ablatiuo,mediante cū:vt,Montibus in nostris solus tibi certat Amyntas, Placido ne etiā pugnabis amori,vbi alq; dicerent,certat tecū, & pugnabis cum amore) fertur.i.auehitur,equis,& hæret.i.pendet relupinus.i.erecto pectore,quasi retrorsum casurus curru existente inani:cū ipse tere extra currū pēderet aut hæreret curru,pro currui inani.i.sine rectore,cum ipse fere exciderit:tenēs tū.i.quāuis mortuus, ſm Seruium (Vnde duplex est sensus, aut vt dicamus ipsum Troilum sic ab equis tractum,cū mortuus esset,& ab Achille occisus, & lora tenere mortuū,quæ tenebat moriens,sicut in aquis submersi, quidqd viui arripuerint vix mortui dimittūt: aut dicamus mœrientem ita ferri, quod mihi quidem magis placet, quia dicit eū fugere.Vnde dicam)aut tenens tū.i.tametsi ita præceps ferretur: lora.i.habenas ex corio factas: ceruix & cumę trahunt huic per terrā:qa auersus & resupinus,inclinato capite ad,terrā vsq; trahebatur: & puluis, inscribitur.i.sulcatur:& dilaceratur:hasta.s.qua traiectus erat: nam dictum est q̄ fugit amissis armis: versa.i.tracta & ducta in longū: a verror, non a vertor.(Sanè maluit poeta syllabę quantitate, licentiosè abuti: puluis enim vltimā corripere debet, quam hic producit,quā situm naturalem cōiunctionis mutare: nam dicere potuisset: Per terrā versa,puluisq; inscribit hasta:sed nō tam venuste.Sæpe aūt etiā in Georgicis, figuris vsit, in correptione aut productione syllabarum.) Iliades.i.mulieres, ac virgines:& potius virgines, qa ad templum Palladis:sunt autē filię Illi dictæ,sicut in sanctis literis filię Sion dicunt: passis crinibus.i.habentes crines passos:a pandor,aut pateo.i.dilperfos:ibāt interea,dum.s.ita Troilus vinceret,ad tęplū Palladis.i. Minerue, non equæ.i.inique: in Troianos, vt ipsis visum est:qa religiose ab eis colebat: & tamē Græcis fauebat:vnde addit: ibant inquā, tristes.i.mœstę, suppliciter.i.non ex ira,aut indignatione, sed ex animi submissione:& tunsę pectora.i. habētes pectora tunsa.i.percussa:palmis.s.suis:& ferebant peplum.i.vestem,aut Pallam, Palladi dicatā,& ¶priam: ideo aūt iniqua erat: diua.i.dea Pallas, qa auersa.i.indignata :& irata in Troianas, ita vt eas aspicere dedignaretur: tenebat oculos fixos solo:hoc est, despiciebat terram, nec aspexit supplicātes Iliadas. Et sup.cū hęc fierēt Achilles raptauerat (quod in picturis fuisse Seruius negat, nam ter rapi,semel depingi nō potuit,raptauerat ergo pauloante ter) Hectora,i.corpus Hectoris:circū muros Iliacos.i.illū oppidi ꝑcipui in Troia:& vendebat auro corpus exanimum,i.demortuū ipsius Hectoris. Ex qua pictura spem capit de Tyrijs Æneas, nam cū tantā turpitudinem Achillis depinxerint: notum erat, q̄ nō plus Græcis,q̄ Troianis fauerent:cum de Troianis nihil turpe :sed multa miseratiōe digna depicta videret:cuiusmodi sunt Rhœsi, per insidias mors, Troili raptus:Hectoris tractus:& eius corporis venditio: & Priami hæc omnia cernentis,& aurū offerentis misera contemplatio. Vnde sequię. Tum vero.i.ꝑcipue tunc:Æneas, sup.dat ingentę gemitum ab imo pectore, vt.i.postq̄ conspexit spolia,aut qbus Hector pauloante alios spoliauerat: legię.n.dum exuuias regi detraheret ab Achille dolo interceptus,cū sint qui Achillem ab Hectore occisum dicant: aut qb⁹ Hector spoliabat,ab Achille quasi paria facięte,nam pauloante redierat Hector ei⁹ spoliis indutus. Vnde dicit in.ū. Hei mihi qualis erat, quātum mutatus ab illo Hectore:qui redit exuuias indutus Achillis: Et vt conspexit currum & corpus amici,s.Hectoris: nam ꝓpter affinitatē (duxerat enim sororē eius Creusam;ꝓpter paria studia, & parē virtutē in bello,erat Æneas Hectori ꝑcipua amicitia deuinctus) & vt cōspexit Priamū tendentē.i.protendentē, & prehentē manus inermes,dum.s.auxę pro corpore Hectoris daret.Et Æneas agnouit: quoq;.i.ēt se permistū.i.implicitū principibus.s.viris Achiuis.i. Græcis,qbus cū cōgredi solebat,& agnoscit acies eoas.i.orientales,a Tithono & Aurora,cū Memnone missas: & arma.s.a Vulcano fabricata:Memnonis nigri:qa ex Æthiopia,vbi nigri generāt hoies:Penthesilea,regina illa Amazonidū:furēs .s.Martio furore & fœminea ira:ducit.s.in alia parte picturę:agmina Amazonidū, id est illaꝝ mulierū (de qbus Landi.dicit sic. Hoc genus mulierū apud

apud Termodoontem fluuium fuisse, testatur Diod. quæ simul cum viris bellicas artes tractabant:itaq; quędam ex his regia potestate potita,robore aūt insignis, exercitum mulierū instruxit, & multas gentes debellauit. Qua fortuna elata,se e Marte genitā dixit: legemq; tulit,vt viri muliebria:mulieres virilia exercerēt. Ipsosq; viros vt imbelles redderet cruribus brachijsq; inutiles reddidit. Mulieribus autem dextram mamillam,vt in pugna expeditiores essent, inuri iussit: A qua re Amazones appellatę sūt. Vrbem quoq; Themiscyram, iuxta Thermodoontis ostia:condiderunt. Fuitq; florentissimum illarum imperium, donec tandem Hercules ab Euristhęo missus, & vt baltheum illarum regiæ referret iussus,illas collatis signis superauit. Hippolyten q̄ reginam captuā abduxit. Quo conflictu ita extenuatæ earū vires sunt,vt a vicinis deinde populis vexatę pene ad nihilū redierint. Paucis tū annis post victoriā Herculis Penthesilea quæ earū reliquię erant,reginæ consanguinea eędē polluta,exulans,pro Troianis pugnās,ab Achille interfecta est. Hæc Diodo. Herodo.aūt scribit,victas Amazonas,nauibus a Grœcis impositas: verū illas cum altum tenuissent,viros a quibus ducebant interfecisse, & in Scythia nauigando, ad fonteis vsq; Mœotides delatas, primum ad Scythas liberos:deinde ad Mangones peruenisse,cū qbus post prælia coiere;& cū maritis Tanaim trāsire: atq; inde natos fuisse Sauromatas,quoꝝ mulieres ex instituto parentum, bellica exercent. Amazones aūt a Scythis dictæ sunt Eorpatæ.i. viricidæ, Nā eorum lingua,eor,virum,& pata, interficere significat. Longum autē esset scribere quæ a Strabone dicunt. Qui autē gesta Alexādri scribunt,illum cum Talestria Amazonum regina concubuisse volunt.Hæc ille.)Ducit dico agmina Amazonidum.i. Amazonibus progenitarū:peltis,i.scutis breuibus:lunatis;aut lunis depictis,aut in formam lunæ cōcisis:& ipsa ardet.i.ardenter irruit, aut fulminat.in medijs millibus.s.Græcorum, subnectens bellatrix.i.cum esset bellatrix.mammæ exertæ.i.intercisæ:ab ex & sero,tit exero.vnde frequentatiuū exerto.sed s deponitur,quia x, præcedit:cingula aurea.i.baltheū pulchrum,aut reuera aureum, & audet virgo.i.cum sit iuuencula & fœmina, concurrere viris. hoc aūt pinxisse putari possunt Tyrij in gratulationē reginę suę: de qua dictum est: Dux fœmina facti.

PIERIVS.

¶Lora tenens tū.) In codi.aliquot,tenet,est: sed tenens, participium,castior est lectio:quam etiam agnoscit Fab .Quintilianus ¶ Crinibus sliades passis.) vetusti aliquot codi.sparsis,habēt: sed ea forte paraphrasis fuit:cum passis,in emēdationibus habeatur, Quāquā etiam in Liuiano codi, veteri.lib. vii. prima Dec, Crinibus sparsis,legitur pro passis: vt in vulgatis habetur.¶ Se quoq; principibus permixtū agnouit Achiuis.)Inualuit iampridē vsus vt mistus,per st,scribatur:cum tū in codicibus omnibus antiqs, vno consensu,per xt,scriptum inueniatur,permixtum. Pręterea in Ro.cod.agnoscit est presenti tpe,quod non displicet:quia spectaculum est in actu.Quod vero Seruius,proditionē ex hoc latēter tangi putat, oēs naris emunctioris viri, eam reiciūt opinionem. Quippe, q̄ honestius,& manifestius est intelligere, Æneā se quoq; agnoscere permixtum,in acie,vel in pugna, in cōflictu procul a suis,in medio Gręcorum globo.Quam sniam Ti.Donatus sequi videtur,dum ait,versum hunc ad illam ꝓpositionē pertinere,quia dixit.Sunt hic etiam sua prędicta laudi.Nam qui ita se pictum aduertit,vt principibus Græcis mixtū esse cōstaret, vtiq; gloriosum Mistus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gloriosum fuit cateruas hostium, & confertos primorum cuneos, non timuisse. Verum hæc in vulgatis codic. improbe detruncata sunt. ¶ Aurea subnectens exertæ cingula mammæ.) Vidi ego codi. anti. in quibus non exertæ, sed exlectæ: scriptum sit: aliena vero manu exertæ factum, sed enim vulgatam lectionem agnoscit Seruius, & exponit nudatæ. Eandem sententiam Ti. Donatus latius interpretaē: quæ, quoniā in impressis codicibus curta sunt, recitare non pigeat. ait enim tanta autem fiducia venire videbaē, tantumq́ʒ ardere in bellum, vt quod secretum esse, virginibus solat, illa offerret videntibus, scilicet cum exerta papilla pugnaret. pertinet hoc etiam ad prælantis audaciam, vt pugnaret fœmina nec munimine tegeretur armorum.

SERVIVS.

¶ Obtutuq́ʒ.) Aspectu. ¶ In vno.) In vnoquoq́ʒ: hoc ē singula mirabatur. ¶ Forma pulcherrima.) vt, Pulchra prole. ¶ Stipante caterua.) Ad hoc tantum sequens pertinet comparatio: quam vituperāt multi: nescientes exempla, vel parabolas vel cōparationes assumptas, nō semper vsquequaq́ʒ cōgruere: sed iterdum omni parte, interdum aliqua cōuenire. ¶ Eurotę ripis.) Fluuiū Laconię. Cynthi.) Montis Deli, in quo natā cōstat esse Dianā. ¶ Exercet Diana choros) Hoc nō ad cōparationē ptinet: sed est poeticę descriptionis euagatio. ¶ Mille.) Finitus numerus pro infinito, nam de nympharū numero varia est opinio. ¶ Oreades.) Nymphę mōtium Oreades dicunē: syluarum, Dryades: quæ cū syluis nascunē, Hamadryades: fontiū, Napeę vel Naiades: maris vero Nereides. ¶ Tacitū.) Maior enim ē taciturnitatis affectus: vt supra, Hæc secum. Sic Terētius, Vt mecū tacita gaudeam. ¶ Pertētant.) Modo vehemēter tentāt. Alibi, leuiter: vt, Blanda vicissim gaudia pertentant mentē. Sunt. n. multa quæ pro locis intelligūtur: vt impotēs, & satis & minus, & nihil potēs significat. ¶ Instās operi.) Zeugma est ad sequētia ptinens. ¶ Regnisq́ʒ futuris.) Regnaturæ Carthagini. ¶ Tum foribus Diuæ.) Instans pcipue foribus, & hoc loco distinguendum est. Magno. n. studio & labore templorum fores fiebant, quas quibusdam insignibant historiis: vt, In foribus letum Androgeo. Item, In foribus pugnā ex auro solidoq́ʒ elephanto quāuis qdam iungāt Tum foribus diuę media testudine tēpli: Vt vnū intelligas tectū templi, & fores. qđ si est sub medio tecto sunt fores. Sed prima melior est expositio. ¶ Testudine.) Camera obliqua vel incurua: quæ ſm eos qui de rōne scripserunt tēplorum, ideo sic fit, vt simulachro cœli imaginē reddat, quod constat esse conuexum. ¶ Septa armis.) Satellitū. s. ¶ Solio. Soliū pprie est armariū vno ligno factū, in quo reges sedebāt, ppter tutelam corporis sui: dictū quasi solidum. Modo iam abusiue sellam regalem intelligimus. ¶ Alte.) Ac si diceret in tribunali. ¶ Subnixa.) Pro subnisa: vt supra diximus. ¶ Iura dabat, legesq́ʒ.) Ius generale est: sed lex, iuris est spēs. Non est ergo iteratio: ius, ad nō scripta etiā ptinet: leges ad ius scriptū. Quod aūt dicit iuris: ad Didonis ptinet laudem. ¶ Sorte trahebat.) Proprie locutus est, trahunē. n. sortes, hoc est educunē. ¶ Concursu accedere magno.) Cū magna Afrorum multitudine, & hoc est qđ formidat Æneas, incertus qua eos mēte comitenē. ¶ Dispulerat.) Segregauerat. Et magna est inter Di & Dis differētia, vt dictū est supra. ¶ Penitus. (Longe a regina remotos: quę res ēt insolentes custodes littorum facit. ¶ Obstupuit.) Et ad admirationē, & ad timorē hic ptinet sermo, quo dicēda poccupat. ¶ Lætitiaq́ʒ metuq́ʒ.) Lętitia, pp socios liberatos: metu, pp concursum. ¶ Ardebant.) Cupiebant: vt Formosum pastor Corydon ardebat Alexin. Ardeo aūt & accusatiuum regit & ablatiuum: res incognita.) Hoc est qua affectione Pœnorum populus conueniret. ¶ Dissimulant.) Dissimulamus nota: Simulamus ignota: vt Sallustius, Simulator ac dissimulator. ¶ Quæ fortuna.) Vtrum prospera an aduersa. ¶ Cunctis nam lecti nauibus ibant.) Bene addidit lecti, ne penitus oēs intelligeremus: Nonnulli tñ lectis nauib' legūt. Quod si sit, hypallage ē & illuc sensus recurrit. Et sciēdum plerūq́ʒ, vt huc loco, addi aliqd gñalitati, & fieri spālitatem: vt est si dicas, Oēs scholastici laborant, gñalitas est. si addas isti, fit specialitas: vt Salluftius, Transgressos oēs recepit mons Beleia. prudenter addidit transgressos. ¶ Orantes veniā.) Pacē, pp incendiū nauium. & pprie verbū pontificale est. vñ est, Tu modo posce deos veniā. Et paulo post: Pacēq́ʒ per aras Exquirunt. Dicta aūt venia ad eliciēdū misericordiā. Meretur. n. beneuolentiā nominū, qui licet innocēs sit, veniam tanq̃ peccauerit petit. vñ est cōfessio illa in Terētio, Quid meritus es? crucem.

Hæc dum Dardanio Aeneæ miranda videntur:
Dum stupet: obtutuq́ʒ hæret defixus in vno:
Regina ad templum forma pulcherrima Dido
Incessit, magna iuuenum stipante caterua.
Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi
Exercet Diana choros: quam mille secutæ
Hinc atq́ʒ hinc glomerantur Oreades. illa pharetram
Fert humero: gradiensq́ʒ deas supereminet omneis.
Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.
Talis erat Dido: talem se læta ferebat
Per medios, instans operi, regnisq́ʒ futuris.
Tum foribus diuæ, media testudine templi
Septa armis, solioq́ʒ alte subnixa, resedit.
Iura dabat, legesq́ʒ viris: operumq́ʒ laborem
Partibus æquabat iustis: aut sorte trahebat.
Cum subito Aeneas concursu accedere magno
Antea, Sergestumq́ʒ videt, fortemq́ʒ Cloanthum,
Teucrorumq́ʒ alios: ater quos æquore turbo
Dispulerat: penitusq́ʒ alias aduexerat oras.
Obstupuit simul ipse: simul perculsus Achates:
Lætitiaq́ʒ, metuq́ʒ, auidi coniungere dextras
Ardebant. sed res animos incognita turbat.
Dissimulant: & nube caua speculantur amicti,
Quæ fortuna viris: classem quo littore linquant:
Quid veniant. cuncti nam lecti nauibus ibant
Orantes veniam: & templum clamore petebant.

DONATVS.

¶ Hæc dū Dardanio Æneæ.) Non dixit cum omnia cōsideraret Æneas, sed dum miraē, dum stupet, dum oīa illa fixa intentione considerat, vt ostēderet supfuisse adhuc multa, quę cōsiderari potuissent: magna tñ in poeta latitudo non multis, sed paucis expressa, vt vna res quatripartito posita breuissime diceretē: nam vt est summi doctoris res breues late differere, ita artificiosum est atq́ʒ subtile, latitudinē materię stricto sermone colligere. ¶ Regina ad tēplū.) Dum Æneas cōsideratione picturarū teneretē intētus, pcessit regina visura operis surgētis effectū, quę res & Æneę animū & studiū cōmutauit: nam debuit cōuertere oēm intētionem suā ad ea, quæ attulerat pcedentis occasio. sed primo cōplet poeta pcessionē Didonis, Deinde redit ad Æneę tractatū. Processit, inquit, regina ad tēplum magna stipāte caterua: Duplex pcedendi necessitas reginę, ne si esset supflua, vel maxime formosa, si cū multis viris incederet, inueniretē inuerecūda, quæ facile nulla cogēte causa publicis sese offerret aspectibus. Incessit, inquit, ad tēplum. Ecce religionis & venerationis causa, pcessit vt regina. hāc. n. pro potestate tangebat videndi & cōsiderādi necessitas, vt nosceret quātum operū templi perficerent, quod plena veneratione cupiebat esse perfectū. hanc poeta comparat Dianæ, eiusq́ʒ formā, verecundiā, mores, iustitiamq́ʒ cōmendat, Æneę iam prestans laudē, qui ab ea suscipi hospitio & amari cōmeruit. ¶ Qualis in Eurotæ ripis.) Comparatione & occasione istius expressit poeta, q̃ʒ læti sunt parentes cum prosperis successibus produci viderint liberos suos. ¶ Talis erat Dido.) Inter omnes viros ambulabat: & ne alienus a sexu ac per hoc inuerecundus eius putaretur incessus, addidit necessarias causas & honestas. ¶ Instans, inquit, operi, regnisq́ʒ futuris.) Vnā curā gerens, quæ testareē deuotionem faciendi templum: alterā, quæ operātis instantiā demōstraret, Talis erat Dido, qualis erat Diana cum choris suis. Talem se læta ferebat, lætam vult esse ex successu eorum, qui diuersarum fabricarum moles vrgebant. Post hæc describiē ingressus eius in ipsum tēplum, in quo & sedere & de operum labore iudicare cōsueuerat. ¶ Tum foribus diuę.) Hic nisi ordinatio sensus quęraē, quid intellectus non poterit comprehēdi. erit enim satis incertū, quid poeta descripserit. Nesciretur quippe, vbi sederit Dido, & vbi armis septa sit. Ordinemus ergo sensum sic. Cum forib' diuæ septa armis media testudine tēpli, solioq́ʒ alte subnixa resedit. Quō est officiorum omniū consuetudo, ducunē iudices vsq́ʒ ad fores secretarii,

tarii, ibidemq́ʒ officiū remanet: illi vero ingressi soliū ascēdunt & armati ante fores remāserūt: regina vero, ingressa est cū inermibus qui illam sequebanē &: vbi ad mediā testudinem templi, hoc est ad mediam aream peruenit, ascendit solium quod ipsius cā fuerat collocatū, & primo alte consurgēs sedit. interea bonorum reginæ sic poeta meritum demonstrauit. cui, n. tot viri obsequebanē, pculdubio animi virtutes habebat egregias, quę demōstrarenē in fœmina, quas colerent, & qbus competenter obedirent. Ecce iam specialiter numerauit bona ipsa. ¶ Iura dabat, legesq́ʒ viris.) Iura dabat, sic alii exponunt imperabat, sed nō ita est: nam q sub nouo agebant nōdum habebant leges & iura qbus tenerenē. hæc ergo iura & leges dabat, hoc est cōstituebat. tenētibus qppe imperiū plena potestas est, iura scribere, ac leges pferre, qbus viuant qui agunt sub imperio, nō. n. potest recte viuere, nisi quem tenet iuris, legūq́ʒ necessitas: hoc igiē fuit principiū in eius laudibus, cum scriberent leges & iura, quia acquiescebant viri iussis fœminę. ecce. n. cum a publicis consultis etiā ad opera veniebaē, ostendebat æquitatē suam, & in consulendo prudentiam. operū, iquit, laborē partibus equabat iustis, aut sorte trahebat, aut iudicio suo operis partes singulis ascribebat, quę estimatione iustitiæ possent sine suspicione gratiæ definiri: quę aūt natura sua ad plenum æquari nō poterant, retracto arbitrio suo, sortis iudicio dabat: vt ex vna licet grauiorē accipiens laboris partem, nō iam reginā incusaret, sed fortunā suā & hæc sicut picturas non fecit poeta. nam cū multa ageret Dido, multaq́ʒ disponeret, nō enarratis oibus, quæ agebat, interuenit repētinus euentus rerū, & alia sublata descriptio est. ¶ Cū subito Æneas.) Agēte adhuc Didone quæ ad officiū reginæ ptinebant, subito Æneas ad eam venietes aduertit, quos in pelago putabat extinctos, ecce completū est qđ Æneæ mater pdixerat. ¶ Obstupuit simul ipse.) Obstupuit & perculsus bis accipiendum est, obstupuit vterq́ʒ & perculsus est, deniq́ʒ sic posuit. Simul ipse, hoc est Æneas simul, & Achates. ¶ Letitiaq́ʒ metuq́ʒ.) Bis ergo duobus animi motibus obstupuerunt & perculsi sunt, lætitia. s. & metus impellebat eos. Lætitia vt se ostenderent & suorum dextris iungerenē, reuocabat metus oium rerū incertos, deniq́ʒ subiungit metus ipsius cās. ¶ Dissimulant & nube caua spe. ami. &c.) Ecce qđ posuit cās, quę Æneā & Achatē incertos reddiderant, vnaq́ʒ lætitiā mouerant, quæ fuerant manifesta sociis suis, merito ergo prudentię consiliū fuit, primitus explorare, quæ fecerāt metū, vt scireē. Quæ fortuna viris, hoc est qua eua serāt, vel quæ eos suisset exceptura. ¶ Classem quo lit. lin.) Rex. n. nō tñ de hoium, verū etiā de nauium icolumitate debuit esse solicitus, dicet & nouissimā cām. ¶ Quid ve.) Cū dicit cunctos, quos subnexuit. ¶ Cuncti. n. le. na. ib. Ora. ve.) Cūctos dixit eos omnes qui ad deprecādum Didonē venerāt nō oēs qui fuissent naufragio liberati: nam lecti hoc est qui in talib' causis loqui possent, cōmodū tenere sermonē, ibant orātes Veniā, & tēplum clamore petebāt. Orātes & tēplum clamore petebāt, nō coheret: nam orare est ore aliqd suppliciter postulare: clamore petebāt, cū strepitu inuerecūdo voces claras emittebāt. Causas igiē aduentus eorum (licet vterq́ʒ nesciret) coniiciebāt tñ ex ipsorum clamoribus magna eos vrgeri necessitate, vt ante clamosas voces effunderēt, quam Didonē ipsam videre potuissent & rogare, clamādi causas iustas fuisse, nē seditionē ipse Virg. docuit. nam Dido intus fuit, officiū vero foris cū nullus nunciaret aliter ad scientiā eius puenire nō poterant, nisi exclamātium vox fuisset audita, sequitur,

ASCENSIVS.

¶ Hæc dum &c.) Dictum est q̃ reginam opperibat, atq́ʒ expectabat Æneas, quā venturā certis indiciis norat, aut qa soliū eius ornari, aut mundū muliebrē afferri viderat: nūc igiē describit aduētus reginę, quę ad tēplum venerat, ius datura: cuius dicēdi cōueniensvideē hora: qa dictū est Æneā abiisse a suis, vt primum lux alma data est: eundo aūt & loquēdo cū Venere, & ingrediēdo ciuitatem, templumq́ʒ conspiciendo, forte treis horas absumpserant. Et siquis dicat non verisimile, nam plus spatii fuisse inter naueis Æneę & vrbem: cū nihil de ea viderent: dicere possumus ad hoc, dictū esse collē fuisse mediū. qui plurim' vrbi iminet: quē Æneas superare debuit priusq̃ vrbē videret. Et siquis dicat aliquanto plus moræ fuisse, priusq̃ Dido aduenerit, id non magnopere inficias iero: dummodo sat temporis quo ea quæ postea facta sunt fierent, cōcedat. Sed audiamus Donatū, cuius verba sunt. ¶ Hæc, dum.) Non sola hæc fuerant picta: sed aduentus reginæ interrupit, ne reliqua consyderare posset. Est autē vna res quadripartito posita, breuissime dicta. Nam vt est summi oratoris, res breueis late differe: ita & latitudinē coercere. ¶ Regina ad templum.) Et quia regina. i. pcuratrix negocii publici, & quia ad tēplum accedebat, mereē excusationē, q̃ publice mulier iuuenis, se viris admisceret. Religio ergo & necessitas impulit: vt tēpli opera inspiceret ad maturādum artifices cogeret. ¶ Latonę tacitū.) Occasione cōparationis expressit poeta: quam læti sint parentes successibus filiorum. ¶ Instans.) Vna cura testabaē religionem perficiendi templi, Altera, temperantis iustitiam ostendebat. ¶ Lætam.) Ex successu rerum. ¶ Tum foribus, d. m. t. t. Septa. ar.) Nisi ordinato sensu quæratur intellectus: non poterit comprehendi. Erit satis incertū qd poeta descripserit. nesciret quippe vbi sederit Dido, & vbi armis septa sit. Ordinamus ergo sic: Tum forib' diuę Septa armis, media testudine templi, Solioq́ʒ alte subnixa resedit. Quomodo est iudiciorum omnium cōsuetudo. Ducuntur iudices vsq́ʒ ad fores secretarii ibidemq́ʒ officium remanet. Illi vero ingressi solium ascēdunt & sedent. Omnes igiē, qui progredientē comitabanē reginā, inermes erant, & armati ante fores remanserunt. Illa ingressa, vbi ad mediam testudinē. i. ad mediam aram peruenit, ascendit soliū, & alte sedit. ¶ Iura dabat.) Meritum reginæ. Non. n. tot viri, fœminæ paruissent, nisi qa egregie in ea virtutes essent, sed specialiter ponit: Iura dabat, legesq́ʒ viris. Quod nō est exponendum imperat: sed constituebat iura. Præcipua ergo laus, cū scriberet leges & iura, qa acquiescebant viri iussis fœminæ. Cum autem a publicis consultis, ad operam veniebat, ostēdebat equitatem suam & in consulendo, prudentiam. ¶ Partibus equabat iustis, aut sorte trahebat.) Quæ estimatione iustitiæ equari poterant, distribuebat. Quæ autē natura sua ad plenum equari nō poterant, sortis iudicio dabat, vt qui grauius onus subiret, fortunam suam, non reginam, accusaret. ¶ Antea, Sergestum.) Est adimpletū quod mater de saluis sociis dixerat. ¶ Dissimulant.) Consilium prudentię, vt euentū rei spectarent. ¶ Quæ fortuna.) Quā euaserant, & quā essent accepturi. ¶ Cuncti.) Non absolute. Nam cum venissent lecti, nō omnes venerant: sed cuncti qui venerūt. ¶ Orantes veniam, & templum clamore petebant.) Non conueniunt. Nam orare, est precibus petere. Clamare, est inuerecundo strepitu, vocem maiorem emittere. Coniiciebant igitur clamoribus, magna illos vrgeri necessitate. Hos effundebant, antea quā Didonem orare possent. Ergo iusta causa, & nō seditione clamabant. Nam cum nullus nunciaret Didoni: quæ intus erat, non poterat nisi clamore, rem percipere Dido. Sed postquam intus fuere, seruatum est decorum in verbis, cum facta sit copia Didonis. Orare. Clamaē

¶ Ordo est. Dum hæc, scilicet quæ depicta dixit, videntur Æneæ Dardanio. i. magnanimo; & Dardano simili: miranda, i. admiratione digna: dum stupet, & hæret defixus in vno obtutu. i. aspectu (quod illi indecorū nō fuit: quia nouit se nō videri ab aliis: vnde dicetur: Dissimulant, & nube caua speculanē amicti.) Dido regina, pulcherrima forma. i. per formā (est enim pulcherrima, nominatiui casus, & forma, ablatiui.) incessit ad templum: & hoc magna caterua, id est magno cœtu: iuuenum stipante. i. condēse comitante. Qualis Diana exercet choros. i. choreas in ripis Eurotę, fluuii illius in Laconia: aut per iuga. i. parteis illas sub vertice Cynthi. i. illius montis in Delo vbi nata, & vnde Cynthia dicta ē: quam. s. Dianam, venatricum deam, mille Oreades. i. montium nymphæ: secutæ. i. insequētes: glomerantur. i. in morē glomeris, circūeunt hinc, atq́ʒ hinc. i. vtrinq́ʒ. Illa. s. dea: fert humero pharetram, id est thecam sagittarum, quibus in feras vtitur, & gradiens. i. incedens supereminet omneis deas sup. reliquas: gaudia. i. lætitiæ intrinsecæ: pertentant. i. afficiunt titillatu quodam pectus tacitum. i. intima præcordia. Latonæ. i. illius deæ matris Apollinis, seu Phœbi & Dianæ. Talis erat Dido. (posset ordo incipi sic: Dido erat talis, qualis Diana exercet, &c. tacitum autē pectus dicit, aut tacens, aut occultum, quia intimum.) & ipsa læta ferebat instans operi se talem. i. longe supeminentē: per medios: aut instans operi per medios, quasi omnium manibus operans, & instās regnis futuris. i. regiis domib': aut ciuitati ceteris olim dominaturę. Tum. i. deinde postquā per transitum cohortata est ad opus perficiēdum: ipsa sæpta. i. circūdata: armis. s. satellitum: resedit. i. locum sedendi cepit: in, sup. foribus. i. vestibulis diuæ, id est tēpli Iunonis: in media testudine. i. connexitate templi: hoc est camera incurua, quę erat in medio templi. (Sed quæstio est, quomodo dicaē cōsedisse in foribus, & in medio templi: verum multiplex est constructio. Nam Donatus sic distinguit: tum ipsa septa armis in foribus diuæ. i. armatis stantibus in foribus diuæ, (non. n. armati ingrediuntur templa, aut fora, vbi iura dicuntur: sed foris instant.) resedit in media testudine templi: subnixa alte solio. Ser. aūt vult duplicem esse constructionē: priorem sic:) instat operi: instat regnis futuris, tum. i. pcipue instat forib' diuæ, quasi dicat, cum operi & regnis futuris: tum foribus diuæ instabat, Ordo.

Universidad de Deusto Biblioteca

bat, (sed quomodo media testudine tẽpli resedit, si nõdum essent fores perfectę?) posteriorem sic: foribus diuæ.i. media testudine templi: vt vnum intelligas tectum templi, & fores: sed primum (inquit Seruius) est melius, vbi diceret Valla, prius est melius, aut prior constructio melior. verum (vt ad sniam respiciam) iudicio meo, bona est snia Donati. Posset tamen sic dici, vt intra tẽplum vbi populi contemplabant̃: vnde testudinatum fiebat: vt cœlum repræsentaret: essent fores diuæ: hoc est sacelli, aut aditi diuæ: & vt Dido pro foribus diuæ in media testudine templi resederit: & quasi dea authore in conspectu eius, ius dixerit stantib⁹ in templo: cum satellites in vestibulis starent: & forte circũ solium, formidolosę enim sunt mulieres: & præcipue timẽdum erat Didoni: quę & Iarbam, quem defraudauerat, & in cuius ditione noua regna moliretur, & fratrem Pygmalionem: & populi inconstantiam vereri poterat. Dicamus ergo sic: Tum.i. deinde regina septa armis.s. satellitum stantium circum ipsam, resedit alte, vt ab omnibus conspici posset in solio.i. sede regia: sic dicta, quod ex solido.i. integro ligno, aut lapide fieret, nequis insidias moliret̃, eamq; tyranni inuenerunt: resedit, dico, in media testudine templi, in foribus diuæ. Aut nouissimo loco dici põt, poetã voluisse seruare ordinem quo ingressa est. Nam primo, ingressa est, fores diuæ.i. totius tẽpli: secundo peruenit ad mediã testudinẽ tẽpli: & tertio, illic resedit alte in solio: ita, vt solium intelligat̃ in templo fuisse: & templum, penitius quã fores, quæ quia foris sunt dicuntur. Et dabat.i. pronunciabat, & dicebat iura, & leges viris.s. cum ipsa esset mulier, quod summopere in eius laudẽ vergebat, & ęquabat.i. ęqualiter conduidebat, laborem operum.s. publicorum: iustis partibus.i. proportionibus, quas quenq; iustum erat acceptare, & gerere: aut si partibus diuidendis dubiũ erat: cũ viri, & merita eoꝝ ęqualia censeri possent: & labores inæquales trahebat sorte.i. faciebat eos per sortem partes laboꝝ acceptare, ne cui iniuria fit: dabat inquã leges, & iura, tum cum.i. quando Æneas videt Antea, virum illum (vnde Seruius prius exposuit illud: Antea si quẽ iactatũ vento videat: de hoc viro nõ inepte.) & Sergestum, & Cloanthum: & alios Teucroꝝ.i. alios Teucros: ergo & hi Teucri erant: quos ater.i. caliginosus turbo.i. motus, & conturbatus, seu cõturbatio ventoꝝ. Dispulerat.i. in diuersas parteis pepulerat: toto ęquore: & quos turbo aduexerat (tũ vt videre est, reduxerat: aut ipsi se) penitus alias oras.i. regiones: ipse.s. Æneas princeps: obstupuit, quod eos quos sic dispergi viderat: videre potuit: quocirca licet superius matrẽ appellauit, fugientẽ, nõ sciuit, tũ certo matrẽ esse. qa dictum est: Et vera incessu: patuit dea: non tũ patuit oino Venus, sed Æneas suspicabat̃ Venerẽ: quod quia nõ certo sciebat adhuc, timuisse dicitur: nec in ea quæstione fortiora sunt obiecta purgatis, quod tũ illic Seruius sentit: & hic obstupuit Æneas, qui si matrẽ oino credidisset, quæ se augurii peritã significauerat, & socios reduces nunciauerat modo nõ stupuisset, quod prius futurum certo sciuisset. Attendendus est ergo animus poetæ, nec temere censendus. simul.i. pariter: & Achates comes ei⁹, obstupuit simul.i. vno impetu: quia tanto miraculo fuit res, vt simul obstuperent: sed dicitur Achates percussus, id est attonitus: aut pcussus stupore: qđ Ænee non competit: qui vir prudens, & aduersa, sine animi percussione tolerare potuit, & læta conspicere. Nam non minus exanimasse legunt̃ læta, ꝗ aduersa: sed illa præcipue mulieres, hæc viros. obstupuit ergo Achates perculsus, & lætitia: ppter coꝝ liberationẽ, ac salutẽ, & metũ: propter cõcursum, qui aliquid mali præ se ferebat: ipsi aũt ambo auidi.i. cupidi, coniungere dextras ardebant.i. vehemẽter cupiebant: sic tũ vt affectioni, seu passioni dominarent̃: vnde sequit̃: sed res incognita.i. quia nesciebant, quid sibi ille cõcursus vellet: & cur sic concurrerent: turbat animos.s. Ænee, & Achate: & ideo dissimulant.i. simulant se non videre socios. & ipsi amicti, nube caua.i. aere circunsepto speculantur.i. quasi specula.i. altiore loco, vnde tute prospicere possint: prospiciunt: quæ fortuna, sup. sit viris.s. sic concurrẽtibus: quo littore linquant, pro liquerant classem: aut linquãt.i. liquisse velint: quid.i. ad quid veniant, pro veniebant. aut se venisse velint: nam cuncti ibãt lecti.i. delecti, aut ex ordine nauibus.s. suis, subauditur de more poetico: orantes.i. implorantes, veniam.i. gratiam & misericordiam, vt liceat in aliena terra, tantisper consistere, dum classem reficiant, ac dominum quærant, & petebant templum.s. Iunonis a Didone cõstructum, clamore.s. magno. Posset intelligi concomitantiũ notans: vt sit, petebant templum cũ clamore.i. simul clamabant: sed magis propria est significantia, & vehemẽtior, si casus instrumẽtalis intelligat̃: vt sit, petebant templum clamore: qa clamorẽ præmittebãt, qui tẽplum cõcuterent, vehementia aeris percussi, priusq; adessent: nam verbũ a verberando dictum volũt, q; ex aere pcusso, ictu linguæ generat̃. Itaq; & pedibus, & clamore petebant templum: de qua re satis subtiliter differit Donatus: vt visum est.

PIERIVS.

¶Magna iuuenum stipante caterua.) In Romano codi. legitur, comitante, non ita in aliis: plus tamẽ est, stipante, quia maiorem indicat comitũ frequẽtiã. ¶Gradiensq; deas supereminet omneis.) In Romano codi. & nonnullis aliis antiquis legere est, Dea supereminet omneis, vt dea sit κατ' ἐξοχήν. Nam ipse locus syllabam omnino communem reddit, cæterum hoc in medio sit. ¶Solioq; alte subnixa resedit.) Vetera quædam exemplaria, alto, legunt, vt in.xi. Solio rex infit ab alto. In codicibus tamen probatioribus, Mediceo, & aliquot aliis, alte, aduerbium est, quam lectionem interpretes agnoscunt, præcipueq; Donatus, qui ait, Vbi ad mediã testudinẽ templi, hoc est ad mediam aream, peruenit, ascendit solium, quod ipsius causa fuerat collocatum, & primum alte consurgens, sedit. ¶Penitusq; alias aduexerat oras.) Vt missum faciam adduxerat, quod in vno tantum codice repertum minime placet Mediceus, & reliqua fere omnia exemplaria, quæ tractaui, aduexerat, aut auexerat, vno consensu legunt, erant enim duo Troiani, qui fuerant, in diuersum abacti. ¶Obstupuit simul ipse simul perculsus Achates.) In oblongo codice, & quibusdam aliis, obstipuit, habet̃, ita superius dum stupet, & passim codẽ modo, quod verbum a stipite, nonnulli deductum volunt, mutato tamen tempore, vsu vero cessisse, i in u, vt ex contimaci, contumax factum, & huiusmodi pleraq;. Sed & pculsus in Romano, in Mediceo, & plerisq; aliis codicibus antiquis, & hic, & alibi semper habetur, quãuis grammatici differentiam, inter perculsum, & percussum statuant. ¶Cunctis nam lecti nauibus ibant.) In Romano codice, & in Mediceo cuncti, nominatiuo casu legitur, eamq; lectionem interpretes agnoscunt, Seruius & Donatus.

Postꝗ introgressi: & corãm data copia fandi:
Maximus Ilioneus placido sic pectore cœpit:
O regina, nouã cui condere Iuppiter vrbẽ, II. I.
Iustitiaq; dedit gentes frenare superbas:
Troes te miseri, ventis maria omnia vecti
Oramus: prohibe infandos à nauibus ignes:
Parce pio generi: & propius res aspice nostras.
Non nos aut ferro Libycos populare penates
Venimus: aut raptas ad littora vertere prædas.
Non ea vis animo: nec tanta superbia victis.
Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt:
Terra antiqua, potens armis, atq; vbere glebæ:
Oenotri coluere viri: nunc fama, minores
Italiam dixisse, ducis de nomine gentem.
Huc cursus fuit.
Cum subito assurgens fluctu, nimbosus Orion

SERVIVS.

¶Maximus Ilioneus.) Reb⁹ omnib⁹ maximus. Non enim aliquid addit: & nõ sine causa ipsum vbiq; inducit eloquentem, vt enim Homerus dicit, Phorbas pater Ilionei semper Mercurio deo eloquentiæ fauente pugnauit: vt Horatius, Mercuri facũde nepos Atlantis. Merito ergo huic dat eloquentiam. ¶Placido sic pectore cœpit.) More suo vno sermone habitum futurę orationis expressit. ¶O regina.) Secũdum artem rhetoricam id ei dat, quod impetrare desiderat. Nam eam per laudem beneuolam reddidit. ¶Iustitia.) bene cõsiderauit sexum. Nec enim virtute dicere poterat. ¶Frenare.) ¶Frenare.) Continere: vt contra. Et Numidę infręni cingũt. ¶Troes te miseri.) Tacitis occurrit quęstionibus: ne ad populationem venisse videant̃. ¶Vẽ more qui tunc vigebat. ¶Ventis maria omnia vecti.) Per maria: & est contra illud cur ad Africam venerint. ¶Parce pio generi.) Quoties inuidiose sunt præsentes personę, rhetoricum est ad alias confugere: vt hoc loco cõfugit ad genus. ¶Et propius.) Id est vicinius.s. vt tanquam vicĩ accipiantur: nõ talesqualis Paris fuit in Spartæ expugnatione, raptuq; Helenę, nam historiæ hoc habet veritas: non voluntate Helenam secutam, sed raptam expugnata ciuitate: vnde &

In vada cæca tulit, penitusq;, procacibus austris,
Perq; vndas superante salo, perq; inuia saxa
Dispulit. huc pauci vestris adnauimus oris.
Quod genus hoc hoĩum? queue hũc tã barbara morẽ
Permittit patria? hospicio prohibemur arenæ.
Bella cient: primaq; vetant consistere terra.
Si genus humanum, & mortalia temnitis arma:
At sperate deos memores fandi, atq; nefandi.

de & recipi meruit a marito. Tangit aũt hoc latẽter Virgilius illo loco: Me duce Dardanius Spartã expugnauit adulter. ¶Populare) Antiqui & populo dicebant, & populor: vnde est nũc populare: & Populatq; ingentem farris aceruũ Curculio. Nunc tũ passiua tãtũ vtimur declinatione. ¶Non ea vis animo.) Argumẽtũ a impossibili, vt, Quid Troes potuere? Vis autẽ est possibilitas. ¶Est locus.) Cõparatione orbis totius, Italia locus est. Nã prouincia locus non potest dici. Minus aũt est, ꝗ vt vrbs antiqua fuit. ¶Hesperiã.) Hesperię sunt duę: vna quæ Hispania dicit̃, altera quæ est in Italia. quæ hac ratione discernunt̃, aut enim solam Hesperiã dicis, & significas Italiã, aut addis vltimam, & significas Hispaniam quę in occidentis est fine: vt Horatius, Qui nunc Hesperia sospes ab vltima. Et hæc est vera Hesperia ab Hespero dicta, id est stella occidẽtali. Cęterum Italia, Hesperia dicitur a fratre Atlantis, qui pulsus a Germano Italiã tenuit: eiq; nomen pristinæ regionis imposuit, vt Higinus docet. ¶Antiqua.) Nobilis: nec enim noua esse potest, licet primã terram suã esse dicant Athenienses. ¶Vbere glebæ.) Vber proprie est fœcunditas. Et bene Italiæ virtutẽ fœcunditatemq; collaudat: ne Africã petisse videantur. ¶Oenotrij coluere viri.) Deest quam. Oenotria autẽ dicta est vel a vino optimo, quod in Italia nascitur: vel, vt Varro dicit, ab Oenotro rege Sabinorum. ¶Fama.) Subaudimus est. ¶Minores.) Maiores & minores quoties de genere dicimus, numeri sunt tãtum pluralis. ¶Italiam.) Italus rex Siciliæ ad eam partẽ venit, in qua regnauit Turnus: quam a suo nomine appellauit Italiam. Vnde est, Fines super vsq; Sicanos. Non vsq; ad Siciliã (nec enim poterat fieri) sed vsq; ad ea loca quæ tenuerunt Sicani, id est Siculi, a Sicano fratre Itali.

Orionis fabula. ¶Cum subito assurgens fluctu, nimbosus Orion.) Oenopion rex cum liberos non haberet, a Ioue, Neptuno & Mercurio, quos hospicio susceperat, hortantibus vt ab his aliquid postularet: petiit vt sibi concederent filios: Illi, intra coriũ immolati sibi bouis vrina facta, præceperunt vt cõpletis maternis mensibus solueretur. Quo facto inuentus est puer: cui nomẽ ab vrina impositum est, vt οὐρίων diceretur. Quod Dorica lingua cõmutatũ est: vt ου diphthongus in ο verteretur. Quod autẽ plerunq; prima syllaba breuis inuenitur, vt hoc loco, cum sit naturaliter longa: Græcæ rationis est. Nã detractio fit υ litere, & ο remanet breuis: quomodo οὔρεα τὰ σκιόεντα, pro ὄρεα, & πούλυν, pro πολύν. Et hoc quia aut οι est naturaliter longa: aut ου diphthongus. Cęterum si sit in proprio nomine dichronos, vt omnes latinæ sunt: propriorum nominum abutemur licentia, vt in artibus lectũ est. Orion ergo postea venator factus, cum vellet cum Diana cõcumbere, vt Horatius dicit, eius sagittis occisus est, vt Lucanus, immisso scorpione perit: & deorũ miseratione relatus in sydera, signũ famosum tẽpestatibus fecit. Verisimilius aũt est a scorpione interemptũ: quo oriente occidit. Sanè magnitudine sua multis oritur diebus: & ideo eius etiã apud peritos est incerta tempestas. Vnde dictũ est, Cum subito assurgens, ad excusationẽ nõ præuisę tempestatis. Et multi superfluo quærũt cur ortus cõmemoret̃ Orionis: cum sit a Iunone immissa tẽpestas. Sed Ilioneus ista nõ nouit, quæ a poeta supradicta sunt, per musam, vt diximus, cognita. Et cõstat numina, nisi inuẽta occasione, nocere nõ posse. Quod in omni suo opere Virgilius diligenter obseruat. ¶In vada cæca.) Incognita, latentia.

Procax. ¶Procacibus austris.) Perseuerantibus. Et procax proprie petax est. Nam procare est petere. Vnde & proci petitores vocitur. ¶Perq; vndas superante salo.) Eleuato mari, & in vndas diuiso, vt solet in tempestate. Salo aũt ab eo venit quod est salum sali. Nam sale tabentes, ab eo quod est hic sal salis. ¶Perq; inuia saxa.) Inuia .i. aspera, immania. Vnde & paulo post Dido, Quæ vis immanib⁹ applicat oris? Nõ enim suos vituperat: sed naturã littoris culpat. ¶Adnauimus oris. Elegit verbũ aptum naufragio ad eliciendam misericordiam: quãuis & de nauibus natat lectum sit: vt natat vncta carina. ¶Quod genus hoc hominum?) Rhetorice vituperaturus mores, nõ ad Didonem loquitur, sed ad tertiam se cõfert personã. ¶Hospitio prohibemur arenæ.) Vt alibi, Littusq; rogamus. Occupantis est enim possessio littoris, vnde ostẽduntur crudeles qui etiam a cõmunibus prohibeant. ¶Primaq; vetant consistere terra.) i. in littore vt alibi: Tuq; o cui prima frementẽ Fudit equũ magno tellus percussa tridenti. ¶Mortalia arma.) Mortalem possibilitatem. Sanè arma etiam consilia significant: vt Quęrere conscius arma. Sed terret hoc loco latenter propter Siciliam. Nam & paulopost ait, Sunt & Siculis regionibus vrbes, cũ vnam habeat, in qua Acestes regnat: sed ad terrorẽ Vrbes dixit. ¶At sperate Deos.) Abusiue timete: vt alibi, Hũc ego si potui tantum sperare dolorem. Cum speremus bona, timeamus aduersa. ¶Memores fandi, atq; nefandi.) Iusti & iniusti. Et bene memores: quia etiam si non statim puniant crimina, sunt tamen memores. vt Hor. Raro antecedentem scelestum deseruit pede pœna claudo.

DONATVS.

¶Postq; introgressi.) Recte hic poeta & locũ seruauit, & tẽpus, & personã, & hoc genere ostẽdit, nõ seditiosas voces emisisse eos, q supplices venerãt, clamabãt, inquit, cum essent foris, sed postquã introgressi sunt, & tẽpus loquẽdi occasionẽ dedit, locuturo fiduciam tribuit, nec deerat persona, quæ rogaret̃ ac postulata pręstaret loquendi modũ, vel maxime in tẽplo, & apud eam, quæ teneret summã rerum, tẽperauit, q fuerat locuturus, hoc est Ilioneus qui cum dicit cæteris fuisse meliorẽ, intelligere debemus, qualis ab ipso sermo proferri debuerit. Placido, inqt, sic pectore cœpit, foris clamoribus agebatur, vbi negabatur persona Didonis, quãdo data est fandi copia.i. qñ cũ præsente regina corã licuit loqui, mutata sunt oĩa, quæ turbulenta videbant̃. ¶O regina, nouã) Magna dicendi arte locũ istum poeta cõplexus est, primũ omnium, vt principia ipsa arctiore breuitate succingeret, & tũ plurima necessaria continerent, primo personã Didonis laudaret, subtilẽ obiurgationẽ nõ omitteret, redderet in ipsa obiurgatione beneuolam, inuidiã inhumanitatis & superbię reiiceret in alios, ipsam diceret iustã, neq; eã lęderet, cuius fuerat petiturus auxiliũ. singula ergo quæ diximus quæ sint, vel quo illustriora reddant̃, necessario prouidendũ est. Ilioneus veniebat ad incognitã regionẽ, qui loca illa hoiesq; nesciret, perindeq; incertus omniũ, quẽadmodũ aliquã laude assumpta beneuolam fecit, cõiectura collegit, senserat.n. & probauerat hoĩes impios & inhumanos mores, quos in posteriore orationis suæ parte euidẽter expressit, suspicione vtiq; debuit duci, quod talis esset illa, cuius tenebant̃ imperio, sed hãc partẽ meliore ratione argumentãdi correxit, nihilominus etiam ipsam obliq; cõtingens, vt ex aliena, hoc est suorũ reprehensione cõfusa, erubesceret talis videri, & pręstaret se beneuolã. Collectis igitur cõtrariis oibus componitur duobus versibus plena laudatio. O regina quod est proculdubio difficillimũ, fœminam regnare, ex difficultate igit̃, fit laus, quod factũ nisi diuino fauore peruenire non potuit. Nouã cui condere Iuppiter vrbem. Ecce sim meritũ quod ab eo vel maxime sine admiratione dici nequibat, eo loquente, quem constabat dolere, quod sibi id prouenire nõ poterat, sicut ex persona Æneæ superius dictum est. O fortunati quorũ iam mœnia surgunt. Cum igit̃ fœmina faceret, quod difficulter prouenire viris posset, apparebat proculdubio non humanis sed diuinis opibus fieri. surgebat quippe non fabrica speciei alicuius leuissimę, sed ingentis magnitudo ciuitatis, & duo miracula i laude sunt, mulier regnat, & mulier ędificat ciuitatẽ nouã, addidit tertium, quod ageret admirationẽ, Iustitiaq; dedit gẽtes frenare superbas. Hoc est te solam appetere florere iustitia, nam pro frænis æquitate, vt regas homines, quibus parendi studium natura sponte negauit, frenare aũt cum dicit, ostendit plenã gentium feritatem, quæcunq; enim non succumbunt imperio, frænorum potestate franguntur, quæ sponte non currant. In hominibus contra est, sic deterior cui extorqueretur cõtra naturam, quod nasci non meruit, mali homines nõ paribus sed contrariis superantur, humanitate, scilicet regentis, & voluntate, quas in Didone fuisse collegit sapientissimus Ilioneus, qui vituperando incolas, & inhumanitatis arguendo, laudat eam, cuius beneficia requirebat. Ecce tacite ostendit præsentem causam, & docet quemadmodum ad humanitatis partes rediguntur, & retinẽtur imperio, quibus obsequendi studium natura non tribuit, qantum ad beneuolentiã ducta est, cui dictum est quod alii frænis impositis nituntur efficere, tu humanitate cõples, & perficis lenitate principiorum ratione confecta, quibus laudauit reginã, & incolarum mores, ferociamq; graui inuidia perfudit, suam debuit purgare personam, quæ purgatio ad id reuocatur, ne iuste videatur passi violentiã. ¶Troes te miseri.) Quã cito & ꝗ euidenter expressit & personã, & fortunam suã, & eius specialem significationẽ, quam rogabat,

Universidad de Deusto Biblioteca

rogabat,quod aūt ait miseri,ostendere voluit nihil miseros audere potuisse vel posse quod cōmodis Didonis officeret.¶ Vētis maria om,v.Ora.)Vt appareret illos ad illa littora nō sponte, sed necessitate esse delatos . Ecce totū breuitas tenuit pro tēporis ratione & pro persona loquentis. Incipit iā summa petitionis summa breuitate collecta tā iusta tanq̄ sine prestātis detrimentis expressa,vt quiuis inhumanus & durus facillime flecteret.¶ Prohibe infandos a naui.ig.)Ecce postulata sunt tria , ne incenderent naues vt ostēderet se & necessitatē habere abeundi & voluntatē, atq̄ ex hoc ipso perdoceret casu potius,q̄ ad inferendā violētiā venisse, parce pio generi,reus.n.esse incipit,q persecutus fuerit piū, quæ sanctitas,inquit,eo amplius lædenda nō est,q hāc naturā sanguinis & generis ducti nō aliqua cōstricti lege seruamus.Et propius res aspice nostras. Tertia petitio generalis est, & qcquid ad cōmodum nostrū spectat oramus,vt prestes. Hæc nō ponendo per species,honestius cōplexus est,quā si designaret euidēter,intelligi tamen potest illos omnia cōsequi potuisse,si fauorē reginę plenissimum fuissent cōsecuti,deniq̄ cōciliata Dido & humana iuxta ipsos fuit.& recepit hospitio , & spōte infinita munera cōstitutis in nauibus misit.¶ Nō nos,&c.)Assertio innocētię,cum probatione sua,nec ad hoc,inqt,venimus,neq̄ eius sumus naturæ,vt in aliena exeramus improbas manus,aut exerceam⁹ direptiones,& hoc si gereremus animo,qd audiremus victi:quantū miseri niti possemus:ad probationē istius innocentię ptinet,quod supra dixit, Vētis maria omnia vecti.si.n.vellēt aut possent facere violentiā, fecissent in aliquibus terrarū partib⁹, & caruissent violētia maris, quā per omnia littora naufragādo percenserāt, nouissimū argumentū probabilis innocētię fuit,quod posterius posuit . Oram⁹, nullus.n.negādo vult cōsequi,nisi q alienus est a cogitationibus violētię,& hoc,quod venerant,nō esset voluptate,cuiuspiā factū: sed vi maris & necessitate turbinū,quibus cōstabat, Troianos nō iā venisse ad Carthaginis partes,sed Carthaginis littora naufragātes ereptos,multis igit̄ ostendit suā suorūq̄ innocentiā , quæ oīa fortiori argumento cumulauit dicēdo.¶ Est locus,&c.)Et locorū & hoīum Carthaginis plena deformatio, sed nō aperta,nā cū laudat partes,ad quas tēdebat,illis sic derogat,ad quas inuit⁹ eiectus est,Ibamus,inqt,ad optimas terras Italiæ vberes & copiosas,quas coluerunt Oenotri viri,q nunc Itali dicunt̄,optimi vtiq̄ & præcipui,sed existēte Orionis scelere sine dubio aduersa fortuna expugnāte cōmodū nostrū,cū violētiæ plagę nō valeremus obsistere, in vestra littora,hoc est in solitudines & horrendā desertionē sumus appulsi,q ergo relictis melioribus pergit ad deteriora:nisi q nō suo sed arbitrio cōpellit̄ alieno:si igit̄ nō sponte venimus , apparet,nos nullū violētię studiū gerere qui.n.hoc cogitat,destinata loca & ad prędā disposita,spōte aggredit̄,sponte occupat,spōte inuadit,& aliquid elegit,in quo sit vberior præda . Descriptionē naufragij nō frustra posuit,nā huius adiectio potuit mouere misericordiā,paucorū aūt idcirco mentionē fecit,vt firmaret Didonis animū,q nullā parassent violētiā.quid.n.audere possent, quibus nec animus fuit,nec substātia multitudinis:ecce oēm, qua laborabat,inuidiā violentię purgatis ad plenū partibus retorquet in partē calumniātiū,vsus anticategoria.dicit.n.ego nō feci , aut mei,sed tui in innoxios extiterunt violēti, deniq̄ sequit̄.¶ Quod genus hoc hoīum:)Sub iure querelarū,occasione & deformatione Tyriorū tenet & suā laudē.nam cui inhumanitas aliorū displicet,& ipse vtiq̄ human⁹ est,& q alienos mores grauiter reprehendit,ab hisce se profitetur alienū:vsqueadeo displicebant,vt nomē illorum inuenire nequiuerit,dicēdo. Quod genus hoc hominū: Omnes.n.feros immanitate vicerāt Tyrij. Quęue hūc tam barbara morē:hoc est quæ vel cuius regionis in tū sæua barbaries, & tanta feritate extitit, quāta tui vsi sunt aduersus nos:nomē ergo quo eos appellaret nō inuenit, exēplū non reperit quod erat grauius,potuerant,n.defendi similitudine alterius gentis.Hospitio prohibemur arenę. Probatio plenissimę inhumanitatis,prohibemur in arenis consistere. quid fieret,si humano more tectorū hospitiū peteremus:Bella cient,nō saltē leniter prohibent, sed more bellandi vtunt̄ hostilibus armis.Bella cient.bella,inquit,nō patiūtur,sed inferunt . primaq̄ vetant consistere terra.dixerat.n.ventis maria oīa vecti, vt misericordia dignos ostēderet in illa terra, quæ licet inutilis & deserta,naufragos tū prima susceperat, certe etiā si potest intelligi , primā esse terrā littoris tractū . secundam, quæ longius progredientes excipit,vt satiaret, quod dixit,hospitio prohibemur arenæ,perseuerat in hac subtilitate dicēdi, vt inhumanitatis etiā ipsam Didonem oblique criminetur,nam cū de his querit̄,quos imperio Dido retinebat, & regno , ipsam quoq̄ appetit , & culpat , a qua iussa mandataq̄ proficisci dubitari non poterat,vsqueadeo hoc verum est,vt relicta subtilitate, in ipsius quoq̄ reginæ personam inuidiā oēm posterius torserit, addidit enim.¶ Si genus humanum & mortalia temnitis arma.)Non dixit temnunt, sed temnitis.¶ At sperate deos.)Ecce & hic sperate posuit, ipsam quoq̄ Didonem culpæ inhumanitatis annectens, Si contemnitis homines,sunt dij,qui iniusta vendicent.

ASCENSIVS.

¶ Postq̄ introgressi,& coram data copia fandi , &c.)In hac parte habetur oratio Ilionei sanè diserta,& elegans, vt Donatus intelligentibus adamussim probat:quæ Ilioneo competit,q Phorbanti patri eius Mercurius, qui deus facundiæ est,(vnde Hora.Mercuri facunde nepos Atlantis, &c.)in bello Troiano fauisse,ab Homero dicitur. Verba Donati sunt.¶ O regina.)Magna omnino arte scribit. Primo , principia summa breuitate subiungit , quæ tamen plurima necessaria continent:primo vero personam Didonis laudat:subtilem obiurgationem non omittit:& ipsa obiurgatione beneuolam reddit:inhumanitatem , & superbiam reijcit in alios . Ipsam iustam dicit:ne eam lædat a qua auxilium postulat. Veniebat igit̄ incognitus ad incognitam , vnde ignarus omniū cōiectura rimatur,quomodo aliqua laude illam sibi beneuolam faciat.Suspicione autē debuit duci:cum homines impij essent:ipsam quoq̄ quæ imperaret ijsdem moribus esse : sed de illis aperte dixit. Partem vero huius meliore ratione argumentādi correxit:tamē illam oblique tangit ex aliena.i.ex suorum reprehensione cōfusam. Collectis igitur contrarijs, omnibus cōponitur duobus versibus,plena laudatio. O regina:a difficultate laus. Difficile est enim fœminam regnare:nouam cui cōdere : alia magna laus, quod fœmina faciat:quod difficulter viris euenire solet:duo ergo miracula. Primum regnat mulier:Secundum,condit vrbem: Addit tertium, vt regat homines:quibus natura parēdi studium denegauit. Et sic ostendit plenam Aphrorum feritatem. Mali aūt homines,non paribus,sed contrarijs superantur humanitate,scilicet regentis & voluntate . Quas in Didone fuisse colligit Ilioneus, qui vituperando incolas immanitatis , laudat eam , quam ostendit humanitate complere , id ad quod alij impositis frænis impelluntur.¶ Troes te miseri,ventis maria omnia vecti,)Collecta ratione principiorū , quibus mores incolarum vituperat, & reginam laudat, purgat Troianos ne violentiā iuste passi esse videantur . Ergo,q̄ cito , & quam euidenter expressit personam,& fortunam.¶ Miseri.)Per hoc ostendit miseros nihil audere posse , vel potuisse contra Didonem.¶ Ventis vecti.)Ergo nō sponte venerant prohibere simili breuitate, summā petitionis ponit iustam,& sine præstantis detrimento,quibus vel durissimus flectetur. Posita autē sunt tria,ne incenderentur naues, voluntatem,& necessitatem abeundi,& casu venisse.¶ Pio generi.)Reus erit qui pio nocebit:& maior nostra est pietas,quod illam natura sanguinis ducti non constricti , lege seruamus.¶ Propius res aspice nostras.)Tertia petitio generalis:vt quidquid ad cōmodum nostrū spectat,præstes. Quam rem honestius nō ponēdo, per species amplexus est.¶ Est locus.)Et locorum,& hominum Carthaginis plena deformatio:sed nō aperta. Dicit ergo:Tendebamus in Italiam fertilem terram & potentem fortibus viris , & bonis . Itaq̄ non venissemus ad solitudines has , & ad feros homines:nisi tempestate coacti. Ergo,non est studium in nobis violentiæ inferendę. Descriptio autē naufragij,mouet misericordiam, & cum omnia, violentiæ quæ obijci possent,purgarit, retorquet inuidiam in calumniātes,vsus antiqua categoria. Dicit enim, nō nos fecimus, sed tui in innoxios violenti fuerunt pauci : & misericordiam captat:& suspicionem violentiæ remouet. Quod genus,sub querelis , & accusatione Tyriorum , suam tenet laudem : nam qui alienos mores grauiter reprehendit , ab iis se alienum demonstrat: adeo autē displicent mores,vt mores non inueniat. Omnes.n.feros , immanitate vicerunt Tyrij.¶ Quæue hunc.)Cuius regionis est tam sæua barbaries, quam est tuæ:Nomē ergo qui eos appellaret,nō inuenit:Exemplum nō reperitur,quod erat grauius:potuissent.n.defendi similitudine alterius gentis.¶ Hospitio arenæ.)Quid ergo facerent,si humano more , tectorum peteremus hospitium:¶ Bella c.)Nō patiuntur, sed inferunt:nec leniter prohibēt, sed bellantiū more vtuntur armis.¶ Prima terra.)Vel quæ prima naufragos ceperat post naufragium : & captat misericordiam. Vel,prima.i.littus , quæ terra prima est e mari egressis : vt societ illud,Hospitio prohibemur arenæ . Cum autem de Tyrijs conqueritur,etiam conqueritur de Didone quę illos regit. Deinde relicta hac subtilitate, aperte Didonem taxat. dum dicit, Temnitis & sperate:& non,temnunt , & sperāt.¶ Ordo est. Postquam, supple Troiani illi, de quibus iam dictū est , Anteus.s.Sergestus, Ordo.
Cloanthus.

Cloanthus,& reliqui:introgressi.s.sunt ad Didonem , vnde patet Æneam adhuc foris stetisse : sed ingressus est post eos , vt finē rei videret:& copia.i.facultas:fandi.i.loquendi:coram.i.in præsentia reginæ:data.i.cōcessa est,Ilioneus, maximus orator inter eos: non maior tū in cæteris:saltē Ænea,cœpit,sup.orare, sic pectore placido.i. summisso , & humilis quale est placidis : O regina , cui Iuppiter dedit.i.cōcessit.q.d.quod nobis promissum,ab eo speramus duntaxat:condere vrbē:& frenare iustitia genteis superbas: nō.n.potuit de eis iuste cōqueri , nisi eas iniustas criminaret̄:nec a Didone salutē,& malorū remedium sperare,nisi eam iustā prædicaret. Prudenter ergo,vtrunq̄ dicit,& eos iniustos qui naufragos tam inhumaniter tractarēt, & eam iustā quę eos iustitia frænaret.nos Troes miseri vecti.i.trāsuecti.aut vecti,sup.per omnia maria:vt nō ex instituto , aut deliberato animo illuc venisse : sed violēter appulsos esse intelligat:oramus te,prohibe igneis infandos.i.detestabileis, & nepharios:a nauibus.s.nostris:parce generi,sup.nostro:pio.i.qui etiā a genere pij sumus : & aspice res nostras,propius.i.circunspectius,& cū maiore attentione, ac cōmiseratiōe,quæ ex pręcordijs procedit:vnde misericordia dicta est. Aspice inquā res nostras.i.institutū,& occeptū nostrū , quia nos nō venimus(præteriti est tēporis, prima longa,& secunda breui: cum cōtra in præsenti sit.)aut populare.i.ad populandū, aut populatū,hoc est ad spoliandū,populatim,hoc est , per singulos populos,penates.i.deos domesticos,& thesauros:Libycos.i.Libycorum populorū:hoc est,suppellectilē,& thesauros eorum ferro.i. violentia armorū, ac grassatione:aut vertere.i.vt auertamus predas.s.pecoris & armentorū : raptās.s.a dominis suis : ad littora.s. maris,e quibus impellantur in naueis,vt auehantur:Ea vis.i.violentia:non,sup.est,animo,sup.nostro,nec tāta superbia est, victis .i.nobis,qui victi,& profugi sumus:verum,vt scias.quid prętendamus,aut quo profecti simus. Est locus,sup.quē , aut quā Graij dicunt Hesperiam:cognomine.i.per cognomētum , ab Hespero duce,aut etiā a stella Veneris.(quasi iuste innuat eam patriam ad Veneris progeniem pertinere.)Est inquā locus in Hesperia,quæ est terra antiqua.i.nobilis:cū noua esse nō possit:nam omnis terra,antiqua est:vnde addit, Potens armis,atq̄ vbere.i.fœcunditate:glebę.i.terræ pinguis.(habet ergo ea quæ caput acris equi in Carthagine fore portēdit:vt visum est.)Oenotrij.i.viri ab Oenotro rege,qui ex Arcadia in Italiā venit(vnde Lādinus:ex Arcadia decem & septē ætatibus,ante Troiam obsessam,nauigauit Oenotrus,Lycaonis filius:qui quintus erat ab Ægeo,& Phoroneo,qui primi in Peloponnesso regnarunt : & venit cū suis in Italiam, nō satisfaciēte sibi in Græcia portione. Nam cum essent Lycaoni, viginti duo filij , in totidē parteis diuisa erat Arcadia : venit & cum eo Peucetius,vnus ex fratribus : sed Peucetius sedes supra monteis Iapigios cōstituit:ab eoq̄ Peucetij sunt nominati. Oenotrus autē,cum maiori exercitu,in sinum qui ex accolis Ausonijs, Auson dicebatur,enauigans:oram multam occupauit:eamq̄ Oenotriam vocauit:& populos Oenotrios:vt apparet in Sophoclis tragœdia Triptolemo. Si autē Aboriginibus populis , Græca origo fuit,sicuti Catoni, & Sempronio placet , Oenotri progeniē fuisse arbitrabor. Hæc ait Dionysius Halycarnasseus:qui Oenotri progeniē sic ponit. Ægeus,& Phoroneus,primi in Peloponnesso regnarunt:Phoronea filia fuit Niobe,hæc ex Ioue, Pelasgum peperit. Ægeo autē,filius fuit Lycaon:& Lycaonis, Dianira:ex ea vero & Pelasgo:alter Lycaon,qui Oenotrium genuit. Sola autē Oenotria(vt ait Strabo)Italia olim appellata est. Hęc ille. Licet ergo Greci,vinū dicant Oenon,melius tamen ab Oenotro, Oenotriā dictā putabimus.)Oenotrij igitur viri,ab Oenotro producti , coluere, supp.hanc terram:nunc fama,supple est:minores, id est posteriores:dixisse.i.denominasse:gentē Italiam, id est Italicam:aut denominasse Italiā,& gentem.s.Italicam:aut Italos:de nomine ducis.s. Itali:cursus fuit, supp.nobis institutus:huc.i.ad hāc regionē:hoc est,ad Italiā(non igitur fuit Didoni iusta querela,cum Troiani illinc abirent:quia id prædixerāt.)fuit inquam cursus nobis huc, id est in hanc,quā memoraui,regionem,sup.tunc:cum.i.quādo: Orion,id est sydus Orionis:nimbosus , id est nubilosus : & nubes colligens:assurgēs fluctu subito, id est ex improuiso nobis oborto:tulit nos in vada cæca.i.quæ videri non poterant.(Id autē dicit nescius, quid a Iunone actum esset(vt sentit Seruius)aut quia nō congrueret:etiā si sciret id in templo Iunonis dicere)de Orione quoq̄, sic dicit Landinus. de Orione iam audistis Seruiū . Alij tamen dicunt,cum Dianę se comitē in venatione dedisset,& cum omnem feram superare auderet:Terra eum, scorpio immisso,interemit . Diana in sydus cœleste transtulit , & canē suum syrum. Seruius alibi ait,hunc Oenopionis filium,habitū virum,immensæ staturæ,& venatorē. Verū cum Oenopionis filiam violare vellet,ab eo luminibus priuatum,qui inde ab oraculo accepit, si lumina recuperare vellet,per mare ita ad orientē tenderet,vt sinus oculorū soli semper opponeret : sic ergo duce sene ad Cyclopas accessit:& ab vno eorū humeris impositus, iussa oraculi peregit, & lumina recuperauit. Theodontius ait,eum Oenopionis,Sicilię regis,fuisse filium,& a Venere , per quietem admonitum, vt eius quæ sibi prima obuiam fieret, mulieris concubitum peteret:Surrexisseq̄ ex antro , ac sororē Candiopeiam , quæ & ipsa venatrix esset, obuiā factam compressisse:ex ipsaq̄ Hypologum genuisse. Hic idem mox ob hoc exul factus,iubente oraculo , vt in Orientem tēderet cū Candiope & filio , in Thraciam enauigauit : ibiq̄, subactis incolis , Neptuni filius habitus est. Higin. autē de configuratione syderum, ait:illum ab inundatione aquarum , Græce, Orionem dici:q eius tempore,hyems habeat ortū, & mare,ac terras,tempestatibus turbet, Latini eum Iugulā dicunt, q sit,vt gladius armatorum,fulgore stellarum terribilis: qui si fulget,serenitatem:si obscuratur,tempestatē portendit. Hesiodus, illū Neptuni filium ait:a quo accepit:vt mare:ita vt terra,perambulare posset. Hunc Oenopius ob vitiatam filiam Meropem , excæcauit:ille Ordo.
in Lemnum profectus,& a Vulcano caballo accepto,ad ortus solis perrexit:ac ab eo lumen recepit , voluit vlcisci Oenopium:sed cum ille a ciuibus suis occultaretur in Cretam profectus est : verum cum nullā se feram relicturum minaretur , Tellus indignata,scorpium extulit, qui eum interemit : sed a Ioue,ob virtutem suam,in astra relatus est. Habet autē has stellas,in capite treis, sed media est cæteris splēdidior:in singulis humeris, singulas claras, in dextro cubito,obscuram vnam:in eadem manu,vnam, in zona treis:in gladio,quē manu tenet,treis:in singulis genibus , singulas . Hæc ille.)Cum igitur Orion nimbosus.i.sydus Orionis, nimbos excitans,assurgens subito fluctu, tulit nos in vada cæca: & dispulit nos austris, penitus,i.omnino procacibus.i.pertinacibus:& improbe perseuerātibus:quæ.i.simul per vndas,& hoc salo.i.mari, superante.i.se erigēte:& per saxa inuia.i.inter quæ nulli patet via . Quod.i.quale est hoc genus hominum,ve , pro vel: quæ patria tam barbara permittit hunc morem.s.naufragos persequendi:nos prohibemur hospitio harenæ.i.non permittimur in harena, quæ omnibus cōmunis esse debet , habere stationem, & modicum hospitari:supp.hi populi,cient.i.excitant, & prouocant bella. Ob cōsimilē.n.rem dicitur Troia prius deleta:quia scilicet Herculi appulso , cum Argonautis aquam recētē negassent: & vetant consistere, terra prima.i.proxima mari. Si vos temnitis .i.cōtemnitis,& vilipenditis,genus humanum.i.etiam si neminē mortalium formidetis,& si temnitis , arma mortalia.i.a mortalibus illata, quæ fragilia sunt:at.i.saltem sperate.i.timete:sicut etiā a Iuuenale ponitur:aut reuera,quia duo dicit : quorum alterum sperandum est bonis:alterum,timendum malis, & in talibus meliori respondemus, potius dixit sperate , q̄ timete:nam boni debent sperare deos memores esse fandi.i.liciti,& digni:de quo plura dicātur:& mali timere deos memores esse nefandi:sed quia potius voluit,vt Dido,pro fando.i.licito : præmia speret q̄ pro nefando.i.illicito punitionem dixit:sperate deos memores esse fandi,atq̄ nefandi, vt sit dare cōceptionem nedum in accidentibus, sed etiam in rebus significatis:ideo autem minatur deos vltores, quia vt sequitur,rex erat Æneas nobis , qui.s.deorum sanguine cretus & eorum obseruantissimus semper est habitus.

PIERIVS.

¶ Maximus Ilioneus placido sic pe.cœ.)Dicerem scribendū maximus ex antiquis codicibus,& Augusti Octauiani cōsuetudine, nisi nunc mos adeo inualuisset,vt iam omnes malint huiusmodi nominum,penè vltimam enunciare per i,vocalem tertiam . Hic vero animaduertendum est quod Seruius ait , Mercurium , eloquentię deum,Phorbanti Ilionei patri plurimum fauisse : nō intelligas tamen hunc eundē esse Ilionea , qui Phorbantis filius, ab Homero celebratur,sed ab ea eloquentiæ cōmendatione, fictam hic esse personam a Virgilio , cum satis constet Ilionea Phorbantis a Peneleo peremptum,in bello Troiano : vt apud Homerum legere est ἰλιάδ. ¶ Aut raptas ad littora vertere prædas.)In antiquis aliquot codicibus,a littore , legitur , hoc est ab ora littorali in naueis. Sed minime displicet ad littora, quia per continentem fieri solent excursiones,indeq̄ prędam ad littus vertunt.¶ Oenotrij coluere viri.)In antiquis codi.ferè omnibus,Oenotri,per synæresin scribitur,quia syllaba media est ω μέγα,οἰνωτρὸς, huiusmodi vero synereses,soluta etiā oratione,fieri sępius in antiquis inscriptionibus obseruaui,vt illud Romæ iuxta ædē diui Basilij, VINICIA PRIMIGENIA MATER FILIS SVIS.¶ Huc
cursus

Universidad de Deusto Biblioteca

cursus fuit.)Nequaq; placet,quod in cod.aliquot legit, Hic cursus fuit,hoc est hęc nauigatio:nam finis desyderaret,ad quẽ locũ. ¶ Vestris adnauimus oris.)Frigidum & exile est, quod in plerisq; cod.antiquis,aduenimus,legit:sed in verbo,adnauimus difficultas,

tas,calamitas,& clades apparent,quæ miserationem cõmoueant. ¶ Si genus humanum,& mortalia temnitis arma.)Vetera quædã exemplaria legunt absq; copulatiua particula,Si genus humanũ, mortalia,per appositionem:venustate tamen haud quaq; pari cũ priori lectione.

SERVIVS.

¶Quo iustior alter nec pietate fuit.)Multũ interest inter iustitiam & pietatẽ. Nam pietas pars iustitię est:sicut seueritas. Nũc ergo hoc dicit qua parte sit iust⁹.i.pietate. Et bene duo laudat in Ænea:pietatem,quã a Didone impetrare cõtẽdit:& virtutẽ qua vult timeri. ¶ Bello maior & armis.) Non est iteratio:nam bellũ & consiliũ habet:Arma,tantũ in actu ipso sunt. ¶ Si vescit aura.)Vescor illa re:vt alibi, Vescitur Æneas simul & Troiana iuuent⁹ Perpetui tergo bouis & lustralib⁹ extis. Nec nos decipiat quod dicit Plini⁹, vt elocutiones ex similibus formemus. Nam ecce,comedo illam rem dicimus: nec tamen vescor illam rem. Et ipse dicit non vsquequaq; hoc esse faciendum. ¶ Non metus.)Hoc loco distinguendum est. Cuius aũt rei,ex sequentibus probat. Nam vult eam nõ timere, ne inaniter præstet. ¶ Officio nec te certasse priorem pœniteat.)Nec tibi parũ videatur prima beneficia præstitisse:cum possis maiora recipere. Nam Pœniteat,parum videatur est: vt Terentius in Heauton timorumeno,At enim quantũ hic operis fiat pœnitet. Hoc est parum videtur. ¶ Troianoq; a sanguine clarus Acestes.)Cum Laomedon promissam murorum mercedẽ Neptuno & Apollini denegasset:Neptunus iratus,Troiæ immisit cetos qui eã vastarent. vnde Apollo cõsultus cum & ipse irasceretur: cõtraria respondit dicens,Obiiciẽdas nobiles puellas belluæ. Quod cum fieret,timẽs Hippotes quidam nobilis filiæ Segestæ, cum Laomedontis regis Hesiona iam esset orta seditione religata: impositã eam naui misit quo sors tulisset. Hæc ad Siciliam delata a Crimmisæo fluuio, quẽ Crimnisum Virg. poetica licentia vocat, conuerso in vrsum vel canem cõpressa edidit Acestem:qui ex matris nomine ciuitatem Troianis condidit:quę hodie Segesta nominat. ¶ Quassatam ventis. ¶ Iusta petitio. ¶ Subducere.)In terram trahere. Deducere autẽ,in mare mittere: vt, Deducunt naues socij. ¶ Aptare.)Aptas legere. ¶ Stringere remos.)Aut defrondare: vt agricolæ stringũt frondes:aut Fractos stringere remos.i.ligare. ¶ Sociis, & rege recepto.)Syllepsis per numeros, vt Hic illius arma,Hic currus fuit. ¶ Sin absumpta salus.)Hoc est si perijt Æneas, qui Troianorum salus est. ¶ Nec spes iam restat Iuli.)Bene de Ascanio spẽ dicit propter ætatẽ. ¶ Sedesq; paratas.)Propter Acestis cognationẽ. ¶ Regem.)Aut qui nunc rex est:aut qui etiã noster futurus est. ¶ Talibus Ilioneus.)Aut subaudis loquebat: aut ex posterioribus fremebat intelligis. ¶ Ore fremebant.)Hoc est cõsentiebant, & bene Ore:quia & armis possumus fremere.

Rex erat Aeneas nobis:quo iustior alter
Nec pietate fuit,nec bello maior,& armis.
Quem si fata virum seruant:si vescitur aura
Aetheria:nec adhuc crudelibus occubat vmbris:
Non metus:officio nec te certasse priorem
Pœniteat:sunt & Siculis regionibus vrbes,
Armaq;,Troianoq; à sanguine clarus Acestes.
Quassatam ventis liceat subducere classem:
Et syluis aptare trabes:& stringere remos.
Si datur Italiam socijs,& rege recepto
Tendere:vt Italiam læti,Latiumq; petamus.
Sin absumpta salus:& te pater optime Teucrum
Pontus habet Libyæ:nec spes iam restat Iuli:
At freta Sicaniæ saltem,sedesq; paratas,
Vnde huc aduecti,regemq; petamus Acesten.
Talibus Ilioneus:cũcti simul ore fremebãt POE.
Dardanidæ.

perindeq;, qui illud quod potest, negare nõ possit. ecce in duobus tãtis & talibus ponit spẽ, & inijcit metũ, ingerit iã summã petitionis nõ onerosam pręstãti. ¶ Quassatam ventis.)Da inquit, copiã vt deducamus naues in littora, & cędamus in syluis necessaria fabricis, vt reparemus conuulsa, quid cõpositis nauibus futurũ esset, cõsequẽter ostẽdit. ait.n.nauigandũ nobis erit,si cõtigerit regẽ habere incolumen,aut si id nõ fuerit,ad Siciliam atq; ad Acestẽ tendẽdũ. Epilogis dehinc cõcludit, hac parte ostendens solum posse Æneã Italiã filio parare, & fecit apostrophen, vt animũ Didonis ad miserationis partes vrgeret. si inquit cõtra metum tuũ secessisti a superis, si funus tuũ naufragia sorbuerunt, si tuo miserãdo casu Iulus deceptus est, & in te spes eius intercepta est, habemus regẽ alterũ, sed tamẽ ex nostris, proxime Siciliæ terras. ¶ Talibus Ilioneus.)Ilionei oratione cõclusa, cæterorum qui cum ipso fuerãt consensus accessit, significabat quippe eadem se poscere, quæ maximus ipsorum fuerat persecutus.

ASCENSIVS.

¶Rex erat Æneas nobis,&c.)Docet(vt dixi)Ilioneus, cur minatus sit deos vltores fore:quia.s.regẽ tam pium habuerit, vt dij vltionẽ pro eo sumpturi sint, si sublatus fuerit:& tam potentẽ, vt si superuixerit, ipse vltionẽ facere possit, de iniurijs & præmia referre pro beneficio:quod idẽ & Acestẽ posse clam innuit. Sed Donatum audiamus, differẽtẽ sic. ¶ Rex erat.)In hoc virtutes animi laudat.s.iustitiã,& pietatẽ,& corporis, scilicet fortitudinẽ:quæ est in exercitatione bellandi. Vult enim, pro benefactis, cõsimilẽ vicem promittere, quæ est a iustitia,& pietate:& pro iniuria, vltionem, quæ est a fortitudine. ¶ Quẽ si fata virũ.)Quã pulchre variando, idẽ est, si viuit:tripliciter profert. Magna autẽ arte, parua petens, magnã remunerationẽ promittit:& audientem terret: nam cum demonstramus posse multũ prodesse, intelligitur asserere posse & multũ nocere, si res exigat, hoc modo, si Æneas viuit, nihil nobis est metuendum:sin contra habemus Acestem, regẽ magnũ & opulentum, viris, armis, diuitijs. His ergo, proponit spẽ, & ingerit metum. ¶ Quassatã ventis.)Ingerit summã petitionis, nõ onerosam danti, scilicet vt liceat in syluis refarcire conuulsas naueis: vt possit, si viuit Æneas, in Italiam tendere. Sin autẽ non viuit, in Siciliam. ¶ Te pater.)Ex apostrophe captat commiserationem Didonis. ¶Ordo est. Rex erat nobis, Æneas, scilicet nomine:nec id est & non:quo alter non fuit, scilicet dum hic viueret:iustior pietate.i.quantum ad pietatem in superos, & parentem:qualis forte iustitia distributiua, quę suum cuiq; ius adiudicat, alter maior fuerit: nec alter fuit maior bello.i.rebus bellicis, vt consilio, & prudentia:& armis.i.exercitio bellandi. Si quis tamen Hectorem meliorem dicat armis fuisse: quam Æneam: possent omnia copulatim legi, vt sit propositio categorica de copulato extremo, nõ copulatiua, nam licet inueniendus sit maior iustitia, vnde ipse Æneas dicturus est in.ij. Occidit & Peleus iustissimus vnus, Qui fuit in Teucris,& seruantissimus æqui, & maior bello, & armis:vnde idẽ in eodẽ ad Hectorem:O lux Dardaniæ, spes o fidissima Teucrum,&c. vbi Hector: Si Pergama dextra defendi possent, etiam hac defensa fuissent:tamen non est dandus qui maior fuerit, simul & iustitia,& bello,& armis: hoc est, qui in his tribus Æneam superet:quem virum, si fata seruant; sup. nobis, aut imperio illi promisso:si vescitur aura æthera.i.si viuit adhuc respirando in æthere:hoc est, regione nostra: nec occubat.i.iacet obuolutus vmbris crudelibus.i.ipsum crudeliter,& impie detinentibus, cum nobis tam necessarius sit, an crudelibus.i.inexorabilibus. (legendum autẽ est, occubat:non occupat: nam occupo, accusatiuum

DONATVS.

¶Rex erat Æneas nobis.)In rege suo bona animi laudauit,& corporis. animi sunt iustitia & pietas, virtus in exercitatione bellandi,quę nõ superflue posuit. nã pro benefactis promisisse intelligitur cõsimilẽ vicẽ ab eo,q iustitia pręstaret & pietate,pro malefactis vltionẽ,quã posset implere q virtute consideret, q̃ pulchre aũt varietate vsus est,vt vnã tripliciter diceret, ait enim, Quẽ si fata virũ seruãt,hoc est si viuit, si vescit aura ætheria.i.si incolumis manet, Neq; adhuc crudelib⁹ occubat vmbris. Hoc idẽ significat. Agit interea magna arte, vt petat parua & ingens cõmodũ in vicissitudine polliceat, neq; hoc simpliciter facit. nam & reciprocã beneuolentiã spondet, & terret audaciã. Cum.n.dicit possum tibi prodesse,atq; ita, vt te nõ pœniteat præstitisse, intelligit etiã illud asserere,posse & nocere si res exegerit hoc modo, si viuit rex noster,credimus.n.eũ superesse:tanti.n.meriti fuit, vt si nihil aduersi incurrerit,nihil est quod metuere debeamus, si aũt recessit ad superos habemus Acestẽ virum magnũ,& regẽ opulẽtũ viris, armis,& substãtia omni copiosum, nec alienũ,sed vnũ ex nostris,

cusatiuũ m efflagitaret, cum sit actiuum verbũ:occubo aũt absolutum est,& primę coniugationis,quod tertię fieret,si susciperet m literã, vt occumbere.)nõ metus, sup. sit nobis:nec pœniteat.i. parum videat:aut doleat:te certasse.i.prouocasse nos, propter eũ priorẽ.i.priusq; aliquid meremur:officio.s.pietatis,aut beneficẽtiæ:hoc est beneficio:sed humanitatẽ,& beneficẽtiã,exhibere pro fugatis,cum in reliquis beneficiũ dicatur: potest in regibus officium vocari, cum illis id propriũ sit munus. Et si Dido fortasse dicat,si ita est vt prædicatis, q rex vester perierit:quis ergo beneficium rependat, aut vim repellat:dicit Ilioneus:Sunt &.i.etiã Siculis regionibus vrbeis.i.etiã Siculæ regiones habent vrbes, nobis fautrices:& arma sunt, sup. etiã Siculis regionibus: & Acestes clarus, a Troiano sanguine: vt Sicut per vrbeis,& arma, ostenditur posse auxiliari:ita per necessitudinẽ sanguinis, doceatur velle debere:liceat igitur subducere.i.sursum ducere:& in littus siccũ trahere:classem quassatam vẽtis.& aptare trabes.s.classi idoneas:syluis.s.desertis:& a nemine adhuc occupatis:siquidẽ id Ilioneus iã perceperit:vt potuit,& liceat stringere remos.i.stringendo ramalia:aut minores arbores facere remos: stringere autẽ est defrondare,& corticẽ detrahere:vt si datur tendere Italiam:pro in Italiã: rege recepto & socijs, sup. receptis:nos petamus læti: quia socijs, & rege recepto,& classe instaurata. (Semper aũt ad bonum omen, læti petebant Italiam:vt, Vix e conspectu Siculæ telluris, in altum vela dabant læti:& in.iij. Italiam læto socij clamore salutant. Et in vj. Anchises ad Æneam:Quo magis Italia mecum lętere reperta.) Italiam & pro.i.Latium.i.potissimum eam partem, vbi Latium est.i.regio in qua Saturnus latuit. Sin.i.sed si salus est: absumpta id est

id est ablata:ablato eo, a quo salus nostra dependet:& pontus Libyæ.i.mare Libycum, habet te o optime pater Teucrũ, pro Teucrorum:hoc est,te,o Ænea,qui ob pietatem,& paternam affectionem,in tuos,pater potius quam rex, merebaris dici:(vnde alludit poeta ad statum Romanũ, qui sua tempestate erat: nam gaudebant dici principes.i.primi patrum:aut patres patriæ: non reges,non domini,qui primi erant in republica, vt consules, ac imperatores summi:per apostrophen autem.i.cõuersionem sermonis,ad absentem captat commiserationem: vt Donatus edocuit) nec spes Iuli.i.de Iulo:restat.i.reliqua,aut superstes est: hoc est, si etiam Iulus extinctus est, cui regnum debebatur. (vnde spem surgentis Iuli. Quẽ regno Hesperio fraudo.) At.i.certe petamus saltem(si non aliud datur, tractumq; est a se dedentibus, qui cum aliud petere nõ auderent, salutem petunt:sed per syncopam, corruptum vocabulum, in aduerbium migrauit.) freta.i.maria:Sicaniæ.i.Siciliæ, & Acestem regem Siciliæ, qui & nobis rex futurus est Ilioneus, sup. orabat.(nam vt ipse fremuisse dicatur, non placet: eo q præmissum est, placido sic pectore cœpit.) Ilioneus igitur orabat,& dixit talibus, sup. verbis:& cũcti Dardanidę.i.Troiani a Dardano oriundi, & eius imitatores, hoc est, fortes,& magnanimi:fremebãt simul ore:indignati.s.talem vim inferri, cum nihil mali prætenderẽt, nihilq; intulerint. Sanè Ilioneus hic, quadrisyllabum est, desinens in eus diphthongum.

PIERIVS.

¶Ætherea, nec adhuc.)In bona codicũ antiquorũ parte, neq; adhuc, legit:quod nescio quid mollius, suauiusq; sonat. ¶ Nõ metus officio.)Mediceus codex,& aliquot alij, nec metus legũt:sed omnino,non, acceptius.

SERVIVS.

¶Tum breuiter Dido.)Atq; nõ breuiter loquit:sed breue & longũ, paruũ & magnum, perfectũ nihil habent:sed per cõparationẽ intelligunt:vt supra de,puincia: Est locus, orbis(vt diximus)cõparatione. Item hoc loco Breuiter.i.minus quã Ilioneus. Et notandũ regũ esse breuiloquiũ, vt multis in Virgilij locis probat: & fœminarũ verecundiã. vnde vtrũq; dedit Didoni. ¶ Vultũ demissa.) nota figura est, vt oculos suffusa nitẽtes. ¶ Soluite corde metũ Teucri.)Sicut supra Iouis oratio,partim obiecta purgat:partim petita, permittit. Sciẽdũ sanè quia cum petuntur vel promittũtur aliqua, a validissimis inchoãdũ est:vt hoc loco. Et est gen⁹ argumenti a necessario. ¶ Secludite curas)Iteratio est ad augmentũ beneuolẽtię, Secludite vero, pro excludite, quod fit aut propter hiatũ, aut propter suauitatẽ:vt. Silice in nuda connixa reliquit. pro enixa. ¶ Res dura.)Ac si diceret, est quidẽ,& duo formidat:vicinos barbaros, & fratris aduentũ, quæ propter nouitatẽ personarũ, generaliter dicẽs reliquit. ¶ Et regni nouitas.)Quæ semper habet timorẽ. ¶ Moliri.)Bene nõ facere,sed moliri:vt terroris sit, non crudelitatis. ¶ Quis genus Æneadũ.)Satis propere dixit Æneadas q̃q; ab Ilioneo audierit:Rex erat Æneas nobis. Nec hæc in opere inemendato mirãda sunt. ¶ Quis Troię nesciat vrbẽ?)Aut Iliũ dicit, quod in Troia, aut Troię vrbẽ, vt vrbẽ Patauí, vrbẽ Buthroti. ¶ Incẽdia belli.)i.vim. Semper.n.diluuio & incendio cõparat bellum:vt, In segetẽ veluti cum flãma furentibus austris Incidit:aut rapidus montano flumine torrẽs. ¶ Nõ obtusa adeo.)Nõ adeo aut non multũ:vt in Terentio, Adolescentẽ adeo nobilẽ:aut nõ adeo.i.nõ in tm̃ vt tu dicis. Obtusa vero nõ stulta: sed crudelia. ¶ Nec tam auersus equos Tyria sol iungit ab vrbe)Fabula quidẽ hoc habet Atreũ & Thyestem germanos, cũ dissensione sibi nocere nõ possent: in simulatam gratiã rediisse:qua occasione Thyestes cũ fratris vxore cõcubuit. Atreus vero ei filium epulandũ apposuit:quæ Sol abominatus, ne pollueret, aufugit. Sed veritas hæc est:Atreum apud Mycenas primũ solis eclypsim inuenisse:cui inuidẽs frater, ex vrbe discessit tẽpore quo eius probata sunt dicta. ¶ Seu vos Hesperiam magnã.)μεγάλη enim Ἑλλάς appellata est, quia a Tarento vsq; ad Cumas oẽs ciuitates Gręci cõdiderũt. ¶ Siue Erycis fines.)Eryx Veneris & Butę filius fuit: q occisus ab Hercule, monti ex sepultura sua nomẽ imposuit. In quo matri fecerat tẽplũ:quod Æneæ scribit poeta, dicens, Tum vicina astris Erycino i vertice sedes Fundat veneri. In hoc aũt mõte dicit ẽt Anchises sepultus: licet sm̃ Catonẽ ad Italiã Venerit. ¶ Vrbẽ quã statuo.)vestra est. Multi Antiptosin volunt: vt sit,p vrbs. sed si sic intelligamus, quã nihilomin⁹ sequit & Antiptosis fit per casus mutationem. Debuit.n. dicere, vrbs quę statuit. Melius ergo est Vultis bis itelligere:vt sit, vultis regnis cõsidere: vultis Vrbẽ quã statuo: vestra est, vt est, Eruet ille Argos Agamemnoniasq; Mycenas, Ipsumq; Æacidẽ:subaudis ille. Alter.n. Pyrrhum vicit alter Mycenas. Itẽ, Non ignara mali miseris succurrere disco. ¶ Agetur.)Regetur. ¶ Noto cõpulsus eodẽ.)Aut quouis vento:aut re vera Noto, qui de Syrtibus Carthaginẽ ducit. Supra.n. Ilioneus, In vada cæca tulit:penitusq; procacibus austris. ¶ Eodẽ.)O naturaliter longa est: sed si corripiatur, metri est, vt Steteruntq; comę. ¶ Afforet.)Adueniat, tẽporis est futuri. ¶ Equidẽ.)In omni Virg. ego quidẽ significat. sed in alijs & pro quidẽ tantum ponit:vt Tullius, Ego equidem cęteras tẽpestates. Item Persius, Non equidẽ hoc dubites amborum fœdere certo Cõsentire vias. ¶ Certos.)Aut veloces:aut fideles. Vtrumq;.n.hoc loco significat. Aliquãdo & firmos:vt Sallustius, Apud latera certos locauerat. Aliquãdo & deliberati iudicij, vt Certus & Libyæ. καταχρηστικῶς. Nam Diod Libyæ regna non retinet. ¶ Eiectus.)Naufragus:vt Eiectum littore egentem.

Tum breuiter Dido vultum demissa profatur.
Soluite corde metũ Teucri:secludite curas. DID.
Res dura,& regni nouitas me talia cogunt
Moliri:& late fines custode tueri.
Quis genus Aeneadum:quis Troiæ nesciat vrbem?
Virtutesq;:virosq;,& tanti incendia belli?
Non obtusa adeo gestamus pectora Pœni:
Nec tam auersus equos Tyria sol iungit ab vrbe.
Seu vos Hesperiam magnam Saturniaq; arua,
Siue Erycis fines,regemq; optatis Acesten:
Auxilio tutos dimittam:opibusq; iuuabo.
Vultis & his mecum pariter considere regnis?
Vrbem quam statuo,vestra est.subducite naueis:
Tros,Tyriusq;,mihi nullo discrimine agetur.
Atq; vtinam rex ipse noto compulsus eodem
Afforet Aeneas.equidem per littora certos
Dimittam.& Libyæ lustrare extrema iubebo:
Si quibus eiectus syluis,aut vrbibus errat.

DONATVS.

¶Tum breuiter Dido.)Quod ait breuiter, hoc põt intelligi propter psonã locuturæ mulieris, & sermonẽ facturæ ad viros & incognitos. Vultũ demissa, põt sic accipi, vt non solũ propter fœmineã verecũdiã deiecerit, verũetiam propter obiecta. Deniq; hoc primũ purgat, quę ipsius personã, suorumq; fœdauerãt, grauius autem accepit, quæ dicta sunt, quia non erant vera, & eo magis erubuit, quia nec inhumana fuit, vt Ilioneus dixit, nec barbara. vtitur

Universidad de Deusto Biblioteca

ra: vtitur arte pleniſſima vt geſta non negãdo, quoniã manifeſta fuerant, ſed purgando defendat. ¶ Soluite corde me. Teu.) Paucis admodũ in reſponſione ſecuros effecit, tũc.n. cætera libenter audiri potuerunt, quę illa ſumpſerat defenſura. ¶ Res dura, & regni no.) Ecce poſuit alterũ: ſed hic ſatis errant, q rem durã nouitati regni cõiungunt, quaſi Virg. vnã rem geminãs, hoc idẽ dixerit, veſut laborioſam eſſe nouitatẽ regni, ſolicitã fecerat, ne quiſquã nõ dum firmatis rebus imparatos offenderet, metuebat extrinſecus res dura, ne tanta in Sichęũ crudelitate perfecti, ſequeret Pygmalion, q ſceleris ſui mercedẽ ſperabat quęſiturus, & necaturus ſororẽ, quæ mariti auxilia perdidiſſet. Idcirco igit rem durã dixit, mariti interitũ ne diceret quod nefarie conſtabat admiſſum, vel ne diceret verũ, quod iã dictũ eſt ex perſona Veneris, & fieret rei iam cognitę repetitio. Oſtendit ergo ſolicitudinẽ illã fuiſſe vehementiſſime neceſſariã, obiecta aũt a ſuis ſuorũq; moribus aliena cõfirmat dicendo, cogunt, vt cuſtodia cautior littorũ repellendæ potius violẽtiæ cauſa facta videret, quod Ilioneus cõqueſtus eſt, nõ inferendæ, perindeq; non eſſet ex moribus aut natura vitiũ, ſi vrgente duplici metu, diligentiores fuerint & ſoliciti, cõpetenter hoc ipſum vt melius probaret, purgatione ſubnexuit beneuolẽtiam, vt crederet vera dixiſſe, vt turbatos cõgruę honorificentiæ ratione cõponeret dicens. ¶ Quis genus Æneadũ.) Merita inquit veſtra, & ſingulorum Troianorũ virtutes, & aduerſam fortunã Troiani excidij, quę quaſi neſcienti numerare voluiſtis, olim nouimus, & habemus pleniſſime cognita. Hęc dicendo dat humanitatis ſpem. Facile.n. ſuccurrit his, quorũ aduerſa ſunt nota. ¶ Nõ obtuſa adeo.) Corda inquit noſtra nõ ſunt ab humanitatis partibus aliena, nec ſic viuimus, vt ſolis equi tam curſus ſuos a nobis auertant, cũ aliquod apud nos nefariũ genus perſpexerint. ¶ Seu vos Heſperiã magnã.) Proſequitur ſummã beneficiorum ſuorũ, nihilominus & propoſitis reſpondẽs. dixerat enim Ilioneus, ſi regem receperimus incolumẽ, tendemus ad Italiã, ſi aũt contra meritum ſuũ aliquid inhumanitatis acciderit, pergemus ad Siciliam ait Dido, nõ faciam cõtra Troianorũ voluntariã diſpoſitionem, quocũq; ire volueritis, nõ tenebo inuitos, & omni ſubſidio adiuuabo nauigantes. ¶ Vultis & his mecum.) Ecce plena beneuolentia eos in ſocietatem vocat regni, qui omnia deſperauerant. ¶ Vrbem, quã ſtatuo.) Primo dixit mecum cõſidere regnis, nunc autem auxit ſtudium beneuolentiæ, plenam illis poſſidendæ vrbis offerens facultatẽ. Multi vitium putant eſſe, quia dixit Virgilius, veſtra eſt vrbem, & reuera poteſt eſſe, ſi nõ remoueatur error, ordinatione ſenſus effecta. ſic enim accipiendũ eſt, Quam ſtatuo vrbem veſtra eſt. ¶ Subducite naues. Tros, Tyriuſq; mihi) Huic parti nõ plene reſpondet. Ilioneus quippe poſtulauerat. Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem, Et ſyluis aptare trabes, & ſtringere remos, Dido cum reſponderet, nõ obtulit duo, vt ſubducerentur naues, & componerent. Subducite, inquit, voluit de cõponendis aliqd loqui. nouerat enim ſe dixiſſe ſubducite naues, addens. ¶ Tros, Tyriuſq; mihi nul. diſcri. aget) Ne arbitrarent Troiani inferiores ſe fore, miro ingenio tentauit, vt diceret Troianos vno cum incolis futuros affectu, vt honorificã ſe oſtenderet iuxta hoſpites, nõ eos poſtponendos Tyrijs, nec deijceret ſuos, & inter populos inimicitiarũ cauſas immitteret, ſi peregrinos faceret potiores ijs, qui cũ ea de Tyro in tanta neceſſitate nauigauerant. ¶ Atq; vtinam.) Quia aduertit Troianos ſatis de ſalute regis ſui eſſe ſolicitos, vltro offert inquiſitionis eius auxilium, & optat aduentũ. ¶ Equidem per lit. cer. dimit.) Certos dixit, exploratæ diligentiæ homines, atq; vt ſatiaret oblati beneficij gratiam, addidit. ¶ Et Libyæ luſtrare extre.) Hoc oſtendit Virgi. ſub Didonis imperio nõ illam tantum, quæ condebatur, ſed multas alias fuiſſe ciuitates.

ASCENSIVS.

¶ Tum &c.) Hic habet placida reſponſio Didonis: de qua Dona. ſic. ¶ Breuiter.) Poteſt intelligi propter perſonã locuturæ mulieris, & ſermonẽ facturæ ad viros incognitos. ¶ Vultum de.) Nõ ſolum propter verecundiã muliebrẽ, verũ etiã propter obiecta: & eo magis erubeſcebat, ꝙ nec barbara fuit. Artificioſe autem non negat quæ manifeſta ſunt, ſed purgat. ¶ Soluite.) Paucis ſecuros reddit, vt cætera libentius audiãt. ¶ Regni noui.) Errant qui rem duram, & nouitatẽ regni, vnum putant. Nam rem durã, interitũ mariti, & metum fratris intelligit: ne regnũ adhuc infirmum inuaderet: ſed nec expreſſit, ne narrãdo quod Teucros latebat, vulnus antiquum refricaret, & ſcelus domus detegeret. Cõſulit etiã poeta, negocio ſuo, ne ꝙ per Venerẽ narrauerat, iterum ponat. ¶ Cogunt.) Exprimit, quæ feciſſet eſſe a ſua natura aliena, vt cuſtodia littorum: nõ ad inferendam iniuriam, quod conqueritur Ilioneus, ſed ad propulſandam poſita videatur. ¶ Quis g.) Oſtẽdit beneuolentiã, vt credatur vera dixiſſe: vt turbatos, cõgruę honorificentiæ ratione cõponeret. Nouimus (inquit) virtutes veſtras, & aduerſam Troiæ fortunã: quæ cum dicit, humanitatis ſpẽ præbet. Facile.n. ijs ſuccurritur, quorũ aduerſa nota ſint. ¶ Non obtuſa adeo.) Nõ ſunt corda noſtra ab humanitate aliena: nec ſic viuimus, vt ſolis equi tam a nobis auertant curſus ſuos, propter facinus quod videant. ¶ Seu vos.) Hic proſequit ſummã beneficiorũ ſuorũ: & propoſitis reſpõdet, vt quocunq; ire voluerint, auxilio proſequatur. ¶ Vultis.) Ecce plena beneuolẽtia, vt in ſocietatẽ regni, eos vocet, qui omnia deſperarint. ¶ Veſtra eſt.) Auget ſtudiũ beneuolentiæ, offerens plenam facultatẽ poſſidendæ vrbis. Lege autem, ne ſit error: Quã ſtatuo vrbẽ, veſtra eſt. ¶ Tros, Tyriuſq;.) Mire temperauit, dicẽs, Troianos cum incolis, vno futuros affectu, vt honorifice iuxta hoſpites, nõ illos poſtponeret: neue rurſus deijciẽs, ſuos, qui ex Tyro illã ſecuti erant, inter populos inimicitias excitaret. ¶ Atq; vtinã.) Quia viderat Troianos anxios, de rege optat aduentũ: & offert inquiſitionis auxilium, & vt ſatiaret oblati beneficij gratiam addit. ¶ Libyæ luſtrare extrema iubebo.) Et in hoc loco oſtendit. Virg. nõ ſolũ Carthaginẽ, ſed multas alias ciuitates eſſe ſub Didone. ¶ Ordo eſt. Tum. i. deinde, poſtq; perorauerat Ilioneus: Dido demiſſa vultũ. i. habens vultũ demiſſum. i. deorſum miſſum, in ſignũ pudicitię matronalis: profatur: breuiter. i. ſine cunctatione: vt quæ decreuerat, omnino eis ſuccurrere, nec obſtat, quod pluſcula ſunt verba: quia non ideo breuiter dicit profata, quia paucis: ſed quia incunctanter, & ſine mora, etſi ideo breuiter dicatur, quia breuibus, adhuc nihil mẽtiret poeta, quia (vt Mar. dicit) Non ſunt longa, quibus nihil eſt quod demere poſſis. O Teucri, ſoluite. i. diſſoluite & amouete: corde, ſup. veſtro: metum ſecludite. i. ſeorſum claudite: quaſi ad alia negocia vtiles: aut excludite, & ſecludite a corde veſtro: curas. i. ſollicitudines de ſaluandis nauibus. Res dura. ſ. fratris odium, & auaritia, aut metus quẽ de eo habeo: ſed nõ expreſſit, quia dedecuit eos id ſcire, aut illam dicere: & prius per Venerem declaratum eſt Æneæ: & nouitas regni, quæ in terra aliena ſummopere ſuſpecta eſt: maxime cum doloſe, ſolum emptum ſit ab Iarba, qui ſe etiam littus dediſſe dicet in. iiij. ſic: Fœmina quæ noſtris errans in finibus vrbem Exiguam pretio poſuit, cui littus arandum, Cuiq; loci leges dedimus, connubia noſtra Reppulit. Quia ergo etiam, ſi Æneas non veniſſet, decreuerat cõnubium Iarbæ repellere: quia dicet de Ænea, Solus hic inflexit, ſenſus animumq; labentẽ impulit: & hiſtoria habet ipſam, ne Iarbę nuberet ſe in ignem deieciſſe: bene timuit regno ſuo adhuc nouo: ideoq; omnes aduentantes, ſuſpectos habuit, res ergo dura propter fratrẽ: & nouitas regni propter Iarbam: & cæteros principes vicinos, quibus inuidiæ ſit nouum regnum: cogunt me moliri. i. cum mole quaſi inuitã facere: talia. ſ. qualia cõqueſti eſtis, vobis fieri, & tueri. i. protegere, & conſeruare: fines. i. limites regni mei: late. i. per latum, & ampliter: cuſtode. ſ. plurimo. plus aũt eſt, ꝙ ſi diceret cuſtodibus. Quis neſciat genus Æneadum: pro Æneadarum: quaſi dicat: nemo approbãs quod Æneas dixerat: Sum pius Æneas, fama ſuper æthera notus. ſanè cum de Ænea incerta eſſet, laudẽ rettulit ad Æneadas. (Corripitur aũt ſecunda, in nomine Æneades, quę in Æneas producitur.) & quis neſciat vrbem, Troiæ. ſ. prouinciæ, hoc eſt, Ilium: aut, vrbẽ Troiæ. i. Troiam: ſicut vrbẽ Pataui, pro eo quod eſt Patauium, dixit, quaſi dicat etiam nemo: aut, quis neſciat virtutes, & viros. ſ. Troiæ, hoc eſt, virtutes virorum, aut viros ſtudioſos, & virtute prẹditos, aut incẽdia. i. conflagrationẽ tanti belli: quaſi dicat, nemo: &, ſiqui ſint tales, non tamen nos, quia nos Pœni nõ geſtamus pectora adeo obtuſa. i. hebetia, & ignaua, vt. ſ. quæ omnibus manifeſtiſſima ſunt, ignoremus: nec ſol iungit equos ſuos tam auerſus. i. per indignationem in aliã partem verſus, ab vrbe Tyria. i. Carthagine: vt. ſ. tam frigido pectore ſimus: vt hæc non percepiſcamus. (& ita potius eam in ſententiã Landini, dicentis: Placet fabula Atrei, quã. ſ. Seruius narrat, vt ſit: Sol nõ auertit ſe ab vrbe noſtra, propter ſcelus, & immanitatẽ noſtrã, ſicut auerſus dicit a Mycenis: Sed phyſici, oſtendunt regiones frigidiores, efficaciores homines producere conſueuiſſe. hæc ille, vnde & Seruius alibi dicit, In regionib' calidis, homines aſtutiores: ſed timidiores, quia pericula noſcunt naſci: vt in Aphrica, vbi vafri, & verſipelles ſunt: meo autẽ iudicio, quia forte fabulã Atrei ignoraſſe Didonẽ, vero ſimilius eſt, quã ad eam reſpexiſſe: dicerẽ ex diuerbio id eam protuliſſe: nam, quia ſol, vbi vicinus eſt, beneuola ſua irradiatione, ſanguinem circa præcordia calefacit, qui ingenium bonum, ſecundum Empedoclẽ, facit: vnde dictum eſt in Georgi. Frigidus obſtiterit circum pręcordia ſanguis, ideo, ex diuerbio dicebat ſolẽ, lõge ab illius patria auerſum, qui obtuſo eſſet

Ordo

eſſet ingenio, quaſi frigidus obſtiterit ei quoq; ſanguis. Idẽ ergo bis dicit: Nõ obtuſa adeo geſtamus pectora Pœni: & nec tam auerſus. Legendũ eſt aũt auerſus, non aduerſus: ſicut, Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat, vnde & Statius: Quid nota recõdis? Scimus (ait) nec ſic auerſum fama Mycenis Vertit iter. (Seu. i. ſiue vos optatis, Heſperiã magnam. i. Italiam.) Italia. n. Heſperia magna dicta eſt, ad differentiam Hiſpaniæ, & ſm Seruiũ. μεγάλη ἑλλάς. i. magna Gręcia, & arua.) Saturnia. i. in quibus Saturnus latuit, hoc eſt Latiũ ſiue fines Erycis. i. Siciliã, vbi Eryx frater Æneæ, & Veneris filius, in Eryce monte ſepultus eſt: qui mons nõ longe a Drepano eſt. (De genere Erycis dicit ſic Landinus: Neptunus Amycum genuit, ex muliebre nympha. Hic a Polluce, arte pugili ſuperat', cæſuſq; eſt, relicto filio, qui Butes vocatus eſt. Fuit aũt rex Bebriacę, quæ poſt Bithyniã eſt. Butes aũt, poſt mortẽ patris, ab Argonautis, domo pulſus Drepanum, in Siciliã venit: vbi a Lycaſte, nobili meretrice, quia formoſus corpore eſſet adamatus, ex ea Erycẽ genuit: verũ cum Lycaſte, propter pulchritudinẽ Venus appellaret: Veneris filium, Erycẽ dixerũt. Hic & diuitijs matris, & viribus patris, inſolẽtior factus, ab Hercule, ex Hiſpania reuertẽte, occiſus: & in monte propinquo, qui ab eo Eryx dicit, ſepultus eſt. Diomedes aũt ſic ait. Buten, regẽ Siciliæ fuiſſe & ex Venere, Erycẽ ſuſtuliſſe: qui ob genus maternum, in maxima gloria habitus eſt. Vrbemq; in alto loco a ſe denominatã condidit: atq; in arce templũ matri poſuit. Cuius famam, non, vt alia pleraq; vetuſtas minuit, ſed in dies auxit. Vnde & Æneas in Italiã veniens vehementer honorauit: idẽ fecerunt Carthaginenſes, magna parte inſulæ potiti, multo autẽ magis Romani: Nã. xvij. ex fideliſſimis vrbibus, huic templo aurũ pendere iuſſerunt: & milites qui illud cuſtodirẽt poſuerũt.) Siue ergo optatis fines Erycis, & regẽ Aceſten: ego dimittam vos tutos auxilio. ſ. noſtro, & iuuabo opibus. i. facultatibus meis: & ſi vultis cõſidere, aut cõſiſtere: pariter. i. pariformiter mecum. i. quo iure ego conſtiti: his regnis. ſ. meis: & vultis vrbẽ quã ſtatuo. ea, ſup. eſt veſtra: ſubducite. i. ſurſum in terram trahite naues: (nam licet aqua, altior ſit terra, pręcipue in medio, cũ ſit ſphęricæ figuræ: tamen ad littus inferior eſt.) Tros. i. Troianus, & Tyrius: agetur. i. reget: mihi. i. a me: nullo diſcrimine. i. nulla differẽtia: quia eadẽ beneuolẽtia vtriſq; pręfuero: dicit aũt agetur, quia dux: vnde dictũ eſt: Dux fœmina facti. Atq; vtinã ipſe Æneas rex. ſ. veſter: afforet. i. adeſſet nobis: cõpulſus eodẽ Noto. i. vento illo nimboſo, quo vos cõpulſi eſtis: equidẽ. i. ego quidẽ: hoc eſt: ego certe dimittã. certos. i. fideles, qui fideliter munus expleãt: aut veloces, qui id certe. i. incunctãter faciãt, vt certi. i. deliberati: per littora. i. qui querãt eũ per littora: & iubebo luſtrare. i. circũeundo indagare extrema Lybyæ: ſi ipſe eiectus. ſ. mari errat, qbus. i. aliquibus ſyluis, aut vrbib'. Ex hoc infert Donatus, Virgiliũ ſentire nõ ſolũ Carthaginẽ, ſed etiã alias multas ciuitates eſſe ſub Didone: verumtamen ex ijs quę per Venerẽ narrata ſunt, veroſimilius eſt eã ſolã tunc tenuiſſe: nam dictũ eſt, Deuenere locos, vbi nũc ingẽtia cernes Mœnia: ſurgentẽq; nouæ Carthaginis arcẽ. Nam ſi prima arx, adhuc ſurgebat, nõ videtur aliã condidiſſe: nec cum illuc, nõ ita dudũ aduenerit, potuiſſe alias occupaſſe, aut cõmercio quouis obtinuiſſe, quas ſi obtinuerit, non diceret, Res dura & regni nouitas, me talia cogunt Moliri: Nec Iarbas diceret. in. iiij. Cui littus arandum dedimus: ſi & vrbes dediſſet: cum beneficium illi exprobret: Dicemus ergo, eam potuiſſe dimittere certos. i. itineris peritos, & fidos per vrbeis alienas ipſum diſquiſituros.

PIERIVS.

¶ Sol. cor. metũ Teucri, ſecludite curas.) In antiqs pleriſq; cod. metus, legit numero multitudinis: & in longe pluribus. ſeducite curas: tñ ſecludite, agnoſcit Serui. ¶ Viroſq;, & tanti.) Antiqui pleriq; cod. aut tãti, legũt. ¶ Nõ obtuſa adeo geſta. pectora Pœni. Nec tam auerſus equos Tyria ſol iũgit ab vrbe.) Vt id pręteream, quod in Roma. cod. obtunſa, ſcriptum eſt, more ſuo, n litera ſuperflua. Quodq; in Long. & aliquot alijs aduerſus, nõ auerſus, legit, cõtra peritiorũ omnium ſententiã: id me magis mouet, quod ad explicationẽ ſententiæ, hæc mihi videnf conſyderãda. Quæ gerantur in aliqua orbis parte, triplici potiſſimũ de cauſa, ſolemus ignorare. Aut, quia res ipſæ, vel earũ authores, ob humilitatẽ: nõ ſatis digni ſint, de quibus aliquis ſolicitus eſſe debeat. Aut, quia tam ſtupido, & obtuſo ingenio ſimus, vt nos mortalia nõ tangant, & res geſtas, magna quantumlibet admiratione dignas negligamus. Aut, propter locorũ longinquitatẽ, vnde fiat, vt ad nos fama nõdum peruenire potuerit. His oĩbus occurrit Dido, cum dicat neminẽ iam eſſe, qui genus Æneadũ, qui Troiæ neſciat vrbẽ, quantaq; virtute viri illi pręditi fuerint, & ꝙ late belli eius incendiũ ſe diffuderit: mox ſubiungit, ſe corde pręſtare, & eo valere ingenio, vt res mortaliũ perpẽdere potuerit: idq; illud eſt: Nõ obtuſa adeo geſtamus pectora Pœni. Quod vero tertio loco expetit, de locorum intercapedine, addit Tyrũ, vbi ſe poſtea de Troianis audiſſe dicet, Teucro narrante, nõ eſſe ita in extremis terrę partibus ſitã, nec tam a circulo, quem ſol ambit: vel a Troiano paralello ſepoſitam, vt propter immenſa locorũ interualla, fama tantarũ rerũ, eo peruenire nequiuerit, eoq; ſpectat verſus ille: Nec tam auerſus equos Tyria ſol iungit ab vrbe: hæc memini M. Antoniũ Sabellicum pręceptorẽ meum, ex Veneta cathedra docuiſſe, ne tñ, etſi ea placeat, Seruij ſententiã reijciamus. Ouidij monet parodia, qui in eandẽ ſententiã dixerit in amoribus: Auerſumq; diẽ menſis furialibus Atrei. Quem. n. diẽ poſuit Ouidius, Maro ſolẽ apertius, nominauit. ¶ Vultis & his mecũ pariter cõſidere regnis:) Miſſum facio cõſiſtere, in cod. aliquot antiquis ſcriptũ, ꝙ parum eſt in tãtis pollicitationibus, nam cõſidere, omnino quid longe maius polliceter. Id potius adnotandũ quod in Rom. cod. nõ regnis, ſed terris, legitur: nempe quod nõnulli pertinacius defendũt, ad aſperitatem euitandã, quæ eſt in cõcurſu, re, ſyllabæ geminatæ. Sed hoc etiam parũ eſſet, quia potius viderẽtur in ſeruitutẽ addicti, neq; ille cõcurſus vniformiũ ſyllabarũ, in re, pręſertim literis, duobus vltimis pedibus, declinatur a poetis: vt, Auertere regẽ, toto certatum eſt corpore regni, Loricaq; manu valida lacerare reuulſam. Neq;. n. numero comprendere refert, & ſexcenta huiuſmodi. Dicendo vero, regnis ſocietatem pollicetur, vt procliuius eos alliciat promiſſorum magnitudine. Nam & Iarbas inferius lamentabitur, ſua connubia repudiata, ac dominum Æneam in regna receptum: & ipſa etiam obijciet Dido eiectum, littore egentem Suſcepi, & regni demens in parte locaui. Quare omnino, conſidere regnis, legendum.

His animum arrecti dictis, & fortis Achates, POE.
Et pater Aeneas, iandudum erumpere nubem
Ardebant. prior Aeneam compellat Achates.
Nate dea, quę nunc aio ſententia ſurgit? ACHA.
Omnia tuta vides: claſſem, ſocioſq; receptos.
Vnus abeſt: medio in fluctu quem vidimus ipſi
Submerſum: dictis reſpondent cætera matris.
Vix ea fatus erat: cũ circunfuſa repẽte POETA
Scindit ſe nubes: & in æthera purgat apertum.
Reſtitit Aeneãs: claraq; in luce refulſit,
Os humeroſq; deo ſimilis. nanq; ipſa decoram
Cæſariem nato genitrix, lumenq; iuuentę
Purpureum, & lætos oculis adflarat honores.
Quale manus addunt ebori decus: aut vbi flauo
Argentum, Parius ue lapis circundatur auro.

SERVIVS.

¶ Animũ arrecti.) Nota figura eſt. ¶ Iãdudũ.) Et cito ſignificat, vt iãdudũ ſumite pœnas & olim: vt hoc loco. ¶ Surgit.) Oritur. Et eſt trãſlatio corporis ad animũ: vt alibi. Stat conferre manũ Ænee. ¶ Quẽ vidimus ipſi ſubmerſum.) Quod ante doloris fuerat: vt, Ipſi' ante oculos: nũc cõſolatiõis eſt: cũ cernit oẽs incolumes. ¶ Dictis reſpõdẽt cætera matris.) Modo cõſentiũt: quia dixerat ſupra, Nanq; tibi reduces ſocios. Alibi, reſpõdet, recipit: vt Reſpondet Gnoſia tell'. ¶ Scindit ſe nubes.) Nubes tñ dicimus: non nubs: licet dicamus trabs trabes: ſtirps ſtirpes: px pces: plebs plebes. Sed hoc de his tñ quæ legim' ſunt ponẽda Nõ. n. artis ſunt, ſed vſurpationis: qua metri cauſa vtunt poetæ, vt

tæ, vt vel minuãt, vel augeant nominatiuũ. Inde eſt & ſupellex ſupellectilis. ¶ Reſtitit Æneas.) Abſcedẽte. ſ. nube. ¶ Claraq; in luce refulſit.) Laus eſt nimię pulchritudinis, cui nec lucis claritas derogauit. ¶ Os, humeroſq; deo ſimilis.) Similes humeros habẽs deo. Et eſt Gręca figura: vt dixim' ſupra. ¶ Ipſa) Aut quod ſequit. Nato genitrix, aut certe ipſa. i. pulchritudinis dea. ¶ Decorã Cęſariẽ) A cędẽdo dicta cęſaries. Ergo tñ virorũ eſt. Quod aũt dicit decorã, vult ẽt in Ænea naturalẽ fuiſſe pulchritudinẽ ne ſi totum tribuat Veneri, nihil Ænee ſit reliquũ vel cõtra nihil relinquat matris fauori quod ſequẽs meli' indicat cõparatio. vt Hor. Fortes creant fortibus. Magna arte nec eruditioni aliqd, nec natalib' derogat. ¶ Iuuentæ.)

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſ Iuuentæ.)Iuuentus eſt multitudo iuuenum. Iuuentas dea ipſa: ſicut Libertas, Iuuenta vero ætas. ſed hæc a poetis confunduntur plerunq;. ſ Purpureum.)Pulchrum, vt Hor. Purpureis ales oleribus, ſ Lætos honores.)Non terribiles, vt eſſe in viris fortibus ſolent. ſ Manus.)Vel artificis: vel ars ipſa. ſ Ebori decus)Ebur a barro dictum, i. elephanto, vt Hora. Quid tibi vis mulier nigris digniſſima barris? Sanè naturam huius nominis nec deriuatio, nec obliqui caſus reſeruant. Et eboris. n. & eburneus facit, non eburis: ſicut murmur murmuris. ſ Parius ve lapis.)Candidiſſimus eſt Lygdius nomine qui apud Parum naſcitur.

DONATVS.

¶ His ani. arrecti dictis.)Supra enim dixit, lætitiaq; metuq; auidi cõiungere dextras Ardebãt, ſed res animos incognita turbat. Diſſimulãt & nube caua ſpeculant amici. Quæ fortuna viris, claſſem quo littore linquant. Cũ igitur oĩa cautius exploraſſent, ne Dido quaſi abſentẽ Æneã iuberet ingri, conſiliũ fuit, vt vitro ſeſe offerent, qui fuerãt iam de ſua ac ſuorũ ſalute ſecuri. ſ Prior Æneã.) Licet ſocius tñ quia fuit inferior, non nomine ſuo eũ appellauit, ſed eñ omni honorificẽtia omiſſo vero noĩe natũ dixit ex dea, reliqua breuiter explicat, quæ eos ſolicitauerãt. ſ Quæ nũc ani. ſen. ſur.)Cõfirmato rebus proſperis animo, ardebãt rupta nube, omniũ ſe præſentare cõſpectibus, vt Didoni gratius fieret ſuſcepiſſe ſe faciliori via, quẽ magno labore cupiebat inquiri. Conſiderandum eſt, qũo hic quoq; teneat poeta dicẽdi virtutẽ, quẽadmodũ locis ſuis perſonarũ merita diſcernat, ac ſeruet, inferior Achates fuit, & meliorẽ prudentiã debuit Æneę tribuere, quem cõſtabat eſſe potiorẽ, ſic ergo induxit priorẽ Achatem loquentẽ, vt ſine vitio eius & nota eius, cum quo fuerat locuturus, ſermonẽ faceret ne ſi prior loqui cœpiſſet, videret arrogans & ſuperbus. Expectare enim debuit arbitriũ potioris, nec debuit ſenſiſſe videri, quod ille nõ auertiſſet, temperaſ mire totũ, & inducit Achates non tam faciendũ ſuggerens, ſed quid tum faciendũ eſſet, ſeruata ſine dubio honorificẽtia eius, qui cõſilio & authoritate præſtaret. ſ Quæ nunc ani. ſen. ſur.)Interrogãtis hæc vox eſt, nõ iudicantis aut iubentis. ſ Omnia tuta vides.)Ne ſpecialitas properantibus prolixitate ſua faceret moras, clauſe dixit claſſem, clauſe dixit ſocios, vt cito tráſiret. ſ Dictis reſpõdẽt cętera matris, quã cito per vniuerſa tranſijt, cõſtabat enim illi, quam ſecuritatẽ mater per auguria promiſiſſet. ſ Vix ea fatus erat.)Nõ dixit ex nube caua ſpeculans, ſed nubes ab ipſis abſceſſit, vt oſtenderet Æneæ cõmodis etiam rerum naturam ſeruiſſe. tandiu, inquit cælati ſunt nubis obtentu, quandiu neceſſitas fuit, vbi opus nõ erat, ſponte diſceſſit. ſ Reſtitit Æneas.)Quantum gratiæ dedit Æneæ, cum illum dicit ſuo ſplendore tribuiſſe lucem diei meliorem? Dicit iam, vnde tantus apparuiſſet. ſ Os, inquit, humeroſq; d. ſi.)Beneficia hæc haud difficulter præſtiterat, quia mater fuiſſet, & dea. ſ Quale ma. ad. eb. de.)Tantũ inquit ſplendore ſuo Æneas addidit gratiæ luci, quãtum ebori manus attribuit, vel quantũ addit aurum argento.

ASCENSIVS.

¶ His, &c.)Docet, quæ reliqua cõſecuta ſunt: & qũo Æneas apparuit. De qua re Dona. ſic. ſ His animũ.)Cum iam omnia tuta eſſe exploraſſent, ſtatuunt ſe offerre, ne illa, inquirendi negociũ, aſſumat. ſ Nate dea.)quia inferior, non proprio nomine appellat, ſed honorifico. Et quãuis prior loquatur, nihil iubet, aut cõſulit. Sic enim Æneæ prudentia, inferior fuiſſet, & ille arrogãs: ſed interrogat tanquã prudentiorẽ. ſ Omnia tuta vides.)Ne prolixitate moram afferret: perq; breuiter omnia tráſit. ſ Scindit ſe nubes.)Non ipſi, ex nube progreſſi ſunt: ſed nubes diſceſſit: vt oſtendaſ rerum natura cõmodis Æneæ inſeruire. Ergo, tandiu fuit tectus, q̃diu opus fuit. Deinde diſceſſit nubes. ſ Claraq;.)Dicit Æneã ſplẽdore ſuo, lucẽ diei feciſſe meliorẽ, Cõſtitit, vt dictũ eſt, ſed pulchrior, q̃ fuit. Nã hoc curauit mater, propter Iunonia auſpicia. Cõparat auro & argẽto, quæ cum per ſe ſplendeant arte tamẽ meliora fiunt. Comparat deo, quia nepos Iouis eſt, & Veneris filius, & Cæſaris perinde affinis: quẽ omni occaſione, poeta laudat. Virorũ aũt forma, & ſplendor corporis, iunctũ fortitudini. Pulchritudo. n. ſola, plurimorũ obfuit famæ. ſ Nãq; ipſa deco. Cæ.)Ad pulchritudinem pertinet. Humeros: ad fortitudinẽ. ¶ Ordo autẽ eſt. Ipſi, ſ. & .i. ſimul fortis Achates, & pater Æneas, (queres cur priuatũ regi præpoſuerit. Sed licies moris eſſe ſummis poetis virũ, quem egregium ſignificare vol ũt, poſt gregẽ ponere: vt, Relliquias Danaũ, atq; immittis Achilli. Item pauloante: Sociis & rege recepto. Hic quoq; & illud dici poteſt, q̃ quãuis in rebus pijs, & religioſis, honorificiſq; Æneas primus fuerit habitus. vnde in. vj. Opera inter talia primus, tñ in aliijs quæ dignitati eius nõ conſulũt: ſed neceſſitatis, aut affectionis duntaxat humanæ, ſunt, cæteri præcedebãt. Ordo.

Erat ergo hoc loco impatiẽtior moræ, & ardentior Achates, quã Æneas, quocirca potuit eum priorẽ ponere poeta: ſed nõ ſemper ſeruaſ ordo dignitatis in nominandis perſonis. Patet aũt hic manifeſte, eundẽ eſſe quẽ prius fidum, & forte dixit.)arrecti animũ .i. habentes animũ arrectũ: his dictis. ſ. Didonis: ardebant. i. ardenter cupiebãt: iandudũ. i. iam, & pauloante: ab eo. ſ. momento quo primũ audiebãt, Soluite corde metũ Teucri, &c. erũpere nubẽ. i. rumpendo nubẽ emergere ex ea Achates, quia ardentior: cõpellat. i. alloquiſ, prior. ſ. q̃ Æneas loqueretur, cõpellat autẽ his verbis: O nate dea. q. d. quid adhuc hæſitas, cũ natus ſis dea, & ea quæ tibi quoſuis mulierũ animos cõciliare poteſt. (Eſt ergo poeta diligentiſſimus, nõ ſegniter legendus: nam multa quæ ab ignaris cẽſentur, pręter rationẽ quaſi ex libito poetæ dicta: maxime ſunt apud peritos ſignificãtiæ: vt hic quaſi dicere velit: Achates, memineſſe debes: quia natus es ea dea, quæ mulierũ animos, cum benigne influit, cõciliare poteſt: cum igitur iandudũ benignã videas Didonẽ: cum matrẽ veridicam perſpicias: ad quod ſubdit: Omnia tuta vides, quæ nunc animo ſentẽtia ſurgit: quaſi dicat, ſi nõ alia quã mihi: certe diſrupta nube, erumpendũ nobis eſt. Cæterum, quia maiorẽ nouit in Æneã, q̃ in ſe prudentiam: no ſuit fidus comes: & idẽ vir haud tardo ingenio, ſententiã ſuã ingerere: ſed modeſte tamẽ ſignificare, illius ſententiã efflagitãdo. Sicut Mopſus, puer ille, in Bucoli. dicens: Tu maior, tibi me eſt æquum parere Menalca, Siue ſub incertas Zephyris motãtibus vmbras, Siue antro potius ſuccedimus? Sed ad ordinem redeamus.)quæ ſententia ſurgit. i. orĩſ, nunc animo. i. quid nobis nunc faciendũ cenſeas? tu vides omnia tuta: vides claſſem, ſup. receptã: & ſocios receptos. ſ. ex periculo in locũ tutum, vnde natũ eſt receptui canere. (Significat ergo recipere multa, nũc ſe iterum in tutum reducere: nunc, cum cętera demus, aliquid peculiariter excipere: hoc eſt, quod dicunt, reſeruare: vt excepta cõiunge, quã mihi recepi, omnia amicis cõmunicaui. Nunc polliceri, vt ſicut nunc dicere recepi. i. pollicitus ſum: quaſi cum alibi dicere potuiſſem, in hunc locũ ſeruauerim. Nunc & id quidẽ principaliter ſignificat iterũ capere, vt recepi debitum: & accepi donum, ſed quia re, particula, ſæpe vacat: ideo recipio, pro capio nonnunquam ponitur: vt recepi literas tuas: vbi ſemel tamẽ acceperim, libentius dixero accepi. ſed & mihi receptui canendum eſt: ne in immenſum progrediar.)vnus. ſ. Orontes & eius gubernator Leucaſpis, cũ cęteris Lycijs ſed vnus hic dicitur deeſſe: & ſubmerſus ante ipſorum oculos, ad eorundẽ conſultationem imminuẽdo rem: cum vnus: videlicet princeps, pro multis computetur: ſicut contra ad augendum dolorem, dictum eſt a Venere: Nauibus, infandum, amiſſis.)abeſt. i. deſyderatur: quẽ nos ipſi vidimus ſubmerſum in medio fluctu: hoc nunc ad conſolationem quoq; pertinet, quaſi dicat, is tantum ſubmerſus eſt, quẽ ſubmerſum, certo ſciuimus, cum id viderĩmus: cætera reſpondent dictis matris, quam nunc matrem fuiſſe, probata fide eius, incunctanter cenſet, dixerat aũt Venus: Nanq; tibi receptes ſocios, claſſemq; relatã Nuncio, & in tutũ verſis Aquilonibus actiam. Achates, vix fatus erat ea, cum nubes circunfuſa ſcindit. i. diuidit ſe repente. i. ſubito: & purgat ſe. i. euaneſcit in ęthera apertum. i. aerẽ clarũ ita, vt nihil nebulæ reſtaret, ſed Æneas reſtitit. ſ. abſumpta nube: & refulſit. i. reſplenduit in clara luce, ſimilis deo os. i. ſm vultum, quod ad decorẽ pertinet: & humeros quod ad fortitudinem, & robur, eſt autem nota figura, ſimilis os. ideſt habens os ſimile, &c. Nãq; genitrix ipſa, aut quæ magna eſt: aut quę poteſt id præcipue poteſt, vt ſit ex cellẽtia: aut ipſa. i. vt dicunt in propria perſona: & per ſe, ita vt alteri id muneris non cõmiſerit: ipſa ergo genitrix. ſ. Venus afflarat nato. i. filio ſuo Æneæ: cæſariem. i. comam, aut ventis expoſitam: aut qualem tonſores inciendo facere ſolent: & afflarat lumen purpureum. i. floridum: & ſubridens: vt flores ridere dicuntur: iuuentæ. i. qualis in iuuenta eſſe ſolet: & honores. i. ornatus lætos. i. lætificantes: eum qui inſpexerit, aut qui ex lætitia prouenire ſolet. vnde Stat. in Achil. O quantum gaudia formæ Adiciunt, dicimus autẽ honeſtum, pro pulchro: & pulchrum, pro honeſto: vt, At pulchrum eſt digito monſtrari, & honorem, pro pulchritudine: & ecõuerſo: vnde Teren. Honeſta facie dicit puellam, pro formoſa, ac pulchra: afflarat inquam tale decus, quale decus addunt manus, ſcilicet artificis: ebori, aut, ſup. argento, & lapidi, pario. i. marmori candidiſſimo: vbi. i. quando, ſup. aut ebur, aut argentum, aut lapis Parius. i. in Paro inſula natus. circundatur auro flauo. i. inauratur aut obducitur auro, quod flauum eſt, ac ſuluum.

PIERIVS.

¶ Iandudũ erũpere nubẽ.)In codi. aliquot antiquis, abrumpere legiſ. Sed quia conſilium eſt ex obſcuro, clauſoq; loco, in apertũ, & clarum

& clarum prodire, magis placet, erumpere, vt in Medi. & pleriſq; alijs. Signãt vero grammatici elocutionis genus, cũ acculatiuus iungitur verbo, cui ſit coalita præpoſitio, quæ ablatiuum ſeiunctа ſibi depoſcebat. ſ Cæſariem nato genitrix. (In Roma. co, genetrix media ſyllaba, per e, paſſim ſcriptũ inuenias, eandem ſcribendirõnem in titulis antiquoq;, marmoreisq; monumẽtis, non ſemel obſeruaui. quin etiã in numis, qui fuerint eruditis adhuc ſæculis cuſi, vtpote Iuliæ Piæ, vbi Venus eſt læua haſtæ, innixa, dextera exporrecta, cum inſcriptione Venus genetrix. Romani enim genus, a Venere, ppter Æneam eius filiam, ſe ducere aſſeuerabãt, & Iulia gens cõdente, dicanteq; Iulio Cæſa. templum erexit Veneri genetrici, quod Pli. & trãquil. tradidere, vidimus aũt Roma ſcriptum genetrix, per e, non vno loco, in eo vero monumẽto maxime placuit, quod in hortis Caroli Stellę habeſ vndecũq; mutilatum. cuius quidem eam partem tãtum, quæ ad rem, qua de loquimur, facit, hic inſeruiſſe ſufficiat.

Genitrix.

FRATER MEI ET GENETRIX GERMANA
ORO ATQ. O DESINITE LVCTV QVESTV
LACHRYMAS FVNDERE SEI IN VITA
IVCVNDA VOBEIS VOLVPTATEI FVEI
VIRO ATQVE AMEICEIS NOTEISQVE
OMNIBVS.

Ne vero quis huiuſmodi ſcriptiones, vt iam obſoletas exigat animaduertendum eſt Probum grammaticum non temere obſeruaſſe. Genitor per, i, & genitrix, per, e, ſcribi, non ita autem in monitor, & monitrix, quorum vtrunq; per, i, ſcribi conſtet.

SERVIVS.

¶ Tum ſic.)Quid ẽ ſic? Et ſui gratia præpotẽs, & matris auxilio. ſ Coram quẽ quæritis adſum. (Hoc loco diſtinguendum. Nam ſi vnũ eſſet, adeſt diceret, non adſum. ſ O ſola.) Propter Polymneſtoris factũ qui fide violata defecit i Græcos, vt oſtẽdit in tertio. ſ Miſerata.)Et Miſereor & miſereor vnum ſignificãt: ſed miſeror accuſatiuũ regit, vt hoc loco. Item, Nec miſeratus amãtem eſt. Miſereor genitiuũ, Vnde eſt, Miſerere animi nõ digna ferentis. ſ Quæ nos reliquias Danaũ.)Si Troianos ſignificat ſimpliciter intelligit. ſi ad ſe refert: q̃ Achillẽ eualit fauore Neptuni. ſ Terręq; marisq;.) Terrę pp Cretenſem peſtilentiã. Maris pp Orontis, iteritũ. ſ Omniũ egenos.)Eget honeſtius genitiuo iungiq̃ ablatiuo, cui iũgit Cicero, vt, Eget ille ſenatu. Item contra Virg. Quoꝝ indiget vſus. ſ Vrbe, domo, ſocias.)Hoc eſt publico & priuato dignaris hoſpitio. ſ Nõ opis eſt noſtrę Dido.)Opis. i. poſſibilitatis. Et ſm Atteiũ philologũ, Opes numero tñ plurali, diuitias ſignificãt: vt Troianas vt opes. Numero ſingulari, auxiliũ, Terẽ. Iuno Lucina fer opẽ: ſerua me obſecro. Ab vtroq; poſſibilitatẽ. ſ Nec q̃q̃ vbiq; eſt.) Meminit hiſtorię. multi. n. poſt excidium Troię, orbis diuerſa tenuerũt: vt Helenus Epirũ: Antenor Venetiã: alij Sardiniã ſm Sallu. alij vicina Syrtib⁹ loca ſm Lucanum: vt Portuvs quietos Oſtẽdit Libyę Phrygio placuiſſe magiſtro. ſ Siqua pios reſpectant numina.) Sigdẽ, vt Horatius, Si tũ impię nõ tangẽda rates tráſiliunt vada. Nec. n. cõgruit optare dubitãtem. Aut certe ad ſe retulit: qui cũ pius eſſet, tot laborabat incõmodis. ſ Siqd vſquã iuſtitię eſt. Si valet apud hoies iuſtitia. ſ Et mens ſibi conſcia recti.) Secũdum Stoicos qui dicũt ipſam virtutẽ eſſe pro premio: etiã ſi nulla ſint premia. ſ Quæ te tam læta tulerunt Sæcula?)Alibi, Nati melioribꝰ annis. Felicitas. n. tẽpoꝝ ex naſcẽtium meritis cõprobaſ. ſ Qui tanti talem genuere parẽtes. Secundum artem rhetoricam parẽtes quos ignorat, laudat ex liberis. Simul ſciẽdum oĩa hoc loco laudis pcepta ſeruata. Nam & a parẽtibꝰ laudat: vt Qui tanti talem genuere parẽtes? Et ab ipſa: vt Vrbe, domo ſocias. Et a futuro: vt, Nomenq; tuũ laudesq; manebũt. ſ In freta dum fluuii current: dum montibus vmbræ
Luſtrabunt conuexa: polus dum ſydera paſcet:
Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt:
Quæ me cũq; vocãt terrę. Sic fatus amicũ POE.
Ilionea petit dextra, læuaq; Sereſtum.
Poſtalios, fortemq; Gyan, fortemq; Cloanthum.

Tum ſic reginã alloquitur: cunctisq; repente
Improuiſus ait. Coràm quẽ q̃ritis, adſum ÆNE.
Troius Æneas: Libycis ereptus ab vndis.
O ſola infandos Troiæ miſerata labores,
Quæ nos relliquias Danaum, terræq; mariſq;
Omnibus exhauſtos iam caſibus, omnium egenos,
Vrbe, domo ſocias. grates perſoluere dignas
Non opis eſt noſtræ Dido: nec quidquid vbiq; eſt
Gentis Dardaniæ: magnum quæ ſparſa per orbem.
Dii tibi, ſiqua pios reſpectant numina: ſiquid
Vſquã iuſtitiæ eſt: & mens ſibi conſcia recti,
Præmia digna ferant: quæ te tam læta tulerunt
Sęcula? qui tanti talem genuere parentes?
In freta dum fluuii current: dum montibus vmbræ
Luſtrabunt conuexa: polus dum ſydera paſcet:
Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt:
Quæ me cũq; vocãt terrę. Sic fatus amicũ POE.
Ilionea petit dextra, læuaq; Sereſtum.
Poſtalios, fortemq; Gyan, fortemq; Cloanthum.

to

¶ Tum ſic reginã.)Quid ẽ ſic? Et ſui gratia præpotẽs, & matris auxilio. ſ Coram quẽ quæritis adſum. (Hoc loco diſtinguendum. Nam ſi vnũ eſſet, adeſt diceret, non adſum. ſ O ſola.) Propter Polymneſtoris factũ qui fide violata defecit i Græcos, vt oſtẽdit in tertio. ſ Miſerata.)Et Miſereor & miſereor vnum ſignificãt: ſed miſeror accuſatiuũ regit, vt hoc loco. Item, Nec miſeratus amãtem eſt. Miſereor genitiuũ, Vnde eſt, Miſerere animi nõ digna ferentis. ſ Quæ nos reliquias Danaũ.)Si Troianos ſignificat ſimpliciter intelligit. ſi ad ſe refert: q̃ Achillẽ eualit fauore Neptuni. ſ Terręq; marisq;.) Terrę pp Cretenſem peſtilentiã. Maris pp Orontis, iteritũ. ſ Omniũ egenos.)Eget honeſtius genitiuo iungiq̃ ablatiuo, cui iũgit Cicero, vt, Eget ille ſenatu. Item contra Virg. Quoꝝ indiget vſus. ſ Vrbe, domo, ſocias.)Hoc eſt publico & priuato dignaris hoſpitio. ſ Nõ opis eſt noſtrę Dido.)Opis. i. poſſibilitatis. Et ſm Atteiũ philologũ, Opes numero tñ plurali, diuitias ſignificãt: vt Troianas vt opes. Numero ſingulari, auxiliũ, Terẽ. Iuno Lucina fer opẽ: ſerua me obſecro. Ab vtroq; poſſibilitatẽ. ſ Nec q̃q̃ vbiq; eſt.) Meminit hiſtorię. multi. n. poſt excidium Troię, orbis diuerſa tenuerũt: vt Helenus Epirũ: Antenor Venetiã: alij Sardiniã ſm Sallu. alij vicina Syrtib⁹ loca ſm Lucanum: vt Portuvs quietos Oſtẽdit Libyę Phrygio placuiſſe magiſtro. ſ Siqua pios reſpectant numina.) Sigdẽ, vt Horatius, Si tũ impię nõ tangẽda rates tráſiliunt vada. Nec. n. cõgruit optare dubitãtem. Aut certe ad ſe retulit: qui cũ pius eſſet, tot laborabat incõmodis. ſ Siqd vſquã iuſtitię eſt. Si valet apud hoies iuſtitia. ſ Et mens ſibi conſcia recti.) Secũdum Stoicos qui dicũt ipſam virtutẽ eſſe pro premio: etiã ſi nulla ſint premia. ſ Quæ te tam læta tulerunt Sæcula?)Alibi, Nati melioribꝰ annis. Felicitas. n. tẽpoꝝ ex naſcẽtium meritis cõprobaſ. ſ Qui tanti talem genuere parẽtes. Secundum artem rhetoricam parẽtes quos ignorat, laudat ex liberis. Simul ſciẽdum oĩa hoc loco laudis pcepta ſeruata. Nam & a parẽtibꝰ laudat: vt Qui tanti talem genuere parẽtes? Et ab ipſa: vt Vrbe, domo ſocias. Et a futuro: vt, Nomenq; tuũ laudesq; manebũt. ſ In freta dum fluuii current: dum montibus vmbræ
Luſtrabunt conuexa.)Abuſiue modo maria. Nam, pprie fretũ eſt mare naturaliter mobile: ab vndarũ feruore noiatum. ſ Dum montibꝰ vmbrę Luſtrabunt cõuexa.)Alij hoc loco diſtingũt: & dicunt, quãdiu inclinata in montibꝰ latera vmbræ pro Solis flexu circũibunt, vt Luſtrat Auentini montẽ. Aut luſtrabunt, inumbrabũt. Vnde luſtra & ferarum cubilia, & lupanaria per contrarium dicimus: qa parũ illuſtrant. Alij aũt conuexa ſydera volunt. i. pendentia: vt, Et cœli conuexa per auras. i. ſuſpenſa. Planetasq; intelligunt: qa nõ ſunt fixi, ſed in aere ferunt. Paſci aũt aquis marinis ſydera. i. ignes cœleſtes, Phyſici docent ſecũdum quos ait Lucanus, Atq; vũ plusq̃ quod diſgregat aer. ſ Quæ me cunq; vocant terræ. i. vbicũq; terrarum habitauero. Eſt autem Tmeſis quęcunq;

DONATVS.

¶ Tum ſic re. al.) Tanta celeritate factum eſt, vt improuiſus cunctis

Universidad de Deusto
Biblioteca

nihil sit de Iunonis factione conquestus, gratias agit nullum culpans, nullius commemorans impressionem: sola, inquit, miserata labores nostros, cū dicit solam iuxta Troianos extitisse beneuolam, & laudat factum, ex eo quia carebat exemplo, & miratur occulte illic inuentam requiem, vbi eui dentissimum periculum sperari potuerat. causas præterit aduentus sui, ga has dudum regina Ilioneo narrante compererat, quæ nos. s. nos reliquias Danaum, quo satis apertum est. nam infiniti eo tempore perierunt, quo etiam ipsa ciuitas cecidit Troianorū, reliquias terræ idcirco dixit, quia fugiens de Troia, cum Cretam venisset multa luis cōtagione perdidit. Reliquias maris, quia cōstabat naufragio, quo in littora Carthaginis electi sunt, Orontem interisse. ſ Omnibus exhaustos iam cali.) Currit per amplificationem præstitorū, extollens in maius quod fuerant cōsecuti. Omnibus, inquit, exhaustos iam casibus, cum dicit se aduersis casibus exhaustum, ostendit inopiam nō originalem, quasi abiectæ plonę, sed fortunę vio lentia extitisse. ſ Omniū egenos.) Quod est inter mortales difficillimū tāgi misericordia, cum quis inopē viderit & egentē, deniq; vt poeta comprobaret, hoc ipsum confecuta reprehensione Didonis cōplexus est, quę oratio misericordem in causa miserorū fecerit Didonē. ſ Non ignara, inquit, mali mise. suc. di.) Argumētum laudis multiplicat dicēs, vrbe, domo socias, ambulabat autē ad humanitatē demonstrandam, si in ciuitatem fuissent suscepti, susceptī sunt voluntate Didonis tanta benignitate, vt illos non tantum in hospitiū, sed etiā in societatis fœdera vocauisset. Hinc iam docet poeta, quę sunt curanda in laudibus, nam imparem se in reciprocis rependendis debuit demonstrare, sed cū hoc vellet exequi, inuenit occasionem, nec tamen a laudationis officio alienam, qua multitudinē Troianę gentis laudaret, quę per orbem sparsa apud Carthaginē i numero exiguo fuit. Idcirco ait. ſ Grates persoluere dignas.) Neq; inquit, nos pauci gratias competētes referre possumus beneficijs tuis, sed nec oēs nostri, si ex toto orbe, qui sparsi sunt, colligant. ſ Dij tibi, siqua pios.) Quoniam beneficijs tuis, multis, magnis, & singularibus, atq; cæteris præferendis, humanę vocis obsequia respondere non possunt habemus deos, qui tibi pro nobis, quę mereris exoluāt. ipsi enim humanos actus & perpendere iustius possunt, & equitate discernere. sequitur alter locus laudis. ſ Quæ te tam læta tule. secu.) Quibus, inquit, seculis, tu sola talis, puenire meruisti? hoc est dicere, cur nō & alij similes nati sunt? hoc est, quod superius dixit, O sola infandos Troię miserata labores, hoc vult obscure disputare Virgilius seculorum esse, vt boni vel mali nascantur, vnde apparet dicentis intētio, qui hoc cupit adstruere quęrēdo sæcula, quibus Dido talis potuit nasci, quia cum per orbem totum Troiani iactati sint solam beneuolam humanā & largam inuenire potuerunt. ſ Qui tanti talem ge. pa.) Quia nascendi ratio per parentes prouenit, horum est felicitas, si præcipuos susciperit liberos, quę runtur secula, quærunt parentes, Dido sola in toto orbe iustissima memoratur. vt totum singulare sit eius, quod summum est, nec habeat cum aliquo societatem vel comparationem, quod dixit. Dij tibi prēmia digna ferant. Conciuit verum, ne remittēdo superius omnē reciprocam vicem, ipse videret totam necessitudinem reiecisse, deorum, inquit, sit cura præmia referre meritis tuis, quod humana mens ex qui nō potest, post non tacebo laudes tuas, Nam. ſ In freta dum fluuij current &c.) Hoc genere ostēditur futurus omnium elementorū, & vniuersarum rerum finis cum dicitur, q̄diu fluuij currendo miscebūtur fluctibus maris, q̄diu stabit eum syderibus cœlum, q̄diu solis vmbra vel luna lustrauerint cōuexa montiū, deniq; & alio loco dixit, Dum domus Æneę capitolij immobile saxum accolet, imperiumq; pater Romanus habebit. ſ Quæ me cunq; vo. ter.) Hoc est quecūq; terræ me vocāt, subtiliter se nec cessaturū dixit, nec est pollicitus abiturum, ne læderet Didonis animum offerentis societatem regni, aut de consensu teneret. ſ Sic fatus, amicū Ilionea petit dextra.) Recte amicū dixit, & hunc cæteris antepossuit. tunc. n. melius probantur amicitiæ sicut Ilioneus fecit, vt amicus præsens amici absentis causam sic tueatur ac seruet, ac si assistente eo videatur esse completum. ſ Læuaq; serestum.) Intelligamus amicos ad ambos pertinere, sed prælatum cui dextera porrecta est.

ASCENSIVS.

¶ Tum sic &c.) Hic habetur oratio artificiosa Æneę ad Didonē qua illius animū, quod Venus maxime optabat, sibi Æneas fortius deuinxit, cum ea & honesta esset, & decēter prolata, & a viro cui Venus omneis charitates, ac gratias afflauerat. Primum autē significat se oia audisse, ne repetenda sint: & ita vult reginā leuare ab onere sui ingrendi: deinde gratias agit Didoni eamq; summopere laudat. Tum socijs dextrā prębet: de qua re differit Donatus sic. ſ Tum sic reginā al.) Debuit loqui prior, vt se idicaret, & ageret gratias: & vt ostenderet se affuisse. ſ Coram.) Vno versu oibus rndet: vt ,pperaret ad gratias agendas. ſ O sola infandos.) Summa arte loquit̄, & habet rōnem loci, temporis, & personæ, Joquebatur Carthagine, vrbe inimica, ,ppter Iunonem, & in templo ipsius, apud eam quæ summā teneret imperij: & eo tempore quo post naufragium terras cupiebat. Ergo nihil de Iunonis factione cōquestus est, Gratias agit, nullum culpās. ſ Sola.) Laudat factum, quod sit sine exemplo & occulte miratur inuentā ibi requiem: vnde periculum fuisset timendum, causas aduentus, quia Ilioneus dixerat, præterit. ſ Quæ nos.) ſ. relliquias Danaum, relliquias terræ, relliquias maris. Demū ga infiniti perierant & vrbs ceciderat. ſ Terræ.) Casibus exhaustos, dicit ,ppter pestem Cretēsem, qua multi perierant. ſ Maris.) Quia naufragio Orontes perierat. ſ Vrbe, do.) Currit per amplificationē, extollens præstitum in malus: vt nō solum in hospitium susceptī sint, sed ēt in societatis fœdera vocati. ſ Casibus exhaustos.) Ostēdit inopiam nō esse originalem quasi abiectæ personæ, sed fortunæ violentia prouenisse. Docet, quæ sunt curanda in laudibus, nam imparē se in reciprocis beneficijs, vt debuit, demōstrat. Inuenit tñ in hoc occasionem a laudis officio nō alienā: qua, multitudinē quoq; Troianorū laudaret, g per orbē sparsi, exiguī in numero Carthagine erat. ſ Dij tibi.) Qm beneficijs tuis singularibus, & in æternū præferēdis, humana vox rndere nō pōt. Dij, pro nobis quæ mereris exoluant. Quæ te tam læta tu. Sæcula? Quis dicat, cur tu sola talis, & nō alij similes, his sæculis nati sunt? vt supra, O sola infandos, & occulte innuit seculoꝝ esse, vt aut boni, aut mali nascant. Quærit igitur sæcula quibus Dido talis potuit nasci: ga per totum orbē iactati Troiani solam beneuolam, & liberalem illam inuenerunt. ſ Qui tanti.) Quia nascēdi ratio per parētes prouenit. Hoc est felicitas: si pcipuos suscipiant liberos. Quærunt sæcula: querūtur parentes. Dido sola, in toto orbe iustissima, memorat: vt quod summū est, etiā totum suū sit, nec habeat parē. ſ Dij tibi.) Ne oēm reciprocam vicem referēdę gratiæ omittat, deos rogat: vt quod ipse non pōtilli præstent: quod aūt ipse pōt, non tacebit. ſ In freta.) Ostendit oium rerum finem futurū: cum illius honos nō stabit. Simile illud: Dum domus Æneæ Capitoli immobile saxū Accolet, imperiumq; pater Romanus habebit. ſ Me.) Subtiliter se nec cessaturum dixit, nec est pollicitus abiturum: ne Didonem lederet, vrbis societatē offerentē. ſ Amicum.) Quod ,pbauit amici absentis causam defendendo. Hæc ille. ¶ Ordo autē est. Æneas allocutur tunc, postq̄. s. dissoluta nube restiterat: sic. i. in antedicto decore, os. humerosq; deo similis, reginā. i. Didonē & ipse impro uisus cunctis. i. a nemine pręuisus, ait repente. Ego Æneas Troius. i, Troianus quē quæritis, adsum: coram. i. in cōspectu vestro, ereptus ab vndis Libycis. i. maris Libyci. O Dido, sola miserata. i. quæ sola miserata es infandos. i. tam magnos, vt enumerari non possint: aut tam indigne illatos, vt enunciari indigni sint, labores. i. casus, & miserias: Troję. i. Troianorū, quę socias vrbe. Colores & domo. s. regia, & priuata: sed plus ē facere, q̄ hospitio suscipere nam eos, & ciuitate, & regni iure donat sociādo. i. in societatē regni, eos accipiendo, socias, ergo vrbe & domo. i. socios facis in vrbe & domo: nos relliquias Danaum: pro Danaorū. i. Grecorū. i. nos qui reliqui sumus a Danais, & Græcis: exhaustos. i. effœtos, aut attenuatos: oibus casibus. i. omnis generis casibus. i. erūnis: & aduersitatibus terræ & maris: & egenos oium. i. rerū, o Dido inquam, quæ hæc facis, ego ingenue fateor, si q̄ persoluere grates. i. referre gratias dignas. i. equales meritis tuis: nō est opis. i. facultatis nostræ. i. nostrum, qui hic sumus: nec sup. eius gentis Dardanię: qdqd gentis Dardanię vbiq. i. in quocūq; loco est: vt sit ſbiq, pro vbicūq: aut quidqd gentis Dardanię est vbiq. i. iam fere in omni regione: quę gens Dardania. i. Troiana, est spargenda p magnū orbē: hoc est, ēt si oēs Troiani adessemus, & anniteremur dignas referre gratias, id nō possemus: quāto minus igitur nos, qui tam pauci sumus, respectu vbiq; dispersoꝝ: verā: quia nos referre non possumus, Dij ferant tibi pmia digna, siqua nostra mina. i. siqui dij respectant. i. misericorditer: & id frequēter respiciant: pios. i. eos, qui erga pios pñ sunt: & siquid. i. aliquid iustitię est: vsquā. i. in aliquo loco: & mens est sibi cōscia, recti. i. equitatis, & iustitiæ: aut recte acti. Est aūt diuersus itellectus. Nam alij sic itelligunt, Dij ferāt tibi digna pmia, siqui in nos iusti sunt: nā vī iniustos censere deos: qui pios ita persecuti sunt: vī Iunonē pcipue iniquā censet: alij rectius intelligunt, vt ad vitidam arrogantiā additū sit. Nam, quia dixit siqua pios respectant numina: possēt videri confidentius se, & suos pios dixisse, nisi adderet: siqd vsquam

vsquam iustitiæ est: per quod videtur hoc dicere: videmur quidem nobis pī: sed vix qdā iustitiæ est apud mortales. q̄ in conspectu deoꝝ, satis pium, ac iustū censeat: mens tñ nobis cōscia recti est. Seruius aūt illud ad Didonē retorquet, vt pro pmio illi sit: qa mens sibi conscia recti sit. Postq̄ itaq; gras egit Æneas, ,pgressus laudem Didonis: addens quę. i. qualia sæcula: tam læta tulerunt. i. ,pduxerūt te: qui tanti. i. tam magni parētes, qui tñ boni produxerūt mundo: ,pgenuerūt te, talem. i. tot virtutib⁹ ,pditā, pcipue iustitia, & misericordia. q. d. fuerūt nimirū maximi meriti parētes, g talem meruerūt ,producere, plem. Et ideo dum. i. donec fluuij currēt. i. defluent: in freta. i. in maria: & dum vmbrę, lustrabunt. i. lustrationē, hoc est circuitū facient, aut lustra feris faciēt in montib⁹, qa vt sol circūferī; ita & vmbrę lustrāt. i. circūuoluūtur: & dum polus pascet. i. sustinebit: sydera cōuexa. i. in cœlo cōuexo existētia (quāuis sint qui cōstruant sic, dum vmbrę lustrabunt. i. circuibūt in montib⁹ conuexa. i. montiū.) hoc est, donec cœlum, & elemētoꝝ ,pmanebit natura: honos. i. honor, & nomen tuū & laudes tuæ manebūt semp. i. in memoria: quęcūq; terrę vocent. i. vocauerint me. i. vbicūq; fuero, sic te ,pdicabo, vt illic perpetua sit tui memoria: non autē sensus est, qd' semp maneat memoria apud Æneā: qa sic se semp supstitē fore iactantius diceret, ipse Æneas fatus: sic petit dextra Ilionea, amicū. s. virum qui tam facunde Æneā cōmendauerat, & rebus Troianis cōfuluerat: & petit læua. i. tangit sinistra manu Serestū. s. amicū, & post. i. postea, sup. petit alios: & fortē Gyam, & fortem Cloanthum.

PIERIVS.

¶ Dum montibus vmbræ Lustrabūt, cōuexa polus dum sydera pascet.) Sæpe ēt accidit, vt & comę & puncta alia sniam nō parum imutent, huc vel illuc translata, quare si qñ circa hęc quoq; vbi vsu veniat, imoremur, nihil ab instituto alienū feciſe videamur. In Oblon. itaq; codice, & in aliquot alijs antiquis, post dictionē, conuexa, punctus est; vt legas, Dum vmbrę lustrabunt ea quæ sunt cōuexa i montibus. montium quippe ambitus, tuberositas enim illa conuexa in montib⁹ vmbrā efficit. Quare ita separatim membrū alterum accipiendum. Polus dum sydera pascet, quę lę

SERVIVS. ctio

¶ Obstupuit.) Animo pculsa est: quod iam futuri amoris ē signū. ſ Primo aspectu.) id est pulchritudine. ſ Casu deinde.) id est miseratione. ſ Et sic ore locuta est.) Pleonasmos: sicut, Vocemq; his auribus hausi, ſ Quis te nate dea.) Quis quasi. Admirātis. n. est, nō iterrogātis: vt Quis globus o ciues. Nō. n. iterrogat ille qui nunciat. Hoc aūt Dido, vt post indicat, ex Teucri narratiōe cognouit. ſ Quæ vis.) Quasi, ſ Immanib⁹ oris. (vt Sallustī, Mare fœuū, i. importuosum. ſ Adplicat.) Secūdum presentem vsum, per d, prima syllaba scribitē. ſm antiquā orthographiā, quę ppositionē vltimā litterā in vicinā mutabat, per p, ſm Euphoniā, per a tantum. Prepositio enim cum ad cōpositionē trāsierit: aut vim suā retinet, vt Indico: aut mutat vltimā litteram, vt sufficio: aut perdit, vt Coemo, ſ Dardanio Anchisę.) Bene Anchisę addidit, cū multis. n. Ven⁹ concubuit. Sed sciendum, Anchisen pastorē fuisse: & cum eo amato Venerē concubuisse. Vnde Æneas circa Simoin fluuiū natus ē. Deę enim vel Nymphæ enituntur circa fluuios vel nemora: quod cum iactaret Anchises: afflatus fulmine, oculoꝝ priuatus est. ſ Teucrū Sidona venire.) Historia hoc habet, Herculem cū Colchos iret, perdito Hyla post peragratam Mysiam nauibus Troiam venisse. A cuius portu cum eum Laomedon arceret, occisus est: & eius filia Hesiona bellī iure sublata, comiti Telamoni tradita est: qui ,pmus ascendit murum. vnde Teucer natus est. Nam Aiacem ex alia constat esse procreatum. Tum Hercules Priamum quoq; redemptū a vicinis hostibus in paterno regno locauit. Vnde & Priamus dictus est, ὀνο τοῦ πριαμαι. emo. Cæterū quæ de liberata dicuntur

Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido:
Casu deinde viri tanto: & sic ore locuta est.
Quis te nate dea per tanta pericula casus DID.
Insequitur? quæ vis immanibus applicat oris?
Tù ne ille Aeneas, quem Dardanio Anchisæ
Alma venus Phrygij genuit Symoentis ad vndam?
Atq; equidem Teucrum memini Sidona venire
Finibus expulsum patrijs, noua regna petentem
Auxilio Beli: genitor tum Belus opimam
Vastabat Cyprum: & victor ditione tenebat.
Tempore iam ex illo casus mihi cognitus vrbis
Troianæ, nomenq; tuum, regesq; Pelasgi.
Ipse hostis Teucros insigni laude ferebat:
Seq; ortum antiqua Teucrorum à stirpe volebat.
Quare agite ò tectis iuuenes succedite nostris.
Me quoq; per multos similis fortuna labores
Iactatam, hac demum voluit consistere terra.
Non ignara mali, miseris succurrere disco.

ctio quadrat cum Ti. Donati sniā dicētis: Quādiu fluuij currēdo miscebuntur fluctibus maris: quādiu stabit, cum syderibus cœlum: quādiu solis vmbra, vel lunæ conuexa lustrauerit montiū. Iam &, conuexa, per m, ante v, digammon scribendum esset, ex Victorini præceptione, nisi obstaret consuetudo. ſ Ilionea petit dextra, lævaq; Serestum.) In Longobardico codi. prō Serestum, Sergestum scriptum est. Nam superius, Antea, Sergestum, fortemq; Cloanthum viderat. Quod si admittas, vel erit versus Scazontis hemistichius, more veterum, qui varios interdum numeros, alieniq; generis, versus heroicis immiscebāt, vel creticus sed de quinta statuetur. Neq; quidem exempla desunt, præsertim ex Lucretio, qui pedem huiusmodi quinto loco posuerit, vt lib. iii. Præter enim q̄ q̄ morbis, cum corpus ægrotat, peritiores enim nonnulli ægrotare, eadem analogia, eodemq; modo cum nomine, æger, primam producere syllabam aiunt, quam alij quidam cōmunem statuunt in verbo ægroto: eodem hoc ipso citato carmine. Poteram & ex. vi. eiusdem, exemplum proferre. An cœlum nobis intra natura corruptum, quod in antiquis habetur exemplaribus. Sed obstabunt aliqui, vel detritam vnam ex geminatis consonantibus, & corruptum factum, vel adhuc non cōstare dicent, quia vulgatis in exemplaribus, versus sex, Spondeos dimensione legat, an cœlum nobis: natura vltro corruptū. Non secus, ac Ennianum illud, quod circumfertur, ciues Rōmani tunc facti sunt Campani. Quæ fuit rudis adhuc sæculi licētia. Sed (vt ad Virgilium reuertamur) posset quidem legi spondaico versu, Ilionea petit dextra, lęua Sergestum, cum in eo codi. Longo. q̄. particula sæpe superflua reperiat. Quam lectionem, nequis superstitiosam nimis arbitretur, in Ti. Donati commentarijs, Sergestum, nō Serestum, scriptum animaduerti: sed enim alios codicum authoritas facit, vt vulgata sequamur exemplaria. In quibus, lævaq; Serestum, habetur, qui & ipse primores iter enumeratur: vt lib. ix. conueniunt Teucri Mnestheus, acerq; Serestus. & eodem libro superiuv. Instant Mnestheus, acerq; Serestus. Quos pater Æneas, siquando aduersa vocarent, Rectores iuuenum, & rerum dedit esse magistros. Ad reginam enim cuncti delecti nauibus adcurrerant,

tur Hesiona, cōstat eē fabulosa. Sed Teucer cū Troia euersa, sine fratre esset reuersus, q̄ se furore, ,pter pditā Achillis arma interemerat, Salamina pulsus Sydona venit: ex quo Dido cūcta cognouit. Aiax āt Achillis patruelis frater fuerat: qin̄ Telamon & Pele⁹ fratres fuerūt Æaci filij. ſ Vastabat Cyprum.) Quam subactā cōcessit Teucro vt in ea collocaret imperiū. ſ Casus.) Hoc loco, ruinę, nō fortunę intelligēdus est casus. ſ Ipse hostis Teucros.) Troianorū laudis exaggeratio: q̄ ēt ab hoste laudanē. ſ Ferebat.) Laudabat, ,pferebat. ſ Teucrō a stirpe volebat. Propter gen⁹ maternū vt supra dixim⁹. Et plus ē qđ dixit volebat, quasi materno gaudens, refutaret genus paternum. ſ Tectis succedite nostris.) Ad conuiuiū Vocat. Nā iam supra dixit, Vrbe, domo socias. ſ Similis fortuna.) ſ. aduersa. ſ Nō ignara mali, miseris succurrere disco. Quare non disco? Quia non sum ignara. Bis enim intelligimus. Non, vt supra diximus: sic Sallustius, Segnior neq; minus grauis & multiplex cura.

DONATVS.

¶ Obstupuit ,pmo aspectu Sido. Di.) Primo, inqt, aspect⁹ Æneę sic Didonis animū cōmouit, vt obstupuerit visa ei⁹ forma, casum ei⁹ deniq; miraret. Redeam ad ſupiorē ei⁹ descriptionē iueniem⁹ ſtuporis ei⁹ cās: dixit. n. Os humerosq; deo similis, & cętera: recte ergo cōmota Dido obstupuit. Caso deinde viri tāto ,pmo, iquit, regnū tāti viri cōmouit aspectu, secūdo casus, quo liberari potuit, & ad ipsam nullis visus repēte peruenire, sic tñ & ipsa respondit. ſ Quis te nate dea.) Dicēdo in ,pma pte sermonis sui, nate dea, ostēdit se aliquā generis ei⁹ habere notitiā, & hoc licet apud Æneam

Universidad de Deusto
Biblioteca

possit esse mirabile,addidit indigne illum vt ex dea genitus,delatus sit per naufragia ad regiones suas. ¶ Tu ne ille Æneas? &c. Ecce & loco tetigit & Æneę ipsius nomen, & personam parentum,ostenditq; se miseratione cõmoueri, cum dicit,per tanta pericula, quis te casus insequi? natum ex dea? miratur enim quæ debuit potentia numinis sui demonstrari, aut tueri filium cõtrã omnia incommoda,nec tamen fecit:vt autem Æneæ admirationem auferret,qua idem teneri potuit,exponit ipsa, quomodo factum sit,vt & ipsum (quãuis opinione) & genus eius nosceret. ¶ Atq; equidem Teucrum.) Quando, inquit, Teucer pulsus patris regnis ibat ad nouam sedem colendam,transijt per patrem meum, & susceptus hospitio retulit, & casum Troiæ, & nomen tuum,& Græco cõmemoratione fecit, ex eo noui omnia, & memoria tenui.expositis causis, & narrato ordine fabulæ,offert vltro hospitium, maiorẽ humanitatis suæ gratiam sperans si eiusmodi beneficium non petita cõferret.¶ Quare agite o tecũs.) Cũ dicit, Quare agite. hoc debet intelligi. Cum videatis vos nõ esse incognitos, nota aũt esse mala vestra, & morẽ esse familiæ meæ, vt venientes vos excipiat,sicut Teucer a patre meo susceptus est ipsa quoq; vos tectis meis excipiã. ¶ Me quoq; per multos.) Nec pudeat:inquit,q; tantum vos attriuerit aduersa fortuna. cum.n. interuenit maior vis, æquo animo sustinẽda est, atq; vt hoc persuaderet,proponit exemplum suum, & dicit causas miserationis suę.ait enim,Et me,quam videtis velut felicem, aliquando infelicitas pressit,qua factum est,vt iactata per infinita incommoda ad hæc loca fortuna cogente perducta sim,vt ostẽderet etiã se inuitam in ipsis regionibus sedem collocasse. ¶ Nõ ignara mali mile. succurrere di.),Non disco, inquit,quantum laborem sustineant, quos aduersa fortuna persequitur : didici enim malis meis quẽ admodum succurrere miseris debeam.

ASCENSIVS.

¶ Obstupuit primo &c.)Hic ponitur honorifica responsio Didonis,p̃misso futuri,& iam pene incepti amoris indicio.Nam,q; primũ aspectu viri obstupuit,significat eã ad pulchritudinẽ eius intendisse animũ,quod amantiũ est.De hac re differit Donatus sic. ¶ Obstupuit.) Visa eius forma & cũ casum eius vehemẽter miraret quõ liberari potuerit, & ad ipsam nulli visus puenire. ¶ Quis te nate dea?) Ex his verbis ostẽdit aliquam sui generis notitiam habere,& quãuis hoc apud Æneã possit esse mirabile,ait indigne illum pati:vt dea genitus tẽpestate ad regiones fœuas delatus sit. ¶ Per tanta p.)Miratur pericula in eo, quę potẽtia numinis tueri debuit. ¶ Atq; equidem.) Exponit quõ hæc scierit, quare.f.cum videatis vos non esse incognitos & morem esse familiæ meæ : vt venientes excipiat,vt Teucer a patre susceptus est. ¶ Me quoq;.) Quam nunc videtis felicẽ,aliquando fortuna depressit, vt nõ pudeat calamitatũ,quę sunt æquo animo ferendę. Hæc ille. ¶ Ordo est. Dido Sidonia.i.ex Sidone profecta obstupuit primo.i.prius,seu primo loco:aspectu viri.f.Æneæ, cui Ven⁹ diuinos afflarat honores,& deinde tanto casu viri:& locuta est sic ore, quia prius obstupẽdo multa secum locuta fuerat mente (nõ est ergo pleonasmos,

Ordo.

SERVIVS.

¶ Indicit honorẽ.)i.iussit fieri supplicationes. Et bene idicit,qa Troiani iopinato venerant. Ferię aut legitimę sunt, aut indictę. Indici aũt dicunt, qa paupertas maiow ex collatione sacrificabat,aut certe de bonis dãnatow. Vñ & supplicia dicunt supplicatiões, quæ sunt de bonis, supplicia passorum. Salluvius, In supplicijs deow magnifici. Hinc ẽt sacrũ & venerabile & execrandũ intelligimus:qa sacrę res de bonis execrandow fiebant. ¶ Terga suũ.) Nõ declinatio u, hoc loco geminat:sed rõ noïs in quo est u,sicut & in rum mittit genitiuũ pluralem,nõ per declinationem,sed quia est in noie r,vt patrum,Alitũ vero vbi legimus,epenthesis est:sicut Mauortis vel induperatoris.Nam alitũ facit,vel Martis,aut impatoris. ¶ Munera,lætitiamq; dei).i.vinum,aut certe vt multi legunt, Lætitiamq; die,id est diei, Vt supra dicta munera, sint multorum dierũ vsui sufficientia. Intelligamus autẽ missa aliqua etiam ad vsum diei. ¶ Luxu.)Modo abundantia:alibi luxuria. Et notãdum qa affluẽtiam

Sic memorat:simul Aenean in regia ducit POE.
Tecta:simul diuum templis indicit honorem.
Nec minus interea sociis ad littora mittit
Viginti tauros,magnorum horrentia centum
Terga suum,pingueis centum cum matribus agnos
Munera,lætitiamq; die.
At domus interior regali splendida luxu
Instruitur:mediisq; parant conuiuia tectis.
Arte laboratæ vestes,ostroq; superbo:
Ingens argentum mensis,cælataq; in auro
Fortia facta patrum,series longissima rerum,
Per tot ducta viros,antiquæ ab origine gentis.

pleonasmos,nec vacat pticula,ore,vt sentit Seruius)O nate dea.f. Venere,quod ex Teucro didicerat:quis.i.qualis casus.i.aduersitas insequi?.i.instanter persequitur te per tanta pericula.q.d.cũ sis natus dea,deberes ab ea talibus eripi:nisi forte maioris numinis vis obstaret:iuxta quod (licet id nescit Dido:sed veritas veritati quadrat)poeta,vt læuę memorẽ Iunonis ob irã: addit ergo, quæ.i.qualis:vis.i, violentia applicat.i.appellit te oris immanibus.i.fœuis,cuiusmodi sunt Libycę,vbi Syrtes & Breuia sunt. Tu ne,sup.es (quod non interrogatiue,sed admiratiue nunc dicit.) ille.i.nobilissimus Æneas:quẽ alma Venus genuit Anchisę, Dardanio.i.magnanimo,& a Dardano orto:ad.i.iuxta vndã Symoëtis illius fluuij:Phrygij.i.Troiani. Atq; equidem.i.ego certe:memini.i.memoria teneo: Teucrum venire.i.vt Teucer.filius Telamonis venerit (vt Agretius docet,memini,verbũ prę̃sentis temporis efflagitat:vt memini dicere,memini videre, memini venire:non dixisse,vidisse,venisse : nisi rarius.) Sidona.i. in eam vrbẽ Tyri,cuias erat Dido : expulsum finib⁹ patrijs.i.patrię suæ, a qua per patrẽ,quod sine fratre redierat,exclusus est : & petentẽ noua regna : auxilio Beli.f.patris mei : nam Belus, genitor meus : vastabat.i.vastam,& desolatam faciebat tunc,Cyprum, insulam illã,Veneri sacram : opimam.i.pinguem : & ipse victor tenebat, eam : ditione,sup.sua : concessit autem Teucro : casus,i. euersio vrbis Troianę,est cognitus mihi ex illo tempore.i.post illud tẽpus:& nomen tuum,sup.est mihi cognitum : & reges Pelasgi, vt Diomedes,& alij cum qbus congressus es,sup.sunt cogniti mihi. Ipse.f.Teucer hostis.i.cum esset hostis,ferebat.i.extollebat Teucros, insigni laude : hostis autẽ erat ex parte patris,sed ex matris parte, natura inuitabat eum ad beneuolentiam nam mater eius soror Priami fuit:quæ forte effecit, vt Teucer vocaretur a Teucro illo antiquo,qui ex Creta Troiam venerat,ipse ergo Teucer hostis, quantum ad genus paternum,quod in gestis exterioribꝰ prę̃ferre cõgruit:cũ in Græcia natus sit,ferebat Teucros, vnde p matrem oriundus erat laude insigni.i.rara, & exellenti : & volebat.i.libenter ferebat.& tolerabat:se ortũ.i.oriundũ a stirpe antiqua Teucrow:quare agite:adhortãdi aduerbiũ:o iuuenes, fucedite nostris tectis.i.intretis tectanostra. Similis.i. aduersa fortuna:voluit quoq;.i. etiã me iactatã per multos labores (posset legi, per multos similes labores, nec essent duo epitheta,quia multum,nõ est plenum epithetum, licet.n.dicere, multi boni viri iconsuluerunt.)consistere demũ hac terra, ego nõ disco ignara.i. vt faciũt ignari mali.i.incõmodi:aut aduersitatis:succurrere miseris.i.didici per me ipsam,succurrere miseris:qa id quisq; facile misereat in alio,quod se passum difficulter meminit:nõ ergo videt, scit ignara:qa neq; ignara est:neq; didicit:subaudiri ergo videt, tanq; ignara:aut veluti ignara:vt sit,nõ disco tanq; ignara esse: aut veluti ignara discedere deberem.

PIERIVS.

¶ Quę Dardanio Anchisę.)Alma Venus Phrygij genuit Simoëntis ad vndam,Sunt qui Anchisę, casu septimo legant:verum antiqua exemplaria,Anchisæ,scriptum habent acquisitiuo casu.

ret.Nam omnes in illis partibus olem colunt, qui ipsorũ lingua Hel dicitur. Vnde & Helois. Ergo addita digammo, & in fine facta deriuatione a Sole regi nomen imposuit.

DONATVS.

¶ Sic memorat simul Æneam &c.) Vt ostenderet plená benignitatem animi,& Æneam duxit ad domũ,& ob eius aduentum honorem templis indixit,vt esset publica gratulatio, & ad societatẽ fœderis illius,etiam deorum fauor accederet. dehinc mortalitas sequitur, qua ostẽdatur humanitas plena. non.n.omnes aderãt, aut vniuersi poterant Didonis interesse conuiuio:præsentes igit detenti sunt,qui epulas sumerẽt cum regina,absentibus, & in litore constitutis missi necessaria victui, quæ abunde superessent, & qa munera cum ornatu suo Virgi.tangit,idcirco posuit. ¶ Nec minus interea.)Viginti,inquit,tauros, vt numero & genere aialium ornaret,quod laudare dispposuerat.si enim taceret de tauris & eow meritum, qui hos fuerant percepturi.plerunq; enim pro accepturi pśona,aut maioris meriti munera aut minora mittuntur. ¶ Magnorum horrentia centum terga suũ.) Ecce & hic a numero auxit beneuolentiam dantis,& magnitudine laterum horrentia pro admirãdis posuit, pingueis centũ cũ matribus agnos, nõ recessit a numeris,nec ab ipsa qualitate,pingueis agnos dixit, qui pingues non essent, nisi & eorum matres tales fuissent. Cito autem per centenarium numerũ ducenta fuisse capita demõstrauit.Munera lętitiãq; dei. In vino tantũ esse missum debemus intelligere, quantum congrueret cæteris, quæ speciatim munera sunt.Ordinatio sensus melius intellectũ patefaciet,q̃ est talis, Nec minus interea socijs ad littora mittit. & dicit q̃ sunt ipsa munera. Viginti,inquit,tauros magnow horrentia centũ terga suũ,& centum pingues cũ matribus agnos lætitiãq; dei. Littow fecit mentionẽ,vt intelligamus alios fuisse in secessu longo,alios in altero littore,qui cũ ilioneo fuerant liberati,ac per hoc oibus intelligit mississe, cum dicit ad littora. ¶ At domus interior.) Alia molie in descriptione regię domus : nam cũ hospites in conuiuium vocamus, pro eow meritis domũ cõponimus, si mediocres pśonæ sunt cũ quotidiano ornatu istructio solita remanet,sin vero magnifice,addimus multa repentina solitis,vt placeamus his, quos officio volumus,pmoueri. Æneas cũ ingenti tñ fama nois sui veniebat.Domus,inquit,Didonis cõtinuo vsu iam splẽdida istruebat in meliorẽ faciem,ne displiceret Æneę. idcirco nõ pronũciãdum est,vt simul vniuersa iunganť, sed separenť hoc mõ. At domus iterior regali splendida luxu,& interiecta mora dicamus instruit: Vt iam splendida ex vulgi cõsuetudine melius ornaref pp Æneam,

Virgi.

Universidad de Deusto Biblioteca

Æneam,Didonis.n.splendori assignari voluit,vel debuit hic ornatus & Æneę cõtemplatio considerari, ne regina ante aduentũ Æneę nullum regię ambitionis cultũ videaẽ habuisse, vt Æneas humilis redderet, si nihil,ppter ipsum præter consuetudinẽ iungeret ornatui. Domus ergo interior excolebaẽ solito melius,idcirco dixit interior,qa in exteriorẽ partem domus interim Troianos induxerat regina, donec necessaria victui pararẽtur. ¶Medijsq; parant con.te.) Quoniam futurum fuit plurimorũ conuiuium,vt fieri solet, vbi oẽs conuiuas non potuerũt capere, quęcunq; membra vel transitus fuerint.stratis plurimis occupãtur, hoc est quod dixit,Medijs tectis parant conuiuia. Videamus iam accumbentium ipsorũ rationem: hic enim virtus facultatum & diuitiarum reginę consideraẽ: & meritum singulorũ, qui cõmunicaturi conuiuijs fuerant: omnia,inquit,conuiuia miro splendore parabanẽ: sed fuit in ipso apparatu diuersitas propter distãtiam personarum,parabant igitur conuiuia. ¶Arte laboratę ve.) Hunc locum ex subiectis exponemus,vt appareat, cur ostro superbo alia parata sint: alia vero Arte laboratę vestes, cum enim omnis accumbentes describeret,ait:Cum venit, aulęis iam se regina superbis Aurea cõposuit sponda,mediamq; locauit, Iam pater Æneas,& iam Troiana iuuentus Conueniunt, stratoq; super discumbitur ostro.Ecce ostẽdit quod dixit, ostroq; supbo. Item dixit, Necnon & Tyrij per limina læta frequẽtes, Conuenere,toris iussi discũbere pictis.Vt responderet illi parti qua posuit,Arte laboratæ vestes.Honestius (vt fit) habendi sunt hospites,vt ijsdẽ stratis,quibus & regina vterentur. Alij vero toris pictis, hoc est Tirij.¶Ingens arg.m.) Idcirco adiecit mensis, vt ostenderet escarum argentum, ne putareẽ in ijs speciebus esse, quę longe essent ab vsu mensarũ.¶Collectaq; in auro Fo.fa.)Hic multiplex argẽti laudatio) nam fuit ingentis formæ, perindeq; magni ponderis, insignitum auro & decore mirabili, manu vero artificis ornatũ, vt ars cum speciei pretio certare videreẽ, pictura autem speciebꝰ ipsis adiecta, maiorũ gesta Didonis, & originem cõtinebat,quorũ contemplatione meruit longissimo tẽpore reseruari supplemẽtum laudis,& specierũ,& ipsius dominę, per tot ducta viros antiquæ ab origine gentis. Dignæ species, quæ antiquitatẽ ac felicitatem maiorũ Didonis picturis euidẽtissimis testarenẽ. Interea cũ videret Æneas parari conuiuium, se intra tecta vocatũ esse cum suis,tanta varietate munerum socijs missa,atq; in tuto.

ASCENSIVS.

¶Sic memorat.) Post orationem Didonis, docet magnificẽtiam eius in Troianos,& apparatum cõuiuij Æneę, & socijs exhibiti: vnde Donatus sic: Et quoniam non præsentibus solum consulendum erat, mittit ad absentes munera. Laudat a magnitudine, ꝙ tauri,& numero,ꝙ viginti, Si enim boues dixisset, iminuisset gratiam.¶Pingues.)Et ergo pingues erant,& ducenta ostẽdit capita.¶Munera lętitiamq; dei.)Vinum quod sufficeret omnibus. ¶Ad littora.) scilicet ad illos, quos reliquerat Æneas: & ad illos quos Ilioneus.¶At domus.) Ostendit, ꝙ cũ hospites recipimus: domus pro eorũ meritis est componenda. Ergo cum accipiẽdus esset Æneas tantus vir,domum regali luxu per se splendidam:tñ additis multis repentinis ordinauit.Ergo legẽdum,Domus splẽdida regali luxu,& interiecta mora dicamus,instruiẽ.¶Interim.) Quia interim in exteriorẽ partem Troianos induxerat, interior melius solito ornabatur.¶Medijs tectis.) Nam cum multa turba esset accipienda alibi tot triclinia sterni nõ poterant. ¶Cõuiuia.) Omnia conuiuia vehementer splendebant: sed fuit in apparatu diuersitas,ppter distantiam personarum. Nam hospites cum regina,recepti sunt in ostro superbo. Tyrij vero tanq; minoris dignitatis,in vestibus pictis,vt in textu videbis.¶Argentũ m.) Adiecit mensis,vt ostẽderet escariũ argentũ: ne putaretur in ea specie esse,quæ longe esset ab vsu mensarũ.Est multiplex argẽti laudatio.nam fuit magnũ,insignitũ auro,& miro artificio, vt ars cũ ipsius pretio certaret.Sculptura aũt gesta maiorũ cõtinebat,quorum contemplatione, meruit longissimum tempus conseruari.

Ordo. ¶Ordo est.Dido sup.memorat.i.recitat,sic.i.hoc modo: vt premissum est:& ducit simul Æneã in tecta regia, & indicit simul honorẽ.i.festiuitatẽ tẽplis:diuũ,pro diuorũ:hoc est iubet ob lætum aduentũ,& salutẽ Troianorũ,diẽ festũ agere,& ferias,seu vacationes facere:nec minus.i.& tamẽ etiam ipsa mittit interea, socijs.s. Æneę,ad littora.i.quos in littore dereliquerat Æneas:eis.n.succurrendum fuit,ne turpiter eorum immemor factus culpetur,qui ob eorum salutem exiuerat,viginti tauros, & centum terga suũ, id est porcorũ magnorũ,horrentia.i.horrorẽ etiam inducẽtia,aut aspera sale, & centũ agnos pingueis cum matribus, a qbꝰ nutriri adhuc diutius poterãt: nã decreuerat Æneã plusculos dies apud se detinere,donec classem reficeret:nõdum.n.de cõiugio eius cogitauit:sicut post recitationẽ de bello Troiano:& mittit munera,& lætitiam dei.s.Bacchi:hoc est,vinũ,quod lætificat cor hoĩs: aut die,pro diei: festi.s.vt & illi qui in littore erant: lætos conuiuas agerent:aut vt (Aulus Gellius legit) dij, pro diei eadẽ de causa:cæterũ autẽ munera sunt vina,sine quibus læti esse nequeant, nisi acceperit ab Ænea,eos adhuc vini sat habere,qa vina bonus q̃ deinde cadis onerarat Acestes. Misisse aũt videẽ ad vtrosq;, tã ad septẽ naueis cum Ænea appulsas,q̃ ad alias,vnde viginti tauros misit licet vna nauium perierit.At.i.sed: domus interior.i.aula seu regia splendida luxu.i.abundanti ornatu: regali.i.regiã maiestatẽ decẽte instruiẽ: & parãt cõuiuia in medijs tectis.i.aut intra tecta, vt sub dio in area inter tecta cõuixisse intelliganẽ.vnde dicturus est Æneas,suadentq; cadẽtia sydera somnos: quod nõ apte intra tecta dixerit.Pot aũt ordo esse, vt sit ministri Tyrij, parant tectis medijs cõuiuia:vt vero depingeret celeritatẽ operãtiũ: subticuit verba in sequẽtibus locutionibꝰ,quę sic supplebunẽ: vestes laboratę arte.i.artificiose factę:vt sit laus ab artificio,&ostro supbo.i. purpura magnifica:vt sit laus a materia:& colore, sup. extẽdunẽ, & argentũ ingens,sup.exponiẽ mensis,& fortia facta patrũ.cælata in auro:& series longissima rerũ.s.gestarũ,ducta per tot viros ab origine antiquæ gentis,supp.exponunẽ mensis:& hoc modo verbo,parant: deerit suppositũ: & multis suppositis sequẽtibus verbũ.Aut ordo sit,nihil subaudiendo talis,vestes laboratæ arte, & superbo ostro: parant,i. ornant conuiuia in medijs tectis, & ingens argentum.i.ingentia vasa,ex argento facta,& fortia facta patrum.i.maiorũ,a Belo primo,vsq; ad Belum, Didonis patrem; cælata in auro.i.vasis,aut toreumatis aureis, appositoriẽ, Series rerum longissima,ducta ab origine antiquæ gẽtis per tot viros, parant conuiuia mensis.i.exhibent apparatũ conuiualem, quãtum ad mensas.Vt aulęa parietes ornabant.

PIERIVS.

¶Munera lætitiamq; dei.) Minime mirũ, si tot authores diuersi abeunt in hemistichij huius interpretatiõe:cũ veteres quoq; codices,diuersissimi reperiantur.Quorũ quippe alij die, alij dei, alij dij legũt.Quod qdem cũ neq; ab Aulo Gellio,neq; a Seruio, neq; ab alio quopiam adhuc determinatũ esset, litem ego, quoq; sub iudice relicturus eram,nisi exemplaria fere omnia vetustiora reclamassent,dei,legendũ esse attestantia. Vitemq; in sacris, mystico sensu,lętitiã significare sacerdotes Ægyptij submonuissent,vt nõ insulsa sit interpretatio.Munera dei,quippe lętitiã,cuius paulo post Bacchus dator appellabitur, quæ qdem absq; vino frigidiuscula fuisset.Verũ de hoc latius in sacris Ægyptiorum literis. Huic porro sniẽ subscribit Ti.Donatus: apud quẽ, in itegris etiã cõmẽtarijs,ita scriptũ inueni.Munera, lætitiamq; dei:in vino tantum esse missum,debemus intelligere quantũ cõgrueret cęteris, quæ speciatim numerata sunt,ordinatio sensus melius intellectũ patefaciet,quæ talis est, Nec minus interea socijs ad littora mittit Munera, & dicit, quę sint ipsa munera. Viginti (inquit)tauros, Magnorũ horrentia centũ terga suũ, pingues centũ cum matribꝰ agnos, Lætitiamq; dei.scribe vero,lætitiam per t,syllaba pene vltima,nõn per ę, quod & ætatis eruditioris marmora, & ipsa numismata declarant, in Faustinæ enim Augustæ Nummo lætitia, per,t,scriptum obseruauimus: in Imp.Cęsa.Lu.Pertinacis Aug. lętitia temporũ:& eodem modo in plerisq; alijs.¶Antiquę ab origine gentis.) In Longobardico exẽplari, & in Mediceo, antiquã legitur, quod & in alijs aliquot animaduerti: idq; forsitan non inepte. Malunt tamen multi, antiquæ gentis ,legere, neq; id indecenter. Lectio.

Æneas(neq; enimpatrius consistere mentem
Passus amor)rapidũ ad naueis præmittit Achatem:
Ascanio ferat hæc: ipsumq; ad mœnia ducat.
Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.
Munera præterea Iliacis erepta ruinis

SERVIVS.

¶Æneas.) Sequiẽ rapidum ad naues.Cętera per parẽthesin dicta sunt.¶Rapidũ ad naues pmittit Achatẽ.) Nõ præmittit (nec enim sequiẽ ipse) sed prapidũ: quod ex affectu patris intelligẽdum est, nõ ex Achatis velocitate. Et sic prapidũ dixit,quo mõ Terẽt.Per pol q̃ paucos,hoc est per quã paucos,Pol.n.per se plenũ est iurantis aduerbiũ:cui præpositio separatim nunquã cohęret.¶Ferat.) Afferat, nunciet: vt Feret hæc aliquã tibi fama salutem.¶Stat.) Modo est: alias horret vt Stant lumina flãma, & Stabat acuta silex. Item plenum est:vt,Iam puluere cœlũ Stare vident.Stant & iuniperi & castaneę hirsutę. Itẽ positũ est:vt, Stant manibus aræ. Itẽ placet: vt Stat cõferre manũ, & Stat casus renouare omnis. Pro loco ergo hic itelligẽdus est sermo. ¶Iliacis erepta ruinis.)¶Cõmendat ex loci difficultate vt,Nec tuta mihi valle reperti.Item ex psona,Ornatus Argiuæ Helenæ, & Ilione quod gesserat olim.vt,Hoc Priami gestamen erat.IQuẽadmodum plerunq; ex longitudine,vt Terentius, Ex Æthiopia est vsq; ancilla hæc.¶Erepta.) Laborat hoc sermone probare ab Ænea non esse proditam patriam,si ornatus Helenæ:quã cum Antenore Troiã prodidisse manifestum est,ex incendio eripuit, bellorũ casu,non pro præmio proditionis accepit.¶Signis auroq;.) Signis aureis: vt Molemq; & montis.¶Pallam rigentẽ. Duram propter aurũ, sicut & nouas vestes videmus.Significat autem tunicæ pallium: quod secũdum Varronẽ palla dicta est ab irrugatione,& mobilitate,quæ est circa finem huiusmodi vestium, ἀπό τοῦ πάλλειν. ¶Velamen.)Cycladem significat. ¶Acantho.) Genus virgulti flexuosum,quod vulgo Herbacanthũ dicunt: In cuius imitationẽ arte vestis ornatur.¶Ornatus argiuæ Helenæ.)A vicinitate dixit Argiuæ.Et paulo post Mycenis:cum Spartana fuerit,quę ciuitas est in Laconia.Nam legimus, Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter.Et vide iam omen infelicitatis futurę: cũ adulteræ suscipit munera.¶Incõcessosq; Hymenęos.) Et fato & legibꝰ. Hymenæus autem,vt alij dicunt,deus est nuptiarũ.Vt alij, qdam iuuenis fuit,qui die nuptiarum oppressus ruina est,Vnde expiationis causa nominatur in nuptijs,sed falsum est. Nam vitari debuit magis nomẽ extincti.Sed hoc habet veritas,Hymenęus quidam apud Athenas inter bella sæuissima virgines liberauit: quã ob causam nubentes eius inuocãt numen, quasi liberatoris virginitatis.Hinc etiã apud Romanos Talasio inuocaẽ. Cum enim raptu Sabinarum Plebeius quidam raptam pulcherrimam duceret: ne ei auferretur ab alijs, Talasionis eam ducis nobilis esse simulauit,cuius nomine fuit puellę tuta virginitas.¶Matris Ledæ mirabile donum.)Vel quod ipsa filię, vel quod ei Iuppiter dederat.¶Præterea sceptrum,Ilione.) Bene offert munera apta personis, sicut etiam Latino in septimo. ¶Maxima natarum Priami.) Quia ante etiã fœminæ regnabant:prę sertim primogenitę,vnde est Maxima.Hæc aũt vxor Polymestoris fuit.¶Colloq; monile.) Ornamẽtum gutturis, quod & segmẽtum dicunt, vt Iuuenalis, Segmenta & longos habitus.Licet segmentatas vestes dicamus: vt ipse,Et segmentatis dormisset paruula cunis.¶Baccatũ.)Ornatum margaritis,Dicimus autem & hæc margarita, & hoc margaritum,& hæc margaris, quod græcum est quo modo Nais. Sanè multi separant gemmam & margaritam,vt Cicero,Nullam gemmam aut margaritã,& gemmas volunt dici diuersi coloris, margaritas vero albas, vel gemmas integras, margaritas pertusas. Duplicem gemmis,auroq; coronam.)Duplicẽ aut latum:vt,Duplici aptantur dentalia dorso. Item, Aut duplex agiẽ per lumbos spina. Aut certe re vera, Duplicẽ gemmis & auro.¶Hæc celerãs.) Celeriter facere cupiens. Hymenęus.

Ferre iubet,pallam signis,auroq; rigentem,
Et circuntextum croceo velamen acantho,
Ornatus Argiuæ Helenæ:quos illa Mycenis,
Pergama cum peteret,inconcessosq; Hymenæos:
Extulerat,matris Ledæ mirabile donum.
Præterea sceptrum,Ilione quod gesserat olim
Maxima natarum Priami:colloq; monile
Baccatum,& duplicem gemmis,auroq; coronam.
Hæc celerans iter ad naueis tendebat Achates.

DONATVS.

¶Rapidum, inquit,ad na.prę.ac.As.fe.hæc,ip.q;.ad.m.) Hic ab his qui verũ intellectum nõ aduertunt exoriẽ quęstio,quia dicit præmittit Achatẽ,cum ipse secuturus nõ esset, Rapidũ pro valde rapidum intelligendum,hoc est satis velocem mittit ,pprie & necessarię positum est: vrgebaẽ.n,Æneas pietatis ratiõe, vt videret maturius filium rebꝰ.s.in tuto collocatis, vrgebatur alia quoq; causa, nam cũ vellet aliqua munera Didoni offerre opportunũ tempꝰ,quod tradendis muneribus ante horã conuiuij eẽ debuit nolebat amittere.Rapidum ergo Achatẽ pręmisit, hoc est mãdatis instructum,vt anteq̃ prandereẽ veniret, & celeritate reditus prandio nõ præueniente munera opportune pręferret. Ascanio ferat hæc,ipsumq; ad mœnia ducat,¶Omnis in Asca.)Securus de oibus effectus Æneas,de solo iam vidẽdo filio cogitabat: deniq; misit,qui ei nunciaret,quę gererenẽ: & misit eũ de cuius relatione non dubitaret Ascanius.probamẽta autẽ tutæ securitatis, his indicijs fuerunt, ꝙ eũ pater ad se venire pcepit. eius.n.solius remanserat cura qui prudẽtia patris fuerat reparatꝰ.¶Munera pręterea.)Multiplex laudatio munerũ,quæ properabat Æneas ante initũ cõuiuium dare: nã vt dictũ est,ob hanc cãm præmiserat,vt horã prãdij pręueniret.Gratior.n.prãsurꝰ accũberet oblatis traditisq; muneribus tantis ac talibꝰ.munerũ ergo ipsorũ laus iducitur,per quę ostẽtatio posset existere, vt q̃ fortuna & felicitas Troianorũ fuisset, posset ostendi: & probaretur animꝰ largitoris, qui talia habere vel donare potuisset:prima ergo ipsorũ laus est, ꝙ essent erepta de ruinis patrię cũ incendio superata concideret, quæ ipsa duplici ratione intelligunẽ, de magnis,erepta, & plurimus,diximus.n.occasione specierũ ipsarũ Æneã laudari:si.n.casu quod potuit,rapuit,intelligiẽ habuisse meliora illis, quæ incẽdia consumpserãt,aut ruina oppresserat: aut si habuit eligẽdi copiã, vt quod vellet eriperet,non abstulisset,nisi quod esset meriti potioris.¶Pallam,inquit,sig,a,q;.ri. Et cir.) Helenam ferũt Argiuã veterũ fabulæ,& oĩum cõsensus authorũ fuisse pulcherrimam in tantũ, vt eius forma infinitorũ pictorũ & peritissimorũ redacto in vnum maximo numero,fœminarũ quoq; propositis corporibꝰ nudis pingi nequiuerit. Itaq; quæcunq; fœmina formosa fuerat, Helenæ nuncupabaẽ noĩe, etiam si pulchritudinis ratiõe Argiuæ Helenæ ęquari nõ poterat,vt vel noĩs similitudine iuuaretur,vt diceret esse qđ nõ erat. Idcirco Virgi.ait, Ornatus Argiuæ Helenæ,vt regionis signo monstraret de ea loqui Helena, q̃ pingi nõ potuit:addẽs alia vt lecturos redderet certiores. ¶Quos il. My.)Diximus ergo pmũ meritũ istarũ specierũ esse, ꝙ sint ereptæ de ruinis & casibꝰ patrię,accedit aliud.ipsa,n.Helena cũ esset regis vxor,perindeq; locupletissima,cũ iret ad Troiã,has vtpote præcipuas secũ sustulit,non rediturã se sperãs ,ppter admissum adulteriũ.nam idcirco positũ est, Quos illa Mycenis Pergama cũ peteret incõcessosq; Hymenæos Extulerat,addidit ẽt matris Ledę mirabile donũ,vt tantę pulchritudinis,& tanti meriti spẽs nisi a matre donari nõ potuerint:& cũ donarenẽ miratos esse, q vidissent, cum laudare illas potuissent. Has ergo idcirco secũ dixit auexisse, ꝙ ipsis vtereẽ quoties volebat esse formosior ipsis etiam sine dubio adultero suo melius placitura. Ecce meritũ munerũ quot generibus vel modis expressit quæ superabãt formã, quę pingi nõ potuit,pulchrioremq; reddebant.dicẽdo ergo ornatꝰ Argiuę Helenæ,hoc intelligi Virg. voluit,speciebꝰ ipsis superatam illius mulieris formã, redditãq; pulchriorẽ. ¶Præterea sceptrũ.)Huic quoq; addiẽ meritũ sic.¶Ilione qđ gesserat olim.) Quod habuit, inquit, pcipui & nobilis regis filia,& natu maxima.solent,n. religiosi parẽtes,quæ habẽt optima,filijs deferre maioribꝰ.¶Colloq; monile Baccatũ.)Hæc quoq; admiranda debẽt intelligi.nõ enim dissimilia esse possent,quæ tantus tanq; opulentissimus rex,& beneuolus pater filiæ natu maxiæ cõtulisse dicebaẽ. ¶Hæc celerãs.) Celerans,inquit,laudat hoĩs diligentiã, qui mãdata cũ celeritate complebat,quorũ effectus cũ pdictis causis ex rõne tẽporis vrgeretur, maturitatem plenissimam requirebat.

ASCENSIVS.

¶Æneas,&c.) Vt paternæ psonæ decorũ quoq; describat,& Iulij, quẽ præcipue laudare ob Iulium Cæsarẽ constituit,honorificam mentionẽ facit poeta. Et docet quã circa illum habuerit Æneas curã,vtiq; regalibꝰ donis,magnificæ munificẽtiæ Didonis rñderit. Verba Donati de hac re sunt.¶Præmittit.) Nõ qa esset secuturus,nec intelligiẽ,prapidũ mittit:sed premittit,i.añ prandiũ mittit: vt maturius videret filium: & vt afferrenẽ munera, quæ Didoni dare volens, inter epulandum cõmodissime dabanẽ. Maior enim erat futura conuiuij voluptas.& præsentia Ascanij, & oblatione munerum. ¶Omnis in A.) Nam reliquæ curæ iam semotę erant.¶Munera)Hæc conuiuium gratius factura erant,& poterant ostendere quãta vrbis fuisset felicitas.¶Erepta.) De magnis & plurimis, credendum est meliora rapuisse. ¶Argiuæ H.) Hanc adeo formosam fuisse dicunt, vt eius forma, redacto maximo peritissimorum pictorum in vnum numero: propositis, & formosissimarum mulierum nudis corporibus pingi nequiuerit: ergo quæcunq; erat formosa,ab ea appellabaẽ Helena.Sed Virg. Argiuæ dixit,vt de illa sola intelligeretur.¶Extulerat.)Nam cum esset regis vxor.& locupletissima, & iret ad Troiam, has vt præcipuas secum abstulit, non rediturã se sperans, propter admissum adulterium:propterea addidit inconcessos Hymenæos. Helena.

Universidad de Deusto
Biblioteca

℟Lędę mirabile.)vt tam pulchra,nisi a matrę donari non potuissent:& cum donarentur,miratos esse,qui viderent. Adduxit autē vt his vteref, quoties adultero formosior videri volebat, Ergo superabant formam quæ pingi non potuit, pulchrioremq; reddebant.℟ Maxima.)solent.n.religiosi parētes:quæ habēt optima filijs,deferre maiorib⁹.℟ Baccatū.)Neq; hęc dissimilia eē debebāt, quę optimus pater,& ditissim⁹,maxie illi dederat. ℟Hęc celerās.) Laudat hois diligētiā.

Ordo. ❡Ordo est, Æneas pmittit.i.antequā cœna cū apparatu suo totaliter extructa esset: aut priusq; Dido, socijs ad littora.misit viginti tauros,&c.& id potius placet,q; vt cū Seruio dicā,misit præripidum,& nō pmisit, qa ipse secutus non est. Nam licet ipse secutus nō est, alij tñ qui dona Didonis attulerūt, subsecuti sunt:præmittit ergo anteq; Dido suos mitteret, rapidū Achatē ad naueis.s.quas ipse in littore dereliquerat: præmittit, dico,licet paulopost abituros eo sciebat ministros Didonis: eni, pro qa: amor patrius.i.paternus,non est passus mentē.s. Æneæ cōsistere.i.quiescere:& trāquillam esse,tractū a mari,cui sæpe fluctuatio mētis cōparaf,pmittit,dico,sup.vt(quæ particula honeste reticeri solet) ferat.i.adferat:aut nunciet, & dicat,Ascanio.s. filio suo Iulo:hæc.s.quę dicta,& facta sunt,quasi vero ipsum iam tunc ad imperiū destinatū consiliorum suorum comitē effecerit, & vt ducat ipsum ad mœnia.s.Carthaginensia. Nam sup. ois cura parentis chari.i.redamati a filio: stat.i.cōsistit in Ascanio: preterea ipse iubet ferre.i.afferre, munera.i.pretiosam supellectilem, vñ munera faciat:erepta ruinis Iliacis:cū iam in manus hostiū ventura essent:id aūt dicit,ne a suis iniuste abstulisse, aut a Gręcis,ob proditionē ea accepisse damnef: munera, dico, videlicet Pallā.i. chlamydē muliebrē,rigentē.i.vix plicabilem, signis aureis:& velamen.i.Cycladē: Achanto croceo.i.flexuosum in morē Acāthi, & crocei coloris,circuntextū.i.qd'circuntextum erat in fimbrijs pallæ: appositorie,ornatus Helenæ Argiuæ,potius diceret Spartanæ,sed Argi,Spartis vicini sunt,quos.s.ornatus. illa.s.Helena, extulerat Mycenis,pro A mycenis.cū.i.quādo ipse peteret Pergama.i.Troiam:& Hymeneos.i.thalamos matrimonialeis incōcessos.i.negatos a dijs & legib⁹, qa alteri nupserat,extulerat, dico:p aliā appositionē: donū mirabile.i.admiratione dignum, matris Ledę.i.qd'a Leda matre,aliquādo dono acceperat, & ideo vt rem charissimā,& pretiosissimā,relictis cæteris,extulerat eā pallā.pręterea.i.insuper,sup.ferre iubet, sceptrū.i.regalem virgā quod.s. sceptrū, Ilione maxima natarū Priami,quę.s.inter filias se reginā gereret,gesserat olim.s.cū Troia vigeret:& vt ferat monile baccatum.i.baccis hoc est vnionib⁹,siue margaritis ornatū collo.i.qd' Ilione collo gesserat:& vt ferat coronā duplicē,gēmis & auro.i.q ex duob⁹ cōstabat ex auro.s.& gēmis.i.lapillis pretiosis, Achates celerans.i.celeriter peragēs hæc,tendebat iter ad naueis.

PIERIVS.

❡Inconcessosq; Hymenæos.) Historia de Hymeneo adolescente: Atheniense,qui raptus a piratis, virgines in libertatem vindicauerit: In antiquis plerisq; Seruij codicibus manu scriptis non reperitur,quare vereor ne illa sint adulterina.

SERVIVS.

At Cytherea nouas arteis,noua pectore versat
Consilia:vt faciem mutatus,& ora Cupido
Pro dulci Ascanio veniat:donisq; furentem
Incendat reginā, atq; ossibus implicet ignem.
Quippe domū timet ambiguā Tyriosq; bilingueis.
Vrit Atrox Iuno:& sub noctem cura recursat.
Ergo his aligerum dictis affatur Amorem.
Nate,meę vires,mea magna potentia solus, VE.
Nate,patris summi,qui Tela Typhoea temnis,
Ad te confugio:& supplex tua numina posco.
Frater vt Æneas pelago tuus omnia circùm
Littora iactetur odijs Iunonis iniquæ:
Nota tibi:& nostro doluisti sæpe dolore.
Hunc Phœnissa tenet Dido:blandisq; moratur
Vocibus:& vereor quò se Iunonia vertant
Hospitia:haud tanto cessabit cardine rerum.
Quocirca capere ante dolis,& cingere flamma
Reginā meditor:ne quo se numine mutet.
Sed magno Æneæ mecum teneatur amore.

❡At cytherea.) Ab isula quæ numero tātū plurali dicif:vt, Sunt alta Cythera. ℟Nouas artes.)Ars τῶν μέσων est:cōe nomē est ad multa ptinēs: vnde sine epitheto male ponif, vt bonas artes, malasq; artes dicam⁹.℟Faciē mutat⁹.) Nota figura ē.Qd'aūt addidit, & ora, perissologia est.Donisq; furētē Incēdat reginā.) Incēdat & furere faciat, vt animūq; labātem ipulit.℟Quippe domū timet ambiguā.)In qua habitat mutabilis fœmina:vt Variū& mutabile semp fœmina. Item Iuno in.iiij.Suspectas habuisse domos Carthaginis altæ. ℟Tiriosq; bilingues.) i. fallaces. Nec.n.ad linguā retulit, sed ad mētē. ℟Sub noctē cura recursat.)Circa noctē.Et sciēdū qa cū tēpus significaf. Sub ppositio accusatiuo cohæret: vt, Aut vbi sub lucē densa inter nubila sese Diuersi rūpunt radij.℟Ergo his aligerū dictis affaf amorē.Latini deū ipsum Cupidinē vocant: eo q facit amorē. Sed hic imitatus est Græcos: qui vno noie vtrūq; significāt. Nam amorem dixit deū:sed discreuit epitheto.Sanè nomē hoc,rōne nō caret. Nam & qa turpitudinis est stulti cupiditas,puer pingif: vt inter quas curā Clymene narrabat inanem.i.amorē. itē qa impfectus ē in amātib⁹ sermo sicut in puero: vt Incipit effari, mediaq; in voce resistit. Alatus autem ideo:qa amātib⁹ nec leuius aliqd, nec mutabilius inuenif: vt in ipsa pbaf Didone. Nam de eius īteritu cogitat: cuius pauloante amore deperibat: vt, Nō potui arreptū diuellere corp⁹. Sagittas vero ideo gestare dicif, qa & ipsę incertę velocesq; sunt. Et hæc rō pene in oibus alijs numinib⁹ pro potestatū qualitate formaf. ℟Nate,meę vires.) Aut qa Veneria voluptas exerceri sine amore non pōt: aut fm Simonidem,qui dicit cupidinē ex Venere tantū esse progenitū. Quanquā alij dicant ex ipsa & Marte,alij ex ipsa & Vulcano: alij vero Chai & primę rerū naturę eū esse filiū velint. ℟Solus, Nate.) Qui Iouis cōtemnis fulmina, quæ dijs cæteris solent esse terrori.℟Patris summi.) Nunc qdē de Ioue, pprie dixit. Sciēdum tñ pro qualitate rerū vel personarū, summū deum dici, vel patrē. Nam vnusquisq; summū putat esse eum quē colit: vt Summe deū sancti custos soractis Apollo.℟Typhoea.) Multi Typhoia legunt: vt cerealia,& cerealea. Typhoea aūt dixit, nō qbus Typhoeus vlus est, sed qbus Iuppiter in Typhoeum: a spolijs.i. virtute & victoria, epitheton posuit, vt Scipio Africanus & Metellus Creticus.℟Temnis) Aphæresis est pro cōtemnis. Hac aūt laude hoc agit, facile eū posse cōtemnere Iunonē q cōtēnit & Ioué. ℟Ad te confugio.) Personarū rō facit laudis augmētū.℟Tua numina.) Possibilitatē. Et notandū vnū deū plura habere numina: vt supra dixim⁹.℟Frater vt Æneas.)Cōciliatio a qualitate psonæ,vt,aūt est quēadmodū:qd' in pnunciatiōe extēditur, qñ tpis nō est. ℟Iacteturq;.) Vacat q.℟Odijs Iunōis iniquę.) Iusta cā petitionis ostēditur. Odiū aūt,o in noie breue est: in verbo longū,vt Odi. Quēadmodū liquor,li, breuis est: liquif lōga.℟Nota tibi.(Græca figura est:vt Terē.Mira vero militi quæ placeāt.℟Et nostro doluisti sępe dolore.(Nostro aūt,eo quo & ego:aut doluisti : ideo qa me dolentē vidisti,vt doleo illa re. ℟Phœnissa.) De Phœnice.℟Tenet.) Moraf. ℟Quo se Iunonia vertant hospitia.) Quo in quā partē. Iunonia autē hospitia,Carthaginē dicit:vbi habitabat Iuno, vt hic illi⁹ arma. Aut certe hoc ipsum vereor q Ænee Garthago in hospitium patuit,vt est, Timeo Danaos & dona ferētes.℟Haud tāto cessabit cardine rerū. ℟Aut δεικτικῶς dixit,ne intantū qdē, hoc est breui occasione cessabit, breuē occasionē oracula dixit deorum fauorē.s. Neptunni, Veneris,Mercurij ad iussionē Iouis. Aut simpliciter intelligēdum est, Non poterit in tanta rerum opportunitate cessare: vel in ipsa.s.appulsione Carthaginis:vt sit de prouerbio tractum, de quo dicitur, Res in cardine est, hoc ē in articulo. ℟Quo circa.) Quapropter.℟Meditor.) Mente pertracto.℟Ne quo se numine mutet.) Quo vel vacat, vel pronomen est. Et bene supprimit numen Iunonis: ne eius frequenti cōmemoratione Cupidinem terreat. Magis enim vult eum intelligere q audire Iunonē: aut certe aduerbium est:vt sit, Timeo ne se numine Dido aliquā cōmutet in partem. ℟Mecum.) id est cum officio Venerio, Nec potest intelligi, quēadmodum ego. Aliter enim a matre Æneas, Aliter amatur a Didone.

DONATVS.

❡At cytherea.)Hoc est cum hæc gererentur.℟Nouas artes.)Magna & necessaria metuentis Veneris deliberatio,cuius estus augebat, consideratio loci, temporis, atq; personæ. Æneas quippe Achatem

Achatem miserat,qui mandata eius debuit implere,solicitabatur Venus,q iam teneref Æneas. Credendus eo & cōmittendus non fuit nepos,q̃uis.n.fuissent Troes libenter & tota humanitate suscepti,metuebatur tamen hominū natura infidelis & fallax stimulabat Iunonis pessimum studiū, ne tēporis opportunitate,captata,occasione quoq; loci suadente,qui Troianos in vnū congesserat,quos naufragiū extinguere non potuit,faceret in terris Carthaginis interire.Exquirunf igitur artes nouæ,& cōsilia elaborata capiunf,vt Ascanius nō pergeret,& Achates tamen iussa cōpleret,quāta subtilitate vsa est Venus, vt deductorē ipsum primitus falleret,dehinc ceteros,ad quos fuerat Cupido venturus sequēti etiā patrem hoc cōmentū proficiebat,esse illi parti,q solicitabant Venerē temporis ratio,& exiguę substātię, quia nec resistendi copia fuit per paucos,nec fugiendi, q hyemis causa, & nauiū vitijs impedirenf,quas constabat esse conuulsas.His itaq; cum merito angeretur,prouidendū fuit, ne vbi filius eius cum periculo & leui amicitia tenebaf,mitteretur & nepos, ne si forte aliquid aduersi existeret,omnis progenies interiret. Magnū itaq; exigebat solicitudo ista tractatū, vt neq; Ascanius pergeret,neq; Æneæ preceptis negaref effectus, nihilominus etiā ipsius Æneæ salus vno eodemq; consilio collocaref in tuto.Statuit ergo fm definitionē tractatus sui Cupidinē in Ascanij figuram cōmutandū, atq; mittendum : vt hoc genere Ascanium subtraheret, amaret Æneā Dido, Æneas ipse tutior redderef,vinceretur perinde inimicę factio,vt etiā si aliquid aduersi niteref,implere non posset, cessantibus vniuersis,per quos nocere posset.℟Ergo his aligerum.)Cum inducitur allocutio Veneris ad Cupidinē, ibi consilia omnia noue inuēta panduntur, & quia exigebat ratio temporis breuitatē, paucis vsa est,sed multa cōplexa, seruata illa parte rhetoricæ disciplinæ, sine qua orator nihil est,nam & personarū, & loci & temporis rationē tenuit,& quid vellet exposuit,& quo modo fieri posset ostēdit,honestum quoq; facile & necessariū demonstrauit,quęstionibus,quę impedimēto esse negocio possent,quasi obiectis respondit, Duxit ergo a nomine naturali principiū dicendo.℟Nate,)Et mira arte hoc primū posuit.Officia enim sanguinis filij parētibus in quibuscunq; causis negare non debent:& tunc magis cogunf ad implendū,quod parentes voluerint,si blandimentis potius q iubendi authoritate prouocenf. Sequitur.℟Meæ vires mea magna potentia.)Vendicat sibi,inquit, necessitudo parentū quicqd liberi possunt.hoc loco Virgilius docet,inter filios & parentes tale debere esse volendi aut nolendi studiū,vt in multis licet corporibus volūtas vna & necessitudinis vinculum indistinctum integrumq; perduret.℟Solus,nate patris summi &c.)Sunt qui ita distinguunt,mea magna potētia solus,sed tunc posset, cum melior ratio non occurreret.Idcirco enim positum est, solus nate patris summi qui tela Tiphoea temnis,vt ostēderef facile esse,quod Venus effici cupiebat. qui enim potuit fulmen Iouis contemnere,& quibus Tiphoeus exarsit, facilius potuit mentē fœminæ possidere.Et illud intelligi potest idcirco Iouis cōtempti factā esse cōmemorationē,ne ille se excusaret propter Iunonē. Sic.n.cōtemptus est aliquando Iuppiter & amori subiugatus, Iuno proculdubio contemni debuit,quam inferiorem esse cōstabat.fecit ergo beneuolum dicendo filium,fecit beneuolum dicendo, q potior esset ipso Ioue diuersis eum amoribus exagitando:fecit beneuolū dicendo,potentia mea, & quicquid virium habere me puto,per te habeo:arsit incēdio tuo Iuppiter,nullius debes in desiderio meo cōtemplatione reuocari. Ecce addit alia,quibus eū ad complēda quæ necessitas exigebat,ratione pietatis vrgeret. Ad te,inquit,cōfugio,si esset alter,qui tantū mihi deberet,aut tantū posset, quātū tu potes,ipsum quærerem,nunc quia solus es qui debeas velle,& possis implere quod volo:nō tantū confugio ad te,verū etiā supplex tua numina posco.Ecce oēs partes executa est,quippe & admonuit pietatis vt filiū,& rogauit vt deum, vt omni ex parte coarctatus,nō deesset obsequijs matris.Quid putamus ei oneris accessisse,cum rogatus est ab ea,quę authoritate parentis iubere debuerat:sed hoc necessitas fecit,vt ille precib⁹ & necessitudine sanguinis flexus rebus rite complendis operam daret.peracta principiorum parte,qua fecit beneuolum, cōsequenter facit attentū, qua occasione ostēdit cōsilij sui causas dicēs.℟Frater vt Æneas.) Posteaq; beneuolum fecit & attentum, incipit docilē facere subiuncta cōtinuo narratione totius negocij, sed præmittit necessaria, quibus animus audituri nō immerito mouetur nō recedens a personarum ratione: nam in principijs se appellauit matrem & Cupidinē filium,hic Æneam noluit filium dicere,sed quod faciebat ad causam,frater,inquit,tuus,ostendens operam eius non in extranei alicuius negocio,sed in fratris esse necessariā, quod fuit sine dubio honestū,& pium,vt frater pro fratre laboraret,vel maxime in salutis causa,dicta Ænee persona, dicit labores eius cum miseratione,infortunia quoq; infanda cōmemorās. Et vt magis auxiliandi prouocaret affectum,dicit eum omnia immeritū pati, & deformat inimicæ personā, quæ persequeretur innoxiū.cum enim dicit, Frater vt Æneas pelago tuus omnia circū Littora, iactetur odijs Iunonis iniquæ,iniquā dicendo ostendit, Æneę nullam culpā extare.Iniquus est enim quisquis nō præcedēte peccato persequitur quenq;,& perniciose persequitur,atq; vt vere iniquam probaret,& maiore oneraret inuidia, persequif,inquit,eū omnia circum littora,vt nullo loco nocendi occasionē prętermiserit,ac per hoc, nec in præsenti omissurā intentionē odij sui.his addidit, nota tibi.& hoc ad laudem Cupidinis pertinebat.maximum.n.crimen eius esset,si fratris aduersa nesciret:vnde autē Venus nota esse fratri fratris incommoda diceret, ipsa euidēter affirmat dicēdo.℟Et nostro do.sæ.do.)Hoc genere cōpellet eū ad ea cōplenda, quæ fratri essent profutura.si.n.præteritis frequenter doluit, debet etiā nunc cauere,ne iterū dolēda succedant.℟Hunc Phœnissa tenet Dido.)Præstruit sine labore posse pfici,quod erat dictura faciendū.Iam,inquit, tenet eū Dido vsq; adeo bona volūtate,vt fabulis blandis moras procuret,ne quoq; abscedat,ostendens nō esse difficile,vt teneaf animus eius affectu, ac per hoc nō esse iam necessariū amoris initiū,quod habere difficultatē posset, sed amoris augumētū,verū ne Cupido diceret,si iam amat, quid opus est vt ad eam pergā:vtrūq; poeta seruauit, & ostendit nullā esse in causa difficultatē, q iam Dido amaret.Et dixit necessitatē, qua ipsius amoris desideraref augumentū. Ait.n.℟Vereor quo se.)Cum hoc dicit,ostēdit talē amorē Didonis fuisse, qui ratione Iunonis quæ in illa ciuitate magna veneratione coleretur,posset abrumpi,proinde necessario quęri rebus iā collocatis fundamētum,vt talis amor imponeref Cupidinis opera,quē inimicę potētis visus expugnare nō posset, voluntarius quippe amoris assensus,& humano arbitrio exortus facile potuit eadē volūtate dissolui,etiā si Iuno e diuerso nō esset, sin vero diuinis ardoribus fuisset iniectus,hunc nec Didonis perfidia rumpere potuisset nec Iunonis authoritas.℟Haud tāto ces.car.re.)Cardo est proprie qui ianuā tenet,vel postis:hic fidē facit cum fores claudunf,& tribuit firmitatē,deniq; ipse Virgilius cū patefactū priameiæ domus vestibulū diceret.Et emoti,inquit,procumbūt cardine postes.Translatione igif hic vsus poeta ait, haud tāto cessabit cardine rerum. erat.n.in potestate dissoluere amorē, quē voluntate susceperat. cæterū diuinitus impactus nō posset humano arbitrio submoueri:asserit ergo necessariū esse remediū, cui omnis illa factio superata succumbat. Idcirco ait.℟Quo circa capere ante dolis.)Vt nō tm̃ amet Æneā,quantū iudicio suo amādū putat, sed tantū maiore violētia cogatur in amorē,quātū mater amat filiū,cuius amor nullius violentia numinis valet abrumpi. Quocirca capere ante dolis,tractat Virgilius prępeniēda remedio mala,quę metuimus ne accidant,q velle afflictis rebus,& perditis subuenire. Narrata desideriorum summa, quæstionibusq; omnibus diligēti examinatione discussis,vt super effectu desiderij cōplēdo, instructū Cupidinē redderet,necessaria protulit, plurimū.n.prodest in rebus gerendis iuuare cōsilio eū, quē in negocio expediēdo prętecerit quisq;,libenter quippe mādata suscipiet, cū aduerterit impositū munus cōpendioso remedio releuatū,dicit ergo cōsilium suum instructū ratione personę,loci quoq;,& temporis,temporis quo Ascanius iussu patris venire præceptus est,hoc est quod ait.

ASCENSIVS.

❡At Cytherea nouas arteis, &c.)Interea(inquit)dum pro Ascanio missus accelerat Achates,Venus verita, ne Dido a Iunone solicitata,quidquam mali Æneæ moliatur, vult eam capere amore Æneæ:quo circa Cupidinē,deum amoris, qui se in mille formas transmutare nouit,qui & filius Veneris est:rogat vt pro Ascanio: ad Didonē ductus illi occultū inspiret amorem,quod & factū est. Vnde dicetur alibi:Ardet amās Dido. Donatus dicit hoc loco sic. ℟At Cytherea.)i.dum hæc gererentur. Necessaria metuentis Veneris deliberatio,cuius æstus augebat cōsyderatio loci tēporis & personæ.Erāt ab Achate perficiēda iussa. Et periculosum credere nepotē,eidem periculo in quo erat Æneas,ne tota simul,pgenies interiret.Nam quāuis Troiani essent humane suscepti,metuebatur fallax natura Tyriorū:& stimulus Iunonis,ne ipsa opportunitatem loci,& occasionē temporis nacta, terra opprimeret, quos mari extinguere nō poterat.℟Nouas arteis.)Artes ergo nouæ.i. consilia elaborata exquirunf,vt Ascanius nō pergeret:& tñ Achates iussa faceret:fallit ergo omnes,& præfert Æneæ amorem: sib concilians Didonem : nam neq; Æneas iratæ resistere potuisset exigua

Universidad de Deusto Biblioteca

exigua substantia. Neq; conuulsis nauibus,& in hyeme effugere. ¶Nate.)Breuiter omnia consilia sua exprimit: & quomodo fieri posset,ostēdit:& honestum,facile,& necessariū demonstrat.¶Meę vi.)Vendicat sibi necessitudo parentū, quidquid liberi possunt. Et docet inter filios & parētes,tale debere esse volēdi,& nolēdi studium:vt in multis licet corporibus,volūtas vna,& necessitudinis vinculū,indistinctū,integrumq; perduret.¶Tela Typhoea.)Facile ostēdit esse quod petit,q.n.potuit Iouis fulmē cōtemnere:facilius poterit fœminę mentē possidere:ergo ita dixit,ne illa excusaret propter Iunonē.Fecit ergo beneuolū filiū,dicendo nate,itē q potior esset Ioue, & q esset potentia sua.¶Ad te.)Q.d.nō est alter qui tm̄,aut debeat,aut possit.¶Supplex.)Admonuit pietatis,vt filium:rogauit,vt deū:quid igitur accessit oneris,cum est rogatus ab ea, q authoritate parentis iubere poterat:¶Frater vt Æ.)Fecit beneuolum & attentum:nunc facit docilem,subiuncta narratione totius negocij:dixit, Frater tuus: vt appareat operam,non in extraneo exponendā,sed in fratre esse necessariā.Ergo honestū,& pium,vt frater pro fratre laboret:prefertim in causa salutis. Adiungit labores,vt moueat cōmiserationē:& ostendit iniuste pati:& deformat personā aduersarię,quæ persequatur innoxiū.¶Nota ti.) Hoc ad laudem Cupidinis pertinet: maximum.n.crimen esset eius,si fratris periculum nesciret.¶Doluisti.)Si præterita doluit,debet cauere ne rursus dolenda succedāt.¶Dido tenet.)Ostēdit facilitatē petitionis:nam si iam Æneæ affecta est,non est opus initio amoris in quo magna est difficultas:sed augmento,desyderatur autē augmentū, quia timetur Iuno a qua amor talis posset abrumpi,ergo opus erat tali amore, qui nō posset abrumpi a Iunone.¶Cardine.)Hic fidē facit,cum fores clauduntur: & tribuit firmitatem.Ergo dixit.¶Tanto cessabit.c.r.)Erat enim in potestate absoluere amorem,quem voluntate susceperat:sed diutius impactus,nō posset humano arbitrio summoueri,asserit ergo necessarium remediū, quo omnis illa factio succumbat.¶Mecū.)Tanto amore amet: quanto mater amat filium, cuius amor nullius violentia numinis valet abrumpi.¶Capere ante.)Ostendit melius esse vētura propulsare,q̄ iis qui venerint, remedia quęrere.

Ordo. ¶Ordo est.At.i.sed:Cytherea.i.Venus:versat.i.agitat:pectore.s. suo,arteis nouas,i.quales pro Ænea nondum exercuerat: & noua consilia:vt, videlicet Cupido mutatus faciem.i.totius corporis facturam,& ora.i.eam partem, quæ vulgo facies dicitur, habens mutata.i.in similitudinē Ascanij transfigurata:aut transformata: veniat pro Ascanio dulci.i.loco Ascanij, qui Æneæ dulcis est,& vt incendat donis reginam furentem.i.alloqui captam vehementi amore,dictum enim est, obstupuit primo aspectu Sidonia Dido,vult autem incendi donis, quæ Achates allaturus est:& vt implicet ignē scilicet amoris:ossibus.i.medullis: quia dicetur in.iiij.Est mollis flamma medullas, Interea, & tacitum viuit sub pectore vulnus. Quippe idest quia certe ipsa timet, domū ambiguā,idest cuius est ambigua fides, quia a fœmina regitur: sed vt in.iiij.dicetur:varium & mutabile semper fœmina:& Tyrios bilingueis.i.fallaceis:aliud mente aliud ore continentes,sunt enim bilingues,idest aliud hic,& aliud illic dicentes, fraudulenti,quasi serpentinis linguis,quæ trisulcæ sunt, appropiantes:Iuno atrox scilicet in Troianos:vrit,idest incendit curis:& cura scilicet Veneris:recursat.i.redit celeriter in animū Veneris, sub noctē.i.paulo ante noctem,id.n.ex more facit cura:vt quo tempore alij se quieti dant,soliciti se crucient.Ergo, quia id ea de causa cōstituerat ipsa alloquitur amorē aligerum.i.alas gerentem, & velocem,his dictis.i.verbis sequentibus:vnde nomen est hic dictū, & nō participiū,o nate.s.Cupido fili,meæ vires,& mea magna potentia, quia sine amore parum faceret Venus,& o nate, qui solus temnis.i.cōtemnis:tela patris,summi.i.Iouis, Typhoea, aut Typhoia.i.quæ Iuppiter in Typhoea gigantē iniecerat,hoc est fulmina, quæ Cupido cum ipse ignis sit,non timet,alitur enim, nō lęditur talibus telis(Sanè a nominatiuo Typheus,deduci debet Typheus,quod fortassis & hic scribendum est:aut id mutauit poeta, propter frequentiam vocalium,& diphthongum resoluit,aut more Latino, qui oe scribunt,& e proferūt,vt sit Typhous in principali, & Typheus in deriuatiuo:aut more Græco,qui oe scribunt,& i proferunt, vt sit Typhoius trisyllabum in primitiuo, & tetrasyllabum in deriuatiuo.Priscianus sentit Typhoea pro Typhoeia: positū. In multis tamen non vitauit poeta huiusmodi vocalium concursum,vnde Tegeeæ, & Eeeq; insula Circes, &c.Præterea si possessiuum in primitiuum resoluatur,erit licētiosa locutio, quia duo genitiui diuersa significantes, vni sine cōiunctione dabuntur:vt sit,Tela Typhoei patris summi:non enim Typhoeus, pater summus est:sed dici possunt,Tela Typhoi, quia passus est, & Tela Iouis qui ea intulit: vnde melius per possessiuum locutus est, licet non frequens sit tale loquendi genus,quale esset,Lego commentarios Virgilianos Seruij.i.quos Seruius edidit in Virgiliū.)ego scilicet dea,& mater tua,cōfugio ad te,& posco, supplex cum imperare possem: tua numina.i.opes numinū tuorum. Nota sunt, sup.tibi:aut nota,sup.res est tibi,hoc est,tu nosti, aut nota recito tibi,vt.i.qualiter Æneas frater tuus,iactetur pelago circum omnia littora, odijs.i.propter odia Iunonis iniquæ(Secundum Seruium legitur,iacteturq;:quomodo nō alia de causa adderetur que q̄ vt syllaba:tur,producatur:nam ea licētia, qua in principio tertij pedis,quoties sit vltima dictionis, recētiores crebro vtuntur: maiores parcius vsi sunt: qui nō omnino vacare velit.)posset & sic cōstruere,q pro &.& nota, sup.sunt: aut res est nota tibi: vt frater tuus Æneas, &c.&.i.simul, doluisti sæpe nostro dolore.i. quos nos.i.ego,& filius meus doluimus:hoc est,condoluisti nobis,& propter nos:Dido Phœnissa.q.d.de genere Pœnorum,qui versipelles sunt,& id callide facit, cū enim a specie, & persona ipsa,accusare non possumus:ad genus recurrimus, sicut contra in purgatione dixerat Ilioneus,Parce pio generi: Dido ergo Phœnissa,idest ex Phœnicia profecta:tenet, idest quasi in potestate habet nūc:hunc scilicet fratrem tuum Æneam,& moratur, idest detinet,blandis vocibus quibus parum fidei adhibendum est.Nam tunc pręcipue blandiuntur mulieres,dum decipere volunt:& vereor quo, idest in quem exitum vertāt se hospitia Iunonia.i.Carthaginensia, quibus Iuno præsidet: ipsa enim haud.i.nō cessabit tanto,idest in tantum,aut tantisper,dum Æneas illinc abitum parabit:cardine idest ab Institutione principali rerum, idest nō desinet Iuno agere,quod instituit etiam tantillo tempore:& ita legēdum est:vt Seruius,tantum:non tanto.Vel legendo, tanto,ordo erit,Ipsa Iuno(quam propter odium non nominat: aut quia dixerat odijs Iunonis iniquæ, & quo se Iunonia vertant hospitia, frustra repeteret.)haud.i.nō cessabit:tanto cardine rerum.i.cum res ad tantum cardinem perduxerit.i.cum iam caput totius odij sui,in ciuitatem suam impulerit:quasi soricem in muscipulam illexerit.Donatus tamen ad Didonem referre videtur:vt patuit, vt sit,Dido non cessabit amare tanto cardine.i.tāta firmitate, & fide rerū,quæ quasi in cardine voluunt:quocirca.i.quia vereor quo se Iunonia vertant hospitia:ego meditor.i.concipio animo:capere reginam.s.Didonem:dolis.i.arte Cupidinea,& cingere.i.irretire,flāma scilicet amoris:ante.i.priusquā a Iunone, sup.in odium Æneæ vertatur,& in eius perniciem quidquam faciat: ne mutet se,quo.i.quouis numine, potissimum tamē de Iunonis odijs vereatur:sed teneatur mecū.i.vti ego: magno amore Ænee.i.indissolubili amore amet Æneam,vt ego quæ eius mater sum: ita vt Iunonis inspiratio,nō tantum possit, quantum vis cæci amoris: & per hāc fictionem docet poeta,nullum esse tantum mortalium animis furorem,ac Venerei amoris.Verū Seruius vult,vt sit meo cum nō meo amore,nec quo ego amo,sed meo, hoc est,Veneris cōmercio.Nam,non idem amor in amica & in matre est.sed nihil tam lasciuos amores conciliat,q̄ Venus.

PIERIVS.

¶Frater vt Æneas pelago tuus omnia circum Littora iactetur odijs Iunonis iniquæ.)Omnia prorsus exemplaria manu scripta, quæ hactenus legerim, scriptum ostendunt:iacteturq; odijs particula,que tantū ad sustinendum versum interiecta, vt plerunq; alias.Nam quod aiunt quidam ita ordinem explicandum: vt dicamus:nota tibi,vt tuus frater Æneas iactetur pelago, iacteturq; circum omnia littora,nimiū tortuosa mihi videtur oratio. Quare omnia circum littora, ampliationē potius esse dixerim, quod parum erat,pelago dixisse, Iactetur vero absq; particula, que,libenter legerim. Nam pentimemereos locus omnino communis est,cui tamen isti passim ita consultum voluere vt nullam penè reliquerint, cui non particulam eam obtruderent. Nisi dicamus figuram esse breuitatis per detractionem, quam alio loco Quintilianus adnotauit, ab aposiopesi diuersam, cum scilicet vnum tantum siletur verbum,idq; manifestum, ita hic detractū sit. Erret quippe pelago, circum omnia littora, iacteturq; odijs Iunonis, quod codicum antiquorum reuerentiæ concedamus. Demum quod in alijs legitur,Iunonis iniquæ:in Longobardico legere est Iunonis acerbę,quasi dicat implacabilis,quæ nulla possit ratione mitescere.Sed etiam id admittendum, quod in pluribus:& minus corruptis exemplaribus habetur iniquæ, cui lectioni Ouidij etiam congruit parodia, Dira lues populis ira Iunonis iniquæ.¶Hunc Phœnissa tenet Dido.)In cod.plerisq; antiquioribus,nunc legitur,q minime displicet,præsertim cum Ti.Donatus exponat,iam tenet.

Seruius.

Quò facere id possis,nostram nunc accipe mentem.
Regius accitu chari genitoris ad vrbem
Sidoniam puer ire parat,mea maxima cura,
Dona ferens pelago,& flammis restantia Troiæ.
Hunc ego sopitum somno super alta Cythera,
Aut super Idalium sacrata sede recondam:
Nequà scire dolos,mediùs ue occurrere possit.
Tu faciem illius noctem non amplius vnam
Falle dolo:& notos pueri puer indue vultus.
Vt cum te gremio accipiet lætissima Dido,
Regaleis inter mensas,laticemq; Lyæum:
Cum dabit amplexus:atq; oscula dulcia figet:
Occultum inspires ignem:fallasq; veneno.

SERVIVS.

¶Qua.)Idest quomodo.¶Accipe.)Audi:vt econtra,Da,idest dic:vt Da Tityre nobis.Da nō indebita posco.¶Mentē.) Dispositionē, cōsilium.¶Accitu.)Euocatione,& est quartæ declinatiōis.¶Vrbē Sidoniā.) Quā tenent Sidonij.¶Mea maxima cura)Et Æneas cura est: sed Ascanius maxima: cui regnū Italię,Romanaq; tell' debent(& vbiq; Ascanius maxima cura Veneris introducit: vt Veneris iustissima cura.Itē Hūc tegere & diræ valeā subducere pugnæ.¶Sopitū somno.)Vnum quidē est sopor & somnus: sed modo sopitū irrigatū intelligimus.¶Idaliū.)Cyprinemus est,in quo oppidū breue, vt paulo post,Idalię lucos.Item, Idaliumq; nemus.¶Sacrata sede.)Vel templi,vel oppidi.¶Ne qua scire dolos.)Qua vacat, vt frequēter diximus.¶Medius.)Importunus,incongruus.¶Tu faciē illius.)Faciē pro vultu posuit.Nullus enim faciē alterius potest accipere sed vultum, qui pro mentis qualitate formatur.Vnde infra est,Et notos pueri puer indue vultus.¶Noctem nō amplius vnam.)vt supra diximus, artis poeticæ est nō omnia dicere.Vide nūc præmisit noctem vnā, Nec.n. dicturus est,aut abscessum Cupidinis, aut aduentū Ascanij.¶Puer.)Argumentum a facili.¶Regales inter mēsas.)Epulas intemperantes, in quibus castitas rara est:& facilis amoris occasio, vnde est illud Terentij,Sine Cerere & Libero friget Venus.¶Laticemq; Lyæum.)Latex proprie aqua est, ab eo quod intra terræ venas lateat:sed & vinum latet intra vuā.Vnde nunc dixit laticē. Lyæum autē pro lyæium dixit figurate, ponens principalitatem pro deriuatione.¶Occultū inspires ignem)Diffinitio amoris est, ignis occultus.¶Veneno.)Venenum dictum,q per venas eat.

DONATVS.

¶Regius accitu.)Personæ q in Cupidine & Ascanio ętas cōsimilis esset,merito dixit puer ire parat,quia disposuerat dicere,Et notos pueri puer indue vultus,prestruebat,vt ostēderet in cōmutatione formę ętatis cōmutationē nō futurā esse difficilē, ad psonę rationē etiā illud accedit,quod cōsilij spondebat effectū. Illi enim sperabat reginā daturā oscula vtpote puero,& dulcia, quia amabilis est ętas puerilis, cuius personæ gratiā auctura erat prælatio munerū,nam primo libenter gratię danti referunt.In honore ēt est ille,qui munerū perlator extitit.¶Dona ferens pelago.)Talia, inquit,dona, quæ ex maiore vi ignis.s.& pelagi liberi nō potuerunt,vel superesse hoc ideo,vt viderent interisse meliora, interea ad personę rationē etiā hoc pertinet,quod ait, mea maxima cura nolebat.n.mittere Ascaniū, ne duorū solicitudine frangeret, vel ne eū mitteret,qui exoriēte violētia,vel dolo,sibi per ętatē adesse nō posset, vel quia vltra liberorū affectū nepotes haberi dicūtur, Ne aūt diceret Cupido,cū ego perrexero,quid fiet,si sequat Ascanius?ait.¶Hūc ego sopitū somno.)Bene somno se dixit capturū puerū,in qbus actibus illa ætas posset retineri vel certe, quia pueri omni cura vacui altius & diuti' dormiūt,& mora fuerat necessaria dū Cupido iniūcta matris cōpleret, annectit mādati summā simul etiā faciēdi cōsiliū suggerit, opportunitate tēporis expeditum & idoneū satis ad capiēdos mulieris animos.mulier quippe mādabat,quę fœminarū metus optime nosset,designat igit tempus quod amoribus opportunū est,designat etiā locū dicēs.¶Tu faciē illius.)Huic sententiæ etiā Teren.assentitur, qui dixit, Sine Cerere & Libero friget Venus,vnde hic facilior esse potuit mētis inclinatio,quia vtrūq; suppetebat, vtpote in reginæ cōuiuio,noctem nō amplius vnā, vt ostēderet nō longi tēporis operā necessariā,& mature id fieri debere,quia Ascanius non potuit prolixo spatio somni occupationibus detineri.Cōpletis oibus,quæ artifex & solicita loquebat, videamus qd assignet personę filij,nullā dat ille respōsum.quid.n.personę matris vel maxime in tali causa responderet:& tempus facta,nō verba,vel fabulas exigebat.

ASCENSIVS.

¶Quo facere id possis,nostrā nūc accipe mentē.)Eandē rem prosequitur Venus,cuius orationis est hæc prosecutio:in qua docet viā,qua Cupido quod petit, peragere posset:Vtit ergo omni artificio ad persuadendū:nam ostēdit honestū esse,vt pro fratre contra Iunonē iniquā:& vtile,vt.s.fratris saluti cōsulat:& facile, quia viā docet:& ne forte Cupido, se Iouis vltionē timere excusset pręmissum est,q solus tela patris summi contēnere pōt. Rogat ergo, vt pro Ascanio, quē ipsa tantisper in locis sibi sacris molliter fotura est, ad Didonē deduci velit, & ad eā deduct' arte sua, illā in Æneā inflāmare.Donatus sit. Hic, vitiū obelisci erat quę nūc emendauimus. ¶Puer ire parat.)Ostēdit,in cōmutatione formæ ætatis, cōmutationem nō fore difficilē.¶Maxima cura.)Nolebat mittere Ascaniū, ne duorū solicitudine frangeret:vel is mitteret:q exoriēte tumultu,sibi per ętatem cauere nō posset.¶Hunc ego.)Ne diceret Cupido,qd fiet de Ascanio,si ibo:¶Sopitū.)Nam illa ætas multū profundeq; dormit:ergo erit sat tēporis ad capiēdos mulieris animos.Designat etiā tēpus,& locū amoribus aptū. Noctē.n.erat spatiū breue:sed erat properandū, ne longi tēporis opera esset necessaria: quia Ascanius longiori somno teneri non potuit.

Ordo. ¶Ordo est.Accipe.i.intellige:sicut da.i.dic:nostrā mentē .i.cōceptū nostrū qua.i.via,& ratione.)nō dices,qua mente:nam qua plenum est,intelligit tū via:aut ratione,sicut,Siqua fata sināt &c.)tu possis facere,id.i.quod me velle dixi: Puer regius.i.filius regis, cui regnū Hesperiæ debet,parat ire ad vrbē Sidoniā(hic secunda corripit quæ ferè producit, vt Teucrū memini Sidona venire:& Sidonia Dido.)i.Carthaginē a Didone Sidonia cōditā:accitu.i.aduocatu,& citatione:genitoris.i.patris Æneæ, chari.i.q illi charus est,puer dico regius,appositorie, mea maxima cura:quia scit illi regnū(vt dixi)a fatis promissum(vnde Iuppiter, At puer Ascanius, &c.)parat ire ad vrbē Sidoniā:ferens.i.adferēs secū dona:restātia.i.quę reliqua sunt,pelago.i.post iacturā factā in pelago:quia dictū est:Arma virū, tabulæq;.&,troia gaza per vndas:& flāmis Troiæ.i.post incendiū Troiæ:Iliacis erepta ruinis, ego recondā.i.abscondā, & reponā:hunc.s.puerū regiū:sopitū.i.irrigatum.& immersum:somno.s.profundo:recōdā,dico,in sede sacrata.s.Veneri.Aut super alta Cythera,insulam vicinā Lacedemoni, cōtra Spartā, in qua Veneri templū a Phœnicibus cōditū dicunt. Aut super Idalium nemus illud in Cypro:vbi etiā templū habuit Venus:sed antiquissimum,in Ascalone,vrbe Syrię:nequa.i.ne aliqua ratione possit scire.i.percipere dolos.i.fraudē nostrā,ve pro vel possit occurrere medius.i.importunus. Est autē duplex sensus: aut.n.ideo nō vult puerum scire dolos,ne imitetur,quia(vt dixit Iuuenalis.)Nec tu pueri contēpseris annos:Sed tibi peccaturo obsistat paruulus infans,aut melius ideo ne puer nesciat celare, si scierit, & ita occurreret forsan medius, ita vt visis geminis Ascanijs Dido fraudē deprehēderet. Tu mutatus faciē.i.vultum illius.s.pueri Ascanij:hoc est,habens per transmutationē vultū,& similitudinē faciei illius: vnā noctē.i.per spatium vnius noctis. (Omnia.n.verba,accusatiuum & ablatium temporis, regunt,sed accusatiuū præcipue, dum respōderi potest ad quandiu aut quādudum,& cum sit tēpus cōtinuum, vtcunq; Valla reclamet.)non amplius.s.q̄ per vnam noctem:& ponitur absolute.falle.s.Didonem,dolo,idest deceptione: & tu puer(habent.n.Cupido,& Bacchus,perpetuam iuuentam.)indue vultus pueri.s.Ascanij,notos tibi,quia cū esset fratris filius,potuit eum satis nosse,vt cū.i.quādo Dido lætissima: propter dona, & aduentum tanti hospitis, & pulchritudinem pueri: accipiet te gremio.i.in gremium suum:(id autem est inter femora,sicut sinus inter brachia. Vnde iocunda est poetæ fictio:quia illic nascitur ferè mulieribus cupido.)accipiet.dico te gremio,inter mensas regaleis,idest regali luxu splēdidas & opiparas, quæ certissimum Cupidini aditum parare solent: &,inter laticem.i.liquorem latentem in vuis: Lyæum, pro Lyæium idest Bacchicum,hoc est,inter vina, & cum supple,dabit amplexus:& figet.i.firmiter imprimet: oscula dulcia.i.suauia, tu inspires, supple tunc amorem occultatum: & fallas veneno.i.incendio amoris, quod per venas, vt venenum, diffluit, vnde est in.iiij.in principio.Vulnus alit venis,& cæco carpitur igni.

PIERIVS.

¶Quo facere id possis.)Seruius legit,qua, idest quomodo.In veteribus tamen exemplaribus plerisq;,quo,habetur. In Mediceo, qua,vt agnitum a Seruio.Quod vero posses, in Romano codice est,vitium id familiare.

Seruius.

SERVIVS.

¶Paret amor dictis.)Vt supra pro Cupidine amorē posuit.(Et alas Exuit.)Laus ingens Ascanij per transitum. Si quidē alis tantum depositis Ascanius fuit. ¶Placidam per membra quietē.)Aut epitheton est quietis: aut ideo placidam dixit, quia est quies quæ potest etiam somniorum terrore turbari. ¶Fotum.)Sublatum. ¶Amarac⁹.)Hic puer regius vnguentarius fuit, qui casu lapsus, dum ferret vnguenta, maiorem ex confusione odorem creauit. Vnde optima vnguenta: amaracina dicuntur. Hic postea in herbam sampsucum versus est, quam nunc etiam amaracum dixit. ¶Iamq; ibat.) Cum vix Venus ista dixisset. Sanè neq; festinantibus personis, neq; minoribus est respondendi facultas, vt hoc loco Cupidini, vt Mercurio supra. Idem in quarto, vt in septimo furiæ. ¶Cum venit.)Aut pro cum veniret: aut cum, sit aduerbium temporis pro dum. Nec enim potest coniunctiui modi particula iungi indicatiuo. Sanè sciendum malo errore cum, & dum a Romanis esse confusa. ¶Aulæis.)Velis pictis, quæ ideo aulęa dicta sunt, quod primum in aula Attali regis Asiæ, qui populum Romanum scripsit hæredem, inuenta sunt. Ideo autem etiam in domibus tendebantur aulæa, vt imitatio tentoriorum fieret: sub quibus bellantes semper habitauere maiores. Vnde & in thalamis hoc fieri hodie conspicimus. Varro tamen dicit vela solere suspendi ad excipiendum puluerem, quia vsus cameræ ignorabatur. Vnde Horatius. Interea suspensa grauis aulæa ruinas In patinam fecere, trahentia pulueris atri Quātū nō Aquilo Campanis excitat agris. Sciendum sanè Græca nomina in η exeuntia, cum deriuationem faciunt, η in æ diphthongum conuertere, vt αὐλη aulęa, ἰδη idea, αἴτνη ætnæa. ¶Superbis.)Nobilibus, vt Ceciditq; superbum Iliū. ¶Aurea.)Si Dido aurea, pulchram significat: & est nominatiuus. Si sponda, septimus quidē est, sed synæresis. i. connexio duarū fit, & spondeus est. ¶Sponda.)Antiqui stibadia. i. Scāna nō habebāt: sed stratis tribus lectis epulabantur. Vnde & triclinium sterni dicitur, sic Cicero, Sterni triclinia & in foro sterni iubebat. Vnde apparet errare eos, qui triclinium dicunt ipsam basilicam, vel cœnationem. ¶Mediamq; locauit.)Ipse enim apud maiores domini fuerat locus, vt aperte Sallustius docet, Igitur discubuere, Sertorius inferior in medio: super eum, Tuscius Fabius Hispaniensis senator ex proscriptis, in summo Antonius: & infra Scriba Sertorij Versius: & alter scriba Mecœnas in imo: medius inter Tarquinium & domum Perpenna.

Paret Amor dictis charæ genitricis: & alas POE.
Exuit: & gressu gaudens incedit Iuli.
At Venus Ascanio placidam per membra quietem
Irrigat: & fotum gremio dea tollit in altos
Idaliæ lucos: vbi mollis amaracus illum
Floribus. & dulci aspirans complectitur vmbra.
Iamq; ibat dicto parens: & dona Cupido
Regia portabat Tyriis, duce lætus Achate.
Cum venit: aulæis iam se regina superbis
Aurea composuit sponda: mediamq; locauit.

ASCENSIVS.

¶Paret, &c.)Nullo dato responso, nisi fortassis solo nutu Cupido matris præcepta obiuit, in qua re docentur filij, parentum præceptis obtemperare debere: vsq; adeo vt parentes, solo nutu certiores fiant, vt quod iusserint, facturi sint. Docet ergo, quomodo se Cupido in vultum Ascanij transformauit, de qua re Donatus sic. ¶Paret.)Nō respondet, quid. n. personæ matris, vel maxime in tali causa responderet: & tempus, facta, non fabulas, exigebat. Ergo, se officiosum matri præstat. ¶Gaudens.)Vel, vt filium exprimeret ad patrem euntem: vel quia plena voluntate, iussa matris implebat. ¶At Venus.)Natura puerorum tangitur, qui securius, & diu dormiunt, si etiam accedant alia oblectamenta, vt secessus, flores, & odores, & mollicies, opacitasq; vmbrarum. ¶Duce Achate.)ergo hunc fallebat, & lætus portabat dona. Quia nō frangebatur onere munerum, nec tædio viarum. ¶Cum venit.)Executus est iussa maturè: quia præuenit conuiuium: & venit cum iam discumberent in aptissimo tempore. ¶Mediam.)Nam is locus potior apud veteres fuit. Nam Sallustius ita Sertorij conuiuium describit: vt ipsum quia potior fuit, collocasset in medio. Beroaldus autem in Seruium, quantum ad definitionem triclinij, dicit sic. Errauit ergo Quintilianus qui in. xj. triclinium, pro cœnatione, & conclaui posuit, sic scribens: Vix eo limen egresso triclinium illud supra conuiuas corruit. His verbis haud dubie, Quintilianus triclinium appellat, id quod Cicero, conclaue nominauit in secundo de Oratore: vbi idem quod Quintilianus exemplum referēs, inquit: hoc interim spatio conclaue illud, vbi epularetur Scopas concidisse. In eodem quoq; exemplo, enarrando Valerius Maximus, ita scribit, Eo momento temporis, triclinium in quo Scopas epulabatur, collapsum est: vbi triclinium pro cœnatione apertissime ponitur. q si vera est opinio Seruij, errauit etiam Vitruuius architectus, qui in sexto docet, quemadmodum triclinia partim æstiua, partim hyberna sint ædificanda: & in quam cœli partem vertenda. In expositione itaque triclinij, Seruio in parte suffragor, nanq; in eo q ait, triclinium sterni solitum fuisse, quoniam antiqui tribus stratis lectis epulabantur, homini assentior. Vnde & apud Pliniū legimus triclinia Romę fuisse argentea, quæ proculdubio pro ipsis lectis discubitorijs, ac tricliniaribus accipiuntur. Nam & Liuius idem ferens: ait, Lectos æratos, ab exercitu Asiatico Romam adductos. quòd autem inficiatur Seruius, nusquam triclinium pro cœnatione reperiri: in hoc ab eo apertissime dissentio: & vt dissentirem, monuit me vetustissimorum scriptorum authoritas, quos testes citaui: quibus magis profecto credendum est q̄ Seruio. Triclinium itaque (vt breuiter concludam) ipsos lectos discubitorios significat, & ipsam cœnationem: & in vtraq; significatione, eleganter & erudite vsurpabimus. Hæc ille. ¶Ordo est. Amor, idest Cupido, deus amoris, paret, idest obtemperat, & obedit: dictis, idest mandatis: quia tamen dixerat, supplex tua numina posco: potius dictis q̄ iussis dixit poeta: genitricis charæ, vel quæ illi præcipue chara est: vel quia sua cuiq; genitrix chara esse debet: vt sit generale epitheton. Vnde vis quoq; est in vocabulo genitrix, vt ideo merito chara sit, quia genitrix, & exuit alas: pingitur enim alatus, & ipse gaudens, idest lætus incedit, idest ingreditur: cum volare soleat gressu, idest incessu Iuli, idest quo Iulus ingredi solet, nam dijs peculiaris est incessus. Vnde prius, Et vera incessu patuit dea. At, idest sed Venus irrigat, idest infundit per vapores: Ascanio, id est in Ascanium quietem placidam, idest non vehementem, quæ illi officiat, sed qua recreentur membra, scilicet singula: & dea, id est cum esset dea: tollit, idest in sublime fert, supple ipsum: fotum idest molliter complexum: gremio, scilicet suo: in altos lucos Idaliæ, scilicet syluæ, vbi amaracus, idest herba in quam Amaracus puer conuersus est, mollis, scilicet attactu, & aspirans floribus, & dulci vmbra, idest suauiter fragranti: complectitur illum, scilicet puerum Ascanium. Cupido ibat iam parens, idest obediens: dicto, idest mandato: aut Æneæ, aut Veneris, & ipse lætus portabat dona regia, aut regalia, aut ad regem pertinentia: Tyrijs, idest ad Tyrios, & hoc Achate duce, idest ducente. aut lætus Achate duce. Cum, idest quando venit. i. aduenit, aut cum, idest quando venit. i. adest cum muneribus: regina aurea. i. pulcherrima, aut auro vestita: (Vix enim patitur versus, vt construatur, aurea sponda, nam ablatiuus primæ, in a, productum desinit, quod hic corripitur, nisi forte synęresis fiat.) composuit iam se, superbis. i. magnificis, & pretiosis, aulæis. i. ornamētis parietum, in aula Attali primum inuentis, quæ vulgo tapeta dicuntur: cum ea sint quæ substernuntur, scabellis, aut sedibus, & locauit se mediā sponda. i. triclinio, cum esset domina conuiuij: is enim locus regi conuiuij debetur. Quia vero non dixit, mediam spondaq; locauit: sed sponda mediamq; locauit: & quia alibi sæpe synæresin facit poeta, vt æreis, & ferreis, disyllaba ponendo, ego auderem cōstruere sic, regina composuit. i. composuerat iam se aurea: sponda. i. super spondam auream: (quia discumbebant super lectos discubitorios, vnde triclinium dictum, de quo Horat. in. j. sermonum: Sæpe tribus videas lectis cœnare quaternos.) sup. in aulæis superbis. i. nobilibus, aut magnifice ornatis, & locauit se mediā. s. in aurea illa sponda, & toto triclinio.

DONATVS.

¶Paret amor dictis. Officiosi filij partes commendat, quippe quem hortabatur matris affectus & fratris charitas excitabat. exuebat autem alas, vt alienam speciem mentiri potuisset. ¶Et gressu gaudens incedit Iuli)Gaudentem inducit Cupidinem, vel q quasi Ascanius ibat ad patrem, vel quod plena voluntate iussa matris implebat. Hoc est enim præcipuum obsequentis studium, si libens agat, quæ præcepta sunt, nec inuitus compleat. Ergo Cupido agebat partes suas. ¶At Venus Ascanio.)Tractatur natura hominis & ætatis, pueri enim facile dormiunt, vtpote securi quod facilius fit & diu si accedunt alia, quę animum cuiusq; diuerso suauitatis sensu magis ac magis inuitent. Prouidetur locus, mollicies quoq; & flores, odor florum, recessus, silentium, & opacitas vmbrarum, dicit. ¶Ibat duce lætus Achate.)Ecce subtilitas simulantis alienam personam ipsum primo Achatem fallit, qui alium ducens pro alio transfigurationem factam non videbat: portabat dona regia & lætus fuit, non fatigabatur puer onere munerum, nec tædio ponderis aut itineris frangebatur. supra enim dixit, Pallam signis auroq; rigentem, & sceptrum Ilione quod gesserat olim, vt ostenderet species quas puer pro leui ferre non posset. ¶Cum venit aulæis.)Ecce prouenit opportunitas loci & temporis quam prædixerat Venus, nam ea hora, qua Cupido pro Ascanio veniebat, cœperat discumbi. Et primum quidem discubuisse inducit conuiuij dominam & ambitione quæ conueniebat reginæ, eo vel maxime tempore, quo susceperat hospitio tantū regem, cęterosq; Troianos, eo loco qui potior apud veteres fuit, deniq; & Sallustius Sertorij conuiuium sic describit, vt ipsum quia potior fuit.

Ascensius.

PIERIVS.

¶Placidam per membra quietē.)Est vbi, placitam, legatur, quod non æque placet, placida enim proprium est quietis epitheton.

SERVIVS.

¶Iam pater Æneas.)Religiosus: quia pater proprie oīum deorum est epitheton, vt ostēdit vbiq; Virgil. ¶Ostro.)Pro purpura posuit, vnde tingit purpura. ¶Dant manib⁹ famuli lymphas.) Humilis character, qui ἰσχνὸς dicitur. Vilia enim describūtur. ¶Tonsisq; ferūt mātilia villis.)Vel minutis, vel cōpositis. Cōstat enim maiores, mappas habuisse villosas, mantilia vero a manib⁹, quo modo torale. Quod autē legimus, Nec turpe toral, apocope est. ¶Quinquaginta int⁹ famulæ.)Hoc est multæ. ¶Ordine longo.)Idest dispositione sm Tulliū, qui in Oeconomicis dicit, quid vbi ponendum sit. Nec enim debēt vniuersæ cōfundi. ¶Cura penū.) Inter penum & cellarium hoc interest, qđ cellarium est paucorum dierū, vnde & in cellā dicitur imperatum frumentum. Penus vero, tēporis longi. Sanè dicimus & hic & hæc & hoc penus, sed a masculino & a fœminino genere quartę est declinatio. a neutro tertię, quo modo pecus pecoris. Vnde Horatius, Portet frumenta penusq;. Masculino vero genere Plautus, Nisi mihi annuus penus datur. Fœminino Lucillius posuit, vt Vxori legata penus. Quartæ autem declinationis esse Persius docet, vt In locuplete penu defensis pinguib⁹ vmbris. ¶Struere.)Ordinare: componere. Vnde & Structores dicuntur ferculorum compositores. ¶Et flammis adolere penates.)Colere. Sed adolere proprie est augere. In sacris autem adolere per bonum omen dicitur. Nam in aris non adolentur aliqua, sed cremantur. ¶Totidemq; pares ætate ministri.)Non numerus habet admirationem, sed ætatis qualitas. ¶Qui dapibus.)Dapes regum sunt: Epulæ, priuatorum. ¶Et pocula ponant.)Secundum antiquum locutus est morem. ¶Mirantur dona Æneæ, mirantur Iulum.) Hoc ad Tyrios retulit. ¶Flagranteisq; dei vultus.)Hoc ad poetam refertur. ¶Simulataq; verba.)Composita in Ascanij similitudine. Et hoc ex persona poetæ accipiendum. ¶Præcipuę infelix.) Propter casum futurum, vt probant sequentia: Pesti deuota futuræ. ¶Expleri mentem nequit. Græca figura est. ¶Tuēdo.)Dum intuetur. Et omnis gerundij modus tam ab agentis quam a patientis significatione similiter profertur, vt Cantando tu illum, idest dum cantas. Et, Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Idest dum ei incantatur. ¶Ille vbi.)Postquam, vt Horatius. Nos vbi decidimus. Hoc est postquam. Nam si loci esset, Quo diceret. Ergo Vbi, interdum aduerbium loci est, interdum temporis. ¶Et magnum.)Arduum.)Difficile est enim imitari verum filij affectum. ¶Reginam petit.)Nō simpliciter dixit petit. Nam petere, proprie est insidiari. ¶Gremio fouet.)Sustinet: vt & Fotum gremio. ¶Insideat.)Legitur & insidat. ¶At memor ille matris.) Hoc est pręceptorum matris. ¶Acidalię.)Acidalia Venus dicitur: vel quia inijcit curas, quas Græci ἀκίδας dicunt, vel certe a fonte Acidalio: qui est in Orchomeno Bœotiæ ciuitate: in quo se Gratiæ lauant, quas Veneri constat esse sacratas. Ipsius enim & liberi filiæ sunt, nec immerito. Gratię enim per horum ferè numinum munera cōciliantur. Ideo autem nudæ sunt, q gratiæ sine fuco esse debent. Ideo connexæ: quia insolubiles esse gratias decet. Horatius, Segnesq; nudum soluere gratię. Quod vero vna auersa pingit, duæ nos respicientes, hęc ratio est: quia profecta a nobis gratia duplex solet reuerti. vnde est supra, Nec te certasse priorem Pœniteat. ¶Abolere Sichæum Incipit.)Ordo naturalis. prius enim est euellere inhærentia: & post noua inferre, sic Terentius, Vt metum in quo nunc est adimam: atq; expleam animum gaudio. ¶Viuo amore.)Aut viui hominis, aut certe vehementi. ¶Præuertere.)Præoccupare: propter Iunonem sine dubio. ¶Resides.) Pigros & ad amandum inertes. Iurauerat enim nulli se esse nupturam. Vnde contra instantes dicimus industrios.

Penū. Cellariū

Iam pater Aeneas, & iam Troiana iuuentus
Conueniunt: stratoq; super discumbitur ostro.
Dant famuli manibus lymphas: Ceremq; canistris
Expediunt: tonsisq; ferunt mantilia villis.
Quinquaginta intus famulæ: quibus ordine longo
Cura penum struere: & flammis adolere penates.
Centum aliæ: totidemq; pares ætate ministri:
Qui dapibus mensas onerent. & pocula ponant.
Necnon & Tyrii per limina lęta frequentes
Conuenere, toris iussi discumbere pictis.
Mirantur dona Aeneæ: mirantur Iulum:
Flagranteisq; dei vultus, simulataq; verba,
Pallamq;, & pictum croceo velamen acantho.
Præcipue infelix pesti deuota futuræ
Expleri mentem nequit: ardescitq; tuendo
Phœnissa: & puero pariter: donisq; mouetur.
Ille, vbi complexu Aeneæ, colloq; pependit:
Et magnum falsi impleuit genitoris amorem:
Reginam petit. hæc oculis, hæc pectore toto
Hæret: & interdum gremio fouet. inscia Dido,
Insideat quantus miseræ deus. at memor ille
Matris Acidalię, paulatim abolere Sichæum
Incipit: & viuo tentat præuertere amore
Iampridem resides animos, desuetaq; corda.

DONATVS.

¶Iam pater Æneas.)Non iuuentus conueniūt, sed Æneas & iuuentus Troiana simul cōueniunt, vt autem eorum meritum emineret, deferuntur his loca talia, quæ ostro confectis vestibus fuerant superfusa. ¶Dant manibus famuli lymphas.)Hic dispositionem familiæ regalis ostendit. alij enim hoc est viri aquam abluendis manibus dabant, alij mantilia porrigebant, quibus manus ablutæ tergerentur, alij canistris panem ministrabant. mos enim fertur apud veteres fuisse, vt panis non argenteis vasculis inferretur sed canistris, hoc est speciebus factis ex vimine. ¶Quinquaginta intus famulæ.)Longus ordo est, cum multi eandem rem seruatis vicibus administrāt, vbi igitur fuerant quinquaginta, ad quarum curam pertinebat procuratio cellarij & deorum penatium cultus, proculdubio illas longo ordine vicissitudo tangebat. ¶Centum aliæ.)Quanta elegantia quantaq; breuitate diuitias expressit atq; laudauit? Cum enim vellet ducentorum facere mentionem, eorumq; sexus atq; ætates discernere, nō tenuit circuitum vt diceret ducentos, ex quibus essent centū mares, & centum fœminæ, & omnes vnius essent ætatis, sed celeritate vsus & numerū vnum & vtrunq; sexum expressit. Hic leuiter legentes accipiunt ducentorum descriptionem, in quibus eadem ætas fuit, sed nihil magnum æstimantes si regina ad hanc partem officij ducentis ministris vtebatur, & reuera nihil fuit magnum ad diuitias regales & memorabile, si numeri tantummodo faceret mentionem, taceret de ætate. Cum autem hoc ipsum adiecit dicens, pares ætate, illic omnibus familiæ copiam decorem quoq; & substantiam demonstrauit. In euidenti est enim quanta seruorum reginæ fuerit multitudo, ex qua ducenti pares ætate deligi potuerunt, digni qui curarent supradicta. ¶Nec non & Tyrij.)Ecce diuersum discumbentium meritum, Troiani super ostrum discumbebant, Tyrij vero super pictas vestes, ac per hoc inferioris pretij, hoc est quod superius dixit, medijsq; parant conuiuia tectis, Arte laboratæ vestes, ostroq; superbo, hospitibus delatum est, vt super ostrum discumberent, ciuibus vero pictarum vestium locus attributus est. ¶Mirantur dona Æneæ.)Hunc locum duplici intellectu

tellectu positum debemus accipere, & vtrunq; ad Æneæ laudem pertinentem. si enim cõsideremus personam Didonis, cui Tyrij obsequebantur, & regina fuit & vxor diuitis, ipsa quoq; diuissima, illic inueniemus specierum laudem cumulatam. Mirabãtur ergo, quę ad donandum Cupido peruexerat, quem putabant Iulum esse, perindeq; admiratione monstrabant regnum suum, tales species nunquam habuisse, nec apud quenquam est vidisse. Alter intellectus est in eo, quod dictum est, Mirantur dona Æneæ, hoc est mirantur talia Æneã vel habere vel donare potuisse. Mirantur igitur substantiam & animum largientis. ¶ Mirantur Iulum, fla. q3. dei vul.) Vtpote eum, qui sub mortali forma haberit immortalis numinis dignitatẽ, hoc ex persona poetæ dictum debemus accipere. Cæterum omnes qui aderant Iulum esse arbitrabantur. ¶ Præcipue infelix.) Cum omnes, inquit, teneret admiratio, eo magis Didonem, quę non satiabatur videndo, si magna consideratione nutriebat incendium sensibus suis, quod fuerat peritura. ¶ Ardescitq; tuendo.) A contrario posuit, considerationi satis intentæ fastidium parere debet non inexplebile desiderium. ¶ Ille vbi complexu.) Etiam hic magnum poetæ consilium est, primo enim obsequium patri Ascanij repræsentari conuenerat, vt ipso primitus in errorem misso transfigurationem nõ intelligerent etiam cæteri. atq; ita factum est, nam secutum est. ¶ Et magnum falsi imp. g. amo. Reginã petit.) Falsi, inquit, non quod non esset pater eius, sed q Æneam ipsum Ascanij patrem primo subtiliter Cupido fefellisset, quo Æneas in tantum errorẽ missus est, vt arbitraretur se filium amplecti & osculari præsentem, ergo non intelligente insidias patre, quasi verum hospitis filium venientem ad se regina suscepit. ¶ Hæc oculis, hæc pectore toto hæ. [illegible] omnibus beneuolentiæ aspectum, intuebatur eum li[illegible] gremio cõtinebat. ¶ Inscia Dido Insideat quã tu[illegible] puerum imprudens Dido gremio confouebat quan[illegible] qualem deum admoueret amplexibus suis. Bene autem miserũ dixit, quæ ignara gestorum benignum in omnibus animum repræsentabat, quę esse potuit inimica cum ex eo ipso pararetur ad mortem. ¶ At memor ille matris Acidaliæ.) Nouus enim amor inferri nõ posset, nisi vetus primo fuisset exclusus, qui ipse quoniam sensibus Didonis altius insederat, non semel hoc est non vno impulsu, sed paulatim potuit aboleri. Et cui amor coniugalis nouus propter Sichæi memoriã vehementer hærebat, sensim potuit in præsentis amores induci, vel maxime quia aliquanto tempore desierat videre, cuius amore tenebatur. Interea sciendum est induci Didonem castam, diuitem, & pulchram. Idcirco deceptam per Cupidinem vt etiã in eo existimationem non tantum ipsius Didonis, verum etiã Æneæ, poeta conseruet, ne illũ ignobilis fœmina proiecti pudoris sponte amasse, aut prouocata muneribus videatur, aut illũ malis submersum innumeris de amoribus illicitis cogitasse.

ASCENSIVS.

¶ Iam pater Æneas.) Describit conuiuiũ, apparatumq; eius splẽdidissimum: de quo Donatus sic: Iam pater Æneas. Discernitur ipse & Troiani sedibus purpureis. ¶ Dant.) Describit familię ordinem. ¶ Canistris.) Mos apud veteres fertur fuisse: vt panis nõ argenteis, sed vimineis vasculis inferret. ¶ Longo ordine.) Vbi fuerant quinquaginta, ad quarum curã pertinebat procuratio cellarij, & deorum penatum cultus illas sine dubio vicissitudo longo ordine tangebat. ¶ Centum alię.) eleganter, atq; breuiter diuitias expressit, laudauitq;. Voluit enim demonstrare, ducentos, & sexum, & ætatem discernere. Numerus aũt non est res magna in rege, sed parilitas ætatis, quæ ostendit quanta illi seruorum esset multitudo ex qua ducẽti pari ætate eligi potuerint digni, qui curarent supradicta. Necnon supra ostrũ Troiani, qui magis essent honorandi sederunt. ¶ Tyrij.) Tyrij vero in vestibus pictis mirãtur. Per hoc ostenditur regina quanq; ditissimi viri vxor fuisset, talia nunq; habuisse, cum hæc ipsa & sui Tyrij mirentur. Alius intellectus est. ¶ Mirantur dona Æneæ.) i. mirantur talia Æneam vel habere, vel donare potuisse Mirantur ergo substãtiam animi largientis. ¶ Ardescitq; tuendo.) Contrarium posuit. Nam considerationi intẽta, fastidium incurrere debuit. ¶ Falsi.) magna res, vt etiam pater deceptus sit. ¶ Insideat quantus.) Tanto libentius imprudens complectebatur, quantum nesciebat qualẽ deum amplecteretur. ¶ Infelix.) Quia benignum animum exhibebat, quẽ deberet inimicũ exhibere, cum ex eo pararetur sibi mors. ¶ Abolere.) Prius enim debebat amouere amorem pristini viri: & paulatim, quia cum vehementer hæreret, non poterat vno impulsu dimoueri: idcirco autem Didonem castam, diuitem, pulchram, deceptam inducit per Cupidinem: vt nõ solum Didonis, verum etiam Æneæ existimationem ostenderet. Ne illum ignobilis fœminę proiecti pudoris sponte amasse, aut prouocata muneribus videatur, aut ille malis submersus, innumeris de amoribus illicitis cogitasse. Bero. aũt notat Seruium, in eo q penum aridius describit sic: Conueniebat erudito grammatico, definire quid sit penus: deinde differentiam peni, & cellarij demonstrare, enimuero ex verbis Seruij, nemo intelligit quid significet penus: q protecto interpretatione dignissimum est: cum in eo nõ pauci per inscitiam a veritate deerrauerint: qua quidẽ in re, eandẽ castigationem meretur Ser. qua apud Gellium, quispiam insolens, ac ostentator grammaticus taxatur, qui de varijs generibus penoris, varijsq; declinationibus, insolenter disserens, a Phauorino interrogatus, quid esset penus, mussitabat, atq; hallucinabatur, quo circa cum Seruius quid penus sit, nõ dixerit: nec satis erudite a cellario distinxerit: existimaui me facturum operępretium, si illa quę de penu legi: quæ didici: quæ vigilando deprehendi, quæ a Seruio non traduntur, in medium afferrem: & his commentarijs intexerem ad adiuuandam studiosorum scholasticorum eruditionem. Est itaq; penus, vt Cice. in. ij. de na. deo. elegãtissime docet, omne quo vescuntur homines: cui suffragatur Festus, scribẽs penora dici res necessarias ad victum quotidianum. Penarium vero (vt inquit Varro) appellarũt locum in quo penus seruabatur. Ciceronis, ac Festi authoritatem, corroborant verba Scæuolę iurisconsulti, qui ad demonstrandam penum, ita scripsit: penus est (inquit) quod esculentum, aut potulentum est. Cæterum vnde ipsum penoris nomen deducatur, commodissime declarat Phauorinus apud Gellium his verbis. Quæ longe visionis gratia cõtrahuntur & reconduntur, ex eo q nõ in promptu sint, sed intus & penitus habeantur, penus dicta sunt: & apud iurisconsultos titulus est de penu legata: vbi quę appellatione penus intelligantur, copiosissime disputatur. Præterea officium fuerat diligentis commentatoris, illud quod a grammaticis, ac literatoribus quęri solet de Virgiliano versu non tacere: vtrum: scilicet legendum sit, Quibus ordine longo Cura penum struere: vel, longam penum, vtrunq; enim legi solitum est: huc adde q cellariũ vix vnquam in ea significatione qua tradit Seruius, reperitur: videtur enim cellarium illa figura dici, qua panarium, granarium, penarium: vt procella, ac repositorio potius accipiatur, q pro ipsis rebus reconditis: quemadmodum (inquit Varro) panarium dicitur, vbi panis seruatur: granarium vbi granum reconditur: & penarium vbi penora custodiunt. hoc ita esse docet Dona. scribens Cellarium dici a ponendis, celandisq; rebus esculentis, & potulentis: Quin & iurisconsultus digestis, de legatis, apertissime ostendit Cellarium ipsum esse locum, non res. Cuius verba hæc sunt. Item Cellarium iunctum eidem dictæ ab hærede meo, et concedi volo, apud Col. titulus est, quemadmodum villica tractare debeat penora, siue cellaria: quæ quidem inscriptio, si non est subditia, indicat Cellaria idem esse quod penus, & ferè congruit cum significatu Seruij. Cellarius vero masculino genere dicitis qui præest cellario, & penoribus recondendis: de quo videtur intellexisse Plautus, inquiẽs: Sum promus condus procurator peni. de hoc Martialis: Hinc cellarius experitur artes, & Colu. in. xij. quibus (inquit) studium fuit pistoris, & coci, non minus cellarij diligentiam suis præceptis instituere: & alibi: Vt cibus (inquit) & potio, sine fraude a cellarijs præbeatur. ¶ Ordo est. Pater Æneas, & iuuentus Troiana: conueniunt, idest simul veniunt, iam ad cõuiuiũ, scilicet Didonis: & discumbit ab omnibus ipsis super ostro. i. purpura strato, scilicet super tapeta (nam super, nunc accusatiuo iungitur apud hunc authorem, tamen etiam ablatiuo, vt, Fronde super viridi: & gemina super arbore sidunt.) Famuli dant manibus lymphas, idest aquas lympidas, & puras: & expediunt, idest expedite ministrant: canistris, idest accipiendo e canistris Cererem, idest panem, per metonymiam: & ferunt, idest afferunt mantilia, quibus manus tergerentur, villis tonsis. i. quibus villi erant tonsi: vt promptius tergerent: famulæ. i. ancillæ, aut ministre erant intus: quinquaginta. s. numero quibus erat cura struere. i. instruere, & disponere longo ordine. penum. i. (vt dicunt) victualia: & annuam prouisionem: & adolere. i. colere: penates. i. intimos lares: flammis. i. ignibus (Si proprie accipiuntur penates: sensus est, q illis officium erat flammis, hoc est, ignibus sacris incensis: colere, & venerari deos domesticos: sed si per metonymiã penates accipiuntur, pro rebus domesticis quibus præsunt: sensus est, eas flammis purgare penates, ne aut a carie, aut tineis, aluę vermibus consumantur: ita vt eduliorum, ne corrumpantur: & vestium, ac similiũ rerum, ne absumantur, curã habeant. Verũ quia de præsenti ministerio loquitur, sensus verus est, quinquaginta

Penus. Penarium. Cellarium. Ordo.

ginta illas famulas disposuisse, vt ex cellarijs, ac penu, edulia debite promantur: & vt penates. i. ædes flammis illustrentur: vt, Noctem funalia vincant.) Centum aliæ, sup. famulæ, & totidem ministri. i. famuli, pares ætate, sup. qui. i. ideo vt onerent mensas: dapibus. i. cibarijs regalibus & ponant. i. propinent: pocula. i. potũ: aut ponant. i. disponant: pocula. i. vasa potoria. Necnõ. i. insuper: &. i. etiam Tyrij frequentes, cõuenere per limina læta. i. lætitiam indicantia, & splendida iussi discumbere toris. i. lectis pictis: non erant ergo tanti pretij, nec tantæ dignitatis, quanti & quantæ tori in quibus discumbebant Troiani: de quibus dictum est. Stratoq; super discumbitur ostro: & ipsi Tyrij: mirantur dona Ænęę, & mirantur Iulum. i. Cupidinem, quem putabant esse Iulum: & id dicit ex persona Tyriorum: & mirantur vultus flagrantis. i. ardentis, ac resplendentis dei) potest autem flagranteis dici, accusatiui casus, vt cõiungatur cum vultus: & genitiui cum dei: sed hoc ex persona sua dicit poeta, qui norat deum esse, & verba simulata. i. per simulationem: licet ipsi ignorabant prolata: (nam si sciuissent simulata esse, non fuissent mirati, & mirantur pallam. i. indumentum muliebre Didoni datum, & velamen pictum, Acantho croceo. i. figuram quidem Acanthi habens, sed colorem vide erat auri. Præcipue. i. principaliter Phœnissa. i. Phœnicum regis filia Dido: infelix, qa deuota. i. destinata, & addicta (Sæpe enim malo addicti, deuoti dicuntur vt morti, aut exitio: sed etiam pro bono. vt pro reipu. salute, deuoti dicũtur: vt Decij pater & filius. Et quia Christo deuoti sumus, vt pro eius fide mori velimus: ideo nõ inepte Christiani nominis professores, deuoti dicti sunt, quasi martyrio. i. confessione ad mortem addicti.) pesti futurę. i. pestifero amori: qui medullas eius exedit, & ad mortem eam impulit: nequit expleri mentem. i. habere mentem expletam: hoc est, satiatam: & ardescit. i. ardore incenditur: tuendo. i. inspiciendo: & id actiue: & mouetur. i. excitatur ad amandum pariter puero. i. eo quem puerum esse putabat donis: ille, scilicet Cupido in forma, & specie Ascanij pueri: vbi, i. quando pependit, sup. in collo, & complexu Æneæ: & impleuit, idest plenis indicijs significauit amorem: falsi. i. simulati genitoris: non enim erat genitor sed frater petit, id est oritur: & per insidias visus aggreditur reginã: ad hæc. s. regina: hæret. i. affixa est: & conglutinata illi oculis, & toto pectore, & ipsa Dido inscia. i. haud sciens, q Cupido esset: fouet interdum gremio, hoc est sentit illic vim amoris, quod honesta fictione poeta (vt dixi) inuoluit. Quantus, q magnus putas deus amoris insideat, aut insidat miseræ. s. Didoni, quasi dicat nõ dubium, quin maximus cum ad hoc eo venerit: at. i. sed ille, scilicet deus amoris. s. Cupido memor matris Acidaliæ, idest Veneris: hoc est mandatorum eius incipit abolere, id est delere, & in desuetudinem ferre, Sichæum. i. memoriam, ac amorem Sichæi prioris coniugis: & tentat. i. conatur præuertere. i. præoccupare: aut a desidia, & ignauia auertere: amore viuo: aut de viuente, aut vehementi, quia dicetur in. iiij. Est mollis flamma medullas. Interea & tacitum, viuit sub pectore vulnus: animos residès. i. segnes, & iacentes, nulloq; amore excitatos, iam pridẽ. i. iam a plusculo tẽpore. s. a morte Sichæi: & corda desueta. s. ab officio amoris: hoc est incipit amouere amorem defuncti: qui eam segnem faciebat: & inserere amorem Æneæ viuentis, qui eam agilem faciat, & acriter instiget, nec torpere sinat.

Deuoti.

PIERIVS.

¶ Stratoq; super discumbitur ostro.) Apud. C. Iulium Ro. vbi de præpositionibus agitur, quæ a Suetonio Tranquillo in ordinẽ digestæ fuerint, versus citatur ex Marone, ita scriptus: Structoq; super discumbitur ostro. Nam extruimusq; toros alibi dictum, & instruimus mensas. Quãquam strato, minime displiceat, quod de Tapetis intelligendum est. ¶ Dant famuli manibus lymphas.) In Ro. in Long. & aliquot alijs codi. antiquis, transportatis dictionibus legere est, dant manibus famuli lymphas. Sed isti lambdacismum euitare voluerunt, cum tamẽ authores plerunq; huiusmodi syllabarum cõcursum venustati ducant. ¶ Tonsisq; ferunt mantilia villis.) Romanus codex, & hic, & in Geor. mãtelia, per, e, tertia a fine syllaba legit, ac nequis putet ex familiari quodã scribendi more: quo plurima toto opere in eo codi. i, in e mutant, ita hoc etiam loco factum esse. sciẽdum in alijs quoq; veteribus plerisq; cod. mantelia scriptum esse. Nam in Oblongo apparet id manifeste. In Longo. vero abrasa dictio est, sed enim mãtelia, omnino prius scriptum fuisse discernitur, sane, mantellũ, apud Plautum: & apud Lucilium, mantella legitur, mappas, mantella, merumq;, atq; ita mantelia. ¶ Quibus ordine longo cura penũ struere.) Est & vbi longam penum, legas, dictum enim longã penum a Virgilio, Fla. Sosipater author est, Penum, porro fœminino genere, Lucilium quoq; dixisse constat, eo carmine: Magna penus paruo spatio consumpta peribit. Eodem genere vsos Pomponium, & Næuium, ait Nonius, qui non probari ait, authoritatem eorum qui neutro genere dixerint, quamuis Festus, pen[illegible]nat. Quantum vero pertinet ad vulgatiorem [illegible] dato. longo ordine, ea in pluribus ex vetustis [illegible]itibus [illegible] & agnoscitur a Donato. ¶ Qui dapib[illegible] pocula ponant.) In Roma. cod. & pleri[illegible], legere est vtrunq; verbum indicandi mod[illegible] variatio. s. hoc pacto. Qui dapibus onera[illegible], & pocula ponunt, q nescio quid picturatius habet [illegible] ipsa ita geri videatur: quod in priori illo indefinito modo, significaret tantum paratos eos esse ad onerandas mensas & ponenda pocula. Vnicuiq; tamẽ integrum sit, quam maluerit lectionem sequi. ¶ Et puero pariter, donisq; mouetur,) in antiquis plerisq; omnibus exemplaribus legere est, hoc dictionum ordine, & pariter puero donisq; mouetur, mouebatur vero puero, quæ iam animo agitare cœpisset, posse se talem concipere ex Ænea, donis quia muliebre genus procliuius est in auaritiam: est enim magis infirmum, ac perinde magis opum appetens, & auxilij. ¶ Insideat quantus miseræ deus.) Sunt qui, insidat, trisyllabum legant, & ita apud Ti. Donatum scriptum est. Id ego nusquam alibi, neq; in veteribus codi. inueni. ¶ Et Viuo tentat præuertere amore.) In Rom. codi. amorem, legitur: quod minime placet. Solet vero ea litera in fine ibi sępius abũdare: tametsi in veterum monumentis, tale aliquid sæpe legas, vt in æde Lateranensi. Antiquo monumento pro salute Imperatoris. Quod in memoriam redig t Diomedis dictum, gauisos nonnunquam veteres quædam per barbarismum proferre, hoc autem loco omnino, amore, legas.

Postquam prima quies epulis, mensæq; remotæ:
Crateras magnos statuunt: & vina coronant.
Fit strepitus tectis: vocemq; per ampla volutant
Atria: dependent lychni laquearibus aureis
Incensi: & noctem flammis funalia vincunt.
Hic regina grauem gemmis, auroq;, poposcit,
Impleuitq; mero pateram: quam Belus: & omnes
A Belo soliti. tum facta silentia tectis.
Iuppiter (hospitibus nã te dare iura loquũtur) DI.
Hunc lætum Tyriisq; diem, Troiaq; profectis
Esse velis: nostrosq; huius meminisse minores.
Adsis lætitiæ Bacchus dator: & bona Iuno:
Et vos ô cœtum Tyrii celebrate fauentes.
Dixit: & in mensa laticum libauit honorẽ: POE
Primaq; libato summo tenus attigit ore.
Tum Bitiæ dedit increpitans. ille impiger hausit
Spumantem pateram: & pleno se proluit auro,

SERVIVS.

¶ Quies epulis.) Propter regalem affluentiam. Cõtra supra ait, Postquam exempta fames. ¶ Mensæq; remotæ.) Licet sub extranea persona, Romanorũ tamẽ exequitur morem, apud quos duæ mensæ erãt: vna epularum, altera poculorum. ¶ Crateras. Grçcum est, ab eo quod est hic crater. Nam latine hæc cratera dicit. Vnde Persius, Si tibi crateras argẽti inclusaq; pingui Auro dona ferã. ¶ Et vina coronãt.) Vina p poculis posuit, & est trop' synecdoche, vt Cererẽ dicim' pro frumẽto: Sic Plautus, Vinum precemur: nã hic deus præsens adest. Coronãt autem est aut implẽt vsq; ad marginẽ, aut quia antiqui coronabant pocula, & sic libabant. Vnde est, Magnũ cratera corona induit, Impleuitq; mero. ¶ Fit strepitus tectis.) Id est ad tecta, vt it clamor cœlo. Legitur autem & Fit strepitus tecti. ¶ Atria.) Vt supra diximus, tãgit Romanã historiã. Nam vt ait Cato, & in atrio & duobus ferculis epulabantur antiqui. Vnde ait Iuuenalis, Quis fercula septem Secreto cœnauit auus? Ibi & pecunias habebant. Vnde q honoratiores erant, liminũ custodes adhibebantur: vt Qui Dardanio Anchisæ Armiger ante fuit: fidusq; ad limina custos. Ibi & culina erat: vnde & atrium dictum est, atrum enim erat ex fumo. ¶ Lychni) Grçco sermone vsus est: ne vile aliquid introferret. A lychno aũt lucerna dicta est, vnde & breuis est lu, vt

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Post alii proceres. cithara crinitus Iopas
Personat aurata, docuit quæ maximus Atlas.
Hic canit errantem lunam, solisq; labores:
Vnde hoium genus, & pecudes: vnde imber & ignes:
Arcturum, pluuiasq; Hyadasq;, geminosq; Triones.
Quid tantum Oceano properent se tingere soles
Hyberni: vel quæ tardis mora noctibus obstet.

lu, vt Iuuenalis. Dispositæ pinguem nebulã vomuere lucernę. Horati⁹, Vngor oliuo Nõ quo fundatis immundus nasta lucernis. Si enim a luce diceretur, nõ staret versus. ¶ Laquearibus.) Principaliter lacus dicit, vt Lucillius: Resultant ædesq; lacusq;. Diminutio lacunar facit Horati⁹, Nec mea renidet in domo lacunar. Inde fit alia diminutio lacunariũ, & per Antistichon laquearium. ¶ Noctem vincunt.) Luminis est exaggeratio. ¶ Funalia.) Sunt quæ intra ceram sunt: dicta a funibus: quos ante vsum papyri cera circundatos habuere maiores. Vnde & funera dicuntur, quod funes incensos mortuis pręferebant. ¶ Hic.) Tunc, est ergo aduerbiũ temporis. ¶ Quã Belus.) Primus rex Assyriorum: vt supra diximus: quos constat Saturnum quem & Solẽ dicunt, Iunonemq; coluisse: quæ numina etiã apud Afros postea culta sunt. Vnde & lingua Punica Bal deus dicitur. Apud Assyrios autẽ Bel dicitur quadam sacrorũ ratione & Saturnus & Sol. ¶ Hospitibus nam te dare iura loquunt.) Scilicet exemplo Lycaonis: qui cum hospites susceptos hospitio necaret a suscepto Ioue, postq; ei epulas humanas apposuit, versus in lupũ, ostendit hospitij iura nõ esse violanda. ¶ Troiaq; profectis.) Bene voluit profugis dicere. ¶ Esse velis.) Secundũ Hetruscam disciplinam locutus est. Sic enim dicunt. Volens, propitiusq; sis. ¶ Adsit lætitiæ Bacchus dator.) Alij adsis legunt. Secundũ quos Bacchus, aut antiptosis est, aut antiquus vocatiuus. vt Socer Arma Latin⁹ habeto. ¶ Dator.) Bene aũt addidit dator lætitiæ: quia est & dator furoris. ¶ Et bona Iuno.) Aut propitia. i. nõ irata Troianis, vt, Sis bonus o felixq; tuis. Aut magis bona, cœlestis est. n. & inferna: vt Iunoni infernæ dictus sacer. Laticum libauit honorem.) More sacrorum, & tangit ritum Romanorũ, qui paniceas, sacratasq; mensas habebant, in quas libabant, vt est, Heus etiam mensas consumimus inquit Iulus. ¶ Libato.) Delibato. ¶ Summo tenus attigit ore.) Et verecundiam reginæ ostendit: & morem Romanũ. Nam apud maiores nostros fœminæ non vtebantur vino, nisi sacrorum causa certis diebus. Deniq; fœmina quæ sub Romulo vinũ bibit, occisa est a marito, Mezentius absolutus, id enim nomen marito. Sic Granius Lucianus cœnæ suæ. ¶ Tum Bitiæ.) Per transitum Pœnorum ducum nomina introducit. Nam Bitias classis Punicæ fuit præfectus: vt docet Liuius. ¶ Iopas.) vero rex Afrorum vnus de procis Didonis: vt Punica testatur historia. ¶ Increpitans.) Inclamans: vt Æstatem increpitans seram. Aut certe arguens familiariter segnitiem tarde accipientis, cum esset auidus in bibendo. ¶ Hausit.) Modo accepit: nec possumus intelligere bibit, cum hoc sequatur. ¶ Et pleno se proluit auro.) Alibi vidit: vt, Hausit cœlum mentemq; recepit. Alibi audiuit: vt, Vocemq; his auribus hausi. Alibi vulnerat: vt, Latus haurit apertum. Et multa alia pro loco significat. ¶ Post alij proceres.) Ergo & Bitias vnus est de proceribus. Nam Exoche sine similitudine nunquam fit. Sanè proceres de his est quæ nominatiuum in vsu non habent: vt supra, Et victor ditione tenebat. Nam nec hoc in vsu habet nominatiuum: licet in compositione dicamus cõditio. ¶ Proceres.) autem ideo secundum Varronem, principes ciuitatis dicuntur: quia eminent in ea, sicut in ædificijs mutuli quidam, hoc est capita trabium, quæ proceres nominãtur.) Crinitus Iopas.) Aut puerum intellige: aut imitabatur Apollinis formã, cuius fuerat etiã artis imitator. ¶ Docuit quæ maximus Atlas.) Quæ legendum, non quem, nec enim istum docere potuit, qui Didonis erat temporibus; sed docuit Herculem. Vnde & dicitur ab Atlãte cœlum sustinuisse susceptum, propter cœli scientiam traditam. Constat enim Herculem fuisse philosophum. Et est ratio cur omnia illa monstra vicisse dicatur. Sanè Atlas Græcum est, sicut & Nilus. Nam Ennius dicit Nilum Melonem vocari: Atlantem vero Telamonem. ¶ Hic canit.) Bene philosophica introducitur cantilena in conuiuio reginæ adhuc castæ: contra, inter Nymphas ait, Vulcani Martisq; dolos & dulcia furta. ¶ Erranté Lunam.) Quia ἑλικοειδὴς, idest obliquo incedit cursu, non recto, vt Sol: scilicet ne incidat in centrum terræ, & frequenter patiatur eclipsim. Vicinus est enim eius circulus terræ. ¶ Solisq; labores.) Canit per omnia intelligimus. Planetæ septem sunt, Saturnus, Iuppiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna. Sed quinq; contra mundum feruntur, & cum mundo quãdo retrogradi sunt: Sol vero & Luna semper contra mundum. Ideo ergo dixit, Solis labores. Laborat enim nitens contra sphærę venientis volubilitatem. Nec nos debet Homerus mouere qui ait κᾶλον ἀκάμαντα. Non enim eum dixit nõ laborare, sed laborem nõ sentire. ¶ Vnde hominum genus.) Si fabulã requiris, a Prometheo intelligis, vel a Deucalione & Pyrrha. Si autem veritatem requiris, varia est opinio philosophorũ. Alij enim de humore dicunt: alij de igne: alij de atomis: alij de quatuor elementis. ¶ Vnde imber.) Scilicet de nubibus, quæ secundum Lucretiũ nascuntur de terræ anhelitu, qui nebulas creat, quę cum altius fuerint eleuatæ aut solis calore resolutæ, aut vi ventorum compressæ, mittunt leues pluuias, vel exprimunt concitatiores. ¶ Et ignes.) Scilicet ex nubium collisione. Nam omnium rerum collisio ignem creat: vt in lapidibus cernimus, vel attritu rotarum, vel in syluis arborum. ¶ Arcturum.) Stella est post caudam maioris Vrsæ posita in signo Bootę. Vnde arctur⁹ dicta est quasi ἄρκτου οὐρά. ¶ Pluuiasq; Hyadas.) Hyades stellæ sunt in fronte Tauri, quæ quoties nascuntur, pluuias creãt. Vnde & Grece Hyades dictæ sunt ἀπὸ τοῦ ὕειν: Latine suculæ a succo. Sic ergo ait pluuiasq; hyadas, vt Plemmyriũ vndosum. Alij dicũt hyadas dictas ab y litera, vel ἀπὸ τοῦ ὗς, idest sue: in cuius formatæ sunt faciem. Hæ autem fuerunt, vt alij dicunt, Atlantis filiæ: vt alij, Liberi nutrices. ¶ Geminosq; triones.) Septentriones sunt boues aratorij. Nõ ergo incõgrue dixit Triones: quia septentriones plaustra a nonnullis dicunt. ¶ Quid tantũ Oceano properent se tingere soles Hyberni.) Quid, quã ob rem. Ratio hoc facit hemisphærij, quia hyeme, breuiore Sol vtitur circulo. ¶ Tingere soles.) Demergere. Soles vero pro diebus posuit. vt, Tris adeo incertos cęca caligine soles Erramus. ¶ Vel quę tardis mora noctib⁹ obstet.) Id est æstiuis tarde veniẽtib⁹. Vel, enim disiunctiua est cõiunctio: nec patit bis eandẽ rem dici. Ergo hoc dicit, quę causa est longorũ dierũ: sed & hic ratio hemisphęrij est.

DONATVS.

¶ Postq; exempta fames epu. Mox prolixum & publicum conuiuium describitur, nam confectis epulis bibendi studium sequitur. ¶ Fit strepitus tectis.) Sine strepitu. n. & clamoribus multitudinis perpotantis esse nõ potuit. ¶ Dependent lychni laq. au. in.) Huius loci ordinatio talis est, dependẽt laquearibus aureis lychni incensi. ¶ Et noctem flammis fu. vin.) Cõsummato iam perpotationibus die, noctis tenebræ diuersitate procurati luminis vincebantur. Funalia autem debemus accipere faces ex funibus pręceratas. ¶ Hic regina gra.) Hoc est poposcit pateram impleuitq; mero. Laus ipsius pateræ. Ibi enim apparere poterant diuitiæ, ibi veneratio si decora vel magni meriti fuerint, quibus deorũ cultus impletur: aurea, inquit, fuit & gemmis ornata. ¶ Quam Be. & om. A Belo so.) Supplementum laudis est, quia ipsa vsi sunt maiores Didonis, & durante merito vsq; ad ipsam per gradus succedendo trãsmissa est. ¶ Tum facta silen. te.) Res diuinas actura Didone omnium vox & strepitus conquieuit. supra. n. dixit fit strepitus tectis vocemq; per ampla volutãt atria. ¶ Iuppiter hospiti.) Dixit quem rogauit, dixit & eius virtutẽ vel potestatem, hoc dicendo ostendit hospitum causa se id facere, approbans factũ, ac demonstrans, q pleno voto Troianos excepisset, vt initam societatẽ hospitalis Iuppiter suo testimonio & studio roboraret, cum hoc illi Troiani nõ promisissent, cum autẽ ipsa esset Sydonia quasi quodam mortis suæ præsagio, Tyriorũ & Troianorum fecit tantum modo mẽtionẽ, vt illis dies ille etiam lætus, merito dei meminit, quod confirmabat & societatem per sacra & cõuiuium. Triste. n. fuit tenebras nominare vel noctẽ, vel maxime quia continuatio diẽ nocti cõiunxerat, & nondũ itum erat ad requiem. ¶ Nostrosq; huius memi. mi.) Sicuti factum est, vt etiã nunc duret de actibus Didonis fabula. ¶ Adsit læti. Bac. da.) Vinum intelligimus dictũ, sine quo lætitia esse in conuiuijs nõ potest, licet alio loco dixerit poeta ipse, Bacchus & ad culpam causas dedit, sed hoc in potestate est hominis positum, si eo bene & moderate, aut male & intemperanter vtatur. Plerunq;. n. quę ad salutẽ inuenta sunt, dum male nonnulli vtuntur, in perniciẽ & exitium cadunt. ¶ Et bona Iuno.) Nouerat enim inimicã fuisse Troianis, vt magis bona cũ solito odio interesset. ¶ Et vos o cœtum Tyrij.) Ne esset aliqua incolarũ aduersus peregrinos æmulatio, quod ipsum quia nouerat sæpe fieri inter ipsas sacrorum religiones interdixit. ¶ Dixit & in mensa.) In conuiuijs enim cũ huiusmodi honorificentia numinibus exhibetur, pro ara mẽsa succedit. ¶ Primaq; libato summo tenus attigit ore.) Prima propterea, vel quia ipsa libabat, vel quia ipsa

ipsa potior oibus fuit, vtpote regina, summo tenus attigit ore vt religionis potius, q̃ vini cupidã demonstraret, summis labris tetigit poculum. ¶ Tum Biciæ dedit increpitãs.) Hic de potioribus fuit deniq; in sequentibus dixit, post alij proceres, vt ostenderet etiã Bitiam de numero fuisse maiorũ. Increpitans, clara voce exhortans. Idcirco autẽ hunc elegit, cui porrigeret paterã, q sciret eum vini esse amatorẽ, quod ipsum probatur ex eo quod sequit. ¶ Ille imp. ha. spu. pa.) Et paterã, inquit, vacuam fecit, & cum auide biberet, & tantũ infunderet quantũ fauces eius transmittere non possent, perfudit etiã se. ¶ Post alij proceres.) Intelligit, ritui obsecuti sunt post exacta conuiuia, post honores diuinos expletos, post cõsecrationẽ fœderum, post cõsensum potiorũ, hoc est Bitię & cæterorũ principũ. Inducitur ludorũ descriptio. hic. n. regibus vel personis potioribus mos est, vt peractis conuiuijs exhibeant voluptates, quæ ad producendã potationẽ homines teneant, sed quales ludos habuerit regina videamus, nihil fiebat turpe nec dicebatur obscœnum. ¶ Cithara cri. Io. per. au.) Cõstat citharæ artẽ inter honestas pfessiones numerari, deniq; per hãc Orpheus plurimũ potuit. hanc etiã philosophi proculdubio graues & prudentes amant, hãc diligunt musæ, quibus tradẽtibus in vsus hominũ venit, hæc in agonibus, hoc est sacris certaminibus coronat. Ecce ars honesta, conuiuiũ quoq; nõ dissimile, videamus qualia canebat. ¶ Docuit, inquit, quæ maximus Atlas.) Hoc est nõ turpia aut obscœna sed venientia ex philosophię fonte quę docuerat Atlas maximus, plenus virtutũ & veræ philosophiæ, dicitur iam quid Atlas vel scripsit vel docuit. ¶ Erranté lu. so. q; lab.) Tractauit, inquit, cursus solis, & lunæ. ¶ Vnde hominũ genus, &c.) Quæ ille de rerũ natura pertractãs docuit, hæc Iopas & voce & iocunditate citharæ personabat, f. cursibus solis & lunæ stare hominũ genus & pecorũ, tractauit & quomodo imbres existunt, vnde mittunt fulgura, vnde syderũ transitus fiat, vel quibus ex causis, in breuitatẽ aut longitudinẽ cõmutentur dies & noctes, quæ omnia ad rerũ naturam pertinent, & nisi a doctissimis tractari non possunt.

ASCENSIVS.

¶ Postquam prima quies epulis.) Ostendit morẽ exterarum gentium, & cætera, quæ in cõuiuio dicta, & facta sunt, de quibus Donatus disserit sic. ¶ Postquã prima, q.) Cõuiuiũ prolixi, mos describitur. Nam cõfectis epulis, studiũ bibendi prosequuntur. ¶ Funalia.) Faces ex funibus procreatæ. Grauẽ laudat a pondere, & a materia. Deinde quod maiores Didonis vsi sint, & durante merito transierit ad Didonẽ. ¶ Facta silentia.) Rem diuinam actura, silentium indixit. ¶ Iuppiter. ¶ Rogat Iouem, & eius virtutẽ narrat: vt ostendat pleno voto Troianos excepisse. Cum initam societatẽ testimonio hospitalis Iouis cõfirmet. Cum aũt ipsa esset Sidonia, quasi mortis suæ præsagio. ¶ Tyriorũ.) Solum & Troianorũ meminit: & merito diei meminit, quo confirmabat societatẽ per sacra & conuiuiũ. Triste autem fuit, tenebras nominare, vel noctẽ, vel maxime, quia continuationem diei, nocti coniunxerat, nondum itum erat ad requiẽ. ¶ Nostrosq; huius.) Et sic factũ: vt etiã nunc duret de actibus Didonis fabula. ¶ Bacchus.) Vinũ sine quo lætitia in conuiuijs esse non potest. Nam si alibi est, Bacchus, & ad culpam causas dedit, id nõ vini vitium est: sed hominis vino vti nescientis. ¶ Bona Iuno.) Nam norat illam inimicam Troianis: ergo vt sit bona & beneuola Tyrijs, ne esset aliqua incolarũ aduersus peregrinos æmulatio. ¶ In mensa.) In cõuiuijs enim cũ huiusmodi honorificẽtia numinibus exhibet, pro ara, mensa succedit. ¶ Prima.) Vel quia libabat: vel quia potior omnibus fuit, vtpote regina. ¶ Summo tenus.) Summis labris, vt religionis, & non vini cupidã demonstraret. ¶ Increpitans.) Clara voce exhortans. hunc autem elegit, quia sciebat eum vini amatorem, vnde sequitur, Ille impiger hausit. ¶ Et pleno, scilicet. p.) Et pateram (inquit) vacuam fecit, & cum auide biberet, & tantum infunderet, quantum fauces transmittere non possent, perfudit etiam se. ¶ Post.) Intellige ritum: executi sunt post acta conuiuia: post consecrationem fœderum. ¶ Cithara.) Ludorum autem fit descriptio: quibus reges per voluptatem, ad producendam potationem, vtuntur. Ludi autẽ Didonis nihil turpe factu, nihil obscœnum dictu habuerunt. Nam citharæ artem inter honestas numerari constat. Per hanc Orpheus plurimũ potuit. Hanc graues, & prudentes amant. Hanc diligunt musæ, quibus tradentibus in vsum hominum venit. Hec in agonibus, idest in sacris certaminibus coronatur. Ars ergo honesta: conuiuium quoq; nõ dissimile. ¶ Ordo est. Postq; prima quies, sup. facta erat epulis: & mensæ, scilicet priores. hoc est, lances: aut quadræ priores erant, sup. remotæ: ipsi conuiuæ, sup. statuunt, scilicet ante se crateras, idest vasa potoria, magnos, idest valde capacia, & coronant vina, idest coronam imponunt poculis iam vini plenis. Strepitus, idest vehemẽs sonitus pedum fit tectis, idest per tecta, ab his qui ministrando cursitabant & vina afferebant, & ipsi volutant, idest iactant: vocem, scilicet lætitię significatricem: vt fit in epiphania domini, dum reges bibũt: per atria ampla, idest magna, & sunt quas vulgo salas vocant, lychni, idest lucernę ardentes. aut lampades: incensi pẽdent laquearibus aureis: quod plus est, q̃ si aurata diceret. & est hic syngresis, qualem diximus illic: Aurea composuit sponda: laquearia autẽ sunt cõnexiones trabium, in cameris cœnatorijs sæpe inaurari solitæ lychni igitur incensi, dependent a laquearibus aureis, & funalia, idest funes, seu chordæ ceratæ, & incensæ: vincunt flammis, idest lumine suo, noctem, idest tenebras, & caliginem noctis depellunt. Regina, scilicet Dido poposcit, hic, idest hoc tempore: quo sic omnes indulgebant genio suo: abundantius potando, pateram, idest vas potorium patulum, vulgo tattia dicitur: grauem gemmis, & auro, quia gẽmæ erant auro inclusæ (quem morem Romanos accepisse dicit Iuuenalis. sic. Nam Vitro, vt multi, gemmas ad pocula transfert. A digitis.) & impleuit mero, idest puro vino: quam, scilicet pateram: Belus, scilicet magnus ille Assyriorum rex: & omnes, scilicet descendentes a Belo, videlicet, vsq; ad patrem Didonis, qui etiam Belus dictus est, soliti, sup. sunt implere sic: tum, idest deinde silentia facta, supple sunt tectis: (nisi sint nominatiui casus in designatione sequelæ, pro ablatiuis positi: quo modo sæpe ab ecclesiasticis positi leguntur) vt sit, facta silentia, pro factis silentijs: aut dicamus vt, supple facta sunt silentia, tectis, idest per tecta, Dido dixit, o Iuppiter: nam, idest quandoquidem: loquuntur, scilicet omnes mortales diuinarum rerũ periti: te dare, idest quod tu das: hospitibus, idest recipientibus, & receptis hospitio, iura, scilicet hospitalitatis. Vnde Lycaona perfidũ in lupũ vertit, quia ergo, tu das iura hospitibus: quos, quibus hospites inter se amicitiam colant, & fidem seruent, id: se mutuo accipiant: precamur, scilicet vt velis: hunc: idest præsentem diem, esse lætum: idest hilarem, & felicem boniq; ominis, atq; candido lapillo notandum. Tyrijs, scilicet meis, quasi recipientibus hospitio: & profectis Troia, idest Troianis (sed forte religiosum, visum est dicere Troianis, quasi Iuppiter, cum illis regnum auferre promiserit, in illos irat⁹ sit: vnde maluit dicere profectis Troia. q. d. si locum illum odio prosequeris iam hi amoti sunt: & si hos prosecutus esses odio, non essent Troia profecti: sed illic cum tam multis millibus extincti.) & velis nostros minores, idest posteros nostros: meminisse, scilicet ob magnum bonum quod ex hac hospitalitate ciuitati obuẽturum spero huius, scilicet diei, adsit Bacchus dator lætitiæ idest vini, quod lætificat cor hominis: & adsit Iuno bona, idest placata, & benigna: & vos o Tyrij celebrate cœtum, idest cõuiuium: & conuentum, ac coitionem amicitiæ, idest cum fauore, seclusa inuidia, quasi in partẽ regni recipiant Troiani, dixit inquam Dido: & libauit, idest obtulit: & dicauit in mensa ne putetur derelicto cõuiuio ad sacellum, aut templum accessisse: honorem laticum, idest vinum, quod principatum inter latices omneis obtinet: & ipsa attigit prima, tanquã sacerdos, & regina: sicut tunc ijdem summi pontifices, & reges multi erant, attigit, dico, libato: idest postquam libauerat (vt sit ablatiuus ab impersonali, in designatione sequelæ positus: nisi dicamus, attingo etiam datiuo posse construi.) tenus summo ore, idest ad summa vsq; labella, tum, idest deinde: ipsa increpitans, idest cum increpatione arguens moram, aut segnitiam illius, & id tamen læto: Vt sit, animo dedit Bitię principi, scilicet familiæ suæ, aut præcipuo vini amatori, sup. pateram. ille, scilicet Bitias sic admonitus: hausit, idest auide accepit, existẽs impiger, idest strenuus & celer, hausit, dico, pateram spumantem, scilicet ex vino infuso, ad plenum vsq; & proluit, idest porro inuoluit se: hoc est, totam faciem suã auro pleno, scilicet vini: sed vinum ebibit: & ita pateram auream super faciem suam inuertit: depingit ergo morem auide bibẽtis: & alij proceres, idest primores, & principes ciuitatis. (Ergo & Bitias vnus ex proceribus erat.) Post, idest postea ex ordine, supple idem fecerunt, idest ebiberunt pateram illam: Iopas: citharœdus ille: crinitus, aut longis crinibus, aut multis, personat cithara aurata, scilicet ea quæ Atlas, astrologus ille maximus, docuit, scilicet postquã inuenerat astrorum cursum, & rursus iudicia certa constituerat: hoc est, cecinit res graueis, & non ludicras: vti tali conuiuio conueniebat. hic igitur canit: lunam errantem, idest obliq; incedentem, & subinde eclipsantẽ & nos varietate sua illudentem: & labores, idest defectus, & eclipseis solis, & canit vnde genus hominum, supple primum processit, de quo quid gẽtiles sentiant in Sileno visum est: quid fides habeat, in Genesi videndũ est: vnde supple sint pecudes, & vnde imber: & vnde ignes, idest

Ordo,

Universidad de Deusto Biblioteca

fulgura,& coruscationes, cæteraq; impressiones igneę,aut ignitæ & canit Arcturum sydus illud pluuias excitans, & hyadas,supple stellas pluuias,ideſt pluuiosas, & excitatiuas pluuiæ: & Triones,ideſt boues plaustra trahentes:geminos, ideſt duos qui in Septentrione sunt,vbi & axis: & canit quid, ideſt ad quid soles hyberni.i.hyberno tempore lucentes,properét.i.festinent, tantú,i. in tantum:tingere se Oceano,i.magno mari, totum orbē circunfluente,in quod sol incidere rusticis videtur, id eum facere arbitrantibus,vt se in vndis ab ęstu diurno releuet:hoc est igitur cur tam cito occidat sol,tempore hyberno:& quæ mora.i.quæ causa tantæ moræ obstet noctibus:tardis,i.æstiuis, tarde venientibus, cum dies tantum perdurent: aut si de noctibus hybernis loquitur,dic noctibus tardis.i.tarde decedētibus, cum vix tertiam partem temporis soli concedat.

PIERIVS.

¶Vocemq;, per ampla vo.Atria.)Nonnulli codic.antiqui, perampla,vnica dictione legūt, sed in Longobar.& aliquot alijs,per alta,legitur,vt in quarto Æneí. It clamor ad alta atria. vulgata tamen lectio receptior. ¶Tum fa.)In Longob.dum: sed, tum, melius. ¶Adsis læ.)Antiqua omnia exemp.quæ versamus, adsit,vel assit, persona tertia legūt. ¶Dixit &c.)In Oblon.co.quem Pomp. Lęti delitias fuisse dicunt, immensum, legitur,idem in Longo.& aliquot alijs peruetustis.in Roma,in Medi.& in nonnullis emendatioribus in mensam,habetur,accusatiuo casu, vt in octauo eadem elocutione dictum, In mensam lęti bibant:eandemq; lectionem videtur Tit.Dona.agnouisse,dum.in conuiuijs,cum huiusmodi honorificētia numinib.exhibetur, pro ara mensam succedere dicit. Sed enim vulgata exemplaria, Donat.loco hoc valde corrupta habentur.De libatione vero huiusmodi,lege apud Macrobium tertio Saturna. ¶Et pleno se proluit auro.)In codic.aliquot antiquis,pleno se proluit ore,legitur, non auro. Ti.Donat. super hoc,ait:Bitiam ideo se etiam perfudisse quod auide biberet & tantum infunderet:quantum fauces eius transmittere nō possent. ¶Docuit quæ ma.Atlas.)In Roma,codi.& quibusdam alijs legere est,Docuit quem maxumus Atlans,sed cur Atlans,dictum superius,vbi de thensauro disputatum. Quod vero legitur, docuit quem,mos est poetis pręstantis aliqua doctrina,viros a dijs, vel ab heroib.doctos asseuerare. In quinto talis elocutio, Tritonia Pallas,quem docuit Tit.Dona.quæ legit, ait enim videamus qualia canebat,docuit(inquit)quę maximus Atlans,hoc est,non turpia,aut obscœna,sed venientia ex philosophiæ fonte, quæ docuerat Atlás maximus, plenusq; virtutum. ¶Hic canit errantem lunam,solisq; la.)Scripsere nonnulli: is canit, verum illi decepti sunt ex paraphrasi,siquidem hoc loco Sosipater Carisius, in solœcismo præpositiuam particulam pro cōiunctiua pronunciatam ait:Hic quidem:pro is. ¶Vnde hominum genus,& pecudes,vnde imber & ignes.)In Med.co.legere est, Vnde hominum genus, & pecudes genus, vnde ferarum. Sed cum vulgatis exemplaribus, veteres pleriq; codices conueniunt. ¶Se tingere soles.)In antiquis dubio procul ferè omnibus tinguere,legitur u,inter g.& e, literas medias,sita,ex instituto Attij, neq; grammatici pleriq; ab hoc verbo,u literā reijciunt,cum in vrgeo,& vngo,eam nequaquam admittant,vt apud Velium longum est.Aduersus tamē cuius sententiam stat omnis penè veteris scriptionis consuetudo.

SERVIVS.

Ingeminant plausum Tyrij: Troesq; sequuntur.
Nec non & vario noctem sermone trahebat
Infelix Dido: longumq; bibebat amorem,
Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.
Nunc quibus Auroræ venisset filius armis:
Nunc quales Diomedis equi: nunc quātus Achilles.
Immo age, & à pria dic hospes origie nobis DID.
Insidias (inquit) Danaum: casusq; tuorum:
Erroresq; tuos. nam te iam septima portat
Omnibus errantem terris, & fluctibus æstas.

¶Ingeminant plausum Tyrij, Troesq; sequuntur.)Bono est vsus ordine, vt prius plauderent ciues: Nec enim poterant aliter audere peregrini. Vnde & supra, Et vos o cœtum Tyrij celebrate fauentes. ¶Necnon & vario.) Arte poetica vtitur, vt præmittat aliquid, quo sequens liber videatur esse cōiunctus quod in omnibus seruat. ¶Bibebat amorem.) Allusit ad conuiuium. ¶Super Priamo) De Priamo. Nam eius præpositionis officio fungitur, pro qua ponitur, vt supra. Et sub noctem cura recursat. ¶Rogitans.)Scilicet quo modo sit venditus rex. ¶Auroræ filius.)Memnon. Ideo autem dixit quibus armis, quia Vulcani armis vsus fuisse narratur. ¶Quales Diomedis equi.)Non debemus eos equos intelligere,quos Æneæ sustulit: nec enim congruit, sed de his interrogat,quos sustulit Rhœso. Quales autem dixit: ac si diceret,nec sic feroces vt illi a quibus ducebant originem. Diomedes enim rex Thracum habuit equos, qui humanis carnibus vescebantur. Hos Hercules, occiso crudeli tyranno, abduxisse perhibetur: de quibus dicuntur supra memorati equi originem ducere. ¶Immo age.)Vidit specialia cito posse finiri: & contulit se ad generalitatem. ¶Et a prima dic hospes origine nobis.)Ideſt a raptu Helenæ. Quod quidem Dido cupit:sed excusat Æneas. Et dicit ruinam se Troiæ breuiter esse dicturum habita ratione temporis: vt, Suadentque cadentia sydera somnos. ¶Insidias Danaum.)Hoc ad fauorem Troianorum, ne videantur virtute esse superati. ¶Casusq; tuorum.)Vt euentu Troia corruerit, non fati necessitate. ¶Erroresq; tuos.)Et responsio hunc ordinem sequitur. Nam primo dicit Troiæ ruinam: post, errores suos. ¶Septima æstas.)Per æstates annos intellige. Nam sic ante Olympiadas computabant. Septem autem annos esse Dido cognouit ex Teucro.

DONATVS.

¶Ingeminant plausum Tyrij. Primo dixit Tyrios plausum dedisse, deinde Troianos, nescientes enim consuetudinem reginæ Troiani, nihil debuerant priores efficere, ne in aliquo displicerent: sequi tamen eos, qui ex more faciebant, non fuit temerarium, vniuersi interea in his voluptatibus fuerant occupati, hoc est cantando, audiendo, plaudendo, vel bibendo, regina aut non ægre patiebatur noctem his generibus trahi, sed ipsa quoq; morarum causas requirebat, quibus in longum vigilias duceret. Alijs enim potantibus vinum, ipsa amorem bibebat. Idcirco ait. ¶Necnon & vario.)Superflue quæ nouerat & picta habuit requirebat, quam igitur summam retinent specialitatem tenens, hæc immisit sperans eas tabulas tantam moram parere potuisse, quanta sufficiebat ei,cuius animus de Æneę præsentia satiari non poterat. Interea ad procurandum temporis tractum, ad generalitatem quoq; sese conuertit. Et orsa interrogationib' nouis ait. ¶Immo age, & a prima, &c.)Breuis quidem propositio, sed quæ non breuem fuisset habitura narrationem. respondetur ergo primis duabus propositionibus in.ij.libro, tertiæ autem in.iij.Nam in secundo insidias Danaum & suorum casus executus est, in tertio vero errores suos numerauit. licet in tertio ipse etiam casus suorum nonnullos addiderit, cum de Polydoro & de perditis suis contagione socijs, & de amisso patre locutus orditur, nouissime posuit. ¶Nam te iam septima portat Omnibus errantem terris & fluctibus æstas.)Vt Æneas intelligeret, & gesta in Troia & septem annorum cursum sibi esse narrandum.

ASCENSIVS.

¶Ingeminant Tyrij, &c.)Facturus finem huius libri, aperit ingressum sequenti: facit enim Didonem multa super Priamo & Hectore rogitantem, vt ex ordine patebit. Sed Donatus præmittendus est, dicens sic. ¶Ingeminant.)Troiani enim nescientes reginæ consuetudinem, nihil debuerunt priores efficere: ne in aliquo displicerent. Sed sequi eos, qui ex more faciebant, nō fuit temerarium, Vniuersi interea occupati fuerant, cantando, plaudendo, bibendo, Regina autem quæ Æneę conspectu satiari non poterat, maiorem temporis moram desyderabat: & alijs potantibus vinum, ipsa bibebat amorem. Et superflue quærebat, quæ vel a Teucro audierat, vel picta viderat: sed moram (vt dixi) quęrebat. ¶Immo age.)Breuis propositio: sed quæ non breuem narrationem esset habitura. Respōdet ergo primis duabus propositionibus in.ij.libro quę sunt: Insidiæ Danaum, casusq; tuorum. in.iij. de errorib.suis. quanquam & quędam de suis etiam ibi. Hęc ille. ¶Ordo est. Tyrij ingeminát, hoc est, multiplicant: plausum, ideſt plausum: & vocem congratulantium, & lętantium, vna cum manuum iactatione: & Troes, quibus verecundia, & pudor cōgruebat, eo quod externi, & aduenæ essent, sequuntur, ideſt insequuntur: Tyrios, hoc est, post Tyrios plaudunt quoque Troiani. Necnon, ideſt etiam, Dido infelix, propter futuram infelicitatem: trahebat, ideſt protrahebat noctem: ita vt priusquam Æneas narrare inciperet,

suaderent iam cadentia sydera somnos: & bibebat, ideſt imbibebat, quasi pestem & contagionem: vnde pauloante, Pesti deuota futuræ, sed iucundissime alludit ad bibenteis, quasi dicat cæteri quidem vina bibebant: at Dido infelix, bibebat amorem longum, ideſt diu duraturum, quia ad extremum vsq; vitæ: ita vt per impatientiam amoris, cum se desertam videret, sibi vitam adimeret: bibebat, dico, longum amorem: rogitans, ideſt interrogans multa: super, ideſt de Priamo: & rogitans, ideſt interrogans multa, super Hectore, ideſt de gestis, & facinoribus clarissimis Hectoris, & supple rogitans, aut rogat, nunc, ideſt aliquando quib.armis: quia rumor erat armis a Vulcano fabricatis (vt dictum est) in pictura illic: & nigri Memnonis arma, quia ergo pingere fecerat arma Memnonis: bene interrogabat, quib.armis filius Auroræ, scilicet Memnon, filius Tithoni, & Auroræ venisset, supple Troiam: aut rogitans: nunc, ideſt aliquando: quales, supple fuerint: equi Diomedis: aut quos a Rhœso abstulit (vt dictum est) aut equi Diomedis Bistonij, ideſt Thracum regis, vnde illi originē traxerunt, quos Diomedes rex Etoliæ, Tydei, & Theophile filius, abstulit Rhœso Thracum regi, priusquam pabula gustassent Troiæ, Xanthumq; bibissent. & rogitans nunc: quantus, supple fuerat Achilles: immo age (inquit) o hospes, dic nobis a prima origine insidias Danaum, pro Danaorum, ideſt Græcorum: & casus, ideſt miseram ruinam: & excidium tuorum. Bene significat poeta mulierem amatricem loqui: nam de Achille nouissimo loco meminit: & rogitat quā fortis, & animosus fuerit: sed quantus, vt molem corporis, non robur animi, in eo mirari significaret, & non dicit gloriosam victoriam, aut triumphos Danaum, sed insidias: nec damnat ignauiam, aut inertiam Troianorum: sed dolet casus eorū, qui nō virtute minores, sed dolo, & insidijs circumuenti ceciderunt: & dic tuos errores, quos in secūdo libro enarraturus est: nam septima æstas portat, ideſt adducit nobis te cum ipsa iam primum adueniat: iam igitur, hoc est, cum aduentu suo: te errantem omnibus terris, & fluctibus: quod partim ex Teucro didicerat, partim ex ipso Ænea, qui dixerat, Omnibus exhaustos iā casibus, &c. sed quomodo non nisi septima sit æstas, docebimus, in.v.huius.

PIERIVS.

¶Ingeminant plausum Tyrij.)In Ro.codice, in Medi.& aliquot alijs antiquissimis, plausu, legitur, casu septimo: quod nequaq; displicet. ¶Omnibus errantem terris, & fluctibus æstas.)In antiquis aliquot exemplarib. legere est: Omnibus errantem, & terris, & fluctibus: quod sententiam reddit vberiorem.

PRIMI LIBRI FINIS.

IN II ÆNEIDOS LIBRVM MONOSTICHON.

Funera Dardanię narrat, fletusq; secundo.

IN EVNDEM MODESTINI IVRISC. ARGVMENTVM.

Conticuère omnes, tunc sic fortissimus heros
Fata recensebat Troiæ, casusq; suorum,
Fallaceis Graios, simulataq; dona Mineruæ,
Lacontis pœnam, & laxantem claustra Sinonem.
Somnum, quo monitus acceperat Hectoris atrum.
Nam flammas cœli, Troum, patriæq; ruinas,
Et regis Priami fatum miserabile semper,
Impositumq; patrem collo, dextraq; prehensum
Ascanium, frustra à tergo comitante Creusa.
Ereptam hanc fato, socios in monte repertos.

ALIVD IN EVNDEM.

Cogitur Æneas bellorum exponere casus,
Graiorumq; dolos, & equum, fraudemq; Sinonis,
Excisamq; vrbem, Priamiq; miserrima fata.
Vtq; patrem impositum forti ceruice per igneis
Extulerit, charamq; amiserit ipse Creusam.

ASCENSIVS.

Conticuere.)Sicut Homer' inducit Vlyssem ad Alcinoum, Phæacū regem, appulsum: & ab eo benigne susceptum hospitio: eidemq; casus & errores suos inter cœnandum narrantem: ita Maro noster Æneam hic inducit, simile facientē: quam rem excogitarunt diligentes poetæ, vt opportune quę vellent, breuiter dicta percurrāt. Nam, vt ad hunc poetam respiciam, non est instituti eius excidium Troiæ ad vnguem perscribere: sed Romanæ vrbis originem, cum Cæsarum (vt dictum est) laude, altius repetere. Quia igitur quod Flaccus in de arte inquit. Ordinis hæc virtus est, & Venus. Vt iam nunc dicat iam nunc debentia dici, Pleraq; differat, & præsens in tempus omittat. Ideo, congrue poeta, ad hunc locum recepit narrationē de excidio Troię. Nam ingruente nocte, non potuit prolixius narrari. Et reuera, nisi reginam nimis affectam ad audiendas res Troianas præmisisset poeta: videretur recitatio longior, q̄ quæ conuiuio congrueret. nam quā grauitate ab Ænea prolatā decuit, multarum horarum spatio opus esset. Cæterum, vt argumentorum quoq; explanationem præmittam, monostichi. Ordo est. Poeta narrat, secundo libro, funera, ideſt stragem Dardaniæ, pro Dardanidarum: aut funera.i.excidium: sed id abusiue: Dardanię: ideſt Troiæ, quam Dardanus olim tenuit, & nobilem fecit: & fletus Dardanię, ideſt quos aut Dardanidę capti faciebant: aut quos de Dardania vastata fieri deceat: Æneasq; facturus est, dicturus, O lux Dardaniæ. &, O patria, o diuum domus Ilium. &, Inclyta Troiæ mœnia, &c. Maioris argumenti ordo est. Omnes, scilicet tam Tyrij q̄ Phryges conticuere, ideſt simul tacuerunt, & heros fortissimus, scilicet Æneas recensebat, ideſt enarrabat cum quadam censura gestorum: fata, ideſt fatale excidium Troiæ, & casus.i.aduersitatem, aut cędem suorum, scilicet amicorum necessariorum, & familiarium, ac subditorum, & recensebat Graios, ideſt Gręcos fallaceis: qui dolo, & non vi, Troiam expugnauerit, & dona Mineruæ simulata, ideſt equum quem Mineruę se vouisse simulabant, & tam magnum fecerant, vt intromitti nisi ruptis portis non posset: & pœnam Lacoontis, scilicet sacerdotis a serpēte cum filijs interempti. (Sed scribendum aut legēdum est, Lacontis: vt bis fiat sinæresis, ideſt contractio duarum vocaliū in vnā syllabā: licet postea dicturus sit poeta, Laocoonta petunt, sed hi versus poetę nō sunt.) & recensebat Sinonem: perfidum illum hominem, ad hoc subornatum, vt claustra equi laxaret: & armatos qui in eo erant, emitteret, & recensebat atrum.i.funestum: & tristem somnum.i.insomnium. quo acceperat monitus.i.admonitiones Hectoris. Nam, heu fuge, nate dea, teq; his, ait, eripe flammis, & iam recensebat.s. flammas cœli: vnde dicetur de cœlo lapsa p vmbras, Stella facem ducens, multa cum luce cucurrit: & ruinas Troum, & patriæ, scilicet Troiæ: & patrem, scilicet Anchisen, impositum collo, & Ascanium filium prehensum.i.arreptum, vt sequeretur patrem: dextra.i.per dextram: vnde dicetur, Dextræ se paruus Iulus implicuit: sequiturq; patrem non passibus æquis, & hoc Creusa, scilicet coniuge eius: hoc est, Æneæ qui hæc recensebat: comitante.i.insequente tergum.s.Æneæ: quia dicetur Pone subit cōiux: frustra, quia erepta erat, vnde recensebat hanc.s.Creusam ereptā fato, aut morte, aut dijs ita volentibus vt nouum coniugium pararent Æneæ: & socios repertos in monte.s.in Ida: vnde dicturus est, Et sublato montem genitore petiui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SERVIVS.

COnticuere omnes.) Quia supra dixit, Fit strepitus tectis. Conticuere autem pro conticuerunt: quod metri causa fit, vel ratione clausularum. Nec est, vt quidam dicunt, dualis numerus: qui apud Latinos nũquam penitus inuenitur. Et bene Omnes addidit. Poterant enim simul quidam, sed non omnes, tacere. ¶ Intentiq; ora tenebant. (Aut ora intuebantur loquentis, aut immobiles vultus habebant. vt, Tenuitq; inhians tria Cerberus ora. i. immobilia habuit. Aut tenebant, habebant. vt Terentius, Nam Andriæ illi id erat nomen, teneo. Ideo autem hoc addidit: quia potest quis

P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS LIBER SECVNDVS.

COnticuere omnes: intẽtiq; ora tenebãt: POE
Inde toro pater Æneas sic orsus ab alto.
Infandũ regia, iubes renouare dolorẽ: ÆNE.
Troianas vt opes, & lamentabile regnum
Eruerint Danai: quæq; ipse miserrima vidi:
Et quorum pars magna fui: quis talia fando
Myrmidonum, Dolopum ue, aut duri miles Vlyssi,

rege. ¶ Pars magna fui.) Propter amissam cõiugẽ. Et hoc le cõmẽdat: vt paulopost, Aut qd in euersa vidi crudeliẽ: vt beẽ. ¶ Fando.) Dum ipse dicit. alibi dum dicit: vt, Fando aliquid si forte tuas peruenit ad aures. Quia gerundij modus est. ¶ Myrmidonũ.) Myrmidones sunt Achillis socij. ¶ Dolopes.) Pyrrhi, qui eũ de Scyro secuti sunt. Dicti aũt sunt Myrmidones, ꝓpter hãc causam: Æacus cũ in arbore sici formicas, i. μύρμηκας vidisset, optauit tot sibi socios euenire, & statim formicæ in homines verlæ sunt: sed hoc fabula est. Nam Erathosthenes dicit Myrmidonas a rege Myrmidono dictos. ¶ Aut duri miles Vlyssi.) Duri, nõ laborioſi, sed crudelis: vt Quẽ dat tua coniunx dura. Nam Virgilius pro negociorũ qualitate dat epitheta: cũ Homerus eadem etiã in contrariis seruet. Sensus aũt est, Sinè lachrymis hęc nec a quouis hostium dicerentur. Illud autem quod Asinius Pollio dicit, caret ratione de Achemenide dictum Miles Vlyssi. Myrmidonas vero & Dolopas præsentes esse acceptos ab Heleno. Si sic enim dicit, frangitur dignitas. ¶ Præcipitat.) Pro præcipitatur. Verbũ pro verbo, vt diximus. ¶ Cadentia sydera.) Aut epitheton est syderũ, quæ semper & oriuntur & occidunt: aut certe maiorem noctis partem vult esse transactã. ¶ Casus cognoscere. ¶ Cognoscendorũ casuum, & græca figura est. Et breuiter præscribit, quia Dido dixerat, A prima die hospes origine nobis. ¶ Quãquam animus meminisse horret.) Quanquã, melius præsenti iungitur tempori: vt, Quanquã scio, quanquam lego. Quod autẽ dixit meminisse horret, detectiui verbi ratio est. Nec. n. potuit dicere meminere. Et in his quæ corrupta sunt naturaliter, vt odi, noui, cœpi, memini: & omnia tẽpora quę inueniunt, & suo & aliorũ funguntur officio: vt Memini, præteritum est. Legimus tamen & Memini videre, quo æquior fuit Pamphilo. Et, Memini me turgris: vt, Iuuat euasisse tot vrbes: quãto magis in corruptis? ¶ Refugit.) Propter metrum, pro præsenti præteritum posuit.

DONATVS.

MEmor poeta superiorum, qñ dixit. Fit strepitus tectis, vocemq; per ampla volutant atria, & cythara crinitus Iopas personat, & ingeminãt plausum Tyrij, Troesq; sequuntur, nec nõ & vario noctẽ sermone trahebat infelix Dido, cœpit secũdũ librũ. ¶ Cõticuere oẽs.) Tyrij. s. & Troiani, q strepebãt vocibꝰ & plausu, Iopas quoq; & Dido ipsa, addidit ẽt. ¶ Intentiq; ora tenebãt.) Et tacuerunt, inquit, & desiderio ducebant audiendi. Tacuerũt, partim propter eius honorificẽtiã, qui fuerat locuturus, partim quia mens hominũ nouis fabularũ contextionibus delectat. Et Regina volente audire debuerat exhiberi silentium, ne loquentẽ impedirent, & desideratũ Didonis, auditũ clamoribus reuocarẽt. ¶ Inde to. pa. Æneas sic or. ab alto.) Silentio facto inde, hoc est ex loco in quo discũbebat, atq; ex altitudine tori, vnde & videri potuisset, & melius audiri. ¶ Infandũ re. iu. re. do. &c.) Narrationis istiꝰ principia multas virtutes oratorias continent. nã & loci, & tẽporis, & personarũ Virgilius memor est, & Æneã ipsum inducit proposita retinere, quod cum vult ostendere simul prolixa affert & multa, quę nec loco, nec tẽpori, nec personis cõuenirent. hæc erãt vel maximè relaturo cõtraria: nam audire tristia, & ꝓprios dolores referre non est par, nec equali mor su animũ ferit, sed quia hæc cupiebat Regina cognoscere, cuius volũtati pro ratione temporis relatio exacta negari nõ poterat, cõfugit ad breuitatis remediũ, vt neq; ipse multis dura referẽdo longos cruciatus incurreret, neq; Didonẽ tẽpore quietis fugiẽte plurimũ vigilare cogeret, hoc loco supra artis præcepta Virgilius docet, qd in talibus causis obseruandũ sit, nã cum omnis narratio debeat breuitate succingi, tum magis colligenda est, cũ propria mala narrantur. nullus enim hæc refert, nisi esset aliqua (vt Æneas) necessitate cõpulsus. Vnde sentiendũ est, & cõtrario vitiũ nõ esse narrantis, si in relatione lętarũ rerum aliquantũ fuerit cõmoratus, prolpera quidẽ & referentẽ iuuãt, & erigunt audientẽ. Tractemus ergo, Infandum regina iubes renouare dolorẽ. dolores omnes qui ex malis accidentibus oriuntur non habent parẽ causam, perindeq; equales esse nõ possunt, sunt igitur leues, sunt medij, sunt grauissimi, sunt ex multis diuersisq; infortunijs consesti, & merito infandi. Repetit ergo alijs verbis Didonis propositionem, vt ostendat multorum & grauiũ malorum relationem breuibus esse conficiendã, & tunc si tempus aut locus admittat, vt aliquid inde referatur. Cæterum in conuentu cõiuij lætissimi & cum iam cœlo nox præcipitaret somnos, nec triste nec prolixũ aliqd afferit esse dicendũ, personæ quoq; narraturi incongruũ videretur, quęri fabularum genus, qm Æneas non aliena mala led propria fuerat narraturus & cõgesta ex Infinitis aduersis, idcirco ait, Infandũ regina iubes renouare dolorẽ Troianas vt opes & lamentabile regnũ Eruerint Danai. Quod dixit Danai abiecte pronunciãdũ, & quasi hoĩes imbelles & nullius virtutis. Troianas aũt magnas & merito lugendas, quæq; ipse miserrima vidi, Et quorũ pars magna fui, perdiderat enim regnũ, vidit miseranda in exitio Polytis & Priami, vidit interisse cũ patria oẽs opes regni, vxorem quoq; amisit, & patrem, & post omnia perdita malis adhuc innumeris vexabat, certe nec ipsam Didonẽ in tãta lętitia cõueniebat audire, ꝓ mala sua fieret enumerans. idcirco additũ est. Quis talia fando? Myrmidonum, Dolopumue, aut duri miles Vlyssi Temperet a lachrymis? Talia inquit desideras audire ab eo, qui passus est, quæ si hostes ipsi referant, vel audiant, nõ possint a fletibus tẽperare. Ibi enim fuit vnus ex Græcis Achemenides, quem fleturũ asserit, si Troiæ casus acciperet. Tempus quoq; quod quieti hominũ nõ fabulis attributũ est, nõ esse multiloquio conterendũ, quod ait etiã nox humida cœlo præcipitat, suadent cadentia sydera somnos. Non nulli sic intelligunt, nox ꝓcipitat cœlo, & ꝓcipitat positũ pro præcipitatur, led nõ ita est, & magis sic intelligatur oportet, etiã nox humida cœlo præcipitat somnos, suadentq; cadentia sydera somnos, vt hoc idẽ suaderẽt cadentia sydera quod nox humida cœlo ꝓcipitabat. hoc voluit dicere iã media nox absumpta est, si quidẽ & aura humida iam cœpit, & sydera in occasum labunt. Hæc. n. nõ fiunt nisi maxima noctis parte transacta. Sed si tantus amor casus cognoscere nostros, Et breuiter Troiæ supremũ audire laborem: Quanquã animus meminisse horret luctusq; refugit, Incipiã, fi, inquit, res duras amas audire, multiformes luctus meos relationis breuitate constringam, quod enim horret animus meminisse, veloci debet sermone transiri. Incipit iam respõdere primæ propositioni, & dicere Insidias Danaum.

ASCENSIVS.

¶ Conticuere oẽs.) Opportune quidem post strepitũ & citharæ crepitũ, indicat silentiũ tactũ: in quo vtriusq; & Reginę & Æneę demonstrat dignationẽ & authoritatẽ. Nam vt Reginæ rogitanti multa super Priamo &c. morem gererent: & vt Æneã dignum quem audirẽt se censere, significarẽt, Conticuere, verum priusq; verborũ poetę ordinẽ soluero: prẽmittã verba Donati, quę hęc sunt. ¶ Conticuere.) Quia dixerat: Fit strepitus tectis & citha. c. i. personat aurata: & ingeminãt plausum Tyrij. Cõticuere, partim propter eius honorificentiã, partim quia mens hominis cupida est, audiendi nouas res, & regina indixerat silentium. ¶ Intenti.) Desyderio inducebantur audiendi. Incipiã, in hoc principio narrationis loci, tẽporis, & personarũ, memor est Æneas. Ergo proposita retinet: sed ostendit esse prolixa & multa, nec tempori, nec loco, nec personis cõgrua, sed quia cupiebat id regina, cuius voluntas pro ratione esset, recurrit ad breuitatem: vt neq; ipse multa dura narrando in dolores incurreret: nec Didonem multum vigilare cogeret: hoc loco docet, quod q̃uis omnis narratio breuis esse debeat: tamen illa breuissima, cum propria mala narrantur, nisi necessitas cogat. Ergo contra erit, cum narrantur bona: nam prosperã & referre iuuant, & erigunt audientẽ. ¶ Infandũ.) Quoniam grauissima erant in cõiuio lætissimo narranda: & nõ aliena mala, sed sua narrabat. ¶ Troianas.) q. d. magnas. ¶ Danai.) Abiecte legendum, quasi imbelles. ¶ Pars magna.) Quia perdidit regnum. Vidit miserandã Priami, & Polytę mortem. Amisit vxorem, & denicp patrẽ. Certe neq; Dido deberet audire, quod mala sua fleret. ¶ Quis t.) Quæris me narrare, quæ etiam hostis: si audiret, non abstineret a lachrymis. Ibi. n. fuit vnus ex Græcis Achemenides, quem fleturum dicit. ¶ Nox h. c.) Præcipitat somnos: nõ ꝓcipitat, pro ꝓcipitatur, sed lege. Nox humida cœlo Præcipitat somnos, suadentq; cadẽtia sydera. Nox. h. e. p. hoc voluit dicere. Iam media nox absumpta est. Si quidem aura humida iam cœpit: & sydera in occasum labuntur, hæc. n. non fiunt nisi maxima parte noctis transacta. Hæc ille. ¶ Ordo est. Omnes. f. tam Tyrij, q̃ Phryges: qui plausum, strepitum, & citharę crepitũ prius fecerant: conticuere. i. simul tacuerunt & ipsi intenti. i. auidi ad audiendum res nouas tenebant. i. cõtinebant ora, ne. f. quidquam screatus, aut sternutationis emitterent, vnde plus est, qꝫ tenebant Ordo.

Temperet à lachrymis? & iam nox humida cœlo
Præcipitat: suadentq; cadentia sydera somnos.
Sed si tantus amor casus cognoscere nostros:
Et breuiter Troiæ supremum audire laborem:
Quãquam animus meminisse horret: luctuq; refugit:

Universidad de Deusto Biblioteca

ora ꝗ̃ quod cõticuerunt: & bene habet ratione temporis poeta, quia cõtinuo tenebant ora, quandiu.s.ille loquebat: inde.i.deinde Æneas pater.s.ab honore & principatu, vnde pro maiestate eius libentius cõticuerũt, & ora tenebãt: orsus est.i.ex ordine loqui cœpit ab alto toro.s.in quo discumbebat: nã & altior ei loc⁹ ꝗ̃ cęteris cõgruebat: sic.i.in hunc modũ subsequentẽ. O Regina, tu iubes.i.vis, aut modestię gratia quia reginã appellat: etiã iubere dicit renouare.i.vt renouẽ, & quasi retricem vlcus vetus (nõ autẽ dixit iubes mihi, aut me: ne per hoc superbã, aut arrogantẽ innueret reginã, quę maiori iuberet. Et ita honestius sępe multa subaudiunt, ꝗ̃ exprimunt.) dolorem infandũ.i.quasi ineffabilẽ, aut q indignus est quẽ vir fortis enũciet.s.vt.i.qualiter Danai.i. Argiui & Gręci eruerint.i.euerterint eruendo thesauros obstrusos, opes.i.diuitias & facultates Troianas & regnũ lamentabile.i. lamẽtatione dignũ, cum diu virtute defensum, tandẽ dolo captũ sit: & iubes renouare miserrima quę ipse.i.ego vidi (vnde quęq; duę sunt partes) & quorũ ego fui magna pars propter socerum, patriã, & coniugẽ amissam: quis Myrmidonũ.i.durissimorũ hostiũ, quales sunt Myrmidones populi Thessaliæ, & socij immitis Achilli: ve pro vel, quis Dolopum.i.sociorũ Pyrrhi filij Achillis truculẽtissimi: quippe qui Priamũ & liberos eius interemit: aut quis miles.i.stipẽdiarius duri Vlyssi, pro Vlyssis, aut Vlyssi, pro Vlyssei (nã quia Græce dicit Odysseus, Latine declinat aliquando Vlyxeus, aut Vlysseus: vnde Vlyssei in genitiuo: ideo autẽ potius Vlyssi, quã Vlyssis dixit, vt vitaret frequẽtiã s literę, quæ sibilum pareret:) quis inquã horum, tẽperet.i.abstinere possit, & temperare se a lachrymis: fando talia.i.dum talia quis fatur, vt fando sit gerundiũ ab impersonali.q.d.nullus: & si hostis nõ posset nõ flere: quanto minus ipse, qui eorũ pars magna fuit: Et.i.insuper: aut præterea nox humida præcipitat, sup.se: aut præcipitat, pro pręcipitatur: aut absolute, pręcipitat.i.pręceps ruit cœlo: sicut in Buc.dictũ est. Maioresq; cadũt altis de montibus vmbræ. (Sed si nox est vmbra terræ: videtur potius ascendere, ꝗ̃ descẽdere: nisi vt Dona.sentit, summã noctẽ significet quæ cœlo præceps ruit: cum etiã suprema regio aeris caligine vincat. & tunc quoq; sydera præcipue cadunt: quando mediũ orbem transgressa sunt, quæ cum nocte primum orta fuerant. Et sicui indecorũ videatur, ꝙ vltra media noctem recitatio perdurauerit: dicatq; poetã significare principiũ noctis dicendo: & iam nox humida cœlo præcipitat.q.d.iam primũ cadere: & suadentq; cadẽtia sydera somnos.s. cum sole, aut circiter eius ortũ orta, vt Hesperus, & cætera in primo crepusculo tantũ apparentia, dicã, vt præmissum est, ideo deorum seruatũ, quia id Dido summopere efflagitabat, regib.q; voluptati est, a vulgo dissentire etiã moribus, vt videlicet noctu agant, quæ vulgus interdiu: at non principiũ noctis fuisse: docet quod præmissum est, in fine primi: & noctẽ funalia vincunt. Iam enim tunc lychnis & funalibus, caliginẽ diutius expulerãt: dicamus ergo ideo additũ esse epithetũ, quod est humida: vt significetur nõ prima pars noctis, quæ adhuc ęstu diurno aridior est: sed plena nox quæ humida & sydera cadentia.i.quæ iam plus, ꝗ̃ medium orbẽ peregerunt: suadent somnos supp.inire. Sed si tantus amor, sup.est tibi.i.tantũ desyderiũ cognoscere pro cognoscẽdi: casus nostros & audire breuiter. (q.d.nam, vt ab origine dicam tempus nõ patitur.) supremũ laborem.i.excidiũ Troiæ, ego incipiam, sup.quanquã animus.s.meus, horret meminisse.i.recordari: & refugit, idest vitauit, aut recusauit.s.ab eo tẽpore, quo id petitum est. (Est enim refugit præteriti temporis, quia mediũ producit.) refugit ergo.i.significauit se refugere: aut ante hac sępe refugit: luctu.i.lugẽdo: aut propter luctũ, quia sine luctu meminisse nequeam, hoc autem dicto. Incipit dicens, Fracti bello: vt in sequentibus patebit, vnde verbum incipiam, huc acciri debet.

PIERIVS.

¶Si tantus amor casus cognoscere nostros.) In exẽplaribus aliquot antiquis agnoscere, legitur. Sed cognoscere Ser. agnoscit. neq; nõ Dona. & reliqua literatorũ collegia. ¶Sic orsus ab alto.) In Mediceo codice vna plus dictione scriptum est, ab alto est. Sed magis Virgilianũ est, vt verbum id subintelligatur potius ꝗ̃ adscribatur. ¶Luctuq; refugit.) In codicibus nõnullis sanè ꝗ̃ vetustis, luctum, habetur: quod ego factum credebam ob notam productię syllabæ signum, quę fuisset antiquitus supra syllabam vltimam deiecta. Sed animaduerti Ti. Donatum quoq; luctum, legere quarto casu: & apud Carisium, vbi versus is citatur, luctus, scriptum esse.

Incipiam. Fracti bello, fatisq; repulsi
Ductores Danaum, tot iam labentibus annis,
Instar montis equum, diuina Palladis arte
Aedificant: sectaq; intexunt abiete costas.
Votum pro reditu simulant: ea fama vagatur.
Huc delecta virum sortiti corpora furtim
Includunt cæco lateri: penitusq; cauernas
Ingenteis, vterumq; armato milite complent.
Est in conspectu Tenedos, notissima fama
Insula, diues opum, Priami dum regna manebant:
Nunc tantum sinus, & statio male fida carinis.
Huc se prouecti deserto in littore condunt.
Nos abiisse rati: & vento petiisse Mycenas.
Ergo omnis longo soluit se Teucria luctu:
Panduntur portæ: iuuat ire: & Dorica castra,
Desertosq; videre locos, littusq; relictum.

SERVIVS.

¶Fracti bello.) In hoc libro duplex intẽtio est: ne vel Troiæ, ꝙ victa est: vel Æneæ turpe videatur esse ꝙ fugit. ¶Fatisq; repulsi.) Oraculis (secundum Plautum) tribus, vita.s. Troili, Palladij cõseruatione, integro sepulchro Laomedõtis: quod in Scæa porta fuit: vt in Bacchidibus lectũ est. Secundũ alios vero, plurib⁹: vt de Æaci gẽte aliquis interesset. Vnde Pyrrhus admodũ puer euocatus ad bellũ est, vt Rhœsi equi tollerent: vt Herculis interessent sagittę: quas misit Philoctetes, cũ ipse non potuisset afferre morte præuentus. ¶Ductores.) Sonãti⁹ est ꝗ̃ duces, vt regnatorem Asiæ: quod heroũ exigit carmen. ¶Labentibus.) Velocibus. vt, Labere nympha polo, & Labere pẽnis. Cursu enim lapsus celerior est. ¶Instar.) Nomen est indeclinabile: licet Probus instaris declinauerit, vt Nestoris. & caret præpositione sicut peregre: quamuis Serenus lyricus ad instar dixerit. Instar aũt est ad similitudinem. Vnde non restaurata, sed instaurata dicunt ædificia ad antiquam similitudinem facta. ¶Equum.) De hoc equo varia in historijs lecta sunt: Vt Higinus dicit, machinamentum bellicum fuit. vnde est, Aut hæc in nostros fabricata est machina muros. Vt alij, porta quã eis Antenor aperuit, equũ pictum habuisse memorat: vel certe Antenoris domus quo posset agnosci. Aut equestri prælio victa est Troia. Aut a monte Hippio post quem se absconderant Gręci. Vnde & alludit, Instar montis equum. Aut re vera fuit: quod Virgilius sequitur. ¶Palladis arte.) Aut ingeniose, aut dolose: ac si diceret consilio iratæ deæ: quæ fuit inimica Troianis. ¶Ædificant.) Translatio a nauibus, vt Cicero, Nauem tibi ędificatam esse Messanæ. Item. ¶Intexunt.) Vt, Bis denas Italo texam⁹ robore naues. ¶Abiete costas.) Non sine causa Virgilius hoc loco abietem commemorat, Item acerem, & pinum paulo post. Nam fulminata abies, interitum dominæ significat: & Troia per fœminam perit. Acer vero in tutela Stuporis est: & viso equo stupuere Troiani. vt Pars stupet innuptæ donum exitiale Mineruæ. Pinus in tutela quidem est matris deum: sed & fraudũ & insidiarum: quia eius poma cadentia per fraudem interimũt: & hic equus plenus insidiarum est. ¶Abiete.) Solutio est dactyli nunc in proceleumaticum, vt, Ariete virum: alias in anapestũ, vt Fluuiorum rex Eridanus. Sciẽdum sanè Virgiliũ vbiq; in solutione ista seruare sibi excusationem synalœphæ: quod alij contemnunt. ¶Votum.) Oblatum. Nam participiũ est. ¶Ea fama vagatur.) Bene excusat, ne reus sit conscientię. huc, pro illuc. ¶Delecta corpora.) Delectorum virorum. ¶Sortiti.) Contraria sunt delectos & sortitos. Sed intelligimus plures quidem electos: sorte tamen ex ipsis ductos, qui includerentur. ¶Virum.) Pro virorum: qua figura & in prosa vtimur. Dicit sanè Plinius in naturali historia hoc in neutro non esse faciendum, scilicet propter casuum similitudinem: nisi forte nimia metri necessitas cogat. ¶Cæco lateri.) Pro cæcis lateribus. Et nota aliter dici cæcum hominem, idest non videntem: aliter cæcum latus, idest obcæcaturũ, absconsurũ. ¶Ingentis.) Vt diximus, epitheto leuauit tapinosim. ¶Vterũq;.) Vterus est mulierũ: quẽ modo ideo dixit, quia dicturus est fœta armis. Aluus est quo defluunt sordes vt Sallustius, Simulans sibi aluum purgari. Venter q ui videtur. Iuuenalis, Montani quoq; vẽter adest abdomine tardus. ¶Armato milite.) Vt supra Ex hoste. ¶Tenedos.) Tenes quidã infamatus, ꝙ cum nouerca cõcubuisset: hanc insulam vacuã cultoribus tenuit. Vnde Tenedos nominat. ¶Diues opum.) Hic genitiuo iungit. Statius, quod rarũ est, & ablatiuo, Vt satis ostro diues & auro. ¶Statio.) Statio est vbi ad tempus stant naues: Portus, vbi hyemãt. ¶Male fida.) Aut minus fida propter periculũ nauium: quia statio, est quã plagiã dicunt: aut certe fida Græcis. ¶Male.) Hoc est in nostrã perniciẽ. vt Lucanus de syrtibus, Sic male deseruit. Et hãc significationẽ raro inuenimus. Sanè male fidus, minus fidus intelligitur. Male, enim minutionẽ habet, nõ negationẽ. ¶Abijsse.) Petijsse. Abisse & petisse dicimus: sed propter metrũ epenthesis facta est. ¶Omnis Teucria.) Subaudi gens. Et absoluta est elocutio. ¶Panduntur portę.) Signum pacis est: vt Sallust. Apertæ portæ, releta arua cultoribus. ¶Dorica castra.) Mala est compositio ab ea syllaba incipere qua superior finitus est sermo. Nam plerunq; & cacephaton facit, vt hoc loco. Sanè Dorus, Neptuni filius fuit: vnde Dori originem ducunt.

DONATVS.

¶Fracti bel.fa.q.re. Ductores da.t.i.la.annis.) Satis subtilis & artificiosa narratio hominis.s.victi, & eius, qui videatur sibi, suis, & patriæ, adesse nequisse, eius, cuius auxiliũ Didoni metuẽti per omnia debuit videri necessarium, quod in spem certã venire nõ potuit, nisi Æneas primo personã suam iusta defensione purgasset. sed hæc a ratione tẽporis sumit atq; personæ, nos, inqt, quod magis dolori est non fortes vicerunt, nec bello strenui. quod ipsum, vt citius ostẽderet & probaret, subnexuit argumentũ a persona, vt dictũ est, & tẽpore. a persona sic, fracti bello, nullus enim bello frangit, nisi imbellis, nullus bello frãgitur nisi virtute resistentis. a tempore sic. Tot iam labentibus annis, qm̃ in cõgressione aperta per annos plurimos obtinere nõ potuerunt, fatisq; repulsi. Quandiu, inquit, Troiæ imperiũ fatis cõsentientibus stare potuit, repulsi sunt virtute nostra ductores Danaũ. ¶Instar montis.e.d.p.arte Ædificãt seq;.in.ab.costas.) Ecce in bellum factum verterunt se ad insidias, vt desperatã in aperto marte victoriam adminiculo fraudis obtinere possent. Proinde ad instar montis equũ Palladis ædificant, & diuina arte costas eius intexunt. Cur autẽ Palladis nomine ædificatus sit, datur color quo possent homines ab insidiarũ suspicione transduci. ¶Votũ, inquit, pro re.si. ea fa.va.) Sparsa est plena fraudis opinio vt & illos studio bellandi deposito redituros Troiani crederent, & in munere, quod velut redituri fuerãt relicturi, nulla solicitudinis suspicio remaneret. hoc aũt idcirco Græci vltro pro vero vulgauerãt, ne videntibus causa fabricati equi per multas & diuersas cõiecturas occurreret. hoc igitur cõmẽtum, qm̃ in occulto pro magnitudine sua esse non potuit, accepit verisimilẽ rationẽ, & diuulgatũ est. quod autẽ potuit insidias pręuertere si fieret cognitũ, in occulto perfectum est, deniq; de equo dixit, Et fama vagatur. vbi venit ad aliã insidiarũ partem, quã latere cõuenerat, ait. ¶Huc de.vi.sor.cor. fur. Includunt.cæ.la.) Quales viri includendi essent in equi secretis, vel quo ordine de plurimis reparari quoniã publica necessitas fuit, & pleno obtinendi studio ducebantur, poeta pertractat, licet Æneam loquentẽ induxerit, vult enim exemplũ hinc nasci, quid faciendũ sit in talibus causis, vt paucorũ periculo vniuersis proueniat, quod speratur cõmode profuturũ. Eligunt inquit egregia virorũ fortiũ corpora, & vt ipse (cum patefieret equus) docuit, non plebeiorũ, sed ducũ hoc est potiorum. Et quia incerta vnicuiq; formidolosa sunt, nec possunt sponte appeti, sors, inquit, dedit ex fortib⁹ primis & plurimis, quos equus capere atq; occultare potuisset. hos igitur includũt cæco lateri tenebroso.s. & vndiq; versum clauso. ¶Penitusq; cauernas Ingentes.v.q;.a. mi.com.) Cauernas, inquit, & vterum, cauernas debemus accipere loca quæ præter vterum esse potuerunt, ceruicis.s.armorũ & extremorũ. In hoc exemplo etiam hoc discendũ est, vnumquẽq; in causis difficilioribus reipublicę, si ita res exigat, etiam salutem suam debere contemnere. ¶Est in cõspectu Tenedos no.fa. Insula, di.op.pr.d.r.m. Nunc tam.si.& sta.ma.ca. Huc se prouecti de. in lit.con. Nos abijsse ra.& ven.pe.my.) Descriptio loci nõ inaniter posita. talis enim inuentus est, qui hostiles insidias celare potuisset & Troianorum suspiciones auertere, describitur eius felicitas prior, sequentis autem temporis fortuna deterior. hanc enim insulã si arbitraretur Dido incolumem quã omnes homines opinione diuitem nouerant, non crederet complendis Gręcorum insidijs opportunã esse potuisse. Omnis ergo eius descriptio ad excusationem tendit nõ intellectæ fraudis, Iccirco ait, In conspectu fuit Tenedos, sed insula, quo facile transiri nõ posset, nec videri aliquid præter ipsam. impediebat.n.mare, quo fuerat clausa. apta igit Græcis ad insidias proximitatis etiã causa, diues opum, Priami dum regna manebãt, magna, inquit, fuit, sed cum staret imperiũ Priami. hoc ideo positũ est fuisse aliquãdo magnã vt Dido ab eius veteris felicitatis opinione discederet. si enim staret eius fortuna per idẽ tempus, quo parabantur insidiæ, esset suspicio, potuisse hostes illic esse habẽtes annonę de celebritate substantiam. assignatur ergo illis annonæ & plena defectio, vt vnusquisq; crederet, illic Gręcos etiã si vellent inopiæ causa nõ fuisse mansuros. Addit & statio malefida carinis, vt magis esset verior fides, hostilem metum penitus recessisse. Cum littus illius insulæ periculosam stationem nauibus daret. Malefida autem statio est, vbi stari quidem potest, sed mala fide, hoc est vbi deceptio possit exoriri, si aduersa turbinum tempestatumq; nascantur. Hãc partem iccirco poeta posuit, vt constaret Troianos nõ vacua suspicione arbitratos nauigasse hostes, cum veniẽtes locus ille sine periculo tenere nõ posset, nos abijsse rati, & vẽto petijsse Mycenas. Cum omnia, inquit, conuenirent relictum.s. (vt opinio pertulerat) donum Mineruę, egestas insulę Tenedos, & littoris infida statio, abijsse eos arbitrati sumus, & tædio temporis sedes suas venetis iuuantibus petiuisse. (Ergo omnis lon.sol.se.t.l. Panduntur portæ, iu.i.& do.ca. Desertosq; vi.lo.lit.q.re.) Moralitas plena hoc loco monstratur, vbi enim creditum est, & multimoda suspicione firmatum belli rabiem abscessu hostis esse submotum, solutus est longi temporis luctus, & reserauimus portas, ausi quin etiam sumus procedere aliquantũ, reuisere loca, quæ hostis obsederat. & deinceps licebat desertos videre locos, hoc est vacuos ab hostibus, quos dudum animus oppletos horrebat.

ASCENSIVS.

¶Fracti bello, fatisq; repulsi.) Hoc si ordinem rerum gestarum attenderimus est totius Æneidos.i.huius operis initium. Nam prius capta est Troia, ꝗ̃ Æneas profugit: & septẽ annos errauit. verum (vt dixi) a poetis virtus est, vt ab vltimis, sicut Homerus a decimo anno belli Troiani: & poeta nunc a septimo anno errorum Æneę: aut a medijs (sicut in comœdijs videre est) inchoãtes ad prima redeant, quæ dicta velint, quam opportunissime, quia igitur per transitum voluit poẽta describere Troiæ excidium: & per compendium colligere Æneæ errores, id aptissime hoc loco facit. vbi vt Serui. bene annotauit, duo intendit, & Troiæ excidium, & Æneæ errores ab infamia purgare: nã si fatale fuit Troiam decidere, & fata semper viam inueniunt: Et nihil inuitis fas quẽq; fidere diuis: quis vitio det, quod victa est: Et si Æneas dijs authorib. multorũq; monitis profugit, non illi dedecori esse poterit, ꝙ data fata secutus: matre dea monstrãte viam, Italiam fato profugus Lauinia venit Littora. Incipit ergo historiam nõ belli Troiani, sed captionis Troianæ: de qua re præmittemus verba Dona, quæ huiusmodi sunt. ¶Fracti bello.) Subtilis narratio hominis victi, & eius qui patriæ adesse nequiuerit, Cuius auxilium Didoni omnia metuenti videri debeat necessariũ. Quod in spem certam venire non potuit: nisi Æneas prius personã suam iusta defensione purgaret: quod ab occasione temporis & personę sumit. Non nos strenui, sed imbelles vicerunt. Argumentum ergo a persona. Fracti bello, nullus bello frangitur nisi imbellis, & nisi fortis sit qui resistit. At ipsi. ¶Tot iam labẽtib.annis.) Tandiu restitimus, quãdiu fata imperiũ stare cõsenserunt. ¶Instar mon.e.) Fracti bello se ad insidias conuerterunt Palladis: quo possent ab insidiarum suspicione abduci. ¶Equum.) Maxime insidiæ: nam quod abscondere non potuerunt spe religionis contexerunt. ¶Delecta.) Non ergo plebeia: & est ad excusationem Troianorũ. Elegerunt ex ducib. plurimos, & quoniã periculosa non possunt sponte appeti, sors dedit plurib. fortibus, quos equus caperet, ostendit autem poeta, paucorum periculo prouidendum omnibus: neq; debere homines refugere mortem pro salute patriæ. ¶Cauernas.) Loca quæ præter vterũ caua essent: vt circa armos, & collum, & ilia. ¶Est in con.) Locus est qui hostileis insidias facile celaret: in conspectu erat, sed insula quo non facilis esset transitus, & mare interiectum occultabat insidias. ¶Male fida.) Ergo credendũ illos enauigasse. ¶Nos abijsse.) Cum & littus reliquissent, & malefida esset statio, non mirum si crediderunt abijsse. ¶Ergo omnis.) Moralitas plena monstratur. Vbi.n. creditum est bellum amotum: solutus est ei longi temporis luctus. ¶Ordo est. Ductores idest principes belli, & qui cæteris præficiebãtur vt Agamemnon, Menelaus, Diomedes, Nestor, Vlysses, Pyrrhus, & consimiles: Danaum, idest Argiuorum, & cęterorũ: fracti, idest lassefactati & effœti, ita vt amplius nõ possent: bello.i.virtute bellica, quam in Troianis ostenderãt: & repulsi fatis.i.quia perficere nõ poterãt, quæ facta oportuit ante Troię excidium (de quibus Seruium videto. & hoc tot annis, quia decẽ: labẽtibus.i.celeriter

Audenda p patria.

Ordo.

Universidad de Deusto Biblioteca

transfactis:aut tacite pertransitis, quia re adhuc infecta:ipsi ædificant.i.construunt.(Nam si proprie accipiaf ædificare,est ędes facere:sicut equitare,equum,cui insidetur agere: & tamē dicimur ædificare naueis,& machinas,& equitare mulos,& asinos:immo Hora.dicit,equitare in arundine lōga: sed pueri arundinē equū vocāt.)equum.i.statuā equi:diuina arte.i.maximo artificio Palladis:aut quia Pallas, tunc Troianis inimica,ita factū voluit, aut quia docuit:instar.i.in statum,aut staturā,& magnitudinē montis:hoc est tam magnum,vt mole sua montem æquipararet:& intexunt costas.s.equi:abiete.i.illa arbore de genere sapinorū,quę in montibus libēter nascitur: secta.i.fissa:finditur enim faciliter: & simulant,sup.equum, votum.i.voto promissum: pro reditu: & ita votum erit participium,aut si nomen est,simulant votum, idest quod equus ille habeat rationē voti,pro reditu: quia sicut Sinon dicet,simulabant se nō posse redire, donec Pallas placetur: ea fama vagatur,scilicet per vrbem: hoc est, vulgo dicunt illum equum Palladi votum: & ita si Sinoni id affirmanti, fides habita est:non sunt propterea leues,& improuidi,dicendi Troiani:& ipsi sortiti.(Nam tantum timebant omnes periculum illud obire, vt nec pretio,nec prece,nec minis, nec alia quauis ratione,quisquā ad hoc induci potuerit,præter quā sorte, in qua cum æqua sit omnibus & summis, & infimis conditio: omnes se sacramento astringunt,priusquam sortes trahantur: id se facturos, quod sortes significauerint:nec potuerunt imperio ad hoc astringi:nā vbi in manus hostium peruenissent, inuiti potuissent,rem indicando,sibi salutem comparasse.Est ergo laus obsessorum, quod non nisi sortiti, poterant includi.)sortiti inquam idest mittendo sortes:quibus sciant qui id periculum obire debeant.corpora virum pro virorum: delecta idest de toto numero lecta: huc .i.ad hoc munus quia delegerant plurimos ne pauci conditionem fortium refellerent: & deinde sortiti sunt ea corpora prius delecta:& sortiti,includunt ea furtim.i.per insidias.lateri.s.equi: cæco.i.tenebroso:ita vt in eo nihil videatur: & complent cauernas:penitus idest valde ingenteis: aut complent penitus.i.penē intus:cauernas.i.latebras ingenteis & vterum.i.aluū totū,milite armato.i.multis militib⁹armatis.Insula Tenedos.s.aut Tenedos, appositorie insula notissima,fama.i.per famā,est in conspectu.i.prospectu Troię:diues opū.i.diuitiarū plena,dum regna Priami manebāt:nunc autē,sup.est:tantū.i.duntaxat.aut tantūmodo:sinus.i.angulus maris: & statio.i.receptaculū, vbi naues ad tēpus stent:malefida.i.nō satis tuta:carinis.i.nauibus,aut ventribus ea rum quę illic illidunf,sup.ductores Danaum,aut oēs Danai,pro uecti.i.porro vecti,per naueis.s.(nam,vt profecti legaf,vix patitur versus.)huc.i.in hanc,quam dixi, insulā:ipsi cōdunt.i.abscōdunt, se in littore deserto:quia cū regio esset vasta, nulli eā colebāt:nos,sup.sum⁹:rati.i.arbitrabamur, sup.eos:abisse.s.penitus: & in patriā suā rediisse: vnde sequitur &,pro.i.petiisse Mycenas: patriam.s.Agamemnonis,vento.s.impulsore.Ergo, quia.s.id rati sumus:omnis Teucria.i.regia Teucrorum:hoc est,tota Troia: soluit.i.liberat,& expedit se,luctu lōgo.i.tristitia decennali.Portę panduntur.i.referātur,quę tempore belli clausæ erāt:iuuat.i.delectat.s.plurimos:ire.i.egredi:& videre castra, Dorica.i.Dororum,hoc est,Græcorum:hoc est, quæ Dori illic dereliquerāt:aut si castra abstulerant.(Sunt autem castra in quibus milites degūt intentoriis:interdum Vallo munita loca.)ꝗ,pro, & locos desertos.i.quos Græci deseruerant:& littus relictum a Græcis.

PIERIVS.

¶Est in cōspectu Tenedos.)Quāuis nomina Grȩca,prȩsertim locorū propria, multū in carmine venustatis habere suo idiomate posita,non ignoremus:eaq́ de causa vulgatos penè oēs codices Tenedos,scriptitare cœpisse: In antiquis tñ aliquot,prȩsertimq́ in Ro.scriptū est,Tenedus Latina voce.Et in antiquissimis Mar. Tullii codic.manu scriptis,Tenedus,legi eodē modo,vt in Verrinis,quod ad hunc locū facit lib.iii.Tenē ipsum, qui apud Tenedios sanctissimus deus habetur,qui vrbē dicitur cōdidisse,cuius ex nomine Tenedus nominatur.Cæterū in reliquis exēplaribus Tenedos, plurimū habetur.¶Huc se prouecti deserto in littore condunt.)In antiquo exemplari Longo.proiecti,legif, qui mos est sese occultantium,& in insidiis latitantium. Sed melius de nauibus intelligere, cum in aliis plerisq; omnibus codicibus, prouecti,legatur.

SERVIVS.

¶Tendebat.)Tentoria habebat.vt,Et latis tendebat in aruis.¶Sęuus Achilles)Propter Hectorē tractū. Et talis vbiq; inducendus est:vt Horatius, Iura neget sibi nata.¶Classibus hic locus)Magis ad equites referre debem⁹:vt & octinæ classes.Vnde & classica dicuntur.¶Hic acies.)Legif & acie. Nam potest vtrūq;.¶Innuptę.)Quę nunq; nubit.Nā virgo potest & nubere.¶Donum exitiale.)Quantum ad Troianos.¶Primusq;. Thymœtes.)Vt Euphorion dicit, Priamus ex Arisba filiū vatē suscepit. Qui cū dixisset quadam die nasci puerū, per quē Troia posset euerti, pepererūt simul & Thymœtæ vxor & Hecuba,quæ Priami legitima erat.Sed Priam⁹ Thymœtæ filiū vxorēq; iussit occidi. Inde ergo nūc dicit siue dolo quia iustā causam pditionis habere videbatur.Alii volūt. ¶Dolo,)quo omnes decepti sunt.¶Sic fata ferebāt.)Vt ēt ciues cōtra patriam sentirēt. ¶At Capys.)Quidā: nō pater Anchisæ. Et bñ nec se nec patrem, huic cōsilio dicit interfuisse, p quod niterit⁹ patriæ imminebat, Quāquā Æneas quasi obtrectator Priami nō adsit,vt Homer⁹ dicit:Anchises vero propter cęcitatē,vt docet Theocritus.¶Subiectisq; vrere flāmis.)Que,copulatiua coniunctio est,aut disiunctiua. Quomodo

Hic Dolopum manus,hic sæuus tendebat Achilles.
Classibus hic locus.hic acies certare solebant.
Pars stupet innuptæ donum exitiale Mineruæ:
Et molem mirantur equi:primusq; Tymœtes
Duci intra muros hortatur:& arce locari:
Siue dolo:seu iam Troiæ sic fata ferebant.
At Capys,& quorum melior sententia menti,
Aut pelago Danaum insidias,suspectaq; dona
Præcipitare iubent:subiectisq; vrere flammis:
Aut terebrare cauas vteri,& tentare latebras.
Scinditur incertum studia in contraria vulgus.
Primus ibi ante omneis magna comitante caterua,
Laocoon ardens summa decurrit ab arce:
Et,pcul. {ô miseri,quæ tāta insania,ciues? LAOC.
Creditis auectos hostes? aut vlla putatis
Dona carere dolis Danaum? sic notus Vlysses?
Aut hoc inclusi ligno occultantur Achiui:
Aut hæc in nostros fabricata est machina muros,
Inspectura domos,venturaq; desuper vrbi:
Aut aliquis latet error.equo ne credite Teucri.
Quidquid id est:timeo:Danaos & dona ferenteis.
Sic fatus,validis ingētē viribus hastā, ÆNEAS
In latus,inq; feri curuam compagibus aluum
Contorsit.stetit illa tremens:vteroq; recusso
Insonuere cauæ,gemitumq; dedere cauernæ.
Et si fata deum,si mens non læua fuisset:
Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras:
Troiaq; nunc stares:Priamiq; arx alta maneres.

modo ergo has iunxit? Poetarum est partem pro parte ponere: vt toruum pro torue, voluentibus pro volubilibus. Coniunctionem ergo pro coniunctione posuit:vt, Saxum ingens voluunt alii, radiisq; rotarū. Que,pro vel posuit. Nam sonātius visum est.¶Incertum.)Instabile.Vnde est.¶Studia in contraria.) Sanè.Vulgus magis masculini generis est, quam neutri: quia in us exeūtia neutra, in ris,mittūt genitiuū: excepto pelagus: quod in hoc nomine creauit errorē.¶Ante omnes.)Aut perissologia est,qa dixit.¶Prim⁹.)Aut. Ante omnes, idest videntibus oibus. ¶Laocoon.)Omnia in on exeūtia tertię sunt declinatiōis: vt Laocoontis, Demophoontis,Hippocoontis.¶Quæ tanta insania?)Quia insanorū est contra se sentire.¶Dona carere dolis Danaum?)Ordo est, Dona Danaum nō dolis Danaū.¶Sic not⁹ Vlysses?)Quia vt ait Home.volūtate verberatus: & sub habitu mendici Troiā ingressus, explorauit vniuersa.¶In ligno.)Bene ligno,quasi dissuasor:nō simulachro,vt paulo post,Ducendum ad sedes simulachrū.Nā in suasione vel dissuasione tā sensus quā verba consyderātur.¶Error.)Idest dolus.vt, Et inextricabilis error. Et est figura ab eo quod præcedit,id quod sequitur. Distinguendum sanè error:

error:& sic dicendū.¶Equo ne credite Teucri.)Item.¶Quicquid id est,timeo.)Hoc melius est.¶Feri.)Quadrupedis:ab eo ꝙ toto corpore feratur.¶Curuam aluum.)Plautus masculino ait genere,quo non vtimur.Percussum sane intelligimus inter ventrē & latera.¶Vtero recusso.)Pro cōcusso:prępositio pro prępositiōe. ¶Cauæ cauernæ.)Græca figura est:vt vitā viuere, mortē mori. ¶Fata deum.)Fata modo participiū est,hoc est quæ Dii loquuntur:vt Statius,Et vocem fata sequuntur.¶Læua.)modo contraria.Et sciendum læuum cum de humanis rebus est,esse cōtrariū: cum de cœlestibus,prosperum,vt,Intonuit læuum:quia sinistra numinū,intuētibus dextra sunt.¶Fœdare.)Dilacerare. Fœdum enim tam apud Virgiliū,ꝙ apud Sallustium non turpe significat sed crudele:vt,Sanguine fœdantem quos ipse sacrauerat ignes. Sallustius,Fœdi oculi.¶Stares.)Si stares legeris, maneret sequitur:propter ὁμοιοτέλευτον. Et est apostropha.

DONATVS.

¶Pars stupet in.d.e.mi.Et.m.m.e.)Mirabantur aliqui & subtilitatem artis,& fabricæ magnitudinē.¶Primusq; Thymoetes.D. in.m.h.&.a.lo.Si.d.s.i.t.si.fa.fe.)Huius post exitum rerū sententia venit in dubiū,& quia nihil ex aperto constiterat, partim pditoris animo,partim innocēter sentire iudicatus est. ideo pditor quia primus cæteros hortatus est, vt equus pduceretur vsq; ad Mineruæ templū,ideo innocens quia maiore vi cōstabat interisse imperium Troię.¶At Capys,&c.)Capys,inquit, & alii melius sentientes,sed nō tunc iudicati sunt melius sensisse,sed post excidium Troiæ,contra Capys sniam tractantes alia dicebant facienda.Ideo ait.¶Scinditur.in.st.i.c.v.)Cum totum.n.suspicionibus ageretur,nihil potuit recte firmari,quid ergo dicebat pars, quæ cōtra Thymoetis arbitriū senserat?dona hostiū debere esse suspecta,proinde tradenda in præceps, iidem aut cōsumenda incendio,aut terebro tentanda.Interea omnium consiliis in incertum adductis.¶Primus ibi.a.o.m.co.c.Laocoon ardens.s.d.ab ar.) Laocoontem apparet inter illos nō fuisse, qui diuersa tractabāt, deniq; summa decurrebat ex arce cum caterua ingēti, excitatus vtiq; opinionibus incertarum sententiarum.quod incertū metuens ne in perniciē ciuitatis verteretur,præuenire cupiebat.Ardentem autem hic non festinantem dixit, vt alii volunt, dixerat enim decurrit.Itaq; expressit festinantem, & plus est currere, ꝙ festinare.Superest ergo vt ardentem aliter dixerit.s.aut ingenio vigilantem,aut pro statu publico commotum vehemēter. certe nō vrgeretur ad cursum nisi animi necessario metu fuisset excitatus.¶Et procul.)Tantum cōmotum tantumq; ostendit poeta illum esse turbatum, vt adhuc longe positus clamaret. & anteꝗ tractantibus misceretur cōtradicens, ne suspecta hostium dona ducerentur in patriam.¶O miseri,quæ tanta insania ciues?)Inuectio ardētis hominis non cōtumeliosa in ciues,sed pro statu publico necessaria,miseri sunt inquit qui ea sentiūt, quibus miseri efficiantur,deniq; creditis duo accidere sine fraude potuisse. nā sic posuit.¶Creditis auectos hostes?)Qui.n.tot per annos gesserant bellum,nec fuerant optatum victoriæ præmium cōsecuti, non longius abscedebant. creditis etiam illud tutum esse posse vel vacuum fraude,donum.s.Mineruæ?quod reliquerūt inimici:hoc est quod ait.¶Aut vlla putatis dona carere dolis Danaū?) Non tantum hoc suspectum est,inquit,verumetiam omnia,quę sub beneuolentiæ specie Græcos arbitramur præstitisse. Danaū quod dixit non solum nomē gentis voluit demonstrare,sed hominum etiam genus versutum,dolosum,callidum, atq;, vt hoc astrueret,traxit argumentū a persona Vlyssis,qui bona nesciret, & in malis fuisset satis istructus.¶Sic notus Vlysses?)Quasi oēs tales essent,quos etiam si cōstaret esse dissimiles,fieri potuisse, vt magisterio eius pessima semper & noxia cogitarent. Danaū, sic pronunciandum est,atq; sentiendum,quasi oēs essent versuti & insidiosi.quod ipsum generaliter positū specialitate sequenti voluit comprobare.aliter.n.persuadere nō poterat raptis ad diuersa consilia,nisi euidentioribus argumētis persuasionis suæ intētionem notis & cognitis assertionibus roborasset.sic notus Vlysses?Oratoria virtute vsus est,vt vnius Vlyssis tergiuersatione notissima,totam gentem macula tergiuersationis aspergeret. Incipit iam publicare, quid sentiat,tracto.s.argumento, a persona, & tempore, quoniam natura callidos dixerat, & belli vel maxime tempore factos esse peiores.¶Aut hoc.i.l.o.a.Aut hęc in no. f.est.m.m.Inspectura domos.v.q;.d.v.Aut aliqs latet error.e.ne c.t.)Dixit euidēter qd primo & secūdo loco sentiret,tertio vero dixit aut,& cum non suppeteret sequēs dictū cōfugit ad generalem suspitionem,& ait.Aliquis latet error,equo ne credite. vt id cuius fuit incertus iudicasse videaf, quo genere firmauit, qcqd illud fuisset,esse debere suspectum,quia originē ducebat ab hostibus.¶Timeo Danaos & dona ferentes.)Hostium, inquit, vel maxime Græcorum etiam dona timēda sunt,duplici ex causa asseruit esse metuendum.ꝙ esset hostis insidiosus & callidus, & ꝙ eo tempore magis cauendus esset, quo simulabat bonitatē,atq; vt author esset tentādi equi,& non tantū verbis verūetiam facto ad audiendum cæteros prouocaret.¶Sic fatus, validis ingentem vi.ha.&c.)Quia supra dixit penitusq; cauernas ingētes,vterūq; armato milite complent, hic posuit omnia illa percussa ictu validissimo,quid intus ageretur nunciasse.¶Et si fata deum,&c.Impulerat ferro argolicas fœ.lete.)Fatalem deorum voluntatem accipere debemus,non fatum.Si,inquit,dii non auertissent intētionem nostram,eodem momento omnes Græcorū apertę fuissent insidiæ.Et facta apostrophe cum ingenti dolore animi addidit.¶Troiaq; nunc stares,P.q;,a.a.maneret.)Sicuti māsit, anteꝗ dolus obtinuisset.

ASCENSIVS.

¶Hic Dolopum ma.&c.)Cōtinuat narrationem suam, docetq; quid viderint egressi,iam patefactis portis Troiani.Vnde Donatus dicit sic.¶At Capys.)Sententia Thymoetę suspiciose tractata est.Capys autem sententia,non nunc melior,sed post factum cognita est.¶Scinditur.)Nam cum totum suspitionibus ageretur, nihil potuit recte firmari.¶Primus.)vbi nō erat Laocoon inter ambigentes:sed descendit ab arce excitus, contrarietate sentētiarum:& cupiebat præuenire:ne quid in perniciem reipublicę decerneretur.¶Ardens summa.)Vel ingenio vigilans aut vehemēter pro statu publico commotus.¶Et procul.)Nisi adderet verba donec aduentaret,distulisset.¶O miseri.)Inuectio ardētis animi,non contumeliosa in ciueis:sed pro statu publico necessaria. ¶Miseri.)Qui ea querunt,quibus efficiantur miseri.¶Auectos.) Qui per tot annos bellum gesserūt.¶Aut vlla.)q.d.creditis id tutum,quod reliquerūt hostes:aut aliud quidpiā,quod beneuolētię simulationē adferāt:¶Danaū.)Quasi callidorum & versutorum.¶Vlysses.)Quasi si non essent dolosi,ab hoc magistro addiscere potuerūt.Hoc oportebat ostēdere,si in cōtraria iā raptos, auertere a proposito volebat,ergo notissima fraude vnius, vniuersam gentē vituperat.¶Equo.)Quia originē ducit a fraudulētis hostibus,qui tunc maxime timēdi sunt,cū beneuolētiā simulant.¶Sic fatus.)Non verbis solū,sed re, voluit affirmare sniam. ¶Fata deum.)Voluntatem accipere debemus.q.d.nisi dii auertissent intentionem nostram, statim insidias has cognouissemus. ¶Nūc.)Sicuti stetisti ante has insidias.¶Ordo autē est: Manus.i. exercitus Dolopum.i.sociorum Pyrrhi, supp. tēdebat hic.i.hoc loco.Achilles sæuus.i.immanis,qui Troilum tam imaniter occidit,& Hectora tā crudeliter traxit: tēdebat.i.tētoria habebat: hic i.alio loco:hic locus,sup.erat classibus.i.ordinibus eqtū in classes,quas Liuius qnq; enumerat,distributorū:hoc est,hic exercebātur equites:& acies.s.pliantiū solebāt certare hic:aut ipsi solebāt certare hic:acie.i.plio,in aciem instructo:in oibus aūt subaudiēdū videtur,dum Troiam obsidebāt:aut quid simile, qa aliter potius diceret,tetēderat,quam tendebat:tum enim non tendebat.cum iam mortuus esset Achilles.Pars.s. Troianorū egressorum:stupet.i.cum stupore aspicit:donum exitiale.i.equum tam magnum,quem ad exitium Troię,simulabāt Grȩci se velle dare Mineruæ inuptæ:perpetuæ.s.virgini: quæ nunq; nupsit.Significat enim puriorem ignem,cuius nō est cōmistio, nec pollutio, ideoq;,ex cerebro Iouis.i.ætheris nata dicitur: & pro.i.mirātur molem equi (moris est Virgiliani,præcedētia sequētibus declarare.)Thymoetes,ille vir Troianus, hortatur primus sup.equū duci:intra muros,& locari,supp.in arce.i.summo templo Palladis,quod in Ilio erat hortabatur,dico, siue dolo: quia conscius fraudis,& doli Græcorum,siue quia fata Troiæ.i.quæ erāt de excidio Troiæ,tunc ventura ferebant.i.cōstituebāt sic.i.vt id hortaretur etiam bonus ciuis:in perniciē suam,& suorum. At.i.sed Capys,& alii quorum mēti sup.erat sententia melior.i.quæ postea melior comprobata est,cum tamen ignoraretur: iubēt, aut præcipitare pelago.i.in pelagus:hoc est submergere insidias Danaum:& pro.i.dona suspecta.i.quę suspecta erant de dolo: quia a dolosis,& fraudulētis hostibus offerēda: q;, pro vel (potuisset tñ posuisse,ve,vnde opinor poetam accepisse,q;,pro &: vt fit disiunctio bimēbris:vt, videlicet alii iusserint oino delere: & id aqua, & igni,vt prius cremetur,& cineres cum reliquiis in pelagus pcipitentur: alii non delere, sed aperire voluerūt ad experiendum siquid in eo doli esset.) q; igitur,pro vel,vt sentit Seruius: aut p &,iubent vrere.s.dona suspecta,flammis subiectis,quia vis ignis ascēdit:aut si omnino delere nolint, iubent terebrare.i.perforare:& Ordo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

re:& tentare.i.experiri: penitus cauas latebras vteri.i.alui equine. Vulgus incertũ.i.instabile:aut potius dubiũ,& anceps in sententijs:quia ignarũ,& imperitũ,scinditur.i.diuiditur,in cõtraria studia:Laocoon,sacerdos ille Neptuni,ardẽs.s.zelo patriæ defendendę:decurrit.i.deorsum currit,ab arce summa ibi.i.eo tpe,dũ nõnulli cẽserẽt equum,in arce locandum esse:decurrit,dico,primus ante omneis.i.corã omnibus:& hoc magna caterua.s.populi:comitante.s.eum:qui,videlicet idẽ sentiebãt:aut cũm decursus eius videre volebãt.Et procul,i.cũ adhuc procul esset, sup.dixit:o miseri ciues:quæ tanta insania,sup.est vobis:sed imprecipitanter agẽti,honesta est eclipsis.Creditis hosteis auectos:aut putatis vlla dona Danaũ,carere dolis.i.fraudibus,& insidijs.q.d.si id facitis,deliratis omnes.Vlysses est notus sic,i. vt audeatis eius dona,ruptis muris vestris imittere in arcẽ.q.d.ex sola calliditate,& fraude illius viri,satis nosse deberetis,equum non esse accipiẽdũ:quia aut Achiui occultãtur,occlusi in hoc ligno.i.ligneo equo:& nõ dicit,& voto,aut donõ:ne id irreligiose facere cẽseat: aut hęc machina fabricata est in nostros muros.i.ad perniciẽ nostrorũ murorũ:hoc est,vt muri nostri rumpantur,& postea euertantur:inspectura.i.vt inspiciat per eos qui in ea latẽt: domos.s. nostras:& vẽtura desuper.i.per grassationẽ,aut duram dominationẽ,vrbi.s.nostrę:aut aliquis error.i.dolus:sup.alius latet.s.in hoc equo:& ideo,o Teucri,ne credite,i.ne cõfidatis equo. Quidquid,i.siue equus,siue machina,siue donũ censeri debeat:ego timeo.i.formido Danaos.i.Gręcos:&.i.etiã,dona ferẽteis.i.nõ solum dum nos hostiliter oppugnabãt,sed ẽt nũc,cũ dona se offerre simulãt:Laocoon fatus.i.locutus sic:contorsit validis viribus ingentem hastã in latus,& in aluum curuam compagibus:feri.s. equi quadrupedis.Illa.s.hasta:stetit tremẽs,idest micans, aut vacillans:& cauæ.i.loca caua insonuere,& cauernæ dedere gemitũ: aut sic,cauernæ cauę insonuere,& dedere gemitum,vtero recusso.s.ab armatis,qui intus cõcutiebãt,postq̃ vterus foris concussus fuerat.Et si fata deum non fuissent læua.i.sinistra, & inimica Troianis:& si mens.s.eius,qui sonitum perceperat,non fuisset lęua,ipsa impulerat.i.impulisset Laocoonta:fœdare.i. fœde dilacerare:ferro.s.hastæ:aut ẽt bipẽni,iam audito sono armorum: latebras Argolicas.i.qb' argolici latitabãt:& o Troia,si,sup. hoc fecisset:tu stares.s.incolumis:& alta arx Priami maneret, sup.adhuc:aut,& tu o alta arx Priami maneres.s.adhuc. Contra quod dicturus est Panthus:Fuimus Troes,fuit Ilium.

PIERIVS.

❡Hic acies certare solebant.) Nõ displicet,quod in Romano codice,acie certare solebãt,legitur:quæ quidẽ elocutio apud Cæsarem frequentissima est sicuti apud Liuiũ,Acie confligere,vt obiter locũ apud eum ex veteri codice recognoscamus,lib.iij.de secundo bello punico:Cum sex consularibus exercitibus acie conflixisse. ❡Primus ibi ante omneis.) In vetustis aliquot codicib' ante alios,legitur:sed omneis,agnoscit Seruius. ❡Aut aliquis latet error,equo ne credite Teucri.) Vulgata omnia exemplaria, Seruio adstipulata,ita legunt,vt sententia sit, equo nõ credẽdũ, ideoq; ante dictionẽ,equo puncta adlinunt. Ti. Donatus distinguendũ monet ne credite,ab dictione, equo legendumq; autumat. Aliquis latet error equo:neq; hoc tantum distinguit,verũ etiã suspẽdit particulam. Aut,vtpote qui asserat Laocoonta eũ dẽter dixisse.quid primo & secundo loco sentiret,q̃ppe aut Gręcos eo ligno inclusos occultari,aut eã machinã in Troianos muros fabricatã esse,tertio vero dixisse.Aut,& cum non suppeteret sequẽs dictum,confugisse ad generalẽ suspitionem,dixisseq; Aliquis latet error equo,q̃ cum ita sit,separandum est, Aut & sic dicendũ,Aliquis latet error equo:vt de eo quod fuit incertius iudicasse videatur,quo genere firmauit quidquid illud fuisset,esse debere suspectũ,quia originẽ ducebat ab hostibus. Ex q̃bus Donati verbis,illud etiam colligitur,næ credite,affirmatiue legẽdũ. Næ,enim hic non prohibentis,sed intensionis particulã esse. Illud quoq; minime dissimulandum,licet paucissimos habeat fautores,quod apud Probũ in arte,vbi agitur de,ne,particula,pro,ne credite Teucri quidquid.i.scriptũ habetur:neq; quidẽ id semel,ne credite Teucri quidquid.i.id ne errore factũ sit,an q̃a ita legeret Probus,mihi nõ cõstat:id magis apertum,quod,ne,acuto accentu scribendum monet. ❡Troiaq; nunc stares, Priamiq; arx alta maneret.) In antiquis omnibus codicibus quotquot habui,maneres persona secunda,legi, quãquam Seruius timet τὸ ὁμοιοτέλευτον, quare nõnulli,staret, potius legunt:& maneres, in fine malunt:sed enim præter antiqua (vti diximus) exemplaria,quæ vtrunq; persona secunda legendum exhibent,apostropham hic,& cum ingenti dolore animi factam,Donatus ait.

Ecce,manus iuuenem interea post terga reuinctum,
Pastores,magno ad regem clamore,trahebant
Dardanidæ: qui se ignotum venientibus vltro,
Hoc ipsum vt strueret: Troiamq; aperiret Achiuis:
Obtulerat,fidens animi,atq; in vtrunq; paratus,
Seu versare dolos:seu certe occumbere morti.
Vndiq; visendi studio Troiana iuuentus
Circunfusa ruit:certatq; illudere capto.
Accipe nunc Danaum insidias:& crimine ab vno
Disce omneis.
Nanq; vt conspectu in medio turbatus inermis
Constitit:atq; oculis Phrygia agmina circunspexit:
Heu q̃ nũc tell',(inq̃t) q̃ me ęquora possunt s .
Accipere:aut quid iam misero mihi deniq; restat:
Cui neq; apud Danaos vsquam locus: insuper ipsi
Dardanidæ infensi pœnas cum sanguine poscunt.

SERVIVS.

❡Manus reuinctũ.) Vt Oculos suffusa. ❡Trahebant.) Cũ festinatiõe adducebãt.vt,Cõuẽtus trahit i medios. Et modo trahebant ad desideriũ ducẽtium,& Sinonis pertinet simulationem. ❡Quis se.) Quibus se. Alij q se legũt. ❡Hoc ipsum.) Per M, q̃a vsurpatũ est ipsud:& est naturale ipsus: vt,Ipsus mihi Dauus. Dicim' ergo ipsus ipsa ipsum, vt doctus docta doctũ. ❡Vt strueret.) Confirmaret periuria,& dolorum semina. Et respexit ad supiora, vt Ædificãt. ❡Fidens animi.) Vt,O prẽstãs animi iuuenis.Et ẽ nomẽ. Desijt enim esse participiũ: quia genitiuo casui cohęret:& põt recipere comparationem. ❡In vtrũq;.) In modo ad significat:alibi pro cõtra:vt etiam supra diximus. ❡Versare dolos.) Dolo euertere:& subaudi Troianos:aut dolos versare.i.exercere. ❡Visendi.) Frequentatiuum est viso,vt verso,facesso: licet rarũ sit.Nam in To exeunt frequẽtatiua. ❡Circũfusa ruit.) Figura hypallage,ruit & circũfusa est. ❡Illudere capto.) Et illudo tibi dicimus,vt hoc loco:& illudo te, vt, verbis virtutẽ illude superbis. Et illudo te.Simile est insulto. ❡Crimine ab vno.) Hoc est causa, vt,Crimẽ amor vestrũ. Ab eo quod precedit, id quod sequitur. Si enim simpliciter intellexeris Crimine:de negocio ad personã vitiosum transitum facis, Alij sic legunt:Danaum insidias & crimen. ❡Turbatus.) Quasi turbatus: vt, Exultat Amazon. quasi Amazon. ❡Heu.) Modo vna est syllaba: sed interdum propter metrum duæ fiunt:vt,Heu quam pingui macer est mihi Taurus in eruo.Sicut prendit & prehendit:& secundum Plinium multa sunt alia. ❡Tellus & æquora.) Bene conciliat miserationem:de cõmunibus duobus exclusus elementis. Sane Tellus,vs longa est:& sunt pauca quę vs p̃ducunt,vt senectus, iuuentus,salus, virtus,palus, seruitus,incus,tus, rus, mus, pus:tunc scilicet cum genitiuus in tis vel in ris exit. Et habet penultimam longã. Ideo autem tis & ris diximus:quia palus, licet paludis longa sit Lu,Breuis tamen nõnunquã inuenitur,q̃a in dis exit genitiuus: vt Horatius, Sterilisq; diu palus aptaque remis. ❡Æquora.) Maria.Alibi campus:vt,Ac prius ignotũ ferro quã scindimus æquor. Dictũ n.ẽ ab ęqualitate. ❡Deniq;.) Aut vacat sicut gentium:aut nouissime significat. ❡Et super ipsi.) Et insuper ipsi,quibus sum præstaturus salutem. ❡Infensi.) Infensus proprie est plus quam inimicus. ❡Pœnas cum sanguine poscunt.) Idest & tormenta & mortem. Potest enim aliud esse sine alio.

DONATVS.

❡Ecce man' iuuenẽ.i.p.t.re.pa.ma.ad.r.clamore trahebãt Dardanidæ.) Ecce,vbicunq; Virgilius posuit aliquod malum repentinum & insperatum significat,vt hoc loco, & Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta,itẽ ecce aũt elapsus Pyrrhi de cęde Polytes.& ecce sup mœsti magna Diomedis ab vrbe Legati responsa ferunt.ergo dum illa inter Troianos gererent,aliud, accidit,quod ab equi tractu disputantes auerteret.pastores.n. Troiani veniebãt ad regẽ trahẽtes iuuenem manibus post terga innexis, p̃pter quod factũ dimissus est equ',& oẽs captiui illius curiositate

transducti.dum nouitate,incertũ nosse cõtendunt, manifestas insidias dimiserũt. ❡Qui se.i.v.v.Hoc ipsum vt strueret, t.q.a.ac. Obtulerat, fid.a.atq; in vt.pa. Seu versare.d.s.c.oc.m.) Consilium relinquẽdi Sinonis hoc fuit Gręcis, vt repertus apud Troianos equi occuleret fraudem,& oẽm suspicionẽ auerteret, quę cõtra existere potuisset.Sinonis vero consiliũ fuit,vt omnia pręueniret offerẽdo pręsentiam suã,ne si iteruẽniret mora,ante secreta proderentur, quam ille quasi latens fuisset inuentus,ex his tamen quę fuerant gesta,potuit apparere,quod in Troię parabatur excidium. nam ille tanta mentis obstinatione animum suum ad partes suas implendas præparauerat, vt paratus ad vitam,paratus esset ad mortẽ, vtpote qui se sciret incognitũ, vltro obuius venientib' fieret callidus magis q̃ cautus,transegerat.n. vt dictum est,animo suo aut acgrere cum periculo victoriã suis, aut pro cunctis occumbere morti.Et Terẽtiana snĩa hoc loquit, non fieri sine magno periculo facinus magnũ aut memorabile. Hæc nõ ipso tpe sunt cognita,quo fiebãt, sed post excidiũ Troię & interitũ Troianoꝝ. Tamen nisi dij essent aduersi imperio Priami,Sinonis fraudes inter initia ipsa intelligi debuerunt, q̃n incognitum se vltro ingessit,& eo tpe, quo suspecta omnia fuerunt. ❡Vndiq; visẽdi studio.tr.i.Circũfusa.r.ce.q;.il.ca.)Expressit hominũ mores,quis.n.non cuperet hostem suũ videre captiuum? Capto interea oẽs nitebanf illudere. ❡Accipe nũc da.i.&.c.ab.v. Disce.o.) Viri fortis animo destruit Græcoꝝ personã occasione omni,& defendit suam,totum in deoꝝ aduersum studium reuocans,vt ostẽdat Græcos isidijs & deoꝝ iniusto fauore obtinuisse victoriam.sibi vero Æneas & defensionẽ procuraret & laudem, cum asseruit in Troiæ cladibus nõ Græcos, sed deos extitisse victores.ait ergo.Accipe nunc Danaũ insidias, & crimine. Duplici genere criminationis Græcos aspergit ex persona captiui, atq; vt hoc magis demonstraret,addidit,ab vno disce oẽs. Vnũ q̃ppe notabile vult esse in viro forti, vt nõ cõgressu,sed insidijs certet. ostensurus aũt Sinonẽ mendacẽ,periurum,& sacrilegũ,ait,& crimine ab vno, vt nõ Sinon solus qualis esset, sed vt tales esse oẽs Græcos assereret. ❡Constitit.a.o. phrygia ag.cir.) Ad cõmouendam misericordiam oẽs inquit,circũtutos respictes ingemuit,& hæc dixit. ❡Heu quæ nũc tellus,inq̃t,&c. Dar.in.pœnas,cũ sa.p.) Est.n.pœna,quæ nõ adimat vitã.hoc ergo dixit & crucior generibus multis maloꝝ,& sanguis meus quæritur.

ASCENSIVS.

❡Ecce ma.&c.)Ad hanc vulgi dubitationem,& incertam sñiam. accessit fraus Sinonis,q vnus e Gręcis ad hoc subornatus,in manus pastoꝝ.s.Troianoꝝ, qui cũ pecore in agros vacuos se receperant,inciderat,vt Troiam ductus, cohortaref ad suscipiẽdum equũ illum illęsum patefactis portis: ad quod etiã Troianos induxit,non tamẽ tam facile induxisset,nisi & dij inimica portenta adiecissent: nam Laocoon sacerdos, qui hastam in equũ intulerat,cum liberis suis ante aras absumptus est:creditumq; est id in vltionem læsi doni deam intulisse. Miro ergo artificio, oĩa pertractat poeta.Nam troianos principes, vsq; ad pœnitentiam clementes inducit:citra tamẽ insipientiam, & improuidentiã: quæ virtus summopere in Iulio Cæsare,& in Augusto:quos author, præcipue a genere eoꝝ, laudare prætendit.a Plinio,& Suetonio: alijsq; multis cõmendatur.Simulq; semper ad hoc tendit,vt ostẽdat Troiam fato deletam, vt ex reliquijs Roma constitueretur olim. Nam nihil potuissent mortalium fraudes in prudentiam

Ecce,

Troianoꝝ: nisi deoꝝ inimica portenta accessissent, dijs autem iubentibus: aut certis indicijs, voluntatem suam significãtibus: pij animi,non quare id velint:aut iubeant,inquirunt: sed quod velle intelligunt,facessunt.sed audiamus Donatum. ❡Ecce.) Semper ponit,ecce,Virg.vbi significat aliquod malum repentinum. Dum igitur illa disputãt, aliud interuenit,quod ab equi tentatu auerteret.Primus aũt aduẽtus efficit:vt res in pręsentia omittetur: simulata deinde oratio,penitus religiõe nos astrinxit: ne Mineruę dona fœdaremus accedente maxie,violatoris morte. Ecce,rem improuisam exoriri ostẽdit: quę magis mouet, præsertim cum adsint signa nocẽtis. ❡Qui se.)Cõsilium Sinonis fuit preuenire,ne equi fraudes auerterentur. ❡Hoc ipsum.) Paratus etiam mortem subire:nam non fit facinus magnũ, sine magno periculo. ❡Vndiq;.u.) Expressit hoĩum morem:quis.n.non cupiat hostem suum captum videre? ❡Accipe.) Destruxit Græcoꝝ personã omni occasione,& defendit suã.Nam totã rem in deoꝝ,

Ordo.

aduersum studium reuocat:vt ostẽdat Gręcos,tum insidijs,tum deoꝝ iniusto fauore,victoriam obtinuisse. ❡Ordo ẽ. Ecce.q.d. ex improuiso:cum proceres,sic dubitarent cum plebe,an equus inducendus sit, qui pro portis stetisse videtur. Nam & Priamus ipsum inspiciebat,id nõ facturus decore,si tam distaret a portis, vt quisquam insidias moliri posset:pastores Dardanidę. (Quæres,quomodo pastores hic dicanf Dardanidę, cũ gloriosi, & inclyti,soleãt Dardanidę dici? verũ dicemus ẽt plebeios Dardanidas vocatos,si modo Dardani virtutẽ imitati sint. Dicemus etiã interemptis pastoribus rusticis vrbanos pastoꝝ munus obijsse, qui tunc pecus, diu intra ciuitatis muros inclusum eduxerant. Nam & nobilissimi quiq; pastores habiti sunt,vt Alexander, seu Paris: vnde Statius, Soluerat Oębalio classem de littore pastor, Dardanus incautas blande populat' Amyclas, & Anchises, q pastor cũ Venere ad Simoenta coiuit,dum Æneã genuit.)Pastores igit Dardanidę,aut vrbani,aut qui Dardani virtutẽ,diu patriam protegẽdo,imitati fuerãt: trahebãt iterea.s.dum hæc fierẽt, sup. cũ magno clamore: iuuenem.s.Sinonem, reuinctum.i.iterum, atq; iterum vinctum: ne forte elaberef: non ergo vacat,re, sed significat diligẽtiam rusticoꝝ,qui securi non sunt,etiam si semel victus fuerit hostis: manus.i. hñtem man' vinctas post terga: qui fidens animi.i.habens animã confidentem. atq; paratus in vtrunq;.i.ad vtranq; fortunã:seu versare.i.euertere. dolo.i.per dolum.s.Troiã:aut legẽdo,dolos,versare.i.versute pertractare, & exequi:dolos.s.cœptos:seu occumbere.i.submittere se:morti certę.i.indubitãter:obtulerat vltro.i.sponte, & non exquisitus, nec per insidias captus:& veniẽtibus.i.quos ad se capiẽdum venire præuiderat:obtulerat,dico,se ignotum.i.quẽ non nouerãt esse Gręcum aut q bene latuisset, vel aufugisset, si voluisset: sed obtulerat se vltro,vt strueret,hoc ipsum.i.vt caperef & captus, aperiret Achiuis.i.Græcis: Troiam.s.per immissionẽ equi.Iuuẽtus Troiana.i.multitudo iuuenum Troianoꝝ:ruit.i.celeriter accurrit:vndiq;.i.ex omni parte:circunfusa.i.per circuitũ confuse dispersa: studio visendi.i.vt videret eum: & certant.i.certatim contendunt.s.iuuenes Troiani. (mutant autem numerum: q̃a iuuentus collectiuum est) illudere.i.illusionem, & cõtumeliam facere capto.s.Sinoni iuueni (ad hoc autem, iuuenem,potius q̃ virum subornarũt Græci:q̃a sciebant ætati iuuenili,citius ignoscere, atq; indulgere solere mortales q̃ virili, verum pueri improbi sunt per ætatẽ.)Accipe.i.intellige: nunc insidias Danaũ.i. Danaoꝝ, hoc ẽ, Græcoꝝ:&, pro.i.disce omneis insidias Danaũ: ab vno crimine.i.audi hoc crimen diligentius, quia, eo intellecto, noris etiam cætera a Græcis:per insidias acta.Nam vt, id est postq̃ ipse turbatus,& inermis:stetit in medio conspectu.s.Priami,& cæteroꝝ principum ei astantium: atq; postq̃ circunspexit oculis, hoc est circũgerendo, & obuertendo, ægerrime oculos aspexit: (non ergo vacat oculis: q̃a & mente, rem circũspicere possumus: & non semper oculoꝝ motu, inspicimus. Fecit autẽ spondaicũ versum poeta:vt significaret animũ languidũ,& mœrore grauem. Circũspexit ergo oculis agmina Phrygia.i.Phrygum agminatim circunstantium. & inquit, heu: (optãdi aduerbiũ,in malum: sicut o,& si.in bonũ.) quæ tellus.i.terra: & quæ ęquora.i.maria possent accipe.i.imergere,& deuorare me? q.d. vtinam aut terra,aut mare, me ingurgitet:aut si,sup.neutrũ daf: q̃d restat deniq; mihi misero? q.d.nihil, nisi miserria quęq; vel sic:aut,si id optare nõ debeam,q̃d restat deniq; mihi misero?q.d. (minus optãdum) cui.s.mihi misero, neq; locus est vsquã saltẽ tutus,aut vbi viuere permittar apud Danaos:insuper ipsi Dardanidæ.s.apud quos spem meam reposuerã:infensi.i.quos nunq̃ offendi:aut isensi.i.infesti, quasi multum offensi:poscũt pœnas cum sanguine:quod nunc vulgo dicitur confiscationem vitę,& rerum,hoc est,summum & extremum supplicium.

PIERIVS.

❡Fidens animi.)In Roma.q̃dem codi.animo legitur:sed animi, agnoscit Serui.& elocutionis figura, huiusmodi apud authores frequẽs. ❡Seu versare dolos,seu certe occũbere morti.) In Lon. co.legere est,dolo casu septimo,quod Ser. non improbat,subaudiendũq; ait. Troianos.In eodẽ co. vbi rarę admodũ diphthõgi sunt,hoc loco,certę, cũ diphthongo scriptũ ẽ: vt morti adcõmodef,ergo firmę:& destinatę: alij tamẽ, certe, aduerbium malunt. ❡Circũfusa ruit,certantq; illudere capto.) In Roma.codi.certat, est,vnitatis numero,veluti ruit.Alij tamẽ figurã malũt. ❡Accipe nũc Danaũ insidias, & crimine ab vno disce omneis.) Facile q̃dẽ adduci possim,vt ex Ti.Dona.sñia,crimen legẽdum credam:quã lectionẽ, omnino Ser.respuere non videf:licet priorẽ magis approbet:dum exponit,crimine ab vno:hoc est:causa: vt, Crimen amor vestrũ.Præter vero Seruianã huiusmodi interpretationẽ, pleraq; oĩa venerandę vetustatis exemplaria,quæ in manus nostras deuenere vno exẽplo legũt, crimine ab vno Disce omneis, sed.n.quia literatissimi pleriq; viri, vltro in Donati sñiam eunt: libuit

Universidad de Deusto Biblioteca

sibuit ex iis quę ille sup hoc cōmētatus ē, quod in vulgatis codi. desyderaẽ, apponere, Accipe nūc Danaū insidias & crimē: duplici gñe criminationis, Græcos aspergit ex psona captiui, atq;, vt satiaret, addidit, Ab vno Disce omneis: vnū quippe notabile vult esse in viro forti, vt nō cōgressu, sed insidiis, certet. Ostēsurus aūt Sinonē mendacē, periurū, sacrilegū, ait, Crimē: vt nō Sinon solus sed qualis esset, tales esse oēs Gręcos assereret. In hāc sniam, nonnulli trahunt Catullianū illud, ex antiqui codi. lectione, Vatiniane' crimina caluus explicasset: hoc ē, poema i Vatinii crimina. ¶ Insup ipsi dardanidę infensi.) In Ro. cod. & plerisq; aliis antiqs, legere est, & sup ipsi: quæ lectio est codicis etiam Donatiani, neq; non Medi. In nonnullis vtraq; lectio habeẽ, vna plus syllaba, versu corrupto.

Quo gemitu cōuersi animi: cōpressus & ois ÆNE.
Impetus: hortamur fari: quo sanguine cretus,
Quid ue ferat, memoret: quæ sit fiducia capto.
Ille hæc deposita tandem formidine fatur.
Cuncta eqdē tibi rex (fuerint quęcūq;) fatebor SIN.
Vera (inquit) neq; me Argolica de gente negabo
Hoc primum: nec si miserum fortuna Sinonem
Finxit: vanum etiam, mendacemq; improba finget.
Fando aliquid, si forte tuas peruenit ad aureis
Belidæ nomen Palamedis, & inclyta fama
Gloria: quem falsa sub proditione Pelasgi
Insontem, infando indicio, quia bella vetabat,
Demisere neci: nunc cassum lumine lugent.
Illi me comitem, & consanguinitate propinquum,
Pauper in arma pater primis huc misit ab annis.
Dum stabat regno incolumis: regnumq; vigebat
Consiliis: & nos aliquod nomenq;, decusq;
Gessimus: inuidia postq̃ pellacis Vlyssi
(Haud ignota loquor) superis concessit ab oris:
Afflictus vitam in tenebris, luctuq; trahebam:
Et casum insontis mecum indignabar amici.
Nec tacui demens: & me fors siqua tulisset:
Si patrios vnquam remeassem victor ad Argos:
Promisi vltorem: & verbis odia aspera moui.
Hinc mihi prima mali labes: hinc semper Vlysses
Criminibus terrere nouis: hinc spargere voces
In vulgum ambiguas: & quærere conscius arma.
Nec requieuit enim, donec Calchante ministro.
Sed quid ego hæc autem nequidq̃ ingrata reuoluo?
Quid ue moror? si oēs vno ordine habetis Achiuos:
Idq; audire sat est: iandudum sumite pœnas.
Hoc Ithacus velit: & magno mercentur Atridæ.

SERVIVS.

¶Quo sanguine cretus.) quibus sit parētibus natus. Nam Græcum esse constabat. ¶ Ferat.) Afferat. ¶ Memoret: quæ sit fiducia capto.) Aut dicat q̃ tanta sit in captiuo fiducia, vt audeat dicere isuper ipsi. Aut certe memoret. i. meminerit: vt significet meminerit in captiuo veriloquiū, vitę esse fiduciā. Vnde & rūsio talis est. ¶ Fatebor vera.) Alii memorē legunt, vt sit sensus, Hortabamur ad loquēdum memorē: hoc ē qui diligēter factionis suę meminerat. ¶ Fuerit quodcunq;.) i. quicūq; me sequeẽ euētus. ¶ Hoc primū.) Hoc ē maximū, apud me verū dicere. ¶ Sinone.) Auctolicus qdā fur fuit, qui se varias formabat i spēs, hic habuit liberos, Sisyphū, vnde nat' est Sinon: & Auctoliā, vnde Vlysses. Cōsobrini ergo sunt. Nec immerito Virgilius Sinoni dat & fallaciam, & proditionis officiū: ne multum discedat a fabula: quia secundum Euphorionē Vlysses hoc fecit. ¶ Finxit.) Composuit, formauit. Vt, Et corpora fingeẽ lingua. Et notandum quia omnis Sinonis oratio est dialytica. Nam & negocium exprimit: & Troianorum insultat stultitiæ, vt hoc loco. Finxit vanum.) Fallacem. Et vanus est qui etiam sine vtilitate mentitur: Mendax, qui tantum ad decipiendum. Sane vanus, stult' apud idoneos inueniẽ: Iuuenalis, Sic libitum est vano, qui nos distinxit Othoni. ¶ Fando aliquid si forte tuas puenit ad aures.) dum dicitur. Et vtitur bona arte mendacii, vt pmittat vera, & sic falsa subiungat. Nam quod de Palamede dicit, verum est: quod de se subiungit, falsum. Et sciendum ex hac historia partem dici, partem supprimi, partem intelligentibus relinqui. Nam Palamedes, vt Apollonius dicit, septimo gradu a Belo originē ducens, cum delectum militum per Greciam ageret, simulantē insaniam Vlyssem duxit inuitum. Cum enim ille iunctis dissimilis naturæ animalibus salem sereret, filiū ei Palamedes opposuit. Quo viso Vlysses aratra suspendit: & ad bellum ductus, habuit iustam causam doloris. Postea cum Vlysses frumentatum missus ad Thraciam nil aduexisset, a Palamede est vehementer increpatus. Et cū diceret adeo non esse negligentiam suam, vt ne ipse quidem si pergeret, quicq̃ posset aduehere: Profectus Palamedes, infinita frumenta deuexit. qua iuidia Vlysses auctis inimicitiis fictam epistolam Priami nomine ad Palamedem (per quā agebat gratias proditionis, & commemorabat secretum auri pondus esse transmissum) dedit captiuo: & eum in itinere iussit occidi. Hæc inuenta, more militiæ regi allata est, & lecta principibus conuocatis. Tunc Vlysses cum se Palamedi adesse simularet, ait. Si verū esse creditis, in tentorio eius aurum quæratur. Quo facto, inuēto auro quad ipse per noctem corruptis seruis absconderat, Palamedes lapidibus interemptus est. Hunc autem constat fuisse prudētem, Nam & tabulam lusoriam ipse inuenit ad comprimēdas ociosi seditiones exercitus, vt Varro testaẽ. Secundum quosdam ipse reperit literas. Quęres si forte sit dubia, tñ certū est θ φ χ ab hoc inuētas cum aspiratione. ¶ Inclyta gloria.) Propter delectū & frumenta. ¶ Falsa sub pditione.) Sub falso crimine pditionis. Et rem notam per transitū dicit. Vñ & paulo post, Haud ignota loquor, quāquā ibi polliciti intelligi, haud ignota nobis: sed forte etiā ad vos potuit puenire. Sciēdū sanè factum hoc vere, & Troianos scisse. Sed Sinon callide quasi ignorantibus quę vera sunt, dicit: vt fidē sequētibus faciat. ¶ Infando inditio.) Propter aurū clam suppositū. ¶ Quia bella vetabat.) Iam hoc falsum est: sed diciẽ ad Sinonis cōmendationē. ¶ Cassum.) Priuatū, vacuum. ¶ Pauper.) Hæc enim fuerat causa militādi, vt Terētius, Cum hinc egens profugiet aliquo militatū. ¶ Dum stabat regno icolumis.) Quia & ipse vnus de regibus fuit. ¶ Et nos.) Pluralis numerus pro singulari ad euitandam iactantiam. ¶ Nomē.) Gloriā. vt, Nomē Echioniū matrisq; gen' Peridę. ¶ Inuidia.) Propter aduectum frumentum. ¶ Pellacis.) Per blandicias decipientis. Pellicere. n. est blandiendo elicere. ¶ Mecum indignabar.) Qūo ergo Nec tacui demens? Intelligimus istum quasi tacuisse primo: post impatientia doloris erupisse. ¶ Fors siqua.) Bene siqua: qa est & bōa & mala. ¶ Promisi.) Per cōtrariū ait, pro minatus sum: qa minamur mala: promittimus bona. Sic Horatius contra. Atqui vltus erat multa & præclara minantis. Id est promittentis. ¶ Prima mali labes.) Quia secutum est postea oraculum, & adscita Calchantes factio. Labes vero ruinam significat a lapsu. ¶ Criminib'.) Causis, vt supra, Et crimine ab vno. ¶ Spargere voces.) Vt Cicero, Spargere venena didicerunt. ¶ Ambiguas.) Dubias: ne si aperte ageret, accusatiuo esse videreẽ. ¶ Conscius.) Aut peracti sceleris, aut dolorum suorum. vt est in tertio, Oblitusue sui est Itachus discrimine tanto. ¶ Arma.) Modo fraudes vel dolos. Nam arma sunt instrumenta cuiuslibet rei. Vnde & insidiantis fraudes arma nominauit. ¶ Nec requieuit enim.) Aut vacat enim: aut pendet sensus ex posterioribus. ¶ Donec Calchante ministro.) Arte enim agit semiplena dicendo: vt interrogare cogat, & auidius audire Troianos. ¶ Calchante ministro.) Me destinat aræ, intelligitur: & est Aposiopesis. ¶ Ingrata.) Nec vobis placitura: nec mihi gratiam conciliantia. ¶ Quidue moror?) Vestram, scilicet festinationem. ¶ Omnes.) Et eos qui prodesse disponunt. ¶ Vno ordine.) Vno reatu. Et est de antiqua tractū scientia: quia in ordinem dicebantur causæ propter multitudinem, vel tumultum festinantium, cum erat annus litium. Iuuenalis, Expectandus erit qui lites inchoet annus. ¶ Iandudum.) Modo, quāprimū. ¶ Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ.) Callide hoc dicto impetrat vitam, asserens mortem suam illorum hostibus esse placituram. Ideo autem dicit mercentur, quia sacrorum est, Vt fugiens victima vbicunq; inuenta fuerit, occidatur:

datur: ne piaculum cōmittatur. Ergo Sinon qui victima fuerat iure, & votis, & pręmio Græcorū interimitur. Ithacus vero pro Ithacensis, pricipale pro deriuatiuo. ¶ Magno mercentur.) Id est pretio. vt, Turno tempus erit magno cum optauerit emptum Intactum Pallanta.

DONATVS.

¶Quo gemitu. c. a. c. & o. Im.) Bonitatē Troianorū vult Æneas ostendere q̃ pro supplicio vltimo, quod sperabat Sinon, solo gemitu ei' pro pœna cōtēti flexi sunt. ¶ Hortamur. f. q. s. c. Quidue f. m. q. s. f. c.) In ista interrogatione tria posuit vim ppōnis continētia, ad quę Sinonē rñdere conueniret. ¶ Cuncta equidem. t. r. (fu. qu.) fa. Vera, inquit.) Promittit se oia vera dicturū, qui nulla in parte fuerat detracturus veritatē. Tibi inquit rex vera dicam oia, assumpta fiducia velut confitēdi, quod apud regē fuisset locuturus, qui & cognoscēdi & ignoscēdi facultatē habuisset, locutio aūt talis est. vtcūq; est, quod sum relatur', Cuncta dicā vera. pmittēdo veritatē cōmendauit personā suā, & dicendo regē, hoc est eū, cui tanta reuerētia debereẽ, beneuolum fecit, eo magis qd' promittebat narrationē quæ fidē veritatis ostēderet. hoc inquit primū. qd. n. ante oia in hmōi causis quereẽ: nisi veritas? fatebor & referā non est vnum, nam referā significat cū indicatur aliqd simplex, & pōt proferri sine tormentoꝝ metu. fateri aūt est aliqd prodere, quod sit cōtrariū confiteri, & habeat crimen ac si fuerit fraude suppressum, & possit pœnis durioribus pectore negantis excludi. fuerit quodcūq;, cuncta, inquit, & qcqd fuerit fatebor. Vt fatebor bis accipiaẽ, ne fiat per numeros vitiū, vt sit fatebor cuncta. itē fatebor quodcūq; fuerit. hoc primū deniq; inquit qd' negare debuerā, hoc pmū cōfitebor. ¶ Neq; me argolica de gente negabo.) Quod in aperta pbatione esse potuit, ēt si ipse nō diceret, hoc pmo confessus est, vt putareẽ cætera sine fraude dicturus. neq; me argolica de gente negabo. Grçcus sum, inqt, hoc est dicere, hostis sum vester. ¶ Hoc pmū. n. si. m. for. si. Finxit. u. e. m. q;. i. finget.) Et si cū periculo ingt verū loquar, fortuna. n. statū. mihi prioris felicitatis eripere potuit, nō tñ mutare quod natus sum. dixit ergo, quo sanguine cretus, addidit etiā nomen suū, vt personā suā plenissime demōstraret. hoc argumēto quod suadebat impleuit, vt Troiani crederent reliqua vera esse dicturū. Incipit causas ostēdere cessationis suę. nō. n. vacuum fuit, vt recedētibus omnibus Græcis solus ipse sine aliqua ratione remāsisset, & ad hanc ipsam partē duxit ex alto principiū, in quo sine dubio fuit fabula oibus nota, perindeq; vera, sed hac exposita in prima parte subiunxit falsa, quo facile illud, quod composito mētiebaẽ credi potuisset. Itaq; coniungiẽ. ¶ Palamedis, & inclyta fama Gloria &c.) Palamedis vera fuit fabula, nam inter ipsum & Vlyssem graues inimicitię extiterant, vsq; eo vt argumētis Vlyssis velut proditorē constet occisum, ea vel maxime coniectura, q̃ Grçcos reuocaret ab effectu bellandi, & in tentorio eius esset inuentum aurū, quod eundē Vlyssem ferūt supposuisse. hoc ergo quod fuerat verę de Palamedis morte, dedit occasionē mētiēdi vt diceret. ¶ Illi me. c. &. c. p. Pauper in arma pater &c.) Pater inquit, me' ex ea cā q̃ esset in arma pauper, hoc est imbellis ætatis, atq; ea contēplatione, q̃ Palamedi esset affinis, me ei sociū iunxit, deterebaẽ. n. patri meo, qa in numero regū fuit, & plurimū viguit. hæc nobilitas gñis iccirco cōposita est, vt Troianoꝝ misericordiā de præterita, & pręsenti fortuna prouocaret ad lenitatē. maiorem. n. misericordiā mouent. qui ex opulentia in miserias fuerint lapsi. redit rursum ad fabulam cōmendans per oia psonā suā, vt ostēdat se bonū socium, bonum amicum, bonūq; propinquū cōmēdat etiā Palamedis memoriā, dicendo, quia bella vetabat, vt ex ea cā pręstarent amico viuenti, quod Palamedi defuncto nō poterāt. ¶ Inuidia. p. pe. Vl. c. I. Ha. superis cōcessit ab oris.) Posteaq̃ iquit, idem Palamedes (vt oibus notum est) recessit a superis, nō dixit mortuus est, sed concessit, vt memoria eius digna esset, quę post hois finem viuere mereretur. ego, iquit, post illus excessum, cuij & comes fui, & cōmendatus a patre, cui me constabat esse affinē. ¶ Afflictus vitam. i. t. lu. q. t. &. c. i. me. in. a.) Hoc vult intelligat, vt non sic duceret vitā, qūo qui optāt viuere, sed qui cupiūt mori, hęc nō erant vera, sed quæsita ad fallendū, & vt maiorē mouet misericordiā addidit pręterea aliud, quo nimios velut dolores suos exprimeret, qb' quasi ex Palamedis luctu fuerat pressus. ¶ Promisi vltorem, & ve. o. as. m.) Cogitabam, inquit, defendendum esse amicū vim passum ex criminib' falsis, & defendendum esse innocentē, sed nimius dolor tñ potuit, vt me fecisset insanū. deniq; quod tegendum animo fuit, ac quod alto silentio retinēdum nō voluntate mea neq; integro statu mentis potius effudi q̃ dixi, clamauiq; pietate cogēte. nimius disposuerat dolor. s. de morte insontis in sedibus patriis me authorē futurum esse vltionis, neq; ipsum sic affuturū causæ, vt admissi sceleris vltio pueniret, sed oē illud quod incaute dolore diffuderā, insidiantis inimici tergiuersatiōe pręuentū est, odio. s. in me meis, pfessionib' cōstituto, neq; ipso leui, sed exitiū mihi salutis acquirenti. qd. n. cogitare posset inimicus? qui se sperabat nō esse victorē nec inultum, si ego incolumis ad patriā remeassem? ¶ Hinc mihi prima mali labes.) Notabilis persona est eius, qui sic vitam suam degit, vt sibi contineat inimicos. hoc ergo Sinon inter multa falsa adstruit, & purgat, vt dicat. ego quidem iusto dolore cōmotus inimicitias professus sum, nec prouocaui alterū, sed ille me dum in amicum meum scelus admitteret, prouocauit, Ille iniustas aduersum me inimicitias suscepit, vt occiso inoxio, me quoq; qui mortis eius vltor esse potuerā, putaret opprimēdū. Cum igiẽ me vltorē metueret, spargebat in vulgū nouū de me criminū gen', & oia iactabat ambigua, qa vera quæ diceret nō habebat quærebat consiliorum tela, quibus me confoderet, occasionesq; captabat. ¶ Nec requieuit. e. do. cal. mi.) Cœperat referre sequētia, sed hęc arte mira fallendi suppressit, vt Troianos magis desiderio audiendi accenderet, & hac rōne sibi conquireret veniā. Idcirco ait. ¶ Sed quid ego. h. aūt ne. in re. Quidue moror? si. o. v. o. habetis Achiuos? Idq; audire sat est, iādudū sumite pœnas, hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridę.) vbi ad ipsum cardinē venit, in quo mendacioꝝ cōsistebat effectus, negauit se dicturum, ne vltro omnia referendo daret suspicionem falsitatis. Ait ergo iam scio me moriturū, cū retulero omnia, melius est reticere, & Atridę in lucro habeant, q̃ secreta eoꝝ non prodidi, neq;. n. propter vnum inimicū debeo oēs meos prodere. Ordinatur sensus sic, & eius expositio talis ē. sed qd ego nequicquā reuoluo hæc? hoc est refero, quæ apud vos erunt ingrata? Quidue moror? cur differo pœnas meas post relationis beneficium cōtinuo moriturus, vel quid mihi proderit meoꝝ secreta vobis reserare, quos vicem mihi scio non esse reddituros, quin potius si oēs Achiuos pariter vno odio persequimini, professus sum iādudum me vestrum esse inimicum, sumite de confesso supplicium, nec vobis hoc imputabo, omne. n. malum mihi idem videbitur intulisse, qui me quolibet pacto quærebat occidere.

Referre fateri.

ASCENSIVS.

¶Quo gemitu, &c.) Dat Troianis (vt dixi) vbiq; pietatē, & clemētiam, quasi illā ab origine traxerit domus Iulia, quæ vsq; ad pœnitentiā clemens prædicaẽ: dat aūt Græcis artificiosam pfidiam: vt minus sit dedecus circūuentis, & maius circūuenientibus. Sed Donatū audiamus ita differentē. ¶ Quo gemitu.) Bonitatē Troianoꝝ ostēdit, qui pro supplicio vltimo, quod sperabat solo gemitu ei', pro pœna cōtenti sunt. ¶ Hortamur fari.) Vim, ppositionis habet: & tria, pponit, ad quę Sinonē rñdere cōueniret. ¶ Cuncta.) Promittit oia vera dicturū, qui nulla in parte fuerat veritatē detracturus. ¶ Tibi rex.) Assumit fiduciam confitendi, apud eū qui & cognoscēdi facultatē haberet. Cōmēdat aūt se, q̃ vera polliceẽ, Fateri.
& q̃ regē appellat, captat beneuolentiā. ¶ Fatebor.) Aliud est q̃ referam. Referre
Referimus, cum dicimus aliquid simplex: & pōt proferri sine tormentoꝝ metu. Fatemur aūt, cū prodimus id quod sit cōtrarium confitēti: & possit tormētis exprimi e pectore negātis. & repete bis, Fatebor cuncta: &, Fatebor quodcūq; erit Argolica de gēte: ad id, quo sanguine cretus, Græcus sum: ac si dicat hostis sum. ¶ Nec si miserū, &c.) Potuit eripere mihi fortuna priorem felicitatē. At non poterit, me mendacē fingere. Hoc argumento persuasit, vt Troiani crederēt reliqua: & ne videaẽ incredibile, q̃ ipse solus ex oibus Græcis remāserit: ad hanc partē, ducit ex alto principiū, & narrat rem oibus notam: & magna ex parte verā: qua exposita, subiungit falsa. ¶ Palamedis.) Eadem dicit, quæ Seruius de Palamede. Et nos aliquod, de pręterita eius florēti fortuna, & de pręsenti miseria, sibi cōparat beneuolentiam. Cōmendat etiam Palamedis memoriam: dicēdo: quia bella vetabat, vt amico viuenti præstarent, quod defuncto non poterant. ¶ Superis concessit ab oris.) Non dixit mortuus est: ne eius memoria digna post hominū finem viuere, minoraretur. ¶ Vitam in tenebris.) Vt illi qui cupiunt mori, & nō viuere. Idq; audire sat est, vbi ad cardinē venit, in quo mēdacioꝝ constitit adfectus negauit se dicturū, ne vltro oia referēdo, daret suspicionem falsitatis. ait igiẽ, cū sciat se periturum melius esse, ne secreta Græcorum prodat. Neq;. n. propter vnum hominem, debeo omneis meos prodere. quidue moror? cur differo pœnas meas, post relationis beneficium, cōtinuo moriturus? Vlysses. n. omne malū videbitur intulisse, qui me quolibet pacto quærebat occidere. Hæc ille. Cætera ex ordine patebunt, qui talis est. ¶Quo. s. Sinonis Ordo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nonis gemitu, animi, ſ. Troianorum conuerſi, ſup. ſunt ad cõmi
ſerationẽ, ſ, & oĩs impetus. i. moleſtatio, illuſio: & inſultus com-
preſſijs, ſup. eſt: nos. i. primores & proceres. (In opere enim pio,
perſonam ſuam cõmilcet: qui hæc omnia loquit Æneas. in illu-
ſione aũt tãtum iuuentutis Troianæ meminit. hortamur fari. i.
dõmus animũ, vt fertur: quo ſanguine cretus ſit: ve pro vel: quid
ferat. i. adferat, & memoret, quæ fiducia ſit capto. i. cũ captus ſit,
gd fiduciæ habeat, q ſpem ſuã apud Troianos repoſuiſſe videat.
(eosq; meluſet crudelitatis. q pœnas cum ſanguine poſcãt.) Ille
fatur, formidine depoſita. i. quã ſe ſimulabat deponere: tandem
id eſt poſt aliquantulum moræ: quaſi non poſſet animũ reſum-
pſiſſe, cum tamẽ dictum ſit, q erat in vtrũq; paratus, ſeu verſare
dolos, ſeu certe occumbere morti. Fatur igitur, & inquit, o rex:
Equidem. i. ego qdẽ: fatebor tibi: cuncta. ſ. quæ dicã. vera, quod-
cunq; fuerit, ſiue pro me, ſiue cõtra me: neq; (quod primũ cõtra
eſt.) negabo me de gente Argolica. i. Græca: ſed hoc primũ, ſup.
ſcire, & credere te velim: nec, i. & nõ: & ſi. i. quãquã fortuna finxit
id eſt effecit Sinonẽ: hoc eſt, me, qui ad te loquor: miſerum. i. ini-
qua ſorte, & cõditione affectum, & ita miſeratione dignũ, tũ ipſa
improba. i. quantũuis improba: quæ bonis mala, & malis bona,
retribuit: nunq; finget. i. efficiet etiam: vanumq; pro. i. mendacẽ,
quia in res ſuas. i. quas conferre põt habet fortuna imperiũ, ſed
nõ eſt in animos noſtros, animiq; vireis. quocirca, nemo cogit
eſſe vitioſus, nemo vanus, nemo mendax: & ſi mori coganẽ mult-
ti: & egeſtate ferre plurimi. Incipit ergo fari, & rem detegere: &
a veris incipit: eaq; quaſi ignoratib⁹ recitat: cum certiſſime ſciat
Troianos ea ſcire, vt per ea inducantur ad credenda, quæ poſtea
illaturus eſt falſa: moris. n. eſt quoties audimus vera, enunciare
ab eo qui neſcit, nos ea ſcire: bonã opinionẽ de fide illius, in his
quæ neſcimus, habeamus, dicit igitur: Si fando aliqd. i. cũ de ali-
qua re loqueremini. q. d. puto. q cum Troiani ſitis, parum audi-
ſtis de hoc hoie. ſed ſi fando aliqd. i. de aliqua re: nomẽ & inclyta
gloria (hoc nimium ſubtiliter addit: quaſi ſe illi viro bñ adhuc
optare ſignificaret, q pacem perſuadere niſus ſit: quã cum acce-
ptare nollent Græci, ad hoc dedecus oẽs puenerint, vt re infecta
turpiter redire cogerent. ſ.) Palamedis Belidę. i. de genere Beli, qui
ſeptimus ab eo fuit: peruenit forte ad veſtras aureis. q. d. nũc po
teſtis ſcire, an vera dicam, quẽ. ſ. Palamedem pelaſgi. i. Græci, de-
miſere. i. demiſerunt neci. i. ad necem depreſſerũt inſontẽ. i. licet
eſſet inſons: ſed ſub proditiõe falſa. i. diſſimulata: (dicebant. n. eũ
proditorem:) indicio. i. teſtimonio proditionis eius, infando. i.
deteſtando: quia. ſ. vetabat bella: hoc eſt, ideo quia dehortaba-
bella, & cohortabatur ad pacẽ, Vlyſſes accuſauit eũ proditionis,
ſicq; damnatus eſt: & quẽ lugent, nunc caſſum. i. priuatum lumi-
ne. i. aura vitali: aut ſupera regione, aut viſu, qui nõ niſi viuẽtib⁹
eſt, & per cõſequẽs vita. Pater. ſ. meus. q. d. nõ odio Troianorũ,
ſed paupertate coactus: miſit me huc. i. ad hanc ciuitatẽ debellan
dam: in arma gerẽda ab annis primis, ne aut ipſe, pprio odio ve-
niſſe putẽ. Miſit inquã me comitẽ, illi propinquũ conſanguini-
tate: per quod cõciliat ſibi Troianos, quibus nomen Palamedis
gratum non dubitat, cum Vlyſſi inuidioſum eſſet. Miſit aũt tunc
dum pater, aut Palamedes ſtabat incolumis regno. ſ. Græcoꝝ nõ
ſuo, & dum regnum. ſ. Græcoꝝ vigebat conſilijs. i. per cõſilia bo-
norum, & prudentium virorum: & nos. ſ. Græca iuuentus: geſſi-
mus aliquod nomẽ, & decus: quaſi, id omne amiſſum nunc do-
leat. Poſtq; ipſe, ſup. Palamedes, cõceſſit. ſ. ad regionẽ mortuoꝝ,
ad inferos: ab oris. i. regionibus ſuperis: inuidia. i. per inuidiam
Vlyſſis Pellacis. i. quoſlibet: vt vult in perniciem, & fraudẽ, & in
aſſenſum, tam nefandi facinoris pellicientis: haud. i. non loquor
ignota. q. d. ne putetis me forſan mentiri: aut ex inuidia contra
Vlyſſem loqui (quod dicit, propterea quæ poſtea ab Vlyſſe paſ-
ſus eſt: aut, qa ſignificauit iam ſe cõſanguineum Palamedis.) ego
loquor nõ ignota: quia omnes Græci id nunc ſcimus, & poſſem
id per omneis Græcos atteſtari (non autẽ dicit id Troianos ſci-
re: quia fruſtra prius dubitaſſet Fando aliqd, ſi forte tuas perue-
nit ad aures Belidę, nomẽ Palamedis.) Ego afflictus. ſ. caſu amici,
conſanguinei, & ductoris, trahebam vitã in tenebris, & indigna-
bar. i. egre ferebam, mecum. i. in animo meo: nam publice nõ au
debã caſum i. mortem amicitiinſontis. i. innocẽtis. Nec ego de-
mens. i. factus poſtea demẽs, ex impatiẽtia, aut dolore: tacui. i. nõ
ſemper tacui: quãuis primũ mecũ dũtaxat idignabar & pmiſi. i.
minatus ſum (ſicut minari, eſt aliqñ ſuperbe, pmittere:) me vlto
rem. ſ. fore: ſiqua. i, aliqua: fors. i. fortuna, aut caſus: tuliſſet. i. attu
liſſet. ſ. occaſionẽ, & opportunitatẽ, & ſi ego victor. i. voti cõpos
cum reliquis: remeaſſem vnquã. i. quouis tpe futuro ad Argos
patrios. i. quæ mihi patria eſt: (Declinatur autem hoc argos: &
pluraliter hi Argi, Argorũ.) & moui. ſ. in Vliſſem: aſpera odia. ſ.
c ontra me: verbis. i. cõcumelijs, aut minis. Prima labes. i. occaſio
mali: eſt ſup. aut, puenit mihi hinc. i. ex hac re: & Vlyſſes, ſup. cœ-
pit: aut terrere. i. terrebat temp, hinc. i. ex hac re aut poſt hãc rem
nouis. i. magnis, aut inauditis: criminibus. i. criminationibus: &
ſpargere. i. ſpargebat. aut cœpit ſpargere hinc, voceis ambiguas,
id eſt dubias: qa nondum audebat manifeſte mortẽ minari, q. d.
quaſi ẽt ipſe Sinon in ptio fuerit, ppter virtutẽ, & fidẽ ſuã: apud
Græcos. Et ſpargebat voceis ambiguas: nõ in, peeres, qui facino-
nem eius noſcitabant, ſed in vulgũ. i. vilem popellum, aut Latine
locutus eſt, apud quos noia ſecundę, in us, neutra nõ ſunt: præ
ter pelagus, Græcũ vocabulum. nam & alij vulgũ dixerunt: aut
more Plautino, imperitũ dat ſermonẽ, ei qui a primis annis, ara
mis inſeruierat: ſicut Plautini ſerui, iubarem, papaueręgutturẽ
pronunciant. Alij dicunt, poetam in vulgus protuliſſe: & s literã
aſſumpſiſſe, quomodo m abſumitur qui modus apud Ennium,
Lucretium, Lucilium, cæteroſq; vetuſtiores nimium frequens
eſt: ſed Seruius, & alij grãmatici, id in poetam corrigentes, im
mutauerunt: ſicut vbi ſcriptum (inquiunt) erat, Hic ſpecus horr
rendus: ſcripſerunt, horrendum. & vbi erat, inter ſe coniſſe viros,
& decernere ferro: ſcripſerunt, cernere. Sed hæc cõtrouerſia grã
maticorum, nihil de ſententia poetæ immutat.) & ipſe cõicius. i.
mali factis: quærere. i, quærebat, aut quęrere cœpit: arma. ſ. ſibi fo
lita: hoc eſt, fraudes, quibus me quoq; deleret. nec enim requies
uit, donec compoſitam rupit vocẽ: & me deſtinat aræ: (quod hic
nõ dicit: fruſtraq; ſe dicturum innuit: vt non videaſ id velle dic
cere: aut ideo veniſſe, vt id dicat: ſed vt auidiores redderet Troia
nos ſciendi, cum dicere nollet: quod etiam effecit. (Calchante
(vate illo diuino, quo plurima geſſerant Græci: nam & Achillem
(vt Statius docet) per eum in aula Lycomedis, regis Syri inues
nerunt inter puellas latitãtem:) miniſtro. i. illi, ad hoc quod vole
bat obſequente: volebat addere: deſtinauit me aræ: ſed quaſi id
fruſtra diceret, renuit dicere. Sed quid ego autẽ reuoluo. i. cõme
moro, hæc. ſ. mala mea, & infortunia: nequiquam. i. in nullo,
aut nullo modo ingrata, hoc eſt, ipſis qui ea libenter audiunt, cũ
mala noſtra ſoleamus libẽter recitare his, quos ſperamus nobis
condolituros: ve pro vel: quid. i. ad quid moror. i. demoror:
& differo pœnas, & mortẽ meam: ſi habetis. i. reputatis omneis
Achiuos. i. Græcos, vno ordine. i. equali affectione, hoc eſt, capi-
tali odio, & ſi ſat. i. ſatis eſt vobis audire, id. ſ. quod dixi: nec aliud
commiſerantes facturi eſtis: ſumite iandudum, i deſt quã primũ:
aut ab eo tempore, quo iam primum audiuiſtis me Græcũ eſſe
pœnas, id eſt ſupplicia de me. Ithacus, id eſt Ithacenſis Vlyſſes:
ſæuiſſimus hoſtis veſter: velit hoc, ſcilicet vt ſumatis de me præ
nas, & Atridę qui illi ſuffragantur, mercẽtur. i. emant, magno. ſ.
pretio. aut ideo ne (vt Seruius ſentit) piaculum ſit, victimã, poſt-
quam aufugerat, ſuperuiuere contra morem ſacrorum. Erat au
tem Sinon deſtinatus aræ: vt dicetur: aut ideo ne quæ dicturus
eſt, Sinon Troianis dicat: dicturus enim eſt, quomodo per ſuice
ptionem equi, Minerua placetur, & Troia incolumis maneret:
& per eius violationem periret: ne ergo equum beneuole ſuſci
piant, cognita per Sinonem re omni optarent Atridæ, vt quã pri
mum de eo ſumerent Troiani vltionem. Et licet Troiani nõ in-
telligant, cur ita dicat: intelligunt tamen eum: ſignificare ſibi cõ
modam fore Sinonis vitam, cum eius mortem tantopere cupiãt
hoſtes. Hoc autẽ dicto, ſubticuit, quaſi qui ſe verebatur fruſtra
plura locuturum.

PIERIVS.

¶ Cuncta equidem tibi rex (fuerint quæcunq;) fatebor Vera.)
Nonnullis in codi. peruetuſtis legere eſt, fuerit quodcũq;, ſingu
lari numero: quãquam nõ ſum neſcius plurimos eſſe, qui prio-
ri faueant lectioni: qa. ſ. cuncta, præpoſitũ eſt nomen multitudi
nis, ſed enim Seruius, fuerit quodcũq;, videtur agnouiſſe: dum
exponit, quicũq; me ſequatur euẽtus. Cum Seruio eſt Donatus
qui aperte, fuerit quodcũq; interpretatur: hoc modo, cuncta (in
quit, & quidquid fuerit fatebor: vt, fatebor, bis accipiatur ne fiat
per numeros vitium, vt ſit, fatebor cuncta: item fatebor qdcũq;
fuerit. In Medi. cod. cuncta quidem legitur: ſed equidem ex eo
ſentẽtia eſt, qui primam perſonam ei ineſſe aduerbio volunt, vt
ſit, equidem, ego quidem, cum tamen Cato apud Salluſtium di-
cat: Quare vanum equidem hoc conſilium eſt: niſi & Salluſtiani
quoq; cod. corrupti ſunt. ¶ Regnumq; vigebat Conſilijs.) Sunt
qui, regum conſilijs, legendum autument. Sed id licet ego nuſq;
in his veteribus legerim exem. inueni tamẽ apud Ti. Donatum,
regum: interpretatum hoc modo, deferebatur. n. patri meo, qa
in numero regum fuit, & plurimũ viguit. Hæc nobilitas genero
ris idcirco

ris idcirco com poſita eſt: vt Troianoꝝ miſericordiam de præte
rita, & præſenti tortuna, prouocaret ad lenitatẽ. ¶ Inuidia poſtq;
pellacis Vlyſſi.) In Longob. & in aliquot alijs antiquis codi. falla-
cijs, legit: quã ego paraphraſin fuiſſe puto, quãuis ita etiã ſcriptũ
ſit in cod. Carliſano, quẽ Long. characteribus ſcriptũ, Ianus Par-
haſius mihi legendum cõmodauit, verſu eo loco citato, vbi de
nominibus in, e, quæ ſine ratione genitiuũ in, I, faciunt, diſſerit.
Nam codicum referre varietates, ſuper hmõi teminatione, iam
ſuperuacuum eſt: ſed quantũ pertinet ad epitheton, vtrũ quippe
pellacis, an fallacis, legẽdum ſit, Velius Longus exẽplum citat ex
Virgilio, Pellacis Vlyſſis. Vbi ex præpoſitione, per, r, literam in, l,
abire dicit, quoties, l, altera ſubſequitur, neq; aliter vnquam legi
apud Lucilium affirmat, eſq; pellicere, quod eſt inducere. ¶ Superis
conceſſit ab oris.) In cod. Longob. exceſſit, ſed conceſſit, Donato
agnoſcitur, apud quẽ habes. Non dixit, mortuus eſt, ſed cõceſſit:
vt memoria eius digna eſſet, quæ poſt hois finẽ viuere mererẽ.
¶ In vulgum ambiguas.) Sanẽ, volgum, ea gppe ſcribendi rõne,
qua vſos veteres nemo inficiatur: nõ in Virgilianis tñ codicib⁹
per o, prima ſyllaba notatum inueni, verũ etiam in Liuianis ma-
nu ſcriptis, nu ſcriptis, hiſq; peruetuſtis: vt li. iij. de ſc. bel. pu. Huic nõ apud
volgum modo fides fuit. Quod vero ſuper nominis genere di-
ſputatur, Virgilium, Siſennam, Attium, & Varronem volgum
maſculino genere poſuiſſe, neutro Lucilium, atq; eo loco Virgi-
lium, ignobile volgus. Soſipater, ex veterum grammaticorum
opinione, ait, volgus maſculini generis, potius quàm neutralis,
quia nullum neutrale biſſyllabum, u, s, literis terminatum, geni-
tiuo in i, vltima exit ſyllaba: ſic ille. ¶ Nequidquam ingrata. ¶ In
codicibus aliquot antiquis & hic: & alibi, nequiquam, ſcribitur,
abſq; vlla alia conſonante inter i, & q. Sed enim Victorini præ-
ceptum eſt, in hæc verba, quidquam, & quidquid, & quodq;,
prima ſyllaba. quoties habuerint, d, id vos producite, & ſupponi
te, c, ne duæ partes integræ eſſe videantur: ex hoc præcepto vo-
lunt, nequidquam, interiecto, c, notari. Sed qui ſcriptionibus
antiquis tauent, nequiquam, aduerbium, a caſu ablatiuo defu-
munt, veluti etiam nequaquam, atq; ita vtrunq; eodem modo
ſine, c, ſcribunt. frigida hæc omnino, vel Fab. Quintilianus eſſe
dicat: ſed hoc temporibus eruditis, nunc corrupta adeo loquẽ
di ſcribendiq; ratione: minime vitio detur, ſiquis etiam talia
perquirat.

SERVIVS.

¶ Ardemus ſcitari.) Feſtina-
mus ingrere. ¶ Quęrere cãs.)
Cur a Græcis eius optaref in-
teritẽ. ¶ Artisq; Pelaſg æ.) Ars
τῶν μέσων eſt. Ideo adiecit Pe
laſge. ¶ Pauitãs.) Quaſi paui-
tans. ¶ Ficto pectore.) Pectus
pro verbis poſuit. Nã nunq;
fingit pectus. ¶ Sæpe fugam
Danai.) Hoc fin Home. verũ
eſt. ¶ Moliri.) Parare. ¶ Feſſi
bello.) Troianos laudando.
Si. n. fatigati ſunt Græci, horũ
virtus, pbat, & ſibi fauorẽ cõ-
ciliat. ¶ Vtinã.) Nec enim hic
arę deſtinabat. ¶ Põti hyems)
Bene addidit Ponti: quia eſt
& temporis. ¶ Eunteis.) Ire cu
pientes vt. Cum canerem re-
ges & prælia. i. cũ canere vel
lem. & a Græcis figura eſt, vbi
ſtatuiſſe aliquid pro inchoa-
tiõe haberetur. ¶ Præcipue.)
Contra illud ne diceretur nu
mina nõ eſſe placata. ¶ Æthe-
re. ¶ Ætherẽ pro aere poſuit
poetica licentia. ¶ Sulpenſi.)
Aut ſolicii: vt, Noſtroq; in li
mine pendens, quia nec tẽpe
ſtas poſt dona mutabat. Aut ad Nimbos referẽ diſtinctiõne mu-
tata. ¶ Scitãtem.) Participium pro participio eſt. i. ſcilcitaturum.
Alij ſcitatum legũt. i. inquiſitum. ¶ Oracula.) Templa, de quibus
dantur oracula. ¶ Adytis.) Adytum eſt locus templi ſecretior: ad
quẽ nulli eſt aditus niſi ſacerdoti. ¶ Triſtia dicta reportat.) More
ſuo breuiter habitum futuræ orationis oſtendit. ¶ Sanguine pla
catis ventos, & virgine cæſa.) Cum primum, hic diſtinguẽdum
eſt: quia & feimel ad Troiam ventũ eſt: & anteq; ad eam veniręt,
de Iphigenia eſt ſacrificatum, cuius fabula talis eſt: Cum Græci
ad Aulidem veniſſent, Agamemnon Dianę ceruum occidit igna
rus. Vnde irata dea flatus ventorum remouit. Quãobrem cũ nec
nauigare poſſent, & peſtilentiam ſuſtinerent: oracula conſulta
dixerunt Agamemnonio ſanguine Dianam eſſe placãdam. Ergo
cum ab Vlyſſe per nuptiarum ſimulationẽ adducta Iphigenia in
eo eſſet vt immolaretur, numinis miſeratione ſublata eſt: cer-
uũq; ſuppoſita: & tranſlata ad Tauricam regionem regi Thoanti
tradita eſt. Sacerdoſq; facta Dictynæ Dianæ, cum ſecundum ſta-
tutam conſuetudinẽ humano ſanguine numẽ placaret, agnouit
frater Oreſtem: qui accepto oraculo, carendi furoris cauſa cum
amico Pylade Colchos petierat: & cum his occiſo Thoante ſimu
lachrum ſuſtulit abſconditum faſce lignorum. Vnde & faſcelis
dicif. non tantum a face, cum qua pingitur, propter quod & lu-
cifera dicitur: & Aritiam detulit. Sed cum poſtea Romanis ſacro-
rum crudelitas diſpliceret (quanquam ſerui immolarentur) ad
Lacenas eſt Diana tranſlata, vbi ſacrificij conſuetudo, adoleſcen-
tum verberibus ſeruatur: quì vocabantur Bomonicę: quia aris
ſuppoſiti

Tũ vero ardemus ſcitari: & quærere cauſas, POE.
Ignari ſcelerum tantorum, artisq; Pelaſgæ.
Proſequitur pauitans: & ficto pectore fatur.
Sæpe fugam Danai Troia cupiere relicta SINON
Moliri: & longo feſſi diſcedere bello:
Feciſſentq; vtinam. ſæpe illos aſpera ponti
Intercluſit hyems: & terruit auſter eunteis.
Præcipue, cum iam hic trabibus contextus acernis
Staret equus: toto ſonuerunt æthere nimbi.
Suſpenſi Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi
Mittimus: isq; adytis hæc triſtia dicta reportat.
Sanguine placaſtis ventos, & virgine cæſa,
Cum primum Iliacas Danai veniſtis ad oras:
Sanguine quærendi reditus, animaq; litandum
Argolica. Vulgi quę vox vt venit ad aureis:
Obſtupuere animi, gelidusq; per ima cucurrit
Oſſa tremor: cui fata parent: quem poſcat Apollo.
Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu
Protrahit in medios: quæ ſint ea numina diuum
Flagitat. & mihi iam multi crudele canebant
Artificis ſcelus; & taciti ventura videbant.

DONATVS.

¶ Tum vero ardemus ſcitari, & quęrere cãs.) Hoc conſilio nos
accẽdit audiendi deſiderio. deniq; ſcitari cupim⁹, hoc eſt impen-
ſius querere & interrogare cãs, cauſa eſt, ppter quam ſit aliquid.
nihil. n. fit, niſi quod præcedat cauſa faciendi. ¶ Ignari ſcelerũ tan
torum artisq; pelaſge. Nos) inquit, ex noſtra ſimplici & honeſta
natura iudicantes Græcos, vera Sinonem loqui arbitrabamur.
Porro aũt illi omnes doloſi ſunt omneſq; fallaces, & hoc eſt, qd
ait ſuperius ab vno diſce omnes. ¶ Proſequitur pauitans.) Pauis
tantem debemus accipere, aut ſimulato pauore loquentem, aut
vere pauitantẽ, ne titubante linguæ curſu inſidiarum deceptio
noſceret: quas iam videbat in tuto. ¶ Et ficto pectore fatur.) Pe-
ctore cœpit loqui, hoc eſt, diſſimulata veritate aliud promebat
officio linguæ, cum aliud pectore retineret. ¶ Sæpe fugam danai.
t. c. r. Moliri, & lo. f. di. bello.) Mendacium cum argumento, quo
credibile videri potuiſſet, quod dicebat parauerunt, inquit, ſepe
reditum Græci, hoc falſum fuerat, addidit cauſam veluti reditus
maturandi, & argumẽtum ſumpſit a tempore, longo feſſi diſce-
dere bello, vt qui annis tot victoriam cõſequi nequiuiſſent cre-
derentur diuturnitatis tædio affectum reieciſſe certandi. ¶ Feciſ,
ſentiq; vtinam.) Bene optabiliter poſuit. hoc enim & Troiani li
benter audiebant, & Sinoni prodeat, huius conſilij non perfecti
vltro rõnem præſtat. potuit. n. dici e diuerſo. ſi hoc diſpoſuerant
cur factum non eſt? ¶ Sæpe, inquit. Illos aſpera ponti intercluſit
hyems, & terruit auſter eũtes.) Vt nõ cõſilio factũ, ſed euẽtus de-
fuerit volũtati. ¶ Toto ſonuerũt æthere nimbi.) Nec ſoli vẽti, vel

aſperitas

Universidad de Deusto Biblioteca

asperitas maris volẽtes a nauigio reuocauit,Impedierũt,inquit, & signa cœlestia.¶Suspensi Eurypilum sci.ora.Phœbi.Mitti.isq; ad.hæc t.di.re.) His,ait,,cum omnes non immerito mouerẽtur, missum est ad Apollinem,vt quid illud portenderet, vel quid facto opus esset,possemus addiscere, sed Eurypylus remeans triste admodum nunciauit & dubium.¶Virgine cæsa , Cum.p.i.da,v. ad,o.San.qu.re.an.q;.li.Argolica.) Cæsę virginis ferũt verã esse fabulam.hoc autem quod dicit Apollinem respondisse,ipse Sinõ ad fallendum composuit,& more suo falsum veris admiscuit, vt ea quæ fuerant composita mendacitate facilius crederentur,addidit,animaq; litãdum argolica , quia dicturus fuerat se quesitũ ad mortem.nam si sanguis humanus diceretur necessarius, potuit quicũq; mactari,alienus.s.a natione Græcorum . Ecce quomodo componit fuisse respõsum , vt reuera videretur inimicus eius occasionem reperisse, qua cum diceret occidendum . Cæsę, inquit, virginis sanguine placastis ventos cum iretur ad Troiã, sanguine querẽdi reditus, vtiq; alia virgo debuit occidi ob reditum,sed qa in exercitu viri tantũmodo fuerãt , dixit fuisse talem responsi partẽ,vt iam nõ sexus sed cuiuslibet Gręci dũtaxat prouidereꝭ iterit⁹.¶Vulgi quę v.vt ve.ad au. Obstupuere.a.g.p.i.c. Ossa tremor.c.fa.pa.q.p.ap.) Cum diceret aliquẽ ex oĩbus occidendum,nõ inaniter subiunxit vniuersos metuisse supplicium. generalitas enim quẽ fuisset specialiter ꝑductura,habebaꝭ incertum.¶Hic ithacus va.ma.cal.tu.pr.in.m.quæ si.e.n.d.Fla.) Ecce excusat Calchantẽ,nũc enim dicit vim passum, vt falsa pro veris, dicerent in quo ipso & a persona argumẽtatus est, quia Vlyssem asseruit in perpetrandis sceleribus eruditum.

ASCENSIVS.

¶Tum vero ardemus,&c.)Notum est poetę verbũ , Nitimur in vetitũ semp,cupimusq; negata:quocirca cũ se Sinon significaret nolle dicere:aut nõ optare id quod occeperat ꝑdicere, cũ se frustra dicturũ vereaꝭ , ardebant Troiani fraudis,& doli ignari rem oẽm peraudire:& quod innuitur,sed nõ diciꝭ admonebãt Sinonẽ vt pergeret:sed priusq̃ nos ꝑgamus,Donati verba recitem⁹,quę hæc sunt.¶Tum vero.)Hoc consiliũ,nostrã cupiditatẽ audiendi accẽdit.¶Ignari.)Nã nostra simplici natura pẽdentes Grecos illũ vera dicere putabam⁹, sed illi oẽs sunt dolosi : Vñ sociauit illud, Et crimine ab vno Disce omneis.¶Pauitans.) Aut pauorẽ simulans,aut pauitans ne lingua titubante in cursu insidiarũ defectio nosceret , quã iam videbat in tuto esse.¶Sepe fugã.)Cum hoc falsum esset,parat cãm qua sit credibile,s.bello fessi.¶Fecissentq; vtinam.)Recte optare simulat.Nã & Troianos placabat,& sibi commiseratione captabat.¶Sepe illos a.) Non consiliũ facto, sed euẽtus voluntati defuit.¶Sanguine.)Verum dicit de Iphigenia : falsum addit de pręcepto Apollinis : miscet ergo vera vt credantur falsa.¶Argolica.)Ne credaꝭ potuisse litari alienigena.Nec quærẽda erat virgo cum exercitus fœminis careret.¶Vulgi quę vox.) cum.n.gñalitatẽ ꝑposuisset:qa res incerta erat,vnusquisq; timebat sibi.Excusat aũt Calchantẽ qui falsa dixerit. nam ostẽdit vim esse passum. Remouet a se odium:quia Græci assensere de eo nõ quoniã odissent,sed vt ipsi interitu , qui incertus erat liberẽtur.

Ordo, ¶Ordo est.Nos ardemus.i.ardẽter cupimus , tũ vero.i.maxime tunc:quasi cũ prius negligẽter, & simulãter , tũ ad verũ ardemus scitari.i.sciscitari:& quærere.i.inqrere causas.s.ob quas Ithacus velit,& Atridę magno mercenꝭ mortẽ eius. Nos inquã ardemus id scitari,& inquirere existẽtes ignari tantoꝝ scelerũ.i.qui nesciuimus tantũ scelus posse in quẽq; cadere,vt tãtũ mali sub tali specie ꝑtenderet,& ignari artis pelasgę.i.græcanicę:cuius est mẽtiri & fallere. Ipse ergo admonitus,aut videns eos id ꝑcipere , ꝑsequiꝭ pauitãs.i.pauitanti similis : tremens.s.ac palpitãs : & fatur pectore ficto.i.simulato : qa videbaꝭ pectore anxio , & mœroris pleno,& ab intimo pectore loqui,cum oĩa fingeret:nõ ergo dicã ficto pectore pro fictis verbis:nam verba nõ erant ficta,sed vera, licet falsum cõtinerẽt pectus,aut simulatũ aliud ꝑtendẽs q̃ erat. Fatur ergo sic : Danai.i. Græci cupiere sępe moliri.i.cũ mole & difficultate,attẽtare fugã.i.turpẽ abitũ:& ita moliri , quia superbis animis,& generosis,turpe est fugã facere : & hoc Troia relicta,& ipsi fessi,longo bello cupiere, discedere longo bello , a Troia:& vtinã fecissent.q.d.tunc.n.nec ipsis tantũ dedecoris,nec mihi tãtum mali obuenisset.sed hyems.i.tẽpestas:aspera.i.incõmoda, & procellosa.ponti.i.maris : interclusit.i.coercuit ab ingressu maris:illos.s.Danaos:& auster.i.vẽtus impetuosus,terruit eos:euntes.i.ire volentes:aut iam ire incipientes. Præcipue iam cum hic equus cõtextus trabibus acernis.i.ex acere arbore assumptis:staret.i.erect⁹ esset:tũc.n.nimbi.i.nubes vẽtosę,sonuerũt toto ęthere.i.aere supiore aliquãto,quæ res sęuã tẽpestatẽ futurã indicat,

(Callide aũt inducit mẽtionẽ equi:vt Priamus interrogaret cur extructus esset.Nos suspensi.i.dubij & soliciti:mittimus Eurypylum,vatẽ illũ,& augurẽ Herculis & Cassiopes filiũ,qui Troiã venit,Homero teste:inferior tñ Calchante fuisse diciꝭ.) scitatũ.i.inquisitum:oracula Phœbi.i.rñsa Apollinis:& is reportat adytis.i. oraculis,& secretis locis dei,quæ nemini præter q̃ sacerdoti adire licet:hæc dicta.i.rñsa:tristia.s.tunc oĩbus Græcis,& postea ꝑcipue Sinoni.(Refert autẽ verba,in forma quoq; historiam tangit Seruius.Iuuc.tñ & Hora. reuera , cæsam attestanꝭ Iphigeniam.) O Danai,vos placastis.i.sedastis ventos,placatis dijs qui eos excitarũt:aut dea.s.Diana:sanguine.i.effusione sanguis.i.Iphigeniæ, & virgine.s.Iphigenia:cæsa.i.occisa,aut reuera , aut simulatione quadam occisa.s.loco eius cerua:reditus sunt querẽdi.i.acquirẽdi vobis sanguine:& litandum est.i.oportet litare.i.optatũ a dijs impetrare:anima Argolica.i.oblatione animę , aut vitæ alicuius Græci.hoc est,sicut nõ potuistis, præ sæuitia tempestatum classe appellere Troiam donec virginẽ Dianę mactastis : ita nec redibitis priusq̃ hoiem Græcũ obtuleritis:quæ vox.i.quæ sñia oraculi:vt.i.postq̃, ꝑuenit.i.increpuit:& allata est ad aureis vulgi (qa proceres parũ verebanꝭ,cũ quęuis aĩa satis foret.) animi.s.vulgi obstupuere : & sanguis gelidus.i.timore frigefactus, aut potius membra gelida,& pallida relinquẽs : cucurrit per ossa ima.i.interiora circum ꝑcordia : verebãtur.n.cui fata parent.i.destinent, aut præparent mortem:& quẽ Apollo poscat:hic.i.hoc loco, aut hoc tpe:sed potius hoc tpe nisi locus pro tpe accipiaꝭ.Ithacus.i. Ithacensis : Vlisses ꝑtrahit Calchanta vatẽ.i.diuinatorẽ, & secretoꝝ diuinoꝝ interpretẽ , ac futuroꝝ ꝑphetam : protrahit, dico, in medios,sup.cũ magno tumultu : ne,videlicet, aliqd insusurraret,sed oĩa palam agere videatur : quæ circũstantia rei fidẽ facit, qa oẽs intelligunt id eũ astu fecisse , quẽ astutia cæteros ante ire noscũt:& flagitat,i.cũ flagitatiõe,& murmure valido rogat:quæ sint ea numina.i.oracula:aut volũtas diuũ.i.qd,aut quẽ. sibi dñ per talia oracula poscant:& multi canebãt.i.aperte annũciabant scelus mihi, crudele.i.factionẽ artificis.s. Vlyssis : hoc est, multi addicebant mihi mortẽ : ex factione Vlyssis,qa cognoscebãt,vbi ad Vlyssem res relata esset:cũ ille mihi inimicissimus esset, q ego is essem,qui morti addiceretur : & sup.multi:taciti.i.tacentes videbant ventura.i.quæ euenirent : & ita,(fm Seruium) repetẽdũ est vocabulum, multi.Ego tñ potius sic exposuero,vt canere nõ sit vocale,sed mentale : hoc est,prędicere animo:tracta metaphora a vaticinijs,quæ carmine eduntur.Vnde Hora.in arte : Dictæ per carmina sortes,& citor Apollo.vt sit ordo : multi canebãt.i. vaticinabãtur animo suo mihi : iam crudele scelus.i.facinus artificis.s.Vlissis : & pro.i.ipsi taciti.i.nihil dicẽtes:videbant.i.considerabant : ventura.i.quæ euenirent.sed priusq̃ reliqua cõtinuamus, præmittã,quæ de Calchante collegit Landinus , ea autẽ hæc sunt. Hic vates fuit Testoris filius sic dictus) vt Græci grãmatici volũt ἀπὸ τᾶς καλχῆς, id aũt ẽ πορφύρα. πορφυρὶν aũt est μερμηρὶν.i.accurate excogitare. Quoniã hic , accurate futura excogitaret. Hic apud Troiam,ex numero passerum a serpente vorratorum, quot annoꝝ obsidio Troiæ futura esset,prędixit.Post vero Troianum bellum, aiunt illum cum Amphilocho,Amphiarai filio, terrestri itinere, Colophonem,quæ vrbs Cariæ est,peruenisse : & cum apud Phanum Clarij Apollinis , quod ante eam vrbem est, in Mopsum augurem præstantissimũ incidisset:præ mœrore mortuum esse : Hesiodus scribit Calchantem , Mopso proposuisse , vt diceret quot ficus ea quæ aderat , caprificus ferret : ac Mopsum dixisse decies mille, vnaq; amplius:ac cum vera de numero dixisset, continuo Calchantem e vita migrasse : Pherecides autẽ scribit, prægnante sue oblata Calchantem, interrogasse Mopsum, quot illa porculos in vtero gereret : & Mopsum respondisse treis,atq; ex illis vnam fœminam:& cũ vera dixisset, illum prę dolore mortuũ . Sunt qui dicunt , Calchantem suem proposuisse : & Mopsum Caprificum , ac Mopsum vera dixisse: Calchantem vero minime : & præ mœrore mortuũ : & Sophocles in quodam loco scribit , cum Helena reposceretur,tunc Calchanti fata mortẽ decreuerunt, cum præstantiorẽ augurẽ offendisset.Sed hic Calchantis mortẽ transfert in Ciliciam.Refert præterea Strabo,q in agro Saunio, qui non procul a ponte est:circa tumulum,quẽ Drion vocant, basilicæ duæ monstrantur:vna quidem Calchantis in summo vertice, cui petẽtes oracula, nigrantẽ sacrificant arietem, & strata in pelle dormiunt : altera Podalyrij, in infima montis radice posita.

PIERIVS.

¶Scitatum oracula Phœbi mittimus. In Longobar.cod. scitantem,legim⁹:quod agnoscit Seruius : & participiũ pro participio positum

positum ait,quippe pro scitaturum.Sed enim Sosipater Carisius scitatum,legit in solœcismo:proq; sciscitatum positum ait.¶Animaq; litandum Argolica.) In codice Longobardico legere est quarto casu,Animamq; litãdum Argolicam. quod alij viderint. Nã hęc per septimum casum proferri potius cõsueuerunt. Est ẽt in mediceo vna plus dictione,litãdũ est,quod quidẽ verbũ ẽt cũ decoro reticetur.

Bis quinos silet ille dies:tectusq; recusat
Prodere voce sua quẽquã:aut opponere morti.
Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus
Composito rumpit vocem:& me destinat aræ.
Assensere omnes:&,quæ sibi quisq; timebat,
Vnius in miseri exitium conuersa tulere.
Iamq; dies infanda aderat.mihi sacra parari,
Et salsæ fruges,& circum tempora vittæ.
Eripui(fateor)leto me:& vincula rupi:
Limosoq; lacu,per noctem obscurus in vlua
Delitui:dum vela darent,si forte dedissent.
Nec mihi iam patriam antiquam spes vlla videndi:
Nec dulceis natos,exoptatumq; parentem:
Quos illi fors ad pœnas ob nostra reposcent
Effugia:& culpam hanc miserorum morte piabunt.
Quod te per superos,& conscia numina veri,
Per si qua est,quæ restat adhuc mortalibus vsquam
Intemerata fides oro:miserere laborum
Tantorum:miserere animi non digna ferentis.

SERVIVS.

¶Bis qnos silet ille dies.) Dicimus &,Bis quinis silet diebus.¶Tectus.)Aut multitudini se subtrahens, aut tegẽs cõsilium suum. Vix tãdem , aut iunge,& vacat tãdem. Aut separa:& ẽ exaggeratio a synonymis,vt,abijt,excessit,euasit euanuit, erupit . ¶Composito.) Ex pacto . ¶Rumpit vocem.) Hoc est erumpit in vocem & dictum est per contrarium. Nam si silentium rumpere,est loqui:vt, Quid me alta silentia cogis Rũpere? Vocẽ rumpere,est tacere.Sed aliqua interdum simpliciter,interdum per contrariũ intelliguntur.¶Et quę sibi quisq; timebat.) Ideo hoc addidit , qa dixerat Assensere oẽs : ne videretur fuisse cũctis suæ gẽtis inuisus.¶Mihi.) Multi posterioribus : multi prioribus iũgũt . Vnus tamẽ est sensus. ¶Parari.) Infinitus modus ꝑ indicatiuo:& est figura ꝑpria historiographoꝝ:vt Sallustius, Equitare,iaculari,cursu cũ ęqualibus certare:vt poetaꝝ ꝑprie est, Nuda genu & Toruũ clamat.Quod aũt ait Cicero,bellicũ canit: nõ ẽ figura,sed sermo naturalis.Est.n.soni nomẽ. ¶Salsæ fruges.) Sal & far quod dr̃ mola salsa:qua & frons victimæ & foci aspergebãtur & cultri. Fiebat aũt de horna fruge,& horno sale. vt Horati⁹, Et horna fruge.¶Vittæ.) Quibus victimę coronabanꝭ. ¶Letho.) Nã sacrificio. Inuidiose locutus est.¶Vincula rupi.) Atqui solutæ sunt hostiæ . Nã piaculũ est in sacrificio aliquid esse religatũ, Vnde est, vnũ exuta pedẽ vinclis in veste recincta. Item , vittasq; resoluit Sacrati capitis. Ergo vincula religionis intellige . vt , Et vinclis innaret Clœlia ruptis.s.fœderis.Nec.n.obsides vnquã ligantur.Sed huic expositioni illud occurrit.Vñ iste ligatus fuerit quia eum Troiani non ligarunt. vltro.n.se obtulerat. Vñ intelligendũ a Græcis magis ligatum ante tẽpus sacrificij.Nam consuetudo illa,quam supra diximus,erat in ipso tempore sacrificiorũ. Ante.n.ligabantur:vt Iuuenalis,Sed procul extensum petulans quatit hostia funem.¶Limosoq; lacu.) vt verisimilem fugam faciat,circunstantijs vtitur.Notandum sane Virgilium sub aliorũ persona causam exequi nobilium:vt hoc loco Marij.Item paulo post Pompeij:vt Iacet ingens littore truncus . ¶Per noctem obscurus.) Bona elocutio est,rem tẽporis ad personam transferre: vt matutinus venit.¶Si forte dedissent.) Medium se præbet . Nã nec negat,nec confirmat eos nauigasse:ne aut eis demat securitatem:aut quod supra dixit , falsum sit non posse nauigare Græcos,nisi homine immolato : vt illorum sit quicquid elegerint:& artis est , in argumentorum angustia incertis vti sermonibus, ¶Antiquam.) Charam,Et bene cõmemorat liberos & parẽtẽ : vt ostẽdat se nõ deseruisse vt vilẽ,sed mortis fugisse terrorẽ . ¶Fors ad pœnas.) Forte & pœnas. Alij iungunt fors &,vt sit forsan . Et bene elicit misericordiam: ostenditq; non se habere causam redeundi post mortem suorum.¶Effugia.) Et fuga,& effugium dicimus,sic lana & lanitium vt,Si tibi lanitium curæ,Hinc est ęquitas & æquum.¶Piabunt.) Expiabunt:& τῶν μέσων est , Nam plerunq; & impiare significat.¶Per,si qua est.) Diasyrtice ridet , vt diximus.¶Oro.)Ordo est,Quod te oro per superos.¶Non digna ferentis.) Indigno luctu affecti.

DONATVS.

¶Vix tandem,m.it.cl.a.Composito rum.u.&.m.d,a. As.o.&.q. si.qu.ti.Vn.in.m.e.co.tu.) In ipso mẽdacio caut⁹ fuit,ne dignus videretur,qui pateretur,talia.Si enim ita vixerat,vt oẽs suos habuisset inimicos,nec a Troianis veniam meruit impetrare , solũ ergo dicit infestum sibi Vlyssem fuisse, quem iusta ex causa ferat inimicum.Chalcas enim & coactus fecit,& diu nihil voluit dicere . Ex his tamen quæ insinuatione Vlyssis acceperat , magno insolentis & ꝑniciosi hoĩs tumultu,ꝑuocatus dixit, ad illa sacrificia Sinonis sanguinem postulari.quo facto oĩum ꝑcessit assensus,non iõ q apud oẽs habuisset odiũ Sinon, sed q vnusquisq; metueret, ne in designati locũ subderetur. Vlyssis autem factionẽ fuisse manifestã aptissime cõprobatũ est,ex eo quod hæc per ipsum vẽtura multi ꝑdixerant, & Calchas per plurimos dies nullũ voluit designare mactãdũ.¶Iamq; dies infan. ad.m. sa pa.Et sal.fru.& cir.t.vi.) Iã inqt , dies aderat execrata , q̃ mihi lucem fuerat ereptura, vsq; adeo vt iam ĩ me sacroꝝ eẽt cõpleta solẽnitas sol⁹ superat meæ salutis iteritus. Certe & vittis meũ caput fuerat nexũ,& libamina parata ferebantur,ad quæ ipse aderat nefarius dies.¶Eri.(fa.)le.me.& u.r.) Fugi,inquit, nõ culpam alicuius admissi,sed vt crudelissimæ mortis exitium innocens euitarem,fugi , ne morte mea gauderet inimicus,fugi,& me fugisse confiteor,potuit dici,quo modo potuisti fugere,qui fueras vinctus? ait ipse,rupi vincula, atq; ita meę saluti prospexi.¶Li.l.p.no.ob.in vl.De.) Singula nõ sine rõne posuit.nã omnia fugitiuo suffragari potuerũt.Limus, & lacus,quo non facile possent insequẽtes intrare , posuit & noctem,vt nõ tantũ a loco verumetiã a tpe dnceret argumẽtũ, ac tenebris quoq; videreꝭ adiutus.Obscurus in vlua delitui , timiditatẽ nimiã vult demõstrare,vt cũ esset in illo loco,quo nulli aditus facilis putareꝭ,addiderit alia qbus esse securior posset. In vlua delitui:vluã pleriq; eã dicũt eẽ,quã vulgo budã appellãt. nos nihil dicimus interesse vtrũ ipsa sit an alterius gñis spẽs dũmodo sciamus in loco aquoso nõ defuisse,quod cælare hoiem posset. ¶Dũ vela darẽt.) Tãdiu futurus in occulto,q̃diu nauigarent, vt suos magis q̃ Troianos metuisse videreꝭ.deniq; post hoc velut factũ vltro eũ se constat pastoribus obtulisse.¶Si forte dedissent. Nec mihi iã patriã antiquã.s.v.vt &c.) Deliberationẽ suã fingit, quã velut ĩ fuga positus habuit.cõstitutus,inqt,in latebris, quæ aĩo voluebã,cõmõdũ quippe saluti meæ fore , si nauigarent illi quos fugerã,sciebã.n.me & inquiri posse,& forsitã reperiri, propter incolumitatẽ aũt meam hoc esse tutum existimãs , optabam vt nauigarent,at ex altera parte occurrebãt multa , omniaq; aduersa & satis dura mihi,& luctuosa.primo qppe cogitabã, nunq̃ me visurũ patriã antiquã,aut magnã dixit vt alijs quoq; in locis posuit,aut cui⁹ affectũ diuturnitas tpis ac meritũ cumulauerat. Nec dulces natos,exoptatũq; parẽtem.¶Quos illi fors ad pœnas ob nostra reposcent effugia, & culpã hanc miserorũ morte piabũt.) Singula singulis dedit,patriam dixit antiquã,natos dulces, & exoptatũ patrem.sensus istius loci sic colligitur,si nauigassent Græci.q nec patriã visurus eẽt antiquã,nec natos dulces,nec patrem exoptatũ.metum aũt occurrere peioribus cõiectura currẽte,quos illi cõmoti ex fuga eius occisuri essent oẽs , & hoc factũ miserorũ interitu pensaturi, piabunt aũt necessario posuit propter piaculum,quod fugiendo admiserat & deceperat necessitatem,propter quam victima parabatur.hec dicta sunt , vt omnia quæ fuerat mentitus cõfirmaret,ac facile crederent Troiani vera esse confessum.¶Quod te per superos,&c.) Verba ipsius adhibẽtis ad testimonium deos dubia,& incerta , & quæ premere nõ possent mentientẽ.per superos te,inquit,rogo,qui sciunt veritatem.quis nesciat posse omnia scire superos?Nũquid dixit?per superos te rogo,qui sciunt me nulla in parte mentiri,per fidem, inquit,si tñ incorrupta põt alicubi reperiri.sciebat enim apud se fidem non fuisse,& ideo arbitrabatur non esse apud quenquam. Miserere laborũ tantorum,miserere animi non digna ferentis. Sciebat se odiosum vtpote hostis gerere personã : & ex ea causa

Universidad de Deusto Biblioteca

dignum esse,qui mereretur occidi,tulit se ab hac parte, & veniã sibi ex occasione malorũ præsentium postulauit. Vinctus enim crudeliter fuit vtpote captiuus. Idcirco ait Miserere laborum tãtorum, vtiq; offerebat vincula sua,& captiuitatis miserias testabatur,deniq; mox secutum est.

ASCENSIVS.

¶Bis quinos silet ille dies.) Prosequitur reliqua de se acta Sinõ de quibus Donatus sic:Fugi,nõ culpã criminis,sed innocẽs crudelissimam mortem:ne ea gauderet inimicus. Et nequis quęrat, quomodo potuerit fugere,addit. ¶Vincula rupi, Limosoq; lacu.) Limus.n.& lacus suffragabantur,ne possent insequentes intrare. Posuit,& Noctem,nam & tenebræ adiuuabant. ¶In vlua.) Timiditatẽ maximam simulat:vt cum in loco esset, ad quẽ nulli esset aditus:tñ in eo quęreret latebras. Vluam,dicunt rẽ quã vulgus budam,vocãt:sed nihil interest,quæ species sit herbæ:modo illũ occultare posset. ¶Vela darent.)Vt ostendat suos plusq̃ Troianos timuisse. Nec mihi ponit consultationem,quam in lacu habuit. Hinc.n.nisi nauigarẽt,erat periculũ vitæ.si nauigassent priuabatur antiqua.i.magna patria vel antiqua.i.cuius affectũ,diuturnitas tpis accumulauerat & filijs,& parẽte, & singula singulis dedit,patriam:dixit antiquam,natos dulceis, exoptatum patrẽ, in quibus rebus occurrunt peiora,q̃ Græci illos essent occisuri: propter suam fugam piandã:quod erat necessarium. Hæc autem omnia dicta sunt,vt faceret verisimilia quæ fingebat. ¶Per superos.) Quos nõ latet veritas. ¶Per si qua est,quæ r.) Sciebat apud se nõ esse fidẽ,vnde arbitrabatur apud nullos esse. Et cũ persona sua esset odiosa,quia hostis mouet misericordiã a suis calamitatibus. Priamus aũt,vt omnia vera eliceret,deposita regia authoritate,vt amicus cũ hoste locutus est.

Ordo. ¶Ordo est: Ille.s.Calchas, silet dies bis quos.i.decem: & ipse tectus.i.secretus: recusat.i.renuit prodere.i.perdendũ pronũciare:aut indicare quẽquam.i. quẽuis,vnum sua voce (id autẽ callide fecit,ne si statim pronunciasset,factio Vlyssis apparuisset:sed diu recusando,significauit se nullum morti addicturũ,nisi præmonitus sit a dijs. Aut egit ex conscientia,cum nollet Sinonẽ,quem bonũ & insontem sciebat, licet eum Vlysses odio prosequeretur,addicere morti:& id ita eẽ intelligendum manifestat sequens versus:vbi dicitur,nõ sua spõte,sed actus magnis clamorib. Ithaci rupisse vocẽ. Callide ergo hoc recitatur a Sinone in commendationem sui,cum etiam Calchas tãdiu veritus sit eũ prodere:licet Vlysses maximopere efflagitaret) aut opponere.i.obijcere morti,& ipse actus.i.impulsus: tandem.i.post longam dilationem: & multã Vlyssis expectationem:vix.i.cum difficultate:actus tñ:magnis clamorib⁹.i. flagitationibus Ithaci.i.Ithacensis:Vlyssis rupit vocem:qui.n.cum pudore,aut remordente conscientia loquuntur: raucescunt ita vt vocem rumpere videantur,& effractã efferre:aut dicamus cum Seruio,rupit.i.erupit vocem silentium rumpendo: composito, idest ex industria aut pacto,aut factione præcomposita: & destinat.i.deuouet, & adiudicat me aræ.i.sacrificio faciendo Dianæ: omnes.s.Græci assensere.i.assensum præbuerunt, & tulere.i.libẽter passi sunt,sup.ea quæ quisq; timebat.s.in se posse cõuerti.cõuersa,sup.esse:in exitium vnius miseri.s.mei,qui miser sum:non ergo lætabantur de malo Sinonis,sed de liberatione propria. Et iam dies infanda.i.detestãda,aderat,quo per,pditionẽ & factionẽ litari sperauerant:sacra parari.i.parabantur mihi.i.in perniciem meam:aut de me:nisi sint sacra.i.preparatoria ad sacrificium parabantur mihi &.i.simul fruges salsę.i.mola, ex farina & sale facta,& vittę.i.tenuia serta,sup.parabanť mihi circum tempora.i. ambitum capitis inter auriculas & verticem. Ego fateor.i.licet piaculum videatur, nisi factiose contra me processum sit:tamen verum dicam:ego eripui me leto:id est exitio & morti:non dicit sacrificio, quãsi non verũ sit sacrificium, quod ex factione institutum est:& rupi vincula:& ego obscurus delitui per noctẽ obscuram:aut quia rebus nox abstulit atra colorẽ, omniaq; noctu fusca videnť:ego quoq; obscurus.i.subfuscus,& in obscuro versatus, delitui per noctem,in lacu limoso.i.cœnoso, in vlua.i.herba illa palustri.ad quã nemo accessit:quia fundus limosus erat: delitui,inquit.i.multum latui, aut deorsum latui tantisper,sup. dum darent vela:si forte dedissent vela quod addit:quia dubitabat an nondum placato numine vela dare possent. Nec vlla spes est mihi iam videndi patriam antiquam.i.charam:nec dulces natos.i.liberos:& parentẽ exoptatũ, quem superstitem esse verisimile fecit poeta,dum iuuenem dicebat. Quos.s.patrẽ, & liberos meos:illi.s.infensi Danai:reposcent.i.exigẽt: ad pœnas.i.ad supplicia,quia forte mactabunt patrem,aut liberos loco mei:ob nostra effugia.i.quia nos effugimus:& piabunt.i.purgabũt.hanc.i. meam culpam quę tamẽ culpa non est: morte miserorũ.i. innocentiũ & miseratiõe dignorũ:q.i.quocirca,aut,ppter quod: ego oro te.s.o rex:qui etiã liberos habes,& sentire potes q̃ sit affectio in eos p superos.i.p deos cœlestes,obsecro: & p numina conscia veri.i.per deos,authores & cõscios veritatis, quã nunc ,pfiteor, qa authores veritatis deberent veridicũ tueri. & oro te per, sup. fidem intemeratã.i.adhuc integram & inuiolatã: siqua.i. aliqua fides est,quę restat mortalibus: adhuc.i. vsquam.i. in quouis loco:intemerata.i.obsecro,& obtestor p omnia hęc, miserere animi.s.mei:ferentis.i.patientis:nõ digna.i.indigna.q.d. si noris q̃ fidelem,& integrum habeam in Troianos animum postq̃ tantũ fraudis mihi a Grecis illatum est: dares vtiq; dextram, meiq; misereris: & quia de factis nihil adducere potuit, oratorie ad animum,i.voluntatem confugit. Donatus autem intelligit, siqua fides.i.credulitas est vsquam quam sciebat sibi nõ adhiberi. ego tamen mallem de fidelitate intelligere.

PIERIVS.

¶Composito rupit vocem.) In codice Longobardico compositam,legas: sed.n.cõposito aduerbiũ, eruditis magis auribus satisfacit. In Mediceo,rumpit,pręsenti tpe est,quę forma narrationi congruit.

SERVIVS.

¶Et miserescimus vltro.) Aut per se plenum:aut cohæret sequentibus: quia nõ potest primis. Dicim⁹ enim aut illam rem miseror, aut illius rei misereor nõ illis. ¶Vltro.) autem nõ est sponte (nã iam rogauerat) sed insuper. Et venit ab eo quod est vltra:quia plus quam rogauerat,pręstiterunt. ¶Arcta vincula.) Aut epexegesis manicarũ est: aut vtrunq; habuit. ¶Quisqs es.) Licet hostis sis. Et sunt, vt habemus in Liuio, Imperatoris verba transfugam recipiẽtis in fidem, Quisquis es, noster eris. Item, Vigilasne deũ gẽs? verba sunt, quibus pontifex maximus vtitur in puluinaribus.quia variam scientiã suo inserit carmini. ¶Hinc iam.) Aut ex hoc tẽpore:aut ex hac oratiõe:aut ex eo quod te dicis Vlyssis factione laborasse. ¶Edissere vera.) Hic distinguẽdũ. Vera enim audire desyderat. ¶Quo molem.) Quam ob causam, & ad hoc respondet Sinon, Neu recipi portis. Et est color, qui in coniecturali statu sæpe requiritur. ¶Quis author?)Ad hoc respondet,Calchas attollere iussit. ¶Quidue petunt?) Quid desyderant? vtiq; vt placetur Minerua. ¶Ad sydera.) Ad locum syderum:vel quia semper sunt sydera, sed Solis splendore vincuntur. ¶Æterni ignes.) Aut ararum, quas fugit: vt execratio sit,ppter posteriora. ¶Vos aræ.)aut certe Solem & Lunam significat. Execratio autem est aduersorum deprecatio Iusiurãdum vero,optare prospera. ¶Testor.) Modo iuro. Alibi testificor:vt Testor in occasu vestro. ¶Vestrum numẽ.) Quia secundum Philosophos dicũtur sydera elemẽta esse: & habere ,pprias potestates. ¶Ensesq; nefandi.) Inuidiose ad pluralem transit numerum. Terentius, Non perpeti meretricum contumelias. ¶Vittæq; deum.) Aut quæ habẽtur in honore deorũ:aut quas habẽt ipsa simulachra. ¶Gessi.) Pene gessi. Nõ enim vere

His lachrymis vitã dam⁹:& miserescimus vltro. Æ.
Ipse viro primus manicas,atq; arcta leuari
Vincla iubet Priamus:dictisq; ita fatur amicis.
Quisqs es,amissos hĩc iã obliuiscere Graios: PRI.
Noster eris:mihiq; hæc edissere vera roganti.
Quo molẽ hanc immanis equi statuere? quis author?
Quidue petunt? quæ relligio? aut quæ machina belli?
Dixerat. ille dolis instructus,& arte pelasga, ÆNE.
Sustulit exutas vinclis ad sydera palmas.
Vos æterni ignes,& non violabile vestrum SIN.
Testor numen ait:vos aræ,ensesq; nefandi,
Quos fugi,vittæq; deum,quas hostia gessi:
Fas mihi Graiorum sacrata resoluere iura:
Fas odisse viros:atq; omnia ferre sub auras,
Siqua tegunt:teneor patriæ,nec legibus vllis.
Tu modo,promissis maneas:seruataq; serues
Troia fidem:si vera feram:si magna rependam.

vere gesserat:sed quantum ad Græcos pertinet dicit. ¶Fas mihi.) Subaudis sit. Et bene a dijs petit veniam: ne videať,pditor. Nam & hęc quę dicturus ẽ,tacuit anteq̃ audiret, Noster eris. Si.n.voluntate proderet,sequebatur quod ait Cicero, Nemo vnquã sapiens proditori credendum putauit. ¶Sacrata resoluere iura.)s. vt non incidat in sacramẽti pœnã, quia militię tria sunt genera. Plerunq;.n.euocati dicuntur:& non sunt milites,sed pro milite. Vnde Sallustius, Neu qs miles neue pro milite. Item, Ab his oẽs euocatos in Centuriones. Plerunq; tumultuarij, hoc est qui ad vnum militant bellum. Plerunq; sacramento rogati: quia post electionem in rem publicam iurant: Et hi sunt qui habẽt plenã militiam. Nam & viginti quinq; annis tenenť. Hæc tria genera tangit Virgilius: Sacramẽti,hoc loco. Tumultuarij,Simul omne tumultu Coniurat trepido Latium. Euocationis. Mittitur & magni Venulus Diomedis ad vrbem. ¶Fas odisse vires.) Vt supra diximus,omnia Diasyrtice loquiť. Nam & ad Græcos possunt & ad Troianos referri. ¶Siqua tegunt.) Propter ea quæ latent in equo. ¶Nec legibus vllis.) Si Græcorum: propter Noster eris.si. Troianorum, quia Græcus. Serues Troia fidẽ.) Quia quod rex promittit, videtur respublica polliceri.

DONATVS.

¶His lachrymis vi.da.& mi.v. Ipse viro primus.m. atq;.a.leua. Vin.iu.p.r.)Vsq; adeo flẽdo singulorũ animos flexit,vt hęc Priamus statim remoueri iussisset,quibus fuerat nexus Sinon, vt securior redditus cætera, quę habere putabatur, fideliter enarraret. ¶Dictisq; ita fatur amicis.) Audiendi desiderio ductus Priamus deposuit authoritatem regis, & cum captiuo & hoste amicis locutus est verbis, aliter enim non putabat solui animos ei⁹, nisi in eum multimoda beneuolentia pręcessisset. ¶Quisquis es, amissos.hi.i.ob.g.Noster eris.m.h.e.v.ro.)Superioribus verbis breuiter & succincte respondit.suspectis enim reb⁹ & necessario tractatu in medio posito non debuit tempus multiloquio conteri.ait ergo quisquis est,hoc est siue sinon siue alius,dixit enim ille Sinonẽ se vocitari, amissos hinc iam obliuiscere Graios.ecce dixit Græcus.neq; me argolica de gente negabo, & si vela darẽt, si forte dedissent Nec mihi iam patriã antiquã spes vlla vidẽdi. Noster eris, aperta beneuolentia est in hac oblatione promissi, cum dicit noster eris,obliuiscere Graios,deponamus,iquit,superioris inimicitias tẽporis. eris vnus e nostris, dimitte ex animo ciues tuos,quos iam dimisisti fugiendo. Mirum hic poetæ cõsilium,cum.n.ad singula Sinonis dicta respõderet, ex ,psona Priami credentis,q̃ ille vera narrauisset,suppressit, nec mihi iam patriam antiquã spes vlla videndi,nec dulces natos,exoptatũq; parentẽ,ne Priamus hęc cõmemorãdo, quę affectũ maximũ retinebant,exulceraret animũ narraturi, qui debuerat esse cõpositus. solos Graios,dixit,obliuiscere,quod facile fieri potuit, extiterãt enim Sinonis inimici.cęterum patriam,filios,& patrem semel in obliuionem ducere nõ poterat, sed & ille durus & impius posset iudicari,si hæc putaret esse suadenda.mihiq; hęc edissere vera roganti. Anteq̃ Priamus proferret, quę volebat audire, inculcat Sinoni beneficia sua, vt in nullo palleret, & ad interrogata vera potius q̃ ficta & cõposita rñderet.ait ergo, mihi,in ipso,pmissione grande pondus est intellectus.mihi quippe potest itelligi, vtpote regi,qui cũ possem arctius inqrere veritatẽ, si fuisses in aliqua parte mentitus simpliciter quęro mihi, qui te liberũ a vinculis, qui salutem tuã seruaui,qui te recepi in meorũ numerum, Completis interea quę necessaria fuerunt præmittẽda, breuiter proponit,quę cupiebat audire.nõ enim (vt supradictũ est) adhibenda fuerat mora rebus pro statu publico cognoscẽdis. ¶Quo mo.h.im.equi sta.quis author? Quidue pe.quę re.a.q.m.b.)Plena propositio & in ipsa breuitate verborũ satis intellectu latissima.nam quęsitũ est,cur equus ille factus videreť,& cur tantę magnitudinis, quoue authore fabrica eius inuenta atq; perfecta, & vtrũ religionis alicuius cursu, an belli ratione dictante, qdue peterent,hoc est quid in ea causa disponerent. ¶Ille dolis in.&.a. pelasga Sustulit.e.v.ad sy.p.) Omni occasione & vt plurimis locis fecit, deformat poeta Græcorum personam, q̃ non virtute, sed insidijs vicerint. Idcirco posuit. Ille dolis instructus & arte pelasga,instructus,inquit,natura sua. itemq; instructus mãdatis suorum.hoc ideo positum est,vt ostẽderet a perfidia & tergiuersatione nullum Græcorũ esse immunem,docuit autẽ poeta se esse sui memorẽ,nam vbi Sinonẽ dixit vinctum fuisse, oculis, iquit, Phrygia agmina circũspexit.hic postq̃ cœpit habere liberas manus,has peieraturus erexit ad sydera. ¶Vos ęterni ignes, & non v.v.Testor.n.a.v.a.e.ne. Quos fugi vittęq;.d.q.h.gef.) Iurauit quidem, sed satis subtilis fuit, vt & Troianos falleret, & tamen suorũ secreta non ,pderet.nam tunc suorũ ,pditor extitisset,si protulisset,quę reuera in secretis habuerunt:hoc loco tractat Virgilius ciuem nõ tantũ nascẽdo verũ etiã animo fieri.nam ciuis qui nascẽdo prouenit, ciuis quidem est, sed si nõ beneuolentia ciuis erga patriã & suos viuat,desinit esse,qđ natus est. Et ille qui alienus est,si boni viri repræsentet affectum,esse incipit ciuis. Sinon igitur facilis ad prodenda velut suorũ secreta, & malum ciuẽ profitebať, & Troianis se suspectũ faciebat, nullus.n.crederet illum sine tormẽtis vera dicere: nisi cõmendasset primo personã suã, Inuocauit ergo sydera omnia sine periculo periurij, aras quoq; & supplicia,quę velut fugerat testatus est, nõ ,ppter narrationis veritatẽ,sed propter licẽtiam verę proditionis. In quo ipse tueť personam suam,& suorũ ciuium grauat, quos vult ostẽdere extitisse cãm, vt ciuicę religionis naturalia vincula rũperet.cum.n. Sinon,vt dicebat,nihil tale de ciuibus ob culpam,quæ nulla fuerat, meruisset, iniusto supplicio ,ppter vnius Vlyssis inimicitias destinari nõ debuit,ac per hoc videtur iustas causas habere proditionis,quẽ non iam ciuẽ, sed alienum esse constabat.cui.n.nõ est a ciuibus exhibita religio, cui vltimũ supplicium preparatũ fuerat,desijt habere religiosum ciuis nomẽ,illiq; oẽs in hostium numerum fuerant redigẽdi,qui omnem ciuis affectum nulla ex causa nulloq; existente crimine abiecerant. cũq; tales extitissent in ciuem,nõ vt ciuis,sed vt reiecta proditione hostis officia meruerunt. ¶Fas mihi Graiorũ sacrata resoluere iura, Fas odisse viros,atq; oĩa ferre sub auras Siqua tegunt.) Ecce cum summã deprecationis suę colligeret,ostẽdit se a suis alienũ. Liceat, inquit, mihi Graiorũ sacrata resoluere iura, quasi iam ipse Grẽc⁹ nõ esset vel illi eius socij non fuissent. Fas odisse viros atq; oĩa ferre sub auras,si qua tegunt,liceat,inquit odisse vel prodere eos, qui ciues mei esse noluerũt.hæc ad deprecationẽ,& cõmẽdationẽ Sinonis pertinẽt,cętera aliũ ordinẽ tenẽt,nã Sinon illi primę parti respondet,qua supra Priamus dixit. Amissos hinc iam obliuiscere Graios,noster eris. Idcirco ait teneor patriæ,nec legibus vllis,parum,n.fuerat professum se esse desijsse,nisi ẽt illud ostẽderet, factum esse Troianũ,hoc est abiecisse quod natus est, & esse quod prouenerat beneuolẽtia Troianorũ. ¶Teneor patriæ, nec legib⁹ vllis.) Plus est.n.volũtate retineri q̃ legibus. Alterũ qppe ex studio puræ mentis,alterũ ex necessitate descẽdit. ¶Tu mõ promissis maneas &c.) Apostrophẽ ad ipsam ciuitatẽ, fecit,qua se ostendit suspectũ esse, ne forte post narrationẽ omnẽ iubereť occidi. Tu,inqt,Troia conseruatori tuo fidẽ serua, mereor.n.vicẽ, qui prior salutis tibi beneficiũ cõfero. ¶Si vera feram,si magna repẽdam.) Repẽdere dicimus erogare aliquid,vel quicq̃ cuilibet cõferre. vsus est ergo Sinon tali verbo vt diceret repẽdã,quasi tantum reciperet,quantũ dederat,hoc est vt salutẽ mereretur,qui se asserebat salutis beneficiũ præstare. Icirco posuit, si vera & magna pro incolumitate tua ferã,debeo paria repẽdere. Rñdit igitur ẽt illi parti & pollicitus est se vera dicturum, quoniã Priamũ meminerat dixisse. mihiq; hæc edissere vera roganti, Incipit sequẽtia,quia quæsitũ ex eo fuerat. Quo molẽ hãc immanis equi statuere? qs author? Quidue petũt? q̃ relligio,autq̃ machina belli? Sed qa in ,ppositionis ordinatione rñsionis vitiũ nõ est, si nõ singulis ita vt sunt proposita pareatur, incipit iste ab ea parte, quã nouissimã quęsierat Priamus,idẽ.n,& euẽtu postremũ posuit Sinon vero vt fallẽdi promptior pateret occasio,iter initia fuerat necessaria.incipit ergo,quæ religio?

ASCENSIVS.

¶His lachrymis vitam damus.) Ostẽdit (vt dixi) summam clemẽtiã in Troianis principibus fuisse:quasi eam ex ea traxerit domus Iulia:quomodo proditor ille in gratiã susceptus sit: vtq; q̃ maxime interrogari optabat,interrogatus sit a Priamo de equi cã:de qua re Donatus sic. ¶Noster eris.)Aperta beneuolẽtia,cum recipiat eum pro ciue. ¶Mihi.) s.regi qui possem tormẽtis inqrere veritatẽ:& simpliciter quæro: Mihi: qui te seruaui:& in meorum numerum recepi. ¶Quo molẽ.) Breuissima,ppositio, sed pfecta. Quæsitum est:cur equus esset factus:cur tantę magnitudinis:quo authore:vtrum religionis,an belli causa. ¶Ille dolis.) q.d.natura sua,& arte pelasga,& mandatis suorum:& ostendit nullum Græcum carere dolis. ¶Vos æter.) Iurauit,sed subtiliter: nã Troianos fallit,& non prodit arcana suorum:adhibuit iusiurandum:qa nõ videbatur verisimile illum suorũ secreta,sine tormẽtis prodere. Testatus est igitur: nõ propter narrationis veritatẽ, sed propter licentiã quasi proditionis. ¶Fas mihi Graiorũ.)Quasi iam ipse Græcus nõ esset:vel illi ei⁹ socij nõ fuissent. Et liceat eos odisse,qui ciues mei esse noluerũt. ¶Teneor patrie.) Plus est voluntate,q̃ legibus retineri, alterũ est ex studio puræ mẽtis: alte-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum ex necessitate. ¶ Tu mõ ,pmissis.) Tu Troia. cõseruatori tuo fidẽ seruа. ¶ Repẽdam.) Quasi dicat tantũ recipiet, q̃tũ dederat. i. vt salutẽ mereret salutis author. Hęc ille. ¶ Ordo est. Nos damus his. i. huiusmodi sic simulatis lachrymis: veniam. i. salutem: & misereſcimus. i. misericordiam facimus: vltro. i. insuper ab vlTra, aut ingenua clementia: aut ipſe Priamus iubet vltro. i. nõ requisitus a quoq̃ nostrum, quãuis omnes consentiremus, iubet, dico, Priamus: manicas. i. ligaturas manuum. & vincula arcta. i. constricta. & arcte ligata: leuari. i. dissolui: viro. i. ei qui viriliter locutus erat. & fatur ita dictis amicis. i. benuolis. Quisquis. i. qui cunq; es, obliuiſcere iam Graios, tu eris hinc. i. ex hoc tempore: noster. i. in clientela nostra. & edisſere. i. dicute eloquere: mihi roganti. i. interrogãti hæc quæ sequent. vera. i. veraciter, vt sit adverbium. pro nomine: aut sint duo accusatiui diuisim construẽdi: non enim voluit dicere, q̃ ea quę interrogaret essent vera, sed quod ad ea vere, aut vera responderet. Sensus ergo est. edisſere hæc vera. i. veraciter: aut edisſerendo hæc dic, ea vera. hæc dico, videlicet, quo. i. ad qd, & ad quẽ finem, sup. Danai: statuere. i. cõstruxerunt: hanc molem. i. ingentẽ magnitudinẽ: equi imanis. i. tam magni, vt imanis. i. inimicus, & ferox videat. (sicut in. v. dicent. Immaniace te, imane aũt est, quod non est magnũ. i. bonũ: qualia vident, quę vi, aut mole sua, omnia opprimere possunt.) qs author, sup. est imanis equi: ve, pro vel qd petunt. i. prętẽdunt per eũ: quę religio. i. religiosa oblatio: aut quę machina belli est, sup. in eo equo: hoc ẽ, an religionis, an belli causa factus sit: dixerat. f. Priamus: ille. f. Sinon: instructus. i. institutus, atq; armatus dolis, & arte pelasga. i. fraudulosa pelasgis propria: sustulit. i. sursum tulit. & extendit, atq; erexit ad sydera: palmas exutas. i. exẽptas: vinclis. i. manicis: & sup. ait, o ignes æterni. i. lumina cœlestia: hoc est, sydera: & vos aræ: & enses nephandi. i. cultri nefarie mihi destinati, quos fugi. i. vitaui, & vittę deũ. i. deos, quas gessi, hostia. i. destinatus ad sacrificium, vt essem hostia, ego testor. i. obtestor vestrum numẽ, non violabile. i. potestates vestras diuis nas, quas peierãdo, violare nefas est: ego obtestor, q̃ fas est mihi sacrilegium aggressi auellere, vt cũ sacrilegio cõueniret crimen violentię. nam aggredi & auellere violentos est sacrato auellere templo. si diceret tẽplo, leuius esset. multa. n. sunt tẽpla, quæ sacrata nõ sunt, nec habent aliquã venerationẽ. perindeq; cõtempta nõ lædunt, cõsecrata vero si attrectata vel leuiter fuerint, graviter cõmouent. Auellere tẽplo palladiũ, palladiũ cũ pronunciamus põdus addendum est. In ipſo. n. noie magnitudo numinis expressa est. cæsis summę custodibus arcis. Sacrilegiũ cũ homicidio. & homicidio admisso in ipsa summa arce, hoc est vbi simulachri ipsius sacrariũ fuit, augmentũ criminis admissi homicidij in plurimos, & tẽpli custodes, qui humanitatis cõtemplatione, & respectu prę sentis numinis, cui obsequebant, cõtingi ne leui qdem iniuria debuerãt. augeſ aũt crimẽ homicidij etiã ex merito plorarũ. custodes. n. tẽpli nõ adhibiti fuissent nisi probatæ vitæ hoies, & admodũ religiosi castiq; pudici, qui deę tantę ac virgini inseruire meruissent. Corripuere sacrã effigiem, manibusq; cruẽtis Virgineas ausi diuę cõtingere vittas. Videamus scelus admissum in deum qũo cœperit: vel quẽadmodũ fuerit exaggeratũ, aggressi sunt tẽplum, inquit, & sacratũ tẽplũ, quod ingredi quẽquã sine veneratione nefas esset. custodes cæsi, & vsq; ad ipsum simulachrũ gradatim ventũ visumq; nefario oculis, & pollutis sanguine humano manib⁹ impijs cõtrectatũ, vsq; eo vt non solũ simulachri corpus verum etiam vultus eius & virginales vittas, quas in capite gestabat, incestare ausi sunt. Completa narratiõe veri facti quod ẽt ipsis Troianis cognitũ fuit, mendacio figmẽtũ artificiose adiungit, dicẽs. Ex illo fluere, ac retro sublapsa referri Spes Danaum, fractæ vires, verbo superio memorẽ Sinonem posuit. nam dixerat ois spes Danaũ, & cœpti fiducia belli Palladis auxilijs semper stetit, hic dixit, Ex illo fluere ac retro sublapsa referri spes Danaum. Spes, inquit, Græco stabat ppitio Palladis numine, spes fluebat, & stabilitate perdita retrorsum labebatur, læsa tot sceleribus dea. auersa deę mens propter duos scelerato rum impię nefarieq; cõmissum ab omnibus Græcis numinis faTuor abscessit. dixit ergo & læsam Mineruã, & causas offensionis exposuit, memorauit etiã hoc genere Græcos spem esse subuersam, dicit argumẽtũ multiplex, trata dea quomodo potuit apparere. Vix positum castris simulachrũ, arsere coruscę Luminibus flammæ arrectis. Hoc primum, inquit, indicium iracundiæ suæ dedit, cum esset commotum tot sceleribus numẽ, mox. n. vt eius simulachrũ in castris est positũ, ex oculis inanimalis materię flammæ nõ leues, sed in modum fulminis mittebant, dicit etiã secundum signũ, falsusq; per artus sudor ex simulachro nõ põt, pfluere, nisi cum aliquid mali portendit tertium signum. Terq; ipsa solo (mirabile dictu) emicuit. hoc quoq; fieri nõ potuit, vt le mo ueret simulachrũ, cui deerat substãtia, qua id posset implere, nisi cum pernicies aliqua prænũciabat. Primamq; ferens hastamq; trementem. Quartum signum grauissimum perniciem euidenter ostendens, nam se hostem sic professa est erigendo scutum, hastamq; quassando, quod non facit aliquod simulachri numẽ, nisi cum alicui comminatur interitum. Completo eo quod visus est dicere, quæ religio? incipit, qs author, exponere, & quo molem hanc immanis equi fatuere? quidue petũt. ¶ Extemplo, inquit, tentanda fuga canit æquora Calchas &c.) Calchantẽ assecrit vatem, læsam deam ab Argis ad Troiam reuocari iussisse, vt ostenderet, quis author, dicit etiam quidue petunt, hoc est quid disponant. Et nunc quod patrias vento petiere Micenas, Arma deosq; parant comites, pelagoq; remenso Improuisi aderunt, ita digerit omnia Calchas. Dixit quod Troianis esset cõtrarium scilicet redituros Græcos, vt cætera facilius crederẽt. Religionis ergo placandę causa factum esse asserit, vt expiarentur, quæ memorauerat per scelus admissa. exponit dehinc quo molem hanc immanis equi statuere, hoc est cur tantæ magnitudinis. Idem (inquit) Calchas iussit grandem molem fieri, ne portas vestras possit intrare. hoc enim pacto asserebat fauorem deę ad vestrũ auxilium esse rediturum.

ASCENSIVS.

¶ Omnis spes Danaum.) Iterum a veris incipit, vt a Seruio diligẽter annotatum est. de hac autem re differit Donatus sic. ¶ Omnis spes.) Respondet vltimæ parti: vt fallendi: promptior pateret occasio, & primo vnius criminis, inuidiam plurib⁹ criminibus: maculat in Vlyſſe: & ostẽdit Mineruã grauiter iratam sacrilegis.

proprie est, qui relictis vsitatis noua inuenit scelera. peior est inuentor scelerũ sceleratis, qa ipse inuenit, vnde ex innocentibus scelerati reddãt. ¶ Fatale aggressi sacrato auellere tẽplo Palladiũ. In singulis singula sunt genera sacrilegij. fatale hoc ẽ in quo staret fatũ Græcoꝝ. dixerat. n. Palladis auxilijs semp stetit. Est ergo sacrilegium aggressi auellere, vt cũ sacrilegio cõueniret crimen violentię. nam aggredi & auellere violentos est sacrato auellere templo. si diceret tẽplo, leuius esset. multa. n. sunt tẽpla, quæ sacrata nõ sunt, nec habent aliquã venerationẽ. perindeq; cõtempta nõ lædunt, cõsecrata vero si attrectata vel leuiter fuerint, graviter cõmouent. Auellere tẽplo palladiũ, palladiũ cũ pronunciamus põdus addendum est. In ipſo. n. noie magnitudo numinis expressa est. cæsis summę custodibus arcis. Sacrilegiũ cũ homicidio. & homicidio admisso in ipsa summa arce, hoc est vbi simulachri ipsius sacrariũ fuit, augmentũ criminis admissi homicidij in plurimos, & tẽpli custodes, qui humanitatis cõtemplatione, & respectu prę sentis numinis, cui obsequebant, cõtingi ne leui qdem iniuria debuerãt. augeſ aũt crimẽ homicidij etiã ex merito plorarũ. custodes. n. tẽpli nõ adhibiti fuissent nisi probatæ vitæ hoies, & admodũ religiosi castiq; pudici, qui deę tantę ac virgini inseruire meruissent. Corripuere sacrã effigiem, manibusq; cruẽtis Virgineas ausi diuę cõtingere vittas. Videamus scelus admissum in deum qũo cœperit: vel quẽadmodũ fuerit exaggeratũ, aggressi sunt tẽplum, inquit, & sacratũ tẽplũ, quod ingredi quẽquã sine veneratione nefas esset. custodes cæsi, & vsq; ad ipsum simulachrũ gradatim ventũ visumq; nefario oculis, & pollutis sanguine humano manib⁹ impijs cõtrectatũ, vsq; eo vt non solũ simulachri corpus verum etiam vultus eius & virginales vittas, quas in capite gestabat, incestare ausi sunt. Completa narratiõe veri facti quod ẽt ipsis Troianis cognitũ fuit, mendacio figmẽtũ artificiose adiungit, dicẽs. Ex illo fluere, ac retro sublapsa referri Spes Danaum, fractæ vires, verbo superio memorẽ Sinonem posuit. nam dixerat ois spes Danaũ, & cœpti fiducia belli Palladis auxilijs semper stetit, hic dixit, Ex illo fluere ac retro sublapsa referri spes Danaum. Spes, inquit, Græco stabat ppitio Palladis numine, spes fluebat, & stabilitate perdita retrorsum labebatur, læsa tot sceleribus dea. auersa deę mens propter duos scelerato rum impie nefarieq; cõmissum ab omnibus Græcis numinis faTuor abscessit. dixit ergo & læsam Mineruã, & causas offensionis exposuit, memorauit etiã hoc genere Græcos spem esse subuersam, dicit argumẽtũ multiplex, trata dea quomodo potuit apparere. Vix positum castris simulachrũ, arsere coruscę Luminibus flammæ arrectis. Hoc primum, inquit, indicium iracundiæ suæ dedit, cum esset commotum tot sceleribus numẽ, mox. n. vt eius simulachrũ in castris est positũ, ex oculis inanimalis materię flammæ nõ leues, sed in modum fulminis mittebant, dicit etiã secundum signũ, falsusq; per artus sudor ex simulachro nõ põt, pfluere, nisi cum aliquid mali portendit tertium signum. Terq; ipsa solo (mirabile dictu) emicuit. hoc quoq; fieri nõ potuit, vt le mo ueret simulachrũ, cui deerat substãtia, qua id posset implere, nisi cum pernicies aliqua prænũciabat. Primamq; ferens hastamq; trementem. Quartum signum grauissimum perniciem euidenter ostendens, nam se hostem sic professa est erigendo scutum, hastamq; quassando, quod non facit aliquod simulachri numẽ, nisi cum alicui comminatur interitum. Completo eo quod visus est dicere, quæ religio? incipit, qs author, exponere, & quo molem hanc immanis equi fatuere? quidue petũt. ¶ Extemplo, inquit, tentanda fuga canit æquora Calchas &c.) Calchantẽ assecrit vatem, læsam deam ab Argis ad Troiam reuocari iussisse, vt ostenderet, quis author, dicit etiam quidue petunt, hoc est quid disponant. Et nunc quod patrias vento petiere Micenas, Arma deosq; parant comites, pelagoq; remenso Improuisi aderunt, ita digerit omnia Calchas. Dixit quod Troianis esset cõtrarium scilicet redituros Græcos, vt cætera facilius crederẽt. Religionis ergo placandę causa factum esse asserit, vt expiarentur, quæ memorauerat per scelus admissa. exponit dehinc quo molem hanc immanis equi fatuere, hoc est cur tantæ magnitudinis. Idem (inquit) Calchas iussit grandem molem fieri, ne portas vestras possit intrare. hoc enim pacto asserebat fauorem deę ad vestrũ auxilium esse rediturum.

ASCENSIVS.

¶ Omnis spes Danaum.) Iterum a veris incipit, vt a Seruio diligẽter annotatum est. de hac autem re differit Donatus sic. ¶ Omnis spes.) Respondet vltimæ parti: vt fallendi: promptior pateret occasio, & primo vnius criminis, inuidiam plurib⁹ criminibus: maculat in Vlyſſe: & ostẽdit Mineruã grauiter iratam sacrilegis.

SERVIS.

¶ Omnis spes.) Danaum. More suo a veris incipit. Nã & fauet Minerua Græcis, & cõstabat raptũ esse palladiũ. ¶ Tydides sed enim.) Histeron proteron est. Sed. n. ex quo ipius Tydides. Nam Hysterologia vnius sermonis est: vt Transtra per & remos. Impius vero, ppter numina vulnerata. ¶ Scelerũq; inuẽtor Vlyſſes.) Propter Palamedẽ occisum ipsius factione. ¶ Fatale.) τῶν μίσσων est. Nã & quod custodit, & quod iterimit pro loco intelligit. ¶ Auellere.) Ostendit inuitũ numẽ esse sublatũ. ¶ Palladium.) Helenus apud Arisbam captus a Græcis est: & indicauit coactus fata Troiana: in qb⁹ etiã de Palladio. Vñ dicit a Pyrrho regna meruisse: quãquã prestiterit Pyrrho vt rediret p terram, dicẽs oẽs Græcos (qd & contigit) naufragio esse perituros. Tunc Diomedes & Vlyſſes: vt alij dicũt, cuniculis: vt alij, cloacis asceẽderunt arcẽ & occisis custodib⁹ iustu lere simulachrũ. Ideo aũt hoc negocium his potissimũ dat: quia cultores fuerũt Mineruę. Hoc cũ postea Diomedes haberet (qd & Virgilius ex parte tangit: & Varro plenissime dicit) credens sibi nõ esse aptũ, ppter sua pericula, transeunti Æneę offerre conatus est. Sed cum se ille velato capite sacrificãs cõuertisset, nauta qdam accepit simulachrũ. Vnde Mineruę sacra nõ Iulia gens habuit, sed nautarũ. Hinc est in quinto, Vnum Tritonia Pallas Quem docuit. Quãquam alij dicant simulachrum hoc a Troianis fuisse absconditum intra extructum parietẽ, postq; agnouerunt Troiam esse perituram: quod postea bello Mithridatico dicitur Fimbria qdã Romanus inuentũ indicasse: quod Romã cõstat aduectũ. Et cũ responsum fuisset illic imperium fore, vbi & palladium: adhibito Mamurio fabro multa similia facta sunt. Verũtamen agnoscitur hastę oculorumq; mobilitate. Vnde est, Vix positum castris simulachrũ arsere coruscę Luminibus flammæ. vel hastamq; trementem. Sed ab vna tantum facerdote: vt Lucanus, Troianam cui fas soli vidisse Mineruam. Dicunt saæ alij vnum simulachrum cœlo lapsum apud Athenas tantũ fuisse. Alij, duo volũt: hoc de quo diximus, & illud Atheniense. ¶ Sacrã effigiem.) Quasi cœlo lapsam. ¶ Ex illo) factũ vel spe. ¶ Fluere.) τῶν ῥεόντων est. Ideo addidit retro. Cõtra Sallustiũ, Rebus supra vota fluẽtibus. ¶ Auersa deę mens.) pp illud, Manibusq; cruentis. ¶ Tritonia.) Quasi cœlo tonia.) ¶ Sacrã effigiem.) Quasi cœlo lapsam. ¶ Ex illo) factũ vel spe. ¶ Fluere.) τῶν ῥεόντων est. Ideo addidit retro. Cõtra Sallustiũ, Rebus supra vota fluẽtibus. ¶ Auersa deę mens.) pp illud, Manibusq; cruentis. ¶ Tritonia.) Quasi cœlo tonia.) Antonomasiã est. i. vice nois ponit, qa ,ppriũ est Minerue. Nã epitheta sunt quæ variis possunt, vel rebus, vel pſonis apponi. Et hęc caute obserua da sunt, sicut & ,ppria noiaq; plerũq; ex appellatiuis sunt. vt est victor, vel felix. ¶ Vix.) Mõ mox. ¶ Salsus fudor.) Bene addidit salsus.) Vt significẽ caret laborẽ futurũ: ne forte alter in simulachro humoris telligeret. ¶ Emicuit.) Quasi quæ consistebat inuita. ¶ Tentãda æquore.) Si vel fugere possent post iram Mineruę. ¶ Argis. ¶ Aduerbium in loco est. Et respexit morẽ Romanũ. Nam si egressi male pugnassent, reuertebant⁹ ad captanda rursus auguria. ¶ Reducant.) Reconcilient.

Omnis spes Danaum, & cœpti fiducia belli
Palladis auxiliis semper stetit. impius ex quo
Tydides, sed enim scelerumq; inuentor Vlyſſes,
Fatale aggressi, sacrato auellere templo
Palladium, cæsis summæ custodibus arcis,
Corripuere sacram effigiem: manibusq; cruentis
Virgineas ausi diuæ contingere vittas:
Ex illo fluere, ac retro sublapsa referri
Spes Danaum. fractæ vires: auersa deæ mens.
Nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris.
Vix positum castris simulachrum: arsere coruscæ
Luminibus flammæ arrectis. salsusq; per artus
Sudor iit: terq; ipsa solo (mirabile dictu)
Emicuit, parmamq; ferens, hastamq; trementem.
Extemplo tentanda fuga canit æquora Calchas:
Nec posse Argolicis excindi Pergama telis:
Omina ni repetant Argis: numenq; reducant:
Quod pelago, & curuis secum aduexere carinis.

DONATVS.

¶ Omnis spes Danaum &c.) Hoc falsum est, sed illud verũ. ¶ Impius ex quo &c.) Ité subiungit falsa, vt media veritas superioribus. & deinceps mendacijs positis adderet fidẽ. ¶ Ex illo flu. a. r. su. re. Sp. da. &c.) Dixeramus iam quẽadmodũ verum Græcos factum poeta extulerit, quẽadmodum more ꝓcipui oratoris vnius inuidiam criminis, aliis quoq; ex eo venientibus criminibus cumulauerit, aliter. n. Mineruam grauius iratam sacrilegis persuadere non posset falsus ipse narrator, nisi ostẽderet eam multiplici celerie scelerum prouocatã amorẽ pristinum in acerbũ odium cõmutasse. Impius ex quo Tydides, sed. n. scelerũq; inuẽtor Vlyſſes. Debuit primo admissa scelera narraturus, tales pſonas ostẽdere, quæ videre illicita & facere potuissent. iccirco singula singulis dedit, alterũ appellans impiũ qui in illo scelere, & diuina iura & humana violasset, alterum dixit inuentorẽ scelerum, hoc est. qui nunq; inuenerit quod recte probari potuisset. Inuentor scelerũ proprie

Universidad de Deusto
Biblioteca

quasi scintillantes,quod signũ ferocientis animi etiam in belluis
est arsere.i.ardoris indicia emisere: luminibꝰ.i.oculis arrectis.s.
ad firmiter inspiciendum:& fudor fanguis.i.amarus:ijt.i. defluit:p
artꝰ.s.simulachri.quasi ex indignatione laboraret:& ipsa.s.dea
non solum eius simulachrum emicuit.i.resplendẽs apparuit:ter
solo.i.per terrã:mirabile dictu.i.quę res mirabilis est dictu.i.dũ
dicit,emicuit,dico,ferẽs parmam.i.scutum breue, & hastam tre
mentẽ,quia vibratã & quassam, ab irata & minãte dea.Calchas.s.
princeps augurii:videns indignationẽ dee, canit.i. vaticinat,ex
templo.i.illico e uestigio:equora esse tentãda,fuga.i.fugiẽdum
esse Græcis per equora: nec.i. & non canit Pergama.i. mœnia
Troiana, non posse excindi.i.diſrumpi, telis.i.armis inuasiuis,
precipue quę de longe iaciuntur: Argolicis.i.Græcis:ni.i.nisi re
petant.i.iterum petãt: Argis.i.apud Argos,omnia, aut omina.s.
auspicia,& alia ad bellum facientia:& nisi reducant.i.recõcilient,
(sm Seruium) aut nisi reducant.s.in locum suũ numẽ.i. simula-
chrum diuæ,quod aduexere secum pelago & curuis carinis.epi-
theton est carinarum.i.aluoꝝ nauium:sed videtur abundare:&,
nam ordo esse põt, quo adduxerant secum carinis curuis: pela-
go.i.per pelagus: sed si volumus itelligere,quod etiã verum est,
pelagus ẽt vexisse:nam nisi quæ ferrent nauem,non possit nauis
ferre,aut vehere quæ in ea sunt:quod ergo adduxerãt secum pe
lago:& curuis carinis.i.adminiculo & auxilio aquaꝝ & nauium.
Et ita dat intelligere, Græcos etiam aduexisse secum simulachrũ
aliquod ex Argis,quo numinis pũtiam in auxiliũ belli haberẽt.
nam si intelligendum esset de Palladio,quod ex Ilio iam fustule-
rant,nõ diceret Aduexisse Troiã,sed auexisse:præterea cũ hæc di
cerent,nõdum adduxerãt Palladiũ in Tenedon.Sed priusq; per
gamus,addemus quæ in Seruiũ annotauit Beroaldus:& quę ad
didit Landinus.Beroaldi verba sunt.Nemo scriptor idoneus,qđ
equidẽ sciã,tradit hoc,immo oẽs cõsono ore, referũt peltam de
cælo lapsam, in Numæ manus decidisse: ad cuius similitudinem
& formã,vndecim alias peltas, hoc est breuiora scuta. Mammu-
rius,inter opifices solertissimus,fecit tanta arte,vt vera pelta vix
dignoscerẽt: hoc scribit Plutar.in Numa. hoc Ouidius in fastis:
hoc Dionysi. Halycarnasseus in secũdo. Hæc fuerunt illa celebra
tissima Ancilia,quæ per vrbem a tripudiantibus saliꝰ: ad hono-
rem Martis, circum gestabantur: atq; id Seruius ipse confirmit,
ipse

SERVIVS.

¶Arma deosq; parant comites.) Ingẽti arte de futuro so
licitos facit:vt presentem firmet securitatem. ſImprouisi
aderunt.) Sicut & factum est.
ſDigerit omnia.)Interpretat numinis cõmotionẽ. ſAnti
qua sub religiõe.) Sub fauore pristino. ſNã si vestra ma
nus.)Quia occurrebat exurẽdum esse equũ, si introferri,
vel ꝓdesse nõ poterat.ſAsceẽdisset.)Vt, Scandit fatalis ma
china muros. ſAsiam.) Asiaticos:vt paulo post Vrbem se
pultam pro ciuibus posuit.
ſPelopeia.)Argiua a Pelope.
ſNostros nepotes.) Diasyrtice,Nã iam quasi, Troianus
loquit. ſPeriuri.) In verbo, r non habet. Nam peiero vel
peierant dicimus. ſCredita res.) Aut fides habita, aut cõ
missa respublica. ſCaptiq; dolis.)Virtuti nõ cedit.Dolis
dicit Troiam esse superatam.
non ꝙ Troianis victos eẽ turpe nõ fuerit: sed ꝙ Græcis turpius
vicisse per dolos. ſCoactis.) Vt Terentius, Quia oculos terendo
misere,vix vi expresserit.ſLarissæus Achilles.)A vicinitate.Nam
Phthius fuit.Vtraq; tamẽ Thessaliæ ciuitas est.

DONATVS.

¶Nam si vestra.m.v.d.mi.Tum magnũ.e.&c.)Si lesisset equum
ipsum,qui in honorẽ tanti numinis factus ẽ, multiforme exitũ
conflari posse Troianis ait, sed hoc ne velut in maledictum pro
ficeret Troianoꝝ,addidit,quod dii prius omen in ipsum cõuer
tant.In cõclusione ait. ſSin manibꝰ vestris,&c.) Satis illi profu-

ipsę peperit,ipse solus excogitauit:nulla fretꝰ authoritate: quod
de Palladijs a Mammurio factis fabulatur.Landini autem verba
sunt.Quo tẽpore Ilus Trois filius Ilium cõdidit:quod fuit anno
fere septimo supra tria millia & octingentos,post mũdi initium,
aiunt: Breue scutum de cœlo lapsum in templum quod in arce
condebat, idq; Palladium esse vocatum: & elegisse sibi locum in
media æde:cui adhuc superinductæ tegulæ non erant: id signũ
ligneum fuisse, multi tradiderunt: hoc igitur allecto per illeces
bras Theano custode, Antenorem accepisse volũt,& Græcis tra
didisse: Calistratus aũt de Samothracia scribẽs, & Satyrus ꝓ vt res
fert Dionysi.dicunt Crysantem Pallantis filiã,cum nuberet Car
dano,attulisse Palladis munera. Hæc autem fuisse Palladium, &
magnorum deorum simulachra.Dein de Dardanũ, diluuium fu
gientem,Arcadia profectum,tulisse in Samothraciam: ibiq; illis
templum struxisse. Mox cum maiorem partem populi transmi
xisset in Asiam sacrificia, ac cerimonias Samothracibus reliquisse,
Palladia vero & deorum imagines,secum auexisse,& ex oraculo
accepisse vrbem illam duraturum: in qua hæc permanerent, ac
propterea vrbẽ cõdidisse,& a se denominasse, & in ea collocasse.
Condito deinde ab eius posteris Ilio esse translata. Postea vero
capta vrbe inferiore,Sicam dum arcis factum sustulisse ex adytis
sacra, & quod supererat Palladium.Nam alterũ Vlysses & Diome
des furtim vrbem ingressi abstulerant, Aretinus,eodem Dionys
sio teste, scribit Palladium a Ioue Dardano datum.& locatum in
loco inaccessibili: sed fabricatum aliud ad eius similitudinem,&
positũ palam, & hoc eripuisse Græcos: aliud accepisse Æneam.
Alij scribunt Palladium absconsum ab Ilionensibus in cauernis,
ne hostes eriperent:& post multas ætates ab Fimbria quæstore,
cum Ilium expugnasset,ablatũ, ac Romã peruectum. Seruabat
autẽ in templo Vestæ, quod erat inter capitolĩ & palatium,quo
incenso L.Gellius Metellus illud liberauit: ipse ignis ardore ege
euasit. Syluius aũt scribit,cum Diomedes in vrbe quã in Apulia
condebat,Palladiũ collocare vellet, monitũ esse a dea nocturna
quiete:vt in Latium vbi vera erat numinis sedes:illud deportas
ret.Detulit Diomedes, & Palladium tradidit.

PIERIVS.

¶Secum aduexere carinis.) In Mediceo codice, & aliquot alijs,
auexere,legitur:vt sit ex eodẽ loco, vnde digressi prius auguria
ceperant.

Et nunc,ꝙ patrias vento petiere Mycenas:
Arma,deosq; parant comites:pelagoq; remenso
Improuisi aderunt. ita digerit omnia Calchas.
Hanc pro Palladio moniti,pro numine læso
Effigiem statuere:nefas quæ triste piaret.
Hanc tamen immensam Calchas attollere molem
Roboribus textis,cœloq; educere iussit:
Ne recipi portis,aut duci in mœnia possit:
Neu populum antiqua sub religione tueri.
Nam si vestra manus violasset dona Mineruæ:
Tum magnum exitiũ(quod dii prius omen in ipsum
Conuertant)Priami imperio,Phrygibusq; futurum.
Sin manibus vestris vestram ascendisset in vrbem:
Vltro Asiam magno Pelopeia ad mœnia bello
Venturam:& nostros ea fata manere nepotes.
Talibus insidijs, periurique arte Sinonis ÆNE.
Credita res:captiq; dolis:lachrymisq; coactis:
Quos neq; Tydides,nec Laryssæus Achilles,
Non anni domuere decem:non mille carinæ.

turum,si ipsoꝝ manibꝰ in pa
triam duceretur,vlq; adeo vt
Troianos firmaret ad excin
dendũ Graioꝝ imperiũ vltro
esse vẽturos. & in eoꝝ nepo
tes oẽ exitium esse rediturũ.
ſTalibꝰ insidijs, pe.a.si. Cre
dita res.c.q;.d.la.q;.c.) qa po
terat dici Æneæ, cur tã facile
s? cur tã credulis? cur in ve
stris periculis nimis diligẽtes
& acuti fuistis? cur belli tpe
hostem ista asserentẽ putastis
vera simpliciaq; dixisse? ait
credidimꝰ cũ iuraret.Ois.n.re
ligiosus, q periurꝰ eẽ nõ põt,
facile fidẽ iurantis admittit.
Credidimꝰ cũ fieret existimãtes illas lachrymas vero mor
su doloris nõ fraude mentiẽtis effũdi. qđ'ait. Capti dolis
& lachrymis coacti,post inter
ritũ cognitũ est,non illo tpe,
quo Sinon loqbaꝰ, dolis ve
ro captũ hãc habet rõnẽ. doli
definitio ẽ,cũ aliud agit,aliud
simulaꝰ. aliud ergo in aio Si
non is fuit,aliud in verbis & lachrymis, & in equi mole tam ma
gna,q; nõ religio (vt figmẽtis assertũ est) sed imperij Troiani pni
cies fuit.ſQuos neq; Tydides.n.l.ach.Nõ ãni do,d.n.m.carinę.)
Vnius fraude decepti sumus,qui fortissimoꝝ manibꝰ,& ingẽtis
numeri p annos decẽ nõ fumus superati. Complexus est hic plo
nas spũliter positas per numerũ mille carinarũ. Tpis vero ratiõe
excusatione prætexuit, monstrãs imperiũ Troiæ nõ virtute alio
qua sed insidijs & fraude esse superatũ. Insidiæ fuerũt in equi fa
brica, reliqua in pſona Sinonis, Interea videtur illi propositioni
Priami nõ respõdisse,qa dictum est, aut quæ machina belli? Sed
quid

quid opus fuerat huic respondere? cum aliorsum traxerit equi
rationem,quæ fuerat Troianis & ipsi regi suspecta,

ASCENSIVS.

¶Et nunc,ꝙ patrias vento petiere Mycenas.) Finxit se reuelare
arcana Græcoꝝ,etiam quę cõtra Troianos sunt:vt probet quod
præsumpsit, Cuncta equidẽ tibi rex (fuerit quodcũq;) fatebor
Vera.nam Talibꝰ insidijs,periurique arte Sinonis, Credita res. De
qua Donatus sic.ſArma.)q.d.hoc cõtra Troianos:vt reliqua fa
ciat verisimilia.ſCaptiq; dolis,lachrymisq; coacti.)q.d.nõ potes
rat obijci Troianis,eur ita ereduli fuissent:qa iurauit, & quia la
chrymas veras credidimus esse,ergo nõ virtute,nõ numero ho
minũ,nõ a diuturnitate belli, sed insidijs victi sumꝰ. ¶Ordo est,
Et quod nunc petiere vento Mycenas patrias (id falsum est, ga
dhuc in Tenedo latebant:sed dixerat Æneas, Nos abijsse rati,&
vento petijsse Mycenas.)sup.id ideo fecerunt:quia parant arma,
& deos comites:qa numen quod secũ aduexerant, eo quod esset
læsum,erat reducendum,vt reconcilietur.sicut dictum est:& ipsi
aderunt improuisi (quod etiam euenit secũdum poetam, id aũt
callide dicit perfidus Sinon:& vt reuelare putet arcana Græcoꝝ
& si forte in custodia tentus fuisset, donec periculum fecissent
Troiani:vt per hoc euadere potuissent,quia præmonuissent, etiam
si milites in equo occultatos deprehẽdissent:quia dicere potuis
set id se nescisse: cum verisimile sit inclusos in equo, iurasse, aut
promisisse, se eum purgaturos,vt confidentius negociũ pagat.)
Calchas digerit.i.interpretatur sic omnia.s. numinis cõmotio
nem,& portenta:& ita legit Ser. & est præsentis tẽporis a digero
digeris:alij tamen legunt, degerit, a dego: quod compositum
est a de,& ago: vt sit præteriti temporis:& exponatur pro eo qđ
est, perfecte egit: & diuidicauit facienda omnia sic: & ipsi moni
tuunt:& stant,hanc effigiẽ.s.equi pro Palladio, & numine læso:
quæ piaret,i.purgaret nefas triste.i.pro quo tristes effecti sunt:
tũ Calchas iussit attollere hãc molem,immensam.i. sane magnã ita
boribꝰ,& iussit educere hanc molem, cœlo.i.in cœlũ vlq; neu.i.
vel ne,possit recipi portis.i.per portas:aut possit duci in mœnia:
neu.i.vel ideo,ne posset tueri.i.protegere populum.ſ.Troianos
rum:religione antiqua.i.pristino fauore:quę pro religiõe olim
rependebat dea:hoc est,ideo facere iussit tam magnã, vt quia in
mœnia duci,saluis portẽtis nõ posset,recusaretis eã recipere:qua
recepta,dea potius vobis more antiquo faueret,q; Græcis, a qbꝰ
recẽter & grauiter offensa est. Nam si manus vestra violasset do
na Mineruæ. (quasi dicat, & feciſſet nisi aduenissem.) tunc sup.
degerit,aut cecinit magnum exitium futurum imperio Priami,
& Phrygibꝰ.i.populo Troiano:quod omen.s. excidii dij prius,i.
potius cõuertant in ipsum.ſ.Calchanta, μάντιν κακῶν, vatem ma
lorum (sed loquit diasyrtice: nam posset sic: sm mentem Sinonis
constrũi:quod.s.excidiũ dij cõuertant prius in ipsum omẽ.i.dij
faciant,

SERVIVS.

¶Hic.) Tunc. ſMaius miser
tis.) multoq;.Vt, Et fale saxa
sonabãt. Et, Casus Cassandra
canebat, Nam apud veteres a
similibꝰ icipere vitiosum nõ
erat.Et notãdum, quia,vt sus
pra diximus, agit ne videaẽ,
vel Troia cessisse viribus:vel
Æneas volũtate fugisse. Hãc
autem rem ostendit, ex acci
dentibus dolos Græcoꝝ esse
firmatos. ſLaocoon ductus
Neptuno.) Vt Euphorion di
cit, post aduentũ Græcoꝝ sa
cerdos Neptuni lapidibꝰ occi
sus est: quia sacrificijs, eorũ
non vetauit aduentũ. Postea
ab scedentibus Græcis cũ vel
lent sacrificare Neptuno, Lao
coon Thymbræi Apollinis sa
cerdos sorte, ductus est:vt so
let fieri cum deest sacerdos
certus. Hic piaculum com
miserat ante simulachrũ nu
minis cum vxore coeũdo.Et
ob hoc imissis draconibus cũ
suis

Hic aliud maius miseris,multoq; tremendum
Obiicitur magis:atq; improuida pectora turbat.
Laocoon ductus Neptuno sorte sacerdos
Solenneis taurum ingentem mactabat ad aras.
Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta
(Horresco referens) immensis orbibus angues
Incumbunt pelago:pariterq; ad littora tendunt.
Pectora quorum inter fluctus arrecta,iubæq;
Sanguineæ exuperãt vndas:pars cætera pontum
Pone legit:sinuatq; immensa volumine terga.
Fit sonitus,spumante salo,iamq; arua tenebant:
Ardenteisq; oculos suffecti sanguine,& igni,
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.
Diffugimus visu exangues. illi agmine certo
Laocoonta petunt:& primum parua duorum
Corpora natorum serpens amplexus vterq;
Implicat:& miseros morsu depascitur artus.
Post ipsum auxilio subeuntem,ac tela ferentem
Corripiunt:spiriseq; ligant ingentibus,& iam
Bis medium amplexi,bis collo squamea circũ

Virgi.

faciant,quod ominor.i.excidium eueniat Troianis.) sin.i.sed si,
sup.effigies equi: alcẽdisset in vrbem, vestris manibus.i.auxilio
manuũ vestrarum,sup.cecinit:Asiam.i.Asiaticam gentẽ:hoc est,
Troianam venturam:vltro.i.insuper:aut sine obsistẽtia:magno
bello.i.virtute bellica auxiliante Pallade: ad mœnia Pelopeia.i.
Argiua.legendum autem est Pelopea:aut si Pelopeia,non nisi te
tralyllabum erit,& ea fata manere nostros nepotes.i. futura esse
etiam nostris nepotibus.)Cæterum,vt duplicia sunt fata, scilicet
bona victoribus,& mala victis: ita duplices nepotes.i. minores:
si ergo,se nunc Troianũ cõputat,sensus est:ea fata,quæ de victo
ribꝰ Troianis essent manere,& nostros nepotes.i.posteros Tro
ianos,vt semper victores sint:sin,se adhuc Græcum censet, vt est
natione qdem:sensus est, fata bona Troianoꝝ,manere.i.ingrue
re in perpetuũ,in nostros nepotes.i.in posteros Græcos,vt sem
per vincantur a Troianis: nam manere sæpe mala dicunt:vt Sta
tius in Achilleide: Quid maneat populos,vbi tãta iniuria primo
Degrassata duces? (Res.s.de introducẽdo equo.est credita talibꝰ
insidijs,& arte Sinonis periuri:& hi sup.capti sunt dolis,& lachry
mis coactis.i.vi expressis (alij coacti,legãt.) quos neq; Tydides,
nec Achilles Laryssæus.i. Thessalus:sed ex Phthia, non ex Larissa
oriundus: (prępomit aũt Tydidem,sicut & prius,o Danaũ fortiſ
sime gentis Tydide,eo quod cõgressum cũ eo habuerat.)& anni
decem,& mille carinæ.i.naues (tot.n.ab Homero quoq; enume
rantur,licet posset dici numerus certus,pro incerto) nõ domue
re.i.domuerunt, Id quoq; imaginem habet laudum Iuliꝰ. Eum
siquidem, nec Romana, nec externa virtus, nec Pompeus magnꝰ,
nec Cato,cæteriq; coniurati,bello domare potuerunt:quẽ fraus
coniuratorum extinxit.

PIERIVS.

¶Hanc tamẽ immensam.) In Mediceo, Hanc adeo immensam,
legitur:sed,tamen, receptum magis. ſPriami imperio, Phrygi-
busq; futurum.) In codi.aliquot antiquis,Phrygis, legitur: sed
Phrygibus,emẽdatior omnino lectio est.ſCaptiq; dolis lachry-
misq; coacti.) Seruius,coactis, legit:remq; Terentij, testimonio
suffulcit.Nusquã tamẽ in veteribus exẽplaribus id inueni, quã-
quam in Mediceo, nescio quid huiusmodi abrasum in eius di
ctionis fine discernitur. Quam vero Ouidij Synepeiam, huc nõ
nulli citant,Oculi lachrymis maduere coactis,longe diuersa est a
Virgiliana sinia. Nam ibi Ouidius de Prochne loquit, quæ inspe
cto ity filio,coacta sit materne pietatis ipulsu,lachrymare, fœdæ
immanitatis,quam in eum parabat, sibi conscia: atq; ideo dicit,
inuitisq; oculi lachrymis maduere coactis. In Sinone vero,cum
lachrymæ dubio procul fictæ essent, ideo cogi eas necesse fuit:
quia neq; dolor, neq; affectus vllus erat, qui sponte soleat la
chrymas ciere: sed & Ti.Donatus,coactis, legit: si modo codex
fidelis est. Vtcunq; tamen alij,atq; alij senserint,minime absurdũ
mihi videt,si legamus,capti dolis:& coacti lachrymis:quo etiam
modo,si legas apud Donatum,nihil quidquam eius sententiam
immutaueris.

suis filijs interemptus est.Hi
storia quidem hoc habet.Sed
poeta interpretatur ad Troia
noꝝ excusationẽ. ſSorte duc
ctus.)Sic Sallustius, Sorte duc
ctus furti negat. ſSolenneis
aras.)Anniuersario sacrificio
religiosas. Dicimus aũt & sa
crificiũ solẽne,& aras solẽnes:
vt apricum & hoiem, & locũ:
vt Aprici memini esse senes,
Persius.Cõtra Horatius.Cur
apricũ oderit cãpũ. ſTaurũ
ingentẽ.) Nõ prẽter rõnẽ est
hoc loco ingentem:alibi iam
cornu petat. In victimis eni
sta requirunt vt certis numi
nibus certæ ętatis aialia ma
ctentur.ſGemini.) Duo & si
miles.Gemini aũt ꝓprie sunt
duo fratres simul nati. ſHor
resco referẽs.) Etiã referens.
ſAngues.) Angues, aquarũ
sunt: Serpẽtes terrarũ: Dra
cones temploꝝ, vt in hoc in
dicat loco. ſTranquilla per
alta angues.)Paulo post, Ser

Universidad de Deusto
Biblioteca

pens amplexus. Itē, Delubra ad summa Dracones. Sed hęc significatio plerūq; cōfunditur. ¶ Pelago.) Per Pelagus. ¶ Iubę.) Aut cristę, aut barbę. ¶ Sanguineę.) i. sanguinei coloris. ¶ Legit.) Trāsit, vt Littoraq; Epiri legimus. ¶ Sinuat.) Curuat: flectit in sin⁹. ¶ Salo.) Dicim⁹ & salsum, vnde est salo: & sal salis: vt Spumas salis ære secabāt. Et, Sale tabentes artus. ¶ Suffecti.) Pro infecti:

Terga dati, superant capite, & ceruicibus altis.
Ille simul manibus tendit diuellere nodos,
Perfusus sanie vittas, atroq; veneno:
Clamores simul horrendos ad sydera tollit.
Qualeis mugitus: fugit cum saucius aram
Taurus: & incertam excussit ceruice securim.
At gemini lapsu delubra ad summa dracones
Effugiunt: sæuæq; petunt Tritonidis arcem:
Sub pedibusq; deæ, clypeiq; sub orbe teguntur.

pore, si metus interuenerit, q frigore nō caret, excludit, p indeq; cōualescēte gelida sanguis fusione cōsumit, quod calebat. ¶ Illi agmine. c. la. pet.) Agmē dicit actus serpētū. cursus. n. & iter pedū est, quos constat nō habere serpentes, p indeq; improprium est, si hoc dicam⁹ ambulare vel currere. Laocoonta petūt certo agmine, ipsum. s. sacrificātē. ¶ Et primū parua duoꝝ Corpora natoꝝ serpens amplexus vterq; Implicat, & miseros morsu depascitur artus. Impietatē hic superū vehemēter expressit. primo. n. sacerdos in ipsa adhuc sacroꝝ solennitate constitutus appeti perniciē tanta nō debuit cōcremari, nec cū filioꝝ extio occidi, cum pater filijs subuenire niteret insontib⁹, ipsi ēt paruuli, qui in illa ætate nihil audere aut cōmittere potuissent, vt crudeli morte interire meruissent. Reliqua descriptio serpentū ad demōstrandā sęuitiā facti pertinet, & ad crudelitatē numinum confirmādam. Interea necatis liberis, cum ipse quoq; pari cursu vrgeretur ad mortē. ¶ Clamores (inquit) hor. ad sy. t. Quales mugitus. f. c. sa. a. Tau. & in. ex. ce. se.) Quales tollit mugitus, cū aris Taurus admotus non pleno ictu percutit, & aras effugit, tales emittebat Laocoon clamores ad sydera reprehēdentis. i. aio, tollebat, q; nec subuenirēt tam sęua perferētib⁹, & indigna fieri paterent. allusit aūt de mugitu tauri, qm̄ in illo sacrificio taurum fuisse memorauerat, Tollit bis accipiēdū est, vt sit, tollit mugitū taur⁹, tollit Laocoon clamores ad sydera, vt illo vel vox perueniret vnde insontibus nō potuit subueniri. ¶ At gemini la. de. ad. s. dracones Dif. se. q. pe. tri. a. Sub. pe. q. d. clypeiq; sub orbe tegunt.) Confirmat ista contextura, qđ nō inertia sua, neq; sola Sinonis fraude, sed inimico et deoꝝ studio & vel maxie ipsius Mineruę, cuius donū Laocoontis manu cōstabat esse pulsatū, Troiani decepti sint. Cum dracones ambo perfecta Laocoontis ac liberoꝝ pœna, ad tēplum Mineruæ cōtenderunt, nec solum fuerunt cōtenti parietibus templi sed ad ipsam quoq; arcem, hoc est vbi deę simulachrū stabat, celeri lapsu peruenerunt, vestigijsq; eius & clypeo cōtecti sunt, quos mirādum nō ē, clypeo & simulachri vestigijs tegi potuisse, quos supra & longos & validos dixit, & multiplici ambitu circūdedisse Laocoontis corpus ac liberoꝝ, & fuisse superfluā partē. Interea amplexus dixit serpentū, cum pueri & Laocoon necarent, vt ostēderet Virgilius blandos esse aliqñ etiam pernitiosos amplexus: vulgatum aūt constat & omnibus manifestum, in mari angues, in terra serpentes, in templo dracones poetam dixisse.

vt connixa pro enixa: & est figura, suffecti oculos. ¶ Sibila.) id est sibilantia. Nam participium est. Cum enim nomen est, sibilus dicimus. vt, Nam neq; me tantum venientis sibilus austri. ¶ Vibrantibus.) Mobilibus. Quia nullum animal tanta celeritate linguam mouet, adeo vt triplicem habere videatur, cum vna sit. ¶ Depascit.) Vt diximus supra, & pasco & pascor vnius significationis sunt: vt, Atq; artus depascit arida febris. ¶ Spiris.) Nodis. Vnde & bases columnarum, spirulę dicūtur. Nam proprie spira est volubilitas funium. ¶ Squamea.) Pro squamosa: vt frondea pro frondosa. ¶ Perfusus vittas.) Perfusas habens vittas: & est interposit⁹ versus. Nam potest tolli saluo sensu. ¶ Atroq; veneno.) Vt pallida mors: vel tristis senectus. ¶ Quales mugitus tollit.) Facta autē comparatio est propter sacerdotis personam. ¶ Incertam.) Dubie illisam: quæ non haberet mortis effectū. ¶ Lapsu.) Labi proprie serpentum est. ¶ Delubra.) Delubrum dicitur quod vno tecto plura complectitur numina: quia vno tecto diluitur, purgatur: vt est Capitolium in quo est Minerua, Iuppiter, Iuno. Alij dicunt delubrum esse locum ante templum, vbi aqua currit, a diluendo. Est autem synecdoche, hoc est a parte totum. ¶ Sæuæq;.) Fortis, aut, nobilis. ¶ Sub pedibusq; deæ.) Scilicet maioris simulachri quod a cunctis videtur. Nam quod colitur & breue est: & latet: sicut palladiū fuerat. ¶ Clypeiq; sub orbe.) Vt maxima pars in spiram collecta ante pedes sit. Colla vero cū capitibus erectis post clypeum, id est inter scutum & simulachrum deę latebant: vt est in templo vrbis Romæ.

DONATVS.

¶ Huc aliud. m. mi. m. q. tremē. Obijcit.) Omni occasione purgat Æneas crimen perditę ciuitatis & regni, & in eo ipso, in quo reprehendi poterat, partes laudis exquirit, ostendens (vt superius positū est) Græcos non virtute sed dolis & fraudibus cōsecutos esse victoriā, adiungit hoc quoq; dolos ipsos, atq; ipsas fraudes potuisse Troianorum astutijs auerti, si studium superū diuersæ partis consilia non in tantum fouisset, vt Troianoꝝ etiā mentes omni errore cōfunderet. deniq; annectit, quód hoc ipsum ostēdat & probet. ¶ Laocoon ductus ne. so. sac.) Laocoon, inquit, nō sua nec cuiuslibet volūtate, sed iudicio sortis Neptuno sacerdos ordinatus erat, quod munus pculdubio nō sine arbitrio diuino per sortē Laocoonti apparebat iniunctū. Debuit ergo ipsoꝝ fauore tutus esse aduersus oēm vitę suę perniciē, quoꝝ voluntate fuerat ordinatus, sed nihil hoc valuit, vbi per sacrificātis interitū ad omnium Troianoꝝ & ipsius patriæ dispositū tendebat exitiū, in tantum vt ipse Neptunus sacerdotē suum sacroꝝ solennia gerentē in ipso adhuc actu constitutū mactantē ingentē Taurum, hoc est optimū, cuius forma amplissima sperauerat sese numini placiturum, nec iuuerit aliquo auxilio, & magis eius hostibus hoc est geminis anguibus, quo facilius puenirent placidū pbuerit mare, hoc est qđ ait. ¶ Ecce autē. g. a te. tr. per alta.) Potuimus hoc signo præuidere manifestā iminere perniciē, significabāt. n. hostes vēturos a Tenedo, & maxios duces & geminos. Vbicūq; ponit ecce aūt, res horrēda & repentina significat. vt Ecce autem telis Panthus elapsus achiuū, & ecce autē elapsus Pyrrhi de cæde Polytes, & multis alijs locis est positū. ¶ Horresco referēs.) Quāto cū tremore visum est, cuius relatio sine pturbatione animi non potuit explicari. descriptio veniētiū satis aperteq; terribilis. nam festinatio, & oculi ardētes, & linguę sæpe cōtinueq; vibrātes demonstrabāt alicui allaturos interitū, hoc ostēdit dicēdo. ¶ Diffugimus visu exangues.) Pontū pone legit. i. transmittit, transit, vt alio loco, littoraq; Epiri legimus, quod est pterimus, quod ait in reliqua venientū descriptiōe ei⁹ solū hoc cōtinet, qa diuersis terroribus fuerat plenū, venientib⁹ vero anguibus ad terrā diffugimus, inquit, exangues visu ipso cōsternati, qm̄ de anguib⁹ loquebat, allusit, vt diceret, diffugimus exangues. Exangues tñ proprie significant sine sanguine. Calor. n. quo cōstat sanguis i corpore,

ASCENSIVS.

¶ Hic aliud, &c.) Ne indecorum videatur vni homini, in tanta re fidem habitam: & vt non improuidi, sed dij deorum cultores censeantur Troiani, addit poeta deæ portentum, quod accessit etiam, ideo vt fato deletam Troiam (vt sæpe dictum est) cōprobet. Vnde Cona. sic. ¶ Hic aliud ma.) Nam vehementer dolos poterat confirmare hoc monstrum. ¶ Sorte.) In qua fuerat arbitriū diuinum. Ergo debuit, nisi fuisset futurum exitium publicum seruare sacerdotem, diuina voluntate ductum: non arbitrio humano mactantem taurum ingentem, id est excellentē hostiam. ¶ Ecce autem.) Per hoc significabatur hosteis venturos a Tenedo. Ecce, semper ponitur, vbi res horrenda & repentina significatur. Festinatio autem, & oculi ardentes, & linguę mobilitas, demonstrabāt alicui illos laturos interitum. ¶ Agmine.) Agmen dicitur, actus serpentum. Cursus enim & iter pedum est quibus carent serpentes. ¶ Laocoonta.) Exprimitur deorum impietas. Sacerdos enim in ipso sacrificio petitur: sed primo in eius cōspectu, filij crudelissime interficiuntur paruuli, & insontes. Cætera serpentum descriptio crudelitatem designat. ¶ Qualeis mugi.) Bis accipe. Allusit ad taurum: quia significabatur taurus. ¶ Tollit.) Bis accipe, Tollit Laocoon, tollit taurus. Arte, non inertia sua decepti sunt a Sinone: sed iniquo deorum studio præsertim Mineruæ. Petitus est Laocoon, qui equum vulnerauerat: & dracones ad simulachrum deæ refugerant. ¶ Ordo est. Alius, scilicet portentum, aut facinus maius: & tremēdum, id est in tremore & timore excipiendum: magis multo quàm illud, prius obijcitur: hic, id est hoc tempore hoc est, paulopost miseris. s. Troianis: & turbat, id est commouet pectora improuida, scilicet cōtra deorum insidias: nam (vt ait Statius) Quis diuum fraudibus obstet? Laocoon ductus sorte. i. per sortem nuncupatus Neptuno sacerdos: nam

am qui ante eum erat, obierat: elegerant ergo quodammodo (si liceat prophana sanctis comparare) sic sacerdotem, vt apostoli coapostolum: sorte, videlicet, sed sors cecidit dijs ita volentibus. (Vnde non homines, sed dij euertisse Troiam, dicuntur in principio. iij. huius, vbi dicitur. Postq; res Asiæ, Priamiq; euertere gentem Immeritam, visum superis.) super eum qui simulachrū percussurus erat: vt sequens portentum in eo daretur: Laocoon ergo ductus sorte Neptuno sacerdos: mactabat. i. sacrificabat: mactando, quod aptum est sacrificijs verbum, deductum a magis, & augeo: quasi, magis aucto: taurum ingentē ad aras solenneis: nihil ergo in sacrificio prætermissum, ne ob id pœnas dedisse putetur, autem, pro sed: ecce, quasi ex improuiso: gemini angues, immensis orbibus, idest habentes orbeis, & gyros, seu annulos valde magnos, sup. venientes a Tenedo, per alta. s. maria: tranquilla: vt dij eis facilem tranationem præstare putentur: incumbūt. i. se toto conamine ingerunt: pelago, idest mari, & tendunt pariter. i. pari modo: ad littora, vbi. s. Neptuno, qui deus maris est, sacrificabatur: quorum pectora arrecta inter fluctus, & iubæ, idest cristę: sanguineæ. i. sanguinei coloris, aut diræ, aut sanguinolentę: superant. i. excedunt, vndas: ita vt extra vndas eminerēt, cętera pars, legit. i. molliter tranat: pone. i. cōtinuo: sed a tergo pontum. i. mare: & sinuat. i. in sinus, & annulos, seu spiras colligit: volumine. i. inuolutione: terga immensa. i. valde magna: & modum, seu mensuram iustam excedentia: sonitus. s. aquarum, fit. s. ex celeri annatatu anguium: & hoc dicit, salo. i. mari: spumāte. i. spumas faciente, aut emittente: & sup. angues: tenebant iam arua. i. terram aridam, & arabilē: & ipsi suffecti. i. subinfecti oculos ardenteis. i. habentes oculos ardēteis, suffectos sanguine & igni. i. partim colore igneo, partim sanguineo: lambebāt linguis vibrantibus. i. micantibus: & in varias parteis iactis ora sibila, pro eo quod est, sibilantia: aut lambebant. i. lambendo edebant sibila: & hoc linguis vibrantibus. i. ferientibus ora. Nos. s. id vidētes: diffugimus. i. in diuersas parteis fugimus: exangues. i. mortui, aut morientes: sed melius, exangues: quia sanguis, ad pręcordia timentium conuolutus, reddit eorum facies exangues. i. sine sanguine visu. i. solo aspectu: illi. s. serpentes: petunt. i. hostiliter aggrediūtur: agmine. i. impetu certo, idest deliberato: vt significent se, nō ad alium, q̄ ad eum,

ad eum & eius liberos missos. Laocoonta. s. sacerdotē, quem nō peracto sacrificio, nefas, & piaculum fuisset fugere: & vterq; serpens amplexus, primum parua corpora natorum. s. Laocoontis: implicat, sup. ea. i. inuoluit: & depascitur. i. pascēdo absumit morsu. i. mordicus: miseros artus. s. eorum: & corripiunt. i. simul rapiunt, &. inuadūt: post. i. postea: ipsum. s. Laocoonta: quasi caput culpę: subeuntē auxilio. s. natis: & ferentē tela, quibus. s. angues feriat, aut depellat: & ligant. i. circumplicāt, & inuoluunt ipsum: ingētibus spiris. i. annulis, seu nodis, & ipsi iā amplexi ipsum medium: & dati terga squamea. i. squamosa, hoc est, habentes terga squamosa data, collo. s. eius. circū. i. per circuitū: superant. i. eminent aut emicant: capite & ceruicib. altis. i. in altū erectis: ille. s. sacerdos: perfusus vittas. i. habēs vittas perfusas: sanie. i. corruptio sanguine, & atro. i. tetro, & inimico veneno: tendit. i. conat simul diuellere manib. s. suis: nodos. i. spiras, & cōplicationes anguiū: & tollit. i. iactat simul clamores horrendos: ad sydera. i. ad cœlū, sup. taleis, qualeis. i. qualeis mugitus, sup. tollit taurus: cum ipse saucius. i. vulneratus, a volente eum mactare, fugit arā, & excussit ceruice securim incertam. i. dubie incussam, nec quā volebat partē ferientem. At, idest sed dracones gemini. i. duo, aut pares, effugiunt lapsu. i. celeri motu: ad summa delubra. i. templa Palladis: &. pro. i. petunt arcem, Tritonidis. i. Palladis, ex Tritone genitæ, secundū vnam opinionē prius dictarū: & teguntur sub pedibus deæ & sub orbe. i. vmbone clypei ipsius, quē tenet: sic vt ad pedes vsq; demittatur: quia ergo ad deam, quasi ad protectricē fugerunt, significauerūt se ab ea, quasi in vltionem Laocoontis violatoris equi, missos: vt sequentia indicabunt.

PIERIVS.

¶ Iubæq; Sanguineæ, exuperant vndas.) In veteribus aliquot exempla. legere est, superant vndis. In Med. superant vndas. Sed enim exuperant longe maius quiddam ostentat. ¶ Sinuatq; immensa volumine terga.) In codi. plerisq; peruetustis, legitur, sinuant: pluralitatis numero. Quippe angues toti, quæ lectio carminis, etiā tonum reddit canorum magis. ¶ Tendit diuellere nodos.) Vetera, quędam exempla. deuellere habēt, sed id vitio temporum. ¶ Fugit cum saucius aras.) Antiqui cod. penè omnes cū Medi. aram vnitatis numero legunt: quæ quidem lectio mihi castior videtur.

SERVIVS.

¶ Nouus.) Magnus: vt Pollio & ipse facit noua carmina. ¶ Insinuat.) Pro insinuatur. ¶ Scelus.) Supplicium: ab eo quod pręcedit, id quod sequitur. ¶ Expendisse autē pradictum est a pecunia.) Nā apud maiores, pecuniarias pœnas constat fuisse. ¶ Sacrum robur.) Non vt supra, lignum. ¶ Sceleratam.) Pro ipse sceleratus, vt inutile ferrum: & est hypallage. ¶ Sedes.) Per hoc ostendit domum Mineruæ. ¶ Oranda.) Placāda. ¶ Muros) Superpositos Scęæ portę. Nā sequit. Quater ipso in limine portę. ¶ Mœnia pādimus vrbis.) Nō est iteratio. Nā dicit, patefacta porta, vel diruta interiora ciuitatis esse nudata. ¶ Accingunt operi.) Preparát se ad opus. ¶ Intendūt.) Ligāt: vt intēditq; locū sertis. ¶ Scandit.) Transcendit propria magnitudine. ¶ Fatalis.) Mortifera. ¶ Sacra canunt.) Hymnos dicunt. ¶ Minās.) Vel eminēs, vt Minęq; murorum. Vel minitans. ¶ O patria.) Versus Ennianus. Sanè exclamatio eo pertinet, quod tanta fuerit vis consecrationis: vt etiā post prophanationem, ab ingressu hostes vetaret. Nam nouimus sepulchro Laomedontis, quod super portā Scæam fuerat, tuta fuisse fata Troiana. ¶ Inclyta bello.) Quia superauit Mysiam totā. ¶ Quater.) Sępius. ¶ Immemores.) Improuidi: aut nō memores oraculorum. ¶ Monstrum infelix.) Post rem probatam dixit. ¶ Tunc etiā.) Sicut ante hac sæpius, Nam Helena veniente

Tum vēro tremefacta nouus per pectora cunctis
Insinuat pauor: & scelus expendisse merentem
Laocoonta ferunt: sacrum qui cuspide robur
Læserit: & tergo sceleratam intorserit hastam.
Ducendum ad sedes simulachrum, orandaq; diuæ
Numina conclamant.
Diuidimus muros: & mœnia pandimus vrbis.
Accingunt omnes operi: pedibusq; rotarum
Subiiciunt lapsus: & stupea vincula collo
Intendunt. scandit fatalis machina muros
Fœta armis. circum pueri, innuptæq; puellæ
Sacra canunt: funemq; manu contingere gaudent.
Illa subit: mediæq; minans illabitur vrbi.
O patria, o diuum domus Ilium, & inclyta bello,
Mœnia Dardanidum. quater ipso in limine portæ
Substitit: atq; vtero sonitum quater arma dedere.
Instamus tamen immemores, cæciq; furore:
Et monstrum infelix sacrata sistimus arce.
Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
Ora, dei iussu non vnq̄ credita Teucris.
Nos delubra deum miseri quibus vltimus esset
Ille dies: festa velamus fronde per vrbem.

veniente prædixerat futura bella & mala. ¶ Dei iussu.) Pręcepto Apollinis: qui spe promissi coitus, cōcessa diuinitate frustratus, sustulit fidē vera dicenti. ¶ Non vnquā.) Nō aliquādo, idest nunq̄. Nam si nonnunq̄ esset duæ negatiuæ facerent vnam confirmatiuam, licet Terentius Gręco more dixerit, Agrū in his regionibus meliorē neq; pręti maioris nemo habet. ¶ Festa frōde.) Quę festos indicat dies: vt laurus, oliua, edera. ¶ Velamus.) Vt, Victori velatum auro, vittisq; iuuencū.

DONATVS.

¶ Tum vero tremefa. no. p pectora cūctis. Insinuat pa.) Tum vero, tum magis, supra enim dixit, horresco referēs: & diffugimus visu exāgues. nūc vero pfecto Laocoontis & filiorum exitio, & draconibus cōditis sub scuto & pedibus deæ, magis magisq; creuerat pauor. ¶ Et scelus expēdisse merentē Laocoonta fe. s. q. c. r. lęserit, & ter. sce. i. ha.) Ex augmento eiusmodi timida omnium coniectura ducebatur, omnes quippe arbitrabantur Laocoontem merito pœnas dedisse, vtpote eum, qui donū Mineruæ violasset. de pœna filiorum Laocoontis, qui insontes necati sunt, qui nec quicquam admiserant, nihil hoc loco dixit. natorum enim durum interitum, quem ante suam mortem Laocoon viderat inter paterna supplicia numerauit. ¶ Ducendū ad sedes simula. orandaq; diuæ, Numina concla.) Omnium vna fuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuit eademq; sententia, atq; ab vniuersis concordanti voce clamabatur, ducendum in patriam simulachrum equi, & numinibus læsis atque offensis fatis esse faciendum.ſ Diuidimus muros,& mœnia pan.vrb. Accingunt.o.o.p.ro.Subiiciunt la.& stu. vin.col.Intendunt.) Plena describitur amentia Troianorum, nam eo tempore, quo nec finitum bellum fuerat, nec positum, neque aliqua coniunctione sopitum, muniri magis q̃ patefieri ciuitas debuit.Scindimus,inquit,muros,& hoc pacto totam prodimus hostibus ciuitatem. muris enim inconsulte patefactis,interiora mœnia pandebantur.Ecce & augmentum sceleris,accingunt se omnes operi, nequis ab illo nefario & impio facinore esset immunis, pedibusq; rotarum Subiiciunt lapsus & stupea vincula collo Intendunt. Quærebantur celeritatis remedia, vt mature in patriam mitteretur interitus. nam pedibus ingentis machinæ subiiciebant rotarum lapsus, & funes intendebant collo, vt rotarum mobilitas & tractus funium, & ciuium atq; ætatum omnium & sexuum conatus, exitiale illud malum celerius in patriam ducerent.ſ Scandit fatalis ma.mu.Fœta ar.pue.cir. in.q̃.puel.Sacra ca.fu.q̃.ma.con.gaudent.(Ibat in patriam vltimum fatum,& puerorum vtriusque sexus imprudens ætas secuta errores nostros religiosa cantabat, exercebant innoxiq; pariricidales manus patriæ, simul parentibus ac sibi ducentes exitium. quisquis funem contigisset, vel rotarum lapsus adiuuisset,lætabatur,existimans se diis forte talibus officijs placiturum. ſ Illa subit, mediæque mi.il.vr.)Mira admodum descriptio ingredientis equi.cum enim traheretur tanta magnitudo, cum quodam tremore mouebatur. hunc tremorem Virgilius ratione temporis dictante vertit in comminationem, vt non tam moueri videretur magnitudine sua, quàm minari. Mediæque minans illabitur vrbi. Nisi ordinatio verborum competenter accipiatur, remanet poeta in vitio, Quomodo enim equus in media vrbe labebatur, qui portas nondum fuerat ingressus? posterius enim dictum est, quater ipso in limine portæ substitit. Ordinemus ergo sic, vt nec vitium sit, & manifestior intellectus appareat. illa subit, & illabitur, & nondum ingressa, iam mediæ vrbi minari videbatur.ſ Quater ip. in li.por. Substitit, atq; vte.fo.quater arma dedere. Instamus tamen immemores cæciq; furore &c.)Non, inquit, in hac causa dij patrij defuerunt,nam omne malum, quod mox fuerat venturum,ipsis. per signa monstrantibus euidentissime proditum est, sed mens impedita plenis erroribus, id quod pro nostra salute faciebat, non curauit aduertere. In ipsa enim porta & frequenter substitit,

substitit,hoc est lapsus eius impediti sunt, & quoties id factũ est, toties ex eius vtero armorum sonitus dati sunt. Cumq; hæc fierent,& res manifestæ nec mente intelligerentur, nec viderentur oculis, inde magis glisscente amentia, vnde potuit insidiarũ prodi cõmentũ.factum est, vt in sede religiosa crudelis fabricæ latebræ cõderentur.quod autẽ ait.O patria, o diuum domus Ilium, hoc adstruere voluit,illã ciuitatẽ nõ iam plurima templa multorum deorũ habuisse,sed vniuersam templum fuisse cunctorum. ſ Tunc etiam fa.ape.cal.fu.Ora,dei iu.nõ.v.c.t.)Accessit, inquit, his omnibus etiam denuntiatio Cassandræ,quæ accepta non est, quia responsa eius fuerant Apollinis iussione damnata.ſ Nos delubra,d.m.q.vl.e.Ille,d.f.v.f.p.vr.)Tanta, inquit, nos per idem tempus dementia presserat,vt imminente nostro & ciuitatis exitio,lætis frondibus templa omnia tegeremus.nõ dixit coronauimus templa sed teximus.vt ostenderet,fatis officiosos fuisse iuxta deos,qui in illa clade cum ipsis essent cultoribus perituri.

ASCENSIVS.

¶ Tum vero, &c.)Plus(inquit)pauoris ex portento illo, quam ex Sinonis arte, stuporis obuenerat Troianis:qui putantes Laocoonta meritas dedisse pœnas,vno ore conclamant,simulachrũ, iuxta sententiam Sinonis, & Tymœtæ in vrbem inducendum, quod & factum docet poeta: vnde Dona,dicit sic.ſ Tum vero.) Tum magis:nam supra dixerat: Horresco referens.ſ Et scelus.) Nam ex hac coniectura, argumentum ducebãt.ſ Ducendum ad sedes.)Eadem omnium ex eẽde Laocoontis fuit sententia:& concordi voce clamabant.ſ Diuidimus muros.)Plena describitur Troianorum demẽtia.Nam quo tempore bellum, nec positum fuerat, nec sopitum, muros diuidebant.ſ Omnes.)Nequis a nefario opere abesset.ſ Pedibusq; rotarum,)Quærebatur celeritas: vt quamprimum immitteretur interitus.ſ Nos delubra.)Tanta amentia fuit, vt quo exitium imminebat lætis frondibus, templa non coronaremus solum, sed tegeremus.ſ Deum.)Qui vna nobiscum perituri erãt.Hæc ille.¶ Ordo aũt est:Pauor nouus.i. magnus,& insolitus:insinuat.i.se implicat:& quasi per sinus illabitur cunctis,tum vero.i.præcipue tunc:aut tunc ad verum, per pectora tremefacta.i.tremore concussa,& ferunt, ideſt dicunt.s. omnes:Laocoonta merentem.i.qui meruit expendisse.i.persoluisse:aut expiasse per mortem: scelus.i.impietatem cõmissam,in concutiendo equo,qui.i.vtpote qui læserit.i. violauerit, aut lædere voluerit:cuspide.i.hasta:robur sacrum.i.rem fortem, & fatalem,quia deæ destinatam, & qui intorserit.i. violenter impulerit: hastam sceleratam.i.qua ipse scelestus abusus est: tergo.i.in tergum equi: & cõclamant simulachrum ducendum sup.esse:ad sedes.s.templi:ad quas destinatum erat: & numina diuæ.s.Palladis:oranda.i.supplicationibus,& orationibus placanda,sup.esse. Nos igitur:hoc est, Troiani, quamuis ipse Æneas,non interfuerit:diuidimus muros: & pandimus mœnia vrbis.i.patẽtem viã, & transitũ per ea facimus omnes:accingunt,sup.le.i.disponunt, & præparant se operi.i.ad opus.hoc est,ad equum inducendum: & subiiciunt.i.substernunt pedibus.s.equi lapsus:rotarum.i.rotulas, per quas faciliter labatur.i.molliter promoueatur: & ipsi intendunt.i.alligant:collo.s.equi ad protrahendum:vincula stupea.s.funes ex stupa:& canabe contortos,& machina fatalis.i.exitialis:aut in qua suprema fata Troianorum consistebant:scandit muros

SERVIVS.

¶ Vertitur cœlũ.)Atqui epitheton hoc cœli perpetuum est:sed vertit, nũc ideſt in alia faciem cõmutatur:quod more suo explanat sequentibus. ſ Ruit Oceano.)Nascitur de Oceano.vt,ruit atrã Ad cœlũ picea crassus caligine nubẽ. Ideo autem Ruit, quia altius mare q̃ terra, vt diximus supra.ſ Vmbra magna)i.terræ: & definitio est noctis.ſ Myrmidonũq; dolos.)A generalibus ad specialia venire vitiosum est: nisi forte redeaſ ad causã,vt hoc loco.ſ Per mœnia.)Per domos: vt supra,Et mœnia pãdimus vrbis.Mœnia enim & publica & priuata dicunt.ſ Phalanx.)Lingua Macedonũ,

Vertitur interea cœlum:& ruit Oceano nox
Inuoluens vmbra magna,terramq; polumq;,
Myrmidonumq; dolos,fusi per mœnia Teucri
Conticuere:sopor fessos complectitur artus.
Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat
A Tenedo,tacitæ per amica silentia lunæ,
Littora nota petens:flammas cum regia puppis
Extulerat:fatisq; deum defensus iniquis
Inclusos vtero Danaos,& pinea furtim
Laxat claustra Sinon.illos patefactus ad auras
Reddit equus:lætiq; cauo se robore promunt
Tisandrus,Sthenelusq; duces,& dirus Vlysses,
Demissum lapsi per funem:Athamasq;, Thoasq;,
Pelidesq; Neoptolemus,primusq; Machaon,
Et Menelaus,& ipse doli fabricator Epeus.
Inuadunt vrbem somno,vinoq; sepultam.

muros.s.Troianos:hoc est, altior ingreditur existens fœta.i.prægnans & grauida(alludit ad equam)armis.i.armatis viris pueri.s.impuberes: & puellæ innuptæ.i.adhuc intactæ: canunt circum.i.per circuitum: sacra.i.hymnos deæ sacratos: & gaudent contingere funem.s.quo machina fatalis trahebatur manu, scilicet sua.(Est ergo pathos ad misérationem excitandam, vt in animum cadat q̃ misera sit mortalium cõditio, qui etiam dum pietatem colunt, temporaliter affliguntur.)Illa.i.machina: subit.i. paulatim infertur:&,pro.i.illabitur mediæ vrbi.i.in mediam vrbem minans.i.secundum Ser.eminens,aut ex motu caput cõcutiens:& ita quasi minans:quam rem nequiens sine dolore,cõmisisci exclamat Æneas. O patria.s.ducis & nobilis, o Iliũ domus diuum,ideſt diuorum:& o mœnia Dardanidum,pro Dardanidarum:inclyta.i.gloriosa,& nobilis.bello.i.virtute bellica:ipse sup. equus: substitit.i.subsistere coactus est: quater in ipso limine.i. in primo egressu portæ, & arma dedere quater sonitum vtero (cum enim equus obstaculũ inueniens,& subsistere coactus cõcuteretur,arma dederũt sonitum: sed postea animaduersum est, sonitum armorum fuisse:cum tunc forte a trahentibus equum putatus sit,sonitus ferramentorum machinę.)nos tamen immemores.s.salutis nostræ:aut fraudis Græcorum:& cęci furore:aut immisso a dijs,aut a gaudio ob fugam Græcorum:instamus.i.instanter laboramus introducere equũ: & sistimus.i.cõstituimus: mõstrum infelix.i.infelicitatem,& exitium nobis afferens sede sacrata.i.in templo:Cassandra filia Priami: & vates: aperit etiam tunc, cum sæpe priius idem fecisset:ora fatis futuris.i.loquendo de fatis futuris:hoc est,de excidio Troiæ:aperit,dico, ora:nõ credita vnq̃ Teucris.i,Troianis: iussu.i.voluntate dei.s.Apollinis, qui quod promiserat donum vaticinandi illi contulit: sed quia ab ea stupro compromisso fraudatus erat, credulitatem & fidem sibstulit vaticinio eius,vt licet vera diceret,ei non crederet. Nos miseri:vtpote quib.ille dies esset vltimus: velamus delubra deũ, ideſt templa deorum fronde festa per vrbem, ideſt indicto festo per vrbem suspensa:hoc est,diem festum agimus, qui nobis vltimus erat: quo quid aliud catholico viro depingitur ab Ethnico quam q̃ extremum gaudij luctus occupat:& q̃ ducunt in bonis dies suos,& in puncto ad inferna descendunt

PIERIVS.

¶ Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris, Ora dei iussu, non vnq̃ credita Teucris.)In Oblong.codi.perueteri,iusso, legitur:a recto,iussum:vt illud,Et iam iussa facit. Sed iussu magis placet,vt suaue magis. Est vero illud animaduersione dignum, q̃ in codicibus aliquot antiquis, oratio eo loco punctis distincta est, Aperit Cassandra futuris Ora dei iussu, vt sit ordo, Cassandra non vnq̃ credita Teucris. Tunc iussu dei, aperit ora futuris fatis:non autẽ illud. Non vnquam credita Teucris iussu dei, cuius rei causam, Seruius ex commodo suo cõminiscitur, & Donatus ait, responsa Cassandræ Apollinis iussione, fuisse damnata. Atqui magis pium est dicere,deum semper consulere humanis rebus, qui diuinationem mortalibus elargitus est, vt mala cauere possemus, cuiq; ea lectione legere,iussisse deos, vt Cassandra tunc vaticinaretur. Præterea sententia hæc ita explicata,rem auget,& fatorum vim maiorem ostendit:cum dicat neq; quidem deorum admonitu fieri potuisse,vt quæ fata decreuerant infortunia,vel ſcientes potuerint euitare.

Macedonũ,legio. Et est a parte totũ: hoc est synecdoche. ſ Ibat.)Veniebat:vt Nunc primũ a nauibus itis.ſ Amica.) Sibi grata.Sciẽdũ aũt septima luna captã esse Troiã:cuius simulachrũ apud Argos est cõstitutũ. Hinc est quod dicit: Oblati per lunam.& alibi,Per cæcam noctẽ.ſ Tacitę lunę.) Aut more.poetico noctem significat: aut physicã rationẽ dixit. Nam circuli septẽ sunt. Saturni,Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij,Lunæ. Et primus,hoc est Saturni, vehementer sonat:reliqui sm ordinem minus, sicut audimus in cithara. Ergo tacita luna ẽ, cuius circulus terræ vicinus immobili, minꝰ sonat aliorũ cõparatione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

comparatione.¶Flãmas cum regia pupp.)More militiæ:vt, erat clarum e puppi signũ.Est aũt tropus:per puppem,nauẽ:per nauẽ,eos q in naui sunt,significat.¶Fatis iniquis.)Volũtate numinum, nam illi propitia, sed in nos iniqua:vt Lucanus, Non ille fauore Numinis ingẽtis superũ protectus ab ira.¶Reddit.)Quasi debitos,vt Redditus his primũ terris.Sic Hora.Nauis quę tibi creditum debes Virgiliũ, finibus Atticis reddas incolumẽ precor.¶Cauo robore.)Equi Epexegesis.¶Thesandrus.)Polynicis & Argiæ filius.¶Stenelus.)Capanei & Euadnes.¶Vlysses.)Laertæ & Antidię.¶Neoptolemus.)Qui ad bellum ductus est puer.Pyrrhus vero a capillorum qualitate vocitatus est,Achillis & Deidamiæ filius,Pelei, & Thetidis nepos ex patre:ex matre vero Lycomedis regis Scyriæ insulæ.¶Primusq; Machaon.)Aut princeps,aut numeri sui, nam per ternos distinxit.¶Vrbem.)Idest ciues.¶Cæduntur vigiles.)Non actus nomẽ est:sed officij.Vigiles autem,Capitolij significat.Nam paulopost, Vix primi prælia tentant Portarum vigiles.¶Conscia.)Coniurata.Bene autem in insidijs conscientiam nominauit.

DONATVS,

¶Vertitur in.cœ.&.r.o.n.)Vertitur cœlũ, & ruit nox.hoc vult alludere,q; versata aliqua re cadat ex ea, quod intrinsecus tenet. versato ergo cœlo,quod præbebat lucem,tenebræ ex eo cõtinuo ceciderunt,hoc est nox diei successit,vt insidijs Græcorum suffragium quoq; nocturni tẽporis iungeret.¶Inuoluens vmbra magna terrãq; polumq;,Myrmidonumq; dolos.Inuolutũ dicimus, quod cum apparet primitus, dehinc opertum penitus oculorũ cõspectibus abiuratur.Inuoluta igitur dixit,omnia vtpote,quæ nõ viderentur obsistẽtibus tenebris.¶Fusi per mœnia teu.Conso.f.con.ar.)Necessitate,inquit,laboris ac temporis,silentium factum est omniũ,omnesq; dormierunt, fusi labore propter equi tractũ concepto,tempore vero, quo hoies natura vrgẽte cogũtur in somnũ.¶Et iam argiua pha.in.na.ibat A te.)Iter per terrã dicimus fieri,hoc tñ loco ibant,inquit,hoc est nauibus ferebant, quoniã insulam dixerat Tenedon,ne si nauium nõ fecisset mentionem,putarẽ immemor fui,vt terrã poneret, quam sm descriptionem superiorem nullã esse cõstabat.¶Tacite per amica si.lu. Lit.no.pe.)Multi vitiũ putant scribentis,vt quĩ dixit,& ruit ocea no nox Inuoluens vmbra magna terramq; polumq;.Myrmidonumq; dolos hic diceret, tacitæ per amica silentia lunæ,nullũ in hoc vitium est.siquidem nonnullę noctes habent primas partes tenebrosas,sequentes vero luna superueniente illustres.Tale ergo noctis tempus elegerãt Græci,quod tenebras haberet opportunas cõplendis insidijs,& quod somni quietem daret, & dehinc aliquid luminis ex radijs lunæ, vt sine periculo vel errore venirent a Tenedo ad ciuitatis excidium.Littora nota petens,vt duo veniẽtibus suffragarent,luna & litorum notitia.¶Flammas cum re.pup.ex.)Quia si venientes Sinon videre nequibat, flammarũ lumine aduentũ suorũ poterat noscere.quo cognito idẽ Sinon.

Cæduntur vigiles:portisq; patentibus omneis
Accipiunt socios:atq; agmina conscia iungunt.

¶Fatisq; de.de.ini.)hoc est volũtate deorũ ad Troianorũ aduersa seruatus.qui solus peruigilans & propter cõplendas insidias, Laxat.c.Sinon,il.pa.ad.au.Red.equ.)hos inquit auris reddidit equus,quos tenebat inclusos, bono verbo vsus est,reddit quos (inquit)latebris occultandos acceperat, reddit aeri, non potuit dici reddit luci eductos ex tenebris, quoniã nox fuerat.¶Lætiq; cauo se robore promunt.)Læti vel propter conseruationẽ salutis suæ,vel quia peruenerant, quo desperatã multo tempore victoriã cõplere potuissent.Incipiũt enumerari,qui fuerant clausi, vt specialiter eorum nominibus & meritis expressis, ostendat in causa reip.hoc & publici cõmodi optimũ quenq; salutem suã debere cõtemnere.¶Tisandrus,Sthenelusq; duces,& dirus Vlysses) Ecce ostendit & nomina & dignitates, sed licet Vlyssis nõ dixerit dignitatem,intelligitur tamẽ etiam de ipso dixisse.cum enim dicit duces, & his Vlyssem adiungit, etiã ipsum videri potest ducẽ posuisse,potest etiam sic, vt iccirco de Vlyssis dignitate tacuerit, quoniã fuit nota persona. Tribus euidenter ostensis ne cõtinuatio nominum fastidiũ pareret, quemadmodũ vniuersi per equi altitudinem descenderint ad terrã, in medio posuit.¶Demissum (inquit)lapsi per funem,)hæc descriptio, & ad superiora nomina ptinet & ad ea quę posterius posuit.¶Doli fabricator Epeus.) Doli fabricatorem non fabrum intelligere debemus, quoniam tanta moles ab vno fieri non potuit, sed inuentorem fraudis ipsius. Omnes(vt dictum est)demissum lapsi per funem.quod ipsum ingeniosum fuit, vt taciti per funem laberentur, ne ex altitudine saltu venientes in terram,aut lædercẽtur, aut strepitu suo dormientes facerent excitari. Deniq; etiam hoc profecit ad effectum fraudis, vsq; adeo vt nec ipsis vigiles armatos fusibito emersisse sensissent.¶Inuadunt vrbem somno vinoq; sepultam. Cæduntur vigiles.)Insperatum malum vigiles primo pertulerũt, & ante omnes occisi sunt,ne nuntiarent suis quæ gererentur.¶Portisq; patentibus.) portas patentes dixit & illam,quę vere porta fuerat,& illam quę propter equi transitum fuerat procurata, ordinatur autem sensus sic.Cæduntur vigiles portisq; patentibus omnes. Accipiunt socios,atq; agmina conscia iunguntur,& inuadunt vrbem somno vinoq; sepultam,vt sit vitium poetæ, quod primum fraude expugnatam vrbem posuit,ac postea describit, socios omnes receptos esse per portas.non.n.soli,qui in equo fuerant conditi,omnem poterant inuadere ciuitatem, sed prudenter agendi ordo seruatus est, nec aliquid temere factum, nam primo patefactus est equus,dehinc vigiles occisi,ne hoc ipsum nuntiarent vniuersis,sulcepti quoq; omnes socij. Tunc per totã vrbem sparsi sunt, & ad vicem mortuorum dormientes cædere cœperunt, quippe quos duplex oppresserat malum,vinum plurimum,& ex fatigatione altior somnus.Ecce laus bonorum ciuium, periculo quippe paucorum procurata victoria est, quæ annis decem, & mille nauibus,& infinito armatorum numero quæri non potuit.

ASCENSIVS.

¶Vertitur,&c.)Post introductum equum,docet excidium Troiæde quo Dona.sic:Vertitur.Versa re aliqua, fundit quod in ea erat.Ergo versato cœlo quod præbebat lucem,tenebræ ex eo cœciderunt.¶Inuoluens.)Nam quæ inuoluta sunt, non videntur. ¶Fusi per mœ.T.Con.)Et labore trahendi equi, & tempore nocturno inciderunt in somnum.¶Ibat.)Impropriedixit,de nauigatione:sed adiunxit nauibus.¶Tacitæ per ami.l.l.)Nullum est scriptoris vitium,q; nunc dicat silentia lunæ,& supra meminerint tenebrarum:nam elegerunt eam noctem,quę partim tenebrosa occultaret insidias, partim adueniente luna illustris esset:vt sine errore venirent. Ergo & notitia littoris, & luna suffragabatur. ¶Flammas.)Quo signo aduentum Græcorum cognoscens. Sinon rem ageret.¶Reddit.)Vsus est bono verbo:nã quos occultandos tenebris acceperat, reddit aeri.¶Vlysses.)Et ipse dux intelligitur.¶Inuadunt.) Ordo est ; Cæduntur vi.po.q.p.o.Accipiunt.l.a.a.c.iu.& deinde inuadũt vrbem.l.u.q.l.Nec lit vitium: vt primum inuadant vrbem, & postea recipiant socios per portam. Primo enim patefactus est equus, deinde vigiles occisi:& postremo,per vrbẽ sparsi sunt:& potuerunt ciues latere: qui duplici malo essent affecti vino, & profundo somno. ¶Ordo est. Ordo
Cœlum scilicet lucidum,lumine solis vertitur, idest obuertitur occidente sole.interea, scilicet dum hæc fierent, dum omnes festiuitati indulgerent, & lætum diem agerent:vnde factum est,vt fatigati & vino exhilarati profundius dormirent.& nox ruit,idest terram obruit:aut(quia aqua maris altior est terra)præcipitatur Oceano.i.a mari oceano,præcipue orientali:inuoluens terram & polum:sed prius terram:vnde etiam priorem posuit:magna vmbra, idest caligine sua.hoc est, noctis,& inuoluens,idest occultans etiam dolos Myrmidonum.i.Thessalorum,& reliquorum Græcorum:Teucri fusi.i.prostrati, & recubantes sopiti per mœnia.i.passim per ciuitatẽ conticuerunt.i.omnes simul tacuerũt:& sopor.i.profundus somnus:cõplectitur artus fessos.i.fatigatos ex labore inducẽdi equi,& forte choreæ ducendæ,& deluborum exornandorum ramis.Et iam phalanx,i.acies,vt sit species pro genere:Argiua, idest Argiuorum ibat.i.veniebat Troiã a Tenedo insula illa in qua occultabantur:nauibus instructis,sicet more militari:per silentia amica,idest fauorabilia : lunæ tacitæ.i.silentis & celantis, cum minime luceret:quasi in fauorem Græcorũ lumina sua occultaret : statim per Politianũ latius aperiemus:ibat,dico,petens littora nota : vbi decenniũ ferè iam sterterat:cum.i.quando : puppis regia,idest in qua rex erat, extulerat flammas:in signum aduentus(id enim signum dederat Sinoni : vt subtili breuitate innuit poeta.)& cũ Sinon defensus fatis, idest voluntatibus & prædestinationibus deum.i.deorum : iniquis,scilicet quantum ad iudicium hominũ:quia videbatur pijs mortem & impio salutem ferre.laxat, idest dissoluit Danaos inclusos vtero.l.equi:& laxat furtim.i.secrete, claustra:pinea,idest clausuras equi,ex pinu factas.(Erant ergo in equo, abies,acer,& pinus:de quib.Seruius prius argute differuit)equus patefactus, idest apertus : reddit, idest edit quasi partu.(dictum est enim.de machina,q; esset fœta armis.)illos ad auras,idest in lucẽ:& ipsi lucẽti.l.quia tanto periculo eriperentur: promunt.i.proferũt se robore.i.robusta mole equi:cauo.i.concauo. Tisandrus, & Sthenelus duces:

nus duces: & Vlysses dirus(qui se tali periculo nõ cõmisisset nisi fortitus.vnde prudenter prius dictũ est, huc delecta virum sorti corpora &c.)lapsi.i.descendentes per funem demissum.i.deorsum missum.& Athamas, & Thoas, & Pelides.i.Pelei nepos Pyrrhus Neoptolemus.i.nouus miles dictus:& Machaon primus.f. in ordine suorũ, & Menelaus, & ipse Epeus fabricator.i.opifex, & effector doli.i.equi dolosi:nam dolum.i.fraudẽ: magis Vlysses excogitasse videtinuadunt vrbem.f.Troiã:sepultam.i.sopitã & obrutam(vnde videtur accipere vrbem pro ciuitate:nam ops pidũ & vrbs neq; dormit, neq; bibit.)somno & vino : vigiles.f. ab officio,nõ ab opere,quia nõ vigilantes, sed vigilare debentes & vigiliæ deputati,cęduntur,idest occidũtur ab his qui ex equo descenderant,& ipsi qui eos occiderant:accipiunt omneis socios portis bipatentibus.i.vtrinq; & intus & foris patentibus, tam ingredictib.q̃ egredientibus, & iungũt agmina socia.i.iam sociata:& ita collecta manu adoriuntur omnes, & regiam inuadunt, vt postea dicet.Donatus(vt vidimus)vult ordinem esse.Cędunt vigiles,& accipiunt portis bipatentib.omneis socios, & iungunt socia agmina,& inuadũt vrbem, somno, vinoq; sepultam: qui ordo necessario tenebitur,si intelligamus oẽs iam collecta manu inuasisse vrbẽ.Sed si poeta vult dicere, eos qui in equo erant inuasisse primũ,& vrbem cucurrisse, per omneis vicos exploran
Phalãx. tes,an quos offenderẽt:poterit ordo quẽ posuimus teneri:vero simile tamen est primum ad portas accessisse, & suos accepisse,& deinde vrbẽ inuasisse.Bero.in Ser.vbi dicit:q; phalanx est, lingua Macedonum,legio:dicit sic:Diligens & curiosus Cõmentator in enarratione phalãgis,copiosius enarrare debuerat, & eruditius, cum phalanx ab omnibus dicatur : a pauciſſimis quid sit intelligatur:nãq; phalangem,prisci scriptores,vt mihi magistra lectione cõpertum est:appellarunt non proprie legionem,vt autumat Seruius,sed cuneum militarem:quando.l.pes pedi, clypeus clypeo,vir viro,in acie cõlerabantur,& hoc peculiare fuit Macedonum institutum:vt author est Liuius, & meminit Curtius:cuius hæc sunt verba.Macedones,Phalangẽ vocant, peditũ stabile agmen.Vir viro,armis arma, cõserta sunt,idem traditur a Cæsare: qui in primo cõmentario refert, Heluetios fecisse phalangẽ:hoc est,clypeorũ connexionẽ:quę etiã testudo nuncupatur a doctis: idẽ Cæsar paulopost inquit, milites nostri e loco superiori,pilis missis,facile hostium phalangem perfregerũt : vbi proculdubio accipitur phalanx pro armorum cõnexione, atq; testudine:hinc per metaphoram a Satyrico poeta dictum est:lunctoq; vmbone phalãges:& phalãgati,appellati sunt milites, q erant in phalange, quales habuit ad imitationem Alexandri magni, Alexander Syrus,Romanus imperator,vt author est Lampridius.Phalãgia vero sunt ex genere araneorum : vt alibi docuimus ex authoritate Plinii,Celsi, & Aristotelis, Hoc in loco potissimum referendum est illud, quod a Plinio traditur li.vii.Phalãgas etiam significare fustes,quibus Aphri pręliũ contra Ægyptios primi fecerũt.Nonius scribit, Phalangas dici fustes teretes:qui nauibus subiiciuntur.Angelus autẽ Politianus dicit in eundem sic:Virg. Æneid.ij. Tacite(inquit)per amica silentia lunæ.Serui.igitur:sciendũ autẽ est(ait)septima luna captã esse Troiam,cuius simulachrum apud Argos est cõstitutum : hinc est q; dicit,Oblati per lunam,& alibi: Per cæcam noctem tacitę lunę,aut more poetico noctem significat:aut physica ratione dixit:nam circuli septem sunt, Saturni,Iouis,Martis,Solis,Veneris,Mercurij,Lunæ. Et primus, hoc est Saturni vehementer sonat:reliqui sm ordinem minus. Sicut audimus in cithara,cuius vltima chorda minus sonat, bactenus Seruii.Libenter igitur ab eo quęrierim:cur amica luna,latere ac falle reconantib.aut num lunam quoq; silentem apud M.Catonem: & item apud Plinium,ad eandem referat harmoniam planetarum: quod autẽ citharæ vltimã chordam sonare ait minus,hoc ita deniq; procedet,si vltimam, non iam pro ima, sed pro summa capiat:quæ Grẽce,Hypate vocatur,vnde grauior excitatur sonus. Sicuti ab extima altera & tenuissima:quã equidem libentius vlti mam dixerim,acuta vox profertur:quę plus sonare ob id videt: quia prorsum tendit.vt in libro de musica.n.scribere, ait Theophrastũ Porphyrius in cõmentarijs illis,quos in harmonica Ptolemęi scriptos reliquit. Sicuti grauis ob id(inquit)mimus audit, quia circa diffunditur. Quod autem & apud Macro,legimus : & item apud alios Saturni orbem, cuius conuersio sit concitatior: edere acutissimum sonũ : minime hoc arbitror a Platone, vel in Timęo,vel in republica probabitur:qui tardissimum scribit esse Saturni orbem, quãquam hoc fortasse ad longiorem sui cursus ambitũ referetur : sed Aristoteles certe in li.ii.de cœlo.tardiores ob id ait, esse superiores orbes, q; impetu stelliferi octaui orbis,

magis retardentur:vt ergo vel Alexandri : vel Simplicij:vel iuniorum,de eo opinionem prætermittam, si veram plane Macrobij sententiam vis colligere:ad cursum referas diurnum, qui sine dubio,celerrimus in supremis:& cõcitatissimus inuenietur: sed nos hac ablegata cõmẽtitia(vt arbitror)Seruij, minimeq; necessaria subtilitate:potius accepimus tacitæ lunæ silentia,lunã ipsam quã vocant silentem:hoc est, minime:tum quidẽ lucentẽ,vt latere insidiæ magis possent pulchra nimiũ & elegãti trãslatione ab auribus ad oculos,nam sicuti silentio nihil audiſ: ita nihil tenebris cernit.Plin.igitur lib.nat.hist.xvj. Diẽ,(inquit)coitus lunæ.ab alijs,silentiũ lunæ:ab alijs,interluniũ,appellari. Tum idem lib.duodecimo:& hoc ait,silente luna seri iubẽt M.Cato etiã in li.de re rustica. Nunc stercus euehi luna silenti:nunc itẽ silente luna,ficos,oleas,malos,piros inseri. Postremo etiã prata, primo vere iubet eadẽ luna silente stercorari:ridiculum autẽ fuerit,aut hæc Catoniana, Plinianaq; referre ad syderũ musicã aut in vetustissima,vsusq; receptissima locutione desyderare istiusmodi ambages:equidẽ luna hic silentẽ(vt dixi)pro minime, tum lucẽtem acceperim,fuerat tempus Græcis obseruandũ. Neq; ita tũ interpretor,vt ad viuum resecẽ, atq; ipsum deniq; lunæ coitũ planè intelligã,cum nox tota tenebricola : nam hoc vtiq; refellit,quoniam poeta mox ait,Oblati per lunã. Nondum igit luna lucebat: cum illi a Tenedo sub vesperã nauigabãt : sed lucere tum cœpit, cum iam vrbẽ occupauerãt. Non igit aut fera fuerit,aut pernox luna tum,nec lunę quidẽ omnino coitus,sed tepus:arbitror postius,quandiu illa nõ luceret. Etenim plura sępe,q̃ videatur nox, apud poetas aliqua cõplectitur. Ob hoc igitur illud in nostro rustico. Quidq; silens moneat, quidq; inter menstrua Phœbe. Nec absurde tũ prẽter epitheti rationem temporariã lunæ acceperis, amica silentia qm̃ in auspicijs quoq; silentiũ vocari,Cicero,scribit:quod omni vitio caret:iam apud Acronẽ,q̃ pulchrũ,quã ingeniosum, qui enarrans Horatij locũ li.carmi.ij. Dum capitoliũ scandet cũ tacita virgine pontifex,Tacitã virginẽ intellexit, qua si clarã facerdotij nobilitate:& vt hoc ineptis persuadeat:authoritate etiã abutitur Maronis,qui dixerat:Tacitæ per amica silentia lunę.Cęterũ tacita luna,sit hic etiã pro clara accipienda:videlicet nõ & apud Dionysium saltẽ Romanę historię authorem,& apud Plutarchũ, aliosq; permultos, Acro legerat ignorari prorsus ab omnibus,quibus deniq; vel sacris,vel simulachris vestales virgines tuendis præforent:vt ob hoc ipsum q; præstabat silentiũ,tacita vocetur virgo Troianam soli,cui fas vidisse Mineruam.

PIERIVS.

¶Et iam Argiua phalanx instructis nauib.ibat.)Vetera quædã exemplaria,ibant,legunt:numero multitudinis, quam lectionẽ agnoscas apud Ti.Donatum,si in integra eius incidas cõmentaria.Ita enim illic habetur : Iter per terram dicimus fieri. Hoc tamen loco,ibãt,inquit:hoc est nauibus ferebantur : quoniam insulam dixerat Tenedum:ne, si nauium non fecisset mentionem: putaretur immemor sui,vt terrã poneret,quam secundũ descriptionem superiorẽ nullam esse cõstabat.¶Lætiq; cauo se robore promunt.In Longo.codi.produnt,legitur quod minime displiceret.Sed enim promere de his dicitur,quæ condita fuerint:de his autem superius dictum est : Nota conduntur in aluo.¶Et dirus Vlysses.)In codice Longo.durus Vlysses,legitur : quẽ Horatius, patientẽ Homerus, πολύτλαντα vocant:id vero duri hominis: vt,Durum a stirpe genus,& Dardanidæ duri.Inferius vero omnino legitur,dirus, videturq; proprium epitheton apud Maronem Dirus Vlysses,vt,Immitis,& sęuus Achilles.Sunt etiamantiq; qui codices in quib.diuus, habeaẽ:nempe quia toties apud Homerum legere est, δῖος ὀδυσσεὺς καὶ θεῖος.Sed enim in hostili persona,vbi præsertim improbatur res gesta,non congruit epitheton illud honorificum.Quãuis Flac.Sosipater,vbi de tropis agit, hæc ita.Epitheton dictio est,vocabulo adiecta, ornandi, aut destruendi,aut indicandi causa. Ornat,sicut Dirus Vlysses.Ita enim in veteribus Sosipatri codicibus habetur.In aliquot,& diuus,destruit,sicut,Scelerumq; inuentor Vlysses.Indicat, sicut Lariſſeus Achilles.Sed hoc exemplum ita positum,loco nõ citato,non mihi tanti est,vt propterea lectionem,dirus,loco hoc immutare velim. Carisius enim ad id respexit, quod(vti diximus)Homerus Vlyssem θεῖον vocat.¶Therſandrus, Sthenelusq; duces.)Quidam codices ex proximioribus editionibus,Tisandrus, legunt : cum tamen passim apud Græcos celebre sit, Thesandri Polynicis filij, nomen.In Ro.cod. Vaticanę bibliothecę desyderantur paginæ, versusq; omnes a captura Sinonis,vsq; ad versum,qui lib.iiij.incipit : Instauratq; choros mistiq; altaria circum.¶Athamasq;, Thoasq;. In longo.in Mediceo,& quibusdam alijs codicibus antiquis

Universidad de Deusto
Biblioteca

antiquis legere est, Acamas. Quod quidē nomen, inter Græcorū proceres censeri apud Quintū Smyrneū inuenias, qui τὰ παρ᾽ ὁμήρου scripsit. Fuit & Acamas Thesei F. a quo Demosthenes agnoscit tribū Acamātida, ἐν τῷ πρὸς Βοιωτὸν περὶ τοῦ ὀνόματος: quod obseruat Harpocration.

Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris
Incipit: & dono diuum gratissima serpit.
In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector
Visus adesse mihi: largosq; effundere fletus,
Raptatus bigis, vt quondam, aterq; cruento
Puluere, perq; pedes traiectus lora tumenteis.
Hei mihi qualis erat: quantum mutatus ab illo
Hectore: qui redit, exuuias indutus Achillis:
Vel Danaum phrygios iaculatus puppibus igneis.
Squallentem barbam, & concretos sanguine crineis,
Vulneraq; illa gerens, quæ circum plurima muros
Accepit patrios. vltro flens ipse videbar
Compellare virum: & mœstas expromere voces.
O lux Dardaniæ, spes ô fidissima Teucrum,
Quæ tantæ tenuere moræ? quibus Hector ab oris
Expectate venis? vt te post multa tuorum
Funera, post varios hominumq;, vrbisq; labores
Defessi aspicimus? quæ causa indigna serenos
Fœdauit vultus? aut cur hæc vulnera cerno?
Ille nihil: nec me quærentem vana moratur.
Sed grauiter gemitus imo de pectore ducens:
Heu fuge, nate dea: teq; his (ait) eripe flāmis. HE.
Hostis habet muros: ruit alto a culmine Troia.
Sat patriæ, Priamoq; datum. si Pergama dextra
Defendi possent: etiam hac defensa fuissent.

SERVIVS.

¶Tempus erat quo prima quies) Hoc loco noctis describit initiū. Alibi totam noctem: vt Nox erat, & placidū carpebāt fessa soporē Corpora per terras. Descriptiones sane pro rerū qualitate vel tēduntur vel corripiūtur. Illo enim loco protentio ad inuidiā pertinet Didonis, aut vigiliarum. Sunt aūt solidę noctis partes ſm Varronē hę, vespera, conticinium, intempestiuum, gallicinium, lucifer. Diei: mane, ortus, meridies, occasus. De crepusculo vero, quod est dubia lux (nam creperum, dubiū est) quęrit̃. Et licet vtriq; tempori possit iungi, vsus tamen vt matutino iungamus, obtinuit: licet Lucanus dixerit, Lōga repercusso nituere crepuscula Phœbo. Manū vero vnde est mane, bonū dixere veteres. ¶Serpit.) Latēter membris infunditur. ¶In somnis.) Aut per somnos: aut si insomnis legeris, erit synęresis. ¶Ecce.) Hac particula vtimur quoties aliquid repentinū volumus indicare: vt, Ecce man⁹ iuuenē interea post terga reuinctā. ¶Visus adesse.) Bene visus: quia somnia vident̃ tantū, nō sunt naturaliter vera. Quod aūt paulo post dicit, Effer penetralibus ignē: cōfirmantis. Nā illud verum fuisse cōtendit. Raptatus.) Frequētatiuo vtitur, vt supra. ¶Bigis.) secūdū artē modo dixit: quæ exigit vt quę de pluribus constant, plurali tantum numero dicam⁹: vt bigas, quadrigas, mappas. Sed hæc plerunq; corrūpit authoritas, vt Horat. Nec sordida mappa. Item Statius, Rorifera gelidum tenuauerat aera biga. ¶Traiect⁹ lora.) Traiecta lora habēs. ¶Hei mihi) Ennij versus. ¶Exuuias indutus Achillis.) Celauit morte Patrocli ad laudis augmentum. Indutus autem accusatiuo iungit̃, vt hoc loco: & vt magis i vsu est, septimo, quo nūc vtimur. Exuuias aūt dicimus numero tātum plurali. ¶Phrygios ignes.) Flammas Troianas, qbus Protesilai nauis incēsa est. ¶Barbā.) Singulari numero hominū, plurali quadrupedū dicimus. Vnde dubitat̃ de quib⁹ dixerit, Stiriaq; impexis induruit horrida barbis. ¶Plurima muros.) Quia vt Homerus dicit, i Hectorē extinctum omnes tela iecerunt more maiorum. Vnde est, Bis sex thoraca petitum Perfossumq; locis. Propter duodecim populos Tusciæ. Duodecim enim Lucumones, qui reges sunt lingua Tuscorum, habebant. vnde est, Gens illi triplex populi sub gēte quaterni. ¶Vltro.) Quia ratio exigebat vt loqueretur Ille qui venerat. ¶Compellare.) Alloqui. ¶Spes o fidissima.) Bene per contrarium. Spes enim semper incerta in Hectore fidissima. ¶Expectate.) Antiptosis est, p expectatus. ¶Fœdauit.) Cruētauit vt Sanguine fœdātē. Et bene permāsit in trāslatione, qa supra dixerat, O lux. Ideo & serenos, & ideo fœdauit. Nam Sallustius de nubibus, Fœdauere lumen. ¶Ille nihil.) Scilicet ad interrogata, Pleraq; enim verba ex negocijs accipiūt significationē. ¶Vana.) Falsa. ¶Gemitus.) Nec enim paruus dolor est viro forti fortem virū fugā suadere. Et nota omnes suasorię partes hoc loco contineri. ¶Fuge nate dea.) Propositio est. ¶Eripe flammis.) Vtile His autem δεικτικῶς. ¶Sat patriæ, Priamoq; datum.) Honestum, nam contra fata venire constat neminem posse. ¶Etiam.) Multi distinguūt: vt sit adhuc: vt iam arma tenentem. Sed melius est, ēt hac: vt & particeps gloriæ sit Æneas, & Hector vitet superbiam. ¶Sacra suosq; tibi cōmendat Troia penates.) Necessarium, nam sacrilegium est non liberare cōmendatos penates. ¶Fatorum comites.) Possibile. Quia occurrebat, Hostis habet muros, dat ei comites deos. ¶Pererrato.) Vna pars orationis. Hoc autem verbo ostendit erroris longinquitatem.

Sacra, suosq; tibi commendat Troia penates.
Hos cape fatorum comites: his mœnia quære:
Magna pererrato statues quæ deniq; ponto.

DONATVS.

¶Tempus erat &c. (Ne crimē esset ipsius Æneæ q ipso dormiēte ciuitas interisset, iusta & multiplex pretenditur excusatio. omnes (inquit) quieto silentio tenebantur, & dormiebant. bene diceretur, si somno tātū & nō etiam vino viderētur oppressi, sed tamen Æneas asserit ea hora quietum fuisse, qua omnes animātiū genus reficit somnus, cuius initia tantum pōderis habent, tātaq; vi mentes opprimunt, vt oīum cogitationum cura summota altius sopiantur. cumq; sit somnus diuinum munus, & ad refectionem hoīum dijs volentibus attributum, crimen nō est, si cōcesso tempore dormiatur. ¶In somnis. e.a.o.m.h.Vi.ad.mi.lar.q.ef.fle.) Hic Virgilius tractat nō veras sed verisimiles imagines videri, cum aliquæ dormientibus offeruntur. idcirco dixit ex Æneæ persona visus adesse. quia Hector illi nō verus, neq; ipse q fuit, sed verisimilis visus est, icipit iā imaginatio ipsa, describit trista omnia atq; aduersa significās, mœstus (inquit) fuit, largosq; fletus videbatur effundere. ¶Vulneraq; illa gerens.) Gerens ad oīa pertinet, vt sit squallentem barbā gerens, & concretus sanguine crines gerens, vulneraq; illa gerens, vt etiā si nihil verbis nūtiasset, cōiectura colligeretur funesta portēdere, vtpote quæ essent victi, occisi, tristis, ac sordidi. ¶vltro flens. i.v.Com.vi.& mœ.ex.vo.) Ecce & hic asserit poeta nō veras esse imagines, sed verisimiles, quæ vidētur in somnis. deniq; non dixit Æneas, fleui, aut locutus sum, sed mihi visus sum flere vel loqui tristia sine dubio, quia talis persona videbatur adstare. ¶O lux dar. sp.o.fi.teu. Quę tā.te.mo.&c.) Errorem dormientis voluit poeta describere, vt quod optime nouerat quasi nescius interrogaret, deinde eo tempore, quo manifesto discrimine tenebatur, eo tempore, quo nō ad inanes fabulas, sed ad insinuandum interitum Troiæ & ad excitandum dormientem fuerat ventum, deniq;. Dum vana superfluaq; perquireret, nō ille ad interrogata respōdit, sed cur venisse videretur, ductis ex alto gemitibus expressit, qui tamē, vel ex qua causa fuerint ipsi gemit⁹, ipse in sequentibus euidenter ostēdit. Fugam qppe suadebat viro forti imago viri fortis, ciui optimo optimus ciuis. quod ipsum nō suaderet si superesset aliquid cui posset ope aliqua vel auxilio subueniri, denique mox consequitur causa, quæ omnem vim desperationis ostenderet, ipsaq; omnis stricta breuitate concluditur, vt periculum præsens & mox ineuitabile futurū vitari potuisset, ait enim. ¶Heu fuge nate dea, te.q.h.a.e.flā.) Scilicet nō venturis interiecto spatio tēporis, sed quæ in præsenti, & monstrari & videri potuissent. Recte autem cœpit a doloris signo dicēs. heu fuge. dolebat enim duo. Qui enim ad auxilium debuit hortari virum fortem magis dicebat fugiendum ei, & quod sic interierat totum, vt nō superesset aliquid, quod posset boni ciuis adiumēto fulciri, additur secunda desperatio. ¶Hostis habet muros.) Possedit hostis, vnde is reijci potuerat. Tertia desperatio. ¶Ruit alto a culmine Troia.) Hoc est concidit iam, cui poteras subuenire. hi igitur fuere gemitus admonētis q omnia in vnū mala nefariaq; conuenerant. Fuga (vt dictū est) in dicta viro forti, & interitus Troiani imperij. Verū ne desertæ patriæ genitalis incursurū se culpam arbitraretur Æneas, si id fecisset, augmentum plenissimæ desperationis adiungit, vt hunc modis oibus submoueret. Nulla est quippe si relinquatur, quod sic perijt, vt nulla possit opitulatiōe fulciri, quod ipsum vt apertius signaret, addidit. ¶Sat patriæ Priamoq; datū.) vt plenum venisse interitum demōstraret. ¶Si per.de.de.pos.e.h.d.f.) Quia poterat Æneas dicere auxiliabor captæ vrbi, ille præuenit: & ait, contra tantam vim humanā nihil posse virtutē. & subnexuit huius rei probationē. Si possent inquit, pergama humano auxilio cōmuniri, etiam, hoc est adhuc & mea potuit dextera defendi. Si, ergo pronunciandum est, vt dicamus, si pergama dextera defendi possent etiā. Sic enim & alio loco positum legimus, placido ne etiā pugnabis amori: hoc est adhuc ipso verbo hic quoq; vsus est, scilicet potuisse sua dextera defendi patriā, si ei adhuc incolumitas relinqueretur. Sacra suosq; tibi cōmēdat Troia penates, Hos cape fa.co.his mœ.quæ. Magna perer.sta.quę de.pon.) Ecce ostendit & fugiendum esse, & nō esse flagitium, si fugerit, cum ipsa patria defendi non possit, inducit Æneam velle liberari per fugā, & sacra, & deos, atq; eo magis petendā fugam, q constaret regnum illud ope hominis vlterius defendi non posse, quod nec dij sui tueri potuerūt, quantum autem Æneæ addatur ad meritum, ex hoc datur intelligi, cum illi sacra & deos suos intercepta Troia cōmendat, aut enim nimium religiosum probare voluit, aut ipsis religionibus cōseruandis aptissimum, aut dijs ipsis certe potiorem. Nullus enim cōmendatur, nisi qui sit eo cui cōmēdatur inferior. Hæc autē dicit sacra, & eos cōmemorat deos, quorum poeta in themate mentionem fecit, dicens, Inferretq; deos Latio, ecce etiam hic agitur causa fugituri, ne vllam ex eo cōtrahat culpam, suadet fugam imago viri fortis, suadet ipsa etiā patria, quæ in auxilium sui viri fortis animum debuit inuitare, datur fugituro deorum societas, omniumq; sacrorum, quid enim Æneas posset in ea causa, in qua dij ipsi nec suis nec sibi adesse potuerūt? Verum quia sacrorum & deorum debuit expressius ostendere rationem, a generalitate transit ad speciem dicens.

ASCENSIVS.

¶Tempus &c.) Docet quomodo ab Hectore excitat⁹ sit, & ad fugam faciendā admonitus: in qua re ingeniosus poeta, miro vtit̃ artificio: nam sic Æneā a proditione purgat, vt & fugā illi gloriosam faciat. Purgat̃ quidē a proditione, q cum cæteris, eadē fraude deceptus, somno indulgebat: & si quęrat̃ cur nō etiā cum cęteris perierit, respōdet, quia ab Hectore admonit⁹, exurrexit, & virtute, qua plurimū potuit, pręcipue ducēte deo, per tela, p hosteis euasit. Fugā autē inclytā facit, quia solus ad hoc a dijs electus est, vt deos & sacra per fugā seruet, vnde dicet Hector Sacra, suosq; tibi cōmendat Troia penates, Hos cape fatorū comites, his mœnia quere Magna, &c. Donatus aūt dicit sic. ¶Prima quies.) Excusatur Æneas, si somnū ea hora capiebat, qua omnia animātia reficit somnus: cuius initia tm̄ ponderis habēt: & tanta vi mētes opprimunt, vt omni cura submota, altius soporent̃: & cum munus deorū, sit somnus ad refectionē nobis datū, crimen nō est, si concesso tēpore dormiat̃. Visus adesse.) Ostendit poeta, non vera, sed verisimiles imagines videri cum dormiētibus afferunt̃. Ex mœrore aūt, & squallore imaginis, etiā si nihil verbis nūciasset, cōiectura colligeret̃, funesta portendere videbat̃. Et hic ostendit imagines nō esse veras. ¶O lux.) Errorē describit dormiētis vt quod optime norat, quasi nescius interrogaret. ¶Heu fuge.) Viro forti fugā suadet, quam nō suaderet, si superesset aliquid cui posset subueniri. Mox subnectit causam quæ omnē vim desperationis cōtinet. Heu fuge: incipit recte a doloris signo. Dolebat. n. q qui debebat hortari ad auxilium, fugā suaderet viro forti. Et q sic interierat tota res vt nihil superesset quod auxilio fulciri posset. ¶Hostis ha.mu.) secunda desperatio. ¶Muros.) Quibus se tutari potuisset. ¶Ruit al.a.c.T.) Tertia desperatio. i. cōcidit iā cui potestas subuenerat. ¶Sat patriæ P.q;.d.) Vt Priamo venisse interitū denotaret. ¶Si pergama d.) q.d. contra tantā vim nihil valere humanam virtutē: & probat q si possent defendi, defensa fuissent. ¶Hac.) s. mea. ¶Sacra.) Quasi dicat non est ergo flagitiū q fugiat: cum patria suos deos fuga liberandos velit. Nimium etiam religiosum probare voluit, cum ipsis religionibus conseruandis sit aptissimus, aut etiam dijs potiorem. Nullus enim commendatur inferiori. De his dijs meminit in themate: Inferretq; deos Latio.

Omni

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omni ergo culpa vacat fugiturus:si fugã suadet imago viri fortis,& patria cõcedit fugã:& deorũ , sacrorumq; societas.¶ Fatorũ co.)Aduuabũt tua fata,cum tui comites fuerint,Quid enim potuit Æneas , si dij ipsi nõ potuerunt:¶ Magna.)Quia magni sunt dñi,& proponit spem futuri tẽporis,vt sit toleratio presentis calamitatis.¶ Pererrato põto)Vt ostẽderet se vera insinuare,prædixit prosperа & his laboriosa addit. Ordo. ¶Ordo est. Tempus erat.i.cũ vrbem inuaderent Græci quo,prima quies.i.quieta dormitio:incipit mortalibus egris.i.imbecillibus,qui cõtinuas vigilias perfere nõ possunt,sed alterna requie refocillãdi sunt.& serpit.i.molliter diffundit per mẽbra:dono.i.beneficio,diuũ.i.deorũ:existens gratissima.i.cõmodissima,& acceptissima:& ecce.q.d.ex insperato:& improuiso : vtpote in somnis.i.dum dormirẽ & somnũ caperem,Hector mœstissimus, visus est adesse mihi ante oculos,& effundere largos fletus raptatus.i.frequẽter tractus,bigis.i.curru biugis equis ducto:vt quõdã.i.vt dudum, aut pauloante raptus fuerat.(In ea enim specie apparẽt qui nosci cupiunt in qua notissimi sunt. Sed etiã ad rem physicã alludit : quia terribilia,ac dira aspectu in somnis occurrere solẽt, & terrore quodã excutere:quos prius exterruerãt)raptatus ergo bigis vt quõdã : & aterpuluere cruento.i.perfusus puluere intermisto atro cruore : & traiectus lora,i.habẽs lora traiecta,per pedes tumẽteis.i.inflatos propter lora.Hei mihi : dolentis est,qualis erat.f.Hector tunc,& quantũ mutatus ab illo Hectore.i.a specie illius Hectoris,vn⁹.n. erat q redit indutus exuuias.i.manubias,aut superiora indumẽta quę tunicæ armorũ,hoc est,insigniũ,vulgo dicuntur Achillis (non tũ quibus Achillẽ,sed quibus Patroclum exuerat, quod tacet poeta ex precepto rhetorico,quo precipimur ea,quę ad laudem sunt dicere,supprimẽtes quę laudẽ nostrã imminuant.Hoc autẽ(teste Homero)habet historia cũ Græci ingentia spolia diuiderẽt,& Agamemnoni, Chryseis filia,sacerdotis Apollinis obueniret , & Achilli Briseis venit ad Agamẽnona in sacerdotali habitu pater filiã deo authore repetens:quã negatã primũ, postea immissa pestilẽtia coactus est restituere quidẽ Agamemnon:sed Briseida Achilli præcipuo eius violẽtiæ authori abstulit sibi:quo facto indignat⁹ abstinuit bello,eo⁹q; cessante Græci passim fusi sunt, nec ausi sunt cum Troianis cõcurrere,præcipue cũ Hectore:donec Patroclus socius & amicus Achillis , qui cũ eo sub Chirone eruditus fuerat, impetratis armis Achillis Hectori iampridẽ nostissimis Troianã pubem fugaret , quasi iã Achilles iterũ in bellũ redierit:quo viso,Hector eo animo quo in Achillẽ sæpe cõcurrerat,misilit,& victũ spoliat:spolnsq; quasi fœuissimi hostis indutus ingreditur in ciuitatẽ, vbi miro applausu ab oibus exceptus est: eo aũt facto,summopere indignatus Achilles, nõ potuit noctẽ il lam quietcere appetẽs vindictæ:sed grauiter conquestus,postridie in arma prolilit : vnde luuena. Patitur noctẽ lugentis amicũ Peliadæ.Legendum aũt videtur mihi quidem : qui exuuias redẽt indutus Achillis:nam legendo,qui redit exuuias, ponitur tẽpus pro tempore:& legẽdo quia exuuias redẽt indutus , producitur vltima in verbo redĩt , syncopæ gratia)vt qui redĩt iaculatus.i. postq; iaculatus erat:ignes Phrygios.i. Troianos:puppibus.i.in puppes:Danaum.i.Græcorũ.(precipue Protesilai,qui primus in littus Phrygiũ descendit, & interfectus est ab Hectore:eiusq; nauis incensa:& si tunc Hector in cæteras perrexisset totam classem exuisset.)gerẽs barbam squallentẽ.i.situ obsitã,& immundã, & crines.i.capillos cõcretos languine:& gerens illa vulnera quę accepit,pro acceperat.plurima circum muros patrios.i.patrię suę, Troiæ videlicet. Ipse.i.ego flẽs videbar(ergo visio,nõ res gesta) vltro.i.priusq; me alloqueretur:cõpellare.i.alloqui cum quadã dignitate:virum.i.quẽ viuentem putabã:vnde illud ad somniãtem referẽ : & expromere.i.proferre ex pectore voces mœstas.i. mœstitiæ indices : o lux Dardaniæ.i.Troiæ a Dardano nobilitatę,o fidissima spes Teucrũ.i.Teucrorũ hoc est , a Teucro ortorũ: quę tantę morę tenuere,sup.te:o Hector expectate.i. diu desyderate,& expectate ab qbus oris.i.regionibus venis : vt nos defessi aspicimus te post multa funera tuorũ,& post varios labores hominum,& vrbis,q causa indigna.f.viro forti & bono:fœdauit.i. deturpauit vultus serenos.i.alioqui serenos aut cur cerno hæc vulnera?(Loquitẽr ergo,quasi somniãs,& immemor eorũ quę sciuerat:nam nõnunq; mortui occurrunt somniãtibus,quasi viuerent:quod ergo prius dixit, Vulneraq; illa gerẽs , &c.nũc quęrit vnde sint ea vulnera:nõ est cõtrariũ:nam prius dixit Hectora talem occurrisse,qualẽ ante somnũ.& post somnum nouerat : nũc vero recitat qualẽ phantasiã somnians de eo habuerat:oblitus.f. mortis,& vulnerũ eius.)Ille.i.Hector:nihil , sup.respõdit ad hęc, nec moratur me querentẽ vana,hoc est , quę nõ somnians norã sed ipse ducens grauiter gemitus de imo pectore(quia , vt dicẽ in.vj.eadẽ affectio manet defunctis quę fuerat viuis:vnde dicit, Quę gratia currũ,Armorũq; fuit viuis,quę cura nitẽteis Pascere equos , eadẽ sequiẽ Tellure repostos.)ait heu,o nate dea, fuge & eripe te his flammis:hostis habet muros:Troia ruit.i.præceps cadit ab alto culmine:sat patrię datũ, sup.est Priamoq;.q.d.noli scilicitus esse vt Priamo patriã salues, quia parũ victurus est : ea.nocte interimendus erat:occurrit ergo ei quod dicere potuisset Æneas,atqui,vis ne fugiã,& socerũ deserã, patriãq; prostituã:ad quod Hector:sat patriæ datũ est Priamoq;:qui iamiã moriturus est:noli ergo solicitus esse:quia fata vetãt:nolentiq; patriã defendi.Quia tñ hoc ordine dixisset poeta:Satq; datũ patriæ & Priamo est,ordo videtur melior,vt sit,Sat datum.i.indultũ est a nobis patrię & Priamo.Nam si Pergama.i.mœnia Troiana possent defendi dextra.i.virtute bellica.i.viri fortis:fuissent defensa etiã hac.i. mea:nõ solũ tua:& ita participẽ gloriæ facit Æneã q Æneas qua si ab alio prolatũ citra arrogantiã recitat:nõ dicam tũ , hac.i.tua: quia hic,hęc,hoc,ad primã personã spectant , etiã melior est sententia:propter coniunctionẽ, etiã:quia ergo defendi nõ possunt nolẽtibus fatis:nec est te præstãtior alter, Troia cõmendat tibi.i. fidei tuæ:sua sacra,& suos penates.i.deos domesticos,& peculiares:cape hos comites fatorũ.i.adiutores rerum per fata tibi receptarum:& quere his.f.penatibus magna mœnia quæ in Italia cõstituit:quæ tu statues:deniq;.i.tandem(per quod innuit longos eius errores)põto.i.mari pererrato, quia dictũ est,Maria omnia circũ erranteis, &c. De penatibus autẽ dicit Landinus sic:Suos,re ctę suos. Nam si illos ex Samothracia in Phrygiam transportauit Dardanus & vt addam aliquid ad ea quę in superioribus dixi de penatibus,refert Dio. Penates q in Græcã linguã transferũt alios patrios:alios Genethliostalios Ethesios:alios Mychios, quasi Arcanos,alios Ercios,fortasse q; in occulto concluși essent,appellatę. De figura aũt & forma eorũ,refert Timæus historicus, Lituos ferreos,& æneos,& Troianũ eas quoddã ficțile esse,ea quæ in occultis & reconditis Lauini iacent sacra . Dionysius autẽ scribit,se Romæ vidisse templum,apprime tenebrosum : neq; tamen magnum,in quo sita sunt deorũ Troianorũ simulachra, quæ inscriptionem habebãt. Dii penates. Sunt aũt duo adolescentes qui sedent,pila tenentes,militari habitu. Refert idẽ Diony. constructa iam Alba translatos fuisse Lauinio Albã, deos ipsos quos Æneas ex Troia aduectos illic collocarat. Verum sequẽti nocte, quãuis clauso tẽplo ad suas Lauinias sedes redisse, atq; secundo Albã reportatos,secundo quoq; Lauinũ redisse . Quapropter illos, illic relinqui placuit , missis Alba sexcẽtis cũ duce Egesto qui Lauinii habitantes sacra curarẽt. Beroal. aũt in Seruiũ dicit sic:authoritatem Seruii , eruditorũ refellit authoritas:nãq; barba quadrupedum in singulari numero apud idoneos reperitur. Hora.in primo sermonũ:Vtq; lupi barbam variæ cum dente colubræ,&c.

PIERIVS.

¶Largosq; effundere fletus.)In Mediceo codice,refundere,legitur:sed effundere,acceptius. Quinetiam nõnulli codices fluctus, habent:sed nulli fletus,nõ castior lectio videtur.¶ Exuuias induitus Achilli.)In antiquis exemplaribus Achillis habetur,recta declinatione:nõ enim hic ὁμοιοτέλευτον, illud Seruianũ timendum est. Suntq; aliquot exẽplaria,in quibus exuuiis, legatur septimo casu:vtrũq; Latinũ est.sed exuuias, quarto casu placere magis vi deo eruditis viris. Demũ & inductus , ab induco , in peruetustis aliquot exẽplaribus habeẽ. Sanè scriptũ ab Augusto Trãquillus alt:si mane sibi finister calceus pro dextro induceretur : & apud Plinii Diuus Augustus prodidit sibi calceũ prępostere indutũ: placet tũ indutus , ab induo, vt vulgo habeẽ.¶ O lux Dardaniæ.) In antiquis aliquot codicibus legere est,Dardanidũ. Tametsi nõ nescimus ex Mnasea Dardaniam regionem appellatã : quæ Teucris prius vocabatur.Dardanus porro Troadis oppidum est Stephano.¶ Spes o fidissima.)Vt prẽteream quod in antiquis codicibus scriptum est ex instituto Augusti, Spes o fidissima . illud me magis mouet : quod in vetustissimo quodã codice literis ąpter vetustatẽ codicis difficile est discernere vtrum fortissima , an fidissima sit adscriptũ. Sed enim vt firmissima nõ improbarim ita fortissima, nunq; admiserim, decenter enim spes aut firma, aut fida ponitur.¶ Ruit alto a culmine Troia.)In Mediceo codi. nõ est a prępositio : sed supra alto, ab κατὰ παράφρασιν notatum. vulgata tamẽ lectio,quę est, Alto a culmine,satis pluribus facere videtur.¶ Pererrato statues quæ deniq; ponto.)In codice Longobardico,& aliquot aliis,qui,nõ quæ,legitur:vt sit:Qui deniq; statues ea magna pererrato ponto:sed enim magis placet , quod in vulgatis habetur exemplaribus:quæ mœnia.

Seruius.

SERVIVS.

¶Vestam.)Deam ignis, quæ vt supra diximus , Terra est. ¶Diuerso interea.) Hæc est œconomia. Ait enim Æneã non fuisse proditorẽ,sed propter longinquitatem domus & tarde bella cognouisse,& facilius euitasse discrimẽ.¶ Magis atq; magis)Iteratione seruonis fecit augmentum , ac si diceret, magis ac plus : sed propter metrum nõ potuit. sic etiam & in diminutione, veluti sic dicat:& minus atq; minus,& vt pro vtcũq;.¶ Anchisæ domus.)Satis religiose locis omnibus quandiu vixit Anchises,ei vniuersa cessit : vt alio loco , Et pater Anchises dare fatis vela iubebat.¶ Arboribusq; obtecta.) Laus domus.¶ Recessit)A frequentia se remouit. & est speciosa translatio , quoties rei mobilis ad immobilem , vel ecõtra transfertur officium. ¶Ingruit)Inuadit:vt, Ingruit Æneas Italis,& prælia miscet. ¶Excutior somno.)Vt tappareat terroris esse , non satietatis.¶ Arrectis auribus.) Translatio ab animalibus.¶ Flumine.)Fluxu,vt Humectat flumine vultum. ¶Torrens.)Fluuius qui æstate siccatur : vnde & nomen accepit. Cui Græci per contrarium dedere vocabulum. Nam χείμαρρον dixerunt a tempore quo crescit:sicut æquinoctiũ ἰσημερίον.¶ Præcipitesq; trahit syluas.)Hoc speciale fluuiũ est : supra dicta vero etiam ignis.¶ Insciius.) Non ignarus. Nam videt:sed qui non valde sit causarum peritus,ideśt simplex. Saxi de vertice.)Pro montis. Contra in sexto, montem pro saxo posuit,vt , Prensantemq; vncis manibus capita aspera montis.¶ Manifesta fides.)Nõ somniũ,vt quidam volunt,sed fraudis Græcorum. Nam & hoc sequitur.¶ Danaũq; patescũt insidiæ.¶ Deiphobi.)Quia ipse post mortem Paridis Helenam duxit vxorem.¶ Proximus ardet Vcalegon.)Rem domus ad personam trãstulit, & est τὸ σύνολον , vt Mantua væ miseræ nimiũ vicina Cremonę.¶ Sigea.)Duo sunt Troię promontoria , Rœtheum & Sigæum , quod dictum est propter Herculis taciturnitatem , qui prohibitus hospitio simulauit abscessum , & inde contra Troiam per silentium venit , quod dicitur σιγῆι.¶ Freta lata relucent.)Incendij magnitudinem voluit significare:non hoc describere. Lata autem ideo,quia se angustiæ Pontici oris illic dilatant:vt Sallustius dicit.¶ Clangor.)Græcum est. Nam κλαγγὴ dicitur. Illud sanè sciendum est, quia morem tetigit expugnationis . Plerunq; enim ad tubam euertunt ciuitates:sicut Albam Tullus Hostilius iussit euerti.¶ Amens.)Qui nec somniis credidit,nec rebus aspectis.¶ Bello.)Ad bellum.¶ Furor, iraq; mentem præcipitãt.)Potest quidem specialiter accipi, ideśt mentem meam furor & ira præcipitauerunt:sed melius est generaliter,Non mirum est me arma cepisse sine ratione:furor enim: & ira mentem præcipitant.

DONATVS.

¶Sic ait , & ma.vit.Vest.cp po.Æ.q; ad.ef.p.ig.)Sacra dixit quæ ad consecrationẽ pertinebant,vittas scilicet, & æternum ignem, deos dixit penates & Vestam ipsam . hos cape fatorum comites, qui cõmendaẽ alicuius meriti debet ostendi, vt ipse quoq; monstretur profuturus ei, cuius auxiliũ senserit. Iccirco ait. hos cape fatorũ comites. adiuuabũt,inquit,fata tua.cum tui comites fuerint,hic mœnia quęre magna,magni sunt,inquit , magnũ debes parare,hoc cum dicit, spem maximã futuri temporis pollicetur, vt calamitatis præsentis incõmodum,venturæ prosperitatis vtilitate pensetur. His ait,statues mœnia hoc est perficies.pererrato ponto,vt ostẽderet vera se insinuare,prædixit prosperа,& his laboriosa coniunxit.¶ Diuerso interea &c.)Complexus,inquit,ad monitionibus Hectoris,malorum omnium vis diuersis generibus cumulata est.nunciabantur quippe cædes , & educto tragore armorum,& lamentabilibus vocibus , Incendia vero ingruere significabant ingruentes æstus, quorum iam pulsabar ardoris

Sic ait:& manibus vittas,Vestãq; potẽtẽ, ÆNE.
Æternumq; adytis effert penetralibus ignem.
Diuerso interea miscentur mœnia luctu:
Et magis,atq; magis(quanquam secreta parentis
Anchisæ domus,arboribusq; obtecta recessit)
Clarescunt sonitus:armorumq; ingruit horror.
Excutior somno:& summi fastigia tecti
Ascensu supero:atq; arrectis auribus asto.
In segetem veluti cum flamma furentibus austris
Incidit:aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros:sternit sata læta,boumq; labores:
Præcipitesq; trahit syluas.stupet inscius alto
Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.
Tum vero manifesta fides:Danaumq; patescunt
Insidiæ.iam Deiphobi dedit ampla ruinam
Vulcano superante domus:iam proximus ardet
Vcalegon:Sygæa igni freta lata relucent.
Exoritur clamorq; virum,clangorq; tubarum.
Arma amens capio:nec sat rationis in armis:
Sed glomerare manum bello,& concurrere in arcem
Cum sociis ardent animi:furor,iraq; mentem
Præcipitant:pulchrumq; mori succurrit in armis.

bus, nunc illud saltẽ profuit, quod domus patris mei longius fuerat submota.¶ Excutior somno.)Nõ dixit expergefactus sum , hoc enim aut ex satietate somni contingit, aut de trãquillitate animi ac securitate mentis potest prouenire,quies ergo dormientis abrupta est.¶ Et summi fasti.te. Asc.su.at.ar.au.a.) Volui,inquit,quid causę esset explorare de summo.ascẽsu igitur meo superaui summum tectum,& attẽtis auribus singula cœpi captare,cõprehendere.f.ex alto , quæ videri per incendia possent , vel audiendo cognosci.mittit similitudinem, vt ostẽdat quemadmodũ ciuitas ardebat , vel quẽadmodũ strepitus,vel clamores diuersi veniebant ad aures eius.comparãs sibi pastorem , segetes vero ardẽtes incensę patriæ,maiorem vim maiori violentiæ,furẽtes austros sequiẽtibus Græcis.Iccirco ait.¶ Tum vero ma.fi.da. q; pa.Insi.)Tũc,inquit,incertos & dubijs recedentibus manifesta veritas patuit.tunc Græcorum insidiæ dominantibus iam malis nostris euidentissime claruerunt.narratis interea,quæ auribus acceperat , incipit referre quod pertinebat ad visum.¶ Iam Deiphobi d.a.rui.Vulcano superante do.ia.pro.a.Vcalegon,si.i.f.la.rel.)Iam, inquit , ardebat quicquid nostris parietibus proximum fuit.Deiphobi & Vcalegonis domus & iam funestis incendijs patriæ illuminatũ fuerat mare.¶ Exoritur cla.q; vi.cl.q; tu.)Eo pertinet , quia dixit, Tum vero manifesta fides,Danaumq; patescunt Insidiæ. Tantũ quippe profecerant Græcorum doli,vt nihil iam superesset,quod occulte molirentur, vsq; adeo vt nec clamare metuerent , nec suorum animos tubarũ clangoribus excitare . Videamus hic qualis Æneæ tractatus inducatur, cui imago Hectoris fugiendum esse dixerat, & cuius affectibus interitus patriæ subiacebat . Audito, inquit, tubarũ clangore , & aperto excidio ciuitatis accensus nõ fugi.vt Hectori visum est,sed, Arma amens capio.hoc est omnibus aduersis mente turbata nõ in fugam sed in arma conuersus sum.¶ Nec sat ra.in a.Sed glomerare m.b.& co.in a.Cũ so,ar.a.) Non.n.inquit,integram mentis intentionem habere potui, quę tubarum.f.hostilium clangor, & excidium patriæ genitalis accẽderat. Secutus igitur,quod amat,armatus,& dimisso tutiore consilio,quod amentia confuderat ardente patria , ipse quoq; ardebam furore bellandi, vtq; adeo vt glomeratã sociorum manum quærerẽ bello,vt si fieri potuisset,arcem saltem tueremur ab hostibus.¶ Furor iraq; mentem præcipitãt.)Iracundia,inquit, & furor consilio deficiente mentẽ præcipitabant,hoc est,nõ quo voslebam impellebar,sed quo vellet amentia. Hoc loco egregie potius,mentẽ præcipitãt.quicquid.n.præcipitãter vrgetur maiore impulsu,nõ quo voluerit,sed in eam partem cadit,in quã ruinæ pondus adduxerit.¶ Pulchrumq; mori succurrit in armis . quia victoriæ conquirendæ nõ fuerat spes,non vt vincerem, ferebar in bellum,sed armatus volui mori,& interire cum patria.

ASCENSIVS.

¶Sic ait,&c.)Docet quæ reliqua subsecuta sint:& quomodo excussius somno in arma ruit:vnde Dona.¶ Excutior.)Nõ dicit, expergiscor:quod esset aut ex satietate somni,aut animi trãquillitate.¶ Quies ergo dormientis abrupta est.¶ Et summi f.t. Al.supero.)Vt posset vel videdo per flãmas,vel audiẽdo cuncta percipere.¶ Iam Deiphobi.)Narratis quæ audierat , ponit quæ videbat. ¶Exoritur c.q;.u.)Eo pertinet, quia dixit : Tum vero manifesta fides,Danaũq; patescunt insidiæ, quãtus aũt fuit affectus Æneæ, qui nec somnio Hectoris admonitus,neq; manifesta captiuitate vrbis deterritus arma cepit:¶ Amens.)Omnibus aduersis,mente turbata,nõ in fugam,sed in arma cõuertitur, & querit manũ sociorũ quibus arcẽ amissis iam mœnib.defendat.¶ Furor iraq;.) Optime posuit:quidquid enim præcipitanter vrgeẽ,nõ quo anis

Universidad de Deusto Biblioteca

mus voluit, sed in eam partē cadit, in qua ruinæ pōdus adduxit. ¶Pulchrumq; mori.)Nō erat spes victoriæ: sed armatus, q̄ inermis pulchrā mortē ignominiosæ vitæ præponebat. ¶Ordo est, Hector ait sic:& effert manibus.s.suis:vittas,idest redimicula crinium deæ:& Vestā.s.deam potentē:q;pro.i.effert æternū ignem quia Vesta est purus & inextinguibilis ignis:adytis.i.sacrarijs,sine aditu & accessu:penetralibus.i.penitus intrabilib.a sacerdote summo:aut quæ adytus prius nunc penetralia fiebāt.Mœnia miscent interea diuerso luctu, & sonitus clarescunt.i.clarius audiri incipiunt,magis & magis:& horror.i.horribilis concussio armorum:ingruit.i.increpat aurib.meis, magis: atq; magis q̄uis domus Anchisę parētis.i.patris mei:recessit.i.longe posita sit:secreta.i.in secreto loco:& obtecta arborib.quæ res effecit, vt nō tam cito obrueretur Æneas:sed haberet se armādi,& patrē exportandi cum filio & coniuge spatiū:ego excutior,i.violēter deturbor somno quā rem res incōmoda sequi solet:& supero ascēsu fastigia.i.culmina summi tecti: atq; asto aurib' arrectis.vt melius.s. audiā quod a feris tractū est:&.sup.accipio sonitū,veluti cum flāma incidit in segetē.s.maturā:austris.i.ventis illis violētis:furentibus.i.magnū impetū,vt furiosi solent:faciētibus, aut cū torrēs rapidus.i.omnia secū rapiēs, flumine montano.i.amne de mōte precipitanter defluēte, sternit agros,& sternit sata.i.lætas herbas habentia,& agricolā ob spem amplę messis lętificantia:& labores boum.i.fructus multi cultus & laboris: & trahit syluas præcipites.i.prȩcipitanter cū impetu detractas.ipse inscius.i.nescius causę:quia nec ignē nouit immissum:nec amnem ita auctū cum pluuia vehemēs sæpe in vicino fiat,atq; apud nos nulla:ipse ergo inscius,vnde talis sonitus generetur,stupet:accipiēs sonitū de vertice saxi.i.rupis,aut scopuli.Fides.i.fidelitas Danaum.i.Grȩcorū, quæ nulla est:hoc est, perfidia eorū est manifesta.s.mihi:tum vero.i.prȩcipue,tunc cū iam periculū videretur:sed in animū integrū nō potuit prius tantū fraudis cadere:&.pro.i.insidiȩ Danaū: patescunt.i.per se patefiunt,tūc præcipue: domus Deiphobi, filij Priami, cui Helena nupserat:& ita domus eius ferē prima petita est:ampla.i.magnifica, dedit iam ruinā:Vulcano.i.igni:superante.i.vincēte.& inuoluente eam:& Vcalegon proximus.i.domus Vcalegonis, quæ proxima erat:ardet iam.s.cū domus Deiphobi ceciderat:freta.i.maria:Sigæa.i.in quæ Sigæum promontorium declinat:relucēt lata.i.late:aut relucendo apparēt lata:igni.i.per ignē:& clamor virū,& clangor tubarū exoritur: & ego amens.i. sine mente,& prudentia,qui sperabā armis posse quidquā cōmodi adferre:capio arma:nec sat ratiōis in armis, sup.erat mihi,hoc est,ex amentia quadā cepi arma:nec cum iam armatus essem,adhuc furorem depoiueram:sed animi ardent.i.ardenter cupiunt: glomerare.i.cōserere manum bello:& cōcurrere in arcem.i.vbi res sacræ erant:cum socijs:aut domesticis: aut quos illuc cōcurrisse nō dubitabat,aut concurrere e vicino videbat: furor,& ira præcipitāt.i.præcipitanter obruunt, mentē.i.exardesco furore Martio.& succurrit.i.in mentem venit:pulchrū,sup.esse mori in armis.i.in ipsa pugna, & bellico actu.Donat' tamē legit quasi sit inermis,hoc ordine:& succurrit inermis mori, idest et inermes mori,pulchrū esse:mallē tamen legere,in armis, diuisis dictionibus:iuxta quod dictū est in.j.huius.O terq; quaterq; beati, Quis ante ora patrū Troiæ sub mœnibus altis Contingit oppetere.

PIERIVS.

¶Clarescunt sonitus.)In antiquissimo codice legere est, concrescunt sonitus,superaddita etiam paraphrasi,spissantur. Crescere enim & concrescere de sonitu,non sine horrore dici potest. Hic vero non clamores tantū:sed & armorum concursationes,& corruentium ædium fragores audiebantur: vt opus esse videatur verbo plenius aliquid resonante.¶Iam proximus ardet Vcalegon.)Nequis dicat nos super antiqua scriptione curiosos nimis si proxumus,in antiquis codi.scribi diximus:Apud Carisium quoq; ita scriptum inuenimus antiquo codice. Vbi locum citat Crispi.ex.iij.vnde Virgilius locū desumpserit,non tu scis,siquas ædis ignis cepit acriter,haud facile sunt defensu, quin & comburantur proxumæ.

SERVIVS.

¶Arcis Phœbiq; sacerdos.) Aut subrogatū intelligimus: aut(quod meli' est)morē Romanū tetigit.In Capitolio.n. oium deorū simulachra colebant.¶Sacra manu.)Hoc est propter quod supra ait.Sacra suosq; tibi cōmendat Troia penates.¶Victosq; deos)Qui egebāt sacerdotis auxilio. Simul & Æneę excusat abscessus.¶Ipse trahit.)Septima syllepsis. Trahit.n.licet nepotis tantū sit, tn̄ & superiora concludit.¶Cursu.)Legit & cursum.¶Ad limina.)Æneę & religio laudat, & virtus.¶Quo res summa loco Panthu?)Admirantis est:nō interrogātis. Et Pāthu vocatiuus est.¶Res summa.)Respublica. Quam prendimus arcē? Cum tu eā relinquas.Nō.n.plures erant arces.Vnde admirantis est,Et notanda simul orationis breuitas, quæ in periculis congruit. ¶Dardaniæ.Troiæ:aut a Dardano Iouis & Electrę filio:aut secundum Sallustium,a rege Dardanorum Mida, qui Phrygiā tenuit. ¶Ferus Iuppiter.Summæ necessitatis est, cum etiam sacerdos in cōuitia ruit deorū:quod seruat Virgilius ne vnq̄ tradat Æneæ. ¶Ferus.)Inuidiose dictum est: nam æquus est omnibus,vt, Rex Iuppiter omnibus idem. Hinc & paulo post, Ipse deos in Dardana suscitat arma, Hoc est qui æqualis esse consueuit.¶Medijs in mœnibus.)Vbi arx fuerat.¶Astans.)Pro stans:& est Prothesis. ¶Victor.)Propositi effector:vt,Rapidusq; rotis insistere victor. ¶Miscet.)Scilicet cædibus.¶Bipatentibus adsunt.)Quia geminæ sunt portæ.¶Millia.)Subaudi tot & ἀνακόλουθον. Nam dixit quod,cum non præmiserit tot.¶Angusta viarum.)Vicos:vt est, Et strata viarum.¶Ferri acies.)Bene addidit ferri, quia homonymum est acies.¶Stricta.)Nuda.Vnde & destringere dicimus. ¶Cæco Marte.)Aut nocturno prælio aut epitheton Martis est, cuius exitus semper incertus est.

Ecce autem telis Panthus elapsus Achiuum,
Panthus Otriades,arcis,Phœbiq; sacerdos,
Sacra manu,victosq; deos,paruumq; nepotem
Ipse trahit:cursuq; amens ad littora tendit.
Quo res summa loco Panthu? quā prendimus arcē?
Vix ea fatus eram:gemitu cum talia reddit.
Venit summa dies,& ineluctabile tēpus PANT.
Dardaniæ:fuimus Troes:fuit Ilium:& ingens
Gloria Teucrorum:ferus omnia Iuppiter Argos
Transtulit:incensa Danai dominantur in vrbe:
Arduus armatos medijs in mœnibus astans
Fundit equus:victorq; Sinon incendia miscet
Insultans portis alij bipatentibus adsunt,
Millia quot magnis nunq̄ venere Mycenis,
Obsedere alij telis angusta viarum
Oppositi.stat ferri acies mucrone corusco
Stricta,parata neci,vix primi prælia tentant
Portarum vigiles:& cæco Marte resistunt.

DONATVS.

¶Ecce autē telis Panthus elapsus Achiuū &c.)Ego inquit, animo ardebā vt collectis q̄ plurimis vel arcē defenderē, sed iā etiā ipsa fuerat capta.i. denicq; Pāthus arcis eiusdē sacerdos & Phœbi, violētia instantis periculi præsentis exclusus,repēte apparuit. & licet telis hostilibus fuisset elapsus, quia tātæ fuit pietatis ac religionis,officij sui ēt in vltimo discrimine nō est immemor factus. nā secū auexerat omnia,quę in illa arce colebant. portabat quippe suis manibus sacra,portabat & deos victos, vt ostēderet humanum auxiliū aduersus eā vim non fuisse necessarium. cui ipsi quoq; dij pro se resistere nō quiuerūt.Paruūq; nepotē ipse trahit.qm̄ fugientis passibus nō valebat occurrere,trahebat.cursuq; amens ad limina tendit.tutis exclusis ad non tuta cōfugiens,plenā testabatur amentiā,cum eo fugiēs curreret,vbi cū ipsis dijs potuisset incēdi.¶Quo res su.lo.Panthu?qu.pr.ar.) Interrogatio breuis pro ratione temporis sumpta, quæsita etiā pro persona fugientis, q se ac deos ac nepotē hostili violētię subtrahere cupiebat,pro eius quoq; persona, q aduersa licet celeriter volebat audire, ait ergo, Quo res summa loco Panthu?summa rerum malarū vel bonarū,cōcinna definitio,quia celerius exprimi possint aduersa,vel prospera.quam prēdimus arcē?arx est secunda defensio,inuenta iccirco,vt euictis muris ipsa succedat, recte ergo quæsitū est,quā prendimus arcē, videbat.n.fugientē Panthū ab arce cū ipsis dijs euidēter exclusum, & sciebat nullam esse aliā præter ipsam.nouerat quoq; ex insinuatione præterita Hectoris,hostili multitudine iā muros esse possessos.¶Vix ea fatus eram,ge.q.t.re.Venit summa dies.)Mirā in respondēdo celeritatem posuit, extitisse pro ratione temporis supradicta, & pro ratione personarū fugientis.s.& audire cupientis,antequam interrogationi

terrogationi meæ finē feci. ille misto verbis gemitu talia reddidit.Cum propositionibus oibus respōderi cōueniat, hoc vel maxime loco prędicāda vehemēter est poetę nostri artificiosa subtilitas.ijsdem.n.verbis eadēq; breuitate & instruxit insciū, & quæ summa esset rerum,plene perdocuit.Ille dixit,quo res summa loco, hic dixit venit summa dies.¶Et ineluctabile tēpus dar.)Hoc est,quod luctādo superari nō possit. Venit, bis accipiendū est,vt sit venit dies,venit tempus.¶Fuimus Troes &c.)Interijt, inquit, totū quicquid apud nos fuit. Expressa rerū summa incipit dicere quid gerat,vel quid viderit,q̄uis & hoc possit ad summā rerū pertinere.¶Ferus omnia Iuppiter Ar.tr.)Ferus Iuppiter moraliter positū.In aduersis.n.nimio malo, vel certe vt putamus iniusta ex causa cōmoti, etiā deos male tractamus. vnde ergo ferus, ipse ostēdit dicens,oia quę apud nos fuerāt lęta,transtulit in Grecos,& sic nos nimia feritate prostrauit, vt cui noceret postea nō haberet,nullis.s.reseruatis.Argos omnia trāstulit,hoc est,felicitatem iliensem Argos transtulit.Argos nō ad Argos quasi ad Græcos,sed ad ciuitatē quę Argos diceretur.¶Incensa Danai d.in u.) Nō pugnāt adhuc Gręci, sed securi de victoria dominant vtpote ardente vniuersa ciuitate. Arduus armatos m.in m.a.Fun.e.)Magna perturbati hois & metuētis prosecutio. cum enim iā equus fudisset armatos, omissis rebus perfectis, quasi adhuc gererent, quę trāsierāt,fundit,inqt,nō fudit,modus.n.imperfectus maiorem terrorē facit.ordinat aūt sensus sic, arduus equus in medijs mœnibus astās fundit armatos, ne incipiat esse vitiū, si dicamus in medijs mœnibus fundit.¶Victorq; Sinon in.m.In.)Cū teneretur inter initia Sinon.Insultabāt captiuo Troiani, vni oēs.nunc ipse vniuersis & patrię ad cuius interitū fouebat incendia hostis magno animo, qui necessarie faciebat tūc insultationē.hoc fuit, quod dicit.¶Portis alij bipatētibus ad.Mil.q.m.n.u.m.)Ecce ēt hic portarū bipatentiū significatio est.supra enim dixit, portisq; patētibus oēs Accipiunt socios,atq; agmina cōscia iungūt.ostendit vnā portā,quę ingrediētibus atq; regrediētibus muris incolumibus fuerat pręparata.alterā dicit, quæ diruta murorū parte fuerat patefacta, vt equi moles immēsa posset induci.per has ergo portas cū pauloante Poeta dixisset.oēs Accipiunt socios atq; agmina cōscia iungūt, hic quoq; illo imperfecto modo vtitur Panthus,vt metū maximū referendo cōfirmet,adsunt, inquit,millia quot magnis nunq̄ venere Mycenis.quasi nō Tenedo remeassent,quos habuit Troia.Dicitur iam causa, propter quā nec Panthus fugere extra patriā potuit,nec Æneas s̄m Hectoris sentētiā valebat exire.¶Obsedere alij telis an.u.Op.st.f.ac.m.co.St.pa.n.) Omnia,inquit,aduersa sunt, & in eum desperationis cardinē ducta,vt nec cōsistere in patria quisq̄ sine pernicie possit,nec saluti fugiendo consulere.¶Vix primi prȩlia tentāt &c.)Cum supra dixerit cædunt vigiles,quomodo hic dicit,vix primi prælia tentāt Portarum vigiles,& cæco marte resistunt?aut non oēs cæsi tunc fuerāt,cum hostis muros intraret, & reliqui resistebant,aut illis omnibus cæsis aliarum portarum vigiles vtcunq; certabant.

ASCENSIVS.

¶Ecce autē telis, &c.)Describit occursum sacerdotis ex arce decurrentis,abs quo & sacra recepit,& vrbē captā verius didicit,de qua re differit Donatus sic.¶Ecce aūt.)Aduētu Panthi, spē conceptam arcis defendendę amittit.At ille,nō metu hostili deterritus erat: vt nō ferret secū quidquid deorū in arce colebat. Portabat enim sacra,& deos victos,vt ostēderet humanū auxiliū aduersus eā vim,nō fuisse necessariū:cui ipsi quoq; dij resistere pro se non potuerāt.¶Amens.)A tutis exclusus,ad intuta fugiēs, ostēdebat plenā amentiā.¶Quo res summa.)Interrogatio breuis pro ratione tēporis sumpta. Quæsita etiā pro persona fugiētis,& pro eius qui licet aduersa maturet, tn̄ scire cupiebat. Summa rerū est bonorū & malorū.Cōcinna definitio, qua celerius exprimi possint aduersa vel prospera.¶Quā prendimus arcē.)Arx est secunda defensio,vt euictis muris ipsa succedat. Recte ergo quæsitum quā prendimus arcē. Intelligebat enim ex fuga Panthi arcē captam, neq; aliā prȩterea esse.Vix ea fatus.Prędicanda artificiosa subtilitas poetæ in respondēdo. Iisdē enim verbis:& eadē breuitate instruxit inscium:& quę summa esset rerum perdocuit.Ille.n.Quo res summa loco Pāthu?Hic,Venit summa dies.¶Et ineluctabile.) Quod luctando superari non potest.¶Ingens gloria Teucrorū.) Perijt quidquid apud nos floruit.¶Dardanię f.)Perijt quidquid apud nos erat.¶Ferus.)Nā in aduersis,etiā deos male tractamus. Ferus:quia oibus ad Græcos traductis, nihil nobis reliqui fecit. ¶Argos.)Nō ad Argos.i.Græcos, sed in eam vrbē.¶Dominant.) Non pugnant:sed ardente vrbe, securi de victoria dominantur. ¶Fundit.)Nā quāuis iam fudisset: tamē ex perturbatione animi adhuc equū fundere armatos putabat.¶Insultās.)Refert gratias nam interuentu eius,Troiani certabāt illudere capto.¶Portis bipatentibus.)Ostēdit vnā portā,quę ingrediētibus, atq; regrediētibus in muris,præparata fuerat. Altera, quæ dirutis muris,fuerat patefacta:vt equi moles immensa posset induci. Per has portas dixerat poeta, immissos hostes:vt oēs accipiunt soci.a.a.c.m. Verum Panthus eadē ratione adhuc immitti dicit.¶Obsedere.) Causa ponit,cur Æneas & Panthus fugere non possent. ¶Ordo est,Autem,pro sed ecce,q.d.præter spem, dum ad arcē defendendam accederem Panthus sacerdos ille(quod nomen, vltimā producit, diphthongo Græca.)elapsus telis Achiuum.i.Græcorum: Panthus,dico, Otriades.i.Otrij filius,sacerdos arcis, & Phœbi.i. templi Phœbi,quod erat in arce: ecce inquam ipse.i.ipsemet,nō per ministros:trahit manu nepotē paruū,& sacra, & deos victos, merito ridet hoc diuus Augustinus: nam si dij,quomodo victi? veruntamen gentiles posuerunt superiora & inferiora numina: deosq; etiā simulachra vocabant:quæ quia transferenda erāt, victa dicit poeta:& paruum nepotē Seruius dixit, septimā esse syllepsin.i.cōceptionē,quæ reuera in accidentibus nō est,sed in sensu:nō trahebat sacra nec deos:sed ferebat deos manu qua paruū nepotem post se trahebat:& ipse amens.i.sine mente, perplexus & attonitus:tendit ad limina.s.mea, per quod ostēditur Æneas, omnium cōsensu vir optimus habitus,cum ad eum & mortui & viui,sacra Troiana referrent: & sup.inquā(sed vt rem præcipitē depingeret poeta:verbum reticet:etiā in interrogatione)o Panthu,quo loco.i.quo statu:aut reuera: quo loco est,sup.res summa.i.sacra,& diuina.q.d.quo fugis,dimissa re diuina?quam arcē prendimus,si hanc deserimus:q.d.hanc potius tutandam.Vix fatus eram ea.s.pauca verba:cum sup.Panthus:reddit.i.respondet talia,gemitu.i.gemendo,aut cum gemitu. Summa.i.nouissima, aut vltima dies.i.tempestas Dardaniæ.i.regni Troiani: venit.i. transacta est:& tēpus.s.fatale:ineluctabile.i.nulla lucta superabile venit:nos Troes fuimus.i.actū est de nobis:quia non amplius futuri sumus: & Ilium.i.præcipua vrbs in Troia fuit: & ingens gloria Teucrorum fuit.Iuppiter ferus.s.in Troianos.qui etiam progeniē suam nō defendit:trāstulit omnia.i.oēs res.s.imperiū, ac regnū Argis.i.Argos:Danai dominant in vrbe incensa:equus .s.Palladi destinatus:astans in medijs mœnibus:fundit.i.abunde emittit armatos:& Sinon.s.perfidus ille,cui vita data est:victor.i. voti compos,miscet incēdia:qui dixerat, Seruataq; serues Troia fidem:nec satis est quod miscet.i.mistim facit sine discrimine incendia,sed id facit insultās.s.in nos victos quæ res indignissima est,adsunt dico. Alij,adsunt portis bipatentibus,idest vtrinq; patentibus, idest per portas bipatentes: recepti.sup.ad tot millia, quot millia nunq̄ venere magnis Mycenis: quod dicit,quia ita visum est:aut quia nunq̄ tot apparuerūt bellaturi,quot nunc vrbem depopulaturi:aut vt Æneā a cōgressu deterreret:alij oppositi.s.ijs qui ad defensionem forte occurrere tentarēt:obsedere telis quibus eminus inuadere possent & quæ cū nox esset, euitari nequirent,vnde dementiæ esset moliri,in eos congressum obsedere:dico,i.obsederunt.(Est.n.præteriti perfecti temporis:& ita obsedere,nō obsidere,legendū.)angusta.i.angustias viarū:acies ferri:stat.i.horret:stricta.i.nudata, & parata neci idest ad necandum,aut ad necē inferendā: & vix primi vigiles portarū scilicet aliarū,nō earum per quas ingressi erāt Græci(de illis.n.dictū est, Cedunt vigiles,nec tamen intelligam propter hunc locum illud dictum esse de vigilibus arcis, vt Ser.illic.)Vix tentant prælia: & resistunt Marte.i.bello cæco.i.nocturno:aut furore Martio,qui excæcat:cum dementiæ sit tam paucos cum tot concurrere. Ordo.

PIERIVS.

¶Cursuq; amens ad littora tendit.)In Oblongo codice peruetesri,& in Mediceo,& plerisq; alijs,ad limina, legitur. Quā lectionē Seruius agnoscit,attendendaq; est Æneę virtus,ad quē sacerdos cum sacris,& nepote paruulo cōfugeret, eadē lectione sententia diuersa,Donatus ait,Cursuq; amens ad limina tendit:tutis exclusus ad intuta cōfugiens,plenam testabatur amentiam,cum eo fugiens,curreret,vbi cum ipsis dijs potuisset incēdi.¶Obsedere alij telis angusta viarum Oppositi.)In codicibus antiquis,Mediceo, & aliquot alijs legere est, oppositis quippe telis & ita etiam est in Donatiano codice.Inuenio tamen,s,literam superfluā, sæpe alicuius dictionis,fini adiectam, si præsertim dictio sequens ab eadem incipiat,dictantium celeritate librarijs deceptis, verum hic nihil est,quod offendat,si oppositis telis,legere, antiquis magna ex parte codicibus adstipulantibus cuiquam visum fuerit.¶Stat ferri Acies mucrone corusco stricta.)Sunt cod.in quibus legere est, Stat pernicies mucrone corusco: quod quia nonnullis alies

Universidad de Deusto
Biblioteca

num a Virgiliana phrasi videbat, eram dissimulaturus, verū vbi in T. Donati cōmētaria incidi, animaduerti hoiem lectionē hāc agnouisse, lōga ēt adiecta paraphrasi, ita enim est: Stat pernicies, omnia

SERVIVS.

¶ Numine diuū) Subaudis tali, hoc est mala inficiēte desyderia. ſ Erinnys.) Impatientia animi hoc loco. ſ Et sublatᵃ.) Et vnde sublatus. ſ Adglomerāt.) Adglomerant. ſ Mygdonides.) Patronymicū est. Nā si gētis esset, Mygdonius diceret. Nullū. n. gentis nomen in des, exit. Hunc aūt Chorœbū stultum inducit Euphorion, quē & Virgilius sequit. Dansei, Dolus an virtᵘs quis in hoste requirat? Cum sit turpis dolo quæsita victoria. ſ Et gener.) Gener dicit & qui est, & qui esse vult, vt hic indicat lpcus: sicut etiā maritus. Vnde est, Quos ego sim toties iā dedignata maritos. ſ Præcepta.) Propter illud, Tūc ēt fatis aperit Cassandra futuris. ſ Furentis.) Vaticinātis. ſ Incipio sup his.) His incipio. ſ Sup.) Insuper: quia iam audebant, vnde paulo post, Furor addit". ſ Iuuenes fortissima frustra.) Ordo talis est, iuuenes fortissima pectora, frustra succurritis vrbi incensæ, quia excesserūt dij. Vnde si vobis cupido certa est me sequi audentē extrema. ſ Moriamur, & in media arma ruamus.) Obscuritatem aūt facit hoc loco & synchesis, idest hyperbati, lōga cōfusio, & falsa lectio. Nām multi audiēdi legunt multi audendi. Sed neutrum procedit. Ergo audentē legendū est. ſ Excelsere.) Quia ante expugnationē euocabant ab hostibus numina propter vitanda sacrilegia. ſ Quibus.) Subaudimus auxiliantibus. ſ Vna salus victis, nullā sperare salutē.) Plerunq; desperatione robur augef, vt Statius, Est vbi dat vires nimiᵃ timor. Itē scimus mortē captiuitatis esse remediū. Hoc ergo suadet, vt aut desperatione vincāt: aut vitetur morte captiuitas. ſ Salus.) Nūc remediū. ſ Lupi ceu.) Hoc ad ferocitatē pertinet. ſ Nebula.) Ad noctē. ſ Catuli.) Ad liberos, coniugesq;. ſ Exegit.) Exclusit, de latebris scilicet: vt Terentius, Spectande an exigende sint vobis priux. ſ Caua vmbra.) Bonum epitheton. Naturale enim est vt obscurum sit omne concauum.

DONATVS.

¶ Talibus Otriadæ dictis &c.) Cum talia, inquit, mihi Pāthus insinuasset, quasi quodā deorū numine sic fui accensus, vt desiderem mori. dixerat. n. pulchrūq; mori succurrit in armis. ecce hic dixit, in flāmas & in arma feror, vt ostēderet in tanto discrimine ciuitatis & desperatione omniū rerū mori se maluisse, q̄ vniuere. ſ Quo tristis es. Quo f. u. & su. ad æ. cl.) Illo ibam, inquit, vbi maximus fuerat clamor, hoc est vbi maximum periculum fuit, & facilior mortis occasio. ſ Addunt se socios Rhipheus &c.) Dicturus plurimorum nomina, ne omnium facta cōtinuatione odiosam faceret narrationem, interposuit quę desperatione facta fastidiū remouerēt, vnde ordinatur sensus hoc modo. addunt se socios & lateri agglomerant nostro oblati per lunā Rhipheus, Iphitus, Hypanisq;, Dimasq; Coroebus. hic quæritur cur dixerit oblati per lunam. cum ipse superius posuerit. Vertitur interea cœlum, & ruit Oceano nox, Inuoluens vmbra magna, terramq; polūq;, Myrmidonumq; dolos hoc ne sit vitium, talem vt supradictum est noctem debemus accipere, quales sunt plerunq; cum luna non per omne spatium noctis apparet. ſ Quos vbi cōfertos &c.) Multum quippe persuasio valet, vbi iam inest voluntas persuasioni ipsi consentiens. si enim possunt inuiti, quo velis transduci sententia, eo magis facilius trahitur vniuscuiusq; mens, si persuasio eam volentem paratamq; reperiat. ſ Iuuenes fortissima frustra Pectora &c.) Sensum loci istius, quo facilius intelligatur, ordinamus

Talibus Otriadæ dictis, & numine diuum ÆNE.
In flammas, & in arma feror: quò tristis Erinnys,
Quò fremitus vocat, & sublatus ad æthera clamor.
Addunt se socios Ripheus, & maximus armis
Iphitus, oblati per lunam, Hypanisq; Dymasq;:
Et lateri adglomerant nostro: iuuenisq; Coroebus
Mygdonides: illis qui ad Troiam forte diebus
Venerat, insano Cassandræ incensus amore:
Et gener auxilium Priamo, Phrygibusq; ferebat.
Infelix, qui non sponsæ præcepta furentis
Audierat.
Quos vbi confertos audere in prælia vidi:
Incipio super his. Iuuenes fortissima frustra
Pectora, si vobis audentem extrema cupido
Certa sequi: quæ sit rebus fortuna videtis:
Excesſere omnes adytis, arisq; relictis
Dii, quibus imperium hoc steterat: succurritis vrbi
Incensæ: moriamur, & in media arma ruamus.
Vna salus victis, nullam sperare salutem.
Sic animis iuuenum furor additus. inde, lupi ceu
Raptores atra in nebula, quos improba ventris
Exegit cæcos rabies: catulique relicti
Faucibus expectant siccis: per tela, per hostes
Vadimus, haud dubiam in mortē: mediæq; tenemus
Vrbis iter, nox atra caua circumuolat vmbra.

dum necessitatē temporis miram comparationē induxit. lupus enim improbissimū genus est animalis, fœuum satis, & in prædā semper ac vehementer intentū, & tunc magis quādo catulos habet, cui nihil aliud aptum sit ad cōplendas insidias, quā caligo ac tenebræ, salutem sic cōtemnens vt fine eius desperatione viuere nō possit, cōtraria iugiter cogitās, vt quod optat inueniat. Ita in quit, & nos aperta in pericula ruebamus neq;. n. dubia pernicies fuit.) Cum ferremur per mediā vrbem, per confertos hostes, & armatas strictis mucronibus dexteras, vnū habētes in subsidio, quod tenebrosæ noctis auxilio iuuabamur. noctis istiᵘs, qua inter ritus extitit Troię, varietatē Virgilius posuit. In prima. n. eiᵘs parte dixit, Vertit interea cœlum & ruit Oceano nox, inuoluens vmbra magna terramq; polūq; Myrmidonumq; dolos. sequenti in parte dixit, Tacitę per amica silentia lunę. Itē ait, Oblati per lunā, nūc nox atra caua circumuolat vmbra. Diuersitas ista hoc genere videtur posse dissolui, vt iam diximus, vt nox illa nec tota haberet tenebras, nec omnis ex radijs lunę fuisse videat illustris. si ergo primū noctis tēpus fuit tenebrosum, sequēs vero superueniente luna probatur illustre, atq; ita vt in diē quoq; durare potuisset. quomodo hic dicit nox atra caua circūuolat vmbra? debet enim cōuenire in ista luporum cōparatione, etiā noctis simili tudo. quę nūc insidijs apta est, cum denatur tenebris, hic accipere possumus perseuerasse quidem lunam, sed fumo obscuratum eius lumen, qui ex magno ciuitatis incendio vomebatur.

ASCENSIVS.

¶ Talibus Otriadæ, &c.) Docet Æneas quomodo dictis Panthi, quasi numine quodā accensus in flāmas, & in arma ruit: vtiq; focios Troianos quos offenderat, cohortatus est. In qua cohortatione, mirus artifex poeta, animū furore raptum, prorsus deputat vt nō series, sed furor in verbis cōspicetur: neq; ea verborum implicitas & cōfusio vitio, sed summæ laudi danda est poetę. Solent enim peritissimi talem cuiq; sermonem dare, qualis ipse qui loquitur est: vnde Flaccus in de arte. Format enim natura prius, nos sintus ad omnem Fortunarum habitum iuuat, aut impellit ad irā: Aut ad humum mœrore graui deducit, & angit. Post effert animi motus: interprete lingua. Quia ergo Æneas animum furore percitum, & nō sat rationis in armis habuit, hęc

ordinamus hoc modo. Iuuenes fortissima pectora quæ sit rebus fortuna videtis, excesſere omnes adytis arisq; relictis dij, quibus imperium hoc steterat, frustra succurritis vrbi incēsæ. si vobis audēdi extrema cupido certa sequi, moriamur, & in media arma ruamus. Vna salus victis, nullā sperare salutē, intellectus sic accipiendus est, iuuenes quidem estis fortissimi, & de fiducia virtutis in bellū prompti, cupitis aduersis patriæ subuenire, sed auxilium vestrum incensæ vrbi quid proderit? Nō est igitur frustra laborandū vel maxime cum ea, quam dij sui deseruerūt, qui eius imperiū tuebātur, & quoniā in omnibus prævēti sumus, moriamur si nō pro ipsa, vel post eius interitum, & in armatos ruamus volūtate promptissima. Vna enim salutis via est victis, si salutē quā tueri non possunt desperando cōtemnant. ſ Sic animis iuuenū furor addit".) Tantū inquit valuit perfidia mea, vt ętatis iuuenū vos lūtatisq; intētio furore quo dam ferreē accensi. ſ Inde lupi ceu Raptores &c.) Secundum

Ordo.

ne datur illi sermo implicitus & intricatus, de quo Donatus dicit sic. ſ Numine diuū.) Nam sic sum accensus verbis Panthi: qua si deorū numine sim afflatus. ſ Clamor.) Ergo ibi maior erat cædes, vnde mors facilior. ſ Addunt se socios.) Ne narratio multorum nominū, ex similitudine fiat odiosa, mirifice distinguit interpositione verborū. Sed ordina: Addūt se socios & lateri adglomerant nostro, oblati per lunā. Rhipheus, Iphitus, Hypanis, Dymas, Coroebus, per lunā, nā principiū huius noctis, luna caruit, sequentia habuerūt. Iuuenes ordo est, Iuuenes fortissima pectora, Quæ sit rebus fortuna videtis, Excesſere oēs adytis, arisq; relictis Dii, quibus imperium hoc steterat: frustra succurritis vrbi. Si vobis audēdi extrema cupido eamus, moriamur, & in media arma ruamus: Vna salus victis, nullā sperare salutē, ergo iuuenes fortes estis, & prompti: sed auxiliū vestrū incensæ vrbi quid proderit? sed vna est salus victis: si salutē quā tueri nō possent, desperando cōtemnant. ſ Inde, lupi ceu.) Mira cōparatio. Lupus enim improb. & fœuus est, & in prędā intentus, præsertim cum catulos habet: cui quidē aptissimę tenebræ sint, ad cōplendas insidias: sic & nos auxilio vnico noctis in hostes ferebamur. ſ Oblati per lunā) Nam luna iam exorta erat, sed quomodo paulo infra: Nox atra caua circumuolat vmbra: intellige debere cōuenire in luporum cōparatione, etiā noctis simili tudinē: sed hic accipiamus perseuerare lunam: sed fumo ex incendio prouenięte obscuratū eius lumen esse. ¶ Ordo est. Ego (inquit Æneas) feror. i. impetu trahor in flāmas, & arma. f. vrbis incensæ, & hostiū: incendentiū: talibus dictis Otriadę. f. Panthi Otrīi filij: & numine diuum, sup. tali: hoc est, inficiente mala desyderia: vel tanq̄ numine: eo quo Erinnys tristis. i. impatientia animi, & fremitus, & clamor sublatus. i. sursum latus: ad æthera: vocat. f. me. Rhipheus & Ephitus (alij tamen Iphitus legunt) maximus armis, i. aut rebus bellicis, aut cū arma tus esset: oblati per lunam, quę tunc exorta erat, sed parū lucebat propter fumū & puluerē, ac vmbras murorum adhuc extantiū addunt se socios, & etiā Hypanis & Dymas: & adglomerant, sup. se. i. associātur nostro lateri & Coroebus iuuenis Mygdonides. i. Troiam: incensus: insano. i. valde magno amore Cassandræ, filiæ Priami, & vatis, & gener. i. vt gener esset, aut tanq̄ gener, quia gener esse cupiebat: ferebat auxiliū Priamo: & Phrygibᵘ. f. reliquis sed more suo seperat ducē ab exercitu, & regē a populo, existens infelix qui. i. vtpote qui nō audierat (audierat quidē, sed nō credidierat vera esse.) i. nō perfecerat obediēdo: præcepta, sponsæ. f. Cassandræ: furētis. i. vaticinantis: nam vaticinātes, eo quod spiritus in eis prędominaretur, furore rapiebātur: furore aūt diuino percita præcepit, vt in patriā rediret, eo quod Troia propediem peritura esset: sed non credidit: quia (vt dictum est) Apollo fidem vaticinio Cassandre abstulerat: quos. f. viros dictos vbi ego vidi confertos. i. instructos in prælia: audere. i. audentes esse: incipio his. f. verbis sequentibus: super. i. insuper. & vltra audentiā eorū. O iuuenes, appositorie, fortissima pectora vos succurritis frustra vrbi incēsæ, quia oēs dij quibus imperium hoc steterat. i. authores & conseruatores imperij nostri, excesſere adytis. i. sacrarijs arcanis: & aris relictis. i. a se: & numine suo. (q. d. nō opus est eos euocare quia sponte sua exierūt: id autē nouerat ab Hectore & Pantho. Moris aūt erat (vt docet Liuius) ijs qui vrbē aliquam expugnare volebāt, deos in quorū tutela ea vrbs esset prius euocare, huiusmodi carmine. Si deus, si dea est, cui populᵘ, ciuitasq;. N. est in tutela: teq; maxime ille qui vrbis huius populiq; tutelā recepisti precor, veneror: veniamq; a vobis peto, vt vos populū, ciuitatemq;. N. deseratis: loca, templa, sacra, vrbemq; eorum relinquatis: atq; ab ijs abeatis, eiq; populo, ciuitatiq; metum, formidinem, obliuionem inijciatis, proditeq;. N. ad me, vosq; venia tis, nostraq; vobis loca, templa, sacra, vrbs acceptior, probatiorq; fit. Mihiq; p o. N. militibusq; meis præpositi sitis, vt sciamus, intelligamusq;. Si ita feceritis, voueo vobis templum, ludosq; facturum. hoc autem carmen, conditum erat in euocatione deorū Carthaginen. a Romanis, vnde pro. N. potest poni Carthaginen. & Roma.) excesſere ergo oēs dij adytis & aris relictis: sed si certa cupido audēdi (sic Donatus legit) extrema, scilicet pericula mortis: aut si certa, i. omnino deliberata cupido, idest cupiditas, est vobis sequi: me audentem extrema. i. summa pericula: nihilominus videtis quæ fortuna sit rebus. (q. d. pessima: quia dij excesſere adytis. sed si vobis ea cupido est. moriamur, & ruamus in media arma. f. hostiū. i. irruamus in hosteis armatos morituri: vna salus est victis: hoc est id solum nobis saluti esse poterit, nullam sperare salutem, idest si vt desperantes de salute, & certi de morte audacissime irruamus in hosteis. Furor (inquit Æneas) additus est: sic, idest per talem cohortationem meam: animis iuuenum, qui cohortandi sunt: & nos vadimus inde, idest deinde in mortem: haud, idest non dubiam. i. certam, per tela, per hosteis: & tenemus iter mediæ vrbis, vbi plurimos hosteis offendere sperabamus: & nox atra. f. fumo, & nubibus, circumuolat vmbra caua aut domorum cauatarum incendio cum soli muri aut parietes lapidei extarent: aut quæ semper caua est, cū corpus non habeat, licet a corpore producatur. vadimus (inquam) inde, ceu tanquā essemus. aut sicut vadunt lupi raptores. i. prædatores in atra nebula: quos cæcos. i. excæcatos furore: rabies ventris, idest fames: improba. i. inducens ad dira & improbanda facinora exegit. i. extra lustra & latebras suas expulit: q; pro &: quos catuli relicti expectant: siccis. i. sitibundis: aut esurientibus faucibus. i. quos catuli famelici expectant: & est aptissima comparatio.

PIERIVS.

¶ Et maximus armis Iphytus.) In codicibus omnino plerisq; armis legitur. In aliquot vero alijs, maximus annis, habetur: quod inferiori sententiæ respōdet. Quorum Iphytus æuo iam grauior. In nonnullis etiā ex his antiquioribus, & hic & inferius, Epytus, scriptum est per, e, prima syllaba. & absq; alpiratione. In aliquot, Ephytus, cum alpiratione, sed, Iphytus, receptū magis. ſ Illis qui ad Troiam forte diebus venerat.) In Medicęo, & codicibus antiquis plerisq; omnibus, absq; relatiuo, q legere est. Illis ad Troiā forte diebus venerat: quæ loquendi figura, etiam alibi est apud Virgiliū, relatiuo præterito: vt, Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni: subintelligitur quam. f. Tyrij coloni tenuere. ſ Quos vbi confertos.) Quamuis, confertos, in codicibus aliquot antiquis habeatur: Ex codice tamen Medicęo, & ex Longobardico, atq; ex aliquot alijs, neq; ex Donatiano exemplari, & Arusiano, confertos, legerim, eo tignificato: quo apud Sallustium legitur. Catilina meinor generis, atq; pristinæ fuæ dignitatis, in cōfertissimos hostes incurrit: & ita apud alios frequentissime. ſ Si vobis audentem extrema cupido est Certa sequi. Donatus, audendi extrema, videſ agnoscere: & in ordinatione sensus ita digerit structuram. Si vobis audendi extrema cupido Certa sequi. Sed enim exemplaria vetera pene omnia, audentem, legunt, vt animositatis laus Æneæ præcipue deferatur: audentem, quidē prius etiam in Medicęo scriptum fuit: inde aliena manu & atramento, audendi, gerundij voce factum.

SERVIVS.

¶ Quis.) Etiam Græcorū: vt, Quis talia fando. ſ Lachrymis æquare labores.) Hypallage, pro, laboribᵘ æquare lachrymas, vt Dare classibᵘ austros. ſ Vrbs antiqua) Vel nobilis: vel quia duobᵘ millibus octingētis annis regnasse firmatur. ſ Sternuntur inertia passim.) Aut nō repugnātia, vt Pecora inter inertia votis Optat aprū. Aut inertia dum occidunt, vt Imbellē auertis Romanis arcibus Indū: hoc est auertēdo ostēdis imbellē. ſ Religiosa.) Gradatim ascendit. Sanè religio geminatur

Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet? aut possit lachrymis æquare labores?
Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos.
Plurima perq; vias sternuntur inercia passim
Corpora, perq; domos, & religiosa deorum
Limina: nec soli pœnas dant sanguine Teucri:
Quondam etiam victis redit in præcordia virtus:
Victoresq; cadunt Danai. crudelis vbiq;
Luctus: vbiq; pauor, & plurima mortis imago.
Primus se Danaum magna comitante caterua
Androgeos offert nobis, socia agmina credens
Inscius: atq; vltro verbis compellat amicis.
Festinate viri: nā quæ tā sera moratur ANDRO.

Il propter

Virgi.

Il propter metri necessitatē. ſ Pœnas dant.) Moriūtur indigne: hoc enim, pprie significat. ſ Redit in præcordia virtus.) Atqui ait Horatius, Nec vera virtus cū semel excidit, curat reponi deteriorib⁹. Sed sententię nō semper generales sunt: sed interdū pro negotiorum qualitate formant. ſ Victoresq; cadūt Danai.) Generaliter dixit victores. ſ Plurima mortis imago.) Aut definitio timoris est, aut varietas mortis ostendit. ſ Androgeos.) Græca est & Attica, declinatio. Vnde est, in foribus lesthum Androgeo. Facit enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

ὁ ἀνδρόγεως τοῦ ἀνδρόγεω. ¶Viri.)Increpantis est.¶ Sera segnities.)Quæ seros facit.i. tardos:vt, Mors pallida.¶ Feruntq; Pergama.)ἐμφατικῶς: vt,Iliū in Italiā portās.¶ Itis.) Pro venitis.& contra Terentius, Nisi ego ad mercatū venio:pro eo.¶ Fida satis.)Bene addidit fida,vt ostēderet symbolum,quo vtebantur in bello.¶ Medios.) Manifeste, vt Medioq; ex hoste recepi. Et, Quanq; in media iam morte tenetur.¶ Aspris.)Synæresis est,vt Cōpostus.¶ Anguem.) καταχρησικῶς.¶ Humi nitēs.) Incedens p humū & est aduerbiū.¶ Abibat.)Bñ imperfecto vsus est. Non.n.abijt.¶ Ignarosq; loci.)His circunstātijs ostendit

Segnities: Alii rapiunt incensa,feruntq;
Pergama:vos celsis nunc primum à nauibus itis.
Dixit:& extēplo(neq; enim respōsa dabant — ÆNE.
Fida satis)sensit medios delapsus in hostes.
Obstupuit:retroq; pedem cum voce repressit.
Improuisum aspris veluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens:trepidusq; repente refugit
Attollentem iras,& cœrula colla tumentem.
Haud secus Androgeos visu tremefactus abibat.
Irruimus:densis & circunfundimur armis:
Ignarosq; loci passim,& formidine captos
Sternimus.aspirat primo fortuna labori.
Atq; hic exultans successu,animisq; Corœbus.
O socii,qua prima(inqt,)fortuna salutis — COROE.
Monstrat iter:quaq; ostendit se dextra,sequamur.
Mutemus clypeos:Danaumq; insignia nobis

ostendit a paucis plures potuisse superari.¶ Aspirat.)Fauet,vt,Aspirat auræ in nocte. Vnde & fauor, aura dicit vt, Gaudens popularibus auris. ¶Successu exultans.)Felicitate: quod est stultitiæ.¶ Qua prima,inqt,fortuna.Nō quæ prima,sed qua primū. Est aūt hypallage, vt, Ibant obscuri sola sub nocte: pro ipsi soli. Quæ fit nō ornatus causa,vt, Pars in frusta secant: sed necessitatis.¶ Clypeos.)Maiora scuta, quibus latemus, ἀπὸ τοῦ κλέπτειν τὸ σῶμα.¶ Insignia.)Arma omnia.¶ Arma.) Subdistingue,vt sit quasi iter rogatis.¶ Comantē.)Aut cristatā,quia de caudis animaliū habebant cristas, vt Cristaq; hirsutus

Aptemus.dolus,an virtus,quis in hoste requirat?
Arma dabunt ipsi.sic fatus:deinde comātē — ÆNE.
Androgei galeam,clypeiq; insigne decorum
Induitur.laterïq; Argiuum accommodat ensem.
Hoc Rhipheus,hoc ipse Dymas,omnisq; iuuentus
Læta facit:spoliis se quisq; recentibus armat.

hirsutus equina. Aut comas habentem,vt Statius, Nō ego in terga comantes Abantiadas.¶ Insigne decorū.)Ornamentum decorū. Non enim sūt duo epitheta, quod apud Latinos vitiosum est. Fecit hoc tamen Virgilius in paucis versibus, qui tamē emendati sunt,vt Lenta quibus torno facili superaddita vitis.cū ante. Facilis fuerit.¶ Induitur.)Quia multa inerant in scuto lora, quibus manum inserebant, vt Clypeoq; sinistrā Insertabam aptans. ¶Hoc ipse.)Multi hic distinguunt,& ad Æneam referunt.

DONATVS.

¶Quis cladem illius noctis &c.)Meminerat se dixisse, quis talia fando Myrmidonū, Dolopumue, aut duri miles Vlyssi, Temperet a lachrymis:hoc ipsum hic quoq; repetiuit,multiplices,inqt, dolores & vel maxime proprios, cuius animus potest referre sine lachrymis:aut labores tantos verbis æquare:hanc generalitatem incipit enumerare per species, asserens in ipsa relatione personā pręcipui ciuis & deorū religiosi cultoris, speciesq; ipsius diuidit in ea, quæ maiores possent gemit⁹ excitare.¶ Vrbs antiqua ruit m.d.p.a.)Cecidit,inquit,vrbs antiqua, ruit doloq; perijt patria, quā vtiq; religiosus ciuis optabat sibi esse superstitē.perijt, cuius imperiū per annos infinitos floruit, ruit antiqua.antiquū nobile & maximi meriti veteres posuerūt.nihil.n.potest esse diuturnum,nisi quod sit firmū & dignū, quod debeat etiā futuris seculis reseruari.huic igitur nobilitati patrię suę cōparat tempus, quo ipsa cum ciuibus atq; vniuerso imperio & opibus suis absumpta est.felicitas, inquit, tātorū temporū vnius noctis spatio aduersante subuersa est.fuit ergo etiā cōsideratione tēporis dolor.Cum.n.perdita generentur, quę inimicę noctis vnius angustis,exclusa latitudine longęuæ felicitatis exciderant, adiecit miseranda,quorū alia significabant indignitatē rerum,alia crudelitatem hostiū: postremo alia, quæ in deos quoq; admissa sacrilegia testarentur. Indignitas fuit q interfectorū corpora oppleuerant vias,quæ aliter vici appellantur,& cōtra suum decus nō meruerant hunc exitū talemq; mortis casum subire cum caderent. Ecce exequit,quod pręter ciuis affectū etiā de contemptis numinibus dolet, vtpote deorum antistes præclarus & cultor.¶ Perq; deos,inquit, Et religiosa de.li.)Vt nō tantū vici verumetiam priuatæ domus, tēpla quoq; humanis corporibus plena & cæsorū hominū sanguine redundarēt.tantum hic addidit, vt relationis inuidiā gradatim faceret grauiorē. quid.n.deterius dici potuit accidisse: q̄ illo vsq; Troianorū mala fuisse progressa, vt hoies, qui hostiarū sanguine placare cōsueuerant deos,hos cruore proprio funestarent:ita in vnū colligitur omniū infelicitas, vt periret primo patria cum regno atq; opibus suis.ciues cæsi iacerent in publico,aut in domibus suis,aut certe in templis sub deorum occisi cōspectibus,nihilq; iam reliqui foret,quod sine magno luctu videri potuisset.¶ Quondā etiā victis r.in p.ui. Victoresq; cadunt d.)Dicitur aliquid,quod a crimine victos excuset, cadebāt etiā Græci certantibus nobis, sed nihil proderat.iam enim cōstabat eos plenā victoriā consecutos.fuit tamen solatium in aduersis victi manibus cecidisse victorem.¶ Crudelis vbiq; L.u.pa.& pl.m.i.)Quacunq; oculorū isset intentio sola lugenda cernebantur, & lachrymæ.¶ Androgeos offert no.so.ag.cr.)Inferiore in parte ostendit Virgilius auspicium dimicantibus Troianis oblatum,q errauit Androgeus.nā hoc Corœbus coniectura collegerat.idem Androgeus socios suos existimans inertię & tarditatis obiurgās,sic arguebat, vt tñ in obiurgatione ipsa perfectā victoriam nuntiaret.Prima enim disciplina bellantiū est obtinere gloriam,tūc demum venire in prędam cum totius gloriæ securitas fuerit procurata. Androgeus igitur ait.nos cōfecimus bellum, nos prædas egimus de hostibus victis, & incensa omni ciuitate opes Troianas in nostra lucra conuertimus,& vos tanquā nihil interea gestum sit,nunc primū venitis moris oībus implicati.ad hunc tractatum pertinet.¶ Festinate viri &c.)Cum hæc dixisset neq; responsum acciperet.cōsulto enim tacitum est, ne dissimilitudo linguarum corrigeret eius errorē, intellexit se se in manus hostiū venisse. deniq; stupefactus cum se subtrahere niteretur, non valuit, cum esset nostro circundatus cœtu.¶ Improuisum aspris veluti &c.)Comparatio facta est quomodo sensit Androgeus hostilem se incurrisse cōgregationem per imprudentiam, & quomodo se subtrahere voluit. Iccirco addidit.¶ Haud secus Androgeus &c. Vt ostenderet errore confusum se fugiendo explicare nequisse:& dicit quomodo factum sit.¶ Irruimus dēsis & ci.a.Ig.q.lo.p.& for.ca.Ste.)Cum vidissemus, inqt, errore captos hostes metu, & ignoratione quoq; loci cōfusos irruimus, inquit, densis & circunfundimur armis, hoc est in circulū fundimur,& vniuersos occidimus.Solum induxit loquentem Androgeum solum se subtrahere voluisse.dixit tantū, ignarosq; loci & formidine captos sternimus.i.occidimus, vt ostēderet non solū eum fuisse sed plurimos licet & supra dixerit,primus se Danaum magna comitante caterua.quod autem dixit Græcos metu & locorū ignoratione confusos:hoc proculdubio proficiebat Troianorum cōmodo,qui nec metu premebātur, neq; locorū cognitionem plenissimam retinebant.¶ Primo labori.)Primo labori, quod ait,intellectum duplicem potest demōstrare.vt primus labor habuerit prosperā fortunam, quam sequens nō habuit,aut certe quia in primo ostēdit, auspicium fortunę ex hostis errore posse cęteros diuersis erroribus superari.¶ Atq; hic successu e.a.q; Corœbus,O socij,qua prima,inquit,for.sa.&c.)Propter amorem Cassandræ Corœbum venisse ad Troiæ auxiliū superius dixit,propter eandem causam posuit etiam ex pręsenti euentu gratulatū.deniq; primus suspicione ductus est, prospera esse posse futuræ dimicationis auspicia, si quod ostenderat exitus rerum, Troiani sequerent.ait enim errore deceptus est hostis,errore cęteros possumus superare. deniq; hoc nobis fortuna mōstrauit, satis proderit, si diuinum beneficium & intelligere velimus & sequi. Error cum suis decepit Androgeū.erroris sunt tenenda cōsilia,vt vniuersi mactentur.suadentis autem more subnectit cōsilium & possibilitatem faciendi,frustra enim vnicuiq; suadetur aliquid faciendum, nisi & via monstretur, qua fieri possit,& esse facile & cōmodum, fuerit demonstratum. Turpe autem nō esse insidijs hostem vincere, & periculum præsens docere debuit, & captum de Græcis exemplū.¶ Mutemus Clypeos da.q; insi.no. Aptemus.)Consilium Corœbi nō quæsiuit nec difficulter inuenit. Offerebat enim prosperitas arma retrahenda prostratis.ecce vnū subsidiū, maturandi vero nullū afferebatur impedimentū, cum induere aliena arma expositis proprijs nō esset tardum, vel certe difficile.¶ Dolus an virtus:q.in h.re.Arma dabunt.)Optemus,inquit,vt sequaf victoria, quis postea quæsiturus est fraude an virtute vicerimus?¶ Accommodat ensem.)Accōmodat, dixit,commode apponit.¶ Hoc Ripheus,hoc id.o.iu.læ.f.)Descriptio Corœbi omnibus seruit,qui hoc idē fecerūt,fecit.n.& Rhipheus,feci,inquit, etiam ipse,fecit & Dymas.& ne singulorū nomina specialiter enumerando moram faceret, trāsijt ad generalitatem,simul etiam vitauit longę dictionis horrorē,quem posset incurrere,si omniū percurreret nomina. Ait.n.hoc fecit etiā cætera iuuentus læta:nec immerito posuit læta, videbatur.n.posse fieri, vt hoc fraudis genere obtinerent.¶ Spolijs.)Spolijs ideo recentibus,quia mox fuerant retracta mactatis.

ASCENSIVS.

¶Quis cladem, &c.)Recitat cladem & stragem, quam & ipsi iuuenes sic incensi ederant, & Græci victores:vt videbimus ex ordine: sed præmittamus Donatum qui ita disserit.¶ Quis cladē illius noctis?)Vt supra: Quis talia fando m.d.u.aut d.m.u.¶ Vrbs anti.)Dolet quid perijt patria, Antiquam, nobilem:& maximi meriti veteres posuerunt.Comparat ergo tempus, quod felicitas tot annorum, vnius noctis spatio, absumpta est: ergo cum perdita gemeret, vehementer mouebat tam longum spatiū vna nocte absumptum,Adiecit miseranda:quorum alia significabāt indignitatem rerum:alia, crudelitatem hostium:alia, sacrilegia in deos.Indignitatem,q cæsi opplerent vias,quod proprias domos,quod per templa,quod pertinet ad sacrilegiū.ergo eo processerunt Troianorum mala: vt qui hostiarum sanguine deos placare consueuerant, ii suo cruore eorum templa fœdarent. ¶Nec soli excusantur Troiani.)Hoc tamen ad victoriam nō poterat esse, sed erat ad solatium.¶ Alij rapiunt incēsa.)Obseruat militarem disciplinam, quæ est vt primum victoria, gloriaq; obtineatur: deinde, in prædam eatur. Ait igitur Androgeos, iam bellum confecimus,nos qui prędam egimus de hostibus victis. ¶Recentibus.) Quia nuper erant detracta mactatis. Hæc ille. ¶Ordo est. Quis explicet.i.ęxplicare:& consequi posset: fando, idest loquēdo:hoc est, verbis cladem & funera illius noctis?q.d. nullus,quantauis eloquentia præditus:aut quis posset equare.i. Ordo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad æquitatē,vt meriti sunt prosequi:labores.i.miserias,& ærumnas illius noctis lachrymis,idest plorando, & lachrymando:q.d. quod etiam nullus:quia vrbs antiqua.i.nobilis & dominata per multos annos: quia(secundum Seruium, per bis mille,& octingentos annos, fuerat tamen pauloante eam tempestatem, capta ab Argonautis: ruit.s.in excidium & desolationem, & plurima corpora inertia.i.inertium,nullam virtutem bellicam habentiū, vt senum,fœmellarū,& impuberū:sternuntur passim.i.quasi per singulos passus: per vias.s.publicas: hoc est,per plateas, qui incensis domibus coacti sunt,effugere: & per domos quas prædaturi inuaserant, priusq̄ incenderent: & per limina deorum religiosa.s.Phrygibus olim, sed nunc a Græcis prophanata:(Solent enim,dum vrbs capitur, etiam nunc imbelles ad templa confugere.)nec soli Teucri dant pœnas.i.plectuntur sanguine.i.effundendo sanguinē, quia virtus redit:quondā.i.aliquādo, aut subinde in pręcordia.i.ad sedes animorū etiam victis, aut virtus redit etiam victis:quondā.i.aliquando:prius,hoc est,vicissim,vincunt,& vincuntur Troiani, & Danai.i.Græci:victores.i.qui erāt de exercitu victorū:licet nō ijdem simul & semel,vincere & vinci poterant:sed quia victoria adiudicatur ijs, qui summo loco voti compotes sunt: & locum tutātur licet plures ex suis amiserint Græci,ergo victores si ad totā aleam belli respexeris:cadunt,scilicet per quosdam ex suis:luctus crudelis,sup.fit vbiq;:& pauor & plurima imago mortis, sup.est Vbiq;: Androgeos primus Danaum.i.Danaorū,hoc est Græcorū, offert se nobis:magna caterua.i.magno agmine Danaum(potest enim bis cōstrui)comitante.i.insequēte eum:credens,sup.nos esse: aut agmina nostra esse agmina socia.i.sociorum existens inscius.i.ignarus rerum: vel, atq; ipse inscius:compellat.i.alloquitur nos:vltro.i.insuper:verbis amicis.i.quibus alloquatur amicos.O viri,festinate.i.festināter accedite ad diripiendam vrbem: nam quæ segnities.i.pigrities & desidia:tam sera.i.tam tarda: moratur.i.detinet vos:alij.s. Græci,socij nostri: rapiunt & ferunt.i.asportant: Pergama.i.res Troianorum:incensa.i.quorū vrbs incensa est:vos itis.i.venitis nūc primū a celsis nauibus:dixit.s.Androgeos(vel Androgeus: sed vt syllabam producat, maluit Androgeos dicere.)& ipse delapsus in medios hosteis sensit extemplo.i.illico: enim, pro quia: neq;, idest non fida:satis.i.quibus confidere posset responsa dabant ei:& ideo obstupuit:& repressit.i.traxit: retro.i.retrorsum premēdo pedem cum voce:veluti.i.quemadmodū is qui nitens .i.figens pedem:humi,i.per terrā pressit anguem sentibus aspris pro asperis,causa metri.i.habētem sentes asperos, hoc est,spinas asperas & acutas:& qui trepidus.i.festinus cum tremore:refugit repente.i.euestigio,sup.anguē attollentē.i.attollendo caput pręse ferentē,& colligentē iras, & tumentem.i.habentem tumentia: colla cœrulei coloris:haud.i.non secus.i.aliter:ergo eodem modo:Androgeos tremefactus visu.i.dum nos videret hostes,abibat.i.abire parabat: sed nos irruimus.s.in eum, & circunfundimur densis armis.s.cateruæ eum comitantis: & nos sternimus eos passim ignaros loci,& captos formidine:fortuna aspirat.i.fauet & annuit,atq; adridet primo labori, atq; id quidem fortuna solet in eos quos perdere vult: atq; Corœbus.s.iuuenis captus, amore exultans:hic.i.hoc loco & tempore.i.in hoc facto:successu & animis.s.ex successu captis:inquit,o socij, sequamur,sup.ea qua prima fortuna monstrat iter salutis:& qua dextra, idest virtus nostra bellica ostēdit se,ea enim duo ad victoriam necessaria sunt,fortuna,& virtus.Mutemus Clypeos.i.scuta nostra:& aptemus nobis insignia,idest arma,certis indicijs insignita, & nobilitata:Danaum.i.Gręcorū iam interfectorum,aut qui reiectis Clypeis aufugerant:& siquis dicat, id nō esse virtutis,sed doli respōdet,quis requirat.i.discutiat:in hoste.i.in facto, quod fit contra hostem,dolus,sup.sit, an virtus.q.d.nullus.(Et id dicit, vt iuuenis & cæcus amore:vnde male merentur de poeta, qui hanc sententiam de mente eius dictam censent:quia(vt prius dixi)sententiæ dandæ sunt s̄m affectionem loquentium, non ipsius poetæ, qui loquentes inducit)ipsi.s. Danai:dabunt arma.s.contra se:aut quibus eos inuademus: & ipse fatus, idest locutus sic, induitur galeam Androgeo(secundum Atticam linguā, genitiuus est: vt attestatur Ser.etiam in.vj.ad illud,In foribus letum Androgeo.) Latine Androgei:comantem.i.cristis, aut coma ornatā:& induitur insigne.i.ornamētum decorū:Clypei.i.Clypeum, decore insignitum: & accōmodat lateri ensem Argiuum.i.Græcanicum. Rhipheus facit hoc.i.cōsimile: & ipse,sup.facio hoc,s̄m quosdā, sed videtur indecorum,vnde licet dicturus est, Vadimus immissi Danais,haud numine nostro:& licet Martio furore se pericitū dixerit:nec sat rationis in armis, tamen nō dicerem eo dolo tantum virum vsi voluisse vnde nō distinguam sed construam sic: & ipse Dymas facit hoc: & omnis iuuentus(per quod se satis excludit.)læta.i.exultans successu:facit hoc,idest accommodat sibi arma Gręcorum:hoc est,quisq; armat se spolijs:recentibus,idest armis,quibus recenter hostem spoliauerat.

PIERIVS.

¶Et plurima mortis imago.)Veteres aliquot codices, noctis imago,legūt:sed,mortis,omnino melius iudicio doctorū habet. ¶Androgeos offert nobis.Vetera exēplaria pleraq;,cū Mediceo, Androgeus:idiomate Latino scribūt,in quo tritimemeris obseruanda:vt,Pectoribus inhians,spirantia cōsulit exta.Qui vero syllabæ timuerū, Androgeos per ω, Atticorū more scribere maluerunt:quod etiā,nulla cogente necessitate,inferius factū:haud secus Androgeos visu tremefact⁹abibat.Alij satis imperite,se,pronomē intrusere superfluū,Androgeus se offert nobis,obliti pronomen,id paulo supra positū. Nōnullis aūt tanta fuit Græcitatis cura vt alibi genitiuū etiam eadē Atticorū scriptione scribendū curarēt,vt eo loco comantē Androgeo galeā: Sosipatro Carisio reclamante:de quo loco suo dicet.Nam parua hęc,ne plenius disputata fastidium faciāt:pluribus locis dispescere melius visum: quanq̄ recte multi dicunt,quę faciāt ad institutionē,eo vtiliora esse, quo pluries repetita.¶Sensit medios dilapsus in hosteis.)Vt missam faciam lectionē, dilabsus ab hostis, quæ minime placet. In antiquis Prisciani codicibus hoc nō vno loco citato versu legere est,Medios illapsus in hostis,pro,se illapsum esse quod ideo placet:quia dilapsus cōtrariū habere significatū videret, quippe, aut effugere,aut in diuersas parteis labi. Sunt q per e,delapsus,legant:nō sane improprie,vt in Carisiano habet codice,dicente eo solœcismū hic esse trāsmutatione,per casum in participijs. Nā & is nominatiuū agnoscit,p accusatiuo.¶Densis & circūfundimur armis.)In codicibus plerisq; veteribus legas, Circunfundimus: quod minime displicet, cū præsertim legerim apud Ti.Donatū, irruimus(inqt)densis,& circunfundimus armis:hoc est, in circulum fundimus,atq;, vniuersos occidimus.¶Atq; hic exultās successu, animisq; Corœbus.)In Medi.& antiquis codi.pene oībus, ordo,numerusq; dictionū ita habet,Atq; hic successu exultās animisq; Corœbus:vtrunq; iudicio meo:æque auribus adblandiē. ¶Mutem⁹Clypeos.)Variū,modo genus,modo diuersa scribendi ratio.In hoc nomine,Clypeus, grāmaticos semper diuersos egit. Nā ex veterib⁹ cod.aliquot p y,Clypeos, aliquot per i, Clipeos, & nonnulli per u,clupeos,scribunt. Sed.n.inter Clipeū per i,& clupeū per u,differentiā ponit Cornelius Fronto. Clupeūq;, per u, imaginis esse dicit,per i,vero armorū. Quare si Frontonis admittenda sit differētia,cum subsequat, Danaūq; insignia nobis aptemus:ad imaginē respexisse videt:nam & Seruius ait, in Græcorū Clypeis,Neptunum,in Troianorum, Mineruā pictam fuisse.hic Clypeos vel clupos.(idem enim est)scribendū nō ægre consenserim.Sed enim alij sunt;qui genus, nō scriptionem differentiā facere putent:ait.n.Labienus,Clypeum neutro genere,imaginem significare: virili vero inter arma poni,a quo diuersus est Pomponius dubij sermonis li.ij.vbi Clypeus & Clipeū indistincto genere dici,ait,sed litera differre, vt pugnatoriū per i,Clypeū dicamus:imaginē vero, per u,clupeum:vt etiam ex Cornelio dicebamus.Erant vero huiusmod imagines, quales ad alicuius rei memoriā exculpi cōsueuerūt.Eam vero differentiā improbat Carisius,cū Clypeus per i,& Clupeus per u,nō alia ratione dicat, quā maximus,& maxumus,& optimus, ac optumus propter cōmunionem i,& u literarū.cum itaq; inter se ita veteres altercentur, resq; parui sit momenti,& maiora nos interpellent,hoc nos interim in medio relinquemus.¶Dolus, an virtus, quis in hoste requirat?)In codicibus aliquot antiquis legere est, Quis ab hoste: sed melius,in hoste,est,& requiret.Sed longe magis placet,requirat:vt in Mediceo:& aliquot alijs emendatioribus exemplaribus habetur.¶Androgei galeā.)Vetera illa exemplaria, quæ Androgeos in recto posuere,paternum casum, eodē hic idiomate scribunt Androgeo.Sed enim Sosipater,qui scriptum asserit a Virg. lib.vj.In foribus letū Androgeo.loco tamē hoc, vt in Mediceo, etiam est,agnoscit,Androgei, cuius hæc sunt verba:Si fuerit nominatiuus,Androgeos,genitiuus erit Androgeo vt apud Virg. In foribus letum Androgeo.Sed apud eundē inuenimus,Androgei galeā: sed nō ex eodē nomine. Nam si fuerit hic Androgeus, Androgei facit genitiuo:vt idem Virgilius, Penelei dextra diuæ armipotentis ad aram:cum tamen huius nominis Peneleos,nominatiuus sit apud Gręcos:βοιω τῶν μὲν πηνέλεως.¶Clypeiq; insigne decorum.)Sunt qui decori,scribāt,vt sit,Clypei decori. Sed longe melius,insigne decorum:vt agnoscit Seruius.

¶Immissi.)

Vadimus immissi Danais,haud numine nostro:
Multaq; per cæcam congressi prælia noctem
Conserimus:multos Danaum demittimus Orco.
Diffugiunt alii ad naues:& littora cursu
Fida petunt.pars ingentem formidine turpi
Scandunt rursus equum:& nota conduntur in aluo.
Heu nihil inuitis fas quenq̄ fidere diuis.
Ecce trahebatur passis Priameia virgo
Crinibus à templo Cassandra,adytisq; Mineruæ
Ad cœlum tendens ardentia lumina frustra:
Lumina.nam teneras arcebant vincula palmas
Non tulit hanc speciem furiata mente Corœbu :
Et sese medium iniecit moriturus in agmen.
Consequimur cuncti:& densis incurrimus armis.
Hic primum ex alto delubri culmine telis
Nostrorum obruimur:oriturq; miserrima cædes
Armorum facie,& Graiarum errore iubarum.
Tum Danai gemitu,atq; ereptæ virginis ira,
Vndiq; collecti inuadunt:acerrimus Aiax,
Et gemini Atridæ,Dolopumq; exercitus omnis.
Aduersi rupto ceu quondam turbine venti
Confligunt,Zephyrusq;,Notusq;,& lætus Eois
Eurus equis:stridunt syluæ:sæuitq; tridenti,
Spumeus atq; imo Nereus ciet æquora fundo.
Illi etiam,si quos obscura nocte per vmbram
Fudimus insidiis:totaq; agitauimus vrbe:
Apparent.primi clypeos,mentitaq; tela
Agnoscunt:atq; ora sono discordia signant.

SERVIVS.

¶Immissi.) vacat im, vt solet frequēter. ¶Haud numine nostro.)Aut dijs contrarijs. aut qa in scutis Gręcorū, Neptunus:in Troianorū,fuerat Minerua depicta. ¶Fida petunt.)Sibi.s. ¶Formidine turpi.)Epitheton timoris. sic Salust.Carbo turpi formidine Italiamatq; exercitum deseruit.¶Cōdunt in aluo.) Non condunt dum eunt, sed cū eē cœperint.Vn̄ & ablatiuo vsus est,nō accusatiuo, vt in Georgicis,cōditus in nubem.Tale est aūt hoc,quale illud,Includunt in carcere &, includuntur in carcerē.¶Heu nihil inuitis fas quēq̄ fidere diuis.)Generalis quidem snia est,sed loco cōgrua. Sequitur enim & Cassandrę captiuitas fidentis sacerdotio & pcesserat armorū mutatio,quę nūc deprehēditur,alioqui vitiosa est cum discrepat specialitate. ¶Priameia.)Patronymicū quidem est,sed species possessiui. Priameis vero tātū patronymicū est,sicut Priamides. ¶Tendēs ardentia lumina.) Quod est manuum,oculis dedit.¶Frustra.) secūdum Epicureos: & est separatum. ¶Hanc spēm.) Species mediū est, nā & bona & mala est. ¶Furiata.) Furiosus est,a quo furor nunq̄ recedit: Furiatus vero, qui furit ex cā. ¶Peritur⁹.)¶Melior sensus est,si ad dimicātis referat affectū:sicut de Tarconte,de quo dixit, Et medios fert moriturus in hostes.Cum vicerit.¶Culmine.)Tecto:quod ante culmis tegebat.¶Cędes.)Nō pręliū.¶Miserrima.) autē,qa inter ciues.¶Iubarū.) Pro cristarū, quę de caudis fiebāt: vt est Cristaq; hirsutus equina.¶Tum Danai.) Ordo est, Vndiq; collecti inuadunt.¶Ereptę.) σχῆμα ἐνδείας. Nō.n.dicit a Troianis sublatā,sed intelligēdū reliquit.¶Gemini.) Atridę.i.duo:quod habet excusationē,qa fratres sunt,ppter similitudinē. Nam numeri esse nō potest. Gemini.n.sunt proprie simul nati. ¶Exercitus oīs.) Bene excusat ppter victi pudorē: vt,Obruimur numero.¶Aduersi.) Econtrario flantes. ¶Eois Eurus equis.) Ab Eois equis.i.Solis.Nā Eurus ab oriēte flat, Notādum sanè ꝙ cū Eous, E naturaliter longū habet,metri necessitate correptum est,ppter sequentē vocalem.Rarū aūt est. Nam nec pprium nomen est,vt Diana:nec sermo cōposit⁹, vt,Sudibusue pustis.¶Stridūt sylue.) Excursus poeticus:qui vltra tres versus fieri non debet,ne sit vitiosissimū.¶Spumeus.) Pro spumosus. ¶Atq; imo.) Ab imis est. ¶Illi.)Propter illud,Hic pmū ex alto. ¶Obscura nocte p vmbrā.) Per vmbrā noctis obscurę: vt,Molemq; & montis.¶Fudimus.) Modo fugauimus.Nam sequit. ¶Totaq; agitauim⁹ vrbe.) Alibi interemimus significat.¶Mentitaq; tela.)verbo cōmuni:hoc est, quæ nos Gręcos esse mentiebant.vt solet,sensum dedit rei inanimatę.Non.n.poterant tela mentiri.¶Signant.) Designāt:aut per vocem,aut per symbolum,quo vtebatur exercitus.

DONATVS.

¶Vadimus immissi da.haud nu,no.)Ecce quantum profuit inuentio doli & fraudis,ibamus,inquit,impune hostibus misti ,& non voluntate impulsi propria, sed nescio quo numine. ¶Multaq; per cęcam co.p.n.Con.m.da.de.or. Diffugiunt alij ad na.& litt.Fi.pe.)Hac,inquit,occasione & noctis suffragantibus tenebris,cum nec videri nec agnosci possemus multos Græcos occidimus vsq; adeo vt hostes ipsi cęsorū metuētes exēplum, confusa mente terga dare cogerentur,fugientes ad littora, aut equi latebram repetētes,Verum quia pro natura singulorum terror ipse fuerat describendus, diuisit metuentes, quos enim non admodum formido turbauerat, fida littorum & nauium suffragia requirebant,qui vero in plenam fuerant amentiam versi concurrebant,ad equū, quasi illa ratione tegi ac defendi potuissent,qua dudū Vlysses & cæteri. ¶Heu nihil in.fas quē.fi.di.) Dicturus insidiarum dolum diu & vsq; ad plenū effectum durare nequisse, asserit etiam deos his esse aduersatos,q pro patria laborabant. dij, inquit, successib⁹ nostris inuidentes persistebāt,vt opibus troianis plenus proueniret iteritus.Bene ait nobis cōsiliorum dolosa fauebat inuētio,sed quod contra deorum voluntatem humana procurarat industria,mox inefficax redditum est. ¶Ecce trahebatur p.pri.u.Cri.a.t.ca.ady.q; mi.Ad cœlum &c.) Consiliū, inquit,nostrum,quia contra deorū studium nitebamur, mox incurrerunt aduersa.Videmus repēte idigna omnia exerceri in Cassandram, propter cuius amorem nimium auxilio Corœb⁹ Troianis accesserat.cuius causa factū est, vt ex maxima spe certaminis prosperi in apertā perniciem veniremus vniuersi. videam⁹ nunc,quā vim habeat intellectus descriptionis Cassandrę, partes enim loci habet cōis,& verbo[rum] singulorū angustijs latissimā tenet exaggeratiōis inuidiā, ac si ponamus thema esse in eos, qui personam talem de loco religioso sic trahebāt,quēadmodum Virg.posuit. ecce,inquit, passis crinibus Priameia virgo Cassandra, a templo & adytis Mineruę trahebat. in singulis verbis crimina singula cōtinent,quę qa hostes faciebant, fiebant tuto vtpote iure belli. & illi hoc gratissimū ducebant,quos cōstabat inimicos, sed Troianis hoc fuerat indignissimū,& ipsi Ænee vel maxime,ppter id quod dixerat, quęq; ipse miserrima vidi: primū ergo quod ait, ecce: hoc est dum bene ac prospere certamina nostra ferrentur, repente apparuit, quod multiplici indignitate & scelere actuum nostrorum cursus & gesta turbaret. trahebatur enim per publicum quę paterno merito & suo ne cum honestis quidem officijs multorum decuit obtuitib⁹ offerri, trahebatur virgo virorum plurimorum manibus,trahebatur crinib⁹ passis, quod fuit virginali verecundię satis inimicum,trahebatur sacerdos manibus impiorum, trahebatur a templo, & ab ipsis deę penetralibus rapta, trahebatur manibus post terga constrictis, ad cœlum tendens ardentia lumina frustra Lumina, nam teneras arcebāt vincula palmas. Cum hæc tota indigna perferret, tendebat oculos ad cœlum, quia impedita nexibus manus leuare non poterat, quod faciebat frustra, quærebat enim in cœlo vltores deos, quibus aduersantibus imperium Troię conciderat.& eos, quorum domus esset Ilium, templis suis prodesse noluerunt, vel certe non potuerunt. sic ergo crimina admissa in Cassandram colliguntur, ꝙ regalis, ꝙ virgo, passis crinibus, ꝙ crinibus trahebatur, quos habuit ad ornatum, ꝙ per publicum, ꝙ vincta,ꝙ trahebatur a plurimis. In deos vero hoc modo, ꝙ a templo, ꝙ ab ipsis penetralibus, ꝙ sacerdos, a conspectibus deæ, quorum alterum dolebat Æneas affinitatis causa quæsitæ per vxorem suam, alterum religionis, vtpote quæ esset dearum antistes & cultrix. Non tulit hanc sp. fu. m. Corœbus &c.) Cum omnibus nobis, inquit, non immerito indignissimum videretur, tum magis Corœbus exarsit, ꝙ talia videret in sponsa, non ergo passus est vlterius tale spectaculum de suis affectibus fieri, & quia amore & facti ipsius indignitate non tantum ira sed furore ducebatur, neglecto salutis suæ commodo non pugnaturus in hostes sed moriturus eos inuasit,mediumq; agmen irrupit. medium agmen veritus non est, ꝙ non timuit mori. ¶Consequimur cuncti, & densis incurrimus armis.)

Nos

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nos quoq;,inquit,non defuimus periclitanti.nam statim etiam ipsi secuti armato hostium cœtu sumus circũdati.⸿Hic primum ex alto d.c.t.No.ob.) Ecce iam quoniã inuitis numinib⁹ certabamus occasione horrẽdi casus,qui exercebatur in Cassandrã, quod antea prodesse cœperat,in cõtrarium versum est.nã induti spolijs hostium, dum Corœbo & Cassandrę cupimus subuenire de summo delubri tecto,dum putamur etiã nos Græci nostrorum telis obruimur.tela hic accipi debent,quę hominẽ possunt vulnere quolibet opprimere, vt lapis,fustes, & cætera similia. hæc.n. possunt de summo armatos occidere ictu potius & pondere.cęterum gladius nihil proficit iactus ex parte superiore, & sup arma descẽdens.⸿Oriturq; miserrima cædes.) Miserrima, inquit, cædes,quã ciues ciuibus inferebant. ⸿Armorum facie.& gr'er.iu.) Excusatur ciuium in ciues crudelissimũ factum,ignorantię merito.hos enim armorum hostilium facies,nõ voluntas ppria in scelus ipulerat. ⸿Tum Danai gemitu a.e.vi.ita Vndiq; col. in.&c.) Compendio vsus est, vt non tantũ ereptam virginẽ, verũetiam multos hostes ob eam causam cõmotos diceret cõuolasse simul, etiam subnexuit præcipuorum noia, & aliorum numerũ generaliter posuit,sic acerrim⁹ Aiax, & gemini Atridæ, hoc specialiter & generaliter conclusit dicendo Dolopumue exercitus omnis. qualis autem concertatio extitisset facta comparatione monstrauit. ⸿Aduersi rupto ceu q.t.u.Confligunt &c.) Licet enim singulari incumbẽte vento magna turbatio existat in pelago, seuior tũ est cum aliquot venti confligunt cõtrarijs e partib⁹ flantes. ⸿Illi etiam si quos o.n.p.u.Fu.&c.) Præter illam cladẽ,quæ nostrorũ telis inflicta est,dum Græcorum armis instructi putamur hostes esse,etiam ex parte ipsorum hostium alia calamitas accessit.nam illi, quos psecuti sumus, in tenebris per vrbẽ totã, vel quos errore armorum suffragãte fefellimus repente apparẽt. ⸿Primi Clypeos, m.q;.t.Agnoscũt,atq; o.so.discordia si.) Ab eo quod est discors declinauit plurali numero ora discordia. nec inerito acrius mouebantur q̃ moueri hostis in hostem debuit. dolebant.n.fraudem se passos eiusmodi,vt.s.sub cælorum armis latitãtes euaderemus hostes,& alios quoq; niteremur occidere.

ASCENSIVS.

❡Vadimus immisti.) Narrat aliquã fortunę aleam: docetq; nihil inuitis fas quenq; fidere diuis:& quęsitas artes, atq; astutiam obfuisse iuuenibus, qui & a suis, & ab hostibus, qui sua arma agnoscebant,obruebantur. vnde Donatus.⸿Diffugiunt alij.)Nam qui non penitus turbati erant,fugiebãt ad littora: qui aũt erant amẽtes timore,scandebant rursus equum.⸿Heu nihil.) Fauebat nobis noster dolus: sed inefficax redditur, qui quidquã humana industria aduersus dei voluntatem molitur:quod ostẽditur in Cassandra:sed singula notentur verba.⸿Ecce.)i.dum bene,ac prospere,nostra certamina procederẽt repente apparuit quod multiplici indignitate & scelere nostros actus turbaret. ⸿Trahebatur.) per publicum, quæ paterno merito,ac suo,ne cum honestis qdẽ officijs multorum decuit offerri.⸿Crinibus.)s.quod fuit virginalis verecundię,factum inimicum trahebatur:virgo virorum plurimorum manibus trahebatur, sacerdos manibus impiorum trahebatur a templo,& ab ipsius deę penetralib⁹ rapta, & manibus post terga constrictis: & quãuis hæc perferret, tendebat ad cœlum oculos: cum non posset manus, quod faciebat frustra: quærebat enim in cœlo vltores deos,quib⁹ aduersantibus imperium ceciderat: & eos quorum cum domus esset Ilium templis suis prodesse noluerunt,aut non potuerũt.Collige ergo in Cassandram crimina, ꝙ regalis,ꝙ virgo,ꝙ passis crinibus quos habuit ad ornatũ, ꝙ per publicum,ꝙ vincta,ꝙ a plurimis. In deos vero, ꝙ a templo,ꝙ sacerdos,ꝙ a conspectibus deę. Horum, alterum affinitatis causa, alterum religionis,quia antistes esset deorum, mouere debebat Æneam.Non tulit etiam Corœbus, & reliqui illi morituro succurrũt.]Hinc error armorum qui ante iuuabat,nocere cœpit. nam a suis putati Græci telis.i.lapidibus & similibus,cędebantur.⸿Tum Danai.) Compendiũ adhibet: vt non tantũ ereptã virginẽ diceret:verũetiam multos hostes ob eam rem occisos, & connexuit pcipuorum noia: & aliorum numerũ generaliter posuit. ⸿Illi etiam.) Alia calamitas,vt ab hostibus cognosceremur qui acrius etiã q̃ hostes mouebantur, qa se deceptos viderant.Hæc ille.

Ordo. ❡Ordo est. Nos vadimus imisti.i.multũ, & quasi i medio eorum misti:Danais, id est Græcis:numine.i.voluntate,& nutu deorum:haud.i.non nostro.i.nobis propitio, aut fauorabili,sed inimico aut numẽ pro cõmodo posuit,quod numina afferre solent, nos congressi per cæcam.i.tenebrosam: & nos excęcantẽ noctem.i.caliginem fumi & vmbrarum:conserimus.i.conferendo manus, conficimus multa prælia:& demittimus.i.deorsum mittimus:Orco, id est ad Orcum.i.infernum omnia vrgentẽ multos Danaum.i.Danaorum, hoc est, ex Danais, quia plures restabant vnde potius, multos Danaum quã multos Danaos dixit.Alij.i.partim,qui.s.non occidebantur: diffugiunt ad naueis, & petunt cursu littora fida.i.in quibus plus q̃ in armis confidebant: & pars.i.partim scandunt rursum,id est denuo equum ingentem (quod mirum est: quia dictum est, quod qui in eo erant,demissi essent per funem: quo circa non videtur quomodo conscendere poterant.sed illius dicti non immemor adiecit ingentẽ,vt sit, licet difficilis esset ascẽsu,quia ingens,tamen ascendebant.) turpi formidine.i.ppterea quod turpi formidine essent capti: nec scirent quo se reciperẽt, aut diffugere possent: & conduntur.i.absconduntur in aluo nota.i.in qua prius fuerant occulti. Heu, dolentis est interiectio: nihil.i.non aliquid fas,non est quenq; fidere.s.sibi, aut fortunis suis aliquid diuis.i.dijs: aut numinibus iuitis.i.nolentibus, aut retragãtibus.Ecce.q.d.id exemplo nostro ostendam: nam dum sic diffugerent Græci, recollecti sunt, per planctum Cassandræ. ecce enim quasi ex insperato: virgo Priameia,id est filia Priami, Cassandra: trahebatur a templo & adytis.i.penicioribus locis,quæ quia regis filia & vates in suprema saltem necessitate adire permittebatur:crinibus.i.capillis: passis.i.diffusis: hoc est, aut per crines passos,quod impium est:aut habẽs crines passos:eo quod sic ad templum confugerat: iuxta quod dictum est in.j. Æneid. Interea ad templum non ęque Palladis ibant Crinibus Iliades passis,peplumq; ferebant,aut qa reluctando illi crines passi erãt trahebatur,dico,tendens.i.extendens, & dirigens frustra, quia dij non miserebantur:vnde in eodem.j. Diua solo fixos oculos auersa tenebat.Frustra ergo inuocabat deorum auxilium,qa eam cum Troia perire volebãt saltem morte corporali) lumina ardentia, id est resplendentia,aut micantia ob iram, & indignitatem facti ad cœlos:vbi.s.dij,quorum auxilium implorabat erant:lumina inquit: nam vincula.i.manicę,aut ligæ: arcebãt.i. constringebãt, & impediebant ne extenderentur: palmas.i.manus teneras, qa puellares,Corœbus.s.procus, aut sponsus eius mente furiata.i. furore capta: non tulit.i.non perpessus est: hanc speciem.i.hoc triste spectaculum: aut speciem.i.decorem virginis tam miserabiliter tractæ:& ipse periturus.i.certus mori: iniecit se in mediũ agmen.i.cœtum hostium.nos cuncti.i.omnes simul consequimur,scilicet Corœbum:& icurrimus densis armis.i.densa arma hostium:vt sit octauus casus,datiuus localis:aut per densa arma nostra,vt sit septimus casus, instrumentalis videlicet: sed prior expositio præstat. Nos obruimur hic.i.hoc loco vbi incurreramus, primũ ex alto culmine.i.pinnaculo delubri.i.templi,vnde trahebatur virgo: telis nostrorum.s.amicorum. hoc est Controianorum: & cædes.i.occisio,& prostratio: ac strages miserrima.i. miseratiõe dignissima: oritur facie.i.imagine,& specie, hoc est, propter apparentiam armorum,quæ nos indicabãt Grecos esse. erant enim induti arma Græcorum, vt premissum est)&,pro.s. errore iubarum.i.cristarum: Graiarum.i.Græcorum,hoc est, quæ in Clypeis Græcorum erant. Tum.i.insuper, aut deinde, Danai collecti vndiq;, id est ex omni parte: gemitu & ira virginis ereptæ,id est quam Corœbus eripuerat, aut potius ereptæ ex templo quæ gemebat, & conuitiabatur (quia enim gemitus erat in virgine, & ipsius virginis: debet & ira eius dici, vt per iram iratæ verba, id est conuitia intelligamus.) ipsi.inquam collecti vndiq;,inuadunt,supple nos,videlicet Aiax acerrimus,& Atridę gemini,id est duo,qui fratres, non tamen gemelli erant, scilicet Agamemnon,& Menelaus: & omnis exercitus Dolopum, id est sociorum Pyrrhi,inuadunt,dicit,ceu,id est velut venti,aduersi, id est ex aduerso cõcitati, videlicet Zephyrus,& Notus, & Eurus, id est ventus ille Orientalis: lætus equis Eois, id est Orientalib⁹, quibus aduehi fingitur: confligunt quõdam, id est quouis tempore turbine, id est impetu, aut globo ventorum:rupto, id est dissoluto, syluæ stridunt,scilicet post dissolutionem: & Nereus, id est deus aquarum:spumeus, id est spumosus, & spumis aspersus, sæuit tridenti,scilicet fuscina,sceptro Neptuni:atq; ciet,id est cõcitat, & commouet: æquora,id est aquas maris,prius ęquas: imo fundo, id est ab ipso fundo, qui imus est. Illi, etiam quos nos fudimus, id est disiunximus,& dirupimus:si quos fudimus insidijs per vmbram, noctæ obscura: & agitauimus tota vrbe: apparent primi, scilicet inter nos inuadentes (quia alij hæsitabant an hostes essent, eo quod a suis quoq; obruebantur.) &, supple agnoscunt clypeos.s.suos, aut mentitos (ergo mendacium etiam in facto est: quod & Augustinus asserit. Vnde in Bucoli.Nec varios discet mentiri lana colores.)& tela mentita,id est quæ nos Græcos esse mentiebãtur (vt Seruius interpretatur: & ita

ita sensum rei inanimatę dedit. & accepit actiue,vt nunc fere capitur aut quę nos mentiti eramus: hoc est,mendaciter assumpseramus.& id passiue:quod quia rarum est concedamus Seruio.) & signant.i.designant, aut notant: per symbolum, id est per cõmunem (vt dicunt) clamorem Græcis omnibus & solis notum, quia vigilibus & conflicturis,consignari solet: aut signãt ex clamore bellãtium ora discordia sono.i.idiomate,aut loquela. aut modo clamandi,qui quibuslibet nationibus proprius est.Legẽdum Obruimur nostrorum: ne syllabam mendosam ponamus,&, licet Seruius innuat ibi: Et lætus Æois: diphthongon corripi: credidero tamẽ scribẽdum esse Heois: nam Græce ἠῷος dicitur matutinus & orientalis, & primam corripit: cum eois, eadem producat tam apud Græcos q̃ nostros.

PIERIVS.

❡Sese medium iniecit moriturus in agmen.(In Mediceo, & plerisq; alijs veteribus codicibus,periturus,habetur: dum vero hęc publicari cœpta essent,Camillus Porcius,antistes Aprutinus Romanę decus eloquentiæ codicem veterem mihi obtulit,in quo tum alia vulgatis a lectionib⁹ diuersa,tum hoc ipsum, Peritur⁹, scriptũ est.Nam perire oino,plus est q̃ mori.⸿Dolopumq; exercitus.) Exẽplaria quędã antiqua,Dolopumue,legunt:& ita apud Ti.Donatũ habetur,cum tamẽ,que,nihil offendat. ⸿Si quos obscura nocte,per vmbrã Fudimus insidijs, totaq; agitauimus vrbe,) Antiqui aliquot codices,sub vmbrã,legunt: sed mihi nõ displicet,per vmbrã.In Longobardico etiam legere est. Totãq; agitauimus vrbem:vt,Fudimus per vmbram, & agitauimus per totã vrbem.Sed.n.vulgata lectio magis recepta est, totaq; agitauim⁹ vrbe.⸿Adparent primi clypeos.) In codicibus aliquot antiquis eodẽ membro legas, Adparent primi, disiunctim inde clypeos, mentitaq; tela agnoscunt.Donatus mauult,primi clypeos,mentitaq; tela agnoscunt.

Ilicet obruimur numero: primusq; Corœbus
Penelei dextra diuæ armipotentis ad aram
Procumbit. cadit & Rhipheus,iustissimus vnus

SERVIVS.

❡Vnus.) Præcipuus.⸿Æq.) Pro equitatis.Et optima figura est a fœminino genere in neutrum neutrum trãsire. ⸿Dijs aliter visum.) In ingenti indignatione Æneæ, tamẽ nihil sacrilegum datur: vt cum sequatur,

Universidad de Deusto Biblioteca

Qui fuit in Teucris, & seruantissimus æqui.
Dîs aliter visum. pereunt Hypanisq́; Dymasq́;,
Confixi à sociis: nec te tua plurima Panthu
Labentem pietas, nec Apollinis infula texit.
Iliaci cineres, & flamma extrema meorum,
Testor, in occasu vestro, nec tela, nec vllas
Vitauisse vices Danaum: & si fata fuissent
Vt caderem, meruisse manu. diuellimur inde
Iphitus, & Pelias mecum. quorum Iphitus æuo
Iam grauior: Pelias & vulnere tardus Vlyssi.
Protinus ad sedes Priami clamore vocati.
Hic vero ingentem pugnam, ceu cætera nusquam
Bella forent: nulli tota morerentur in vrbe:
Sic Martem indomitum, Danaosq́; ad tecta ruentes
Cernimus: obsessumq́; acta testudine limen.
Hærent parietibus scalæ: postesq́; sub ipsos
Nituntur gradibus: clypeosq́; ad tela sinistris
Protecti obiiciunt: prensant fastigia dextris.
Dardanidæ contra, turres, ac tecta domorum
Culmina conuellunt. his se; quando vltima cernunt:
Extrema iam in morte parant, defendere telis:
Auratasq́; trabes, veterum decora alta parentum,
Deuoluunt. alii strictis mucronibus imas
Obsedere fores. has seruant agmine denso.

tur, Confixi a sociis. ¶Panthu.) Vocatiuus Græcus est. ¶Iliaci cineres.) Naturale est iurare per id quod charū qs habuit: & excusatur (vt supra diximus) fuga. ¶Testor.) Testificor: & deest Vos. ¶Vices.) Pugnas: quia per vicissitudinem pugnabat: vt Sallustius docet. Legim⁹ etiam pœnas, vices dici. Horatius, Vicesq́; superbę Te maneant ipsum. Sed de bello vsurpatum est. Nullum enim prælium caret periculo. ¶Meruisse.) Id est fortiter dimicasse. Hi eni merentur occidi. Bene autē euasisse fatis imputat, cum tam senex, quàm debilis euaserit, occisis iuuenibus. ¶Clamore.) Bellico scilicet. ¶Ingētem pugnam.) Merito quippe in domo regia, de qua maior spes erat prædę. ¶Morerent.) Non pugnarent, vt supra, Oriturq́; miserrima cędes. ¶Acta testudine.) Applicata. ¶Postesq́; sub ipsos.) Si circa portam, sub postib⁹: si circa fenestras, circa postes. ¶Ad tela.) Contra tela. ¶Tecta.) Culmina. Tecta participium ē. Aut eandem rem bis dixit. ¶His.) Propter quæ pugnabant. Sic Lucanus, In pugnam fregere rates. ¶Decora.) Ab eo quod est decus, vt pecus. ¶Obsedere.) Modo pro præsidio tenebant: vt sequētia indicant, Has seruant agmine denso.

DONATVS.

¶Ilicet obruimur numero &c.) Ilicet, vbicunq́; ponitur, extrema omnia accedere vel accidisse significatur, dudum enim dixit, telis nostrorū obruimur, hic dixit, obruimur numero, hoc est, ita sumus multitudine ingenti vallati & circunuenti, vt occurri non posset, aut resisti. deniq́;, qui primus inuentor insidiarum fuit, primus Corœbus occisus est, & pmus ante ipsius Mineruæ aras occubuit. nec ei prodesse numinis pręsentia potuit, propter cuius sacerdotem defendendam videbamur esse collecti. ¶Cadit & Ripheus vnus Qui fuit in Teucros &c.) Ecce, inquit laus deorum, periit indigna morte, iustitiæ & ęquitatis merito sic cæteros anteibat, vt solus esset, nec haberet aliquem, cui comparari potuisset, quare hoc factum putatur, vt superiores fierent scelerati & perirent immeriti. ¶Dîs, inquit, aliter visum.) Vbi ponitur hoc, illi visum est, non iustum iudicium, sed prauę voluntatis studium, & libido significatur. deniq́;, vt dictum est, perierūt innoxii, & sceleratis vincendi copia attributa est. addit quod in dignitatem ipsam magis accumulet. ¶Pereunt Hypanisq́; Dymasq́; Confixi a sociis.) Admittebat scelus, neq́; vllum fuit crimen, vtpote quod nō vnusquisq́; voluntate, sed errore admiserat. ¶Nec te tua plurima Panthu Labantem pietas, nec Apollinis infula texit.) Seruauit ad finem cum apostrophe eius personam, in qua ostēderet deos tantum fuisse a cōmodo Troianæ defensionis alienos, vt etiam Panthus occumberet pius, grauis, & religiosus, cum ipsis insignibus sacerdotis. ¶Iliaci cineres &c.) Quia videbat Æneas esse criminosum, vel esse posse dedecori, q cadentibus tot tantis ac talibus ipse euasisset iurisiurādi religionē vltro, ante obiectum quod metuebat, opposuit. habet enim maiorem fidem, quod priusq́; exigatur offertur, habet & bonæ constantiæ firmissimum testimonium non extorta sed oblata purgatio. hos versus nonnulli male pronunciando, intellectum planū & manifestum sic errore confundunt, vt longe aliud quā dictū est tradant, sic.n. volunt, iliaci cineres & flāma extrema meorū testor in occasu vestro. ibiq́; distinguūt addētes postea, nec tela nec vllas vitauisse vices Danaū. hic rursum pronūciationis faciunt separationē, & subnectunt, ac si fata fuissent vt caderem. addunt in fine accusatiuū singularē. vt dicant meruisse manū, cū meruisse manu legēdum sit, & itelligēdum. huic alienę pronūciationi addunt intellectū similē ducti errore, quo male iungūt & deterius separant, nos sic pronunciandum & intelligēdum dicimus. Iliaci cineres & flamma extrema meorū, & separamus testor, quod testor semel positū sæpius debem⁹ accipere. dehinc dicemus i occasu vestro nec tela nec vllas vitauisse vices Danaū. Item separatiōe facta veniamus ad sequētia, Et si fata fuissent vt caderē. facta hic quoq́; separatione cōcludemus dicētes, meruisse manu, vt autē euidentior fiat huius pnūtiationis integritas, ostēdemus, iam quoties accipi debeat Testor, vos, iquit, testor iliaci cineres & flamma extrema meorum i occasu vestro, nec vllas vitauisse vices Danaū. Testor, dicturus est recētiores, & diuersos hostes venisse: Cum domui Priami forent sui, & pro ea pugnātibus cuperet subuenire, & si fata fuissent vt caderem, testor vt sit, iliaci cineres & flamma extrema meorū, vos testor, sic ad certamen exisse, vt si fieri vllo mō potuisset obtinerē: sinvero aliud fata voluissent, vt caderē. vtrūq́;.n. viro forti cōgruēs fuit, vtrūq́; gloriosum, vt si posset vinceret, sin vero aduerso euentu fuisset exceptus, cū patrię genitalis & suorū cinerib⁹ interiret. testor, meruisse manu. Aperiendi melius hui⁹ loci causa, continuum dicamus intellectū, ibi & pronuntiationibus inuenietur integritas. Testor, vos iliaci cineres & flamma extrema meorū, Testor, in occasu vestro non timuisse arma & hostium vices, & cū alternis recētiores occurrerent, ęque testor, nō timuisse pugnare vel mori. & si fata fuissent, vt caderē. sic, iquit, processi ad bellum non vt vincerem tantūmodo, verūetiam vt caderem. si hoc fata voluissent. Militis aūt officio functum testor me plurimum meruisse, hoc est laborassē. Cineres, inquit iliaci, vt ostenderet non remansisse præter cinerem, iurauit & flamma extrema meorum, extrema flamma est, quæ illousq́; perseuerat, donec sit aliqua substantia, qua conuersa in cineres, & materies simul interit, & consumit incēdium. per hæc igit iurabat Æneas, quoniam fidem rerum nullis poterat testibus approbare, quia, vt necessitas cū existit, itur ad ea, quę maximę sunt venerationis, vt credi possit, quod deficientibus probamentis asseritur. adstruit iam rebus manifestis ea, quæ collegerat, cū iuraret, vt euidenter ostēdat, & animū suū & labores pprios firmabat, hoc ipsum dicendo, se non gladios timuisse hostium, neq́; sub recētiorum armis succedentes. ¶Diuellimur inde.) Inde, inquit, diuellimur, hoc est necessitate adacti violentię inuiti separamur ab eo loco, in quo certamen supradictum nobis fuerat, quales vel quanti nō inutiliter posuit, a qualitate & quātitate ducēs probationē laboris sui. hoc.n. genere ostēdit mori se voluisse, sed fato volūtati eius aduerso esse seruatum. diuellimur inde, inquit, dicit qui, vel quanti, vel quales. ¶Iphitus, & Pelias mecum.) Separandum est diuellimur inde, separandum ab eo Iphitus & Pelias. cæterum si iungatur inde mecū, mecum, erit fœdum, vt videatur dixisse diuellimur inde mecū, ecce duo soli remanserāt cū Ænea, supra.n. dixit necē cæterorū, ipsi vero duo quales fuerint glorię suæ causa & ostētationis assignat. ¶Quorum Iphitus æuo I.gr.p.& u.t.u.) Ambo facta comparatione vtrunq́; mōstrauit imbellē. Alter quippe grauior fuit ætate, alter & vulnere, hoc est ambo quidem senes fuerāt, sed alterum debilitauerat grauius seniū, & grauior ætas oppresserat, alterū, qui aliqd forsitan posset, non tantū senectus implicauerat, verūetiam vulneris causa. cum igitur ostendat se tantū laborasse pro patria, vt dudum cū paucis fuerit, nunc solum se asserat effectum, ostēdit se secūdum premissum iusiurādum & certandi quantum posset habuisse affectum, & moriendi voluntatē, neq́; enim sperare victoriam potuit, cum iam hominum & rerū omnium interitus extitisset. ¶Protinus ad sedes Priami clamore vocati.) Non est locus iste pro transitu habendus. de superioribus enim pendet. deniq́; si subtrahant verba iusiurādi, & quę dum dicta sunt, inferioribus iungantur, vnus fiet sensus. descriptione enim pugnæ recesserat in qua ceciderunt Corœbus, Panthus, & cęteri, dehinc dixit diuellimur inde, Iphitus & Pelias, ipse enim fuit tertius, qui loquebat, si coniungamus ergo superioribus, protinus ad sedes Priami clamore vocati, erit vnū, atq́; cōiunctum, vt sit per illorum mortem & Panthi protinus inde diuellimur, Iphitus & Pelias clamoribus vocati mecum, qui ex domo Priami mittebantur, vnde post iusiurādum non caput fecit, quasi nouę relationis: sed remeauit ad ea, a qbus recesserat vt, iuraret protinus ad sedes Priami mecum clamore vocati, non specialiter vocati ab aliquo, sed clamor ipse suggerebat, subueniēdum esse domui regis Priami. ¶Hic vero ingentem pugnā &c.) Hic, inquit, ingentē pugnam cernimus, Martemq́; indomitū cernimus, Danaosq́; ad tecta ruentes cernimus, obsessumq́; acta testudine limen cernimus, Tanta illic autē vis pugnę fuerat, tantaq́; illo hostium multitudo cōfluxerat, quasi per cæteras regiones vrbis nusq́; pugnaretur, nulli caderēt ferro, ne frequēter poneret cernimus, & turparet dictionē suā, semel posuit cernimus, sed sicut supra exposuimus, quo frequenter posito debet intelligi. causa autē, quæ fuerit tanti certaminis in aperto est, ibi enim fuit rex, vxor, ac liberi, hi propter maiorem victorię gloriā, aut occidendi fuerant, aut capiendi, pręterea, q illic sperarētur regales diuitię auiditatem expleturę victoris, Obsidebat limen eius testudo. ¶Hærent parietibus scalę, p.q́.s.i. Ni. gr. &c.) Manifesta descriptio, alii quippe obsidebāt ante fores, quas fugere possent, qui clausi tenebantur, alii pee scalas ad summa tendebant, scuta, inquit, & gladios sinistris manibus tenētes ac tegentes corpora sua, ppterea quæ de summo iaciebant, dextris vero nitebantur, vt tectorū fastigia occuparent, fastigia aut tectorum, vt diximus posuit, aut superiora parietum, quoniam paulatim ascēdebant. ¶Dardanidę cōtra turres, ac te. do. Cul. co.) Nostri, inquit, diruebant turres, & domorum ruinis pro telis vtebantur, causa autē diruēdi hæc ostenditur. constabat enim Troianos nō recte agere vt domui regis manus infestas inferrent. Iccirco dixit. ¶His se. qu. vl. c. Extrema iam in morte pa. de. telis.) Extrema iam in morte cōstituti, inquit, nullum iam sperātes fore superstitē, cui deberent illa reseruari, diruebant, ne instantem vim possent vel moram faciēdi, aut vltionē aliquam consequi de violentis. Interea, qui scalas dixit, nō tantum plures asseruit, verūetiam docuit plurali numero dici oportere. docet hoc etiā Sallustius, qui ait, postq́; vnæ atq́; alteræ scalæ cōmutatæ sunt. hæc ergo Græci faciebant. redit ad Troianos. ¶Auratasq́; trabes ve. d. al. pa. De.) Nulla pulchritudo locorū, nulla firmitas fuerat necessaria turriū atq́; tectorū, vbi occurrebat salutis vltima desperatio. hoc extrinsecus & in superiorib⁹ agebat. redit ad ea quæ extra fores vel intrinsecus agebant. Ait enim, ¶Alii strictis mucronib⁹, i. Ob. f. has se. ag. de. Qui in superiorib⁹ fuerant iaciebant ponderosos ictus, vt scutorū testudinē rumperent, qui aūt fores interius obsederant, obseruabant paratis ad necē, mucronibus, vt si hostes aditū perforassent, in ipsis ingressibus mactarentur.

ASCENSIVS.

¶Ilicet obruimur, numero.) Docet magnitudinem stragis, quę subsecuta est, & qui in eo cōflictu perierāt. purgatq́; se q cū aliis non occubuerit, fatis ipsum alio recipientibus. i. ad maiora reseruantibus. Vnde Donatus dicit sic. ¶Ilicet.) Vbicunq́; ponitur, Ilicet: extrema oīa occidere, vel occidisse, significatur. Corœbus deniq́;, primus insidiarū author, primus interficit, Et ante ipsius Mineruæ aram occubuit, propter cuius sacerdotē defendēdam eramus collecti. ¶Iustissimus vnus.) Perierunt innoxii: & sceleratis, ius vincendi datum est. ¶Visum. (Vbi ponitur hoc, nō iustum iudicium, sed prauæ volūtatis studium & libido significat. ¶Confixi a sociis.) Augetur cōmiseratio interfici.n. durum est, sed durius a suis interfici. exaggerat quod dixerat, Heu nihil inuitis fas quenq́; fidere diuis. ¶Nec te tua plurima Panthu.) Seruauit, in fine deos tantū fuisse a Troianis alienos, vt etiam Panthus occumberet vir pius, grauis, religiosus, cū ipsis insignib⁹ sacerdotis. ¶Iliaci.) Quia videbat, vel crimini, vel esse posse dedecori, quod tot, tantisq́; cadentib⁹ euaserit iurādi religionē, vltro ante obiectū quod metuebat, opposuit, habet, n, maiorē fidem quod antequā exigat, offert. habet & bonę cōstantię firmū testimoniū, nō extorta, sed oblata purgatio. ¶Et si fata fuissent. Vt caderem.) q.d. si fata pmisissent interitū meum. ¶Meruisse manu.) i. ita sine aliquo respectu meę salutis pugnasse, vt meruerim ab hostibus interimi. ¶Diuellimur.) Inuiti necessitate adacti, impellimur abire: ostendit autem meruisse manu mori, cum prius cum paucis: nunc vero solus pugnaret. ¶Clamore.) Nō specialiter ab aliquo sed clamore pugnantium, quo indicabatur esse opus auxilio ad defendendam regiam: apud quā acrius pugnabatur, ppter gloriam & prædam. ¶His se.) Ad excusationē quare pulchra destruerent. ¶Scalæ.) Non solum quia in plurali declinātur, sed quia plures essent. ¶Hæc ille. ¶Ordo est. Ilicet. i. præcipue illic: obruimur numero, id est multitudine ingruentium: aut numero, id est nō singuli, sed multi simul: sed prior sentētia est cōuenientior & honorabilior: vt non virtute, sed numero, inferiores censeant Troiani: & Corœbus iuuenis ille, procumbit. i. grauiter cadit, ad arā diuæ armipotentis, id est Palladis, in cuius manu bella sunt, & victoriæ: procumbit, dico, ictus, supple dextera Penelei, illius Græci: cuius nominis expressio, fidē rei facit, quasi, certe loquat poeta, & Ripheus iustissimus vnus, id est præcipuus, aut vnus iustissimorum, quod metri causa dicere nō potuit vt multi sint iustissimi, id est in æquali: & eodem summo gradu iustitiæ: aut vnus, id est solus iustissimus, qui fuit in Teucris: & seruantissimus, id est obseruantissimus: æqui, id est æquitatis, & iustitiæ: & id, supple secundum iudicium hominū: sed dîs aliter visum, supple est: quia cadit, id est succumbit, & terram oppetit: quasi vero dii iustum permisissent occubuisse, si eis talis visus fuisset (quod quidem in laudem Æneæ vergit, qui quia a diis iustus approbatus est, etiā seruatus est. Vnde Venus in primo. lib. Haud credo inuisus cœlestibus auras Vitales carpis. verū cum fide nō consonat, quia deus permittit etiam iustissimos temporaliter affligi, reponens eis coronam æternam: sed nos hic poetam interpretamur, non diuinas literas.) & Hypanis, & Dymas pereunt confixi a sociis, scilicet de culmine tela iacientibus: nec o Panthu (more Græco vocatiuo s abstulit.) tua pietas, id est religiosus, & pius cultus in deos: plurima, id est qui tibi plurimus fuit, & infula Apollinis, id est quia caput tuū, quia sacerdos Apollinis eras redimebat texit, id est protexit, & defendit te: quia etiam periisti obrutus telis tuorum, aut nostrorum: loquitur enim Æneas, qui vnus ex Troianis est: & quia forsitan occurrebat nunc tacitis animis dubitatio, quomodo igit Æneas euaserit: addit: O cineres, Iliaci, id est Troiani: & o flamma extrema meorum, id est quæ extremo loco meos absumpsisti: quia cū extremis pugnauerat Æneas: ego testor, id est protestor, aut deos, aut vos, qui quod dico, testificari potestis: me nec vitauisse tela, nec vllas vices, id est pugnas, aut ictus qui vicissim dantur: Danaum, id est Græcorum, id est quas vices a Danais expectabam: hoc est, testor vos, quia intulerim me in omnia tela: & obiuerim omnes vices ictuum, & si fata, id est deorum voluntates: tulissent, id est ita ordinassent, aut voluissent: vt caderem, id est perirem, aut occiderer: testor me meruisse manu, id est tantam stragem dedisse manu mea: vt dii visi essent mihi paria fecisse, si peciti me quoq́; iussissent: quasi dicat, ęquū videri: vt, qui gladio ferit, gladio pereat. Sensus ergo est: tametsi euasi, non id ideo effectum est, quod præter fugerim, aut Græcos nō offenderim: sed quia fata noluerint me tunc interire. Nos diuellimur inde. i. ex ea pugna. Iphitus) sunt qui supra legunt Epithus: sed alius esse potest.) & Pelias, sup. diuelluntur mecum. (Sunt tamen qui conceptionem casuum esse velint: vt sit, Iphitus & Pelias mecū diuellimur: pro eo quod est, ego & Iphitus & Pelias diuellimur inde. Sed rarum est id genus conceptionis. Nam Hora. in arte dixit, Tu quid ego & populus mecum desyderat, audi, non, quid desyderamus, atq́; ita mallem quasi zeumatice construere: vt sit, nos diuellimur inde & Iphitus & Pelias mecum, supple diuelluntur.) quorū Iphitus, sup. erat iam grauior æuo. i. ætate: hoc ē senior: & Pelias erat tardus, id est tardus effectus, & impedit⁹ vulnere Vlyssi ab Vlysse illato. q. d. si qui adhuc mihi comites superfuissent quibus cum bellassem, non fuissem digressus: nec digressi sumus in fugā, sed vocati protinus clamore ad sedes Priami. i. ad regiam. Vero, pro sed, nos cernimus hic: aut, nos cernim⁹ vero. i. præcipue. & quasi ad verum. hic. i. in regia Priami pugnam ingentem. i. valde magnam: ceu. i. veluti cætera bella nunquam. i. non vsquam: nō forent. i. essent: vsquam. i. acsi nunquā alibi, bella fierent a cęteris. & nulli morerētur in tota vrbe, prætereq́; ad sedes Priami. Cernim⁹ enim sic Martem indomitum. i. impetum belli ab indomitis fieri: & Danaos ruentes ad tecta: & cernimus limen. i. ingressum regiæ obsessum. s. a Græcis: testudine. i. phalange: hoc est, ex scutis protectione, cōtra tela & lapides acta. i. facta in morē testudinis: quæ est spēs muri circūuexi, aut circūuoluti in morē testudinis: quæ testam desuper habet circūlatam: scalæ (quia plures erant) hærent. i. affixæ sunt parietibus: & nituntur. s. ascēdentes: gradibus. i. per gradus, aut gradatim: sub. i. tendētes ab inferiore parte ad ipsos postes: & ipsi protecti obiiciūt sinistris. i. per sinistras manus.

Ordo.

Universidad de Deusto Biblioteca

manus: clypeos ad tela.i.contra tela: & prẽsant.i.prendere frequenter tentant: fastigia.i.culmina, aut summitatẽ murorũ: dextris.s.manibus: Dardanidæ.i.Troiani: contra.i.repugnantes, & contra Græcorum conatus molientes: conuellunt.i.abstrahunt & deijciunt turres.i.materiam turrium: & culmina.i.summitates domorum, aut turrium: tecta.i.cooperta tegulis, aut lapidibus. (est ergo hic participium.) & parant se defendere his.i.huiusmodi, propter quæ pugnabatur telis: quia ea proijciebãt in hostes, quæ hostes possidere affectabant. quando.i.quandoquidem: cernunt vltima.i.excidium, aut exitium: iam in morte extrema.i.q̃ proxime imminente: & deuoluũt.i.deorsum voluũt in hostes ascendentes: trabes auratas.i.auro tectas, & obductas, appositorie: alta.i.sublimia: & superba decora.i.ornamenta: parentum veterum.i.maiorum, & priscorum regum Troianorũ. Alij obsedere.s.custodientes imas fores: ne ruptis illis irruerent Danai: mucronibus.i.ensibus acutis: strictis.i.euaginatis, & denudatis: & ipsi seruãt.i.custodiũt: has.s.fores imas: agmine denso.i.dense constructo aduersus irrupturos.

PIERIVS.

¶Ilicet obruimur numero.) Male multi scribunt, illicet geminato ll, quod ex, ire licet, cõtendant r literã in l. abire vocali e detrita. Ait vero Martius Salutaris: qui citat a Carisio, ilicet, loco hoc, interiectionem esse grauiter ingemiscentis: & ita accipiendum illud ex Eunucho Terentij, Actum est ilicet peristi. nam & hic nõ est in loco: aut statim continuo. Sed pro eo quod est, hem. vt sit, Hem peristi, libro vero Æneid.xj. Ilicet in muros tota discurritur vrbe. Celsus ait, pro ilico, vel statim positũ. Antiquos pro eas licet posuisse, pro nunc. Affranium in materteris, an tu eloqueris ilicet.i.subito, aut extẽplo. ¶Clypeosq́ ad tela sinistris Protecti obijciunt.) Vetera aliquot exẽplaria, ac tela, legunt. Sed, ad tela, agnoscit Ser. dum exponit, cõtra tela. Sunt & codices antiqui in quib⁹, ad tecta, scriptum sit. Sed, tela, omnino castior est lectio. Animaduersum enim est, in oppidorum expugnationibus, milites dum scalas scandunt, sinistra manu ad tela clypeum obiectare, dextera vero vti ad apprendendum: idq́ ipse poeta, graphice describit, dum addit, Prensant fastigia dextris. ¶Dardanidæ contra, turres ac tecta domorum.) In antiquis aliquot codic. turres & tecta, legas. Sed hoc parui est momenti. Illud potius dicendum, q̃ in Mediceo codice, tota domorum culmina, legit. quamquam Seruius, tecta, agnoscit. ¶Auratasq́ trabes.) Sunt antiqui codices, in quibus, æratasq́ trabes, legitur. Sed auratas, magis Virgilianum videtur. Libenter enim poeta noster, omnia solet auro decorare: vt illud, Pendent Lychni laquearibus aureis. & Barbarico postes auro. alia vero rõne alibi, Nexas ære trabes legas: porro hic, pathos, est a rei pretiosę, perditiõe. ¶Decora alta parentum deuoluunt.) In codi. aliquot antiquis, decora illa, legitur: quod emphasim habet, alibi vero, scenis decora alta, lectã, quod qdem epitheton longe quid sublimius ostẽdit. ¶Imas obsedere fores.) In antiquis aliquot exemplaribus, vnas, legit. hoc est, solas: vt qui putarent nõ aliunde ingressum dari, imas tamẽ, hoc est, interiores magis placet: de qbus inferius dictũ. Apparent Priami & veterum penetralia regum, Armatosq́ vident stantes in limine primo.

Instaurati animi regis succurrere tectis:
Auxilioq́ leuare viros: vimq́ addere victis.
Limen erat, cæcæq́ fores, & peruius vsus
Tectorum inter se Priami, postesq́ relicti
A tergo: infelix qua se, dum regna manebant,
Sæpius Andromache ferre incomitata solebat
Ad soceros: & auo puerum Astyanacta trahebat.
Euado ad summi fastigia culminis: vnde
Tela manu miseri iactabant irrita Teucri.
Turrim in præcipiti stantem, summisq́ sub astra
Eductam tectis, vnde omnis Troia videri,
Et Danaum solitæ naues, & Achaica castra:
Aggressi ferro circum, qua summa labantes,
Iuncturas tabulata dabant, conuellimus altis
Sedibus: impulimusq́. ea lapsa repente ruinam
Cum sonitu trahit: & Danaum super agmina late
Incidit. ast alii subeunt. nec saxa, nec vllum
Telorum interea cessat genus.
Vestibulum ante ipsum, primoq́ in limine Pyrrhus
Exultat telis, & luce coruscus ahena.
Qualis vbi in lucem coluber mala gramina pastus,
Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat:
Nunc positis nouus exuuiis, nitidusq́ iuuenta,
Lubrica conuoluit sublato pectore terga
Arduus ad solem: & linguis micat ore trisulcis.
Vna ingens Periphas, & equorum agitator Achillis
Armiger Automedon, vna omnis Scyria pubes
Succedunt tecto: & flammas ad culmina iactant.
Ipse inter primos correpta dura bipenni
Limina perrumpit: postesq́ à cardine vellit
Æratos. iamq́ excisa trabe, firma cauauit
Robora: & ingentem lato dedit ore fenestram.
Apparet domus intus: & atria longa patescunt:
Apparent Priami, & veterum penetralia regum:
Armatosq́ vident stantes in limine primo.

SERVIVS.

¶Instaurati animi.) Hic ostẽdit eos superius defecisse: qd' supra nõ dixit. ¶Leuare.) Iuuare. ¶Vimq́.) Virtutẽ: vt Salust⁹, Sed nostra oĩs vis ĩ aĩo & corpore. ¶Victis.) Qui vincebãt, vt. Et qua vectus Abas. ¶Limen erat.) Cõtra illud, obsessis foribus quẽadmodum ingressus sit: & dicit per posticũ, qd' generis est neutri: vt Horatius Flaccus, Atria seruãtem postico falle cliẽtem. Nã si gñis fœminini legeris postica, augurale est: vt antica, postica. ¶Cæcę.) Non oib⁹ notæ. ¶Vsus.) Verbũ iuris. via, actus, vsus. ¶Infelix.) Ad pręsens retulit tempus infelix. ¶Dum regna manebãt.) Dũ, donec: & absolutus ẽ sensus. Alij tamẽ cũ, legunt: sed cum manebãt, quo dicimus, cũ cõstet, manebãt, modũ esse indicatiuũ. Hoc ergo sciendũ est: qa quãdo coniunctiuus modus est, necesse est aliqd iungi, aut subaudiri: vt, cũ venirem, vidi illũ. Si aũt Cum veniebã, dicam⁹, aut modus pro modo est: hoc est indicatiuus pro coniunctiuo: aut Cum, nõ erit coniũctio, sed aduerbium tpis, & significat tẽpore quo veniebã. ¶Ad soceros.) Quia quæ ex diuersis sunt ad suũ gen⁹ clausulam stringũt & meliori sexui respondet.i. masculino. ¶Trahebat.) Quasi puerũ: vt, Paruũq́ nepotẽ Ipse trahit. ¶Euado. E, vacat, vt emortu⁹. ¶Iactabãt.) Spargebãt, quasi nihil profutura. ¶In pcipiti.) In alto: vnde qs põt pceps dari. Sequit.n. sub astra eductã. ¶Solitę naues.) Participium sine verbi origine. Soleo enim neutrale est: quod caret præterito. ¶Castra.) Vbi exercitus sit, castra dicuntur. Vnde est, Nos castra mouemus: vt, Velorum pãdimus alas. ¶Summa.) Extrema. vt supremũ, summũ dicim⁹. vt, Prob supreme Iuppiter. ¶Labãtes.) Faciles ad resolutionẽ. Erat ordo: Turrim cõuellimus, impulimusq́. ¶Telorum interea cessat gen⁹.) Bene addidit Genus. Telum.n. dicit̃ sm̃ Græcã ethymologiam ἀπὸ τοῦ τηλόθεν, qcqd longe iaci põt, quã quã legerimus de gladio, At nõ hoc telũ mea qd' vi dextera versat. & seq̃. Dixit, & sublatũ consurgit in ensem. Telum aũt dictum est illo loco a longitudine. Vñ & mustelum dicimus. ¶Vestibulũ.) Vestibulũ est prima ianuę pars. Dictum est aũt vestibulũ, vel qd' ianuã vestiat: vt videmus camerã duab⁹ sustẽtatam columnis: vel qm̃ Vestæ cõsecratum est. Vñ nubẽtes puellę limen nõ tangũt. Luca. Translataq́ vetat contingere limina planta. Singula.n. domus, sacrata sunt dijs: vt Culina, dijs penatib⁹. Maceries, quę ambit domũ, Herceo Ioui. ¶Pyrrhus.) A colore dict⁹, q latine byrr⁹ dicit̃ a colore, quo tingebat. ¶Gramina pastus.) Legimus & sylua pastus arundinea. Sed sciẽdum est, qa licet hoc in vsu sit rarum, tamẽ est apud antiquos. Pastus autẽ pro qui pascebat̃, qa, vt supra diximus, in hoc latinitas deficit. ¶Bruma.) i. hyems. Dicta aũt bruma, quasi βραχεῖα ἡμέρα.i. breuis dies. Est autem (vt hic locus indicat) generis fœminini, numeri singularis. ¶Lubrica terga.) Lubricũ dicit̃ & qd' labit̃, dum tenetur, vt piscis, serpens: & locus in quo labimur. vt, sese opposuit Salio per lubrica surgens. ¶Periphas.) Vltima accentum nõ habet, ne fœmininũ sit nec tertia a fine, quia nouissima longa est. Ergo ri, habebit accentũ. ¶Armiger automedon.) Pyrrhi. Nam Achillis auriga fuit. ¶Scyria pubes.) A Scyro insula, vna de Cycladib⁹: in qua Lycomedes fuit pater Deidamię. ¶Succedunt tecto.) Pro sub tectum cedunt. Et est figura: qa mutatus est casus. ¶Bipẽni.) Hoc nomen seruauit antiquitatem: quia veteres pennas dicebant, non pinnas. ¶Vellit.) Nõ deiecit. Nam sequitur paulopost, Labat ariete crebro: Sed mouet, vt Cynthius aurem vellit. Et admonuit. ¶Ingentem fenestram.) Epitheto, vt solet, auxit tapinosim. ¶Armatosq́ vident stantes.) Vt supra, Strictis mucronibus imas Obsedere fores.

DONATVS.

¶Instaurati animi regis s.t. Auxilioq́ leuare viros, v.q.a.u.) Cõstitutę, inquit, in periculo manifeste debuit domui regię subueniri. & licet vires ex pcedentibus defecissent, tñ res ipsa fouebat animi affectũ, & nouitatẽ quãdã viriũ suggerebat. Oportuit enim foueri, qui pro ea certabant, ipsorum.i. animos solatio nostrę opitulationis attolli. vult ostẽdere se laboratibus subuenisse, sed quẽadmodum id facere potuit obsessis foribus domus Priami, & ingenti eo collecta armatorum manu, vtiq́ non incassum fuerat referẽdum. potuit.n. non credi factum, cum obstarent multa cõtraria. ¶Limen erat, cæcęq́ fores &c.) Præbuit mihi adeundi facultatẽ locus, cuius cognitionẽ habere potui, vtpote Priami, & ciuis & gener, idem ex hac causa incognitus hostibus, q̃ a tergo domus relictas fores habuisset, relictas dixit, & a tergo: quicqd enim post dimittitur, relictum manet ac desertum, vt alio loco positum est, cui pauca relicti iugera ruris erant, hoc est deserta. Vsq́ adeo inaccessa illa pars fuerat, vt Andromache post infelix facta ex mariti sui Hectoris, morte manente adhuc regni fortuna ire sæpius soleret ad soceros, Priamũ.s.& Hecubã, qui ipsum genuerant Hectorem, & secum Astyanacta filium trahere, quia deerat, qui iuuaret aut ipsam, aut puerum. considerãda sunt interea sigillatim verba, quæ tantam habent virtutẽ, vt exprimãt reuera remotum fuisse locum illum ab hominũ accessu. Limen erat, hoc est fuit ostium, cæcęq́ fores, non q̃ fores cæcę, neq́.n. oculos habere potuissent, sed quæ sic fuissent institutæ, vt prætereuntes has videre nõ possent, & peruius vsus tectorum Priami. celebrabat̃ earum vsus, sed ab ijs qui interius cõmanebant. hæc descriptio ostendit duas domos fuisse coniunctas, vnam in qua Priamus, alteram vero in qua Hector cõmanebat, vt transiretur ex vna ad alteram, fores dabant occasionẽ, quæ ob hanc causam fuerant factæ, vt essent notæ cõmanentibus, extraneis vero incognitæ. Hunc locum cum pronunciamus, sic debemus ordinare, a tergo, vt a tergo sint limen & postes, non relicti a tergo. Dubiũ enim nõ est a tergo fieri, quicquid fuerit relictum. qua se, dum regna manebant, Sæpius Andromache ferre incomitata solebat Ad soceros, & auo puerum Astyanacta trahebat. Tam in abstruso & abdito fuerant constitutæ, vt per has Andromache nullis in obsequio comitibus, hoc est deductoribus, vt matronam & nurum regis adhuc florentissimi decuit, non semel sed sæpius transiret ad soceros, faciens hoc sine pudoris & verecundię detrimẽto, vtpote quæ iret per secretum locum ad personas religione sanctis ac necessitudinis ratione coniunctas. Huius loci tanta etiam proximitas fuit, vt Astyanacta filium suũ admodum paruulum nõ iuuãtibus baiulis, sed ipsa ad auum ꝓpria manu retinens traheret, nec ipse fatigaret̃, licet maternis gressibus ęquari non posset, neq́ illa sentiret laborẽ, quæ nõ magni roboris trahebat infantem. ¶Euado ad summi fastigia culminis.) Scilicet, qua se Andromache ferebat ad soceros, nec videbat̃ ab aliquo. ego, iquit, euado ad summi fastigia culminis. hoc est vadendo & ascendendo peruenio ad fastigia culminis summi. ¶Tela manu m.i.ir.te.) Illo, inquit, perueni, vnde nostri satis instanter tela iaciebãt, sed frustra. testudo.n. superius descripta telis ipsis adimebat effectũ. dicit iam cõsilium suum, quod suggesserat necessitas pro ratiõe loci, ac temporis, & personarum. In summo enim fuerunt, qui hostes in imo positos impedirent, & propter testudinem frustra pugnabant. Opportunum ad obtinendum fuit, si prouideretur aliquid, quod non qualicunq́ ictu testudinẽ læderet, sed opprimeret pondere. ¶Turrim in præcipiti stantem &c.) Meritũ turris dicitur, sed iam solitis officijs non necessariæ. omnis enim felicitas Troiana conciderat, cõtemnenda proinde fuerat, quæ cũ ipsis defensoribus suis mox fuisset arsura. Hanc, inquit, petimus ferro, & abscissis iuncturis omnib⁹, quæ magnitudinẽ tantę altitudinis retinebant. ¶Conuellimus altis se.im.q́.e.la.re.ru, Cum sonitu trahit, & da.su.ag.la.In.) Ecce profuit Æneæ consilium, quod repentinum & insperatum ruinæ pondus adiuuit. huius inquit, cõcidens magnitudo Danaum super agmina late incidit, quod dixit late, potuit fieri. vt ruina illa super plurimos cecidisset, perindeq́ nõ paucos necasset. icirco posuit Danaum super agmina, vt, hoc dicendo consilium suum præferret & inuentum. ¶Ast alij su.) Hoc ipsum, inquit, hostium multitudo frustratã ẽ, alij quippe cõtinuo successerunt. ¶Nec saxa, n.vl. Telorum interea ce.ge.) Scilicet quibus expugnaret̃ recentior multitudo. ¶Vestibulum ante ipsum.) Vestibulum primam ianuæ partem posuit. ¶Primoq́ in li. Pyrrhus exultat.) Ferocẽ naturã hõis monstrat, vel eius, qui plenę victorię fiduciã gereret. sic.n. Priami domus possessa fuerat, vt ad ipsum limen & vestibuli prioris ingressum nõ tantum intrepidus, verũetiam exultans Pyrrhus peruenisset. ¶Telis & luce coruscus ahena.) Erectus animo, & cõspicuus munimentis armorum. ¶Qualis vbi in lucem c.m.g.p. Frigida sub terra t.q.b.t.&c.) Descripturus hostẽ natura ferum, ętate insolentẽ, & successibus prosperis superbum, ipse quoq́ Æneas hostis animũ in aduersario gerẽs, quasi hunc animali credidit cõparandum: sic inquit, sæuiebat, vt serpẽs qui vomit venena, q nescit aliquãdo misereri, qui captat tẽpora qbus ꝓcedat aut lateat, qui se tunc putat esse formosum, cũ emergit ex latebris. hæc cõparatio in deformationẽ proficit Pyrrhi. nam vt serpẽs nõ virtuti, sed veneno confidit, ita & huic nõ arma ad capiendam victoriam, sed insidias asserit profuisse, nec vnq̃ in pręlijs visum, nisi tunc cum alienis dolis procurata victoria est. ¶Vna ingens periphas, & e.a. Achillis Ar. Autumedon, u.o.s.pu.) Omnes illi qd faciebãt, qui iuncti fuerant Pyrrho: Succedunt, inquit, tecto & fla. ad.c.ia.) Virtutẽ dicit artemq́ mittentium flammas ex inferiore parte ad altissima culmina tectorũ. ¶Ipse inter primos c.d.b. Limina p.) Correpta bipenni, hoc est properanter bipenni rapta, perrumpebat dura limina, hoc est fortia, & quæ facile superari non possent. potest tamẽ videri bipennẽ duram dixisse, hoc est idoneam, quæ tanti roboris fores perrumpere potuisset, deniq́ addidit. ¶Postesq́ a cardine vellit Æratos.) Vt appareret duram speciem fuisse necessariam, quę firmitatẽ æratorum postium posset euincere. ¶Iamq́ excisa trabe, f.c.Ro.& in.la.d.o.fe.) Ecce quantum valuit bipennis fortitudo, vicit, quod putabatur vinci non posse. allusit autẽ de ostio ad fenestram. cæterum cauernã dicere debuit factam, in ostio, inquit, fenestra facta est, non qua posset totus homo ad interiora pertendere, sed per quã interim cerneretur oculis, qd interius ageret̃. ¶Apparet domus i.&.a.l.pa.&c.) ¶Fenestra illa totum, quod prospectibus hostium negabat̃, ostẽdit. videbatur quippe quicquid interius fuit, videbatur in ipso vestibulo obseruantes armati.

ASCENSIVS.

¶Instaurati, &c.) Recitat Æneas, quomodo etiam pro socero, hoc est, rege Priamo pugnauerit, vsq́ Pyrrhus regiam expugnauerit, interea dum ex alia parte irruẽtibus obstaret, & in eos turrim deijceret: de qua re, quia in negocijs plusq̃ in verbis cõsistit Donatus, pauca dicit, quæ hęc sunt. ¶Primoq́ in limine Pyrrh.) Ferocem naturam huius ostendit, & qui plenæ victoriæ fiduciã cerneret. ¶Qualis vbi.) Descripturus hostem, natura ferum, ętate insolentẽ, successit superbum: & ipse Æneas hostilem animum in aduersarium gerens, huic animali illum comparandum putauit. Sæuiebat vt serpens, qui vomit venena: qui nescit aliquãdo misereri: qui captat tempora quibus ꝓcedat, aut lateat. Hac igit̃ comparatione, Pyrrhum deformat. Nam vt serpẽs, non virtute, sed veneno confidit: ita huic non arma, sed insidię ad victoriam profuerunt, nec vnquam in prælijs visus est nisi cum alienis dolis procurata est victoria. ¶Dura limina.) Quæ facile superari nõ possent. Potest tamẽ videri dixisse, duram bipennem, i, idoneam, quæ frangere potuerit firmitatem æratorum postium: allusit autem de ostio ad fenestram. Sed debuit dicere, cauernam factam in ostio per quam nõ ingrederetur, sed videret interiora. Ergo videbantur intus armati. Intercepta autem spe clausa ante domus nunc protinus patuit. Sic ille.

Ordo.

¶Ordo est. Animi supple nostri: sunt supple instaurati, id est in statum pristinum reducti: succurrere, id est ad succurrendum tectis: regis, id est regiæ aut aulæ Priami: & leuare, scilicet ab onere, & pressura: viros, id est viriliter obsistentes: auxilio, scilicet nostro: & addere vim.i. virtutem, aut vires: victis, id est his qui vincebantur, aut qui alioqn victi erant. Limen, id est introitus: per posticũ, id est posteriores fores quas hostes ignorabãt. Vnde addit & fores cæcę, id est occultę, & ab hostibus non visę, nec notæ: & vsus peruius.i. transitus: per quem via media erat quę vsui cedebat: tectorũ, id est domorum Priami inter se, vt ab altera in alteram transire liceret, & erãt postes, scilicet domorum: hoc est, alia ędificia relicti a tergo

id est

Universidad de Deusto Biblioteca

id est segregata a regia, & domicilio ipsius regis: aut postes relicti,i.cõmunes, & nondum occupati: in quos singulis ius esset cõiter per eos haberent,saltem permittẽte rege id filio & nurui, sup.qua.i.per quã viam: Andromache,quę erat vxor Hectoris: infelix, aut propter euentum,hoc est,propter mortem Hectoris aut quia nõ potuit exorare quod orabat. Orasse.n.videt, vt pater filium intra mœnia cõtineret:& ne id Hector resciret, ibat incomitata:vnde dicit,solebat incomitata ferre sæpius ad soceros, scilicet suos se,& trahebat, id est trahendo (cum paruus adhuc & imbecillis esset: nec tantum sequi posset, erat enim longissima.) ducebat auo,i.ad auum eius Priamũ: Astyanacta puerũ,i.filium suum,& Hectoris adhuc puerũ (declinat aũt,hic Astyanax,huius Astyanactos, huic Astyanacti,hunc Astyanacta,&c.) trahebat,dico,puerum:& solebat ferre se: dum regna Priami manebat.Ego euado.s.e telis hostium per hunc paruum aditum: ad fastigia.i. sublimitatem summi culminis, id est tecti, aut præcipue arcis, Vnde.i.de quo:miseri Teucri iactabant,tela irrita.i.nihil profutura: cum arx defendi nequiret:nos aggressi ferro.i.instrumentis ferreis: circum.i.per circuitum,supple ea parte, qua summa tabulata.i.cõnexiones tabularum (solaria vulgus appellat) dabãt iuncturas labantes aut vetustate, aut ad lapsum dependentes: aut (vt Seruius dicit) faciles ad resolutionem:conuellimus,id est simul diuellimus: altis sedibus.i.iuncturis suis, quę in alto erãt: turrim stantem in præcipiti.i.præcipitio,& loco alto, vnde quis præceps dari posset: nec haberet quod offenderet,pręter humũ: & eductam sub astra, id est ad astra.i.aut fere vsq; ad astra, vt suspicientibus ab humo videri solebat: summis tectis.i.culmine, quod in summo erat:cõuellimus,dico:& impulimus, sup.in hostes: ea.s. turris: lapsa.i.dissoluta a sedibus suis: trahit repente ruinam.i.casum, cum sonitu.s.vehementi: & incidit late super agmina Danaũ.s.i.sed:aliĩ.s.Danai: subeunt.i. subintrant locũ & munus oppressorum: nec saxa,sup.cessant interea:nec vllum genus telorum, supple aliorum: cessat interea.s.dum sic subirent Pyrrhus,filius Achillis,exultat telis,& coruscus.i.resplendens luce ahena.i.fulgore armorum æreorum: ante ipsum vestibulum.i.introitum regiæ,& pro.i.ipso limine.s.regię: exultat, sup.existens talis,qualis coluber,vbi.i.postquã:ipse pastus mala,i.perniciosa aliis gramina: quia venenum generãtia:exultat, sup.in lucem.i. ad lucem,& solem egressus,quem,supple colubrum, bruma frigida.i.hyems tegebat sub terra,existẽtem: tumidum.i.inflatum veneno.s.&,sup.qui nouus,nunc.i.innouatus: exuuiis.i.vetere pelle positis.i.deposita:inflatus enim veneno,& deinde per arctũ foramẽ,constringens se,pellem deponit: & qui nitidus iuuẽta.i. cute iuuentæ apta: conuoluit arduus.i.erectus ad solem terga lubrica.i.pingui lubrico perfusa, quale in anguillis & serpẽtib9 est,qui propterea cõtineri vix possunt) vnde & via lubrica dicit,in qua propter pinguẽ humorẽ: superfusum,pes difficulter consistat) & hoc, pectore sublato.i.sursum lato, & erecto:& micat.i. more micantiũ crebrũ,& incertũ motũ facit: ore.s.suo: linguis trisulcis:non re vera in tres partes sulcatis & fissis: sed potius ita Micare, celeriter motis,vt trisulcę videant. (Est aũt micare, digitis celerrime motis, a diuersis diuinare numerum erectorũ ab vtrisq;, aut omnibus si plures sunt:quod cum fit,nũc singuli,nunc bini, nunc plures in vna manu erecti cõspiciuntur:vnde similitudinẽ linguę per rictum colubri celerrime motę sumpsit.) Periphas Græcus ille: ingens.i.valde magnus: & Automedon armiger.i. minister arma gerẽs i vsum domini:agitator.i.auriga, qui olim agitator erat equorum Achillis:quibus.s.currus, de quo ipse depugnabat:trahi solebat:& omnis pubes Scyria, id est quæ ex Scyro insula cum Pyrrho venerat.Erat enim Pyrrhus filius Deidamię, filiæ Lycomedis regis Scyri: quam, vt Statius in Achilleide docet, Achilles cõpresserat noctu in Bacchanalibus sub specie puellari Lycomedi creditus a Thetide matre: omnis ergo pubes.i. iuuentus Scyria,quia ipse Pyrrhus iam pubescẽs erat succedunt vna.i.pariter quod in vituperium Pyrrhi dicitur, qui vt patet, non nisi in prius ab aliis victos insultum fecerat: tecto.i. ad tectum:& iactant flammas ad culmina.i.summitatẽ tectorum.ipse scilicet sæuus hostis sic exultans,prorumpit inter primos.i.cum primis: limina.i.obstacula in primo ingressu: dura, quia ex ligno veteri,& diu indurato: & hoc bipenni correpta.i.celeriter, aut vtraq; manu rapta: q;.pro &: vellit.i.dimouit: postes æratos.i.ære munitos; fores sustinẽtes a cardine, id est ab angulo vbi est quasi cor ianuæ: & cauauit.i.perforauit iam robora firma.s.prius: aut fortia & hoc trabe excisa.s. bipenni: & dedit ingentẽ fenestram, id est aperturam in medio forium,in similitudinem fenestrę: ore.i.hiatu: lato.i.habente latum os & hiatum. Domus,scilicet regia apparet intus: & atria longa patescunt: & penetralia Priami, & veterum regum.i. quæ soli Priamo,& cæteris regibus Troianis penetrare olim licebat: apparent.i.conspiciuntur & patere incipiunt hostibus: & vident armatos stantes in primo limine: & cum eos solos videret, instat vi patria Pyrrhus,&c. vt in sequentibus videbimus.

PIERIVS.

¶Sæpius Andromache.) Sosipater Carisius ait solœcismum esse transmutatiõe qualitatis in aduerbiis:Sæpius,pro sæpe,hoc citato versu.¶ Turrim in præcipiti stantẽ.) Ridebunt fortasse nonnulli,qui stomacho sunt admodũ delicato, si vtrũ turrim per,i, an turrem per,e,loco hoc scribẽdum sit,quæsierim: sed vtcunq; illi ægreferant se doceri,nos quorundam ex veteribus eruditissimorum hominum vestigiis inhærẽtes,nihil qua liceat, præteri turi sumus,quod ad minimorum etiam vitiorũ, quæ vsqua insoleuerint, emendationẽ faciat. Vt loco hoc nullum ego exemplar ex vulgatis aspexi, in quo non turrim,per,i,vocalem tertia scriptum esset.Et causatiuum casum in,im,semper mittere puppim, litim,securim,turrim Sosipater ait,obseruasse tamen se, turrem, apud Virg.per e,vocalem secundam,lib.ii:Turrẽ in pcipiti stantem. Hoc tametsi haud magni alicuius momẽti est tam diligẽs tñ scriptoris obseruatio.ostẽdit multa adeo esse,quæ in hũc modum librariorum incuria lancinarit.¶ Et Achaica castra, Aggressi ferro circum,qua summa.) Aduerte κακέμφατον i opprobriũ poni veluti etiam superius, Dorica castra. In codicibus tamen aliquot antiquis, Achaia castra legimus dissoluta diphthongo, ἄχαια ἀπὸ τῆς ... αἰχμάσαντα ... ἀχαιάς. Nam & in Mediceo codice, eo versu,qui est in.v. O miseras quas nõ manus(inquit) Achaica bello:scriptum est, Achaia: non tamẽ hæc efficiunt, vt Achaica mutemus.¶ Ea lapsa repente.) In plerisq; codicib9 absq; pronomine vllo legit, elapsa:quod nequaq; placet, de litera vero,b,In eo participio dictum alibi.¶ Et luce coruscus ahena.) Narrat Gellius vidisse se mirãdę vetustatis codicẽ,qui qdẽ ipsius Virgilii fuisse credebat,in quo loco hoc,aena, scriptum esset:h litera supra addita,cũ absq; adspirationis nota, prius scriptũ esset:sic eo quoq; loco,Vndam tepidi despumat aeni.Verba Gellii nonnulli aliter interpretant.¶ Lubrica conuoluit sublato pectore terga.) In perueteri quodam codice scriptũ animaduerti, sublato pectora tergo:sed longe melius,lubrica terga:quod Seruius etiã agnoscit.¶ Iamq; excisa trabe firma cauauit Robora.) In perueteri codice Longobardico,cauabat,habetur: neq; obstat quod prǽteritum subsequat, ostẽdit.n.hoc celeritatẽ in cõficiẽdo negotio, cõsentiunt tñ oẽs in,cauauit.

SERVIVS.

¶At domus interior.) De Albano excidio trãslatus est locus.¶ Tumultu.) Tumult9 dictus,quasi timor multus. Vñ alia bella dicta sunt Italic9 tumultus. Bene autem addidit. ¶ Misero:)quia est etiam terribilis.¶ Miscetur.)Perturbatur. vt,Nec quisquam æratas acies ex agmine tanto Misceri putet.¶ Cauę ædes.) Tecta camerata. Ædem autem numero singulari de templo tãtum dicimus:plurali,& de domibus, & de templis. Si aliter dictum inueneris, vsurpatum est. vt mella hordea.¶ Ferit clamor.)Secundum philosophos qui dicũt vocem corpus eẽ.Bene ergo Ferit.¶ Aurea sydera.) Multi ad laquearia referũt,quod stultum est. ¶ Pauidæ.) Pro pauentes. Pauidus est semp timẽs: Pauẽs, ex causa:vt supra, furiatus & furiosus. ¶ Amplexæq; tenẽt postes.) Apollonii locus: in quo inducitur Medea patrẽ salutasse, & domũ relinquẽs. ¶ Vi patria.) Secũdũ fidẽ gñis sui: vt, Stirpis Achillę fastus. Item

At domus interior gemitu,miseroq; tumultu
Miscetur:penitusq; cauæ plangoribus ædes
Fœmineis vlulant.ferit aurea sydera clamor.
Tum pauidæ tectis matres ingentibus errãt:
Amplexæq; tenent postes:atq; oscula figunt.
Instat vi patria Pyrrhus:nec claustra,nec ipsi
Custodes sufferre valent.labat ariete crebro
Ianua:& emoti procumbunt cardine postes.
Fit via vi:rumpunt aditus:primosq; trucidant,
Immissi Danai:& late loca milite complent.
Non sic aggeribus ruptis cum spumeus amnis
Exiit:oppositasq; euicit gurgite moles:

Fertur in arua furens cumulo:camposq; per omneis
Cum stabulis armenta trahit.vidi ipse furentem
Cæde Neoptolemum,geminosq; in limine Atridas:
Vidi Hecubam,cẽtumq; nurus,Priamumq; per aras
Sanguine fœdantem,quos ipse sacrauerat,ignes.
Quinquaginta illi thalami,spes tanta nepotum,
Barbarico postes auro,spoliisq; superbi
Procubuere.tenent Danai qua deficit ignis.

Item de Hercule, Salue vera Iouis ples.¶ Cardine.) A cardine.¶ Non sic aggeribus ruptis.)Vult ostendere grauius vastatam Troiam,quam agri fluuiorum eruptiõe vastent. Et sciendum comparationes, aut pares esse, aut minores. ¶Spumeus.) Pro spumosus. ¶Exiit.) Dicim9 & exiuit. Sed v subtrahit Virgi. vt breuem faciat sequentẽ vocalem.¶ Cumulo.) Augmẽto. ¶ Vidi ipse furẽtem.) Vt,Quęq; ipse miserrima vidi.¶ Geminos.) More suo fratres.Gemini aũt sunt nõ duo,sed simul nati. Gemini ¶ Centumq; nurus.) Aut finitus est numerus pro infinito. Aut certe ideo centũ, quia Barbarorum fuerat non singulas coniuges habere, sed plures. Aut illud dicit plures fœminas: vt Lucanus, Cultus gestare decoros Vix nuribus rapuere mares. Hoc est fœminas. Aut centum per aras:licet incongruũ sit,quia sequit, Hæc ara tuebitur omnes:& vnus per centum aras occidi nõ poterat. ¶ Quos ipse sacrauerat ignes.) Vt,Et religiosa deorum Limina. Per quod latenter ostendit nihil prodesse religionem. ¶ Fœdantem.) Hoc est cruentantem. ¶ Quinquaginta illi thalami.) Illi celebrati ab Homero. Et bene de thalamis verum expressit numerum. Potest enim vnus thalamus plures habere coniuges: & est zeugma, Quinquaginta thalami procubuere. ¶ Et postes superbi auro barbarico.) Id est aut multo,aut vere Barbarico: qa πλῆος μόνη τῶν βαρβάρων. ¶ Spoliis superbi.) Hoc fuit moris antiqui: vt ipse in septimo, Captiui pẽdent currus curuæq; secures.

DONATVS.

¶At domus interior ge.mi.q;.tu.Miscetur,penitusq;.c.c.æ.Fœmineis vlu.&c.) Crescente desperatione & intercepta spe clausæ antea domus,plangebant fœminę oẽs,quę interius clamoribus atq; vlulatibus prodebãt hostibus extremam formidinẽ suam, quę res vtiq; accẽdebat hostes,vt perficerent intẽtionem suam. deniq; seqt. ¶ Instat vi pa.p.) Quis.n.nõ prouocaret ad effectum plenissimũ rerum audiendo talia & videndo? Descriptio autem domus atq; eius amplitudo nõ frustra narrata est,in qua nõ tantum edificiorum ambitio præferebatur, verũetiam monstrabat nobilitas & superior felicitas Priami: Dixit enim. ¶ Apparent Priami &.v.p.r.) vt ostenderet regnũ,quod Priamus tenuit,per maiores eius ad eum succedendo peruenisse.quanti autem doloris fuit vna nocte cõcidisse penitus,quod p infinitos reges multis etiã seculis floruerat? Armatosq; vidẽt.st.in.l.pri.) Ipsi sunt, de quibus dixit,Imas obsedere fores.¶ Nec claustra, nec ipsi Custodes suf.v.l.a.c.Ianua.&.e.pro.c.p.) Cum eo magis Pyrrhus insisteret,qa viderat armatos interius, & euertẽdis foribus operam daret maiore vi,nec claustra,nec custodes, qui int9 aderant, nec postes ipsi poterãt ferre hostes.postes etiam possumus accipere,quoniam alio noie etiam custodes appellant, dicti a custodiendo.ipsis enim nitentib9 ianua custoditur,& firma stabilisq; perdurat & quicquid in omni domo est,plena fide seruatur.oia itaq; cum deficerent,cum ipsis euersa postibus ad plenum obtinente violentia ceciderunt.¶ Fit via vi rũ.adi.primosq; tru.)Vis inquit,ianuam patefecit. vis aditum dedit ad interiora tendẽdi, cædis quãprimum qui in ipso vestibulo primi violentis occurrerant.¶ Non sic aggerib9 &c.Cõparatio,qua melius possit aduerti,qualis illa vis fuerit Pyrrhi,qualis etiã cęterorum in torrentis cõparatione,qui imensos aggeres & firmissimas obices rumpit, & ita effusus sęuit,vt quicquid iuenerit perdat aut rapiat, potiorẽ vult extitisse violentiam dicẽdo, nõ sic aggeribus ruptis cũ spumeus amnis Exiit, oppositasq; euicit gurgite moles. ¶ Vidi ipse furentem Cęde Neo.&c.)Vidi,inquit,furore plurimos hostium ferri,& infinitorum nõ satiari suppliciis.¶ Vidi Hecubã,centũq; nurus&c.),Vidi,inquit,multa indigna.illic enim fuit auxilium prębens domui regis.inde cõtigit, vt malorum omnium spectator esset,qui venerat defensurus,vt respõderet illi parti, qua dixit in libri istius capite, Quęq; ipse miserrima vidi,& est genus propositionis.nam dicturus est priameię mortis exitiũ,vt ostẽdat,qũo aras & ignis quos ipse aliquando sacrauerat, fœdasset sanguine suo. Tenent Danai qua deficit ignis.non dixit,tenent Danai qua ignis nõ fuit,sed qua deficit,vt ostẽderet oia iam fuisse consumpta,ignis enim vbi habuerit quod absumat,viget.absumptis aũt quibus nutriebatur & vigebat,valere non potest.illa ergo parte stabant Greci,qua ignis deficeret, neq; adhuc supererat,qd ardere posset.exponamus nunc, quæ in hunc locum tractanda distulimus.ait.n.vidi ipse furẽtem cęde Neoptolemũ, gemiosq; in limine Atridas. & est vidi Neoptolemũ, vidi geminos Atridas,vbi itelligit vidi. sed & Atridas debemus furentes intelligere, vt Neoptolemũ. Vidi Hecubã, centũq; nurus, Priamũq;.hic quoq; ter accipiendũ est vidi,vt sit vidi Hecubam,vidi,nurus,vidi Priamum,hucusq; intelligẽdum est vidi, quod ipsum noluit crebro ponere, ne inferret dictioni fœditatẽ.item dixit,qnquaginta illi thalami,spes tanta nepotum, Barbarico postes auro,spoliisq; superbi procubuere.sicuti ad omnia aptatum est vidi. ita & in cõmunibus respõdet pcubuere.hoc modo pcubuerũt,inquit,qnquaginta thalami cum tanta nepotũ spe,procubuerũt, & postes barbarico auro superbi,& spoliis. Aurum barbaricum ad ornatũ postium pertinet,eorumq; fabricã,qua fuerant superbi. fabrica autẽ barbarica,vt nomen sit artis.opus quippe quod barbaricũ dicit, cæteris præstat. Item spoliis superbi.i.gloriam ostendentes ptereuntibus eorum dominorum, qui illa pugnando atq; vincendo detraxissent hostib9 superatis. superbi ergo ornatu artis atq; materiæ, superbi etiam spoliis.

ASCENSIVS.

¶At domus interior.)Ad excitandam commiserationem,recenset muliebrem vlulatum,quem tunc verosimile est factum cum facta tali fenestra hostes cõspicerentur. vnde Donatus:Plangebant fœminæ,& summis vlulatibus prodebant hostibus suã formidinẽ qua augebat illis spes: ergo.¶ Instat vi patria Pyrrhus.) Quis enim nõ prouocaret audiendo talia? descriptio autem regiæ auget nobilitatẽ & amplitudinẽ, felicitatẽq; Priami: Veterũ regum,vt ostẽderet regnũ Priamo a maioribus suis prouenisse. Quantus autem dolor vt vna nocte conciderit, quod per infinitos reges,multis etiam sæculis,seruatum fuerat? Nec ipsi custodes vigiles,de quibus dixerat, imas obsedere fores.possumus ẽt custodes ipsos, postes intelligere, quoniam custodes a custodiẽdo appellantur, cum igitur omnia deficerent. ¶ Fit via vi.) Vis (inquit) ianuam patefecit: vis aditum ad interiora tenenda reclusit.¶ Vidi Hecubam.) Et reliqua. Respondet ad id quæq; ipse miserrima vidi. fuit ergo cædis eorum hominũ spectator, quos venerat defensur9.¶ Qua defi.ig.) Omnia ignis occupauerat: sed cum consumptis rebus, ignis extinguat. ¶ Dan.) Occupabant ea loca in qbus non dixit,nõ fuit ignis,sed iam deficiebat.¶ Supbi.) Ornatu artis, & materia. ¶Ordo est. At.i.sed: domus interior, Ordo. vbi.s.fœminę, & infantes erant:miscetur.i.cõfunditur gemitu, & misero tumultu,& ædes cauæ.i.tecta camerata: vlulant.i.vlulatum dant:penitus.i.pene intus in penetralibus,plangorib9 fœmineis.i.fœmininis,& muliebrib9 clamor ferit sydera aurea micantia.(Ser.dicit stultos qui ad sydera in laquearibus depicta referunt:sed non penitus absurdum est: nam in cameris solet cœlum depingi supra verticem,verũ mallem ad sydera cœlestia referre,vt clamor sublatus ad ęthera,ad hostesq; peruenisse dicat.) tum.i.deinde matres pauidę:non solum pauentes, sed naturaliter pauidę errant.i.discurrunt palantes.i.errantes, ingentib9 tectis.i.per ingẽtia tecta: & amplexę postes tenent,sup.eos, atq; figunt oscula:vti rei charæ,quã derelinquere cogunt,mulieres solent.Pyrrhus instat vi.i. violentia.patria.i.paterna, qua pater ei9 Achilles in tali successu instare solebat:nec claustra,nec ipsi custodes valent:sufferre.i.sustinere vim & impetum eius.ianua labat, id est pcumbit:ariete.i.machina bellica,cornuta fronte,in morẽ arietis facta:crebro.i.frequẽter impulsa:& postes,pcũbunt, emoti cardine.i.ex loco in quo fixi erant: via.i.trãsitus, aut accessus fit,vi.i.violentia, inuitis Troianis:& ipsi Danai immissi, rumpũt id est rumpẽdo obstacula faciunt:aditus.i.accessus: & trucidant primos.i.quos primos offendunt obstantes: & cõplent loca late milite.i.agminatim irrumpũt.Amnis spumeus.i.spumosus: nõ: fertur sic,id est tam violenter in arua:furens cumulo,id est impetu multo aquarum:cum,id est quando trahit armẽta,id est pecora magna,cum stabulis per oẽs campos:& hoc cũ.i.post, quãdo exit,s.alueum suũ:aggeribus,id est rebus aggestis:ruptis.i.dissipatis:& cum euicit gurgite, id est impetu aquarũ:moles oppositas,id est obices:nõ dico,sic fertur vt Græci ferebantur in aulam Priami. Ipse.i.ego vidi Neoptolemum.i. nouum militem Pyrrum furentem cæde.i.occisione, quam exultans victoria & improbus annis faciebat:vnde signanter Neoptolemũ hic dicit: &

vidi geminos Atridas.s.Agamemnonē,& Menelaū,sup.furentes cæde primo in limine.i.in primo ingressu obuios.s.quosq; trucidantes. Vidi & Hecubā Priami coniugē: & centū.i.plurimas: nurus.i.cōiuges filiorū ei⁹: & vidi Priamū fœdantē.i.imbuentē: sanguine.i.sacrificiorū: per aras.i.sup ipsas aras: ignes quos ipse sacrauerat. Quinquaginta thalami.i.cameræ nuptiales in qb⁹ nurus erant:erant sup.illi,(quē numerū etiā Homerus celebrat) & tanta.i.tam magna spes nepotū erat,sup.illi:aut ordo est:quinquaginta thalami, appositoriæ, spes tanta nepotū procubuere illi.i. in damnū & dolorē illius: & postes superbi.i.superbe extructi, & magnifice decorati auro Barbarico.i.a Barbaris ablato,& spolijs.s.Barbarorū illis affixis: procubuere.i.procubuerunt Danai: tenent.i.occupant,sup.ab ea parte qua ignis deficit.i.deest, aut propter obstaculum amplius cremare nequit.

PIERIVS.

¶Amplexæq; tenent postes.) Hoc autē loco, postis, plurimū in antiqs exēplarib⁹ inuenit. Varie vero semp disputatū ab authoribus,vtrum casus plu.hmōi noīum tertię declinationis per is, an per,es,enūciari debeāt. Nam ex veteribus grāmaticis nō desunt qui sup hoc casu pceptum hoc obseruādum eē sentiāt,vt quādo genitiuus casus numeri plu.u,m.literis ante consonantē concluditur: tunc accusatiuus casus numeri plu.e,s, literis definiatur, vtputa,horū parietum,hos parietes. At vero tunc accusatiuus casus numeri plu,i,s,literis concludat,cum genitiuus casus nume. plu.i,u,m,literis definit,vtputa,hos talis,quoniam, horū talium facere demonstrat. Quod pręceptū, vt imperite datū redarguit Probus in arte. Quādoquidem sunt nomina, quę genitiuo casu numeri plu.i,u,m,literis definiantur, & accusatiuo casu numeri plu.e,s,literis concludant: vtputa,harū nubiū(ait ille,)num quidem,has nubis:sed has nubes facere pronunciat? Item sunt noīa quæ genitiuo casu nume.plu.u,m,literis ante consonātem concluduntur, & accusatiuo casu nume.plu.i,s, literis cōcludantur, vtputa,horū parentū,hos parentis. Quos sono Sallu. Per liberos, atq; parētis vestros,sciuit esse pronunciandum. Item sunt nomina,quę genitiuo casu nume.plu.i,u,m,literis definiātur, & accusatiuo casu nume.plu.e,s,& i,s,literis cōcludantur,vtputa, horū postium,hos postes,& hos postis,qua rōne pcipuus Maro eosdē postes, ex vtroq; sono pronūciauit, Amplexæq; tenent postes. Item: Postisq;,sub ipsos nituntur gradib⁹. Sanè qdē in Mediceo casus huiusmodi plurimū per,i,s,scribuntur, hoc vero loco postes,scriptum est,ex Probi sñia. ¶Emoti procumbūt cardine postes.) No. Marcellus,emoto:agnoscit, vbi hoc versu (teste Virgilio) cardinem,virili genere ,ptulisse dicit. Nulla enim alia dictio est ex qua genus apparere possit. Nam ex veterib⁹ sunt,qui hanc cardinē dixerint. vt illud,Sonat Impulsa regia cardo. ¶Spes tanta nepotū.) Sunt qui dicant in codicibus aliquot antiquis scriptū esse,spes illa nepotum, ego lectionē eam nusquā in exēplaribus quæ mihi versare cōtigit,inueni:sed tanta,fere passim: quam lectionē Donatus agnoscit,in vno tantū,quāta, per exclamationē habetur:& ampla,scriptum in Mediceo codice vetusto:tanta,tamen melius.

SERVIVS.

¶Forsitan & priami fuerint quæ fata reqras.) Bono vsus est ordine: vt añ reipublicæ, post regis,inde puati, hoc est sua, fata narraret. De morte autē Priami varie lectum est. Alij dicunt, q̄ a Pyrrho in domo qdē sua captus est:sed ad tumulū Achillis tractus occisusq; est iuxta Sigeū pmontoriū. Nam in Rhœtęo Aiax sepultus est:tunc ei⁹ caput cōto fixum circūtulit. Alij vero q̄ iuxta Hercęi Iouis arā extinctus sit,dicunt. Vñ Luca. Hercęas mōstrator ait,non respicis aras? Et hāc opinionē plene Virgilius sequit. Licet etiā illā prelibet, vt suo indicauimus loco. ¶Mediū hostem.) Hypallage est, in medijs ædibus.) Si aūt medijs legeris,nō stat versus,nisi excluso s,vt,inter se coiisse viros, & decernere ferro. Et bene Priamū nisi in extremis armat periculis. ¶Trementibus æuo.) Non timore. ¶Circūdat.) Non apte sibi cohęrere facit:sed potius oneri sumit.) Inutile ferrum) Ipse Inutilis. Ferrum enim de his est quæ ex coniunctis sumunt epitheta:vt venenum. ¶Nudo sub axe.) Hoc est sub diuo: quod impluuiū dicit. Axis, autē est aut plaustrū septentrionale:aut pars septētrionis, aut spirit⁹,quo mundus mouet,sicut docet Luca. ¶Veterrima.) Vsurpatū est. Ergo, vt supra diximus, hoc tantū si necesse sit,licet. ¶Cōplexa penates.) Penates sunt oēs Dij qui domi colunt. ¶Nequicquā.) Aut sm Epicureos: aut ,ppter vim bellicā. ¶Altaria.) Superorum & aræ sunt,& altaria: Inferorum, tantum aræ. Ara autem dicitur a precibus, quas Græci ἀρὰς dicunt,vt vnde cōtra imprecatio κατάρα dicit. ¶Præcipites.) Festinę,propter tempestatem:& bene. ¶Atra,)addidit:quia est & clara,vt, Vnde hæc tam clara repente Tempestas? ¶Dira.) Modo proprie. Dira enim est deorū ira. Ergo quæ mens dira,idest infusa ex deorum ira. ¶Ruis.) Aut festinas, aut incedis seniliter. ¶Non si ipse meus.) Subaudis filius posset defendere. ¶Ore effata.) Abundat Ore. ¶Vacua.) Magna, quæ difficile complentur. ¶Infesto vulnere.) Bonū schema. vuln⁹ pro telo. ¶Euasit.) Peruenit. ¶Vitā cū sanguine fudit.) Modo eos sequit,qui sanguinē, sedē vitæ volunt. Alibi eos, qui ipsum sanguinē vitā volunt:vt, Purpureā vomit ille animā.

Forsitan & Priami fuerint quæ fata requiras.
Vrbis vbi captæ casum,conuulsaq; vidit
Limina tectorum,& medium in penetralibus hostem:
Arma diu senior desueta trementibus æuo
Circundat nequicquam humeris:& inutile ferrum
Cingitur:ac densos fertur moriturus in hosteis.
Ædibus in mediis,nudoq; sub ætheris axe
Ingens ara fuit:iuxtaq; veterrima laurus
Incumbens aræ,atq; vmbra complexa penates.
Hic Hecuba,& natæ nequicquam altaria circùm,
Præcipites atra ceu tempestate columbæ,
Condensæ,& diuum amplexæ simulachra tenebant.
Ipsum autem sumptis Priamum iuuenilibus armis
Vt vidit:quæ mens tam dira miserrime coniux
Impulit his cingi telis? aut quò ruis?inquit.
Non tali auxilio,nec defensoribus istis
Tempus eget:non,si ipse meus nunc afforet Hector.
Huc tandem concede.hæc ara tuebitur omneis:
Aut moriere simul.sic ore effata,recepit
Ad sese:& sacra longæuum in sede locauit.
Ecce autem elapsus Pyrrhi de cæde Polytes,
Vnus natorum Priami,per tela,per hostes,
Porticibus longis fugit:& vacua atria lustrat
Saucius:illum ardens infesto vulnere Pyrrhus
Insequitur:iam iamq; manu tenet,& premit hasta.
Vt tandem ante oculos euasit,& ora parentum:
Concidit:ac multo vitam cum sanguine fudit.

DONATVS.

¶Forsitan & Priami fue. quę fata re.) Vtit referens magno cōpēdio, vt quod sciebat qri potuisse, spōte ingerat pusq̄ expectet interrogationē. mala.n.sua & plena crudelitatis, vel maxie tēpore, quo quies oibus optabat, debuit maturius facto fine cōcludere. Forsitan, iquit,& Priami fuerint q̄ fata reqras,dicēdo, & Priami, ostendit oēs quoq; supra meminit esse cōsumptos. licet iam dixerit oia ,pcubuisse, dixerit & Priamū ipsum interijsse cū aras fœdasset sanguine suo:tamē nō hoc idē repetit,sed ordinem nūc & genus mortis ei⁹ exponit, & dignā exitū vitæ, fortunamq; eius miserabilē memorat. ¶Vrbis vti.c.c.c.q.v. Limina.t.&c.) Crescētium malorū vbi sic fieri vidit augmēta, vbi nihil nisi captiuitas supesset, capta enī ciuitate, qd restabat spei? accessum est ad limē domus. sumpsit augmētū desperatio. hostis nō tm̄ ingressus,verūetiā vsq; ad penetralia puenit, quod fuit extremū,qd facere debuit sapiētissimus rex nisi captiuitatē indignā qualicūq; mortis exitu puenire? inferre sibi manus nec poterat nec audebat. ¶Circundat.) Bis accipiēdum est circundat, vt sit,circūdat arma,circūdat ferrū. ¶Cingitur, ac dē.f.m.in ho.) Visum est arma capere, non vt iniret pugnam, aut certando victoriam quęreret,sed vt in armis positus,pro integro & forti procumberet. Desueta trementibus æuo circundat nequicq̄ humeris,& inutile ferrū. Et personā & res inutiles posuit, nam diu desueta arma,hoc est quę in vsu esse desierāt superueniēte domini senectute, pindeq; ociosi & fessi, ac per hoc vetustate corrupta, humeris antiquitate dissolutis imposuit,& inutile ferrum quod absumpsisset rubigo longi tēporis. His gestis cingit, hoc est armatur.

maturi, & quasi certaturi specie in confertos hostes moriturus egreditur,iste vsqueadeo affectum moriendi habuit,vt vnus senex ocio quoq; longissimo dissolut⁹ desuetudine torpidus, isset in hostes densos,authorem suæ mortis facile inuenturus in plurimis. Hoc loco pleriq; errantes putant,Priamum amentia quadam ductū hoc vel temeritate fecisse,quod fecit cōsilio & singulari prudentia,qua vti solent in extremis sapiētes, vt moreretur potius q̄ captiuitatis ludibrijs subiaceret. sed falluntur isti discedentes ex subiectis. poeta.n.diuino ingenio pditus loca semp ac tempora psonasq; pertractans. dedit viro prudentiam, & in aduersis aptissimā cōsilij definitionē,qm̄ hostes obtinuerāt patriā, possederant domū,penetralia quoq; diripiebant. tēporis in psonam mulieris alia sentētia fuit,quæ pro ingenio fœminei sexus arbitrata virum suum turbatū ex pñtibus amentia ferri. ¶Quæ mens tam dira mi.cō.Impulit.h.c.t.&c.) Tractauit Hecuba, psonam senis nō cōuenire laboribus belli,existimans illum vincēdi causa veluti certādi stimulo prouocari. arma certe ipsa rubigine ac vetustate & desuetudine corrupta nullo dimicaturi cōmodo profutura,nō posse a sene defendi patriam illo vel maxime tpe, quo iuuenes & fortissimi perierant, nec loci esse fiduciā, cū iam hostes in ipsis domus penetralib⁹ degerēt. Nō tantū ipsum pditis oibus subuenire nō posse,sed ne ipsum qdē Hectorē, si etiam tunc mansisset incolumis. huc tandē cōcede, hęc ara tuebit oēs, aut moriere simul, Aliqd numinis ara ista retinet, oēs faciet saluos,aut si nihil valuerit,oēs pariter moriemur. ¶Sic ore effata.r. a.sese,& sa.lon.in se.lo.) Cuius ætatis fuit vel qualiū virium inde apparet,qm̄ hūc mulier anus ab incepto reuocauit, & in sacra sede cōstituit. ¶Ecce aūt elapsus.p.de.c.p.Vnus.n.P.p te,p ho.&c.) Fortunā Priami, quē supra posuit poeta,describit. voluit enim mori, occurrit vxor ne fieret,sed casus attulit viam pereūdi, Polytes quippe vnus ex filijs eius Pyrrhi vulnere letali pcussus seruauit ex euētu animā,donec ad cōspectū parentū fugiēs perueniret,sed vrgēte hoste,& ita iminente, vt alio ictu sauciū grauius premeret,concidit,& mortuus est. hic poeta definit animā eē sanguinē aut in sanguine esse animā, deniq; effuso Polyte sanguine,anima quoq; cū ipso consumpta est, ecce fortuna Priami & fatum,cuius causa factum est,vt filius eius letaliter percussus vicerit valentem hostem,vt ante oculos patrios caderet.

ASCENSIVS.

¶Forsitan &c.) Post excidium multorum Troianorum & captionem regię Priami,affectabat, vt verosimile est Dido audire exitū Priami:quē nunc recitaturus ē:vnde Dona. dicit sic. ¶Forsitan & Priami.) Bono cōpendio vtitur,vt vltro suggerat,quod interrogari poterat. Debebat enim eo tempore quod omnibus quietem destinauerat,vti breuitate. Exponit igit quomodo sanguine aras fœdauerat. ¶Vrbis vbi captę.) Cum iam nihil esset reliqui de vrbe regiaq; sua: nullaq; oino spes restaret: statuit sapiens,& forti animo rex quacunq; morte captiuitatē fugere. arma capit,non vt peteret victoriā,sed vt in armis positus viriliter occumberet. Ponit autē & hoiem & arma inutilia,qm̄ ipse senex iandiu arma nō sumpserat: vnde illa rubigine contabuerant, & inutilia reddita erant. ¶His.) Armis:authorē mortis quærit:non amētia,sed sapientia,vt morte captiuitatē fugiat:ergo, sapiētissimus poeta decorum in hoc rege seruauit. Dedit & conuenientē naturam mulieri, & reginæ, & vxori. ¶Recepit.) Quam imbellis esset,ex eo apparet quod mulier anus,cum ab icepto seuocauit. ¶Ecce autē elapsus.) Voluit mori Priamus: vetuit vxor at casus attulit sibi quod cupiebat. ¶Ordo est. Tu requiras,id est regrere possis forsitan: &.i.etiam quæ fuerint fata Priami: & incipit narrare dicens: vbi.i.postquam Priamus,supple vidit casum.i. ruinam & excidium vrbis, scilicet Troiæ captæ.s.a Græcis: & vidit limina tectorum,conuulsa,id est a sedibus suis simul auulsa:& vidit hostem medium:pro, in medijs penetralibus: ipse senior circundat nequicquam.i.frustra, & ad nihil cōmodi:humeris tremētibus,æuo.i.præ senio,non prę timore:arma desueta.i. desita diu, & cingitur ferrum inutile, id est quo tunc prospere vti nequiret,& fert moriturus in densos hosteis. Ingens ara fuit in medijs ędibus:& sub nudo axe ętheris.i.sub dio:in proambulachro regiæ,sicut in claustris religiosorum,conspicimus aream circūseptam porticu:& laurus veterrima, id est vetustissima (ab antiquo:nam veter dicebat:vnde abusiue,veteri,in ablatiuo fit.) erat iuxta, idest prope aram incumbēs aræ.i.inflexa supra aram, & complexa penates vmbra.s.sua: Hecuba,& natæ,id est filiæ: & nurus,supple erant hic,nequicquam, id est frustra circū altaria condensæ.i.compressę,quod timoris indicium est.& ipse amplexæ,id est amplectentes tenebant:hoc est, amplexu suo tenebant: simulachra diuū.s.penatium:ceu.i.veluti columbæ:supple consuolant præcipites,supple in: aut sub tempestate atra.i.nimbosa, & ipsis inimica. Autem,pro sed:vt,id est postquam:Hecuba, supple videt Priamum iam senem,armis iuuenibus sumptis.i.postquam sumpserat arma iuuenilia: inquit, o miserrime coniux.i. marite:quæ mens tam dira.i.saluti tuę tam aduersa, aut tam furiata (nam diræ etiam,furiæ sunt) impulit te cingi:his.i. iuuenilibus & tibi inutilibus telis:aut quo ruis.i.præceps abis:tempus, scilicet præsens.i.status rerum præsentium:nō eget tali auxilio, quale.s.tu afferre potes:nec istis.i.inutilibus, & decrepitis cuiusmodi tu es:defensoribus,sed,sup.longe præstantiore,& pręstantioribus:non, si ipse Hector meus.s.filius:adforet.i.adesset, sup. egeret tali præsidio,quale ipse pręstare possit, cum serū sit. Concede tandem.i.post diuturnam amentiam tuam: huc.i. ad me: hæc ara tuebitur.i.proteget omnes, supple nos: aut moriere simul.i.nobiscum:ipsa effata.i.elocuta sic: ore.i.etiam gestu oris, & nō solis indicijs,vt vecordes mulieres, quæ in tali casu eloqui nesciūt: solent (aut,vacat ore) recepit ad sese,& locauit longęuū, id est longi æui maritū:in sede sacrata,in qua.s.summus pōtifex sedere solebat. Alludit ad primores Romę, qui dum vrbs a Gallis caperetur,in insignibus suis pro foribus sedebāt. Autē, pro sed: ecce,q.d.præter spem & cōmodum: Polytes vnus natorum.i.filiorum Priami: elapsus de cæde Pyrrhi.i.quā Pyrrhus faciebat in alios,& in hūc facere parabat: fugit per tela,per hostes longis porticibus.i.per porticus longas: & ipse saucius, id est vulneratus: lustrat.i.oculis circūspicit: atria vacua,id est in quibus iam nullus remanserat ad quē se reciperet. Pyrrhus ardens insequitur illum vulnere.i.telo quo vulnus faciat: infesto.i.vim illaturo, & tenet manu iam iamq;.i.in proximo est, vt teneat, & vix quidquam interest: & premit hasta.s.infesta: vt.i.postq̄, supple Polytes euasit tandem ante oculos, & ora parētum.s.Priami & Hecubæ concidit:& fudit vitam cum multo sanguine in quo sedes animæ atq; vitæ a nonnullis creditur.

PIERIVS.

¶Et medium in penetralibus hostem.) Quia pluribus in codic. antiqs legere erat,medijs in penetralibus:ea elocutione,quę sese etiā inferius offert. Medijs hostē in penetralibus:grammatici, vt staret versus, Mediū qppe hostem: correxere. Quod siqs versus quosdā exęleges,vel anapesticos potius,alteriusq; generis insertos Virgilio nolit cōdonare:aut elisionē,s, literę cū vocali applicita nō admittat,habebit is codices venerabilis antiqtatis Mediceū,& alios in qbus, medijs penetralibus, absq;,in,prępositione legat: elocutione Virgilio admodū familiari. Nāq; tamē hoc ita dicimus,vt lectionem vulgatam improbemus, quæ recte & ipsa procedit hoc modo: Mediū,in penetralibus hostē. ¶Densos fert moriturus in hosteis.) In antiqs aliquot exēplaribus,ad hosteis, legit non inepte,cui qdem lectioni adstipulatur etiam codex ille peruetus,in quo semper,ad, prępositio per,t,notatur:in eo.n.at hosteis,legitur: agnoscit tamē Ti. Donatus vulgatam lectionē, in hosteis. ¶Et diuū amplexę simulachra tenebant.) Mediceus & antiqui fere omnes codices,sedebant,habent: quod est mulierū propriū, vt apud Homerū sæpe, pauloq; infra Hecuba Priamū ad sese recipit & longæuū in sede locat. ¶Iuuenilib⁹ armis.) Multorum codicum, & authorū testimonio, iuuenalib⁹,per,a,media syllaba legendum,alibi indicauimus. ¶Illum ardens infesto vulnere Pyrrhus Insequitur.) In perueteri codi. Oblongo legere est infesto in vulnere. Saucius enim erat Polytes. Sed enim Seruius schema laudat, vulnere pro telo,& absq;,in,in alijs cod. habetur. ¶Vt tandem ante oculos euasit,& ora parentum.) In quibusdam veteribus codicibus est: Ante oculos euasit, & ante parentum. Sed omnino corrupte:inde autem emanauit error,quod ea prępositio addita legitur in plerisq; codici. superne pro paraphrasi. ¶Vitam cum sanguine fudit.) In antiquis plerisq; codici. fundit habetur, res enim huiusmodi per tempus pręsens enarratę,magis mouent.

SERVIVS.

¶Hic.) Id est tunc. ¶Media.) autem manifesta:& potest referri,vel ad Priamum, vel ad Polytem. ¶Si qua est.) Vel secundum Epicureos, vel desperat:qa impune añ aras cōspicit cædem. ¶Curet.) Vlciscat. ¶Grates.) Prout res fuerit, vt in bonis, vel in malis dicunt, sicut

Hic Priamus,quāquam in media iam morte tenetur:
Non tamen abstinuit:nec voci,iræq; pepercit.
At tibi,p scelere,exclamat,pro talib⁹ ausis PRIA.
Virgi.

Ordo.

Universidad de Deusto Biblioteca

¶sicut præmia. ¶Me cernere.) De spectaculo queritˀ non de morte. ¶Coram.) Modo aduerbium tẽporis est: qa verbo cohæret:vt,Coram quem queritis adsum.¶Funer.)Cadauere ab eo quod precedit, id quod sequitˀ. Funus, enim est iam ardẽs cadauer. Quod dum portatur,exequias dicimus:crematũ, reliquias:conditum, iam sepultum.¶In hoste Priamo.)Aut Archaismos est.aut in hoste.i.cũ hostẽ gereret,cũ ipse hostis esset.¶Sed iura fidẽq;.)Quia (quod Homerus mutat) dicitˀ Priamus duce Mercurio igressus Achillis tentoria excitatũ rogasse, quẽ dormientẽ posset occidere. Iura vero, q̃ a rege rogabatˀ.¶Remisit.)Comitat⁹ vsq; ad Troiã est.¶Imbelle.) Inutile ferrũ.¶Nequicquã.) Non. sic Persius , Nequicq; fundo suspiret nũmus in imo. ¶Referes ergo hęc.)Sarcaismos ẽ, iocus cũ amaritudine.vt , En agros:& quã bello Troiã petisti Hesperiã. Antismos autẽ est vrbanitas sine iracundia:

Dii,siqua est cœlo pietas,quæ talia curet:
Persoluant grates dignas:& præmia reddant
Debita:qui nati coram me cernere letum
Fecisti:& patrios fœdasti funere vultus.
At non ille,satum quo te mentiris:Achilles
Talis in hoste fuit Priamo.sed iura,fidemq;
Supplicis erubuit:corpusq; exangue sepulchro
Reddidit Hectoreum:meq; in mea regna remisit.
Sic fatus senior,telumq; imbelle sine ictu ÆNE.
Coniecit.rauco quod protinus ære repulsum,
Et summo clypei nequicquam vmbone pependit.
Cui Pyrrhus.{Referes ergo hęc:& nũci⁹ ibis PYR.
Pelidæ genitori:illi mea tristia facta,
Degeneremq; Neoptolemum narrare memento.
Nũc morere.}Hæc dicẽs,altaria ad ipsa tremẽtẽ ÆNE.
Traxit,& in multo lapsantem sanguine nati:
Implicuitq; comam læua:dextraq; coruscum
Extulit,ac lateri capulo tenus abdidit ensem.
Hæc finis Priami fatorum:hic exitus illum
Sorte tulit,Troiam incensam,& prolapsa videntem
Pergama,tot quondam populis,terrisq; superbum
Regnatorem Asiæ.iacet ingens littore truncus,
Auulsumq; humeris caput,& sine nomine corpus.

vt,Atq; idẽ iungat vulpes,& mulgeat hircos. ¶Degenerẽ.) Non respõdentẽ moribus patris.¶Altaria ad ipsa.) Vnde sperabat auxilium.¶Dextraq; coruscũ extulit.) Coruscũ, si ornatũ gemmis caput regis acceperis. sensus talis est, Sublato capite gladium in vaginam recondit,quæ lateri semper cohęret.Si vero coruscum gladium vis intelligere:lateri Priami infixum accipe:& κατὰ τὸ σιωπώμενον: postea caput esse sublatũ.¶Hæc finis.) Omnia laina nomina,inanima,simplicia,a verbo nõ venientia,nis,syllaba terminata, masculina sunt. Inanima , ꝑpter canis: simplicia , propter bipennis: a verbo non venientia , propter finis. Ergo clunis Iuuenalis bene dixit , Tremulo descendunt clune puellę. Horatius male. Quod pulchræ clunes.¶Hic.) Talis.vt,Hunc ego te Euryale aspicio ?¶Sorte.) Fatali necessitate. ¶Troiam incẽsam.) Pro Ilium. ¶Pergama.) Proprie Troianæ arces sunt: vnde κατ᾽ ἐξοχὴν arces omnes pergama dicũtur: vt Poetam dicimus , & intelligimus Virgilium.¶Regnatorem Asię.)Quia imperauerat & Phrygiæ & Mygdoniæ.¶Iacet ingens littore truncus.) Pompeij tangit historiam.Quod autem dicit Littore, illud , vt supra diximus,respicit,quod in Pacuuij tragœdia continetur . Quod autẽ Donatus dicit Litus,locum esse ante aras,a litando dictum:ratione caret. Nam a litando,li, breuis est: & stare non potest versus. ¶Sine nomine.) Sine agnitione.

DONATVS.

❡Hic Priamus.q.in.m.i.m,t.Non tame.a.n.v.irẽq; pe,)Ecce inuenta est quæsitę mortis occasio . nam Pyrrhus potuit Polyten sauciũ fortis & valens sequi fugientẽ,nec ꝑ longa spatia currens alicuius ꝑcussionẽ accepit. totũ.n.fortuna seruauerat Priamo, vt causas mortis quas quęrebat incurreret.deniq; factũ est,nam excitatus luctu & acerbitate mortis filij, imanissimi hostis feram naturã maledictis ĩ se durissimis ꝓuocabat.¶At tibi pro.s.e.p.t.a:Di,inquit,siqua.e.c.p.&c.)Di tibi,hoc est præsentes , ad quorũ se suffragium defensionẽq; cõtulerat.& si est in cœlo aliqua pietas numinum,quæ nefarie cõmissa reciprocis vltionibus vindicent,persoluant meritis tuis detestabilibus congrua.incipit iam vnius facti crimina memorare,dilatans inuidia,quãuis in hostis ꝑsonã.¶Qui nati co.m.c.l.Fecisti &.p.fœ.f.v.) Hos ex occasione obijciebat Pyrrho pro crimine , quasi Polyten ipse distulisset, vt ante ora parentũ occumberet,quasi quod casus attulerat, alteri⁹ culpę debuerat applicari,qui nati coram me cernere letum fecisti,& patrios fœdasti funere vultus. Non culpat hostem q̃ Polyten occidit.stulte qppe faceret hoc reprehendere in eo,quod(vt diximus) iure belli faciebat,aut fecerat,sed hoc culpat, quod nõ hostis sed euẽtus attulerat,quod nõ faceret nisi dolens & desiderans mori,post maledicta ẽt cõuitia subnexuit,dicẽs. ¶At nõ ille satũ,q.t.m.A.Talis in.h.f.P.&c.) Places tibi,inquit, & nobilitate

paterni

paterni nominis gaudes, cũ Achilles pater tu⁹ nõ sit, hoc est cũ Achilles pater tuus nõ sit, mater tua in Achilis matrimoniũ posita, te adulterio cõceptum protulit. hoc verũ esse argumẽto cõfirmat. si filius,ingt,Achillis esses, seruares in persona mea, quod ille moderatiõe custodita seruauit , nam cũ ad eum supplex issem,erubuit poti⁹, & doluit fortuna mea,quã mihi in aduersis gratulat⁹ est. corpusq; Hectoris reddidit,& me remisit i statũ,quo fui, qa adstruebat Achillis factũ , & volebat eũ iuste aliqd ostẽdere præstitisse,vt ex hoc deformaret ꝑsonã Pyrrhi,tacuit ille scelerati hois fun⁹ ꝑcepto auri ingẽti põdere , dimisit ad sepulturã,iust⁹.s. nõ humanitate sed premio.cũq; alia quoq; exercere posset in supplicem , mecere posset in supplicem, quoq; in regnum meũ redire permisit. Cum aũt de concesso Hectoris corpore loquereť,bene poeta posuit, reddidit.hostib⁹.n.sola anima debetˀ hostilis.Corpus autẽ,qm̃ hoc in nullius ẽ potestate,dimittitˀ sepulturę.reddidit ergo, qm̃ hoc cõtra humanitatis leges illicite tenebatˀ. ¶Sic fatus senior.t.q;.i.si.i.c.)Ecce desideriũ mortis manifestũ.post maledicta& iniurias senex iuuenẽ ꝓuocat.nec corpis nec teli sui suffragante virtute. Telum ait imbelle,vt firmaretˀ,qđ superius dixit,& inutile ferrũ. quod aũt dixit sine ictu coniecit,ꝑcedens dictũ voluit approbari.positũ est.n.tremẽtib⁹ æuo circũdat nequicq; humeris. ¶Rauco qđ p.æ.re.Et summo.c.n.v.p.) Nõnulli hic faciũt inanissimã quæstionẽ dicentes,nõ posse pendere quod repellitˀ.his ergo reddenda ratio est,vt vacuato quod male sentiunt incipiant sequi, quod prudenter est dictũ.nam & repulsum est,& pependit . missum.n.telum constabat quod vetustatis vitio fuisset hebetatũ, quod rigorẽ perdidisset illius tẽporis , quod in vsu Priami fuit, cum telum ipsum fuisset emissum ab eo , qui omne virtutis robur cũ ipsis iuuentę temporibus amisisset.talis ergo teli effectus plenus esse nõ potuit,vt perforato penitus scuto ad hois corpus & exitium peruenisset,nec tamen in totum inefficax fuit . repulsum est enim resistẽte aere.sic tamẽ vt pendens in hoc esset penetrato.s.aliqua ex parte scuti cõtectu.Hic intelligẽdum est,qualis in primis annis fuerit Priamus quem nõ fefellit in illa ætate destinatio feriẽdi,obtinuisset enim,si corporis etiã roboris , & teli substantia perdurasset. qualis autẽ fuerit etiam Pyrrhus ostẽditˀ, qui ictum senis vitare non potuit. ¶Cui Pyrrhus, r.e.h.&c.) Quale responsum deberet iratus dare ex maledictis & iniurijs acerbissime expressit,in ipsa.n.respõsione ostendit se verbis potius Priami,& obiectis fœdissimis excitatũ , dum eadem replicat ibis,inquit,vt patri meo ipse referas male gesta mea , & crudeles actus,& me degenerẽ nunties.interea morere. Ecce breuitas necessario posita,ꝓperare.n.Pyrrhus ad vltionem debuit,quẽ tanta cõmouerant.¶Hoc dicens al.ad.i.t.Traxit,& in.m.l.s.n.) Ecce animus vehemẽter irati,hoc,inquit,dicens , hoc est dum adhuc loquitur , traxit senem , traxit ætatis vitio tremulum , traxit ad ipsas aras deorum,quas Priamus dixerat vindices fore. traxit labantẽ in filij sanguine,tantũ potuit vis iracũdię,vt nõ consideraret Pyrrhus in Priami nece piaculum infandum , & impietatem plenissimam profiteri fecit,vt dictum est,irati mente existimans se nec sacrilegum hoiem , neq; impium fore , sed ipsum Priamũ reatum incursurũ,si aras fœdaret sanguine suo,quas hostiarum cæde promereri consueuerat, & filij sanguine suũ quoq; misceret.Incipit iam desciptio necis Priami,in qua pleriq; omissa ordinatione sensus, a vero intellectu dissociant veritatem. traxit , inquit,tremẽtem. ¶Implicuit comam læua &c.) Melius non puto exponẽdum hũc locum q̃ ipsis verbis,quibus factum descriptũ est.tenuit omnem comam Priami , & sinistra manu implicauit, dextraq; extulit ensem , ipsas,scilicet comas proculdubio cũ ca-

pite

pite abscidit,quasi abscissio capitis non sufficeisset ad pficiendam hois necem,qm̃ vehemẽter irati personã induxerat , & lateri,inquit,abdidit ensem vsq; ad capulum.Lateri intelligẽdum est, nõ suo quasi reuocans in vaginã,sed lateri Priami , qui tam apertũ, qui tam euidens in eo quod fecerat natura ferox iuuenta, insolens iniurijs excitatus abstulit hois caput . & quia hac tantũ pœna satiari nõ potuit,corporis latus iam nihil sentientis impresso ei vsq; ad capulum gladio perforauit, atq; ita totũ ensem abdidit,quasi illum in vagina condidisset.Hoc factũ infra melius apparet,cum funus eius & genus mortis Æneã diceret horruisse. ¶Hæc finis Priami fatorum.) Supra enim dixit,forsitan & Priami fuerint quæ fata requiras. Ecce in quẽ finem vitæ dilatus est Priamus.¶Hic exitus illum.s.t.)Quam sortẽ miserãdus inuenit. ¶Troiam incensam,&.p.v.p.&c.) Post florem regni,post diuturnum imperium Troiam ille vidit incensam ,& prolapsa pergama,quid male sit,dolenda cernens , quis speraret senem iamiam natura deficiente sine dubio moriturũ perdito,quod feliciter regerat,imperij culmine,cõsumptis quoq; incẽdio vniuersis tam infelici exitu periturum:dehinc succedit aduersorũ euidẽs enumeratio secuta post mortẽ,quoniam quę superius dicta sunt ad Priami cruciatus pertinent,vel certe cum occideretur . ¶Iacet.) Nec fuit qui funus eius debitæ sepulturæ mandaret . ¶Ingens.) honore vel corpore. ¶Litore.Vbi litare consueuerat , qm̃ intra domũ & ante aras cõstabat occisum.¶Truncus.)Atq; vtinã non diuisus in partes & sine nomine corpus,iacet ingẽs corpus & sine nomine.nõnulli hic sine noie,sine dignitate accipiunt, sed nõ ita est,nam cum corpori detractum fuerit caput erit sine noie cũ cognosci nequiuerit.iacet ingẽs litore trũcus,iacet auulsum humeris caput,iacet sine noie corp⁹.Separanda sunt hęc a superioribus dum ꝓnuntiantˀ , ne intellectus patẽs facta cõclusione turbetˀ.ab accusatiuo enim casu transiens si ad noiatiui casus declinationẽ pronuncians veniat facit vitium.iungens Troiam incẽsam & prolapsa videntẽ pergama,tot quõdam populis regnisq; superbum Regnatorẽ Asiæ.iacet ingens litore truncus. ¶Auulsumq; humeris.c.& si.n.c.) Semel positũ iacet,ad tria supradicta pertinet,quæ ipsa tria cum noiatiuo sunt posita. superiora vero cum accusatiuo.¶Proinde hæc oportet separari,

ASCENSIVS.

❡Hic Priamus,&c.)Docet finẽ & exitum vitæ Priami, adludens subinde ad res Romanas:vnde Dona.¶Hic Priam⁹.) Voluit fortuna,vt mors Polytę esset in cõspectu suo , vt inde mors sua oriretur.¶Dij.)Scilicet pręsentes , ad quos se suffragium cõtulerat, & si est in cœlo aliqua pietas quæ nefaria cõmissa vindicet.¶Qui nati.) Non culpat Pyrrhum q̃ occiderit,sed q̃ cædem in conspectu paternum reseruauerit nam stulte reprehẽderet, quod iure belli licebat.¶At non ille.) Conatur priuare eum omni gloria & nobili genere,q̃ non sit filius Achillis : quod probat,q̃ in se non seruauerit iura quę seruauerat Achilles. ¶Reddidit corpus.) Qđ iniuste retinuisset. Sola enim anima debetur hosti.Corpus autẽ, quoniam in nullius est potestate,dimittitur sepulturę.Reddidit ergo,quoniam contra humanitatis iura id tenebat. ¶Sic fatus.) Est desyderium manifestum mortis,q̃ post cõtumeliam, etiã armis iuuenem,senex ꝓuocet.¶Telum imbelle.)Confirmat quod dixit, Inutile ferrum.¶Sine ictu.) Probat humeris trementibus æuo.¶Pependit.) Stulte dicunt,nõ posse pendere quod repellitˀ. Hæc ille.

Ordo. ❡Ordo est,Priamus hic,i.hoc tempore,quãquam teneturiam in media morte.i.quantũcunq; certam mortẽ cõspicit: tamen non abstinuit.s.a conuitijs: nec pepercit voci.s.contumeliosę & exprobranti: & iræ vnde illa processit , at.i.sed exclamat (aut detur potius particula , at Priamo : habet enim nescio quid minanti aptum : exclamat ergo) at dij(si qua pietas est cœlo quę curet talia) persoluant tibi grates dignas,& reddat præmia debita tibi,pro scelere,& pro talibus ausis qui fecisti me.s.regẽ & longæuum,& parentẽ : cernere coram.i.in conspectu meo:letum.i. mortẽ.nati.i.filij mei:& fœdasti.i.cõtaminasti : funere, sup.nati : vultus patrios.i.paternos.At ille Achilles.s.quo mentiris te satũ id est ꝓgenitum:qa eius mores nõ obtines (quæ sentẽtia quoq; Christiana est.negat enim Christus filios Abraæ, qui eius opera nõ faciunt.)non fuit talis in hoste Priamo.i.in tractãdo me, qui hostis eram:sed erubuit.i.cũ rubore excepit iura, & fidem supplicis.i.supplicaturi,& suppliciter veniẽtis, pro redimẽdo corpore Hectoris:videns enim Achilles in Priamo,quod Saul in Dauide: quia cum dormientẽ interficere potuisset : nec tamẽ quicq̃ molestię intulerit,quia supplex venerat, erubuit iura : quib⁹ potuit hostem quouis modo adoriri,& fidem qua noluit:quia supplex venerat : erubuit autẽ propterea,quia indecorum est sic dormiuisse Achillem vt improuido,adesset improuisus hostis:& reddidit corpus Hectoreũ exangue.i.mortuũ : hic non dicit Priamus q̃ vendiderit:qa si id diceret , iam ꝓbaret patrem nõ minus turpem q̃ filium:cuius cõtrariũ astruere vult : & remisit me in mea regna:quæ verba sonarẽt quasi per pudorẽ Pyrrhũ a cæde coercere vellet:nisi facinus inimicum subsequeretˀ. Priamus ergo senior fatus,sup.est sic,& coniecit telum imbelle,qa sine ictu.i.impetu forti:quod.s.telum repulsum.i.repercussum : ꝓtinus.i.statim ære rauco.i.parum sonantibus armis, aut vmbone æreo parum sonãte,eo q̃ sine viribus impulsum esset:pepẽdit nequicq; id est frustra infixum est in summo vmbone.i.curuatura clypei: hoc est,mansit qdẽ hęrens in superficie vmbonis:& ita pependit, sed nõ penetrauit totum clypeũ : & ideo repulsum est, nõ tamen reiectũ,qa mansit hærens.Cui Pyrrhus , supple respondit. Ergo, quia dicis patrem meũ non tali animo, sed longe generosiorem fuisse, tu referes.i.recitabis hæc.s.facinora mea , & ibis nuncius genitori meo Pelidæ.i.Pelei filio : memento narrare illi mea facta tristia.i.turpia ob quæ ille tristetur : & me Neoptolemum.i. nouum militem degenerem, id est ab eius virtute & generositate degenerantem : morere (imperandi verbum) nunc.s.vt nuncius eas : & ipse dicens hæc, traxit Priamum tremẽtem.s.æuo ad ipsa altaria : quæ constructa ab ipso erant in honorem deorum, trementem, dico, & lapsantem, id est titubantem, aut iam iamq; labantem in multo sanguine nati , scilicet Polytæ , & implicuit, comam læua, id est inuoluit lęuam manum suam coma Priami: & extulit.i.extraxit vno icto in altum:dextera.s.manu ensem coruscum,id est refulgentẽ : & abdidit lateri,id est in latere Priami: tenus capulo.i.vsq; ad capulum.i.manubrium, quo capitˀ hæc , sup.erat:finis,idest exitus fatorum Priami:hic.i.huiusmodi:tam infelix exitus : tulit illum sorte.i.per sortem.i.hunc exitũ ille sortitus est : non enim pro meritis eum habuit:illum,dico, videntẽ Troiam incensam:& Pergama.i.arces Troianas : prolapsa illum, dico,regnatorẽ Asiæ superbum.i.elatum & glorificatum:quondam populis & terris:qui, sup.iacet nunc ingẽs truncus in litore:quia Troia deleta non nisi littus maris visum est (sed ad Pompeium alludit , vt Seruius recitat)& caput auulsum.i. amputatũ humeris & corpus sine nomine.i.ignobile, sicut vulgus,ignobile dicitur sine nomine : aut ad sui cognitionẽ mortales inuitat : vt cognoscant, quia ablato capite etiam regis corpus sit sine nomine , non enim agnoscitur.

PIERIVS.

❡Corpusq; exangue sepulchro.) In aliquot ex antigoribus codicibus,corpus exangue legitur absq; particula , que. Sed enim ipsa versus dignitas,eam particulam hoc loco videtur expetere. ¶Rauco quod protinus ære repulsum est.) In antiquis aliquot codicibus,sepultũ est, legitˀ. In aliquot,sepultum,absq;,est quod id videtˀ innuere,q̃ ad viuum nõ peruenerit. Sed in summo clypei,nulla efficacia pependerit.Sanẽ vero,sepultum , ab ijs repositum est,qui olim quæstionẽ faciebant,non posse pendere,quod repellitˀ, aduersus quos ita Donatus . Nam & repulsum est & pependit, Missum enim telum cõstabat,quod vetustatis vitio fuisset hebetatum,quod vigorem perdidisset illius temporis quo in vsu Priami fuit,cum adhuc iuuenis esset,nũc emissum ab eo qui omne virtutis robur cum ipsis iuuentæ temporib⁹amisisset. Talis ergo teli effectus plenus esse potuit,vt perforato penitus scuto ad hominis corpus,& exitium perueniret:nec tamẽ in totum inefficax fuit,repulsum est enim resistente ære, sic tamẽ , vt pendens inhæreret , penetrato.s.aliqua ex parte scuti cõtextu, legamus itaq; cũ Donato,rauco quod ꝓtinus ære repulsum est.¶Illi mea tristia facta.Illi,hic pro,ibi,aduerbiũ positum dicit Dona.interpres Terẽtianus,in Adelphis.Vt ego illi maximã partẽ ferã,& in Ecyra.nam illi non licebat nisi præfinito loqui. ¶Hæc dicẽs.) Antiqua fere oĩa exẽplaria,hoc dicẽs,legũt:quippe, nũc morere, quod maiorem quandam habet illusionis efficaciam.¶Hęc finis Priami fatorum.) Seruius velle videtˀ finis , fœminini tantũ esse generis,cum tamẽ virilis etiam passim inueniatur.Virgi. Quem das finem rex magne laborum:&. Hic finis fandi:quod agnoscit Nonius.Præterea Probus in arte quęrit, cur hoc loco finis , fœminino genere positum fuerit a Virgi. cum veterũ grãmaticorũ regulę nomẽ id masculini generis esse velint . Poetãq; ait metro consuluisse,ita.n.plerũq; rõne musica appellat. Sanẽ vero Comminianus solœcismũ hic esse per genera noium asseuerat, hæc finis Priami,pro,hic finis.¶Prolapsa.)Nõ temere qdẽ in antiquissimo quodam codice participia hæc,a labor,laberis, per thematis characteristicon scribunt,prolabsa,illabsus,labsantẽ.Nã Probus huiusmodi participia per b,non p,scribi debere præcipit.

Universidad de Deusto
Biblioteca



SERVIVS.

¶Sæuus horror.) Quia est & bonus: vt, Lætusq; per artus Horror ijt. ſ. Vitā exhalantē.) Secūdum eos qui animā ventum volūt: vt, Atq; in ventos vita receſſit. ſ. Direpta.) Diripiēda: participiū pro participio. ſ. Copia.) Notādū de exercitu, numero eū dixiſſe ſingulari, vt Salluſtius: cum copias de exercitu, numero plurali dicamus. Copia vero, aliarū rerum eſt.

DONATVS.

¶At me tum primum ſæuus c.h. Obſtupui. ſu.c.ge.i. vt regē equeuū.c.v.v.v.e.) Hoc, ingt, viſo, tūc primū me horror inuaſit. conſiderās q̄ppe etiam meis affectib⁹ aliquid ſimile. aut iam contigiſſe, aut forſitan imminere nō inaniter commouebar. vidi enim

At me tum primum ſæuus circunſtetit horror:
Obſtupui: ſubijt chari genitoris imago:
Vt regem æquæuum crudeli vulnere vidi
Vitam exhalantem: ſubiit deſerta Creuſa,
Et direpta domus, & parui caſus Iuli.
Reſpicio: & quæ ſit me circum copia luſtro.
Deſeruere omnes deſeſſi: & corpora ſaltu
Ad terram miſere: aut ignibus ægra dedere.
Iamq; adeo ſuper vnus eram, cum limina Veſtæ
Seruantem, & tacitam ſecreta in ſede latentem
Tyndarida aſpicio. dant clara incendia lucem
Erranti, paſſimq; oculos per cuncta ferenti.
Illa ſibi infeſtos euerſa ob Pergama Teucros,
Et pœnas Danaum, & deſerti coniugis iras
Permetuens, Troiæ, & patriæ communis Erinnys
Abſtiderat ſeſe: atq; aris inuiſa ſedebat.
Exarſere ignes animo: ſubit ira, cadentem
Vlciſci patriam: & ſceleratas ſumere pœnas.

concidiſſe fortunam regis, qui æquæuus mei fuerit patris, vidi exhalantem vitam per ingens vulnus, ecce vbi probatur præter abſciſſionē capitis, etiam latus eius eſſe perfoſſum. denique hoc vult eſſe vulnus. cæterum auulſum humeris caput non eſt vulnus. videre ait, viſus ſum in illo exemplo imaginē patris, ſolitudinem vxoris, diſreptionem domus noſtræ, & pueri filij mei interitus. hoc eſt quod dixit, ſubijt chari genitoris imago, vt regem æquæuum crudeli vulnere vidi vitam exhalantē. ſ. Subijt deſerta Creuſa, Reſpicio, & quæ ſit. m.c.c.l.) Nouiſſime. inquit, etiam me conſideris qui remanſeram ſolus. ſ. Deſeruere omnes. d.&.c.ſ. Ad terrā mi. aut igni. æ. de.) Redijt

ad illam partē qua dixit ſe in domo Priami ſup tecta fuiſſe cum plurimis, deſeruerūt, inquit, me omnes feſſi pugnando nullo laboris conſequēte ſucceſſu. nam cū ſumma deſperatio eſſet aut p̄cipites ſeſe dederant, aut animos & propria corpora tradiderant hoſtibus. ecce ēt hic ſolum ſe aſſerit remāſiſſe, laudans occulte fidem ſuā & conſtantiā ſubtiliter p̄teriēs, excuſat & matrē ſuā quā cōſtabat cām fuiſſe malo⁹ oīum, q̄ enarrabat.

Scilicet hęc Spartam incolumis, patriasq; Mycenas
Aſpiciet: partoq; ibit regina triumpho:
Coniugiumq;, domumq;, patres: natosq; videbit
Iliadum turba, & Phrygiis comitata miniſtris:
Occiderit ferro Priamus: Troia arſerit igni:
Dardanium toties ſudarit ſanguine littus:
Non ita. nanq; & ſi nullum memorabile nomen
Fœminea in pœna eſt. nec habet victoria laudem:
Extinxiſſe nefas tamen, & ſumpſiſſe merentis
Laudabor pœnas: animumq; expleſſe iuuabit
Vltricis flammæ: & cineres ſatiaſſe meorum.

ASCENSIVS.

¶At me tum primum ſæuus, & cętera.) Hunc locum non interpretatur Seruius, niſi in principio: & nuſquā Donatus, quia abeis qui reſecādum hoc opus acceperant, hæc pars ablciſſa, vtpote, quæ rem ignobilem & indignā, tam Troianis cęteris, q̄ Ænea cōtineat. Troianis q̄dē, quia turpe erat q̄ deſeruere oēs defeſſi, & corpora ſaltu ad terram miſere, aut ignibus ęgra dedere, &c. Æneā vero, qui in fœminā ſe ſuccenſum dicit, quod in cōſpectu Didonis ineptū viſum, & indecoꝝ prudenter ablatum eſt, q̄ tñ rurſus incertum, ponam & eius ordinē qui talis eſt. At. i. ſed. ſæuus. i. vehemēs. & dirus: horror circūſtetit. i. circūdedit me: non tamen inuaſit, q̄ victus non erat: vnde ſignāter dicit, circūſtetit quaſi ne horror quidem inuadere auderet eum: circūſtetit tamē tum. i. tunc primū: & obſtupui, non quia mihi timerē. ſed quia imago chari genitoris. i. patris Anchiſę ſubijt. i. in mētem venit mihi: vt. i. poſtq̄: vel cum primū vidi regem æquæuum. i. cōæuum, ſeu æqualis æui videlicet Priamū cōæuū Anchiſę: exhalantem. i. violenter efflantē: animā. i. ſpiritū vitalem: Creuſa. i. conſiux: deſerta. i. derelicta domi: ſubijt. i. in mentē venit: quando. ſ. Hecubam vidit: & dom⁹ direpta ſubijt, & caſus parui Iuli ſubijt, qui Aſtyanacti cōæuus erat. Reſpicio & luſtro, quæ copia ſit circum me: an. ſ. ſufficere poſſet ad reſiſtēdum hoſtibus: oēs. ſ. loci: deſeſſi. i. ad extremū fatigati, & feſſi, deſeruere me, & miſere. i. miſerunt corpora ſaltu ad terram, i. p̄cipitauerunt ſe, et dedere corpora ægra. i. faucia, aut tædio vitæ affecta ignib⁹. i. p̄cipitauerūt ſe in ignes. Iamq;. i. & iam, ego ſupererā. i. reſtabā iam: adeo. i. oīno: vnus. i. ſolus: cum. i. quādo ego aſpicio: Tyndarida. i. Tyndari filiam ſaltē putatiuā, videlicet Helenā, quæ Iouis filia dicit, ex Leda Tyndari cōiuge: ſeruantē limina Veſtæ. i. templi in quo Veſta colebat & latentē, tacitam, aut tacentem: aut occultā: in ſecreta. i. abſtruſa: quia tamē ſi ſecreta in ſede erat, & tacita queri poſſet: quomodo ergo: aſpexerit, addit incēdia clara. i. penetralia clarificantia: dant, ſup. mihi erranti. i. vaganti per diuerſa loca, & ferenti oculos paſſim per cuncta, ſupp. loca. lucem. i. claritatem: illa. ſ. Tyndaris: hoc eſt Helena: permetuens, id eſt multum metuens Teucros infeſtos ſibi: ob Pergama, id eſt mœnia Troiana: euerſa & permetuens pœnas Danaum, id eſt quas Danai ab ea exigere poſſent, & iras coniugis deſerti. i. derelicti cum Parim, ſeu Paridem ſequereſ, & permetuens Erinnys. i. furores, & furias Troiæ communis, id eſt totius patriæ: non ſuæ, ſed Troianorū abdiderat, id eſt occultauerat ſeſe: atq; ſedebat inuiſa. i. non viſa, ſed occultata: aris. i. iuxta aras Veſtæ: & eſt dictio, aris, ablatiuus localis: inuiſa autem videtur accipi pro inuiſibili: q̄ viſa erat ab Ænea: ſed ſedebat vt nō videretur, ſicut, Diues inacceſſos vbi ſolis filia lucos, &c. Ignes, id eſt incendia irarum exarſere animo, ſcilicet meo: ira ſubit, id eſt inceſſit mihi: vlciſci patriam cadentem, & ſumere pœnas ſceleratas, aut cum decore. Scilicet id eſt ſcire licet, quaſi dicat, dixī enim mecum, ſcilicet hæc ſcilicet quæ caput & origo mali eſt: aſpiciet incolumis: Spartam ſcilicet regionem: & Mycenas patrias, quæ in patria eius erant: & ibit regina, id eſt quaſi regina, triumpho parto, id eſt acquiſito de Troianis: & videbit coniugium, id eſt coniugem ſuum ſuſcepta in priſtinū coniugium, quod cum ea Menelaus cōtraxerat: & videbit domū, ſcilicet vnde egreſſa eſt, & patres, id eſt parentes, aut proceres: & natos, ſcilicet eorum, aut ſi quos nullum nomen memorabile, id eſt memoria dignum: eſt pœna fœminea, id eſt quam de fœmina ſumam: nec victoria, ſcilicet in fœminam: habet laudem, & quāquam nefas eſt extinxiſſe, ſcilicet fœminam, tamen ego laudabor ſumpſiſſe, &. i. etiam pœnas merentis, id eſt de ea quæ bene meruit: hoc eſt, quāuis non deceat me eam occidere, tamen non decet eam viuere: & iuuabit, id eſt delectabit, expleſſe. i. expleuiſſe animum: flammę vltricis. i. vltionis ex incendio irarum ſumptæ, & ſatiaſſe, id eſt ad ſatietatem contentos feciſſe cineres: meorum, id eſt manes interfectorum Troianorum, qui erant appetentes vindictæ. Hæc (vt dixi) indecora viſa ſunt: ſed purgantur, quia amens factus erat: vnde ſequitur, Talia &c.

PIERIVS.

¶Subijt deſerta Creuſa, & direpta domus.) In Mediceo, & antiqs aliquot alijs exemplaribus legere eſt, ſubit & deſerta, neq; dicendum vltimam in ſubit, ex ſynæreſi longam eſſe, qui viderimus ſuperius eiuſdem formæ præteritū correptum, Hectore qui redit exuuias indut⁹ Achillis. ibi enim pro redijt, dubio procul poſitum eſt biſſyllabum, redit. Eſt vero venuſtas aliqua in ea repetitione copulæ, Et deſerta Creuſa & direpta domus: quanq; neq; illud inuenuſtum, quod abſcq;, &, ſubijt. Triſyllabū in pleriſq; habetur exēplaribus. Habemus vero in antiquis aliquot codicib⁹ lectionē aliam, vt, Direpta domus: hoc eſt, venit in memoriā domus, vt direpta ea quippe ſpecie, qua direpta eſſet tali eam imagine cōcepi. Aliquot alij codices, & deſerta legunt. Sed hoc parum in tanta calamitate. Quare longe melius direpta. Loquitur vero hic ex Epicuri ſentētia, qui omniū rerum, quæ noſtrę inſiderent cogitationi, ſimulachra confingebant, eaq; ad cerebrū volitantia ſpēs offerre, q̄bus prædita eſſent, memoriamq; & excogitationē nō aliunde in nobis eſſe. Quæ lectio ſi faciat ſatis, non erit dicendum participiū eſſe pro participio, & direpta, poſitum pro diripienda, vt grāmatici cōminiſci cogunt. ſ. Iamq; adeo ſuper vnus eram.) Duo illa & viginti carmina, quę detracta eē cōſtat, in nullo ex ijs veteribus codicibus, quos verſauimus, habentur: placuit tamē nōnullis impreſſoribus ea publicare. Donatus porro ita ea diſſimulauit, vt ſentētię cōtinuationē longe aliter acceperit, q̄ fecerint alij. Ea q̄ppe de cā Æneā dextra prehenſum a matre contentū eſſe, ne ipſe ſibi, q̄ in extrema ea rerū deſperatione pleriq; fecerāt, mortē q̄ cōſciſceret, quo loco authoris ipſius verba ponere nō pigeat, vbi verſus hos interpretat, Deſeruere omnes deſeſſi, & corpora ſaltu Ad terram miſere, aut ignibus ęgra dedere. Tum mihi ſe, non ante oculis tam clara, videndam Obtulit, & pura per noctem in luce refulſit Alma parens, confeſſa deam, qualiſq; videri Cœlicolis, & quanta ſolet, dextraq; prehenſum Continuit, roſeoq; hæc inſuper addidit ore. Dixit omnes deſeruiſſe quod agebant, cum defenderent domum Priami, & id fruſtra facerent. Ipſe quomodo receſſerit dicit, ne videatur etiam ipſe operis labore fatigatus receſſiſſe. Omnes (inquit) laborando feſſi, & ſine aliqua vtilitate certādo debiles redditi, tædio aduerſarum rerum mori maluerunt, & duplicem voluntariæ mortis occaſionem nacti, cum altitudo non deeſſet, & incendia dominarentur, aut precipites dederant ſeſe, aut petierant flammas, ne & ipſe alterum facerem, aut qd ſupererat tertium, hoſtis occideret remanētem, mater mea: non vt facere ſolebat, dubia, aut incerta: ſed manifeſtior veniens, me ab ipſis inefficaciſſimis actib⁹ reuocauit.

SERVIVS.

¶Cum mihi ſe.) Ordo eſt, cū mihi ſe videndam oculis obtulit non ante tam clara. ſ. In luce.)In nimbo, qui cum nubibus

Talia iactabam: & furiata mente ferebar:
Cum mihi ſe, non ante oculis tam clara, videndam
Obtulit, & pura per noctem in luce refulſit

Virgi.

ſemper eſt. ſ. Dextraq; prehenſum.) Ea corporis parte qua Helenæ ictum minabatur, quæ in templo Veſtę ſtabat ornata. Vt enim

Universidad de Deusto Biblioteca

Alma parens,confessa deam,qualisq; videri
Cœlicolis,& quanta solet:dextraq; prehensum
Continuit:roseoq; hæc insuper addidit ore.
Nate,qs indomitas tãtus dolor excitat iras? VEN.
Quid furis?aut quonam nostri tibi cura recessit?
Non prius aspicies vbi fessum ætate parentem
Liqueris Anchisen? superet coniux ne Creusa,
Ascaniusq; puer? quos omnes vndiq; graiæ
Circum errant acies:& ni mea cura resistat,
Iam flammæ tulerint:inimicus & hauserit ensis.
Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacænæ,
Culpatus ue Paris,verum inclementia diuum
Has euertit opes:sternitq; à culmine Troiam.
Aspice(nanq; omnem,quæ nunc obducta tuenti
Mortaleis hebetat visus tibi:& humida circum
Caligat:nubem eripiam:tu nequa parentis
Iussa time:neu præceptis parere recusa.)
Hic,vbi disiectas moles,auulsaq; saxis
Saxa vides,mistoq; vndantem puluere fumum:
Neptunus muros,magnoq; emota tridenti,
Fundamenta quatit:totamq; à sedibus vrbem
Eruit.Hic Iuno Scæas sæuissima portas
Prima tenet:sociumq; furens à nauibus agmen
Ferro accincta vocat.
Iam summas arces Tritonia(respice)Pallas
Insedit,nimbo effulgens,& Gorgone sæua.
Ipse pater Danais animos,viresq; secundas
Sufficit:ipse deos in Dardana suscitat arma.
Eripe nate fugam:finemq; impone labori:
Nusquam abero,& tutum patrio te limine sistam.

primo diximus,aliquos hinc versus cõstat eẽ sublatos:nec immerito. Nam & turpe est viro forti cõtra fœminam irasci & contrariũ esse Helenam ĩ domo Priami fuisse, illi rei, quæ in sexto dicit: qa in domo inuẽta est Deiphobi, post quã ex sũma arce vocauerat Græcos. Hinc aũt versus esse sublatos,Veneris verba declarant,dicẽtis,Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacęnę. ❡Roseo.) Pulchro . Perpetuũ epitheton Veneris.❡Insup.) Super quod cõtinuerat. ❡Indomitas.) Magnas . ❡Quid furis?)Quia furor est virũ fortem ruere in mulieris interitũ. ❡Nostri cura.)Et hoc loco,vt solet: vnã se de Æneę familia facit. Nostri autẽ & vestri genitiuus pluralis est antiquus, & ex Græco veniẽs , sicut singularis est mis & tis. Non est aũt possessiuum:sed ab eo qđ est nos. & hoc ẽ vnde dicim⁹, Nostri causa facit,hoc est nostrum. ❡Superet.) Supuiuat. ❡Ascaniusq; puer.) Filius:vt Tuq; puerq; tuus.Hora. Puerosq; Ledę.& est Græcũ, nam παῖδας dicunt. interdum tamen etiam ad ętatem refert. ❡Hauserit ensis.) Aut pcusserit:vt Latus haurit apertum. Aut vorauerit.❡Tyndaridis) Atqui Iouis est, nõ Tyndarei filia . Sed sic dicim⁹ Tyndaridis de Helena , vt de Hercule Amphitryonides.Nam de Ioue & Leda nati sunt Pollux & Helena:de Tyndareo,& Leda Castor,qui & solus mortalis fuit. Vnde Virg.in.vj.Si fratrẽ Pollux alterna morte redemit,qui ĩmortalitatẽ suã cum fratre partitus ẽ. Helenam vero ĩmortalem fuisse, indicat tempus.Nam cõstat fratres eius cũ Argonautis fuisse:argonautarũ filij cũ Thebanis dimicauerunt,Item illoꝝ filij contra Troiam bella gesserunt. Ergo si ĩmortalis Helena nõ fuisset , tot sine dubio sæculis durare non posset.Hanc autẽ legimus prius a Theseo raptam , & in Ægypto cõmendata Protheo . ❡Facies inuisa.)Pulchritudo Helenę odiosa.i.Helena.& est Græcum.vt vis Herculea,hoc est Hercules.❡Lacænę.) A prouincia Laconica. Et notandum deriuationem minorẽ esse a principalitate , quod rarum est.❡Culpatus ve Paris.) Criminosus.❡Aspice.) De Homero tractum , qui inducit Mineruam præstantem ista Diomedi. ❡Nãq; omnem.) Ordo est,Omnem tibi nubem eripiam,quę humida circum caligat,& mortaleis hebetat visus tuenti.Dicit autẽ nebula orta de terris obesse nostris obtutib⁹.Vnde aquila , quia supra nebulam est , plus videt . Est enim theologica ratio : quia ignorantes vsum Venereum, videre dicuntur & numina. Vnde nũc merito post Veneris abscessum numina vidisse dicit Æneas. ❡Obducta.) Superducta. ❡Tuenti.) Modo videnti : alias defendenti.❡Nequa parentis Iussa time.Ne,particula imperatiuo iungitur modo ; sed interdum præsenti tempori , interdum futuro , prout aliquid volumus aut ad præsens , aut ad futurũ fieri. ❡Iussa time.)Veretur enim ne imperanti sibi fugam,non obtemperet.❡Neptunus muros.) Hoc quidem habet fabula,ꝙ Neptunus cum Apolline , Troię fabricati sint muros . Sed cõstat Laomedontem supradictis dijs certam vouisse pecuniam ad sacra facienda:quam imminentibus hostibus transtulit ad murorũ fabricam.Vnde dij & fecisse muros & offensi esse dicuntur . Simul notandum ꝙ deos facit opera sua euertere, vt Portas Iunonem, quarum dea est.Nam & portam luminis nascẽtibus prębet . Arces, Mineruam : legimus enim , Pallas quas condidit arces , Neptunum muros:ipsi enim fundamenta sunt consecrata , cuius & mouent arbitrio.Vnde ἐννοσί χθων dicitur,hoc est terrã mouẽs aquę cõcussione,sicut terrę motus cõtinẽt opiniones. ❡Tridenti.)Oĩa in n s,exeũtia,aut participia sunt,aut nomia. Sed si participia sũt,ablatiuũ & in i, & in e,mittũt pro nostro arbitrio.Iuuenalis, Nec ardẽti decoxit aheno.Cõtra,Semperq; ardẽte camino. Si vero nomina fuerint,in e tantummodo exeunt . Si autẽ eadem sint & noĩa & participia , vt amans: cũ noia fuerint , omnimodo in e mittunt:cum participia, licẽter vtimur.Ergo quia tridens nomẽ est,tridẽte debuit dicere.Sed nouitatem affectauit, nulla cogente necessitate Sanẽ in noib⁹,quæ & propria esse possunt, & appellatiua,vt liberalis,felix:Iuuenalis ablatiuus a pprio, in e exit:ab appellatiuo , in i. ❡Sæuissima.) Quę & fugã vetabat.❡Sociũ.) Sibi deuotum. ❡Furens.)Irascẽs.❡Tritonia Pallas.) Notãdũ duo antonomasia sine pprio.Et est nimię iracundię:cũ dicit : Quanquã irata sit Græcis,nequaquam tamẽ Troianis parcere.licet in historia lectum sit vehementius iratam Mineruã , ꝙ post victoriã ei sacrificare noluerint , vt Horatius . Cũ Pallas visu vertit irã ab Ilio in impiã Aiacis ratem. ❡Nimbo effulgẽs.) Nube diuina.Alij Limbo legunt: & ẽ pars vestis extrema, q instita dicitur : vt Hora. Quam substricta talos tegit instita veste.❡Ipse pater.) Qui omnib⁹ vnus esse consueuit:vt,Rex Iuppiter omnibus idem. Et bene honesta Æneę causa fugiẽdi est.❡Viresq; secundas.) Quia fuerãt & in Troianis : sed nõ pspere. ❡Eripe.) Accelera,raptim fac. ❡Nusquam abero.) Bona œconomia.Nam si tenẽt Danai , qua deficit ignis : necessarium est præsidiũ numinis. vt Horatius , Nec deus intersit : nisi dignus vindice nodus Inciderit. ❡Limine sistam.) In limine,vt Syluis te Tyrrhene feras agitare putasti.

DONATVS.

❡Cum mihi se non ante oculis tam clara videndam obtu.&c.) Dixit omnes deseruisse quod agebant , cum defenderent domũ Priami,& id frustra facerẽt,ipse quomodo recesserit dicit, ne videatur etiam ipse operis labore fatigatus recessisse. Omnes,inquit,laborando fessi , & sine aliqua vtilitate certãdo debiles redditi tædio aduersarum rerum mori maluerunt, & duplicem voluntarię mortis occasionẽ nacti , cum altitudo non deesset & incendia dominarentur,aut pręcipites dederant sese,aut petierant flammas,ne & ipse alterũ facerem, aut quod supererat tertium, hostis occideret remanentem,mater mea, non vt facere solebat, dubia aut incerta,sed manifestior veniẽs me ab ipsis inefficacissimis actibus reuocauit.Quãdo enim alicui crederem , nisi eadem se meis optatibus sine fraude obtulisset ? talem, scilicet qualis re uera fuit cum deorum numero & cœtib⁹ misceretur , cuius talis extiterat admonitio.❡Nate quis indomitas tantus dolor excitat iras? Quid furis ? aut quonã nostri tibi cura recessit?)Hęc dictio multa continet,tangit enim Æneę ipsius laudem , qui solus toties remãsit occisis cæteris,aut defessis solus tunc in classe primã in qua fuerũt Corœbus & Panthus , solus etiam cum venisset ad domũ Priami, solus cum ab ipso post inefficacem expugnationem persone hominis victi , vt sine crimine videat recessisse de patria,& ex eo ipso laudem sibi indicat, quod nõ esset recessurus nisi vidisset Troiano imperio deos esse magis, ꝙ homines inimicos, perindeq; Græcis (vt sæpe fecit) virtutis meritũ tollit , cum eos dicit fecisse cõtra imperium Troię,qui obluctationibus humanis superari non possent.continet præcipuum ipsius Æneæ meritum,cui licuit humanis oculis deos videre pręsentes, continet purgationẽ maternam,facit , quod putabatur , maloꝝ quæ acciderant

accidérant causas,Paridem atq; Helenam præbuisse.Nate,inquit præmisit pietatis nomen, vt admitteretur facile quod fuerat sua sura.nullus est enim qui filios in contrarium moneat.quis indomitas tantus dolor excitat iras ? Quid furis?aut quonã nostri tibi cura recessit?Iratus,inquit,& furẽs , quid agere debeas nescis. vtrunq; enim consiliũ est inimicum. doles,irasceris,furis, vltionem,quam reperire non potes , ingrato labore sectaris . Cunq; vana & nõ profutura persequeris , curam nostri erutis sensibus reiecisti.addidit etiam personam suam personis mortalibus.nõ quo ipsa quoq; aliquid pati posset, sed quia ipsa feriebaĩ in omnibus,si maritum,filium,nurum perderet , aut nepotem.incipit iam singulorum causas enumerare,quibus ostẽdat omnes periculis opportunos nisi subito fugiãt.❡Nõ prius aspi.vbi fes.æta. parẽ.Liq.An.)Ecce dixit senem , de corporis autem vitio tacuit, cur enim diceret ei, qui patrem nosset:& cum sufficeret ætas , ex qua semper est debilis senectus , etiam si nullo vitio extrinsecus prægrauetur.❡Superet coniux ne Creusa.)Aduertendum est & recte,an superet coniux Creusa,quam constabat sexus ratione sibi adesse nõ posse.❡Ascaniusq; puer.)Nec consilio filius nec per ætatẽ sua virtute munitus,cum hæc proponit,hoc videtur dicere,dum quęris vincere,quos nõ potes,perdes tuos,ad quos postea cum pugnaueris rediturus es ? cumulat texẽdo persuasionẽ suam , & ne desperatio atq; interitus magis alienaret viri fortis animum,nunciat opera sua,omnes esse incolumes,sed ex proximitate multorum hostium in summo discrimine cõstitutos,imminentibus vel maxime incendio vel flãmis.❡Non tibi Tyndaridis facies in.ta.Cul.ue.p.ve.inc.di.Has euertit.o.ste.q;.a cu.t.) Propositio huius rei fuerat necessaria , vt hoc ipsum verum esse doceretur.hoc enim genere potuit inhibere viri fortis impetũ, & incitatos animos frangere inania vacuaq; sectantes. Fecit hoc Venus etiam propter se,nouerat enim dici sibi posse, vt hęc paterentur tu fecisti,ergo nõ immerito dixit,non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacenę,Culpatusue Paris,verum inclẽmentia diuum Has euertit opes sternitq; a culmine Troiam,& quia ipsius inuidiæ vel maxime apud filiũ pondere premebaĩ, ait.❡Aspice(nãq;. o.q.n.ob.tu.Mortales hebetat visus ti.&.hu.cir.Cali.nu.er.)Inter homines ac deos mediam inesse caliginem ferunt , & nebulã quandam contractã ex humore mortales oculos hebetare,hanc se remoturã Venus promisit,vt videre Æneas posset, quod omnibus nefas est intueri.Aspice,inquit , & ne timeas iussa parentis obseruare , quoniam nihil tibi materna pietas cõtrarium iubet, sed præceptis religiosis monet te obtemperare.❡Ipse pater Danais.a.vi.q;.s.suf.ipse deos in Dar.su.ar.)Cum ostenderet , non Græcos Troiano imperio , sed deos infestos , enumeratis & demonstratis plurimis,seruauit ad vltimũ Iouem.nec nomen eius, quod alij celebrant,dixit,sed quo ipsa eum appellare debuit,quę fuerat filia.eo magis eum onerans inuidia , cum dicit,ipse pater, hoc est , qui contra malum aliorum studium maiore potestatis authoritate pro nobis certare debuit ,ipse non tantum Græcorum fautor est,verumetiam cęteros deos in odium Troianę vtilitatis accendit.Dat igitur Venus remedium cõtra hęc.Ait enim. ❡Eripe nate.f.fi.q;.im.labori.Quia sciebat filium nõ libenter auditurum consilium fugæ,icirco supra dixit.Tu nequa parentis Iussa time,neu præceptis parere recusa. Cedendum enim fuerat, quando etiam ipse cõtrarius fuit,qui plus poterat, & suis potius ꝙ alienis fauere debuerat.itaq; cum suaderet fuga,debuit ostendere quibus auxilijs impleri potuisset. potuit quippe Æneas dicere , quomodo possum fugere vallatus hostium telis & flãmis? ❡Nusq; inquit,abero & patrio te limine sistam.

ASCENSIVS.

❡Talia,&c.)De hac quoq; re,cum manifestaria sit, Donatus(nisi commentarij eius mutilati sint)perpauca dicit , ea autem hæc sunt:Neptunus cum deos inimicos Troianis enumerasset,ponit Iouem.Ipse pater, quasi qui nos contra alios cum maioris sit potestatis, defendere debuit:ergo hoc destituti auxilio cum simus, cedendum est nobis.❡Eripe nate fugam.)Quia sciebat nõ facile posse suaderi fugam Æneæ , idcirco dixerat, Tu nequa parentis Iussa time,neu præceptis parere recusa . Quapropter cedendum erat cum qui potest omnia & fauere debebat , contrarius esset. ❡Nusq; abero.)Nam sine suo auxilio cum esset flammis , telisq; hostilibus circundatus, quomodo fugere potuisset? ❡Ordo autem & explanatio textus est.Ego iactabam,idest inaniter mecum dicebam,talia,scilicet friuola,& indecora verba,& pro,idest quia ferebar,idest cõcitabar,aut protrahebar,mente furiata,idest temporaneo furore capta,sup.tum cum,idest quando:alma parens, scilicet Venus:obtulit se mihi videndam oculis,quę,supp.nõ obtulerat se videndã oculis,existens tam clara ante,idest prius , aut sic,cum mater nõ ante , idest non prius tam clara,idest clarior,ꝙ vnq; prius fuerat:obtulit se videndã mihi:oculis, scilicet corporalibus,cum animo,aut visu,eam sæpe viderit,& refulsit in pura luce per noctẽ,confessa,sup. se deam,& existẽs , sup.talis,& tanta: qualis ; & quanta solet videri cœlicolis , idest ab ipsis cœlestibus cœlum habitantibus,& cõtinuit me prehensum dextra, idest per dexteram meam qua parabã irruere in Helenam:& addidit insuper:hęc.s. verba:ore roseo.i.fragrãti, & pulchro in morem rosę: nate.i.o fili,quis tantus furor excitat iras indomitas.i.nullo freno cohibitas:vt etiam in mulierẽ sęuias qui in viros pius esse soles?quid furis.i.furore raperis & insanis ? aut quonam.i.in quã partẽ cura nostri.i.quã de me, & meis habere debes , recessit tibi ,i.a te ita vt quã Paridi pro meritis eius tradidi,interficere tẽtes: & quia sciuit Venus Æneam,nõ alia ratione citius auelli posse,ꝙ pietate in patrem,cõiugem,& liberos,addidit:Non aspicias.i.debeasne aspicere prius.i.potius:vbi.i.in quo loco,& quo statu liqueris.i.dereliqueris Anchisen parentẽ fessum ætate:q.d.id quidem debeas:ne.i.an,supple putas ꝙ,Creusa.s.cõiux tua : superet ,i.voti cõpos fiat:aut superet ingruentes forte hostes:q;. pro &, Ascanius.s.filius tuus:puer.s.adhuc:circũ quos oẽs acies Graię.i. Græcanicæ:errant.i.diuagantur,quęrentes prędã in abstrusis locis,post expugnatam regiam,vel quos omnes.s.Anchisen, Creusam,& Ascaniũ Graiæ acies circumerrãt:& ni.i.nisi:mea cura resistat,flãmæ,tulerint.i.abstulerint,& absumpserint iã,sup.eos omnes : & ensis inimicus.i.ab inimicis illatus : hauserit.i.occiderit eos:facies.i.pulchritudo faciei Tyndaridis.i.Helenæ, Lacænæ.i. Laconicæ:aut Spartanæ:inuisa.i.odiosa tibi, eo ꝙ ob eam Troiã euersam putas : & Paris culpatus.i.qui dicitur in culpa esse:verũ inclementia.i.sęuitia diuum,id est deorum:euertit has opes.i.diuitias & facultates nostras : loquitur enim quasi vna ex Troianis : sicut in.j.Nos tua progenies cœli quibus annuis arcem,&c. (Est autem euertit,præsentis temporis , sicut prosternit.)& prosternit Troiã a culmine.s.imperij. Aspice, quasi dicat videre potes an vera dicam : non tamen vidit numina:nisi amota Venere, per quod significatur mentẽ rei Venereæ obnoxiã, diuinis contemplandis inutilẽ esse. Aspice ergo:nanq; ego eripiam tibi omnem nubem.i.obfuscationẽ & perturbationem mentis:quæ obducta.i.in obstaculum superducta:tibi tuenti.i.intueri volenti: hebetat.i.obtundit mortales visus:& caligat circum.i.per circuitum:existẽs humida, aut circum humida.i.virtutẽ visiuam quæ in humido radicali est:aspice ergo.s.postq; abiero:vnde addit tu nequa.i.non aliqua,nõ time aliqua iussa parentis:hoc est,mea dicit Venus quæ parens sum:neu.i.neue : recusa.i.renue:parere.i. obedire præceptis parentis, præcepta autem sunt:Eripe nate fugam,finemq; impone labori:quæ quia inhonesta videtur ponit primum necessitatẽ fugiendi,dicens Vbi.i.postq; tu vides:hic.i. in hac ciuitate moles disiectas:& saxa auulsa saxis : ita vt ne lapis quidem super lapidem remansurus sit : & vides fumum vndantem.i.abunde exurgentem:puluere misto.i.admisto ei:& vbi vides:ꝙ,sup.Neptunus quatit.i.cõcutit euertendo muros.s.Troianos:& fundamenta.s.murorum, & reliquorum ędificiorũ:emota.i.e loco suo mota : magno tridenti.s.sceptro suo treis denteis habenti:videlicet fuscina:& eruit totam vrbẽ a sedibus.i.cõpagibus,& iuncturis,aut sitibus , & positionibus suis : & vbi vides,ꝙ Iuno sęuissima.i.in Troiam immitissima & ferocissima:tenet hic .i.in hac parte:prima.i.tãq; princeps,& author expugnationis(sicut in.j. dictũ est. Veterisq; memor Saturnia belli Prima quod ad Troiam pro charis gesserat Argis.)portas Scæas.i.ad Scæũ promontorium vergentes , & ipsa furens vocat agmen sociũ.i.associabile, aut , vt priori adsocieẽ(& per hoc significat adhuc multo plures superuenturos Gręcos,nequa resistendi spes Æneæ esset) vocat, dico , existẽs accincta ferro.i.armis ferreis(Sunt enim Iunoni arma,de quib⁹in.j.Hic illius arma,hic currus fuit cõstruenda aũt sunt diuisim epitheta , ne vitiose vni ab vna parte dentur: per hoc vero,ꝙ ferro accincta videtur,se inimicam declarat.)Respice Pallas Tritonia:a Tritone lacu Aphricę sic dicta:insedit, idest occupauit.iã arces summas , idest in quibus res summæ erãt, & summa spes resistẽdi,quę illis occupatis nulla restabat, insedit (dicit)fulgens nimbo.i.nube diuina circunradiãte:aut limbo.i. chlamyde militari : & Gorgone sęua.i.capite Gorgonis.s.Medusę,quod in Ægide.i.scuto suo habet.Ipse pater.s.Iupiter:qui per excellentiã , pater omniũ dicitur : & qui peculiariter mihi pater, & tibi auus est:sufficit.i.abunde ministrat, & subinfert Danais.i. Græcis animos, & Vires secundas.i.faustas , & efficaces sequente effectu conatum : & ipse suscitat deos , scilicet reliquos.in , id est

Universidad de Deusto
Biblioteca

contra:arma Dardana,ideſt vires, aut reſiſtẽtiam Troianam:aut contra inſignia Troiana, vbi ergo hæc omnia vides:o nate, eripe,id eſt raptim, aut te eripiendo fac celeriter fugam: & impone labori,id eſt conatui tuo inutili,finem:& ne fugiendo,q̃s reſiſtendo,plus periculi obire vereatur,addit Venus,Nuſq̃ abero(vnde in.j.Matre dea monſtrante viam.vbi Seruium reſpicito.)& ſiſtã, ideſt ſtatuam ſtare faciam te tutum, ſup.in limine patrio, ideſt domus paternæ.

PIERIVS.

¶Quis indomitas tantus furor excitat iras?)In codi.aliquot antiquis cum Mediceo legere eſt, tantus dolor, non autem furor. Quid enim oportuiſſet ſtatim ſubiungere, quid furis? Sanè dolor agnoſcit Donatus:& in paraphraſi ait,quid tantum doles?ira ſceris:furis?¶Superet cõiuxne Creusa?)Eſt quidem, hic ſuperet, vt captæ ſuperauimus vrbi. In Longobardico tamen codice ſupereſt,legitur:elegãtia haud quaquam pari.Illud etiam animaduerti in aliquot ex antiquis codicibus primam literã, quæ eſt in nomine Coniux,inuerſam eſſe hoc modo,Ↄõiux, ea quippe nota qua,Ↄonlibertus hoc eſt,Ↄonliberta.In monumentorum titulis paſſim cernitur.Inuerti vero ita literas, in mulierum nominibus indicãdis, plurimum mos fuit.¶Inimicusq̃ hauſerit enſis.) In antiquis plerisq̃ codicibus legere eſt,Inimicus,& hauſerit enſis.¶Verum inclementia diuum Has euertit opes.)Antiqua plerasq̃ exemp.habent,ſed enim inclementia. Aliquot vero alia,& ea quidem caſtigatiora legunt venuſtiſſima repetitione,diuom, inclementia diuom Has euertit opes. Vt illud, Pallas te hoc vulnere,Pallas immolat. In Priſciani etiam codicibus antiquis manu ſcriptis,hoc citato verſu, eodẽ exemplo paſſim geminari dictionem diuum obſeruaui. Atq̃ eandem hanc lectionem Ti.Donatus agnoſcit. Et vt in ea perſiſteret ſententia, qua ſuperius dixerat, Æneã a Venere prohibitum,ne tentaret extrema, ita cauſam Helenę cõplectitur. Probatio huius rei fuerat neceſſaria, vt hoc ipſum verũ eſſe doceret. Hoc enim genere potuit inhibere viri fortis impetum,& incitatos animos frangere,inania,vacuaq̃ feẽtantes:fecit hoc Venus etiam propter ſe. Nouerat enim dici ſibi poſſe. Vt hæc pateremur:tu feciſti: ergo nõ immerito dixit:Non tibi Tyndaridis facies inuiſa Lacænæ, Culpatusue Paris,diuum inclementia diuum Has euertit opes. Eſt etiam hæc eadem gemi natio in codi.Medi.

SERVIVS.

¶Apparent diræ facies.)Secundum mathẽſim, poſt abſceſſum Veneris dira dicuntur appariuiſſe numinæ:cuius præſentes radij interuenientes anæreticos temperant. ¶Tum vero.)Quia ante,& ab Hectore audierat,& per ſe viderat euerti Troiam, ſed nõ omnem.¶Ferro & bipennib⁹.)Tautologia eſt.¶Eruere.)Pro dẽcere. & eſt Acyrologia.¶Minatur.)Aut eminet, vt Minæq̃ murorum. Aut mouetur.¶Tremefacta comam.)Solita figura.¶Ruinam.)Aliarũ arborum.¶Ac ducente deo.)Secundum eos qui dicunt vtriuſque ſexus participationem habere numina. Nam Caluus, Pollentemq̃ deum Venerem. Item Virgilius, Nec dextræ erranti deus abſuit: cum aut luno fuerit,aut Allecto.Eſt etiã in Cypro ſimulachrum barbatæ Veneris. ¶Antiquaſq̃ domos.)Charas ambitioſe dixit.¶Primum.)Præcipuum. ¶Vos o.)Obliqua oratio eſt. Nam aperte quidẽ hoc agit, vt relinquatur: latenter vero aliud, per quod nimia Æneæ oſtenditur pietas:qui nec iuſtis cauſis mouetur, vt patrem relinquat.¶Integer ævi ſanguis.)Plenam ętatem ſignificat ex ſanguine, qui non eſt integer niſi in iuuenibus.Nam dicunt phyſici minui ſanguinem per ætatem. Vnde & in ſenibus tremor eſt.¶Suo robore)Sine alterius auxilio, quo eget Anchiſes.¶Cœlicolæ.)Ad quos noſtra pertinet vita: vt, Haud credo inuiſus cœleſtibus auras Vitaleis carpis. &, Nos iuuenem e xanimum: & nil iam cœleſtibus vllis Debentem. Et, Igneus eſt ollis vigor & cœleſtis origo. Anima enim cœli pars eſt:vmbra,inferorum. Adeo ergo non poſuit generale deorum nomen:& addidit cœleſtibus,ne crederentur inferni dij, qui dantores vitæ non ſunt.¶Satis ſuperq̃.)Ad augmentum Superq̃ addit.Eſt autem Tmeſis. Sanè ſciendum eſt eſſe aliqua quæ augmentum non recipiunt,ne minus ſignificent:vt ſatis, perfectus. Nam quæritur vtrum perfectior poſſit facere: ne incipiat Perfectus minus ſignificare.¶Vna excidia.)Sub Laomedonte. Sed emphaticõs dixit excidia.¶Sic o ſic poſitum affati diſcedite corpus.)Senſus talis eſt, Præſtate mihi vos funebre ſolatium, id eſt affamini me,vt dici mortuis ſolet, Vale,vale,vale. Mortem autẽ ego manu hoſtis inueniam. Nam hic ordo eſt, Ego inueniam mortem manu hoſtis: ille miſerebitur & petet exuuias. Miſerebitur vero dixit affectu eius qui cupiebat interimi: vt eum hoſtis quaſi miſerat' occideret. Sic in.iv. mater Euryali, Aut tu ſummę pater diuum miſerere, tuoq̃ Inuiſum hoc detrude caput ſub tartara telo. Quando autem mihi viſum conſidere in ignes Ilium:& ex imo verti Neptunia Troia. Ac veluti ſummis antiquam in montibus ornum, Cum ferro acciſam,crebriſq̃ bipennibus inſtant Eruere agricolę certatim:illa vſq̃ minatur: Et tremefacta comam concuſſo vertice nutat: Vulneribus donec paulatim euicta,ſupremum Congemuit:traxitq̃ ſugis auulſa ruinam. Deſcendo:ac ducente deo flammam inter,& hoſtes Expedior:dant tela locum:flammęq̃ recedunt. Aſt vbi iam patrię peruentum ad limina ſedis, Antiquasq̃ domos:genitor,quem tollere in altos Optabam primum montes:primumq̃ petebam: Abnegat exciſa vitam producere Troia: Exiliũq̃ pati.¶Vos o gbus integer ęui ANCHI. Sanguis(ait)ſolidęq̃ ſuo ſtant robore vires: Vos agitate fugam. Me ſi cœlicolę voluiſſent ducere vitam: Has mihi ſeruaſſent ſedes. ſatis vna,ſuperq̃ Vidimus excidia:& captę ſuperauimus vrbi. Sic o ſic poſitum affati diſcedite corpus. Ipſe manu mortem inueniam: miſerebitur hoſtis: Exuuiasq̃ petet. facilis iactura ſepulchri eſt. Iampridem inuiſus diuis,& inutilis annos Demoror:ex quo me diuum pater,atq̃ hominũ rex Fulminis afflauit ventis:& contigit igni.

Dixerat:& ſpiſſis noctis ſe cõdidit vmbris. ÆNE.

ea quæ nullius oculis videbantur, ſolus matre mea ſuffragante cernebam numina magna deum potiora numina ipſa debemus intelligere, quæ ſuperius ſpecialiter dicta ſunt.¶Tum vero omne mihi viſum conſidere in ignes Ilium, &c.)Quando non tantum mihi viſum conſidere in ignes Ilium, &c.)Quando non tantum Græcos, verumetiam potiores deos vidi noſtris rebus infeſtos,tunc magis probaui illa quoq̃ quæ ſuperarẽt eſſe peritura. ¶Ac veluti,&c.)Omnis ipſa comparatio emiſſa eſt, vt oſtenderet quanta vi ciuitas cum ſuis opibus concidiſſet.¶Deſcendo, ac ducente dea.)In domo enim Priami ſe dixerat fuiſſe conſtitutum, & in ſumma eius parte,vnde ſe aut præcipites deberant, aut transiderant flammis.iccirco iratus dixit deſcẽdo, ac ducente dea,vt voluntate matris adductus, & perſuaſione feceptus.¶Flammam inter & hoſtes Expedior.d.te.l.ſi.q.re.)Quid enim dea vel mater me propter filium complere non poſſet?quæ dixerat. Nuſquam abero,& tutum patrio te limine ſiſtam?¶Aſt vbi iam patriæ.p.d. l.ſ.Antiquaſq̃ domos.)Ecce completum eſt promiſſum matris

tutus Æneas peruenit ad patriam domum.¶Genitor quem.t.i. Op.primũ.m.p.q̃.p.Abnegat ex.v.pr.t.E.q̃.p.)Ipſe,inquit, pater meus,quem primum hoc eſt ante omnes liberare cupiebam, & primum ad montium tuta transferre,bis dixit primum,vt plenum erga patrem monſtraret affectum. negauit ſe velle viuere poſt excidium Troiæ,faciens comparationem præſentium & futurorum,meliusq̃ eſſe diſſerens in cineribus patriæ mori,quam prolixitate vitæ ad peiora perferenda conſulere, dicit iam patris ſui verba, quibus, veluti iuſta prætendens, nolebat abſcedere. ¶Vos o quibus integer.æ.ſan.a.ſo.q̃.ſ.ſt.r.vi.Vos ag.fu.)Fugiunt,inquit, quibus offert iuuenta ſuffragium & qui longum viuendi ſpatium ſperant,qui laborem ferre non alienis ſed proprijs adminiculis poſſunt, ipſe enim nouerat ſe defecturũ. Hæc omnia, quæ ſibi deerant, & ſupererant alijs, dixit.tacuit tamen multa vitia ſenectutis,quę fuerant in aperto,& complexis omnibus,quę in iuuenibus non deerant,dicit partes ſuas.ego fugere nec debeo,nec poſſum,nec ad fugiendum habeo voluntatẽ.etas tulit quod poſſem forſitan velle,tenẽt me extrema patrię,& futura terrori ſunt.¶Me ſi cœlicolæ.vo.du.vi.Has mihi ſe.fe.)Aperta,inquit, cõiectura colligo inuiſum me eſſe numinibus.ſi enim vellent me adhuc viuere,ſeruaſſent ſeni patriã ſedem, quem conſtat locum mutare non poſſe.¶Satis vna.ſ.Vi.ex,& captæ.ſu.vr.) Scelus eſt patriam vidiſſe pereuntem, & dolor immenſus quod poſt eius adhuc interitum viuimus,& adhuc de viuendo cogitamus.¶Sic o ſic po.af.di.corpus.)Nõ dixit hominem viuum ſed corpus,vtpote eius,qui nõ viuendi ſed moriendi deſyderio duceretur.¶Ipſe manu.m.in.m.h.Ex.q̃.petet.fa.i.le.e.)Reſpondit omnibus,quę ſibi obiecti e diuerſo potuerũt.aut ego me,inquit, occidam,aut non deerit qui feriat& ſi miſericordia ductus ſolas exuuias tollet,vel ſi remanſero inſepultus, iactura iſta me nõ ſotit examinus.¶Iampridem inuiſus diuis,&c.)Olim eſt, inquit,q̃ diis aduerſis fruſtra moror in luce,quod vel nunc faciendum eſt, Poſt Troiani imperij perditum florem.

ASCENSIVS.

¶Dixerat,& ſpiſſis no.&c.)Poſt abſceſſum Veneris vidit Æneas numina magna deum, in qua re Seruius prius moralem annotauit ſententiam,quia videlicet ignorãtes vſum venereum dicuntur videre numina,nunc naturalem, qui ſecundũ Matheſim(inquit)Radij Veneris temperãt anæriticos, ideſt exitioſos. Viſis ergo numinibus iratis,deſcendit ad domum paternã. Vnde Donatus dicit ſic.¶Flammam inter & hoſtes Expedior.)Debuit hoc præſtare Venus,& quia mater,& quia dixerat. Nuſquam abero. ¶Me ſi cœlicolæ.)Aperta coniectura,Me inuiſum ſuperis.¶Satis vna.)Scelus eſt patriam vidiſſe:& dolor immenſus, quod adhuc poſt eius interitum viuimus, & adhuc de viuendo cogitamus. ¶Corpus.)Non dixit viuum hominem, ſed corpus ſcilicet eius qui nõ viuendi, ſed moriendi cupidus eſſet.¶Ipſe manu mortẽ. ¶Reſpõdet omnibus quę poſſunt abijci. ¶Ordo eſt. Dixerat ſcilicet alma parens Venus,& condidit, ideſt occultauit & inuoluit ſe,ſpiſſis,ideſt dẽſis,vmbris noctis:facies diuę, ideſt terribiles ex deorum ira,& magna numina deum, pro deorũ inimica Troiæ apparent,ſupp.poſt mihi abſceſſum matris. Tum vero,ideſt præcipue tunc,aut tũc primum ad verum: omne,ideſt totum:Ilium ideſt illud oppidum Troianum viſum eſt mihi,ideſt a me,conſidere,ideſt reſolui decidẽdo:in ignes,ideſt in carbones ignitos:& Troia Neptunia,ideſt a Neptuno fabricata:viſa eſt, ſupp.verti ex imo, ſcilicet fundo,ideſt funditus euerti:ac, ſupp.trahere ſic ruinam,veluti cũ,ideſt quando agricolæ inſtant certatim,ideſt cum certamine eruere in ſummis montibus: ornum,ideſt arborẽ ſic dictam:antiquam & ergo bene radicatam,ſed acciſam,ideſt in exterioribus exciſam ferro & crebris bipennibus: hoc eſt, crebris bipennibus ferreis:aut ferro crebrarũ bipennium:illa,ſcilicet ornus:minatur, ſcilicet ruinam: quia eminet vſq̃,ideſt cõtinuo:& nutat,ideſt vacillat:& agitatur huc illuc:tremefacta comam,ideſt habens comam tremefactam:vertice cõcuſſo, ideſt ex ictu ad rasdicem facto:nutat,dico,donec ipſa euicta, ideſt ſuperata, paulatim vulneribus.i.crebris ictibus ferri: cõgemuit ſupremũ, ideſt dedit ſupremum gemitum: ſicut animalia expirãt, & ipſa auulſa ſugis traxit ruinã,& ſuam, & aliarum arborũ ſecum. Ego igitur videns ſic Troiã conſidere:deſcendo.ſ.ex loco periculoſo:ac expedior.i.expeditus ingrediorinter flammã,& hoſtes, & hoc deo ſcilicet Venere, ſecundum Seruium(ſecundum quem tamen nõ liceret dicere, Cõiunctim deo Venere licet enim in deo intelligatur Venere,ſicut in homine, mulier:tamẽ raro cõiunguntur deus, Venus,& homo,mulier:vnde quędam ſubaudire licet, potius q̃s exprimere. Ad Seruium addẽdum dicit Landinus ex Macrobio, q̃ ſimulachrum illud barbatum,veſtem tamen muliebrem habebat,& ſceptrũ virile,quia eandem marem, ac fœminam putarẽt. Ariſtophanes quoq̃ poeta illam Aphroditon in maſculino genere appellat:& Leuinus ait, Venerẽ igitur almum adorans,ſiue fœmina,ſiue mas eſt:ita vti alma nocticola.Philochrus, eandem putat eſſe lunam:illiq̃ ſacrificare viros veſte muliebri, & mulieres virili,quod & mas æſtimetur & fœmina.Varro autẽ affirmat ſub regibus apud Romanos nullum Veneris, neq̃ Græcũ,neq̃ Latinum nomen fuiſſe.Hęc ille.)deo igitur,videlicet Venere,dicente. Tela dant locum & flammæ recedunt(quia ergo Dignus deo vindice nodus incidit:intereſt & deus iuxta præceptum Horatianũ. Nec deus interſit, niſi dignus vindice nodus inciderit. Nodus autem difficultatis eſt,quia non eſt veriſimile,niſi proditor eſſet per hoſtes & flãmas euaſiſſe, niſi deo ducente.)Aſt,i.ſed vbi,ideſt poſtq̃.peruentum,ſup.eſt,a me:& matre, ſcilicet ad limina:ſedis,i.habitationis:patriæ.i.patris mei Anchiſæ:q̃, pro.i. domos antiquas:quod in earum laudem dicitur:quaſi marmoreæ fuerint,quæ diu durare poterant:genitor.ſ.Anchiſes:quem ego petebã.i.optabã primum:tollere.i.exportare in altos montes:abnegat.i.renuit:producere.i.amplius ducere: vitã,hoc eſt, diutius ſuperuiuere Troia exciſſa,i.poſtq̃ Troia excifſa eſſet, & abnegat pati exiliũ;& ait,Vos,o vos, quibus ſanguis æui,ſ,florẽtis:eſt integer.i.nõ minutus:& quibus vires ſtant ſolidę.i.plenæ ſuo,i.proprio,& cõueniente robore,vos,inquã, agitate fugam. Si cœlicolę.i.diꝫ ſuperi:voluiſſent me ducere.i.vt ego diutius ducam:vitã.i.me ſuperuiuere:ipſi ſeruaſſent mihi has ſedes.i.hanc habitationem.Nos vidimus ſatis, ſuperq̃.i.plusq̃ ſatis:vna excidia.i.vnam exterminationẽ, ſeu vnum exterminium vrbis(vbi animaduertes,q̃ licet excidium rite dicatur:tamẽ quia plurimæ res ſimul exciderũt,ideſt extra exiſtentiã ceciderunt, & in nihilũ redactæ ſunt:pluraliter tamen dixit,vna excidia, cũ tamen vnus, vna,vnum,tunc tantum plurale eſſe debeat, cum ſubſtantiuum ſingulari caret.Viderat aũt primam expugnationẽ vrbis Troianæ in Laomedontem ab Hercule factam: & quia iam ſecundam vidit,cõiunctim legendum.)& ſuperauimus.i.ſuperſtites manſimus vrbi captę.q.d.licet iam ſecundum excidium viderimus:tamen non ſupereremus vrbi captę,cum etiam excidere malimus: dixerat autẽ id raptus vehemẽti zelo:vt qui deſtinauerat mori, quocirca,ſi forte dicat pius Æneas, Non ita patet:nam nõ diſcedam abs te, priusq̃ conclamauero:& funebre officium præſtitero:addit,Vos adfati corpus: poſitũ.i.ſitum ſuis ſedibus: ſic,o ſic .i.cum tali animo & zelo diſcedite. Et ſi tum dicat, quomodo ponetur corpus tuum pater,aut te interficies?Reſpõdet ipſe.i.ego-met inueniam morte manu.ſ.mea.i.ſic irruã in hoſteis, vt me interficiant,aut meipſum interficiam:quod nõ placet,quia adludit ad factum Priami, qui manu ſua mortem inuenit:prætera ſequitur,Miſerebitur hoſtis:cuius ſenſus eſt, Etiam ſi tam inualida ſit manus,vt neminem offendere valeam, tamen hoſtis videns me appetere mortẽ,miſerebitur, & interficiet me forte immeritum & ſi non miſeratione ductus, tamen petet exuuias.i.ſpolia mea, quæ in trophæum ducet,quo verbo Anchiſes ſibi etiam nomen & gloriam adſerit:Seruius tamen accipit, quaſi per obiectionem dicat: dices forte,q̃ hoſtis exuuias petet, & ſic nudus in ignota, ſolusq̃ relinquar arena:ad hoc reſpõdet:iactura ſepulchri eſt facilis.i.debet faciliter tolerari: verũ hoc tenore cõtinuari poteſt. Satis eſt vidiſſe excidium vrbis ſemel, & ſuperuixiſſe: quia amplius ſuperuiuere nolo:quocirca adfamini exequialibus verbis corpus meum:poſitum,ideſt proſtratum: ſic,ideſt cum tali affectione,& animo:nec dubitetis quomodo proſternetur, quia ipſe manu mortẽ inueniã:& ſi fortaſſe imbecillior ſit:q̃ quæ hoſtẽ prouocare poſſit,miſerebit hoſtis: & ſi nihil miſerationis ex hoſte ſperandum,tamen exuuias petet:ſed dicat, ego ſpoliatus,derelinquar inſepultus: verum id paruifaciam, quia iactura,ideſt amiſſio in neceſſitate(ſicut iactura proprie, eſt amiſſio merciũ, quæ pro ſaluanda vita in mare proiciuntur: quemadmodum pro ſaluando decoro vitæ, & inclyto nomine ſepultura amittitur.)iactura ergo, ideſt neceſſaria, aut expediens amiſſio ſepulchri:eſt facilis, ideſt debet facile tolerari: vnde Seneca, Nihil refert humi ne an ſublimi putreſcã. quod aũt mori fuerit decorũ, probat,quia ego demoror,ideſt detineo & extendo:iampridem, ideſt iam a pluſculo tẽpore:annos,ſcilicet ſtatutos mihi exiſtens, inuiſus diuis, quia cum Venere dearũ pulcherrima cõcubuerat: & inutilis.ſ.hominibus, quo ad opera: quãuis adhuc vtilis eſſet conſilio,demoror,dicit,iampridẽ:quia ex eo tempore,ideſt poſt illud

Ordo.

Universidad de Deusto Biblioteca

illud tempus:ex quo.i.post quod:pater hominũ,atq; rex diuũ.s. Iuppiter:adflauit.i.leuiter contigit:me ventis fulminis.i.leui cõtactu:ita vt neq; excæcaret, neq; mutilaret:memorem tñ faceret non esse gloriandũ,nec iactandum de Veneris cõmercio.Excæcatum autẽ nõ fuisse,probat illud quod statim dicet,Genitorq; per vmbrã prospiciens nate(exclamat)fuge nate,& postq;,sup.contigit me igni fulminis,non tamen prostrauit,nec penetrauit.

PIERIVS.

¶Descendo,ac ducente deo.)Non sum nescius,quot ea sint,quę Seruius congerit,vt cõmune genus esse diis, ostendat.In veterilbus tamen aliquot codi.ducente dea,legitur.In Donatiano, Descendo adducẽte dea, mox ita, in domo enim Priami se dixerat fuisse cõstitutum,& in summa eius parte, vnde se aut præcipites dederant,aut tradiderant flammis: idcirco iratus dixit, Descẽdo adducente dea: voluntate matris adductus, & persuasione receptus.¶Ast vbi iam patriæ.)In Medi.codi.atq; vbi,legitur: quod suauius est.¶Facilis iactura sepulchri est.)In omnibus ns codicibus quos præ manibus habui,sepulchri,absq; verbo,est, scriptũ animaduerti.

Talia perstabat memorans:fixusq; manebat. ÆNE.
Nos contra effusi lachrymis,coniuxq; Creusa,
Ascaniusq;,omnisq; domus,ne vertere secum
Cuncta pater,factoq; vrgenti incumbere vellet.
Abnegat:inceptoq;,& sedibus hæret in iisdem.
Rursus in arma feror:mortemq; miserrimus opto.
Nam quod consilium,aut quæ iam fortuna dabatur?
Mene efferre pedem genitor te posse relicto
Sperasti?tantumq; nefas patrio excidit ore?
Si nihil ex tanta superis placet vrbe relinqui:
Et sedet hoc animo:perituræq; addere Troiæ
Teq;,tuosq; iuuat:patet isti ianua leto.
Iamq; aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus:
Natum ante ora patris,patrem qui obtrũcat ad aras.
Hoc erat alma parens,quod me per tela,per igneis
Eripis?vt mediis hostem in penetralibus,vtq;
Ascaniumq;,patremq; meum,iuxtaq; Creusam,
Alterum in alterius mactatos sanguine cernam?
Arma viri,ferte arma:vocat lux vltima victos.
Reddite me Danais,sinite instaurata reuisam
Prælia.nunq̃ omnes hodie moriemur inulti.
Hinc ferro accingor rursus:clypeoq; sinistram
Insertabam aptans:meq; extra tecta ferebam.
Ecce autem complexa pedes in limine coniux
Hærebat:paruumq; patri tendebat Iulum.
Si periturus abis:& nos rape in oĩa tecũ. CREV.
Sin aliquam expertus sumptis spem ponis in armis:
Hanc primum tutare domum.cui paruus Iulus,
Cui pater,& coniux quondam tua dicta relinquor?

SERVIVS.

¶Nos cõtra.)Præpositiones vel aduerbia in a,exeũtia,modo producũt vltimã literã,excepto puta, & ita: quia apud Ennium & Pacuuium breuia sunt. Hinc est quod etiã numerorũ nomina indeclinabilia producuntur:vt Triginta magnos voluẽdis mensibus orbes. Ea vero quæ declinantur,breuia sunt ꝓm rationem nominũ in a,exeuntiũ.¶Omnisq; domus.)Modo familia: alias domiciliũ:interdũ re vera domũ.¶Mortẽ opto.)Cõtra fatorũ vim,& matris auxilium.¶Mene.)Probatæ pietatis filium. Nam pronomina habent vim suã nonnunquã & emphasim:vt Cantando tu illũ?¶Posse.)Plus est q̃ velle.¶Excidit.)Bene excusat patrẽ dicendo excidit:& ipsam temperat obiurgationem.¶Patet isti)Apocope est,pro istic. Pronomen enim esse non potest: quia non præcedit nomen.¶Natũ ante ora patris.) His rebus terret eum,qui nõ potest mortem timere.¶Obtruncat.)Obtruncare consueuit.¶Arma viri ferte arma.) Notant hoc Critici, quia sæpius armari aliquos dicit, cũ exarmatos nusq; ostẽdat.qui nesciunt non omnia a poeta (vt supra diximus)dici debere.Nam & diem describit, nocte non præmissa. Superfluo enim dicũtur ea quæ necesse est fieri.quis enim domũ ingressus, nõ arma deponat?¶Reddite me Danais.)Quibus me sustulit mater.¶Tendebat.)Offerebat sed non manibus eum gestans.¶Si periturus abis.)Argumentum, dilemma, idest complexio quæ aduersarium ab vtraq; parte concludit.¶Cui paruus Iulus.)Interrogantis est:& simul epitheto cõmendat ętatem.¶Coniux quondam tua dicta relinquor?)Quondam aut aliquando significat: quasi nunc vxor non sit quæ relinquitur. Aut certe quondam, semper significat vt in Georgicis, Vt quondã in stipulis magnis sine viribus ignis Et est sensus, Quam semper coniugem nominasti.Haberi.n.quæuis poterat:nominari non nisi nobilis.

DONATVS.

¶Talia perstabat memorans.)Perstabat,inquit, talia memorãs. ¶Fixusq; manebat.)Fixus hoc est immobili sententia. Nos contra effusi lachrymis.)Cum adhuc loqueretur nos cõtra dolores nostros lachrymis vberrimis testabamur.¶Coniuxq; Creusa.) Nec tantum nos,verumetiam coniux mea Creusa.¶Ascaniusq;, om.d,nec.v.secum Cuncta pater,fa.q.vr.incum. vel.)In obstinatione senis tractabamus omnes,& ipsius casum,& periculum nostrum, fugiendũ quippe fuerat.hoc prouenire sine ipso nõ posset,remorari sine periculo quomodo posset? vbi malum euidẽs fuit.idcirco flebamus,ne ille in eadem sententia perdurans consentiret aduersę fortunę,& se & oẽs nos faceret interire.Ex illius igitur voluntate, salutis omniũ status ratioq; pendebat,cum ipso enim fuerat moriendũ,quẽ dimittere non licebat.sed ille,quẽ fixum tenuerat vna sententia,qui cõsentiebat fatis nostris in extrema vergentibus,voluntate sua nostra iuuabat aduersa, non mei, non nurus suæ, non nepotis, non omnium largissimis fletibus flexus,in ea mẽtis obstinatione permãsit, negauitq; se velle viuere post excidium patriæ.¶Rursus in arma feror, &c.)Tali existente patris mei sententia, cum fugiendi spes cõcidisset, rursus ad arma conuersus sum.nã quid erat in tali causa faciendũ,nisi vt id facerem quod aduersa fortuna dictabat?Armabar, inquit, mortẽ potius exoptans,quoniã oppresso tantis cladibus, vita displicebat.¶Mene efferre pedẽ g.t.p.r.Sperasti? &c.)Inuidiosa quidẽ dictio,sed plena pietatis & ex affectu religioso descendens,habẽs in pronominibus grauissimũ pondus & satis validum, & in ipsa breuitate retinens latissimam causæ rationem. In pronominibus sic.me ne, ingt, & te me ne, hoc est filiũ tuum, cuius pietatem officiis religioneq; optime cõprobasti.te qui sis pater meus, qui bene nosti, quid parẽtes debeant liberis, quid filii parẽtibus, te q prætér naturalẽ affectũ sis senectus vitio corporis impeditus, te quem amauerim semper, te semperq; coluerim, deinde ipsa causa qui grauis, quam impietatis criminibus plenũ relinquere abire sine patre,abire sine authore propriæ salutis, relinquere senem ac debilẽ illo tẽpore,atq; illo loco, vbi hostis victor fuerat, superq; discrimẽ,vbi flammę,vbi superat gladii, vbi mors aut detestanda captiuitas imminebat?Me ne,inquit,abiturũ sine te sperasti optime pater?aut aliquo pedẽ moturũ?& potuit tibi venire in mentẽ?tam dirum tamq; impiũ nefas potuisti cogitare?quod me abhorret a morib⁹ meis,potuisti ore paterno promere,quod me faceret parricidã?¶Si nihil ex tanta superis.p.v.r. Et.s.h.a.p.ad.t. Te.q.t.q;.i.pa.i.ia.l.)Artificiosa dictio satisq; subtilis,consentire se simulat eius voluntati, & tamen hunc vehementissime tenet, ne in eadẽ crescẽdi prauitate perduret.si hoc,inquit,placuit superis,vt de magna vrbe nullę reliquiæ supersint, idq; & tu probaris, quod aduersariis gratum est, non deest omnibus nobis occasio moriendi,cum fiat istud cum hostium voto.¶Iamq; aderit.m.p. de sa.py.&c.)Quia cõtempserat senex & debilis salutẽ suam, non eius tantum fore periculũ dicitur, sed proposito templo de filii quoq; morte terret, ne forte hoc genere posset inflecti. Cum hoc asserit,etiã illud proculdubio intelligi potest, nõ solũ interitus sui Anchisen admoneri,verumetiã filii, nurus, & nepotis,ne forte tot necessitudinũ periculo frãgeretur. Datur interea exemplũ crudelissimi hostis, & eius qui diuina & humana iura despiceret,datur exemplũ personæ hostilis, & vltra hostilem modum sæuientis,datur ei factũ.Iam,inquit,aderit Pyrrhus,post effusionem recentem sanguinis Polytę & Priami.nouit ille ordinem feriendi,nouit quẽadmodũ patres liberorũ funerib⁹ affligat, nũq̃ ille percutit patres, nisi prius cecidisse viderit liberos suos, ille nec occasionem faciendi perdit,nec loca in quibus faciebat habita consideratione discernit,totus intentus in factum,perficit cædem,etiam si sacer locus ac venerandus occurrat,aliam in matrẽ quoq; inuidiam concitat,salua quidẽ materni nominis reuerentia,hoc non vt ingratum ostendat filium, sed vt terrorem patris accumulet.¶Hoc erat alma parens, quod me per tela,per hostes Eripis,&c.)Versa sunt,inquit, in perniciem meã mater beneficia tua.quid prodest, quod euasi gladios:& tutus transiui per flammas?quid prodest, quod ad sedes nostras incolumis te auxiliãte perueni? Cur sum redditus dulcibus conspectibus patris? non amor est iste,sed imminẽs supplicium, videbo patrem meum in conspectu meo occidi?videbo cædi pignora mea?& effundi omnium sanguinem simul,simulq; misceri,confusaq; in vnũ corpora funeraq; prosterni?perdidi in aduersis grande cõmodum miser.potui nescire quod timeo,quod posuit,cernã,ad omnia pertinet,ac per hoc nõ semel accipiendum est hoc modo, vt mediis hostem in penetralibus cernam,vtq; Ascanium cernã, patremq; meum cernam iuxtaq; Creusam cernam, mactatos cernam,alterum in alterius sanguine.Aliud dehinc genus terroris adiungit, ne fieri posset, vt suã pater mutaret aliquando sententiã.¶Arma viri,ferte arma.)Vt cum videret filium in pericula rediturũ, amplecteretur consilium fugæ,ait.Ferte arma, hoc est venite mecũ armis vestris instructi.¶Vocat lux vltima victos)Iam nos vocat finis vltimus vitę,vt nõ pugnaturi pergere sed morituri viderẽtur.ait ergo ad tantam necessitatẽ cogimur aduersante fortuna quasi redeũtes in bella victi, hostem possimus superare victorẽ. ¶Reddite me Danais, sinite instaurata reuisam Prælia.)Cupio, inquit,me repræsentare certamini.posset dici,ad quam spem,respondit ipse.¶Nunquam omnes hodie moriemur inulti.)Non ait,vt vincam, sed ne omnes inulti pereamus, non tantum ipse, qui bellum repetiturus fuerat,verumetiam remãsuri, Anchises, Ascani⁹, & Creusa.¶Hic ferro accingor rursus,cl.q;.si In.a.meq; ex.t.fe.)Cum ne his quidẽ dictis moueretur,inquit, animus patris,cœperam processurus armari.iam induebam scuto humerũ meum, iam cœperam extra limen exire, simul faciens vtrunq;. hoc enim properationis necessitas exigebat,vt non stans sed ambulans armarer, accingor,dixit, instruor.¶Ecce autem cõplexa pedes in limine coniux Hærebat, paruumq; patri tendebat Iulum.)Repente,inquit, emergens vxor in ipso limine me tenuit exeuntem,& ne minoris meriti prærogatiuam haberet apud virum,paruulum Iulum offerebat patri.nõ dixit mihi sed patri,vt si maritum non flecteret precibus suis,patrium tamen moueret affectum ambos proinde ostendebat inutiles,ambos imbelles,se mulierem,& illum puerum,vt ętatis ratio vel sexus reuocaret instantem.quanta autẽ rogantis vxoris necessitas fuit, quando ad pedes meos decidens,atq; ipsos quibus egredi poteram suppliciter retinebat,non respiciens meritum suum,nec matrimonii decus.nec nomen vxoris, offerens cõmune pignus oculis meis.videamus quid sit,quod nõdum plene armatum, quod in limine, quod pedibus complexa innuit properantem,quod offerebat filium patri.hęc enim sequentia prodiderunt,nõ frustra via perfecta significabatur quippe auspiciis non futurũ,quod arripuerat vel Anchises vel Æneæ desperãtis intentio, arma plenius suscipere potuit,nec limen exire impediti sunt coniugis cõplexibus pedes, quibus properabat ad bellũ.faciebat hoc persona mulieris domesticę,imbellis,faciebat vxoris, quę matrimonii nexibus reuocabat exeuntem, offerebat paruulum filium, per quẽ factum est, vt omnis Æneæ difficilis & dura mentis atq; constricta obstinatio superetur.post hæc consecuta sic vox, debemus inserere, fuit chara,vtilis,necessaria,atq; honesta,& ad persuadendum vehementissime accõmodata.¶Si periturus abis, & nos rape in omnia tecum, Sin aliquam expertus sumptis spem ponis in armis, Hanc primum tutare domum,cui paruus Iulus,Cui pater,& coniux quondam tua dicta relinquor?)Cõsidera ait quo loco, quo fis nos tempore relicturus,cui omnes nos imbelles dimiseris traditurus,Cum dicit,cui,hostem proculdubio significat, facit autem ordinationem personarum admirabilem, relinques,inquit filium paruum,relinques debilem patrem,relinques vxorem,se tertio loco hoc est nouissimo posuit,aut.n.post filium & patrem amari vxorem putauit,aut verecundiæ causa noluit se præponere patri,vel filio, aut ordinatione quod existimauerat potius in affectu apud virũ,debuit vltimum cõstituere, ne personarum sequentium vinceretur affectu.tractabatur enim ne in captiuitatẽ venirent, in qua peior est fœminarũ vel maxime in causa coniugii.deniq; hoc dixit, & cõiux quondã tua cui relinquor?abhinc vxor tua nõ ero,si cœptis tuis perseueranter institeris, si periturus abis,& nos rape in omnia tecum.Sin aliquam expertus sumptis spem ponis in armis,Hãc primum tutare domũ, cui paruus Iulus,cui pater,& coniux quondam tua dicta relinquor?si tędio infelicium rerũ morti disponis occumbere, simul tecum pergamus vniuersi,vnus exitus premat,quos idẽ deuinxit affectus,sit felix interitus noster, vt cum oẽs absumpserit letum, non extet qui alterum gemat,non remaneat superstes quispiam nostrũ,ad plura supplicia ærumnarum remediũ est mortis occasio, si pars ista complacuit probo sententiam tuam,si tu quoq; comprobes meã,vt si aliquid prosperum speras, si felicioris redditus fiduciã geris,& hæc, quæ tuis humeris arma portantur, quiddam boni tuis nixibus spondent,prouidendum est primũ, vt in tutum redigas tuos,vt cum remeare cœperis domũ,occurrant eo pignora tua.Sapientis est mala præuenire consilio, ne exoriatur aliud, quod post victoriam plangas,quod autẽ duo proposuit, vnum vult fieri, nõ alterum de duobus.s.vt remaneret cum omnibus, q̃ dimissis ad prædam,improuidus exiret ad bellum.

ASCENSIVS.

¶Talia perstabat,&c.)Docet quomodo ab instituto reuocari nequiuerat Anchises,vtq; ipse id videns, rursus in arma irruerit.dicturus in sequẽtibus,quomodo viso ostento ignis in fugam cõcesserit eandẽ Anchises.de hac autẽ re dicit Donatus sic.¶Fixus.) Immobilis sententia.¶Nos cõtra.)Quia fuga esset salus petenda: & sine ipso fuga nõ erat,orabamus ne vniuersam domum, dum negat se fugiturũ,perderet.Ergo omnia ex illius volũtate pendebant.¶Me ne.)Inuidiosa dictio:sed quæ plena esset pietatis, & ex affectu religioso profecta. Habet aũt grauissimũ pondus ex pronominibus me,& te:me.i.filiũ tuũ cuius pietatem officia,religionemq; optime cõprobasti.¶Te.)Qui sis pater meus & probe nosti,quid patres liberis,ac patribus liberi debeãt. Te, qui senectute.& morbo grauis sis,& quem ita relinquere sit scelus hoc tempore,& hoc loco vbi hostes sint & flãma. Potuisti ergo loqui, q̃ me faceret parricidã.¶Si nihil Artificiosa oratio.nam esset causa interitus omniũ,& exemplo ostendit affuturũ qui filiũ,nepotẽq; in suo cõspectu interimat,cum iam ea crudelitate vsus in Polyte sit,qui nũq̃ patrẽ interempturus sit, nisi prius cæso filio.¶Hocc erat alma parens.)Ostẽdit materna beneficia cõuerti in perniciẽ. ¶Cernam.)Ad omnia pertinet,& propterea nõ semel accipiendũ est.¶Arma viri ferte.)Conabatur flectere patrẽ in suã sententiã, cum filii periculũ cerneret.¶Vocat lux vltima.)Vt intelligat nõ sumi arma ad salutẽ,sed ad mortem:nec inde aliud sperari, q̃ aliquam vltionẽ.¶Hinc ferro accingor.)Quoniã ne his quidem dictis motus erat.¶Patri.)Non dixit mihi,sed patri: vt si maritum nõ flecteret saltẽ patrium affectũ moueret.¶Quondã tua.)Nam si discedam nõ potero esse deinceps tua.¶Ordo est.Pater Anchises,supp.memorans,idest enuncians talia,qualia, præmissa sunt: Ordo. perstabat.i.perseuerabat(& ita nõ leges præstabat.)&, pro.i.manebat fixus inhærens, & firmus in proposito suo. Nos & Creusa cõiux,& Ascanius, sup.filius:& omnis domus.i.tota familia:effusi,idest effluentes lachrymis cõtra sup.instamus,aut facimus,aut precamur ne pater vellet vertere.i.euertere, & destruere cuncta secũ:& incumbere fato vrgẽti.i.ipsum ad pręsentẽ mortẽ impellenti:sed,sup.ipse:abnegat.i.renuit,sup.dictis,aut precib⁹ nostris acquiescere.(Sed pulchra breuitas est, & negocio aptissima.)& hęret incepto,& iisdem sedibus,idest firmis sententiis, & placitis. (Nã sedere,est placere: vnde paulo inferius, Et sedet hoc animo &c.)Ego feror,idest trahor,& excitor rursus in arma, & ego miserrimus opto mortẽ:Nam quod consiliũ dabat,quasi dicat,nullum:aut quę fortuna,sup.dabatur,quasi dicat,etiã nulla:hoc est, neq; consilio,neq; casu, aut audaci facto posse euadere sperabã, cum nollem patre moriente superuiuere, vnde addit:O genitor sperasti ne me posse,idest quod ego possem efferre quidẽ.s.e domo ista:te relicto.i.postq; te reliquerim,aut & te relinquam:excidit ne tantũ nefas ore patrio.i.paterno. vt id de me sentias:Si nihil.i.nõ aliquid,si nõ placet,superis aliquid relinqui ex tanta vrbe:& si hoc.s.nihil relinqui: sedet animo, idest firmiter decretũ est tibi,& placet:& si iuuat,idest delectat te addere Troiæ, perituræ te & tuos:ianua,idest aditus, & modus:patet isti.s.tam ignobili,quod tamẽ affectas:leto,idest mortis generi, quo deleamur & e via,& e memoria viuentiũ,vnde affectanter letũ dixit:patet ergo isti leto.i.ad istud letũ.Nam Pyrrhus aderit iam.i.statim,sup. veniẽs de multo sanguine Priami.i.multi sanguinis Priami effusione:qui obtruncat,idest obtrũcare cõsueuit:& cuius peculiare facinus est obtruncare:aut qui iam nũc obtruncat:natũ.s.Polytẽ ante ora patris.s.Priami:& patrẽ.s.Priamum:ad aras.s.Iouis Hercęi.O alma parẽs erat hoc.i.prętenditne hoc sibi:quod eripis me per tela,

Universidad de Deusto Biblioteca

per tela,per ignes,vt.s.cernã hostẽ.s.qui iam aderit:in medijs penetralibus.s.domus paternæ:& vt cernã Ascaniũ.s.filium meũ,& patrẽ.s.Anchisen mactatos:alterũ,supp.mactatũ in sanguine alterius.(Est enim prolepsis)q;,pro &:hoc est , etiã iuxta Creusam.s. coniugem meam:matrẽ Ascanij,& nurum tuam.O viri,ferte(inquit.)i.adferte arma:vltima lux.i.vltimũ tempus vitæ , nõ enim tũc lux erat:vocat.i.expetit ad mortẽ:victos.s.nos:hoc est,video fatis vrgentibus nos ad mortẽ impelli . Reddite me Danais,quibus.s.mater me eripuit.sinite(quia ipsum retinere volebant.)i. permittite:vt,sup.reuisam.i.iterũ visum eam:aut iterũ videã prę lia instaurata.i.in pristinũ statum cõserta:nunq̃; oẽs.i.nõ omnes (sed plus est nunq̃,q̃ non moriemur hodie inulti.hoc autẽ de se dicit.q.d.nõ interficiar.)priusq̃ interfecero cõplures : hic.i.hoc tempore rebus sic se habẽtibus, ego accingor rursus ferro:insertabam sinistram,sup.manum:clypeo aptans,s.eam loris& retinaculis clypei:& ferebam me extra tecta:autẽ,pro sed ecce,quasi dicat præter spem : coniux.s.Creusa : complexa.i.complectens:pedes.s.meos:prostrata,videlicet,hęrebat in limine,& tendebat,idest porrigebat:patri.s.mihi:Iulum.s.filium paruum:&,sup.vociferauit:si tu abis periturus.i.eo animo,vt pereas,cape,&.i.etiam nos tecũ in omnia : hoc est,in mortem:sin.i.sed si:tu expertus.i. peritus armorum:ponis.i.collocas : aliquã spem:scilicet salutis: in armis sumptis.i.per arma sumpta obtinendę,tutare primum: hanc.i.nostram domum : cui.s.domui Iulus.s.paruus : ergo qui se seruare nesciat,sup.relinquitur:& cui ego dicta quondam tua coniux:dum,scilicet mecum viuere constituisti:relinquor.s.a te abeunte in mortem certam,aut aliena defensurus?

PIERIVS.

¶Aut quę iam fortuna dabatur?)In antiquis aliquot codicibus legere est,aut mihi quæ fortuna?Sed prior lectio magis recepta. ¶Patet isti ianua leto.)In Mediceo codice , & aliquot alijs antiquis legere est,istic,aduerbialiter:vt dicat non esse alio discedendum,si oẽs velit perdere.Quia iam aderit Pyrrhus, qui eum voti compotem reddet : Qui Natum ante ora patris, patrem qui ad aras obtruncabit.¶Natum ante ora patris.)In antiquis pene omnibus exemplaribus,gnatum,cum g litera præposita legas,& ita veteres scribere solitos ostendit Victorinus,dum dicit,Nos quædam paucioribus literis scribimus , quam antiqui scribebant,vt narus,natus,nauus,nosco. Nam illi has voces & similes istis,g interposita scribebãt,cuius rei vestigia nos retinemus, cum scribimus ignarus,cognat⁹,ignauus , cognosco.¶Iamq; aderit multo Priami de sanguine.)In codicibus aliquot antiquis mutato numero legitur,Iamq; aderit Priami multo de sanguine.Sed vulgata lectio longe venustior habetur ijs,qui dactylum & spondeum alternos amant.¶Patrem qui obtruncat ad aras.)Vetera quædã exemplaria legunt,patrem quæ obtruncat. Sed pronomen illud relatiuum , maioris omnino ponderis est.¶Hocc erat alma parens.)Prima huius carminis dictio, nouos & veteres grammaticos varie torquere cõsueuit.Priscianus in hunc locum, reliquis quoq; casibus vetustissimi addebant eandem ce,syllabam, vt hicce,hæcce,hocce.Vnde vocali quoq; sequente ablata,per synalœphen manentibus duabus cc solebant producere . Virgilius Hocc erat alma parens. Sed scriptorum negligentia prętermisit vnum c.Dixerat vero prius idem hoc Velius Longus, qui dubitat verum esse acefalum,si,Hoc,vnico c scribatur . Sed enim nullũ ego ex antiquis codicibus adhuc inueni, in quo sit,Hocc , duplici cc notatum.Passim vero,Hoc erat,quo æquior sum Terentiano & Probo , c finalem in pronominibus producendi vim asserentibus habere,vt alio loco commodius disputatum est.Nam & Sosipater Carisius Vltimum positionis modum ait, cum dictio desinit in cõsonantem c,qua pars orationis finitur,& excipitur a vocali,vt,Hocc erat alma parens.Ne vero mirum sit quæri a grammaticis , vtrum Hoc,an Hocc,an Hocce,apud poetam sit dicendum : quærit quid huiusmodi in Cicerone,Fabius . Quippe cur Hosce,potius q̃ Hos,eo loco dixerit, neminem vestrum ignorare arbitror iudices hunc,per hosce dies sermonẽ vulgi , atq; hanc opinionem populi Romani fuisse.¶Nunq̃ omnes hodie moriemur inulti.)In Mediceo,& codicibus aliquot antiquis, Nusq̃ habetur,hoc est quocunq; loco cadere contigerit, haud quaquam inulti moriemur.Sed nunq̃ Donatus agnoscere videtur. Huius vero sentẽtię similitudo locum memorię subijcit apud Liuium, aliqua dignum animaduersione , lib.v.de secundo bello Punico.Quod vtrum pręsenti corpore pecorum modo inulti trucident.Quod in veteri codice legitur,vtrum prębentes corpora pecorum modo,inulti trucidentur.¶Hic ferro adcingor rursus,clypeoq; sinistram Insertabam.)In antiquis exemplaribus legere est,Hinc ferro adcingor , & Clupeo per u,sed per i,potius ex Cornelij Frontonis sententia scribendum videtur . De armis enim est sermo. Sed enim hæc leuia,illud me potius moueat , quod antiquissimi quidam codices legunt,clypeumq; sinistræ Insertabam, pro clypeoq; sinistram Insertabam , Donatiana præsertim paraphrasi cum antiqua lectione faciente.Ita enim est , iam induebam scutum humero meo.

Talia vociferans gemitu tectũ oẽ replebat: ÆNE.
Cum subitum,dictuq; oritur mirabile monstrum.
Nanq; manus inter,mœstorumq; ora parentum,
Ecce leuis summo de vertice visus Iuli
Fundere lumen apex:tactuq; innoxia molli
Lambere flamma comas:& circùm tempora pasci.
Nos pauidi trepidare metu:crinemq; flagrantem
Excutere:& sanctos restinguere fontibus ignes.
At pater Anchises oculos adsydera lætus,
Extulit:& cœlo palmas cum voce tetendit.
Iuppiter oĩpotẽs,p̃cibus si flecteris vllis: ANCH.
Aspice nos.hoc tantum:& si pietate meremur:
Da deinde auxilium pater:atq; hæc omina firma.
Vix ea fatus erat senior:subitoq; fragore ÆNE.
Intonuit læuum:& de cœlo lapsa per vmbras
Stella facem ducens,multa cum luce cucurrit.
Illam summa super labentem culmina tecti:
Cernimus,Idæa clarã se condere sylua,
Signantemq; vias.tum longo limite sulcus
Dat lucem:& late circùm loca sulfure fumant.
Hic vero victus genitor se tollit ad auras:
Affaturq; deos & sanctum sydus adorat.
Iã iã nulla mora ẽ:sequor,& q̃ ducitis,adsum. AN.
Dii patrii seruate domum:seruate nepotem,
Vestrum hoc auguriũ:vestroq; in numine Troia est.
Cedo equidem:nec nate tibi comes ire recuso.

SERVIVS.

¶Manus inter.)Mutauit accentũ præpositio postposita. Sanè inter plerunq; pro Per ponit . Sed raro apud Virgiliũ,vt Hũc inter fluuio Tyberinus amœno.Bona aũt œconomia ad Iulum venit , dicẽs eum fuisse inter manus parẽtum.Inter manus aũt,hoc est inter amplexus.Nõ enim possumus eum illo tẽpore portatum dicere : quẽ post septẽ annos legimus & venatũ isse, & bella tractasse.¶Mirabile monstrum.) τῶν μέσων est:dictum a monstrãdo . Et referẽ ad præsens eius significatio. Prodigiũ aũt est quod in longum tẽpus dirigit significationẽ.¶Fundere lumẽ apex.) Apex proprie dicitur in summo flaminis pileo virga lanata:hoc est in cui⁹ extremitate modica lana est,quod primũ cõstat apud Albã Ascaniũ statuisse , Modo aũt summitatẽ pilei intelligim⁹.Tangit nãq; vt frequẽter diximus,latẽter historiã , Item hoc quoq; de igni ad Seruiũ Tullum pertinet.Nam cũ Tarquini⁹ cepisset Otriculanã ciuitatẽ:ex captiua quadam in domo eius natus est Seruius Tullus Hostilius.qui cum obdormisset: caput eius subito flãma corripuit.quam cum vellẽt restinguere , Tanaquil regis vxor auguriorũ perita,itelligẽs augurium,p̃hibuit, donec flãma puerũ cum somno deseruit. Vnde intellexit eum clarũ fore vsq; ad vltimã vitam.Sanè perite lucẽ dixit, non vt in septimo , Tum fumida lumine fuluo. Nã & illic splẽdor quidem est:sed cũ fumo qui sẽper causa lachrymarũ est , In Ascanio aũt solus ostenditur splendor.¶Circum tempora pasci.)Pasci,crescere:vt Sacrũ tibi pascere crinem. Sunt autem infinitiua pro indicatiuis.¶Fundere.)Lambere, pasci.¶Sacros restinguere.)Nõ quos tunc sacros sciebãt : sed quos mox probarunt.¶Oculos ad sydera.)Cõtra opinionem Theocriti,qui eum cęcum fuisse commemorat.¶Si flecteris.)Aut sm Stoicos locutus est, qui fati asserunt necessitatem:aut secundum Epicureos, qui dicũt deos nõ curare mortalia.¶Aspice nos.) Quia intuentes dij iuuãt.Vnde est , Atq; oculos Rutulorum

rum reijcit aruis . Et contra , Diua solo fixos oculos auersa tenebat.¶Atq; hęc omnia firma.)Secundum Romanum morẽ petit, vt visa firmentur.Nõ enim vnum augurium vidisse sufficit , nisi cõfirmetur ex simili.Nam si dissimilia sint posteriora,soluuntur priora.Vnde est , Quantum Chaonias aquila veniẽte columbas. Nam aquila sine dubio columbis plus potest.¶Intonuit læuum)
Sinistrũ Sinistrum,prosperũ : quia cœleste est , vt diximus supra.Sinistrũ autem a sinẽdo dictum,quantum ad auguria pertinet:quod nos agere aliquid sinat.¶Multa cum luce cucurrit.)Nunc Theologicam rationem sequitur,quæ asserit flammarum,quos cernimus tractus , nimbum esse descendentis numinis.Alibi physicam : vt Vento impendente videbis, Flammarum longos a tergo albescere tractus.¶Facem ducens.)Lumen,quod vtiq; ex facibus nascitur.¶Idæa claram se condere sylua.)Stellæ huius cursus significat Troianos cõglobatos ad domum Æneæ Idam petere . Quod dicit Multa cum luce:ostendit claros.quod Signantem vias:scintillas quasdam dicit relictas,quę ostendunt remansuros in diuersis partibus socios:quod Longo limite : ostendit errorem.quod Sulcum dicit , significat longum maris æquor arandum . Quod ait,¶Sulfure fumant.)diuini ignis odor ostenditur. Ex fumo autem mors Anchisæ cognoscitur : sicut eius oratio sequens indicat.¶Cedo equidem.)Quasi scilicet etiam sciat se esse moriturũ, & bene quandiu viuit Anchises, totum ei cõceditur.¶Victus genitor.)A pristino proposito recedens.¶Se tollit ad auras.)Verbũ augurũ:qui visis auspicijs surgebant ex templo vnde extemplo. ¶Affaturq; deos.)Agit dijs gratias.¶Vestroq; in numine Troia est.)In vobis habeo Troiam : propter illud , Has mihi seruassent sedes.¶Comes ire recuso.)Tantum ad solatium itineris, quippe moriturus , vt in sexto Æneas , Ille meum comitatus iter . Vult enim Virgilius etiam Æneæ concedere patris peritiam.

DONATVS.

¶Talia vociferans gemitu te.o.re.)Non tantum vocibus dolores suos,verumetiam gemitibus testabatur.¶Cum subito di.q;.ori.mira.monstrum.)Talis est locus iste, qualis est,Talia iactanti stridens aquilone procella Velum aduersa ferit fluctusq; ad sydera tollit . Idem hæc dum Dardanio Æneæ miranda videntur, Dum stupet,obtutuq; hęret defixus in vno Regina ad templum forma pulcherrima Dido,Incessit, magna iuuenum stipãte caterua.Item , Talia fundebat lachrymans , longosq; ciebat incassum fletus cum sese a mœnibus heros Priamides multis Helenus comitantibus offert.hanc dictionis artem docẽte Virgilio, nosse & imitari debemus. Incerta enim & insperata loquẽtes inueniunt, non expectant verborum finem , sed media & imperfecta colloquia actus rumpũt.dum igitur gemit Creusa, dum clamat,dum me,inquit,retinet, ecce exoriẽs subitum & mirabile monstrum, gemitus eius & clamores abrupit.¶Nanq; manus inter.m.q;.o. paren.&c.)Vere ait mirabile monstrum.Fiebant enim multa cõtra naturam rerum, vt humano de capite apice ipso incẽdij procederet lumen,nec tamen pueriles comas,perindeq; molles ac teneras,tempora quoq; ipsa percurrẽs exureret,aut saltem leuiter læderet,pasci quoq; illud incendium viribus suis,nõ nutriri detrimentis alienis.¶Nos pauidi.tr.m.crinemq; flagrantem Ex.&.sa.re.f.i.)Nos,inquit,hoc est parẽtes.supra enim dixit.Nanq; manus inter mœstorumq; ora parentum Ecce leuis summo de vertice visus Iuli Fundere lumen apex.nos ergo parẽtes , quibus in causa filiorum etiam leuia & secura suspecta sunt, exagitabamus a crinibus flammas,& sanctos ignes contrario vndarum elemento restinguere nitebamur , humano scilicet errore ducti , quod diuinum fuerat,prope sacrilegis manibus appetentes.¶At pater Anchises ocu.ad si.læ.Ext.&.c.pal.cũ voce tetendit.¶Interea inquit,pater meus, penes quem sacrorum cœlestium plena sciẽtia fuit,nobis inscijs omniumq; ignaris & trepidis solus in lætitiam repente mutatus est.tendensq; ad sydera oculos ac manus,locutus est hæc.¶Iuppiter omnipotens , &c.)Vsq; adeo bonum visum est patri meo,quod repente monstratum est,vt precibus Iouis effusis confirmationem peteret facti.¶Vix ea fatus.e.s.s.q;.fr. Intonuit læuum,& de cœlo.l.per.v.St.fa.du.m.c.l.cu.)Tantum, inquit, patris mei iuxta deorum cultum meritũ fuit , vt cum ipsa deprecationis inesset auditus,nam,& intonuit lęuum, & stella de cœli partibus lapsa ostendit futuram lętitiam rerum, & rogãtis preces auditas,quod autem dixit læuum, debet hoc prosperũ intelligi.nam eius in hac causa hæc est ratio, læua in alijs contraria significatur.In sacris autem signis iccirco prospera accipiuntur, quæ sunt læua , quia sacrificantis vel precantis latus læuum dexterum est eius, qui postulata largitur.¶Hic vero victus genitor.&c.)Pater meus, qui neq; fletibus nostris dudum nec precibus flexus est , his visis assensus & victus est, & grãtias egit superis & reiecta priore sententia, quod nobiscum ire vellet vltro testatus est,dicens.¶Iam nulla.m.e.sequor , &.q.du.ad.Dij patrij.) Primum dixit sequor,& si qua ducitis adsum,cum primũ sit ducere,secundum sequi, sed ordinato sensu corrigitur , vt sit , qua me ducitis,sequor dij patrij.¶Seruate nepotem,Ve.hoc au.v.q;. in nu.tr.est.)A vobis hoc augurium natum est, vestrum est tueri,quod agimus.¶Cedo equidem , nec nate tibi comes ire recuso.)Probaui,inquit, fugam tuam fili deorum voluntate descendere,cedo potioribus,& ibo quo volueris pergere,perseuerabo comes tuus,nec vsquam a tua societate disiungar.

ASCENSIVS.

¶Talia vociferans, &c.)Memorat quomodo viso monstro circum capillos Iuli , Anchises diuinarũ rerum peritus id boni exitus indicium agnoscens:& se,suosq; in exilium a fatis vocari paratus sit sequi . De ea autẽ face quæ in Seruium dicat Beroaldus, videbimus post ordinem, ante quem ponemus hæc Donati verba.¶Vociferans.)Non solum verbis, verumetiam gemitu ostendens.¶Cum subitum.)Talis est locus iste, qualis est,Talia iactanti stridens Aquilone procella.Item hæc cum Dardanio Æneę miranda videntur,&c. Item, Talia fundebat lachrymans , longosq; ciebat Incassum fletus.nam incerta & insperata innectit , non expectans verborum finem.¶Mirabile.)Nam fiebant multa cõtra naturam : vt , Flamma quæ tangebat ea non vreret.¶Pater.)Anchises :apud quem cœlestium rerum scientia erat.¶Vix ea fatus erat.)Ostenditur ex hoc magnum : Anchisæ meritum.¶Sequor, & qua ducitis,adsum.)Primum est ducere, secundum sequi : sed ordinato sensu corrigitur , vt sit , Qua me ducitis , sequor.¶Vestrum hoc augurium.)Quia vestrum est augurium, vestrum est tueri,quod agimus.¶Cedo.)Scilicet potiorib⁹.¶Ordo est.Creu- Ordo.
sa, sup.vociferans talia , qualia iam recitauit : replebat omne tectum.i.totam domum:gemitu, supp.tunc:cum.i.quando monstrum subitũ,& mirabile dictu.i.dum dicitur, aut vt dicatur:oritur,idest ostentatur,nanq;,pro quia,ecce leuis apex,idest globulus,in summitate pilei , visus est fundere de summo vertice Iuli: lumen,idest radios quosdam,aut globulos ignis inter manus & ora mœstorum parentum:dum, scilicet mater filiũ patri portenderet:& flamma innoxia.i.nõ nocens,nec inurens:molli tactu.i. quia molliter tãgebat supp.visa est, lambere comas:& pasci,idest foueri,& nutriri circũ tempora, scilicet capitis Iuli:nos pauidi.i. pauentes:trepidare,supp.cœpimus:aut trepidare, pro trepidabamus:metu,idest prę timore:& excutere,supp.cœpimus,aut excutiebamus:crinem flagrantem.i.ardentem : hoc est, ignem capiti inhærentem & restinguere.i.abolere:fontibus, idest aquis mundis:ignes sanctos.i.quos postea sanctos didicimus fuisse:at,idest sed:Anchises,pater.s.meus, rerum diuinarum peritus:lætus.s.ex tali portento:extulit oculos ad sydera : & tetendit cœlo.i.ad cœlum;palmas cum voce.i.cum oratione sequente. O Iuppiter omnipotẽs.s.pater,aut deus:si tu flecteris vllis precibus , aspice nos: & si nos meremur:hoc tantum.i.tam magnũ bonum, quod nobis portenditur:pietate.i.per pietatẽ nostrã:o pater,da deinde.i. insuper,& vltra meritũ auxilium,& firma.i.cõfirma:& stabili hæc omnia.i.portenta,visa,sup.per aliud portentum.Senior.s.Anchises:vix erat fatus ea,supp.verba iam dicta:& læuum.i.pars læua, quo ad suspicientem in cœlum , quæ tamen dijs dextera est , aut lęuum.i.pars Septẽtrionalis,quæ prospera prædicatur.intonuit fragore subito.i.repente orto:vt miraculose, nõ naturaliter euenisse cognoscatur:& stella.i.similitudo stellæ:ducens facem.s.cœlestem : lapsa.i.labens:de cœlo.i.summo aere : per vmbras.s.nocturnas:cucurrit.i.celeriter tracta est per cœlum, cum multa luce:nos cernimus illam.s.stellam,aut facem : labentẽ.i.decidentẽ, super summa culmina tecti.s.domus nostræ condere se : clarã.i. lucidã,sup.in sylua Idæa,i.Idæ, syluæ Troianæ & signantẽ vias.s. per quas nobis fugiendũ erat:tum.i.pręterea:aut deinde postq̃ maior illa fax auolauerat:sulcus.i.oblongus tractus : dat longo limite lucem.i.claritatem:& loca fumãt circum.i.per circuitum: late.i.in latum:sulfure.i.odore sulfureo qui(Secundum Seruiũ) mortẽ Anchisę portendebat:vero,pro sed:genitor.s.pater meus Anchises:victus.i.reuocatus ab instituto per deorum portenta: tollit se in auras,& adfatur deos, & adorat sydus sanctum.i.a dijs missum,aut rei bonæ significatiuum:aut,supple,inquit:Iam,iam nulla mora est,sup.in meo nate,ego sequor,sup.te,cui talia portenduntur : & adsum , sup.ea,qua ducitis.o patrij dij,seruate domum,idest familiam vestram:& seruate nepotem.s.Æneam, aut Ascanium:hoc augurium est vestrum.i.a vobis significatum , & Troia est in vestro numine.i.protectione, & potestate:equidem

idest

Universidad de Deusto
Biblioteca

idest ego quidem: cedo. ſ. a proposito meo reuocatus in sententiam ſilij: nec o nate, ego recuſo. i. & ego non renuo ire comes: tibi, i. tecum, & in comitatu tuo. Beroaldi in Seruiũ, quæ dixi, verba ſunt hæc: Faceſſat procul tam futilis & inanis interpretatio: nã Virgilius de face cœleſti ſenſit. Et quo apertius ſenſus poetici verſus intelligatur, adſcribemus verba Plinĩ ad hanc rem pertinentia, qui ita ſcribit in lib. ĩ. Emicant & faces, non niſi cum decidunt vitæ, qualis Germanico Cæſare, gladiatorum ſpectaculum edente, præter ora populi, Meridiano tranſcurrit. Duo genera earum lampades, vocant plane faces, alterum Bolidas, quale Mutinenſibus malis viſum eſt, diſtant q̃ faces veſtigia longa faciunt priore ardente parte. Hactenus Plinius, cuius verbis haud dubie declaraſ, quid ſibi velit Maronianus verſus, Stella facem ducens, multa cum luce cucurrit. Et in eodem loco parum diligenter, parumq; curioſe introſpexiſſe videtur Seruius Virgilianã maieſtatem, quando a poeta dicitur, Intonuit læuum: eſt enim id totum ex arcana augurum diſciplina tranſlatum: & a nobis diligentius exponendum, ad iuuandã ſtudioſorum eruditionem, Ethruſci, cœlum in ſedecim partes diuiſerunt, ex quibus octo ab exortu ſiniſtras, totidẽ econtrario appellauere dextras: hinc omnia fulmina læua exiſtimantur eſſe proſpera, quoniã læua parte, mundi ortus eſt, vt author eſt Plinius. & vt ſcribit Cicero in ſecundo de diuinatione, Optimũ auſpiciũ habebatur apud Romanos ſi ſiniſtrum fuerat, verum cum Romani ſiniſtra meliora exiſtimarẽt, Græcis & Barbaris dextra videbantur auſpicatiora, vnde apud Homerum, Aiax ſic loquitur: Proſpera ſuppiter his dextris fulgoribus edit. Virgilius itaq; omnis antiquitatis conſultiſſimus, ex ritu

Lęuum cœlo.

Siniſtrã

SERVIVS.

¶Dixerat ille.) Hic diſtinguendũ. ſ. Et iã.) Dum negat, dum oſtẽdunt auſpicia. ſ. Propiusq;.) Propter illud, Arboribusq; obtecta receſſit. & eſt ordo: Incẽdia propiꝰ voluunt æſtus, ideſt caloꝛe. Vnde etiã æſtas dicit. ſ. Ergo age.) quia conſenſiſti, & ignis propinquat. Age aũt non eſt modo verbũ imperãtis, ſed hortãtis aduerbium: adeo vt plerũq; Age facite dicamus, & ſingulaꝛẽ numerũ copulemus plurali. ſ. Ceruici.) Ceruix cũ numero ſingulari dicit, collum ſignificat: ſi plurali vtamur, ſuperbiam oſtendimus, vt in Verrinis Cicero, Frãge ceruices. ſ. Ambobus erit) Ad filiũ, & ad patrẽ pôt referri, melius ad patrem: quia de Aſcanio poſt loquef. ſ. Et longe ſeruet veſtigia.) Longe, valde: vt Tyberinaq; lõge Hoſtia. Nã longe nõ poteſt, quia ſequif, Pone ſubit cõiux: Et bene ire ſingulos facit. Scit. n. multitudinem facile poſſe cõprehendi. Seruet aũt, cuſtodiat: vt, Et tãtas ſeruabat filia ſedes. vel Seruantẽ ripas. ſ. Vrbe egreſſis.) Hic ablatiuo iunxit, vt Horatius, Egreſſum magna me accepit Aritia Roma, Salluſtius accuſatiuo. vt, Raro egreſſa fines ſuos. Ergo Vtrũq; dicimus. ſ. Tumulus.) Modo terra tumẽs: alias ſepulchrũ. Prudenter aũt circa turbatos pluribus vtiẽ præceptis, quia ſcit timoris comitem eſſe obliuionẽ. ſ. Templũq; vetuſtum deſertæ Cereris.) Bene Cereris ſanũ ante vrbẽ eſſe facit, quæ dea ruſticorum eſt. Et liberat Æneas & Cereris templũ, & vetuſtum elegit, ad quod nec viris erat aditus, ſicut hoſtes putabant. Nam Æneas ſcit ante eſſe profanatum: nec prædæ ſpe Græci poterant duci. ſ. Deſertæ Cereris.) Vtrum a ſacerdote, qui in ſexto extinctus inducitur: vt Cereriq; ſacrum Polybutem. An deſertæ belli tempore propter decennalem obſidionem. An deſertæ a filia, vt Nec repetita ſequi curet Proſerpina matrẽ. ſ. Relligione patrũ.) Timore. & eſt reciprocum, ſic Terentius, Nam mihi nil eſſe, religio

ex ritu Romani augurij, dixit, Intonuiſſe lęuum: hoc eſt, ſiniſtrũ, quod felicitatem portẽdere credebatur: & imitatus videtur eſſe Ennium ſic ſcribentem, Cum intonuit læuum, bene tempeſtate ſerena. Non omittendum eſt a Latinis omnia quæ bona ſunt, ſiniſtra nuncupari, etiam ſi dextra ſint.

PIERIVS.

¶Tectum omne replebat.) Veteres aliquot cod. repleuit, legũt: ſed, replebat, melius eſſe iudicãt eruditi. ſ. Cum ſubitum, dictuq; oritur mirabile monſtrum.) Veteres aliquot codi. ſubito, habẽt: ſed ſubitum, interpretes agnoſcũt. ſ. Tactuq; innoxia molli Lambere flamma comas.) In anti. aliquot cod. mollis, legitur. Vt vel mollis comas dicas, vel mollis flãma, tactu innoxia. Sed enim Donatus in paraphraſi ſua, pueriles ait comas perindeq; mollis, ac teneras: cum Donato eſt codex vetus Camilli Porcij, in quo molles, omnino legif. ſ. Et cœlo palmas cum voce tetendit.) In codi. aliquot ant. ad cœlũ palmas, legitur: vt illud, Ad cœlum tendens ardentia lumina. Præterea nõ nihil decoris habere videtur repetitio illa: Oculos ad ſyderа: ad cœlum palmas. Si cui tamẽ placeat, quod in Medi. codi. eſt, cœlo, octauus caſus, vt figuratior elocutio, nõ laboro. ſ. Tum longo limite ſulcus.) In pleriſq; veteribus cod. lumine, pro limite. ſuppoſitũ eſt: ſed probatiora omnia exẽplaria, limite, habent. ſ. Genitor ſe tollit in auras.) In cod. aliquot ant. quippe Medi. & aliquot alijs legere eſt, ad auras. In alijs quibuſdam, ad aras: vt eſt etiam in Donatiano, q̃ forte nõ diſpliceat, quia ſequitur, Adfaturq; deos. Sed & in auras, veteres habẽt codices aliquot. ſ. Et qua ducitis adſum.) In aliquot antiqs cod. quo, legas. Sed in pluribus, qua, interpretibus præſertim eam lectionem agnoſcentibus.

Dixerat ille: & iam per mœnia clarior ignis ÆNE.
Auditur: propiusq; æſtus incendia voluunt:
Ergo age chare pater ceruici imponere noſtræ:
Ipſe ſubibo humeris: nec me labor iſte grauabit.
Quo res cunq; cadent: vnum, & cõmune periculum,
Vna ſalus ambobus erit. mihi paruus Iulus
Sit comes: & longe ſeruet veſtigia coniux.
Vos famuli, quæ dicam animis aduertite veſtris.
Eſt vrbe egreſſis tumulus, templumq; vetuſtum
Deſertæ Cereris, iuxtaq; antiqua cupreſſus,
Relligione patrum multos ſeruata per annos.
Hanc ex diuerſo ſedem veniemus in vnam.
Tu genitor cape ſacra manu, patriosq; penates:
Me bello è tanto digreſſum, & cæde recenti,
Attrectare nefas: donec me flumine viuo
Abluero.
Hæc fatus, latos humeros, ſubiectaq; colla
Veſte ſuper, fuluiq; inſternor pelle leonis:
Succedoq; oneri. dextræ ſe paruus Iulus
Implicuit: ſequiturq; patrem non paſſibus æquis.
Pone ſubit coniux. ferimur per opaca locorum:
Et me, quem dudum non vlla iniecta mouebant
Tela, neq; aduerſo glomerati ex agmine Graii:
Nunc omnes terrent auræ: ſonus excitat omnis
Suſpenſum, & pariter, comitiq;, oneriq; timentem.

Ceruix

gio eſt dicere, ideſt metus. Itẽ Virgilius cõtra: Multosq; meꝰ tu ſeruata per annos. Connexa enim ſunt met, & religio. Vt Statius, Primus in orbe fecit deos timor. Cupreſſum aũt funebrem arborem bene ante templũ deę lugentis eſſe cõfirmat. ſ. Cape ſacra manu) Non eſt dantis, ſed hortantis vt tollat: quia ſequif, Me bello è tanto digreſſum, & cæde recenti Attrectare nefas. Scit enim Græcos ex pollutione Palladij piaculum cõmiſiſſe. ſ. Flumine viuo) Semper fluenti. i. naturali, vt Viuoq; ſedilia ſaxo: eſt augurale verbũ. ſ. Latos humeros.) Aut more Heroum ſe laudat: aut certe ſternendo latos facit. ſ. Succedoq; oneri) Figura eſt, vt Succedunt muro, & flammas adculmina iactãt. ſ. Implicuit.) Puerilem expreſſit timorẽ. ſ. Pone.) Aduerbium eſt. Atq; ideo vltima ſyllaba habet accentũ. ſ. Opaca locorũ.) Quia dixit, Arboribusq; obtecta receſſit. Eſt aũt elocutio: vt, Strata viarũ. ſ. Et me, quẽ dudum.) Naturalia plus timet, quaſi & vir fortis & pius nõ timet bellicũ timorẽ, ſed naturalẽ: propterea quia ſequitur. ſ. Comitiq;, oneriq; timẽtẽ. Glomerati ex agmine. Propter illud, Vndiq; collecti inuadũt. ſ. Sonus excitat omnis.) Cõſternat.

DONATVS.

¶Dixerat ille, &c.) Hæc locutꝰ eſt pater meus, ſed in apertiſſimũ diſcrimen veniſſet, ſi exiſteret filius vlterior mora. nam crepitum flammarũ vicini ſonitus perueniebant, ad aures noſtras, & venire incendia æſtus grauiſſimi nunciabãt. ſ. Ergo age chare pater. c. i. n. &c.) Ego cum videre propinqua incẽdia & patrem vix aſſenſum, nequo caſu mutaret repente ſententiã, arripui optatũ tempus, pater, inquã, nõ tibi deſunt meæ ceruicis oblequia, tam imponere humeris mei, pondus tuum deliciæ meæ ſunt, facter tolerabit affectus. ſ. Quo res cunq; c. Vn. &. c. pe. Vna. ſ. am. e.)

Aut

Aut vtriſq; proueniet ſalus, aut vtroſq; finis inueniet. ſ. Mihi paruus Iu. Sit co. & Io. ſ. v. c.) Omnibus quæ obiectari poſſent, vltro reſpondit. potuit enim dicere Anchiſes, quomodo fugiam, & ſenecta impeditus & corporis cauſa: huic rectie reſpõdit. ego te humeris meis feram. potuit dici, te grauabit onus meum, ait onere tui corporis nõ grauabor. potuit dici, quid facies filio paruulo? quid facies vxori? iuuabo ait filium meũ comitatu meo, & auxilio dexteræ meæ, vxor greſſus meos veſtigiaq; ſectabitur. quod ait paruus Iulus ſit comes, & longe ſeruet veſtigia coniux, conſilij fuit, vt tutior fieret fuga. ſi enim plurimi congregarentur, nõ facile latere potuiſſent, verum quia & ſuis conſulere debuit, dat mandata cæteris, vt alio fugam arripiant, ſibiq; accurrant, ac ne forte errore ducti ad aliorum tenderent greſſum, hos euidentibus præceptis inſtruxit. ſ. Vos, inquit, famuli quę dicam. an. ad. ve. Eſt vrbe egreſſis tu. i. q̃. v. Deſertæ Cereris, &c.) Commendat mandata ſua. natura enim ſerui mali ſunt & negligentes, nec faciles his obtemperant, quę iubentur. Conſiderans igitur tempus & cauſam ait, quę dico animis aduertite, hoc eſt intentis animis audite, quæ ſunt neceſſario facienda, poſteaq; hoc dicto fecit attentos, illud quod fieri oportebat breuiter intimat. eſt vrbe egreſſis tumulus, templumq; vetuſtum Deſertę Cereris. Solicita & cauta mandata traditurus, & locũ dicit. & loci nomen oſtendit, & quæ eius dignitas fuerit, quæ ue in præſenti fortuna, arbores quoq; ſignum & genus & antiquitatem euidentiſſime comprehendit, prorſus vt nihil dubij, nihil remaneret incerti, vbi inſinuauit hæc, dicit etiã cauſam propter quam mandata ipſa præceſſerant, hanc ex diuerſo ſedem, hoc eſt ex diuerſis locis vel itineribus veniemus in vnũ. ſ. Tu genitor cape ſa. ma. p. q̃. pe.) Dicit cauſam propter quam deberet Anchiſes id facere. ſ. Me bello e tanto dig. c. re. At. n. do. me flu. v. Ab.) Docet homines poeta quomodo ſe purgent ſi cædehominis aut alio genere fuerint forte pulluti, ſi mul etiam excuſat Æneam ne patrẽ ſuum ſuperfluis videretur onerare, quem ſenem cõſtabat & debilem, licet ipſe eſſet omnia in pelle leonis.) Et ad laudẽ fortitudinis ſuæ hoc Æneas poſuit, & ad meritum patris. Onus, inquit, patrium laturus veſtibus & Leonis pelle humeros meos ſtraui. debuit enim cum commodo ſuo ferri, ne ingratum fieret, quod pleno reddebatur obſequio. ſ. Succedoq; oneri.) Straui, inquit, colla & humeros meos, & oneri ſucceſſi. ſ. Dextræ ſe paruus Iulus Im. le. q̃. pa. non. p. æ.) Dixit factum, dixit & cauſam. Tenebat mihi, inquit, manũ filius meus ſequẽs me, & cum deberet lateri meo inhærere ſemper poſterior fuit, nõ enim poterant patris fugientis greſſus pueriles æquari, & in hoc laborẽ ſuum voluit demonſtrare, vt vnum ferret, alterum traheret, deinde perſonã coniungit vxoris. ſ. Pone, ait, ſubit coniux.) Vxor ſequebatur omnes. ſ. Ferimur per opaca locorũ.) Per loca ſcilicet diuerſis arboribus occupata. ſ. Et me, quem dudum, n. v. in. mo, Tela, n. ad. gl. ex. a. g. Nunc omnes ter. a. &c.) Nõ inquit, quo ipſas metuerẽ tenebras pollicitus fui, ſed ne de tenebris improuiſus hoſtis emergeret. Cũ ſolus, inquit, eſſem, & circumſulus hoſtis tegeret latera mea, nullo metu tãgebar, ſed cum affectibus meis liberãdis operam darem reſq; ipſa eſſet in manibus, nõ me hoſtilis aggreſſio, ſed cauſa terrebat. cum enim turpe eſſet metuere viro forti excuſationem neceſſarij timoris adiunxit vt magis laudari debuerit, quia timuit, quam ſi feriendi deſiderio traheretur, comitiq; onerię timentem, in ſingulari numero nõ vnum comitem intelligendum eſt, ſed vtrunq; vt oneris ſignificatio pertineat ad patrem, comitis ad vxorem.

ASCENSIVS.

¶Dixerat ille.) In hac parte recitat Æneas, vt pietatis officio erga patrem functus ſit, eumq; in humeris extulerit, & Aſcanium per manum attraxerit, ſequente quidem, ſed nõ perſequente cõiuge, quæ dirs ita volentibus in via ſublata eſt. Oſtendit etiam ſe ſumma religione deos obtetuaſſe, quippe quos ne attrectare quidem audebat, ſed patri pio & impolluto efferendos cõmittebat. De qua re dicit Donatus ſic. ſ. Ergo age.) Nam cum impetraſſem paternum aſſenſum, quod difficillimum fuit, arripui ſubitam occaſionem: & omnibus difficultatibus quas obicere potuiſſet Anchiſes occurrit. Nam ſe illum ſenem, & impeditum laturum poſſe negabat, & omnia cõmunia ipſius futura oſtendit: quia nuſq; illũ deſeret, & ne quæraꝰ quid de filio & de vxore faciat iuuabo (inquit) filiũ auxilio dextræ: & vxor veſtigia mea ſectabitur: quod vero ait, Solus Iulus ſit comes, q̃ longe ſeruet veſtigia coniux. Fuit conſilij, vt tutior fieret fuga. Nam ſi plures fuiſſent congregati, non facile latuiſſent. ſ. Implicuit.) Exprimit cauſam & factũ. nam puer patris fugientis æquare paſſus non poterat. Exprimit etiam laborem ſuum, q̃ in tanta celeritate patrem ferret, filium traheret. ¶Ordo eſt, Ille. ſ. pater Anchiſes: dixerat, id eſt finiuerat ſermonem: & ignis, id eſt crepitus, & fragor ab igne procedens: auditur iam clarior, quia victmior erat: & incẽdia voluunt, id eſt aduoluunt: propius. i. vicinius ad nos: æſtus. i. calores ex incendijs prouenientes: aut æſtus voluunt incendia propius, quia ex æſtu fiunt incendia: præparantur enim materię ad incendia, & incendia augent æſtus. Ergo age, adhortandi eſt aduerbium: o chare pater, imponere, id eſt ſine vt imponaris (eſt enim imperatiui modi verbi paſſiui.) ceruici noſtrę, id eſt in ceruicẽ noſtram: ipſe id eſt ego ſubibo: humeris. i. per humeros meos: nec iſte. i. quẽ tibi impendam: labor grauabit me, id eſt moleſtus fuerit mihi. Quocunq; (eſt enim tmeſis. i. interciſio). i. in quãcunq; partem, aut euentum res cadent vnum & cõmune periculum, pro periculum: & vna ſalus erit ambobus. ſ. nobis. paruus Iulus ſit comes mihi. i. comitetur me comprehẽſus dextera: & coniux ſeruet veſtigia longe, ne eumulo prodantur omnes: vos famuli aduertite animis veſtris, ſupp. ea quæ dicam: tumulus. i. colliculus, quidã eſt egreſſis. i. offenditur ab iis qui egreſſi ſunt: vrbe. ſ. noſtra: hoc eſt, Troia: & templum vetuſtum Cereris deſertę. i. neglectæ, cum agricolæ decennio pulſi fuerint, & cupreſſus antiqua, ſeruata. i. obſeruata, & venerata multa religione patrum. i. maiorum noſtrorum: eſt iuxta. ſ. hunc tumulum, & hoc templum. Nos veniemus ex diuerſo. i. diuerſis partibus in hanc vnam ſedem. i. cõueniemus in hũc vnum locum: tu genitor cape. i. accipe ſacra quæ Æneæ Panthus. ſ. occulerat ante eædem factam per eum: manu. ſ. tua quaſi ea Æneas alio q̃s manu porrigeret: aut potius oſtẽderet ſolum: & cape penates patrios manu, quia nefas eſt me digreſſum ex tanto bello & recenti cæde. i. occiſione multorum, attrectare. i. cõtingere, ſup. ea: & eos donec ego abluero. i. piauero, me flumine viuo. i. ſemper fluẽti. Ego fatus, id eſt elocutus, hęc ſcilicet prædicta inſternor latos humeros. i. lati humeri inſternũtur mihi.) Nec eſt arrogãtia, q̃ ſibi latos humeros det, quia ſignificat ſe eos dilataſſe ex tranſuerſo eos porrigendo. & inſternor colla ſubiecta. i. quæ patri ſubicci, ſuper. i. deſuper veſte & pelle fului leonis & ſuccedo oneri. i. ſuſcipio patrem in humeros ſuper pellem & veſtem illam. Iulus, ſcilicet filius paruus, implicuit. ideſt in ſeruit ſe. dextræ. ſ. meæ, id autem pueri erat timidi naturaliter, & per noctẽ ituri, & ſequitur patrẽ paſſibꝰ. nõ æquis. i. in qualibus quia longe breuioribꝰ. ſed pluribus, & crebrioribus, aliter patrẽ dimiſiſſet, coniux ſubit, pone. i. a tergo: ſed fatis prope: nos ferimur. i. trahimur impetu horroris: per opaca. i. opacitatẽ locorũ, & oẽs aurę terrent, tunc me: quem vlla tela iniecta dudum, neq; Graij. i. Græci: glomerati. i. in formam glomeris, circum me collecti ex agmine aduerſo, non mouebant dudum. (Mira ex contrarijs declamatio, quia prius tela, & Graij non mouebant, & nunc auræ quibus nihil imbellius terrent. Per quod ſignificaf id deos feciſſe vt Creuſam auferant.) & omnis ſonus excitat. ſ. ad fugam aut ad horrorẽ me ſuſpenſum. i. perplexum, & timentem pariter comiti, ſcilicet Iulo, & oneri. ſ. patri. (Notum eſt q̃ timeo tibi, eſt timeo pro te, ne quid tibi malt eueniat.) Beroaldus in Seruium dicentẽ, q̃ ceruix in numero ſingulari: dicitur collũ, &c. dicit ſic Miror in errata tam manifeſta, tam turpia lapſum eſſe Seruium alioquin eruditum, vix enim talia refellenda ſunt, cum ſeipſa refellant, ac ſibiipſis ſint repugnantia, & contra veritatẽ reluctentur, nanq; vetuſtiſſimi illi ſcriptores, pluraliter ceruices appellabant, pro parte colli, nuſq; ceruicem: primus aũt Hortenſius creditur dixiſſe ceruicẽ, ſingulari numero, vt authores ſunt Quintilianus, & varro: ſi vera fuerit Seruij ſnia in ſolœciſmum incidiſſe dicentur priſci ſcriptores, qui ceruices ſepiſſime, ceruicem non tam ſæpe vſurparunt: in ſolœciſmum incidit Cicero, ſcribens in vatinium, inflato collo, tumidis ceruicibus intuliſti, & alibi, Fregeris in carcere ceruices: vbi ſine cõtrouerſia ceruices, pro membro hominis accipiunt. Errauit etiã Cato, cuius verba hæc ſunt: Si caput, aut ceruices dolẽt: ea lotio calido lauito. errauit Celſus, dicens, Cucurbitulæ ceruicibus admouendo: & alio in loco: In ceruicibus blandulæ poſitæ. quid multa: veteres pluraliter tantum ceruices dixerunt, vt teſtis eſt Quintilianus in. viii. preterea exemplum Ciceronis, quod pro ſe allegat. Ser. contra ipſum facit, nam ſcribit Cicero, verrẽ multorũ fregiſſe ceruices, eũ iubere eos decollari, nõ aũt ſuperbiã, vt Ser. opinatur. Quinimo ceruix in ſingulari, q̃ ſuperbia ſæpe ponif. vnde dicitur, Homo durę ceruicis. & Hieronymo in interpretatione inſtrumẽti veteris dictum eſt: Populus iſte durę ceruicis eſt. huc adde. q̃ ceruix non ſignificat collum, ſed partẽ colli poſteriorem: quæ exterior eſt, vt docet Ariſtote. in. j. de animalibus: vt author eſt Plin. in. xi.

Ordo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

natu.histo.lib.Multis,vertebratisq; orbiculatim ossibus flexibilis ad circunspectũ articulorum nodis iungitur. Et, vt refert Celsus in.viii.lib.Septem vertebræ in ceruice sunt, quinetiã ceruix non solum dicitur de animalibus,sed etiam de rebus alijs. Pomponius Mella,Sedet in ceruice peninsula Cyzicum.

PIERIVS.

¶Quo res cunq; cadent.)Vetera quædam exemplaria, Quo res cunq; cadant,habent,non inuenuste. ¶Mihi paruus Iulus Sit comes.)In Donatiano codice scriptum est, Mihi solus Iulus Sit comes:consiliumq; esse Donatus ait,vt tutior fieret fuga: si.n.plures congregarentur,non facile latere potuissent. Idq; præcipue ea de causa placet,ne tam paucis versibus, ter paruus Iulus repetatur,paulo.n.ante,Cui paruus Iulus,dixerat.& paulopost dicturus est,Dextræ se paruus Iulus implicuit. Videmus.n.Virgi.interpendio euitasse illud Home. τόνδ' ἀπαμειβόμενος. ¶Me bello e tanto digressum.)Aliquot exemplaria vetera habent,ex tãto,alij qui sine vlla præpositione, bello tanto, legunt. ¶Adtrectare nefas.)Mediceus & vetera alia exemplaria legunt, Adtractare,neq; desunt Liuiani codices ita scripti, vt primæ decadis,lib.v.Quod id signum more Etrusco, nisi certæ gentis sacerdos adtractare non esset solitus.quod ea de causa potissimum adnotaui. Vt admonerem lectorem,vulgata exemplaria more vetusto,scriptum habere,quod in veteri codice Iani Parrhasij,cum is Romæ summo doctorum applausu bonas literas profiteretur, More Etrusco, legi. ¶Subiectaq; colla.)In antiquis aliquot exemplaribus, proiecta,legitur.Sed enim,subiecta,magis videtur inseruire sententiæ.

Iamq; propinquabam portis:omnemq; videbar
Euasisse viam:subito cum creber ad aures
Visus adesse pedum sonitus:genitorq; per vmbram
Prospiciẽs:{Nate(exclamat)fuge nate,propinquãt:
Ardenteis clypeos,atq; æra micantia cerno.
Hic mihi nescio qd trepido male numẽ amicũ ÆN
Confusam eripuit mentem.nanq; auia cursu
Dum sequor:& nota excedo regione viarum:
Heu misero coniux fatò ne erepta Creusa
Substitit:errauit ne via:seu lassa resedit:
Incertum:nec post oculis est reddita nostris.
Nec prius amissam respexi:animumq; reflexi:
Quàm tumulum antiquæ Cereris,sedemq; sacratam
Venimus.hic demum collectis omnibus vna
Defuit.& comites,natumq;,virumq; fefellit.

SERVIVS.

¶Subito cum.) Histerologia est. ¶Natæ.)Hæc singula pronuncianda sunt: quia perturbatis, iugis non datur sermo. ¶Propinquant.) Non dicit qui propter sequentem de Corybantibus œconomiam. ¶Cerno.) Altius intuentes, Cerno Æneæ dant. ¶Male numen amicũ.) Non cum vtilitate mea fauens vxori: quæ in numerum ministrarum matris deum relata est. ¶Mentem.) Memoriam: vt paulo post, Nec prius amissam respexi. ¶Fato ne erepta Creusa.)Ordo est: Fato erepta Creusa substitutne,errauitne via. Nõ enim dubitat fato esse sublatam: cum audierit, Non hæc sine numine diuum Eueniunt. ¶Nec post oculis est reddita nostris.)Constat. Nã vmbram eius vidit tantummodo. ¶Hic demum.) Hic vna defuit. Aliter vitium est. ¶Natumq;.)Qui per ætatem matrem desyderare debuerat. ¶Deorumq;.)Hypermetrus versus. ¶Vidi crudelius.)Bene commendat se futurus maritus. ¶Valle recondo.)Hic iam ostẽditur nimia multitudo. ¶Stat casus.)Placet,vt, Stat quicquid acerbũ est morte pati. ¶Obscura limina.)Aut p noctẽ obscura aut certe posticum Limina significat.

Quẽ non incusaui amens hominumq;,deorumq;?
Aut quid in euersa vidi crudelius vrbe?
Ascanium,Anchisenq; patrem,Teucrosq; penates
Commendo sociis:& curua valle recondo.
Ipse vrbem repeto:& cingor fulgentibus armis.
Stat casus renouare omneis: omnemq; reuerti
Per Troiam:& rursus caput obiectare periclis.
Principio muros,obscuraq; limina portæ,
Qua gressum extuleram,repeto:& vestigia retro
Obseruata sequor per noctem:& lumine lustro.
Horror vbiq; animos,simul ipsa silentia terrent.
Inde domum si forte pedem si forte tulisset,
Me refero.irruerant Danai:& tectũ omne tenebant.
Ilicet ignis edax summa ad fastigia vento
Voluitur:exuperant flammæ:furit æstus ad auras.

¶Retro obseruata sequor.)Relego, retro sequor mea vestigia. ¶Lumine lustro.)Oculos circunfero. ¶Ipsa silẽtia.)Ipsa quę terrere nõ debẽt,præcipue inter hostes. Sed vt diximus, naturalibus tantũ cedit. ¶Si forte pedẽ,)Si forte,iteratione auxit dubitationem. ¶Irruerant Danai.) Quos Venus ante prohibuerat. Vnde est, Et ni mea cura resistat. ¶Ilicet.) Confestim. Hoc significat & Ilico:sed metri ratione variantur. ¶Summa ad fastigia vẽto.)Qui auget flammas, vt, Veluti cum flamma furẽtibus austris. Fastigia autem modo de summitate,pprie dixit, alibi per contrarium de imo, vt Forsitan & scrobibus quæ sint fastigia quæras. Inde est, Cœlumq; profundũ:quasi cuius sit porro fundus:cum de imo fundus:de summo fastigium dicatur.

DONATVS.

¶Iamq; propinquabam portis,&c.)Non dixit audiui strepitum venientis alicuius, hoc enim licet falso videtur occurrere quod quispiam timet,Iamq; propinquabam portis, ipse exponit quid sit iamq; propinquabã portis.hoc est enim. Omnemq; videbar euasisse viam, subito cum creber ad aures visus adesse pedum sonitus. ¶Genitorq; per vmbram Prospiciens,&c.)A contrario dixit, senem aliquid vidisse per tenebras, cum etiam per diem tardos prorsus aut prope nullos habere possit obtutus. sed dixit speciem, quæ magis per tenebras facillime videatur. Ardentes clypeos,atq; æra micantia cerno, & Æneam pauidum,& Anchisen metuentem expressit.quod autem ait propinquant,illud voluit ostendere, quod reuera certissimum est. omnis enim flamma per tenebras propior videtur quam est, accessit & metus, & fecit angustiorem proximitatis æstimationem, certe quæ pulchre ipsum fecit longius videre,quod consulto vitari debuisset. fuit enim in summo, liberumq; ei fuit non vadentem pedibus suis, quo vellet oculos torquere & flectere. ¶Male numen amicum.)Male amicum numen,inimicum numen accipiunt.Id putamus male amicum esse, quod vno tempore aduersa prosperis miscet, vt in præsenti factum est,male amicũ extitit iuxta Æneã, quia facilitatem præbuit exeundi,& nõ vidit vxorem. Amicum igitur dici non potuit,quia nõ seruauit vniuersos,Inimicum dici nõ potuit quia pręstitit beneficium.Dictum ergo proprie male amicum vtpota quod in alterum malum, & bonum in altero comprobatum est. ¶Confusam eripuit mentem.)Culpam perditæ vxoris per negligentiam suam iustis allegationibus purgare contendit, vsus moralitate plenissima.quãdo enim vitio nostro actus nostri aduerso exitu concidunt,culpatur numen,quo nos dicimus regi.Nescio quod, inquit, male amicum numen mentem meam multis cogitationibus confusam præripuit. Ecce addit aliam excusationem, ipsum enim deum dicit alienationem mentis icciro attulisse, quod hanc ipsam iuuisset confusio consiliorum omniũ, quæ veniebat ex diuersis & innumeris causis, purgauit etiã hoc genere perditæ vxoris culpam, ab omni se reprehensione dissoluens, qua premi potuit, vtpote qui nescierit quando,Vel quo genere perdidisset vxorem. ¶Nanq; auia cursu Dum.s.no.e.re.v.)Dum,inquit, satis propero oppressionem hostilem metuens, dum auia magis teneo, dum formido longam viam,qua gradiendi vsus hominibus fuit,dum iter sector quod fugientibus congruit. ¶Heu misero con.n.f.er.cr.Su.er.ne.v.s.la.r.In.)Ecce iterũ negligentiam suã fatis adscribit.dicit fuisse incertum,nec iudicare potuisse, vtrum vxor fatis inuidentibus rapta esset an errasset.dixerat enim sine via ambulabamus, ne lassa forsitan resedisset,quia dixit currebã,cum Anchises clamaret fuge.omnia autem culpæ eius fuerunt, quia nõ postremus ibat, sed primus.potuit enim aut sedentẽ opperiri, aut lassam iuuare. ¶Nec post oculis est reddita nostris.)Non dixit, non illam vidi post,sed cum eam respicere vellem, non est reddita oculis meis. ¶Nec prius amissam re.a.q.r.Qu.t.an.ce.se.q;.sa.Ve.)In tali causa quid faciendũ sit,Virgilius dicit,pars tertia perierat,euaserant duæ.nunquid in medio itinere, in periculo euidẽti,in tenebris, & sine ope cuiusquam patrẽ senem ac debilem & paruum filium relinquere debuit, & perditã quærere sub incerta spe non fecit,sed vxoris inquisitione dilata potius q̃ reiecta: primo duobus consuluit: venimus, inquit, ad destinatum locum. ¶Hic demũ col.o.v. Defuit.) Vidi, inquit, quod animũ meũ insania durissimi doloris accenderet.solam,scilicet defuisse coniugẽ meam. ¶Quẽ nõ incu.a.ho.q.d.q;.) Dolore,inquit,nimio insanire cœpi,intantum vt perdito statu mentis oẽs homines incusarẽ,& vniuersos irreuerẽtibus verbis appeterẽ deos, calamitatis illius reos detinens cunctos, qui ne vnum quidẽ potui reperire tractando,tantus apud me vxoris perditæ gemebat affectus, vt omnia illius temporis aduersa superauerit, tanta fui possessus amentia, vt illis quoq; maledicerẽ,quos veneror semper, & cõpetenti deuotione suspicio.ecce & confessus est & purgauit crimen.Habet enim veniam, quicquid admittitur per furorẽ. ¶Ascanium,Anchisenq; patrem,teucrosq; penates Cõmendo socijs,& curua valle recondo.)Vt loci secreto, & sociorum defensione tuti esse potuissent, scilicet multitudinis fiducia. ¶Ipse vrbem re.&.c.f.ar.) Ecce affectus puri & honesti matrimonij, & perditæ vxoris dolor,decreui,inquit,ob inquisitionẽ dilectæ cõiugis duo contraria sequi,vt redirẽ ad vrbem,ex qua difficulter euaseram, subirẽ iterum casus adhuc sęuientis fortunæ,& periculorum omnium sortem nouatis laboribus experirer. ¶Stat casus renouare omnes,&c.)In illo interea furore non considerans, quid illo in reditu saluti meæ possit accedere, hæc transegeram mecum, vt puta amens ad omnes euentus cõfirmata sententia. Cingor fulgentibus armis.secundi cõtrarij definitio,parum,inquit,fuit remeare ad patriam sumpsi quoq; arma fulgentia, quę me in tenebris caterius hostium proderent,potius quam tutum defensumq; pręstarent. ¶Principio mu.ob.li.p.Qua.g.ex.re.&c.)Propterea eadem via qua venerat,fuit ei redeundum, quia suspicione illa ducebatur, ne substitisset lassa, aut certe resedisset. ¶Obscura limi. por.)Hoc est in abdita parte constituta.sicuti in alio loco, dixit, Limen erat cęcęq; fores. ¶Et vestigia retro obseruata sequor per noctẽ,& lumine lustro.)Vestigia quomodo per noctem secutus sit ipse exponit.in ipsis,inquit, tenebris noctis, quia fuit lumen ex flamma ardentis patriæ,cõsiderabã vestigia, ne transitus eius colligi potuisset. Fuisse autem lumẽ ex flammis illa nocte, & alio loco posuit dicens,sigæa igni freta lata relucent. radiata enim incendij lumine relucebant,hoc est splẽdore suo accepto per flammas,reddebant aliud lumen. ¶Horror vbiq;,ani.si.i.si ter.)Plus me,inquit,silentia terrebant,quam nox & solitudo:ecce animus timentis. supra dixit omnes terrent auræ, sonus excitat omnis suspensum, hic rursum dixit se etiam silentia timuisse. ¶Inde domum,si forte pedem,si forte tulisset Me refero,irruerant Danai, & tectum omne tenebant.)A porta,inquit,perrexi ad domũ, ne illo se forsitan contulisset.sed ingredi non potui.omnẽ enim hostis tenebat,aut flamma.inferiora hostis, superiora vero tectorũ sæua incendia possidebant.procedo hoc est progredior, & vlterius accedo,& Priami sedes arcemq; reuiso,ne illa ad domum patris sui,aut ad munitum aliquem locum se contulisset.

ASCENSIVS.

¶Iamq;.)Docet ereptã esse fatis volentibus Creusam, vtq; illam quæsiuerit per omnia inaccessa Troiæ in qua re duo facit: purgat.n.se ne coniugẽ deseruisse culpetur: & cõciliat sibi animum Didonis,quę iandudum Vulnus alit venis,& cęco carpitur igni. Ereptam autẽ fingit a Corybantibus.i.matris deũ Cybelis sacerdotib' ab ea ad hoc missis:vt ipsa postea manifestabit, occurrens in vmbris Æneę. Dona.dicit sic, ¶Male ami.)Amicũ nõ pōt dici, quia nõ seruauit vniuersos:nec rursus inimicũ,quia pręstitit inimicum. ¶Ipse vr.)Ostendit affectũ puri matrimonij. ¶Ordo est, Ordo.
Ego propinquabã,iamq; portis(vnde pathos est, quia in portu, hoc est,in loco salutis iacturam fecerit: idem de Orpheo dictum Georgi.iiij.)& videbar euasisse omnẽ viam.s.periculosam iam dicocum,idest quando:creber sonitus,idest strepitus pedũ: visus est adesse subito : & genitor.i.pater prospiciens.i.porro aspiciẽs

Universidad de Deusto Biblioteca

per vmbrā exclamat,o nate fuge:fuge,inquā,nate:propinquāt,
sup.hostes(nō enim in tali tumultu dicimus,qui cū non alij quā
hostes putandi sint, non tū erant)& ego cerno(vel Anchisæ ver-
bum,vel Æneæ post Anchisæ admonitionem: sed Ser.adiudicat
Æneę,quod & mihi placet:quia illis visis erepta est illi mēs.)ego
igitur Æneas cerno clypeos ardentes,scilicet Corybanthū,& gra
micantia.i.resplendētia:qualia absumpserant, nō vt noceant,sed
vt terrorē incutiant.Hic.i.hoc loco:aut tēpore,nescio quod nu-
men.i.quis deus:male.i.nō satis amicū.i.fauorabile, eripuit mi-
hi trepido,mentem cōfusam.i.attonitā,& multis perplexā. Nam
dum sequor cursu.i.currendo:auia.i.loca inaccessa,vbi non erat
via:saltē trita & cunctis patens:& dum excedo.i.anteeo insequē-
tes:regione viarū nota.i.propterea ꝙ regionē noram,& currere
poterā,vbi alij vix inuenissent viā.heu, dolētis interiectio:incer-
tum,supp.est mihi,ne pro an Creusa coniux erepta est mihi mise
ro,id est eā misere amanti:fato.i.voluntate deorū:ne pro an:sub-
stitit.i.māsit stans:an errauit via.i.per viā illi incognitā, seu rese-
dit.i.remāsit,sedēs lassa.i.defatigata:incertū,inquā,est:nec est red
dita post.i.post illa,aut postea nostris oculis: nisi.s.in vmbris,vt
dicet:in quibus eam proprie nō vidit,nec contingere potuit,sed
audiuit,duntaxat.Vnde ipsa non est reddita, quia nō in propria
persona,sed in vmbris occurrit. Vnde nō est contrariū quod se-
quitur.Nec respexi.i.retrospiciendo annotaui prius & percepi,
amissam,id est quod amissa esset, nec reflexi, scilicet ab instituto
cu rrēdi ad tumulū,vt patrē & filium saluē, animum.s.ereptum a
numine,male amico vt dictū est,prius dicit,ꝙ nos venimus,sup.
ad tumulū antiquę Cereris,& sedē sacratam, hoc est, ad templū,
Ipsa vna, id est sola(vt deorū volūtate id factū censeatur.)defuit
hic id est hoc loco,omnibus,supp.alijs collectis:demū.i.tandem:
quia ex diuerso conuenerant,& ipsa vna fefellit comites, & natū
& virum,quia si adfuisset oēs simul aufugissemus, quæ nunc sui
inquirendæ morā nobis fecit.ego amens.i.factus sine mēte, aut
propter impatientiā amissę coniugis:aut quia erepta fuerāt,quē
hominū,& quē deorum nō incusaui.i.criminatus sum.q.d.nul-
lum nō incusaui: ergo incusaui omnes homines & omnes deos
quia coniugē amiserā:aut quid vidi crudelius.i.mihi tristius in
vrbe euersa:q.d.etiam nihil, quo dicto cōciliat sibi summopere
animū Didonis,cum se tantopere coniugē amasse significet.Ego
cōmendo socijs Ascaniū.s.filiū meum:& Anchisen: & Teucros.i.
Troianos penates:& recondo, sup.eos in valle curua:ne ab hosti
bus inuadanť.Ipse.i.ego solus repeto vrbem:& cingor armis ful
gentibus:quod amentis erat: nisi aut mori adiectasset, quod nō
placet,aut aspici & agnosci a coniuge.Stat,id est placet,& decretū
est mihi renouare oēs casus quos prius obiueram:& reuerti per
omnē Troiā:& obiectare.i.frequēter obijcere:rursus caput peri
clis,pro periculis.Ego repeto principio, id est in primis muros,
& limina portę obscurę,id est occultę & secretę,nec omnibus no
tę,aut caliginosę,qua.i.per quam extuleram:gressum.i.egressus
fuerā:& sequor retro.i.retrorsum:vestigia obseruata.i.obseruā
do vestigia mea,quæ feceram egrediendo:& lustro,id est circun
spicio per noctē:lumine.s.oculorum: horror,sup.est vbiq; : vel
horror, & ipsa silentia terrent simul vbiq; animos, supp.meos.
Ego refero me inde.i.ab eo loco domum,sup.meā: si, sup.Creu
sa: forte tulisset pedem, supple domum.i.si forte eo redisset. &
sup.cum illuc veneram, Danai irruerāt:quos Venus prius cohi-
buerat:aut quia tunc primū extrema loca peruagati erāt, & tene
bant omne tectum.Bene mutat tempus,quia prius irruerāt: sed
adhuc tenebant.Ilicet.i.Ilico, aut confestim ignis edax.i.cōsum-
ptiuus,voluitur ad summa fastigia.i.culmina domus,flāmę exu
perant.i.euincūt domū,& æstus.i.fragor furit.i.vehemēter cre-
pitat,& exilit ad auras: per quod significatur magnifica domus.

PIERIVS.

¶Stat casus renouare oēs.)Antiqui nonnulli codices,renouasse
preterito legunt tempore,alij quidam,reuocare.Sed omnes ma-
gis approbant renouare.

SERVIVS.

¶Priami.)Patris ei°.ſArcē.)
Ne vel illuc confugisset.ſVa
cuis.)Magnis, qppe illic erāt
omnia.ſIunonis asylo.)Tē-
plo:vnde nullus posset extra-
hi.Dictū asylū quasi asyrum.
Hoc autē nō est in omnibus
templis,nisi quibus consecra
tionis lege cōcessum est. Pri-
mo aūt apud Athenienses sta
tutum est ab Herculis filijs:
quos insequebenť ij,qui erāt
a patre oppressi. sicut docet
in septimo Statius.Hoc asylū
etiā Romulus imitatus est.
Vnde est:Quē Romulus acer
asylum Rettulit.Non statuit.
ſPhœnix.)Achillis magister.
ſHuc.)pro illuc.ſGaza.)Cē-
sus,Persarū lingua: & est nu-
meri singularis tantū.ſMen-
sęq; deorū.)Postquā excesse-
re oēs adytis.ſCaptiuaq; ve-
stis.)pro captiuorū:& est no-
ta elocutio.ſLōgo ordine.)
Longa multitudine, vt in sex
to.Vnde omnes longo ordi-
ne possetcum non dicat per
ordinē.ſVoces iactare.)Quę
cōtrarię sunt latere cupienti.
Et inquirendi officiū ad vocē
trāstulit propter noctē:ibi.n.
voce opus est, vbi visus non
suppetit. voces vero, quia.
ſIterumq; iterumq; vocaui
tectis.)Per tecta. & est Anti-
ptosis.ſInfelix simulachrū.)
mihi,non sibi:vt, Quæ potui
infelix:Per simulachrum au-
tem apotheosin ostēdit, quia
simulachra,deorum sunt vmbræ,inferorum. Sic Vlysses in Ho-
mero apud inferos Vmbram Herculis cernit,quia post mortem
vmbræ inferos, animæ cœlū
petūt.ſMaior imago.)Quia
vmbra maior est corpore.

Procedo ad Priami sedes:arcemq; reuiso.
Etiam porticibus vacuis Iunonis asylo,
Custodes lecti Phœnix,& dirus Vlysses,
Prædam adseruabant.huc vndiq; Troia gaza
Incensis erepta adytis,mensæq; deorum,
Crateresq; auro solidi,captiuaq; vestis
Congeritur,pueri,& pauidæ longo ordine matres
Stant circum.
Ausus quinetiam voces iactare per vmbram,
Impleui clamore vias,mœstusq; Creusam
Nequicq̃ ingeminans,iterumq;,iterumq; vocaui.
Quærenti,& tectis vrbis sine fine furenti,
Infelix simulachrum,atq; ipsius vmbra Creusę
Visa mihi ante oculos,& nota maior imago.
Obstupui:steteruntq; comę:& vox faucibus hęsit.
Tum sic affari:& curas his demere dictis.
Quid tantū insano iuuat indulgere labori CREV.
O dulcis coniux:non hæc sine numine diuum
Eueniunt:nec te hinc comitem asportare Creusam
Fas.haud ille sinit superi regnator olympi.
Longa tibi exilia,& vastum maris æquor arandum.
Ad terram Hesperiam venies:vbi Lydius,arua
Inter opima virum,leni fluit agmine Tybris.
Illic res lętę,regnumq;,& regia coniux
Parta tibi.lachrymas dilectæ pelle Creusę.
Non ego Myrmidonū sedes,Dolopū ue superbas
Aspiciam:aut Graiis seruitum matribus ibo,
Dardanis,& diuę Veneris nurus:
Sed me magna deum genitrix his detinet oris.
Iamq; vale:& nati serua communis amorem.

ſQuid tantū.)Cōsolatio est:
sequitur etiā diuinatio. quæ
animis liberatis corpore con
ceditur. Vnde etiam morien-
tibus datur.vt, Nec longum
lætabere: te quoq; fata Pro-
spectant paria.ſInsano.)Ma-
gno:vt,Insani feriāt sine li to
ra fluctus.ſIndulgere.)Ope-
ram dare,vt indulgent vino.
ſSine numine diuum.)Sine
fati necessitate,vt enim Stati°
dicit, fata sunt quæ dij fant.
ſEueniunt: nec te comitem
hinc asportare Creusam)Hic
versus caret scansione: vnde
multi ei hinc, multi as, sylla-
bam detrahunt. Si tamen vis
fide seruata scandere, fit con-
uersio,vt Eueniūt nec te hinc
comitē:& potest scādi per sy-
nalœphā.Aliter nec eclipsim,
nec hiatū,nec synalœphā reci
pit.ſFas.)Quia sequitur. Re-
gnumq; & regia cōiux Parta
tibi.ſCreusam.)Quia latina
declinatio est, erit latinus ac-
centus.ſOlympi.)Cur in pe-
nultima accentus sit,manife-
sta est rō apud Latinos:quãq;
Græci discretionē velint per
accentum facere montis &
cœli, quod superfluum est.
ſArandum.)Quia legimus,
Subtrahiturq; solum:non im
merito dixit nunc arandum.
ſHesperiā.)Sequenti epithe-
to Italiā ab Hispania segrega
uit,quæ & ipsa Hesperia dicitur.ſVbi Lydius Tybris.)Thuscus.
Dictus Lydius a fratre Tyrrheni. Nam Lydus & Tyrrhenus duo
fratres

fratres,cum eos prouincia vna non ferret, in sortem miserunt,
vt diuisis copijs proficisceretur vnus ad nouas sedes quęrendas.
profectus Tyrrhenus est, qui ex suo nomine Thuscos Tyrrhe-
nos vocauit.Lydia autem dicta est in qua frater remanserat.Vn-
de nunc traxit,vt Lydium diceret. Thusci autem a frequentia sa-
crificij dicti sunt:hoc est ἀπὸ τοῦ θύειν.Constat namq; illic a Tage
aruspicinam repertam,vt Luca,meminit,Sed conditor artis Fin-
xerit ista tages.ſLeni agmine.)Leni impetu.ſLachrymas dilectę
pelle Creusæ.)Melius ad posteriora referimus, vt dicat Noli fle-
re:nec enim captiua sum.Male.n.plerią; dicunt, quia habes vxo
rem paratam.ſSeruitū.)Vt seruiam. Modus gerundij est.ſDar-
danis.)Laus a maioribus.ſNurus.)Laus a cognatione.ſHis
oris.)In quibus colitur.ſIamq; vale.)Recedētis significatio est,
Vnde & mortuis dicitur,vt, Salue maxime Palla Æternumq; va-
le.ſNati serua communis amorem.)Propter futuram nouer-
cam commendatur Ascanius.

DONATVS.

¶Etiam porticibus.v.i.a.Cu.le.Ph.&.d.v.Pr.as.)Inuenio serua
ri iam prædam in porticibus vacuis,hoc est a bello iam immuni
bus.prædarū enim cōgestio ostendebat certamen, quod fuerat,
esse cōfectum.quod aūt posuit Iunonis asylo,sic accipere potuit,
vt inimica Iuno lætaretur ante oculos suos esse proposita, quæ
Grecorū victoriam testarenť.ſHuc.v.t.g.In.e.a.)Hoc est, Troia
nę diuitiæ incensis ereptæ adytis.nō dixit sublata de templis,sed
de ipsis ardentibus adytis,hoc est penetralibus raptæ,vnde appa
rebat ipsa quoq; penetralia incendio cū ipsis dijs esse cōsumpta.
verum quia generalitas non tantū indignitatē poterat demon-
strare,fuit per enumerationē specierū,vt sacrilegijs quæsitę eui-
dentius aperiret.ſMe.q.d.)Quæ a diuinis honoribus ad scelera
torum iura transierant.ſCrateresq; au.so.)Quos plena colendi
deuotio fecerat,& copiosa substantia, nō cęlatur accurrēte mate
ria,sed in solidum fusa.ſCaptiuaq;.v.c.p.&.p.lon.or.ma.St.)Sin
gulari numero nō omnibus,sed singulis absolute respondit, vt
sit, huc congeritur quicquid in diuersis speciebus fuit.stant cir-
cum,parum fuit accessisse vsq; ad ipsum locum, vbi præda capti
uiq; tenebantur,vbi custodiendorū omniū causa fuerant, Phœ-
nix & Vlysses,dirus.dicendo, dirus Vlysses talem ostendit etiam
Phœnicem fuisse,ad vnum quippe officiū ęquales moribus fue-
runt deligendi.ſAusus quinetiam vo.ia.per vm.)Licet pręsenti
bus execrandis custodibus,tamē,inquit,accessi intantum, vt me
constet & prędam vidisse congestam & raptam considerasse, per
species nouisse custodes. ducebat enim amentia perditæ cōiugis
eo,vbi venire posset in manus eorum qui misereri non nossent.
Hic prope nullū esset Æneæ meritū si alia non addidisset,per no
ctem quippe latere potuit,& occultatus tenebris nō videri.quin
etiam,inquit,ausus sum voces iactare per vmbrā, quē subtrahe-
bant oculis hostiū tenebræ, prodere poterat sonitus vocis,cum
ad ipsorū peruenisset auditum.ſImpleui clamore vias.)Augmē
tum dedit ipsi facto dū dicit impleui clamore vias.vno, inquit,
in loco consistens multas clamoribus meis vias impleui, hoc est
iam claras voces in doloribus meis emisi, vt etiam ad alias vias,
hoc est & ad alios vicos.vox mea si peruenisset, quasi in omnib°
pręsens clamarē.alia potioris doloris demonstratio,qua purū &
plenum mariti demonstrauit affectum.ſMœstusq; Creusam.n.
in.i.it.vo.)Ne illā,inquit,forte in longinquis partibus positā ge
neralis exclamatio mariti falleret,& ad aures eius quamuis clara
vox veniens putareť aliena, nomine eam proprio non timui vo
care Creusam sæpius repetēs, quod ipsum quoq; plurimis voci
bus & claris admodū ac sæpius & multis in locis repetitis frustra
est factū.nihil enim valuit prouenire quod doloris mei flāmas
extingueret.ſQuærenti,&.t.v.si.fine.f.Infelix simulachrū, atq;
i.v.c.Vi.m.a.o.&.n.m.im.)Ordinatur sensus sic.infelix simula-
chrū,& vmbra Creusę,& nota maior imago, visa mihi ante ocu-
los,vt visa neutro plurali dixerit,& non imago tantū sit visa.sed
omnia quæ ibi erāt,simulachrum,generis neutri, & inferiore in
parte similiter posuit,dicēs. Illic res lętę regnūq; & regia coniux
Parta tibi,quæ fœminini generis duas species dixit, & neutrum
in medio, iccirco omnibus neutro plurali respondit. & multis
alijs locis tali vsus est arte,Ille,inquit,fuit ad extremum mei labo
ris effectus,Infelix vt pro incolumi miseranda effigies eius ac de
formis occurreret, oblata est oculis meis auctura potius ꝙ re-
motura lachrymas meas.occurrit deformis,occurrit,quam me-
cum reuocare nō possem.hoc solum tamen inquirenti præstitit
illa veniendo, vt saltem causas perditæ didicissem, occurrit am-
plior forma ꝙ cū esset in luce, occurrit talis ꝙ mariti oculis pla-
cere non posset,occurrit,quę animū meum ingenti horrore cō-
funderet.deniq; totus corporis mei vigor repētino & insperato
percussus aspectu stupore succidente mutatus est.obrigui omni
bus membris,vox dudum clara,cum quęrerē hæserat & cōsum-
pta est,tanta vis illius mali fuit, vt comæ quoq; natura molles,
prolixitate flexibiles, semper in ima deiectę cōsisterent.illa tamē
amissionis suæ intelligens causam esse silentiū & stuporē meum
locuta est ipsa, iccirco oportet addi.ſTunc sic af.&.c.h.d.dictis.
Quid tantū insano.i.in.l.O dulcis.c.nō hęc.si.n.di.Eu.&c.)Locus
iste necessario missus est primū,vt probaret Æneas, neq; se illam
negligentia perdidisse,aut illā suo arbitrio maritū aut filium per
didisse, Creusamq; ipsam induceret consolantē:illo quippe tem-
pore atq; illo loco quis cōsolari alius afflictū Æneam posset:nisi
ipsa vxor amissionis suæ redderet causas?& dolentē maritū ab ip
sis mœroribus cōsolantis officio subleuaret? ipsa igitur suscepit
omnia,fabulā.s.fortunæ suæ,solamen coniugis, & officiū vatis.
quid inquit prodest marite dulcis,quod tantū doloris tui furo-
ri cōsentis,quid tibi doloris eiusdem labor inefficax quæsiturus
est?quod vides,deorū voluntate perfectum est.debes æquo ani-
mo ferre,quod maior potestas inflixit, tolerare quinetiā, quod
nō potest superari,mala omnia ferendo potius, ꝙ resistēdo vin-
cuntur.Coniugio nostro finē attulit profectio tua, quippe id su
peris placuit,vt hic reliqueris coniugē, & abiturus aliam tecum
nō portares vxorē.ſLonga tibi exilia,&c.)Ad consolationē mul
tiplicē pertinet quod ventura pronūtiat.hoc.n.genere iam pro-
bat ad deorum se obsequia esse trāslatā, nosse quippe diuina nō
posset,nisi illā dij in affectum propriū recepissent, quod vero in-
struit maritū,& gnarum omnium facit,ac lęta omnia promittit,
euidentis cōsolationis augmentū est,quod ait.Longa tibi exilia,
& vastum maris ęquor arandū.Ad terram hesperiam venies,vbi
Lydius arua inter opima virum leni fluit agmine Tybris. Dura
prosperis miscet,erit tibi,inquit,perueniendi ad Italiā labor im-
mensus,& pelagi prolixa trāsmissio.sed laboribus tuis lęta succe
dēt,terra fertilis,& Tybridis gratia describit & flumē ipsum cum
laude plenissima,& quod nō nouerat,quasi nosset, affirmat.edo-
cens nihil esse,quod superos lateat,vel eos, qui cū his cōmoren-
tur.laus interea fluminis illa est, ꝙ copiosus, ꝙ lenis, ꝙ in ipso
aquarū redundanti tractu per agros vbertim fluens nihil lędat.
ſIllic res lętæ,r.&.r.c.p.t.)Illic,inquit,amissa ac perdita recupera
bis,res lætæ,imperium & coniugem regiam,hoc est præstantem
genere.Cum autem dicit regiam, ostendit & diuitem.interea ne
incerta,vel dubia,vel imperata promittere videreť, ait, quæ tibi
promitto iam parata sunt, præsentia tua necessaria est, vt ad illa
peruenias.hic & loquendi ratio discitur, res ait lętę regnumq; &
regia coniux,posuit fœmininum plurale,& neutrum singulare,
& rursum fœmininum singulare, & neutro plurali respondit,vt
sit res lætæ,regnū,& regia coniux parta tibi sunt,partum vel pa-
ratum accipiendum est,vel partum tibi, id est tibi acquisitum la
boribus alienis. id autē quod Æneam vel maxime gemere scie-
bat,nouissime posuit, vt eum a dolore præsenti nouæ coniugis
promissione trāsduceret,quod vsq;adeo artis plenissimum fuit,
vt illico adnecteret personam suam dicens.ſLachrymas dilectæ
pelle Creusæ.)Hoc est dicere, cum habeas destinatam matrimo-
nio tuo,debes remouere lachrymas, quas propter me effundis.
addit quoq; augmentum consolationis a comparatione descen
dens.ſNon ego Myrmidonum.s.do.ue.s.As.)Ordinatur sensus
sic, nō ego Myrmidonum & Dolopum superbas sedes aspiciam.
ſAut graijs seruitum.m.i.&c.)Nec te,inquit, frāgat casus iste.In
aduersis enim quicquid acciderit,quod sęuiora depellat,gratulā
dum est. Tenet me mater deum, tenere potuerūt Myrmidonum
& Dolopum matres,illa ad honorem retinet,illę potuerunt reti-
nere captiuam.nō ibo seruitum victoriæ exultantibus,nō vide-
bo sedes hostium,vt cæteræ captę ęternū seruitium pollicentes,
cum ea futura sim, ex quā omnes dij gratulantur se esse progeni
tos,quam venerantur oēs, qui libenter potioribus deferunt.nō
cecidit fortuna mea,nec debilitata succubuit.ſDardanis,& diuę
Veneris nurus.)præferentis animo positum debemus accipere,
Myrmidonū Dolopumue sedes aut graijs matribus ibo seruitu
ra,detrahētis animo dictū.Dardanis, laus cōicata cum omnibus
Troianis.diuę aūt Veneris nurus, quę fuit specialis ipsius a pso-
na & loco traxit Græcorū obtrectationē,a persona liberata sum,
inquit,infimorum hominū captiuitate,& extremo seruitio,a lo-
co nō ibo ad Grecorū sedes,sed ero in originalibus locis, & cum
deorum omniū matre.tenet me illa,quæ oēs deos ratione nomi
nis & potestatis anteuenit.cōparatio ista tangit,vt dictū est, ma-
riti solatium,qui nec captiuam vxorē reperit, nec occisam,quin
potius detentam voluntate eius, qua nullus est potior.ſIamq;

Universidad de Deusto Biblioteca

vale, &.n.f.c.a.)Consolationẽ suam filij cõmendatione cõclusit, potest videri ita dixisse habes filium nostrũ, eius amorem serua, & amissionẽ meam leuius feres, & plurimũ mihi detuleris. potest & sic intelligi. sciebat.n. quid inter cętera prędixisset, futurũ. s. vt Æneas habiturus esset cõiugiũ nouum quęsiturus sibi vxorem, filio nouercam. Hoc igitur metuẽs mater nouissime collocauit, vt hæreret altius paterno pectori, quod cupiebat esse seruatũ, nõ autẽ nouum suadebat affectum, quia sciebat se loqui cum patre, quia mortẽ filij iam tenebat in sensibus, ideoq; dixit serua amorem nati cõmunis, quia poterat effici, vt fauore viuentis & nouę cõiugis ductus, eius præponeret liberos filio ex cõiuge suscepto temperauit ergo vt diceret, serua. nec dixit aperte ei suspicionẽ suam, ne secus sensisse videretur, & recessuri animum læderet.

ASCENSIVS.

¶Procedo,&c.)Eandem rem prosequitur Æneas: vt. s. Creusam cõiugem suam per alia loca disquisiuerit, narrans subinde quę illic viderit, & vt vmbram Creusæ tandem offenderit: de qua re dicit Donat⁹ sic. ¶Dardanis.)Laus cõmunis a genere. ¶Veneris nurus.)Laus propria ipsius. Sum ergo liberata ab hominum infimorum seruitute: & ei deæ collocata: ex qua se ortos omnes dij gloriant, & habitabo in locis originalibus. Magna ergo consolatio, qui vxorẽ nec captiuam, nec occisam inuenit, sed detentã voluntate eius deæ, qua nulla est potior. ¶Nati cõmunis.)Nam & illo poterit leuare vxoris amissionẽ, & etiã admonet propter nouercæ suspicionem, vt magis indulgeat filio. Ac propterea hoc nouissimũ collocauit, vt magis pectori infixum relinqueret: nõ tamen apertius hoc dixit, ne si aliter sentire videretur, recessuri animum lęderet. Ordo. ¶Ordo est. Ego procedo ad sedes. i. regiã Priami, & reuiso arcem, quia prius eam viserat: & iam Phœnix, & dirus Vlysses lecti. i. electi: custodes. s. prædarum: asseruabant prædam, sup. in porticibus vacuis: & asylo. i. loco immunitatem præstanti, a quo neminẽ abstrahere licebat: Iunonis. i. qui erat in tutela Iunonis. (porticus autem sunt, quos nonnulli ambitus vocant) gaza Troia. i. Troiana. (Est enim trisyllabum Troia.) hoc est, thesaurus Troianus, aut opes Troianæ: erepta adytis. i. locis sacrarijs, quę nulli pręter q̃ summo sacerdoti adire olim licebat: nũc incensis, gaza dico, videlicet mensę deorũ, vt tripodes: & crateres. i. pocula sacrificatoria: solidi auro. i. facta ex solido auro: & vestis captiua, i. exuuiæ, & spolia opima dijs cõsecrata: cõgeritur huc. i. in hunc locũ, hoc est, in porticũ, & asylũ Iunonis: vndiq;. i. ex omni parte pueri: & matres pauidæ stant circũ. i. in circuitu, longo ordine: & implent aures. s. meas: (aut auras, sed melius aures.) quia mugitibus. i. ploratibus, & vlulatibus: tacitis. i. submissis: quod quia fieri vix potuit, alij deleuerunt, & tacitis &c. Quinetiã. i. insuper: ego ausus, sup. existẽs iactare voces. i. clamare per vmbram: temeritatis. n. fuisset, si visus clamasset: impleui vias clamore, & ego mœstus ingeminans, iterũ atq; iterum vocaui: nequicq;. i. frustra. Creusam. s. repetendo illud vocabulum. Simulachrum infelix. i. infeliciter mihi raptũ, & vmbra ipsius Creusę: visa est mihi quærẽti, sup. eam: & furẽti sine fine. i. modo, aut mẽsura, sup. in tectis vrbis, visa, inquã, est ante oculos vmbra eius, & imago eius: maior nota. i. q̃ ea esset quã norã: hoc est, maior erat imago eius, q̃ ea ipsa cuius imago erat. Ego, supp. obstupui: & comæ. i. capilli steterũt: & vox hæsit. i. adhæsit faucib⁹.)Corripit hic & alibi in verbo, steterũt, mediã, vt subitũ horrorẽ depingeret: sicut diximus in Buco. illic, Matri lõga decẽ tulerũt fastidia mẽses, & in Geor. illic, Miscuerũtq; herbas, & nõ innoxia verba.) Tunc, sup. Creusa, aut imago eius: adfari, sup cœpit, aut adfabatur sic, & demere, sup. cœpit: aut demebat curas his dictis. O dulcis coniux. i. marite: quid, i. ad quid: iuuat. i. delectat te: indulgere. i. indulgẽter operã dare: labori insano. i. aut magno, aut frustra suscepto? Hęc nõ eueniũt sine numine. i. nutu & volũtate diuũ: nec fas est te asportare. i. abducere hinc Creusam comitẽ. i. sociam itineris tui: aut ille. s. magnus regnator olympi: videlicet Iuppiter q fata cõdit, sup. nõ finit. i. permittit. (Alij, haud, legunt: vt sit, Haud ille finit: verum alibi quoq; positũ leges, aut secundo loco vbi congrueret, nec: vt repetatur negatio prius posita.) Lõga exilia, sup. restant tibi: & vastũ. i. amplum. ęquor. i. campus ęquus, maris est arandum. i. sulcandũ: sed nauibus nõ aratro tibi: tu venies ad terram Hesperiã. i. Italicam: vbi Tybris Lydius. i. Tuscanus, aut Tyrrhenus, cuius accolę a Lydia profecti sunt: fluit leni agmine. i. fluxu aquarũ, quod in bonũ & cõmodum accolarum vergit, quia vbi impetus vehemens est vt in Rhodano, vix possunt naues retrahi: additur & alia laus quia fluit inter opima. i. pinguia arua: non ignauorum, sed virũ, pro virorum: quæ tertia laus est. Res lætæ, & regnũ, & cõiux regia est parata tibi: illic. i. ad Tyberim in Italia: pelle. i. depelle igi lachrymas Creusæ dilectæ. i. quas effundis ob amorẽ mei quę sum tibi dilecta: ego non aspiciã superbas sedes Myrmidonum. i. illorũ Thessalorum, sociorũ Achillis: vel, pro vel, Dolopum sociorũ. s. Pyrrhi: & ego Dardanis. i. Dardani neptis, & ab illo inclyto viro Iouis filio oriunda: & nurus diuæ Veneris: nõ ibo seruitum matribus Graijs. i. nõ abducar captiua: sed magna genitrix deũ me detinet his oris. i. regionibus. Iamq; vale & serua amorem cõmunis nati. s. Iuli Ascanij, quem cõmendat affectione materna: sed in gratiam Iulię domus, quasi dijs volentibus: regnum etiam in Italia vbi & aliam coniugem, & alios liberos habiturus est Æneas Ascanio debeatur.

PIERIVS.

¶Protinus ad Priami sedes.)In veteribus aliquot exẽplaribus Protinus, omnino habetur: plura tamen ex illis: Procedo ad Priami sedes, legunt. In Long. lectio est huiusmodi, procedo & Priami sedes, arcemq; reuiso. & ita habetur in Medi. & in Porcio, & aliquot alijs antiquis. Quam lectionem etiam Ti. Donatus agnoscit. Ait enim, procedo, hoc est progredior, vel vlterius accedo, & Priami sedes, arcemq; reuiso, ne illa ad domum patris sui, aut ad munitum aliquem locum se contulisset. ¶Phœnix, & dirus Vlysses Prædam adseruabant.)Hoc etiam loco nonnulli codices manu scripti legunt: durus Vlysses. Sed enim iam, dirum Vlyssem, esse Virgilio diximus, vt immitem Achillem. Præterea, obseruabant, cum Porcio aliquot alij habent codices, quæ lectio variat etiam apud Liuium, vt lib. vij. de secundo bello Punico, P. Scipio cum obseruari Numidam iussisset. Nam & adseruari, aliquot habent codi. Neq; me fugit quid differentiæ statuant grammatici inter adseruare & obseruare, quam tamen ego non adeo acceptam ab authoribus inuenio. ¶Obstupui, steterũtq; comæ.(Iam sæpe dictum, obstipui, semper haberi in codi. antiquis. Sed & steterant, exacta specie, aliquot habent exemplaria: cum tamen Probus, steterunt, agnoscat. ¶Tum sic adfari.)In antiquis cod. tunc, habetur, vtrunq; idem significat. ¶Non hæc sine numine diuum Eueniunt, nec te comitem hinc asportare Creusam fas.)Quia terperat Ser. comitem hinc asportare, q̃ varie versus a multis corrigatur, repetit. At esse sane, versus aliquot qui scandendi rationem tritam in grammaticorum scholis non admittant, inficias non ierim. Inueni tamen in codicibus aliquot antiquis, Nec te comitem asportare Creusam Fas. Nam asportare, etiam absq; aduerbio locali hinc, per se plenum satis esse videtur. In Medi. & in Porcio, comitem hinc portare, legitur: neq; desunt ingenia eorum, qui comitẽ hinc asportare, recte legi contendant, versumq; esse pentametrum choriambichum hypercatalecticum choriambum enim habere prima & quinta sede, tertia anapæstum, paribus duobus locis spondæum. Sed enim de numeris & varijs metrorum generibus, quæ versum heroicum ingrediuntur, alibi differendum erit. Hoc loco malunt peritiores versum exlegem esse. ¶Ad terram Hesperiã venies.)In vetustis aliquot exemplaribus Ti. Et terram Hesperiam: legitur, & ita etiam habetur apud Donatum. ¶Leni fluit agmine Tybris.)In codicibus aliquot peruetustis pro Leni, Læto habetur: sed Ti. Donatus omnino, Leni, agnoscit. ait enim, Laus interea fluminis illa est, q̃ copiosus, q̃ lenis, q̃ in ipso aquarum redundanti tractu, per agros vbertim fluẽs nihil lędat. ¶Sed me magna deum genitrix his detinet oris. Iamq; vale, & nati serua cõmunis amorem.)Ex antiquis plerisq; codicibus, & ex nomismatis: genetrix per e scribendum, vt alibi ostendimus.

SERVIVS.

¶Man⁹ effugit imago) quasi imago, quæ nõ tenet. Naturale. n. est vt nõ possit teneri. Nã in septimo quod ait, Da dextrã misero, auxiliũ significat. ¶Simillima somno.) sic Cicero, simillimũ deo iudico. Nã genitiuo debuit iũgi. ¶Sic demum.) Nouissime. ¶Inuenio admirans.) Cũ inuenissem admiratus sum. ¶Exilio) Ad exiliũ. Donatus cõtra metrũ sensit, dicẽs Exilio, quasi de Ilio. nam i, longa est. Miserabile vulgus. Magnũ est quod addidit vulgus. sic Statius, vnde hoc examẽ, & vna tot miseris animis opibusq;. & volebant & poterant. ¶Lucifer Idę.) Vt Troianis videtur. Sic alibi: Tibi deserit Hesperus Ætam. Illinc. n. oriri vel occidere putant sydera, vnde videri vel incipiunt, vel desinunt. ¶Ducebatq; diem.) Quia lucis est preuius. ¶Opis.) Ferẽdi auxilij. ¶Cessi.) Deest igitur. ¶Montem.) Vt ostendit in nono, Idam significat.

Hęc vbi dicta dedit: lachrymãtẽ, & multa volẽtẽ æ.
Dicere, deseruit: tenuesq; recessit in auras.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum:
Ter frustra comprensa manus effugit imago,
Par leuibus ventis, volucriq; simillima somno.
Sic demum socios consumpta nocte reuiso.

Atq; hic ingentem comitum affluxisse nouorum
Inuenio, admirans numerum, matresq;, virosq;,
Collectam exilio pubem, miserabile vulgus.
Vndiq; conuenere, animis, opibusq; parati,
In quascunq; velim pelago deducere terras.
Iamq; iugis summæ surgebat Lucifer Idę:
Ducebatq; diem: Danaiq; obsessa tenebant
Limina portarum: nec spes opis vlla dabatur.
Cessi: & sublato montem genitore petiui.

DONATVS.

¶Hęc vbi di.d.la.&.m.vo.Di.de.te.q.re.ina.)Ingratũ, impium, ac sceleratũ fuisset, si Æneas ab vmbra vxoris silentio recessisset. debuit. n. vel sua dicere vel ad ea respondere, quæ audierat, iccirco dixit, dum lachrymas fundo, dum volo atq; dispono proferre, quæ necessario fuerant dicenda repente discessit, ac volentem multa dicere deseruit. posset. n. mecum esse diutius, si expectaret meum etiam ipsa responsum, bene dixit deseruit volentẽ loqui, non dixit, ego illam dimisi. ¶Ter conatus ibi. c. d. b. ci. Ter. f. co. ma.) Proprie descripsit volentem amplecti, quod corporale non fuerat, sępe esse frustratum, manusq; sibi occurrisse frequẽtius, cum non esset medium, quod tenere potuisset. ¶Effugit imago, par. l. v.) Fugit, inquit, vt vẽtus, recessit vt somnus, more Sallustij dixit, conatus sum. ibi. n. ponitur conatus, vbi effectus sequi nõ potuit. ¶Sic demum socios consumpta nocte reuiso.) Quantum se dixit laborasse pro coniuge in tantis discursibus & vigilijs per totã noctem toleratis? Atq; hic ingentẽ. co. af. no. Inuenio, &c.) Cumq; hoc fecissem, multos, quos dimiseram, congestos inueni volentes mecum ire, quo vellem. adactus violentia superum nõ solum se dicit necessitatẽ abscedendi habuisse, sed plurimos. muniuit illam partẽ, ne videretur solus dimisisse patriã, si id nullus alius fecisse videretur. ¶Iamq; iugis summę. sur. Lu. i. Du. q;. di.) Noua descriptione vsus est diei nascentis. nam ante ipsum exoritur lucifer, hunc in superna tendentẽ sequitur lux, quę diem plenum producta confirmet. videt ergo lucifer non tantũ nuncius diei esse veniẽtis, sed sidus quoq; certusq; perductor. ¶Danaisq; ob. te. Li. po. n. s. o. vl. dabatur.) Posuit saluti suæ suorumq; cõtraria, vnum lucis, quæ retectura fuerat, quod velauerant tenebræ. aliud q̃ tenebant hostes omnes egressus, quæ res ostendebat victoriam esse confectam. nullum etiam defensioni locum superfuisse, hoc fuit tertiũ q̃ nulla esset spes cõmodi alicuius. ¶Cessi, & su. m. genitore petiui.) Ex plano, inquit, inutili ad vtilia montiũ superiora conscendi. plenum excusationis in vltimo posuit verbum. Cessi cõstrictus, inquit, maiori violentia probata mihi per Laocoontis exitium, per diligentiam matris, quæ mihi deos potius q̃ Græcos inimicos ostendit. permissum incendium ex filij mei vertice, per hortatũ patris, & religiosas voces vxoris, & diuina, quæ tradidit, verba, cessi potioribus. neq; enim debui vlterius niti, qui toties dijs repugnantibus frustra certaui. plene respõdit interrogationi Didonis, quę dixit, narra mihi insidias Danaum casusq; tuorũ, quod quia factum est, aggreditur alterã, errores suos euidẽtissime relaturus. habet tamen etiã ipsa, casusq; tuorum, nam perdidit contagione socios amisitq; patrem.

ASCENSIVS.

¶Hæc vbi dicta.)Cõcludit hoc loco hũc. ij. in quo insidias dixit Danaũ, casusq; suorũ, & pręcipue Priami, & nunc Creusæ mortẽ quia (vt dixi) in singulis. vj. prioribus libris, ad finẽ operis mortẽ alicuius memorat. Donati, q singula poetę dicta diligenter pensitat, verba sunt. ¶Hæc vbi dicta dedit lac.)Ingratũ facinus fuisset, nisi demonstrasset & plura se fuisse dicturum: & ad illius dicta responsurũ, ac diutius eam retenturũ: nisi ipsa decessisset. ¶Ter conatus.)Demonstrat proprie volentẽ amplecti, quod corporale non fuerat. ¶Conatus.)Ibi. n. ponitur conatus vbi effectus nõ sequitur. ¶Ingentẽ numerum.)Pręter eos quos dimiserat, inuenit aduenisse multos alios. Hoc aũt dictum, ne solus patriã deseruisse videatur. ¶Lucifer Idæ.)Noua descriptione vsus est diei nascẽtis. Nam ante ipsum exoritur Lucifer: hunc sequitur lux, quę diẽ plenum confirmat: ergo non tantum nuncius venientis diei est: sed sidus, certusq; productor. ¶Danaiq; obsessa tenebant Limina portarũ.)Hoc signum erat illos potitos esse victoria, & lux contraria saluti suę & suorum erat, ergo spoliatus omni spe. ¶Cessi.) Veluti necessitate coactus per Laocoontis exitium, per diligẽtiã matris, quæ mihi deos potius q̃ Græcos inimicos ostendit, per incendium ex filij mei vertice: per hortationem patris, & religiosas voces vxoris. Cessi potioribus, neq; debui niti, qui toties repugnantibus dijs frustra certaui. ¶Ordo est. Vbi. i. postq;, supp. Creusa dedit, hæc dicta ipsa deseruit, quia ablata a ministris deę, sup. me lachrymantem, & volentem dicere multa, & recessit. i. euanuit: in auras tenueis. i. vix palpabiles: ego, sup. sum conatus: ibi. i. eo tempore, quo aufugeret: ter dare collo, supp. eius brachia: circum. i. per circuitum, circumplectendo ea: sed imago comprensa frustra, quia cõtineri nequibat: effugit ter manus, sup. meas: existens par. i. similis: & comparabilis ventis leuibus: & simillima somno. i. deo insomniorum, aut phantasmati: volucri. i. cito, & aduolanti, & auolanti. Et ego reuiso. i. iterum viso, socios. s. quos in monte Ida dereliquerat in valle reconditos, (seu, vt historiam habere volunt, post habitam Troiam, habitauit in Idæ montib. vbi Scepsin vrbem habuerat, donec crescente multitudine Græcis, formidolosus factus aufugere conatus est: vt autem fatalem fugam ostenderet Virgilius nõ vi humana, sed dijs iubentibus eam factã docet.) reuiso, inquam, demum. i. tandẽ, aut nouissime post longã expectationem, sic. i. certior factus, quia coniugem amissam, & a dea abreptam recuperare nõ possem: & hoc nocte consumpta. i. peracta. Atq; ego inuenio hic. i. hoc loco vbi meos dereliquerã: aut hic. i. modo: ingentẽ. i. valde magnum numerũ: comitum nouorum. i. recentiũ: affluxisse. i. ex omni parte in morẽ fluctuũ aduenisse: inuenio, inquã, admirans. s. postq; inueneram vnde tot salui euasisse poterant: ingentẽ, dico, numerum: appositorie, matres. i. matronas, & viros. s. eorum maritos, & pubem collectã: exilio. i. ad exilium obeundũ mecũ: vulgus miserabile. i. miseratione dignũ, quod persoluit quæ nõ rapuit: aut imbelle, & inerme: & ita purgatur Æneas: siquis obijciat, quia si ingentẽ numerum inuenerat, debuisset collecta manu redijsse ad defendẽdã patriã: ad quod dicit multos quidem fuisse: sed miserabile vulgus: nec qui animo bellandi, aut defendendæ patriæ cõuenerant. sed collectam exilio pubem. Ipsi, sup. cõuenere vndiq;. i. ex omni parte: parati animis & opibus. i. facultatib. suis, sup. sequi, in quascũq; terras: ego velim deducere, sup. ipsos: pelago. i. per pelagus. Iamq; . i. & iam: Lucifer. i. stella matutina lucẽ ferens: surgebat. i. oriebatur: iugis. i. super verticẽ: Idæ summæ. i. montis syluosi in Phrygia: vbi (vt dixi) Æneas primas sedes habuisse perhibetur: & ducebat. i. ferebat diem: Danai. i. Græci tenebant limina portarum obsessa: ne. s. qui aufugerant collecta manu ingrediantur ciuitatem vindicaturi, per hoc autẽ purgatur etiã Æneas, quia significatur fecisse periculũ, & explorasse quidnam Græci agerent: sed cõpertum habuisse, quia nec vlla spes opis. i. auxilij contra Gręcos, aut opis recuperandæ, dabatur: & ideo subdit cessi. i. locum dedi fatis, & tot monitis, de quibus docte locutus est Donatus: & petiui montem. s. Idam, quo difficilis sit Græcis ascensus: & hoc genitore. i. patre meo Anchisa: sublato. i. sursum lato. i. & in humeris meis rursus portato: aut potius a ministris, cum iam ministri adessent: nec vlla vis vrgeret, ab illis sursum lato. Ordo.

PIERIVS.

¶Ter frustra cõprensa manus effugit imago.)In vetustissimis aliquot exẽplaribus, vaticanæ bibliothecæ, & nonnullis alijs: pręcipueq; in Longobardico, & in Mediceo, compressa, legitur: & ita etiã legere est apud Dona. facile vero crediderim antiquorũ more, compresa, Sicilico, geminationis nota, superimposito fuisse prius, vnde comprensa emanarit eorum errore, qui Sicilion pro n litera vt, plerunq; alias, accepere. Neq; illud dissimularim esse veteres codices, in quibuc, cõpressa manu effugit, absq; synalœphe legatur. Sed enim hoc non æque placet, quia versus ita nimium elanguesceret. ¶Par leuibus ventis, volucriq; simillima somno.)Non prætereunda fuit lectio Medicei codicis, Par leuibus pennis, volucriq; simillima vẽto: licet somno dubio procul castior lectio sit, & agnita Seruio: & leuibus vẽtis, alia fere omnia habeant exemplaria. ¶Et sublato montem genitore petiui.)Sunt qui montis, plurali numero legendum adserant eam lectionem ex antiquis codicibus. In Mediceo tantum inueni. In alijs, montem, vnitatis numero scriptum obseruaui. Sed in cõtextu etiam Donatiano, montis, est numero multitudinis.

SECVNDI LIBRI FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ASCENSIVS.

POst euersa Phrygum regna,&c.)Iuxta morem in superioribus obseruatũ, anteq̃ ad insequentis libri explanationem progrediamur, præmittemus argumentorũ ordinẽ, atq; elucidationẽ. Ordo itaq; monostichi.i.illius soli⁹ versus, materiam totius.iii. complectẽtis, est huiusmodi: Tertius sup.liber Æneidos, canit Teucros.i.Troianos: vectos æquore.i.Pelago, cum & per terras, sed vehiculis auehi possent, vectos dicit a Troia: cuius.f.euersionẽ in.ii. recitauit Æneas. Reliquorũ autem versuũ.q distinctio⁹ argumentũ exprimũt, ordo & explanatio talis est: Æneas, sup.

IN. III. ÆNEIDOS LIBRVM MONOSTICHON.

Tertius à Troia vectos canit æquore Teucros.

IN EVNDEM MODESTINI IVRISCONS. ARGVMENTVM.

Post euersa Phrygũ regna, vt fuga cœpta moueri:
Vtq; sit in Thracen primo deuectus, ibiq;
Mœnia condiderit Polydori cæde piata,
Regis & hospitium, vt Phœbi responsa canebant:
Cœptum iter in Creten, rursus noua fata reperta.
Naufrag⁹ vt fuerit Strophadas compulsus ad vndas
Inde fugam, & diræ narrat præcepta Celænus,
Liquerit vtq; Helenum perceptis ordine fatis:
Supplicẽ Achemenidẽ Polyphemo vrgẽte receptũ.

enarrat, post regna Phrygũ.i. Troianorũ: euersa.i.penitus destructa: & e fundamentis versa: quia dictũ est, Neptun⁹ muros, magnoq; emota tridẽti Fundamẽta quatit: enarrat dico, vt.i.qualiter (quæ particula ab imperitis ablata, inferẽda est: quia aliter versus non staret, nec sententia cohæreret: quam prius posuimus indicat copulatiua coniunctio, cum dicit, vtq; fit, &c.) fuga, sup. fit: cœpta.i. inceptamoueri.i. per motum fieri, hoc est, qualiter fugere cœperit (de quo Ser. ad principiũ. iii. videbimus) quod pro & enarrat, sup. vt.i. qualiter, ipse, supp. fit deuectus: primo in Thracen.i. in Thraciã (declinatur autem hæc Thrace, Thraces, & hęc Thracia, Tracię, & dicit signãter deuectus, quia prius Antãdrum petijt, q̃ Thraciam: sed nõ est in eã deuectus nauib⁹, sicut i Thraciam. cę. pro &: vt, supp. ipse cõdiderit ibi.i. i Thracia: mœnia.f. Ænei oppidi, & hoc cęde.i. occisiõe Polydori, illi⁹ filij Priami; quẽ Polymnestor Thraciæ rex occiderat aurięcus amore: piata.i. purgata exequijs celebratis. Vnde dicẽt, Ergo instauramus Polydoro funus, &c. & enarrat hospitiũ, scilicet Polymnestoris regis: de quo dicetur, Omnibus idem animus scelerata excedere terra, Linquere pollutum hospitium, &c. &, sup. enarrat vt.i. qualiter responsa Phœbi: canebant.i. vaticinabant (& indicabant quo fugere deberent canendo Dardanidæ duri, quæ vos a stirpe parẽtum Prima tulit Tellus, eadem vos vbere læto Accipiet reduces, antiquam exquirite matrem.) & sup. enarrat iter cœptum in Cretem: (aut, vt iter cœptum est in Cretem: cœptum autem erat errore Anchisæ, quia animaduertens Teucrum ex Creta oriundum, putauit illuc redeundum esse: cum oracula Italiam significarent, dicẽdo, Dardanidæ duri, &c. Illinc enim Dardanus ortus.) Iterum autem Græce declinauit Creten, a nominatiuo Crete, qui Latinis Creta est.) & enarrat, supple noua fata.i. incommoda fatalia: hoc est, miseram dam luem, ac pestilentiam esse reperta rursus in Creta, scilicet aut enarrat, vt noua fata reperta sint rursus in Creta: & vt, id est qualiter ipse fuerit compulsus: naufragio, id est tempestate naufragium faciente ad vndas Strophadum, illarum insularum in quibus Harpyias offendit (sunt qui legant Strophadas,

Amissumq; patrẽ Drepani, atq; hinc deinde quiet.

ALIVD IN EVNDEM.

Post casum Troiæ fabricata classe superstes,
Vela dat Æneas, vrbemq; in littore Tracum,
Mox aliam pulsus Cretæis condidit oris.
Cedit & hinc, Helenumq; videt, præceptaq; discit:
Et cæcum Cyclopa fugit, sepelitq; parentem.

SERVIVS.

POstq̃ res Asiæ, Priamiq; euertere gẽtẽ.) Secũdum interrogationem Didonis post insidias Græcoꝝ, & casus suorum, pprios errores exequitur, quos pertulit anteq̃ ad Africã pueniret: ordine, vt supra diximus, cõmutato. Nam rectũ operis initium est, Fracti bello, fatisq; repulsi, Fuga autem eius hæc est, relinquęs Ilium, Idam tenuit. Inde Antandrum ciuitatẽ: iuxta quã factis nauigijs tenuit Thraciam, in qua Ænum cõstituit, vt multi putant. Mox prodigijs territus Delũ tenuit. Illic accepto augurio errore patris pterue ctus Cycladas, venit ad Cretã: vbi cũ pestilentia laboraret, a diis penatibus monitus ad Strophadas deuectus est insulas. Inde pterue ctus maritima Græciæ apud Epirũ susceptus est Heleni hospitio. Vnde, pfectus Calabriã tenuit & illinc statim territus aduentu Diomedis ablcessit, nauigauitq; vlq; ad Scyllam, & Carybdim, quæ sunt Ætnę vicinę. Vnde vẽto pulsus, circũita maxima parte Sicilię, Drepanum venit. Vbi fin Virgil. perdidit patrẽ. Inde (vt est in primo) ad Didonis regna puenit. (Postq̃.) hæc particula cõnectendis adiungit rebus: vt, Postq̃ altos tetigit quietus. Sic. n. dictis sequentia copulauit. (Res.) Modo impetum res Agamemnonias. Bene autẽ Asiæ, quasi tertiæ orbis partis. Nam Phrygia in Asia est: Ilium in Phrygia, sed minore. (Priamiq; euertere gentem.) Non est iteratio. Nam potuit aliud sine alio fieri, vt vel Phrygia tota euerteretur, vel solum Ilium. (Gentem imeritam.) Bene gentẽ. Nam Laomedontis, & Paridis culpa, vniuersa gens perire nõ debuit. (Visum superis.) Laus illi⁹ quod non nisi diꝝ potuerunt subuertere. Quotiescunq; autẽ ratio non apparet, Sic Visum interponitur: vt Horatius, Sic visum Veneri:

phadas, pro Strophadicas, nisi sit dura appositio: quia Strophades non sunt vndæ: legatur ergo potiꝰ Strophadum) & enarrat fugam iterũ i de.i. a Strophadum vndis factam: (atq; enarrat pcepta Celęnus quæ est vna Harpyiarum dictura: Quę Phœbo pater omnipotẽs, mihi Phœbus Apollo Prædixit: Vobis furiarũ ego maxima pando, &c. Declinat aũt, hęc Celeno, huius Celęnus: sicut Sappho, Sapphus, quæ apud Ouid. An nisi legisses authoris nomina Sapphus. & Clio Clius, vnde Ouid. Non mihi sunt vitæ Clio, Clius q; soroꝝres, &c. & ideo legendum est præcepta Celænus, non Celæno, non enim Celæno enarrat hæc omnia, sed Æneas: & enarrat, vt.i. qualiter ipse Æneas liquerit Helenum, filium Priami, in Epiro reguantem:) & hoc fatis, id est rebus fataliter venturis perceptis.i. prius acceptis & intellectis: narrante.f. Heleno vate: ordine.i. per ordinẽ: &, supp. narrat, vt recepit Achemenidem comitẽ infelicis Vlyssi, qui ab Vlysse iuxta antra Polyphemi derelictus erat: supplicem, id est suppliciter orantẽ: recepit. dico.i. in locum tutum: hoc est, in nauem suam suscepit: Polyphemo Cyclope.f. vrgente.i. impellente eos ad fugam: ideo enim suscepit eum, quia cauendum significauit a Polyphemo (vnde dicturus est Æneas, Nos procul inde fugam trepidi celerare recepto Supplice fic merito, &c. q̃, pro &: narrat patrẽ.f. Anchisen: amissum.i. defunctum, & mortuum Drepani.i. in illo oppido Siciliæ (vnde dicturus est, Hinc Drepani me portus, & illetabilis ora Accipit, &c.) atq; quieuit: desinde hic.i. in hac re.f. in morte patris: vñ dicet poeta, Factoq; hic fine quieuit.

P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS LIBER TERTIVS.

POstquã res Asiæ, Priamiq; euertere gentem ÆN.
Immeritã visum superis, ceciditq; superbum
Iliũ: & omnis humo fumat Neptunia Troia:
Diuersa exilia, & desertas quærere terras
Auguriis agimur diuum: classemq; sub ipsa
Antandro, & Phygiæ molimur montibus Idæ,
Incertí quò fata ferant, vbi sistere detur:
Contrahimusq; viros, vix prima inceperat æstas:
Et pater Anchises dare fatis vela iubebat.
Littora cum patriæ lachrymans, portusq; relinquo:
Et campos vbi Troia fuit. feror exul in altum
Cum sociis, natoq;, Penatibus, & magnis diis:

exilia.) Multi ad illud referũt, Magnũ quę sparsa per orbẽ. Constat nãq; diuersas partes orbis tenuisse Troianos. Sed melius est specialiter hoc Æneę dare, qui cõpulsus auguriis est diuersas terras e regione positas quærere. Desertas autẽ a Dardano accipe. Nam vbiq; vberes eas esse legimus: vt, Atq; vbere glebæ. (Augurijs agimur diuum.) Ex flamma, quæ tempora Ascanij pasta est, & curlu stellę: & Creusæ admonitione, quæ dixit, Et terram Hesperiam venies. (Sub ipsa Antandro,) Iuxta Antandrum. Est autem ciuitas Phrygiæ, dicta Antãdros, vel quod de Andro insula eam condiderunt coloni, quasi ἀντὶ ἀνδρου: Vel quia Græci venientes per Thraciam, cepere Polydorum: pro cuius pretio hãc accepere ciuitatem, quæ ex facto nomen accepit. Quamuis huic opinioni Virgilius non consentiat. Fertur tamẽ quod post acceptum

Veneri: cum amorem ostenderet nõ esse pulchritudinis. Et bene accusatio in deos habet quandã venerationẽ, alioquin sacrilegiũ est. (Superbũ Ilium.) Nobile. Ilium autem Virgilius, Neutro tantũ genere declinat. Horatiꝰ aũt foemininum: vt, Nõ semel Ilios vexata. Sanè modo Ilia, ppriè de ciuitate dixit. Nã regio, Troia est: cuius interdum pro ciuitate prouinciam ponat: vt, Et cãpos vbi Troia fuit. (Humo fumat Neptunia Troia.) Humo.i. ab humo: vt significet patriæ suæ solum quoq; arsisse. Sanè quæritꝰ quo dixerit Cecidit, & fumat. Sed aut plicẽtia poeticã, tps. p tpe posuit: vt, Meminisse horret, luctuq; refugit. Aut certe naturã rerũ expressit. Nã ruina in breui fit, fumus vero lõgo permanet tpe. Nam quod ait Probus ad discernẽdum tempus circũlectendã vltimã syllabã, vt intelligam⁹ fumauit, nõ, pcedit: ga Pone tantũ verbum in vltima habet accẽtũ: vt significet retro. (Diuersa

Universidad de Deusto Biblioteca

ptum pretium a Græcis occisus sit lapidib⁹. Alij a Polymnestore occisum dicunt post euersam Troiam,& in maria precipitatum, Cuius cum mater Hecuba agnouisset cadauer : cum captiua duceret, flendo in canem conuersa est, cum se præcipitare vellet in maria. quod ideo fingitur, qa nimio dolore inaniter Græcis conuitiabatur. ¶Phrygiæ Idæ.) Ad discretionē Cretēsis. ¶Molimur.) Paramus. Et bene petit loca, in qbus & lateret, & nauigia præpararet. ¶Incerti quo fata.) Quia quisquis nauigat, licet mente destinet locum, quo tamen ferat, incertus est. ¶Vbi sistere detur.) A preteritis tractum est, qa nec in Thracia pmansit, nec in Creta. ¶Contrahimusq; viros.) Colligimus. Vnde est. Vnā quę Lycios. Item, Et fratres Lycia missos,& Apollinis agris : eos.s. qui ad auxilium venerant. ¶Vix.) Mox. vt, Vix e conspectu Siculę telluris in altum Vela dabant læti. ¶Prima ęstas.) Aut vernum tēpus dicit aut quia est adulta & præceps. ¶Pater Anchises.) vt diximus, τὸ πρέπον seruat, vt pater iubeat. ¶Exul.) Quasi trans solū missus, aut extra solum vagus. ¶Cum socijs, natoq;, penatibus, & magnis dijs.) Duo humana posuit,& duo diuina : patris non fit mentio, quia sm Virgilium ad Italiam non venit. ¶Penatibus & magnis dijs.) Varro quidem vnum esse dicit, penates & magnos deos. Nam & in basi scribebatur. ¶Magnis dijs.) Potest tamē hoc pro honore dici. Nam dij magni sunt, Iuppiter, Minerua, Mercurius: qui Romę colebantur. Penates vero apud Laurolauinium. Vnde apparet non esse vnum.

DONATVS.

NArraturus, sm Didonis propositionem etiam errores suos, inde primū sumpsit exordium, vnde reuera conuenerat. nam laborum eius caput fuit, abeūdi de Troia necessitas. neq; enim errare per diuersa potuisset, nisi primum patriæ suæ finibus fuisset exclusus. in ipsius igit profectionis seu nauigationis cœpto, quot dolorū causis attritus sit, quantaq; gemuerit licet diffusa & magna, summa tamē breuitate constringit. non omittēs etiam tunc excusationē suā, qua vult esse firmatum non tantum Græcis, sed dijs aduersantibus, & ob nullam eius aut suoꝝ culpam perisse imperiū Troiæ. quapropter incipit sic. ¶Postq; res Asiæ, p.q;.e.g.&c.) Omnia, inquit, in vnum aduersa confluxerant, & quæ translata videbantur, & quæ portabat asperior futuri tēporis spes, nec fuit quod consolaretur præterita, quando futurorum quoq; immanitas sæuiebat. ponit ergo præterita quatuor, & futura totidem paria vel deteriora constituens. præterita sunt hæc. ¶Postq; res Asiæ.) hoc est post interitum Iliensis imperij, Priamiq; euertere gentē immeritam visum superis, mentionem facit gētis Priami, quasi sola perisset in Troia. quod iccirco intelligit posuisse, qa vehementer angebatur perditæ vxoris luctu. quā constabat fuisse filiam Priami, quæ cum nihil tale de funere cōmeruisset, ab affectibus eius matrimonioq; disiuncta est. cū vero dicit visum superis, ostendit non hominū tale meritū fuisse, vel regni, vt funditus perirent, sed intolerabilem deorum interuenisse prauitatē vt innocētium spes, salus, & fortuna cōciderent. ¶Ceciditq; superbum Ilium, vt nō læue videref cuius dolebat interitū dixit, superbum Ilium, hoc est magnū. & oīs humo fumat Neptunia Troia. omnis, inquit, fumat. esset.n. solatium in aduersis, si aliquid saltē semiustum vel semirutum remansisset, quod ait humo fumat, expressius dici non potuit, omnia fuisse consumpta, cum ipsis enim, quæ comburit finitur incendium, & deficiēte materia fumum sola remanens terra respirat. interea postq; nō semel accipiendum est, quamuis semel positum videatur, vt sit, postq; res Asiæ, postq; visum est superis euertere gentē immeritā Priami, postq; cecidit superbū Ilium, postq; oīs humo fumat Neptunia Troia, hæc sunt quatuor pręterita, videamus futura vtrū aliquā spem psperitatis habere potuerint, quatuor fuerunt etiā ipsa & detestāda. Diuersa exilia, & desertas querere terras, Auguriis agimur diuū. ecce ex his duo pessima auellebanf quippe a terminis patrię, diuersa exilia, & terarū solitudines perituri. habet.n. solatium, qui vrgef, qui ad adoptiua vel ad definita mala compellif. Classemq; sub ipsa Antandro, & Phrygiæ molimur monub⁹ Idę, incerti quo fata ferant, vbi sistere detur. Dixit alia duo, parabamus, inquit, naues nescij, quo ire deberemus, vel in quibus locis cōmorari cōtingeret. hoc ipsum icertum pœna fuit maxima. res enim quāuis acerba, si euidenti specialitate signef, meditatiōe cōtinua gignit aliquā tranquillitatē, vt animū subleuet. Cōpleuit quatuor aduersa, quę ad futurū tempus ptinebāt. diuersa exitia. desertas, Incerti, quo fata fuerāt, & vbi sistere detur. ¶Contrahimusq; viros.) s. vt cresceret comitū numerus. ¶Vix prima inceperat æstas, Et pa.A.d.f.v.in.) Fugitiui nō agunt, quod volunt, sed quod facere cogunf. proinde maturū, inquit, pelago tempus opperiri nequiuimus, sed mox cū ipso ęstatis tēpore iniquo nauigauimus, & qa definita loca nō habuimus, nauigauimus, quocūq; vellent fata, & quo duceret ventus. ¶Littora cū pa.l.p.r. Et c.v.t.f.) Non dixit, dimitto patriam nauigans, qm̄ ois interierat, sed dimitto littora ciuitatis quondam lachrymis: & dolore coniectus, relinquo securitatē portus ac terræ, & in altū producor, hoc est ad incerta altioris & interioris pelagi, vbi sola desperatio est videns campos, vbi Troia fuit, duplicē locus iste pōt admittere intellectū. vnum quod doleba t latitudinē mœnium per campos antea ingētes effusam sic interisse, vt ex ea nihil extaret. alterum, quia campoꝝ planitiem videbat, in qua in altitudinē imensam surrexerat Troia. hic Æneam memorat poeta perimplesse excusationē suā. dum.n. doloris sui causas exponit, ostendit etiā illud non fuisse aliqd, quod posset separari, & se magis auguriis deoꝝ quibusuis exclusum. Littora cum patrię lachrymans portusq; relinquo, & cāpos vbi Troia fuit. Tria posuit, quę per naturam suā non potuerunt ire, littus, portum, & campos. ¶Feror exul in altum, Cum socijs, natoq; penatibus, & magnis dijs.) Tacuit patrem suū, quia supradixit, Et pater Anchises dare fatis vela iubebat. proinde quē iam memorauerat ibi fuisse superfluū, indeq; vitiosum fuerat iterum nominare.

ASCENSIVS.

POstq; res Asię.) Enarraturus errores suos, quos Dido secundo loco petierat, ne plixiuscula narratione de excidio Troię satiati, longam de erroribus recitationē auditores fastidirent : excitat eoꝝ animos, magnifica proponendo : facit itaq; magnificū exordium : in quo vt Dona. argutissime declarat, quatuor egregia decidisse, aut euersa esse paucis conquerif : & totidem mala futura esse, vt ex eodē dicere possumus : cuius verba sunt : Narraturus errores suos, optime incepit ab recedendi de Troia necessitate, nō tamē omittit excusationem suā qua vult esse firmatū, non tam Græcis, sed dijs aduersantibus ob nullam culpā perisse imperiū Troiæ. ¶Postq; res Asię.) Ponit quatuor aduersa præterita quibus affligebaf: & totidē futura, vt spes acerba futurorum, augeret mala preterita. Preterea sunt interitus Iliensis imperij. Euersio familiæ Priami, quod maxime dolet, propter vxorem quæ filia Priami fuit. Cum vero dicit, Visum superis : ostendit non meritis Troianoꝝ, sed deorum intolerabili prauitate euenisse, vt regnum funditus interiret. ¶Superbum.) Nobile : vt non læuis res videretur, cuius interitum dolebat. ¶Omnis.) Esset enim solatium si aliquid semiustū & semidirutum relinqueretur. ¶Fumat.) Ostendit omnia fuisse consumpta. Nam omnibus incendio absumptis, solum fumum respirat terra. Ergo repete sic : Postquam res Asiæ : postquam visum superis : postquam cecidit superbum Ilium : postquam omnis humo fumat Neptunia Troia. Atq; habes quatuor præterita : futura autem sunt alia quatuor, & quod auellerentur a patrio solo, quod quærerent desertas terras, & q essent incerti quo irent, & vbi possent sistere. Nam hoc ipsum incertum pœna est, cum laborum finis nusquam appareat. ¶Vix.) Nam fugitiui maturum tempus expectare non possunt : & quia definita loca nō habuimus, nauigauimus quo fata ducebant. ¶Littora.) Nam patria perierat, & commuto terram, locum stabilem & certum, & sequor incerta maris. ¶Et campos.) Non sine summo dolore, videt latitudinem camporum, in qua mœnia diruta iacebant : & tria posuit, quæ per naturam suam non potuerunt perire, littus, portum, campum. ¶Cum socijs, natoq; : Penatibus & magnis dijs.) Tacuit patrem : quia iam eum nominauerat. ¶Ordo est. Postquam visum, supple est, scilicet bonum : hoc est, placuit superis : euertere res Asiæ, id est imperium quod Troiani in Asia habuerant : & postquā visum est superis, euertere gentem, id est progeniem : & domum Priami immeritam, id est quę non meruisse videbatur hominibus, quia pia, & relligiosa fuerat, aut, reuera, immeritam : sed ideo euersam, vt Romana ex ea oriatur : vnde Venus in.j. ad Iouē: Certe hinc Romanos olim voluentibus annis, Hinc fore ductores reuocato a sanguine Teucri, Qui mare, qui terras omni ditione tenerent Pollicitus, quæ te genitor sententia vertit? Hoc equidem occasum Troiæ tristisq; ruinas Solabar fatis contraria fata rependens. Quia ergo Romana gens exoriri tam gloriosa non poterat, nisi Troiana occumberet: non enim præstantiorē potuit habere originē: nec poterant duæ simul esse monarchiæ, & summa rerū imperia : visum est superis ęquum, Priami euertere gentē immeritā, vt Romana exurgeret. Nec pterea iniusti fuerūt, qui excidium tanta gloria extulerunt : cum etiam (sm poetæ sententiam) mori malū non sit

non sit saltem culpę : vnde illud est, vsq; adeo ne mori miserum est? Nec si catholice loqui volumus, Iniustus est deus, qui iustos interdum tēporaliter affligi sinit: verum quia nō potuit alia via cōmodius oriri gens Romana: q; immeritæ gentis euersione: & egregij pietate viri inumeris laboribus acclamatū est in.j. Tantę molis erat Romanā condere gentē.) & postq; Ilium.i. præcipuū oppidum in Troia, superbū.i. magnifice, & superbe extructum : aut gloriosum, seu inclytū: cecidit.i. corruit in cineres : & omnis Troia Neptunia.i. a Neptuno fabricata (fumat, vt quidā volunt, pro fumauit : sed melius est, vt sit fumat.) s. adhuc : quia post casum perdurauit fumus, cum primū fuga ex Ida moliref Æneas, fumat autē, non ad auras e fumarijs: sed humo.i. in terra, aut potius de terra, vnde fumus oriebaf (qa si in terra, vellet dicere, diceret humi: sed significantius dixit, humo, vt sit pro aduerbio de loco, quo significatur natura fumi: cuius est ascendere, & vltima ruina Troię : cuius fumus ab humo exurgebat.) postq; (inquit) hæc contigerūt: nos agimur.i. impellimur auguriis diuū.i. portentis deorum (vt quę per crinem flagrantem Iuli, & per stellam quę facem ducebat portēdebātur : item per monita Hectoris & Creusę, quæ illi a dijs acceperant. Præterea, per oracula deoꝝ nō recte intellecta, per respōsa Heleni, per Harpyarū minas, & p alia multa, quæ quidem licet, iam tum cum fugere inciperet, futura erant: nunc tamē, cum ea narrat preterita sunt : nam nisi ad futura respiceret, nō diceret, diuersa exilia : cum neq; dij, neq; hoīes, hactenus diuersa exilia pronūciauerint.) agimur aūt, dicit, ne vltro patriā deseruisse culpef, agimur ergo querere diuersa exilia, id est in qb⁹ exules, & extorres degamus: & terras desertas.i. quas postea deseruimus, vt Thraciā, Cretā, Siciliā, &c. (nec placet, vt de Italia a Dardano deserta. cū Seruio intelligam: tunc enim non diuersa exilia, sed solam Italiam intelligeret se iussum petere : verū cū fugā obirent Troiani, icerti erāt quo fata ferant. Nam Hector dixerat qdē fugiēdum, sed non quo: dicēs, Solum pererrato stabiles quę deniq; ponto. Creusa vero dixerat ēt locum, sed dubie: qa Lydium Tybrim, a Colonis noīauit cū Lydia lonǵe sit ab Italia : Cassandra vero Anchisę, expresse significauerat Italiam petēdam. Vñ dicet in hoc.iij. Sola mihi tales casus Cassandra canebat. Et sæpe Italiā, sępe Itala regna vocare. Sed qs ad Hesperiæ venturos littora Teucros Crederet? Aut quē tūc vates Cassandra moueret? Dij preterea penates, pauloante dixerāt, Est locus Hesperiā, &c. Quę verba Ilioneus in.j. repetijt : sed quę hic dicenf, gesta sunt ante ea quę in.j. dicta sunt : loqf ergo nūc Æneas de ea sciētia quā habebat, cum fugam iciperet: per quā, cum nesciret quo fata ferant, vbi sistere def : coactus est diuersa exilia, & terras desertas qrere.) & nos molimur.i. cū mole, & difficultate paramus classem.i. collectionē nauiū sub ipsa Antādro, vrbe illa Phrygiæ: (declinaf aūt, hæc Antādros, nam in um neutra sunt. & sub montibus Idę Phrygię: qa ēt Ida in Creta est, sed classem parabat inter Antādrum, & Idam montē, molimur, dico, existētes incerti, quo fata ferant.i. auehant nos : & ideo molestū & difficile erat parare classem, cū etiā incerti essent, vbi def sistere.i. subducere classem, & finire errores, & nos cōtrahimus.i. cōgregamus viros: (quoꝝ in.j. meminit. Ilioneum, Cloanthū Sergestum, Gyan, Leucaspim, Achathen, atq; alios.) Prima æstas.i. verna temperies vix inceperat : &.i. iam: vel, & tū iam: (habet enim elegātiam hoc loco, particula, &c.) Anchises pater (Seruat decoꝝ, patri quādiu vixerat, gubernacula tribuēs.) Iubebat dare vela fatis.i. sm fata: aut vt fata indicabant: cum.i. quando ego lachrymans (ergo inuitus decessit) relinquo littora patriæ: & portus patriæ: & relinquo campos.s. arabiles (quia iam ignis omnia exederat) vbi Troia fuit. Et ego feror exul in altum.s. mare, cum socijs, cum nato, cum penatibus, & magnis dijs. De quibus Seruium vidimus.

PIERIVS.

¶Diuersa exilia & desertas quærere terras Auguriis agimur diuum.) In codi. aliquot manu scriptis, & vetustate ipsa venerabilibus, legere est, Diuersa exilia, & diuersas quęrere terras : sed, desertas, Ti. Dona. agnoscit, vt in integris eius in Virgilium cōmētarijs legimus. Ex hisq; duo pessima Æneę pposita dicit. Auellebātur quippe a cineribus patriæ, diuersa exilia, & terrarum solitudines perituri : hoc enim modo, desertas terras interpretatur. Seruius vero cum videret terras Æneæ fatis debitas, hominum robore, & frequētia, & hubere glebæ cōmendari, commētus est: non solitudinarias, aut incultas, sed a Dardano desertas interpretari : quæ sententia (si cui magis adrideat) non laboro. Sanè vero sunt : qui respexisse Virgil. dicant, ad primam vrbis Romæ ędificationem : quam Strabo dicat, non apto, neq; idoneo loco positam, solo neq; feraci, neq; agro satis ad alendum spacioso, sed quem Romulus, & Remus necessitate coacti, potius q; voluntate, coluerint : ita enim Strabo : κτίσαι τὴν ῥώμην ἐν τόποις οὐ πρὸς αἵρεσιν μᾶλλον ἢ πρὸς ἀνάγκην ἐπιτηδείοις. οὔτε γὰρ ἐρυμνὸν τοὔδαφος, οὔτε χώραν οἰκείαν ἔχον τὴν πέριξ ὅση πόλις πρόσφορος. In superioribus autem q vulgata legunt exemplaria, visum superis, vetera quædam habent, visum est superis, substantiuo verbo interiecto, quod quamuis versum numerosiorem faciat : absq; eo tamen structura videtur elegantior. Missa vero sint, quæ multa super fumat, disputant grammatici. Si dixero Comminianum asserere fumat. hoc loco solœcismum esse per tempus. ¶Classemq; sub ipsa Antandro & Phrygiæ moliri montibus Idæ.) In exemplaribus aliquot antiquis absq; &, particula copulatiua, legitur, Sub ipsa Antandro Phrygię molimur montibus Idæ. Verum ea particula nimirum loco hoc, & necessaria est, & ad venustatem facere videtur. Quantum vero pertinet ad Antandrum, Pompo. Mella in altero, inquit, latere Antādrum, duplex causa nominis iactatur. Alij Ascanium filium Æneæ, cum ibi regnaret, captum a Pelasgis, ea se redemisse commemorant, vnde numen quasi ἀντὶ ἀνδρός. Alij ab ijs putant conditam, quos ex Andro insula, vis & seditio exegerant. Hinc Antandrum quasi pro Andro, Stephanus, ab Antandro, Æolum duce, appellatam autumat. Eam Aristo. prius Edonida nuncupatā ait, quam Cimmerij centum annos incoluerint. Quæ super hoc Ser. recitat de Polydoro ea insula redempto : deq; eodem lapidibus obruto, vel in mare præcipitato, partim ex Euripide sunt, quem hic Virgi. sequitur, partim ex alijs. De eo sanè longe aliter habetur apud Homerum, qui eum in bello ab Achille pilo confossum, ait his versibus.

αὐτὰρ ὁ βῆ σὺν δουρὶ μετ᾽ ἀντίθεον πολύδωρον
πριαμίδην, τὸν δ᾽ οὔ τι πατὴρ εἴασκε μάχεσθαι,
οὕνεκά οἱ μετὰ παισὶ νεώτατος ἔσκε γόνοιο,
τὸν βάλε μέσσον ἄκοντι ποδάρκης δῖος ἀχιλλεύς.

Quos versus pro ijs qui Græce nesciunt, ita fere ad verbum interpretati sumus:

Priamidem a telo Polydorum inuadit acuto
Ora deo similem, genitor quem in bella vetabat
Ire, satus quoniam natorum hic vltimus esset.
Hunc medium ipse acer pilo transfixit Achilles.

¶Cum socijs natoq; Penatibus, & magnis dijs.) In antiquis aliquot codicibus gnato, cum g ante n, prout veteres scriptitasse, Victorinus author est, & dijs, vnico i, κατάχρησιν. Probus tamē mauult diis, per duas ii, litteras scribi.

Terra procul vastis colitur Mauortia campis:
Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo:
Hospitium antiquum Troiæ, socijq; penates,
Dum fortuna fuit. feror huc: & littore curuo
Mœnia prima loco, fatis ingressus iniquis:
Æneadasq; meo nomen de nomine fingo.
Sacra Dioneæ matri, diuisq; ferebam.
Auspicibus cœptorum operum: superoq; nitentem
Cœlicolum regi mactabam in littore taurum.
Forte fuit iuxta tumulus: quo cornea summo
Virgulta, & densis hastilibus horrida myrtus.
Accessi: viridemq; ab humo conuellere syluam

SERVIVS.

¶Terra procul.) Procul est quasi porro ab oculis. Vnde potest & satis longe significare, & non valde, vt in quinto. Est procul in pelago saxum, quod satis longe fuisse intelligi nō potest, ne voluptas pereat spectaculi. Quanquam & hic similis possit esse significatio. Breuis est eni Hellesponti trāsitꝰ. ¶Vastis) Aut vastatis, aut magnis. ¶Thraces arāt.) Figurate, nā min⁹ est q;. ¶Acri quādā) Sęuo & cruēto, Lycurgus aūt rex Thracię fuit : qui vt habet fabula, dum cōtemnēs Liberum, eius amputat vites, crura sua icidit. Reuera autem abstemius fuit: quos cōstat acrioris eē naturę, quod etiam de Demosthene dictū est. ¶Regnata.) Participiū sine verbi origię. ¶Hospitium antiquum.) Aut charum : aut re vera antiquum. Nā tanta inter ipsos familiaritas fuit, vt Ilione filia Priami Polymnestori nuberet Thracū regi. ¶Dum fortuna fuit.) Scilicet bōa: & simul ostēdit fidē cū felicitate deficere. Sanè sciendum

Universidad de Deusto
Biblioteca

sciendum quotiescunq; fortunā solam dicim⁹, felicitatē intelligi. Vnde & fortunatos tantū felices: & infortunatos solos infelices vocam⁹. Littore curuo.) Perpetuū epitheton littorum ē. Nam qđ in texto ait, Tunc se ad Caietę rectō fert littore portū: Significat eum ita nauigasse, vt non lingueret littus. ¶ Prima loco.) Quia apud Cretam alia fecit. Modo aūt Ænum significat. vt Sallustius in Ænum & Maroneam, viamq; militarem. Quāquā Homerus dicat ide auxilia ad Troiā veniſſe, ergo iam fuerat Euphorion, & Callimachus hoc dicunt ēt, qđ Ænum dicaſ a ſocio Vlyſſis illic ſepulto eo tpe, quo miſſus eſt ad frumēta portāda. ¶ Fatis iniquis.) Bene qđ ſit futurū occupat. ¶ Æneadas.) Ecce nec Virgilius Ænum dicit. ¶ Sacra Dioneę matri.) Veneri a matre Dione ſm Homerū. Et bene diſpenſat, vt ſi aduerſa nauigatio ſequaſ, Dionææ Venerem dicat, vt hoc loco, ſi proſpera, de mari eam dicat eſſe procreatam, vt, Vnde genus ducis. Hæc autem inquātum poteſt, referuat. ¶ Auſpicibus cœptorum operum. Iouī, qui arcis deus eſt: Apollini, ,ppter auguria: Libero, cauſa libertatis. Nam diū alij ſi inuocentur, ad priuatam pertinēt cauſam. Vnde de Didone legim⁹, Iunoni ante oēs cui vincla iugalia curæ, ,ppter nuptias, quamuis enim reipublicæ vtilitas ſimularetur, erat tamen ſpecialis cauſa Didonis. Similiter & hic Æneas ſacrificat Veneri. Quod aūt de Libero diximus, hæc cauſa eſt: vt ſignum ſit liberę ciuitatis. Nam apud maiores aut ſtipēdiarię erant, aut fœderatæ, aut liberæ, ſed in liberis ciuitatibus ſimulachrum Marſię erat, qui in tutela Liberi patris eſt. ¶ Mactabam in littore taurum.) Cōtra rationem Iouī taurum ſacrificat adeo vt hinc puteſt ſubſecutum eſſe prodigium. Vbi enim Iouī iuuencum legimus immolatum, vt, Statuam ante aras aurata fronte iuuencū, Iam cornu petat, & pedibus qui ſpargat arenā. Item Iuuenalis, Qui vexat naſcendi robora cornu. Nam in victimis etiam ætas eſt conſideranda. ¶ Tumulus.) Hoc ſermone, & collem & ſepulchrum fuiſſe ſignificat. ¶ Quo ſummo.) In quo ſummo. ¶ Cornea virgulta & myrtus.) Bene legit haſtis apta virgulta. Nam legimus, Et bona bello cornus. Item, Et paſtoralem præfixa cuſpide myrtū. Ergo ſi talis fuerat confixus, merito illic hæc coaluere virgulta. Cornus autem declinatur vt ficus, ſi arbor ſit. Nam cornu animalis, ideclinabile eſt: licet genitiuū vſurparit Lucanus: vt, Cornus tibi cura ſiniſtri Lentule. Sic Cicero in Arato, huius genus: pro genu. ¶ Acceſſi.) Non ad cornum, ſed ad myrtū, quæ inter verbenas eſt. Et bene matri ſacrificaturus aras coronat ex myrto. ¶ Syluam.) Bene variat vt nunc ſyluam, nunc numina, nunc virgulta, nunc arbor em dicat. ¶ Monſtrū.) Bene monſtrum: nam ſtatim quid eſſet apparuit, & hoc ,pprietas eſt: abuſione tamē plerūq; corrumpit. ¶ Liquunt̄ ſanguine guttæ.) Li in verbo producitur, vt hoc loco. Item, Canis cum montibus humor Liquitur. In nomine vero, breuis eſt: vt liquor. ¶ Tabo.) Corrupto ſanguine. & eſt nomen caſus ſeptimi tantum, vt ſponte, natu. quod ſi velis declinare, hæc tabes huius tabis dicis. ¶ Membra quatit.) Cauſa pendet ex cauſa. Nam timor ſanguinē gelat: qui coactus gignit frigus. ¶ Lentum vimen.) Molle & flexuoſum. Vnde & victos dicimus curuos per ſenectutē. ¶ Tentare latenteis.) Miraculum eſt enim ex arbore ſanguinem fluere. ¶ Multa mouens animo.) Nō dicit quę, ſed ex ſequētibus intelligimus. Cogitabā, inquit, ne forte ſanguis eſſet ex nymphis. Hamadryades nāq; cum arboribus & naſcuntur, & pereunt. Vnde plerunq; cęſa arbore ſanguis emanat. Nam Ouidi. ait, cum Eriſichthon arborem incideret, primo ſanguis effluxit: poſt vlulatus ſecutus eſt. Inde Statius. Nec amplexę dimittunt robora nymphę. Item, Cogitabā ne forte ex terra Martis jure ſanguis effluēret. Nam quod dicit hæc ſe veneratum eſſe numina, illas conſtat præceſſiſſe cogitationes. ¶ Gradiuumq; patrem. ¶ βούριον ἄρμα. i. exilientē in prælia: quod in bellantibus fit, neceſſe eſt. ¶ Geticis.) Thracijs. Getæ autem populi ſunt Myſiæ, qui quia lata eſt, multas continet gentes. ¶ Rite ſecundarent.) Recte proſperos faceret. ¶ Viſus.) Pro viſa poſuit. Tunc enim maſculino vtimur genere, cum de his loquimur, quibus videmus: vt ſi dicas, Nubecula obeſt viſibus meis. Si autem neutro vtamur, ea quæ videntur ſignificam⁹: vt ſi hoc loco diceret, Rite ſecundarent viſa quod ,ppter metrum nequaquā poſuit. Similia ſunt nunc tius & nuntiū, audit⁹ & auditum. ¶ Omenq; leuarent.) Bonum ac leue facerent.

Conatus, ramis tegerem vt frondentibus aras:
Horrendum, & dictu video mirabile monſtrum.
Nam, quæ prima ſolo ruptis radicibus arbos
Vellitur: huic atro liquuntur ſanguine guttæ:
Et terram tabo maculant. mihi frigidus horror
Membra quatit: gelidusq; coit formidine ſanguis.
Rurſus & alterius lentum conuellere vimen
Inſequor: & cauſas penitus tentare latenteis.
Ater, & alterius ſequitur de cortice ſanguis.
Multa mouēs animo, nymphas venerabar agreſtes,
Gradiuumq; patrem: Geticis qui præſidet aruis:
Rite ſecundarent viſus, omenq; leuarent.

DONATVS.

¶ Terra, pcul. v. c. m. c. Thraces arāt &c.) Deſcriptio terrę ad ſcerta nauigātibus prima occurrit, quæ ſic euidēter Didoni exponitur ignorāti, vt & ſitus loci & incolarū ſpēa ſignetur, deide opportunitas quæ detinere poſſet errantes nam & proximitas placebat laborē ablatura fugiēntibus, & vbertas læta campo⁹, cōmoda videbat his, qui rem oēm ſubſtantiāq; perdiderant. quod vero Thraces incolę amiſerāt Lycurgū regē, videbatur fieri poſſe, vt aduerſarius nullus emergeret, qui poſſet ,phibere vententes: firmabat oēm ſpem remanēdi interpoſiti dudū religione fœderis, diuturnitate quoq; tēporis roborati. qs. n. nō fideret, nō negaturos beneuolentiā miſeris? quę florētibus adhuc rebus & debita fuit & memoria longiore ſeruata. ¶ Feror huc.) Nō dixit veniſſe, ſed ex euētu delatus ſum, ipſe, n. hoc non conſilio neq; humana volūtate effecerat. ¶ Et littore. c. Mœnia. p. l. f. in. j. Æneadasq; m. n. de no. fin.) Mox, inquit, vt littus attigi loci eius, diſpoſitionē, ſum nouę ciuitatis aggreſſus, meos omnes ſignans noie meo, vt Æneadę dicerenť. ſatis ingreſſus iniquis. hoc rerum exitus, non initia docuerunt. cæterum ſi ante præſtitiſſet, tranſire potuiſſet, ſed res magnas non auderet incipere. exponit iam, qua rōne inquā fata cognouerit. ¶ Sacra Dioneę ma. d. q. f. Auſpicibus cœpto. &c.) Conditurus, inquit. nouam ſedē ſacro⁹, obſequijs prouocabam in auxilium deos, & primum qdem matrē meam, deinde alios, quos ſciebam auſpicio nouorum fundamētoꝝ eſſe neceſſarios. ipſum quoq; Iouem: cui nitentē taurū hoc eſt candidum mactabam in littore. rectę dictum in littore, vbi. n. nondum fuerat ciuitas, nec templum fuiſſe conſtabat. ¶ Quo cornea ſummo Virgulta, & denſiſha, hor. myr.) Hæc duo genera lignorū haſtilib⁹ bellicis apta ſunt, proinde pacis auſpicium habere non poſſunt: ac per hoc ſacrificanti in cauſa ciuitatis noue, portendebat id, quod accidit, crudele illic eſſe hominum genus, & humano ſanguini infeſtum, nec debere Troianos habere fiducią prioris amicitiæ, quoniā mutatio fidei extiterat fractis viribus Troiæ, cum hoc nondum ſciretur, tamē qm̄ neceſſe fuerat propter ſuā damēta noua, viridi fronde aras contegere præparabat Æneas, vel maxime ramis myrti, quę aſſignaſ Veneri, ait ergo. ¶ Acceſſi, viridemq; ab humo conuellere ſyluam Conatus, ramis tegerē vt frondentibus aras, Horrēdum, &. d. v. m. m.) Horrēdum propter ſanguinē, mirabile autem, q̄ fluebat ex ligno.) Nam, quæ p. f. r. a. Vellitur. h. a. l. f. g. Et ter. t. m.) Tantum valent, per quæ futura moſtrantur, vt eorum etiam natura mutetur in aliam. denicq; tolle cauſam monſtri de de medio. impoſſibile eſt, vt lignus fluat ex ligno. Fluentes igitur guttæ maculabant terram tabo, hoc eſt cruore corrupto. ¶ Mihi fri. hor. Membra quageli. q. c. for. ſan.) Ex viſu tali occupauerat frigus mēbra mea. frigus quoq; excluſo calore congelaſcere fecerat mei corporis ſanguinē. itaq; factum eſt, vt mututa natura vtrunq; lignū ſuā deoret ſanguinē, & humanum corpus ingenitam ſanguinis ſubſtantiam denegaret. ¶ Rurſus & alterius. l. c. v. Inſequar &. c. p. t. l. Alter &. a. ſ. de. c. ſ. Cum, quid illud eſſe, confuſus ſentire nō poſſem, repetitione facta, volui experiri, temerarium enim fuerat pronunciare de eo, quod ſemel videram. alterius de cortice, aut ſecundi viminis eiuſdē ligni, aut alterius generis dixit. ſupra enim ait, & myrtum illic fuiſſe, & cornum. potuit enim alterum ligni genus videri tentaſſe, quando in altero ſanguinem vidit. ¶ Multa mouens animo &c.) Omenq; leuarent. In prima auuliſione potuit videri caſus. cum autē in ſecunda eadē reperiſſem, vehemēter commotus voluebā animo multa atq; diuerſa. conſtabat enim ſanguinem illum execrandum aliquod ſignificare, rogabam deos loci, vt ſecundarent omnia, quæ eſſe conſtabat aduerſa. leuarent, hoc eſt imminētem malorū ruinam, aut auferent penitus, aut facerent leuiorem: docet hoc Virgilius, præſperari poſſe per deos humanis obſequijs, quod fuerit malis ominibus demonſtratum.

Aſcenſius.

ASCENSIVS.

¶ Terra procul, &c.) Docet, qūo coactus ſit diuerſa quęrere exilia: quia videlicet nō pmittebaſ cōſiſtere, nec in Thracia, vbi primas ſedes, & Ænum oppidum locauit: nec in Creta: nec in Sicilia. Recitat ergo primo, qūo in Thraciam, delatus illic oppidum ędificauerit & abire coactus ſit, propter ſcelus cōmiſſum in Polydorū, filium Priami, De qua re dicit ſic Donatus. ¶ Terra procul.) Optime ignoranti Didoni terram exponit: in qua, ſitus loci, & incolarum perſona & opportunitas, cum propter propinquitatē, laborem longioris itineris leuaret: & propter fertilitatē indigētibus poſſet opitulari. Quoniam autē Thraces amiſerant Lycurgum regem, videbatur quod nullus aduerſarius veniētes, prohibere poſſet. Firmabat aūt ſpem religio fœderis, diuturnitate tēporis roborata. ¶ Feror.) Nam nō ſuo conſilio venit. ¶ Fatis iniquis.) Hoc exitus rerum nō initia docuerunt. ¶ Sacra.) Primo inuocabam auxilium maternū: deinde, alioq; deoq;, qui auſpicio nouorum fundamētoꝝ, eſſent neceſſarij. ¶ Ordo eſt. Terra Mauortia. i. bellicoſa: & patria Mauortis, ſeu Martis (qui Thracum lingua, Gradiuus dicit.) ¶ Thracia: colitur procul. i, laſe, aut longiuſcule a Troia cāpis vaſtis. i. valde amplis: Thraces arāt (ergo Thraciam ſignificauit (regnata. i. equę regno gubernata ſunt, quōdam. i. olim, ſup. ab Lycurgo Thracū rege: acri. i. ſtrenuo, & bellicoſo: & ita regnata erit accuſatiui caſus, pluralis numeri & neutri generis. Aut ſic potius: Terra Mauortia regnata quondā acri Lycurgo coh̄ (quod vulgo dicit, cultiuatur) hoc eſt ſubigię, & aptaſlationi ab agricolis: procul in vaſtis campis, ſup. quā terrā, (Moris enim Virgiliani, eſt reticere relatiuū in deſcriptiōe locorum, ſicut, Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni, Eſt in ſeceſſu longo locus, &c. Eſt locus, Heſperiam Graij cognomine dicunt, &c.) Thraces arant (dictio aūt, regnata, videſ potius fœminina, & nominatiui caſus quia cætera, nominatiui caſus ſunt. dic ergo) terra inquā regnata acri Lycurgo, appoſitorie, hoſpitium antiquū Troiæ. i. Troianoꝝ, qui iure hoſpitalitatis olim a Thracib⁹ accipiebanť: & eos viciſſim accipiebāt (vti moris erat apud veteres, apud quos pauciores ęſſ; nūc ſunt: erāt cauponæ. i. diuerſoria mercenaria.) & Penates ſoc. i. cōfœderati, & amici: dū fortuna. ſ, ,pſpera fuit (quo verbo mortaliū fidem taxat) ego feror. ſ. auguriis actus diuīnis: aut vi ventoꝝ: huc. i. in hanc terrā: hoc eſt in Thraciā: & loco ,pma mœnia. ſ. Æni oppidi: in littore curuo. i. qđ ſemp curuū eſt: loco, dicit. i. ſtatuo: ingreſſus. i. auſpicat⁹, aut incipiēs, fatis iniquis. i. malignis, & mihi non fauentibus, vt illic maneant: aut imquis. i. mihi nō conceſſis. cū alio vocarer, & ego fingo nomē Æneadas. i. voco populos illius ciuitatis Æneadas, de meo noie. Ego ferebā. i. offerebam: matri. ſ. Veneri: Dioneæ. i. ex Dione nympha genite, & diuis auſpicibus. i. authorib⁹ & prāſidibus: operū cœptoꝝ. i. inchoatoꝝ: ſacra. i. ſacrificia illis apta, & mactabam ſupero. i. cœleſti, aut ſupremo regi: cœlicolum, pro cœlicolarum, hoc eſt, Iouī in littore: taurum nitentē. i. candidū, cum vitulus illi mactandus ſit: verum qa nitentē dici pōt ſignificari intactus & vitulus, licet mas ſit, nec peccatū eſſe in ſacrificio nec ideo pulſum Æneam, ſed quia vocabatur in Italiam. Itaq; nuſq; ,pſiſtere permittebatur, quod tandē cognouit. Vnde ipſe in. j. Per tot diſcrimina rerū Tendimus in Latium: ſedes vbi fata quietas oſtendunt, illic fas regna reſurgere Troiæ. Tumulus. ſ. ſepulchrū in colliculo erat: forte. i. a calu: iuxta. i, ,ppe eū locum vbi mactabant: erat enim caſuale, illic preciſe mactaſſe vbi ſepulchrū erat: quo. i. in quo. ſ. tumulo: hoc eſt, colliculo: ſummo. i. in curuo vertice, ſup. erant: virgulta cornea. i. corni arboris, & myrtus horrida. i. aſpera: denſis haſtilib⁹. i. virgultis: vnde facile haſtilia fierēt. Ego acceſſi, ſcilicet tumulum: & conatus conuellere ab humo. i. funditus: ſyluā viridem. i. denſa illa haſtilia virētia vt te gerem aras, ramis frondentibus: ego video monſtrum. i. portētum, aut ,pdigiū, horrendum, & mirabile dictu. i. dum dicit. Nam guttę atro ſanguine. i. atri ſanguinis: aut ab atro ſanguine, diſtillantes. liquunt̄. i. defluunt, huic, ſup. arbori, quę arbor vellit̄. i. euellit̄: prima ſolo. i. terra in qua ſuſtētabaſ: & hoc radicibus ruptis, & ſup. guttę, maculant. i. contaminant terrā: tabo. i. ſaguine atro, & corrupto: horror frigidus. i. me trigere faciēs: quatit. i. cōcutit, & tremere facit mihi membra: & ſanguis. ſ. meus: gelidus. i. quaſi cōgelatus: coit. i. cōcreſcit, & cōſtringit̄ formidine. i. ,pę timore. Ego inſequor. i. inſequēter conor rurſus cōuellere: & i. ēt: vimen. i. virgultū. i. lentū. i. tenue, & flexibile: alterius. ſ. arboris: & tentare. i. tentādo ſcrutari: cauſas latēteis. i. ignotas mihi: penitus. i. oīno: & alter ſanguis ſeq; de cortice alterius. i. virguli: aut viminis: ego mouēs. i. agitās: multa. i. multas res, animo venerabar nymphas Agreſtes: ,pcipue Hamadryades. i. nymphas arboꝝ quę cū arboribus naſcunť, & intereūt: (ideo ergo venerabaſ eas: ne forte quęuis illaꝝ arboribⁿ cōiuncta eſſet. & venerabar patrē Gradiuū. i. Martē, qui ,pſidet aruis Geticis. i. Getarū, populoꝝ belicoſoꝝ, ga, vt alibi dicit, Mortē cōtemnunt laudato vulnere Getæ. Et ideo dicit̄ Mars, illis præſidere, & totī Thracię: quocirca ne forte ſucceſſeat Æneę, q̄ ſe eo cōtulerit, venerabar (inquit) Gradiuū patrē & nymphas, ſup. vt ſecūdarent. i, ,plperos facerent viſus. i. viſiones & leuarent. i. in mitiorē partē cōuerteret: omen. i. portētum illud, quod non fauſtum videbatur.

PIERIVS.

¶ Hoſpitium antiquum Troiæ.) In antiquo admodum codice legere eſt anticum: & ita inferius, Terra antica, per c, eadē ,ppo- Anticū.
tione, qua poſticum dicimus. Ait tamē Velius Longus in vno ex his u, inſertū eſſe. In altero minime. nequis nouam hāc eſſe quæſtionē putet. ¶ Æneadaſq; nomē de nomine fingo.) Adnotat Ser. Æneadas, nō Æneas, a Virgi. dictum quippe quod cōſtet Ænum ante Troiana bella celebrē fuiſſe vrbē. Homerusq; ſ Αἰ. δ, Ductorem Thracum ex Æno veniſſe dicit ὃς γαρ αἴνοθεν ἐλήλουθει. Is vero forte ad ſua tempora reſpexit. Quod & Virgi. eo loco fecit, Portusq; require Velinos. Nam Pli. omnino Ænos oppidum Thraciæ, memorat: vbi Polydori tumulus, & ab Ænea conditū, cui ſacrificium quotannis, vt conditori fieret, etiam apud Liuiū legas his verbis ex antiquo codi. deſumptis. Proficiſcuntur ab Theſſalonica Ænum ad ſtatum ſacrificium, quod Æneę cōditori cum magna cerimonia quotannis faciunt. Addam etiam illud paulo ſupra, corrigendum in eadē Liuiana pagina. Paris abominatus mentionē tam fœdi facinoris ad Ænon deportaturum eos dixit. Quod in eo. vulgatis, Atheneo, legitur: & nōnulli prauc Atheneum corrigere tentarunt. Apud Harpacrationem tamen legi, Euphorum tradere vrbem eam primum a Græcis, vulpinarium inſularum accolis habitatam: poſtremo vero ex Mitylene, & Cumis: Coloniam eo traductam. Oppidū ſane id Abſynthon, alio nomine vocatum, ait Stephanus, de quo, ſiquis plura quæ ſierit, Strabonis. vii. legat. ¶ Video mirabile monſtrum.) In cod. aliquot manu ſcriptis, miſerabile, legitur, Sed mirabile id fuiſſe Ti. Dona. ait, q̄ ſanguis ex ligno flueret. ¶ Nam quæ prima ſolo ruptis radicibus arbor Vellitur. huic atro liquuntur ſanguine guttæ.) In antiquo admodom codice ſcriptum erat. Nanq; vbi prima: & pro, huic atro: hinc atro: vt aduerbium, aduerbio reſponderet: recenti vero emēdatione repoſitum id, quod in vulgatis habetur exempla. Pro liquuntur, autem ſunt vetera exemplaria quæ, linquuntur, habent. Sed enim, liquunt̄: magis oino placet, quod etiam agnoſcit Seruius. ¶ Alter, & alterius ſequitur de cortice ſanguis.) In codici. antiquis plerilq;, alter, non ater. habetur. Animaduerti vero in aliquot exemplaribus, l, literam abraſam eſſe. In aliquot additam aliena manu, vt in Mediceo diſcernitur.

SERVIVS.

¶ Obluctor.) Acrius nitētem oſtēdit. ¶ Eloquar? an ſileā?) Parenthęſis ad miraculū poſita. ¶ Gemit⁹ lachrymabilis.) Poteſt enim eſſe etiam irraſcēſtis. ¶ Vox reddita.) Pro data. Redditur. n. geqd ad nos per alterū tranſit, quanq; hic etiā hoc poſſit itelligi. nam ad eū vox miſſa per tumulum eſt. ¶ Lacerras.) Per membra diſſicit. Nā lacerare eſt ſępius vulnerare, vt Lacerū crudeliter

Tertia, ſed poſtquam maiore haſtilia nixu
Aggredior: genibuſq; aduerſæ obluctor arenæ:
(Eloquar an ſileam?) gemitus lachrymabilis imo
Auditur tumulo: & vox reddita fertur ad aures.
Quid miſerū Ænea laceras? tiā parce ſepulto: POL.
Parce pias ſcelerare manus. non me Tibi Troia
Externum tulit: haud cruor hic de ſtipite manat.
Heu fuge crudeles terras. fuge littus auarum:
Nam Polydorus ego. hic confixum ferrea texit
Telorum ſeges. & iaculis increuit acutis:

ora Deiphobum. ¶ Sepulto.) Mō iacenti ſignificat. vt, Somno vinoq; ſepulti. Item, Occupat Æneas aditum cuſtode ſepulto. Nam ſepultus ē quaſi ſine pulſu. Nō enim hunc ſepultum poſſumus dicere, cū ſepultura nō ſit in hoc rite facta: ſed fortuita ſit, obrut⁹ terra. ¶ Pias.) Bene etiam ille qui lædit̄. excuſat Æneā: quod pietatis grande teſtimonium eſt. ¶ Scelerare.) Polluere: & eſt ſermo Plauti nus, quo hodie non

Universidad de Deusto Biblioteca

Tum vero ancipiti mentē formidine pressus ÆN.
Obstupui: steteruntq́ comæ, & vox faucibus hæsit.
Hunc Polydorum auri quondam cū pondere magno
Infelix Priamus, furtim mandarat alendum
Threicio regi: cum iam diffideret armis
Dardaniæ: cingiq́ vrbem obsidione videret.
Ille, vt opes fractæ Teucrum: & fortuna recessit:
Res Agamemnonias, victriciaq́ arma secutus,
Fas omne abrumpit: Polydorum obtruncat: & auro
Vi potitur. QVID non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames? postq̃ pauor ossa reliquit:
Delectos populi ad proceres, primumq́ parentem
Monstra deum refero: & quæ sit sententia posco.
Omnibus idem animus scelerata excedere terra.
Linquere pollutum hospitiū: & dare classibus austros.
Ergo instauramus Polydoro funus: & ingens
Aggeritur tumulo tellus, stant manibus aræ
Cœruleis mœstæ vittis, atraq́ cupresso:
Et circum Iliades crinem de more solutæ.
Inferimus tepido spumantia cymbia lacte,
Sanguinis & sacri pateras: animamq́ sepulchro
Condimus: & magna supremum voce ciemus.

die nō vtimur. ¶ Externū tulit.) Ordo ē, Troia me tibi tulit, hoc est educauit, nō externum. Nam & ciuis Æneæ fuerat & cognat⁹. ¶ Crudeles terras) Id est crudeliū & auarorū. ¶ Polydorus ego.) Siue ego distiguas, siue Ego hic: subaudias Sum necesse est. ¶ Increuit.) Reuiruit, Traxit aūt hoc de historia Romana. Nā Romulus captato augurio hastā de Auentino monte in Palatinum iecit: quæ fixa fronduit, & arborē fecit. vituperabile enim est poetā aliquid fingere, quod penitus a veritate discedat. Deniq́ obijcitur Virgilio de mutatione nauium in nymphas: & quod dicit ꝑ aureum ramum ad inferos esse descensum. Tertium, cur Iris Didoni comam secuerit. Sed hoc purgat Euripidis exemplo. qui de Alciste hoc dixit, cum subiret fatum mariti. ¶ Infelix.) Aut qui iam infelix esse cœperat: aut cui etiam prouisa nocuerunt. ¶ Mandarat.) Aphæresis est, siue dixeris cōmendarat, siue emēdarat. ¶ Threicio regi.) Hausit ex ꝓuincia crudelitatem: ex qua fuerunt Diomedes, Lycurgus, Tereus. Threicio autē pro Thracio, vt supra pro Thracia Threissa. Nam solutio est Ionicæ linguæ. Cum.n. sit θρᾷξ, Iones dicunt θρῆξ, cuius solutio faciat Threicius vel Threissa. ¶ Cingiq́ vrbē obsidione videret. (Inter ipsa principia obsidionis: Nam postea iam minime poterat. ¶ Fortuna.) Melior scilicet. ¶ Res Agamemnonias.) Id est imperiū. ¶ Victricia.) Oia noia a verbo veniētia, cū in or exeunt, masculina sunt: vt victor, cū in trix, fœminina sunt, vt victrix. Neutra vero nō faciūt, nisi tantū ex numero plurali. Vñ est Victricia. ¶ Fas omne.) Et cognationis, & iuris hospitij. ¶ Obtruncat.) Occidit intellige. Nam obtruncare ꝓprie est capita cædere. ¶ Vi potit.) Hoc verbū de his est quę ꝑmiscent cōiugatiōes: cū.n. sit tertiæ coniugationis, infinitū modum a quarta facit, vt potiri. Vnde pleriq́ decipiunt, vt potiris dicāt. Similiter fio: pro fiere, fieri facit permista cōiugatione. ¶ Auri sacra fames.) Id est execrabilis, vt, Sacrę pādunt portę. Tractus est aūt sermo ex more Gallorū. Nam Massilieses quoties pestilentia laborabant, vnus se ex pauperib⁹ offerebat alendus anno integro publicis & purioribus cibis. hic postea ornatus verbenis & vestibus sacris, circunducebat per totam ciuitatē cum execrationibus, vt in ipsum reciderent mala totius ciuitatis, & sic præcipitabat. Hoc autē in Petronio lectum est. Sanè sciēdum latenter Æneam hoc agere, vt Troianos Didoni ex infelicitatis similitudine cōmēdet. Nam & eius marito, auri causa intulit necē. ¶ Omnibus idem.) Plus est q̃ si diceret similis. ¶ Scelerata terra.) pro sceleratorum, vt supra. Captiua vestis. ¶ Classib⁹ austros.) Hypallage est. ¶ Instauramus funus.) Modo sepulchrum quod virgulta a vellendo diruerat. Nam proprie funus est incensum cadauer. ¶ Stant.) Positæ sunt. Multa autem (vt supra diximus) hic sermo significat. ¶ Manib⁹.) Manes sunt animæ illo tempore, quo de alijs recedentes corporibus, nec dum in alia transierunt. Sunt autem noxiæ, & dicuntur per Antiphrasim. Nam manum (vt supra diximus) bonum est. Vnde est & mane dictum. Similiter etiam Eumenidas dicimus, parcas bellum, lucum. Alij manes a manando dictos intelligunt. Nam manibus plena sunt loca inter lunarem & terrenū circulum, vnde & defluunt. Quidam manes deos infernos tradunt. ¶ Atraq́ cupresso.) Nigra, funesta. Nam inferis consecrata est, qa cęsa nunq̃ reuirescit. Moris aūt Romani fuerat ramū cupressi ante domū funestam poni, ne quisquā pontifex per ignorantiā pollueret ingressu. Hinc Horatius, Nec præter inuisam cupressum vlla breuem dominum sequetur. Atra autem, ꝙ atratos lares significet. ¶ Crinem de more.) Aut de more gentis, vt etiam in Ægypto est. Aut certe more ꝑlantiū. ¶ Tepido lacte.) Statim mulcto. ¶ Cymbia. Pocula in modum cymbę facta. ¶ Sāguinis sacri. ¶ De victimis sumpti. ¶ Animamq́ sepulchro Cōdimus.) Bene animā, ne animā lacte & sanguine ad tumulum dicit elicitā. Lacte nāq́ corpus nutrit post animæ coniūctionē, & anima sine sāguine nūq̃ est, quo effuso recedit. Legimus præterea in sexto, insepultorū animas vagas esse: & hunc constat nō legitime sepultū fuisse. Rite ergo reddita legitima sepultura, redit anima ad quietē sepulchri, quā Stoici herciscundi, id est mediū sequentes, tantū diu durare dicūt quandiu durat & corpus. vnde Ægyptij periti sapiētia, cōdita diutius reseruant cadauera, scilicet vt anima multo tēpore perduret, & corpori sit obnoxia, nec cito ad alia transeat. Romani ɔtra faciebāt, cōburētes cadauera, vt statim aīa in generalitatē, id est in suam naturā rediret. Dicit ergo nunc sacrificijs qbusdā elicitā animā, & sepulchro cōditā, obnoxiamq́ factā corpori: quod ante horrebat, quasi per vim extorta. Ideo autem Stoicos medium sequi diximus: qa Plato perpetuam dicit animā, & ad diuersa corpora transitū facere statim pro meritis vitæ prioris, Pythagoras vero non μετεμψύχωσιν, sed παλιγγενεσίαν esse dicit, hoc est redire, sed post tēpus. ¶ Supremum.) Non est nomen, sed aduerbium: vt Toruū clamat. ¶ Ciemus.) Hoc loco dicimus more solenni, Vale: nos te ordine quo natura permiserit, cuncti sequemur.

DONATVS.

¶ Tertia sed postq̃ ma.h.n. Aggredior, &c.) Cognitionē causæ melius desiderās noscere, licet iam ꝑmo & repetito facto fuisset cōperta, tertio tamē volui manifestius cōprehendere. tenui fortiore nixu hastilia tertia, obluctans cū terra genib⁹ meis, quæ illorū radices nō sinebat abrumpi. ¶ Gemitus la.i.a.t. & vox.r.f.ad au.) Moraliter positum, vt primo dolentis gemitū, dehinc voces audisset. ¶ Quid miserum Ænea laceras? iam parce sep.&c.) Locus iste plenas partes tenet loci cōmunis, quāuis non sit inuētio ex persona defuncti. Æneas tamē si in hac causa argueretur, diceret, feci, & absoluta qualitate sese defenderet, quia quicquid illud fuit, nescius fecerat. Admirabili tamē virtute poeta ipsum induxit defensorē facti, qui ob iniuriam suam accusator esse debuerat. ideoq́ acerbitatē ipsam latius extendit, ex vno crimine multa exoriri posse euidenter ostēdens, quæ tamē ipsa instruētis animo non arguētis ingerit. fuit quidem primū crimē & solum, sepulchri violati. ex hoc habet rationē loci, temporis, & personarum. alia quoq́ congessit, quid miserum, inquit, Ænea laceras? cum fortuna ait hominis miseranda esse debeat, & subleuāda potius q̃ lædenda, cur Ænea tuo illicito labore vexatur? qui semper coluisti pietatē. quod autē nomine suo eundē vocaret, ex eo intelligere potuit, quod notus cum noto loquebat. ecce duo ante principale crimē, & miser, & notus. accedit ad sepulchri violati inuidiam: Iam parce sepulto, hoc est vel modum serua. Tertio enim iam faciebat. Parce pias scelerare manus. aliud dat notitiæ signum propter augmētum criminum prohibēdum. Aliud est enim peccare in ignotum, aliud in eum, qui sit notus. cum igit dicit, parce pias scelerare manus, ostendit, quia & ipsum, & mores eius, & viuendi studium nouerat. sed quæritur cur dixerit, parce pias scelerare manus, cum iam quod prohibuerat fieri, factum esse constaret. Post admonitionem & cognitionē ait, parce scelerare, prius enim facta, quæ Ænea ipso nesciente processerant, potuerunt habere veniam. hæc enim fecerat, qui nesciebat causam. Hæret autem inexpiabilis nota si fuerit voluntate peccatum. ergo recte dixit, parce scelerare, antequam facto & mente peccaret. Parce pias scelerare manus. quod prohibeo, inquit, fieri, & mihi proderit & tibi. hoc genus persuasionis magnum est, vt quod vnusquisq́ petitur, sciat etiam sibi profuturum, & mihi ait parces, & tibi erit commodum, ne manus tuas pias & religiosas funestes, & inexpiabili labe commacules, præ-

senti vel maxime tempore, quo sacra numinibus reddis. ¶ Non me tibi Troia ex.tu.) Peccas, inquit in hoiem, peccas in miserū, peccas in defunctū, peccas in ciuem, peccas in tuum. Creusę.n. fuerat frater Polydorus, perindeq́ Ænee affinis. pulchre tamen dixit. Non me tibi Troia externū tulit, hoc est nō ita me tibi ciuē genuit Troia, vt tantūmodo ciuis tuus essem, verūetiam vt iungeret generi tuo, haud cruor hic de stipite manat, an putas fieri potuisse, vt ex ligno sanguis exisset? ecce tractat & partes loci. iam.n. vt dictū est, personarū tractauit partes, & tēporis. ¶ Heu fuge, inquit, c.t.f.l.a.) Hominum culpa & morum ascribit terris, in qbus nati sunt, quasi demum non hoium genus, sed eorū parens terra peccasset, hoc satiat, & hoc vult intelligi, ne vnum quidem illic esse, qui viuat hoium more, ac per hoc vitium eiusmodi non hoium esse, sed loci. in hoibus quippe est proculdubio diuersitas, neq́.n. aut omnes boni, aut oēs mali reperiuntur, sed hic, quia suadebat fugam, etiam terram ipsam dixit inanem, ne speraret Æneas posse illic aliquem reperiri, qui humanū animū gereret, & hac spe transductus in ijsdem locis remaneret, in quibus occidi potuisset, sed non ad solam conseruationē salutis huiusmodi potest admonitio pertinere: nō enim debuit pius & religiosus inter sceleratos & impios cōmorari, etiam si nihil auderent aduersus ipsum. item, quod ait, fuge crudeles terras, fuge littus auarum, duplicatio vnius verbi magnā habet cogēdi necessitatē. nam bis ait, fuge, vt sine dilatione fugeret. interea docemur instruente Virgilio, crudelitatē sine auaritia, & auaritiā sine crudelitate esse non posse. nam expleri auaritia non potest, nisi spes interuenerit lucri. itaq́ sic inter se cōnexæ sunt, vt altera sine excessu alterius compleri nō possit. Hic locus in primo lib. ex Pygmalionis psona tractatus est. idem.n. dictus est impius, & ꝙ auri cupiditate cæcus maritū sororis insontē necasset. ¶ Nam Polydorus ego.) Nomē suum tm̄ dixit, tacuit de patria, qa iam supra dixerat, nō me tibi Troia externū tulit, tacuit de parentibus, tacuit de psona eius, cui fuerat cōmendatus a patre. tacuit de causa ꝓpter quā constabat occisum. oia.n. præter sepulchrū eius Æneas nouerat, solum ergo suffecerat nomē dixisse, ꝓpter illam partē qua dixit, nō me tibi Troia externum tulit. ¶ Hic, c.f.t. Telorum, s.&.i.i.a.) Et facinus in se admissum refert, illud firmare contendit, quod dixit fuge crudeles terras, vt non tm̄ telorū multitudinem, verūetiam naturam sæuorū hoium simul ostēderet, tela.n. proculdubio manibus hominū portabantur cum peteret corpus insontis. tanta, inquit, sæuitia cunctorū fuit, vt cum vnum telum pueri necem pficere potuisset, vnum in corpus oēs omnia tela pressissent & cōfixissent. Et iaculis increuit acutis, vt ad illius funus acuto ferro multitudo sęua cōfluxisse videret. quod autē dixit, increuit, crebro percussit accipiēdum est, vt non remāsisset locus imunis a vulnere. ¶ Tum vero.a.m.f.p.&c.) Propterea dixit, tum vero, qa supra dixit, Mihi frigidus horror Mēbra quatit gelidusq́ coit formidine sanguis. horror.n. qui ex visu sanguinis stillantis ex ligno fuerat exort⁹ voce dehinc Polydori gemētis casus suos vehemētissime cumulatus est, vsqueadeo, vt mens ois in hebetudinē versa sit, & in silentium transiret vox, comarū vero mollities obdurata cōstiterit, retulit Polydori verba dehinc sua subnectit, vt ostēdat qūo factū sit, vt Troianus puer in alienis terris fuisset occisus. ¶ Hunc.p.a.q.c.p.m.&c.) Hunc, inquit, nutriēdum infelix amico & regi dederat Priamus, cogente illa necessitate, ꝙ videret obsidione perfecta, nullam spem remāsisse, vim.s. temporis passus, vt posteritas eius quæ fuit in pluribus liberis, in vno saltē supstite remaneret, ac ne deesset victuro substantia, maximū quoq́ auri tradidit pondus ex sua natura mores alienos expendens, perindeq́ nihil existimans secus interuenire potuisse, quod amicitias veteres rumperet, regis quoq́ animū, qui omni opulentia supfuerét, transducere non posse in eā partē vt auaritia ꝑceps cōmendatū sibi innocentem amici filium filiumq́ collegę confoderet. inde igit magis Priamus infelix, ꝙ in aduersis dum filium incolumē cuperet, nihil cōtrariū ꝑuidēs, dedit materiā pretij & ponderis magni, nō quia viueret puer, sed qua posset occidi. egit causam Priami, ne imprudēs, ne incautus, ne in causa filij minus diligēs fuisse videret. dederat enim vicino (vt dictū est) noto amico, veteri, dederat non onerosum, dederat cum substantia, dederat diuiti, dederat regi, dederat pressus, dederat desperatis oibus. ¶ Ille vt opes fractæ.t.& f.r. Res ag.vi.q̃.a.f. Fas omne ab.Po.o.&.a.Vi po.) Ille, inquit, i. qui speraret humanus, qui amico seruaturus fidem putaretur, ille diues, ille rex, ille dilectus ex plurimis, & hæsitantis Priami deliberatione cæteris prælatus, qui alendum susceperat innocentem amici veteris filium. intelligit patris fortunam & Troianorū, votisq́ hostium auaritia præcipitante consentiēs omnia fœderum religiosa corrupit. iugulauit puerū, & scelerata cōsecutus est lucra. interea cū de modo auri loqueret, dedisse, inquit, magna, quod qa specialitatē non habet, nos arbitraremur tm̄, quātum rex, quantū Pater filio qui eum vlterius visurus non esset dare potuit. cumq́ illos consumptos se cū oibus postea fuerat collaturus, postremo tm̄, quātum amicum in perfidiam quātum in auaritiam regē, quantum miserrimi status & veteris amicitię debito, regem in necem pueri potuit prouocare. hic quoq́ locum, tēpus, personāq́ tractauit, quæ funesta ac nefanda facturo opportuna sunt visa. nā locus quāuis proximus, tamen interpositione pelagi separatus erat a finibus Troiæ. personæ vero tractatus fuit, ꝙ facile puerū & solum necare potuisset: defensorem aūt emersurum credebat nullum, qui vltionē moliretur occisi. idonea vero temporis dabatur occasio iliensis imperij felicitate deiecta. fecit ille, quod infelix de hoste Priamus metuit. ecce Virgilius docet in aduersis, nec amicis habēdam fidem, vbi possunt scelere lucra captari. difficile est enim seruari fidem, cum fatorum aduersa fuerit facta cōuersio. perinde enim inter amicos fides est, vt fortunę & fatorū cursus sese prębuerint. hinc poeta cōpulsus ex persona eius, quē loquentem induxerat, sic cupiditatis auri vituperatione clausit, vt generali exclamatione diceret. ¶ Quid nō mortalia pe.co. Auri sa.fa.) Cum dicit, quid nō: non tm̄ de pręsenti causa sensit, sed de omni genere personarum & necessitudinum & de criminib⁹ omnibus. sicuti enim lectum cōstat, & exempla veterum docuerunt, fecit auri cupiditas patrię proditores, auriq́ pondere fidē sæpe militum fractam, fractam cōiugum, fractam nautarū, fractam proximorum, fractam fœderum, fractam amicorum, dedimus intelligēdi viam, cætera lector inueniet, quę tanta sunt vno versu cōclusa, vt hæc libris explicari non possent. ¶ Postq̃ p.o.r.) Supra enim dixit, Tum vero ancipiti mentē formidine pressus Obstupui, steteruntq́ comæ, & vox faucibus hæsit. Postquā pauore discedente integratus est, inquit, animi mei vigor. ¶ Delectos populi ad.p.p.q́.p. Monstra.q.r.& quæ sit sen.po. (Quid vidisset, vel quid audisset, primum ad patrē, qui iudicare de monstris & augurijs nosset, deinde ad potiores cæteros pertulit. debuit enim quid facto opus esset oium definiri sentētia. ¶ Omnibus idem ani.) Omnes, inquit, vnum tenuere consilium. ¶ Scelerata ex.ter. Linquere pol.ho.&.d.c.a.) In tractatibus publicis, cū dubia in medio veniunt, id maxime fieri conuenit, quod plurimis cordi sederit, hic autem, quoniam euidens malum videbat, & tam execrabile extiterat factum, oēs probant esse fugiendum. ne in terris crudelibus pij & religiosi cum iugi salutis suæ periculo morarētur. nunquam enim dissimilitudo morum amicitię vinculis potest coniugi. præter hāc causam, accedebat alia, ꝙ incolarum scelere pollutum fuisset hospitium, hoc est soluta per scelus amicitia, quę religionis fœdere fuerat iniūcta. vnde ad id tendebat res, vt illic consistere vtile non videret, & irreligiosum esset illic remorari, vbi innocētis Troiani pueri sanguis fuisset effusus. Dare classibus austros. Locutio non tantum non vitiosa, verūetiam splendida. simplex enim fuerat dicere dare naues ventis, sed vt nouitatem induceret eloquentię, ait dare classibus austros, vt ad fugam paratas naues efficerent. dare enim vētum naui, est flatibus obijcere, vt agi possit auris exceptis, & velocius currere. ¶ Ergo instauramus Polydoro funus &c.) Læsi manes placari debuerāt interueniente sacrorum solennium ritu. accedebat enim ad expiationem violati sepulchri etiam personę meritum, quia ciuis fuerat, & affinis Æneæ, filius regis, quodq́ monuerat, vt sceleratas terras, & auarum littus Troiani relinquerent, & apertis periculis liberarētur. ergo talia sunt exhibita, quę possent curare, quod male fuerat gestum, & quæ talem sacrorū speciem demonstraret, quæ etiam statim mortuis exhiberi consueuit. hac occasione poeta docuit, quemadmodum talibus causis possit occurri.

ASCENSIVS.

¶ Tertia, &c.) Docet quomodo agnouit Polydorum illic sepultum, postquam a Polymnestore, rege Thraciæ, perfido, occisus fuerat: vtq́ illic exequias peregerit, & terram reliquerit: vnde Donatus dicit sic. ¶ Gemitus.) Moraliter, primo gemitus, deinde voces, auditæ sunt. ¶ Quid miserum?) Artificiosa res. Si enim Æneas loqueretur, diceret, feci: & absoluta qualitate sese defenderet, quia nescius fecerat: sed poeta eum īducit defensorem, qui accusator esse debuit. Ideoq́ acerbitatem latius extendit: & ex vno crimine, multa posse exoriri, euidenter ostēdit sed instruit, & non arguit. Primum crimē, est sepulchrum violatum: & hoc ratione loci tēporis, & personarum. Addit, miseriam, quæ subleuatione,

Universidad de Deusto
Biblioteca

uatione,& nõ oppressione digna est.) Ænea. Ex nomine proprio apparet,notum,non nato,loqui. Pias manus:(cur parce,si iam patrata res fuerat ? quia & ignorans fecerat,merebatur veniam. Non autem meretur,quod deinde esset facturus.sic, Si mihi parces,te crimine solues. Nõ me tibi Troia.) Peccares enim in hominem,in miserum,in defunctum,in ciuem,in tuum.Ergo , Nõ tulit me tibi Troia Externum.i.nõ solum ciuem , sed affinẽ. frater enim Creusæ erat. De stipite manat.) Personarũ , & temporis posuerat partes:nunc ponit loci. Crudeles terras.) Demonstrat hoc esse vitium terrę parentis, vt per hoc,omnes eodem vitio laborare significaret.Ergo & ab alijs poterat eandẽ iniuriam expectare : atq; etiam non decebat, etiam si tutus permansisset , pium inter impios versari. Fuge, fuge.) Ex duplicatiõe verbi , necessitatẽ ostendit fugiendi. Tum Vero.) Quia supra dixerat, Mihi frigidus horror Membra quatit.Nam ad illum horrorem, qui fuit ex sanguine,accedens vox lamẽtabilis Polydori, mentẽ in hebitudinem conuertit:& vox in silentium transijt . Hunc, ea rõne misit Priamus vt cum se in summis periculis cerneret , saltem posteritas sea in hoc filio remaneret : & auri vim magnã dedit:vt esset quo viueret : & ex se naturam Polymnestoris coniectans tutum filium apud veterem amicum reddidit:infelix ergo qui dum filiũ in tuto collocare putat,eum pdidit. Ergo Priamus nec incautus,nec imprudens,nec in filij causa indiligẽs fuisse demonstraf. Dederat enim vicino,affini,amico veteri,dederat cum diuitias,dederat rugi. Ille.)s. qui sperarer humanus , cuius fidei cõmissus fuerat,qui diues, qui ex plurimis delectus,qui susceperat inocentẽ amici filium. notaf hic psona.s.auara . Item locus, nam mare interpositũ erat inter se & Troiam : item tempus.s.in quo perierat imperium,vt nõ timeret vltionẽ. Ostẽdit præterea poeta in rebus aduersis,ne amicis qdẽ fidendum. Dãnat auaritiã tanquã quæ ad oĩa scelera impellat. Primumq; parentem.)Qui iudicare de monstris posset,& ad pceres : quia quod facto opus esset,debuit oium definiri snia. Idem solet decerni, quod maiori parti placet : sed hic tam manifestũ scelus fuit,vt oẽs fugiendum censerent inde:vbi per scelus fuerat soluta amicitia, quę fœdere deuicta erat.Non ergo vtile illic morari . nec religiosum cũ sanguine pueri pollutus esset locus. Condimus.) Erãt placãdi manes læsi presertim illius qui ciuis,& affinis,& regis filius erat : & qui recte monuerat Troianos,vt sceleratã terram relinquerent. Docet aũt poeta,q̃ possint curare:q; male sint gesta esse curanda,

Ordo, ¶ Ordo est . Sed postq̃ ego aggredior : maiore nixu.i. conatu auellendi, tertia hastilia.i.tertium virgultum:nisi forte plura simul auellerit,atq; ita proprie dixerit,tertia hastilia : & ego obluctor.i.incumbo genibus : arenæ.i.terræ , quæ in litore arenoso esse solet:aduersę.i.mihi desuper incumbẽti opposite.(Eloquar? an sileam ? hoc per parẽthesim dicit , addubitãs an dicere debeat rem quæ fide admirabilior sit , credulitatemq; vix mereaf.) Gemitus lachrymabilis.i.quasi ab lachrymante editus , audif,sup.a me,de tumulo imo.i.profundo :& vox reddita.i.data facto iam transitu:fertur ad aures.s.meas:vox aũt fuit hæc . O Ænea quid laceras miserum ? id est miseratione:& nõ tali laceratiõe dignũ ; parce iam sepulto.i. iacẽti & pstrato: parce.i.caue scelerare manus tuas:pias.i.insontes:& ignorãter in me peccãtes. Troia tulit me tibi,non externum:aut per liptotẽ, Troia non tulit.i.produxit me externum tibi,supple affinem : aut cruor hic,sup.non manat.i. distillat de stipite : sicut videris opinari venerando Hamadryadas (sunt qui legunt haud:sed,vt dixi,posita semel negatione ante particulam,vel,& aut.intelligif repeti:vt nõ sum qui tua furari velim,aut destruere.) heu dolentis est : fuge terras crudeles.i.in qbus impium facinus cõmissum est:fuge littus auarum, id est in quo auarus rex imperium tenet.Nam(sup.si nescis)ego sup.sum Polydorus, filius ille Priami quem nosti depositũ esse, & creditum Polymnestori:quocirca non plura dixit Æneæ rem cognoscenti,sed Æneas reliqua dicturus est , Tiris ignorãtibus ferrea seges telorũ.s.qbus confossus eram:texit.i.sepeliuit, & occultauit me hic , & increuit.i.reuiruit : acutis iaculis.i.in hastilia ista acuta,quę auellis : ego pressus mentẽ.i.habẽs mentẽ oppressam:tum vero.i.præcipue tunc:aut quasi tunc ad verũ formidine ancipiti.i.me ancipitẽ & dubium quid facerem reddente:obstupui,& comę.i.capilli:steterunt.i.obriguerunt.(Iterũ mediam corripit:sicut in lib.ij.dictũ est.) & vox hæsit.i.inhæsit faucibus, ita vt eloqui nescirẽ:qa vero nõ omnia,vt dixi , nota erãt Didoni:& cęteris audientib9 explicat ea,dicẽs: Priamus infelix.s.propter casum qui post euenit : mãdarat quondam cũ magno pondere auri hũc Polydorũ alendũ:furtim.i. secrete:regi Threicio.i. Thracio.s.Polymnestori:tunc,sup.cum ipse diffideret.i.male cõfideret,armis.i.potentijs: Dardaniæ.i.Troiæ.i.quãdo inceperat desperare de salute Troianorum:ac etiam Troiæ:& cum videret vrbem cingi obsidione,quod signum erat : quia iam inferiores essent,atq; impares Troiani, quippe qui nõ poterant hostẽ propellere,ideo aut alendum dederat,vt aliqs superesset suæ generationis, qui Troianis olim recollectis præsit. Ille.s.rex Thracius Polymnestor:vt.i.postq̃:res Teucrum.i. Teucrorũ fractę,sup.erant:& fortuna recessit,sup. ab eis.secutus,i.insequẽs : res Agamemnonias.i. partes Agamẽnonis imperatoris exercitus Græcorũ:& arma victricia.i.victorũ Græcorũ, quos victores fere cõniecturis colligebat,abrumpit omne fas.s.deorũ:& hoĩum,ius hospitalitatis violando:& obtruncat Polydorũ.i.caput eius amputat,& potitur vi. i.violentia:auro.s.deposito cum Polydoro:o sacra,i.execrabilis fames.i.cupido,& auiditas auri:quid.i.ad quid nõ cogis ? q.d.ad nihil nõ cogis : sed ad omne nefas cogis mortalia pectora,q; recte in gratiam Didonis dicit Æneas, qui audierat a matre:licet id Dido eũ scire nesciebat : Pygmalionis auaritiã,& scelus in Sicheũ eius coniugẽ.Postq̃ pauor.i.ille stupor reliquit ossa:ego refero.i.in consultationẽ porto,monstra.i.portẽta deum (qui curarunt,vt ad Polydori tumulum,hastilia auellerem:& eius vocẽ haurirem.) ad delectos proceres.i.primores,& principes populi : & primũ.i.præcipue:ad parentẽ.s. Anchisen, refero (inquit) &,pro.i.posco,quæ sentẽtia sit.i.quid sentiat faciendum. Idem.i.vniformis animus erat omnibus, excedere.i. vt excederemus,terra scelerata.i.scelere tanto polluta, & hospitium pollutũ linqui,sup.debere:aut linquere hospitiũ pollutũ.i. violatum,& fœdatum tali scelere,& dare austros classibus hypallage.i. classes Austris.i.ventis. Ergo,quia abire decreuimus, instauramus,id est instar prioris facimus:Polydoro funus.i.sepulchrum,aut totum officium funebre quod ptermissum erat,faciemus,& ingens Tellus.i.magna moles terræ, aggerẽ.i. accumulatur & apportatur ab oĩbus.s. vnde per impersonale loquitur, tumulo.i.ad tumulum extruẽdum:aræ stant.i.erectæ, aut positæ sunt, mœstæ.i.lugubres,qa manibus.i.animis quæ a corpore manarunt:sed nondum in sedes debitas receptę sunt, sm̃ Æthnicos:aut quæ a lunari globo in corpora manant (sed vtrũq; reprobat,ita fide,quæ infundendo creatas,& creando infusas pdicans, statim vt exutę sunt corporibus in loca merita recipi affirmat, quæ tñ varia legunt.) aut manibus.i.dijs inferis,vittis.i.fertis appositis, cœruleis,aut marinis,& i littore lectis,aut subnigris, & cupresso atra.i.funesta,& Iliades.i.mulieres Troianæ,sup.stant, circum.i. in circuitu,solutæ crinẽ.i.habẽtes crinẽ passum & solutũ,de more.s.patriç,aut exequiarum.Nos inferimus.s.in tumulum.cymbia.i.pocula in morẽ nauium,hoc ẽ, cymbarũ facta, spumãtia.i. abunde repleta,lacte tepido recens mulso, & pateras sanguinis, sacri.i.ex sacrificio collecti,& condimus.i. consepelimus:aiam.s. Polydori,quæ lacte & sanguine,qbus maxime viuitur : corpori counitri ab ethnicis credebaf, & ciemus.i.clamamus magna voce,supremũ.i.vltimo loco,aut supremum.i,vltimum vale, vnde peracto omni officio exequiali,dicitur conclamatum esse, quid autem clamabatur,iam docuit Seruius.

PIERIVS.

¶ Tertia,sed postq̃ maiore hastilia nixu Adgredior.) Nisu vnicos, scribi placet Valerio Probo,qui nomẽ appellatiuũ,nisus, nihil differre ait scriptiõe a nomine proprio, Nisus, & plura ita exemplaria vetusta conuenire dictum, Maioris illud momenti,q; Sosipoater Carisius,vbi de aduerbijs per ordinẽ agit,versum hunc citans agnoscit tertio,aduerbiũ.Cuius vt stet sentẽtia, vel Creticus heroico condonandus, vel manifesta synizesis admittenda, vel,o,breue fuerit ea ratione quod aiunt grãmatici,o, finalem sepe corripi,quando in aduerbium transeat,vt cito,sero,modo. Statius : Sero memor thalami,Martia.Accipe quo das. Sed enim vix tanti fuerint grãmatici veteres,vt tertia hastilia, cuiq; displicere possit. Sit sane locus aduerbij,vt tertia, pro tertio positũ,sit nomen pro aduerbio positum, sepe apud authores omnes reperimus. Iam parce sepulto.)Sunt codices antiqui vbi,sepulchro, legatur. Quam lectionẽ Ti. Dona.agnoscit, nisi ter eadẽ pagina eodẽ verbo pactũ est. Non me tibi Troia externum tulit.)Sunt codices nõnulli,in qbus, extremum scriptum est. Sed enim Seruius cur,externum,legendum sit,rationem adijcit, Polydorum ciuẽ,& cognatũ Æneę fuisse. Eadẽ apud Liuium snia vbi Scipio milites ad Ilergetum excidium ferociter accẽdit. Non.n.eos, ait esse,neq; natos in eadem terra , nec vlla secum societate coniunctos.Et erud ituille vir qui Virgiliũ in ædibus Aldi tertio editũ emẽdauit,In recognitione Externum,subiecit.Quæ dicta volui, quia nõnulos esse scio,qui lectionẽ extremũ ament,referriq; ad

nobilitatem

nobilitatem generis dicant. Clamant.s.Polydoro se non extremo loco natum,quod debeat ita contemptui & iniuriæ expositus esse:quod ridiculum est. Aut cruor hic de stip.ma.) In antiquis aliquot codi. Haud,legif puncto firmo præfixo . In multis vero obserues aspirationẽ abrasam. Quo quidem loco,aut,pro neq;, positum ait Priscia.de constructione. Iaculis increuit acutis.) In codicibus aliquot antiquis impleuit,habetur,paraphrasi etiam adiecta,abundauit Ti.Donatus:vt in integris eius cõmentarijs habetur, verbum id exponit, crebro percussit, accipiendumq; esse vt nõ remanserit locus immunis a vulnere, & paulo superius dixerat ad illius funus accumulato ferro multitudinẽ sæuam confluxisse. Tu quę Seruius de hasta Romuli dicat,videris. Obstipui,steteruntq; comæ.) In anti.aliquot codici. legere est, obstupui, steteruntq; : sed enim steterunt, & receptum est a doctis viris:& agnoscitur a Valerio Probo.De syllaba vero quæ pene vltimam præcedit,in obstipui, satis alibi dictum , ne toties eadem repetamus. Ille vt opes fractę Teucrum & fortuna recessit.) In codi.aliquot anti. non habetur &, copulatiua particula : quæ qdem non sine lesione,tam numeri q̃ elegãtiæ, iudicio meo, ex hoc versu detrahi potest. Primũq; parentem.) Vetera quædam exẽplaria,parentũ,legunt,hoc est primum ex patribus aut ex senioribus:sed, parentem, magis oĩno placet. Atraq; cupresso.) In anti.plerisq; co.cupressu,est : Non tam ? quia nomen quartæ olim fuerit declinationis, q̃ q; multa huiusmodi passim reperiuntur apud veteres o,in u,mutasse,prout multi adhuc loquunf populi : maximeq; a Piceno in Brutios vsq;. Testimonio vero sunt monumenta pleraq;,in quibus antiqua scribendi ratio sese fidelius, q̃ in libris ostẽtat. Vidi ego in agro Spoletano extra portam diui Petri lapide,in quo scriptum erat pulcherrimis characteribus .

IN FRONT
P. XIIX
IN AGRV
P. AIIX

In monte vero Tarpeio , antiquissimo sane monumento legitur : Hercules inuicte Catius hoc tuo donu, ,p dono . Quid quod annus, pro annos, Romæ pluribus locis legas ? In æde diuæ Sabinæ , iuxta quæ vixit annus.l. mensis.v. dies.xx. Et alibi. Nicephorus Pitinnus qui vixit annus duo . In quo illud etiam adnotatione dignum, quod in, vixsit , s litera adiecta est post x, veluti sæpe alibi auxsilium maxsumus, & huiusmodi pleraque reperiuntur eodem modo scripta. Sed, vt ad Virgilianam lectionem redeamus,in Medi.prius cupresso per o, scriptum erat : nunc ea abrasa vocalis u , superaddita est aliena manu . Iliades crinem de more solutę.(In anti.aliquot codici. crinis , legitur numero multitudinis : sed magis poeticum est crinem , per figuram intellectionis.

Inde vbi prima fides pelago:placataq; venti
Dant maria:& lenis crepitãs vocat auster in altum:
Deducunt socii naues:& littora complent.
Prouehimur portu:terræq;,vrbesq; recedunt.
Sacra mari colitur medio,gratissima Tellus
Nereidum matri,& Neptuno Aegeo:
Quam pius Arcitenens oras,& littora circum
Errantem,Mycone celsa,Gyaroq; reuinxit:
Immotamq; coli dedit:& contemnere ventos.
Huc feror:hæc fessos tuto placidissima portu
Accipit.egressi veneramur Apollinis vrbem.
Rex Anius,rex idem hominum,Phœbiq; sacerdos,
Vittis,& sacra redimitus tempora lauro
Occurrit:veterem Anchisen agnoscit amicum.
Iungimus hospitio dextras:& tecta subimus.
Templa dei saxo venerabar structa vetusto.
Da ,ppriã Tymbræe domũ. da mœnia fessis, ÆN.
Et genus,& mansuram vrbem:serua altera Troiæ
Pergama,relliquias Danaum,atq; immitis Achilli.
Quem sequimur? quoue ire iubes? vbi ponere sedes?
Da pater augurium:atq; animis illabere nostris.

SERVIVS.

¶ Fides pelago.) Quia alibi ait, Toties deceptus fraude sereni. Lenis crepitans auster.)Duo epitheta posuit vitiose,vt diximus supra . Fecit autẽ hoc improprie prope in decẽ versibus. Auster) autẽ, quiuis ventus. Terræq; vrbesq; recedunt.)Physicã rem dicit:ita enim nauigantib9 videtur,quasi ab his terra discedat. Sacra mari colitur medio.)Ordo est,In mari medio Ægeo colif tellus sacra Neptuno , & Nereidum matri.i. Doridi gratissima . Fabula talis est, Post vitiatã Latonam Iupiter cũ etiam eius sororẽ Asteriã vitiare vellet , illa optauit a dijs vt in auem cõuerteref: versaq; in cothurnicẽ est.Et cũ vellet mare transfretare,quod ẽ cothurnicũ afflata a Ioue,& in lapidẽ cõuersa, diu sub fluctib9 latuit.Postea supplicãte Ioui Latona leuata,superferri aquis cœpit: hæc primo Neptuno & Doridi fuit cõsecrata. Postea cũ Iuno grauidam Pythone immisso Latonam persequeref,terris oĩbus expulsa tandem aliqñ applicãdo se littoribus,a sorore suscepta est:& illic Dianã primo, post Apollinẽ peperit. Qui statim occiso Pythone vltus est matris iniuriam.Sanè nata Diana parturienti Apollinẽ matri dicitur præbuisse obstetricis officium . Vnde cũ Diana sit virgo, tñ a parturientibus inuocatur:hæc nãq; est Diana , Iuno, Proserpina. Nata igitur duo numina terram sibi natalem errare non passa sunt : sed eam duabus insulis religauerũt. Veritas vero longe alia est : Nam hæc insula cũ terræ motu laboraret (qui fit sub terris latentibus vẽtis,vt Lucanus, Quærentem erumpere ventum Credidit) petito oraculo Apollinis , terræ motu caruit. Nam pcepit ne illic mortuus sepeliretur, vt in Vulcano : & iussit quædam sacrificia fieri:postea e Mycone Gyaroq; vicinis insulis populi venerũt,qui eã tenerẽt,quod etiã Virgilius latẽter ostendit.Quod aũt diximus Dianã primo natam, rõnis est . Nam constat primam, noctem fuisse:cuius instrumẽtum est Luna,i.Diana post diem, quem Sol efficit, qui est Apollo . Vt autẽ Delos primo Ortygia diceref, factũ est a Cothurnice, quæ Græce ὄρτυξ vocatur.Delos aũt,quia diu latuit,& post apparuit.Nam δῆλον Græci, manifestum dicunt. Vel quod verius est, quia cum vbiq; Apollinis responsa obscura sint , manifesta illic dantur oracula . Delos & ciuitas dicitur,& insula. Vnde interdum recipit præpositionẽ, Pius Arcitenens.) Qui vltus est matrẽ. Coli dedit.) A vicinis, scilicet populis. Ventos contemnere.) Propter terrę motum. Apollinis vrbem.)Delon : & est definitio. Rex sacerdos.) Maiorũ.n. hæc erat cõsuetudo, vt rex esset etiã sacerdos,vel põtifex. Vnde hodie quoq; Imperatores, pontifices dicimus. Vittis & lauro.)Vittę,sacerdotis sunt:laurus vero etiã imperatoris victoris. Anchisen amicum.) κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus,Nam qũo fuerint amici palam nõ dicit . Hospitio.) Septimus casus est,i. iure hospitalitatis . Nam ad hospitiũ nõ põt itelligi:qa iam amicus fuit. Da ,ppriã.)Perpetuam: vt,Propriamq; dicabo.Et bene post experimentũ malę cõditę ciuitatis ppetuas postulat sedes. Tymbræe. Tymbræus Apollo dicitur a loco Troię vicino pleno Tymbra: in quo eius & nemus est, & tẽplum : vbi a Paride Achilles occisus est . Vnde & fingif manu Apollinis vulneratus. Ergo Tymbræus, vt Delius : nam numina a locis frequẽter nomẽ accipiunt. Sanè quia Grece τύμβρη facit : in deriuatione η in diphthongũ mutat . vt αἴτνη, Ætnæus, δίρκη, Dircæus. Domũ.) Familiam:vt,Domus tenet a quo Sergia nomen. Mansurã vrbẽ.) Duo ponit , & vrbẽ & perpetuitatẽ. Mansuram aũt ideo,vel ,pter Troiam:vel ,pter eam, quã in Thracia condidit. Serua altera.) Non qa prima seruauerit,sed qa seruare voluit,vt Homerus dicit. Quẽ seqmur?) Quia Cadmus oraculo Apollinis bouem secutus , in Hyanthe Bœotiã condidit. Da pater.) Religionis , vt supra diximus, nomen est. Nam & hominibus datur : vt, Inde toro pater Æneas . & montibus : vt, Pater Apenninus.& fluuius, vt Tybri pater. & numinibus etiam : vt, Quidue pater Neptune paras ? Item, Ipse pater Danais aĩos viresq; secũdas sufficit. Item , Odit & ipse pater Pluton. Augurium.) Modo oraculum : sed vsurpatiue . Animis illabere.) Quia Apollinis responsa semper obscura sunt, vera tamẽ, Vnde cum intelligentia oraculum postulat.

DONATVS.

¶ Inde vbi prima fides p. pl,q; u Dant m. & l.c.u.a. in altum.) Vnam rem copiose dixit,& ambitioso genere , quæ nauigaturis ex sentẽtia occurrerat. nam tempus fiduciam dabat,quo & mare placidum fuerat, & flatus ita tẽperati , vt lenitate sui etiam inuitos hortari potuissent ad nauigandum, deniq;. Deducunt socij naues.) Quas mansuri subduxerant. Et littora complent.) Et

hominibus.f.& nauibus opplebant littora,qm̃ oibus abeũdi stabat vna snia.℉ Prouehimur portu,t.q;.u.q; re.) Quam cito dixit nauigatum & in altum ꝓducta nauigia, in tm̃ vt nec terra iam, nec vrbes viderētur. ℉ Sacra mari colitur medio gratissima tellus Nereidum matri,& neptunio ægeo. Quam prius arcitenens oras & littora circum Errantē Mycone celsa,Gyaroq; reuinxit, Immotāq; coli dedit,& contemnere vētos. Huc f.hæc fessos t.pl.p.Accipit.)Dicendo, fessos accipit,& longā &laboriosam nauigationē ostendit,casu aūt factum,vt ad illam insulam deferrent.nō enim nouerāt eā.interea descripsit insulę situm,& quo cōditore cōstiterit,& quod numen in ea coleret,quoue deo auxiliante ex erratica & mobili,stabilis & immobilis facta sit.℉ Egressi veneramur Apollinis vrbē.) Vt primū, inquit, nauibus sumus egressi, venerati vrbē sumus in honorē eius, qui eam firmauit & condidit,& qui in ea præcipue colebatur.℉ Rex Anius,r.i.ho.ph.q; sa. Vittis & sa.re.tem. lauro. Occurrit, Veterem Anchisen ag.am.) Quod ait occurrit,magna laus eius est, qui cum esset rex,& sacerdotiꝫ dignitate ꝑditus,non expectauit, vt ad se peregrini potius venirent,sed ipse occurrit,humanitate vel maxime ductus, quā testabatur occurrēdo,quod autē dixit,veterē Anchisen agnoscit amicum,non antiquū, quasi veteris amicitiæ tantūmodo debemus accipere, sed talem quoq;,qualis fuerat, cum staret felicitas Troianoꝝ.multi.n.vt Polymnestor fecit, qui cum Teucroꝝ fortuna mutat⁹ est,tandiu amicitias tenēt quādiu stat Vniuscuiusq; substantia.Ecce iste Anius,non fortunam præsentē considerauit Anchisæ, sed veterē tenuit,tantūq; habuit amicum, quātus fuit, non quantus veniebat.Laurus & victæ insignia fuerūt sacerdotis,non signa lætitiæ, quoniam nō conueniebant tempori, quo victi suscipiebant & tristes.deniq; sacra lauro, inquit, vt ostēderet eam religionis causa portari loco, magna exēpla in hoc Polymnestore & Anio Virgilius posuit,malę bonęq; amicitię,qbus homines vel a pessimis actibus reuocat, vel hortatur ad bonos. ℉ Iungimus hospitio de.& t.su.) Merito,inquit,patris mei rex cū omnibus amicitiam iunxit & vniuersos induxit in domum.de exhibitis alimoniis tacuit.qui.n.occurrit veniētibus, qui duxit in domū, officia quoq; plene humanitatis implesse monstrabat. ℉ Templa dei saxo ue.ste.ue.) Opus templi vetustatis ratione laudauit.quicquid enim vetus dicitur, nec tamē antiquitate vexatum est atq; illæsum permanet,proculdubio magnū ē.℉ Da propriam Tymbræe domū &c.) Occasio fuit, vt ex responso Apollinis purgaretur scrupulus,qui Troianoꝝ animos vehemēter angebat, quia incerti in omnibus fuerant, nesciebant quo tenderent, nec nouerant vbi certam sedem habere potuissent. sic.n. superius dixit,diuersa exilia,& desertas quærere terras Augurijs agimur diuum, Incerti quo fata ferant, vbi sistere det. Præfatio igitur Æneę plenam tenet desideríoꝝ, manifestissimamq; petitionē, est in breuitate verboꝝ tamē intellectu latissima. solicitus quippe diligētissimusq; consultor omnia complecti debuit paucis, vt accepto plene responso semel in oibus redderetur instructior.℉ Da propriā Thymbrę domū.) Da significat ostēde, quæ nobis futura sit domus.Addidit ꝓpriam,ne talis teneret, quam iterū ꝑderent sicut in Thracia factū est.℉ Da mœnia fessis.) Et paratam,inquit,ciuitatē,qm̃ fessis nouam cōdere difficillimū est,& genus.s.augmentum generis, quod ex maxima parte in excidio Troię fuerat consumptū.℉ Et mansurā vrbē.) Quæ nunquā periret vt Troia.℉ Serua altera Troiæ Pergama relliquias Danaum atq; immitis Achilli.) Et quicquid te monstrante nostrū fuerit factum,tu serua,nos quoq; custodi.posuit duo, incertus.n.fuerat.quid fuisset Apollo dicturus,petit parata mœnia, & ne forte hęc illi facturum ratione negaretur,secundo petit, vt pergama, quæ se cōditurū esse sperabat,rogatus Apollo seruaret. seruabis accipiēdum est,serua altera Troiæ pergama,serua relliquias Danaum,atq; immittis Achilli.reliquiarum iccirco fecit cōmemorationem,vt misericordem faceret,quē rogabat. ℉ Quem sequimur?)Nouerat enim nōnunquam in responsis etiam per signa monstrari,quid agēdum sit.quoue ire iubes, vt super terrarum vocabulo incertos dignaret instruere. vbi ponere sedes, vt locū ipsum nosset, in quo nouam construeret sedem. in conclusione petitiones suas recte commendat, ne responso dubio (velut factum est) signis incertior fieret, qui plena & perspicua desiderabat audire.℉ Da pater augurium,atq; ani.il.no.) Paterno, iquit, animo nos instrue,fauore plenissimo animis nostris,quę desideramus, infunde.hoc loco Æneæ verba consideranda sunt. cum enim supplicis & deprecantis more, diuina beneficia postulare debuisset,imperatiuo modo vsus,da,inquit, propriam domum, da mœnia,da genus,da māsuram vrbem. item serua altera Troiæ pergama,serua reliquias Danaum. item da pater augurium, & illaqere animis nostris.omnia imperatiuo modo prolecutus est.hoc cum non sit deprecantis,sed iubentis,intelligitur fiducia numinis sic locutus & meriti sui.deniq; & in sexto libro ex eiusdem Æneę persona sic positum est.Apollinem semper Troianorum fuisse fautorem.preces enim illic sunt necessariæ, vbi conciliãda est beneuolentia eius, qui aliquid postulatur. cum vero iam ex alijs beneuolum constat esse, remoto circuitu desideria ipsa oportet exponi.

ASCENSIVS.

¶Inde vbi prima.)Docet igitur,quomodo derelicta Thracia in Delon,ꝓfecti sunt,vtq; illic,suscepti hospitio honorifico ab Anio rege oracula consuluerunt: de qua re dicit Donatus sic.℉ Deducunt.) Quas miseri subduxerant.Occurrit magna beneuolentia, vt rex,& sacerdos,non expectauerit peregrinos ad se venire, sed vltro occurrit.℉ Veterem amicum.)quasi dicat illum talem tunc habuit amicum,qualem habebat stante Troianorum felicitate: neq; secutus est fortunā,vt Polymnestor:& tantum habuit amicum,quantus fuit,non quantus veniebat ℉ Sacra.) Vt ostēderet vittas,& laurum non esse signa lætitiæ, quæ tristitiæ Troianorū non conueniebat,sed sacerdotij. Magna autem exempla posuit, malæ,bonæq; amicitiæ Polymnestorem: & Anium, quæ nos ad bonum hortētur,& a malo reuocent.℉ Propriam.) Nam incerti hactenus vagabantur:vt, Incerti quo fata ferant. vbi sistere det. Est autem precatio breuis,& quæ omnia contineat.Nam petit & mouet commiserationē. ℉ Da.)id est ostende. Da pater augurium. Paterno animo infunde animis nostris. aperta & perspicua oracula. Vsus est autē imperatiuo,da, & illabere, quo est deprecantis ex fiducia in Apollinem, qui Troianis fauebat. ¶Ordo est. Inde, id est deinde: postq; officium funebre peregimus: vbi.i. quando: prima fides, id est credulitas:& confidendi ratio,supple est facta: pelago,id est vbi primum potuimus satis confidere pelago: & venti dant.i. concedunt, & permittunt quiescendo:maria placata.i.tranquilla: & Auster.i. quiuis vētus:lenis.i. tenuis, & leniter flans:vocat,sup.nos: in altū,sup. mare: crepitans.i.crepitando:aut cum crepitu:& ita diuisim construēdo epitheta, nō erit vitiosum vbi bina dedisse: quia ex diuersis partibus: socij (quia vile ministerium est,non dicit se id fecisse) deducūt, id est deorsum ducunt ab littore,quo eas subduxerant naues & complent littora:aut portum,si de nauib⁹ loquitur aut,reuera, littora,si de socijs euntibus,& redeuntibus,& sarcinulas suas ingerētibus,intelligēdum est:nos prouehimur, id est porro auehimur portu:& terræ: & vrbes recedunt,id est videntur abeuntibus recedere,cum ipsi recedant:nam id vectis accidit:& ita male mereri bitur de poeta,qui hypallagem dixerit:Tellus sacra.i.Delos existens gratissima matri Nereidum.i.Doridi nympharum matri: & Neptunio,sup. patri.i.Nereo, aut ipsi Neptuno, sm̃ Seruium colit,sup,in medio mari Ægeo:quam,supp. Tellurem, seu terrā errantē.i. vagantē, & fluctuantē circum oras, & littora: Arcitenens.s.Apollo:pius.s.in matrē: cuius iniurias vltus est,reuinxit id est colligauit:Mycone.i.cum illa insula: celsa.i. sublimi & cā supple Cyaro, illa quoq; insula in mari Ægeo.& dedit.i.concessit eam coli: immotam.i.quietam habitari & contemnere.i.vilipendere & nihil curare ventos,vnde prius agitabat.(Quia dicit, Mycone celsa: necesse est,vt sit ablatiui casus: & declinetur,hęc Mycone,Mycones: sicut Crete, Cretes: regitur autē virtute instrumenti: vt sit, Reuinxit per illas duas insulas,quas ita affixit, vt mouere nequiret: aut intelligitur præpositio, consignificans comitantiam, vt sit, reuinxit.i.colligauit eam cum Mycone, & Gyaro.i.colligauit eas simul.) Ego feror huc.i.in hanc terram: videlicet Delon: hęc existens placidissima: accipit nos fessos placido portu: nos egressi veneramur vrbem Apollinis.s. genitoris (de qua per Landinum ad finem huius particulæ plura dicētur) Anius rex, & idē rex hoīum, & sacerdos Phœbi: redimitus tempora.i.habēs tempora redimita,i.cincta cum ornatu: vittis & quia sacerdos:& lauro sacra quia rex: occurrit, supple nobis: & agnoscit Anchisen veterem amicum, sup.suum: nos iungimus dextras hospitalitatis: & subimus, id est intramus: tecta, scilicet regia:hoc est,regiam ipsam:& ego venerabar templa dei.s.Apollinis: stricta, sup.in, aut ex saxo vetusto: &, sup. dico O Thymbrę.s.Apollo: quia a Thymbra herba,quæ circa eius templum in Phrygia abundat,sic dictus est: da.i.dic, & significa, aut affigna:& ostende nobis domum, id est habitationem,& sedem propriam.i.nobis debitam,& in qua permanere possumus:da fessis .s.nobis,aut nostris:mœnia.s. quibus ab hostibus, & aduersarijs tutari possemus:da genus.i. propagationem generis, & vrbem mansuram:

mansuram.i.perduraturā, vt Troia perijt:serua.s.indicādo mansuram vrbē, altera Pergama Troiæ.i.serua nos, qui sumus altera Pergama.i.mœnia:hoc est,tutamina Troię:quę,nisi nos extaremus, penitus perierit. vnde dicit appositorie, altera Pergama Troię,s.nos relliquias Danaum, pro Danaorū, atq; Achilli immitis.i.sæui,& crudelis.O pater.s.Apollo:da augurium.i.oraculum atq; illabere nostris animis.i.significa nobis: illabendo nostris animis,ita vt & intelligere & credere valeamus:quē sequimur (nō dicit sequamur,aut sequemur:vt se paratissimū significet, quo iusserit sequi:ita,vt nō secuturus,sed iam sequi censeat, ob quā rem pro futuro interdū ꝑteritū ponimus,vt,Si hunc animū habueritis,vicistis.ve,pro vel:quo iubes ire,& vbi iubes ponere sedes? q.d.nihil cunctabimur vbi iusseris.De Delo aūt,& templo Apollinis genitoris, collegit Landinus hæc.Tellus,Delon insulā intelligit: de qua Pli.ipsa quoq; clarissima Cycladum media, & templo Apollinis,& mercatu celebrata,quæ diu fluctuata, vt ꝓditur: sola motum terræ nō sensit.Ad M.Varronis ętatē,Mutianus prodidit bis concussam. Hanc Aristoteles ita appellatam putat: quoniam repēte apparuerit enata Eglathosthenes, Cynthiā: alij Orthigiam, Asteriam, Lagiam, Mydiam, Cynetū, Pyrpilem, igne ibi primum reperto. Herod.autem ita scribit: Ferunt autē Delij post discessum Dectis Xerxis præfecti, Delon se mouisse primo: atq; postremo vsq; in mea tempora. Strabo ait, In Ægeo mari magis, Delos eminet, & circunstantes illi Cyclades, & ipsi incumbentes Sporades.i.sparsæ. Delos vrbem habet, & Apollinis, Latonęq; templum, & Cynthus mons sublimis, & asper incumbit vrbi. Pyndarus quoq; illam olim errabundam fuisse. Sed aduentāte partu Latonæ, quatuor terrestribus e truncis columnę, duram in petra solido ex adamante continuerunt. Saxo vetusto. Credunt aliqui dictum,quia insula, saxum sit, in quod Asteria,iam coturnix,versa est. Cloatius autem Verius, referēte Macro.scribit in Delo aram esse Apollinis genitoris, in qua nullum animal sacrificat, quā Pythagoram, veluti inuiolatā adorauisse ferunt. Hanc igit Virgi. esse ab Ænea adoratū: demonstrat siqdem,nullo acto sacrificio,preces inchoat:& vt genitoris aram demonstraret,dixit: Da pater:at mox cum taurum mactat apud aliam aram intelligimus.Vnde hic patrē, quod ipsi propriū est, ibi Apollinē nominat.Cato de liberis educandis: ita ait: Nutrix hęc omnia faciebat in verbenis,& tubis sine hostia: vt Deli ē ara Apollinis genitoris.Quod ait, saxo vetusto: dicit Epaphus Delphis quondam euenisse:vt templum antea religiosum,& intactū spoliatum,incensumq; sit:& addit multas circa Corynthū vrbes, insulasq; proximas terræ motu haustas. Delon neq; antea, nec postea, hoc incommodo vexatam, sed semper eodem manere saxo. Thucidides autem in.iij. historiarum scribit: non mirum ergo si præsidio religionis tutam insulam semper ostenderit:& reuerentiam locorum sibi accessisse dicit,continua saxi eiusdē.s. insulæ firmitate.Anius Apollinis filius fuit, qui habuit Andrum filium. Arcitenens: Ex Næuio,qui in.ij.libro Belli Puni.ait.Deinde pollens sagittis indutus Arcitenens:& ab Homero est, a quo Apollo dicitur ἀργυρότοξος.

PIERIVS.

¶Et lenis crepitans vocat Auster.) In codicib⁹ aliquot antiquioribus, lene crepitans: quod quidem & placeret:& erudite positum videretur nisi lenis,agnoscerent interpretes, quorum hæc paraphrasis.Nam tēpus fiduciā dabat,quo & mare placidum fuerat, & flatus ita temperati, vt lenitate sua, etiam inuitos hortari potuissent ad nauigandum. ℉ Nereidum matri, & Neptuno Ægeo.) Vt missas faciam varias multorū lectiones & sententias in hoc versu,cum alij,Neptunio,legendum velint. Alij Ægæo, vt in codi.Longobardico est,Neptuno Ægæo,absq; synalœpha, veluti etiam matri &, ad Græcorum imitationem posita non inerudite docti omnes arbitrantur.℉ Quam pius Arcitenens,oras, & littora circum Errantem.) Antiqui aliquot codices, prius, legunt:vt sit, prius errantem. Sed magis placet, pius, vt ostendat Apollinem eo beneficio insulam promeruisse, ob officium matri suæ toto orbe erranti præstitum: cuiusmodi pietas filium addeceat.℉ Errantem Mycone celsa,Gyaroq; reuinxit.)Antiqui codi. plerique omnes,hoc dictionum ordine versum legunt, Errantem Gyaro celsa,Myconeq; reuinxit. Gyaron enim genere muliebri dici: author Stephanus. Neq; vero tacēdum Gyaro nomē aptoton esse Probo grāmatico. Hæc Gyaro,huius Gyaro declinanti. Cuiusmodi esse et Celæno tradit. Illud sane scitu dignum,ꝙ Antigonus Caristius esse in ea insula mures tradit, qui ferrum abrodant. Pro Mycone autem Mycono,passim in veteribus exemplaribus inueni, ita quidem Græce scribitur: καὶ μυκονὸς Αἰγαίου μία τῶν κυκλάδων. Et eo casu quippe in os finitum nomen apud Strabonem, & Thucydidem reperitur. Quod vero gigantes illos,quos postremo Hercules confecerit,in ea positos fabulantur,vt apud Stra.lib.x.legere est. Animaduertendum est codices etiam Græcos variare. In aliquibus enim legit, τῶν γιγάντων τοὺς ὑστάτους,ꝙ nimirum postremos significaret.Sed in aliquot alijs τοὺς ὑψηλοτάτους, legas, hoc est, validissimos. Vnde forte fit prouerbio locus.Omnia sub vnam Myconum, cum superfuisse adhuc aliquid longe difficilius ad expugnandum innuamus. Vel id deniq; confectum esse, ꝙ se nostris conatibus difficillimum obiecisset, Neq; vero hæc a me dicuntur, vt alterius cuiuspiam sententiam improbem: sed quia nō temere scriptum crediderim, validissimos gigantum in ea positos.℉ Egressi venerabamur Apollinis vrbem.)Sunt antiqui codices in qbus eggressi, g litera geminata, scriptum inuenias, ꝙ verbi compositio sit ab extra, & gradior, non ab e, & gradior, ideoq; sit ea litera geminanda, vt ex compositæ dictionis singulis partibus aliquid appareat e, quippe & c, qd' in x duplici litera latitabat. Egressi, inde c, ob cognationem in g, abeūte eggressi, Ita olim exfatus, mox ecfatus, tactum a Teren. Scauro, & omnium deniq; vsu, effatus, receptum. ℉ Occurrit veterem Anchisem agnoscit amicum.) In antiquissimo codice,obcurrit, præpositione incolumi scriptum est, quod improbat Scaurus.Eodem modo adgnoscit, quāuis in Mediceo, & in plerisq; alijs, adgnouit,præterito tempore positum est, quæ quodammodo redditio causæ videt esse, cur occurrerit. Sane præteritum agnouit hoc loco, Pontanus etiam agnouisse videtur. ℉ Templa dei saxo venerabar structa vetusto.) In plerisq; codicibus antiquis, veneramur numero plurium habetur. Sed multi supra bar vltimam syllabam, mur notatum habent, non tam uariandæ lectionis causa, ꝗ̃ paraphraseos. Quippe, vt venerabar, pro venerabamur positum innuant, quia verba reliqua, eadem periodo contenta sunt in pluralitatis numero, iungimus, subimus: sed enim qa subsequuntur preces in persona Æneæ nuncupatæ, mihi non displicet, venerabar, vnitatis numero. Nam etiā in.vj.reliquis hoc vel illud procurantibus, Pius Æneas arces quibus altus Apollo præsidet,horrendęq; procul secreta Sybillæ antrum immane petit. Quod vero saxum vetustum appellauit, id redigit in memoriā mihi, quod apud M. Tullium in Verrinis legere est, vbi de hac insula loquitur: & Apollinis templo, est enim tanta apud eos eius sane religio,atq; antiquitas, vt in eo loco ipsum Apollinem natum esse arbitrentur.

Vix ea fatus eram:tremere omnia visa repente,
Liminaq;,laurusq; dei:totusq; moueri
Mons circum:& mugire adytis cortina reclusis.
Submissi petimus terram:& vox fertur ad aures.
Dardanidæ duri,quæ vos à stirpe parētū PHOE.
Prima tulit tellus:eadem vos vbere læto
Accipiet reduces.antiquam exquirite matrem.
Hic domus Ænee,cunctis dominabitur oris:
Et nati natorum,& qui nascentur ab illis.
Hęc Phœb⁹:mistoq; ingēs exorta tumultu ÆNE.
Lætitia:& cuncti quæ sint ea mœnia quærunt:
Quo Phœbus vocet errantes,iubeatq; reuerti.

SERVIVS.

¶Visa repente.) Stoicos & Academicos sequ⁹ est,qui dicunt ea quæ contra naturam sunt, nō fieri,sed fieri videri. Vnde magica ars a Romanis ōis exclusa est: sicut Plinius secūdus docet in naturali historia.℉ Liminaq;.) Quę breuis est pro longa posita:quæ hac ratiōe defendit aut quia oīa monosyllaba ad artē non pertinent: & his licenter vti possumus.Aut certe, quia oē ἐπόμενον.i.particula quę sui substantiā nō habet,mēbrū putatur superioris orationis. qd' si ē: liminaq;, quasi vna pars orōnis est:& pōt Que finalitatis rōne vel ꝑduci vel corripi. ℉ Moueri mons.) Cynthus. Vnde Cynthi⁹ Apollo. ℉ Cortina.) Locus vnde oraculum dat. Dicitur aūt cortina,velq; Apollinis tripos corio Pythonis tectus est:vel ꝙ certa illinc respōsa fundunt quasi certina,vel (quod ē verius) qa cor illic vatis tenet. Nam cauerna quędā in tēplo Apollinis fuit, ad quā Phœbas rapta vaticinabat, vt Lu

Universidad de Deusto Biblioteca

Tum genitor, veterum voluens monimenta virorū,
Audite, o pceres (ait) & spes discite vestras. ANCH.
Creta Iouis magni medio iacet insula Ponto:
Mons idęus vbi, & gentis cunabula nostræ.
Centum vrbes habitant magnas, vberrima regna:
Maximus vnde pater (si rite audita recordor)
Teucrus, Rhœteas primum est aduectus ad oras:
Optauitq; locum regno. nondum Ilium, & arces,
Pergameæ steterant: habitabant vallibus imis.
Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiaq; æra,
Idæumq; nemus: hinc fida silentia sacris:
Et iuncti currum dominę subiere leones.
Ergo agite: & diuum ducunt qua iussa, sequamur:
Placemus ventos: & Gnossia regna petamus,
Nec longo distant cursu (modo Iuppiter adsit)
Tertia lux classem Cretæis sistet in oris.

canus ostēdit. ¶Sūmissi.) Inclinati. Et ēst sciendū pro qualitate numinū orantes interdum ima, interdū summa respicere. Nā potestates aliæ cœlestes sunt, aliæ terrenæ, aliæ permistæ. Vnde nūc Apollinē deprecātes, terrā petunt. Ipse enim est & Sol, & Liber pater, qui inferos petijt. vt Horati°, Te vidit insomnis Cerberus. Bene ergo terrā petūt, vnde ad eos responsa perueniunt: Apollo etiā inferis notus est. ¶Dardanidę.) Vt diximus, obscura qdē, sed vera sunt oīa. Nam dicēdo Dardanidę, ostēdit Italiā, vñ Dardanus fuit. q̄ si Cretam significaret, Teucriadę diceret. ¶Duri.) Vel futurum ostendit laborem: vel eoꝝ arguit insipientiā. ¶Stirpe.) Stirps genere fœminino originē significat, vt Heu stirpē inuisam. masculino, arborē: vt, Sed stirpē Teucri nullo discrimine sacrum. Sed Hora. cōtra regulam nitit̃. vt, Stirpesq; raptas & pecus & domos. ¶Prima tellus.) Italia vnde Dardanus ven. t. Teucer. n. de Creta post venit. ¶Vbere læto.) Quod Italię est ppriū, vt alibi, Atq; vbere glebę. ¶Antiquā exquirite matrē.) i. terrā. Tractum autē est de historia: nam Brutus & filij tarquini cum oraculum Delphici Apollinis peterent, responsum est eius imperium fore, qui primus matrē reuersus oscularet̃. quod solus Brutus agnoscens, de naui egressus, simulans casum, osculatus est terrā: vnde & potitus imperio est. ¶Exquirite.) Hoc dicēdo ostendit difficultatem. ¶Hic domus.) Ad illud respicit hoc, Da propriam Tymbræe domū. ¶Nati natoꝝ.) Propter illud, Et mansuram vrbem. Nam oraculum semper ad petita respondet. Sanè hic versus Homeri est, quem & ipse Orpheo sustulit. Item, Orpheus de oraculo Apollinis Hyperborei. Mire autem sequēti versu hæc ostendit, dicendo. Hæc Phœbus. ¶Tumultu.) Quia dixit Exquirite. ¶Lætitia.) Propter promissam imperij æternitatem. ¶Monumenta virorum.) Historias. ¶Spes discite vestras.) Aut quasi senex loquitur: aut quia (vt supra diximus) scit se esse moriturum. ¶Creta.) Dardanus Iouis filius, & Electræ, profectus de Corito ciuitate Thuscię, primus venit ad Troiam: & illic parua ædificia collocauit. Post cuius obitum Teucer venit ex Creta: & inuenit Dardani socios habitātes in vallibus, qui constituit arces & mœnia. Modo ergo errat Anchises: nec respiciens aduentum Dardani, oraculum Cretam significare credit. Argumentatur ex his quæ solent ab aduenis fieri. Ida, inquit, illic est: quæ in Troia ad similitudinē dicta: vt, Effigiem Xanthi Troiamq; videtis, Quam vestræ fecere manus. Item sacrorum similitudo: quam apud maiores nefas erat perire. Vnde Æneas in. xij. Sacra deosq; dabo, socer arma Latinus habeto. ¶Iouis magni.) Quia illic dicit̃ esse nutritus: quod (vt Sallustius dicit) ideo fingit̃, quia primo Cretēses constat inuenisse religionem. Sanè nati Iouis fabula hæc est, Saturnus postquam a Themide oraculo comperit a filio se posse regno depelli, natos ex Rhea vxore deuorabat. quę natum Iouem, pulchritudine delectata, nymphis commendauit in monte Cretæ Dictęo: vbi eum aluerunt apes. & adhibiti sunt Curetes, & Corybātes: qui tinnitu æris prohiberent audiri pueri vagitum, vnde ipsi sunt Matris deum ministri: vt aūt fingat̃ Saturnus filios suos comedisse. ratio hæc est: quia dicitur deus esse ęternitatis & sæculoꝝ. Sæcula aūt annos ex se natos in se reuoluūt. vnde Grǽce κρόνος, quasi χρόνος, id est tempus dicitur. ¶Medio ponto.) Pōt quidem intelligi s̄m Sallustium, longe a continenti. sed altior est hoc loco poetæ intuitus. Nam apud Cosmographos legimus, quę insula in quo sit mari. vt Sardinia in Africo, Delos in Ægeo, & de alijs: De Creta omnes dubitant in quo sit mari. Nam parte Libycum, parte Ionium respicit, parte Ægyptium, parte Achaicum. ¶Mons Idæus vbi.) Deriuatiuum est pro principali: & est ἴδη Idæus, vt αἴτνη Ætnæus. ¶Cunabula gentis.) Nutrimenta. Nam vbi iacent infantes, cunæ vocantur. Et latenter dat gloriam Troianis dicens eos a dijs originem ducere. Vnde est, Ab Ioue principium generis. Ibi enim & de Dardano, & de Teucro intelligimus, quasi Iouis ciues. ¶Vrbes habitant.) Non dicit, Qui: sed intelligimus Cretenses, aut certe habitāt, pro habitantur: vt insinuat pauor. Et primum qdem centū habuit ciuitates. vñ Hecatompolis dicta ē. post vigintiquatuor. inde duas, Gnoson & Hierapidnam. ¶Vberrima regna.) Hic decipit̃: quia audit, Atq; vbere glebę. ¶Maximus vnde pater.) Fallitur. Nam antiquior est Dardanus. ¶Si rite audita recordor.) Bene dubitatione excusat errorem. ¶Rhœteas) amat Virgilius declinationes Græcas, salua regulę reuerentia, in latinas conuertere: vt Grecā diphthongū i e longū mutans: vt, αἰνείας Æneas, μήδεια Medea, ῥοίτειον, rethœum. ¶Optauitq;.) Elegit: vt Pars optare locum. ¶Habitabant.) Hi sunt q̄ cū Dardano venerāt. ¶Mater cultrix Cybeli.) Montis Phrygię, in quo colitur: a quo & Cybele dicta est. Alij dicūt Cybelum sacerdotē eius primū, & ab eo Cybelē dictā. Nōnulli cultrix, Cybele legunt: vt sit quasi Cybeleia. Alij Cybele, ἀπὸ τοῦ κυβιστᾶν τὴν κεφαλήν. id est a capitis rotatione, quod proprium est eius sacerdotum. ¶Corybantiaq; æra.) Corybantes dęmones sunt ministri matris deum. Dæmones quasi δαήμονες, qui totū sciunt. ¶Fida silentia sacris.) Hinc, inquit, inuētum est seruare sacris fidele silentium. ¶Et iuncti currū dominæ subiere leones.) Dominas deas dicūt: vt alibi, Hi dominā ditis thalamo deducere adhorti. Fabula talis est, Schœnos ciuitas est inde fuit virgo Athlante ppotēs cursu adeo vt sponsos prouocatos, ac victos occideret. Postea Hippomenes Venerē vt sibi adesset rogauit. a qua cū accepisset de horto Hesperidū tria mala aurea, puocauit puellam, & singula cœpit iacere. Tūc Atlante cupiditate colligēdoꝝ maloꝝ retēta superata est. Sed Hippomenes potitus victoria, in luco matris deū amoris impatiētia, cum victa concubuit. Vnde irata dea in leones eos conuertit, & suo currui subiugauit: & pcepit ne secū vnquā leones coirent. Nam & Pli. in naturali historia dicit, leonē cū parda libēter, & pardū cū leena concūbere. Ideo autē mater deū curru vehi dicit̃: qa ipsa est terra, quæ pendet in aere. Ideo sustinet̃ rotis: qa mundus rotat̃, & reuolubilis est. Ideo ei subiugant̃ leones, vt ostendat̃ maternā pietatem totū posse superare. Inde Corybantes eius ministri cum strictis gladijs esse fingunt̃, vt significet̃ oēs pro terra sua debere pugnare. Quod aūt turritam gestat coronā: ostēdit superpositas terræ esse ciuitates, quas insignitas turribus cōstat. Gnosia regna.) Cretam a Gnoso ciuitate eius. ¶Nec longo distant cursu.) A Delo. ¶Modo Iuppiter adsit.) Aut aer: ac si diceret, tātūmodo sit serenū. vt Hora. Manet sub Ioue frigido venator Tenerę cōiugis immemor. Aut re vera Iuppiter, q pest insulę quā petimus. ¶Cretęis.) Quia κρήτη: ideo Cretæis, vt Ætnæis.

Fabula Athlantę

DONATVS.

¶Vix ea fatus e. t. o. u. r. Li. q;, Laurusq; dei, t. q; m. M. c. & m. a. c. re.) Mox ait, vt dicta compleui, omnia mihi visa sunt tremere. a generalitate transijt ad species. Dixit enim liminaq;, laurusq; dei, totusq; moueri mons circum, & mugire adytis cortina reclusis, hæc sic mota sunt, vel mugierunt, vt deum ipsum præsentem fuisse monstrarent. ¶Summissi petimus t. & u. f. ad a.) Pauore, inquit, nimio vestigiis firmis non potuimus stare, demissi ad terram has voces audiuimus. ¶Dardanidæ duri.) Hoc est ad tolerandum laborem fortes. ¶Quæ vos a stirpe parentum Pri. t. t. e. u. ub. læto Accipiet re. an. ex. m.) Quid breuius? quid euidentius hoc respōso: cuius tanta beneuolentia est, vt cum fine verborum consulentis prolatum sit, & Æneam dudum suspensum atq; incertum instructum, securum, lętumq; reddiderit, ostēdit Troianos apud Ilium peregrinos fuisse. perindeq; nō iniuriam ex deoꝝ inuidia, sed beneficium consecutos. vt originalibus terris & suis parentibus redderentur. vt autem propriam domum fore & genus atq; vrbem in æternum mansuram manifesta ratione mōstraret, addidit. ¶Hic domus Ænęę cunctis dominabit̃ oris, Et nati na. & q. na. ab i.) Ecce & altera pergama perpetuo mansura dignanter ostēdit, & Troianam progeniem magna incrementa sumpturam. ¶Hæc Phœbus.) Post eiusmodi responsum, quo solum cōtinebat̃ incertum, vt constaret, quæ esset illa regio, ad quā tendere deberent. ¶Misto ingens ex. tu. Læ. & cuncti, quæ sint ea m. quæ. &c.) Læti qdem fuerunt omnes, q optata cognouissent, sed vniuersi quærebant nomē loci. antiqua enim memoria fuit, quam posterioris æui homines ignorabant, quā cum omnes non nossent, deerant, qui imprudentes instruerēt. ¶Tum genitor ve. vo. m. vi.) Anchises pater meus, qui longe cęteros annis, & scientia, prędedebat, reuoluta priscorum familia expositionem responsi audacter ingressus. ¶Audite o p. ait.) Quid, inquit, sperare debeatis audite. ¶Creta Iouis magni &c.) Non tantum exposuit Anchises id, quod secundum responsum senserat, verumetiam partes suas plenissime prosecutus est, faciens in omnibus lætiores, quos Apollo promissione meliorū hilares fecerat. idem quippe dixerat, quæ vos a stirpe parētum Prima tulit tellus, eadem vos vbere læto Accipiet reduces, antiquam exquirite matrem. Hoc dicto ademit omnibus luctum perditæ ciuitatis. non enim magnus dolor esse debuit obuentitiam perdidisse, vel maxime cum originalis salua incolumisq; promitteretur, certe q̄ pulchrum, q̄ honestum, q̄ religiosum fuit, his terris reddi, quæ parentes in origine protulerunt. & quia potuit fieri, vt a melioribus ad deteriora cogerentur, addidit vbere læto. ecce ostendit & commodum. vbere quod dixit, alludere voluit, quia supra terram ipsam matrē appellauit. læto autem iccirco posuit, ne se odiosos vel graues vel certe importunos venturos esse arbitrarentur, addidit reduces, vt satiaret. non futuros oneri his terris, quæ non aduenas sed suos essent felicius recepturę. Anchises igitur hoc responsum se existimans interpretaturū, euidenter, quod veluti dubiū fuit, incipit aperire. sic tamen, vt non tantum dicat quid sit, verūetiam apollinis promissa multifariis commodis rerum & honestis accumulet. Creta Iouis magni, dixit & nomē loci, dixit & deum, qui illic coleretur, & ad quem specialiter insula ipsa pertineret, ipsumq; magnum esse, perindeq; in magno nomine magnam fauoris erga incolas posse prouenire substantiam, dignam vero insulam, in qua tantus deus & esset, & præcipue coleret̃. ¶Medio iacet in p.) Ecce dixit situm eius, vt ostenderet fluctibus clausam, ac per hoc aduersus insidias tutam, facilem autē victu, & alimoniæ propriæ cōmodam. quod vero dixit iacet, modum eius & imensam latitudinem voluit demonstrare. venit iam ad signa. ¶Mons idæus vbi & gentis cunabula nostræ.) Quod hic dixit gentis cunabula nostræ, & nihil expressit, specialiter inferiore in parte patefecit. interea euidentius aperit, quod generaliter memorauerat, nam iacet, inquit, nunc exponit quid sit, iacet. ¶Centū vr. ha. ma. vb. re.) Scilicet & numero, & magnitudine, atq; vbertate pręcipuas. intimat etiam, quod obscura etiam dixit, & gētis cunabula nostræ, Maximus vnde pater (si rite audita recordor.) Teucrus rhœteas primum ē aduectus ad oras. maximus pater est qui maioris generis sui antiquitate præcedit. neq; enim solus ille dicitur pater, ex quo nascimur, verumetiam ille, a quo reginē ducimus. vbi enim generis defecerint nomina, & gradus sanguinis fuerint expleti hoc est patris, aui, proaui, abaui, ataui, tritaui. Veteres eorum aut maiores dicuntur, aut patres. maximus ergo est pater ipsorū maiorum; antiquissimus deniq; Anchises quo, omnibus qui tunc supererāt potior. Si rite, inquit, audita recordor, Teucrus rhœteas primum est aduectus ad oras, Optauitq; locum regno. nondum Ilium & arces Pergamee steterant, habitabant vallibus imis. ecce & ipse fabulam quandā satis annosam ex alijs dicit audisse, & hanc repetit notante memoria. affirmare enim pro vero stultissimum fuit, quod opinione narrabat incertum. Teucrum ergo primum refert illuc venisse ad Troiā, post ipsum augmentum cœpisse Ilium. primo enim qui illic cōmorabantur, in vallibus habitabant, vsq; adeo affirmabat certā & promissam, vt non tantum hoies a Teucro descēdentes illic diceret viuere, verūetiam sacroꝝ obseruationē eandem. quę in Troiana ciuitate tenebatur, asserit custodiri. iccirco ait, hic mater cultrix Cybele, corybantiaq; æra, Idæumq; nemus, hinc fida silentia sacris, Et iuncti currum dominę subiere leones. Ergo agite, & diuū ducunt qua iussa, sequamur. Ecce qui fuerāt incertj, quo fata ferant, vbi sistere detur, nunc deos secuti & exponētis verba, nauigationem tali assertione promissam subire cogebantur. Placemus ventos & Gnosia regna petamus. non quia tunc asperi fuerant, dixit placemus, sed vt nauigaturis flatus semper placidos exhiberent, subiungit, quid commodi ex eo sacrificiorum obsequio prouenire posset. Nec longo distant cursu (modo Iuppiter adsit.) Tertia lux classem cretæis sistet i oris. si enim fauerit Iuppiter, fauor compleuit omnia, quibus perfici oportuit suasoria, addendo, q nauigatio ipsa de proximitate nō futura esset odiosa, tamen inquit, si fauerit Iuppiter. temerarium est enim post triduum polliceri, cuius incerti sint flatus, ideo posuit conditionem pendentem ex Iouis volūtate, cui omnis potestas esset dandi ventos, aut nocendi.

ASCENSIVS.

¶Vix ea fatus eram, tremere omnia visa repente, Liminaq;, laurusq; dei, totusq; moueri mons circū, & mugire adytis cortina reclusis, &c.) Docet q subsecutū est oraculum: vtq; illo delusus Anchises, eo q geminę essent Troianis origines, cohortatus est in Cretam, vnde Teucer oriundus cōcedere: cum tamē deus admoneret potius in Italiam proficiscendum, vnde Dardanus ortus, dicendo, Dardanidæ duri: verum is quoq; error fatalis erat: nam Cassandra cum sæpe prædixerat: vnde ipsum agnoscēs Anchises, postea dicturus est: Sola mihi tales casus Cassandra canebat. Nunc repeto hæc generi portendere debita nostro. De hac autem re, dicit Donatus sic. ¶Vix ea fatus eram.) Motio earum rerum, præsentiam dei ostendit. ¶Submissi.) Pauore nimio, vestigijs firmis stare non potuimus, sed ad terram demissi sumus. ¶Dardanidæ duri, quæ vos a stirpe parētum Prima tulit Tellus, eadem vos vbere læto Accipiet reduces.) Nihil breuius, aut eminentius hoc respōso. Nam & in fine verboꝝ consulentis, prolatū est: & incertos, securos reddidit. Ostendit enim Troianos apud Ilium peregrinos fuisse. Nunc originalibus terris a suis parētib° reddi: quod beneficium, & nō iniuria est: præsertim cū vrbē ppetuam promittat; & Troianos maxima incrementa sumpturos. ¶Mistoq; ingens exorta tumultu.) Læti oēs erant, sed querebant nomen loci. Nam antiqua memoria ignorabatur: sed Anchises oium vetustissimus, rem aggressus est: fuit aūt pulchrum, ac religiosum his terris reddi, quæ parentes ab origine retulerūt: & ne timerent, ne a melioribus ad deteriora pergerēt, addidit vbere læto. ¶Vbere.) Adlusit ad id quod terram lætam appellauit. ¶Reduces.) Ne timeant se futuros oneri his terris, quæ nō aduenas, sed suos reciperent. ¶Creta Iouis magni.) Dixit & nomen, & ad quem deum ipsa maxime pertineret, qui cum magnus sit, magnum possit incolis præstare fauorem. ¶Medio Ponto.) Vt, Vndiq; fluctibus clausa aduersus hostes esset tuta. ¶Iacet.) Per hoc eius immensam magnitudinem ostendit. ¶Mons Idæus.) Ponit signa specialia. ¶Centum vrbes.) Exponit quod dixit, iacet, & ostendit magnitudine, & vbertate pręcipuum regnum: vt, Et insinuet quod dixit gentis inc. no. ponit Teucrum. ¶Maximus.) Vbi deest nomen consanguinitatis, dicimus maiores, & patres. Ergo maximus, est pater ipsorum maiorum. ¶Hinc mater Cybele.) Ab obseruatione sacrorum arguit eos esse maiores suos. ¶Diuū qua iussa sequamur.) Nam non amplius sunt incerti, quo fata ferant. ¶Placemus ventos.) Non quia tunc essent asperi, sed vt deinceps illis prosperis vtantur. Facit autē rem facilem a breuitate nauigationis. ¶Iuppiter.) Temerarium enim est, polliceri aliquid de futuro: cuius sumus incerti: nisi deus faueat. ¶Ordo est. Ego vix eram fatus ea, quę ante dicta sunt, sup. cū omnia visa sunt repente tremere: & limina. s. templi: & laurus dei. s. Apollinis. i. quæ in tutela & honore eius est eo q Daphne puella, ab eo adamata, in eam conuersa fingitur: vnde est in Buco. Phœbo sua semper apud me Munera sunt lauri: & quæ iuxta templum eius stabat: & totus mons visus est moueri circū. i. in circuitu, & cortina, locus secretior corio tectus, vnde oraculum exit, sup. visa est mugire, id est mugitum edere: adytis. i. secretioribus penetralibus quæ adire nō licet: reclusis, id est apertis, & patefactis. Nos submissi. s. humiliati: petimus terrā: vt ab adytis perfecte vocem acciperemus: vtq; oraculis bona nunciarentur: & vox fertur ad aureis. i. audimus vocem, dicētem: O Dardanidæ duri. i. fortes, & perdurātes, & infrangibiles aduersitate: eadem Tellus, quę tulit. i. extulit vos: prima a stirpe. i. radice, & origine parentū: accipiet vos reduces. i. redeūtes: accipiet, dico, læto vbere. i. fœcunditate, & vbertate exhilarante intuentes: adludit autē ad matrem quæ vbera porrigit: vnde subdit, Exquirite matrē. i. terram, quæ vos prima tulit (loquitur autē, vt dixi, de Italia, vbi Dardanus ortus, sed non intellexerunt tunc id Troiani) domus. i. familia Ænęę ab Iulo tamen denominata: videlicet domus Iulia dominabitur: hic. i. apud antiquam matrem vestram: cunctis oris. i. regionibus. Et nati natoꝝ: & qui nascentur ab illis. s. natis natoꝝ. i. omnes in infinitum succedentes, sup. dominabūtur hic cunctis oris. Hæc Phœbus, sup. effatus est: & ingens lætitia exorta est: tumultu. i. strepitu, & murmure vehemēti: misto. i. admisto & cuncti. s. Dardanidę: querunt, id est percunctant̃, quæ sint ea mœnia: quo. i. ad quę: Phœb°. s. Apollo vocet eos errātes: ve pro vel, quo iubeat, sup. eos reuerti. Tum. i. tūc genitor. s. Anchises: voluēs. i.

Ordo.

Universidad de Deusto Biblioteca

repetens,animoq; agitans:aut complectens monumenta.i.testimonia,& indicia,quæ nos admonere possent : veterum viroꝝ.i. maioꝝ nostroꝝ vnde originē traximus:ait,o ꝓceres audite,& discite vestras spes.i. vnde requiē vicinā sperare potestis. Creta existens insula magni Iouis.i.in qua magnus Iuppiter, natus dicit', iacet in medio Ponto.i.mari:vbi.i.in qua insula est, supp. mons Ideus,sicut est in Troia:& vbi,sup. sunt cunabula (Donat⁹ legit, incunabula,quo is absumatur.)i,cunarum receptacula : hoc est, primæ origines nostræ gentis,i,generis & originis.& vbi,supp. Cretenses,aut populi,habitant centum magnas vrbes,appositorie,vberrima regna : vnde.i.de qua insula,maximus pater.i.primus author generis nostri.i. Teucrus , est aduectus ꝑmus i oras Rhœteas.i.Phrygias , vbi est Rhœtheum promontorium : fallit' autē in ea re Anchises:quia ante Teucrum venerat Dardanus:& ita,licet verū sit,eum primū e Creta in Phrygiam venisse:non tñ erat oino maximus pater , quocirca cum nollet incertum penit⁹ affirmare, honestam subiunxit statim parenthesim, dicens:si.i.siquidem:ego recordor rite.i.vt decet : audita.i.ea quæ a maioribus meis audiuerim:& ipse Teucer optauit.i.elegit locū:regno. s.ad regiam extruēdam,qa Ilium.i.oppidum,præcipuū Troię,& arces Pergameę.i. Troianę : nondum steterant.i.erectę erant:qa sup.indigenę habitabant tunc, imis vallibus.i.cauernis , & locis humilibus in conuallibus. Hinc.i.ex hac dicta insula, sup.est,mater.s.deū,Cybele (declinat' Cybele,Cybeles, aut Cybelles, Cybellis aliquando) cultrix.i.exornatrix regionis nostræ.& hinc,sup. adducta sunt : æra Corybantia.i.quæ a Corybantibus pulsant' : de quibus in.iiij.Geor.dictum est:& nemus Idęum, sup. denominatum est:& forte consitum est : hinc.i.ad similitudinē Idæi nemoris in Creta : & fida silentia, sup. cœpta sunt : hinc.i. ex more huius regionis:sacris.i.sacrificijs : aut rebus sacris agēdis quę(vt Diodorus Siculus refert) nefas erat aperire,aut notificare,nō initiatis eiusmodi sacris & leones iuncti.i.subiugati:subire hinc.i. ex imitatione huius gentis.currū dominę.i.deę dominatricis.s. Cybeles:hoc est,hinc tractus est mos, vt currus Cybeles a leonibus traheret'. Ergo agite (adhortandi aduerbium , & sequamur qua iussa diuum.i.deoꝝ vt opinabatur) ducunt. Placemus ventos.i.deos ventoꝝ sacrificio facto : & petamus regna Gnosia.i. Cretensia : a Cnoso , seu Gnoso oppido præcipuo in Creta : nec, supple ea regna distant longo cursu.i.spatio, ad quod percurrēdum opus sit longo cursu:qa tertia lux.i.tertius dies:sistet.i.exponet:nos oris.i.regionibus Creteis.i.Cretensibus (sed a Crete, noīatiuo Græco,deduxit) modo.i.dummodo aut si modo Iuppiter adsit.i.nobis auxilio sit & faueat.

PIERIVS.

Liminaq;,laurusq; dei. illud ego sanè præteriturus eram inueniri codices manu scriptos,in quibus, Leimina,per ei,prima syllaba scriptū sit & ita alibi, vt in.ij. Leimē erat:nisi Probus grāmaticus interpellasset,noia esse dicens , quæ plenitudinē patiuntur, hoc est,quæ e litera plus scribantur,vt puta limen,leimen. In Carisij sane codice, quem lectitaui, vbi ex C.Iulij Ro.sentētia , laurus hoc loco numero multitudinis positum adserit',animaduerti Numinaq; , laurusq; citatum esse non limina , quod quidem memorię lapsu factum crediderim a librario, donec quid magis fide dignum inuenero cum limina,castior omnino lectio videatur,quam tot veteres cod.ostendant , Quintilianus agnoscat,Et Val.Probus optimum positionis modum obseruet in,Liminaq; laurusq; dei:sicuti septimum in eo versu:Omnia vincit amor:& nos cedamus amori. Et vox fertur ad aureis.)Codices antiqui omnes hi qui,aures,admittunt:auris,per i, scribunt ex Velij sententia.Sed sunt etiam vetera quædam exemplaria, in quibus,ad auras,scriptum inuenitur : quod quidem non ita placet. Quæ vos a stirpe parentum Prima tulit tellus.) In codicibus aliquot antiquis legere est,de stirpe,sed a stirpe, iam oēs recipiunt. Creta Iouis magni medio iacet insula Ponto.) Non temere quærit Seruius:cur,medio ponto,dixerit Virgilius.Neq; insulę dubitationem soluit dum tot maria enumerat , quæ Cretā insulam adluunt.Dicamus itaq;,medio Ponto.i.ambiguo.Hic enim est Latinitatis modus,vt ea in medio eē dicamus,quæ nulli adhuc parti sint adiudicata.Sed in Virgilianam hanc sentētiam,nemo procliuius iuit q; Solinus. Ait enim is,pronius est Cretam dicere,q; absoluere in quo mari iaceat. Ita enim circūflui illius Græci , nomina permiscuerunt,vt dum alia alijs ingerunt, pene oblimauerint vniuersa. Teucrus Rhœteas primū est aduectus ad oras.) In cod.aliquot antiquis,Teucros,idiomate Græco scriptum est, In Longob. Teucer.Sed enim Sosipater Cari. ex Aurelij sentētia nomina quæ apud Græcos,aut per ρος,aut per τρος,aut per δρος, aut per κρος, efferuntur, ea oia omissa Græca extremitate per er, apud nos efferri,& per secūdam declinationē declinari docet , vt ἄγρος, ager, agri : ἀντίπατρος , Antipater , Antipatri : μένανδρος, Menander, menandri : τεῦκρος, Teucer, Teucri , Quāquā ait ille Virgilius : Teucrus,& Euādrus extulerit. Præterea duo tñ noia designat,quę semp in suo statu permaneāt,Codrus & Congrus, nō.n.dicit' Coder,neq; Conger. Priscianus etiā hoc citato versu Virgiliū ait, Teucrus,& Euādrus protulisse. Quod vero vulgata plurimū exēplaria legūt,ad aras:Antiqui plerię codices cū Medi.in oras,habent:sed etiā,ad,reperit'. Hinc mater cultrix Cybele,Corybantiaq; æra.)Quia varia literarū versura totus hic versus in antiquis codi.deluxatus est, lectio ea nōnullis magis adridet,hinc matrix cultrix Cybeles, vt adludatur ad euitandi ritus, cum præsertim sequatur ad sacrificij supplementum, Corybantiaq; æra. Alij legunt , cultrix Cybeli, quæ.s. Cybelum Phrygiæ montē incoleret,a quo dea sit Cybele cognominata , porro Cybelum Tj.Donatus agnoscit in vndecimū locum, in quo Cybele colebatur. Sanè κυβέλην Phœniciæ oppidū agnoscit Herodianus,cybella vero oppidum aiūt Phrygię : & κύβελλαι , facellum : a quo Rhea,sit Cybele appellata,neq; nō κυβελγύνης, & κυβέλης vt Pisander in.x. Quantum vero pertinet ad l, literam in eo nomine nunc simplicem, nunc geminatam,poetę id ex commodo suo factitare solent, non quod ea scriptione Phrygię oppidum ab altero Phœniciæ discernatur. Legamus itaq; , hinc mater cultrix Cybeli . quam lectionem Seruius etiam videtur agnouisse. Est autem colere, inter alia significata, locum aliquem pręsentia sua honorabilem reddere:vt eo loco, Post habita coluisse Samo. Et,Pallas quas condidit arces ipsa colat. Et apud Liuium, Vos Ceres mater,ac Proserpina precor, cæteri superni,infernię; di , qui hanc vrbem,hos sacratos lacus,lucosq; colitis.

SERVIVS.

Meritos.) Vnicuiq; aptos. Rō.n.victimarū fit pro qualitate numinū. Nam aut hæc imolant' quę obsunt eoꝝ muneribus, vt porcus Cereri,quia obest frugib⁹ : hircus Libero quia vitibus nocet. Aut certe ad similitudinē, vt inferis nigras pecudes, superis albas imolent. tēpestati atras,candidas serenitati. Taurū Neptuno.) Propter futurā nauigationē. Pulcher Apollo.)Propter oraculum datū . Nigrā Hyemi pecudē, Zephyris felicibus albam.) Bono vsus est ordine,vt prius auerteret mala,sic cōciliaret optanda. Frustra.n.profutura poscunt' aduersis sequentibus. Pulsum regnis cessisse paternis.)Non dicit quare . Sed talis historia est , Idomeneus Cretensium rex cum post euersam Troiam reuerteretur , in tēpestate deuouit dijs sacrificaturū se de re , quę ei primū occurrisset. Contigit vt fili⁹ eius primus occurreret. quē cum, vt alij dicūt , immolasset : vt alij, imolare voluisset : a ciuibus pulsus regno,Salentinū Calabrię promōtoriū tenuit iuxta quod condidit ciuitatē:vt, Et Salentinos obsedit milite campos Lictius Idomeneus. Relatio ergo historię ad iniiciendum Troianis eūdi desyderiū pertinet:& re vera aliter ad hostis prouinciam ire non poterant. Idomenea.) hui⁹ nominis penultima syllaba natura breuis,contra regulam producta est. Sed quia qnq; Grecę sunt linguę, Æolica, Ionica, Dorica, Attica, Cōis:fit vt in vno noie varietas iueniatur : vt ecce hic Idomene⁹. Cōis lingua facit gentiuū ἰδομενέος, Dorica ἰδομενῶς, Attica ἰδομένεως, Ionica ἰδομενῆος. Vnde ē in hoc versu accusatiu⁹, sicut & Ilionea. Hoste.)Hic multi distinguunt. Astare.)Esse:quod tūc significat, qñ de his loqmur, quę cadere non possunt:vt si dicas terras astare. Bacchatamq; iugis Naxon.)Aut vitibus cōsitā : aut celebratā Bacchis:aut vbi Bacchus ex Indis egit triumphū. Nam vt supra diximus,ipsi consecrata est, quæ & Dia dicit'. Viridēq; Donysam.) A colore marmoris Lacedæmonij. Olearon.)Nam adiecit Epitheton causa varietatis. Niueāq; paron,)Vñ candidū marmor:vt, Pariusue lapis circūdatus auro. Sparsasq; per equor Cycladas.)Et hę quas dixit,Cyclades sunt. Vnde minus est & Alias.Sparsas aūt, quia nullo ordine cōtinent': vt Stoechades : quæ ἀπὸ τοῦ στοίχου dictæ sunt . Recte enim sunt. Cyclades vero non ideo dicunt', quia in rotunditate sunt, sed q; longo ordine eas circūire necesse est : vel ꝑpter promontoria: vel qa naturale est,vt cōcitatiora sint maria vicinitate terrarum : quas constat anhelitum quēdam ex se emittere . vnde in quinto nauigaturus Æneas. Eryci sacrificat. Legimus.)Præterimus:vt, Littoraq; Epiri legimus,tractus aūt sermo a nautis,q; funē legēdo.i.colligēdo,aspera loca prætereūt. Cretam proauosq; petamus.)Celeuma dicunt. Et bene metro Celeumatis vsus est Anapęstico trimetro hypercatalecto. Celeuma autē quasi præceptū. Vnde Sallustius, Impediebant iussa nautarum. Surgens.) Flans: vt,Et flando surgētes demoror austros. Econtra,nō flans, ponēs & residens dicit' : vt,Cum venti posuere,omnisq; repente resedit Flatus. Et tandem.)Ad desiderium pertinet nauigantium : nam sequit'. Ergo auidus muros. Curetum.)Curetes sunt primi cultores Cretę. Pergameamq; voco.)Zeugma a superioribus, hoc est vrbem. Gentemq;.) Sociorum multitudinē. Lætam.) autē propter pergama restituta. Amare focos.) Sacrificia celebrare. Arcemq; attollere.) Poetica periphrasis.i.domos ędificare . Nā arx est in ciuitate munitus locus. Fere.)Re,longa est. Operata iuuētus.) Perfecit sacrificia ꝑpter cōnubia, & nouas sedes : quia apud veteres neq; vxor duci , neq; ager arari sine sacrificijs peractis poterat,vt alibi, lætis operatus in herbis. Item Iuue. Et matutinis operatus festa lucernis . Corrupto cœli tractu.) Hic est ordo pestilentię, vt Lucretius docet,primo aeris corruptio,post aquarum & terræ , mox omnium animalium . Notandum sanè Apolline offenso pestilentiam semper creari:quod etiam Homerus ostendit,cum eum armatum inducit sagittis, Vnde & Apollo dicitur ſm aliquos ἀπὸ τοῦ ἀπολλύειν. Contra si Citharam teneat, mitis est. Vnde Horatius, Condito mitis placidusq; telo Supplices audi pueros Apollo. Linquebant dulceis animas.) Itē alibi, Et cum frigida Mors anima seduxerit artus . Quare dicitur relinqui, & non magis relinquere? Secundum eos.s. qui dicunt animam esse perpetuam : & ad diuersa corpora transitum facere : quod si est , bene dicimur nos animas linquere , quorum nihil præter corpus est. Nam anima perpetuitatis est. Vnde Palinurus in sexto , Nunc me fluctus habet : hoc est corpus , quod solum meum est. Exurere Syrius agros. Syrius stella est in ore canis posita : quæ annis omnibus oritur circa octauo calendas Iulias, quæ orta plerunq; pestilentiam toto anno facit,plerunq; paucis diebus : interdum innoxia nascitur. hinc est, Et in totum regnaret Syrius annum. Item supra, Et letifer annus. Tunc autem pestilentiam creat , si in hanc rem etiam cæterorum cōsentiat cursus astroꝝ. Sanè canicula in cuius ore est,tantum generis fœminini est:cum sit canis cōmunis generis, vnde hoc nascit'. Nam in diminutione mutauit genus. Seges ægra.)Seges interdum terram significat : vt Hora. Hæc sehes ingratos tulit, & feret omnibus annis. Interdum frumēta : vt, Quid faciat lætas segetas. Hoc loco vtrunq; pōt intelligi. Veniamq; pcari.) Et beneficium:vt, Orantes veniam.aut & re vera veniam erroris Anchisę,qui oraculum male interpretatus est. Laborum tentare auxilium.)Propter pestilentiam. Vertere cursus.)Propter sedes.

Sic fatus meritos aris mactauit honores: ÆNE.
Taurum Neptūno,taurum tibi pulcher Apollo:
Nigram hyemi pecudem,zephyris felicibus albam.
Fama volat pulsum regnis cessisse paternis
Idomenea ducem:desertaq; littora Cretæ:
Hoste vacare domos:sedesq; astare relictas.
Linquimus Ortygiæ portus:pelagoq; volamus:
Bacchatamq; iugis Naxon,viridemq; Donysam,
Olearon,niueamq; Paron,sparsasq; per æquor
Cycladas,& crebris legimus freta concita terris.
Nauticus exoritur vario certamine clamor:
Hortantur socij Cretam,proauosq; petamus.
Prosequitur surgens à puppi ventus euntes:
Et tandem antiquis Curetum allabimur oris:
Ergo auidus muros optatæ molior vrbis:
Pergameamq; voco:& Lętam cognomine gētem.

Hortor amare focos:arcemq; attollere tectis.
Iamq; ferè sicco subductæ littore puppes:
Connubiis,aruisq; nouis operata iuuentus:
Iura,domosq; dabam:subito cum tabida membris
Corrupto cœli tractu,miserandaq; venit
Arboribusq;,satisq; lues,& letifer annus.
Linquebant dulces animas:aut ægra trahebant
Corpora.tum steriles exurere Syrius agros.
Arebant herbæ:& victum seges ægra negabat.
Rursus ad oraclum Ortygię,Phœbumq;,remenso
Hortatur pater ire mari:veniamq; precari,
Quem fessis finem rebus ferat:vnde laborum
Tentare auxilium iubeat:quò vertere cursus.

DONATVS.

Sic fatus meritos ar.m.h.) Meritos dixit conuenietes, & dicit quib⁹ dis sacrificauerit, id est in quoꝝ deoꝝ honorē. Taurum Ne.) Deo.s.maris, propter ingruentem nauigationem. Taurum tibi p.A.) Propter respōsi beneficium. Nigram hyemi pecudem.) Vt cōquiesceret nec noceret. Zephyris felicibus Albā.) vt plena prosperitate adessent. Fama volat pu. re.c.p.Ido. du.de.q;lit.c.Ho.v.de se q; a. re.) Opportunitatē conuenientem oblatā narrat nouā sedē magna cupiditate quęrētib⁹, fama enim creberrima fuit & volabat . hoc dicēdo ostendit sine authore certo eandem famam fuisse Idomeneo regnis paternis excluso vagari imperium Cretæ , ac per hoc primum esse commodum,q; nullus esset , qui venietibus aduenis contrarius posset existere. domus autē incolumis & parata , solos incolas quærere. fauebant ergo omnia Troianis,locus,tempus,personæ:locus,quia secundum assertionē Anchisę responso apollinis Creta putabatur erecta. tempus,quod loci eius vacabat imperium:nec fuerat qui posset obsistere. accedebat eo q; etiam domus paratæ fuerant, quarum struendarum labor habebatur in lucro. persona,quia Troianis omnia supra vota cessisse videbantur,imperiū sine dimicatione,diues terra,vtpote,quæ Iouis præsenti foueret' auxilio & cognatoꝝ domicilium & domorum parata substātia. Pelagoq; volamus.) Ecce quantū voluerunt obsequia sacrificiorum, quæ nauigaturi perfecerant,non dixit nauigamus, sed volamus. Incipit enumerare loca,per quę transierunt, & hęc nomina regum signis suis. Bac.q; iu.Naxon.vi.q; Donysam,Olearon,ni.q; Paron,sp.q; p.æ.Cycladas , & crebris legimus freta cōcita terris.) A specie trāsit ad generalitatē. dixit enim aliquas insulas cum signis & numinibus suis,nunc ait : & crebris legimus freta concita terris . quia nec cognitionē habere Æneas potuit vocabulorum omnium & odiosum fuit relationē ipsam facere longiorem.quod ait legimus , verbum est nauticū. nam legere aiunt, cum colligunt funem. legere dicunt , cum pelagi prolixa transmittunt.hoc ipsum legimus , ad omnes insulas , & ad freta pertinet. Legere.
crebris ideo, quia hoc faciebat multarum vicinitas insularum. Nauticus ex. vario c.cl.) Vel morē naturarū expressit, vel eorum gaudium, qui suffragantibus elemētis ad ꝓspera sperabant se esse vēturos. vario,inquit.certamine.in naui enim varia sunt officia,tamē omnia cum certamine, & labore. Hortantur socij,Cretam pr.q; pe.) Certabatur enim ad ea loca cōlestim se esse venturos,vnde Troianum genus dicebatur exortū. Prosequitur s.a.p.v.e. & t.an.c.al.o.) Ipse est ventus prosperior , & vehemētissime necessarius qui puppim nauis impellit, quod autem dixit tandem allabimur , cum Anchises dixisset , tertia lux classem cretæis sistet in oris , non prolixæ aut tardæ nauigationis fuit, sed cupiditatem desiderātium voluit demonstrare . tardum est enim cupientibus , etiam si celeritate summa ad optata vel sperata proueniant. Ergo auidus.)Auidum dixit,nō auarū, sed hæc ocio consentiunt,& ab ociosis fieri consuerūt rem instituendam satis properantē. Pergameamq; voco.) Vt Pergamei vocarentur, qbus Troiæ deerat nomen. Hortor amare focos.) Vt haberent cum laribus nouis affectum. Arcemq; at.t.) Quæ præcipue amauit in Troia, hęc reparare cupiebat.& arcem in altum ducere. Iamq; fere si.su.lit.pu.) Vbi aqua maris finit' littus dicitur, ita & finis terræ,quæ littore iungitur.pelagi littus dixit, propterea subductas naues dicit fuisse , & in sicco littore constitutas,quia (vt dictum est)est & vdum littus. Connubijs,aruisq; no.op.iu.) Subductis nauibus tanquam in loco mansuri , connubijs & rei rusticæ operam dabant , hoc est,qui iuuenes erant, iungebantur vxoribus, vel insistebant cultores agrorum . quę res ostendebant plenam fiduciam commanendi. Iura domosq; dabam.) Aut leges viuendi & domus , aut ipsarum domorum iura , hoc est dominia legibus deputans , quod paratæ vbi defuerat , hoc solum decreuerat Æneas addendum,muros,arcem, vt pergama referre viderentur aliud pertinens ad tuitionem commanentium , aliud quod affectum locorum , quæ in Troia dilexerat , demonstraret . Subito cum ta.m. Corrupto cœli t.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mi.q; ve.Ar.q;,ſ,tq;lu.& letifer annus.)Generalis quidem malo propoſitio, ſed aperitur ſequenti ſpecialitate diſcuſſa,ſecuris,inquit, ac diſpoſitis omnibus repentina morbi calamitas grauis omnibus perniciosas attulit cauſas.nã ex aëris corruptione lues exorta contagionem inſixerat diram. nõ tantum humanis corporibus,verumetiam arboribus,& his omnibus,quę victus causa fuerant,Troianorum laboribus fata.ſupra enim dixit,aruisq; nouis operata iuuentus, defecerant quoq; arbores, herbæ, & quicquid protulerat terra.ad hæc mala etiam illud accesserat, vt languore ipſo correpti non euaderent. & letifer annus, aut per totum annum homines ſunt mortui, aut annus diem lætum rebus omnibus attulit,enumerat iam euidenter, quæ mala ex illo principali malo exorta ſint.ſ Linquebãt dulces a. aut æg.tr.Cor.) Aut moriebant homines,ait, aut corporibus tabe diſſolutis trahebãt miſerabilem vitam. ſ Tum ſteriles exurere Syrius agros.) Syrius cum exoritur,omnia,quę terra gignit,exurit,& facit eam ſterilem,vt ipſe eſt, adimendo, quæ portabat.tantum deniq; in omnia inuaſerat malum,vt nonnullis perditis,nec illis ſpes ſalutis retinendæ eſſe poſſet, qui ſe euaſuros forſitan credidiſſent. ſ Rurſus ad o.o.P.q; remenſo Hor.p.ire m.ve.q; pr.) Pater, inquit,meus quia & ſapientia atq; exercitatione cæteros anteibat, primus ſenſit aliquid factum contra præſcripta reſponſi, proinde dicebat ad Apollinem repetita nauigatione redeundum, vt errati venia peteretur.ſ Quem ſ.fi,r.fe.v.la.Te.a.iu.q.v.c.) Ediceret laborum finem,ſiniendiq; ipſis laboribus, vnde prouenire auxilium poſſet, vel in quem locum iuberet curſus nauigationis inflecti: iubeat, in medio poſiti eſt,& tenet omnia,omnibusq; deſideratis aptatur.

ASCENSIVS.

¶Sic fatus.) Docet, ſacrificio peracto, in Cretam profectos,& illinc peſtilentia rurſus pulſos. vnde dicit Dona. ſic. ſ Meritos.) Cõueniẽtes Neptuno, ꝓpter ingruentẽ nauigationẽ. ſ Apollo.) Propter acceptum oraculum.ſ Fama volat.) Opportunitatẽ conuenientẽ oblatam oſtendit. Fauebat ergo Troianis locus: quia ſm Anchiſen fata Cretam portẽdebant; item temporis, quia regnum vacabat.Erantq; domus paratæ, ne eſſent cum magno labore ædificandæ.ſ Volamus.)Oſtendit ex proſpera nauigatione quãtum valuerint obſequia ſacrificioꝝ. ſ Sparſasq; per æquor.) Poſt ſpecialia, tranſit ad generalitatem. Nam cum dixiſſet nomina aliquarum inſularum, addit, Crebris legimus freta concita terris, quia nec cognitionem habere Æneas omnium vocabulorum potuit: & odioſum fuit, relationem ipſam facere longiorem.ſ Legimus.) Legere autem, eſt nauticum verbum,cum colligunt funes: cum Pelagi prolixa tranſmittunt. Et pertinet ad omnes inſulas, & ad freta pertinet.ſ Clamor.) Vel morem nautarum expreſſit: vel eorum gaudium,qui ſuffragantibus ventis proſpera ſperabant.ſ Vario certamine.) Nam varia officia ſunt & omnia cum certamine & labore.ſ Tandem.) Non prolixæ nauigationis fuit: ſed cupiditatis nauigantium. Nam cupienti oia tarda ſunt, & ſi ſummopere properentur. ſ Auidus.) Non auarus: ſed quaſi oẽ cupidus.ſ Focos.)Vt haberẽt cum laribus noſtris affectus.ſ Arcemq;.) Quæ præcipue amauit in Troia:hæc reparare cupiebat.ſ Sicco.) Nam Vdum etiam eſt littus. ſ Connubijs, aruisq;.) Quæ res oſtendebat magnam fiduciam manendi. ſ Iura, domosq;.) Leges viuendi & domos: aut ipſarum domorum iura.i. dominos a legibus deputans. ſ Subito cum tabida membris.) Securis, ac diſpoſitis oibus ſubita peſtilentia coorta eſt ex aeris corruptione: non hominibus ſolum, ſed & arboribus, & ſatis victus caula. Supra enim dixerat, Aruis operata iuuentus.Languore aũt corporis, lætum effugere non poterant. ſ Linquebant.) Ex principali malo hæc proueniebãt:aut moriebantur homines: aut corporibus tabe diſſolutis trahebant miſerabilem vitam.ſ Exurere Syrius.) Ergo qui ſpẽ euadendi habebant ſame perituri videbantur: cum Syrius exurendo omnia ſterilia redderet. ſ Rurſus.) Pater,qui prudentiæ alios præibat primus ſenſit aliqd factum contra præcepta Apollinis. Hæc ille.

¶Ordo eſt.Sup.Anchiſes, fatus ſic. mactauit aris, id eſt ad aras: honores meritos, id eſt conuenientes, aut debitos dijs, quibus aras extruxerat, appoſitorie, taurum Neptuno, ſcilicet mactauit: & mactauit tibi, o Apollo,etiam taurum:& mactauit hyemi, id eſt deo tempeſtatum,pecudem nigram:qa infauſtus eſt deus: & mactauit Zephyris felicibus albam,ſupple pecudem fama volat.i. velociter circunfertur: Idomenea ducem, ſcilicet Creteſi. hoc eſt, principem terræ, ſiue is rex, ſiue dux dicendus, (Nam dux ſæpe officij,non dignitatis nomen eſt: vt de Achate, Duce lætus Achate:,de Didone, Dux fœmina facti,&c. Declinatur autem hic Idomeneus: vnde præter conſimillium nominum morem, penultimam accufatiui producit.) Pulſum, ſcilicet quia filium immolare voluit: ceſſiſſe, id eſt excelliſſe regnis paternis, vnde pelli non debuit niſi ob deteſtabile facinus, & littora Cretæ deſerta, ſcilicet a duce, & illo, & alio cum filius iunior eſſet, q; qui præeſſet:vnde prius non immerito dixit, Deſertas quęrere terras:& domos,ſcilicet Cretenſes vacare, id eſt vacuas eſſe,hoſte.i.inimico:& ſedes relictas.ſ.a duce profugo: aſtare.i. paratas eſſe. Et ideo nos linquimus portus Ortygiæ.i.Deli: a Coturnice dictæ: & volamus.i. celerrime nauigamus: pelago.i. per pelagus: & legimus.i.ordine ſuo pertrãſimus nauigando: aut portius: linquimus Naxon inſulam illam Bacchatam.i.Bacchis, hoc eſt,a ſacerdotibus Bacchi habitatam, aut Baccho ſacram,aut Bacchico munere, id eſt vitibus armatam: & ita ſcribitur per ch: nam a bacis.ſ.fructibus ſylueſtribus, aut vnionibus, Bacatam diceremus: iugis, id eſt in collibus, aut montibus ſuis,& Donyſam viridem, a colore marmoris quod & Lacedæmonium dicitur, & Olearon, & Paron niueam propter marmor candidiſſimum: & Cycladas,ſup.alias.i.inſulas in circuitu, in morem Cycladis veſtis iacentes,& (vt Plinius aſſerit) circa Delon in orbem ſitas: ſparſas per æquor.ſ.Ægeum: & legimus.i. pernauigamus ſuo ordine. æquora concita, id eſt commota(vt ſit hypallage: pro eo quod eſt, Terras concitas æquoribus.) aut conſita,id eſt contermina: crebis terris:clamor nauticus.i. celeuma nautarũ, exoritur vario certamine:quia cum ſecũdo vterẽtur vento certatim incumbebant, vel loci nauigatione: vnde præmium eſt, Pelagoq; volamus.Socij hortanſ vt ſupple petamus Cretam: & proauos, id eſt maiores noſtros. Ventus ſurgens, id eſt ſtans: a puppi,id eſt a poſteriore parte nauis,& ita a tergo:proſequitur, nos euntes.i. proficiſcẽtes:& nos allabimur (Præſentis eſt temporis,ab allabor,allaberis.) tandẽ:poſt.ſ.longa deſideria, licet parum eſſet morę:oris.i.regionibus: antiquis.i. charis nobis: aut vnde antiquam originẽ traximus: Curetum.i.illorum populorum in Creta, qui primi cultores eius fuerũt.Ergo eg.o auidus, molior.i cum mole extruo,muros vrbis,optatæ.i. deſideratę:& voco Pergameã.ſ. vrbẽ:& hortor gentẽ lætam, cognomine.ſ. vrbis:amare focos.i.dijs laribꝰ ſacrificia celebrate:aut nouas domos libẽter incolere:& attollere arcem tectis.i.edificare domos: aut,reuera,arcem:& iam puppes,ſup. erant ferè ſubductæ.i. ſurſum ductæ:in littore ſicco:& iuuentus, ſup. erat fere operata.i. ſacrificia expleuerat.(Nam facere & operari. quando per ſe ponuntur rem ſacram connotant:vt,Cum faciam vitula pro frugibus ipſe venito :Et herbis operata iuuentus.) operata ergo con nubijs.i.ꝓpter cõnubia: & aruis nouis.i.propter arua noua iam primũ arata ab eis:& ego dabam eis iura.ſ.ciuitatis: & domos.ſ. priuatas,iam dicit, cum.i.quando lues.i. infectio: tabida.i.tabi plena & miſeranda.i.miſerandos nos faciens venit.i.ſubortaeſt ſubito:& hoc tractu.i.regione, aut climate illo cœli.i.aeris vicini,corrupto:venit,dico,mẽbris.ſ.hominũ,& arboribus, & ſatis, & annus letifer.i.mortifer:hoc eſt mortẽ per peſtem adferẽs venit. Corpora linquebant animas dulceis.i.ſamis: hoc eſt vitam ſuam:aut ipſa ægra.i.faucia,& infirma trahebant, ſup. eas videlicet animas: hoc eſt anhelitum,& ſpiritum vitalem,tum.i.inſup. Syrius.i.ſydus illud ardens in ore canis. exurere,ſup.cepit. aut exurebat: agros ſteriles.i.quos exurendo:ſteriles.ſ.effecit: non qui de ſe ſteriles erant: nam dictum eſt, Centum vrbes habitant magnas vberrima regna,herbæ arebant.i.aridæ fiebant:hoc eſt, deſiccabantur:& leges.i.terra: ægra.i.languida propter itempriẽ cœli:aut,reuera,leges frumẽti,quæ inanis erat:negabat, ſupnobis victum: pater hortaſ ire rurſus ad oraculum,pro ad oraculum: Ortygiæ.i.Deli:& ad Phœbũ.i.Apollinẽ: hoc eſt, ad oraculum Apollinis in Ortygia, ſeu Delo dari ſolitum: & hoc mari remenſo.i.renauigato:& peari veniam.i.hanc gratiam, vt dicat quę finẽ ferat.i.dicat,aut conſtituat: feſſis.ſ.nobis:& vſi.i.a qua re:aut a quo genere piaculi,aut ſacrificij: iubeat tentare.i. attendendo obtinere auxilium:& quo iubeat vertere curſus, ſup.noſtros.Nam ex infortunio ſenſit nũ in Creta conſidendum fuiſſe cum dij placati in malum non impellant.

PIERIVS.

¶Hoſte vacare domos.) In exẽplaribus admodum vetuſtis,domum,legi numero vnitatis.Sed plenius eſt,domos,dicere,quod ſatis vniuerſę facit multitudini, cõmodũq; in oibus hoſpitium pollicef. ſ Bacchatamq; iugis Naxon, viridemq; Donyſam.) In codicibꝰ aliquot antiquis Donuſam per u, latinum vocalem in penultima ſcriptum legas,non hic,quia vt Verrio Flacco placet, eadem apud nos u,litera ſit,quę apud Græcos, v pſilon. Sed quia

inſula ea, Δονοῦσις,Græcis eſt κατὰ παραφθορὰν ex Donyſia,quippe ꝙ Bacchus in eam ex Naxo traiecerit Ariadnã, quam Minos pater inſequebatur,eſt & Donuſam,legere in antiquo Taciti codice ijs libris, quos Leo decimus Pont.Max.ab interitu vindicauit pro hac eadem inſula. Naſon vero in codicibus aliquot per ſ notatum inuenies,Græci tamen per ſ, nomen hoc ſcriptitare ſolent. Eodem hoc modo apud Liuium in captiuitate Syracuſarũ corrigendus locus ex veteri codice,Epicides ab inſula,quam ipſi Naxon vocant, Nam Naſon per ſ,in impreſſis codicibus habetur.Sed vt ad Naxon alteram, qua de nunc agitur,redeam,illud minime prętereirim traditum ab Aſclepiade,Naxias mulieres ſolas hominũ oẽtimeſtrem fœtum vitalem parere.Siue ꝙ Bacchus ſibi lunonem conciliauerit:ſiue ꝙ eo temporis ſpatio ſit ipſe natus, cuius rei memoriã ita voluerit illuſtriorẽ fieri.ſ Olearon.) In antiquis aliquot exemplaribus, Oliaron, ſecunda vocali per ι ſcripta inuenias, vti etiam ſcribitur apud Græcos,de qua ita traditur, ὠλίαρος νῆσος τῶν κυκλάδων μία. ſolent tamen Latini ι libenter in e vertere, vocali alia præcipue ſubſequẽte, vt in nomine, æthereus. Fuit vero Oliaros Sidoniorum Colonia, vt Ponticus Heraclides tradit in lib.de inſulis.Eã vero a Paro diſtat octo & quinquaginta ſtadia.ſ Niueamq; Paron.)In codicibus aliquot nati.Parum idiomate Latino ſcriptum inueni. Sed enim propria nomina Græce declinata,plerũq; neſcio quid venuſtius ſonare videntur,ſic Paron, magis placet.Ita etiam apud hiſtoricos,vt in anti.Liuiꝰ codi.Corinthon legi:& clam Cypron profugit,& alia huiuſmodi pene innumera.ſ Crebris legimus freta cõcita terris.)In codicibus aliquot manu ſcriptis legi, freta concita remis,frequenti quippe nauigatione ſolicitata,quod quidem fieri in multarum inſularum, earundemq; paſſim habitatarum vicinitate,per eſt:ſed neq; diſplicet terris,vt freta dicat crebris in curſationibus tam frequentium inſularum cõcitari.ſ Nauticus exoritur vario certamine clamor.)Sunt naris admodum emunctæ viri,qui pro certamine,legendum autument,hortamine,ſuſtinentiq; verſum adſpirationis vi contendebant. Eam ego lectionem nuſquam in antiquis codicibus inueni,Legi vero apud Ti. Donatum,in naui varia eſſe officia, & tamẽ omnia cum certamine & labore. Quare quam is lectionem agnouerit, meridiana luce clarius apparet.ſ Pergameamq; voco lætam cognomine gentem.)In pluribus antiquis exemplaribus verſus hic in duo membra diſpeſcitur, cum ſuperiori enim verſu, Ergo auidus muros optatæ molior vrbis,hemiſtichium adiungunt,Pergameãq; voco,coma mox interiecta ſubiungũt,& lætam cogn.gentem hortor amare focos.Pontanus verſum pro vnico membro citat,nõ taciturus,ſi, & illud inſertũ agnouiſſet.ſ Iamq; fere ſicco ſubducta littore puppes.)Tria in hoc verſu nomina geminatis conſonantibus notata. In antiquis codicibus ſimpliciter ſcribuntur, ſico,littore,& pupes, ſiue ita depoſcat analogia, ſiue quia(vt Victorinus ait)antiqui, conſonantes geminare nõ conſueruntꝰ vt in his Anus,luculus,Me'mius,& his ſimilibus,ſupra vero conſonantem quam geminari oportebat, Sicilicon imponebãt,cuius figura hæc eſt Victorino,an'us, Lucul'us, Mem'ius. Idq; ſignum geminãdi apparere in multis veteribus adhuc ſcriptis libris atteſtatur.Sed enim de littore cur vnico omnino t,ſcribi debeat, in.vij. diſputatũ.ſ Linquebant dulceis animas,aut ægra trahebant Corpora.)In codicibus aliquot antiquis vna eãdẽq; periodo conciduntur,Et letifer annus linquebat dulceis animas, aut ægra trahebat Corpora,vt Letifer annus, ſit ſubiectũ.In alijs tamẽ exemplaribus curioſioribus legi Linquebãt animas dulceis aut ægra trahebant Corpora,quę lectio recepta.ſ Rurſus ad oraclum Ortygiæ.)In antiquis pleriſq; codi.oraculum integra dictione ſcriptum inuenias. In quo forte putabant a, ſecundam ſyllabam, a principio corripi poſſe, ratione polyſyllabicæ dictionis, quod aiunt quidam huiuſmodi vocabulis medias plerunq; ad placitũ poni, vt Sidonia Dido, & Sidoniam picto. Sed enim omnes iam probant oraclum, κατὰ συγκοπήν. ſ Quem feſſis finem.)In antiquis aliquot codicibus quam legitur.ſ.g.vt hoc loco. No.Marcellus agnoſcit,quamuis alibi dictum ſit a Virgi.Hic finis fandi, finem porro.ſ.g.proferre maluerunt Varro, Caſſius, Cæcilius, Attius,& Lucretius.

SERVIS.

¶Viſi aſtare.)Nõ aſtabãt:ſed videbant. Vnde & viſa dicuntur:nõ enim ſunt,ſed videnſ. Per ſomnis.)Multi hic diſtinguunt,& volũt vnã partẽ eſſe orationis.i.vigilãtis:multi in ſomnis dicunt:vt ſit collisio, quomodo peculi pro peculij. ſ Multo lumine.)Cũ nimbo ſuo,q; circa deos ſolet videri. ſ Inſertas.)Aut clatratas aut nõ ſeratas, vt ſit quaſi inſeratas.i.nõ claſtas.& dictũ quomodo Aſperos:cõpoſtus pro cõpoſitus:vixet pro vixiſſet.ſ Ortygiam.)Ad Ortygiã:more ſuo detraxit prepoſitionẽ,vt paulo poſt,Haud dubitãda refer. ſ Dardania.)Deriuatiuũ nomen a cõſtitutore. & notãdũ regionẽ pro ciuitate poſitã. ſ Tuaq; arma ſecuti.)Ac ſi diceret,tuas partes vel imperiũ ſub te.ſub tuo iure agẽtes. ſ Permenſi.)Euectꝰ:vt eſt cõtra,Pelagoq; remẽſo,improuiſi aderunt.ſ Iidẽ nos.)Scilicet q te ſumꝰ ſecuti.ſ In aſtra nepotes.)Significat Caiũ Iuliũ Cæſarẽ, qui primus inter deos relatus eſt. Et bene In aſtra:cuiꝰ ſydus apparuit: vt, Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrũ.ſ Vrbi.)Romę κατ' ἐξοχήν: vt ſupra diximus. ſ Magnis.) i.nepotibus:& bonum ornatum ſermonis fecit ſimilitudine,magnis magna para,dicẽdo. ſ Fuge.)Profectionis. ſ Mutãdę ſedes.) Argumentũ a neceſſitate.Simul arguit error Anchiſæ. Ordo aũt eſt,Delius Apollo. ſ Eſt locus.)Vt nate diximus,orbis cõparationẽ. ſ Heſperiã.)Deeſt Quam,vt ſupra dictum eſt. ſ Cognomine.)

Nox erat:& terris animalia ſomnus habebat:
Effigies ſacræ diuum,Phrygiiq; Penates,
Quos mecum à Troia,mediiſq; ex ignibus vrbis
Extuleram:viſi ante oculos aſtare iacentis
In ſomnis,multo manifeſti lumine,qua ſe
Plena per inſertas fundebat luna feneſtras:
Tum ſic affari:& curas his demere dictis.
Quã tibi delato Ortygiã dicturus Apollo ẽ: PE.P.
Hic canit:& tua nos en vltro ad limina mittit.
Nos te Dardania incenſa,tuaq; arma ſecuti:
Nos tumidum ſub te permenſi claſſibus æquor:
Idem venturos tollemus in aſtra nepotes:
Imperiumq; vrbi dabimus.tu mœnia magnis
Magna para:longumq; fuge ne linque laborem.
Mutandæ ſedes:non hęc tibi littora ſuaſit:
Delius,aut Cretę iuſſit conſidere Apollo.
Eſt locus:Heſperiam Graii cognomine dicunt:
Terra antiqua,potens armis,atq; vbere glebę.
Oenotrii coluere viri:nunc fama,minores
Italiam dixiſſe ducis de nomine gentem.
Hę nobis proprię ſedes:hinc Dardanus ortus,
Iaſiusq; pater:genus à quo principe noſtrum.
Surge age:& hęc lætus longęuo dicta parenti
Haud dubitanda refer.Coritum,terrasq; require
Auſonias:Dictęa negat tibi Iuppiter arua.

Ab Heſpero Hiſpaniæ rege: vel ſtella quã intuentur petẽtes Italiã.ſ Oenotrij.)Vel a rege:vel a vino.Italis enim primus vitẽ oſtẽdit Saturnus:vt in ſeptimo legimus, Vitiſator curuã ſeruans ſub imagine falcem Saturnusq;.ſ Proprię ſedes.)Perpetuę:quia in firmas & in Creta & in Thracia cõdidit.ſ Hinc Dardanus ortus,Iaſiusq; pater.)Dardanus & Iaſius fratres fuerunt Electrę filij:ſed Dardanꝰ de Ioue,Iaſius de Corito,procreatus eſt.A cuius nomine & mõs & oppidũ nomen cepit: poſtea Iaſiũ dicit Dardanus occidiſſe.ſ A quo principe noſtrũ.) A Dardano,nõ ab Iaſio:mã anteriori reſpõdit. Quod aũt dicit, a quo principe genus noſtrũ eſt: poteſt & generaliter intelligi, vnde originẽ ducimus, vt Deos penates, quaſi Troia nos intelligas:& ad ritũ referri,de quo dicit Labeo in libris qui appellanſ de dijs animalibus: in quibꝰ ait eſſe quædã ſacra gbus animæ humanę vertanſ in deos,qui appellantur animales,q; de animis fiant.Hi aũt ſunt dij penates & viales.ſ Haud dubitãda refer.)Aut quia dubitauerãt ex cõſilio Anchiſe:aut ne propter ſomnũ nõ crederẽt.ſ Coritũ.) Deſignat partẽ prouincię,ne alter error procreeſ ex magnitudine locorum.ſ Dictæa.)Dictæus mons Cretæ eſt, dictus a Dicte nympha,quæ illic colitur in quo dicit altus Iuppiter: vt,Dictæo cœli regem pauere ſub antro.ſ Negat tibi Iuppiter arua.Ex definito.Et bene Iuppiter:quaſi ipſe qui Cretenſibus præeſt.

Donatus.

DONATVS.

¶Nox erat & terris an.so.ha.)Quę dixerat Anchises faciēda nox interueniēs distulit. deniq; omne animalium genus pro necessitate naturæ ac temporis dormiebat.¶Ef.fa.di.phry.q; pe.Quos m.a.T.m.q; ex ig.u.Extulerā &c.)Virtutes animi sui & meritum iuxta deos omni occasione cōmendat, & subtiliter profert dormientibus quippe omnibus animalibus, & competēti tempore iam quietis, solus prope peruigil fui, & licet iacerem, arcebant tamen ab oculis meis plenum diuersæ solicitudines somnū, repente apparuerunt deorum imagines sacræ, illorum.s.quos medio Troiæ flammātis incendio rapui, & mecum sustuli, ac reddentes meis vicem in cōspectu meo manifestissimi visi sunt constitisse, ne cōtra superiora locutus videretur, dixerat enim noctem fuisse, ac per hoc tenebras addidit.¶Qua.s.pl.per i.f.lu.f.)Inde, inqt, fuit per noctem lumē maximum, qua luna fenestris patentibus pleno orbe oculis meis apparebat obiecta dixit in somnis, hoc est vt somnians videret, & deos ipsos velut loquentes audiret, & videret præsentes, lumen præstantibus radijs lunæ.¶Tum sic affari, & curas his demere dictis.)Ne vlterius curis recurrentibus frangerent, his verbis locutus est.¶Quod tibi d.or.di.A.est, Hic c.& t.n.en vl.ad li.m.)Ne cumulatus geminis discursibus labor te rursus ad Ortygiam reuocet, atq; eadem quę transmiseras maria, impetrandi alterius responsi necessitate cogaris intrare, vltro quæ desideras, Apollo porrexit, habes nominis eius grande compendium, vt hic nobis referentibus discas, quod cum ingenti laborum iactura fueras cogniturus. ecce quantus erga te numinis fauor. nō rogas, & fauetur desiderio tuo, non nauigas, domo, quoq; non egrederis, limen & dei iussa famulantibus dijs ad aures tuas animumq; portatur, pone hāc iam, qua vexaris cogitationum molē, & quid loquamur, quidue referamus aduerte. ¶Nos te Dardania incensa, tuaq; a.s.&c.)Post errorem primi responsi sic Æneam instrui conuenerat, vt omni ambiguitate submota, vt quid loquerentur, & quæ referrent, euidenter audiret, & cerneret. debuit enim ad hæc perferenda talium adhiberi persona, vt incredibilia & mira dicturus facillime crederetur. deniq; ipsi enumerant beneficia sua, & nouissime etiam præsentis temporis sociant cōmemorantes præterita, ac meliora in futurū & grandia pollicentes viuentibus tuis & eorum posteris profutura. Sic enim & primo Apollo ipse prædixit. hic domus Æneæ cunctis dominabitur oris, Et nati natorū, & qui nascētur ab illis, hortantur quinetiā ne sit laboris impatiens, & arte mirifica componunt eius animum, vt futura quamuis laboriosa libenter audiret, artis igitur fuit excludere ante omnia solicitudinē primā, & liberato angoribus animo, si alterius nauigationis labores ingereret, deniq; purgato ad plenū & afflicto dudum mœroribus corde facienda in præsenti vel futura narrantur.¶Mutandæ sedes.)Suffecerat hoc solum dixisse, vt sciret sibi esse migrandum, dicunt tamen causam, & Apollinis esse iussionem, quod vt nosceret.¶Non hæc(inquit)tibi lit.su.De.aut cr.iu.co.A.)Ecce iam ex aperto fit certior, ne rursum vexaretur incertis, & insinuatur regio imperio eius & posterorum successionibus debita, sic instructa & plena narratione perspicua, vt vocabulis, signis, vberrimo locorum situ, incolarum fortitudine, decursa quoq; seculorum omnium origine signaretur.¶Est locus, he.g.co.di.&c.)Quam multa dicta sunt paucis, sed hæc veterem tenent ordinē rerum, veniūt dehinc ad eam partem, in qua falsus Anchises simile quidem sed non necessarium senserat, vt ostenderent, nō Apollinis in causa responsi, sed interpretantis errore laboris vacui vitium esse cōtractum.¶Hæ n.pr.se.)Bene(inquit)hæ nobis, supra enim dixerant. Tu mœnia magnis magna para, & quia responso tenebatur, quæ nos a stirpe parentum Prima tulit tellus, eadem vos vbere læto Accipiet reduces, antiquam exquirite matrem. hanc partem manifestissime dixerunt dicētes.¶Hinc Dar.or.Iasiusq; pa.ge.a.q.pr.no.)Hos dicunt in Italia genitor, sed Iasum temporis antiquioris, mater ergo Italia est, & maiores Iasus & Dardanus, a quo Dardani dicti sunt Troiani.¶Surge age, & h.l.lo.di.pa.Ha.d.re.)Refer(inquiunt)patri tuo qui antiquitatis merito ætati non conuenerat falli, ratione cursus originis suæ Italiam potius & Corytum petat. cæterum Iuppiter, qui Cretæ peculiaris amator est, nobis penitus ipsam denegat sedem, surge & age hortantium verba sunt, & hinc Æneas ostenditur per somnium vidisse & audisse, quæ superius dicta sunt, quamuis alij sic exponant, vt insomnis quasi sine somno ac per hoc vigilans intelligatur, surge igitur, & hæc lætus dicta longæuo parenti indubitanter expone. recte positum lætus refert quia in lucro fuit labor nauigandi ad Ortygiam, & oblata omnia perspicua narratione perceperat. longæuo, cum reprehensione occulta posuerūt, quia errare non debuit senex in originis suæ causa.

ASCENSIVS.

¶Nox erat.)Docet quomodo in sequēti nocte, postea q; Anchises decreuerat, rursum in Delon mittere, dij Penates cohortati sunt in Italiā proficisci: docentes eam esse terram, cuius matrem quam Phœbus significauerat. De qua re dicit Donatus sic.¶Nox erat.)Virtutes animi sui, & meritū, & gratiā deorum cōmendat: ostendit. q; cæteris dormiētibus ipse acriter rebus publicis inuigilabat.¶Qua se Plena.)Voluit demonstrare quomodo in nocte videre potuit, scilicet per radios lunæ: tunc sic ne vlterius recurrentibus curis frangeret.¶Quod tibi delato.)Ne geminet labor redeundo Apollo facit, vt hæc referētibus nobis, hic audias quæ apud eum esses auditurus. Magnus ergo numinis fauor: non rogatur & fauet. Non nauigas, neq; domo egrederis, & dei iussa famulantibus dijs, ad tuas aures veniunt.¶Nos te.)Ad hominē errore iam a patre imbutū debuit mitti persona, cuius authoritate, ac meritis etiā incredibilia credi possint. Dij ergo Penates huiuscemodi erant, qui præterita memorando, futura meliora pollicerentur. Artis est igit̃ excludere ante solicitudinē primam, & liberato angoribus animo, alterius nauigationis labores ingereret: ac monstrarit: non eas sedes ostendisse Apollinē describit, nec eum monstrasse locū.¶Hinc Dardanus ortus.)Ostendit cū Apollo dixit: Quę vos a stirpe parentū Prima tulit tellus: non de Creta, & de Teucro, sed de Italia, & Dardano esse intelligendū.¶Longæuo.)Occulte corripit ipsum senem de origine suorum nō debuisse falli.¶Iuppiter.)Qui cretæ peculiaris amator est.¶Surge.) Ostenditur per somnum hoc vidisse: quamuis aliqui exponant insomnis, id est vigilantis. Hæc ille.¶Ordo est. Nox erat & somnus habebat, id est occupabat animalia, cum, supp. effigies sacræ diuum, & Penates Phrygij, id est Troiani: quos ego extuleram mecum Troia ex medijs ignibus vrbis: visi, supp. sunt astare ante oculos, supp. meos: iacentis, id est cubantis: in somnis, id est ex somnis & vigilijs: & hoc, supp. cum multo lumine: manifesto: id est mihi visibiliter apparenti, supp. ea quæ luna plena: fundebat, id est infundebat, aut inspergebat lumen suum, per fenestras insertas, id est non seratas, sed apertas: aut non confertas, id est conclusas: sed reseratas parum (nam Landinus vult hypallagem esse, vt sint fenestrę insertę: pro, luna inserta) Tum, id est deinde postquam mihi manifesto lumine visi erāt: adfari, supp. cœperunt aut adfabantur: & demere; id est demebant curas his dictis: Apollo canit tibi hic: quod dictur° est tibi delato, id est postquam delatus fueris Ortygiam, id est in Delon. & en: id est ecce: mittit nos inquam, quibus fidem habere debes: quia nos secuti sumus te: & tua arma, id est tuam protectiōnem, aut dexteritatē in bello, & hoc Dardania, id est regione, quam Dardanus incoluit incensa: nos permēsi, id est perfecte mensi sumus: classibus. i. pernauigauimus sub te: id est sub ductu tuo: æquor tumidum: id est procellosum: & nos ijdem tollemus, id est extollemus in astra propter Cæsarem id dicit: de quo in Buco. illic, Ecce Dionei processit Cæsaris astrum: dictum est nepotes venturos: id est posteros tuos: & dabimus vrbi. s. quam nobis statues imperium, quod Cæsar perpetuum vsurpauit: tu para(non dicit extruendā)dis para. i. præpara: quia non ipse: sed posteri eius id fecerunt.)dis qui in capitolio Romæ colebantur: magna mœnia. s. Romæ: septem colles complectentis: & ne linq;, pro ne derelinquas: longum. i. diuturnum laborem fugæ: sedes. i. mansiones, aut habitationes sunt mutandæ. Delius Apollo non suasit tibi hæc littora: aut: id est vel nō iussit considere Cretæ. i. in Creta. Est locus, supp. quē, aut quā: sed more suo subticet relatiuū in descriptione locorum. Graij, dicunt. i. appellant Hesperiam cognomine, locus, dico, existens terra antiqua: id est quæ diu regnauit, & ita nobilis, potens armis, atq; vbere. i. fertilitate glebæ. i. terræ pinguis. Viri Oenotrij, de quibus in. j. in oratione Ilionei dictū est: coluere, supp. eā: fama, supp. est: nunc minores. i. posteros: dixisse. i. appellasse Italiam: de nomine ducis: qui. s. Italus vocabatur. Hę sedes. s. Hesperia, aut Italia, supp. sunt: propriæ nobis: aut nobis propriæ: Dardanus est ortus hinc. i. ex his regionibus Italię. Et Iasius pater, et ortus hinc. i. ex Italia a quo principe. i. a quorum priore & principe viro Dardano, videlicet: est nostrum. s. Troianorum genus. Age, adhortandi aduerbium, surge: & tu lætus refer. i. recense & enuncia hęc dicta. i. quę tibi diximus parēti longęuo. s. Anchisę haud. i. nō dubitanda. i. certissima, & verissima: require Corytum ciuitatem Italiæ: vnde Dardanus venit: & terras Ausonias. i. Italicas in eam regionem quam Ausonij olim coluerunt: Iuppiter negat tibi arua Dictæa. i. Cretensia: a parte totum.

Ordo.

Pierius

PIERIVS.

¶Aut cretæ iussit considere Apollo.)In codicibus aliquot antiquis replicata negatione legitur, haud cretæ, vti prius etiā erat in codice Medi. quod interpretes non admittunt. Sunt etiam codices in quibus, consistere, legatur. Sed, cōsidere, magis placet: vt illud, Vultis & his mecum pariter considere regnis: Quod vero cretæ aduerbialiter, vt vrbium propria nomina positū sit, nequis carminis id necessitati condonandum dicat: Oratores etiam eadem vsos elocutione scimus, apud Varro lib. j. de agricultura, itaq; Cretæ ad cortinā dicitur platanus esse, quę folia hyeme non mutat.¶Oenotrij coluere viri.)In antiquis plerisq; codicibus, Oenotri, vnico i, scriptum est, vt in. j. diximus. Quanquā etiam si Oenotrij scribatur, ii, geminato, duo illa ii, vnica pro syllaba per eam quę frequentissima est apud veteres poetas, figurā synizesin accipientur. Nō aliter ac dij vnica syllaba grammatici quidā veteres enunciari iubent, duabus quantumuis scriptum vocalibus, quę minime coire in diphthongum possint. In monumentis autem veterum sępe videas, eam literam geminari, Attiano more, pro vnica vero proferri, vt illud Romæ: Libertis libertabusq; suis, Quam tamen dictionem(liceat hæc in doctorum quorundā gratiam inserere.)etiam per ei scriptā, ex instituto Lucilli non semel inuenias. Vt illud, Monumentum fecit & sibi & sueis. eandē porro scribendi varietatem in nominatiuo plurali masculini generis a pronomine is, ea, id, obseruaui. Nam in arcu aquæ ductus, qui est in celio monte, scriptum est: P, Cornelius. P. f. Dolabela, & quæ sequuntur. Faciundum curauerunt, eidemq; probauerunt. Attiano vero more in arcu quodā legitur inter Auentinum & Tyberim. p. Lentulus. c. n. c. Scipio. T. Quintus crispinus, Valerianus, cos. r. x. faciundum curauere: ijdemq; comprobauere. Vt ex hoc etiā terminationes illas curauerunt, & curauere: probauerunt, & probauere, eodē accipi significato videamus, cum alterā in, re. s. exeuntē, nonnulli dualis esse numeri voluerint.¶Dixisse ducis de nomine gentem.)Quod in codicibus aliquot antiquis, duxisse legatur, librariorū omnino negligentia factū puto. Nam tota hæc sentētia super nominis nuncupatione versatur.¶Coritum terrasq; require.)In codicibus aliquot antiquis, requiras legitur. Sed plura sunt exemplaria manu scripta, quæ cū Mediceo & eo, quem mihi camillus Porcius legendum dedit, requirat, tertia persona legant: ad Anchisen enim hæc referenda sunt, & eius acquiescendum est sententiæ. Quam lectionem Ti. Donatus etiā agnouisse videtur.

Talibus attonitus visis, ac voce deorum, ÆNE.
(Nec sopor illud erat, sed corām agnoscere vultus,
Velatasq; comas, pręsentiaq; ora videbar:
Tum gelidus toto manabat corpore sudor)
Corripio ē stratis corpus: tendoq; supinas
Ad cœlum cum voce manus: & munera libo
Intemerata focis. perfecto lætus honore
Anchisen facio certum: remq; ordine pando.
Agnouit prolem ambiguam, geminosq; parentes:
Seq; nouo veterum deceptum errore locorum.
Tum memorat. {Nate Iliacis exercite fatis, ANC.
Sola mihi tales casus Cassandra canebat:
(Nunc repeto hæc generi portendere debita nostro:
Et sæpe Hesperiam, sæpe Itala regna vocare)
Sed quis ad Hesperiæ uenturos litora Teucros
Crederet: aut quem tum uates Cassandra moueret:
Cedamus Phœbo: & moniti meliora sequamur.

SERVIVS.

¶Talibus attonit° visis)Hoc est talibus deorū vultib°. Vnde sequit̃, Et voce deorū. Nā & voce se dicit attonitū & visis. Attonitus vero est stupefactus. Nā proprie attonitus dicit̃, cui casus vicini fulminis & sonitus tonitruū dant stuporem.¶Nec sopor illud erat.)Soluta elocutio.¶Velatas comas.)Vittatas: vt, Victoris velatū auro vittisq; iuuēcum. Nam dij qui erant apud Laurolauiniū nō habebāt velatū caput.¶Corripio e stratis corpus)Ne satietate videatur reliquisse somnū. Et sciendum quia quoties ex abrupto somnus aufugerit, significat omē infelix: vt ecce hoc loco tēpestas sequitur. Item in. ij. Excutior somno: & statim sequit̃ ciuitatis excidiū: nec sine ratione. Nam si somnus, munus deorum est: vt, Et dono diuū gratissima serpit: nō sine infelicitate ex abrupto deorū munus abscedit.¶Tendoq; supinas Ad cœlū cū voce manus. Honesta elocutio, cum vno sermone respōdemus duobus: vt, Interea fessos ventus cū sole reliquit.¶Intemerata.)Rite perfecta: vt si leniter est fundendū vinum, aut mola iniicienda, sic fiant vt ratio exigit sacrificij: aliter si fiant, temerata ac turbata sunt sacra: vnde Helenus, Ne qua inter sanctos ignes in honore deorū Hostilis facies occurrat, & omnia turbet. Itē in octauo, Audax quos rumpere Pallas sacra vetat, raptosq;.¶Focis.)Ideo focis, nō aris: quia penatibus sacrificat.¶Perfecto honore.)Peracto sacrificio: q; est honor deorū.¶Ambiguā.)Non incertā, sed duplicē: vt in sequentibus probat, dicens, Geminosq; parētes.¶Nouo errore veterum locorū.)Aut per cōtrarietatē sermonum declamauit: aut nouo, pro magno posuit.¶Exercite.)Fatigate. nam exercitatus, peritus significat. vt expertus & expers. nam expertū rerū si dixero, significo peritū: si expertē, ignarum.¶Casus Cassandra canebat.)Hæc compositio iam vitiosa est, quæ maioribus placuit: vt, Anchisen agnouit amicū. Et, Sale saxa sonabāt.¶Portendere.)Minus est debere, vt in. vij. Portendi generos.¶Regna vocare.)Satis, proprie: vnde in. viij. Expectate solo Laurēti aruisq; latinis.¶Teucros crederet.)s. propter longitudinē spatij.¶Tunc vates Cassandra moueret.)Bene tunc: quia iam probauit.¶Cedamus Phœbo. Cuius instinctu dij penates profutura dixerunt: vt, Hic canit, & tua nos en vltro ad limina mittit.¶Meliora sequamur.)Potest bis subaudiri Meliora: vt, Meliora moniti, meliora sequamur.

DONATVS.

¶Talibus attonitus iu.& u,deo.)Duo quippe extiterant miranda, deo videre, & loquentes audire, quibus(inquit)ita se habentibus attonitus factus sum, hoc est pauore pręsentium numinum stupui.¶Nec sopor il.e.)Non enim pleno somno hæc aut videram aut audierā.¶Sed coram agnoscere vultus &c.)Vt sit, cum non plene vigilaret, nec plene dormiret, accedebat eo q; sic venerant manifesti, vt dubitatio nulla ex parte potuisset existere, vultus idem illis fuerat, quem nouerā, comæ opertæ ex more, & ora manifesta.¶Tū g.t.m.c.su.) Ecce alti pauoris indiciū. vt enim toto corpore stupuerat, sic & omni ex parte membrorum sudor frigidus manabat in eo. quod dixit sudor manabat, ostēdit, immoderatum fuisse, & vltra humanum morē. Hic illud demonstratur, ex frigido corpore tā tum sudorem exisse, cum cōstet hunc caloribus prouocari consuesse, omnia hæc cōfirmatiōis sunt, q; Æneas deos præsentes, vt vigilans, & videret, & audiret.¶Cor.est.c.)Vsq; adeo ostendit prope vigilantem, vt diceret corripio corpus e stratis. cæterum poneret expergefactus sum, & somnio considerato surrexi. Corripio e stratis corpus, expressit festinantem. rem. n. satis optatā prouentumq; eius expletum narrare cupientem, non debuit sic describere & stratū reliquisse, quomodo relinquit ille, qui nulla dicti aut facti necessitate cōstringitur: Corripio(inquit)e stratis corpus.¶Tendoq; su. ad c.c.u.ma.)Licet aliunde venisset beneficium tamen omnibus diis referebat gratiam, tendendo manus ad cœlum.¶Et munera lib.lu.f.)Munera sunt vinum & thus, hæc tradidit focis.¶Per.l.h. Anchisen facio certum, r.q; or.p.)Completis, inquit, diuinis obsequijs Anchisen facio certum certum ideo, quia primę interpretationis vitio probatur incertus. hic Virgilius ostendit diuinas admonitiones referendas nō esse nisi primo per sacrorū & precis obsequia dijs fuerint cōmendatæ, vt prosperentur vberius, si bonæ sunt, si malę mutētur in bonū.¶Lætus perfecto honore.)lętū possumus intelligere, primo q; sic pertineret ad deos, deinde q; labor eis secundæ nauigationis effugisset, postremo q; instructus euidentibus & perspicuis monitis nihil iam formidaret incerti.¶Agnouit prolem a.g.q; p.Se.n.u.de.er.lo.)Errorem fecerat exempli duplicis ratio, quam Anchises post erratum relatione filij cognouit. Teucer enim & Dardanus in origine parentes fuerāt Troianorū, sed antiquior Dardanus, hunc ergo sequi Anchisen conuenerat, qui Italus fuit, nō Teucrū cretensem, lecit co igit̃ Anchisæ error exortus est, quia antiquior fuit memoria Dardani, & vehementer obscura. Teucri vero velle videbantur opinione cōperta. sed Apollo nō originem posteriorem, sed antiquam dixerat requirendam, dicendo quippe antiquam, quæ tīte ostendit fuisse, & recentiorem, quæ non esset Troianis debita: nouerat enim & primam fuisse & secundam.¶Tum m.Nate.i.e.f.)Non dixit, quod ipse Æneas proprio fato laboraret, sed q;

fato

Universidad de Deusto
Biblioteca

fato patriç esset oppressus.hęc fuerūt ante causam.parabat enim errori suo defensionem, vt laborem irritæ nauigationis ad Cretam Troiç fatis annecteret.incipit iam purgare factum suum,ex quo intelligebat se graui inuidia laborare iuxta eos,qui laborauerant frustra.Enitis illa arte dicendi qua vti debemus, siquādo totum negare nō possumus tunc enim excusatio probabilis adhibēda,aut extenuatio necessaria est, quæ res tantum prodest,vt culpam aut remoueat penitus, aut plurimum frangat.hāc ergo purgationē ingreditur,sic.Sola m.t.c.Ca.canebat.)Hęc inquit deberi generi nostro,& hos casus nobis imminere, sicuti nūc recordor,sola mihi prędixerat Cassandra.Sed quis ad hesperię vēturos littora Teucros Crederet:&c.)Monitu quidem Cassandrę ista omnia aliquando audieram,sed in vnum conuenerant,quæ fidem dictis illius facere nō possent.primo ꝙ quicquid illud fuerat, vni credi non debuit,huc accedebant alia, quæ impossibilia putabantur.s.Troianos venturos ad Italiam relictis originalibus terris,subiturus quoq; prolixæ nauigationis incerta:postremo'q; responsis eius non habendam fidem diuina fuerat sententia pronunciatum.Erroris igitur sui excusatione completa.Cedamus Phœbo.)Inquit,quia de Cassandra loquebatur, nō dixit consentiamus responso Cassandræ, quod aliquando audiui,sed cedamus Phœbo.Et moniti meliora sequamur.)Sequamur potius,quæ ipse Apollo melius intimauit, & sequenda cōmodiora constituit. pronunciatio talis esse debet, vt separatim dicamus moniti,separatim meliora sequamur.

ASCENSIVS.

¶Talibus.)Docet quomodo peracto sacrificio, patrē de rebus visis & auditis,certiorem fecerit:hisq; auditis illis errorem agnouerit.vnde Donatus sic.Attonitus.)Duo erāt miranda, & deos videre, & optata loquentes audire.Nec sopor.)Nō enim pleno somno viderat,aut audiuerat. Nam nec plene vigilabat,nec plene dormiebat.Gelidus sudor.)Et hoc confirmat deos vidisse Æneam.Corripio e stratis.)Ostendit prope vigilantē,Nam potuisset,expergefactus sum,si dormisset.Exprimit autem festinantem.Munera.)Quę sunt vinum,& thus.Certum.)Quia primę interpretationis vitio reddebatur incertus.Ostendit autē poeta: diuinas admonitiones referendas nō esse,nisi primo patri sacrorum:& precis obsequia sunt,vt prosperētur quæ bona sunt:quę autem mala,vertantur in melius.Deceptus autem fuerat Anchises:quia memoria Dardani antiquior erat, ꝙ Teucri, & propterea obscurior.Apollo autem cum dixisset,antiquā:ostendit fuisse recentiorem. Norat enim & primam esse, & secundam.Fatis Iliacis.)Non proprio fato laborabat. Excusat igitur, & laborem irritæ nauigationis quę ad Cretam fatis adnectit,vt inuidiā qua afficiebatur,quod illi frustra laborassent,purget excusatione, cū factum negari non possit.Sola mihi.)Vni enim Cassandræ credendum non fuit:deinde,non videbatur verisimile, tam longinquas sedes esse petēdas.Hęc ille.

Ordo. ¶Ordo est. Ego(inquit Æneas) attonitus.id est stupefactus, quasi tonitru percussus: talibus visis.s.deorum vultibus:aut visis,pro visionibus:& voce deorum, sup.tali:audita.s.Nec illud erat sopor.id est profunda dormitio: hoc est, non videbam per insomnia: sed videbar.s.mihi.(Ergo, vt Donatus dicit,nec plene etiam vigilabat,quia non asserit se vidisse,sed visum esse quod viderit.)agnoscere coram.i.in conspectu meo:vultus.s.deorum:& comas velatas.s.vittis, aut velo: & ora præsentia:tamen.id est insuper,aut postea gelidus sudor qui violentiam indicabat,& stuporem:manabat toto corpore, supp. meo.id est de toto corpore meo: ego corripio, id est celeriter & violenter (quod signum futuri incommodi per tempestatem, Seruius indicat.)rapio: corpus e stratis.s.lectis: & tendo manus supinas.id est sursum erectas ad cœlum.s.cum voce,id est prece sequenti:& libo.i.offero munera.s.thus & vinum: intemerata.i. rite facta:focis.i.aris deorum Penatium:ego lætus honore.i.honorifico sacrificio perfecto:facio Anchisen.s.patrē certum. Orator,secundum quosdam, diceret certiorem: quia elegantius id dicitur:verum metri causa coactus,certum, dixit poeta.Sunt tamen qui penitus vim vocabulorum inspicientes, dicant modestiæ & honorificentiæ tantum gratia inuentum esse, vt certiorē, & certum facere,dicant oratores:nam certiorem facio, eum qui non penitus ignorabat rem:certum,qui penitus: ne ergo turpe sit quidquam omnino ignorasse,dicunt,certiorem fieri: hic vero quia res non humanitus: sed diuinitus reuelata penitus Anchisen latet:recte dicit, facio certum: sed nolumus in istis argutiores videri.ꝗ;pro &:pando.i.facio: rem ordine.i.quo ordine dicta,& facta sunt omnia,eodem recito patri.Pater,sup.Anchises, agnouit prolem, scilicet gentem Troianam:ambiguam.id est incertam, quo parente, Dardano ne,an Teucro dicatur orta(Seruius tamen maluit geminam,& duplicem,quam incertā,dici.)& se deceptum nouo.i.insolito errore veterum locorum:(& est antithesis:)aut nouo.s.magno errore: tum.i.deinde: memorat.i. quod memoria tenebat,eloquitur:dicens,o nate, exercite.i.fatigate: fatis Iliacis.i.Troianis debitis sola Cassandra: scilicet filia Priami,& vates.(de qua in.ii.huius, dictum est)canebat mihi tales casus.id est euentus miseros, vt.s.diu erremus Italiam quærentes,ego repeto.i.memoria repetens agnosco: fata portendere.i.quod fata portendebant, hæc debita nostro generi.i.quod hæc fataliter portēta sunt nostro generi(vt etiam errores,ne ob culpam putentur, fatales,censeantur:hoc finxit poeta.)& repeto fata,portendere genus nostrum, vocare.id est vocaturum, aut vocare debere: hoc est exoptare sæpe Hesperiam, & sæpe regna Itala.i.Italica: sed quis crederet Teucros(id potius dixit, ꝙ Dardanos,cum etiam Dardani sint,vt errorem suum purgaret, cum tamen Oracula Dardanidæ duri,&c.dixerint.)venturos ad littora Hesperiæ.i.Italiæ, vnde tantum distent.q.d.nemo,aut quem Cassandra moueret.i.incitaret ad credulitatem:tum.i.tunc,cum obsidione premebatur vrbs nostra:& impatientia, forsitan rapta,credebatur:(vnde etiam addita est particula,tunc,in.ii.vbi dictum est. Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris Ora dei iussu nō vnquam credita Teucris.)Cedamus Phœbo.i.monitis Phœbeis:quæ Italiam significabant cum dicerent, Dardanidæ duri & quæ etiam a Cassandra pandebantur:& nunc a dijs Penatibus significata sunt.Nam dixerant. Quod tibi delato Ortygiam dicturus Apollo est,Hic canit,&c.)& nos moniti,sequamur meliora.s. hic quam nacti sumus,vnde dira peste propellimur.

PIERIVS.

¶Visis,ac voce deorum.)In antiquis plerisq; codi.& voce, legitur:prout etiam est in Donatiano codice,verū ac minime displicet.Corripio e stratis corpus.)Antiqua aliquot exēplaria,Corripio stratis, absq; præpositione separatiua legunt: vt, Haud segnis strato surgit pal.Seq; nouo veterum deceptum errore locorum.)In antiquis aliquot codi.errore parentum,legitur: Sed quia sermo est de sedibus fato præmonstratis,locorum,in multis etiā reperitur,atq; ea lectio plurimum subdititia priori abrasa,quæ parentum fuerat.Cassandra moueret.)In codicibus aliquot antiquis,moneret,scriptum est.Magis vero placet, moueret:vt sit,cui nam hoc ea persuasisset, Troianis rebus, tunc adeo florentibus?

SERVIVS.

¶Hāc quoq;.)Quemadmodum Troiā & Thraciā: & cū dolore dictum accipe, Hanc quoq; deserimus.Caua trabe.)Nauiū periphrasis optima.Supra caput.)Capitalis, perniciosus.Noctem, hyemēq;.)Pluuiā cū obscuritate. Inhorruit vnda)Horridior est facta p tenebras.Gurgite vasto.)Epitheto auxit Tapinosim.Nox humida.)Nubes caliginosa.Excutimur cursu)A pposito itinere auertimur.Cæcis in vndis)Incertis:qa sydera nō apparebant. Ipse.)

Sic ait:& cuncti,dictis paremus ouantes. ÆNE.
Hanc quoq; deserimus sedem:paucisq; relictis
Vela damus:vastumq; caua trabe currimus æquor.
Postquam altum tenuere rates:nec iam amplius vllæ
Apparent terræ:cœlum vndiq;,& vndiq; pontus:
Tum mihi cœruleus supra caput astitit imber,
Noctem,hyemēq; ferens:& inhorruit vnda tenebris.
Continuo venti voluunt mare,magnaq; surgunt
Æquora:dispersi iactamur gurgite vasto.
Inuoluere diem nimbi:& nox humida cœlum
Abstulit:ingeminant abruptis nubibus ignes.
Excutimur cursu:& cæcis erramus in vndis.

Ipse.)Nauigādi perit'. Hoc.n.significat emphasis pnominis.Incertos soles.)Bene incertos,qa quātitatis sit obscuritas: tū noctis est manifesta discretio.Vnde superflua quęstio est eorū, q dicūt tres dies quēadmodū transisse sciendū si noctem a die discernere nō poterat:Cæca caligine.)Cacephatō in sermone.Attollere visa.)Naturaliter dixit. Quoties.n.ppinquam' littoribus & exurgere terra videt, & summū emittere.Aperire.)Ostēdere: Sallusti', Caput aperire solit'.Seruatū ex vndis.)Ac si diceret, de periculis in grauiora se peruenisse discrimina.Strophadū me littora.) Phineus rex fuit Arcadię.hic suis liberis superduxit nouercā cuius instinctu eos cęcauit. Ob quā rem irati dij ei oculos sustulerūt, & adhibuerunt Harpyias quæ cū ei diu cibos abriperent,Iasonē cum Argonautis propter vell'aureum Colchos petentē suscepit hospitio:cui etiam doctorem dedit. Hoc ergo beneficio illecti Argonautæ Zethū & Calaim filios Boreæ,& Orithyiæ alatos iuuenes,ad pellēdas Harpyias miserunt:quas cum strictis gladijs persequerentur,pulsæ de Arcadia peruenerūt ad insulas quę appellabant Plotę.Et cum vlterius vellēt tendere, ab Iride admoniti,vt desisterēt a Iouis canibus,suos conuerterunt volatus:quorū conuersio,i.strophe,nomen insulis dedit.Quod Apollonius plenissime exequit'. Vt autē canes Iouis dicerentur,hæc ratio est: quia ipsæ furiæ esse dicuntur:vnde etiam epulas dicuntur abripere,quod est furiarum,vt, Et manibus prohibent contingere mensas.Vnde & auari finguntur furias pati: quia abstinent partis.Item ipsas furias esse paulo post idem testatur dicens, Vobis furiarum ego maxima pando. Furias autem canes dici & Lucanus testatur:vt Stygiasq; canes in luce superna Destituunt.Et in sexto Virgilius, Visæq; canes vlulare per vmbram Aduentāte dea. Sane apud inferos furiæ dicuntur,& canes:apud superos diræ & aues:vt ipse.in.xii.ostendit. In medio vero, Harpyiæ dicuntur. Vnde duplex in his effigies inuenitur.Has Virgilius tres dicit,Aello,Cypete,Celæno. Apollonius duas: quem in.xii.Virgilius sequitur: vt,Sunt geminæ pestes.Ionio in magno.)In magno mari Ionio. Et sciendum Ionium sinum esse immensum ab Ionia vsque ad Siciliam: & huius partes esse Adriaticum,Achaicum,Epiroticum. Maria enim vel a prouincijs, vel ab insulis, vel a ciuitatibus nomen accipiunt. Bene ergo In magno,quasi in quo etiam alia maria sunt. Harpyiæq; colunt aliæ.)Ergo & Celæno Harpyia.Nec sæuior vlla pestis, & ira deum Stygijs sese extulit vndis.) Vt pœna in stygijs. Et non dicit has de inferis natas, sed peiores esse omnibus inde procreatis.Proluuies.)Sordis effusio.Vncęq; manus.) Manus pro vnguibus posuit:hoc est χαμψώνυχας.Fame.)Veluti fame.Nam abundare dicit armenta. Aut re vera Fame: quam eis inferebat non inopia,sed auaritia.

Ipse diem,noctemq; negat discernere cœlo,
Nec meminisse viæ media Palinurus in vnda.
Tres adeo incertos cæca caligine soles
Erramus pelago:totidem sine sydere noctes.
Quarto terra die primum se attollere tandem
Visa,aperire procul montes ac voluere fumum.
Vela cadunt:remis insurgimus:haud mora nautæ
Adnixi torquent spumas,& cœrula verrunt.
Seruatum ex vndis Strophadum me littora primum
Accipiunt.Strophades Graio stant nomine dictæ
Insulæ Ionio in magno:quas dira Celæno,
Harpyiæq; colunt aliæ:Phineia postquam
Clausa domus:mensasq; metu liquere priores.
Tristius haud illis monstrum,nec sæuior vlla
Pestis,& ira deum,Stygiis sese extulit vndis.
Virginei volucrum vultus:fœdissima ventris
Proluuies:vncęq; manus:& pallida semper
Ora fame.

DONATVS.

¶Sic ait, & cun.di.pa.ouan.)Dicto paremus aut Apollinis, aut certe Anchisæ qui illico senserat ouantes. Quis enim non gauderet adempto labore ad Ortygiam nauigandi, iterum se ad certa & optima venturum:Hanc quoq; deserimus sedem.)Sicuti Cretæ. Pau.q; re.Vela da.)Non voluntate cuiusquam relictis sed mortis necessitate remanentibus,supra enim dixit, cum lues contagionem describeret linquebant dulces animas.hoc est moriebantur.Postquā al.te.r.n.i.am.ul.Apo.t.cœ.vn.& v.p.)Copiosa descriptio.in qua vna & eadem res est dicta frequentius, diuersa & splendida cōpositione verborū.Tum mihi cœruleus.s. ca.ast.im.No.hy.q; fe.&c.)Egregie descripsit, quę nauigantibus accidunt, cum vno impulsu omnia simul elementa turbantur. In qua ipsa descriptione & initium tenuit, & augmenta descripsit & finem. Quippe, Tum mihi cœruleus supra caput astitit imber,

Universidad de Deusto
Biblioteca

imber,initium est.dehinc quę cōsequuntur ostendunt augmenta violentiæ, noctem hyememq; ferens.ex his quoq; quæ exorta sint enumerat breuiter. Inhorruit vnda tenebris, Continuo venti voluūt mare, magnaq; surgūt Æquora, dispersi iactamur gurgite vasto. Agebantur enim non arte nauigandi, sed qua diuersorum ventorum flatus vrgebant.accedente etiam eo,quod ait, Inuoluere diem nimbi, & nox humida cœlum Abstulit. ecce iam si possent, aliquid contra maiorem vim prouidere nō poterant.tulerant enim diem nimbi, hoc est remouerant lucem.nox quoq; humida obtentu nubiu m abiurauerat sidera, quæ viā in fluctibus monstrant. Ingeminant abruptis nubibus ignes, hoc est crebræ fuerant coruscationes, sicut fit cum est elementorum magna turbatio.Excutimur cursu,& cæcis erramus in vndis.Excutimur vbicunq; ponit Virgilius,nimiam facti necessitatem significat,vt excutitur pronusq; magister voluitur in caput.Item Excutior somno,& cæcis erramus in vndis, non vndis cæcis sed hominibus vndas ipsas nō videntibus, & qui nullo cum affectu rapiebantur, erramus,inquit, pelago quia erat in latitudine vel maxime pelagi & plus currit q̄ necesse est,& inant labore cōsumpto ad destinata non peruenit.Ipse diem noctemq; negat discernere cœlo.Nec meminisse viæ media Palinurus in vnda.Violentiæ ipsius mire cōclusit augmenta, asserens tantam fuisse rerum confusionem, vt ipse Palinurus dies ageretur an nox.euidenter pronuntiare non posset. quod autem ait, ipse, hoc in pronomine vult intelligi, ipse Palinurus peritissimus gubernator, ipse qui regendorum nauigiorum arte pollebat, ipse qui vias in fluctibus & diligētiore cura rationem siderum nouerat. ipse cuius magisterio gubernatores cæteri regebantur. Apparet ergo, vt sępius diximus in pronominibus esse plerunq; maximum intellectum,ipsum autem Palinurum ducem fuisse cæterorum in pelago.alio in loco positum cōstat,quod dictum est, densum Palinurus agebat Agmen, ad hunc alij cursum contendere iussi. Treis adeo incertos cæca caligine soles Erramus pelago, totidem sine sidere noctes. Quarto terra die primum se attollere tandem Visa aperire procul mōtes, ac voluere fumum. Descriptis omnibus, quæ orta tēpestas & aucta perfecerat,defectus eius & finis ostenditur, cum addit.¶ Vela cadunt,re.in.h,m.u.Ad.t.sp,&.c.u.&c.) Comparationem fecit præsentis temporis & præteriti.in tempestate enim mare ipsos agebat inuitos sicuti dixit, excutimur cursu.nūc ipsi quoniā ventorum successerat quies, & fumus minui cœperat vanescente caligine,remis vndas vrgebant, vt ad littus procedere potuissent. Interea diligenti ratione tractandū est, vt ostendamus poetam nō posuisse contraria. fecit enim quæstionem quandam non attente legentibus dicendo. Ipse diem noctemq; negat discernere cœlo.Inuoluere diem nimbi, & nox humida cœlum abstulit,& ipse dixit. Treis adeo incertos cæca caligine soles,Erramus pelago,totidem sine sydere noctes. Ipse cursum posuit, Quarto terra die primum se attollere tandem Visa. Quemadmodū igitur dierum colligi numerus potuit:si dies noctesq; discerni nequiuerant:possumus hunc locum hac ratione dissoluere,vt dicamus poetam obscuritatē aeris ventis sęuientibus factā nimium satiare voluisse. cæterum qui fieri potuit per diei tempus sic accidere tenebras, vt inter ipsas & veram noctē nihil interesset:memor tamen poeta ipse. Treis adeo, inquit,cæca caligine soles, vt probaret fuisse in caligine aliqd lucis, quod dierum tempora separaret a noctibus. Vel certe sic intelligi potest,dierum & noctium numerus,quia dixit crebras fuisse coruscationes,quę ruptis nubibus stellas possent demonstrare vel solem.¶ Seruatum ex vndis stropha dum m.l.p.Ac.)Non vult videri perseuerasse malam fortunam,sed nec in totum prosperā prouenisse.procurauerat quippe, vt eos opulentum littus exciperet,quod proculdubio prosperum plenissime foret, si illis in locis Harpyiæ non fuissent, quas post Phinei casum regiones ipsas occupasse constabat.¶ Strophades gr.st.no.d.In.)Me, inquit, insulæ Græca lingua nominatæ acceperunt.¶ Quas dira Celęno, ha.q; co.a.ph.p.Cl.d.&c.)Cum dicit Harpyiæq; colunt aliæ,Cōstat q etiam Celæno Harpyia fuisset, & haberet consimiles alias. hæ,inquit, post Phinei causam illa loca tenuerūt.¶ Tristius haud illis m.n.sæ.u.Pe.& i.d.sty.se.ex.u.)Propter vnam quæ illis multa aduersa nuntiauerat, execrabatur omnes.nihil, inquit,peius ab inferis potest exoriri q̄ sunt Harpyiæ,& dicit causas.¶ Virginei Vo.u.)Hoc no n esset monstruosum, si cætera cōuenirent. ¶ Fœdissima ventris Proluuies.)Ipsarum.s.quæ nihil interioribus suis morari paterentur,effundunt,inquit,statim, quicquid victus causa receperint.¶ Vncæq; manus.)Armatæ ad rapiendū nō industria sed natura.¶ Et pallida semper ora fame.)Quarum enim venter non retinebat cibum, non tantum nō satiabantur, sed semper patiebātur famem,atq; ex ea pallor succedebat. Cuncta hæc iccirco describit, quia omnia ipsarum dicturus est sibi ac suis fuisse contraria.

ASCENSIVS.

¶ Sic ait,&c.)Docet vt agnito errore a Creta discesserūt,vtq; suborta tempestate durissima in Strophadas insulas depulsi sint,vbi Harpyias offenderūt sęuissima monstra:de quibus omnibus dicit Donatus sic.¶ Dicto,)Vel Apollinis, vel Anchisæ.¶ Ouantes.) Et propter ereptū laborē,iterū in Delum enauigandi:& propter magnā spem propositā.Est autē hæc descriptio nauigationis,in qua eadē res sępius dicitur diuersa, & splendida cōpositione verborum. Tempestas autē egregie descripta est:cum vno impulsu omnia simul elementa turbant.In hoc & initiū posuit:vt Cœruleus supra caput.a.i.Et augmentū: vt, Noctē hyememq; ferens. Et quæ solent consequi ex huiuscemodi rebus:vt,Inhorruit vmbra tenebris,Et cōtinuo voluūt fluctus mare.& reliqua quę maximam ostendunt violentiam, vt quāuis multum laborarent,tamen a cursu detorti,quo volebant nō peruenirent.¶ Ipse.)Maximum habet intellectum,i.qui peritissimus esset gubernator,qui nauigandi arte pollebat, qui viam in fluctibus obseruatione syderū norat.Descriptis autē omnibus,quæ orta tempestas,& cuncta perfecerat,vt finē ostendat,addit.¶ Vela cadunt.)Verum contraria videntur q cum dixerit,Diem,noctēq; negat discernere cœlo: deinde addat, Tres addeo incertos cæca caligine soles.Quomodo enim hęc scire potuit,si nulla erat distinctio noctis & diei? Sed respōde voluisse poetam obscuritatem aeris, nimis satiare. Nam qui fieri potuit sic accidere tenebras vt inter ipsas, & verā noctē nihil interesset? vel intellige dierū & noctium numerū distinxisse crebris coruscationibus,quę vel stellas,vel solē ostendere potuerunt.¶ Seruatū ex vndis.)Non perseuerauit mala fortuna:sed nec in totū prospera prouenit. Nam in littus fertile venerunt, quod fuisset felicissimum, nisi Harpyis esset occupatum. ¶ Tristius haud.)Non potest ab inferis tristius quidq̄ excitari, q̄ sint Harpyiæ.¶ Virginei volucrum.)Non esset hoc monstruosum:si cętera essent similia.¶ Proluuies.)Nihil in intestinis morari patiuntur:sed statim effundunt. Ergo nō solum non satiabantur,sed semper famescebant,Inde pallor,sic ille,& plura quæ Seruius citat,vtpote de Harpyis, quod inuulnerabiles essent, quia styge natæ: vnde apparet Donati commentarios mutilos esse. Ordo

¶ Ordo est.Anchises, sup.ait sic:& nos cuncti paremus ouātes.i. mediocri lętitia exultātes:dicto(sic.n.legit Donatus)aut dictis.i. monitis eius,aut deorū:& deserimus quoq;.i.etiam.(quia prius Thraciā deseruerāt)hanc sedem.s.ciuitatem in Creta iam exstructam:& damus vela,sup. ventis:& hoc paucis relictis.qui.s.ciuitatem Pergameam incolerent:& incurrimus vastum æquor.id est mare:trabe caue.i.naui.Postquam rates.i.naues:tenuere altum.id est profundum mare,vti est in medio:nec vllæ terrę apparent iam amplius:& supple cœlum apparet vndiq;:& Pontus apparet vndiq;.id est ab omni loco: nō ab omni parte:tum.i.deinde aut paulopost,imber cœruleus.idest nubes cœrulei coloris densa,& subnigra:ferens noctē.i.caliginem nocturnam:& hyemem. idest tempestatē pluuiosam, qualis hyberno tempore esse solet: astitit mihi supra caput:bene mihi ad id.s.cum prouidus esset heros animaduertenti:& vnda inhorruit.id est tacta est horrida tenebris.i.propter tenebras.Venti voluunt cōtinuo.i.perpetuo motu,mare:& æquora magna.i.integræ conuolutiones aquarum surgunt.id est oriuntur & erigūtur, & nos dispersi iactamur:vasto gurgite.i.impetu: & ingurgitatione:aut inuolutione aquarum maris. Nimbi,id est nubes pluuiosæ:inuoluere.i.implicuerunt,& inuolutū tenuerunt:diem id est claritatē diurnam,aut solem:& nox humida.id est caligo pluuiosa,abstulit.s.ab oculis nostris:cœlū.i.aspectū cœli.ignes.i.coruscationes,& fulgura:ingeminant.id est multiplicant, sup.se nubibus abruptis:ex quarum ruptura produci volūt tonitrua. Nos excutimur cursu.i.instituto:erramus in vndis cęcis,id est tenebrosis, in quibus nulla patebat certa via. Ipse Palinurus: nautarum, videlicet peritissimus: negat, supp.se posse:discernere cœlo.id est per inspectionem cœli,quāuis aliquo indicio,aut duratione adhuc nosset, discerneret diem, & noctem: nec, sup.nouit meminisse viæ in media vnda. Nos erramus,sup.in pelago,id est mari. Tres soles.i.tantum temporis,quantum tres soles super hemispherium nostrum apparere solent:adeo.i.omnino:incertos.i.dubios, an lucerent necne: hoc est,an dies, an nox esset, sed postea nouerūt tres abisse dies: incertos, dicit:cæca caligine.i.propter caliginem:& erramus totidem.i.etiam tres noctes:sine sydere.id est apparitione cuiuslibet syderis,Terra visa est attollere se tandem quarto die:& aperire.i. denudare, & ostendere procul montes:ac voluere fumum:vnde in Bucol.Et iam summa procul villarū culmina fumant.Vela cadunt: postquā.s.stricta erant:nos insurgimus.i.incumbimus,& innitimur remis vt ad terrā appellamur:haud.i.non, sup.fit mora:& nautę annixi.i.annitentes,torquent spumas,ex celeri cursu excitas:& verrunt cœrula:verrunt autem caudis:hoc est,gubernaculis nauium: littora Strophadum.i.illarum insularum, quæ duæ sunt,non longe ab Asteria: excipiunt me primum.i.primo tempore,& ante alias terras:seruatum ex vndis.i.a submersione: Strophades(inquit)stant dictæ:nomine.i.vocabulo Graio,id est Græco:nam στροφὰ dicitur reuolutio,seu reuersio, vt sentit Ser.& στροφὰς:hoc est, Strophas:Strophados, cōuersio:& vertigo,a verbo Strophao,quod est,verto,stant:dicit,existentes insulæ in magno sinu Ionij maris)Insulæ,vltimam corripit,non abiicit.corripit autem propter vocalem sequentem:nam Ionio, quadrisyllabum est.)quas,supple insulas: Celæno dira.i.execrabilis, & fera pestis: & aliæ Harpyiæ: ergo & ipsa Harpyia, ab ἁρπάζω, quod est,rapio:postquam domus Phineia,id est Phinei,regis Arcadiæ, est clausa,supp.Harpyis,per Zetum & Calaim, vt Seruius recitat: & postquam ipse liquere metu, non ergo sponte: priores mensas.s.regis Phinei, quas prius polluerant:monstrum tristius.i.dirius,& execrabilius illis.i.q̄ illæ:hoc est,q̄ Harpyiæ sint: haud.i. non extulit se vndis Stygijs.i.infernalis illius lacus: nec vlla sæuior pestis:nec vlla ira deum,i.dira: nam Seruius supra dixit, q dira sit deorum ira:aut ira.i.furia,aut pestis, a deo irato producta,sæuior,supp.illis: non extulit se vndis Stygijs. Vultus volucrum.s.Harpyiarum,sunt virginei.i.quales virgines habent:sed proluuies ventris.i.lata aluus,aut sordidum effusio, est fœdissima illis:& manus.i.vngues, sup.sunt vncæ.i.incurui.& ora sunt semper pallida fame.i.voracitate:quā quia nimiam habent, pallent auiditate nō inedia. Vnde molestissime tulerunt vaccas suas a Troianis cæsas esse.

PIERIVS.

¶ Tres adeo incertos cæca caligine soles.)Vetera quędam exemplaria ad Kappacismum declinandū dictionū ordinem ita disponunt: Tres adeo cæca incertos caligine soles. Ser.tñ cacephaton illud videtur agnouisse.¶ Erramus pelago,totidē sine sydere noctes.)In codi.aliquot antiquis,& totidē.In aliquot,totidē & sine. Sed enim magis placet si particula ea penitus submoueat, quę lectio est etiā codicis Medicei.¶ Ac voluere fumum.)In Mediceo codi.ducere fumū,legitur:propriū tamen est fumi tortuose volui ob crassitudinē, dum cum aere colluctat.¶ Me littora primū Accipiunt.)In veterib,aliquot exemplaribus,excipiunt, legitur. Quia dixit,seruatum ex vndis. Sed enim & accipere in hoc significato non improprium:vt, Hinc Drepani me portus,& in lętabilis vnda accipit.

Huc vbi delati portus intrauimus:ecce
Læta boum passim campis armenta videmus:
Caprigenumq; pecus,nullo custode per herbam.
Irruimus ferro:& diuos,ipsumq; vocamus
In prædam,partemq; Iouem.tum littore curuo
Extruimusq; toros:dapibusq; epulamur opimis.
At subitæ horrifico lapsu de montibus adsunt
Harpyiæ:& magnis quatiunt clangoribus alas:
Diripiuntq; dapes:contactuq; omnia fœdant
Immundo.tum vox tetrum dira inter odorem.
Rursum in secessu longo,sub rupe cauata.
Arboribus clausi circum,atq; horentibus vmbris,
Instruimus mensas:arisq; reponimus ignem.
Rursum ex diuerso cœli,cæcisq; latebris
Turba sonans,prædam pedibus circumuolat vncis:
Polluit ore dapes.socijs tunc arma capessant
Edico:& dira bellum cum gente gerendum.
Haud secus,ac iussi faciunt:tectosq; per herbam
Disponunt enses:& scuta latentia condunt.
Ergo,vbi delapsæ sonitum per curua dedere
Littora;dat signum specula Misenus ab alta
Ære cauo.inuadunt socii:& noua prælia tentant:
Obscœnas pelagi ferro fœdare volucres.
Sed neq; vim plumis vllam,nec vulnera tergo
Accipiunt:celeriq; fuga sub sydera lapsæ
Semesam prędam,& vestigia fœda relinquunt.

SERVIVS.

¶ Delati.)Quod necessitatis est. Nā volūtate aliquo nō deferimur:sed venim⁹.¶ Læta.) Pinguia.Nā in animalibus in quibus cognōsci nō pōt sensus,lętitiā pingue corp⁹ ostendit:nō mēs,vt in hominibus. ¶ Caprigenumq; pecus.)Satis noue,& affectate.¶ Per herbam.)Ordo est,nō per herbā, sed per cāpos in herbis videmus armēta.¶ Ipsumq; vocamus.)Ipsum,i.regē deorum, aut certe prædatorē. hoc est, cui de præda debeā aliquid. Nam Romani moris fuit, vt bella gesturi, de parte prædæ aliqd numinibus pollicerentur: adeo vt Romæ fuerit vnū tēplū Iouis prædatoris, non q prędæ præest,sed q ei aliquid ex præda debeā.¶ In partē prædāq;.)In partē prædæ.¶ Dapibusq; epulamur.) Dapes,deorū sunt:Epulæ, hominū. Bene ergo vtrunq; posuit:nam & sacrificijs & cōuiuijs operā tribuūt.¶ Opimis) Pinguibus.¶ Lapsu.) Celeritate: vt supra.¶ Harpyiæ.)ui Greca diphthongus est,Nam latina esse nō potest: quia ne quidē habemus.¶ Clāgoribus alas.)Deest Cum: vt sit, alas quatiebāt cum clangoribus:vt, Atq; Ixionij vento rota constitit orbis, id est cum vento. Aliter Acyrologia est, si Clangorē, dixit alarum sonitū.¶ Tum.) Præterea:& deest,erat.¶ Rursum.)Ad illud solū pertinet, Instruimus mensas. Nam ante in speluncis nō fuerant. Et sciendū hanc particulā interdum sic poni,vt iteratū aliquid significet: vt si dicas,Veni ad te mane,rursum veni. Interdū sine iteratione est: vt fui apud te,rursum veni:non ideo dicis rursum,quia etiā primo venisti,sed quia illic fuisti.¶ Arisq; reponimus ignē.¶ Ecce quod dixit,In partē prædamq; Iouem. Sane sciendū iterationem hanc fieri s'm ritum sacrorum,nam displicuisse prima ex prodigijs inditur.Sunt aūt hę animales hostię,quæ tantū immolantur, & caro sacerdotibus proficit. Alibi tantū sanguinem in aras fundi significat:vt, Sanguinis & sacri pateras. Alibi partem corporis:vt, Extaq; salsos proijci iā in fluctus.Alibi integras victimas:vt,Et solida imponit taurorum viscera flammis.¶ Ex diuerso cœli.)Ex secreto montiū: subaudi. Loco.¶ Turba sonans.)Impetum ostendit. nam de tribus loquitur. Et alludit ad furias de quibus ait alibi, Vocat agmina sęua sororū.¶ Prędā pedibus circunuolat vncis.)Aut circum prędā volat vncis pedibus: aut intra volā amplectitur prædam. Vnde & inuolare dicimus, intra volam tenere.Vnde & pira quædam volema dicūtur.¶ Tectosq; per herbā Disponunt.)Disponūt & tectos faciunt. Sic & scuta condendo latere faciūt.¶ Misenus.)Bene Misenū dicit tubicinem, Ipse est enim qui dicitur filius fuisse Aeoli:vt Misenum Aeolidem: quia constat sonum omnem ex vento creari.¶ Noua.)Mira.vt, Pollio & ipse facit noua carmina.Nam nouum bellum non est,cuius extat exemplū.Hercules enim in monte Arcadiæ Stimphalo vicit Stimphalidas:vt Statius, Et ærisonum Stimphalum. Aut Noua ideo quia vulnerari nō poterant. ¶ Obscœnas.)Obscœnæ sunt aues,quæ canendo aduersa significant:vt paulopost, Infelix vates.¶ Pelagi volucres.) Quia dicuntur Ponti & Terræ filiæ:vnde in insulis habitant, partem terrarum, partem maris tenentes. Alij dicunt eas Neptuni filias: qui fere prodigiorum omniū pater est, nec immerito.Nam secūdum Milesium Thaletem omnia ex humore procreantur:vnde est,Oceanumq; patrem rerum. Hinc fit vt quotiescunq; desunt parentes:redeatur in generalitat m. Sic & peregrinos Neptuni filios dicimus:quorū ignoramus parentem. Alij autem dicunt Harpyias filias Thaumantis & Electræ. ¶ Vim plumis vllam.)Naturale enim est, vt eludat ictum plumarum leuitas. Vnde & addit plumis. Nā quod Donatus dicit ideo eas fuisse inuulnerabiles, quia de Styge erant natæ, non probatur.¶ Vestigia.)Pedum signa.

Vola.

volema

DONATVS.

¶ Huc vbi delati portus intrauimus, ecce Læta boum pas.cam. armē.vide.Caprigenumq; pec.nullo cu.per her.Irrui.fer.& di. ipsumq; voca.In par.præ.q; Iouem.)Omnia, inquit, in vnum conuenerant, quæ nos illorum animalium armenta & greges inuadere prouocarent, diuersitas generis,abundantia, pinguedo,

Universidad de Deusto Biblioteca

do,quam ingentes herbę procurauerāt.custos nullus,qui prohibere posset inuadētes. dedit aūt diuersa nomina diuersis animalium numeris,armenta quippe appellauit boues, pecora autē capras,vt ostenderet nec boues pecora dici posse,nec capras armēta,mox ait exerere cœpimus ferrū, mactare quantū libuit.tantū superfuit copiæ, vt & nostris vsibus alimonia superesset, & dijs atq; ipsi Ioui fieret portio,vt quod fiebat illicitū,esset nobis commune cum superis.¶ Tum lit.c.ex.q; t.da.q; e.o.)Tacuit de apparatu epularū,quē descripsit in.j.lib.de ceruis, illic enim clare dixit poeta,quia nulla necessitas quærebat breuitatem,hic, hoc est apud Didonē,colligenda narratio erat propter noctis tempus,& omniū qui auditores aderāt,requiem.dixit enim supra, & breuiter Troiæ supremū audire laborē. Ergo cum dicit occidimus,& cœpimus epulari,ostēdit parato ordine suo,quæ mandi potuissent.Extruimusq; toros,In.j.lib.dixit poeta, fusiq; per herbam, quia lassitudine & fame naufragi vrgebantur, hic dicit extruimusq; toros, quia in magna copia herbarū nihil magnū fuerat, congeriē cespitū struere,quibus discūbi posset & nō magna properandi ad epulas necessitas vrgebat.¶ At subitę ho.la.de mo.ad Ar.& m.q.clangoribus alas, Di.q; d.c.q; o.fo.Im.tumu.te.d.in.od.)Venerūt harpyiæ improuisæ de montibus sonitu alarū horribilē metū incutientes, & quæ erant omni corpore immundæ, diripuerūt vncis pedibus omnia,& suis cōtactibus polluerunt,& tetro odore oppleuerunt omnia.sic vocis execrabilis Troianos horruerunt sono, vt essent proculdubio fugiendę.¶ Rursum in se.lo.s.r.cauata Arboribus clausi cir.atq; h.u.In.m.a.q; re.ignē.) Deniq, inquit, propter eiusmodi detestabiles formas petiuimus successus longitudine & densitate arborum tutos.quo facile(vt putabamus)adire nō possent aut volare impeditæ ramis arborū & vmbra syluarū,& sub caua rupe quo tutiores essemus nouauimus toros,& repetiuimus cibū,aris quoq; ignē restituimus hoc est iterum sacrificauimus.¶ Rursum ex di.c.c.q; latebris &c.)Nihil,inquit,profuit omnia prouidisse,nā per insperatas cœli partes & occultas latebras rupium quicquid appositum fuit vncis pedibus rapuerūt.vncis dixit tenacibus,quia quæ recta sunt aliquid tenere non possunt.¶ Polluit ore dapes.)Ne reliquæ remanentes in vsus hominū proficerēt,ore,hoc est, quod vitium etiā in ore haberet,polluit dapes.¶ Socijs tunc arma ca.Edico,& d.b.cum gente ge.)Deficiente,inquit,industria & mutatione, iubeo socijs arma capiant,vt cum dira gente bellum gereremus,addendo dira gente,excusauit crimen violentię,quam Celęno faciens pro causa sua plenissime prosecuta est dicens,Troianos persecutores innocentiū harpyiarum.¶ Haud secus ac iu.fa.)Illi,inquit, nō aliter fecerunt ac iussi.iussi verbum est nō participium,¶ Tectosq; per h.Di.e.& sc.la.co.)Scilicet & vt insidias harpyiæ non viderent.hic quoq; narrandi compendio vsus est. solum enim gerendum cum harpyis bellum prædixerat socijs, & arma caperent.non tamen, vt hæc contegerent herbis,sed illi fecerunt ingenio suo,sapientibus enim locutus fuerat.

ASCENSIVS.

¶Huc vbi, &c.)Docet quomodo ab Harpyis infestati fuerāt:& quomodo illas primū armis depellere:& tandē nequicq; flectere aptauerant:de quo dicit Donatus sic.¶ Ecce læta boum.)Omnia cōuenerant,quibus illa inuadere cuperemus.Diuersitas generis abundātia,pinguedo ex copia herbarū.¶ Et diuos.)Vt quod fiebat, illicitū esset nobis cōmune cum dijs.¶ Tum littore curuo.) Tacuit de apparatu epularum,quem descripsit in.j.de ceruis.Ibi enim nulla necessitas exigebat breuitatem:hic autē quia proposuerat,Et breuiter Troiæ.s.a.l.& propter noctis tempus, in quo auditores quærebāt quietem,erat properandum.¶ Extruimus.) In.j.dixit,Fusiq; per herbā,quia lassitudine, & fame naufragi vrgebantur.hic dicit,Extruimusq; toros,quia in magna copia herbarū,non fuit magnū cōgeries cespitū struere:quibus discumbi posset: & non magna properandi ad epulas, necessitas vrgebat. ¶ At subitæ.)Res omnino abominabilis insultus improuisus. ¶ Clangoribus alas.)Sonitus alarum:vnde metus, contactus fœdus,odor teter fugiendas faciebat.¶ Rursum.)Antrum & semiuolatum Harpyiarum impedire poterant. Ibi igitur securiores dapes,& sacrificium restaurarunt:sed frustra.nam per insperatas cœli partes,& occultas latebras venerunt,& cibum rapuerunt:& quicquid reliquerant,ore polluerunt. Ergo deficiēte industria, fuit necessitas vt ad vim recurreremus.¶ Cum dira gente.)Excusat crimen violentię,quam Celæno faciens pro causa sua,plenissime exequitur.¶ Iussi.)Verbum est, non participium.¶ Disponunt enses.)Breuissima fuit narratio, in qua solum videt,& bellum esse gerendum: & propterea arma capiunt. At illi quanquā non iusserat,industria sua, capta arma occultarunt. Sapientibus enim locutus fuerat.Hæc ille.¶Ordo est.Vbi,id est, postq;: nos delati.s.necessitate:huc.i.in has Harpyiarum insulas,intrauimus portus:ecce quasi de repēte, & ex insperato:nos videmus armenta boum,lęta.i.pinguia:errare.i.errando pasci, passim,id est,vbi libebat.quia impune, & per singulos passus:& pecus caprigenū vt sit Caprigenus,caprigena,caprigenum:aut, caprigenum,pro caprigenarum,id est,a capris genitorum:hoc est,caprorum & caprarum,sed plurimi censent singulare esse, sicut & alienigenum, & aduentum olim dicebant: nec est(inquit Landinus)vocabulū fictum a Virgilio,cum apud Actium in Philotectete legatur, Caprigenum trita vngulis sed illic genitiuus videtur.)videmus, dico,errare per herbam,id est,per pascua, nullo custode, id est,custodiente:aut,nullo existente custode. Nos irruimus,s.in gregē, & armenta ferro.i.telis ferreis,aut ferratis: & vocamus diuos & ipsum Iouem:in prædam.i.prædationem:& partem.i.participationē prædæ:aut in prædam, & partem:pro eo quod est,in partē prædæ.Moris enim erat Romanis, exituris ad prædam, vt Ioui prædatori partem vouerent, vt Liuius docet: & seruius recitat tunc,id est,deinde obtenta præda,nosq;, id est,simul:extruimus toros,id est,lectos discubitorios,forte ex intortis herbis, & epularū opimis dapibus.At Harpyię adsunt subitę lapsu horrifico.i.labentes horrifice de montibus,aut adsunt de montibus cū horrifico lapsu & quatiunt alas, sup.cum magnis clangoribus: hoc est,cōcomitantibus clangoribus, & diripiunt.i.in diuersum trahentes rapiunt:dapes.s.nostras:& fœdant omnia immundo contactu:tum,id est,deinde,sup. auditur vox dira intra tetrum odorem.& ita quinq; sensus nostros offendebāt:visum,quia erat teter immundus attactus:auditum,quia vox dira: olfactum, quia teter odor:gustum,quia omnia fœdāt, vt amplius non gustemus: tactū,quia contactu fœdant. Nos clausi circum,i.per circuitum arboribus,atq; vmbris horrentibus,aut densis,quæ alijs horrorem incutiant:aut ex horridis,hoc est, hirsutis, & spinosis ramis prodeuntibus,instruimus rursum mensas in secessu longo.i.longo secreto:in quem secedere.i.seorsum a conspectu aliorum cedere potuimus: sub rupe cauata, ita vt nō pateret aditus nisi per introitum,quem arboribus & ramis obstruxerunt:& nos reponimus aris ignem.i.rursus libamus & sacrificamus dijs, quos in partem prędę inuocaueramus, & turba.s.harpyiarum:volans.s.cum turbine,& impetu:rursum,id est iterum:ex diuerso,id est diuersis partibus:cœli,id est aeris:latebris cæcis.i.obscuris:circumuolat.i.aut vola circumplectitur:pedibus.i.vnguibus: vncis.i.incuruis aut volat per circuitum:&,supp.polluit dapes ore.Ego edico.i.impero socijs tunc,vt, supp.capessant arma & edico.i.significo eis bellum gerendum, sup.esse,cum gente dira.i.genere animantium feroci & crudeli:&, sup.socij faciunt haud.i.non secus.i.aliter: ac.i.q; ego iussi,secundum Donatum.alij dicunt, q; iussi,sup.erant:q;,pro &:hoc est, & insuper vltra id quod iusserā, ipsi disponunt: per herbam enses tectos,id est abstrusos, vt adoriantur:& condunt.i.abscondunt herbis: scuta latentia.i.occultata,& quę occultando latere faciebant.Ergo vbi Harpyiæ,supple,delapsæ.i.deorsum lapsæ,de rupe,videlicet: dedere sonitum per curua littora.Misenus,tubicen ille peritissimus,vt in.vj.dicetur, Aere ciere viros:cantuq; accendere Martem dat signum, scilicet bellicum, aut ineundi belli cauo ære.i.tuba aut lituo:ab alta specula.i.loco editiore, vnde speculabatur opportunitatem inuadendi:socij inuadunt.s.Harpyias,& tentant noua.i.insolita, prælia.s.fœdare: ferro.i.trucidare, aut dilacerare obscœnas volucres:pelagi, id est circa pelagus versari solitas:sed neq; accipiunt vllam vim plumis:neq; accipiunt vulnera tergo(Donatus,causam assignās,dicit inuulnerabiles fuisse,quia natæ sunt de styge, & imbutæ aquis Stygis:dicunt enim Stygis aquas eam virtutem habere:q; in Achilleide Statiana,Thetis docet, quæ filium suum Achillem inuulnerabilem reddidit, præterquam in plantis quibus eum tenuit dum intingeret:Seruius tamen dicit Donati sententiam nō approbari.)& ipsę lapsæ, id est labentes:sub sydera.i.in sublime:fuga celeri.i.celeriter aufugiendo: relinquunt prædam semesam.i.semiuoratam:& vestigia.i.indicia vnguium suorum:fœda,id est obscœna & turpia.

PIERIVS.

¶Nullo custode per herbā.)In antiquis aliquot codicibus, per herbas,numero multitudinis legif, quod parui tñ momenti est. ¶ Vocamus in prædam,partemq; Iouem.)In plerisq; peruetustis cod.dictionū ordo mutatus est in hunc modum,in partem,prædamq;. Et hanc lectionē agnoscit Seruius.¶ Quatiunt clangoribus alas.)Antiqui nonnulli codices,plangoribus.legunt:hoc est alarum

alarum quassationibus strepitū cientibus. Nā clangor diuersum quid significat, nisi velimus intelligere additas etiā voces horribiles alarū strepitui,vt vtroq; modo territarent. Quod tñ aliorū iudicio relinquimus.¶ Rursum in secessu longo.)Quod in cod. plerisq; veteribus legere est,Rursus in secessu,& ita inferi⁹, Rursus ex diuerso,nō ita absurdum est,vt non suos fautores habeat, alijq; pedē amphimacrū, quo etiā alibi vsus sit poeta noster, esse cōtendunt:alij collisionē ex u,&,s,fieri,vt alias nōnunq;, tametsi nō sum nescius veteres quosdā grāmaticos negare, rursus,per s dici,sed rursum per m,vt iterum proferri debere,cui quidē opinioni ita adhærescūt,vt illud etiā, Rursus ad oraculum,superius habitum rursum absq; ecthlipsi legi cōtendant. Sed video apud doctos hæc iam ex vsu recessisse,paucissimosq; esse, qui veterum huiusmodi figuras ferre possint.¶ Turba sonās prędā pedib⁹ circumuolat vncis.)In anti.aliquot exemp.sublata dictione, prædā, legere est,Turba sonans pedibus subito circumuolat vncis:quot itidē superius dixerat. Sed.n.mihi magis placet legere,prædā,vt & rem,qua dolebāt,tangat:& varietur versus,ne in Homericum τὸν δ' ἀπαμειβόμενος recidat.¶ Tectosq; per herbam)in antiquis aliquot exēplaribus,per herbas,legitur plurali numero. Sed hoc parui est momenti.

Rursus rursum

Vna in præcelsa consedit rupe Celæno
Infelix vates:rupitq; hanc pectore vocem.
Bellum etiam pro cęde boum,stratisq; iuuencis
Laomedontiadę,bellum ne inferre paratis?
Et patrio insonteis Harpyias pellere regno?
Accipite ergo animis,atq; hæc mea figite dicta:
Quæ Phœbo pater omnipotēs,mihi Phœb⁹ Apollo
Prædixit:vobis furiarum ego maxima pando.
Italiam cursu petitis,ventisq; vocatis:
Ibitis Italiam,portusq; intrare licebit.
Sed non ante datam cingetis mœnibus vrbem:
Quàm vos dira fames,nostræq; iniuria cædis
Ambesas subigat malis absumere mensas.
Dixit:& in syluam pennis ablata refugit. ÆNE.
At sociis subita gelidus formidine sanguis
Diriguit:cecidere animi:nec iam amplius armis,
Sed votis,precibusq; iubet exposcere pacem:
Siue deæ,seu sint diræ,obscœnæq; volucres.

SERVIVS.

¶Infelix vates.)Nuntia infelicitatis, vt Homerus μάντι κακῶν.¶ Rumpit vocē.)Cum indignatiōe loquif:vt, Quid me alta silētia cogis Rūpere? Et notandū(vt supra diximus) Rumpit vocē.¶ Laomedōtiadæ.)Perfidia rege natum opprobriū, q deos fefellit.¶ Patrio regno.)Neptunio.¶ Accipite ergo.)Quia nos bellis appetitis: ac si diceret vt futurā famē iā nunc possitis timere. ¶ Quæ Phœbo pater omnipotens.)Tribuit authoritatē,ne possint a se dicta cōtemni. Simul notādū,Apollinē,quę dicit, a Ioue cognoscere.¶ Phœbus Apollo.)Purus,impollutus:& est Apollinis fixū antonomasium,quod alij dari nō potest.Nā sunt alia cōmunia, vt pater omnipotens.¶ Furiarū maxima.)Adeo ipsæ sunt furiæ,vt & vnū epitheton habeant,& causis consentiant.Nam ait de Tisiphone,Furiarum maxima iuxta Accubat:& manibus prohibet contingere mensas,quod etiā hę faciunt, & ferentes Troianis famē & prænuntiantes.¶ Italiā cursu petitis.)Ex his quæ norunt,fidem dicendis accōmodarunt.¶ Quam vos dira fames.)Vt Varro in secūdo diuinarum dicit:oraculū hoc a Dodonæo Ioue apud Epirum acceperunt:quod modo dixisse fingit Harpyias,& tamē colorate tangit historiā dicendo, Quæ Phœbo pater omnipotens.¶ Nostræq; iniuria cædis, Ista mentitur.Nam imminens Troianis fatalis est fames.¶ Ambesas.)Vndiq; esas:hoc est rotundas. Maiores enim has habebant in honore deorum paniceas.s.¶ Refugit.)Non metu(nec.n.minantibus cōgruit)sed ne posset placari.¶ Nec iam amplius armis.)Subaudi vsi sunt.Nec,n,potest esse ab inferioribus Zeugma: quod plerunq; fit,vt & per omnia vnus sermo sufficiat: vt, Troiugena interpres diuū qui numina Phœbi, Qui Tripodas Clarij lauros:qui sydera.per omnia sentis intelligis.Plerunq; aliud subauditur:vt hoc loco. Itē,Disce puer virtutē ex me,verumq; laborē:Fortunam ex alijs,subaudis opta. Nam fortuna nō discitur.¶ Sed votis precibusq;.)Duplici ratione placantur numina:aut votis, aut precibus. Vnde est,Iunonis magnæ primum prece numen adora.Item, Iunoni cane vota libens.¶ Iubent.)Volunt:vt, Infandum regina iubes renouare dolorem.¶ Siue deæ.)Quia diuinant.¶ Obscœnæq; volucres.)Quia in his ventris cernebant proluuiem. Bene aūt etiam si aues sunt, eas esse dicit placandas,propter pessima omina.

DONATVS.

¶Vna in præcelsa con.rupe Celæno &c.)In præcelsa rupe, quoniam viderat parari armorū violentiā.¶ Bellum etiā.p.c.b.st.q;.iu.Laomedontiadæ.b,ne in.paratis?)Inuectio, quā oportuit nō habere principia,fuit enim irascentis.Cū vos,inquit, nobis pœnas pro illata violentia debeatis, facitis more generis vestri, vt prouocetis bello paterna possidētes, & ferro innoxias appetatis. Iratę inuectio breuis extitit,licet in ipsa breuitate omnia teneantur.nam asseruit personā suā,dicendo q essent innoxię.deformauit aduersariorū partē appellādo Laomedontiadas, quod nomē pro cōuitio posuit.dixit ipsam causam iuuencos.s.stratos procede,& hoc genere proposuit inuasionis crimē. dixit etiā criminis ipsius augmentū, vt post impletā in armenta & greges violentiā etiā de expugnatione dominarum ac nece cogitasse videātur.in ipsa quoq; significatione iuuencorum multum ostendit dolorē fuisse. plurimū enim differt si species inuadaf, cum sit meritum nullum,aut maiorē habeat deprecatio vtilitatem,dixit insontes, qd iniquius q persequi bene viuētes:& eas quę nihil priores inciuile tētassent, quę propriū cōtra improsperitatē defendere cuperent:addidit.¶ Et patrio harpy.in.pel.r?)Hęc definitio admissi est. factū enim nō fuit, quod obiecit,sed definiendo quid factum sit pro facto tenet, quod fuerat cogitatum, quid est enim armenta & greges inuadere? quid armare iuuentutē? nisi gradatim ad id tendere, vt eriperēt alienū imperiū nō male quæsitū,sed relictum a parentibus?quod aūt deesset vltor admissi, ipsa pro vltione ingerit,quod esset pręsenti pœna grauissimū quid enim est instanti supplicio peius, q diu expectare quod metuas?quid sæuius duriusq; tormētis, q gerere pectore quod animū diuturna expectatione torqueat:& omne corpus affligat:¶ Accipite ergo.a.atq;.h.m.fi.di.)Accipite,inquit,quod mētes vestras affligat,atq; animis hæc mea dicta figite,hoc est, quæ infixa vos vulnerent & excrucient cōpetenter.verum ne in contemptū venirent,quę fuerant dicturæ dat illis authoritatem venientem veluti ex præcepto Iouis, & Apollinis iussu, quod eo credibile videri Troianis potuit, quia cum rursum nauigare ad Apollinis oraculum vellēt,dijs penatibus nuntijs futura didicerunt.¶ Ait ergo. Quæ.p.p.om.m.p.A.Prædixit.)Prædixit bis accipitur,vt sit, quæ Phœbo pater omnipotens prædixit,mihi Phœbus Apollo prædixit.¶ Vobis furiarū ego.m.p.)Non mea ad vos sed magnorum deorum authoritate veniēs pando.hoc genere dedit,& suę personę aliquam potestatem dicendo,maxima sum furiarū, digna proculdubio,per quā tristia mandarentur.vt autē in hoc quod cōtrarium fuerat, & illis ad pœnam proficiēs facilius crederent, prospera iunxit aduersis,dicendo.¶ Italiam cursu petitis,ventisq;.v.Ibitis Italiam p.q;.in.li.)Hæc Troianis fuerant optanda, sed contraria nouissime posuit,vt de superioribus prosperis crederentur, & sumerent fidem,sequitur enim.¶ Sed nō ante.da.cing.mœ.vr.Quam vos dira fames, nostræq; iniuria cædis Ambesas subigat.ma.absume.m.)Vt necessitate famis diræ, hoc est crudelissimæ atq; grauissimæ nō remedio licito sed sacrilegio subuenirēt.has.n.mensas dixit,quæ ex frumento cōfectæ dijs penatibus consecranf.sed hoc genus pœnæ potuit videri ab vltione harpyiarū esse discretū,addidit Celęno,nostręq; iniuria cędis,vt Troiani sic irēt, velut merito harpyiarum inultum nō fore,quod fecerant.¶ Dixit & in.s.p.a.refugit.)Dixit talia,& refugit in syluas, nec apparuit postea. ¶ At socijs.s.g.f.s.)Diriguit.Repentina,inquit,infecta formidine socijs meis diriguit sanguis, hoc est de vigore suo pulsus est, & in frigus calore mutatus.¶ Cecidere animi)Fiducia superior animorum aduersis debilitata nuntijs cōcidit.optime posuit cecidere.nō enim cadit nisi cui metus fuit in summo animi.igif Troiani instructi prosperis ex deorum responso,cum sublimes accidere aduersis dijs sumpsissent.¶ Nec iam amplius ar.Sed votis precibusq; iu.ex.pa.(Vsqueadeo conciderant metu,vt affectu bellandi reiecto censuerint fundendas preces offensis, & vota faciēda, hoc est sacrificia, quibus placere potuissent, & veniā dare.¶ Siue deæ,seu sint diræ obscœnæq; volucres.)Nec cogitandum in tali causa,

Universidad de Deusto
Biblioteca

causa,quæ essent authores dictorum talium, vel quale esset, sed qualia dicta sint considerandum,siue enim essent deæ, siue monstruosæ volucres, respiciendum non esse, dummodo fierent ea, quibus imminentia mala remoueri possent.

ASCENSIVS.

¶Vna in,&c.)Recitat quæ subsequuta sunt reliqua vaticinium, videlicet,Dirum Celænus Harpyiæ,& furiæ, ac vatis futuram famem denunciantis, vt primum in Italiam peruenerint.de quo dicit Dona.sic.ſ Præcelsa ru.)Quia viderat parari vehementiam belli.ſ Bellum.)Inuectio quam non oportuit habere principia. fuit.n.irascentis. Fuit breuis inuectio, sed omnia continet:nam adserit,personam suam innoxiam:deformauit aduersa,appellando Laomedontiadas.Dixit, causam iuuencos stratos & proposuit inuasionis crimen. Dixit criminis augmentum, vt post violentiam in armenta,addit q de expugnatione domorum cogitauerint.Dixit insontes:Dixit,factum,nó tamen factum fuit, sed pro facto tenet,quod facere cogitarunt.Nam inuadere greges,arma re iuuentutem eo tendit, vt eriperent alienum imperium. Non male quæsitum,sed relictum a parentibus,vltio autem est,q diu expectent,q metuant.ſ Figite.)i.quæ infixa vos vulnerent. Dat autem orationi authoritatem, cum velut ex præcepto Iouis illa dicere demonstret, & Apollinis iussu:& sibi aliquam tribuit potestatem,cum dicit,furiarum maxima.Nam propter hoc digna videtur,propter quam tristia nunciarentur.ſ Italiam.)Hęc posuit, vt ex ijs faceret fidem sequentibus.ſ Sed non ante datam.)Ostendit q necessitati famis, non licito remedio, sed sacrilegio essent subuenturi.ſ Mensas.)Nam mensas dicit, quæ ex frumento confectæ dijs Penatibus consecrantur:& ne hoc genus pœnæ ab vltione Harpyiarum discretum videatur, addit, nostrǽq; iniuria cædis.ſ Cecidere.)Qui spe prosperorum fuerant in sublime producti.ſ Siue deæ.)quasi dicat non erat respiciendum, an deæ essent,an monstruosæ volucres, dummodo fierent ea quibus imminentia mala remoueri possent.ſ Obscœnas.)Aliqui putant dici,obscœnum,ex ob,& cœnum: & dici a Græco verbo χαίνω,id est sordidũ reddo:vnde nos dicimus, inquino.ergo per œ diphthongum scribendum esset.Alij volunt,ex ob, & cano:& tunc careret diphthongo.Varro tamen ait,ex ob, & scœna:& sic haberet diphthongum,æ.Alij dicunt,obscœnos, dici ab Oscis, qui essent populi malis moribus.

Ordo.

¶Ordo est,Vna,scilicet Harpyiarum:Celæno,scilicet nomine:consedit in rupe præcelsa, id est valde alta: existens vates infelix,id est nuncia infelicitatis & rupit,id est violenter expressit:pectore,scilicet suo:hanc vocem, id est hanc orationem. O Laomedontiade, id est a perfido rege denominati & instituti: paratis ne inferre bellum dicit, pro cæde boum, id est quia occidistis boues nostros: & pro iuuencis stratis, ideſt quia prostrauistis iuuencos nostros, quasi dicat vbi veniam precari deberent, & damnum reponere: iniuriam maiorem inferunt:& paratis ne pellere Harpyias insontes, id est quæ vobis priusquã boues nostros auferretis,nihil nocuimus regno patrio,id est paterno:hoc est,patris nostri Neptuni,videlicet? Ergo qa hoc prætenditis, accipite& figite hæc mea dicta:animis, supple vestris: hoc est,intelligite, & intellecta memoriæ cõmendate:vt cum aduenerint meminerit is,Ego existens maxima furiarum, id est dirarum:pando,id est manifesto vobis, supple ea:quæ pater omnipotens,id est summus deorum Iuppiter prædixit Phœbo.(Ergo nec Phœbus futura scit,nisi a deo præscierit)& quę Apollo Phœbus,id est purus & impollutus(quod epitheton, quia per excellentiam Apollini competit, per le pro illo ponitur.)Incipit autẽ a notis,vt lidem habeat ignotis. Vos petitis Italiam cursu, id est festina,licet læpe impedita nauigatione:& ventis vocatis,i.inuocatis in auxilium vestrum:vos ibitis Italiã, id est peruenietis quidem in Italiam,& licebit,ideſt licitum erit:intrare portus, supple italicos:sed vos non cingetis ante, id est prius: vrbem datam,id est cõcessam vobis a dijs:non cingetis,dico, mœnibus prius quã dira fames:& iniuria cędis nostrę,id est in boues,& iuuencos nostros illatæ:subigat, id est compellat vos:absumere malis.i.mandibulis: hoc est,comesse, aut deuorare dentibus: mensas, id est quadras panis, a metiendo dictas:quia super illas ponitur obsonium:ambesas, id est circunrosas:id autem eueniet in.vij.vt paulopost principium illic narrabitur.Dixit.ſ.Celæno:& ipsa ablata pennis.ſ.alarum suarum, refugit in Syluas:ne plura ab ea repeterentur,aut vt se iratam significaret. At,id est sed sanguis gelidus diriguit, id est rigidus & concretus factus est socijs:subita formidine,id est propter subitam & inſperatam formidinem:animi,scilicet sociorũ:cecidere,id est labefacti sunt: nec iam amplius,supvsi sunt,aut contenderunt armis:sed iubent, id est volunt:expoſcere pacem,ideſt veniam,votis & precibus siue sint deæ,seu sint diræ & obscœnæ volucres, id est quæcunq; essent, quæ futura præsciebant & prædicebant.

PIERIVS.

¶Bellum ne inferre paratis.)In antiq.aliquot exẽplaribus, affermatiue non interrogatiue legitur, bellumq; inferre paratis,clocutione eleganter continuante cum, & quod subsequitur,& pastrio Harpyias. Diximus enim alias Home,& omnium apud Græcos præstantium authorum esse,post ri addere xti. Quod & diligenter & frequenter admodũ Virgilius imitatur. Quamuis non negarim in interrogatione plus esse ponderis, & maiorẽ obiurgationis vim,quæ minas etiam tacite secum trahat, & confessionem criminis. Quare lectionem eam, Bellumne:nequaquam immutarim. Quod vero in vulgaribus habetur exemplaribus, & patrio insontes Harpyias,at leue præterijssem,nisi multorum veterum codicum consensu monitus essem ad vocalitatem facere, quod in eis alio dictionum ordine legitur, Et patrio Harpyias insontis pellere regno. illud autẽ minime dissimulandum,quod in Harpyiæ nomine scribendo, variant librarij, multi siquidem Seruium sequuti pene vltimam diphthongum ponunt impropriam,vt apud Græcos scribitur ἁρπυῖα. Quorũ a sententia longe diuersus est Sosipater Carisius, qui negat i literam coalitam in diphthongum esse,v literæ præcedenti:sed pro consonante accipi debere. Syllabam,n.eo etiam(inquit)modo, positione longam fieri, si vocalem breuem sequatur,i vice consonantis posita,vt Harpyię.Quare si diligentissimo grammatico credimus in eo nomine, iæ, vltima syllaba per tres literas erit enunciandaquam alĩ in vnam tantum diphthongum puram, abire contendunt.ſ Vobis furiarum ego maxima pando. In plerisq; veteribus exemplaribus non est pronomen in contextu: sed ita legitur,furiarum maxuma pando. Sed pronomẽ illud & emphasim habere, & sententiam adiuuare, & numerum vocaliurem efficere videtur.ſ Dixit & in syluam.)In codicibus plerisq; vetustioribus, in syluas, legitur, numero multitudinis, vtcunq; parum hoc refert.

SERVIVS.

¶Passis.) Solutis.ſ Numina magna.)Iouem, Mineruam, Mercurĩ.ſm Samothracas.
ſ Meritos.)Cõgruos,id est expiatorios, vnde sequitur. Dij prohibete minas.ſ Auertite casum.)Bene etiã si cõtingat, casum credit esse: non vltionem.ſ Seruate pios.)Propter facta sacrificia.ſ Ventusq;,gubernatorq; vocabãt.ſ Honestius hac elocutione per pluralem vtimur numerũ, licet possit etiam singularis esse.
ſ Nemorosa Zacynthos.)Insulas Græciæ commemorat.
ſ Sameq;.)Cephalenię est ista nam Samos in Asia est.ſ Effugimus.) Transimus celeriter.

ſ Laertia regna.)Irrisorie: eã præmiserit scopulos, vt, Immania saxa Vestras Eure domos.ſ Leucatę nimbosa cacumina montis.)Leucata mons est altissimus in promontorio Epiri iuxta Ambraciã ciuitatem : quã Augustus Nicopolin appellauit victus illic Antonio & Cleopatra. Ibi & templum Actiaco Apollini cõstituit,& ludos Actiacos. Vnde nũc Virgilius,in honorẽ Augusti, quæ ipse fecit,dat eius origini.Nam Æneam illic dicit ludos celebrasse:& alibi inducit Æneam promittentem templũ Apollini : quod fecisse cõstat Augustum:vt, Tum Phœbo & Triuiæ solido de marmore templũ Constituã.
ſ Et formidatus nautis.)Aut propter asperitatẽ locorũ, quia saxosa sunt : aut,vt quidam volunt,quia moris erat aliquem ei de nautis immolari.ſ Hunc petimus.)Occurrebat,Cur formidatum petitis? Ideo intulit Festi.ſ Paruæ vrbi.)Ambraciæ.ſ Tellure potiti.)Potior & illa re dicimus,& illius rei:sed per septimum in vsu est,per genitiuum figurate ponitur. Sallust. Vt prius q̃ legatos videret, Adherbalis potiretur. Legimus & per accusatiuum:sed vti non possumus, Terentius,Patria potitur commoda.ſ Lustramurq; Ioui.)Aut lustramur.i.purgamur, vt Ioui sacra faciamus. Aut certe lustramur Ioui.i.expiamur. Piaculum.n.commissum fuerat tauro in Thracia immolato,vt diximus supra.& licet multa fuissent secuta sacrificia : intelligebatur tamen adhuc numen iratum non desinentibus malis. Sciendum fane moris fuisse, vt piaculo commisso ludi celebrarentur. Nam cum Romani iracundia Matris deum laborarent ,& eam nec sacrificijs nec ludis placare possent : quidam senex statutis ludis Circensibus saltauit : quæ sola fuit causa placationis.Vnde & natum prouerbium est, Omnia secunda saltat senex.ſ Actia littora.)Vt supra diximus, propter Augustum hoc dicit, qui illis ludos statuit agonales.ſ Patrias palęstras) Palæstræ vsus primum apud Athenięses repertus est. Troiani autẽ præter Dardanum & Teucrum, etiam ab Athenięnsibus originem ducunt. Vnde & Mineruam colunt. Hinc est in secundo, Neu posit ipse monstrauit. ipsius consilijs steterunt desideria Troianorum. videamus & hic,& quid consilij habuerit,cum oẽs Troiani

At pater Anchises passis de littore palmis
Numina magna vocat:meritosq; indicit honores.
Di,phibete minas:dii talẽ auertite casum, ANC
Et placidi seruate pios.ſ Tum littore funem, ÆNE.
Diripere,excussosq; iubet laxare rudentes.
Tendunt vela noti:fugimus spumantibus vndis,
Qua cursum ventusq;,gubernatorq; vocabant.
Iam medio apparet fluctu nemorosa zacynthos,
Dulichiumq;,Sameq;,&Neritos ardua saxis.
Effugimus Ithacæ scopulos,Laertia regna:
Et terram altricem sęui execramur Vlyssis.
Mox & Leucatę nimbosa cacumina montis,
Et formidatus nautis aperitur Apollo.
Hunc petimus fessi:& paruę succedimus vrbi.
Anchora de prora iacitur:stant in littore puppes.

Ergo inſperata tandem tellure potiti,
Lustramurq; Ioui:votisq; incendimus aras:
Actiacq; Iliacis celebramus littora ludis.
Exercent patrias oleo labente palæstras
Nudati socii.iuuat euasisse tot vrbes
Argolicas:mediosq; fugam tenuisse per hostes.

pulum antiqua sub relligione tueri. Antiqua, ab Athenięnsibus tradita . Iliacis ergo, Athenięnsibus, vnde Ilienses didicerunt.
ſ Fugam tenuisse.)Feliciter nauigasse. Nam Tenere est implere, vt, Ni teneant cursus.i.impleant. Et potest intelligi secundum cõmunem sensum, ob hoc eos lustratos, id est expiatos ob hoc sacrificasse, & ludos celebrasse:quia hostiles terras prospera nauigatione transierant.

DONATVS.

¶At pater An.p.de.l.p.Numina magna vocat.m.q.i.ho.)Omnibus locis Virgilius primas dat Anchisę consiliorum omnium partes, ipsiq; sacrorum scientiam plenam fuisse cõmemorat.denicq; quid significaret procedens ex capite Ascanii flamma ipse prodidit,& quemadmodum Polydori piaculum purgari potuisset ipse monstrauit. ipsius consilijs steterunt desideria Troianorum. videamus & hic,& quid consilij habuerit,cum oẽs Troiani

Universidad de Deusto Biblioteca

dicerent, Siue deæ, seu sint diræ obscœnæque volucres, placandas esse votis & precibus. Ille, inquit, prouidentissimus non secutus est errorem omnium qui tractabant superflua ne omissis veris obsequiis, facerent ea, quæ instanti necessitati prodesse non possent, non rogat harpyiam, quã constabat esse monstruosam, non rogat eam, quæ se aliorum iussiones pertulisse professa est, non rogat eam, quę authoritatem perferebat potestatis alienæ, rogabat, inquit, magna numina. ipsa enim placanda fuerant, quibus origo feralis nunc dicebatur exorta. meritosque indicit honores. meritos debemus accipere non delatos harpyiis offensis, vt cæteri dicebant, sed diis potissimum conuenientes pro magnitudine petitionis & eorum persona, qui vere fuerant rogandi. aut meritos secundum interiorem sacrorum scientiam. vt enim desideriorum genera diuersa sunt, ita & vota deprecationesque diuersæ. Hæc igitur fuit eius vox, atque hæc summa petitionis. ¶ Dii prohibete, minas, dii. t. a. ca.) Ne Celæno composita vel falsa propter iniuriam suam pertulisset. minas inquit, minę. n. quamquam nõ habeant fixæ alicuius sententiæ definitionem, tamen etiam veritate cessante, ne omen facerent, petit minas prohiberi, nonnunquam enim accidunt, quæ ab iratis optantur. dii talem auertite casum, & si vere talis casus imminet auertite. vt autem melius probemus, & incerta & certa esse potuisse, quę dixerat Celęno, atque hoc Anchisen recte nosse, verba ipsa deprecantis consideremus attentius. cum diceret, dii prohibete minas, ostendit nihil fuisse dispositum. sed ne oriretur, fauorem diuinum fuisse necessarium, minas, inquit, prohibete non imminens malum. talem autem auertite casum, vt si vere esset casus eiusmodi, qui potuisset existere, auerteretur. ecce singula singulis dedit. supra dixit, prohibete, hic dixit auertite, vt prohiberetur nasci, quod non erat, auerteretur vero quod credebatur ingruere. ¶ Et. p. s. pios.) Hoc est recte viuentes, & cultores vestros deprecatione cõpleta. ¶ Tum. l. f. Diripere, ex. q. iu. la. rudentes.) Fugienda enim illa fuerunt loca, in quibus non homines, sed execranda monstra commorabantur. ¶ Tendunt vela noti. fu. spu. vn. Qua. c. v. q. g. vo.) Dictis talibus ostendit, non fuisse nauigationem ad aliquam destinatam partem, sed quæ esset opportuna fugientibus. fugimus, inquit, qua cursum ventusque gubernatorque vocabant, qui fugiens nauigat, eo tendit quo duxerit vẽtus, gubernator quoque quia aliud non potest, vento consentit. incipit iam describere loca, quæ nauigando transiit. ¶ Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos, Dulichiumque, Sameque, & Neritos ardua saxis.) Nonnullarũ insularum non fuit necesse facere mentionem, inueniuntur. n. esse superfluæ, sed ad necessarias venire non potuit, nisi etiam illas narratio contineret. ¶ Effugimus scopulos ithacæ. l. r. Et terram al. sæ. exe. V.) Ecce peruenit ad eam reuera, quam se ac suos gratulabatur euasisse. fuit enim hostilis, & quæ Vlyssem sæuissimum nutrisset. ¶ Mox & leucatæ. n. c. m. Et formidatus. n. a. a.) Videtur hæc cum aliqua ratione posita quia cum esset formidabilis nautis, illic Troiani fatigationis necessitate compulsi cum ponerent, opportunam refectionem habuerunt, vsque adeo vt his & facultas sacrificandi diis occurreret, & in honorem Apollinis, cuius tanta beneficia habuerunt ludis exercendis, daretur occasio. iccirco posuit. ¶ Ergo insperata. t. t. p. Lustramurque Ioui &c.) Dictum est iam quæ fuerit ludorum causa, dicit quoque, quales ne ob luxuriam facti videantur, quia victis & male peregrinantibus non congruebat exercere vulgares & turpes. causa igitur celebrandorum ludorum fuit quæ est sacrificandi. ¶ Iuuat euasisse tot vrbes Argolicas. m. q. fu. t. per. h.) Ac per hoc conseruatæ salutis gratulatio fuit, quod hostiles vrbes magnitudine potentes & quamplurimas numero tuti securique transissent. Ipsi quoque ludi conuenientes viris fortibus. ¶ Exercent, inquit, patrias. o. l. palæstras. Nudati socii.) In illo spectaculo virtutis fuit artisque certamen, non tunc primum arreptum, sed a parentibus traditum in Troia. Actiaque iliacis celebramus littora ludis. In his littoribus quæ victores tenebant, nos, ait, Troiani iliaco more ludos celebrabamus. tanta enim prosperitas suffragata est, vt medios fugam tenuisset per hostes. sine cuiusque hostis impedimento cursum tenuisse, gratissimum fuit.

ASCENSIVS.

¶ At pater, &c.) Seruato decoro vbi socii rerum imperiti, diris illis vota & preces destinabant. Anchises magnis numinibus meritos indicit honores, sciens, quod quę Iuppiter promiserat, minora numina impedire non possent. Peracto autem sacrificio, mox nauem conscenderunt: & per varias Græcię insulas præteruecti, apud Leucatem montem in promontorio Epiri ludos celebrabant: de qua re dicit Donatus in hunc modum. ¶ At pater Anchises.) Huic semper dat partes consiliorum, & scientiam sacrorum, sic in flamma Ascanii: sic in piaculo Polydori: ergo & hic omisso errore aliorum, nõ rogat Harpyiam, quã constat esse monstruosam, & quę aliorũ iussiones pertulisse profitetur: sed magna numina. Ipsa enim placanda fuerant, a quibus diri nuncii esset origo. ¶ Meritos.) Pro magnitudine petitionis cõuenientes: vel meritos secundum interiorẽ sacrorum scientiam. ¶ Dii prohibete.) Poterant hęc esse vera: & non vera, hocque cognoscebat Anchises: quod ex verbis eius apparet. Nam cum dicit, Dii prohibete minas: ostẽdit nihil fuisse depositum, sed prohibete (inquit) minas: ne oriretur fauor diuinus. ¶ Auertite casum.) Vt si vere esset casus eiusmodi, qui potuisset existere, auerteretur. Ergo singula singulis dedit: supra dixit, prohibete: hic, auertite: vt prohiberetur nasci quod nõ erat. Auerteretur autem, quod credebatur ingruere. ¶ Formidatus.) Non fugerunt, quia fessi indigebant refectione: & fuit occasio vt ludos celebrarent in honorem eius dei, cui tantum debebant. Ergo, non luxus fuit causa ludorum egentibus & peregrinantibus, sed gratulatio seruatę salutis. Hęc ille.

Ordo

¶ Ordo est. At, id est sed: Anchises pater, scilicet meus: sed honorificentius dicit, pater, absolute, quam si dicat, pater meus, quia honoris gratia, videtur totius classis pater, ac patronus: vnde semper omnia ad eum referuntur, vocat, id est inuocat: de littore, in quo, scilicet erant magna numina nõ ergo Harpyias, quod inde corum fuisset: & hoc palmis, id est manibus: passis, id est extensis & solutis: & indicit honores meritos, id est congruos, & expiatorios: aut qui mereãtur expiationem: & supple dicit, aut vocat. dicens: dii prohibete minas, id est ne eueniant quæ minatur dira Celæno. O dii auertite talem casum, id est tam diram famẽ: & vos placidi: seruate pios, id est religiosos & vestri cultores, hoc est, Troianos: tum, id est deinde: post sacrificia & preces, iubet diripere funem, id est retinacula nauiũ, supple ab littore, & laxare, id est explicare ventis: rudentes, id est funes velorum: & antennarum, excussos, id est extensos: Noti, id est venti illi, tendunt, & implent vela: nos fugimus, id est celeriter auehimur, vndis spumantibus, scilicet ex sulcatione celeri fugimus dicit, ea qua vẽtus & gubernator vocabant cursum: Zacynthos illa Græciæ insula, nemorosa, id est syluosa apparet iam, supple e medio fluctu: & Dulichiũ, & Same, & Neritos ardua saxis, quæ sunt insulæ Grecię: e quibus Vlysses socios, in bellum Troianum adduxerat, supple apparent: nos effugimus scopulos Ithacę, regionis illius, appositorie, id cõtemptum: (Nam appositio, tribus de causis fieri solet: tollendę, videlicet ęquiuocationis gratia: aut specificationis: aut proprietatis attribuendę: ea autem nũc laudem, nunc vituperium habet.) regna Laertia, id est in quibus regnabat Laertes pater Vlyssis: & execramur, vt vulgo dicũt, maledicimus, & detestamur cum imprecatione malorum: terram altricem, id est nutricem, aut alumnam sæui Vlyssis. Mox & id est etiam: cacumina, id est summitates: nimbosa, id est in quibus iugiter sunt nimbi, id est nubes & venti: Leucatę montis candentis saxis (e quibus, qui se præcipitem in mare dederit, fertur liberari a nimio amore: vnde Sappho tetra Ouidiana: Cur nunc nõ ignibus ęquis Vreris? Ambrachię terra petenda tibi est. Phœbus ab excelso quantũ pater aspicit æquor, Acteum populi, Leucatiumque vocãt. Hinc se Deucalion Pyrrhæ, succensus amore, Misit, & illęso corpore pressit aquas. Nec mora iussus amor tetigit latissima Pyrrhæ Pectora Deucalion igne leuatus erat. Declinatur autẽ Leucas, Leucatis: & Leucates, seu Leucata, Leucatæ) cacumina, inquam, Leucatæ, supple aperiuntur: id est apparent mox, per zeugma ab inferiore: & Apollo formidatus, id est templum Apollinis formidatum nautis: quia periculosum est, eo propter scopulos accedere: aut templũ Apollinis formidati nautis, quia ei de nautis illic sacrificium fiebat: aperitur, id est clare videtur: nos fessi, id est defatigati: petimus hunc, id est templum huius Apollinis, etiam formidati: & succedimus paruę vrbi, id est in paruam vrbem, scilicet Ambrachiam: anchora iacitur de prora, puppes: stant littore, id est ad littus: quia obuertunt pelago proras, qui in terram non tutam adueniunt, & nos potiti tandem Tellure, insperata. i. qua non sperabamus potiri: lustramur. i. expiamur: Ioui. i. in honorem Iouis: & incendimus aras votis, & celebramus littora Actiaca, ludis Iliacis. i. Troicis quos illic Augustus postea celebrauit, in cuius gratia hęc finxit poeta. Socii nudati exercẽt palæstras patrias, id est quales in patria exercere solebant: & hoc, oleo labente. i. eos lubricos faciente, aut defluente: vngebantur enim priusquam palæstram inirent: & contra ventos, & vt lubrici elaberentur, nec cõprehenderentur: iuuat. i. delectat eos, euasisse tot vrbes Argolicas. i. Græcas: & tenuisse fugam per medios hostes scilicet Græcos.

Pierius.

PIERIVS.

¶ Fugimus spumantibus vndis.) In cod. aliquot antiquis, ferimur, legitur. Interpretes vero fugimus, agnoscunt, quod festinationi apte cõgruit. ¶ Dii prohibete minas, di talẽ auertite casum.) Anti. aliquot cod. prohibete nefas, & auertite pestẽ legũt. Cuiusmodi hemistichiũ habemus inferius de Cyclope. Sed minas & casum: vt in Mediceo, & in vulgatis codicibus legitur omnino melius est. ¶ Gubernatorque vocabãt.) Verbũ id numero plurali fere passim habetur in vulg. codi. Sed in antiquis aliquot vocabat, vt propinquiori adhęreat. ¶ Nemorosa Zacynthos. Vulgata pleraque omnia exẽplaria, Zacynthos, idiomate Gręco scribũt. Sed in antiquis nonnullis, Zacynthus, Latino casu scriptum est: delectat tamẽ casus ille Gręcus in propriis pręsertim nominibus. præterea Probus in arte, eo capite quo agit de nominibus fœmi. gene. in os rectum terminantibus, & ablatiuum in o, in exemplum ponit nomen hoc, Zacynthos. ¶ Dulichiumque, Sameque, & Neritos.) Sunt codi. aliquot antiqui in quibus, Samosque legitur. Sed Same, alia. alia vero Samos, Seruio est. apud Homerum tamen, qua de nunc agitur, Samos scribitur, σάμοιό τε πεταλοέσσης, ὁ δ. ς. Et in catalogo, de iis qui Vlyssem secuti sunt, καὶ οἳ σάμον ἀμφενέμοντο, itaque Samos recte. ¶ Effugimus Ithacæ scopulos.) In antiquis fere omnibus legas, effugimus scopulos Ithacæ, nempe quia tritimemeri timuerunt. At qui, nisi cæsuræ suam velimus authoritatem esse incolumem certe ἰῶτα, vt Græci tradunt, & Latini, vel in principio dictionis, etiam pro vocali collocata, vim habet producendi, præcedentem syllabam natura breuem: cuius rei exemplum ponunt ex. Λ. Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ πίνοντά περ ἔμπης, ita illud, de quo supra, apud nos volunt, pectoribus inhians spirantia consulit exta. Sed vtcunque hæc accipiantur, passim tamen obseruamus tam Grecos quam Latinos authores, cęsuris plurimum tribuisse. In medi. autem codi. non tantum est, Scopulos Ithacæ, verum vna plus dictione legitur, & Laertia regna, magis tamen placet appositiue positũ, absque &, copulatiua. ¶ Diri execramur Vlyssis.) In Medi. cod. Vlyssei, vt Aiacis Oilei. ¶ Actiaque Iliacis.) In plerisque veterum exemplarium cod. Accia, duplici cc, notatum inueni, & ita nomen proprium, Accius: quod Victorinus per duo tt, Attium: vt Vettium: & huiusmodi, quędam alia scribi debere cõtendit. Sed enim loco hoc, Actius, & Actiacus per ct scribendũ. In nummo enim Augusti diui. f. qua parte Apollo cum lyra spectatur, cum literis a lateribus Impe. x. sub pedibus dei, Act. hoc est, Actiacus, legitur. De ludis vero Actiis, Harpocration ait, Actia antiquos esse ludos, de quibus Callimachus meminerit in libro de certaminibus.

SERVIVS.

Interea magnum sol circumuoluitur annum:
Et glacialis hyems Aquilonibus asperat vndas.
Ære cauo clypeum, magni gestamen Abantis,
Postibus aduersis figo: & rem carmine signo.
Aeneas hæc de Danais victoribus arma.
Linquere tum portus iubeo: & considere transtris.
Certatim socii feriunt mare: & æquora verrunt.
Protinus aerias Phæacum abscondimus arces:
Littoraque Epeiri legimus: portuque subimus
Chaonio: & celsam Buthroti ascendimus vrbem.
Hic incredibilis rerum fama occupat aures:
Priamiden Helenum Graias regnare per vrbes,
Coniugio Aeacidæ Pyrrhi, sceptrisque potitum:
Et patrio Andromachen iterum cessisse marito.
Obstupui: miroque incensum pectus amore
Compellare virum: & casus cognoscere tantos,
Progredior portu, classes, & littora linquens.
Solenneis tum forte dapes, & tristia dona,
Ante vrbem in luco falsi Simoentis ad vndam
Libabat cineri Andromache: manesque vocabat
Hectoreum ad tumulum: viridi quem cespite inanẽ,
Et geminas, causam lachrymis, sacrauerat aras.
Vt me conspexit venientem: & Troia circum
Arma amens vidit: magnis exterrita monstris
Diriguit visu in medio, calor ossa reliquit:
Labitur: & longo vix tandem tempore fatur.

¶ Magnum Sol circumuoluitur annum.) Antiqui tempora syderibus computabãt, & dixerũt primum lunarem annum triginta dierum, Vnde inuenitur vita in aliquibus nongentorum annorũ. s. lunarium. Postea solstitialis annus repertus est, q. xii. continet menses. Mox maiore cura annum esse magnum voluerunt omnibus planetis in eundem recurrentibus locum. & hoc fit, vt supradiximus, secundũ Ciceronis Hortensium post annos. xii. millia nongentos quinquaginta quatuor, solstitiales scilicet. Bene ergo nũc magnum addidit: ne lunarem intelligeres. Bene solis nomẽ, ne quia dixerat magnum, illum planetarum acciperes: de quo varia dicuntur & a Mentore, & ab Eudoxo, & a Ptolemęo, & ab ipso Tullio. Nam in libris de deorũ natura, tria millia annorum dixit magnum tenere annũ. ¶ Ære cauo clypeum.) Æris caui: vt, Pulchra prole. ¶ Abantis.) Penultima habet accentũ: & hunc Abantem intelligamus occisum cũ Androgeo. ¶ Rem carmine signo.) Rem, votum, id est voluntatem. Et sciendũ carmen dici quicquid pedibus continetur. Nam & hic vnum versum, carmen dixit: & in Bucolicis duos, vt Tumulo superaddite carmẽ, Daphnis ego in Syluis hinc vsque ad sydera notus, Formosi pecoris custos formosior ipse. ¶ De Danais victoribus.) Irrisio est. vt, Victoresque cadũt Danai. ¶ Arma.) Consecrauit, subaudis. ¶ Aerias arces.) Id est altas. ¶ Phæacum.) Corcyram insulã dicit sitam inter Epirum & Calabriã, vbi regnauit Alcinous. ¶ Abscondimus.) Nauticus sermo. Sane mira vsus est celeritate, vt ante abscõditã quam visam insulã diceret. ¶ Portuque subimus Chaonio) Vt, Subeunt muro. Nam si Chaonios legeris, difficilis est scansio, nõ excluso s. ¶ Buthroti vrbẽ.) Id est Buthrotium: vt Fontẽ Timaui. Hæc autẽ ciuitas est in Epiro, cuius pars est Chaonia: quæ ante Molossia dicta est. ¶ Incredibilis rerum fama.) Incredibiliũ rerum fama. Et bene nõ credit. Vnde & postea interrogat, Pyrrhin cõnubia seruas: ¶ Patrio marito. Atqui Thebana fuit: sed aut prouinciam pro patria posuit, vt, Italiã quæro patriam. Item Sallustius, Hispaniam sibi patriam esse Aut certe secundum ius locutus est: quia vxor, viri domicilium sequitur. Iuncta ergo Hectori, facta Troiana est. Nam & cessisse, de iure est. Cedi enim hæreditas dicitur. ¶ Cessisse marito.) Consuetudinis regię sunt, vt legitimã vxorem non habentes, aliquã licet captiuã, tamẽ pro legitima haberent: adeo vt liberi ex ipsa nati succederent. Pyrrhus hãc quasi legitimam habuit: & ex ea filiũ Molossum suscepit. Postea cum vellet Hermionẽ Menelai & Helenæ filiam Oresti iam ante desponsatã ducere vxorẽ, Orestis insidiis, in tẽplo Delphici Apollinis occisus est. Verum moriens præcepit vt Andromache (quæ apud eũ coniugis locũ tenuerat) Heleno daretur propter supradictum beneficium, quo eum a nauigatione prohibuerat. Inde factum est vt teneret regnũ priuigni, qui successerat patri: a quo Molossia dicta est pars Epiri, quam Helenus positã a fratre Chaone, quẽ in venatu per ignorantiã dicitur occidisse, Chaoniam nominauit: quasi ad solatium fratris extincti. ¶ Progredior portu, classes, & littora linquens.) Hysteron proteron in sensu: ante enim linquit littus, & sic a portu proceditur. Notandum sane finitum esse versum participio: quod rarũ apud Latinos est, & apud Græcos vitiosissimum. ¶ Solenneis.) Legitimas, anniuersarias. ¶ Tristia dona.) Tale est illud, Quem semper acerbum, Semper honoratũ (sic dii voluistis) habebo. ¶ In luco.) Lucum (vt supra diximus nunquam ponit sine religione. Nam in ipsis habitant manes piorum, qui lares viales sunt: vnde in sexto, Nulli certa domus: lucis habitam' opacis. ¶ Falsi.) Simulati. ¶ Manesque vocabat.) Sacrificiis inani sepulturæ conciliabat manes Hectoreos: & bene in luco, vt diximus supra. ¶ Ad tumulũ.) i. cenotaphion. ¶ Viridi cespite.) Herboso. ¶ Geminas.) Vnam marito, alteram filio. Aut certe illud respicit, quia inferi pari gaudent numero. vt, Ecce duas tibi Daphni. Superi vero impari: vt Numero Deus impare gaudet. ¶ Monstris.) Rebus insperatis. ¶ Diriguit visu in medio.) Dum me cernit, obstupuit. ¶ Calor ossa reliquit.) Extimuit: vt, Soluuntur frigore membra.

DONATVS.

¶ Interea magnum sol cir. annum.) Deest per. nã sic esse debuit per magnum annum sol circumuoluitur, plerunque tamen &

Universidad de Deusto
Biblioteca

deductis præpositionibus tenēt locutiones integritatem suam. ¶ Et glacialis hyems.a.a.vn.)Ad felicitatem suam dicit pertinuisse,vt in ipso loco diutius constitutus nihil hostile persenserit, eo vel maxime tempore, quo obsistente hyeme fuga nō posset euadere.¶ Aere cauo clypeū, ma.ge.a.Postibus ad.fi.& rem carmine signo.)Laudando magnitudinem clypei,& eius præferendo virtutem,cui occiso detraxerat spolia,se proculdubio laudat,quem constabat extitisse victorem.postibus aduersis figo,vt venientiū oculis etiam cum nō quæreretur occurreret, & a nullo conuelli posset & refixum auferri, ecce adijcit laudis suæ supplementum, dicendo & rem carmine signo.tantū,inquit, ocij insperati habuimus in hostilibus terris degentes,vt post omnem lætitiam ac ludorum celebritatem, post impedimenta hyemis impune transactę vacuum esset,& insultaret victoribus,scutum figendo in foribus templi , & tale scribendo epigramma.¶ Æneas hæc de Da.v. arma.)Magna breuitas tituli , sed intellectus vberrima latitudo. Æneas posuit,Æneas scripsit , quod fuit ex aperto memorabile, ad illa eum loca venire potuisse,tutum illic fuisse,vbi fuerat periculum manifestū, habuisse arma sublata victoribus , & in ipsorū sedibus eadem ostentationis causa posuisse, addidisse quoq; epigrāma quod testaretur scribētis gloriā,& eorum qui superiores recesserant,ludibria demonstraret.cū aūt dona huiusmodi apud se victores consecrare sint soliti , Æneæ fortunæ prouenisse,aut apud victores arma ipsis reparata atq; erepta victoribus publice collocaret.¶ Linquere.t.p.i.&.c.t.)Hoc facto,quoniā vlterius illic remorari contrariū fuit,iubeo,inquit,socijs vt naues in altū promoueant.¶ Certatim socij feriūt.m.&.æ.v.)Obsequentes,ait, iussis meis & saluti propriæ consulentes, aggressi sunt nauigationem, subiungit transitus sui contextum discurrens per insularū nomina, non quæ necessariæ fuissent , sed vt perueniret ad eam, quā reuera tacere nō debuit.hoc loco etiā illud repetendum est, poetam nō considerasse omniū insularū nomina, ne faceret narrationē ipsius continuationis vitio odiosam.Immisit enim commoratum Æneam apud Apollinē, diu exhibuisse ludos & Abantis,clypeum fixisse postibus templi,nauigasse iterum,vt nominaturus alias insulas quandam faceret relationis nouitatem.¶ Protinus.a.ph.abscondimus arces.)hoc est transimus. ecce generalitas,vbi specialis dictio nō fuit necessaria.¶ Littora Epiri legimus. Id est nauigādo retinemus.¶ Portusq; su.Chaonio, &.c.b.ab.vr.) Hęc est propter quā descriptę sunt cęterę.de ista.n.habuit,quod referret,quod in alijs non habuit.¶ Hic incredibilis rerum fama oc.ad au.Priamiden Helenum.g.r.per vr.&c.)Ad hunc inquit, veniens locū loquente fama percepi, quæ tandiu nō putaui esse credenda,q̄ diu hęc rebus ipsis & meis oculis cōprobassem.Incipit enumerare ipsa incredibilia, Priamiden dixit & Helenū Priamidem,quia propter vnū Paridem qui vxorē sustulerat Agamēnonis,omnes filios Priami perosos Gręci habuerūt.Inde ergo incredibilis fama de Heleno,quia fili⁹ fuit Priami & Paridis frater. quod dixit Helenū abiecte pronuntiandū, & accipiēdum est pro fortuna,quę incurrerat.captiuus enim fuerat,perindeq; seruus. Helenū graias regnare per vrbes.victū imperare victoribus hoc dixit a persona.a loco autē Troianum in Gręcia,a quantitate nō per vnam ciuitatē,sed per plurimas,a fortuna vero regnare coniugio Aeacidæ Pyrrhi, sceptrisq; potitū.hoc fuit ipsius incredulitatis augmentū,vxorē etiam Pyrrhi euersoris Troiæ,& Priamidæ gentis eidem Heleno,quem Priami filium esse cōstabat simul cum regno cessisse.cum idem Pyrrhus vita fuisset exemptus . Et patrio Andromachen iterum cessisse marito. Tertium accedebat quod dictis fidē afferre nō posset,Andromachen vxorem quondam Hectoris post captiuitatis sortem malamq; fortunā in eius venisse coniugiū,qui eius esset & affinis.hunc enim Helenū constabat filium esse Priami Hectoris fratrem.¶ Obstupui , mi.i.p.a. Compellare virum , & casus.c.t.Progredior portu classes &.l.l.) Religiosa curiositas,& honestum desiderium.his,inquit,auditis obstupui potius , q̄ miratus sum.& licet omnia ex celebritate famæ iam pro veris ducens,tamē nosse cupiens casus,qui talia perfecissent, cœperam ad ipsum Helenū tendere progressus e portu vt ex ipso cui tanta prosperitas venerat , omnia certiori fide cognoscerem,Itaq; cum non longe a nauibus processissem.¶ Solennes tum.f.d.&.t.d.Ante.v.in lu.f.fi.ad.v.Libabat.c.a.m.q;.v.h. ad.t.v.q.c.in.Et ge.c.l.f.aras.)Quomodo,inquit,ad Helenū pergebam,quod decuit grauem virum, vt vir viro referente desiderata cognoscerem.euentus attulit ipsius primam Andromachæ præsentiam.nam haud procul a nauibus constituta in luco, qui extra ciuitatem fuit,defuncto Hectori,in cuius matrimonio incolumi patria tenebatur , reddebat triste obsequium . illic enim constituerat inanem, hoc est sine funere hominis tumulum propter lachrymarum causam , vt quasi aduersam mariti memoriā pergēs occasionem flendi haberet, & eum ad tristes epulas aduocaret.descripsit eam fuisse in luco , & parentalibus obsequijs occupatam . videamus vtrū poeta memor fuerit sui.nō vult enim Æneam cum muliere sponte cōseruisse colloquium,quod veniret ex dispositione propriæ voluntatis . debuit & illam inducere priorem vidisse Æneam,quę ex occultis luci illius spatijs potuit prima conspicere venientem.¶ Vt me,inquit,con.ve.&c.)Et confirmat ex repentino casu armorum Troianorum cōsideratione certior facta est.¶ Magnis exterrita monstris Diriguit v.in.m.) Reuera monstrū fuit,vt quo tempore Hectoris manes vocabantur ad tumulū,Æneas insperatus apparuisset,quasi & ipse defunctus,diriguit visu in medio,Anteq; plene vidisset,diriguit,quod explanat sequētibus dictis.ait enim.¶ Calor ossa reliquit.)Quippe turbata mente recedit calor . Calore recedente quid superest, nisi vt frigus succedat & intercedat vigor animi quo corpora gubernantur & cōstant.¶ Labitur.)Cum hac ex causa stare non posset , lapsa est.defectus.s.animi & corporis.¶ Et longo vix.t.f.a.)Post longum tempus recepto sensus aliquantulo vigore hęc locuta est.Mirum cōsilium poetæ ad personam mulieris soluentis inferias mortuo , & amorem mariti etiam perditi retinentis, preter sexus errorē,& muliebrem imprudentiam, addidit etiam confusionē mentis, vt imperfectum putaret quod viderat.nam si plene vidisset , intelligeret viuum , quem venire conspexerat, cuiusq; arma cognouerat.cum igitur loqui , vtcunq; potuisset vellet,aperuit suę mentis errorem.ecce prior vidit mulier,prior loquitur , Ænee verecundia intemerata seruatur,qui respondentis officio functus ostenditur,nec aliquid prior exegit.

ASCENSIVS.

¶ Interea magnum, &c.)Docet quomodo ab Ambrachia in Buthrotum peruenerunt:illicq; Helenum,filium Priami,regnantē, cum Andromache,Hectoris olim cōiuge,inuenerūt : vnde dicit Donatus sic.¶ Magnum.)Deest , per.¶ Æne.hæc.)Breuis titulus, vberem cō.met latitudinem: Æneas posuit,Æneas scripsit. Nam fuit memorabile,ad illa eum loca venire potuisse,tutumq; fuisse vbi erat periculū manifestum, habuisse arma sublata victoribus & in ipsorū sedibus ostentationis causa posuisse:addidisse quoq; epigramma,quod & suam gloriam testaretur.Et illorum qui victores recesserāt ludibria, fecit fortunę beneficio:vt apud victores , arma ipsis erepta , publice locaret.¶ Priamiden Helenum.) Mira res:a persona q̄ frater Paridis victus, regnaret inter victores:a loco, vt Troianus in Græcia:a numero , non per vnam vrbem,sed per plures:a fortuna,vt regnaret potitus Pyrrhi coniugio,ac sceptro. Ergo incredibile vxorē Pyrrhi euersoris Troiæ hominem ex Priami genere habere,& cum Pyrrhus vita cessisset Andromachen iterum patrio marito cessisse . Ergo obstupuit Æneas potius quā miratus sit.¶ Monstris.)Monstrū fuit,vt quo tempore manibus parentaret , Æneas appareret, vt & ipse mortuus putari posset.¶ Calor ossa reliquit.)Nam turbata mente recedit calor.Est autem sapiens consilium poetæ , tractantis personam mulieris, soluentis inferias mortuo , & illius amorem retinentis,ex confusione autem mentis, quia perfecte videre nō potuit,incidit in errorē ne esset mortuus. Prior vidit mulier,prior loquitur,Æneæ verecundia intemerata reseruatur.¶ Ordo est. Sol circunuoluit interea:s.dum ludis intenti erant socij, sup.per magnum annum:hoc est,per circulum, ac orbem anni solaris:& hyems,id est tempestas,glacialis,id est glaciem congelans:exasperat:vndas:Aquilonibus,id est ventis illis frigidissimis.Ego,s.abiturus,figo clypeum cauo ære,aut qui erat ex cauo ære : eo q̄ in[...]turus esset aut cum clangore tubæ ex cauo ære factæ : Clypeū, dico,gestamen magni Abantis Græci,non autē Troiani, de quo dictum est in.).Et qua vectus Abas quod ex titulo patebit: figo (inquit)postibus aduersis,id est contra nos positis, & figno rem carmine,id est titulo vnius versus:qui sic perficitur.Ego Æneas fixi,aut cōsecraui istic,hęc arma rapta de Danais victoribus Troiæ.Aut Æneas fixit hic:& cōsecrauit hæc arma rapta de Danais victoribus.i.qui se victores gloriantur:sed dictū est:victoresq; cadunt Danai:victus aūt videtur cum Androgeo . Ego iubeo,tum idest deinde linquere portus, & cōsidere transtris.i.per transtra.i.cū vt remis incumbāt:Vnde sequitur socij feriunt mare:certatim.i.cū certamine:& verrunt.i.inuertunt æquora:remis.s.suis : nos abscondimus prætereundo.s.protinus : arces aerias.i.altas Phæacum.i.Corcyram, insulam inter & Calabriam , vbi Alcinous rex Phęacum,qui Vlyssem hospitio susceperat regnabat : & legimus i.ex ordine pernauigamus ; littora Epiri,& subimus.i.subintra
mus

mus regionem illam , portu Chaonio , id est per portum Chaonium : alij legunt, portusq; subimus Chaonios.& ita absumitur s litera cū vocali,quo more,m absumi solet, quæ absumptio frequentissima est apud Enniū,Lucilium,Lucretiū , & cæteros antiquos:nec rara videtur fuisse apud Virgiliū:sed mutata a grammaticis.aut poetis illis,qui opus castigandum susceperant:& ascendimus cessam vrbē Butroti.i.Butrotum ipsum : quæ vrbs celsa est (Ordo tamen esse potest subimus, & ascendimus vrbem Butroti, portu Chaonio,qui est in Chaonia parte Epiri,quę olim Molossia dicta est.)Fama rerum incredibilis,i.difficilis creditu,quia rerum incredibiliū:occupat aures.i.increbruit auribus nostris:hic .i.cum essemus in hoc portu : videlicet , Helenum Priamidem.i. Priami filium, regnare per vrbes Graias,i.Græcas cōiugio.i.per coniugium Pyrrhi Æacidę , id est pronepotis Æaci:quia Æacus genuit Peleum, Peleus Achillem , Achilles Pyrrhum:& potitum, sup.esse:sceptris.i.regalibus ditionibus in diuersis vrbibus,quæ per sceptra significantur,& Andromachē, Hectoris olim cōiugē, cessisse.i.iure aduenisse,& cōcessam esse : marito patrio.i.qui erat de patria prioris mariti:aut de patria mea(vt ad Æneam referatur) ista autem visa sunt incredibilia:& ideo obstupui & pectus : sup. meum:incensum est miro amore.i.desyderio & affectu:cōpellare,pro compellandi,id est adloquendi:virum , scilicet Helenum, & cognoscere,pro cognoscēdi tantos casus.i.fortuita,rerū euenta:ego progredior portu, id est de portu:linquens classes:& littora.i.classes ad littora appulsas:Andromache libabat.i.sacrificabat ad placandum forte:tunc, scilicet cum aduenirem:quia fortuitū erat,non quod libabat, sed quod tunc libabat : dapes solennes.i. legitimas,& anniuersarias:& dona tristia, id est funebria & ad luctum pertinentia:grata itaq;,sed non iocunda:libabat, dico,cineri,videlicet Hectoris:non vero:quia illic sepultus non erat,sed simulato:res autem simulata in sacris quando vera haberi nō potest,pro vera habetur,& vocabat manes , id est vmbras Hectoris vagantes s̄m superstitionem Ethnicorum , propter illegitimam sepulturam, sepulturam,aut violentam mortē quia nondum tempus vitæ in quo in corpore tanquā in carcere contineri debebant : expleuerant,id est iuxta tumulum Hectoreum,quē ipsa sacrauerat,id est cum sacrificatione extruxerat : inanē,id est sine corpore , sup.de cespite viridi:vt virore anima oblectaretur,& ipsa sacrauerat geminas aras Hectori.s.marito & Astyanacti filio,lachrymans.i.deflēs causam:quia s.duo charissima pignora amiserat. Quæ,sup.(nam relatiuum sæpe, in hoc poeta subauditur.)vt id est postquā conspexit me veniētem:& vidit arma Troia.i.Troiana(trisyllabum est, Troia,a Troius,Troia, Troium)circum.i.in circuitu ipsa exterrita magnis monstris:quia mirabile erat,quod tunc arma.i.insignia Troianorum cōspiceret,cum inferis sacrificaret : & inferias celebraret Troianis : Vnde nesciuit an viuus , an defunctus esset Æneas qui ea ferebat. Nā defunctus potuisset in simulachro apparuisse vt illis creditum est : diriguit.i.obstupescēs quasi rigida & immobilis facta est : in medio visu.i.vt me ad mediū satietatis inspexerat tantum adhuc visura,quantū viderat, nisi diriguisset: calor reliquit ossa, & descendit ad præcordia ipsa:labitur.i.concidit amens : & fatur tandem vix.i.cum difficultate longo tempore,subaudi,post.Quid autem dixit,sequentia ostendent.

PIERIVS.

¶ Portusq; subimus Chaonio.)Valerius Probus legit , portusq; subimus Chaonio,per ω mega genitiuo casu,vt Androgeo,cum tamen non inficietur esse etiam qui legant , portusq; subimus Chaonios,vtrunq; accusatiuo casu.Sed enim Seruiana sententia minime displicet,quę cum veteribus exemplaribus,portu Chaonio,lectionem agnoscit : vt,Subeunt muro.¶ Butroti ascēdimus vrbem.)Vetera pleraq; omnia exemplaria , accedimus , legunt: nondum enim portu progressi sunt . Dixerat tamen, celsam vrbem,atq; ita ascendimus,non improprie.¶ Obstupui,miroq; incensum pectus amore.)Vt missum faciam obstipui , de quo sæpe dictum , codices nonnulli admodum vetusti legunt , incensum est pectus:sed forte illud ex paraphrasi huc insertum.

Verà ne te facies,verus mihi nūcius adfers AND
Nate dea? viuis ne? aut si lux alma recessit,
Hector vbi ē? {Dixit:lachrymasq; effudit:& oēm ÆN.
Impleuit clamore locum.vix pauca furenti
Subiicio:& raris turbatus vocibus hisco.
Viuo equidem:vitamq; extrema per omnia duco.
Ne dubita:nam vera vides.
Heu quis te casus deiectam coniuge tanto
Excipit:aut quæ digna satis fortuna reuisit?
Hectoris Andromache Pyrrhin connubia seruas?
Deiecit vultum:& demissa voce locuta est.
O felix vna ante alias Priameia virgo, ANDRO.
Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis,
Iussa mori:quæ sortitus non pertulit vllos:
Nec victoris heri tetigit captiua cubile.
Nos patria incensa diuersa per æquora vectæ,
Stirpis Achilleæ fastus,iuuenemq; superbum,
Seruitio enixe tulimus:qui deinde secutus
Lædeam Hermionen:Lacedæmoniosq; hymenęos:
Me famulam:famuloq; Heleno transmisit habēdam,
Ast illum ereptæ magno inflammatus amore
Coniugis:& scelerum furiis agitatus Orestes:
Excipit incautum:patriasq; obtruncat ad aras.
Morte Neoptolemi:regnorum reddita cessit
Pars Heleno:qui Chaonios cognomine campos:
Chaoniamq; omnem Troiano a Chaone dixit:
Pergamaq;,Iliacamq; iugis hanc addidit arcem.
Sed tibi qui cursum venti:quæ fata dedere?
Aut quis te ignarum nostris deus appulit oris?
Quid puer Ascanius? superat ne? & vescitur aura?
Quem tibi iam Troia.
Ecquæ iam puero est amissæ cura parentis?
Virgi.

SERVIVS.

¶ Verāne te facies.)Ordo est. O nate dea offers ne te mihi vera facies:verus nūtius:¶ Viuisne:)Et secūdū muliebrem affectū interrogat,& bene suspicatur , Nā & inferis sacrificat,& in luco , in quo habitāt manes.¶ Hector vbi est:dixit lachrymasq; effudit.)Hoc ad Æneæ pertinet gloriā , vt ab Hectore nunq̄ discessisse videatur.Sentit autē hoc,Si vmbrę videntur in sacris : cur non eorū magis qbus sacrificatur. ¶ Furenti .) Incōsulabiliter & impatiēter dolenti.¶ Hisco.) Hiscere est hiare,nec loq posse.¶ Viuo equidē.)Ac si diceret, si tamē vita est infeliciter viuere.¶ Excipit.)Signate locutus est , qa deiecta dixerat. Excipiuntur enim quę cadunt. ¶ Digna.)Congrua & priori cōueniens.¶ Hectoris Andromache.)Si Andromache : sequētibus iunge.Si Andromachen:superiorib⁹.¶ Cōnubia seruas.)Tenes:vt,Et nunc seruat honos sedem tuus ossaq; nomē.¶ Demissa)Humili.¶ O felix.)Bene & virginitatē laudat,& mortem:vt ostendat se inuitam Pyrrhi pertulisse cōnubiū:& esse superstitem suis miserijs.¶ Priameia virgo .) Achilles dū circa muros Troiæ bellum gereret, Polyxenā visam adamauit:& conditione pacis in matrimoniū postulauit. Quam cum Troiani fraude ꝓmisissent , Paris post Tymbræi Apollinis simulachrum latuit,& veniētē Achillem ad fœdus,missa vulnerauit sagitta. Tum Achilles moriēs petijt , vt euicta Troia ad eius sepulchrū Polyxena immolaretur : quod Pyrrhus impleuit.¶ Ante alias.)Ideo felicior quia virgo extincta est. ¶ Hostilem ad tumulū.)Quia grande est mortis sōlatiū prę missus hostis interitus.¶ Nec victoris heri tetigit captiua cubile.)Singula habēt emphasim suā.Nam parū erat dominū dicere , nisi & victoris adderet fastum.¶ Tetigit.) Non ascendit . Nec genialem lectulum:sed cubile.¶ Fastus.)Superbiā:& est quartæ declinationis. Nā liber qui dierū habet computationem , secūdæ declinatiōis est.Vnde errauit Lucanus dicendo , Nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus.¶ Seruitio enixę tulim⁹.) Hoc est pertulimus,donec in seruitio positę emitteremur. Et bene plurali vtitur numero , ad excusandum pudorē. ¶ Ledæam Hermionen .) Ledæ neptem . ¶ Lacedæmoniosq; hymenęos.)Cum ingenti felle : ac si diceret , Infelices maritis semper : vt Paridi & Deiphobo.¶ Transmisit habēdam.)Herili voluntate , non lege coniugij,vnde & Habendam dixit.¶ Scelerum furijs.) Matricidio scilicet . ¶ Agitatus .)Stimulatus.¶ Excipit.) Dolo iterficit.¶ Patrias aras.)

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alij Achilleas intelligũt. Nam Pyrrhus, vt in hiſtoria legimus, occiſo patre in templo Apollinis Tymbræi reuerſus ad patriam, in numinis inſultationem, in templo eius Delphico aras patri conſtituit, & illic ei cœpit ſacrificare. Alij patrias Apollineas volunt a Patris Achaiæ ciuitate, in qua Apollo colitur. Nec debemus quærere cur non Delphicas dixerit: quia epitheta in alieno negocio plerunq; alia ponuntur, vt in quarto. Italiam magnam Grineus Apollo, Italiam Lyciæ iuſſere capeſſere ſortes: cum a Delio tantum eum conſtet accepiſſe reſponſa. ℣ Ceſſit pars Heleno.) Per priuignum, vt diximus. ℣ Pergamaq;.) Pergama legendũ: non vt plerisq; Pergameã, qui per imperitiam cẽtra metrum ſentiunt. Decipiuntur autem dum vtrunq; deriuatiuum volunt: cum ſit Pergama principale. ℣ Qui curſum venti.) Cum admiratione dictum eſt. ℣ Qui venti, id eſt tam prolperi. ℣ Quæ fata.) Tam nobis felicia. ℣ Quis deus?) Qui præſtitit vt te videre poſſemus. Tale eſt & illud Æneæ ad Didonẽ adulatoriũ, Hinc me digreſſum veſtris deus appulit oris. ℣ Ignarum.) Aliud diſponentem. ℣ Superatne.) Viuit. Sane noue dictum: & caret exemplo, vt pauca in Virgilio. Alij dicunt Superat, ſuperſtes eſt, ſed ſuperſtes præſentem ſignificat: vt Cicero in Mureniana. Suis vtriſq; ſuperſtitibus, id eſt præſentibus. ℣ Quẽ tibi iam Troia.) Hemiſtichium: nec in ſenſu plenum. Sunt autẽ duo talia: vt hoc, Cõceſſere deum: quem quidam ita compleuit. Conceſſere deum profugis noua mœnia Teucris. ℣ Amiſſæ cura parentis.) Si parentis Creuſæ accipis, occurrit, Vnde ſciebat eam periſſe? Et alij dicunt potuiſſe hoc vel Heleno diuinante cognoſci, vel Æneæ requirente per Troiam: vt, impleui clamore viam. Sed vtrunq; viribus caret. Parentem ergo, patriam accipiamus: vt Tullius, Si tibi patriam, quæ communis omnium parens eſt. Et eſt ſenſus, Doletne perditam patriam? ℣ Animosq; viriles.) Atqui ſupra dixerat Puer: ſed animos viriles ait parentum conſyderatione. Vnde etiam in nono de ipſo, Ante annos animumq; gerens curamq; virilem.

Ecquid in antiquam virtutem, animosq; viriles: Et pater Aeneas, & auunculus excitat Hector?

DONATVS.

¶ Vera ne te facies? verus mihi nũ. af. Nate dea? vi. ne? aut ſi lux al. re. Hector vbi eſt?) Quoniã amentis fœminæ inducta perſona eſt, & quæ ſupra tractata ſunt, oſtendunt eius errorem, dicamus ſecundum eam, quid ſenſerit, exiſtimabat viuum, quoniam & armatum viderat, & per diem mortui videri nõ poſſunt. rurſus arbitrabatur mortuum ex occaſione loci, & parentationis cauſa, quia illic fuit licet inanis Hectoris tumulus. & tunc Æneas apparuit, cum Hector ſolenniter vocabatur. ſi viuis, inquit, refer. Sin vero mortuus aduenis, cur non tecum eſt Hector? ℣ Dixit, la. q. ef. & o. Impleuit. c. l.) Poſt mariti, inquit, nomẽ quod gemebunda protulerat, nihil potuit loqui. dolor enim ei totam ademerat vocẽ, quid tamen animo gemeret, vbertate lachrymarum, quas copiole fundebat, & clamoribus triſtibus demonſtrauit. poteſt & ſic intelligi & (vt arbitror) hoc magis eſt verum, non fuiſſe neceſſarium alia quærere, quoniam in dolore poſita de ſolo marito debuit loqui, quem putabat Æneæ ſociatum. Te, & affers, bis debemus accipere. vt ſit, vera ne te facies affert? verus te mihi nũ tius affers? ℣ Vix pauca furen. ſub.) Inſani doloris muliebris immoderatione a ſtatu mentis excluſus, vix, inquit, etiam ipſe pauca reſpondi, vel q; eſſem turbatus, vel q; ſcirem illam plura audire non poſſe. ℣ Et raris tur. vo. hiſco.) Perturbatione mentis hiabam, potiusq; loquebar, raræ ſunt enim voces, cum ob aliquam cauſam continua verba eſſe nõ poſſunt. ℣ Viuo equidẽ, vitamq; ex. per omnia duco.) Cito reſpondit propoſitis, & fortunæ ſuæ miſerias breuiſſima infinuatione ſignauit, vt autem cõfirmaret, quæ dixerat dicit. ℣ Ne dubita nam ve. vi.) Sciebat enim ſe cum ea loqui, quam amentem fecerat dolor. ℣ Heu quis te caſus &c.) Incipit Æneas viciſſim inquirere, in qua fortuna Andromache poſt captiuitatem conſtituta videretur, quod ipſum nõ ſine dolore faciebat: deniq; non a verbis ſed a gemitu cœpit, vtpote qui non tantum eius caſu, verumetiam Hectoris recordatione mouebatur. adeo hoc complexus eſt, & dixit, heu. & poſtq; illo gemitus ſigno dolorem ſui animi demonſtrauit, quis, inquit, te caſus deiectam coniuge tanto excipit? aut quæ digna ſatis fortuna reuiſit? quis te caſus nunc habet? vel qualis eſt fortuna tua præſenti tempore, quando conſtat amiſſione tanti coniugis te eſſe deiectam? quæ autem ſit ipſa deiectio, ex cõſequentibus inuenimus. ℣ Hectoris, inquit, Andromache Pyrrhin. c. ſ.) Poſt coniugium Hectoris nobilis atq; fortis, qui filius fuerit tanti regis, Andromache, quæ tanti viri conſortio antea iungi meruiſti nunc obſeruies coniugium Pyrrhi? hæc nomina ſecundum dicentis animum ſic debemus poſita intelligere, vt ſciamus duo dicta cum laude, tertium vero cum vituperatione. vnde cum pronuntiamus, Hectoris & Andromache nomen debemus attollere, dejicere tertium Pyrrhi, quoniam & ipſe hoſtis fuit, & patris eius memoria eſſe debuit odioſa. Achilles enim Hectorem peremit, inſultatio & iniuria vltima fuit, vt interemptoris filius vxorem teneret occiſi. ℣ Deiecit vultum, &. d. v. l. c.) Vbi ad partes pudoris ventum eſt, q̃q; conſtaret nihil ſponte deliquiſſe captiuam, tamen verecundiæ conſuſa tormẽtis deiecit vultum & demiſſa voce locuta eſt, & ipſius pudoris cauſam, quoniam factum negari nõ poterat, ſummiſſæ vocis purgatione defendit. ℣ O felix vna ante alias Pria. v. Hoſtilem ad tu. t. f. m. a. luſſa, m.) Quodammodo turpe defenſura negocium, incipit a comparatione perſonarum, & facti felicitatem appellans pœnam, quam illa paſſa eſt, cum deteſtando ſcelus extitiſſet, & conſtaret ad ſepulchrum hoſtile Pyrrhum mactatiſſe filiam regis. ſed quia in alias deteriora commiſſa ſunt, felicem dici conuenerat, cui quia mors omnes excluſit pudoris iniurias. vna, inquit, ante alias. ſignificatione numeri dixit plenam felicitatis laudem. quid enim euenire proſperius potuit, q̃ inter tot clades patriæ & grauiſſimos caſus ſolam meruiſſe cum caſtitatis honore procumbere: cum autem ſolam felicem dicit, non ſe ſolam aſſerit in cauſa turpi eſſe conſtitutam, ſed & alias. Priameia virgo perit, inquit, virgo, perit ſalua dignitate paterni honoris, Troiæ ſub mœnibus altis, quæ in patria interempta eſt, neq; eius interitum vidit, hoſtilem ad tumulum iuſſa mori, quæ non ad hoſtilis cubilis iniurias, ſed ad ſepulchrum ducta eſt. Intelligendum eſt hoc loco, quia etſi occiſa eſt nec ipſius nec is fructus peruenit ad mortuum, quia nihil exanimes ſentiunt. proinde & hoc felicitati eius adſcribendum. ℣ Quæ ſortitus non pertulit vllos.) Vt in diuiſionem non veniret per indicium ſortis, nec in alienam poteſtatem caderet. ℣ Nec victoris. h. t. c. c.) Nouiſſimam potuit, quæ premebaſ cauſam, qua ſe volebat exoluere, felicem afferens, quæ non habuit dominũ, quę ingenuitate quoq; ſalua & virginitate iugulata eſt. ſequitur definitio deterioris ſeruitutis, nec victoris heri, vt ipſe dominus eſſet, qui iamdudum fuerat inimicus tetigit captiua cubile, nõ ad honeſtã ſed ad ludibrioſam conuentionem, etiam in vita perducta. ecce egit oblique cauſam ſuã qualis tate abſoluta. nondum cõtingens ex aperto perſonã propriam, ſed ea occaſione, qua proſperitatẽ laudauit alienam, aſſerens nõ in facto eſſe crimẽ ſed in voluntate. ſuperior quippe hoſtis cum iure belli dominus fuerit affectus. Nõ domini æquitatem, vel iuſti ſeruitũ retinet dominiũ, ſed authoritatẽ ſequitur ſuperbiã victoris, cõcluſa comparationis parte, quã de exemplo virginis habuit, quaq; ſe purgauit, redit ad perſonam ſuam, vt propriam fabulam referat cõparationis eiuſdem intentione ſeruata. ℣ Nos patria incenſa. d. p. æ. v. Stirpis. a. f. i. q. ſuperbum, Seruitio. e. t.) Illa, inquit, incolumi virginitate ac libertate mactata eſt. illa moriens incolumem patriam reliquit, nos incenſam atq; ex ea cauſa conſumptã. Illius funus & ſanguinẽ ſolum patrium tenet, nos per diuerſas pelagi partes ſumus tranſportatę, multa tolerantes, quæ in vnũ hominẽ mala conuenerunt, qualis enim eſſe potuit, qui natus fuerat ex Achille: ex eo videlicet, qui nulla miſeratione mouebatur? cuius ſuperbiam ætas iuuenilis augebat? iuuenibus autẽ nulla morũ grauitas deputatur, quę creſcebat magis in Pyrrho faſtu ſucceſſuq; victoriæ, qualis ergo iſte fuerit, ſimul colligamus. natura malus, ætatis ratione deterior, cõditione tot tunę intolerabilis. ſeruitio enixe tulimus. enixe aduerbiã eſſe debet, vt ſit faſtus eius intolerabiliter ſeruitio tulimus, ex eo, quod dixit tulimus, oſtẽdit nimiũ fuiſſe ſeruitii pondus, enixe ergo & tulimus hoc idẽ ſignificant, interea cauſam ſuam cõmunę cum cęteris facit, ne videatur ſola eſſe in eo, quod poterat diſplicere. licet hanc partẽ (quãuis amore infelix erat) plena defenſione pungaſſet, peracta cauſa, quã perſonis plurimis artificioſe cõiunxit, ſeparat perſonã ſuã relatura, quid ipſi ſpecialiter acciderit. ℣ Quis deinde, inquit, ſecutus le. h. l. q. by. Me famulam, famuloq; h. r. ha.) Ecce neceſſitate iuncta eſt Pyrrho, neceſſitate Heleno, vt ſecundæ & tertiæ coniunctionis facto, pudoris non acceſſerit detrimentum, ſecuturus, inquit, illicitam Hermiones coniunctionem tradidit me Heleno & iunxit, quos vna ſtatus conditio retinebat, fecit iſtud vt dominus, cui reſiſti non potui. Dixit coniunctionis inter ſe & Helenum rationem. venit ad eam partem, vt dicat, quemadmodum ad Helenum regni poteſtas & iura peruenirent. ℣ Aſt illum, inquit, ereptæ magno inflammatus amore coniugis, & ſcelerum furijs agitatus Oreſtes excipit &c.)

Oreſtes

Oreſtes iniuriam dolens ereptæ ſibi vxoris, magno amore eius exagitatus, vltus eſt, & ad aras patrias incautum mactauit adulterum, hoc facto. ℣ Regnorũ reddita. c. Pars Heleno. q. ch. co. ca. chaoniamq; oẽm. t. a. c. d.) Ecce retulit quo ordine ad Helenum etiam regni poteſtas peruenerit, qua ſumpta, affectum retinens patriæ gentilis, propter præſentis temporis ſolatium, plurimis locis Troiana indidit nomina, & hanc terram chaoniam dixit, propter memoriã Chaonis, quę conſtaret fuiſſe Troianum. ℣ Pergamaq; iliacamq; i. h. ad. ar.) Vltra eius ex Æneæ perſona dictũ eſt, effigiem Xanthi Troiamq; quam veſtræ fecere manus. & ſupra poeta dixit, falſi Simoentis ad vndam libabat cineri Andromache. & infra Æneas idem dixit. Procedo, iquit, paruam Troiam, ſimulataq; magnis Pergama, & arentẽ Xanthi cognomine riuũ Cognoſco, ſcææq; amplector limina portæ. ℣ Sed vbi qui. c. venti? quæ fa. de. Aut quis te ignarum. n. d. ap. o.) Et gratulantis de ſalute ac de aduentu eius, imperato eſt iſta vox & inquirẽtis qd ipſum prouenerit caſu, dicendo, quis deus? qui venti, quę fata? oſtendit diuinum extitiſſe beneficium, vt illi Æneam videre cõtigerit. ℣ Quid puer Aſcanius? ſuperat ne? &c.) Religioſe queſiuit de ſalute pueri, qui ei? eſſet affinis. addidit. ℣ Et quæ nam. p. eſt, a. cura paretis?) Plus enim pueri amant matres. Iccirco queſiuit, quatus ei dolor eſſet ob matris amiſſionẽ. ℣ Et qd i an. v. atcp. v. Et pater Æneas &. a. c. Hector?) Poſteaq; de ſalute pueri quæſiuit, voluit noſſe, vtrum tentaret iam virorum fortium partes, imitatus patris & auunculi virtutem.

ASCENSIVS.

¶ Vera. &c.) In hac parte habeſſermo Andromaches ad Æneam aduentãtis, & Æneę ad illam, de quo dicit Donatus ſic. ℣ Vera ne te facies?) Et qa armatus, & qa die in qua nõ ſolent videri mortui, apparuit: exiſtimauit viuũ: ex occaſione aũt loci, & parẽtationis cauſa putabat mortuũ. ℣ Lachrymasq; effudit.) Hęc oia pro in tanto dolore quærere pauca: vel qa plura turbatus nõ poſſet, vel qa ipſa ex dolore non fuiſſet plura auditura. ℣ Heu.) Et ipſe incipit a gemitu ppter Hectoris recordationẽ. ℣ Hectoris And.) Cum laude hæc duo noia extollenda ſunt. ℣ Pyrrhin'.) Cum deteſtione, q̃n hoſtis erat & patris Achillis, qui Hectorem occiderat: memoria fuerat odioſa. ℣ Deiecit vulga.) Mota pudore, & quoniam factum negare non poterat, ſubmiſſe vocis purgatiõe defendit. ℣ O felix.) Ex comparatione oſtendit, miſerrimam eſſe felicem camparatione ſui, quæ pudorem amiſerit quando mors in illa excluſit violentiam pudoris. Et cum illa ſolam felicem dixerit: nõ ſe ſolam oſtẽdit in cauſa turpi. ℣ Virgo.) Ergo perit ſalua caſtitate. ℣ Ad tumulum.) Et non ad cubile. Vnde nulla voluptas potuit peruenire ad mortuum. ℣ Captiua cubile.) Nouiſſimã potuit, quia maxime premebatur cauſa. ℣ Heri.) Vt qui inimicus fuerat, eſſet dominus. ℣ Cubile.) Non ad honeſtatem, ſed ad ludibrium eſt inuita perducta. ℣ Nos patria.) Concluſa comparationis parte, qua ſe purgauit, redit ad ſe: & opponit ſua his quę euenerant Caſſandræ, illa incolumen patriã reliquit. ℣ Nos incenſa.) Illius funus ſolum patrium tenet. Nos per diuerſa maria ſumus tractæ: pertulimus natum ex Achille, qui nulla miſeratione mouebatur. ℣ Superbus.) Ex victoria: ſeruitium autem nimis ponderoſum fuiſſe, ex eo oſtendit q̃ dixit, Tulimus enixæ. ℣ Qui deinde.) Oſtẽdit neceſſitate Pyrrho. neceſſitate etiam Heleno fuiſſe coniunctã. Hęc ille. ¶ Ordo eſt. O nate dea. ſ. Venere, quod in laudem eius vergit, quia a notis talis prædicaſ: vt prius ab Achate: & alibi etiam a Sibylla: ne pro an: facies, i. ſpecies, & præſentatio: vera ſup. adfert te: & an tu exiſtẽs, verus. i. nõ fictus: nec ſimulatus, nec; induta corpore tuo vmbra: ſed, reuera, cuius effigiem præ te fers, Æneas adfers. i. præſentas mihi: te. i. teipſum nõ vmbram, nec ſimilitudinẽ corporis tui. Dubitabat. n. an ipſe quoq; ab inferis veniret, petiturus funeris obſequium ſicubi inſepulta remanſeritaut ſi lux alma, i. vitalis quæ alit viuẽtes receſſit, ſup. a te: hoc eſt aut ſi non verus nuncius tui es, ſeu vmbra ab inferis deſcẽdens dic, ſup. (ſed id, quia imperioſum omiſit) vbi eſt Hector. ſ. maritus meus cui hæc ſacrificia libo? & tamen tecum nõ comparet. Dixit, ſup. Andromache. i. concluſit orationem ſuam, aut ſermone ſuõ & effudit lachrymas: quę cauſa erat, cur nõ plura diceret: & impleuit clamore. i. eiulatu, oẽm locum. i. oẽm partem loci, aut totum locum. Ego ſubijcio. i. ſubſequenter adicio: vix. i. eũ difficultate: pauca, ſup. verba, & ego turbatꝰ. ſ. cõmiſeratione, & affectione in Andromachẽ, quã lachrymare vidi: hiſco, i. os aperio, & loquor vocibꝰ raris. i. p interualla, platis. Equidem. i. ego certe viuo: & duco vitam per oia extrema. i. ad extrema fata tendẽtia: hoc eſt, in extremis miſeriis per quas mortalitas plures ſufferre nequiret: & videt extrema pro poſitiuo: hoc eſt, abſolute poni: nam ſi ſuperlatiuũ eſſet, potius diceret: per extrema quæq; ne dubita, pro ne dubites. Nam vides vera. i. res veras, vt verum vultũ: & verũ, hoc eſt viuũ hoiem nõ ſimulato corpore. Heu, dolentis eſt: quis. i. qualis caſus: excipit te deiectã. i. inferiorẽ conditionẽ iactam de cõiuge. i. de marito tanto, quãtus. ſ. erat Hector. q. d. indigniſſimus eſt cũ cõiuncta fueris matrimonio, ei qui ſocerũ tuũ interemit, & cuius pater maritũ tuũ interfecit. Aut quę i. qualis fortuna, ſatis digna. ſ. virtute, & meritis tuis. reuiſit. i. iterum viſit, ſeu viſitauit te, cum iterũ ſis patrio coniuncta marito, videlicet Heleno: Pyrrhin'. i. Pyrrhi'ne: & ne pro an: tu Andromache Hectoris, ſup. coniux ſeruas cõnubia Pyrrhi. i. eius cuius pater Hectoris occidit. q. d. indigniſſimũ eſt. Ipſa deiecit vultũ, & locuta é voce demiſſa. i. deorſum miſſa: hoc eſt, ſubmiſſa, & inaudibilis. O felix, ſup. eſt: virgo Priameia. i. Priami filia, Polixena vna. i. præcipua, aut ſola: ante alias. ſ. virginesiuſſa. ſ. a Pyrrho mori ſub altis mœnibꝰ Troię, ad tumulum hoſtilem. i. Achillis hoſtis. Quo dicto, & formã & pudicitiam ſuam cõmendat Andromache. Formam qdem, quia ea captus eſt Pyrrhus, & non Polyxenæ: qua tamẽ pater eius captus erat: pudicitiã vero quia maluerit, vt illa occiſa fuiſſet, q̃ illa placens nupſiſſet: quæ. ſ. virgo nõ pertulit. i. non perpeſſa eſt: vllos ſortitus. i. vllas ſortitiones. i. quæ nunquã in ſortem venit, modo vni, modo alteri ſicut: ego primo Hectori, deinde Pyyho, & rurſus Heleno. nec. i. & quæ non tetigit: captiua. i. exiſtens ſerua & captiua: cubile. i. thalamũ heri victoris, & ita ſuperbi: nos vectæ. i. ego vecta (de ſe enim pluraliter loqꝰ) per diuerſa æquora, & hoc patria. ſ. mariti mei, hoc eſt, Troia incenſa. i. cremata igni: tulimus. i. perpeſſæ ſumus: enixe. i. enitẽdo, & cum multo labore faſtus. i. ſuperbiam: ſtirpis Achilleæ. i. Pyrrhi, q̃. pro. i. iuuenem ſuperbum, videlicet Pyrrhũ: qui ſecutus deinde. ſ. poſtq̃ me ſortitus erat. Hermionẽ Ledeam. i. Ledæ neptem (nam Menelai & Helenæ, quæ eſt filia Ledæ, filia fuit quę Oreſti patrueli nupſit: ſed poſtea occiſo Agamemnone, & fugato Oreſte, a Pyrrho rapta eſt, quo interempto & Oreſte a furore purgato: priori marito reſtituta eſt.) & Hymeneos. i. thalamos, aut nuptias, per metonymiam. Lacedæmonios. q. d. & ergo infelices, quales erant Clytemneſtræ, & Helenæ: tranſmiſit me tamulam habendam, famulo Heleno. i. vt captiua nuberem captiuo: & ita quia dominus potuit nos ad libitum coniungere, At. i. fed: Oreſtes inflammatus. i. ad emiſſionem flammæ vſq; incenſus, magno amore prioris cõiugis. i. quam ipſe prior, hoc eſt, ante Pyrrhum ſortitus erat: hoc eſt, ipſius Hermiones, ſeu Hermionæ (vtrunq; enim legitur, ſicut Helene & Helena, Lede & Leda.) & agitatus furijs ſcelerum cõmiſſorum. ſ. in matrem, quam occiderat: excipit. i. adoritur: aut intercipit illum. ſ. Pyrrho incautũ. i. ſibi non præcauentem, cum a furente nihil tale vereretur: & obtruncat ad aras patrias. i. paternas: hoc eſt, Achilleas: quas videlicet Achilli patri ſuo conſecrauerat. Pars regnorum ceſſit. i. iure obuenit Heleno: reddita morte. i. per mortẽ Neoptolemi. i. Pyrrhi: quia genuerat filium qui poſt mortem patris moriẽs matri reliquit portionẽ regni. ¶ Vnde per priuignũ (inquit Ser.) ceſſit: ceſſit inquã Heleno, videlicet marito meo: qui. ſ. Helen⁹ dixit. i. denominauit campos, cognomine Chaonios. i. qui nũc Chaonij appellanꝰ: & dixit oẽm. ſ. regionem hanc: Chaoniam: a Chaone Troiano. ſ. vero fratre ſuo: hoc eſt, ipſius Heleni: & addidit ingis. i. colliculis his: Pergama. i. mœnia Troiana. i. eodem nomine appellata, & hanc arcem Iliacam. i. quam Ilium appellauit: ſed qui venti, & quę fata dedere tibi curſum: aut quis deus: quaſi innuat, quod bonus appulit te ignarũ. i. ignorantẽ quod hic eſſemus his oris. i. ad has horas? Quid, ſup. ait, aut facit (generale. n. verbum, honeſtam eclipſim facit: qua facile intelligitur, & potiſſimum in interrogationibus & increpationibus, quæ breues eſſe debent: ſuperat ne. i. ſuperuiuit ne, & ſuperat ætatis imbecillis, incõmoda & nocumenta: &, pro. i. veſcitur aura. ſ. vitali (quẽ tibi &c. quidam hoc hemiſtichion ſic compleuit. Quem tibi iam Troia obſeſſa eſt enixa Creuſa: ſed Seruius atteſtaꝰ incõpletum eſſe, etiam imperfecto ſenſu dereliꝯto, ſed in ea re ſummũ eſt artificium: vt mulier ppedita dolore ſenſum abſoluere nõ potuiſſe, ſignificetur. Præterea vult curam parentis. i. patriæ dici: non matris Creuſę: nam vnde (inquit) ſciebat hoc Andromache? Nec tamen videt inualidum q̃ audiuerit ab his qui Æneam viderãt eã queritantẽ qui in. ñ. dixit: Impleui clamore vias, mœſtusq; Creusam Nequicquã ingeminans, iterũq; iterũq; vocaui, &c. qã ergo regis filia ab hoſtibus forſan multum queſita fuit: potuit eius finem didiciſſe ab his qui eam raptã norant. conſtruam ergo ſic) quę. ſ. Aſcanium, ſup. Creuſa, cuius nomẽ in cõſpectu mariti ex-

primere

Universidad de Deusto
Biblioteca

primere non potuit:est,sup.enixa tibi Troia iam obsessa.s.a Gręcis (hoc aût subticet,aut propter dictam causam: aut ablatũ est a castigatoribus:qa in detrimentũ gloriæ domus Iuliæ cedebat ꝙ Iulus sub obsidione natus diceretur, ne obscurus sit illi & tristis natalis a quo tâta ꝓcessit propago.) Ecquidnam.i.en quęnã,aut & quęnam.i.ꝗ̃ magna,aut interrogatiue, aut admiratiue dicitur: cura parẽtis.s. Troia:hoc est,patrię,aut potius Creusę: parẽtis.i. matris:amissę.i.ablatę:est puero.s.Ascanio.Ecquid.q.d.dij boni, & quam rem,aut quãtum & Æneas pater, & Hector auũculus.i. frater matris: excitat.s.Ascanio: eam.n.ob rem prisci Romani, stemmata.i.maiorũ suorũ imagines in coronã dispositas:cõseruabant:vt ab eis ad virtutẽ excitarentur: quãtũ ergo & pater & auunculus excitat in virtutẽ antiquam.i.maiorũ suorũ,aut quals erat antiqs.& in.i.ad animos viriles? Priusꝗ̃ ad cætera pergã addam Beroaldina adnotamẽta in Seruium,contra id quod dicit,fastos, pro libro fastorũ non esse quartæ: ea aũt sunt hæc. Nimis audax ne dicam temerarius est Seruius qui Lucanũ scribit errasse,dicẽdo fastibus,& nõ fastis: cum Lucanus eruditissimus Seruio,reliquisq; cõmentatoribus excellentior,morẽ antiquorũ vsurpauerit:qui fastus etiam pro annalibus & libris in quarta declinatiõe nõnunꝗ̃ dicere solebãt.Varro in Ephemeride, Cæsar fastus correxit,Colu.in.x,sequor nũc Eudoxi & Metonis fastus astrologorum:& apud Hora.duplex scriptura inuenitur: fastos, & fastus, & (vt author est Priscia.) eadem forma dicitur fastus,vel fasti:qua senatus,vel senati in secunda & quarta declinatione.

PIERIVS.

¶Pyrrin' connubia seruas,)In antiquis aliquot codi. legere est, Pyrrhi an cõnubia seruas: vt sit Andromache seruas ne cõnubia Hectoris,an Pyrrhi? Sunt qui & Andromachẽ, legãt:vt vno mẽbro totum id colligatur. Quę digna satis fortuna reuisit Hectoris Andromachẽ? Sed.n.longe magis placet eruditis ingenijs,quod vulgata habent exẽplaria, Hectoris Andromache Pyrrhin' cõnubia seruas? Hoc est,fieri ne pôt o Andromache,vt quæ Hectoris vxor fueris,Pyrrhi connubia seruare possis? Antiqua vero fere oĩa exẽplaria,cõnubia, vnico n scribunt. ¶O felix vna añ alias.) Pathos est,vt ait Quintia.in.vj.quo grauem rem iterdum efficimus si magnis malis grauius id esse quod perpessi sumus ostenditur. Quam miser enim casus Andromaches: si cõparata ei felix Polyxena,hostilem ad tumulum iussa mori.¶Stirpis Achillee fastus, iuuenemq; superbum Seruitio enixæ tulimus.) In codicib' aliquot antiquis,Fastum,vnitatis numero legitur:sed longe calamitosius videtur numero multitudinis,fastus, dicere. Quod vero ait,Seruitio,enixę,vt missa faciam,quę Seruius tradit,Nonius Marcellus hoc loco teste,enixam,dici partu leuatam ait. Quãuis etiam,enixam,labore exercitam exponat alibi, eodem hoc loco teste. Idem alibi,enixæ,dicuntur fœminæ dolendi labore pfunctę, quod vinculis qbusdam periculi,quibus implicarentur, fuerint exsolutæ.Nexum enim dici arctum & colligatum, ostẽdit Plaut' in Amphitryone,dicens,Vno labore exsolueret erumnas duas. Hæc ad eos dicta volui,qui,enixe, participij voce legi cõtendũt. Sed enim Ti.Donatus,enixe, ait aduerbium esse debere,vt sit, Fastus eius intolerabiliter seruitio tulim'. Ex eo vero quod dixit, tulimus,ostendit nimium fuisse seruitij pondus, Enixæ ergo, & tulimus,hoc idem significãt,ait ille in cõmentarijs integris. Neq; prætereundum quod hoc loco Sosipater ait,Seruitium, esse multitudinem seruorum:seruitutem vero conditionẽ seruiendi:sed veteres

veteres indifferenter,seruitiũ pro seruitute, posuisse:vt Virg.in.ix Æneidos, Seruitio En,Tu.in eandem sniam Tibullus: Sic mihi seruitium video,dominamq; paratam. ¶Me famulam famuloq; Heleno transmisit habẽdam.) In Mediceo,& in Portio, & antiqs fere omnibus exemplaribus,dictiones in hunc sunt ordinẽ collocatę, Me famulo,famulamq; Heleno. Et eodẽ legit ordine Ti. Dona.¶Patriasq; obtruncas ad aras.) Eusebius de temporibus, Pyrrhus Delphis in templo Apollinis ab Oreste occiditur, pditiõe sacerdotis Macarei. Cur vero,patrias,dixerit, poeta, Serui' multas rõnes adducit. At Macrobius primo Satur. libro Apollinem πάτρον olim cognominatum ait, non propria gentis vnius, aut ciuitatis religione, sed vt authorẽ progenerãdarum oĩum rerũ. Quod sol humoribus exsiccatis ad progenerandum oĩbus præbuerit causam: de quo Orphe'. πάτρος ἔχοντα νόον καὶ ἐπίφρονα βουλήν. Placuerit vero Macrobio hæc philosophice cõmentari. Sanè Athenienses vt Harpocration tradit, πατρῷον ἀπόλλω colere auspicijs Ionis, qui cum in Atticam migrasset, Atheniẽses, Iones vocati sunt. Ab eisq; Apollo Patrous cognominat'. ¶Aut quis te ignarum? In antiquis aliquot codicibus legere est, aut quisnã ignarum. Fuerat vero, te, pronomen forte additũ a paraphraste. Nempe quisnam etiam apud Ti. Donatum habetur. Et ita scriptum est in codi.Medi.¶Et vescitur aura.) In antiquis plerisq; codi.auras,accusatiuo casu legitur,cum elocutione Tibulli. Sic vsq; sacras innoxia lauros vescat.¶Quã tibi iam Tro.) In anti.aliquot cod.versus absolutus legitur: sed candore haud quaquã Virgi. In nõnullis enim, Troia obsessa est enixa Creusa. In aliquot alijs. Quem tibi iam Troia peperit fumante Creusa. Vtrunq; ridiculum,sed plurimũ supplementũ illud aliena manu additum est, vt cernere est in Mediceo codice & aliquot alijs. ¶Et quæ iam puero est amissæ cura parentis.) Codices nonnulli veteres legunt:& quæ in nõnullis etiam peruetustis scriptũ obseruaui.Ecqua tamẽ puero est amissæ cura parẽtis. Et ita est etiã in codice Donatiano.In Mediceo,quæ tamẽ & puero est. Apud Flauium Sosipatrẽ nõ solum ecqua tamen,sed & amissi virili genere nõ amissæ,positum a Virgilio citatur. Propterea quod heres,parens,& homo,& si in cõmuni sexu itelligantur, tamẽ masculino genere semper dicuntur.Nemo enim (inquit ille) aut secundã hæredem dicit,aut bonam parentẽ,aut malam hoiem, sed masculine, tametsi de fœmina sermo habeatur. Pacuuius in Medo, cũ ostenderet a Medo, Medeę filio,matrem quæri ait. Te sol inuoco,vt mihi potestatẽ duis inquirẽdi mei parentis. Sed Gracchus suos parẽtes amat,cum dicit, in significatione matris accipit. Citat & alia exẽpla: deniq; apud Virgi. sic asseuerat legi. Ecqua tũ puero ẽ amissi cura parẽtis? Sed codices nõnulli librarij nimirũ incurrit. Puero amissę est,vna dictione trãsposita legunt. Sed vtcunq; ea sint,nemo tamẽ inficiari potest apud eũdem Virg.legi. Alma parẽs confessa deam.&, Salue sancta parẽs frugũ Saturnia Tellus.Nisi qui dicere velit his locis,parẽs,nũc participij quodam modo vicem habere, nũc per appositionẽ dici, vt Sancta Tellus parens frugum: vel figurate,vt,Lepus fœta. De nomine autem hæres:nemo (quod sciam) ambigit.Sed hoiem quandoq; fœmino epitheto positum aiunt:vt apud Seruium Sulpitium in epistola ad M.Tullium.Quoniã homo nata fuerat.Sed.n.hoc elocutionis modo cum nata suppositum sit,& homo,appositum:nihil cum genere cõmune habere videntur. Nata enim ad filiam, non ad homo refertur. Sed.n.hęc alij viderint:nos ad institutum opus reuertamur.

Talia fundebat lachrymans:longosq; ciebat ÆN.
Incassum fletus:cum sese â mœnibus heros
Priamides multis Helenus comitantibus affert:
Agnoscitq; suos:lætusq; ad mœnia ducit:
Et multum lachrymas verba inter singula fundit.
Procedo:& paruam Troiam,simulataq; magnis,
Pergama,& arentem Xanthi cognomine riuum,
Agnosco:Scææq; amplector limina portæ.
Necnon & Teucri socia simul vrbe fruuntur.
Illos porticibus rex accipiebat in amplis.
Aulai in medio libabant pocula Bacchi,
Impositis auro dapibus:paterasq; tenebant.
Iamq; dies,alterq; dies processit:& auræ
Vela vocant:tumidoq; inflatur carbasus austro.

SERVIVS.

¶Et multũ lachrymas.) Ordo est, Lachrymas multum fundit iter verba singula. Nã si lachrymans, quid fundit? ¶Agnosco.) Aut cognomine agnosco:aut certe qa reparatã audierat Troiã:vt,Hic icredibilis rerũ fama occupat aures.¶Scææq; amplector limina portæ.) Scęa porta dicta ẽ, nõ a pugnis ante se factis scęuis, id est malis.(Nam & ante sic dicta est)nec ab itinere ingressis scęuo.i.sinistro,quod igressi nõ recto eunt itinere, sed sinistro:sed a cadauere Laomedontis, hoc est Scæomate, quod in eius fuerat suplimi-nio,

nio.¶Amplector.)Pro teneo: vt, Amplexæq; tenẽt postes: atq; oscula figunt. ¶Teucri.) Pro Teucridæ. ¶In amplis.) Quod ẽ regię magnitudinis. Accipiebat.)Pascebat. Terentius. Accipit homo melius nemo, neq; prolixius. ¶Aulai.) Pro aulæ. Est autẽ Dieresis de Græca rõne veniẽs quorũ A I diphthongus resoluta apud nos duas syllabas facit. ¶Carbasus.) Genus lini est: quod abusiue plerũq; pro velo ponitur. Sanè i numero singulari hęc carbasus dicim':in plurali hęc carbasa. ¶Troiugena.) Ac si diceret generose: vt alibi, Dardanidæ magni genus alto

His vatem aggredior dictis:ac talia quæso.
Troiugena interpres diuùm,qui numina Phœbi,
Qui tripodas,Clarii lauros,qui sydera sentis,
Et volucrum linguas,& præpetis omina pennæ:
Fare age(nanq; omnẽ cursum mihi prospera dixit
Relligio:& cuncti suaserunt numine diui
Italiam petere:& terras tentare repostas:
Sola nouum,dictuq; nefas Harpyia Celæno
Prodigium canit:& tristeis denunciat iras:
Obscœnamq; famem)quæ prima pericula vito:
Quid ue sequens tantos possim superare labores.

alto a sanguine diuũ. ¶Interpres.) Vaticinator, qui mẽtẽ deorum mortalib' publicas. Sed qa interpres generale nomen est,currit per spẽs.Nam, vt ait Cicero,oĩs diuinãdi peritia ĩ duas partes diuiditur. Nam aut furor est,vt in vaticinantib':aut ars,vt in aruspicibus, fulguritis,siue fulguratoribus auguribus. Et oĩa ista ex se pendent,licet ꝓprijs finibus cõtineantur:vnde Virg. oĩa ei dat, quẽ vult perfectũ intelligi:vt hoc loco Heleno. Itẽ alibi,Asilę in decimo, Cui pecudum fibrę,cœli cui sydera parent,Et linguę volucrũ,& præsagi fulminis ignes. ¶Diuum qui numina.)Pôt & interpres diuũ distingui.Sanè per omnia Zeugma est ab inferioribus. ¶Sentis,) Qui numina sentis. Qui suspicis numen, & futura prædicis. Qui tripodas sentis. Tripodes mensę fuerũt in templo Apollinis Delphici:quibus superpositę Phœbades vaticinabantur. ¶Clarij lauros.) Et hic qui sentis subaudis. Clarium oppidum est in finibus Colophoniorum: vnde Apollo Clarius. Sanè quæritur vtrum Clarij geminandum sit i,& sciendum aliter non procedere.Nam Cla breuis inuenitur:vt Statius, Nec Clarius hæc luce fores didymæaq; quisquam. Per lauros autem, oraculum intelligimus. ¶Qui sydera sentis.) Qui es peritus Astrologiæ.¶Et volucrum linguas.) Qui es augur oscinum. ¶Et præpetis omina pennæ.) Oscines Præpetes. Aues aut oscines sunt,aut præpetes.oscines,ore futura pdicunt, ab os & cano:præpetes,volatu significant.sed præpetes, aut superiora tenent,& præpetes vocãtur:aut inferiora,& dicuntur inferæ, præpetes aũt ideo quia omnes aues superiora petunt volantes. ¶Fare age.)Hortãtis est Age, id est dic celeriter. Et est ordo, Troiugena fare Agæ quæ prima pericula vito, Quidue sequens tantos possim superare labores. Cætera per parenthesim dicta sunt. Nanque omnem cursum.) Hypallage est:nam non omnem cursum prospera dixit religio:sed omnis religio dixi t prosperũ cursum.¶Cuncti diui.) Quia quicquid audiuit a diuersis, ad Iouem recurrit: Vt diximus supra,Quę Phœbo pater omnipotẽs, mihi Phœbus Apollo.¶Numine.) Numẽ autem oraculum significat. ¶Repositas.) πάθος pro repositas, id est longe positas. ¶Nouũ.) Magnum,more suo.¶Prodigium canit.) Prodigium, portentũ, monstrum,modico fine discernũtur: sed confuse pro se plerũq; ponũtur.¶Tristeis iras.)Deorum, scilicet propter iniurias suas. ¶Obscœnamq; famem.)Aut quæ homines etiam ad obscœna cõpellit:vt,Male suada fames. aut certe quam obscœna auis prædixerat,Quæ prima pericula vito, Quidue sequens tantos possim superare labores.) Duo petit, quemadmodum aut periculis careat:aut quibus cõsilijs par esse laboribus possit.¶Tantos.) Quãtos Harpyia prædixerat.

DONATVS.

¶Talia fundebat lachrymãs,l.q;.ci.Io.fle.) Nihil, inquit, locuta est sine lachrymis excitans loquendo,quod incassum plangeret. quid prodesse potuerant lachrymę? cũ semel amissa reparari nõ possent.¶Cum sese a mœ.h.pr.m.Helenus co.af.)Dictura adhuc intelligitur fuisse complura, & responsurus proculdubio fuit Æneas ĩterrogationib' tanta benignitate prolatis, sed ne id fieret,Heleni aduentus effecit,qui cũ magna deductorũ caterua insperatus processerat.bene interuentu Heleni responsum Æneæ poeta subtraxit,ne in relatione eius nota enim dicta repeterentur. ¶Agnoscitq; suos,lę.q;.ad.l.d.)Fecit Helenus, quod est inter homines sæpe difficile,nonnulli enim fortunæ suffragijs fulti dispiciunt suos,quos fata deiecerint,nõnulli pudore potiusꝗ̃ voluntate humani sunt.iste & agnouit suos,& lætus duxit ad domum. ¶Et multum lachry.ver.in.sin.fun,)Vt modus verborũ lachrymarum copia vinceretur, vno in loco duos motus animi eodẽ tempore Heleno dedit, lætitię scilicet & mœroris, qui sunt sibi ex affectu cõtrarij. nam quomodo lætus fuerat,si iugiter flebat? quod lætum dixit flentem, alterũ fuit,quod videbat suos, alterum,quod malorum communium recordatio dolentem cogebat ad lachrymas. procedo, inquit, hoc est vlterius accedo. ¶Procedo & paruam Troiam simulataq; magnis Per.&c.) Plurimum derogasset nobilitati patriæ suæ,si consimilia diceret cuncta Heleni fieri potuisse, quam fuisse sciebat in Troia. iccirco posuit paruam Troiam simulataq; magnis Pergama & arentem Xanthi

Xanthi cognomĩe riuũ agnosco, Scęęq; amplector limina portæ,vt ostẽderet fuisse:qdẽ multa,que similitudinẽ & vocabula locorũ veterum afferrent,non tñ ostenderent magnitudinẽ.nam Troia fuerat sed parua:& pergama mediocriter structa, & sitiens Xanthus,nõ ille, de quo alio loco dictum est,nec reperire viam neq; voluere posset in mare se Xanthus, ecce ostẽdit verũ Xanthum copiose fluere, illũ vero simulatũ & riuum eẽ & aridum, vt solum nomẽ non etiam parem substantiam retineret. ¶Necnon & teu.so.simul vr.fruun.) Æneam, Anchisen, & Ascanium duxit ad domũ suam. Troiam cæteri per ciuitatẽ hospitia acceperũt ea religione, quã nõ peregrini,sed qua socij excipi debuerũt. ¶Illos porticib' rex accipiebat in amplis.) Accipiebat,dixit.i.pascebat.hoc verbũ denique,& hæc loquendi consuetudo etiam nunc in vsu est. cum sumpto aliquo cõmodo dicimus danti,bene nos accipis,hoc est bene nos foues,bene nos pascis,cæterum si non ita (vt positum est) intelligatur,erit vitium, si in amplis porticibus, non in amplas porticus accipiebantur. ¶Iamq; dies, alterq; dies processit.) Augmentum benignitatis ostenditur, cum hoc nõ tantum vna die, sed & altera exhibebatur hospitium. ¶Et auræ Vela vocãt.t.q.i.c.a.) Bene suffragantem etiam ventum dixit, non enim sola aura nauigaturis fuerat necessaria. ¶His va.aggredior. de ac ta.qu.) Aggredior quasi superbum est, quæso autem humile. vnũ fuit:quod veniret ex fiducia ciuis & affinis,alterũ honorificẽtiæ, quam deorũ omnium cultor debebat sacerdoti. ¶Troiugena.i.di.q.n.p.Qui.tr.Clarij.) Hoc est Apollinis. ¶Lauros, qui si.s.) Hoc est,qui lauros & sydera sentis. ¶Et.v.t.& pr.o.p.) Inter oĩa quæ fuerunt in illo viro laudanda,primo troiugenam dixit, vt plurimum daret ei hominum generi,ex quo fuit etiam ipse,qui laudabat.interpres diuum.quid felicius quàm nosse, qd velint, vel quid cogitent dij? vel dignum esse per quem loquantur in hominibus numina? qui tripodas.tripodam dicimus trium pedum, quæ alio nomine cortina appellatur, & est in tẽplo Apollinis. vt sit ordinatione facta. qui tripodas Clarij Phœbi, lauros sentis & sydera, hoc est.qui scis, quid syderum motus trãsitusq; significent, & volucrum linguas & præpetis, omina pennæ, & nosti quid auium linguæ vel volatus ostendant. ecce laus plena, cum enim diuersa sint vatum genera, & vix singula vaticinationis in singulis reperiantur hæc esset Heleni summa prædicatio, quod omnium professionum scientia redundabat. sentis autem non semel accipiendum est, in medio enim positum & superioribus & inferioribus potest applicari. sed hoc ipsum sentis non multipliciter positum est, ne esset odiosum, nec in capite aut in fine multorum continua congregatio deformaret dictionem, posuit igitur, vt iam dictum est, in medio, vt superioribus inferioribusq; appositum præstaret gratiam,præcepta quoq; rhetoricæ disciplinæ non omisit. nam qui necessaria poscebat, debuit demonstrare posse illud quod petebatur, monstrare. perindeq; non esse difficile, quod esset largiturus, damnosum quoque non esse, nec turpe. si id diceret, quod eius ore sine ipsius pudoris detrimento nomina pronũciare valuissent, honestum vero & religiosum, vt ciuis in rebus dubijs & periculosis instrueret ciuem. Iccirco autem in ipso principio troiugenam dixit, vt ciuica religione constrictus, quod poterat nõ negaret. ¶Fare age.) Hortationem poscentis significant non authoritatem iubentis. Dicit iam ipsam causam quæ illum solicitum faciebat. ¶Prodigium canit, & tristes denunciat iras.)Prodigia dicuntur, quibus denunciantur aduersa. dixit ergo metus sui causam. dehinc remedium posuit, quo aduersa omnia tolerare posset aut fugere. iccirco addidit. ¶Quidue sequens tan. pos.supe.labores.

tripoda
cortina
ꝓdigia.

ASCENSIVS.

¶Talia fundebat.) Docet,quomodo post colloquium suscept' est hospitio in nouam Troiam, quam ad similitudinem prioris extruxerant,vtq; vaticinium ab Heleno petierit sub profectionem suam: de quibus rebus dicit Donatus. sic. ¶Paruam Troiam.)In omnibus istis versibus,ne minuat magnitudinem Troiæ patriæ,ostendit hanc non tantam esse, sed similem: nam dixit

paruam

Universidad de Deusto
Biblioteca

paruam Troiam & simulata Pergama, arentemq; riuum Xanthi. Necnon & Teucris Æneam, Anchisen, & Ascanium duxit in suã domũ. Reliquos, hospitia per ciuitatẽ acceperunt. ¶ Accipiebat.) pascebat: aliter enim nõ in amplis porticibus, sed in amplas porticus dicendum fuerat. ¶ Iamq; dies.) Argumentũ benignitatis: cum non vnius, sed plurium dierum, sit hospitiũ. ¶ Troiugena.) Plurimũ dat ei generi ex quo fuit etiã ipse q laudabat. ¶ Interp.) Quid felicius quam nosse, quid velint dij & dignum esse, per quẽ loquatur in hominib⁹? Tripodas.) Trium pedum sunt. Alio nomine, cortina appellatur. Est autem laus plena: nam cum sint diuersa vatum genera: & vix singula vaticinationis, in singulis reperiantur, ipse erat in omnibus versatus. Est color rhetoricus repetitio. ¶ Fare age.) Non iubet, sed hortat. ¶ Prodigium.) Prodigia autem dicuntur, quibus nunciantur aduersa, Poscit inde remedium, quo aduersa toleret, aut possit fugere. Hæc ille.

Ordo. ¶Ordo est. Supple Andromache lachrymans vnde non mirum, si non omnem expleuit sermonem, fundebat. s. e pectore: talia. i. tales querelas: & ciebat. i. excitabat, & prouocabat: incassum. i. frustra, & in vanum: quia nihil profuturos fletus: longos, id est longe repetitos: aut in longum duraturos, sup. tunc: cum, id est quando, Helenus heros. i. heroica virtute, & nobilitate prędictus: Priamides. i. Priameius: vt sit patronymicũ pro possessiuo: aut sic cum heros. s. Helenus Priamides. i. Priami filius offert se, sup. nobis: & hoc multis comitantibus, sup eum: & ipse agnoscit suos affines necessarios, & compatriotas: & ipse lætus ducit. s. agnitos, ad limina. s. domus suæ, & fundit multum. i. abunde lachrymas, inter singula verba. Ego procedo. s. ad vrbem, & agnosco paruã Troiam. i. vrbem paruam extructam in formam magnę Troiæ: & agnosco Pergama. i. mœnia Troiana, sup. parua, simulata magnis. i. efficta ad similitudinẽ magnoꝝ: & riuum arentem. i. sine aquis alueum: cognomine. i. cui cognomen erat Xanthi illius fluuij Troiam interfluentis, & amplector limina, portæ Scææ. i. ingredior portam, quæ dicta est a porta Scæa Troiana, vrgẽtem ad Scæum promontorium. & extructa in similitudinem illius. Necnon. i. etiã: Teucri. i. Troiani cęteri: hoc est, socij mei fruunt simul in vrbe: socia. i. recipiuntur socialiter a compatriotis suis. Rex. s. Helenus, qui in partẽ regni peruenerat: accipiebat. s. ad cõuiuium. i. pascebat, illos. s. Teucros, in porticibus amplis vti regiæ conueniunt: & ipsi illic immorantes: libabãt. s. primum, aut more libantiũ. i. sacrificãtium absumebant pocula Bacchi. i. vini: in medio aulai. i. aulę: hoc est regiæ. (nam aula, est regia Latine, qa aũt vbi Latine habemus æ, Græci habent ai pro diphthongo. & tamẽ vt nos e proferunt, quãuis pro oi vbi nos œ scribimus, ipsi i pronuncient: ideo aulai, pro quo Græci, aulæ, pronũciant. per diæresim fit trissyllabum, sicut apud Ennium, lunai, qđ Persius citat: & aurai, simplicis ignẽ apud hunc poetam) & tenebant pateras. i. vasa ampla: & hoc dapibus. i. cibis regalibus: impositis auro. i. escarijs aureis, faciebant (inquit) hæc. Iamq;, id est & iam dies. s. vnus & alter dies processit, & auræ, id est venti opportuni & secundi leniter spirantes: vocant vela. i. vident nos prouocare ad pandenda vela, & carbasus, id est velum ex carbaso: inflatur austro, id est vento illo: tumido, id est inflato, aut inflante: nam flantes tumere videntur, & supple ego aggredior, vatem. s. Helenum: his, id est huiusmodi dictis, id est verbis, (est. n. nomen, non participum.) ac quæso, id est precor talia: o Troiugena. i. in Troia genite: interpres. i. significator per loquelam diuum, id est voluntatis deorum: qui sentis numina Phœbi. i. diuinitatem eius per illapsum: qui sentit Tripodas. i. reuelationem factam apud Tripodas Apollinis. s. in Delo: qui sentis lauros Clarij, scilicet Apollinis, id est oracula Clarij fieri solita sub lauro: qui sentis sydera, id est iudicium astrorum, & ita præscis per te futura. & qui sentis linguas volucrum, id est auium oscinarum: hoc est augurium, quod ex garritu fit auium: & omina, id est portenta, aut indicia, pennæ prępetis. i. auis opportunę volantis, & sedes idoneas captantis, hoc est, auspicij etiam peritus es: age, adhortandi aduerbium fare, quæ pericula ego vito. i. vitare debeam: prima, id est præcipua: ve, pro vel: quid sequens ego possim superare, tantos labores, quantos. s. Harpyia Celęno prædixerat fare, inquam, nam religio, id est deorum obseruatio, hoc est pia & religiosa gens vt Cassandra, Creusa, Hector, &c. prospera dixit mihi omnem cursum, pro eo quod est, omnis religio dixit, mihi cursum prosperum: est enim in adiectiuis hypallage & cuncti diui suaserũt numine, id est nutu & fauore, aut voluntate, aut diuina potestate sua, aut (vt Seruius dicit) oraculo petere Italiam, & tentare terras repostas, id est longo positas: aut nobis repositas, id est receptas, aut repositas ad aduentum nostrum. Sola Celęno Harpyia, canit, id est vaticinatur, pdigium nouum, id est inauditum mihi, & ab alijs non significatum, & ideo sola: & canit prodigium: nefas, id est nefandum & detestabile: dictu, id est dum dicitur, aut vt dicatur. Et denunciat mihi iras deum, id est deorum: tristis, id est incõmodas nobis: q. pro, id est famam obscœnam, id est indecorã, aut quę quos torquet obscœnos facit.

PIERIVS.

¶Priamides multis Helenus comitãtibus adfert.) In codicibus aliquot antiquis legere est, Priamides Helenus multis comitantibus adfert. Simplicior quidem hic sermo, & narrãti aliqd accõmodatior. Ille autem, prout in vulgatis habetur exemplaribus, & comptior, & aliquanto lasciuior, pluribus magis placet. Superius tamẽ eadem vsus est simplicitate Virgilius, cum dixit, Priamiden Helenum Graias regnare per vrbes, qa si altius insonare voluisset, Priamidem Graias Helenũ regnare per vrbeis: dubio procul scriptũ reliquisset. Sed qui stylum narrationis pressiorẽ, puriorẽq; expeti nõ ignoraret, Priamiden Helenum, absq; fuco dicere maluit. ¶ Et multum lachrymans.) In Mediceo, & codicibus aliquot antiquis participij voce, lacrumans, legit. Quę lectio Seruio non satisfacit, qui malit nomen, q̃ participium. Sunt tamen erudita ingenia, quibus minime displicet eiusmodi elocutio, interfundit verba singula, multum lachrymãs. ¶ Inter singula fundit.) Illud vero minime placet, quod in veteribus plerisq; codicibus, fudit, legitur tempore præterito. ¶ Aulai in medio libabant.) In veteribus codi. aliquot, Aulai medio: absq; in, præpositione legitur, quod non ita placet. Quantum vero pertinet ad diæresim. Quintilianus lib. insti. j. Æ, syllaba ait, cuius secundam nũc e literam ponimus, varie per a & i efferebatur. quidam semper, vt Græci. quidam singulariter tantum, cum in datiuum vel genitiuum casum incidissent. vnde pictai vestis, & Aulai, Virgilius amantissimus vetustatis, inseruit carminib⁹, eorum vero scribendi morem. qui (vt Quintilia. ait) Græcos sequebãtur. Ti. Claudius Drusi F. pręcipue adamauit, cuius inscriptio quędam, de auctis populi Romani finibus, pomerioq; ampliato Romæ inspicitur ad cloacam D. Luciæ in hunc modum: Ti. Claudius Drusi F. Caisar Augu. Nam de digammo, quo etiam vsus est eodem monumento in dictionibus, amplia Fit, termina Fitq;, alibi diximus. ¶ Hic vatem adgredior dictis.) Mediceus, & alij quidã codi. vetusti, His vatem adgredior dictis, legunt: sed hic non displicet. ¶ Qui tripodas, Clarij lauros.) Sosip. Caris. ait quosdam, laurus, hoc loco agnoscere quarto declinatu, quod omnia arborum genera quartę declina. esse censerent: aduersus quos disputat, & Virgiliano præsertim exemplo eo, Et vos o lauri carpam, & te proxuma myrte, rationem suam confirmat, licet illi authoritate mutari in vocatiuo dicãt. Pręterea in Mediceo codice vna plus dictione, Clarij, & lauros legitur. Erat tamen, Clarij, prius eo modo quo veteres passim ij geminum per vnum oblongę scriptione consueuerant, etiam si duo enunciarent, vt exempla indicant alibi recitata. ¶ Nanque omnem cursum mihi prospera dixit Relligio.) In veteribus aliquot exemplaribus legere est, Nanq; omnis cursum mihi prospera dixit Relligio. Sequitur enim & cuncti diui, vbi nulla opus erit hypallage. Eandem hãc lectionem reperi in Donatiano contextu. ¶ Prodigium canit.) Prodigium semper dictu pessimũ esse, quasi porro adigẽdum, hoc loco teste, Nonius adfirmat, cum monstra & portenta, similiter intelligant, q̃ imminentia monstrent, & ostẽdant. Portentũ vero, non solum q̃ portendat, sed q̃ etiam apportet: & faciat in ijs, quę significationibus, auspicijs, augurijs, & extispicijs ostenduntur. Sed enim Cornelius Fronto prodigium esse dicit, quod mores faciunt, per quod detrimẽtum expectatur, prodigiosq; vocari, qui prodigia faciũt. Quod Virgilianę sentẽtię pulcherrime quadrat. Celæno. n. rem præter mores minabatur, vt. s. sacrum libãdo malis audacibus mãdere aggrederent, quod vnum maxime re formidabit Æneæ pietas. Sunt & prodigiosa crimina etiam moratu religiosa, de qbus apud authores sæpe. Monstrum vero esse, Cornelius idem ait, in quo rectus ordo naturę vitiatur, vt si Minotaurus, aut aliquid huiusmodi nascatur. Ostentum, q̃ pręter consuetudinem offertur, vtputa si videatur terra ardere, vel cœlum, vel mare, in quo raritas admirationem facit. Portẽtum vero, q̃ porro & diutius maneat: futurumq; porro aliqd significet, eiusq; esse euentum differri. Has autẽ Vocabulorum differentias, & pprietates interim adnotare nõ grauamur, cũ præsertim apud authores diuersa est eoꝝ interpretatio, vñ aliqua suboriat controuersia, in quo lucubrationis genere, docta & elegãtia ingenia sese exercere sæpe consueuerunt.

Seruius.

Hic Helenus cæsis primum de more iuuencis,
Exorat pacem diuum: vittasq; resoluit
Sacrati capitis: meq; ad tua limina Phœbe
Ipse manu multo suspensum numine ducit:
Atq; hæc deinde canit diuino ex ore sacerdos.
Nate dea (nã te maioribus ire per altũ HELEN.
Auspiciis manifesta fides: sic fata deum rex
Sortitur: voluitq; vices: hic vertitur ordo)
Pauca tibi è multis, quo tutior hospita lustres
Æquora: & Ausonio possis considere portu:
Expediam dictis. prohibent nam cætera Parcæ
Scire Helenum: fariq; vetat Saturnia Iuno.
Principio Italiam, quam tu iam rere propinquam:
Vicinosq; ignare paras inuadere portus:
Longa procul longis via diuidit inuia terris.
Ante & Trinacria lentandus remus in vnda:
Et salis Ausonii lustrandum nauibus æquor:
Inferniq; lacus: æææq; insula Cyrces:
Quám tuta possis vrbem componere terra.
Signa tibi dicam, tu condita mente teneto.
Cum tibi sollicito secreti ad fluminis vndam,
Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus,
Triginta capitum fœtus enixa iacebit,
Alba solo recubans, albi circum vbera nati:
Is locus vrbis erit: requies ea certa laborum.
Nec tu mensarum morsus horresce futuros.
Fata viam inuenient; aderitq; vocatus Apollo.

SERVIVS.

¶De more.) Scilicet sacrificãtũ. Et aut de sacrificãtiũ more regrit vtrũ tẽpus consulendi esset. (Nam & hoc vehemẽter grit: vt in. vj. Tum virgo poscere fata Tẽpus ait.) Aut certe qđ & meli⁹ est de sacrificantum more, ante nefas expiat ab Harpyia pdictũ: & sic venit ad vaticinationẽ. Vt autẽ hic expiatã famẽ intelligam⁹, sequẽs efficit locus: vt, Aderitq; vocatus Apollo: cũ constat. nisi in hoc intellexeris loco, famis causa nusquã inuocatũ esse Apollinis numẽ. Dubitationẽ aũt in hoc loco exorat, facit: nam orare ẽ petere, exorare, impetrare. Ergo ĩpetrat pacẽ aut ad ingrẽdum tẽpus, aut ad mitigãdum famis periculũ. ¶ Vittasq; resoluit.) In ratione sacroꝝ par est & animę & corporis causa. Nã plerũq; quę nõ possunt circa animã fieri, fiunt circa corp⁹, vt soluere, vt ligare quo possit anima, q̃ per se nõ potest ex cognatiõe sentire. inde est, Vnum exuta pedẽ vinclis in veste recincta. Bene ergo Helen⁹ cũcta corporis soluit: ne qua parte aio religato ad numen accederet. ¶ Suspensus, Si suspẽsus ipse, numinis plen⁹. Si suspensum est, solicitũ & attentũ. ¶ Deinde canit.) Post peracta solennia. ¶ Nate dea. Ordo est, Nate dea pauca tibi expediã dictis: phibẽt nã cętera Parcę Scire, Helenũ fariq; vetat Saturnia Iuno. Omnia, inquit, vates nouit: sed nõ omnia permittitur dicere, fatis phibentibus: etiam ex his quę nouit multa vetat dicere Iuno Saturnia. ¶ Maioribus.) Cœlestib⁹, ppter syderis cursum: cuius fuit explanatio p Creusam. ¶ Per altũ.) Per limitem fortunę supioris sortit.) Disponit, ordinat. Et bñ allusit quasi Apollinis sacerdos cui⁹ pp̃e sunt sortes. i. respõsa diuina. ¶ Voluitq; vices. (Definitio fati sm Tulliũ, qui ait, Fatum est connexio rerũ per ęternitatẽ. ¶ Pauca tibi e multis.) Duo dicit esse dictură, quẽadmodum possit tute nauigare: & qbus signis Italiæ regna cognoscat. ¶ Hospita æquora.) Vicina. nihil enim nobis hospitio esse vicinius cõstat. ¶ Prohibent nã cætera scire.) Hic distinguẽdũ. Et est sensus. Cætera te scire non sinunt fata. Helenũ vero Iuno prohibet dicere etiam ea quę audire poteras. & vacat Quę, vt solet frequẽter. Male autẽ sentiunt qui distingunt scire Helenũ: cum legimus in Lucano, venit ætas ois in vnam congeriem: miserumq; premunt tot sæcula pectus. Item alibi. Nec tantũ prodere vati, Quantũ scire licet. & adeo repletus numine nouit oia sacerdos, vt refrenet ad cætera dicẽda. nam dicẽdo, Helenũ fariq; vetat Saturnia Iuno, ostendit pręmissum ad Æneã pertinere. aliter suum nõ interponeret nomen. Prohibet aũt scire mortem patris ad augendum inopinatũ dolorem: tempestatem ab Æolo immissam: amorem Didonis,

Orare, exorare

tis

in quo

Universidad de Deusto Biblioteca

in quo & gaudium quidem esset:sed quod improuisum,vil cre ditur.Et si sciret Æneas se de Africa exiturum, nō facile Didonis cōsentiret amoribus.Nouimus autem hoc Iunonem agere, vt si posset fieri,regnum Italiæ Libycas auerteret oras , Inopinatum vero dolorem etiam Æneas conqueritur:vt,Nec vates Helenus cum multa horrenda moneret.¶Ignare.) Pro ignarus,casus pro casu.dicit autem ignarum fati.¶Longa procul.)Non situ,quam pene videt:sed necessitate fatali.¶Via inuia.) Æneę scilicet.¶Trinacria.)Quæ latine triquetra dicitur,quam multi Trinacriam dicunt.¶Lentandus.) Aut lente tibi nauigādum est:nam totam Siciliam circumijt.Aut lentandus tibi remus est , id est flectendus: vnde lentum vimen dicimus, id est flexibile. ¶Inferniq; lacus.) Lucrinum & Auernum dicit : inter quos est spelunca, per quam ad inferos descendebať, vnde eos dixit infernos. Ææaq; insula Circes.) Qui nunc Circeius mons a Circe dicitur,aliquando , vt Varro dicit, insula fuit nondum siccatis paludibus,quæ eam diuidebant a continēti. Ææa autem dicta ab aspernantium voce propter celebratas illic corporum mutatiōes : vnde est , Inaccessos vbi Solis filia lucos. Ææ autem tres sunt diphthongi : nam genitiuus est ab Ææa.¶Quam tuta possis vrbem componere terra.) Ante cuncta lustrabis,quam possis vrbem tuta terra componere. Tuta autem propter Thraciæ & Cretæ discrimina. ¶Signa tibi dicam.) Deest ergo. Et notandum quia non eo ordine quo præmiserat , dicit. Ante enim de ciuitate condenda : sic de tuta nauigatiōe. ¶Secreti ad fluminis vndam.) Id est Tyberini. ¶Littoreis.)Littus dicitur quicquid iuxta aquam est:vnde nunc ripā fluminis, Littus vocauit.¶Sus.) Naturaliter longa est:licet in genitiuo corripiatur:vt bos,pes,res,spes. De hac autem sue alij dicunt sm Virgilium, quod in Italia inuenta sit . Alij quod secum eam more nauigantum Troiani portauerint :& oraculo cognouerint ibi esse condendam ciuitatem, vbi sus illa post fugā ruisset inuenta . Dicitur ergo in Campaniam fugisse : & inuenta in Laurolauinio:a qua Ascanius post Albæ nomen imposuit.¶Triginta capitum fœtus enixa.)Prodigiale est hoc,quo significatur triginta annis regnaturus Ascanius. ¶Viam.) Rationem:& non dicit quam, quia etiam profutura est fames : vt, Hæc erat illa fames : hæc nos suprema manebat , Exitijs positura modū. ¶Aderitq; vocatus Apollo.) Nunc vocatus,quia vt supra diximus,expiatorium fecit sacrificium.

DONATVS.

¶Hic Helenus cæ.pr.de mo.iu. Ex pa.di.vi.q;.r.s.ca.) Helenus nihil Æneę postulanti respondit,facturum sese promitteret, aut negaret,fieret enim mora suspenso, & ventorum prosperis flatibus.sed quod fuerat melius,quod non promiserat verbis completurum se factis euidentioribus demonstrabat tenens ordinē ritus sui.primum ergo cæsorum iuuencorum sanguine fauorē deorum futuris responsis & desiderijs conciliabat , vt per sacrorum obsequia ad veram posset futurorum scientiam peruenire, vittas autem resoluit sacrati capitis , vt plenum ostenderet officium sacerdotij,fecit solui vittas,vt penderent,quæ fuerāt nexę. ¶Neq; ad tua limina Phœbe, l.m.m.s.n.d.) Rem gestam cū apostropha prosecutus est.Ipse,inquit, Helenus me retinens manu, quod fuit apertum beneuolentiæ signum , ad tua Phœbe templa perduxit suspensum, quod posuit numine, aut numinis veneratione turbatum ; aut inde suspensum , ne contraria quam optabat audiret.¶Atq; hec.d.c.diuino ex ore sacerdos.)Diuinū dixit quod diuina caneret.¶Nate dea nam te maioribus,&c.) Nā cum sit coniunctio rōnalis,non debuit hoc loco prima cōstitui. ne sit igitur vitium ordinamus ita , Nate dea maiorib' te ire per altum auspicijs manifesta fides , nam sic fata deum rex Sortitur , voluitq; vices is vertit ordo. ¶Pauca.t.e.m.q.tu.ho.lu. ęquora, &c.) Multa,inquit,tibi instructionis causa fuerant referenda,sed ne id fiat dij prohibent me scire, & Iuno aliqua referre non patitur, tamen dicam quæ possunt esse in mea potestate. ¶Principio Italiam. q.tu.i.r.p. Vi.q;.ig.p. inu.p.Lo.p.lo.v.d.i.t.) Ante quā Æneas venire ad Italiam posset , & in ea cōdere ciuitatē dixit,per quot loca,per quā prolixa esset maria trāsiturus,primo, inquit, Italia (vt ignarus putas) non est proxima.nam longe eam ab his locis natura discreuit. Deniq; ante trinacria lentādus remus in unda,hoc est Sicilię.& salis ausonij lustrādum nauib' ęquor. dixit & Italiæ,inferniq; locus. Ææaq; insula Circes,quā tuta possis vrbē cōponere terra. Tunc,inquit,poteris tuta terra cōdere ciuitatē,per hyperbaton fecit quādam obscuritatē , aperitur tamē si quod longe separatū est,ordinatione verbo4 procurata iungať. Ante,inquit,tibi multa transeunda sunt,q tibi contingat ad Italiam peruenire,& dixit quę sint ipsa multa , & hęc specialiter posuit,quæ dicit primo transeunda.propter manifestiorem autem instructionē ait.¶Signa tibi dicam,tu.c.m.teneto.) Commēdat, quod fuerat dicturus , vt ostenderet , & magnum esse & verum, quod dicturus sum,tene sensibus conditum,nec pro leui habitū reijcias ex animo tuo.¶Cū tibi sollicito secreti ad.fl.u.l.i.l.in.f.l. f.Triginta capitū.f.e.i.A.f.re.a.c.u.n. Is locus vrbis erit,r.e.c.l.) Quid tamē apertius quàm ignorantē tot signis instruere? dixit enim locū,loci signa de flumine. ac,de arborib' dedit,nec quemlibet locum,sed secretū,dixit tempus,cum nimia,inquit, solicitudine fueris pressus dicit iam signum ipsum. porcam, inquit, inuenies,ipsi quoq; porcę applicauit iudicia. ne alteram forte alio tempore atq; alio loco reperiēs falleretur , dedit signum de corpore, ingentē significans, vt eam crederent triginta fœtus exponere potuisse, dedit de colore q alba , dedit de fœtu eius numerum firmans triginta capitum,ipsorum quoq; colorem cōsimilem spondens,ipsam vt roboream quietam & iacentē. Hæc ergo vbi,inquit,videris,illic habebis sedem ,illic laborū requiē.supra fidem rerū est posse porcā parere fœtus triginta consimiles oēs materno colore respondentes.si tñ consideret monstri ratio,pōt fieri.nam factum est sæpe, vt præter naturam multa proferatur, quæ aliquod bonum vel malum demonstrarent, vt ignis ex capite Ascanij mitis & innoxius,vt in causa Polydori sanguis ex lignis,vt sudor ex deorum simulachris , vt vox humana ex pecudibus,& multa alia,quæ extitisse cōmemorantur , & quia sciebat Æneam famis imminentis formidine vehementer affligi, atq; huius rei causa vel maxime consulere voluisse.¶Nec tu , inquit, me.mor.hor.fu.) Non prædixit Helenus futuros morsus mensarum, sed ab harpyia prædictos firmauit.cum enim non metuēdos dicit,ostendit emersuros quidem,sed nō metuēdos . Æneas enim consulens Helenum super eadem re ait,cū multa responsa acciperemus,nihil nobis de fame,nihil de mensarū sacrilegio dictum est . Celęno tantūmodo hæc futura pdixit.nosse cupio an illi debeat credi.respōdit Helenus, harpyiæ qdē dicta compendiose confirmās,sed extenuans metum. cum enim dicit.¶Fata viam inue.) Vult intelligi vere futuros mensarum morsus:sed ne formidet sacrilegium, tenebunt enim fata ordinē suum. ¶Aderitq; vo,Apollo.(Ostendit qdem futuram , sed non diram famē obsistentibus fatis,& vel maxime Apolline.

ASCENSIVS.

¶Hic Helenus,&c.) Recitat responsum & vaticinium Heleni, multa monētis:de quo dicit Donatus sic.¶Manu.) Quod ē apertum signū beneuolentiæ.¶Suspēsum.) Aut numinis veneratione turbatum:aut inde suspēsum:ne cōtraria q oportet audiret. ¶Diuino.)Quia diuina canit.Nam cum sit cōiunctio rationalis, nō debet prima cōstitui:ergo lege.¶Nate dea &c.) Multa instructionis causa,fuerat referēda:sed ne id fieret, dij phibent me scire, & Iuno aliqua referre nō patitur:tamē dicā quæ possunt esse in mea potestate. Deinde narrat , q quāuis Italia proxima sit, tñ longo circuitu,ambiēda est Sicilia.¶Signa tibi dicam.) Commēdat quod fuerat dicturus:vt ostēderet id magnū esse , & verum: deinde dat signa fluminis : dat porcę : dat numerū fœtus:dat colorem : quod si est pręter naturam porcam edere triginta,multa persæpe,quæ bonum,aut malum portenderent,euenerunt præter naturam, vt ignis ex capite Ascanij, mitis & innoxius : vt in Polydori sepulchro,sanguis ex viminib', vt vox humana ex pecudibus.¶Nec tu mensarum.)Ostendit futuram famē:sed nō nocituram.Hæc ille.¶Ordo est.Helenus exorat.i.orando & implorādo impetrat : hic.i.hoc tēpore quo prędicta petebam : pacē.i.reconciliationē, aut fauorē,qui esse solet inter eos qui inter se pacem habent diuum.i.diuo4:& hoc iuuencis cæsis,primū demore.s.sacrificātium ad obtinēda oracula,aut diuinādi beneficium: & resoluit.i.taxat vittas:capitis sacrati.s.sui:qui sacerdos & vates erat:ideo autē resoluit , vt animū quoq; solutum externis curis significaret:aut,vt futuro furori accōmodaret : & ipse ducit manu,sup.sua:me suspensum,i.solicitū,& attentum numine multo: ita vt etiam diuino numine adflatum se significet Æneas:aut legendū est,suspensus,vt sit Helenus suspensus multo numine ducit me manu, o Phœbe, ad tua limina.i.ad ingressum templi tui. Atq; ipse sacerdos.s.Helenus : qui idē sacerdos & rex:canit deinde hæc.s.quæ sequūtur : ex ore diuino.s.Apollinis:hoc est,vt ab Apolline acceperat.O nate dea (nam fides.i.persuasio,sup.est manifesta:te ire per altū,sup.mare.i.nauigare:aut p altū.i.per limitē superioris fortunę ,vt Ser. sentit:maiorib'.i. pcipuis: auspicijs.i. prouidentijs, deorum anspicio significatis,aut,auspicijs.pro auspicib' :sicut:seruitijs,pro seruis,legimus,(auspices aūt sunt, qui dextrę pręsunt reb' inchoādis.)Rex deū.i.deo4.s. Iupiter: sortitur

Ordo

titur.i.per sortes,iudicat,aut distribuit sic:fata.i. res fataliter:hoc est deorū prouidentia futuras:& voluit sic:vices.s.rerum : & hic ordo.i.hęc ordinatio,& series rerū , quā tibi talia addicunť:vertiť.i.agiť.& versať) nate,inquā, dea:ego expediā.i.expedite dicā: tibi pauca e multis dictis.i.eo4,q mihi dicta sunt , quo.i.ad hoc , vt tu lustres.i.circūeas:tutior,pro eo qđ est,securior,aut,reuera, tutior:qa pręcauēda,docet incōmoda:ęquora hospita.i. externa (ex hoc aūt videť, per altū exponēdū esse.i.per mare.)& vt possis considere.i.sedē capere tutior,supp. in portu Ausonio.i.Italico: expediā (inquit) paucis dictis:nam parcę.i.deę fatales : phibent, sup.te scire:cętera vt quę de morte Anchisę,& ēt ipsi' Æneæ postea euenerant:q;,p &:Iuno Saturnia.i.Saturni filia:vt sit possessiuū pro patronymico,aut Saturnia.i.de natura Saturni:inimica humano generi vetat Helenū fari cętera.i. ne ego dicam cętera. Principio.i.in primis,dico tibi,q via inuia.i.immeabilis:diuidit tibi.i.a te,aut ab ingressu tuo pcul:qa longis terris.i.per longas terras,in quas prius appelleris:diuidit,dicit, Italiā, quā tu rere.i. reris:hoc est,arbitraris iam,ppinquā:& portus sup.quos:o ignare.i.imperite rerū futurarū : tu paras.i.prętēdis:inuadere.i. itrare:vicinos.i.e pximo:qa vicini sunt:sed nō inuades:qa remus est lentādus.i.lenta nauigatiōe laxādus.in vnda Thrinacria.i. mari Siculo:& ęquor.i.ęqua vnda : salis.i.maris : Ausonij.i.Italici : est lustrādum.i.circūeundū:nauib'.i.circūnauigādum:& lacus inferni.s.Auernus,per quē ad inferos descēdit vt diceť in.vj. & insula Circes,filię solis:Ææ.i.sic denoiatę ab aspernātium voce eorū, quos in feras vertit,sup.est lustranda tibi : ante.i.prius, q possis cōponere vrbē in terra tuta.i.vnde sic pellaris, vt a Thracia:aut auoceris, vt a Creta.Ego dicā tibi signa.s.terræ tutæ in qua vrbē cōdas tu teneto ea cōdita.i.reposita, sup.in mēte,sup.tua:aut teneto mēte ea condita,id est secreta.Cum.i.quando:sus ingens.i. porca valde magna : inuēta tibi.i.a te : sollicito.i.sollicite indagāti,in quā terrā deueneris ; inuēta dicit,ad vndam fluminis secreti.i.ad qđ tu secretus aduenies,videlicet, Tyberis : iacebit enixa fœtus.i.fœturā triginta capitum : hoc est , triginta suillorum,significans tempus triginta annow , quo Ascanius regnaturus est existens alba , qui color Albā prenotat ab Ascanio cōdendam & recubans solo.i.in terra:& nati.i.suilli. aut porcelli albi : iacebūt: sup.circum:vbera.s.matris : is locus.s.in quo tūc eris:aut in quo hęc inuenies:& ita cōgrue legeť,Quo tibi sollicito:vt sit is locus, erit locus,sup.tutus vrbis:quo inuenta tibi,&c.(sed textus quos vidi,cum,habēt,nō quo.) erit,sup.locus:vrbis.s. cōdendę in terra tuta:ea requies erit,sup.requies certa labo4:postq.s.nō restabunt labores nauigādi,aut migrādi:sed tñ bellandi,quod dictura est Sibylla his verbis. O tandē magnis pelagi defunctę periclis, Sed terris grauiora manent . Id autē noluit Helenus dicere : ne nollet Italiam petere,vbi tot bella gerēda præsciret : id tñ se scire innuit , per hoc quod dicet de Sibylla fata inquirēda:quæ ea tūc dicet,cum ad Italiam peruentum erit . Nec tu horresce morsus mensarū.i.qbus te fames ambesas subigat malis absumere mensas : vt Celæno dixit : futuros.i.licet futuri sunt:qa nō sunt multum nocituri , nec diu duraturi : mensas aūt vocat quadras, aut orbes panis incisorios.i.sup quas , aut quos obsonia inciduně. Fata inuenient viam.i.rōnem,aut mediū mitigādi , aut sedandi, sup.eā famē : Apollo vocatus.s.in auxiliū:aderit.i.auxilio erit : q & Augusto fauisse dicitur,in cuius gratiam:hæc recitat.

PIERIVS.

¶Suspensum numine ducit.)In antiquis codicibus,duxit,pręterito tempore scriptum obseruaui. Sed ipsa narrantis cōtinuatio præsens potius tempus exigere videť. ¶Prohibent nam cætera parcæ Scire Helenum,fatiq; vetat Saturnia Iuno.) In antiqs fere omnibus codicibus inuenias punctum firmū adnotatū esse post scire,vt sit,Prohibent nam cætera parcæ scire : mox altera coma totum illud complectatur,Helenum,fariq; vetat Saturnia Iuno, Quā lectionē Serui. etiā agnoscit:& ita distinguēdum esse,multis rōnibus ostēdit.Sed enim Ti.Dona, scire Helenum,legit . Multa (inquit) tibi instructionis cā fuerant referēda:sed ne id fiat , dij prohibent me scire,& Iuno aliqua referre non patiť.Ææaq; insula Circes.) In codicib' antiquis modo, Circe, per abiectionem s, literæ : modo Circę , cum diphthongo Latino declinatu scriptū inueni, quod prorsus reijcitur : Circes,vero omnium consensu recipitur.¶Secreti ad fluminis vndam.) In codicib' aliquot antiquis,vndas,legitur : sed pluralitas huiusmodi mari potius videtur conuenire.

Has autem terras,Italiq; hanc littoris oram,
Proxima quæ nostri perfunditur æquoris æstu:
Effuge.cuncta malis habitantur mœnia Graiis.
Hic & Naritii posuerunt mœnia Locri:
Et Salentinos obsedit milite campos
Lyctius Idomeneus:hic illa ducis Meliboei
Parua Philoctetæ subnixa Petilia muro.
Quin vbi transmissæ steterint trans æquora classes:
Et positis aris iam vota in littore solues:
Purpureo velare comas adopertus amictu:
Nequa inter sanctos ignes in honore deorum
Hostilis facies occurrat:& omnia turbet.
Hunc socii morem sacrorum,hunc ipse teneto:
Hac casti maneant in relligione nepotes.
Ast,vbi digressum Siculæ te admouerit oræ
Ventus:& angusti rarescent claustra Pelori:
Læua tibi tellus,& longo læua petantur
Æquora circuitu.dextrum fuge littus,& vndas.
Hæc loca vi quondam,& vasta conuulsa ruina,
(Tantum æui longinqua valet mutare vetustas)
Dissiluisse ferunt:cum protinus vtraq; tellus
Vna foret:venit medio vi pontus:& vndis
Hesperium Siculo latus abscidit:aruaq;,& vrbes
Littore diductas angusto interluit æstu.
Dextrum Scylla latus,læuum implacata Charybdis
Obsidet:atq; imo barathri ter gurgite vastos
Sorbet in abruptum fluctus:rursusq; sub auras
Erigit alternos:& sydera verberat vnda.
At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris

SERVIVS.

¶Has autem terras.) Quasi ostendentis est:nec enim Calabria ab Epiro longo distat spatio . ¶Nostri æquoris .) Epirotici , quo Calabriæ littus alluitur . ¶Hic & Naritij posuerunt mœnia Locri.)Socij Aiacis Oilei fuerunt , Epizephyrij , & Ozoli : sed post tempestatem montis Caphærei , Epizephyrij tenuerunt Brutios: & hos nunc dicit . Ozoli vero tenuerunt Pentapolim : inde est. Libycoue habitantes littore Locros.Quin etiam de Ozolis legitur , q delati Tinneiam vlterius accesserint , & ciuitatem condiderint , quæ nunc Vzalis dicitur. Naritij autem a loco dicti prouinciæ suæ.Ozoli a putore paludis vicinæ. ¶Salentinos obsedit milite campos.) Salentinum promontorium Italiæ est.Nam vt ait Sallusti', Omnis Italia coacta in angustias, scindiť in duo promontoria. Brutium & Salentinū. ¶Lyctius Idomeneus.) A Lycto Cretæ ciuitate. Vnde propter supradictam pulsus est causam.¶Ducis Meliboei Philoctetæ.) a Melibœa ciuitate Thessaliæ:de qua fuit. Meliboei ergo pro Melibœensis. ¶Subnixa Petilia muro.) Ciuitas cincta muro modico : vt, Crinēq; madentē Subnixus rapto potitur. Petilia dicta vel ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι, i. volare:q captato augurio est condita : vel q post relictum Ilium,quo ducebatur a Græcis,eam petiuit ciuitatem. Petilia sane numeri est singularis. Philoctetes autem fuit Phiantis filius , Herculis comes, quem Hercules cum hominem in Oeta monte deponeret , petijt ne alicui sui corporis reliquias indicaret . De qua re eū iurare cōpulit : & ei pro munere dedit sagittas hydræ felle tinctas.Postea Troiano bello responsum est sagittis Herculis opus esse ad Troiæ expugnationem.Inuētus itaq; Philoctetes,cum negaret se primo scire vbi esset Hercules : tandem confessus est mortuum esse . Inde cum acriter ad indicandum sepulchrum eius cogeretur,& primo negaret,pede locum percussit,cum nollet dicere . Postea cum ipse duceret ad bellum,vnius sagittę casu vulneratus est pede , quo percusserat tumulum. Ergo cū putorem insanabilis vulneris Grçci ferre nō possent, diu qdem eū pro oraculi necessitate sustinuerunt : ductum tandem apud Lemnū sublatis reliquerunt sagittis.Hic postea horrore sui vulneris ad patriā redire neglexit:sed sibi puā Petiliam

Universidad de Deusto Biblioteca

Ora exertantem, & naueis in saxa trahentem.
Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo
Pube tenus: postrema immani corpore pistris,
Delphinum caudas vtero commissa luporum.
Præstat Trinacrii metas lustrare Pachini
Cessantem: longos & circumflectere cursus:
Quàm semel informem vasto vidisse sub antro
Scyllam, & cœruleis canibus resonantia saxa.

tiliam in Calabriç ptib⁹ fecit. ¶ Purpureo velare comas.) Subaudis cura, aut meméto: aut certe quod est meli⁹, Velare imperatiu⁹ sit, nō infinitiuus. ¶ Hostilis facies occurrat, & omnia turbet.) Sacrificij ordinē rumpat, qđ est piaculum. Significat aūt Diomedem, qui cum multis casibus attigeret, Palladium, quod apud ipsum erat, Troianis oraculo iussus ē reddere. quod cum vellet impellere, Æneam inuenit sacrificantē: qui, vt supra diximus, sacrificij ordinē non rupit: & Palladiū Nautes accepit. Vnde Nautiorum familia Mineruæ sacra seruabat. Sanè sciēdum sacrificantes, Dijs oībus caput velare consuetos ob hoc, ne se inter religionē aliquid vagis offerret obtutibus, excepto tantum Saturno, ne numinis imitatio esse videret. ¶ Hac casti.) Pij: vt, Nulli fas casto sceleratum insistere limē. ¶ Digressum.) A littore Calabriæ. ¶ Angusti rarescent claustra Pelori.) Quia a continēti. i. a columna vsq; ad Pharon tribus millibus distat. Rarescent aūt ideo, qa venientibus de Ionio propter curuaturam littorum clausæ videntur angustiæ, quæ paulatim propinquātibus aperiri videnē. ¶ Pelori.) Promōtorium Siciliæ est fm Sallustium, dictum a gubernatore Annibalis illic sepulto, qui fuerat occisus per regis ignorantiam, cum se eius dolo crederet esse deceptum, veniens de Petilia: quāquā legimus, etiam ante Pelorum dictum. ¶ Læua tibi tellus.) Venientis personam respexit. Nam de Ionio nauigātes, si fretum petant, dextrum teneant littus necesse est: sin alias, sinistrum. Æquora circuitu.) Totam enim pene transiturus est Siciliam. ¶ Hæc loca.) Vt etiam Sallustius dicit, Italiæ Siciliam cō iunctam constat fuisse: sed medium spatium, aut per humilitatē obrutum est: aut per angustiam scissum. Vt autem curuum sit, facit natura mollioris Italiæ, in quam asperitas & altitudo Siciliç æstum relidit. ¶ Quondam.) Tria tenet tēpora, sicut olim. ¶ Dissiluisse fuerunt.) Hinc apparet bene dictum, Vnctos salire per vtres. Nam vt dissilui: sic salui facit. Cicero in Miloniana, Cum hic de rheda reiecta penula dissiluisset. est enim positio salio salis salui. Item in cōpositione dissilio dissilui. ¶ Cum protinus.) Continue: & modo aduerbium loci est. Alibi temporis, vt Protinus aerias Phæacum abscondimus arces. ¶ Foret.) Ab infinito est: sed modo præteritum significat tēpus, quod rarum est: sæpius enim futurum significat tempus. ¶ Venit medio. In medium: vt, It clamor cœlo. ¶ Hesperiū siculo latus abscidit.) Hypallage est. Nam maiora a maioribus segregātur, sed contra dixit. ¶ Abscidit.) Et propter metrum C I corripuit per poeticum morem. ¶ Interluit.) Interlabitur, pontus scilicet. ¶ Dextrum Scylla latus læuū implacata Charybdis.) De Ionio venientibus. Scylla enim in Italia est: Charybdis in Sicilia. Scylla Phorci & Cretheidos Nymphç filia fuit. Hanc amabat Glaucus, quem Circe diligebat. & quoniā pronior in Scyllam fuerat, irata Circe fontem, in quo Scylla cōsueuerat corpus abluere, infecit venenis: in quem illa cum descēdisset, pube tenus in varias mutata est formas. Horrens itaq; suam deformitatē se præcipitauit in maria. Homerus hanc dicit immortale monstrum fuisse, Sallustius, saxum esse dicit, similis formæ celebratæ procul visentibus. Canes vero & lupi ob hoc ex ea nati finguntur: quia ipsa loca plena sunt monstris marinis: & saxorum asperitas illic imitatur latratus. Legimus etiam, Nunc nemora ingenti vento, nunc littora plangunt. Si ergo Plangunt dicimus, & Latrant nō incongrue posuit. Charybdis autem fœmina fuit voracissima: quæ quia boues Herculis rapuit, a Ioue fulminata est: & in maria præcipitata. Vnde naturā pristinam seruat. Nam sorbet vniuersa. & fm Sallustium ea circa Tauromenitanum egerit littus. De hac Cicero in Philippicis ait, Charybdis, quæ si fuit animal, fuit vnum. ¶ Obsidet.) Ad transeuntium insidias. ¶ Barathri.) Barathrum est immensæ altitudinis nomen. Vnde sequitur, Sorbet in abruptum: quod Græce βάραθρον dicitur. ¶ Cohibet spelunca.) Hypallage in sensu: nam ipsa se tenet intra speluncam secundum fabulam. ¶ Prima.) Nominatiuus est pluralis a neutro, & est Græca figura τὰ πρῶτα ἀνθρώπος. ¶ Pube tenus.) Tenus præpositio ablatiua quidem est, sed figurate etiam genitiuo cohæret: vt, Et crurum tenus a

Pistrix, mento palearia pendent. Sanè gaudent postpositione. ¶ Pistrix.) Si nauem intelligas, hæc pistrix huius pistris facit: si de bellua, hæc pistrix pistricis. ¶ Commissa luporum.) Coniuncta & coagmentata: ipsa scilicet, vt, ¶ Portamq; ducis imperio commissa recludunt. Et figurate locutus est vt, Oculos suffusa. Est aūt hæc eloquutio postrema, id est ἐσχάτα cōmissa erat luporū vtero caudas delphinū, id est commissas habebat. ¶ Cessantem.) Immorantē: quod sequētia indicāt, Longos & circunflectere cursus.

DONATVS.

¶ Has autē terras.) Redit ad ea, quibus supra recesserat, & ne in obliuionē veniret, vnde recessisset, fieretq; lector incertus, repetit nomen loci dicēdo, has terras. ¶ Italiq; h.li.or.) Aperit iam, quç esset ipsa ora. ¶ Proxima quç.n.p.æ.æ. Effuge.) Dicit caussam fugiendi. ¶ Cuncta malis ha.m.graijs.) Si non diceret malis, hoc ipsum, quod posuit graijs, ostenderet (vt fecit) per ipsos nō esse transeundum, quos esse constabat veteres inimicos. sed addidit malis, quia sine deformatione personç hostilis loqui nō potuit, ipse vel maxime, qui aliquādo apud illos captiuus fuit. dedit aūt augmētum terrori, ne Æneas cōtemneret, illa fiducia, qua multas vrbes Græcas tutus incolumisq; transierat. enumerans quæ, vel quanta in loca, dicens & commanētes, vt eo magis ab hac nauigatione Æneam auerteret. ¶ Hic &.n.po.mç.lo.&c.) Traijt ad alia. ¶ Quin vbi.tr.st.t.ç.cl.&c. Benignus interpres, vtpote eius & affinis dicit futura, & obseruanda pronunciat, quod etiam illo studio facere intelligitur, ne exorta offensa in deos aliqd mutet, quod deorum fidem vexet, quæ ipsa ventura firmabat. ¶ Ast vbi digressum.si.t.a.o.Ven.&.a.r.cl.Pleri.) Et signum littoris dedit, & Pelori, & docere incipit, quid sit necessario faciēdum. ¶ Læua, inquit, tibi tellus, &.l.l.p.Æ.c.d.f.li.& vn.) Dicit nunc caussas propter quas dextera fugiēda viderētur & læua retinēda. Inducit primitus descriptionem loci, vt ostēdat qua ratione factum sit, vt quod vnū fuerat mare, diuisum in duas partes haberet læua & dextera. ¶ Hæc loca vi quondam &c.) Descriptionē partis huius poeta cum omni cautela prosequitur. dixit enim eē opiniones veterum, vnam fuisse Italiæ atq; Siciliç terram, confirmat interueniente violentia pelagi angusto licet freto esse diuisam, vt inter Italiam & Siciliam esset medium mare. Et quia hoc Virgilius noluit esse fabulosum, addidit argumētum, vt quod incerto authore ferebatur, vel verum vel verisimile fieret. ait enim. Tantū æui longinqua valet mutare vetustas. multorum enim locorū situs & facies longorum temporum vetustate mutantur, & recedente natura in alias formas repente vertuntur, dixitq; caussam pelagi, & terræ naturalem speciem vnam antea, posterius diuisæ in duas partes. Incipit dicere, cur magis tenēda sit lçua, cur dextera fugienda. sed hic aduertēdum est tendentibus ad Italiam dici læuum latus, & dexterū, cçterum redeūtibus sinistrum fit, quod fuerat dexterum, hoc ita esse probatur ex eo quia primo multa vitia incipit referre lateris dextri sinistri etiam, sed facta comparatiōe vult referre, quod latus videatur esse dexterius. ¶ Dextrum ait Scylla, l.lç.im.ch.Ob.) Latus & obsidet, bis accipiēdum est hoc modo, dextrum Scylla latus obsidet, læuum latus charybdis obsidet. Scyllam primo posuit, deinde Charybdim, verū ne hiantē faceret dictionem non redijt ad Scyllam, vt ipsam primo describeret, sed secutus est Charybdis demonstrationē, & sic redijt ad Scyllam. vitium ergo Charybdis fuit tale, ¶ Atq; imo baratri ter. g.v.Sor.in ab.flu.r.q;.f.a. Eri.al.& sy.v. vnda.) Vtrunq; perniciosum nauigātibus, aut cum sorbet & nauigia, vorat, aut cum ructat, & excutit in altitudinem. rursus de summo in ima præcipitans, dextra quoq; lateris, quæ metuenda sint monstrat. ¶ At Scyllam cæcis.c.sp.la. Ora ex.&.n.in sa.t.) Huic poetarum more formam monstri aliquam assignat, afferens, eam superioris corporis parte humana specie demonstrari, pubetenus, hoc est vsq; ad inguina, pro pedibus autem habere sæuorum animalium genus luporum feritate armatum. elegit animalis naturam, quæ semper habet famem, & satiari non norit. hoc ergo emissum longius asseruit nauigia trahere in saxa, ibiq; disperdere, si quidem poeta posuit. Cæterum reuera locus est in mari, saxa habens latentia, cuius natura sic se habet, vt de longinquis partibus nauigia trahat, tracta retineat asperitate saxorum, & retenta comminuat. ¶ Præstat trinacrij metas lustrare Pachyni, &c.) Propositis vtriusq; lateris malis & comparatis iudicat melius esse ire, qua Charybdis esset, quoniam leuius malum altero fuit, & laborem subire longioris cursus, quām compendio nauigare per Scyllam, & videre eam semel, non sic posuit semel, quasi videri iterum posset alio tempore. sed vt plenius exprimeret, quid esset in ea periculi, quā nullus, inquit, iterum videre potest, visa enim effugi nō valet, quæ sic vnūquēq; rapit vt occidat.

ASCENSIVS.

¶ Has aūt terras.) Docet quç reliqua admonuit Helenus de pfectione, seu fuga facienda, de qua dicit Donatus in hūc modum. ¶ Malis.) Vt Æneā absterreat, qui per multas vrbes Græcas trāsierit, & etiam ipse qui captiuus fuisset, hostium personam deformare debebat. ¶ Hæc loca.) Huius loci descriptionē, cum omni cautela prosequitur. Dicit enim veterum sequi opinionē, facitq; verisimile: quia vetustate temporis, multi situs locorum mutati sunt. ¶ Læua tibi) Aduertēdum est, quod tendentibus ad Italiam dicit læuum latus, & dextrum. cæterū redeuntibus sinistrum fit quod fuerat dextrum. ¶ Ter.gurg.va.S.) vtrunq; perniciosum nauigātibus, cut cum sorbet nauigia: aut cum eructat & excutit. ¶ Scyllam.) Hanc vt monstrum, more poetarum describit. s. pube tenus. i. vsq; ad inguina, facie humana est, pro pedibus autē habere sæuorum animaliū genus luporum fœditate armatum Elijgit autē animalium naturam, quæ insatiabilia sunt. Cçterum locus est in mari saxa habens latētia cuius natura sit, vt de longinquis partibus nauigia trahat: & contineat asperitate saxorum: & retenta comminuat. ¶ Præstat metas.) Propositis vtriusq; lateris malis indicat eundum, qua Charybdis est malum lçuius, & labores subire longioris cursus, q̄ compēdio nauigare per Scyllam. ¶ Semel.) Quia iterū videre cum perieris non potes. ¶ Ordo est. Aut, pro sed: effuge. i. euita has terras: & hanc oram. i. extremam regionē littoris Itali: pro Italici: quæ, s. ora existēs proxima, sup. nobis pfundit æstu. i. feruore: aut freto nostri. i. Chaonij çquoris. i. maris: effuge, dicit, qa cuncta mœnia. i. cunctæ hæ vrbes habitātur malis. i. ferocibus, & inimicis adhuc nomini Troiano: Graijs. i. Græcis. Nam, sup. &. i. simul: Locri illi populi, socij Aiacis Oilei: Naritij. i. a Naritia profecti: posuerūt mœnia hic. i. in hac proxima ora Italica & Idomeneus Lyctius. i. a Lyctio Cretç, oppido pulsus: obsedit. i. inuasit milite. i. vi militari: campos Salentinos, qui sunt iuxta promontorium Salentinū: &, sup. hic: est illa Petilia. s. vrbs notissima Philoctetæ ducis sic dicti: Melibœi. i. a Melibœa ciuitate Thessaliç profecti, Petilia dicit parua, sup. vrbs, subnixa. i. cincta muro. s. modico. Quin. i. quinimo: aut insuper vbi, postq̄, classes. i. naues tuæ steterint trāsmissç: trans çquora. i. iam appulsç fuerint ad littus Italicum: & quando, sup. tu solues vota in littore: & hoc aris positis. i. extructis in littore: velare. i. fac vt veleris. (Est. n. imperatiuus modus verbi passiui) comas. i. vt habeas comas velatas, existēs adopertus: amictu. i. cooperimēto purpureo: nequa facies hostilis. i. inimica: occurrat in honore. i. in ipso sacrificio deoꝶ inter ignes sanctos. i. qbus sacrificiū cremari debeat, ne, dico, occurrat, & turbet omnia: non. n. velatio impedire posset, quominus occurrat: sed ne occurrens perturbet: quia si nō videret caput, non norit hostes: hoc est, Troianos esse qui sacrificent, & ita non turbet eos. Quia vero ad alterū solum, valet ipsa velatio, videlicet, ad hoc ne turbet: ideo malit Valla per participiū id dicere, q̄ per duo verba: sed licet duo sint verba, non tamē est copulatiua, sed de copulato extremo propositio: nec exponēdum est, ne hostilis facies occurrat, & ne hostilis facies oia turbet: qa sic prior pars falsa, aut inepta esset: sed copulatim sic. Ne facies hostilis occurrat, & turbet omnia (quç res dialecticis nota est.) Socij. s. tui teneto, sup. hūc morē: sacroꝶ. i. sacrificandi velato capite: & ipse. i. tu ipse teneto hūc morem sacroꝶ: & nepotes. i. posteri tui: casti. i. pij, aut, reuera, cōtinētes, maneant in hac religione. i. in hac obseruatione religiosa. Ast. i. sed: vbi. i. postq̄, ventus admouerit te digressum. s. ab oris Italiç, admouerit, dicit, oræ Siculç. i. ad oram Siculam: & claustra. i. modici, & quasi clausi introitus Pelori promontorij Siciliæ: angusti. i. arcti & stricti parū a continēti distāti: rarescent. i. minus & min⁹ videbuntur a te. læua Tellus: & lçua. i. sinistra. i. quæ ad manum sinistram iacent çquora: petantur tibi. i. a te: longo circuitu. i. faciēdo longum circuitū, fuge littus dextrū, & vndas, supp. dextras. s. Siciliç: ferūt. s. hi qui de cosmographia, & situ orbis locuti sunt) non dico, qui nunc sunt locuti, quia de illis loquitur Helenus, sed qui tunc erant locuti, aut loquebantur: licet forte nondum scripserant.) ferunt, dico, id est dicūt: hæc loca, scilicet huius partis Siciliæ, de qua loquitur: dissiluisse. i. in diuersas partes, quasi per saltum diuisas esse: quondam, id est aliquando: tempore. s. diu præterito: vi, id est violentia aquarum, & ferunt conuulsa, sup. esse: vasta. i. valde ampla: ruina. s. terrarum, quarum fundum iam aquæ exederant. Nam, sup. cum vtraq; Tellus, scilicet Siciliæ, & Italiæ: foret. i. esset protinus. i. porro tenus: hoc est, per longum tractum vna. i. continua, quæ cōtinens propterea dicitur Pontus. i. impetus: Ponti. i. maris: venit medio. i. in mediū: vi. i. violentia, aut vehementi impetu: & abscidit. i. dissecuit, aut auellit latus: Hesperium. i. Italicum: Siculo. i. a Siciliensi: vndis, id est vi vndarum: & interluit, id est inter vtraq; adluit: angusto æstu. i. modico freto: arua, & vrbes diductas, id est separatas: littore. i. quia nunc diuersum habent littus: Scylla. i. periculū illud maris Siculi, in quod Scylla mulier monstruosa fingitur versa, obsidet latus dextrum: & Charybdis. s. olim mulier: implacata. i. voracissima: & cuius ingluuies placari non potest. i. periculum, in quod fingitur versa: obsidet, id est in perniciem prætereuntium, quasi ex insidijs loca occupat: latus læuum. i. sinistrū. Atq; s. Charybdis: sorbet ter. i. multum, aut frequēter fluctus vastos. i. valde amplos: gurgite. i. gyro, & vertigine, ingurgitante barathri. i. voraginis: imo. i. pfundo: sorbet, dico, in abruptū. i. voracitatē obruptam: inter scopulos. s. derelictos: absorpta, aut abrupta tota terra: vnde barathrū. i. profundissima vorago illic facta est: & ipsa erigit. i. eijcit, aut euomit: rursum. i. denuo: sub. i. ad auras. i. in aera, sup. fluctus alternos. i. alternatim: nūc in barathrum absortos, & nunc ad auras eiectos: & verberat sydera (hyperbole poetica.) Vnde. s. erecta. i. ad cœlum vsq;, videt attingere: at. i. sed spelunca: cohibet. i. cōtinet, & secum habet, faciens ne exeat, Scyllam. i. monstrū illud: latebris cæcis. i. obscuris: & quæ videri non possunt: exertantem. i. frequenter extra ferentē: hoc est, aperientem ora. (Exerto, frequētatiuum est, ab exero, quod componitur ab ex præpositione, seu extra & sero, verbum: quia post x, non scribitur s, scribit exero, & exerto.) & trahentē (non spiritu oris sui, sed potius ingurgitatiōe aquarum, quç attractæ secum naues trahunt.) naues in saxa. Prima. i. suprema, facies. i. factura & dispositio corporis ipsius Scyllæ, est, sup. facies: hominis. i. virginis (sic Hora. Humano capiti ceruicem pictor equinam, &c. de capite mulieris loquens,) &, pro. i. virgo pulchro pectore, quæ a Glauco olim adamabatur: vt in Buco. dictum est in Sileno: pubetenus, id est vsq; ad pubem: capite postrema, supple facies eius est: Pistrix, id est similis pisci: immani, id est turpi. & haud bono corpore: cōmissa caudas, i. habens cōmissas caudas delphinum, id est illorum piscium, vtero luporum, qui vorax est: aut, quia canes in vtero habere fingitur, propter vndarū sonitum, quem scopuli latratui persimilem edunt. Præstat, id est melius est: te cessantem, id est tanq̄ cessantem, & non properantem: lustrare. i. circumire: sicut in quinto quoq; anno postea lustrum, condebant Romani metas. i. terminos: Pachini, illius promontorij: Trinacrij. i. Siculi: nam, quia tria promontoria sunt in Sicilia: dicit aliqñ Triquetra, aliqñ Trinacria: & prçstat te circūflectere lōgos cursus, q̄ vidisse semel sub antro vasto: Scyllam, id est mulierē illam: informē. i. turpē: & pubetenus in monstra versam: quç ea loca periculosa obsidet: & q̄ vidisse saxa resonātia canib⁹ cœruleis. i. marinis: quos Scylla in ventre gestare ꝑpterea fingitur, quod fluctus illi collisi quasi latratum edunt.

PIERIVS.

¶ Et omnia turbet.) Omnino, omnia, ex antiqs codi. legēdū est. ¶ Hac casti maneant in religione nepotes.) In antiqs exemplaribus obseruatum plurimū est, religione, vnico l scribi. Sed. n. Fl. Sosipater hoc prçcipue citato versu, gemino ll scribēdum ostendit, dum ait in hāc sentētiam parenthesis: cum vel litera vel syllaba interponitur. litera: Hac casti maneant in religione, nepotes, syllaba: Mauortis in antro, pro Martis. ¶ Læua tibi tellus.) Nullo pacto placet, quod in antiquis codi. legitur, Læta tibi tellus. Primum quod ea alibi Ænec dicitur, Illætabilis ora. Deinde quia & tellus læua, & çquora læua, inferiori fine per correlatiuum quodammodo respondent, Dextrum fuge littus & vndas. ¶ Læuum implacata Charybdis.) In vetustis aliquot exēplarib⁹ impacata, legitur. sed plus feritatis habere videt, implacata. ¶ Sorbet in abruptum fluctus.) In cod. aliquot antiquis, in abruptu. Eam. n. in antro maxime cauernoso habitare Home. fingit. Magis tñ placet, in abruptum: vt vulgata habent exemplaria. ¶ Rursusq; sub auras erigit alternos. ¶ Fuere çtate nostra nō illiterati viri, q egerit, hoc est eructat, ex Home. snia legendum autumarent. Quicq; locum illum inspexere Charybdim aiunt profundissima voragine vndas absorbere, quas vicissim mox eructat. Sed enim qa sequit hyperbole ea, Et sydera verberat vnda: longe magis placet, erigit, prout etiam in veteribus cod. quos præ manibus habuimus scriptum iuenitur. ¶ Postrema immani corpore pistris.) In codi. aliquot anti. pristis, scribit. Sed plura de hoc lib, x. eo versu dicemus. In pristin desinit aluus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præterea: siqua est Heleno prudentia vati:
Siqua fides: animum si veris implet Apollo:
Vnum illud tibi nate dea, præq; omnibus vnum
Prædicam: & repetens iterumq;, iterumq; monebo.
Iunonis magnæ primum prece numen adora:
Iunoni cane vota libens: dominamq; potentem
Supplicibus supera donis: sic deniq; victor
Trinacria fines Italos mittere relicta.
Huc vbi delatus Cumæam accesseris vrbem:
Diuinosq; lacus, & Auerna sonantia syluis:
Insanam vatem aspicies: quæ rupe sub ima
Fata canit: folijsq; notas, & nomina mandat.
Quæcunq; in folijs descripsit carmina virgo,
Digerit in numerum: atq; antro seclusa relinquit.
Illa manent immota locis: neq; ab ordine cedunt.
Verum eadem, verso tenuis cum cardine ventus
Impulit: & teneras turbauit ianua frondes:
Nunquā deinde cauo volitantia prendere saxo,
Nec reuocare situs, aut iungere carmina curat.
Inconsulti abeunt: sedemq; odere Sibyllæ.
Hic tibi nequa moræ fuerint dispendia tanti:
(Quamuis increpitent socij: & vi cursus in altum
Vela vocet: possisq; sinus implere secundos:
Quin adeas vatem: precibusq; oracula poscas,
Ipsa canat: vocemq; volens, atq; ora resoluat.
Illa tibi Italiæ populos, venturaq; bella,
Et quo quenq; modo, fugiasq;, ferasq; laborem,
Expediet: cursusq; dabit venerata secundos.
Hæc sunt quę nostra liceat te voce moneri.
Vade age: & ingentem factis fer ad ęthera Troiam.

SERVIVS.

¶Præterea.) Hic ostenditur cuncta scire Helenū, & infensam Iunonē: sed prohiberi dicere, vt diximus supra. ¶Heleno prudentia. (In hoie.n. prudētia est in vatib⁹ fides. ¶Veris implet.) Oraculis: vt Lucanus, Atq; hoiem toto sibi credere iussit Pectore. ¶Iunonis magnæ.) i. supernę: nam legimus, Iunoni infernæ dictus sacer. ¶Prece numē adora, Iunoni cane vota libēs.) His.n. Iuno præcipue delectatur. i. hymnis & pce. ¶Victor.) Propositi tui effector. ¶Cumęam vrbem.) Sicuti Butrothi arcē, fontem timaui. Euboea insula est: de cuius ciuitate Calchide profecti sunt ad nouas sedes quærēdas: & haud longe a Baijs (qui loc⁹ a socio Vlyssis Baio illic sepulto nomē accepit) inuenerūt vacuum littus, vbi visa muliere grauida ciuitatē condiderūt: quę rem fœcundam ostēdebat fore rēpub. & eam Cumas vocauerunt: siue ab ἐγκύου. i. prægnāte: siue ἀπὸ τῶν κυμάτων. i. ab vndis. Nam κύματα dicūtur. υ aūt Latini in u vertunt: vt byrria, burrhia. ¶Diuinosq; lacus.) Consecratos, Auernū & Lucrinū. Auernus autē, in plurali numero Auerna facit: vt Tartarus Tartara. vñ ē, Auerna sonātia Syluis. Sanè hic lacus ante syluarū densitate sic ambiebaī, vt exhalans inde per angustias, aquæ sulphureæ odor grauissimus superuolantes aues necaret, Vnde & Auernus dictus est, quasi ἄορνος: quā rem Augustus Cæsar intelligēs, deiectis syluis, ex pestilentibus amœna reddidit loca. insanā vatē. Alij Magnā dicunt: sed melius deo plenam, & vaticinatricem intelligimus. ¶Sub ima.) In ima: vt, Nanq; sub ingenti lustrat dum singula templo. &, Exercet sub sole labor. ¶Fata canit: folijsq; notas, & nomina mandat.) Tribus modis futura predicit: aut voce, aut scripto, aut signis: i. quibusdam notis, vt in obelisco Romę videmus: vel, vt alij dicunt, notis literarum: vt per vnam literā significet aliquid. In folijs autē palmarum Sibyllam scribere solere testatur Varro. ¶Carmina virgo.) Quia eius respōsa versibus scribebanī. virgo vero Phemonoe dicta est. Nam sibylla appellatiuū est nomē: adeo vt Varro quot Sibyllæ fuerint, scripserit: Sibylla autem dicitur omnis puella, cuius pectus numen recipit: Nam Æoli σιοὺς dicunt deos: βουλὴ autē est sentētia: ergo σιβύλλας quasi σιοὺς βουλὰς dixerunt. Inde est, Magnam cui mentem animumq; Delius inspirat vates. Sanè sciendum omnia responsa Sibyllę plus minusue centū contineri sermonibus. Vnde Virg. ait. Quo lati ducunt aditus centum ostia centum: Vnde ruunt totidē voces respōsa Sibyllę. ¶Digerit.) Ordinat, disponit. ¶Seclusa.) Pro inclusa: præpositio pro ppositione. ¶Cardine verso.) Aperta ianua, per periphrasim. ¶Turbauit ianua frondes.) Nō ianua: sed ventus qui per ianuam ingreditur. ¶Inconsulti.) Inscij rerū, ignari, sine consilio. Et consultus est qui consulitur: incōsultus, qui non accipit consilium. ¶Volens.) Quæ velle habet. Nam volitura propter asperitatem noluit dicere. ¶Hæc sunt, quæ nostra liceat te voce moneri.) Bene cum præscriptione, ne fallidicus vel minus peritus postea putaretur sacerdos.

DONATVS.

¶Præterea si.est.h.pr.vati. Siqua fides, an si.v.im.ap. Vnum il.t.na.d.&c.) Dicturus rem magnam & Æneę saluti vel maxime necessariam, eam primo commendat altis sensibus tenaciter retinendam. si igitur sentis, inquit, aliquid me habere prudētię, hoc ad eum pertinet, qui nondum numinis alicuius potentia teneatur. Vatis siqua fides, ecce venit ad personam vatis. si habetur ait vlla vatibus fides, animum si veris iplet Apollo, aut Apollo vera insinuat consulentibus edicenda, vnum illud tibi nate dea proq; omnibus vnum prædicam, & repetens iterūq; iterūq; monebo. vnū dico p oibus, hoc est pro commodo oium desideriorū, nec semel hoc ipsum sed iterū ac sepius monens vnum, inquit, vt in vno ostēderet, nō onerosum esse pceptū. ¶Iunonis magnæ pri.pr. numen.a.&c.) Docet Virgi. maioris potētię inimicos obsequendo potius q̄ resistendo posse superari. quapropter dat Helenus mandata, & repetita cōmonitiōe insinuat Iunonem precib⁹ & votis esse superandam, sic posse post Siciliam veniri ad Italiā, si placaretur illa, quæ Troianorum cōmodis ire obuiam nosset. ¶Insanam vatem aspicies.) Insanam dixit plenam numinis. ¶Quæ rupe sub.i.f.c.f.q;.n.&.n.m.&c.) Morem dixit Sibyllę, & quo in loco sit, & quo ordine singulorū desiderijs respondeat, sumit, inquit, folia, illic responsa cōscribit, ordinat, & dimittit. veniunt homines, cōsiderat folia, & futura cognoscunt, sed hoc habet mos ipse cōtrariū, quippe si ventus impleret fores, & ordinationē foliorum turbauerit, pereūt cōsulta, & dubij remaneāt qui instructi fuerant radituri. ¶Hic tibi ne.morę fue.dis.tan. Quāuis in so.& vi.c.in.a. Vela vocet.) Noli, inquit, anxius eē de mora, licet enim clamitent socij, licet elementa suffragentur, nec nauiga prius q̄ Sibyllam consulas. proderit enim tibi istiusmodi tarditas, vt instructior abeas. Quis esse possit huius rei fructus subnectit. ¶Illa tibi Italiæ po.v.q;.b.&.q.q.mo.f.q;.f.q;.labo. Expediet, &c.) Ipsa inquit tibi edicet, quæ ego ,phibeor aperire.f. quę ingruāt bella, qui populi e diuerso venturi sint, & quomodo singulos labores vel tolerando transeas vel superando mitiges. concludit Helenus responsa, lætum Æneam dimittens, etiam hortatur additis, ¶Vade age, & in.factis fer ad æt. Troiam.) Fac, inquit, ingentem Troiam pro merito tuo, ingentē ideo, quia fecerat Helenus ipse, se paruam, certum facit hæc dicēdo, q per ipsum Troiæ fortunæ resurgent. vates, inquam eo ore locutus est, vt & vatis officium & amici intelligatur implesse, aliqua enim dixit futura, vt sacerdos, aliqua vt amicus monuit, vt cessantibus partibus vatis celerius redditura sit.

ASCENSIVS.

¶Præterea, &c. Docet reliqua Heleni vaticinia, & amica consilia, quæ non parum Æneam Didoni conciliant: nam ex eis intelligit Iunonem Troianis aliquādo recōciliandam, vnde Donatus sic dicit. ¶Præterea.) Dicturus rem magnā, & ad Æneæ salutem in primis pertinentem, commendat altis sensibus, tenaciter retinendam. ¶Prudentia.) Quod ad eum pertinet, cum nondum numine percitus sit. ¶Fides.) Hoc pertinet ad personam vatis. ¶Præq; omnibus.) Pro commodo omnium desyderiorū. ¶Iunonis magnæ.) Ostendit poeta, maioris potentiæ inimicos obsequendo, potius q̄ resistendo posse superari. Quapropter, precibus & donis, placandam admonet Iunonem, vt possit in Italiam venire. ¶Insanam.) Plenam numinis. Morem dixit Sibyllæ, & in quo loco sit: & quo ordine singulorum desyderijs respondeat. scribit in folijs, ordinat, & dimittit: homines in illis futura legūt: sed si vento perturbatur ordo foliorum, pereunt consulta, & dubij remanent qui venerant consulturi. ¶Illa tibi.) Edicet illa, quæ ego prohibeor aperire, quæ bella sint ventura, & quomodo singulos labores, vel tolerando transeas, vel superādo compescas.

pescas. ¶Vade, age.) Et ingentia quędam prædicit, vt vates quædam admonuit, vt amicus cessantibus partibus vatis. Hæc ille.

¶Ordo est. Præterea, id est præter ea quę dicta sunt, aut quę diximus: siqua. i. aliqua prudētia est Heleno. i. si ego via humana habeo aliqd prudentiæ de rebus futuris: & siqua fides est Heleno vati. i. inquantum vati: & si Apollo implet, sup. Helenum (loquitur autem de se) veris. s. responsis aut sententijs. O nate dea, ego prædicam tibi illud: vnum. i. præcipuum: q;, pro, id est vnū præ omnibus. s. alijs: & ego repetens iterum, atq; iterum: monebo, supple te illud: vnum præ omnibus. s. tu, supplex adora primū, id est in primis, siue ante omnia: aut primum. i. præcipuum: numen, id est potestatem diuinam, quæ ad nutum cuncta gerit. Iunonis magnæ. s. sine exemplo: quia superū est regina, Iouisq; & soror, & coniux: & cane, id est solenniter pronuncia libens, (quod etiam verus deus expetit a nobis: vnde est voluntarie, sacrificabo tibi. Iunoni vota: & supera. i. vince, & frange dominam potentem, præcipue regnorum: donis supplicibus, id est suppliciter & submisso animo votis: quia tu metiere deniq;: sic. i. per talia vota, & dona, ac precamina: existens victor metiere, dicit, fines italos: & hoc Trinacria. i. Sicilia relicta. Et vbi. i. postq̄: tu delatus. s. vi tempestatis: vt in fine. v. patebit: huc. i. in hos fines italos accesseris: vrbem Cumeam. i. Cumas, quę sunt in littore italico: & accesseris lacus diuinos. i. dijs consecratos: vt Lucrinum, & Auernum: &, pro, id est Auerna. i. lacum Auernum (declinatur enim, sicut infernus: hic Auernus, Auerni, in singulari, & hæc Auerna, Auernorum, in plurali.) Auerna dicit, sonantia syluis. i. per syluas, intra quas est: tu aspicies vatem. s. vnā e sibyllis Deiphoben nomine, quę Cumana dicitur: insanam. i. diuino furore raptam: vt in. vj. dicet. ideo autem finguni rapi diuino furore gentilium vates: vt non de suo: hoc est, humano præsagio sed ex deorum oraculo vaticinari iudicent: ita, vt non ipsi, sed deus per ipsos locutus putetur: quæ. s. vates, canit sub rupe, ima, id est profunda: fata. i. rerum euenta fataliter præuisa: & mādat. i. cōmittit: folijs. s. palmarum notas. i. characteres, & literas & nomina, id est res notis descriptas: & ipsa virgo digerit in numerum, id est seriem & ordinem: carmina quæcunq; descripsit in folijs, atq; relinquit, supple ea ante antrum: existens seclusa. i. a carminibus quę foris derelinquit: antro. i. per antrum, aut in antro, & ita verior est cōstructio, q̄ si dicas, Carmina seclusa antro: q̄a seq̄ illa. s. folia, aut carmina, manēt. s. foris: immota locis. i. a locis in quibus in numerum digesta sunt: neq; cedunt. i. recedūt, ab ordine. s. suo, in quo collocata deferuntur: verum. i. sed cum, id est postq̄ vētus tenuis impulit, eadem. s. carmina, in folijs siccis descripta: impulit, dicit, cardine verso, id est aperta ianua, vertēdo cardinem: & vbi ianua turbauit tenues frondes, scilicet palmarū iam aridas, in quibus, vt dictum est, sm Varronem sibylla scripsit, ipsa sibylla nunquā curat: deinde, id est postmodum prendere, id est colligere: saxo cauo, id est in antrū, quod est ex saxo cauo, aut cauato: nec curat reuocare, id est reparare: situs, id est positiones foliorum, in quibus carmina per ordinem descripta erant: aut, sup. nō curat iungere, id est per ordinem connectere: deinde carmina, quæ de oraculis prius composuerat: & ideo cōsultores abeunt inconsulti: & odere sedem, id est antrum sibyllę: ad quod ad quod. s. frustra venerint: aut in quo carmina diuina si cōturbent. Nequa. i. ne aliqua (prohibendi est) dispendia morę. i. dilationis: hoc est, iactura temporis, quam feceris immorādo: fuerint tibi. i. reputent a te: tanti. s. valoris aut momēti: quin. i. quo minus: hoc est: vt non adeas vatem. s. sibyllā, & poscas precibus: oracula. i. responsa deorum ore prolata: quāuis socij increpitēt, id est obmurmurent, q illic moram trahere velis vbi periculum sit: & quāuis cursus. i. prospera nauigatio: vocet vi. i. impetu magno: vela in altum. s. mare, & non ad littora vbi vates residet: & quāuis possis impellere. s. ventis: sinus. i. receptacula velorum, quibus ventum recipiunt: secundos. i. prosperos, quia a tergo ab insequente vento inflatos (hoc est, licet dexterrima sit nauigatio, & socij omnes optent procedere tamen non omittas quin vatem adeas, omisit tamē, vt iterius dicetur: vnde ad Didonem appulsus adhuc nesciuit fata in Italia obeunda.) Et quin poscas: vt, sup. ipsa. s. vates, quod dicūt in propria persona, & non tantū folijs notas, & nomina mandet, aut si popósceris, ipsa canat, & resoluat: volens. i. libenter: vocem. i. organa vocalia: atq;, pro. i. ora illa expediet tibi. i. prompte, & expedite docebit te: populos Italiæ, & bella ventura: & quomodo fugias. i. euites si possis: q;, pro vel: feras. i. toleres, si euitare nequeas: quēq; laborē. i. quālibet laboriosam prouinciam gerēdam: & ipsa sacerdos veneranda: dabit. i. dicet: sicut, Da pater augurium, atq; animis illabere nostris: cursus. i. futuros: tibi. i. nauigationes reliquas, nec tñ dicit, q docebit accessum eius ad inferos: q̄a tunc meminerit mortem Anchisę, quod facere noluit Helenus: cōcludens autem ait. Hæc sunt quę licet te moneri. i. vt tu sis admonitus nostra voce: age, id est agedum, adhortandi aduerbium: Vade & fer ad æthera. i. extolle vsq; ad cœlos: fatis. s. id volentibus: aut factis. i. facinoribus tuis: Troiam ingentē. i. quæ per te ingens, instaurabit, cum ex ea olim Roma orietur. Seruius innuit illud, Hæc sunt, &c. dictum sub hoc sensu, vt Helenus excuset se, si nō plura dixerit, cū ea tantū liceat dicere: verū in hoc sensu potius dixisset, licuit: aut si versus pateretur, licet. Dona. autē innuit dictum: vt veniam petat si confidentius, nō vt vates solum, sed etiam vt amicus quædam admonuerit: & est honesta clausula, qua & nos vti possumus, vbi maiores admonuerimus.

PIERIVS.

¶Dominamq; potentē Supplicibus supera donis.) In codicibus antiquis, votis: nō, donis, legitur. Et ita apud Ti. Donatum habetur, quem locum etiam repetit in. xij. libri commētarijs eo loco, & tu Saturnia Iuno, quorum nihil est in impressis codicibus. ¶Trinacria fines Italos mittere relicta.) In codicibus aliquot antiquis, Metire, legitur, vt in hanc sniam, Iter emensis, & Pelagoq; remenso, Sed mittere, loco hoc magis oino cōgruit, vbi de fatis agitur, quorum auspicijs Æneas sit omnia peracturus. Huic simile est illud, Missus in imperium magnū. ¶Quo quenq; modo fugias.) In antiquis aliquot codicibus, effugias, legitur. Sed, fugias, magis placet. Quemq;, vero per m, in ijsdem fere omnibus codicibus. ¶Cursusq; dabit venerata secundos.) Mediceus codex, & vetusti pleriq; alij, venerata sacerdos habent. Et eodem modo legi in antiquo Prisciani codice hoc citato versu, quāquā, & secundos, in aliquibus legi non negarim, prĕsertimq; in Donatiano.

Quę postq̄ vates sic ore effatus amico est: ÆNE.
Dona dehinc auro grauia, sectoq; elephanto
Imperat ad naues ferri: stipatq; carinis
Ingens argentum, Dodonæosq; lebetas,
Loricam consertam hamis, auroq; trilicem,
Et conum insignis galeæ, cristasq; comanteis
Arma Neoptolemi. sunt & sua dona parenti.
Addit equos: additq; duces:
Remigium supplet: socios simul instruit armis.
Interea classem velis aptare iubebat
Anchises: fieret vento mora nequa ferenti.
Quem Phœbi interpres multo compellat honore,
Cōiugio Anchisa Veneris dignate superbo, HEL.
Cura deūm, bis Pergameis erepte ruinis,
Ecce tibi Ausoniæ tellus: hanc arripe velis:
Et tamen hanc pelago præterlabare necesse est.

SERVIVS.

¶Grauia.) A, finalitatis ratione producit: sed satis aspere. Nam in nullam definit consonantem: vt, Oia vincit amor, & nos cedamus amori. Item, At tibi Thymbre caput Euandrius abstulit ensis. ¶Elephāto.) Pro ebore posuit. Græce dixit. ¶Stipat.) Densat. Vnde stipatores dicūtur, qui in nauibus cōponunt a stipa. ¶Dodoneos.) Epiroticos, a ciuitate Epiri Dodona laudauit: a regione, vt vasa Corinthia. ¶Lebetas.) Ollas æreas. Græce dixit: Zeumas enim vulgare est, non Latinum. ¶Hamis auroq;) Hamis aureis, per Endyadim. Hamis autem catenis significat. ¶Conum insignis galeę cristasq; comātes.) A parte totum: nam Conus est curuatura, quæ in galea prominet: super quam cristæ sunt. ¶Sua dona parenti.) Id est Anchisæ: Sua autem, congrua, apta ætati. ¶Remigium supplet.) Bene verbo militiæ vsus est, vt supplementum diceret: nam multos in Creta perdiderat. ¶Velis aptare iubebat.) Subaudi, socios, a superioribus. ¶Ferēti.) Flanti. ¶Anchisa.) Vocatiuus hic nō est latin⁹. Nam breuis esset a, vt o Catilina. Græcus ē ergo, de quo valde apud eos queritur quēadmodum exeat ab his nominibus quę in es, mittunt nominatiuū. Nam Tydides Tydide facit: vt, Danaum fortissime gētis Tydide. Atrides cum sit simile, Atrida facit: vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ausoniæ pars illa procul, quam pandit Apollo.
Vade (ait) ò felix nati pietate. quid vltra
Prouehor? & fando surgenteis demoror austros?

eleyt Horatius, Ne qs humasse velit Aiacem Atrida vetas Cur? Tale est & Anchisa. Sanè apud Latinos horum nominum causa manifesta est: quę nominatiuum ipsum in a, mittunt, & recipiunt Latinam declinationem: vt Atrides Atrida, Scythes Scytha. ¶Dignate.) Digne habite, digne iudicate. Nam modo non agentis habet, sed patientis imaginem: vnde est in primo, Haud equidem tali me dignor honore. ¶Cura deum.) Amor: vt, Veneris iustissima cura. ¶Bis pergameis erepte ruinis.) Probauit curam deorũ. Et sciendum rhetorica esse argumẽta, quæ a cõtrarijs laudant. Quod enim supra Anchises infelicitatis putauit: vt, Satis vna superq; Vidimus excidia: hoc iste argumẽtum conuertit in laudem. Bis autem propter Herculem & Græcos qui expugnauere Troianos. ¶Ecce tibi.) Aut vacat tibi: vt in Tullio, Qui mihi accubantes in cõuiuijs. Aut certe altius dictum est Tibi: ac si diceret, qui Italię hunc tantum visurus es partem, nõ etiam quam fata Æneę promittunt. ¶Ausoniæ.) Italiæ a rege Ausonio. ¶Arripe.) Inuade. Illic enim est sacrificaturus. Est tamen ἀνακόλουθον: non enim præmisit, quãquam vicina sit. ¶Quam pandit Apollo.) Laurolauini autem agrum significat, ad quem venturus est. ¶Vade ait.) Bis hęc est in Virgilio iteratio, vt hoc loco, Nam cũ supra, Compellat dixerit, intulit modo ait. Item in quinto cum præmiserit, Fidam sic fatur ad aurem: Subiecit rursus. Et sese ostendat in armis Dic ait. ¶O felix nati pietate.) Latenter ostẽdit mortẽ futuram. Non. n. ait felicem vitę longinquitate, vel aduẽtu ad Italiam: sed tantũ nati pietate: quasi qui poterit exequiarũ munus implere. ¶Prouehor.) Sermone progredior: vt ostendunt sequentia.

DONATVS.

¶Quæ postq; vates sic. o. ef. am. est.) Hæc ergo cum beneuolo ore fuisset locutus, & Æneam fideliter instruxisset, muneribus cumulauit. ¶Dona de. a. g. se. cq. el.) Fit commemoratio munerũ cum ornatu suo, nam species secti eboris, & multi auri pondus, insigne ostendebant meritum munerũ, quę Helenus donauit, & iussit ad naues ferri. ¶Stipatq; carinis. in ar.) Largitorẽ præcipuũ dicit, qui tantũ donasset argenti, quãtum naues nisi stipatę ferre non possent. ¶Dodoneosq; lebetes.) Poculorum genus ferunt esse lebetes. ¶Loricã. c. ha. a. q;. t. Et conum. i. g. c. q;. co. As. neo.) Donauit, quæ opes augerent accipientis, donauit, quæ aduersus hostiles impetus salutem tuerentur. singula cum decore suo posuit, dicendo quippe, consertam hamis, hoc est pulchra arte confectam, & auro insignem & galeam comantem, arma Neoptolemi, nouissimum posuit, cuius essent arma, illius scilicet, qui captiuos habuit Troianos, & Troiam vicerat, quo esset insultatio arma victum possidere victoris. ¶Sunt & sua dona parẽti.) Dedit etiam Anchisę sua dona, id est quæ ætati eius merito cõuenirẽt. ¶Addit. e. Ad. q;. du.) Addit equos cum ductoribus suis. ¶Remigium supplet.) Quicquid remigis deerat ipse compleuit. ¶Socios. si. in. ar.) Nullum nisi muneratum reliquit, dans quod cõpetebat fortibus viris. ¶Interea. cl. v. apt. iu. Anchises,) Helenus in officiis religiosis fuerat occupatus. cum autem hæc ageret, iubebat suos Anchises parare naues & aptare nauigationi necessaria, hoc est apte & cõgrue dispones. ¶Fieret. v. m. n. fe.) Cur fieret dixit? ne fieret mora suffragãtib[us] ventis. ¶Quẽ Phœbi in. m. com. ho.) Hunc Helenus honorificis verbis alloquebatur cõtinẽtibus. s. laudem. dicitur laus ipsa. ¶Con. Anchisa Veneris di. su.) Non quo ipse quasi potior dignatus sit iungi matrimonio Veneris, sed quo is dignus esset inuentus cui iungeretur, quæ esset filia Iouis, hoc locutionis genus & in primo librõ posuit dicens, haud equidem tali me dignor honore. ¶Cura deum.) Id est quę dij amarent, ꝓbatio huius diei. ¶Bis. pe. er. ruinis.) Qui cum esset debilis, nõ semel sed secũdo etiã liberatus sit periculis patriæ, in qua ceciderunt vi fortes, dicẽdo bis ostẽdit non euentum fuisse vel casum, sed fauore numinum esse seruatum. ¶Ecce tibi Ausoniæ. t. h. ar. ve Et ta. h. p. pr. necesse est.) Æneæ dixerat longe esse Italiam, verum ne tædium senex pateretur longam sperans superesse nauigationẽ, solicitudinẽ eius releuat spondendo, ꝓximam visus est dicto. ecce quasi iam manu teneri potuisset, aut oculis cerni. Licet sit, inquit, proxima vsq; adeo vt demonstrari & videri possit: tamẽ comprehendi non põt, nisi ad eam fuerit nauigatum, hanc arripe velis. facilitatem nitendi voluit demonstrare. ¶Ausoniæ par. il. pr. qu. p. Apollo.) Quod ait, ecce, demonstrantis est, hoc est quod compleuit, dicendo partem esse Italiæ, quæ templum præferebat Apollinis, constabat autem longe non esse discretum, quod demonstrari poterat & videri. ecce Apollo

consulit & respondet, Apollo deos penates facit loqui cũ Ænea, ne ad Ortygiã redeat. Apollo nunc Italiam monstrat. ¶Vade, ait, o fe. na. pie.) Ornamentum totius laudis seruauit ad finem felicem indicans eum, qui haberet filium tanta pietate præstantem, vsque adeo quod summum fuit vt dictum est) seruauit ad finem, vt nihil deinc addiderit, quod pertineret ad laudem, minuitur enim meritum laudis, & cadit si post præcipua & magna merita inferiora deiecta iungantur. ¶Quid vltra Pro. & fan. fur. demo. austros?) Venti, inquit, flant. nõ debeo fabulis longioribus immorari cõmodum Vestrum.

ASCENSIVS.

¶Quæ postq;, &c.) Post consultationẽ Heleni, & oracula diuũ, recitat dona quæ ab eodem Heleno suscepit, & quæ pater Anchises, & quæ cæteri: docetq; quibus verbis Anchisen compellarit: de quibus omnibus dicit Donatus sic. ¶Stipat largitorem præcipuum indicat: qui tantum donasset argẽti, quãtum naues nisi stipatę capere nõ possent loricam: & dona, quæ augeant suas opes dat: & ea qbus se ab hoste tuetur: & omnia cum decoro: & dicit arma fuisse illius qui Troiam vicerat: vt sit insultatio arma victi ferre victoris sua ætati cõuenientia. ¶Socios.) Nullum indonatum reliquit, dans quæ competebant viris fortibus. ¶Dignate.) Quasi qui dignus sit inuẽtus, qui filiæ Iouis iungeretur. ¶Bis Pergameis.) Ostendit quod sit cura deum, qui cum debilis esset: liberatus tũ sit periculis patrię, in qua perierunt viri fortes. Hęc ille. ¶Ordo est. Quæ scilicet responsa, aut oracula iam dicta: postq; vates, s. Helenus. effatus. i. elocutus est (sed augurale est verbum) sic. i. in modum ꝓmissum, ore amico. i. fauorabili: ipse imperat dehinc. i. deinde dona grauia auro: & elephãto. i. dente elephãti. (declinatur autem hic elephas elephantos: vnde fit nominatiuus hic elephantos elephãti: sicut delphin, & delphinus: Arabs & Arabus, in nominatiuo reqeriuntur.) secto. i. aut sectili, aut iam ꝑparato: ferri. i. vt ferrentur ad naues: & stipat. i. condensat, & immittit carinis. i. aluo nauium: ingens. i. valde magnum argentũ: & ita magnum, vt nisi stipetur, non posset a carinis recipi: & lebetes. i. ollas æreas, Dodoneos. i. Epiroticos: a Dodona Epiri vrbe (declinatur autem hic lebes, lebetis: sicut hic tapes, tapetis, Grauia autem producitur finalitatis gratia, dicit Seruius, sed ea ratio in principio tertij pedis, locum habere solet: verum Virgi. omnes pedes a breui inchoasse reperitur.) & stipat carinis: loricam. i. tunicam, olim ex loris fieri solitam: nunc ex annulis: vnde dicit, trilicem. i. tribus licijs constantẽ, cõsertam, videlicet, hamis & auro. i. hamis aureis, aut trilicem dicit, quia constabat loricis hamis ferreis, & annulis aureis, quibus fimbrię decorabantur: & conum. i. curuaturam galeę: insignis. i. excellentis, & (vt dicũt) notabilis, per signa rara inuentu: & cristas comantes. i. quæ in morem comarum a cono dependebant, sunt enim cristę ornamẽta galearum: sicut capitum gallorum: dicitur autẽ Achilles semper cristatus incessisse, vnde bene datur id eius filio, cum subdit per appositionem: arma. i. loricam, conum, & cristas galeę existentia arma Neoptolemi. i. Pyrrhi, qui ea moriẽs Heleno dereliquerat. & parenti. s. Anchisæ sunt: &. i. etiam: sua. i. debita ætati: & cõuenientia dona: & ipse Helenus, addit. s. ad dicta dona: equos quorum palmam Epiros obtinet: & addit duces. i. cõductores itinerum, & supplet remigium. i. addit remiges deficientes, eo quod in Creta multos amiserat, & nonnullos dereliquerat, suppleuisse autem putatur ex Troianis, vt sint soli Troiani Romani imperij authores: & ipse ingruit. i. opprimit: armis. i. multitudine armorum, quæ cuilibet dedit, socios. s. itineris mei: Anchises. s. pater meus iubebat interea aptare velis classem. i. instruere & disponere classem ad nauigãdum: nequa. i. ne aliqua: mora. i. dilatio fieret vento ferẽti. i. flanti. i. qñ ferret. i. flaret: nam flando quodãmodo classem fert, & prouehit ventus, quẽ. s. Anchisen: interpres Phœbi. i. oraculorum Phœbi, hoc est, Helenus compellat. i. adloquitur sup. cũ multo honore. i. valde honorifice: dicens, sup. o Anchisa, dignate. i. digne habite, superbo. i. nobili & magnifico: coniugio (non dicit stupro, nec tamẽ cõnubio, quia coniugiũ põt esse illegitima coniunctio: nuptiæ autẽ sunt legitime.) Veneris dum ex ea Æneam gignebat, & o cura. i. amor & solicitudo, deũ. i. deorũ, erepte bis. i. qui bis ereptus ex ruinis Pergameis. i. Troianis (in vtroq;. s. excidio, semel sub Laomedonte, & semel sub Priamo. Caueat autem explanator, ne dicat, erepte bis ruinis, Pergameis cura. i. per curam: deum, pro deorum: quia sic, cura, esset ablatiui casus: & produceretur: cum tamen corripiatur) ecce tibi quasi

Ordo

dicat in conspectu tuo est Tellus Ausonię. i. Italię: arripe hãc velis: & tamen necesse est, & vt, sup. præterlabare hanc pelago. i. per pelagus; quia illa pars Ausoniæ, quam Apollo pandit. i. aperit: & manifestat vobis petendam: est ꝓcul. i. longo adhuc circuitu petenda: & ait, vade, o felix pietate. i. propter pietatẽ: nati, id est filij tui: qui (vt tacite innuit) pie tecũ aget, dum exequias persoluet: & ad inferos te visurus descẽdet: sed id nõ dixit expresse: ne & plura interrogetur dicit: sed quid ego prouehor. s. sermone. i. productior sum prouectus, vltra, scilicet q̃ constitueram: vel vltra prius dicta: hoc est vlterius: & demoror. s. ab officio: fando. i. loquendo: Austros. i. ventos vobis secũdos: surgẽtis. i. iam, iamq; flaturos, aut orientes e terra vt flent.

PIERIVS.

¶Dodonęosq; lebetes.) In antiquis codicibus, lebetas, legimus. Et Seruius hoc a Virgilio Græce dictũ ait, illud addã lebetem poculorum genus esse Ti. Dona. ¶Remigiũ supplet.) In codicibus aliquot antiquis, suplet, vnico p scriptum legas, circũfertur vero epitaphium a Pontano in Pelignis inuentum, vbi suplet, vnico p notatum est. Quod nulla non ratione factum a maioribus nomẽ supellex, ab eo verbo (vt Pontanus idem affirmat) deriuatum ostendit. Suplet.

Nec min[us] Andromache digressu mœsta sup̃mo, ÆN.
Fert picturatas auri subtegmine vestes,
Et Phrygiam Ascanio chlamydem: nec cedit honori:
Textilibusq; onerat donis: ac talia fatur.
Accipe & hæc, manuũ tibi q̃ monimẽta mearũ AND.
Sint puer: & lõgum Andromaches testentur amorẽ
Coniugis Hectoreæ. cape dona extrema tuorum:
O mihi sola mei super Astyanactis imago.
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat:
Et nunc æquali tecum pubesceret æuo.
Hos ego digrediens lahrymis affabar obortis.
Viuite felices, quibus ẽ fortuna peracta ÆNE.
Iam sua; nos alia ex aliis in fata vocamur.
Vobis parta quies, nullum maris æquor arandum:
Arua neq; Ausoniæ semper cedentia retro
Quærenda: effigiem Xanthi, Troiamq; videtis,
Quam vestræ fecere manus: melioribus opto
Auspiciis, & quæ fuerit minus obuia Graiis.
Siquando Tybrim, vicinaq; Tybridis arua
Intraro: gentiq; meæ data mœnia cernam:
Cognatas vrbes olim, populosq; propinquos
Epiro Hesperia, quibus idem Dardanus author,
Atq; idem casus: vnam faciemus vtranq;
Troiam animis: maneat nostros ea cura nepotes.

SERVIVS.

¶Supremo.) Vltimo: postq; eorum desperabat aspectum, ¶Picturatas.) Participium sine verbi origine. ¶Auri subtegmine.) Id est filo quod intra stamẽ currit: quod Persi[us] tramam dixit, Mihi trama figurę Sit reliqua: ast illi tremat omẽto popa venter. Nã male qdam subtegmẽ stamen accipiunt, cum stamẽ de auro esse nõ possit. ¶Et Phrygiã Ascanio chlamydem.) Aut acu pictã. Huius enim artis peritos Phrygiones dicim[us] ſm Plautum. In Phrygia enim inuẽta est ars. Aut ob hoc addidit Phrygiam, quasi per quã patrię memoria retineretur. ¶Nec cedit honori.) Id est tãta dat munera, quãta merebatur Ascanius: hoc est enim honori nõ cedere, parem esse meritis accipiẽtis. Scaurus vero, honore legit: & intelligit, honore non cedit Heleno, qui patri ei[us] vel auo donauerit multa. ¶Textilibus.) Sibi congruis. Quid enim magis conueniebat donare mulierẽ? ¶Accipe & hæc.) Aut intelligim[us] ante aliqua fuisse donata: aut certe ſm ius locutus ẽ. Oia enim quæ vel auus vel pater acceperat ad Ascanium hereditatis iure deueniunt. ¶Monumẽta.) Memoria. Monumenta aũt a mentis admonitione sunt dicta. ¶Longum amorẽ.) Et de ꝑterito & de futuro, vt agnoscat quãtum te vel amauerim, vel amatura sim. ¶Coniugis Hectoreę.) Dictum est hoc habita rõne ꝑsonæ, cum qua loquebatur: ac si diceret, vxoris auũculi tui. ¶O mihi sola mei sup Astyanactis imago.) Super. i. valde, vehemẽter, expresse: hoc est valde mihi es imago Astyanactis, quo sermone etiam Homerus in simili vtitur significatione. ¶Pubesceret æuo.) Vt etiam in secundo diximus prooeconomia est, vt verisimile sit Ascaniũ in octauo potuisse iam bella tractare. ¶Viuite felices.) Viuite modo, bene optantis est: non vt in Bucolicis male dicentis: vt, Viuite syluæ. i. perite. Simile est & valete: vt Terentius, Valeant qui inter nos dissidium volunt. Sunt autem hæc per cõtrarium inuenta maledicta, vt sit quasi salua veneratio. Illud quęritur vtrũ viue an viuas. i. vtrum per imperatiuum, an per optatiuũ dicere debeamus. & cõstat dici melius per optatiuũ. Optari. n. possunt, non imperari, vel bona, vel aduersa, quod autem inuenimus per imperatiuum: vsurpatum est. ¶Fortuna peracta iam sua.) i. dura, propria Troianorum: vt, Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta. ¶Parta.) Pro parata. ¶Semper cedẽtia retro.) Vt, Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras. ¶Quam vestræ fecere manus.) Quod est dulcius. ¶Et quæ fuerit minus obuia Grajs.) Id est quæ nullum patiatur excidium. Alij Fuerint, legunt: & volunt esse maledictum in Græcos, vt ad auspicia referas: quod nõ procedit. Nec. n. de hoc agebatur. ¶Siquãdo Tybrin.) Fluuium: pro quo regem ipsum posuit Tybrin, qui in hũc cecidit fluuiũ: & ei nomen dedit. Nam ante Albula dicebatur: vt ostendit in septimo. Alij nolunt Tybrin cecidisse: sed Tiberinum regem Albanorum: a quo Tybris dictus est. Vt autem Tybris dicatur, hæc ratio est. Quodam tempore Syracusani victores ceperunt Syracusis Atheniensium ingentẽ hostiũ multitudinem: & eam cęsis montibus fecerunt addere munimẽta ciuitati. Tũc auctis muris etiam fossa intrinsecus facta est: quæ flumine admisso repleta munitiorẽ redderet ciuitatẽ. Hanc igitur fossam per hostium pœnam, & iniuriam factã, Tybrim vocarũt ἀπὸ τῆς ὕβρεως. Postea profecti Siculi ad Italiam, eã tenuerunt partẽ, vbi nũc Roma ẽ, vsq; ad Rutulos & Ardeam. Vnde est, Fines sup vsq; Sicanos. & Albulam fluuium ad imaginem fossę Syracusanæ Tybrim vocarũt, quasi ὕβριν: vt. ¶Effigiem Xanthi Troiãq; videtis.) Circa Syracusas aũt ẽ fossam Tybrin noie Theocrit[us] meminit. ¶Gẽtiq; meę.) Bene genti suę dicit, nõ sibi. Scit enim Ascanio regna deberi. ¶Data mœnia cernã, Cognatasq; vrbes olim.) Qũq;. & per oĩa cernã subaudi. Sensus aũt talis est, Si potuero ad Italiã peruenire, & regna constituere & videre vrbes, & populos tibi cognatos. Nam & Æneas & Helen[us] a Dardano originẽ ducũt. Ergo hoc dicit, Qm̃ ab vno originẽ ducimus: & iisdem casibus subiacuimus. ¶Troiam vtranq;.) i. quã & tu fecisti, & ego facturus sum, iungamus, & faciamus vnam: sed ¶Animis.) hoc est fœdere & affectione: qm̃ re vera eas natura nõ sinit iungi. Sanè quoniã occurrebat humanę breuitas vitę, bene subiungit. ¶Maneat nostros ea cura nepotes.) Distinguẽdũ aũt. ¶Populosq; ꝓpinquos Epiro.) Et sequẽtib[us] ostẽdit quomodo. ¶Hesperia.) Id est qbus populis author est. ¶Dardanus, Et Hesperia.) Hoc est ἑσπέριον (nam Græce dixit) & est de loco aduerbium Dardanus ἑσπέριον. Figura enim nõnunquã pulchra est, si elocutio perfecta sit: vt Cicero in Verrinis, Qui Verrẽ Romulea. & non addidit Tribu.

Monumenta.

DONATVS.

¶Nec minus Andromache di. m. s. Fert pic. a. s. t. v. &c.) Andromache, inquit, tristis de suorũ supremo abscessu ferebat vestes Ascanio subtegmine variatas hoc ẽ filo auro incluso distinctas, cum dicit quale, dicit quales & nõ dicit quãtas, neq; ipsas specialiter numerat, plus voluit in generalitate sentiri q̃ forsitã fuerãt & Phrygiam Ascanio chlamydem, nec cedit honori. duo merita posuit chlamydis. vnum q̃ esset Phrygia, quæ res dare potuit visuro solatium, q̃a veniebat illa ex originalibus terris. alterũ. q̃ tantę gratię fuit, vt honori & merito cõuenirẽt Ascanij. nã digna fuit, qua vteretur talis, dignus ẽt Ascanius, qui tantã rem applicaret vsibus suis. hoc moraliter positum est. Sunt. n. plerũq; nõnulli, qui cũ ipsi sint humiles atq; deiecti vtuntur vestibus, quas deforment, sunt qui cũ vestib[us] suis pari honore cõtendant. in Ascanio igitur & chlamyde par meritũ fuisse laudatũ est. chlamidem solam specialiter laudari cõmemorauit, cætera generaliter. textilibusq;. onerat donis, ac talia fatur. in Heleni parte dixit stipatq; carinis, hic dixit, onerat. Helenus donat argentum, lebetas, galeam, loricã, arma personis apta fortioribus ipse quoq; vir fortis. Nouerat. n. quod cuiq; dare debuisset. donat aũt puero mulieri ve

stibus vniuersa.hæc enim conueniebât vtriq; personæ.Cum autem offerret Ascanio,addidit etiã verba plena religionis,& quæ animi beneuolentiam apertius demõstrarent , cõmendationem quoq; continentia & dantis & munerum.¶ Accipe,inquit,& hęc ma.ti.q.m.mea.Si,puer,& lon.andro.test.am.) Duas partes munerum fecit,vnam quæ in antiquis opibus fuisset,quęq; esset cõfecta manibus alienis , in qua chlamys auri subtegmine variata. alterã,quę nõ tanti pretij fuisset, esset tamẽ manibus confecta largientis , cum ergo has quoq; offerret,ait, Accipe & hæc , hoc est præter chlamydem & prædicta , accipe etiam hæc , quæ confeci ipsa manibus meis vt haberet alterũ quod esset in pretio , alterũ quod omnia religione præueniret , nec cõsideraret,quid datum videreť, sed respiceret potius personã dantis & affinitatis affectũ. addidit Andromache.¶ Con.hę.) Hoc est, si pretio suo meritum apud te ista habere nequiuerint,habeant saltem,quod has donat Andromache vxor Hectoris auunculi tui,huius quippe necessitudinis cõmemoratione fiet amoris nostri memoria in tuis sensibus diuturna.¶ Cape.d.ex.tu.) Libentius accipi debẽt,quę tibi offerunt tui dandi occasionem aliam non habituri , manuũ tibi, quæ monumenta mearũ sint puer,& longum Andromaches testentur amorem.hunc habent intellectum,quia puer es,& spero te diu victurũ , poterit apte esse amoris mei diuturna memoria. ¶ O mihi.s.m.s.a.i.Sic.o.sic.i.ma.sic.o,fe.Et nunc,æ.t.p.ę.) Miserabilis vox eius,quæ filij sui similitudinem videbat,deniq; quales tu oculos habes, & manus tales etiam ille habuit : sic fuit ois facies eius, vt tua,ætas quoq; consimilis tecum pubesceret si in hoc tempus mansisset incolumis,dum gemit filij memoriã dum dolores suos miseranda voce prosequitur, prodidit causam liberalitatis suę.arbitrabať enim quæ tanta conferebat ei,qui Astyanactis similitudinẽ ferret , nõ se extraneo donare sed filio.¶ Hos ergo digrediẽs la. af.ob. Ego,inquit, recessurus a ciuibus bonis ac religiosis ab his , qui erga me ac meos tã liberales extitissent, non potui abire sine pectoris morsu , nam quantum mœroris animo gererem,testabâtur oculi mei obortas lachrymas ingẽti vbertate fundentes,obortas dixit, scilicet nõ coactas , aut cũ aliqua flendi cogitatione prolatas.inter ipsas tamen lachrymas huiusmodi verbis affatus vtrũq; sum , hoc est Helenum & Andromachen.¶ Viuite felices qui est.f.p.la.f.&c.)Optimam occasionẽ poeta reperit, qua definiret, quid sit feliciter viuere. Feliciter est viuere,inquit, manere ociosum in vno loco, & aduersa fortunę vlterius non timere. admiranda conceptio dictionis. Æneas.n. fortunam suam grauem & satis aduersam felicitati comparat alienæ.deniq; totus in eo est , vt singula cum singulis conferat. felices estis,inquit,& beatam ducitis vitam, quorum infortunia transacta sunt & mala consumpta,proinde viuite,quoniã vobis, vitæ delectatio & ocium superest.nos.n.vitã ducimus miserãdã, qui trahimur per icerta,vobis ꝑuenit quies pleno successu , nec igruit plena periculis nauigãdi necessitas . viuite qui estis a mea infelicitate discreti,nec mecũ quęritis Italiã,quę tñ discedit,q̃tũ eam nos insistẽdo ꝑsequimur.nõ ita posuit arua retro cedentia, ꝙ vere possibile esset,sed vt exprimeret eius hominis tædia , qui per tot annos tantis laboribus consumptis nõdum inueniebat , quo peruenire cogebať.effigiẽ Xanthi, Troiãq; videtis. Quã vestræ fecere manus.habebãt.n.numina originalis terrę.quę iccirco addiderãt , vt amissæ veritatis affectũ simulatoꝝ vocabulorũ nuncupatiõe pensarẽt.Quã vestrę fecere manus. Gratius est,n.& dulcius quicquid per nos fabricatur aut surgit.meliorib⁹ opto auspicijs , & quę fuerit min⁹ obuia graijs,memor nominis Troię,quæ aduersis fatis penitus interierat,ne aliquod alteri⁹ Troię nomẽ simile nasceret, addidit dicens , fecistis qdem Troiam , sed opto vt meliorib⁹ fatis sit cõdita , nec habeat aliqñ obuios Græcos,aut eoꝝ faciẽ nouerit, quod malũ facile potuit nasci & accedere cõstitutę in partib⁹ suspectis.Sed hoc obtinuit , ne aliqñ fieret.¶ Siqñ Tybrim.vi.q;.t.a.In.g.m.dm..c.) Si vnq̃,iqt,Tybrim videre cõtigerit,& agros Italię ac mœnia , quę nobis fatoꝝ rõne dicunť esse decreta:cũ dicit siquãdo,ostẽdit plus esse in proximitatis desperatione, q̃m supius dixit.Italiã seqmur fugientẽ. ¶ Cognatasq; vr.o.p.q;.p.Epiro he.&c.)Et si nos,inquit per longa regionum diuortia fortuna compellit,tamen animorũ potest esse indiuisus affectus.cum.n.vno generis authore nitamur , fiet vt vestra Troia & nostra animoꝝ religione nectatur , quibus.n.in aduersis eiusdẽ casu cõsortium fuit,debent felicium quoq; temporũ ꝓsperitate coniungi.maneat nostros ea cura nepotes , nostros studiosius imitari,quod viderint nos esse sectatos.

ASCENSIVS.

¶ Nec minus &c.)Recitat etiam dona , que Andromache discedentibus contulit,& verba vltro,citroq; habilia. Vnde Donatus. ¶ Nec cedit honori.Duo notat in chlamide : & ꝙ esset sibi solatio,quia esset de originalibus terris : & quod cõueniret honori Ascanij:nam digna fuit qua vteretur:Tali etiam dignus Ascani⁹, qui tantã rem applicaret vsibus suis . Sunt enim quidam abiecti qui vtuntur vestibus sibi non conueniẽtibus. Sunt rursus adeo excellentes,vt cum suis vestibus pari honore cõtendant. Laudauit autẽ solam chlamydem. Cætera generaliter dixit. ¶ Onerat.) Vt in Heleno dixit , Stipatq; carinis . Ille vir fortis,donat aurum argẽtum,arma viro forti. hęc mulier donat puero textilia.Ergo habuit rationem personarum:hæc etiam duo genera munerum ponit,Chlamydem auri subtegmine variatam quæ esset ex antiquis.Item alia munera,quæ nõ essent tanti pretij : sed suis manibus,vnde cum hęc offerret,dixit.¶ Accipe & hęc.)Pręter chlamydem,& prædicta:vt alterũ haberet pretium:alterum amoris religionem:& dantis affinis,affectum. Ergo si non valent dona , valeat persona Andromaches tui auũculi vxoris. ¶ Lachrymis adfabar,)Non poterat ab ijs,qui & ciues , & in se liberales essent , sine lachrymis discedere.¶ Viuite felices.) Feliciter viuere dicit , manere ociosum,in eodem loco : & aduersa fortunę vlterius nõ timere.Sibi autem omnia cõtraria esse ostendit.¶ Cedentia retro.) Impossibilia dicit : sed per illa suũ tædiũ exprimit, qui tot annos laboriose,periculoseq; nauigans nõdum videbat quo peruenire cupiebat. Hæc dona. ¶ Ordo autẽ est. Nec minus,i.& nihilominus quãuis multa dederit Helenus : Andromache mœsta supremo digressu.i.cum videret ꝙ omnino digredi vellemus : fert.i. ad conferẽdum nobis vestes picturatas subtegmine auri.i.habẽtes subtegmen.i.filum,quod inter stamẽ currit,aureũ,aut ex auro,& sup. dat Ascanio chlamydem Phrygiã.i.acu pictam , quod opus Phrygioniũ diciť:nec Ascanius cedit honori.i.nõ inferior, sed dignus est tali honore , aut forte chlamys nõ cedit honori.i. decori cuiuslibet alteri⁹ chlamydis,& onerat,sup.eum,aut ministros eius:donis textilibus.i.cõtextis ; ac fatur talia sup. ad Ascanium. Accipe o puer.&.i.etiam hæc,vltra ea quę Helenus dedit, aut quæ ipsa prius dederat,sup.munera : quæ sint tibi monumẽta.i.quæ admoneant te,& memorẽ faciant:manuũ mearũ , id est operum manu mea factorum , & testentur longum.i.per longũ tempus,amorẽ Andromaches,appositorie , coniugis Hectoreæ, id est Hectoris auunculi tui,& nunc Heleni etiam auunculi , sed potius Hectoris:vt eum ad imitandam Hectoream virtutẽ,incitet:vnde prius & auũculus excitat Hector:nam donũ prophetię, quod Heleno contigit, non omnibus datum : virtutem quisq; quãuis multo interuallo imitari põt ;cape extrema dona , tuoꝝ, id est necessariorum.q.d.post hæc nõ offensurus es plures ex genere & patria tua.O sola imago,Astyanactis mei.s. filij ex Hectore (declinať hic Astyanax, hui⁹ Astyanactis,vel Astyanactos.)super.i.superstes , & superexistens:aut restans adhuc mihi.i.in solatium,aut memoriã : cũ filium amiserim : imago (inquit) quia ille ferebat sic.i.vt tu facis oculos,sic manus.sic.ora.(Bona cõparatio a poeta excogitata , qui sicut patres similes inducit , filiorũ quoq; similitudinẽ approbat,si superuixisset Astyanax,quę laus Iuli in domũ Iuliam redundat.) & pubesceret nunc tecũ , si.s.viueret:ęquali æuo.i.ætate.Ego digrediens adfabar hos.s. Helenũ & Andromachen : lachrymis obortis.i.præter spem ortis,hoc ẽ, lachrymans inter loquẽdum : viuite,quia felices,sup. sunt,q̃bus est fortuna iam sua.i.propria, & fataliter debita, peracta (& hoc modo non est in sermone improprietas,nec mala reciprocatio, cum non reciproce accipiatur,licet hunc locum Valla,& alij fere grãmatici notent,& est quasi per parenthesim dictum:& sentẽtia qualis illa in.j.O fortunati,quoꝝ iam mœnia surgunt.) nos vocamur iam ex alijs fatis.i.fatalis incõmodi : in alia fata : quies est parta.i.labore acquisita vobis : nullum æquor.i.nullus campus planus:maris.i.aquarum,est vobis arandum.i.sulcandum nauibus:nec arua Ausoniæ.i.Italiæ cedentia semper retro, quia cum prope fuerimus,adhuc longo circuitu sunt quærenda.i.vestigãda:vos videtis effigiem.i.simulachrũ & consimilem affectionem Xanthi.i.illius fluuij Troiani : & videtis Troiam,quã vestræ manus fecere : opto.i.sicuti opto meliorib⁹ auspicijs, q̃ prior Troia manibus deorum facta prædicatur,& quæ auspicia.i. auspicata initia . & fundamina : fuerint minus obuia , id est obstantia, Graijs.i.Græcis : ita vt ab eis non eruantur. (Notum est , quod Romani Ethruscorum disciplina imbuti,nihil magnũ inierunt, nisi captatis auspicijs.i.nisi habito deorũ (vt opinabantur) iudicio quod ex auium inspectione deprehẽdebant : & ideo auspiciũ accipitur pro auspicato.i.prudẽti:& bene prouiso:quod Galli dicunt. pręauisato initio,& auspicari,pro prudenter inchoare.)Si ego

intraro,pro intrauero : quãdo.i.aliqñ Tybrim fluuiũ Italiæ Romam interfluentem : & arua Tybridis vicina:& ego cernam mœnia data.i.permissa,aut cõcessa fatis:meę genti , qa scit Ascanio deberi regnum:aut genti suę, potius q̃ sibi regnũ petere ꝓbeť: & vrbes cognatas.i.cognatis extructas,olim.i.quouis tempore futuro:& populos ꝓpinquos, id est affines:& ab vna patria oriundos , nec loco multũ distantes:nos faciemus Epiro , & Hesperia.i.Italia:hoc est,Ex Epiro & Hesperia,q̃bus idem Dardanus est author , atq; quibus est idem casus.i.eadem fortuna, qa propter excidium Troiæ ambæ a ꝓfugis habitatę,vt nos faciemus: dicit animis.i.fœdere & cõcordi voluntate vtrãq; vnã Troiã.i. referemus in diuersis locis,quod in vno nõ possumus , Troiam patriam nostrã euersam, & si,quia breue & irreuocabile tempus omnibus est vitæ:id nos perficere nõ poterimus:ea cura.i.solicitudo eius rei faciẽdę:maneat.i.certe expectet,nostros nepotes.i. posteros a nobis,& nostris descensuros.

PIERIVS.

¶ Auri subtegmine vestes.)Sunt antiqui codices in quibus,sub tegmine,vna dictione legatur . Sunt vbi præpositio, sub , diuisa est a tegmine,sed grammatici, subtegmine,absq; g litera legendum contendunt, Dici vero, subtemen, subteminis , vt stamen, staminis,ait Carisius. ¶ Hos ego digrediens lachrymis adfabar obortis.) In antiquis plerisq; codi.abortis,legitur per ab,sed doctorum consensus mauult per ob,obortis , scribi. ¶ Cognatasq; vrbes olim.) In antiquis exemplaribus non est,q;:vt ab eo verbo pendeat , vnam faciemus vtranq; Troiam animis, cognatas vrbes olim.

SERVIVS.

¶ Prouehimur pelago.) Buthrotio derelicto.¶ Vicina Ceraunia iuxta.) Sunt montes Epiri a crebris fulminibus propter altitudinem nominati . Vnde Hora. expressius dixit Acroceraunia propter altitudinem & fulminum iactus.¶ Cursusq; breuissim⁹.) Adeo vt medio noctis spatio transfretauerit . ¶ Optatæ telluris.) Quæ nauigantib⁹ semper optatur.¶ Sortiti remos.) Per sortem diuisi ad officia remigandi, qui esset proreta , q pedẽ teneret.¶ Passim.)Prout quis voluit . ¶ Littore sicco.) Ad discretionem illius quod aqua alluit.¶ Horis acta.)Per horas decurrens . ¶ Auribus aera captat.) Naturale enim est, vt a qua parte flaturus est ventus , ad eam auris admota frigidior fiat. ¶ Sydera cuncta notat.) Ideo cuncta , quia in prognosticis legitur non sufficere vnum signũ ad explorandam futuram serenitatem. Notat aũt vt Tullius,notat & designat oculis.i.diligẽter ituet.¶ Tacito cœlo.) Aut nocturno, per quod tacetur: aut ipse tacitus : aut certe ad hoies retulit.Nã licet ęternus sit axiũ sonus,tñ a nobis non auditur. Ergo quãtũ ad nos , tacitũ dixit . ¶ Arcturũ.) Stella est post vrsam in Boote signo. ¶ Armatũq; auro circũspicit

Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta:
Vnde iter Italiam, cursusq; breuissimus vndis.
Sol ruit interea : & montes vmbrantur opaci.
Sternimur optatæ gremio telluris ad vndam
Sortiti remos:passimq; in littore sicco
Corpora curamus:fessos sopor irrigat artus.
Nec dum orbem medium nox horis acta subibat ;
Haud segnis strato surgit Palinurus:& omneis
Explorat ventos:atq; auribus aera captat:
Sydera cuncta notat tacito labentia cœlo:
Arcturum,pluuiasq; Hyadas,geminosq; Triones,
Armatumq; auro circunspicit Oriona.
Postquam cuncta videt cœlo constare sereno:
Dat clarum e puppi signum:nos castra mouemus:
Tentamusq; viam:& velorum pandimus alas:

Universidad de Deusto Biblioteca

Iamq; rubescebat stellis aurora fugatis:
Cum procul obscuros colles, humilemq; videmus
Italiam. Italiam primus conclamat Achates:
Italiam læto socii clamore salutant.

spicit oriona.) Sic Lucanus, Ensiferi nimium fulget latus Orionis. Et, sciendum nō hoc eū intueri vt cernat signa q omnibus patent: sed explorare stellarum vigorē, quo futura indicatur serenitas: vt in Geor. Nam neq; tum stellis acies obtusa videtur. Si autem quærebat quasi non orta, nequaquam procedit: cum etiam Septentriones dixerit, qui semper videnť. ¶Cœlo cōstare sereno.) Suppetere: vt Iuuenalis, Quis feret vxorem, cui constent omnia? ¶Clarum signum.) Faculam eleuauit, vt, Flammas cum regia puppis extulerat. ¶Castra mouem⁹.) Castra sunt vbi miles steterit. Dicta aūt castra quasi casta: vel q illic castraretur libido. Nam nunq; his itererat mulier. ¶Tentamusq; viam.) i. naues producimus. ¶Pandimus alas.) Contos intendimus. ¶Humilemq; videmus Italiam.) Aut naturā ,puinciæ ostendit: vt Sallustius, Italia plana ac mollis. Aut rem physicā exprimit: qa omne quod cōtineť, altius est ab eo qud cōtinet. Aut qa ,pcul visentibus terra humilis semper videtur: vt Lucanus, Et dubios cernit vanescere montes. ¶Italiam.) Tautologia vsus est ad exprimendum affectum nauigantum.

Castra.

DONATVS.

¶Prouehimur pelago, vi.ce.iu. Vnde.i.l.cu.q.bre.) Vt, inquit, pelago ,puecti sumus, hoc est porro vecti ad eum venimus locū qui nō longo cursu abesset ab Italia. ¶Sol ruit interea, & m.v.o.) Elapsus fuit dies ex maxima parte. Sternimur op.g.tel.ad.v.S.r.) Remis, inqt, ad littus accessim⁹. ¶Pa.q.in li.sic. Co.cu.f.so.ir.a.) In ipso illo littore refectis ex cibo corporib⁹ sedimus, mox vero (vt fessos artus solet) somnus tenuit. ¶Nec dum or.m.n.h.a.fu. H.f.st.su.pa.&.o. Explorat ve.&c.) Officium soliciti peritiq; & diligētis gubernatoris expressit. quod enim pertinebat ad eius curam euigilauit competēti tempore, quod ad peritiam sydera oia inspexit, quod vero ad diligētiam explorauit vniuersa. Triones quidam volunt quasi Virgilius de nomine ipso aliquid detraxerit, cum hoc solo nomine vocitentur, signumq; habeant ex numero stellarū additum numini. siue igitur dicamus triones, siue septētriones, eo redigitur res, vt vtrunq; sit integrum. ¶Nos castra mouemus.) Hoc est nauigia. ¶Tentamusq; viam. Primo.n. quibusdam tentamentis initium sumitur nauigādi, vt naues in altum producantur. ¶Et ve.pa.a.) Velorum, inquit, spatia & angulos aperimus. vsurpatum est, vt alæ dicantur velorū, quibus volari possit in pelago. inde est, quod alio loco ait. Linquimus Ortygiæ portus, pelagoq; volamus. ¶Humilemq; videm⁹ Italiā.) Non quia natura sua humilis erat atq; depressa, sed qa etiam illa, quæ alta sunt cum nauigantibus longe apparuerint, esse videnť humilia. ¶Italiam primus cōclamat Achates, Italiam læto.s.c.sa.) Gratulabātur se reperisse Italiam, quam per tot annos quæsitam inuenire nequiuerant.

Triones

ASCENSIVS.

¶Prouehimur, &c.) Docet quomodo illuc prouectus est: & qūo Italiā a socijs visam, & salutatā, prætergressus est, de qua re dicit, id solū notatu dignū, Donatus, quod Italia humilis nō est, sed humilis dicitur: quia etiam alta nauigantibus: cum longe apparēt, videntur

videntur humilia, id est ima & quasi humi iacentia. ¶Ordo aūt est. Nos ,puehimur.i. porrovehimur, & auehimur a Butroto pelago.i. per pelagus: iuxta Ceraunia ,pmontoria illa Epiri, a crebris fulminibus denoīata: vicina.s. nobis discedentibus Butroto: vñ.i.a qbus iter, supp. est breuissimū: & cursus est breuissimus vndis.i. per vndas, Italiā.i. in Italiā vsq; nam mediæ noctis spatio pertransiť. Sol ruit.i. occidit interea: & montes opaci vmbranť.i. ex aduerso solis inuoluunť vmbris: nos sternimur gremio.i. receptaculo: Telluris.i. terræ optatæ.s. semper nauigātib⁹: ad.i. iuxta vndam.i. exponimur terræ ad ostium, vñ ait, sternimur sortiti remos.i. per sortes exerciti remis: & postq; vicissim incubuimus remis ad vndam: & nos curamus in littore sicco passim corpora, sup. nostra.i. facim⁹ ea quæ ad curā corporis ptinent: qđ verbū si solam egestionē significet satis rustice ad mensam diceret Æneas in cōspectu reginæ, sed ad oia ptinet. sopor irrigat art⁹ fessos.i. dormimus: necdū.i. & nō adhuc & nox.i. facies cœli nocturna: acta.i. trāsacta, aut ducta horis: non subibat i. conscēdebat adhuc: medium orbē.s. cœli.i. nōdum erat mediū noctis: &, sup. Palinurus, nauita ille diligētissimus: surgit haud segnis.i. nō tardus, aut ignauus, sed strenuus: strato.s. toro ex stramentis facto: & explorat.i. inquirit: oēs ventos: & captat auribus aera.i. si vsquā audiret murmura aeris, quæ futurā tempestatem indicēt. Seruius aliā causam adfert: & notat cuncta sydera.s. nautis obseruāda labētia cœlo tacito.i. motu a dormiētibus præsertim imperceptibili: licet cōcentum mirabilem edere a Platonicis prædiceť cœlum, vt de somnio Scipionis: testis est Cice. notat, dicit, arcturū, & hyadas pluuias.i. pluuiosas: & pluuias excitare solitas: & Triones, i. boues geminos, qui sunt in Septētrione ad polum: & circūspicit Oriona.i. sydus in quod Orion trāslatus dicit armatū: auro.i. fulgore ensis aurei: hæc aūt oia in Geor. & in fine huius descripta sunt. Postq; ipse Palinur⁹ videt cuncta cōstare.i. consentire ex statu suo, cœlo sereno.i. etiā futurā serenitatē indicāte, ipse dat e puppi signū clarū.i. faculam, aut tedam incensam: nos qui eramus.s. in littore, mouemus castra.i. more militū colligimus sarcinulas, & discedimus illinc vbi stationē habueram⁹: & tentamus viam an.s. fluxus opportunus esset: & hoc cōperto pandimus alas velorum.i. antennas, (aut sm Seruium) intendimus contos.i. perticas, qbus profunditatē aquarū inquirunt nautæ, & aurora rubescebat iam: & hoc stellis fugatis a splendore solis abscōditis: nobis iam (inquit) cum nos videmus procul obscuros colles.s. Italiæ & Italiam humilem.i. humilem apparentē: quia procul visam Achates cōclamat.i. simul, vt videbat, clamat Italiam, & socij salutant læto clamore Italiā, dicentes forte, Salue sancta parens diuum Saturnia tel. &c. Ordo.

PIERIVS.

¶Arcturum, Pliadasq; Hyadas.) Quāuis in veteribus codicib⁹, Pliadasq;, legatur. Placet tamen, quod eius loco positum est a recentioribus, pluuiasq; hyadas. Nam Plias primam producit, qa diphthongus est, ει, πλειὰς: nisi quis vocalem alterā, quod sæpe ex commodo suo Græci faciunt, detritam velit.

SERVIVS.

¶Corona induit.) Aut vsq; ad summum impleuit: aut re vera coronauit. ¶Dij maris.) Per qđ nauigo. ¶Terræ.) ad quā iturus sum. ¶Tēpestatū) Ventorum, aurarum, temporum serenitatis: vt, Vnde hæc tam clara repēte Tempestas? Nam multa significat. ¶Spirate.) Et ad ventum pertinet, & ad fauorē: vt Aspirat primo fortuna labori. ¶Crebrescūt optatæ auræ.) Magnū Anchisæ ostēdit meritū. ¶Patescit.) Propinquātibus: vt, Et angusti rarescent claustra Pelori. ¶Curuatus in arcum.) In arcus similitudinē: vt, Excisum Euboicæ latus ingēs rupis in antrum.i. in antri similitudinem. Sic de Ponto Sallustius, Vnde

Tum pater Anchises magnum cratera corona
Induit: impleuitq; mero, diuosq; vocauit
Stans celsa in puppi.
Dii maris, & terræ, tēpestatumq; potentes, ANC.
Ferte viam vento facilem: & spirate secundi.
Crebrescunt optatæ auræ: portusq; patescit ÆN.
Iam propior: templumq; apparet in arce Mineruæ.
Vela legunt socii: & proras ad littora torquent.
Portus ab eoo fluctu curuatus in arcum:
Obiectæ salsa spumant aspergine cautes:
Ipse latet: gemino demittunt brachia muro
Turriti scopuli: refugitq; a littore templum.
Quattuor hic, primum omen, equos in gramine vidi
Tondentes campum late, candore niuali:
Et pr̄ Ancises. Bellū ô terra hospita portas: ANC.
Bello armantur equi: bellū hæc armenta minantur.

Vnde hic tulit colorē, speciē efficit Scythici arcus. ¶Ipse latet.) Re vera procul intuētibus. Vnde est, Portusq; patescit. Nam sm Donatum, Late patet, non stat versus. ¶Refugitq; ab littore templum.) Ædificia vicina littorib⁹ longe intuēti videntur in mari, quæ accedentibus quasi recedere & retro se agere putanť: vel quia situm ē in colle, qui sensim crescit a littore. Ideo dixit, refugit. ¶Primū.) Aut quale nūq; antea viderat: aut certe qa sequitur porcæ albæ omen. Alij vero tondētes primū campū volunt.i. pmā partē cāpi. ¶Cādore niuali.) Hoc ad victoriæ omen pertinet. Simul notādum Anchisen oēm habere diuinādi peritiā. Hinc est illud.

Sed tamen iidem olim curru succedere sueti
Quadrupedes: & frena iugo concordia ferre.
Spes est pacis. Ait. tū numina sancta pcamur ÆN.
Palladis armisonæ: quæ prima accepit ouantes:
Et capita ante aras Phrygio velamur amictu:
Præceptisq; Heleni, dederat quæ maxima, rite
Iunoni Argiuæ iussos adolemus honores.

est illud, Diuiniq; ossa parentis. ¶Terra hospita) Vsurpatiue hospita dixit: quæ.n. in es, exeūt, cōmunia esse possunt. Nam fœmininum in a, non mittunt. Luca. Hospes in externis audiuit curia tectis. Nec mirum abusum esse Virgiliū: cum & Plautus paupera dixerit: ab eo quod est hic & hæc pauper, vt, Pauperq; senatus. Itē, Pauperq; domus, nec nota parentū Munera. ¶Bello armantur equi.) Ratiocinatio diuinationis est. ¶Armēta.) Armenta dicta sunt quasi apta armis. Nam equi intersunt prælijs: boues armant ex corijs. ¶Sed tamē.) Anacoluthon. Nam quanquā non præmisit. ¶Spes est pacis, ait.) Ostēdit latenter vincere posse Troianos, dicendo supra, Curru succedere sueti. ¶Palladis armisonæ.) Bene post belli omen, armorum deam precatur: quanquā hoc quoq; templū visum ad omen pertineat. ¶Dederat quæ maxima.) Vt, præq; omnibus vnum Prædico. ¶Rite.) Recte, secundū ritum: vnde sequitur, Perfectis ordine votis. ¶Iunoni argiuæ.) Id est magnæ: vt, Iunonis magnæ.

DONATVS.

¶Tum pater Anchises.m.c.c. Induit.i.q.m.d.q.in.v.v. Stās.c. in puppi.) Ob id, inquit, quod visa esset Italia, pater meus dijs vota soluebat. ¶Ferte.v.v.fa.&.f.se.) Hoc est, viam facilem præbete per maria, & fauorem vestrum temperato flatuum suffragio cōmodate. ecce accedit petitionis fructus. ¶Crebrescūt, inquit, optatæ auræ.) Naturali more dixit, aura enim nascitur cum primū exoritur lux, quam supra induxit nascentem, quo accedente crebrescit ventus. ¶Portusq;.q.iā.p.t.q.a.in.a.Mi.) In arce ait, hoc est in altitudine templum Mineruæ apparet. ¶Vela legunt socij.) Hoc verbum nautis est familiare, nam funes & vela cum colligunt, vel aliqua loca transeunt, legere appellant. ¶Vela legunt socij, & proras ad littora torquent.) Arrepta.n. statione fida, opportunum fuit descēdere refectionis causa. sequitur descriptio portus, qui venientibus occurrerat. ¶Portus ab eoo fluctu curuatus in arcum. &c.) Portum ipsum non humana industria sed natura prouocauerat. nam ab oriente sole, qua maris fluctibus infestari potuit, magnas natura subiecerat cautes, quæ violentiam maris exceptis fluctibus frangerent, spuma tantū apparebat, quæ cum nullius esset virtutis, nocere non poterat: ipse, inquit, latet, hoc est cum sæuiunt fluctus, cum procellæ vniuersa perturbant, ipse nescit quid agatur in pelago. sic.n. eius situs est, vt venti illū quamuis validi reperire non possint, procurat eius tranquillitatem altitudo saxorum, quæ in modum brachiorū vtrinq; proiectæ contra procellas & turbines quasi aduersus hostes murum præstant. refugitq; a littore templum, cōstitutis in portu eodem templum non apparet. Obsistentibus enim scopulis in immensum ductis videri nō potest. ¶Quatuor hic primum.o.e.in.g.v. Ton.c.l.) Speciosum dictionis genus, non.n. dixit, vidi equos in campo latissimo gramen tondētes, sed vidi, inquit, equos in gramine tondētes campum latissimum, & cum nō dicit quibus alijs herbis pascerētur, ostendit sola illic gramina fuisse. ¶Candore niuali.) Ecce in equis, quod omnes quatuor fuerāt, & colore niuei constituti in magna alimoniæ substantia, & lata in vbertate camporum. ¶Et pater Anchises, bellum &c.) Pater (ait) meus Anchises fiducia scientiæ suæ, mox pronuntiauit equorum visum bella portendere hac cōiectura, q equis eatur ad bellum cōfirmatio assertionis ipsius fuit, & plenissima pronuntiatio, quod additur, bellum o terra hospita portas, bello armantur equi: bellū hæc armenta minantur. ridicule hic quidā coniiciūt, q Anchises exemplo equi ductus, per quem perijt imperiū Troiæ pronunciauerit equos istos bellū significare, sed falsum est. idē quippe iudicium suum ex interiore scientia prolatū sequenti & contraria disputatione dissoluit dicendo. ¶Sed tamen ijdem.o.c.s.s. Quadrupedes, &.f.i.c.f.) Nonnunq; solet, inquit, hoc animaliū genus, & ad currum iungi, & iuga portare, & frena cōcorditer ferre, quo genere seductus in aliā partem. ¶Spes est pacis ait.) Quomodo, inquit, significant bellū, pacem quoq; significare possunt. dixit queādmodum valeant etiā spem pacis ostendere, quoniā signa pacis sunt, quæ de numero, de curru & de frenis ostendit, pronuntiatione tamē duplici, atq; diuersa vtranq; fecit incertam. ¶Tum nu.san. p. Palladis armi. &c.) His omnibus signis demonstrantibus per coniecturas bellum, quod templum armatæ Palladis occurrerat, quæ merito rogabatur, vt prosperum faceret, siquid forte imminere posset aduersi, & ouantes dimitteret, quos ouantes excepe-

rat. ¶Et capita ante.a.p.ve. ami.) Rogabamus, inquit, velatis capitibus ante aras more patrio stantes. ante aras dixit, vt ostēderet nō solas preces fuisse, verumetiā munera aras quoq; dixit fuisse in naui, quæ nō erant, vt ostēderet arā dici posse, vbicūq; sacrificatur. ¶Præceptisq; Heleni. dederat quæ numina, rite Iunoni Argiuæ iussos. adolemus honores.) Memores ait præceptorum Heleni, quæ maxime curanda & semper retinēda mandauerat, Iunoni argiuæ hoc est, quæ apud Græcos præcipue colebatur, vel Græcis fauebat. Iussos, ostendit necessitatem faciendi fuisse, non voluntatem.

ASCENSIVS.

¶Tum pater, &c.) Docet quomodo post preces Anchisæ ad Italiam appulsi, illic vota quæ Helenus persoluēda admonuit, quo etiam modo admonuerat, persoluerunt. Seruat in omni re poeta diligens ipsum decorum: nam socij Italiā salutabant læti, quoniam tam vicini essent. Anchises autem, non contentus italiam inuenisse, nisi id bono auspicio fieret. (Sæpe enim res lætæ tristē habent exitum) precatur diuos, vt prosperā nauigationem concederent, sciens quod etiam in portu perierint plurimi. De hac re pauca dicit Donatus: quia (vt patet ex ijs, quæ in eum dicit Seruius) mutilus est, intercisus, ea autem sunt hæc. ¶Crebrescunt f.) Apparet petitionis fructus. ¶Ferte viam faci.) Præbete facilem viam. ¶In arce.) In altitudine. ¶Legunt.) Verbum nautis familiare: nam funes: & vela, cum colligunt: vel aliqua loca, cum transeunt, legere appellant. ¶Auræ.) Naturaliter dixit. Aura enim nascitur, cum primum exoritur lux, cum supra induxit nascentem. ¶Portus.) Ab Oriente, quā fluctibus portus infestari poterat: magnas natura obiecit cautes: ergo latet portus, quia fluctus illum reperire nequeunt. ¶Cau.) Cautes autem sunt in formam brachiorum. ¶Refugit.) Constitutis in portu non apparet templū: quia obstant scopuli. hic primum honesta locutio pascētes campum, & nō pascentes herbam in campo & cum dicit, quibus herbis pascerentur, ostendit sola gramina illic fuisse. ¶Candore ni.) Ostendit & equos, & niueos, & constitutos in magna vbertate. ¶Bello armantur equi.) Non quia equo Troia perierit, vt quidā ridicule dicunt: sed doctrina sua equos ostēdere bella dixit. ¶Palladis armisonæ.) Ad alia signa belli accedit templum, armatæ Palladis, quam merito orat: vt prosperum faceret, siquid aduersi immineret, & ouantes dimitteret, quos ouantes acceperat. ¶Ante aras.) Vt ostendat præter preces etiam munera fuisse, dicit aras fuisse in naui, quæ non erant, vt demonstret aram dici posse vbicunq; sacrificatur. Hæc ille. ¶Ordo autem est. Anchises pater.i. patronus classis, & vir prudens, atq; religiosus, sacrorumq; peritus: induit magnum cratera, id est vas vinarium corona: aut ex pampinis: aut impleuit vsq; ad summum (Declinatur hic crater, huius crateris, vel crateros, huic crateri, hunc cratera, vnde legitur hæc cratera, crateræ: sicut ab accusatiuo hanc statera, hæc statera: & ab accusatiuo hanc cassida, hæc cassida, cassidæ: sic & panther, & panthera, & plura alia legūtur.) &, pro, id est impleuit mero: si induisse corona, accipitur pro impleuisse: aut & impleuit mero postq; coronauerat eum, & ipse stans in celsa puppi, id est in summa parte nauis iuxta gubernacula. vocauit, id est inuocauit diuos, dicens, videlicet, o dij potentes, id est qui habetis potentiam maris, quod nauigamus: & terræ, quam petimus, & tempestatum, quas timemus: ferte vento.i. aspiratione venti, viam facilem: & spirate, id est aspirate: secundi, id est spirantes facite vētos secundos: &, sup. cum hæc dixisset: auræ, id est lenes venti: optatæ, id est desyderatæ: & commodæ crebrescunt.i. crebræ fiunt: & portus patescit.i. patefit iam propior: & templum Mineruæ in arce.s. extructum, apparet: aut apparet in arce, vbi extructum erat: socij legunt, id est colligunt, & stringunt vela, & torquent proras, id est anteriores partes nauium a proruēdo dictas, ad littora. portus sup. est curuatus in arcum, id est in formam arcus a fluctu Eoo.i. Orientali: hoc est, ab oriente impingente: & cautes, id est saxa prædura, quæ & cotes dicuntur: obiectæ.i. oppositæ fluctib. spumant aspergine salsa.i. aqua maris, quæ aspergitur ex impetu, qui spumas creat. Ipse, sup. portus latet.i. occulitur (aut sic, ipse portus curuatus in arcum, &c. latet.) quia scopuli turriti.i. saxa eminentia vtrinq;, & habētia turres in vertice aut saxa ipsa in morem turrium eminentia: demittunt brachia.i. colles a iugis suis, quibus portum complectunť, muro gemino.i. in morem

Universidad de Deusto Biblioteca

moræ duplicis muri, vtrinq̧ extructi, & templũ refugit.i.apparet refugere: aut verius occultur, & nõ videtur a littore, cum tñ videat a mari: eſt aũt templũ hoc in Calabriã. Ego vidi hic in gramine.i.in tali herba: primũ omẽ.i.pro primo omine rerũ futurarũ in Italia: quatuor equos cãdore niuali.i.cãdidos: tondẽtes, aut depaſcẽtes campũ late.i.in latũ extẽſum. Et pater Anchiſes ait, o terra hoſpita.i.quæ nobis hoſpitio pates, aut patebis, tu portas.i.adfers nobis bellũ: quia eq armanť bello.i.ad bellũ: & ita ex omine cõſtat: quia hæc armẽta.i.hi equi armis apti, minanť bella, ſed tamẽ quãuis.ſ.bello armenťidẽ quadrupedes.i.equi: ſueti ſunt ſuccedere olim.i.aliquãdo finito bello: curru.i ſub currũ: & ferre frena cõcordia.i.ipſi concordes ferre frena: iugo.i.ſub iugo, aut cõiugati: & ideo ait, ſpes eſt pacis: nos precamur: tũ.i.poſtq̃ ſic locutus eſt, numina ſancta ipſius Palladis, armiſonę.i.arma cõcutere ſolitę: vnde in armis ſonare diciť: quę.ſ.Pallas accepit nos ouãtes.i.lætos, more ouantiũ: prima.i.ante cætera numina: eo quod ad eius templũ appulſi ſumus: & nos velamus capita.ſ.noſtra ante aras, aut quæ erãt in tẽplo: aut potius quas extruxerãt in littore, quia templum ingreſſi non ſunt. Vnde Dona. putat non aras fuiſſe, ſed loca in quibus habitant pro aris habita: amictu Phrygio.i.Troiano. Et nos adolemus.i.incendimus, aut maturamus, ſeu mature offerimus: rite.i.ex more: & vt decet Iunoni Argiuæ, id eſt magnę, vt dicit Seruius: ſed, meo iudicio, dicendũ eſt Argiuæ.i. Argiuorũ protectrici: & ab Argiuis illis cultæ: nam Argiui, ab Argis dicuntur Græci: vt in.ij. Etiam Argiua Phalanx inſtructis nauibus ibat: honores iuſſos.i.adorationem, & ſacrificia iuſſa præceptis Heleni, quæ ipſe dederat, maxima.i.præcipua.

PIERIVS.

¶Portus ab Eoo fluctu.) In omnibus pene codi.antiquis, quos verſare cõtigit, Euroo ſcriptum obſeruaui, & in pleriſq̧ lectionẽ hanc abraſam eſſe, & Eoo, repoſitum. Quia tamen huiuſmodi ab Euro deriuatiui nominis formam, neque apud Græcos neque apud Latinos memini me legere, Eoo libentius, vt cum Mediceo vulgata habent exemplaria, legerim. ¶Obiectę ſalſa ſpumãt aſpergine cautes.) Velius Longus poni differẽtiã tradit inter aſpergo, per e ſyllaba media, & aſpargo per a, eſſeq̧ illud per e verbũ: hoc vero per a, nomen: dictumq̧ a Virgilio, Spumant aſpargine cautes. Antiqua tamen pleraq̧ omnia exẽplaria, adſpergine, legunt. ¶Gemino demittunt brachia muro Turriti ſcopuli.) In codicibus aliquot anti. dimittunt, legitur. Quippe hac & illac mittunt, porrigunt, extendũt. Atq̧ pro turriti, ſunt codices, qui erectidẽ gant: ſed turriti, omnino magis placet. ¶Refugitq̧ a littore templum.) In antiquis exẽplaribus, ab littore, eſt. ¶Quadrupedes.) In antiquis codicibus, quadripedes, per i, vt bipes, tripes. Sed quadrupes per u, in conſuetudine manſit, vt ex periquilo, periculũ: & alia quædam huiuſmodi, quæ per i, enunciari, ſcribiq̧ ſolita, Velius Longus ait.

Haud mora: continuo perfectis ordine uotis,
Cornua velatarum obuertimus antennarum:
Graiugenumq̧ domos, ſuſpectaq̧ linquimus arua.
Hinc ſinus Herculei (ſi vera eſt fama) Tarenti
Cernitur. attollit ſe diua Lacinia contra,
Caulonisq̧ arces, & nauifragum Scyllaceum.
Tum procul e fluctu Trinacria cernitur Ætna:
Et gemitum ingentem, pelagi, pulſataq̧ ſaxa
Audimus longe: fractasq̧ ad littora voces:
Exultantq̧ vada, atq̧ ęſtu miſcentur arenę.
Et pater Anchiſes: nimirũ hęc illa Charybdis: ANC.
Hos Helenus ſcopulos, hęc ſaxa horrenda canebat,
Eripite, o ſocii, pariterq̧ inſurgite remis.
Haud minus ac iuſſi faciũt: primusq̧ rudentẽ ÆN.
Contorſit lęuas proram Palinurus ad vndas.
Lęuam cuncta cohors remis, ventisq̧ petiuit.
Tollimur in cœlum curuato gurgite: & iidem
Subducta ad maneis imos deſcendimus vnda.
Ter ſcopuli clamorem inter caua ſaxa dedere:
Ter ſpumam eliſam, & rorantia vidimus aſtra.

SERVIVS.

¶Haud mora, cõtinuo) Vnde his vacat. ¶Graiugenũq̧ domos.) ſic eſt dictũ, quẽadmodũ Troiugena. Et ſciendũ ſacrificij tantũ cauſa hos tetigiſſe Calabriã: vbi dicunť acepiſſe Palladiũ a Diomede, vel ab Vlyſſe. nec immerito dubitať. Vt enim in ſecũdo legimus, ambo rapuerãt. ¶Herculei (ſi vera eſt fama) Tarenti.) Lacones & Atheniẽſes diu inter ſe bella tractarũt: & cum vtraq̧ pars affligeretur, Lacones qbus iuuẽtus deerat, pręceperũt vt virgines cum quibuſcũq̧ cõcumberent. Quod factũ eſt. Et cũ poſt ſedata bella iuuẽtus incertis parẽtibus nata erubeſceret, & patriæ & ſibi eſſet opprobrio. (Nã Partheniatę dicebantur) accepto duce Phalãto octauo ab Hercule, profecti ſunt: delatiq̧ ad breue oppidum Calabrię, qđ Taras Neptuni filius fabricauerat, id auxerũt: & priſco nomine appellarunt Tarentum. Bene ergo nũc Herculei Tarenti, ſi vera eſt fama, quia Taras cõdiderat, auxerat Phalantus. ¶Attollit ſe.) Quia propinquantibus aut recedere montes vidẽtur, aut ſurgere. ¶Diua Lacinia contra.) Iunonis Laciniæ templum, ſecundũ quoſdam, a rege conditore dictum: ſecundum alios a latrone Lacino, quẽ illic Hercules occidit: & hoc loco expiato Iunoni templum conſtituit. ¶Caulonisq̧ arces.) Caulon mons eſt Calabrię: vt Horatius, Et amicus Caulon fertilis Baccho: in quo oppidum fuit, quod ſecundum Higinum, qui ſcripſit de ſitu vrbium Italicarum, olim non eſt. ¶Nauifragum Scyllacæum.) Periculoſum nauibus. Dictum Scyllacæum vel a tractu, vel a periculi ſimilitudine. Nam inde Scylla longe eſt. ¶Et gemitum ingentem pelagi) Videtur delatus primo ad fretum: poſtea ad Ætnam reuerſus. ¶Fractas.) Nimias: vt, Fractos ſonitus imitata tubarũ. ¶Æſtu miſcentur arenæ.) Deſcribit loca Charybdi vicina: quam eſſe credit ex periculi magnitudine. ¶Hæc ſaxa horrenda canebat. ¶Retulit ſe ad hiſtoriam. Nam pro ſcylla, ſaxa dixit horrẽda. ¶Eripite.) De periculis. ¶Lęuas ad vndas.) De Ionio venientibus: aliter non procedit. ¶Cuncta cohors.) Quia ſuperius dixit. Nos caſtra mouemus. ¶Ad manes imos.) Poetica hyperbole. ¶Scopuli clamorem.) De hiſtoria, vt ſupra diximus, hoc traxit. Vnde etenim illiſæ concauis ſaxis imitantur latratum. ¶Eliſam.) Excluſam: vt, Eliſos oculos & ſiccum ſanguine guttur. ¶Rorantia aſtra.) Pro inrorata, id eſt quæ inrorabantur: a qua ſignificatione nõ eſt apud Latinos participiũ. Sane hyperbole eſt.

DONATVS.

¶Haud mora, cõtinuo.p.o.v. Cornua velatarũ ob.an.) Perfecto ait votorũ ordine, ſubmota omni mora, obuertimus velatas antẽnas, vt curſum nauibus mutaremus. velatas antennas dixit, quę tenerẽt vela. dicit cauſam propter quã hoc fecerunt. ¶Graiugenumq̧ domos.ſ.q.l.a. Quę enim ſuſpecta ſunt dimitti debent, iam nomina locorũ exequiť, quæ transferũt, vel quæ euaſerũt. ¶Hinc ſinus Herculei (ſi vera eſt fama.) Tarenti Cernitur. attollit ſe diua &c.) More ſuo multa ſuperflua deſcripſit, vt ad eum locũ veniret, qui fuerat neceſſarius. debuit enim partes Charybdis tangere, vt reſpõſorũ Heleni fidẽ aperte oſtẽderet. hãc primus Anchiſes intellexit, ipſe enim dixit. ¶Nimirũ hic illa Charybdis, Hos Helenus ſcopulos, hęc.ſ.h.c.) Parum fuit loca intellexiſſe, nuntiaſſe etiam, dat quoq̧ in præſenti conſilium, vt euadi potuiſſet dicens. ¶Eripite o ſocii pariterq̧ inſurgite remis.) Socios non fruſtra appellauit, in communi.n. periculo omnibus fuerat laborandum, ne ſimul omnes ſorberet Charybdis. quod ſi diceret pro vobis facietis, qui periculorũ præſentiũ participes eſtis. ¶Haud minus ac iuſſi faciunt.) Confeſtim, vt iuſſi ſunt, fecerunt, quippe aduerſus pręſentem & maximã vim celeres & maximi omnium conatus fuerant neceſſarij, quorum periculum fuit. ¶Primusq̧ rudentẽ Contorſit læuas proram Palinurus ad vndas &c.) Palinurus in hac cauſa, quẽ obſeruabãt vniuerſi, qui periculum vitare potuiſſet, conſilium primus arripuit, vt ad lęuã niteretur, hunc imitabantur cęteri, iuuabat & ventus. ſed nihil profuit perueniſſe, niſi qui apparati venerunt ad reſiſtendum, tamẽ obtinuit malum quod nauigia implicabat. ¶Tollimur in cœlũ curuato gurgite, & iidẽ Subducta ad manes imos deſcendimus vnda.) Deſcriptionem facit Charybdis ſm Heleni denuntiationem, factis primo quippe verticibus pelagi, cum ipſis nauibus ad cœlum exæſtuans vnda peruenit, dehinc remeans in altitudinem demerſam reuocatus adduxit. ¶Ter ſcopuli clamorem inter caua ſaxa dedere, Ter ſpumam eliſam, & rorantia vidimus aſtra.) Tale fuerat malum, vt hoc conſtet & non ſemel valuiſſe, ſed ſæpius, tantaq̧ eius fuerat vis, vt ſereno cœlo aſtra videremus in nubibus rorantia vt ad plenum redirent vndæ, quas ructauerat Charybdis.

Aſcenſius.

ASCENSIVS.

¶Haud mora, conti.&c.) Docet quomodo illinc prouecti, per Charybdin pręteruecti ſunt. vnde Donatus. ¶Socios.) Nam in cõmune vbi periculũ eſt, omnibus laborandũ eſt. Hæc ille. ¶Ordo eſt. Haud mora, ſup. fit: & nos obuertimus.ſ.in pelagus: quia dictum eſt, Vela legunt ſocij, & proras ad littora torquent: continuo, id eſt illico: cornua antemnarum velatarũ, id eſt velis indutarum: ſunt autem antemnæ, a latere mali, quaſi cornua, aut brachia ſeu alæ eius, obuertimus, diciť, votis perfectis, id eſt poſtq̃ perfecimus vota: ordine.i.per ordinẽ, & nos linquimus domos Graiugenum, pro Graiugenarum.i.Græcorum: a Graijs, aut in Græcia genitorum: & arua ſuſpecta propter inhabitantes hoſtes: hinc.i.poſtq̃ hinc prouecti ſumus: ſinus.i.angulus maris: Tarenti Herculei.i.a Phalãto, qui octauus fertur ab Hercule aucti: ſed priſco nomine nominari permiſſi (vnde licet Taras, ipſius conditor nomen dederit: aut Tarentus heros: vt quidam volunt: tamen quia Phalantus Herculeus ipſum auxit, & eo Coloniam duxit, poteſt & Herculeum appellari: ſed quia Dionyſius Halycar. dixit a Lacedæmonijs conditum, & alij ab alijs: dicit poeta) ſi vera eſt fama, quæ.ſ.Herculeum appellat a Phalanto: cernitur.ſ.a nobis. & diua Lacinia.i.templum Laciniæ, ſcilicet Iunonis, quæ a cõditore, vel a Lacinio latrone illic interempto ab Hercule, Lacinia dicta: eo ꝙ locus, in quo poſt expiationem templum factum eſt, Lacinij appellationem habeat: attollit ſe contra, id eſt ex aduerſo: & arces Caulonis, ſcilicet oppidi, quod & Caulonius dicitur: & eſt in prima parte Italiæ, de quo Beroaldum ſtatim videbimus, & Scyllacæum, ſcilicet oppidum: naufragium.i.periculoſum, iuxta quod ſæpe fit naufragium cum ſint illic ſcopuli, quales iuxta Scyllam ſunt, attollit ſe contra: aut cernitur hinc (verſus non eſt, eo metro quo reliqui: nã in quarto pede habet amphimacrũ.i. pedem triſyllabum, cuius media breuis, inter duas longas eſt: nã naufragus, mediam corripit: vnde Perſius, Cantet ſi naufragus aſſem, &c. Sunt tamen, qui nauifragum, legere malint. In quinto autem ſpondeus eſt: qui verſus periculi, vt quibuſdam videtur, depingit iactationem & laborem.) Tum.i.deinde: Ætna Trinacria.i.Sicilien. cernitur e fluctu: & nos audimus longe gemitũ.i. crepitum ingentem: pelagi.i.maris: & ſaxa pulſata.ſ.ab impetu aquarum: & voces aquarum fractas.i.colliſas & reuerberatas ad littora. Vnde addit, & vada.i.aquę per quas vadere licet, cum ſint minus profundæ, ſed magis periculoſæ: exultant.i.frequenter exiliunt, & eriguntur: & arenæ miſcentur æſtu.i.feruore aquarum commotarum. Et pater Anchiſes, ſupp. exclamat (ſed mirus artifex poeta, in re trepida, vt eam depingat, verbum demere ſolet: vt etiam hic) o ſocij eripite, ſup. vos his periculis: & inſurgite pariter.i.pari ictu remis, vt, ſcilicet impetum aquarum in Charybdim ducentium ſuperent. nimirum & nõ eſt (inquit Æneas) mirum, ſi pater Anchiſes tunc exclamabat: aut nimirum.i.quia certe hæc, ſup. eſt illa Charybdis, quam, ſup. Helenus canebat: & Helenus canebat, ſcilicet vaticinando: hos ſcopulos, ſup. horrendos, & hęc ſaxa horrenda.ſ.ipſius Scyllæ. Socij faciunt haud.i.nõ minus: hoc eſt, tantum, ac.i.q̃, ſeu quantum erant iuſſi: & Palinurus contorſit primus rudente, id eſt fune, quo vela diriguntur (aut ſi legatur, rudentem, erit adiectiuum, vt ſit proram rudentem.i.multum ſonantem inter ſaxa.) contorſit ergo, aut rudente.i.fune: aut proram rudentem.i.multum ſonantem: ad vndas læuas.i.ad læuam: hoc eſt, ſiniſtram, iacentes ad Charybdim, videlicet cuncta cohors.i.tota alia claſſis, petiuit remis & ventis.i. toto conatu (vnde prouerbiale eſt, quoties aliquid toto conatu fit, id remis & ventis fieri.) læuam, ſup. partem: nos tollimur.i.erigimur in cœlum (hyperbole eſt) & hoc gurgite.i.globo, aquarum curuato.i.in fornicem, ſeu arcum erecto: & iidem.i.nos iidem, qui pauloante in cœlum ſublati eramus: deſcendimus ad manes, id eſt inferos imos.i.profundos: & hoc vnda.i.aqua: ſubducta.i.abſtracta nauibus noſtris: cum enim hic erigitur: illic deprimitur, ſcopuli.i.rupes ſaxoſæ in aquis: dedere ter clamorem.i.vehementem fragorem, inter ſaxa caua.i.concaua, aut impetu aquarum excauata, & nos vidimus ter ſpumam eliſam.i.excuſſam, & vi expreſſam, & aſtra rorantia.i.irrorata, & aquis ſparſa: omnia autem hyperbolicos dicuntur ad ſignificandam niniam vehementiam aquarum cõmotarum ad Charybdim. Beroal. in Seruium verba, ſunt hæc. Si verſum Horatianum ita legeremus, vt allegatur a Seruio, præuaricabimus normam ſapphici carminis, quod in penultimo pede exigit trochæum: ideoq̧ legendum eſt amicus Aulon: & ita in emẽdatis codicibus legitur: eſt autem Aulon, mons Calabriæ, cõtra Tarentinam regionem, vt Porphyrio ſcribit: Ferax boni vini: de quo intellexit Martialis celebrans vinum Tarentinum: Nobilis, & lenis, & Baccho fertilis Aulon. Enimuero apud Virgilium Gaulon, legitur: & accipitur pro oppido: quod a Plin. collocatur in prima regione Italiæ: & Strabo in.vj. Cauloniam appellat, cui adſtipulatur Mela in geographia, vt ego animaduerti: & in hiſtoria potiſſimum labitur Serui. ac parum curioſus eſt: nam cum originem Tarenti referre vellet, dixit, bellum inter Athenienſes, & Lacedæmonios fuiſſe conflatum: quod a fide hiſtoriæ penitus diſſentit, cum bellum illud inter Lacedæmonios & Meſſenios, per multos annos geſtũ fuerit: qui populi ſunt in Peloponeſſo, atq̧ coutermini, & originem Tarenti: referens Strab. iſtud copioſiſſime narrat: Ephorus quoq̧ & Iuſtinus idem tradiderunt.

PIERIVS.

¶Caulonisq̧ arces, & naufragum Scyllacęum.) Sunt qui naufragu, dactylum eſſe velint Enniano more, in detrita. Sunt qui amphimacrum defendãt, cum Scyllacæum ſcribant, & verſum ſpondaicum autumẽt. Sunt qui naufragum ſcribant, ſed Scyllacæum pœonicum eſſe tertium velint: vt ita dactylus in quintam cadat. Varie ergo pronunciari ſolitum nomen Scyllacæi, Strabo etiam confitetur. Sunt etiam antiqui codices aliquot, in quibus & naufragum choriambici dimenſione, & Scyllacæum Epitriti quarti ſyllabis legatur: vt dicas verſum hunc ex ijs eſſe, qui alios quoq̧ pedes admittant, præter dactylum & ſpondeum, eſſeq̧ choriambicum quarta ſede, ſed verſum alioqui ſpondaicum. Quæ quidem comminiſci cogimur, ne tot veterum codicum authoritati detrahatur: quorum bona pars nauifragum, quadriſyllabũ ſcriptum oſtendunt. Sed enim donec melius aliquid inueniatur, acquieuerim interim libenter, & Porcio, & antiquis aliquot alijs codicibus, in quibus & nauifragum & Scyllacæum vnico I notatum habetur. Nam vocales, y, &, a, dichronæ omnino ſunt, vt corripi licenter poſſint, in nomine præſertim Grecanicę figurę. Miſſum vero facio, ꝙ naufragium in cod. aliquot habetur, cum in huiuſmodi lectione nihil memoratu dignum occurrat. ¶Nimirum hæc illa Charybdis.) In antiquis aliquot codicibus, hic illa, legitur. Sed, hęc, pronomen magis placet, quia conſequitur, Hos ſcopulos, hæc ſaxa. ¶Eripite, o ſocij.) In pleriſq̧ codicibus antiquis abſq̧ o legiť, Eripite ſocij. Sed enim locus ipſe aduerbiũ id omnino expoſcere videtur, quo ſine frigidiuſcula eſſet adhortatio. ¶Primusq̧ rudentem Contorſit lęuas proram Palinurus ad vndas.) In antiquis aliquot exemp. Rudente, legiť caſu ſeptimo, vt adminiculo fuerit ad contorquendum. ¶Cuncta cohors.) Nomini huic adſpirationem acceſſiſſe ex conſuetudine, veluti etiã, horto, Velius Longus arbitratur, cum tamen alij cohortem, a cohortando dictam velint, ineſſeq̧ illi adſpirationem natura. ¶Subducta ad maneis imos deſcẽdimus vnda.) In Mediceo, in Porcio & aliquot alijs codicibus antiquis, deſedimus, habetur. quod eſt aquę, & terrę in imum ſe contrahentis, deſcendentisue, ſolo ſubducto. Tullius li.j. de diuinatione. Multis locis labes facta ſit, terræq̧ deſederint. Et infra eodem libro, delata etiam ad ſenatum labes agri Priuernatis, cum ad infinitam altitudinem terra deſediſſet. Neque tamen diſplicet deſcendimus, vt ſit antitheton eius, quod dixit, tollimur in cœlũ, quod in Mediceo codice tollimur ad cœlum, ſcribitur.

Interea feſſos ventus cum ſole reliquit:
Ignariq̧ viæ Cyclopum allabimur oris.
Portus ab acceſſu ventorum immotus, & ingens
Ipſe: ſed horrificis iuxta tonat Ætna ruinis:
Interdumq̧ atram prorumpit ad æthera nubem
Turbine fumantem piceo, & çandente fauilla:
Attollitq̧ globos flammarum: & ſydera lambit.
Interdum ſcopulos, auulſaq̧ viſcera montis

SERVIVS.

¶Ventus cum ſole.) Vẽtorũ enim mutationẽ neceſſe ẽ fieri vel oriente die, vel medio, vel occidente. ¶Ignariq̧ viæ, Cyclopũ allabimur oris. Vt Seruatũ ex vndis, Strophadũ me littora primũ Accipiũt. Similis.n. eſt ſenſus. ¶Cyclopũ) Clo, habet accẽtu, quia latina declinatio a eſt. in accuſatiuo quia Gręce poſuit Cyclopas, cy, habet accentum: ſic Cyclopes, clo, habebit. ¶Tonat Ætna ruinis.) Cauſa huius incẽdij ſm Ætnã Virgilij hęc eſt: Sunt terrę deſudãtes ſulphur vt penẽ totus tractus Campanię, vbi eſt Veſeuus & Gaur montes: quod indicat aquarum odor calentiũ. Itẽ nouimus ex aquæ motu ventum creari.

Universidad de Deusto Biblioteca

creari.esse etiã cõcauas terras Ætnam constat & ab ea parte qua Eurus vel Africus flat,habere speluncas & plenas sulphuris,& vsq; ad mare deductas.Hæ spelūcæ recipiētes in se fluctus,ventū creāt qui agitatus ignē gignit ex sulphure.Vnde est quod videt̃ incēdiū. Hoc aūt verū esse illa cõprobat ratio:quia & alijs flatibus ventis nihil ex se emittit,& pro modo flatum Euri,vel Africi,interdū fumū, interdū fauillas nõnunq; euomit incendia,quod & hoc loco ostēdit.nam effectū indicat,supprimit causas.⸿Prorumpit ad æthera nubem.)Euomit,& est poetica descriptio.⸿Cadēte fauilla.)i.scintillis:& est bona periphrasis. Nã fauilla est deserta igne scintilla.⸿Viscera montis.)i.partes.Sic aūt dixit viscera, quēadmodū terræ ossa dicunt.⸿Eructans.)Ructo ructas tantū facit:sic etiã Cicero,Eructant sermonibus suis cędē bonorū Virgilius,Atq; omnē Cocyto eructat arenã.Horatius vsurpauit, Hic dū sublimis versus ructat.⸿Liquefactaq; saxa.)Putrida, decocta in modū calcis.⸿Fundo imo.)Ab imo:& reddit causam latenter.Inde enim ventus ex aqua natus erumpit.⸿Fama est. Bene se fabulosam rem dicturus excusat.Nã re vera nisi quę de gigātibus legimus,fabulosa acceperimus,ratio nõ procedit. Nã cum in Phlegra Thessaliæ loco pugnasse dicant quēadmodū est in Sicilia Enceladus:Othus in Creta sm Sallust.vnde Othij cãpi: Thyphoeus in Cãpania, vt, Inarime Iouis imperijs imposta Thyphœo:Sed Varro dicit in diluuio aliquos ad montes cõfugisse cum vtensilibus:qui lacessiti postea bello ab alijs,q de alijs veniebant montibus,facile ex locis superioribus vicerūt.vnde fictū est, vt dij superiores dicerent:Inferiores vero,terrigenę.Et quia de humillimis ad summa reptabant,dicti sunt pro pedibus habuisse serpētes.⸿Semustū.)Pro semiustū. Et sciendū sic poni,quasi semianimis sit Enceladus:vnde est,Motat latus.Simul ponitur sm fabulã causa,quasi ex fulmine sit illic natū incendiū.⸿Caminis.)Fornacibus. Græce dixit.⸿Motat.)Mouet. Nam si mutat legeris, dat refectionē labori.⸿Noctē illã.)Melius per accusatiuū dixit.⸿Videmus.)Vel mente vel oculis.⸿Æthra Syderea polus.)Per ęthrã sydeream,hoc est per splendorem ætheris.Sane æther est ipsum elementū,æthra vero splendor ætheris. Sciendū est Homerum &ætherē & aerem cõmunis generis dicere:quod de aere nos non possumus dicere. De ęthere,æthra factum est.Et secundum rationē istam potest & ęther & æthra vnum esse, vt nunc sit pro æthere sydereo.⸿Nox intempesta.)Media.Hoc est nimiū obscura.Intempesta, dicta est nox media.Inactuosa,carens actibus, per quos tēpora dignoscimus.Ait enim Lucretius, quia per se tempus nõ intelligitur nisi per actus humanos.Medium aūt noctis tempus actu caret. Ergo in tempesta,quasi inactuosa,quasi sine tempore:hoc est sine actu, per quē dignoscitur tēpus.Vnde est,intempestiue venisti, id est ἀκαίρως. Ergo intempesta dicitur:quia caret tempore.

Erigit eructans:liquefactaq; saxa sub auras
Cum gemitu glomerat.fundoq; exæstuat imo.
Fama est Enceladi semustum fulmine corpus
Vrgeri mole hac:ingentemq; insuper Ætnam
Impositam,ruptis flammam expirare caminis:
Et fessum quoties motat latus:intremere omnem
Murmure Trinacriam:& cœlum subtexere fumo.
Noctem illam tecti in syluis immania monstra
Perferimus:nec quæ sonitum det causa videmus.
Nam neq; erant astrorum ignes:nec lucidus æthra
Syderea polus. obscuro sed nubila cœlo,
Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat.

sonit⁹ syluę,nox nubila nullo solatio vel lunæ vel syderū. Oia quippe nubes obtexerãt.

ASCENSIVS.

⸿Interea fessos,&c.) Docet quomodo in Cyclopas incidit,qui dicuntur in Sicilia,nõ longe ab Ætna monte habitasse, quo circa etiã describit Ætnã,sed(vt Macrobius sentit)minus docte quã Pindarus: verum Landinus partes Maronianas viriliter defendit:docetq; nõ vitiosum esse, si plura dixerit poeta, quã a Pindaro dicta inuenerit. Nã licet prudēter dixerit Pindarus,q interdiu fumus,& noctu flammæ videant:non tamen imprudēter poeta noster addit,Interdiu etiam flãmas candentes videri, vt vehementiã ardoris significet: ad quã significandã dicit,Interdū scopulos,auulsaq; viscera montis Erigit eructans. quæ res(inquit Landinus)a natura nõ abhorret:licet a Pindaro nõ dicatur, cum videamus magnos lapides a machinamentis bombardis,vulgo dictis, eijci. Ad has autē oras, dicit se noctu appulsum, quod prudenter astruit:ne mirū sit,q a Cyclopibus nõ sit deprehensus.Cyclopes aūt gigantes erant,filij Neptuni:a Cyclo.i.orbe circulari, oculi ingētis, quem vnum in media fronte habuisse perhibētur,dicti.Donati super hac re verba sunt hęc.⸿Fama est.)Recte inducit Æneam in his quę fabulosa erant dicentē,Fama est: ne se authorem rerum impossibilium faciat.⸿Ordo est. Ventus reliquit interea cū sole.s.relinquente,& nos quia occidēte nos fessos,idest fatigatos labore remigandi,& nos ignari viæ, allabimur, scilicet cum defluxu aquarum: oris.i.ad oras:hoc est,regiones Cyclopum, illorum gigantum, vnū oculum in fronte habentium.Portus.s.ad quem accessimus, sup.est immotus.i.quietus:& nõ solicitatus,nec turbatus ab accessu ventorum:& est tamen ingens.i.valde magnus:ipse quidem, sup.est immotus:sed Ætna, mons ille Sicilię sonat iuxta.i.prope ipsum portum:ruinis.i.rupturis,& eructationibus flammarum, & lapidum semustorum:horrificis.i.horrorē facientibus, seu incutientibus:his pręsertim qui causas ignorãt:& prorumpit.i.rumpendo:aut ructando proijcit: interdum ad æthera.i.summum aera, nubem atrã,quia famosam: hoc est(quod addit)fumantem turbine,id est impetu fumi exuperantis: piceo, id est qualis de pice exusta procreatur:& fauilla.i.modica flamma,candente.i.resplēdente inter fumum,& attollit.i.erigit globos flammarum:& lambit.i.molliter attingit flammis suis:sydera, secundum opinionē vulgi,id videntis:aut hyperbolicos loquitur:& erigit interdum scopulos.i.saxa:& viscera montis.i.lapides seu saxa,auulsa.i.a ceteris quibus cohærebant:erigi,dicit,eructans.i.eijciens,quasi ex stomacho,vt faciunt eructantes:& glomerat.i.in morem glomeris circunuertēdo rotat:cum gemitu.i.vehemēti crepitu sub auras,id est sursum i auras:saxa liquefacta,idest resoluta vi sulphuris,& ignis: & exæstuat,id est ęstum exhalat:ex fundo imo, id est de penetralibus suis. Fama est(non ergo adfirmat id Æneas, vir grauis.)corpus Enceladi, illius gigantis, in bello giganteo a Ioue cum cæteris deuicti:semustum.i.semiustum, & ad dimidium absumptum:fulmine,quo Iuppiter in gigãtes vsus est: vrgeri.i.opprimi:hac mole.i.immenso pondere montis,& Ætnam montem illum ingentem.i.magnum: impositã insuper.i.postq illic sepultus erat viuus:expirare.i.euaporare,& quasi exhalare flammam:& hoc caminis.i.fornacibus, aut fumarijs ruptis: & omnē Trinacriam.i.totam Siciliã, intremere.i.intrinsecus, & multum tremere:quoties Enceladus motat.i.mouet, & obuertit: latus.s. super quod recubuerit:fessum.i.fatigatū & lassum:intremere, dico,murmure.i.perturbatione, & crepitu vehemēti,& subtexere.i.ab inferiore parte occulere cœlū fumo:quē.s.tūc emittit.Nos tecti in syluis(quod verisimile facit,vt q deprehensi non fuerint a Cyclopibus.)perferimus illam noctē,scilicet totam,quę longa erat:monstra.i.res quæ præter naturã fieri videbant, & quarum causas ignorabamus,quod addit,dicens:Nec videmus.i.cognoscimus,aut percipimus,quę causa det sonitum, scilicet tam vehementem.Nam neq; erant ignes astrorum:nec polus erat lucidus æthra.i.splendore syderea.i.syderum coruscantium:dum enim fulgura & coruscationes sine tonitu fiūt, solet esse clara serenitas quę tunc non erat:sed nubila,supple erant in cœlo,id est aere obscuro.i.caliginoso & tenebroso:& nox intempesta, id est ad nullum

DONATVS.

⸿Interea.f.v.cum so.re.Ignariq;.v.cy.al.o.)Post periculū charybdis,delati,inquit, sumus ad monstra, & quia dici potuit,cur tendebat ad hęc loca,quæ saluti vestrę potuerunt esse contraria: ipse vltro vsus est excusatione prætendens locorū & viarū ignorationē,& tenebrarū noctis, huius describitur situs.⸿Portus ab ac.ven.im.& in.Ipse.s.h.i.t.æ.r.&c.)Dum vult prædicti portus bona malaq; narrare,habuit occasionem, vt Ætnæ quoq; flammas,ruinas,motus horrēdos, ac sonitus, & eructationes fumosi incendij describeret.⸿Fama.e.e.s.f.c.&c.)Eiusdem Ætnę etiã originē & casus Volens poeta subnectere,qm incerto authore prolata videbantur,perinde quæ erant fabulosa atq; incredibilia,fama est,inquit, ne in rebus incertis & fortassis impossibilibus ipse se quasi certum authorē constitueret.inserit etiã ipsam fabulã non se authore(vt dictū est)sed fama vulgatam, Enceladum,inquit, gigantē finxerūt pro sacrilegio quod aduersum deos cum cæteris gigantibus admiserat semustum fulmine Iouis ingentis Ætnæ mollibus esse subiectum,perindeq; montē ipsum ignē ructare fulminis pœna,facere aūt motum terræ,cum idem Enceladus cõuersus in aliud latus alterius voluerit vice effectus vires, & tolerãdi substantiã separare.⸿Noctem illam tecti syluis immania monstra Perferimus &c.)Faciebant,inquit,nobis horrorem

lum opus tempestiua: tenebat lunam in nimbo, id est nube circumuoluta in morem nimbi.

PIERIVS.

⸿Ipse, sed horrificis iuxta tonat Ætna ruinis.)In codicibus aliquot antiquis legere est, Ipse sub horrificis. Ruinæ enim illæ,a summo vertice montis,flammæ vi in altū eructant, & quod ipse poeta subiungit,Saxa liquefacta sub auras cū gemitu glomerantur, quare forte nõ displiceat tonare Ætnã sub horrificis ruinis, magis tñ placet:sed quia portus ipsius bona, malaq; enumerare voluit,vt occasionē arriperet:Ætnæ quoq; flammas, ruinas,motus horrendos,eructationesq; illas describendi.⸿Scopulos, auulsaq; viscera.)In antiquis aliquot codicib.cõuolsa legit. Sed quia disseparatio est,magis placet,auulsa,vt etiã in Medic.est.⸿Enceladi semustū fulmine corpus.)Veriti sunt pleriq;,semiustum, scribere:qui scirent primã huius nominis syllabã produci,quare semustum trissyllabū i,vocali subtracta,publicarūt. Sed enim cum in veteribus exemplaribus quotquot legi,fere passim,semiustū, quadrisyllabū obseruauerim scriptū: synizesin potius esse dixerim,neq; quicquã deteri debere,cum duę illę syllabæ pro vna reputentur vt in Catulliano carmine, Flos Veronensiū depereunt iuuenū:quod veteres habent codices,nõ Veronensium,vt in nomine,aluearia, quãuis aliqui,aluaria,legere malint. Fit vero synizesis,vel ex duabus breuibus vocalibus, nulla interiecta cõsonãte:vel altera duarū vocalium existēte breui.Nam ex duabus longis non condonatur.Sed enim quia cod.manu scripti,frequenti transcriptione semper aliquid immutarunt: fitq; vt in similibus plerunq; vix fidē faciant quantumlibet antiqui, operæ pretiū videtur inscriptionum, quæ fuerint in marmoribus notatæ testimonijs vti,illę enim quo semel modo scriptę fuerint,suã indelebiles retinent antiquitatem.Habemus itaq; inscriptionē tumuli non inuenustam, neq; inelegantē Romæ in palatio montis Iordani,in qua manifesta synizesis inspicitur, hoc pentametro, Luctuosumq; mihi q scio quid fueris.Luctuo, per synizesin esse videtur,atq; etiã in altero heroico exametro.Vnanimi Calpurniano sociata marito.Neq; desunt huiusmodi exēpla plurima, tametsi nonnulli quantū in Calpurniano est, pene vltimã, Græcorū more,corripi posse cõtendunt,atq; ita tertius pes, purnia,dactylus sit,vt in Hadriano,Claudiano, & similibus factū passim apud Grecos obseruamus.Sed enim nobis nõ licet esse tã disertis,quare figurã potius admittamus.Qua, vt missos faciam Homerum, Hesiodum,Theocritū,& vniuersam Grcciam,Virgilius ipse sepe vsus est, vt ex locis passim a nobis toto opere citatis, manifestū esse potest.⸿Et fessum quoties motat latus.)In antiquis aliquot cod.mutat,legit. Quod Seruius admittere noluit,ne refectio(vt ait)labori detur.Ti.Dona.mutat,agnoscit:dum Enceladū ait cõuerti in aliud latus:dum alterius voluerit vice effetas vires reparare,cum Seruio tamen sunt pleriq; codi.vetusti,neq; tñ,motat, in omnibus:sed motet, subiūctiuo modo in nõnullis scriptū est.⸿Noctē illã tecti in syluis immania mõstra Perferimus.)In codi. aliquot antiquis,nocte illa,ablatiuo casu legitur Seruius incusatiuū mauult,& ita plus omnino significat ob cõtinuationē incõmodi.Omnia preterea exemplaria quę versauimus.Tecti syluis, absq; in,legūt:vt,Naues vel syluis cæsis, vel littus obūbrantibus occultatas,intelligas:non autē homines in syluas egressos,quod minime verisimile est in tanta rerū trepidatione, cum pręsertim quæ sonitū daret causa,nõ viderent. Nã & superius in Carthaginensi portu,classem in cõuexu nemorū arboribus clausam circū occulerat,loco tamē ibi ita natura cõparato, vt & facile,& commode possent delitescere.

SERVIVS.

⸿Aurora polo dimouerat vmbrã.)Hysteron proteron in sensu. Ante enim aurora est, q dies.⸿Noua forma viri.)Bene forma viri dixit, nõ hominē.⸿Illuuies dira.)Sordes tetra.⸿Cõsertū tegmē spinis.)Illigatū spinis. Hinc est in Terētio,Video quendã sertum.⸿At cætera Graius.)Habet.n.vnaquæq; gens incessum, & vocē propriam.⸿Ad Troiã missus.)Aut ex sequēti eius confessione hoc didicit: aut Grecū esse collegit ex trepidatione: vt Terentius, Nescio quid peccati portat hæc purgatio.⸿Præceps.)Sine respectu salutis, scilicet postq Cyclopū grauiora cogitauit pericula.⸿Testor.) Quæso, obtestor.⸿Spirabile.)Vitale, quo spiram⁹:& est sermo Ciceronis, quanq; ille spiritale dixerit in libris de deorū na.⸿Quascunq;.)Quo eat nõ cogitat, eorū cõparatione quæ fugit.⸿Hoc sat erit.)Vitasse Cyclopas.⸿E classibus.) Ex equitibus modo, vt est,Et ortinæ classes.⸿Petijsse.)Causa metri addidit syllabã.vt, Nos abijsse rati, & vento petijsse Mycenas.⸿Tanta est.)Vt non possit vel fortunæ præsentis qualitate molliri.⸿Spargite.)Hoc est dilacerate:& noua breuitate vsus est.⸿Hominum manibus, perijsse iuuabit.)Oblique loquitur. Nam vult ostendere hominum hãc non esse crudelitatem.⸿Genua amplexus.)Physici dicunt esse cõsecratas numinibus singulas corporis partes: vt aurem Memoriæ.Hinc est,Cynthius aurem vellit: & admonuit.Frontem, Genio vnde venerantes deum,tangimus frontem.Dextram, Fidei. Vnde paulopost,Atq; animum præsenti pignore firmat. Genua Misericordię:vnde hæc tangunt rogantes.⸿Qui sit,fari.)Per omnia subaudis.⸿Hortamur.)Qui sit autem, hoc est cuius filius:sicut etiam respondet. Nam iam se dixerat Græcum.⸿Agitet fortuna fateri.)Hortamur fateri quæ eum fortuna vexet:vt,Agitataq; numina Troiæ.⸿Haud multa moratus.)Nimię benignitatis est nõ expectare plurimas preces.⸿Præsenti pignore firmat)Dextrę manus coniunctione, qua firmantur amicitiæ: vt, Cur dextræ iungere dextram non datur? Et, Iungimus hospitio dextras,ac tecta subimus.

Postera iamq; dies primo surgebat Eo o:
Humentemq; aurora polo dimouerat vmbram:
Cum subito e syluis,macie confecta suprema
Ignoti noua forma viri,miserandaq; cultu
Procedit:supplexq; manus ad littora tendit.
Respicimus:dira illuuies;immissaq; barba:
Consertum tegmen spinis.at cætera Graius,
Et quondam patriis ad Troiam missus in armis.
Isq; vbi Dardanios habitus,& Troia vidit
Arma procul:paulum aspectu conterritus hæsit:
Continuitq; gradum:mox sese ad littora præceps
Cum fletu,precibusq; tulit. per sydera testor,
Per superos,atq; hoc cœli spirabile lumen,
Tollite me Teucri:quascunq; abducite terras:
Hoc sat erit.scio me Danais è classibus vnum:
Et bello Iliacos fateor petiisse penates.
Pro quo si sceleris tanta est iniuria nostri:
Spargite me in fluctus:vastoq; immergite ponto.
Si pereo manibus hominum:periisse iuuabit.
Dixerat;& genua amplex⁹,genibusq; volutãs ÆN.
Hærebat.qui sit fari,quo sanguine cretus,
Hortamur:quæ deinde agitet fortuna fateri.
Ipse pater dextram Anchises,haud multa moratus
Dat iuueni,atq; animum præsenti pignore firmat:

DONATVS.

⸿Postera iamq;.d.p.s.e.Humētemq;.a.p.d.v. Cū su.e.s.m.cõ.su.Ignoti noua forma viri &c.)Mox,ait, vt lux cœpit exoriri, emersit e syluis ignoti noua forma viri, non hoc est noua forma, qd est ignoti noua enim forma ad ea ptinet,quę infra de cultu eius & sordibus specialiter posuit, ignoti vero,quem reuera nescissent.miserandaq; cultu, & hoc ad generalitatē pertinet, quã inferius aperit describēs tegumenta eius & barbã.supplexq; manus ad littora tendit, gestu corporis & manib⁹ ostendēs,quid rogaret, quia vox eius audiri non poterat, ipso i littore posito, & nobis in nauibus cõstitutis.⸿Respicimus.)Ideo respicimus positus fuit,quia non audiebatur vox rogantis.⸿Dira illuuies.)Non respicimus dira illuuies,sed separatim pronuntiandum est, & absolute intelligendum,vt sit,quod respeximus, dira illuuies fuit,nõ suffecit nominasse illuuiem,ait,& dira immissaq; barba. Immissa hoc est vltra modum grandis.⸿Consertum tegmen spinis.)Nõ illum texerat tegmen more hominum sutum,sed habuit concinnatum spinis.non enim in talibus locis acum habuit aut fila,aut fuit species integra,quę honesto genere iungeretur, spinis ergo frusta pannorum continentibus cõsertum illius fuerat tegmen.⸿At cætera graius.)Locutionis locus est quod est,nuda genu.In cæteris, inquit graius apparebat. nam superioribus sordibus ita consimilia in illo fuerant omnia, vt quiuis intelligere posset hominem Græcum.⸿Et quondam pa.ad.Tro.mis.in armis.) Apparebat

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apparebat eum ex ijs esse, qui ex partibus Grecie ad expugnādū veneratTroiā,q̄ gratum fuit Troianis, vt talē viderent inimicū suū.¶Isq̄ vbi Dardanios habitus & Troia vidit Arma.p.p.a.c.h. Continuitq̄.g.m.f.ad.l.p.Cum.fl.p.q̄.t.)Ex eo,inquit,magis in tēsleximus vnū fuisse de hostibus, & ex eo prior nostra firmata suspicione, quia cū nos Troiano cultu & armorū indicio cognouisset, territus conscientia substitit paululū, sed vbi metum eius necessitas vicit,mox sese ad littora prœceps cum fletu precibusq̄ tulit.prœceps,hoc est vltra modum festinās, & nihil metuens,nē desideriū eius curlus nauiū prœueniret. cum fletu precibusq̄ se tulit ad littora, atq̄ hæc cū rogaret dixit.¶ Per sydera testor,Per s.a.h.c.f.l. Tollite me,t.q.ab.t.)Cum lōge esset, gestu corporis se supplicē demōstrauit, at vero vbi ad littus peruenit addidit preces & lachrymas,quando videri poterat & audiri.¶ Hoc fat erit.) Abūdabit,inquit,mihi ad solatiū,si cum hominibus fuero.¶ Scio me.d.e.c.v.&c.)Vltro confessus est originē suam, atq̄ hostem se esse nō negauit,& propter sacrilegiū,quod in deos penates admiserat,iudiciū de se habuit omnibus pœnis digniū se esse cōfirmās. fecit hoc,nō quo vere mori vellet, sed vt cōdendo indulgentiā mereretur & viueret.addidit, Spargite me in fluctus, in partes.s. diuisum, quod facile fieri potuit ex occasione loci, sed ne fieret, crudelitas facti descripta est. cōclusit hanc quasi reuera libenter quereret mortē,& ait vastoq̄ immergite ponto.i.si pereo,hominum manibus perisse iuuabit.ecce vbi prodidit,quia viuere maluit,quā occidi.si pereo enim dixit,non cum periero.si pereo cū dicit,& discriminas sui exitū facit incertū, & ostendit se duci spe, q̄ impetrare misericordiā posset,hominū manibus perisse iuuabit.feram,inquit,mecū solatium moriens, q̄ nō ferarum morsibus,sed hominū manibus perire cōmeritus sum.¶ Dixerat, & genua.a.g.q̄.v.h.)Non solū fletibus ac voce, verumetiā obsequijs corporeis extorquebat salutis beneficium,genibus enim nitebatur per terrā,& genua retinebat amplexib⁹.¶ Qui sit.f.q.l.c. Hortamur.q.d.a.f.t.)Tria quæsita sunt,nomē eius,quibus esset prolatus parentibus, quæue esset eius fortuna.hæc vt fateret,hortamenta nostra nō deerant.fari & fateri vno loco posuit, quod nō pro vno atq̄ eodē Virgilius intelligi voluit.Fari est enim simpliciter aliquid referre.fateri autē ex necessitate,quæ secreto cōtinguntpublicare.Loqui ergo debuit, vt supplex, & confiteri, qui tot scelerū fuerat reus.¶ Ipse pa.d.A.h.m.m.Dat.i.atq̄.a.p.p.f.) Hortamentis ait nostris pater meus robur adiecit porrigēdo ei dexteram suam,quod quia fuit beneuolētiæ,dubitantis animus ac pauentis firmatus est & securus effectus.Deniq̄ sequitur.

Fari.
Fateri.

ASCENSIVS.

¶Postera iamq̄ dies primo &c.)Recitat quomodo illic postero die Achæmenidem Grecum quendam,ab Vlysse illic derelictum offenderit:vtq̄ ab illo factum Vlyssis, & sæuitiam Polyphemi,cęterorumq̄ Cyclopum edocti,illinc festini effecti sint. Vnde Donatus dicit sic.¶ Ignoti noua for.)Non idem est ignoti:& noua forma. Nam noua forma, pertinet ad id quod intra de cultu,& eius sordibus dicetur:ignoti autē quem, teuera nescissent.¶ Respicimus.)Quia non audiebatur vox rogantis.¶ Immis.)Vltra modum grandis.¶ Confertum.)Concinnatum spinis:non enim textum erat spinis,sed spinis frusta pannorū continentibus,consertum illius fuerat tegmen.¶ Ad Troiam.)Gratum Troianis, quod talem viderēt inimicum.¶ Mox.)Vbi metum vicit necessitas.¶ Per sydera testor.)Cum procul esset se gestu, supplicem exhibuit, mox propinquus factus, preces adhibuit & lachrymas. ¶ Confitetur originem.)Vt misericordiam captet.¶ Spargite.)in partes scilicet diuisim, quod ne fieret, crudelitas facti descripta est.¶ Si pereo.)Ostēdit malle viuere.Nam si pereo dixit:& non,cū periero.¶ Et genua amplexus.)Ad preces adhibet obsequiū corporis.¶ Fari.)Fari,& fateri differunt,Nam fari, est simpliciter aliquid referre.Fateri autem,ex necessitate,quę secreto cōtingunt, publicare.¶ Ordo est.Dies postera,id est postridie, quam accessimus oriens furgebat primo Eoo, id est a primo Oriēte(vnde patet,diem discretum a nocte, etiam fœminini generis reperiri:vt hic,& in.v.)& aurora, id est tempestas matutina : dimouerat polo, id est a cœlo : vmbram humentem, id est noctem humidam, aut cum humore inumbrantem,est enim nox,vmbra terræ.Seruius dicit esse hysteron proteron in sensu, id est posterius factū prius narratum, mutato ordine:sed si diligēter annotasset verba poetæ,nō id diceret:nam verum quidem est, quod ante sit aurora quam dies : sed id expresse significat poeta, dicens, quod dies furgebat,scilicet adhuc,& quod aurora dimouerat:non quod dimouebat noctem :& ita significat auroram partes suas priores fecisse,iamq̄ duæ sunt particulæ vt sit,& dies furgebat, & aurora dimouerat vmbram,&c.Iam cum,id est quādo forma viri ignoti,noua & miserāda,cultu, id est propter cultum:procedit subito e syluis cōfecta,id est exhausta,& afflicta macie suprema, id est supra quam maiorem ferre nequeat:procedit,dicit, & ipsa forma: aut ipse vir supplex,tendit manus ad littora,id est ad nos qui eramus in littore. Respicimus,sup.eum,aut eam :& videmus, sup. quod erat illi illuuies,id est sordes, aut potiꝰ ingluuies gutturis, propter famem,dira,id est immanis, quasi deorum ira immissas & barba immissa,scilicet in illuuiem gulæ, aut in pectus demissa, & inculta:tegmen,id est indumētum quo tegebatur, supple erat consertum spinis:postquā.s.fila puttuerant:at,ideſt sed,erat supple Graius.i,Grecus:cætera.i.per cætera, aut in cæteris & missus quondam, id est aliquando ad Troiam:in armis patrijs.i.patriæ suæ,aut paternis:id autem nō viderunt, sed postea didicerunt:ipso narrante:isq̄.i.& is:vbi.i.postq̄ vidit procul.i.de longe:habitus Dardanios.i. Troianos,& arma Troia.i. Troiana insignia:ipse hæsit.i.fixit gradū:aut dubitauit paulum.i.modicū, & parum perconterritus,aspectu.s.hostium:& continuit gradum.i.substitit:& tulit se mox,i.paulopost existens prœceps.i.præcipiti cursu impulsus:ad littora,id est ad nos qui eramus in littore:cum fletu & precibus.i.flens & precās : precatus autem est in hunc modum ego o Teucri,i. Troiani:testor.i.obtestor vos per sydera:per superos,s.deos:atq̄ per hoc lumē cœli spirabile.i. vitale quod spiritum vitalē animantibus tribuit.i.per eum quē videmus oriri sol:obtestor, & obsecro vos:tollite,i.auferte me hinc:& abducite me sup.in quascunq̄ terras,hoc.f.quod me tolletis, & auferetis hinc:erat fat.i.fatis : ego scio,i.fateor me, virum e classibus,i. equitū ordinibus:Danais,i.Grecanicis : & fateor petisse,i.appetisse:& inuasisse penates Iliacos.i.res Troianas, aut deos domesticos Troianorū : sed bello.i.iure belli:pro quo.s.facto,aut bello,si iniuria nostri sceleris,i.quam scelere nostro in vos cōmissimus est tanta:vt.s.tolli non mereāt:spargite me in fluctus, & immergite me vasto ponto : & si dicant, cur tute id non facis:dicas forsan quia religio vetat sibi mortē consciscere. At si percunctetur cur mortem talem desyderet:Respondet,quia iuuabit,i.delectabit me:perisse.i.extinctū esse,si pereo manibus hominū, & nō monstrorū,nec dira fame,dixerat.s. Achemenides.i.finiuerat.sermonem suum,& amplexus genua.s.nostra,in quibus putatur se misericordię,eo quod suscipiēte in gratiam ea flectunt,dum se inclinat:& volutans sup.se genibus,sup.suis,in quibus incumbebat repens,aut volutans,hærebat genibus nostris:sed prior cōstructio præstat:vt genibus Troianorum,honorem & suis abiectionē fecerit,hærebat.i. adhærebat,aut fixus manebat. Nos hortamur fari,qui sit)non dicit,quis sit : propter s literam,sicut nec ibi. Attamen iste deus qui sit , Da Tityre nobis.)& quo sanguine cretus.i.procreatus sit:& fateri deinde,quæ fortuna agitet.i.impellat eū ad talia facienda. Iple pater Anchises(adludit ad id quod Priamus Sinoni fecerat : vnde est, Ipse iubet Priamus , &c.Habet autē emphasim pronomen, ipse : & simul ostendit se pium,a pio patre progenitum.)moratus haud.i.nō:multa.i.multum adhibium pro nomine(& id in augmentū beneficij dicitur: quia qui cito dat , duplex dat beneficium)dat iuueni dextram in signum auxilij & beneuolentiæ,atq̄ firmat animum.s.eius, pignore.s.fidei:præsenti.i.præsentato:data.s.dextra.

PIERIVS.

¶Respicimus.)In antiquis aliquot cod,pspicimus, legiꝰ: quod procul aspicimus,significat. Sed Donatus,respicimus , agnoscit. ¶ Consertū tegmen spinis.)In antiquis plerisq̄ cod.tegimē, integra dictione legiꝰ.In Longobardico & Mediceo,tegumen:quod antiquitatē sapit:& eo modo scribitur apud Ti.Donatū. Neq̄ tamen inficior,tegmen,etiam dici per syncopen:vt,Recubans sub tegmine phagi.proceleumaticū enim primo statim versū ponere,nimis absurdum fuisset : est & alibi , Tegmen habet capitum. ¶ Tollite me Teucri quascunq̄ adducite terras.)In cod.aliquot antiquis legere est,in quascūq̄,addita præpositione, sine qua tū figuratior est elocutio.Ridere vero mecū,vt verū fatear, solebā, cum in nonnullis codicibus scriptū offendissem,quęscunq̄.pro quascunq̄.Inueni postmodū apud Flauiū Sosipatrum,quascūq̄ apud veteres analogicā esse declinationē , vnde datiuus quibus deducatur . Vti a nominatiuo qui , datiuus quis,Catonemiq̄ ait originū secundo dixisse. Quæscunq̄ Romę regnauisset:& Platum.Ques ignobiles.Quas voces quāuis nouitas abdicarit,decli nationem tamen eius manere,quibus enim crebro dicimus.¶ Si pereo manibus hominum perisse iuuabit.)In codi.nonnullis manu scriptis,si peream,legitur:quod minime placet.In Longobardico vero,in Mediceo,in Porcio,& aliquot alijs ex antiquioribus legere est,Si pereo hoium manibus pe.iu.Vel adspiratione hic vim cōsonātis habēte : vel ea ratione factū:qua etiā Neptuno Ægeo,vel Acheo Aracynthо.Quā lectionē pter Tit.Donatū,Pontanus quoq̄ agnoscit in Actio.vbi ex ipsa earūdē vocalū cōplosione magnā fieri vocalitati accessionē adserit.¶ Et genua amplexus,genibusq̄ volutās hærebat.)Vt eorū imperitia retundaē,qui volutus volutꝰhic legi volūt.In passiuis(ait Fl Sosipater)participia præsentis tęporis nō sunt. Abutuntur autē veteres actiuo pro passiuo vt apud Virgilū,Genibusq̄ volutās. Nā si actiua significatione acciperē,se,deesset,vt diceret, volutās se.¶ Qui sit fari)In antiquo codi.Longobardico, quis sit,legiꝰ. Quā lectionē agnoscit Seruius, tametsi veteres grāmatici eo modo q etiā poni scriptorū veterū aliquot exemplis tradunt.

Ille hæc,deposita tandem formidine fatur.
Sū patria ex Ithaca,comes infelicis Vlyssi, ACH.
Nomine Achęmenides,Troiam genitore Adamasto
Paupere(mansissetq̄ vtinam fortuna)profectus.
Hic me,dum trepidi crudelia limina linquunt:
Immemores socii vasto Cyclopis in antro
Deseruere.domus sanie,dapibusq̄ cruentis,
Intus opaca,ingens.ipse arduus,altaq̄ pulsat
Sydera(dii talem terris auertite pestem)
Nec visu facilis,nec dictu affabilis vlli
Visceribus miserorum,& sanguine vescitur atro.
Vidi egomet:duo de numero cum corpora nostro,
Prensa manu magna medio resupinus in antro
Frangeret ad saxum:sanieq̄ aspersa natarent
Limina:vidi atro cum membra fluentia tabo
Manderet:& tepidi tremerent sub dentibus artus.
Haud impune quidem:nec talia passus Vlysses:
Oblitus ue sui est Ithacus discrimine tanto.
Nam simul expletus dapibus,vinoq̄ sepultus,
Ceruicem inflexam posuit:iacuitq̄ per antrum
Immensum,saniem eructans,ac frusta cruento
Per somnum commista mero:nos magna precati
Numina,sortitiq̄ vices,vnā vndiq̄ circum
Fundimur:& telo lumen terebramus acuto
Ingens:quod torua solum sub fronte latebat,
Argolici clypei,aut Phœbeæ lampadis instar:
Et tandem leti sociorum vlciscimur vmbras.

SERVIS.

¶Sum patria ex Ithaca.)Circunstantias oēs exequiē.loci, personæ, tęporū.¶ Infelicis.) Quęrit fauorē, eius vituperatione quē scit odio esse Troianis.¶ Paupere.)Nā , vt ēt de Sinone dixim⁹,apud maiores hęc fuerat causa militię:& bene vtiē statu veniali per excusationē paupertatis.¶ Fortuna.)Pristina, paupertatis scilicet.¶ Immemores socij.)Immemores dū trepidi , festinit: vt per timorē, nō per odiū relictus fuisse videaē.Nā & causas subiūgit timoris , Cyclopum descriptione.¶ Nec visu facilis vlli.)Cuius posset etiā aspectus inferre formidinē. ¶ Nec dictu affabilis.)Sermone nō explicabilis.& mire exaggerauit descriptionē.¶ Viscerib⁹.)Viscera,pprie carnes sunt.¶ Sanguine atro .) Hoc est sanie.¶ Vidi egomet duo) Homerꝰ quatuor dicit:ergo aut dissentit ab eo , vt etiā in tęporibus . Nā ante ad Siciliā Æneas,q̄ Vlysses venisse dicitur.Aut certe hoc dicit , duo vidisse se:quot aūt occiderit, ignorare.¶ Resupinus.) Magnitudo virtutis ostēdit.¶ Ex persa.)Hæc fuit vera lectio.i. madefacta.Nā si Aspersa dixeris.i. inrorata , Tapinosis & Hyperbole iūgunt.¶ Tepidi.)Melius tepidi , quasi adhuc viui:q̄ trepidi.i. trementes:ne sit iteratio.¶ Vlysses.)A solo nomine emphasim fecit.Vnde est quod sequit. Oblitusve sui est.¶ Ithacus.) Ithacensis.¶ Sepultus.)Stratus iacuit.¶ Immensum.)Etiā immensum ad Polyphemi magnitudinem pertinet:quasi in toto antro iacuerit.¶ Circum fundimur.)Secundū Homerū , qui dicit alios eum tenuisse,alios obcæcasse oculū acuto fuste obusto . Nam secundum istum sensum multi Terebramus accipiunt . alij Tenebramus legunt. Telo autē acuto potest & simpliciter accipi.¶ Solum sub fronte latebat.)Multi Polyphemū dicunt vnū habuisse oculum, alij duos, alij tres:sed totum fabulosum est. Nam hic vir prudentissimus fuit & ob hoc oculū in capite habuisse dicitur.i. iuxta cerebrū,quia prudentia plus videbat. Verum Vlysses eum prudentia superauit : & ob hoc eum cæcasse fingitur.¶ Latebat.) Dormientis.f.Nam male sentit Donatus dicens. Late patebat:cōtra metrū.Item dicit capillis tegebatur:aut latebat corporis comparatione Absolutus tamē est prior sensus.¶ Argolici Clypei,aut Phœbeæ lampadis instar.Vnū magnitudinis est,aliud splēdoris. Phœbeæ autem deriuatio est vel a Luna,vel a Sole.

DONATVS.

¶Ille hæc.d.t.f.f.)Qui dā faceret reiecta formidine superioris momenti, cœpit his verbis ad proposita respondere.¶ Sum patria ex Ithaca.c.in.v.Nomine.a.)Ecce dixit , qui sit Ithacus,sum, inquit, Vlyssis quoq̄ comes , & Achæmenides vocor , dicit deinde quo sanguine cretus , & q̄ vnus esset ex hostibus.¶ Troiā genitore.a. Paupere(m.q̄.v.f.)p.)Quantū ad sanguinis rationē pertinet,patre,inquit,Adamasco natus fum paupere.Profectus autē ad Troiā comes infelicis Vlyssi,atq̄ vtinā mansisset fortuna, quia dictus est se metu sociorū relictū in illis terris, Vlyssis comitē se esse desiisse. Incipit dicere quæ illū agitet fortuna.¶ Hic me dum trepidi.c.l.l.Immemores.f.v.cy.in.a.Deseruere.)Vt ostenderet nō odio interuenięte relictum se illic esse, sed metu periculi euidentis,in quo qsq̄ sibi potius cō sulebat q̄ alteri.¶ Domus sanie.d.q̄.c.Intus.o.i.ipse.a.a. q̄.p . Sydera.d.t.t.a.pe . &c.) Dicit, vnde eadē ipsa scire potuit „pinde descripsit Cyclopis magnitudinē ac feritatē, antrum aūt cōueniēs habitatori immani, & quod prędas maximas capere potuisset, se autē relictū a socijs cum fugerent dicit . simul etiā mōstrat crudelitatē belluæ probatam suorū exemplo Æneæ.¶ Vidi egomet.d.de.n.c.e.no . &c.) Rapuerat ingt cyclops de nobis duos , horū pœnā spectaui oculis meis, cū vtrūq̄ vna manu cōprehēsum resupin⁹ fortius saxo illideret.at nūq̄ igitur sustulit,cōiectumq̄ in asperſas cautes per frustra cōminuit, horror omnis & immanitas videbaē.antrum omne sanie taboq̄ respersum, li mina ipsa corrupto cruore natātia.ipse aūt semineces artus mādebat dētib⁹ , & adhuc mēbra tremētia trāsforabat. Horū versuū sensus ordinaē sic,cū duo corpora de numero nostro pressa manu magna resupinus in antro ad saxum frangeret,& trepidi tremerent sub dētibus artus, ac māderet mēbra tabo fluētia, saniēq̄ asperſa natarent limina,vidi egomet. vidi quod semel dixit, ad omnia pertinet , vt sit vidi,cum duo corpora de numero nostro manu magna resupinus in antro ad saxum frangeret,vidi, cum manderet mēbra tabo fluentia, vidi cū sanie asperſa natarēt limina,haud impune quidē , nam hoc factū nō ei cessit.¶ Haud.i.q.nec.ta.p.V.)Vlysses,inquit, talia remanere nō passus est inulta.¶ Oblitusue.f.e.i.d.t.)Omnes quidem nos ait dirū illud turbauit exemplū. Vlysses solus natura callidus vsu & ingenio vehemēter instructus tantæ crudelitatis visu territus non est,neq̄ oblitus est sui,hoc est non perdidit industriā solitā. ¶ Nam si.ex.da.v.cp.f.Ceruicē in.p.i.q̄.per an.&c.)Signa omnia quę erāt belluę iacentis occasionē prębentia ad vltionē in se perficiendā.prostratus enim per antrū ac resolutus fuerat omnibus mēbris ceruice inflexa,hoc est capite inclinato,& ceruicis officio deficiente iecto ructabat sanie, & frusta quæ vorauerat reiectabat.¶ Nos.m.p.Numina,f.cp.v.&c.)Dederat Vlysses cōsiliū , vt vno oculo quē solā sub torua fronte latentē habuit cęcaref. periculosum fuit quāuis dormientē,q̄uis sepultū vino, aggredi violenter.precati,inquit, deos accessimus simul vndiq̄ circūfusi appetentes eas corporis eius partes quas sumpseram⁹de sorte,quo niam nō vnū aut simile esse periculū potuit si aduersa cessissent. aliud fuit eorū qui caput tenerēt aut manus,aliud eorū,qui cæteras impertiebāt mēbrorū partes,hoc facto tenebrauimus eius lumē telo acuto quod ait acuto telo tenebrauimus:celeritatē facti voluit demōstrare.in hoc.n.cōsilij cōsistebat,effect⁹.ne mora faciēti & dolor vulneris q̄uis grauiter dormientē excitaret.hoc loco nōnulli terebramus tradūt. Sed cū terebratio habeat morā, quę fuit inimica faciētibus, melius est vt telo acuto vno ictu videatur esse cæcatus . Quod aūt ait sub fronte latebat,quod ingēs fuisse dicebaē,vsq̄adeo vt orbi lunę vel solis æquari potuisset,faciebant rugę frontis & ingentis capitis comæ.¶ Et.t.l.f.vl, vm.)Nec quidem hic expressit perfectam vltionem.

Ascensius.

Universidad de Deusto Biblioteca

ASCENSIVS.

¶Ille hæc deposita tandem formidine fatur.)Recitat longam responsionem eius hominis quem susceperat. Vnde dicit Donatus sic. ¶Oblitusue sui est Ithacus discrimine tanto.)Omnes nos vehementer turbati sumus, solus Vlysses natura callidus, & vsu & ingenio instructus, tantę crudelitatis visu deterritus non est: nec est oblitus sui. i. non perdidit suam industriam. Nam simul expletus: omnia signa posuit belluæ occasionem ad cędem præbentis, dederat autem consilium Vlysses, vt vnicum illi oculum excecarent: sed hoc periculosum fuit, quamuis dormiret sepultus. Ergo precati sunt numina. Et quoniā nō idem periculum erat omnib. & varias corporis partes tenentibus, eas inter se sortiti sunt.

Ordo. ¶Ordo est. Ille, videlicet Achæmenides: fatur tandem hæc, & hoc formidine deposita, postq̄. s. dexteram præbuerat Anchises. Ego sum ex Ithaca patria comes Vlyssi infelicis, quia capta Troia iam septem annos errauit: nec reditum in patriam inuenire potest: id autem dicit in gratiam Troianorum, Achæmenides nomine: & profectus sum Troiam Adamasto genitore paupere: qui, scilicet paupertate coactus me in arma misit, quod & Sinon in. ij. dixit: & vtinam fortuna mansisset, vt. s. modo nō miserior sim capta Troia, q̄ prius, cum esset capienda: aut vtinam non essem ditior effectus ex spolijs Troianis: & Troia adhuc staret, quia tunc in has miserias non deuenissem. Socij. s. mei, reliqui comites Vlyssis: trepidi, id est festini, præ timore: & ita immemores. s. mei: dum linquunt crudelia limina. i. antra Polyphemi crudelis, deseruere me hic, id est in hac insula: in vasto. i. valde amplo antro, Cyclopis. s. Polyphemi domus, sup. cuius est intus opaca: & ingens sanie. i. corrupto cruore: & dapibus cruentis. i. cruore aspersis. Ipse. s. Cyclops Polyphemus est, sup. arduus: & pulsat. s. vertice suo: alta sydera, quod ex terrore hominis dicitur, per hyperbolem. O dij auertite talem pestem. i. tam truculentum aspectum hominis, aut tantam perniciem: terris. s. reliquis ad quas venturi estis, aut terris omnibus, cum sit inferno potius debita: quia nec est facilis vlli visu. i. vt videatur: hoc est, tam terribilis est, vt difficile sit eam pestem, aut eum Cyclopem videre, nec est effabilis. i. explicabilis: vlli dictu. i. dum de eo quis loquitur: hoc est cum terrore videtur, & cum horrore de eo fit sermo: quia vescitur visceribus miserorum. s. hominū deprehensorum: & sanguine atro. i. iam concreto, aut sanie ipsa. Egomet. i. ego ipse: vidi. i. aspexi, & præsens eram: cum. i. quando: ipse resupinus. i. prostratus more canum, in medio antro frangeret ad saxum duo corpora de nostro numero (Homerus autem dicit, quatuor: sed potest fieri, vt non omnia viderit: & vt pauciora q̄ viderit, dixerit: vt fidem dictis suis faciat.) prehensa. i. comprensa magna manu: quāta eius est: & vidi cum limina natarent. i. inundarentur aspersa sanie. i. sanguine corrupto: & vidi cum, id est quando ipse manderet. i. masticaret, & dentibus frangeret membra. s. miserorū ab eo comprehensorum, fluentia. i. madentia: atro sanguine, cum artus tepidi. i. semicalidi: adhuc tremerēt. i. resilirent adhuc: sub dentibus s. eius: quidē. i. certe: haud. i. non: impune. i. non sine vindicta & punitione: nec Vlysses est passus talia, sup. fieri impune: ve, pro vel: ipse Ithacus. i. Ithacensis Vlysses, sup. haud. i. non: est oblitus sui. i. salutis suę, nec industrię suę: in tāto discrimine. i. periculo: nam, pro quia: simul. i. statim, aut continuo: postq̄ ipse Polyphemus expletus dapibus & sepultus vino: posuit. i. reclinauit ceruicē inflexam, & iacuit per immēsum antrū eructans saniem: & frusta. i. fragmenta carnis: per somnum. i. inter dormiendū, mero cruento. i. vino sanguinolento: hoc est, sanguine confuso: nos precati magna numina: & sortiti vices. i. officia vicissim tenēdi, aut occupandi membra eius circunfundimur vndiq; vna, id est simul, & vno impetu, & terebramus. i. perforamus: & effodimus lumen. i. oculū vnum: telo acuto. i. fuste ficulno, acuto & robusto: lumen, dicit: quod solum. i. vnum (quia nō nisi vnum habebat oculum) latebat ingens. i. existens valde magnum: sub fronte torua. i. terribili & immiti: latebat, dixit, existens instar. i. in statum & formā Clypei Argolici. i. Græcanici: aut lampadis. i. globi lucentis: Phœbeæ. i. aut solis aut lunæ: nam sol, Phœbus dicitur, & luna, Phœbe: nec vult dicere tantum fuisse, quanti sunt sol & luna: sed quanti nobis apparent: & nos læti, scilicet de successu: vlciscimur tandem vmbras. i. manes, a corporibus vi expulsos, sociorum. i. nostrorum, quos ipse occiderat, & deuorauerat.

PIERIVS.

¶Comes infelicis Vlyssis.)In antiquis plerisq; codicib. Vlyssi, absq; s legitur. Probus locum hunc citans, Antiquę (ait) est ratio declinationis, datiuo vti pro genitiuo, Vlyssi, pro Vlyssis, Achilli, pro Achillis: Qua forma oratores etiam vsi sunt. Sallustius, Ad bellum Persi Macedonicum: pro Persis, vbi ea forma vti, nulla coegit homœoteleutos, sed antiquæ declinationis ratio: ita & Mar. Tullius, filius Verri, pro Verris. Refert præterea Sosipater Carisius obseruatū a Plinio dubij sermonis lib. vj. Herculi, pro Herculis: vt Vlyssi, pro huius Vlyssis, olim dici cœptum. Neq; sumus immemores plura super huiusmodi genitiuo dicta a nobis lib. j. Non putamus autem importunum, vbi aliorum etiam autorum accedunt testimonia eadem de re pluries disputare: aut quoties noui aliquid inter scribendum, occurrit lectorē admonere. ¶Nomine Achęmenides.)In veteribus fere omnibus exemplaribus legere est, nomen: quod, scilicet queritis Achæmenides, & sicubi, nomine, scriptum est, id in his exemplaribus, quæ versamus, subdititium est, priore abrasa lectione. ¶Troiam genitore Adamasco.)In Mediceo, in Porcio, & alijs antiquis plerisq; codicibus, Adamasto, scriptum est, quod inuictum, vel indomitum significat: & ita proprium id viri nomen habetur etiam in codice Donatiano. ¶Nec dictu effabilis vlli.)In antiquis aliquot codicibus, adfabilis, legitur: quanquam codices etiam nonnulli manu scripti, effabilis, legunt. Sed enim Macrobius libentius legit, adfabilis, vt in Mediceo est, sumptūq; ait ex Actio in Philoctete, vbi est, Quem neq; tueri contra, neq; vt adfari queas. Alterum vero illud Seruij agnoscit, exponitq; sermone non explicabilis, quod non ęque placet. ¶Vidi egomet duo.)Homerus ἕξ, i. sex enumerat, quos Cyclops deuorauerit. Nam binos, tribus vicibus ponit absumptos. Sed enim vel Achæmenides ob trepidationem, & festinantiam non potest hic historiam omnem enarrare: satisq; putat, si memoret Cyclopa esse adeo efferum, & immanem, vt vna vice, duo humana corpora possit absumere: vel duo, pro bina positum: vt alibi vice versa bina crispans hastilia: pro duo, quæ licentia late concessa est poetis. ¶Prensa manu.)Peccare eos ait Terentius Scaurus, qui prehensus, cum adspiratione scribunt, cum eam prima persona non habeat. Cum vero ex huius sententia, preensus, per duo ee scribi debeat: vt ibi, Dextraq; preensum, hoc loco vel synizesin esse dicemus, vel quod magis placet, prēsa, per crasin legemus, vt habet in codicibus antiquis. Quid vero super hoc sentiat Velius Longus, alibi diximus. ¶Sanieq; aspersa natarent Limina.)Seruius, expersa, verā esse lectionē adseuerat. In antiquis tamē codicibus quotquot habui, aspersa, & adspersa, legitur. Vino pa... sententia & elocutio sumpta ex Marco Tullio in Philip. Vino pa... uimenta natarent. ¶Iacuitq; per antrū Immensum.)Seruius, quidem immensum quippe antrū, agnoscit. Ad quam lectionem respexisse etiā Quintilianus videtur, vbi ait de Virgilio, cum Cyclopa iacuisse dicit, per antrum prodigiosum illud corpus spatio loci mensus est. In veteribus aliquot codicibus, immensus, legitur: vt Homericū illud exprimatur. ἀτὰρ δ' ἀνὴρ ἐνιαύε πελώριος quodq; tantus erat vt nemoroso cuipiam promontorio altorū montium similis videretur. Sunt etiā codices manu scripti, vbi legas, immēsam saniem: quod minime placet, & si Homerus eructationem illius vespertinæ crapulæ late describit. ¶Et telo lumen terebramus acuto.)Ti. Dona. tenebramus, legit: hoc est, occæcamus, cuius hæc sunt verba. Quod ait acuto telo tenebramus, consilij celeritatem facti voluit demonstrare. In hoc enim cōsiliū consistebat effectus, ne mora facientium, & dolor vulneris quāuis grauiter dormientem excitaret. Hoc loco nonnulli terebramus, tradunt: sed cum terebratio habeat morā, quæ fuit inimica facientibus, melius est, vt telo acuto, vno ictu videatur esse cæcatus. Sed enim pace tam docti viri, cum locus sit ex Homero sumptus, apud quem lata est de terebratione descriptio, vero similius est Virgilium scriptum reliquisse terebramus, versus Homeri sunt. ἐγὼ δ' ἐφύπερθεν ἀερθεὶς δίνεον ὡς ὅτε τις τρυπῷ δόρυ νήιον ἀνὴρ τρυπάνῳ οἱ δέ τ' ἔνερθεν ὑποσσείουσιν ἱμάντι ἁψάμενοι ἑκάτερθεν. In quibus, non tantum terebratū ait lumen conto acuto vstulatoq; ex igne statim in oculum adacto, Vlysse, superne calcante, loro inferne aduoluto, cuius capita socij alternantes vtrinq; traherent, quod sine longa mora fieri non potuit, verum etiam artificis, qui nauale aliquod lignum terebra perforet, similitudine vtitur, legendum itaq; terebramus, ex Homero. Quod vero inferiori versu Seruius, Donatum reprehendit, quod latebat, latente patebat, exposuerit: aut quia capillis tegebatur, aut latebat corporis reliqui comparatione. Si verba Donati consyderemus, nil adeo reprehensioni obnoxium inueniemus, immo longe diuersam Donati sententiam ab ea, quam ei Seruius adscribit. Quærit siquidem Donatus, qua ratione oculus, qui tantæ esset amplitudinis & vastitatis, vt lunæ, solisue orbi posset æquari, latere potuerit: consyderataq; Cyclopis deformitate, rugas commiscetur, & ingentem capillorum syluam. Nam intonsum caput ipse Polyphemus

Polyphemus apud Theoc. & Oui. lacte iactat. Sed melius fuerit ipsa Donati verba subijcere. Quod aūt ait, Sub frōte latebat, quod ingēs fuisse dicebat, vsq; adeo, vt orbi lunæ, vel solis ęquari potuisset, faciebāt rugę toruę frōtis, & ingētes capitis comę. Quid vero si dixerimus Virgiliū, & ad oculi situm & etymologiā respexisse, quā eo verbo exprimere voluerit, cū Varro dicat, oculos ideo dictos, quod sub fronte occulantur.

SERVIVS.

¶Sed fugite.)Occurrebat, Si cæcus est, cur timet? Subiūgit nō vnū esse, sed plures. ¶O miseri.)Aut blādietis particula est, vt in Terentio, O misera. Aut re vera miseri: qui delati sūt ad Cyclopas. ¶Qualis quātusq;.)Vnum morū est, aliud corporis. ¶Curua hæc habitāt ad littora vulgo.)Ne tātū in mōtib⁹ esse putarent. ¶Vulgo.)Passim. ¶Tertia iā lunę.)Bene i desertis locis ex Lunæ rōne colligit tēpora. ¶Se cōplēt.)Ideo quia suū nō habet lumen, sed accipit a Sole. ¶Lustra.)Cubilia. Vnde etiā lupanaria lustra dicim⁹: vbi habitant lupæ. i. meretrices: dictæ ab obscœnitatis & odoris similitudine. ¶Baccas.)Generale est. i. fruct⁹ arborū agrestiū. ¶Coma.)Ipsa arbor cornus dicitur: pomū vero, cornū, corna: vt templū, templa. ¶Addixi.)Signato verbo exprimit desperationē. ¶Vos animam hanc potius.(Oblique loquitur, vt supra.

Sed fugite, o miseri: fugite: atq; ab littore funem
Rumpite.
Nam qualis, quantusq; cauo Polyphemus in antro
Lanigeras claudit pecudes: atq; vbera pressat:
Centum alij curua hæc habitant ad littora vulgo
Infandi Cyclopes: & altis montibus errant.
Tertia iam lunæ se cornua lumine complent:
Cum vitam in syluis, inter deserta ferarum
Lustra, domosq; traho. vastosq; ab rupe Cyclopas
Prospicio: sonitumq; pedum, vocemq; tremisco.
Victum infelicem bacas, lapidosaq; corna
Dant rami: & vulsis pascunt radicibus herbę.
Omnia collustrans, hanc primum ad littora classem
Conspexi venientem. huic me, quæcunq; fuisset:
Addixi. satis est gentem effugisse nefandam.
Vos animam hanc potius quocunq; absumite leto.

DONATVS.

¶Sed fugite o miseri, f. a. ab li. fu. Rum.)Dicit causam persuasionis fug, ne ęstimarēt cęcato illo nihil vltra esse metuendū cōmorantibus & alijs cyclopibus in illo loco nō posset abesse formido quod iterauit fugite, ostendit morā fugę nō esse faciendā, addēs, funes ab littore pręcidēdos, quod maturius fieri potuis q̄ soluēdo cū mora subiecit causam propter quā celerē suadebat abscessum. ¶Nā qualis q. c. Po. in a. La. c. p. atq; v. p. Cētū alij &c.)Duxit a numero maiorē metū, quanta enim facerēt centū, quādo vnus in Græcos tanta cōmiserat: nam qualis quātusq;, qualis pertinet ad feritatem animi. quātus ad magnitudinē corporis, vt ex vno quē iam descripserat intelligeret tales esse cæteros. quapropter prospiciendū caute, ne cū Græci accepto suorū luctu vix vno incolumi euasissent, accideret Troianis ineuitabile malū, si venirēt oēs aut plurimi. ¶Tertia i. l. se. c. lu. cōplent &c.)Cōstitutus in solitudine inter deserta ferarū cubilia ac domos cū rationē dierū vel mensiū nosse nequisset, possibilē exilij sui pręstitit rationem. tres, inquit, lunę transactę sunt, ex quo in his demoror terris potuit quæri quomodo cyclopas euasisset. inter lustra, inquit, ferarum & domos latui periculose. cōsulte fecit, qn̄ enim occurreret occasio alia, quādo per tres mēses sola Troianorū potuit reperiri: Lustra sunt, quę faciūt feræ inter sentes, & illic cubant. domus vero quas infodiunt altius. itē quæri potuit, vnde illos nosset esse quāplurimos. de rupe (ait) eos vidi. item tribus mēsibus, vnde victū habuisset indicauit, quia & hoc potuit quæri. ¶Victū, inqt, in. b. la. q; c. Da. r. & v. p. ra. h.)Omnibus respōdit, quæ ei cōstabat esse pposita & quę sequētibus interrogationib⁹ quęri potuerūt. Dictum est. n. qui sit fari quo sanguine cretus, quę deinde agitet fortuna, dicit nunc, quo cōsilio emersisset, vt Grecus se Troianis offerret. sine dubio hostis hostibus suis. ¶Omnia collustrans, hāc p. ad li. cl. Cōspexi ve. &c.)Cum omnia, inquit, attenderē euadēdi auxiliū quærens, solā istā classem huius regionis littora tetigisse cōspexi, q; semper propter ineuitabile cyclopū malum oēs fugerunt. & quia nullā sperabā dehinc prouenturā occasionē, addixi me nō considerās quæ esset. quid enim metuerē homines cyclopum manibus, aut ferarū sæuitia quolibet tempore periturus? existimās melius esse si hominum manibus interirem, quia hoc consilio ad vos veni, qua vultis me pœna consumite.

Lustra domus.

ASCENSIVS,

¶Sed fugite, &c.)Post narrationē malorum, opportute monet Phrygios, ne simile malū incurrat aufugere: quo facto, meret gratiam ab eis: docetq; se non insidiatorē esse, qualis fuisset fortasse credit⁹ si inuitasset ad insulā accedere. nā facile est psuadere, id qd volumus cupiētibus. Sane sunt, q dicant poetā nostrū, principi poetarū, Homero morē gessisse, qualē aiūt (lubet. n. interdum nugari) duos scurras fecisse: quorū alter, vū veniret, & qd viderit, interrogatus, dixit se Roma venire p Rhenū, illicq; incendium incredibile Rheni vidisse: at postridie i tenebras incidisse meridianas, quales post Christi mortē, nemo viderit: easq; alis ignotæ auis factas: atq; id genus (ne lōgus sim) multa. Alter vero idē iterrogat⁹, dixit se quoq; Roma venire, atq; per Rhenū, sed vno die tardi⁹ illuc aduenisse: interrogatus de adustione Rheni, respōdit se eā nō vidisse: sed pisces assos ante oēs domos expositos: & de aue pnegauit se quoq; eam vidisse: sed oēs mortales cōcurrisse, ad cōgerenda ligna pro oui vnius ab aue illic positi, cōdēsatione faciēda per cōcoctionē: quo tandē rupto, ait se genuū tenus in Albumē ingressum. Atq; ita mutuas partes pręstiterūt. quō Maro, quæ Homerus dicit de Vlysse, quē in Lestrygonas, & Cyclopas incidisse adserit, nō dicit: sed sociū eius inuentū ab Ænea, postq̄ illinc abiuerat, verū id artis est summæ, de rebus notis loqui, iuxta fidē & sententiā illorū, qui de illis scripserūt. Sed audiam⁹ Donatū cuius verba sunt paucissima: quia ab historia res depēdet, videlicet. ¶Addixi.)Hoc cōsilio ad vos veni: melius esse manibus hoium perire, q̄ Cyclopū. Hæc ille.

Nota ridicula.

Ordo. ¶Ordo est. Sed ne fando. s. vos detineā, & in manus Cyclopū incidatis: o miseri. s. futuri, fugite fugite (inquit) atq; rumpite: quod plus est q̄ dissoluite, funem. i. retinacula ab limite. Et si dicant, cęcatus est Polyphemus, vt inquis, qūo ergo timēdus? addit. Nā qualis, & quātus Polyphemus claudit in antro cauo, pecudes lanigeras. i. oues suas, atq; pressat. s. duris palmis, vbera. s. ouium, sup. tales, & tanti. i. tam immanes, & tam magni centū alij infandi. i. detestandi Cyclopes: habitāt vulgo. i. passim, nō in vno loco ad hęc littora: & errant. i. vagant, sup. in his altis montibus. Cornua lunę implent etiā se iā tertia lumine. i. illuminatione tertia, aut lumine tertio: sed propter metrū nō dixit, tertio lumine, sed tertia cornua. i. iam est tertiū plenilunium, aut tertius mensis: cū. i. ex quo, aut postq̄ traho vitā in syluis inter domos & lustra .i. latibula, & spelea ferarū deserta. s. ab hoibus: & prospicio. i. procul obseruo: vastos. i. valde amplos Cyclopas: ab rupe. i. specula in rupe, quā difficulter pertransirēt, & tremisco sonitū pedum, & vocē eorū: rami. s. arborū, & dumorū, dant. s. mihi: victū infelicē .i. miserabilē. s. Bacas. i. fructus minores, & syluestres, sparsim nascentes: & corna lapidosa. i. magnos lapides, seu ossa magna cōtinentes: & herbæ pascūt me radicibus. s. suis: vulsis. i. euulsis, & extirpatis, seu eradicatis. Ego collustrans. i. cōspiciens omnia: cōspexi primū hanc classem venientē ad litora. s. ista (nō autē conspexerat, nisi cum appelleret: quia dictum est, Interea fessos vētus cum sole reliquit) ego addixi. i. adiudicaui, & in potestatē eius destinaui me: huic. s. classi: quæcūq; fuisset, siue amica, siue inimica: quia satis est mihi effugisse gentem nefandam. s. Cyclopum: vos potius q̄ vt ab illis comprehendar, absumite hāc animam. i. vitam: quocunq; leto. i. quocunq; genere mortis.

PIERIVS,

¶Vocemq; tremisco.)Antiqua exēplaria pleraq;, tremesco, per e, in pene vltima scribere, quaq; id ratione, dictum alibi.

SERVIVS,

¶Littora nota petētē.)Nota ante oculorū amissionē. Sic Statius in nono, Sequitur tū im Probus hostē. Qua meminit. ¶Solamēq; mali.)Hinc Quintilian⁹ dixit, Magnū cæcitatis solatiū est habere rē vidētiū. ¶Postq̄ altos tetigit fluctus, & ad æquora venit.)Hyperbaton

Vix ea fatus erat: summo cum monte videmus
Ipsum inter pecudes vasta se mole mouentem
Pastorem Polyphemum, & littora nota petentem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

baton in ſenſu: vt, Progreſſi ſubeũt luco, fluuiumq; relinquũt aut hyſteron proteron. ſ Fluidum.) Propter ὑμοιοτέλευτον, fluentem noluit dicere. quod aũt dicũt phyſici de effoſſo oculo ſanguinẽ nũq; fluere, verũ quidẽ eſt, ſed ſupra nõ effoſſum ei⁹ oculũ, ſed terebratum legimus. ſ Inde.) Aut de fluctib⁹, aut de ſpatio oculi. ſ Gemitu.) Cũ gemitu. ſ Iam mediũ.) Sic altũ, vt mediũ putares. Nã & in qnto ſic dixit, Interea mediũ Æneas iam claſſe tenebat: cũ adhuc mœnia reſpiceret. ſ Fluctu.) Legit & fluctus. ſ Trepidi.) Feſtini: vt, Ne trepidate meas Teucri defendere naues. Itẽ Accepit trepidos: ac Niſum dicere iuſſit. ſ Sic merito.) Quia omnia ei⁹ probauerant dicta, ac ſi diceret, nõ fallacẽ, vt Sinonẽ. ſ Ad ſonitũ vocis) Remorũ ſonitũ vocẽ dixit. Vox. n. eſt omne quod ſonat ſic alibi, Fractaſq; ad littora voces. Nã de hominibus nõ dixit: quia ſupra eſt, Tacitiq; incidere funẽ. ſ Veſtigia torſit.) Bene vno ſermone oſtendit eum reuertentẽ iam audiſſe ſonũ remigii. ſ Dextrã affectare.) Dextrã intendere. ſ. ſic vt poſſet nauẽ tenere. Terentius, Ad domi nam qui affectãt viam, i. intendũt. Nã ſi dextra legeris, vt ſit dextra cõtingere, affectare, Cõtingere caret exemplo. ſ Nec potis.) i. nec potis eſt. Potis autẽ nomẽ eſt, & declinatur potis, poti, poté, potis, a potẽnomẽ eſſe docet ratio cõparationis nam in ſuperlatiuo potiſſimus facit. cui ſi detraxeris ſimus, inuenies nominis poſitionẽ, vt acerrimus acer, fortiſſimus fortis. Sic autẽ vt diximus declinari, cõpoſitio oſtẽdit. Nã huius impotis cõpotis, impoté compoté facit: quod in ſimplici difficile inuenis: per cõpoſitionẽ agnoſcis facilius. ſ Exterrita tell⁹.) Poetica hyperbole. ſ Curuis cauernis.) Et hoc. n. in concauis locis eſt. ſ Ruit.) Feſtinanter venit. ſ Ne gequã lumine toruo.) Quia nocere nõ poterãt. ſ Aetneos fratres.) Autẽ miles, aut fetitate germanos. Nam nõ ſunt Polyphemi fratres: quẽ Neptunt filiũ Homerus dicit. Vnde eo cæcato Vlyſſes pertulit tẽpeſtatẽ, qui ad eum venit derelicta Calypſo, cum qua decẽ annis fuerat. Vnde, vt ſupra diximus, Virgilij dictis diſſentit tẽpus ratio. ſ Coniferæ.) Conus dicitur fructus cupreſſi, & ipſa κανονικῶς eſt. Nam a rotunditate in acumen leuat. ſ Cypariſſi) autem Thelephi filius fuit, amatus ab Apolline; vel vt alii, a Syluano.

Monſtrũ horrendũ, informe, ingẽs, cui lumẽ adẽptũ.
Trunca manum pinus regit. & veſtigia firmat:
Lanigeræ comitantur oues. ea ſola voluptas.
Solamenq; mali de collo fiſtula pendet.
Poſtq; altos tetigit fluctus: & ad æquora venit:
Luminis effoſſi fluidum lauit inde cruorem,
Dentibus infrendens gemitu: graditurq; per æquor
Iam medium: nec dum fluctus latera ardua tinxit.
Nos procul inde fugam trepidi celerare recepto
Supplice, ſic merito: tacitiq; incidere funem:
Verrimus & proni certantibus æquora remis.
Senſit: & ad ſonitum vocis veſtigia torſit:
Verum vbi nulla datur dextram affectare poteſtas:
Nec potis Ionios fluctus æquare ſequendo:
Clamorem immenſum tollit: quo pontus, & omnes
Intremuere vndæ: penitusq; exterrita tellus
Italiæ: curuisq; immugiit Aetna cauernis.
At genus è ſyluis Cyclopum, & montibus altis
Excitum ruit ad portus: & littora complent.
Cernimus aſtantes nequicquam lumine toruo
Aetneos fratres, cœlo capita alta ferentes,
Concilium horrendum: quales cum vertice celſo
Aeriæ quercus, aut coniferæ cypariſſi
Conſtiterant, ſylua alta Iouis, lucus ùe Dianę.

uano, qui cum laſſatus ſub quadam arbore ſomnum caperet, ſubito excitatus, ceruum quem in delicijs habebat, per ignorantiã, feram credens, occidiſſet, flendo nimium numinum miſericordiam meruit. Itaq; in arborem cupreſſum conuerſus eſt, aptam & conſecratam lachrymis & luctibus. ſ Sylua alta Iouis, lucusue Dianæ.) Iouis, propter quercum: Dianæ, propter cupreſſum. Ipſa eſt enim etiam Proſerpina. Alta autem q̃ manet in celſo vertice: & Lucus propter religionem diu permanet.

DONATVS.

¶ Vix ea fatus erat, ſ. c. m. vi. lp. i. pe. v. ſe m. m. Paſtorẽ Pol.) Statim, inquit, vt Achemenides relationis ſuę verba cõcluſit: ecce ip ſe nobis Polyphemus apparuit agens in montibus pecora, & ad nota littora taciẽs greſſus exponendum fuit quo potuit venire cęcatus. nouerat hęc, inquit, antequam lumẽ amiſiſſet. deniq; ſic poſuit, & littora nota petentẽ. ſ Monſtrũ hor. in. in.) Vidim⁹ monſtrum, in quo natura nõ tenuit tẽperamentũ. nã fuit horrendũ & formæ ingentis. ſ Cui lumen a. Tr. m. pi. r. & u. fi.) Huius greſſus trũca pinus regebat abſciſa, atq; amputatis ramis, hoc eſt arbor pini ei pro baculo fuit, quę poſſet in forma hominis cęci corpus ingenti fortitudine regere, ac ſuſtinere. ſ Lanigeræ comitantur oues, e. ſo. v. So. q; m.) Voluptatẽ ex animalibus habuit, cũ videret, cæcatus vero pecorũ ſuorũ cõmodo orbitatẽ proprij luminis ſolabatur. Poſtq; al. t. f. & ad æq. ve.) Poſtq; tranſiit vndas littoris, & in altũ prouectus eſt. ſ Luminis ef. fl. l. er.) Abluit ſanguinẽ q̃ fluebat ex oculo eius, quẽ cõſtabat effoſſum, ecce viſi actus. cum Achemenides expoſuiſſet terrũ ſe illic mẽlem exegiſſe, inflicta iudicũ cęcitas noua putabat, cum adhuc funderet ſanguinẽ, propter hoc igitur dictũ eſt, lauabat. ſ Dentibus in. ge.) Tunc. n. trascunt cęci, quia dũ non videt, ſe vlciſci nõ poſſunt. Graduntq; per æquor Iam m. n. d. fl. la. ar. ti.) Mira monſtri deſcriptio & immenſa proceritatis expreſſio. ambulabat, inquit, in medio mari quaſi gradereꝰ in terra, neq; ad eius latera profundi maris vnda peruenerat. ſ Nos procul inde fu. tr. ce.) Præſens, inquit, periculũ vitare cupientes fugę dabamus inſtantiã competentẽ. ſ Recepto ſ. ſic m.) Liberari. n. meruit, q nos propria inſtructione ſeruauit. ſ Tacitiq; in. fu. Ver. & p. ce. æ. r.) Cum videremus euidens malũ, taciti funẽ incidimus, & verſo remis pelago, in altum cœpimus taciti nauigia flectere. taciti ceſſantes. ſ. remorũ ſtrepitu & cantilena nautarũ, ſine qua remi operari nõ poſſunt. ſ Senſit.) Hoc ipſum, quia nõ videbat, aurium ſuſpicione collegit, quod ſilentio gerebatur & ad ſonitum vocis veſtigia torſit, quia ſilentio adhibito nõ potuit in totum vacua eſſe omni ſtrepitu nauigatio. ſ Senſit, inquit, & ad ſo, uo. ue. t. Verum u. n. d. de. af. po. &c.) Vbi neq; manu potuit aliquẽ cõprehẽdere, & potẽtia fluctuũ victus eſt, nec valuit aliquẽ ſequi. ſ Clamorẽ immenſum t. q. p. & o. In. vndę. &c.) Clamore, inquit, eius omnia contremuere, & iam longius poſita, & magis quę fuerãt in præſenti, vim clamoris expreſſit. nam quomodo ſciuit Italiã tremuiſſe, ad quã nondũ venerat? ſ At genus e ſ. Cy. & m. al. Excitũ ruit ad p. & li. cõ.) Quanta multitudo fuit, vt littora Cyclopes compleuiſſent? ſ Cer. a. nequicq̃.) Ideo nequicquã, quia nihil poterant audere violenter aduerſus eos, quos liberauerat fuga, & pelagi altitudo. ſ Lumine toruo.) Vel natura, vel irato, quia perdiderant prædam. Ætneos f. c. c. al. fe. Con. hor.) Conſtiterunt proceritate ſua vincentes arborum celſarum altitudinem conſtitutarum in deorum lucis, quæ iccirco immenſæ ſunt, quia præter naturam ſuam plurimum conſequuntur incrementi, dum religionis cauſa ſeruantur.

ASCENSIVS.

¶ Vix ea fatus erat, &c.) Docet quõ viſo Polyphemo aufugerint, ſuſcepto Achęmenide: vtq; ille inſequi parabat, & cæteros Cyclopas excitabat. vnde Dona. dicit ſic. ſ Nota.) Exponendũ fuit, quo modo cæcus venire potuerit: quia nouerat antequã excæcaret. ſ Trunca manu pinus.) Tota arbor erat, pro baculo. ſ Ea ſola voluptas.) Voluptatẽ ex animalibus habuit, cum videbat. Cęcus autem ſolamen capiebat. ſ Lauit inde cruorẽ.) Adhuc enim inflicta cæcitas noua putabatur, cum adhuc funderet ſanguinẽ. ſ Graduntq; per æquor.) Immenſæ proceritatis expreſſio, gradiebaꝰ in medio mari vt in terra: neq; profundi maris, latus eius vnda tangebat. ſ Taciti.) Ceſſante remorũ ſtrepitu, & cantilena nautarũ, ſine qua remi operari nõ poſſunt. ſ Senſit.) Quod nõ videbat, auribus percepit. Nam quãuis ſilentium adhiberetur, nõ potuit penitus vacua ſtrepitu eſſe nauigatio. Hęc ille. ¶ Ordo eſt. Achęmenides, ſupp. vixerat fatus, ea quæ præmiſſa ſunt: cum. i. quando nos videmus ipſum Polyphemum paſtorẽ, mouentem ſe vaſta mole. f. corporis ſui, ſupp. in ſummo mõte, inter pecudes. f. ſuas lanigeras, & petentẽ littora nota, quę. f. ſępe petiuerat, antequam excæcatus eſſet, appoſitorie, monſtrum. i. exiſtentem monſtrum horrendũ: informe. i. ſine forma humano corpori debita: ingẽs. i. magnum, ſine genere: cui lumen, ſup. erat ademptum: & ſupp. cui pinus trunca. i. amputata, & truncata: regit. i. dirigit manum: & firmat Veſtigia, ne. f. vacillet, aut labatur iam cæcus. Oues lanigeræ comitantur. f. paſtorem ſuum, ea ſola quam. f. ex ouibus habet, eſt, ſup. voluptas Polyphemi, & fiſtula pendet de collo, hoc eſt, deorſum pendet: exiſtens ſolamen. i. ſolatium: mali. i. incommodi: amiſſi. f. viſus: poſtquam. f. Polyphemus: tigit. f. pinu ſua: fluctus. f. maris: altos. i. profundos: & venit, id eſt acceſſit ad æquora: ipſe lauit. i. abluit, aut abſtergit. (Eſt enim præſentis temporis, a lauo lauis, lauere) inde. i. deinde, cruorẽ fluidum, id eſt qui quotidie fluebat: luminis effoſſi. i. de oculo effoſſo: infrendens dentibus ſup. cum gemitu: & ipſe graditur iam per æquor mediũ: nec dum. i. & nõ adhuc, & fluctus non tinxit latera ardua. f. eius. Quia dicit, graditur, patet quod lauit, ſit præſentis temporis: licet, venit, ſit præteriti: quia in lauit, prima corripitur, quę in venit, producitur. Alibi legimus, lauimus, prima breui etiã præſentis temporis. Nos. f. qui id videbamus: cœpimus, ſup. celerare. aut celerare, pro celerabamus: procul inde. i. ab eo loco, vbi ipſum vidimus fugam: exiſtentes trepidi. i. cum tremore feſtini: & hoc recepto, ſcilicet in nauem noſtram Achæmenide, ſup. ſupplice. id eſt qui genua amplexus nobis ſupplicauerat merito. f. de nobis: ſic. i. vt id faceremus: quia forte in Cyclopas incidiſſemus, niſi nos præcauere monuiſſet: & nos taciti, id eſt tacentes, aut tecreti: incidere, ſup. cœpimus, aut incidebamus: funem. id eſt retinacula: & nos proni. f. incumbentes remis, verrimus æquora remis: certantibus. i. certatim ferientibus. Senſit. f. Polyphemus, ſtrepitum remorum, & torſit veſtigia ad ſtrepitum vocis. f. remigãtium, hoc eſt remorum nauigantium: verum vbi, id eſt poſtquã: nulla poteſtas, id eſt facultas: datur adfectare, id eſt intendere: dextram, ſcilicet ad nauem tenendam: nec potis ſupple eſt, æquare, id eſt non poteſt equis viribus, aut gradibus, cõſequi fluctus Ionios. i. maris Ionij, ipſe tollit. i. emittit, & effert immenſum clamorem: quo clamore pontus, id eſt mare, & omnes vndæ intremuere, id eſt multum tremuere: & Tellus Italiæ eſt, ſup. exterrita. Penitus. id eſt pene intus: vſq; ad penitiores partes eius: & Ætna mons ille Siciliæ: immugiit. i. reboauit: cauernis. i. caminis, & fornacibus dictis, curuis, & ideo vt cornu magnum grandẽ edentibus. At. i. ſed genus Cyclopum ruit ad portum: excitum. i. excitatum, & euocatum illo clamore, e ſyluis & altis montibus, & complent littora. Nos cernimus fratres Ætneos. id eſt iuxta Ætnam genitos aſtantes. ſ. ad littus, ſup. cum lumine toruo. i. diro & minaci: nequidq̃. i. fruſtra: quia læuitiam ſuam in nos exercere non poterant & ferentes capita alta: cœlo. i. ad cœlum vſq; appoſitorie, cõcilium. i. conuentum concitatum & conuocatũ, horrendum exiſtentes, ſup. tales: quales erant quercus aeriæ, id eſt altæ in aera multum extenſæ: aut quales Cypariſſi coniferæ. i. ferentes multos conos, ad ornamentũ galearum, ſup. erant: tunc cum. i. quando, ipſę conſtiterant. i. ſimul ſteterant, ſup. in celſo. i. ſublimi vertice: exiſtentes alta ſylua Iouis, quantum ad quercus, quæ ſunt in tutela Iouis: ve pro vel: lucus. i. ſylua incedua Dianæ. f. venatricis, quantum ad cupreſſos, vt Seruius docet.

PIERIVS.

¶ Cui lumen ademptum, Trunca manu pinus regit.) In Mediceo, & codicibus aliquot alijs anti, manu, ſeptimo caſu legitur, & vbi, manũ, eſt quarto caſu in cod. manuſcriptis, ſere paſſim vltimam contractã obſerues. Eſſet vero ſententiæ ordo, Pinus trunca manu, vel geſtata manu, regit ademptum lumẽ, & veſtigia firmat: manum tamen agnoſcit Fab. Quintilianus vbi de amplificatione ita dicit. Nam quod illud corpus mẽte cõcipiã, cuius trunca manum pinus regit. ſ Solamẽq; mali de collo fiſtula pendet.) Sunt qui carmen hoc, vt nothum expungant. Id tamẽ in pleriſq; cod. antiquis habetur, præterq̃ in vno, vbi verſus hac pentimemeri clauditur. Solamenq; mali. Quam lectionem Ti. Donatus agnoſcit, nulla de fiſtula mentione facta, cuius verba, quia in vulgatis codicibus corrupta ſunt, ex integro exemplari adſcribere non pigeat, lanigeræ comitantur oues, ea ſola voluptas, ſolamenq; mali. Voluptatem ex animalibus habuit, cum videret: cæcatus vero pecorũ ſuorum cõmodo orbitatem proprij luminis ſolabatur. Quæ vero Quintiliani verba Seruius citat, de cæcitatis ſolatio ſumpta ſunt ex declamatione de pariete cruentato. Ne alio quis ea quæſitum eat. ſ Fluidum lauit inde cruorem.) In antiquis codicibus, fluuidum fere paſſim ſcribitur, geminato uu, quod grãmatici nõ admittunt, niſi prima producta ſyllaba: cum tamẽ, fluuius, eodem modo enuncietur, corripiat tamen primã.

¶Nec dum fluctus latera ardua tinxit.)Vetera aliquot exemplaria,strinxit,habent:quod minime placet, tam propter asperitatē, q̃ etiam ob improprietatem. Quod vero Seruius & fluctu,& fluctus,legi docet:in antiquis ijs codicibus quos habui,fluctus,habetur indicatiuo casu: & in Donatiana paraphrasi eadē agnoscitur lectio. Neq; ad eius latera profundi maris vnda peruenerat. In Porcio etiam,fluctus,prius scriptum fuit,sed nunc s litera abrasa vix discerni potest. ¶Verrimus & proni.)In Mediceo,in Porcio,& antiquis aliquot alijs codicibus, vertimus,legere est quod agnoscit Ti.Dona. ¶Nulla datur dextram adfectare potestas.)Adfectare Seruio negocium facessit, quia etiam, dextra, casu septimo scriptum inuenerat.In cod.tamen nonnullis antiquioribus, dextra attrectare,legitur, quod nullam præ se ferret difficultatē. Nam qui penates,& deos magnos secū habebant,tanq̃ sacri,non temere erant a profano,& deorū contemptore cōtingendi. Non frustra tamen in codicibus multis,dextram affectare,scriptū:hoc est,anxia quadam auiditate manū ad nauem inijcere. ¶Immugit Ætna.)Antiqui pleriq; codides immugit, κατὰ κρᾶσιν legunt. Quam lectionē doctissimi pleriq; viri receperunt. ¶Clamorem im.tollit.)In anti.aliquot cod.ponit,habetur,quod nō æque placet. ¶Penitusq; exterrita tellus Italiæ.)In codicibus antiquis, Trinacriæ:legitur:quod magis decorū seruat, præsertim cum subsequatur,Crebrisq; immugit Ætna cauernis. Sed Italiæ, Donatus agnoscit, & hyperbole ita maior est. ¶Constiterant sylua alta Iouis.)In ant.plerisq; codi.constiterunt, legitur.vt steterunt,tulerunt,pene vltima breui sæpe reperiunt.Non tamen improbo cōstiterant exacta specie.

SERVIVS.

¶Ni teneāt cursus.)Antiqui ni pro ne,ponebāt, qua particula plen⁹ est Plautus, Ni mala,ni stulta sis. Sensus ergo talis est,Timor cogebat vt quocunq; nauigaremus, euentū sequeremur,non iudiciū:sed occurrebat præceptū Heleni vitare Scyllā & Charibdim. Quare placuit ne cursus teneant,hoc est agant & impleātur inter vtrāq; viā modico mortis interstitio.i.Scyllæ & Charybdis. ¶Retro dare lintea.)Quod dū cogitam⁹, prosperior nobis flare cœpit Boreas. ¶Missus adest)Fauore.s. numinū:quē supra Anchises a dijs optauerat dicens, Ferte viā vēto facilē,& spirate secūdi. ¶Pāthagię.)Hic fluuius Siciliæ cū plenus incederet implebat sonitu pene totā Siciliā. Vnde & Pāthagias dictus est, quasi vbiq; sonās. Hic postea cū Cereri quęrēti filiā obstreperet:tacere iussus est numinis volūtate. ¶Megarosq; sinus)Megara oppidū est iuxta Syraculas. ¶Tapsumq; iacētem.)Insula nō longe Syracusis pene fluctibus par. ¶Talia monstrabat,)Quia occurrebat,Vnde hęc loca nosti. ¶Relegens.)Renauigans. ¶Errata.)Participiū sine verbi origine.Nō enim facit error. ¶Infelicis Vlyssi.) Epitheton ad implendū versum positum more Græco,sine respectu negocii. ¶Contra Plemmyriū vndosum.)Verbum de verbo expressit, Hoc.n.vndosum quod Plemmyriū. ¶Ortygiam.)Hæc tantum Ortygia dicit. Apollinis vero etiā Delos. ¶Fama est huc elidis amnem)Elis & Pisa ciuitates sunt Arcadiæ, in qua est fons ingēs,qui ex se duos alueos creat,Alpheū & Arethusam. Vnde fit vt fingantur coniungi in exitu,quos origo cōiunxit ita.Arethusam aūt etiā in Elide esse testatur Virgilius dicēs, Sic tibi cum fluctus subterlabere Sicanos. Hæc fm fabulas venatrix fuit. quæ dum se in Alpheo post laborem lauaret, ab eo adamata est & diu fugiens deorū miseratione in fontem mutata per secretos meatus ad Siciliā venit. Quod etiā Virgilius ostendit,Et tandē positis velox Arethusa sagittis. ¶Alpheum.)Quia Græce ἀλφειὸς facit:vt αἰνείας Æneas. ¶Iussi numina magna loci.)Vel ab Achæmenide, vel ab Heleno,vel Anchise.iussi ergo,admoniti. ¶Stagnantis Helori.)Fluuij qui ad imitationem Nili superfunditur campis. ¶Pachyni.)Promontorium austrum spectans, vnde & Pachynū dictum ab aeris crassitudine.nā παχὺς est crassus. ¶Camerina procul,)Palus est iuxta oppidum:cui quodam tempore cum siccata pestilentiam creasset,consultus Apollo, an eam penitus exhaurire deberent: respondit, μὴ κίνει καμάριναν ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων. quo contempto exiccauerunt paludem; & carentes pestilentia, per eam partem ingressis hostibus pœnas dederūt. ¶Immanisq; gela. ¶Ciuitas a fluuio nominata:sicut etiam campi Geloi. ¶Agragas.)Mons est muro cinctus,in cuius summa parte oppidū. Vnde & Cicero ait, Ad mare intra mœnia ante oppidū expectabat. De

Præcipites metus acer agit quocunq; rudentes
Excutere:& ventis intendere vela secundis.
Contra iussa monēt Heleni,Scyllā,atq; Charybdim.
Inter vtranq; viam læti discrimine paruo,
Ni teneant cursus:certum est dare lintea retro.
Ecce autem Boreas angusta à sede Pelori
Missus adest, viuo præteruehor hostia saxo
Panthagię,Megarosq; sinus,Tapsumq; iacentem.
Talia monstrabat relegens errata retrorsum
Littora Achęmenides,comes infelicis Vlyssi.
Sicanio prætenta sinu iacet insula contra
Plemmyrium vndosum,nomen dixere priores
Ortygiam:Alpheum fama est huc Elidis amnem
Occultas egisse vias subter mare:qui nunc
Ore Arethusa tuo Siculis confunditur vndis.
Numina magna loci iussi veneramur:& inde
Exupero præpingue solum stagnantis Elori.
Hinc altas cautes,proiectaq; saxa Pachyni
Radimus:& fatis nunq̃ concessa moueri
Apparet Camerina procul,campiq; Geloi,
Immanisq; Gela fluuii cognomine dicta.
Arduus inde Agragas ostentat maxima longe
Mœnia,magnanimum quondam generator equorū:
Teq; datis linquo ventis palmosa Selinis:
Et vada dura lego saxis Lilybeia cæcis.

De Verre. Notandū sane hæc Virgiliū, quantū ad sua tempora spectat,dicere, nō quantum ad operis. Ænea.n.nauigāte nec fuerat Camerina siccata, nec Gela vel Agrigentū conditæ quod frequenter facit:sed ideo nūc vitiosum est, quia ex persona narrantur Æneæ. ¶Magnanimū quondā generator equorū.)Secundū Pindarū quondā Agrigētini equos ad agones Gręcię mittebant,qui inde victores reuertebantur. Legimus etiā aliud, cū in Cappadocia greges equorū perissent, Delphici Apollinis responso adduxerunt equos de Agrigento: & reparauere meliores. ¶Palmosa Selinis.)Ciuitas iuxta Lilybeum, abundans palmis quibus vescuntur,& apio.

DONATVS.

¶Præcipites m.a.a.&c.)Vrgebamur, ingt, metu acerrimo, aut nō iā quo vellemus, sed in quācunq; cœli partem intenderemus vela,& cōsentiremus,vētis secundis adiuuātib⁹ fugā nostrā opportunis flatibus suis,& hic, & in quarto libro secundis. ¶Cōtra iussa m.He.s.a.charybdim.)Timori Cyclopū cedendū fuerat quacūq; ratione,sed huic consilio iussa Heleni e diuerso veniebant, ne nos aut laniaret Scylla, aut Charybdis sorberet. ¶Inter vtranq; viā l.d.p.Ni teneant cursus, ce.e.d.li.r.)Istorū malorū cōsideratione turbati sentētiā fiximus, vt inter geminū metum vel trāsiremus medij,vel retrorsum nauigia duceremus. ¶Ecce aūt boreas a.a.s.p.Mi.a.)Cum,inquit,talia tractaremus quasi ab aliquo deo missus boreas venit tāta opportunitate,vt nos cōtinuo per multa loca detulisset. ¶Viuo præteruehor h.sa.&c.)Per hæc,inquit, loca venti suffragio transiuimus. ¶Talia mo.r.er.r.Lit.achę.&c.)Horū locorū nomina referebat Achæmenides, qui per hęc certauerat cum socius esset hominis infelicis, perindeq; habuit nota. ¶Plemmyriū vn.no.di.p.Or.)Prisci,ait,hoc est veteres,Plemmyrium dixere,sequentis cui appellauere Ortygiā. ¶Alphæum f.e.h.he.a.Oc.eg.u.su.m.&c.) Quęcūq; fabulosa sunt aut incredibilia, horū Virgilius nō se sed alium facit authorē.quis enim credat,quod protulit fama, subter mare fluuium ex longinquis partibus ire posse & incolumē, hoc est incorruptum, atq; in alias terras exire & misceri Siciliæ fontibus:Numina m.l.iussi veneramur.)Aut monitu Heleni iussi, aut ab Achæmenide instructi. ¶Et inde exupero pre.so.st.He. hi.a.cautes.pr.q; s.pachyni Radimus ,&c.)Hæc saxa asserit immobilia esse. ¶Immanisq; Gela f.c.d.)Ecce & Gela a fluuio cognomen accepit. ¶Arduus inde ag.o.ma.l.Mœ.)Inde ostentat longius mœnia , quia excelsus est mōs ipse. ¶Magnanimum.q.) Hoc est magnanimorū.Generator e.T.q.d.l.v.palmosa Selinis.) Quod palmas copiosissime generet dicta est palmosa. ¶Et vada dura lego sa.li.cæcis.)Saxa cæca sunt, quæ nautici dicunt subaquanea.hęc facile decipiūt nauigantes,quoniā dum in occulto sunt

sunt & non eminent, nō videntur omnia ista nomina fontium, locorum ,ciuitatum , montium,& insularum , Iccirco posuit,vt ad eam paulatim veniret,insulam , in qua perdidit patrē, vt eius quoq; casum potuisset exponere.

ASCENSIVS.

¶Pręcipites metus acer agit,&c.)Docet,qua properatione illinc aufugerint,& quas terras præteruecti sint:vnde dicit Donat⁹ sic. ¶Ventis secundis.)i.sequi quocunq; venti ferrēt.Nam oēs venti,secūdi sunt,si quo impellant eamus. Est ergo sensus:modo Cyclopas fugeremus,nō curabamus quocūq; nauigaremus, quod erat cōtra iussa Heleni,qui vetabat illos temere nauigare.Sed diligenter vitare Charybdim & Scyllam,sed istorū malorum metu turbati decreuimus, vt vel trāsiremus. ¶Lōge.)Quia excelsus est mons. ¶Sanis cæcis.)Quę nautæ subaquanea appellant. Hęc ille. ¶Ordo est.Metus acer.i.vehemens,& acriter impellēs:agit.i.vrget,& impellit nos:excutere,id est vi dissoluere , & extendere:rudentes.i.funes velorū:quocunq;.i.in quācunq; partem,a Cyclopibus distantē:aut quocunq;.i.quacūq; re:& intendere.i.implere vsq; ad distentionē:vela.s.nauiū nostrarū:ventis secundis.i.sequentibus:& a tergo venientibus quocunq; ferrent sed iussa Heleni monent cōtra.i.ecōtrario.s.vitare Charybdim & Scyllam & non sequi quocūq; ventus ferret:monent inq̃ ni.i.ne.i.socij teneant cursus inter Scyllā & Charybdim,& ne teneant viam inter vtranq;,sup.cum paruo discrimine.i.differētia & distantia:leti.i. mortis:& ita ideo certum.i.deliberatū, & decretū est nobis: dare lintea.i,vela:retro.i.retrorsum:hoc est,obuertere vela.Ecce autē Boreas:&c.quod quidē fecissemus,nisi Boreas surrexisset. Hanc cōstructionē Seruius innuit,qui accipit letū pro morte:& ni,pro ne.Potest tamē & alius sensus, ac ordo esse verum mirus artifex, poeta depingit,narrando metū,qui eos acer agebat:nam perplexis & attonitis dat intricatum sermonē,& nō satis expressum : vt in.n.vidimus in oratione Æneæ ad socios.Sit igit(si vis)ordo talis.Socij monent cōtra iussa Heleni sup.tenere viā inter vtrāq;.s. Scyllā,atq; Charybdim:existētes læti.i.gaudētes paruo discrimine.i.periculoso : respectu eius quod a Cyclopibus imminebat: quia ni.i.nisi:teneant.i.continuent cursus suos , inter Scyllam & Charybdim,certū est dare.i.quod darent lintea retro : & ita inciderent in Cyclopas.Aut sic:Iussa Heleni monent cōtra.s.id quod metus egit:sed ni.i.nisi cursus teneant viā,inter vtranq;.s.Scyllā & Charybdim, sup.cum paruo discrimine.i.parua distātia:leti.i. mortis, quia inter vtranq; tenere viā , parum abest a morte:certum est dare.i.quod darent:lintea.i.vela ex lino : retro.i.retrorsum:& ita perrexerūt,ne cogerentur in Cyclopas recidere. Autē, pro sed:ecce.q.d.præter spē & opinionem,Boreas, ventus ille septentrionalis:adest.s.auxilio nobis : missus.s.fauore numinū ab angusta sede Pelori,illius promōtorij & per eū adiutus,prętereuehor ostia Pāthagię,illius fluminis in Sicilia:viuo saxo.i.quę ostia sunt : ex saxo naturali, & nō artificiali,quia Panthagias cū multo murmure olim inter saxa decurrebat , postea ad iussum(vt aiūt) Cereris cœpit tacere:hoc est,aut coloni saxa mouerūt, aut impetus ea deuoluit vsq; ad hostia:vnde dicit , hostia saxo viuo.i.naturali:& non fabrefacto , & præteruehor sinus Megaros.i.iuxta Megarā,oppidū Sicilię,nō procul a Syracusis,& Tapsum,insulā illam,decē stadia a Sicilia distantē : iacentē.i.humilē:& si quæratur quomodo norit insularum nomina : dicit Achęmenides comes infelicis Vlyssi relegēs.i.renauigans retrorsum : littora errata.i. quæ errādo legerat,hoc est,nauigarat cū Vlysse:monstrabat.i.indicabat nobis,talia insula prętēta,sinu Sicano.i.Siculo,iacet contra Plemmyriū vndosum.i.quod Gręce,Plēmyriū:Latine,vndosum dicit : nam πλημμύρω, dicit inundo:& πλημμύριον, vnda,cū frāgitur nō procellosa & πλημμυρίς, inundatio:vnde potest scribi Plemmyriū,& Plemmyrion:est aūt fluuius Siciliæ , nō procul ab Ortigia,Siciliæ vicina insula, cū sit & alia quæ Delos etiā dicit, sup.cuius(nam more suo,relatiuū subticet in descriptione loci.) nomē,sup.veteres cosmographi.dixere, id est appellauerūt Ortygiam : fama est Alpheū Elidis.s.ciuitatis amnē.i.qui ab Elide Arcadiæ nascit:egisse huc.i.in hunc locū,occultas vias subter mare: ita q nō misceatur aquis marinis:vnde in Buco. Sic tibi cum fluctus subterlabere Sicanos Doris amara suā non intermisceat vndam:qui.s.amnis o Arethusa,quę & fluuius, & nympha:cōfunditur.i.cōmiscet : Siculis.i.Siciliensibus vndis:tuo ore.i.ostio.Nos iussi.s.a patre,veneramur magna numina , loci.s.illius,videlicet Arethusæ & Alphei:& ego exupero.i.ascendo inde:prępingue.i. pręter cętera pingue:solū Helori fluminis ex Pachyno desfluētis: stagnantis.i.interdū stagna in agris faciētis, ac inundantis more Nili cuius inundatio terrā pinguem facit aut lente fluētis, quasi stagnū sit.Nos radimus.i.cōtingimus leuiter,hinc.s.prouecti,altas cautes.i.rupes & lapides,& pro.i.saxa proiecta.s.in mare & extantia:camerina.s.palus nunq; cōcessa, moueri fatis.s.volētibus: quia cum exsiccaretur : accolæ ab hostibus deleti sunt , & campi Geloi illius stagni, sup.apparent:& Gela.s.vrbs:immanis.i.immitis,aut propter aquas, aut propter gentē dicta.i.denominata,cognomine fluuij(quia & fluuius Gela, seu Gelas dicit,& vrbs)sup. apparet & Agragas, mons ille in Sicilia , muro cinctus:arduus.i. sublimis ostentat nobis maxima mœnia.s.oppidi in eo extructi, aut muros suos.Notat aūt poetā Ser. quod ex persona Æneæ recitari facit ea quę Ænee tēporibus acta nō fuerāt:nam eius tēpore,nondū(inquit)exsiccata erat palus , nec Gelas , aut Agrigentū conditę:verū de palude dicere possumus Æneā sciuisse,q̃ esset fatis nunq̃ cōcessa moueri:licet postea mota sit,sed nō fatis:nec dicit Æneas motā:sed nō moueri debere fatis id vetātibus:de Gela autē dicam instauratā forsan esse:sed cum fluuius perpetuus ille Gelas dictus sit,potuit:& tunc vicus,aut pagus,Gelas dici. Quod si omnino dormitasse conuincit poeta dicā, & quandoq; bonus dormitat Homerus:Agragas,dicit appositorie,generator quondam,equorū magnanimum,pro magnanimorum.i.qui generauit aliquādo magnanimos equos,& Oselinis vrbs iuxta Lilybęū promontorium:palmosa.i.palmis arboribus illis abundās : ego linquo.i.prætereo te ventis datis.i.adhibitis a dijs præsentibus: & lego.i.nauigo,vada Lilybeia illius promontorij:dura saxis cæcis.i.propter saxa cæca.i.non apparentia,sed aquis abstrusā.

PIERIVS.

¶Contra iussa monēt Heleni.)Vetera quędā exēpla.cū Mediceo monent,legunt,hoc est,persuadēt. Sed enim Helenus monuerat & monitus , in hoc dictionis genere dicuntur. ¶Scyllamq; Charybdim Inter vtranq; viam leti discrimine paruo, Ni teneāt cursus.)In co.nōnullis manu scriptis, Scyllæq; Charybdis,scriptum est,vt ordo sit,Inter vtranq; viam Scyllæ , & Charybdis . Sed imperfecta esset oratio , & alterū,q;,post Charybdis desyderaretur Longe vero melius in Donatiano co.Scyllā , atq; Charybdin appositiue positum est, & ne teneant in aliquot exemplaribus ant. Sed ni Dona.agnoscit, & pro ne positum more veterū ait , quod & Priscianus admittit, quanq; alibi d.cat,ni teneant cursus,ita habere,vt Terentianū illud,ni metuā patrē, & locus alius apud Virgi.ni faciat,maria,ac terras,cœ.q;.prof.Quippe ferāt, plura vero Serui. ¶Errata retrorsum.)In antiquis aliquot exēplarib.retrorsus. ¶Occultas egisse vias.)In co.perueteri,q apud me est,habuisse vias,legit.Sed egisse, magis placet:vt in vulgatis. ¶Siculis confunditur vndis.)In antiquis aliquot codicibus,perfunditur:Sed confundit magis placet,hoc est cōmiscetur. ¶Numina magna loci iussi veneramur.)In oibus antiquis cod.quotquot,legi,numerus est huiusmodi, iussi numina magna loci veneramur , vt illa. Addā cerea pruna,& curru iūgit illę sus equos. ¶Stagnātis Elori.) In cod.antiquis,Helori,cū aspiratione,quā & Pontan⁹ recipit.Est etiā eodē versu,exsupero,per x & s. ¶Apparet Camerina procul) In anti.aliquot codi.Camarina , vt Græci scribunt , μὴ κίνει καμάριναν ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων. ¶Arduus inde Agragas.)In antiquis arduos . In Roma. Agragas , vt Græce scribitur ἀκράγας,Polybio. Sed affinitas literarum facit , vt Latini multa per g scribant, quæ Græci per cappa,vt gubernator, κυβερνήτης:atq; etiam vice versa nonnunq; pro x,c,substituant,vt ex Gongro, Congrus. ¶Palmosa Selynis.)In codicibus aliquot antiquis,Selinys, per y,in fine scriptum est,In aliquot alijs,Selinus, quod quidē cum Græca scriptione facit. Nā σελινοῦς per ους,finale,ciuitas Sicilię est . Eaq; vt Gręci tradūt,& masculino & fœminino genere dicitur.Quod vero palmosam dicit,Maro ex Marco Tullio est , in actione vltima contra Verrem. Nautæ coacti radices palmarum agrestium, quarum erat in illis locis,sicut in magna parte Sicilię multitudo colligebant.

SERVIVS.

¶Drepanū.)Drepanum ciuitas est nō longe a monte Eryce trās Lilybęū:dicta vel propter curaturā littoris,in quo sita est : vel q Saturnus post amputata

Hinc Drepani me portus,& illętabilis ora
Accipit.hic pelagi tot tempestatibus actus,
Heu genitorem omnis curę,casusq; leuamen
Amitto Anchisen.hic me pater optime fessum

amputata virilia Cœlo patri illuc falcem proiecit,q Gręce Drepanos dicit : quod quasi verisimile putat ppter vicinitatē Erycis cōsecrati Veneri, quę dicit nata ex Cœli cruore,

Universidad de Deusto
Biblioteca

re,& ſpuma maris.¶ Illætabilis)Propter patris amiſſionẽ. ¶ Feſſum deleris.)Vt ſupra diximus ſin Virgi.Nã Cato eũ ad Italiã veniſſe docet, vnde & in ſexto illud amphibolon eſt,Quo magis Italia mecũ lętere reperta.¶ Nec vates Helenus.)Quia dixerat, Prohibẽt nam cętera parcæ ſcire, Helenum, fariq; vetat Saturnia luno.¶ Nõ dira Celæno.)Quæ vel irata debuit aduerſa prædicere. Et bona pietate mortẽ patris grauiorẽ dicit eſſe, quã famẽ.¶ Hic labor extremus.)Apud Drepanum.¶ Deus appulit oris.)Bene ſe cõmendat Didoni,dicẽs ſe ad eam deorũ voluntate veniſſe.¶ Fata diuum.)Quæ dij hominibus tribuunt.¶ Renarrabat.)Re vacat, vt confieri poſſit. Sane in ſecundi principio duo ſunt poetæ verſus,ſicut hic tres, & ſimilis eſt finis initio.¶ Conticuit tandẽ.(Vt, Conticuere omnes.¶ Tandẽ.)Diuturnitatem narrãtis expreſſit. Notandum ſane quia cõtrouerſiarum more epilogos dedit ſex iſtis prioribus libris, quos & eſſe bioticos voluit. Nam ſingulis ſingulas dedit,vt primo omina,ſecundo pathos, tertio errores,quarto ethos,quinto feſtiuitatem,ſexto ſcientiam.Epilogos autem ſic variauit,vt in primo miſeratio eſſet Didonis, in ſecundo mors Greuſæ,in tertio Anchiſæ, in quarto Didonis,in quinto Palinuri,in ſexto Marcelli citum deflet interitum.

DONATVS.

¶ Hinc Drepani me po.& il.o.Ac.)Expreſſit plenã moralitatem, nã ſi quãdo aliqua importuna accedũt,vel luctus, hęc in dolore poſiti nõnunq; locis aſcribimus quaſi nobis aliquid inflixerint vel infligere potuerint.Æneas igitur drepanitano applicat loco, quod acciderat fatorũ ratione.¶ Hic pe.t.tẽ.a.&c.)Addebat amiſſi patris dolorẽ etiã ratio loci,quẽ ipſum duplicato aduerbio patefecit.dixit quippe patrẽ ſuũ periiſſe in portu, qui tot alti maris caſus & pericula euaſiſſet,nec tũ mortuũ dixit,ſed deleriſſe filiũ. veteres enim præcipuos quoſq; nõ mortuos ſed per cõmutationes locorũ tranſlatos arbitrabant.¶ Heu tãtis nequicq; erepte periclis.) Tantus dolor fuit perditi patris, vt apud Didonẽ poſitus quaſi cum eo præſente loqueret,poſuit ſpecialiter pericula ipſa, quibus interueniente fine viuendi cõſtabat fruſtra eſſe liberatũ, ſed ne in relatione maioris luctus moraret,ad generalitatẽ neceſſario confugit,& dixit,tantis nequicq; erepte periclis.cęterum ſi eſſet interpoſita enumeratio diceret, bis pergameis ruinis ereptum,diceret collo ſuo vectũ,vt captuitatẽ vitaret aut mortẽ,diceret in mari ac terra, quæ pericula tranſiſſet.dolebat aũt Æneas vehemẽter, q; infinitis caſibus & periculis liberatus ad Italiã peruenire nõ potuit. definit poeta quã vim erga filios habeat incolumitas patris. omnis,inquit, curæ caſuſq; leuamẽ.hoc eſt in oĩbus periculis leuatus ſum dolore dũ pater vixit.¶ Nec vates Helenus c.m.h.m.H.m.p.lu.)Nec mihi prędixit Helenus hos luctũ, cum multa admirãda prędiceret nec ipſa Celæno cũ multa optaret maledicta,ac per hoc hæc futura nec amicus dixit, nec inimica nuntiauit.¶ Hic labor e.l.h.m.v.)Vt mors adueniens nõ vitæ illi tm̃ ſed laborum quoq; attulit finẽ.¶ Sic pater Æneas int.o.u. Fa, renarrabat diuũ,c.q; d.)Tacuit de Sicilienſi naufragio, & ait. ¶ Hinc me digreſſum u.d.ap.o.)Vt oſtenderet,ſe cõpleſſe propoſita,quod ipſum vitioſum fuit repetere, qđ Ilioneus plene narrauerat. Intentis,inquit,oĩbus,hoc eſt adhuc intẽtis, vt oſtenderet Æneam libenter auditũ, & auditores cõtextu narrationis ſatiare nequiſſe. Intenti,inquit,fuerãt cum inciperet, intentis cũ finiret omnibus dixit,vt oſtenderet nullũ illic fuiſſe,qui non adhuc deſideraret audire, curſuſq; fatorũ.ſ.ſuorũ.¶ Conticuit tandẽ,ſ.q; h.ſi.quieuit.)Tandẽ ad ipſum pertinet, qui caſus ſuos narrabat inuitus. Cæterum auditores intenti fuerant, & adhuc audire cupiebant.facto autem fine narrandi Æneas ſeceſſit ad requiem.

ASCENSIVS.

¶ Hinc Drepani,&c.)Recitat ad finẽ huius mortẽ Anchiſę patris qué Drepano Siciliæ oppido ſepeliuerat:vnde ad Didonẽ repulſus eſt.de qua re dicit Dona.ſic.¶ Illætabilis.)Expreſſit plenã moralitatẽ:nam ſi quando aliqua infortunia accidũt:nos in dolore poſiti locis attribuimus,quaſi nobis aliquid inflixerint:ergo hic Drepanitano loco applicat,quod fato acciderat.¶ Amitto Anchiſen.)Doluit periiſſe in portu,q; tot maris pericula euaſiſſet: nec dixit,mortuũ,ſed,deſeruiſſe filiũ:veteres enim egregios viros non mortuos,ſed per cõmotionẽ locorũ tranſlatos, putabãt.¶ Heu.) Tantus fuit dolor:vt etiã apud Didonẽ poſitus:quaſi eũ eo præſente loqueret.¶ Tantis.)Ad generalitatẽ trãſiit:ne ſi ſpecialiter enumeraret,longior fieret.Dolebat aũt vehementer, q; infinitis caſib⁹ liberatus,ad Italiã peruenire nõ potuiſſet: definit ergo poeta, quã vim habeat apud filium incolumitas patris,cũ dicit, Omnis curę,caſuſq; leuamen.¶ Nec Hele.)Cũ multa horrenda prędiceret:nec Celæno, cũ multa optaret maledicta:ergo nec amicus prędixit,nec inimica. Tacuit aũt de tẽpeſtate Sicilienſi: ne his repeteret,quod dictũ fuerat ab Ilioneo.¶ Intentis oĩbus.)Adhuc intentis,vt oſtẽderet Æneã libenter auditũ intenti fuerãt,cum inciperet:intẽti, cum finiret.¶ Omnibus.)Oſtendit nullã illic fuiſſe qui nõ adhuc deſyderaret audire.¶ Tandem.)Ad ipſum pertinet quę caſus ſuos enarrabat inuitus:nã auditores adhuc intenti erãt. Hæc ille. (¶ Ordo eſt. Portus & ora,illætabilis, id eſt de qua lętari nequeã:Drepani illius oppidi,nõ longe ab Eryce, nũc celebris propter diuũ Albertũ Carmelitã, multa virtute & miraculis inſignẽ accipit.ſ.hoſpitio me,hic,id eſt hoc tẽpore,aut loco. Ego amitto hic.i.in hoc oppido:heu)dolẽtis interiectio.)Anchiſen genitorẽ, appoſitorie:leuamen omnis curę & caſus:& hoc tot tẽpeſtatibus pelagi:actis.i.tranſactis.)Oſtendit Æneas oĩbus in locis,ex graui periculo maris,in maius diſcrimen terrę deſcendiſſe:vnde etiam dictura eſt ſibylla, O tandẽ magnis pelagi defuncte periclis. Sed terris grauiora manẽt. hinc dixit:Seruatũ ex vndis Strophadum me littora primũ Excipiunt.Et, Interea feſſos ventus cũ lole relequit,Ignariq; viæ Cyclopũ allabimur oris.Et hic, Hinc Drepani me portus &c.(O optime pater)apoſtrophe, ideſt ad abſentẽ ſermonis cõuerſio:pathos.i.affectionẽ indicat, ſicut in.i.Et te pater optime Teucrum fluctus habet Libyæ.)ad Anchiſen.ſ.tu deſeruiſti me:hic.i.in hoc loco non conceſſo a fatis: me feſſum.ſ.tot nauigationum malis:pater(inquit)erepta,heu nequicq̃.i.fruſtratis periculis,vnde ad eum Helenus, Cura deũ bis Pergameis ereptę ruinis:vltra quas etiam tot pericula maris euaſerat. Nec Helenus vates,cum moneret multa horrenda, prędixit mihi hos luctus:nõ etiam dira Celęno, Harpyia.ſ.prædixit mihi hos luctus. Hic labor extremus, ſup.erat patri: & hæc erat illi meta longarũ viarum:deus.ſ.bonus quiſpiam appulit veſtris oris.i.ad veſtras oras, & regiones Libycas.ſ.me digreſſum.i.poſtq̃ digreſſus erãt hinc.i.ex hac regione Siciliæ:vnde in.j.dictum eſt: Vix e conſpectu Siculę Telluris in altum Vela dabant lęti, & ſpumas ſalis ære ruebant,&c.Et hoc dicto conticuit Æneas,cuius omnia ſunt verba,ab eo loco ad principiũ.ij.Infandum regina iubes,&c.vſq; ad hunc,vbi poeta incipit loqui, dicẽs: Æneas pater.i.vir venerabilis:renarrabat.i.recenſebat:ſic.i.in talẽ modum : fata.i.voluntates diuum.i.diuorũ:de euerſione.ſ.Troiæ: quia dictũ eſt,Poſtq̃ res Aſiæ, Priamiq; euertere gentem Immeritã viſum ſuperis,&c.& docebat curſus.i.nauigationes,& errores ſuos : vnus.i.ſolus loquens:& omnibus.ſ.alijs:intentis.i.attendẽtibus:aut multũ tentis,& captis eloquio viri in quo cũ laudatur, eloquiũ Æneæ laudatur,& poeta qui id excogitauit : Æneas,ſup.conticuit.i.ſimul cum alijs tacuit:quia ſtatim a principio Cõticuere oẽs, intentiq; ora tenebant,&c.tandẽ.i.poſt prolixã narrationẽ : quia multarũ rerum:verum,vt dicit Martialis, Nõ ſunt longa quibus nihil eſt quod demere poſſis.Multitudo ergo,& varietas rerum,prolixitatem excuſat.Donatus autẽ id ſubtiliter exponit, referens ad ipſum Æneã,qui deſyderabat finẽ narrationis,cum & caſus & labores ſuos enarraret, vnde dixerat:Infandũ regina iubes renouare dolorem.Sed Dido,& cæteri Tyrii,adhuc intenti erant, vnde dixit,intentis omnibus . Et Æneas quieuit.ſ.& animo & ore, quia non erat captus amore ſicut Dido:vnde per cõtrarium ſubditur ſus eſt,At regina graui iandudũ ſaucia cura,&c.ad quam rem eo modo ponitur cõiunctio,at:quæ in diuerſis & repugnãtibus rebus,præcipuũ habet locum,vt diligenter obſeruatur a poetis.ipſe ergo cõticuit, & quieuit hic.i.in hoc dicto de morte Anchiſæ: & de profectione ex Sicilia in Carthaginem, quam nõ fuit opus recitare,cum iam nota eſſet Didoni ex oratione Ilionei, & huius operis lectoribus ac auditorib⁹, ex his quę in.j.libro dicta ſunt. Notum enim eſt ea quę in.j.lib.recitata ſunt:eueniſſe continuo, poſtea ea quæ vltimo loco in hoc.iij.recitauit Æneas.

PIERIVS.

¶ Tot tẽpeſtatibus actus.)In antiquis pene oĩbus exemplaribus legere eſt,actis:neq; actus,eſt in ijs quos legi, niſi contacto codi.

¶ Heu

Deſeris,heu tantis nequicq̃ erepte periclis.
Nec vates Helenus,cum multa horrenda moneret:
Hos mihi prędixit luctus:non dira Celęno.
Hic labor extremus,longarum hęc meta viarum.
Hinc me digreſſum veſtris deus appulit oris.
Sic pater Æneas intentis omnibus vnus POE.
Fata renarrabat diuũm:curſuſq; docebat.
Conticuit tandem:factoq; hic fine quieuit.

¶ Heu genitorem.)Diuerſum hoc ab hiſtoria, ſi Straboni credimus, qui Æneam vna cum Anchiſe patre, & filio Aſcanio Laurentum applicuiſſe tradit.¶ Fata renarrabat diuum, curſuſq; docebat.)In antiquis aliquot codici.legere eſt, Fataq; narrabat diuom : ſed enim quia bonam horum partem Didoni prius enarrauerat, & in hac dictionis continuatione multa fuere repetita, longe magis placet, renarrabat, vt in Mediceo & vulgatis habetur exemplaribus.

TERTII LIBRI FINIS.

SERVIVS.

¶ Vritur in quarto.)monoſtichi huius ordo & explanatio eſt.Dido.i.virago illa, cui Eliſſæ nomen eſt:vritur.ſ.incendio amoris, in quarto.ſ. Æneidos libro:& fatetur flãmas.ſ.amoris.& hoc quidem de monoſticho.¶ Argumentũ ſaltẽ prolixioris, ordo eſt. At.i.ſed:hoc eſt, quieuit quidem Æneas: ſed regina.ſ.Dido,carpit iam graui igne Veneris.i.amoris. Anna ſoror.ſ. Didonis aut Eliſſę,conſulit.ſ. ab ea.i.ipſa expetit ab ea cõſilium, ibi Anna ſoror &c.placet.ſ.Didoni, & ſorori ſuccũbere amori:vnde dicetur,Placido ne ẽt pugnabis amori:& ſequiẽ.His dictis incẽſum animũ inflãmauit amore, Sacra fiunt deis,ibi,Principio delubra adeunt, &c.& numina.ſ. deorũ,onerantur donis:quia mactãt lectas de more bidentes.Itur.ſ.ab Ænea,& Didone cum ſuis : venatũ, vnde dicet Iuno, Venatũ Æneas, vnaq; miſerrima Dido In nem⁹ ire parant

IN. IIII. ÆNEIDOS LIBRVM MONOSTICHON.

Vritur in quarto Dido flammasq; fatetur.

IN EVNDEM MODESTINI IVRISCON. ARGVMENTVM.

At regina graui Veneris iam carpitur igne.
Conſulitur ſoror Anna,placet ſuccumbere amori.
Fiunt ſacra deis,onerantur numina donis:
Itur venatum:Veneris clam fœdera iungunt.
Facti fama volat.monitus tunc numine diuum
Æneas,claſſemq; fugę,ſociosq; parabat.
Senſit amans Dido precibus conata morari.
Poſtq̃ fata iubent,nec iam datur vlla facultas,
Conſcendit q; pyram,dixitq; nouiſſima verba,
Et vitam infelix multo cum ſanguine fudit.

ALIVD IN EVNDEM.

Ardet amore graui Dido,ſoror Annaq; ſuadet
Nubere.iunguntur nimbo cogente ſub antro,
Incuſat precibus patrem contemptus larbas.
Natigat Æneas iuſſu Iouis.illa dolore
Impatiens,& amore,necem ſibi protinus infert.

parant.& paulopoſt,It portis iubare exorto delecta iuuentus,&c.& Æneas, & Dido iungunt clam , quia in ſpeluncat vnde dicet.Speluncam Dido, dux & Troianus eandẽ Deuenient fœdera.i.cõmercia:Veneris.i.coitus:fama facti volat:vt dicet ibi, Fama malum, &c. Æneas monitus tunc, numine,i.voluntate diuũ.ſ.Iouis, per Mercuriũ:parabat fugæ,& claſſem , & ſocios:Dido amans:ſenſit.ſ.fugam parari, & conata,ſup.eſt:morari.i.detinere ipſum, precibus,ſ.ſuis & ſororis . Sed poſtq̃ fata iubent.ſ.Æneam abire , nec datur.ſ.Didoni vlla facultas detinendi Æneæ : ipſaq; pro &: hoc eſt : tum conſcendit pyram.i.ſtruem lignorum incendendorum:& dixit nouiſſima verba demiſſura.ſ.ſe , in mucronem Æneæ:& ipſa infelix,fudit vitam cum multo ſanguine : vitã dicit.i.animã cuius ſanguis ſedes putat:vnde dicetur in fine huius, Atq; in ventos vita receſſit.

Seruius.

Universidad de Deusto Biblioteca

P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS LIBER QVARTVS.

AT regina graui iandudum saucia cura
POETA.
Vulnus alit venis: & cæco carpit igni.
Multa viri virtus animo, multusq; recursat
Gentis honos. hærent infixi pectore vultus,
Verbaq;: nec placidam membris dat cura quietem.

SERVIVS.

APollonius Argonautica scripsit, & in tertio inducit amantem Medeam. Inde totus hic liber translatus est. Est aūt pene totus in affectione, licet in fine pathos habeat, vbi abscessus Æneæ gignit dolorē. Sane totus in cōsilijs & subtilitatibus est. Nam pene comicus stilus est: nec mirum, vbi de amore tractatur. Iunctus quoq; superioribus est: quod artis esse videtur, vt frequenter diximus. Nam ex abrupto vitiosus est transitus: licet stulte quidā dicant hunc tertio nō esse coniunctum, (in illo enim nauigationis pericula, in hoc amores exequitur) nō videntes optimā coniunctionē. Cum enim tertiū sic clauserit, Factoq; hic fine quieuit: Subsecutus est, ¶At regina graui iandudū saucia cura.) Itē paulopost, ¶Nec placidā mēbris dat cura quietem. Nam cum Æneam dormire dixerit, satis congrue subiunxit: vt somno amans careret. ¶Iandudū.) Aut nimium: vt Terentius, Iandudū te amat. Iandudū illi facile fit quod doleat. Aut Iandudum, a quo tempore vidit Æneā. Legimus enim, Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido. ¶Saucia.) Hinc subiungit, ¶Vulnus alit.) Et bene alludit ad Cupidinis tela, vt paulopost ad Faculā. ¶Et cęco carpitur igni.) Nam sagittarū vulnus est facis incendiū. ¶Cura.) Amore intolerabili, vt, Meq; his absoluite curis. Cura ergo ab eo quod cor vrat, vt Veneris iustissima cura. Item, Mea maxima cura. ¶Venis.) Quia per venas amor currit, sicut venenum: inde dictū, Fallasq; veneno. Item, Longūq; bibebat amorem. ¶Cæco carpitur igni.) Agit Virgilius, vt inuentas frāgat declamationes: vt hoc loco rem dixit sine declamatione. Vnde Ouidius, Quoq; magis tegitur, tanto magis æstuat ignis. Cæco ergo igni, validiore: cuius natura est, vt cōpressus magis conualescat. ¶Multa viri virtus animo.) Bene mediam se facit præbere Didonem inter regalem pudorem & amoris impulsum. Simulat enim se virtutem mirari cuius pulchritudine commouetur. Multa autem virtus figurate dixit. Nam ad numerum transtulit quod est quātitatis. ¶Recursat.) Bene frequentatiuo vsus est verbo in frequenti amantis cogitatione. ¶Gentis.) Non Æneę, vt sit velut excusatio, sed Dardani a numinibus, Aut Veneris. ¶Infixi pectore vultus, Verbaq;.) Tale & illud est, Illum absens absentem auditq; videtq;. ¶Nec placidā membris dat cura quietem.) Aut penitus quiete caruit, vt Placida epitheton sit quietis: aut habuit quidē quietem, sed non placidam. i. turbatam somnijs, vnde & ipsa paulopost, Quæ me suspensam insomnia terrent?

DONATVS.

COnclusis omnibus, quæ necessaria narratio exigebat, secessit Æneas ad requiem. compleuit enim, vel quod ipse pollicitus videtur, vel quod regina desiderabat audire, Didonis tamē animus intolerabili iandudum cura cōmotus, accendebatur magis recordatione loquentis, & secreto incendio torrebat, hoc est quod ait. ¶At regina graui iandudum sa.c.vul.a.ue.& cæ.ca.igni.) Dicit ipsas causas, quæ hoc genus tormenti animis Didonis inflixerant. ¶Multa viri vi.a.m.q; re.Gen.ho.h.in.pe.v.Ve.q;.) Multa viri virtus, non tantum corpore placebat, verumetiā animo. asseruerat enim se laborasse pro patria, duros ac diuersos habuisse discursus, mori etiā voluisse, innumera pericula ferendo superasse. hæc tractabantur: bona corporis quibus tolerauerat vniuersa animi vero istiusmodi recursabant in sensibus cogitantis, q deorum cultor, amator patriæ, amator patris, amator vxoris, quemadmodum auditum putamus Æneā referentem discrimina sua, cum amissam cōiugem insanis laboribus perquisitā diceret, quemadmodū arbitramur iudicio eius acceptum, quę intentionē tenuerat, vt eius matrimonio iungeretur hæc considerabat, multa virtus, quę nō in vno genere esset maxima, sed quæ ex multis, & diuersis robur suæ felicitatis ostenderet tollamus amorē, quem Cupido cōciliauerat, cur illa nō amaret virum domi forisq; præstantē, bello strenuū, pacis temporibus religiosum, necessariū viduę, necessarium destitutæ, necessarium condenti ciuitatē nouā & noua imperii fundamenta roborare cupienti? necessarium cōtra Pygmalionis violentiam? quia magna manu sperabatur esse venturus. Accedebat corporis decus & forma, quæ cæteris animi corporisq; præcipuis adderet venustatem, quæ ipsa primo libro poeta euidenter expressit, cum recedente nube plurimus fulsisset i sole. Multusq; recursat gētis honos. Tertiā posuit generis laudē. hæc.n. tūc prodest, si quę sunt vniuscuiusq; ppria, rationi sanguinis recte conueniant. nā quo Æneę meritis prædicatio accederet generis, si pprijs bonis laudari nō posset? Hęc igitur pars in eo est vt etiā ipsa ex plurimis constet. nam sciebat Dido esse Æneā Veneris filium, Cupidinis fratrem, & Mercurij, Teucri, ac Dardani affinem, & quod supra omnia fuit nepos Iouis. hærēt infixi pectore vultus, verbaq;. hærent pectore, bis accipiendū est, vt sit hærent pectore vultus infixi. hærent verba pectore. Infixi aūt quod ait, ad solos vultus pertinet, quia erit vitiū, si dicamus, infixi verba, & magis pro persona amantis melius accipit infixi vultus. verba enim augmentū dabant amori. nam hærent, & infixi, hanc habent rationē, quam habet, quod etiā in. iij. lib. ait, Aere cauo Clypeum magni gestamen Abantis, portis aduersis figo. figi enim dicit quod sic alicui speciei iungit, vt velli nō possit. & hæret quod non potest separari. Vultus pertinent ad corporis laudē, verba ad animi prędicationē. ¶Nec placidam m.d.c.qu.) Diuersam naturam poeta esse voluit amoris & somni. Somnus quippe quietam sedē quærit. hoc tenebat Æneas quia quieto animo fuit, contra vbi fuerit cura, vt in Didone, nō potest inueniri somni beneficium, ecce quemadmodū Didonis describuntur ardores, nō flectebat in requiem nec somni virtute vincebatur, aut tempore, quia impediebat medios amor.

ASCENSIVS.

AT regina graui, &c.) In hoc. iiij. lib. quæsita occasione describit poeta vim amoris, qui virū pietate grauē, & fataliter in regnū Italiæ destinatū, potuit in muliebrib. cōplexibus detinere: & reginā alioqui grauē & constantē, impatientia ad sui necem impellere. Id autē facit prudens & cōmodus poeta, quo mortaleis animos ab amorū illecebris auertat: cū nemo sit a Venereis laqueis tutus, nisi qui oē obiectum procul habuerit, & carnis luxū domuerit. Cū ergo in toto opere, tum hic poeta & delectat, & prodest plurimū: nam simul & iucunda & idonea dicere vitę instituit, vsqueadeo autē iucunda est huius libri lectio, vt diuus Augustinus sese ad lachrymas cōpulsum, Didonis querela cōfiteatur. Nihil enim pretermissum est: quod ad amantis miserie officium pertineat. Idq; seruato ætatum cum libris ordine facit poeta. Nam in. j. lib. infantiā describit, quæ varijs procellis iactatur, nihilq; certi habet. In. ij. pueritiā, quę aut extermino, aut pedagogorum ferulis subigitur. In. iij. adolescentiā, cuius vitā sese penitus nescire fatet sapientissimus Solomon: vnde recte Æneæ cōtinet errores. In. iiij. iuuentā, quę amoribus implicatur. In. v. virilitatē, quę honori, ad quē res militaris ludis exercita conducit, potissimū inseruit. In sexto seniū ad manes tendens, & futura præmeditans. Post quod tristia sunt cum carne decrepita, bella: quæ in sequentibus operibus explicantur. Sed ne diutius q par sit philosophemur, hæc prelibasse sat est. Donati in hanc partem verba sunt hæc. ¶At regina.) Enarratis oibus ad quietem secessit Æneas. Dido aūt intolerabili cura, mota recordatione loquentis: & secreto incendio torrebatur. ¶Multa viri u.) Erant enim & corporis, quia multos labores pertulerat. Erant animi, q erat deorū cultor. Amator patriæ, parentis, vxoris. Quapropter etiam sublato amore, conflato a Cupidine, Cur non amaret virum domi forisq; præstantē? Bello strenuum, in pace religiosum, necessarium sibi viduæ destitutæ condenti ciuitatem, necessarium cōtra Pygmalionem? Forma autem corporis, cæteris animi virtutibus adferebat decus. Accedebat nobilitas generis: erat enim Veneris filius, Cupidinis frater, nepos Iouis. ¶Infixi.) Infixa ea dicuntur, quæ facile auelli non possunt; & hæret quod non potest separari. ¶Vultus.) Ad corporis laudem. ¶Verba.) Verba autem ad animum referas. ¶Quietem.) Diuersa res est, somnus & amor. Ergo Æneas quiescebat, Dido inquieta erat. Hæc ille. ❡Ordo est, cōpendens cum superioribus, sic: Quieuit quidem, facto fine, Æneas. At, id est sed, regina, s. Dido: saucia. id est vulnerata: iandudum. i. ab eo tempore, quo hospitio susceptus est Æneas: & Cupido loco Ascanij, graui cura, s. amoris, quę cura cor vritalit. i. nutrit. i. meditando, & cogitādo secum, & reuoluēdo verba & vultus viri: vulnus. i. amoris iaculis Cupidineis infixum: & carpit cæco igni. s. amoris, qui excęcat: & cæcus dicitur, ab effectu. Sed quærit, quo vulnus alat venis, regina alioqui grauis: Nempe qa multa virtus viri. s. Æneæ, & multus honos gentis. s. Troianæ Æneæ subditæ: vnde domini deprehenditur honestas, (Nam facile est, semel simulare honestatem: at subditi non instituuntur honesti, nisi longa exercitatiōe. quo circa citius ex subditis, q ex præposito deprehēdit honestatis inditium.) recursat. i. frequenter reuoluit animo, sed mire dixit, recursat, quasi ipsę cogitationes vlsę ingerant, & libere recurrant, non animaduertēte, aut repugnante etiam quodammodo Ænea. Nam id amantibus accidit: vt dum ocio dati, quietem quærunt. irrepāt amoris stimuli, animumq; torqueant, etiam inuitū: non tamen vincāt, nisi vinci se permiserit. (sed quomodo recursant: quia vultus. s. viri hęrēt: infixi pectore. i. fixi in pectore) gratia præpositionis, ablatiuū regit, quē tamē vulgo in datiuū vertimus: dicentes, Infixi pectori. & verba, sup. herent infixa pectore. Nec cura. i. solicitudo amoris (quia res est solliciti plena timoris amor) dat membris quietem placidam (quod epithetū potius exclusiuū censeam, q generale: hoc est, dixero: ideo adiectum, qa membra qdem nōnullam habuerunt quietē: sed nō placidam, qa animus solicitus erat: & licet ois quies sit placida: tamē quies membrorū, licet sit membris placida cum reficiant, tamen non est simpliciter placida, quia sæpe animū plus cruciant, q si membra defatigentur: vnde est, Ocia si tollas, periere Cupidinis arcus: siue artes. (vtrunq; enim legitur apud Ouidium) dat ergo quietem. i. repositionem membris, sed non placidam, quia cura recursat animo.

PIERIVS.

❡At regina graui.) Antiquus admodum codex est, in quo d, litera ex præpositione, ad per t, semper notata est, tam in cōpositis dictionibus, q etiam in his, quæ simpliciter pferunt: vt, Meq; at tua limina: &, Ateritq;, vocatus Apollo: &, Atopertus amictu, vbi vero t, ex cōsuetudine, vel ex analogia scribi nunc solet, ibi d, notatur: vt, Setosi capud, hoc apri. Ad mihi sese offert, atq; loco hoc, Ad regina graui iandudū saucia cura. Sed. n. vt de rōne scriptionis huius, quæ adeo frequēs est apud veteres, aliquid disseram⁹, nō in codicibus tm̄ anti. verūetiam in veterū monumētis obseruatum sæpius, ad, & at, siue per t, siue per d, scribant idē significare, quāuis iuniores grāmatici præpositionem a cōiunctiua scriptione distinxerint. Indifferēter vero vno, eodēq; signato scribi plerūq;, Sosipater Carisius manifeste declarat, Licinij Calui exēplo in Fuscinium ambitus reū. Ad ita mihi Iouē, deosq; imortales velim benefecisse iudices: at, (inquit) cōiunctionem: ad, vero ppositionē scribūt, εὐφωνότερον tū est, vt hic per d, scribi: ne subsequēs t. literā duriorē, suiq; similem sonū literę amplexa, dictū faciat immitius. Hæc ego aūt ita sciēda iudicarim, vt diligēter veterum sententijs obseruatis, nunq tn̄ a cōsuetudine recedamus. ¶Multusq; recursat gētis honos.) Nullum fere codicē ex his antiquis adinueni, in quo dictio, recursat, incolumis haberet litera, modo vna, modo altera i hoc vel illo codice, vel supposititia, vel desiderata. In plerisq; vero abrasas medias aspexi: & alias atq; alias supductas. Moueāt forte stomachū si dixero recusat, aut reuersat, & alia etiā his fœdiora legitimæ lectionis loco supposita fuisse. Sed. n. recursat, frequētatiua forma a recurro, castam esse lectionē: tam snię cōcinnitate, q Seruij & Arusiani Messi iudicio confirmatur.

Pierius.

Postera Phœbea lustrabat lampade terras,
Humentemq; aurora polo dimouerat vmbram:
Cum sic vnanimem alloquitur male sana sororem.
DI. Anna soror, q̄ me suspēsam insomnia terrēt?
Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes?
Quem sese ore ferens? q̄ forti pectore, & armis?
Credo equidem (nec vana fides) genus esse deorum.
Degeneres animos timor arguit. heu quibus ille
Iactatus fatis? quæ bella exhausta canebat?
Si mihi non animo fixum, immotumq; sederet:
Ne cui me vinclo vellem sociare iugali:
Postquam primus amor deceptam morte fefellit:
Si non pertęsum thalami, tedæq; fuisset:
Huic vni forsan potui succumbere culpæ.
Anna (fatebor enim) miseri post fata Sichęi
Coniugis, & sparsos fraterna cæde penates:
Solus hic inflexit sensus: animumq; labantem
Impulit. agnosco veteris vestigia flammę.
Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat:
Vel pater omnipotēs adigat me fulmine ad vmbras,
Pallentes vmbras herebi, noctemq; profundam:
Ante pudor quàm te violem, aut tua iura resoluam.
Ille meos, primus qui me sibi iunxit, amores
Abstulit: ille habeat secum: seruetq; sepulchro.

SERVIVS.

❡Postera Phœbea lustrabat lampade terras.) Circunlocutio oriētis diei. Secūdū enim & tertiū librū Æneas per noctem in cōuiuio Didonis narrauerat: licet, vt supra dixim⁹, Virgilius ista quę per naturā necesse est fieri, plerunq; contemnat. ¶Lustrabat.) Aut illustrabat: aut re vera lustrabat, id est purgabat. Nā nox quodāmodo polluit mūdū. ¶Humentē vmbrā.) Quia nox ois humida est: vt, Noctis lentus nō deficit humor. Et nihil interest vtrū vmbrā, an noctē dicat. (Nox.) Nox enim vmbra terrę est, vt supra, Inuoluēs vmbra magna terrāq; polūq;. Est ēt Hysteron proteron in sensu. Aurora enim Solem pcedit. ¶Cū sic vnanimē.) De re pudenda locuturā par fuerat sororē eligere, nisi ēt vnanimē. Dicimus autē & vnanimus & vnanimis, sicut inerm⁹ & inermis. ¶Male sana.) Nō plane sana, amore vitiata. Male. n. plerūq; nō, plerūq; minus significat. nō; vt Statio male fida carinis. Aliquoties minus significat: sicut ve, vt vecors, vesanus. Quanq male & perniciose significet: vt Luca. Sic male deseruit. ¶Insomnia terrent?) (Vigilia Insomnia) Et terret & terrent legit. sed si terret legerimus, Insomnia erit vigilia. Hoc enim maiores inter vigilias, & ea quæ videmus in somnis interesse voluerunt: vt insomnia generis fœminini, numeri singularis, vigiliā significaret. Insomnia vero, generis neutri, numeri pluralis, ea quæ per somnium videmus: vt, Sed falsa ad cœlum mittant insomnia manes. Sciendum igitur quia si Terret dixerimus, antiqua erit elocutio. Insomnia. n. licet & Pacuuius & Ennius frequēter dixerint, Plinius tamē exclusit, & de vsu remouit. Sed ambiguitatem lectionis hæc res fecit, quod non ex aperto vigilasse se dixit, sed habuisse quietē implacidā. i. somnijs interruptā, vt intelligamus eā & in somnis territā: & ppter terrorem somniarū vigilias quoq; ppessam. ¶Nouus.) Magnus: vt, Pollio & ipse facit noua carmina. ¶Successit sedibus.) vt Succedoq; oneri. & Succedūt tecto. Quē sese ore ferēs?) Vt, Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido. Et, Nanq; ipsa decorā Cæsariem nato genitrix lumenq; iuuētæ. ¶Forti pectore, & armis? Vt etiā ab Ilioneo audierat, dicente, Nec bello maior & armis. Sanè subaudis est. Et bene virtutis cōmemoratiōe excusat supra dictā pulchritudinis laudem. ¶Credo equidem genus esse deorū.) Nec enim, Vana fides est. i. falsa. Nā degeneres animos arguit timor. i. improbat, ipugnat. ¶Heu.) Per hæc amoris impulsus ostēditur. ¶Iactatus fatis.) Casibus: vt, Quis te nate dea per tāta pericula casus inseqt? ¶Bella exhausta canebat.) Finita. terminata: qd' nimię virtutis ē. Nā inchoare bella, quorumlibet est: vincere vel finire paucorū. ¶Fixum, imotumq; sederet.) Cogi sese optat, q sic negat. ¶Sederet.) Placeret: vt, Et sedet hoc aio. ¶Vinclo iugali.) Synęresis est pro vinculo. Iugali aūt ppter iugū qd' imponebat matrimonio cōiungēdis, Vnde ēt Iuno iugalis dicit. ¶Primus amor.) i. maritus. ¶Decepta morte fefellit.) Figurate dixit, morte sua decepit me, & fefellit. ¶Pertęsum thalami, tedæq; fuisset.) Pertęsus participium est sine verbi origine: & regit genitiuū, vt hoc loco. Nam genitiuus singularis est. ¶Huic vni forsan potui succūbere culpę.) Singula pronūciāda sunt. Ingenti. n. dicta sunt libra qbus cōfessioni desiderij sui quādā inijcit refrenationē. ¶Culpę.) Propter antiquum ritū, quo repellebant a sacerdotio bis nuptę. ¶Fatebor enim.) Bene vno sermone & culpam expressit & necessitatē. Fateri enim & coactorū est & culpabiliū. ¶Miseri post fata Sichæi.) Aut muliebriter dixit Miseri. aut mortui, sm̄ Cice. qui in Tusculanis miseros, mortuos vocat. aut certe ob hoc Miseri, cuius iam obliuiscitur. aut sic occisi. ¶Sparsos fraterna cæde penates.) Si Didonis,

Universidad de Deusto Biblioteca

nis, dispersos per fugam intelligimus: si fratris pollutos cruore. ¶ Inflexit.) Quia supra ait, Fixum immotumque sederet.) Inflexit, a rigido proposito declinauit. ¶ Labentem impulit.) Impulit, & labare fecit. Non enim lababat, qui ante immobilis fuerat. Cauendum sanè ne labentem contra metrum legamus. Nam la, longa est, vt, Labere nympha polo. ¶ Veteris vestigia flammę.) Bene inhonestam rem sub honesta specie confitetur dicẽs, se agnoscere maritalis cõiugij ardorem. ¶ Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat. ¶ Callide, ac si diceret posse se coniũgi Æneę, si mors secuta nõ fuerit. ¶ Pallentes vmbras Herebo.) In Herebo: alij Herebi legunt, aut Herebo, ad Herebũ: vt, It clamor cœlo. ¶ Aut tua iura resoluam.) Propter vincla iugalia. ¶ Amores abstulit.) Cum illo consumpta sunt desideria & voluptates.

DONATVS.

¶ Postera Phœbea lu. la. t. Hu. quę au. polo di. v. Cum sic vnanimẽ al. male sa. so.) Non dixit lucescẽte die Didonem surrexisse, quia peruigil transegerat noctem, sed cũ primũ dies fuisset exorta, locutam talia cũ sorore. mire aũt posuit male sana. sanus est enim qui nullo animi aut corporis incõmodo pmitur. sanus nõ est, q nullo bonę valetudinis beneficio cõfouet, male sanus est autem, qui animi tormẽtis affligit: & pro sano habet, interea nõ poeta pmittit sororẽ, pmittit vnanimẽ, ostendit aliqd Didonẽ germanæ dicturã, quod in vulgus nõ deberet exire. erat. n. turpissimũ mores in hospitẽ publice cõfiteri. sed nullã putabat illa confessionẽ, qñ in duabus soror corporib' vnus animus fuit. ¶ Anna soror.) Vtrunque cõplexa est, alterũ nomen quo vocaret ab oĩbus, alterũ quod consanguinitatis dederat cursus. his vocabulis admonitam voluit, vt quod erat auditura teneret animo & cõsilio regeret æstimantem, & tñ confessionẽ ipsam, quã sciebat inhonestam non semel effudit, sed vsa est insinuatiõe, & per longos verborum circulos venit ad eam partem, quæ sine iactura pudoris, quãuis apud talem sororẽ proferri nõ potuit. hoc loco apertius dicit, quid sit. Multa viri virtus animo, multusque recursat Gentis honos. Ait enim. ¶ Anna soror, q. m. su. insomnia te? Quis nouus hic nostris su. se. ho?) Patior, inquit, soror insomnia, dum cõsidero nihil esse in hospite nostro, quod præferri non debeat. Noua quippe in illo sunt oĩa neque in vno magis quã in alijs visa est. Dido hospitẽ nouũ pro amantis animo nõ quasi recenti suscepisse, sed noua quadam & singulari corporis atque animi specie debemus accipere. ¶ Qu. se. o se. qu. fo. pe. & ar.) Quod tacet, inquit, quod loquit, quod mouet, quã gratũ est, quã iucũdum, quã viro forti conueniens? ¶ Credo eq. (n. v. fi.) genus e. d.) Tanta in illo viro cõstantia est, vt appareat illum diis esse progenitũ. argumẽtũ addit, vt hoc ipsum firmaret quod videbat asserere. degeneres, inquit, animos timor arguit, hoc est si deneger esset humilitatis suæ cõscientia premeret. ecce quãtum laudabat, quæ alieno hoc est Cupidinis arbitrio ducebat, nõ somno. sed hic poetæ fauor est, qui omni occasione, virtutes Æneę meritaque cõmendat. Inter bona eius ponit quod non amauit ipse vt. vulgaris & turpis, sed amatus est. neque amatus ab ea, quæ esset pudoris abiecti, sed ab ea, quæ petita esset cõsilio Veneris, & Cupidinis fraude. ¶ Heu qu. il. Ia. f. q. b. ex. c.) Oẽs partes exequit, quæ amãti cõgruerent. ecce. n. dolet casus eius & grauiter ingemiscit. Quanquã aũt pmissa ostenderent amore illam captam, tñ incipit sensim confiteri, quod amet. ¶ Si mihi non a. fi. qs se. Ne cui m. v. v. so. iu. &c.) Vsqueadeo dixit illum virũ sibi placere, vt dignũ iudicaret consortio matrimonij sui, nisi secũdas nuptias primis decepta dãnasset. ecce venit ad plenam confessionẽ. ¶ Anna, inquit, fatebor enim &c.) Verũ ne ista cõfessio reprehẽsibilis remaneret, annexuit iusiurandũ, quo sibi nuptias horruisse firmaret. ¶ Sed mihi v. t. o. p. i. d. &c.) Confessa sum, inquit, de amore, sed melius pueniet, vt ante dehiscat terra, & me recipiat, aut Iouis fulmine demittar in tartarũ, quã ego pudoris leges aut iura dissoluã. ¶ Ille m. p. q. m. si. iũxit amores Abstulit, il. h. s. s. q. se.) Ipsa sororis suę viam necessariæ persuasionis ostendit, vt quod erat factura amoris ipulsu, hortatu magis alieno coacta facere videret. ait semel nupsi, habeat ille mortuus pudoris mei pignus, qui mihi florem virginitatis eripuit, & secum habeat ac suo sepulchro conseruet. hoc est obliquè dicere qd dubitem nubere, cum alterius nuptias sepultus ille nec videre possit, nec aliqũ sentire? quod pcipuũ habui, tulit. sufficiat ei virginitatis meę decus, relinquat viduam necessitatibus suis, etiam si aliquid sentit cõiugij nostri sacratissimũ nomen, & fidẽ maritali debitã toro mors media sustulit, mors deleuit. nouitatẽ quandã illius pcurauit excessus. superflua reuerẽtia procul abscedat. vis maior vrget, vis itolerabilis cogit. ipune secũdi cõiugij fortuna suscipitur, & si aliquid sentire manes possunt, impune peccat.

San' nõ sanus.

ASCENSIVS.

¶ Postera Phœbea lustrabat lampade terras, &c.) Declarat poeta, quomodo misera Dido, vim amoris sui, Annæ sorori detexit: argutissime qdem ingressa: sic tamẽ vt ab eiusdem artis peritia, facile intelligeretur in quam partem animus se eius inclinaret: quocirca incẽsum animum, inflammauit amore. In qua re nos docet poeta, nõ debere consilium capere ab his qui cupiditatibus nostris, potius obsequantur, quã vtilitati consulant: & ergo male sana dicitur, vnanimem sororem consuluisse. Nihil est artificiosius: nec quod magis graphice muliebres astutias, & tectos amores exprimat, quã pręsens locus: sed ne in immensum crescat opus nostrum, adiecero duntaxat Donati verba, quæ hæc sunt. ¶ Anna soror.) Elegit sororẽ vnanimẽ: cui turpiorẽ amorẽ cõfiteret. Neque tamẽ aperte, sed per insinuationem, longo circuitu verbo confessa est. ¶ Quæ me suspensam insomnia terrent?) Patior insomnia, dum cõsidero nihil esse in hospite, quod pręferri non debeat. ¶ Quis nouus?) Noua in illo sunt omnia, tam in corpore, quã in animo: neque vnquã in alio visa: & hæc dicuntur pro amãtis animo. ¶ Quẽ sese. o. t.) Quã gratũ, quã iucũdum est, quã viro forti cõueniens, qd' tacet, quod loqt, quod mouet. Laudat etiam Æneas hic, quod nõ amauit vt vulgaris & turpis: sed amatus est, nõ tamen ab ea quæ esset pudoris abiecti, sed esset petita cõsilio Veneris & Cupidinis fraude. ¶ Heu.) Incipit sensim confiteri, quod amet, quod dolet casus eius. ¶ Si mihi non.) Adeo illum probat, vt illum iudicet dignum matrimonio suo, nisi priori coniugio sit decepta. ¶ Sed mihi vel te.) Confessa de amore, melius prouenire sibi mortem dicit. ¶ Ille primus.) Ostendit sorori viam necessariæ persuasionis: vt quod erat amoris impulsu factura: hortatu alieno magis facere videatur: ait enim, semel nupsi: habeat ille quãuis mortuus pudoris mei pignus, qui mihi florem virginitatis eripuit: & secum habeat, ac suo sepulchro conseruet: & sic oblique dicit, Quid dubitem nubere, cum alterius nuptias sepultus ille non videat: nec sentire possit? Sufficiat illi, quod præcipuum habuit, virginitatis meę decus tulisse? Relinquat viduam necessitatibus suis inseruire: & si sentit, fidem debitam illi sustulit mors, quæ nouitatẽ quandam procurauit. Vis maior vrget, & intolerabilis cogit: impune secũdi coniugij fortuna suscipit. & si aliqd manes sentire possunt, impune peccat. Hæc ille.

Ordo. ¶ Ordo est. Postera, supple dies: lustrabat. i. illuminabat, & purgabat iam terras lampade Phœbea. i. luce solari: & aurora dimouerat. s. prius (vnde non est hysteron proteron: quia verba declarãt auroram præcessisse, quæ dimouerat polo. i. ab hemisphęrio nostro) vmbram. s. noctis, quæ est vmbra terræ humentẽ. i. cum humore semp labentẽ: & iam postera dies, lustrabat adhuc terras lampade Phœbea: a Phœbo. i. sole: tunc, sup. cũ. i. qñ. sup. regina Dido: male. i. non sana: aut in malum suũ sana. i. sanę similis: hoc est, callida & astuta: adloquit sic. i. in sequentẽ modum: sororẽ. s. suam, Annam nomine, vnanimẽ. i. vnius animi, & voluntatis: immorandi. s. Æneę: & si qua fieri posset in coniugium illiciendi: dicit ergo: O Anna soror, quæ. i. qualia: insomnia. i. phanthasmata nocturna, terrent me: suspensam. i. anxiam, & perplexam, qd agere debeã? & ne dubitet vnde sint insomnia, addit: Quis, i. qualis: hic hospes nouus. s. Æneas: successit. i. in subsidiũ venit nostris sedib'. i. ad nrm regnũ, duce & rege carẽs, & multis inuisum potẽtibus: quẽ. i. qualem. q. d. dij boni, quã inclytum & magnificũ? ferẽs. i. gerens, aut extollens sese. i. semetipsum, dum labores suos & errores narraret ore. i. oratione & sermone: quã forti pectore. i. animo: & quã, sup. fortibus armis? Tria dicit, in quibus & virtus & vitium consistere põt, os, animũ, & arma: ore, loquimur: animo, cogitamus: armis, operamur, quib' quia sese vltra mortaliũ fortẽ gessisse visus est Æneas: addit equidẽ, id est ego quidem, q. d. nescio quid tibi videatur: sed ego certe credo, ipsum esse genus, i. progeniem: & de genere deo: aut ne in vnũ Æneam propensius inclinatam se prædicet, de toto genere Troianorum, qui se a Dardano & Teucro, Iouis filijs ortos asserũt, loquitur: reditura tamẽ præcipue ad Æneam: probat autẽ genus esse deo: quia timor arguit. i. arguendo & improbãdo cõuincit, animos. s. alio, esse degeneres. i. a nobili prosapia meticulositate degenerare, & ignobiliter decedere: sed timor nõ est inuentus in Ænea: vnde addit, probans semper priora per posteriora, quod est honestissimũ filũ cõnectendi carminis: heu, commiserantis interiectio: qbus. i. qualibus, ille. s. tam nobilis, generosus, inclytus, & pius hospes, noster: iactatus, sup. est: fatis. i. fatalibus incõmodis, & laboribus, diis ita volentib', aut permittẽtibus, quo maior sit illi gloria quæ. i. qualia bella canebat. i. carminis eloquio enũciabat: exhausta. i. iam expleta, & gesta, atque per

acta

acta a se? q. d. grauissima, & maxime formidanda. Et ideo qa talis est. Si nõ sederet. i. placeret: existens fixum animo, & immotum. i. immobile: sicut diues inaccessos, vbi Solis filia lucos. i. inaccessibiles: nam Vlisses accesserat cũ alijs multis: aut immotum hactenus: sed plus dicit, si immobile itelligatur, verum exquisitus est sermo, vt in vtrãuis partẽ intelligas, si dicit, non sederet animo. i. si nõ placeret oino: ne vellem. i. quod nunquã vellem sociare: cui. i. alicui. vinclo iugali, pro cõiugali. i. matrimoniali: me, id est si non firmissime cõstituerim, quod nunquã alteri nuberẽ: postquã primus amor fefellit me, deceptam morte. s. prioris coniugis Sichæi a Pygmalione interempti: & si non fuisset, sup. me, pertæsum. i. si non omnino tæderet: thalami. i. tori genialis: & tædæ. i. facis nuptialis, quæ ante nubentes fert: hoc est, si non omnino afficerer tædio matrimonij: & secundarũ nuptiarum: & ita constituerim non amplius nubere: ego potui. i. potuero, sed facilitatẽ aut certitudinem futuri, indicat pręterito. forsan quod callide addit, ne se victam penitus fateat: succumbere. i. me victam dedere huic vni. i. soli culpæ: quæ esset transeundo ad secũdas nuptias. Nam o Anna, enim pro quia (fatebor hoc est, cogor enim tibi, cum sis mihi soror & fidissima amica, secreta cordis reuelare.) hic solus. s. hospes noster: amatorie tamẽ nõ nominat eum inflexit sensus. s. nostros: & impulit. s. in amorem sui: animũ labantem, id est a firmo proposito paulatim decidentẽ: nam agnosco vestigia veteris flammæ. i. amoris: quem in Sichæum habui, flexit, dixit, solus, post fata. i. post mortem miseri coniugis, sup. mei. s. Sichęi: & post penates. i. lares, aut deos familiares: sparsos. i. aspersos: cæde fraterna. i. a fratre meo Pygmalione, coniugi meo illata. Sed licet agnoscam veteris vestigia flammæ: ego optem prius, vt, sup. tellus: ima. s. profunda: dehiscat. i. aperiat se mihi: ad absorbẽdam. s. me: vel, vt, sup. pater omnipotẽs. s. Iuppiter: adigat. i. impellat me fulmine: ad vmbras. non quaslibet, sed ad vmbras Herebi. i. loci obscurissimi in inferno: pallentes. i. pallidos, & pallidas facientes: & vt adigat me ad noctem profundam, id est ad caliginẽ infernalem: ante. i. priusquã o pudor (ex affectione apostrophen facit) ego violem te: aut antequã ego resoluam tua iura, quę vetant, scilicet ad secũdas nuptias transire, quæ pudicissimæ haberi volunt matronæ. Ille qui iunxit sibi me, id est qui assumpsit me, in coniugium, scilicet Sichæus: abstulit primos amores, scilicet meos: & ita volo, vt ille habeat, supple eos secum, & seruet sepulchro: quo vno verbo, significat se ad oppositum flexisse animũ: quod Anna intelligens, dictura est, Id cinerem aut manes credis curare sepultos?

PIERIVS.

¶ Cum sic vnanimem adloquitur. In codi. aliquot antiqs, tum, legitur, & vnanimam, vtrunque agnoscitur a grammaticis, De adloquitur, per d, alibi dictum. ¶ Quæ me suspensam insomnia terret.) Libentius omnes, terrent, cum antiquis codicibus agnoscunt, vt, Insomnia, plurali numero dicantur, siue τὰ ἐνύπνια vigiliam Intelligamus. Nam plurali numero, insomnia, loco hoc, pro vigilijs positum Sosipater Carisius putat: quamuis & hic somnia intelligi possunt, in quibus terror. ¶ Adigat me fulmine ad vmbras.) In co. aliquot antiquis, abigat, legitur: nempe quia veriti sunt bis, ad, præpositionem repetere. Sed enim ea sic posita, maiorem ostendit vim, neque desunt huius elocutionis exẽpla apud Virg. & Cice. vt illud, Nondum erat auditum te ad Italiam aduentare. ¶ Ante pudor quam te violem, aut tua iura resoluam.) In Romano & in oblongo Vaticanæ bibliothecæ, codicibus antiquissimis, scriptum est, violo, & resoluo. In Longobar. etiam ita prius habebatur: altera inde manu superadditum est, a, cum nota compendiaria, quæ pro m, poni solet. Corruptus etiam est Mediceus, vbi violem, ex violo factum: & ita in Porcio contaminatum est vtrunque verbum, cum violo, & resoluo, prius scriptum esset. Finitiuum vero modum loco hoc Sosipater dubio procul agnoscit, vbi ait, antequam modo finitiuis, modo subiunctiuis iungitur. Iunctum subiunctiuis: vt, Antequam venisset. Disiunctum finitiuis, vt apud Virgi. Ante pudor, quã te violẽ, aut tua iura resoluã. Hinc, quam is lectionẽ probarit patet. ¶ Qui me sibi iunxit.) In antiquis aliquot exemplaribus vinxit, legitur: quod tantundem est, nisi quis iungere magis ad nuptias pertinere dicat. Vincire autem, amicitiæ potius esse.

Sic effata, sinus lachrymis impleuit obortis. POE.
Anna, refert. O luce magis dilecta sorori, ANNA
Solã ne perpetua mœrens carpere iuuenta?
Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris?
Id cinerem, aut manes credis curare sepultos?
Esto, ægram nulli quondam flexere mariti:
Non Libyæ, non ante Tyro despectus Iarbas,
Ductoresque alii, quos Africa terra triumphis
Diues alit: placito ne etiam pugnabis amori?
Nec venit in mentem, quorum consederis aruis?
Hanc Getulę vrbes genus insuperabile bello,
Et Numidæ infręni cingunt, & inhospita Syrtis:
Hinc deserta siti regio, lateque furentes
Barcæi: quid bella Tyro surgentia dicam?
Germanique minas?
Diis equidem auspicibus reor, & Iunone secunda
Huc cursum Iliacas vento tenuisse carinas.
Quã tu vrbem soror hãc cernes? quæ surgere regna
Coniugio tali? Teucrum comitantibus armis?
Punica se quantis attollet gloria rebus?
Tu modo posce deos veniam: sacrisque litatis
Indulge hospitio: causasque innecte morandi:
Dum pelago desæuit hyems, & Aquosus Orion:
Quassatæque rates, dum non tractabile cœlum

SERVIVS.

Sinus. ¶ Sinum lachrymis impleuit obortis.) Sinus dicimus orbes oculo. i. palbebras, quæ a palpitatione dictæ sunt. Nã semper mouentur. Impleuit autẽ ideo, qa lachrymę plerunque se intra oculos tenent. Et bene premisit excusationẽ ijs lachrymis, cõmemoratione prioris mariti. ¶ Anna, refert.) Suasoria est omni parte plena. Nã expurgat obiecta, & ostẽdit vtilitatẽ. Et a timore persuadet. ¶ O luce magis dilecta.) i. dilectior. Nam antiqui frequenter pro cõparatiuo iungebãt particulam Magis. Tale & illud ẽ, Nate mihi vita quondam, dum vita manebat Chare magis. ¶ Solane perpetua mœrẽs carpere iuuẽta? Nec dulces natos.) Propter liberos, quę fuit causa secũdi matrimonij: vt Iuuenalis, Sed placet Vrsidio lex Iulia tollere dulcẽ cogitat hęredem. Alij male iungũt natos Veneris, Cupidinẽ & Æneã. ¶ Veneris nec pręmia.) Voluptates. Homerus, τὰ τῆς ἀφροδίτης. ¶ Id cinerẽ, aut manes credis curare sepultos?) Propter illud, qa marito iura uerat: vt, Nõ seruata fides cineri pmissa Sichæo. Et bene extenuat dicẽdo nõ animã: sed cineres & manes sepultos. Dicit aũt sm Epicureos, qui animã cũ corpore dicunt perire. ¶ Esto.) Aduerbium cõcedentis est Græcũ. ¶ Flexere mariti.) Non qui erãt, sed qui esse cupiebant. Alij intelligunt ægram mariti, vt sit genitiuus singularis. i. propter maritum. ¶ Non ante Tyro.) Aut in Tyro, ac si diceret Tyri. aut certe Τυρόθεν. i. Tyro: vt, Dardanus Hesperia. ¶ Despectus Iarbas.) Rex Libyę, qui Didonẽ re vera voluit ducere. Et vt habet historia, cũ hæc negaret, Carthagini intulit bellũ: cuius timore cum cogeret a ciuibus, petijt vt ante placaret manes mariti: & exędificata pyra se in ignẽ pręcipitauit: ob quã rem Dido. i. Virago dicta est, quæ virile aliquid fecit. Nam Elisa, pprie appellata est. ¶ Ductoresque alii.) Ergo & Iarbas ductor. ¶ Quos Aphrica terra.) Deriuationes frequenter maiores sunt a pricipalitate: interdum pares inueniũtur: raro minores. Vñ supra Lacena notãdum diximus. ¶ Triũphis diues.) i. bellicosa. ¶ Placitone etiã pugnabis amori? Ac si diceret: cõtẽpsisti eos q displicebãt nunqd etiam placito amori repugnabis? Et ẽ Græcũ, pugno tibi. Nam nos, pugno tecum dicim'. ¶ Hinc Getulę vrbes.) ad terrorẽ vrbes dixit. Nã in mapalibus habitãt. ¶ Infręni.) Aut sæui: aut qui equis sine fræno vtũtur. ¶ Inhospita.) Barbara, aspera. ¶ Deserta siti regio.) Inhabitabilis. Dicit aũt Zerolibyen, q est inter Tripolin & Pentapolin. Et bene terret dicẽs iuxta esse aut bellicosas gẽtes, aut deserta loca, vnde nõ sperat auxilium. ¶ Lateque furẽtes Barcæi.) Hi, ppe sunt a Carthagine. Vñ addidit, Late furẽtes. Hi sm Titianũ in chorographia Phœnicẽ nauali quondã superauere certamine. Barce autẽ ciuitas est Pentapoleos, quæ hodie Ptolemais dicitur. Nam

Cyrene

Universidad de Deusto Biblioteca

Cyrene & Barce reginę fuerunt: quæ singulis dederunt ciuitatibus nomina. ¶Germaniq́; minas.) Propter aurum, quod ei (vt in primo diximus) tulerat. ¶Dijs equidem auspicibus.) Hoc dicit, dij qui auspices sunt matrimonij, Æneam huc venire fecerunt. Nuptię.n.captatis fiebãt augurijs: vt, Contentiq́; auspice Bruto. ¶Iunone secunda.) Quæ preest coniugijs. ¶Tenuisse.) Perfecisse implesse. ¶Coniugio tali.) Id est viri fortis. quod ideo non dicit, quia scit a Didone predictum. ¶Veniam.) Aut beneficium: aut re vera veniam periurij scilicet: vt, Non cineri seruata fides ꝓmissa Sichęo. ¶Sacrisq́; litatis.) Dijs litatis debuit dicere. Non enim sacra, sed deos sacris litamus, id est placamus. Ergo noue dixit. ¶Indulge.) Da operã: vt, indulgent vino, & vertunt crateras ahenos. ¶Aquosus Orion.) Corripuit ratione supradicta. ¶Non tractabile.) Asperum, intractabile.

DONATVS.

¶Sic effata sinum la.im.o.) Fudit, inquit, post verba vberes lachrymas, vel quod veteris amoris recordatione mouebatur, vel q; vrgebatur efficere quod animo respuẽte damnauerat. obortę sunt lachrymę, hoc est subito ortæ, quod toties fit, quoties vrgẽte animo dolores funduntur, vt hoc loco. cęterum cum de Sinonis fletibus diceretur lachrymis, inquit, coactis, hic sinum ait lachrymis impleuit obortis, vt lachrymarũ ipsarũ copiam demonstraret. ¶Anna refert.) Intellectis Anna, quæ agerent, & cõiectura manifesta collectis, eadem repetit destruẽdo. s. quoniã illa mentis suæ talem veluti sentẽtiam tulerat, vt quãuis angore teneret, diceret tamen se secundas nuptias perhorrescere. incipit igitur a persona sua, vt ostenderet futurã persuasionẽ a germanæ amore processurã, causa ergo meri cõsilij fuit, quod ait primo. ¶O luce m.d.sorori.) Hoc dicto parauit sibi sororis animum. non enim causam eius leuiter tractare debuerat, q̃ plus se amare professa est quã lucem. In eo autẽ omnis cardo fuerat, quia Dido amare se confessa est & amori ipsi propter prædicatas causas negauerat se esse cessuram. hoc itaq; fuerat destruẽdum, vt suasura eius intentionem obtinere potuisset. ¶Sola ne perpetua m.ca.iu. Nec d.n.Veneris nec p.n?) Duas causas posuit, sed quæ in vnam rediguntur. nam iccirco, inquit, iuuentã solam remanere nõ conuenit, vt opportuno tempore procreari liberi possent. verecunda persuasio, vt non libidinis cõtemplatione videat sororẽ hortari ad nuptias, sed natorũ causa, qui profecto nisi ætatis nouellę suffragio ꝓuenire nõ possunt. venit ad quęstiones, quę istiusmodi consilia turbare potuissent. Dido, n. dixerat seruare se velle reuerentiã mortuo. hoc & ipsi parti respõdens ait. ¶Id ci.aut m.c.se.) Hoc est cui deferre contendis, nescit honorificentiam tuã. cum anima enim sensus moriẽtis extinguitur, totũ interit quo vita retinet, perdit obsequium. quisquis illud non homini sed cineri pręrogare contendit. ¶Esto ęgram n.qu.fl.m.&c.) Cum adhuc, inquit esses ęgra, hoc est, cum recens mariti perditi te affligeret dolor, petitores reiecisti potẽtes & plurimos. consenuit lapsu temporis dolor, amor placuit, cõplenda sñia est. an tibi quod præsumis sic anima debet videri retinẽdum, vt perpetuis luctibus vacans iuuentam oẽm coniugia respuẽdo transmittas? si igit petitores primi fastidio impediẽtis doloris nihil pro voluntate meruerũt, quod nunc placuit, nõ debet cõtraria voluntate dissolui. ¶Nec venit in m.q.co.a?) Quod obscure dixit, quorũ consederis aruis incipit euidenter exponere. ¶Hinc gętulæ vr.&c.) Plenum studium suadentis exequitur, vtpote vnanimis soror. nam post multa necessaria, quę superius posuit, addidit faciẽdi necessitatẽ singula cum suo metu præcurrens. non, inquit, venit in mentẽ, quorũ cõsederis aruis. hoc est nõ tractas te esse peregrinam, atq; in peregrinis partibus imperiũ te velle fundare, initia oĩa habere laborẽ durum, vel maxime in causa imperij noui, quod fœmina & sola in alienis terris parare cõtendis, firmissimã sedem esse, innumeras gentes, quę te maximo vrbiũ numero infestare non dubitent, quę ferocitate gaudeant, & potẽtię viribus possint implere, quidquid animo cœperint, & cogitatione perficere. Hinc gętulæ vrbes, genus insuperabile bello. quod genus hominum nesciat, inquit, vinci cũ intulerit bellum. ecce tulit & vincẽdi spẽ, ne diceret Dido, & si mouerint arma superabo eos. & Numidę infreni cingunt. cum dicit infręnos ostẽdit indomitos, & eos, qui nullo iure tenerent, ac suis legibus viuerẽt, nec vellent alicuius imperio subiugari. & inhospita Syrtis, nõ quo nõ suscipiat hospites, hoc est peregrinos, sed quã inhumanitatis causa omnis formidet adueniẽs, vel oderit peregrinos: Posuit in media cingunt, sed tribꝰ applicãdum est, vt sit, Gętuli, Numidæ, & Syrtis cingunt. hoc ipsum cingunt, habet ingentẽ metum, maximamq́; formidinem. nam cingere est ambire, vt & infiniti monstrẽtur inimici, & si fuerit ex necessitate fugiendum, per tantos ac tales exitus inuenire nõ possit. Hinc deserta siti regio, lateq; furẽtes Barcæi. Similis etiam istorũ metus est. Nam quomodo fuga per sitientes terras perindeq; desertas fieri põt, aut per eos qui sic furore rapiant vt furorẽ ipsum latius tendant? Quid bella Tyro surgẽtia dicam? quod habuit maximũ, seruauit ad finem. considera, inquit, in quãta desperatione sis posita, quantaq; sit tuæ fortunæ conditio, quãdo cũ tot immanissimis gentibus timetur & frater, quid futurũ sit, si ille cum copijs suis instructus aduenerit: causæ. considerãdum est q̃ nec persistendi facultas superesse potuerit aut certe fugiẽdi, tenebit enim ille subsidiũ maris, & quacũq; fugientem hostis durus excipiet. itaq; fiet in his terris quod domi compleri non potuit ad oĩa cõcurrit illud quod superius dixit. Sola ne perpetua mœrẽs carpere iuuẽta? Si.n. perduraret iuuẽtam sola trãsigere, quis tot ac tantis resisteret inimicis? vel quis iam quæreret exactis temporibus fœminã, quę maritũ procreatione filiorũ patrem non posset efficere? postremo cogitandum cui tantũ florẽ imperij, ac tanto labore quæsitum esset traditura. si liberorũ posteritas nõ superesset, quorũ tantã gratiam esse constaret, vt parẽtes gaudeant, si ad eos potius bene parta transmittant? Dijs equidem au.r.& Iu.se. Huc.c.i.v.te.c.) Optabat suadentis voto vnum, quod si obijceretur mouere potuisset, ne forte hoc ipsum contra voluntatẽ Iunonis fieret quã constabat Troianis infestam. Tulit hoc prior Anna, & cõiecturaliter posuit nõ timẽdum. ait enim, si nollent dij nobis cõiungi Troianos nunq̃ nostra littora tetigissent, denicq; ipsam Iunonẽ procurasse confido vt pulsi ꝓprijs regnis nostris potius vtilitatibus adderentur, nam non esset secũda Troianis, nisi hoc regnum, quod struis, securitas exegisset. dehinc ostendit cõmodum, quod ex facto ipso posset ꝓuenire. ¶Quã tu vr.so.h.c.r?q.su.r? Con.t.te.co.ar.&c.) Si, inquit, sola tanta potuisti disponere, quanta erit felicitas tua, quantũq; rebus omnibus prosperitatis accrescet acquisito tali coniugio, & Troianis opibꝰ felici societate cõiunctis? ¶Tu m.p.d.ve.la.q; lit. In.ho.&c.) Post omnẽ persuasionis cursum dat cõsilium, quo Æneas in illis terris diutius tenere potuisset. fac, inquit, sacrificia numinibus: & eorum fauorem sic obsequẽdo cõcilia, cumq́; hoc necessario feceris indulge hospitio, hoc est illorũ peregrinationẽ vberius foue, ne deficiendo victus substãtia discedere Troiani cogantur. deinde procurata istiusmodi securitate, innecte properãtibus moras, pretende causas, quæ illos a nauigatione deterreant, dic importunę iam interuenisse hyemis tempus, sydera quocq; vehemẽter esse cõtraria, quassatas naufragio rates: asperis interea flatibus non esse credendas, motus cœli quocq; cõtrarios. Hæc Troianis proponẽda non incassum Anna mãdabat. sciebat enim facile his moueri posse formidinẽ, quorũ tanta millia Ænea referẽte cognouerat, & qui recentes a naufragio fuissent, facilius cessaturos.

ASCENSIVS.

¶Sic effata, &c.) Vehementiam amoris, quam verbis fateri erubuit, lachrymis prodidit: vnde soror animũ eius agnoscens, oleũ addidit camino, & incẽsam inflãmauit sequẽti oratiõe: de qua dicit Dona. sic. ¶Lachrymis.) Quas effundebat, vel recordatiõe veteris mariti, vel quod cogat id facere, qđ aĩo respuente dãnauerat. ¶Obortis.) Subito coortis. Sic.n.fit, quãdo dolore animi fundunt. Contra de Sinone, Lachrymisq; coactis. ¶O luce.m.d.) Ostẽdit causam meri cõsilij fuisse, cũ ex amore loquat: & deinde aggredit astruere cãs, ꝑpter quas ipsa negauerat secundas nuptias. ¶Nec dulces natos. ¶Honestam causam proponit: nec libidinis, sed liberorũ creãdorũ causa, illam hortari videatur. (Id cinerem) id est hic, cui deferre cõtendis, nescit honorificentiã tuam. Cum anima enim sensus moriẽtis extinguit, totũ interit, perditq; obsequium qsqs illud nõ homini, sed cineri ꝓrogare cõtẽdit. ¶Esto ęgrã.) Cum adhuc esses ęgra, ex recenti dolore, nulli flexerũt te. Nũc nõ repugnabis placido amori. ¶Hinc Gętulæ vr.) Exprimit quod obscure dixit. ¶Quorũ consederis aruis?) Post autẽ multa necessaria, quæ superius posuit, addit faciẽdi necessitatẽ, singula cũ metu discurrẽs: dicit ergo, nõ cõsideras te peregrinã, & in locis peregrinis te imperiũ velle fundare: & oĩa initia, præsertim imperij, habere laborẽ durum: Quod fœmina & sola paras vrbẽ fundare: cum innumerę gentes possint te magno numero vrbium infestare: quę viribus & ferocitate valent. ¶Insuperabile, & infręni.) Inuincibiles ostendit. Infręni, qui suis legibus viuentes, nollent alieno imperio subiugari. ¶Inhospita.) Nõ quod nõ suscipiat hospites, sed quam inhumanitatis causa, omnis formidet adueniens, vel oderit peregrinus. ¶Cingunt.) Hoc ipsum cingunt, habet magnam vim: nam cingere est ambire: vt infiniti monstrentur

monstrentur inimici vndiq;: ne per illos, ne ve etiam per deserta fugere possis. ¶Germani minas?) Hoc vt validissimum posuit, quasi istis addet, qui mare obsidebit, ne fugere possis. Postremo illic hãc cogitãdum ꝓponit, cui imperium sit relictura, si careat liberis. ¶Dijs equidẽ.) Poterat timere Dido Iunoni hoc non placere: sed coniecturaliter remouet Anna: ait, n. si nollent dij nobis coniungi Troianos, nunq̃ illi nostra littora tetigissent: & credit Iunonem ꝓcurasse, vt Troianos a patria pellerent: vt hic regno fauerent. ¶Quam tu vrbẽ.) Si sola tantũ regnũ parasti, quid facies Troianis adiuta? Ergo fauorẽ deorũ sacrificijs cõcilia. ¶Indulge hos.) i. illorũ peregrinationẽ vberius foue: ne deficientibꝰ rebus Troiani recedere cogantur. ¶Causasq; in.m.) Prætende causas quæ illos a nauigatione arceãt. Hæc ille. ¶Ordo est, Dido effata, id est elocuta: sic. i. in morẽ prædictũ: impleuit sinus. s. oculorũ. i. palpebras (sm Ser. qui vult lachrymas in orbibus oculorũ immoratas: quasi indecorũ sit, si effuderit: sed qa addit, obortis. i. præter spem ortis: videt poeta significare, implesse sinu s, non oculorũ, sed vestiũ) lachrymis obortis. i. subito, & contra institutũ ortis: vel recordatione mariti prioris, vel amore noui, cum vereatur: quod sentiret fateri, Anna refert, i. respõdet ad obiecta cõtra nouas nuptias, & persuadet ad eas, o dilecta. s. Dido, sorori. s. mihi, quæ soror tua sum: magis luce. i. vita propria, aut luce vitali: potuit autẽ magis dilecta, pro eo quod d est dilectior ne, pro an: tu carpere. i. consumeris paulatim: sola. i. in viduitate perseuerans: mœrens. i. lugubris & tristis iuuenta: perpetua. i. per totã iuuẽtam tuã, quãtum ipsa se perpetit. i. continuat. Nec noris. i. noueris: dulces natos. i. quã dulces sunt liberi, his qui pereant eos: nec premia Veneris. i. voluptatẽ libidinosam. q.d. id stulte facis. Nã quod dixit, Ille meos primus, &c. nihil facit, vnde addit: credis. i. credis ne: cinerem. s. Sichæi, aut manes sepultos. i. spiritus defuncti Sichæi, curare id. s. vt carpere perpetua iuuẽta? q.d. id fieri nõ debere: cum superstitiosum sit & friuolum. Esto, aduerbium cõcedentis, tam apud Græcos, q̃ apud Latinos, q.d. permittat ita esse: & dicamus, q; nulli mariti. s. qui voluerunt esse mariti, flexere te quondam. i. aliqñ ante hac: nõ. s. te flexit, ductor quãuis Libyę: aut Iarbas Libyę. s. ductor, nõ inquã te flexit: ante. i. prius, Iarbas Tyro. i. de Tyro: despectus. s. tibi & alij ductores, quos terra Aphrica. i. Aphricana, nisi sit appositio: diues triumphis. i. victoriosa, & sæpe triumphare solita: aut ditata ex opimis spolijs & exuuijs eorum, quos in triumphos duxerit: alit. i. nutrit, & fouet. i. ponamus q; principes Aphrici te non flexerint: pugnabis ne etiam amori placido, i. cũ amore placente resistẽdo ei? q.d. id factum nõ decere: cũ liceat succumbere amori, qa id cineres non curant: & vtile sit, vnde addit: Non venit. i. venit ne in mentẽ. i. consideras ne quorũ aruis consederis. i. locum habitãdi ceperis? (A consido, potius q̃ a consideo: vnde in. j. Ænei. Vultis & his mecũ pariter cõsidere regnis? recte ergo Valla sentit, sido, & sedeo, vnũ habere in voce quidem præteritũ, sedi.) Vrbes Getulæ, id est Getulorũ, qui sunt populi Aphricani: appositorie, genus. s. hominũ insuperabile bello: & Numidæ: populi illi Aphricani: infreni. i. indomiti, & nullo freno coerciti: & Syrtis inhospita. i. inhospitalis: barbara, & aspera cingunt nos hinc, id est ex vna parte vrbis nostræ: & regio. s. Libyca: deserta siti, id est propter aquarum penuriam, quæ intolerabilem sitim procreat: & Barcæi. i. populi: furentes, id est debaccãtes, late, supple cingũt nos: hinc, id est ex alia parte. Quid dicam? q.d. frustra, cum tute ea noris: bella surgentia Tyro, id est contra Tyriam, vrbem Carthaginem: sed melius, Surgentia Tyro. i. a Tyro: vnde profecta est Dido, vnde in. j. Imperium Dido Tyria regit vrbe profecta, q; pro &, minas germani. s. Pygmalionis: qui propter ablatum auri & argenti immensum pondus sororẽ insequi parabat. Equidem. i. ego quidem reor: carinas. i. naues: a parte totum. Iliacas. i. Troianas, tenuisse vento. i. vi vẽtorum: cursum huc. i. ad nos: dijs auspicibus. i. præsidibus: aut ad futuras nuptias auspicãtibus: & Iunone. s. pronuba: secunda. i. prospera, & sequente deorum auspicia. Nam, o soror quam, i. qualem cernes hanc vrbem. q.d. clarissimã: & quæ. i. qualia regna cernes, tu surgere. i. oriri, sup. ex tali, id est talis herois: coniugio: & hoc armis. i. bellicis potẽtijs: & copijs Teucrum. i. Teucrorum comitantibus. q.d. etiam inclytissima, ac potentissima: & quantis rebus attollet. i. eriget: se gloria Punica. i. Punicorũ populorũ: hoc est, Pœnorũ. q.d. maximis: tu modo. i. solummodo, aut nunc, posce deos. i. a dijs: veniam. i. hãc gratiam, aut beneficium, vt rite secundent: aut veniam periurij: quia cineri Sichæo fidẽ non serues: & indulge. i. da operã: hospitio. i. vt detineas eum hospitio: sacris litatis. i. dijs litatis: hoc est, placatis per sacra: aut sacris litatis. i. ad litandos deos factis: & innecte. s. Ænee: causas morandi. i. immorandi: docet quomodo. s. dum. i. quoadusq;: hyems. i. tempestas hyberna: desæuit. i. multũ sæuit: (& est præsentis temporis:) aut desæuit. i. desæuierit. i. sęuitiam suã finierit: & dum Orion. i. stella Orionis: aquosus. i. aquas, & nimbos excitans, sup. desæuit: & dum. i. quãdiu: rates, supple sunt: quassatę. i. concussę, & lacerę, nec dum refectæ: & dũ cœlũ. i. regio aeris est, non tractabile. i. dura & aspera.

PIERIVS.

¶Sinum lachrymis impleuit obortis.) In vẽteribus codicibus aliquot, lachrumis abortis, legitur: sed obortis interpretes agnoscunt. ¶Quos Aphrica terra triumphis Diues alit.) In Romano codice legere est, triumphos, accusatiuo casu: vt sit, quos triumphos, pro triumphales viros. Rectius tamen est, Diues triumphis, vt agnoscit Seruius. ¶Placido ne etiam pugnabis amori?) Quãuis, placido, nomen in aliquot codicibus manu scriptis habeatur: longe tamẽ melius, placito esse dixerim: vt emendatiora legunt exẽplaria. ¶Hinc Gætulæ vrbes.) In antiquis aliquot codicibus, Gętulæ, cum diphthongo prima syllaba scriptum obseruaui, Græcorũ more: apud quos γαιτοῦλοι Libyæ populi, per αι scribit: ijdem γαίτυλοι, Artemidoro sunt. Nostri cur nomen hoc vsq; diphthongo scriptitent, mihi nõ constat: neq; cur ausus sit Martialis primã & secũdam in hoc noie corripere, quanq̃ in media o paruum ex diphthongo obijci põt, & υ quod in u, apud nos transire solet. ea ratione corripi, q; cõmunis apud Gręcos habeatur. Id non ita eueniat in prima syllaba, si Græci codices recte per αι diphthongũ eam scribũt. ¶Genus insuperabile bello.) In Romano codice, Genus intractabile, legitur, eo modo quo in Ænei. j. Sed fines Libyci genus intractabile bello. Magis tamen placet hic, insuperabile: qa magis terret ob difficultatem: & persuadet a necessitate validi alicuius auxilij comparãdi. ¶Huc cursum Iliacas ventu tenuisse carinas.) In Ro. codi. & in Porcio legere est hunc cursum: hoc est, hanc viam: & ita in vno ex hijs q apud me sunt, & in Donatiano. Nõnulli tñ eruditi qdem viri magis ꝓbant aduerbiũ, huc. ¶Tu modo posce deos veniã.) In codi. plerisq; vetustis, deũ, habet: sed melius deos: multos enim iferius numerabit, qbus ea sacra faciet. ¶Desæuit hyems.) Antiqui oẽs codi. quotquot inspexi, hyemps, per p, & s, finales literas scribunt: quod Teren. Scau. fert impatienter, ex eo iam tempore ea oborta stribiligine. hyemps

His dictis incẽsum aĩum inflãmauit amore: POE.
Spemq́; dedit dubiæ menti: soluitq́; pudorem.
Principio delubra adeunt: pacemq́; per aras
Exquirunt: mactant lectas de more bidentes
Legiferæ Cereri, Phœboq́;, patriq́; Lyæo:
Iunoni ante omnes. cui vincla iugalia curæ.
Ipsa tenens dextra pateram pulcherrima Dido
Candentis vaccæ media inter cornua fundit:
Aut ante ora deum pingues spatiatur ad aras:
Instauratq́; diem donis: pecudumq́; reclusis
Pectoribus inhians, spirantia consulit exta.

SERVIVS.

¶Incensum inflãmauit.) Vt Horatius, Oleum adde camino. ¶Soluitq́; pudorem.) Propter vincla castitatis. ¶Delubra.) Delubrum dictum, vt supra diximus, propter lacum in quo manus abluũtur, vel propter tectum cõiunctum. aut certe simulachrũ ligneũ delubrum dicimus, a libro. hoc est raso ligno factum, qđ Gręce ξόανον dicit. ¶Paceq́;.) Beneuolentiam. ¶Per aras exquirunt.) Id est sacrificando explorant an dij vellent huic rei consentire. Dicendo autem Per aras, auspicalem artem ostendit: vt, Spirantia consulit exta. ¶Mactant.) Verbum sacrorum, κατ' εὐφημισμόν, dictum, vt adolere. Mactare proprie est magis augere. mactare ¶Lectas bidentes. Non vacat Lectas. Moris eni fuerat, vt ad sacrificia eligerent oues, quibus nihil deesset: vt in sexto, Nunc grege de intacto septẽ mactare iuuẽcos. Bidẽtes aũt dictę sunt q̃si biennes: Bidẽtes. qa neq; minores aut maiores licebat hostias dare. Sunt etiam in ouibꝰ duo eminentiores dentes inter octo, q non nisi circa bimatũ apparent: nec in oĩbus, sed in his q aptæ sacris inueniunt. ¶Legiferę Cereri.) Leges enim ipsa dicit inuenisse. Nam & sacra ipsius Thesmophoria vocantur. Sed hoc ideo fingitur, quia ante inuẽtum

κατ'

tum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum frumentum a Cerere,paſſim hoies ſine lege vagabanſ: quę feritas interrupta eſt inuento vſu frumento, poſtq̃ ex agrorũ diuiſione nata ſunt iura.ſ Phœboq̃.) Qui pręeſt auſpiciis, qbus vrbes reguntur.ſ Patriq̃s Lyco.) Qui vt ſupra diximus, apte vrbibus libertatis eſt deus. Vnde etiam Marſyas eius miniſter eſt in ciuitatibus libertatis indicium:qui erecta manu teſtatur vrbi nihil deeſſe.Et communis hoc habet ſenſus, Sacrificabat,inquit, primo numini*,quę vrbi præſunt, quaſi nuptura pro vtilitate reipublicæ Deinde Iunoni,cui curæ ſunt nuptię. Eſt etiam ſenſus altior.Nam facturi aliquid: ante aduerſos placamus deos: & ſic propitios inuocamus: vt, Nigram hyemi pecudem,Zephyris felicibus albam.Ergo modo nuptura placat ante Cererem: quę propter raptum filiæ nuptias execratur: Apollinem, qui expers vxoris eſt:Liberum, qui niſi raptam coniugẽ habere nõ potuit: & ſic Iunonem conciliat. ſ Cui vincla iugalia curæ.) Quia eſt & Curetis, & matrona, & regina.ſ Candentis.) Candidæ: participium eſt pro nomine.ſ Media inter cornua fundit.)Nõ eſt ſacrificium,ſed hoſtiæ exploratio, vtrum apta ſit. ſ Ante ora deum.) Ante ſimulachra. ſ Spatiatur ad aras.) Matronæ,n.ſacrificaturæ circa aras faculas tenẽtes, ferebantur quaſi cum quodam geſtu, vnde Salluſtius, Saltare elegantius cq̃ neceſſe eſt probæ. ſ Inſtauratq̃ diem donis.) Muneribus, quæ aut dijs offerebat:aut donabat Tyrijs vel Troianis.Inſtaurat autẽ ideo,qa iam ſupra ſacrificauerat:vt,Simul Æneam in regia ducit Tecta, ſimul diuũ tẽplis indicit honores. ſ Inhians.) Intenta per ſolicitudinẽ. ſ Spirãtia. Palpitantia: quaſi adhuc viua.

DONATVS.

¶His dictis in.a.in.a.&c.) Retinens poeta, quia non inuitę ſed volenti ſuadebatur, & quod ſuperius dixiſſet Didonẽ cæco igni carpi hic poſuit.his dictis incẽſum aium inflammauit amore, vt dictis antequã ventorum adiumento,quod ardebat fortius valã diusq̃ flammaret amore.bis accipiendum, vt ſit,his dictis incenſum aium amore,inflãmauit amore. hoc eſt amore primũ amoris augmẽto cumulauit.data quoq̃ ſpe cõmodi ex his, quę proufutura dicebat,obtinuit, & quicquid dubitationis eſſe poterat penitus remouit illouſq̃, donec verecũdia ois & pudor perfitione ceſſiſſent. Terentiana ſiſia huic loco conuenit, qua dictum eſt,dum in dubio eſt animus paulo momento huc vel illuc impellitur.facile,n.quo quis voluerit aium dubitãtis adducit, qñ ineſt iam pars parata voluntatis. ſ Pri.d.a.p.q̃s p.a.Exquirunt.) Ecce fiunt,quæ ſoror ſorori dixerat eſſe faciẽda, & primũ & ante oia, quod dictum eſt,tu modo poſce deos veniã facroq̃ ſimillis obſequijs.ecce adeunt iam tẽpla,& deoq̃ fauorẽ facroq̃ ſibi exhibitione cõciliant,ſ Mactant le.d.m.bi.Legiferæ Cereri &c.) Maſtantes ſolenniter ea animaliũ genera,quæ dijs ad cauſam neceſſ ſarijs conuenirent,& primũ Cereri legiferæ, propterea q̃ populo conſenſus niſi legibus teneri nõ poſſit.Phœbo, vt in futurũ ſperiora pficeret, quæ optabant,libero patri, vt pſtaret lætitiã ſempiternã, Iunoni vel maxime,quę coniugioq̃ teneret plenißimam poteſtatẽ, & ne Troianis inuidens expugnaret.Didonis affectum quã ſplendida dictio,quã artificioſa,quæ in ordinatione verboq̃ nouiſſimã poſuit Iunonẽ,nec tñ nouiſſime ſacrificatum memorauit.addendo,n.ante oẽs oſtẽdit ipſi primo ſacrificio honores exhibitos. ſ Ipſa te.d.p.pu. Dido &c.) Fiebant per alios alia.Dido vero officio ſacerdotis functa, inter vaccæ cornua pateram fundebat aut ante aras pingues, hoc eſt pecoq̃ corpibus onerata in ipſo deoq̃ cõſpectu ſpatiabaẽ. hoc eſt eũdi ac redeũdi vices creberrimas ,pcurabat. ſ In.q̃s d.d. (Neq̃ hoc ſemel ſed ſæpius

pius faciebat,vt,pduceret diem,volens diutius habere preſentẽ, quẽ amabat. ſ Pecudumq̃s r.Pe.in,ſp.co.e.) Quærebat futura in interioribus pecorum.conſulit, ſic poſuit quaſi exta poſſent reuocare reſponſum.ſed videnſ reſpondere dum conſulentiũ viſibus ſigna commiſſę conſultationis oſtendunt.

ASCENSIVS.

¶His dictis incenſum animũ inflammauit amore,&c.) Docet, quomodo verbis ſororis pſuaſa, dijs ſacrificabat:& oracula quibus creditura nõ erat,poſcebat.de qua re dicit Dona.ſic.ſ Incenſum inflam.) Bis repete.ſ.animũ incenſum amore, inflammauit amore.Nam data ſpe cõmodi,ex ijs quæ profutura dicebat,adeo dubitationem remouit: vt omnis verecundia & pudor ceſſerit. ſ Legiferæ. ſ Quia populorum conſenſus, niſi legibus, retineri nõ poſſit. ſ Phœ.) Vt in futurum, pſperiora perficeret,quę optabantur.ſ Lyęo.) Vt præſtaret lætitiam ſempiternam.ſ Iunoni.) Quia coniugio,tenet pleniſſimã ptãtem.ſ Ipſa tenens.) Alij,alia faciebãt:ipſa ſacerdotis munere fungebatur.ſ Pingues.) Pecoq̃ corporibus oneratas.ſ Spatiatur.) Eundi, & redeundi, vices creberas procurabat.ſ Inſtaurat.)Sępius hoc faciebat:vt produceret diem,volens diutius habere preſentem quem amabat. Hæc ille. ¶Ordo eſt.Anna inflammauit,id eſt in flammas prorumpere fecit,animum.ſ.Didonis: incenſum.ſ.occulto incẽdio amoris inflammauit, dicit, his dictis.i.hac perſuaſione ſua, & dedit menti dubiæ.i.ancipiti,quidnam agere deberet:ſpem.ſ.nubẽdi, ſecũdo ſaluo decore: & ita ſoluit pudorem: quo arcebatur a ſecundis nuptijs.Et ergo ipſæ ambę adeunt principio,id eſt ante oia:delubra.i.templa,in quibus erant deorum ſimulachra:& exquirunt, id eſt exquiſite quærunt:& implorant pacem.i.pacationẽ, conciliationẽ,& beneuolentiam deorum: per aras.i.per auſpicabilem artẽ, aut per ſacrificia:& mactant,i.occidunt ad ſacrificãdum (eſt enim

SERVIS.

¶Heu vatũ ignarę mentes.) Nõ ſacerdotes vituperat qua ſi neſcios, ſed vim animãtis exprimit:& ide vituperat ſacerdotes qui admonuerunt nõ creditura. Nam oia futura a ſacerdotibus predicta eſſe, ſequens indicat locus:vt, Multaq̃s præterea vatũ prædicta priorum.Eſt.) Verbum eſt indeclinabile. Nã frequẽter deficit.Eſt autẽ huiꝰ poſitio edo es eſt. Inuenimus (ſed quod abolitũ eſt) edo edis edit. Vñ eſt edere & comedere, quod hodie non dicimus.Nã ab eo qd' eſt es.eſſe & comeſſe facit: quo tpe ẽt pro pñti vtimur, vt volo eſſe. Nã in defectiuis tẽpora pro tẽporibꝰ ponimꝰ: vt odi,noui, meinini: odiſſe, noſſe,meminiſſe:etiã pro preſenti ponunt.nam odire, noſcire,meminere nõ poſſumus dicere.ſ Vrbe furens.) Furor enim eſt amor, in quo nihil ſtabile.Vñ & Cupido puer inducit, quaſi inſtabilis & infans,qui nõ põt fari. Vñ paulo poſt,incipit effari,mediaq̃ in voce reſiſtit. ſ Qualis cõiecta cerua ſagitta. ſ Satis congrua comparatio. ſ Creſſa.) Gretẽſia.Nã Grẽce Cres facit. Vnde facit & Latine Cretenſis, vnde eſt cretenſia. ſ Agens telis.) Vrgens,perſequẽs.ſ Neſcius.) Ignotus,ignarus,latens: non qui ceruã neſciret.& rara ſunt verba,quæ per cõtrarium ſignificant. Nam cũ vector ſit ,ppter qui vehit, inuenimus etiã vectorẽ eum dici qui vehit: vt Lucanus, Vectoris patiens tumidum ſuperna tat amnẽ. Tale eſt & formidoloſus, cũ ſit timidus: & timendum ſignificat. Cum enim exigat ratio, vt nomina verbalia agentis habeant ſignificationẽ: pro paſſiua ſignificatione plerunq̃ ponuntur. ſ Fuga.)Curſu:vt, Simul arua fuga, ſimul æquora verrit.Nam intelligere non poſſumus fugam, cum dicat peragrat, Peragrare

Heu vatum ignaræ mentes.quid vota furentem,
Quid delubra iuuant:eſt mollis flamma medullas
Interea:& tacitum viuit ſub pectore vulnus.
Vritur infelix Dido:totaq̃ vagatur
Vrbe furens:qualis coniecta cerua ſagitta:
Quam procul incautam nemora inter Creſſia fixit
Paſtor agens telis:liquitq̃ volatile ferrum
Neſcius,illa fuga ſyluas,ſaltusq̃ peragrat
Dictęos:hęret lateri letalis arundo.
Nunc media Æneam ſecum per mœnia ducit:
Sidoniasq̃ oſtentat opes,vrbemq̃ paratam.
Incipit effari:mediaq̃ in voce reſiſtit.
Nunc eadem labente die conuiuia quærit:
Iliacosq̃ iterum demens audire labores
Expoſcit:pendetq̃ iterum narrantis ab ore.
Poſt,vbi digreſſi,lumenq̃ obſcura viciſſim
Luna premit:ſuadentq̃ cadentia ſydera ſomnos:
Sola domo mœret vacua:ſtratiſq̃ relictis
Incubat:illum abſens abſentem auditq̃,videtq̃.
Aut gremio Aſcanium genitoris imagine capta
Detinet:infandum ſi fallere poſſit amorem.
Non cœptę aſſurgunt turres:non arma iuuentus
Exercet:portus ue,aut propugnacula bello
Tuta parant:pendent opera interrupta.minęq̃
Murorum ingentes,equataq̃ machina cœlo.

enim,pprium ſacrificijs verbum, macto: quaſi magis aucto, ſeu augmẽto ſacrificio.) bidentes.n.oues.lectas.ſ.a grege:de more.ſ. ſacrificãtium,bidentes,quę legi volunt:ſicut tauri eſſe intacti, & ſues eximij.Mactant,dicit, Cereri legiferæ.i.quæ primas leges tulit:aut propter cuius inuẽtum,primæ leges latę ſunt:ne.ſ.quis metat, vbi non ſeuerit: & Phœbo.i.Apollini: & Lyæo.i.Libero, ſeu Baccho patri: & ante omnes,id eſt præcipue Iunoni:cui vincla,id eſt vincula: iugalia.i.matrimonialia, ſupple ſunt curæ: ęa pronuba dicitur:& nubentium præſes. Ipſa pulcherrima Dido, quaſi ſacerdos & regina,ita, vt id ei decentiſſime conueniret: tenens pateram,id eſt vas vinarium,aut poculum,patens dextra.ſ. ſua: fundit.i.effundit inter media cornua vaccæ cãdentis, id eſt mundæ,& intactæ: aut.ſ.dum non fundit, ſpatiaſ ante ora deũ: ad,id eſt iuxta aras pingues,id eſt adipe & ſanguine imbutas: & inſtaurat.i.augmentat. & celebrat diem: donis.ſ.variis in tẽpla, aut in Tyrios collatis: & ipſa inhians.i.auide inſiſtens: pectoribus pecudum.ſ. mactatarum:conſulit.i.conſilium expetit: exta ſpirantia.i.adhuc vitalem ſpiritum habentia,& palpitantia.i.ſtudioſiſſime omnia facit: capta videlicet amore ardentiſſimo:vſq̃ adeo, vt quæ vates cauenda præcinerent, illa affectaret: vnde ſequitur, Heu vatum,&c.

PIERIVS.

¶Animũ inflammauit amore.) In Ro. codi. & quibuſdam alijs, flammauit,ſimplex verbũ habeſ: quo vſus eſt etiã Catullus, Flãmati Phaethontis. Sed longe numeroſius eſt. Animũ inflãmauit dicere.ſ Legiferę Cereri.)In Ro.co.in Medi.in Portio,& qbuſdã alijs anti.frugiferę, legif. Sed.n.Ceres inuẽtrix legũ,a M. Tullio dicif in fine actionũ in Verrẽ. Et rõnem hic reddit Ti. Dona.cur legiferã Cererẽ veteres appellarint.ſ Media iter cornua fundit.) In pleriſq̃ veteribus cod.tudit,habeſ præterito tpe.Sed pręſens, dilucidiorem facit narrationem.

Peragrare.n.eſt circũire ingrendo.ſ Dictęos.) Cretenſes, Ceruæ vulneratę dictamum quærũt: vt in duodecimo legimus,Non illa feris incognita capris gramina. ſ Letalis arundo.) Hoc,ppter futurũ omen Didonis. ſ Sydonias.) Pygmalionis vel Sychęi.ſ Vrbemq̃ paratã) paratã ad illud pertinet, qd' Æneas propter ciuitatẽ nauigat. Sed alij mouent qõnem quo paratã, cũ paulo poſt inferat, Pendent opera interrupta,minęq̃ murox:ſed paratũ põt dici,cui ẽt paululum ſupereſt:vnde eſt, minęq̃ murox ingẽtes.ſ Incipit effari, mediaq̃ in voce reſiſtit.)Sic Horatius,Cur facũda parum decoro iter verba cadit lingua ſilentio? ſ Labẽte die.)Quia in vſu non erant prãdia: vt Iuuenalis, Exul ab octaua Marius bibit. ſ Demens) Quia ea quæ nouerat, audire cupiebat. ſ Narrantis ab ore.) Vt eũ ituereſ. Et hoc loco per oia amantis affectus exprimitur. ſ Obſcura luna.) id eſt nox: Nam mihi tam cõtrariũ lunę eſt, q̃ obſcuritas. ſ Sola.) Sine eo quẽ amabat. Nam regina ſola eſſe nõ poterat. Eſt aũt Plauti,qui inducit inter multos amatorẽ poſitũ dicentẽ q̃ ſolus ſit. ſ Mœret.) Per diphthongũ eſt triſtis,Nam aliter militat ſignificat. Sanè mœror aliud eſt. ſ Abſens abſentẽ.) Terentius,Prælens prælentem eripi, abduci ab oculis. ſ Imagine capta.) Ob amati ſimilitudinẽ. ſ Minæ.)Eminentiæ murorum:quas pinnas dicunt.

DONATVS.

¶Heu vatum ignarę mentes, quid vota furentem? Quid delu.iu.&c.(Fiebãt,inquit,ab imprudentibꝰ ſacra nullis amoꝛ neceſſitatibus profutura.fiebant ab his, qui ſibi velut vaticinãdi ſciẽtiam vendicarent,& cum aliud ageret,nõ intelligebant Didonis ardorem.

ardorem, profuturos se arbitrabantur his, quæ interueniente ignoratione nescirent, quid enim, quæ soluebantur numinibus vota amanti prodesse potuerant, cum amoris ardor iandudum molliter serpens in immoderata incendia prorupisset? ¶Est mollis flamma medullas Interea &c.) Deniq; cum illa omnia frustra agerentur, amor Didonis medullas & viscera consumebat, neq; eam patiebatur vllo in loco consistere, vt vaganti totius ciuitatis non sufficerent spatia: dat similitudinē poeta, vt ostēdat quēadmodum per totam vrbem Dido ferebatur, & data discurrendi necessitas fuerat. ¶Qualis co. cerua sa. Quam p.in.ne. in.c.f.Pastor &c.) Didonē comparauit ceruę, syluas ciuitati, mobilitatem ceruę Didonis discursibus, sagittam Pastoris, sagittę Cupidinis, pastorem cupidini, cursum inefficacē ceruæ cum Didonis errantis immoderatis anfractibus. subtracto similitudinis istius contextu superioribus inferiora iungūtur. dictum est enim, Vritur infelix Dido totaq; vagatur vrbe furēs, cōnectitur. ¶Nunc media Æneam s.p.m.d.) Sic furebat Dido, sic per totam vrbē amoris exagitata stimulis ferebatur, vt a suis conspectibus Æneam non pateretur abscedere. ducebat, inquit, eum secum, atq; vt eius præsentia non videretur esse superflua, ostendebat ei sidonias opes vrbemq; paratam, mōstrabat ea, quibus naufragi animus, & de institutione noui domicilij cogitans capi facilius posset. quis.n. non teneretur diuitiarum alienarum spe, & affectu eius vrbis, quā alterius labor & instātia procurasset? sed hoc pro animo Didonis est positum. Cæterum Æneas amoris eius furorē nesciebat. ¶Incipit effari, m.q; i.v.r.) Addebat ad moras fabularū inaniū interpositionem, præcidens verborum continuationem, vt loquendi spatia proferret in longum. ¶Iliacosq; it.d.a.la.Ex.) Consumptis omnibus inuentionibus, cum iam nihil esset, quod ad moras proficere potuisset, quodq; ipsa vlterius monstraret, aut diceret, ipsum volebat iterum narrare labores atq; vltimos exitus Troiæ. Demus, inquit, vtpote quę ante paululū narrata iterum desideraret audire. ¶Pendetq; iterū na.ab o.) Optabat enim ipsum iterum audire loquentē. ¶Post vbi digressi &c.) Transactis omnibus, quæ ardoris sui causa amātis potuit industria reperire, manēte tamē adhuc inueniendi cupiditate, discessum est ad quietē. Consumptus enim fuerat dies, & noctis tempus adueniens actus Didonis abruperat, ac nō immerito homines vrgebat in somnos. sed recedentib' cunctis sola Dido mœrebat in domo, quod demens sciret absentem, ipsa quoq; strata despiciens, quod virum non haberent. ¶Illum absens ab.au.q; vi.q;.) Cum toro incumberet, nec totū corpus suū traderet lecto nō tam refectionē fessorum membrorum, sed desideratū cubilis sui socium quærere videbatur. merito addidit, illum absens absentem auditq; videtq;, qa tantū fallebatur animus amātis, vt hunc audire & cernere videretur absentē. ¶Aut gr.a.g.i.c.De.) Interdum ad vicē patris amplectebatur Ascanium, aut portabat gremio suo, vt similitudine paterni vultus amoris violētiam falleret. ¶Non cœ.as. t.n.ar.iu.Exercet, p.v.a.p.b.T.p.p.o.&c.) Miro modo moralitas expressa est, nam cum in amore multa sunt vitia, tum magis, q obliuionem negociorū oium parit, & nimium in agendis necessarijs negligentiā. hoc ad personā Didonis refertur, quam in primo libro descripsit, instat operi regnisq; futuris, dehinc ad psonam Tyriorum, qui occupata in alijs regina deseruerant oē operis genus, obliti.s.salutis suæ, deniq; cum iam opera murorum ac turrium ordinatis machinis prope perfecta viderentur, & ad effectum plenum sola deesset instantia, torpuerant omnia, & omniū operum feruor desertione plena languerat. hic ostēditur rectorem complere omnia, cum insistit & iubet, atq; eius negligentia omnimodo frigere vniuersa, quæ ante feruebant.

ASCENSIVS.

¶Heu vatum, &c.) Docet quod comicus dicit, amorem ratione regi non posse: itaq; insanos fuisse vates, qui sinistris omnib' & haruspicijs, Didonem ab Ænea auertere volebāt: quia vis amoris, præuincit oia. Vnde Dona. dicit sic. ¶Heu vatum.) Fiebant ab imprudētib' sacra, nullis amorum necessitatibus profutura. Fiebāt ab ijs, qui sibi veluti vaticinandi scientiam vendicabant. & cum aliud agerent, nō intelligebant Didonis ardorē. Profuturos se arbitrabantur ijs, quæ interueniente ignoratione nescirent. Quid enim quę soluebātur, dijs vota prodesse poterant amanti, cum ardor iam immoderata incēdia dedisset? ¶Tota, v.v.f.) Cum oia frustra agerentur ex nimio amore, nullo in loco consistere poterat: & vaganti totius ciuitatis spatium non sufficiebat. ¶Qualis.) Didonē ceruæ, syluas ciuitati, mobilitatē ceruæ, Didonis discursibus, sagittam pastoris, sagittę Cupidinis comparat. ¶Sid.o.) ne sua pñtia supflua videretur, & ostēdebat vrbē paratā, vt a nauigandi cupiditate auocaret. ¶Inci.) pręcidebat cōtextū verborum vt loquendi spatiū proferret in longū. ¶Iliacos.) Consumptis oibus inuētionibus, redibat ad ea quæ prius erāt narrata. Nam miserē illum detinere cupiebat. ¶Illum absens.) Tantū fallebatur amantis animus, vt absentē videre & audire sibi videretur. ¶Nō.c.) Mirifice moralitas expressa est: nam cū multa mala in amore insint, illud pcipuū qd' negociorū oium obliuionē inducit. Eadē.n. Dido q instabat operi, regnisq; futuris, nunc oia omittit: & cum omiserit, Tyrij quoq; qui instabāt ardētes, oia nūc deserūt. Vñ ostēdit rectorē cōpellere oia cum insistit: cum vero cōtra agit, oia frigescere. Hæc ille. ¶Ordo est. Heu, interiectio, ex psona poetę, quasi cōmiserantis: aut vim amoris dolendo exprimētis, mentes vatū ignaræ: nō vaticinij, sed viriū amoris, qa volebant cōsilio & admonitione, Didonē a nuptijs talib' auertere: admonētes vt donis & votis deos placet: qd.i. in quo: iuuant vota, quæ fecit dīs: furentē.i. insanientē amore? q.d. nihil, aut in nullo: qd delubra.i. deorum tēpla, quæ adierant, iuuant? q.d. tantūdem, hoc est: nihil: qa flamma.s.amoris: est.i. cōsumit: iterea: s. dum sacrificaret. q.d. in ipsis sacrificijs: medullas.s: Didonis: & vulnus.s. sagittis Cupidineis illatū: viuit.i. innouatur, & refricatur interea: & ita summū remedium amoris est nullum adhibere remedium: sed siqua fieri pōt obliuisci. nisi sit libidinosus amor, qui carnē domādo opprimitur. Dido infelix: ppter casum futurū: vritur.s. ab amore: & vagatur tota vrbe.i. per totā vrbē, per quā prius cū grauitate icedebat: sed vagatur furēs, qualis, sup. vagatur cerua: sagitta cōiecta, s. in eam, ita vt eam contigerit.i. postq; sagitta coniecta fuerit (est enim septimi casus, sagitta cōiecta: & cerua pmi.) quā.s. ceruā: pastor agēs.i. persequēs eā: telis.i. sagittis: fixit incautā.i. nō cauente: procul.i. de longe, inter nemora Cressia.i. Cretensia: & liquit ferrum volatile.i. ad volandum aptū: hoc est telum in ipsa cerua fugiente: nescius.i. fm Ser. ignoratus: sed maior est similitudo, si exponatur ignorans: nam fieri pōt, vt pastor sagittā emiserit: nescierit tñ, an ceruam fugientē fixerit: sicut Æneas, regali dignitate, magnifico eloquio, & egregia forma, Didonē vulnerauit: nescius tamē cum id faceret: illius ergo, quo eam vulneraret amore nescius: ergo.i. nescius q eam percusserit: & ideo liquit ferrū. Illa.s. cerua percussa: peragrat fuga.i. fugiendo: syluas.s. Dictæas: & saltus Dicteos.i. Cretenses: & arundo.i. sagitta leuis, quasi arundinea letalis.i. mortifera: hæret.i. inhæret, lateri.s. ceruæ. Ipsa Dido ducit, nunc.i. aliquando Æneam secum, per media mœnia.s. Carthaginis: & ostentat.i. ostentatiōe demonstrat, opes Sidonias.i. quas a Sidone auexerat: & vrbem paratam, quod signum est coniugalis amoris: solent eni proci aut diuitijs, aut virtute sua, fauorem auspicari: & ipsa incipit affari, quod & amātis, & amētis indicium est: & resistit.i. respondet, in media voce.i. nondum dato ad integrum responso Ænee, quod impatiēter amantis notamē est: & quærit nunc.i. aliquādo, eadem.s. consimilia cōuiuia: die labente.i. occidente.i. qualia fecerat Ænee, & cæteris Troianis in primo aduentu: nec tamē approbatur dictum Seruij, asserētis veteres non fecisse prandia, vt in fine huius lectionis Beroaldus docebit: & ipsa demens, exposcit audire iterū labores Iliacos.i. Troianos: quos Troiani passi sunt in excidio: & pendet iterū ab ore iterum narrantis post.i. postea: vbi.i. aliquando digressi, supple sunt ex conuiuio: & luna obscura vicissim.i. nox: aut luna obscura respectu solis: premit: nō extinguit, sed imminuit lumē.s. diurnum: & sydera cadentia suadent somnos: ipsa sola mœret.i. tristatur: domo vacua.s. amato: quo sine vacua videtur amāti: & incubat stratis relictis.i. desertis: ab amato.s. & ipsa absens audit, & videt.s. p phātasiā & imaginationē, illū.s. amatū: absentē: qa ab ea iā digressum: aut ipsa capta imagine genitoris.i. patris.s. Æneæ, detinet Ascanium.i. Iulium: gremio.s. suo, quo Cupidinē prius tenuerat, putās Ascaniū tenere: vt in pmo visum est. Vnde significatur Ascanius postridie a Venere ductus: si.i. ideo, vt si forte possit fallere amorē infandum.i. nimis improbum, satiando.s. se amplexu honesto Ascanij loco patris eius: turres.s. in muris cœptæ.s. extolli: nō surgūt.i. nō extolluntur amplius: & iuuentus.i. iuuenes: nō exercentur amplius.s. arma: ve, pro vel, nō parāt amplius: portus, aut propugnacula.i. munimēta: &, vt dicunt fortilitia: tuta bello.i. ad futurum bellum propulsandum opera pendent.i. suspensa manent: interrupta.s. ab operātium prius feruore. & minę.i. eminentię, & pinnę murorū: ingentes.i. valde magnæ & machina.s. ædificij, aut turris: æquata cœlo.i. cōcepta vt erigatur ad cœlum vsq;: & id hyperbolicos, sup. pendent interruptæ. Et ita ostenditur, quātum potest opera œconomi, aut reipub. principis: quo cessante, omnia in deterius ruunt. Verba Beroaldi in Seruium negantem apud antiquos fuisse prandia, sunt hæc.

hæc. Non eo inficias olim me pedibus iuisse in sentētiam Seruij: sed ex multiplici, variaq; lectione deprehēdi apud priscos in vsu fuisse nō minus prandia, q cœnas, & homines bis in die saturos fieri solitos: quod in primis affirmat Cicero, scribens in.v. quæstione Tusculana, Platonem solitum improbare vitam Italicorum: quoniam bis in die saturi fiebant: & apud Plautū, atq; Terē. vetustissimos scriptores prandia celebrantur. Quinetiam Macrobius refert, morem fuisse antiquorum Romanorum, vt patentibus ianuis pransitaretur & cœnitaretur. apud Plinium in epistolis legimus: queādmodum Plinius scriptor naturalis histo. cibū sumebat interdiu leuem & facilem, veterū more, perinde ac prandium foret parcius, cœna copiosior. Herodotus quoq; author Megacreontis Abderitę, dictum celebratū fuisse, qui aiebat magnā se gratiam habere Xerxi: q non bis in die cibū caperet: nā si prandium & cœnam iuberent Abderitæ parare, de ipsis actum iri pessime asserebat: hoc ideo in Xerxe admiratus Abderites, qm illa quoq; tempestate, quæ haud dubie vetustissima fuit, prandere & cœnare cōsueuerūt. Huc accedit authoritas Cornelij Celsi pcipientis bis in die, potius q semel cibū esse capiendum: celebratur quoq; a Plutarcho, apophthegma Alexandri magni: qui dictitare solebat obsonium prandij, esse nocturnam ambulationem: cœnæ vero, prandij parcitatem. Supradictorum sententias cōfirmat authoritas Aristotelis: qui scribit in Problematib', prandendum esse large, cœnādum esse parce: hoc non præciperetur a doctissimo philosophorum, nisi in vsu, prandia & cœnæ, pariter fuissent. hoc idem traditur ab Hippocrate, medico excellentissimo: & Leonidæ Spartani dictum illud peruulgatum est, Prandete cōmilitones apud inferos forte cœnaturi. floruit autem Leonidas, proculdubio temporibus antiquissimis, & inter antiquissimos est numerandus: hinc a Satyrico poeta dictum est, Prandebat sibi quisque deus: præterea a Valerio Maximo, Simplicitas antiquorum in cibo capiendo laudatur, qui in propatulo prandebant atq; cœnabant.

PIERIVS.

¶Liquitq; volatile ferrum.) Non placet, linquit, præsenti tēpore, quod aliquot habent codices. Est & vbi, volatile telum, in vetustis exēplarib' legatur. Sed enim cum sit eodem versu positum, telis, Pastor agens telis, magis placet periphrasis eius teli statim subiecta: Volatile ferrū: pręterea de ferro hic agitur, qd' auulsum a sagitta tergo inhæserit. ¶Syluas saltusq; peragrat Dictęos.) Antiqui aliquot codices dictionū ordinē ita cōmutarūt, saltus, syluasq; peragrat Dictæas, quod in medio linquimus, cū snia oino eadē sit. ¶Infandum si fallere possit amorē.) In Ro.codi. legitur, possit imago: id quod sibi velit, nō mihi satis liquet, propter epitheton infandum, quod ita nō habeat, cui adhęrescat. Quidā alij codices antiqui, si fallere possit amantē habent. Sed neq; id pbamus. Infandum vero amorē, castiorē lectionem asserimus. Neq; dubitamus lectionē eā, quæ est imago, ex paraphrasi aliqua huc irrepsisse.

Quam simul ac tali persensit peste teneri,
Chara Iouis coniux: nec famam obstare furori:
Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis.
Egregiā vero laudē, & spolia ampla refertis IVNO
Tuq;, puerq; tuus: magnum & memorabile numen:
Vna dolo diuum si fœmina victa duorum est.
Nec me adeo fallit veritam te mœnia nostra
Suspectas habuisse domos Carthaginis altæ.
Sed quis erit modus? aut quo nunc certamine tanto?
Quin potius pacem æternam, pactosq; Hymenæos
Exercemus: habes tota quod mente petisti.
Ardet amans Dido, traxitq; per ossa furorem.
Communem hūc ergo populum, paribusq; regamus
Auspicijs. liceat Phrygio seruire marito:
Dotalesq; tuę Tyrios permittere dextrę.
Olli (sensit enim simulata mente locutam, POE.
Quo regnum Italię Libycas auerteret oras)
Sic cōtra est īgressa Ven'. Quis talia demēs VEN.
Abnuat? aut tecum malit contendere bello?
Si modo, quod memoras, factum fortuna sequatur:
Sed fatis incerta feror: si Iuppiter vnam
Esse velit Tyriis vrbem, Troiaq; profectis:
Misceri ue probet populos: aut fœdera iungi.
Tu coniux: tibi fas animum tentare precando:
Perge: sequar. Tum sic excepit regia Iuno. POE.

SERVIVS.

¶Peste.) Amore, incēdio: vt, Toto descēdit corpore pestis. ¶Nec famā.) Honestam scilicet. Sane τὸν μέσον est. ¶Furori.) Iam nō amori. ¶Aggreditur.) Cum calliditate loquitur. ¶Egregiam vero laudē.) Ironia est, inter quā & confessionem sola interest pronūtiatio. Et ironia est, cū aliud verba, aliud cōtinet sensus. ¶Puer.) Filius, παῖς Grece dixit. ¶Duorum est.) Bene cessit masculino fœmininū. ¶Adeo.) Multum: vt Teren. Adolescentem adeo nobilē. ¶Veritā te mœnia nra.) Propter illud, Haud tanto cessabit cardine rerū. ¶Mœnia nostra.) Iunonis hospitiū. ¶Modus.) Finis. Iuuenalis, Nullo qppe modo millesima pagina surgit. ¶Quo nūc certamine tanto?) Quid opus est tāto certamine? ¶Pacem æternam.) Non inducias tēporales. ¶Habes tota quod mente petisti.) Propter illud, Nostrā nunc accipe mentem. ¶Paribusq; regamus auspicijs.) Æquali potestate. & ab eo quod præcedit, id qd' sequitur. & dictū est a comitijs, in qbus iisdem auspicijs creati, licet simul non crearentur, parem tamen habebant honorem propter eadem auspicia. Vnde & cōsules pares sunt, cum necesse esset vt vnus prior crearetur. ¶Phrygio seruire marito.) Emphaticōs: ac si diceret exuli. ¶Dotales Tyrios.) Regalem spectauit personam. ¶Permittere dextræ.) Quasi per manus coniunctionē secūdum ius locutus est. ¶Olli.) Aut illi, aut tunc. Cætera per parenthesim dicta sunt. ¶Simulata mente.) Hoc est talibus aggreditur. ¶Libycas aduerteret oras.) Absolutior quidem est hæc lectio: sed verior & figuratior illa est, Libycas auerteret oras. Nam plerunque trahitur Schema, vt aliquo ituri non ad locum, sed de loco ponamus significationem: vt si dicas, De campania abeo in Tusciam: honestius est quàm si eo dixeris. Nec hoc tantum hoc loco facit, sed plurib'. Hic enim est, Ripamue iniussus abibis? ¶Ingressa Venus.) Calliditatis est, vt supra. ¶Fortuna sequatur.) Hoc ad casum pertinet. ¶Fatis incerta feror.) Bene omnia tetigit, quibus res humanæ reguntur: casum, fata, voluntatem deorum, Aut fœdera iungi.) Si fœdera, per se plenū est si fœdere ad populos ptinet: ¶Tibi fas animū tentare precando.) Sic Æolus, Tuus o regina quid optes Explorare labor. ¶Perge: sequar.) Bene aliud agēs, aliud ostēdit. Ante est enim Iunonis officium ex matrimonio: sic vsus Veneris. Vnde paulo post, Adero, & tua si mihi certa voluntas. ¶Excepit.) Subsecuta est.

DONATVS.

¶Quam simul ac tali per.p.t. Chara Io.cō.n.fa.ob.fu. Talib' aggreditur Ve.sa.di.) Vbi, inquit, sensit Iuno furorē Didonis, hoc est amorē intēperatū vlteri' occultari nō posse, nec habere remediū, his dictis aggressa est Venerē, cum dicit, aggressa ostēdit eā aliqd inuidiose dicturā. ¶Egregiā vero laudem, &.s.a.re. Tuq;, puerq;.t.m. & m.n. Vna.d.d.si.f.v.d.e.) Magna inquit, gloria vobis parta est, tibi.s. & puero tuo, ex eo, q gemina numinū ptāte cōiuncta, vna per dolum fœmina superata est. hæc veluti laus vituperationē potius tenet, q nihil fecerint memorabile. vincere enim in partib' amoris fœminam non est laboris maximi, pręcipue cum duorum numinū potestas interuenit. huius facti per cōiecturā edicit causas, quę Venere metuēte tractatę sunt. ¶Nec me adeo fal.v.t.m.n. Suspectas.h.d.c.a.) Vt hoc, inquit, fieret, qd timueris scio. nam mearum inimicitiarū contemplatione cōmota metuisti, ne aliquid mali filio tuo apud Carthaginē meā contingeret. ¶Sed.q.e.m?a.q.n.c.t?) Quid necesse est, ait, immoderatas inimicitias vlterius retinere? fiat dissensionū omnium finis, atq; ita, vt in æternum concordia perseueret. sitq; inter Æneam & Didonem matrimonij plena & firma coniunctio. ¶Habes.t.q.m.p. Ardet.a.Dido.t.q;.p.o.f.) Ecce, ait, quod desiderabas habes, Dido amat, Iuno consentit. ¶Communem huc.e.p.p.q;.r. Auspicijs.) Quia quod speciale singulorum fuit factum est me volēte, commune, vtrunq; populum regamus pares, vtrūq; seruemus. ¶Liceat.ph.s.ma.) Quasi diceret, quando ad hoc ventum est, fiat quod non debuit, vt illi, quos amo, seruiant inimico meo. quod enim dixit phrygio, ibi est subtile conuitium, quasi abiecto & in-

Universidad de Deusto Biblioteca

fineq gentis homini. ¶ Dotalesq; tuę.t.p.d.) Et hic, qđ dixit tuę, quasi indigne, Tyrij pro animo dicentis potētes & magni tradātur in dotem, addicti vtiq; & quasi potiorib⁹ seruituri. obliqua hæc dictio fuit, dicebat.n. velut tota simplicitate verboꝝ, tenens tamē interius, quod inimicitias Iunonis integras demonstraret, ecce Virgilius docet facile inimicoꝝ posse nosci consilia, cū sub imagine concordiæ latent. ¶ Olli (sen.e.si.mē.lo. Quo.r.i.l,a.o.) Tractatus Veneris magnus atq; astutus ostendit. sensit enim fieri non potuisse, vt atrox & vetus inimica repente beneuola redderet, poneretq; semel inimicitias, quas longa ætate seruauerat. deniq; in eo ipso veluti beneficio obesse voluit, potius q̄ prodesse. nouerat.n. quid Æneæ deberet, quo magis nitebat, vt si fieri potuisset, potestas omnis, quam fata Italiæ decreuerāt, in Carthaginis opes felicitatēq; transiret. ¶ Sic contra est in.Ve.) His in causa positis, qđ fuerat faciēdum. Intellectā ne se scire debuit Iuno? an ab eius fraudibus dissimulari oportuit? melius visum est dolos dolis excludere, veluti approbatis per dissimulationē præsentibus, ne deteriorē viam nocēdi perquireret atrox & pertinax inimica, si cōtrariam se ostēderet Venus. ¶ Quis.t.d.a.a.t.m.cō.b? Si modo quod.m.f.f.?) Etiam si dementieuipiam tanta insperati cōmoditas proueniret, reniti, inquit, non debuit. cui.n. prodest omissa pacis securitate cōmouere inimicitias tuas? aut tecū habere cū reluctatione certamen? hæc vox quasi consentiētis est, sed vt illa voluit esse sub beneuola prosecutiōe subtilis, ita & Venus subijcit quod Iunonis animū tāgere potuisset. dixit.n. ¶ Sed fatis incerta feror. ¶ Nō fuit incerta, sed ita posuit, vt neq; reniti videret, & tñ id non posse fieri subdole demonstraret. ¶ Si Iuppiter vnam Esse.v.t.v.t.q̄.pro. Misceriue.p.p.a.f.i.) Ego ait voluntatē tuam libenter amplector, sed si hoc fieri Iuppiter velit, aut fata permittant, vt Troianoꝝ ac Tyrioꝝ fiat vna commistio, quod prouenire nō poterat vt amici essent, qui iam fatali dispositione fuerant inimici. dixit.n. poeta alio loco, Progeniem sed.n. Troiano a sanguine duci Audierat, Tyrias olim quæ verteret arces. hoc ergo cū metueret Iuno, optabat Æneam apud Carthaginē retineri, & cum ipso Troianos oēs, vt illis nec proueniret imperium Italię, nec ex ipsis nasceret, qui deleret aliquādo Carthaginem, quod cum nō esset, Venus egit subtilitate mirifica, vt diceret, ego qdem volo, sed nescio an fata consentiāt, aut Iuppiter velit. vt aūt ostenderet fieri nō posse, dimisit eam ad Iouē, vt ex ipso potius contraria reportaret, & gemeret se destinata nō potuisse complere. ¶ Tu coniux.t.f.a. tentare.p. Perge:se.) Quicqd secretum, ait, retinent viri, facile confitentur vxoribus, tenta igit eius sententiam, quicquid ex ipso audieris fieri posse, libēter amplectar, & qua dispositiones tuæ præcesserint, sequentur & meę. ¶ Tum sic excepit regia Iuno.) Non intellecto Veneris dolo in hæc Iuno respondit.

ASCENSIVS.

¶ Quam simul &c.) Docet fabulose, ac poetice Iunonis erga Didonem & Carthaginē studium: eiusq; cū Venere collocutionē. Vnde Dona. dicit sic. ¶ Quam simul aggreditur.) Per hoc ostēdit aliquid inuidiose se esse dicturā. Tractatus Veneris magnus, atq; astutus cernit. ¶ Tuæ.) Quasi indignæ. ¶ Tyrios.) Tyrij inuidiose, quasi potētissimi. Quo regnū.) Sensit nō potuisse fieri: vt tam graues, tamq; diuturnas inimicitias, sic subito deponeret. Nouerat enim qđ Æneę deberet, quo magis nitebat id auertere. ¶ Sic cōtra.) Melius visum est, dolos dolis excludere, veluti approbatis per dissimulationē præsentibus: nō deteriorē viam ingreret atrox inimica: si cōtrariam se ostēderet Venus. ¶ Quis.t.de?) Hęc vox quasi cōsentiētis est. ¶ Sed fatis incerta feror.) Nō fuit incerta: sed ita posuit, vt ne reniti videretur: & tamē nō posse fieri subdole demonstraret. ¶ Si Iuppiter.) Id sciebat nō posse fieri: sed noluit ostendere se nolle: sed ad Iouē eā dimisit, vt ab eo sciret non posse fieri. Nam virorū secreta, facile intelligunt vxores. Hęc ille.

Ordo. ¶ Ordo autem est. Quam.s. Didonem, aut si Græce mauis, Dido simul ac.i. statim, postq̄ chara.s. Didoni, & etiam Ioui: coniux Iouis.s. Iuno persensit.i. perfecte sensit: teneri.i. irretitā esse: tali peste.s. amoris: nec famā obstare.i. & q̄ fama eius bona, quā prius summopere amauerat, non obstaret: furori.i. insano amori: ipsa Saturnia.i. Saturni filia: aggredit Venerem talibus dictis.i. verbis, amaram ironiam habētibus: vero.i. re vera, & certe: & tu, & puer.i. filius, ac minister tuus Cupido: refertis.i. reportatis, egregiam laudem: & ampla.q.d. opima spolia: & numē vestrū, sup. est propterea magnū, & memorabile.i. dignū, quod in perpetua sit memoria: si vna fœmina, qua nihil fragilius est victa dolo duorum diuum.i. diuoꝝ.s. tuo, & Cupidinis. (Est ergo conceptio generum: sicut, Tuq; puerq; tuus, refertis: personarum etiam rara quia fit per, q̄, geminatam. In singulis autem verbis, quædam antithesis est, atq; cōtentio. Nam vna opponit duobus: fœmina, diuis: dolus, victoriæ & laudi, atq; spolijs: nam dolo, nō acquiritur vera laus.) Nec me fallit adeo.i. omnino te veritam: mœnia nostra.i. Carthaginensia, quæ in tutela nostra sunt: habuisse domos altæ Carthaginis suspectas.s. de insidijs: vnde dixerat Venus, Vereor quo se Iunonia vertant Hospitia, haud tanto cessabit cardine rerū. (Verum in huiusmodi poetarū fictionibus, dubitare licet: quomodo si Iuno illud consiliū Veneris norat, nō obuiarit cœptis eius: & significauerit Didoni, vt a filio simulato, patrisq; insidijs caueat. Sed dicere possumus, id poetas sensisse, vt sua esset cuiq; deoꝝ dearumq; potestas: ita vt solus Iuppiter fata condat, atq; recondat: inferiora numina se mutuo impedire nequeant. Vnde in regno Amoris non potuit a Iunone impediri Venus: quo circa vt Veneris beneficio perpetuum sit Æneæ, atq; Didonis coniugium, implorat Iuno Veneris opem, atq; numen: id non factura si per se id posse censeatur. Cum igit Ethnici quoq; vnū ponant verum, atq; summū deum, dant ei tamē varia membra. hoc est, eius varias potestates, varijs nominibus explicant, vnde ea qua cuncta veniunt, atq; procreant per propagationē seminis, Veneri attribuit: qua quamuis personam cōcupiscimus, Cupidi: qua ad regna obtinēda iuuamur, Iunoni: qua ad sapientiam, Mineruę: & ita in reliquis.) Sed quis modus.i. finis erit: aut quo.i. ad quid, sup. opus est nūc: tanto certamine.i. tanta cōtrouersia, & contentione inter nos? Quin.i. cur non exercemus potius pacem æternam.i. cōcordiam perpetuam, per matrimonia s. &, per.i. Hymenęos.i. nuptias: pactos.i. certo fœdere cōstitutas tu habes quod petisti tota mēte. Nam Dido amans ardet.i. incendio amoris: & traxit furorē.i. venenū amoris, per ossa.i. ad medullas vsq;: ergo qa id voluisti, atq; ego volo: regamus hunc populum.s. Carthaginensem cōmunem.s. nobis: & auspicijs.i. præsidijs & potestatibus: paribus.i. ęqualibus. Liceat.i. volo, vt pro licito habeat, sup. Didonem: seruire.i. subditam esse: marito Phrygio.i. Troiano, & pmittere tuæ dextræ.i. potestati: Tyrios dotales.i. noie dotis in potestatē Æneæ filij tui venientes: Venus est olli.i. illo tempore: aut illi ingressa.s. insidiose: sic.i. in sequentem modum (enim, pro quia, sensit.s. Iunonē locutam, mente simulata.i. qua amicitiā simulabat, cum vtilitati suæ inhiaret: quo.i. ideo vt auerteret Libycas oras.i. ab Italia transferret in Libyam: hoc est, in Carthaginē: regnum Italię.i. monarchiā & vniuersale imperium Italiæ fataliter destinatū: vt in pmo promiserat Iuppiter, absente Iunone. Quis demens abnuat.i. reprobet, & renuat talia.s. fœdera æternæ pacis? aut malit cōtendere tecum bello, si modo.i. dummodo fortuna sequatur factum: quod memoras, id est si id quod dicis possit sortiri felicē effectum: sed ego feror incerta.i. dubia: fatis.i. de fatis: hoc est, nescio an fata id velint qđ nos volumus: qa illis nolentib⁹ nequicq; velimus, nescio (inqt) si Iuppiter velit esse vnam vrbem Tyrijs, & profectis Troia: vel pro an: probet.s. approbet: populos.s. Tyrios, & Troianos misceri, & fœdera iungi.i. inter eos: sed tu coniux.s. Iouis es: fas.i. licitum est tibi tentare, precando.i. per preces: animū.s. Iouis. Perge.s. ad Iouē, ego sequar.q.d. tecū ibo, ne me inuitā putes id vir furā. Id aūt dixit audacter Venus: qa sciuit Iouem id nō consensurū, quod & Iunonē non latuit: vnde ipsa fingit se id solum dissuasituram, & Iouis animū ad hoc inductura: vnde subdit, Iuno regia.i. regis summi coniux: hoc est, diuum regina, excepit.i. extra id quod Venus prætendit, in aliud propositū cepit.i. sermonem, dicens: Mecum erit, &c.

PIERIVS.

¶ Persensit peste teneri.) In antiquis aliquot cod. persentit præsenti tempore legit & ita est in codice Donatiano, præteritū tamen nunquā immutarim. ¶ Nec famā obstare furori.) Sunt autē qui codices, in quibus, nec famā obstare pudori, legitur. Sed hic, furori, magis placet: quod Serui. agnoscit. ¶ Magnum & memorabile numen.) Sunt oīno codices aliquot manu scripti, in quibus, nomen, legitur: quod vulgata quædam exemplaria receperunt, Sed, numen, eruditis placet: quod etiam in Mediceo prius scriptum fuerat. ¶ Quo regnum Italię Libycas aduerteret oras.) In Ro. qdem cod. auerteret, legit: quod Seruio mirifice placet. Sed enim in Oblongo, in Longobardi. in Porcio, & plerisq; alijs codicibus antiquis, aduerteret, habetur. Quia eloquutionem ablutam esse, negarit nemo. Quippe verteret regnum Italię ad oras Libycas. Sicuti vero figurata illa magis placeat, non laboro. ¶ Misce. ve probet p.) In aliquot antiquis codicibus iubet, legitur: quod non ita placet: quia structuræ ordo, iubeat, exposceret ea specie, quam velit positum.

Seruius.

SERVIVS.

¶ Iste labor.) Scilicet explorationis a Ioue. ¶ Cōfieri.) Con abundat: vt, Fata renarrabat. ¶ Retexerit orbē) Quē nox tegebat. ¶ Nigrantē.) Nigrū participiū pro noie. ¶ Alę.) Equites: ob hoc alę dicti, qa pedites tegunt alarū vice. ¶ Trepidant.) Festināt: vt, Hic me dū trepidi crudelia limina linquunt. ¶ Indagine.) Ferarum inqsitiōe. ¶ Desup infundā.) Quia aer est Iuno. Bene hic se facturā dicit, qđ habet in potestate. ¶ Nocte opaca.) Nubiū caligine. ¶ Omne ciebo.) Pro totū. Omne.n. numeri ē, totū quātitatis. ¶ Tua si mihi certa voluntas.) Hoc est, si ēt tuū subsequat officiū. ¶ Cōnubio.) Nu naturaliter longa est, ab eo quod est nubere: vt, Cōnubia nostra Reppulit: sed modo metri causa corripuit. ¶ Non aduersata.) Legitur & auersata.

Mecū erit iste labor. nunc qua rōne, qđ instat, IVNO
Hoc fieri possit: paucis (aduerte) docebo.
Venatum Aeneas, vnaq; miserrima Dido
In nemus ire parant: vbi primos crastinus ortus
Extulerit Titan: radiisq; retexerit orbem.
Hic ego nigrantem commista grandine nimbum,
Dum trepidant alæ: saltusq; indagine cingunt:
Desuper infundam: & tonitru cœlum omne ciebo.
Diffugient comites, & nocte tegentur opaca.
Speluncam Dido, dux & Troianus eandem
Deueniēt. adero: & tua si mihi certa voluntas,
Connubio iūgam stabili: propriamq; dicabo.
Hic Hymenæus erit. ¶ Non aduersata petenti, POE.
Annuit: atq; dolis risit Cytherea repertis.

donis ineat amplex⁹ celebraturus cū ea cōiugium, quod tamē celebratum non est: sed Dido cōiugiū vocat, hoc pretexit nomine culpā, de hac autem re, nihil notatu dignū habemus a Dona. ¶ Ordo igit est, Iste labor.s. quē tu commemoras, & mecū obire vis: erit mecum.i. assumet a me, quæ eum sola obibo: nūc aduerte, ego docebo, qua rōne i. via, & quo modo: id quod instat.i. instāter agēdum est, possit cōfieri.i. simul fieri, interea.s. dum Iouis animū nobis cōcilio: Æneas & miserrima Dido parāt.i. intēdūt ire, vna.i. simul: quasi vna tempestate (est aūt aduerbiū cōgregandi,) in nemus: venatū.i. ad venandum: vbi.i. postq̄: Titan.i. Sol: crastinus.i. qui cras oriturus est: extulerit primos ortus.s. suos.i. vt primū Sol ortus fuerit: & retexerit.i. aperuerit, radijs.s. suis: orbem.i. globū terrę, quātus a nobis videtur, vmbra noctis prius tectū. Ego quæ.s. sum regina aeris: infundam desup: his.i. in hos, venantes.s. nimbū.i. nubem ventosam: nigrantē.i. atram, grandine cōmista: tunc.s. dum: alæ.i. comites a latere in morem alarū expositi, ad insidias ferarū: trepidant.i. festinant, huc illuc cursitātes, & cingunt saltus.i. loca in qbus ferę salire solent, indagine.i. indagatione, & inquisitione ferarū, & ego ciebo.i. cōcitabo omne cœlum.i. totū aerē tonitru, & ita comites diffugient.i. in diuersa fugient, & tegent: ita vt reginā, quo se receperit: non videant: nocte.i. caligine nubiū, opaca.i. densa, Dido, & dux Troianus.s. Æneas, deuenient, sup. ad eandem speluncam. Bene præposuit Didonē, non q̄ dignior esset, sed quia prior in speluncam descēderet: nō enim decoꝝ esset eam speluncā in qua Æneam inuenisset: ego adero.s. affectione coniugali eos conciliatura, & si tua voluntas sup. erit mihi, certa.i. explorata, ego iungam, sup. eos, connubio stabili, & dicabo, propriam.s. coniugem, quod tñ non faciet, hic.i. huiusmodi, erit eis Hymenęus.i. auspex nuptialis, aut hic erit eis matrimonij modus. Citherea.s. Venus, nō aduersata aut nō auersata.i. non obstans petēti annuit.i. adsensit, petenti.s. Iunoni, & risit repertis dolis.i. de dolis repertis, aut propter dolos repertos a Iunone.

DONATVS.

¶ Mecum erit iste labor, n.q.r. quod instat Cōfieri.p.p. (a.) do.) Hæc dimitte, ait, partibus meis. verum quia quod instat hoc est quod vrget, debet impleri, faciendi ac perficiendi cōsilium dicā. properabat enim ipsam compleri coniunctionē, vtpote quæ Veneris ditione cōmota metueret, ne Æneas infectis rebus abscederet, sperabat autem illum ipsum post perfectam cōiunctionē Didonis matrimonium nō relicturū. idcirco, dixit, Curabo ego quæ te solicitabant. dummodo coniunctio disposita cōpleatur. vsqueadeo cupiebat hoc quacūq; occasione fieri, vt ipsa perficiēdi consiliū daret. ¶ Venatū Æneas, vnaq; miserrima Dido In nemus ire parāt &c.) Mox, ait, vt lux crastina fuerit exorta, Æneas & Dido venatū ire disponunt. prima occasio vt vnum veniāt futuri ad loca nemorosa, quæ opacitate sui omnium visus excludant. his, inquit, immittam pluuiam, ac nequa contemptui habeantur, miscebo grandinē, hæc desuper infundam, cumq; auocabit vniuersos indago, nimbus & grando non sinent cōuenire dispersos, & ad reginam maturius remeare, dum alę trepidant, dum obseruātes ad retia pedem referre non possunt, mox mouebo quoq; tonitrua, vt cum terrori omnia fuerint, in vnā speluncam soli fugientes fauore meo ac tuo deueniant, si tamen etiam tuæ voluntatis consensus accedit connubio iungam, atq; ita vt perpetuo matrimonij vinculo teneātur. ¶ Non.ad.pe. Annuit.a. d.r.cy.te.) Cum hęc Iuno dixisset, noluit Venus aduersari petitioni ac voluntati eius, perindeq; cōsensit ridens aduersarię dolos euidentissime patuisse, quæ sic insistebat, vt fieret aliqd quod esset Æneæ Troianisq; contrarium.s. vt regnum Italiæ libycas auerteret oras, hoc est ad libycas oras verteret.

ASCENSIVS.

¶ Mecum, &c.) Iuno, cognito q̄ Venus vellet secū Iouem adire, Vt, consulant an velit Troianos Carthagini immorari, obstitit: sciens quia Iuppiter, imperium vniuersale Italię addixerat quo nō obstante, vt in.j. dictum est de Carthagine, Hoc regnum dea gentibus esse. Siqua fata sināt, iam tum, tenditq; fouetq;. vbi manifeste dicit Iunonē nouisse, q̄ fata obstarent, vnde additur, Progeniē, sed enim Troiano a sanguine duci Audierat, Tyrias olim quæ verteret arces. vnde dicit se solam animum Iouis tentaturam: & iubet Venerem, de ea re securum esse, quasi Iouem quo vellet flectere posset. Docet simul modū quomodo Æneas Didonis

PIERIVS.

¶ Confieri possit. In Oblongo perueteri cod. & in Mediceo, Quo fieri, legit: adscriptūq; supne est in illo, Quo abundat. In hoc, Quo modo. Et ita in plerisq; alijs codi. vt sit, Quo.s. modo fieri possit, Apud Serui. Con, abundat, qui Confieri, agnoscat. Alij quidam codices manu scripti, Quod fieri legunt, Idq; in nōnullis per t, notatum est, cuiusdam ætatis consuetudine, loco d, sæpe t, (vti pauloante dictum) supponētis. In nōnullis abrasa est tota dictio, præsertim vbi per cōpendiariam notam, Quod, scriptum fuerat. Sed.n. in Roma. codi, Confieri, legitur, & ita scriptū erat in Longobardico, vnde abrasum est, Con: &, Quo, suppositum. Confieri tamē & Latinū est, pro Confici: & in primis Cæsari familiare vocabulum. vij. de bello Gallico, cōmentario, vbi de Labieno loqt: Postq̄ id difficilius confieri animaduertit. ¶ Non aduersata petēti Annuit.) In Ro. codice legere est. Non auersata petēti adnuit, vt, Diua solo fixos oculos auersa tenebat. Sed enim id ptinet ad supplicia quæ obaudiantur. Loco vero hoc magis placet, aduersata, quia de consensu, deq; in eandem sententiam eundo, sermo est.

SERVIVS.

Iubar. ¶ Iubare exorto,) Nato Lucifero. Nam proprie iubar Lucifer dicit, q̄ iubas lucis effundit. Vnde iam quicqd splendet, iubar dicitur: vt argenti, gemmarum. Est autem Lucifer interdum Iouis, plerunq; Veneris stella. Vñ Veneris dicta: vt, Quē Venus ante alios astrorum diligit ignes. Sanè modo Hysteron proteron in sensu est, Iubar enim pcedit Auroram, & facit hoc iubar hui⁹ iubaris. ¶ Retia rara, plagæ.) Multi diuidunt, vt sit retia rara, maiora: plagas minora intelligam⁹. Alij plagas per diffinitionem accipiūt, vt intelligamus, quę sunt retia rara, plagę. Sciēdum tamē proprie plagas dici funes illos q̄bus retia tendūtur circa imā & summā partē. ¶ Lato venabula ferro.) Lati ferri venabula ob hoc dicta, q̄ sint apta venatui, Retia. Plaga.

Oceanum interea surgens aurora reliquit:
It portis iubare exorto delecta iuuentus:
Retia rara, plagæ, lato venabula ferro,
Massiliq; ruunt equites, & odora canum vis.
Reginam thalamo cunctantem ad limina primi
Pœnorum expectant: ostroq; insignis, & auro
Stat sonipes: ac fręna ferox spumantia mandit.
Tandem progreditur magna stipante caterua,
Sidoniam picto chlamydem circundata limbo:

Virgi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

venatui,q̃si expiabula. ¶ Massyli.) Massylioꝝ gens est non longe a Mauritania:& Massyli/legẽdum per vnum l, id est ne nõ stet versus. sy enim longa ē:vt, Hic mihi Massylę gentis monstrata sacerdos. ¶ Et odora canũ vis.) Plus est q̃ si diceret multitudo. Vñ Sallu. Qua tempestate ex ponto vis piscium erupit. Odora autem improprie dixit. Nam odorũ est, qd ex se odorem emittit, nõ quod odorẽ sequitur: vt Statius, Et odorę vulnere pinus. Sic est, Et inter odoratũ lauri nemus, pro odorę. Nam odoratum, est, quod alicũde odorem accipit, vt odoratum templum. Tria ergo sunt: odorũ, quod per se olet: odoratum, quod aliunde odorem accipit: odorisequum, quod odorem sequit, sicut modo de canibus debuit dicere. ¶ Cunctantem.) Morantẽ. atqui amatrix debuit festinare ad eum quem amabat: sed pathos natura superauit: vt Terẽtius, Dum moliuntur. dum comuntur, annus est. Deinde hæc mora bac studio placendi. ¶ Ad limina.) Ante, vel apud. ¶ Stat sonipes.) Adest, præsens est. Nam si Stat simpliciter acceperis, vituperatio est. Nam legimus, Stare loco nescit. Deniq sequẽtia dictum hoc explanant: vt, Ac frena ferox spumantia mandit. ¶ Spumantia.) Spumas vomentia, vt naufragum mare, quod naufragos facit. ¶ Limbo.) Limbus est, sicut supra diximus, tasca, quæ ambit extremitatem vestium secũdum antiquum ritum: vt, Victori chlamydem auratam quam plurima circum Purpura. ¶ Crines nodãtur in aurum.), Veluti retiolum, quo colligit comas, κροσβύλον. ¶ Ipse ante alios.) Quia amatur, ideo ei dat pulchritudinem: licet Ascanio magis congruat. ¶ Hybernam Lyciam.) Non asperam, sed aptam hyemare cupientibus. Sic enim se habet natura regionis. Et bene aliud agens, aliud ostẽdit. Nam constat Apollinẽ sex mensibus, hyemalibus apud Pataram Lyciæ ciuitatem dare responsa (vnde Patarẽus Apollo dicit) & lex estiuis apud Delum. ¶ Inuisit Apollo.) Apollini Æneam vel propter sagittas, quibus in venatu vtebatur, comparat: vel certe ꝓpter futurum infelix matrimonium, vt enim supra diximus, nuptiis est hoc numẽ insensum. Vel Apollini Æneam, vt in primo Didonẽ Dianæ, quomodo germanorum nuptiæ esse non possunt. ¶ Cretes.) Ab eo quod est Cres. ¶ Dryopesq̃.) Populi iuxta Parnasum: vt, Dryopumq̃ trahẽs. Erasinus Argolicus. ¶ Pictiq; Agathyrsi.) Populi sunt Scythię colentes Apollinẽ Hyperboreum, cuius elogia ferũtur. Picti autem non stigmata habentes, sed pulchri, hoc est cyanea coma placentes. ¶ Cynthi.) Montis Deli. ¶ Fluentem.) Vnguentatum. ¶ Fingẽs.) Componẽs: vt, Corpora fingere lingua. ¶ Tela sonant.) Vt in nono, Pharetramq̃ fuga sensere sonãtem. ¶ Haud illo segnior.) Id est non illo deformior. Nam plerunq; virtus & pulchritudo pro seinuicem ponuntur. Hinc est, Satus Hercule pulchro Pulcher Auentinus. Nam Herculi satis est incõgrua pulchritudo. Sic Plautus in Pyrgo de muliere Polynice, Quid nam fortis, id est pulchra.

Odorũ.

Odoratum.

Odorisequum.

Limbus

Cui pharetra ex humero: crines nodantur in aurum:
Aurea purpuream subnectit fibula vestem.
Necnon & Phrygii comites, & lætus Iulus
Incedunt. ipse ante alios pulcherrimus omneis
Infert se socium Aeneas: atq; agmina iungit.
Qualis, vbi hybernam Lyciam, Xanthiq; fluenta
Deserit: ac Delum maternam inuisit Apollo
Instauratq; choros: mistiq; altaria circum,
Cretesq;, Dryopesq; fremunt, pictiq; Agathyrsi.
Ipse iugis Cynthi graditur: molliq; fluentem
Fronde premit crinem fingens: atq; implicat auro:
Tela sonant humeris. haud illo segnior ibat
Aeneas: tantum egregio decus enitet ore.

x.q̃.fi. De.ac.d.m.i.a.&c. Vti Æneę pulchritudo pferri cæteris posset, deficientibus humanis exemplis, Apollo inter deos solus inuentus est, qui Æneę meruisset æquari. Iocãt de tamẽ inuẽtum, vt huic nõ alium sed Apollinem compararet, qa Dianæ similitudinẽ dederat cum Didonem in primo libro describeret processum.

ASCENSIVS.

¶ Oceanum interea, &c.) Docet poeta, qũo postridie eius diei, quo Iuno & Venus cõuenerãt, Æneas & Dido venatũ exierũt: & qua pompa instructi, q̃busq; comitibꝰ stipati. vnde Dona. dicit sic. ¶ Limbo.) Limbus, regibus deputat, & dis, qui eorum caput candido orbe circundat. ¶ Cui Pharetra.) Totum quod habuit, aut aurũ fuit, aut purpura, vt placeret. ¶ Qualis.) Vt Æneæ pulchritudo pferri cæteris posset, deficientibus humanis ad diuinam comparationem accessit, qa Didonem, Dianę cõparauerat: hunc cõparat Apollini. Hæc ille. ¶ Ordo est. Aurora. i. splendor matutinalis. surgens interea, dum Iuno & Venus talia consultarent: relinquit Oceanũ. i. mare magnum: orbem terrę circundans, vnde dies oriri videtur. Iuuentus. i. multitudo iuuenum, delecta. s. ad venationẽ ex mulctis. it. i. exit: & egredi portis, aut it portis. i. ad portas vbi regina opituletur: & hoc iubare. i. Lucifero exorto: retia rara, videlicet plagæ & venabula: lato ferro. i. instrumẽta venatoria, habentia latum ferrum, vt sunt cultipides. & equites Massyli. i. de Massylia regione, iuxta Mauritaniã: & vis canũ, odora. i. odorifequa: ruit i. confuse & impetuose efferunt, exequitat & exeũt: nam retia & venabula exportant equites exeqtant, & canes exeunt: aut excurrunt: pro quibus, quia impetu fiebant, dicit, ruunt: primi. i. primores, & principes Pœnorum. i. Tyriorum: expectant ad limina. regię. reginã cunctantẽ. i. immorantẽ thalamo: vt. s. decentius exeat ornata, quia (vt comicus dicit) Dum comunt, & dum ornatur, annus est: & sonipes. s. equus: stat. i. præsto est: insignis, i. ornatus, & insignit : ostro. i. purpura: & auro. i. phaleris aureis, aut auratis: ac ipse ferox mandit frena spumãtia. i. spuma pfusa: & ipsa regina progredit tandẽ. i. post longã expectationẽ, magna cum ua. s. satellitũ, & comitum: stipante. i. denſe comitante progredi, dicit, circunda chlamidem Sidoniam. i. Tyriam. (ponit fecundã cõmunem, nam in primo, eam sæpe, pduxit: sicut prius pectoribus inhians: tribrachũ in secundo loco posuit). i. habẽs chlamydem Sydoniã. i. Tyriam circundatam: limbo picto. i. cuius falcia extremitatẽ ambiens, erat picta: aut habens limbum pictum: cui. s. reginę, videlicet Didoni: pharetra, sup. prominet ex humero: & crines nodanť in aurũ. i. in modum retioli ex auro, & fibula aurea: subnectit. i. sursum nectẽdo, tenet vestẽ purpureã, super quã. s. chlamidem habebat. Necnon. i. ẽt Phrygij, & Iulus lætus, i. gaudens: qa ætati pubescẽti quadrat venatio (separatũ aũt more suo, principẽ pubis, a reliqua pube: vt egregiũ significet. nõ vt Phrygium neget, id tamẽ obseruat fere, vt dum molliciei incumbũt, Phrygias vocet: dum rebus arduis Dardanidas.) incedunt comites. i. comitãtes Æneã, & reginam: & ipse Æneas pulcherrimus ante oẽs alios, infert se socium. s. ad venationem: & iungit agmina. na. i. agminatim enim alios incedit: aut agmina sua agminibꝰ Dionis iungit: existens talis, qualis Apollo inuisit. i. adit, vt videat Delum insulam illã maternã. i. matri Latonæ sacrã: qa illic Apollinẽ & Dianã peperit: aut maternã, qa patria illius est: aut ex matertera. i. matris sorore, pcreata, vbi. i. quãdo, aut quoties, deserit Lyciam hybernã. i. hybernationi aptam: & vbi se hyberno tẽpore tenet: & apud Patarã, Lyciæ vrbẽ, responsa dat, & fluẽta Xanthi, illius fluuij tepidi in Lycia: & quales instaurat choros (qa verno tempore videtur lętior Apollo. i. Sol, q̃ hyemali: & ita pulchrior, quia lætitia formam iuuat: vnde Statius in Achillei æ, O quãtum gaudia formæ adiciunt.) & eo instaurante choros, &. i. simul: Cretes. i. Cretenses: & Dryopes. i. populi iuxta Parnasum: & Agathyrsi populi Scythiæ, picti. i. pulchri: aut, reuera. picti. (vnde de eis dicit Landinus sic: Agathyrsi iuxta Scythas sunt, omnium hominum mollissimi, auro ornantur: vnde eos χρυσοφόρους appellat Herodotus: coniuges cõmunes habent: & qa omnes fratres existimãtur, neq; inimicitias, neq; inuidiam inter se exercẽt in reliquis

Ordo.

in reliqs rebus Scythicas leges obseruãt, ait Herodotus. Scythis petentibus negauerũt auxilia contra Darium, q̃ nollent in eum bellum gerere, a quo nulla essent iniuria prouocati. Marcellus scribit, hos cœruleo colore pictos esse. Plinius ait, ipsos cœruleis crinibus esse. Pomponius, Agathyrsos refert ora, artusq; pingere, adeo vt ablui nequeant: ac quãto quisquam excellentior est, tanto magis pingitur: aiunt Bacchum ab Indis victorem redeuntem, primum Agathyrsos pinxisse: Apollinem hi vehemẽter colunt. Hæc ille.) Agathyrsi igitur picti, & Cretes, & Dryopes qui omnes Apollinem præcipue colunt, fremunt misti, circum, altaria, scilicet Apollinis: ipse. s. Apollo graditur iugis, id est per iuga Cynthi, illius montis in Delo: vnde Cinthius dicitur, & ipse fingens, id est componens: crinem, id est comam: fluentẽ. s. vnguentis: aut Cæsariem expositam vento premit. i. colligat eam: molli fronde. s. lauri: atq; implicat crinem. s. aut comam, auro. i. reticulo aureo, tela. s. Apollinis, sonãt humeris, Æneas ibat haud id est non segnior, id est æque pulcher, & æque insigni virtute, ac decore præditus: illo. i. ac ille, scilicet Apollo: quia tantum decus enitet egregio ore. s. Æneę, quantum in ore Apollinis, etiã tunc, cum lætissimus est.

PIERIVS.

¶ Aurora reliquit.) In aliquot antiquis codicibꝰ, relinquit, legit, præsenti tempore. Nam simul oriente Iole, Si portis iubare exorto delecta iuuentus. Non est vero hic, & si κατὰ παράφρασιν præteundum: quod Varro, ortum iubaris significare, ait esse circiter extremam noctem. Itaq; ait Pacuuius, Exorto Iubare, noctis decurso itinere. Aiunt vero Iubar stellam esse, quam Græci Phosphoron, nonnunquam Hesperon, appellant, cuius splẽdor in morem leoninæ iubæ diffundatur. Neq; id dissimulandum quod Gaius Cæsar (Flauio Sosipatro teste) præcipit. Neutra nomina, ar, nominatiuo clausa, per i, datiuum, ablatiuumq; singulares ostendere. Iubar tamen, & Far, ab hac regula dissidere. Nam, vt huic iubari, dicimus ab hoc lubare, dicendum est. Virgilius: It portis Iubare exorto delecta iuuẽtus. ¶ Massyliq; ruũt.) In antiquis aliquot exemplaribus, Massylici legitur, omnino corrupte. nomen id vna plus syllaba scribitur apud Græcos, Μασσαισυλία χώρα Λιβύης προσεχὴς τῶν μαυρουσίων. Latini vero scriptores, Massyliam, & Massylum agnoscunt. At Dionysius Apher Masesyliam a Masilia distinguit eo versu Atque Masæsylii, nec non Masylia proles. ¶ Cui pharetra ex hume.) In Romano illo codice dubio procul antiquissimo, legere est, Cui pharetra ex auro: quod ideo placet: quia Dido tunc pulcherrima esse studuit, vt Æneæ placeret, ideoq; ornatissima, & quã maxime diuite habitu instructa processit. Congruitq; mirifice cultui muliebri lasciua hæc prorsus aurea: Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum, Aurea purpuream subnectit fibula vestem. Et tamen sunt, qui lasciuiam hanc Virgilianæ maiestati non conuenire clamitent, contradicendi potius studio, quàm quod sciant: quid sit in carmine, maiestas: aut quid in scribendo, lasciuia. Quorum stupori ne dicam, imperitiæ responsum faciam Virgilianam hanc esse phrasim, Virgilianum ornatum, Virgilianum elocutionis modum, cuiusmodi figura vtitur in. viij. Aurea Cæsaries ollis, atq; aurea vestis, Virgatis lucent sagulis, tum lactea collo Auro innectuntur. Neque illud huic dissimile, quod ait in. xj. Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea vati Callida, tum Croceam chlamydemq;, sinusq; crepantis Carbaseos fuluo in nodum collegerat auro. Sed quid illud in. vij. Aurea pectoribus demissa monilia pendent, Tecti auro, fuluum mandunt sub dentibus aurum. Vbi eadem etiã voces Aurea, auro, aurum, aspicimus, quas hoc loco identidem posuerat. Isti vero quia apud Ouidiũ repererint, Aureus axis erat, Temo aureus, aurea summæ Curuatura rotæ: Ouidianam esse figuram cõtendunt, non autem Maronianam. Atqui si Ouidiũ sequeremur, non ex auro, sed ex humero in hanc sententiam legendum esset. Nam vbi his de Atlante culta loquitur, ita scribit, Crinis erat simplex, nodum collectus in vnum, Ex humero pendens resonabat eburnea læuo Telorum custos. Sed valeant cum suo tam acri iudicio, tamq; emunctis naribus pulchelli isti critici. Nos lectionem hanc, Cui pharetra ex auro: Antiquorũ pene omnium codicum testimonio corroboramus. Ita enim in Longobardico. Ita in Porcio legit. In alio vero perueteri eiusdem Vaticanæ bibliothecæ, dictio tota, auro, improbe, ac imperite admodum abrasa est: non ita tamen, vt singularum literarum vestigia non extent: & manifeste, auro, prius scriptum fuisse discernatur. Est etiam vetus codex in ciuitate Belluno, patria mea, in quo pleraq; cum his veteribus Vaticanæ bibliothecæ exemplaribus, conuenientia deprehendi, & hoc præcipue, Cui pharetra ex auro. Ita etiam in aliquot aliꝰ codicibus, qui apud me sunt. Sed ne tam multa congeram litem secundum nos Ti. Donatus, dum ita subscribit. Cui phar. Totum quod habuit aut aurum fuit, aut purpura, vt placeret. Deniq; Probus in Pollione versum hunc citat, vbi de iteratione loquitur eo versu, Pan etiam Arcadia. Dicitq; iterationem fieri, etiam casuum permutatione. Et inter exempla hoc etiam apponit, Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum. Hæc vt forte plus nimio coaceruarem, id in causa fuit, quod nonnulli sunt ita prauo ingenio prædíti: vt meliores se doceri literas ægre ferant, proindeq; alios ab eorum cognitione, quæ ipsi hactenus ignorarũt, auertere conentur. ¶ Necnõ & Phrygii comites.) In antiquis aliquot exemplaribus, Tyrii comites, legitur quippe qui reginam Tyro comitati fuerant. & paulo infra, Tyrios comites appellabit. Magis tamen placet Phrygii, Quia Dido magna stipante caterua, progressa erat: neq; oportuit Æneam incomitatum aduenire, aliter quæ nam agmina iungeret?

SERVIVS.

¶ Feræ capræ.) Hoc est capreę. Et bene aptat descriptionem ad species: vt ceruis cãpos, capreis saxa permittat. ¶ Decurrere.) Bene prætervius est tempore ad exprimẽdam nimiã celeritatẽ. ¶ Trãsmittunt.) Celeriter transeũt. ¶ Iãq; hos cursu.) Id est modo: vt, Iam digitis, iam pectine pulsat eburno. Et bũ puer tilem ostẽdit animũ, qui per mobilitatẽ frequenter optat timenda. ¶ Monte leonem.) Per transitum tangit historiam. Nam Ascanius præter Iulum & Ilum, quæ habuit nomina, etiam Dardanus & Leontodamas dictus ẽ ad extinctorũ fratrum solatium. Ideo nunc eum dicit optare aduentum leonis. paulo post Dardaniusq; nepos Veneris. Constat etiam Æneam Dardanum dictũ, vt ostẽdit Virgilius, Hauriat hunc oculis ignẽ crudelis ab alto Dardanus.

Postquam altos ventum in montes, atq; inuia lustra:
Ecce feræ saxi deiectæ vertice capræ
Decurrere iugis: alia de parte patentes
Transmittunt cursu campos, atq; agmina cerui
Puluerulenta fuga glomerant: mõtesq; relinquunt:
At puer Ascanius mediis in vallibus acri
Gaudet equo: iamq; hos cursu, iam prætterit illos:
Spumantemq; dari pecora inter inertia votis
Optat aprum: aut fuluum descendere mõte leonem.
Interea magno misceri murmure cœlum
Incipit: insequitur commista grandine nimbus.
Et Tyrii comites passim, & Troiana iuuentus,
Dardaniusq; nepos Veneris, diuersa per agros
Tecta metu petiere, ruunt de montibus amnes.
Speluncam Dido, dux & & Troianus eandem
Deueniunt. prima & Tellus, & pronuba luno
Dant signum: fulsere ignes, & conscius æther
Connubij: summoq; vlularunt vertice nymphæ.
Ille dies primus leti, primusq; malorum
Causa fuit, neq; enim specie, fama ue mouetur,

Virgi.

nus. Item, Ilioneus hinc Dardanus ortus. Huc repetit. Nã latẽter etiã illud nomẽ ostendit. ¶ Cõmista grandine nimbus.) Secundum, pmissa, His ego nigrãtem commista grãdine nimbum. Et bene etiam grãdo adnectitur: quia poterat nimbus cõtemni. ¶ De montibus amnes.) Ne vel inuestigare possent Tyrii reginam. ¶ Deueniũt.) Bene supprimit rem pudendam. sic Terẽtius, Quid tum fatue? fateor. ¶ Prima & tellus.) Satis perite loquitur. Nam secundum Etruscam disciplinã nihil tam incongruum nubẽtibus, q̃s terræ motus vel cœli. ¶ Et pronuba luno.) Quæ nubentibus præest. Iunonem autẽ dedisse signa per tempestatem constat & pluuias, q̃ de aere fiũt. ¶ Fulsere ignes.) Varro dicit, aqua & igni mariti vxores accipiebant. Vnde & hodie & faces prælucent: & aqua petita per felicissimum puerum, vel

aliquā puellam de puro fonte, interest nuptijs, de qua nubentibus solebāt pedes lauari. ¶ Vlularūt.) Bene medium elegit sermonē. Nam ait Lucanus, Nam lętis vlulare triumphis. In luctu autem vlulare non dubium est. Et ideo medium sermonem posuit, quia post nuptias, mors secuta est. ¶ Specie fama ve mouetur.) Species rerum pręsentium est, ꝙ quasi aspicif: fama autem rerū absentium. Hoc ergo dicit, Non eam mouit, nec pręsens deformitas, ꝙ non in thalamo, sed in specu cōcubuerat: nec futura mox fama. ¶ Meditatur.) Exercet sic Horatius, Et horridā cultis diluuiem meditatur agris. Nec incongrue dictum. Actus enim est in ipsa medtiatione. Nam exercitium meditatio est. Sciē dum tamen hodie hoc in vsu non esse. ¶ Culpam.) vt supra, Succumbere culpæ.

Nec iam furtiuum Dido meditur amorem,
Coniugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.

¶ Neq; enim.f.f.m.) Cū duo ꝓposuisset exorta ex illo facto causa mortis, vt turpē famā prætermisso leti genere, quod postea secutum est, secūdo sic respondet. Neq; enim specie famaue mouef. ¶ Nec iam.f.Di.m.a.) Non specie, inquit, mouebatur admissi criminis, nec mala fama. ¶ Coniugiū.v.h.p.n.c.) Hoc est a matrimonij nomine turpissimā culpam credidit tegendam, verbo iuris vsus est, vt diceret culpā. Sic enim definitū est, culpā esse mulieris, cum pudoris in causa peccauerit. quā aūt spe ducebatur Dido matrimonij quod eo genere cōtraxerat quæ ipsum Æneam in conuiuio referentē audisset, responso Creusæ vaticinantis accepto, & regnum Italię iam sibi paratū esse, & coniugem regiam, Apollinis quoq; & deoꝝ penatium, Heleni etiam vnum idemq; extitisse prædictum, quo non tantū Ænee verū etiam liberis & posteris eius per vxoris Italiæ consortiū, talię atq; orbis totius deberi memoratum regnum.

DONATVS.

¶ Ecce fe.sa.de.v.c.Decurrere iu.) Ferę, inqt, caprę hoc est agrestes, quas capreas dicimus, mansuetę sunt enim quæ sunt in gregibus nostris, & quæ nō metuunt hoīum conspectum. agrestes vero timidæ & leues ad cursum, quo fiebat vt saxi de vertice & iugis præcipitarētur. ¶ Alia de.p.p. Transmittunt.c.c.) Varia descriptio, & ex diuersitate copiosa, vt aliæ de montibus agerentur præcipites insequentium metu, aliæ exagitarentur in campis. ¶ Atq; ag.c.Puluerulenta.f.glo.&c.) Nō fuga puluerulenta, sed agmina. Ordinatio enim sic est, agmina puluerulenta glomerāt cerui fuga, currentes quippe fugientesq; per campos excitabāt suis vngulis puluerē. ¶ At puer.a.m.in.v.a. Gaudet.e.&c.) Ascanius quoq; pro ætate laudaf, nam etiam ea, quæ leuia moribus natu videntur, laudantur in pueris. in his enim futuri temporis spes præsentium factorum coniectura colligitur, ꝙ magnę velocitatis equum habuisset, & discurrebat gaudens, ꝙ cursu nūc hos nunc illos præteriret, nec dignum habuit, feras & inertia pecora pertinaciter sequi, sed optabat occurrere suis discursibus leonē aut aprum. prætermisit poeta datos equos Troianis ad venandum, quoniam proprios non habebant, vtpote qui a nauib' venerant, an ideo, qa in tertio libro dixit, inter cætera munera Helenū & equos dedisse, addit equos, additq; duces. ¶ Interea ma.m.m.coelum Incipit &c.) Fiunt ea, quæ Iuno predixerat, mouef cœlum, tonitrua concrepant, nimbi funduntur, grādo exitium portat, & contra naturam rerum de summis verticibus montiū amnes innumeri præcipitantur. deserta venandi voluptate fugiunt omnes, & diuersa occupant tecta. diuersa ideo, ꝙ dispersæ rusticæ domus tantam multitudinē adunatam ferre nō possent, vel quod vnusquisq; vsum in tanta necessitate compendio non pulchrum suffugium tecti sed proximū quęsiuisse. ¶ Speluncam Di d.&.t.e.Deueniunt.) Auocatis, inquit omnib', atq; ipso Ascanio, & per diuersa discretis, Dido & Æneas in vnam speluncā deuenerant, hoc est male venerunt, quia personis regum non conueniebat speluncę depressio. dedit igitur occasionē coniunctioni perficiendę locus secretus. dedit tempus, quo periculi vitandi causa nullus audebat exire de suffugio. dedit solitudo, quia soli fuerant duo. dedit persona, qa vterq; in prima ætate, vterq; formosus. factum autem intelligi voluit poeta non dici. ¶ Fulsere.I.&.c.æt.Connubij.) Tantum valuit Iuno, vt etiam ipsa elementa fauere viderentur, itemq; ignes de cœlo fulserunt. non dixit, emissa sunt fulgura, sed pro nuptialib' facibus ignis cœlestis apparuit. ad impedimentum autem Italici imperij tantum Iunonis dolosa fecit inuentio, vt Æneas in illa coniunctione non voluntatē habuisse, sed vim quādam passus esse videtur. fiunt velut nuptiæ cum turpitudine omni, & volente Iunone solus testis extitit mundus. ¶ Ille dies pri.le.p.q;.ma. Causa fuit.) Duo ꝓposuit, quæ ex vna causa profluxissent letum & malū. letum, quia se ob eam causam Dido interemit. malum, qa ex facto turpi & inhonesto contraxit detestabilem famā, quæ inter præcipuas mulieres castitatis merito potior dicebatur. ecce Æneæ fortuna, & consiliorum exitus, quæ habuit Iuno dum vult suę prodesse, & cōmoda fulgere Carthaginis, Æneam vero ab Italię partib' separare, sic Didoni nō coniugium, sed vltimum procurauit interitū, nec profuit Carthagini, & æmulum suum tenere non potuit. vt autem probemus hac ductam intentione Iunonem, vt Æneam ad Italiam nollet peruenire, ostendimus ipsam Iunonē esse professam ex duobus alterū voluisse. f. aut Æneæ ipsius interitum, aut eius ab Italia separationem. dixit enim, nec posse Italia Teucrorū auertere regem? quia igitur iuxta perniciem salutis eius nihil naufragia valuerunt, hunc ab Italia prædictis fraudibus auertere nitebatur. Ille dies primus leti, primusq; malorum causa fuit.

ASCENSIVS.

¶ Postq; altos,&c.) Docet quomodo ventum est, & quomodo immissa tempestate, Æneas & Dido in speluncā confugerūt, vbi Iuno & Venus eos coniunxerunt: fœdere, vt Iuno prætendebat, & Dido ad excusationē culpa dictabat matrimoniali: sed vt Venus & Æneas cōcubinali. de qua re nihil memoratu dignū a Donato ponitur. ¶ Ordo igitur est. Postq; ventum est in altos montes, atq; in lustra.i.ferarum latibula: inuia.i.nullas vias habētia: ecce quasi ex improuiso: capræ ferę.i.syluestres: hoc est, capreæ: deiectę.i.deorsum cōpulsę a canibus, vertice saxi.i.rupis, in qua diuersanf: decurrere.i.deorsum currere: iugis.i.per iuga montium, quæ sub verticibus sunt: cerui transmiti sunt cursu.i.trāseunt celeriter currentes de alia parte: campos patētes.i.patulos & amplos: vnde campi quasi capaces ampliter dicunf: atq; glomerant.i.in formā glomeris iungunt: agmina puluerulenta.i.pulueris plena: fuga.i.ppter celerem fugam, & relinquunt montes.f.inferiores: nam plus fugę, q; saltu valent & ita campos petunt vt caprę rupes: at.i.sed, puer Ascanius gaudet in medijs vallibus acri equo (quod Teren. & Hora. ætati Ephoboꝝ conuenire docent) & præterit cursu.f.equi: iam hos.f.ceruos, & iam illos: & optat votis.i.multis desiderijs, sed puerilibus aprum.i.suem syluestrem: spumantem.f.ex fuga & ira: dari, id est offerri sibi, inter pecora inertia.i.inter ceruos imbelles: quibus omnis spes in fuga consistit: aut optat leonem fuluum, id est fului coloris descendere monte: vt scilicet eum aggrediatur. Cœlum interea incipit, dum.f.sic venationi intenti essent: & dum trepidarent alæ: Misceri magno murmure.f.ventorum & tonitruū: & nimbus.i.nubes ventosa, insequitur grandine commista.i.habens grandinem cōmistam cum aquis, & comites Tyrij, & iuuētus Troiana, & Dardanius nepos Veneris.f.Iulus, petiere passim, id est quasi per singulos passus: metu.i.propter metum, qui eos regis & reginę immemores facit: diuersa tecta.i.tegmina, & speluncas per agros.i.quę & quas iuenire poterāt, p agros amnes.f.imbris vehementis, ruunt.i.præcipites defluunt de montibus: Dido, & dux Troianus.i.Æneas deueniunt, sup. ad eandem speluncam: & tellus prima, & Iuno pronuba.i.quæ preest nubentibus, dat signum.f.infelicis coniugij, quale est (ſm Ethnicorū disciplinam) dum terra tremit, ignes fulsere: quia etiam ignes interesse connubijs, volebant veteres: vnde tedæ, ac faces adhibitæ: & ęther.f.splendor cœlestis, conscius, sup. est: connubij.f.inauspicati, & nymphę.f.Oreades: vlularūt.f.conscię infelicitatis: in summo vertice.f.montium, in quibus degunt. Ille dies fuit primus causa læti.i.lætitię, & voluptatis ipsi Didoni: & fuit etiā primus causa maloꝝ.f.necis, quia seipsam, post multos dolores & labores interemit (vnde signanter dicit, læti, singulariter, quasi vnius rei lætę, & maloꝝ pluraliter: vnde bene consulit Flaccus Sperne voluptatem, nocet empta dolore voluptas. Et quia leta initia sæpe infelicē habent exitum, irridet Plinius Thraces, qui dies lætos, calculis albulis cōputant: nesciētes, ꝙ quę nos leta censemus, multoꝝ maloꝝ sæpe causę sint.) fuit ergo causa malorū. Neq; enim.i.nam non: Dido mouetur amplius specie.i.decore præsentis status sui: ve, pro vel, fama.f.quæ inde diuulgetur: nec Dido meditaf.i.exercet: iam.i.amplius, aut de cætero amorē furtiuum.i.occultū: & secretū. sed manifestariū, qa vocat cōiugium. quod tamen non erat: nec dicēdum a poeta ne perfidię damnet Æneam: & prætexit.i.velauit: hoc nomine.f.coniugij culpam.f.illegitimi coitus ac stupri.

PIERIVS.

¶ Commissa grandine.) In codi. aliquot anti. comitata grādine legitur, quod minime placet. ¶ Et conscius ęther cōnubij.) In codi. aliquot vetustis, cōnubijs, habef, acqsitiuo casu, numero multitudinis, Conscius.n. apte datiuo iungif, in quodā antiquo etiā exemplari, Conubio, numero vnitatis eodē tn̄ casu habef passim vnica n, litera. Lectio hęc tametsi non displicet; nunq; tamen respuerim, Connubij genitiuo casu, cum etiā optime dicaf, Sum conscius huius rei.

Extemplo Libyæ magnas it fama per vrbeis:
Fama, malum quo non aliud velocius vllum:
Mobilitate viget: viresq; acquirit eundo:
Parua metu primo, mox sese attollit in auras:
Ingrediturq; solo: & caput inter nubila condit.
Illam terra parens ira irritata deorum
Extremam (vt perhibent) Cœo, Enceladoq; sororem
Progenuit, pedibus celerem: & pernicibus alis,
Mōstrū horrēdū, igēs: cui, quot sunt corpore plumę:
Tot vigiles oculi subter (mirabile dictu)
Tot linguæ: totidem ora sonant: tot subrigit aures:
Nocte volat cœli medio, terręq; per vmbram,
Stridens: nec dulci declinat lumina somno.
Luce sedet custos, aut summi culmine tecti:
Turribus aut altis: & magnas territat vrbeis,
Tam ficti, prauiq; tenax, quām nuncia veri.
Hæc tum multiplici populos sermone replebat
Gaudens: & pariter facta, atq; infecta canebat.
Venisse Aeneam Troiano ā sanguine cretum:
Cui se pulchra viro dignetur iungere Dido.
Nunc hyemem inter se luxu, quām longa, fouere,
Regnorum immemores, turpiq; cupidine captos.
Hęc passim dea fœda virum diffundit in ora.

SERVIVS.

¶ Fama malum quo.) Diffinitio est: vt, Quo ex præcedenti pendeat nomine: quāquam alij Qua legunt. Sanè Quo nisi diffinitio sit, legi nō potest: nec enim procedit, vt ordo sit: Fama quo nō aliud malum velocius. ¶ Mobilitate viget. ¶ Dat eis Onomatopeiam: & laudat a contrario. Cum enim omnia labore minuantur, hæc crescit. ¶ Attollit in auras.) Sumpta licentia quæ minuebaf timore. ¶ Ingrediturq; solo, & caput iter nubila cōdit.) Hoc vult ostēdere: nec humili eam fortunę parcere, nec supiori. ¶ Terra parēs.) Generale omnium rerum est parens. ¶ Ira irritata deoꝝ.) Amphibolon est, vtrū sua ira ꝓpter extinctos gigātes: an ira deoꝝ irritata, quæ extinxerat gigantes. ¶ Extremam. Aut post omnes gigantes, quippe ad eorum vltionē natam (nam per ipsam eorū crimina vulgata sunt) aut certe Extremam pessimam, Omnes enim qui de medicina tractant, dicunt naturale esse, vt inutiliores sint, qui nascūtur vltimi. ¶ Vt perhibent.) Quotiescunq; fabulosum aliquid dicit, solet inferre Fama est. Miro ergo modo cū de ipsa fama loqueretur. ait, Vt perhibent. ¶ Pedibus celerem & pernicibus alis. Conuertit rerum epitheta. Nam pernix pedum est: vt, Pernicibus ignea plantis: Celeritas pennarum est. vt, Celeriq; fuga sub sydera lapsæ. ¶ Quot sunt corpore plumæ.) Non ipsius, sed in omnium corporib'. Nam exaggeratio est: ac si diceret, quot sunt arenæ. ¶ Oculi subter.) Aduerbium est: ac si diceret non sub plumis, sed sub ipsa. ¶ Tot linguæ.) Infinitus est numer'. Nā re vera quot sunt homines, in quibus fama est, tot ora habet, quę sūt hominū. ¶ Nocte volat.) Bene naturalem rem dixit. Nā quāto celatū est aliquid tanto magis requirif: & sine dubio incipiens fama semp obscura

Universidad de Deusto
Biblioteca

scura est:quæ diuulgata quiescit. Vnde ait, Luce sedet. ¶ Terræq; per vmbram,)Noctem, vmbram terræ esse nusquam apertius significauit. ¶ Custos.)Speculatrix. ¶ Summi culmine tecti.)Per domos nobilium. ¶ Turribus aut altis.)Per aulas regum. ¶ Magnas territat vrbes.) Magnos populos: & dicit plebeios. ¶ Tenax.) In omnibus perseuerans. ¶ Gaudens.) Propter inuẽtam materiam. ¶ Facta atq; infecta.) Sicut sequẽtia indicant. ¶ Dignetur.)Libratuit sermonem, quasi personæ superioris. ¶ Luxu, quam longa.) Id est nunc hyemem inter se luxu fouere, inquantum longa est ipsa hyems. Fecit talem & alibi figuram: vt, Tybris ea fluuium, quam longa est, nocte tumentem Lenit. ¶ Regnorum immemores.)Hoc fingit. Nã & illi cura est Carthago, & Æneæ Italia. ¶ Dea fœda.) Crudelis.

DONATVS.

¶ Extemplo Libyę ma.it.f.per vr.) Huius, inquit, facti nulla interposita vel modici temporis mora per vrbes Africę magnas & plurimas fama percrebuit, venisse Æneam Troiano a sanguine cretum, Cui se pulchra viro dignetur iungere Dido, Nunc hyemem iter se luxu quam longa touere Regnorum immemores, turpiq; cupidine captos. Hæc passim dea fœda virum diffundit in ora. hæc fama referebat Troianum virum consensu Didonis exceptum, iudicatum di gnũ cui se regina coniungeret, eumq; cõuiuijs suis vacare ac luxuriæ, hoc est libidinis partib⁹. feruent enim veneręę voluptates, sicut Terentius ait, vbi interuenerint Ceres, & Liber neq; hoc breui tpe, aut dieb⁹ interpositis, sed hyeme q̃ longa, hoc est quãtũ longa est, ac per hoc omni vsq; adeo vt omnem curam dilponendi regni tuendiq; reijcerent. hoc est, quod ait in superiore libri parte. Non cœptæ assurgunt turres. nõ arma iuuẽtus Exercet portusue, aut ꝓpugnacula bello Tuta parant, pendent opera interrupta, minæq; Murorum ingentes, equataq; machina cœlo. Hæc de Didone, Æneæ vero reprehensio fuit, q̃ in alienis commorans regnis commoditatem suã negligebat, quam partẽ ex Iouis persona Virgilius nõ multo post plenissime ꝓsecutus est. heu regni & cætera. Hæc passim dea fœda virum diffundit in ora: nõ dea fœda. vbi enim, quid secus admissum in hominum scientiam venerit, turpius q̃ admissum est carpitur. interea definitionem famę repetamus, quam poeta interponendo fecit hyperbaton, & eum textum in duas partes abscissum posuit, & minus attẽtus facit errorem. ¶ Fama, inquit, in. q.n.a.ve.vl. Mobilitate. v.v.q;.a.eua.) Et cito, inquit, ambulat, & fit fortior. vires enim nõ perdit, sed acquirit. nam cõtrarijs iuuatur vtpote monstrum. ¶ Parua metu primo, m. sese, at. in au. Ingrediturq;. f. &. c. i. n. condit.) Veteres omnes multis incorporalibus nomina dederunt & formas, & nõ nulla pro numinibus habuerunt, victoriam. f. cõcordiam, discordiam, furorem, somnũ, & cætera similia. ita & famam corporalem esse voluerunt, & deã. vt ipse Virgilius hoc loco ait, Hæc passim dea fœda virũ diffundit in ora. huic addidit & corpus & corporis incredibilem mobilitatem, & loquacitatem fatis effusam, nihilq; occultantem. hoc amplius, At non tantum veritatis sit nũtia, verũetiam veris falsa commisceat, illam monstri esse genus natam ex terra cum gigãtibus, volatu alarum vigere, & pedum celeritate, aurium quoq; sensu, & oculis quãplurimis semper vigilantem, loquentem plurimis linguis, nullo tempore habẽtem requiem, noctu diuq; volitantem, atq; currentẽ, explorantem de summis locis quid singuli agant, quidue loquant, magis praua & ficta q̃ vera nuntiantem. iccirco dixit. ¶ Illam. t.p. ira. i.d. Extremam (vt perhibent) Cæo Enceladoq; sororẽ Progenuit &c.) Parua est inquit, fama, eum metus interuenit. Tunc metus est, cum de personis potioribus incipit loqui, Sed eadem dicit, primo parua est metu, & cõstat eam postea nõ timere, sed sumere augmentum. deniq; sequitur, mox sese attollit in auras, Ingrediturq; solo, & caput iter nubila cõdit. ingreditur solo, hoc est ambulat in solo vt sit integra locutio. vt autẽ ostenderet monstrum esse, vltra inæstimabilem formã, pedes, inquit, habet in terra, & capite tangit cælum. quod ait, vt perhibent, morem ꝓprium tenuit. in fabulosis quippe & incredibilibus non se facit authorẽ. hoc dictum sit de famę diffinitione. nunc redeamus ad reliqua, quæ eadẽ fama per infinitos passim loquendo pertulerat.

ASCENSIVS.

¶ Extemplo Libyæ, &c.)Docet famã aduẽritus Æneę, & coniugũ cum Didone celebrati, vt ipsa adferebat, diuulgatã eẽ per omnes vrbes Libyæ, occasione cuius poetice describit famam, faciens digressiunculam prolixiorem, sed non iniucundam, de qua re nihil a Donato dictum ostendimus. ¶ Ordo autem est. Fama It. i. diuulgatur. extemplo. i. illico (tractum ab auguribus, qui de signato templo, claimabãt extemplo, quo audito, illico profugiebant ne obstarent: & inde sumptũ, vt significet cito, & properanter, aut illico.) per magnas vrbes Libyæ: fama. f. venisse Æneam, &c, vt postea dicturus est: sed prius describit famã, dicens, Fama (inquit) existens malum, quo non aliud. f. malum est velocius, nam viget, id est crescit & augmẽtatur mobilitate, qua cætera, si corruptibilia sunt, consumunt: & acquirit vires eundo, qa quãto ad plures peruenit, tanto maior & potentior est: & ipsa parua primo. i. a principio. metu. i. timore. qa nemo audet rem ignotã cõfidenter diuulgare: & ita in aurẽ dicunt: & sub fide: & ipsa attollit. i. erigit: mox. f. paulopost, se in auras: & ingreditur. f. pedib⁹: solo. i. super terram. & condit. i. abscondit caput inter nubila: vnde patet immensum eius excrementũ. Terra parens. f. gigantum irritata ira deorum, qui gigantes occiderant: progenuit (vt perhibent: id addit, qa fabulosum est. (illam extremam. i. extremo loco: & ita pessimam sororem Cæo, & Encelado, illis gigantibus, existentẽ celerẽ pedibus, & alis pernicib⁹, pro (ꝼm seruiũ) celeribus alis, & pernicib⁹ pedibus: existens etiam monstrũ horrendum: & sup. ingens, quę sunt epitheta, prius Polyphemo attributa: cui. f. monstro, videlicet famæ, tot sunt oculi vigiles, subter. i. in occulto: quot sunt plumæ, sup. in corpore: & ita oia cito videt. & celerrime defert: mirabile dictu. i. quæ res est mirabilis dictu: & cui sonant tot linguę, & totidem ora, quot. f. sunt in corpore plumæ, & surgit. i. sursum, more bruti erigit tot aures ad audiendum: (volunt quidam connunctim construẽdum esse: tot linguæ, & totidẽ ora: nãq; singulis linguis, bini respondeãt oculi, & binæ aures, & ita tot linguæ, & totidem ora, pro vna parte ponentur: quot aures & quot oculi, pro reliqua: sed in monstro non est symmetria obseruanda: quam tamen seruatam nõ dedeceret.) & ipsa fama volat nocte, quando animãtia dormiũt: medio. i. per medium cœli: & per vmbram terræ, ſtridens. f. propter velocem impetum: nec declinat lumina somno dulci, cæteris quia ipsi dulcis non est. Ipsa sedet luce. i. interdiu, dum res geruntur, aut dicuntur: custos. i. obseruatrix, aut speculatrix: in, supple culmine summi tecti. f. domus vnius nobilis: aut altis turribus. f. domorum regum: & territat magnas vrbes. f. rumore auditorum in domibus, existẽs tenax. i. perseuerans affectrix: scilicet fama talis, vt est descripta, replebat tunc populos multiplici sermone, gaudens, id est læta nouitate rerum, & canebat patiter facta, atq; infecta. i. non facta, id est & vera, & falsa, scilicet Æneam cretum. i. progenitum a sanguine Troiano, venisse. f. Carthaginem, cui viro, Dido pulchra dignetur se iungere, aut, cui Dido, pulchra dignetur se iungere viro. i. tanquã marito: & hoc quidem factum erat, & verum, & canebat, sup. nunc. i. aliquãdo Æneam, & Didonem immemores regnorum, fouere. i. ꝙ fouerent inter se luxu. i. ad luxum, hyemẽ quã longa. Esset, hoc est, alij interpretabantur in bonam partem, dicentes Æneã esse maritum Didonis, alij in peiorem, dicẽtes, non esse matrimonium, sed eos immemores regnorũ, Æneam. f. regni promissi in Italia, & Didonem regni cœpti in Carthagine, fouere. i. explere luxuriam suam, donec peracta hyeme Æneæ daretur nauigãdi facultas, & eos captos esse turpi cupidine. Dicit Ser. ꝙ fingit regnorũ immemores, quod tamen quantum de Didone in consesso est, quantum de Ænea, non oino negandum. Nam dicturus est Mercurius iussu Iouis, Si te nulla mouet tantarum gloria rerũ, Nec super ipse tua moliris laude laborem, &c. Dea fœda. i. aut crudelis aut execrabilis, propterea quod potius turpia dictu, q̃ honesta perfert: diffundit passim hæc. i. huiusmodi noua, in ora virũ, id est virox. i. promulgat hæc per omnia.

PIERIVS.

¶ Extemplo Libyæ magnas it fama per vrbes.) Nonnulli codd. manu scripti, Libyes, legunt declinatu Græcanico, vt incitatius proferatur. Sed Libyæ, longe suauius est. ¶ Fama malum, quo non aliud velocius.) Non eo inficias, quo, in pluribus exemplaribus haberi. Sed forte nõ displiceat, quod in Romano, qua, scriptum est. Qua. f. fama, nullum aliud malum velocius: sed oino, quo receptius est. ¶ Viresq; acquirit eundo.) Antiqua pene oia exemplaria, integras seruant præpositiones in compositis: vt, adquirit: & ita scribi solitum vsq; ad Aurelij Antonini ꝓ tempora: publica declarant monumenta. Ea enim libenter in testimonium adducimus, quod notæ semel in marmoribus excauatæ, nulla sunt, transcriptione mutatæ. In arcu igitur Aquæ Marciæ, verba hęc inter alia ita notata leguntur. ADQVISITO ETIAM FONTE NOVO. ¶ Sese attollit.) Dicebamus quẽ præpositiones, Ad, Ab, In, & huiusmodi incolumes, in compositis

Ordo.

positis apud veteres adseruari, parcissime tamẽ scriptum, Adtollit, per Ad, inueni. Tametsi grammatici veteres, ad, ante t, indifferenter scribi concedant, propter soni similitudinem, quæ in D & T auditur. ¶ Ira irritata deorum.)Nõ leui quidem de causa, minimis his quæstiunculis cogimur inhærescere, quoties quædam sese offerunt, quæ præter rationem omnem turpiter fuerint negligentia posteriorum contaminata, velut in hoc verbo, Irrito, praua inualuit consuetudo, vt geminato rr ab omnibus iam libraris scribatur. Volunt enim, a litera, quę de nare canina sonat, Irrito deductum. Quare perperam omnino legitur in nonnullis exemplaribus, Inritata. Sed enim irrito, ab ira, potius est vt & irascor: & ita vnico r scribendum. Nam in iram stimulare significat. Irritum vero, vel inritum pro nõ rato, vel rr geminato, ex Scauri sententia: vel per n, & r, veterum more scribi manifestum est. ¶ Tot vigiles oculi subter.)In plerisq; codicibus antiquis legere est pro subter, subsunt, Tot vigiles oculi subsunt. ¶ Terræq; per vmbram Stridens.)In oblongo Vaticano codice sane q̃ vetusto, Stridet, habet, finitiua forma, quod minime displicet. Et vmbras, numero multitudinis in bona codicum veterũ parte. ¶ Nec dulci declinat lumina somno.)Nequaquam placet, ꝙ in plerisq; codicibus antiquis, limina, legitur: cum præsertim apud Catullum, vnde phrasis desumpta, legere sit, Flagrantia declinauit lumina. ¶ Dea fœda virum diffundit in ora.)In antiquis aliquot exẽplaribus, diffudit, præterito tempore habetur. Sed longe magis placet presenti.

Irrito.

SERVIVS.

¶ Iarbam.)Filium Iouis Ammonis. Liber cum Indos peteret, & per Libyam exercitum duceret, fatigatus siti, Iouis sui patris implorauit auxilium, & statim viso ariete fons secutus est. Vnde factum est Ioui Ammoni ab arenis dicto simulachrũ cũ capite arietino: quod ideo fingit, quia satis eius fuit inuoluta responsa. ¶ Rapta.)Stuprata, vt, Et rapti Ganymedis honores. ¶ Garamantide nympha.)Nã & ꝓprium potest esse, & gentile. Nam Garamantes sunt iuxta Libyam. ¶ Centum.) Finitus pro infinito. ¶ Excubias diuũ æternas.)Diffinitio est æterni ignis. Quid est ignis peruigil: excubiæ deorũ. Et sciẽdũ non vacare ratione, vt in aliquibus tẽplis sit ignis peruigil. Nam protestates aut terrenæ sunt, aut aerię, aut etherię sed quia æther ignis est, ideo. ætheriarũ potestatum tẽplis ignis est, vt reddatur eis imago sui elementi. Est autem in templo Iouis, quia æther est Mineruę, quę supra ætherem est. Vnde de capite patris procreata esse dicitur. ¶ Isq; amens animi.)Et amator & barbarus. Sane nomen esse ostendit ponendo gentiuum. ¶ Amaro.)Aspero: vt, Hostis amare quid increpitas? ¶ Media inter numina diuum.)Ac si diceret, dijs testibus: vt Sallustius, Quam mediusfidius veram licet mecum recognoscas. Id est sis dictus medius, id est διὸς υἱὸς, Id est Iouis filius. ¶ Supplex orasse supinis.)Partim precatur: vnde ait, supplex. partim conqueritur: vnde orasse, id est dixisse. Hinc & oratores dicimus. ¶ Mauritia.)Maura, nam protentio est. ¶ Nunc epulata.)Dum in epulis est. Nam eum deseruit participium, præteritum epulata, pro præsenti epulans posuit. Et bene Nunc dixit. officia enim in deos, licet æternam habeant gratiam: & spectent tam præteritum quam futurum, tamen in præsenti plus valent. Semper autem Ioui propter hospitalitatem libabatur. Et bene conqueritur, quia humanas res ne tum quidem curat, cum ei tribuitur honor sacrificij. ¶ Lenæum.)Bacchicũ. Nam Liber Lenæus dicitur, quia Lacubus præest, id est ἀπὸ τοῦ ληνοῦ. Nec potest dici Lenęus a mentis delimento, cum sit a Græco tractum. ¶ Nequicquam horremus.) Quia non iudicio hoc facis. ¶ Cæcique ignes.¿Non quia nõ videtur: sed quorum origo non apparet. alij enim de ventis dicunt fieri: alij de nubibus: alij de aere. ¶ In nubibus.)Ac si diceret, non ex te fiunt. Si enim errant, tuo non reguntur imperio. Iuuenalis. Nec ventorũ rabie, sed iratus cadat in terras, & vindicet ignis. ¶ Fœmina.)Inuidia a sexu. & iam incipit specialis conquestio. Est autem ordo, fœmina errans, quæ in nostris finibus vrbem posuit. ¶ Pretio.)Vt ostendat eam nec meruisse per gratiam, nec inuasisse virtute. Et si vendidit, quid conqueritur? ¶ Vel defraudatus per eorum, vel de nuptiarum promissione. ¶ Littus.)Vt & supra diximus, terram mari vicinam. Modo etiam infertilem vult ostendere, hoc est talem illi dedimus terram, quæ nulli esset necessaria. ¶ Loci leges dedimus.)Aut quam tributariam fecimus:

Protinus ad regem cursus detorquet Iarbam:
Incenditq; animum dictis: atq; aggerat iras.
Hic Ammone satus, rapta Garamantide nympha,
Templa Ioui centum latis immania regnis,
Centum aras posuit: vigilemq; sacrauerat ignem,
Excubias diuum æternas, pecudumq; cruore
Pingue solum, & variis florentia limina sertis.
Isq; amens animi, & rumore accensus amaro,
Dicitur ante aras, media inter numina diuum,
Multa Iouem manibus supplex orasse supinis.
Iuppiter oĩpotẽs, cui nũc Mauritia pictis HIAR
Gens epulata toris, Lenæum libat honorem:
Aspicis hæc? an te genitor, cum fulmina torques,
Nequicquam horremus? cæcique in nubibus ignes
Terrificant animos? & inania murmura miscent?
Fœmina, quæ nostris errans in finibus, vrbem
Exiguam pretio posuit: cui littus arandum,
Cuiq; loci leges dedimus: connubia nostra
Reppulit: ac dominum Aenean in regna recepit.
Et nunc ille Paris cum semiuiro comitatu
Mæonia mentum mitra, crinemq; madentem
Subnixus, rapto potitur: nos munera templis
Quippe tuis ferimus: famamq; fouemus inanem.

Raptus quid.

SERVIVS.

¶ Protinus ad re. c. de. hi. Incenditq; ani. di. atq; agge. i.)Si poetice, & ita vt positum est, intelligamus, instruxit eum fama, atq; iram eius agitauit. quæritur vtrũ quas fecerat, an quas apud Iarbam inuenerat melius est intelligere, quas inuenerat, quia dixit exaggerat. facilius enim excitatur in iracundiam maiorem, qui habet animum ex eadem causa commotum. Iarbas quidem qui fuit in Didonis petitione contemptus, eoque maxime alienigenam meruisset, quod ipse impetrare non valuit, debuit acrius cõmoueri, sic extra poeticum textum quæramus intellectu m simplicem, cum Iarbas audisset rumoribus sparsis Æneam ex longinquis partibus venientem sibi proximo &(vt ipse arbitrabat) potiori esse prælatũ, vehementer motus est. in his. n. vel maxime causis intoleranda repulsa est, quę tunc magis sentitur, cum inferiorẽ putamus nobis esse prælatum. interea ostendamus hyperbaton, quod diximus factã, descriptionem. n. famæ tunc positã vna descriptione diuisit, hanc si subtrahas, erit vna narratio, ex templo Libyæ magnas it fama per vrbes. sequi debet, protinus ad regem cursum detorquet Iarbã. ¶ Hic Ammone. f. r. g. n. Tenio. cen. &c.)Iarbas (vt Virgilius posuit) natus ex Ioue Ammone, constat. n. Ioues plurimos fuisse. Habuit Garamantidem vxorem, non legibus acceptam, sed aptu interueniente quæsitam, Africæ quippe finibus proximi feruntur esse Garamantes. hic in finibus suis, ac per omnes regni sui partes cẽtum templa formæ amplissimæ constituerat Ioui, atq; aras totidem vigilemq; ignẽ, hoc est, qui semper nutrimẽtis necessarijs fotus extingui nõ potest, perindeq; excubias dijs continuas exhiberet. illius autem

tanta

Universidad de Deusto Biblioteca

tanta veneratio fuit, vt hostiarũ cruore assiduo pingue esset solum, varijs florentia limina sertis, nõ tamen dixit, cuiusmodi sertis, sed cum dixit, florentia limina varietatem sertorum, splẽdido vsus locutionis genere, ostendit ex floribus fuisse diuersis. ¶ Media inter numina diuum.) Media inter numina, quasi præsentibus testibus dijs. ¶ Iuppiter omnipotens. c.n.m.p.G.e.t.le.li.ho, Af.h.&c.) Iuppiter, inquit, quẽ omnis hæc regio veneratur, si vides mala, quæ geruntur in terris, cur tibi non displicent? cur hæc fieri sinis? aut si non vides, & nõ ex te mittuntur fulmina quę homines terrent, cur coleris? cur nõ te vniuersi contemnimus? Hęc fuerint principia eius, qui loquebatur, amens animi & rumore accensus amaro, ecce ostẽdimus habuisse amaritudinem animi, quam cumulauerat fama, perinde duplici ratione cõmotus talibus causis a principio positis, ipsam iam prosequitur causam approbatione personarũ, vt indignum afferat factum. ¶ Fœmina, quæ nostris errans in finibus, &c.) Tulit se a nomine & dignitate personæ, & ait fœmina quasi abiecti sexus. nam Terentius ita ex iracundi senis persona ait fœmina quasi abiecti sexus. Tu, inquã mulier quæ me omnino lapidem, non hominẽ putas. Addidit secundũ conuitiũ, quæ nostris errans in finibus, hoc est peregrina & vagans vrbem exiguam pretio posuit, non quo vere exigua fuisset, sed talem dicere debuit, qui deformantis animo loquebatur. pretio posuit quæ adhuc sedẽ non habuisset. nos ergo ei exiguum spatium vendidimus, vt hoc genere ostenderet nouã dominã deferre potioribus & originalibus incolis & prioribus dominis debuisse. Cui littus arandũ, cuiq; loci leges dedimus, Colona, inquit nostra & sub nostris legibus degens. Hæc nõ sunt omnia pro veris accipiẽda, quę amens fundebat, quæ iactabat inimicus, quę clamabat iratus. ¶ Cõnubia nostra re.ac.do. Æ.in.r.re.) Et personarum & facti cõparationem faciẽs, ait. recusauit nostra connubia. nostra quod, ait, in pronomine meritũ personę quasi melioris & potẽtioris expressit. deinde connubij cõmemorationem fecit, vt ostẽderet in causa honesta postulatam repulsam remittere maluisse. susceptum aũt Æneam dominum, potiusquam maritum. huius obtrectationem subiungit, vt satiet indignitatẽ facti cum eius deformatione, quem se contempto dolebat amissum. ¶ Et nunc ille Paris.) Per originalis hominis illicitum factũ crimen inuentum est, cuius Æneas aspiceretur inuidia, cum nõ sit similis causa, quando ille alieni matrimonij rapuit fœminam. Æneas autẽ viduę videbatur esse coniunctus, & ei quæ nubendi & eligendi quem vellet liberum habuisset arbitrium. sed quid faciemus more hominum, qui in vltione cõuitiorum etiam falsa cõponunt? ¶ Cum semiuiro comitatu.) Ecce iam maledictorum iniuria non in Æneã solum, sed in omnes Troianos extenditur. Semiuiros quippe appellauit vniuersos, hoc est duos præferẽtes sexus ambos ex semissibus constantes, quibus nihil est deterius, vtpote qui corpore præferãt virum, animo tamen & corruptione, cultu quoq; fœminas imitentur. dat quoq; cõiecturale argumentum, quo probet infames, & ipsum præcipue ad eiusmodi crimen detineat, in quo omnis cardo doloris & causa constabat. ¶ Mœnia.m.mi.c.q;.ma.Su.) Quem cum videas, ait censeas esse mulierem, mitra ille quippe & vsq; ad mentum crines madentes vt fœminis. ¶ Rapto potitur.) Hoc est coniunctione quæsita per violentiam, & tamen cum sit tãtis ludibrijs obnoxius, ego repulsam merui & cessit præda raptori. ¶ Nõ munera templis Qu.t.f.f. q;.fo.i.) Quando, inquit, alia vides & probas, nõ tuis cultoribus sed alienigenis prodes, incassum tuis tẽplis ferimus dona, & numen putamus esse, quod nõ est. ecce & ipsum, quem ad hanc partem necessarium putabat, lędit. quod facit amentię malum, & doloris impatiens animus cui nonnunq; datur venia, quoniã mentis interueniente corruptione peccatur. deniq; ipse Iuppiter cõmotus non est, sicut ipse poeta monstrauit dicens.

ASCENSIVS.

¶ Protinus ad regem.) Declarat quomodo fama ad Hiarbam regem, aut ductorem Libyæ peruenerit: vtq; ille Iouẽ patrẽ orauerit. de qua re dicit Donatus sic. ¶ Media inter numina.) q.d. dijs testibus. ¶ Iuppiter omnipotẽs.) Si hæc vides cur nõ punis? Si nõ vides, non es dignus, vt colaris. ¶ Fœmina.) Quasi abiecti sexus: vnde magis dolendũ. Sic Teren. Tu inquã mulier quæ me omnino lapidem, non hominẽ putas. ¶ Errans.) Exul peregrina, & sine vrbe. ¶ Cõnubia nostra.) A facto & persona facit comparationẽ. ¶ Nostra.) q.d. tanti viri & dolet q; suum connubium repulit. i. se maritum: & accepit Æneam exulem, non maritum, sed dominũ, quem deinde ab habitu vituperat. ¶ Semiuiro.) Duos proferunt sexus, sed dimidiatores, vt neq; viri, neq; fœminę sint: qua coniectura probet infames esse. ¶ Nos.m.) q.d. incassum sacrificamus: cum nõ tuis cultoribus sed alienigenis prodes. Hæc ille. ¶ Ordo est. Fama, sup. detorquet, i. vi dirigit: cursus. s. suos: protinus. i. statim ad Hiarbam, regem. s. Libyæ: & incendit. s. incendio, iratũ animum. s. eius: dictis. i. relationibus rerum nouarũ, & ipsi displicentium: atq; adgerat. i. adcumulat, iras. s. eius: hic. s. Hiarbas satus. i. procreat⁹: Hammone. i. Ioue harenario: & hoc nympha, sup. quadam. Garamantide. i. de patria, aut gente Garamantũ, rapta. s. a Ioue (& hoc si patronymicum intelligatur, pro gentili positum q; siquis Garamãtide, cuius nominatiuus est hæc Garamãtis, huius Garamantidos, proprium mauelit. Ordo sit, & hoc Garamantide nympha rapta. sunt autẽ Garamantes, populi (vt Strabo docet) a maioris Syrtis recessu diebus quatuor, ad hyemalis ortus.) Hic ergo satus Hammone, & Garamantide: posuit. i. constituit, & cõsecrauit Ioui. s. Hammoni, patri suo, sup. in regnis. s. suis: latis. i. amplis centum templa immania. i. sane magna: ita vt minitari videantur, & immania censeantur: sicut immania cœtæ dicuntur in. v. Et posuit centum aras, & sacrauerat ignem, vigilem. i. vigilia summa, ne extinguatur obseruandũ: appositorie, æternas excubias, idest vigilias extra cubicula existentium: diuum. i. in honorem diuorum: & quæ fierent diuis, non a diuis: & sacrauerat aut fecerat: solum, id est terram, pingue. i. imbutam cruore pecudum. s. mactatorum & limina. s. vestibulorum, aut delubrorum: florentia varijs sertis, id est habentia serta variorum florũ: isq;. i. & is. s. Hiarbas: amens animi. i. impotens animi, more amentium qui sine mente sunt saltem bona: sicut dementes peruersa sunt mente, & accensus rumore amaro. i. aspero, & acerbo, dicit orasse, supplex manibus supinis. i. habẽs manus supinas. i. erectas sursum, orasse dicit. i. oratione sequenti adlocutus esse, Iouem. s. patrem suum: multa, id est multum, vt sit nomẽ pro aduerbio: aut multa. i. multas res ante aras, quas. s. constituerat: & inter media numina diuũ. i. deorũ hoc est, dijs testibus, & præsentibus. Orasse autẽ dicitur sic: O Iuppiter omnipotẽs, cui gens Maurusia. i. Mauritana: epulata nũc. i. iam epulis saturata: toris. s. triclinij: hoc est, lectis discubitorijs: libat, id est offert gustãdo, honorem Lenęũ. i. Bacchicum: hoc est, vinum: aspicis hęc? amara interrogatio. Nam si dicat, Iuppiter nõ aspicio, inferat: ergo deus non es. Sin aspicis: ergo iniquus, qui tuos nõ iuuas, cum sis Iuppiter. i. iuuans pater dictus: & omnipotens: annos horremus nequicq;. i. frustra te, o genitor, cũ, id est quando torques. i. vi, impellis fulmina: & ignes cæci, id est fortuiti & errore in hunc, aut illum decidentes, nõ ex precepto tuo in nubibus. i. qui sunt in nubibus. dum fiunt tonitrua, & miscent murmura inania. i. tonitrua nõ timenda cum naturalia sint, & nõ a te missa in vindictam malorum: hoc est, nunquid non timendus es? & videtur q; sic: quia neq; pios cultores tuos iuuas, neq; impios punis. Nam fœmina, nõ dicit regina: sed in dimmutionem dignitatis eius fœmina, quæ errans, id est profuga, sedem, querens in finib. nostris, id est in extremis regni nostri oris: posuit vrbem exiguam pretio quia (vt dictum est) Mercatiq; solum, facti de nomine Byrsam Taurino quãtum possent circũdare tergo: cui, scilicet fœminæ: nos dedimus littus. i. extremam orã regni nostri: arandum. i. colendum: & cui dedimus leges loci, id est iura nostra, vt a nobis tributaria fieret (hoc autem in contemptũ Carthaginis finxit poeta, quasi a primordijs tributaria fuerit, iure quidẽ licet vi præscripserit) hęc (inquit) fœmina nobis obnoxia, & merito subdita: repulit. i. per cõtemptũ reiecit nostra cõnubia: ac recepit Æneam dominum. i. ipsi dominaturũ imperiose: in regna. s. sua, a nobis cõcessa. Et nunc ille, q.d. nouissimus Paris. i. similis Paridis adulter, & alteri⁹ cubilis inuasor (quasi vero Dido sibi debeatur, hoc dicit) subnixus mentũ & crinem madentem. i. delibutũ vnguento: hoc est, habens mentẽ & crinẽ subnixum. i. fultum & sustẽtatũ: mitra Mæonia. i. Lydia, qua etiã Phryges vtebantur, (erat autem genus pilei incurui, de quo dependebat buccarum tegmen vt mitris episcoporum nostrorũ.) subnixus dicit, cum comitatu, semiuiro & semimuliebri: (quia sexu quidem viri erant: sed animo & habitu mulieres videbantur dicitur ergo nunc in dedecus semiuir, quia altera pars infra virum est: aliquãdo in laudem, quãdo vltra virum est: vt in his, qui & semidei sunt.) potitur rapto. s. cõiugio: aut absolute rapto, id est re rapta, aut Rapina, videlicet fœmina illa, quæ nostra connubia repulit. Quippe, quia certe, nos ferimus, id est adferimus: tuis tẽplis, id est ad tua templa: munera. i. oblationes: aut ferimus. i. offerimus, sup. in tuis templis munera: q;. pro &: hoc est, tamen fouemus famam inanem. i. non sortientem effectum. Famam enim significat fuisse, q; Didonem haberet coniugem quem petierat, nec vero simile erat q; ab ea repelleretur. & de ea fama potius intelligetur loqui, q; de fama generis sui, aut gubernationis Iouis. Id enim

ei maxime dolet, q; ab ea repulsus sit, & ita vituperio habitus, cum ab inferiore id fiat.

PIERIVS.

¶ Excubias diuũ æternas.) Vetusta quædã exemp. legunt, Excubiasq; deũ æter. Sed vulgata lectio magis approbata. ¶ Cui nunc Maurusia pictis Gens epulata toris.) In antiqs cod. manu scriptis passim legere est, Maurusia, vt Græce scribit per v vocalẽ quintã, in pene vltima, Μαυρούσιοι πὺρ μαῦροι ἔθνος μέγα τιβύης. Neq; tamen mirandum, v literã in ι trãsisse, cum multa huiusmodi reperiamus, quę per ætates immutata sunt. Sed. n. & Mauritania, cui⁹ nominis secunda syllaba a principio per ἰῶτα, tam apud Grecos, quã apud Latinos scribitur, olim per υ psilon notabatur. vt inspicere est in Hadriani Augusti nummis Mauretania. Iam vero & Iuppiter vnico p, in antiquis codicibus habetur. ¶ An te genitor cũ fulmina torques Nequicq; horremus?) In vetustis aliquot exẽp. legere est, An næ genitor, vt næ intelligendo, apud Terentiũ. Verum in plerisq; Ne, absq; diphthongo notatum est. vtcũq; vero magis placet vulgata lectio, An te genitor, cũ fulmina torques, Nequicq; horremus.

Poe. ÆNE.

Talibus orantem dictis, arasq; tenentem
Audiit omnipotens: oculosq; ad mœnia torsit
Regia, & oblitos famæ melioris, amantes.
Tum sic Mercurium alloquitur: ac talia mandat.
Vade age nate: voca Zephyros: & labere pẽnis: IV.
Dardaniumq; ducem Tyria Carthagine, qui nunc
Expectat: fatisq; datas non respicit vrbes:
Alloquere: & celeres defer mea dicta per auras.
Non illum nobis genitrix pulcherrima talem
Promisit: Graiumq; ideo bis vindicat armis.
Sed fore, qui grauidam imperiis, belloq; frementem
Italiam regeret: genus alto à sanguine Teucri
Proderet: ac totum sub leges mitteret orbem.
Si nulla accendit tantarum gloria rerum:
Nec super ipse sua molitur laude laborem:
Ascanio ne pater Romanas inuidet arces?
Quid struit? aut qua spe inimica in gente moratur?
Nec prolem Ausoniam, & Lauinia respicit arua?
Nauiget: hæc summa est: hic nostri nuncius esto.

SERVIVS.

¶ Oculosq; ad mœnia torsit.) Vt inde pellat Æneam: ne videatur esse contrarium quod turbantur omnia Ioue Africam respiciente. Nam vtrunq; a turpi liberat fama. ¶ Voca Zephyros.) Aut quibus Æneas nauiget: vnde est, Nec Zephyros audis spirare secũdos. aut qui vehant Mercurium: vt, Ventosq; secabat. Itẽ, Rapido pariter cum flamine portant. ¶ Tyria Carthagine.) Pro Carthagini: & pro aduerbio in loco, de loco posuit: sic Horatius, Romæ Tybur amnem, ventosus Tybure Romam, pro Tyburi. ¶ Expectat.) Moratur, & terit tempus. ¶ Non illum nobis.) κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus. ¶ Pulcherrima.) Epitheton perpetuũ, nec ad præsens negocium pertinẽs. ¶ Graiumq; ideo bis vindicat armis.) Alij dicunt bis, semel a Diomedis singulari certamine: in quo a Diomede percussus est saxo, Iuuenalis, vel quo Tydides percussit pondere coxam Æneæ. Et item in excidio, sicut legimus, Descendo, ac ducente deo. Alij dicunt propter Diomedis & Achillis certamina singularia: sed quãdo cum Achille dimicauit, a Neptuno liberatus est. Potest autem pro Venere factum videri. Sic Iuno imputat Veneri, quod pro ea factum est: vt, Potes in totidem classes conuertere nymphas. Potest etiam alter sensus esse. Nam Troia ab Hercule, qui & ipse Græcus fuit, capta est: vt intelligamus iam tunc Æneam natum fuisse. Nec enim multum tempus interfuit: cum constet Priamo tunc ab Hercule imperium traditum. ¶ Grauidã imperijs.) Vnde multi imperatores possent creari: vt, Hinc populum late regem. Ideo autem grauida ablatiuo iungitur quia etiam iam grauis illa re dicimus. Vnde est huius origo sermonis. Sic Plautus in Amphitryone: Vxor tua non puero, sed peste grauida est. ¶ Belloq; frementem.) Exceptis temporibus, quibus a Latino regebatur: vt, Longa populos in pace regebat. Nam alias bellicosa fuit Italia. ¶ Proderet.) Modo protenderet, id est propagaret. Propago autem si genus significet, pro, breuis est: vt sit, Romana potens Itala virtute propago. Si de arbore dicas, producitur, pro: vt, Flexos propaginis arcus: Nec se spectent prodere sane. Significat & decipere: vt, Vnius ob iram Prodimur: & est in infinitum hæc lexis polysemos. ¶ Super sua laude.) Id est pro sua laude & Græcũ est schema. sic enim Demosthenes ὑπὲρ τοῦ στεφάνου, id est pro corona, ὑπὲρ ἐκείνου, pro illo. ¶ Molitur preparat aut exercet. ¶ Ascanione.) Propter illud quod frequenter diximus, ipsi imperium deberi. Ideo autem hoc asserit poeta, vt laudando Iulium Cæsarem laudet, quia ab eo originem ducit: vt, Iulius a magno demissum nomen Iulo. ¶ Romanas inuidet arces.) honestior est elocutio, si addamus quã rem inuidemus, vt, Liber Pampineas inuidit collibus vmbras. ¶ Inimica in gente.) Præoccupat quasi præscius. ¶ Nec prolem ausoniam.) Vt in sexto, Nunc age Dardaniam prolem quæ deinde sequetur Gloria. ¶ Hæc summa est.) i. mei præcepti collectio. Iuuenalis, in summa, non Maurus erat, neq; Sarmata Metrax.

DONATVS.

¶ Talibus oran. di. a. q;. te. Audit omnipotens.) Quamuis contumeliosis dictis rogantem, tamen quia tenẽdo aras deuoti officium testabatur, hunc Iuppiter audijt. ¶ Oculosq; ad mœ. t. Re. & ob. fa. melio. aman.) Ad, bis accipitur, vt sit, torsit oculos ad mœnia, & ad eos, qui amoribus vacarent reiectis partibus honestatis & commodis. nusquam sic vitia amoris expressa sunt, vt in hoc libro. vbi enim amor interuenerit, nihil præter libidinem cogitatur. non vtile aliquid quæritur, commoditas nulla, honestas nulla tractatur, subit negligẽtia omnium rerũ, negocia differuntur, officia languẽt, sic in obliuione veniũt omnia, quasi vniuersorũ cõmoditas actuum in solo amore consistat. ¶ Tum sic Mercuriũ allo. ac ta. man. Vade age na. vo. Zephy. & la. pen.) Vade, quasi officium pedum necessarium significat, & postea dixit, vade age nate voca Zephyros, & labere pennis. cum igitur vade, & labere, diuersum sit, quomodo potest intellectus cum sua integritate discerni? vade, inquit, voca Zephyros, & cum flare cœperint pennis labere. pennæ enim sine ventorum flatu tardiores sunt. Accepto autem ventorũ adiumento in celeritatẽ nimiam cõcitantur, & tota maturitate ad destinata perueniunt. ¶ Dardaniumq; ducem, &c. Alloquere. & celeres defer mea dicta per auras.) Dixit, vade, dixit hoc ipsum vade qua facilitate possit impleri. voca, inquit, ventos, & pennis labere. Dardaniũ, inquit, ducem ne incertum Mercurius haberet, ad quem mãdata illa essent perferenda, designauit Iuppiter etiam locum dicens. Tyria Carthagine qui nunc expectat, fatisq; datas non respicit vrbes alloquere, & celeres defer mea dicta per auras. Ille est, inquit, ad quem te mitto, qui cõsistendum apud Carthaginem inutiliter putat. nec in animo habet, quæ illi terræ fataliter attributæ sint, quod de Carthaginis inimicitijs hic strictim dictum est in mandatis infra positis plenius dicit. & celeres defer mea dicta per auras. sic ait mando, vt ad ipsum mandata mea tota celeritate perueniant. consideremus cuiusmodi verbis vsus sit Iuppiter. Vade imperatiuum est, age hortatiuum. Cum imperatiuo autẽ religiosum & pium connectit. voca, labere, alloquere, defer. quæ imperatiua sunt, quorum alia spectant ad personam patris, regis vero alia, vt ille duplici necessitate constrictus voluntatem patris impleret, & regis. ¶ Non illum nobis genitrix pulcherrima talem Promisit, &c.) Quod ait, talem, hoc significat amatorem desidiosum, negligentem, obliuiosum. post hanc vituperationem sequitur plena laudatio, non iccirco, inquit, bis euasit infortunia patriæ suæ, vt Carthaginem foueat, & apud ipsam ocio & luxuriæ vacet, sed vt feroces Italię populos domet, & pullulantia imperia virtutis suę maiestate compescat, repetatq; orientem patriam, & genus Teucri cum omni orbe feliciore fortuna conseruet, ad hanc felicitatem natus est, ad hoc illũ genitrix sua suscepit, & aluit. Hæc cum dicuntur, quod solum possit illi contingere cui tanta prosperitas debeatur, recte commotus est Iuppiter. non iam propter Iarbæ querimoniam, sed propter eum, qui cessando apud Carthaginem spem suam probatur deseruisse, vt autem illum etiam inuitum iuberet excludi, addidit cumulum laudis eius, cum dicit Ac totum sub leges mitteret orbem. constabat enim ante Romanũ imperium, quod ab Ænea sumpsit initium, regna fuisse nullis legum nexibus iuncta, ac per hoc futurũ vt perdomita Italia atq; possessa Æneas totum orbem sub leges esset fortuna suffragante missurus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

missurus.¶Si nulla accendit tantarum gloria rerum, Nec super ipse sua mo.lau.la.As.ne.pa.ro.in.ar.&c.)Si nulla, inquit, eũ agit futuri temporis spes, nec excitatur rebus lætis, nec contemplatione laudis aliquem laborem molitur. hoc est si torpens ocio non vult laborare pro gloria sua: & contra institutum naturæ faciens inuidet filio imperium tantum quid struit? aut qua spe inimica in gẽte moratur? quid fouet æmulam? quid struit cum inimica? nec prolem ausoniam, nec lauinia respicit arua? Ex persona Iouis bene processit, quoniam futura nouerat, & ventura bene habuit cognita. nauiget, si illam, inquit, in obliuionem duxit, non licet hic immorari, sed inimicæ Carthaginis exclusus finibus nauiget. hæc summa est, hic nostri nuncius esto. mandatorum, inquit, hæc summa est, hic nostri nuncius esto. Hæc est conclusio definita præcepti, vt relinquat Carthaginem nauigando, & hoc solum ei volo nunciari. cõferenda sunt, quę larbas in muidiam contulit, & quemadmodum hæc acceperit Iuppiter, ne remaneat illud, vt in exclusione Æneę larbas vindicatus esse videatur. nam non ita est. Iuppiter quippe vt supra dictum est magis inde commotus est, quod Æneæ in obliuionem quodammodo venisset Italia, & consulentis officio Mercurium misit, qui ad meliora & propria truderet segnem. proinde si omnia Iouis ipsius verba considerenẽ, nihil larbæ contemplatione muenietur mandasse Mercurio, nec ad illius aliquam culpam pertinere poterit, qui Carthaginis finibus excludi præceptus est. dixerat Iuppiter, scilicet. completa autẽ iussione, in summa subiungit, quos actus habuit Mercurius.

ASCENSIVS.

¶Talibus orantem, &c.)Docet auocatum Æneam, ab Carthagine in Italiam, a Mercurio, monitu Iouis, cuius orationem ad Mercurium hoc loco recitat. De qua, cum nihil habeamus ex Donato. ¶Ordo est. Omnipotens. i. Iuppiter: audit. i. exaudiuit, pro parte quantum. i. ad hoc q̃ tacite petit Æneam, quem sibi prælatum dolebat illinc amoueri. larbam scilicet, orantem. i. oratorie loquentem: talibus dictis, id est præmissa oratione: ac tenentem aram ex more. f. obtestantium: & torsit. i. flexit: oculos ad mœnia regia. f. Carthaginensia, & ad amantes oblitos melioris famę. i. immemores regni sui, Æneam regni quo vocabatur: & Didonem eius quod extruere cœperat: & adloquitur tum. i. deinde Mercurium sic, ac mandat talia: O nate. i. fili: genuit enim eum ex Maia: age, cohortandi est, beneuole: vade, voca Zephyros, quibus. f. Æneas, nauiget: aut quibus ipse ex Cyllene deferatur: & labere pennis. i. alarum tuarum: & adloquere ducem Dardanium, scilicet Æneam, qui expectat. i. immoratur nunc Carthagine: Tyria. i. a Tyrijs extructa: & non respicit. i. non attendit vrbes. f. Italicas: datas. i. concessas ei, fatis, id est a fatis: hoc est, deorum voluntate, & præordinatione: & defer. i. deorsum fer: mea dicta, id est mandata: per auras celeres. i. quas celer pertranseas: & dic, sup. illi: q̃ genitrix. f. eius pulcherrima, videlicet Venus: non promisit nobis illum fore talem, id est voluptati deditum: necp̃ vindicat. i. eripit: & liberum seruat his armis, Graium, id est Graecorum forte sub Laomedonte & nunc sub Priamo, aut semel cũ Diomede cõcurrentem: & semel in ipsa Troiæ ruina, per tela: per ignes descendentem: ideo, id est ad eum finem vt mulieri inferiat: sed promisit, sup. fore, id est futurum esse: talẽ, sup. aut eum, qui regeret imperijs, Italiam grauidam imperijs, & trementem bello, i. id est Martiam & bellicosam: (Respicit ad Augustum, qui inde originem traxit.)& qui proderet, id est porro dederet. hoc est, propagaret, & portenderet genus, id est progeniem, ab alto sanguine Teucri. i. quod per Teucrum auctum est: aut Teucri, pro Dardani, ac mitteret totum orbem sub lege, quod Augustus tandem effecit. Si nulla gloria tantarum rerum: accendit. i. incitat ardenter eum: nec ipse mollitur, id est cum molimine tentat laborem: super, id est pro sua. i. propria laude: ne, id est an ipse pater, id est cum sit pater Ascanij (dubitat tamen Titus Liuius an huic Ascanio, an vero posthumo, regnũ obuenerit.) inuidet Ascanio, arces Romanas: quæ, scilicet olim ab Ascanij progenie extruentur: q̃ in persona Iouis recte dicitur, qui sciuit Romanas arces futuras. Quid struit. f. in Carthagine? aut qua spe morat. i. in gente inimicã

inimica? nec respicit prolem Ausoniam? aut quæ in Ausonia. i. in Italia oritura esset aut Lauiniam puellam regiam, quam Didoni præferendam innuit: & pro. i. nec respicit arua Lauiniа? quę. f. illi in agro Laurenti subijcientur. Nauiget nõ dicit quo, sed fatis innuit in Italiam nauigandum: id tamen non dicit, quia prius in Siciliam deferentur. Hæc est summa. f. mandatorum: hoc est omnia mandata mea in hoc recidunt, vt quã primum nauiget: & ergo esto nuncius nostri. f. mandati, aut dicti: hic. i. in hac re.

PIERIVS.

¶Tunc sic Mercurium adloquitur.)In antiquis aliquot, Tum, habetur. ¶Nõ respicit vrbes.)In Oblongo codice, & in Mediceo, perspicit. In aliquot alijs, Prospicit, habetur: sed eodem sensu, respicit,

SERVIVS.

¶Parere parabat.)Nõ respõdet quasi numẽ inferius: sed dictis obtemperat. ¶Talaria nectit.)Mercurius ideo dicitur habere pẽnas, quia citius omnibus planetis in ortum suum recurrit. Vnde & velox & errans inducitur: vt, Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes. ¶Tum virgã capit.)i. caduceũ: quod primo Apollo habuit, & donauit Mercurio, lyra sibi tradita. Sic Horatius, Fraternaq̃ humerum lyra. Huius autem virgæ hæc ratio est, Mercurius & orationis deus dicitur, & interpres deorum. Vnde virga serpentes diuidit. i. venena. Nam bellantes etiã interpretum oratione sedantur. Vnde secundum Liuium legati pacis, caduceatores dicuntur, sicut. n. per fœciales bella indicebantur, ita pax per caduceatores fiebat. ἐρμῆς autem Græce dicitur, ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας Latine interpres. ¶Animas.)Pro vmbris: secundum poeticum morem. Animę enim in cœlo sunt: vt, Visa dehinc cœlo facies delapsa parentis. Huius autem rei ratio alterius est scientiæ. ¶Lumina morte resignat.)Claudit, perturbat. Est & aliud quod Physici dicunt, pupillas quas in oculis videmus, morituros ante triduum non habere: quibus non visis, est summa desperatio. Hoc ergo dicit Resignat, hoc est aufert signa lumimis. ¶Tranat.)Transuolat: vt, Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen. ¶Apicẽ, & latera.)Bene ei quę sunt hominis dat. Nam rex fuit. qui cum audisset oraculo cauendum esse a Iouis filio, & timore nullum suscíperet, a Perseo in montem conuersus est viso Gorgonis capite: eo quod illũ noluit suscipere. Vt autem in primo diximus, peritus astrologiæ fuit. Nam & Herculem docuit. Sane latine Telamon dicitur, sicut Nilus Melo. ¶Fulcit.)Sustinet: nam altus est nimis. ¶Nix.) Niuis facit: sed verbũ ninguit nõ hinc venit: sed ab eo quod est hæc ninguis & hæ ningues. Sic Lucretius, Albas effundere ningues. Ninguit autem prima persona caret, & secunda: quia non est in nostro arbitrio. ¶Præcipitant.)Vt, Nox humida cœlo Præcipitat. ¶Senis.)Aut propter ætatem: aut allusit ad niues: vt, Gelidus canis cui, montibus humor Liquitur. ¶Paribus alis.)Leni volatu, vt dixit: &, In cœlum paribus se sustulit alis. ¶Cyllenius.)Ab auia: vnde paulo post, Cyllenia proles. Aut a Cyllene Arcadiæ monte, vbi dicitur esse nutritus. ¶Toto corpore.)Vno impetu excussus. Sic Lucanus, Nec se tellure cadauer Paulatim per mẽbra leuat, terraq̃ repulsum est Erectumq̃ semel. ¶Aui similis.)Incõgruum heroo credidit carmini, si mergum diceret: vt alibi Ciconiam per Periphrasim posuit: Candida venit auis longis inuisa colubris. Sic est, Et testa cũ ardente videret Scintillare oleum. ¶Littus arenosum Libyæ.)Bene arenosum addidit. Nam in Libya erat: sed nõ in arenosa. Mauritania enim aspera & Syluestris est. ¶Materno ab auo.)Per Maiam Atlantis filiam.

DONATVS.

¶Ille patris magni parere parabat Imperio, & primum pedibus talaria nectit Aurea, &c.)Post dicta patris, Mercurius, vt iussa potuisset

Dixerat: ille patris magni parere parabat POE
Imperio: & primum pedibus talaria nectit
Aurea: quæ sublimem alis, siue æquora supra,
Seu terram, rapido pariter cum flamine portant,
Tum virgam capit. hac animas ille euocat Orco
Pallentes: alias sub tristia Tartara mittit:
Dat somnos: adimitq̃: & lumina morte resignat.
Illa fretus agit ventos: & turbida tranat
Nubila. famq̃ volans apicem, & latera ardua cernit
Atlantis duri: cœlum qui vertice fulcit:
Atlantis, cinctum assidue cui nubibus atris
Piniferum caput. & vento pulsatur, & imbri:
Nix humeros infusa tegit: tum flumina mento
Præcipitant senis: & glacie riget horrida barba.
Hic primum paribus nitens Cyllenius alis
Constitit: hinc toto præceps se corpore ad vndas
Misit: aut similis, quæ circum littora, circum
Piscosos scopulos humilis volat æquora iuxta,
Haud aliter terras inter, cœlumq̃ volabat,
Littus arenosum Libyæ, ventosq̃ secabat,
Materno veniens ab auo Cyllenia proles.

fet, Atlantis, cinctũ assidue cui nubibus atris Piniferũ caput vento pulsatur & imbri, videbat Atlantis latera, videbat humeros, videbat & cinctũ, videbat & caput eius piniferum, quod assidue imbribus pulsaretur, & ventis. piniferũ caput, aut crispum, quia tanquã de homine loquebatur, aut arbores pineas in cacumine habentem, quia reuera monte describebat, nix humeros infusa tegit. Cum nẽ dicit aliquibus temporibus, ostendit hũc perpetuis niuibus abundare. Tum flumina mento præcipitant senis, & glacie riget horrida barba. Niues ipsę aut cõgelatę rigebant, aut dissolutæ vertebantur in flumina, expresse dixit præcipitant, magnitudo enim aquarum, & niuium, & altitudinis aliter ostendi non poterant. Et glacie riget horrida barba. & hic riget tale est quale est nix humeros infusa tegit, vt semper rigere videatur. senẽ vero recte appellauit, vel quod mons esset antiquus, vel quod Mercurii auus esse diceret, vel quod semper canus esset ex niuibus. ¶Hic primum pa.ni.Cyllenius. a. Constitit.)Non frustra pares alas misit, alarum enim remigium cõstare nõ potest, nisi fuerint pares. Mercurius igitur ad partes Carthaginis tendẽs hic primũ constitit, nec mirum, nõ debuit. n. prẽterire montem, qui aui sui nomine cõsecratus esset, & qui ex occasione vrgentis trãsitus necessarius fuerat & opportun⁹. ¶Aui similis, quę. c. lit. ci. Pi. fe. hu. v. æq. iu.)Sic Mercurius se ad vndas misit, vt solent aues quibus esca piscis est, & propter explendam famẽ volant iuxta vndas & littora. ¶Haud aliter. t. inter. c, v, &c.)Auiũ more inter terras cœlumq̃ suspensus littus Libyæ arenosum, ventosq̃ secabat Mercurius veniens ab auo materno, hoc est Atlante.

ASCENSIVS.

¶Dixerat, &c.)Docet quomodo Mercurius, qui dicitur deorum nuncius, Ioui obsecutus est: ea enim eius planetæ natura est, vt quibuscunque coniungitur, eorum naturam fere induat: ideoq̃ statim patet, nec respondet. De hac autem re hoc solum reperi apud Donatũ. ¶Auo materno.)Ab Atlante monte, in quem Atlantem patrem Maiæ conuertit Perseus. ¶Ordo est. Dixerat, scilicet Iuppiter: ille, scilicet Mercurius: parabatur parere i. obedire

tuisset plena executione complere, necessaria vsibus suis adhibebat, quorum adminiculis adiutus & volare posset & cõmoda potestate ad destinata contendere. ¶Iam q̃s volans api. & la. ar. cer. Atlantis duri, &c.)Ex occasione delcribit Atlantis situm, & cum sit mons, tamen quia hominis habuit nomen, hunc affignat sub definitione humani corporis. volans, inquit, Mercurius cernebat latera duri Atlãtis, durum dixit propter saxa montis, & qui per duri naturam roboris cœlum vertice suo sustinere potuisset, & ferre, deniq̃ sequitur, cœlũ qui vertice fulcit, vt ostenderetur, quid sit, duri. dixit ergo durũ, dehinc dixit cœlũ qui vertice fulcit, vt altissimum quoq̃ monstraret, vsq̃adeo vt suo vertice sustineat cœlum, & hoc ad intellectum potest accedere, verticem ipsius esse superiorem potuisse, nisi hunc cœli magnitudo pressit

Universidad de Deusto Biblioteca

i.obedire imperio magni patris:& nectit primũ pedibus.s.suis:talaria,i.induméta,ad talos vsq; defluétia:aurea,i.fulgentia, more auri,quę.s.talaria:portãt.s.eũ sublimẽ.i.supra limũ:hoc est, terrã exaltatũ:alis.i.per alas illis annexas:pariter.i.simul:cũ flamine.i.vẽto:rapido.i.raptim volãti:siue ferri velit supra ęquora,seu super terrã:tum.i.deinde capit:virgã.i.caduceũ:& ille euocat qñ.s.vult:hoc est,euocare solet, ac põt hac.s.virga:Orco.i.ab inferno:animas pallenteis.i.vmbras defunctorũ:& mittit alias.s.animas:sub Tartara.i.loca,pfundissima , & obscurissima in inferno : hoc est,alias ducit ad inferos , alias reducit ab inferis:(nã Ethnicorũ multorũ disciplina est,animas quidẽ nõ interire,sed post interualla certa,q̃ viuẽdo bene aut male , meruerũt habere longa aut breuia)redire ab inferis in corpora , nõ eadẽ, sed alia:& earũ ducẽdi, ac reducẽdi,ministrũ esse Mercuriũ,qui quasi Caduceator deorũ est:Caduceator aũt est,quẽ vulgus ambasiatorẽ vocat.Et ipse dat somnos,hac virga & adimit,i.aufert somnos:& resignat.i.aperit:lumina, sup.clausa morte.(nã,re,significat cõtrariũ dũ ad dictionem importantẽ,clausurã iungit : quia ergo signant literæ & arcæ,dũ clausę sunt:resignare fere accipit,pro eo quod est aperire, & recludere.)Seruius tñ accipit , quasi sit, resignat.i.iterũ signat:mortẽ.s.futurã:lumina.i.pupillas,quas aufert:& ipse fret⁹.i.adiutus:illa.s.virga:agit.i.impellit ventos:& tranat.i.trãsuolat:nubila turbida.i.etiã cõmota :& ipse volãs cernit iam apicẽ.i.verticẽ, & latera ardua Atlãtis, illius montis in Mauritania:duri.i.saxosi:qui.s.mons:(sed adludit ad Atlantẽ regẽ,auum maternum , eius qui in eum montẽ conuersus fingit.)fulcit.i.sustinet, vt rusticis ad pedẽ eius stantibus videt:vertice.i.summitate capitis sui:cœlum Atlãtis(inquit)cui caput piniferũ.i.in quo multæ pinus crescunt:cinctũ.i.inuolutũ assidue:atris.i.obscuris nubibus : pulsat vento & imbri : sed nix infusa,tegit humeros.i.iuga eius:tum.i.insuper:flumina pręcipitãt,sup.se.i.præcipitãter cadunt:mẽto.i.de mento:senis.s.Atlantis,niue canescẽtis , sed alludit(vt dixi)ad hominẽ, quasi distillarent de barba : hoc est,iuxta verticẽ eius:& barba horrida.i.aspera riget glacie.i.styrijs:Cyllenius.i.Mercurius,in Cylleno nutritus:nitẽs.i.conans descendere:alis parib⁹.i.æquatis:vt faciunt magnæ aues dũ desidunt:cõstitit.i.requieuit primum:

Cadu-ceator.

primũ:hic.i.in Atlãte monte:& ipse pręceps.i.pręcipitãter descẽdens:misit se hinc.i.ab hoc loco:toto corpore.i.conatu toti⁹ corporis:ad vndas.s.maris Libyci, iuxta Carthaginẽ misit , inquam existens similis aui.s.mergo:quę volat humilis circum littora,& circũ scopulos piscosos.i.piscibus refertos,iuxta ęquora.Proles Cyllenia.i.Mercurius,veniens.i.descendens : ab auo materno.i. ab Atlante Maiæ, quæ mater eius est patris , volabat:haud.i.non aliter:sed eodem modo inter terras,& cœlum:& secabat.i.diuidebat littus arenosum Libyæ,quia illic arenæ abundãt:& ventos.i. superabat simul ventos,& globos arenæ elatos.

PIERIVS.

¶Hac animas ille euocat Orco.)In Longobar.quidem exempla. Vocat,esse videt:sed si accuratius inspicias,ill'euocat, more Græco per apostrophen scriptum deprendes. Vtebantur vero Latini veteres huiusmodi scribendi modo, quẽ adhuc in veterũ monumentis inspicimus,vt apud Maium Mappheum præsulem Aquinatem. Si quicquã humanitantis in t'est. Et inferius:Quoius laudati mores , & forma probata'st. Missa vero facio ea innumera, quæ apud Plautum & Lucretiũ in hunc vsq; diem perseuerãt in manibus hominum , nempe quia eruditioris sæculi tempore in lucem rediere . Nõ temere autẽ scriptum inuenias apud Velium Longum , vbi de Synalœphe loquitur(Sit enim hoc testimoniũ Latinos,eo genere scriptionis vsos.)Cũ dicimus, Hic ill'est,vnũ, e,scribimus,& duo audimus, quod apparet in metro.¶ Alias sub tristia tartara mittit.)In veteribus aliquot cod.sub tartara tristia legitur:mutatis loco dictionibus.Sed tristia tartara, omnino vocalius sonat.¶ Et turbida tranat Nubila.)Tametsi vetusti aliquot codices transnat , scriptum habeant:adeo tamen asperum id mihi videtur , vt recipiẽdum nunq̃ censuerim.¶ Haud aliter terras inter cœlũq; volabat.)In Oblongo codice,in Mediceo,& aliquot aliis sequitur versus : Materno veniens ab auo Cyllenia proles. Littus arenosum Libyæ,ventosq; secabat. Nempe ad duarum Syllabarum in continuatis versibus homœteleuton euitandum. Hinc in plerisq; codicibus post dictionem,arenosum,ac in nonnullis,&,reperitur hoc modo copulatiua postposita : Littus arenosum & Libyæ, ventosq; secabat , vt dissolutum membrum ita apte connectatur.

SERVIVS.

Maga-lia.

¶Magalia.)Afrorũ casas , & mapalia:idem significant, sed magalia,ma, producit:mapalia vero corripit : vt , Et raris habitata mapalia tectis.¶ Iaspide fulua.)p viridi : vt,Fuluaq; caput nectentur oliua. Dicit etiã Plinius in naturali historia,multa esse iaspidũ genera:in quibus etiã fuluã cõmemorat.¶ Ensis erat .) Pro vagina posuit.Et multi iaspidem volũt ad gratiã pertinere.¶ Læna.)Genus vestis . Est aũt proprie toga duplex,amictus auguralis.¶ Inuadit.)Habitum futurę orationis ostẽdit. Notandũ non eum tantũ nuncij, sed etiã caduceatoris, id est oratoris officio fungi. Nam & persuadet & nunciat. ¶ Vxorius)Vxori seruiẽs.Horatius,Vxorius amnis.¶ Ipse) Dat dictis authoritatem : vt, Quæ Phœbo pater omnipotens.¶ Claro demittit olympo.)Olympus quasi ololampus dictus est:siue mons sit Macedoniæ,qui dicit esse diuersoriũ deorũ:siue cœlum. Vnde addidit Claro : vt Plemmyrium vndosum:Accentus sane Græcus tunc potest esse , si sit Græca declinatio : vt , ὄλυμπος ὀλύμπου. Nam Latine Olympi.¶ Torquet.)Regit,sustinet:vt,Cuncta tuo qui bella pater sub numine torques. ¶ Numine.)autem,est aut nutu, aut potestate.¶ Hæc.)Quæ dicturus est . Nam supradicta ex se dixerat.¶ Teris.)Per negligentiam tempora consumis,Sallustius,Ibi triennio frustra trito.¶ Debentur.)Honestius plurali numero respondit.¶ Surgentem.)Crescentem:vt,Surgentem in cornua ceruum . Et,Surgentemq; nouæ Carthaginis arcem.¶ Cyllenius.)Antonomasiũ est pro proprio.

Læna.

Olymp⁹

Vt primum alatis tetigit magalia plantis:
Aeneam fundantem arces,& tecta nouantem
Conspicit.atq; illi stellatus iaspide fulua
Ensis erat:Tyrioq; ardebat murice lęna
Demissa ex humeris;diues quæ munera Dido
Fecerat:& tenui telas discreuerat auro.
Continuo inuadit.{Tu nũc Carthaginis altæ MER.
Fundamenta locas:pulchramq; vxorius vrbem
Extruis,heu regni,rerumq; oblite tuarum.
Ipse deum tibi me claro demittit Olympo
Regnator,cœlum,& terras qui numine torquet:
Ipse hæc ferre iubet celeres mandata per auras.
Quid struis?aut qua spe Libycis teris ocia terris?
Si te nulla mouet tantarum gloria rerum:
Nec super ipse tua moliris laude laborem:
Ascanium surgentem,& spes hæredis Iuli
Respice:cui regnum Italiæ,Romanaq; Tellus
Debentur.{Tali Cyllenius ore locutus, POE.
Mortales visus medio sermone reliquit:
Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.

prio.¶Ore.)Oratione.¶ Mortales visus .) Aut oculis se Æneę sustulit:aut humanam reliquit effigiẽ, quã sumpserat,vt ab Ænea posset videri: quod melius est.¶ Medio sermone)Atqui execut⁹ est omnia quæ Iuppiter dixerat:sed sermo est cõsertio orationis, & confabulatio duorum vel plurium.Medius ergo est sermo , cum persona cum qua quis loquitur,nõ respondet, vt nunc fecit Æneas.

DONATVS.

¶Vt primum alatis.t.m.p.) Mox vt venit ad loca in quibus Æneas fuerat.¶ Æneam fun.ar.ac te.no.Cõspicit.)Vidit Æneã fundantẽ arces, ac tecta nouãtem , vidit,inquit, non oculis sed animo existimãs ipsum esse nouorũ operum cõditorẽ , cæterũ nocturnum fuerat tẽpus,quo ille dormiebat, deniq; sequitur.¶ Atq; illi ste.i.f.Ensis erat,&c.)Descripsit regis dormientis dissolutum cultum.habuit,inquit, circa se gladiũ gemmarũ copia pretiosa distinctum,lænã demissam ex humeris , quod fit sæpe,cum alto somno homines detinentur.hanc,inquit,lænam Æneæ vilibus dederat Dido, vt amorem suum , & diuitias suas ostenderet, tantum.n.Tyriæ purpuræ atq; auri habuerat illius confectio, itaq; fulgebat . vt qui hanc vidisset , putaret ardere.¶ Continuo inuadit.)Inuectiuam fore dictionẽ poeta ipse pronunciauit continuo dicendo,inuadit.nam impatientia commotionem mentis ostendit,ideoq; acerrimo genere disserere constituit, inuadit vero ad id pertinet, quia talem personam Mercurius Æneæ repræsentare debuit,qualis illius fuerat,qui i mandauit.ex præsentibus autem

autem obiurgationi ipsi initium dedit:hoc modo.¶ Tu nũc ca. al.Fun.locas.&c.)Si melius consideretur mens dictionis istius, obiurgatio est, non inuectio , cõmune facit enim eum vtilitatis suæ,deniq; & dolet decipi spem ipsius & filij , quod non faceret, si accusatoris animum gereret. Inter initia,inquit,surgentis ciuitatis inimicę consoues cœpta,& quam nascentem opprimere debueras,subleuare contendis.dolenda est fortuna tua, quæ cõtrarium cupit,contrariumq; sectatur,arripuisti curam obfuturam cõmodis tuis , & meliorum spem præsumpta desperatione contempsisti.Imprudentis officium est aliena sic curare, vt negligas tua,spem tuam iugulas huius intentione cõsilij , cum amoribus indebitis debitus vxori , quam retinere non potes, placere contendis?Hæc obiurgatio,vt ab erroribus solitis dormientium secerneretur,& maiorem authoritatem sumeret.¶ Ipse, inquit)de.ti.m.cl.de.ol.R.cœ.&.t.qui.n.t.&c.)Suffecerat indicasse , a quo esset missus,sed cum notum esset,quantum Iuppiter posset, adiecit inciẽdi maioris metus causa potestates eius,& quod illa omnia celerius perferri iussisset, ostendens , ex eo quod dicebatur, maturius oportere cõpleri.¶ Quid struis?a.q.s.li.t.o.t.)Vtriusq; culpæ iustissima reprehensio:nam struere contraria, hoc est trahere vel disponere,& inimicæ ciuitatis cõmoda subleuare, extremæ dementiæ est.præponere autem ocium, cum necessaria peragenda superfluãt,negligentis est & incauti.vellem , inquit,nosse,qua spe ducaris , cũ aliena agis,cum aduersa disponis , cũ ocio torpes tam necessariorum commodorum solicitudine reiecta æmulam tuis rebus pretulisti segniciem.dum quæritur,qua spe id fieret,proculdubio nihil in Ænee actibus reperiebatur, quod aliqua valeret excusatione defendi.¶ Si te nulla.m.t.g.r.Ascaniũ su.&.s.h.i.Respice,c.r.i.r.q;.t.Debentur.)Certe , inquit , si adeo cõtemnis vtilitatem tuam , & tantarum rerum gloriam spernis, expergiscere aliquando,& officio saltem paternæ pietatis admonitus,vel filij partes vtilitatemq; perpende,debitum est Italiæ imperium filio tuo,non debet perire per te , quod nõ nisi per te ad ipsum potest hæreditario iure transire.¶ Tali Cyllenius.o.l.Mortales visus.m.s.r.)Non expectauit responsum Mercurius , sed finem suis verbis imponens ante discessit , medius sermo diuiditur , qui exoriri potest inter duos vel plures , cum sibi inuicem proponunt inuicemq; respondent. Hoc fieri Mercurius nõ passus est,nõ enim ad hoc fuerat missus, vt peractis mandatis referret etiam ipse responsum,quod igitur esse medium potuit,deposuit,dimisit & abscessit,vel maxime , quia si aliquid ab Ænea vellet audire,vigilanti,vox fuerat necessaria, quam mortali non licuit habere cum deo,quod si fieri vllo modo permitteretur assistere Æneam partibus suis,diceret, se vxorium non esse , vtpote qui nullam haberet vxorẽ , Hyemis causa interim apud Carthaginem remansisse quassatis nauibus, & nondum compositis,adhuc nauigandi copiam non habere,nulla ope sua iuuari Carthaginem,filio quoq; Iunonem inuidere, & se vi maris ad Carthaginem,non voluntate compulsum, cum iam prope teneretur Italia , nihil se struere , hoc est nihil moliri , vel disponere,quod filij cõmodis obstaret,aut suis struere,disponi,atq; tractari significare manifestum est,quia alio loco dictum est, quid struat his cœptis,id est quid moliatur tractando . Hæc vtiq; dicerentur, si responsionem hominis deus præsens potuisset accipere.

ASCENSIVS.

¶Vt primum alatis ,&c.)Docet quomodo executus est mandatum Iouis,de quo Donatus sic dicit.¶ Inuadit.)Inuectiuam futuram esse,hoc verbum ostendit . Et ex hoc acri habitu debuit esse Iuppiter.¶ Tu nunc.)Obiurgatio est, potius q̃ inuectio.Nam cõmune sibi facit hoc damnum : & dolet decipi spem ipsius , & filij, quod non faceret : si accusatoris animum gereret.¶ Pulchram vxorius vrbẽ.)Stulti est aliena curare , sua negligere.¶ Ipse deũ.) Huius personæ authoritate , grauiorem facit suam obiurgationem : & vt maior sit metus, potestatem ipsius describit. Vtrunq; autẽ damnat:& quod subleuet inimicorum opes : & quod in re agenda,ocium sibi proponat:quoniam negligentis est,& incauti. Addit,ne per eũ pereat, quod Ascanio debetur : quod nisi per ipsum prestari non potest.¶ Medio sermone.)Quia non expectauit responsum, quod erat dimidium sermonis : qui oritur inter duos. Hæc ille.¶Ordo est. Vt,id est vbi:aut cum primum.s.Mercurius : tetigit plantis alatis , id est quibus talaria cum alis annexuerat:magalia, id est Pœnorum domos humileis:ipse conspicit Æneam fundantem arces:& nouantem,id est noua facientem:tecta,scilicet Carthaginis,futuræ Romano imperio inimicæ : atq; ensis erat illi stellatus,id est radians, & quasi stellis ornatus:iaspide,id est gemma illa fulua,id est sub viridi admisto albo:& Lęna, id est Chlamys : ardebat , id est resplendebat illi:murice Tyrio.i. purpura Tyria : quæ dibapha , id est bis tincta, illic est,& cæteris præstat:demissa,id est deorsum missa,& reiecta, more militantiũ, ex humero:quæ munera fecerat Dido diues:& discreuerat telas, id est stamina : tenui auro,id est in fila dissecto . Continuo, id est statim,vt vidit eum:inuadit,scilicet Æneam:dicens , supple tu,id est tu ne qui author Romani imperij esse debes:locas nunc fundamenta altę Carthaginis,quę,scilicet tui nepotes euersuri sunt: & tu vxorius , id est vxori nimium deditus extruis vrbem pulchram:tu(inquit)heu,dolentis,& exprobrantis:oblite, id est qui oblitus es:(& secundum Vallam dicere posset , non minus oblitus.)rerum tuarum,id est tot oraculis tibi reuelatarum . Ipse regnator deum,id est deorũ.s.Iuppiter , qui torquet, id est implet, aut agit,& sustinet:numine, id est nutu & potestate:cœlum & terras,id est summa:& infima : cœlestia & terrestria : demittit , id est deorsum mittit:de claro Olympo,id est cœlo:me tibi, id est ad te, & ad cõmodum tuum:& ipse iubet,supple me, ferre hæc mandata,quæ.s.dicturus est,per auras celereis, id est quas celeriter pertransiuimus iussu eius:dicens,supple,Quid struis,aut qua spe teris ocia,id est per negligentiam consumis tempora,quibus ocio vacas terris Libycis?quasi dicat inimicis , & tibi negatis . Si nulla gloria tantarum rerum : quantæ, scilicet tibi promissæ sunt:nec ipse,id est tu moliris laborem,super, id est pro tua laude:respice, id est clementer attende:Ascanium surgentem,id est crescentem: & spes Iuli,id est quas concipere potes de Iulo:hæredis,id est qui tibi hæres est:& cui , post te,regnum Hesperiæ debetur. vnde dicit,Cui regnum Hesperiæ,& tellus Romana debentur,scilicet ex fatali præordinatione : Cyllenius, id est Mercurius : locutus tali ore,id est oratione acriter prolata : reliquit visus mortaleis,scilicet Ænee,cui se videndum exhibuerat,sermone existente adhuc medio,id est nullo responso dato:& cum ille plura putabatur dicturus:& euanuit procul ex oculis in tenuem auram : resoluto, scilicet corpore aerio visibili quod assumpserat.

Ordo.

PIERIVS.

¶Demissa ex humeris.)In peruetustis admodum exemplaribus Dimissa,legitur per Di:vt negligẽtiam quandam in cultu , quod virum decet, ostendat . Sed si demissa placet , vt apud Statium:It tergo demissa chlamys,non aduersor:cum in statuis,& in numis habitum huiusmodi sępe obseruauerim, quę sunt plurimũ paludamento ab humeris deiecto,bona anterioris corporis parte nuda.¶ Teris ocia.)In antiquis , otia(vt alibi diximus)per t,Præter vero ea quę posita sunt in Bucolicis. Vidi nuper in hortis Palatij quod D.Augustini templo proximum est:NEGOTIANTI PVLLARIO PATERB.M.F. Et vltra thermas Diocletianas,in hortis,qui Mæcenatis fuisse dicuntur:POSSESSORES. INQVILINI NEGOTIANTES:vtrunq; per t.

Otia. negotia

SERVIVS.

¶Arrectęq; horrore comę.) Subaudi sunt.¶ Dulceisq; relinquere terras.)Min⁹est quã quã.Et ne videatur ingratus, deorum excusatur imperio: sic ipse in sexto , Sed me iussa deum.¶ Ambire .) Blanditijs circumuenire . Et ambio illã rem dicimus:vt,Neo connubijs ambire Latinum.¶ Exordia.)Orationem, sed exordiũ in duo diuidit:in principiũ & orationem,sicut in Rhetoricis legimus.¶ Alternanti.) Varia mente tractanti.Et per hoc ostẽditur cogitasse eum etiam amorem:sed prętulisse voluntatem deorum.¶ Taciti.)Sine strepitu celantes consilia.¶ Arma parent.)Contra impetũ iratæ forte Reginæ. ¶ Quando.)Non est hoc loco temporis:sed significat siquidem:& est coniunctio ratiocinãtis. Sane quãdo,do,breuis est naturaliter:sic Seren⁹,Quãdo flagella ligas , ita liga. Virgilius

At vero Æneas aspectu obmutuit amens:
Arrectæq; horrore comæ:& vox faucibus hæsit.
Ardet abire fuga:dulceisq; relinquere terras:
Attonitus tanto monitu,imperioq; deorum.
Heu quid agat?quo nunc reginam ambire furentem
Audeat affatu?& quæ prima exordia sumat?
Atq; animum nunc huc celerem,nunc diuidit illuc:
In parteisq; rapit varias:perq; omnia versat.
Hæc alternanti potior sententia visa est.
Mnesthea,Sergestumq; vocat,fortemq; Cloanthum:

Classem aptent taciti:sociosq; ad littora cogant:
Arma parent:quæ sit rebus causa nouandis
Dissimulent:sese interea quando optima Dido
Nesciat:& tantos rumpi non speret amores:
Tentaturum aditus,& quæ mollissima fandi
Tempora,quis rebus dexter modus.ocyus omnes
Imperio læti parent:ac iussa facessunt.
At regina dolos(quis fallere possit amantem:)
Præsensit:motusq; excepit prima futuros,
Omnia tuta timens.eadem,impia fama furenti
Detulit:armari classem,cursumq; parari.
Sæuit inops animi:totamq; incensa per vrbem
Bacchatur:qualis commotis excita sacris
Thyas:vbi audito stimulant Trieterica Baccho
Orgia,nocturnusq; vocat clamore Cithęron.

gilius vsurpat,Siquando Tybrim vicinaq; Tybridis arua. ¶Quis rebus dexter modus.)Quis sit optimus rebus euentus.¶Lęti)Alacres,festini.¶Facessunt.)Frequẽtatiuũ est, vt in Georgicis, Matris pcepta facessit. Alias discedit significat,vt Terẽtiꝰ,Hęc hinc facessat,tu molestus ne sias.¶Præsensit.)Ac si diceret,ante ꝗ ille moliref.& nimia in hoc vis amãtis exprimif.¶Omnia tuta timẽs.)Deest ẽt & est exaggeratio.¶Eadẽ fama.)Quæ & Iarbæ nũciauerat.¶Cursumq; parari.)Nauigationẽ:vt,Ni teneant cursum.¶Inops animi.)Sine animo, sine cõsilio.¶Bacchatur.)Furit more Bacchantũ.Et bene vno sermone pręoccupauit futurã comparationem.¶Thyas.)Baccha.nam sicut a Baccho Bacchæ,sic & a Thyeo Thyades dicuntur.Cõmotis aũt sacris ideo dixit:quia in sacrorũ renouatione cõmouebanf simulachra:vnde Horatius, Non ego te candide Bassareu inuitum quatiã.¶Trieterica.)Triennalia,Liberi.n.sacra tertio quoq; anno innouabanf.Sane sciendum.¶Orgia.)Apud Græcos dici omnia sacra, sicut apud Latinos ceremonię dicunf.Sed iam abusiue sacra Liberi,orgia vocantur:vel ἀπὸ τῆς ὀργῆς.i.a furore:vel ἀπὸ τῶν ὀρῶν, a motibus.¶Nocturnusq; vocat.)Nocte celebratus.vnde ipsa sacra,nyctelia dicebãtur:quę populus Romanus exclusit causa turpitudinis.Cithęron autem mons ex quo,clamor veluti numinis Bacchas vocabat.

DONATVS.

¶Tum vero Æneas aspectu.o.a.Ar.q.h.c.&.v.f.h.)Recedente Mercurio euigilauit Æneas, cumq; secũ cõsideraret visa & audita elinguis effectus est:hęsit faucibus vox eius, & comarũ mollities pauore interueniẽte,dum iaceret,durata est. Videamus post hęc, quales cogitatiões habuit monita Mercurij pertractãs.¶Ardet,inqt,ab.f.d.r.t.Attonitus.t.m.i.q.d.)Non inanis deliberatio apud eum fuit, quẽ constabat deorũ esse cultorem.cuius rei contemplatione permotus tractabat nõ minus etiã aliã partẽ, occurrebat.n.Didonis humanitas, & ipsa qualiscunq; cõiunctio:terrę iam dulces ex mora:cumq; vno ex latere metus diuinæ iussionis insisteret,ex altero pudor, qd facere deberet in tãto negocio cogitabat.cõstabat tñ Iouis ac Mercurij sententiã pręponendã,quę faciebat pro vtilitate tractantis , & potestatis authoritate cæteris debuit anteferri.remanserat igitur consilij ratio vtrũ sciente,an inscia Didone discedi deberet,aut posset, hoc est,quod ait.¶Heu quid agat:&c.)In his tñ ęstibus animi constitutus, cũ reuerentia maior cum pudore contenderet, constitit diu exagitatũ robore fortiore cõsiliũ.& quod in partes tota celeritate rapiebaf cautiore definitione firmatũ est,hęc alternãti potior sentẽtia visa est.Incipit iam dicere, quale cõsiliũ Æneas in deliberatione delegisset, vtpote is q in tali causa nõ tumultũ facere nec id passim, sed multa diuersaq; voluendo maturũ exitum reperire debuisset.¶Mnesthea , Sergestumq;.v.f.q;.Cloanthũ Cl.ap.ta.so.ad li.co.Ar,p.) Vocatis principibus inter socios dispositionũ suarũ secrete, strictim,breuiterq; cõmisit vt pararẽt nauigia,vt oẽs socios ad littora vsq; cõpellerent,& pararẽt arma,licet causę istorũ præceptorũ dictæ euidentius nõ essent,signis tñ colligebatur.nõ.n.in occulto esse iam poterat Æneam ideo tacita esse voluisse cõsilia sua, ne imparatos Dido iuberet inuadi:paratis vero oĩbus nullũ esse metum resistẽdi,cũ arma præsto essent, quibus violẽtia possit excludi.nonnulli hic arma,remos & cætera huiusmodi accipiunt,qm̃ alio loco ait,Colligere arma iubet.sed hic vera arma posuit.nam quod ait classem aptent taciti , aptari vtiq; nauigia rebus oĩbus iussit.Arma aũt certamini necessaria significauit esse paranda.nouerat.n.quid offensa Dido iubere potuisset,& hæc cõsilio præuenire cupiebat cautela præcurrẽte.¶Et quę.r.s.c.n.Di.)Cur, inqt, post speratã cessationẽ fiant ista,dissimulẽt,hoc est quasi id se simpliciter facere cõfingãt.¶Sese interea.q.o.D.Ne.&c.)Diuisit officiũ agẽdi inter se,ac suos , illis paratus vrgẽtissimæ nauigationis iniunxit:atq; vt pręsto fierent, arma pararẽt,tegerentq; faciendi causam,dissimulatione interposita sibi reseruauit fallẽdę reginę cõsiliũ. vos,inquit,quæ mandaui cõplete,ego curabo,vt cũ regina de amore meo secura est,& nihil sperat, quod dilectionẽ coniunctionis abrumpat, aditus tentẽ,& suadeã ei contrariã, cum Æneã vis magna possederit, qui nullã persuasionis rationẽ admittit, quem in aliquam necessitatẽ aliena potestas animauerit. Hoc denique est quod supra dixit, Heu quid agat,quo nunc reginã ambire furentẽ Audeat affatu:quia amor, nec habet rationẽ suã, nec admittit alienã,nec cogitat nisi id quo ducif: nec potest reijcere,quod nõ sua voluntate suscepit.Et quæ mollissima fandi tẽpora. occasio quippe tẽporũ in causis vel maxime durioribꝰ plurimũ prodest.¶Qui rebus dexter modus.)Obseruationẽ enim opportuni tẽporis dextera omnia prosperaq; sectanf.¶Ocyus.o. Imperio.l.n.ac.i.fa.)Solus Æneas inuitus cogebatur ad nauigandum,quia cõmorandi solus habuit causam,hoc est quod ostẽdit dicendo,ocyus.ne mutaret forsitan voluntatẽ, si mora interueniret. Imperio parent,qm̃ id fuerat iussum , quod omnibus fuit optabile,& oportuit fieri:læti aũt hoc faciebant,qui cõtra voluntatem apud Carthaginẽ tenebantur:& si non pro loco intelligamus,ille est gratus cuiuslibet iussionis effector,qui præceptis lętus obsequitur.hoc deniq; & Terentius tetigit dicẽdo. Nulla est tam facilis res,quin difficilis fiet, quã inuitus facias.officium.n. cõplendi præcepti si voluntate suscipiatur, & impletur facile,& cum lętitia perficif.quod autẽ gerit inuitus,& onerosum reddit quãuis natura leue sit,& nõ conueniente sententia fit triste,nec pro iubentis voluntate tractatur, ac iussa facessunt.iussa effectibus plenissimis complẽt, intantum vt nihil relinquaf omissum. ¶At regina dolos(quis fallere possit amantem:)Præsensit,m.q. e.p.f.O.t.ti.)Expressit amãtium morem. semper quippe suspecti sunt,semperq; soliciti.accedebat ad Didonis causam, qa nõ amata fuerat, sed amabat.noueratq; Æneã peregrinũ ea intentione cessasse,vt ad Italiã tenderet potius, ꝗ vt perpetuo apud Carthaginem remaneret. vnde præter amatorũ morẽ ipsa cautior fuit. deniq; dolos prima prẽsensit.nullus quippe potest amantis animum & vigilantiã fallere.amans.n.perpetuo ducitur metu, etiã si tuta sint omnia . Motusq; excepit prima futuros. ideo dolos prima præsensit, quia in causa sua ipsa diligẽtior & cautior fuit. additur poeticũ quiddã nõ verum, sed ex occasione compositũ: vt quod illa astute ac vigilanter inuenerat, videretur fama nunciasse.¶Eadem,inquit,impia fama.)Quæ Hiarbam dolore cõmouerat,vt Ioui cõflaret inuidiã, ex qua Æneas nauigare cõpulsus est.¶Furenti detulit.)Qui furit integrũ mentis non habet statũ. huic amans cõparatur.quoniã a consiliorum omnium integritate depellitur.Furenti igitur famã nunciasse cõmemorat,cõparari,quæ proculdubio noscerentur amori esse cõtraria.¶Scilicet armari classem.)Quod ipsum solum ostendere poterat parari discessum,addidit.¶Cursumq; parari.)Vt ostẽderet nulla mora interueniente futuram nauigationem.¶Sęuit inops animi.)Inops animi est, qui in aduersis citius deficit, nec stabili aliquo potest consilio subuenire.ecce Didoni duplicatum est malum . amantis quippe & insperato malo cõmotæ, accessit sæuitia aliaq; mentis agitatio.¶To.q;.i.p.v.Bacchatur.)Augmenta calamitatis sumpsit,vt contempta verecundia sexus,& honestate regali, per totã vrbem discurreret more bacchantium, dabat vires currenti immanissimus furor,qui pudorem matronalis honestatis excluserat.ferebatur ergo per totam vrbem , & quasi sacra Liberi patris agerentur per amentiam bacchabatur in eum modum.

ASCENSIVS.

¶At vero Æneas,&c.)Recitat quomodo Æneas sic admonitus fugam.i.clandestinã profectionẽ parabat:vtq; eam sensit amans Dido.vnde hęc duntaxat reperi Donati verba.¶Atq; animũ nũc huc.)In tam ambigua consultatione,pręualuit in religioso viro diuinum pręceptum.¶Ordo est.At vero, id est sed certe:Æneas amẽs.i.attonitus,aut stupefactus:& quasi sine mẽte aspectu.s.imaci ipsi Mercurij:obmutuit.i.loqui nequiuit & comę.i.capilli abreptę,sup.sunt.i.riguerũt:horrore.i,ex horrore:& vox.s.eius: hæsit.i.conglutinata est faucib.ita vt penitus raucescerent:& ipse ardet.i.ardenter concupiscit:abire fuga.i.secreta profectione, fugæ simili:& relinquere terras dulceis.i.qbus Didonẽ dulcẽ inuenerat:attonitus.i.stupefactꝰ,quasi tonitru Iouis percussus:tanto monitu,& imperio deorum.s.Iouis & Mercurij:aut simul omnium deorũ,qui in talia fata Ænee cõsenserãt.Heu,amare dolentis interiectio.q.d.dubitabat,qd agat:dicens,heu:& dubitãs quo adlocutionis modo:audeat ambire.i.ambiendo:hoc est,suppliciter precando:tentare reginã furentẽ.s.impatiẽtia amoris:& quæ exordia sumat prima, ad insinuandũ necessariã profectionẽ suã: atq; diuidit animũ celerẽ.i.celeriter fluctuantẽ:nunc.i.aliquãdo huc.i.in hanc sententiã:nunc.i.aliqñ.illuc.i.in illã sententiã:& rapit.i.violẽter trahit eũ in parteis varias:& versat eũ per omnia.s. tentamẽta & cõsilia:hęc.s.quã dicturus est poeta, visa est alternãti.i.alternatim nũc hanc,nunc illã approbãti:potior, sup.cęteris, si multæ erãt:aut potior.s.illarũ duarum,quas nouissimas versabat:ipse vocat Mnesthea Sergestũ,& fortẽ Cloanthũ , summos illos gubernatores nauiũ:vt in.v.patebit in nauali certamine:vocat,sup.vt aut imperãs postq; aderant:vt ipsi taciti.i.tacentes,& silentes,aptent classem:& cogant.i.in vnũ cõpellant socios ad littora:&,sup.parent arma.s.cõtra vim Tyriorũ:& vt dissimulẽt, quæ sit causa rebus nouãdis.i.cur res innouẽt:& classem aptẽt:& sup. dicebat sese.i.semetipsum,interea.s.dum classis aptaref, tentaturum aditus.i.accessus:& quę tẽpora fandi.i.loquendi,ad eam de profectione,essent mollissima.i.cõuenientissima, & maxime opportuna:& q modus sit dexter.i.cõueniens & aptus:rebus.i.prospere gerendis:quando.i.quandoquidẽ, optima Dido nesciat.s. quod abire velit:& nõ speret.i.formidet(per cõtrariũ,nam speramus bona)amores tãtos,quantos.s.iam experta erat,rumpi,scilicet posse:aut quod dissoluanf(Sunt qui legãt, ecquæ mollissima, &c.vt sit, vide quæ mollissima tempora fandi:quis.i.qualis modus,dexter rebus:sed minus procedit:quia tũc diceret, ꝗ mollis & ꝗ dexter(Omnes.)s.socij parent ocyus.i.valde cito imperio.s. Æneę:lęti.i.volũtarij,& morigeri : aut,quia(sicut alibi diximus) semper in Italiã lęti inierunt iter,quasi natura eos in patriã reducente:vnde est,Vix e cõspectu Siculę telluris in altum Vela dabãt læti.&, Italiam socij læto clamore salutant.&, Quo tandem Italia mecum lætere reperta.& sæpe alibi.ac, pro &:facessunt.i.factum eunt:iussa.i.quę iusserat.At.i.sed, regina præsensit.i.prius ꝗ parati essent:sensit dolos.i.dolosam profectionẽ. Nã,sup.quis possit fallere amantẽ:q.d.nemo,vnde ipsa excepit prima,motꝰ futuros:timẽs oĩa tuta.i.etiã tuta nedũ formidanda:nã Res est sollicita plena timoris amor. Eadẽ fama quæ.s.detulerat ad Iarbã , eam Æneæ nupsisse:aut venisse Æneã,Cui se pulchra viro digneŧ iungere Dido:eadẽ,inq;, detulit.s.ad Didonẽ:classem.s. Æneæ:armari.i.armis:hoc est,instrumẽtis oĩbus , tam bellicis,ꝗ alijs instrui: & cursum.i.festinã nauigationẽ parari:& ideo ipsa inops.i.impotens.animi.i.rationis:sęuit.i.furit acerbe:& incensa.s.furore:bacchatur.i.more Bacchantiũ decurrit : per totã vrbẽ, existens,sup. talis:qualis,sup.bacchatur Thyas.i.sacerdos Bacchi:excita.i.excitata & euocata:sacris.s.Bacchi:hoc est , Orgijs aut Bacchanalibus: cõmotis.i.cum motu fieri cœptis:vbi.i.quo tẽpore:Orgia.i.festa Liberi.i.trieterica.i.triennalia,quę tertio quoq; anno fiũt:stimulant.i.instigant:& quasi stimulis agunt eam:& hoc Baccho audito.i.percepto aduentare , & Cytheron mons ille Baccho sacer,sicut Helicon Apollini:nocturnus.i.in quo exercentur festa,tempore nocturno,vocat clamore.i.resonantia,aut reboatione.

PIERIVS.

¶Audeat adfatu?& quæ prima exordia sumat?)In nonnullis codicibus,oppido ꝗ vetustis nõ inuenuste legitur absq; particula copulatiua . Quo nũc ambire furentẽ audeat adfatu?quæ prima exordia sumat?¶Mnesthea, Sergestumq; vocat,fortemq; Cloanthum.)In Mediceo,& codicibus aliquot alijs antiquis, Fortemq; Sergestum habef.Sed fortis epitheton,passim apud Virg.Cloantho adpositũ.¶Classem aptent taciti, sociosq; ad littora cogant.) In antiquis plerisq; cod.absq; particula copulatiua legere est, Socios ad littora cogãt . Et ita tertium quoq; membrum solutum, Arma parent:elocutio breuis , & imperanti adcõmodata.¶Excepit prima.)In codicibus aliquot peruetustis, Accepit , legitur.In alijs , adcepit : atq; si deo placet,etiam Atcepit,d in t mutata . Sed huic sententiæ magis quadrare videtur, excepit:cum id clam delatum intelligatur.Insidiæ enim dolique insunt in verbo excepit. ¶Thyas vbi audito.)Velius Longus ait Græcos repugnare , ne θυὰς scribatur per υ tantum. Velle vero eos, υ literã adsciscere sibi,ante alteram vocalẽ,vt vnam syllabã faciant . Et ita scriptum obseruaui in Mediceo codice, Thyias:ꝗꝗ in alijs per ι,tantum.

Tandem his Æneam compellat vocibus vltro.
Dissimulare etiam sperasti perfide tantum DI.
Posse nefas?tacitusq; mea discedere terra?
Nec te noster amor,nec te data dextera quondam,
Nec moritura tenet crudeli funere Dido?
Quin etiam hyberno moliris sydere classem:
Et medijs properas Aquilonibus ire per altum
Crudelis.quid?si non arua aliena,domosq;
Ignotas peteres?& Troia antiqua maneret?
Troia per vndosum peteretur classibus æquor?
Mẽne fugis?per ego has lachrymas,dextrãq; tuã te,
Quando aliud mihi iam miseræ nihil ipsa reliqui:
Per connubia nostra,per inceptos Hymenæos,
Si bene quid de te merui:fuit aut tibi quicq̃
Dulce meum:miserere domus labentis:& istam
Oro(siquis adhuc precibus locus)exue mentem.
Te propter Libycæ gentes,Nomadumq; tyranni
Odere,infensi Tyrij:te propter eundem
Extinctus pudor,& qua sola sydera adibam,
Fama prior.cui me moribundam deseris hospes?
Hoc solum nomen quoniam de coniuge restat.
Quid moror?an mea Pygmalion dum mœnia frater
Destruat?aut captam ducat Getulus Iarbas?
Saltem siqua mihi de te suscepta fuisset
Ante fugam soboles:siquis mihi paruulus aula
Luderet Æneas:qui te tantum ore referret:
Non equidem omnino capta,aut deserta viderer.

SERVIVS.

¶Dissimulare ẽt.)Satis artificiosa allocutio.Nã & sibi consulit sub facie vtilitatis Æneę Dissimulare autẽ ideo,ac si diceret,ita rẽ pudendã cogitas, vt eã fateri nolis.Supra enim dixerat, Quę rebꝰ sit causa nouãdis Dissimulẽt.¶Data dextera.)Fœdus amicitiarũ.¶Hyberno sydere.)Non hyeme: sed hyemali sydere:aut,ppter quod ait supra,Dũ pelago desęuit hyems & aquosus Oriõ. Ergo aut pro tẽpore:vt,Quo sydere terram Vertere Mecœnas.aut re vera sydere ,ppter Orionẽ.¶Crudelis.)Etiã in te odio mei.sic Lucanꝰ de Cæsare, Sæuitia est voluisse mori. ¶Domosq; ignotas.)Ac si diceret , Carthago iã tibi nota est:licet & hic aliena sint arua. ¶Troia antiqua maneret.)Si deest . & quasi per interrogationẽ intelligendũ.¶Mẽne fugis?)Adhuc aperte non vult imputare beneficia:sicut paulo post irata.¶Nihil ipsa.)Nõ pudorẽ, nõ regnũ.¶Inceptos hymenęos.)Qui ipsa nouitate sunt dulces.¶Dulce meũ.) Tetigit rẽ inhonestã , Sic Terẽtius,Seu tibi morigera fuit in rebus oĩbus.¶Tyrãni.)Nihil intererat apud maiores inter regẽ & Tyrannũ : vt, Pars mihi pacis erit dextrã tetigisse Tyranni.¶Fama prior.)Quæ melior fuit sine dubio . Hospes. Æneas & hospes fuerat & maritus:sed modo maritũ se negat,hospitẽ cõfitef. Vnde nũc Dido hoc dicit , Cui me deseris hospes?¶Hoc solũ nomen qm̃ de cõiuge restat.)Hoc est superest. Alij restat intelligũt resistit.i.cõtrarium tibi est,Nõnulli dicunt Hoc nomẽ solũ qm̃ superest:vt te cõiugẽ discam.Dicif aũt ingenti affectu hos versus Virgiliũ pnunciasse, cũ priuatim paucis pręsentibus recitaret Augusto . Nã recitauit voce optima primũ tertiũ , & quartũ.¶Saltẽ.)Vel hoc. Est aũt sermo tractꝰ a captiuis,qui cũ tenerenf ab hostibus,dicebãt,Sublatis omnibus,salutem cõcede.Inde per Synęresim hic natꝰ est sermo: vt in cõtemptu rerũ multarũ petituri aliquid saltẽ dicamꝰ. ¶Ante fugã soboles.)Et amatorie & amare . Nam & fugã dicit:quã ille nominat profectionem. Amor aũt ex filij desyderio cõprobatur.¶Siquis mihi.)Bene iterat Mihi : & secundum ius loquif.Nam vbi nõ est iustum matrimonium liberi matrem sequunf.¶Qui te tantũ ore referret.)Aut sic dicit , quasi amatrix:vt supra de Ascanio, Infandum si fallere possit amorem. Autẽ illud dicit,Optarem filium similem vultui,non moribus tuis.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

DONATVS.

¶Tandem his Æneam compellat vocibus vltro.)Pręuenti sunt Æneæ tractatus. supra enim dixit, sese interea (quãdo optima Dido nesciat & tantos rumpi nõ speret amores) Tentaturũ aditus, & quæ mollissima fandi tempora. ecce Dido licet paulo tardius, quia eã impedierat furor, vltro ipsum aggredit, neq; enim aliud expectare debuit, quã tot animi possederant mala. & quę fieri nouerat, quod parauerant doli, tandẽ pertinet ad furorẽ, qui Didonis vocẽ distulerat vltro ad impatientiã doloris. vocum vero cõmoratio exclamationẽ futurã significat prægressurã in ingratum. nesciebat, n. facti causas Mercuriũ peperisse. ſ Dissimulare etiã. l. p. t. P. n. t. q. m. d. t.) Non a leuibus sed ab ipsis scelerati facinoris cœpit augmentis, dilatans oẽm inuidiã arte mirifica. nam primũ crimen fuit potuisse post tot & tanta merita beneuolẽtiæ cogitari perfidiã, deinde hoc ipsum pro leui ducere. nõ enim dissimulaſ, nisi quod põt etiam sperni. sunt ergo interim duo crimina esse inuẽtũ scelus, & dissimulari potuisse. addit aliud, tacitusq; mea decedere terra: nec saltẽ, inquit, sic discedere, vt gratiam vel verbis referres meritis meis. nam, quid erat abire tacitũ, nisi beneficiorum immemorẽ confiteri? vt. n. durũ est, quenquã nõ moueri miserationẽ laborantiũ, ita sceleratum est præstitorũ immemorẽ fieri, semina igitur quædã plurimorũ criminũ inter initia spatn, & summatim cõgesta in vnũ cõgregat. sequenti tñ in parte singula latius tractat docẽs, quid sit sceleris, nõ respondere benefactis, ad eandẽ generalitatẽ pertinet, quod ait, mea decedere terra: in eo. n. quod dixit terra mea, hoc potest sentiri in qua tibi tũta sunt præstita, quę specialiter dictura est. sed tunc eũ obstinatio Æneæ patuerit, tunc. n. dictio tẽperata est. ne iniuria nõ reuocet, sed vrgeat properantẽ: interea possumus aliter quoq; sentire, qd sit terra mea, quod illa intelligi potius voluit, q̃ dici. Mea ergo, quę te suscepit naufragũ, seruauit ignotũ, inopem fouit. tacitus, hoc est, qui præstitis vel verborum obsequio nõ ageret gratias, perindeq; esset ingratus, quod est admodum inter homines grue, nõ sentire beneficiũ. qui enim non rependet qualẽcunq; præstitis vicẽ, is monstrat, aut nihil se eorũ meminisse, aut omnia habuisse pro leuibus. ecce suppressa sunt, quæ ledere potuerunt, ea vero, quę audientis animũ vexare non possunt, dicunt apertius. ſ Nec te. n. a. n. t. da. d. q. Nec mo. t. c. f. d.) Dicta sunt tria mollibus verbis sed quę ingrati crimẽ excitant. si illa, ingt, vtilia nõ fuerũt & pro leuibus habes, quę cũ tuis oibus beneuolentia mea largitę cõsecutus es, specialia tñ animo tuo inhęrere debuerãt. amor. f. noster, de suo solo dixit, noster. vt plerunq; fit, cũ vnus pluralli numero se appellat. vt ait Palęmon, cum solus inter duos iudicaret. nõ nostrũ inter vos tãtas cõponere lites. & hoc magis probãdum est, quia sola amauerat: aut noster dixit, vt amor mutuus videreſ ex cõiunctione interuenisse: perinde quod vnius fuit, duobus factũ esse cõmune. Nec te data dextera quondã. quod fit cũ cõiunctio ipsa perficiť. potest hic & ius hospitij intelligi: q̃m alio loco ait poeta, Iungimus hospitio dextras, & tecta subimus. Nouissimũ cõmouendę miserationis causa posuit interitũ suum, dicens. Nec moritura tenet crudeli funere Dido. nec cogitasti nauigationẽ tuã crudelem secuturũ interitũ: prædixit in vltimo mortem suã, etiã ipsum amare existimans, & ex eo fidẽ in misericordiam posse. ſ Quin etiã hi. m. ly. cl: Et. m. p. a. i. p, a. Cr.) Sed cur, inquit, arbitrer te moueri posse cõtemplatione salutis, quandõ tuã quoq; pernicioſa obstinatione contemnis? vt eiectus naufragio in has terras, quid tẽpestates, quid hyemes, & qd sydera valeant quantamq; pernicię ferant animo recordante nõ tractes. f. tantã crudelitatẽ professus, vt vtriusq; salutẽ diuerso sed tñ detestabili genere simul velis extinguiſ? Ecce amantis permotio licet læsa dispositionibus inimicis, tñ ostẽdit se & pro ipsius Æneę incolumitate suspectã. ſ Quid si, n. a. al. d. q. l. p.) Euadas licet tẽporis pelagiq; violentiã, quid speras futurũ, cum aliena iura tẽtaueris, & cũ ad nouos hoies veneris? quis incognitũ sumet: hoc est dicere, decepturũ est te exemplũ meũ, dum existimas omnis esse beneuolos, ad quoscũq; peruenerit. hęc dicẽdo occulte persuadet, ne relinquat nota, ne deferat certa, ne suscepta Carthaginis amicitiam fugiat. ſ Et tr. a. m.) Quid faceret, inquit, si staret Troia? aut ad nos ire disponeres? securа dicebat, quia nec Troia stabat, nec illũ aliquis nouerat. ſ Troia per. v. p. c. æ.) Properãs forsan reprehendi nõ posses, si cũ periculo vel ad tua redire velis. ſ Me ne fugis? per ego has lachrymas, dextrãq; tuã, te.) Cum nõ, inquit, supereſt Troia, neq; ad notos sis aliquãdo venturus, ostẽdis nauigationẽ tuã non aliorũ duci desiderio, sed odio meo, cum dicit me ne fugis: hoc intelligendum est, cuius beneficia habes, & nullas causas offensæ. colligit aũt multa, & quicquid ad Æneã flectẽdũ habuit, simul effudit. quod ipsum summa cũ obscuritate prosecuta est: quia cõfusa ex plurimis motibus animi loquebatur posuit itaq; per, & cõtexuit omnia, & sic dixit, oro. hęc duo nõ sunt simul accipiẽda, vt quę dicta sunt, intelligant euidentius, vt fit, oro te per has lachrymas, aut ego oro, quæ fiducia præstitorũ debeo impetrare, quod volo, & flens rogo. quod est verũ doloris indicium: nec putes has inaniter fundi. testes ista sunt pœnarum pectoris mei, & qcquid interna discruciat, cęlare nõ possunt. tñ fidei ocli gerunt, vt latẽtes angores fletibus probẽt, & abstrusas interius causas manifestis probationibus prodãt. per dextrãq; tuã te oro dictũ, vel viro forti cõueniens vel amori. ait. n. supra. nec te data dextera quondã: per cõnubia nostra, hoc est per matrimonij fidẽ te oro, quod est mihi tibiq; cõe, per inceptos hymenæos te oro, quod significat per nuptias nostras cõi consensu firmatas. asserit Dido nuptias nõ solũ, illas, quibus adsunt plurimi dici posse, verumetiã quæ duorũ tñ cõuentione nullo teste perficiunt. nouerat. n. quo genere in Æneę cõsortiũ veniret, & hãc parte munire nitebatur metuens, ne sibi obiiceret, quod infra Æneas asserit dicens. nec cõiugis vnq̃ prętendi: Incepta vero dispositiones sunt, vt plurimis locis & apud plurimos lectum est, & definitiones animorũ significant: vt ipse Virgilius. Me ne incepto desistere victã? Et Sallustius. Nã talia incepta ni incõsulto reuertissent reip. pestẽ factura: Multos hoc loco trahit pars illa, q̃ inter Æneã & Didonẽ noua cõiunctio agebat: & sic inceptos hymenęos intelligũt, quasi recenti tẽpore cõtractos. quod cõtra est, nam si ita esset, cęptos diceret nõ incœptos, certe & animo Didonis inspiciẽdus est, quę vult illud, quod passim & vulgo factũ est matrimonium dici, & Æneã quęrit consensus prætiudicio, & cõiugi legibus detinere. Oro te, si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicq̃ dulce meũ, & beneficiorũ suorũ, & affectus cõiunctionis ipsius intelligitur tegisse rationẽ. Oro te miserere domus labentis. cõmoueat te miseratio, ne cõsumaſ memoria nominis mei. f. ne labentẽ spem meã adiumẽto tui abscessus impellas, & spernas. & ista oro (liquis adhuc precibus locus) exue mentẽ, & sic inquit pluribus rogo, vbi adhuc pars aliqua pectoris tui vacat, atq; est spatiũ, quod meas preces excipiat, indefessis viribus rogare nõ cessem. dixit se morituram, vt credatur id posse & debere perficere. dicit causas, vt Æneas causarũ ipsarum causa esse videať, & aduertens in se oẽm inuidiã corrigi: rogãtis precibus acquieſcerer. ſ Te. p. l. g. n. ep. t. Od. in. t.) Propter vnũ, inquit, te & meos oẽs, & gentes vicinas offendi, domi foriś; odium me nõ frustra circundedit. cum dicit Libycas gẽtes & Numadum Tyrannos, tangitq; hominũ genus asperũ, satis ostendit ex offensa graui posse illos crudelius & immanius cõmoueri. supprimit aũt quantitatẽ gentium, & Tyrannorum, vt infiniti numeri formidinẽ mõstret. proinde inter tot & tales, qualis vita sperari potuit? aut qs exitus moriẽdi? Te imperiũ aut captiuitas speraret, aut finis infelicissimus vitæ? Te propter eundẽ. Ex. p. & qua sola. f. a. F. p.) Bene posuit extinctus pudor. cũ. n. quereret incendia amoris absumere, nõ ipsa sed ipsę proprij pudoris extinxit. de famę aũt perditę statu nõ immerito querebať, quia deiecto eo, ex quo fuerat exorta, ipsa quoq; eodẽ casu cõciderat, cuius causa omniũ castarũ præconia superãs vsq; ad ipsa astra peruenerat, cũ multorũ inimicitias & castitatis peritam cõmemorat famã, ostẽdit per Æneã factũ, ne quis dehinc eam dignam crederet matrimonio suo. ſ Cui me. m. de. h.) Licet omnia superiora cũ ingenti affectu prosecuta sit, hic tñ auxit misẽrationẽ. quod ait ergo, cui, ex superioribus põt apparere. omnes. n. le dixerat offendisse, & apud oẽs concidisse famã suã: proinde de futurũ, vt illam aut hostis ad pœnã tractaturus esset, aut abiecti pudoris fœminã nullus quæsiturus: hospitis autẽ noie eum credidit appellandũ, quod negare nõ potuit: denicq; ait. ſ Hoc. f. n. q. de. c. r.) si mariti, ingt, vocabulo cõuentus preces meas audiũ? nõ curas: has vel hospitis religione cõmotus admitte. ſ Quid moror? an. m. p. d. m. f. De.) Infelix ingt fortuna mea qd vlterius sperat, si maiores moras acquirat: cui suppliciũ & a fratre metuitur, & laborũ meorũ quos in tanta vrbe condenda cõsumpsi, plenus expectaſ interitus: ſ Aut captam. d. g. h.) Aut me Gætulus larbas ducat: & is cui salua honestate negaui nuptias meas, me ducat inuitã? ducat perdita libertate captiuã? Getuli & Iarbæ appellatio cõuitij causa posita est. ſ Saltem si qua. m. d. t. f. f. A. f. f. siq. mi. paruulus aula Lud. Æneas, &c.) Saltẽ si cõtigisset, ingt, vt ante fugam tuã, non dixit ante nauigationẽ tuã aut ante abscessum tuũ, quę solent esse honesta, sed fugã, quę fuerat turpis, vt nasceretur mihi ex te soboles aliqua tui vultus similitudinẽ portãs, & signata nomine tuo in aula mea luderet, esset solatiũ solitudinis meæ nec viderer a te in totum destituta vel duris angoribus capta.

Ascensius.

ASCENSIVS.

¶Tandem his Æneam, &c.) Poeta, cũ argutissimã inducit Didonis ad Æneam, orationem: quam ipse sibi placere ostendit, ex ea re quod eam priuatim Augusto recitauit: qua etiã diuus Augustinus ad lachrymas compulsus est: vnde miserationis plena est. De qua tamen paucissima extant Donati verba: nihil. n. inueni-mus, nisi quod dicit. ſ Ante fugam.) Dixitse Didonem: ne honestet rem, dicendo, Ante discessum. ¶Ordo autem est. Dido compellat. i. adloquitur: tandem, i. post longam cogitationem: Æneã vltro, i. non existentem eius compellationem: his vocibus. i. sub sequentibus verbis. O perfide, eccam constantiã muliebrem, quę dixerat. Credo equidem (nec vana fides) genus esse deorum: nũc dicit, O perfide: sperasti. i. sperastine etiam posse dissimulare? i. per dissimulationem cęlare: tantum nefas: quantum. f. est amantem & bene meritã sic deserere: q̃, pro. i. sperastine discedere tacitus. i. tacẽs, & secretus: discedere. f. posse mea terra, Nec noster amor tenet te: nec dextera. i. fides: data. i. promissa quondam: nec Dido moritura, si discesseris, sup. crudeli funere: quia morte, quam sibi illatura est. vnde videtur ex tunc decreuisse, sese interimere si discesserit. Quinetiam. i. insuper: tu moliris. i. cum mole & difficultate paras, classem sydere hyberno. i. hyemali, & tempestatem excitare solito: & properas ire per altum. f. mare Aquilonibus. i. ventis illis vehementer nociuis: mediis. i. in summo vigore existentibus: aut tam flantibus: existens crudelis. i. impius, & immitis, etiam in teipsum, odio mei. q. d. qui se pium in deos & patrẽ fuisse iactitauit: nunc in seipsum impius est, vt mihi officiat: nam immemor salutis in summo periculo mare conscendere parat, quid, sup. dicere possem, si nõ peteres arua aliena & domos ignotas, & si Troia antiqua maneret? q. d. non tam legitime iraſcar, vt nunc: quia tunc cõuenieter Troia peteretur classibus, per æquor nunc: quia tunc cõuenieter Troia peteretur classibus, per æquor vndosum. i. vndis & procellis plenum. Fugis ne me? q. d. id nõ me rui: vnde addit. Ego oro te, per has lachrymas quas effundo: & per tuam dexteram. i. virtutem & fidem, quam mihi quondã dedisti:) quando. i. quandoquidem: ipsa. i. ego non reliqui mihi miseræ iam nihil aliud. f. præter fidem datã de futuro: quia nõ erant celebratæ nuptiæ: aut quia non potuit eum cogere. (& oro, per nostra connubia, quia (vt patuit) coniugium vocat: hoc pretexit nomine culpæ: sed si dicat Æneas non esse connubia, addit) per Hymenæos nostros. i. auspicia nuptialia, aut per primos concubitus. Oro (inquit) si ego, merui bene de te, quid. i. aliquid: aut in aliquod & si quicq̃ meum. i. cõsuetudinis meæ, fuit tibi dulce. i. delectabile: miserere domus. i. familię meę: labentis, id est tendentis in ruinam & excidium: & exue istam. f. tam ingratam, & indignam, tua pietate mentem, id est voluntatem (Nam iste, ad secundam personam, & ad cõtemptum. pertinere solet) si quis locus est adhuc, scilicet reliquus: precibus. Locum autem esse decere, dupliciter docet: & ob merita erga eum sua, quæ verecunde tetigit, & ob damna quæ propter eum passura esset, si abiret, quæ addit dicens: gentes Libycę: & tyranni, id est reges superbi Nomadum, pro Nomadarum, populorum Libycæ: odere. i. oderunt, sup. me, propter te. i. quia te coniugem absumpsi: & Tyrii. i. subditi mei: infensi. i. multum offensi: & ob hoc molesti sunt mihi propter te: quo verbo tangitur historia. Nam fuit a suis coacta Iarbæ nubere, cum nollet, seipsam in pyram deiecittid autẽ fingit poeta, Didonem in Æneã reiicere: & pudor, supp. meus est extinctus propter te eundem: & fama prior, qua sola. i. per quam solam, etiam si aliam non habuissem dignitatem: adibam sydera (prius de se dixerat Æneas, Fama super æthera notus.) cui o hospes, deseris me moribundam. i. iamiam morituram: & quia appellando eum hospitem videtur negare maritum, addit, cur hospitẽ dixerit: q. d. ideo dixi hospitem: quoniam hoc solum nomẽ. i. hæc sola appellatio. f. hospitis: restat mihi de coniuge. i. de te qui coniux quidẽ es: sed negas. Quid moror. i. quid differo mortẽ: an, sup. moror? dum. i. donec Pygmaliõ, frater. f. meus, destruat mea mœnia: aut dum, id est donec: Iarbas Getulus. i. ferus Getulorũ rex, ducat. i. abducat, aut in triumphum ducat, me captam: quasi dicat id expectare non debeo, & ideo moribundam deseris: saltem. i. si aliud obtinere non possum: vel hoc obtineã, siqua. i. si aliqua: soboles, id est proles fuisset suscepta: mihi. i. a me de te: ante fugam, id est prius q̃ sic turpiter aufugeres: & siquis paruulus Æneas. i. te, & nomen

SERVIVS.

¶Iouis monitis.) Bene præscribit, ne ei det impietatem. Sane & hæc monita dicimus: vt, Carmẽtis nymphæ monita, &

Dixerat. ille Iouis monitis immota tenebat Lumina; & obnixus curam sub corde premebat. Tãdẽ pauca refert. ſ Ego te, quę plurima fando

POE. Virgi. ÆN.

ta, & deus author Apollo, & hos monitus, vt Perlius, Hos pueris monitus patres infundere lippos. ſ Immota tenebat lumina.) Physicum enim

Enumerare vales, nunquam regina negabo
Promeritam: nec me meminisse pigebit Elisæ,
Dum memor ipse mei: dum spiritus hos reget artus.
Pro re pauca loquar, nec ego hanc abscondere furto
Speraui, ne finge, fugam: nec coniugis vnq̃
Prætendi tedas: aut hæc in fœdera veni.
Me si fata meis paterentur ducere vitam
Auspiciis: & sponte mea componere curas:
Vrbem Troianam primum, dulcesq́ meorum
Relliquias colerem: & Priami tecta alta manerent:
Et recidiua manu posuissem Pergama victis.
Sed nunc Italiam magnam Grynæus Apollo,
Italiam Lyciæ iussere capessere sortes.
Hic amor, hæc patria est. si te Carthaginis arces
Phœnissam, Libycæq́ aspectus detinet vrbis:
Quæ tandem Ausonia Teucros considere terra
Inuidia est: & nos fas extera quærere regna.
Me patris Anchisæ, quoties humentibus vmbris
Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt:
Admonet in somnis, & turbida terret imago.
Me puer Ascanius, capitisq́ iniuria chari,
Quem regno Hesperiæ fraudo, & fatalibus aruis.
Nunc etiam interpres diuum, Ioue missus ab ipso
(Testor vtrunq́ caput) celereis mandata per auras
Detulit. ipse deum manifesto in lumine vidi
Intrantem muros, vocemq́ his auribus hausi.
Desine meq́ tuis incendere, teq́ querelis,
Italiam non sponte sequor.

est, vt qualitatẽ animi ex oculorum, aut corporis stabilitate aut mobilitate noscamus. Ergo modo vult ostendere Æneã a proposito nõ esse deuiaturũ. ¶Ego te, quæ plurima fando.)Controuersia est plena, in qua expurgat obiecta, remouens a se crimen ingrati: & veniali vtitur statu, profectionẽ suã retorquẽs in volũtatẽ deorum. habet etiã finem. Nam purgat obiectam fugã nomine profectionis. ¶Promeritam.)Præstitisse, bene se gessisse: & est sermo de his qui per cõtrariũ magis lucent. Terentius, Ita me velim ames promerentẽ pater, id est bene agentem. Et cõgruit, vt præstet q bene agit. cõtra alibi, Quid cõmerui aut peccaui pater? id est qd male egi? ¶Meminisse pigebit Elissæ.)Memini: & illius rei dicim⁹, vt hoc loco: & memini illam rem: vt, Numeros memini, si verba tenerem. ¶Dum memor ipse mei.)De futuro dixit, & congrue. Nam piget ad futurum spectat, Pudet ad præteritũ. & licet pene vna sit significatio: tamẽ dicimus Piget me illud facere, Pudet fecisse. Vnde interdum præcipue a Sallustio simul ponunt. ¶Pro re pauca loquar.)Remoto ingrati crimine descendit ad causam. ¶Nec ego hãc.)Profectionem subaudis. Nam posteriori non potest iungi, ne sit cõfessio. ¶Prætendi tedas.)Probat nõ esse matrimonium. ¶Aut hæc in fœdera veni.) Aut matrimonij: & iungendum est superiori, aut certe ad posteriora pertinet: & hoc dicit, Non ad hæc veni, vt hic morarer: sicut & nunc probat. Ergo veni; consensi. hoc est, Non ad hæc consensi fœdera: vt cum vellem discedere, nõ liceret. ¶Me si fata meis paterentur ducere vitam Auspicijs.)Et dixit in primo, Quæ me cunq́ vocant terræ. Meis auspicijs. Argumentum a necessitate. & auspicijs ideo, quia maiores omnia auspicato gerebãt. Ergo auspicijs, dispositionibus. ¶Sponte mea.)Modo nomen est, Nam & genus & casum habet. Sic & mane cum ei & genus & casus addiẽ nomen est: vt, Dum mane nouum, dum gramina canent. Sic & Forte sua Libycis. Alias aduerbia sunt. Verum autem dicit nõ sua sponte. Nam supra legimus, Hos cape fatorum comites. Item Diuersas quærere terras Augurijs agimur diuũ. ¶Recidiua.)Post casum restituta. ¶Grynæus Apollo.)Clazomene ciuitas est Asiæ. Vnde Horatius, Diues agebat Clazomenis. Iuxta hanc nemus est Grynæum: vbi Apollo colitur. Inde ergo nunc epitheton dedit: licet & in Delo acceperit oraculũ. ¶Lyciæ sortes.)Nec hinc accepit responsum: sed sic dixit Lyciæ, ac si diceret Apollineæ. ¶Hic amor, hæc patria est.)Eo inquit desyderio per voluntatem deorum, iterum circa Italiã teneor, quo possem circa Troiam. & ad illud spectat quod dixit, Troia per vndosum peteretur classibus æquor. ¶Et nos fas.)Nobis fas dicimus: sed hoc loco non est iungenda elocutio, ne sit vitium. Nam legimus, Fas mihi Graiorum sacrata resoluere iura. Sed hoc dicit, fas est etiã nos extera regna requirere. ¶Nox operit terras.)A verisimili, ideo tempus posuit. ¶Quoties.)autem, hoc est per vnamquamq́ noctem. ¶In somnis.)More suo pro in somnijs. ¶Turbida.)Terribilis: quod & vmbræ cõuenit, & parentis authoritati. ¶Me puer Asca.)Amor Ascanij scilicet, admonet: quem longe repetijt, & ad Ascanium retulit. & licet excusetur, tamen solœcophanes est. ¶Interpres diuum.)Hermes: expressit verbum de verbo. ¶Ab ipso.)Id est magno: vt supra, Ipse deum tibi me claro demittit Olympo. ¶Vtrunq́ caput.) Meum & tuum, aut Iouis & Mercurij: aut meum & Ascanij. ¶Celeres mãdata per auras.)Vt supra, Celeres defer mea dicta per auras. ¶Manifesto in lumine.)Aut claro: aut in nimbo, cuius maius est lumẽ. Sic Lucanus, Postq̃ se lumine vero Impleuit. ¶His auribus hausi.)Accepi: & est Pleonasmos. ¶Sequor.)Vt, Italiã sequimur fugientem.

Piget, Pudet.

Sponte, Mane.

DONATVS.

¶Dixerat.)Dixit Dido pro causa sua allegãs iusta, humana, miserãda, quæ Æneæ mentem flectere potuissent, & deberent. cõstabat enim etiam ipsum magno pudore cõfundi: vtpote qui ingrati, qui fallacis, qui fugitiui personam contra institutum suum Ioue cogente suscepisset: sed ille assistebat reuerenter cœlestibus iussis. ideoq́ poeta dixit. ¶Ille.i.m.i.t.lu.)Scilicet non respiciẽs quæ rogaret, nec lachrymas eius attendens, solũ Iouẽ videbat animo, solum stare ante oculos suos, a cuius præceptis moueri non poterat. hunc si diceret poeta immobilem fuisse, nec precibus nec lachrymis flexum, plurimum inhumanitatis ei attribuisset, quẽ vbiq́ pium esse cõmemorat. Sed posuit. ¶Et obnixus curã sub corde premebat.)Vt inde eum excusaret, mouebatur quidem, & tegebat, & dolorem animi tegere laborabat postponens humana cœlestibus, hanc dissimulandi doloris necessitatẽ, & in primo libro posuit dicens. Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. recte autẽ dixit Iouis monitis, & non iussis Iouis. Iussa.n. sunt, vbi aliquid iubetur insperatũ & nouũ. Æneas autem cõmonitione potiusq́ iussu instructus est, ne foueret Carthaginẽ, ne Romanis partibus futuram seculis labentibus inimicam, ne armaret alienã, & Italiæ imperium sperneret sibi & suis posteris deputatum. ¶Tandem pauca refert.)Quia Dido multa dixerat, & post moras prolixas tacuerat. hoc enim conueniebat ei, quam repentinum turbauerat malum, & ei quæ plurima vtilia suis partibus extorquere nitebatur: vt vel moræ fierent properanti, vel multa facilius obtinerent. ipse tamen breuiter respondit, ne causa turpis perfidiæ immoraretur, vel ne superfluo multiloquio tereret tempus, qui iam cogebatur abscedere. videamus nunc, multorũ criminum reus proinde illinc cœpit; vnde illa ingrati cõflauit inuidiam: quo exemplo docemur, vt quoties multa e diuerso proponuntur, fortiora primitus excludamus, ne ludẽtes in leuibus aspera metuere videamur, quæ pro magnis obiecta sunt, & ad victoriã conquisita. ¶Ego te, quæ pl.f.E.v.n.r.ne.Pro.)Quod sciebat factum & negare nõ poterat, etiam ipse asserit verum. ait.n. quæ enumeras te mihi meisq́ omnibus præstitisse, non negabo. in omnibus.n. cõmoditatem mei cõstat te promeruisse. sic locutus est, quasi potiori inferior obsecuta videatur. ¶Nec me.m.pi.e.Dum.m.i.m.d.s.h.r.a.)Et quamdiu vixero, quandiu memor mei fuero, hoc est sanus & consilio ac sensu integro, nõ me pigebit, nec erubescam (inquit) recolens nominis tui beneficiorumq́ memoriam. ista ergo habeant separatam rationem suam. ¶Pro re pauca loquar.)Dicã, inquit, pauca pro rei veritate atq́ iustitia. veritas.n. multiloquio nõ asseritur, cum sit ipsa per se perspicua: neq́ ego, vt tu commorabor in plurimis. incipit iam obiecta purgare, vel refutando excludere. ¶Neq́.e.h.a.f.S.n.f.f.neq́.c.v.Præ.te.a.h.in.f.v.)Non ait, fugã sed nauigationem paraui ad debita & destinata contendens: nec vt tu, matrimonij me legibus iunxi. hoc factum licet imaginaria velut nuptiarum solẽnitate præcessisset, fatetur, sed oratoria virtute dissoluit definiens quid sit matrimonium. iunctus sum, inquit, tibi: sed illud non potest coniugium vocari. non enim semper mulieris ac viri cõiunctio matrimoniũ facit. aliud vocatur, quod gessimus, quale.n. matrimonium est, vbi nullus testis interfuit: nulla ex more solennitas? nulla pactio? faces nullæ? nulla ipsius fœderis consecratio? ¶Me si fata meis paterentur ducere vitam Auspicijs, &c.)Hoc quod facio, inquit, quod nauigare dispono, nõ est voluntatis meæ, nec mihi liberũ est viuere, vbi velim: quod si præstabat remanere in cineribus patriæ, colerẽ meorum memoriã: nõ errarem per diuersa terrarũ: nec venissem naufragus ad patriã tuam, nec longinqua tantis laboribus quærerẽ. ¶Sed nunc Italiã magnam Gryneus Apollo. I.ly.i.c.s.)Nullũ delectat relicto ocio duris laboribus subiugari, iterumq́ ad miserias volui: sed eorũ iussis inuitus impellor, quæ cõtemni nõ possunt. sunt enim & multa & venerãda. ¶Hic amor, hæc patria est.)Quantum ad humanã pertinet voluntatem, quod esse põt in potestate mea, amo hãc ciuitatẽ tanto affectu, vt arbitrer ipsam esse patriã meã. addidit aliud, quod asserat nõ suo arbitrio hoies viuere. nec alienũ magis sed ipsius Didonis assumit exemplũ. ¶Si te, inquit, c.a.Ph.li.q́.a.de.vr.)Si te Phœnissam hoc est nõ hoc loco, sed in regionibus longe positis natam, arces Carthaginis & Libycæ vrbis delectat aspectus. ¶Quæ tandẽ.a.t.c.t.In.est?)Cur Teucris inuidetur Italia? ¶Et nos fas.e.q.r.)Licet & nobis quemadmodũ tibi in alienis terris imperiũ quærere. ad illã partem respõdit, quæ dixit Dido inter cætera, quid si nõ arua aliena domosq́ ignotas peteres: quia & ipsi Didoni euenerat, vt in alienis regionibus imperaret. nullus autẽ melius & robustius vincitur q̃ qui proprio superatur exẽplo. ¶Me patris Anchisæ quoties humẽtibus vmbris Nox operit terras, quoties astra ignea surgũt, Admonet in somnis, & turbida terret imago.)Similẽ, inquit, obiurganti video patrem meũ instantẽ vt Italiam petam: & q̃a de mortuo loquebatur, vt credibile fieret quod dicebat, addidit tempus. quoties ait astra ignea surgunt, & nox operit terras & somnus me habet, adest ille cũ grauibus monitis officiũ sequens pietatis & patris. ¶Me puer Ascan⁹.c.q́.i.c.Quẽ.r.h.f.&.f.a.)Mihi atq́ animo meo occurrit spes filij mei, cui deberi imperiũ Italiæ scio, vt addã illas sortes & venerãda responsa. ¶Nũc.e.i.di.i.m.a.i.&c.)Ecce in præsenti etiã interpres diuũ, hoc est Mercurius horrẽda dicta pertulit, hoc est quæ sine horrore mẽtis referri nõ possint. & venit de cœlo, ac nõ sua sponte neq́ proprio delapsus arbitrio, sed destinatus a Ioue: verũ ne hoc errore mentis vanũ & irritũ Didoni videretur, addidit. ¶Ipse.d.m.in.l.v.In.mu.&c.)Confirmatio ipsius plena est, cũ dicit, manifesto in lumine vidi, & audiui. Horum oĩum vt robustiorẽ faceret fidẽ, posuit in medio iusiurãdũ dicẽs, testor vtrũq́ caput, hoc est Iouis, qui misit, & Mercurij qui retulit. ¶Desine.m.q́.t.i.t.q́.qu.)Cognouisti iustas abscessus mei causas, desine me ac te querelis tuis incendere. ¶Italiam non.s.s.)Hærent mihi criminis querelis tuis expressa, si erga te nõ authoritate multarum metuendarumq́ iussionum, sed mea voluntate peccarem.

Iussa.

ASCENSIVS.

¶Dixerat, ille Iouis, &c.)Hic habet placida responsio Æneæ, qua tñ amans magis accenditur q̃ placetur. Nã sicut in irato & aduersario, respõsio mollis frãgit iram: ita in amãte, abnegatio placida incendit furorẽ. De hoc aũt dicit Dona. sic. ¶Ille Iouis.)Cõfundebatur pudore: vtpote qui ingrati, q fallacis, qui fugitiui infamiã subiret, cõtra institutũ suum: sed solum Iouẽ sibi ante oculos ponebat: quod efficiebat, vt vir alioquin mitis & humanus, quãuis moueretur officijs Didonis: tñ a proposito nõ discederet: recte autẽ dixit, monitis, potius q̃ iussis quia non solũ imperiũ eum monebat: sed ea quæ imperabat, quæ ad regnũ Italicũ acquirendũ pertinebant: & ne Carthaginẽ, suo imperio inimicam futurã foueret. ¶Nunq̃ re.neg.Prome.)Palã habet beneficia accepta: sed necessitate impulsum, & nõ voluntate, ostendit se illi nõ obsequi. Breuiter aũt purgauit quæ obijciebant ne multiloquio, tẽpus tereret: & ingratitudinis vitiũ, primo cõfutat: vt sm artem, incipiat a validioribus, aduersariorũ obiectis. ¶Nec ego hanc abscõ.tur.)Probat, q non fugã, sed nauigationẽ parauit, quia nõ venerat vt matrimoniũ conficeret: quod probat, q nullis solitis cerimonijs, cõiugium celebratũ sit. ¶Sed nunc Italiã.)Facit rem verisimilẽ: nam nullus ab ocio ad negocium nisi inuitus accedit. ¶Hic amor, hæc patria est.)Si te cepit amor nouæ patriæ, non ægre feras, q ego quoq́ nouæ patriæ amore capiar. ¶Et nos.)Quemadmodũ & te. ¶Astra ignea.)Facit verisimile ex ipso tẽpore, in quo somnus capitur. ¶Manifesto in lumine.)Confirmatio rei ne credat esse deceptum: & interponit iusiurandũ. ¶Vtrunq́.)s. Iouis, qui misit: & Mercurij, q missus est. ¶Desine.)Quia cognouisti iustas discessus causas. ¶Ordo est. Dixerat: videlicet Dido: ille.s. Æneas: tenebat lumina immota.i. oculos immotos: ita vt nõ flectantur in Didonem, ad respiciendũ eam misericorditer: monitis.i. propter monita Iouis. Nõ q Iuppiter monuerit eã nõ aspicere: sed quia monuit: q̃ primũ nauigandũ: quod ne nõ faceret, eam nõ aspexit, ne forte a monitis Iouis auerteret: quo facto docemur non solum transgressionem mandatorũ dei, sed etiã periculum transgrediẽdi, vitare. Aut sensus est: ille tenebat oculos immotos in monitis Iouis: ita q nihil attenderet præter monita Iouis: aut q stupefactus sit ob monita Iouis: ita q cogitabũdus vno obtutu, oculos immotos cõtineret, vnde sequit. & obnixus.i. obsistẽs affectioni suæ, premebat curam.i. solicitudinẽ suam sub corde: & refert.i. respondet: tandẽ.i. post longã cogitationem: pauca.s. verba. Ego, o regina, nũq̃ negabo te promeritã.i. quin promerueris plurima, quæ tu fando vales.i. bene scis, aut potes enumerare: nec pigebit me.i. nõ erit mihi in posterũ, pudori, aut verecundiæ: aut nõ grauabit me meminisse.i. memorẽ esse: Elissæ.i. tui, quæ proprio nomine Elissa diceris: tantisper, sup. dum ipse.i. ego, sup. ero memor mei: & dũ.i. donec: spiritus.s. vitalis: reget hos.i. meos artus.i. tantisper dum viuã. Ego loquar pauca pro re.i. sm exigẽtiam negocij: ego nec speraui abscondere furto hanc, sup. profectionem: ne finge, pro ne fingas.i. ne dicas eã ex opinione tua: fugã: quia non fugiturus sum, sed profecturus: nec ego prætẽdi vnq̃ tedas.i. faces: coniugis.i. nuptiales.i. ego nunquã te duxi coniugẽ, licet cõplexus sum amicã: nec veni in hæc fœdera.s. matrimonialia, quæ indissolubilia sunt: sed si mea fata.i. quæ dij de me constituerunt: paterentur me ducere vitã.i. viuere: meis auspicijs.i. dispositionibus: & cõponere.i. finire curas meas: sponte.i. ad nutum, ac libitũ meũ: ego colerem.i. instaurarẽ: primũ.i. præcipue, & ante omnia, vrbẽ Troianam, quæ diruta est: & dulces reliquias meorũ: & alta tecta Priami manerent.s. reædificata: & posuissem victis.i. Troianis fugitiuis, pergama.i. mœnia Troiana: recidiua.i. post casum restituta: aut recidiua.i. iterũ quasi ad vitam.i. existentiã reducta: hoc est, frustra speraueris me retinere istic: quia nisi in Italiã me fata vocarent, nõ hanc vrbem extruerem, sed Troianam repararem: sed nũc Apollo Gryneus.i. veridicus: vt est in nemore Gryneo, sup. iussit capessere.i. captum ire, magnam Italiam: & sortes Lyciæ.i. oracula Apollinis, qualia apud Lyciam iussere me capessere Italiam, hic.s. quem mihi fata dedere, est mihi amor: hæc est mihi, sup. patria: potest bis dici, hic amor, est mihi amor: & hæc patria, est mihi patria: nec iniuria. Nã si arces Carthaginis detinent, sup. te. Phœnissam.i. cum sis Phœnissa: hoc est, de Phœnicia: nec in patria tua: & si si aspectus vrbis Libycæ detinet, id est immoratur delectando te: quæ inuidia, id est iniuria: quæ causa inuidiæ sit: tãdem, id est Vt libere me tandem purgem: & Teucros considere, id est si Teucri cõfidunt, & sedes capiunt Ausonias, id est in Italia, quasi dicat, nulla, quia fas est: &.i. etiam, nos, nõ solum te: quærere regna extera, id est externa, imago patris, scilicet mei, Anchisæ, admonet me: & ipsa turbida, id est commota & irata, terret me: in somnis, pro in somnijs: aut dum somno indulgerem: toties, sup. quoties nox operit, id est inuoluit terras: vmbris humẽtibus, id est humidis: & quoties astra ignea, id est ardentia: surgũt.i. oriuntur. Puer Ascanius etiam admonet me: & iniuria chari, id est dilecti: capitis, scilicet filij mei: quem ego fraudo.i. per fraudẽ priuo regno Hesperiæ: & aruis fatalibus.i. fataliter ipsi debitis, sup. terret me, quia iniquum est, filium fraudare, contra fatorum seriẽ: & ita deorum timet iram, vnde terretur. Ego testor vtrunq́ caput.i. meũ & Ascanij, per quod Æneas iurare solebat: vt dicet ipse in.ix. Per caput hoc iuro, per quod pater ante solebat: aut caput Iouis & Mercurij, aut meum & tuum: testor (inquit) vtrunq́ caput, q, sup. interpres diuum, id est deorum, scilicet Mercurius, missus ab Ioue ipso (emphaticos) id est magno: & non ab inferiore numine: detulit etiam nunc, id est pauloante: mandata per auras celeres.i. quas celerrime transuolauit: vt in rebus vrgẽtibus boni nuncij solent. Ipse.i. ego vidi, deum.s. Mercurium in lumine manifesto.i. visibili intrantem muros: & hausi.i. accepi, vocẽ, scilicet eius. his auribus.s. meis & ergo, o Dido, desine incendere, & me, & te querelis tuis: quia non sequor sponte, id est mea voluntate, sed ex deorum iussu, Italiam.

Ordo.

PIERIVS.

¶Me si fata meis paterentur ducere vitã Auspicijs.)In antiquo admodũ cod. pro paterentur, suppositum est, voluissent: sed, paterentur, multo quid maius habet: & multo magis eruditis satis auribus facit. ¶Relliquias colerẽ, & Priami tecta alta manerent.) In Mediceo, & antiquioribus quibusdam exemplaribus, & copulatiua particula non habetur, positum vero est κατὰ ἀσύνδετον, Relliquias colerem, Priami tecta alta manerent. ¶Et ricidiua manu posuissem Pergama.)Quãuis exemplaria multa, rediuiua, legant: magis tamẽ placet, quod Seruius etiam agnoscit, recidiua, a cado enim, recidiuus. quod ait ille post casum restituta. Ita etiã Fl. Sosipater sentit, qui rediuiua, dici monet, quæ post interitum redeunt. Recidiua, quæ ex suo casu restituũtur. Vnde Virgilius,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Recidiua manu posuissem pergama victis.¶Extera quærere regna.)Priscianus loco hoc, quod repetere nō pigeat, Antiqui(ait) citer, dixerūt: vnde citerior. Sic &, exter, Statius. vii. Nec sua pigno ra curę exter honos. Et Virg. in. iiij. Et nos fas extera quærere regna. Aduerte vero χαχοφωνίαν in triplicata, re, syllaba, in earū dictionum

SERVIVS.

¶Iandudū.)Ab initio oratio nis.¶Auersa.)Irata: vt, Diua solo fixos oculos auersa tene bat.¶Luminib⁹ tacitis.)Ipsa ta cita: vt, Tacitūq; obsedit limē amatæ, pro ipsa tacita Sequi aūt inuectio, quæ semp statu caret.¶Nec tibi diua parens.) Non est sola in Æneā obiecta vituperatio, sed ēt in se obiur gatio, qa dixerat, Credo equi dē, nec vana fides, genus esse deorū. Vnde nūc dicit, Gene ris nec Dardan⁹ author.¶Per fide.)Amantū verbo eū increpat. Sic supra, Dissimulare ēt sperasti perfide. more amātū.¶Caucasus)Mons est Scythię ihospitalis.¶Hyrcanę tigres) Arabicæ. Nā Hyrcania sylua est Arabiæ. Et notādū relictis mediis cōparationibus eum augmenta fecisse. Nam post deos, non hoies, sed saxa intu lit.¶Quid dissimulo?) Tacitæ quæstioni occurrit, ne quis eius nimiā iracundiam repre henderet, dicens Æneā posse mitigari forsitan precibus.¶Miseratus amantē.)Misera tus accusatiuum regit, vt hoc loco. misereor genitiuū: vt, Miserere animi non digna fe rentis.¶Quę qbus ante ferā?) Amphibologia est, qd prius, quid posterius dicā?¶Nec maxima Iuno.)Aut in Iunonē maledi ctum est, vt eam non esse maximā dicat, sicut etiā in Iouē. nam cō uitium est quod eum Saturnū dicat: hoc est nocentem. Aut certe iungitur, vt, Nec Iuno aspicit, nec Iuppiter.¶Nusquā tuta fides.) hoc est, nec apud rem, nec apud hominē. Terentius, Quid credas, aut cui credas? Et declamauit per cōtrariū. Nam omnis fides tuta est. hæc ait, nusqȝ tuta.¶Eiectū.)Naufragū. Legimus. n. Huc pau ci vestris adnauimus oris. & est separandū.¶Littore egentem.)i. egentē littoris: vt, Hospitio prohibemur arenę.¶Et regni demēs in parte locaui.)Vt, Et dūm Æneā in regna recepit. Quod barbas quæriē.¶Amissam classem.)Subaudis renouaui.¶Heu furijs in censa feror.)quia multa erat in deos locutura: & bona prēmittit excusatio. Nam numina nō credere curare mortalia, & ab his nō sperare auxilium: furoris est. Subiūgit enim, Siquid pia numina possunt,¶Nūc Lyciæ sortes, nūc & Ioue missus ab ipso.)Irrisio ho nesta fatis: cū his verbis fit quibus Iaus præmissa est: vt, Et nobis idem Alchimedon duo pocula fecit, Necdum illis labra admoui, sed cōdita seruo. Scimus aūt Æneam superius hęc verba dixisse.¶Quietos sollicitat.)Cicero in libris de deorū natura triplicē de his dicit esse opinionē. deos non esse: cuius rei author apud Athe nas exustus est. esse, & nihil curare: vt Epicurei. esse, & curare, vt Stoici: ſm quos paulo post, Siquid pia numina possunt. Nam mo do secundum Epicureos ait, Ea cura quietos.¶Refello.)Redar guo.¶I, sequere Italiā ventis.)Satis artificiosa prohibitio, quæ fit per concessionē: quę tū ne nō intellecta fit persuasio, permiscēda sunt aliqua quę vetent latenter, vt, vētis per vndas. Sic Terētius, Profundat, perdat: pereat: nihil ad me attinet.¶Mediis scopulis.) Aut manifestis, vt, Mediosq; ex hoste recepi aut illa saxa dixit, quę sunt intra Africā & Sardiniā, Siciliamq;.¶Hausurū.)Luiturū, da turum.¶Dido.)Potest & vocatiuus esse, & accusatiuus.¶Sequar atris ignibus.)Alij furiarum facibus dicūt: hoc est, Inuocatas tibi immicā diras. Alij, sociorū, vt paulo post, Ferte citi flammas. Me lius tū est vt ſm Vrbanum accipiamus Atris ignibus, rogalibus, qui vili tempestatē significāt, vt Æneæ (sicut in quinto legimus)

cōtigit

Talia dicentem iandudum auersa tuetur, POE.
Huc illuc voluens oculos: totumq; pererrat
Luminibus tacitis: & sic accensa profatur.
Nec tibi diua parēs: gnīs nec Dardan⁹ author, DI.
Perfide: sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus: hyrcaneq; admorunt vbera tigres.
Nam quid dissimulo? aut quæ me ad maiora reseruo?
Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?
Nū lachrymas victus dedit? aut miseratus amātē est?
Quæ quibus ante feram? iamiam nec maxima Iuno,
Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis.
Nusquam tuta fides. eiectum littore egentem
Excepi & regni demens in parte locaui:
Amissam classem, sociosq; a morte reduxi.
Heu furijs incensa feror: nunc augur Apollo,
Nunc Lyciæ sortes, nunc & Ioue missus ab ipso
Interpres diuum fert horrida iussa per auras.
Scilicet his superis labor est: ea cura quietos
Sollicitat. neq; te teneo, neq; dicta refello.
I, sequere Italiam ventis: pete regna per vndas.
Spero equidem mediis (si quid pia numina possunt)
Supplicia hausturum scopulis: & nomine Dido
Sæpe vocaturum. sequar atris ignibus absens:
Et cum frigida mors anima seduxerit artus
Omnibus vmbra locis adero. dabis improbe pœnas.
Audiam: & hæc manes veniet mihi fama sub imos.

quo cœpit loqui, quæ Didoni nō placerent, nō cum cōpleuisset.¶Et sic accensa profatur.)Qua cōsideratione tanq; incēdio accen sa sic tumidā prorūpit in vocē.¶Nec tibi. d. p. g. n. d. au. Pe. &c.) Vbi vidit Dido nihil valuisse preces suas, & oēs partes miseratio nis exclusas, vertit se ad cōuitia, factura satis animo suo, si hoiem ęderet iam intētione pertinacis obstinationis alienum. dicis te, inquit, filiū Veneris, falsum est, haberes. n. aliqd matris, & esses in affectus cōsideratione tractabilis. ecce animorū quāta mutatio. cum amaret, dixit. Credo equidē (nec vana fides) genus esse deos rum. hic quia magna vi agitabaē, priori sententia sua dissoluta nec danū quoq; cōfingis author ē generis tui, nihil habes humanita tis eius, & morum, quo cōfirmes vera esse, quæ cōposita falsitate mentiris. at ego veros parentes tuos & nutrices enumerē rebus ipsis, hoc ipsum & tuis moribus, ꝓbatura. genuerūt te caucasi ru pes & cautes, hinc durus, hinc asper, hinc ab humana ratiōe diffu milis, vtpote q fis natus e faxis, tigres quoq; te aluerūt, quarū fe ris nutritus vberib⁹ hominū mansuetudinē nescis. Tractat poeta hoc loco pueris per alimoniā lactis etiā nutricum mores infun dit: quod ipsum & Ciceroni placuisse manifestū est. qui in educa tione futuri oratoris iubet præcipuas adhiberi mulieres: non ignarus per obsequia vberū naturā ex alia in aliam posse trāsire. ¶Num fl. in. n. n. lu. q. Num la. v. d. a. m. a. e.) Disputat quæ in ho mine, quę in viro bono officia esse debeāt, quę Æneas nō habere dicere?. cum me, inquit, cerneret flentē, duraūit immobilis: cum rogarē, non flexit oculos suos, supra. n. dixit. Ille Iouis monitis immota tenebat lumina: & cū futurū protestarer interitū meū, nullō per lachrymas bgnū miserationis ostēdit, nec casum infeli cēs amātis ingemuit. Hę tria sunt, quibus taciti hoies ostendant, quid geratur interius, si miseratione moueātur, aut. n. gemunt, aut lachrymas fundunt, aut oculos flectūt.¶Quę quibus ante fe ram?) Tanta, inquit, mala iuxta me, tam acerba, tam dura cōmit sa sunt, itaq; sunt parta, vt ordinatione comparationis æquētur, &, alia alijs prēferri non possint, Iamiam nec ma. i. N. f. h. o. p. a. g.)

Et tamen

DONATVS.

¶Talia. d. i. a. t. &c.)Quod est maximū irascētis signum, vt cum totū nolit visum, totum tū errantibus oculis cernat, iandudū, inquit, auersa intue batur loquentem, hoc est ex

Et tamen hæc communiter fiunt, & iniustis deorum luminibus placēt. apparet cur primum Iunonē posuit, quia vel regina deo rum vindicare debuit iniusta: vel, quę, apud Carthaginem prēci pue coleref: vel, quę, iam ex alijs esset inimica Troianis.¶Nusquā tuta fides.)Quando in hac causa tuta fides inueniri non potuit. nusquā est tuta fides, egregia duorum authorum dicta. interro gantis vnum, alterum iudicātis. Terentius quippe ait, pro luppi ter vbi nam est fides? putauit enim quęrendam, existimans posse congruam reperiri. Virgilius autem iudicauit quærendam non esse, q; reperiri tuta non posset, perindeq; superfluēret fluxa. Inci pit enumerare beneficia sua: quorū cōtemplatione oportuit inte gram fidem intemeratamq; seruari.¶Eiectum lit. e. Ex. &. r. d. in p. lo. A. c. f. q. a. m. re.)Eiectum, inquit, hoc est naufragū littore, ac per hoc sine tecti sub dio. egētem sine ope victus excepi. exces pit Æneam Dido ducēdo eum cum suis in domū, alendo quoq;, & cum eo potentiam regni partiēdo, amissam vero classem a ple no interitu, & socios a morte reducendo: dixit specialia, quæ ipsi Æneæ contulit, & constituit in vltimo duo: quorum celecratio illi in cōtrarium versa est. seruatas enim naues asseruit, & socios reductos a morte. hęc enim si incolumes nō haberet Æneas non posset aliquando dilcedere. amissam classem socios q; a morte re duxi, nō naues sed homines reduxit a morte, neq; enim fieri po tuit, vt naues morerentur, aut ipsæ quoq; liberarentur a morte. a morte igit ad solos homines pertinet. reduxi vero & ad homi nes & ad naues. quod ipsum ordinatione facta cognoscitur, vt sit, amissam classem reduxi, & socios a morte. & reduxi, nō semel sed bis accipiatur.¶Heu furijs incensa.)Ad insaniam, inquit, me res prauę perducunt.¶Nunc au. a. N. ly. for. n. &. l. mi. ab. i. In. di. f. ho. i. per au.)Quod dixit nunc, hoc putamus intelligendum. quando exclusis importunis superioribus ocium cum opibus consecutus est, in eius mentem veniunt Apollinis responsa, & ly tat. fi ista vera sunt, cur non extiterunt ante beneficia mea?¶Sci. is. f. l. e. ea. c. q. Sol.)Nimirum deorum, inquit curam tangit. quid homines agant, & ipsorum quietas mentes humani cōmouent actus.¶Neq; te teneo, neq; dicta refello.)Et nunc si veræ sunt as sertiones tuæ seu fallæ, nec teneo te, nec ea quæ dicis obiectu cu iuspiam disputationis expugno.¶I, f. Italiam. v. p. r. p. vn. &c.)Ira tæ animo locuta est, sed tali genere dictionis, quod duos intelle ctus admittat. vnum est, quo eum terret ne nauiget. nam quod dixit. I, sequere Italiam ventis. pete regna per vndas. non ex ani mo dicebat. nam obiecit vndas & ventos: quibus terreret prope rantem. quod si animo hortātis hæc diceret, ita debuit loqui. I, se quere, pete regna. nō adiungeret, quod timeri debuisset, quod q; impediente formidine reuocaret instantem: hic est intellectus vnius disputationis, videamus quid sit alius. bene (inquit) conti git, quod desideratum imperiū Italiæ ventis & fluctibus petitu rus es. habebo occasionem qua possim tuis supplicijs lætari. spe ro enim te pro meritis tuis inter scopulos hausturū innumeras pœnas, id est visurum. vt alio loco, Hauriat hunc oculis ignē cru delis ab alto Dardanus. hoc est, videat.¶Et nomine Dido sępe vo caturum. Tunc (ait) recordaberis mei, & nomen meū frustra fre quentius repetes: quando tibi concluso discrimini cœtu, exem plo prioris beneuolentiæ subuenire non potero.¶Sequar atris ignibus absens.)Imaginaberis me absentem, quasi te facibus per sequar præsens. hoc loco absentem alij mortuam volunt, & dant exempla impropria, vt non vno sed plurimis locis probentur er rare. horum primum est, absenti ferat inferias decoretq; sepul chro. nam & illic absentem mortuum intelligūt, quorum erro res sequentia probant. nam sequitur.¶Et cum frigida mors ani ma seduxerit artus, Omnibus vmbra locis adero.)Cum mortua fuero, inquit, timebis me absentem, & quasi te infesta persequar semper. & vbiq; terreberis.

Hic deest expositio. 240. carminum.

ASCENSIVS.

¶Talia dicentem iandudum, &c.)Amissa spe conuitia ingerit. & quasi cum absente, interdum loquitur. Seruius dicit hypallagen, anima seduxerit artus: posset tamē anima, quę inuita corpus lin quit, dici seducta. Donatus quoq; subtiliter nil subintelligit, illic amissam classem: sed ordinem vult, Reduxi classem amissam: &, re duxi socios a morte. Donati verba sunt.¶Totūq; pererrat.)Ira scentis signū, vt cum totum nolit, visum totum, tū oculis errān tibus cernat.¶Iandudum.)Ex quo incepit loqui, quæ sibi nō pla cerent: qua cōsyderatione incensa fuerat.¶Nec tibi diua parēs.) Vbi vidit illum non flecti precibus, vertit se ad conuitia, vt fal lem animo suo morem gerat: est autem animorum cōmutatio: naui cum amaret, dixit, credo genus esse deorum.¶Duris te cau tibus.)Quia asper es, & ab humanitate alienus.¶Vbera tygres.) Propter quod hominū mansuetudinē nescis: ostendit aūt per ali moniā lactis, mores pueris infundi: quod & Ciceroni placet: qui in educatione oratoris, iubet præcipuas adhiberi mulieres, cum per obsequia vberum, natura ex alia in aliā mutet.¶Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?)Ostendit nō esse in Æneat quę in bono viro esse solent. Tria autē hæc sunt, per quæ homo miseratione motus esse videtur: gemitus, lachrymæ oculorum, flexio.¶Iuno.)Quæ vel quia deorum sit regina, vel a se colatur, patriam vlcisci debebat: vel, quia inimica esset Troianis.¶Amissam classem.)Quasi contra me feci: nam sine illa nauigare nō pos set.¶Reduxi.)De classe dicamus, solum reduxi classem: & de so cijs vero, reduxi socios a morte.¶Nunc.)Quasi dicat, nunc cum vult abire, sed cur non antea, cum opera mea egeret? Hæc ille.

¶Ordo est. Dido auersa, id est indignata & irata: tuet. i. inspicit: iandudum. i. ab eo tēpore quo talia intelligere cepit, sup. Æneā dicentē talia, qualia præmissa sunt, voluens oculos huc illuc. i. in diuersas partes, quod signū furoris cōcepti est: & pererrat, id est peruagatur, & sine ordine percurrit: luminibus tacitis. i. nondū animū significantibus: aut ipsius adhuc tacētis: & ipsa accensa, sci licet post ex trāsuerso inspectionē. profatur sic: O perfide, nec di ua, scilicet Venus, est tibi parens: contra id quod dixerat, Credo equidē nec vana fides genus esse deorū. Nec Dardan⁹ est author generis, supp. tui, sed Caucasus, mons ille Scythiæ horrens, id est asper: duris cautibus, id est saxis illis, & rupibus genuit te & Ti gres Hyrcanæ. i. Arabicæ: admorunt, id est admouerunt vbera. (hūc locum adducit Phauorinus philosophus apud Aulum Gel lium, docens nutrices, vbera multum ad prolis indolem facere: atq; prēter naturę institutum facere, quę quos genuerūt lactare recusant liberos.)Nā quid. i. ad quid: dissimulo. i. dissimulāter lo quor, vt te adliciam blando sermone, cum durior sis caute: aut ad quæ maiora. i. meliora reseruo me, quasi dicat, ad nulla quia. Num. i. nūquid: (loquitur de prēsente, quasi de absente, propter indignationem: sicut contra, per apostrophem ex beneuola affe ctione sermonem ad absentes cōuertere solemus.)ingemuit. i. in tus gemuit: aut etiā modicum gemuit nostro fletu? q. d. minime & fleuisse se significauit etiam ibi. Per ego has lachrymas, dex tramq;, &c. num. i. nunquid: flexit lumina. i. oculos? q. d. etiā mi nime: num. i. nūquid: aple victus. f. miseratione, dedit lachrymas, aut miseratus est, supp. me amantem? q. d. non. Quę anteferam, & quibus anteferam. i. quę prima, & quæ nouissima dicam, aut cō stituā: (dubitat enim de omnibus. hoc est de quibus primo quæ rat, an de diis, qui hæc impunia sinunt: an de eo qui hoc cōmisit? iamiam nec Iuno maxima. i. quam maxime veneramur, & quæ nobis maxima est: nec pater Saturnius, id est Saturni filius Iuppi ter: aspicit hæc æquis, id est iustis, & ad æquitatem spectantibus oculis. Nusq;. i. neq; apud deos, neque apud homines, est fides, id est fidelitas: tuta. i. tutos faciens: Ego excepi. i. ex malis suscepi, eū, sup. hoc est, Æneam: eiectum. f. mari, & egentem littore: vnde di xit Ilioneus, Hospitio prohibemur arenæ: Et ego demens locaui eum in parte regni; &, sup. renouaui classem amissam: & reduxi socios a morte. Heu, ego feror incēsa furijs (at quia oblocuta est in deos, ſm Serui. aut potius, quia se rapi adhuc sentit furijs: eo quod ferre nō posset fraudulentam Æneę responsionem, qui in deos retulit profectionis suę causam, vnde dicit.)Apollo augur, id est augurn peritus: & id cōtumeliose, quia auguria imperitos fallunt, supp. fert: nunc, id est aliquando horrida iussa per auras: & sortes Lyciæ, id est responsa per sortes, quę etiam incerte sunt, sup. ferunt, &c. & interpres diuum, scilicet Mercurius, missus (si cut, supp. fingit) ab Ipso Ioue: fert nunc. i. aliquando: iussa. i. mans data dei: horrida, id est terrifica: per auras. f. celeres, per quas fer ri solent præcipiti. pœna obsessorū secreta, Scilicet irrisioni, apta particula, id est scire licet: quia is. i. eiusmodi, labor est superis id est id superi, curant. f. & ea cura, f. de aduocando Ænea, solicitat quietos. f. deos, humana nō curantes, secundū Epicurum: quem Horatius in. i. sermonum secutus, dicit, Nanq; deos dici secus rum agere ęuum: Nec siquid miri faciat natura, deos id tristes ex alto cœli demittere tecto: neq; teneo te (iterum torquet sermo nem ad Æneam. (neq; refello. i. inficias eo: dicta, f. tua. i, sequere Italiam: quia dixerat, Italiam nō sponte sequor: sequitur autem, quia fugientem, vt alibi dicit, Pete regna ventis per vndas, scili cet maris. amara concessio quæ vim negandi habet: vnde addit, Equidem, id est ego certe: spero te hausurum. i. luiturum, & datu rum supplicia, id est punitionem perfidię: mediis scopulis: e quis bus, scilicet nulla sit enauigandi spes: spero, dicit, si numina pia. i.

Universidad de Deusto Biblioteca

piorum,aut quę pios respectant:possunt quid.i.aliquid:& spero te vocaturum sępe Dido(aut accusatiuus est, aut vocatiuus,secundum Seruium:sicut in Euange. Vocatis me magister & domine,)nomine,scilicet expresso: ego absens, scilicet post decessum ex hoc mundo:sequar.i.persequar te:ignibus atris.i.infestis,aut rogalibus:& cum mors frigida.i.frigidam factura:seduxerit.i.segregauerit:artus anima, id est ab anima:aut per hypallagen,animam ab artubus: ego vmbra.i.inter vmbras deputata: adero.s. ad persequendum te,omnibus locis:& tu improbe.i.improbande propter perfidiam:dabis pœnas.i.punieris.Audiam,scilicet te dedisse pœnas,& hæc fama veniet mihi sub imos maneis.i.ad inferos,vbi innuit se gauisuram de aduersitate Æneæ,quam nunc optat:quia in qua affectione decedunt animæ,in ea permanent, secundum hunc authorem in.vj.huius.

PIERIVS.

¶Iandudum aduersa tuetur.)In Mediceo, & plerisq; veteribus exemplaribus,auersa,legitur,quod agnoscit Ser.vt,Diua solo fixos oculos auersa tenebat.de iis.n.est qui obaudiūt, sed quomodo tuetur,si auersa? Torue.s.& eo gestu, quo nati quas res oderimus,vel despicimus,intueri solemus, oculis quippe in obliquū versis.¶Nusq; tuta fides.)In codi.aliquot antiquis, Nusq; est tuta,legitur.Sed enim,est,verbum, ex paraphrasi additum est contextui.Magis enim poetica est elocutio,absq; eo verbo,Nusq; tuta fides: dicere.¶Eiectū littore egentē Excepi.)Animaduertenda loco hoc distinctio dictionū,quia Prisci.Eiectū littore,legit:pro, in littus.Quāuis quidam distinguentes:eiectū, ad consequēs verbum dicunt,Littore egentem Suscepi.Ita.n.ibi scriptum est,propterea quod,excipere,significationē habere nōnunq; videt cum insidijs:vt eo loco, Æmulus excepit Triton.inuenitur tamē verbum id hospitalitati etiā adcōmodatū. Nusq; vero alibi, q; apud Prisci.idq; in antiquo codice manu scripto,q est apud eruditissimum virum Hieronymū Aleandrum cōtubernalem meū, legi, Littore egentē Suscepi. In Virgilianis aūt omnibus exēplaribus Excepi.¶Amissam classem,sociosq; a morte reduxi.)Codices vetusti partim Amissam,& socios a morte, legunt:partim absq; particula copulatiua, Amissam classem, socios a morte reduxi,quæ quidē membra ita soluta magis conueniunt indignantę personę. Est & illud animaduersione dignū,quod in Prisci.codicibus hoc citato versu legere est, Eiectā classem socios a morte reduxi. Sed quia pauloante,Eiectum littore egētem, legit:magis placet cum Seruio, & aliquot antiquis codicibus legere, Amissam classem. ¶Scilicet his superis labor est.)Legendum omnino,his quippe labor,ex codicibus fere omnibus antiquioribus.¶Et nomine Dido Sępe vocaturū.)Quod,Didū,vspiam scriptum inueniatur,nō adeo mirum est,cum Plinius eam declinationē, adferente Sosipatro,videatur admisisse. Qui tamen consuetudinem dicat facere, hanc Calisto,hanc Calypso,& similia, Atteius sane Philologus librum suum sic edidit inscriptum,An amauerit Didum Æneas.& L.Anneus Cornutus in Maronis cōmentarijs, Ænei.x.Didus ait: Hospitio Didus exceptum esse Æneam. Quo minus reformidemus illud,Egentem excepi.Sed enim hoc loco, vt ad rem veniamus,Dido,per synęresin,ex Διδόα,& peritiorū consensus, & antiquorū codicum testimonia cōprobant.¶Et cū frigida mors anima seduxerit artus.)In antiquis aliquot exemplaribus, subduxerit,habetur:quam lectionem Seruius agnouisse videtur:dum exponit hypallagem esse,pro,animam artubus subduxerit. Vbi vide,ne in Virgiliano codice,ex hac interpretatione Seruij,animæ, datiuo casu sit legendum:si hypallage, quam ille loco hoc commentus est,facere voluerimus, Sed enim, vt vtranq; lectionem approbarim:siue,anima seduxerit:siue animę subduxerit,legere quis maluerit:ita hypallagen a philosophica ratione alienam esse contenderim. Nam cum finiat Plato, philosophiam esse mortis meditationem,veteres eius interpretes, duplicem mortis rationem cōminiscuntur:aut duas potius mortes:vnam, qua corpus separatur ab anima: alterā, qua anima separatur a corpore: hanc per ecstasim fieri:& intentiorem contemplationem,qua ab omnibus pene humanis sensibus abalienamur:eamq; esse philosophiam,de qua intellexerit Plato.Illam vero,qua corpus ab anima separaf,eam esse mortē, qua species ipsa corrumpitur,ac esse desinit.Si igitur Seruianā hypallagen admittamus,quæ animam artubus subducat ecstasis intelligef & Platonica philosophia. Sin (vti Virg.posuit)dicamus,anima seduxerit artus:siue,animę subduxerit artus.de ea morte sermo erit, quam hic Dido vult intelligi. Siquis vero quærat quæ mea sit sententia ex duabus lectionibus:eam ego castiorem dico,quę Platonicæ finitioni propior est,quippe,anima seduxerit artus.i.cum mors, corpus ab anima separauerit.

His mediū dictis sermonē abrūpit:& auras POB.
Aegra fugit:seq; ex oculis auertit,& aufert,
Linquens multa metu cunctantem,& multa parantē
Dicere.suscipiunt famulæ:collapsaq; membra
Marmoreo referunt thalamo:stratisq; reponunt.
At pius Aeneas,quāquam lenire dolentem
Solando cupit:& dictis auertere curas:
Multa gemens,magnoq; animū labefactus amore:
Iussa tamen diuum exequitur:classemq; reuisit.
Tum vero Teucri incumbunt,& littore celsas
Deducunt toto naues,natat vncta carina.
Frondenteisq; ferunt remos,& robora syluis
Infabricata,fugæ studio.
Migranteis cernas,tota exvrbe ruenteis.
Ac veluti ingentem formicæ farris aceruum,
Cum populant,hyemis memores:tectoq; reponunt.
It nigrum campis agmen:prædamq; per herbas
Conuectant calle angusto.pars grandia trudunt
Obnixæ frumenta humeris.pars agmina cogunt:
Castigantq; moras.opere omnis semita feruet.

SERVIVS.

¶Medium sermonem.)propter hoc quod sequitur,Multa metu cunctātem, & multa parantem Dicere.¶Suscipiūt famulę.)Subaudis Eā.¶Tum vero Teucri.)Regis præsentia.sic in nono,Tunc vero incumbūt,vrget prę sentia Turni.¶Frondentesq; ferūt)Nō qui erant,sed q esse poterant: vt,Quos ego sim toties iā dedignata maritos.¶Fugæ studio.)Celeris profectionis:vt, Ille volans simul arua fuga, simul æquora verrit.¶Cernas)honesta figura,si rem tertiæ personæ in secundā referas:vt,siquis cernat.¶Formicę.)Ad studium respicit comparatio hoc loco,non ad personas:& notandū cautelā exprimi per hanc comparationem.Horatius,Paruula nam exēplo est magni formica laboris.Iuuenalis.Formica tandem quidam expauere magistra.Sane formica dicta est ab eo quod ore ferat micas.Farris.)Solum nomen est quod r,geminet in genitiuo.Monadicon ergo est, sicut Sol.Itē cor cordis,solum in dis,mittit genitiuum.Item s,geminat as assis.& hæc carēt exemplis.¶Cum populant.)Antiq; dixit. Nam hoc verbū apud veteres actiuū fuit, nūc tantum deponens est.¶Hyemis memores.)Horatius,Qui simul inuersum contristat aquarius annum, Non vsquā prorepit.¶It nigrum campis agmen.)Hemistichium Ennij de elephantis dictū,quo ante Actius vsus est de Indis.¶Calle angusto.)Callis, est semita tenuior callo pecorum prædurata. Semita est semis via: vnde & semita dicta est. Semita. Via.i.actus dimidius: qua potest ire vehiculū. Actus. Nam actus duo carpenta capit propter euntiū & venientium vehiculorū occursum.¶Grandia trudūt.)Quæ portare non possunt.¶Moras.)tardas,morantes.

ASCENSIVS.

¶His medium dictis sermonem abrumpit.)Docet quomodo indignabunda non attendit vlteriorem purgationem Æneæ: sed aufugit motu furoris ablata:quo cessante concidit exanimis.Itē,quomodo Teucri migrabant:& sarcinulas, in morē formicarum colligebāt.De qua re nihil reperi a Donato adductū. ¶Ordo igitur est.Dido, sup. abrumpit: his dictis.i.postq; hęc dixerat semonem medium: quia non expectat responsionem.(Sermo,aut a serēdo dictus est, proloquentis, & respondētis:vnde prius,Medio sermone reliquit.)& ipsa ægra.s.animo : hoc est,quā vitę tędere cœpit: fugit auras:& auertit se ex oculis.s.Æneæ:& aufert se ex oculis,non vacat:quia potuisset se auertisse, nec tamen abstulisse linquens.s.Æneam:cunctantē.i.cum cuncta:hoc est,mora multa cogitantem,& pensitantē, & parantē dicere multa:quia voluit se purgare:& quę dixerat,manifestis testimonijs pbare: famulæ suscipiunt:per hoc ostēditur, postq; se cū impetu illo furoris abstulerat collapsa:vnde sequitur,& referunt:hoc est,inferunt:& reportant thalamo marmoreo.i.in thalamū marmoreū mēbra.s. Didonis collapsa.i.simul lapsa quod significat,quasi exanimē cecidisse,cum simul caderent membra:ne alio cadente,aliud sustētaret:vt fit:& reponūt.s.eam:stratis.s.lectis tapetibus in stratis:at i.sed:Æneas pius quātum ex natura:quanq;.i.tametsi:cupit lenire.i.mitigare dolentē.s.Didonē.solando.i,cōsolando, aut per cōsolationem:& quāq; cupit auertere.s.a Didone, curas.i.solicitudines amoꝝ:dictis.i.verbis cōsolatorijs,cupit,dicit, gemēs multa.i.multū:& labefactus aīum.i.habēs aīum labefactum: magno amore tamē exequif iussa diuū.s.Iouis,& Mercurij,& Apollinis, qui sæpe in Italiam proficisci monuerat:& reuisit classem, quā.s. instaurari iusserat:tū vero.i.& tūc maxime:aut tūc ad verū, incūbunt Teucri.s.classi:parādę.qa pñtia patris familias instigat operarios:& deducūt.i.deorsum ducūt, aut ducunt de toto littore, naueis celsas.i.altas,& iam instauratas:qđ itelligif fecisse Æneas, prius q; Didoni spes erat firmādę eius matrimonio:nam & Dido priꝰ exprobauit ei, q classem inouauerat,dicēs,Amissam classem sociosq; a morte reduxi.carina vncta.i.picata (qa,vt dictum est in primo libro huius, Omnes accipiunt inimicū imbrē, remisq; fatiscunt,Et ferunt remos frondenteis, qa cū faciles sint collectu remi,nō collegerāt eos,priusq; pficiscendū erat.) natat:& ferunt syluis.i. de syluis:robora.i.trūcos arboꝝ robustos,pro malis nauiū, infabricata.i. nō opata:studio,i. præ studio:fugę.i.vt citius fugerēt. Tu cernas.i.qlibet cernat secūdę psona.,p qualibet,sup. Teucros:migranteis.i.habitationē mutanteis, & sarcinulas colligenteis & ruenteis.i.præcipitāter exeunteis,ex tota vrbe, Ac veluti.i.quēadmodū, cum.i.quādo, formicę populant.i.populāf, vt nunc dicimus,ingentē aceruū.i. cumulum farris.i.illius frumenti,& reponunt tecto.i.in cauernis suis, existentes memores hyemis, tunc nigrum agmen.s.formicarū:quod Ennius, de elephantis dixerat:& Accius,de Indis, it.i.ingredif campis,& conuectant.s.formicę,aut qa collectiuū est agmē,prædam.s.farris, per herbas,calle angusto.s.semitæ,pars.i.partim formicę:trudunt.i. impellunt,cum ferre nequeant humeris.s.suis: grādia frumēta, Vsurpatiue frumenta,pluraliter dixit, sed vsitatius q; in Georg. Quin & frumētis labor additꝰ obnixę.i.obnitētes humeris: pars id est partim:dicit,pars,quia nō vt:apes regnum fouent,sed rempublicā: itaq; multæ sunt inter eas principes: cogunt.i.ipellunt agmina,& castigāt moras.s.tardātiū,aut moras, pro eo quod est morantes,vt vult Ser. & oīs semita.i.breuis, & quasi semis via,q & ita dicif, feruet.i.fit feruida, opere.i.operatione & labore formicarū sic,sup.feruet omnis semita, opere Teucroꝝ migrātiū, & sarcinulas deferētium. Illud obnixæ,sine diphthongo qdam legunt,vt sit aduerbium,alij cum ea figurate.

PIERIVS.

¶Et multa parantē Dicere.) Vetusti aliquot codices, multa volentem Dicere,legunt,sed,parantem,longe melius.

Quis tibi tunc Dido cernenti talia sensus?
Quos ue dabas gemitus?cum littora feruere late
Prospiceres arce ex summa:totumq; videres
Misceri ante oculos tantis clamoribus æquor?
Improbe amor,quid non mortalia pectora cogis?
Ire iterum in lachrymas,iterum tentare precando
Cogitur:& supplex animos submittere amori:
Ne quid inexpertum frustra moritura relinquat:
Anna vides toto properari littore circum: DI.
Vndiq; conuenere:vocat iam carbasus auras:
Puppibus & læti nautæ imposuere coronas.
Hunc ego si potui tantum sperare dolorem:
Et perferre soror potero.miseræ hoc tamen vnum
Exequere Anna mihi.solam nam perfidus ille
Te colere:arcanos etiam tibi credere sensus:
Sola viri molles aditus,& tempora noras.
I soror:atq; hostem supplex affare superbum.
Non ego cum Danais Troianam excindere gentem
Aulide iuraui:classemue ad pergama misi.
Nec patris Anchisæ cineres,manes ue reuelli.
Cur mea dicta negat duras dimittere in aureis?
Quò ruit?extremum hoc miseræ det munus amāti:
Expectet facilemq; fugam:ventosq; ferenteis.
Non iam coniugium antiquum,quod prodidit,oro:
Nec pulchro vt Latio careat:regnumq; relinquat.
Tempus inane peto,requiem,spatiumq; furori:
Dum mea me victam doceat fortuna dolere.
Extremam hanc oro veniam(miserere sororis)
Quam mihi cū dederis:cumulatā morte relinquā.

SERVIVS.

¶Feruere late.) Infinitus hic a tertia est cōiugatiōe.i. a feruo feruis.Nā secundę cōiugationis verba,perdito e, quod habēt ante o,in tertiā migrāt: vt ferueo feruo, fulgeo fulgo.Hinc est Feruere Leucatē, auroq; effulgere fluctus. Sic ēt Hora.Vade,vale, caue ne titubes, mādataq; frāgas. Nam caue,ve,longa est,nec vocalis seqf, vt in Buco. Vale vale inquit Iola. sed dicimus a tertia esse cōiugatione imperatiuū, vt cauo cauis. Hinc etiā Catullus cauere dixit. ¶Arce ex summa.)Regū.n.fuit habitatio in arcibꝰ ppter tutelā. Deniq; Romæ Valerius cum in Esquilijs domū haberet altissimā,inuidię causa eā cōplanauit. Itē Augustus post Actiacum bellum palatium ex suo pcepto edificatū, cū esset domus priuata, donauit reipublicę.Tantis clamoribꝰ.)Nautæ scilicet.¶Improbe amor) Exclamatio a poeta contra amorē,& hoc est qđ Hora.dicit, Hoc amet,hoc spernat pmissi carminis author. Tale ē & illud in tertio, Auri sacra fames.i.cupiditas. Nā & illic amoris est increpatio,qui sm philosophos oīum generalis est rerū. Hinc est quod apud iferos Eriphyla inter amātes cōmemoraf, quę monile cōcupierat. ¶Ire iterū in lachrymas. Hinc est amoris improbitas, quæ cogit lachrymis rogare dudum superbā. Est autē speciosa elocutio,Pergit in lachrymas. ¶Precando.Cantando. In hoc modo do, naturaliter breuis est: sic Terētianus,Vt vitę dubius varios renouādo dolores.Plerūq; tñ a Virgilio producif:vt,Cantādo tu illum? Item,Cantādo rumpitur anguis.¶Submittere amori.) Ac si diceret,non Æneæ, aut certe Æneam amorem vocauit. ¶Ne quid inexpertum frustra.) Rogabat nō spe impetrandi,sed ne esset quod sibi posset imputare,si non rogasset,quanquā frustra rogaret.& frustra ex iudicio poetæ dictum est. Sic Sallustius, Falso quærif de natura sua genus humanum,vt supra, Hoc amet,hoc spernat promissi carminis author. ¶Properari littore circum.)Circum littus. Nam post posita præpositio & accētum mutauit,& suas pdidit vires. Properari aūt impsonale est. Et læti nautę.) Id est minime timētes. ¶Sperare dolorem.) Pro timere:& ē Acyrologia. Nam speramus bona, Timemus aduersa.Hoc aūt dicit,Si scirem abiturū Æneam, nō tātū diligerē: si nō dilexissem, minus dolerē.¶Si potui)autē pro potuissem: & sic dictum est: vt,Oīa pcepi. atq; animo mecū ante peregi. Ac si diceret, nihil mihi nouū cōtigit. ¶Mihi.) Pro me exequere. ¶Colere.) Pro colebat. Infinitiuus pro idicatiuo. ¶Molles aditus.) Faciles: vt,Et q mollissima fandi Tēpora.¶Hostē superbum.) Postq; ex aperto denegauit se Carthagini esse mansurum.¶Aulide iuraui.) Aulis insula est,in qua coniurarūt Græci se nō ante reuersuros,quam Troia caperef.& est sensus illud spectans, Scio me Danais e classibus vnū. Aulide aut in Aulide,aut pro Aulidi. Aulis. ¶Ad pergama.)In pergama,id est contra pergama. ¶Anchisę cineres,manesve reuelli.) Quod dicif ex oraculo fecisse Diomedes, & secū eius ossa portasse,quæ postea reddidit, cū multa aduersa pferret. Hinc est, Saluete recepti Nequicquā cineres.Sciēdum sane Varronē dicere Diomedem eruta Anchise ossa filio reddidisse: Catonem autem adfirmare quod Anchises ad Italiā venit, tanta est inter ipsos varietas, & historiarū confusio. ¶Reuelli.) Non reuulsi. Nam velli & reuelli dicimus: vulsus vero & reuulsus vsurpatum est tantum in participijs contra naturam. Quo ruit.) Properat sine respectu salutis. Nam hoc dicif. Quod peto,etiam ipsi prodest, amoris scilicet impatientia. ¶Ferentes.) Bene flātes propitios.¶Quod prodidit.) Quod decepit. Et bene, ad diruptionē enim coniugij immutata voluntas sufficit. ¶Pulchro vt Latio careat, Quod illi pulchrum videf. Sic etiam ē illud, O tantum libeat mecum tibi sordida rura: quæ tibi sic videntur. ¶Tempus inane peto.) Sine officio coeundi. Nam sine beneficio,nō procedit, cum spatium petat & requiem. ¶Dum mea me victam.)

victā.)Mea fortuna.i.aduersa: vt,Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta.Ex eo statu in quo est,fortuna dixit.¶ Doceat aūt dolere.) illud est,qa nō habet in aduersis patiētiā, nisi qui dolere cō sueuit.Hoc ergo,petit,vt ei pstet tēpus, per quod discat aduersa pferre.¶ Oro veniā.) Beneficiū:vt,Orantes veniā.¶ Miserere sororis.)Genitiuū tantū regit.¶ Quā mihi cū dederis, cumulatā morte remittā.) Sensus est,Quod beneficium cū mihi cumulatū dederis,sola morte derelinquā:& hic intellectus est melior,Quā mihi cum dederis cumulatā: quā lectionē Tucca & Varus,pbāt. Nam male qdā legunt, Quā mihi cū dederit.i.Æneas,cumulata morte relinquam:& volunt intelligi, acceptum ab illo beneficiū,morte cumulabo,& sic relinquam: vt amantes dicere consueuerūt: vt,Aerij specula de montis in vndas Deferar,extremum hoc munus morientis habeto. Nam si eam odio habet Æneas, restat vt eius morte lætetur: sed non procedit. Nemo enim dicit veniam cumulata, sed cumulatam.

ASCENSIVS.

¶Quis tibi nunc Dido,&c?) Facta apostrophe,poeta quasi condolens,adamanti impatienter reginę quærit: quem sensum tūc habebat cum talia cerneret:docetq; amore victam Annam sororem rogasse,vt sese mediatricem, & reconciliatricē ingereret:faceretq; vt saltem aliquid morę impetret,dicens, Tempus inane peto,requiem,spatiumq; furori, Dum mea me victā doceat fortuna dolere, quę res nimirum facile cōmiserationem meretur, cum nihil sit amantius dictum. De hac aūt re dolendum est, Donati cōmentarios intercidisse,nimirū optimos, cum affectiones loquentiū, quarū hic locus plenus est,per quā diserte explanare soleat.

Ordo. ¶Ordo igit,cum explanatiuncula nostra,est. O Dido (inquit poeta) quis.i.qualis:sensus.i.animus, & mens, aut sentētia, seu affectus erat tunc tibi:cernenti.i.cū cerneres:talia, qualia.i.a Teucris,& ab Ænea fiebant? q.d.nimirū miserrimus,& impatiētissimus:ve,pro vel:quot gemitus dabas? q.d.plurimos, cum.i. quando:prospiceres.i.porro aspiceres: ex arce summa.i. ex specula quæ erat in arce tua: littora feruere.i.feruenter frequētari a Teucris:late.i.in latum:& cum videres totum æquor misceri.i. confundi,ante oculos.s.tuos, tantis clamoribus. Sed quæreres, quomodo clamores viderit? At dices, cum diuo Augustino videre,ad oēs sensus,& ad animā (si generaliter accipiatur) pertinere:aut poetā nō dicere,quod clamores videret,sed æquor misceri,quę mistio fiebat cū clamorib⁹.i.ipsis cōcomitantibus, aut ex ipsis clamoribus. Facit rursus aliam apostrophen ad amorē: sed (vt dixi alibi) apostrophen facimus aliquādo ex beneuolentia:vt,Et te pater optime Teucrū fluctus habet Libyæ,aliquando ex indignatione: vt, Quid nō mortalia pectora cogis Auri sacra fames? vtrunq; hic facit ex beneuolentia,ad Didonē: & ex indignatione,ad amorē:sicut in Buc. ad Medeā, Improbus ille puer crudelis tu quoq; mater:dicit ergo,o improbe amor:qd.i.ad qd nō cogis pectora mortalia?q.d.ad nullum nefas nō cogis:sed ad omne nefas,ad quālibet rem,quantūlibet indignā: vnde addit, Dido,sup.cogit ire.i.descendere iterum in lachrymas:& tentare iterum precando,i.per preces, & cogitur supplex submittere.i. subijcere animos.s.alioqui superbos amori, ne ipsa moritura frustra.i.sine causa:linquat quid.i.aliquid: inexpertum.i. intētatū: vnde nō fecerit periculum,an possit Æneam vincere: nam si nō omnia prę experta fuisset, forte putasset se frustra morituram: dixissetq; secum,si hac via,aut illa,tentassem eum retinere, forte tenuissem:vult ergo omnia experiri:vnde couenit Annam sororē suam his verbis: o Anna, tu vides properari.i.pperationē fieri, toto littore circum.i.per circuitum, ipsi.s.Teucri: conuenere vndiq;.i.ex omni parte:carbasus.i.velum extensum: vocat iam auras,i.ventos secundos: & nautæ læti.i.minime timentes: aut vt dixi) quia in Italiam profecturi, imposuere puppibus coronas, in signum lætæ profectionis: sicut ampliter potaturi,pocula coronabant. O soror, si ego potui sperare.i.timere, & vereri (propter omen noluit dicere,timere.) hunc tantum laborem: quē.s.haberē de profectione Æneæ ego potero: &.i.etiam: perferre,i.pertolerare ipsum:hoc est,si verita fuissem, tantum mali ex amore oriturum, facile amorem tulissem: quia non tantum amassem:nunc autem spe decepta, & amore illaqueata, perferre nequeo:tamē,o Anna,exequere.i.effice mihi miserę hoc vnum, scilicet quod dictura sum: nam ille.i.nouissim⁹.s. de quo sermo est: Æneas colere,sup.solebat: aut colere.i.colebat, te solā:& credere,i.credebat:aut credere.i.fidei cōmittere:& reuelare solebat tibi sensus,etiam arcanos.i.sententiam secretam, aut consilia secreta:& tu noras.i.noueras sola,molles.i.opportunos & faciles, aditus.i.modos adeundi viri:& tempora.i. opportunitatē adeundi viri. Exequere ergo mihi hoc vnum:hoc est, o soror, atq; tu supplex,adfare.i.adloquere,superbum hostem.i. Æneam, cuius amor me hostiliter necat:& dic,sup.ei:quod ego nō iuraui.i.cōiuraui:cū Danais.i.Græcis:Aulide, pro Aulidi.i.in illo portu Euboici sinus,quinquagita nauium capace:vbi Græcoꝝ in Troianos coniuratio facta est:excindere.i. excindendo delere gentem Troianam:ve,pro vel:ego nō misi classem ad pergama.i.mœnia Troiana delenda,vt multi Græcis cōfœderati, Nec ego reuelli.i. post sepulturā euelli:cineres & manes Anchisę, patris.s. eius, vt fecit Diomedes, qui eos ex Sicilia sustulit, sm Varronem, & plagis admonit⁹ Æneæ.restituit,cur negat.i.tenuit, demittere mea dicta.i.pces meas:in aureis,s.suas:duras.i.inexorabiles:quo ruit i.pceps aufugit:det,i.pbeare,vt det mihi miserę amāti, hoc extremū.i.vltimū,aut minimū munus.i.beneficiū:vt.s.expectet, & facilem fugā:& ventos ferēteis.i.opportune flanteis:ego nō oro.i. non deposco orādo:iam antiquū cōiugium, quod ipse pdidit.i. decepit,qa ad finē nō perduxit,nec cōsummauit, aut coniugium antiquū.i.illi clarum:aut prius,pmissum,quod prodidit.i.manifestauit,ac porro dedit.i.dixit,nobis.s.in.n. narrando verba hæc Creusę,de Italia,& Lauinia: Illic res lætę,regnumq;, & regia coniux Parta tibi,&c.quoꝝ nūc memor dicit,nec oro,vt careat pulchro.i.honesto,& culto Latio, & relinquat regnū.s. a fatis pmissum:sed,sup.(Quia tamē oro,& peto,fere synonyma sunt, elegāter omisit coniunctionem,sed) peto tempus inane.i.sine officio coeundi,aut solam dilationē,sine alio effectu,& peto requiem,& spatium furori.s.mitigādo:dum.i.dūmodo,aut donec:mea fortuna.s.aduersa:doceat me victā.i. a spe& voto reiectā, dolere.i. patiēter,ac tēperate,qa oīs subita cōmotio rerū,non sine magno conflictu fit aioꝝ.Ego oro hāc extremā.i.vltimā,quā a te petitura sum: veniam.i.gratiam, & beneficium miserere sororis: hoc quasi per parenthesim interserit.q.d non debes mihi id vnā negare,cum & soror sim: & misera.i.miseratione digna:præsertim cum ingrate nō feceris,vnde subdit: Quam.s. veniam ac gratiā, cum dederis.i.exhibueris mihi,ego relinquā cumulatā.i.copiose auctam tibi:morte.i.dum moriar. Aut sic, quā veniam, cum dederis mihi cumulatam, ego relinquam,morte,id est non nisi morte.q.d.hanc,nisi mors,mihi adimet nemo:quia semper eam habebo,nec relinquam,nisi morte.Ego aūt potissimū sic dixero: quam veniam,cum mihi dederis.i.postq; dederis semel: ego relinquam,non nisi in morte,nec nisi cumulatam.i.auctam, ita vt plura relictura sit quam acceperit.

PIERIVS.

¶Animos submittere amori.) In codicibus aliquot antiqs animam,legitur,numero vnitatis.Sed enim,animos, numero multitudinis sæpe pro superbia & indignatione reperias:vt, Vince animos, Iramq; tuā,& ipsa Dido iam indignata recesserat. ¶ Nec patris Anchisę cineres maneis ve reuelli.) In Oblongo codi. Vaticano,reuulsi,legitur:quod improbat Serui.Sed enim Vello vtroq; modo reddere præteritum Priscia. & multo ante illum Carisius authores sunt,Cicero de supplicijs: Reuellistis,atq; in pfundum abiecistis.Apud Lucanum vero sæpe vulsi,& vulserat, inuenies. Apud Ouidium,Reuellit,more Ciceronis:eo loco plerum. Continuam diduxit humū,pariterq; reuellit. In totidē medijs, quot cernis,Echinadas vndis.Sed apud eundem etiam,reuulsi, eadem fabula,paulo superius,libro Metamorphoseos.viii, A syluis syluas, & ab aruis,arua reuulsi.¶ Cumulatā morte relinquā.)In Mediceo,In Porcio,& antiquis aliquot alijs codicibus,Remittam, legitur. Tu vero quid hic Seruius ex Tuccæ & Varri sententia disputet, videris.

SERVIVS.

¶Fertq; refertq;.) Non ab Ænea,qui nihil dicit, sed a Didone fert & refert,id est iterū portat.¶ Voces vllas tractabilis audit. Cur mitis non audit? Quasi mirum est, sed curat dicendo. ¶ Fata obstant, placidasq; viri deus obstruit aures.) Deus Iuppiter scilicet vnde & supra Dido ait Saturnius. ¶ Alpini Boreę.) Flantes de Alpibus:quia Alpes Gallorū lingua, alti mōtes vocant. ¶ Nunc hinc, nunc illinc.) Sic cut Æneas ab Anna & Didōe. ¶ It stridor.) Ad dolorem. Æneę pertinet. de quo ait, Magno persentit pectore curas. ¶ Alte.) Iugiter diu. ¶ Cōsternunt.) Implent: vt,Strata iacent passim sua quęq; sub arbore poma.¶ Frondes.)Sic lachrymę Æneę. Heret scopulis.)Sic ille consilio pseuerat. ¶ Tantū radice in tartara.) Secundū physicos qui dicūt parem esse altitudinē radicū & arboꝝ. ¶ Lachrymę inanes.) Quia mens immota manet. ¶ Tū vero post desperationē. ¶ Exterrita.) Pręcipitata,turbata.¶ Mortē orat.) Pro:desyderat:vt, Mortēq; miserrim⁹ opto. aut certe ideo orat, qa cōsecrata fuit, nec mori poterat, nisi soluta cōsecratione. ¶ Cœli conue.)Incurua cœli. ¶ Thuricremis.(Cremātibus thura.¶ Hoc visū nulli.) Hoc qd viderat,nulli dixit. Quid est nulli? ne sorori qdem,cui fuerat de amore cōfessa. ¶ Cōiugis antiqui.) Aut prioris, aut chari.¶ Miro quod honore colebat.)Exhibēdo ea quæ circa viuos solēt fieri. Moris enim fuerat vt nubētes puellę simul vt venissent ad limē mariti,postes anteq; ingrederent, ornarent laneis vittis. Vnde ait,velleribus niueis, & oleo vngerent, vnde vxores dictę sunt,quasi vnxores. ¶ Festa fronde.)Diuina,tanq; numen coleret.Sanē hoc loco latenter,quā supra diximus, tāgit historiam.Nam si amabat Æneā,vtiq; nō coleret extinctum maritū.¶ Visa viri.) Non.n.erat vera,vt supra.¶ Nox cū terre.)Verisimilitudo. ¶ Sola bubo.) Sola cōtra genus posuit.Luca. Et lætę iurant aues bubone sinistro, itē Ouid. Infandus bubo. Et hoc est in vsu. Sed Virg.mutauit,referēs ad auē.Plerūq;.n.genus,relicta specialitate,a generali sumimus: vt si dicas bona turdus,referēdo ad auē. Item si dicamus prima est a.i. litera:cū a sit neutri generis. ¶ Ferali carmine.) Bene hoc addidit.Nō.n.omni modo malum est bubonis omen.Cantus aūt ei⁹ aut fletu imitat, aut gemitū tacens ostēdit felicitatē.Oēs.n.aues oscinæ malæ ppetes bonæ sunt vel ecōtra,malæ ppetes,oscinæ bonæ sunt.¶ Priorum.) Legit & pioꝝ:sed illud spectat, Heu vatū ignaræ mētes qd vota furorē. ¶ Horrificant.) Horrorē incutiunt. ¶ In somnis.) Pro in somnijs.i.vigilijs.¶ Semperq; relinqui.)Per oēs noctes nauigare videbat Æneas,quasi eam semp desereret. ¶ Incomitata.) Quod ferale.i.mortiferū omen est: & pcipue regibus, ¶ Agmina Pentheus.) Aut impetus:aut sm Vrbanum agmina serpentium. Pentheus autē sm tragœdiā Pacuuij furuit ēt ipse.¶ Scenis agitatus.) Famosus,celebratus tragœdijs. Et agitatus: qa & furuit,& multæ sunt de eo tragœdiæ:quasi frequēter actus.¶ Armatā facibus matrē causam ipsam fu.¶ Sedent in limine Diræ.)A Pacuuio Orestes inducit Pyladis admonitu,pter vitādas furias, igressus Apollinis templum:vnde cum vellet exire, inuadebatur a furijs. Hinc ergo est, Sedent in limine Diræ.

Talibus orabat:talesq; miserrima fletus POE.
Fertq;,refertq; soror.sed nullis ille mouetur
Fletibus:aut voces vllas tractabilis audit.
Fata obstant:placidasq; viri deus obstruit aureis.
Ac veluti annosam valido cum robore quercum

Alpini Boreæ nunc hinc,nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant: it stridor:& alte
Consternunt terram,concusso stipite frondes.
Ipsa hæret scopulis:& quantum vertice ad auras
Aetherias,tantum radice in Tartara tendit.
Haud secus assiduis hinc,atq; hinc vocibus heros
Tunditur:& magno persentit pectore curas.
Mens immota manet:lachrymæ voluuntur inanes.
Tum vero infelix fatis exterrita Dido
Mortem orat:tædet cœli conuexa tueri.
Quo magis inceptum peragat,lucemq; relinquat:
Vidit,thuricremis cum dona imponeret aris:
(Horrendum dictu)latices nigrescere sacros:
Fusaq; in obscœnum se vertere vina cruorem.
Hoc visum nulli,non ipsi effata sorori.
Præterea fuit in tectis de marmore templum
Coniugis antiqui:miro quod honore colebat,
Velleribus niueis,& festa fronde reuinctum.
Hinc exaudiri voces,& verba vocantis
Visa viri,nox cum terras obscura teneret:
Solaq; culminibus ferali carmine bubo
Sæpe queri:& longas in fletum ducere voces.
Multaq; præterea vatum prædicta priorum
Terribili monitu horrificant.agit ipse furentem
Insomnis ferus Aeneas:semperq; relinqui
Sola sibi,semper longam incomitata videtur
Ire viam:& Tyrios deserta quærere terra.
Eumenidū veluti demens videt agmina Pentheus:
Et solem geminum,& dupliceis se ostēdere Thebas:
Aut Agamemnonius scenis agitatus Orestes,
Armatam facibus matrem,& serpentibus atris
Cum fugit:vltricesq; sedent in limine diræ.

ASCENSIVS.

¶Talibus orabat,&c.) Paucis significat Annam retulisse Æneæ preces sororis:sed nihil effecisse,cum nullis ille moueret fletibus a deorum imperijs:vnde eum arbori ventis concussæ, sed firmiter radicatę,comparat.Deinde portenta Elisę mortem minantia recitat complurima,de quibus Donati perierunt commentarij. ¶Ordo autē est Dido o rabat.i.orationē faciebat, talibus.s.verbis:& ipsa miserrima, supp.faciebat tales fletus.aut potius sic: & ipsa miserrima,fert,i.effert:tales fletus.i.verba talia cum fletu: & soror.s.Anna,refert.i.recitat ea Æneæ:sed nullis.i.non vllis, ille non mouet vllis fletibus: (Si loco particulę,sed:esset particula,quod:ordo eēt, Et soror miserrima fert.s.ad Æneā tales fletus:& refert.i.reportat pro respōso, quod nullis ille mouet fletibus.) aut ipse tractabilis.s.a natura:nō, sup.audit.i. exaudit: vllas voces.i. preces:qa licet sit tractabilis, fata obstant:& deus.i.præceptū dei obstruit,i.claudit.aures viri placidas.i. benignas, & faciles, nisi deus obstaret: (Sed amici diligēdi sunt vsq; ad deos, vt apud Aulū Gelliū docemur.)Ac,pro &:veluti.i. quēadmodū:cum.i.quando: Boreę.i.venti illi Septentrionales: Alpini.i.per Alpeis in Italiam flantes:certāt inter se eruere flatibus.i.suis: (nā fingitur Boreas esse deus Septētrionalis.) nunc.i. aliquādo: hinc.i.ab hac pte:nūc.i.alias: illinc.i.ab illa parte:quercum annosam.i. multoꝝ annorū: hoc est,veterē:robore.i.trunco: valido.i. habentē truncū validū,& potentem:stridor.s. ventoꝝ in frōdib⁹:it.i.diffundit.& frondes altę.i. superiores:aut,si est aduerbiū, frondes cōsternunt alte,stipite cōcusso.i.postq; stipes.i.trūcus, est cōcussus & agitatus vi ventoꝝ:cōsternūt.i. cooperiūt.s. seipsis: terras vicinas, videlicet. Ipsa aūt.s.annosa quercus, hæret.i.inhæret,aut adhęret: scopulis.i.saxis illic prominētib⁹, inter quę radices iecit,& quātum ipsa tēdit: vertice.i. cacumine suo,ad auras ętherias.i.cœlestes:hoc est,ad cœlum tantum tendit, in Tartara.i.profunda inferni: radice.i.per radicē, Heros.s. Æneas,heroica virtute præditus: tunditur.i.concutit: haud.i.nō secus.i.aliter.s.q; illa quercus, tunditur,dicit, assiduis vocibus.i.verbis:a verberādo dictis: hinc, atq; hinc.i. vtrinq;: nunc ab Anna,nunc a Didone:& persentit.i.perfecte sentit: magno.i.magnanimo,& cōstāti pectore:curas.i.solicitudines amoris & miserationis. Mens,sup.eius.i.ratio:manet immota.s.a firmo,pposito,deo obediendi:sed,sup. lachrymæ:voluunt.i.pręcipitant: inanes.i. frustra:ab ipsa vt dicunt) sensualitate extortæ: quia non poterant mentē a statione sua depellere. Tum vero.i. sed tum maxime:aut ad verum Dido,exterrita fatis.i.portētis fatalibus:hoc est,mortem portendentibus:orat.i.appetit:mortē.s. maloꝝ remedium:quia mors,vltima linea rerū est:tædet.i.tędio afficit,eam tueri.i.inspicere cōuexa cœli:quo.i.ideo, vt pagat.i. perficiat: magis inceptū.i.quod inceperat,saltem animo:q;,pro id est: relinquat lucem.s.vitalem: quia cœlum aspicimus, vidēdi desyderio. Cum.i.quando: ipsa imponeret aris thuricremis, id est thus incensum cremantibus: dona.i.sacrificia, aut oblata: ipsa vidit latices.i.fontes:aut vina, sacros.i.sacrificio adhibitos: nigrescere.i.nigros fieri ab intrinseco: horrendum dictu.i.quæ res est horrēda dum dicitur,aut ad dicendum: q;,pro.i.si latices accepit pro vino.aut,q;,pro &: si accepit pro fontibus: vidit vina.s.effusa super sacrificium, vertere se in cruorē obscœnum.i. fœdum,& immundum.Nulli.i.non vlli:ipsa non est effata.i.elocuta:vlli.i.alicui:hoc visum.i.hanc visionem:aut, quod viderat: non,supple etiā:ipsi sorori.s.Annæ.Sed quæras,quomodo ergo poeta nouit? sed multiplex est solutio. Nam id sacerdotes post mortē eius,reuelare potuerunt:& annalibus adscribere vnde id norit poeta:aut Musa,quā in principio inuocarat, id inspirante didicit aut alia quauis via. Non enim cōtinuo sequitur,Non dixit Dido, ergo occultū mansit,cum non sola sacrificare t. Præterea, id est pręter hoc portentū, contigit aliud: nam fuit tēplum de marmore,

demarmore.i.marmoreū: in tectis.i.in ipſa regia: tēplum dicit, coniugis,antiqui.i.prioris:& chari.ſ.Sichęi:quod ipſa colebat.ſ. ante aduentū Æneæ:aut etiam poſtea,cū nondum celebrarit nuptias:miro honore.i.mirū in modum honorifice exiſtens reuinctum.i.iterum,atq; iterū vinctū, ſeu cinctum: velleribꝰ niueis.i. vittis laneis,ſm Seruium:aut in qbus dormiebāt, reſponſa petētes:& fronde feſta.i.diuina,aut feſtiua,& ad feſtiuitatē pertinēte. Voces,& verba viri.i.mariti, vocātis.ſ.Didonem: viſa,ſup.ſunt: exaudiri hinc.i.ex hoc tēplo,ſup.tunc:cum.i.quādo:nox obſcura teneret.i.occuparet terras:& bubo.i.auis illa lucifuga,ſup.viſa ē ſępe:queri.i.cōqueri:carmine ferali.i.mortifero: aut ferā.i. morte indicāte,culminibus.i.in ſublimitatibꝰ tēpli:& viſa eſt ducere longas.i.diuturnas voces in fletū.Præterea, multa prædicta prioꝝ vatum:qui.ſ.in principio dehortati ſunt,eam a talibus nuptijs,ſed fruſtra:vnde ad pricipiū huius dictū eſt, Heu vatū ignaræ mentes,&c. horrificant.i.horrorē faciunt,& terrificant terribili monitu:ipſe Æneas ferus.ſ.ſm opinionem Didonis, nam ſumme pius erat:hoc eſt,qui videbaſ Didoni ferus: cum ſumme pius eſſet:qa deo,plus ꝙ̄ amoribꝰ obedire, ſumma pietas eſt:agit in ſomnis.i.per ſomnia,& phātaſmata:furentē.ſ.Didonē,& ipſa videtur ſibi ſemper relinqui ſola.quod mortis indiciū putāt, & videtur ſibi ire incomitata.i.ſine comitatu, viam longam,quod etiam indicium eſt viæ, vnde non patet reditus, ſm naturam:& quærere Tyrios.ſ.comites ſuos,ſup.in terra deſerta,vbi & ipſa a ſuis deſtituta fuerit.Veluti.i.quemadmodum Pentheus, rex ille Thebarum, qui Agaue matri, ſacris Bacchi.i.vino,interdixit:& ob id in furorem actus dicitur:& ſm Horatium & Perſiū,poſtea a furente matre interemptus eſt:videt exiſtens demens.i.furore captus: agmina Eumenidum.i.furiarum,& videt ſolem ſe oſtendere geminum:quia ebrijs & furore captis, ſingulæ res geminæ videnſ:& videt Thebas.i.vrbē illam, oſtendere ſe duplices: aut veluti Oreſtes Agamemnonius.i.Agamemnonis filius:agitatꝰ.i. frequēter actus,& ludo theatrali exhibitus ſcenis.ſ.tragicis: hoc eſt,in tragœdijs ab eo factis:vnde eſt illud Iuuen. Plena iam margine libri, Scriptus & in tergo, nec dum finitus Oreſtes.fugit matrem.ſ.Clytemneſtram, quā cum Egiſto adultero, propter necē patris occiderat, armatam.i.inſtructam facibus & ſerpentibus atris. talis enim illa viſa eſt inſomnis: vnde furore correptꝰ eſt: & diræ.i.furiæ:vltrices.ſ.necis materną,ſedent in limine tēpli.ſ. Apollinis,quod ingredi non audebat,quia videbatur ſibi furias videre,vt Seruius recitat, In quē quia dicit oleo inungi vxores, dicit Beroaldus ſic: Diſſentit ab opinione Seruij,Plinius,qui ſcribit in.xxviij.nouas nuptas non oleo,ſed adipe ſuillo,ſolitas fuiſſe poſtes maritorum intrantes attingere. Maſurius vero tradit, palmas lupino adipi antiquos dediſſe, ideoq; nouas nuptas illo perungere poſtes ſolitas, nequid mali medicamenti inferretur. Donatus quoq; refert vxores dici,ab vngendis poſtibus: quod cum puellę nuberent, maritoꝝ poſtes vngebant:ſed quo vnguēto,ſiue adipe vterentur,non memorauit.

PIERIVS.

¶Ac veluti annoſam valido cum robore quercum. In Porcio, & pleriſq; cod.antiqs,legere eſt,Ac velut annoſo validam cū robore quercū.Quæ qdem lectio agnita etiā videſ Ouidio,cū dixit, Stabat in his ingēs annoſo robore quercus. Sunt tñ qui vulgatā lectionē magis adprobent, magiſq; ꝓpriū eſſe dicant, annoſam quercū, & validum robur. ¶It ſtridor & alte Conſternūt terram cōcuſſo ſtipite frondes.) In veteribus aliquot exēplaribꝰ, altæ.ſ. frondes,nō alte,aduerbium habeſ. Sed.n.aduerbiū longe venuſtius hic poniſ. Tantum radice in Tartara tendit.) In cod.nōnullis ex his vetuſtioribꝰ,radicē,incuſatiuo caſu legiſ, quā lectionē ſi admittamus,tendit,pro extēdit,poſitū erit. Quāquā in Oblongo codi.perueteri,mittit,nō tendit,habetur.Quod ſi recipiamus membrū illud ſuperius,quātum vertice ad auras ætherias, figurata erit. quā breuitatis per detractionē Quintilianus appellaret, cum.ſ.vnum verbū,& id qdē manifeſtum ſiletur. Sed.n.tametſi tam multi codices manu ſcripti refragenſ, libētius ego legerim, radice, caſu ſeptimo vt cum ſuperiore membro colligatū,lectionem reddat dilucidiorē.¶Et magno præſentit pectore curas.) In pleriſq; cod.antiquis,perſentit,legiſ. In aliquot etiam perſenſit, præterito tpe. Sed magis mouet in inſtanti dictū.¶Non ipſi effata ſorori.)Veteres pleriq; cod.ſorori eſt,vna plus dictiōe legūt: placet vero verbū id in fine narrationis.¶Solaq; culminibus ferali carmine bubo.) No.Marcellus vbi Virgiliū præter alioꝝ auhoꝝ morem fœmineo genere, bubonem appellaſſe dicit, hoc citato verſu,nō ſola,ſed ſera, legit: epitheto inauſpicatæ volucri proprio,vt illud,Seraq; terrifici cecinerūt omina vates. Reliqui tamē cod.quotquot inſpexi,ſola,legunt. ¶Vatum p. prioꝝ.) Ex anti.exem,quæ præ manibus habuerim,plura fuerūt oino,quæ pioꝝ,ꝙ̄ quæ,prioꝝ legerent.Quod ſi prędicta,in ſe prius habere conſyderemus,ſuperabundare quodāmodo prioꝝ,iudicabimꝰ. Sin piorum, legerimus,& ꝓprium epitheton Vatibꝰ dabimus,& vaticinio authoritatē.Sane Seruius vtrunq; agnoſcit.¶Eumenidum demens veluti.) Antiqui aliquot cod. Eumenidum veluti demens.¶Aut Agamemnonius ſcenis agitatus Oreſtes.) In antiquis aliquot codicibus, furijs agitatus. legitur. Vtrem vero ꝓximiorem faciat, nam quæ in ſcenis reprędentātur, fabuloſa eſſe ſolent. Verum ego crediderim furijs, ex paraphraſi deſumptū & ſcenis, inde legitima lectione expuncta,adulterinā ſuppoſitā. Agitatus.n.nō tantum pertinet ad furias,quæ oino ſubintelligūtur,verum etiam ad fabulę actionem,quæ frequenter.ſ.recitari conſueuerit. Aduertēdum etiā Oreſtes,abſq; adſpiratione ſcribi, licet in codicibꝰ manu ſcriptis,ea fere paſſim huic nomini adpoſita inueniatur.

SERVIVS.

¶Viam.) Rationem. ¶Gratare.) Gratulare, ſuſcipe gaudium pro ſorore. Sic enim dicimus, grator tibi honorem. ¶Eum.) Æneam:quem,vt notum, noluit dicere. ¶Oceani finem iuxta.) Finem Oceani nullus nouit,ſed initiū:quod & ipſum poteſt finis videri aliunde ſumpto principio. Æthiopum,) Æthiopiæ duæ ſunt, vna circa ortum Solis, altera circa Oceanū in Mauritania,quā nunc dicit.Et dicta Æthiopia a colore populoꝝ. quos ſolis vicinitas torret. ¶Atlas.) Nullū nomē Græcū in ns, terminaſ. ¶Torquet.) Suſtinet. ¶Stellis aptum.) Satis perite loquſ. Nam aptum. cōiunctū dicit, ἀπὸ τοῦ ἅπτεσθαι, non inſigni tum ſtellas, Axis enim non habet ſtellis, qui ē medius inter ſeptētriones. Vnde & Græce, ἀπάστρος dicitur. Septētriones autem nō occidere axis vicinitas facit, nō quia in axe ſunt. ¶Hinc mihi Maſſylæ gentis.) Quæ eſt oriunda Maſſyla. aliquādo horti Heſperidum ſacerdos,nūc habitans circa Atlantem. Nam aliter nō procedit. Maſſyla enim mediterranea eſt: Beronice ciuitas Libyæ, vnde haud longe ſunt horti Heſperidum. Atlas vero maximus: Mauritana eſt. Monſtrata ꝓdicta. ¶Heſperidum templi cuſtos.)Heſperides Atlantis filię nymphæ ſm fabulam hortū habuerūt, in quo erant aurea mala Veneri cōſecrata,quæ Hercules miſſus ab Euryſtheo occiſo peruigili dracone ſuſtulit. Re vera aūt nobiles fuerūt puellæ, quarū greges abegit Hercules occiſo eoꝝ cuſtode. Vñ mala fingiſ ſuſtuliſſe:hoc ē oues, nam μῆλα dicunſ. vnde μηλονόμος,diciſ paſtor ouiū. ¶Soporiferūq; papauer. ¶Incongrue videſ poſitū,vt ſoporifera ſpecies peruigili deſ draconi.Sed dicimus variāvim ꝓbere victū diuerſis animalibus. Nam

Ergo vbi concepit furias euicta dolore:
Decreuitq; mori:tempus ſecum ipſa,modumq;
Exigit:& mœſtam dictis aggreſſa ſororem,
Conſilium vultu tegit:ac ſpem fronte ſerenat.
Inueni germana viam(gratare ſorori) DI.
Quæ mihi reddat eum:vel eo me ſoluat amantem.
Oceani finem iuxta,ſolemq; cadentem
Vltimus Æthiopum locus eſt:vbi maximus Atlas
Axem humero torquet,ſtellis ardentibus aptum.
Hinc mihi Maſſylæ gentis monſtrata ſacerdos,
Heſperidum templi cuſtos:epulaſq; draconi
Quæ dabat:& ſacros ſeruabat in arbore ramos,
Spargens humida mella,ſoporiferumq; papauer.
Hæc ſe carminibus promittit ſoluere mentes,
Quas velit:aſt aliis duras immittere curas:
Siſtere aquam fluuijs:& vertere ſydera retro:
Nocturnoſq; ciet manes.mugire videbis
Sub pedibus terram:& deſcendere montibus ornos.
Teſtor chara deos,& te germana,tuumq;
Dulce caput,magicas inuitam accingier artes.
Tu ſecreta pyram tecto interiore ſub auras,

Erige:& arma viri,thalamo quæ fixa reliquit
Impius:exuuiaſq; omneis,lectumq; iugalem,
Quo perij: ſuperimponas.abolere nefandi
Cuncta viri monimenta iubet,monſtratq; ſacerdos.

Nā ſalices hoībus amarę ſunt, dulces capellis: vt, Et ſalices carpetis amaras.ſ. hominibꝰ. Item cicutæ:ſm Lucretiū hominibus ſunt venenoſe,cum pingues reddant capellas. Ergo & papauer licet det hominibus ſomnum,draconi adimit. Forſitan & eſt excuſatio. Poteſt tñ melior eſſe ſenſus, ſi ſeruabat in arbore ramos:plena ſit ſententia.ſequentia vero ſic accipiamus, Hæc ſe promittit carminibus curas ſoluere. ¶Spargens humida mella,ſoporiferumq; papauer.) Id eſt miſcens:vt Cicero. Et ſpargere venena didicerunt. Nec incongrue ad amaritudinē amoris mel adhibet:ad obliuionē,papauer. ¶Siſtere aquam fluuijs & vertere ſydera retro.) Quanto magis poterit Æneam ab incepto retorquere: ¶Mugire videbis.)Videbit quis: vt, Migrātes cernas. ¶Teſtor chara deos.) Quia cum multa ſacra Romana ſuſciperēt, ſemper magica damnauerunt. Ideo excuſat. ¶Accingier.) Præparari.)Accingier aūt,vt ad infinitū er, addaſ, ratio efficit metri. Nam cum in eo vltima ſit longa, addita er, ſyllaba breuis ſit: vt audiri,audirier. ¶Tu ſecreta.) Sine arbitris, & eſt bona elocutio, rem loci vel tēporis,ad perſonam traſferre:vt nocturnus venit, ſecretus fecit. ¶Pyrā.) Sub ſpecie ſacrificij, præparat mortis exequias. ¶Et arma)Gladiū dicit abuſiue. Nā & paulopoſt, Enſemq; relictum. Proprie.n.arma ſunt quæ armos tegunt. ¶Impius. Qui gladiū reliquit furenti. Hoc aūt tractū eſt de Homero,qui dicit gladiū Aiaci datum ab Hectore,& Hectori ab Aiace balteū,quæ eis exitio fuerunt.nam alter tractus eſt balteo alter ſe donato telo interemit. ¶Exuuias.)Veſtes Æneæ, quę hoſtem dixerat ſupra, Soror:atq; hoſtē ſupplex affare ſuperbū, Itē, Dulces exuuiæ. ¶Quo perij.) Propter extinctum pudorem.

ASCENSIVS.

¶Ergo vbi cōcepit,&c.) Docet quō Dido poſtꝙ̄ decreuerat ſeipſam interimere,magicis artibus ſimulabat velle amores abolere,aut amatoꝛie Æneā ad ſe adlicere, freta auxilio ſacerdotis eiꝰ rei peritæ:cum & maiora polliceaſ, & effeciſſe dicaſ: qua fictione oia quę ſibi ad necē,neceſſaria putabat,cōparabat miniſterio ſororis,quæ ea ad ſacrificia cōferre putabat.Sed neq; ad hunc locū qcq; extat Donati. ¶Ordo igiſ eſt,Ergo vbi Dido euicta.i.ſuperata dolore,cōcepit furias,i.furorem: & decreuit mori:ipſa exigit.i.exacte diſquirit,& penſitat ſecū,tempus.i.opportunitatem, & modum: & ipſa adgreſſa dictis.i.ſermone qui ſequiſ: ſororem ſ.Annam

Universidad de Deusto Biblioteca

ſ.Annā mœſtā,qa Æneā quē cōciliauerat,reconciliare nequibat: tegit.i.occulit vultu:cōſiliū.i.decretū ſuū,& ſerenat frōte.i.frōte ſerena prę ſe fert:ſpem.ſ.remedij,aut ſalutis,verba aūt qb⁹ adgreſſa eſt, ſunt hęc. O germana.i.ſoror, quaſi ex vno germine mecū nata:gratare.i.cōgratulare ſorori:qa ego iueni viā.i. modū & ratione,q reddat mihi eū.ſ.q caput mali noſtri eſt: vel q ſoluat me amantē:eo.i.ab eo.(Duplex.n.eſt remediū amoris:aut potiri,aut ſolui.)Via aūt eſt hęc.Locus eſt (De more hoc habet Virg.vt ꝑus locū deſcribat,q̄ quę in eo cōtigerint,)vltimus.i.remotiſſimus: Æthiopū.i.in Æthiopia Mauritanię,iuxta finem Oceani.i.vbi ad Oceanū ꝑuenit in fine mūdi hui⁹.qua,pro.i.iuxta ſolē cadentē.i. occidentē:vbi.i.in quo loco,Athlas maxim⁹.i.qui in Mauritania eſt:torquet.i.ſuſtinet:& iuoluit humero.ſ.ſuo : ſm iudiciū ruſticoꝝ,aut fictionē poetarū:axem.i. polū:aptū.i.cōiunctū:ſtellis ardentib⁹.i.reſplendētib⁹. Sacerdos gētis Maſſylę eſt mihi mōſtrata hinc.i.ab hoc loco.i.ab huius loci incolis,exiſtens cuſtos tēpli Heſperidū:hoc eſt,eius qđ in hortis Heſperidū eſt : q̄.pro & : ea, ſup.q dabat draconi.ſ.peruigili:q poma aurea Heſperidū conſeruabat,priuſq̄ ab Hercule occiſus erat,& quę ſeruabat ramos ſacros,qa aurea ferētes mala:ſeruabat aūt cōſeruādo draconē, quē cōſeruabat,ſpargēs mella humida, & papauer ſoporiferū.i.genitiuū ſoporis in alijs:& ita conſeruatiuū cerebri,& humoꝝ draconis,qui ꝑdurare nō potuiſſet,in tāta vigilia, niſi humidū radicale,melle humido fotū fuiſſet : & cerebrum papauere ſoporifero: quāuis nō dormiuerit.hæc.ſ.ſacerdos :ꝑmittit.i.pollicef : ſe ſoluere.ſ.ab amore.i.q ipſa ſoluat (nō erat neceſſariū ponere,ſe,qa ad vnā ꝑſonā ſpectat) carminib⁹.ſ.magicis,hoc eſt incātationibus,mētes quas velit:ſed immittere.ſ.ꝑmittit : alijs.ſ. mētib⁹:curas ſ.amoꝝ:duras.i.diu duraturas,aut vehementes:&,ꝑmittit ſiſtere i.facere ſtare:aquā,ſup. in fluuijs:& vertere ſydera retro.i.retrorſum:& ciet.i.excitat,& euocat : maneis.i.inferos,aut vmbras defunctoꝝ:nocturnos.i.tpe nocturno:tu videbis.i.qlibet videbit: ſi aderit dum ipſa opabif : terrā mugire ſub pedib⁹:& ornos.i.arbores illas,deſcēdere montib⁹.O chara germana.i.ſoror : ego teſtor.i.obteſtor deos,& te,& tuū dulce caput.(Solebāt.n.blandiēdi gratia : per capita charoꝝ iurare potiſſimū Græci , vnde Iuue. in.vj.Græcis nōdum iurare paratis, Per caput alterius.) ſup.me, accingier,pro accingi : inuitā.i.coactā improbitate Ænee:arteis magicas.i.ꝑ arteis magicas. Tu ſecreta.i.hæc nemini reuelatura: erige pyrā.i.ſtruē lignoꝝ,vt fiat rogus:ſub auras.i.inferiore parte,in auras tendente , ſup.in tecto interiore.i. inter regiā noſtrā: & ſuperimponas,ſ.ſuper pyram,arma.ſ.gladiū,viri.ſ. Æneæ,quē per indignationē nō noiat quę.ſ.arma,ipſe impius reliquit fixa thalamo.ſ.noſtro:quaſi ideo reliquerit,vt eo ſe interimeret :vn̄, impiū dicit & omneis exuuias.i. veſtes quas exuit : aut quas ab eo habemus,quaſi ab hoſte ſæuo:& lectū iugalem.i.genialem : & matrimonialem: matrimonialem:quo perij.i.pudorē amiſi:ſed id mētif,qa in ſpelunca primū amiſerat hoc eſt,imponas ſuꝑ pyram qcqd reliquerit,aut tetigerit ſpeciali vſu,qa ſacerdos iubet,& mōſtrat.ſ.ex arte ſua,rōnibus euidentib⁹ (aut lege iterum,monſtrata ſacerdos) abolere.i.penitus delere,& annihilare , cuncta monimēta.i.quæ memoriam faciant : viri nefandi,quia perfidi.

PIERIVS.

¶Quæ mihi reddat eum,vel eo me ſoluat amantē.) In Oblongo illo codice perueteri legere eſt.Quæ mihi reddet eum, eo vel me ſoluet amantē. Vtrūq; verbū futuro tpe,finitiuo modo . In Longobar.Quę mihi reddat eū,vel eo me ſoluet amantem.Vt primo agat de pn̄ti,vt,reddat:id ſi nequaquā fieri poſſit de futuro ſaltē, vt ſit ſoluēda Dido præcauef.ꝓpterea ſoluet affirmatiuum eſt.& hoc ſaltē euenturū firmiter,ꝓponit.Sed.n.mihi magis faciat ſatis vtrunq; verbū eadē figura,eodem tēpore & modo poſitum:magisq; finitiuū illud reddet,& ſoluet. Nam vt Anna ꝓpere ad opus adcingeref, certa aliqua ſpes proponēda fuit . Eſt & ſua tn̄ elegātia in lectione altera.¶Hinc mihi Maſſylæ gētis.) In cod. plerisq; veteribus,Maſſyliæ gentis,legif quod veriti ſunt, ſy, mediā ſyllabam eſſe breuē.Hinc ſuperius , Maſſyliciq; ruunt equites , potuerunt.Sed triſyllabū,Latini agnoſcunt.¶Nocturnosq; ciet maneis.) Exemplaria quædam admodum vetuſta, legunt, Mouet maneis,vt illud,At cantu cōmotæ Erebi de ſedibus imis Vmbræ ibāt tenues . & infra,Quo fletu maneis qua numina voce moueret.Sed enim,ciet,mihi magis placet:quo ſignificato legere eſt in Pharmaceutria, Animas imis excire ſepulchris.¶Exuuiasq; omneis.)Legif etiā in antiqs : Exuuias omneis, abſq; particula copulatiua quod nihil aliud ab Ænea relictum indicaret,in futurę cladis omen.Sed enim inferius , exuuias ab enſe diſtinxit , & Iliacas veſteis nominauit. Quare dicēdum potius congruere imperāti membra,q̄ maxime diſſoluta ponere:vt,Ferte citi flammas, date tela,ſcādite muros,& quod pauloante dicebamus , Claſſem aptēt taciti,ſocios ad littora cogant. Neq; ſuo caret ornatu, ſi cū particula copulatiua legamus, Exuuiasq; omneis . præſertim cū altera ſubſequaf,Lectumq; iugalem. ¶Superimponas.) In codi. aliquot antiqs,Superimpone,ſcriptū eſt:id aūt abſq; ſynalœpha legeref, Sunt & alij in qbus, imponant, habef: neutrū hoꝝ placet. ¶Abolere nefandi Cuncta viri monumēta iubet , monſtratq; ſacerdos.) Sunt codi.admodum vetuſti , in quibus cum Mediceo ſic habef. Monimēta iuuat,ac de monimento per i, ſatis alibi dictum.Quod vero iuuat,inueniamus , dicta erunt hæc ex pſona, conſilioq; Didus, Abolere nefandi Cuncta viri monimēta iuuat. mox illud ex præceptis , quæ ſacerdos dederat : quoꝝ vel alterū mouere poterat ſororem,vt ea oīa curaret cremanda.Mihi vero iubet magis placet . vt hoc ſit authoritatis & reuerentiæ, quæ ſacerdoti debeaf. Monſtrat vero pro redditione cauſę , cur id fieri debeat.

Hęc effata ſilet,pallor ſimul occupat ora. POE.
Non tamen Anna nouis prætexere funera ſacris
Germanam credit:nec tantos mente furores
Concipit:aut grauiora timet,quàm morte Sichęi.
Ergo iuſſa parat.
At regina,pyra penetrali in ſede ſub auras
Erecta,ingenti tędis atq; ilice ſecta,
Intenditq; locum ſertis:& fronde coronat
Funerea:ſuper exuuias,enſemq; relictum,
Effigiemq; toro locat,haud ignara futuri.
Stant arę circum:& crines effuſa ſacerdos
Tercentum tonat ore deos:Erebumq;,Chaoſq;,
Tergeminamq; Hecaten,tria virginis ora Dianę.
Sparſerat,& latices ſimulatos fontis Auerni:
Falcibus & meſſę ad lunam quęruntur ahenis
Pubentes hęrbe,nigri cum lacte veneni:
Queritur & naſcentis equi de fronte reuulſus,
Et matri pręreptus amor.
Ipſa mola,manibusq; piis altaria iuxta
Vnum exuta pedem vinclis,in veſte recincta
Teſtatur moritura deos,& conſcia fati

SERVIVS.

¶Prætexere.) Pręuelare abſcōdere.¶Tātos furo.) Quātos cogitabat Dido, ¶Grauiora timet , q̄ morte Sichæi.) Aut q̄ detrahimus:& ſtat elocutio : aut ſubaudimus, Grauiora timet poſſe cōtingere : q̄ morte Sichæi . ¶At regina pyra.) Notatus eſt hic verſus , vitioſa enim eſt locutio, quæ habet exitus ſimiles: licet ſit caſuum diſſimilitudo. ¶Intenditq; locum ſertis.) Ligat:vt,Et ſtupea vincula collo intendunt , & eſt Hypallage.Intēdit ſerta per locū.¶Funerea.)Cupreſſo.Nam ſupradicta ligna ad funus ꝑtinent. vt, Procumbunt piceæ,ſonat icta ſecuribus ilex.¶Effigieq; toro locat.) Exprimif amoris affectus,q etiam in morte amati imagini volebat eē cōiuncta, vt paulopoſt , Natūq; patrēq; Cum genere extinxē, memet ſuper ipſa dediſſem . ¶Haud ignara futuri .) Memor ſuę diſpoſitiōis.¶Tercētum tum tonat ore deos.) Nō tercentū deos : ſed tonat tercentum numina Hecates: vnde Hecate dicta eſt Hecaton,id eſt centum poteſtates habēs. Tonat autem perite dixit. In talibus enim ſacris imitabantur tonitrua.¶Herebum. Inferoꝝ profunditatem.¶Tria virginis ora Dianæ.) Iteratio eſt. Lunæ,Dianę,Proſerpinę.) ¶Simulatos fontis auerni.) In ſacris , vt ſupra diximus, quæ exhiberi non poterant, ſimulabantur:& erant pro veris. Bene autem de Auerno, per quem deſcenſus ad inferos dicif. ¶Falcibus & meſſę ad Lunam quærūtur ahenis. Herbæ.n. pro Lunæ ratione tolluntur:nec oēs eodem modo. Vnde perite & ahenis falcibus dixit : quia aliæ velluntur,aliæ inciduntur.& ad Lunam,nō ad noctem:ſed ad Lunę obſeruationē. ¶Pubētes.) autem,qa aliæ ſiccæ, aliæ viridiores leguntur.Et ſciendum inter hoīes & herbas eſſe reciprocam ciprocā trāſlationē,Sic.n.pubentē herbā dicim⁹ queadmodum florē ętatis.¶Nigri cū lacte veneni.) Nigri.aut noxij, quia nigri fiunt hoīes poſt venenum.Aut certe illud eſt, qa ſunt herbæ nigri lactis.i.ſucci.Dicunt aūt per periphraſin agreſte papauer ſignificari.Et matri prereptus amor.)Secūdum Pliniū qui dicit in naturali hiſtoria pullos equinos habere in fronte quādā carnem,quā eis ſtatim natis adimit mater : quā ſiquis forte præripuerit,pullū odit,abijcit,& lac ei denegat.Iuuenalis.Cui totam tremuli frontē Cæſonia pulli Infudit . Et merito ſuſpicaf amorē creari ex carne,ſine qua mater non alit ex ſe creatū. ¶Ipſa mola.) Mola,farre & ſale.Ordo aūt eſt,ipſa Dido mola,& pijs manibus.i. puris deos teſtaf. ¶Vnū exuta pedem.) Quia id agif,vt & iſta ſoluaf,& implicef Æneas.¶In veſte recincta.)Quia vt ſupra diximus, in ſacris nil ſolet eſſe pręligatum, pręcipue eius quæ amore vult ſolui. ¶Conſcia fati ſydera).i.planetaꝝ:in qbus fatoꝝ rō cōtinef. ¶Si quod non æquo fœdere amantes Curæ numen . Ordo eſt. Tunc numen precatur , ſi quod curæ habet amantes non æquo fœdere. Si quod aūt bene dubitat, vtrum ſuper res male poſitas habeat poteſtatē.Senſus aūt hic eſt, aut ἀντέρωτα inuocabat contrarium Cupidini,qui amores reſoluit : aut certe cui curę eſt iniquus amor,ſ.vt implicet non amantē.¶Iuſtumq; , memorq;, Vt expugnetur qui eſt cauſa diſcordię.

Sydera:tum,ſi quod non æquo fœdere amantes
Curæ numen habet,iuſtumq;,memorq; precatur.

ASCENSIVS.

¶Hæc effata,&c.) Docet quomodo oīa quæ iuſſerat , inſtructa ſunt & qūo ſimulans ſe ſacra magica ex aīo pagere, quæſierit oīa philtra & amatoria.i.quæ viā amatoriā habere putata ſunt , quo ſororē fallat. De qua re,qa Dona.nō extat. ¶Ordo eſt.Dido effata.i.elocuta,hoc eſt poſtq̄ elocuta erat hęc : ſilet.i.obticet.nā fruſtra diceret,tacuiſſe : finis.n.loquelę,ſilentiū ſemper eſt , niſi ꝑter ſpem & importune tacuiſſe cū plura loqui non poſſet, innueret: aut niſi adderet, ſimul & cum primū taceret, pallor occupat ora: tamen.i.quāuis,ſigna impatientis amoris daret : tamē Anna nō credit germanā.i.ſororem ſuam : prætexere.i.præſtruere funera.i.mortē : nouis ſacris.i.ſacrificijs.ſ.magicis: nec cōcipit mente.i.intelligere non poteſt : tantos furores.ſ.quanti in Didone erant:aut ſup.non timet : grauiora.i.maiora mala:quā , ſupp.in morte Sichæi.ſ.prioris coniugis,illa pertulerat:hoc eſt,nō opinabatur,quod plus amaret Æneam amatorē,q̄ Sichæū coniugem: nec quod impatiētius ferret huius ꝑfectionē, quā illius mortē : ſed i morte viri,nō ſe occidit,nec id parauit:ergo nihil tale ſuſpicans:parat.ſ.pagere iuſſa.i.quæ Dido iuſſerat,hoc eſt illico pyrā extruit,& exuuias Æneę affert. At.i.ſed:regina.ſ. Dido. pyra.i. ſtrue lignoꝝ in formā ignis vt incendaf : erecta.i.extructa : ſub auras.i.in altum in ſede penetrali.i.in loco penitiore,intra tecta palatij : pyra,dicit,ingenti.i.valde magna:tædis.i.ex tædis, quæ ligna reſinę plurimū habent,& ita facillime comburunf : atq; ilice.i.robore iligno,ſecta.i.fiſſo : hoc eſt,poſtq̄ Anna ingentē rogum ex tali re cōbuſtibili extruxerat:regina intēdit locū ſertis , id eſt intēdit ſerta per locū illū,& coronat fronde funerea.i.ad funus apta, & locat toro.i.lecto coniugali : quē etiā iuſſerat afferri ſuper.ſ.pyrā, aut inſup exuuias.ſ. Æneæ.i. veſtes quas exuerat, & dereliquerat, & dereliquerat , & enſem relictum:& effigiē.i.imaginē , ad ſimilitudinē viri factam, quā aut ad fictionē magicæ artis, fieri curauerat,aut in ſignū amoris locat:dicit , exiſtēs haud.i.nō ignara imo certa mori. Arę ſtant circū.i.in circuitu , & ſacerdos effuſa crines.i.habēs capillos effuſos:vnde i funere Polydori,iij. huius,Et circum Iliades crinem de more ſolutę,tonat.i.horrifice vocat,ore.ſ. ſuo tercentū.i.tercentos deos.i. numina deorum & Erebū,& Chaos,deos illos infernales,& Hecaten.i. Proſerpinā , a centū poteſtatib⁹ dictam : ter geminā.i.tres poteſtates habētem: nam Luna eſt in cœlo:Diana,in ſyluis,vbi venatrix eſt:Proſerpina,in inferno:vnde addit, & tria ora.i.tres effigies aut perſonas Dianę virginis.i.quę in ſyluis Diana dicif & ſtudio venādi detēta perpetua virgo:& ipſa ſacerdos priuſq̄ hæc faceret, ſparſerat, &.i.etiā : Latices.i.aquas fontis Auerni.i.lacus ad introitū inferni,ſimulatos.i.per ſimulationē,& fictionē quādam, in ſacris pro veris habitos : cū deeſſent veræ aquæ Auerni : & herbæ pubentes.i.ſucci adhuc plenæ meſſæ.i.deſectę, aut inciſę : falcib⁹.i.cultris incuruis:ahenis.i.æreis:qa nefas erat id ferreis facere : ad lunam.i.ſm opportunitatē lunæ, quærunf.ſ.ab ijs,qbus id muneris ad magnificū ſacrificium iniunctum erat:quærunf,dicit,cum lacte.i.ſucco dulci : veneni nigri.i.nociui & noxij : & amor.i.caruncula ad magnitudinē caricis, hippomanes ve,quod eſt cauſa amoris:reuulſus.ſ.ſtatim,priuſq̄ lambente matre abſumeref de fronte pulli naſcētis.i.recens nati,aut nondum plene nati,& prereptus.ſ.priuſq̄ abſumere poſſet,matri.ſ.equę : quæ niſi carunculam illam aſſumpſerit,pullum nō amat. Ipſa.ſ.Dido,cuius gratia hęc oīa fiebāt,& quæ ſacerdos erat, & regina:exuta pedē vnū, i.habēs pedem vnū nudatū,& ſolutū vinculis,in veſte recincta.i. diſſoluta,ne quid ligatū in ſacris videaf ; teſtaf mola.i.farre & ſale,& pijs manibus.ſ.qbus molam offerebat,teſtatur,dicit,moritura.i.certa mori.deos & ſydera conſcia fati.i.mortis ſuæ violentæ : tum.i.inde,precatur ſi quod,i.ſi aliquod numen , habet curæ.i.ad curam,hoc eſt curat : amantes fœdere non æquo.i.illegitimo fœdere : aut inęquali,quando alter amat,alter non: (hunc deum Seruius, Anterota.i.contra Erota.i. Cupidinē vocat) precatur,dico illud,ſup.iuſtum & memor.i.vt ſit iuſtum & memor. & ita memor,in neutro genere ponitur. memor

PIERIVS.

¶Pallor ſimul occupat ora.)Veteres nōnulli codi. Inficit ora legunt,quod nō eſt horroris ꝑprium,ſed verecundię potius,prętera pallor,infecturæ cōtrarius ē.¶Aut grauiora timet, q̄ morte Sichæi.(In antiqs aliquot codi. Haud,legere eſt quod minime placet. Eſt & Sichæi,per u.vt ſuperius nō ſemel obſeruatū , quod quidem (vt puto) fit,vt libet, lubet,& ſimilia.¶Falcibus & meſſę ad lunam quærunf ahenis.) Codices plerīq; vetuſti ſcriptū habent,Aheneis quippe falcib⁹,quod nō diſplicet. Oui. Tertia poſt illo ſucceſſit ahenea,ples.Hora.Hic murus ahene⁹ eſto. Erit vero verſus dactylicus, vel ſynizeſim patief . Sed enim etiam,ahenis, recte. De aſpiratione vero in eo noīe,dictū eſt alibi.¶Vnū exuta pedem,vinclis in veſte recincta.) Sunt quædam exēplaria manu ſcripta , in quibus legitur , Et veſte recincta. Sed illud , In veſte, longe vſitatius.

Nox erat:& placidum carpebant feſſa ſoporem
Corpora per terras:ſyluæq;,& ſæua quierant
Æquora:cum medio voluuntur ſydera lapſu:
Cum tacet omnis ager.pecudes,pictæq; volucres,
Quæq; lacus late liquidos,quęq; aſpera dumis
Rura tenent,ſomno poſitę ſub nocte ſilenti
Lenibant curas,& corda oblita laborum.
At non infelix animi Phœniſſa,nec vnquam
Soluitur in ſomnos:oculis ue, aut pectore noctem
Accipit.ingeminant curæ:rurſusq; reſurgens
Sęuit amor:magnoq; irarum fluctuat ęſtu.
Sic adeo inſiſtit:ſecumq; ita corde volutat.
En quid agam?rurſus ne procos irriſa priores DI.
Experiar?Nomadumq; petam connubia ſupplex?
Quos ego ſum toties iam dedignata maritos?
Iliacas igitur claſſes,atq; vltima Teucrûm

SERVIVS.

¶Nox erat.) Protēditur iſta deſcriptio ad exaggerationem vigiliarum Didonis . ¶Syluæq;.) Secundum eos, qui dicunt omnia quæ creſcunt animalia eſſe. ¶Aequora.) Elementa etiam animalia eſſe voluerunt . Vnde eſt in ſeptimo, Æquora mulcebant cantu.¶Tacet ager.) Ea quę in agris ſunt.¶Oculisve, aut pectore noctem Accipit.) Quia pōt aliud eſſe ſine alio, vt ſiquis dormiēs mente turbef.¶Reſurgēs ſęuit amor.) Grauior enim eſt eū reſurgit & eſt ſententia quaſi generalis. ¶Adeo.) Scilicet furuit , vt in hoc ꝓpoſito permaneret vitandę ſine dubio lucis. ¶En quid agam ? En , ecce quid quid actura ſum ? Eſt autem comicum principium : nec incongrue amatrici datum. Sic Terentius,Quid igitur faciam ? Nam hæc coniunctio multa eam cogitaſſe ſignificat. ¶Rurſus)duo ſignificat, frequēter,iterum, raro,viciſſim.i. mutuo , vt hoc loco. ¶Nomadumq; petam.) Inuidia a perſonis : petam mulier & regina Numidas.i. vagos. Maritos.)Futuros ſcilicet,Eſt autem elocutio, dedignor illam rem.¶Vltima iuſſa.) Aut itelligimus Æneā ei obtuliſſe nauigādi facultatē,aut Teucrū iuſſa,nō q ipſi iuſſerāt,ſed quæ eis a Ioue iuſſa ſunt : vt, Nauiget, hęc ſūma ē. ¶Quiane.) Re vera : & eſt vna pars orationis. ¶Stat.) Permanet. ¶Nautas.)

Universidad de Deusto Biblioteca

Iussa sequar? quia næ auxilio iuuat ante leuatos:
Et bene apud memores veteris stat gratia facti?
Quis me autem (fac velle) sinet: ratibusq; superbis
Irrisam accipiet? nescis heu perdita, nec dum
Laomedonteæ sentis periuria gentis?
Quid tum? sola fuga nautas comitabor ouanteis?
An Tyrijs, omniq; manu stipata meorum
Insequar? & quos Sidonia vix vrbe reuelli,
Rursus agam pelago, & ventis dare vela iubebo?
Quin morere, vt merita es: ferroq; auerte dolorem.
Tu lachrymis euicta meis: tu prima furentem
His germana malis oneras: atq; obijcis hosti,
Non licuit thalami expertem sine crimine vitam
Degere more feræ? tales nec tangere curas?
Non seruata fides cineri, promissa Sichæo.

¶Nautas.) Non Troianos. Nã iniuriose dixit nautas.i.assuetos laborib⁹. ¶Ouanteis.) Lætantes abusiue. nã ꝓprie ouatio est minor trumphus. Qui enim ouationem meretur, & vno equo vtitur, & a plebeijs vel ab eqtib⁹ Romanis deducit ad Capitolium: & de ouibus sacrificat: vnde & ouatio dicta. qui autẽ triũphat, albis equis vtit quatuor, & senatu preeunte in Capitolio de tauris sacrificat. ¶Vix vrbe reuelli.) Aut mox: idẽ paulo ante, vt vix e cõspectu Siculę telluris in altũ Vela dabãt lęti. Aut re vera vix, vt diximus supra. Nã nulla rõne dimitterent patriã, nisi eos aut odiũ Pygmalionis coegisset, aut timor: vt, Conueniunt qbus aut odium crudele Tyranni, Aut metus acer erat. ¶Quin morere.) Quinimmo. & bene omnis eius intẽtio tendit ad mortẽ. Nam si procos rogare turpe est, solam sequi ĩpossibile & inhonestum, Tyrios trahere difficile: sola mors superest. ¶Tu lachrymis euicta meis.) Bene totũ ei imputat: sed cũ excusatione, quæ Æneæ nuptias suasit sed victa lachrymis: vt, Sinum lachrymis impleuit obortis. Anna refert. ¶Tu prima furentem.) Vrbanus hoc diuidit: licet alij iungant: & vult hunc sensum, Tu persuasisti vt nuberẽ victa lachrymis meis: tu etiam nunc me his oneras malis, nam me olim occidissem, nisi te deserere formidarem. ¶Obijcis hosti.) Ob naturaliter breuis est, sicut & Re & Ad: sed plerunq; producunt hac rõne, Obijcio, reijcio, adijcio, qa habent Vocalem sequentẽ, quæ per declinationem potest in consonantis formam transire: vt obieci, reieci. Ergo etiam antequam transeat, interdum fungitur officio consonantis & præcedentẽ longã facit. ¶More feræ.) Plinius in naturali historia dicit, Lyncas post amissos coniuges alijs non iungi. Multi Feræ aduerbiũ volunt, vt sit sensus: more, scilicet quo iam viduitatem ferre cõsueuerat. Crimen autẽ bene; vt supra, Potui succumbere culpæ. ¶Sichæo) pro Sichæio.

De lynca.

ASCENSIVS.

¶Nox erat, &c.) Declarat quomodo cæteris animãtibus, requiescẽtibus Dido certa mori miseros edebat planctus: de qbus cum Donatus nihil dicat. ¶Ordo est. Nox erat, & corpora.s. animaliũ cæterorum: fessa.s. labore diurno: carpebant soporem.i. carptim capiebant: soporem placidum: idest profundam dormitionem cum animi quiete & syluæ & æquora sæua.i. omnia quæ in nemore & mari degunt: quierant.i. quieuerant, sup. tunc: cum.i. quando sydera voluuntur medio lapsu.i. cum mediũ est noctis: cum omnis ager.i. quicquid versatur in agro: tacet.s. pecudes, & volucres. pictæ.i. varijs coloribus ornatæ: quæq;.i. quęcũq; hæ.s. volucres: tenent late.i. ampliter: lacus liquidos.i. aquosos: & quæq;.i. quæcunq;: tenent.i. occupant, & habitant, rura aspera dumis.i. dumos quæ sunt in rure: huiusmodi dicit pecudes & animantes: positæ.i. recubantes: sub.i. in nocte, silenti.i. conticinio noctis: lenibant, pro leniebant. hoc est mitigabãt curas somno.i. per somnum: & corda, sup. earum: erant, sup. oblita laborem. At.i. sed: Phœnissa.s. Dido: quę erat de Phœnicia: infelix animi.i. quæ animum suum infelicem fecerat: nec soluitur vnquã in somnos.i. nunq̃ dormit: ve, pro vel: nunquã, sup. accipit: noctem.i. requiem nocturnam, oculis, aut pectore, curę ingeminant, sup. se: aut ingeminantur, hoc est multiplicantur: & amor resurgens.i. crescens: sęuit, i. crudescit: rursus.i. iterum: & fluctuat magno æstu irarum: & insistit.i. sermonẽ instituit: adeo id est tandem, aut oino sic: q; pro &: volutat.i. reuoluit & agitat: corde ita.i. in hunc modum: secum.i. apud se, sine arbitris. En, cõmiserantis, sicut in.j. En Priamus, qd ago? ne.i. an, aut nunquid: ego irrisa experiar rursus.i. iterũ: ꝓcos, i. amatores. cõnubia petentes ꝓores.i. quos ꝓores habui: sed cõtẽpsi: quos ego sum iam dedignata toties maritos, id est volentes esse maritos: aut dedignata sum mihi maritos acceptare. Igit, qa.s. nõ esset honestũ hic manere, & icidere in cõtumeliã procoꝝ ꝓoꝝ, ego sequar classeis Iliacas.i. Troianas: & sequar vltima.i. vilissima: iussa Teucrum.i. Teucroꝝ: hoc est ero ancilla, & cõtẽptui oib⁹ Troianis: coacta et vltimis in dignitate, hoc est vilissimis mandatis eoꝝ parere: & id melius, q̃ vt dicam⁹ de iussis Æneæ, aut Iouis, cũ Seruio: ꝓbat ꝑ irrisionẽ sequẽdũ esse: particulam.n. nę, sępe in irrisionẽ cõuertim⁹: vt, Ne mihi Polydamas, aut Troiades Labeonem ꝓtulerint. Et faciũt, nę intelligẽdo, vt nihil intelligant: dicit ergo, Quia nę.i. nã certe, iuuat.i. ꝓdest: ante leuatos, sup. esse: auxilio.i. ꝓfuerit quod Teucros iuuerim auxilio: & gratia veteris facti bene stat apud memores.i. gratos, hoc est nõ igrati erũt accepti beneficij Troiani: argumẽtatur deinde: in cõtrariũ, dicẽs. Autem, pro sed: fac velle.i. pone vt velim: aut, persuade qđ velim: qs sinet.i. ꝑmittet: me.s. se qui Troianos? & accipiet me irrisam ratibus.s. suis, superbis? q.d. nemo. Quia ergo neq; manendum est cũ dedecore, neq; sequẽdum: cõcludit ad se loquẽs. Heu perdita, nescis tu.i. scis ne adhuc & sentis, sup. ne: necdum.i. nõ adhuc: periuria gentis Laomedontęę.i. Troianæ, Laomedontis similis, qui Neptunũ & Apollinẽ, muroꝝ Troię structores, fefellit cõtra iusiurãdum? q.d. si deos fefellerũt, & te nimirũ fallẽt. Quid tum.i. insup? comitaborne sola nautas ouãteis.i. lætos, de profectione? an ego inferar, s. in alienũ regnũ, aut in naueis: stipata.i. dense circũdata: Tyrijs, & oi manu, i. satellitio, & copijs omnibus meoꝝ & ego agam rursus pelago, eos, sup. quos ego reuelli vix.i. cũ difficultate: (qa timore, aut odio Pygmalionis: vt dictũ est in.j.) sup. ab vrbe Sidonia, & iubebo, sup. eis: dare ventis vela: & q.d. id fieri nõ posse quia ergo solam sequi probrosum esset: & quasi meretricis more, & comitatũ iustũ habere negret, nec manere cõueniebat: infert, Quin.i. potius morere.i. moriaris: vt.i. quẽadmodũ: merita es: qa tibi id ꝓcurasti: & auerte.s. ab aio: dolorem ferro.i. morte ferro illata. O germana.i. soror Anna: tu euicta meis lachrymis (qa vt dictum est in principio, Sic effata, sinus lachrymis impleuit obortis.) tu inquã oneras.i. onerabas: ꝑma me furentẽ.i. insano incensam amore: his malis, atq; obijcis hosti.i. crudeli viro. Non.i. nonne: licuit me expertẽ thalami.i. coniugij: degere.i. ad finẽ vsq; agere: vitã, more feræ: sine crimine.i. offensione periurij, aut læsione pudoris: nec tangere tales curas, quales nunc per illicitos amores sustineo, more feræ.i. ad morẽ belluarũ ferarũ, quæ ꝓpter feritatẽ coniugiũ vitant. Homo aũt est aial sociale. & ita quadrat ei coniugium: sed infeliciter amans ꝓfert vitã ferarũ vitæ suæ. Nõ, sup. est: aut potuit: fides promissa cineri, Sichęo, pro Sichęio.i. ipsius Sichęi: qa cũ inhumaret, iurauit se nunq̃ alteri nupturã, quod Anna reprobauerat, dicẽs, Id cinerẽ & manes credis curare sepultos? seruata, sup. esse: cineri Sichęio. q.d. maxime potuit, seruata tamen non est.

PIERIVS.

¶Accipit.) Quia plerịq; codices anti. Accipit, icolumi ꝓpositione scribunt. Libuit ex Cn, Pompeij temporibus testimonium adscribere, quod verbum id, cc geminato tunc scribi solitũ declararet. Inscriptio est in Mineruę delubro, quod ex manubijs condidit, in qua notatum est hoc modo, In deditionem acceptis. In de paulo infra, In fidẽ acceptis. vtrũq; cc, geminato. ¶Nomadumq; petam connubia.) Numidum, Latine scribendum ostẽdimus ex Appiano, Id igitur potius referamus, quod veteres plerịq; codices, non petam, sed sequar connubia, legunt: quod mihi nõ placet. paulo enim infra est, Iussa sequar: quod absurdũ esset, tã cito repetitum. Et de Connubio petere libentius dicimus, Petit ante alios pulcherrimus omnes, Turnus. Et vxorem petere, apud Terren. sæpius. ¶Quos ego sum toties.) In aliquot antiquis codicibus, sim. legitur, si diligẽter aduertas non inuenuste. ¶Quia ne auxilio iuuat ante leuatos. (In codicibus aliquot anti. exilio, legitur; quasi ad id adludat, quod illis in exilium abactis, patriam donauerat: per eam concessionẽ. Vrbem quam statuo vestra est. Sed enim, auxilio, in pluribus habet exemplaribus: & longe castior lectio peritiorib⁹ videt. ¶Ratibus ve superbis Irrisam accipiet?) In Medi. & plerịq; alijs codicibus anti. inuisam, legit: pro dolore enim putat se omnibus haberi odio: non tamẽ displicet exẽplar Irrisam. ¶Nautas comitabor ouanteis.) Vetera quędam exẽplaria, eunteis, legunt. Sed ouanteis, agnoscit Seruius. Et ad victoriam de se partam, inuidiose adludit infelix Dido, quasi captiua sit in triumphum deducenda. ¶An Tyrijs, omniq; manu stipata meoꝝ Insequar? Mediceus, & antiqui alij plerịq; codices, Inferar, legũt. De nauigatione enim adhuc est sermo, & an sola, an cũ suis omnibus comitari debeat Æneam, quẽ dominum in regna receperat: nondum enim in excandescẽtiam exardescit. ¶Non licuit Thalami expertem sine crimine vitam Degere more feræ?) Male omnino legitur in codicibus nonnullis antiquioribus, expertam.s. me, quæ fueram experta vitam Thalami, coniugij tempus, sine crimine, degere in posterũ more feræ: quæ quidem insulsa est interpretatio. Longe vero melius est, Non licuit degere vitã more feræ thalami expertẽ? Quã lectionẽ Quintilianus ita agnoscit, vt emphasim iter figuras memoret: cũ ex aliquo dicto, latens aliquid eruitur: vt apud Virg. hoc loco. Quanquã enim de matrimonio queritur Dido, tñ huc erumpit eius affectus: vt sine thalamis, vitam non hoium putet, sed ferarũ. ¶Cineri ꝓmissa Sichæo. (In codi. plerịq; sane q̃ vetustis, Sichęi, legitur. maior tñ pars possessiuum nomen agnoscit. & Suchæo, vt alibi obseruatũ, scribit.

Tantos illa suo rumpebat pectore questus, POE.
Æneas celsa in puppi, iam certus eundi,
Carpebat somnos rebus iam rite paratis.
Huic se forma dei vultu redeuntis eodem
Obtulit in somnis: rursusq; ita visa monere est,
Omnia Mercurio similis, vocemq;, coloremq;,
Et crines flauos, & membra decora iuuentæ.
Nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos? MER.
Nec quæ circunstent te deinde pericula cernis
Demens? nec Zephyros audis spirare secundos?
Illa dolos, dirumq; nefas in pectore versat,
Certa mori: varioq; irarum fluctuat ęstu.
Non fugis hinc præceps? dum præcipitare potestas?
Iam mare turbari trabibus, sęuasq; videbis
Collucere faces: iam feruere littora flammis:
Si te his attigerit terris Aurora morantem.
Eia age, rumpe moras. varium & mutabile semper,
Fœmina. {Sic fatus, nocti se immiscuit atrę. POE.
Tum vero Æneas subitis exterritus vmbris,
Corripit e somno corpus: sociosq; fatigat.
Pręcipites vigilate viri: & cõsidite transtris ÆNE.
Soluite vela citi: deus æthere missus ab alto
Festinare fugam, tortosq; incidere funes,
Ecce iterum stimulat, sequimur te sancte deorum
Quisquis es: imperioq; iterum paremus ouantes.
Adsis o: placidusq; iuues: & sydera cœlo
Dextra feras. {Dixit: vaginaq; eripit ensem POE.
Fulmineum: strictoq; ferit retinacula ferro.
Idem omnes simul ardor habet: rapiuntq;, ruuntq;:
Littora deseruere: latet sub classibus æquor.
Adnixi torquent spumas: & cœrula verrunt.

SERVIVS.

¶Certus eundi.) Indubitabiliter profecturus. ¶Carpebat somnos.) Hoc est qđ & paulopost culpat Mercurius dicens, Nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos? Sed excusat his rebus, nam & certus eũdi fuerat, & rite cũcta præparauerat, aut certe ꝓœconomia est, vt possit videre Mercuriũ. ¶Forma dei.) Bene nõ deus, sed forma. Raro.n. numina sicut sunt, possunt videri. Vnde & seqt, Vultu redeũtis eodẽ. Nam licet Redeũtis dicat.i. eius q possit agnosci: tñ non faciẽ dicit: sed vultũ, q põt sæpe mutari. ¶Eodem.) O, semp longũ est: qa Eodem ablatiuus est semper: Eadem autẽ & ꝓducit & corripit. nã noĩatiuus est, vt eadẽ mulier fecit: & ablatiuus, vt eadẽ faciente muliere. ¶Visa monere est,) Et bene Visa: nõ enim re vera ẽ. ¶Omnia Mercurio similis.) Aliud.n. est idẽ esse, aliud simile esse, ergo nũc est certus Æneas. ¶Vocemq;.) Quia orationis est deus. Horatius, Mercuri facũde. ¶Coloremq;, Et crines flauos.) Ideo & perustus & flauus Mercurius introducit: qa satis vicinus est soli ꝑter cęteras stellas. ¶Et mẽbra decora iuuentæ.) Quia palæstrę deus est. Hora. Catus & decorę more palæstrę. Iuuentæ aũt ętatis, a iuuenta. Sanẽ figura est, Similis membra, vocẽ, colorẽ. ¶Zephyros.) Ventos: de Africa enim Zephiris nauigare nõ poterat. ¶Nefas in pectore versat. (Ne nõ timeret amatricẽ, bene addidit Certa mori. Itẽ, Varium & mutabile semp fœmina. ¶Preceps.) Festinus. ¶Collucere faces.) Propter Ferte citi flãmas. Vel funes. ¶Vmbris.) Vt supra, Forma dei. ¶Corripit.) Omen futurę tempestatis. ¶Præcipites. Vt supra Mercurius, Nõ fugis hinc ꝑceps? Ecce iterũ stimulat.) Phantasia est ad sociorũ terrorẽ. sic in sexto, Deus ecce deus. ¶Sancte deoꝝ.) Aut distingue sancte: aut fm Ennium dixit, Respõdit Iuno Saturnia sancta dearũ. ¶Quisqs es.) Atq supra dixit, Oia Mercurio similis. Sed sciẽdũ est fm Tulliũ in libris de deoꝝ natura tres esse Mercurios: superũ, terrenũ, & inferũ. Ergo qsqs es, aut quicũq; de trib⁹. aut certe ad Iouẽ spectat.i. quisqs es qui ꝑcipis: vt in nono, Quisquis in arma vocas: cum Irim vidisset.i. quicũq; Irim misisti. Plane illud occurrit quod ait, Deus æthere missus ab alto: vbi & Iouem cõplectit, & supernũ Mercurium. Sed põt & hoc loco, vt diximus, quasi phantasiã facere, ꝑpter socios: & Quisqs es ideo dicere: qa licet viderit, non tñ re vera nouit esse Mercurium. Vnde ait supra, Et formã & vultũ & visa monere est. ¶Iterũ paremus.) Quia iam paruerat ꝑparatiõe nauigioꝝ. ¶Et sydera cœlo dextra feras.) Hoc est ventos, qui ex ortu Syderũ aut prosperi, aut aduersi sunt: sicut in Georgicis. Præterea tam sunt arcturi Sydera nobis. Nec.n. Sydera dicit re vera, cũ arcturus vna sit stella. Ergo dextra dixit Sydera, ventos vel tempora.

ASCENSIVS.

¶Tantos illa, &c.) Docet quo etiã Æneas dormiebat, cũ talia Dido agitaret, & quomõ a Mercurio excitatus, adnauigauit. vñ (Donatus deperijt.) ¶Ordo est. Illa.s. Dido rumpebat suo pectore tãtos questus.i. violenter expressit: sed, sup. Æneas iam cert⁹ eũdi.i. q decreuerat oino abire: carpebat somnos.i. dormiebat, suple in celsa puppi: & hoc reb⁹.i. ad nauigationẽ necessarijs paratis: rite.i. decenter: & pro institutiõe nautica, forma.i. imago dei redeuntis, hoc est deus.s. Mercurius, in forma assumpta, rediẽs in somnis.i. inter dormiẽdum: obtulit se huic.s. Ænee, eodẽ vultu quo prius obtulerat: & visa est monere ita rursus.i. iterũ: existẽs similis oia.i. per oia, & vocẽ, & colorẽ: & crines.i. capillos flauos: & mẽbra decora iuuẽtę.i. iuuẽtuti cõuenietia, Mercurio.s. ꝑus viso. O nate Dea, potes (iterrogatiue).i. potes ne ducere somnos.i. dormire sub hoc casu, i. periculo, in quo versaris? Nec, & demẽs, cernis.i. ꝑspicis: deinde quæ pericula circũstẽt.i. obsideat te: nec audis Zephiros.i. ventos illos: secũdos.i. prosperos (quos Mercurius adduxerat: dicẽte Ioue, Voca Zephyros.) spirare.i. flare. Illa.s. tibi nota, & multũ infensa mulier, versat in pectore dolos: & dirum nefas.s. in se) qa vult se interficere: quo comperto, Tyrij in te irruant.) aut in te, nisi abiueris: nam postea dictura est, Natumq;, patrẽq; Cum genere extinxem, existẽs certa mori: vnde dicet, Quem metui moritura? & fluctuat vario æstu.i. feruore & incendio irarum. Non.i. nonne: fugis hinc præceps.i. præcipitãter. dum.i. quãdiu: potestas.i. facultas: tibi est ꝑcipitare.i. ꝑcepitãter abeundi? Tu videbis iam.i. statim: mare turbari trabib⁹.i. diuersis malis, aut nauibus: & videbis sęuas faces.s. ad naues tuas comburendas: aut insequendum te collucere.i. simul lucere: & videbis iam littora feruere.i. feruida fieri: (dixit autem a tertia coniugatione, penultima breui.) flammis, scilicet facularum: si Aurora attigerit.i. offenderit te: morantẽ his terris.i. si ad crastinam vsq; Auroram hic manseris. Eia age, duo cohortandi aduerbia, propter vrgentẽ necessitatẽ: rumpe moras.i. causas immorãdi. Fœmina est semper varium & mutabile.i. res varia & mutabilis, hoc est inconstans: Mercurius, sup. fatus: sic.i. in hunc modũ: immiscuit se nocti atræ: vero.i. sed: Æneas exterritus, tum.i. tunc: ꝑcipue, vmbris subitis.i. subito apparentibus: corripit.i. violenter rapit: corpus e somno: (quæ violentia præ se ferebat, fm Seruium, futurũ infortunium: de quo libro quinto dicetur, & fatigat.i. violentat, & surgere cogit socios. dicens.s. O viri, vigilate ꝑcipites.i. præcipitanter surgentes. (Posset esse ordo, Fatigat socios ꝑcipites.i. fatigando precipites facit, dicẽs.i. vigilate viri. & considite.i. simul locum capite: transtris.i. super transitus nauium,

Ordo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nauium, vbi sedent remiges. soluite. i. dissoluite, & pādite: citi. i. festini: vela, ecce deus missus ab alto. s. Mercurius: stimulat. i. impellit, sup. nos: festinare. i. festinanter agere fugā. i. pfectionē nostram. & incidere funes. i. rudentes: tortos. i. implicitos. O sancte quisq;. i. quicūq; deorū tu es, nos sequimur te: & nos ouantes paremus iterum imperio, qa paruerant instruēdo classem: aut, paremus imperio iterum. i. secūdario facto. O optādi particula: adsis. i. auxilio sis, & existens placidus: iuues. s. nos: & feras. i. afferas: profectioni cœlo. i. de cœlo: Sydera dextra. i. prospera, & feliciter influentia, dixit. s. Æneas: & eripit. i. violenter extrahit, vagina. s. sua: ensem fulmineū. i. in morem fulminis ferientē, aut radiantem: q; pro &, sup. id dicens: ferit. i. percutit, & incidit: retinacula. i. funes, quibus naues retinebant, ad littora ligatę: ense. i. gladio: stricto. i. euaginato. & denudato. Idē. i. vniformis: ardor. i. cupiditas: habet. i. tenet, aut inuadit simul: omnes. s. Teucros: & rapiunt. s. quæ erant adhuc in littore: & ruunt. i. pcipites currunt: & deseruere. s. paulopost littora: æquor latet. i. occultū est, sub classibus. s. simul discedentibus: & ipsi annixi. i. annitentes, torquendo aquas, excitant spumas: & verrunt. s. nauium caudis. i. gubernaculis, cœrula. i. cœruleas aquas: aut, maria cœrulea, id est cœrulei coloris.

PIERIVS.

¶Et membra decora iuuentæ.) In Medi. & in codi. aliquot aliis anti. iuuenta, legit, casu septimo: quasi iuuenta ipsa in causa esset, cur membra decora essent. ¶Nec quę circūstent te deinde pericula cernis.) Mediceus codex, cū veterib' plerisq; aliis exēplaribus, vt numerosiorē faciant versum, ita legunt, Nec quę te circūstent deinde pericula cernis: vt sit, Nec cernis quæ te circum pericula stent: nō aūt, circūstent, vnica dictiōe. ¶Nefas in pectore versat.) Nōnulli codices oino vetusti, legunt, sub pectore: sed, in pectore, lectio castior ē. ¶Varioq; irarū fluctuat æstu.) In veteri admodū codice, legi, Varios irarum cōcitat æstus. Sed ex Sinepeia Catulli, Fluctuat æstu, magis placet, apud eū. n. legere est, Et magis curarum fluctuat vndis. ¶Eia age, rumpe moras.) Vetera aliquot exēplaria, legūt, Ergo age: vtrā lectionē lector prętulerit, nō laboro. Sed mihi, Eia age, magis placet. ¶Corripit e somno corpus.) In anti. aliquot exempla, Conripit e strato. vt illud, Cōripio stratis corpus. ¶Imperioq; iterū paremus ouātes.) In antiquis plerisq; cod. legere est, imperioq; tuo paremus: q̄uis Seruius iterū agnoscit. ¶Adsis.) Sunt omnino codices aliquot ex antiquiorib' in quibus, assis, geminato ss, scriptū inueni. Sed longe plures, iidēq; castiosiores, adsis, per d, scribūt. Qui vero s, geminari debere cōtendunt inde potissimū eliciunt argumētū, qd' apud Plautū, adsum, respōdenti. Elixū te, nō assum: volo. Alter subiecerit, ioco, ex verbi similitudine suborto. Sed enim agnominationes huiusmodi, non sine venustate, qua etiam, vel mutata, vel detorta litera, fieri consuerunt.

Et iam prima nouo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile.
Regina e speculis, vt primum albescere lucem
Vidit: & æquatis classem procedere velis:
Littoraq;, & vacuos sensit sine remige portus:
Terq; quaterq; manu pectus percussa decorum
Flauētesq; abscissa comas. {Proh Iuppiter ibit DI.
Hic, ait: & nostris illuserit aduena regnis?
Non arma expedient? totaq; ex vrbe sequentur?
Diripientq; rates alii naualibus? ite,
Ferte citi flammas: date tela: impellite remos.
Quid loquor? aut vbi sum? quę mētē insania mutat?
Infelix Dido, nunc te fata impia tangunt.
Tum decuit, cum sceptra dabas. en dextra: fidesq;:
Quem secum patrios aiunt portare penates:
Quem subiisse humeris confectum ætate parentem.
Non potui abreptum diuellere corpus? & vndis
Spargere. non socios? non ipsum absumere ferro
Ascanium? patriisq; epulandum apponere mensis?
Verum anceps pugnæ fuerat fortuna. fuisset:
Quem metui moritura? faces in castra tulissem:
Implessemq; foros flammis: natumq;, patremq;
Cum genere extinxem: memet super ipsa dedissem.

SERVIVS.

¶Prima aurora.) Designatio temporis est, non diei descriptio: vnde infert, Vt primum albescere lucem vidit. Sic in duodecimo, Cum primū crastina cœlo Puniceis inuecta rotis Aurora rubebit. Et bene hāc primū inducit vidisse crepusculum: quę quasi amatrix tota vigilauerat nocte, Sic in Bucolicis de amatore, Nascere, præq; diem veniens age Lucifer almū. ¶Nouo lumine.) Secūdum Epicureos, qui stulte solem de atomis dicunt cōstare, & cū die nasci, cū die perire. ¶Tithoni cubile.) Tithonus frater Laomedontis fuit: hūc Aurora amatū in cœlum leuauit, quē longinquitas vitę in cicadā conuertit. Hora. Longa Tithonū minuit senectus. ¶Albescere lucem.) Hypallage est. Luce. n. albescunt oia, nō lux albescit. ¶Æquatis velis.) Feliciter plenis: sine motu aliquo. ¶Proh Iuppiter.) Aut irascētis exclamatio est: vt in Terētio, Proh supreme Iuppiter, aut certe testat Iouem, quē Ænee inuocauit aduentu: vt Iuppiter, hospitib' nam te dare iura loquūtur. ¶Ibit & illuserit.) Ibit: & illudet, tēpus pro tpe. & sic dixit: vt, Certantq; illudere capto. ¶Nō arma expedient? Furentis hæc verba sunt, vt ipsa paulopost, Quę mentē insania mutat? Nam hęc a sana nē pcedunt, vt imperet absentib', Ferte tela: cū sola sit. ¶Naualibus.) De naualibus, vbi stant naues. ¶Aut vbi sum?) Nunqd in cœtu sum? ¶Cum sceptra dabas.) Vt, Ac dūm Æneā in regna recepit. ¶Fidesq;.) Subaudi En etiam in sequētibus, aut certe, hic est quē dicunt portare deos. Sanè En noiatiuo melius iungit. vt, En Priamus. ¶Ipsum Ascanium. Aut qui est causa nauigationis vt, Quē regno Hesperię fraudo, aut ad patris dolorē: vt, Qui nati corā me cernere lethū Fecisti. ¶Epulandum apponere.) Quod fecit Progne occiso Itys filio, ppter stuprum sororis. ¶In castra.) Classes: vt, Nos castra mouemus. ¶Foros.) Tabulata nauium: ab ab eo q; incessus ferant: & est generis masculini, numeri tantum pluralis. ¶Cum genere extinxem.) Morte Ænee & Ascanii: & est Syncope. ¶Super ipsa dedissem.) Satis amatorie.

ASCENSIVS.

¶Et iam prima nouo &c.) Describit qūo postridie Dido, videns Troianos abiisse, cōquesta est: vnde quia Dona, nihil dicit, Ordo autem est. Et Aurora linquēs cubile Tithoni. i. mariti sui regis in oriēte croceū. i. crocei coloris: spargebat iam prima. i. pmū: aut recēs orta terras: lumine nouo. s. illi' diei: & sup. regina. s. Dido: vt. id est postq;: vidit e speculis. i. altis fenestris: vnde speculari licebat, lucē albescere. i. albā fieri: primū. i. pmo tpe: & classem pcedere. i. puehi: velis ęquatis. i. ęqualiter pleno vēto distentis: & sensit littora, & portus vacuos: qa sine remige: ipsa pcussa. i. habēs pcussum: aut, vbi pcusserat: terq; quaterq;. i. frequēter, aut cōsummate, pectus. s. suū: decorū. i. pulchrū: manu. s. propria, & abscissa comas flauētes. i. habens abscissos capillos flauos (saltē pro parte: qa postea dicet, Nec dum illi flauū Proserpina vertice crinem Abstulerat.) ait, proh Iuppiter, ibit hic. i. hostis meus: & ipse aduena. i. cū sit aduena: illuserit. i. ei concessum fuerit illudere: nostris regnis. q. d. id ferēdū nō esse: & sup. Tyrii nō expedient. i. expedite capiēt arma: & sequentur, sup. eos, ex tota vrbe: vt fit in bello tumultuario: & alii. s. aliqui ex eis: diripient. i. in diuersa rapient: rates. i. naues Troianorū naualib'. i. e statiōe nauium, vbi naues parant: & fiūt. Ite, o Teucri, sup. & vos citi: ferte. i. inferte: in naueis Troianorū flāmas: date. i. mittite, tela: impellite remos. oia sunt pcipitāter dicta, quasi loquētis animū depingētia: vnde castigans se Dido: quia hæc cum sola vigilaret, dixerat, ait, Quid loquor? aut vbi sum? q. d. sola sum: & quasi cum multis loquor: quę insania mutat mentem. s. tuam, o Dido infelix? (loquitur enim per pathos, & apostrophen: ad se: quasi ad aliam.) fata impia. i. mala, in te fataliter præscita: tangunt nunc te: decuit. s. naues incendisse tunc cum. i. quādo, dabas sceptra. i. partē regni: en. i. ecce (hic exprobrantis, ac irridentis est:) dextra. i. virtus: q; pro id est, fides. i. fidelitas, ac fidelis pietas: viri, sup. quem aiunt portare secum penates. s. deos: patrios. i. a patria Troia auectos: & quem aiunt subiisse. i. subeundo, portasse humeris: parentem, scilicet Anchisen: confectum. i. consumptum: fere senio. i. annositate. Non. i. nonne? quasi dicat maxime: potui diuellere, id est in diuersas partes vellere: corpus. s. nauiū, hoc est classem: aut potius, corpus Ænee abreptum, scilicet ab aliis, & spargere, supple ipsum Ænea, vndis? nō, sup. potui: diuellere socios, & spargere vndis? quasi dicat etiam potui. Non, scilicet potui: absumere ferro. i. interficere: Ascanium ipsum, scilicet cui regnum Italiæ, dicitur deberi: & caput omnis mali est: & causa pfectionis: & apponere epulādum mensis patris? quod Progne dicit fecisse offerens Tereo Ithim filium: vt in Sileno dictum est: quasi dicat etiam potui: & fuisset, supple factum: verum fortuna. i. alea: pugnę fuerat anceps. i. dubia: quia forte Troiani nos vicissent, quo dicto, inimica, laudat Troianos: sed quem metui moritura? quasi dicat neminem debebam metuere: quę decreueram mori. Aut sic: vt sibi obiiciat: verum fortuna pugnæ fuerat anceps, quasi dicat potuissem qdē tentare, sed fuisset dubium de victoria: ad quod dicit concedendo, Fuisset. q. d. esto. fuisset anceps pugnæ: quid tum? Quem metui, id est metuere debui, moritura? q. d. nullum: ego tulissem, idest inferre potuissem: faces, id est tedas: in castra, id est classem eorum: & implessem, pro impleuissem. foros, id est nauium tabulata, quæ ferunt incessus: flammis, scilicet comburentibus ea: & extinxem, pro extinxissem: natum, & patrem, cum genere, id est progenie tota: & ipsa, id est ego: dedissem, super, scilicet extinctos memet, id est meipsam, quod amatorie dicit: cum viuere nollet, eo mortuo.

PIERIVS.

¶Flauentesq; abscissa comas.) Codices nōnulli veteres, adscissa quod minime placet, legunt. In altero. n. plus est vehementiæ. ¶Nunc te fata impia tangūt Tum decuit cū sceptra dabas.) Probus hoc loco, num, & tum, aduerbia, sibi respondere dicit: quare absq; c, litera legēdum, Num te fata impia tangūt. Pręterea apud eū, veluti etiā est in Mediceo codi, facta impia: nō, fata, legit. vt sit participiū. nō nomē. Quæ vero sint ea facta impia, ad quę stimularet, superiorib' versibus enumerauerat. Non arma expediēt: & quę sequunt. ¶Epulandum apponere mensis.) In Medi. & antiquis plerisq; oibus codicibus ponere, simplex verbū notatum obseruaui: idq; Ser. agnoscit. In vno aūt tantū codice veteri, adponere, scriptū inueni, vt vulgata habent exēplaria. Et frequēs loquēdi vsus adprobat.

Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras:
Tuq; harum interpres curarum: & conscia Iuno,
Nocturnisq; Hecate triuiis vlulata per vrbes.
Et diræ vltrices, & dii morientis Elisæ:
Accipite hæc: meritumq; malis aduertite numen:
Et nostras audite preces. si tangere portus
Infandum caput, ac terris adnare necesse est:
Et si fata Iouis poscunt: hic terminus hæret:
At bello audacis populi vexatus, & armis,
Finibus extorris, complexu auulsus Iuli,
Auxilium imploret: videatq; indigna suorum
Funera: nec cum se sub leges pacis iniquæ
Tradiderit: regno, aut optata luce fruatur.
Sed cadat ante diem, mediaq; inhumatus arena.
Hęc precor: hanc vocē extremā cū sanguine fundo.
Tum vos o Tyrii stirpem, & genus omne futurum
Exercete odiis: cineriq; hæc mittite nostro
Munera. nullus amor populis, nec fœdera sunto,
Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor:
Qui face Dardanios: ferroq; sequare colonos.
Nunc, olim, quocunq; dabunt se tempore vires,
Littora littoribus contraria, fluctibus vndas
Imprecor, arma armis: pugnent ipsiq; nepotes.

SERVIVS.

¶Sol.) Iam vtit imprecationib', hoc est deuotionib': vñ & deuotor & deuotrix dicit. Non aūt terrarum flāmis, sed opera terrarū. Et bene inuocat Solem, cui supra p numen Liberi sacrificant. ¶Interpres curarū.) Aut quas patior: aut generaliter curarū cōiugaliū interpres, hoc est media & cōciliatrix. Cicero, Quiq; interpretes corrūpendi iudicii solent eē. ¶Conscia Iuno.) Siluit rem turpē: sic supra, Et pronuba Iuno. ¶Nocturnis.) Nō triuiis, sed per nocturnū tempus. ¶Vlulata per vrbes.) Proserpinā raptā a Dite patre, cū Ceres cū incensis faculis per orbē terrarū requireret, per triuia eā vel quadriuia vocabat clamorib'. Vnde permāsit in eius sacris vt certis dieb' per cōpita a matronis exerceatur vlulatus: sicut in Isidis sacris, vbi est imitatio inuēti Osyridis, quē dilaniatū a Tisiphōe eius fratre vxor Isis per totū orbē requisisse narrat. Iuuenalis, Plangētis populi currit derisor Anubis. Hecatē autē causa inuocat vltionis. Vnde etiam furias vocat: sed vsurpatiue modo diras dixit, Nam dirę in cœlo, Furię in terris, Eumenides apud inferos. vnde & tres esse dicunt: sed hęc noia confundunt poetę. Vltrix vero, hoc est Tisiphone. Nam Græce τίσις vltio dicit. ¶Dii morientis Elissę.) Aut manes dicit. vnde est, Vos o mihi manes Este boni: qm superis auersa voluntas. Aut certe anæcticos dicit. i. Martē & Saturnū, qui intercidunt vitæ rōnem: si rasdiis suis ortū geniturę pulsauerint. Hora. Te Iouis impio tutela Saturno refulgens Eripuit: volucresq; fati tardauit alas, Et bene tardauit, quia necessitas fati impediri pōt, non penitus eludi. Sic Virg. Nec fata vetabāt Stare, decemq; alios Priamū superesse per annos. ¶Meritumq; malis auertite numen. Quod mali merētur. ¶Audite preces.) Imprecationes dicit. Nā nō sunt pces, vt paulo post, imprecor arma armis. ¶Adnare.) Vt in pmo, Huc pauci vestris adnauimus oris. i. per tempestatē venimus. Et bono colore futura pdicit. ¶Fata Iouis.) Participiū est, non nomen. ¶Terminus hæret, Si hoc est imutabile. ¶Audacis populi.) Rutulorum, sicut semp inducunt. Alibi, Audacis Rutuli ad muros. ¶Finibus extorris.) Extra suas terras remotus: & sigñat qñ Euādri & Tarchontis petiuit auxiliū. ¶Indigna suorū funera.) Pallantis dicit & cæterorū. ¶Pacis iniquę.) Vt supradiximus, ppter perditā linguam habitū nomen: quæ solet victor imponere, sicut postulat Iuno. ¶Sed cadat ante diem.) Cato dicit iuxta Laurolauiniū cū Ænee socii prædas agerēt plium cōmissum: in quo Latinus occisus est, fugit Turnus. & Mezentii auxilio comparato, victus quidem est ab Ænea, qui tamen Æneas in ipso prelio non cōparuit, Ascanius postea Mezentiū interemit. Alii dicunt q; victor Æneas cū sacrificaret sup Numicū fluuiū lapsus est, & eius nec cadauer inuētū est: vñ dicit. ¶Mediaq; inhumatus arena.) Postea dictus ē iter deos recept'. ¶Ante diē aut, ante fati necessitatē: & bene qd' passura est, optat Ænee, vt, sed misera ante diē. ¶Cum sanguie fundo.) Quasi imprecationes ipsas suo consecraret cruore. ¶Tū vos o Tyrii.) Non sunt mādata: sed imprecatiōes vt dissentiāt oibus reb', sicut & factū est. Nā si mandata sunt, qūo genus futurū.) ¶Exercete odiis.) i. fatigate. ¶Nec fœdera sunto.) Quia rupta sunt tertio. Sunto aūt sint. & fit pter metrū addita o tertię psonæ numeri pluralis modi indicatiui, vt amāto, docēto, legūto, nutriunto. Vrbanus dicit verbo eū iuris vsum pter odia hereditaria. ¶Exoriare.) Exoriat: & ostēdit Annibalē. ¶Ex ossib'.) sm Anaxagorā, q Homœomeriā dicit, id est oium mēbrorū similitudinē esse in reb' creandis. i. ex ossibus, ex sanguine, ex medullis. Nā oia pro parte sui transeūt in procreationē. Lucreti'. Nūc ad Anaxagorę veniam' Homœomeriā. ¶Fluctib' Vndas iprecor.) Propter illud qd' in fœderib' sancitū est: vt Corsica esset media iter Romanos & Carthaginenses. ¶Pugnent ipsiq; nepotes.) Pōt & ad ciuile bellum referri.

DONATVS.

¶Tum vos o Tyrii st. & g. of. Ex. o. c. q; h. m. no. Munera. (Facta sunt hec punicis incursationibus & bellis sub Annibale Afrorū rege, & Scipione ac Regulo cæterisq; Romanis ducib'. Cineriq; hæc mittite nostro munera. quasi aliquid esset sensura post mortem, vel ex his, quę supradixit, vel quę ifra cōplexa est. hec, inqt, pręstate pro munerib' cineri meo. ¶Nullus a. p. n. f. s.) Nec amor sit inter populos, nec fœderibus dissidentes necessitas iungat. ¶Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor &c.) Veniet, inquit, tempus quo nascetur quisq; ex ossibus meis, qui ferro & flāma Troianū genus psequat ob vltionē meā. olim, hic futurū tēpus sigñare manifestum est. sequit enim quocūq; dabunt se tempore vires. nō & dabunt futuri est tēporis. rem locuta est impossibilem, vtpote quæ nō esset suę mētis suiq; cōsilii. qñ enim nasci homo ex ossibus mortui hois pōt? tamē qui inania sentire voluerunt, dicunt hoc in Annibale extitisse. quod est absurdum, nam Dido Tyria fuit, Annibal pœnus a genere Didonis longe remotissimus. melius est, sic intelligere, vt postulata psona nesciret se impossibilia postulare: quod ipsum sequētia docent, qa dixit tanta sit inter meos Troianosq; discordia, vt nec ipsa sibi cōueniant littora, nec vtriusq; littoris vndę misceantur. arma autem armis

Universidad de Deusto Biblioteca

pugnent,ipſiq; nepotes.fieri potuit inter multa, quę emerſura non fuerant. hoc ergo dixit poſſibile. ſolent enim mente capti etiam quod rectum eſt aliquando ſentire.

ASCENSIVS.

¶Sol,qui,&c.) Recitat aliquã partẽ querelę Didonis, in qua cũ facto Troianos perſequi nequeat, exercitationibus, & diris imprecationibus pſequit: in qbus poeta ſubtiliter adludit ad futuras Carthagineñ. ac Romanoꝝ hiſtorias. Dona. autẽ ſolũ dicit. ¶Exercete odijs.)Quod factũ eſt trib⁹ bellis Punicis. ¶Exoriare aliquis.) Aliqui, de Annibale volunt itelligere: ſed melius eſt, vt ſit hoc pturbatę pſonę, quę neſciat ſe impoſſibilia poſtulare. qđ ſequẽtia indicat, cũ poſtulet & littora & vndas inter ſe diſcordare, pugnent ipſiq; nepotes, hoc dixit poſſibile. nam & furẽtes qñq; quod rectũ eſt, ſentiunt. Hæc ille. Ordo. ¶Ordo eſt. O Sol, qui luſtras.i. purgas, & circumis flãmis.ſ.radioꝝ tuoꝝ: oia opa terrarũ.i. quæ fiunt in terris. & tu, o Iuno, interpres.i. mediatrix & cõciliatrix: harũ.i. hmõi.ſ. matrimonialiũ curarũ: aut haꝝ.i. mearũ curarũ.i. ſolicitudinũ amoꝝ: & cõſcia harũ curarũ: qa nuptura ſacrificauerat Iunoni ante oẽs cui vincla iugalia curæ, & o Hecate.i. Proſerpina: vlulata.i. cũ vlulatione quæſita: triuijs.i. in triuijs: per vrbes.ſ. varias: nocturnis.ſ. tẽporib⁹: aut, vlulata triuijs nocturnis i. nocturno tpe, ab vlulantib⁹. & te cũ rapta eſſes, qrẽtib⁹ frequẽtatis: & vos diræ.i. furiæ Eumenides: vltrices.ſ. ſcelerũ, & dñ Eliſſę moriẽtis.i. in quaꝝ poteſtatẽ ventura eſt Eliſſa: hoc eſt, ipſa quæ loquit: per mortẽ, hoc eſt dij manes, aut inferi, aut anæretici: accipite.i. inteligite: hæc.ſ. dicta, & precamina mea: & auertite numen.ſ. infeſtum, & inimicum: meritũ malis.i. a malis, quod mali merent habere infeſtum: & ita ſe innocentẽ indicat: aut meritum malis.i. per mala mea: & ita confitendo ſe innocentẽ faceret: accipitur autẽ meritũ, hic in ſignificatione paſſiua: & audite preces,i. imprecationes noſtras. Si neceſſe eſt.ſ. neceſſitate fatali: caput infandum.i. deteſtabile, & indignum quod nominet: hoc eſt, Æneam: tangere portus.ſ. Italiæ: ac adnare terris.i. ad terras: & ſi fata Iouis poſcunt.ſ. id fieri, & hic terminus.i. hæc extrema deſinitio fatorum: hæret.i. cõfirmata eſt: at.i. ſaltem, ipſe vexatus: bello.i. peritia bellandi: & armis populi audacis: & extorris, id eſt exul: & excluſus finibus.i. limitibus regni ſibi conceſſi, & auulſus complexu Iuli: imploret.i. ſuppliciter, quaſi cum ploratu petat auxilium, & videat funera ſuorum indigna.i. miſerãda: aut fœda, nec.i. & non: & cum tradiderit ſe ſub leges pacis iniquæ: aut, quia pace indignus eſt: aut, quia talis pax votis eius iniqua ſit: cum non victor, ſed victus, per eam, videatur: quia linguã, & nomen, & habitum amittet: non fruatur luce optata, id eſt vita: ſed cadat ante diem, id eſt terminum & periodum vitę, inhumatus media arena) hęc omnia quæ imprecatur Dido poſtea euenerunt: ſed ſunt generaliter accipienda: non enim ea futura nouerat, vt poeta, ſed optauerat: quocirca non potuit ſpecialia, quæ ſi poeta ex perſona ſua poſt factum locutus fuiſſet, aut deum aliquẽ introduxiſſet, qui hæc loqueret, nimirũ expreſſiſſet. Nam vexatus bello audacis populi.ſ. Rutuloꝝ & Latinoꝝ, implorauit auxiliũ Euandri Arcadis, cuius filij Pallantis indignam mortẽ vidit: fecit pacẽ iniquã, vt dictũ eſt: & orciſus in Numicũ proiectus eſt inſepultus.) Ego precor hæc.i. vt hæc eueniant: & fundo hanc vocẽ extremã.i. vltimã, quã maxime exaudiri voluimus (vnde in teſtamẽtis ſupremę voluntati, maximũ põdus eſt) cũ ſanguine.i. effundo ſimul, aut paulopoſt) qa, quod parum diſtat, nihil diſtare videt.) ſanguinẽ. Tum.i. inſuper, vos o Tyrij.i. Carthaginenſes, Tyro pfecti, exercete.i. fatigate ſtirpẽ, & oẽ genus futurũ odijs: & mittite noſtro cineri hæc munera.i. obſequia: nullus amor, nec, ſup. vlla fœdera, ſunto.ſ. in futurũ: populis.ſ. Tyro, Troiaq; pfectis (cõtra id qđ dixerat in.j. Iuppiter hoſpitibus, nam te dare iura loquunt, Hunc lætũ Tyrijſq; velis, Troiaq; profectis eſſe diẽ.) Aliqs, vltor: hoc, ppter Annibalem finxit poeta: ſed Dido generaliter loqt: & ne ſpecialiter loqui videat, addit aliqs. exoriare.i. exoriat: vt ſit ſecũda pſona: pro tertia, aut potius ſic, O vltor exoriare aliqs ex noſtris oſſib⁹: qui ſequare. Ego aũt, ſicut Valla docet, ꝙ ſuus & tuus, vocatiuo nõ carent, dicerẽ: licet rarum ſit aliqs etiã infinite poſitũ, non carere vocatiuo: vt hoc loco, qa ſe indefinite voluit ſignificare locutã: non dixit, ſolum vltor: ſed, aliquis: ſit ergo ordo, o vltor aliqs.i. quicũq; futurus es: exoriare.i. exoriaris & naſcaris: ex noſtris oſſibus.i. ex duriſſimo reliquiarũ mearũ, qui ſequare.i. ſequaris hoc eſt perſequi poſſis, colonos Dardanios.i. a Dardania in Italiã appulſos, face & ferro.i. crudeliſſimo bello, quo oia igni, & ſanguine cõtaminat. ſequare, dicit, olim. nunc.i. ab hac hora: quocũq; tẽpore vires.i. facultates naſcendi, aut bellandi, dabunt ſe. ego imprecor.i. per imprecationẽ: opto littora.ſ. Carthaginenſia: cõtraria.i. inimica littoribus.ſ. Italicis & vndas, ſup. cõtrarias vndis. & arma, pugnet armis: & ipſi nepotes.i. poſteri: pugnent, ſup. inter ſe. Hæc propter Punica bella, finxit poeta: quæ neſciuit Dido futura. quocirca (vt dixi) nihil ſpecialiter imprecata eſt.

PIERIVS.

¶Meritumq; malis auertite numẽ.) Exẽplaria longe plura ſunt, & ea probatiora, quæ aduertite, legunt. Imprecatura.n. eſt Dido mala multa Troianis: quæ di moriẽtis Eliſſę rata, & ineuitabilia eſſe velint. Et hoc admittere videt Serui. dũ dicit. Quod mali merent.ſ. Troiani. eadẽ apud Oui. ſnia, idẽq; verbũ vbi Althea furias in gnati exitiũ vocat, Pœnarũq; deę triplices furialib⁹, ingt Eumenides ſacris vult⁹ aduertite veſtros. ¶Et ſi fata Iouis poſcũt.) Antiqui pleriq; codices, Et ſic fata Iouis poſcunt: legunt, quæ lectio forte nõ diſpliceat. In Mediceo, c, litera, ex ea dictione abraſa eſt, cũ, ſic fata: prius ſcriptũ fuiſſet. ¶Videatq; indigna ſuoꝝ funera.) Bona veterũ codicũ pars videat idigna ſuoꝝ, abſq; particula, q; legunt. Notũ.n. heptimemerim quoq; indifferẽter vtraq; ſyllabam admittere. Vnde ſuperiori libro legere eſt, Dona dehinc auro grauia, ſectoq; elephãto. Neq; tamẽ diſplicet, videatq; legere, verſu incolumi, & pleniore.

SERVIVS.

¶Breuiter.) Feſtinatiõe mortis: ſimul nectit cauſam morarum & ipſi & ſorori. ¶Huc ſiſte.) Huc adhuc: vt, Et cum grege ſiſtet ad aram. Hinc & ſiſtatur dicimus, id eſt adducatur. Nam ſtare aliud ẽ. Nec aliter poſſumus dicere, quã ſta hic, & ſiſta huc. Fallit autem pleroſq; verbi ſimilitudo: quia dicimus ſto & ſiſto, cum diuerſa ſignificẽt. ¶Sparget lympha.) Sacrificãtes dijs inferis aſpergebantur aqua: vt, Spargens rore leui, & ramo felicis oliuæ, Superis abluebantur: vt, Donec me flumine viuo abluero. Modo autem inferis ſacrificat: vt, Sacra Ioui Stygio. ¶Piacula purgatiões: alias ſacrilegia. ¶Sic veniat.) Ne premitteret aut præcederet. ¶Tege.) Corona: & vt ipſa tardaret. ¶Ioui Stygio.) Hoc eſt Plutoni. Et ſciendũ Stoicos dicere vnum eſſe deum, cui nomina variãtur pro actibus & officijs. Vnde etiam duplicis ſexus numina eſſe dicuntur: vt cum in actu ſunt, mares ſint: fœminæ, cum pariendi habent naturã: vnde eſt, Coniugis in gremium lætę deſcẽdit. Ab actibus autem vocitur: vt Iuppiter, iuuans pater. Mercurius, ꝙ mercibus pręeſt. Liber, a libertate. Sic ergo & modo Iouem Stygiũ dicit iferis ſacrificatura: vt alibi, Iunoni infernæ dictus ſacer. Hinc ẽ Iouis oratio, Cælicolę mea mẽbra dei quos noſtra poteſtas Officijs diuiſa facit. ¶Quæ rite incepta paraui.) Ordo eſt, Sacra quæ paraui, animus eſt rite perficere. ¶Curis.) Amorib⁹. ¶Dardanijq; rogũ capitis.) In quo eius imago fuerat. ¶Studio anili.) Aut pro ætatis poſſibilitate: aut pro induſtria, qua vtunt aniculę. ¶At trepida.) Feſtina. Nã moritura nihil timebat.

Hæc ait:& partes aium verſabat in omnes, POE.
Inuiſam quærens quamprimum abrumpere lucem.
Tum breuiter Barcen nutricem affata Sichæi,
Nanq; ſuam patria antiqua cinis ater habebat.
Annã chara mihi nutrix huc ſiſte ſororẽ: DIDO.
Dic corpus properet fluuiali ſpargere lympha:
Et pecudes ſecum,& monſtrata piacula ducat.
Sic veniat.tuq; ipſa pia tege tempora vitta.
Sacra Ioui Stygio,quæ rite incepta paraui:
Perficere eſt animus:finemq; imponere curis:
Dardaniiq; rogum capitis permittere flammæ.
Sic ait:illa gradum ſtudio celerabat anili. POE
At trepida,& cœptis immanibus effera Dido,
Sanguineam voluens aciem,maculiſq; trementes
Interfuſa genas,& pallida morte futura,
Interiora domus irrumpit limina:& altos
Conſcẽdit furibunda rogos:enſemq; recludit
Dardanium,non hos quæſitum munus in vſus.
Hic,poſtquam Iliacas veſtes,notumq; cubile
Conſpexit:paulum lachrymis,& mente morata,

Incubuitq; toro,dixitq; nouiſſima verba.
Dulces exuuiæ,dum fata,deuſq; ſinebant: DIDO
Accipite hanc animam:meq; his exoluite curis.
Vixi:& quem dederat curſum fortuna,peregi:
Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.
Vrbem pręclaram ſtatui:mea mœnia vidi:
Vlta virum pœnas inimico a fratre recepi.
Felix,heu nimium felix:ſi littora tantum
Nunquam Dardaniæ te tigiſſent noſtra carinæ.
Dixit:& os impreſſa toro,moriemur inultę: POE.
Sed moriamur ait.ſic ſic iuuat ire ſub vmbras. DI.
Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus:& noſtrę ſecum ferat omina mortis.

mebat. ¶Cœptis imanib⁹ effera.) Furiata ſeuis cogitationibus. ¶Pallida morte futura.) Aut pallidior, ꝙ ſolent hoies eẽ poſt mortem, aut pallida, omine mortis futurę. ¶Furibũda) Furẽti ſimilis. ¶Nõ hos quęſitũ munus in vſus.) Quẽ Æneas nõ ad hũc vſum reliquerat: vt ſupra diximus ſm Home. vertit mun⁹ in pniciẽ. Tale eſt in Buc. Hos illi, quod nec bene vertat, mittim⁹ hœdos. ¶Et mẽte.) Cõſilio. ¶Deuſq; ſinebãt.) Aut Iuppiter, q Æneã abſcedere cõpulit: aut amor, aut neceſſitas fati. ¶Vixi.) Excuſat vitę abruptionẽ: qa dicit Plato magna pœna affici aias eoꝝ, q vitã ante tẽpus relinquũt. ¶Et quẽ dederat curſum fortuna, peregi.) Nõ natura, nec fatũ. Tribus.n. humana vita continet. Natura, cui vltra centum & viginti ſolſtitiales annos conceſſum non eſt. Fato, cui nonaginta anni, hoc eſt tres Saturni curſus exitiũ creãt: niſi forte aliaꝝ ſtellaꝝ benignitas ẽt tertiũ ei⁹ ſupet curſum. Fortuna i. caſu, q ad oia ptinet, q extrinſec⁹ ſunt, vt ad ruinã, incẽdia, naufragia, venena. Bene ergo dixit fortuna: ſic Cice. in Philippicis. Multa mihi iminere videbant pter naturã, pterq; fatũ. i. gladij Antonij ex caſu. ¶Sub terras ibit imago.) Bñ ergo imaginẽ dixit. Valde.n. qrit apud Philoſophos qđ illud ſit qđ inferos petat. Nam trib⁹ cõſtamus: Anima, q ſuperna eſt, & originẽ ſuam petit: Corpore, qđ in terrã deficit: Vmbra, quã Lucreti⁹ ſic diffinit, Supra ſpoliat⁹ lumĩe aer. Ergo Vmbra ſi ex corpore creat, ſine dubio perit cũ eo: nec eſt quicq; reliquũ de homine quod inferos petat. Sed deprehenderunt eſſe quoddam ſimulachrum: quod ad noſtri corporis effigiem fictum inferos petat: & eſt ſpecies corporea, quæ nõ poteſt

tangi,sicut ventus.Hinc in sexto,Corpora viua nefas Stygia vectare carina. Hanc autem rem etiam Homerus requirit,simulachro Herculis apud iferos viso.Et sciendum simulachra hęc esse etiam eorum,qui per apotheosin dij facti sunt,Vnde aut:visi esse apud inferos:aut illuc descendisse dicūtur. Horatius de Libero, Te vidit insons Cerberus aureo curru decorum. Sciēdum,tamē abuti poetas: & confuse vel simulachrum, vel vmbram dicere. ¶Vrbem præclaram statuj,) Non est contrariū illi loco, Pendent opera interrupta,nam licet paululum aliqd superesset:quantum ad ipsam pertinet, fecerat: vt, Vrbemq; paratā. Item paulopost, Vrbemq; tuā. & re vera ciuitati quid superest factis muris,templo posito & Theatro? ¶Mea mœnia vidi.) A me facta: & ptinet ad effectum:vt, Quem vestræ fecere manus. ¶Vlta virum.) Puniendo eius interfectorē. Nam ideo addidit Pœnas inimico a fratre recepi.& re vera nulla auari maior est pœna, ꝙ amittere pecuniam ꝑpter quam commiserat scelus.Bene aūt recepi quasi debitas.Ergo hoc dicit, Feci illūd: felix nimirum fuissem,si tantum Æneas Carthaginem non veniret.Alij hæc quasi per interrogationē volunt accipi:vt nihil dicat esse perfectum, Nunquid vrbem statui? Nunquid vlta sum virum? Nunqd a fratre pœnas recepi? Felix tamen fuissem, si vel hoc tantum contingeret vt Cartaginem non veniret Æneas. Et hanc varietatē gignit hic sermo.¶Tantum.)Nam ad vtrunq; admittitur. tamē melior est sensus superior, quē nonnulli sic exponūt propter Pēdent opera interrupta: vt ordo sit, Vrbem præclaram, & mea mœnia statui, vidi: hoc est vidi dum statuerenť. ¶Os impressa toro.) Applicito ore ad lectulum, aut quasi amatrix: vt, Stratisq; relictis incubat.aut certe quasi peritura insensibili rei dat sensum:& sic ad lectulum loquitur, vt ad hastam Turnus, Te Turni nunc dextera gerit, Mezentius ad equum, Rhebe diu res siqua diu mortalibus vlla est.¶Sic? Sic.) Quasi interrogatio & responsio, Et placet sic inultam perire? placet, & hoc eā se loco intelligimus percussisse.Vnde & alij dicūt verba esse ferientis. ¶Hauriat hūc oculis ignem.)Aut videat omina tempestatis futuræ: Quia nauigationibus malum omen est,si rogalis flamma videatur: aut certe satisfaciat suæ crudelitati.

DONATVS.

¶Hæc ait,& p.a.u.in o.&c.) Hoc est quā celeriter festinabat, inquit, mori, vtpote quæ iocunda oibus ipsi onerosa fuerat lux. impediebat nutricis præsentia, sed hanc inde cū mandatis inanibus alienat.¶Tum breuiter b.n.a.si.&c.) Breuiter,inquit,locuta est.hoc.n.côueniebat volenti maturius mori. ¶Anna.c.m.n.h.si.so.) Huc siste,hoc est huc instāter adducas. chara mihi addidit benigni animi signū dicēdo.chare, vt per blandimenta impetraret,quod illa ꝑpter onus ꝓuectioris ętatis poterat recusare,quę ꝑsona aptissima negocio fuit,vt cū mora ꝑgeret, cū mora remearet:deniq; vt hoc sibi Dido ꝓcuraret, nō dixit, mitte mihi sororem meā,sed huc (inquit) siste.s.vt cū ipsa veniat,vt euntis & redeuntis aniculę tardior & difficilis gressus perficiēdo exitio largissimū spatiū daret.¶Dic corpus pr.fl.sp.ly.)Alia mora,qa dum hoc Anna expetebat, aliqd accedebat ad tēpus. ¶Et pecudes se.& m.p.d.) Ecce aliud,quod afferret tarditatē,prouidere necessarias pecudes, & adducere, quaꝝ segnior gressus est,& afferre expiationibus necessaria. ¶Sic veniat.t.q; i,p.t.t.v.) Pia & nutrix esse pôt,& vitta,vt pia nutrix,aut pia vitta.quicqd tamē secuti fuerimus,rectum est.sic veniat,intelligēdum est,ita veniat.s. vt cū his veniet, quæ mandauit,& qōo mandauit. incipit dicere mādatoꝝ causas,ne qua suspicio cogitationis extremæ nutricis animū commoueret. ¶Sacra Ioui st.q.r.in.p.Pe.c.a.Omnia, inquit,hęc iccirco præsto esse desidero, vt diti patri destinata sacra persoluam. deinde subiungit, quæ rō sit eiusmodi sacra soluēdi. ¶Fi.q; i.c.) Volo,inqt,interposito sacroꝝ ritu his finē iponere, quæ cruciāt animū meum.magna caligo verboꝝ fatetur,quid disponat: nec tamen intelligi potuit.putabat enim nutrix hoc genere prouenturum remedium, vt incolumi Didoni vniuersi remouerentur angores, nescia quod illa malis suis mortis remedio fuisset terminū quæsitura.¶Dardaniiq; rogum c.p.f.) Vt in occasione velut sacrificioꝝ aboleret etiā illius memoriā, quē habuit inimicū. paraui quod semel posuit,non semel accipiēdum est, vt sit, sacra paraui,finēq; imponere curis paraui. Dardaniiq; rogum capitis permittere flammę paraui,vt videať sacra illa & propter solutionem suā parasse, & ꝑpter delendam eius memoriā, qui eam tam perniciose côtempsisset.¶Sic ait.illa g.st.c.a.)Ambulabat,inquit anus post mandata Didonis non celeriter vt debuit missa,sed segnius,vt ætas permisit. ꝓinde quādo remeare talis possit, cui ad Annam ꝑuenire difficillimū fuit? ¶At trepida & c.im.e. Di.&c.) Describitur quæ nō adhuc dubitaret mori, sed quæ iam se vellet occidere. Trepida (inquit) fuit cœptis imanibus, hoc est turbata.hoc ei præstabat mētis infanda destinatio.effera.i.exasperata in perniciē suā crudeliū côsideratione cœptoꝝ voluens oculos suffusos sanguine,maculis vero sordidis genas habens variatas, & ante futurā mortē iam pallida. Interiora aūt limina irrumpit, non dixit ingressa est,sed irrupit,vt ostēderet furentē, qm̄ supra dixit, tu secreta pyrā tecto interiore sub auras erige, merito ait interiora domus irrumpit limina, & côstructā altius pyrā furibunda conscēdit.eripuit e vagina gladium, quē obliuio ꝑperātis reliquerat nō ad eos vsus,quos furor amātis iueniebat.bene autē addidit poeta,furibunda conscēdit altitudinē rogi, vt ostēderet nullum de nece sua posse cogitare,nisi quē primo amentia furoris oppresserit. ¶Hic po.il.u.n.q; c.&c.) Quando ad ipsam ventū est pyrā,& vidit vestes iliacas & cubile,vnde malum omne côtraxerat,ictum paululū distulit, quo fuerat peritura incubuit super totum lachrymās,vt nouissima ante sanguinem funderet verba:quibus ora consolareť,quæ secū peritura cernebat.¶Dulces exuuiæ,) Hic suspendenda pronuntiatio est, nec iungēdum. ¶Dum fata deusq; sinebāt.) Ne expressum mire moriturę vexermus affectum,vt puteť illa vestes amare desijsse: quas intantū diligebat,vt earum fauillas suis vellet misceri cineribus. amat igiť has, ostēdens ꝙ illas nō odij sed amoris causa secum decreuisset incendi.hanc ergo esse meliorē ꝓnūciationē,& hunc ꝓponēdum intellectum,tunc apparebit,cum sensus fuerit ordinatus,vt excludamus eos,qui iungēdum putant.dulces exuuię dum fata deusq; sinebant,vt videanť illoulq; dulces,quo fuerat peritura. ꝙ si amor earum mortis tēpore recessisset, non diceret, accipite hanc animā.quo affectu ostendit cū his se interire voluisse,quas amabat. sensus ergo integer sic est: quo expresso ipse se intellectus sine cuiusq; opera demonstrabit.dulces exuuiæ, vixi q̄diu deus & fata sinebant. & quem dederat cursum fortuna peregi. ¶Accipite h.a.m.q; h.e.c.)Quoniā,inquit estis dulces, vos debetis excipere sanguinē meum, & anima mea vobis debet infundi. ¶Et nunc m.m.i.t.i,i.)Fui magna & adhuc magna sum.decet deteriorē ꝑuenire fortunā, vt felix ad inferos pergā quæ feliciter vixi.incipit dicere atq; enumerare felicitatis suę bona,quę vlterius nolebat viuēdo vexari.nouerat.n.quę metueret post Ænee nauigationē,& quæ possent infortunia sequi. ¶Vrbem p.st.)Nō dixit,perfeci,sed statui.statuere est.n,instituere aliquod nouū & quod fuerit nunq̄.sequiť dicere quod pręclarā, hoc est magnā. hoc idē est,quod ait.¶Mea mœnia vidi.) Nonnulli immemorē hic dicunt extitisse Virgiliū, vt induceret Didonē quasi de perfecta locutā esse ciuitate, quā ipse dixit in opere fuisse, cum eā Æneæ in.j.lib.subiecisset aspectibus,hi nō attendunt vim verbi.nam vt dictū est statui significat,nō perfeci:quod si ita est, vt de perfecta dixerit,statui etiā sic pro qualitate ꝑsonę accipiēdum est, vt consolationis suæ causam ꝑfectā dixerit, quæ fuerat imperfecta,eo aio dixit,vixi, hoc est,n.vixisse, aliquā factoꝝ memoriā relīquisse post mortē.¶Vlta virum.)Similis calūnia est,ꝑpter Sichęi mortē defensam nō esse,qa Pygmalion occisus nō est,cum nō sit vnum genus vltionis,nam defendisse occisi mortē est prędā ꝑpter quā mactatus ē,abstulisse.quo in facto Pygmalion homo profundæ auaritiæ & reus remansit & pauper. ¶Pœnas inimico a.f.r.)Ipsi fuit pœna deterior,vt viueret,nec haberet quod ꝑ scelus se crediderat quęsiuisse.definit,quid sit statui, & quid sit vlcisci, quid penas recepisse.aut putam⁹ eum nō afflictū esse tormētis animi, quod illū ipsum ne mercedē sceleris caperet, fœmina ꝑuenisset. Iam venit ad cām quæ eā decepit.& hanc more humani ingenij nō actib⁹ suis iputat,sed fortunę.¶Felix heu n.f.si.I.t.N.d.t.n.c.) Duraret,inquit,etiam nūc ꝓsperitas nostra, si facti mei sors Troianoꝝ nō incurrisset aduētum,& si littora tantū nunq̄ Dardanię tetigissent nostra carinę.¶Dixit,& os i.t.m.i: Sed m.a.s.s.i.j.s.u.) Post transactā,inquit, feliciter vitam,post statutā vrbē,post pœnas reportatas ex fratre, solus dolor est quod me in pāti defendere nō potui. plurali numero dixit, moriemur multæ,quia cū vestibus ēt cū soli aliqd faciunt aut dicunt pluralem sibi numerū vendicare solent.fixa ergo facie erat in toꝝ, cuius adhuc affectū etiā moritura tenebať. dixit ēt inultę moriemur.tū q̄m hoc expedit moriamur.sicsic iuuat ire sub vmbras.melius est, inquit,me inultā mori, ꝙ vltionē quærere,quę prouenire nō possit,& deterioribus casibus reseruari. ¶Hauriat hunc o.i.c.ab a.D.) Pars inquit,vltionis est,si recedēs hostis me⁹ rogi mei flāmas aspiciat. ¶Et no.se.f.o.m.) Hoc est tristibus ominibus nauiget.

Statius.

ASCENSIVS.

¶Hęc ait,&c.) Hoc loco necem,quā sibi Dido intulit, describit,

de qua

de qua dicit Donatus sic.¶Tum breuiter.)Nam hoc côueniebat, quę q̄primum mori cuperet.¶Huc siste.) Huc instanter adhuc. ¶Chara.) Blanditur,vt impetret per blandimēta:quod illa ꝑpter ingrauescentē ætatem,poterat recusare. Elegit personam, quæ tarde pergeret,& cum mora remearet: vt sibi longiusculum ad mortē patrandam,spatium dareť.& propter hoc dixit, siste, & nō mitte.¶Dic corpus.) Et hoc ad morā innectendam ꝑtinet.¶Et pecudes.) Et hoc similiter. ¶Moriemur.) In plurali dixit: vel quia sic sæpe vsurpamus,vt de vno dicamus,nos:vel quia & reliquiæ erāt periturę.¶Hauriat.) Pars vltionis erit,si hostis abiens, rogi flammas aspiciat:& tristis ominib⁹ nauiget.Hæc ille.¶Ordo est, Dido,sup.ait hæc:& versabat.i.frequenter vertebat: animum in omnes partes quęrens.i.appetens, inuenta occasione abrumpere:q̄primum.i.valde cito:lucem inuisam.i.vitam, odio habitā aut lumē cœli,quod inuita videbat secludere per mortē. Tum.i. deinde: affata est breuiter.i.paucis verbis, aut incunctanter ne videať malum prætendere: Barcen.i.anum illam: nutricem Sichæi.s.mariti.(Nanq;,pro quia cinis ater.i.funestus.aut adustus habebat.i.occupabat:suam.i.ipsius Didonis nutricem.)Est autē mala reciprocatio,pro qua aptius dixisset, Nam ipsius patria antiqua,&c.sup.in patria.s.Sidonia:antiqua.i. chara:qa duas habere non potest:aut nobili, aut patria.i.regione:antiqua.i.priore: dixit ergo,o chara nutrix,siste.i.adhuc & constitue: accrescendo mihi.i.ad votum meū: huc,i.ad me: sororē,sup.meam,videlicet Annam.dic,vt,sup.properet.i.festinet (non tamē petebat callida in malum suum mulier eam ꝓperare. sed ne videatur appetere omniū absentiam, verum potius sororis pręsentiam, mandat vt properet,sperans anteq̄ anus id dixerit. & soror quantūuis properanter effecerit: necem quam côceperat exequi seclusis arbitris,cum etiā nutrix ablegata esset) spargere.i.aspergere & irrigare:caput.s.suum: lympha.i.aqua fluuiali, quæ vim purgatiuam habere credebaťab illis. vnde in.ij. Donec me flumine viuo Abluero.& dic,sup. vt ducat secū pecudes: & piacula.i.purgamina, aut libamina, qbus pieť.i.placenť manes:monstrata.i.indicata per sacerdotē Massyliæ gentis:& ipsa veniat sic.i.lustrata: & cum piaculis ac pecudib⁹.q.d.non aliter:& tu ipsa o nutrix tege tempora.i.capitis tui:vitta pia.i.religiosa: qa animus est mihi perficere Ioui Stygio.i.Plutoni: sacra.i.sacrificia quæ incepta ego paraui rite:aut quæ incepta ego paraui.i.intendi.s.perficere rite, & animus.i.volūtas & ꝓpositū est imponere curis.s.amoꝝ finem: id vere dixit: sed alium finē intellexit anus: credebat.n.remediū intelligere cū mortē intelligeret:& animus est ꝑmittere flāmæ.i. igni,hoc est incēdere rogū.i.pyrā,ac struē lignoꝝ:capitis Dardanij.i.in quo est effigies Ænee,qui & Dardanus dictus est: Dido, sup.ait sic:illa.s.nutrix Sichæi hoc est Barce:celerabat.i.celeriter abibat:studio.i.conatu:anili.i.qui anui côgruebat: quæ dum se mouet,vix ꝓmouet.At.i.sed: Dido trepida.i.festina: & effera.i. imanis effecta:& quasi eminenter fera:aut (vt dicunt) a mentis statu transportata:imanibus cœptis.i.per immania, hoc est crudelia cœpta:voluens aciē.s.oculoꝝ:sanguineā.i.cruentā (quęres qui id nouit poeta,cū sine arbitris esset Dido. Sed scies id nosse a musis,quarū sacerdos est:aut ex côiecturis) & interfusa.i.habēs interfusas genas.i.receptacula lachrymarū:trementes.i.trepidas & cōmotas,interfusa, dicit, maculis.i.diuersis colorib⁹ & pallida morte futura.i.propter mortē futuram: irrumpit.i.violēter intrat:interiora limina domus.s.suæ:& ipsa furibūda.i.frequēti furore percita:conscendit altos rogos.s.vbi erant arma exuuiæ, & effigies Æneæ:& recludit.i.aperit.i.euaginat ensem Dardanium i.ipsius Æneæ Dardanij (appositorie)existēs munus.i.quod forte muneri datum erat Ænee:nō quod ipse dederat,aut munus.i. instrumētū,quo obeat munus.i.officiū bellicū, nō quesitū.i.côparatū ab Ænea:in hos.i.in huiusmodi vsus.i.ad interficiēdum se,sicut Dido factura est, Postq̄ Dido,sup,ꝑspexit:hic.i,hoc loco: super rogos.s.vestes Iliacas.i. Troianas, hoc est exuuias Æneæ & cubile notum.i.lectum genialem,super quē ab Ænea cognita fuerat:ipsa morata.i.impedita,paululum:i.modicū lachrymis:&

mente

mente.i.rōne:q;,pro &.i.simul incubuit toro, & dixit nouissima.i.suprema verba.s.o dulces exuuię.i.vestes, quas vir dulcis exuerat:dum fata & deus,sinebāt.i.ꝑmittebāt vos esse dulces:accipite hāc animā.i.sanguinē, quē in vos effundā:& exoluite.i.liberate me:his curis.i.solicitudinibus.Ego vixi.i.s.hactenus, & ꝑegi cursum,quē fortuna dederat:non quē natura, nec fatum,qa diutius potuisset viuere, & nūc magna imago mei.i.simulachrū corporis mei:ibit sub vmbras.i.ad inferos:ego statui ꝑclarā vrbem:& vidi mea mœnia: & ego vlta virū.i.quæ vindictā feci de interfectore viri.i.mariti: recepi pœnas.i. punitionē a fratre.s. Pygmalione:de quo receperat pœnas auehendo thesaurum, ob quē habēdum eū occiderat:vixi (inquit) & vidi hæc existens felix:heu nimiū felix,tantū.i.tm̄mō si carinæ.i.naues: Dardanię.i. Troianæ nunq̄ tetigissent nostra littora: dixit,s. Dido.i.finiuerat sermonē & ipressa toro os.i.habēs os ipressum toro côiugali: ait.s.secū:moriemur inultæ.i.sine vindice:sed.i.licet inultæ moriamur.& iterū remordēs dicit sic.i.moriemur ne sic:& rñdet:sic iuuat ire sub vmbras,hoc est ēt,si iulta moriar:aut sic.i. hoc ictu, & eo dicto statim in gladiū incubuit:addēs Dardanus crudelis.i. Æneas sęuus:hauriat.i.auide capiat oculis:hunc ignē.i.rogū, in quo côburar:ab alto.s.mari:& ferat secū omina nrę mortis.i.infelicitatē quā meruit, côpellēdo nos ad mortē,& quā visus rogus nauigātib⁹ afferre solet.Beroaldus dicit in Seruiū,noīa in būdus, exponentē sic.Pluribus in locis Ser.tradit noīa desinētia in bundus significare similitudinē quod itidē referť a Priscia.alijsq; grāmaticis:quoꝝ error manifestarius corrigiť a recētiorib⁹ scriptoribus: & Au.G.in.x,plenissime docet, quēadmodū ista noīa quæ terminanť,hac particula,bundus,significāt,atq; demōstrant vim & copiā,& quasi abundantiā rei,cuius id verbū sit:vt lætabūdus dicať is,q abunde lætus populabūdus q passim,ac strenue populať:furibundus qui vehemēter furit.cęteraq; id genus oīa,ita dici ostēdit:vt particula hæc postrema,declaret largā vim,ac fluentem copiā:ideo aūt exēplis supsedeo, quod in vulgus edita sunt innumerabilia quæ Seruij,Prisciani,ac reliquoꝝ idē sentientium opinionē apertissime refellunt.Duo tātū exēpla referā, quę paulo remotiora sunt,qbus rñderi non posse, scio:quæ haud dubie, subuertant dicta grāmaticoꝝ.Qu.Curtius, qui sine côtrouersia, inter scriptores classicos assiduosq; numerať,ita scribit de Alexādro. quo vulnere afflictus magna vi sanguinis emicante remisit arma, moribundo similis: si moribundus signareť similis morienti:qd opus erat addere similis moribūdo? nōne esset oratio inuenusta,inelegans,ac insulsa,quasi accipit similis simili moriēti:quinctiā Vale. Max. & ipse quoq; scriptor non proletarius de Antiocho,loquēs sic,refert: Iacebat ipse in lectulo moribūdo similis: lamentabanť necessarij. Multis itaq; & his potissimū duobus exēplis liquido manifestať: noīa in bundus, desinētia similitudinem significare non posse, sed potius copiam quandam & abundantiam rerum,a quibus producuntur.

PIERIVS.

¶Sic veniat.) Codi.nonnulli veteres legunt, Sic veniet;finitiuo mō sed,veniat:imperādo,magis placet.¶Illa gradū studio celerabat anili,)In co.qbusdā sane q̄ vetustis,anilē, legiť: qppe gradū. Videturq; maius esse,celerare gradū anilē studio, q̄ celerare gradū anili studio.hoc tñ in medio relinquať.¶Paulū lachrymis.)In anti.aliquot exēp.paulū lacrumis,habeť.Ac de lacrumis qdē,superq; dictū alibi, Quātū vero ꝑtinet ad aduerbiū,paullū,duplici ll,notatū,id ita scribēdū esse côstāter adeo affirmat Terē. Scau. vt eos peccare sine dubio,dicat,q paulū per vnū l,scribunt. Hinc in veterū monumētis legas,HOSPES QVOD DICO PAVLLVM EST ASTA, AC PELLICE, & eodē mō plerisq; locis,tā pro aduerbio,q̄ pro noīe ꝓprio, Paullū,Paullus,scriptū côperias.Missa vero facio numismata, in qb⁹ fere passim, Paullus, legiť ll, geminato.¶Dū fata,deusq; sinebāt.)In aliquot anti.cod. sinebat,singulari numero legiť, vt proximiori adcōmodeť. Sed magis placet plurale sinebant,¶Inimico a fratre recepi,)Minime placet,quod in codi,nōnullis manu scriptis legiť, Inimico fratre absq; præpositione.

Pullum

Dixerat:atq; illam media inter talia ferro, POE.
Collapsam aspiciunt comites:ensemq; cruore
Spumantem,sparsasq; manus.it clamor ad alta
Atria:concussam bacchatur fama per vrbem.
Lamentis,gemituq;,& fœmineo vlulatu
Tecta fremunt;resonat magnis plangoribus æther,

Virgi.

SERVIVS.

¶Inter talia.) Per talia: vt, Hūc inter fluuio Tyberinus amœno. ¶Sparsasq; manus.) Aut ꝑfusas sanguie:aut morte resolutas. ¶Fœmineo vlulatu.)Proprio fœminaꝝ.Horatius, Et illa nō virilis eiulatio.¶Antiqua Tyros.)Vel no

bilem

bilem dicit:vel illud ostendit, qa Carthago ante Byrsa, post Tyros dicta est, post Carthago a Cartha oppido. Vñ fuit Dido īter Tyron & Berithon. ¶Audijt exanimis exterrita.) Nam vt diximus, exanimat⁹ mortuus est. ¶Ora soror fœdās & pectora pugnis.)Cruē

Universidad de Deusto Biblioteca

Non aliter: q̄ si immissis ruat hostibus omnis
Carthago, aut antiqua Tyros: flammæq; furentes
Culmina, perq; hominū voluantur, perq; deorum.
Audiit exanimis: trepidoq; exterrita cursu
Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis,
Per medios ruit, ac morientem nomine clamat.
Hoc illud germana fuit? me fraude petebas? ANNA.
Hoc rogus iste mihi, hoc ignes, aræq; parabant?
Quid primum deserta querar? comitem ne sororem
Spreuisti moriens? eadem me ad fata vocasses:
Idem ambas ferro dolor, atq; eadem hora tulisset.
His etiam struxi manibus: patriosq; vocaui
Voce deos, sic te vt posita, crudelis abessem?
Extinxti te, meq; soror, populumq;, patresq;
Sidonios, vrbemq; tuam. date, vulnera lymphis
Abluam: & extremus siquis super halitus errat,
Ore legam. Sic fata gradus euaserat altos: POE.
Semianimemq; sinu germanam amplexa fouebat
Cum gemitu: atq; atros siccabat veste cruores.

tans, sanguine fœdans. Nomine clamat.) Aut Didonem vocat: vt supra diximus, Pœnorum lingua viraginē. Nā Elissa dicta ē, sed virago ē appellata, cū se i ignē pcepitauit. Aut noie clamat, noiat: sicut Homerus dixit ἔκτ' ὀνομάζεν sexies noiabat. aut certe vero noie, vt solent dolentes: vt, Hunc te Euryale aspicio. Itē, Mater Cyrene mater. Hinc & ibi ait, Et te crudelem noie dicit, Et multi querūt quō pcedat hoc cū eius nomen nusq; sequat. Sed tractum est a iure vbi dicit nihil interesse vtrū qs vnū filium habēs dicat, fili heres esto: an Tite heres esto. Ergo dicendo, Hoc illud germana fuit? quasi nomē dixit. Sanè sciēdum bene eū pturbatę integrū nō dedisse sermonem. Hoc rogus iste mihi.) Alludit ad historiam. Quid primū deserta querar? Conquestio cur relicta sit: nec ad par exitium cōuocata. Comitēne sororē spreuisti?) Deest. illudne quod spreuisti comitē sororē? & semiplene loquit. Struxi manibus.) Subaudis. Rogos. Patrios deos.) Saturnū & Iunonē. Posita.) Exanimata. Statius. Positusq; beata morte pater. Date.) Aut aquā: aut date. i. pmittite. Lauare aūt cadauera fatis proximis cōcedebat. Vnde querit mater Euryali, Nec vulnera laui Veste tegēs. Ore legā.) Sic Cicero in Verrinis, Vt extremū filiorū spiritū ore excipere liceret. Gradus euaserat altos.) Ascenderat, rogi. s. qui pro qualitate fortunarū fiebat. Vnde in. vi. Cœloq; educere certant. Cruores. Vsurpatum. Nam nec sanguines dicimus numero plurali, nec cruores. Siccabat) autem exprimebat.

DONATTS.

Dixerat, atq; il. m. iter talia f. Col. as. co. &c.) Nō descripsit ictū, quo Dido cōfossa est: sed quę fecisset demonstrauit, vt ostēderet celeritatē facti. nam nullus vidit pcutientē sed cadentē, & ferrum spumare inundatione sanguinis. tanta aūt vis fuit, vt exanimes man⁹ defectiōe celerrima spargeret. It clamor ad alta Atria, &c.) Descriptio acerbi & repentini funeris potētis personæ, quæ primo intra parietes cum clamoribus plangebat, ex illis exorta fama per vrbē cucurrerat vlulatus simul & gemitus, lachrymæq; p tecta, donec ipsa sydera varijs clamorū generibus ferirent. hoc significat, quod alio loco dixit, & sydera verberat vnda. vult enim tantū valuisse illas voces, sicut illas vndas, vt vlterius ire potuissent, nisi syderū obiectus obstaret. terra aūt & ciuitas ōis planctu, vlulatibus, & oīum gemitibus personabat. & sonus omnis perueniebat ad cœlum. Non a. q. i. r. h. o. Carthago, &c.) Sic ōis Carthago luctu reginę cōcussa est, vt qui tātos vlulatus & clamores audisset, putaret hostes occupasse Carthaginē, aut Tyrū deletā, aut deorū culmina subuersa. Audijt.) Hic distinguēdum est, dehinc addendum. Exanimis tr. q; ex. c. Vn. ora. so. &c. Audijt, & cū audisset sororis interitū soror exanimis facta aduolauit turbata ferali nūtio, & morientē vocare cœpit nomine suo. iccirco separandum diximus. Audijt, quia multi, audijt exanimis, pronūtiant, quod cōtra est? nam audijt, & accepto nuntio exanimis facta aduolauit. hoc rectum est. cęterū audijt exanimis, nō est verū, nō enim anteq; audiret exanimis fuit, cum nō fuisset causa, cum igitur audisset, & ex eo quod audijt, exanimis fuisset effecta, vt in doloribus fieri solet, vnguibus ora sua vtpote vnanimis soror fœdabat & pectora pugnis. bis accipiēdum est fœdans, vt sit, fœdans ora vnguibus, & pugnis fœdans pectora. per medios ruit: non dixit venit, sed ruit, hoc. n. faciebat doloris imanitas, & morientē noie clamat, nec in totū mortua fuit, nec in totū retinebat vitā. sic eam qsi ex maiore mortis pondere pmebat noie vocitabat. quærit cur dixerit noie clamat, & cur nō secutū sit Didonis vocabulum. Hoc il. g. f?) Aut quid necesse fuerit eā clamari. cū nomine igit vocari oportuit eā, quę maxima leti parte oppressa vanescentibus iam mente oculis nesciret, quæ loqueret. quia tamen accipere aliquid auribus potuit, addi vocabulum debuit, cuius integratio est, quod nō Didonem, sꝫ. germanā dixit. bina enim noia hoies habent, vnū naturę ac sanguinis, quo se debēt appellare cōiunctę psonę, vt est nomē patris, matris, aui, auię, sororis, fratris, patrui, amitæ, filij, filiæ, nepotis, neptis, auunculi, materteræ, & cætera quę cōplecti longissimū est. aliud nomen quod iccirco alicui apponit vt eū ab extrarijs vocitet. Cum igit aliquā persouā necessitudine coniunctam vocamus, aut cū ea loquimur noie naturali eā appellare debemus, ipso docēte Virgilio. qui ait, O pater o hoium, rerumq; ęterna potestas, O genitrix quo fata vocant, aut quid petis istis? Itē, Nate meæ vires, mea magna potētia. Nate mihi vita quondam, dū vita manebat Charę magis, Itē, o soror vt dudum agnoui, cū prima per artem Fœdera turbasti. exempla ista sufficiāt doctis. aliarū psonarū legēdo reperient. interea redeamus ad Annę consiliū. debuit. n. morientē germanę noie appellare, vt sentiret sororē suā esse præsentē. ergo apparet recte positū, & morientē noie clamat, & recte cōsecutū, hoc illud germana fuit. Me fraude petebas. Hoc. ro. i. m. h. i. a. q; p?) Hæc dictio, quæ dolentis & repentini casus scelere cōmota est, cōtinua esse nō potuit. deniq; sese nō seqt. ait. n. hoc illud germana fuit, & non dixit quid fuerit. patebat. n. quid illud esset, quod in querelam veniebat. deinde trāsit ad aliud, me fraude petebas? decipit hoiem, qui fraude aliquem petit. deniq; deceptionis ipsius ptes & causas infra ostēdit, hoc rogus iste mihi, hoc ignes, areq; parabant? huc inquit tendebat rogus, ignis, & ararū præparatio? inde se ad aliud trāstulit, dicēs. Quid p. d. q?) Deserta sine sororis solatio, hoc est singularis & sola. partes sunt istæ deceptionis, quarū prima fuit in qua sororis solatiū perit. Incipit alia. Comitēne. s. Sp. m? e. m. a. f. v.) Si remotis, ait, dolis, quid disponeres sorori esses sine fraude confessa, venissem tecū ad extrema fatorū vltimaq; consortia. Idem am. f. d. a. e. h. tu.) Et quas vnus iunxerat, germanitatis affectus, vnum genus mortis eadem simul momēta cōsumerent: perindeq; fieret, vt altera alterius durū nō videret exitium. addit alia, vt magis exacerbet. quę superius dixit. His etiam struxi manibus.) Quod est deterius. dum tibi, inquit, præparo nescia, quæ exitium tuū complere potuissent, man⁹ meas parricidij crimine polluisti. Pa. q; v. Vo. d.) Et ne deesset aliqd sceleri, dijs testib⁹ patrijs ista cōposui, & cū arbitrarer profutura saluti tuæ, quæ instanter implebā eosdē ipsos gerendis rebus fautores adhibui. Sic te vt p. c. a:(Et hoc amplius infelix, q; in hisce casibus posita affui ego crudelis & sæua. Extinxti te, meq; s. &c.) In summā collegit, quę mala exorta sint illa mortua. Extinxisti, inquit, te soror. & me extinxisti, & populum, hoc est plebem patresq; sidonios, vrbemq; tuam tuo interitu perdidisti. more humano Virgi. plangentis descripsit affectum, dicendo, eadem me ad fata vocasses. Idem ambas ferro, atq; eadem hora tulisset, dixit illa. quod factura non fuerat. cæterum si futurū diceret, mox sese iugularet habens occasionē gladij. quo perierat soror. Date u. ly. ab.) Hoc fuit, quod morienti potuit exhiberi, lauare vulnera post verborū finē. Et extremus si. su. a. e. O.) Obseruare enim volo exeuntē spiritum, ideo hoc dixit, qa hunc charissimi colligere se posse arbitrant, licet teneri non possit. Ore legā, dubium est, vtrum ore suo an ore morientis quolibet genere fiat, fit incassum, qa quod incorporale est, nec excipi pōt nec teneri. Sic effata, gradus euaserat altos, Semianimemq; si. g. a. f. &c.) Continebat semianimem soror protestās gemitib⁹ dolores suos, siccabt aūt cruorem veste, quæ cruorē sorbuerat: vt sit a contrario argumentū. nam cū oia humectent vnda, madidaq; reddant, solum vulnus siccat & sanguis, si lauet. hoc genus dictionis, & in lib. x. posuit sic, Tyberini ad fluminis vndā Vulnera siccabat lymphis, corpusq; lauabat.

ASCENSIVS.

Dixerat, atq; illam media inter talia ferro, Collapsam aspiciunt, &c.) Docet qōo post necē inuenta est a famulis & sorore. Vnde

vnde Donati verba sunt. Atq; illam, &c.) Ostendit celeritatē in Didone, vt nemo ictū viderit, sed illā cadentē aspexerint. Nomine.) Atqui non dixit Dido, sed germana. Sed duplex est nobis nomen. Alterū naturę, & sanguinis, quo cōiunctę personę appellantur: vt mater, pater, frater, soror, & similia. Alterū, quod imponit ab extraneis. Ergo soror, sororē noie sanguinis appellare debuit vnde dixit germana. Hæc ille. Ordo est. Dixerat. s. Dido. i. finiuerat sermonē suum: atq; comites. i. satellites, aut ministræ, aspiciunt illā collapsam: ferro. i. in ferrum, hoc est in gladiū: inter media talia. s. verba: & cōspicit ensem spumantem cruore: & manus sparsas. s. cruore. Clamor. i. eiulatus, & planctus: it. i. extēdit ad alta atria: fama bacchatur. i. more bacchantiū: discurrit per vrbē. i. ciuitatē: cōcussam lamētis & gemitu, & vlulatu fœmineo. i. fœminis proprio: & tecta fremūt: & æther. i. aer altus: resonat magnis plāgoribus, nō aliter q; si omnis idest tota Carthago: ruat. i. euertatur: hostibus immissis: aut si Tyrus antiqua. s. Tyrorum patria ruat & si flāmæ furentes voluant per culmina hominū. i. domuū priuatarū: & per culmina deorū. i. tēplorū deorū. Soror. s. Anna: exanimis. i. territa & exanimata metu: audijt. s. clamorē: & ipsa exterrita cursu. s. cōcursu, & agitatione populi trepido. i. præ timore festino: & fœdās. i. dilacerans: ora. i. faciē vnguibus, & pectora pugnis: ruit per medios. i. cōcurrentes populos: acclamat moriētem. i. clamorē dirigit ad morientem: noie. s. necessitudinis: & nō proprio, o germana, fuit hoc. s. quod fecisti: illud. s. quod significasti te velle facere sacrificiū: petebas. i. adoriebaris ne me fraude. i. deceptione: aliud agens, & aliud dissimulās: iste rogus. s. quē tu mihi iussisti extruere, & isti ignes, & istę aræ parabant. i. parabantne mihi: hoc. i. hanc rem. s. necem tuā tam tristē: quid ego deserta querar primū? q. d. nescio. O germana, spreuisti ne moriēs. i. cum mori velles me, sup. sororē tuam: comitē. i. sociā mortis: q. d. id non deberes facere: quia vocasses. i. vocare debuisses me: ad eadē fata. i. simile genus mortis, idē dolor, atq; eadē hora tulisset. i. abstulisset nos ambas: ferro. i. ense aut mucrone, seu gladio, Ego struxi etiā his manibus. s. meis, sup. rogos: & vocaui. i. inuocaui: voce. s. pręcedenti: deos patrios. s. Saturnū & Iunonē: vt ego crudelis. i. crudeli similis, abessem te posita. i. deposita: sic. i. in tali statu: hoc est exanimata: verū, o soror, ego extinxi te. i. cōsilio meo, & me quæ peritura sum: & populum, patres Sidonios. i. a Sidone profectos: & tuam vrbē quæ imperfecta deseret, aut ab hostibus inuadetur. Date. s. aquā, aut permittite: vt. s. abluā: vulnera. s. sororis meę: & siquis spiritus vitalis. s. extremus. i. reliquus: supererat. s. in toto corpore: ego legā. i. colligā: & contrahā, sup. eum, ad sedē: vitæ: ore. s. meo. Ipsa fata. i. locuta sic: inuaserat. i. iam cōscenderat eo, vbi soror eius Dido erat, vnde cætera inter currendū dixerat: & amplexa. i. amplectens, aut postq; amplexa erat: germanā. i. sororem suam semianimem. i. seminecem, siue semimortuam, fouebat, sup. eam: sinu, sup. suo: cum gemitu. i. simul gemēs: atq; siccabat veste. s. linea: atros. i. concretos: cruores. s. effusos.

PIERIVS.

Ensemq; cruore spumantem.) In Medi. & aliquot alijs ant. co. legere est, cruorē, quarto casu: vt plura sint membra ad exaggerationem, hęc. s. collapsam, aspiciunt comites, ensemq; aspiciunt, cruorē spumantē aspiciunt, sparsasq; manus. Vel ensem spumantem cruorē: transitiue, nō ineleganter. Sed. n. magis omnino placet, ensem cruore spumantem. Resonat magnis plangoribus æther.) In Medi. & anti. plerisq; codi. clāgoribus, habetur, sed magis fœmineū est, plangoribus: & pauloante dictū est, It clamor ad alta atria: quod nō fuit tam cito repetendū. Non aliter quam si immissis ruat hostibus.) In codi. aliquot anti. missis legit: absq;, im, præpositione hostiū impetum indicante. Quare cum immittere pertineat ad hostilem vim. & alibi, Immissi Danai, & apud historicos, Immissos equites, Immissos hostes. sæpe legas. nulla mihi reliqua sit dubitatio: quin, immissis, legendū sit. Aut antiqua Tyros.) Veteres pleriq; codices, Tyrus, idiomate Latino legunt. Sed non displicet, Tyros, cuiusmodi casum Valerius Probus in plerisq; alijs huiusmodi nominibus apud Virgilium agnoscit. Atq; eadem hora tulisset.) In codi. aliquot anti. fuisset, legitur. Sed, tulisset, melius vt assumat accusatiuum, ambas. Extinxti te, meq; soror.) In veteribus fere omnibus exemplaribus, Extinxi, prima persona, legit: quasi fateatur Anna se manibus suis parasse instrumenta necis, admittatq; in se culpam ad maiorem doloris exaggerationem. Valerius tamen Probus, Extinxti, per syncopen agnoscit: vna cum Sosipatro Carisio, qui, syncope (ait) est, cum mediæ parti aliquid subducitur, vt, extinxti te, meq; soror: pro, extinxisti.

Illa graues oculos conata attollere, rursus
Deficit. infixum stridet sub pectore vulnus.
Ter sese attollens, cubitoq; innixa, leuauit:
Ter reuoluta toro est: oculisq; errantibus alto
Quæsiuit cœlo lucem: ingemuitq; reperta.
Tum Iuno omnipotens longum miserata dolorem,
Difficilesq; obitus, Irim demisit olympo:
Quæ luctantem animam, nexosq; resolueret artus,
Nam, quia nec fato, merita nec morte peribat:
Sed misera ante diem, subitoq; accensa furore:
Nondum illi flauum Proserpina vertice crinem
Abstulerat: Stygioq; caput damnauerat Orco.
Ergo Iris croceis per cœlum roscida pennis,
Mille trahens varios aduerso sole colores
Deuolat: & supra caput astitit. Hūc ego Diti IRIS.
Sacrum iussa fero: teq; isto corpore soluo.
Sic ait: & dextra crinem secat: omnis & vna POE.
Dilapsus calor: atq; in ventos vita recessit.

SERVIVS.

Sub pectore.) Nūc per trāsitū dicit vulneris locū. Ter reuoluta toro est.) Aut sæpi⁹: aut Promāteusis est propter bella Carthaginis. Ingemuitq; repertā.) Atq dixit, Inuisam querēs q;primū abrūpere lucē, sed ostendit moriētes sua improbare desyderia: vt in sexto, Quā vellēt æthere in alto Nūc & pauperiē & duros perferre labores. Tū Iuno oipotens.) Aut pronuba, aut inferna. Difficilesq; obitus) Quia supererat vita ei: q casu, nō aut fato aut natura moriebat: vt, Nam quia nec fato merita, nec morte peribat. i. naturali. Irim demisit olympo.) Vt & supra dixim⁹, trahit hoc de Alceste Euripidis, q inducit Mercuriū ei comā secātem: quia fato peribat marita. Sane sciendū hoc ideo nūc fieri, quia certis cōsecrationibus solebant hoies facere: vt muniti essent aduersus fortunę impetus. nec poterant mori, nisi exauthorati illa cōsecratione. Vnde circa Didonē ista seruantur. Sed misera ante diem.) Non est contrariū quod dicit in decimo, Stat sua cuiq; dies. Nam vt sæpe diximus, sm sectas loquitur: & hoc secundum alios, illud sm alios dictum est, quanquam grammaticę responsioni possit sufficere. Omnia vincit amor: & nos cedamus amori. Flauum crinē.) Abscondēte galero. Huic ergo dat, quasi turpi. Caput damnauerat.) Necdū eum morti destinauerat. Iris Roscida.) Quia cum nubibus est: quæ rore non carent. Aduerso sole.) Bene naturalem rem expressit. Iris enim nisi e regione Solis non fit, cui varios colores illa dat res: quia aqua tenuis, aer lucidus, & nubes caligātes irradiatæ varios creant colores. Corpore soluo.) Quia ait supra, Nexosq; resoluerat artus. Omnis & vna.) Vno impetu effusa est vita, id est anima. Dilapsus calor.) Secūdum eos qui dicūt animā calorem esse, qua recedēte corpus friget: vt, Corpusq; lauāt frigentis & vngunt. In ventos vita recessit) Anima, vt in quarto Georgicorū, Quemq; sibi tenues nascentē accersere vitas. Et dicendo In vētos, aut eos sequitur qui animā aerem dicunt: hoc est in materiam suā redijt, aut certe eos qui dicunt animam perire cum corpore: vt intelligam⁹ euanuit. In ventos recessit: vt in nono, Sed auræ omnia discerpunt. i. euanescunt.

DONATVS.

Illa gr. o. co. at. r. Deficit.) Voluit oculos, & aperire non potuit, opprimebatur enim letali violentia vulneris. ideo sub pectore, vt significaretur quā partē corporis illa percussisset. Ter sese. at. c. q; a. le. &c.) Signa, quæ moriens dedit. ostendebant eam facti pœnitudinem gemere, quod iam emendari non poterat. deniq; frequenter se erigere voluit, & quoties hoc nitendo aggressa est, toties superata succubuit. errantibusq; per diuersa oculis frustra quæsiit cœlo lucem, & cum hanc reperisset, ingemuit, q; amissam recuperare nō posset. Tum Iuno om. &c.) Miserata Iuno longum dolorem, & difficilem mortem cupiens relaxare. Irim demi. olym. Quæ lu. a. n. q; r. a.) Omnia, quæ vita constant, sibi inuicem nexa sunt: sed cum resoluta fuerint, atq; a sese recesserint, afferunt mortem. in hac parte Iunonis est nota iuuantis morientē, vt celerius spiritū efflaret, quæ si quid posset, vitam præstare debuerat, aut viuenti subuenire,

ti ſubuenire,cum decerneret mori. Dicitur ratio quę ei difficiles obitus faceret.¶Nam, quia nec fato, merita nec morte peribat.) Nec fato,inquit,nec morte merita, hoc eſt nō ſm inſtitutum naturæ,quod a fatis attributū eſt hominibus.ſ.vt nulla vi adhibita moriantur.tunc enim difficilis mors eſt,cum nō conſenſu naturæ ſpiritus redditur,ſed extorquetur violenter, & traditur.¶Sed m.a.d.)Hoc eſt ante tempus, quo natura potuit afferre conſenſum.¶Su.q; a.f.)Dixit,qua cauſa natura pręuēta ſit.furor inquit hanc compulit repentinus,vt appeteret mortem, quam nōdum natura permiſerat.ſubito furore dixit,nō tantum repentino,verumetiam non pertractato.furentes.n.conſilium non habent,& mox quicquid occurrerit faciunt.¶Nondū illi f.p.ve.c.Ab.&c.) Nec Proſerpina venerat, quæ exutum crinē orco ſolenniter traderet.nondum.n.vt dictum eſt, naturæ venerat tempus.¶Ergo i.c.per.c.r.p.M.t.v.ad.ſ.c.&c.)Ex occaſione dixit poeta iris arcū iccirco coloribus diſtinctum, q; aduerſus ſolem radietur.¶Hūc ego diti ſ.i.f.)Bene dixit iuſſa, quia quod factura fuerat, alieni fuit officij perindeq; ab vſurpationis crimine potuit excuſari, quę potioris habuit faciundi authoritatem.¶Teq; iſto c.ſ.)Hoc, inquit, facio, ne diu crucieris.¶Sic ait, & d.c.ſ.)Sectum crinem quid ſecutū ſit nectit.¶Omnis & u.(inquit)Dila.c.a.in.u.u.re.) Exectionem crinis finis vitæ cōſecutus eſt impleta eſt pœna periurij.ſupra enim dixit.Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat, Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras Pallentes vmbras herebi,noctemq; profundam, Ante pudor,q; te violem,aut tua iura reſoluam.

ASCENSIVS.

¶Illa graues oculos,&c.)Deſcribit in fine huius, mortem Didonis.nam(vt dixi in ſex prioribus libris)mortem alicuius, cōmemorat ad finem: quia mors,vltima linea rerum eſt. Docet autē, quia ſacerdos erat Iunoni ſacra: nec a dijs euocata fuerat,e corporis carcere difficiles fuiſſe eius obitus,& miſeratione Iunonis, Irim demiſſam cœlo,quę nexos reſolueret artus,& eam Diti conſecraret:ſignificans per hoc, neminem ſibi necem parare decere. Donati de hac re,verba ſunt hæc.¶Nec fato, nec morte merita.) Non ſm inſtitutū naturæ: quod fatis attribuitur. Difficilis enim mors eſt,cum nō conſenſu naturę,ſpiritus redditur:ſed vi extorquetur.¶Ante diem.)Ante tempus quod natura potuit afferre. ¶Soluo.)Omnia quibus vita conſtat, ſibijnuicem nexa ſunt: ſed cum reſoluta fuerint,atq; a ſeſe receſſerint, tunc mors ſequitur.

Ordo. ¶Ordo eſt,Illa.ſ.Dido:conata attollere.i.leuare: oculos graues, id eſt morte grauatos:deficit.ſ.in conatu ſuo:quia perficere non poteſt: quia vulnus ſub pectore.i.quod ſub pectore ſibi intulerat:ſtridet,id eſt crudeſcit:aut reſpirāte ipſa,ſtridorē facit.Ipſa attollens ſeſe,i.ſeipſam ter leuat ſeſe:ter innixa.i.incumbens cubito:& reuoluta eſt ter toro.i.per torum:& quæſiuit oculis errantibus,id eſt vagis,& trementibus:lucem.i.claritatem, ſup.in alto cœlo:hoc eſt, appetijt adhuc videre lumen cœli: & ingemuit reperta.ſ.luce.i.poſtq; eam oculis reperit, quā retinere nō potuit, cum vellet:quia Homerus docet, Eos qui ſibi cōcitant mortem, apud inferos id deflere. Vnde in lib. Ænei.vj.dicetur, Quam vellent,æthere in alto,Nūc & pauperiem, & duros perferre labores. Tum,i.tunc:Iuno omnipotens:quia omnipotentis coniux & ſoror:miſerata.i.miſerans:longum laborē.ſ.moriēdi:q;,pro id eſt: difficiles obitus demiſit olympo.i.miſit de olympo.i.cœlo:Irim, id eſt pediſſequam ſuam,quæ arcu pluuiali deſignaſ:quę.i.ideo, vt ipſa reſolueret.ſ.a carcere corporis,animam luctantē:ſed cum corpore,quod ipſam retinere videbatur velle,quia emittere nolebat:& artus.i.compages corporis: nexos.ſ.beneficio dei,& naturę:qui eos reſoluunt,dum animas euocāt,matura morte:nam quia.i.quia nam,hoc eſt etenim:ipſa nec peribat fato,id eſt fatali neceſſitate:de qua Seneca, Qui ad extremum fati ſui peruenerit, ſenex morietur:nam ſtat ſua cuiq; dies:hoc eſt, cōſtituiſti terminos eius,qui præteriri nō poterunt ſed bene,pręueniri.nec morte merita,ſcilicet per debilitationem naturæ: vt, qui crapula,aut nimia fatigationę, aut ægritudine & morbo, corpus ad maturitatem pertrahunt:ſed ipſa miſera,& accenſa, ſubito id eſt præcipiti furore:peribat ante diem.ſ.ſtatutam,quam pręterire non poſſet:quia ſtat ſua cuiq; dies,breue, & irreuocabile tempus Omnibus eſt vitæ, quod huic loco contrarium non eſt:licet Seruius laboret in cōſenſu:quia hic dicit, diem quidem illi fuiſſe ſtatutam: ſed præuentā Proſerpina.i.dea inferorum,quę quas ad ſe deſcēdere vult,prius aptat:quod in hac non fecerat:quia nondum abſtulerat illi vertice.i.de vertice capitis eius,crinem flauum qualē habent puellæ:& interdum,licet id Ser.neget,matronę etiam Romanæ.vnde Oui.in fa.de Lucretia,Forma placet,niueuſq; color, flauiq; capilli,Quodq; aderat nulla factus ab arte color:q;,pro &: nondum, ſup.damnauerat caput Orco Stygio.i.nondum morti deſtinauerat:nam Orcus Stygius.i.infernalis,omnes arcet,& vrget: vnde nomen ſumpſiſſe a nonnullis putatur. Ergo, quia ad hæc miſſa erat: Iris roſida.i.quaſi rore cum nubibus procreata: trahens ſole aduerſo.i.oppoſito:quia non niſi ex oppoſito ſolis videtur:mille.i.valde multos,& quaſi innumeros colores:deuolat.i.deorſum volat:pennis.i.alis:croceis.i.crocei coloris:per cœlum.i.aerem:& aſtitit.ſ.ſtatim,poſtq; deuolauerat.ſupra caput.ſ. Didonis:dicens,ſup. Ego iuſſa.ſ.a Iunone:fero.i.aufero: hunc.ſ. capillum flauum:ſacrum.i.cōſecratum, aut in ſacrificium Diti.ſ. Orco,aut Plutoni & ſoluo te.ſ.o anima:iſto corpore.ſ.in quo hactenus clauſa fuiſti,& vnde exire non potes.Ipſa ait ſic,ſcilicet vt dictum eſt; & ſecat.i.reſecat & incidit dextra.ſ.manu: crinem.i. capillos Didonis: & omnis calor.ſ.vitalis: dilapſus,ſup.eſt: vna, id eſt pariter.& vita.i.anima vitalis:diſceſſit in ventos, id eſt efflata eſt,ab expirante Didone.

PIERIVS.

¶Illa graues ocul.con.attol.rurſus Deficit, infixum ſtridet ſub pectore vulnus.)In antiquis aliquot codi.ſtridit, a tertia coniugatione eſt:vt in Georgicis,Stridere apes vtero.Et, Striduntq; cauernis.¶Cubitoq; innixa leuauit.)In pleriſq; codi.anti.adnixa, legitur Sed id magis animaduertendum, quod vetera quædam exemplaria,cubitu,legunt,quarto declinatu. Niſi ſit,vt agru,& donu, & pleraq; ſimilia: quorum exempla, ſuperius adnotauimus.¶Ingemuitq; reperta.)In antiq.aliquot exempl.repertam, legitur:pro reperiſſe, quæ frequēs eſt apud eruditos eloquutio. ¶Difficileſq; obitus.)Vt miſſum faciam,lis,terminationē, in antiquis codicibus:id ponam ex eruditorum ſententia, Difficiles obitus:ideo a poeta dictos,quia caſu moriebatur, nō autem fato:de quo apud Aulum Gellium lib.xiij.cap.j.¶Irin demiſit.)Quærebant veteres,cur Irin,non Iridem, Virgi.dixiſſet poſitumq; Irin, pro Iridem.C.Iulius Romanus ait,& ita alibi, Irin de cœlo, Vatronem tamen, Tullium,& alios,huius Iris, huius Serapis, huius Iſis, protuliſſe.¶Sed miſera ante diem, ſubitoq; accenſa.)Apud Nonium Marcellum, loci huius expoſitionem inuenies.& apud Seruium in lib.x.commentario.¶Abſtulerat.)In codici.aliquot antiquis,apſtulerat,per p.legitur. Nam cum veteres,b ante ſ,durius ſonare iudicarent,quod in,abſcondit,Velius Longus notat, eam literam in p,commutabant, quæ auditum exornaret. Noſtra autem ætate,nuſquam repperi tam eruditas aures, quæ duriciem a mollicie, in huiuſmodi pronunciatione diſcernerent. In veterum vero monumentorū inſcriptionibus,ſæpe, apſtulerit, per p,notatum obſeruaui.quorū exempla aliquot indicaſſe non pigeat.Romæ apud D.Euſtachij,AVT HANC ARAM APSTVLERIT.in.S.Celſi, epigrammate elegiaco, Apſtulerint.In S.Priſcæ,QVOD TE FESTINANS APSTVLIT ATRA DIES.¶Trahens varios aduerſo ſole colores.)In Mediceo,& codicibus quibuſdam alijs peruetuſtis, aduerſa luce,legitur.Sed, aduerſo ſole,ſignate, ex ratione phyſica poſitum eſt. ¶Et dextra crinem ſecat.)In Longobardico perueteri codice,crinem tulit,habetur:vt ſit pro,abſtulit. Magis tamen placet, ſecat: vt res ipſa pingi videatur. Nam vt pictura poeſis eſt. Atq; hæc, hoc libro,dicta ſufficiant.

QVARTI LIBRI FINIS.

IN.V. ÆNEIDOS LIBRVM MONOSTICHON.

Quintus habet ludos,& claſſem corripit ignis.

IN EVNDEM MODESTINI IVRISCON. ARGVMENTVM.

Nauigat Æneas,Siculas defertur ad oras:

Hic manes celebrat patrios,vna hoſpes Aceſtes
Ludos ad tumulum faciunt:certamina ponunt.
Prodigioſa ardens cunctis allapſa ſagitta eſt.
Iris nutricem ſe habitu mentita ſenili
Incendit naues,ſubitus quas vendicat imber.
In ſomnis pater Anchiſes quæ bella gerenda,
Quoq; duce ad manes poſſit deſcendere narrat.
Tranſcribit matres vrbis,populumq; volentem,
Et placidum Aeneas Palinurum quærit in vndis.

ALIVD IN EVNDEM.

In Siculas iterum terras fortuna reducit
Aeneam,tumuloq; patris perſoluit honorem.
Tum cogit naues incendere Troadas Iris.
Troes ibi linquunt ſocios.Venus anxia placat
Neptunum.Somnus Palinurum mergit in vndas.

ASCENSIVS.

¶Quintus habet ludos. Ordo eſt, Quintus, ſcilicet liber Æneidos: habet,id eſt continet: ludos, id eſt deſcriptionem ludorum: & ignis, ſcilicet immiſſus a Iunone per Irim, ſub ſpecie Beroes: corripit, id eſt celeriter abſumit: claſſem, ſcilicet Æneæ.¶Pro parte maioris Argumenti,explanatio eſt, Æneas nauigat, ſcilicet a Carthagine(vt deſcribiſ in principio.v.)& defertur,ſcilicet vi vētorum ad oras Siculas: & ipſe celebrat hic.ſ.in Sicilia: manes patris Anchiſæ:ipſe Aceſtes hoſpes, vna, id eſt pariter:faciunt ludos,ſcilicet funebreis: ad tumulum,ſcilicet Anchiſę:& ponunt,id eſt conſtituunt:certamina, ſcilicet quadruplicia: nauibus, curſu pedum,ceſtibus,& arcu valentium: & ſagitta prodigioſa, ſcilicet viſa cunctis: allapſa eſt ardens, id eſt incēſa in aere:cum columba prius auolaſſet,quam Aceſtes ſagittare poſſet.Iris mentita ſe ſenili habitu, id eſt per habitū anui congruum: nutricē,ſcilicet Beroen,incendit naueis: imber ſubitus, id eſt ſubito demiſſus, ad preces Æneæ, & Aſcanij:vindicat,id eſt defendit eas,ab exuſtione totali.Anchiſes pater, ſcilicet Æneæ: narrat in ſomnis,id eſt inter dormiēdum, quæ bella gerenda,ſup.eſſent in Italia:& quo duce poſſet deſcendere ad manes: quia Sibylla duce, qua ducente ad inferos deſcēdet, in.vj.Æneas tranſcribit, Vrbi in Sicilia cōditę matres, ſcilicet timidas: & populum, ſcilicet decrepitum, & imbellem:volentē, ſcilicet illic manere,ob tędium diuturnę nauigationis: & Æneas quærit in vndis,qbus, ſcilicet obrutus erat. præcipitatus a ſummo deo: Palinurum, ſcilicet gubernatorē nauium: placidum, id eſt ſomno captū placido: aut gratum & placentē Æneæ. Et hæc in argumenta quinti libri.

Universidad de Deusto Biblioteca

P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS LIBER QVINTVS.

INterea mediū Æneas iam classe tenebat POE.
Certus iter: fluctusq; atros Aquilone secabat,
Mœnia respiciēs: quæ iam infelicis Elisæ
Collucēt flāmis. quę tantum accenderit ignem
Causa latet. duri magno sed amore dolores
Polluto: notumq;, furens quid fœmina possit:
Triste per augurium Teucrorum pectora ducunt.

SERVIVS.

INterea, Dum fletur aut sepelit Dido. & hoc sermone librū, vt solet, superioribus iūxit: cuius pars maior ex Homero sumpta est. Nam omnia quæ hic cōmemorat, exhibent circa tumulū Patrocli: nisi qđ illic Curule exercetur, hic nauale certamen. Sane intelligendum nō potuisse fieri vt vna nec plena die Æneas ad Siciliā perueniret. Vnde accipiendū est, sicut supra legimus, ꝙ circa primū ortū lucis nauigauit: vt, Regina e speculis vt primum albescere lucem Vidit, & æquatis classem procedere velis. Ergo tota die dum se Dido interimit, dum fletur, paululū prouectus est leniter spirantibus ventis: & flāmas rogi circa vesperas iam vidit, quo tēpore & per naturā ignem videre potuit, & per pristinū morem quo per diem cadauera nō incedebantur. Deinde tota nauigans nocte & alterius diei parte ad Siciliā venit. ❡Medium.) Aut mediū est quicquid a principio recedit, & necdū finem sortitur: aut medium, sic altū vt medium putares: vt, Graditurq; per æquor Iam medium. Nam vere medium sequenti indicat loco: vt, Pelagus tenuere rates, nec iam amplius vlla Occurrit tellus. ❡Certus.) Aut indubitabiliter pergens, aut certus Æneas, id est, solers, strenuus: vt, Equidem per littora certos Dimittam. ❡Atros Aquilone.) Quos nuper flans Aquilo atros effecerat: vt, Et mediis properas Aquilonibus ire. Nam nouimus tempestatis hanc esse naturā, vt reliquias venti teneat, etiam in alterius flatu. Atros autem sm Plinium dicit, qui ait in naturali historia nō esse maris certum colorē: sed pro qualitate ventorū mutari: & aut flauum esse, aut luculentum, aut atrum. ❡Collucēt flammis.) Lucent vndiq;. In honorem enim regum cum facibus procedebať a populo. Vnde ait de Pallante, Lucet via longo ordine flammarum, & late discriminat agros. Postea etiā funebres lectulos proferre cœperunt. Vnde est in sexto, Vel quæ Tyberine videbis Funera: cū de Marcello ædili diceret filio sororis Augusti, in cuius honorem hoc factum est. ❡Quæ tantum. In quantitate est admiratio. Sane sciendum Varronē dicere Æneam ab Anna amatum: & licet (vt supra diximus) plurimum tempus intersit, lectum tamen est. ❡Causa latet, duri magno sed amore dolores Polluto.) ὑπερβατόν est: sed expositio talis est, Ignorabāt causam, coniecturis tamen propius accedebant. Nam duri dolores magno amore polluto, id est læso: & notus fœminarū furor ducebat Troianos per triste augurium. i. vt crederent se interemisse Didonem. Multi dicunt, Ducunt, dilacerant: vt ad supradictas duas causas tertia accedat. Percellebat, inquit, animos Troianorum, ꝙ noscebātur duri dolores amore polluto: ꝙ notus erat fœminę furor, ꝙ ignē rogi videbant, id est omen nauigantibus triste. vt Pertriste, valde triste sit. Sed si sic intellexerimus, tertio dicto congruit tantū, non etiam superioribus: nec enim Troiani nauigantes iam poterant aut de amore, aut de furore Didonis esse soliciti.

DONATVS.

SVpra dixit Troianos nauigasse: sed interposita descriptione actuū Didonis & mortis eius, nauigationis ipsorū diuisa narratio est. Ad hanc igitur poeta regreditur: quia quod interposuerat, constat impletū. ergo subiungit. ❡Interea mediū Æneas iam classe tenebat Certus iter.) Interea, hoc est, dum illa perageret fata sua, Æneas aliquantū prouectus est: nam iam tenebat mediū iter, hoc est in alto iam fuerat constitutus. sic & in tertio libro ait. Graditurq; per æquor Iam mediū, nec dum fluctus latera ardua cinxit: certū autē securum debemus accipere, ꝙ iam longe esset, & nullum aduerteret sequi. ❡Fl. q;. a. a. se.) Qui intellectum loci istius duris interpretationibus dissipant dimisso eo, quod intelligi debet, argumētatione superflua perquirūt, quod poeta nō sensit. dicūt. n. aquilone vento a Carthaginis littore ad Italiā nauigari non posse: perindeq; Æneam nō Aquilonis suffragio nauigationē mouisse: sed vento alio, qui posset in Italiā ducere, fluctibus tamē ab aquilonis parte venientibus, qui proxime præteritus diceret extitisse. hoc posset videri aliquatenus verū, si Æneas illo tempore ad Italiā nauigaret. licet. n. in prima admonitione iussus sit Italiā quęrere, in secunda tñ fugere cogebať, & se instantis periculi cōtemplatione finibus liberare Carthaginis. proinde vento aquilone reuera exclusum, sed nō ita, vt ipso tempore ad Italiā tenderet, tūc enim quocunq; & in quālibet cœli partē fuerat fugiendum. deniq; hoc ei (vt iā diximus) in secunda monitione mādatū est. non vt iret ad Italiā, sed vt imminēte discrimine opportune flantibus vētis fugeret. opportunus autē fuerat non ad Italiā sed ad fugam, & cum vnicuiq; per maria propter ingruentis mali necessitatem fugiendū est, non quo voluerit sed quo potuerit, nauigauit. Intelligamus ergo fluctus Aquilone atros, q flaret in præsenti & suffragiū fugienti sufficeret: nō qui flasset aliquando. si. n. ex Carthaginis littore ad Italiā non ducebat Aquilo, perducebat in quocūq; fugientē. similis locus est, cū Æneas fugeret harpyias. Tendūt vela noti, fugimus spumātibus vndis, Qua cursum ventusq; gubernatorq; vocabāt. Nam & illic dimisimus, inquit, quo tendebamus, & iuimus quo potuimus, hoc est euidentis periculi metu nauigabamus in eam partē maris, in quā nos nō consilia ducebat, sed gubernator & ventus. Itē cum imminere Cyclopes cernerenť ait, præcipites metus acer agit quocunq; rudentes Excutere, & ventis intendere vela secundis. nō secundis quasi ad Italiam ducentibus, sed secundis ad pericula fugienda. potest & sic intelligi, vt vsurpatū sit, Aquilonis nomine, alterius dici debuisset, sicuti & suprapostuit, Zephyros audis spirare secūdos, hoc est ventos. Nō enim multi sunt Zephyri, & alio loco ait, & in tutum versis Aquilonibus actā, nam & illic vsurpatio facta est nominis & numeri. vt vno vocabulo oēs significarētur, qui remotis ventis, quos Æolus immiserat, aliorū flatu Troiani liberati videanť. vtraq; igitur expositio habet rationē suā. vt iam ipse Aquilo verus fuerit, q posset quolibet ducere, aut sub Aquilonis nomine alterū dicere, qui suffragiū fugientibus ferret. itē dixit & mediis Aquilonibus ire, & hybernis spirabāt flatibus Euri, & semper spirantes frigora Chauri. itē nec meminit surgentes pampinus Austros. ❡Mœnia respiciens, q. i. in. E. Col. f.) Quod dixit mœnia respiciens, aut affectus loci fecerat, quē inuitus reliquerat, aut metus, ne forte aliquis inde secuturus fuisset. sed dū hac causa Carthaginem respicit, quā intento animo intuebať, quanq; incolumen reliquerat, repēte vidit ardentē, quæ iam infelicis Elisæ Collucet flammis, hoc ex persona poetę bene audiť, qui sciebat vnde ignis esset exortus. redit ad Æneæ, Troianorūq; personā. ❡Quæ t. ac. ig. C. l.) Causa conflati incendij ex aperto nosci non poterat. ❡Duri magno s. a. d. P. &c.) Intelligi dabatur cōiectura currente malū fuisse. quicquid ignis ostenderet. notū enim fuit exemplis docētibus quid in huiusmodi causis possit doloris acerbitas, qd mali futurū, cum amor lęditur, quid fœmina cogitare, cum propter leuitatē sexus amoris etiam furore percellitur. Hæc Troiani cogitantes, ignis augurio colligebant aliquid mali in illa ciuitate iuxta salutem Didonis esse cōmissum. Ordinať sensus sic, quę tantū accēderit ignem, causa latet. sed duri dolores magno amore polluto, notumq; furens quid fœmina possit, per ignis triste augurium Teucrorū pectora ducunt, fœminarū dolores vel maxime in causa amoris vult Virgilius ostendere satis esse grauiores, quantū enim in vltione reportanda per infirmitatē sexus minus possunt, tāto in sese supplicio vertunt, quod exigere de alio nequiuerunt. Hoc discutiebant Troiani necessitatē Didonis personamq; tractantes, & licet verum inuenire nō possent, sciebant tamen (vt diximus) triste esse, quod nuntiabat incendium.

ASCENSIVS.

INterea mediū.) Vt perpetuum, & condependens ostendatur opus, vtitur Virgilius in principio librorum, fere cōiunctione, aut aduerbio, eius cōtinuationis signo: vt, Postquam res Asiæ: At regina: Interea medium: Sic fatur lachrymans, &c. Interea igitur (inquit) dum Dido se interemit, & ciuitas Carthaginensis luctu angitur: rogūq; funebrē incēdit, Æneas tenebat mediū mare: vnde oculos retorquens ad Carthaginē, vidit flāmas funebreis, quas nō certo sciebat funebreis esse, sed coniectura quadā colligebat. Grāmatici dicunt illic, Ad mœnia respiciens: hypermetrum esse: & Syllabam abundantē in principio positam, quæ res inuentu rara est: quocirca plurimi depresserunt præpositionē, legentes, Mœnia respiciunt. Dona. dicit sic. ❡Atros Aquilone.) At qui nō est aptus Aquilo, ex Africa in Italiā nauigantibus: sed, vel posuit speciē pro genere: vel nauigabat Aquilone quia ex secundo Iouis præcepto, statuerat Carthaginē relinquere, quocunq; illi ferrent venti: vt etiā Aquilone flante, enauigaret quo illi ferrent. ❡Ordo aũt est. Æneas certus. i. indubitabiliter pergens aut solers in nauigādi arte: tenebat iam interea, scilicet dum talia fierent Carthagini: mediū iter. s. maris: classe. s. sua: & secabat, id est sulcabat: rostris nauiū: fluctus, id est vndas maris: atros, id est caliginosos: Aquilone. i. illo vento, nubes afferente: vnde, quia atrā dicit tempestatem fuisse, verisimile facit quod sequitur, scilicet flammas visas, quæ nisi maximæ essent, de longe, resplendente sole, videri nequirent: secabat dico, respiciens mœnia, vel ad mœnia, scilicet Carthaginensia ciuitate: quę, scilicet mœnia: collucēt, id est simul, & quasi ex omni parte lucent (quod etiā ad verisimilitudinem facit) flammis. s. funebribus: hoc est, rogo, Elissæ. i. Didonis reginæ infelicis: (hoc ex persona sua, dicit poeta: qui prędixit, quomodo Dido propter impatientiā amoris, post abscessum Ænee se interemerat. nunc autem significat eam, eo rogo quem ad magicas artes extrui fecerat, per simulationem, ipsa, more patriæ exurebatur: quod, vt dixit Æneas, Haud certo sciebat: vnde sequitur, causa quæ accenderit tantum ignem.) latet. s. Æneam, & socios: sed notum est. s. Ænee, quid duri amores, magno amore polluto. i. violato, sup. possint: & quid fœmina furēs. s. per impatientiam amoris, postq; se desertam norit: possit, hoc est quia nouit Didonē, maximo amore vri: sciuitq; muliebrē sexum esse fragilem, nec habere modum: facili coniectura, id quod erat, opinabatur: sibi, videlicet mortē concitasse & pectora Teucrorum, ducunt. s. dignū esse ita credere. i. existimāt: per triste auguriū. i. infelix omen: aut, infelicem inspectionem: quid duri dolores magno amore, sup. possunt: & quid fœmina furens possit: hoc est, Æneas quidē sciebat, & Teucri cæteri, animo ducebant, latebat tamen causa, quia nesciebant Didonem tam impatienter amasse. vnde dicturus est Æneas ad eam lib. Ænei. vj. Nec credere quiui, Hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem.

PIERIVS.

❡Interea mediū Æneas iam classe tenebat Certus iter.) Antiqui admodū codices legunt, mutato numero, Interea Æneas mediū: dactylis & spondeis, alternatim collocatis: qui numerus artificiosior videtur. Quamuis, mediū Æneas, ex pluriū literarū collisione grauior habeať. Sed enim suas quisq; aureis cōsulat: nos enim id in medio relinquimus. ❡Quę iam infelicis Elissę Collucent flā mis.) In codi. aliquot antiq. legere est, Iam felicis: vt sit, iam, pro πάλαι quod ipsamet antea cōfessa fuerat, Felix, heu nimiū felix, si littora tātū Nunq; Dardaniæ tetigissent nostra carinæ de priore vita sua loquēs. Quod si infelicis placet, & iam respicere ad verbum, collucent: aliena non erit a ratione sententia. Nam & ea se identidē infelicem appellauit pauloante. & infelix ab Ænea, nuncupatur in. vj.

Vt pelagus tenuere rates: nec iam amplius vlla
Occurrit tellus: maria vndiq;: & vndiq; cœlum:
Olli cœruleus supra caput astitit imber,
Noctē, hyememq; ferens, & inhorruit vnda tenebris.
Ipse gubernator puppi Palinurus ab alta,
Heu quinā tanti cinxerunt ęthera nimbi? PALI.
Quidue pr̄ Neptūe paras? Sic deinde locut⁹, POE.
Colligere arma iubet: validisq; incumbere remis:
Obliquatq; sinus in ventum: ac talia fatur.
Maganime Ænea, nō, si mihi Iuppiter author PA.
Spondeat: hoc sperem Italiam contingere cœlo.
Mutati transuersa fremunt: & vespere ab atro
Consurgunt venti: atq; in nubem cogitur aer.
Nec nos obniti contra, nec tendere tantum
Sufficimus. superat quoniam fortuna, sequamur:
Quoq; vocat, vertamus iter: nec littora longe
Fida reor fraterna Erycis, portusq; Sicanos:
Si modo rite memor seruata remetior astra.
Tū pius Aeneas. Equidē sic poscere vētos POE.
Iandudum, & frustra cerno te tendere cōtra. ÆNE.
Flecte viam velis. an sit mihi gratior vlla?
Quoq; magis fessas optem dimittere naues?
Quam quæ Dardanium tellus mihi seruat Acesten?
Et patris Anchisæ gremio complectitur ossa?
Hęc vbi dicta: petūt portus: & vela secundi, POE.
Intendunt Zephyri: fertur cita gurgite classis.
Et tandem læti notæ aduertuntur arenæ.

SERVIVS.

❡Rates.) Pro nauibus abusiue posuit. ❡Olli.) Aut tūc: aut Illi. ❡Supra caput.) Ineuitabilis, mortifer. Nec. n. simpliciter dictū est, cū omnis imber sup caput sit. ❡Inhorruit vnda tenebris.) Et noctis, & nubiū. ❡Ipse gubernator.) Qui debuit eē solatio. ❡Puppi ab alta.) Subaudis hęc ait. ❡Quianam.) Cur. & est interrogātis aduerbium, quo Vsus est bis, hic, & in decimo, Celicolę magni quianam sentētia vobis Versa retro: ❡Colligere arma iubet.) Vela contrahere, nō penitus deponere. Nā dicit, Obliquatq; sinus in ventū. ❡Iuppiter author.) Aut nostræ nauigationis, aut sm vsum locutus est: nec si hui⁹ rei authorē se Iuppiter faciat. Et multi querūt qūo author Iuppiter, cū Apollini dicat, Tot maria intraui duce te. Sed legimus, Quæ Phœbo pater oīpotens. & specialiter nauigationis ex Africa author est Iuppiter. ❡Hoc cœlo.) Aere. In hoc cœlo qui diciť aer: Sic Lucretius posuit. ❡Mutati trāsuersa fremūt.) Hinc atq; Hinc. Est aūt aduerbiū factum de nomine: vt, Cūctatur & amnis Rauca sonans. Item, Et pede terram crebra ferit. Nomen & aduerbium plerunq; in se transeunt: vt, Toruūq; repente clamat, id est torue. Item aduerbium in nomē: vt, Dum mane nouum: accepta declinatione factū est nomen. Sic Persius. Iam cras hesternum cō sumpsimus, ecce aliud cras. Sed nomen cum aduerbiū esse cœperit, fit indeclinabile: aduerbiū cum nomen esse cœperit, declinať. Vnde Plautus, A mani vsq; ad vesperū. A mane aūt propter tetraptoton nō dixit. Cum enim in alienum ius transeunt hæ partes, nō suis, sed earum ad quas trāsierint, vtuntur potestatibus, duntaxat in declinatione. Nam temporū rationem suam reseruant: vt hoc loco Transuersa, cum aduerbium sit, A tñ breuis est: quia venit ex nomine, licet duæ cōsonantes sequantur, cum sciamus A, terminata aduerbia longa esse, vt paulopost, Et frustra cerno te tēdere cōtra. ❡Et vespere ab atro.) Idest quo tendimus: nec enim sine ratione post generalitatē addidit speciem. ❡In nubē cogitur aer.) Nubes. n. aeris densitas facit: vt, Denset, erāt quæ rara modo, & quę densa relaxat. ❡Tēdere.) Pro cōtendere Aphęresis est. ❡Sequamur.) Fortunā. s. ❡Nec littora lōge.) A facili. ❡Fida.) Propter Acestis affinitatē. ❡Fraterna.) Propter Erycen Butæ & Veneris filiū: sm alios, Neptuni & Veneris. ❡Sicanos.) Corripit SI, alibi producit: vt, Sicanio prætenta sinu. ❡Rite memor seruata remetior astra) Si rite remetior astra, paulo ante seruata. s. ante tempestatē. Colligit aūt vicinitatē ex ratione cursus, q a peritis horis colligiť, quas indicant Sydera. ❡Iandudū.) Non tantū heroicū est quod dat Æneæ gubernandi scientiam: sed etiam ad prooeconomiā pertinet Dicturus enim est, Et ipse ratē nocturnis rexit in vndis. ❡Flecte viā.) Ex re mira nata declamatio. In terra enim a via deflectimus nos: in mari ipsam deflectim⁹ viā. ❡Fessas naueis.) Pro nos fessos. ❡Dardanium Acestē.) Vt supra diximus, Hippotes filiam suam Egestam ne ad cetos religaretur, supposuit nauiculæ, & misit quo sors tulisset. Quæ delata ad Siciliam, Crinisus fluuius concubuit cum ea cōuersus in canem, Vnde est Acestes natus. ❡Seruat.) Tenet: vt, Tantas seruabat filia sedes. ❡Secundi Zephyri.) Iam secundi post conuersionē nauis. ❡Et tandem.) Vacans particula est tandem: vt, Et quo sub cœlo tandem. cum dicat, Fertur cita gurgite classis.

DONATVS.

❡Vt pelagus te. r. n. i. am. v. Ap. t. c. v. & v. p.) Magna descriptio, magnus nauigantis accessus. primo quippe cœperunt remis, dehinc velis ventus est allatus, & illousq; in terras Teucrorum durauit

Universidad de Deusto
Biblioteca

rauit aſpectus, donec Carthaginis ſolum appararet incēdiū. ecce iam tantum prouecti ſunt, vt ſubtracto terrarum & illius ignis aſpectu ſolum cœlum videret & pelagus. ℣Olli cę. ſu. c. a. im. No. hy. (q. f. &c.) Poſt hæc, inquit, exorta ſunt nubila, nimbi etiam, hic pluuię deſcribunt & accidentia ex ipſis. ſecuta ſunt enim nox, tenebrę, frigus, atq; horror vndarū, quarū formidoloſus aſpectus accedente multiformi terrore cumulatus eſt. ℣Ipſe gubernator p. p. a. a. &c.) Tanta fuit elementorum cōfuſio, vt Palinurus ipſe, qui gubernandi arte pollebat, regendi curſus peritiā perdidiſſet. denię; turbatus ingemuit & dixit, dolenda fortuna noſtra. nihil enim boni ominis iſta ſignificat, Neſcio quid Neptune minaris aduerſi. ecce Palinurus præuidit malū, & gemuit. ℣Sic deinde locutus.) Hoc eſt breuiter locutus, deinde. ℣Colligere a. i. v. q; in re.) In illo enim omniū metu conſilia potius fuerant adhibenda, q̄; verba. Iubet vela colligi, hoc eſt breuiari. arma enim dixit vela quod, ipſum ſequentia docent. ait enim validisq; incumbere remis, vt niterentur remis contra vim tēpeſtatis & pelagi. quod dixit colligere arma, exponit, quid factum ſit. dicendo. ℣Obliquatq; ſinus in ventū ac talia fatur.) Hoc fit, cum nimius ventus eſt, nā colliguntur velorum ſinus, & ad modū neceſſarium breuiatur, vbi autē opportuni ſunt, ſtatus reſoluti pandunt ipſo docente Virgilio. alio enim loco ait, velorum pandimus alas. obliquare vero ſinus in ventum eſt, nec omnes ſtatus excipere, nec oēs effundere, vt pars eſſet cōgeſta per ſinus. pars ventis pro cōmodo traderet, quam ipſe gubernator librans auras exciperet, aut vitaret. cum hęc dixiſſet, & facta eſſent. ℣Magnanime, inquit, Ænea. n. ſi m. l. a. Spondeat, &c.) Licet omnia turbata ſint, nec maria euidenter cernantur, aut ſydera, qbus cœli plagę pura conſideratione noſcuntur, tū in his partibus eſſe Italiam iperare nō poſſum, nec ſi mihi hoc ipſum author Iuppiter ſpondeat hoc eſt ſi mihi præſens Iuppiter dicat in his partibus eſſe Italiā, fidem ei habere nō poſſum. ℣Mutati tr. f. & u. a. a. Conſurgunt venti.) Nō ipſi ſunt venti, qui fuerunt. ſucceſſerunt vero contrarij, qui nos in transuerſum ducunt. ℣Atq; in n. c. a. Nec n. o. c. n. t. t. &c.) Maiorē, inquit, vim retinendo ſuperare nō poſſumus, q̄n aduerſa cōualuerunt & pro aere puro nubes ſolæ cernunt, ſequamur fortunā, quam non valemus euincere, & conſiliū dedit, & dixit admiranda ſententiā, vt in rebus agendis ſi maior vis interueniat, hanc conſentiendo potiuſq; reluctādo vincamus. hoc eſt quod etiā Terentius monet. quādo, inquit, non pōt fieri quod vis, id velis quod poſſis. Quod ergo in præſenti cauſa fieri conueniat dicit. Quoq; v. u. i.) Pergamus, ingt, quo poſſumus, quia quo volumus, non licet. ecce eſſe ctum cōſilij quem caſus oſtendit, perſuadent monſtra, vt apparet impedimentū fortunę nō ſatis eſſe cōtrarium. ait enim. ℣Nec littora longe Fi. r. fr. e. p. q; ſi. &c.) Ideo, ait, ſi memor ſum, q̄n ea tranſierant, cum ad Carthaginis littora naufragio truderentur, Erycis cōmemorationē fecit, qui ante Aceſtē Siciliā tenuit. hunc volunt veterū fabulę Æneæ fuiſſe germanū, vt cōmemoratione fraternæ memoriæ æquo animo Æneas ferret illius nauigationis euentum. ℣Tum p. Æ. e. ſit p. v. landudum, & fr. c. &c.) Ipſe quoq;, inquit, vidi, quæ loqueris. quapropter in viā quæ datur, vela cōuerte, & flatibus plena voluntate conſenti, nec ipſe improbo, quod inter ipſa cōtraria fortunę proſpexit, vt ad ipſum terrā imprudentem ferret, quæ Aceſtem mihi ſeruat incolumē, & ſuo gremio mei patris oſſa cōplectitur. nulla mihi eſt charior, quam vbi amorē viuentis habeo, & reuerendā memoriā patris. Duos admiranda inuentione prætulit, Aceſten liberalitatis & originis cauſa, & tumulum patris. Cum hāc, inquit, terrā tetigero, erit mihi mirum in modū gratulandū, ſic me vitio malæ nauigationis erraſſe, vt Aceſten iterū videam, & terrā mei patris reliquias continentem. ℣Hæc vbi d. p. p.) Hæc Æneas dixit, non tamen Erycis fecit mentionem. hoc quippe nomen omiſit, quoniā quod Palinurus dixit, replicare non debuit. addidit tamen Palinuri dictis augmentū nominando Aceſten & paternā memoriā. ℣Et vela ſecundi In. æ. f. c. g. c.) Mutato nauigationis curſu proſperū factum eſt, quod in alia tendentibus cōtrarium fuit. quippe ferebantur naues curſibus plenis. ℣Et tandem læti n. ad. a.) Troianis lætitia fuit, q; ad littus tendentes ad loca tamen nota peruenirent.

ASCENSIVS.

¶Vt pelagus tenuere rates, nec iam amplius vlla Occurrit tellus maria vn. &c.) Viſo funebri rogo, quē infortunium portendere nōnullis viſum eſt: ſubſecuta eſt tempeſtas ſæua, qua in Siciliam rurſus compulſi ſunt: ſed eam rem prouidus heros Æneas in bonam accipit partē, interpretans videlicet deorum voluntate euenire, vt patri Anchiſæ illic ſepulto, anniuerſarios celebraret honores. Donati hic nihil videmus. ¶Ordo aūt eſt. Vt, id eſt poſtq̄: rates. i. naues: tenuere. i. cōſcenderant: pelagus. i. altum mare: nec vlla tellus occurrit. f. viſui nautarū iam amplius: ſed, ſup. maria, ſup. occurrūt vndiq;: & cœlum occurrit vndiq;. i. ex omni loco. non ex omni parte: nam ex qua pārte occurrebat mare, non occurrebat cœlum: ſed ex omni loco tantū aquas & cœlum, hoc eſt nihil terrę videre poterant. olli, id eſt hoc tepore illic aſtitit imber cœruleus. i. cœrulei coloris, aut marinis aquis collectis: ſupra caput. i. verticē, quaſi perſecutor ejus: ferens. i. afferens: noctem. i. tenebras: & hyemem. i. tempeſtatē: & vnda inhorruit. i. multum horrida facta eſt: tenebris. i. propter tenebras. Ipſe. q. d. nauigādi peritiſſimus Palinurus gubernator: loquitur ſup. ab alta puppi. Heu, dolentis interiectio: quianā. i. cur: tanti nimbi. i. nubes pluuioſę: cinxerunt, id eſt obſederunt: ęthera. i. aerem ſuperiorē, aut cœlum, ita vt videri iam vix poſſit: Ve, pro vel: o Neptune, pater, ſcilicet maris, hoc eſt ſumme rector aquarū: quid paras. i. prętendis, his nubibus? q. d. vis ne oēs obruere? Ipſe locutus ſic, iubet deinde colligere, id eſt contrahere: arma, ſcilicet nauigatoria, hoc eſt vela, & antemnas: & incumbere validis remis. i. valide ipſis remis: obliquat ſinus. i. cornua antemnarū in ventum, id eſt cōtra ventū: ac fatur talia, O magnanime Æneas, ſi. i. & ſi, aut tamen: Iuppiter author. f. noſtræ nauigationis: ſpondeat. i. polliceatur, ſub pignore fidei ſuæ. tū, ſup. nō ſperem contingere Italiam: hoc cœlo, id eſt hac diſpoſitione aeris ſtante: venti mutati, fremunt tranſuerſa. i. in tranſuerſum. & conſurgunt ab atro veſpere. i. ab ea regione, in quam tendimus: & ita habemus ventos cōtrarios: atq; aer cogitur. i. contrahitur, & cōdenſatur in nubem ita vt timor ſit de maioribus vētis: quos & Heſperus ater, & aer denſus, præ ſe ferunt. Nec nos ſufficimus obniti & tendere contra, id eſt incontrarium: tanto. f. quantū, nos venti repellunt: & ita q̄n fortuna, id eſt fortuita, & repentinā tempeſtas: ſuperat. i. vincit, comitatus noſtros, ſequamur. f. ſponte, quo traheremur coacti. (Nam, vt dicit Sene. Fata volentē, ducunt: nolentē, trahunt.) quoq;, duæ ſunt dictiones. & ita, quo, producit. q;, pro &: vertamus iter, ſup. eo quo fortuna, ſup. vocat nos: nec, id eſt & non: & ego reor litora fida. f. fraterna, id eſt fratris tui Erycis, qui filius Veneris, ex Bute rege Sicilię: illic in monte ſepultus, pro deo poſtea habitus eſt. q; pro. i. portus Sicanos. i. Sicilienſes, eſſe nē longe. f. ab his locis: ſi modo. i. dummodo: aut modo. i. ſolummodo, hoc falluor. ſi ego memor rite. i. vt decet ſolertem nautā: aut remetior rite. i. decenter: aſtra leuata. i. obſeruata, dum e Sicilia in Africā pellerentur, vnde nunc in eam redeunt. Tum, id eſt tunc: Æneas pius, ſup. inquit: equidem. i. ego certe: cerno. i. video: ventos poſcere ſic, ſcilicet vt in Siciliam redeamus: & cerno te tendere contra. f. ventos: fruſtra. i. in vanum, aut nequicq̄: & ita flecte viam. f. maris, quæ vbiq; eſt: velis. i, dando vela, quæ venti impellunt. An vlla tellus ſit mihi gratior: ve, pro vel. quo ego magis optem, dimittere naues feſſas. i. nos feſſos.) Eſt tamē futuri euentus, omen. nam illic dimiſſurus eſt, defeſſos patres: & anus, pueroſq; imbelles: nec nō nobilib⁹ parētibus editos) quā, ſup. ea tellus, videlicet Sicilia, quæ ſeruat mihi. i. ad vtilitatem meam: Aceſten. f. amicum, & affinem, Troia oriundum: & quæ cōplectitur gremio. f. ſuo, hoc eſt ſepulchro, oſſa patris Anchiſæ. Vbi. i. poſtq̄ hæc dicta, ſup. ſunt a Palinuro & Ænea: ipſi petunt portus & Zephyri. i. venti: ſecundi. i. in ſequentes, & a tergo vtiliter flantes: intendunt. i. inflant, vela: & claſſis fertur cita. i. velox: gurgite. f. maris, hoc eſt fluxu, etiam ſecundante. (Eſt tamen tapinoſis: & ipſi lęti aduertuntur tandem: nō poſt longa interualla, ſed magna deſyderia: quia tot nimbos inſtare videbant.) arenæ notæ. i. ad littus Sicilenſe: vnde abiuerāt non multo antē ſicut in. i. hujus patuit.

PIERIVS.

¶Nec iam amplius vlla Occurrit tellus, cœlum vndiq; & vndiq; pontus.) Lectio hæc in codice Longobardico, & quibuſdam aliis manu ſcriptis. Sed. n. in Mediceo, & plerisq; itidē antiquis ita ſcriptum obſeruaui, Maria vndiq; & vndiq; cœlum. Ex eruditis autem viris hanc alij lectionem, alij alteram malunt. ℣Heu quianam tanti cinxerunt ætherа nimbi?) Iouianus Pontanus ſummo vir ingenio, eruditioneq; (vt omnibus palā eſt) incomparabili in libro de numeris poeticis: multis quidē rationibus legēdum eſſe, Heu qui nā monoſyllabicis dictionibus nititur adprobare. Alios vero codi. inueni: in quibus paulo ſegnius, detorto dictionis caſu, per monoſyllaba legatur, Heu quo nam. in quo dā alio quidnā, ſed enim Seruius, quianam, agnoſcit: & in. x. ſermonem Enniaq; eſſe dicit. Vetuſtioraq; omnia exemplaria, quæ habui, quianam triſyllabum legūt, Priſcianus lib. de cōſtructione, ideſt Quianam ait interrogatiue poni, Virgilij teſtimonio hinc citato idemq; ſignificare, quod apud Græcos διατί, alibivero ait, ἕνεκα, coniunctionē coniunctionem cauſalem, per quianā expreſſum a Virgilio, Heu quianam tanti: & quianā aduerbiū conſtare tribracho, hoc loco teſte: Valer. Probus aſſerit, in atriū inſtitutis. Soſipater Cariſius vbi quianam inter aduerbia interrogandi recenſet, hunc eundē citat verſum, Heu quianā tanti cinxerunt ęthera nymbi. mihi vero nō diſplicet Pontani ſententia. Sed neq; veteribus codicibus vno cōſenſu legentibus eodem modo, & antiquis tot grammaticis, quos tamē Pontanus eludit, auſim refragari. Cum præſertim Quintilianus ita lib. viij. dicat, propriis dignitatē dat antiquitas eoq; ornāmento acerrimi iudicij, P. Virg. eſt vſus, olli, & quianā, & ad ſpargendam authoritatē. ℣Obliquatq; ſinus in ventum.) In Longobardico, ſinum, vnitatis numero legitur: inemendate. Nā & ſi abſq; eclipſi legeretur, abſurdum omnino neſcio quid ſonaret, & ſinus, numero multitudinis, vela poetæ libentius appellāt. ℣Nec nos obniti contra.) In antiquis codi. pleriſq;, obnixi, legiſ: quod adnotandū fuit, nō quia obniti candidiorem eſſe lectionē nō agnoſceremus, ſed quia pleriq; codices manu ſcripti, eodem modo legūt: Nec tendere tantum.) In aliquot antiquis ſuauiore numero legitur, neq;. ℣Quoq; magis feſſas optem dimittere naueis.) Antiqua pleraq; exemplaria cum Mediceo, Quoue, legunt particula diſiunctiua.

SERVIVS.

¶Miratus.) Is q mirabat: aut certe miratus occurrit. ℣Horridus) Terribilis. ℣Libyſtidis vrſæ.) Aut re vera vrſę: aut feræ Africanæ. ℣Gaza agreſti.) Opibus ruſticanis. Nam Gaza omnis fructus eſt. ℣Stellas fugarat.) Poetice dixit. Nā ſi ſtellæ a ſtando dictę ſunt, nō fugant. Semper enim fixæ ſunt præter planetas. ℣Dardanidæ magni.) Frequenter, vt diximus, ad opus ſuum Virgilius aliqua ex hiſtoria deriuat. Nā ſic omnia inducit, quaſi diuini honores ſoluant Anchiſæ, quos conſtat Iulio Cæſari tributiſſe Auguſtū. Et bene dicit, Genus alto a ſanguine diuū. Iamq; dies (ni fallor) adeſt: quem ſemper acerbum, per tacitā œconomiā oſtendit debere Anchiſen generis ſui honorē mereri. Vnde eſt, Dijs genite & geniture deos. ℣A ſanguine Diuū.) Diuū & deorū plerūq; ponit indifferenter poeta: quāq; ſit diſcretio, vt deos ppetuos dicam⁹: diuos ex hoibus factos, quaſi qui die obierint. Vnde diuos et imperatores vocamus. Sed Varro & Atteius contra ſentiūt, dicētes diuos perpetuos: deos q propter ſui cōſecratio nē timent, vt ſunt dij manes, quod tāgit in duodecimo dicēs, Diua deā ſtagnis, quæ ſulminibuſq; ſonoris præſidet. ℣Annuus orbis.) Quia mēſes in ſe recurrūt, & annū faciūt. Vnde & annulus quaſi annuus dictus. Sic alibi, Atq; in ſe ſua per veſtigia voluitur annus. ℣Diuini.) Aut laus eſt: vt diuini opus Alchimedontis. Aut re vera diuini. nam ait, Nunc repeto Anchiſen, fatorū arcana reliquit. ℣Mœſtus aras.) Mediū ſe præbet. Nā & honinē fuiſſe noluit, & vult eum ex conſecratione numen effectū. Nā mœſtas aras ad hominē pertinet. i. dijs manibus conſecratas. Et q̄ paulopoſt dicit Altaria liquit: vult eſſe diuinitatis poſt apotheoſin. Vnde eſt, Et adytis: quę templorū ſunt. &, Succeſſit tumulo: quod eſt hominis. ℣Niſi fallor.) Non quaſi neſcius dixit: ſed propter anni cōfuſionē, quæ erat apud maiores. Nam ante Cęſarem qui nobis anni rationē cōpoſuit, quā hodieq; ſeruamus, intercalabant dies, vt etiā in Verrinis legimus. f. Lunæ nō congruē te ratione. Annum aūt primo Eudoxus: poſt Hipparcus: deinde Ptolemęus: ad vltimū Cæſar deprehēdit. ℣Acerbū.) Propter peditum patrē. ℣Honoratū. (Quia deus effectus eſt. ℣Sic dij voluiſtis.) Vt in tertio, Viſum ſuperis. Semper. n. de dijs ſalua veneratione conquerit. ℣Gætulis agerē ſi Syrtibus.) Si in Gętulis Syrtibus agerē. i. eſſem. Et bene aut deſertos, aut hoſtiles cōmemorat locos. ℣Argolico ve mari.) Ionico & Adriatico. ℣Deprenſus.) Occupatus. & proprie nauigantiū eſt: vt, Deprēſus olim ſtatio tutiſſima nautis. ℣Vrbe Mycenæ.) Græce dixit. Vnde ſingularē numerum poſuit. Mycenæ aūt ſicut Thebæ. Iuuenalis, Atq; vetus The be centū iacet obruta portis. Vt ſit Mycene Mycenes: vt Agaue Agaues. Poteſt & exinde videri latinam feciſſe declinationem: vt ſit hæc Mycena huius Mycenę: & eſt Periphraſis Vrbe Mycenę. i.

At procul excelſo miratus vertice montis
Aduentum, ſociaſq; rates, occurrit Aceſtes,
Horridus in iaculis, & pelle Libyſtidis vrſæ:
Troia Criniſo conceptum flumine mater
Quem genuit. veterum nō immemor ille parentum,
Gratatur reduces: & gaza lætus agreſti
Excipit: ac feſſos opibus ſolatur amicis.
Poſtera cum primo ſtellas oriente fugarat
Clara dies: ſocios in cœtum littore ab omni
Aduocat Æneas: tumuliq; ex aggere fatur.
Dardanidę magni genꝰ alto â ſanguine diuū, ÆN.
Annuus exactis completur menſibus orbis:
Ex quo relliquias, diuiniq; oſſa parentis
Condidimus terra: mœſtaſq; ſacrauimus aras:
Iamq; dies (ni fallor) adeſt: quem ſemper acerbum,
Semper honoratum (ſic dij voluiſtis) habebo.
Hunc ego Gætulis agerem ſi Syrtibus exul,
Argolicō ue marī deprenſus, & vrbe Mycenis:
Annua vota tamen, ſolennesq; ordine pompas
Exequerer: ſtrueremq; ſuis altaria donis.
Nunc vltro ad cineres, ipſius & oſſa parentis,
Haud equidem ſine mente reor, ſine numine diuum
Adſumus: & portus delati intramus amicos.
Ergo agite, & cuncti lætum celebremus honorem:
Poſcamus ventos: atq; hæc mea ſacra quotannis,
Vrbe velit, poſita templis ſibi ferre dicatis.
Bina boum vobis Troia generatus Aceſtes
Dat numero capita in naues. adhibete penates
Et patrios epulis: & quos colit hoſpes Aceſtes.

Mycenis: vt, Vrbem Patauī. ℣Annua vota tū, ſoleneisq;.) Hæc quaſi numini. ℣Suis donis.) Congruis. Sunt. n. dona tantū ſuperorū: munera ſunt inferorū: vt ī Bucolicis, Phœbo ſua ſemp apud me Munera ſunt lauri: & ſuaue rubens hyacinthus. ℣Nūc vltro.) Argumētū a minore ad maius. Vltro aūt, aut vltra. i. inſuper, hoc eſt, amplius numina præſtiterūt. aut vltro. i. ſpōte ſua, nō optantibus, aut volētibus nobis. Vult enim ob hoc tempeſtatē ortā nō vt ab Italia depellerent: ſed quo ſacra renouarentur Anchiſę. ℣Celebremus honorē. ℣Non dicit exequias. Nam & ventos quaſi a numine vult petere. ℣Poſitā) Conſtitutā: vt, Et poſuere in montib⁹ vrbē Pallātis proaui de nomine Pallanteum. Dicit autē, Petamus etiā hoc, vt velit nos in vrbe conſtituta ſingulis quibuſq; annis ſibi ſacra perſoluere. ℣In naueis.) Per naueis. In, enim multa ſignificat, vt diximus ſupra.

Dona.

Munera.

DONATVS.

¶At procul excelſo mi. ver. m. Aduentum, ſo. q; ra.) Ciuitas, in qua Aceſtes cōmorabatur, fuit in excelſo, qua cauſa lōge adhuc poſitas naues cognouit eſſe Troianas, & earū eſt miratus aduentū. Legitur & accurrit, quod eſt amplius, quā occurrit. ℣Occurrit Aceſtes.) Occurſus iſte impatientiā hominis vere gratulātis oſtēdit. nō enim ferre potuit, donec ad ipſum littus accederent. ℣Horridus in ia. & p. li. v. Troia Cr. c. flu. m. Quē g.) Ipſo enim cultu vti debuit, qui eſſet tali parēte progenitus. flumina enim ſine veſtis ambitione pinguntur. quod ait Troia mater, nō patriā dixit, ſed Troianā mulierē. proinde cum hoc dicimus, in tres Syllabas eſſe rendū eſt, vt ſit dactylus Troia & adiectiuū Veterum nō im. il. p. Gr. re.) Cōſiderans vnā ſibi & illis eſſe originē veterum, gratulatus eſt eos iterū veniſſe. huius lætitiæ quod fuit ſignū? ℣Gaza, inquit, lętus agreſti Excipit.) Ab ipſo littore duxit eos, agreſtes eis exhibiturus diuitias, hoc eſt epulas ruſticanas. ſi ad ipſum Virgiliū redeamus, intelligere poterimus, quæ ſint iſtæ vel quales. nā ipſas prefert in Buco. paſtor, Sunt, inquit, nobis mitia poma, Caſtaneæ molles, & preſſi copia lactis. his annectere poſſumus oua, atq; herbas agreſtes. ecce quāta humanitas hominis. quātaq; honorificētia occurrit veniētibus, ſuorū fuit memor. incolumes ac ſaluos gratulatus eſt. admodum lętus duxit eos ad domū. quod alterum eorum hoc eſt fm excepiſſet aduentum, excepit feſſos, & opibus ruſticis pauit, plus habens affinitatis & amicitiæ meritū q̄; ciborū. nō. n. illa in eo placebant, quæ imparatus exhibebat, ſe puritas mentis, & ſuperioris tēporis largitas, & lætitia præſentis. ℣Poſtera c. p. ſt. o. f. &c.) Sequenti die in ipſo loci exordio hoc eſt ante actus alios, iuſſit Æneas omni littore ſocios oēs acciri, ac redactos in cœtum. i. congregatos, ipſe in ſummo cōſiſtens, vnde facilius audiri poſſet, his allocutus eſt verbis. ℣Darda. m. &c.)

℣Licet

Universidad de Deusto Biblioteca

¶Licet suos alloqueretur eorũ tamen laudem, in qua & ipse partem habuit noluit preterire. quę laus eo tendit vt asserat deos, ex quibus essent geniti fauisse potiusq̃ nocuisse, vt impedito cursu qui tenebatur, ad Siciliæ rursum littora ducerent. quod verũ esse asserit euidenti argumẽto, vt exacti anni munus, & incipientis alterius paternis redderetur imperijs. vere, inquit, magni sumus Dardanidę, & iure nostra pertinere videtur ad deorũ curã, vtpote originem ab ipsis ducentes, & genus. ¶Annuus exactis c.m.o. &c.) Annus, inquit, concludit, ex quo diuinũ patrem meum, hoc est cõsecratione dignũ, terram cõdidimus. nõ dixit, ex quo mortuus est pater meus, sed ex quo terra est cõditus. hoc enim intelligi potius voluit, quam dici. nõ enim viuus obrui potuit, & qm̃ iam dies adest, & quãto tristis tanto suis obseruationibus honorandus, religiosi filij personã induxit dicentis, quem semper acerbum, semper honoratum (sic dij voluistis) habebo. optabat enim (nisi dij obstitissent) officia pietatis viuo potius exhibere, quam mortuo. & ideo fecit apostrophen cũ quadã inuidia, quę veniret ex dolore. sciebat enim cõem omnium conditionẽ, ac superiora instituta apertius accusari nõ posse. proinde, sic dij voluistis, non ad causam patris tantummodo, verumetiã ad omnium hominũ retulit sortẽ, quasi diceret, ferã inuitus, quod expugnare non potui. semper acerbũ, semper honoratũ. ideo, quia dolor omnis accessu tẽporis consenescit, & solennitas omnis diuturnitate tenuatur. quod apud Æneã nõ fuerat, apud quẽ luctus patris semper recens ostendebat, & nouus. Interea edicturus ludos illi parti primo occurrit, qua potuit reprehẽdi, vt cum de morte patris mœstus esse debuerit, velit potius læta sectari. iccirco dixit. quẽ semper acerbum, semper honoratum. qm̃ feriebat animum eius dolor ex causa, & exigebat defuncti meritũ honorificentiã suã. non ergo dixit, futurã ludorum lętitiã, sed futurũ honoratum diem. dicit ergo, quid in animo gereret, vt ostendat in exhibitione ludorum nõ lasciuiã fore, sed necessitatis causam. ¶Hũc ego Gætulis a. si sy. &c.) Duo posuit dura, si me, inquit, tenerent Syrtes, aut Gręci captiuũ. senserat enim solitudinẽ syrtium, & Gręcorum vrbem viderat, & trãsierat, & littora, sicut in. j. lib. & tertio lectũ est. hunc, inquit, tñ tristissimũ diem ego, qui sum filius, si inter hostes essem, & solitudines syrtium, honorarem tamen, neq; istud clam sed publice facerem, ducens funereas pompas, & onerans altaria suis donis. i. solẽnibus, & veterum moribus institutis. ¶Nunc vltro ad cineres &c.) Sine mente, inquit, & sine numine, ad deorum potestatẽ retulit. an, inquit, putatis citra deorũ voluntatẽ, ac potestatem factũ, vt ad tumulũ patris mei die solenni ac necessario, atq; ad amica littora veniremus? prouenit hoc volũtate diuina, debita solui manibus eius, in quo sunt etiã dij ipsi fautores. ¶Ergo a. & lę. c. c. honorem.) Honorẽ dixit, nõ turpia, quæ ludis exhiberi consueuerunt. lętum autem non exhibentibus, sed illi cui exhibetur honorificentia. lętari. n. feruntur mortui, quãdo hæc sibi solennitas redditur. ¶Poscamus ventos, atq; hæc m. f. q. &c.) Cum celebrauerimus hæc, poscamus ventos, qui dent prosperã nauigationem. cum aũt peruenero, & ciuitatem debitam constituero, faciã ei templum templũ dixit, vt deo, nõ memoriã vt homini mortuo. & sacra dixit, non inferias. & qm̃ spectaculorum gratiam debet etiam refectio corporum sequi, promittit vniuersis annonam. ¶Bina b. v. t. g. ac. Dat &c.) Promisit de alieno tantũ præsumens de Acestis beneuolentia, quantum fiduciæ dabat superioris temporis largitas, & præcipui animi virtus. ¶Adhibete penates, Et p. e. & q. c. h. a.) Vos mementote, vt cum binos boues per naues singulas sumpseritis, & parauerítis epulas cum nostris penatibus adhibere deos, quos hospes ipse veneratur.

ASCENSIVS.

¶At procul excelso, &c.) Docet, quomodo ab Aceste amico, suscepti sunt hospites: abs quo videlicet humanissime, prius dimissi erant. vnde dictum est in. j. Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes, Littore Trinacrio, dederatq; abeuntibus heros, Diuidit, &c. De hac aũt re dicit Dona. sic. ¶Occurrit.) Impatientiam cupientis gratulari, significat. ¶Et pelle.) Refert habitum paternum. Erat enim natus ex fluuio: & fluuij pene nudi, sine ambitione vestium, pinguntur. ¶Agresti.) Sunt epulæ, de quibus ait in Buco. Sunt nobis mitia poma Castaneæ molles, & pressi copia lactis. His addere possumus, oua, & herbas. Hæc ille.

Ordo,

¶Ordo est. At n. sed: Acestes, rex ille Siciliæ: miratus, id est admirans: procul. i. de longe. s. de excelso vertice montis: aduentum. s. Æneæ: & naueis socias. s. sociorum, hoc est Troianorũ: occurrit, sup. eis: existens horridus. i. terribilis; aut asper: in iaculis. i. propter iacula quæ gerebat: & pelle vrsæ Libystidis. i. Libycæ, ex Libya genitæ: vt sit Libystis patronymicum a patria deductum. Sunt autem in Libya feræ plurimæ, & feroces: quem. s. Acestem: mater Troia. s. Troiana. (Est. n. trisyllaba dictio, Troia.) genuit conceptum flumine Criniso. Incertus ergo illi pater: quia dũ fluuiorũ ad quos geniti sunt, notiora sunt, q̃ patrũ nomina dicuntur illorum filij. mater aũt dicitur Ægista, Hippotæ Troiani filia fuisse. Ille. s. Acestes. nõ immemor veterũ parentum. i. memorans se a Troianis oriundũ, aut memorãs eum esse Troianorum morẽ, vt hospitales sint, gratas reduces. i. reductos esse ad se: & excipit. i. seorsum ad conuiuium accipit eos: gaza agresti. i. opibus agrestibus, & ex agro collectis: & id quidẽ faciebat lętus, id est hilari vultu: vt modicitatẽ suam, nõ illorũ contemptũ, significaret: ac solatur eos fessos. i. ex reluctatione cõtra ventos: opibus amicis. i. faciliter parabilibus, quę amicis accepte sunt: aut eis tunc cõuenientibus. Cum i. postq̃, postera dies clara (hic patet, diem discretum a nocte, etiã fœminini generis reperiri) fugarat. i. fugauerat. s. claritate sua primo Oriẽte, id est in primo ortu solis: stellas, ita vt amplius nõ appareret. Æneas aduocat in cœtum. i. cõcionẽ: socios. s. suos ab omni littore: & fatur ex aggere tumuli. i. colliculi, aut sepulchri Anchisę. O Dardanidæ magni genus, ab alto sanguine diuũ. i. diuorũ, præcipue Iouis: annuus orbis. i. annua reuolutio solis: completur. i. perficit: mensibus actis. i. transactis: ex quo. i. postq̃: nos condidimus terræ. i. terra: sed in ipso elemento. nam terra, aut in terra condere possimus, etiam in aere, aut excelsa turri: terræ vero & humi, in ipso elemẽti loco: cõdidimus ergo terræ reliquias & ossa parentis. s. Anchisę. diuini, aut præsci, futurorum & sacrorum periti, dum viueret: aut in deorũ numerũ assumpti: & sacrauimus aras mœstas, sup. in honorẽ eius. mœstas quidẽ quia obierat: sed sacras, quia in deorum numerũ assumptus erat. sup. t. & iam: nisi fallor, adest dies, sup. anniuersarius: quẽ ego habebo semper acerbũ propter mortẽ patris, & semper honoratum propter eius, si ita dicam, deificationẽ, o dij, vos voluistis sic. q. d. nisi ita voluissetis: vellẽ adhuc nobis dux itineris, solamẽq; laborum esset. Si ego agerem, id est ducerẽ, & viuerem hunc diem, existens exul in Syrtibus Gæculis. i. Gætulicis; hoc est maximis periculis maris, qualia sunt apud Syrteis: ve, pro vel: si, id est tametsi, ego agerem hunc diẽ, existens deprensus. i. occupatus. s. ab ipsa tempestate subito orta. Deprendimur enim in facto, sicut in adulterio, dum alienam coniugẽ occupamus: vnde Horatius. s. sermo. Deprendi miserum est Fabio, vel iudice vincã. & in mari a tempestate dum alienũ elementũ occupamus: vt hic: & in Geor. Deprensis olim statio gratissima nautis. in mari Argolico & in vrbe Mycenæ, pro Mycenarum: aut in Mycene vrbe. s. Argiuorũ, hoc est in medio hostium: tñ. i. nihilominus: ego exequerer vota annua id est anniuersaria & pompas. s. exequiales, & funebres solennes, i. quę toto anno, aut singulis annis exhiberi solent: ordine. i. per ordinẽ: & s̃m ritum taliũ sacrorum: & struerẽ altaria suis. i. proprijs donis: vnde significat Anchisen in deũ superum assumptũ: quia altaria nõ nisi superorum proprie sunt: & tñ simulachrum Anchisæ apud inferos inueniet: & aliorum diuorũ illic sunt: s̃m Ethnicos: Nos adsumus nunc: equidem. i. ego quidem: reor q̃ haud. i. non: sine mente. i. animo & intentione & haud sine numine. i. nutu & voluntate deorum, hoc est cum deorũ voluntate & præordinatione: adsumus vltro. i. sine labore nostro oblati ad. i. iuxta, cineres, & ossa ipsius parẽtis: & nos delati. s. impulsu ventorum, intramus portus amicos id est amicorũ: ergo agite. s. quod instat, & quod cõsentaneum est rationi: & celebremus cuncti honorem lętum. i. cum lętitia. aut reuera lętũ, quia de re leta, vtpote de Anchisę deificatione, seu apotheosi. Poscamus. s. ab ipso patre, iam adeo ventos, scilicet opportunos atq; poscamus, vt, sup. Anchises, velit nos & nostros minores ferre sibi quotannis. i. singulis annis: hęc mea sacra, quę. s. nũc instituã, vrbe posita. i. constituta & tẽplis dicatis. i. consecratis sibi. i. in honorẽ suum: Acestes generatus Troia, dat vobis bina capita boum. i. binos boues in naueis. i. per singulas naueis duos boues: (Male legit qui dicit in capita: vnde corruptus est textus, Dat numero in capita: vbi legẽdum est, Dat capita in naueis.) adhibete epulis. i. visceratione: & epulo solẽni diuos penates: &. i. simul: patrios. i. quos auehimus a patria: & eos, sup. quos Acestes, hospes noster, colit. s. peculiariter hoc est agamus diem lętum, paribus auspicijs & prędibus.

PIERIVS.

¶At procul excelso miratus vertice montis.) In veteribus quibusdam codicibus, & procul, legitur: quod nõ ita placet, est & distinctis inde dictionibus, prępositione & nomine, Ex, celso. Non nulli tamen malunt vna legendum. ¶Aduentum, sociasq; ratis.) Non est excipiendum risu, quod in antiquis aliquot codicibus Atuentum, per t, consonantẽ, prima scriptum inueniatur. Fuisse siquidem veterum morem nomen hoc ita scribere, non inficiatur Victorinus: sed nos nunc per d, scribere libentius volũt. ¶Et pelle Libystidis vrsę.) Sunt qui Libyssidis, per ss geminatũ, nõ per st, legere cõtendant. Quã lectionem ego nusquã in exempla. ant. inueni: neq; formã eam gẽtilis nominis, aut possessiui, aut patronymici, aut quãuis alia velint ea nuncupatione appellitare traditam a grãmaticis: quãuis id nomen in multas varies formas. Primo enim Libys, est proprium nomen, cuius genitiuus Libyos, a quo Libya. Inde nomina deducta, vel gentẽ, vel quid huiusmodi significantia, hic & hęc Libys & hoc Liby: Libycus Libyca, Libyssa Libyssæ, a genitiuo vero Libyos, ex pleonasmo Libystus, Libysticus, Libystinus, Libystias, & quod in frequentissimo & Latinorũ & Græcorum vsu, Libystis. Et quoniam apud Stephanum legitur, Libyam, a Liby dictam nõ importunum fuerit, quid alij quidam super hoc nomine senserint apponere, Libyam ab eo dictã, quod inde Libs flat, putat Ser. & pleriq; alij. Varro vero nomen confictum putat, q̃ Libya, quasi Ἀπολίπα τοῦ ὕειν, dici crediderit, cui opinioni Sallustij etiam dictum adcommodant cœlo, terraq; penuria aquarum. Eam tamen Isocrates a matre Busiridis ita vocatam dicit, vbi de nobilitate Busiridis, his verbis loquitur, ὃς πατρὸς μὲν ἐκ Ποσειδῶνος, μητρὸς δὲ Λιβύης, τῆς Ἐπάφου τοῦ Διὸς, ἥν φασι πρώτην γυναῖκα βασιλεύσασαν ὁμώνυμον αὐτῇ τὴν χώραν καταστῆσαι. Fuit itaq; Busiris, patre Neptuno, matre Libye, q̃ Epaphi filia fuit, qui Iouis. Eam autem cum mulierum prima regnare adgressa esset suo de nomine regioni nomẽ indidisse proditum est. ¶Ac fessos opibus solatur amicis.) Vetera aliquot exẽplaria legunt, & fessos: sed magis placet, ac: quia sequelam quandam cum properatione subinnuit. Est &, amicos, legere in codi. aliquot antiquis: vt sit, fessos amicos, sed, amicis opibus, hoc est charis, gratis, & optatis, longe magis placet. ¶Genus alto a sanguine diuum.) In codici. aliquot antiquis, a sanguine Teucri, legitur. Sed enim magis placet diuum: vt persuasurus diuinos honores celebrandos in honorem patris, idem ipsi sibi sperarent, qui genus a Dis, duceretur. Et in antiquioribus codicibus dubio procul, diuom, habetur. ¶Ni fallor.) In antiquis codi. nisi fallor. Sed monosyllabũ venustius. ¶Gætulis agerem si Syrtibus exul.) Gætulis cum æ, diphthon. prima syllaba scribi dictum. Est vero &, exsul: tam ex aliquot codicib. quam ex antiquorum marmorum testimonio, ac veterum grammaticorum præceptis, per x, & s, scribendum: idq; non eo abusu quo maxsumus, auxsilium, Alexsander, & huiusmodi pleraq; in Veterũ monumentis notata superius memorauimus. Sed quia Terentij Scauri, Capri, & quorundã veterum grãmaticorũ præceptum est, exsul, cum litera s, post x, scribendũ, vt scilicet nominis quod insertum est, vix appareat. Siquidẽ exsul, extra solũ, esse significat. Quod vero intermitti cœperit, & in hac dictione, & in alijs nonnullis, inde factũ, quia Thusci, natura linguæ, suæ s, literam, raro exprimerent. Apud Latiũ vero, vnde Latinitas dicta, & vbi orta, & maior populus, & magis egregijs artibus pollens, Capri ipsius testimonio, fuere Thusci, quos nos plurimũ sumus imitati. ¶Et vrbe Mycenæ.) In codicib. aliquot antiquis, Mycenę, cum diphthongo. In aliquot, Mycena, legit. Sed siue, Mycene, legendũ velint, vt apud Iuuenalẽ, Vetus Thebe: siue declinationẽ mutatam, vt grãmatici tradũt: vt in erudito quodã carmine, Mycena Ditis: aliorum sit iudiciũ. Nam Priscianus inueniri quędã, ait singulariter prolata idẽ significantia, Virgilius quinto Argolicoue mari deprensũs, & vrbe Mycena. Mihi sane mirifice placet, quod in Romano codi. legi, Mycenis: figura elocutionis admodum elegãti. Erant & alij codices, in quibus Mycenis, legebat, numero multitudinis: sed imperitorũ hominum iniuria cõtaminati sunt, vltima abrasa syllaba. ¶Ergo agite, & cuncti lætũ celebremus honorẽ.) In antiquis codicibus trãspositis dictionibus, & lętũ cuncti celebremus, habetur. ¶Atq; hæc me sacra quotannis.) In antiquis aliquot codicibus, mea sacra, legitur: a me. s. instituta. Sed quia subsequit, ferre: magis placet, me ferre. Est &, quot, annis, distinctis dictionibus vt in veterum monumentis, Centeni quinquageni, quot annis, darentur. & alia huiusmodi.

Exsul.

Præterea si nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit: radiísq; retexerit orbem:
Prima citæ Teucris ponam certamina classis:
Quiq; pedum cursu valet: & qui viribus audax:
Aut iaculo incedit melior, leuibus ue sagittis:
Seu crudo fidit pugnam committere cæstu:
Cuncti adsint: meritæq; expectent præmia palmæ.
Ore fauete omnes: & cingite tempora ramis.
Sic fatus, velat materna tempora myrto. POE.
Hoc Helymus facit: hoc æui maturus Acestes:
Hoc puer Ascanius, sequitur quos cætera pubes.
Ille e concilio multis cum millibus ibat
Ad tumulum, magna medius comitante caterua.
Hic duo rite mero libans carchesia Baccho
Fundit humi: duo lacte nouo: duo sanguine sacro:
Purpureosq; iacit flores: ac talia fatur:
Salue sancte parens: iterum saluete recepti ÆNE.
Nequicquam cineres: animæq;, vmbræq; paternæ:
Non licuit fineis Italos, fataliaq; arua:
Nec tecum Ausoniũ (quicũq; est) quærere Tybrim.

SERVIVS.

¶Si nona diẽ mortalibus almum) Non de die qui certus est, dubitat: sed de serenitate. Vnde paulo post, Serena iam luce. Et sciendum quia apud maiores vbi quis fuisset extinctus, ad domum suam referebatur. Vnde est, Sedibus hunc refer ante suis. & illic septem erat diebus, octauo incendebatur, nono sepeliebatur. vnde Horatius, Nouendiales dissipare pulueres: Iure etiam ludi qui in honorem mortuorũ celebrabantur, nouendiales dicuntur. Sciẽdum quia etiam domi suæ sepeliebantur, vnde orta est cõsuetudo, vt dij penates in domibus colãtur. ¶Prima.) Re vera prima. Nam cætera, non eo quo dicit ordine editurus est. ¶Viribus audax.) Hoc ad omnia pertinet. ¶Aut iaculo incedit melior, leuibusue sagittis.) Id est iactu velocium sagittarũ: vt vacet ve. Sic ista iunxit in nono, Insidijs iaculo & longe fallente sagitta. Id est iaculo longe fallentis sagittæ. Nam non exhibuit iaculatores. ¶Crudo cęstu.) Aut crudeli, aut duro. Cæstus autẽ per diphthongum pugilum arma significat, habet etiam pluralẽ numerum, & est quartę formæ. Nam cestus cesti numeri tantum singularis, sine diphthongo baltheum Veneris significat. ¶Pręmia palmę.) i. virtutis: a pręcedenti quod sequitur. ¶Ore fauete.) Apto sermone vsus est, & sacrificio & ludis. Nam in sacris taciturnitas, in ludis necessarius fauor est, quem propter plausum futuris spectatoribus dat. Fauet autem ore quis etiam per taciturnitatem, Horatius, Fauete linguis carmina non prius audita musarum Sacerdos. ¶Cingite tempora ramis.) Ex Romano more. Nam festis ludis omnis etas coronata spectabat, quod ostendit per Æneam, Acesten, Ascanium: per quos omnem demonstrat ætatem. ¶Materna myrto.) Vel quasi filius, vel quasi Veneris sacrificaturus marito. ¶Hoc Elymus facit) Princeps Troianorũ, qui dicitur tres in Sicilia condidisse ciuitates, Ascram Entellam, Egestam. ¶Æui maturus.) Honestius quam si æuo maturo diceret. ¶Rite.) Secundum ritum sacrificij, quod exigebat vt libaret de mero Baccho, id est puro. ¶Carchesia) autem genus poculorum. ¶Humi.) Terræ. ¶Lacte nouo) Aut statim mulcto: aut post fœtum, quod colostrum dicitur neutro genere. ¶Sanguine sacro.) Victimarum: vt diximus supra. Et notandum quia partim quasi mortuo pari numero sacrificat: partim impari, quasi deo: vt, Cedit quinas de more bidẽtes. Nam legimus, Numero deus impare gaudet. ¶Purpureosq; iacit flores.) Ad sanguinis imitationẽ in quo est sedes animæ, Sic in sexto, Purpureos spargã flores. Item, Purpureasq; super vestes velamina nota, scilicet vt supra diximus, vt sedis suæ cognoscat imitationem. ¶Salue sancte parens.) Salue & vale secundum Varronem in logistoricis synonyma sunt. Vnde his & in salutatione vtimur, & in execrationibus: vt, Valeant qui inter nos dissidium volunt. Vnde etiam hæc mortuis dicimus: non q̃ eis optemus salutem, in quibus nulla esse potest: sed vt significemus nos sic digredi, vt ostẽdamus eos nunq̃ in nostram communionem esse venturos. ¶Iterum.) Hic distinguendum. Nam quo tempore sepelijt eum, dixit sine dubio salue & vale. ¶Accepti Nequicquam cineres.) Cineres pro ipso patre posuit: ac si diceret, salue pater de Troia liberate sine causa. propter quod sequitur, Non licuit fines Italos fataliaq; arua. Alij ad historiam supradictã referunt distinctione mutata, vt dicant, Recepti iterum cineres semel ex Troia, semel a Diomede:

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui dicitur ossa eius eruta cum Palladio reddidisse. Nequicquā
autē ſm Epicureos, qui dicunt omnia perire cum corpore. ¶ Ani
mæq;, vmbræq; paternæ.) Vocatiuus pluralis eſt. Nam Plato, &
Ariſtoteles & oēs periti dicunt in homine eſſe quatuor animas:
Vnam vitalem, vt in vermibus: qui tantum mouētur. Aliam ſen-
ſualem, vt in mutis animalibus: in quibus eſt ſenſus & timoris &
gaudij. Tertiam intellectualem, vt in hominibus: qui & cogitare
& recte iudicare poſſunt. Eſſe etiam quartam infra omnes, quæ
phyſice vocatur: vt eſt in herbis & in arboribus, quæ etiam mo-
tu carentes, vitam tamen habent. Nam & naſcuntur, & creſcunt,
& pereūt. Vnde eſt, Atq; interfice meſſes. His rebus colligitur ho-
minem harum omnium animarū eſſe participem. Vnde Salluſt.
ait, Alterum nobis cum dijs, alterum cum belluis cōmune eſt. De
vmbris autem facilis eſt probatio. Nam ſi quatuor ſunt animæ,
ſequitur vt tot ſint vmbræ: vt ſiquis inter duas ſtet lucernas, ge-
minam vmbram creat. Hoc autē de animis etiam Lucretius aſſe
rit: ſed non tantum veritati ſtudet, quantum ſectę Epicureæ. Alij
iſta fugientes, dicunt animę & vmbræ genitiuum eſſe ſingularē,
vt ſit, cineres vmbræ & animæ paternę: quod non valde proban
dum eſt. Nec enim vmbra aut anima cineres habent. ¶ Quicunq;
eſt.) Tædio longæ nauigationis hoc dicit.

DONATVS.

¶ Prẹterea ſi.n.d.m.al. Aurora.e.&c.) Pręſtruxit omnia, & edixit
diem ludorum. ſic tamen ſi aeris etiam temperies proueniret, &
nō proximum ſatis, nec ſatis longum, vt medium tempus nō ha
beret diuinę expectationis tędium, & tamen maiorem celebrita-
tem poſſet acquirere. Nono, inquit, die ludos exhibebo, ſi cōſen-
tientibus elemētis alma luce prouenire potuerit. Almum diem,
tranquillum debemus accipere, quia nauale certamē fuerat habi
turus, pro quo tranquillitas pelagi fuerat neceſſaria. Inſinuat de
hinc futura certaminū genera, vt vnuſquiſq; maiori ſtudio ante
tempus accenſus veniret ad diem. percurrit hæc, in quibus enite
ſceret virtus, potiusq; ludorum turpium corruptione ſordeſce-
ret. nō edicunt mimi, qui ſolis inhoneſtis & adulteris placēt. per
illos enim diſcitur, quemadmodū illicita fiant, aut facta noſcant.
nō edicuntur ſaltationes fluxę, in quibus ſaltator ille eſt melior,
qui perditorum indicio membrorū virilium robur inſaltatio-
nem verterit, nō edicitur funis futura temeritas, cuius anguſtū
iter ac pendulum in periculum magis quā ſalutis ſecuritatē de-
uexum eſt. omittit hæc vir fortis & egregius. nihil eum iuuat il-
lorum, quę ſcitis, illis exhiberi, quibus poſſunt placere, cum fiāt.
Iccirco aūt primo aeris tranquillitatē pronunciauit eſſe neceſſa-
riam, q in mari habiturus nauale certamē (vt dictū eſt) placidita-
tis debuit habere ſuffragiū. Incipit iam proferre certaminū gene
ra, ſed cum cōditione tēporis, propter aerem incertū. ¶ Prima, in
quit, citæ.t.p.c.c. Secūda. Quiq;.p.c.v. Tertia. Et q viribus audax.
Quarta. Aut iaculo in.m.l.l.) Quinta. Seu crudo fidit.p.c.c.) Enu-
meratis ſpectaculorū generibus ait. ¶ Cūcti adſint.m.q;.e.p.p.)
Adſint oēs, qui hæc ſubire voluerint, ſperātes digna pro ſuis vir
tutibus præmia, & probaturi verum iudiciū palmæ. expectēt po
teſt ſignificare ſperēt, poteſt, & videant. ¶ Ore fauete oēs, &.c.t.r.)
In ſacris ore fauete, eſt ſilentiū cōmodate. ſignificat hic, ore faue-
te, exclamationibus lætis fauorē cōmodate. ¶ Sic fatus velat ma-
terna tempora myrto.) Myrto materna, nō coronis infamibus.
¶ Hoc helymus.ſ.h.æ.m.a.hoc.p.a.) Vſqueadeo honeſtiſſimum
fuerat factū, vt dignitati ſingulorū, & omnibus ætatibus cōueni
ret. fecit deniq; Æneas, fecit Helymus. Aceſtes quoq; maturus ſe
nio & grauis non habuit indignū, quod religione potiusq; luxu
ria conſtabat effectū. nō dubitauit Aſcanius imitari maiores, nec
putauit ſeſe erraturū, ſi ſequeretur factum patris & ſtudiū hone-
ſtorum. ¶ Ille e cōcilio.m.c.m.i.&c.) E concilio ibat ad tumulum
patris cum ingenti numero deductorū. ¶ Hic.) Hoc eſt vbi ſepul
chrum patriū fuit. ¶ Duo rite.m.l.&c.) Carcheſia, nomē eſt pocu-
lorum Duo, inquit, carcheſia mero Baccho plena, hoc eſt vino in
corrupto terræ infundens. ¶ Duo lacte.n.d.ſ.ſ.) Terræ infundēs,
& ad vinū pertinet, & ad lac, & ad ſanguinem. omnia enim ſimul
fuſa ſunt. hęc mortuorū ſacrificijs exhibent. ¶ Purpureosq; iacit
flores.) Et hic color florum ſepultis congruit. fudit, & iacit largū
animū exhibenti oſtendunt, & ſpecierū maximam copiā. ¶ Ac ta-
lia fatur. Salue.ſ.p.iterum.) Iterū ideo quia hæc fuit ſecunda poſt
illam, qua cum ſepeliretur ſalutatus eſt. quod aūt ait, ſancte, & nō
dixit chare, vt in ſecundo libro meminimus poſitū, Ego age chā-
re pater ceruici imponere noſtræ, hoc ſic intelligendum eſt, illic
enim cum vno loquebatur, & cum eo, a quo nollet ſeparari. Hic
cum eo loquit quem religione nimia noluit mortuū dicere, ſed
receptum volebat inter deos. nam & in libro tertio, cum finē vi-
tæ eius apud Didonem referret, ait. Hic me pater optime feſſum
deſeris. duxi te, inquit, & deſeruiſti me. non dixit mortuus es, &
in quarto libro, hoc tenuit, cum diceret. viſa dehinc cœlo facies
delapſa parentis Anchiſæ. ſancte ergo cum dijs cōueniat, patrem
ſuum numinibus iūxit, hoc fecit filius religioſo affectu & homi-
num more, qui præcipuos viros migrare potius dicunt, q inte-
rire, moriendo. ¶ Iterum ſaluete recepti Nequicq;.c.a.v.q;.pa.)
Animæ & vmbræ nō eſt nominatiuus pluralis, ſed genitiuus ſin
gularis. ſalutauit enim cineres animę & vmbræ patris ſui. Nō er-
go ſequamur eos, qui putant Anchiſen plures vmbras & multas
animas habuiſſe. Nequicq; rurſum recepti cineres, quia inimico
rum manibus dicuntur erepti, & iterum rurſum filij opera cōdi-
ti, quod beneficiū cum non ſenſerit mortuos, non fruſtra poſitū
eſt, nequicq;. huius facti poeta meminit in quarto libro. nam ex
perſona Didonis dixit. Nec patris Anchiſæ cineres, maneſue re-
uelli. Ex perſona filij bene poſitum eſt, nequicq;. ille enim viuo
potius obſequi q mortuo voluit. ¶ Nō licuit fines Italos.ſ.q;.ar.
Nec.t.a.q.eſt.q.ty.) Hoc tēpore mortis eius oſtenditur doluiſſe.
In tertio enim libro, cum de eius caſu loqueretur, hoc dixit. heu
tantis nequicquam erepte periclis, nequicquam cur illic dictum
ſit, hic patefecit. non obtinuit enim patre incolumi ad Italiā per-
uenire, quod quia non prouenit, & hic ingemiſcit.

ASCENSIVS.

¶ Præterea ſi nona.) Præter Epulum, quod ad tumulū patris da-
turus eſt, pollicetur ludos funebres conſtituere. de quibus & eo
rum origine diſerte diſſerit Landinus, vt ad finē huius lectionis
videbimus. Donatus vero dicit ſic. ¶ Nona diē.) Præſcripſit tem-
pus ludorum, ſi tantum aeris temperies eſſet & ad ipſum nec ni-
mis propinquum, vt poſſet præparari celebritas: nec nimis lon-
ginquum, ne haberet diutinę expectationis tædium. ¶ Almum.)
Tranquillum debemus accipere. Edixit autem ludos nō impudi-
cos, vt Mimi ſunt: ſed fortes, & quibus virtutes in homine accen
duntur. ¶ Spectēt.) Vel videant vel ſperent. ¶ Merite.) Præmonet
q recto iudicio attribuet palma. ¶ Ore faue.) In ſacris hoc ſignifi
cat indicere ſilentium: hic vero admonet, vt lætis clamoribus fa-
uorem accōmodent. ¶ Hoc Helymus.) Aceſtes & Aſcanius, quia
omni ætati congruebat. ¶ Iterum.) Nam primo ſalutauerat cum
ſepelijt. ¶ Sancte.) Vt ſignificet inter deos receptum: nam in.ij.li-
bro, quia viuus erat, & ab eo minime diuelli volebat, non ſancte
dixit, ſed chare. ¶ Animæq;, vmbræq;. Caſus genitiuus eſt in ſin-
gulari. ¶ Rurſus.) Quia inimicorū manibus fuerant effoſſi, & ite-
rum ſua opera conditi, quod beneficium, cum non ſenſerit mor
tuus dixit, Nequicquam: & bene dictum eſt ex perſona filij, qui
viuo, q mortuo, beneficium præſtare maluiſſet. ¶ Non licuit.)
Propter quod in.iij. dixit, Heu tantis nequicquā erepte periclis.
¶ Ordo autē eſt. Præterea.i. prẹter ea quę dicta ſunt, id eſt prẹter
Epulum datum: ſi.i. poſtquā: aurora nona.i. nono loco oritura
extulerit mortalibus diem almū.i. nutritiuum, & cōſeruatiuum
aut potius, trāquillū, & ludis accōmodum: & retexerit.i. aperue-
rit, & patefecerit radijs.ſ. ſuis: orbem.ſ. prius occultum tenebris
nocturnis: hoc eſt, cum primum ſeptimus dies illuxerit nobis, &
ſerenitatē oſtenderit: ego ponam Teucris.i. Troianis: prima cer-
tamina.ſ.e quatuor: claſſis.i. nauis citę, id eſt cito impellendæ: vt
quę Primā metam cōtigerit, victrix ſit: quiq;.i. & qui: & ponam
ſup. certamina ei, qui valet curſu pedū, & qui audax eſt viribus,
id eſt cōfidit viribus ſuis: luctando cęſtibus, at reſiſtēdo currenti
bus, aut qui incedit meliori iaculo.ſ. ex arcu emiſſo: ve, pro vel:
ſagittis leuibus, ſeu, ſup. ei qui fidit cōmittere pugnā: cæſtu, id eſt
armatura manuum, a cędēdo dicta: crudo, id eſt ex corio crudo,
inſuto plumbo: hoc eſt, cōſtituā quadruplicia certamina nauiū,
pedum, arcuū, & cæſtuum: hoc eſt, manuum, & brachiorum: cun
cti, ſcilicet qui aliqua re pręſtant: adſint, & expectent præmia pal
mę meritę, id eſt quam meruerint, quia nō fraudabuntur. Faue-
te omnes ore, id eſt tacite oſtēdite fauorē, & cingite tempora ve-
ſtra.i. capitum veſtrorū: ramis.ſ. funebribus, hoc eſt myrteis. Ipſe
fatus ſic, velat: quod plus eſt, q ſi cingat: exemplo ergo alios co-
hortatur tēpora.ſ. ſua: myrto materna.i. quæ eſt in honore & tu
tela Veneris, matris ſuę. Helymus, vir ille nobilis Troianus, facit
hoc.i. eandē rem.i. etiā tempora ſua velat myrto: & Aceſtes matu
rus æui.i. qui æuum ſuum maturabat, facit hoc: & puer Aſcanius
facit hoc: quos.ſ. proceres & primores: cætera pubes (quia Aſca-
nius etiam de pube erat) ſequitur.i. imitatur idem faciens. Ille.ſ.
princeps Æneas, ibat e cōcilio.i. cœtu & cōcione: cum multis mil
libus.ſ. hominū: niſi ſit millibus, pro militibus: ſed poterant eſſe
multa millia, eo q Siculi aderant: ad tumulum.ſ. Anchiſæ: ibat (in
quit) medius & hoc magna caterua comitante: & ipſe libans.i. ſa-
crificans

Mimi impudici.

crificans: hic.i. cum eſſet ad tumulum: fundit.i. effundit: rite.i. ſe-
cundum ritum ſacrificij: duo carcheſia.i. pocula: mero Baccho.i.
in quibus erat merū.i. purum vinū: humi.i. in humum, & fundit
duo, ſup. carcheſia. nouo.i. recens mulſo, lacte: & duo.ſ. carcheſia
plena, ſup. ſanguine ſacro.i. victimarū mactatarum (Seruius ite-
rum dicit, coloſtrū, neutro genere dici: ſed in Bucolicis oſtēſum
eſt etiā, coloſtrā, genere fœminino reperiri) & iacit.i. proijcit in
tumulū: flores purpureos.i. ſanguinei coloris: quia talibus om-
nibus, oblectat anima in corpore degens: ac fatur talia, O ſancte
(quia in deorū numerum aſſumptus es) parēs, ſalue (poteſt dici,
ſalue iterū, vt docet Donatus) & ſaluete cineres: &.i. ſimul animæ
paternæ.i. quibus coniuncta aliquādo fuit anima paterna: & vm
bræ paternæ.i. quibus aſſociata fuit vmbra paterna, & ita geniti-
ui ſunt ſingulares, vt Donatus vult, quod & mihi placet: quāuis
Seruius philoſophetur, aſtruens multas eſſe vnius animas, ac vm
bras: vt ſit ordo, Saluete animæ: & vmbræ paternæ: ſed neq; ani-
mam, neq; vmbrā ſe recepiſſe ſignificat Æneas: cum animā, apud
ſuperos: vmbrā, apud inferos, deputet: verū cineres, qui fuerunt
aliquādo receptacula animę, & vmbrę paternę. Non licuit, dolen
tis interrogatio. q.d. atqui nō licuit mihi: quærere tecum.i. te co
mite: ſicut dixerat, Nec nate tibi comes ire recuſo, fineis Italos, id
eſt Italicos: & arua fatalia.i. a fatis nobis promiſſa: & Tybrim Au-
ſonium.i. qui defluit per Auſoniā: quicunq; eſt, quod addit pro-
pter tædium longę inquiſitionis. q.d. credo equidē, ex quo pro
miſſus eſt nobis, Tybrim eſſe in Auſonia: ſed quia tandiu quęrit,
nec inuenitur, nō poſſum certi quicquā de eo dicere. Landini, de
ludorum inſtitutione, verba ſunt hęc. Certamina. mos fuit apud
priſcos, vt in honorē maximorum virorum, præſertim eorum
qui in bello oppetiſſent, funebres ludi exhiberentur. Fueruntq;
primę inferiæ, vt ex captiuis nōnulli ad tumulum mactarentur:
hinc gladiatorū munus originem ſumpſit. Primi autē ludi fu
nebres, quorū memoria extet inſtituti ſunt ab Hercule, in hono
rem Pelopis, eius ataui, & Ioui conſecrati, dictiq; ſunt Olympici:
quia apud Olympum Arcadię montem, celebrabantur in Piſeis
finibus: hos intermiſſos Iphitus eius filius inſtaurauit: hinc ini-
tium habuit prima Olympias. Hi ludi, iam expleto quarto anno,
quinto incipiente agebantur. Primus in iſtis, ipſe Hercules coro
natus eſt. Qui cum a bello ad ſacra cōuerſus eſſet, etiam a dijs (ſm
Diodorum) munera accepit, a Minerua peplum: a Vulcano, cla-
uam & thoracem. Dedit Neptunus, equum: Mercurius, enſem:
Apollo, arcum, & illo vti docuit Ceres parua myſteria, ad purgā-
dam centaurorum cædem, illi oſtēdit. In his ludis, victores, olea-
ſtro coronabantur. Secundi fuere Phocenſes, poſt Pythonem
ſerpentem, ab Apolline cæſum, in Apollinis honorem conſtitu-
ti. Eratq; victoribus corona ex lauro. Tertij Achei, in Iſthmo,
ob idq; Iſthmici dicti in honorem Palæmonis: quem Latini Por-
tunum nominant, qui ex Melicerta homine, deus marinus effe-
ctus eſt. In his, corona ex pinu victoribus decernitur. Quarti
Argolici. qui Nemęi, a Nemęa ſylua nominant, in Archemori ho
norē inſtituti ſunt. Hic enim puer Lycurgi filius fuit, & Opheltes
appellatus. Verum a nutrice dum fontē Argiuis in Thebanū bel
lum proficiſcentibus indicaret, temere humi relictus a dracone
ictus perijt. Argiui autē in patris ſolatiū illi ludos inſtituerunt: &
quia principiū facti inde cœptū eſt, pro Ophelthe Archemorum
appellarunt. Eſt illis corona ex Apio, vel vt ex herbæ humilitate
ætas infantilis exprimeretur: vel, quia in Apio iacens, extinctus
ſit. Hæc igitur erat præcipua genera ludorum in Grecia, quāuis
& pleriq; alij extarent, vt in Attica, vbi celebrabant ludos Miner-
uæ, in Ægina, Æaco: in Arcadia, Lyceo Ioui, Theſpijs Amori, Oro
pi, Amphiarao, Argis, Iunoni: & alibi alijs.

PIERIVS.

¶ Aut iaculo incedit melior, leuibus ve ſagittis.) In antiq. leui-
buſq; atq; id expoſitiue poſitū. ¶ Seu crudo fidit pugnam cōmit-
tere cæſtu.) In antiquis aliquot codicibus, trāſpoſitis verbis legi
tur, Seu pugnā crudo fidit: quod in medio relinquimus, eorum,
qui arcanam hanc muſicam adamāt, iudicio perpendendum, ita
etiā quod ſubſequitur tranſpoſitis tantum dictionibus variatū.
¶ Et cingite tempora ramis.) Quod in Roma. codice, & aliquot
alijs ita habetur, & tempora cingite ramis: nempe ad ſimiliū ſylla
barum concurſum euitandum, te, tem, & ra, ra. Verum huiuſmo-
di ſyllabarum homophoniæ plerūq; de induſtria fiunt a poetis,
vt eo loco, Et nos fas extera quærere regna, de quo ſuperiore li-
bro dictum.

POE.

Dixerat hęc: adytis cū lubric⁹ anguis ab imis
Septem ingens gyros, ſeptena volumina traxit,
Amplexus placide tumulum, lapſusq; per aras:
Cœruleæ cui terga notæ, maculoſus & auro
Squamam incedebat fulgor: ceu nubibus arcus
Mille trahit varios aduerſo ſole colores.
Obſtupuit viſu Æneas. ille agmine longo
Tandem inter pateras, & læuia pocula ſerpens,
Libauitq; dapes: rurſusq; innoxius imo
Succeſſit tumulo: & depaſta altaria liquit.
Hoc magis inceptos genitori inſtaurat honores:
Incertus, genium ne loci, famulum ne parentis
Eſſe putet. cædit quinas de more bidentes:
Totq; ſues: totidem nigrantes terga iuuencos:
Vinaq; fundebat pateris: animamq; vocabat
Anchiſæ magni, maneſq; Acheronte remiſſos.
Necnon & ſocij, quæ cuiq; eſt copia, læti
Dona ferunt: onerantq; aras: mactantq; iuuencos.
Ordine ahena locant alij: fuſiq; per herbam
Subijciunt verubus prunas: & viſcera torrent.

SERVIVS.

¶ Lubricus anguis.) Labilis.
alias locū dicit: vt, Per lubrica
ſurgēs. ¶ Septē ingens gyros)
Loci geniū per magnitudinē
vult probare. Nullus enim lo
cus eſt ſine genio: qui per an-
guem plerunq; oſtendit. Per
ſius, Pinge duos angues: pue
ri (ſacer eſt locus) extra Meij-
te. Sane hūc locū de Homero
ſumpſit, qui inducit Græcos
apud Aulidē omen futuri de
cennalis belli ex ſerpēte colle
giſſe: qui etiam matrē cōſum
pſit nouē pullis comeſis. Ita
ergo nūc etiā Æneæ omē ſui
erroris oſtendit ſeptē gyris.
Nā ſeptim⁹ ei annus eſt finis
erroris: & eſt optimū figmen
tum. Annus enim ſm Ægy-
ptios indicabat ante inuētas
literas picto dracone caudā
ſuā mordēte: quia in ſe recur
rit. ¶ Gyros.) Nomē legimus:
verbū exinde nō inuenimus.
¶ Placide) Repēs quiete. ¶ Cœ
ruleæ cui terga notę, maculo
ſus & auro Squamā incendebat fulgor.) Cœruleę notę, & fulgor
auro variatus incendebat.i. illuſtrabat. ¶ Agmine longo tandē.)
Poſt illos gyros tandem longo repere cœpit. Agmine, id eſt im-
petu. ¶ Serpens.) Participium eſt, nō nomen, ac ſi diceret repens.
¶ Libauitq; dapes.) Leuiter guſtauit epulas ſuperpoſitas, quæ ſili
cernium dicunt: quaſi ſilicœniū, ſuper ſilicē poſitum. ¶ Depaſta
altaria.) Nō a ſe. Nam ſupra ait, Libauitq; dapes. Sed hoc dicit, tan-
diu permanſit, quandiu cuncta aris ſuperpoſita flamma conſu-
meret. ¶ Geniumne loci.) Quia (vt ſupra diximus) nullus locus ſi
ne genio eſt. ¶ Famulumne parentis.) Fuit enim hæc maiorū con
ſuetudo, ſicut hodieq; apud Indos eſt, vt quoties reges moriebā
tur, cū his dilecti equi vel ſer-
ui, & vna de vxoribus cha-
rior incenderent. Inter quas
de hoc ipſo erat magna con-
tentio. Poſſumus ergo famu
lum, ſeruum ſepultū cum An
chiſa accipere, aut per Apo-
theoſim deū oſtendit effectū,
Vnde ei famulū dat quaſi mi
niſtrū. Singula enim numina
habent inferiores poteſtates
miniſtras: vt Venus Adonim:
Diana Virbiū. Aut certe ſm
Pythorā dicit, qui primus de
prehendit de medulla homi-
nis, quæ eſt in ſpina, anguem
creari: quod etiam Ouidius
in quintodecimo metamor-
phoſeos dixit, loquēte Pytha
gora. ¶ Nigrantes.) Nigra ter-
ga habentes. ¶ Maneſq; Ache
ronte remiſſos.) Aut venien-
tes de Acheronte ad hanc pa-
rentationem: aut certe remiſ-
ſos Acheronte, q iam in Ache
ronte non eſſent poſt Apo-
theoſim factam, id eſt, poſt di
uinitatis confirmationem.

Silicernium.

DONATVS.

¶ Dixerat hæc.) Mox, vt locutus eſt talia, hæc ſecuta ſunt. ¶ Ady-
tis cū lubricus anguis ab imis &c. (Adytis, inquit, non ſepulchro
preceſſiſſe anguē, vt confirmaret Anchiſen dijs eſſe cōiunctum.
Adyta enim deorū ſecreta ſunt, quę nondum ſacrati ingrediētes
templa, noſſe nō poſſunt. magnitudinē eius & decorem qua cau-
ſa deſcripſerit, poſſumus æſtimare. Debuit.n. magnū aliquod &
pulchrū inde procedere, vbi perſonę potioris reliquię tenebant.
¶ Obſtupuit viſu Æneas.) Quis.n. non miraretur nouū viſum &
magnum? ¶ Ille ag.lon.) Agmen dicit quo naturaliter impellitur
ſerpens, vt loco moueatur. anguis ergo ſerpebat agmine. ¶ Tan-
dem

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem inter pateras &c.)Miracula alia nō timuit anguis ipse,cū ser peret,presentiū hoium cœtum,sumpsit ad victū, quod voluit,& eo vnde,peciserat,remeauit innoxius.color eius & splēdor iccirco specie cœlesti cōparatus est, vt ostenderetur non ex illis esse, quorū detestanda natura est,& saluti hoium infesta. denicp vt dictū est,processit in cōspectū populi presentis, & amplexibus pla cidis tumulū circundedit.ex aris vsurpauit,quæ voluit, & nullo hominum lęso remeauit.¶ Hoc magis in.ge.in.ho.Incertus &c.) Cum mirarē Æneas nec scire euidētius posset quis esset ille, cur in lucē & in humanum cōuentū tam facile processisset, qcp esset intrepidus,qp tractu suo ambisset tumulum toties,qp degustasset ea,quæ apposita fuerāt,& depasta reliquisset, ac redisset innoxi⁹, in ipso incerto raptus est,aliquid esse diuinū,hoc magis, hoc est, iccirco repetit honores patrios, quos disposuerat facto iam fine cōcludere,hoc est a medio actu ad initiū redire incertus,geniūne loci famulum ne parentis, esse putet.hoc qm̄ non potuit verius estimari cōiectura suspicantis nō vacuum indicatū est, aut enim genius loci putabat, aut famulus patris, nō anguis sed in anguē cōuersus.¶ Cædit quinas de more bidentes &c.)Hæc faciebat, qp putaret relaxatis egressibus animā patris esse præsentē, & hoc su spicione colligebat Æneas,vt acta repeteret, & vocaret animā pa tris,ecce vnā vocat Anchisæ,vnde manifestius probat, quod su pra tractauimus,genitiuum esse singulare, non nominatiuū plu ralem,cum dixit, animæqs, vmbræqs paternæ.¶ Necnon & socij &c.)Obsequebantur & socij, vt poterāt singuli.hoc enim Anchi sæ meritum exigebat, & honorificentia silꝫ præsentis perfectis solennibus.¶ Ordine ahena locāt alij &c.)Militaris ista ciborum accuratio est,aut ad sacrorum pertinens ritum,nam in octauo li bro ait,Viscera tosta ferunt taurorum.

ASCENSIVS.

¶ Dixerat,hæc.)Post preces Æneæ significauit se Anchises eis di gnum emittēdo serpentem,diuinitatis suæ indicem,quo viso,& ipso,& socij eius sacrificia, instaurabāt,de qua re dicit Dona.lic. ¶ Agmine.)Dixit agmen,quo naturaliter impellitur serpens.Pul chritudo & innocentia serpentis,rem cœlestē,& nō noxium ani mal,significat;propter quod magis honores instaurauit. Hæc ille.

Ordo. ¶ Ordo est Æneas, supple dixerat hęc:quæ.s.præmissa sunt,sup ple tunc:cum.i.quando:anguis lubricus.i.faciliter elabens,pro pter pingue cuti adhęrens:traxit existēs ingens.i.valde magnus traxit(dico)ab imis adytis, id est sacrarijs, & penitioribus sepul chri locis,septem gyros,& septena volumina, id est conuolutio nes,colligendo se in spiras,seu annulos suos:amplexus,id est am plectēs:tumulum.i.sepulchri tumorem:placide.i.sine feritate,& lapsus,supple est,per aras,scilicet Anchisæ,iam extructas:cui,scili cet angui,notæ,id est maculæ:cœruleę.i.cœrulei coloris, supple incendebāt terga:& fulgor maculosus auro.i.similis fulgori au ri:incendebat,id est resplēdere faciebat squamas,scilicet eius sic: ceu,id est veluti: arcus,scilicet cœlestis, qui & pluuius dicitur,& iris:

SERVIVS.

¶ Phaethōtis.) Solis ἀπὸ τοῦ φάους καὶ αἴθω.¶ Circo.)Spa tioso ludorū loco.¶ Sacri tri podes.)Sic pulchri vt sacros putares:vel quales sacrari so let. nec enim sacrilegꝰ erat vt sacra donaret. & sic dictū est vt Dodoneosqs lebetas:qua les sunt i Dodona.¶ Et palmæ pretiū victoribus.) Zeugma vtriusqs lateris. Nam victori bus pretium & ad supradicta & ad dicēda pertinet.¶ Argen

Talentū ti, auriqs talenta.)Talentū se cundum varias gentes variū pondꝰest:sed apud Romanos talentū est septuaginta libræ, sicut Plautus ostendit in Mu stellaria,q ait duo talenta esse centū quadraginta libras.Le gimus etiam talentū esse pau lulum quiddā. Nā Homerus in ludis funebribꝰ Patrocli vl tima prœmia dicit duo talēta. Quod nos cogit aliquid mi nimū intelligere. Nam si pri mus

Expectata dies aderat,nonamqs serena
Auroram Phaethontis equi iam luce vehebant:
Famaqs finitimos,& clari nomen Acestæ
Excierat:lęto complerant littora cœtu
Visuri Æneadas:pars & certare parati.
Munera principio ante oculos,circoqs locantur
In medio,sacri tripodes,viridesqs coronæ,
Et palmæ pretium victoribus,armaqs,& ostro
Perfusæ vestes:argenti,auriqs talenta:
Et tuba commissos medio canit aggere ludos.
Prima pares ineunt grauibus certamina remis,
Quattuor ex omni delectæ classe carinæ.
Velocem Mnestheus agit acri remige Pristin,
Mox Italus Mnestheus:genus à quo nomine Mēmi:
Ingentemqs Gyas ingenti mole Chimœram,
Vrbis opus:triplici pubes quam Dardana versu
Impellunt:terno consurgunt ordine remi.
Sergestusqs,domus tenet à quo Sergia nomen,
Centauro inuehitur magna:Scyllaqs Cloanthus
Cœrulea:genus vnde tibi Romane Cluenti.

iris:trahit nubibus,mille varios colores: sole existente aduerso, id est oppositō: Æneas obstupuit visu,id est cum id videret:ille, scilicet anguis:serpens.i.repens :longo agmine, id est impetu & volumine membrorum:tandem, id est nouissime:inter pateras, & pocula leuia, id est polita:qs,pro id est simul libauit, id est pu rum degustauit:dapes,scilicet Anchisę oblatas,& innoxius,id est nulli nocēs,successit rursus tumulo imo,id est in tumulum imū, & liquit altaria depasta, id est dapes, quas in altaribus depastus erat ignis:aut denegat,vt sit depasta,id est non absumpta, sed sos lummodo libata: nam si absumpta essent, non dereliqueretur, Æneas instaurat,id est augmētat:genitori, id est patri suo Anchi sæ,honores inceptos, id est sacrificia in honorem eius inchoata: hoc,id est propter hoc,aut tanto magis existens incertus:ne,pro an:putet genium,id est deum generationis, & principiū generis (Porphyrius genus vocat)loci, scilicet illius:ne, pro an : famulū parentis, id est an esset deus loco illi præsidens : An Anchisæ spes cialiter in famulū addictus:cædit.i.mactat:quinas.i.quinqs: nisi sit ytriusqs sexus:quinas bidentes,id est oues : de more.f.sacrifi cantium, & tot sues.i.porcos:& totidem.i.etiam:bisquinos iuuē cos, id est iuniores boues nigrantes terga.i.habētes terga nigra: quia is color manibus gratus : & fundebat vina pateris.i.per pa teras:aut potius,cum pateris:quia inferis,omnia cōsumenda of feruntur:vnde in.vi.de funere Miseni,Congesta cremantur thu rea dona dapes fuso crateres oliuo & vocabat sepulchris.i.ad se pulchra,animam magni Anchisæ : & manes Anchisæ magni.i.in deorum numerum assumpti:remissos.i.relaxatos : Acheronte.i. à lacu infernali:necnon,id est & etiam socij lęti:ferunt, id est affe runt dona,quæ cuiqs est copia,id est secundum copiam,id est fa cultatē,quæ cuilibet erat:& onerant,scilicet sacrificijs,aras, & ma ctant iuuencos & alij locant ahena.i.vasa ærea:ad abluendas carē nes:ordine,id est per ordinem:& ipsi fusi per herbam subiiciunt verubus prunas.i.carbones ardentes,& torrent, id est assant carē nes,scilicet ad parentationem faciendam.

PIERIVS.

¶ Cædit quinas de more bidentes.)In Ro.cod.legere est, binas neqs desunt, qui manibus pari numero hostias mactari soltas dicant. In quibusdam alijs exempla.scriptum obserues, cæditqs binas quod mihi subindicat,quinas,legendum:siquidem,v,sępe mutari solitum in,b,literam adnotaui:postea interiectū est pun ctum,quod,q,a dictione sic scripta q binas dissepararet, ignarijs artis metricæ:cæditqs binas, legendum putauere.quas vero.bo na pars veterum codicum habet. Iam vero bidentis & nigrantis, per i,passim scripta sunt.¶ Dona ferunt : onerantqs aras.)In antiquis aliquot codi.absqs copulatiua particula,legere est,Dona fe runt,onerāt aras . Sed mihi copula ea inserta plurimum adridet. ¶ Subiiciūt verubus.)In antiquis subiciunt, duobus ij,in vnum, idqs figura oblonga coeuntibus , & veribus per i,in pene vltima ex veterum monumentis, & grammaticorum præceptionibus.

mus victor bouē accepit, cōsequens nō est vt dicamus in telligere vltimū tam magnū accepisse prœmium. Vnde ap paret talentum etiā minimū quiddā significare.¶ Et tuba commissos.)Romano more sicut hodieqs videmus omni bus ludis funebribus, vt sunt diuorum.Nam si sacri sint,id est festi,illustranē faculis.Au tea ēt ab hymnis incipiebant. ¶ Prima certamina.)Punico bello primum naumachiā ad exercitū instituere Romani cœperunt:postquam proba runt gentes etiā nauali certa mine plurimū posse, ad quā rē in hoc certamine plurimū alludit poeta.¶ Pares.)Aut pa riter, aut diuersis comparabi les rebus:vt sequētia indicāt. Melior remis,sed pondere pi nus. Aut pares ita vt ante cet tamen) videbant.¶ Grauibus remis . Fortibus:vt, Ferit ense grauē Tymbrœus Osyrim.

Nam



Nam graues inferunt tarditatē.¶ Remige.)Erit nominatiuus re mex,Serenus,Semiremex Hercule. ¶ Pristin.)Vel a tutela depicta vel ἀπὸ τοῦ πρίζειν τὰ κύματα,id est a secandis fluctibus.¶ Mox Italus.)Subaudis futurus. Ipse enim familiam Memmiorum cō stituit.Et bene laudat familias nobilium. Nam a Sergio Sergia fa milia fuit : a Cloantho Cluentia:a Gya Gygania , cuius non facit mentionem , Nobiles autem familias a Troianis fuisse Iuuenalis ostendit , iubet a precone vocari ipsos Troiugenas.¶ A quo nos mine.)Scilicet Mnesthei.& Mnestheus sic est vt Tydeus, Nā diph thongus Greca est.¶ Ingenti mole.)Motu:vt,Magna se mole mo uentem.¶ Vrbis opus.)Ita magna vt vrbem putares.¶ Triplici versu.)Omnes Triremes fuerunt.Versu autem,aut ordine,vt,Il le etiam seras in versum distulit vlmos.aut versu,tractu,a verrēdo:vt,Æquora verrebant caudis,æstumqs secabāt.Sane vnus est sensus.¶ Pubes impellunt.)Figura est:vt, Pars in frusta secant.Et sciendum inter Barbarismum & Lexin , hoc est latinam & perfe ctam elocutionem,Metaplasmum esse qui in vno sermone fit ra tione vitiosus , Item inter Solœcismum & Schema , id est perfe ctam sermonum connexionē figura est, quę fit contextu sermo num ratione vitiosa. Ergo Metaplasmus & figura media sunt : & discernuntur peritia & imperitia. Fiunt autem ad ornatum.¶ Do mus Sergia.)Familia:vt,Da propriam Tymbrę domum.Et inde est Sergius Catilina.¶ Centauro magna.¶ Fœminini est generis, si de naui dicas:vt in Eunuchum suam cum comœdiam diceret, Iuuenalis contra sensit, dicens , Et in tergo necdum finitus Orē ste.Sed sciendum genera plerunqs confundi , aut metri ratione, aut hiatus causa.Sic Horatius,Nec cupido sordibus aufert.Cum significantes cupiditatem,fœminino genere dicamus.Ipse etiam Virgilius ait,Timidi damæ, ceruiqs fugaces.Et item , Cum canis bus timidi veniunt ad pocula damæ . Cum Horatius secundum fidem dixerit,Et superiecto pauidæ natarūt Æquore damę.¶ Cœ rulea.)Aut nigra,aut alta carina . Omne enim altum nigrum est: vt,Scrupea tuta lacu nigro,nemorumqs tenebris.¶ Cluenti.)Ad ipsum Apostropha est.

DONATVS.

¶ Expectata dies aderat &c.)Expectata dixit,quasi tardius veniꝰ set . tantum enim optata est quippe quicquid gratum speratur, aut commodum etiam si mature proueniat , tardum est.interea tantum fauoris etiam,de ipsis elementis dispositiones Æneę me ruerant , vt optabilis omnibus dies ille tranquilla luce fulsisset. ¶ Famaqs fi.& clari no.a.Ex.)Fama edictorum spectaculorum , & Acestę nomen,quod in honore apud vniuersos fuerat, excitaue rat proximos,vt venirent.fuit.n.in illis regionibus insperata lu dorum gratia , quæ exoriens repente non tantum cōmanentes, verumetiam finitimos prouocaret ad visendum.¶ Læto.c.l.c.Vi su.æ.)Breuis distinctio,sed intellectu latissima.Primum quippe, quod dixit visuri æneadas, expressit plenissimam laudem Troia norum . neqs enim sola ludorum voluptas ducebat vniuersos,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum vnusquisq; ad hoc concurreret, vt etiam nosset Æneadas. erant tamen, inquit, inter ipsos, qui etiam studio quoq; certandi ducerentur capturi ex visu Troianorum gratiam & commodum de certamine. tanti autem confluxerant, vt latitudinem littorum cõpleuissent. ¶ Munera principio. a. o. c. q;. l. In me.)Cum concionẽ haberet Æneas, & ludos ediceret promisit, digna præmia se daturum esse certaturis, quæ res nonnullos adduxerat, vt vellent subire certamina. sed quia promissio nonnunq̃ minorem retinet fidem, munera ipsa ante cœpta certamina in medio circo proposuit & obiecit oculis omnium, vt volẽtes magis vellent certare, & qualitate præmiorum etiam inuiti cogerentur. Circoq; locantur in medio, non quo reuera circus fuisset extructus, sed in spatio, quod ad vicem circi fuerat designatum. In medio ideo, vt a circunfusis populi partibus videri potuissent. ¶ Sacri tripodes. v. q;. c. Et. p.)Quare hæc. ¶ Pretium, inquit, victoribus.)Honores. i. quod victoris gloriam testaretur. Coronæ & palmæ positæ fuerant super tripodes. ¶ Armaq; & ostro Perfusæ vestes argenti. a. q;. t.)Ecce & illa proposuit, quæ maiore pretio certantum diuitias augere potuissent. tanta autem largientis copia fuit, vt proposita speciatim quæ numero vel pondere tenerentur, dici non possent. Proinde, quia speciatim dici non voluerunt, compendij causa vestes generaliter dixit, Arma, & auri atq; argenti talenta, similiter percurrit. ¶ Et tuba. c. m. c. ag. lu.)Ecce aggerem posuit, qui dixerat circum, vt ostenderet non structilem fuisse. ¶ Prima pa. in. gr. cer. re. Quatuor &c.)Ex omni, inq̃t, classe delectæ sunt naues quatuor pares, ludorum primum inituræ certamen: pares ideo, quia si impares ordinarentur nulla esset æquitas & spectaculorum gratia claudicaret. dicuntur rectorum nomina, dicuntur & nauium. ¶ Velocem Mnesthus agit acri remige pristim. Mox italus Mnestheus, &c.)Dixit nauium nomina, & earum magnitudines expressit, nominauit duces & eorum nobilitatem complexus est.

ASCENSIVS.

¶ Expectata dies.)Postq̃ octo dies parentationem, ac epulum læti absoluerant, aderat nona dies, qua certamina ineunda erant: & primo, naualia, in quibus quatuor directores cẽcertauerunt: quorum & nauium ipsorum, nomina memoriæ commendanda sunt: nam interdum directores, interdum naues positurus est. Sunt ergo hi, Mnestheus, agens Pistrim: Gyas, Chimæram: Sergestus, Centaurum: & Cloanthus, Scyllam. Donatus dicit sic. ¶ Expectata)Quasi tardius desyderantibus venisset. ¶ Visuri Ænead.) Expressit plenissimam laudem Troianorum: cum Siculi, non solum causa ludorum conuenirent. ¶ Circo.)Non quod esset circus, sed locus in formam circi. ¶ In medio.)Vt ab omnibus spectari possent. ¶ Armaq; & ostro Perfusæ vestes.)Transit ad generalitatem, ne speciatim diceret. Hæc ille. ¶ Ordo est. Dies expectata, id est desyderata a Troianis auidis, laudis, & certaminis. i. nona dies, aderat & equi Phaethontis, id est quos Phaethon, aliquando gubernauerat, cum esset auriga Solis patris sui, hoc est equi Solis: vehebant iam serena luce, id est cum serenitate, auroram nonam, id est nonum diem præcedentem. Et fama, id est Troianorum, aut certaminis: & nomen Acestæ clarum, id est inclytum: exierat. i. excitauerat, & euocauerat: finitimos, id est populos, in confinijs habitantes. Et ipsi complerant, idest compleuerant littora: læto cœtu. i. conuentu: visuri, idest vt hi qui videant Æneadas. i. Æneæ socios: & pars. i. partim ipsi erant, sup. parati. &. i. etiam certare: nedum videre certantes munera, id est præmia locantur: principio, idest in primis priusq̃ certaretur: ante oculos, scilicet certaturorum: & in medio circo, videlicet tripodes sacri. i. tam pretiosi, ac si essent sacri, aut digni, qui consecrentur: & coronæ virides. s. ex ramo semper virenti: & palmæ (appositorie) pretium,

pretium, id est vt sint pretium victoribus: locantur, scilicet in medio circo: & arma, & vestes perfusæ: ostro, id est purpura: & talenta, idest certa pondera auri & argenti: & tuba canit. i. cantu indicat: medio. i. de medio aggere, scilicet erat qui in littore: ludos commissos, id est committendos, aut iniunctos, vt peragerentur. Quatuor carinæ. i. naues pares. s. fere collectæ ex omni classe: ineunt. i. incipiunt grauibus, idest validis remis: prima certamina. i. primos ludos, qui nauales erant. Mnestheus, ductor ille peritus: agit. i. impellit: acri remige, idest strenuis remigantibus: Pistrim, id est nauem illam velocem, id est velociter actam acri. s. remige: Mnestheus (inquit) mox, scilicet futurus: Italus. i. habitator Italiæ, & progenitor Italorum: a quo nomine, supple deductum est genus. i. familia & progenies Memmij. i. eorum qui dicuntur Memmij. & Gyas. i. alius ductor, supple agit Chimæram, nauem illam, sic dictam: ingentem, id est valde magnam: ingenti mole, id est habentem ingentem magnitudinem: aut agit ingenti mole, id est motu: Chimæram ingentem, id est valde magnam (appositorie) opus vrbis, idest instar vrbis, hoc est tam magnam vt vrbem putares: aut, quam non priuatæ domus, sed vrbes extruere possint, quam, scilicet nauium, Chimæram dictam pubes, id est iuuentus, hoc est multitudo iuuenum: Dardana, id est Troiana, hoc est ipsi Troiani iuuenes, impellunt triplici versu, id est ordine, aut impulsu, quo æquora verrunt, aut cantu, quo vtuntur, vt simul verrant: aut omnibus his: nam subdit remi, consurgunt terno ordine, hoc est ipsa erat triremis. Et Sergestus a quo domus, id est familia: Sergia, id est Sergiorum: qui quo hæc scripsit Virgilius tempore Romæ, nobiles erant. Et ita in gratiam illorum videtur hæc commemorare poeta: gaudebant enim nobiles Romani, Troiugenæ appellari: quod & Iuuena. docet, vt recitat Seruius, & Persius, dicens, Ne mihi Polydamas, aut Troiades Labeonem prætulerint? Nugæ, Nec mirum, si deducta principali discrepant: vt a Cloantho, Cluentius, &c. tenet nomen, idest cognomen inuehitur: Centauro, id est naui sic dicta, magna. Et Cloanthus, quartus ductor: vnde, id est a quo, o Cluẽti (sic enim melius legitur, quam Cloanthi) genus, sup. est tibi, sup. inuehitur: Scylla. id est tali naui: cœrulea, id est cœrulei coloris: aut, qua in mari tute vtatur.

PIERIVS.

¶ Famaq; finitimos & clari nomen Acestæ Excierant.)In Romano codice, & in Longobardico excierat, legitur, quod nõ placet. Et Priscianus vt, cũ præteritum comprobaret, excierat, ex hoc Virgiliano versu citat. scribendum vero singulari numero, excierat etiam ex antiquis codici. ¶ Argenti, auriq; talenta.)In cõdi. aliquot antiquis, auri. argentiq; legitur. Sed altera lectio melior, & numero, & ordine rei, vt illud, Argenti, atq; auri memoras, quę multa talenta Gnatis parce tuis. ¶ Remige Pistrin.)In antiquis plerisq; codicibus, Pristin, legitur, quam παρὰ τὸ πρίζειν dictam volunt, hoc est a secandis fluctibus. Pistrin vero pro nauigij forma No. Marcellus agnoscit (nisi codi. corrupti. sunt) ad similitudinem marinarum pistricum, quæ longi corporis sunt, sed angusti. ¶ Triplici pubes quam dardana versu Impellunt.)Est antiquus codex, in quo scriptum est, impellit, numero vnitatis: sed altera lectio ex Mediceo, & aliquot alijs, magis placet, vtpote figuratior. ¶ Centauro inuehitur magna.)Codices aliquot antiqui, magno, legunt. Sed magis placet, magna, fœminini generis quod agnoscit Seruius esse vero, magno, virili genere: librarij errorem ostendit lectio. quæ subsequitur, Scyllaq; Cloanthus cœruleo: quod genus neq; naui, neq; Scyllæ possis adcommodare. ¶ Genus vnde tibi Romane Cluenti.)In aliquot exẽplaribus antiquis, Cloanthi, legitur: quãprimam crediderim cognominationem fuisse. Inde Cluentium, dici cœptum: quo modo sæpe apud Ciceronem habetur.

SERVIVS.

¶ Est procul.)Haud nimis lõge, vt & supra diximus. Sic in Bucolicis de nimia vicinitate ait, Serta procul tñ capiti delapsa iacebant. Interdũ & satis lõge significat. ¶ Olim.)tũc fere cũ cori nubibus abscõdũt & obruũt sydera. ¶ Tranquillo.)Melius septimus casus est q̃ datiuus. ¶ Campus.)Saxi latitudo. ¶ Apricis.)Sole gaudẽtibus. Sane apricus & locus dicitur sole calẽs, quod est opaco & abdito cõtrariũ: & apricos dicimus locis apricis gaudẽtes. Virgilius, Duceret apricis in collibus vua colorem. Persi⁹, Vt nostra Floralia possint Aprici meminisse senes. Apricum autẽ quasi ἄνευ φρίχους, sine frigore. ¶ Mergis.) Esacus Priami fili⁹ fuit: hic se pcipitauit e muro, nec periit. & cũ hoc sæpius faceret, deorum miseratione in auẽ conuersus est: quę ad imitationẽ quasi idem facit. ¶ Circunflectere.)

Est procul in pelago saxum spumantia contra
Littora: quod tumidis submersum tunditur olim
Fluctibus: hyberni condunt vbi sydera cori:
Tranquillo silet: immotaq; attollitur vnda
Campus, & apricis statio gratissima mergis.
Hic viridem Aeneas frondenti ex ilice metam
Constituit, signum nautis pater: vnde reuerti
Scirent: & longos vbi circunflectere cursus.
Tum loca sorte legunt: ipsiq; in puppibus auro
Ductores longe effulgent, ostroq; decori.

Bene vno sermone & profectionẽ complexus est, & reuersionem. ¶ Ductores.) Domini nauiũ, non gubernatores. ¶ Populea velatur fronde iuuentus.)Hebe Græce est iuuentus vxor Herculis. Nũc ergo aut propter hoc iuuentus vtitur populeis coronis: aut ad imitationem virtutis. Populus enim Herculi consecrata est, vt, Populus Alcidæ gratissima. ¶ Nudatos.)Bene nudatos: quia tecti esse cõsueuerunt. Nam nudum est nunquã tectum: vt facies. ¶ Transtris.)Et transtra dicuntur & iuga, vt in septimo, Inde alias animas quæ per iuga longa sedebant. ¶ Intenti.)Eodẽ sermone in diuersis vsus est rebus. Aliter enim brachia, aliter intendimus mentẽ. ¶ Exultantiaq; haurit corda pauor pulsans.)Hypallage, omni parte pulsans pauor corda haurit, id est ferit, & exultare facit: vt, Latus hauserit apertum. ¶ Laudumq;.)Ne esset turpe quod ait pauor. Sane istę sunt bellorum prolusiones. vnde etiam ad tubam geruntur. Sed sciendum maioris ætatis funera ad tubam solere proferri. Persius, Hinc tuba candelæ. Minoris vero ad tibias: vt Statius de Archemoro: Tibia enim teneros solitum deducere manes. ¶ Finibus omnes.)Secundum naturã ante generali vsus est descriptione, venturus ad specialitatem. ¶ Præcipites.)Festinantes: vt, Præcipites vigilate viri. ¶ Bijugo.)Et hoc celeritatis est. Plures enim se impediunt. ¶ Carcere.)Vsurpauit. Nam carcer est numero tantũ singulari, custodia noxiorum. Carceres vero tantum pluraliter ostia quibus equi arcentur: vnde & carceres, quasi arceres secundum Varronem. ¶ Iugis.)Iugalibus equis. ¶ Vndantia.)autem large effusa. ¶ Consonat.)Ideo cõsonat propter echo. Nostræ enim vocis est æmula: vnde & Resultant ait.

Nudatę nudus.

Carcer carceres.

Cætera populea velatur fronde iuuentus:
Nudatosq; humeros oleo perfusa nitescit.
Considunt transtris: intentaq; brachia remis
Intenti, expectant signum: exultantiaq; haurit
Corda pauor pulsans, laudumq; arrecta cupido.
Inde vbi clara dedit sonitum tuba: finibus omnes
Haud mora prosiluere suis. ferit æthera clamor
Nauticus: adductis spumant freta versa lacertis.
Infindunt pariter sulcos: totumq; dehiscit
Conuulsum remis, rostrisq; stridentibus æquor.
Non tam præcipites, biiugo certamine campum
Corripuere: ruuntq; effusi carcere currus.
Non sic immissis aurigæ vndantia lora
Concussere iugis: proniq; in verbera pendent.
Tum plausu, fremituq; virum, studijsq; fauentum
Consonat omne nemus: vocemq; inclusa volutant
Littora: pulsati colles clamore resultant.

tur, & ager cum aratro aperitur, signatur sulcis, & vomeris vias glebis inuersis ostendit. Igitur aperiebatur mare transitu nauiũ & remorũ ictibus crebris. ¶ Nõ tam præcipites bijugo certamine campũ Corripuere.)Quia ad circensium vicẽ exhibebatur nauale certamẽ comparationẽ de circensibus facit. Nõ, inquit, tanta mobilitate currus equiue aguntur in circo, quanta certãtibus nautis nauigia peruadebãt. quod ait iugis equos, debemus accipere in iugo cõstitutos, non iuga qbus equi nectũtur. ¶ Tum. p. f. q;. v. st. q;. fa. Conso. o. n. &c.) Finita comparatione redit ad rem; populus, inquit, fauoris ratione diuisus cũ prorsus streperet voce ac plausibus personabat intantum, vt nemus omne dissono clamore fuisset impletum. augebat autem eundem qualitas loci natura conclusi, quæ acceptas fauentium voces reddendo duplicabat.

ASCENSIVS.

¶ Est procul, &c.)More suo, priusquam rem describat, præmittit descriptionẽ loci, in quo gereret certamen nauale: additq; quomodo finibus exiere suis: de qua re & sequentibus, cum in actione, potius quam in sententijs cõsistant, pauca afferunt a Donato: ea autem sunt hæc. ¶ Intenti. ¶ Expectantes signum. ¶ Exultantia Corda.)Propter solicitudinẽ victorię, quę erat incerta. Hęc ille. ¶ Ordo est. Saxum, id est scopulus, aut rupes saxea: est procul, scilicet a littore: in pelago. i. mari, contra littora spumantia, id est ex opposito littorum spumantiũ: quod. sup. saxum: tunditur. i. percutitur: olim. i. aliquando: vndis tumidis. i. inflatis: existens submersum, id est obrutum: illis vndis: tunc. s. vbi. i. quando: Cori. i. venti illi, qui & Cauri dicuntur (nam au, mutatur in o longam) hyberni. i. tẽpore hyemali, ac pluuioso flantes: condunt, idest abscondunt. s. nubibus, quas producũt sydera ad cœlum: ac stellas: campus, id est planicies capax: silet trãquillo, id est cum tranquillitas est: & attollitur, id est editur: vnda immota, id est quãdo vnda non mouetur: sed tranquillitas est, supereminet illud saxum, habens in medio campum amœnum: existens statio, id est locus in quo stare & requiescere possunt, mergis gratissima: mergis, id est illis auibus vrinantibus, apricis. i. apricantibus, hoc est soli se explicãtibus, postquã sese immerserint. Æneas pater. i. princeps totius cœtus: cõstituit hic. i. in hoc campo, aut saxo: metam, idest terminum nauigationis: viridem: quia ex ilice, id est quercu illa: frondenti signum, id est in signum, aut existentẽ signum nautis: vnde, id est a quo signo scirent reuerti: & vbi scirẽt circunflectere: longos cursus: id est celeres nauigationes in longum ductas: tum, id est deinde: legunt, id est dispertiunt loca, scilicet e quibus exiliant: quia quę ex directo stabant breuiorẽ excursum facturę erant: & ipsi ductores, id est domini nauium: & qui præmio contendebãt, effulgẽt in puppibus auro longo, id est longe viso: q;, pro: & decori, supple sunt: ostro, id est purpura. Cętera iuuentus, scilicet remigatura: vestitur frõde populea: quę in tutela est Herculis: & nitescit. s. per ramos, visa, aut vestita erat solum in capite. Perfusa humeros nudatos, id est habẽs humeros nudatos: perfusos oleo. i. contra aquas & sudores, supple. ipsi remiges: cõsidunt i. simul locũ capiunt: transtris. i. in ipsis transtris. i. iugis, per quæ transitur in supremo nauiũ: & brachia, supple eorum, sunt intẽta remis: & ipsi intenti expectãt signum, scilicet quo dato exilirent: & pauor pulsans, id est titillans: corda exultantia, scilicet nouitate rei, & spe victoriæ: haurit, id est ferit, & cõcutit timore ignominiæ: & cupido, id est auiditas laudum, est, supple arrecta, id est attenta. Inde, id est deinde: vbi, id est postquam: tuba clara dedit sonitum, id est signũ ineundi certaminis, quod dat sonando: haud mora. i. nulla fit mora: &, supple omnes prosiluere, idest procul saliuerunt: e finibus, id est limitibus suis: clamor nauticus ferit, idest pulsat: æthera, id est summum aerum freta: versa lacertis. i. brachijs remigum adductis: spumant. s. ex impetu præcipiti: & ipsi remiges infindunt pariter, id est simul & vno ictu sulcos, id est aquarum fissuras sulcis similes & totum æquor dehiscit, id est

DONATVS.

¶ Est procul in pe. sa. spũ. con. Littora.)Ad imaginẽ ludorum circensium cõposuit nauale certamẽ. naues habuit pro quadrigis, pro aurigis vero eos, quorum nomina superius comprehendit, spatium pelagi pro circi spatio, saxum quod sm naturam suã descriptum est, ad vicem metæ. illud igitur saxum eminet, inquit, cum tranquillum est mare, & marinis auibus stationem præbet, cum autem cõmouentur in tumorem, fluctu tunditur, & vndis spumantibus operitur. erat aũt positum nõ longe, atq; ita vt de littore videri potuisset. ¶ Hic viridẽ Æneas frondenti ex ilice metam Constituit &c.)Hic, hoc est in hoc saxo, quoniam tranquillitas fuit & ex vndis apparebat pater, Æneas metã ex ilice frondenti constituit. ¶ Vnde reuerti Scirent, &. l. v. c. c.)Illi scilicet, qui regebant naues, & ductores earum fuerãt, vt nossent ab illo signo sibi esse redeundum. ¶ Tum loca sorte legunt.)Vt fieri consueuit in circo. nõ est enim idem labor in singulis locis, & inde sors adhibetur, ne sit in ordinatione cõtentio, aut humanum iudicium gratiæ cuiuspiã transducatur. ¶ Ipsiq; in. p. a. Ducto. l. e. o. q;. de.) Ipsi ductores, hoc est, qui ad vicem aurigarum fuerant ordinati longe fulgebant auro insignes, & purpura pretiosa, vt qualitate vestitus euidentius præter cæteros apparerent. ¶ Cætera populea velat fronde iuuentus. Nuda. q; hu. oleo. p. ni.)Cętera iuuentus, i, nautarum, coronata fuerat populeis frondibus. oleoq; perfusa cum dicit cętera iuuentus, ostendit etiam ductores iuuenes fuisse. ¶ Considunt. t.)Locis scilicet remigum. ¶ Intentaq;. b. re.) Tenentes remos brachiorum parata virtute. ¶ Intenti. e. s. e. q;. hau. Corda pauor &c.)Et signũ expectabant, quo accepto certamen aggrederentur, & suspensis animis fuerant cogitãtes de victoria & laude, quorũ euentus fuerat incertus. ¶ Inde (hoc est deinde) vbi clara dedit sonitũ tuba &c.)In ardore vincendi nõ more solito remigabant, plurimum illis addiderat desideriũ gloriæ, pariter incumbebant remis, & claris vocibus personabant, vsq; adeo vt cœlum ipsum ingenti clamore percuterent, quod ait ferit æthera clamor, hoc vult intelligi vltra ire clamores potuisse, nisi occurreret cœlũ. ¶ Totaq; dehiscit Conuulsum. r. r. q;. st. æ.) Translationibus collecta descriptio. lignum quippe cum infinditur dehiscit, & arctatũ cuneorum vi remis præcedentibus aperi

Universidad de Deusto
Biblioteca

aperit:ſe,cõuulſum,l.ſimul euulſum,remis:& hoc roſtris.ſ.nauiũ ſtridentibus.i.ſtridoré facientibus: dum aquas ante ſe iuuentas ſulcant,& proruunt.(nõ eſt legendũ.Roſtriſq; ſtridẽtibus: quia neq; verſus ſtaret:ſtridẽs enim,primã producit,vt.j.huius,Talia iactanti ſtridẽs Aquilone procella.neq; ſententia:nõ.n.cõuulſum erat equor roſtris,ſicut rem:s,quia remi,a latere, aquas conelunt:roſtra,a parte anteriori, ſcindunt)Currus.i.equi currũ trahentes,aut ipſi currus tracti: non corripuere.i.ſimul rapuerunt vnũ:campũ.i.circum in curuli certamine bꝛugo.i.dum vt celerius agant binis iugis,cõtenditur.nõ dicit, corripuere campũ:& effuſi carcere.i.carceribus is eſt locus, vbi priuſq; emittant equi curſuri arcent:exiſtentes tam prẽcipites,i.veloces,vt, ſup.naues antedicte, aurigę cõcuſſere ſic.i.tam vehementer:lora vndãtia.i. valde effuſa:aut ſpumis abundãtia:ſed melius effuſa.i.laxa,& colla fluentia:& hoc iugis.ſ.equorũ.i.ipſis equis iugalibus: immiſſis.ſ.in campũ ex carceribus: & nõ pendent ſic proni.i.inclinati, ad verbera,vt,ſup.remiges incumbũt remis. Tũ.i.deinde, poſtq; ſignum datũ eſt:omne nemus.i.tota ſylua vicina, conſonat plauſu & fremitu,virum.i.virorũ:& ſtudijs.i.ſtudioſis acclamationibus:fauentum.i.fautorũ:& littora incluſa.ſ.inter monteis:volutant.i.frequenter euoluunt:vocẽ.ſ.acclamantium:& colles pulſati.ſ.ictu vocum:reſultant.i.reſultare videntur, & redundare clamore,propter vehementem clamorem quem reſilire faciunt.

PIERIVS.

¶Intentaq; brachia remis Intenti expectant ſignũ.)Seruius quidem,& intenta brachia, & intenti iuuenes,agnoſcit: neq; tamen idem repetitum,cum diuerſa ſit ſignificatio,aliter enim brachia, aliter mentem intẽdimus,ait ille. Sed enim in codicibus aliquot antiquis, legere eſt, nudataq; brachia remis intenti. Quæ ſi placeat elocutio,vbi lectum erit, Cætera populea velatur fronde iuuentus, Nudatosq; humeros oleo perfuſa nitelcit.ſuſpendantur illa duo verba,Conſidunt tranſtris. Inde per continuationẽ ſuperioris membri, Nudataq; brachia remis intenti expectant ſignũ. Priſcianus tamen,intenta, agnoſcit, cum Seruio,vbi accuſatiuo (inquit)inueniri paſſiua cõiuncta,ſed figurate, vt læditur manũ, frangitur pedem. Virgilius. Intentaq; brachia remis Intenti expectant ſignum.atq; hoc alibi repetit,dictumq; aſſerit,vt,Nuda genu,& lacerum crudeliter ora. Apud quem tamẽ etiam ſi,nudata, legas: traditam ab eo regulam, nihil immutabis, cum de modo elocutionis,non de vocabulo,ſit ſermo. Vtrobiq; autẽ in veteribus Priſciani codicibus,intenta, ſcriptum eſt.¶ Cõuulſum remis roſtriſq; ſtridentibus æquor.)Diſſimulandum iam quod in antiquis codicibus habetur,conuulſum.Et,vt Victorinus ſcribendũ præcipit, præcipit,conuulſum. Illud aũt diligentius examinandum.quod olim,quodq; noſtra maxime ætate grãmaticorũ omniũ ingenia perturbat,roſtriſq; ſtridentibus.In quo variant & ipſi quoq; codices antiqui,totq; tibi offerunt lectiones, vt cui potiſſimũ adhereas,ambigere cogaris. Nam cum poſt dictionẽ roſtris,q;,partis cula copulatiua, multorũ omnino veterum exemplariũ conſenſu,ſubleqatur:veriti pleriq; ſunt ſtridẽtibus,ad ſcribere: quod primã in eo verbo,ſyllabam produci perſuaſum haberent. Hinc in vetuſto quodam codice,roſtriſq; ſonantibus,ſcriptũ eſt:Hinc alij,s,in ſtridentibus, abundare putauerunt, quod omnino pleriſq; alijs locis factum deprendi,in Roma.præſertim codi.ſulpitianis ſunt,tridentibus,legendũ. Alij:ruentibus,adiunenere:qua in opinione literatiſſimos ætate ſuperiore viros fuiſſe accepim⁹. Sed enim lectiones huiuſmodi in nullo ex antiquis exẽplaribus quæ vndiq; cõquiſita inſpexerim,offendi. In Oblongo illo codice peruetuſto,quẽ Pomponij Læti delicias fuiſſe dicũt, roſtriſq; rudentibus,legitur quod improprie dictũ videretur. Cum vero bona codicum antiquorum pars,roſtriſq; ſtridentibus, habeat: eamq; lectionẽ agnoſcat Apronianus, nõ abſurdum forte fuerit dicere pedem inſolitum,quippe amphimacrum, vel moloſſum, potius quarto loco poſitum,niſi poetã authoritate ſua,primã in ſtrideo,ſyllabã,quippe quæ ἰῶτα ſit,vocalis dichrona,corripuiſſe,quis aſſerere voluerit,neq; obſtiterit,quodq; tribus cõſonantibus inhærentibus produci debere videatur, cum s.inter liquidas quoq; reiecta ſit, Capri teſtimonio: & ab Ethruſcis inter eas literas,quæ vix pronunciarent habita, licet olim ſuæ cuiuſdã poteſtatis,ſonoq; ſuo,etiã abſq; vocaliũ adminiculo ſonora videretur.Sed quid obſecro magis propriũ, ijs in eo ſtrepitu exprimendo,per eam ſyllabarum aſperitatẽ,vt vaſtum neſcio quid, præter etiam rationem muſicam audiatur legere,conuolſum remis,roſtriſq; ſtridentibus æquor? Quãuis neq; quidem ea mihi lectio diſpliceat,quã probant literati pleriq; viri,roſtriſq; tridentibus. Quam lectionem ab academia Neapolitana profectam,indicauit mihi Angelus Colotius,vir apprime literatus. Videtur vero tridentibus dictũ a ſpecie roſtri,tridentali effigie, cuiuſmodi ea eſt, quæ in Agrippæ nummis habetur. Nam in honoribus Agrippæ habitis, nummi etiã cum naui roſtrata, cuſſi,s,c,quod Virgilius in Clypeo tangit. Tempora nauali fulgent Roſtrata corona. Monet me præterea Valerij Flacci parodia,ita dicentis.

Volat immiſſis caua pinus habenis,
Infinditq; ſalum.& ſpumas vomit ære tridenti.

¶Nec ſic immiſſis.)Veteres aliquot codices manu ſcripti,legunt, non ſic immiſſis:vt ſit altera periodus. Sed vulgata lectio omnino receptior.

SERVIS.

¶Elabitur.)Præcurrit celeriter:vt, Labere nympha polo. ¶ Turbã inter tremitũq;.)In ipſo principio.¶ Diſcrimine) Interſtitio.Et bene variat núc naues, nunc ductores cõmemorãs.¶ Priorẽ.)Inter ſe,hoc eſt tertiũ.¶ Metãq; tenebãt.) Nauticũ verbũ.¶ Princeps.) Modo ordinis eſt.¶ Quo tãtũ mihi,)Vacat mihi:vt ſolet plerũq;.¶ Littus ama.)Littus eſt oẽ quod aqua alluitur. Vnde & ſaxũ littus vocauit.¶ Stringat.)Radat:ac ſi diceret, Hoc volo quod times.¶ Palmula) Extrema pars remi in modũ palmę protenta.¶ Iterũ.)Hoc verbũ & a poeta poteſt dici, vt, Iterũ reuocabat: & a Gya, vt Quo abis iterum: nõ iterũ pete.¶ Inter nauemq;.) Quę vacat.¶ Exarſit iuueni)Cauſa pẽdet ex cauſa. Horatius,Nõ ego hoc ferrem calidus iuuẽta conſule Planco.¶ Nec lachrymis caruere genę.)Nimis iraſcentum eſt:Cicero de Verre,Cum iraſceret, lachrymas interdũ vix tenere.¶ Decoriſq; ſui.)Inhoneſtum eſt enim

Effugit ante alios:primuſq; elabitur vndis
Turbam inter,fremitũq; Gyas.quẽ deinde Cloãthus
Conſequitur,melior remis,ſed pondere pinus
Tarda tenet.poſt hos æquo diſcrimine Piſtris,
Centaurusq;,locum tendunt ſuperare priorem.
Et nunc Piſtris habet:nunc victam præterit ingens
Centaurus:nunc vna ambæ,iunctiſq; feruntur
Frontibus:& longa ſulcant vada ſalſa carina.
Iamq; propinquabant ſcopulo:metamq; tenebant:
Cum princeps,medioq; Gyas in gurgite victor
Rectorem nauis compellat voce Menœten.
Quò tãtũ mihi dexter abis:huc dirige curſũ: GYA.
Littus ama:& læuas ſtringat ſine palmula cautes:
Altum alij teneant.¶ Dixit.ſed cœca Mœnetes POE.
Saxa timens,proram pelagi detorquet ad vndas.
Quo diuerſus abis:(iterũ)pete ſaxa Menœte: GY.
Cũ clamore Gyas reuocabat:& ecce Cloãthũ PO.
Reſpicit inſtantem tergo,& propiora tenentem.
Ille inter nauemq; Gyæ,ſcopulosq; ſonantes
Radit iter læuum interior:ſubitusq; priorem
Præterit:& metis tenet æquora tuta relictis.
Tum vero exarſit iuueni dolor oſſibus ingens:
Nec lachrymis caruere genę:ſegnemq; Menœten
Oblitus,decoriſq; ſui,ſociumq; ſalutis,

enim iraſci, duci prẽſertim. ¶ Sociũq; ſalutis.)Poſſum⁹ intelligere oblit⁹ ſalutis ſuæ ſociũ.i. gubernatorẽ. Poſſum⁹ & ſocium ſalutis ſuę oblitus, pro ſociorũ,prẽcipitato ſcilicet gubernatore.¶ Ipſe gubernaclo.)Vt oſtẽderet nihil eſſe quod ipſe nõ poſſet implere. ¶ Hortaturq; viros.)Aut ipſe dicit Celeuma.Nã hortatores dicuntur,aut quia cõſternati fuerãt,perdito gubernatore. ¶ Clauũ.)Fuſtẽ gubernaculi. ¶ Iam ſenior madidaq; fluens in veſte Menœtes.)Contra illud, quia occurrebat gubernatorẽ natandi pertũ fuiſſe debere: addidit ſenioré veſte madida.¶ Fluẽs in veſte.)Cui veſtis fluebat. honeſte locut⁹ eſt:ſic Iuuenalis,Et multo ſtillaret penula nimbo.¶ Ridere natantem.)Vnde in Iudis voluptas quæritur.¶ Reuomentem.)Sæpius vomentem.

DONATVS.

¶Effugit,a,a,p.cp.e.v. turbã inter.ſ.qs.Gyas.)Nã inter turbam & fremitũ effugit,ſed dũ populi fremit,& certatites turbanẽ primũ locũ tenuit Gyas.

¶Quem deinde Cloãthus,Come.r.)Si melior remis cur nõ præceſſit? Dicit cauſam,ppter quam non eſt factũ. ¶ Sed põdere,p.t.te.) Iuuabatur, ingt, remorum meliore ſubſtãtia, ſed lignoꝝ genere,qbus fabricata fuerat & põdere, tardabatur. ¶ Poſt hos.) Hoc eſt poſt Gyã & Cloanthũ. ¶ Æquo diſcrimine.)i.vno & pari interſtitio. ¶ Piſtris centaurusq;. Piſtris in qua Mneſtheus fuerat, & centaurus cui Sergeſtus præerat. ¶ Locum tendunt ſupare priorem,Priorem locum tenere nitebantur, ſed inter ſe, ergo priorẽ locum inter duos poſteriores debemus accipere,quoniã impoſſibile videbatur, vt tertius vel quart⁹ excluderet primum quem ſecundus tranſire non poterat,interea caſu factumeſt, vt Cloanthus qui ſecundus fuerat, fieret primus,hoc modo. nam Gyas,q prima loca tenuerat Menœtis imperitia deceptus eſt. cum.n.idẽ Gyas eidem Menœti dixiſſet.¶ Quo,t.m,de.a.h.di.c.Littus ama.) Hoc eſt finem ſaxi. ¶ Ille inter.n.qs.g.ſ.qs.ſo. Radit iter.l.in.ſ.qs. priorem Pr.) Ille vero metuens ſaxa latentia, cum nauem in altum torſiſſet, Cloanthus qui Gyæ proximus fuit, arrepta ſpatij occaſione feciſſet,quod Menœtes timuit,nam inter ſaxum & nauem Gyæ tenens læua iter rapit, hoc eſt temere iuxta ſaxa tranſitus ſubito præterijt eum,qui primi loci gloriabatur euentu. ¶ Et metis.t.æ.t.re.)Ideo æquora tuta, quia in metis ſaxi periculum fuit, quod euaſerat. ¶ Tum vero exarſit,i.d.o.i.Nec.l.c.g.) Cum fortunę ſuffragio adeptum locum vitio imperiti hominis perdiſſet,tum vero exarſit, tum magis exarſit intãtum vt dolor illũ perduxiſſet ad lachrymas. ¶ Segnemq; Menœten Oblitus.d.qs.ſ. ſo.qs.ſalutis In mare.p.p.d.ab.a.)Nõ,inquit, habuit ante oculos ſuos honeſtum aut vtile cum omne conſilium dolor ipſe turbaſſet, ſed oblitus honeſtatis ſuæ & ſalutis ſociorum rectorem, qui decoris culpam primus negligendo contraxerat præcipitem dedit in mare. ¶ Ipſe gubernaclo.r.ſ.i.ma.) In officium deiecti ipſe ſuccedens,idem rector & magiſter effectus eſt.¶ Hortaturq;.v.c. qs.a.li.t.) Torſit nauem ad littus ſaxi. ne tertius fieret aut quart⁹ ſi illi tranſiſſent q fuerant poſtremi. ¶ At grauis vt.f.v.t.re.i.eſt.) Præcipitatus Menœtes, & vix, & tandem emerſit ex vndis, ideo tandem quia vix. fuit enim in ipſo reditu ei⁹ & difficultas & mora. dicit cauſas difficultatis ipſius & moræ. ¶ Iam ſenior m. qs. fl. in.u.me.)Cadenti in præceps ne mature poſſet immergere impedimẽto fuerunt ſenectus & veſtes. ¶ Summa petit,ſcopuli ſiccaq; in rupe reſedit.)Qui fuerat madidis veſtibus nõ remeauit ad nauem, ſed in ſaxo ſicco cõſedit. ¶ Illum & labentem t.&.r.na.&c.) Mœrorem gloriæ perditæ ille ſocijs ſuis excuſſerat cum caderet cum emergeret,cum euomeret fluctus.

ASCENSIVS.

¶Effugit ante alios,&c.)Vt lectorẽ,auditoremve,varietate euentorum recreet, docet varia vſos fortuna in nauali certamine,nã qui primas parteis in pricipio obtinuit nouiſſimas,vix nact⁹ eſt, vnde Donati nihil habemus. ¶ Ordo autem eſt.Gyas,id eſt nauis ipſius Gyæ: videlicet Chimera: effugit ante alios,id eſt ante alias naueis: & elabitur,id eſt celeriter percurrit: primis vndis,id eſt p primas vndas,inter turbam & fremitum, quem Cloanthus cõſequitur:deinde,id eſt proximo loco:exiſtẽs melior,id eſt peritior remis,id eſt arte remigãdi:ſed pinus,id eſt nauis ex pinu facta,videlicet Scylla:tarda,id eſt tardata: pondere,id eſt mole & magnitudine: tenet, id eſt immoratur: ipſum Piſtris,id eſt nauis Mneſthei:& Centaurus,id eſt nauis Sergeſti: tẽdunt,id eſt contẽdunt, poſt hos,ſcilicet prædictos Gyan & Cloanthum: æquo diſcrimine,id eſt æquali diſtantia:ſuperare locum priorem, id eſt à priori bus occupatum:& Piſtris abit,id eſt præit(quia derelinquit poſt Centaurũ.)nunc,id eſt aliquando: & centaurus ingens,id eſt valde magna:præterit nunc,ſcilicet Piſtrin:victam,id eſt ſuperatam, & poſthabitam: & ambæ feruntur: nunc,id eſt aliquãdo: vna,id eſt pariter: & frontibus,id eſt roſtris, aut prioris: iũctis & carinæ longe ſulcant,id eſt findunt:vaſa ſalſa,id eſt aquas marinas:& ipſi propinquant iam ſcopulo:id eſt ſaxo, vbi Æneas metam conſtituerat, & ipſi tenebant metam, ſcilicet fere, cum Gyas princeps, id eſt principium tenens: & victor in medio gurgite compellat voce, ſcilicet vehementi Menœtem rectorem, id eſt gubernatorem nauis: quo abis mihi, id eſt in damnum meum: (& ita, vt Landinus ſentit, mihi non vacat. Valla tamen argute ſentit,dativos pronominales ſæpe ad nullum referri, nullumq; demonſtrare:

In mare prẽcipitem puppi deturbat ab alta.
Ipſe gubernaclo rector ſubit:ipſe magiſter,
Hortaturq; viros:clauumq; ad littora torquet.
At grauis,vt fundo vix tandem redditus imo eſt
Iam ſenior,madidaq; fluens in veſte Menœtes:
Summa petit ſcopuli,ſiccaq; in rupe reſedit.
Illum & labentem Teucri,& riſere natantem:
Et falſos rident reuomentem pectore fluctus.

ſtare: vt ſi dicamus, hic mihi ſemper dormit:non enim mihi pluſquã aliꝝ dormit.) abis igitur mihi, vel ex more loquendi,vel in damnum meũ. tantum, id eſt intantum: exiſtẽs dexter, id eſt in dextrum tendẽs:o Menœte, dirige curſum huc, id eſt in hãc partem vbi ego ſum,q ſignificat ſe in læua fuiſſe: vnde poſſet dici, quo abis mihi,id eſt à me:hoc eſt ab ea parte,in quam nauẽ directam velim:ama, id eſt ſequere littus: & ſine,id eſt permitte, ſup. vt, palmula,id eſt remulus, formam palmæ in fine habens: ſtringat, id eſt leuiter contingat: cautes, id eſt ſcopulos, quos vitauit Menœtes,in ſiniſtra extãtes:Alij,ſcilicet gubernatores, timidi,videlicet teneant altum,id eſt profundum mare:dixit,ſcilicet Gyas: ſed Menœtes timens ſaxa cęca,id eſt latentia:detorquet proram, id eſt anteriorẽ partem nauis: ad vndas,id eſt fluctus profundos pelagi:& Gyas reuocabat,id eſt iterum vocabat:cum clamore,ſcilicet ab ea parte in quam tendere volo. iterum,ſupple dico tibi:ſed imperfectus ſermo trepitandi competit: pete ſaxa, id eſt etiam ſi ſaxa ſint, quod addit,ne Menœtes,excuſando ſaxa tẽpus terat: & ecce,id eſt præter ſpem,cum talia diceret:ipſe,ſcilicet Gyas:reſpicit Cloanthum inſtantem à tergo:& tenentem propiora.i.propiores partes,hoc eſt proxima loca. Ille.ſ.Cloanthus:radit.i.molliter contingendo cautes pertrãſit:iter læuum.i.ſiniſtrum,à quo Menœtes diuerterat:inter nauem Gyę.ſ.Chimæram,& ſcopulos ſonantes.ſ.cõcuſſione aquarum:& præterit ſubito priorem,id eſt eum qui fuerat prior, videlicet Gyam: & tenet æquora tuta.i.ſine ſaxis: relictis metis.ſ.vnde deberent reuerti:& quia nondũ reuerſus erat, nondum victor erat, licet primus metas pertigerat. Tum vero.i.ſed tunc maxime: aut tunc ad verum ingens dolor exarſit.i.excandiuit:iuueni.ſ.Gyæ,q ideo ardentior erat:quia iuuenis oſſibus.i. ad medullas vſq; : nec genæ.i.orbes oculorũ caruere lachrymis, hoc eſt ſimul lachrymauit: & ipſe oblit⁹ decoris.i.honeſtatis ſuæ & ſalutis ſocium,pro ſocioꝝ ſuorum:deturbat.i.cũ turba deiecit, Menœten ſegnem ab alta puppi, præcipitem in mare. Ipſe.ſ.Gyas:ſubit gubernaclo.i.ad gubernaculũ: exiſtens rector.i.fungens officio gubernatoris, quẽ deturbauerat & ipſe.ſ.ſimul ſubit gubernaclo, exiſtẽs magiſter.i.princeps & gubernator: & hortat⁹ viros,id eſt viriliter ingãtes: & torquet clauum.i.gubernaculũ: ad littora.i.quę Menœtes vitauerat. At.i.ſed:Menętes grauis, qa iam ſenior & fluens in veſte madida: vt,id eſt poſtq; redditus eſt: tandẽ.i.poſtq;: diutius fuerat ſub aquis, ſup.a fundo imo, id eſt emerſerat à fundo: ipſe petit, id eſt conſcendit, ſumma ſcopuli, erat.n.prope ſcopulũ quẽ vitauerat:& reſedit in rupe ſicca:Teucri riſere.i.prius illum:&.i.ſimul,labentẽ: quia ſciebant peritum eſſe,nec ſubmergi poſſe: & natãtem.i.cum nataret ad ſcopulum: & trident.ſ.iam reuomẽtem.i.frequenter vomentem: fluctus ſalſos,id eſt aquas marinas.

PIERIVS.

¶Primusq; elabitur vndis.) In Romano codice, in Lõgobardico,in Mediceo,& aliquot alijs,legere eſt,primis:vt ſit, primis vndis.¶ Et nunc Priſſis abit.)In antiquioribus codicibus legere eſt, Et nunc Priſſis habet. Sed quãuis Piſtrin, vt paulo ante dicebamus παρὰ τὸ πρίζω dictam velint:nihil me moueri vtrum r,prima,an ſecũda ſyllaba collocetur, cum multa huiuſmodi ex metheſi,tam apud Græcos,ꝝ apud latinos enunciari ſoleant. Quod vero, habet, legitur, ideo placet, quod intelligiẽ de priore loco quem ambo ſuperare contendebant.Sicui tamen,abit,magis placeat,illi ſit integrum ſuo iure legere,Eam ſane lectionẽ ego raro in his codic.antiquis obſeruaui, niſi ſubdititiam,priore abraſa lectione:quæ,ſcilicet habet,erat. Nõ præteribo autem eſſe veteres cod.in quibus ſupra verbũ,habet, adſcriptum ſit loco paraphraſis,victoriam. ¶ Et longæ ſulcant uada ſalſa carinæ.) In Romano codice legere eſt, Et longa ſulcant vada ſalſa carina. neq; obſtat, quod duo ſint,cum ſubintelligi poſſit,vnuſquiſq; ſua. In Mediceo quidẽ,carina,prius fuerat: ſed aliena manu & atramẽto, carinæ,factũ eſt.ibidem, lõge abſq; diphthon. vt aduerbium uideaẽ, quãquam ea in alijs quoq; nominibus deſyderatur. ¶ Cum princeps.) In antiqs aliquot codicibus ſcriptũ eſt, tum. ¶ Huc dirige curſum.)Vulgata quidem exemplaria,curſum,habẽt.Sed in Romano & plerisq; alijs,vno exẽplo legas,greſſum.De naui gatione tamẽ,curſum potius dici paſſim obſerues.¶ Littus ama & lęuas.)

In Longobardico legere est, littus amet, leuas: nō quod vtrunq; de palmula dicatur, nam qui sensus in palmula vt amare possit, nisi figurate dicat? Sed quia am'et, per apostrophen vna elisa vocali scriptū fuerit in antiquis. Quam scriptionis ratione, aliquot veterum inscriptionibus, quæ adhuc in marmorib' restāt alibi comprobauimus. Et q̄a forte dicerent aliqui apostrophen apud Latinos in vno tantū verbo, esse, fieri solitā, inuenimus hor' unc, pro hoꝝ hūc. In antiquissimo monumēto ad diui Bartholomæi pontē, q iūgit insulā Æsculapij, ianiculū versus, ita luculētissimo scriptū senariolo, GNATOS DVOS CREAVIT HOR' VNC ALTERVM. ibi enim, u, & m, litteræ, vna cū adspiratio nis nota elisæ sunt, nisi q̄s maluerit, horunc' pro horunce, positū, vt ex hocce, hocc': demū hoc', de quo superi' disputatū eo loco, Hoc'erat alma parens. ¶ Cum clamore Gyas reuocabat, & ecce Cloanthū respicit.) Multi expungūt, &: quod in antiquis codicibus particulam eam adserant nō inueniri: id qua ratione suffulciant, viderint. Ego sane & in Vaticanæ bibliothecæ codicibus, & in plerisq; alijs, qui mihi præ manibus fuerunt, passim, & ipsum notatum animaduerti: quare pro ijs qui trochæum quarto loco statuere in hoc versu volunt, nihil habeo certi, quod ex antiqs codicibus afferre possim. ¶ Subitusq; priorem præterit.) In Mediceo, & antiquis aliquot alijs codicib', subito, legitur. Sicui magis nomen faciat satis, integrum vnicuiq; est, quam inualuerit lectionē eligere. ¶ Puppi deturbat ab alta.) In antiquis aliquot codicibus, detraxit: venustate, & proprietate haud quaquā pari. Est & in, deturbat, subitarius impetus. ¶ Redditus imo est.) In nonnullis codicibus antiquis, est, verbum desyderat. In aliquot alijs per apostrophen scriptū inuenias, im'est. Sed hæc quoniam ætas nostra videtur abhorrere, quāuis ita sæpe in codicib' antiqs scripta reperero, pluribus tamen locis, ne cuipiam fastidio sim, consulto dissimulabo.

SERVIVS.

¶ Morantem.) Imperitia gubernantis. ¶ Æmula pistris.) Eiusdem rei studiosa. Vt, Illo æmulo atq; imitatore studiorum meoꝝ. Cicero in Cæsarianis. Alias inimicū significat. ¶ Insurgite.) Ecōtra Lucanus, Atq; in transtra cadunt, & remis. ¶ Hectorei.) Aut fortissimi: aut re vera quōdā Hectoris socij. ¶ Gętulis.) Africanis. a parte totū. Nā Gętulia mediterranea ē. Syrtes vero iuxta Libyā sunt. sic de Syrtib' Horati', Vbi Maura semp ęstuat vnda. Fuisse aūt Troianos in Syrtib' ille indicat locus, In breuia & Syrtes vrget, miserabile visu. ¶ Ionio.) Quādo iuxta Charybdim nauigauerūt. ¶ Maleęq;.) Malea ꝓmōtoriū est Laconicę ꝓuincię: vñ sunt sequaces. i. ꝑsecutrices: vt, Capreęq; sequaces Illudūt. ¶ Prima.) Quasi quę soleo. ¶ Mnestheus.) Ille semper victor. ¶ Hoc vincite. (Loco victorię sit vltimos non redire. ¶ Nefas.) mō opprobriū. ¶ Ærea.) Fortis: vt, Et iūctos temo trahat ęreus orbes. Nam puppis ęrea non est, sed prora. ¶ Subtrahiturq; solū.) Vnicuiq; rei quod subiacet solū est ei cui subiacet. Vnde est solū nauis mare: & aer, auium. et est verbum, cuius plucida significatio semp inuenitur. ¶ Riuis.) More riuorum: ac si riuatim diceret. ¶ Furens animi,) Figurate dixit: vt, Præstans animi iuuenis: ¶ Interior.) Sinisterior. Cicero, Quē oīa intercanere dicebant. Sallustius, Igitur introrsus pria Asiæ Bithynia ē. ¶ Iniquo:) angusto: vt. Syluis insedit iniqs. ¶ Procurrentibus.) Præminentibus, & veluti obuiā veniētib'. ¶ Murice.) Saxi acumen eminens p tranquillitatem. ¶ Morātur.) Id est retro agūt. ¶ Legūt.) Alij prætereūt: sed melius legunt, id est colligunt. Nam sequitur, Et fractis discentem currere remis. ¶ Prona.) Vicina littoribus. Vnde altum, est longe positum. ¶ Columba.) Vbique de his domesticis columbas Virgilius dicit. Persius vero ait, Teneroque columbo Es similis. Nam agrestes, palumbes vocant. ¶ Exterrita pēnis.) Pennarū concussione terrorem significans, vt Timuitq; exterrita pēnis ales. Nō. n. timet pēnis: sed indicat timorē. ¶ Radit.) Secat purū aerē. ¶ Frustra.) Quis. n. ei relicta victoria subueniret?

Malea

Hic læta extremis spes est accensa duobus,
Sergesto, Mnestheoq;: Gyam superare morantem.
Sergestus capit ante locum: scopuloq; propinquat:
Nec tota tamen ille prior præeunte carina:
Parte prior: partem rostro premit æmula Pistris.
At media socios incendens naue per ipsos
Hortat̄ Mnestheus. {Nūc nūc isurgite remis MNE.
Hectorei socij: Troiæ, quos sorte suprema
Delegi comites: nunc illas promite vires,
Nunc animos: quibus in Gætulis Syrtibus vsi,
Ionioq; mari, Maleæq; sequacibus vndis.
Non iam prima peto Mnestheus: neq; vincere certo:
(Quāquā o) sed superent, q̄bus hoc Neptune dedisti.
Extremos pudeat redijsse. hoc vincite ciues,
Et prohibete nefas. {Olli certamine summo POE.
Procumbunt: vastis tremit ictibus ærea puppis:
Subtrahiturq; solum. tum creber anhelitus artus
Aridaq; ora quatit: sudor fluit vndiq; riuis.
Attulit ipse viris optatum casus honorem.
Nanq; furens animi, dum proram ad saxa suburget
Interior: spatioq; subit Sergestus iniquo:
Infelix saxis in procurrentibus hæsit.
Concussæ cautes, & acuto in murice remi
Obnixi crepuere: illisaq; prora pependit.
Consurgunt nautæ: & magno clamore morantur:
Ferratasq; sudes, & acuta cuspide contos
Expediunt: fractosq; legunt in gurgite remos.
At lætus Mnestheus, successuq; acrior ipso,
Agmine remorum celeri, ventisq; vocatis
Prona petit maria: & pelago decurrit aperto.
Qualis spelunca subito commota columba,
Cui domus, & dulces latebroso in pumice nidi:
Fertur in arua volans: plausumq; exterrita pēnis
Dat tecto ingentem: mox aere lapsa quieto
Radit iter liquidum: celeres neq; commouet alas.
Sic Mnestheus, sic ipsa fuga secat vltima Pistris
Aequora: sic illam fert impetus ipse volantem.
Et primum in scopulo luctantem deserit alto
Sergestum, breuibusq; vadis, frustraq; vocantem
Auxilia, & fractis discentem currere remis.
Inde Gyan, ipsamq; ingenti mole Chimęram
Consequitur, cedit, quoniam spoliata magistro est.

DONATVS.

¶ Hic læta ex. s. e. ac. du. &c.) Duobus postremis spes accēsit ex casu Gyæ, quoniam eiꝰ mora poterat prodesse sequētibus, vt supiores efficerētur. ¶ Sergestus. ca. a. l. s. q;. p. &c.) Propinquabat, inq̄t, scopulo Sergestus, sic tū, vt non tota nauis esset libera. pars q̄ppe eius videbat̄ ꝑterijsse, ꝑs vero apprime posterioris rostro, æmulā pistrim dixit, q̄ trāsire ꝯtēderet. ¶ At media. s. i. n. p. i. Ho. m.) Mnestheus ꝙ videret modico labore cōpleri posse victoriā, aut modica tarditate iterire, icedēs p mediā nauī, i. inter oēs remiges discurrēs hortabat̄ vniuersos ad gl'iam ꝑficiendā. ¶ Nūc nūc. i. r. h. so. &c.) Admonebat eos ꝑteritæ virtutis eoꝝ fortia facta ꝯmemorās ac repetēs sæpe, quod quater ait nūc, & id ipm sæpe ꝯmendauit, hoc significat, ꝙ oīs gl'ia interitura eēt, si illud tps, si occasio p̄sens laberetur ē manibus. Nūc, inq̄t, nūc insurgite, adest tps, quo fortia virtutis v̄ræ, & gesta supioris tpis cōprobetis nūc illis animis, nūc virib' opus est, q̄bus vsi estis, cū Hectoris essetis socij, virtutib', q multa mala & ingētia supastis, quos ego post vltimā p̄riæ sortē, comites delegi. pōt & sic intelligi, Hectorei socij, vt tales eos videat̄ dixisse, q̄lis Hector fuisset q̄si siguli sigulos Hectores facere potuissent, deniq; addidit & delegi, vt ostēderet, ex plurimis bonis electos eē meliores recte eos admonet ꝑteritę v̄tutis, vt exēplis suis eripant̄ potiꝰ q̄ factis ꝓuocētur alienis. Ordinatur sensus sic. Nūc nūc insurgite remis socij, vt Hectoreę laudis loco positum videāt, non quomodo aliq̄n socij fuerant Hectori vsq; eo locus est. quos ita ab exemplo virtutis Hectoreæ laudaret, vt addiderit quos mihi delectos adiūxi post patriæ n̄ræ vltimū fatū. & quoꝝ ꝓbaui virtutē plurimis in locis, imitamini vos, vt q̄d in manus dedit fortuna ꝯpleamꝰ. ¶ Quāq; o. s. s. q. h. n. d. Ex. p. r.) Licet tenuerint loca melioris cursus, q̄bꝰ Neptunus suffragium ferre voluisset, victorię genus est, non redisse postremum. ¶ Hoc vi. c. &. pr. ne.) Si primum locum tenere nequitis, secundum saltem perdere nō debetis. superāda sunt extrema ludibria, & vitādum pudoris detrimentū, ante nouissimū saltē venire debemus, qui non valuimus præuenire victorē qui socios suos cū magna laude dicebat Hectoreos, magna arte excusauit a culpa nō retēti primi loci. q̄m hūc Neptunū asseruit inuidisse, qui in regnis suis, cui voluit fauit. ecce & victori præripuit gloriam, q̄a nō sua virtute, sed alieno adiutus auxilio loca prima possederat. ¶ Oll. c. su. pr. v. t. i. æ. p.) Quantum valuerint hortamēta describunt. Illi. n. nō incassum auditis, quæ dicta sunt, dederūt labori operā intantum vt nauis ipsa nixibus fortissimis cōtremisceret. æreā nauem dixit, ære adornatam & cōmunitam. ¶ Subtrahiturq; solum.) Sic intenti plenis studijs remis incumbebant, vt nihil præter se & nauim viderent, cæterum prolixitas saxi cernebatur ex littore, & e saxo apparebat soliditas. ¶ Tunc creber. an. ar. A. q;. o. qua. su. fl. v. ri.) Remigum laborē accidentibus contrarijs expressit. os, inquit. habebāt siccum. ex eorum vero corporibus fluebāt sudores riuis, quasi ex iteriore corporis parte humor omnis, qui per ora omnium soleret mitti, per sudoris fluxum videretur effundi ad virtutis ingenitum robur. ecce quātum in rebus hortamēta proficiunt. ¶ Attulit ipse. v. o. c. h.) Faciebant q̄dē, quod vincēdi cupiditas exigebat, sed illis ad effectū plus contigit. ¶ Nāq; furēs animi.) Dicendo ac permittēdo, furens animi, aliquid iste incōsiderate reperietur fecisse. ¶ Dum proram ad sa. su. Interior, &c.) Dum inter saxum & nauim Sergestus transire cōtendit, nō vidit saxa ꝓcurrētia, & his inhæsit, procurrētia saxa sunt, quæ latenter a radicibus eminētis saxi in mare tendunt̄. hęc ille vtpote furens videre nō potuit, & vt dictum est hęsit. ¶ Concussę cautes.) Tantus nauis impetus incautis remigibus fuit, vt percussę cautes interuenissent. ¶ Et acuto in. m. re. Ob. cr.) Cum obnixi rectis luctātibus tenderent impulsa naui, meritoq; nō cedentibus saxis, crepuerūt remi. ¶ Illisaq;. p. pe.) Prora hoc est. prima pars nauis saxum conscendit cætera parte suspensa. ¶ Consurgūt nau. & ma. cla. mo.) Dum clamant, fecerunt moras naui liberandæ. ¶ Ferratasq; su. & acu. cu. c. Expediunt, &c.) Non ijdem omnia faciebāt, nanq; alij expediebāt contos liberationi nauis necessarios, & sudes hoc est, quibus inhærēs saxo īcludi nauigium, & retrorsum reuocari potuisset. alij legebant remorū fragmēta, verbo nautico (vt plurimis locis) vsus est. nam legere dicūt colligere, vel aliqua loca nauigādo transire, vela legūt socij. item littoraq; Epiri legimus. ¶ At lætus Mnestheus. s. q;. a. i.) Lætus fuit Mnestheus ꝙ optata tenuisset, & inde magis quia senserat sibi fauisse fortunā. successus autē ipse non veniebat nisi ex malis alienis. ¶ Prona petit. m. &. p. de. a.) Prona maria, inquit, quasi non ipsa essent, per quæ transierant, aut possit fieri, vt sint maria deuexa. nō hoc sensit, sed facilitatē reditus voluit demonstrare. Pronum enim dicimus quicquid difficultatem non habet, & arduum quicq̄d difficulter superat̄. ¶ Qualis spelunca. s. c. c.) Celeritatem feliciter currentis nauis recte volatui columbæ comparauit. tunc. n. acrius volat, cum ad naturalem mobilitatem aliquis ei pauor accedit. hac completa comparatione redit ad rem. ¶ Et primum in scopulo luctantem deserit alto Sergestum.) Tanta est subtilitas recedētis e descriptione, & post parabolam redeūtis, vt si subtrahas parabolam tunc inuenias carminis textum. deniq; ante dixit. At lætus Mnestheus, successuq; acrior ipso Agmine remorum celeri ventisq; vocatis Prona petit maria, & pelago procurrit reperto, etiam post parabolam iunxit. quę describebat. Et primum in scopulo luctantē deserit alto Sergestum, breuibusq; vadis, frustraq; vocantē Auxilia. deseruit constitutū in saxo· deseruit constitutum in vadis. deseruit frustra vocantē auxilia, quia volebat vincere, quia poterat subuenire. icc ir co frustra ad auxiliū ferendum vocabat̄. Plus enim sibi auxiliari debuit, q̄ alteri. ¶ Et fractis di. cur. r.) Huc quoq; pertinet, deserit. nam deseruit Sergestum luctantē in saxo, ꝙ nauem tenaciter retinebat, & meditantē ex necessitate rem nouam, vt nauis eius sine remorum adminiculis curreret. ¶ Inde Gyan, ipsamq;. i. m. c. Consequitur, c. q. sp. magistro est.) Et factū explicauit, & facti causam. Cedit, inquit, Gyas, quia chimera nauis eius magistrum nō habebat, pręterijt igitur vnum saxis infixum, alterum vero, quia magistrū non habuit. supererat solus Cloanthus hūc petebat sperans, ꝙ ēt ipsum transire posset. deniq; ait.

ASCENSIVS.

¶ Hic læta extremis, &c.) Docet reliquorum conatus: & (vt dixi) varium euentum: simulq; in gratulationem domus Sergię egregios animos, facinusq; virile Sergesti cōmemorat: qui tamē infelici fortuna vsus, nauem fregit: quare spem cepit Mnestheus tā grādem: vt qui vltimus erat, primus euasisset, nisi Cloanthus diuina ope fretus, partam gloriā protendisset. De qua re cum nihil allatū sit ex Donato, Ordo est. ¶ Hic, i. hoc loco, aut ex hoc euentu: spes læta. i. lætificans, est accensa duobus extremis. s. Sergesto, & Mnestheo, videlicet superare Gyan; morantem. i. moram trahentem: quia gubernatorem amiserat. Sergestus capit locum ante. s. quā Mnestheus: & propinquat scopulo, s. vbi meta erat constituta: nec tū ille. s. Sergestus, erat prior tota carina, pręeunte. i. tota naui: sed prior erat parte. s. nauis suæ & Pistris, nauis Mnestei ęmula. i. insecutrix: premit rostro. i. anteriore parte sua, hoc est prora ferrata: partem. s. centauri, quæ nauis erat Sergesti. At. i. sed: Mnestheus incedens. i. ingrediens per ipsos socios, in media naue hortatur. s. his verbis. o socij Hectorei. i. fortes, qualis Hector: aut, qui aliquando Hectori socij fuistis: quos ego delegi. i. de multis legi comites. s. huius ꝑfectionis: in extrema sorte Troiæ. i. in ipsa ruina, & euersione Troiæ: insurgite nūc nūc, id est maxime nunc remis: promite. i. proferte nūc illas vires: & illos, sup. animos, nunc quibus vsi, sup. estis in Syrtibus Gætulis. i. Gætulicis. vt in. j. visum est: & in mari Ionio: quādo. s. iuxta Charybdim nauigarēt: vt in. iij. recitatum est. & in vndis Maleę, illius promontorij Laconiæ prouinciæ: sequacibus. i. persecutricibus, ego Mnestheus. i. quāuis Mnestheus, hoc est qui ꝓmas parteis obtinere soleo, tamen non peto iam prima. i. primas parteis: neq; certo. i. contendo: vincere. i. superare: quāquam o. i. vtinam, id mihi datum sit: aut quanquā, o quam gloriosum, foret in hoc certamine superasse: sed o Neptune superent, supple illi, quibus tu dedisti hoc. i. qui non tua virtute, sed tuo numine freti, nunc superant. Pudeat, sup. saltem vos redijsse extremas, o ciues, vincite & ꝓhibete hoc nefas. i. pro victoria obtinete: ne. s. redeamus extremi: & prohibete tantum dedecoris a nobis. Olli, illi tunc: procumbunt. i. toto pectore incumbūt remis: summo certamine. i. conatu: quasi cōcertarent de laude inter se, puppis ærea. i. fortis, aut ærata: tremit vastis. i. valde amplis ictibus: & solum, id est sustentaculum eius, hoc est a qua, subtrahitur. s. impulsu remorum: tum. i. insuper: anhelitus. s. remigum: creber. i. crebro emissus: quatit artus, & ora arida: & sudor fluit vndiq;. i. ab omni parte: riuis. i. per riuos, aut in morem riuorū. Ipse casus. i. euentus: attulit viris. i. viriliter remigātibus: honorē optatum. s. vt extremi non essent: nam dum Sergestus furēs animi. i. faciens animum, quasi furere: vnde honestius dixit, q̄ si dixisset, furens animo suburget. i. ab interiore vrget, existens interior: proram ad saxa. s. a Menœte vitata, & a Cloantho feliciter pertrāsita: & subit spatio iniquo. i. nō satis magno pro captu centauri: ipse infelix hæsit. i. mansit, hærens in saxis procurrentibus. i. prominentibus, aut procul cōcurrere visis. Cautes cōcussę sunt, supple a remis & naui: & remis obnixi. i. obnitentes, vt seruēt nauim crepuere. i. fragorem dedere: in murice. i. saxi acumine: acuto. i. aspero: & prora illisa. i. partim læsa: pepēdit. s. ad scopulos: nautæ. i. nauium impulsores: consurgunt. i. simul contendunt, nauem suspensam amouere conantes: & morantur. i. moram trahunt, supple cū clamore magno, & suo quo se mutuo cohortantur & spectantium: & expediunt. i. expedire iniiciunt: trudes ferratas. i. perticas ferro munitas, quibus naues detrudere solent: & contos. i. baculos oblongos, quibus profunditatem percontari solent: cuspide acuta. i. habentes cuspidem acutam: & legunt. i. colligunt, in gurgite remos, fractos. s. ad scopulum: at. i. sed: Mnestheus lætus, quod per infortunium Sergesti eū præteriret: & acrior, supple effectus, ipso successu. i. quia bene successit: petit. i. transuolat: celeri agmine. i. impulsu remorum: & ventis vocatis. i. optatis: maria prona. i. deflua & inclinata: & decurrit. s. deorsum currit pelago aperto. i. patenti, sine obstaculo. Dat exemplum, dicens, Qualis. i. qualiter columba cōmota. i. deturbata: spelunca. s. sua. i. de cauerna sua: subito. i. ex improuiso: cui. s. columbę: domus, sup. est: & nidi dulces, propter pullos, sup. sunt: in punice latebroso. i. lapide cauernoso: fertur. s. e spelunca: Volans in arua: & ipsa exterrita tecto. i. euolans ex tecto, propter terrorem: dat ingentē plausum pennis. i. alis suis: & ipsa mox. i. paulopost: lapsa. i. deuolans: aere quieto. i. nō concitato: radit. i. molliter secat: iter liquidum. i. aerem: neq; commouet alas celeres: sed ęquatis & immotis alis descendit. Sic. i. talis: Mnestheus, sup. volat: & Pistris vltima. i. quę fuerat vltima, secat sic ęquora: & ipse impetus fert, sic ipsam volantē: & deserit primum Sergestum, luctantē in alto scopulo: & vadis breuibus. s. inter scopulos: nam impulsu induxerat nauē, vnde quietā reducere nequibat: & Ordo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bat: & vocantem frustra.i.incassum: auxilia forte deorum, quia stultum fuisset a cōcertantibus auxilium petere: & discentē currere remis fractis: inde.i.deinde: cōsequitur Gyam. & Chimærā, nauem.s. Gyæ: ingenti mole.i. habentem ingentem molem: & sup. Chimęra: cedit.s. Mnestheo, ac Pistri: quia spoliata est magistro.i.gubernatore.s.Menœte.

PIERIVS.

¶Sergesto, Mnestheoq; Gyam superare.) In codi. aliquot antiq. Mnesthei, legitur: vt in Georgicis, Inferias Orphei. Eaq; est recta declinatio: q̄uis Mnestheo per synizesin legi posse nō negarim. ¶Nec tota tñ ille prior præeunte carina.) Nōnulli eo syllabarum similium cōcursu offensi, qui apparet in tota tñ, neq; nō aliqua omnino asperitate, quæ resultat e cōtinuatione dictionū itidem duarum priore prǽeūte: Versum in vocaliorē quandam musicā redegere. Itaq; in antiquis plerisq; codicibus, versus hoc legitur ordine dictionū, Nec tñ ille prior tota p̄eunte carina. Sed vtcūq; isti auribus ita suis adblandiantur, nihil est in lectione peruulgata. quod me vel tantillum offendat. ¶Partē rostro premit.) In codicibus aliquot antiq. partim, legitur: nescio an mutatione ea familiari ex e, in i, aduerbium esse voluerint: mihi sanè magis placet, partē, nomen. ¶Neq; vincere certo Quanquā, o.) In antiquis plerisq; codi. imperite, inepteq; abrasa est castior lectio.s. Quāquā o: & eius loco repositū, Quenquā: vt ab eo pendeat, vincere certo, quod valde absurdum est, suos tñ habet amatores. ¶Ærea puppis.) In Romano cod. puppes, per es, nominatiuo casu, numeri singularis, habetur. Eamq; veram esse lectionem ex Valerij Probi p̄ceptiōe conijcimus, qui vocabulum hoc noīatiuū in es, mittere ostēdit: dum ait, puppes, valles, rupes, vulpes, alpes, noīatiuo singulari p̄ferri. At nunc vix vnū, aut alterū ex his pronunciari per es, videas. Tot ea fuerūt quæ grāmatici iuniores, vsum ve secuti nescio, an abusum immutarunt. ¶Nanq; furens animi dum prorā ad saxa suburget.) In codicib⁹ aliquot antiq. legere est, Nanq; furens animis. Sed enim Arusianus messus, furens animi, casu quippe genitiuo, elocutionis modū, loco hoc agnoscit: quanq; Virgilius alibi, furēs animis, dixerit: vt eo loco, Ecce furens animis aderat Tirynthi⁹. Est &, suburguet, p u, post g. Attiano more, in antiq. plerisq; cod. Sed Attium, Velius Longus autorem appellat vitiosum. ¶Ferratasq; sudes.) In Mediceo. & antiquis aliquot alijs exēplaribus, trudes, legitur. Sunt vero, trudes conti, præacuta cuspide, quib⁹ repelluntur & naues, & alia, a trudendo dicti. Neq; vero timendum syllabæ, cum tam multa reperiantur, quæ deriuata a longis: breuia tamen ipsa sint, vt duces a duco, ita dicax, lucerna, sopor, fragilis, coma, & huiusmodi alia pleraq;. ¶Dat tecto ingentem.) In codicibus aliquot manu scriptis plausumq; exterrita pennis, dat tergo ingentem, legitur. Sed, tecto, omnino melius. ¶Et primum in scopulo luctantem.) In codicibus aliquot antiquis, at in alijs, ac: sed, hoc, melius: nisi, &, malueris. ¶Spoliata magistro est.) Et hoc quoq; per apostrophem scriptum in antiquis aliquot exemplaribus hoc modo, magis est: de qua scribendi ratione exempla veterum alibi recitauimus.

SERVIVS.

¶Ipso supest in fine.) Vt spatia & si plura supsint, transeat elapsus por. ¶Propriū dec⁹.) Quasi iam partā victoriam & honorē ni teneāt indignanſ. ¶Successus.) Felicitas. ¶Possunt, q̄a posse videnſ.) Sperabant victoriā opinione spectantiū vt, Cunctiq; sequētes Instigant studijs. ¶Palmas vtrasq;.) Diximus supra antiquū hoc esse. Carpinius tñ dicit (qui de elocutionib⁹ scripsit.) per naturā vitiosam eē hāc elocutionē: & siue vtrāq; palmā, siue vtrasq; palmas dixerimus, esse in aliquo vsurpationē. ¶Imperium pelagi.) In pelago: vt, Dij qbus imperium est animarū. ¶Lætus.) Victor: a p̄cedenti quod sequiſ. ¶Ante aras.) De quibus paulo post, Pars spoliāt aras. ¶Voti reus.) Debitor. Vnde vota soluētes, dicimus absolutos. Vnde est, Damnabis tu quoq; votis quasi reos facies. ¶Proiciam.) Exta proijciunſ in fluctus. Nisi forte dicamus & fluctib⁹ offerri. quod si est, porriciam legēdum est.i. porro iaciam. ¶Phorciq;.) Latine hic Phorcus huius Phorci dicimus: nam apud nos, Græca huius nois nō est declinatio. Est autem deus marinus. ¶Panopeaq; virgo.) Vna de Nereidibus: quā ideo separatim dixit, vt illas nō virgines intelligamus. ¶Portun⁹.) De⁹ marinus qui portubus p̄est: Et bene. ¶Impulit eū ipse iam vicinum portui. Nota est autem fabula. Athamas post furorem a Iunone immissum, cum occiso Learcho Melicertam alterum filium cum vxore sua persequeretur, & se illi in mare præcipitassent, voluntate numinum in deos versi sunt: Melicerta in Portunum, qui Græce Palemon dicitur: Ino in matrem Matutam, quæ Græce dicitur Leucothea. ¶Portu se condidit alto.) id est vsq; ad iteriora p̄uenit. ¶Ex more.) Ludoꝝ.s. p preconē. ¶Victorē.) Primū subaudis. Nā & illi duo victores sūt Sergesti: vnde paulo post, Quē mō nauali Mnesthe⁹ certamine victor Consequiſ. ¶Dat ferre.) Græcū est duo verba cōiungere, vt paulo post Donat h̄re viro. sed hoc dat poetis. ¶Magnū talentū.) Vt diximus, q̄ddā breue: sed magnū dixit cōparatiōe alteri⁹. ¶Circum.) i. in p̄te extrema vt dicim⁹. ¶Meādro duplici.) Flexuoso. & hoc dicit. Erat i chlamyde flexuosa & in se remeabilis purpura in modū Mæandri fluminis Cariæ p̄uinciæ. ¶Melibœa.) Pro Melibœēsis. Est aūt ciuitas Thessaliæ Melibœa. ¶Regius.) Troii regis Phrygię filius. ¶Fatigat.) Laⁿ picturę, quasi gerat & nō gerere videaſ. ¶Præpes.) Mō volās. ¶Sublimē.) i. in altū. ¶Palmas ad sydera tollunt.) Aut mirantes: aut increpantes deos.

Portũ. Fabula.

Solus iamq; ipso superest in fine Cloanthus:
Quem petit: & summis adnixus viribus vrget.
Tum vero ingeminat clamor: cunctiq; sequentem
Instigant studijs. resonat clamoribus æther.
Hi proprium decus, & partū indignantur honorem,
Ni teneant: vitamq; volūt pro laude pacisci.
Hos successus alit: possunt: quia posse videntur.
Et fors æquatis cepissent prēmia rostris:
Ni palmas ponto tendens vtrasq; Cloanthus,
Fudissetq; preces: diuosq; in vota vocasset.
Dii qbus iperiū pelagi: quorū ęquora curro, CLO.
Vobis lætus ego hoc cādentem in littore taurum
Constituam ante aras voti reus, extaq; salsos
Porriciam in fluctus: & vina liquentia fundam.
Dixit: eumq; imis sub fluctib⁹ audiit omnis POE.
Nereidum, Phorciq; chorus, Panopeaq; virgo:
Et pater ipse manu magna Portunus euntem
Impulit. illa Noto citius, volucriq; sagitta
Ad terram fugit: & portu se condidit alto.
Tum satus Anchisa: cunctis ex more vocatis,
Victorem magna preconis voce Cloanthum
Declarat: viridiq; aduelat tempora lauro:
Muneraq; in naueis, ternos aptare iuuencos,
Vinaq;, & argenti magnum dat ferre talentum.
Ipsis præcipuos ductoribus addit honores.
Victori clamyden auratā: quam plurima circum
Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit:
Intextusq; puer frondosa regius Ida
Veloces iaculo ceruos, cursuq; fatigat,
Acer, anhelanti similis: quem præpes ab Ida
Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger vncis.
Longæui palmas nequicq̄ ad sydera tendunt
Custodes: sæuitq; canum latratus in auras.

DONATVS.

¶Solus iamq;.i.s.in.s. Cloanthus, &c.) In desperatione sequētis victoriā, qm̄ consumpta pelagi spatia fuerāt, & trāsire volentibus p̄lixitas fuerat necessaria, in qua remigū virtus p̄ficere potuisset. non defuit tñ instātia, vt opponeret quę industriā quod arcta tum iter angustijs p̄negabat. ¶Tum vero.i.c.c.q.s. Instigant.st.&c.) Conanti transire magis fauebat spectantiū turba, quia posse videbaſ. tantus autē fragor fuit, vt ipso ethere percusso resonaret vox populi. ergo hoc studio spectātes ducebantur, videamus nūc queādmodum certantium facta describat. ¶Hi p̄prium decus, &.p.in.h.&c.) Qui locū primū tenebant, hunc ne amitterent, laborabant. eaq; ducebantur gloria, vt hanc saluti suæ præsumerent præponēdam. ¶Hos successus.a.pos.q.po.vi.) Alterius nauis viros, qui primū locum p̄ripere nitebātur, erigebant res secūdę & fortunę suffragiū. eo magis q̄ videbantur ausus suos posse, cōplere. quāto.n. laboriosum est partā gloriam e manibus perdere, tanto est gloriosum acqrere desperati. ¶Et fors ęquatis.c.pr.ro.) Pares.s.ad palmā forsitan venissent. ¶Ni palmas pon.t.v.q;.cl. Fudissetq;.pr.d.q;.in.v.v.) Nisi victoriā, quę vtriq; posset esse cōis præuenisset Cloanthus precibus suis, & supplicib⁹ manibus deos adhibuisset in vota, hęc prędicendo ostendit poeta ipsum futurū esse victorē. ¶Vobis lętus ego.) Hoc est si lætus de prouētu victorię fuero. ¶Hoc candentē in li.t.) Hoc est candidi coloris taurū, & addendo candentē ornauit munus suum. minueret aūt si diceret bouem, & taceret de colore. ¶Constituā ante.a.v.r.e.q;.s.Po.in.fl.&c.) Illic vobis candido tauro sacrificium faciam, vbi gloriosus extitero, vtpote manifeste pollicitationis reus & debitor, vina etiam fundam & animalis exta fluctibus tradā. ¶Dixit eumq;.i.s.fl.a.o.N.ph.ch.&c.) In causa sua deos inuocauit, & audiri cōmeruit. deniq; intātum oēs dij maris, & ipse Portunus fauit, vt nauim suis impellerent manib⁹, quo celerius p̄uenirēt. ¶Illa noto citius volucriq; sagitta Ad terram fugit, &.p.se.c.a. (Tantum roganti deoꝝ maris auxilium profuit, vt nauis cursus velocior ventis & sagittæ volatibus prouenisset, deniq; prima tenuit littus, & ad palmam prima p̄ducta est. ¶Dum satus Anchisa.c.ex.m.v.) Cunctos vocauit sed p̄ntes. cæterum nō erant oēs, tenebaſ.n. Sergestus, qui inhæserat saxis. ¶Victorē magna p̄conis voce Cloanthū De.v.q;.ad te.la.) Hoc non fuit præmium, sed insigne victorię. ¶Muneraq; in na.t.ap.iu. Vinaq;. Et hæc extra præmiū fuerant, quæ edendo vel bibendo consumi potuerant. ¶Et argēti.m.d.f.ta.) Hoc fuit, quod augere rem familiarē potuit, & præmium videri, alia tamē cōia nauibus fuerant. ¶Ipsis præcipuos ductoribus addit honores.) præcipua dicuntur, quæ præter cōionem singulis proprio noie deputanſ, vt fit sæpe in testamētis, cum aliqua per perceptionem singuloꝝ hæredum censuerit esse testator. ¶Victori chlamydem auratam, &c.) Laus chlamydis dicta est, propter honorē dantis, meritumq; victoris. laudat sp̄es, quibus illa confecta est, aurū.s. copiosum, & purpura pretiosa. ars quoq; & artificiū manus, quæ veritatē sic fuerāt imitati, vt mutæ & inanimatæ formæ viuere ac moueri videreſ. in præmiorum aūt liberalitate multis generibus largitor ipse laudatur, qui haberet talia quæ potuisset donare. in ipsa donatione consideraſ Æneæ pietas iuxta paternam memoriam, quoniam ob eius honorificentiam tanti meriti munera donabanſ. in hac igiſ chlamyde raptus ad cœlos per aquilā Ganimedes videbatur, apparebant canes persequētes latratibus dominum, quem iam in aeris altitudinem raptum liberare non poterant: custodes quoq; sic tendentes manus ad sydera. quasi retinere possent, quem fortissimæ alitis tenaces amplexus innoxia subtilitate portabant.

ASCENSIVS.

¶Solus iamq; ipso superest in fine Cloanthus. Quē petit, & summis adnixus viribus vrget. Tum vero ingeminant clamor, &c.) Postq; Mnestheus, Sergestum & Gyantem superauerat, restabat (inquit) solus Cloanthus in fine, quem & Mnestheus vicisset, nisi implorato, atq; impetrato deoꝝ auxilio, Cloanthus portū attigisset: quem victorem pronunciat Æneas, meritoq; donat præmio. Hoꝝ exemplo. neq; pars diuinæ poeseos bona eruditiōe vacet, docet poeta in reb⁹ bellicis cerebrositatē obesse plurimū: & id in Gya, qui Menœtem socium salutis deturbauit, temeritatem non minus officere: vt in Sergesto, qui nauem fregit, virtutem plurimū posse: vt in Mnestheo, qui etiam Cloanthū vicisset, si suis duntaxat auspicijs & viribus cōtendisset: sed diuinū auxilium oibus p̄stare, quo Cloanthus victor euasit. monet ergo tacite, vt illud imploremus. Docet p̄terea, aleam, fortunāq; belli eē variā: ne dum aspirat primo fortuna labori, successu ipso vecordes, segnesq; efficiamur: ne ve in aduerso principio desperemus: quia sperandum est, vt debile principiū, melior fortuna sequaſ.

Ordo.

Quia vero ex Donato nihil habemus, colligamus ordinem, qui talis est. ¶Iamq;.i.& iam: solus Cloanthus superest.i.restat: vincendus in ipso fine.i. iuxta terminū, quem.s.Mnestheus: petit.i. aggreditur: & vrget annixus.i.annitens summis viribus. Tum vero.i.sed tunc maxime, & ad verum clamor, ingeminat, sup. se: aut ingeminat.i.multiplicaſ: & cuncti.s.spectantes, instigant studijs.i.cohortationibus studiosiſ: sequētem.s.Mnesthea: æther.i. aer sublimis: resonat clamoribus: hi.s.priores, cum Cloantho: indignantur.i.indigne ferunt: ni teneant decus proprium.i.quod sibi iam proprium fecerant: & honorē partum.s.acquisitū, hoc est quod non conseruarent victoriam partā, & volunt pacisci, id est in pactum expendere, vitam pro laude.i.vellent potius amittere vitā, q̄ laudem. & dare vitā pro laude conseruāda. Successus, id est prosper p̄cessus: alit.i.fouet: & accendit hos.s.Mnesthei socios sequentes: & possunt.s.Cloanthum superare: quia videnſ.s. sibi.i.quia persuaserunt sibi posse: quo verbo docet poeta, quid animus prestans possit. vnde Hora. Incipe dimidium facti, qui bene cœpit habet. Et fors.i.forte: sed ne vocaliū esset concursus, maluit fors dicere, q̄ forte vel, o fors.i.fortuna, vt sit apostrophe ipsi cœpissent præmia rostris ęquatis.i.ęquali vicinitate & tempore in portū reductis: ni.i.nisi: Cloanthus tendens vtrasq; palmas.i.manus: coniunctas ponto.i. in pontum: fudisset preces, & vocasset diuos in vota, dicens, sup. O dij, qbus, sup. est imperium pelagi.i.in pelago: & quorum ęquora ego curro: ego lætus, quia reus.i.obnoxius, voti.s.persoluendi, constituam vobis ante aras.s.vestras, vt immolem taurum candentē.i.candidum: in hoc.i.præsenti littore: ne.s.longa sit dilatio verenda: & porriciam.i.porro iaciam, in fluctus salsos: exta.s.tauri: & fundam vina liquētia (a liqueo.) i.fluida, & pura: dixit.i. id est finiuit, preces Cloanthus: & omnis chorus.i.cœtus: & multitudo Nereidum.i. nympharum maris: & Phorci.i.quibus Phorcus p̄eest: & Panopeia.i. vna de Nereidibus: virgo.s.cum aliæ nō sint: & Portun⁹.i. portuum deus: pater.i.præcipue, in ea re reuerēdus: impulit ipse id est non per suos: sed (vt dicunt) in p̄pria persona, manu magna, videlicet sua: euntē.s.nauem: illa.s.nauis Cloanthi: Scylla, videlicet: fugit ad terram.i.ad littora: citius Noto.i. vēto illo rapaci: & sagitta volucri: & condidit se alto portu.i.penitus intrauit portum vsq; ad littus. Tum.i. deinde: satus.i. genitus Anchisa, videlicet Æneaſ: declarat.i.pronunciat: magna voce p̄conis, Cloanthum victorem: & aduelat tempora.s.eius lauro viridi, in signum victorię: & dat aptare.i.aduectare: munera.i.dona gratuita.s.ternos iuuencos: in naueis.i.in singulas naueis, treis iuuēcos: & vina: & dat ferre magnum talentum.i.pondus argenti: & addit ipsis ductoribus.s.Cloantho, Mnestheo, & Gyę, & Sergesto, præcipuos honores.i.munera honorifica: cętera enim erāt cōia omnibus remigibus. Addidit, videlicet victori.s.Cloantho chlamidem auratam, aureo.s.filo intextā: aut, aureo lymbo cinctā: quam circum.i.circum quam: purpura plurima Melibœa, pro Melibœa: aut, eo quod est Melibœnsis, hoc est Thessalica: currit Meandro duplici.i.flexuoso.i.in morem Mæandri fluminis flexuosi, & per varios gyros Cariam circūfluentis: &, supple in qua, puer regius.s.Ganymedes: Trois, regis Troianoꝝ filius, intext⁹, id est in ea textus: fatigat in Ida frōdosa.i.sylua illa Troiana: quæ etiā intexta, aut acu picta, in chlamide erat: iaculo.s. venatorio, ceruos veloces: & fatigat, sup. eos cursu: existens acer, & similis anhelanti, quia anhelare in pictura nō potuit, sicut nec currere: sed currenti similis erat: quē.s.puerum: armiger Iouis.i. aquila eius: tela, hoc est fulmina ferēs, eo quod altissime volat, & solis radios visu non formidat: prępes.i. celeriter volans: rapuit sublimem.i.raptū in sublime: vexit pedibus vncis.i.vnguibus suis: custodes longęui.i.seniores pedagogi, qui ad custodiā pueri exierant venatum: tendunt nequicq;.i.frustra: palmas ad sydera: q̄a iussu Iouis raptus erat Ganymedes, vt esset pincerna deoꝝ, reiecta Hebe, Iunonis filia. vnde est, Et rapti Ganymedis honores, vbi dictum est, quod etiā ad stuprū raptus erat: & latratus canum sęuit in auras. q̄a aquilam insequi nō potuerunt canes, nisi solo latratu, quē ingeminauerunt. Est autem mira laus ipsius texturę seu Phrygionum picturę: dum hæc tam ad viuum efficta sunt, vt geri videantur, non depingi.

portun⁹

PIERIVS.

¶Adnixus viribus vrget.) In Longobardico, adnisus, per s. scriptum, cuius scriptionis rationē alibi reddidimus. Et in aliquot alijs antiquiorib⁹ vrguet: vti pauloante, suburguet, ex instituto Atij. ¶Resonat clamoribus ether.) In Romano codi. antiquissimo, & in aliquot alijs manu scriptis, legere est, resonatq; fragoribus ether. Vt id totum de remigatione intelligaſ, & plausu, qui per strepitum ediſ. Quanquā neq; clamoribus displicet, cum dictum sit, cunctiq; sequentē instigant studijs, quod per clamores fieri necessarium est. Sanè in Mediceo, clamoribus, habetur: sed ibidem, resonatq;, scriptum est, quod rōnem metricam vitiaret, nisi quis amphimacrū in hoc genere carminis ferre potest. ¶Dij quibus imperium pelagi, quorū ęquora curo.) In antiquis primum codi. di, per arctationem literarū, vt apud Varronem est, vno fere legiſ exemplo. In Longobardico mox vna plus dictione, imperium est pelagi: vt etiam apud Seruium est. In Oblongo vaticanę bibliothecę. In Mediceo, & in aliquot alijs omnino vetustis, imperium pelagi est. Sed enim (iudicio meo) recte factum

in Romano

In Romano, vbi verbum id, tam inconstans locū non habuit. Demum in exemplaribus aliquot antiquis, quorum æquore, septimo casu legitur, Sed, ęquora, quarto casu, magis splendida videt̃ elocutio. ¶ Vobis lætus ego cadentem in littore taurum Constituam.) In Romano codice absq; in præpositione locali legitur, quod magis placet. In Mediceo, vna plus dictione legit̃, ego hoc cadentē in littore, vt cito etiam solūturū se votum innuat. ¶ Extaq; salsos Porriciam in fluctus.) Non sum nescius quid Macrobius lib. iij. Saturnalium, super hoc verbo tradiderit. Antiqua tamen omnia exemplaria, quotquot habere potui, vno eodemq; exemplo legunt, proiciam idq; vnico i, pro sui tēporis consuetudine. vt tamen verbum hoc immutatum sit, Macrobius, grāmaticorum & librariorum imperitia factū, ait. ¶ Ternos aptare iuuēcos.) In Roma. codi. legere est, optare, vt munera sint honestiora, quę s. victores ex sua possent libidine seligere. Eaq; lectio in quibusdā alijs vetustis exemplaribus habebatur qua abrasa, aptare inde suffectum est.

At, qui deinde locum tenuit virtute secundum:
Leuibus huic hamis consertam, auroq; trilicem
Loricam, quam Demoleo detraxerat ipse
Victor, apud rapidum Simoenta sub Ilio alto:
Donat habere viro, decus, & tutamen in armis.
Vix illam famuli Phegeus, Sagarisq; ferebant
Multiplicem, connixi humeris: at indutus olim
Demoleus, cursu palanteis Troas agebat.
Tertia dona facit, geminos ex ære lebetas,
Cymbiaq; argento perfecta, atq; aspera signis.
Iamq; adeo donati omnes, opibusq; superbi,
Puniceis ibant euincti tempora tænis:
Cum sæuo e scopulo multa vix arte reuulsus,
Amissis remis, atq; ordine debilis vno,
Irrisam sine honore ratem Sergestus agebat.
Qualis sæpe viæ deprensus in aggere serpens,
Aerea quem obliquum rota transijt: aut grauis ictu
Seminecem liquit saxo, lacerumq; viator:
Nequicq; longos fugiens dat corpore tortus,
Parte ferox, ardensq; oculis, & sibila colla
Arduus attollens: pars vulnere clauda retentat
Nexantem nodis, seq; in sua membra plicantem.
Tali remigio nauis se tarda mouebat.
Vela facit tamen: & plenis subit ostia velis.
Sergestum Aeneas promisso munere donat
Seruatam ob nauem lætus, sociosq; reductos.
Olli serua datur operum haud ignara Mineruæ
Cressa genus Pholoe, geminiq; sub vbere nati.

SERVIVS.

¶ Virtute secundū.) Quia ille fauore vicerat numinū, vñ & pmia dant̃ Cōgrua: illi chlamys, deorum cōtinēs fabulam: huic lorica. i. virtutis isigne. ¶ Hamis auroq;.) Hamis aureis. ¶ Simoenta.) Venit aūt a noīatiuo Gręco, nō in ις, sed in εις exeunte, vt σιμόεις σιμόεντος. ¶ Sub Ilio alto.) O breuis fit sequente vocali. ¶ Decus & tutamē.) Quia triplex & aurea. ¶ Phegeus Sagarisq;.) Nominatim dicendo addidit laudē. ¶ Cursu palātes Troas agebat.) Ad Ænee, q eū vicit, ptinet laudē. ¶ Cymbiaq;.) Pocula in modum cymbæ nauis. ¶ Aspera signis.) i. sculpta: ἀνάγλυφα. ¶ Oēs.) Qui vicerāt. s. ¶ Puniceis tænijs.) Vittis roseis: & significat lemniscatas coronas, q sunt de frōdib' & discolorib' fascijs: & sicut Varro dicit, magni honoris sunt. Tęnis aūt mō vittis: alias vittarū extremitates dicit. vt, Et lōgę tęnia vittę. ¶ Arte.) id est virtute. ¶ Atq; ordine debilis vno.) Sergest'. s. Et bū ex mutatiōe cōquisiuit ornatū. Nā irrideri & sine honore eē, hoīs est: remis carere, nauis. ¶ Vix in aggere.) Agger est mediæ vię eminētia coaggeratis lapidib' strata. Vñ vię aggere dixit. ¶ Ærea.) Fortis: vt, Ærea puppis. ¶ Grauis.) Fortis, vt Grauibus certamina remis. ¶ Tortus.) Hos tort'. i. sine causa tentat incessus. ¶ Clauda.) Ab hoīe trāstulit. Cice. Mancā ac debilem fore pturā suā. ¶ Membra.) Etiā hoc ab hoīe trāstulit. ¶ Vela facit tamē.) ἀνακόλουθον: Nam nō pmisit, Quāq; remigare nō posset. ¶ Subit ostia.) Portus: vt supra dixim', ideo qa exitus fluminū frequēter port' efficiūt. ¶ Promisso.) Aut magno: aut ante pmisso, vt intelligamus in oib' ludis illud esse seruatū, Nemo ex hoc numero mihi nō donatus abibit. Qđ' ēt in pyctali ait certamine, Victori velatū auro vittisq; iuuencū: Ensem atq; insignē galeā solatia victo. Aut certe pmisisse eū intelligamus, qñ vidit nauē periclitātē. ¶ Operū haud ignara Minerue.) Perita lanificij. ¶ Cressa gen'.) Figura Gręca: vt, Qui gen' vñ domo. ¶ Pholoe.) Nomen pprium: erat aūt lactans. Nam infantes lactentes dicimus.

Agger.

DONATVS.

¶ Leuibus. h. ha. c. a. q;. t. Loricā.) Vnū genus laudis, hamis, inqt, leuib', hoc est minutis, & oī subtilitate pfectis fuerat nexa, texta trilici opere, quæ est secunda laudatio, admisto auro splendens, ecce & fortis fuit & pulchra. sequit̃ aliud, quod illa oia cumularet. ¶ Qualem. d. d. i. &c.) Hāc, cū Demoleū superasset apud Ilium victoris iure sustulerat. qđ' nō faceret, nisi illū speciei qualitas & meritū puocasset. ¶ Donat habere, v. d. & tu. in ar.) Donat, inquit, viro, vt cōgrueret persona cū specie. digno istam viro cōtulit, vt in armis, hoc est, in bello & pulcher esse posset & tutus. tutus per trilicem facturam & hamorum nexus pulcher quia auro fulgebat. ¶ Vix illā. f. ph. sa. q;. f. &c.) Adhuc in augmētis est laudis satis Demoleū pferēs, q hanc primus habuit, Æneā quoq; q occidisset talem, & tanti pōderis spēm occiso detrahere, aut solus portare valuisset, cum ipse quoq; esset armatus. nec minus etiam illum, cui donabatur, huic nexuit laudi. qm̄ credebatur molem tantā posse perferre. hæc igit̃ cum traderet̃, vix illam tulerunt duo serui, nec solis manibus, verūetiam humeris. tantum aūt Demoleus potuit lacertis atq; virtute, vt hanc indutus habuisset pro leui, & cursu fugiētes ageret Teucros. nō ad Troianorum crimen pertinebat, qa vno insequente fugiebant, sed Ænee laudis pdicabant, qui & stratio cumulata est. qui & strauit, quē timuerant oēs. ¶ Tertia dona facit. g. ex. æ. le. Cymbiaq;. a. p. atq;. a. sig.) Qui tertio loco cōuenerat, cōgruum munus accepit, quāq; & hoc fuerit ptiosum. ornabat̃ qppe argēti materia & subtilitate artis. ¶ Iāq; adeo. d. o. o. q; su. &c.) Vult ostēdere, quātis moris iplicat' Sergestus veniret, iam, inquit, oēs qui venerāt muneribus ditati discesserāt, & incedebāt habētes vinctā tempora tęnis puniceis, hoc ē vittis rubeis. qđ' dixit, oēs, ad tres refertur, qui pręsentes aderāt, nō ad quatuor, qa nondū venerat Sergestus. ¶ Irrisam. si. h. r. Sergest' ag.) Multa cōgessit, quæ tarditatē illius, ludibriosumq; reditū demōstrarēt. sic, inqt, sæuo inhæserat saxo, vt plurima arte vix nauis liberari valeret. veniebat aūt irrisus pdita totius certaminis gfa. agebat. n. nauim remorum suorum amissiōe deformē. qđ' dixit, Sergestus agebat, cū remos nō hēret intelligi voluit ppter pta, q; Sergesti manib' duceret̃, vt sic saltē puenire potuisset. ¶ Nequicq;. l. f. d. c. tortus.) Tortus accusatiuū pluralem posuit, ne serpens videat̃ tort', sed cum se torqueret ex vulneris causa totius corporis lacerati fecisset. hoc est inflexiones, vt sit hos tortus. ¶ Talis remigio nauis se tarda mo.) Sic, inquit, mouebat̃ nauis exarmata remorum subsidijs, vti solet vno in loco remanere serpens volubilis rotę transitu debilis redditus, aut viatoris ictu percussus, cū exagitat' vulneris causa incassum sęuit, & i sese voluit, nec vsq; pgredit̃. ¶ Vela facit. t. &. v. s. o. p.) Ne tñ cæteris voluptatibus maiores faceret moras velis præuenit flatibus opportune iuuātibus, faciens cōtra nauticā disciplinā necessitatis causa. nullus. n. nauta plenis velis venit ad terrā, sed cum adhuc in alto est, deponit vela, & nauigium ad littus remigādo perducit. qa ergo iste nō habuit remos, velis plenis subit hostia, quod fuit periculosum. ¶ Sergestum Æneas pro. mu. do.) Cum non esset meritus præmium sumere, dicitur accipiendi causa, ne Æneæ iudicium claudicaret. ¶ Seruatā, inquit: ob nauē. l. s. q;. r.) Non ergo iccirco, qa meruit sumere, qui nouissimus & ludibriosus venerat. sed qa post grauem casum integris nauigio & socijs remeauit. Lętus igit̃ Æneas ex eo promissum munus ac propositum dedit. ¶ Olli serua da. ope. ha. i. mi.) Hoc est, non nesciens lanificij, sed perita. ¶ Cressa genus Pholoe, ge. q;. sub vbe. na.) Omnia præmia cum suis laudibus posuit. videamus ancillę istius, qbus rebus sit completa laudatio, scilicet quæ mulieris personæ conueniant. & lanificium, inquit, nouerat. & fuit plusq; fœcūda. nam duos ferebat ad vbera, quos vno partu genuerat. fuit autem Cressa, quasi talis religione

li religione veniens, quæ præcipuas fœminas mitteret.

ASCENSIVS.

¶ At qui deinde, &c.) Docet quæ cæteris præmia data sint. de quibus Donatus dicit sic. ¶ Leuibus.) Minutis, & omni subtilitate perfectis. Ostendit illam fortem & pulchram. Deinde accedit tertia laus ab authore. ¶ Decus.) Propter aurum. ¶ Tutamen.) Propter texturam trilicem, laudat Demoleum: quia illa armatus agebat hostes. Laudat magis Æneam, qui illum vicerit, ac spoliauerit, & portauerit. Laudat eum cui donatur: quia ipse portare optime posset, pptereaq; esset dignus dono. ¶ Puniceis tænis.) Vittis roseis. ¶ Plenis velis.) Facit contra nauticam consuetudinem. nam subituri portum, demittūt vela: sed necesse eis erat, quia carebāt remis. ¶ Cressa Genus.) plena laus serue: quę est ab artificio genere & fœcunditate. Hæc ille. ¶ Ordo est. At. i. sed: Æneas, sup. donat huic viro qui tenuit: deinde. i. post primū, hoc est post Cloanthum: secundum locum virtute. s. propria, hoc est Mnestheo, donat (dicit) loricam, id est tunicam armaturæ, quæ olim ex loris fiebat: consertam, id est contextam hamis, id est annulis: leuibus, id est subtilib' & politis: & trilicem, id est tribus licijs, & triplici ordine nexam auro, id est quæ licia, aut qui hami erant ex auro: quam. s. loricam, ipse scilicet Æneas victor: detraxerat Demoleo, Græco illi ingentissimo, sub Ilio alto, id est ante Troiam, apud Simoenta, fluuium illum rapidum, id est raptim profluentem donat (inquit) habere, id est vt habeat illam loricam: decus, id est ad ornamentum: & tutamen, id est ad munimen: in armis, id est cum in armis foret (bene secundum merita dat munera. Nam quia Cloanthus, deorum auxilio vicerat, dat ei munus, quo in toga vti posset: qa vero Mnestheus, virtute dat insigne armorum.) Phegeus & Sagaris, robusti illi: famuli. s. Demolei, aut Æneæ: ferebant vix, idest cum difficultate, scilicet loricam: multiplicem, id est dense complicatam, aut multum duplam connixi, id est simul nitentes: humeris, scilicet suis, quibus plurimum tamē possent: at, id est sed: Demoleus indutus olim, illam, supple agebat cursu, id est insequendo, cum cursu Troas palantes, i. oberrantes, sine ductore. Et ita laus est tunicæ, quæ a tali viro meruit gestari: & Æneæ, qui talem valuit superare, & Æneas facit tertia dona. i. pro tertio dono, dat lebetas. i. ollas: geminos, id est duos & pares: ex ære. i. æreos. (declinat̃ hic lebes, huius lebetis, vel lebetos. Vnde accusatiuus pluralis hos lebetes vel lebetas. & cymbia. i. pocula: in morem cymbarū facta, perfecta argento, atq; aspera. i. vt Græci dicunt, Anaglypha: signis, i. sculpturis: quia habebant nonnunquam caprum insculptum. vnde Iuuena. Et stantem extra pocula caprum. Iamq;, id est iam adeo. i. omnino, omnes ibant donati. i. præmiati, vltra meritū, & superbi opibus. s. datis: euincti tēpora. i. habentes tempora cincta & circundata: tænis. i. sertis, aut vittis, extremitatem capitis ambientibus: puniceis. i. roseis: cum. i. quādo: Sergestus reuulsus: vix. i. difficulter: e sæuo. i. magno & aspero scopulo, supple cum multa arte: agebat sine honore ratem, id est nauem. s. censurū irrisam: & hoc remis amissis. s. pro parte, atq; debilis vno ordine: aut, quia non nisi vnum ordinem remigum retinuerat: aut, quia vno e tribus ordinibus spoliatus fuerat. Dat similitudinem, dicens, Qualis sæpe. i. quod sæpe fit nō sæpe deprensus. serpens deprensus. i. occupatus, cum transire vellet, aut recubaret in aggere. i. tumulo & eminentiore parte viæ: quem. s. serpentē: rota ærea. i. fortis & ærata, hoc est ære munita: transit obliquū, id est per obliquum, cum non seruaret rectum cursum, aut quē viator grauis. i. infestus & molestus: ictu. s. ppter ictum; liquit, id est deseruit: seminecem. i. semimortuum: saxo. i. per saxum, quo ictum dederat ipse. s. serpens deprensus: fugiens. i. fugere tentans: dat corpore. i. contrahendo & extendendo corpus: nequicq;. i. frustra tortus. i. volutiones longos. i. in longū ductos existens ferox: parte. s. illæsa: & ardens oculis: & arduus attollens, id est exigens: ora sibila. i. sibilantia. (Virgi. vult extremitates cuiusq; rei, per illam dictionē, oram, significare: vt, Et mecū ingentis oras euoluere belli. Plinius cum oram, dicit, littoralem significat regionē, apud quē veluti locutio peculiaris, talis est, in ora sunt ciuitates & oppida oræ pxima. Sunt qui dicant oram etiam significare nauticum funē quo nauis ad terrā ligat̃.) pars. s. reliqua, clauda. i. claudicans: vulnere. s. illato: retentat. i. immoratur, & impedit eum a fuga, aut insultu: nexantē se nodis: & plicantem se in sua membra. i. in annulos & spiras, Nauis. s. Sergesti: tarda. i. tardata, quia collisa & spoliata parte remorum: mouebat se. s. per remiges suos, hoc est remigio tali, quali volutione mouetur serpens vulneratus: tamen, id est nihilominus, quanquam consractione tardaret̃: tamen facit vela, & subit ostia plenis velis: qa remis egebat: Æneas donat Sergestum munere promisso: quod itelligitur promisisse, dum videret eum in scopulis luctantē: aut dum omnes se ad certamen accingerent: existens lætus ob nauē seruatam: & socios. s. eius reductos. Serua. i. ancilla: datur olli. i. illi: existens haud. i. non: ignara, imo perita operum Mineruæ, id est texturæ, qua Pallas, præminet, & Arachnem puellam Lydiā vicit: Pholoe, scilicet nomine: Cressa. i. Cretensis genus. i. quātum ad patriam & gemini nati, qui eius fœcunditatem indicāt: sub vbere, su p. eius: dantur, sup. Sergesto. Conueniens profecto negocio merces: nam, vt illa operosa & industria est, ita & Sergestus, qui nauem seruauit, vnde matrem meruit: & socios, vnde & filios eius: sed serua erat, vt significet ignobilem fuisse Sergesti virtutem, qua non laudem meruit, sed solum dedecus, quātum potuit, vitauit. Idem in cæteris donis seruatum est, vt in duobus prioribus declarauimus: tertium autem coquinarū & poculentis aptum cerebroso quadrat, qui rectorem excusserat. Oblitus, decorisq; sui, sociumq; salutis.

Ordo.

Ora.

PIERIVS.

¶ Puniceis ibāt euincti tēpora tænijs.) Hoc loco plerīq; codices antiqui, tænis, vnico i, scribunt. Qui geminare malunt, alij dactylicum esse versum, alij pro vnico tantū i, accipi debere cōtēdunt. Non dissimulabo quod in antiquo cod. pro tænijs. vittis scriptū est: sed id sumptū ex paraphrasi, cū omnino tænijs, hic agnoscant docti oēs. ¶ Cum sęuo e scopulo multa vix arte reuulsus.) In Romano cod. ex scopulo, legitur: & reuolsam, quippe ratem, legas. Cui lectioni adstipulat̃ etiā oblongus codex peruet', vbi, reuulsam habetur. In alijs reuulsus: quippe, Sergestus, legitur, v eluti vulgata habent exēplaria. ¶ Illisam sine honore ratem.) In antiquis oibus exēplaribus, irrisam, vel inrisam, legi: tametsi superius inlisa prora pependerat. Nam quæ in ludis male succedūt, risu excipi solent. Vt cū Nisus lapsum se lamentaret̃, risit pater optimus. Et cum Menętes in aquas a Gya deturbatus esset. Illum & labentem Teucri, & risere natantē: & salsos rident, reuomentē pectore fluctus. ¶ Ardensq; oculis & sibila colla Arduus attollēs.) In Romano codice legere est, pars sibila colla arduos attollēs, Sed quātum ad emendationē primam pertinet, cum iam dictum sit, parte ferox ardensq; oculis, melior mihi videtur illa continuatio, & sibilla colla arduus attollens, loco vero suo est, pars vulnere clauda retentat. Quod vero arduos, & hic, & alibi scriptū sit, toto eo codice, Carisius eam scriptionē in plurium syllabarū nominib' improbat, nempe ne aliqui ita inde acciperent, pnunciādum veluti diuos, seruos, viuos, & bissyllabū esse, arduos, existimarent: quare addit, carduus, trium syllabarū. ¶ Nexantē nodis.) Vtrūq; nodis, & nodos, in antiquis habetur exēplaribus. Sed vbi nodos, ibi itidem nexantem, a necto nectis habes. Vbi vero nodis, plurimum ibi nixantem, frequētatiua forma, a nitor: legere est: quod alibi non memini me legere. Sed enim hoc citato loco, nexantē nodis, vt etiā in codice Mediceo est. agnoscit Priscianus, a nexo nexas. ¶ Et plenis subit ostia velis.) Antiqua omnia quę legerim hactenus exemplaria a vulgatis oibus diuersa sunt, duarum dictionū transmutatione, & velis subit ostia plenis. Erunt tamē aliqui, qui vulgatam lectionē, ostia velis, vt suauiorem magis probent, & ostia plenis vt duriusculam improbent, vnusquisq; autē aureis consulat suas. ¶ Seruatam ob nauem.) Non adeo triuiale cuipiam videat̃, si male legi in codicibus plerisq; etiā veteribus, nauim, per im, dixero, cum Varronis præceptum sit apud Flauium Sosipatrem, vt auem, & nauem per e, dicamus: quoniā ab hac aue, & naue, faciat, quibus accusatiuus per i, dari non potest. Cicero tamē, naui incerta, dixit. ¶ Olli serua datur operum haud ignara Mineruę.) Longe alio numero carmen hoc habet̃ in cod. quibusdam antiquis, in quibus ita legitur, Olli serua operū datur haud ignara Mineruæ. Puto vero ita transpositas fuisse dictione, q; aliqui pentimemerim vt breuem poetæ nostro noluerint indulgere. Nam in priori, eademq; vulgata lectiōe, nihil est quod me offendat. Ne vero quis obseruationes huiusmodi, vt inanes, & nullius pene momenti stomachetur, sciant, eos qui versus faciunt, eo curiosius huiusmodi numeros obseruare solere, quo peritiores sunt, & elegantiores haberi volunt. Neque illud præterierim, quāquam leue, haut, in antiquis plerisq; cod. per t, scriptum esse, quod & Pontanus agnouit priscorum consuetudine, & haud, d, quidem litera terminari Sosipater dicit, admittere tamen sonum vocis, vt per t, scribatur. Placuit tamē posterioribus, vt, aut coniunctio, & haud, aduerbium, primis & vltimis literis differrent: ¶ Geminiq; sub vbere nati.) In Romano codice, sub vbera, quarto casu, nume. plurali legitur: sed vbere, figuratius est, & magis placet

Seruius.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

Hoc pius Aeneas misso, certamine, tendit
Gramineum in campum: quē collibus vndiq; curuis
Cingebant syluae: mediaq; in valle theatri
Circus erat. quo se multis cum millibus heros
Consessu medium tulit: extructoq; resedit.
Hic qui forte velint rapido contendere cursu:
Inuitat pretijs animos: & praemia ponit.
Vndiq; conueniunt Teucri, mistiq; Sicani.
Nisus, & Euryalus primi.
Euryalus forma insignis, viridiq; iuuenta,
Nisus amore pio pueri. quos deinde secutus
Regius egregia Priami de stirpe Diores.
Hunc Salius simul, & Patron: quorū alter Acarnan:
Alter ab Arcadia Tegeae de sanguine gentis.
Tum duo Trinacrij iuuenes, Helymus, Panopesq;,
Assueti syluis comites senioris Acestae.
Multi praeterea, quos fama obscura recondit.
Aeneas quibus in mediis sic deinde locutus.
Accipite hęc animis: lętasq; aduertite mētes: AEN.
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.
Cnosia bina dabo leuato lucida ferro
Spicula, caelatamq; argento ferre bipennem.
Omnibus hic erit vnus honos. tres praemia primi
Accipient: flauaq; caput nectentur oliua.
Primus equum phaleris insignem victor habeto.
Alter Amazoniam pharetram, plenamq; sagittis
Threiciis: lato quam circum amplectitur auro
Balteus: & tereti subnectit fibula gemma.
Tertius Argolica hac galea contentus abito.

SERVIVS.

Gramineū. (Graminosum. Cicero de hestis, Bene etiā ne gramineas hastas. Collibus vndiq; curuis.) Mutauit. Nō enim sylua colles habet: sed est in collib⁹ sylua. Debuit ergo dicere, Quē colles cingebāt syluis. Mediaq; in valle theatri.) Media in valle erat circus theatri, i. spatiū spectaculi, Et theatri Graece dixit a circūspectiōe, Omne spectaculum, theatrū possum⁹ dicere, ἀπὸ τῆς θεωρίας: nō. n. est speciale. Consessu mediū tulit. Ordo est, Quo se Aeneas medium tulit cū multis millib⁹, & extructo consessu resedit. Animos.) Eorum subaudis. Mistiq; Sicani.) qđ ait pars. Et certare parati. Viridiq; iuuenta.) Aetates oēs Varro sic diuidit infantiā, pueritiā, adolescentiā, iuuentā, senectā. Haec tn̄, sicut ēt de tēporib⁹ supra diximus, singulę trifariā diuiduntur, vt sit pria viridis, praeceps: hinc est, Et viridi iuuenta. &, Cruda deo viridisq; senectus. Itē Sallustius. Sed Mitridates extrema pueritia regnū igressus matre sua veneno interfecta. Amore pio pueri.) Aut genitiuus est, & dicit eum ob hoc venisse, ne amicū relinqueret. aut distinguēdum per se, & est noīatiu⁹ pluralis: vt pueri non referamus ad aetatem, sed ad agonale studium, in quo sunt puerorum & viroꝝ separata certamina. Nam ἄνδρες καὶ παῖδες dicunt: licet non sint vnius aetatis. Acarnan.) Epirota. Acarnania, n. est pars Epiri. Taegeę de sanguine gentis. Si deriuatiuū fuerit, de, non sequit. si Tegeę legerimus, nō stat versus, nisi addita, de, syllaba. deriuatiuū autē ille indicat locus, Tunc lateri atq; humeris Tegeum subligat ensem. Et Tegęū oppidum est Arcadię. Quos fama obscura recōdit.) Per cōtrarium illos oēs esse nobiles indicauit. Gnosia.) Cretensia, Gnosos. n. est ciuitas Cretę. Et bene, sicut etiam in nauibus, & generalia dat & specialia. Leuato.) Nitido: vt, At leuem Clypeū sublatis cornibus io. Primi.) Aliorū comparatione. Nam vnus est primus. Flaua.) Viridi: vt supra, Iaspide fulua. Phaleris.) Equoꝝ ornamentis sermo Graecus est. Habeto.) Habeat: tertia persona est a futuro imperatiui, quae in hoc modo numeri singularis similis est secūdę. Amazoniā.) Quasi Amazonia: vt Sacri Tropides. Balteus.) Balteus dicitur non tantum quo cingimur, sed etiam a quo arma dependent. Contentus abito.) Quasi de paruo munere.

Balteus.

DONATVS.

Hoc pius Aeneas misso. c.) Misso, non dimisso dixit, quasi relicto, sed confectis liberalitatib⁹ expedito. Tendit gramineum in campū.) Transitū facit ad aliud certaminis genus descripto superiore cum admiratiōe magna. hoc. n. cū esset leue, addidit ei gratiā inferēdo varios euent⁹ ipsius certaminis, & casus aliquot describēdo. caeterum, si simplicē descriptionē immitteret, nec vllus existeret casus, aut vlla cōtentio, nulla existeret gratia, trāsit ergo ab hoc spectaculoꝝ genere ad gramineū campū, hoc est vacuum ab oī fructu. ne esset dn̄o detrimētū, si illum populus obtegeret pedib⁹ suis. Quē collib⁹ vndiq; curuis. C. s. m. q; in v. th. Circus erat.) Non illic theatrū ędificatione cōpositū fuit, aut circus, sed natura illum locū in morē theatri cōposuerat veri. montes ergo circūdederant planiciē campi, atq; ita theatri imaginē dabāt. planā aūt circi vicē poterāt exhibere. gramineū in campū, etiam sic possumus sentire. aptū cursibus, & cursuris opportunum, ac per hoc nō durū, sed mollē, in quo nudis plātis curri potuisset oībus submotis impedimētis. campi igitur planicies fuit, quę spatium cōpetēs certaturis daret, cingebat illa in flexis montibus, vt quae in plano exhiberent, ex summis ptibus videri potuissent. Quo se multis cū. m. h. Cō. m. t. e. q;, re.) Ad hunc campū deductus Aeneas comitibus multis & multis hoium millibus venit, & vbi extructū habuit sensum, i. sublime sese attollens resedit. nō dixit sedit. sed resedit qđ signat, iterum sedit. sed cū antea in illo loco nō sedisset, qūo iterū sedit ita est, sed qa sedens pfuit nauali certamini, mutato loco recte dictus ē resedisse. Hic q forte velint rapido. c. c. Inuitat. pr. a. & pr. p.) Promissione qppe & ppōne pmioꝝ augebat certare volentibus studiū, & exoriebat cupiditas dubitātib⁹ vel inuitis. ecce quātum pfuit ppositio pmiorū. Vndiq;, ingt, cōueniūt. t. m. q;. s. N. &. e. p.) Dicit diuersitas populi, Troianoꝝ. s. & Siculoꝝ. verū certamē existere nō posset inter eos, q vno sanguinis cōsortio vel eadem societate tenebant, quod autē generali coeuntiū multitudine trāsijt maturius ad significationem Nisi, & Euryali, hoc intelligi pōt poetā fecisse vt magni eoꝝ meritis cūctis fuisse potiores demōstraret, describit iam singulos, vt nō vacet, quod eos a cęteris separauit. Eurialus. f. in. vi. iu.) Vt aperti⁹ ostēderet nō accuratiōe aliqua fuisse, sed ętatis bono insignē, inquit, fuit forma & iuuenta pulcher Eurialus. Nisus amore pio pueri.) Subaudimus de superiorib⁹, insignis. Ornabat, inquit, Nisus, qa pio amore diligebat Eurialum. addidit amori pietatē, ne Eurialum forma insignem, & aetate prestātem amore turpi Nisus diligere videretur. Quos deinde secutus Regius egregia Priami de stirpe Diores.) Post hoc pcessit Diores ipse quoq; Troian⁹, nam de gēte Priami fuit pclara & magna. Hunc salius simul, & Patron.) Hūc, hoc est Dioren secut⁹ est salius, secutus ēt Patron. Quoꝝ alter Acarnan. Al. ab. a. te. san. g.) Alterum dixit Salium. qui esset ab Acarnaniae ma... ipsum, n. primo noiauit, alterū, qui esset Patron ab Arcadiae magna gente. Tum duo. t. i.) Id est in Sicilia geniti. Helymus, panopesq;, A. s. c. s. a.) Qui essent assueti syluis, perindeq; durati ad laborē, & digni qui Acesti comites iungerent. cū ipse quoq; venādi causa iret ad syluas, assuetos dixit frequēter euntes ad syluas. Multi pterea. q. f. o. r.) A generalitate veniēs, qua dixit, vndiq; cōueniūt Teucri, mistiq; Sicani. ad generalitatē redijt, dicēs. Multi pręterea, quos fama obscura recōdit. hoc dicēdo ostendit, primos fuisse, quoꝝ nomina posuit, qui. n. dixerat laeto complerāt littora coetu, imemor sui tactus, derogaret etiā ludoꝝ celebritati si tot viderent ad subeunda certamina cōuenisse, qui noib⁹ suis enumerari potuissent. Aeneas, quibus in. m. s. d. l. Voluit Aeneas hos alloqui, vt hortatu suo, etiā volentes impelleret, & scirent labori suo vicissitudinē munerū esse praeparatā. Accipite. h. a. l. q;. ad. m.) Magna principia, quae pararent pñtes ad audiendum. audite, inquit, plenis animis, cum lętitia vestris sensibus meis insinuationibus immittat. Nemo ex. h. n. m. nō. d. a.) Quā cito & quāta breuitate mentē proprię liberalitatis expressit, & volentes securos reddidit, & qui forsan dubij venerant & incerti, benignitate ipsa liberalitatis suę magna pollicendo firmauit, omnib⁹ munera promittens. nec quenquam asserens a suis fore largitionibus alienum: cum enim fieri non posset, vt omnes victores existerēt, omnibus tamen donaturum se esse promisit, vt, & victores sperarent victoriae commodum, & victi scirent esse cum aliquot muneribus recessuros. Omnibus hic erit vnus honos.) Omnibus ait simile erit donum victoribus. s. & par in largitiōe meritum. Tres praemia primi Accipient.) Tres, inquit, accipient praemia, qui fuerint primi. Flauaq; caput nectentur oliua.) Illic vbi omnes posuit, omnes aequaliter se dixit muneraturū, hic excepit tres, atq; illis munera pollicetur, qui primi existere potuissent, hoc est quibus alios praeuenire cōtingeret, vt praemia perciperent: & coronam. s. vt alterum cederet commodo, alterum dignitati. Primus equum. ph. in. vi. h.) Ex tribus primis qui prio loco fuerit, accipiet equum & phaleris insignē. Alter.) Hoc est secundi loci. Amazoniam pharetram. p. sa. Threijcis, &c.) Equū ergo promisit phaleratum, cui ex ornatib⁹ pretiosi addidit meritum. pharetrae vero q aliquādo fuerit Amazonū, q sagittis threicijs plena, q aurato baltheo. galeae q ex graecis hostibus fuisset.

ASCENSIVS.

Ordo.

Hoc pius, &c.) Recitat quomodo peracto nauali certamine, Aeneas currendi concertationem instituit, praemia condigna victoribus pollicens. De qua re pauca Donati verba in sequēti particula afferemus. Ordo autē est. Aeneas pius, scilicet vbiq;: sed hic pręcipue, quia & patri officium anniuersarium solenniter exhibet, & Sergestum pie donauerat, satis laeto munere, donaturus consimiliter Nisum lapsurum, tendit in campum gramineum, id est graminosum, atq; herbosum: hoc certamine, scilicet nauali: misso. i. demisso, quem, scilicet campum: syluae cingebant vndiq; collibus curuis. i. quę erāt in collibus curuis: aut colles curui cingebant vndiq; syluis: q;, pro & in, supp. cuius theatri. i. spectaculi: media valle erat circus. i. locus aptus cursui, circum quē in coronae formam sederent spectatores, vt in Circensibus solēt: quo i. ad quem: circum, aut campū: heros, scilicet Aeneas tulit se medium: qui locus in incessu regum, ac principum est: quia cū multis millibus, scilicet ipsum stipantibus: & resedit. i. locum sedendi cepit, supp. in consessu. i. loco ad considendum: apto extructo. s. pauloante: & inuitat hic. i. cum illic esset, aut eo tempore: pretijs. i. premijs, animos, sup. eorum qui velint forte contendere rapido cursu: & ponit, supp. eis praemia, Teucri. i. Troiani: & Sicani. i. Siculi: misti. i. cōfusi: conueniunt vndiq;. i. ex omni parte: sed Nisus, & Euryalus, Troiani illi, sup. conueniunt, aut ostendunt primi: Euryalus, inquit, insignis. i. decoratus: forma. i. formositate: & iuuenta viridi. i. florente adhuc: Nisus insignis, aut pueniт sup. pio. i. casto amore: pueri, scilicet Euyali: quos, scilicet duos: Diores regius. i. de regali prosapia, scilicet de egregia stirpe Priami: quia si ad dignitatem spectes, primus esse debebat: sed dictum est quod misti conuenerint pro auiditate animi non nobilitate sanguinis: secutus, sup. est. Hunc. s. Diorem, secuti, supp. sunt: Salius, & Patron: quorum. s. duorum: prior, videlicet Salius, supp. erat Acarnan, id est de Acarnania, hoc est Epirota: alter, supp. erat ab Arcadia, de sanguine gentis Tegeae, illius oppidi aut, sanguine. i. quantum ad sanguinem gentis Tegeę. i. nobilis populi Tegeam incolētis in Arcadia. Tum. i. postea, sup. secuti sunt, duo iuuenes Trinacrij, id est Sicilienses. s. Helymus, & Panopes, comites Acestae senioris, quae causa erat, quare ipse se certamini non cōmisit: assueti syluis. i. venationi: vnde Acestes occurrisse dict⁹ est: in pelle Libystidis vrsae. Praeterea. i. praeter eos quos dixit: multi, supp. alij: quos fama obscura recondit. i. occulit, & innominatos tenet in quibus medijs. i. in quorum medio: Aeneas locutus est deide, scilicet postquam cōuenerant: sic. i. in hunc modum. Accipite. i. intelligite: haec. s. quae dicam: animis. i. aduertite animos: ad ea q dicam: &, pro. i. aduertite mētes laetas, nemo abibit mihi. i. a me: aut nemo ex hoc numero abibit: non donatus. i. aliquo dono auctus: mihi. i. a me. Ego dabo ferre, idest reportare a me: bina. i. singulis: dūo spicula. i. hastilia: Gnosia. i. Cretensia: lucida. i. resplendentia: ferro leuato. i. nitido: & bipennē celatam. i. sculpturis ornatā argēto. i. ex argēto factis: hic honos. i. hoc decus & ornamētum: erit vnus. i. vniforme, & aequale omnib⁹: tres primi. s. victores, qui primi ad metam percurrerint: accipiēt pmia. s. merita, & peculiaria: & nectētur caput. i. habebūt caput nexū: oliua flaua. i. subuiridi, q ꝯgrue datur: aut qa diu pdurat vitalis, vt q perpetuo ipsū ad metam feruntur: aut, quia oleo sępe vncti, & palęstra exerciti, videntur in tali certamine victores. Primus victor, habeto equū insignem. i. insigniter ornatū: phaleris. i. ornamētis eqnis: & merito, qa equus celeri cursu pstat, & ideo Soli sacrificat, vt in Fastis, dicit Ouidius, Ne detur celeri victima tarda deo. Alter. i. secūdus: habeto, sup. pharetrā. i. thecā sagittariā: Amazoniā. i. quali Amazones vtuntur, q habiles ad arcū sunt, & celeres ad cursum: plenam sagittis Threicijs. i. Thracijs, quia Amazones nō lōge a Thracia sunt. Thracūq; mulieres cursu valent. vnde. i. huius. Vel qualis equos Threissa fatigat Harpalice, volucremq; fuga praeuertitur Hebrū. Quia igitur sagittae velociter emitti solent, & Thraces, atq; Amazones currere: vnde de Penthesilea, Amazonū regina, in eodem. i. Audetq; viris cōcurrere virgo. ideo congruū est cursori egregio pmiū, quā. s. pharetrā, baltheus lato auro. i. ex lato auro, aut habēs latū aurum, aut circūplectitur auro lato: & fibula subnectit. i. subnexam tenet: gēma tereti. i. habens gēmam teretem, quae pro acu fibulae fit: tertius abito cōtentus, quasi nō plus expectaturus, hac galea (ostendens eam, docet non contemnendam) Argolica. i. ab Argolicis, forte in fugam versis, ablata: & ita congruum quoq; erit praemium.

PIERIVS.

Extructoq; resedit.) In antiquissimus, exstructo: nulla detrita litera. Sed enim id aspeꝝ omnino nimiū videtur, quatuor cōsonantibus: & earum vna duplici inter duas vocaleis constipatis. Quorum alter Acarnan.) Scribendum est acuto accentu in vltima syllaba, Acarnan. oxytona enim Acarnan, Ainian, ab oppido, quod in Ponto Strabo memorat, Atintan, Athaman, Aizan, gentium nomina: quę aucta in genitiuo, in pene vltima circunflexū habent ἀκαρνᾶνος, αἰνιᾶνος. Alter ab Arcadia Tegeae de sanguine gentis.) In Romano codice, Arcadio, quippe sanguine, legitur: quae denominationis forma apud Val. Flaccū est, Arcadio cuius armata veneno tela. Sed enim hic ab Arcadia, longe castior est lectio. Est & vbi legitur, Alter ab Arcadio Tegeae sanguine gentis: absq;, de, pręposititua pticula. Helymus, Panopesq;.) In Romano codice semper, Helenus, per e, media syllaba, nō per y, scriptū inuenias. Sed. n. Helymum, herois nomē memorat Strabo: & reliqui oēs antiqui cod. vno consensu, Helymum, legūt: nisi qui Helenus, aut quid corruptius habēt. Gnosia bina dabo.) Vtrunq; & Cnosia, per c, & Gnosia per g, scriptū inuenio. quod ex earum literarum cognatione tantundem est. Lato quā circūplectitur auro Baltheus.) In codicibus antiquis plerisque omnibus, vna plus dictione distincta legitur, circumamplectitur: vtrunque placet.

Cnosia
Gnosia

Haec vbi dicta: locū capiunt: signoq; repēte POE.
Corripiunt spatia audito: limenq; relinquunt
Effusi, nimbo similes: simul vltima signant.
Primus abit: longeq; ante omnia corpora Nisus
Emicat, & ventis, & fulminis ocyor alis.
Proximus huic, longo sed proximus interuallo
Insequitur Salius. spatio post deinde relicto
Tertius Euryalus,
Euryalumq; Helymus sequitur. quo deinde sub ipso
Ecce volat: calcemq; terit iam calce Diores.
Incumbens humero: spatia & si plura supersint:
Transeat elapsus prior: ambiguumq; relinquat.
Iamq; fere spatio extremo, fessiq; sub ipsum
Finem aduentabant: leui cum sanguine Nisus
Labitur infelix: cęsis vt forte iuuencis
Fusus, humum viridesq; super madefecerat herbas.

SERVIVS.

Corripiūt spatia.) Raptim eunt. vt, Corripit Aeneas aditū custode sepulto. Limenq; relinquunt.) Aut regulā, aut signum de Creta factum. Simul vltima signant.) Intuentur vltima spatia auiditate vincēdi, vt notat & designat oculis. Aut signant vltima cumuloꝝ. s. summitatē: signant vestigijs: vt alibi: Vix summa vestigia signat arena. Primus abit.) Sicut & de nauibus post generalitatē trāsit ad specialitatem, & bene, quia tribus statuta sunt, praemia: quinq; cōmemorat, casuris duobus. Alis.) Velocitate, quia tam ventos, q fulmina alata fingunt poetae: vt alitis austri. Proximus huic.) Secundū hunc locum proximū dicim⁹ ēt longe positum nullo interueniente. Quo deinde sub ipso.) Sub ipso. i. post ipsum. Calcē calce terit.) Calcem dicimus vnde terrā calcam⁹. Ergo nō proprie dixit Calcem calce terit. Plāta. n. calcem nō potuit terere: vnde a parte totū accipiēdum. i. calce pedem terebat. Incūbens humero.) Aut flexo humero, aut currētis est gest⁹. Elapsus prior.) Ideo labitur. i. celeriter currit vt prior fiat. & satis licēter est dictum. Ambiguumq; relinquat.) Minus firmum ad celeritatē. Sub ipsam finē.) Finē bis subaudis, Sub ipsam finē fessi aduētabāt ad finē. Labitur ifelix.) quia parata victoria caruit, Caesis forte iuuēcis.)

Calx
Planta.

Hic iuuenis iam victor ouans vestigia presso
Haud tenuit titubata solo. sed pronus in ipso
Concidit, immundoq; fimo, sacroq; cruore.
Non tamen Euryali, non ille oblitus amorum.
Nam sese opposuit Salio per lubrica surgens.
Ille autem spissa iacuit reuolutus arena.
Emicat Euryalus: & munera victor amici
Prima tenet: plausuq; volat, fremituq; secundo.
Post Helymus subit: & nunc tertia palma Diores.
Hic totum caueæ consessum ingentis, & ora
Prima patrum magnis Salius clamoribus implet:
Ereptumq; dolo reddi sibi poscit honorem.
Tutatur fauor Euryalum, lachrymæq; decoræ,
Gratior & pulchro veniens in corpore virtus.
Adiuuat, & magna proclamat voce Diores:
Qui subijt palmæ: frustraq; ad præmia venit
Vltima: si primi Salio reddantur honores.
Tum pr̃ Aeneas, { Vestra (inqt) munera vobis ÆNE.
Certa manent pueri: & palmā mouet ordine nemo:
Me liceat casum miserari insontis amici.
{ Sic fatus, tergum Gætuli immane leonis POE.
Dat Salio villis onerosum, atq; vnguibus aureis.
Hic Nisus { Si tanta (inqt) sunt præmia victis: NI.
Et te lapsorum miseret: quæ munera Niso
Digna dabis? primam merui qui laude coronam:
Ni me, quæ Salium, fortuna inimica tulisset.
{ Et simul his dictis faciem ostentabat, & vdo POE.
Turpia membra fimo. risit pater optimus olli:
Et clypeum efferri iussit Didymaonis artes,
Neptuni sacro Danais de poste refixum.
Hoc iuuenem egregium præstanti munere donat.

cis.) Bene rem notam per trāsitū tetigit. Agonalis.n. mos fuerat post sacrificia ad certamē venire. ¶ Fusus humum viridesq; super madefecerat herbas.) Ordo ē sugfusus. ¶ Titubata.) Participiū est sine verbi origine. ¶ In ipso concidit) Ablatiuū posuit, qa nō est mutatio. ¶ Oblitus amorū.) Pro amoris, nec supradictis congruit: ait.n. Amore pio pueri. nūc amor, qa pluraliter nō nisi turpitudinem significant. ¶ Spissa arena.) Tenui. quāto enim qd minuti⁹, tāto densius. ¶ Prima tenet.) τὰ πρῶτα. ¶ Fremituq; secūdo.) Bñ secūdo addidit: qa est & irascētiū. ¶ Hic totum caueæ.) Tēporis aduerbiū est. Per caueam aūt plebem significat. Nam cauea consessus est populi. ¶ Ora prima patrū.) Hoc est quod Iuuenalis ait, Et omnib⁹ ad Podium spectantibus. ¶ Lachrymæq; decoræ.) Ipse ēt fletus habebat aliqd venustatis, ortus a gaudio: vt Terentius Lachrymo gaudio. Quod & congruit puero propter victoriā inopinatā: aut certe ad miserationē mouendam ꝯtra eum q se asserebat esse victorē. ¶ Veniēs.) Crescēs: vt Hic segetes, illic veniūt felici⁹ vuæ. ¶ Certa manent pueri.) vt diximus supra: quia ἄνδρες καὶ παῖδες dicuntur. ¶ Me liceat.) Liceat me miserari. Nā non dicimus me liceat: sed mihi liceat. ¶ Casum.) Allusit a cadēdo. ¶ Tergū.) Mutauit more suo. Nā terg⁹ debuit dicere. ¶ Onerosum.) Plus est q̃ si oneratum diceret: sicut est sceleratū & scelerosum. ¶ Qui laude coronā.) Virtute, a sequente quod p̃cedit. ¶ Fortuna.) Bene dolū suum excusat. ¶ Optim⁹ olli.) aut ei arrisit, aut olli iussit efferri. Sane congrue arma dat iuueni. ¶ Didymaonis artes.) Laus ab artifice: vt Diuini opus Alchimedōtis. ¶ Neptuni sacro Danais de poste refixum.) Danais, a Danais. & intelligimus hoc ad Æneam transisse per Helenum.

DONATVS.

¶ Hæc vbi dicta, locū capiunt.) Locum. s. vnde initium certaminis nasceret. ¶ Signoq; repente Corripiunt spatia audito, limēq; relinquūt Effusi.) Ex illo loco effusi limen relinquunt, non quod vere esset illic limē, vbi ædificiū nō fuit, sed quasi in ianuis sic stabant, indeq; effusi sunt. ¶ Nimbo similes.) Fusi sunt, inquit, oēs simul, vt nimbus, cum congestis simul pluuijs vberrimus venit. ¶ Simul vl. si.) Designabāt locum, qui finem cursibus daret. ¶ Primus abit, longeq; ante oia corpora Nisus Emicat, & ventis & f. o. alis.) Ex illis, qui cursus certamē fuerāt ingressi, præcesserat Nisus longissimo spatio relictis alijs. tanta quippe eius celeritas fuit, vt vinceret vētos, & cursus fulminis superaret. ¶ Proximus huic. l. sed pro. in. Insequitur. s. s. p. d. re. Te. Euryalus.) Dixit Saliū Niso proximum fuisse, sed longo interuallo. q̃ si non alti⁹ descriptio cōsideretur, videbitur nō cohærere, vt idē ipse & proximus fuerit, & longo interuallo discretus. addidit, spatio post deinde relicto. terti⁹ Euryalus, & aperuit, quod fecerat obscurum. spatium enim ꝯsiderari voluit, quod inter Nisum & Euryalum fuit. Saliū vero, qui medius inter duos fuerat, magis Niso proximū fuisse, q̃ Euryalo, licet adhuc plurimum restaret. s. vt, quod ante Saliū fuerat, non tantum prolixum fuisse, q̃ fuit, quod a tergo inter ipsum & Euryalum tendebat. primus igitur fuerat Nisus, secundus Salius, Euryalus tertius. spatium quo Euryalum præcesserat Nisus, tenebat Salius medium, sic tamen vt p̃cedenti Niso magis q̃ sequēti Euryalo proximus videretur. ¶ Euryalumq; he. s. quo de. s. i. Ecce volat. c. q; t. i. c. diores.) Euryalum sequebat Helym⁹. Helymū Diores, atq; ita vt calcem præcedentis posterior tereret, hoc

est tātum proximus priori posterior fuit, vt pedes ei⁹ dū cōiunctus sequeretur, obtereret. ¶ Incūbens humero.) Præter ꝓximitatē pedum humero quoq; trudebat perdurantem. ¶ Spatia & si plura supersint, Transeat. el. p. am. q; re.) Quanq; plura spatia restarēt qbus transire potuisset, nitebat tamen, vt certū de spe victoriæ faceret incertū. ¶ Iamq; fere spatio extremo.) Scilicet quo ad palmā potuit perueniri. ¶ Fessisq; sub ipsam finem ad. leui cū. s. n. Labitur. i.) Leui cum sanguine, quem terra nō bibisset, & inter herbas cōgelatus superesset. Labitur infelix, vtpote qui casu pdidisset virtutis insigne, causa sanguinis effusi. ¶ Cæsis vt forte iuuēcis Fusus humū, viridesque sup madefecerat herbas. Duæ fuerūt lapsus causæ, herba viridis, & supfusus sāguis. iam, inquit, definita currentibus spatia complebantur, per indeque Niso non multus ad implendā gloriam supererat labor, cum subito infelix lapsu super sanguinem cōcidit, & deceptus pdidit palmam.) Nisus post deceptionē laps⁹ suis nō inuidēs, si quod ipse perdiderat, consequeref Euryalus, quē amabat, nō omisit iuuandi occasionem. nā cum ex lubrico surgeret, obiecit se Salio venienti, & dū ipse nitēdo cupit attolli, illū fraude ꝑueniente deiecit, propter hāc causam superius ꝑmisit amorē magnū inter Nisum & Euryalū fuisse. huius eni memor in Salij deceptione Euryali ptes Nisus adiuuit. ¶ Emicat Euryal⁹, &. m. vi. a. Prima te.) De tertio ꝑmus effect⁹ Euryalus emicabat, vtpote victor. sed hoc illi amicitia fidelis Nisi ꝯtulerat. ¶ Plausuq;. v. fr. q;. se.) Huius cursum tñ fouebat populi fauor, vt ille non solū currere videref, sed volare. ¶ Post Helymus subit & nūc tertia palma Diores.) Ac ꝑ hoc cadētibus Niso & Salio ꝑm⁹ Euryalus fact⁹ est, secūdus Helym⁹, terti⁹ Diores. ¶ Hic totū. c. co. in. & o. Pr. pa. ma. sa. c. im.) Perseuerauit in eo, vt locum quē supra circum & theatrum dixit, nunc caueam diceret. constat. n. ēt caueā dici, quod inclusos spectatores teneat. Ingēs ergo spectaculi illius spatium, & primum cunctorum ora maiorum Salius clamoribus magnis oppleuerat. Iam æstimandum est, quales illius hominis clamores fuerint, quādo magnitudo illa spectaculi impleta est, & spectantiū repletæ sunt aures. ¶ Er. q;. d. r. s. p. h.) Ars agendi plenissima exercebatur, quia negare nō poterat se victum esse, fatebaf hoc ipsum, sed fraudē sibi dolo quæsitā, iustissime quærebaf, perindeq; implorabat honorē quē adipisci potuerat, si nullius extitisset impedimentū. bene definit poeta, quid sit dolus. sicuti. n. interpretatio eius prudēti exitu disputationis expressa est, dolus est cū aliud agitur, aliud simulaf: finxit. n. Nisus se velle erigere post casum, non vt vere resurgeret, sed vt deciperet trāseuntē. ergo iure Salius honorē amissum implorabat, qm̃ hoc genere deceptis non iniq; subuenitur. ¶ Tutaf fauor Euryalum la. de.) Faciebant pro Euryalo hęc magis gratiosa, q̃ vera fauor populi, qui studio semper nō veritate ducitur, & lachrymarum miseratio, quę in iudicijs veris & integris retinere nō debēt locū. ¶ Gratior & pulchro. v. in. c. vi. Adiuuat.) Tertia cum virtus pulchritudini mista adiuuabat, nō veniēs virtus in corpore, accipiendum est. qm̃ erit vitiū: sed ordinato sensu, quid intelligendū sit requirendū, vt verborum patescat integritas tutatur Euryalū gratior veniens fauor, lachrymæq; decoræ, & virtus pulchro in corpore tutatur: vt sit, tutatur fauor Euryalum, tutatur virtus: lachrimę, inquit, decorę: tāta vis pulchritudinis eius fuit, vt ornaretur

retur fletibus suis, qui soliti sunt pulchritudines egregias deformare. huic loco Terentianum ꝯuenit dictum. Virgo, inquit, pulchra, & quo magis diceres nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem, capillus passus, nudus pes, ipsa horrida, lachrymæ, vestitus turpis, vt quicquid boni in ipsa inesset forma: hęc formam extinguerēt. reuera. n. ipsa est incorruptibilis pulchritudo, quæ tunc quoq; inuiolata pdurat, cum pulsaf aduersis, & sui detrimēta nō sentit. ¶ Qui. s. p. f. q;. ad. pr. ve. Vltima. si. p. Salio. re. ho.) De numero quinq; hominū, qui cursu contenderant, lapsus Nisus remansit, Salius solo deceptus cecidit, Euryalus primus venit, secundus Helymus, Diores tertius. Æneas primo, secundo, & tertio proposuerat premium. tres igitur fuerāt munerādi. trium sors ex euētu prouenerat, vno casu lapso, altero deiecto per dolum: qui tertius venerat, vidit Æneam velle munerare Salium, qui neq; primus esset, aut secundus, aut tertius. intellexit se a tertio præmio excludi posse, si primi loci pręmium Salius sumeret: qua causa indignatus faciebat inuidiam, q̃ nō esset verum iudiciū. qui subit palmæ. quis, inquit, palmam sumet? hoc est quem pronunciabis victorem? & quis erit tertius, si præmiū victoris alius sumpserit? fiebat enim præiudicium, vt Salius esset primus, secundus Euryalus, tertius Helymus, Diores vero exclusus a forma trium p̃miorum inhonoratus abscederet, vt nec illud ei prodesset, q̃ nouissimus venerat. ergo recte dixit, quis erit primus, quis secundus, si additur Salius, qui nihil mereatur accipere? ¶ Tum pater Æneas. V. i. m. v. Certa. m. p. &. p. m. or. ne.) Æneas cum vidisset Diorem satis de muneris perceptione solicitum, omnibus simul vna voce respondit dicens. munera vestra tenebūt ordinem suum, nec loco mouebitur palma, quæ vobis paulo ante promissa est. ¶ Me liceat casum mi. i. a.) Sinite, inquit, me innocentia largiri de meo, cum nihil sitis de vestris sortibus pdituri. pueris, hic pro iuuenibus debemus accipere, aut pueriliter sentientes, q putabāt Æneam sub conspectu bonorum omnium contra pollicitationis suę fidem aliquid esse facturum. ¶ Sic fatus. t. g. i. leo, Dat Salio. v. o. atq;. v. au.) Inde magnum, q̃ leonis ingentis, & pretij maioris q̃ vngues eius auri fulgor excluserat. ¶ Hic Nisus, si tanta, inquit, sunt pręmia victis, &c.) Ex pręsentis occasione dicti Nisus instructus tenuit Æneam: quoniam te, inquit, tangit laborū miseratio magis me, q̃ Salium cōsiderare te conuenit ego enim primus essem, vt fui, nisi in lapsum incidissem: nec est similis causa ipsius & mea, quoniam cū esset nouissimus cecidit. tenuit quidem fortuna pares in lapsu. sed ante casum quales fuerimus discutiendum est. Ego veniebam ad coronā, Salius multo posterior fuit. Proinde quoniam habes lapsorum iustam rationem, & multum interest inter casum Salij & meum, si iusto tantum premium datur, quod erga me fieri conueniat, estimatione iusta debes expēdere. ¶ Et simul his dictis. f. o.) Non tā causam sed deceptionis suę causam volebat ostēdere. deniq; sequitur. ¶ Et vdo Turpia. m. fi.) vbi enim Nisus fuerat, sanguis fuit, & fimus. ¶ Risit pater optim⁹ olli.) Quis enim non in risum moueretur? cum ille quasi visus non esset antea, sic faciem suam & membra fimo recenti oblita demonstraret. ¶ Et clypeum. e. i.) Sic addidit, & quasi iam aliud ꝓferri iussisset, nō ita est, nam risit, & iussit clypeum proferri. Laus clypei dicenda est, quę non sine prædicatione dantis explicatur. ¶ Didymaonis artes.) Magni videlicet artificis manu formatū, hoc ad laudē clypei specialiter pertinuit, alia adijcitur mista, quæ esset clypeo ipsi atq; Æneæ communis. ¶ Neptuni sa. d. de. p. re.) Scuti laus fuit, quod fecit cum ostentatione erui, & tolli prædicabile. nam gloriæ causa fixum est, propter eius insigne: quia dux erat, Æneæ vero, qui per insulas Græcorum transiens, & euellere potuit transiens, & moras non metuere, q̃ diu id faceret, & sedum aduheheret. maluit autem scutum ipsum sacris detrahere postibus templi. nō vt Neptuno iniuriam faceret, sed vt virtutem animi sui hostibus approbaret. ¶ Hoc iuuenem. e. pr. m. d.) Quia contemplatione virtutis egregiæ meruit Nisus, tanto donatus est munere, quātum poeta cum Æneæ laudibus certat: in tertio libro transeuntem ipsum per Græcas vrbes descripsit, clypeū fixisse, id est scutum, & scripsisse. Æneas hæc de Danais victoribus arma. in quo vna fuit gloria detraxisse hosti Græco, altera in vrbe Græca fixisse. ecce alia virtus fixum eripuisse regionibus Græciæ, & reficere. plus habet labores perficere, q̃ reficiendi mora potuit afferre perniciem.

ASCENSIVS.

¶ Hæc vbi dicta, locū capiunt, signoq; repēte Corripiunt spatia audito, &c.) Quia (inquit Donatus) ignobilior fuisset hic ludus, exornat illū descriptione: quia ponit varios casus. hęc ille. addēs ad illud. ¶ Simul vltima signant.) Designabant locū, qui finē cursibus daret. Itē ad illud. ¶ Non ille oblitus amorū.) Propter hanc (inqt) causam, posuit in superioribus tñ, inter illos amorē. Itē. ¶ Caueę.) Cauea (inquit) idcirco theatrū dicitur, quod inclusos cōtinet spectatores. Hæc ille. Ponit ergo Poeta varios currentiū casus. nam Nisus, qui primus fuerat, propter lubricitatē soli cecidit: & sese Salio opposuit, quo cadente, prima palma Euryalo: cuius gratia Nisus se Salio opposuerat, obuenit: & secūda, Helymo: tertia vero, si Salio nulla detur, Diori: vnde lis suborta est, quam beneficētia sua, sedauit Æneas. Docet ergo hoc ludo, quod & superiori poeta: nō optimo cuiq; summā cōtingere gloriam: inq; omni negocio, plurimū iuuare amicitiā: principēq; decere, præter cæteros, munificentiā. ¶ Ordo aūt est. Vbi. i. postq̃: hæc dicta sup. sunt ab Ænea: cursores, sup. capiūt. s. forte, locum: & corripiunt repēte. i. raptim trāseunt spatia: audito signo quod datū erat vt nō prius excurrerent: & relinquūt limē. i. regulā, aut signum, creta factū: aut sulcū: aut chordam: effusi. i. effundentes se similes nimbo. i. vētis pluuiosis: q. vt in. j. dictū est, Qua data porta ruūt, & signāt. i. designant simul: oculis. i. intuitu: vltima. i. metā: vt ad eam directo tramite, & ita breuiori spatio, percurrant. Nisus abit prim⁹, & emicat lōge ante oia corpora. s. reliqua: existēs ocyor. i. velocior: &. i. simul: ventis, & alis fulminis. i. quibus fulmen videtur deferri. Salius inseqtur proximus huic. s. Niso, lōgo interuallo. i. multa distātia: sed tñ, sup. proximus: quia nō erat propior, licet ipse nō esset prope. Deinde seqtur Euryalus: tertius. s. in ordine: relicto spatio. i. interuallo: & Helymus seqtur inde Euryalum sub quo ipso ecce Diores deinde volat: & terit calcē. i. postremā partem pedis eius: calce. i. pede suo, incūbens humero. s. Helymi, aut suo. & si plura spatia supersint. i. nisi Helymus tramitem directum occupasset, ipse Diores elapsus trāseat prior. s. q̃ Helymus: & relinquat ambiguum. i. min⁹ firmū ad celeritatē: aut incertū victoriæ. Iamq;. i. & iā: ipsi aduentabant spatio, existente fere extremo, & ipsi fessi. i. fatigati: sub. i. paulum citra ipsum: aut, vt Serui⁹ legit, ipsam finem. i. metā constitutā: cū. i. quādo: Nisus infelix. i. diffortunat⁹: labitur. i. cadit: multo sanguine. i. propter multum sanguinem: vt. i. secundū quod erat, supp. fusus: forte. i. a casu: nō quod a casu fusus erat, sed qa casuale erat, qd illic fusus esset, qua Nisus trāscurrere parabat. fusus erat super humū: iuuēcis cęsis. i. a Cloantho, ad sacrificiū, aut ab alijs cursuris: & madefecerat herbas virides: hic. i. hoc loco: iuuenis. s. Nisus: (siue iste de quo nūc loquimur, siue ille vocat⁹ Nisus, q fuit Megagarensiū rex, & q. vt in fabulis fertur, in auē sui nominis ꝯuersus fuit, Virgilius lib. i. Geor. Apparet liquido sublimis in aere Nisus alio noie Halietus dicitur, vt ēt diximus in explanatione illius versus.) ouās. i. iam victor, & ita minus præcauens: qa bos vetulus & lapsus, firmius pedem fixit q̃ iuuēcus, vt diuus Hieronymus memorat: haud. i. non tenuit vestigia titubata. i. titubantia & vacillantia: presso solo. s. quia solum nō pressit, sed superuolauit: vnde negatio haud vtrunq; determinat: & tenuit & presso, quia neq; tenuit vestigia, neq; pressit solum, sed ꝯcidit pronus in ipso: q;. i. simul: immūdo fimo, qui erat eiectus ex extis, q̃ Cloanthus proiecit in salsos fluctus: & in cruore sacro. i. in sacrificio effuso. Nō dixit, in ipsū cruorē: quia iam erat in ipso saltem, ꝑ parte. Tamē. i. licet lapsus erat: ille. s. Nisus: non, sup. erat oblitus: Euryali. s. amici sui: nō amorū s. piorū erga Euryalum (vnde Landinus cōtendit, amores etiam castos reperiri, testimonio non futili, Marci videlicet Ciceronis, sic in libro de Officijs, dicentis, Formam quidem ipsam, & tanq̃ honesti faciem vides, quæ si oculis decerneretur, mirabiles amores, vt ait Plato, excitaret sapientiæ.) Nam ipse Nisus opposuit Salio se: surgens. i. erigens se, per lubrica. i. loca pinguia, perfusa, & labi faciētia: autem, pro sed: ille. s. Salius, iacuit reuolutus: arena spissa. i. sanguine vitulino cōcreta Euryalus emicat priorib⁹. s. iacentibus: & victor munere. i. beneficio, & amici. s. Nisi: tenet pria, s. loca: & volat plausu, & fremitu secūdo. i. fauorabili: & Helymus volat post: & Diores subit nunc tertia palma. i. tertiæ palmæ assecutor. Salius implet hic, id est hoc loco, ac tempore: vel ex hoc facto, totum consessum ingentis caueæ. i. omnes considentes ingēti cauea. i. circo cauo: qa in medio eius currebatur: & implet ora patrū prima. i. primū, aut præcipue: magnis clamoribus, qui ab illis potius expectauit subsidium, q̃ a iunioribus: sciens quod tutetur fauor Euryalum: & poscit honorem, idest primum p̃mium cum honore ereptum, sibi dolo. s. Nisi, reddi sibi. Fauor. s. totius iuuentutis, tutatur, id est protegit: Euryalū, id est causam eius, & lachrymæ decoræ, quas. s. emiserat timore, quod tāto, & tam insperato honore fraudaret: & virtus veniens gratior. i. acceptior in pulchro corpore: adiuuat, supple eum: & Diores proclamat. i. pro eo clamat, magna voce: qui. s. Diores, subijt palme. i. ad pal- Cauea Ordo.

mam tertiam, si Euryalo prima contingat: & qui venit. i. venerit, aut venisset frustra, ad pmia vltima. i. tertia: si primi honores red dantur Salio, qa tunc secũdi redderent Euryalo, & tertij Helymo. Pius Æneas, inqt, tũ. i. tunc, o pueri, vestra munera manẽt vobis certa. i. indubitata, & nemo mouet palmam: ordine. s. suo, hoc est debito & cõstituto. Liceat. i. licitũ sit, & permittatur me: miserari i. misericordia psequi: casum. i. infortuniũ, ex lapsu amici. s. Salij, insontis: qui citra culpam suam, dolo Nisi lapsus est, Ipse fatus sic i. in eum modum, dat Salio tergum. i. corium tergi, hoc est tergus immane. i. valde magnum, & horrendum leonis Gętuli. i. Gætuli ci, qui iubatus est: vnde addit, onerosum. i. valde graue, villis, atq; vnguibus aureis. i. habens vngueis aureos. (Cõgruũ, pfecto tali viro munus, qui virtute quidem vicerat, sed dolo victus erat: leo enim dolum nescit, virtute pollet.) Nisus, inqt, hic. i. post hoc factum: hoc loco, aut tpe. Si tanta pmia sunt victis: & miseret te lapsorum, quæ munera dabis digna Niso. i. mihi? (loquit. n. de se) qui meruit primã coronã laude. i. laudis: aut laude. i. virtute laudabili: licet casu amiserim: ni. i. nisi: fortuna inimica tulisset me. i. abstulisset a præmio: ea sup. quæ tulit, sup. Salium: & simul. i. pariter cum his dictis ostentabat faciem: & membra turpia. i. obscœna: limo vdo. i. intrinsecus humido & pingui. Pater optimus, scilicet Æneas: risit olli. i. tunc illi & iussit clypeum (appositoriæ) artes. i. opus artificiosum: Didymaonis, illius summi artificis: refixũ i. dissolutum, Danais. i. per Danaos, de sacro poste Neptuni (Et ita insimulat Danaos sacrilegij, non se, nec putem poetam voluisse intelligere ab Heleno susceptum: sed in suprema nocte, aut prius direptum a Græcis, sicut de lorica Demolei prius dictum est) iussit, inquit, clypeum illum efferri. i. e thesaurario, aut armentario, in medium ferri: & donat iuuenem egregium. s. Nisum, hoc præstanti munere: victores autem præmia acceperunt: cum dixit: & palmam mouet ordine nemo.

PERIVS.

¶Incumbens humeris.) In Romano codice, in Longobardico, & aliquot alijs, humero legitur: quod & Seruius agnoscit. Idq; viciniorẽ ostendit, vt non tantũ calcẽ, calce tereret: verum etiam humero antegressi Helymi incumbere, aut inhærere videretur: humero vero, vnitatis numero, ad exprimendũ gestum illius, qui nihil socium declinet, vt liberius præterire possit. Nam spatia, si plura supsint, transeat elapsus prior. ¶Ambiguumve relinquat.) In codicibus aliquot antiquis, ambiguumq;: sed, ve, disiunctiua particula magis placet: vt ex duobus alterum omnino futurum dicat. Aut qppe transeat, aut nisi trãsierit, ambiguum relinquat, vter eorũ prior fuerit. Si vero, q, legamus, sensus erit pari adeo eos gressu concurrisse, vt quamuis hic transisset, ambiguũ tamẽ relicturus esset, quia locij vicinitas spectatores fefellisset. ¶Sub ipsum finẽ.) In omnibus pene codicibus antiq. sub ipsam, fœmi. gene. positum inueni: de cuius nominis genere plura alibi. Sane vero præteritum non finã locum apud Liuium lib. iiij. j. decadis. Finem ergo non fieri, nec futurũ, ita vulgata habent exemplaria. virili genere. Vetus autẽ codex, futuram, legit, fœmineo. ¶Leui cum sanguine.) In exemplaribus aliquot manu scriptis, tum, habetur. Sed, cũ, magis placet. ¶Fusus humi, viridesq; super madefecerat herbas.) In Longobardico quidem, & in Mediceo codice, humi, legitur. Sed in Romano, & alijs fere omnibus, humũ, accusatiuo casu habet: vt sit ordo, Madefecerat humum & virides herbas. ¶Non ille oblitus amorum.) In veteribus plerisq; codicibus, vna plus dictione, amorũ est, legitur. Verũ id verbũ ex paraphrasi mihi videtur insertum. Missos facio codices, in quibus, amoris, vnitatis numero legitur: cum longe venustius omnino, amorũ numero multitudinis habeatur. ¶Hic totum caueæ cõsessum.) In codicibus aliquot antiquissimis, cõsensum, habetur: sed puto consessum fuisse notatum cum Sicilico, de quo apud Victorinũ haberi diximus, quod librarij pro nota compendiaria, n literam significante, transcripsere. Nam, cõsessum caueæ, omnino castior lectio videtur. ¶Si primi Salio redduntur honores.) In exemplaribus plerisq; veteribus, legere est, reddantur, cõiunctiuo modo. Sed,

Sed, redduntur, finitiuo modo, in emẽdatioribus. ¶Me liceat casum miserari insontis amici.) In codicibus omnibus antiqs quot quot legi, casus, habetur: quorum nõnulli verbum etiam alterius figuræ, quippe misereri, ponunt: vt casus sit genitiuo casu: sed enim, casum miserari, satis magis facit auribus eruditis: vt Miseratus Agrestes. ¶Gætuli.) Scribendũ Gætuli, cum diphthon. æ, vt alibi ostẽsum. ¶Et clypeũ efferri iussit Didymaonis artes.) De clypeo dictum alibi. In antiquissimis aliquot codicibus, offerri, est: quod non æque placet. Sunt etiam codices, in quibus, Didymæonis, media per æ diphthon. notatum sit, quod nomen esset a cognomento Apollinis, qui etiam Didymæus appellatur. Sed hæc parui omnino momenti sunt: Illud silentio minime prætereundum est, quod in Romano codice, artẽ, vnitatis numero, hoc est opus, legitur. quam lectionem etiam in aliquot alijs manu scriptis, obseruaui.

Post vbi confecti cursus: & dona peregit:
Nunc sicui virtus, animusq; in pectore præsens,
Adsit: & euinctis attollat brachia palmis.
Sic ait: & geminum pugnæ proponit honorem
Victori velatum auro vittisq; iuuencum:
Ensem, atq; insignem galeam, solatia victo.
Nec mora, continuo vastis cum viribus effert
Ora Dares: magnoq; virum se murmure tollit:
Solus qui Pariden solitus contendere contra:
Idemq; ad tumulum, quo maximus occubat Hector,
Victorem Buten immani corpore, qui se
Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat:
Perculit: & fulua moribundum extendit arena.
Talis prima Dares caput altum in prælia tollit,
Ostenditq; humeros latos: alternaq; iactat
Brachia protendens: & verberat ictibus auras.
Quæritur huic alius: nec quisquam ex agmine tanto
Audet adire virum: manibusq; inducere cæstus.
Ergo alacris, cunctosq; putans excedere pugna,
Aeneę stetit ante pedes, nec plura moratus:
Tum læua taurum cornu tenet: atq; ita fatur.
DAR. Nate dea, si nemo audet se credere pugnæ:
Quæ finis standi? quo me decet vsq; teneri?
Ducere dona iube. POE. Cũcti simul ore fremebãt
Dardanidæ: reddiq; viro promissa iubebant.

SERVIVS.

¶Præsens.) Fortis: ac si diceret, si adsit quis plenus animi? ¶Velatũ.) coronatũ. ¶Auro.) aũt quia solẽt habere laminas quãdã, vt, Et statuã ante aras aurata frõte iuuencũ. ¶Virũ se murmure tollit.) Cũ suffragio plurimorũ. ¶Solus qui Paridẽ solitus cõtendere cõtra.) Multi hoc a poeta volũt dici: melius tñ sunt verba populi. Vnde &, Virum se murmure tollit. ¶Paridem.) Venit ab eo quod est Paris, Paridis, vel Paridos. Quod autẽ legimus Parin creat vrbe paterna, venit ἀπὸ τοῦ πάρις, τοῦ πάριος, τῷ πάρι, τὸν πάριν. & volunt, si pprium sit in dos exire genitiui: si appellatiuũ in os. Sane hic Paris sm Troica Neronis fortissimus fuit: adeo vt i Troia agonali certamine superet omnes: ipsum etiã Hectorẽ. qui cum iratus in eum stringeret gladiũ, dixit se esse germanum: quod allatis crepundijs probauit, q habitu rustici adhuc latebat. Hos autem ludos trãsfert Virgilius ad Hectoris tumulũ: qui sunt facti cũ ludi funebres celebrarentur cadaueri Hectoris ab Achille occisi. ¶Amyci de gẽte ferebat.) Amycus filius Neptuni fuit, & Nymphæ Melies, qui a Polluce victus est pyctali certamine. Bebrycia autẽ ipsa est Bithynia. Sallustius, Igitur introrsus prima Asiæ, Bithynia est, multis antea nominibus appellata. Ipsa enim est & maior Phrygia. ¶Moribundum.) Morienti similem. ¶Talis.) Qualem multitudo loquebatur. ¶Ostendit.) Melius dixisset ostentat. ¶Alacris.) Cum acer vbiq; dicat, alacer tamen nõ dicit: licet inde nascatur. Vitat enim confusionẽ. Vnde vtrunq; non vult dicere Nam alacer nusquam: & iterum acris nusquam dixit. Inde est q etiã Papinius supprimit genus, qa dubitatur. ¶Si nemo audet.) ὅρος βίαιος. Argumentatur enim se oẽs vicisse: ex eo q ad certamen nullus accedit. ¶Reddi.) Quasi debita promissa: quia ait, Victori velatum auro vittisq; iuuencum.

paruũ fuit, vel ne vno exemplo eius gloriæ minuerẽtur, adijcit & secundum. ¶Idemq; ad tu. &c.) In hoc exẽplo multa sũt, quę plentes laudes extollãt. vicit, inquit, ẽt iste Buten, cum esset in alijs certaminibus victor. Victorẽ autẽ superare gloria est maxia. Immani corpore, ne forte talẽ vicisset, qui esset debilis corpore. hũc certe sic voluit proferre, vt diceret corporis quoq; substãtia floruisse, q e Bebrycia veniret sic Bebryciam noiauit: qsi illa fortes viros sit solita gñare, vel mittere. Amyci de gẽte ferebat. quasi ab Amyco degenerare nõ potuerit. ita sibi nobilitatẽ virtutis ex eius noie vidicabat. Enumerauit bona illius, quẽ vicit, vt ex his istius enitesceret meritũ. memorat ẽt locũ, in quo res gestæ dicerentur, vt veritatẽ firmissimã cõprobaret. Ad tumulũ, inqt, quo maximus occubat Hector illic eũ vicit, vbi superatus est Hector, Vel sepultus. dicit & exitum pugnæ, hoc est quẽ finem vincẽdi fortitus esset: & fulua moribundum extẽdit arena. oi genere probationũ Daretis virtus ostensa est, demonstratis personis, & locis, & certaminis fine. ¶Talis pria. d. c. a. in. p. t. &c.) Redijt, vt incessum Daretis & habitudinem corporis perimpleret. supra. n. dixit, Continuo vastis cũ viribus effert ora Dares. hic subiunxit. caput altum in prælia tollit: quod fit ex fiducia virtutis. ostendebat autem humeros latos: non. n. fuerat moles occultanda membrorum, quæ admirationi omnium poterat subiacere. iactabat aũt brachia & auras vacuis ictibus verberabat addens videntibus nondũ inita concertatione terrorẽ. ¶Quærit hic alius.) Non dixit nullum extitisse, qui vellet audere, sed etiam quæsitum inueniri nequisse. ¶Nec. q. ex. t. Audet. a. v. m. q. in. cęstus.) Nullus extitit in tanto populo, qui cæstibus auderet cum tanto viro contendere. ¶Ergo alacris, id est nimium lætus. c. q. putans, &c.) Cum dicit putãs, iam nunciat emersurum, qui cum eo confligeret. quod vero vsq; ad ipsos Ænee pedes accessit, ostẽdebat ingentem fastum. ¶Nec plura moratus.) Noluit enim non pertinentia ad rem plurimis loqui. ¶Tum læua. t. c. t. atq;. i. fa.) Taurum, inquit, læua manu cornu tenuit. quasi retẽto cornu totum taurum tenuisset. deinde sic locutus est. ¶Nate dea, si nemo a. se. c. p.) Dicendo audet, arrogat sibi qplurimũ. ¶Quæ finis standi: quo me. d. vsq;. t. Ducere. d. iube.) Quãdiu, inquit, sto? & hoc ipsum quo fine laudatur? proinde si nemo est, qui audeat cõgredi, iube me abire cum dono. ¶Cuncti si. o. fremebãt Dardanidæ, &c.) Ipsa est vera iustitia quæ vno totius consensu multitudinis comprobatur. proinde in vnum fauebant cuncti, vt pro victore haberetur, qui parem habere non potuit & duceret dona: quod ait viro reddi, nõ sexum significare, sed meritum uoluit. quippe viro dixisse cognoscitur tantorũ meritorum, tantæ virtutis, tantæ artis, tot pollenti victorijs, ad extremum quem tanta multitudo pertimuit.

DONATVS.

¶Post vbi. c. c. & d. p.) Aliud ingreditur certaminis genus: perfecta. n. retulit, quæ ad certamẽ cursus vel dona pertinebãt magno vsus cõpendio, q reliquos præmia specialiter accepisse nõ dixit, memorãdo tamen dona peracta esse, in generalitate complexus est, quod putatur omisisse. ¶Nũc si cui virtus. a. q. i. p. pr. Adsit.) Hortamenta sunt ista, quoniã durũ certaminis genus fuerat propositurus, quæ. n. tractata fuerant, & carebant periculo, & habebant partem maximam voluptatis. ¶Et euinctis at. bra. palmis.) Progrediatur, inquit, & palmas suas cæstibus armatas ostendat, qui certare voluerit. ¶Sic ait, & geminum. p. p. h.) More suo hoc fecit. propositio quippe præmij confirmat volentes, & ad certamen dubitantes impellit. Victori. v. a. v. q. i. &c.) Vt præmium esset victoris, qm in eo fuit vtilitas. victi aũt solatium, qm in speciebus nõ magni pcij non magnũ esse commodum potuit. ¶Nec mora, c. v. c. v. ef. &c.) Post Æneæ dictum nulla mora interposita emersit ex populo Dares ingẽti corpore, viribus vastis, tãta admiratione cũctorũ, vt presso murmure vniuersi mẽtis suæ miracula testarent. ¶Solus qui. p. s. c. c.) Dicuntur istius virtutis exẽpla, qui bus notissimus fuerat redditus. solus, inqt, idoneus inuentus est, q cũ Paride certaret, noiato in cęstum certaminibus viro, hoc quia parum

ASCENSIVS.

¶Post vbi, &c.) Constituit tertia certamina pugilum, videlicet cęstibus concertare volentium: in quo certamine, Dares iunior, ab Entello seniore, diuina freto virtute, deuicitur: ad quam rem diuus Hieronymus pulchre alludit in epistola ad diuum Augustinum

stinum. Donat' autem, vel mutilus est, vel pauca dicit. Ea autem sunt. ¶Putans.) Iam ex hoc significat emersurum alium qui vincat. ¶Cuncti,) Vt pro victore ab omnibus haberi ostẽdatur, & simul est testimonium suorum meritorum. Hæc ille. ¶Ordo est. (Ordo.) Post.i.postea: vbi.i.quãdo: cursus sunt cõfecti.i.consummati: & Æneas peregit dona. Nunc ait sic, Sicui.i.alicui: virtus & animus præsens.i.præstans, & cito exiens, in operationem, sup. est, in pectore adsit.i.præsto & præsens sit: & attollat.i.erigat brachia: palmis.i.manibus: euinctis.i.expresse, & extra manicas vinctis.s.cæstibus. Æneas, inquam, ait sic, & proponit geminum.i.duplicem honorem, hoc est præmium honorificum: pugnæ.i.certaminis: sed proprie pugnæ, quia pręcipue, pugnis fit. Victori, sup. proponit iuuencum: velatum auro.i.laminis aureis: aut, auratis cornibus sed magnifice dixit, velatum auro: & vittis.s.rosaceis, hoc est sertis, caput cingẽtibus, quod munus victori competit: quia bos firmiter figit pedem: & aduersarium cõtendit prosternere: & proponit victo, ensem, atq; galeam insignem: solatia.i. quæ habeat pro solatio, quia scit duram esse concertationem. galeam autem dat, ad tutamẽ capitis. quod victo concutiendum verosimile est, ensem vero, vt si tali pugnę se cõmittere post illa non audeat, gladiatoriam exerceat. Nec mora, sup. fit: cũ.i. quando Dares effert ora vastis.i. valde amplis viribus. Vel, nec mora & Dares effert ora cum vastis viribus.i. illis concomitãtibus: & tollit.i. erigit se cum magno murmure virum, idest virorum, pręcipue Troianorum Dares, inquit, qui solus, solitus, sup. erat, contendere contra Paridem: a quo etiam Hectorem, victum dicunt, & ita ab eo agnitum fratrem: cum inter pastores latuisset. & qui idem perculit.i. percussit ad tumulum, quo Hector maximus.s.bellatorum: occubat.i. sepultus iacet: Buten victorem.s.aliorum: corpore immani.i.habẽtem corpus immane, hoc est tam magnum, quod inhumanum & terribile visum fuerit: qui.s.Butes: veniens.i.ortus: de gẽte Bebrycia.i. Bithyniana: Amyci, illius Bithyniæ regis, q cæstibus aduenas in nemore Bebrycio adortos necabat. ferebat.i.extollebat se. (De Amyco & Bute, in fine huius lectionis videbim'. Debet autem proferri quando proprium est, media breui) & qui s.Dares extendit.s.Buten: moribundũ.i.frequenti mortis agone laborantem. arena fulua, in qua.s.concertabant. Dares talis.i.tali gloria elatus: tollit in prima prælia.i. primus pręliaturus: caput altum.i.erectum: & ostendit humeros latos: & protendens.i.longe extendens: brachia, sup. sua iactat, sup. ea alterna, idest vicissim nunc hoc, nũc illud: & verberat auras ictibus.s.inanibus ad ostẽtationem, & vt cæteris terrorem incuteret. Alius, idest compugil alter: quæritur huic.i.contra hunc, nec quisquã ex tãto agmine audet adire virum: & inducere manibus cæstus.i.armaturas, quib' illum cædat, ergo ipse alacris.i.lætus & exultans. (Terent. etiam alacris in masculino posuit: quãuis a recẽtioribus, alacer reperiatur, quod nõ videtur ab acer, deductum: quia, acer, primam producit. alacer, penultimam corripit.) & putans excedere cunctos: pugna, id est arte & virtute pugilum: stetit ante pedes Æneę, nec moratus, id est & non expectans plura: tenet tamen, id est deinde: taurum, id est iuuencum: auratis cornibus læua.i.sinistra manu: cornu.i.p cornu, atq; fatur ita. O nate dea.s.Veneres: si nemo audet credere.i.cõmittere, pugnę se, quę finis.i. quę expectatio, aut quis modus, sup. est, standi.i. quandiu: aut cur, hic stamus ociosi: quosq; (est enim tmesis.i.insectio) decet me teneri.s.suspensum, aut immorari: iube ducere.i.abducere, dona.s.taurum. & cuncti Dardanidæ fremebãt simul.i.pariter cũ illo ore. alij habẽt, simili ore.i.simili sermone, seu oratione: et iubebãt.i.volebãt, aut iubebant, non Æneæ, sed custodibus iuuenci, promissa.s.præmia reddi viro.s.Dareti, qui cum nemo congredi auderet. Landinus de Amyco & Bute dicit sic. (Amyci Bithynia.) Amyci, Bebryciorũ rex: Bebrycia enim, Bithynia est. Solinus, Bithynia, in Ponti exordio, Thraciam ab Oriente tangit: prius, Bebrycia inde, Mygdonia: postremo a rege Bithynio, Bithynia dicta. Hic aduenis in nemore Bebrycio insidiabatur, & cæstibus interficiebat. Ergo cum Pollux, qui illuc cũ Argonautis accesserat, ab eodem prouocaretur, vicit eum, & interfecit. De hoc Pli. in eodem tractu, Portus Amyci est Bebryciæ rege interfecto clarus. Eius tumulus lauro tegitur, quam insanam vocant, quoniam si quid ex ea decerptum manib' referatur, iurgia fiũt donec abijciat: hæc de Amyco. (Butes.) Butes vero, occiso patre Amyco, Drepanũ confugit in Siciliã, & a Lycaste nobili meretrice, ob pulchritudinem adamatus est, ex eaq; Erycem sustulit. (Eryx.) Hæc mulier ob admirabilem formã, Venus dicta ab incolis est. Quapropter, Eryx, filius Veneris est putatus.

PIERIVS.

¶Quo maximus occubat Hector.) In vetustis aliquot exemplarib', maxumus adcubat: &, accubat habetur. Sed occubat, vel obcubat, de sepultis rectius dici puto. ¶Perculit & fulua moribundum extẽdit arena.) Antiquus admodum codex, Percutit, legit: quæ quidem antichronia esset, pro percussit. Nam, percellere, ad animum, grammatici referre volunt: quod tamen nõ vsquequaq; receptum video, codicibus pręsertim antiquis sępe, percussus, p perculsus, ponentibus. Verum esto inter vtrunq; verbum differẽtia loco hoc, perculit, omnino ad animum referri potest, cum significet ex ictu adeo consternatum, vt abalienato animo cõcideret moribundus. ¶Ergo alacris, cunctosq; putans excedere pugna.) In Roma, codice, & in Longobardico, palma, non pugna legitur: quod valde placet. Nam & apud Priscianum duobus antiquis cod. & apud Carisium, literis Lõgobardicis ita scriptum obseruaui. Ea ratione citato versu, vt vtrum alacer, per er, an alacris per ris dicendum sit, terminetur. placetq; vel Virgilio in primis authore dici, alacris: cõsuetudo tamen, vt ait Plinius libro dubij sermonis. vj. alacer dicit. ¶Quo me decet vsq; teneri?) In Medi. & veteribus quibusdã alijs codicib. morari legitur. Mora.n.erat reliquis desidentibus. Sed magis placet, teneri: vt in Porcio exempla est, propter suscepti muneris obligationem.

Hic grauis Entellum, dictis castigat Acestes:
Proximus vt viridante toro consederat herbę.
Entelle heroũ quondã fortissime frustra, ACES.
Tantã ne tam patiens nullo certamine tolli
Dona sines? vbi nunc nobis deus ille magister
Nequicq̃ memoratus Eryx? vbi fama per omnem
Trinacriam? & spolia illa tuis pendentia tectis?
Ille sub hæc. Nõ laudis amor, nec gloria cessit EN.
Pulsa metu. sed enim gelidus tardante senecta
Sanguis hebet: frigentq; effœtæ in corpore vires.
Si mihi, quę quondam fuerat, quaq; ĩprobus iste
Exultat fidens, si nunc foret illa iuuenta:
Haud equidem pretio inductus, pulchroq; iuuenco,
Venissem, nec dona moror. Sic deĩde locut', POE.
In medium geminos immani pondere cęstus
Proiecit: quibus acer Eryx in prælia suetus
Ferre manum: duroq; intendere brachia tergo.
Obstupuere animi: tantorum ingentia septem
Terga boum, plumbo insuto, ferroq; rigebant.
Ante omneis stupet ipse Dares: longeq; recusat.

SERVIVS.

¶Hic grauis.) Tunc: grauis autem ætate vel obiurgatione. ¶Castigat.) Increpat, obiurgat. ¶Toro cõsederat herbæ.) (Torus.) Verbum de verbo. Nam torus a tortis dictus est herbis. ¶Frustra.) Ordo est. Tantane dona tam patiens sines tolli frustra? Sane sciendum hunc secundum Iginum, qui de famulis Troianis scripsit, vnum Troianorum fuisse, de quo Virgilius mutat historiã. ¶Nobis deus ille magister.) Nobis non vacat: vt, Qui mihi accubantes. sed pro noster est positum, vitandi homæoteleuto causa. ¶Ille sub hæc.) Aut statim: aut post hęc. ¶Sed enim gelidus tardãte senecta: Sanguis hebet.) Aliud pendet ex alio. quare hebet? q̃a Gelid' est: quare Gelidus? quia senex. (Effœtus) ¶Effœtę.) Exhaustę, & est translatio a mulieribus, quas frequens partus debiles reddit. ¶Improbus iste.) Qui sine certamine postulat præmium. ¶Illa iuuenta.) Aut maxima, aut quæ quondam fuerat. ¶Nec dona moror.) Expecto. Hic enim sensus tã superioribus quã sequẽtibus congruit. etenim supra ait se non pmij causa dimicare, sed gloriæ. & paulo post bouem victor interemit. ¶Immani pondere.) Immanis ponderis, modo suo: vt, Hamis auroque trilicem. ¶Quibus acer.) Quorum instructu. ¶Ferre manum.) Contendere. Nam vtraque manus armatur. ¶Intendere brachia tergo.) Ligare: vt, Intenditque locum sertis. ¶Animi tantorum.) Hoc est virorum fortiũ. Vnde addidit, Ante omnes stupet ipse Dares. Stultum est autem sentire tantorum boum: cum septem dixerit. ¶Longe.) Valde: vt, Tyberinaq; longe Ostia. ¶Versat.) Considerat: vt Sallustius, Exercitũ vetere. ¶Senior.) Secundum Varronem Iunior & senior comparatiui sunt per diminutionem. Hic est iam senior: sed cruda deo viridisq; senectus. Additum enim hoc est ad exprimẽdum quid sit senior. Item Ouidius Inter iuuenemq; senemq;. Et re vera non cõuenit hunc satis senem accipi, qui & vincere potest, & vno ictu taurum necare. Ergo senior, non satis senex: sicut iunior, nõ satis iuuenis, ĩtra iuuenem: sicut pauperior, intra pauperem. dicit autem hoc Varro in libris ad Ciceronem. ¶Cæstus & arma.) ἐν διὰ δυοῖν arma, idest cæstus. ¶Tristemq; hoc ipso in littore pugnam. Aut in quo magister occisus est: aut in tristi littore, id est infœcũdo. Varro enim dicit sub Eryce monte esse infœcundum campum fere in tribus iugeribus, in quo Eryx & Hercules dimicauerunt. ¶Hæc germanus.) (Germanus.) Germanus est secundum Varronem in libris de gradib' de eadem genitrice manans, non (vt multi dicunt) de eodem germine, quos ille tãtum fratres vocat. secundũ quem bene nunc Erycen Butæ & Veneris filium, Æneæ dicit fuisse germanum. ¶Sanguine cernis adhuc.) Non Herculis quippe victoris, sed Erycis, q infecerat se tegendo. ¶Æmula.) Necdum aduersa virtuti. ¶Geminis.) Duobus. ¶Author Acestes.) huius certaminis. s. ¶Æquemus pugnas.) arma, a sequenti quod præcedit. ¶Tibi.) Pro te: vt, Tibi deserit Hesperus Oetam. ¶Exue.) Proijce, solue.

Magnanimusq; Anchisiades, & pondus, & ipsa
Huc illuc vinclorum immensa volumina versat.
Tum senior tales referebat pectore voces.
Quid? si qs cæstus ipsius, & herculis arma, ENT.
Vidisset, tristemq; hoc ipso in littore pugnam?
Hæc germanus Eryx quondam tuus arma gerebat,
Sanguine cernis adhuc, sparsoq; infecta cerebro.
His magnum Alciden contra stetit: his ego suetus;
Dum melior vires sanguis dabat: æmula necdum
Temporibus geminis canebat sparsa senectus.
Sed si nostra Dares hæc Troius arma recusat:
Idq; pio sedet Æneæ; probat author Acestes:
Aequemus pugnas. Erycis tibi terga remitto:
Solue metus: & tu Troianos exue cæstus.

DONATVS.

¶Hic grauis Entellum di.ca. Acestes.) Bene dixit dictis castigat, quasi ex patientia delinquentem verberat verbis. hoc est arguit. ¶Proxim' vt.v.t.c.herbæ.) Ex ea occasione cum verbis obiurgatiuis aggressus est, quod ei in consessu proximus fuisset. cõsessus autẽ ipse fuit herbis extructus, quia in cãpo aliud, quod sessuros exciperet nõ fuerat. ¶Entelle heroum.q.f.) Obiurgatio non iniuriosa, sed habens admistã laudem. Entelle, soles, inquit, inter fortes viros fortissimus numerari. ¶Frustra, Tanta ne tam.pa.n.c.t. Dona sines?) Poterit ne tantum durare patientia tua, vt nullo certante frustra premium in alterius pmodum trãseat? singula verba cum ingẽti põdere persuasionis posuit. primum, frustra, hoc est sine laboris merito. tãta ne, hoc est, tam pretiosa, tam pulchra sine gloria vincẽdi tolli dona patieris? patieris, hunc potest intellectum admittere, quia ille dixerat, si nemo audet se credere pugnæ, dona ducere iube: dixisse Acestes videtur, si passus fueris dona tolli sine certamine, videberis ipse quoq; cũ cæteris timuisse. ¶Vbi nũc.n.d.i.m.Ne.m.Eryx?) Dicetur magistrum te memoratum Erycem frustra habuisse? vbi fama per.o.Trinacriam,) Cõcidet, inquit, fama nominis tui, quæ per omnem Siciliam nata est. ¶Et.s.illa.) Obumbrabuntur cum victoria tuorum tam plurima documenta? ¶Tuis.p.t?) Vt pudeat istius facti, quoties domum tuam fueris ingressus, & pendere videris tectis quæsita tuis virtutibus præmia? ¶Ille sub hæc.) Hoc est post illa, quæ Acestes dixit, hæc subnexuit Entellus. ¶Nõ laudis.a.n.g.c.Pulsa metu.) Cessit bis accipitur, non cessit gloria, non cessit amor laudis, nec aliquis metus interuenit. ¶Sed enim gelidus.t.s.Sa.h.f.q;.effœtę in cor.vires.) Virtus, inquit, mea, atq; amor laudis, non huic, sed senectuti cesserunt: proinde esset crimen, si adhuc in iuuentute durarem. audere igitur, quod est iuuenum, nõ valet ætas imbellis, quæ omnis friget, & exclusa vi caloris obtorpuit. ¶Si mihi, quæ quondam, fuerat, &c.) Si essem, inquit, eius ætatis, qua iste est. & si non iam studium meum senectuti cessisset, non istum sinerem tanta duci dementia, vt se ex eo arbitretur inuictum: quia nullus qui cum eo certet existit: & quia Acestes dixit: tanta ne tam patiens nullo certamine tolli Dona sines? ait Entellus. Haud equidem prætio inductus, pulchroq; iuuẽco venissem ad certamen. istiusmodi gloria, inquit, me nõ pręmium prouocaret, & excitatus in certamen contemplatione, magis laudis pergerem, quam vt præmio & cõmodo iudicarer exisse. ¶Nec dona moror). Nec tamen doni contemplatione mora aliqua debet afferri: hæc iccirco de ætatis excusatione præmissa sunt, vt Dares a longæuo post iactationem maximã maiori ludibrio videretur oppressus. ¶Geminos.i.p.cæstus Proiecit, qu.acer Eryx in pe.su.Ferre,m.) Hos cæstus, ptulit, quibus vsus est Eryx i hoc genere certaminis exercitatissim' & virtute præclarus. ¶Obstupuere, a.t.) In tanta multitudine hominum nullus fuit, quem nõ stupor de admiratione tenuisset. ¶Ingentia septem.t.b.pl.in.f.q;.ri.&c.) Tantũ honoris & ponderis illi cæstus habuerant, vt mirarentur oẽs, & ipse quoq; Dares negaret se certaturũ, si illos aliqs induisset. Entellus qppe certator antiquus & peritus ĩ sua egit arte mirifica, vt ante ingressum pugnę prę mitteret talem metũ, quo audacem & superbum aduersarium debilẽ redderet. Deniq; cum cæstus suos, quibus fuerat certaturus, vniuersorum cõspectibus obtulisset, nullus extitit, qui non ipsorum pondus miraretur & formam, vsqueadeo non mirũ fuit omnibus, quando ipse etiam Dares, q certamini parabatur, recusabat pugnam, solo interim pternatus aspectu. quantum hic Entelli virtus præfertur, q armis talibus semper pugnauit, & vicit? ¶Magnanimusq; Anchisiades & pondus, &c.) Æneas tamen qui magni animi esset, & æquitatem nosset omni cum moderatione considerabat oculis immanitatem tãtam, & versabat manibus, vt quanti essent, quidve haberent ponderis videndo atq; tractando cognosceret. ¶Tũ senior.t.r.p.v.) Non dixit tum Entellus, minueret enim adstructionem suam, si nomen hominis poneret. ætatis tamen commemorationem fecit, vt superbi Daretis crimen augeret, cum iuuenem senex superaret & exterreret. Ex admiratione vero omniũ atq; ipsius Daretis ingentem audaciam Entello non frustra accessisse, sequentia dictorum eius euidentissime pbauerunt, ait enim ¶Quid si quis, c.ip.&.h.a.vidisset? tristemq; hoc ipso in littore pugnam.) Quantum, inquit, vnusquisq; vestrum miraretur, si vidisset pugnam in hoc littore commissam istis scilicet cæstibus, cum Eryx atq; Alcides acerrime certauissent? a populo dehinc cõuertit se ad Æneam, non iam vt insultaret ei de cæstibus, & fraterna morte, verum vt rem gestam simpliciter diceret, in quo ipso fuit solatium virtutis eius, quia Eryx cum Hercule ptendit, & ab ipso Hercule potuit superari. ¶Hæc germanus Eryx.q.t.a.ge.) Hæc, inquit, arma gestare cõsueuerat germanus tuus Eryx, cum esset, incolumis. ¶Sanguine cernis.a.s.q;.i.ce.) Etiam si ego, inquit, taceam ipsa arma crudelitatem gesti certaminis testabuntur. nam sanguine infecta sunt, & cerebro sparsa. ¶His.m.al.c.st.) Auget cęstuum laudẽ dicendo, quia Eryx dum illis fideret stare aduersus Alciden potuit. & si, inquit, superatus est Eryx, cum his esset armatus, non tamen parua extitit certantis gloria, quod ptra Alciden (faciendo cerebri mentionem ostendit & sanguinem de capite fuisse) stare ausus est, hoc est cum Alcide contendere, & pseuerare vsq; ad mortem. Alciden, cum pronunciamus, nomẽ ipsum p magnitudine virtutis eius debemus extollere, dicta magistrorum laude, venit etiam ad suam. Quid enim diceret, si post talia egregiorum facta, ipse nihil gessit, aut potuit? ¶His, ait, ego suetus.) Cum dicit suetus, ostendit his se vsum esse frequenter. dicit & tempus, & propter arrogantiam vitandam iam se asserit senuisse, vt ex eo probet, quæ iuuenis efficeret, cum in præsenti cõtemneret iuuenem. ¶Dum melior.v.s.da.) Dum melior sanguis subministrabat congruas vires. ecce ostendit senectutis ipsius testes crines suos, dicẽdo. ¶Æmula, nec dum Temporibus ge.ca.s.se.) Bene posuit æmulam senectutem, quia cum nihil potest, videtur inuidere virtuti. ¶Sed si nostra Dares.h.t.a.r.Idq;.p.s.æ.p.au.a.) Necessario hoc loco pium Æneam dixit, quia de salute hominis agebatur. ne, inquit, a te certamine pressus interiret, & hoc approbat etiam Acestes. authorẽ dixit, quia ipso hortãte fuerat excitatus. ¶Æquemus pugnas &c.) Vt remotis cęstibus, quos Entellus protulerat, alios sumeret, vt æquales esse potuissent. ¶Solue metus.) Non, ait, te ista formido discruciet. sed vt ego istos remoueo ita, ¶Et tu Troianos exue cæstus.) Indutus enim manibus aderat Dares.

ASCENSIVS.

¶Hic grauis Entellum, &c.) Docet quomodo Entellus senior, ab Aceste, in pugnam, ad reprimendam Daretis iactantiam, excitatus cæstus immensi ponderis, protulit: quos Dares stupefa-

Universidad de Deusto Biblioteca

ctus, recusauit, quo facto, docet egregius poeta, iactantiam fere ruborem sequi, hominesq; in dies, imbecilliores nasci: vt & Nestor Homericus attestatur. vnde & Iuuenalis, Terra malos homines nunc educat, atque pusillos. Donati verba sunt hæc. ¶ Entelle.) Hæc obiurgatio non iniuriosa, cui sit admista laus. ¶ Frustra, Tantane tam patiens.) Singula verba cum pondere pronuncianda. Frustra, id est sine laboris merito. Tãta, tam pretiosa, tam pulchra: sine gloria vincẽdi, tolli, dona patieris, Est autem sententia: quoniam in supioribus ille dixerat, si nemo audet, videberis

Ordo. tu etiam timuisse. Sic Donatus. ¶ Ordo est, Acestes grauis, id est maturus & seuerus, ac magnæ authoritatis vir: castigat hic, id est ex hoc Daretis dicto: Entellum, pugilem illum præstantem, sed seniorem: dictis, id est sermone sequenti, vt, id est secundum quod consederat, id est simul sederat: proximus, supple in toro: herbæ viridante, id est virescente, O Entelle, fortissime quondam heroum: frustra, id est in uanum, si nunc fortis non es: ne, id est an: tu patiens, id est pusillanimus: sines, id est permittes: tanta dona, id est præmia: tolli, id est auferri vel abduci: nullo certamine, scilicet commisso? vbi, scilicet est: nunc ille, scilicet inclytus & notissimus deus: magister nobis, idest qui fuerat nobis magister s. Eryx, filius Butæ, & Veneris, aut Lycastes meretricis, pro Venere habitæ: memoratus. i. nominatus & clarus? nequicquã. i. frustra, si nulla eius in discipulis derelicta est peritia. vbi. s. est fama memorata, per omnem Trinacriam. i. Siciliam? & vbi. s. sunt illa i. notissima spolia, pendentia tuis tectis? Quæres forte, quomodo quærat, vbi sint, cum dicat, vbi sint, quia in tectis? Sed non ideo quærit, quod nesciat vbi sint: sed, vt quasi immemorem pristinæ virtutis commoneat, & ad ꝓsimilem instiget: ac si dicat, cur nunc non apparet in te pristina illa virtus tua? Ille. s. Entellus, supp. inquit sub, id est post hæc. Amor laudis non cessit, supp. pulsus metu: nec gloria cessit, scilicet e pectore meo, pulsa metu: sed enim. i. sed certe: sanguis gelid⁹. i. infrigidatus: hebet. i. torpescit: senecta, idest senili ætate tardante. i. tardum faciente: & vires effœtæ, idest omnem fœturam enixæ, hoc est quæ nullam vim retinuerũt, nimiũ exhaustæ frigent in corpore: si illa iuuenta quæ fuerat mihi quondam: quaq;. i. & qua: iste improbus. i. improbandus, ꝑpter iactantiam, s. Dares: exultat fidens. i. confidens: si, inquit, illa foret mihi nunc equidem, idest ego certe, venissem. s. in certamen: sed haud. i. non, inductus ꝓtio: nec iuuenco pulchro. i. q̃tumuis pulchro (Et ita non vituperat præmium, sed significat se nõ tam pręmij, q̃ laudis cupidum, respondens ad illud, Tantane, tam patiẽs nullo certamine tolli dona sines?) Vnde addit: nec moror, id est expecto dona: sed sup. laudem, quod non verbis: ne videatur in se admittere iactantiam, quam in alio vituperauit: sed factis indicat, vnde ipse locutus, sic proiecit: deinde in medium geminos. i. binos & æqualis magnitudinis: cæst⁹, id est armaturas manuum: immani, id est valde magno, & præter hominum morem, pondere. i. ponderositate & mole. quibus. s. cæstibus: Eryx, filius ille Veneris, vt dixi, habitus: acer. i. strenuus: suetus, sup. erat: ferre manum in pręlia. i. pugnã: & intẽdere. i. ligare. brachia. i. lacertos: duro tergo. i. tergore indurato, animi. s. spectantium: obstupuere. s. pondus cæstuum: quia septem ingentia terga boum: tãtorum. i. ingentium: aut tam magnorum: vt tergora videbãtur, rigebãt. i. rigida & implicata stabant: plumbo & ferro insuto. i. quod intus consutum erat. Ipse Dares stupet ante omneis. i. præcipue, q̃a res eum tangebat: & recusat, id est refutat: longe, id est multum: quia dixit excedere iustam mensuram, iustumq; pondus: & Anchisiades. i. Anchisæ filius Æneas (propter metrum dixit Anchisiades, pro Anchisides.) magnanimus. i. magni animi, & magnarum virium: versat, id est frequenter vertit: & iactat huc, illuc. i. in diuersas parteis: pondus, & ipsa immensa volumina vinclorum, pro vinculorum: quibus, scilicet brachia & manus vincirẽtur. Tum id est deinde: senior, scilicet Entellus: referebat pectore. i. ex alto stomacho taleis voces. Quid: sup. diceret. si quis vidisset cęstus: & pro, id est: arma: aut cæstus & arma reliqua, ipsius Herculis, qui Erycem vicit & occidit: quasi dicat, lõge nimirum maiora, & præstantiora erãt victoris, q̃ victi: & si vidisset pugnam tristem, id est cruentã, in qua Eryx occubuit: in hoc ipso littore. i. quę hic inter Herculem & Erycen commissa est: tu cernis. s. arma hæc: infecta adhuc sanguine & cerebro. s. Erycis sparso: sed supple Eryx: stetit his. s. cęstibus, quos recusat Dares: cõtra magnum Alciden. i. herculem, de genere Alcei: & ego suetus, sup. sum: his. s. cæstibus pugnare: tunc supple dum sanguis melior. i. vegetior & fortior. dabat vireis: necdum. i. & dum nondum: senectus æmula. i. inimica & persecutrix vitæ nostræ, nondum sparsa nostris temporib⁹ geminis. i. ambobus, hoc est illis capitis nostri partibus, aut toto capite: accipiendo a parte totum: canebat. i. canos faciebat: sed si Dares Troius. i. Troian⁹ (& hoc, aut inuidiose dicit, quasi mitiores, & imbecilliores sint Troiani, q̃ Siculi, aut significat ideo recusare: quia sua cuiq; genti arma sunt: & quibus sueti sumus, ijs præstamus.) recusat hæc nostra, id est nostratia. q. d. Siciliensia arma: & id sedet, idest placet, pio Æneæ: & Acestes author. s. pugnæ meæ qui instigauit: ꝓbat. i. approbat: æquemus. i. æquales faciamus pugnas. i. cæstus, seu instrumẽta pugnandi, o Dares, solue metus ego remitto tibi terga, id est tergora boum, plumbo & ferro insuto: Erycis, id est quibus Eryx cõtra Herculẽ steterat: & tu, exue cæstus Troianos, id est quibus vos Troiani sueti estis: quia commodum est, consuetis inniti armis: licet ergo maioribus vti posset Entellus: vult tamen vt neuter, consueta habeat arma. Et ideo dixit, Æquemus pugnas, id est arma, secundum Seruium, quæ sunt instrumenta pugnandi.

PIERIVS.

¶ Proximus vt viridante toro consederat herbæ.) In antiq. Proximus, vt viridãte toro consederat herba, Sed herbæ, possessiuo casu, omnino melius. ¶ Non laudis amor, nec gloria cessit.) In aliquot cod. antiquis, Nec laudis amor, nec gloria. Sed in pluribus, non. ¶ Sanguis hebet.) Non placeret quod in Romano cod. legitur, habet: nisi lectionem eãdem inuenissem apud Asperum veterem grãmaticum. In antiquissimo itidem cod. placet tamen & habet: vt vulgata habent exemplaria. ¶ Si nũc foret illa iuuenta.) In Roma. codice, iuuentas legitur: veluti prius erat in Longobardico. Reliqui etiam codices ita sæpe soliti sunt scribere, vt in. vi. Tum mihi prima genas vestibat flore iuuẽtas. In aliquot alijs iuuentus, est. Sed enim grammatici quid, iuuentus: quid, iuuentas: quid, iuuenta sit: suis singula differentijs finiunt. Iuuentutemq; de iuuenum multitudine dici, volunt: cum iuuentas. dea sit: iuuẽta, etas. Quanq; sunt, qui duo hæc aliter accipiant. In nummo tamen Aurelij, & aliorum quorundam, iuuentas, inscribitur: quod de dea dici nemo dubitarit. Et No. Marcello, Iuuentas, dea: iuuenta, ætas est. Nam & Catullus, Exercete iuuẽtam dixit: quod nemo non de ætate dictũ affirmet. Quod vero, iuuentas, pro ætate, toties in antiquis exemp. inueniatur, minime displicet, cum figurata sit elocutio, perinde ac illa, Sine Cerere & Baccho. ¶ Haud equidem pretio inductus pulchroq; iuuenco.) In Mediceo ꝓ disiunctiuã, pulchro ve, legitur. ¶ Obstupuere animi.) Non in Virgilianis tantum codicibus, obstipuere, per i, secũda Syllaba reperitur: verum in Terentij, Horatij, & aliorum authorum antiquis exemplaribus, verbum id hoc eodem modo notatum inuenias. ¶ Ante omneis. (In antiquis, omnis. Sed libet hoc loco clarissimorum hominum testimonia proferre, quales fuerint, qui de leuibus huiuscemodi quæstiunculis disputare operæ pretium existimarunt: Sosipater Carisius integrum sane libellum C. Iulij Romani, de analogia, transcribit: in quo illud etiam adnotatur, quod Pomponius secundus poeta, vt refert Plinius, propter homonymiam nominatiui, accusatiuo casu, omnes, nõ putat dici: sed, oĩs: tamen idem Plinius in eodem permanet, dicens, Omnes tum demum posse dici accusatiuo, vt canes, quod genitiuus plural. horum canum, ante um, i non habet. Ponunt inde exempla, variatam esse dictionem apud vnum, eundemq; authorem, ꝓcipueq; apud Sallustium, eiusq; varietatis Asperum grammaticum solicitum fuisse. Nam, omnes, per e, scriptum esse in Catilinario eo loco. Omnes homines. P. C. qui de rebus dubijs consultant, ab odio, amicitia, ira, atq; misericordia vacuos esse decet: per i vero, tertiam vocalem, omnis: in eodem ꝯmentario, Omnis homines qui sese student. Quæ quidem scribẽdi ratio quotidie nunc corrumpitur, neq; codex iam vllus extat, quem nõ librarij arbitrio suo totum audeant contaminare. ¶ Idq; pio sedet Æneæ probat author Acestes.) In codicibus aliquot antiquis vna plus dictione legitur, sedet Æneæ hoc probat author. Sed mihi nequaq̃ placet, quod q̃dem ex paraphrasi inculcatũ puto librarioꝝ inscitia.

iuuentus
iuuenta
iuuentas

obstipuere

omnes
oĩs

SERVIVS.

¶ Duplicem amictum.) Id est Abollam, quæ duplex est, sicut chlamis. Horatius, Contra quẽ duplici panno patientia velat. ¶ Constitit.) Hic distinguẽdum propter vitium vt sit arrectus in digitos. Est autẽ hic totus locus de Apollonio trãslatus. ¶ Pugnamq; lacessunt.)

Hæc fatus, duplicẽ ex humeris reiecit amictũ: PO.
Et magnos mẽbrorum artus, magna ossa, lacertosq;
Exuit: atq; ingens media consistit arena.

Prouocãt potius, q̃ gerunt. ¶ Membris & mole.) Mole membrorũ: vt, Molemq; & montes. ¶ Genua labant.) Proceleusmaticus est, quem (vt supra diximus) sic semp ponit, vt cogi possit in dactylũ: vt Genua labãt, Arietat in portas. ¶ Nequicq̃.) Nõ ꝓfutura victoriæ. ¶ Vulnera iactant.) Ictus. ¶ Tela.) Ictus. ¶ Exit.) Vitat, declinat. vnde de Tarchõte, Et vim viribus exit. & hoc verbo bis vsus est tantũ. ¶ Qui molibus vrbẽ.) Amphibolon est, aut cellam molib⁹: aut quæ molibus oppugnatur. ¶ Sedet circũ castella.) Tmesis est. Circunsedet. ¶ Ostẽdit dextrã.) Aut fiducia virtutis est ostendere quod minuat̃: aut certe prouectus ętatis ostẽdit̃, qui eum ex improuiso ferire non sinit. ¶ Velox.) Velociter. nomẽ pro aduerbio. ¶ Vltro.) Ecõtrario. Ille enĩ cadere debuerat. ¶ Grauis grauiterq;.) Figura a similitudine. ¶ Caua pinus.) Bene respexit ad ætatem. ¶ Erymãtho.) Erymãthus mons Arcadiæ est. ¶ Ida in magna.) Modo non Cretæ, sed Phrygiæ ꝑpter pinus. ¶ Consurgũt studijs.) In studia. ¶ Præcipitẽq; Daren.) Celerem. vt, Præcipites vigilate viri. ¶ Nunc ille sinistra.) Ille vacat, additũ propter metrũ. De ipso enim dicitur: vt, Creber vtraque manu pulsat, versatq; Dareta. ¶ Quã multa grandine nimbi.) Hypallage. Nam debuit dicere, Quam multo nimbo grando pręcipitat̃. ¶ Versatq; Dareta.) Dares Daretis, vnde est Dareta: & Dares Daris, vnde est Daren, sicut Chremes & Chremis & Chremetis.

Tum satus Anchisa cæstus pater extulit æquos:
Et paribus palmas amborum innexuit armis.
Constitit in digitos extemplo arrectus vterq;:
Brachiaq; ad superas interritus extulit auras.
Abduxere retro longe capita ardua ab ictu:
Immiscentq; manus manibus: pugnamq; lacessunt.
Ille pedum melior motu, fretusq; iuuenta:
Hic membris, & mole valens. sed tarda trementi
Genua labant: vastos quatit æger anhelitus artus.
Multa viri nequicq̃ inter se vulnera iactant:
Multa cauo lateri ingeminant: & pectore vastos
Dant sonitus: erratq; aures, & tempora circum
Crebra manus: duro crepitant sub vulnere malæ.
Stat grauis Entellus, nisuq; immotus eodem:
Corpore tela modo, atq; oculis vigilantibus exit.
Ille, velut celsam oppugnat qui molibus vrbem:
Aut montana sedet circum castella sub armis:
Nunc hos nunc illos aditus, omnemq; pererrat
Arte locum: & varijs assultibus irritus vrget.
Ostendit dextram insurgens Entellus: & alte
Extulit: ille ictum venientem à vertice velox
Præuidit: celeriq; elapsus corpore cessit.
Entellus vires in ventum effudit: & vltro
Ipse grauis, grauiterq; ad terram pondere vasto
Concidit: vt quondã caua concidit, aut Erymantho,
Aut Ida in magna radicibus eruta pinus.
Consurgunt studijs Teucri, & Trinacria pubes:
It clamor cœlo: primusq; accurrit Acestes:
Aequæuumq; ab humo miserans attollit amicum.
At non tardatus casu, neq; territus heros,
Acrior ad pugnam redit: & vim suscitat ira.
Tum pudor incendit vires, & conscia virtus:
Præcipitemq; Daren ardens agit æquore toto,
Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra.
Nec mora, nec requies, q̃ multa grandine nimbi
Culminibus crepitant: sic densis ictibus heros
Creber vtraq; manu pulsat, versatq; Dareta.

DONATVS.

¶ Hęc fatus duplicem ex. h. p. a. Et. m. m. a. m. o. l. q;. Ex. &c.) Ecce etiã ipse magnitudine corporis & mẽbrorũ mole laudat̃. ¶ Tum satus. An. c. p. e. æ. Et pa. pal. ambo. innexuit ar.) Amborũ, inquit, palmas paribus armis innexuit. Patrem dixit Æneã paternũ habentem iudiciũ, hoc est ęquale & iustũ. ¶ Cõstitit, in. d. e. a. v. &c.) In digitos vterq; arrectus extẽplo constitit, hoc est mox, vt arma sumpserũt Dares & Entellus, cõtinuo in digitos cõstiterunt, & in digitos arrectus, & interritus, ad vtrunq; pertinet, iccirco aũt in digitos erigitur cęstibus certaturus, quia tãto facilius & fortius percutit, quãto fuerit corporis proceritate sublimior. pronũciatio & intellectus loci istius talis est: constitit, & facienda est mora, dehinc dicendum, in digitos arrectus vterq;, hoc est ille & ille. brachiaq; vterq; interritus in auras superas extulit, & ille. s. & ille. ¶ Abduxere re. l. c. a. ab ictu.) Et hoc vterq; fecit capitib⁹ enim magis imminẽt cæstus: hæc resupini reuocabãt, vt essent lõge ab ictu submota. ¶ Immiscẽtq;. m. m. p. q;. l.) Et hoc vterq;. fieri solet istud in ingressu certaminis. vt primo quasi per ictũ paulatim tñ cõmotio mẽtis accedat. Ecce quid singulorũ separatũ fuerit, dicitur. cõpletũ est enim, quod vterq; similiter fecerat. ¶ Ille. p. m. m. f. q;. iu.) Dareta dictũ debemus accipere. licet. n. pronomẽ posuerit, nõ nomen, tñ quia addidit, fretusq; iuuenta, ille intelligit̃, qui supra iuuenis dictus est. ¶ Hic membris. &. m. v.) i. Entellus, quia quãto grauior fuit ętate, tanto magis pro remedio sibi duxerat standum. tutus enim fuerat corporis mole. ecce fecit iam separatione signans, quid singuli agerent. Dares, inquit, vigebat mobilitate, q̃ ętatis suffragio iuuabat̃: alter sistẽdum esse crediderat ꝑpter senectutis impedimentum & corporis põdus. ¶ Sed tarda. t. Genua. l. v. q. ę. an. ar.) Nõ pugnæ fatigatione nutabant genua eius, aut certãdo magnos anhelitus dabat, sed hoc illi ętas prouectior faciebat, & corporis magnitudo. ¶ Dant sonitus. e. q;. a. &. t. c. Cre. m.) Hoc est circũ aures & tempora. ¶ Duro crepitant sub. v. malæ.) Ne q̃cq̃, ad omnia, quæ enumerata sunt, pertinet: oẽs enim ict⁹ non tã graues fuerãt, vt hos fortes viri sustinere non possent. ¶ Stat grauis Entellus. n. q;. im. eo. &c.) Flos laudis ĩ Entello fuit, qui stanti corpore, oculis tñ omni cautela currẽtib⁹ ictus vitabat crebro veniẽtes, hoc est quod dixit: erratq; aures & tẽpora circũ crebra manus quia oẽs ille cauẽdo declinabat. ¶ Ille, idest Dares, velut. c. o. q. m. vr. &c.) Dares Entellũ sic varijs assultib⁹ sine effectu nocẽdi vrgebat. ac siquis velit oppugnare vrbẽ magnis molibus cõstructã, aut castella destruere summis in mõtibus cõstituta. magnã hoĩs peritiã demõstrauit: & habitudinẽ corporis, vt q discursus habere nõ poterat, sui ponderis causa vno in loco cõsistẽs tela crebro veniẽtia declinationib⁹ corporis euitaret, & funderet. hęc præstabãt præsens animus, artis ingeniũ, & oculi vigilãtes. ¶ Ostendit dextrã insurgẽs Entell⁹.) ille. hoc est Dares. ¶ Ictũ ve. a. v. v. Præui. celeriq; elapsus corpore cessit.) Entellus, inq̃t, erecta quãtũ potuit dextera, ictũ in Daretis direxerat verticẽ, sed ille hunc præuidit. hoc est anteq̃ perueniret vidit, & suffragio recessus celeris ictũ citius effugit. ¶ Entellus vires in. v. e. &. v. Ipse. g. g. q;. ad. t. p. v. Cõcidit. ¶ Ictum tam fortiter erogatum & in vacuũ effusum nullo impellente secutus Entellus cõcidit. & grauissimi corporis mole ingentẽ ruinam fecit, ita vt solet in montibus arbor pinea radicitus eruta cadere. bene posuit radicibus, quia cũ arbor ruptis radicibus cadit, nullius, vt Entellus, procũbit impulsu. ¶ Cõsurgunt studijs. t. & t. pubes.) Cõsurgũt studijs, hoc est voluntatibus diuersis, Troiani q̃ppe gratulabant̃ Entellũ cecidisse, Daretẽ pro victore habentes. Siculi cõtra turbati, q Entellus cecidisset. ¶ It clamor cœlo.) Nec immerito, fuit enim causa quæ hunc magnis viribus excitaret. ¶ Primusq; accurrit Acestes Æ. q;. ab. h. m. at. ami.) Acestes miseratione cõmotus æquæuum suum, & amicitiæ religione coniunctũ leuauit auxilio suo, & erexit iacẽtẽ. ¶ At nõ tardatus casu neq;. t. h. Acrior ad. p. r. ac. v. s. i.) Nõ alio erubuit vir fortis. sed iratus est: quę ira stimulus fuit excitandæ virtutis. accedebat tñ nonnulla etiã pudoris contemplatio, iccirco enim addidit. ¶ Tum. p. i. v. & cõ. v.) Virtus, inq̃t, quæ sese nouerat, animũ irascentis armabat. ¶ Præcipitemq; Daren ardens agit æquore toto.) Ille qui ætate grauis & corpore vno in loco cõsistens ictus venientes declinando fundebat, ira simul & cõscientia virtutis accensus, repente mobilis & acer effectus agitabat Daren per omnem campum, atq; ita vt fugiens ille & præceps actus stare nõ posset, agebat autem istum. ¶ Nunc dextra ingemi. ictu, nunc ille sinistra.) Ille, quem iuuenta superbum fecerat, ille qui pedum melior fuerat motu, sic cedebat Entello, vt insequentis senis ictus vitare non posset, vsqueadeo vt nõ iam singularibus sed geminatis & multiplicatis ictibus cederetur. nec vna

Universidad de Deusto Biblioteca

vna tantũmodo manu, sed vtraq; verberante. ¶Nec mora.n.re.) Nulla vapulanti dabat requies, quia ictibus duris & iugibus nulla morarum præbebatur occasio. ¶Quam multa.g.n.Culmi.c.) Sic inquit, illisi in Darem ictus crepitabãt vt solet densa grando, cum tectis infunditur, personare. magna cõparatio grandinis, & tectorum. cum enim grando extiterit, cęduntur tantũ tecta, non etiam ipsa feriunt, vt ostẽdatur Dares tantum crebris ictibus cæsus, vt ipse suos non valuisset exerere. ¶Sic densis ictibus heros Cre.v.manu.p.v.q;.d.)Deniq; vt grando densior tecta, sic crebris & vtraq; manu inclusis ictibus superatus Dares, nunc cecidit non vt Entellus casu, sed virtute fortioris est vsus.

ASCENSIVS.

¶Hęc fatus.)Recitat quomodo paribus armis armati in pugnã descenderint: & qua vterq; arte, ac vi cõtenderit, donec Entellus a Darete illusus, ictu proprio in aerẽ diffuso cecidit: qui leuatus acrior in pugnam rediit: vt sequẽtia indicabunt. Ad hunc autem locum dicit Donatus (quod quidem compererim) nihil. ¶Ordo igitur est Entellus, sup.fatus.i.locutus: hæc quę, scilicet præmissa sunt, reiecit ex humeris, amictum duplicem.i.abollam: & exuit.i. denudauit, magnos artus membrorũ, & magna ossa, & lacertos, sup.magnos: atq; ipse ingens, cõstitit.i.firmiter stat: in media arena: tum.i.deinde: pater.s. Æneas: satus, id est procreatus: Anchisa: ex Venere.s.extulit.i.in medium tulit. cæstus æquos, idest æqualis ponderis: & innexuit.i.vinxit, palmas, amborum.s.Daretis & Entelli: armis paribus.i.cõformibus. Vterq; cõstitit extemplo.i. illico: arrectus in digitos.s.pedũ, quo altior fieret. sed & manus, more luctaturorũ, erigere potuerunt. (Quintilianus docet, rem depingi: & oculis mentis, quasi in spectaculo, exhiberi. sumptus est autem (vt Seruius inquit) locus ex Apollonio.) & vterq; interritus.i.non territus, extulit brachia ad auras superas. Abduxere, scilicet ambo: retro.i.retrorsum.lõge ab ictu capita.s.sua: ardua .i.erecta, & sublimia: & immiscent manus manibus, & lacessunt.i. prouocant sic tauri, immiscendo cornua cornibus pugnam.s.futuram. Ille.s.Dares: lacessit, supple existens melior. motu.i.agillitate pedum: & fretus.i.cõfisus, & adiutus: iuuenta.i.iuuenili ætate: hic.i.Entellus, supp.lacessit pugnam: valens.i.prestans membris: & mole.i.mole membrorum: sed genua tarda.i.tardata senio: labant.i.titubant: labanti similia: ipsi trementi.s.senio, nõ timore. Anhelitus æger.i.moleste editus: quatit.i.cõcutit: artus vastos.i. membra spatiosa, & magna: & viri.i.ipsi, viriliter concertantes: iactant.i.expendunt, & iniiciunt: nequicq̃.id est frustra: quia neuter prosterni, nec vinci potuit: multa vulnera.i.ictus, aut iactus. nam vulnera nequicq̃ non fiant: & ingeminant.i.frequentant: multa.s.vulnera.i.multos ictus lateri cauo.i.per latus brachiis detectum: & dant vastos sonitus, pectore.i.ad pectus: & manus errat.i.vagatur, incerte percutiẽdo: crebra.i.crebro: circum aures, & tẽpora.i.iuncturas capitis: & malę.i.maxillę, potius q̃ hami armorum: crepitant.i.crepitũ faciunt: sub vulnere duro.i.ictu forti. Entellus stat grauis.i.grauiter aut existẽs grauis: q;pro.i.immotus eodẽ nisu.i.conatu, sine agitatione membrorũ: & exit.i. vitat: modo.i.solummodo: corpore & oculis vigilantibus.i.prospicientibus: tela.i.ictus, longe venientes, quia grauius lędunt. Ille.s.Dares: pererrat.i.circunuagatur: arte.i.artificiose, omnem locum: & irritus.i.frustratus, a primo conatu, vrget variis assultibus: velut.i.sicut, is qui oppugnat vrbẽ celsam.i.sublimem: molibus.i.magnis structuris murorũ: aut qui oppugnat molibus.i. magnis machinamentis, vrbem celsam, aut qui circũsedet sub.i. in armis: castella mõtana.i.qui obsidet castella in montibus sita, supple facit, aut tentat nunc hos aditus, nũc illos: & pererrat omnem locum, arte: & irritus vrget variis assultibus Entellus insurgens, vt desuper incutiat: ostendit dextram, aut fiducia, aut ingenuitate, aut senio procurante: & extulit alte; ille velox.i.celer in omni re, præuidit ictum venientem a vertice.i.desuper (aut præuidit velox.i.velociter: vt Seruius vult) & ipse elapsus corpore celeri.i.multum agili: cessit.i.locum dedit dextrę: ita vt non pertingeretur. Entellus effudit vires in ventum. quia nihil obstaculi inuenit: & ipse grauis cõcidit grauiter, vltro, id est insuper: aut nullo alio

lo alio impellente, ad terram corpore vasto.i.valde amplo & magno, sup.sic coincidit: vt.i.quemadmodũ pinus caua.i.vetustate exesa, & carie corrosa: concidit quondam.i.aliquando: aut Erymantho.i.illo monte Arcadiæ: aut in magna Ida.i.Phrygiæ vbi multæ sunt pinus, matri deum sacrę existens eruta.i.euulsa: radicitus.i.ab radicibus vsq;. Teucri & pubes.i.multitudo pubescentium. Trinacria.i.Sicilien. consurgunt studiis.i.studiosis officiis. Clamor it.i.diffundit: cœlo.i.ad cœlum, vsq;: datiuus localis, qui octauus casus dicit: & Acestes accurrit primus.i.præcipuus: aut primus, quia alii nõ audebãt manum apponere, sed solũmodo acclamabant: & ipse miserans, attollit amicũ ęquęuũ.i.æqualis æui, ab humo. At.i.sed: heros.i.vir magnanim', & heroica virtute pręditus.s.Entellus, existens nõ tardatus, neq; territus casu: redit ad pugnã acrior.s.q̃ prius fuerat, & ira suscitat.i.excitat, & procreat vim.i.robur. Tum.i.insuper: pudor.i.erubescentia & virtus cõscia: quia sciebat se cõtra Dareta posse stare: incẽdit.i.in opus extre facit: aut, intẽdit.i.auget vires, & ipse ardens.i.excandescẽs iratus agit toto æquore.i.per totã planiciẽ Daren.i.Daretẽ (nã vtroq; modo declinat) præcipitẽ.i.præcipitanter fugientẽ, ingeminans ictus nunc dextra, nunc sinistra (ille, vacat.) Nec mora, sup.fit in Entello: nec requies in Darete, aut in vtroq;: quia heros.i.Entellus pulsat creber.i.crebro, vtraq; manu, & versat Dareta sic.i.tã densis ictibus, q̃ multa grandine nimbi.i.nubes grandinosę crepitant tectis.i.per tecta, dum grando decidit. Seruius vult hypallagem esse, vt sit pro eo quod est, Quã multo nimbo grãdo pręcipitatur. sed mihi videt citra hypallagen, conformior similitudo, vt Entellus habeat similitudinẽ cum nimbo: & ictus eius super caput Daretis decidentes cum grandine super tectã crepitante. Nõ enim opus est, vt multi sint nimbi, dum multa est grãdo per tecta crepitans. Et sicut censet proceleumaticũ esse, genua labant: qui in dactylum contrahitur, faciendo genua dissyllabum: ita & magnos membrorum, &c. hypermeter est versus, sed syllaba, q̃ abundans a vocali sequenti, more Virgiliano absumitur.

PIERIVS.

¶Duplicẽ ex humeris reiecit amictũ.)In veteribus aliquot exẽpla. deiecit, habet, hoc est, demisit propere, vt nudato apparuerit pectore, thoraceq; omni, vestibus circa pudẽda subligatis. Plura tñ exemp. vetusta, reiecit, habẽt. ¶Magna ossa, lacertos Exuit.)In perueteri quodã cod. sententia nõ parũ diminuta, legere est, magnosq; lacertos Exuit. quod veriti sunt hypermetrum facere. In aliquot aliis, magna ossa lacertos: absq; particula copulatiua eclitica: vt sit, Magnos mẽbrorũ artus, ac lacertos, appositiue, magna ossa. Sed.n.in ea vastitate, visendaq; mẽbrorũ magnitudine, versum & pleniorẽ esse, & numeris abundare, valde mihi videtur esse ex carminis dignitate, quare libẽtius legerim, magna ossa lacertosq;, vt pleraq; habent exẽplaria, tam impressa, q̃ manu scripta. Nõ pręteribo, quod in Actio Pontani magna ora lacertosq; legit: quod nõ crediderim temere positũ: tametsi, magna ossa corporaturã illam athleticã ostendere videant. ¶Pugnasq; lacessunt) Antiqui aliquot cod. pugnas, numero multitudinis habẽt, vt sit quędã iusti pręlii similitudo, perinde ac si collatis signis dimicãdum esset, antea enim q̃ directa acie concurrat, leues quędã pugnę a pręmissis equitibus, vel a funditoribus: nonnunq̃ etiã ab exploratoribus cõmitti solent. ¶Nunc hos, nunc illos aditus.)In Ro.cod. variato numero, legere est, Nunc illos, nunc hos aditus. Sed loquẽdi modus frequentissime, hunc & illũ, dicit, & huc & illuc, & huiusmodi reliqua. Catullus. Et circũsilies modo huc, modo illuc. Puluinusq; peræq;, & hic, & illic. Ludebat numero modo hoc, modo illoc. A viciniori enim inchoandũ est, vtpote magis noto. ¶Vires in ventũ effudit.)In antiquis aliquot, effundit, præsentis tẽporis, res enim nunc agitur. Aliis magis præteritum placet. ¶Radicibus eruta pinus.)In Ro. codi. & aliquot aliis radicitus, aduerbium est, Sed, radicibus, nomen, longe plurium codicum cõsensus, & vsitata loquẽdi figura libẽtius legit. ¶Primusq; accurrit Acestes.)In oblongo codice perueteri, occurrit, legitur: sed, adcurrit, vel, accurrit, omnino melius. ¶Ad pugnam redit, & vim suscitat.)Veteres pleriq; codices, Ac vim, legunt, quod magis placet.

SERVIVS.

¶Infelix.)Consolatio est. Vnde non dicit imbellis, vt fortunæ videatur esse quod victus est. ¶Dixitq;.)Vacat Que metri causa, & maluit perissologiam facere, quam vti cõmuni syllaba, quę frequẽs vitiosa

Tum pater Aeneas, procedere longius iras,
Et sæuire animis Entellum haud passus acerbis.
Sed finem imposuit pugnæ. fessumq; Dareta
Eripuit, mulcens dictis: ac talia fatur.
Infelix, quæ tanta animũ dementia cepit? ÆNE.

tiosa est. Vnde Horatius, Nec tanta in metris venia cõcedit tur vti Græci enim his vtuntur frequenter. ¶Fidi æquales.) Home. φὶ λοαί ἀμφιστανι ταῖροι ὅ μιν ἄγον δὶ ἀγῶνος ἐφελκομένοισι πόδεσσι, αἷμα παχὺ πτύοντα κάρη βάλλοντ' ἑτέρωσε. ¶Vtroq;. In vtranq; partẽ. ¶Vocati accipiunt.) Bene eorũ ostendit pudorẽ: vel quia erãt occupati circũ amicũ, dixit Vocati. ¶Cognoscite Teucri.) Habet rationẽ personarũ: quia virtutẽ eius nouerant Siculi. ¶Effractoq; illisit ossa cerebro.) Hypallage, fregit ossa, & illisit in cerebrum. ¶Humi bos.) Pessim' versus in monosyllabam desinens. ¶Meliorem) Aptiorem. Nam animalem hostiam dat. ¶Cæstus artemq; repono.) Et arma deposuit & arti renuntiauit: idest catalysin fecit.

DONATVS.

¶Tum pater.æ.pro.l.i.Et sę.a.e.h.p.&c.) Æneas & sui hominis causa, & quia acerbum fuit post victoriã hominẽ cædi vsq; ad terminũ vitæ, finẽ certamini dedit. nec passus est vlterius progredi sequentẽ. ¶Fessumq; da. Eripuit.m.d.ac.t.f.) Necessario verbo vsus est dicens, eripuit, vt ostenderet magnã interuenisse violentiam, & periculũ salutis immane. ipso vsus est hic, quo ex persona Sinonis iterũ vsus est dicens, Eripui fateor leto me, & vincula rupi. ipso ex persona Æneæ, Illum ego per flãmas & mille sequentia tela Eripui his humeris, medioq; ex hoste recepi. Ipso ex persona Veneris, Eripe nate fugam, finemq; impone labori. ipso ex persona Palinuri, Eripe me his inuicte malis. ereptum ergo consolabatur dictis locutus talia. ¶Infelix, quæ tan.a.d.c.&c.) Infelix est, qui vltra q̃ potest audet appetere. infelix est, qui secundis rebus modũ nescit imponere. quod contigit in ipsius Daretis causa. cum enim superbia intoleranda ferret, & existimaret se inuictũ, atq; vniuersis esset terrori, sic fortiorẽ repperit, sic discrimẽ propriæ salutis inuenit. demens aũt est, qui exclusa sanitate cõsilii, mente perdita nõ cernit aduersum se nõ tantum hominẽ verumetiam deos ex aperto cõtendere. hoc autem amatoris animo Æneam dixisse intelligendum est, vt Dares non Entelli, sed dei cuiusdã violentia superatus esse videretur. deniq; sequit. ¶Cede deo.) Deo, inquit, cede, non homini. sic ipse Æneas & in sua causa prosecutus est, vt in fine secũdi libri diis cessisse potius q̃ Græcis diceret. dicẽdo igitur, cede deo, minuere voluit victoris hominis laudẽ. errant igit, qui putant Æneã deum dixisse Entellum, cuius victoriã deprimere debuit propter amici miserabilẽ casum. ¶Dixitq;, & prelia.v.d.) Quantũ potuit iubentis authoritas sola diremptũ est voce, quod magno incendio irascẽtis & furore flammauerat. ¶Ast illũ fidi æquales genua ægra trahentem &c.) Cum hęc Æneas dixisset, cum interposuisset terminum pugnæ, duxerũt inde amici sui Daren afflictum trahentẽ genua, tanq̃ morbo ęgra, quæ pauloante fortia fuerãt, & deiectis nunc huc, nunc in aliã partẽ ceruicibus, quas in cœlum superbia ferebat & fastus, crassumq; cruorẽ cum dentibus fractis ex ore fundentẽ ad naues ducunt. dixit, vt ferri potius ex parte, & trahi ex parte videretur, vocati vero acceperunt premium Dareti, qm̃ vltro victi hois sortem puduit postulare. ¶Palmã Entello.t.q;.r.) Palmã interea & taurũ victori Entello reliquerunt, quanto istud cum dolore amicorũ Daretis factũ est, ducere hominẽ victum, debilẽ trahere, accipere ludibriosum donum gloriã palmæ cum tauro relinquere cõmodis & titulis inimici. illã.s.palmã, quã putabat se adepturũ Dares, cum nullus certator existeret, & taurũ, quẽ cornu tenuerat, cum se putasset inuictum. ¶Hic victor.s.a.t.q;.s.) Entellus gloria euectus, & pręmio. ¶Nate dea, vosq; hęc, inquit, cognoscite Teucri, Et mihi quæ fuerint.i.in.c.u.Et.q.s.r.a.m.d.) Et tu, inquit, Ænea, & vos Troiani ex præsenti facto, quo mox proferã intelligite, qualis in iuuentute fuerim, qñ admiranda longęuus ostendo, simul hoc quoq; probaturi, quãta mortis acerbitate liberaueritis Darẽ vestrum. ¶Dixit, & aduersi cõtra stetit ora iuuenci &c.) Stetit, inquit, cõtra iuuenci faciẽ, cum illo dixit, & reducta dextera. tunc enim ictus reddit fortior, si e maiori spatio veniat. librauit in eius cerebrum manũ, atq; inter cornua cæstus illisit. hęc pars capitis maximam duritiẽ habet, perindeq; maximam frangendi difficultatem, & tamen ictus istius effractis

Non vires alias, conuersaq; numina sentis?
Cede deo. {Dixitq;: & prælia voce diremit. POE.
Ast illum fidi æquales, genua ægra trahentem,
Iactantemq; vtroq; caput, crassumq; cruorem
Ore reiectantem, mistosq; in sanguine dentes,
Ducunt ad naueis: galeamq;, ensemq; vocati
Accipiunt: palmam Entello, taurumq; relinquunt.
Hic victor superans animis, tauroq; superbus,
Nate dea, vosq; hęc (inquit) cognoscite Teucri: EN.
Et mihi quæ fuerint iuuenili in corpore vires:
Et qua seruetis reuocatum á morte Dareta.
Dixit: & aduersi contra stetit ora iuuenci: POE.
Qui donum astabat pugnæ: durosq; reducta
Librauit dextra media inter cornua cæstus
Arduus: effractoq; illisit in ossa cerebro.
Sternitur, exanimisq; tremens procumbit humi bos.
Ille super tales effudit pectore voces.
Hãc tibi Eryx meliorẽ aiam p morte Daretis EN.
Persoluo. hic victor cæstus, artemq; repono.

ossib' vsq; ad ipsum cerebrũ penetrauit: proinde, qua morte interiit bos, ipsa ostẽdit Daren interiit potuisse: expressio facti illa est: sparso, inquit, cerebro, cæstus in ossa illisit. ossa sunt, quæ cerebrum tegũt. cerebrũ ipsum secundũ est, hoc est sub ossib'. rursum ossa succedunt, quæ sunt sub cerebro. sic igitur virtus operata est, vt ictus cęstuum perfractis superioribus ossib' & cerebro sparso, ad interiora quoq; ossa descẽderet. ¶Sternitur.e.q;.t.p.hu.bos) Nõ descripsit moriẽtẽ. sed vt vnius ictus violentiam demonstraret, post illisos, inquit, cæstus mortuus concidit bos. si bos animal durũ dura frõte tam facile concidit, & fractus est. quid si ipse Dares tam letalẽ impetũ suscepisset? ecce quanta celeritas mortis, anteq; caderet reddit animam, nec visus est post factum nisi exanimis & humi prostratus est, & vicit, & donum bouis cõmodumq; contempsit. ¶Ille super tales.e.p.vo.) Entellus post exitum bouis has addidit voces. cum dicit voces ostendit hunc dicta sua clara voce prosecutum. ¶Hanc tibi Eryx m.a.pro.m.d. Persoluo.) Meliorem, inquit, animam quasi melior esset bouis anima, q̃ hominis, non ipse est intellectus. placare enim voluit Æneæ mentem & animos Troianorum, quos in pernicie Daretis lęserat. & posito furore certaminis ait, melius factũ est vt bos potius interiret q̃ Dares, meliusq; tibi Eryx bouis anima vota persolui q̃ hominis. hæc enim est hoc loco anima melior, quę sine piaculi contagione mactata est. ¶Hic victor c.a.q;.re.) Quod dignum spectaculum prouenisset, cõgruum ei visum est ab ipsa se artis professione dissoluere, vel maxime quia victor steterat, vt sæpe de victoriis quoq; veteribus lætus, inde ait. quo loco dedi tale meæ virtutis exemplum, ibi pono & artẽ & cæstus studiumq; certandi.

ASCENSIVS.

¶Tum pater, &c.) Cõmemorat quomodo Æneas litẽ diremit, vtq; Entellus vir grauis & diuina ope fretus, Dareti pepercit, sed iuuencum vno ictu mactauit, & diis obtulit: atq; cęstus deposuit cũ gloria: nunq̃ amplius in pugnã cõcessurus. Donatus aũt dicit sic. ¶Infelix.) Quia audeas cõtra numina: est aũt optima consolatio, cum ostendat non illũ ab homine, sed a numine vinci. ¶Cede deo.) Errant qui putãt Entellũ, deum ab Ænea vocari: sed deum dicit, fauens illi numen. ¶Ægra.) Quib. pauloante tantopere valebat. ¶Caput.) Quod pauloante in cœlũ tollebat propter superbiam. ¶Palmam, taurũq; relinquunt.) Exprimit quãto hæc cum dolore facerent. Hæc ille. ¶Ordo est. Pater Æneas haud.i.nõ passus, sup. est: tum.i.tũc: iras, scilicet Entelli: procedere longius.i.ad grauius malum: & Entellum sæuire, id est ferocire: acerbis, id est immitibus animis: sed imposuit pugnæ finẽ, dato, scilicet signo: & eripuit Dareta fessum, scilicet cursu, & ictibus toleratis: mulcens, id est mitigans, & consolans dictis, id est verbis consolatoriis: ac fatur talia, o infelix, id est miser, hoc est miseratione digne contra quem diuinum facit auxiliũ: quæ tanta dementia cepit.i. inuasit, animum.s.tuum? Non sentis alias vireis, scilicet q̃ humanas, aut ipsius Entelli: cede, id est da locum. deo.i.numini, quod nunc in Entello est: dixitq;.i.simul dixit: & diremit, id est dirupit: prelia voce, id est sermone suo: ast, id est sed: ęquales.i.coęui: eius fidi, id est fideles & fauentes: ducunt ad naueis.i.extra cõspectum populi: illum, scilicet Dareta: trahentem genua ęgra, id est saucia, & defatigata: & iactantem, scilicet præ dolore: caput vtroq;, id est in vtramq; partem: modo in dextram, modo in sinistram & reiectantem ore, id est euomentem: cruorem, crassum, id est globatum, & fere concretum: & dentes mistos in sanguine: & ipsi vocati, scillicet ab Ænea, ad recipienda solatia victo, accipiunt galeã & ensem: sicut se daturũ promiserat Æneas & relinquunt Entello palmam.i.victoriam: & taurum.i.pręmium: hic, id est modo: Entellus victor superãs.i.exultans animis: & superbus tauro (nam, vt Tacitus ait, Sapientibus cupido gloriæ nouissima exuitur) inquit Ordo.

Universidad de Deusto Biblioteca

quit, o nate dea, id est o Ænea: &, o vos Teucri, scilicet reliqui: cognoscite, & i. simul, quæ vires fuerint mihi in corpore iuuenili & a qua morte seruetis Dareta reuocatũ, hoc est recognoscite quod Dareta occidere potuissem, si voluissem. dixit, scilicet Entellus, id est finiuit orationẽ, & stetit cõtra ora iuuenci aduersi. i. ex aduerso stantis. Qui scilicet iuuencus astabat: donum, idest præmium pugnæ: & Entellus librauit, id est librando incussit: cæstus duros, id est plumbo oppletos, inter media cornua, scilicet iuuẽci: & illisit, id est illidendo intrusit cæstus in ossa: & hoc cerebro effracto, id est disperso: aut hypallage est, pro eo quod est illisit in cerebrum effracto osse: Bos sternitur exanimis, id est mortuus: & procumbit humi, id est super humum, tremens, scilicet per spiritus vitaleis, per arterias currentes: ille. s. Entellus: super effudit. i. insuper effudit, aut effudit super. s. bouem prostratum tales voces. i. verba votiua & dedicatiua, o Eryx, hic patet quod sensit se numine Erycis iuuari) ego persoluo tibi pro morte, id est loco mortis: quia suffecisti: vires, vt Dareta occidere potuissem animã hanc id est bouis: meliorem. i. aptiorem: aut in contemptum Daretis dicit, quem iniquum sentit hominem: quod dolo eius ceciderat: & ego victor repono. i. ad perpetuam requiem pono: cæstus. i. instrumenta pugilum & artem. i. exercitium artificiosum, quod non amplius exercitaturum se significat. Et ideo, quia moris erat, vt qui aliquod genus vitæ exuerent, perpetuoq; derelinquerẽt, eius arma deo illi præfecto dicarẽt: vt arma quibus monstra domuerint Herculi: arma nautica Neptuno: puppas virgines Veneri: bullas prætextas, virilem togã sumentes laribus, &c. ipse Entellus Eryci dicat, & ad collum eius figit.

PIERIVS.

¶Ore reiectantẽ.) Antiqua aliquot exemplaria, eiectantẽ, legunt alia, reiactantem, vocali a iacto non immutata. Sed reiectantem, vulgata lectio magis placet. ¶Iuuenili in corpore.) In Ro. codi. atq; aliis plerisq; omnibus, Iuuenali, per a, in pene vltima notatũ legas, neq; id in Virgilianis tantũ codicibus. verum & in aliis autoribus. Est apud me Ouidij codex admodum vetustus, in quo ea dictio passim per a, scripta est, vt (ea nunc præ manibus erat) in epistola ad Maximum, de amore, loquens, Tu mihi dictasti iuuenalia carmina primus. & ita alibi. Præterea, C. Iulius Roma. in libro de analogia, nomen hoc Iuuenalis, si homo sic vocetur ab altero nomine, Iuuenalis, sicut ait Maro. Iuuenali in corpore vires qua dictione, res non persona, censet: non alia ratione discernit, nisi ab ablatiui singularis finali litera. Nam pro nomine proprio in e, pro adiectiuo in i, finiri tradit, nõ taciturus, siquam aliam literam facere differentiã agnouisset. Effractoq; illisit in ossa cerebro.) Sunt qui, illisit ossa, absq; præpositione legi debere contendunt, perinde ac illud etiam superius legunt absq; &, particula: cum clamore Gyas reuocabat, Ecce Cloanthum, Sed enim in antiquis omnibus exemplaribus, quæ ad manus meas peruenere, vno exemplo scriptum inueni, illisit: vel, inlisit in ossa: & hoc loco hypallagem figuram agnoscit Seruius, dum dicit, Fregit ossa, & illisit in cerebrum cæstus. Ac mihi quidem videtur, qui ex hoc versu, in, præpositionem adimunt, vim etiam ex ictu illo pene omnem adimere, ita languere oratio, atq; etiam imperfecta reddi, versusq; ipse flaccescere videretur. Non præteribo tamen legisse me in codicibus aliquot manu scriptis, Immisit in ossa. Sed, illisit, omnino melius. ¶Hic victor cæstus, artemq; repono.) In Roma. codi. & in aliquot aliis admodum vetustis, dicta videntur hæc ex persona poetæ: quia, reponit, persona tertia scriptum est. Verum minime displicet Entelli ea esse verba, qui hæc depugnata pugna votum nuncupet se nunq; amplius in certamen descensurum. Et repono, persona prima, in reliquis plerisq; codicibus habetur.

SERVIVS.

Malus. ¶Ingentiq; manu.) Magna multitudine. ¶Malum.) Malus, arbor nauis, generis masculini. Horatius, Nec malus celeri saucius Aphrico. Et dictus est malus, vel quia habet instar mali in summitate: vel quia quasi quibusdã maris ligneis cingitur, quorum volubilitate

POETA

Protinus Æneas celeri certare sagitta
Inuitat, qui forte velint: & præmia ponit:
Ingentiq; manu malum de naue Seresti
Erigit: & volucrem traiecto in fune columbam,

volubilitate vela facili' eleuãtur. ¶Traiecto.) Extẽto: vnde trãsenna dicit extẽtus funis. Salusti. Machinato strepitu trãsenna corona in caput imponebat. ¶Quo) In quã. Nam ponit aduerbia pro noibus: vt, Genus vnde Latinũ. ¶Clamore secũdo.) Vt supra dixit, Magnoq; virũ se murmure tollit. ¶Quem modo) Nuper. nã vt supra diximus, victor fuit duorũ, Vrbanus vero dicit modo, propemodũ, pene, Nã secundus fuit. Alij Victor, voti compos volũt: vt, Rapidisq; rotis insistere victor. Optauerat enim ne rediret extremus vt, Hoc vincite ciues. ¶Clarissime frater Pãdare) Notissime, q fuit Lycaonis filius. Pãdarus aũt scdm Homerũ, certamẽ, Mineruę persuasione, singulare Menelai & Paridis, cũ in eo esset vt Paris vinceret, iacto telo, diremit, quo Menelaum vulnerauit. ¶Iussus.) A Minerua. ¶Subsedit Acestes) Remansit. Nec enim pferebat sors quę remanserat sola: aut certe delituit. Vnde & subsessores vocant, qui occisuri aliquẽ delitescũt: De quo verbo plenius dicturi sum' illo versu, Deuicta Asia subsedit adulter. ¶Flexos incuruãt.) Mutatione vsus est. Nã curuos inflectũt debuit dicere. ¶Pro se quisq; viri.) Pro qualitate roboris sui. ¶Diuerberat auras)

Quò tendant ferrum, malo suspendit ab alto.
Conuenere viri: deiectamq; ærea sortem
Accepit galea: & primus clamore secundo
Hyrtacidæ ante omneis exit locus Hippocoontis.
Quem modo nauali Mnestheus certamine victor
Consequitur, viridi Mnestheus euinctus oliua.
Tertius Eurytion, tuus o clarissime frater
Pandare: qui quondam iussus confundere fœdus,
In medios telum torsisti primus Achiuos.
Extremus, galeaq; ima subsedit Acestes,
Ausus & ipse manu iuuenum tentare laborem.
Tum validis flexos incuruant viribus arcus,
Pro se quisq; viri: & depromunt tela pharetris.
Primaq; per cœlum neruo stridente sagitta
Hyrtacidæ iuuenis volucres diuerberat auras:
Et venit: aduersiq; infigitur arbore mali.
Intremuit malus: timuitq; exterrita pennis
Ales: & ingenti sonuerunt omnia plausu.
Post acer Mnestheus adducto constitit arcu
Alta petens: pariterq; oculos, telumq; tetendit.
Ast ipsam miserandus auem contingere ferro
Non valuit: nodos, & vincula linea rupit:
Quis innexa pedem malo pendebat ab alto.
Illa Notos, atq; atra volans in nubila fugit.
Tum rapidus iandudum arcu contenta parato
Tela tenens, fratrem Eurytion in vota vocauit,
Iam vacuo lætam cœlo speculatus: & alis
Plaudentem nigra figit sub nube columbam.
Decidit exanimis: vitamq; reliquit in astris
Aerijs, fixamq; refert delapsa sagittam.

Scindit. ¶Arbore mali.) Sic dixit vt, Lustrat Auentini montẽ. ¶Exterrita pennis.) Timorẽ suũ pennis significans. Singula.n. animalia habent signa, quibus indicant suũ timorẽ. Vnde ipse de lupo, Caudãq; remulcens, Subiecit pauitantẽ vtero. Item de Caco, Turbatũq; oculis. Hominũ enim timorẽ primi indicant oculi. ¶Omnia plausu.) Alij pennarũ dicunt, sed melius est spectãtiũ fauore. Illud enim est incredibile. ¶Adducto arcu telum tetẽdit.) Hypallage est. nam adducitur telum, & arcus intendit. ¶Miserandus.) Qui perfecta re difficiliore victoria caruit. ¶Innexũ pedẽ.) Innexum pedẽ habens. ¶Tum.) Deinde, & est aduerbiũ ordinis. Nam Tunc tẽporis est. ¶Arcu cõtenta parato Tela tenens.) Cõtento arcu tela tenens parata. ¶In vota vocauit.) Nam apud Lycios colit, quasi heros. ¶Nigra nube.) i. alta. ¶Vitamq; reliquit in astris) Vnde sumpserat vitã vt, Hinc hominũ pecudumq; genus, vitęq; volantum. Sane sciendum hũc totum locum, ab Homero esse sumptum. Vnde inanis est vituperatio Æneæ, q suspenderit auẽ maternam. Nam & res est translata simpliciter: & quãcunq; suspendisset auem, in hanc incideret vituperationem. Nulla enim auis caret consecratione, quia singulæ aues numinibus sunt cõsecratæ. Quanquam Vrbanus dicat matrem citius potuisse placari.

DONATVS.

¶Protinus. æ. c. c. s. Inuitat &c.) Sagittarũ dehinc certamen induxit, ppositis pręmijs, & ipsius certaminis genere. erexit igit arborem nauis magna iuuenũ manu: cũ hoc dicit per plurimos factũ, monstrauit formę fuisse potioris. ideoq; posuit, & Seresti nomẽ, qm dixit superius nauiũ illũ habuisse maiorẽ. huic suspendit volucrẽ columbã, nõ quo sit vlla nõ volucris sed vt genus ostenderet animalis, & intactis pennis, ac per hoc quæ posset volare. hoc ideo prestruxit, q dicturus est eam volasse, & ictu sagittę ab ipsis nubibus reuocat, vt eo tenderẽt sagittas, q haberẽt artẽ peritiãq; mittẽdi, & qui eã figere potuisset, victoris sumeret pręmiũ. ¶Cõuenere viri.) Viros nõ propter sexũ dixit, sed ppter acumẽ ingenij & artis industriã. cõuenerunt tales, q scirent se tendẽdi arcus habere peritiã. ¶Deiectãq; ærea. s. Ac. g.) Vsus est ad vicẽ vrnæ galea, & cõmisit virorũ nomina. hoc nõ dixit poeta, sed intelligit factũ ex eo, quod ait, sumpsit Æneas sortẽ ex galea eductã sorte. n. ordinãdi fuerãt propter euẽtum feriẽdi, qppe si sine sorte id fieret, esset nõnulla in ordinatione cõtento. si enim primi quiq; columbã fixissent, alij nihil haberẽt quo ferirẽt. ¶Et prim'. c. s.) Allusit de primo & secundo, sed intellectu discernunt. primus quippe exijt Hippocoõ, sed secũdo fauore populi, secũdo nõ post primũ sed, pspero debem' accipere. nũc ergo sors fecerat primũ cõsentiẽte fauore plurimoru. ¶Quã mõ nauali Mnestheus.) Secundus exijt Mnestheus, q pauloante cũ nauale certamẽ agerẽt victor extiterat, atq; ita, vt coronat' ex oliua & frõdibus fuit incedẽs, tenebat ordinẽ sortis. ¶Tertius Eurytiõ. t. o. c. f. Pãdare.) Exijt tertio loco Eurytiõ frater Pãdari, q aliquãdo in Grecos cõtorsit telũ nõ suo arbitrio sed pręcedẽte iussione, vt ictũ fœdus pugnę posset repetitione cõfundi. tres istos cum signis suis posuit, q aggere vinculorum trahebant, aut factis, melior tñ Hippocoontis descriptio fuit. in qua & alludere voluit & iuuare, nã q primus exierat, habuit scdm fauorem populi. hũc ergo dixit Hyrtacidem Hyrtaci. s. nobilis hois filiũ. Mnestheum victoriæ signis & coronæ indicio ac repetito noie euidẽter ostẽdit, Eurytionẽ vero, q Pãdari esset frater: q iussus torquendo in hostẽ telum fœdus cõfudit. ¶Extremus. g. q. i. s. Acestes.) Nõ Acestes, sed Acestis nomen subsedit in galea, quæ duci necesse nõ fuerat, quia in vno & solo esse non potuit sortis incertum, quippe ipse exeat necesse est, vbi alius nõ est. noluit ergo Acestes inter iuuenes munerari nõ mentis ignauia sed laudũ voto, vel maxime, cum sagittarum certamen nõ robore corporis, sed vsu posset & exercitatione constare. hunc tñ euentus sortis a fortioribus separauit in sinu galeæ retinendo. ¶Tũ validis flexos in. vi. a.) Meditamenta sunt ista tentare arcus, atq; curuare pro modo viriũ suarũ curabant arcus, & sagittas ex pharetris proferebãt. ¶Primaq; per cœlũ.) Hic fuit euentus sagittæ primę. nã inter alas, hoc est inter alarũ pennas transiens ligno potiusq; colũbę visceribus fixa est, quo impetu & arbor impulsa cõtremuit, & colũba exterrita geminauit trepidos plausus intantũ, vt eorũ sonus cõpleuisset vniuersa. ¶Alta petẽs, p. q. o. t. q. t.) Dicendo aerẽ & oculos, cum simul ac telũ in altitudinẽ librasse, iam significat aliquid ipsum in ipsa arte mirabile facturũ. Ast ipsam miserandus auẽ cõtingere ferro Nõ valuit, nodos & vincula linea rupit, Quis innexa pedẽ malo pẽdebat ab alto.) Bene posuit miserandũ, nam plurimũ nõ fuit, quod plenũ impedit euentũ, fecit tñ, quod nõ longe esset ab artificis subtilitate. nã nodos rupit, nõ dixit quot fuerint, vt facto adderet gratiã, & nodos rumpere quãtę difficultatis fuit: deinde linea vincula, alia difficultas q vincula ipsa fuissent, ex lino, quæ species tñ valet, vt cũ magna difficultate rumpat. illa autẽ fuerunt linea, qbus columba nexa pede vno pẽdebat. ¶Illa notos. a. a. v. in. n. f.) Præter naturã, quę toties periculũ senserat liberata nexibus fugit in altitudinẽ summã vẽtis suffragantibus. ¶Tum rapidus iam. d. a. c. p. &c.) Voluit poeta monstrare quãta apud Eurytionẽ valebat fraterna religio, cum hunc tanq; deũ propria vocauit in vota, quia fuit Eurytion rapidus, hoc est, oẽs moras præueniens, stabat parato arcu & sagitta intenta, & vocato prius in vota fratris nomine volantẽ speculat' est columbã. speculatus est, quod dixit, artis fuerat. debuit. n. volatum eius explorare. qm turbato eo atq; incomposito feriendi locus inueniri non poterat. ¶Iam vacuo lætam cœlo &c.) Vbi igitur hanc vidit lætis ac securis volatibus ferri, iecit sagittam &

columbam

Universidad de Deusto
Biblioteca

columbam in aere confixit. quantæ peritiæ fuit volanté percutere, atq; in alto constitutã? Præterea obumbrata nube atra hoc loco & peritia laudatur, & acies luminis. vt in tãta altitudine & adhuc volantẽ sub colore nubis tetro, librato primum telo, & videre potuerit & ferire. ℣ Decidit. e. v. q. r. in. a.) Viam diu tenere nõ potuit. & exanimis lapsa sagittam quam exceperat reddidit. non dixit sagitta reuocauit columbam, quæ ruptis vinculis fuerat. sed, quod erat pulchrius, ales ipsam sagittam reuocauit.

ASCENSIVS.

¶ Protinus, &c.) Describit quartũ ludum arcualẽ, videlicet quẽ exercituri sortiuntur loca, quatuor præcipui: quorum primus Hyppocoon sagittam infixit malo, ad quẽ alligata erat columba. Secundus, Mnestheus vincula, quibus appẽsa erat, rupit. sed eam nõ contigit. Tertius, Eurytion, euolante columbam in aere fixit. Quartus, Acestes, fraudatus vice sua, cum iam deiecta esset colũba: sagittã in aerẽ coniecit, quę protinus incensa est: quo portẽto lætus Æneas ipsum peculiari honore affecit, summisq; muneribus donauit. vt in processu patebit. Quia vero Dona. nihil dignũ scitu affert. ¶ Ordo est. Æneas inuitat protinus. i. statim, peracto æstuali certamine, sup. eos, q velint forte certare. i. cõtendere: sagitta celeri. i. celeriter emittenda: & ponit præmia: & erigit manu. i. multitudine ingẽti: malum. i. arborẽ de naue Seresti, cuius etiã in. j. meminit (Sed videtur idem esse, qui & Sergestus, ablato g. vt prima corripiat) & suspendit ab alto malo, columbam volucrẽ. i. velocem: in fune traiecto. s. per foramẽ, quod erat in summitate mali: quo. i. ad quã columbã: tendant. i. dirigant: telum. i. sagittã. Viri. s. periti & animosi: cõuenere. s. ad sortes faciendas, vt scirent quo ordine sagittent (quia in ea re, nõ habeẽ dignitatis ratio: vnde & Acestes, vltimũ locũ obtinuit) & galea ærea. i. fortis, aut ære facta, ne rubigine absumatur: accepit sortẽ. s. singulorũ: deiectã. i. deorsum in fundum. s. eius iactã & locus Hyppocoontis Hyrtacidę. i. de genere Hyrtaci: exit primus. i. exeundo fit primus: ante omnes nam quo ordine sortes educebant, discernebant & loca: exit inquã, sup. cũ clamore secundo. i. subsequẽti, aut fauorabilitquẽ. s. Hyppocoonta, aut eius locũ cõsequitur Mnestheus. i. fors, aut locus Mnesthei, modo. i. pauloante victor. s. duorũ: aut modo. i. pene victor: aut modo. i. pauloante victor, quantũ ad virtutem, licet Cloanthus beneficio deorũ vicerit, supp. in certamine nauali, Mnestheus (inquit) euinctus. i. habens caput euinctũ oliua viridi, in signũ. s. victorię. Tertius, sup. cõsequit Eurytion, existens frater tuus o Pandare charissime. s. Troianorũ. Nam ob virtutem pro deo habitus est vnde Strabo dicit, apud Piuatã, maximam ex Lyciæ ciuitatibus eum coli. fuit aũt Lycaonis filius, qui emissa sagitta vulnerauit Menelaum congressum Paridi, q a Pandaro iussus. s. a Priamo, confundere. i. disrumpere & violare, fœdus. s. i. ictum inter Grecos & Troianos: quondã. i. aliquando. s. in primo aggressu Græcorũ: torsisti primus telum. i. hastã in Achiuos medios. i. medium Achiuorũ. (Eum autẽ morem obseruauerunt Romani, vt hasta iniecta a fecialibus, fœdus cõfunderef, vt Liuius late docet libro primo ab vrbe cõdita: docet enim, quod postq; Fecialis dixisset bellum indico, facioq; hastã in fines eorũ quibus bellũ indixit, emittebat) Acestes. i. fors Acestæ, subsedit. i. in fundo adhæsit: extremus. i. vltimo exitura: in ima galea. i. in infima parte galeę, in quã sortes coniecerant: ausus, sup. &. i. etiã: ipse. s. senior: tentare laborẽ. i. exercitium laboriosum: iuuenũ, quod addit poeta, ne cõtra decorum ætatis, videatur immemor fecisse. Tunc. s. postq; sortiti erant loca ipsi viri, incuruat. s. tendo: quicq; pro se. i. pro virili sua, arcus flexos. i. flexibiles: aut quos flectebant validis viribus, quia fortes erant & rigidi: & depromunt. i. eximunt tela: pharetris. i. thecis suis. Et sagitta Hyrtacidæ. s. Hyppocoontis iuuenis: neruo. i. arcu neruato, hoc est neruis munito: stridente. i. stridorem emittente: per cœlum. i. aerem, diuerberat prima: auras volucres. i. velociter cedentes, & venit, & infigitur arbore. i. figitur in arbore (sicut hærẽt infixi pectore vultus) mali: aduersi. i. oppositi, & ex aduerso erecti, malus. i. arbor, quæ in naui velũ ferre solet: intremuit. i. valde tremuit, & ales. s. columba exterrita. i. terrorem significãs: pennis. i. cõcussione alarum, timuit & omnia. s. loca, sonuerũt ingenti plausu. s. populi, applaudẽtis, & putãtis columbam percussam: Mnestheus acer cõstitit post. i. postea, hoc est secundo loco: & hoc arcu adducto petẽs. s. oculis & telo. s. locũ columbæ: & tetendit. i. direxit pariter telũ & oculos: ast. i. sed: ipse miserãdus. i. miseratione, plequẽdus, nõ valuit contingere ferro. s. teli, ipsam auem. s. colũbam: sed sup. rupit nodos: & vincla. i. nodos vinclo: quis. i. quibus: ipse innexa pedem. i. habẽs pedem innexũ pendebat ab alto malo, ala. s. auis dissoluta, & fugit volãs i Notos. i. vẽtos, & atra nubila tã. i. tunc: Eurytion rapidus. i. celer: tenẽs tela cõtenta, aut parato iã dudum. i. habens arcum iandudũ paratũ ad sagittandũ: & sagittã in ipso arcu: vocauit fratrẽ. s. Pandarũ in vota. i. ad susc ipiẽda vota, & ipse speculatus. i. postq; cõspexerat, colũbam lętã iam. sup. in cœlo vacuo. i. aperto & patenti aere (Et ideo quia nulla spes erat in humanis opibus, congrue ad diuinas confugit: sed poeta diuinus ostendit: in oibus rebus diuinum auxiliũ plus efficere, q; humanas vires: nõ deesse tũ virtuti præmium, vnde & Acestę conti git gloria) & plaudentẽ alis: figit columbã sub nigra nube: & ipsa decidit. i. deorsum cecidit: exanimis. i. mortua, & line anima. s. reliquit vitã. s. suam: aut reliquit vitam. i. animã: in astris aereis. i. aliquit vitã. s. suam: aut reliquit vitam. i. animã: in astris aereis. i. al tis: vnde sm Pythagoricã doctrinã eam assumpserat, credebãt. n. eandem animã nunc humanũ, nunc pecuinum corpus inhabitare: sed quomodo reliquit in astris? nempe q celerior esset animę ascensus, q; corporis descensus: ita vt prius q; corpus terrã cõtingeret, spiritus inter astra esset: aut reliquit. i. amisit vitã, in astris aereis. i. sublimi aere: vt per hyperbolen dictum putetur: & ipsa dilapsa refert sagittam fixam. s. in se, hoc est in corpore suo.

PIERIVS.

¶ Quo tendãt ferrum.) In codi. aliquot antiquis, tendat, singulari numero scriptum est, vt ferrum, sit suppositum. Sed longe magis placet, tendant, plurali numero: vt sit de certatoribus. ℣ Et primus clamore secundo.) In Ro. cod. primũ, legitur. magis tũ placet, primus. s. locus: vt in exemplaribus aliis antiquis, & vulgatis oibus habetur. ℣ Volucres diuerberat auras.) Sunt qui ex Ti. Donato, alas, legendũ autument. Et paulopost, Timuit exterrita pennis Ales. Cæterum in antiquis omnibus codi. quos inspexerim, Auras, notatum obseruaui. quare suum vnicuiq; iudicium interpretandi relinquã. ℣ Et vincula linea rupit.) In antiquis aliquot, rumpit, est præsenti tẽpore: sed magis placet, rupit, præterito, vt nõ valuit. ℣ Atq; atra volãs in nubila.) In codicibus aliquot antiquis, Adq; alta volans in nubila, legitur. Sed enim inferius est, Nigra figit sub nube columbam, quare, atra nubila, potius legendum videtur, quãuis eadem alta, profunda, nigra. ℣ Vitamq; reliquit in astris aereis.) In vetustissimis plerisq; exemplaribus, Ætereis legere est, plura vero de vita ita in astris relicta, Macro. libro. iii. Saturna.

SERVIS.

¶ Artemq; pariter arcũq; sonantẽ. Culpat in hoc Virgiliũ Virgiliomastix. Artẽ enim in vacuo aere ostẽdere nõ poterant: quãq; dicãt periti posse ex ipso sagittariorũ gestu artis peritiã indicari. ℣ Obiicit.) Superius de his particulis sm Iubã artigraphã tractauim⁹. Sed dicũt aliq; istas monosylla barũ ratione vel produci vel corripi, Sane sciendũ naturæ esse vt breues sint, Euphoniæ vel Iubę ratione: in cõpositione producuntur, si tamen i sequatur: quæ licet non sit cõsonans, potest tamen in declinatione pro cõsonante haberi.

Amissa solus palma superabat Acestes:
Qui tamen ætherias telum contorsit in auras,
Ostentans artem pariter, arcumq; sonantem.
Hic oculis subito obijcitur, magnoq; futurum
Augurio monstrum, docuit post exitus ingens:
Seraq; terrifici cecinerunt omina vates.
Nanq; volans liquidis in nubibus arsit arundo:
Signauitq; viam flammis: tenuesq; recessit
Consumpta in ventos: cœlo ceu sæpe refixa
Transcurrunt: crinemq; volantia sydera ducunt.
Attonitis hæsere animis: superosq; precati
Trinacrij, Teucriq; viri. nec maximus omen
Abnuit Aeneas: sed lætum amplexus Acesten
Muneribus cumulat magnis: ac talia fatur.

Sume pater (nã te voluit rex magnus olympi ÆN.
Talibus auspicijs exortem ducere honorem)
Ipsius Anchisæ longæui hoc munus habebis.
Cratera impressum signis: quem Thracius olim
Anchisæ genitori in magno munere Cysseus
Ferre sui dederat monimentum, & pignus amoris.
Sic fatus, cingit viridanti tempora lauro: POETA
Et primum ante omneis victorem appellat Acesten.
Nec bonus Eurytion prælato inuidit honori:
Quamuis solus auem cœlo deiecit ab alto.
Proximus ingreditur donis, qui vincula rupit:
Extremus, volucri qui fixit arundine malum.

publicã opinionẽ. Nam vt Lucretius dicit, vẽtus altiora petens, ætherij ignẽ secum torquet, qui imitat stellas cadentes. ℣ Attonitis animis.) Stupefactis per tonitrua quæ semp cohærẽt cœlestibus ignibus. ℣ Nec maximus omẽ Abnuit Æneas.) Amplexus est, & probauit. Nam sm augurũ disciplinã dixit ad se nõ pertinere. Nã nostri arbitrij est visa omina vel improbare, vel recipere. ℣ Sume pater.) Percipe. nã verbum est iurisconsultorũ, quo vtuntur quoties legatũ nõ ab hærede datur, sed est in accipientis arbitrio. ℣ Exortem.) Sine sorte: ℣ Anchisæ munus.) Quod Cysseus rex Thracię (secundum Virgilium pater Hecubæ, vt Cysseus regina Parin creat) Anchisæ aliquando donauerat. ℣ Impressum signis.) Impressa signa habentem, id est emblemata. ℣ Viridanti.) Species participij sine verbi origine, temporis præsentis. ℣ Primum ante omnes.) Vnum vacat. ℣ Appellat.) Vel dicit, vel salutat. Sallustius, Iugurtha aduenientes veloc Quæstorem appellat. ℣ Prælato inuidit honori.) Id est prælatum honorem. ℣ Proximus.) Post Eurytionem. ℣ Donis.) Ad dona. ℣ Extremus.) Ostendit hos sua munera percepisse: Acesten vero sumpsisse præcipua.

DONATVS.

¶ Amissa. s. p. s. Acestes. &c.) Nouissimus Acestes in galea subsedebat. Ecce & hic perdidit occasionẽ mittendi. quod enim expectari potuerat, vsq; ad tertiam sortẽ finem sumpsit. licet igitur solutũ esset illud certamen, voluit etiã ipse ostentationis causa in vacuũ sagittam destinare, vt spectatibus demonstraret, & posse aliquid in arte, & si locus extitisset, aliquid implere potuisset. ℣ Hic oculis subito obijcitur.) Cum Aecstes sagittam iecisset, subito oculis omnium magnũ obiectum est monstrũ, quod præuidendo, nec intelligi potuit, nec aliqua interpretatione dissolui. probauit tã hoc exitus rerum, & vatũ tarda responsa docuerunt. hic vates reprehendunt, q; nec intelligere potuerũt nec aduertere, vsq; adeo vt etiam ipsos, quid illud esset, casus qui cõsecutus est, docuisset. ℣ Nanq; volans li. in. n. a. a.) Ecce vnde monstrũ, & mirandum & graue, nam volans arundo arsit inter liquidas nubes, hoc est mũdas, cum neq; fulgura extarent, & aeris esset nulla turbatio. ℣ Signauitq; v. flam. &c.) Cum cucurrit vestigium traxit incendiũ, & paulatim vanescendo cõsumpta fuit flamma. s. & sagitta, quã consumpta erat arundo, quam flamma tenuerat. Cœlo. c. s. re. Transcurrũt &c.) Sic sagitta igneam viã faciens cucurrit, & poste a nõ apparuit, vt stellarũ transitus existũt, & quasi quodam incendio vias monstrant continuo recessuras. ℣ Attonitis hæsere animis.) Omniũ mentes visus iste turbauerat, teucrorũ. s. & siculorũ. nullus tã discernere valuit quid ingrueret: stupor enim ex repentino facto, consilia omniũ iudicium q; confuderat. ℣ Nec. m. o. Abnuit Æneas.) Æneas maximus, hoc est, magni intellectus arbiter omen nõ abnuit. i. nõ recusauit, sed arripuit magis existimans secundum magisteriũ patris, cum ex Iuli capite exisset flãma, ignẽ prosperã potius q; aduersã portendere. ℣ Sed lę. a. Acesten.) Cum dicit, Acesten lætũ. ostendit etiam ipsum lęta sensisse. hunc igitur Æneas amplexus. ℣ Muneribus cumulat. m. ac t. fa.) Ecce & augmentum munerum ostẽdit nihil illos sensisse metuendũ. accesserunt & verba Æneę, quę interpretationẽ tenerent monstri nihil triste significãtis. muneribus, inquit, cumulat magnis, debuit. n. pro merito personę suæ cõpetenter honorari, qui fuisset senex, hospes, dives, liberalis, officiosus, & ciuis. ℣ Sume pater.) Vno verbo & nomine religionẽ plenã præcipue charitatis expressit, dicẽdo, sume, & dicendo pater. sume enim verbũ hoc loco nõ tradentem significat, sed hortantẽ, vt sibi ipse pro fiio merito vendicaret, quod plus fuit, q; dare. ac si diceret, quod est in vsu hominũ, res mea res tua est. tolle, quod vis: patris aũt appellatione omne officiorũ genus expressit, cõsiderato enim, quod patribus debef, inueniemus, quid in hac persona intelligere debeamus, patrem enim non solũ propter ętatem dixit, verumetiã religionis causa. nec habuit aliud nomen, quod paternũ transgrederef affectum. est enim in patris potestate quicquid est in substantia filiorũ. illi tantũ debetur, quantũ Æneas ipse patri debili ac seni, exhibuisse monstratur. deniq; hunc collo atq; humeris vexit, ac desperatis oibus, vsq; ad vltimũ finem fortuna sequente perductis, aut cum patre desiderauit euadere, aut cum eo finẽ inuenire viuẽdi. sic enim ille paternis fatis sua quoq; fata cõiunxit, vt quocũq; esset vitę vel mortis euẽtus nõ separatũ alterum, sed vtrunq; inueniret socium, & vtrunq; cõiunctũ. certe quã conuenientes huic loco psona, vt hic Acestẽ diceret patrẽ, in quo ois paterni nominis, ẽt post vltimũ diẽ, quo accessit ad superos, illibata reuerẽtia pdurabat, certe & illud Æneã intelligere possumus dixisse, quod illo noie tam sancto, tã religioso Acesten appellare voluisset, cuius affectũ nec mors abolere potuit, nec viuẽdi finis extinguere. ℣ Nam te voluit. r. m. o.) Ecce & hic exponit, quid sit sume, auspicio, inqt, sagittę quæ repẽtino cõflagrauit incendio, ostendit magnus & venerabilis iuppiter honore te ducere, nõ traditũ ferre, nec pertinere ad iudicium sortis, sed esse separa ndã. deniq; cũ errore humano nomen tuũ galea cum cæteris sustineret, nõ exiuisti de sorte: quod diuini fauoris fuit, neq; n. tantus ac talis cæteris æquari debuisti, vt iudiceris actibus probarenẽ merita tua, referuat' es sacris rebus, vt nobis per tuũ factũ futuri tẽporis cõmoda mõstrarenẽ. ℣ Ipsius Anchisę Ion. h. m. h.) Hoc. inqt, munus apud te debet esse præcipuũ, quod amico tuo & æquæuo Anchisæ inter magna munera prestendũ Cysseus largitor & diues, dono cõtulerat. cratera impressum signis, hoc est prętiosum arte & põdere, ponderis qdẽ poeta nõ meminit, sed dicendo impressum signis, etiã pondus videt tigisse, qm signis imprimi nõ potest, nisi quod fuerit ponderosum, & validũ. quod igit amicus religiosus amico charissimo cõtulit, hoc Æneas Acesti fieri libẽtissime voluit, quẽ appellauit patrem eo affectu, quasi species illa dũm nõ esset mutatura. ℣ Sic fatus cingit, vt. t. l. &c.) Quod fuit insigne victoriæ, postpositis q ratione gestorũ prepoui debuissent, victorẽ Acesten pronũciauit. ℣ Nec bonus Eurytion.) Nec inuidit bonus Eurytion, honorẽ victoriæ sibi debitũ ad Acesten Æneę iudicio esse translatũ. solũ. n. honorẽ primatus non etiã præmium ab eo cõstabat auocatum. ℣ Proximus ingredit.) Hoc est ad accipiendũ prẽmium succedit. ℣ Donis.) Vt donum sumeret. ℣ Qui vincula rupit.) Nõ donis ingreditur, sed ingreditur. i. ambulãdo succedit, vt dona percipiat, quoniam ipse ruperat vincula, quibus auis suspensa pendebat. ℣ Extremo volucri qui fi. arundi. ma.) Hippocoontem dixit.

ASCENSIVS.

¶ Amissa solus, &c.) Docet (vt dixi) virtutẽ in omni re plurimũ valere: nam Acestes, quã casu amiserat, gloriã virtute cõparauit: cum. n. vltimũ sortitus locũ, iam deiecta columba nõ haberet, q; sagittis peteret: vt se arcu, & valere, & scire ostenderet: sagittã in aera viriliter cõiecit: quæ incẽsa Æneę, decepto similitudine stellæ supra caput Iuli vilæ: vt in. ij. huius dictũ est, felicitatẽ portẽdere visa est: quo circa Acestẽ, & honore, & muneribꝰ auxit. De quo Dona. sublatus est. ¶ Ordo igit est. Solus Acestes supererat, qui nondũ sagittauerat palma amissa qa Eurytion eã meruerat. Qui tũ. i. nihilominus, cõtorsit telũ in auras æthereas. i. sublimes, ostẽtans pariter artẽ, & arcũ sonantẽ. s. per artificiosam, & virilẽ emissionẽ teli, in qua summa sagittãdi ars cõsistit. Monstrũ. i. portentum insolitũ, aliquid futurũ monstrãs: obiicit huic oculis. s. spectantiũ subito. i. de repẽte ortũ, & futurũ magno augurio. i. iudicio per augureis expresso: exitus ingẽs. i. ingẽtis rei: docuit post. i. postmodũ: qñ. s. naues, per Irim a Iunone missam, incẽsæ sunt: & vates terrifici. i. terrorẽ incutientes, cecinerũt omina sera. i. (vt inquit Seruius) graula, aut sero credita, tale qd prętendere: nam arundo. i. sagitta Acestis arundinea: volãs. i. cum adhuc volaret: arsit in liquidis nubibus, & signauit flãmis. i. claritate flammarũ, viã qua. s. ferebatur, & ipsa cõsumpta recessit, in tenues ventos. i. globulos igneos ascendẽtes: ceu. i. quemadmodum: sydera. i. impressiones, seu exhalationes, quæ a vulgo credũtur esse sydera fixa. i. dissoluta, cœlo. i. a firmamento: transcurrũt sæpe cœlo. i. per aerem, & ipsa volantia, ducunt crinẽ. i. caudã incensam, in formã capillorũ: viri Trinacrij. i. Siculi: & Teucri. i. Troiani: hæsere. i. suspensi erant: animis attonitis. i. stupefactis: quasi a tonitru percussis: q; pro &: precati, sup. sunt superos: nec Æneas maximus, id est maximi animi abnuit omen: immo susc epit: & ita effectum sortita est eius significatio: sed ipse amplexus Acesten lætumtaut

quia

Universidad de Deusto Biblioteca

quia ipſe putauit boni exitus indiciũ eſſe:aut quia vidit Æneam lęta complectentem:cumulat.i.accumulat,& auget eum magnis muneribus:ac fatur talia, O pater,ſume.i.vltro & quaſi tuũ cape: nam magnus rex Olympi,id eſt cœli.ſ.Iuppiter:voluit te ducere, id eſt aſportare:honorẽ exortem.i.extra ſortem : aut te exortẽ.i. qui priuatus es ſorte:talibus auſpicijs.i.portentis,& indicijs bonis:tu habebis hoc munus.i.quod munus fuit ipſius Anchiſæ lõgæui:ita,vt tibi longæuo congruat,ſcilicet cratera , ideſt poculũ (a nominatiuo hic crater, accuſatiuus hũc cratera)impreſſum ſignis,id eſt habentẽ ſigna impreſſa & inſculpta:quẽ, ſcilicet cratera:Cyſſeus,ſcilicet pater Hecubæ:Thracius, id eſt Thrax:dederat olim Anchiſæ genitori:in,id eſt pro magno munere:ferre, id eſt aſportare : monumentũ,id eſt in memoriã ſui, & pignus amoris ſui:ipſe fatus ſic,cingit tẽpora lauro viridãti, & appellat ante omneis.i.in conſpectu omniũ:Aceſten , victorẽ primum:aut primũ ante etiam oẽs.Nec Eurytion bonus.i.beneficus,& amicus,inuidit honori prælato,hoc eſt nõ inuidit prelato.ſ.Aceſti honorẽ:& ita forte legendum eſt,quãuis ipſe ſolus deiecit auem ab alto cœlo.i.aere:is,ſup.ingreditur proximus donis.i.ad dona,qui rupit vincula,videlicet Mneſtheus : & extremus, ſupp.ingredif donis: is qui fixit.i.cõfixit, malum arundine volucri.i.ſagitta velociter emiſſa.ſ.Hyrtacides. Et ita vt quiſq; primus erat in ſagittãdo:ita vltimus erat in pręmio,Nam Aceſtes,vltimus ſummũ honorem accepit,ſed extra ſortem.Eurytion , qui tertius erat in ſagittãdo, primam palmã meruit.Mneſtheus, qui ſecundus erat in ſorte,ſecundus quoq; erat in pręmio merito Hyppocoon, qui primus, vltima accepit præmia:oẽs tamen laudem meruere:quia omnes hi ludi,cum gloria concertantium acti ſunt:vt non ab ignobilibus,nec bus,nec ab ignauis,orti dicantur proceres Romani:vnde nõ mali ominis erat naues incendi,vt ignaui relinquerentur.

PIERIVS.

❡Qui tamen æthereas telum cõtorſit in auras.)Hoc vero loco, aerias,legif,in codicibus illis,in quibus,æthereis aſtris,pauloante legebatur.Pro contorſit,vero contendit,in Romano & in Mediceo eſt,& pleriſq; alijs antiquis exemplaribus, & eodem modo contendit telum lib.ix.ſcriptum inuenimus.ʃ Oſtentans artẽ pariter, arcumq; ſonantẽ.)Nonnulli ſyllabæ , quæ in heptimemeri ſita eſt,timentes.q;,illi particulã addidere,ita legentes, Artem,pariterq;,arcumq;,ſonantem.Sed quãto magis placet quod in Romano,& in Mediceo,& pleriſq; alijs cod. vetuſtis legere eſt,Oſtentans,artemq; pariter arcumq; ſonãtem. Quam lectionem dubio procul agnoſcit Aſper grammaticus : ſcanſionis etiam oppoſita ratione,quẽ , vt apud ipſum legimus,referre nõ pigeat,vt quod diximus modo legendum eſſe nulli dubium relinquamus, Oſtẽ, ſpon.tans ar,ſpon.tem.q; pa,dact.ter ar,ſpon.plurimaq; eiuſmodi recitat exempla.Deniq; id genus ſyllabę,quæ pede quarto poſita eſt.Ter ar,vel inter longas cenſeri debere tradit,apud authores,vel parciſſime metrũ vſurpare. id tamen apud Virg.frequentiſſimum reperiri.ʃ Sed lætum amplexus Aceſten.)In Roma.codi.Et lætum amplexus,legitur.In Longobardico , lætus, vltimæ ſyllabæ colliſione quod alij viderint.ʃ Exortem ducere honorem.)In Roma.codic.ex ſortem:cum s litera, ſcriptum eſt:vt,exſul ex grammaticorum ſcribitur præceptione : quod, extra ſolum:dictiones complectatur : ita exſortem,extra ſortem.Eſt etiã in eodem codice,atq; etiam in Mediceo , honores:numero multitudinis:quod frequentiſſime inuenies apud hiſtoricos eodem ſignificato.



SERVIVS.

❡Nondũ certamine miſſo.) De peractis loquif rebus. Vnde debuit dicere, Vocauit:& fatus eſt.Ergo aut tempus eſt pro tempore:aut ſic referf,vt videatur videaf nõ de pręterito loqui, ſed actum præſentis tẽporis ponere & referre.ʃ Cuſtodẽ ad ſeſe.)Secundum Tulliũ q dicit ad militiã euntibus dari ſolitos eſſe cuſtodes quibus primo

At pater Æneas,nondum certamine miſſo,
Cuſtodem ad ſeſe,comitemq; impubis Iuli
Aepytidem vocat,& fidam ſic fatur ad aurem,
Vade age,& Aſcanio,ſi iam puerile paratũ ÆNE.

primo anno reganf.Vnde ait de Palãte, ſub te tolerare magiſtro Militiam & graue Martis opus.ʃ Impubis Iuli.)Ab eo quod eſt hic pubis . Nam quod ait Salluſtius , Puberes oẽs interfici iubet : venit ab eo quod eſt puber & ſunt iſta cõis generis,ſi referanf ad ſingulos.Multitudo aũt ſi dicaf, generis tm̃ fœminini eſt hæc pubes.ʃ Fatur ad aurẽ)Sequitur & Dic ait.Vnde ſicut & in tertio diximus, vnũ vacet neceſſe eſt.ʃ Cãpos iubet eſſe patenteis)Diſceſſu populi iubet fieri cãpos patẽteis.ʃ Incedũt pueri.)Aut poetica licẽtia cõfundit ætates : vt modo pueros , modo iuuenes dicat.Nã ait,Vna acies iuuenũ.aut certe ſm quoſdã ſequenti diſtinctiõe mutata,magiſtros,pueros dicit:ſequẽtes vero,maturioris ætatis.ʃ Quos oĩs euntes.)Quos euntes omnis turba fremit.i.cũ fauore pſequitur.ʃ Tonſa coma)Cõpoſita. Nam pprie comę ſunt nõ cęſi capilli.ʃ Preſſa corona.)Ideſt galea . & ſermone Homeri vſus eſt.nam galeã ſτέφανον dixit . Et re vera corona nõ põt eſſe,cum ſequatur,Galeã ante pedes proiecit inanẽ . Alij dicunt potuiſſe eos galeas habere coronatas . Bebius tamen Macer dicit a Cæſare Auguſto pueris qui luſerant Troiam donatas eſſe galeas & bina haſtilia : ad quod Virgiliũ conſtat alludere. ʃ It pectore ſummo)Sic legẽdũ eſt, ne ſit ſolœciſmus:& rei inanimali dedit motũ dicendo It.Summum autẽ pectus ait pectoris & colli confiniũ.ʃ Tres equitũ numero turmæ.)Rem Romanę militiæ ſuo inſerit carmini. Nam cõſtat primo tres partes fuiſſe populi Romani : vnã Tatienſium,a Tito Tatio duce Sabinorũ iam amico poſt fœdera:alterã Ramnetũ a Romulo : tertiã Lucerum, quorum ſm Liuium & nomen & cauſa in occulto ſunt.Varro tñ dicit Romulũ dimicantẽ cõtra Titum Tatiũ a Lucumonibus.i. Tuſcis auxilia poſtulaſſe.Vnde quidã venit cum exercitu:cui recepto iã Tatio pars vrbis eſt data : A quo in vrbe Tuſcus dictus eſt,vicus.Horatius,At Tuſci turba impia vici.Ergo a Lucumone Luceres dicti ſunt . Sic aũt in tres partes diuiſum fuiſſe populum Romanũ conſtat,vt etiã qui præerant ſingulis partibus, tribuni dicerenf. Vnde etiã ſumptus quos dabant populo tributa nominarũt.ʃ Terni ductores.)More ſuo.hoc eſt tres.ʃ Ductores pueri.)Hic quidam diſtingunt vt diximus ſupra.ʃ Paribuſq; magiſtris.)Et hoc alludit . Nam hodieq; equitum dicuntur magiſtri. ʃ Polite progenies.)Illũ dicit quẽ ſupra a Pyrrho introduxit occiſum:de quo Cato in originibus dicit q; ad Italiam venerit,& ſegregatus ab Ænea cõdiderit oppidũ Politorium a ſuo nomine. ʃ Quẽ Thracius albis.)Cum tres dixerit , duces duorum equorũ cõmemorat.Sed aut prętermiſit,qui vt conſequeref neceſſe erat: nec enim vnus pedes eſſe poterat . aut illo reddidit loco, Cætera pubes ſenioris Aceſtę fertur equis,quãq; multi diſtinctione mutata tres equos cõmemorant:vt ſit primus equus bicolor maculis.& de alio dicaf.ʃ Veſtigia primi alba pedis.)Id eſt primorũ pedum veſtigia.& frontẽ albam oſtentabaf alter.ʃ Genus vnde Atij duxere Latini.)Propter Attiam dicit matrẽ Auguſti : de qua Antonius ait Actia Latini mater. Vult.n.eius etiã maternum eſſe genus antiquum.ʃ Extremus.)Quantũ ad numerum ſpectat.ʃ Cætera Trinacrijs.)Cætera pubes equis Aceſtæ fertur.ʃ Pauidos.) Gloriæ cupiditate ſolicitos:vt,Corda pauor pulſans.

Agmen habet ſecum:curſuſq; inſtruxit equorum:
Ducat auo turmas:& ſeſe oſtendat in armis.
Dic,{ait,Ipſe omnem longo decedere circo POE.
Infuſum populum,& campos iubet eſſe patentes.
Incedunt pueri:pariterq; ante ora parentum
Frænatis lucent in equis.quos omnis euntes
Trinacriæ mirata fremit,Troiæq; iuuentus.
Omnibus in morem tonſa coma preſſa corona.
Cornea bina ferunt præfixa haſtilia ferro:
Pars leues humero pharetras.& pectore ſummo
Flexilis obtorti per collum it circulus auri.
Tres equitum numero turmæ,terniq; vagantur
Ductores:pueri biſſeni quenq; ſecuti,
Agmine partito fulgent,paribuſq; magiſtris.
Vna acies iuuenum:ducit quam paruus ouantem
Nomen aui referens Priamus,tua clara Polyte
Progenies,auctura Italos:quem Thracius albis
Portat equus bicolor maculis,veſtigia primi
Alba pedis,frontemq; oſtentans arduus albam.
Alter Atys,genus vnde Atij dixere Latini:
Paruus Atys,puerq; puer dilectus Iulo
Extremus,formaq; ante omnes pulcher Iulus
Sydonio eſt inuectus equo:quem candida Dido
Eſſe ſui dederat monumentum,& pignus amoris.
Cætera Trinacrijs pubes ſenioris Aceſtæ
Fertur equis.
Excipiunt plauſu pauidos:gaudentq; tuentes
Dardanidæ:veterumq; agnoſcunt ora parentum.

impuberẽ nõ recedẽdo tueatur.ʃ Et fidam (ſ.f.a.a.)Facile enim cõſiliorũ ſuorũ ſecreta fundebat, cui ſecurus ſpẽ filij cõmiſerat.ʃ Vade age, & Aſcanio,&c.)Secreto Æneas præceperat,qd fieri deberet, cum Epitidẽ mittit,gratiora enim ſunt,quæ ad ſpectãtiũ oculos inſperata atq; inopinata pueniunt, ipſe tñ oẽm populũ iubet de medio abſcedere , q ſe paſſim lõgo circi ſpatio infuderat,vt campi vacui facti hominũ cœtib⁹ futuro certamini liberũ ſpatiũ darent.ʃ Incedunt pueri &c.)Proceſſerunt pueri ad cãpum , oẽs equites frenatis equis ſplendidi cõſtituti ſub parentũ oculis,cũ ludis ipſis ſpectatores intereſſent,fremebat oĩs multitudo populorũ, hoc eſt his incedẽtibus fremebãt tã Troiani q̃ ſiculi.cultus eorũ dehinc deſcribitur. oẽs , inqt,attonſi & coronati bina ferẽtes ferrata haſtilia corneo ligno , alij ſagittas humeris pharetraſq; portãtes,& vſq; ad ſummã pectoris partem aureis circulis ornati . hoc partim de oibus dictum eſt,dehinc refert diuiſas eſſe per turmas.ʃ Tres eqtũ numero turmæ , &c.)Alio loco pueros dicit alio iuuenes , ſed iuuenes voto magis q̃ vere iuuenes,cęterũ pueri fuerant ęrati Aſcanij cõparati.ʃ Ducit,quã paruus o.&c.)Supra generaliter dixit , tres turmarũ fuiſſe ductores , hic ſpecialiter ſingulos nominat ſignis euidẽtiorib⁹ monſtrans,ex his vnum Priamũ memorauit fuiſſe Priami ſenioris aui ſui nomine nuncupatũ,equo vectũ maculis diſcoloribus & albũ colorẽ primis in pedibus & frõte geſtantem.ʃ Alter Atis, g.v.a.d.l.)Alterũ dicit Atin nũcupatũ , a quo multi poſtea Latini hoc nomine vocitati ſunt.ʃ Paruus Atis.)Magnũ enim parit affectum ætas annorũ ratione conſimilis,vnde hunc diligebat Aſcanius , vtputa puerũ puer.ʃ Extremus formaq; a.o.p.I.)Hos oẽs ſequebaf Aſcanius nõ merito, ſed incendendi ratione poſterior, pulchrior cũctis.ʃ Sidonio eſt inuectus equo.)Aſcanius, inquit, equo Sidonio vehebatur . hunc enim ei Dido cõtulerat propter vim amoris & meritũ conſtituendũ, & diuturnã puri pectoris dilectionem.candidã Didonem dixit, animo potius quã corpore, quę cum ſe patris eius conſideraret vxorẽ , nõ eum,vt priuignũ habuit,ſed dilexit vt filiũ,vſq; adeo,vt affectum, quem retinebat mente,donis & muneribus cõprobaret.haberetq; Aſcanius eius amoris monimentum , quæ potuit & odiſſe.ʃ Cætera tri.p.ſe.A. F.e.)Troianos ductores ſpecialiter enumerauit, quando ad Siculos ventum eſt,vna generalitate complexus eſt omnes, vt oſtenderet eos ſub Troianis fuiſſe.ʃ Excipiunt p.p.)Illi quidem pauebant in cõſpectu publico . ſed hos Troiani reficiebant plauſibus duplici modo gaudentes,quod videbant in liberis ſpem, & in ipſis cernebant parentum ſimilitudinem propriorum.

DONATVS.

❡At pater Æneas nõ.d.c.m.)Id eſt anteq̃ certamẽ equitum mitteretur.ʃ Cuſtodem ad ſeſe.)Dixit cauſam,cur Aſcanius hunc habuiſſet comitẽ atq; cuſtodẽ,impubes.inquit,fuit,quæ ætas,quia non poteſt regi per ſeipſam , adiungitur ei cuſtos , & comes.qui

ASCENSIVS.

❡At pater Æneas,nondum certamine miſſo , Cuſtodem ad ſeſe, comitem , &c.)Poſt antedictos quatuor virorũ ludos , deſcribit puerorũ in equis cõcertationem, quę poetæ temporibus Troia vocabatur . Sed ne huc quidem aliquid a Donato allatum vidimus.❡Ordo eſt.At.i.ſed.pater Æneas:certamine.i.cœtu certare volentium:nondum miſſo.i.dimiſſo:vocat ad ſe Epitiden, cuſto Ordo.
dem.i.pædagogum , & directorem , & comitem Iuli impubis.i. adhuc impuberis:& fatur ſic ad aurem fidam.Age,vade, dic Aſcanio,ſi habet ſecum iam paratũ agmen puerile,& inſtruxit curſus equorum,id eſt equos ad curſum:vt,ſup.ducat auo.i.in honorẽ aui ſui paterni Anchiſæ, videlicet turmas , id eſt iuuenes turmatim equitãtes,ad pręludia belli:& oſtẽdat ſeſe.i.etiã ſeipſum in armis:ait,ſupple Æneas:& ipſe iubet, ſcilicet ſimul : omnem popu

Universidad de Deusto
Biblioteca

lum infuſum diſcedere, ſeu decedere.i.ſeparati circo longo, ita vt longus ſit relictus circus ad equitationẽ futurã:& iubet campos eſſe patentes.ſ.equitationi,& equorum curſui. Pueri.ſ.quos Aſcanius inſtruxerat:incedunt.i.ornate intrant campũ,& lucent pariter ante ora parẽtũ in equis frenatis; vt eos frænis coerceãt, quos euntes,id eſt ſic incedentes:omnis iuuentus Trinacriæ.i.Siciliæ,& Troiæ mirata fremit.i.geſtit, cum fremitu præ oblectatione,Coma,ſup.erat omnibus preſſa:corona tonſa.i.habens coronam.i.circuitum capillorum,in morem coronæ tonſum,quã & Chriſtiani coronam vocamus.Seruius tamen, galeam intelligit.nam & Homerus, galeam,ſtephanon.i.coronã, vocat forte: quia coronata fuit galea:aut in coronæ formã, tempora cingẽs: ſed huic loco non congruit:nam galea non poteſt dici tonſa.nec ſtaret verſus, ſi corona dicatur preſſa,& coma tonſa: nam tonſa & corona,quorũ vltimæ producuntur,ablatiui ſunt:preſſa, & coma,quorum vltimæ corripiuntur,nominatiui. Ideo aũt certaturi preſſas habebant comas,& coronã comarum tonſam,ne capilli officiant:aut vt morem ſæculi ſui exprimat poeta, quem nunc quoq; obſeruant Itali:& ſup.ferunt bina haſtilia:cornea.i.ex corno facta:præfixa ferro.i.habentia ferrũ præfixum:pars.i.partim, ſup.ferunt humero:pharetras leues.i.politas:leuigatas,non aſperas:& circulus flexilis.i.flexibilis, aut fluxus:auri obtorti.i.ex auro obtorto, hoc eſt torquis aureus, ſeu torques aurea(vtrunq; enim a torquendo dicit)it.i.dependet, omnibus ſummo pectore per collum,quia circuit collum, & deſcendit in pectus:turmæ equitum,ſup.erant tres numero:& terni,id eſt totidem.ſ.tres,ſecundum Seruiũ,ductores vagantur, ſcilicet circum turmas,nũc hos inſtruendo,nunc illos(videtur tñ quibuſdam nõ abſurdum eſſe,ſi ſingulis turmis tres ductores dederimus:atq; ita proprie, terni dicantur. Nam dicit biſſeni, id eſt duodecim pueri, ſecuti quenq;,ſcilicet ductorum, ita niſi ternos dederis ductores,non ſunt niſi.xxxvj.pueri, qui vix vnã turmã fecerint: verum,quia poeta ductorum nomina ſubiungit,& nõ niſi tres recitat, dicam cum Seruio tres tantum fuiſſe:nec obſtat q̃ non, niſi.xxxvj.ſint pueri,quia tot ſufficiunt inſtituendo ludo:nec turmã, pro certo numero,accipit poeta)Biſſeni igitur,id eſt duodecim pueri,ſecuti.i.ſequentes,quenq; ductorum.ſ.fulgẽt agmine partito, ita vt diſcretio ſit inter agmina,ſeu turmas, & magiſtris.i.ductoribus, paribus.i.conformibus,vna acies iuuenum,ſup.erat,quã ouantem.i.lætã,ducit paruus Priamus:referens nomẽ aui.ſ.ſui paterni:quia denominatus erat a Priamo,Troianorũ quondam rege, patre Polite,patris illius: vnde addit per apoſtrophen, o Polite, tua clara.i.inclyta, progenies.i.proles:auctura Italos.nam Polyten dixit in.ij.a Pyrrho, Ante ora parentum trucidatũ: ſed Cato dicit eum in Italiã veniſſe, atq; Politorium oppidum condidiſſe, quod Virgilius dicit a filio cõditum, ſed a patris nomine appellatum, quem.ſ.Priamum iuniorẽ:equus Thracius bicolor.i.duorum colorũ, albis maculis: quia albas maculas inſperſas habuit, piceo colori,quem griſeum vocãt: veſtigia primi pedis.ſ.ipſius equi ſup.erant alba.i.habuit anteriores pedes albos:& arduus.i. erecta ceruice,oſtentans albam frontem. Alter.ſ.ductor,ſup.erat Atis.ſ.Troianus, cuius equum per hoc innuit Troianum:ſed deſcriptionẽ omittit equi:quia generis proſequitur,dicẽs, vnde.i. aquo.ſ.Ati:Latini dixere.i.denominauere,genus Actij,pro Actij. Atis(inquit)paruus puer,dilectus Iulo puero.Iulus, pulcher ante omnes:forma.i.formoſitate eſt inuectus extremos.i.in tertia turma tanq̃ ſummus ductor,equo Sidonio, quem Dido candida.i.pulchra: aut tunc tauẽs dederat eſſe monumentũ,& pignus ſui amoris:cætera pubes fertur equis Trinacriæ.i.Siciliæ.ſ.ſenioris Aceſtæ:nec placet,vt dicat,pubes Trinacriæ, quia Troiani fuerunt,vnde & ludus, Troia dicta eſt:& ita videt ſecundus ductor, etiã vectus equo Aceſtæ.Nam cum præcipiti fuga, abijſſent a Carthagine,ſemperq; in nauibus diuerſati eſſent, nõ videt habuiſſe multos equos:ſed quia dictum q̃ in venatione, Iulus viſus eſt gaudere equo,cõgrue ei nunc quoq; datur.Dardanidæ excipiũt plauſu.i.cum plauſu:pauidos.i.gloriæ & cupiditate ſolicitos,aut per ætatem meticuloſos:& gaudent tuentes.i.inſpicientes eos:q; pro &:aut quia agnoſcunt ora.i.effigies veterum parentũ, id eſt priſcorum Troianorum. Solent enim pueri referre ora parentũ vnde Dido, Qui te tantum ore referret.& Hypſiphyle Ouidiana, Fallere non norunt,cætera patris habent.

PIERIVS.

¶Epitiden vocat.)In codicibus aliquot antiquis, Æpytidẽ,cum diphthongo prima ſyllaba:& y,ſecunda,ſcriptum eſt. Nam apud authores veteres, Æpytus, pro nomine proprio celebrat, & tam illi q̃ noſtri, patronymici fœminini formam ſolẽt vſurpare. Eſt & ἐπυτίδης, nomen apud illos:ſed rationi metricæ nõ reſponderet. ¶Sic ait,ipſe omẽ.)In veteribus cod.quotquot habere potui ſcriptũ inueni,Dic,ait:quod ſi aliter legas,imperfecta erit oratio, plena vero hoc ordine: Et ait, Dic Aſcanio,ſi iam puerile paratũ agmen habet ſecũ,curſuſq; inſtruxit equorũ, Ducat auo turmas & ſeſe oſtẽdat in armis. Quibus imperatis. Ipſe omnẽ longo decedere circo Infuſum populũ,& campos iubet eſſe patentes. ¶Præfixo haſtilia ferro.)Codices antiqui oẽs quos inſpexi,Præfixa haſtilia ferro,legunt:vtraq; elocutio Latina eſt. ¶It pectore ſummo Flexis obtorti per collũ circulus auri.)Quãuis lectio hæc vulgata candidior videatur.In quibuſdam tamẽ codicibus antiquioribus ita legere eſt,Et pectore ſummo, Flexilis obtorti per collum it circulus auri. quæ lectio nequaq̃ aliena eſt a venuſtate. ¶Tua clara Polite Progenies.)In Ro.& antiquis aliquot alijs exemplaribus,Polytes, Atticorũ more ſcriptum eſt. ¶Portat equus bicolor.)Non eſt ſilentio prætereundũ, cur in vetuſtis aliquot codicibus,equs, vnico tantum u notatum reperiatur. Nonnulli enim quia,q,nõ literam,ſed notã eſſe putabant, duas in ſe literas continentem,c,& u.Qis,qæret, & qid ſcribere, inſtituerunt abſq; u,vt Velius Longus ait:quod alij,cuis,cuæret,cuid,ſcribere malebant. Sed vtrunq; iam ex vſu receſſit. Quantũ vero pertinet ad dictionem,equus,dubitabant veteres, vtrum primũ illud u,cõſonans, an vocalis eſſet.neutrũ enim eſſe nõ concedebatur. ſi cõſonans, nõ alterius naturæ eſſe poterat,q̃ b,mutæ. In quã tam ſæpe abit nunc ſcriptura,nunc pronunciatione,quocirca neceſſe erat primam poſitione longã in equo,fateri:quia q,pariter conſonantẽ mutam eſſe nemo inficiaretur. Id vero poetarũ omniũ exemplis contrarium inueniebatur,cum,equus, apud omnes primã corripiat.Sin vocalem eſſe cõcederent, vel nouam diphthongum facere ex duobus uu(quod,vt ſæpe dictum,Attius in vocalibus natura longis factitare conſueuit)neceſſarium eſſe,vel in duas ſyllabas diuidere. Atqui neutrum recte fieri poſſe manifeſtum eſt,q̃ equus,vtranq; ſyllabam correptã habet: & pro dictione biſſyllaba paſſim ponitur. Quare boni illi viri,ne in has dilaberent difficultates,equs,vnico u,vti:& qis,& qid, ſcribere maluerunt. Nonnulli autem inuenti ſunt:qui,q,literam, adeo adamarint,vt eam pro c.paſſim ſufficerent. Ideoq; non tantum,ſecutus, locutus,& ſimilia, per q,ſcribere inſtituerũt:verum etiam vbicunq; u,ante c,poſitam inuenirent,pro literis c,& u,vnam tantum q.ſupponere minime veriti ſunt. Hinc ſecui: præteritum a ſeco ſeqi:& aqi pro acui:ſcriptitabãt:aduerſus quos Probus in arte diſputat. Sane quidẽ illi, vti pauloante dicebamus q literam: & c,& u,præ ſe ferre:ſiquis notam diligentius inſpiceret, aſſeuerabãt:poſt enim c,vocalem,u adplicitam eſſe:parte illa:quæ ad inſtar grauis accentus premitur:ad curuata.altera vero:quæ acuti accentus in morem ſubrigebatur:ſubter lineam deiecta:vel ex librariorum cõmoditate, vel ne præcedentibus literis eſſet impedimento.hæq; ſibi inuicẽ figuræ ſucceſſerunt,cu,q,q,quare minime mirũ eſt:ſi & equs: & eqi:& eqo, & huiuſmodi pleraq; abſq; u,in veterum inſcriptionibus notata reperiantur. ¶Arduus Albam.)Diximus iam in antiquis paſſim:arduos:per os haberi:quæq; Cariſium ratio moueri, vt huic nomini ita ſcripto: calculum non adhiberet ſuum. ¶Alter Atys,genus vnde Atyi duxere Latini)Scribendum Atti,ex antiquis codicibus.In aliquot vero duplici ij,Attij,ex Velij Longi ſentẽtia. Sed enim de huiuſmodi genitiui ratione ſatis in.j.dictum. Quod vero Attius,duplici tt,ſcribatur, non autem per ct,Actius:Victorini alibi authoritatẽ citauimus in libello de orthographia,præcipientis Attius,duplicato tt,ſcribendum eſſe. Quodq; ita etiam in veterum monumẽtis ſcriptum inueniatur, ſatis:ſuperq; fuerit vnum ex multis indicaſſe.

equs equus.

ſequutus & ſecu

D M
ATTIÆ.T.F.QVINTILIÆ
ATTIVS.PHEGON.PATER
ATTIA.QVINTA.MATER
ATTIVS.
T F

Et quæ ſequuntur, quæ ſiquis oculata fide inſpicere voluerit,habentur in Dominico Mariæ fano, quod eſt ad Buſta Gallica,Romæ ſitum. Attia præterea apud Græcos etiam duplici tt, ſcribitur, quando Seruius ait dictum a Virgilio, Genus vnde Attii dixere Latini. propter Attiam Auguſti matrem, quo maternum etiam eius genus prædicaret antiquiſſimum. Sed vt leuem de ſcribendi ratione diſputatiunculã,grauiori aliquo examine penſemus: diuerſi a Latinis abeunt Græci, in hiſtoria de matre Auguſti referenda. Nam Suetonius, Attiam Auguſti Octauiani matrem,ex Balbo & Iulia ſorore Cæſaris genitam, ait. Diony.hiſtoricus

ſtoricus.in.xlv, οὕτω γὰρ ὁ τῆς ἀττίας τῆς τοῦ καίσαρος ἀδελφῆς υἱὸς ὀνομάζετο.ex quibus verbis videre eſt, Attiam, ab eo Cæſaris ſororem appellatam:niſi mendum ſit in Græco codice,quem inſpexi, & ἀδελφιδῆ eſſe debeat. Sed enim eadem Plutarchus in Ciceronis vita. Addat huc forte quiſpiam, quod in Liuiana libri.cvj.perioche ſcriptum eſt. Teſtamento Cæſaris hæres ex parte dimidia inſtitutus,C.Octauius ex ſorore nepos, & in nomen adoptatus eſt vnde Seruius ſcripſerit Auguſtum, ex ſorore Iulij Cæſaris natum. Sed enim vetus codex Liuianæ perioches, ſororis nepos habet.nõ ex ſorore, id quod cum Suetonio congruit. ¶Sydonio eſt inuectus equo.)In antiquis aliquot codicibus, Sydoneo, ſcriptum familiari quadam mutatione ex i,in e:vt ætherius, & æthereus: qua forma video nunc Latinos libentius vti. Neq; vero mirum ſit Sydonius ſecundam a principio ſyllabam communem habere. Siquidem ea tam per ω magnum, quam per o paruum,indifferenter ſcribi ſolita eſt,vt ait Steph.Byzantinus ex Hæcateo. ¶Cætera Trinacrijs pubes ſenioris Aceſtes Fertur equis.)In Roma.codi.legere,Trinacrij:vt ſit appoſitiue, Cætera pubes. Sed enim in eo codice,s litera finalis, ſæpe abundat, ſæpe etiam deſyderatur. in Longobardico, in Mediceo, & pleriſq; alijs, Trinacriæ pubes,legitur: ac præfixo puncto,vno inde membro legitur, Senioris Aceſtæ Fertur equis. Nam qui dixerat aliquot ex Troianis pueris ſuis inuectos, mox cæteram Trinacriæ pubem,Equis ſenioris Aceſti ferri ſubiungit.

Poſtquam omnem læti conſeſſum,oculoſq; ſuorum
Luſtrauere in equis:ſignum clamore paratis
Æpytides longe dedit,inſonuitq; flagello.
Olli diſcurrere pares,atq; agmina terni
Diductis ſoluere choris:rurſuſq; vocati
Conuertere vias:infeſtaq; tela tulere.
Inde alios ineunt curſus,alioſq; recurſus
Aduerſis ſpatijs:alternoſq; orbibus orbes
Impediunt:pugnæq; cient ſimulachra ſub armis.
Et nunc terga fugæ nudant:nunc ſpicula vertunt
Infenſi:facta pariter nunc pace feruntur.
Vt quondam Creta fertur Labyrinthus in alta,
Parietibus textum cæcis iter,ancipitemq;
Mille vijs habuiſſe dolum:qua ſigna ſequendi
Falleret indeprenſus,& irremeabilis error.
Haud aliter Teucrum nati veſtigia curſu
Impediunt:texuntq; fugas,& prælia ludo,
Delphinum ſimiles:qui per maria humida nando
Carpathium,Libycumq; ſecant.luduntq; per vndas.
Hunc morem curſus,atq; hæc certamina primus
Aſcanius,longam muris cum cingeret Albam:
Rettulit:& priſcos docuit celebrare Latinos:
Quo puer ipſe modo, ſecum quo Troia pubes,
Albani docuere ſuos.hinc maxima porro
Accepit Roma:& patrium ſeruauit honorem:
Troiaq; nunc pueri Troianum dicitur agmen.

SERVIVS.

¶Flagello.)Virga quæ ſonat in morem flagelli. ¶Choris.) Aciebus. ¶Vocati)Ictu virgæ. ¶Et nunc terga nudãt.)Tria quæ in bellis gerunt cũcta cõmemorat fugã,pugnã, pacẽ. ¶Labyrinthus.)Locus apud Cretã factus a Dædalo perplexis parietibus:vbi Minotaurus incluſus eſt. ¶Parietibus textum cæcis iter.)Hypallage eſt cæcum iter intextis parietibus. ¶Ancipitẽ dolũ.)Perplexum errore. ¶Falleret.)Frãgeret,deciperet. Eſt autẽ verſus Catulli. ¶Impediũt.)Implicãt, intexũt. Quod eſt a veſtibus tractũ. ¶Delphinũ.)Aut venit ab eo quod eſt delphin delphinis,a delphine.aut delphinum pro delphinorũ poſuit. ¶Maria humida)Home. ὑγρὰ κέλευθα. ¶Carpathium)Mare eſt inter Ægyptũ & Rhodũ, ab inſula Carpatho illic poſita. Nec mirandum duas cum poſuiſſe cõparationes,cum & in ſecundo hoc fecerit, vt,In ſegetem veluti cum flãma furentibus auſtris Incidit, aut rapidus mõtano flumine torrens. Et in Georgicis tres ponat comparationes,vt, Frigidus vt quondã ſyluis immurmurat Auſter. Et, Vt mare ſolicitum ſtridit refluẽtibus vndis. Et, Æſtuat incluſis rapidus fornacibus ignis. ¶Primus Aſcanius.)Generis ordinem docet:vt in primo diximus. ¶Rettulit.)Innouauit quod iam fecerat. ¶Priſcos Latinos.)Qui tenuerant loca vbi Alba eſt condita. ¶Porro.) Poſt longum interuallum.& eſt aduerbium temporis. ¶Troiaq; nunc pueri, Troianũ dicitur agmen.)Vt ait Suetonius Tranquillus. Luſus ipſe,quẽ vulgo Pyrrhicam appellauit, Troia vocatur: cuius originem expreſſit in libro de puerorum luſibus.

DONATVS.

¶Poſtq̃ oẽm læti conſeſſum.)Cum procederent, pauor eos confuderat,incontẽptæ multitudinis cauſa,ſed poſtq̃ acceptis ſuorũ fauoribus recreati ſunt,cõſiderato conſeſſu,in quo alieni nõ fuerant, refecti ſunt. ¶Signũ.c.p.)Paratis iam ſignũ Epitides clamore & flagello. ¶Olli diſcurrere.p.atq; ag.ter.)Agmen alia ſpecie atq; ordinatione cõpoſitum in alios ſeſe ordines vertit.hoc.n.faciendũ ſignificauerat Epitides. Atq; agmina terna diductis ſoluere choris, i choros ſoluere agmina.i.in partes. ¶Rurſuſq;.v.Cõ. vias &c.)Alio ſigno accepto mutati ſunt in aliũ modũ, & tulerũt tela infeſta,nõ vere, ſed ad imaginẽ veritatis infeſta qd ſit cõuertere vias,ipſe exponit. ¶Inde,inqt,alios ineunt,a.r.)Id eſt miſcẽt. ¶Pugnæq; cient ſi.ſ.a.)Propter imaginẽ veræ pugnæ dixit ſupra, Infeſtaq;.ſ.alijs in vero certamine,nõ ipſis qui ludicris operã dabant. ¶Et nunc terga.f.n.)Aliquãdo ſimulata fuga vertebantur cõuerſis lentis ſpiculis,hoc eſt mollibus, nudãto dorſo.hic enim fugientibus mos eſt, aliquando facta pace remeabant cõcordes. hoc genus certaminis pyrrhicã vocãt, in qua ineſt veriſimilis ratio,ſed bellis veris & prælijs neceſſaria, deniq; quicqd illic gerit, militari artificio pficit & aperto certamini. ecce ipſi dũ ludunt, faciẽ imitati ſunt belli, nunc nudantes terga, hoc eſt velut in fugã verſi, nũc ſpicula exerẽtes,nunc facta pace in concordiã redeuntes inducit parabolã,vt oſtẽdat,qua ſubtilitate quaue arte pueri in ludicro certamine & imaginaria pugna ordines duxerint, & expreſſerint veritatẽ, fregerint flex9, collegerint orbes, & ordines rurſum numerũq; cõfuderint. ¶Vt quondã, inquit, Creta fertur labyrinth9 in alta &c.)Et ꝓpter labyrinthi perplexas viarũ formas, & ꝓpter ludicrũ certamẽ delphinorũ ſimilitudinẽ dedit. nã multiplices oſtẽderant flexus, vt labyrinthũ viderẽtur imitati, & delphinorũ lætitiã demõſtrarẽt, quibus, cum in trãquillo pelagi ludunt, nihil eſt grati9. ¶Retulit)Hoc eſt attulit,oſtẽdit,ac docuit. ¶Quo puer ipſe modo.)Tantũ certamen illud habuit gratiæ,vt ad poſteros quoq; & per Romanũ genus mitti meruerit. nã primus Aſcanius,quod ad tumulũ aui ſui Anchiſæ genere certaminis luſit, cenſuit reuocandũ, cum Albã cingeret muris. Intelligit tunc ludos habuiſſe propter lætitiã conditæ ciuitatis.per murorũ.n.fabricã totã ciuitatẽ debemus accipere. quomodo autẽ ipſe exhibuit, ſic tenuerũt Albani,& conſecratũ habuerunt,piaculum exiſtimãtes, ſi hunc quem Aſcanius induxerat, morẽ prætermiſiſſent. nec ipſi tantũ,qui Aſcaniũ viderant,curauerunt eſſe ſeruandũ. ſed docuerunt etiã ſuos,tantumq; iſtius memoria valuit, vt ad Romanos atq; eorum poſteros reuerenda obſeruatione trãſiret. deniq; ne origo iſtius ritus ſæculis labentibus interiret,cum quotannis ludus ipſe replicatur Troia dicitur, & Troianum agmen aſſeritur.

ASCENSIVS.

¶Poſtq̃ omnem læti, &c.)Docet quomodo pueri equitatũ exercuerunt. De quo, quia Donatus nihil dicit. ¶Ordo eſt. Poſtq̃.ſ. pueri,ſic inſtructi,læti.ſ.ſpe victoriæ,aut, propter exercitationẽ: Ordo. nam pauidos dixit,timore ignominiæ.erãt ergo ſpemq;,metũq; inter dubij: luſtrauere.i.circuierũt in equis:omnem cõſeſſum.i. omnes circunſidentes:& oculos ſuorum.ſ.maiorum:Epitides.ſ. cuſtos Iuli:dedit ipſis paratis.ſ.ad excurſum:longe, id eſt de longe,ſignum:& ſonuit flagello,id enim pro ſigno dedit. Olli.i.tunc .ſ.ſigno dato illi diſcurrere.i.in diuerſas partes excurſus ſuos fecere:pares numero,atq; diſtantia,atq; terni.ſ.ductores: ſoluere, ideſt ſegregauerũt eos:choris.i.aciebus, in formam chori prius diſpoſitis:diductis.i.in diuerſa ductis:& ipſi vocati.ſ.ſigno flagelli,rurſus.i.iterum cõuertere:vias.i.excurſus ſuos vnde exierant redeuntes, & tulere tela.i.haſtilia ſua: infeſta.i.tanquam vim illatura,obſtantibus:& ipſi ineunt,id eſt inceptãt, inde alios curſus: & alios recurſus,ſpatijs aduerſis,id eſt ex aduerſo ſumptis, ita vt ſibi inuicem obuiarent: & impediunt, id eſt implicant orbes,

Universidad de Deusto Biblioteca

id est circuitus suos alternos, id est alternatim factos orbibus.s. alternis:& cient, id est excitant: & promouent simulachra.i.speciem,& similitudinem pugnæ.s.veræ gerendæ sub armis. Et nudant.i.nudata præbent: nunc.i.aliquando.fugæ.i.tanquã fugerent: terga,sup.sua & ipsi vertunt nunc spicula infensi.i.tanquã velint vim inferre & feruntur nunc.i.aliquando pariter:facta pace.i.ac si pacem fecerint. Vt.i.quemadmodum:labyrinthus.i.domus a Dædalo, varijs circuitibus, vt exitus inueniri non posset, ædificata (de qua in fine huius lectionis Landinũ citabimus) fertur habuisse quondam in Creta.s.insula:alta.i.sublimi:habuisse, dicit, intertextum.i.contextum:parietibus cæcis.i.inextricabilibus:& inter quos exitus inueniri nequeunt:& habuisse dolũ.i.errorem:ancipitẽ.i.dubium: mille vijs.i.propter mille vias:qua.s. re, aut ratione:error indeprensus.i.difficulter comprehensibilis, & irremeabilis:falleret signa sequendi.i.falsa signa sequendi exitum daret, vt semper procedẽdo, neq; exeas, neq; penitus intres: sed nunc exire incipias, nunc iterum introeas, & ita nescias, quæ signa sequaris: haud.i.non aliter, hoc est eodẽ modo:nati.i.filij: Teucrũ.i.Teucrorum:impediunt cursu vestigia.s.mutua: & texunt.i.implicant fugas.i.vestigia, fugientiũ similia:& texunt præludia ludo.i.ludendo:hoc est faciunt præludia & simulachra prœliorum:similes delphinũ.i.illorum piscium celerrimorũ (de quibus a Landino in fine huius lectionis satis denotatum est) qui secant.i.diuidunt, natando per maria humida Carpathiũ, sup.mare:& Libycum:& ludũt per vndas. Ascanius rettulit.i.innouauit primus:hunc morẽ cursus.i.currendi, aut excurrẽdi equis:atq; hæc certamina.i.simulachra, certaminum, sup.tunc, cum.i.quando:cingeret muris Albam.i.ciuitatem illam longam.s.situ & positione:& docuit Latinos priscos.i.veteres, celebrare.i.hunc morem,& Albani docuere, hunc morem, suos.s.liberos, eo modo quo ipse,& pubes Troia secum.i.cum eo, sup.docti sunt, aut instituerunt modo:Roma maxima accepit hinc.i.ex hoc ludo porro.i.longe post:& seruauit honorẽ patrium.i.a progenitoribus institutum:& dicitur nunc Troia.i.nomine Troiæ:& pueri.s.sic ludentes: Troianũ agmen dicitur, per zeugma ad vicinius refert nam dicere potuisset,& pueri sic ludentes: dicuntur nunc, agmẽ Troianũ, quia talis ludus a Troianis institutus est & denominatus, qui vulgo Pyrrhica dicebatur. Landinus de Labyrintho & Delphine, dicit sic, Labyrinthus, hoc ędificij genus, portẽtosissimum iure appellat Plin. Est enim ingentissimi dispendij, & nulli vsui necessarium. Ponit autem quatuor fuisse primum in Heracleopolite:quem Hero duodecim regum qui Ægypto simul imperarunt, opus fuisse refert:& tria millia habitacula habuisse mille quingẽta supra terram,& totidem subterranea. Demoteles, regiam Mocherudis, fuisse dicit: Lycias, sepulchrum Meridi:plures soli sacrum esse extructum. hinc Dædalus exemplar, in eo quẽ in Creta ædificauit, sumpsit. sed illius centesimam partem imitatus est, quæ itinerũ ambages, occursusq;, ac recursus inexplicabiles continet, crebris foribus inditis:ad fallendum occursus, redeundumq; in errores eosdem. Tertius fuit in Lemno, similis illis columnis tantum centum quinquaginta memorabilior. quarũ in officina turbines ita librati pependerunt, vt a puero circumagẽte tornarentur. Quartum, Porsena Clusij rex sibi fecit, sepulchri causa, sub vrbe Clusio. de quo Var. Sepultus est sub vrbe Clusio. in quo loco, monumentum reliquit lapide quadrato singula latera pedum lata tricenum, alta quinquagenũ, inq; basi quadrata intus labyrinthum inextricabilem:quo si quis properet sine globo lini, exitum inuenire nequeat, Supra ad quadratum, pyramides

labyrinthus.

des quinq; sunt:quatuor in angulis: in medio vna: in imo latæ pedum septuagenum quinum, altæ centum quinquagenum:ita fastigiatæ vt in summo orbis æneus & Pegasus, vnus omnibus sit impositus, ex quo pendeant excepta catenis tintinabula, quæ vento agitata longe resonant, supra quem orbem altæ quatuor pyramides extant altę pedes centenos:supra quas vno solo quinq; pyramides, quarum altitudinem Varronem puduit ponere. Fabulæ Etruscæ eandem dicunt, quam totius operis. Diodo. Sicu. scribit de labyrintho Ægyptio esse:qui illum a Mena rege ædificatum velint esse:itidem alios, qui a Mendite: alios, qui a Barrone positum referant delphinum:delphinus, delphini,& delphin, delphinis. Velocissimus omniũ animalium delphinus est, ocyor volucre, acrior telo. Tardatur tamen in feriendo, quia non nisi resupinus atq; inuersus ferire potest, cum multum infra rostrũ, os illi est medio pene in ventre, cum diutius spiritum continuerit, veluti arcu emissus ad respirandum emicat: parit catulos decem, nutrit vberibus. Fœtus infantia, infirmos gestat. Adultos, diu comitatur. Viuit triginta annis. Lingua illi contra naturam aquatilium mobilis & suillæ similis. Pro voce gemitus, humano similes. Dorsum repandum. Rostrum simum. Qua de causa nomen Simonis, miro modo agnoscunt. maluntq; ita appellari:homini amicissimi sunt,& musica delectantur. huius rei.& Arionis, & multorum aliorum exempla, narrat Plin. Corio vestiuntur: sed non cum pilis:vt vituli marini,& hippotami.

PIERIVS.

¶Epitides.)In antiquis, vti superius dictum, Æpytides per æ,& y, scribitur. ¶Atq; agmina terni Diductus soluere choris.)In Romano codice,& aliquot alijs antiquis, Deductis, habetur, participij voce, plurali ablatiuo. In Mediceo, & aliquot alijs, quod magis placet Diductis. Sunt etiam codices manu scripti, qui legant, ternis:sentẽtiaq; ipsa videtur apertior:si dicamus: tres illas equitum turmas, quæ vno agmine consessum omnem lustrauerant, ad flagelli sonitum in ternos choros diductas esse, vnaquaq; turma sua spatia corripiẽte. Quod si, soluere agmina ter nidiductus, legas, frigidũ nescio quid inuenias. Sed hoc ego in medio relinquam, eos libenter auditurus, qui militarium ludorum peritiã aliquam profiteantur. ¶Infestaq; tela tulere.)In Mediceo codice Instructaq; tela legitur. Sed, infesta, in alijs. ¶Inde alios ineũt cursus, aliosq; recursus Aduersis spatijs, alternosq; orbibus orbes.) In codicibus aliquot antiquis, Auersis, legit. Sed vulgata lectio me nihil offendit. Id vero non improbarim, quod, alternisq; orbibus orbes, quædam habẽt exemplaria:licet tantundem sit. ¶Et nunc terga fugæ nudant.)In antiquis aliquot, fuga, est ablatiuo casu:quod etiam superius obseruatum:sed melius omnino videtur acquisitiuo. ¶Nunc spicula vertunt sensi.)In vno tantum codic. Roma. spicula torquent habetur. In alijs omnibus vertunt: quod ludicro certamini magis cõuenire videtur. ¶Qua signa sequendi Falleret indeprensus,& irremeabilis error.)In Roma. codi.& aliquot alijs, Frangeret, habetur. Indeprehensus, varie scribitur, sed vnico etindeprensus, placere Velio Longo diximus. Est &, inremeabilis, integra præpositione, vt reliqua. ¶Carpathium Libycũq; secant, luduntq; per vndas.)In Oblongo illo codi. sane quam vetusto Vaticanæ bibliothecæ, quem Pomponius Lætus, delicias suas appellabat:& in aliquot alijs dimeter hic anapæstus hypercatalecticus. Luduntq; per vndas desyderatur. Trimeterq; tantũ dactylicus hypercatalecticus, notatus est: Carpathiũ, Libycumq; secant. ¶Nunc moram hos cursus.)Vetera exemplaria, Nunc morem cursus plurimum habent:sed altera lectio magis poetica est.

SERVIVS.

¶Hac celebrata tenus.)Tmesis est hactenus. & hic sermo, quantũ ad artẽ spectat, duas continet partes orationis: vt Hac pronomẽ sit, Tenus præpositio, sicut pube tenus, & crurũ tenus:sed iam vsus obtinuit vt pro vna parte habeatur. ergo aduerbiũ (& omnis pars orationis cũ defierit esse quod est:in aduerbium migrat)& est temporis:nam huscusq; significat. ¶Hic primũ) Sequit enim Palinuri mors vel Miseni. ¶Irim de cœlo misit Saturnia Iuno.)Ex magna parte seruatur, vt Mercurius ad concordiam, Iris ad discordiam mittatur:vnde & Iris dicta est quasi ἔρις. Falsum est autem q dicitur ministra esse tantum dearum: cum & a Ioue plerunq; mittatur: vt, Aeriã cœlo iã Iuppiter Irim Demittit, germanę haud mollia iussa ferentem. ¶Ventosq; aspirat eũti.)Vt de Mercurio, Voca Zephyros. Et bene Irim mittit, quæ fit de nubib⁹, quarum dea est Iuno. ¶Per mille coloribus arcũ. ¶Aut subaudis factum:aut Antiptosis est mille colorũ, hoc est multorũ colorum.

Hac celebrata tenus sancto certamina patri.
Hic primum fortuna fidem mutata nouauit.
Dum varijs tumulo referunt solennia ludis:
Irim de cœlo misit Saturnia Iuno
Iliacam ad classem: ventosq; aspirat eunti,
Multa mouens, nec dum antiquum saturata dolorẽ.
Illa viam celerans per mille coloribus arcum,
Nulli visa cito decurrit tramite virgo.
Conspicit ingentem concursum:& littora lustrat:
Desertosq; videt portus, classemq; relictam.
At procul in sola secretæ Troades Acta
Amissum Anchisen flebant:cunctæq; profundum

Pontum aspectabant flentes, heu tot vada fessis,
Et tantum superesse maris. vox omnibus vna:
Vrbem orant:tædet pelagi perferre laborem.
Ergo inter medias sese haud ignara nocendi
Conijcit:& faciemq; deæ, vestemq; reponit:
Fit Beroe Ismarij coniux longæua Dorycli:
Cui genus,& quondam nomen, natiq; fuissent:
Ac sic Dardanidum mediam se matribus infert.

colorũ. ¶Nulli visa)Ad ipsum retulit numen. Nã arcus semper videtur: quẽ nõ Irim, sed viã Iridis dixit. Alij celeritatis esse volũt, nulli visa. Notandũ sane etiã de Iride arcũ genere masculino dicere Virgilium: Catull⁹ & alij, genere fœminino ponũt, referẽtes ad originẽ, sicut hęc cattus & hęc gallus legimus. ¶Cõspicit ingentem.)Quia supra ait. Vndiq; cõueniũt Teucri. ¶Desertosq; videt portus.)A viris scilicet. ¶In sola.)Deserta. Terẽtius, Venit meditatus e solo loco. ¶Acta.)Mutata κ in a, superiori accentũ damus:vt ἑλένη Helena, κίρκη circa. Ergo quoniã & ἀκτὴ Græcum est, cum acta facit, penultima habere debet accentum:sed propter differẽtiam cõmutatur, ne non secreta,& amœna littorum, sed participialiter acta significet. ¶Aspectabant flentes.)Multi Flentes heu distingunt, vt sit miserabiliter flentes:& a persona dicatur poetę. Alij Heu a mulieribus dictum accipiũt. ¶Faciemq; deæ, vestemq; reponit.)Duo diuersa vno sermone cõclusit. ¶Ismarij Dorycli.) Thraciæ. Ismarus enim est mons Thraciæ. Et bene suadentis cõmendatur authoritas. ¶Ac sic Dardanidum mediam se matribus infert.)Sic aut mutato habitu:aut ista dictura.

¶Ergo inter medias sese, Conijcit.)Inter medias sese cõiecit, vt verba eius simul circũfusæ oẽs audire potuissent. qui enim plurimis hominib⁹ locuturus est, medius esse debet. vt oibus esse proxim⁹ possit. ¶Et.f.q;.d.v.q;.re.)Fraus quæsita est ad fallendum, si enim sciretur, quę esset, nulla eam ex pręsentibus fœminis audiret:posita igitur veste, ac deæ persona, facta est Beroe, quam illæ nouerant, q; nobili esset ex genere, quanti esset meriti, cuius vxor, quantorum filiorum mater, quantæ sapientiæ per ętatem, digna omni modo, quæ audiri deberet, si quid forte suadere voluisset. ¶Ac sic Dardanidum.m.se.m.i.)Iam supradictum est, quare mediam. hic vero mediam dixit, quasi participem causæ, hoc est vnam ex illis, quarum fuit tractatus in medio.

DONATVS.

¶Hac celebrata tenus.)Cum hactenus, hoc est hucusq; fuissent ludi,& securo cursu res Troianę ducerent, repente mutata fortuna est.& vt primo fuerat, effecta est iterũ mala, quo talis facta sit, demonstratur. ¶Dum varijs tumulo.)Dum oẽs intẽti ludorum varietatibus delectarentur,& exhiberẽt sepulchro solennia, Irim Iuno demisit ad terras e regionibus cœli, ad eam littoris partẽ, in qua naues tñ fuerant,& Troianorũ fœminæ, vẽtosq; aspirat eunti. ¶Multa monẽs.)Iris natura sua velox est. hinc quo properatior faceret ventos addidit Iuno, vetus enim & pertinax inimica, ne occasionẽ temporis perderet, quo aberant viri & aderãt solæ mulieres, mature debuit cogitata perficere, quia Troiani perfectis rebus iam redituri sperabant ad naues. Multa monẽs, multa ipsa nõ extra causam posita, sed quę negocio ipsi proficere potuissent, intelligenda sunt. necdum antiquum exaturata dolorẽ. Vbiq; Iuno Virgilio displicet, quia per tot annos, perindeq; vet⁹ inimica tanq; nouas inimicitias gerebat. nondũ, inquit, saturata tanq;, si dicat qñ id fieret si tot pœnis, ac tantis temporibus expleri nequiuit: cogitauerat aũt incendium nauium quarũ adminiculo Carthaginem dimiserant Troes, vt in Sicilia saltem perditis nauigãdi subsidijs remanerent. hoc enim desiderabat impleri, vt Æneas, si perire nõ posset, Italiam saltẽ non teneret. hanc consilij sui fuisse sentẽtiã ipsa etiam primo libro testata est cum diceret, Nec posse Italia Teucrorũ auertere regẽ. ¶Per mille coloribus.) Nõ per mille coloribus. qm̃ vitium est, sed ita. illa viam mille coloribus, per arcum celerans. ¶Cito tramite)Cito tramite, hoc est celeri transitu, vsq;adeo celeritas fuit, vt nullũ vidisset venientẽ. ¶Desertosq;.v.p.)Quod faciebat ad causam, vt oẽs viri abfuissent, quibus cõtrariũ aliquid suaderi nõ posset. ¶At procul in sola secreta Troades acta Amissum An.fle.)Quãq; viri abessent, nõ tñ longe a nauibus separatę in acta cõsidebãt fœminę. acta dixit, secretã littoris partẽ. illic, inquit, cõstitutæ flebant Anchisen perditum. ¶Cunctæq; profundũ Pontũ.a.f.)Occasione nocẽdi iuuabant omnia primũ solitudo loci, tẽpus, quoq;, quo aberant viri, persona etiã mulierũ, quibus facile potuit persuaderi, quarumq; ingeniũ leue in quãcunq; partẽ duci facilius posset, quamq; iam cunctæ laboris & pelagi odio ac formidine, premebant. deniq; cum ob aliã causam lachrymas funderent, dolentes alienã mortem, de suo quoq; exitio vniuersæ cogitabant, respiciẽtes altitudinẽ pelagi & immẽsæ nauigationis futura discrimina, vltraquã esse possent immoderatius ęstimãtes. nõ enim hæc inani cõiectura metuebant, quæ malorũ præcedentiũ magisterio didicerant, quid mali esset relicta securitate terrę, ire per ęquor, quod infidũ homini, quod multiplici discriminũ mole cumulatum esse cõstaret, quodq; detestandũ, ac nõ immerito fugiendũ suis potius exitijs, q; exẽplis didicerant alienis. tractat igitur iste mulierũ cõsensus: eousq;.n. processerat fixa.s.& definita sentẽtia, vt remanerẽt in loco, atq; hic sine colẽdæ vrbis fabrica prouenirẽt, odio quippe his fuerat nauigãdi, tantummodo cura perpetua, finem inueniendi. ecce quanta opportunitas occurrit volentibus euadere contraria, vt profuturũ putaretur, quod esse constabat inimicũ. iam volebant, quod pro voluntate Iunonis fuerat necessarium.

ASCENSIVS.

¶Hac celebrata tenus sancto certamina patri, Hic primũ fortuna fidẽ mu.&c.)Post ludorũ celebrationem, quã cum voluptate peregerant, sine damno graui, aut lęsione alicuius, recitat Poeta: aduersam fortunã quę subsecuta est.s.quia fere extremũ gaudij luctus occupat, vnde subsequetur classis incẽdium figuratũ, per sagittæ incẽsionẽ:& post lachrymabilẽ discessum, infelix nauigatio, atq; placato mari Palinuri submersio:vt suis locis videbim⁹. Nunc autem docet Irim demissam a Iunone ad deturbandos ludos,& classem inurendã. de qua re cum nihil afferat ex Donato.

¶Ordo est, Certamina sunt celebrata hactenus.i.hucusq;: patri sancto.i.in deorũ numerũ assumpto.s.Anchisæ: fortuna mutata.s.a felicitate,& gaudio, in triste disfortuniũ: nouauit.i.immutauit:fidẽ.i.fidelitatẽ:quam Troianis toties afflictis seruare debuit: primũ hic.i.in celebratiõe huius Ludi:aut nouauit.i.innouauit, & reparauit fidẽ.s.quã Troiani de ea habuerãt credulitatẽ:verentes.s.eã, nunq; fore satis amicã Troianis:vnde dictũ, hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta. Nã dũ.s.ipsi Troiani:referũt tumulo.i.ad tumulũ, solẽnia.i.anniuersaria sacra:Iuno Saturnia.s.inimica,& persecutrix: misit Irim de cœlo ad classem Iliacam.i.Troianam & aspirat.i.adflat:eunti.i.descendẽti:ventos.s.vt celerius descendat:monẽs multa.i.multũ, aut multas res, quas postea facto declarabit:necdum.i.non adhuc:saturata dolorẽ antiquum.i.habens nondũ exhaustum antiquũ dolorẽ, quem de iniuria Troianorũ sibi illata acceperat. Illa.s.Iris: virgo.i.viridis ætatis adhuc vigens:celerans.i.properans:per arcũ mille coloribus.i.mille colorum:vel habentẽ mille colores (Dicimus enim, hominẽ largo ore,& largi oris:sic, arcum mille coloribus,& mille colorum. Seruius tñ vbiq; tales ablatiuos pro genitiuis censet positos) decurrit.i.deorsum currit:tramite cito.i.celeriter trãscursu:nulli.i.nõ vlli, nõ visa vlli.i.ab vllo:& cõspicit.s.postq; descenderat:ingentẽ cõcursum.s.hominũ:& lustrat.i.circunspicit littora:& videt portus desertos.s.a Troianis:& classem.s.Æneæ relictam. At.i.sed: Troades.i.mulieres Troianę:secretę.i.separatæ a viris:procul.i. lõge a viris.s.in acta:i.littore sola.i.in deserto:flebãt Anchisen.s. optimum patrẽ,& leuamen: omnis casus amissum.s.per mortẽ, cuius memores erãt:quia eius anniuersarium celebrabãt:& ipsę cunctæ.i.simul oẽs flentes aspectabant pontum.i.mare profundum:flentes, dicit, heu.i.miserabiliter:vel flendo, dicẽtes, heu tot vada,& tantum maris, superesse.i.restare:trãsfretandũ fessis.i.fatigatis longa nauigatione vna.i.vniformis: vox.i.precatio:est, sup.omnibus: quia oẽs orant.i.implorant vrbem, in qua.s.maneant:tędet, sup.eas perferre laborẽ pelagi.i.nauigationis per pelagus:ergo Iris haud ignara.i.gnara & perita nocẽdi: cõijcit sese inter medias.i.in mediũ illarum:& reponit.i.deponit:q;.i.simul: faciem.i.effigiẽ,& vestem deæ.i.quali vtitur, cum in forma deæ apparere vult:& supple fit.i.apparet,& effingitur:Beroe, coniux longæua.i.annosa: Dorycli, illius viri. Ismarij, id est Thracis: cui fuissent.s.si aut bellũ, aut longa nauigatio nõ assumpsisset:quondam.i.aliquando:&.i.simul:genus, id est progenies & generatio: & nomen.s.familiæ:& nati.i.liberi, ab eo denominati:& ita, quia nota erat, propter claritatem viri & filiorum quos habuerat, potuit facilius persuadere:ac ipsa infert sic, id est transformata in faciem Beroes:matribus, id est inter matres Dardanidum, pro Dardanidarum, se mediam. At sic, id est cum hac oratione sequenti.

Ordo.

PIERIVS.

¶Hic primũ.)In Romano codice,& aliquot alijs, Hinc, sed Hic magis placet. ¶Necdum antiquum exsatura dolorem.)Antiqui

Universidad de Deusto Biblioteca

codices, antiquum saturata, legũt. sed melius vt alibi, Odijs haud exsaturata quieui. ¶ Secretæ Troades.) In antiq; aliquot codicibus, Trœades, habetur per œ diphthongon, quæ in τρῶα, primitiuo, reperitur. Arbitrati enim sunt eundem, in deriuatiuo etiã esse debere, nam οι, in œ, apud Latinos transire solet. Hinc in antiquis Terentij codicibus, Adelphœ, non Adelphi, Comœdiæ nomen scriptum inuenies. Græce enim, vt palam est, ἀδελφοί. Sed in hoc nomine, Troades: nulla apud Grecos diphthongus, cum masculinum sit, τρῶς ὁμόφωνον τῷ κτίσῃ, fœmininum τρωὶς, καὶ τρωιὰς, καὶ τρωάς. Neq; tamen inficias ierim nomen hoc cum ω, diphthongo impropria, nõnunquam inueniri. quod si vulgata lectio sit immutanda, Troiades, potius ꝙ Trœades scribendum esset: vt in aliquot antiquis codicibus scriptum est. Sed Troades, frequẽtiori doctorũ vsu, lectio omnino acceptior est. ¶ Fit Beroe Ismarij coniux longæua Dorycli.) Quãuis in Longobardico codice, in Mediceo, & plerisq; alijs, pro Ismarij, duabus minus literis, Marij, legatur: nemo tamen ex eruditis est, cui nõ potius Ismarij, faciat satis. Nam quid ad ea tempora Marij nomen: nisi Marij factum sit, ex Enarij, vel Inarij: ꝙ aliquot in codicibus scriptum accepi, quanuis huiusmodi lectionem nusꝙ ego viderim oculata fide. Est & illud, Veroe, in exemplari antiquo: quod quidẽ prætorijssem, nisi toties repetitum esset: nam inferius, Non Veroe: & illud, Veroen, digressa reliqui. Sed alibi diximus, vnde frequentissima hæc mutatio ex b, mutata in u digamon, emanarit: cum q; tot inscriptionibus, Velisarius, pro Belissarius, scriptum sit. Ita q; legi nuper in æde D. Martini, quæ in Exquilino est, Mirauili benignitate & incomparauili. quare nunc missa sint. ¶ Ac sic Dardanidum.) In antiquis aliquot codicibus, Dardanium, legitur: vt apud Græcos, δαρδανίων: quãquam & δαρδάνιοι, & δαρδανίδαι, gens ipsa dicatur apud eosdem quare Dardanidum recte.

O miseræ, quas nõ man⁹ (inqt) achaica bello IRIS
Traxerit ad letum patriæ sub mœnibus: o gens
Infelix, cui te exitio fortuna reseruat:
Septima post Troiæ excidium iam vertitur æstas:
Cum freta, cum terras omneis, tot inhospita saxa,
Syderaq; emensæ ferimur: dum per mare magnum
Italiam sequimur fugientem: & voluimur vndis.
Hic Erycis fines fraterni: atq; hospes Acestes.
Quis prohibet muros iacere: & dare ciuibus vrbem:
O patria, & rapti nequicquam ex hoste penates,
Nulla ne iam Troiæ dicentur mœnia: nusquam
Hectoreos amneis, Xanthum & Simoenta videbo:
Quin agite: & mecum infaustas exurite puppeis.
Nam mihi Cassandræ per somnum vatis imago
Ardenteis dare visa faces: hic quærite Troiam,
Hic domus est (inquit) vobis. iam tempus agit res:
Nec tantis mora prodigijs: en quatuor aræ
Neptuno: deus ipse faces, animumq; ministrat.
Hęc memorãs prima ĩensum vi corripit ignẽ: POE.
Sublataq; procul dextra connixa coruscat:
Et iacit. arrectæ mentes, stupefactaq; corda
Iliadum. hic vna ẽ multis, quæ maxima natu
Pyrgo, tot Priami natorum regia nutrix.
Nõ Beroe vobis, nõ hęc Rhœteia matres PYRG.
Est Dorycli coniux. diuini signa decoris,
Ardenteisq; notate oculos: qui spiritus illi,
Qui vultus, vocisq; sonus, vel gressus eunti.
Ipsa egomet dudum Beroen digressa reliqui
Aegram, indignantem, taliꝙ sola careret
Munere: nec meritos Anchisæ inferret honores.
Hæc effata. POETA
At matres primo ancipites, oculisq; malignis
Ambiguæ, spectare rates, miserum inter amorem
Præsentis terræ, fatisq; vocantia regna:
Cum dea se paribus per cœlum sustulit alis:
Ingentemq; fuga secuit sub nubibus arcum.
Tum vero attonitæ monstris, actæq; furore
Conclamant. rapiuntq; focis penetralibus ignem.
Pars spoliant aras: frondem, ac virgulta, facesq;
Coniiciunt. furit immissis Vulcanus habenis,
Transtra per, & remos, & pictas abiete puppeis.

SERVIVS.

¶ O miseræ.) Magna vti sarte persuadẽdi, vt nõ ex abrupto quod psuadere vult dicat: sed circunstantijs illuc descẽdat. ¶ Exitio.) Non regno. ¶ Septima post Troiæ excidiũ iã vertitur æstas.) Atqui & Dido dixit, Nã te iam septima portat Omnibus errantẽ terris & fluctibus æstas. De qua re quidã hoc dicũt: ꝙ Æneas apud Carthaginẽ paucis diebus fuerit. Nam ait, Cũ subito assurgens fluctu nimbosus Orion, q oritur (vt Sallusti⁹ dicit) iuxta solis æstiui pulsum. Itẽ ait, Dũ pelago desæuit hyems & aquosus Orion: vt hyemẽ pro tẽpestate posuerit. Secundũ quod Carthagini paucis fuit dieb⁹. Sed illud occurrit, Nunc hyemem inter se luxu ꝙ lõga fouere. Et hoc quidã sic purgãt, vt dicãt potuisse fieri vt intra anni metas, & ad Africã venerit, & inde nauigauerit. Sed istis occurrit quod in primo ait, Septima æstas. Vnde apparet hãc octauã fuisse: quod & ab Anchisę morte indicat annus implet⁹. Ergo cõstat quęstionẽ hãc vnã esse de insolubilibus: quas nõ dubium est emẽdaturum fuisse Virgiliũ. ¶ Cũ terras oẽs) Quia peragrauerat multa. ¶ Syderaq; emensæ ferimur.) Aut tempestates aut prouincias, quæ syderib⁹ subiacẽt: vt Æthiopum versemus oues sub sydere Cancri. ¶ Per mare magnũ.) Procellosum. Lucre. Suaue mari magno. ¶ Italiã sequimur fugiẽtem.) Vt, Iã tandẽ Italiæ fugiẽtis prẽdimus oras. Et re vera nullus sequitur, nisi quod fugit. ¶ Voluimur.) Nõ dixit nauigamus. ¶ Hic Erycis fines.) Argumentum a facili. ¶ Nequicquã.) Qui nõ proderant, cũ essent fatorũ comites. ¶ Infaustas mali ominis. ¶ Nã mihi Cassandræ. Nõ cui credere nõ debebant: sed cui cum sua pernicie nõ crediderant. ¶ Iam tempus agi res.) Id est Troiã fieri. ¶ Mora prodigijs.) Ecce prodigiũ de bono: & argumentaẽ ad incendiũ nauiũ aras ardere Neptuni: quas ideo quatuor dicit, quia singuli duces singulas posuerãt. Nam cõtrariũ est, Numero deus impare gaudet. Alij tñ dicũt a Cloantho esse positas: quas promiserat supra. ¶ De⁹ ipse.) Maris, cuius sunt naues. ¶ Infensum ignẽ.) Ipsa infensa. ¶ Tot) Aut multorũ: aut supradictorũ: vt, Quinquaginta illi thalami. ¶ Nõ Beroe vobis.) Nõ est dissuasio, vt quidã putãt: sed magis hortaẽ persuadẽdo numinis authoritate. ¶ Rhœteia) A Rhœto pmontorio. ¶ Diuini signa decoris) Omnia colligit quibus numina cognoscũẽ: vt, Nãq; haud tibi vult⁹ mortalis: nec vox hominẽ sonat: o dea certe. ¶ Spiritus.) Odor. vt, Diuinum vertice odorem Spirauere. ¶ Vel gressus euntis.) Vt, Et vera incessu patuit dea. ¶ Primo ancipites.) Antequã numen agnoscerent. ¶ Oculisq; malignis.) Ipsę malignę. ¶ Miserum inter amorẽ Præsentis terræ.) Aut magnũ: vt Terentius, Eam misere amat. aut miserum, quo fiebãt miseriores: cum eis regna negarenẽ. ¶ Abiete pictas.) In abiete pictas. Sane Abiete, hoc est quæ erant de abiete.

DONATVS.

¶ O miserę. q. n. m. inqt achaica bello &c.) Vt euaderemus, inqt Achaicas manus, vt interit⁹ nostros nõ videret, Troia cũ caderet, vt ossibus nostris occasus patriæ non faceret sepulturã. non illa felicitas fuit æstimãda. hoc inter initia potuit, antequã nos malorum cõgeries multiplicata docuisset, infelicitatẽ potius esse, ꝙ superstites sumus, ꝙ Post tantorum interitũ ciuiũ pœnis potiusquam incommodis reseruamur. Intelligamus tandẽ, quod inter initia imprudentes omisimus, & infelicitatis nostræ miserabiles casus consilio cautiore tractemus, deterior miseras peiorib⁹ fortuna supplicijs semp esse obnoxias voluit. contra certandum est, vt illã si non resistendi cõstantiæ remedio superamus, gens nostra mala fatorum forte progenita omnis est aduersis destinata supplicijs. potuerunt aliquando merito simul interire cum patria, noster finis adhucusq; differtur, vt varijs tormentorum vicibus afflictæ perducamur. nam quis erit malorum ipsorum finis, qui cõtinuis annorum septẽ spatijs concludi non potuit: maria omnia & vniuersæ

& vniuersæ terrarũ partes cruciatus nostros pœnasq; testantur cum Italiam sequimur semper, quę fugit, aut nõ est. ¶ Hic Erycis fines fraterni.) Opportunum prorsus remanendi tempus est. locus volentibus congruit. negari nõ potest, quod fuerat fratris, Troiani sunt harum terrarum incolæ, nõ denegabunt ciues necessariã ciuibus sedem. cõueniunt omnia cõmodis nostris. omittenda non est tantę expeditionis occasio, ne quęsita posterius reperiri non possit. ¶ O patria, & rapti ne. ex ho. pena.) O, inquit, patria, quam deseruimus imprudẽtes, quid profuit penates deos e flammis esse subtractos: ecce nec sibi potuerunt prodesse. nec nobis quid profuit nauibus vectos esse, quid effectos comites nobis: errant ipsi quoq;, nec suam saltem iniuriam pellunt, miseriæ nostrę nullius auxilium sperant, vnũ superest, vt secutę consiliũ, quod vestris sensibus intimauero, prouideamus nobis quiescẽti remedium. dictura, quid esset necessario faciendũ, præmisit. & hæc, vt persuasionis obtineret effectum. ¶ Nulla ne, inquit, iam Troię di. mœ. nus. &c.) Tantum, inquit, errãdũ est nobis. vt cum ocium non suppetit, nequeamus reparare perdita. Hunc affectũ videẽ ea occasione duxisse, quia apud Helenũ Troiani & Troiã viderant, & Troię portas agnouerant, Simoim quoq; & Xanthũ, quæ conditoribus suis solatium dabant, si nõ magnitudine, saltẽ appellationibus nominũ. hoc igiẽ ista doloribus velut proprijs iungit. ꝙ nõ proueniente ocio, spes nulla extaret etiam ipsis nouandi quę Helenus potuit. nusquam, semel positum, singulis debet adiũgi. vt sit nusquã Hectoreos amnes, nusquam Xanthum, nusquam Simoim videbo. narrat iam cõsiliũ suum, & huic addit authoritatem exposita persona. & se sociam facti futuram spondet, ne excusando partes suas, aliarum cõsensus auerteret. Agite iam quod dico, inquit, & mecum naues istas cõmodis nostris inimicas incendite. mala quippe quæ patimur, puppium nobis incolumitas nutrit. ipsę infaustæ sunt, ipsarũ est fortuna deterior, abolẽdæ sunt, ne nos ad infeliciora inducãt, qbus nulla requies, nullus datus est portus. Hoc faciendum Cassandra mandauit, & monuit. cum quiescerẽ dormiens, parendũ est consilijs eius, quę mihi complenda cõmisit, & implendi substantiam dedit. hoc est, quod ait, dicens. ¶ Nam mihi Cassandræ per som. vatis ima. Hic domus est, inquit, no. Iam. t. a. r.) Personæ consiliũ sumpsit, atq; vatis adhibuit nomen, a tempore, quo dormienti sibi dictũ esse, mentita est. quippe constaret falsitas ex eo, si alio tẽpore mortuã diceret visam esse vel auditam, refert iam velut mandati summã, errat, inquit, vestri tractatus intentio, nõ alia vobis, quã hæc terra debetur, frustra adhuc peregrinandi suscipitur labor. hic quærẽda est Troia, vbi Troiani reperti sunt ciues. quęrite, hoc significat, quia quod non quæritur, non potest inueniri. ideo hoc posuit, quod potuit dici, quid si nõ inuenietur. cõtra ait hic potest quęsita consurgere. hic enim vobis est domus. O cõmodum cõsilium vatis, o ciuis veneranda consulta. loquebaẽ quid effici conueniret, & qua via posset impleri. nõ dubia vt fieri solet sed aperta ratione monstrabat. videbatur illa faces mihi flãmantes afferre, vt ostenderet miserijs nostris aliter prospici ac prouideri non posse. ¶ Nec tantis mora prodigijs.) Concurrunt probamenta fidei, & veritatis supplementa non desunt. incendia quippe nauiũ cogitantibus sacer ignis occurrit. offert aras ipse Neptunus implendis rebus porrigendo substantiã. nam nostros a suis regnis prohibet, atq; arcet accessus. fiat ergo cum deorũ voto, quod dicitur. fiat, quod vatis tantæ prædixit authoritas; & numina præsentia probauerunt. ¶ Hæc memorans &c.) Ne Troianorũ fœminæ de faciendo vel nõ faciendo tractarent, omnia disputationis incerta Iris præueniens, ignẽ prima, dum loquitur, rapuit simul, & misit, subitum enim ac repentinum esse debuerat, quod displicere forsitan potuit, & obiectu contradictionis excludi. ¶ Arrectæ m. st. q;. c. Ilia.) Stupuerat hoc facto vniuersarũ mens. ¶ Hic vna e multis.) Dicturus ex multis solam insidias sensisse, dedit ei ex ætatis maturitate prudentiam. vt autem digna videretur, quę deberet audiri. nutrix, inquit, fuit infinitorum filiorum Priami, qui reges esse possent, si Troianorum fortuna cõstitisset. ¶ Non, inquit, Beroe. v. n. hæc rh. m.) Disputat, quid de illa sentiret. matres, inquit, nõ est ista Beroe, nec Rhœteia hoc est Cretẽsis. potest intelligi & Rhœtei filia. ¶ Est Dorycli coniux.) Si non erat Beroe, quomodo dicit, est Dorycli coniux, cum absurdũ sit cõfirmare, quod negatum videatur: totum negatiuum est. nam, quod dixit non est, non semel, sed per omnia intelligendum est, & non habebit errorem, vt putetur illa esse, & non esse, vt sit, nõ est Beroe vobis, non est hæc Rhœteia matres, nõ est Dorycli coniux. expleta deniq; negantis coniectura incipit suspicionis suæ partes asserere, vt adstruat nõ esse ipsam, quæ putabatur, neq; hominem esse, sed deam. ¶ Diuini si. de. Ardentesq;. n. o.) Animum percurrit, & corpus. vt nihil in ea videretur esse mortale. quod videẽ, inquit, quod loquiẽ, quodq; ambulat diuinũ est omne, nec sonat hominem, nec hominẽ monstrat. aliud addit, quod nõ ex coniectura, sed ex veritate descenderet. ait enim. ¶ Ipsa egomet dudũ Beroen &c.) Magna cõfirmatio. ipsa, inqt, & adiecit ego. duplicatio enim facit meliorẽ fidem, cum æque dictura est, non ex alijs se audisse, sed potius vidisse contendit. Dehinc loquentis verba sumpsisse auribus & sciuisse quid dixerit. his ergo copiose, quod dicebat, adstruxit. dudum, inquit, ducẽs tempore rationem, hoc est ante paululum significans, vt ex proximitate nulla videretur interuenisse causa. quę memoriã falleret. itẽ a persona ipsa, egomet, persona est. quod etiam Beroen nominauit, signa personę ipsius ab actu se quoq; monstrauit. ęgra, inquit, fuit. hoc est cruciabaẽ animo, animoq; cõmouebaẽ. dicit causam ęgritudinis ipsius, & commotionis, tali ꝙ sola careret munere, nec meritos Anchisæ inferret honores. dolebat, ꝙ non obsequeretur manibus Anchisæ in solennibus exhibendis. ¶ Hæc effata.) locuta est hæc. ¶ At matres primo an.) Primo ait ancipites, primo ambiguæ, primo oculis malignis rates spectabãt, hoc est oculis suis malas animo cogitationes demonstrãtes: sed cum dicit, primo dubijs, & primo incertis & malignis, primo hoc ipsum videndum est, quos exitus habeat, quoue eius tendat incertũ. ¶ Miserum inter. a. Præ. ter.) Tenebantur amore pręsentis terrę, in qua sibi ocium spondebãt, & malorum omniũ finem. vbi cum ciues essent futurę, & habituræ requiẽ sempiternã, e contrario tractabant spem fatis volentibus debitã. hoc fuit sequentis consilij. ¶ Cũ dea se paribus &c.) Adhuc incerto sententiæ constitutis, Iris se demisit, & redijt ad cœlum. ¶ Tum vero attonitæ.) Attonitæ, hoc est solicitæ effectæ & etiam non dubiæ, ac furore correptę conclamant. vt iam nõ paucæ sed vniuersæ peccarẽt, clamabant alacres, scilicet quas primas furor inuaserat. ¶ Rapiuntq;. f. pe. ignem. Pars spo. aras.) Nõ sufficiebat furentibus, quod suggerebant aræ. ex interioribus quoq; partibus incendia rapiebãt, vt futuro sceleri omne genus criminum iungereẽ. ¶ Frondem, ac. v. f. q;. Con.) Atq; vt sceleris proueniret effectus, fomenta virgultorũ & frondiũ congerebant. quę incensa arderent facile, & facilius accensa consumerent. Quantum aũt malum ex frondibus atq; virgultis inflictũ repente sit & mature cumulatũ, sequentes versus ostendũt, ait enim. ¶ Furit. im. v. ha.) Translatione vsus est, dicendo, furit vulcanus immissis habenis. aurigę enim, vt quadrigę vehementius currant, relaxant frenos & habenas remittunt. ignis autẽ tanquam habenarum laxamenta sumpsisset, ita virgultis adiutus, & frondibus, & remos occupauit, & transtra atq; ipsas puppes plena virtute possedit.

ASCENSIVS.

¶ O miseræ, &c.) Recitat orationem quam monita & instructa a Iunone habuit ad Troianas mulieres, in forma Beroes Iris demissa cohortans, videlicet naues incendi, vt Æneæ auferreẽ spes in Italiã proficiscendi: quod vnum prætendit Iuno, sciens quod nihil Carthaginensi imperio obesse possit, si Troiani regnum in Italia nõ constituerint: ob eam igiẽ rem, classem incensam voluit de qua nihil affertur a Donato.

Ordo.

¶ Ordo autẽ est, Ipsa, sup. Iris: in formã Beroes: inquit, o miseræ, id est miserandæ mulieres, quas manus Achaica. i. Achiuorum exercitus: non traxerit bello. i. per bellum: ad lethum. i. mortem, sub mœnibus patrię, quod alibi dicit, Troię sub mœnibus altis. O gens infelix, cui exitio. i. exterminio, aut morti reseruat te fortuna. q. d. ad tristissimum, cum tam inimica perduret: septima ęstas vertitur, id est finitur iã post excidium Troię, cum nos emensæ, scilicet transfretando, hoc est quę trãsfretauimus freta, sup. omnia, cum terras omneis, cum tot saxa inhospita, id est nullũ prębentia hospitium & sydera. i. tempestates: ferimur. i. trahimur. s. adhuc, dum sequimur per magnum mare: Italiam fugientẽ. i. nolentem inueniri: quia adhuc semel in Sicilia fuerant, & viciniores Italię, quam nunc sint, & cum voluimur adhuc vndis, id est per vndas & tempestates maris.) Priusꝙ cætera pergam, discutiam, quam Ser. insolubilem putat quęstionem, quomodo videlicet adhuc septima dicatur æstas, cum in. s. dictum sit a Didone, Nam te iam septima portat Omnibus errantem terris, & fluctibus æstas, quam quidem quæstionem, si propius inspexerimus, poeta ipse dissoluit. nam principium septimę æstatis fuisse, cum ad Didonem appelleretur: indicat verbum, portat. nam venientia tempora, portant. vnde Hora. in De arte, Multa ferunt anni venientes cõmoda secum, Multa recedentes adimunt, hic autem significatur finis eiusdem septimæ æstatis, cum diciẽ, vertitur: quasi progredi nesciẽs. vnde & vertex montis, & capitis, Nec obstat, ꝙ anniuersarium agat Anchisæ: nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

illud nunc hyemem inter se,quia hoc posterius dixit) Fama tam ficti,prauiq; tenax, q̃s nuncia veri.non autem mansisse eam hyemem,attestata est Dido, dicens, Quinetiam hyberno moliris sydere classem.De priore ergo dicemus.Ad finem sextæ ætatis appulsum Æneam cum Anchise ad Siciliam,ibiq; paulopost defunctum Anchisen, quocirca totam illam hyemem ab Aceste amico,suscipiuntur hospitio,dum patri exequias faciũt,naueisq; reparant,& sese reficiunt Troiani: nisi enim immorati dicantur in Sicilia,cum parum apud Antandron,Thraciam,Cretam,Strophades,Epirum,Carthaginemq; fuerint:non possent tot ætates esse peractæ.Incepisse autem nauigationem nouam cum æstate,indicat ille locus in principio.iij.Vix prima inceperat æstas, Et pater Anchises dare fatis vela iubebat.Cum ergo oraculo Heleni edocti,& admoniti:quia ante & Trinacria lentandus remus in vnda, quam,scilicet in Italiam proficiscerẽtur.quo dicto,significat lente illinc profecturos.& cum moris sit,nisi vrgeat necessitas, classem non moliri sub hyberno sydere:& iam hospitio essent suscepti ab amatissimo viro Troiano, videlicet Aceste:verosimile est, eos,eam hyemem mansisse in Sicilia: vnde cum primo vere in.j. huius, Vix e conspectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti, & spumas salis ære ruebant,&c.cum, scilicet suborta tempestate, in Carthaginem depulsi sunt,vbi eam mãserunt æstatem fere totam:atq; ita ad finẽ septimæ æstatis abeuntes in Siciliam,peracto anno,Anchise anniuersarium celebrant. Nihil ergo in hac insolubili quæstione insolutum reliquit poeta.)Fines, id est limites: Erycis, scilicet montis fraterni, id est a fratre ductoris nostri Æneæ, Eryce videlicet denominati, sup.sunt hic, & Aceste, vir Troianus & amicus, est hic hospes.i.qui nos libenter suscipit hospitio.Quis prohibet iacere muros,id est fundamẽta murorumẽ & dare vrbẽ ciuibus:quia ciues præsto sunt, deest sola vrbs:q.d. nemo prohibet,o patria.f.Troia,cuius gens tota per longam nauigationẽ extinguẽ&.& o penates,rapti, id est erepti: nequicq̃.i. frustra: ex hoste, scilicet Græco:ne.i.an nulla mœnia dicentur iam,i.vnquam,post hac Troianæ:q.d.videtur q̃ non:& nusquã, hoc est an non videbo vsquam: amnes Hectoreos.i.Troianos: ad quos Hector Troianus, tam viriliter pugnauit.f.Xanthum & Simoenta, qui Troiam perfluebant:& quorum simulachra Helenus in Epiro fecerat:Quin.i.quinimo: agite cohortandi aduersbium.i.audentes fitis,& exurite mecũ.i.vt ego factura sum,pupeis infaustas.i.nobis infortunium afferenteis. Nam imago vatis Cassandræ,visa est mihi per somnum, dare mihi faces ardenteis.i.incensas:quærite hic Troiã.f.quam in Italia quæsiturę estis: &(inquit)domus.i.perpetua mansio, est vobis hic: tempus est agi.i.agendi,res.f.dictas,& ad institutum nostrũ facientes.i.iam exurendæ sunt classes cum cõmodissime exuri possint. Nec mora,sup.sit,aut esse debet:tantis prodigiis.i.portentis, rem properare monentibus:en.i.videte quatuor aræ, sup.extructæ & paratæ sunt:Neptuno,ipse deus.f.nauigantium: ministrat faces.f.ad incendendum naueis,quia in aris eius, derelictus erat ignis a sacrificantibus:& ministrat animum.f.rei perpetrãdæ,cum author eius esse videatur,& adiutor. Ipsa Iris in forma Beroes, memorans.i.recitans hæc:corripit prima ignẽ infensum.i.valde offensurum naues:& coruscat.i.resplendet: procul connixa.i.connitens incere ignẽ:dextra.f.manu:sublata.i.sursum lata & iacit.i. iniecit ignem:mentes Iliadum.i. Troianarum mulierum abrectę sunt.f.admiratione & corda,sup.earum,stupefacta, supple sunt: hic.i.tunc:Pyrgo,illa vetula, existens vna in multis.i.inter multas:nutrix regia tot natorum Priami: quæ,sup.erat,maxima natu.i.antiquissima,sup.inquit,o matres, hæc non est vobis Beroe Rhœteia.i. Troiana,ex Rhœteo, promontorio Troiæcõiux Doryli notate.i.considerate, signa diuini decoris.f.oculos ardenteis.i.ardenter resplendenteis,& notate:qui.i.qualis(& melius legitur,qui:q̃ quis:ad euitãdum sibilum:sicut & illic, Qui vultus, &c.)Spiritus.i.odor sit illi,qui vultus sit illi:ve,pro vel:qui sonus vocis,vel qui gressus sit illi eunti.i.incedẽti.q.d.hæc omnia sunt signa diuini decoris,vt Seruius bene declarat:egomet digressa.i. digrediẽs ab ea:reliqui dudum.i.paulo ante:ipsam Beroen.f.quã hæc repræsentat:ægram & indignantem, q̃ ipsa sola careret tali munere,i.officio anniuersario: nec inferret Anchisæ honores meritos.f.dum viueret.Hæc effata.i.elocuta,sup.est Pyrgo.At.i. sed:matres ancipites.i.dubiæ: primo.i.in principio.f.quid facerent:spectare,sup.cœperant:aut spectare pro spectabant: rates.i. naues,quas incendere iusserat Iris: oculis malignis.i.maleuolis: existentes ambiguæ inter miserum.i.misere afficientem, amorẽ præsentis terræ:& regna vocantia.f.a longe:fatis.i.deorũ voluntate(Eandem rem diuus Ambrosius in Omilijs docet,inter amorem præsentis patriæ,& cœlestis euenire multis,dicens sic, Raro quãuis excelsa virtus futuris cõmutet præsentia. Difficile quippe videtur hominibus,vt spem periclis emant:damnoq; presentium futuræ locũ mercentur ætatis. Hęc ille.Licet ergo Troianę mulieres scirent regna promissa fatis,esse præstantiora presentibus:tamen propterea q̃ bonum presens,dulcius est q̃ futurum, magis amabãt presentia,vt multi mortales, terrena, qui presentia cœlestibus, atq; futuris præferũt:tunc, supple ambigue erãt: cum dea,scilicet Iris:sustulit.i.sursum tulit, le per cœlum:alis passibus,id est conformibus:& secuit fuga.i.per fugam,vel dum fugerent ingentẽ arcum,qui.f.Iridis, significator est. Tum vero.i. Qui spiritus illi, Qui vultus.)In codicibus aliquot antiquis legere est,Quis spiritus illi,Quis vultus.Sed, Qui, ex recentiorum grammaticorum dictatis, magis proprium.f.Vocisq; sonus,vel gressus eunti.)Antiqua aliquot exemplaria legunt, vocis ve sonus & gressus.signa enim hæc omnia simul fidem faciebant,quę singula dubitationem mouere potuissent.f.Tali quod sola careret Munere.)In antiquis aliquot codici.quæ sola,legitur: quod non displicet.In quibusdam alijs,quo.sed nitidum magis est si le gas,quod careret.f.Hæc effata.)Sunt codic.antiqui,vbi, Hæc est fata,legas. Sed omnino magis placet, effata: apud hunc poetam frequentissimum vocabulum.f.Miserum inter amorem Præsentis terræ.)In codicibus aliquot admodum vetustis,Presentis terras,legimus: accusatiuo casu: vt omnia pendeant ab infinitiuo spectare.Sed longe magis placet, Inter amorem Præsentis terræ. f.Cum dea se paribus per cœlum sustulit alis)In codice Mediceo Tum dea.

SERVIVS.

(Eumelus.) Latinus accentus est:trãslato nomine in Latinũ.f.Castra.)Vt, Nos castra mouemus,id est classem.f.Magistri.)Custodes. Terentius, Me

Nuncius Anchisæ ad tumulum,cuneosq; theatri
Incensas perfert naues Eumelus:& ipsi
Respiciunt atram in nimbo volitare fauillam.
Primus & Ascanius,cursus vt lætus equestris

Me filijs relinquũt quasi magistrum.f.Quis furor iste nouus?)Quasi ad furẽtes loquitur.Vnde ne tunc quidẽ agnitus,cũ dixisset, En ego vester Ascanius. Nouus autẽ est aut magnus.

magn⁹,aut inopinatus.f.Quo tenditis?) Id est, quid habetis intentionis?f.Vestras spes vrtis.)Nauibus.n.ad regna tendebant.f.Inanem.) Concauã, sine capite.f.Ludo.)Per ludũ. f.Excussaq; pectore luno est.) Furoris causa, non furor, Iccirco qa furor desierat.f.Vdo sub robore.)Vicino aqs. f.Stipa.)Secundum antiquam orthographiã. Nam stipa dicta est a stipando: abusiue etiam linũ dicimus.f.Tardum.)Dẽsum,crassum.Nam ignem solet fumus pire.Vnde tardũ ad densitatẽ retulit. f.Corpore.) Nauiũ: vt, Et diuisce corpora ponto.f.Descẽdit pestis.)Incẽdium: more suo.Et declamauit p contrarium. Nã ignis supernora semp petit.f.Flumina prosunt.)Vis aquæ.f.Tum pius Æneas humeris abscindere vestem.) Notãt quidam q̃ dãnum quatuor nauiũ impatienter doleat,sed magis illud ꝓsyderandum est,quod ait supra Ascanius, Vestras spes vritis: vt dãnum non doleat, sed spẽ nauigationis ereptã.f.Iuppiter omnipotens.)Figuratis egit coloribꝰ:nec enim re vera vult perire: sed agit obliq; vt restinguatur incẽdium.Bene autem si, vbiq; interponit. Hic enim est optimꝰ ductus: q agentis voluntatem latẽter ostẽdit.f.Exosus.) Antiqui dicebãt odi & osus sum:hinc est exosus,quo vtimur:licet iam osus sum,non dicamus. f.Ad vnum.) Nulloexcepto. f.Siquid pietas antiqua labores Respicit humanos.) Aut sibi chara pietas præstat aliquid humanis laboribꝰ:aut si quid meremur,ꝓpter pietatis cultum) vt,Parce pio generi)hoc ipsum remunerare.Aut certe(quod est melius)si vel respicit res humanas pietas,quæ de terris olim receßit. f.Res eripe letho.) Acyrologia est. f.Quod supereſt.) Quod congrue sequitur.f.Sine more.)Sine exẽplo.f.Tonitrũq; tremiscũt.) Ablatiuus hic incertus est vtrũ a neutro indeclinabili veniat hoc tonitru,vt hoc cornu,nam inde est,Fractæq; tonitrua nubes. vt cornua.An a masculino ſm quartam declinationem. Hinc Statius,Tonitrus agis,& mea fulmina torques. f.Ardua terraꝝ.) Periphrasis montiũ.f.Æthere toto.)Pro aere posuit. f.Madescũt robora.) Aut humectanẽ:aut resoluunt in cinerẽ, qd̃ naturale est post incẽdium.

DONATVS.

(Nuncius Anchisæ ad tumulum.) Solet nuncijs plerunq; non credi,sed quod Eumelus de incẽdio nauium dixerat,tam credibile fuit,vt quod Troiani auribus sumpserant, oculis euidẽtissime probaretur. cum fumus nubes faceret, & p aera fauilla ferretur. f.Primus & Ascanius cursus.)Et si adhuc puer Ascaniꝰ fuit,senserat tamẽ,quantum mali esset effectum. quo permotus ipse, dum res lætas ageret, & equestre certamen agitaret, aduolauit ita, vt equo vehebatur, nec eum magistri agminis retinere poterant. fuit enim sceleris imanitate exanimis redditus. f.Quis furor iste nouus?&c.)Inuectio inducta sine principijs. sic.n.procedere debuit ab eo,cuius cõmodum fuerat interceptum factum, inquit, quod estus aggressæ, ꝙ funestis manibꝰ spem vestram tradidistis incendio,infaniam vestram ciues amẽtiamq; testatur. nullus est enim nisi satis vehementer q̃ desipiens,qui rebus suis interitum ferat.ausus huiusmodi, aut dementis esse constat, aut hostis. deniq; ac magistro furore peccatis,vt confidam vos naues nostras castra arbitratas esse graiorum. nostrum est miseræ,quicquid arcet & vritur, nostrum est, quicquid per vestras manꝰ inimicum consumit incendium. f.En ego ve.Al.)Vel me,inquit.Ascanium vestrum reiecto furore cognoscite,non sum alienus a causa,qui loquor. f.Galeam ante pedes pr.in.)Sic debuit agere, qui a furiosis cupiebat agnosci:nec aliter potuit exꝑmi ſtatus desipiẽtium. si enim vlla sanitas fuisset, illũ & in galea cognoscere debuerũt. & proiecit,bene additũ est, vt pueri turbatio loquẽtis melius posſit aduerti. exuit galeã, & quod in spectaculis ornatꝰ cauſa gerebat, abiecit. f.Accelerat simul Æneas sim.agmi.Teucrum.) Qui equo vehebatur præcesserat pernicitate animalis adiutus,mox tamen Æneas,& cæteri ꝓsecuti sunt.omnes enim vna & ꝓmunis calamitas mouerat. f.Ast illæ.di.m.p.li.pa. Diffugiunt.) Quæ obiurgatione solius Ascanij ferre nequierãt,multo magis sperabant se ipsius Æneæ multitudinisq; præsentiam sustinere non posse:proinde fugientes petebãt diuersa, in quibus latere potuissent.f.aut abdita litorum, aut caua saxorũ, aut syluarum deuia, aut summa montium, aut longinqua cãpoꝝ. f.Piget incepti lucisq;.) Erubescebãt, inquit,reprehẽdentes ipsæ consilia sua, & factũ detestabile iudicij sui desinitione damnantes intãtum, vt ipsę in se viderentur,ptulisse sententiam:quod post tam nefariam scelꝰ indigne carpserent lucem. f.Suosq; mutatæ Agnoscunt.) Iam cœperãt scelus nosse,quod fecerãt.& iam suos agnoscere.f.Excussaq;.p. lu.est.)Successerat enim sanitas,vnde luno discesserat non potuit fortius exprimi scelus, quod Troianorum matres admiserãt, nisi vt diceret poeta,in earum sensibus lunonem fuisse præsentẽ. sic enim ad eius arbitrium factum est,quod fuit Troianis aduersum,quia ipsa luno in interitum nauium procurãdo fuisse operata. f.Sed non iccirco flamma atq;.i.v.in.p.)Fugiebant quidem illæ.sed quid ardẽti profuit classi,cuius aduersa crescebãt? f.Vdo sub robore viuit,&c.) Tenebat ignis vires suas. sed ignis humidis impediebatur aliquantũ,sic tamẽ vt ederet occupata,& corrupta consumeret.f.Nec vires heroum.i.cq;.fl.p.)Nec vincebatur illud malũ labore atq; fortissima opera Troianorum, cum portarent aquam,& nauibus largissima infunderent flumina, cum illic nõ essent flumina,& ꝓsto esset mare, flumina debemus accipere aquam marinam in modum fluminum fusam, copiosa.n.esse debuerat,vt magnum incẽdium valeret extinguere. f.Tum pius Æneas.)Cum videret Æneas auxilio suo, hoc est humanis nixibus contra tantam perniciem nauium opem competẽtem ferri nõ posse, tum discilla ab humeris veste, quod signũ fuit doloris maximi,quoniã pius fuit,hoc est deorum purissimus cultor,superum numen restinguẽdo incendio supplice voce poscebat in auxilium.f.Iuppiter omnipotens,&c.) Cõplexus est omnia, quæ pro malo nec essitate fuerãt postulãda. tenuit qppe,quæ ad impetrandũ,ꝑficere potuissent.ait igitur Iuppiter,quod si esset,solũ sufficerat illũ noiatum esse q̃ posset auxiliari. Addit omnipotens qui enim præstandi habet substantiam, valet etiam difficilia atq; ardua remouere:restabat vt vellet.non enim sufficiebat posse,nisi & voluntas accederet. quapropter addidit. si tamen non odio tibi omnes sumus. multi enim ipso conueniente in Troia perierant,iccirco dixit, si nondum exosus ad vnum Troianos. quod ait ad vnum, hoc intelligi debet, si non etiam me odisti, & me quoque cum ceteris infensus insequeris,da vt recedat a mea classe incendiũ. addidit ad commouendam miserationem egestatis, & paupertatis angustias, quæ nonnunq; etiam inimicoꝝ duritiã molliunt.f.Vel tu quod supereſt.)Ecce aperuit,quid sit,quod dixit,si

Ducebat:sic acer equo turbata petiuit
Castra:nec exanimes possunt retinere magistri.
Quis furor iste nouꝰ?quo nũc,quo tẽditis,igt, AS.
Heu miseræ ciues?non hostem,inimicaq; castra
Argiuum,vestras spes vritis. en ego vester
Ascanius.(Galeã ante pedes proiecit inanẽ: POE.
Qua ludo indutus belli simulachra ciebat.
Accelerat simul Aeneas,simul agmina Teucrum.
Ast illæ diuersa metu per littora passim
Diffugiunt: syluasq;,& sicubi concaua surtim
Saxa petunt.piget incepti lucisq;: suosq;
Mutatæ agnoscunt:excussaq; pectore luno est.
Sed non idcirco flammæ, atq; incendia vires
Indomitas posuere. vdo sub robore viuit
Stupa vomens tardum fumum:lentusq; carinas
Est vapor:& toto descendit corpore pestis.
Nec vires heroum,infusaq; flumina prosunt.
Tum pius Aeneas humeris abscindere vestem:
Auxilioq; vocare deos:& tendere palmas.
Iuppiter oipotẽs, si nõdũ exosus ad vnũ AENE.
Troianos: si quid pietas antiqua labores
Respicit humanos:da flammam euadere classi
Nunc pater: & tenues Teucrũ res eripe leto.
Vel tu,quod supereſt,infesto fulmine morti,
Si mereor,demitte:tuaq; hic obrue dextra.
Vix hæc ediderat:cũ effusis ibribus atra POE.
Tempestas sine more fuit:tonitruq; tremiscunt
Ardua terrarum,& campi:ruit æthere toto
Turbidus imber aqua,densisq; nigerrimus austris:
Implenturq; super puppes:semusta madescunt
Robora:restinctus donec vapor ois: & omnes
Quatuor amissis seruatę a peste carinæ.

Universidad de Deusto Biblioteca

xit,si nōdum exosus ad vnum.ait enim si ergo non mereor viuere,da ne excrucier tot malis, sed poti⁹ peream semel, & interream fulmine tuo,libēter peribo, si dextera tua mihi contigerit mori. ¶Vix hęc.e.c.e.i.a.Te.si.m.f.&c.)Meritū hoc loco polcētis ostenditur,& beneficiū plenum eius. qui de potentia maiore,ac voluntate studiosa præstabat. Infinitum, inquit,pluuiæ modum mox Iuppiter nauibus infudit ardentibus, atq; ita illarum extinxit incendia,vt arenis oppletis ne vapor quidem reliquus remaneret. perditis igitur quatuor, cœlesti beneficio reliquæ liberatæ sunt, quātum Æneæ meruit deprecatio.cui duo sunt præstita,quæ negocio fuerāt necessaria.celeritas beneficij. quia, quicquid flāma possederit,mature cōsumit. & vis pluuiarum maior cum tempestate cōmoda, quæ ipsas pluuias concitauerat, vt incendij maiorem vim extinguere potuissent.

ASCENSIVS.

¶Nuncius,&c.) Docet quomodo nunciatum & restictum est nauium incendium,quotq; naues absumptę sint:quia quatuor dūtaxat:seruatis.s. reliquis precibus Æneæ.de qbus Dona.dicit sic. ¶Iuppiter omnipotens.) Amplexus est omnia, quæ pro malorū necessitate fuerant postulanda.Iuppiter:hoc solum satis est auxiliandum.Omnipotens:vt non solum pręstandi habeat potentiā, sed etiā difficilia possit remouere: sed quoniam nō satis est,posse nisi etiam velit, addit, Si nō omnes ad vnum odisti,id est nisi me quoq; odisti.Addit etiam cōmiserationem, ponens egestatis angustias. Postremo,ponit meritum postulātis, & plenū auxilium dantis.¶Senior.)Et ætate,& arte, a Pallade accepta meruerat audire.Est autem huic sententiæ consona illa Terentiana, Quando id fieri non potest quod vis,id velis quod possis. Hæc ille. ¶Ordo est Eumelus.i.vir ille,qui interpretatur, bene curans: nuncius.i. nuncians: præfert.i.ante alios nunciat, aut perfert ad tumulum Anchisæ,& ad cuneos theatri.i.spectaculi: naues,sup.esse incēsas: & ipsi.s.ludo intenti:respiciunt atram.i.piceam: fauillam.i.flammā ignis:volitare in nimbo.i.forma nubis atræ: & Ascanius primus,vt.i.sm q ipse lætus ducebat cursus equestres: sic ipse acer id est strenuus: petiuit equo.i.in equo: castra turbata.i.incensas naueis:nec magistri.i.custodes: exanimes.i.animū timore amittentes: putantes.s.naues, ab hostibus aut piratis incēsas: possunt retinere.s.Ascanium:& inquit,sup.vbi aduenerat: heu miseræ ciues:quis.i.qualis:est iste furor nouus.i.magnus, & insolit⁹:quo s.tenditis:quo tenditis nunc.i.qd habetis intentionis:non hostē sup.repellitis:nec,sup.vritis castra inimica.id est inimicorū.s. Argiuum pro Argiuorum, sed vritis vestras spes.i.naues, in quib⁹ locanda est spes vestra perueniendi ad fatalia regna: en.i.videte, ego,sup.sum vester Ascanius.q.d.non hostis: & sup.hoc dicens, proiecit galeam inanem, quia educto capite,ante pedes.s.mulierum:quia scilicet galea:ipse indut⁹ ludo.i.ad ludum, aut dum luderet vel ciebat.i.exercebat,&,puocabat simulachra belli: & Æneas qui.s.pedes erat:accelerat.i.celeriter accurrit: & agmina Teucrū,p Teucrorum.i.Troianorū:accelerant,sup. simul. Ast.i.sed illæ.s.matronæ, quæ naues incenderant: diffugiunt metu.i.præ timore:passim per diuersa littora:& petunt syluas, & sicubi saxa cōcaua, supp. erant:ea, sup.petunt:furtim.i.clanculum:piget,supp. eas incepti, & lucis.i.vitæ: & ipsæ mutatæ.s.a furore, agnoscunt suos:& Iuno.i.insania imissa a Iunone:est excussa pectore,scilicet earum:

earum, sed flammæ: atq; incēdia, non posuere.i.deposuerunt:id circco vires idomitas.i.difficulter domabiles:stupa.s.picata, qua naues stipatæ erant: viuit.i.incensa est sub robore.i.ligno nauium vdo.s.extrinsecus:vomens.i.emittēs:fumum tardum.i.densum & tarde,hoc est cum molimine ascendentem: & vapor lentus.i. tardus:est.i.consumit:carinas.i.vētres nauium: & pestis.i.vis incendij:descendit toto corpore.s.nauium. (Est ergo declamatio p contrarium. nam cum proprium sit igni per naturam ascendere propter picem attrahentem tunc etiam descendebat: & ita congrue vocauit pestem, quia ignis pestilentialis præcordia vitans nonnunq̄ ima petit.) Nec vires horum.i.præstantissimorum viroꝝ:atq; flumina infusa prosunt, q̄a non possunt extinguere incendium.tum.i.tunc:pius Æneas cœpit,sup.abscidere, humeris, scilicet suis,vestem:& vocare deos auxilio.i.in auxilium:& tendere.i.extendere ad deos:palmas.i.manus complicatas.(Possent infinitiui dicti etiam resolui in præterita imperfecta indicatiui,per locutionem rebus narrandis aptam. Sicui videatur impatiētius factum,q Æneas vestem absciderit humeris, non intelligi quod cum Æneas ludis funebribus pręesset,sacerdotisq; officio fungeretur:non potuit ijs vestibus,quibus funebria exercuerat,superos inuocare: vnde abscidit, quia exuendi locus nō erat ex humeris vestem:& vocauit deos auxilio,quod impatiētis signum nō est.) vocauit autem sic, O Iuppiter omnipotens,si nondū exosus,sup. es:ad vnū.i. omnino, Troianos:& si quid.i.in aliquo:pietas antiqua.i.solita tua clementia,respicit labores humanos, O pater,da nūc classi euadere flammam: & eripe leto.i.deletioni & exterminio(licet autem ex vsu,letum accipiatur pro morte: tamē per naturam significat deletionem:vnde non est omnino acyrologia.) res tenues.i.exiles, & modicas: Teucrum.i.Teucrorum:vel tu,si mereor(innuēs autem se non meruisse,deprecatur) dimitte morti.i.exitio:fulmine infesto.i.vim inferente: quod superest.i.reliquum est.s.Troianorū: & obrue hic.i.in hoc loco: tua dextra.i. extigue nos penitus,si nihil nobis saluum esse permittis: Æneas, sup.vix ediderat, id est elocutus erat hæc: cum tempestas atra,id est ex densa nube producta:furit.i.pcipitatur sine mora.i.extemplo,aut modo:& hoc imbribus effusis: & ardua terrarum.i.montes:& campi.s.plani,tremiscunt tonitru: & imber turbidus aqua, & nigerrimus: densis austris.i.ventis illis immissis: ruit.i.pceps decidit:toto æthere,id est aere, & puppes implentur super.i.vsq; ad superfluitatem,aut superimplentur,quod idem est robora semiusta.i.semiexusta:madescunt.i.madefiūt: donec omnis vapor, id est vis ardoris,restinctus, supp,erat: & omnes carinæ seruatæ, sup.erant:a peste.i.ab incendio,quatuor.s. duntaxat amissis.i.absumptis, per incendium,

PIERIVS.

¶Vdo sub robore viuit Stupa.)In codicibus aliquot antiquis legere est,vdo sub pectore. in locis,scilicet interioribus quæ metaphora non satis mihi facit. ¶Da flāmam euadere classi.) Antiqua aliquot exemplaria,classis,legunt,accusatiuo casu,quod non placet.¶Tonitruq; tremescunt.¶In plerisq; veterib⁹ exemplaribus, & hic,& alibi,tremescunt,per e,in penultima,notatum est, vt etiā alibi dictum. ¶Sem usta madescunt.) In antiquis fere omnibus, semiusta,quadrisyllabū scriptum est.coeunt vero duę mediæ syllabæ in vnam,ex synæresi,figura poetica.

SERVIVS.

¶Fatoꝝ.) Oraculorū. ¶Tum senior Nautes.) Bene daturū cōsilium & ab ætate, & a prudentia,& a religione commēdat. Quod autem dixit,Pallas quem docuit: propter illud quod supra dixim⁹, fingitur: quia ipse Romam Palladium detulit. Vnde Nautiorum familia Mineruæ sacra retinebat, quod & Varro dicit in libris quos de familijs Troianis scripsit. ¶Vnum.) Præcipuum.¶Tritonia Pallas.)pro vno proprio, duo Antonomasia posuit. ¶Reddidit arte.) Virtute. ἀπὸ τῆς ἀρετῆς. ¶Responsa dabat. Laus consilij. ¶Vel quæ portenderit ira magna deum.) Quæ præsignificabat.

At pater Aeneas casu concussus acerbo,
Nunc huc ingentes,nunc illuc pectore curas
Mutabat,versans,Siculis ne resideret aruis,
Oblitus fatorum:Italas ne capesseret oras.
Tum senior Nautes,vnum Tritonia Pallas
Quem docuit:multaq; insignem reddidit arte:
Hæc responsa dabat,vel quæ portenderet ira
Magna deum:vel quæ fatorum posceret ordo.
Isq; his Aeneam solatus vocibus infit.
Nate dea,quo fata trahūt,retrahūtq; seqmur: NA.
Quicquid erit,superanda omnis fortuna ferendo est.
Est tibi Dardanius diuinæ stirpis Acestes.
Hunc cape consilijs socium:& coniunge volentem:
Huic trade,amissis superant qui nauibus:& quos
Pertæsum magni incepti,rerumq; tuarum est:
Longæuosq; senes, ac fessas æquore matres,

significabat.Magna ira deum Id est Iuno: vt alibi, Cœlestum vis magna iubet. ¶Solatus vocibus infit.) Solatur & infit.Nam solans debuit dicere: sicut sequens eius indicat cōsolatio. ¶Quicqd erit.) Vt: fuerit quodcunque, fatebor.¶Ferendo est.) Dum fertur:modus gerundij est a passiuo. ¶Est tibi.) Iam hoc consilium est. ¶Diuinæ stirpis.) Propter Dardanū a Criniso fluuio.¶Volentem.)Volitum Nā velle habet, non iam vult. ¶Superant.)Supersunt, superfluunt. Dicit aūt non tantum debiles, sed etiam nolentes iuuenes. Vnde,sequitur,Longæuosq; senes,nec enim adderet q;, nisi supra iuuenes dixisset Item

sic enim melior effectus prouenit, si auditor commodum prius in his a disputatione persuasoris aduertat.¶Gens,inquit,dura.)Hoc naturæ est.¶Atq; aspera cultu.)Hoc morum. ¶Debellāda.t.l.est.)In expressione naturæ Italæ gentis,& morum,non nihil potuit esse terroris:sed reficit audientem,dicendo,debellanda tibi.ostendit quippe futuram esse victoriam. Italia,inquit, feroces populos habet:domāda tibi est duro conflictu bellorum. fortis eo ducenda est iuuenum manus, superfluis quid opus est pugnaturo? qui nec sibi prodesse,nec tuis cōmodis possint? confirmata filij sententia. & remotis omnibus, quæ cogitantis animum distrahebant,dat filio mandata:vt sciret,quę essent curanda,& antequā videret Italiam.¶Ditis tamen.a.In.ac.d.)Ecce vnum impossibile,addidit.¶Et auerna per alta.) Scilicet,quod euidenter viuus implere non posset. hoc loco poeta mortuum dicit Anchisen, & apud inferos degere,quē supra e cœli regionib⁹ asseruit lapsum, sed illud pro persona dormiētis Æneæ bene dictum est.q de cœlo venisset Anchises.hoc enim visum est superato & seducto errore dormientis.ipse tamen mortuum se asseruit, ne falleret filium qui debuit veris insinuationib⁹ edoceri. tamen in ipsa morte additur plurimum meritis eius,cum dicitur.¶Nō me.i.n.q;.T.h.t.q;.v.sed am.pi.Concilia,e.q;.c.) Nec,ait horrescas, quod accessurus sis,vbi sunt sedes infernæ,nō sum sceleratis admistus,nec tartarus me habet,nec vmbrę tristes. vmbræ tristes intellgi possunt non hominum sed loci tenebræ.sed piorum concilia, Elysiumq; colo:inuenies me,inquit,in Elysijs campis,qui pios habēt,& præcipuorum religiosa concilia. quis non horreret ad inferos pergere,ad mortuos ad vmbras,ad tenebras?¶Tum genus omne tuum. &c.) Iccirco aliqua illic læta proposuit; addens, non infructuosum fore,si hoc fecisset. nam visurus erat patrem,consideraturus genus suum,& agniturus, quæ terræ,quæ mœnia, & quæ gloriæ sibi deberentur,& qui futuri essent posteri sui,vt his commodis inuitatus tantam mandatorum molem æquo animo ferret,& quia potuit dici:quomodo vado ad impossibilia, & ad icognita:ipse vltro instruxit nescientem. ¶Huc,inquit, casta Sibylla Ni.m.pe.de.la.d.)Vt illa monstraret incognita, cui nihil esse constabat occultum.¶Iamq; vale.) Quod dicit iamq; vale, vult ostendere abscessum suum temporis necessitate compelli.deniq; inqt. ¶Torquet.m.n.h.c.Et me.s.e.oriēs af.a.) Non enim finitur mortuis loqui, cum Sol fuerit exortus. ex hac occasione etiam illud Virgilius docet, qua hora noctis Solis cursus ad eum finem veniat,vnde incipit in alium tēdere,vt reparet diem. hic est,dicitur temporis modus,qui mortuos remeare compellit. sęuum orientem bene posuit ex persona patris, quoniam cœli cursus inuitū separabat a filio.exeo vero collectum est Solem medio noctis exortum,q hunc gallorum cantus nunciare dicantur.non hoc tantum loco sæuus dictus est oriēs. nam & illic inimica dicta est lux vbi tenebrarum suffragium proderat.absistamus,ait.nam lux inimica propinquat nō omnibus inimica, sed illis solis quos lux fuerat proditura.

ASCENSIVS.

¶At pater Æneas,&c.) Memorat pplexum Æneam consilio prudentium virorum, vsum pręcipue Nautis, & postmodum Anchisæ quibus cohortabatur, siqui Troianorum essent ignaui,aut inualidi,eos in Sicilia derelinquat,quæ res maximopere in gloriam vergit Romanoꝝ,qui non nisi a validissimis,quibusq; originem traxisse per hoc censentur: prudenter ergo poeta intentum suum:quod est Augustum,a genere collaudare consequitur:in cuius gratiam dixit, Atym,Iulo dilectum,adludens ad Actiam, Augusti matrem:Augusto a Iulio adoptato charissimam.De hac aūt re,cum nihil extet Donati. ¶Ordo est. At.i.sed: Æneas pater.s.patratus:gaudebant enim Romani principes,vocari patres, præcipue Augustus,in cuius gratiam nunc Anchisen,nūc Æneam patrem appellat:concussus acerbo casu.s.amissarum nauium:mutabat.i.versabat pectore ingēteis curas:nunc.i.aliquando:huc.i.in hanc sentētiam: versans.i.agitans secum:ne.i.an: resideret.i.sedē caperet:oblitus.i.similis obliti: & immemoris fatorū.i.oraculorum,aut promissorum per oracula, quæ fata.i.voluntates deoꝝ indicauerant: ne.i.an: capesseret.i.captum iret: oras.i.regiones Italas.Tum.i.tunc:cum sic dubius esset.Nautes,vir ille Troianus senior,id est profectioris ætatis:in qua prudētia esse solet, quem Pallas Tritonia.i.Minerua,dea sapientiæ,a Tritone palude denominata docuit vnum.i.pręcipue:& reddidit.i.effecit:insignem.i. excellentē & insignitū: multa arte.i.virtute & peritia: dabat hæc responsa,quia interrogatus videtur:aut hęc dicta,quę cogitationibus Æneæ respondebant.Docens,sup.vel.i.etiam, ea quæ magna ira deum.i.deorum.s.Iuno:vel ira deorum,lęsorum a Troianis,quicunq; essent,protenderet.i.porro intēderet: quia conata est Iuno,Quo regnum Italiæ, Libycas auerteret oras. & dij volebant pietate, & perseuerantia Æneæ placari: vel.i.etiam: ea quæ ordo fatorum posceret,q̄a poscebat Romanum impium ex optimis quibusq; nasci:& ita fata viam inuenerunt.Nam Iuno incendit naueis, vt nemo Troianorum i Italiam proficisceretur: dij id permiserunt,vt nullus imbecillis & vecors, Romani imperij author esset:& hic.s.Nautes:solatus.i.consolatus Æneam, ijs vocib⁹. infit.i.dicit: & ita scribetur,ijsq;,per ij geminum, quod si scribatur, isq;, ordo est: & is.s.Nautes: solatus.i.consolans: vocibus,id est verbis:hic.i.in hoc casu:infit,id est dicit.O nate dea,sequamur quo fata trahunt & retrahūt: quia dum prospera erat nauigatio, videbant trahere in Italiam, & dum aduersa retrahere:sed tamen semper trahebāt:sed eo medio quo volebant,vt.solummodo, intrarēt viuida bello pectora:longa nauigatione exercita. Quicqd erit.i.quicquid obuenerit: omnis fortuna est superanda.i.vincēda:ferendo.i.patiēdo:dum,s.suffert. Est tibi Acestes Dardanius.i. Troianus:diuinæ stirpis.i.ortus de stirpe deoꝝ: cape hunc sociū consilijs.i.in c̄silijs tuis, vel ad consilia tua:& coniunge hunc volentem.i.voluntarium, & beneuolum:vt sit nomē sine temporis ratione:aut volētem.i.voliturum & morigeraturum: trade huic sup.eos,qui superāt.i.reliqui sunt nauibus amissis.i.qui nō poterūt capi classe tua,ppter amissas naueis: & sup.eos:quos ptæsum est.i.quos pœnitet:magni incœpti.s.regni,constituendi in Italia & pro,idest tuarū reꝝ,& senes longęuos,ac matres fessas æquore i.longa nauigatione: & dilige.i.cū delectu exquire: qcquid est tecū inualidū.s.quo ad corp⁹: & metuēs pericli, pro periculi.s.quo ad animum: & sine.i.permitte:vt,sup. tales,habeant mœnia.i.oppidum:his terris.s.Siciliæ, ipsi appellabunt vrbem Acestam, noīe promisso.s.ab Aceste:qui videt promisisse,si qui velint construere vrbem in Sicilia,dare locum,& iura loci,nomenq; ciuitatis:vnde dixit,coniunge volētem, quia sciuerat eum iam velle. Æneas incēsus,supple talibus dictis amici senioris:& ita prudentis & beneuoli,vnde illi acquiescendum visum est.& ita subditur. Tū vero.i.sed tunc: maxime deducit.i.temperate dirigitur:animum.i. sm animū:in omneis.i.omnis generis curas.Et nox atra.i.obscura:tenebat,id est occupabat:polū.s.nobis visibilē:qui nobis semper sublimis est: subuecta bigis, quibus & luna vehitur: cum Sol quadrigis vtatur. Facies.i.imago parētis Anchisæ delapsa cœlo: quia iam in deorum numerū assumptum significauit: visa est dehinc.i.postq̄ sopor curas euicerat, effundere tales voces. O nate magis chare.i.charior mihi vita.i.q̄ vita: quōdam.i.aliquando: dum vita manebat.s.mihi nate(inquit)exercite fatis Iliacis, id est Troianis debitis:ego venio huc.i.ad hunc locum. in quo nos sumus imperio.i.ex mādato Iouis,qui depulit classibus ignē, quia eum inuocauerat Æneas,dicēs,Iuppiter omnipotēs,&c,& q miseratus est tādem ab alto cœlo.Pare.i.obtempera,quasi dicat, quia hoc qui me misit, vult Iuppiter consilijs: quæ Nautes senior,dat pulcherrima.i.decētissima & quæ vsui erunt,& genti tuæ decori defer in Italiam iuuenes lectos,id est præstantium corporum,appositorię, corda, id est pectora: fortissima, idest habenteis maximos animos; : q agēs dura & aspera, id est rigida.i.cultu.i.exercitio: est tibi debellanda. Latio.i.in Italia: tamen.i.licet fatale est te debellare Italos: accede ante.i.prius.s.q̄ debellare incipias: domos infernas.i.infernaleis: Ditis.i.Plutonis: & pete per Auerna alta,id est profunda,id est per atrum & profundum locum Auerni,p quem dicitur,descensus ad inferos:vt paulo post principiū.vj.videbimus:meos congressus.i.congrediendo pete me: nanq; tartara,id est loca fontium profundissima,scilicet in inferno:impia,id est impiorum receptacula: non habent,id est non occupāt me.Et bene, quia loca quæ nos lubentes incolimus.nos habem⁹ & inhabitamus: sed vbi inuiti asseruamur nos habēt: ve,pro vel: vmbræ tristes.i.tristitiam afferētes,non habent me: sed concilia, id est conuēticula:amœna piorum, scilicet hominum,cultorum dei,dum viuerent:& colo,id est inhabito Elysium.i.campos fortunatos beatorū,scilicet incolarum. Sibylla casta:quia virgo ducet te huc, id est ad has nostras sedes: multo sanguine.i.sacrificio multi sanguinis: pecudum.i.ouiū nigrarum: quia talibus inferi gaudent. Tum.i.tunc: cum,scilicet illic fueris: disces omne genus tuum,idest a te oriturum:& quæ męnia dentur.i.destinētur tibi a fatis:quia Romana mœnia. Iamq;.i.& iam:aut deinceps,vale: quod discedentis verbum est: nox humida torquet medios cursus.i.medium est noctis vestrę:& Oriens,scilicet Sol:sæuus,id est violentus,& infestus vmbris,quæ lucem fugiunt afflauit me, id est regna subterranea equis anhelis,id est anhelantibus ex fatigatione.Nisi autem dixerimus velle significare,tunc oriri Solem

apud

Universidad de Deusto
Biblioteca

apud regiones inferorum, quas pertrãseat Anchises, cum hic sit medium noctis, difficile erit itelligere, quomodo dicat medium noctis, cum Sol oriatur. Nam si dicamus diem inchoari a medio noctis, tunc licet sit principium diei, tamẽ non est principium lucis, nec orientis solis: non potest ergo simul dici, medium noctis & principium ortus Solis, nisi ad diuersa referantur. Nam atram fuisse noctem indicat illud, Et nox atra polum bigis subuecta tenebat. dicemus ergo Anchisen significare se lumen Solis offensurum, nisi præceps abierit priusq; ad inferos redierit: aut quia de cœlo descendit, eoq; rediturus est: posset a Sole offendi, cuius radij in sublime, priusq; in humum spargãtur: vnde dixit, Afflauit, &c. Verum oritur alia dubitatio. Nam si Anchises in cœlũ translatus est, non potest vereri lucem: vnde de Daphnide, Candidus insuetum miratur limen olympi, Sub pedibusq; videt nubes, & sydera Daphnis. de cœlo autẽ venisse dictum est, Visa dehinc cœlo facies delapsa parentis. vnde dicemus, mistam esse in Anchisa naturam cœlestem, quæ lucem amat: & infernam, quæ eandem fugit.

PIERIVS.

¶Curas Mutabat versans, Siculis ne resideret aruis.) In antiquo admodum codice legere est, Mutabat dubius Siculis ne: non tamen displicet, versans, vulgata lectio. ſ Hunc cape cõsilijs socium.) In Mediceo, aut in antiquis aliquot aliqs codicib⁹ manu scriptis, consilij socium, habetur: quod valde placet, tametsi lectionẽ vulgatam non improbo. ſ Vrbem appellabũt permisso nomine Acestam.) In Roma. cod. & plerisq; alijs antiquis legere est promisso nomine: vt hoc sit præmiũ. quod polliceri debeat Æneas, si Acestes Troianos recipere non recusauerit. Nam quod Acestes permittere debeat, quasi rem grauem, aut difficilem, aut indecoram,

vrbem

Vrbem, quod maxime honorificũ est, suo nomine appellari, nõ ita satisfacere videtur. Inferius enim gaudet regno Troian⁹ Acestes. Quamuis etiam promisso ab oraculis intelligi possit dictum vt multa Virgilio κατὰ ἀντίφρασιν. Neq; silentio prætereundũ quod in codicibus aliquot antiquis. Acesten, per n, finaleis litteras, habetur. ἀκέστην, sane vrbem eam a Græcis appellari non negarim. Sed eandem etiam ἀκέστην ab eisdem dicta, vnde gẽtis nomen ἀκέστιος. ſ Talibus incensus.) In codicibus aliquot antiquis, accensus, habetur. ſ Tum vero in curas animus diducitur.) In Romano codice, in Mediceo, & plerisq; alijs peruetustis legere est, animo deducitur. Si vero magis placet, animus: etiam, diducitur, legẽdum erit. Id enim est vt in diuersas parteis scinditur, Homerica sententia. ſ Subito tales effundere voces.) Antiqua aliquot exemplaria duas transponunt dictiones, voces effundere tales: quod non ita placet. Ita quod paulo inferius est, Depulit & cœlo tandem: quod est, Depulit & tandem cœlo. ſ Congressus pete tua te meos.) In Mediceo & antiquis & plerisq; codici. amplexus, habetur, pro cõgressus: vt alibi, Ire ad complexum chari genitoris. ſ Tartara habent, tristesq; vmbræ.) Veteres aliquot codices disiunctiue legunt, tristesve vmbræ. Romanus, Medic. atq; nonnulli alij, tristes vmbræ, appositiue: absq; vlla coniunctione. Verum hoc parui omnino momenti in medio relinquatur. Elysiumq; colo, huc casta Sibylla. Nõnulli dant hoc adspirationi quod colo. Huc absq; synalœpha positum sit. Vim enim consonantis eam habere volunt. Superius tamẽ nulla fuit adspiratio, cum ferret Virg. Quid struit, aut qua spe inimica in gente moratur? & ita sæpe alibi. Dicendum itaq; hæc ad Homeri & Græcorum aliorum imitationẽ a Virgilio sæpe posita. Nam eam vocaliũ incolumitatẽ, altera subsequente, Latini Critici vix indulgent.

SERVIVS.

¶Æneas, quo deinde ruis?) Ordo est. Æneas, deinde quo ruis? ſ Quem fugis?) Quasi ignorãs rõnem qua fugeret. ſ Farre pio.) Vel ga exinde sacrificabant: vel qa mos fuit apud maiores, vt diuinũ ignẽ farre suar ẽtiqa si durasset i alterum diẽ, eum aptum agendis rebus significabant. ſ Canæ.) Antiquę, aut, ppter ignis fauillas. ſ Primũ.) principem. ſ Haud mora.) Hoc est quod ait, Populũq; volentem. ſ Nec iussa.) Voluntatẽ, vt supra, Infandum regina iubes renouare dolorẽ. Aut certe q̃ iuppiter iusserat. ſ Trãscribũt vrbi matres.) Romani moris verbum est. Trãscripti. n. in colonias deducẽbãtur. ſ Vrbi.) Ad vrbem. ſ Deponũt.) Quasi de nauib⁹. ſ Animos nil magnæ laudis egentes.) Aut Æneas deponit eos qui nulla gloriæ cupiditate tangebãtur. aut ij qui erant trãscripti. i. matres & volentiũ multitudo deponunt aios. i. submittunt inertiæ. ſ Robora nauigijs.) Melius sic distinguitur, Exigui numero: sed bello viuida virtus.) Transit ad rem a numero. ſ Vrbem designat aratro.) Quem Cato in originibus dicit morem fuisse. Cõdituri enim ciuitates, taurum in dextra, vaccam intrinsecus iungebant: & cincti ritu Sabino, id est togæ parte caput velati, parte luc cincti tenebant stiuam incuruam, vt glebæ omnes intrinsecus caderent. Et ita sulco ducto loca murorum designabãt, aratrum suspendentes circa loca portarum. Vnde & territorium dictum est quasi terribouium, tritum bobus & aratro. ſ Regno Troianus Acestes.) Suo nomine. Sub nomine enĩ eius fuerat ciuitas appellata. ſ Indicitq; forum.) Id est tempus: & locum designat agendorum negociorum, qui conuentus vocatur. Indicit autem verbum iuris est, & per hoc potẽtem vult significare ciuitatem. ſ Et patribus dat iura vocatis.) Dat condẽdi iuris potestatẽ his quos appellauerat patres: aut certe vocatis patribus iura distribuit. Hi autem, & Sallustius dicit, vel ætate vel curæ similitudine patres

tres appellati sunt. Senatores autem alij a senecta ætate: alij a sinẽdo dictos accipiunt. Ipsi enim agendi facultatẽ dabãt per senatusconsultum. ſ Fidæ læ.) Cypriæ. ſ Sacerdos.) Alij ad tumulum, alij verso ordine ad templum referũt, vt lucus tantum tumulo detur. Anchisæ: vt Inducite fontibus vmbras. Pastores. Nemora. n. aptabant sepulchris.

DONATVS.

¶Dixerat &. t. f. ceu. fu. i. au.) Nihil est. n. celerius fumo, cui liberum habuerit i auras ascẽsum. ſ Æneas, quo deinde ruis?) Hoc, ait, non est pater abire, sed fugere. quo recessurus te proripis? vel quis est iste tam durus, qui te ab amplexibus filij separet? ſ Hæc memorans, ciner. & sopi.) Verbis iunctæ sunt facta, vt sine mora solemnitatis ritus debitus sequeretur abeũtem. non expectauit lucem sed noctis tẽpore ignẽ obruptum, & amendatũ cinerib⁹ excitauit. ſ Pergameũq; larem.) Ipsi sunt, quos incertæ pio, &. p. f. v. acerra.) Ergo hęc propitiabat farre & thure copioso, vtpote, quod ex plena acerra proferebatur. acerræ dicuntur, quæ thuri condendo ac seruando deseruiunt, & ad templa deferuntur cum necessitas fuerit. ſ Extemplo socios, primumq; accersit Acesten, &c.) Magna narrandi celeritas. vidit, inquit, Acesten primum, dehinc socios. indicauit, quid Iuppiter Anchisę per ferente præcepisset, quid ipse Anchises mandasset, totum strictim transijt, ne eãdem rem bis diceret, & quid sibi placeret indicauit. Haud quid esse potuit, nisi quod superiora mãdata continebant: Haud mora con. nec iuſ. recu. ace.) Acestes ne contra iussa diuina faceret, aut contra necessitatem suorum, nihil ex his, quæ comperit, recusauit. ſ Trãscribunt vrbi matres, &c.) Deputabat mulieres futuræ vrbi & populum nullam gloriam requirẽtem. in appellatione populi, & ætates mistæ sunt, & sexus, & merita. ſ Ipsi transtra nouant.) Nauigandi cã. i. ſ Flammisq; ambesa reponũt, &c.) Ipsi

Dixerat: & tenueis fugit ceu fumꝰ in auras.
Aeneas, ¶ Quò deide ruis? quò, pripis? inquit: AENE.
Quem fugis? aut quis te nostris complexibus arcet?
Hęc memorãs cinerẽ, & sopitos suscitat igneis: PO.
Pergameumq; larem, & canæ penetralia Vestæ
Farre pio, & plena supplex veneratur acerra.
Extemplo socios, primumq; accersit Acesten;
Et Iouis imperium, & chari præcepta parentis
Edocet: & quæ nunc animo sententia cõstet.
Haud mora consilijs: nec iussa recusat Acestes.
Transcribunt vrbi matres: populumq; volentem.
Deponunt, animos nil magnæ laudis egenteis.
Ipsi transtra nouant: flammisq; ambesa reponunt
Robora nauigijs: aptant remosq;, rudenteisq;,
Exigui numero, sed bello viuida virtus.
Interea Aeneas vrbem designat aratro:
Sortiturq; domos: hoc Ilium, & hæc loca Troiæ
Esse iubet: gaudet regno Troianus Acestes:
Indicitq; forum: & patribus dat iura vocatis.
Tum vicina astris Erycino in vertice sedes
Fundatur Veneri Idaliæ: tumuloq; sacerdos,
Et lucus late sacer additur Anchiseo.

mod⁹ ex dificãdi vrbem.

Ipsi exiguì numero, sed qui essent bellis aptissimi nouabant transtra, & remos, quoniam supra dixit, furit immissis Vulcanus habenis transtra per, & remos. iccirco hic dixit transtra nouant, naues aptant remos. dixit etiam funes reparari, quia ait & pingit abiete puppes. non enim sola arserant transtra, aut remi tantummodo: cum in illo incendio multa eodem casu commutaret. ſ Interdũ Æneas vr. de. a.) Vt fit, cum ciuitates nouę conduntur, aratro designatur spatium mœnibus publicis priuatisq; necessariũ. ſ Sortiturq; do.) Voto futuræ ciuitatis domos dixit, non quæ iã essent, sed quæ disponebantur, vt surgerent, dabantur autem de sorte propter locorum differentiam. Hic Ilium, & hæc loca.) Illud interea omne, quod amplectebatur dispositio, Ilium dici voluit, & Troiam. ſ Gaudet regno Troianus Acestes.) Bonũ studiũ egregii ciuis expressit, qui non tãtum non inuidit in regno suo hoc fieri, verumetiam lætabatur: hic & meritum Æneæ dilucide probatur, qui in alienũ ius authoritatem iubendi exercebat gratulante eo, qui posset contradicere, nisi fuisset in omnibus liberalis. ſ Indicitq; forum.) Hoc non Acestes, sed Æneas. post expletã enim Acestæ beneuolentiam redijt ad Æneæ dispositiones. his quippe, qui cõdebant vrbem nouam, debuit instituere, qui ciuitatem regant, & ipsius rem. p. firment, eius, scilicet patres, & municipalem legem. ſ Tum vicina astris.) Non defuit cura religiosi filij, vt futuri incolæ haberent in alienis regionibus etiam Italiæ, Veneris templum. vt in Sicilia colerent, quod solebãt in Troia. constituitur igitur excelso in mõte ipsum quoq; templum tam sublime, vt esset syderibus proximum. ſ Tumuloq; sacerdos, Ac lucus. i. l. f. additur. a.) Additur, bis accipiendum. additur sacerdos, additur lucus, tumulo Anchisæo: non custodem loci dixit, sed sacerdotem. vult enim Virgilius Anchisen, vt plurimis locis ostendimus, inter deos numerari.

ASCENSIVS.

¶Dixerat, &c.) Post absolutum Anchisæ, quẽ Æneas adloqui volebat, abeuntem sacrificia innouauit: & consilia patris Acestæ patefecit, quia ea comprobauit, vnde vrbis fundamenta iaciunt. & templum Veneri, & lucrum Anchisæ extruunt, reparatisq; remis & cæteris nauigiorum armis, cæteri abire parant. vnde Donatus hoc solum habetur. ſ Patribus dat iura vocatis.) Hoc ad Æneam refertur: ad quem redit, post expletam Acestæ beneuolentiam. ¶Ordo autem est. Dixerat. f. Anchises: & fugit. i. abit, & euanescit in auras tenueis, ceu fumus Æneas, inquit, deinde. f. postq; abire videbat: quo ruis. i. præceps abis? quo proripis. i. porro rapis, & aufers, sup. te? quem fugis? quasi dicat, fugis ne filium tuum: aut, si nullum fugis, qui arcet. i. abstinet te, nostris cõplexibus? i. cur non permittis a nobis complecti? ipse memorans, id est cum hæc diceret, aut dixisset: fuscitat. i. commouet cinerem, & igneis sopitos. i. coopertos cinere: & ipse supplex veneratur Larem Pergameum. i. ignem perpetuum, quem Troiani colebant, hoc est Vestam: vnde addit & penetralia. i. arcana, Vestæ canæ. i. antiquæ, & fauillis canescentis: farre pio. i. religioso, & sacrificijs debito: & acerra. i. thuribulo: plena. i. thuris. Ipse accersit. i. aduocatũ it: aut aduocat extẽplo. i. ilico, peracto sacrificio: socios. f. professionis, hoc est concionem citat: & primum. i. præcipue, aut ante alios ac cersit Acesten: & edocet, supp. eos. enarrando, imperium Iouis significatum. f. per Anchisen, qui se Iouis imperio aduenisse dixit: & pro. i. præcepta parentis. f. Anchisæ: chari. i. multum dilecti: & edocet, quæ sententia constet. i. fedeat & firma sit: quia prius hæsitabat, nunc animo. f. suo. mora haud. i. nõ sup. fit consilijs. i. deliberationi. i. non capitur lõga deliberatio: nec Acestes recusat iussa. i. imperia Iouis, & præcepta Anchisæ: & iussa, id est voluntatem

Ænex

SERVIVS.

¶Visa maris facies.) Vt, Mense salis placidi vultum. Vult autem istos aspectum quoq; maris horrere. ſ Fuge.) Profectiones. ſ Eryci & tempestatibus.) Bene iunxit. Procellæ enim aut de fluminibus, aut de montibus fiunt, quas πνεύσας dicunt. ſ Soluitq; ex ordine funes.) Ordo est, iubet cædere ex ordine, id est vite p agi sacrificium: & solui funes. Sic in septimo, Phrygiamque ex ordine matrem inuocat. i. eite. ſ Tonsæ oliuæ.) Comptæ

Ænex

Iamq; dies epulata nouem gens omnis: & aris
Factus honos: placidi strauerunt æquora venti:
Creber & aspirans rursus vocat Auster in altum.
Exoritur procurua ingens per littora fletus:
Complexi inter se noctemq;, diemq; morantur.
Ipsæ iam matres, ipsi, quibus aspera quondam
Visa maris facies, & non tolerabile numen,
Ire volunt: omnemq; fugæ perferre laborem.
Quos bonus Aeneas dictis solatur amicis.
Et consanguineo lachrymans commendat Acestæ.
Treis Eryci vitulos, & tempestatibus agnam
Cædere deinde iubet: soluiq; ex ordine funes.

pte minutis frondibus. ſ Procul in prora.) Id est in parte extrema.

DONATVS.

¶Iamq; dies epulata.) Et rematuros simul, & recessuros debemus aduertere. possum⁹ etiam idem sentire de Siculis. ſ Et aris factus honos.) Debemus quippe etiam aduertere duo adhiberi p sacra, vt reb⁹ asperis nouum auspicium darent, & fauorem tribuerẽt recessuris. ſ Placidi. ſt. æ. v.) Dispositis omnib⁹, quæ tẽporis necessitas exigebat, & pactis

conuiuijs

Ipse caput tonsæ folijs euinctus oliuæ
Stans procul in prora,pateram tenet:extaq; salsos
Porricit in fluctus:ac vina liquentia fundit.
Prosequitur surgens a puppi ventus euntes.
Certatim socij feriunt mare:& æquora verrunt.

conuiuijs per plurimos dies, iam cœperant suffragari maria, & venti, vt opportune nauigare posset. ¶Exoritur pr. i.per,l.fl.)Hæc est moralis dictio i qua humani actus apparent. tunc enim abscessus est grauior,cum fit, nō cū disponitur.primo enim non vehementer animum mordet ęstus,si ad pfectionem fuerit ventū.aliter animi ꝯmouentur. deniq; Troianis,quibus leue cessandi consilium fuit,& futura sepatio, remansuros se cogitātes,quid doloris gererent,lachrymis testabantur: quod ne maturius fieret,nectebant moras, vsq; adeo vt has post dierum nouem spatia cuperent dilatare. ¶Ipsæ iam matres, &c.) Ipsæ quæ dudum pontū aspectabāt flentes,& dolebant cum cæteris tantum sibi maris superesse,volebant pergere.& omne laboꝝ genus ęquis animis ferre.¶Quos bonus Æneas.)Bonus iuxta ciues,bonus iuxta socios,bonus iuxta remansuros, consolabatur oēs,& religioso Acestæ commendabat.¶Treis Eryci vitulos.)Sacrificium fieri Eryci fratri ex tribus iuuencis iussit, & ventis, ne violenti existerent,agnā immolari.¶Ipse caput tonsæ folijs euinctus o.)Iussit ipse Æneas p̄dicti generis animalia immolari: ipse idem exta sumpta ex his,accepit, pateram tenens & stans celsa in puppi,oīa proiecit in fluctus,addēs vinum,quod ferebat in patera. ¶Prosequit.f.a.p.) Tantum sacrificia valuerunt, vt nō deesset opportunitas venti venientis a puppi. ipse est enim ventus prosperior,qui nauem seqtur.¶Certatim socij feriunt mare.)Aduētu flatuum lętiores effecti,remis nauigia in altū pficisci studebāt.

ASCENSIVS.

¶Iamq; dies epula.&c.)Cōmemorat qn̄o extructa vrbe, epulati sunt profecturi, cum permanentibus auspicibus cœptoꝝ operū operati sunt, Eryciq; fratri ad nauigationem psperam habendā. Item, ne odio Æneæ, sed diuturnæ nauigationis tædio, & Iunonis suasu,eos qui vrbem exposcebant id fecisse putemus:dicit cū abinuicem separandi essent:quo tempore maxime viget amoris ignis:eosipsos qui vrbem orauerāt,nunc paratos omnem fugæ pferre laborē. De qua re,cnm Donatus aut interciderit,aut nihil dixerit: ¶Ordo est.Iamq;.i.& iam:omnis gens.f.tam abitura, q̄ȝ permansura: epulata,sup.erat.i.cōuixerat,nouem dies & honos factus,sup.fuit aris.i.sacrificatum fuit:& vēti placidi strauerunt, id est æquauerūt æquora:& Auster aspirans creber.i.crebro: vocat.i.inuitat rursus:in altum,f.mare,Ingēs fletus exoritur per litora procurua: dum.f.alij ab alijs discederent:& ipsi complexi,id est complectentes inter se,morātur noctem & diem, ita quod discedere nequirent. Ipsæ matres,& ipsi, scilicet viri imbecilles,aut ignauiores, quibus facies.i.aspectus, aut fractura: & effigies,seu species maris visa est quondā aspera:& quibus numen maris.i:quod mari preest:visum sup.est,nō tollerabile:quia toties pericula passi fuerant,volunt iam ire.i.proficisci cum alijs: & perferre,i.ad finē vsq; ferre oēm laborē fugæ.i. profectionis & profugij:quos.f.flētes, & abire volentes, Æneas bonus,i.clemens & pius:solatur.i.consolatur: dictis amicis.i.amicabilibus,& lachrymans commendat,supp.eos,Acestæ consanguineo.Et iubet deinde.i.postq;,eos consolatus fuerat,cædere,id est mactare:ex ordine.i.rite, Eryci.f. fratri suo, Veneris filio: sed (vt prius dictū est)meretricis:pro deo tamen habito, treis vitulos,& tempestatibus agnam:sicut pri⁹ dictum est, Nigram hyemi pecudem,Zephyris felicibus albam:& iubet funes solui.f.sacrificio peracto.Ipse qui.f.rebus vilibus,intentus non erat,sed eas imperauerat:euinctus caput.i.habēs caput euinctum, folijs oliuæ tōsæ, tenet pateram, stās in celsa puppi:& proijcit exta.f.vitulorum in fluctus salsos.i.mare:ac fundit vina liquentia.i.pura & lympida. Ventus surgens a puppi.i.a posteriori parte nauis: prosequitur euntes.i.procedentes iam in nauigatione. Socij feriunt certatim i.cum certamine laudis quāoptime.f.quisq; potest, mare,& verrunt.f.remis:æquora,id est maria plana & æqua, hoc est remis & ventis,operam nauant.

PIERIVS.

¶Et non tollerabile nu.)In Roma.codi.cœlum: non,numen,habetur. Superi⁹ enim, Ferre se tam diu freta tot, & inhospita saxa, Syderaq; lamentabantur.positum vero cœlum,pro cœli tempestatibus.Sed enim pleriq; alij codices manu scripti, numen legūt quæ lectio nequaquam expungenda est.¶Solutiq; ex ordine funes.)In ant.cod.quotquot vidi, funem vnitatis numero,legitur figurate.¶Stās procul in prora.)Varia admodum huius hemistichij lectio est in codi.antiquis. Aliquot enim legunt,In proram: quod minime placet: quod alibi stare cum ablatiuo,& in præpositione positum habetur.In Longobardico exemplari,Trās procul:inusitata admodum lectione. Stare vero nō nescimus adorātium esse,tam ex poetarum,historicorumq; testimonijs, q̄ȝ ex cynocephalo stāte,in sacris Ægyptiorum literis. Est & alia lectio in antiquo admodum codice.Stās celsa in puppi. sed illud alia ratione dictum est.Hoc loco deos maris adlocuturum: verisimile est in proram processisse,quæ iam mare prospectabat. hinc illud statim subiectum,Prosequitur surgens a puppi vētus euntes.¶Porricit in fluctus.) Legendum quidem,Porricit,ex Macrobij sententia,cōtra omnium pene veterum codicum fidem, in quibus passim,Proicit. Stans.

At Venus interea Neptunum exercita curis
Alloquitur:talesq; effundit pectore questus.
Iunonis grauis ira,& inexaturabile pectus VEN.
Cogunt me Neptune preces descendere in oēs:
Quam nec longa dies,pietas nec mitigat vlla:
Nec Iouis imperio,fatisve infracta quiescit.
Non media de gente Phrygum exedisse nefandis
Vrbem odijs,satis est: pœnam traxisse per omnem,
Relliquias Troiæ. cineres atq; ossa peremptæ
Insequitur.causas tanti sciat illa furoris.
Ipsa mihi nuper Lybicis tu testis,in vndis
Quam molem subito excierit.maria omnia cœlo
Miscuit,Aeolijs nequicquam freta procellis:
In regnis hoc ausa tuis.
Proh scelus: ecce etiam Troianis matribus actis
Exussit fœde puppes:& classe subegit
Amissa,socios ignotæ linquere terræ.
Quod superest,oro liceat dare tuta per vndas
Vela tibi:liceat Laurentem attingere Tybrim:
Si concessa peto: si dant ea mœnia Parcę.
Tū Saturni⁹ hęc domitor maris edidit alti. POE.
Fas oē est Cytherea meis te fidere regnis: NEPT.

SERVIVS.

¶Effundit pectore.) Hoc est cū dolore:vt,Fūditq; pces rex pectore ab imo. ¶Preces descēdere ad oēs.) Si qd inuidiæ est in humillimis precib⁹ imputandum est p omnia Iunoni. Nam oēs dicendo,etiā humiles significat: vnde ait etiā descēdere. ¶Quā nec longa dies.) Id est tēpus: de quo licet meli⁹ fœminino genere dicamus, tamē & masculino dicimus. Nā de certo die, masculino tantū vtēdum est. ¶Pietas nec mitigat.) Aut Troianorū qui pij sunt:aut certe propter illud, Iunoni Argiuæ iussos adolem⁹ honores: quasi quæ nec sacrificijs placaretur.¶Infracta.) Valde fracta: vt, Turnus vt ifractos aduerso Marte Latinos. ¶Media de gēte.) Idest totius gentis potentem. ¶Exedisse.)Muliebriter dictū: Nam inde est quod sequitur. ¶Cineres atq; ossa pemptæ.) Sane Edo habet & rectam, sed antiquam declinationem, vt Edo, edis, edit: & anomalam, vt Edo,es,est. Quarū secundæ & tertia persona longæ sunt: propter differentiam sum es est. Edit autē in prēterito producit e,vt legit.¶Causas tanti sciat illa furoris.)Bene supprimit. Ipsa enim sunt quę Iuno in decimo exequit, Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter. ¶Quam molem.) Vt, Tantas audetis tollere moles?¶Nequicquam.) Aut sine causa, id est nulla extāte ratione:aut nequicquam,quātum ad eius pertinet mētem. Vnā enim nauem ex omnib⁹ vertit. ¶In regnis hoc ausa tuis.) Vt,Non illi imperium pelagi, sæuumq; tridentem.¶Actis.) Furore compulsis: vt Reginā Alecto stimulis agit vndique Bacchi.¶Ignotę.)Ignobili,vt Nam sæpe fauos ignotus adedit Stellio. Et dixit Ignotam, Italiæ comparatione. Nam ignota non erat ad quam bis Troiani venerāt.¶Vela tibi.) Id est per regnum tuum. ¶Si concessa Edo

Vnde genus ducis.merui quoq;:sæpe furores
Compressi,& rabiem tantam cœliq;,marisq;.
Nec minor in terris (Xanthum, Simoentaq; testor)
Aeneæ mihi cura tui.cum Troia Achilles
Exanimata sequens impingeret agmina muris:
Millia multa daret leto: gemerentq; repleti
Amnes: nec reperire viam,atq; euoluere posset
In mare se Xanthus: Pelidæ tunc ego forti
Congressum Aeneam,nec dijs,nec viribus æquis,
Nube caua eripui: cuperem cum vertere ab imo
Structa meis manibus periuræ mœnia Troiæ.
Nunc quoq; mens eadem perstat mihi,pelle timores:
Tutus,quos optas,portus acceder Auerni.
Vnus erit tantum,amissum quem gurgite quæret.
Vnum pro multis dabitur caput.

concessa peto.)Siquidem.Nā modo,si confirmātis est.Agit autem a possibili. ¶Fas omne est.) Fas te est,hoc est,possibile est. ¶Meis regnis fidere.) Nā fido datiuum tantū regit. Venus. ¶Vnde genus ducis.)Vt dixim⁹ supra, quia feliciter est nauigatur⁹ Æneas, Venerem dicit a mari procreatā:& vt fert fabula, Cœlus pater fuit Saturni:cui iratus filius, falce virilia amputauit, sed lapsa in mare sunt: de quorū cruore & maris spuma nata dicitur Venus,Vnde & ἀφροδίτη dicitur, ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ, id est spuma. Sed hoc habet ratio,Omnes viros vsu Venerio debilitari: q sine corporis damno non geritur.Vnde fingitur Venus nata per dānum.de mari autē ideo,quia dicunt Physici sudorem salsum esse, quē semper elicit coitus.Vnde etiam myrtus ei cōsecrata est,quę litoribus gaudet vt,Littora myrtetis lætissima. Ideo autem diximus Cœlus pater vt Deum significarem⁹. Nullus enim deus generis neutri est. Nā Cœlum generis neutri, elementum significat. ¶Merui quoq;.) Etiam præstiti: vt, Nec te regina negabo Promeritam. Alij dicūt militaui: vt, Ære merent paruo. Rabiē tantam cœliq;, marisq;.) Vt in primo legimus. ¶In terris.)Etiam in terris. Nam augmentum est. ¶In mare se Xanthus.) Omnia hæc Homeri sunt. ¶Nec dijs,nec vrbibus ęquis.)Id est dijs iniquis,hoc est aduersis.Liptotes figura.Aut nō ęquis,nō æquali fauore.Plures enim Grecis fauebant.De matribus autem.i.Thetyde & Venere intelligere non possumus:quia Thetyde melior Venus est,& ei præsenti derogare nollet. ¶Cuperē cum vertere ab imo.) Quod proprium est ei⁹ vt, Magnoq; emota tridenti Fundamenta quatit. Hinc, vt & supra diximus, ἐνοσίχθων dictus est. & fecit augmētum,cum se pręstitisse dixit iratum.¶Portus accedet.)Hic distinguendum, ne sit contrarium Veneris potitioni, quæ ait, Liceat Laurentem attingere Tybrim.¶Amissum quem gurgite quęres.)Milenum dicit: de quo legimus, Inter saxa virū spumosa immerserat vnda. Vnū pro multis dabitur caput)Hic Palinurum significat.Nam fallum erit,si vnum voluerimus accipere.

DONATVS.

¶At Venus in.n.e.c.Alloquitur.)Alloquitur,qualitatē verbi futuri non exprimit.dubium est enim, qualis futura sit allocutio. effundit tamen,& questus ex aperto monstrat esse aliquid, quod iram locuturæ pronunciet,& dolorem. ¶Iunonis grauis ira, & in.p.&c.)Magna hoc loco & artificiosa conceptio.nam inter ipsa initia,& personam suam commendat, & deformat inimicæ,dicēdo enim,prouocor ꝯqueri,& quæ prouocabat, grauabatur inuidia,& quæ prouocari sese querebatur, culpa vacuam sese laborabat ostendere:interea cœpit a nomine, vt ostenderet ex eius prismatu assumptam potētiam. addidit grauis ira, grauis,hoc est,iniusta,& perinde grauis,ferri enim non poterat, quæ irascebatur frustra,hoc est,cum causa nō suppeteret: deinde quæ irasceretur immoderate:nec pectus eius innumeris Troianorū supplicijs satiaretur. execrādi autem sunt qui nulla ex causa inimicitias suscipiunt,& qui in eo ipso non retinent modum. tertium, quoꝝ pectora nec pœnarum numero saturantur,nec aliqua humanitate tanguntur.Quam nec longa dies,pietas nec mitigat vlla. nec Iouis imperio fatis ve infracta quiescit.dedit querelis suis augmētum,& eam,de qua querebatur,vehementer exponit. cum irata, ingt, cum causa non esset, irata sine modo, irata sine fine iracundię,non misericordia flectitur,non Iouis frangitur iussu,non fatorum authoritate reuocatur.cur fauēter adhuc expectaretur talis,quæ nefas existimet effici,quod Iuppiter præcepit, & fata præscribunt: aut,quem iniquis odijs datura est terminum,quę cum sit vetus inimica, nouam se esse existimat, & recentia tormenta componit? Incipit iam dicere, & exemplis probare manifestis, quæ ꝓposuit vera esse. ¶Non.m.de.g.ph.ex.n.Vrbem.o.sa.est.) Non ei sufficit interitus Troiæ, nec tantos illic perijsse, cum caderet,nullum præterijt miseros supplicij genus,ipsam patriam ruina consumpsit,& flamma.& post tantorum scelerum cladem,nec habet,aut retinet modum, leue quiddam se existimans perfecisse,quia supersunt Troianorum aliqui, & viuunt aliqui post excidium

cidiū Troiæ. ¶Reliquias Troiæ.) Relliquiæ, dicūtur funera mortuoꝝ.cineres,qui post exusta corpora remanēt.atq; ossa, quæ colligi ꝯsueuerunt, & sepulchro mandari. tātum ergo crudelis Iuno, tātumq; impia, vt illa quoq; persequēda existimet,quæ sunt debita sepulchris & terris.& perēptę ossa miserabiliter posuit. solēt.n.hostes post effusum sanguinem nullas dehinc inimicitias habere cū funere, & imponerere odijs terminum, cū deest ille,q audire aliquid possit.relliqas,rursum possumus etiā sic intelligere,ꝙ flos Troianæ iuuētutis esset perduct⁹ ad paucos:quibus si in Iunone esset humanitas,debuit largiri miseratio. quis,n.tam ferreus, tam durus hostis inuentus est vnq̄;, cui⁹ victoriæ nihil superesse potuerit post acerba odia partum:datur nōnunq̄; venia reliquis & vsque ad victoriam crudelitas valet. tam sæua extitit Iuno, vt post excisum Ilium, perditosq; diuersa cæde Troianos persequatur reliquos,& inuētionibus nouis affligat. ¶Causas tāti.f.i.fu.) Huius,inquit,odij,si causæ requirantur,ab ipsa quærendæ sunt. nos enim scimus nihil in eam Troianos admisisse, quod nollet. causas tanti sciat illa furoris.furoris sui,dixit,nō doloris. sine ratione quippe irasci furere est.cæterum dolor illic esse potest,vbi inest iusta cōmotio. ¶Ipse mihi nuper libycis tu testis in vndis.) Magnum inuenit assercionibus suis ꝯpendium, ipsum vocando testē,quem audiendis querelis arbitrum cupiebat acquirere. Testis es,inquit,& si vnius tantum facti,ex eo tamen cætera poteris æstimare,ꝙ non sint falsa,sed vera,sic illum cōmunem facit,& in memoriam reuocat. vt tempus & locum & factum replicet. nuper,inquit,nosti in lybicis vndis, quas moles exciuit cum assumpta potestate ventorum, omnia in Troianrum perniciem elemēta confudit.quod factum est frustra,dum omne illud te iuuante summotum est. quod ait,quam molē subito excierit,artificiū nocēdi voluit demōstrare.quicquid enim subitum est,facile opprimit imparatum. separatum autem & præuisum, cauēdo pōt, aut substātia cōtrarię prouisionis effundi.¶In regnis hoc ausa tuis.) Vt meis procuraret interitum,ausa est te cōtemnere,& regna tua ꝯmouendo,etiam tibi iniuriam facere.quod ait in regnis tuis,dixit,vt ipsi hui⁹ facti recte induceret commemorationē. Petitura .n.quietem pelagi, ostendit etiam ipsum Neptunum aliā passuꝝ iniuriam,nisi & Troianis prouidisset,& sibi.¶Pro scelus.e.e.t.m.a. Exussit.f.p.) Hoc est etiam nūc Troianis matribus coactis per scelus exussit fœde puppes. Troianorū matribus in incendio nauium delictum esse cōstabat.his Venus adstitit.dices,non esse requirēdum quis fecerit scelus,sed cuius impulsu videatur admissum.exussit fœde puppes.alienis manibus ipsas naues incēdit,atque vtinam palam & nō turpiter fraude concepta.¶Et classe subegit Amissa.f.i.lit.)Vt ab hoc facto,quod cōtra ciuitatem,religionem,humanitatemq; processerat,excusaret etiam filium.In Iunonis reuocat relictorum sociorum culpam, quoniam Æneas hoc non faceret,si pars classis non esset amissa. accedebat ex hoc facto augmētum mali, quia post tot labores nec ad Italiam peruenire potuerunt,& ignotis in terris fuerant relicti.ecce diuersitas posita,& sese impugnās.supra enim dixit. quis prohibet muros facere,& dare ciuibus vrbem:hic dixit socios ignotę linquere terræ. cum ignota nō esset,in qua fuerant ciues, sed factum est hoc oratoria virtute pro persona dicentis. quæ voluit exaggerare inuidiam facti.vt in vno incēsarum nauium scelere, multa aperiret. intantum vt religiosorum nefas incurrere cogerentur,& spargeretur societas,quam vna perditæ ciuitatis calamitas iunxerat. Interea qa non magnus inuidiæ fragor esse potuerat, ꝙ ciuibus iūcti fuerāt ciues,relicta ratione personarum,aut ignotis terris relinqui socios,graue admodum crimen est,proinde non quærendum est, qui vel apud quos. sed vbi remaserint, est tractandum. ergo vnum accipimus ex persona psuadentis.quis prohibet muros facere,& dare ciuibus vrbem? alterum ex psona dolentis Veneris socios ignotæ linquere terræ,ne se cōtrariā impugnēt.vbi nouissimum posuit,quod potuit in querelas grauiores adduci. cōstabat Sicilia,& fas fuisse,in quibus Acestes fuerat alienus. ve-

Universidad de Deusto Biblioteca

nit ad ſummam petitionis ſuæ. Ait enim. ¶Quod ſupereſt oro.) Quaſi vnum eſſet petitura, non plurima, ſingulari numero ſignificauit: quid vellet, indeq́; oſtendit graue nõ eſſe, quod peteret, vtpote quod in vno eſſet nõ in plurimis poſitura. ideo dixit, quod ſupereſt oro, quia tranſacta curari non poterãt. quod ſupereſt ergo: quod integrum eſt, & poteſt pręſtari. dicit iam, quid ſit quod effici cupiebat. ¶Liceat. d. t. per. v. V. t. li. la. at. ty.) Liceat, inqt, per regna tua tutos dehinc nauigare Troianos, liceat tenere Italiam, in qua eſt Tybris. ¶Si conceſſa peto, ſi dant. e. m. p.) Non dubitãter poſuit ſi, ſed vt ſe oſtenderet licita cupere, quæ conſtabat Neptunũ nolle. & illud egregie dictum, liceat tuta vela dare tibi, vt non ventis, aut fluctibus, qui ſemper incerti ſunt, ſed ipſi potius Neptuno vela crederentur. ¶Tum Saturnius hæc, d. m. e. a.) Quia placidum mare ipſo tempore quærebatur, recte hoc loco Neptunus maris domitor dictus eſt. ¶Fas omne eſt cy. &c.) Debes, inquit, habere fiduciam regni mei, vel maxime, quia inde originẽ ducis. ¶Merui quoq;.) Cur dixit quoq;, cũ nullum adhuc commemorauit ſe præſtitiſſe beneficium? hoc vt corrigaſ, ordinata, prima ponẽda ſunt, vt ſit poſterius, merui quoq;, & ſit primum ¶Sæpe furores Compreſſi.) Ordinemus iam ſimul totum. ſæpe furores compreſſi, ſæpe compreſſi rabiem cœli, ſæpe cõpreſſi rabiem maris, nunc ponere debemus merui quoq;, hoc eſt laboraui quoq; pro tuis. ¶Nec minor in terris (Xan. ſi. q;. t.) Æ. m. c. t.) Quia ſciebat ſe contra Troiam nixum, iurat, tamen ſe pro Ænea ſpecialiter feciſſe, dicit & tempus, oſtendit & locum, deſignat pericula ipſa, & cuius eum manibus eripuiſſet. ¶Cum Troia Achilles.) Tunc, inquit, cũ Troiana agmina infeſtus Achilles agitaret, exanimes perſequens, & opprimens fugiẽtes Teucros, neq; eos permittens ad murorum tuta peruenire. ¶Millia multa daret leto.) Tunc, cum innumera hoſtium millia mactaret. ¶Gemerẽtq; repleti. A.) Tunc cum funera omnia onerata cęſorum funeribus gemerent, impedita, ſcilicet, & obcluſit vel maxime Xanthus amnis, qui tantorum corporum retentui obiect⁹, exitum in fluctus reperire non poterat. ¶Pelidæ tunc ego forti Congreſſum Æneam.) Quantum aſſerit operam ſuam? vel ex quanta neceſſitate dixit Æneam liberatum? congreſſus, inquit, fuit Pelidę, licet poſſit intelligi, quod laudis cauſa dixiſſet, Pelidæ tamẽ addidit forti quantum forti ſupra expreſſit. multa millia illum Troianoꝝ fugaſſe, cum ſolus tantos premeret, vrgeret, ac ſterneret. huic ergo cum eſſet congreſſus Æneas, nullo deo fautore, cũctis aduerſis, viribus quoq; longe imparibus nube immiſſa eripui. eripui, inquit, imparem, eripui iam periturum. ¶Cuperẽ cum vertere ab imo.) Admiranda locutio, in qua ſe confitetur inimicum, & eo tẽpore Æneæ ſaluti beneficium præſtitiſſe, cum omnes Troianos cum ipſa vrbe volebat extinctos, q; grande beneficium memoratur? cum ſolus Æneas mereri potuit veniam, irato eo, qui cũctos ſemel volebat extinguere, & diruere omnia quę ſuis manib⁹ ſtruxerat. magnus affectus eſt iuxta ea quæ manu noſtra proueniũt, magnus quoq; eſt dolor, ſi noſtra manu vertantur. ſed iſte dixit cauſam interueniſſe periurij, quæ omnem affectum conſtructionis abruperat. ¶Nunc quoq; mens eadem.) Quę ſit ipſa mens ex conſequentibus probat. potuit enĩ in dictũ in incerto remanere, quoniam iuxta Troianos, & Troiam, inimicitias ſe habuiſſe profeſſus eſt. quæ ergo mens in pręſenti præſtaret videndum eſt, cũ ſequẽtia tractare inceperimus. ¶Pelle, inquit, timores.) Ad remouendam ſolicitudinem Veneris, q; breuibus vſus eſt verbis, vt & ipſam ſecurã redderet & indicaret, qualem gereret mentẽ. quod ſi hoc ſolum dixiſſet, ſuffecerat curæ remouendæ, addidit. ¶Tutus quos optas portus accedet auerni. Quoniam pelagi tranquillitatem fuerat poſtulatus. hanc Neptunus pollicetur, & ſpondet. optas, inquit, vt tutus tranſeat mare filius tuus? tutus ad portus auerni perueniet. ¶Vnus erit tantũ. a. q. g. q.) Dicit futura vt de⁹, quem fugere ventura nõ poſſent. hæc ipſa quoniam triſte aduerſumq; nunciabant, extenuat. debebaſ, inquit, interitus plurimis, ſed pro cunctis vnius procedit exitium, quod ipſum æquo aio ferendum eſt. præſtat enim vnum magis flere, q; plurimos. hoc ideo prædixit, ne ille, qui tutam pelagi tranſmiſſionem promiſerat, in vnius caſu videretur Venerem fefelliſſe. & ex eo falſa cætera putarentur.

ASCENSIVS.

¶At Venus interea, &c.) Cum ita proſpere adnauigarẽt Troiani Venus memor, q id prius quoq; fecerant: vnde dictum eſt in primo. Vix e conſpectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti, & ſpumas ſalis ære ruebant. Sed Iunonis factione, inductus Æolus, maria cõcitauerat: paulopoſt, eoſq; in Africam ad Carthaginem diſpulerat: non cõfiſa mari, neq; cœlo ſereno Neptunum adijt rogãs, vt Inuidię Iunonis obſtaret, Troianiſq; faueret, quod & ille promittit, commemorans, vt firmius confideret, quæ prius contulerat in Æneam beneficia: docens tamen vnum atq; alterum, pro cæterorum ſalute ſubmergendum, ſcilicet Palinurum atq; Milenum⁹, veruntamen poſſet dici de ſolo Palinuro locutũ deũ: nam is ſolus ſubmerſus erat, priuſq; ad Italiam peruenirent. Miſenus autẽ in littore Italico ab ipſo adhuc denominato: quia Tritones, puocauerat, non ad deorum placationẽ ſubmerſus eſt. De orone autem Veneris hęc pauca dicit Donat⁹. ¶Iunonis grauis.) Magnũ artificium: nam in ipſo pncipio, & ſuam pſonam cõmẽdat & aduerſarij deturpat: & incipit a noie: & addit, grauis ira: & exaggerat q pectus eius dicat inſaturabile. Quod aũt crudelis in Troianis ſit, ipſius Neptuni teſtimonio, probat. Hæc ille. ¶Ordo eſt. At. i. ſed: Venus exercita. i. ſolicita, fatigata curis: adloquitur interea. ſ. dum ſic proſpere nauigarent Troiani: Neptunum, qui deus maris eſt: & effundit pectore. i. ex intima affectione: tales queſtus. i. tales querelas grauis ira Iunonis: nec. i. & non: & pectꝰ nõ exaturabile. i. quod exaturari nequit odijs, o Neptune, cogũt me deſcendere in omnes preces: quia qui precatur, ſupplicem ſe præbet: & ita quodãmodo deſcẽdit. Quam, ſcilicet Iunonem: nec dies. i. tempeſtas longa: nec vlla pietas. ſ. Æneæ, qui ei ſacrificauerat: vt dictum eſt in, iij. huius: & id ex conſilio Heleni: mitigat. i. mitem facit, ac placat: quia poſt illud ſacrificium, procurauerat tempeſtatem. de qua in. j. dictum eſt. Nec. i. & non, ſup. quæ non quieſcit imperio Iouis. i. licet Iuppiter imperauerit Æneã in Italiam proficiſci, & id eam permittere: ve, pro vel: infracta. i. valde fracta, ſatis, id eſt quia ſcit fata id velle, & in Italia imperium conſtituant: vnde dictum in. j. Siqua fata ſinant: iam tum tenditq; fouetq;. docet autem, quomodo non ſit ſaturabilis: & bene perſtat in metaphora ab auidis lurconibus, dicẽs: non ſatis eſt. ſ. Iunoni, virum exediſſe. i. q exederit & abſumpſerit: odijs nefandis, ne id iure putetur feciſſe vrbem. ſ. Troiam de media gente Phrygum: nec ſupple ſatis traxiſſe relliquias Troiæ, per omnem pœnam, id eſt omne genus pœnarum & afflictionum: ſed, ſupp. inſequitur, id eſt indefinẽter perſequitur cineres, atq; oſſa Troiæ peremptæ, ideſt quicquid adhuc ſupereſt: poſt incẽdium Troiæ, ad extremũ perſequitur: ſciat illa. q. d. ego quidẽ neſcio: nec puto eam poſſe ſcire cauſas tanti furoris, id eſt iracundiæ in Troianos ꝯceptæ: tu ipſe (niſi legatur ipſa) teſtis, ſupp. es mihi, quam, id eſt qualem, & quam magnam molem, ſcilicet aquarum & vẽtorum ipſa exciererit, id eſt excitauerit ſubito, nuper, ſcilicet cum ad Carthaginẽ repulſus eſt Æneas, in vndis Lybicis, id eſt Carthaginenſibus: quia ipſa miſcuit, id eſt confudit: omnia maria cœlo, id eſt commouit ea ad cœlum vſq;: freta, id eſt adiuta: nequicq;, id ſine cauſa, aut fruſtra, quia non eſt conſecuta per hoc intẽtum ſuum: procellis Æolijs, id eſt ab Æolijs ventis excitatis, auſa hoc, id eſt tantum facinus in tuis regnis: quod & Neptuno doluerat, quãdo in. j. dixit Regiq; hæc dicite veſtro. Non illi imperium pelagi, ſæuumq; tridentem, Sed mihi ſorte datum. Pro, dolẽtis, & exprobantis interiectio, vt apud comicum, Pro ſupreme Iuppiter: neq; cũ h, neq; cum ch, recte ſcribitur, licet vt a præpoſitione differat, vſus h adiecerit. Pro igitur, ſcelus, proclamatio eſt, q. d. o deteſtabile ſcel⁹: ecce ipſa exuſſit puppeis fœde, id eſt turpi dolo: & hoc matribus, id eſt matronis Troianis: actis, id eſt percitis furore: & ſubegit, id eſt ſubigendo (quod indignius eſt, q; ſi coegit, diceret) compulit linquere terræ ignotæ, ſcilicet manentibus: ſocios, ſcilicet longæ profectionis: & hoc claſſe amiſſa, ſcilicet per incendium, fraude Iunonis immiſſum. Quod intereſt, ideſt quod reliquum eſt cum ad præterita non ſit potentia: oro liceat tibi, id eſt oſtende te potentẽ & tibi licere: dare vela tuta per vndas, ſcilicet tuas: per quã illa potuit tẽpeſtatem excitare; aut liceat Troianis dare vela tuta tibi, per vndas. ſ. tuas: & liceat attingere Tybrim Laurẽtem. i. per agros Laurẽtes defluentem: ſi ego peto conceſſa. i. permiſſa a diis & ſi Parcæ, id eſt deæ fatales, dãt ea mœnia: bene autem ſcit, quod ea darent ex conſultatione Iouis in. j. habita. Tunc. ſ. poſtq; ſic locuta eſt Venus: Saturnius. i. Saturni filius: Neptunus domitor alti maris: edidit, id eſt elocutus eſt, hæc. ſ. ſequentia, o Cytherea. i. Venꝰ, quæ in Cytheris coleris: omne fas eſt. i. omnino licitum eſt: te fidere, id eſt confidere, meis regnis: vnde ducis. i. trahis: gen⁹. i. originem: (quia Venus e mari nata dicitur: e ſpumis. ſ. maris.) ego quoq; merui. ſ. vt confideres, aut ſæpe demerui te, aut bene meritus ſum de te: ego ꝯpreſſi ſæpe furores. i. commotiones: & tantum i. vehementẽ, aut quantũ noſti, rabiẽ maris, & cœli. i. aeris. Nec. i. & non: & ego teſtor Xanthũ, & Simoenta, fluuios illos Troianos minor cura fuit mihi Æneæ tui. i. de Ænea filio tuo, in terris. ſ. q; in mari. Nam cũ Achilles ſequens, id eſt inſequens: agmina Troiana

i. Troiana

Ordo

i. Troiana triſſyllabum eſt exanimata. i. metu perculſa: impingeret, ſupp. ea muris. i. ad muros: &, ſup. cum ipſe daret leto. i. morti multa millia. ſ. Troianoꝝ: & amnes. ſ. Xanthus & Simois: repleti. ſ. cadaueribus: gemerẽt. ſ. ſub mole eorum: nec Xanthus poſſet reperire viã. i. aluei meatũ: atq; euoluere ſe in mare. i. cũ impediretur curſus eius, multitudine cadauerum: ego eripui tũc Æneã congreſſum Pelidæ. i. Achilli, Pelei filio: forti. i. cum Achille forti: nec dijs æquis. i. æque fauentibus: quia conſtituerãt dij, Troiam euertere. Vnde dictum eſt, Ferus omnia Iuppiter Argos trãſtulit. nec viribus æquis. i. æque potẽtibus: eripui (dicit) nube caua. i. per nubem cauam, quã circumiecit, Item, ſup. cum. i. quãdo: ego cuperẽ vertere ab imo. i. funditus euertere (Vnde dictum eſt in. ij. Neptunus muros, magnoq; emota tridenti Fundamẽta quatit.) mœnia Troiæ periuræ (quæ ideo vertere volebat, quia periura erat Troia. i. gẽs Troiana mercedem promiſſam, iuramento non reponẽs) ſtructa meis manib⁹, ſup. idẽ feci: aut eripui Æneam: eadem mens pſtat. i. perſeuerat mihi; quoq;. i. etiam nunc. i. vellem adhuc liberare Æneam, ſi neceſſe eſſet: pelle igitur timores: quia ipſe accedet tutus, id eſt protectus auxilio meo: portus Auerni, quos optas. ſ. eum accedere: aut, quos ipſe optat: & ita poti⁹ legẽdum puto, quia ſcit Anchiſen admonuiſſe Æneam, vt pri⁹ Auernum accedat, petiturus manes: Venus autem optabat Laurẽtem Tybrim accederet. aut ſi legatur, optas, diſtiguamus, vt Ser. vult, ſic: ipſe accedet tutus portus, quos optas. ſ. oſtia Tybris tantum vnus erit: quem amiſſum quęres in gurgite Auerni, ſcilicet Miſenus, & vnũ caput dabitur pro multis. i. pro ſalute multorum. ſ. palinurus, priceps nautarum, qui ſubmegetur in mari, anteq; ad Auernum perueniant.

PIERIVS.

¶Alloquitur, taleiſq;.) In ant. adloquiẽ, taliſq;: vt in veterum imperatoꝝ nummis, adlocutio, per d, ante l, notatum. ¶Iunonis grauis ira, & inexaturabile pectus.) In Ro. co. in Mediceo, & pleriſq; alijs antiquis, ita legitur, & ſcribitur, ira nec exſaturabile. In Longobardico, & aliquot alijs, neq; exſaturabile: quãuis in Lõgobardico tantũ, s, poſitum nõ ſit iuxta literã x, harũ lectionum quam quis ſelegerit, non laboro. ¶Nec Iouis imperio, fatisve infracta,) In codicibus antiquis, fatiſq; legere eſt, Rem. n. magis exaggerat vtrunq; ꝯiungendo. ¶Vrbẽ odijs ſatis eſt Nec pœnam traxiſſe per oẽm.) Qui, traxiſſe, amant: ſubmouent, nec. In ant. tamen cod. omnibus, vel ante, vel poſt pęnam, id adpoſitum obſeruaui: traxiſſe vero p ſyncopam in biſſyllabam dictionem ꝯtractum. Id vero apud alios, traſſe, geminato ſſ, apud alios, traxe, per x, ſcriptũ inueni: vt in Ro. codice, & aliquot alijs. Multa tamen exemp. verſum exlegem oſtendunt, nec pœnam traxiſſe: ſed inemendate, iudicio meo. Eſt & ea lectio non contẽnenda, quæ habetur in mediceo, & aliquot alijs codicibus, Vrbem odijs ſatis eſt, pęnam traxiſſe per omnem. κατὰ διάλυτον. Nec vero, ſuperne notatũ eſt a paraphraſte. ¶Quam molem ſubito excierit.) Operæpretiũ eſt videre codicũ varietates, in huius hemiſtichij numero diſponẽdo. Nã Ro. codex, cum vulgari conuenit. Oblongus, Quam ſubito molem excierit. Aliquot alij, Quam molẽ excierit ſubito, legunt: vt ſi plures eſſent dictiones, tot putarim numeri futuras mutationes. ¶Pro ſcelus ecce etiam.) Antiqua pleraq; exẽplaria, cum Mediceo, & Porcio, legunt, Per ſcelus, vt inuidioſam magis Iunonẽ reddat. ¶Socios ignotæ linquere terræ. Antiqui aliquot codices ignota linquere terra, ablatiuo caſu legũt. Vtrũq; vero agnoſciẽ a grãmaticis. ¶Impingeret agmina muris.) Veteres quidam codices immitteret, habent. Sed longe plures, impingeret: quod rem geſtam horribiliorem facit. ¶Millia multa daret leto, gemerentq; repleti Amnes.) Romanus codex, darẽt, legit, numero multitudinis, vt ad amneis referatur, qui & ipſi ſuis opẽ allaturi magnam vim mortalium obruerunt, eo plio, quod in φ. ab Homero decãtatur. Sed neq; diſplicet, daret, ſingulari numero, cũ Achilles magnam eodem die Troianoꝝ ediderit ſtragẽ, in Xanthi fluuij ripis adeo, vt eius libri argumentum ſit, φι, μότος αἰακὶ δαο πάρμύνας ποταμοῖο. ¶Atq; euoluere poſſet In mare ſe Xanthus.) In Mediceo, reuoluere, legitur. Sed vulgata lectio candidior, & in eo numero picta videtur difficultas. ¶Nube caua rapui.) Perueteres omnino cod. aliquot, rapui, legũt. Sed in Romano, & nonnullis alijs, eripui, eſt: vna plus ſyllaba. ¶Mens eadem perſtat mihi.) In Oblongo cod. & quibuſdam alijs antiquis, legere eſt, reſtat mihi: quod nequaq; placet. ¶Amiſſum quẽ gurgite queret. In exẽplaribus antiquis quotquot habui, quæres, pſona ſecunda legitur. Quod Venerem oſtẽdit, pro ſalute omnium æque laborare.

His vbi læta deæ pmulſit pectora dictis: POE.
Iungit equos curru genitor: ſpumantiaq; addit
Frena feris: manibuſq; omneis effundit habenas:
Cœruleo per ſumma leuis volat æquora curru.
Subſidunt vndæ: tumidumq; ſub axe tonanti
Sternitur equor aquis: fugiunt vaſto æthere nimbi.
Tum variæ comitum facies, immania Cete,
Et ſenior Glauci chorus, Inouſq; Palæmon,
Tritoneſq; citi, Phorciq; exercitus omnis.
Læua tenent Thetis, & Melite, Panopeaq; virgo,
Neſæe, Spioq;, Thaliaq;, Cymodoceq;.
Hic patris Aeneæ ſuſpenſam blanda viciſsim
Gaudia pertentant mentem. iubet ocyus omneis,
Attolli malos: intendi brachia velis.
Vna omnes fecere pedem: pariterq; ſiniſtros,
Nunc dextros ſoluere ſinus, vna ardua torquent
Cornua: detorquentq;. ferunt ſua flamina claſſem.
Princeps ante omneis denſum Palinurus agebat
Agmen. ad hunc alij curſum contendere iuſsi.
Iamq; fere mediam cœli nox humida metam
Contigerat, placida laxarant membra quiete
Sub remis fuſi per dura ſedilia nautæ:
Cum leuis æthereis delapſus Somnus ab aſtris
Aera dimouit tenebroſum: & diſpulit vmbras
Te Palinure petens, tibi triſtia ſomnia portans
Inſonti: puppiq; deus conſedit in alta
Phorbanti ſimilis: funditq; has ore loquelas.
Iaſide Palinure, ferũt ipſa æquora claſſem; SOM.
Aequatæ ſpirant auræ: datur hora quieti.

SERVIVS.

¶Læta permulſit.) Et læta fecit: vt, Animumq; labentem Impulit. Aut certe perpetuũ eſt epitheton Veneris. ¶Spumantia frena.) Spumas vomẽtia. ¶Feris.) Equis: vt, Inque feri curuam ꝯpagibus aluum Contorſit. ¶Variæ comitum facies.) Aut belluas dicit marinas ſecundum naturam: aut poetice deos marinos. ¶Immania cete.) Gręca declinatio τὸ κῆτος κήτη, vt βέλος βέλη. Nam latine ſic declinari non poteſt. Nullum. n. apud nos animal generis neutri eſt, niſi forte hic cetus hui⁹ ceti dicamus: quod nuſquam lectum eſt. Nam dicuntur canes marini. ¶Et ſenior glauci chor⁹.) Vt ſupra diximus, Glaucus piſcator fuit: qui cum captos piſces ſupra herbam abieciſſet, & eos recepiſſe vidiſſet quam amiſerãt vitam: intellecta herbarũ potentia decerptam herbam guſtauit, & ſe præcipitauit in maria, & in deum marinum commutatus eſt: cui⁹ hic chorum ideo ſenem dixit quia etiam ipſe ſenex fuerat. Aut certe ſeniorem dicit propter ſpumarum colorem: ſicut pene omnes dij finguntur marini. ¶Inouſque Palæmon.) Melicerta Inous filius. Et notãdum patronymicum a matre in authore idoneo. ¶Phorciq; exercitus omnis.) Dij qui ſub Phorco agũt. Hic autem Phorcus dicit Thooſæ nymphæ & Neptuni filius. Vt autẽ Varro dicit, rex fuit Corſicæ & Sardiniæ: qui cum ab Atlãte rege nauali certamine cum magna exercitus parte fuiſſet obrutus, finxerũt ſocij eius eum in deum marinũ eſſe conuerſum. ¶Læua tenet Thetys.) Satis prudenter ſexũ debiliorẽ ſiniſtrę applicat parti. ¶Niſææ.) Media diphthongus eſt. ¶Viciſſim.) Quia reliquerat quidẽ ſocios, ſed feliciter petebat Italiam. ¶Pertentant.) Sollicitant. ¶Attolli malos.) Id eſt vela per malorum volubilitatem leuari. Nã cum nauigaret, iam non dubium quod olim erexerãt arbores. ¶Fecere pedem.) Podiam, id eſt funem quo tenditur velum. ¶Siniſtros, Nunc dextros.) Pro auræ mutabilitate. ¶Cornua.) antemnarum extremitates. ¶Sua flamina.) Proſpera a puppi venientia. ¶Princeps ante oẽs.) Vnum vacat. ¶Mediam cœli metã.) Perite locutus eſt. Nam medium cœlum meta eſt, ἀναβιβάζοντος circuli: qui medius eſt inter ortum & occaſum. A medio autem cœlo, & finitur ortus, & occaſus incipit ſyderum.

Glauci

Phorc⁹

Universidad de Deusto Biblioteca

Pone caput: fessosq; oculos furare labori.
Ipse ego paulisper pro te tua munera inibo.
Cui vix attollens Palinurus lumina fatur. POE.
Me ne salis placidi vultũ, fluctusq; quietos PAL.
Ignorare iubes? me ne huic confidere monstro?
Aeneam credam quid enim fallacibus Austris,
Et coeli toties deceptus fraude sereni?

rum alter est orizontis, qui segreget aspectum huius coeli ab alio inuisibili nobis. Sub remis fusi dura sedilia nautae.) Id est requierat paululum, sic remos tenentes. Leuis.) Vel aduentu, vel discessu. Nam leuis in vtroque est. Dispulit vmbras.) Nam semper deos ambit nimbus. Te Palinure petens.) Factiose aggrediẽs, appetens. Et sciendum in maius celebrari Palinuri mortem more poetico, quem dormientem in vndas constat missum. Somnia.) Soporem. Bene autem discernit ista Virgilius, vt somnum ipsum deum dicat. Somniũ, quod dormimus: Insomnium, quod videmus in somnis: vt, Falsa apud coelum mittunt insomnia manes. Iaside.) Fili Iasi. Ipsa aequora classem.) Id est & aestu & aura nostris vtimur. Aequatae spirant aurae.) Prosperae: vt Aequatis classem procedere velis. Pone caput.) Bene particulatim ad id venit, quod aperte dictum refutaretur. Labori.) Ex intuendis syderibus. Paulisper.) Paululum dum tu quiescis. Vix attollens lumina.) Aut a syderibus remouens, aut certe numinis praesentia praegrauatus: quod est melius. Nam & sequens eius oratio turbata est: quod & semiplenae indicant elocutiones. Vultum.) Mutabilitatem, quae fit pro qualitate ventorum. Iubes.) Vis: vt, Infandum regina iubes renouare dolorem. Me ne huic confidere monstro? subaudi Vis. Aeneam credam.) Per contrarium, Cur Aeneã non committam coelo, & auris fallacibus, qui sum toties serenitatis fraude deceptus? Quid enim.) Quid ni? cur non? Fraude sereni.) Serenitatis: vt seruantissimus equi. Alij legunt deceptus fraude sereni coeli.

Sõnum. Sõnium Insomnium.

DONATVS.

His vbi laeta deae, p.p.d.) Vbi dictis talibus leniit animum Veneris, promissam pelagi placiditatẽ cepit procurare. Ob hanc igitur causam. Iũgit equos curru genitor.) Omnis haec descriptio poetica est propter Aeneae meritum posita, vt ob eius tranquillã nauigationem Neptun⁹ cum dijs maris videretur excurrere, eo tamẽ res reducitur, vt quies omnis pelagi monstraretur effecta, fugatis omnibus, quae obesse potuerant, vẽtis, scilicet qui tumore pelagi, nocere possent. Hic patris Aeneę suspensam blanda vicissim Gaudia ptentant.m.) Cum haec Aeneę cum ipso nauigationis principio prouenissent, ex suspenso & saucio, vicissitudine prospera in gaudium repẽte mutatus est. Iubet ocyus.o.At.m. in.b.v.) Erigi cunctarum nauium arbores iubet, & vela solui vniuersa. Vna omnes fe.p.) Simul omnes aggressi sunt iussa. Pariterq; si. Nunc.d.l.si.) Tantum potuit iubẽtis authoritas vt simul attollerent malos, simul vela suspenderẽt, & opportuna facerent ventis, deniq; nauigia omnia flatibus prosperis ferebantur. Princeps ante.o.d.Palinurus.a.) Palinurus, q̃ esset in gubernãdi arte peritissimus, primus tenebat cursum, caeteri vero, qui in alijs nauibus fuerant, ipsum sequebãtur. hoc enim illis fuerat praecepto Aeneae mandatum. Iamq; fere mediam coeli nox, h.m.) Iam forte media nox agebatur. pars quippe eius iam fuerat transacta. ideirco addidit fere, vt aestuantis potius esset, q̃ definite pronunciantis. esset enim vitium poetae, si noctis tempus, quod liquido dici non poterat, pro manifesto & cognito poneretur. Placida laxarant.m.q.) Totum his dedit, dormiebant, inquit, victi necessitate temporis, & laboris. faciebant hoc, quia tuta fuerant omnia, sic tñ, vt remigij solicitudinem non in totum viderentur omisisse, nec delicijs tradidisse corpora sua. quod fit, cum secure dormitur. nam sub ipsis remis, atq; in sedibus duris, hoc est nullo stramine procurato prostrati erant. vt ipsa esset refectio, si paululum caperent somnum manente officij solicitudine, & in certos casus pelagi diligenter intenta. in duro autem refici, aut lassitudo facit, aut consuetudo laborandi. Cum leuis aetherijs.) Leuem dicit, quia incorporalis esse affirmatur. Aera dimouit tenebrosum.) Vt conuersus in alienam faciem videri posset, & agnosci. remouit aliquantum tenebras, & venit ad Palinurum soli ipsi infestus, tamen caeteris bonus, illi soli praeparans mortem, ipse enim fuerat destinatus leto secundum Neptuni praedictum, ei soli portans perpetuum somnum, & supremum exitium. leti autem causa nõ reperiebatur, & tamen finis vltimus ferebatur insonti, nõ quia meruit, sed vt Aeneas amici sui luctu percuteretur ac necessarij, caeteris saluis per vnius detrimentum. Puppiq; deus cõsedit in alta.) Sedit, inquit, iuxta Palinurum in puppi: illic.n. gubernatores sedent in Phorbãtis faciẽ, q esset vnus ex illis, qui eadem naui ferebant. talẽ personam Phorbãtis debemus accipere, quę gubernare nauim posset, pindeq; mereretur audiri, & esset firma, cui Palinurus nauim recte cõmitteret dormiturus. sic igitur mutatus tales effundit ore loquelas. verbũ effundit, significat magnã verborum copiam interuenisse, cum laeta esset omnibus quies. Videamus qbus verbis, & q̃ multis deceptus sit Palinurus. cauto quippe, & diligẽti gubernatori desertio muneris paucis persuaderi non potuit. Iaside Palinure.) Magnum psuasionis artificium. primo.n. occurrit omnibus quae Palinurus ad excusationẽ praetẽdere potuit. suffragatur, inquit, officio tuo placiditas pelagi, ratioq; vẽtorum. ipsa quippe maria naues ducunt vẽti currentibus blandiuntur, quietis petẽdae tẽpus est, quiesce paulisper, & oculos tuos aliquantulum laboribus subtrahe, ac ne partes tuae nauibus currẽtibus denegantur, ego interim officium gubernatoris subibo: haec dixit, q suadebat, sed latent, quae diximus opponi e diuerso potuisse. quaeq; asseruimus esse praeuenta. id.n. dixit, ferunt ipsa aequora classem, aequatae aspirant aurae, ne Palinurus diceret, quod inferius dixit, mare saeuum est & infidum, importuni sunt flatus, relinquere nõ possum officium oibus semper in hac vnda suspectis. datur hora quieti. dissoluti est enim dormire ante tempus, & quia esse id ipsum tempus asserebatur, posset dici non esse dormiendum propter pfidiam maris, & nauigationis incertitudinẽ. Pone, inquit, caput, f.q.o.fu.la. Ipse ego paulisper pro te tua munera inibo.) Bene dixit, furare. vt quodãmodo nec ipsa maria scirẽt Palinurũ quieuisse, propter spatium modici tẽporis, & requiem suadebat, vt obtinere potuisset, quia breui spatio insidiae cõpleri potuerũt, qua causa addidit, ipse ego pro te vigilabo, ego suscipiam officiũ tuum. ecce ex duobus psuasio de breuitate temporis, & de securitate promissa gubernationis. Cui vix attollens.) Vix attollens, quia premebatur iam virtute potioris. Me ne salis placidi vultum, fluctusq; quietos Ignorare iubes? mene.h.con.m.) Putas, inquit, me nescire, quid agatur in pelago, aut quomodo multos decipiat ista tranquillitas, quae me decepit saepe, & arbitraris me incertis cõmissurum Aeneam, pro cuius salute tantam sollicitudinem gero? Ecce Aeneae meritum. nauigabãt tanti, nauigabat etiã ipse Palinurus, & cũ incerta metueret, nec sibi nec caeteris, sed soli Aeneae prouidebat. Cũ igitur pronunciamus, pondus debet habere me pronomẽ, item huic monstro, quod decipit multos infido ingenio, & repẽte mobili. Bene posuit mõstro, quia quicquid in aliam faciẽ mutatur, monstrum est. me autem, hoc est cui commissus est vniuersarum nauium cõcursus, me qui semper in his diligens fui, me, cui esse debet pro salute Aeneae puigil cura. me qui, sepe comprobauerim non habẽdam etiam tranquillis fluctibus fidẽ, me amabilem regi, & fidissimum regis ipsius amatorẽ. Aeneam credam?) Id est spem Romanae reipub. fortẽ, pium, religiosum, inuictum, in bello, in pace praestantẽ patiar incertis, circũueniri turbinum, & procellarum subire discrimẽ? ecce addidit, expiundo se didicisse, quod caueret. Quid.n. ait fallacius austris, & coelo? Quasi fallacius quicq̃ reperiri non possit austris, & in prolo, qm̃ insperatis motibus, & coelum mutatur in nubila, & in procellas venti saepe vertuntur. interrupto silentio, ecce praeter mare, metuendum dicebat & coelum.

ASCENSIVS.

Ordo

His vbi lęta, &c.) Docet quõ prospa nauigatione, ad Cumas delatus sit Aeneas, Palinuro duntaxat circumuẽto, cu⁹ submersionẽ sequẽti lectione prosequemur. Hic autem cum omnia facilia sint, nihilq; habeam⁹ Donati. Ordo est. Vbi.i. postq̃ genitor.i. Neptunus: pmulsit.i. dulcedine quadam effecit: his dictis.i.p huiusmodi verba: pectora deae.s. Veneris: laeta.i. laetificata: ipse iũgit equos.s. marinos: curru.i. ad currũ: & addidit feris.i. animosis equis frena spumãtia.i. spumas vomẽtia, aut spumis pfusa, ex celeri impetu: & effundit manibus.s. suis oẽs habenas.s. quib⁹ equi haberi.i. retineri possent, hoc est, laxat eas: & ipse volat leuis.i. leuiter: curru coeruleo.i. coerulei coloris, aut marina, p summa aequora. vnde subsidunt.i. ad fundum descẽdunt: nec mouentur: & aequor.i. mare (quod tũc fretũ, potius q̃ aequor, erat: sed fiebat aequor) tumidũ.i. inflatum: prius sternitur.i. aequatur, aut planatur aquis: ita, vt aquae, oẽs cõcauitates replentes, aequor fecerint: sub axe.s. currus Neptuni tonanti.s. ex celeri impetu: aut potius, sub axe coeli tonantis: ita vt Venus tẽpestatem oriri viderit, cum Neptunum pcaretur: & ita dixit, mare tumidũ, & nimbos in aere fuisse, qui ad praesentiã Neptuni aufugerũt: vnde addit, nimbi.i. nubes vẽtosae, fugiũt vasto.i. valde amplo: aethere.i.p totum coelum, hoc est aerẽ: variae facies.i. figurae comitũ.s. Neptuni: quę belluae marinae sunt, si naturaliter, & physice intelligamus: aut si poetice, dij & deae maris.s. cete immania.i. pisces illi marini, maximae staturae, ita vt timori sint, & immanes cẽseantur (Reperitur in singulari, hic cetus, ceti, sed rarius: pluraliter autem, haec cete, sed more Graeco: & ita non recipit inflexionem latinam: sunt aũt in Indico mari, reperta quatuor iugerum: vnde ẽt in Genesi, grandia dicũtur.) Et chorus Glauci.s. cui praeest deus ille marinus: senior.i. prouectioris aetatis: quia canus est, spumis id faciẽtibus: & Palaemõ, deus ille: Inous.i. Inus, aut Inois filius: declinatur enim haec Ino, huius Inus, aut Inois: vnde fit possessiuum, hic Inous, Inoa, Inoum: quo pro patronymico a matre hic vtitur: & tritones, pisces illi, qui pro dijs habentur, & qui concha canunt (Vnde Landin⁹, Tyberio principi nunciauit, Olisiponensium legatio ob id missa visum, auditumq; in specu concha canentẽ Tritonem, qua nascitur forma) citi.i. praecipites in natando: & omnis exercitus Phorci.i. cui Phorcus, deus ille, praeest (qui rex fuit Corsicae, & Sardiniae, sm Var. sed alij dicunt, regem fuisse Oceani Africi, & victum ab Atlante, postea pro deo marino habitum: fuisseq; patrẽ Medusae, & caeterarum Gorgonum. Probus aũt duos ponit Phorcos, alterum deum maris, alterum regem in Africa) hae dicit facies comitum, sup. apparẽt, tunc a dextris. nam Thetis, nympha illa, seu dea maris: & Melite, & Panopea virgo, & Nisaee, & Spio, Thalia, & Cymodoce, hoc est nymphę illae, quae Nereides dicuntur: tenent tunc laeua.i. laeuam partẽ: dijs.s. dextram tenentibus. (Pli. asserit, non falsam esse, nymphaę, Nereidumq; opinionem. Sunt.n. visae humano corpore, verum squammis hispido: nam & harũ vna in eodẽ littore, in qua Triton spectata est: cuius moriẽtis gemitum, tristem accolae longe audiuere. Et diuo Augusto legatus Galliae complureis in littore apparere exanimes Nereidas, scripsit.) Gaudia blanda.i. permulcentia pectus: pertẽtant.i. titillant, & afficiũt voluptate: hic.i. hoc loco, aut tempore, dum tantã tranquillitatẽ videt: vicissim.i. per viceis: quia interdum subrepebat moeror de socijs in Sicilia derelictis: mentem patris Aeneae suspensam.i. sollicitam, ex derelictiõe suorum: ipse iubet omneis malos.i. vela malorũ, aut etiam antẽnas attolli.i. erigi: & iubet.s. brachia magnorum velorum, hoc est antẽnas: intendi velis.i. erigi: & exponi vẽtis, vt habeant vela intẽsa. Omnes.s. nautae: fecere vna.i. simul: pedem.i. podia, hoc est funem, in quo tenditur velum: & soluere pariter: nunc dextros sinus.s. velorum, quibus ventos capiunt: nũc sinistros.s. pro aurae mutabilitate: & torquẽt vna.i. pariter: cornua.s. velorum, hoc est antennas: ardua.i. in altũ erecta: & detorquẽt.i. deorsum torquẽt. sup. vna.i. pariter cornua, flamina sua.i. debita & prospera, hoc est vẽti prosperi, ferunt classem: Palinurus, princeps.s. nauitarum, aut directorum: agebat ante omneis, densum agmen.s. velox: alij iussi sunt contendere cursum ad hunc.s. Palinurum. Et iam nox humida contigerat fere mediam metã cęli.i. fere mediũ erat noctis, cum sydera mediam partem coeli percurrerant: &, sup. nautę, fusi per dura sedilia, sub remis, laxabãt membra placida quiete.i. placide dormiebãt: cũ.i. quando: Somnus.i. deus somniorum: leuis.i. agilis: delapsus ab astris aethereis, domuit aera tenebrosum: & dispulit vmbras, vt faceret.s. serenitatem: petens.i. adoriẽs, o Palinure, te: & portans tibi insonti.i. innocenti: somnia tristia, in quibus.s. submergaris: & ipse deus consedit.i. sedem accepit, in alta puppi, existẽs similis Phorbanti.i. nautae illi, satis perito, ac noto: & fudit has loquelas pectore: ita, vt ex animo loqui crederetur. O Palinure Iaside.i. de gẽne Iasij: ipsa aequora.s. sine adminiculo tuo, ferunt classem: aures spirãtes aequatę.i. aequaliter flantes, hora.i. tẽpusculum, datur qeti: pone.i. repone: caput.s. tuum: & furare.i. clanculum subtrahe labori, oculos fessos: ipse.i. ego: inibo.i. ingrediar: paulisper.i.p paucum tẽporis: munera tua.i. officium tuum, aut parteis tuas, pro te.i. gubernabo, pro te, cui.s. deo, videlicet Somno: Palinurus attollens vix.i. cum difficultate: lumina.i. oculos, somno grauatos: fatur.i. respõdet: ne.i. an: Iubes.i. vis: me.s. toties deceptũ, & non exptum ignorare vultum.i. fraudulẽtiã prae se ferentẽ: quia vultui tranquillo i. dispositioni tranquillitatẽ prę se ferenti, proxima saepe tẽpestas est: & fluctus quietos.i. tranquillos, q saepe ex inopinato in summam commutationẽ mutantur. me ne.i. iubesne, me cõfidere huic mõstro.i. mari, tam vario, & mõstruoso? quid enim.i. quid ni? & est ironia, aut qd enim? i. nam qd iubeas, si hoc iusseris? iubeas.n. vt ego deceptus, toties Austris.i. ventis fallacibus: & fraude coeli sereni. (Ser. vult, vt sit fraude sereni.i. serenitatis cęli: sed non est opus.) credam.i. committam Aeneam.s. tantum virum, sup. huic monstro.s. mari? q.d. id nequaq̃ fecero.

PIERIVS.

Iungit equos curru genitor.) Nulla non exemplaria vulgata curru, legunt. sed.n. vetera omnia manu scripta, Iungit equos auro genitor: vno exemplo legunt. Quamuis elocutio ea, qua de prius meminimus, alio apud Virg. loco inueniatur, Curru iũgit Alesus equos. Sed hoc loco placet, auro: tum quia rem facit splendidiorem, & ornatum illustriorẽ: tum quia dictio, curru, statim subsequitur. Coeruleo p summa leuis volat aequora curru: quod tam cito repetere sermonis adscriberetur inopiae, neq; quicq̃ tale est, vt colorẽ facere possit. Dũ vero haec vulgari iã coepta essent admonuit me Camill⁹ Porcius eps Aprutinus, lectionem eã, Cui pharetra ex auro: qua de supiore libro multa retuleram⁹, agnitã etiã Fr. Petrarchae, multae lectionis viro, q epistola ea, quae lib. vj. Octaua seniliũ inscribit, dixerit vnde est ille Didonis celeberrim⁹ progressus, Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurũ, quod loco hoc inserere nõ fuit importunum, qm̃, cum illa scriberem⁹, nondum hoc legeramus. & adhuc sunt, q tot a me rõnes, eo loco allatas, conẽtur oppugnare. Sternitur aequor aquis.) In anti. aliquot: equis. Sed, aquis, melius. Inousq; palaemon.) Male oĩno in co. Ro. legitur. Ionius: nulli.n. non constat, Palaemona Inus filium. Aliquot alij codices. Inoius: vt, Saturnius, legunt. Sed ea forma mihi videtur vsitatior, quae, Inous, est. Et melite, Panopeaq; virgo, Nesaee, Spioq;.) Quia corrupta sunt haec nomina in omnibus fere codicibus, libuit quo pacto scriberẽtur apud Graecos apponere, ex Hesiodo. καὶ μελίτη, χαρίεσσα; inferius, νησαίη τε, ita apud Homerũ. ἰλ. σ. νησαίη, σπειώ τε. & paulo infra, καὶ μελίτη καὶ ἰαιρα. Intendi brachia velis.) In Ro. co. pro velis positum est, remis, vt cum supiori elocutione congruat, Brachia remis intenti. Quod si, velis, legas: intelligendum antennas velis esse brachiorum vice. Cum maxime sequatur, Vna oẽs fecere pedẽ. Placida laxarant membra quiete.) In anti. aliquot cod. laxabant habetur. Sed longe plures laxarãt, habẽt, exacta specie. Tibi tristi. somnia por.) Multi quidem cod. an. vertunt illud, somnia tristia portans. Sed.n. tristia somnia, lenius omnino sonat. Phor. similis.) Codices nonnulli sane q̃ vetusti, Phorbantis, habent. Grammatici tñ, genitiuum, ad mores: datiuum, ad faciem referũt. Funditq; has ore loque.) Vetera omnia exemp. quae legi, fundit. habent, instanti tempore. Mene sa. pla. vul.) In cod. aliquot anti. legere est, mene salis placidum voltum: quod forte non displiceat quanq̃ &, placidi salis, admodũ suaue est. Aeneam cre. quid.n. fal. Aust.) In cod. aliquot ant. auris habetur: vtrunq; placet. Est & Aenean p n, finalem: de quo sic Priscianus. accusatiuus primae declinatio, fit, mutando ae diph. genitiui, siue datiui, in am: vt poetae, poetam, frequẽtius tamen inuenimus in Graecis nominibus, in as, & in es, terminantibus, accusatiuũ Graecum proferre authores. Virgi. in. v. Aenean credã. Coe. de. frau. sere.) Antiqui codi. versum hunc varie corruptum habẽt. nam &, fraude serena, & alibi, coelo sereno, legitur, vtrunq; male. Aenean.

Talia dicta dabat: clauumq; affixus, & hęrẽs POE.
Nusq̃ amittebat: oculosq; sub astra tenebat.
Ecce deus ramum Leteo rore madentem,
Viq; soporatum Stygia, super vtraq; quassat
Tempora: cunctantiq; natantia lumina soluit.
Vix primos inopina quies laxauerat artus:
Et superincumbens, cum puppis parte reuulsa,
Cumq; gubernaclo liquidas proiecit in vndas

SERVIVS.

Vtque soporatum stygia.) Morte plenum. Vtraq; tempora.) Per vtrunq; tempus. Cunctanti.) Quasi reluctanti. Natantia.) Errantia somni vicinitate. Cum puppis parte.) Prooeconomia: vt triduo natare potuerit. Currit iter. Vt Cicero, Ite viã, redite viã. Tutum.) Presidio Neptuni. Sirenum.) Sirenes sm fabulam parte virgines fuerunt, parte volucres, Acheloi fluminis & Calliopes musae filiae. Harũ vna voce, altera tibijs, alia lyra canebat: & primo iuxta Pelorum, post in Caphareis insulis habitauerunt, quae illectos suo cãtu in naufragia deducebant. Secundum veritatẽ meretrices fuerunt, quae trãseuntes, quoniam quos ducebant ad egestatem, his fictae sunt in

Universidad de Deusto Biblioteca

Præcipitem, ac socios nequicq; sæpe vocantem.
Ipse volans, tenues se sustulit ales in auras.
Currit iter tutum non secius æquore classis:
Promissisq; patris Neptuni interrita fertur.
Iamq; adeo scopulos Syrenum aduecta subibat
Difficiles quondam, multorumq; ossibus albos:
Tum rauca assiduo longe sale saxa sonabant.
Cum pater amisso fluitantem errare magistro
Sensit: & ipse ratem nocturnis rexit in vndis,
Multa gemens casuq; animum concussus amici.
O nimiũ cœlo, & pelago confise sereno, AENE.
Nudus in ignota Palinure iacebis arena.

ferre naufragia: has Vlysses cõtenendo deduxit ad mortem. Sirenum aũt genitiuus est veniens ab hac Sirene. ¶Tũ rauca.) Ac si diceret, ante hac delectabili voce resonabant, tunc fluctibus solis. & bene imitatus est maris stridorem. ¶Sale saxa sonabant, Cũ pater amisso fluitãtem errare magistro Sensit.) Naturale enim est, vt fluctuet nauis sine gubernatore. ¶Nocturnis rexit in vndis.) Dat ei hoc, & in decimo, vt ipse sedẽs clauũq; regit, velisque ministrat. ¶Multa gemens.) Nomen pro aduerbio. ¶Casu amici.) Propter ruinam allusit ad nomen. ¶Pelago confise.) Hoc est quod supra Palinurus excusat. ¶Nudus.) Insepultus, mortuus. vt, Et freta destituent nudos in littore pisces. ¶Ignota.) Peregrina, ante non visa. Nam in sexto dicturus est, Paulatim adnabam terræ, iamq; arua tenebã. Sciẽdum sane Tuccam & Varrum hunc finem quinti esse voluisse. Nam a Virgilio, duo versus sequentes huic iuncti fuerunt: vñ in nonnullis antiquis codicibus sexti initium est, Obuertunt pelago proras: tum dente tenaci.

DONATVS.

¶Talia dicta dabat.) Sic loquebatur, vt clauo.i.gubernaculo videretur affixus, aut tenacius inhæsisse. ¶Oculosq; sub astra tenebat. Nec amittebat suis manibus clauũ, cuius causa vigilabat, nec oculos flectebat a stellis, quarum cursus obseruabat, & motus, eo magis cautior, quantum eos vrgeri sentiebat in somnum. vbi autẽ deus aduertit pertinaciter resistẽtem, dimissis insidijs, quæ ad plenum obtinere nequiuerant p hominis formam, conuertit se ad potẽtiam. vt vi compleretur, quod subtilitatis fraude nõ potuit. ¶Ecce deus ramũ lethæo rore madentẽ.) Quid.n.dubitaret Somnus grauare Palinurũ rore stygio, quẽ mox plenæ morti fuerat traditurus? excutiẽs, inquit, ramum rore stygio, inspsit Palinuri tẽporibus, & reluctantes oculos soluit. habuerant.n.adhuc quendam vigorẽ, cum Palinurus contra niteret, vbi.n.interuenit vis maior, quicquid duratũ fuerat, resolutũ est, quę solutio clausit oculos eius, & pressit. ¶Vix primos in.q.l.a.) Hoc factum nulla plecuta est mora. ¶Et sup incumbẽs.) Multum dat Palinuro, q oppressus tanta vi, gubernaculũ non remisit. cõtra, plus illi, qui diuina fretus potentia totũ valuit supare: sic.n.illum præcipitẽ dedit in fluctus, vt secum & gubernaculum traheret, & eius partẽ nauis, cui videbatur appositus. clamabat vero ille socios frustra, & in ipsa vi positus oẽs inuocabat. dormiebant.n.sicut supradictum est, nec audit aliquis implorantis vocẽ, nec subuenit peunti. hęc fuit causa, vt dormientes Troiani describerentur, ne esset qui Palinuro peunti succurreret. Debuit.n.compleri vnius amissio quam Neptunus Veneri vẽturam prædixerat. ¶Ipse volans.t.se.s.a.in.a.) Perfecta Palinuri nece, Somnus, inquit, volauit ad cœlum, qđ alato facere facillimũ fuit. ¶Currit iter.t.n.s.æ.cl.) Amisso duce, nihilominus classis tutis cursibus ferebatur. ¶Promissisq; patris n.in.f.) Promissis Neptuni respondẽs, qui futuram incolumẽ dixerat. interrita, inqt, hoc est secura ferebatur, licet rectorem pdidisset. numine.n.Neptuni felicius regebatur. ¶Iamq; adeo scopulos syrenum.) Dũ tota classis secaret fluctus, iam inceperat in syrenarum scopulos ferri, difficiles alijs. dicturus est.n.inde integros euasisse Troianos. Difficiles dixit asperos, & nauigijs perniciosos vtpote, q sæuitiam suam multitudine ossium testarentur, q̃ spes venientium esse poterat. vbi aliorũ interitus non fama sed oculis probabatur: hoc ideo dictũ est, vt ostendatur Neptuni beneficiũ, qui Troianos illic incolumes reddidit, vbi infiniti perierãt. ¶Tũ rauca.as.l.sa.s.son.) Quam euidens iam periculum fuit. cum iam ipsorum scopulorum sonus aures Troianorum, mentemq; tangebat. ¶Cum pater.a.flu.e.m.Sensit) Æneas vbi aduertit propinquam piculis classem, intellexit eius perijsse rectorem. qua necessitate compulsus suscepto gubernatoris officio, ipse eam rexit & quod difficillimum fuit, p totum spaciũ noctis. laudatur Æneas etiam in arte gubernandi. ¶Multa gemens, casuq;.a.c.a) Fuit vna difficultas regẽdæ nauis, quã aliæ sequebantur. dicit, quæ sint multæ causæ, labor.s.ac solicitudo, dolor quoq; amici pditi, & tantis officijs necessarij. ¶O, nimium cœlo, &c.) Hæc ex psona Æneæ accipienda sunt, qui arbitrabatur deliquisse Palinurum, atq; egisse negligenter, quasi cęlo sereno, & pelago, casu quolibet perire nõ posset. accedebat ad dolorẽ gementis pœna quoq; amico inflicta post mortẽ. vt inhumatus iaceret, & nudus in exteris terris, ignotusq; omnibus, in littoribus etiã, quæ nullus incoleret, & in qbus sepulturẽ inuenire non posset.

ASCENSIVS.

¶Talia dicta dabat, &c.) Recitat quõ Palinurus, violentia Sõni coactus, obdormire paulisp ab eodẽ, in mare præceps deiectus est: vt.s.expleatur, qđ Neptunus dixerat: vnum pro multis, dabitur caput: q̃ sĩilia & Caiphæ de CHRISTO fuit, sed alio spũ prolata: nam poeta creditur cæremonias veteris supstitionis significasse, q̃ sine morte nõ pateret ad inferos descensus: quanq; creditũ est, nõ sine malo, euitari malũ: cum ergo classi Æneæ, Iuno procurauerit malũ vnum pro multis, datũ est caput. Nulla autẽ poeseos, huius pars, morali philosophia vacat: nã egregie docet, nihil in hac vita mortali tutũ esse, neminem decere securũ esse: cum et in tranquillitate summa lateat piculum: quod & si nõ lateat Palinurum tamen euitare nõ potuit, violẽtia somni oppressus: Sõni, dico, dei, sed Æneas putauit eũ somno naturali oppressum: cui ob serenitatẽ indulserit. Sic aũt inserere solet poeta, poeticas fictiones, vt non longe a physica ratione alludat: sicut Neptunũ in supiore lectione comitatũ cete, Tritonibus nymphis cõmemorat: pro quibus aut monstra marina physice, aut deos, deasque poetice intelligere possumus. Cæterum ne longior, q̃ constituerim, fiam, quia Donati nihil extat, ¶Ordo est, Palinurus, sup. dabat: talia dicta.i.responsa *Ordo.* Phorbanti, vt putabat & Somno, sm poetam: & ipse affixus, & hærens.i.inhærẽs & innitẽs, nunq; amittebat clauum.i.gubernaculũ: & tenebat oculos sub astra.i.versus astra, ab inferiori in ea respiciens: nam dum in terram videmus, oculos sub astris tenemus dum in astra, etiam sub astra: ecce.q.d.pręter opinionem, & ex insperato deus.s.Somnus: quassat.i.frequẽter concutit, sup. vtraq; tempora.s.Palinuri, in qbus.s.est sedes requiei: (vnde Psal.cxxxj. Et requiem tẽporibus meis, &c.) ramum madentẽ rore Lethęo.i. *Lethes* aspgine: Lethes, fluuij infernalis, obliuionẽ significãtis: & soporatum.i.profunde imbutum: vt Stygia.i.Stygis, paludis infernalis, mortem inducentis, ac tristitiam sempiternam &, sup. soluit.i.resoluit cunctãti.i.immorãti, & reluctãti: lumina natantia.i.oculos sopore fluentes, aut vicinitate somni errantes, & fluitantes, quies inopina.i.pręter opinionem inducta Palinuro, a somno vix laxauerat primos artus.i.vix primũ dormierat: & sup. Somnus, incũbens sup.i.desuper: proiecit in vndas liquidas, quia sunt etiã vndæ ignium, aut quæ semp liquidæ sunt: cũ parte puppis, quam.s. tenuit firmissime reuulsa: & cũ gubernaclo, pro gubernaculo.s. Palinurũ, præcipitem, ac vocantẽ.s.in auxilium sæpe: nequicq;.i. frustra socios, quia nemo ei subuenire poterat: ipse.s.Somnus: sustulit ales.i.volucer: volans.i.auolans, post demersum Palinurũ: sustulit.i.sursum tulit se in auras tenueis.i.euanuit: classis.s.Æneæ: currit non secius.i.nihilominus: vel nihilo aliter, q̃ si a Palinuro regeretur, iter tutum, præsidio.s.Neptuni: ęquore.i.p æquor.i.mare tranquillum: & fertur interrita.i.inconcussa: promissis.i.propter promissa patris Neptuni, quæ.s.Veneri fecerat. Iamq;.i.& iã, *syrenum noĩa.* sup. classis aduecta, subibat adeo.i.oĩno: scopulos syrenũ.i.quos syrenes olim habitare solebant (quę tres erant, vt Seruius recitat: earum aũt nomina dicuntur Parthenope: vnde Neapolis olim dicta, quia illic sepulta dicitur, Leucosia, & Lygia.) scopulos dicit, syrenum difficiles, quondam.s.dum syrenes viuerent, quæ per transeuntes in scopulos, dulcedine cantus illiciebant: sed ab Vlysse sprete ad mortem, ab eodem compulsę sunt ex dolore: & albos ossibus multorum, illic.s.submersorum, quorum ossa a mari in scopulos reiecta, dicit, absumpta carne, quę frequenti aquarum alluuie vero simile est alba fuisse: vnde & scopulos quos operiebant, albos reddebant: sed tunc.i.ea tempestate: saxa sonabãt rauca.i.rauce: assiduo sale, idest assiduo impulsu maris: cũ, id est quãdo: pater.s.Æneas: sensit ratem.i.nauem fluitantem, errare, magistro amisso: & ipse rexit ratẽ in vndis nocturnis.i.nocturno tempore: gemens multa, id est multum: & concussus animum, id est habẽs animum concussum: casu.i.ruina, & præcipitio amici.s.Palinuri, qui diu & fideliter nauem eius gubernauerat. Et, sup. ait, o Palinure, cõfise, id est qui confisus es nimium, cœlo & pelago sereno

(credebat.n.quod sopore naturali oppressus, ceciderat ĩ mare) tu iacebis nudus.i.inhumatus in arena ignota.i.peregrina ante non visa. Seruius dicit, sequentes duos versus a Virgilio huic quinto appositos, quod mihi vero simile est, quia quando Virgilius verbum non præponit, vt hic, O nimiũ, solet postponere. vt ibi, Sic fatur: sed melior est continuatio, & librorũ compendentia, si sequenti libro dentur. Claudit ergo hunc librum, sicut & superiores, cõmemoratione mortis.s.Palinuri, nec mirum, quia p mortem & lachrymas, descẽdimus ad inferos: defuncti per mortem, sed viui, p lachrymas.i.dolorosam defunctorum, & eorum quæ post hanc vitam contingere possunt contemplationem, quomodo Æneas descendisse creditur: vnde ait, Sic fatur lachrymans.

PIERIVS.

¶Fluitantem errare.) Antiquiores cod. fluuitãtem: vti superius, Fluuidum lauit inde cruorem, u geminato legunt, altero tamen digammo: vt in fluuio est. Nunc placet eruditis, vnico u scribere. ¶Nudus & ignota Palinure iacebis harena.) In antiq. omnibus exemp. quæ versare mihi contigit, Nudus in ignota, legitur. De harena, cur adspirationem admittat alibi disputatum. Nunc ad libri sexti castigationem adgrediamur.

LIBRI QVINTI FINIS.

Universidad de Deusto Biblioteca

ASCENSIVS.

❡Quærũtur.) Sicut est apud Horati. Mors vltima linea rerum est. & ideo in sex libros, quibus virum describit vltimis lineis, mortis alicuius meminit: sextum autem totũ de cõsyderatione eorum, quæ post hãc vitã in regione mortuoꝝ aguntur, confecit: multa ex Platonicorum philosophia depromẽs & multa christiano non indigna asserens: nã & fontes, criminali peccato in æternum puniri, leuiori delicto purgari asserit, & ipsa criminalia peccata ex ordine censet, atque ita dum per pœnas a peccando retrahit, multum reipublicæ cõfert: nec tamẽ a pncipali intẽtione, quæ est Augustum ab origine cõmendare, discedit: nam dum ꝓgeniem Æneę describit Anchises, ad Augustum vsqꝫ progreditur. Verũ vt. vj. libri farraginem totam prælibemus, argumentoꝝ explanationem paucis exequemur, quę huiusmodi est. Manes, idest ab inferis ad superos secundum Ethnicos, manantes spiritus, hoc est inferi: & tartara, idest obscura regna: Ditis, id est Plutonis: quęruntur. i. visuntur ab Ænea, duce Sibylla, sexto sup. libro: & id quidem videtur monostichon, totum argumentũ simul ꝯplectens. ❡Æneas, sup. venit, deinde, scilicet postq̃ fecerat, quod in fine argumenti v. libri dictum est, scilicet: Et placidum Æneas Palinurum, quęrit in vndis. nam est cõtinuatio, Cumas deinde venit, &c. Postquam ergo quæsijt Palinurũ, venit deinde Cumas, idest ad ciuitatem illam Italiæ, in littore sitã: & fert. i. aufert, hinc. s. a Cumis, ex templo Phœbi, & Dianæ, respõsa. i. oracula Sibyllę, & sepelit Misenũ, tubicinẽ illum pitissimũ, submersum a Tritone: mons. s. Misenus: seruat nomen humati. i. sepulti, quia ab eo nomen accepit: & portat ẽt ramum. s. aureum: ante. s. se: aut numine deum. s. deoꝝ inferoꝝ: & placato ante, id est priusq̃ ad inferos intraret. At vates: scilicet Sibylla longæua. i. longi æui, qa dicitur vsqꝫ ad tempora Tarquinij vixisse, & beneficiũ vitę ab Apolline accepisse: vt alibi dicemus. descendit vna, idest pariter cum illo: Auernũ, id est per Auernum, ad inferos: aut descẽdendo, transit Auernũ. Agnoscit: scilicet Æneas: Palinuꝝ, scilicet amicum, directorem nauis, sup vndas fluitantẽ: & solatur, idest consolatur: ibi. s. apud inferos: Elisam. i. Didonem: & videt Deiphobũ, filium illum Priami, & maritum Helenes, postq̃ ab Alexandro, seu Paride dimissa erat: lacerum ora. i. habentẽ ora lacera, & truncata: crudeliter. i. inhumane: & conuenit. i. visitat, loquẽdi gratia: Anchisen. s. patrem suum: in valle penitus virenti: & agnoscit suam prolem. i. progeniem: parente. s. Anchisa, monstrante. Et vbi, id est postq̃: ipse percepit hęc. s. iam dicta: ipse graditur. i. progreditur: & discedit. s. ab inferis: & reuisit socios. s. in littore dimissos.

IN. VI. ÆNEIDOS LIBRVM MONOSTICHON.

Quæruntur sexto Manes, & tartara Ditis.

IN EVNDEM MODESTINI IVRISCON. ARGVMENTVM.

Cumas deinde venit, fert hinc responsa Sibyllę.
Misenum sepelit. mons seruat nomen humati:
Ramum etiam ante deum placato numine portans.
At vates longæua vnà descendit Auernum.
Agnoscit Palinurum, & ibi solatur Elisam,
Deiphobumqꝫ videt, lacerum crudeliter ora.
Vmbrarum pœnas discit narrante Sibylla.
Conuenit Anchisen, penitusqꝫ in valle virenti,
Agnoscitqꝫ suam prolem, monstrante parente.
Hæc vbi percepit, graditur sociosqꝫ reuisit.

ALIVD IN EVNDEM.

Sacratam Phœbo Cumarum fertur in vrbem
Rex Phrygius, vatisqꝫ petit responsa Sibyllæ.
Misenum sepelit. post hæc adit infera regna:
Congressusqꝫ patri discit genus omne suorum:
Quoqꝫ modo casus valeat superare futuros.

SERVIVS.

Totus quidem Virgili' sciẽtia plen' est: i qua hic liber possidet pncipatum: cui' ex Homero pars maior est. Et dicũtur aliqua simpliciter, multa de historia: multa p aliam sciẽtiã philosophoꝝ Theologicorum Ægyptioꝝ: adeo vt pleriqꝫ de his singulis hui' libri integras scripserint pragmatias. Sane sciendum, licet primos duos versus Probus & alij in quinti reliquerint fine, prudẽter ad initium sexti esse trãslatos. Nam & coniunctio poematis melior est, & Homerus etiam sic inchoauit, ὣς φάτο δάκρυ χέων. ❡Classiqꝫ immittit habenas.) Nauibus suis siue naui quæ classis dicitur: vel ꝙ fiat de fustibus. Calas (Calas) enim dicebãt maiores nostri fustes quos portabãt serui sequẽtes dominos ad prælium: vnde etiam Calones dicebantur. Nam consuetudo erat militis Romani, vt ipse sibi arma portaret, & vallũ (Vallum): vallum autem dicebant calas: sic Lucilius, Scinde calam vt caleas, id est, o puer, frange fustes, & fac focum. (Classis) Inde ergo classem dictam dicunt. Alij classem hinc dictam volunt: apud maiores nostros stipendium terrestri prælio miles pedester dabat: equites vero dabant in nauali certamine. nam ad huc pauper fuerat populus. Exinde iam quod ab equitibus dabatur stipẽdium, tractum est vt diceretur classis. Proprie enim classes equitum dicimus. ❡Classiqꝫ.) Aut suæ naui: quæ classis, vt in primo diximus, dicta est ἀπὸ τῶν καλῶν, id est a lignis. Vnde Horati', Me vel extremos Numidaꝝ i agros, Classe releget. Aut omnium quæ eius cursum sequẽtur. Palinuri enim implet officium, de quo sus praait, Ad hunc alij cursum contẽdere iussi. ❡Immittit habenas. Aut funes per metaphoram dixit: aut Homerum secutus est, qui ait ἠρτύναντο δ' ἐρετμὰ τροπωτῆρσ' ἐν δερματίνοισιν. Et alibi ἕλκον δ' ἱστία λευκὰ ἐυστρέπτοισι βοεῦσιν, id est loris tortis, his enim vtebantur antiqui. ❡Et tandem.) Ad Æneæ desyderium retulit, olim ad Italiam venire cupientis. Cæterum mora non congruit de Capreis Cumas vsque ad tantam vicinitatem tam longam fuisse nauigationẽ, præsertim accedente fauore repturi. ❡Euboicis oris.) A Colonia Cumas appellauit Nam Euboea insula est, in qua Chalcis ciuitas est, de qua venerunt qui condiderunt ciuitatem i Campania, quam Cumas vocarunt: vel ἀπὸ τῶν κυμάτων: vel a grauidæ mulieris augurio, quæ Græce ἔγκυος dicitur. ❡Allabitur.) Venit celeriter: vt, Labere nympha polo. ❡Pelago.) In pelagus: vt, It clamor cœlo. Bene autem Obuertunt, vt non Æneæ, sed sociis vilia dentur officia. Gubernandi ars soli conceditur Æneæ. ❡Dente tenaci.) Vnde in primo Vnco non alligat ancora morsu. Anchora (Anchora) (vt supra diximus) in Græco aspirationem non habet: vnde ἄγκυρα dicitur. Vnde & apud maiores sine aspiratione proferebatur. Cõtra thus & orch' veteres dicebant, & lurcho, id est vorax: quibus sequens ætas detraxit aspirationem. ❡Iuuenum manus.) Post conditam in Sicilia ciuitatem, senum aut nulla aut rara fit mentio. ❡Ardens.) Festinans: vt, Instant ardentes Tyrij. ❡Littus in hesperiũ.) Hic ostenditur Hesperiam minorem esse omni Italia: dictum (vt supra diximus) vel a rege, vel a stella. ❡Semina flammæ.) σπέρματα πυρὸς Homerus dicit, id est seminis. ❡Abstrusa in venis Silicis) In Georgicis, Et Silicis venis abstrusum excuderet ignem. Abstrudere enim est de industria celare. ❡Ferarum tecta.) Epexegesis syluæ. ❡Flumina monstrat.) Quęcunqꝫ fluenta. Et sciendum monstrari Æneæ, ad expiandum se. Nam funestatus fuerat morte Palinuri: non quod eum viderat, sed ꝙ funus agnouerat, id est doluerat. In eo enim est pollutio quod ait, Casuqꝫ animum concussus amici. Nam ipsa impiant quæ agnoscimus. Vnde in Liuio habemus, Horatium Puluillum, cum Capitolium dedicare vellet, audisse ab inimico mortuum filium: & ne pollutus dedicare non posset, respondisse, cadauer sit. Hanc autem purgationẽ Æneæ polluto dat vbiqꝫ Virgilius, vt paulopost, Corpusqꝫ recẽti Spargit aqua. ❡At pius Æneas.) Quippe ad templa festinans. ❡Arces quibus altus Apollo. Cum vbiqꝫ arx Ioui detur, apud Cumas in arce Apollinis templum est: altus autẽ vel magnus: vt, Iacet altus Orodes. Et de ipso Apolline, Sic pater ille deum faciat, sic altus Apollo. Vel ad simulachri magnitudinem retulit, quod esse cõstat altissimũ. ❡Quibus præsidet.) Quibus præest, quas defendit. ❡Horrendæ.) Venerandæ: vt, Horrendum syluis & religione parentum. ❡Procul.) Haud longe. Procul enim est & quod pre oculis est: & quod porro ab oculis. Vnde & duplicem habet significationem. ❡Antrum immane petit.) Epexegesis domus Sibyllæ. ❡Mentem animumqꝫ.) Perissologia est. Nam secundum Lucretium vnum est mens & animus. ❡Delius inspirat vates.) Apollo fatidicus, & sic ait Delius, vt Nunc Lyciæ sortes, id est Apollineæ. Bene autem Sibylla quid sit, expressit, Magnam cui mentem, animumqꝫ Delius inspirat vates. Nam vt supra diximus, Sibylla dicta est quasi σιοῦ βουλή, id est dei sententia. Aeolici enim σιοὺς deos dicunt. ❡Triuiæ lucos.) Congrue Apollini, Dianæ iuncta sunt templa: vt & paulopost, Phœbi Triuiæqꝫ sacerdos. Et bene fit Lucorum Dianæ commemoratio: quia petiturus est inferos. ❡Aurea tecta.) Apollinis scilicet.

P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS LIBER SEXTVS.

Sic fatur lachrymãs: classiqꝫ immittit habenas: POE.
Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.
Obuertunt pelago ꝓras: tum dente tenaci
Anchora fundabat naues: & littora curuæ
Prętexũt puppes. iuuenũ manus emicat ardens
Littus in Hesperium: quærit pars semina flammæ
Abstrusa in venis silicis: pars densa ferarum
Tecta rapit, syluas: inuentaqꝫ flumina monstrat.
At pius Æneas arces, quibus altus Apollo
Præsidet: horrendæqꝫ procul secreta Sibyllę,
Antrum immane petit: magnã cui mentẽ, animumqꝫ
Delius inspirat vates: aperitqꝫ futura.
Iam subeunt Triuiæ lucos, atqꝫ aurea tecta.

ASCENSIVS.

Sic fatur lachrymans.) Hic sextus, ex. xi. Odysseæ Homeri, sumptus est: vbi Vlysses, Calipsus, seu Calipsonis ductu, ad inferos descendit: & Thyresiam, vatem Thebanum, de reparandis opibus consuluit. vnde Horatius. ij. sermonũ, Hoc quoqꝫ Thyresia præter narrata petenti, Responde, quibus amissas reparare queam res, Artibus, atqꝫ modis. Home. autem dixit, Vlyssi occurrisse vmbram maternam: sed Virgilius, Æneæ vmbram paternam. Seruius vero dicit, plurima ex Ægyptiorum theologia sumpsisse poetam, ad hunc librum: quod & verum est, nam Orpheum, qui Homerum secutus, dicitur in Ægyptum profectum, aiuntqꝫ illinc nouos sacrificiorum ritus retulisse, præsertim de Styge. Nam Isis, Osyridis mariti sui, a Tiphone fratre occisi, membra in insula vltra Stygem paludem sepeliuit: quomodo cæteri quoqꝫ postea suos illic sepeliuerunt: vt inferius dicemus. Non autem verum est, quod dicit Homerum, incepisse librum, ὣς φάτο, &c. licet sic versiculos inceperit. Cum autem dicit, Sic fatur lachrymãs: pietatem viri ostẽdit, quem vbiqꝫ pium inducit. & cum addit, Classiqꝫ immittit habenas: fortitudinem, & solertem grauitatem eius, qui inter lachrymas, suæ & suorum saluti consuluit. ❡Classiqꝫ immittit habenas.) Translatio ab equis: vnde Home. lora incidi iubet, quæ etiam equorum sunt, & Plautus, Num (inquit) equo ligneo, per cœruleas vectus es vias, accipiens equum ligneum pro naue. (Classis) Classis autem, est nunc vna nauis, nũc nauium multitudo, nunc armatorum, & præcipue equitum ordo. erant autem (vt Liuius docet) Romanis olim classes quinqꝫ, nunc scholasticorum eiusdem auditionis: nam & Quintilianus, eos per classeis distribuendos docet: vulgus appellat, locum primum, atqꝫ secundum. Nunc strepitus classium sese mouentium ad classica, id est sonitum tubarum. Et tandem, non ad diuturnam nauigationem ex Sicilia, sed ex Troia refertur: aut ad desyderium vehemens. ❡Euboicis.) A colonia. nam Euboea, insula est, in qua Chalcis ciuitas est vnde venerunt Coloni, qui in Campania Italiæ, Cumas ædificauerunt. ❡Pelago.) Id est in pelagus, aut pelagus versus: quod faciunt, qui in terram non suam, vnde forte de repẽte proficiscendum sit, appulsi sunt. ❡Mentem, animumqꝫ.) Plures perissologiam censent, id est abundãtem sermonem: cum enim inquiunt, idem sit, mens & animus alterum sufficeret: vnde Lucre. Primum animum, dico mentem, quam sæpe vocamus. Idem, Consilium quod nos animum, mentemqꝫ vocamus. Alij discernunt animum a mente: vt diuus Augusti. in De ciuitate dei. & videtur mens (Mēs), qua meminimus & disquirimus: animus (Aius), quo auemus, & spiramus. Sed immensum esset opus, si singula quæ occurrunt: recenserem. ❡Ordo autem est (Nam Dona. non extat) Æneas lachrymans, fatur sic, scilicet vt præmissum est: & immittit habenas, id est liberam facit nauigationem: classi, id est nauibus: & allabitur tandem, idest post longam expectationem: oris, id est regionibus: Euboicis, id est ab Euboicis excultis: Cumarum, id est qui illic Cumas extruxerunt, hoc est ad eam regionem, vbi sunt Cumæ, a Chalcidensib. populis Euboicis extructæ. Et, supple ministri, aut socij. Nam vile ministerium non conuenit Æneæ. & ita numerum mutauit, dicens, immittit, & obuertunt, id est contrauertunt: pelago, id est in pelagus: aut pelagus versus, proras, id est anteriores partes nauiũ, quæ proruunt aquas: & quæ ad littus appelli solent: sed, vt ad profectionem paratæ sint naues, obuertuntur, sicut & currus dum cito auehendi sunt. tum id est deinde, aut insuper: anchora fundabat. id est ad fundum figebat, aut retinebat naues: dente tenaci, qui, scilicet in terram missus erat: & puppes, id est posteriores, & altiores partes nauium, curuæ, id est reflexæ: prætexunt, id est cooperiunt, & a conspectu mouent littora: omnis manus, id est tota multitudo iuuenum: quia seniores dimissi erant fere in Sicilia: emicat, id est emittitur, cum motu quodã: in, id est ad littus Hesperium, id est Italicum pars, scilicet iuuenum, quærit semina flammæ. i. scintillas ignis: abstrusa. i. occultas, aut latentes in venis silicis. s. lapidis durissimi, vnde ignis excutitur. Pars rapit syluas (appositorie) densa tecta ferarum: &, supple pars, monstrat flumina. i. aquas dulceis, & fluenteis, & fontales: inuenta. s. a se. At, id est sed: Æneas pius. i. religiosus deorum cultor petit, idest aggreditur arces quibus Apollo altus præsidet. i. templum Apollinis, qui illic in arce colitur: & secreta. i. penetralia: procul. i. semota a vulgo: Sibyllæ, id est virginis, diuinam mentem & consilium scientis, horrendæ. i. cum horrore quodam adiri solitæ, appositorie, antrum immane, idest valde magnum, aut horrendum: vnde siue bonum, siue malum, vere prædicitur: nec cuiquam parcitur. Cui. s. Sibyllæ vates: Delius, idest Apollo, in Delo natus, qui vatum princeps est: inspirat magnam mentem. i. reminiscendi, & disquirendi virtutem: & animum. i. rationem, & audiendi vim: & aperit. i. reuelat futura per mentem, ergo potest: per animum vult: & quia aperit, scit prædicere futura. Et, sup. Æneas cum comitatu suo subeunt: iam lucos: id est syluas inceduas: Triuiæ: id est Dianæ: atqꝫ tecta aurea, scilicet Phœbi: quæ illic sunt, vbi est lucus Dianæ: vocat autem Dianam, Triuiam: quia treis vias, & tot nomina, ac potestates habet. Est enim in cœlo, luna: in syluis, Diana: & apud inferos, Proserpina: vt dictum est in. iiij. Illic tria virginis ora Dianæ.

PIERIVS.

❡Sic fatur lachrymans.) Exigit hic locus, vt cum lachryma (Lachryma.) varie notetur, de scriptionis in eo nomine ratione aliquid disseramus. In Roma. quidem cod. & aliquot alijs, lacrima, & lacrimans passim per i Latinum, absqꝫ aspiratione vlla scribitur. Qui vero y, in hoc vocabulo volunt, τὸ δάκρυ opponunt, Græcam dictionem, a qua eodem significato, lachrymę, ad nos defluxerint. Qui Latinum i notant, a lacerando dictas contendunt, Latinam vero dictionem agnoscit Cice. & adspirationem ex consuetudine illi accessisse. Antiqui pleriqꝫ codic. neqꝫ pauca veterum monumenta, lacrumæ, lacrumare, absqꝫ adspiratione, per v, vocalem vltimam scriptitant (Lacrume.): vt illud, Hæc ridenda mihi est hic lacrumandus erit. &, Quæ tibi cunqꝫ mei potuerunt pignora amoris Nata dari: populo sunt lacrumante data. neqꝫ non illud, Ælius Macer, ante signator trib. lacrumas, Pos. in aliquot: per v quidẽ scriptum est: sed inter c, & r, nota adspirationis est, ea forma, qua Græci veteres vtebantur F, vt in ædibus Marij Maffei Volaterrani Romę hospes sta. & lac Fruma, minime vero crediderim in hoc vocabulo v, scribi solitum, per mutationem Græcæ literæ y, in v, vti in alijs, inclutus cumarum, quod adhuc in codi. aliquot antiquis, y seruat. Sed ex illius ætatis vsu quæ i, mutare in v, mirifice gauisa est. vt ex, decimo, maritimo decumus, maritumus: & similia, quę tam in vetustis Mar. Tullij Ciceronis exemplaribus, q̃ in Liuianis, & Plinianis, & aliorũ authorum, per v, notata deprehenduntur. Sed, nostra tempestate adeo inualuit consuetudo, vt lachrymare, per ch & y, notetur, vt si de i Latino mentionem feceris, risui pene omnibus habearis. Sed sit sane, vt vnusquisqꝫ sua nouerit ire via. ❡Abstrusa in venis.) Antiqui aliquot codic. obstrusa legunt: sed, abstrusa, receptior lectio.

Seruius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SERVIVS.

¶ Dædalus(vt fama est) fugiens Minoia regna.)Indicato a sole adulterio Martis & Veneris,Vulcanus minutissimis catenis lectulũ cinxit:quibus Mars & Venus ignorãtes implicati sunt,& cum ingẽti turpitudine resoluti sub testimonio cunctorum deorum. quod factũ Venus vehementer dolẽs,stirpem omnẽ Solis persequi infandis amoribus cœpit.Igitur Pasiphae Solis filia, Minois regis Cretæ vxor Tauri amore flagrauit:& arte Dædali inclusa intra vaccã ligneam septã corio iuuencæ pulcherrimę, cum tauro concubuit. Vnde natus est Minotaurus:qui intra Labyrinthũ inclusus humanis carnibus vescebat. Sed Minos de Pasiphae habuit liberos plures, Androgeum,Ariadnem,Phædram:Sed Androgeus cũ esset athleta fortissimus,& superaret in agonibus cũctos, apud Athenas ab Athenien̄sibus & vicinis Megarensibus cõiuratis occisus est. Quod Minos dolens collectis nauibus bella cõmouit:& victis Athenien̄sibus pœnam hanc statuit, vt singulis qbusq; annis septem de filiis,& septem de filiabus suis edendos Minotauro mitterent. Sed tertio anno Ægei filius Theseus missus est, potens tam virtute q̃s forma.qui cum ab Ariadne filia regis amatus fuisset,Dædali cõsilio filo iter rexit:& necato Minotauro cum rapta Ariadne victor aufugit. Quę cum omnia factione Dædali Minos deprehendisset effecta,eum cum Icaro filio seruandũ in Labyrinthum trusit,sed Dædalus corruptis custodibus sub faciendi muneris specie,quo simulabat posse regem placari, ceram accepit & pennas, & inde tam sibi quam filio alis impositis euolauit, Icarus altiora petens,pennis solis calore resolutis, mari in quod cecidit,nomẽ imposuit.Dædalus vero primo Sardiniã, vt dicit Sallustius,post delatus est Cumas,& templo Apollini cõdito, in foribus hęc vniuersa depinxit.Dicendo autem Virgilius,vt fama est, ostendit requirendam esse veritatem. Nam Taurus notarius Minois fuit: quem Pasiphae amauit, cum quo in domo Dædali concubuit:& quia geminos peperit,vnum de Minoe,& alium de Tauro,enixa esse Minotaurum dicitur:quod & ipse paulo post ostẽdit dicens, Mistumq; genus. Sed inclusum Dædalũ regina corruptis relaxauit custodibus:quia misso in mari filio , naui delatus est Cumas: quod ipsum tangit dicens.¶ Remigium alarum.)Alę enim & volucrum sunt,& nauium:vt Velorum pandimus alas.¶ Minoia regna.)Cretam.¶ Præpetibus pennis.)Felicibus. Præpetes enim sunt aues boni augurii:quod huic dat, quia peruenit.¶ Ausus se credere cœlo.)Quasi alienis sedibus. Horatius.Expertum vacuũ Dædalus aera pennis: Non homini datis.¶ Insuetum.)Hominibus scilicet.¶ Enauit ad arctos.)Bene vtrunq; miscet. Nare enim & de nauibus dicimus:vt Natat vncta carina. Item, Et terris adnare necesse est.Et de volatu:vt , Nare per æstatẽ liquidam suspexeris agmen.Ad arctos aũt,si ad fabulam , contra Septentrionem:si ad veritatem , Septẽtrionis obseruatione.¶ Chalcidicaq;.)Quam ciuitatem Chalcidenses condiderunt : vt supra ab insula Cumas nominauit.¶ Redditus his primũ terris.)Quasi de alieno elemento,Horatius , Finibus Atticis reddas incolumen precor.¶ Remigium alarum.)Artem volandi.¶ Posuit.)Ædificauit.¶ Letum Androgeo.)Secũdum Atticam linguã genitiuus singularis Græcus est.¶ Cecropidæ iussi.Athenienses a rege Cecrope.¶ Pendere.)Autem soluere:quod vt supra diximus tractũ est a pecuniaria damnatione.¶ Miserũ.)Dolentis interiectio,ac si diceret nefas.¶ Corpora natorum.)Bene Corpora,quæ adempta vita consumebantur.¶ Stat.)Aut horret : vt, Stant lumina flamma,aut re vera stat, post ductas sortes:aut certe ad picturam respexit , Nam volui in

Dædalus(vt fama est)fugiens Minoia regna,
Prępetibus pennis ausus se credere cœlo,
Insuetum per iter gelidos enauit ad Arctos,
Chalcidicaq; leuis tandem superastitit arce.
Redditus his primum terris tibi Phœbe sacrauit
Remigium alarum:posuitq; immania templa.
In foribus,letum Androgeo,tum pendere pœnas
Cecropidę iussi(miserum)septena quotannis
Corpora natorum.stat ductis sortibus vrna.
Contra elata mari respondet Cnosia tellus.
Hic crudelis amor tauri,suppostaq; furto
Pasiphae,mistumq; genus,prolesq; biformis
Minotaurus inest,Veneris monumenta nefandæ.
Hic labor ille domus,& inextricabilis error.
Magnum reginę sed enim miseratus amorem
Dędalus,ipse dolos tecti,ambagesq; resoluit
Cęca regens filo vestigia.tu quoq; magnam
Partem opere in tanto(sineret dolor)Icare haberes.
Bis conatus erat casus effingere in auro:
Bis patrię cecidere manus,quin protinus omnia
Perlegerent oculis:ni iam premissus Achates
Afforet:atq; vna Phœbi,Triuiæq; sacerdos
Deiphobe Glauci:fatur quę talia regi.
Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit. SYB.
Nunc grege de intacto septem mactare iuuencos
Præstiterit:totidem lectas de more bidentes.

Pasiphae fabula.

Androgeus.

Taur⁹.

Nare.

Pędere.

pictura non poterat. Et licet nõ sit vrnę stare de pictura tamẽ bene dictũ est . Sed si Stat, horret acceperimus.¶ Ductis sortibus.)intelligim⁹ de qua ducebãtur: vt,Et qua vectus Abas. Nam a passiuo(vt sæpe iam diximus)inueniri nõ potest participiũ præsens.¶ Elata mari.)Perite situ expressit. vt enim Sallustius dicit, Creta altior est qua parte spectat orientem.¶ Respondet.)Aspicitur . Nam cõtra Athenas est posita.¶ Furto)Adulterio:vt, Vulcani Martisq; dolos , & dulcia furta.Potest & ad Vaccam referri.¶ Mistũq; genus) Secundum veritatem.¶ Prolesq; biformis.)Secundum fabulam.¶ Veneris monumẽta nefandæ.)Aut memoria turpissimi coitus:aut vltio Veneris proditæ. Significat autem Minotaurum. ¶ Inextricabilis error.)Insolubilis,indeprehensibilis.Horati⁹, Si pugnat extricata densis cerua plagis Si Extricata,est soluta:Inextricata,insoluta sine dubio.¶ Reginæ.)Regis filiæ Ariadnes. ¶ Opere in tanto.)In foribus affabre factis.¶ Bis patriæ cecidere manus.)Quia patriæ. ¶ Quin protinus omnẽ.)Ostẽdit plura fuisse q̃s dixit depicta.¶ Perlegerent.)Scilicet picturam. Nec incongrue legi picturam dixit:cum Græce γράφειν & pingere dicatur,& scribere . Hoc est quod ait Horatius in arte poetica, Et noua fictaq; nuper habebunt Verba fidem,si Græco fonte cadant parce detorta.¶ Præmissus Achates.)κατὰ τὸ σιωπώμενον , id est taciturnitatem intelligimus.¶ Deiphobe Glauci.)Subaudi Filia: & est proprium nomen Sibyllæ. Multæ autem fuerant, vt supra diximus , quas omnes Varro cẽmemorat: & requirit a qua sint facta Romana conscripta:& multi sequentes Virgiliũ, ab hac Cumana dicunt:quæ licet longæua legatur , non tamen valde conguit eam vsq; ad Tarquini tempora durasse , cui Sibyllinos libros cõstat oblatos . Dicitur tamen Varro vt Erythræam credat scripsisse,quia post incensum Apollinis templum, in quo fuerãt apud Erythram insulam,ipsa inuenta sunt carmina.¶ Nõ hoc ista sibi tempus spectacula poscit.)Et supra diximus Apollinem sex mensibus apud Lycios,& sex apud Delon dedisse responsa . Item lectum est deos aliquoties tantum calendis , aliquoties idibus vaticinari:nonnunq; diei vel prima,vel media,vel postrema parte. Vnde est in iure fissus dies.i.non totus religiosus:quem nunc ostendit dicens nõ oportere Æneam religiosam diei partem perdere.i.oraculis congruam . Sane sciendum Poscit lectionem esse meliorem. Tempus enim poscit spectacula,non a spectaculis poscitur.¶ Nunc Grege de intacto.)Gregem pro armento posuit. Nam de iuuencis dicturus est, quæ per poeticam licentiam sæpe confundit.Illo proprie posuit,Quinq; Greges illi balantum quibus redibant Armenta.Intacto autem,indomito:vt, Et intacta totidem ceruice iuuencas.¶ Lectas de more bidentes.)De more,antiquo,scilicet quem prætermisit : quasi tunc omnibus notum.i. ne habeant caudam aculeatã,ne linguam nigram,ne aurẽ fissam: per quod docet aliud esse intactum,aliud lectum.¶ Bidentes.)Autem,vt diximus,oues sunt circa bimatum habentes duos dentes eminentiores:quæ erant aptæ sacrificijs.

ASCENSIVS.

¶ Dędalus,&c.)Quia de more suo,Virgili⁹ prius loca, q̃s quæ in eis gesta sint,describere solet.describit etiam nũc templũ , & eius ornatum,conditũ a Dædalo.qui se illuc a Creta recepit, præcipiti volatu.i.(vt historiæ habent)nauigatione remis & velis facta. nam antennas inuenisse dicit.vnde poetę,rem in miraculum traxerunt,dicentes,Dędalũ volasse:vnde Iuuena . Fabrumq; volare. tem.Nam volare, etiã naues dicuntur:sicut & aues,nare : vt alibi latius dicemus , Fuit autem Athenięsis.vnde Iuue.de eo , Medijs

Prępetibus pennis.

sed natus Athenis.cuius fabulã Seruius recitat.¶ Prępetibus pennis.)Au.Gel.li.vj.ca.vj.dicit ibi ab Higinio reprehẽdi,quasi insciũ dictum, Nam præpetes(inquit)aues,ab augurio appellantur: quæ aut opportune præuolant, aut idoneas sedes capiunt. Non apte igitur,vsum verbo augurali volatu,nihil ad augurum disciplinam pertinẽte . Sed Higinius,nimis Hercule ineptus est, cum quid prępetes essent,se scire ratus est , Virgiliũ aũt & Trimacium doctum virum ignorasse,qui in.ij.Iliados, victoriam,volucrem prępetẽ appellauit in hoc versu:Dum, dat vincenti præpes victoria palmam . Cur aũt non.Q.quoq; Ennium reprehendit,qui in annalib.non vti Virgilius pennas Dędali prępetes,sed longe diuersius inquit, Brundusium pulchro præcinctũ præpete portu. Et si vim potius , naturamq; verbi consyderasset : neq; id solum quod augures dicerent, inspexisset:veniam prorsus poetis daret similitudine & translatione verborum, nõ significatione vtentibus.Nam qũ non ipse tantum aues,quę prosperius præuolant, sed etiam loci quos capiũt:quod idonei, felicesq; sunt prępetes, dixit:qm̃ ex locis in qbus periculũ metuebat,in loca tutiora peruenerat:locos porro prępetes & augures vocãt. & Ennius in Annalium.j. dixit,Prępetibus hilares sese,pulchrisq; locis dant. Auibus aũt prępetibus,contrarias aueis inferas appellari,Nigidius Figulus in libro.j.augurij priuati,ita dicit,Discrepat dextera sinistræ præpetibus inferæ, &c.¶ Androgeo.)Genitiuus est Græcus, vt recte sentit Seruius.¶ Septena.)i.septẽ vtriusq; sexus,vt trahitur ex Phœdone Platonis,qui hæc est(inq;)illa nauis(vt aiunt Athenienses)in qua Theseus,olim bissẽptẽ illos tulit in Cretam, seruauitq; eos , & ipse seruatus est.Minotaurus, humeris tenus(vt dicit Diodo.)taurus fuit.Cecrops,Dyphies dictus,quod pedes serpentinos haberet.Causam furoris Pasiphaes, fabulose narrat Seruius,dum aũt Venus cũ Marte diis expositi essent,oẽs dij,deæq; (vt dicit Homerus)pudibundi aufugerũt:præter Mercurium, qui se tali aiebat opprobrio velle affici , adridet enim oibus quibus coniungit.Diodo.dicit,iratũ Neptunũ in Minoa, quod pulcherrimum taurũ mactare solitus,nunc vni pepercerit, cuius amore vxor eius disperiit.Plutar.autem in vita Thesei,dicit, hunc Taurum scribã fuisse , cuius amore capta est Pasiphae.¶ Sed ordinẽ explicemus,qui talis est.Dędalus,faber ille subtilissimus,fugiens (vt fama est.)Regna Minoia.i.quibus Minos tũc regnabat, vide licet,Cretensia : ausus credere.i.cõmittere , cœlo.i.aeri:se pennis prępetibus felicib.& velociter ferentib,enauit ad Arctos.i.polũ Arcticũ,respectu Græciæ:gelidas,id est vicinas, gelidæ zonæ Septentrionali,scilicet per iter insuetum,scilicet ipsũ,& cæteris hominib.hoc est per aerem:& ipse leuis.i.velox:superastitit arce Chalcidica.i.a Chalcidensib.extructa,hoc est super templũ Apollinis: sed more suo dat prępositioni super,ablatiuum:sicut, Fronde super viridi.&c , Gemina super arbore sudunt, & ipse redditus quasi debito elemento(vnde dictus est, ausus se credere,id est cõmittere cœlo,quasi alieno:reddimur autem proprie nostris.Vnde Horatius.Nauis quæ tibi creditum debes,Virgilium finibus Atticis reddas Incolumẽ precor)primũ his terris.¶ In quibus Euboici , seu Chalcidenses,Apollini arcem extruxerunt,hoc est apud Cumas. O Phœbe,id est Apollo,sacrauit tibi remigium alarum, quasi nõ amplius volaturus : sed quia reciproca est translatio de nauibus ad alas,dicimus enim aues nare, quod nauiũ est:& naues volare, quod auium est.cõiunxit,dicens,remigium.i.remigationẽ,quę nauium est,quia reuera,nauib.aufugisse dicitur.Potest etiam ideo sacrasse Phœbo,quia idẽ est sol,cuius calore alæ eius solutæ nõ sunt : vt,Icari nimis alte volantis.sacrauit ergo o Phœbe, tibi remigiũ alarum.i.alas, quib.nauerat.i.volauerat:aut remigium alarum.i.velorũ,& antemnarũ , quib.quasi auolauerat,vt volucres alis:& posuit templa immania.i.valde magna,aut horrenda. & .sup.posuit.¶ in statuis & cælaturis , letum.i.mortẽ Androgeo Latine Androgei.i.filij Minois,ab Athenien̄sib.occisi : tum, idest deinde,Cecropidę.i.Athenięses:iussi,sup.sunt:pẽdere.i.persolue re:quotannis.i.singulis annis:septena.i.vtriusq; sexus septẽ,hoc est quatuordecim,corpora natorũ.i.liberorũ , tam masculorum q̃m fœmellarũ:(miserũ,pro miserorũ , hoc est miseratione dignorum)vrna stat.i.efficta est stare:sortib.ductis , id est postq̃ sortes essent ductę ab Athenien̄sib.vt scirent,qui deberent ad Minotaurum in Cretã mitti, vt ab eo deuorentur:nam id sorte fiebat,vnde &¶ Theseus missus est , q̃uis regis filius:quia vero non potuit culpi,nec cælari,vt vrna ducat.i.moueatur:benẽ dicit eam stare ductis sortib.tellus Gnosia.i.Cretensis : a parte totũ accipiendo: elata mari i.super mare:quia altior videt:respondet contra, idest ex aduersa regione,quam ad eam tendebãt Athenienses,respon-

det(inquit Ser.)i.aspicit:crudelis amor, id est sculptura crudelis ter amantis.& Pasiphae,filia solis,& vxor Minois:supposita,id est submissa:vt coiret furto.i.clanculum:arte Dædali, qui eam in ligneam vaccam inclusit:& Minotaurus.i.monstrum, partim homo:& partim taurus:quia ex tauro cõceptum : proles biformis, id est mistæ formæ , scilicet humanæ,cum taurina : inest hic.i.in hac ciuitate Cretensi, videlicet in Gnoso,regia Minois:Minotaurus,inquit,appositorie, monumenta.i.testimonia:Veneris.i.coitus nefandæ, id est detestabilis & abominabilis:quia mulieris cũ tauro.posset etiam referri ad fabulam,quam Ser.recitat . de irata Venere in stirpem Solis.Ille.i.notissimus labor.i.laboriosus exitus,domus,scilicet Labyrinthi, inest hic:& error inextricabilis.i. cuius tricæ.i.implicitates,tricarum similes, explicari nequeunt, nisi cum summa difficultate. Sed enim.i.sed certe:licet inextricabilis sit alijs:Dędalus ipse.i.artifex, & extructor:miseratus.i.misericorditer respiciens magnum amorẽ reginæ, id est Ariadnes regis,filię, Thesea misere amãtis:resoluit.i.expediuit, nodos & ambages.i.dubios meatus:tecti.i.Labyrinthi : regẽs,id est dirigens: filo.i.in glomere implicito:vestigia cęca,id est incerta alioqui:& o Icare fili.i.Dædali : tu haberes.i.habuisses : quoq;.i.etiam, magnam partem in tanto opere,quantum.i.fecit in forib,si,sup.dolor,sineret.i.siuisset , hoc est permisisset:ipse Dędalus conatus est bis effingere casus.i.ruinam Icari,seu præcipitium:in auro id est cælatura aurea:manus patrię,scilicet Dædali patris, cecidere.i.ceciderunt bis:quia præ pietate paterna,effingere nõ potuit:quin, idest quinimo: Æneas, supp.&,qui cum eo erant , perlegerent.i. oculis protinus.i.statim : vel protenus.i.porro tenus.i.late omnia(sic.n.antiqua & vera est lectio.)i.omnem picturam,aut sculpturam,seu cælaturam ni,id est nisi:Achates,vir ille fidus, Æneæ comes:præmissus,scilicet ad indagandam Sibyllam : facerdotem templi:afforet,id est adesset aut adueniret:aut nisi sacerdos Phœbi.i.Apollinis:& Triuiæ , idest Dianæ.f.Deiphobe : Glauci.f.filiæ afforet,supple vna.i.pariter , & simul,cũ Achate, quæ.f.facerdos: fatur regi.i.ad regem.f. Æneam,talia , hoc tempus nõ poscit ista q.d,inania,& rege indigna spectacula , id est nõ est nunc tempus huiusmodi spectandi:quia præstiterit.i.melius fuerit , nunc mactare.i.sacrificare septẽ iuuecos de grege intacto.i.de ijs q nunq; iugum traxerunt:& totidem bidentes.i.oues bienneis : lectas de more,i.secundum ritum sacrificantium.

PIERIVS.

¶ Vt fama est.)Antiqui pleriq; codi.est,nõ habent . Sed absq; eo verbo,versus nimium elangueſcere videret.¶ In foribus lethum Androgeo.)Quanuis Priscianus,& Seruius,in Androgeo,Atticũ agnoscant idioma:in veterib.tamen pleriq; cod.Androgei,Latino idiomate scriptum obseruaui.Quam lectionẽ improbat Probus,ne nouam hanc quis putet quæstionẽ,euenisseq; id ob Græcæ declinationis,qua Virgi.vsus fuerit,ignorantiam dicit. Citat etiam Carisius locum hunc,vbi genitiũ,Androgeo, facere ostẽdit , ex nominatiuo qui sit Androgeus,de quo.ij.lib.plura diximus.¶ Partem opere in tanto(sineret dolor)Icare haberes.)In antiquis aliquot duo illa verba, Icare haberes , desyderantur tetrametro dactylico codicibus tantum adnotato, partẽ opere in tanto sineret dolor.Sed siue Virgilius, siue alius quispiã versum absoluerit , nihil mihi videtur eo fine dici potuisse adcõmodatius. ¶ Quin protinus omnem Perlegerent oculis.)In veteribus nonnullis exemplarib.oẽm,omnino scriptum animaduerti.Et quia, picturam perlegerẽt,Seruius exponit , putarunt multi, omnem, ita positum,vt picturam, subintelligeretur:quę quidẽ duricies a Virgiliana phrasi,a facilitate , candoreq; ipso plurimũ aliena est. Sane vero Macrobius & Prisc̃anus , & pleriq; alĳ , omnia castionem lectionẽ agnoscunt:proq; dactylico carmine locum citant, neq; opus vt qui subsequitur versus a vocali incipiat,vt fiat hypermetri synalœpha . Nam & eiusmodi rationis versus,alibi etiã reperiuntur,vt in Bucoli.Nec tantum Rhodope mirãtur & Ismarus Orphea.neq; non illud,Atria dependent lychni laquearibus aureis . Quod siquis dactylicum non admittat , saltem synzesin ex tam breuibus duabus vltimis , in dictione , omnia , syllabis non reiiciat , quæ quidem tam exiles , tamq; tenues sunt , vt vix pro vna longa sufficiant. At veteres pleriq; codices , partim,omne , vna minus litera : partim , omnes , legunt : ac , omne, quidem in Romano est,quia veriti sunt librarij dactylum in fine ponere,genus tamen mutare nõ ausi sunt. Qui vero omnes scribere maluerunt,subintelligi,duces heroas, aut viros ibi pictos voluere.Sed pluris apud me fuerit Macrobij & Prisciani authoritas q̃ eorum coniectura,qui veneres,quas præ se ferunt numeri,figurę q; huiusmodi admittere verentur.Quod autem pertinet ad

Seruium

Universidad de Deusto
Biblioteca

Seruium,tametsi exposuit ille.Perlegerent.s.picturam, non hoc ostendit,omnẽ picturam,legendũ esse, cum Seru.immoretur in eo,vt verbum,perlegerent,non alienũ ostendat a verbo γράφειν quod & scribere,& pingere significat. Quantum vero pertinet ad verbum,Perlegerẽt, Teren.Scaurus(vbi de geminandis liquidis in cõpositione: si verbum sequens ab aliqua earum incipiat, præcepta tradit)Virgilij locum hunc citat, apud quem Pellegerent,scriptũ afferat, relictumq; ita ab authore ipso,eosq; improbat qui,Perlegerent,per r,vt vulgata nunc habent exemplaria,legant:dicendumq; ait,Pelligo:vt,alligo,& colligo,prout etiã omnes antiqui(vt ait ille)dicere cõsuerunt. Ad hæc Velius Longus, per,præpositionem, omnibus integram præponi dicit:nisi cum incidit in l,literam,tunc enim elegãtioris sermonis viri eam(ait) geminare malunt,q̃,r literam exprimere.Hinc,Pellabor,malunt dicere,q̃ Perlabor.Aduerte vero in exemplis citandis Velij cod. corruptos esse, de ijs loquor, qui in manus nostras deuenere. Sed;quanquam ita grammatici legendum tradant.nullum tamẽ adhuc antiquum codicem inueni,in quo non scriptum sit,Perlegerent,præpositione incolumi. Ita plerunq;, adligo,& conligo: æta s vero nostra maiorem grãmaticis,q̃ antiquis scriptionibus fidem adhibet:& tamen Scauri nullus adhuc(quod sciam)sententiam est secutus. ¶Deiphobe Glauci)Innumeros pene codices inuenias in quibus inemẽdate,Deiphœbæ:vel Deiphebe,scriptum sit.Sed enim casta lectio,Δηιφόβη, Deiphobe: vt etiam Δηίφοβος inferius quod fere passim in codicibus antiquis,librariorum inscitia,Deiphœbus, scriptum habetur. ¶Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit.)In Roma.cod.poscunt,numero multitudinis est,vt tempus sit appositum, quippe quod alij in negocio sit impendendum.

SERVIVS.

¶Euboicæ rupis latus.)Hoc est montis Cumani, quẽ Euboici habitauerũt. Est autem Acyrologia. Coloniæ enim epithetõ rei dedit immobili. ¶In antrũ.)In similitudinẽ antri, vt Portus ab Eoo fluctus curuat' in arcũ. ¶Quo lati ducũt aditus centũ.Nõ sine causa & aditus dixit & ostia. Nam Vitruuius q de architectonica scripsit,ait, cũ ab aliquo arcemur ingressu, id ostiũ dici, ab obstando:cũ ingredimur, aditũ ab adeundo. ¶Ostia centũ.)Finitus numerus pro infinito:licet possit & rationabiliter dictũ esse. Respõsa enim Sibyllę in hoc loco plus minus centũ sermonũ sunt. Inueniũtur tñ Apollinis elogia, & vigintiquinq; & triũ sermonũ. (Aditus ostia.) Vnde & melius est finitum pro infinito accipi. ¶Totidem voces) Ac si diceret tot sermones. ¶Deus ecce deus.)Vicinitate templi iam afflata est numine. Nã furentis verba sunt deũ velle ostendere,qui ipsi tantũ videtur. Sane cauti esse debemus quando plena sit numine,quando deũ deponat. De Miseno enim post vaticinationem dictura est. ¶Nõ color vnus.)Idem Lucanus, Stat nunq̃ facies. ¶Comptæ comæ.)Ante hac.s.Nam propter sacra resolutæ sunt:vt,Vittasq; resoluit sacri capitis. ¶Maiorq; videri.)Videbatur, sicut solebat in vaticinatione apparere per numinis pręsentiam: quod humanis illudebat aspectibus. Vnde ait, Maiorq; videri. Nõ.n.re vera erat. ¶Nec mortale sonãs.)Alia.n.vox numinũ est: vt,Nec vox hominẽ sonat.Itẽ,vocisve sonus, vel gressus euntis. ¶Afflata est numine.)Nondũ deo plena:sed afflata vicinitate numinis. ¶Quãdo siquidẽ:nam cõiunctio est, nõ aduerbiũ. ¶Cessas in vota.)Tardus es ad vota faciẽda. Nã si dixerit Cessas in votis: hoc significat, tardus es dum vota facis. Aliud est cessas in illam rem,aliud cessas in illa re: tardus es ad faciendã rem, & tardus es in facienda re.Figurate aũt dixit cessas circa mittẽda vota numinibus. ¶Tros.)Principale pro deriuatiuo, pro Troius. ¶Ante dehiscent.)Trahit hoc de matris deum templo:quod nõ manu, sed precibus aperiebatur. ¶Attonitę.)Stupendę,nõ stupentis.Ergo Attonitæ,faciẽtis attonitos: vt,Mors pallida, Tristis senectus. ¶Ora domus.)Quia supra ait, Vnde ruunt totidẽ voces responsa Sibyllę. ¶Per dura cucurrit ossa tremor.)Religionis est & diuinę & reuerentiæ.Alibi,Ipse manũ multo suspensum numine ducit. ¶Pectore ab imo.)A mẽtis intimo. nec immerito:nã illa re diuinitas flectitur,quæ est nobis cum diuinitate cõmunis,id est sensu.

Talibus affata Aeneam.nec sacra morantur POE.
Iussa viri. Teucros vocat alta in templa sacerdos.
Excisum Euboicę latus ingens rupis in antrum:
Quò lati ducunt aditus centum,ostia centum:
Vnde ruunt totidem voces,responsa Sibyllę.
Ventũ erat ad limẽ:cum virgo,{Poscere fata SIBY.
Tempus(ait)deus ecce deus.{Cui talia fanti, POE.
Ante fores subito,non vultus,non color vnus,
Non comptę mansere comę.sed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument:maiorq; videri,
Nec mortale sonans:afflata est numine quando
Iam propiore dei.{Cessas in vota,precesq; SIBY.
Tros(ait)Aenea,cessas?nec enim ante dehiscent
Attonitę magna ora domus.{Et talia fata POE.
Conticuit.gelidus Teucris per dura cucurrit
Ossa tremor:fuditq; preces rex pectore ab imo.

ASCENSIVS.

¶Talibus affata, &c.)Postq̃ Sibylla(inquit)admonuerat Troianos sacrificare,vt responsa habeat, statim paruerunt:iisq; in templum ductis extẽplo est virgo possessa deo, qui eã supra se raptã, sacro quodam,ac prophetico furore vexauit; ita vt nõ humana ratio,nec prouidentia,sed diuina,quæ dictura est, enunciare,credatur,quomodo si prophana sacris cõferre liceat,legimus Saulẽ Iudęorum regem primum, aliosq; multos inuitos prophetasse, & spiritu prophetico raptos. Sed ne multis morer. ¶Ordo est.Sibylla affata,sup.est Æneã talibus.s.verbis:nec viri.s.Troiani:morantur.i.differunt:sacra.i.sacrificia:iussa.s.offerri.i.quæ ipsi iussi erãt offerre.i.septẽ iuuencos intactos, & totidẽ bidentes lectas: & sacerdos.s.Sibylla vocat Teucros in alta templa.s. Apollinis, quæ erãt illic in arce:quo.i.ad quæ:cẽtũ lati aditus.i.accessus:& centũ ostia.i. valuæ,quę.s.aditus intercludunt(Nã ab obstando, ostiũ, dictũ volũt nec semper patuerũt ostia,immo nõ nisi precibus referantur vnde paulo inferius,Neq; enim ante dehiscẽt Attonitę magna ora domus, &c.sunt ergo ostia,dũ obstãt: aditus,vbi referantur,vel,aditus, sunt viæ vsq; ad ostia: nã apertis ostijs,nõ fit aditus,sed introitus.)quo igitẽ centũ aditus,& centũ ostia,quæ aditus claudunt,ducunt.i.dirigunt, adire volentes: nam singulis aditibus ad ostium peruentũ, quo claudunt.vnde.i.e quibus ostijs, vbi referata sunt:totidẽ.i. etiã centum voces(quia per singula singulę)appositorie:responsa.i.oracula:& diuinationes Sibyllę.i.per Sibyllam pronunciata ruunt.i.pręcipitanter eduntur. Ventũ erat.i.ab omnibus:Æneæ, videlicet Teucris reliquis,& Sibylla; ad limen.s.templi,sup.iam, cum.i.quãdo:virgo.s.Sibylla incorrupta(nã a castitate nunc virgo dicitur:non a viridi ætate,cum sit longęua sacerdos.Donum aũt vaticinij,virginib.datum attestantur poetæ.)ait tempus,supp. est,poscere(more Græco pro eo quod est,poscendi)fata.i.oracula,quæ fata enunciant,aut quæ fando accipiuntur:ecce.q.d.subito adest:aut inuadit me:deus,inqt,deus.s.Apollo, interpres fatorũ. Cui.s.Sibyllæ: fanti.i.dicenti talia, ante fores.i.valuas, aut ostia templi,vultus nõ mansit,sup.vnus,& color nõ mansit vnus.i.idẽ & vniformis:& comę.i.capilli,prius compti, nõ mansere cõptæ: sed pectus anhelũ.i.anhelans frequenter, & corda fera.i.efferata & rapta sacro furore:tument.i.inflantur, rabie.s.sacra & prophetica: &,sup.cœpit,videri maior.s.q̃ erat propter ingressum numinis: nec sonans.i.sono indicans:mortale.i.rem mortalẽ,aut mortaliter.(Sed quia dixit in.j.Nec vox hominẽ sonat potius dixero figurate accusatiuum esse,q̃ nomẽ pro aduerbio positum. Verba enim absoluta ad sensum pertinẽtia,figurate cum accusatiuis cõstruuntur:vt,sapit acorẽ, aut prudentiã:redolet vetustatẽ: sonat mortalitatẽ,&c.)quãdo.i.quãdoquidẽ:ipsa est afflata iam numine dei.s.Apollinis:propiore.i.viciniore,hoc est valde vicino mẽti,& præcordijs eius:& ait,o Ænea,Tros.i.Troiane: sed quasi alter Tros.i.rex Troianorũ:cessas in vota.i.negligens ne es, ad faciẽda vota,precesq;:e.q.d.si id facis,nõ recte sapis:enim,pro quia: neq; magna.i.horrenda:aut,reuera, magna ora.i.ostia & introitus domus attonitę.i.attonitos facientis,dehiscent.i.aperientur sponte tibi:ante.i.priusq̃,sup.vota,& preces feceris:& ipsa fata talia cõticuit.s.quia nõ permittebatur plura loqui, priusq̃ vota fecerint,precesq; fuderint Teucri:tremor gelidus.i.gelidos faciẽs cucurrit Teucris,per ossa dura.i.ad medullas vsq;:& rex, qui nõ obstupuit,sed remedium quæsiuit:fudit preces ab imo pectore, id est ex intimo corde,dicens.s.vt sequitur.

PIERIVS.

¶Fuditq; preces rex.)In antiquis pene omnibus exemplaribus fundit,præsenti tempore,scriptum est.

Seruius.

SERVIVS.

¶Phœbe graues Troię semp miserate labores.)Secundum Home.qui eũ dicit semp Troiæ ɔpugnatorẽ fuisse.& bene Miserate,quia Troia defendi nõ potuit.Ideo nõ dixit q defendisti:sed miserat' es. ¶Dardana qui Paridis.)Achilles a matre tinctus in Stygẽ paludem toto corpore inuulnerabilis fuit, excepta parte qua tetus est manu matris:q cum amatã Polyxenã, vt in tẽplo acciperet, statuisset:insidijs Paridis post simulachrũ latentis occisus est. (De achillis morte.) Vnde & fingitur qd' tenẽte Apolline, Paris direxit, tela:& bene direxit qua si ad solũ vulnerabilẽ locum. Dardana aũt ideo, vt nõ adultero,sed gẽti præstitisse videatur. ¶Tela manusq;)Vel quia aliud sine alio esse nõ potest. Vel hoc dicit, Et artẽ per tela, vt nosset qd ferret:& virtutẽ per manus dedisti, vt eius vota cõpleres. ¶Magnas obeuntia terras Tot maria intraui.)Terras cingẽtia. Oceanus quidem ambit oẽs terras:& licet iste per ea maria nauigauerit,quæ terris cinguntur:tamen nõ dixit proprie,cum de Oceano ista nascuntur. ¶Tot maria.)Dicendo Maria, partẽ eum maris nauigasse significat,non totũ mare.Mare enim elementũ est totum. Maria vero, partes maris:sicut terræ,partes sunt:terra vero totũ elementum. ¶Penitusq; repostas.)Longe remotas,auias. ¶Massylum gentes) Massyli sunt Mauri. Vnde speciẽ pro genere posuit. Nam Æneas ad Africam venit:cuius partẽ constat esse Massyliam. Mediterranea enim est pars Mauritanię. Vnde a parte totum accipere debemus. ¶Prætentaq; Syrtibus arua.)Circunfusa.Incerta enim sunt illic maria & terræ. Vnde Lucan', Æquora facta vadis,abruptaq; terra profundo. ¶Prendimus.)Quippe fugiẽtem Italiam. ¶Hac Troiana tenus.)Idest hactenus,hucusq;, idest hic sit finis. (Tenus.) Nã Tenus proprie est extrema pars arcus,vt Plautus ostẽdit. Vnde tractum est vt hactenus, hucusq; significet. ¶Troiana fortuna.)A præiudicio,id est mala & dicit iniquũ esse vt Troianam fortunã patiantur in Italia. ¶Fas est parcere genti.)Quia se victã fatetur. ¶Quibus obstitit Iliũ, Ganymedes enim Hebæ obfuit:Paris Mineruæ, & Iunoni. Cur autem cum dixerit Dijq; deæq;, dearum tantũ reperimus exempla:non mirum est cum supra diximus δυσφιλεῖς esse oẽs deos.Possumus ergo per vnam rem vtrunq; intelligere,licet dicatur etiã Neptuno obstitisse Troia ex denegatione mercedũ.Nouimus præterea esse morẽ poeticum, vt duabus præpositis rebus vni respondeant:vt,Nautaq; tum stellis numeros & nomina fecit Pleiadas, Hyadas, claramq; Lycaonis Arcton. Nã suppresso numero dixit nomina. ¶Præscia vẽturi.)Absolutum est,rerum venturarũ. ¶Da.)Dic. vt,Qui sit,da Tityre nobis.Vnde est cõtra.Accipe nunc Danaum insidias. Non.n.pręstare aliquid poterat,sed indicare futura. ¶Non indebita posco Regna meis fatis.)Deest si. Est aũt ὑπερβατόν.i.longissimũ hyperbaton, Phœbe,& Vos dij deæq;,tuq; o vates da.i.dic Latio Teucros cõsidere,si nõ posco regna meis fatis indebita. Dic autẽ consistere.i. vtrum possimus cõsidere.Et verecunde dictũ est Indebita nõ posco, cum certũ constet regna deberi. ¶Errãtesq; deos.)vt Dijs sedem exiguã patris. ¶Agitataq; numina Troię. Aut mecũ vexata: aut certe θέαν a dicit simulachra breuia quę portabantur in lectis,& ab ipsis mota infundebãt vaticinationem: quod fuit apud Ægyptios & Carthaginẽses. ¶Tum Phœbo, & Triuiæ.)Vt solet, miscet historiã. Nam hoc templum in palatio ab Augusto factũ est:sed quia Augustus cohæret Iulo qui ab Ænea originẽ ducit, vult Augustum parentũ vota soluisse. ¶Festosq; dies de nomine Phœbi.)Ludos Apollinares,qui sm quosdã bello punico secundo instituti sunt:secundũ alios tempore Sillano ex respõso Martiorum fratrum,quorũ extabant Sibyllina responsa. ¶Te quoq; magna manent nostris penetralia regnis)Id est coleris vt numẽ. Manent autem expectant. ¶Penetralia.)Secreta templorũ. ¶Tuas sortes.)Sibyllina responsa: quæ(vt supra diximus)incertum est cuius Sibyllæ fuerint: quanquam Cumanę Virgilius dicat,Varro Erythrææ.sed constat regnante Tarquino quãdam mulierẽ nomine Hamalthea,obtulisse ei nouẽ libros, in qbus erant fata & remedia Romana:& pro his poposcisse trecentũ philippeos qui auri tũc pretiosi erant.quę cõtempta,alia die trib' incensis, cum tribus reuersa est:& accepit quantũ postulauerat, hac ipsa re cõmoto rege q̃ pretiũ non mutabat.q libri in tẽplo Apollinis seruabantur: nec ipsi tantũ, Sed & Martiorũ, & Begoes nymphę,quę artem scripserat fulguritarũ apud Tuscos. Vnde & addidit modo Tuas sortes, arcanaq; fata & hoc trahit poeta. Æneã tamẽ inducit quasi de præsenti dicentem oraculo. ¶Lectosq; sacrabo Alma viros.)Quia nisi patricij non fiebãt.Sciendũ sane primo duos librorũ fuisse custodes, inde decem, inde quindecim vsq; ad tempora Syllana.postea creuit numerus. Nã sexaginta fuerunt,sed remansit in his quindecim virorum vocabulum. ¶Folijs tantum ne carmina manda.)Vt Varro dicit in folijs palmæ interdũ notis, interdũ scribebant sermonibus:vt diximus supra. ¶Ipsa.)Pro tu.& posuit pronomen eius personæ de qua loquitur,pro illius cum qua loquimur.est autem Græcum. nam dicunt αὐτὴ εἰπέ.i.tu dic. ¶Finem dedit ore loquendi.Hoc est definit ei vt ore loqueretur,nec in folijs scriberet.

Phœbe graues Troiæ semper miserate labores, ÆN.
Dardana qui Paridis direxti tela,manusq;
Corpus in Aeacidæ:magnas obeuntia terras
Tot maria intraui duce te:penitusq; repostas
Massylum genteis,prætentaq; Syrtibus arua.
Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras.
Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta.
Vos quoq; Pergameæ iam fas est parcere genti,
Dijq;,deęq; omnes:quibus obstitit Ilium,& ingens
Gloria Dardaniæ.tuq; o sanctissima vates
Pręscia venturi,da(non indebita posco
Regna meis fatis)Latio considere Teucros:
Erranteisq; deos,agitataq; numina Troię.
Tum Phœbo,& Triuię solido de marmore templa
Instituam:festosq; dies de nomine Phœbi.
Te quoq; magna manent regnis penetralia nostris.
Hic ego nanq; tuas sorteis,arcanaq; fata
Dicta meę genti ponam:lectosq; sacrabo
Alma viros.folijs tantum ne carmina manda:
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.
Ipsa canas,oro.{Finem dedit ore loquendi. POE.

ASCENSIVS.

¶Phœbe graues Troiæ.)In hac oratione captat Æneas beneuolentiam Phœbi, significans se memorem beneficiorum acceptorum:qui enim se gratũ ostendit in acceptis, dignum facit in accipiendis.Simul quoq;,vt admonuerat Sibylla, vota facit. In quibus,vt in alijs multis, ad Romanam historiam facit præludium. Nam anus peregrina,siue hospita,atque incognita,Tarquinium regem adijt nouem libros afferens, in quibus diuina Romanorum oracula asserebat,eosq; venales exhibuit, trecentos philippeos aureos pro eis postulãs:quam rem, multo risu excepit rex, quasi delira, vltra iustum pretium nimium expostulasset:sed illa spreta,tres eorum igni absumpsit.deinde,de sex reliquis idẽ pretium expostulans,itidemq; derisa idem effecit. Tertio vero,pro tribus reliquis,idem pretium postulans accepit, admirante videlicet rege mulieris constantiam,& facti nouitatem:vnde non nihil mysterij in libris suspicatus,eos excuti iussit, quę abiens nunquam deinde visa est anus,sed Sibylla æstimata: inq; illis reperta sunt Romanorum fata,atque ita summa religione,atque obseruantia culti sunt a Romanis,& ad eos quasi ad oraculũ, quindecim viri adire solebant,vt Ser.recitat; & Cice.in.j.epis.ad Lentulum satis indicat. Sed ne multis lectorem immorer. ¶Ordo est, O Phœbe,scilicet Apollo:semper miserate, id est qui semper miseratus es, (Ordo.) graues labores Troiæ(quod fingitur, aut propter causam sequentem,aut quia Phœbus,Apollo,& sol idem est:quo lucente,Troia capi nõ potuit:sed noctu)qui direxti,id est direxisti (per syncopam:sed sunt qui velint, subitum teli adorsum depictum)tela Dardana Paridis, id est Dardanei Paridis(sed sunt qui potius,tela Dardana,pro eo quod est Dardanea, dixisse censeant: q̃ Dardanei Paridis: eo quod non causam Paridis adulteri; sed Dardaniæ sibi charæ tutari voluerit)& manus Paridis in corpus Æacide,id est Achillis,nepotis Æaci.(direxit autem, quia præcipue in illis locis vulnerauit Achillẽ, in quibus vulnerabilis erat in calcaneis,scilicet pedum,quibus Thetis,mater eius,dum eum in Styge intingeret, tenuerat:& ita quoniam Stygijs aquis nõ imbuerat,nec muniuerat in illis, duntaxat vulnerabilis erat: quod conqueritur apud Statium in Achilleide.)ego intraui te duce, id est ducente, aut ductu tuo(Et ita a generali beneficio, ad proprium sibi, videlicet impensum, descendit)tot maria obeuntia, id est circundantia:magnas terras,id est insulas,& continentes:& gentes Massylum, pro Massylorum, qui sunt in Aphrica(& habet

Universidad de Deusto
Biblioteca

bet secundam longam:nam Massylij,secunda breui,in prouincia Galliæ sunt)repostas.i.repositas:& a cæteris seclusas, vt res quibus vti nolumus,penitus.i.omnino, hoc est extremos populos Massylorum:& arua prætenta Syrtibus(a prætendor,non a prætenor:)id est in conspectu Syrtiū extenta:nos prendimus.i.arripimus iam tandē,oras.i.extremas regiones Italiæ:fugientis.i.more fugientis, cū propior esset prehēdi nequeuntis.Fortuna Troiana,id est inimica & aduersa, qualē Troiani experti sunt, fuerit (concessiuus est modus.i.cōcedendo,vt fuerit)secuta,idest persecuta nos hactenus.(Est enim tmesis, nec dicet temesis.)i.ad hoc vsq; tempus,& ad hunc vsq; locū, nec amplius.)Posset etiam dici,fortuna fuerit secuta,id est persecuta hactenus,Troiana, id est res Troianas.)Fas est,o dij,& deæ oēs, quibus Ilium.i.arx præcipua in Troia:& ingens gloria Dardanidæ:obstitit, idest cōtra voluntatem stetit,hoc est quæ voluistis Ilium deleri, & gloriā eius: vnde paulo inferius,Nimium Romana propago visa potens superis.& est egregia Troię laus,quasi deos,deasq; ad æmulationē & inuidiā concitauerit:quod eius gloria, deorū gloriam offuscaret,fas est,inquā,vos parcere genti Pergameæ, id est Troianæ:& tu o sanctissima vates,scilicet Sibylla, præscia venturi,id est quæ præscis venturū,aut quod vēturum est:da.i.dic, & designa meis fatis.i.fm cætera oracula mihi data:regna,si ego non posco indebita:scit enim sibi regnum deberi,& præcipue Iulo:& da.i.concede,oraculorum reuelatione,Teucros cōsidere.i.sedem capere,& habitationem:Latio.i.in Italia:vbi Saturnus latuit:& deos errantes.i.nobiscum profugos:& numina Troię agitata.i.profugata: considere Latio.Ego.s.per eos,qui de me orituri sunt,constituā: tum.s.postquam, regnum fatale constitutū fuerit Phœbo & Triuię.i.in honorē Apollinis & Dianę templa de marmore solido.i. aut non admisto alio lapide, aut non fracto:& instituam dies festos.s.seculares,seu Apollinares ludos:de nomine Phœbi.i.Apollinis:& magna penetralia, id est sacraria:manēt.i.certissime futura expectēt:quoq;.i.etiā te.i.libros tuos:in nostris regnis(quod postea effectū docet Seruius, Notumq; est Augustum ædē Apollini sacram:hoc est,vt Persius dicit, sacra vatum instituisse:nec vitiosum est, quod tāto ante id vouerit Æneas:quia id facit admonente Sibylla,quæ dixerat,Cessas in vota, precesq;?eius autē admonitione sciuit se nihil in vanum voturum:atq; ita licet fm veritatem:ideo id vouisse dicatur, quia postea factum est:tamen secundum fictionem poeticam,potest postea factum esse ab ijs qui Sibyllinis libris sacraria extruxerūt, quia prius Æneas futurum vouerat:quod quia reprobari nō satis euidenter potest, satis est poetæ.)Nanq;,pro quia:ego ponam.i.consecrabo & reseruabo, hoc est nepotes mei id facient:hic.i.in regnis meis:sortes.s.tuas, hoc est libros in quibus continebunt sortes.i.responsa deorum, vnde Horatius, Dictæ per carmina sortes, &c.& fata arcana.i.secreta,retinenda cum magna religione & obseruātia:dicta.i.vaticinata:meæ genti.i.ei quę meis subdetur:&,o alma.i.altrix, & auctrix imperij,& rerum mearū:ego sacrabo tibi,viros lectos id est delectos,ad hoc munus,s.quindecim viros:tātum.i.tantummodo:ne manda.i.ne cōmēdes,seu cōmittas:nomina.i.notas & characteres, hoc est scripta tua folijs, hoc est si hoc solum beneficiū nobis feceris,q; loquaris:& non in folijs scripseris: de qua re videndum est in.iij.huius,in oratione Heleni ad Æneam:ne ipsa.i. folia,& nomina in eis scripta, volent ventis rapidis.i.per ventos rapidos:cēmota existentia ludibria.i.vt res ludibrio habitæ:aut cōsulentes ludibrio habentes:vnde dictū est, Inconsulti abeunt, sedemq; odere Sibyllæ. Ego oro, vt,sup.ipsa.i.tute: canas.i.ore edas oracula,& non solis notis in folijs palmarum descriptis.Et, sup.Æneas hoc dicto,dedit finem loquendi.i.definiuit,& significauit eam loqui ore,& non scriptis.aut sic,dedit ore,id est significauit ore suo, finem loquendi.i.quod iam faceret finem loquendi, vt ipsa subsequeretur. vterq; modus saluari potest:sed prior, quia authoritate Seruiana fulcitur,tutior est.

PIERIVS.

¶Penitusq; repostas Massylū gentes.)In cod.anti.legere est:pœnisq; repostas:hoc est,ad Pœnos vsq; elocutione insolita, quare longe melius penitus:vt illud,Et penitus toto diuisos orbe Britannos.¶Vos quoq; Pergameæ iā fas est parcere gēti.)In codicibus aliquot antiquis,parcite,legitur,deposcendi forma, quod forte nō displiceat:quāquā,parcere,infinitiuū sonat elegantius.¶Quibus obstitit Iliū, & ingens Gloria Dardaniæ.)Veteres plerique codi.Ilion ingens,legunt: vt Ouidianū illud, Ilion & Tenedos,Sed enim magis Virgilianū est,Ilium & ingēs,legere, gratiore numero,& sentētia dilucidiore.¶Latio cōsidere Teucros.)In Ro.codi.consistere legit.& in.j. Æneidos,eandem huius verbi varietatem ostendimus,eo loco,Vultis & his mecū pariter considere regnis? Nam aliquot exēplaria ibi etiā,consistere,legunt.Sed enim,considere: omnino magis placet eruditis viris.¶Solido de marmore templa Instituā.)In Romano codice,templū Constituā, legitur. In Longobardico,templū,quidē est.Sed,Instituā,verbum:vt etiā ad festos dies adcōmodetur.¶Folijs tantū ne nomina manda.)In antiquis omnibus exemplaribus quotquot versare mihi contigit,carmina,non,nomina, scriptum inueni, quæ quidem lectio Seruium non latuit.

SERVIVS.

At Phœbi nondum patiens immanis in antro
Bacchatur vates:magnum si pectore possit
Excussisse deum.tanto magis ille fatigat,
Os rabidum,fera corda domans:fingitq; premendo.
Ostia iamq; domus patuere ingentia centum
Sponte sua:vatisq; ferunt responsa per auras.
O tandē magnis pelagi defuncte periclis, SIBYL.
Sed terra grauiora manent:in regna Lauini
Dardanidæ venient(mitte hanc de pectore curam)
Sed non,& venisse volent.bella,horrida bella,
Et Tybrim multo spumantem sanguine cerno.
Non Simois tibi,nec Xanthus,nec Dorica castra
Defuerint.alius Latio iam partus Achilles,
Natus & ipse dea.nec Teucris addita Iuno
Vsquam aberit:cum tu supplex in rebus egenis,
Quas gentes Italum,aut quas non oraueris vrbeis?
Causa mali tanti coniux iterum hospita Teucris:
Externiq; iterum thalami.
Tu ne cede malis:sed contra audentior ito,
Quam tua te fortuna sinet.via prima salutis,
(Quod minime reris)Graia pandetur ab vrbe.

¶Nondū patiens.)Quę nondum posset implere oraculorū sermones.aut dū vacat:& est impatiēs.¶Phœbi bacchat vates.)Bene bacchat.Idem.n. est Apollo qui Liber pater, q Sol.Vnde ait Lucan. Cui numine misto Delphica Thebana referūt trieterica Bacchæ. Vnde in eorū sacris erat Phœbadū Baccharūq; conuentus. ¶Excussisse deū.)Excuti proprie de equis dicimus. quod ideo traxit, quia Phœbus(.i. Sol)equis vtitur.Et nūc Sibyllam quasi equum: Apollinē, quasi equitē inducit: & in ea permanēs trāslatione, excussisse ait, vt Excussus Acœteus. Itē,Fera corda domans:quod est equorū propriū,frenos pati & stimulos.Vt,Et fræna furenti Cōcutit,& stimulos sub pectore vertit Apollo. Quod aūt dicit.¶Magnum deū.)Nō re vera ait:sed retulit ad effectum colētis,vt, Summe deū custos sancti Soractis Apollo. Vnicuiq; enim deus quē colit,magnus videtur.¶Excussisse deum.)Pro excutere: tēpus pro tempore.Est aūt Attica figura,qua nos vti nō conuenit:quia hac licenter vtuntur poetæ.¶Fingitq; premendo.)Componit: vt,Et corpora fingere lingua.Componit aūt ad moderationem certam dicendi. Vt enim diximus supra,omnia quidem vident, sed nō omnia indicant sacerdotes.¶Ostia iamq; domus patuere.)Precibus scilicet,& quæ ante ostia erant patefacta,aditus esse cœperunt.¶Ferūt responsa.)Quia ait supra, Ora domus patuere.¶Pelagi defuncte periclis.)Non liberate pelago, sed marinis periculis.Nam adhuc nauigaturus est: sed sine vllo discrimine.Defuncte autem liberate. Nam dicimus functos officio,qui officia debita compleunt. Vnde est & honoribus functi. hinc defunctos mortuos dicimus,qui compleuerunt vitæ officia. Vnde est,Et nil iam cœlestibus vllis Debentem.¶Sed terra.)Legitur & terræ. Vnum tamē est.¶In regna Lauini.)Alij Latini legunt,cuius tūc erāt: sed quia diuina loquit futura, pōccupat. Postea.n. Lauiniū dicit, licet possit ad Lauinum Latini fratrē referri, qui illic ante regnauit.¶Horrida bella.)Quę cōtra hospitem cognatumq; suscepta sunt:vt Latinus dicturus est, Arma Impia sumpsi, Promissam eripui.¶Spumātē sanguine cerno.)

excutio

Defunctus.

Functi.

no.)Quasi nō prædicit,sed videt quę facturus est Turnus,vt Recalent Tyberina fluenta Sanguine adhuc.¶Non Simois tibi, nec Xanthus.)Tyberinus & Numicus in quem cecidit.¶Nec Dorica castra.)Græca & re vera:nam Turnus Græcus fuit: vt,Et Turno si prima domus repetatur origo: Inachus Acrisiusq; patres mediæq; Mycenę.¶Partus Achilles.)Turnum significat.& sic hoc dictum est vt in Bucolicis,Alter erit tunc Typhis, & altera quæ vehat Argo Delectos Heroas.& hoc est quod dicit, Obscuris vera inuoluēs. Nam licet vera sint,latent.Vnde Apollo λοξίας dicit.i. obliquus.¶Natus & ipse dea.)De Venilia sorore Amatæ: vt, Cui diua Venilia mater.Nec debet mirum esse Amatam fuisse mortalem,cum etiam Turnus Iuturnæ frater mortalis fuerit.Nam hęc fuerant diuina beneficia.¶Addita Iuno.)Inimica.Est autem verbum Lucilij & antiquorum:vt Plautus, Additus Ioui Argus.¶In rebus egenis.)Per transitum ostēdit famem futuram.¶Coniux iterū hospita.)Nam & Paris ab Helena fuerat susceptus hospitio. Hospita aūt more suo dixit.Et bene,ne aliquid imputetur Ænee quasi fatorum hoc esse prædicit.¶Tu ne cede.)Ne cedas sed esto audentior q; tua te fortuna permittat. Et bene aduersam fortunam edocet virtute,aut vitari,aut imminui, aut patiēter sustineri.¶Via.)Ratio, opportunitas.¶Graia pandet ab vrbe.)Propter Euandrum,qui eum in Tusciam missurus ad Tarcontem est.

ASCENSIVS.

¶At Phœbi,&c.)Docet quomodo reluctata est Sibylla,cōtra violentiā Phœbi insidētis, vt penitus subacta deo vaticinata iudicetur:nec quæ Ænee nouerit placitura.nam ignota dicit, multa,& terribilia,quę nō erat operæpretium Æneā:sociosq; eius,nouisse,priusq; ad Italiā peruenerint: quia si nouissent tot bella in Italia adhuc gerenda, non tam læti: neq; oēs in Italiā peruenissent. vnde dicit, In regna Lauini Dardanidæ venient:sed nō & venisse volent, &c.Dico ad Italiam.i.ad eam partē quo peruenire cupiebant:vtpote in Latiū,sedes vbi fata quietas ostendebant. Nam & Cumæ,in ora sunt Italiæ:sicut & Caieta: de qua in principio.vij. dicetur,Tu quoq; littoribus nostris.i.Italicis. Vnde hic expresse dicit Sibylla,in regna Lauini Dardanidæ veniēt,quia iam ad littora Italię venerāt:nō amplius periculose nauigaturi. Vnde premiserat,O tandē magnis pelagi defuncte periclis, &c.Quia vero nihil extat quod ad hunc locū faciat Donati.¶Ordo est, At.i.sed: vates.s.Sibylla:nondū patiens Phœbi.i.quę nondū tolerare valebat Phœbū in eam.s.intrantē,aut insidentē in mora equitis:bacchatur.i.more bacchantiū furit: existens immanis.i.terribilis,& ferox(quia dictū est,Maiorq; videri, &c.)in antro i.adytis Phœbis.i.vt si forte posset:excussisse.i.quasi equitē insidentē excutere:pectore.s.suo:magnū deum s.Phœbū:qui in oraculis magnus est:aut qui eam maiorē fecerat.Ille.s.deus fatigat,sup.eam:tanto magis.s.quāto magis ipsa reluctabatur,domans.i.cōprimens:os rabidū.i.furens:& corda fera.i.effera:& indomita:& fingit.i.componit,& ad debitū situm reducit:prēmendo.i.reprimēdo.s.eam. Iamq;.i.& iam.s.post vota & preces,cum deus in eam plene descēderat,centū ingentia ostia domus patuere sua spōte: & ferunt.i. efferunt:responsa.i.oracula:vatis.s.Sibyllæ:ad auras.s.vbi cōsultores erant.Responsa aūt sunt hęc:O,supp. Ænea:defuncte.i.perfuncte, & nō amplius functure:tandē.i.post septennales errores magnis periclis pelagi: sed,sup.nihilominus grauiora,sup.pericula:manent, sup.te:terris.i.in terris cum perueneris ad terram: quia in mari non potuit submergi,qui Numico lacu submersus est.audi, sup.quæ dicā:Dardanidæ venient in regna Lauini:mitte.i.remitte, aut depone hanc curam de pectore.i.ne sis solicitus de hac re,sed ipsi &.i.simul volent:haud.i.nō,venisse,id est quod in Italiā nō venerint:non dicit, tu voles,quia vir magnanimus, infrangibilē habet constantiā.Ego cerno.i.prēuideo.& est exemplum vbi etiam mente cernimus:aut cerno,deo reuelāte, intrinsecus.bella(inquit)horrida,& Tybrim,fluuium illum Italiæ,spumantem multo sanguine:nō dicit,quorum, nec tamen victoriā pollicet Æneæ: Simois, id est fluuius ille Troianus:nec Xanthus .i.alius eiusdē fluuius:nec castra Dorica,id est Græcorum nō defuerint tibi,id est ad perniciem tuam:hoc est Troianorum cadaueribus opplebitur Tyberis, vt oppleti sunt Simois & Xanthus. Et iam sæuos inimicos offendent in Italia:q; experti sunt Gręcos in Phrygia. Alius Achilles.i.Achilli similis, videlicet Turnus,partus est,scilicet tibi iam in Latio, natus est:&,id est etiā ipse, quasi dicat,nō solū Achilles,aut tu:dea.s.Venilia nec Iuno addita.i.persecutrix: Teucris:scilicet ad persequēdos eos abierit vsq;.i.in aliquo loco,ab eis,sup.tunc,cū tu, supplex in rebus egenis.i.tenuibus & modicis,quas genteis Italum,pro Italorū:& quas vrbeis.i. ciuitates & cōmunitates non oraueris.s.vt tibi auxilio sint:q.d. nullas nō oraueris,sed oēs: & est plus q; si omnes diceret. Cōiux hospita,id est filia hospitis,scilicet Lauinia,filia Latini, Turno desponsata a matre erit,sup.Teucris,idest Troianis, iterū sicut fuerat Helena,causa tanti mali,id est tam perniciosi belli. Et thalami externi:erunt,sup.iterum causa tanti mali:sed tu ne cede, pro ne cedas,malis.s.pœnarum,hoc est laboribus & aduersitatibus: sed ito cōtra.i.obuiam:audentior, quam tua fortuna sinet te,hoc est magnanimitate supera fortunā tuam ita vt virtus tua & prudentia dominet fortunę.Prima via, idest primus aditus & modus acquirēdæ salutis:pandetur.i.aperietur tibi(quod, id est quā rem, tu reris.i.opinaris:minime.i.nullo modo,quia nō est vero simile,cum nihil sit magis hostile)ab vrbe Graia,id est a Græcis habitata:dum.s.per Euandrum,hominem Arcadem illic habitantem, vbi nunc Roma est,ad Tarcontem in Thusciam mitteris.

Ordo.

PIERIVS.

¶Sed terra grauiora manent.)In cod.quibusdam admodum vetustis,terrę genitiuo casu legitur:subintelligendo,pericula,veluti dixerat,Pelagi defuncte periclis.magis tamen placet, terra,aduerbialiter.¶In regna Lauini Dardanidæ venient.)Vetera quædam exemplaria legunt,& regna:pro,in regna,præpositione prēterita, prout etiam factum statim in principio lib.j.Italiam fato profugus Lauinaq; venit littora. Sunt & qui Latini legēdum autument.Seruio etiam super syllaba Lauini,prima plurimum dubitante.In codi.tamē omnibus antiquioribus,Lauini, scriptum obseruaui,prēter nonnullos, in quibus Latini, subdititia lectio est priore abrasa dictione, Sed enim plura de hoc in.vij.vbi versum illum, Exsulibus ne datur ducenda Lauinia Teucris. In codi.quibusdam ant.aliter legi ostensum est.¶Nec Teucris addita Iuno.)Multi quidem codi.ex antiquis,abdita, legunt: sed inemēdate,addita vero vocabulum Lucilianum agnoscit Seruius. ¶Sed cōtra audentior ito. Quam tua te fortuna sinet.)In plerisq; veteribus codi.Qua, legere est, quod forte non displiceat. Sed plus est,Quam,dicere:quia id etiam adhortatur,vt fortunam ipsam superare cōtendat,cum ex altero, ei tantum obsequendum præcipiatur.

SERVIVS.

Talibus ex adyto dictis,Cumæa Sibylla POE.
Horrendas canit ambages;antroq; remugit,
Obscuris vera inuoluens.ea fræna furenti
Concutit:& stimulos sub pectore vertit Apollo:
Vt primum cessit furor:& rabida ora quierunt:
Incipit Aeneas heros.{Non vlla laborum ÆNE.
O virgo noua mi facies,inopinave surgit.
Omnia percepi:atq; animo mecum ante peregi.
Vnum oro(quando hic inferni ianua regis
Dicitur,& tenebrosa palus Acheronte refuso)
Ire ad conspectum chari genitoris,& ora,
Contingat:doceas iter:& sacra ostia pandas.
Illum ego per flammas,& mille sequentia tela
Eripui his humeris:medioq; ex hoste recepi:
Ille meum comitatus iter;maria omnia mecum.

¶Ex adyto.)Locum vaticinationis ostēdit.¶Cumæa Sibylla.)Bene addidit, ppter discretionem.¶Antroq; remugit.)Quia in antro est: vt, Pulsati colles clamore resultāt.¶Obscuris vera inuoluēs. Vera & obscura cōfundēs. est aūt Hypallage veris obscura inserēs ¶Cessit furor.)Nō penitus recessit, sed paulatim cœpit imminui.Nam est paulopost de Miseni morte dictura:qd' nō pcedit si nunc numē recessit. ¶Nō vlla laborū,O virgo.)O, licet sit naturaliter breuis in latinis sermonibus,apud Virgilium tn pro lōga habetur, vt hoc loco,O virgo. Item alibi, Quis te magne Cato tacitum.Exceptis ego:vt,Ast ego quę diuum.& duo,vt, Si duo prēterea.& scio,vt,Nunc scio quid sit amor & nescio,vt,Nescio quis teneros ocul' mihi fascinat agnos.Apud alios O, nisi in Grēcis nominibus nō producitur:quod & nunc sequi debemus. Dicunt tamen quidam quod O tunc producitur in nominatiuo quādo & in genitiuo fuerit pducta: quod falsum est. Nā & Virgilius produxit virgo, cū virginis faciat,& Luca.Cato corripuit:vt,Nos Cato da veniam, cum Catonis faciat. Itē Iuno cū producat Virgilius, Stati' tamē corripit.Sane sciendum allocutionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

allocutionẽ hãc eſſe ſuaſoriã cum partibus ſuis. Nã honeſtum eſt quod dicit ſe patrem requirere: vtile, vt ab eo patriæ originem diſcat: neceſſariũ, quia iuſſerat pater: vt, Dis tis tñ ante Infernas accede domos. poſſibile, quia ait, Quando hic inferni ianua regis Dicitur. ſſ. Potes nãq; omnia: ſi omnia, & hoc. ſ Noua mi facies.) Species. Et ſciendũ pronomen Mihi nunq; in Synæreſim venire, ne incipiat eſſe blandientis aduerbiũ: & licet quidam huius loci nitantur exemplo, nõ procedit, vel quia vnũ eſt exemplũ, vel quia poteſt eſſe etiã blandientis aduerbiũ, nihil vero pro metri neceſſitate cogitur. Nam ſi pars ſequẽs orationis a vocali inchoet, Nihil dicimus, vt, Heu nihil inuitis fas quẽquã fidere diuis. Si aũt a cõſonante inchoet, Nil ponimus. vt Iuuena. Nil tale expectes: emit ſibi multa, videmus. ſ Inopinave ſurgit.) Nomẽ eſt, nõ participiũ. Nam inopinata diceret, quod nõ procedit. Opinatus. n, venit ab eo quod eſt opinor. ſed quia inopinor nõ dicimus: ideo nec inopinatus facit. ſicut & nocens participiũ eſt, quia inuenimus noceo: innocens nomẽ, quia innoceo nõ dicimus. Nullum eſt enim participiũ quod a verbo non trahatur: licet a ſui verbi forma nõ veniat, vt placita, licet placeor nõ dicamus, tñ placeo inuenimus. Item regnata, triumphata. Vnde galeatus & tunicatus nomina cõprobantur. Nullum, n. verbũ horum originis reperitur. ſ Omnia percepi, atq; animo mecum ante peregi.) Percepi, ante cognoui ab Heleno, vel a patre qui ait, Gens dura atq; aſpera cultu Debellanda tibi Latio eſt. Dicit aũt ſe futura partim audiſſe, partim mente percepiſſe. Sed occurrit, ſi nouit omnia, quid conſulit numen? Noſſe ſe dicit omnia quantũ ad labores pertinet: & cõcedit totam petitionẽ, vt ad illud veniat quo poſſit patrem videre. Nam quod dicit vnũ oro: non ſolum dicit, ſed præcipuũ, vt Vnam poſthabita coluiſſe Samo. ſ Quando.) ſiquidẽ: & eſt coniunctio. ſ Et tenebroſa palus Acheronte refuſo.) Paludem pro lacu poſuit. Nam Auernum ſignificat: quẽ vult naſci de Acherontis æſtuariis. Palus autem, bene iſte produxit Lus: quia palus paludis facit, quod ſupra plenius diximus. Horatius corripuit: vt Steriliſq; diu palus aptaq; remis. Tenebroſa, autem, nigra, per quod altam ſignificat: vt, Nigra fugit ſub nube columbam, i. alta. ſ Acheronte refuſo.) Acheron fluuius dicitur inferorum, quaſi ſine gaudio: ſed conſtat locum eſſe aut longe a Baiis vndiq; montibus ſeptũtadeo vt nec orientem, nec occidentem Solem poſſit aſpicere, ſed tantum mediũ diẽ. Quod autem dicitur ignibus plenus, hæc ratio eſt: omnia vicina illic loca calidis & ſulphuratis aquis ſcatent. Sine gaudio autẽ ideo ille dicit locus, quod necromantia vel ſciomantia, vt dicunt nõ niſi ibi poterat fieri: quæ ſine hominis occiſione nõ fiebat. Nã & Æneas illic occiſo Miſeno ſacra iſta compleuit, & Vlyſſes occiſo

Atq; omnes pelagiq; minas, cœliq; ferebat
Inualidus, vires vltra, ſortemq; ſenectæ.
Quin, vt te ſupplex peterem: & tua limina adirem:
Idem orans mandata dabat. natiq;, patriſq;
Alma precor miſerere. potes nanq; omnia: nec te
Nequicq; lucis Hecate præfecit auernis.
Si potuit manes arceſſere coniugis Orpheus
Threicia fretus cithara, fidibusq; canoris:
Si fratrem Pollux alterna morte redemit:
Itq;, reditq; viam toties: quid Theſea, magnum
Quid memorẽ Alcidẽ: & mi genus ab Ioue ſummo.

Elpenore, quanquam fingatur in extrema Oceani parte Vlyſſes fuiſſe, quod ipſe Homerus falſum eſſe oſtendit ex qualitate locorum quę cõmemorat ex tempore nauigationis. Dicit enim eum circa vnam noctem nauigaſſe, & ad locum veniſſe, vbi ſacra perfecit. Quod de Oceano non procedit: de Campania, manifeſtiſſimum eſt, Præterea a Baio ſocio eius illic mortuo, Baias conſtat eſſe nominatas. Dicit etiam vidiſſe Herculem: ideo quia illic habuit animalia, quæ Geryoni detracta ex Hiſpania adduxerat. ſ Ire conſtingat.) Vt minus eſt, Vt ire cõtingat: vt iter doceas. ſ Sacra oſtia pandas.) Aut venerabilia, aut execranda: ſicut de Tartaro dictus eſt. Sacræ panduntur portæ. ſ Illum ego per flammas.) Meritum approbat patris, vt iuſtum videatur eſſe deſyderium. ſ Sentia tela.) Vt, Ardentes Clypeos atq; æra micantia cerno. ſ Ex hoſte recepi.) Liberaui, vt Frugesq; receptas. Ex hoſte autem, plus eſt quã ſi ex hoſtibus diceret: vt diximus ſupra. Ex hoſte enim generaliter dicitur: ex hoſtibus partem oſtendit. ſicut dicendo terram, ſignificamus elementum. terras vero, ſingulas partes, vt Africæ, Italiæ. ſ Meum comitatus iter.) Non ſpe ſalutis, ſed mei cauſa: vt, Cedo equidem, nec Nate tibi comes ire recuſo. ſ Cœliq; ferebat.) Vt ante morte præuentus ſit quam ferre deſinerit. Et mire imperfecto vſus eſt tempore, ac ſi diceret, adhuc ſi viueret ferret. ſ Vires vltra, ſortemq; ſenectæ) Quia ſenectę ſors, eſt quies & ocium: ſicut pueritię, ludus: amor, adoleſcentia: ambitus iuuenilis ętatis. Ergo aliud ferebat pater, quã ſors exigebat ſenectæ. ſ Orans mandata dabat.) Sic dictum eſt eum rogare, cui poſſit iubere, vt & ſupplex tua numina poſco. Maior enim ad Impera trandum vis eſt iubere. ſ Mandata dabat.) Vt, Huc caſta ſibylla Nigrarum multo pecudũ te ſanguine ducet. ſ Lucis Hecate præfecit Auernis.) Hecate trium poteſtatum nomen eſt. Ipſa eſt, enim

Inopinata.

enim Luna, Diana, Proſerpina. ſed ſolam Proſerpinam dicere nõ potuit propter lucos qui Dianæ ſunt. Item Dianam, quia Auernis ait. Vnde elegit nomen in quo vtrunq; conſtabat. Vnde Lucanus de Proſerpina ait, Hecate pars vltima noſtræ. ſ Si potuit manes.) Nititur exemplis, quæ inferiora ſunt per comparationem: vt ipſe videatur iuſtior velle deſcendere. Nam Orpheus reuocare eſt conatus vxorem: hic vult tantum patrem videre, Orpheus aũté voluit quibuſdam carminibus reducere animã conſugis: quod quia implere non potuit, a poetis fingitur receptam iam coniugẽ, perdidiſſe, dura lege Plutonis. Quod etiam Virgilius oſtendit dicendo Arceſſere: quod euocãtis eſt proprie. ſ Fidibuſq; canoris.) Bene ſonãtibus chordis. Fidibus autem eſt nominatiuo hæc fidis, vt ſit pyrrhichius. Nam fides iambus eſt. ſ Si fratrem Pollux alterna morte redemit.) Vt diximus ſupra Helena & Pollux de Ioue nati immortales fuerũt. Nam Caſtor Tyndarei filius fuit: cuiꝰ mortẽ ſuo interitu fraterna pietas redemit. Quod ideo fingitur, quia hoꝝ ſtellæ ita ſe habent, vt occidente vna oriatur altera. & iterum exemplum per comparationem: quod quia pium eſt, ſe ad frequentiã contulit dicẽdo. ſ Itq; reditq; viam toties: quid Theſea.) Durum exemplum. Vnde nec immoratꝰ eſt in eo. Dicit inferos debere patere pietati, qui patuerunt infanda cupienti. Nam hic ad capiendam Proſerpinam ierat cum Pyrithoo: & illic retentus fuit pœnas: vt, Sedet æternumq; ſedebit Infelix Theſeus. ſ Magnum Quid memorem Alcidem?) Melius ſic diſtinguitur: licet quidam legant, Quid Theſea magnum? vt epitheton ei dent qui per ſe non eſt magnus. Nam Herculem etiam ſine epitheto magnum intelligimus. Sed melius eſt magnum dare Herculi quàm ſacrilego. ſ Et mi genus ab Ioue ſummo.) Occurrit tacitæ quæſtioni tanq; Sibylla dixerit, Sed ij enim qui deſcẽderant, a dijs ducebant originem.

ASCENSIVS.

(Talibus, &c.) Habito (inquit) tali oraculo Sibylla impulſu dei horrendas canit ambages: quia iam deus remiſerat habenas, hoc eſt permiſerat eam redire ad ſe: nondum tamen ad ſe penitus redierat: & quia deorum reſponſa (ſecundum Ethnicorum theologiam, quam poetæ ſequuntur) ſæpe dubia, & obſcura ſunt, nunquam tamen falſa. ideo dicit, quod erat obſcuris vera inuoluẽs. Poſtea aũté quam ad ſe redierat, orat Æneas, vt ſe ducat ad inferos, ad conſpectum. ſ. patris. & doceat quibus adytus inferni pateant, atq; oſtia aperiantur. De quo quidem deſcẽſu, inter hanc, & ſequentem lectionem (quia ad vtranque faciunt) nonnulla ex Macro. citabimus, quę ad eũ locum recepimus: vt explanatio noſtra familiaris exregione textus haberi poſſet. (Eſt igit Ordo. Si bylla Cumea, more Græco, Latine Cumana, id eſt quæ apud Cumas oracula dabat: canit ambages, id eſt ambiguos ſmones: horrendas, ideſt cum horrore audientium, aut horrorem incutiẽtes & hoc talibus, ſcilicet oraculis: dictis, id eſt pronunciatis: ex adyto, id eſt loco penitiore templi, quem ſoli ſacerdoti adire licebat vnde adytus Latine, & adytum Græce, contraria ſignificant. nam adytum, dictum eſt ab ἀ, priuatiua particula: & δύω, ingredior: quaſi ſine ingreſſu: & ipſa remugit, id eſt cũ reflexione vocis, qua ſi mugitum eſſet: antro, id eſt ex antro: inuoluẽs, id eſt implicãs vera: obſcuris, id eſt non ſatis intellectis, quamuis & vera eſſent: quia Apollo cõcutit, id eſt inſtigat: furenti ea, id eſt eiuſmodi fræna, id eſt ſic mẽtem, & organa vocis eius regit, vt quæ ipſe voluit non quæ ipſa præmeditata ſit, loqueretur: & vertit, id eſt vertendo, hoc eſt trahendo, & retrahẽdo, dirigit ſtimulos, ſup. eos, id eſt eiuſmodi, ſup. in pectore, id eſt præcordijs Sibyllæ: vt, id eſt vbi aut cum primum, hoc eſt immediate, poſtq; furor, id eſt rabies Sibyllæ: ceſſit, id eſt ſedata eſt: & ora rabida quierunt, Æneas hero, ideſt vir prouidus, & quaſi diuinus, cuius eſt proſpicere ventura, incipit, ſcilicet affari Sibyllam in hũc modum. O virgo, vlla facies, id eſt ſpecies laborum: non ſurgit, ideſt oritur, aut prædicitur: mi. i. mihi noua: ve, pro vel: inopina, id eſt inopinata: qa ego percepi omnia. ſ. quæ ad bella pertineant: & id in fine. v. dicẽte patre, Gens aſpera cultu debellanda tibi Latio eſt. & peregi mecum, id eſt præmeditata ſum: ante. i. priuſq; hæc diceres: animo ſcilicet meo, id eſt quantum ad bellum, mihi in Italia gerendum, certior iam factus a patre: & diſcurſu rationis bene cognoſcere poſſum, quod non ſine ſanguine tãtum mihi contingeret regnum, quaſi dicat, nolo ampliꝰ de bello mihi canas: ſed oro vnum, id eſt præcipuum, aut id ſolum: quando. i. quandoquidem: ianua Ditis, ideſt Plutonis: inferni, id eſt habentis poteſtatem apud inferos: & palus tenebroſa. i, nigra, & profunda: & hoc Acherõte. i. lacu illo infernali: refuſo. i, refluente, & ſtagnãte: dicitur, ſup. eſſe: hic, ideſt in Campania Italiæ, cuius cauſam narrauit Ser. Contingat, id eſt detur mihi, licet difficile ſit, ire ad conſpectum & ora chari genitoris, ſcilicet Anchiſæ: doceas iter, id eſt aut modum eundi, aut pro via poſuit: & pandas. i, aperias: & reſeres, oſtia ſacra. i. execrabilia, aut religione multa obſeruanda. Ego eripui illum. ſ. patrẽ, his humeris, p flammas, & mille tela ſequentia, vt dictum eſt in fine. ij. & recepi ex hoſte medio, id eſt ex mediis hoſtibus in locũ tutum perduxi: aut de cineribus intelligit, quos a Diomede recepit: vnde dixit in. v. Saluę ſancte parẽs iterum ſaluete recepti Nequicq; cineres. Ille comitatꝰ meum iter, ferebat, id eſt tollerabat mecum omnia maria, atq; omneis minas, id eſt errores, & tempeſtates, pelagi, id eſt maris: & cœli, id eſt aeris: exiſtens inualidus, id eſt debilis vltra vireis, & ſortem ſenectæ, id eſt ætatis, quæ quietem & ocium efflagitat. Quin, id eſt quinetiam, idem orans tanquã ſupplex, propter magnam affectionem: dabat mandata, id eſt præcipiebat, vt in fine. v. dictum eſt: vt ego ſupplex peterem te, & adirem tua limina. Ego igitur precor: o alma, id eſt ſancta & ſalutis noſtræ altrix virgo: miſerere nati, & patris: nam tu potes omnia, quia ergo potes, & pium eſt, atq; licitum, qa a patre diuino mandatum debes velle. Probat autem quod dixit, potes: nec, id eſt & non: & Hecate, id eſt Proſerpina, apud inferos, quæ eadem Diana eſt apud nos: non nequicquam, id eſt non ad nihil, id eſt non fruſtra præfecit te, lucis. i. ſyluis incęduis, quæ nunq; lucent: ſed ſemper ſacras vmbras habẽt: Auernis, id eſt qui ſunt iuxta Auernum i Campania lacum, præterea eſſe. nec quod petit carere exemplo probat ſic: ſi Orpheus potuit accerſere, id eſt aduocare ad ſe: maneis. i. vmbras: cõiugis. ſ. Eurydices: vt viſum eſt in fine. iij. Georgi. fretus. i, confiſus & adiutus: cithara Threicia, id eſt Thracia, & fidibus. i. chordis: canoris. i. dulciter canẽtibus, ac reſonantibus, ſi Pollux, alter geminoꝝ filius Iouis, ex Leda Tyndari vxore: redemit fratrem. ſ. Caſtorem: morte alterna, ideſt quam alternatim pro illo obiuit, vt ille viciſſim pro Polluce: & it, & redit viam, ſcilicet ab inferis ad ſuperos. & e diuerſo toties, quia ſingulis diebus: ſic enim gemini in cœlo ſunt vt dum alter oritur, alter occidat: quid. i. ad quid: memorem. i. commemorem: & recitem Theſea, quaſi dicat, non opus eſt, quia is violẽter acceſſit, ſed vinctus eſt, quid memoré Alcidẽ. i. Herculem magnum. ſ. ſine exemplo in ſua ætate, qui Theſea liberaſſe dicitur ab inferis, & Cerberum traxiſſe ad ſuperos, quaſi dicat, ſi ipſi hoc potuerunt, hi per pietatem illi per violentiam potero, & ego qui & pius & fortis ſum. At ſi dicat Sibylla, verum illi potuerũt, quia dijs geniti: ad hoc reſpõdet genus, ſupp. eſt: &, id eſt etiam: mi. i. mihi, ab Ioue ſummo, ſcilicet deorum, ſicut Herculi, & Polluci. Mi, datiuus eſt, a genitiuo, mis: ſicut mihi, a mei: nec videtur abſurdum, ſi dicatur mil, ſcribendum, ſed proferendum monoſyllabon, ſicut dij, vnde dum duæ ſunt ſyllabæ, interiicitur h, & fit mihi: quæ cauſa eſt, cur ahenum, interdũ ſcribitur, & apud nonnullos IHESVS: cum artis ſit, IESVS, dictio triſyllaba. Quia vero de inferis, multa dicturus eſt poeta ex Platonicorum philoſophia, non abſurde adduxero ea, quę Macrobius ſuper ſomnium Scipionis a Cicerone editum, de ipſis dixerit interiecturus, quædam declaratiua, q̃ ſemicirculis a Macrobianis diſcernem*. Dicit igitur ſic ad hæc Ciceronis verba Quæſiui viueret ne ipſe, & pater Paulus, & alij quos nos extinctos arbitrabamur. Immo vero (inquit) hi viuunt, qui e corporũ vinculis, tanquam e carcere volauerũt: veſtra vero, quæ dicitur vita mors eſt. Hæc ille. Ad quæ Macrobius: Si ad inferos meare, mors eſt, & vita, eſt eſſe cum ſuperis: facile diſcernes, quæ mors animæ, quæ vita credẽda ſit: ſi conſtiterit, qui locus habendus ſit inferorum, vt anima: dum ad hunc locum truditur mori, cum ab hoc procul eſt vita frui, & vere ſupereſſe credatur. Et quia totum tractatum, quẽ veterum ſapientia, de inueſtigatione huius quæſtionis agitauit, in hac latenter verborum paucitate reperies: ex omnibus aliqua, quibꝰ nos de rei quam quærimus abſolutione, ſufficit admoneri: amore breuitatis excerpſimus. Antequam ſtudiũ philoſophię, circa naturæ inquiſitionem ad tãtum vigoris adoleſceret, qui per diuerſas gẽtes, authores in conſtituendis ſacris cærimoniarum fuerũt: aliud eſſe inferos negauerũt, quam ipſa eorpora, quibus incluſæ animæ carcerẽ fœdum tenebris, horridum ſordibus, & cruore, patiuntur. Hoc animę ſepulchrum, hoc Ditis concaua, hoc inferos vocauerũt. Et omnia quæ illic eſſe credidit, fabuloſa perſuaſio in ipſis humanis corporibus aſſignare conati ſunt. Obliuionis fluuium, aliud non eſſe aſſerẽtes, q̃ errorem animæ obliuiſcentis majeſtatem vitæ prioris, quæ antequam in corpus truderetur potita eſt: ſolamq; eſſe in corpore vitam putãtis. (Vnde Letheum fluuium, a λήθω, quod eſt obliuio, & λάθω, quod eſt lateo, vocamus.) Pari interpretatione Phlegethontem, ardores irarum, & cupiditatum, putauerunt. (Dicitur. n. Phlegethon,

Veterũ opio in feros in corpoꝝ ponentium.

Lethe.

a verbo φλέγω,quod eſt comburo,ardeo,&c.)Acherontem quicquid feciſſe, dixiſſeve vſq; ad triſtitiã, humanæ varietatis more, nos pœnitet.(Dicitur Acheron ab ἀ,quod priuatiuũ eſt, & χαρὰ lætitia,hoc eſt abſq; lætitia.)Cocytum, quicquid homines in luctum lachrymaſq; cõpellit.(Dicitur a κωκυτὸς, quod eſt luctus, vlulatus,ſicut κώκυμα,ploratus,κωκύζω, lamentor.& κωκύζω, ploro,&c.)Stygẽ quicquid inter ſe humanas animas in gurgite mergit odiorum.(Dicitur Styx, a στυγερὸς πλοῦτος, quod eſt mœſtus odioſus. vel ſi ſic ſcribas,Styx,eſt acies,ſeu turma, continens viros.T.i.ccc.)Notate hic fluuiorum ordinem,quod incrementum habeant:primum ſiquidem malum eſt,obliuio boni, quod Lethe ſignificat. Deinde ardor, & inflammatio ad malum quod Phlegethon:tum priuatio lætitiæ,quod Acheron: tum luctus,& lachrymæ,quod cocytus. Poſtremo perſeuerans odium in furorem rapiens,quod Styx ſignificat.Ipſam quoq; pœnarum deſcriptionem:de ipſo vſu conuerſationis humanæ ſumptam.crediderunt vulturem iecur immortale tondentem nihil aliud intelligi volentes q̃ tormenta conſcientiæ obnoxia, flagitio viſcera interioris rimãtis,& ipſa vitalia indefeſſa admiſſi ſceleris admonitione laniantis,ſemperq; curas ſi requieſcere forte tentauerint excitantis tanq̃ fibris renaſcentibus inhærendo:nec vlla ſibi miſeratione parcẽtis, lege hac qua ſe iudice nemo nocens abſoluit,nec de ſe ſuam poteſt vitare ſententiã.Illos autẽ epulis ante ora poſitis,excruciari fame,& inedia tabeſcere,quos magis,magiſq; acquirendi deſyderium cogit,preſentem copiã nõ videre, & in affluẽtia inops egeſtatis mala patiuntur neſciẽtes:parta reſpicere dum egent habendis.Illos radijs rotarum pendere diſtrictos,qui nihil cõſilio preuidentes,nihil ratione moderãtes,nihil virtutibus explicantes,ſeq; & actus ſuos oẽs fortunæ permittentes, caſibus,& fortuitis,ſemper rotantur.Saxum ingens voluere,inefficacibus, laborioſiſq; conatibus vitã terẽtes.Atrã ſilicem, lapſurã ſemper, & cadẽti ſimilem,illorũ capitibus imminere, qui arduas poteſtates,& infauſtam ambiũt tyrannidem, nunq̃ ſine timore victuri, & cogentes ſubiectum vulgus odiſſe,dum metuat ſemper,ſibi videntur quod merent excipere.Nec fruſtra hoc theologi ſuſpicati ſunt.Nam Dionyſius aulæ Siculæ inclemẽtiſſimus incubator,familiari quondam ſuo ſolam beatam exiſtimãti vitam Tyranni, volens q̃ perpetuo metu miſera,q̃ impendentiũ ſemper periculorum plena eſſet,oſtendere:gladium vagina raptum,& a capulo de filo tenui pendentem mucrone demiſſo iuſſit,familiaris illius capiti inter epulas imminere.Cumq; ille,& Siculas, & Tyrãnicas copias,præſentis mortis periculo aſpernaretur: Talis eſt(inquit Dionyſius)vita, quam beatã putabas, ſic nobis ſemper mortem imminentem videmus.Exiſtima ergo,quando felix eſſe poterit, qui timere non deſinit. Secundum hæc igitur, quæ a theologis aſſeruntur, ſi vere ſuos quiſq; patimur manes, & inferos in his corporibus eſſe credimus:quid aliud intelligendum eſt, q̃ mori animam,cum ad corpus interna demergitur:viuere autem,cum ad ſupera,poſt corpus euadit?Dicendum eſt,quid ijs poſtea viris ſolicitior inquiſitor philoſophiæ cultus adiecerit. Nã & qui primum,Pythagoram:& qui poſtea,Platonem,ſecuti ſunt,duas eſſe morteis:vnam,animæ:animalis, alteram prodiderunt.arbitrantes tunc animam mori,nõ dum corrumperetur,quod impoſſibile ſciuerũt.ſed dum operas ſibi proprias exercere nõ poſſet. Mori animal,cum anima diſcedit e corpore,ipſam vero animã mori aſſerentes,cum a ſimplici,& indiuiduo fonte naturæ,in membra corporea diſſipatur.Et quia vna ex ijs manifeſta, omnibus nota eſt.Altera non,niſi a ſapientibus deprehenſa, cæteris eam vitam eſſe credẽtibus:ideo hic ignoratur a plurimis,cur eundem mortis deum,modo Ditem,modo immitem,vocemus:cum per alteram,id eſt animalis mortem,abſolui animam,& ad veras naturæ diuitias:atq; ad propriam libertatem remitti, fauſtum nomẽ indicio ſit.Nam πλοῦτος, diuitiæ ſunt:vnde πλούτων. Per alteram vero,quæ vulgo vita exiſtimatur, animã de immortalitatis ſuæ luce,ad quaſdã tenebras mortis impelli, vocabuli teſtemur horrore. Nam(vt conſtet)animal, neceſſe eſt anima in corpore vinciatur. Ideo corpus δέμας, hoc eſt vinculum, nuncupatur.(Eſt enim δεσμὶ,faſciculus:δέσμιος vinctus:δεσμὸς, vinculum, nodus:δεσμέω,ligo,vincio.)Et σῶμα,quaſi quoddã σῆμα, id eſt animæ ſepulchrum:vnde Cicero pariter vtrunq; ſignificãs, corpus eſſe vinculum,corpus eſſe ſepulchrum, quod carcer eſt ſepultorum,ait,Qui e corporum vinculis,tanq̃ e carcere euolarunt. Inferos autem Platonici,non in corporibus eſſe, id eſt nõ a corporibus incipere,dixerunt:ſed certam mundi iſtius partem,Ditis ſedem,id eſt inferos,vocauerunt. De loci vero ipſius finibus inter ſe diſſona publicarunt.Et in treis ſectas,diuiſa ſentẽtia eſt.Alij.n.

Phlegethon. Acherõ Cocyt'. Styx. Vultur iecur tõdens. Tãtali. Ixiones Syſiphi. Saxum voluentes. Diõyſij Tyrãni Siculi caſum timentes. Notadũ as morteis. De religs philoſoph'. Vñ corpus dictum. Trespla tonicorũ de inferis ſententię.

mundum in duo diuiſerũt quorum,alterum facit,alterum patitur.Et illud facere,dixerunt,quod cum ſit immutabile alteri,cauſam,& neceſſitatem permutationis imponit:hoc pati, quod per mutationes variatur.Et immutabilem quidem mundi partem,a ſphæra,quę Aplanes dicitur,vſq; ad globi lunaris exordiũ: mutabilẽ vero a luna,ad terras vſq; dixerunt:& viuere animas dum in immutabili parte conſiſtunt,mori autem,cum ad partem ceciderunt,permutationis capacem.Atq; ideo inter lunam,terraſq;, locum morti s,& inferorum vocari:ipſamq; lunã vitæ eſſe, mortiq; confinium:& animas inde in terram fluentes mori: inde ad ſupera meantes, in vitã reuerti. Nec immerito exiſtimatum eſt: a luna enim deorſum,natura incipit caducorum: ab hac,animæ ſub numerum dierum cadere,& ſub ipſis incipiunt:deniq; illam .i.lunam æthercam terram, phyſici vocauerunt, & habitatores eius lunares populos nuncupauerunt,quod ita eſſe plurimis argumentis,quę nunc longũ eſſet enumerare,docuerunt.Nec dubium eſt,quin ipſa ſit mortalium corporum author, & cõditrix, adeo vt nulla corpora,ſub luminis eius acceſſu, patiant augmenta & hac decreſcente,minuant. Sed ne de re manifeſta faſtidium, prolixa aſſertione generetur,ad ea quę de inferorũ loco alij deſiniunt,tranſeamus. Maluerunt enim mundum, alij in elementa ter quaterna diuidere,vt in primo ordine numerarentur: terra, aqua,aer,& ignis,quę eſt pars liquidior aeris,vicina lunæ.Supra hęc rurſum,totidem numero,ſed naturæ purioris elemẽta:vt ſit luna,pro terra,quam ęthercam terram a phyſicis diximus nominatam:aqua, ſit ſphæra Mercurij:aer,Veneris: ignis,in ſole. Tertius vero elementorum ordo, ita ad nos conuerſus habeatur:vt terram,vltimam faciat:& cæteris in medium redactis, in terram deſinat,tam ima,q̃ ſumma:poſtremitas igit ſphera Martia,ignis habeatur:aer,Iouis:Saturni,aqua:terra vero, Aplanes:in qua Elyſios campos eſſe,puris animis deputatos,antiquitas nobis intelligendum reliquit:de his campis,anima cum in corpus emittitur, per treis elementorum ordines, trina morte ad corpus vſq; deſcendit.Hæc eſt inter Platonicos, de morte animę, cũ in corpus truditur. Secunda ſententia, in qua videbimus omnia in vnum globum redacta:ita,vt ſicut ignis cum terra,in ſiccitate cõmunicat,ſic aplanes cum eadem conueniat. Nec abſurdum eſt dicere, Martem eſſe de natura ignis:Iouem,de natura aeris, quem ſępe pro aere ponimus: vnde ipſum tonantem dicimus: tonitrua ſiquidem in aere fiunt,Saturnum,de naturã aquæ, quam frigidã, vt illum cognoſcimus & ſicut hęc,rerũ pater, dicitur:vt in Georgi.Oceanumq; patrem rerum,& ſecundum Mileſium Thaletem, omnia ex humore creantur:ita ille deorũ pater,mortalibus tum inimicis.accedit ad hæc, q; Saturni genitalia in aquas cecidiſſe fabulantur. Firmamentum autem.i.aplanem, cum terra multum affinitatis habere videmus, &c.Alij vero(Nam tres inter eos eſſe ſententiarum diuerſitates ante ſignauimus)duas quidem, & ipſi partes, ſicut primi faciunt:ſed non ijſdẽ terminis diuidunt mundum.Hi enim cœlum: quod aplanes ſphæra vocitetur, partem vnam:ſeptem vero ſphæras, quæ vagæ vocantur: & quod inter illas & terram eſt:terramq; ipſam alteram partem eſſe voluerunt. Secundum hos ergo quorum ſectæ amicior eſt ratio animæ beatæ,ab omni cuiuſcunq; cogitatione corporis liberę cœlum poſſident:quæ vero appetentiam corporis, & huius quam in terris, vitam, vocamus:ab illa ſpecula altiſſima, & perpetua luce deſpiciens,deſyderio latenti cogitauerit:pondere ipſo terrenę cogitationis,paulatim in inferiora delabitur. Nec ſubito a perfecta incorporalitate,luteum corpus induitur: ſed ſenſim,per tacita detrimenta, & longiorem ſimplicis & abſolutiſſimæ puritatis receſſum,in quędam ſyderei corporis incrementa turgeſcit. In ſingulis enim ſpheris,quę cœlo ſubiectæ ſunt, ætherea ſubuolutione veſtitur:vt per eas gradatim ſociati huius indumẽti teſtei cõſilietur.Et ideo totidẽ mortibus, quot ſpheras tranſit:ad hanc peruenit,quę in terris vita vocitat.Deſcẽſus vero ipſius,quo anima de cœlo in huius vitę inferna delabitur,ſic ordo digerit.Zodiacum ita,lacteus circulus obliquę circunflexionis,occurſu ambiendo amplectitur:vt eum qui duo tropica ſigna,Capricornus,& Cancer feruntur,interſecent. Has,ſolis portas, phyſici vocauerunt: quia in vtraq; obuiãte ſolſtitio,vlterius ſolis inhibetur acceſſio: & fit ei regreſſus ad zonę viam, cuius terminos nunquam relinquit.Per has portas, animę de cœlo in terram meare:& de terris in cœlũ remeare credunt:ideo hominum vna,altera deorum vocatur. Hominũ Cancer, quia per hũc in inferiora deſcenſus eſt. Capricornus deorum, quia per illum animę in proprię immortalitatis ſedem, & in deorum numerum reuertuntur: & hoc eſt quod Homeri diuina prouidẽtia in antri Ithacenſis deſcriptione,

De luna. Secũda opi. Platonicorum. Tertia opinio. De ſolis portis.

ne ſignificat.Hinc & Pythagoras putat,a lacteo circulo deorſum incipere Ditis imperium:quia animę inde lapſæ, videntur a ſuperis receſſiſſe.Ideoq; primam naſcentibus,ait,lactis alimoniũ afferri:quia primus eis motus a lacteo incipit,in corpora terrena labentibus.Vnde & Scipioni,de animis beatorũ, oſtenſo lacteo dictum eſt.Hinc profecti huc reuertuntur.Ergo deſcenſuræ, cum adhuc in cancro ſunt,quoniam illic poſitę,nec dum lacteum reliquerunt,adhuc in numero ſunt deorum. Cum vero ad leonẽ labendo peruenerint, illic cõditionis futurę auſpicant exordium. Et quia in leone ſunt rudimenta naſcendi,& quædã humanæ naturæ tyrocinia:aquarius autem, aduerſus leoni eſt:& illo oriente,mox occidit:ideo cum ſol aquarium tenet, manibus parentatur:vtpote in ſigno quod humanę naturę cõtrarium,vel aduerſum ferat.Illinc ergo, id eſt a cõfinio, quo ſe zodiacus,lacteuſq; cõtingunt anima deſcendens a tereti, quę ſola forma diuina eſt, in conum defluẽdo,producitur: ſicut a puncto,naſcitur linea:& in longũ ex indiuiduo procedit:ibiq; a puncto ſuo,quod eſt monas,venit in diaden,quæ eſt prima detractio. Et hæc eſt eſſentia, quam indiuiduã, eandemq; diuiduam Plato in Timeo, cum de mundanæ animæ fabrica loqueret,expreſſit.Animæ enim, ſicut & mundi,ita & hominis,vnius modo diuiſionis reperient ignorare.Si diuinæ naturæ ſimplicitatis, cogitentur, modo capaces, cum alia per mundi,hęc per hominis membra,diffunditur. Anima ergo,cum trahitur ad corpus, in hac prima ſui productione: ſyluestrem tumultum,id eſt hylen influentẽ, ſibi incipit experiri.Et hoc eſt quod Plato notauit in Phædrone: animã in corpus trahit,noua ebrietate trepidantẽ,volens nouum potum materialis alluuionis intelligi,qua delibuta,& grauata, deducitur. Arcani huius indicium eſt.Et Crater,Liberi patris,ille ſydereus,in regione quæ inter cancrum eſt & leonem, locatus ebrietatem illic primum deſcenſuris animis euenire ſylua influente ſignificans: vnde & comes ebrietatis,obliuio illic incipit animis latẽter obrepere.Nam ſi animę,memoriam rerum diuinarũ, quarum in cœlo erant conſciæ,ad corpora vſq; deferrent,nulla inter homines foret de diuinitate diſſenſio:ſed obliuionem quidem,oẽs deſcendendo hauriunt:alię vero magis.minus, alię.Et ideo in terris,verum cum nõ omnibus liqueat:tamẽ opinantur omnes,quia opinionis ortus,eſt memoriæ defectus.Hi tamen, hoc magis inueniunt,qui minus obliuionis hauſerũt. Quia facile reminiſcunt, quod illic ante recognouerint.Hinc eſt,quod quę apud Latinos lectio:apud Grecos vocatur,repetita cognitio:quia cum vera dicimus, ea recognoſcimus, quæ naturaliter noueramus: anteq̃ materialis influxio in corpus venientis,animas ebriaret.Hęc eſt autẽ hyle,quę omne corpus mundi, quod vbicunq; cernimus, ideis impreſſa formauit,Sed altiſſima, & puriſſima pars eius,qua vel ſuſtentantur diuina,vel conſtant, nectar vocatur:& creditur eſſe potus deorũ.Inferior vero,& turbidior,potus animarum:& hoc eſt,quod veteres,Letheum fluuium vocauerunt. Ipſum aũt Liberum patrem Orphici νοῦν ὑλικὸν,ſuſpicantur intelligi:qui ab ipſo indiuiduo natus, in ſingulos ipſe diuiditur:ideo in illorũ ſacris traditur Titani furore,in mẽbra diſcerptus, & fruſtis ſepultus,rurſus viuus & integer emerſiſſe: quia νοῦς, quam diximus mentẽ vocari:ex indiuiduo,præbendo ſe diuidendum & rurſus ex diuiduo, ad indiuiduũ reuertendo:& mundi implet officia:& naturæ ſuæ arcana non deſerit. Hoc ergo primo prodere de zodiaco a lacteo,ad ſubiectas vſq; ſphæras anima delapſa, dum per illas labitur in ſingulis:nõ ſolum(vt iam diximus)luminoſi corporis amicitur acceſſu, ſed & ſingulis motus, quos in exercitio eſt habitura,producit,In Saturni, ratiocinationem & intelligentiam, quod λογιστικὸν θεωρητικὸν vocant, In Iouis, vim agendi, quod πρακτικὸν dicitur. In Martis, animoſitatis ardorem,quod θυμικὸν nuncupatur.In Solis,ſentiendi,opinandiq; naturã,quod αἰσθητικὸν,& φανταστικὸν appellant. Deſyderij,vero motũ, quod ἐπιθυμητικὸν vocatur,in Veneris,pronunciandi,& interpretãdi, quæ ſentiat quod ἑρμηνευτικὸν dicitur, in orbe Mercurij. φυτικὸν vero,id eſt naturã plantandi,& augendi corpora in ingreſſu, globi lunaris exercet.Et eſt ſicut a diuinis vltima,ita a noſtris,terreniſq; oĩbus prima.Corpus enim hoc,ſicut fęx rerum diuinarum eſt:ita animalis eſt prima ſubſtantia.Et hæc eſt differẽtia,inter terrena corpora & ſupera,cœli,dico,& ſyderũ,aliorumq; elementorum:quod illa quidem ſurſum acerſita ſunt, ad animæ ſedem,& immortalitatẽ,quod ex ipſa natura regionis,& ſublimitatis imitatione,meruerunt.Ad hæc vero,terrena corpora,anima ipſa deducitur.Nec te moueat,quod de anima,quam eſſe immortalẽ dicimus,mortẽ toties nominauimus.Etenim ſua morte,anima nõ extinguitur,ſed ad tempus obruitur.Nec temporali dimerſione beneficiũ perpetuitatis eximitur. Cum rurſum,eſt corpore,vbi meruit contagione vitiorũ penitus elimata, purgari ad parentis vitæ,lucem reſtituta in integrũ reuertatur,plene(vt arbitror)de morte,& de vita,animæ definitio liquet:quam de adytis philoſophiæ doctrina Ciceronis elicuit.Hæc Macrobius,&c.

PIERIVS.

¶Cumęa Sibylla.)Multa quidem ex nominibus Græcis,quę iure Latij donata ſunt,y,in v,cõmutarunt.In Romano tamen codice pleraq; ex ijs,quæ vulgo per v,proferimus,per y,ſcripta reperias,vt Cymęa,quod etiã in Mediceo eſt:& ſuperius, Cymarum. Contra,vero,quæ vſus nunc per y,ſcribit,& enunciat, ibi per v, vocalem Latinam ſcripta eſſe,vt inclutus,quę cum inconſtanter adeo poſita ſint, bonam eorum partem præterire cõſilium fuit. ¶Stimulos ſub pectore vertit Apollo.)In codicibus aliquot antiquis,verſat,habetur.Sed in hac ſententia melius eſt:vertit.¶Et rabida ora.)Vetera pleraq; exempla.rapida,legunt: quiq; lectionẽ eam volunt,rabiem, inquiunt ex Ariſto.in hominem non cadere,minus vero in deum.Sed enim hoc alterius eſt negocij:nos ſuperius habemus de hac eadẽ perſona, Et rabie fera corda tumẽt. ¶O virgo noua mi facies.)Ro.codex,mihi,ſemper eodem modo ſcribit, tam pro monoſyllabo, q̃ pro ſoluta in duas ſyllabas dictione.¶Omnia percepi.)In Ro.cod.& quibuſdam alijs antiquis præcepi,legitur:quod idem eſt,cum animo mecum ante peregi. Si vero,percepi,placet:vt in Longobar.& in Medi.habetur, ante, præpoſitio vtriq; verbo fuerit applicanda, omnia ante percepi: & omnia ante mecum animo peregi.¶Ire ad cõſpectum chari genitoris & ora Contingat.)In Ro.cod.perpetuus ille modus, ire, pendet a verbo,vnum oro,alio inde membro.Et,ora cõtingam, legitur.In aliquot etiam codi.inemendate,contingit, enunciatiuo modo poſitum eſt. Magis tamen placet, oro, contingat ire: quod etiam Seruius agnoſcit.¶Vt te ſupplex peterem, & tua limina adirem, Idem orans mandata dabat.)In pleriſq; omnibus anti.exempla.inter hæc membra non habetur, & copulatiua particula,&,Idem orans,varie legitur. Nam codices nonnulli,Id memorans,legunt,quod hoc loco mihi videtur ocioſum. Alij quidam,Id me orans: vnde puto per librariorum inſcitiam illud,Id memorans,emanaſſe.Mihi vero tam vulgata lectio,Idem orans, q̃ antiqua ea, Id me orans, ſummopere ſatis facit.¶Natiq;, patriſq;.)In antiquioribus exempla.gnati:quod nonnulli alij corrupte,geniti, ſcripſere. Probus autem Valerius, hoc citato loco metaplaſmum eſſe ait,κατὰ πρόθεσιν, quare, gnati, ſcribendum: vt etiam in Medi.codic.habetur.¶Si potuit manes arceſſere.) In antiquis, manis. In Roma.& aliquot alijs, accerſere. vtrunq; vero,accerſo, & arceſſo, recte dici alibi ex antiquis grammaticis oſtendimus.

SERVIVS.

¶Araſq; tenebat.)Rogabat enim deos ararũ anſas tenentes.¶Sate ſanguine diuũ.)Vnde Æneas deſijt,inde hęc ſumpſit exordiũ.¶Facilis deſcenſus Auerni.)Legit & Auerno .i.ad Auernũ,ſed ſi Auerni,inferorũ ſignificat: & lacũ pro inferis ponit.¶Noctes atque dies patet atri ianua Ditis.)Id eſt omni tẽpore homines in fata cõcedunt:& hoc poetice. Nã Lucretius ex maiore parte,& alij integre docẽt inferorum regna nec eſſe quidem poſſe.Nam locũ ipſorũ quem poſſumus dicere, cũ ſub terris eſſe dicant Antipodes? In media vero terra eos eſſe,nec ſoliditas patit,nec centrũ terræ.quę ſi in medio mũdi eſt: tãta eius eſſe profunditas nõ põt, vt medio ſui habeat inferos,in quibus eſſe dicit tartarus:de quo legit, Bis patet in pręceps,tãtũ tenditq; ſub vmbras,Quantus ad ętheriũ cœli ſuſpectus olympum. Ergo hãc terram in qua viuimus,

Talibus orabat dictis:araſq; tenebat: POE.
Tũc ſic orſa loqui vates.{Sate ſanguine diuũ, SIBY.
Tros Anchiſiade,facilis deſcenſus Auerni.
Noctes,atq; dies patet atri ianua Ditis.
Sed reuocare gradum:ſuperaſq; euadere ad auras:
Hoc opus,hic labor eſt:pauci,quos ęquus amauit
Iuppiter:aut ardens euexit ad ęthera virtus:
Dijs geniti potuere.tenent media omnia ſyluæ:
Cocytuſq; ſinu labens circunfluit atro.
Quod ſi tantus amor menti,ſi tanta cupido eſt:
Bis Stygios innare lacus:bis nigra videre:

Virgi.

 eſſe

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

Tartara: & insano iuuat indulgere labori:
Accipe quę peragenda prius. latet arbore opaca
Aureus, & folijs, & lento vimine ramus,
Iunoni infernę dictus sacer. hunc tegit omnis
Lucus: & obscuris claudunt conuallibus vmbrę.
Sed non ante datur telluris operta subire:
Auricomos quàm quis decerpserit arbore fœtus.
Hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus
Instituit. primo auulso non deficit alter
Aureus: & simili frondescit virga metallo.
Ergo alte vestiga oculis: & rite repertum
Carpe manu. nanq; ipse volens, facilisq; sequetur:
Si te fata vocant. aliter non viribus vllis
Vincere: nec duro poteris conuellere ferro.
Preterea iacet exanimum tibi corpus amici:
(Heu nescis) totamq; incęstat funere classem:
Dum consulta petis: nostroq; in limine pendes.
Sedibus hunc refer ante suis: & conde sepulchro.
Duc nigras pecudes. ea prima piacula sunto.
Sic demum lucos Stygios, regna inuia viuis
Aspicies: {Dixit: pressoq; obmutuit ore POE.

esse inferos voluerunt, quia est omniũ circulorũ infima: planetarũ scilicet septẽ, Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, Lunæ: & duorũ magnorum. Hinc est ꝙ habemus, & nouies Styx interfusa coercet. Nã nouẽ circulis cingitur terra. Ergo omnia quæ de inferis finguntur, suis locis hic esse cõprobabim⁹. Quod aût dicit, ¶ Patet atri ianua Ditis.) Sed reuocare gradũ, superasq; euadere ad auras: Hoc opus, hic labor est: Aut poetice dictum est, aut sm philosophorum altã scientiã: qui deprehenderunt bene viuentiũ animas ad superiores circulos. i. ad originẽ suam redire, quod dat Lucanus Pompeio, Vt vidit quãta sub nocte iaceret Nostra dies. Male viuẽtiũ vero diutius in his permorari corporibus permutatione diuersa, & esse apud inferos semper. ¶ Pauci, quos æquus amauit Iuppiter.) Tria genera hominum dicit ad superos posse remeare: quos diligit Iuppiter. i. hos quos in ortu benignus syderũ aspectus irradiat. Iuuenalis, Distat. n. quæ Sydera te excipiant modo primos incipientẽ Edere vagitus, quos prudentia subleuat. Nam hoc est. ¶ Quos ardens euexit ad æthera virtus.) Itẽ religiosos quos a dijs genitos dixit. Consequens enim est vt deorũ soboles religionibus vacet. ¶ Dijs aût geniti.) Quia corporibus se infundebant potestates supernę. Vnde Heroes procreabantur. ¶ Tenent media omnia syluæ.) Causam reddit cur non facilis sit animarum regressus, quia omnia polluta & inquinata sunt. Nam per syluas, tenebras & lustra significat; in quibus feritas & libido dominantur. ¶ Cocytusq; sinu labens circũmfluit atro.) Fluuius inferorum, dictus ἀπὸ τοῦ κωκύειν, i. lugere. Nam Homerus sic posuit. Est aût locus vicinus Acheronti: de quo diximus supra. Qui ideo luctuosi esse finguntur, quia vt exposuimus in primis partibus libri, hæc sacra, morte hominis fiebant. ¶ Bis stygios innare lacus.) Modo & post mortem. Quod autẽ dicit Ouidius, Æneam inter deos relatum, nõ mirũ est. Nam vt supra etiam diximus, necesse est etiã relatorum inter deos, apud inferos esse simulachra: vt Herculis, Liberi patris, Castoris & Pollucis. Multi hoc nõ videntes, ad Sibyllam referunt, vt dicat, Vis me bis inferos cernere: modo: & cũ me lucis Hecate prefecit Auernis: quod est paulo post dictura quod si est: nõ bis hæc, sed tertio inferos cernet. Nam quandoq; etiã ipsa morietur. Item hi supradictã non videntes rationẽ, dicunt de se Sibyllã dicere. Nam si de Ænea dicat, nõ eum præuidet deũ futurum. quod si est, caruit numine; & quemadmodũ de Miseno, vaticinat̃. Vnde referre nos debemus ad id, vt dicamus etiã post apotheosim apud inferos remanere simulachra. ¶ Stygios lacus) Styx palus quędam apud inferos dicit̃: de qua legimus, Dij cuius iurare timẽt & fallere numen. Quod sm fabulas ideo est quia dicitur Victoria Stygis filia bello Gigantum Ioui fauisse: pro cuius remuneratione Iuppiter tribuit, vt Dij iurantes per eius matrẽ: non audeant fallere. Ratio autẽ hæc est, Styx mœrorẽ significat: vnde ἀπὸ τοῦ στυγεροῦ, i. a tristitia Styx dicta est. Dij autẽ læti sunt semper. Vnde & immortales. Ergo quia mœrorẽ nõ sentiunt, iurant per rem suæ naturę contrariã. i. tristitiam, quæ est æternitati cõtraria. Ideo iusiurandum per execrationẽ habent. ¶ Tartara) Locus inferorum profundus: de quo Lucanus ad inferos dicit, Cuius vos estis superi. ¶ Insano.) Magno. ¶ Accipe quæ peragenda prius. Si vis, inqt, reuerti, audi obseruationis præcepta. Et sub imaginæ fabularum docet rectissimã vitam, per quã animabus ad superos datur regressus. ¶ Latet arbore opaca Aureus.) Licet de hoc ramo, hi qui de sacris Proserpinæ scripsisse dicunt̃, quidam esse mysticum affirment: publica tamẽ opinione hoc habet̃, Orestes post occisum regẽ Thoantem in regione Taurica cum sorore Iphigenia (vt supra diximus) fugit: & Dianę simulachrum inde sublatum, haud longe ab Aritia collocauit. In huius templo post mutatũ ritum sacrificiorũ fuit arbor quædã, de qua infrin-

Fabula de arbore aureo.

gi ramum non licebat. Dabat̃ aût fugitiuis potestas, vt siqs exinde ramũ potuisset auferre, monomachia cũ fugitiuo tẽpli sacerdote dimicaret. Nã fugitiuus illic erat sacerdos ad pristinæ imaginẽ fugæ. Dimicãdi autem dabat̃ facultas, quasi ad pristini sacrificij reparationẽ. Nũc ergo istũ inde sumpsit colorẽ. Ramus enim necesse erat vt & vnius causa esset interitus. vnde & statim mortẽ subiũgit Miseni, & ad sacra Proserpinæ accedere, nisi sublato ramo, non poterat. Inferos autẽ subire hoc dicit sacra celebrare Proserpinæ. De reditu aût animæ hoc est. Nouimus Pythagorã Samiũ vitã humanã diuisisse in modum y literæ. s. ꝙ prima ætas incerta sit, qppe, quę adhuc se nec vitijs nec virtutib⁹ dedit. Biuiũ aût y literę a iuuentute incipere: quo tempore homines aut vitia. i. partẽ sinistrã: aut virtutes. i. dextrã partẽ sequuntur. Vnde ait Persius, Traducit trepidas ramosa in compita mentes. Ergo per ramũ virtutes esse sectandas, q est y literę imitatio. Quẽ ideo in syluis dicit latere: quia re vera in huius vitę confusione, & maiori parte vitiorũ virtus & integritas latent. Alij dicunt ideo ramo aureo inferos peti, quod diuitijs facile mortales intereunt. Tiberianus, Quo prętio reserant̃ limina Ditis. ¶ Lento vimine.) Flexibili, vt, lenta quibus torno facili superaddita vitis. Alias graui. ¶ Iunoni infernę.) Proserpinę: vt, Sacra Ioui Stygio. ¶ Dictus.) Dicatus. Et obscuris claudunt conuallibus vmbræ. Re vera nemus Aricinum densum est. ¶ Sed nõ aute datur.) Siue iustis siue iniustis. sic intelligentẽs remouebimus questionẽ. Hinc .n. dicit, Longo post tẽpore visum. Ex eo enim quod dicit descẽdisse aliquos, ramũ quoq; depositũ esse significat ¶ Telluris operta.) Secundum eos qui dicũt inferos in medio esse terrarũ: quos Iuuenalis dicit putari esse sub terris: vt, Esse aliquos manes & subterranea regna. ¶ Pulchra.) Quę rapi meruit. ¶ Suum.) Sibi charũ. ¶ Non deficit alter.) Ne diceret̃ ab ijs qui primo descenderũt esse sublatum. ¶ Frondescit.) In naturã redit: & honeste locutus est dicens Habet frõdes sui metalli. ¶ Alte vestiga oculis.) Require omni intentione. ¶ Rite repertũ Carpe.) Rite carpe, nõ rite repertũ. ¶ Si te fata vocant.) Hunc enim quẽ fata vocãt, facile sequit̃. ¶ Poteris.) Poterit quis. Tertiæ. n. personæ significationẽ ad secundã transtulit, & generaliter loquit̃. Nam vt de Ænea dicatur, nõ procedit. Si. n. dubitat, caret deo: nec põt de Miseno vaticinari. ¶ Duro ferro.) Et genus esse potest & species. ¶ Pręterea.) Ac si diceret, est & alia opportunitas descendendi ad inferos, id est Proserpinę sacra peragendi. Duo autem horum sacrorum genera fuisse dicuntur. Vnum Necromantię, quod Lucanus exequitur: & aliud Sciomantiæ, quod in Homero. quem Virg. sequitur, lectum est. Sed sm Lucanũ, in Necromãtia ad leuandum cadauer sanguis est necessarius, vt, Pectora tũc primum feruenti sanguine supplent. In sciomantia vero, quia vmbræ tantum est vocatio, sufficit solus interitus. Vnde Misenus in fluctibus occisus esse inducitur. ¶ Tibi.) Ideo addidit tibi, ne Amici posset etiã ad Sibyllam referri. ¶ Incæstat.) Polluit, & incæstus est quæcunq; pollutio. ¶ Pendes.) Solicitus es: vt, ipse manu multo suspensum numine ducit. Et proprie pẽdere est desyderare aliquid audire: vt, Pendetq; iterũ narrantis ab ore. ¶ Sedibus hũc refer ante suis. Apud maiores (vt supra diximus) omnes in suis domibus sepeliebantur. Vnde etiã vmbras, laruas vocamus. Nam dij penates alij sunt. Inde est ꝙ etiã Dido cenotaphium domi fecit marito. Ergo aut secundũ istum locutus est morẽ, ꝗuis adhuc Troiani domos non habuerint. Aut dicit. Refer hũc naturalibus sedibus, id est terrę: nam in aqua perierat. Veruntamen illud est, vt intelligamus eam dicere Sepeli eum. Nam sepulchrum sedes vocatur. Horatius, Nulla certior tamen rapacis orci fine destinata diuitem manebat herum. Virgilius, Et nunc seruat honos sedẽ tuus, ossaq; nomen. Persuadet autem sepulturam, vt possit recentis cadaueris vti anima: vt Lucanus,

De reditu animæ.

Pẽdere.

Lucanus, Nõ in tartareo latitantem poscimus antro, Assuetamq; diu tenebris: modo luce fugata Descendentem animam prima pallentis hiatu Hæret adhuc orci. ¶ Prima piacula sunto.) Ad expiationem pollutionis, quę fuerat nata morte Miseni. ¶ Sic deũ.) Ad postremum: hoc est nouissime. Et hęc particula tam apud Virgilium, quã apud omnes idoneos authores hoc significat, licet in alijs diuersa significet. ¶ Lucos stygios regna inuia viuis Aspicies.) Seneca scripsit de situ & sacris Ægyptiorum. hic dicit circa Syenem extremam Ægypti partem esse locum, quem Philas, hoc est amicas vocãt: ideo ꝙ illic est placata ab Ægyptijs Isis: quibus irascebatur ꝙ membra mariti Osiridis nõ inueniebat, quem frater Tiphon occiderat. Quæ inuenta postea cum sepelire vellet, elegit vicinæ paludis tutissimum locum, quem ad transitum cõstat esse difficilem, limosa enim & papyris referta. Vltra hanc est breuis insula inaccessa hominibus. Vnde ἄβατος appellata est, Lucanus, Hinc Abatos, quam nostra vocat veneranda vetustas. Hæc palus, Styx vocatur, ꝙ tristitiam transeuntibus gignit. Sane ad illam insulã ab his qui sacris imbuti sunt, certis transitur diebus. Lectum est etiam ꝙ vicini populi cadauera suorum ad alteram regionem transferunt: sed siquis forte in fluuio pereat nec eius inueniatur cadauer, post centũ ei annos vltima persoluuntur officia. Hinc est tractum, Centum errant annos, volitantq; hæc littora circum. ¶ Et regna inuia.) Quę contra naturam fiunt, non afferunt præiudiciũ generalitati. Vnde ait, Inuia regna, licet Hercules & alij transierint: & sit transiturus Æneas. Sic dictum est & illud. Euaditq; celer ripam irremeabilis vndæ.

ASCENSIVS.

¶ Talibus orabat dictis, &c.) Recitat responsum Sibyllę, dicentis esse facilem descensum ad inferos: cuius (sm ea quæ iam recitauimus) variæ possunt esse expositiones: nam si Poeta fuerit opinionis dicentiũ corpus esse inferorũ: locum cui Seruius (vt videre licet) suffragat̃. Dicemus sic: Facilis descensus Auerni, id est anima, facile in aliud corpus migrat: nõ enim potest in Elysios campos recipi, nisi virtutes fœnerauerit: atq; omnino æthereã virtutẽ, puritatemq; nacta fuerit: vt dicunt Platonici. Opus est ergo, volenti ad superos remeare, vt Iuppiter eum amet: hoc est in natiuitate, signum bonũ habeat. Iuuena. Distat enim quæ Sydera te excipiãt modo, primos incipientẽ Edere vagitus, & adhuc a matre rubentem. aut, vt habeat ardentẽ virtutem: quæ quid aliud, quã vera charitas sit, nescio. aut, dijs genitus sit: hoc est, religionẽ colat: vt autẽ ex hac sylua, quæ mundi sunt occupationes, in lucem emergamus: opus est aureo ramo, id est sapientia. Nam, vt dicit Seneca epistola vltima. viij. libri, Anima in hoc corpore, tanquã in vinculis premitur, nisi adsit sapientia. At philosophi, quo puritatem animi nanciscerentur, animã suam in hoc mundo perdiderunt. vnde Hieronymus, Omnis philosophorũ meditatio, mors est. Alij, per ramum, virtutem intelligunt. vt sit dextera pars, y, literæ Pythagorę: de qua per Virgilium satis. In Ciceronis Officiorum libris, legitur, Herculi duas matronas occurrisse: de quibus ibidem facilis patet nunc, sm alias vias, interpretatio. At si in nostrę religionis, veritatẽ conuertere velimus, quamuis author de ea non dixerit, quippe qui ante eam mortuus fuit, non videtur quid refragetur. ¶ Facilis enim descensus Auerni.) Lata enim est via, quę ducit ad perditionem, nam multi sunt vocati, pauci vero electi: hoc est quod dicit, pauci quos æquus amauit Iuppiter. Triplices enim cœlũ possidebunt, quos æquus amauit Iuppiter, hoc est, quos Deus, per gratiam, saluatos vult: scite tamẽ, additur æquus: nam, vt patet in euangelio, de eo q conduxit laboratores in vineam suam, Nõ facit deus alijs iniuriam, licet aliquibus, veniam cõferat maiorem. Item quos ardens virtus, id est charitas, & religio (vnde amor, ignis dicit̃) vexit ad æthera: Tertio dijs geniti: qui nondum virtutẽ coluere, quippe, qui ad biuium, y, literę, nondum venere, nec veniã meruere, vt qui peccare nõ potuerant: quales sunt innocentes, beneficio dominicę passionis saluati. vnde Ioannis. i. Dedit eis potestatẽ filios dei fieri, his q credunt in nomine eius: qui nõ, &c. opus etiã est, aureo ramo, id est sapiẽtia, & virtute: quę in sylua, id est mundi latebris, difficilis inuentu est: nisi nos Veneris aues, hoc est columbę, ducant: per quas intelligo, gratiam spiritussancti, qui in columbina specie nõnunquã apparuit. Vel, cupiditas, id est diligentia, nos ad virtutem ducat. sic & alia omnia intelligi possunt. Sciendum autem est, apud Cumas esse lacum Auerni, quẽ syluæ vndiq; sepiunt: ita, vt grauissimus odor, quã mephitim vocamus, exhalet: vnde aues spiritus tam grauis impatientes, super eũ volare non possunt: vnde Auernum, ab, a, quod priuatiuum est: & ornis, auis, quasi sine auibus, dicitur. Fingunt autem poetæ ibi descensum ad inferos, propter

Triplex ter cœlum.

Auernũ

tenebras fuisse: aut certe, ꝙ ibi necromãtiæ fiebant ad quas opus fuit recẽti cadauere: vnde hic Miseni sequit̃ mors: quem Triton, monstrum marinum (aliquãdo, vt narrat Liuius in Hispania visum pueri, simillimũ concha, sonitum faciens.) demersit, & apud Home. in Odyssea, dum Vlysses ad eum peruenisse dicitur, occurrebat mors Elpenoris, q e scalis mortuus desyderabat̃. ¶ Tenent media omnia syluæ.) Syluã, vocant Platonici hylem. & omnium planetarum congeriem, seu influentiã: vnde, quia nos sydera, ad varias trahunt affectiones: difficile est, rectã viam semper tenere. aut syluæ, id est corporis passiones virtutẽ occulunt. ¶ Tartara.) Tartarus, vltimus inferorum locus: vnde de eo ad reliquos, Lucanus, Cuius vos estis superi. dicitur autem ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν, quod est a frigore tremere. ¶ Nigra) Idest profunda: vnde statim dicetur, Bis patet in preceps tantum, tenditq; sub vmbras, Quantus ad æthereum cœli suspectus Olympum. ¶ Lenta.) Lentũ dicimus, quod tenax est: vnde, lenta tenacitas: inde, & laxum lentum. ¶ Primo auulso nõn deficit alter.) Occurrit obiectioni tacitę, si dicat Æneas, cõstat Orphea Alciden, &c. venisse ad inferos, si ergo, nõ nisi vnus ramus est, nec sine eo ad inferos itur, nõ patebit mihi ingressus, dicit ergo, Primo &c. ¶ Alte vesti.) Bene, difficultatẽ inueniendi aurei rami, ostendit: vnde hic: maxime allegoricæ interpretationi locus est. ¶ Presso ore.) Ab Apolline: cum enim de Miseno vaticinet̃, nõ potest dici, diuino spiritu liberata. ¶ Ordo est. Æneas orabat talibus dictis & tenebat aras ex more, scilicet supplicantium: & quasi per aras obsecrantiũ, & fidem suam obtestantiũ. Et Vates orsa, supple est, id est incepit loqui sic: o Anchisiades Tros, id est Troiane: sate id est progenite, sanguine diuũ (affirmat ergo, quod ille assumpserat, Et mi genus ab Ioue summo est.) descensus Auerni, id est qui per Auernũ fit ad inferos, est facilis: vel descẽsus Auerno, id est ad Auernũ est facilis: quia ianua Ditis atri, id est obscuri, & profundi: hoc est Plutonis: qui apud atros regnat: patet noctes, atq; dies, id est semper, & cõtinuo tempore: vnde accusatiuo vsus est, licet id Valla rideat: sed reuocare gradum, id est regredi ab inferis, & euadere, id est penitus exire: ad auras superas: hoc, supple est opus, scilicet difficile labor, sup. est difficilis, quia pauci, quos Iuppiter ęquus, id est nõ rigorosus iudex: aut (vt dicetur alibi) rex Iuppiter omnibus idem: sed non omnes se eosdẽ Ioui, id est summo deo exhibent: & ita ęquus est omnibus, & omnes amare vult: eos solummodo amat, qui se exhibẽt amabiles: quos ergo Iuppiter æquus amauit, scilicet singulari charitate, & donauit singulari gratia, aut, quos virtus ardẽs, id est vehemens, aut charitas ipsa, quę sola ad superos ducit: quia ignis est, cuius etiam physica ratione est ascendere: sicut allegorice charitas: euexit, scilicet ex his ęrumnis ad ęthera, id est ad cœlũ sed ignis receptaculum, proprie significat &, supple geniti dijs, id est benigna influẽtia deorum: hoc est syderum sm Ethnicos freti, aut geniti: quod secundum religionẽ nostram, prius aliter exposuimus, hi ergo pauci: potuere, scilicet euadere, ad superas auras: quia syluæ tenent omnia media & reuera iter Auerni syluosum erat: sed altiori ratione, intelligit syderum cõgeriem: vt prędiximus: vnde dictum est in primo de Ænea, Cui mater media sese tulit obuia sylua. quasi ideo dicatur filius Veneris Æneas, qui eam habuit in media sylua, id est facie cœli, & horoscopo suæ natiuitatis: & Cocytus, id est lacus ille infernalis: labens sinu atro, id est obscuro, quia profundus: circunuenit, id est circundat, exire volentes. Quod si quasi dicat nihilominus quãuis perdifficile sit: tamen si tantus amor, sup. est: mẽti, scilicet tuæ: & si tanta cupido est menti tuæ: innare bis, scilicet nunc, & post mortem (& hoc sm historiam: nam fabulæ dicũt, deum indigetem factum) lacus Stygios. i. Stygis, lacus infernalis, tristitiam significantis, & videre bis tartara nigra. i. profunda: accipe. i. intellige (nam nihil pręter rei intellectionem datura est) quę peragẽda, supp. sint tibi: prius s. ꝗ descendas. Ramus aureus, &. i. simul: folijs, & vimine lento. i. flexibili: quod ad bonitatem auri facit: latet, sup. in arbore opaca .i. densa, folijs, & ramis: alijs dictus. i. dicatus: aut habitus sacer, id est consecratus: Iunoni. i. iuuanti: matri infernę. i. quę apud inferos est. s. Proserpinæ. nam eadẽ dicitur Diana, & Iuno apud nos: vnde puerperę, in partu, vtroq; nomine inuocant. eam hinc Maro, Casta faue Lucina tuus iam regnat Apollo. loquens. s. de Diana, cuius Apollo frater est, Et Comicus in Andria, Iuno Lucina fer opem, serua me, obsecro. Et Proserpina, ac Iuno inferna apud inferos: nam summis numinibus, triplex assignatur potestas, vt alibi diximus. Omnis. i. totus: lucus. i. sylua incędua: tegit hunc, scilicet ramum: vmbrę claudunt. i. circundant eum, obscuris cõuallibus: sed hic difficilis quidẽ est repertu: sed tamen repertum oportet: quia nõ datur. i. conceditur a dijs: subire operta. i. secreta, &

Triton.

Sylua.

Tartara

Nigra.

Lentũ.

Alte.

Presso ore.

Ordo.

Universidad de Deusto Biblioteca

ta,& occulta telluris.i.terrę,hoc eſt ſubterranea loca.ante.i.prius quam quis decerpſerit,arbore.ſ.opaca, iam dicta fœtus auricomos.i.ramū habentē folia aurea pro comis, quia Proſerpina,regina inferorū:pulchra.ſ.in cōſpectu Plutonis, qui eam rapuit,illectus pulchritudine eius: inſtituit hoc munus ſuum.i.propriū quia Dîtis vxor eſt,ferri ſibi.i.ad ſe:aut ad cōmodum,& honorē ſuum:& ne dicat nō eſſe adhuc allatum:aut ſi allatū ſit, cum vnus tantum ſit non reſtare,qui afferretur, reſpondet, primo auulſo, id eſt poſtq̄ ramus, qui prius erat auulſus eſt ab eo qui inferos petere vult:alter aureus.ſ.ramus, nō deficit,immo ſtatim naſcit, & in locū ſublati ſufficitur:& virga.i.ramale,frondeſcit ſimili metallo:nam metallum,genus eſt aurū,ſpecies. Ergo,quia difficulter inueniri poteſt:& tñ inueniendus eſt, veſtiga.i.inquire alte oculis,& carpe rite.i.vt decet,ſcilicet manu:non falce,nec cultro: repertum,id eſt poſtquā reperiſti & ſi dicat nō poſſe manu tolli, purgat dicens,nō opus eſſe ſecuri aut alio inſtrumento:nanq; ipſe ſequetur volens.i.volenti ſimilis,& facilis.i.facili,hoc eſt obſecundanti ſimilis:ſi fata vocāt te,id eſt ſi prædeſtinatum eſt te per eum,ad inferos deſcendere,atq; redire:aliter.i.repugnātibus fatis,hoc eſt deorum diſpoſitionibus:nō poteris vincere.i.cōfringere,& abrumpere eum viribus:nec conuellere vllo ferro. Præterea.i.præter iā dicta:corpus amici tibi.ſ.Miſeni:iacet.ſ.inſepultum: exanimum.i.mortuum: aut iacet tibi.ſ.ad inſtitutū tuum cōmodum:nam ſine mortuo nō deſcenditur ad inferos:heu dolentis, neſcis:& incæſtat.i.polluit funere.ſ.ſuo:totā claſſem:refer hunc.ſ.amicum,extinctū ante.ſ.q̄ ad inferos deſcendas:ſuis ſedibus.i.ſepulchro.quia hæ nobis proprie ſedes,quas mutaturi nō ſumus:& pro.i.cōde ſepulchro:duc.ſ.ad inferias, aut ſacrificium funebre:pecudes nigras:quia inferis gratus eſt color niger:ſicut ſuperis cādidus:ea piacula.i.purgamina:& expiationes:ſunto.i. mando, vt ſint prima. Tu aſpicies demum.i.poſt longam expectationem tuā:ſic.i.per talia munera,& ſacrificia:lucos Stygios.i. infernaleis,Stygem ducentes:& regna inuia.i.quæ nullam præbent viā viuis:dixit.ſ.Sibylla, & obmutuit ore preſſo.ſ.ab Apolline,qui non permiſit eam vlterius loqui.

PIERIVS.

¶Cocytuſq; ſinu la.circunfluit atro.)In antiquis omnibus exēplaribus quotquot verſare cōtigit, vno exemplo ſcriptum legi, circunuenit, vulgata quidē lectio minime diſplicet:ſed tot cādices variis locis & ętatibus ſcriptos,nō temere conuenire credendum eſt.¶Auricomos quā quis decerpſerit arb.fœ.)In codicib. aliquot anti.diſcerpſerit,ſcriptū eſt: auellēdus enim erat ramus: obiectaturq; ita in conficiendo negocio difficultas:cum decerpere,minus laboris quodāmodo polliceatur. Plura tñ exemplaria manu ſcripta,decerpſerit,habent.¶Aliter nō viribus vllis)In Roma.codi.nec,vt ſit repetitio cum eo quod ſequit,Nec duro poteris conuellere ferro.Sed magis placet,nō vt in reliquis habetur. ¶Sic demum lucos Stygios regna inuia viuis Aſpicies.)Antiqua omnino pleraq; exemplaria legunt,lucos Stygios & regna inuia viuis.vt ſit verſus eiuſdē generis cum eo,Aut ouium fœtus, aut vrentis culta capellas. Sed enim ego hæc libentius miſſa fecerim: ni quibuſdam ſit obſequendum, qui ſibi omnia qualiacūq; ſint, ex antiquorum codicum fide flagitant explicari. Sunt vero etiā codices manu ſcripti,in quibus,lucos Stygis,& regna inuia,legatur.Sed enim ea omnino lectio probabilior,quæ in Med.atq; aliquot aliis,abſq; copulatiua particula,regna inuia,appoſitiue ſcriptum oſtendit.

SERVIVS.

¶Mœſto vul.)Propter mortem amici, & rami inquiſitionē.¶Defixus lumina.)Defixa lumina habēs:per quod triſtitia mentis oſtendit.¶Ingreditur.)Pro gradit:vacat prępoſitio: vt Ingrediturq; ſolo,& caput inter nubila cōdit.¶Paribus curis veſtigia figit)Aut ſimili ſolicitudine detētus incedit. aut figit veſtigia.i.ſtat ſubito:quod cogitātes facere cōſueuerunt.¶Multa inter ſeſe vario ſermone ſerebant. Hic proprie dictus eſt ſermo,q inter vtrunq; ſeritur.¶Indigna morte)Miſerabili:nō cōgrua eius meritis:vel,ppter animæ etiā extinctionē elementi cōtrarietate.¶Martēq; accēdere cantu.)Hemiſtichiū hoc dicitur addidiſſe dum recitat Auguſto.¶Vita ſpoliauit)Ad bellum retulit:in quo victis tolluntur exuuiæ.¶Nō inferiora ſecut⁹.)Vbiq; Æneā Hectori cōparat:vt,Ambo animis, ambo inſignes pręſtantibus armis. ¶Caua dū perſonat ęquora cōcha.)Aut pſonare facit:aut Hyſterologia eſt,dū per caua ęquora ſonat.¶Demens.)Improuidus,q nō conſiderauit ēt deos in ęmulationē poſſe deſcendere.

Æmul⁹. ¶Æmulus)Modo eiuſdē rei ſtudioſus:alias inimicus inuenit.¶Exceptū) Oppreſſum inſidiis.quo ſermone oſtēdit eū tantę fuiſſe virtutis, vt ne a numine quidē niſi inſidiis opprimeret.¶Triton.)Penultima accentū habet.nam Tritonis facit.Si enim vltimā habet, Tritontis facit:quod nō procedit:vt, Demophoon Demophoontis.

Aeneas mœſto defixus lumina vultu
Ingreditur,linquens antrum,cæcoſq; volutat
Euentus animo ſecum:cui fidus Achates
It comes:& paribus curis veſtigia figit.
Multa inter ſeſe vario ſermone ſerebant:
Quē ſocium exanimē vates,quod corpus humandū
Diceret.atq; illi Miſenum in littore ſicco,
Vt venere:vident indigna morte peremptum:
Miſenum Aeoliden:quo non præſtantior alter
Aere ciere viros:Martemq; accendere cantu.
Hectoris hic magni fuerat comes:Hectora circū
Et lituo pugnas inſignis obibat,& haſta.
Poſtquam illum victor vita ſpoliauit Achilles:
Dardanio Aeneæ ſeſe fortiſſimus heros
Addiderat ſocium,non inferiora ſecutus.
Sed tum,forte caua dum perſonat æquora concha
Demens:& cantu vocat in certamina diuos:
Aemulus exceptum Triton(ſi credere dignum eſt)
Inter ſaxa virum ſpumoſa immerſerat vnda.

DONATVS. Hic deſunt nonnulla.

¶Quia eum perdidiſſet, & quem gemeret neſciebat.¶Cui fidus Achates it comes.)Ibat cū ipſo Achates pari cura poſſeſſus. cum vero irent.¶Multa inter ſeſe.)Tractabant inter ſe, quis ille eſſet mortuus,vel cuius corpus ſepeliendū Sibylla pręcepiſſet. Quantum hic laudatur fides Achatæ,& amicitia,quę paribus curis agebatur,tantumq; torquebatur,quantū Æneas, ad quē ſpecialis luctus, & amiſſio neceſſarii pertinebat.¶Atq; illi.m.in.l.ſic.)Id eſt in arena littoris ſicci.eſt.n.& vdum littus, vbi pelagus terminat. ¶Vt venere vident indi.)Mox agnouerunt Miſenum iacentē,leto miſerabili occiſum.enumerat iam, quæ in illo viro eſſent dolenda. Miſenum Aeolidē,inquit, hoc eſt ſanguine optimo genitū.ecce duo indigna leti genus,& ſanguinis ratio. ¶Quo.n.p.a. Aere.c.v.m.q. a.c.)Addidit alia. nā in tubæ cātu nullus peritior fuit,nullus viros ſic accēdebat,cū veniretur ad conflictū. Dixit viros, quoniā imbelles & timidi nullius hortationibus cōmouentur. viros ergo fortes debemus accipere, nō ad ſex⁹ diſcretionē,dixit hæc.cōſerit quoq; alia.¶Hectoris hic,inquit,magni fuerat comes.Cū ſint multi,q alios in furorem continent belli,ipſi tñ pugnare nō poſſint. laudat in Miſeno, quia faciebat cum viris, quod per tubā ipſe dicebat. Hectoris,inqt, fuerat comes. ſi cōſideret Hectoris magnitudo, cui iſte fuerat iunctus, intelliget qualis fuiſſet etiam Miſenus.nam nullus cuiquā comes,aut amicus efficit niſi, qui fuerit ſtudiorū affectu nō diſpari.Hectora circū, & lituo pugnas inſignis obibat, & haſta.quoties cum Hectore procedebat ad pugnā,& lituo placebat,& haſta inferior nō fuit, duo officia ſimul exercēs.¶Poſtq; illū victor vita ſpoliauit Achilles.)plurimū laudatur Miſenus.quia nunq; illi ſocietas, niſi cū pręcipuis fuit. nam poſt Hectoris mortē, quē Achilles occidit,ſe addidit Æneę non diſpari virtute,vel factis.¶Sed tum forte caua.Illo,inquit,tēpore.quo cum Ænea fuerat,dum artē ſuam exerceret in littore, & cantu eius perſonarent caua ſaxorū,repentina demētia poſſeſſus deos homo in certamina credidit prouocandos, ſed illū Triton exceptū vtpote ęmulus, hoc eſt ex prouocatione aduerſari⁹, inter ſaxa colliſum dedidit morti,atq; vndis immerſit.Licet ſit fatuum, vt deos ad cantus homo prouocaret,& mors prouocātis extitiſſet,tamen poeta(ſi credere dignū eſt)inquit. vt oſtēderet, etiam ſe dubitare potuiſſe,exiſtere tantā audaciā,quæ in ſuā perniciem diuinū odium cōcitaret,exceptū dixit. vt feram venabulo.quæ dum ſua feritate plurimum ſe poſſe arbitratur,ſic incauta ruit in ferrum,& pœnam ſuę temeritatis expendit.

ASCENSIVS.

¶Æneas mœſto,&c.)Congrue deſcenſurū ad inferos,mœſtum inducit:

inducit:quia mœror,ad contemplationem inferorū nos inuitat: quocirca ſapiens dicit,Melius eſſe ire ad domum luctus,quā domum conuiuii.In illa enim(inquit)finis cunctorum admonetur hominū:& viuens cogitat, quid futurū ſit.Mœſtus ergo Æneas cum Achate(qui curā ſignificat)ingreditur ad littus, viſurus ſocium,& amicum, quē extinctū dixerat Sibylla:iſq; erat Miſenus Æolides.i.de genere Æoli,aut filius eius,optimus tubicē: quod nō abſurde fingit,quia tubicini opus eſt vento,cuius Æolus rex eſt.Præſtantiā quoq; artis,& virtutis eius,proſequitur poeta:vnde dicit Donatus.¶Aere ciere.)Enumerat,quę in tali viro eſſent dolenda.Primo:quia Æolides.i.nobili genere.¶Quo nō præſtā. al.Aere ciere.)Secūdo,q ſummus artifex in ſono tubæ.¶Viros.) Homines fortes:qa imbelles,nullis exhortationibus imitari poſſunt.¶Et lituo pugnas & haſta.)Nō ſolum tuba, alios accendere poterat: ſed & ipſe pugnabat.¶Hectoris it co.)Maxima laus, q nunq;,niſi pręcipuis, comes eſſet.¶Si crede.di.eſt.)Quaſi incredibile ſit,q homo deū prouocauerit.¶Exceptū.)Vt venabulo ferā, quæ dum ſua feritate plurimum poſſe credat, incauta ruens in ferrū, temeritatis pœnas dat.¶Indi.m.)Quæ non conuenit viro forti:ergo non tantus dolor fuiſſet:ſi in bello cecidiſſet.Hęc ille.

Ordo. ¶Ordo eſt. Æneas defixus lumina.i.habens lumina defixa, hoc eſt deorſum fixa,hoc eſt oculos in terrā fixos,ingredit,ſupp.cum vultu mœſto:linquēs antrū.ſ.Sibyllæ:& volutat ſecum animo.ſ.

Euētus, ſuo:cæcos.i.dubios,& ignotos euentus.)Ergo nō tantum euenta,dicimus, numero plurali:quod Valla prętendit.)Cui.ſ.Æneę, Achates it fidus comes:& figit.i.ſiſtit:figens.i.firmans:veſtigia.i. greſſum,curis paribus)quia cogitabundi, ſæpe greſſum ſiſtunt. & ipſi ſerebant inter ſe multa,ſermone vario.i.modo hoc,modo illud afferentes:dubii.ſ.quē ſocium, vates.ſ.Sibylla:diceret exanimum.i.mortuū:& quod corpus diceret, humandum.i.ſepeliendum:atq; illi.ſ.ſic dubitātes:vt.i.poſtq;:venere.ſ.ad littus:vident Miſenum in littore ſicco,peremptū, morte indigna.ſ.viro forti: Miſenum(inquit)Æoliden.i.Æoli filium, aut ſaltem de genere Æoli,quo nō,ſup.fuit alter præſtantior.i.peritior:ciere,id eſt excitare viros,ære.i.lituo : aut tuba ærea:& accendere.i.inflāmare: Martem.i.furorē bellicum cantu tubæ:hic fuerat comes magni Hectoris:& obibat.i.perficiebat, & explebat pugnas circum Hectora:exiſtens inſignis lituo.ſ.tuba incurua,& clare ſonāte,& haſta,& ita non ſolum alios accendebat ad prælium : ſed & ipſe munus obibat. Poſtquā Achilles victor.ſ.Hectoris : ſpoliauit illū.ſ. Hectorē vita,ipſe Miſenus,heros fortiſſimus, qui nō niſi fortiſſimo adhęrere volebat, addiderat ſeſe Æneæ Dardanio:ſecutus,id eſt.inſequens:nō inferiora.i.virum non inferioris, ſed æqualis dignitatis.(Home.n.Æneam atteſtatur non minoris,q̄ Hectorē æſtimatū)Sed tum.i.tunc, hoc eſt pauloante:dum perſonat.i.ſonat per æquora concha caua, ad imitationem.ſ.Tritonis:& dum demens vocat diuos.ſ.Tritones : in certamina.i.cōcertationem: Triton.i.vnus deorum marinorum:æmulus.i.eiuſdem rei,cum inuidia ſtudioſus:immerſerat(ſi dignū eſt credere)quod ſignanter addit:quia neq; veriſimilitudo, neq; decorū omnino ſeruatur.(Indignum eſt enim deo,ſic in mortalem commoueri,vt ob æmulationem eum extinguat : magna autē laus eſt Miſeni, quia etiā deum ad inuidiam prouocare potuit:ſed indignum eſt, deo inuidia moueri:)immerſerat ergo virum.ſ.Miſenum:exceptū.i. inſidiis captum:vnda ſpumoſa, inter ſaxa : aut inter ſaxa ſpumoſa:poteſt enim dictio,ſpumoſa,eſſe accuſatiui caſus, neutri generis,pluralis numeri,& ablatiui ſing.fœminini.

PIERIVS.

¶Ingreditur linquens.)Quia Ser.Ingredit,pro Graditur, poſitū ait:ita vt,In,vacare innuat.Fuere nonnulli, qui vetuſta abraſa lectione in exēplarib.manu ſcriptis,Egreditur,facerent.Sed enim. Ingredi:pro, Ire:non tam apud poetas:q̄ etiam apud oratores,ſępe reperitur.¶Sermone ferebant.)Vetera quædam exemplaria, ferebant,pro cōferebant.Sed recte Ser.Serebant, agnoſcit. vnde proprie ſermo.

SERVIVS.

¶Ergo(qa talis perierat: aut qa ſic fuerat interēptus.¶Pręcipue pius Æneas.)Æneā ſupra cæteros inducit mortem cuiuſlibet dolere. vt, Nunc Amici caſum gemit.Item, Caſuq; animū concuſſus amici. Hinc ei dat circa ſepulturā,ēt ſordida officia:quę in aliis denegat locis. Qui enim de pietatis generib⁹ ſcripſerunt,primū locū in ſepultura eſſe voluerūt. Vnde cū pontificibus nefas eſſet cadauer videre, tñ magis nefas fuerat ſi viſum inſepultū relinquerēt.Genus aūt fuerat ſepulturæ iniectio pulueris.Vnde eſt, Aut tu mihi terrā iniice.Horatius,Non eſt mora lōga, licebit iniecto

Ergo omnes magno circum clamore fremebant:
Præcipue pius Aeneas.tum iuſſa Sibyllæ,
Haud mora,feſtinant flentes:aramq; ſepulchri
Congerere arboribus,cœloq; educere certant.
Itur in antiquam ſyluam,ſtabula alta ferarum.
Procumbunt piceæ:ſonat icta ſecuribus ilex,
Fraxineæq; trabes:cuneis & ſiſſile robur
Scinditur:aduoluunt ingenteis montibus ornos.
Necnon Aeneas opera inter talia primus
Hortatur ſocios:paribuſq; accingitur armis.
Atq; hæc ipſe ſuo triſti dum corde volutat,
Aſpectans ſyluam immenſam:& ſic forte precatur.
Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus ÆNE.
Oſtendat nemore in tanto:quando omnia vere,
Heu nimium de te vates Miſene locuta eſt.

ter puluere curras.¶Aramq; ſepulchri.)Pyrā dicit,quę in modū arę cōſtrui lignis ſolebat.Nam & ſequit,Cōgerere arboribus,cęloq; educere certāt.Et arā quę ante ſepulchrū fieri cōſueuit, intelligere non poſſumus,vt,Stant manibus aræ:cum nondū facta ſit funeratio,quę præcedit ſepulchrū.Probus tñ & Donatus de hoc loco requirendū adhuc eſſe dixerunt.¶Cęloq; educere certant.) Vt hoc faciant,mente pertractant. Nā adhuc ituri ad ſyluas ſunt.

De Eo, & Itur, ¶Iter.)Eo,e breuis eſt:itur I longa inuenitur.Ergo quia hoc verbum breue eſt in origine,& in declinatione fit longū, ideo certa eius natura, nec in tēporibus nec in participiis inuenitur. Nam cum Itur longa ſit,Iturus breuis inuenit:vt, Superumq; in lumē ituras.Multi tamē tentāt dicentes Eitur propterea q prima verbi origo eſt, per diphthongum ſcribi debere:quod nō procedit, quia diphthongus ſemper longa eſt.I autem & produci poteſt & corripi.Hinc eſt quod Fortuitus & producit,& corripit.Iuuenalis, Non quaſi fortuitus nec ventorū rabies:ſe Iratus cadat in terras & vindicet ignis.Contra Horatius, Nec fortuitū ſpernere ceſpitem leges ſinebāt.Hic enim niſi i litera lōga ſit, nō ſtat verſus. Et hoc protulimus exemplum vnius ſermonis, ne quis dicat iturus & itur ideo variam habere naturā propter temporū varietatem. Vnde melius eſt(vt diximus)originis cōſiderare rationē,Sane fortuitus ab eundo eſt, & a fortuna compoſitū.¶Procumbūt piceæ.)Picea ſecūdū Pliniū in naturali hiſtoria, quinta ſpecies cedri eſt. Nam cædria de eſt quaſi καιομένης δρυὸς ὑγρόν.i.arboris humor ardentis.¶Necnon Æneas.) Bona œconomia venitur ad ramū. ¶Accingitur armis.)Inſtruitur officiis.¶Forte precatur.) Vacat Forte:& eſt verſus de his qui tibicines vocant:quibus additur aliquid ad ſolam metri ſuſtentationē:vt Nunc dextra,nunc ille ſiniſtra, Nec enim poſſumus intelligere eum fortuitu rogaſſe.¶Si.) Aduerbium rogātis & optantis eſt per ſe plenū, ſicut & o; licet Neoterici hæc iungant, & pro vno ponāt: Perſius, O ſi Ebullat patrui præclarum funus.¶Quando.)Siquidem.& Nimium vere cum ingenti dixit affectu:quaſi mors prædicta falſa eſſe debuerit.

DONATVS.

¶Fremebāt.)Fremebāt,inquit,quaſi iraſcētes in naturā,quę illū tā neceſſariū,tā optimū virū,comitē regis,indigna morte preſſiſſet,ergo planctus fuerūt nō vſitati, ſed qbus querelę quoq; viderent admiſtæ.¶Pręcipue pius Æneas.)Eadē cauſa ēt pius Æneas dolebat,ſed pluſq; cæteri.ex ſuperioribus apparet, qd doluerint oēs.nam ſupra dixit de Ænea & Achate.q illius non ſolū mortē, verū etiā genus leti doluiſſent. vt venere,inquit, vident indigna morte peremptū.indigna mors eſt, quę nō conuenit viro forti. nullus enim,aut nō talis exiſteret dolor, ſi in pugna cecidiſſet.& campo.¶Tum iuſſa Sibyllæ.(¶Haud mora.f.f.)Feſtinandū fuit, vt iuſſa Sibyllæ mature & in omnibus cōplerētur.ſ.vt curaretur funus,& eius ſolēnia.¶Aramq; ſepulchri Congerere.)Maiorē de ipſis diligentiā, ac laborem exigebat meritū mortui.pręter queſtus enim ac fletus, maturabant funeri neceſſaria. Properabant igitur aram non ſaxis ſtruere, ſed arboribus. vt ipſa eſſet & ſepulchrum, intantum autem roboribus congeſtis eam erigere nitebantur, vt cœlum tāgere potuiſſet, vltra modū aliquid exhiberi mortuo meritum in vita quęſitum,non alia neceſſitas facit.hoc agebatur in Miſeni cauſa, quem amicum fuiſſe Hectoris dixit,&

Universidad de Deusto Biblioteca

Æneæ posterius. vt vitium cõtemplatio & meritum monstraretur. cæterum & modicis lignis nec in tantum tumulũ structis, funus eius consumi poterat. ❡ Itur in antiquã sy.) Icirco dixit antiquam, quia dicturus est arbores illic fuisse ingentes & magnas. quas solitudo nutrierat, & multorũ prolixitas seculorum. Dicit causam, propter quã nullus illic habuit accessum. ❡ Stabula, inqt, alta ferarũ, significando alta stabula, ostendit illic feras cõmorari consueuisse maiores. quarũ metus arceret incolas, ne hanc propter abscidenda ligna conscenderent. Quantum Troiani laudantur, qui non timuerunt euertere stabula alta ferarum? Quod aũt dixit, Itur in antiquam syluã, & hic ait, stabula alta ferarum. continua intelligi voluit, stabula habuisse, in quibus cõgestæ feræ cõmanerent potioris formæ. vt stabulis nostris redacta in vnũ animalia simplicia colliguntur. appellatione, & ad locũ ostendit, de qualibus loqueretur. cæterũ cubilia diceret, si minores significare voluisset. ❡ Procumbunt piceę.) Ecce vnum genus ligni fouẽdo incendio necessarium. habet. n. quendã succum, quo nutriat flammã. ❡ Sonat icta securibus ilex.) Ecce vnum genus ligni syluestris. ❡ Fraxineæq; trabes.) Vt fuerant integrę, voluebant. ❡ Cuneis & f.r.S.c.) Lignum, quod robur appellatur, eius est naturæ. vt scindi facilius possit. ❡ Aduoluunt ingentes montibus ornos) Ornos, quoq; robora fixilia quę propter effectũ rei, Troiani deijciebãt. Prouo luere est, vt quod stat, porro voluatur, id est cadat. ❡ Nec non Æneas o.i.t.) Talia hoc est quę pertinent ad amici funus. ❡ Primus Ho.s.pa.a.a.) Duplex curabat officium, vt omniũ esset hortator, & operum particeps. Arma dixit paria, qualia alij gestabant. qui cedebant arbores, vel iam cæsas scindebãt cuneis. Potest & sic, vt nõ iam verba essent hortamenta, sed facta. quis. n. nõ faceret, quod faciebat & rex? Prouocabat hunc amici memoria, & suadendi necessitas potens. Multum quippe accedit ad affectum expediẽdę rei, si operã suam cum aliquid laboriosum geritur, rex ipse coniungat. ❡ Atq; hæc ipse suo tristi cum.c.v.) Licet esset tristis, qm̃ causa funeris gerebatur, & eius expeditio iã fuerat certa, cœperat cogitare, quæ ad inuentionẽ rami pertinebãt. voluebat igitur hæc, & cum corde suo, quasi cum secunda persona considerans, immensam latitudinẽ syluę. ❡ Et sic ore precatur.) In prece sua ostendit cogitationes suas, quas tacitus secũq; tractauerat. auxilio quippe diuino sciebat, opus esse, vt inueniret in tanta prolixitate syluæ arbor. quæ portaret aureum ramũ. vbi igitur eius defecit intentio & tractatus æstuantis, & eum cõfudit immensum cõfusa latitudo, prolixitasq; syluarum. his precatus est verbis. vt diuino adiutus auxilio desideratam speciem posset reperire. ❡ Si nũc se.n.ille.a.a.r.O.n.in.t.) Quando, inquit, inueniendo ramo aureo in tãto nemore difficultas obsistit, vtinam vltro se nobis ostenderet. ❡ Quãdo omnia vere Heu nimium de te.v.m.lo.e.) Necesse est. n. etiam de ramo vera esse dicta cum de tuo casu Misene nimium miserande, vera locuta est vates.

ASCENSIVS.

❡ Ergo omnes &c.) Docet, quomodo officiũ funebre persolutũ sit Miseno, iuxta preceptum Sibyllæ, eoq; peracto, inquirere cœperit aureum ramũ. De qua re dicit Dona. sic. ❡ Aramq; sepulc.) Meritum defuncti præter lachrymas postulabat exequias. ❡ Antiquam.) In qua essent arbores, multis sæculis auctę. ❡ Stabula ferarum.) Ergo maiores feræ stare consueuerant: quarũ metus arcebat homines, ne irent cæsum ligna. Laus Troianorũ, qui nõ sunt deterriti stabulis ferarum: vbi multarũ esset congeries, & magnorum: nam de minoribus, cubilia diceret. ❡ Suo tristi.) Quãuis de morte amici, tristis esset: nõ omittebat curam iam inuestigandi. ❡ Et sic forte precatur.) Nam auxilio diuino, sciebat opus esse: vt in tanta sylua, ramus inueniretur. Hæc ille. Ordo est. Ergo quia tãlis, ac tãtus interierat vir: & iusserat Sibylla, illi officium funebre debere exsolui: oẽs. s. Troiani: fremebant circũ. s. cadauer Miseni. sup. cum magno clamore: & præcipue fremebat Æneas pius. s. quia pius: tum. i. deinde: haud. i. non: mora, sup. fit: dum ipsi flentes festinant. i. festinanter exequunt, iussa Sibyllæ. s. quibus iusserat. Sedibus hunc refer ante suis, & certant. i. certatim conantur: congerere. i. cõgerendo extruere: aram sepulchri. i. pyram funebrem: arboribus. s. aggestis, & constructis in formã pyræ: & certant educere. s. aram sepulchri: cœlo. i. ad cœlum vsq;: aut cœlum versus. Itur, scilicet ab omnibus socijs Æneę: aut a pluribus, in antiquam syluam: appositorie: alta stabula, id est quę syluę erant alta stabula: ferarum. s. magnarũ, quę stant: vnde stabulum dictum sicut cubile, a cubando: piceę, id est arbores illę picis, & resinę plenę: vnde aptę sunt incendio, licet virides procumbunt, scilicet in humum incisę securibus: ilex, arbor illa, icta securibus, sonat, aut tempus, pro tẽpore posuit, scilicet icta, pro eo quod est quæ iceba tur: sonat, aut naturam physicam docet: tardus enim est auditus: & ita sonus, non statim ad nos defertur, quocirca prius icta est ilex, quam sonus ad nos perueniat: & trabes fraxineę, id est ex fraxino arbore, sup. procumbunt, aut sonãt: & robur fissile, id est quod faciliter finditur cuneis: & ipsi Troiani abuoluũt. s. ab mõtibus: ornos, id est arbores illas: ingenteis, id est valde magnas: Nec nõ, id est etiam: Æneas, primus inter opera talia, id est pia, & benefica nõ seruilia, hortatur socios: & accingitur, id est aptatur: armis paribus, id est quibus alij ligna scindebant (sunt enim arma, quæuis instrumẽta.) Atq; dum ipse volutat, id est versat, hec scilicet ante dicta, de Morte Miseni: corde suo tristi, id est mœsto, & dum ipse aspectans syluam immensam, precatur forte sic. Seruius dicit, tibicinem esse in versu, id est columnam, hoc est particulam superfluam: ad id solum positã, vt versus suis pedibus fulciatur: vnde tibicen. propriẽ est sustentaculum rei decidentis: vnde Iuuena. Nos vrbem colimus tenui tibicine fultam. Tibicen autem, Hic est dictio forte, quæ superfluit: quia (inquit) non precatur forte, quod verum est: sed fortuitũ erat ipsum tunc precari, cum sese columbę ostenderẽt: aut precatur forte, id est præter magnam animaduersionem, & præter spem obtinendi. Precatur autem (dicens) Si id est o si aut, vtinã ille ramus aureus. s. quem Sibylla nobis habendum docuit: ostẽdat nunc nobis se arbore. s. opaca: in nemore. i. syluã: tanto. i. tam magna. quando. i. quandoquidem: heu, o Misene vates, scilicet Sibylla, locuta est de te omnia, nimium vere, quia vtilius fuisset, si mentita esset: dum dixit, Misenum iacere in littore. Ex his ergo, quæ vera expertus est, Æneas argumentatur cætera quoq; vera esse, scilicet non posse descendere ad inferos, nisi habito aureo illo ramo. Tibicẽ.

PIERIVS.

❡ Ac voluunt ingenteis.) Vulgatam lectionem Ac (sermo) voluunt, cum particula coniunctiua, & verbi. Cum Mediceo, antiqua etiam aliquot habent exemplaria. Sed in Romano, & in Longobar. Aduoluũt, verbo cum prępositione ad, cõposito legitur, quod magis placet: vt in Georg. Aduoluere focisq;. Et sic forte precatur.) In Ro. codi. legere est, voce precatur. In Longobardis co. ore. Sed enim Seruius agnoscit, forte: quod etiam in plerisq; codic. antiquis habetur. Addit vero Seruius versum hunc ex eo genere esse: qui tibicines appellantur, quibus aliquid additur ad solam metri sustentationem. Vacare enim aduerbium, forte putat. Sed enim intelligo, postea quam hę varię lectiones, nostra cura collectæ, per manum hominũ circunferri cœptę sunt: aut ore: aut voce peritorum, iudicio magis approbari: nos vero hoc in medio ponimus.

SERVIVS.

❡ Cum forte columbæ.) Auguria aut oblatiua sunt, quæ nõ poscuntur: aut impetratiua, quę optata veniunt. Hoc ergo quia oblatiuũ est: ideo dixit Forte. Bene autem a columbis Æneę datur augurium & Veneris filio & regi. Nam ad reges pertinet columbarum augurium: quia nunq; solę sunt, sicut nec reges quidem. ❡ Ipsa sub ora.) Pertinet: si longius volarent, non ad eum pertinere viderẽtur. Nam moris erat, vt captantes auguria.

Vix ea fatus erat: geminę cũ forte columbę, POE
Ipsa sub ora viri cœlo venere volantes:
Et viridi sedere solo. tum maximus heros
Maternas agnoscit aues: lętusq; precatur.
Este duces, o si qua via est: cursumq; p auras ÆNE.
Dirigite in lucos: vbi pinguem diues opacat
Ramus humum. tuq; o dubijs ne defice rebus
Diua parens. Sic effatus, vestigia pressit, POE.
Obseruans quæ signa ferant, quo tendere pergant.
Pascentes illę tantum prodire volando:
Quantum acie possent oculi seruare sequentum.
Inde, vbi venere ad fauces graue olentis Auerni:

auguria. certa sibi spatia designarent, qbus volebãt videnda ad se ptinere. ❡ Maternas.) Veneri consecratas propter fœtum frequentẽ & coitum. ❡ Siqua via est.) Si est ratio, & iam ex hoc loco esse incipit impetratiuũ, quod oblatiuũ fuerat. ❡ Cursumq; per auras.) Cursum vocauit impetum & eundi officiũ. Nam & nauiũ cursum dicimus. ❡ Ne defice rebus.) Ne desere in rebus incertis. Et bene in syluis inuocat matrem, quam iam scit sibi visam esse habitu venatricis:

Tollunt se celeres. liquidumq; per aera lapsæ,
Sedibus optatis gemina super arbore sidunt.
Discolor vnde auri per ramos aura refulsit.
Quale solet syluis brumali frigore viscum
Fronde virere noua: quod non sua seminat arbos:
Et croceo fœtu teretes circundare truncos.
Talis erat species auri frondentis opaca
Ilice: sic leni crepitabat bractea vento.
Corripit extemplo Aeneas: auidusq; refringit
Cunctantem: & vatis portat sub tecta Sibyllæ.

Effata. natricis: vt in primo legim⁹. ❡ Sic effatur.) Proprie effata sunt augurũ preces. Vñ ager post pomeria, vbi captabantur auguria: dicebatur effat⁹. ❡ Vestigia pressit.) Quia ad captãda auguria post preces immobiles, vel sedere, vel stare consueuerant. ❡ Obseruans q̃ signa ferant.) Obseruare. n. & de cęlo, & de auibus verbo augurum dicitur. ❡ Quo tendere pgant, pascentes.) Hic iam optimũ significatur augurium, q pascebant. Nam Romani moris fuit, & in comitijs agendis, & in bellis gerẽdis pullaria captare auguria. Vnde est in Liuio. Qd cum qdam cupidus belli gerẽdi a tribuno plebis arceret ne iret, pullos iussit afferri: qui cũ missas non ederẽt fruges, irridens consul auguriũ ait, Vel bibãt: & eos in Tyberim pręcipitauit: inde, nauibus victor reuertẽs ad Africam in mari cum oibus quos ducebat extinctus est. Et multi pascentes distingũt, & absolutus est sensus. Alij dicunt Pascẽtes volando: & referunt ad naturam colũbarum, quæ exilientes pascere consueuerunt. Alij Volando ambulando dicunt. Vola. n. dicitur media pars pedis, siue manus. ❡ Prodire.) Prodibant: infinitus pro indicatiuo. Graue olẽtis Auerni.) Male olentis. Alibi bene olẽtis: vt, Et grauiter spirantis copia tymbræ floreat. ❡ Liquidumq; p aera lapsæ.) Non est aeris perpetuũ epitheton: sed purum ait, Auerni comparatione. Dicit aũt eas alte volasse ad vitandum Auerni odorem. ❡ Super arbore sidunt.) Secundum antiquam licentiam. ❡ Auri aura.) Splendor auri Horati⁹, Tua ne retardet aura maritos, id est splẽdor. Hinc & aurum dicitur a splẽdore, qui est in eo metallo. Hinc & aurati dicti: quorum fauor splendidos reddit. ❡ Brumali frigore viscum.) Bene brumali addidit. Tunc. n. maturum est, & auri imitatur colorem. Nam noua fronde viret: quod, vt ait Plinius in naturali historia de fimo turdelarum, in certis arboribus nascitur. Vnde Plautus, Ipsa sibi auis mortem creat. ❡ Teretes truncos.) Teres est rotundum aliquid cum proceritate: vt, Incumbẽs tereti Damon sic cœpit oliuę. Horatius, Brachia & vultum teretesq; suras Integer laudo. ❡ Extẽplo.) Bene verbo vsus est augurum, vt diximus supra. ❡ Cunctantem.) Aliud pendet ex alio. Cunctantem, quia auidus, vt ostendat tantam fuisse auellendi cupiditatem, vt nulla ei celeritas satisfacere posset: Nam tardantem dicere non possumus eũ, qui fataliter seqbatur. Alij cunctãtem ad auri naturam referunt .i. mollẽ, quia paulatim frangitur. i. lentescit. Alij cunctãtem grauem dicunt, vt Glebas cunctantes, crassaq; terga Expecta.

Obseruat. Vola. Aurũ. Aurati. Teres.

DONATVS.

❡ Vix ea fatus erat.) Ita hæc dixit, & tamen aliquem iplorauerat deũ. Quippe hoc solũ protulerat, vt optare videretur potius, q̃ rogare pręuenit materna miseratio euntẽ in pces, & qd desiderabat, oñdit. ❡ Geminę.c.f.colũbę.) Quia colũbę fuerunt, quia duę, quia sub eius oculis transierunt, quia sederunt in solo herboso, & iucũdo, Intellexit Æneas in materno signo omen esse inueniẽdi rami substantiã, venientes. n. de cœlo aperte mõstrabant nõ alios se ferre nisi eius expeditionẽ rei de qua cogitabatur in præsenti. ❡ Tum maximus heros.) Laus ista non ad corporis bona, sed ad animi virtutes pertinet. Vigilantia. n. mẽtis, & astutia, qua Æneas pollebat, intellexit angustias suas materno remedio subleuatas, & illas aues expeditionem rebus necessarijs ferre. hoc est, quod ait. ❡ Maternas agnoscit aues, lætusq; precatur.) Quod, inquit, maternas agnoscit aues. his cœperat lætus hortari. ❡ Este duces, o si qua via est.) Bene de via, quæ ad ramum duceret, dubitauit: stabat. n. in sylua, cuius densitas vniuersa concluserat. Vos, inquit, viam mõstrate, si vlla est. ❡ Cursumq; p auras Dirigite in lucos, vbi pinguẽ diues: opacat (Ramus humum.) Vos. n. potestis difficilia superare, quas auræ portant, & syluaꝝ impedimentis leuates pennæ suspendunt. vos illo viam dirigite, vbi diues humum opacat ram⁹. locũ in quo esse pmeruit. ❡ Tuq; o.d.ne.d.r.Di.p.) Et tu mater ne desere filium, eũ vel maxime, quem incerta confodiunt. o, posuit, cum loqueretur cum colũbis. O, cum preces torsisset ad matrem, Illic. n. ponitur, vbi simplex hortatio est, & blanda. ❡ Sic effatus vestigia pressit, Obseruãs.) Pręter aduentũ. n. quo spem maximã columbę pollicebãtur, & sedentes aliqd poterãt, & motibus pprijs nũciare, quod ipsum, quia Æneas nouerat posse puenire, obseruabat tacitus vestigijs fixis, vt sciret, quæ essent habiturę indicia futurorũ. ❡ Pascentes illę tantum prodire vo.) Prodierunt,

dierunt, inquit, volãdo, pdierunt, pedũ significat gressum. volãdi aũt partes ad alas pertinẽt. si sic intelligamus non cohæret, voletur pedibus, aut alis ambuletur, sed nõ ipse est intellectus. vola. n. dr̃ media pars manus, & plantæ. quę faciebat colũbas volare. hoc est ambulare p volam. vnde & inuolare dicimus, cũ aliqd furtim vola manus subtrahitur. & inuolare rursum, cum violẽtæ manus in aliquẽ dirigãtur. sicut Terent. ait. In faciem inuolem venefico. ecce & hic volare, posuit, p ambulare. cæteꝝ vbi pennaꝝ volatũ dicere voluit, inquit venere volãtes. Nullus. n. sine alio adminiculo põt de cœlo descẽdere. Ac ne hui⁹ rei remaneret incertũ, infra oñdit aptius, qd hoc loco significet volãdo. Cum. n. tm̃ issent pedibus, q̃stum obseruãtes oculi seq potuissẽt. ❡ Inde, inqt vbi ve.ad.f.g.a. Tollũt se celeres.) Patefactũ est, de quo potuit dubitari. dicẽdo. n. tollũt se celeres ne grauẽ odorẽ auerni paterẽtur, & addendo, liquidũq; p aera lapsæ. vt factũ est, oblatæ arboris destinata contingeret. sederũt igit colũbę geminę sup arbore gemina. ipsam. n. significabãt numero duplici, quę frõdẽ duplicẽ materiãq; portabãt, mox igitur, vt super eã sederunt. ❡ Discolor vñ.a.per.r.a.r.) Statim, inqt, ex ea quę viridis fuit, aliud genus coloris effulsit, & qd magno desiderio quærebatur, inuentũ est. Ingreditur descriptionẽ, qua illius rami similitudinẽ monstret, vel colorem. ❡ Quale solet syluis.) Quẽadmodũ, inquit, hyemali frigore emergentibus frondibus nouis solent arboꝝ trunci visco fluente perfundi, & colorẽ croceũ demonstrare, talis erat species auri frondentis. cũ admiratione positũ est, auri frõdentis opaca ilice. miraculũ. n. fuit ex arbore ilicis, hoc est ex ligno, durissimum ramũ aureũ cum aureis frondibus extitisse. ❡ Corripit extẽplo Æneas.) Propter remouẽda. n. narrandi prolixitatẽ, non dixit, qũo Æneas ad ipsam arborẽ videatur perrexisse, cũ volantes columbę vix illo peruenissent propter auerni grauẽ odorẽ. nos tamen, quod breuiandæ narrationis causa poeta prætermisit, intelligere possumus, quæsisse Æneam aliã viã, & peruenisse, vt inuentum se minus offerret. Ita tm̃ igitur Æneas hũc ramũ corripuit, vtpote diu desideratum: ❡ Auidusq; re. Cu.) Et cũ ramus ipse auiditatẽ properantis retardaret: hunc tñ Æneas vicit. ❡ Et vatis. p.s.t. Sibyllæ.) Nunciaturus completa omnia, portauit ipsum ramum sub vatis tecta.

Vola. Inuolarẽ.

ASCENSIVS.

❡ Vix ea fatus erat.) In multis locis docet bonus poeta, deos orãdos esse & oratos, faciles in vota nostra fieri: vñ, Vix ea fatus. &c. Quo circa recte pręcepit in Georgi. In primis venerare deos, &c. Docet ergo, quomodo exauditus columbis ducibus, ramum aureũ inuenit, eumq; abstulit. De qua re, hæc pauca dicit Donatus. ❡ O.) Posuit, cũ loqueretur cum colũbis. O, cum præces torsisset ad matrẽ: illic. n. ponitur, vbi simplex oratio est & blanda. ❡ Vestigia pressit.) Obseruabat diligentius: quia sciebat posse illas, præter aduentum suum, aliquid proprijs motibus nunciare. ❡ Prodire volando.) Prodire pedum est: volare, alarum. sed qũo ambulabant, & volabant: sed intellige, volam, esse mediam partem plãtæ, & manus: ergo volabant, ambulabant p volam: vnde inuolare dicimus, cum aliquid furtim vola manus subtrahimus: item inuolare, cum violenter manus in aliquem diriguntur. Terent. In faciem inuolem venefico. ergo hic ambulare intelligit: nam cum alarum motum exprimere voluit, dixit, Cœlo venere volantes: cum aũt demõstrasset ambulationem, in eo quod est, prodire volando: & deinde volatum exprimere vellet: dixit, Tollunt se celeres, liquidumq; per ae. la. Ergo, vsq; ad Auernum ambulauerant. ❡ Discolor.) Nã p arborẽ viridẽ, fulsit color aureus. ❡ Corripit.) Ne prolixior esset narratio: non dixit qũo ad ipsam arborem Æneas venerit: sed per aliam viam intellige puenit. Hæc ille. ❡ Ordo est. Æneas vix fatus. i. elocutus erat: ea, id est eas preces, quæ præmissæ sunt, sup. tunc: cum geminæ, id est duæ, & pares columbæ: venere forte. i. propter opinionem eius: volantes cœlo. i. per cœlum. i. aere: aut venere cœlo. i. de celo: volantes sub. i. ante ipa ora. i. conspectum, viri. s. Æneæ: & sedere. i. locum ceperunt (a sido, præteritum est) solo viridi. i. gramineo: tum. i. tunc heros maximus. s. Æneas: agnoscit aues maternas. i. columbas quæ in tutela sunt Veneris: aut propter frequentẽ fetum: aut propter amoris, quem inter se seruant manifesta indicia. & lœtus pcatur sic (&

ita facit

Universidad de Deusto Biblioteca

ita facit auguriũ, oblatiuum ĩpetratiuũ pręcando) o, desyderãdi est, aut ꝯgratulandi, q.d. sanctæ aues si qua.i. aliqua via, est, sup. q̃ ducat ad aureũ ramũ: este duces, & dirigite cursum p auras: in lucos.i. syluas sacras, & incæduas: vbi.i. in qbus: aut ad eum locum, vbi di ues. qa aureus ramus opacat.i. inumbrat: humum pinguẽ i. opimam: quia talis rami feracẽ: tuq;.i. tu o alma parens: aut potius, & tu alma parẽs.i. mater Venus: o, q̃ optãdi ꝑticula est: ne desi ce.i. ne deficias rebus dubijs. Ipse effatus.i. auguꝝ more, elocut' sic: pressit, id est repressit, aut firmauit: vestigia, idest pedes pressit, vestigia faciens: obseruans, id est animaduertens, quæ signa darent: & quo ipse pascentes pergant.i. perseuerent tendere. Illæ.s. columbæ: prodire.i. prodibant, aut cœperunt prodire, volando, aut volam pedum exercendo: aut interdum, alis passis quasi per saltum volando, tantum, quantum oculi sequentum.s. Æneæ, & Achatæ. possent seruare.i. obseruare: acie.i. acumine, visus sui. Inde.i. deinde: vbi, postq̃: aues.s. venere: ad fauces Auerni.i. illius lacus in Campania, per quem dicitur descensus ad inferos: olentis grauiter, quia grauẽ odorem exhalat, vsq; adeo vt e vicino aues superuolare nequirent: & ideo ipsę celeres tollunt.i. erigunt se: & lapsæ.i. postq̃ celeriter volauerant, per aera liquidum, idest puꝝ, & defęcatum.s. ab eo odore graui ipsius Auerni: sidunt.i. locum sedẽdi capiunt, sup. in sedibus: optatis.s. ab Ænea: & etiam ab auibus, quibus id in mandato erat, super arbore gemina.i. geminæ naturę: qa ramum aureum habebat. Antique dicit, super gemina arbore: nam nunc sup geminam arborẽ diceremus: vnde.i. a qua arbore: aura.i. fulgor discolor.i. diuersi coloris: refulsit p ramos. Quale.i. qualiter: viscum.i. glutẽ (qd' sm Pli. ex fæcib' turdi, & palumbis nascitur) vñ Plaut. ipsa sibi auis mortẽ creat. nascitur aũt ꝑcipue in quercu, robore, pruno syluestri, & terebintho. Nã si illic dictæ aues egerunt, aut stercus faciunt, gignit quędam virga, quæ brumali tempore matura est: sed, vt dicit Pli. in messe colligitur, & maturescit, decoquendo in sole, deinde in lentorem mouetur aqua, solet viuere, sup. in syluis: frigore brumali, qa tunc maturum est: noua.i. insolita fronde: quod, sup. viscum, arbor sua.i. ipsi propria, & natiua, non seminat: qa ex stercore turdi nascitur: & quale.i. qualiter, solet circundare, truncos teretes.i. oblongos, & rotundos: fœtu.i. virgulto, & glutino: croceo.i. crocei coloris: talis

talis erat species auri frondentis, sup. in opaca ilice.i. arbore illa, de genere querno: quia etiam alterius naturæ & coloris erat: & bractea, id est tenuis lamina: crepitabat sic leui vento: Æneas corripit, id est celeriter rapit: extemplo.i. illico: & ipse auidus refringit, sup. ramum cunctantem.s. pondere suo auiditati Æneæ, pæ morę faciẽtem, licet facilis sequeretur: & portat.s. ramum sub tecta Sibyllę vatis.i. vaticinatricis.

PIERIVS.

Alma parens.) Antiqua pleraq; exemplaria: cum Medi. legunt, Diua parens. In Rom. & aliquot alijs, Alma. Gemina super arbore sidunt.) In Longobar. geminæ legitur: vt sit de columbis. Sed omnino melius, gemina super arbore: cuiusmodi species tantopere optabatur. Discolor vñ auri per ramos aura refulxit.) In Ro. cod. auro legitur, casu septimo: vt sit, refulxit aura splendore aureo, vel ꝑpter aurum. Ser. tñ agnoscit, auri: legitq; auri, hoc est, splendor auri. Quod non sua seminat arbos.) Interesse plurimũ ait Caper in libello De elegantijs, vtrum arbos, an arbor dicatur. *Arbor. Arbos.* Siquidem arbor, omne lignum dicitur: arbos vero, nõ nisi fructifera. Veteres tamen codic. huiusmodi differentiam non seruant. Teretes circundare truncos.) Antiqui aliquot cod. circundare ramos, hebent. Sed truncos, nihil quicq̃ displicet. Sic leni crepitabat bractea vento.) In Rom. codi. & in Longo. brattea, duplicato t, scriptum est. *Brattea.* Iuniores, brachtea per ch densum, scribi volũt, cõtra omneis orthographiæ regulas, etiam, si παρὰ τὸ βράχω, brachtea dicatur, qui brattea duplici t scripserunt, eo decepti sunt, qd' in characteribus Longobardicis c & t literæ, eadem pene forma figurãtur. vnde etiam errorem illum apud Martialem prouenisse crediderim, quod iuuentus pro iuuencus, scriptum est eo versu, Cæsaris, atq; Iouis confert nunc schema iuuencus, Par onus vt tulerit? altius iste tulit. Ita enim scriptum est in antiquo satis codice, quẽ mihi dono dedit Valerius Victor Viterbiensis, adolescens ingenio, & eruditione supra ætatem admirabilis. Quid.n. illic agat, iuuentus, hac adinuenta lectione, non video. Vt vero ad Virg. reuertamur in Longo. & aliquot alijs, crepitabãt: corrupte omnino legitur, nõ enim folia bractea: dicimus, epitheti forma. Est vero bractea, non tantum de metalli lamina: verumetiam de quacunq; materia. Plin. Vt vna arbor sæpius veniret. excogitatę sunt ligni bracteæ,

Nec minus interea Misenum in littore Teucri
Flebant: & cineri ingrato suprema ferebant.
Principio pinguem tedis, & robore secto
Ingentem struxere pyram: cui frondibus atris
Intexunt latera: & ferales ante cupressos
Constituunt: decorantq; super fulgentibus armis.
Pars calidos latices, & ahena vndantia flammis
Expediunt: corpusq; lauant frigentis: & vngunt.
Fit gemitus: tum membra toro defleta reponunt:
Purpureasq; super vestes, velamina nota,
Conijciunt. pars ingenti subiere pheretro,
Triste ministerium: & subiectam more parentum
Auersi tenuere facem. congesta cremantur
Thurea dona, dapes, fuso crateres oliuo.
Postq; collapsi cineres: & flamma quieuit:
Relliquias vino, & bibulam lauere fauillam:
Ossaq; lecta cado texit Choryneus aheno.
Idem ter socios pura circuntulit vnda,
Spargens rore leui: & ramo felicis oliuæ,
Lustrauitq; viros: dixitq; nouissima verba.
At pius Aeneas ingenti mole sepulchrum
Imposuit, suaq; arma viro, remumq;, tubamq;,
Monte sub aerio: qui nunc Misenus ab illo
Dicitur: æternumq; tenet per secula nomen.

SERVIVS.

Nec minus.) Nihilominus ille deflebatur. Interea.) Dũ itur ad syluas. Ingrato.) Tristi: vt gratum, lætum aliquid dicimus. Alij ingrato dicunt gratiam non sentienti. Pinguem.) Aut de Græco transtulit λιπαρὰν magnam, aut Hypallage est. hoc est de pinguibus tedis. Frondibus atris.) Aptis ad funera. Ante cupressos cõstituunt.) Cupressus adhibetur ad funera, vel quod cęsa non repullulat: vel quod per eam funestata ostenditur domus, sicut lætam frondes indicant festæ. Varro tñ dicit pyras ideo cupresso circundari propter grauem vstrinę odorem: ne offendatur populi circunstantis corona, quæ tandiu stabat rñdens fletibus preficę.i. principi planctuum, q̃diu cõsumpto cadauere, & collectis cineribus diceretur nouissimum verbum. Ilicet.) Quod ire licet significat. Vñ est, Dixitq; nouissima verba. Pars calidos latices.) Plinius in naturali historia dicit hanc esse causam vt mortui & calida abluantur, & per interualla conclamẽtur, quod solet plerunq; vitalis spiritus exclusus putari, & homines fallere. Deniq; refert quendam suppositum pyræ, adhibitis ignibus erectum esse, nec potuisse liberari. Vnde & seruabantur cadauera octo diebus, & calida abluebantur: & post vltimam conclamationem comburebantur. Vnde traxit Terentius, Desine, iam cõclamatum est. Ahena vndantia flã mis.) Hoc est per flãmas. Alibi: Nec se iam capit vnda: volat vapor ater ad auras. Lauant frigẽtis, & vngunt.) Versus Ennij, q ait, Tarquinij corpus bona fœmina lauit, & vnxit. Defleta.) Participium ab eo quod est fleor, si tñ inueniatur, alias sine verbi origine esse dicem'. Purpureas.) Ad imitationem sanguinis: in quo est anima: vt dixim' supra: vt, Purpuream vomit ille aiam. Velamina nota.) Vel ipsi chara, vel animæ. Ex notitia enim gignit charitas. vt Hic inter flumina nota. Pheretro.) Græce dixit. Nam capulus dicitur a capiendo. *Capul'.* Vnde ait Plautus, Capularis senex, id est capulo vicinus. *Capularis senex.* Subire pheretro.) Vt, Subeũt muro. More parentum.) Propinquioribus enim virilis sexus hoc dabatur officiũ. Facẽ.) De fune, vt Varro dicit: vñ & fun' dictum est. Per noctem aũt vrebantur: vnde ꝑmansit, vt mortuos faces antecedant. Fuso crateres oliuo.) Dijs superis tãtum libabant: inferis vero sacrificantes etiam vasa in ignem mittebant, vnde ait crateres: quod & Statius in Archemori sepultura ꝯmemorat. Oliuum aũt ab oliua dixit. *Oliuũ. Oleum.* Nã oleum ab olea dicitur. Flamma quieuit.) Pyræ ingẽtis: quia, vt in quarto diximus, pro qualitate personæ pyræ fiebãt: sepulchra etiã vel minora, vel magna faciebant. Os

saq;

saq; lecta.) Aut collecta, aut lecta, ideo qa, vt supra diximus, nobiles nunq; soli ꝯburebãtur, sed cum dilectis equis, vel canibus, vel famulo. Ter socios.) Aut sæpius: aut re vera ter. Licet.n. a funere ꝯtraxerint pollutionẽ: tñ ois purgatio ad supos ꝑtinet: vnde & ait imparẽ numeꝝ, aut qa hoc rõ exigit lustratiõis. Circũtulit.) Purgauit. Antiquũ verbũ est, Plautus, Pro laruato te circũferam i. purgabo. Nã lustratio a circunlatione dicta est, vel tedæ, vel sulphuris. Iuuena. Si qua darentur Sulphura cum tedis. Spargens.) Quia res aguntur infernæ. In.ij. Æneas deos portaturus ait, Donec me flumine viuo Abluero. Hic.n. erat mos, vt dixim' supra. Felicis oliuæ.) Arboris festæ. sed moris fuerat, vt de lauro fieret. Sane dicit Donatus quod hoc propter Augustũ mutauit. Nam nata erat laurus in palatio eo die quo natus est Augustus: vnde triumphantes coronari ꝯsueuerant: ꝑpter quam rẽ noluit laurum dicere ad officiũ lugubre ꝑtinere. Nouissima verba.) i. Ilicet. Nã Vale dicebatur post tumuli quoq; pacta solẽnia. Suaq; arma viro. Ipsi chara sculpsit in saxo. Nam supra ea iam legimus cõcremata. *remus.* Remumq; tubamq;.) Quia & bellator & remex fuerat. licet possimus & solam tubã accipere. Remus.n. dr lorum, quod cõtinet tubam. Mõnte sub aerio.) Nam supra est positus. Aerium aũt illi altum dicunt: alij nomen montis antiquum volunt. Vnde est, Qui nunc Misenus ab illo dicitur.

DONATVS.

Nec minus interea.) Redijt ad ea, vnde recesserat. & completis in eam rami partibus, ad Miseni exequias reuolutus est, ne tñ ea ipsa obstarent curantib' sepulturã, nihilominus Troiani Misenũ flebãt: & cineri ingrato suprema ferebant. Cũ nondũ arsisset, sed mox esset arsurus, recte defuncti corpus cinerẽ dixit, qa hæc agebant, vt in cinerem verteret. Principio pinguem tedis, &c.) Hec ꝑmum admouerũt, quę non solũ pyrã struerẽt, verũetiam facili' arderẽt, & alia quoq; accẽdere potuissent. Cui frondib' atris In. la.) Sunt.n. gña lignoꝝ, quæ mortuoꝝ solennitati conueniãt. Et ferales ante cupressos Constituũt.) Cupressus quoq; luctib' congruit. Decorantq; s. fu. ar.) Viroꝝ.n. fortium cum ipsis funeribus arma apud veteres consumebantur: nec solum hæc, sed cætera, quæ habuissent charissima. Pars calidos latices.) Pars aliqua hominum aquam calidam procurabant. hoc genere locutionis multis locis vsus ẽ poeta. exqsita.n. grauior est, q̃ simplex. Corpusque. l. f. & v.) Hæc fuit cã calidæ aquæ expediendę, vt frigens corpus, hoc est frigidum aqua calida lauaretur. vngebatur autẽ quo celerius arderet. Fit gemitus.) Gemitus fit ois, vt fieri solet, cum ad supremum mortui peruenitur obsequium. Tum membra toro. d. r.) Membra, ꝑpter quæ tantas effuderant lachrymas, toro cum ipsis arsuro posuerũt. torum dixit stratum, quod fuit in pheretro. Purpureasq; sup vestes.) Vult õndere pretium vestium, quæ propter defuncti meritũ dabantur incendio. illaꝝ vestium cõmemorationem fecit, quæ ex eo amauisse probatur, qa frequentius his vsus est, & inde notæ omnibus fuerãt. debuit ergo & in morte his velari, quas dilectas cum viueret, habuit. sic fecit & Dido. nam exuuias, quaꝝ tenebatur affectu, imposuit proprio rogo: & has ipsa secum consumpsit, ipsaq; sibi vltro funerũ ꝓcurauit obsequium, quæ salutis suæ tẽpus abrupit. Triste ministerium.) Ferendi quippe funeris ministerium luctuosum est, & eo magis in Miseni obseqo, vbi nullus erat, q nõ doleret, adhuc enim extrarios adhiberi ꝯuenerat: sed illic vbi possunt repiri. Et subiectã more. p.) Prisci.n. cum ignẽ rogis iferebant, nõ sub oculis suis, ꝑpter pellendũ doloris augmẽtum, sed a tergo suo, vt dr, faces apponebãt. Cõgesta. cr. Thurea dona.) Meritum mortui in specieꝝ flagrantia probatur, & cum non dicitur, tãtum thuris, q̃tum solet, plus põt sentiri, q̃ constat impensum, proinde thus, inquit, congestum, hoc est copiosum, traditum flãmis ardebat, & oleum nõ paulatim, sed semel cadis infusum incendia ipsa cumulabat. Postq; collapsi cineres.) Vbi cõsumptis membris recessit flãma & totum in cineres versum est, quod ardebat, vino ablutũ est quod fuerat colligẽdum. Ossaq; lecta.) Lecta ex cineribus lignoꝝ & carnis. Cado texit. Ch. a.) In cadũ ęneum Chorineus cõiecit, & texit. Reliquias, ossa dixit, quæ non cõsumpserant flãmæ. hæc.n. sola sepulchro condi ꝯsueuerunt. Idẽ ter socios.) Qm̃ supra dixit, totãq; incestat funere classem. hic expiationẽ oium, purgationẽq; describit. q fit eo ritu, quo Chorineũ fecisse asseruit. s. vt vniuersi, qui obsequijs interfuerunt, aqua pura & felicis oliuę frondibus spargerentur. Hæc fuit lustratio ois, & expiatio hominum. s. & domoꝝ. At pius Æneas. i. m. se.) Quę supius dicta sunt alij ꝯpleuerant. dicit nunc, qd Æneas ipse curauerit perficiendũ. pius, ingt, Æneas. hoc loco bene posuit pium, qm̃ comiti ac familiari suo cõdebat memoriam. ait ingenti mole ponit, sepulchrũ ædificat. quod, vt magna mole ꝯsurgeret, contemplatio faciebat Miseni meritoꝝ, quæ in vita quæsierat. cæteꝝ mortuos supradixit nihil sentire, cũ diceret, cineri ingrato suprema ferebant. quia nihil sentiunt, ꝑindeq; nec vicem reddunt, recte mortui dicunt ingrati. ergo Æneas animo suo satisfaciens, cõstituebat ingẽs sepulchrũ, quod faciebat non tantũ, vt ossa contegeret, verũetiam, vt opus illud sæculis oibus ꝑduraret. Arma aũt eius, & æris insignia, non immerito addebat. oportuit.n. ea cũ ipso constitui, ꝑ quæ in vita floruit. & Hectori primum, dehinc Æneæ ipsi adhærere, & ꝯmendari cõmeruit: Dixit, quid fieret: dicit nunc, quo loco. Monte, inquit, sub aereo.) Sub aereo, ait, monte. hoc nomen apud veteres fuit montis. sed qa Virgilij tpibus aliter appellabat, breuitate mirifica, & superiori tempori & præsenti respondit, vt instrueret nesciẽtes, & doceret commutationem nominis cucurrisse, vt Misenus diceretur ex Miseni nomine. qui dicebatur aereus. Æternumq;. t. p. s. n.) Tantum illius viri meritũ valuit, licet mortui, tantumq; eius authoritas potuit, quod hoc voluit seruari, vt sæculis oibus Misenus manserit, & hoc noie vocitetur a posteris. Aereum montem, pleriq; non nomen eius fuisse arbitrantur, sed quod sit altissimus, & hoc magis tetigisse Virgiliũ, sed nõ hoc positũ est. nam q dixit, q nunc Misenus dicitur, ostẽdit a veteribus aereũ nuncupatum. nam, quæ esset Miseni gloria, aut vnde sciretur ipsum positum, si non illi monti superiori cæteris vocabulo Miseni nomen esset appositum?

ASCENSIVS.

Nec minus inte. &c.) Interea, ingt, dum Æneas aureo ramo inuestigando occupatus erat: socij funebre officium executi sunt: quod ad vnguem ꝑscribit Poeta. De eo aũt dicit Dona. sic. Cineri.) Nondum cinis erat, sed mox combusto cadauere, erat futur'. Principio pinguem.) Ea adhibuerunt, quæ non solum pyram instruerent, sed eam facile incenderent. Armis.) Nam virorum fortium, arma, & cętera quæ charissima habent, cum ipsis consumebant. Purpureas.) Ex pretio vestium, meritũ mortui vult ostendere: has vesteis, illum amasse ex eo demonstrat: quia frequẽter illis vsus est: & propterea multis erant notæ. Thurea dona congesta.) Meritum viri ostendit, ex multitudine specierum: & cum non dicat quanta; etiam plura intelliguntur. Congesta: copiose tradita. Fuso crateres.) Non paulatim, sed semel cecidit. Lecta.) Ex cineribus lignorum. Relliquias.) Ossa quæ restabãt ex cadauere cõbusto. Lustrauitq; viros.) Quia totius classis pollutionem posuerat: iccirco oẽs hic lustrat. At pius Æneas.) Superiora cæteri compleuerant; sepulchrum vero idcirco curauit Æneas, vt magna mole fieret: quia cõtemplabatur eius maximũ meritum. Arma.) Arma etiam posuit: vt quibus in vita floruit, illis in morte ornaretur. Aerio.) Hoc nomẽ monti illi apud priscos fuerat. Ergo mira breuitate & vetus, & nouum ponit nomẽ. Æternum.) Per sæcula, & propter meritum defuncti, & propter authoritatem Æneæ, qui hoc voluit: neq; placet, ꝙ aerium non sit nomen proprium, sed significet altum: nam quod vetustum illud nomen fuerit, ostendit Maro, cum de Miseno dicat, qui nũc, quasi inferat, dicitur: nunc Misenus, qui olim dictus est aerius. Hæc ille. Ordo autem est. Nec minus, id est nihilomin': quamuis, *Ordo.* scilicet Æneas abesset, Teucri flebant interea in littore Misenum: & ferebant suprema, scilicet officia, quæ exequiæ dicuntur cineri, id est cadaueri ingrato, aut non redditur gratias, nec percepturo officium: vnde dicit August. funebreis pompas in solatium viuorum fieri: aut ingrato, id est qui ingratus, id est incõmodus erat adhuc Teucris: cũ gratior viuus fuisset Misenus, q̃ eius cadauer exustum. Ipsi struxere principio, idest in primis, aut a ꝑncipio: ingentem pyram.i. struem lignorum ad rogum instruendum, pinguem tedis.i. arboribus illis resinę plenis, quibus more candelaꝝ, pleræq; nationes vtuntur & robore secto, qa facile finditur, cui.s. pyræ: ipsi intexunt latera frondibus atris, id est funestis, & lugubribus seu feralibus: & cõstituunt ante.i. in anteriori parte, vt videantur: cupressos ferales.i. fere, quã antiqui, mortem dicebant indices: quia.s. non reuirent, nisi in Creta cupressi, si semel incisę sunt: & decorant, idest exornant ad decus. super.i. desuper, armis fulgentib. in signum, ꝙ eis egregie vsus fuerat. Pars.i. ipsi partim expediunt.i. expedite parãt: latices.i. aquas: calidas.i. calefactas: & ahena.i. vasa ærea: vndãtia.i. ebullientia flammis: & lauant corpus frigẽtis.i. exanguis: & demortui: & vngunt, vt scilicet facilius cõcremetur. Et gemitus fit incipiente.s. præfica, hoc est cõclamatur: tum.i. deinde: reponunt toro membra defleta.i. supremo fletu affecta: & cõiciunt super.i. desuper: vestes purpureas: aut qbus.s. viuẽs gaudebat: vnde addit per appositionem, velamina nota: aut quia purpureus color ꝑpter sanguinem animæ

gratus

Universidad de Deusto Biblioteca

gratus est. Pars.i.partim:hoc est alij,subiere ingēti pheretro,idest capulo,quo effertur corpus: sed quia Græcum est,recte scribitur per ph: appositorie,triste ministerium,id est quæ res est triste ministerium. & ita secūdum Vallam,gratum,sed non iucundum:& ipsi auersi.i.nolentes aspicere cadauer: more parentū.i.more eorum qui parentes inurunt:aut more parentum:qui liberos suos inurunt:tenuere facem.i.tædam incēsam: subiectam.s.cadaueri, hoc est præ dolore,non poterāt inspicere corpus amici,quod inurebant dona thurea.i.thura data:congesta.i.a multis gesta,& accumulata:cremantur.s.cum cadauere:& dapes cremātur,& crateres cremanť:oliuo fuso:quia infundebant oleum cum crateribus: eo ꝙ inferis sit holocaustum,id est totum incēsum:sumuntur autem multa ad hūc locum ex Home. qui Achillē inducit, Patrocli funus exequentem.Postꝗ̄ cineres collapsi,supp.sunt:& flamma quieuit, cum non esset amplius quod vrat ipsi, lauere vino reliquias.i.cineres:& siqua extabant ossa:& fauillam.i.modicā flammam:bibulam.i.lambentem: quod adhuc superat, aut imbibentem vinū,quod infundebatur. Et Choryneus, vir ille nobilis,texit ossa.s.Miseni: lecta.i.collecta: aut electa ex alijs,quæ cum eius ossibus erāt:cado.i.vasculo,aut vrna ahena.i.æneo,seu æreo. Idē scilicet Choryneus præficus circuntulit.i.purgauit ter: socios.s. officio funebri pollutos,vnda pura:sparges,id est aspergens eos: rore.i.aspergine leui: & ramo oliuæ felicis.i.ad felicitatē faciētis: quia pacem significat,& saucia consolidat:&.i.simul lustrauit,id est purgauit,circueūdo viros: & dixit verba nouissima.i.supma, hoc est cōclamabat,& officium funebre absoluebat. At,id est sed: Æneas pius imposuit sepulchrum ingenti mole.i.habens ingentem molem:& imposuit viro sua.i.propria:arma.i.instrumēta.s. remū,quia peritus erat remex,sicut in Elpenoris sepulchro. Homer. remū impositum,dicit: & tubam, qa optimus erat tubicen. Imposuit,dicit,sub monte aereo.i.qui prius (sm Donat.) aereus dictus est,qui nunc dicitur Misenus:ab illo.s.Miseno,qui illic sepultus est & qui tenet nomen æternum per sæcula, quæ res attestaŧ,Misenum fuisse viꝝ magni meriti,& Æneā magnę authoritatis.& totum hoc sumptum est ab Home. vbi ait, Αὐτὰρ ἐπεὶ νεκρός τ᾽ ἐκάη, καὶ τεύχεα νεκροῦ τύμβον χεύαντες, καὶ ἐπὶ στήλην ἐρύσαντες πήξαμεν ἀκροτάτῳ ἐν τύμβῳ ἐρετμόν.

PIERIVS.

¶Suprema ferebant.) In Ro.cod.supprema,duplicato pp,notatum est hoc loco.Nēpe quod veriti sunt, mutam cum liquida nō esse satis ad primam syllabam producēdam,& eodem sane modo in basilica D.Marię,cognomento maioris,antiquo marmore notatum aspeximus, suppremum versus munus donatur & aram. Sed enim exempla huiusmodi non sunt imitatione digna. ¶Cui frōdibus atris Intexunt latera.) In antiquis aliquot codi.pro,cui suppositum est,tum: quod si diligēter aduertas,non displicebit. ¶Ferales ante cupressos.) Hoc quoꝗ originationis Gręcę in Ro. codi.& quibusdam alijs, vocalis eius naturam retinet, qua notaŧ apud Græcos, cypressos, ita scriptum inuenitur: cum tamen oēs vulgo nunc cupressos,per u,Latine proferant,& scribant.¶Fit gemitus,tum membra toro defleta reponunt.) In antiquis aliquot codi. propter characterum similitudinem, scriptum inuenias,cū membra toro: sed magis placet,tum. ¶Lustrauitꝗ viros.) In Ro. cod. Lustrauitꝗ domos legitur: quod improprie positū est:Classem.n.totam,nō domos funere infestauerat Misenus. Sed.n.potuit classem, domos appellare: quia de sacrificiorum more, cum vera in promptu non sunt,simulata pro veris haberi soleāt.hinc in.iiij.Sparserat & latices simulatos fontis Auerni.¶Ingenti mole sepulchrum Imposuit. Antiqua omnia exemplaria quæ legi,Imponit,præsenti tempore scriptum ostendunt.

SERVIVS.

¶Præcepta Sibyllæ.) Vt,Duc nigras pecudes: ea prima piacula sunto. ¶Spelunca alta fuit.) Qua ad inferos descendebatur:non vbi fuerat Sibylla vaticinata. ¶Scrupea.) Lapillosa. Nam scrupus proprie est lapillus breuis,qui pressus solicitudinem creat. Vnde ēt scrupulus dictus est.¶Lacu nigro.) Aut alto:aut vere nigro inferorū vicinitate. ¶Tuta.) autē, quia hinc lacu,hinc cingitur syluis. Dicit autem locum quem nunc Doliola vocant. ¶Volantes.) Volucres, participium pro nomine posuit: vt Plurimus Alburnum, volitans, cui nomē Asylo est. licet illic sit etiam altera figura. Sane sciendum Lucretium & alios Physicos dicere aerē corporeum esse, vnde aues sustinet: sed hūc cedere vapori sulphureo. Vnde aues in illis

Scrup⁹

His actis,propere exequitur pręcepta Sibyllæ.
Spelunca alta fuit,vastoꝗ immanis hiatu,
Scrupea,tuta lacu nigro,nemorumꝗ tenebris:
Quam super haud vllæ poterant impune volantes
Tendere iter pennis. talis sese halitus atris
Faucibus effundens supera ad conuexa ferebat.
Vnde locum Graij dixerunt nomine Auernum.
Quattuor hic primum nigrantes terga iuuencos
Constituit: frontiꝗ inuergit vina sacerdos:
Et summas carpens media inter cornua setas,
Ignibus imponit sacris libamina prima,
Voce vocans Hecaten,cœloꝗ,Ereboꝗ potentem.
Supponunt alij cultros,tepidumꝗ cruorem
Succipiunt pateris.ipse atri velleris agnam
Aeneas matri Eumenidum,magnæꝗ sorori
Ense ferit:sterilemꝗ tibi Proserpina vaccam.
Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras:
Et solida imponit taurorum viscera flammis,
Pingue,superꝗ oleum fundens ardentibus extis.

non est. ¶Succipiunt.) Antique.Nam modo suscipiunt dicimus. ¶Matri Eumenidum.) i. nocti: vt, Hunc mihi da proprium virgo sata nocte laborē. Et Eumenides dicūtur p Antiphrasin, cum sint imites. ¶Magnæꝗ sorori.) Id est terræ.Nam,vt supra diximus, nihil est aliud nox nisi vmbra terrarum. ¶Ense ferit.) Vt eum contra vmbras haberet cōsecratum. Hinc est quod ei dicit Sibylla. Tuꝗ inuade viam, vaginaꝗ eripe ferrum. Item, Strictamꝗ aciem veniētibus offert. Hoc autem etiam Homerus dicit. ¶Sterilemꝗ tibi Proserpina vaccā.) Deę congruam nunꝗ̄ enitenti. ¶Nocturnas aras.) Quæ tota nocte arderent. ¶Inchoat.) autem perficit. Et est verbum sacrorum. ¶Solida imponit taurorum viscera flammis.) Non exta dicit: sed carnes. Nā viscera sunt quicquid inter ossa & cutem est. vnde etiam visceratio dicitur, vt diximus supra Ergo solida viscera holocaustum significat:quod detractis extis aræ superimponebantur, quę nonnunꝗ̄ abluta,elixa etiam ipsa reddebantur vnde infert. ¶Fundēs ardentibus extis.) Quanꝗ̄ alij pro parte totum velint: vt per exta totum animal intelligatur.

Viscera

locis desertæ aere, quo portari solent, concidunt non odore,sed pondere. Quod potest esse verisimile: quia altius in eodem loco possunt volare: vt Tollunt se celeres:liquidumꝗ per aera lapsæ. ¶Ad conuexa.) Cœli curuitatem. ¶Inuergit vina sacerdos.) In quarto ait, Media inter cornua fundit.Et fundere est supina manu libare:quod fit in sacris supernis.Vergere autem est conuersa in sinistrā partē manu ita fundere, vt patera cōuertatur: quod in infernis sacris fit. Hæc autē pertinent ad victimarum explorationem:vt si non stupuerint, apte probentur. ¶Voce vocans.) Non verbis,sed quibusdam mysticis sonis.Nam in Lucano legimus, varie numina inuocabantur:vt,Latratus habet illa canum, gemitusꝗ luporum:Quod stridunt vlulantꝗ feræ, quod sibilat anguis.Exprimit:& planctus fractęꝗ tonitrua nubes:Tot rerum vox vna fuit.¶Cœloꝗ ereboꝗ potentem.) Hoc est quod ait Hecaten,vt plenum numen ostenderet. ¶Supponunt cultros.) Id est victimas cędunt, Fuit autem verbum sacrorum, in quibus mali ominis verba vitabantur,Hinc est quod & mactare dicebatur,quod magis augere significat. Dicimus autem hic culter cultri.Nam cultellus diminutiuum est:cultellum penitus latinum non

Fūdere. Vergeř. Mactař. Culter. Cultell⁹

DONATVS.

¶His actis,propere ex.p.s.) Totum propterea asseritur fecisse id quod illū aut visio patris impleret,aut Misenus inuētus vrgeret. Descriptio adijcit aditus ad inferna tendētis.¶Spelūca alta fuit.) Spelunca fuit alta.hāc ingēs hiatus terrę naturaliter profundā fecerat, scrupea,hoc est saxosis lateribus, atꝗ asperis.non.n.illam ars procurauerat, aut hominis manus.¶Tuta lacu nigro.) Hæc quoniam semper patet,ne ad eam cuipiam sit facilis accessus,pro muro habet lacum:ex vndis autem horrentibus & tetris, & multorum arborum tenebris, satis fuerat occulta. ¶Quam sup haud vllæ.) Super hanc nullæ volucres poterant sine pœna transire.illic enim moriebantur. dicit cām. ¶Talis sese halitus.) Quantum momēti auibus fuerat necessariū, vt transire incolumes possent, si tanta

si tanta.Vis exhalabat ex illis faucibus,vt illic puncto tēporis etiā citi volatus superarentur:nec has iuuabat,si peterent altum,ad cœlum.n. vsꝗ perueniebat,quicquid lacus teter,& hiatus speluncæ ructabat.¶Quattuor hic primum.) Contra detestandos speluncę ipsius hiatus, vates sibylla sacrificiorū remedia procurabat. si.n. aues volantes per altitudinē cœli citæ trāsire non poterant:quid homo efficeret per ipsas fauces, & lacum teterrimum trāsiturus? tardo vtiꝗ gressu sup tenebras & loca incognita. Quatuor ergo iuuencos admouit nigros,& numerū, & colorem intelligere debemus,ad ritum pertinuisse sacrorum,frontiꝗ inuergit vina sacerdos. & tollit setas,ex his,quas inter cornua habebant, & ignibus sacris imponit. hoc quoꝗ intelligere debem⁹ factum ratione sacrificandi: Hæc erant prima libamina.¶Supponunt alij cultros.) Hoc est boues occidunt. ¶Tepidumꝗ.c.Su.pa.) Ne consecratus sanguis funderet in terram,nūc pateris suscipiebant. ¶Ipse atri velleris agnam Æneas.) Æneam, ꝙ esset deorum cultor, non latebat, quid etiam ipse iuxta deos inferos deberet efficere. deniꝗ agnam mactauit nigri velleris,& sterilem vaccam. totum enim nigrum deputatur inferis,& sterile animal. quod dicitur infœcundum mactari, ꝙ ab inferis nihil possit exoriri. Atri velleris agnam:quatuor simul voluit demonstrare,colorem,genus animalis,cum primo intactum:sic in duodecimo ait. Intonsamꝗ bidentem Attulit, admouitꝗ pecus flagrantibus aris, vt ostenderet tale animal sacrificijs esse necessarium,ꝙ primā lanam gestet,ac per hoc nunꝗ̄ sit attonsum,& sit a Veneris rebus immune. ¶Tum stygio regi.no.in.a.) Ipsi regi inferorum nocturna sacrificia instituit exhiberi. nam ēt hoc tempus,quod tenebrosum est, inferis conuenit,ꝙ autē solida taurorum corpora imposuit, aut obsequij pleni fuit,aut moris,aliqua sacrorum lege definita. oleum vero nō dubitatur icirco infusum, vt aris imposita facilius exurerētur.omnis vero ista descriptio ostendit, quo morte, vel quibus,aut qualibus,& quantis animalibus cæsis inferorum numinum fauor possit acquiri.

ASCENSIVS.

¶His actis,&c.) Ex præcepto Heleni in tertio Æneidos:& Anchisæ in.v. Æneas Sibyllæ monita persequitur, vt ad inferos descendere cum ea possit: vnde descripto more suo loco, docet poeta, quomodo sacrificatū est de victimis nigris.de quibus in.v. Huc casta Sibylla,Nigrarum pec.m.te.san.du.& ipsa in hoc loco, Duc nig.pec.ea pria pia.sunto.De his Dona.sic.¶Tuta.l.) Hoc facit natura loci,& non humanum artificium,ꝙ tuta sit. ¶Talis halitus.) Refert causam cur non possent volare,scilicet propter vim vaporis inde surgentis:quo statim necabanŧ.¶Quatuor.) Procurabat Sibylla,remedium ad transitum:nam si aues, per altitudinem cœli,citæ transire non poterant: quid homo efficeret per teterrimū locum,& tenebras transiturus tardo gressu? Numerus autē,& color,& reliqua quæ adhibenŧ,pertinent ad rōnem sacrificij. ¶Succipiūt.Ne iam sacratus in terram cadat. ¶Ipse atri.) Omnia nigrā inferis mactat,& sterilem vaccam, quia nihil ab inferis nascitur: demonstrat quatuor, colorem, genus animalis:cum primo,vellere intactum,ergo non attonsum,& Veneris immune. ¶Nocturnas.) Nam & tempus tenebrosum inferis conuenit.¶Oleum.) Vt validius vrerentur, oleum infundit. Ostendit igitur,quo more, vel quibus, & qualibus, & quantis animalibus cæsis, inferorum numinum fauor acquiritur. Hæc ille. ¶Ordo est, Æneas exequitur propere, id est properanter, & festine, præcepta Sibyllæ: his actis.i.postꝗ̄ hæc acta erant. Spelunca.s.quædam:alta.i.profunda:& immanis.i.terribilis:quasi mala vasto hiatu.i.apertura oris quasi ad deuorandū parata scrupea.i.scrupolosa,hoc est asperis lapillis plena tuta.s.ab accessu: lacu nigro, id est propter lacum nigrum,ex profunditate.s.& vmbris, & tuta tenebris nemorum.s. syluarum:quam sup.i.sup quam:vllę volantes.i.volucres:haud, id est non: poterant tēdere iter pēnis.i.volare:impune.i.sine punitione:talis.i.tam vehemens & teter:halitus,id est odor,& exhalatio:effundens sese faucibus atris.i.tetris: ferebat se ad conuexa supera,id est ad aera:causam putant:qa odor ille sulphureus consumebat aerem, quo aues sustentantur, aut saltem dispellebat:sicut Plutarchus in vita Pompeij dicit, cum consul creatus esset, tanto plausu exceptus est: vt coruus ex aere decideret, quia voce,aer discissus erat. Diodo. autem dicit, in Babylonia fuisse speluncam,supra quam nemo durare potuit,propter grauem spiritum,qui & hic esse videtur: vnde,id est de qua re:quia sine auib⁹. esset:Graij,id est Græci,dixerunt locum,Auernum nomine:quia (vt dixi)a,priuatiua est particula: & ornis, huius ornithos, auis. Ipse constituit hic,id est ad introitum Auerni primum, quatuor iuuēcos,nigrantes terga.i.habētes terga nigra: & sacerdos inuergit fronti.i.in frontem vina: & ipse carpens inter media cornua summas setas.i.duros pilos:imponit sacris ignibus prima libamina,id est per modum libaminum, quæ propriæ in liquidis consistunt,secundum Lādinum: sed licet homini libamina ex liquidis fiant, aut alijs degustandis, tamen quia ignis,etiam setas,absumit faciliter:possunt non improprie,seta, dici libamina ignibus: vocans voce,id est cum clamore valido:inuocans Hecatem.i. deam illam potentem:cœlo.i.apud superos,vbi Luna, dicitur: & apud nos:vbi Diana:& Erebo.i.apud tenebras īferorum,vel Proserpina appellatur:alij.s.sacrificuli:supponunt,id est clanculū ponunt, vt vltro ineant mortem,& succipiunt(nunc suscipiunt,dicimus: sed ipse etiam in.j.huius,Succepitꝗ ignem folijs,&c.)pateris.i.in vasa patētia,(Vulgus Tharsias, vocat)cruorem tepidum: ipse Æneas,quia cætera Sibylla curauerat: ferit ense,id est mactat:matri Eumenidum.i.furiarum,hoc est nocti: & magnæ sorori.i.terræ, quæ noctis soror est, quia nox est vmbra terræ:& ita qui terram produxit,simul noctem produxit:vnde sorores,sunt,agnam velleris atri,id est nigri,& caliginosi.&, o Proserpina,quæ īferorum dea es,ferit.i.mactat tibi:vaccam sterilem: quia & ipse sterilis esse dicitur:vnde & Diana,ppetua dicitur virgo: quod propter frigiditatem Lunæ fingitur. Tū,i.deinde:ipse inchoat.i.instituit:regi Stygio.infernali, videlicet Plutoni: aras nocturnas .i.in quibus noctu sacrificetur, & imponit flammis solida viscera taurorum, id est holocaustum,facit ei ex tauris fundens super.i.desuper: extis ardentibus,idest dum exta arderent,oleum pingue: quod perpetuum est eius epitheton.

PIERIVS.

¶Vnde locum Graij dixerunt nomine, Aornum.) Inoleuit his tēporibus cōsuetudo, vt Aornum,scribatur:etiā a literatis viris. Sed.n.in antiquis codicib⁹ oibus quotquot habui,Auernū notatum obseruaui.¶Pingue,superꝗ oleum fundēs.) In antiquis aliquot exēplaribus,pingue oleū,habetur:absꝗ vlla interiecta particula,quæ intrusa videtur hic metri necessitate, vt sæpe alias perperā factum. Pōt tamen non inuenuste legi per figurā ἓν διὰ δυοῖν, Pingue,superꝗ oleū,vt,molemꝗ,& montes.Sed si etiam pingue oleū,dicas. Quæ particula secundo loco non inuenuste ponitur.

SERVIVS.

¶Primi sub lumina solis & ortus.) Atqui hæc sacra p noctem fiebāt:sed locutus est secūdum Romanū ritum, quo dies creditur a medio noctis incipere.Illo aūt loco quo dicit,Nox ruit Ænea:non venit sed finitur significat. Quamquam alij dicunt sacra hæc a media die incipere:& perduci vsꝗ ad mediam noctē. Quod si est nox ruit,pōt venit significare.¶Visęꝗ canes vlulare.) Ita numinis ostendebatur aduētus.Canes, aūt furias dicit, Lucanus, Stigiasque canes in luce supna Destituam. Sicut etiam diximus supra. Vlulare

Ecce autem primi sub lumina solis,& ortus,
Sub pedibus mugire solum:& iuga cœpta moueri
Syluarum,visæꝗ canes vlulare per vmbram,
Aduentāte dea.{Procul ò procul este,pfani, SIB.
Conclamat vates,totoꝗ absistite luco.
Tuꝗ inuade viam:vaginaꝗ eripe ferum:
Nunc animis opus Ænea,nunc pectore firmo.
Tantū effata,furens antro se immisit aperto. POE.
Ille ducem haud timidis vadentem passibus æquat.
Dij,quibus imperium est animarū,vmbræꝗ silentes,
Et Chaos,& Phlegethon.loca nocte silentia late,
Sit mihi fas audita loqui,sit numine vestro
Pandere res alta terra,& caligine mersas.
Ibant obscuri sola sub nocte per vmbras,

re, autem & canum & furiarum est. ¶Aduertante dea.) Ipsa scilicet Proserpina. ¶Profani.) Qui non estis initiati. ¶Totoꝗ absistite luco.) Hoc est, non tantum a spelunca,sed ab omni luci vicinite discedite. ¶Inuade viam.) Ingredere. ¶Furens.) Deo plena: aut certe similis furenti. ¶Dij quibus imperium est animarum.) Plenus locus alta sapientia: de qua varie disserunt philosophi. Nam dicunt per alios animas ad inferos duci: vt, Hac animas ille euocat orco Pallentes: alias sub tristia tartara mittit. Item per alios transferri: vt, Nauita sed

Universidad de Deusto Biblioteca

Perq; domos Ditis vacuas, & inania regna
Quale per incertam lunam sub luce maligna
Est iter in syluis: vbi cœlum condidit vmbra
Iuppiter: & rebus nox abstulit atra colorem.

ta sed tristis. Per alios purgari vt. Aliæ panduntur inanes Suspensæ ad vētos. Per alios vero ad summa reuocari: vt, Letheum ad fluuiū deus euocat agmine magno. Sciens ergo de deorum imperio varias esse opiniones, prudentissime tenuit generalitatem. Ex maiore aūt parte Syronem, id est magistrum suum Epicureum sequitur. Huius autem sectæ homines nouimus superficiem rerum tractare, nunquam altiora disquirere. ¶ Vmbræq; silentes.) Secreta inferorum semper silētia. Nam hominum vmbræ loquuntur. Hinc est, Quæ sacra silentia norunt. Inuocat autem summum bonū quod in silentio constare manifestum est. ¶ Et Chaos, & Phlegethon.) Elemētorum confusio. Inuocat autem rerum primordia, quæ in elemētorum fuerant confusione. Per Phlegethonta inferorum fluuium ignem significat. Nam φλὸξ Græce, latine ignis est: vnde secundum Heracletum cuncta procreātur: & re vera sine calore nihil nascitur: adeo vt de Septentrione dicat, Sterili non quicquā frigore gignit. ¶ Loca nocte silētia late.) Aut hoc est quod supra ait, Vmbræq; silentes. Aut vult ostendere esse partem mundi, in qua perpetuæ sunt tenebræ. Cum enim probatum sit quod legimus, Et minima contentos nocte Britannos, sphæræ exigit ratio vt e contrario sit regio noctibus vacans. ¶ Sit mihi fas audita loqui.) De alta dicturus prudentia miscet poeticam licentiam. ¶ Sit numine vestro.) Concedatur a vestro numine. ¶ Alta terra, & caligine mersas.) Bene iunxit. Ex terris, enim caligo procreatur, idest vmbra. ¶ Obscuri sola sub nocte.) Aut Hypallage est sub obscura nocte soli ibant, aut Sub sola nocte, idest vbi nihil aliud est preter noctem. ¶ Domos vacuas.) Nostri mundi comparatione. Simulachra enim illic sunt quæ inania esse non dubium est. ¶ Inania regna.) Inanium: per quod ostēduntur vacua. ¶ Inceptam.) Alii incertam legunt: illuc tamē recurrit. Nam inceptum, incipientem, id est minorem significat. ¶ Luce maligna.) Obscura. Nam malignum est proprie angustū: vt, Aditusq; maligni, id est minores, obscuri. Sane sciendum Lunæ, licet minoris, commemoratione, ostendere eum fuisse illic aliquid lucis. Nam aliter omnia quæ dicturus est, videre non poterant. ¶ Vbi.) Quando nam nō est loci: sed temporis. ¶ Nox abstulit atra colorem.) Hoc vt videmus, & tractatur ab Epicureis, rebus tollere noctem colorum varietatē. Vnde & apud inferos omnia nigra esse dicūtur. Contra hos Academici vna repugnāt. Nam squamas piscium lucere per noctem comprobatur.

DONATVS.

¶ Ecce autem.) Vbicunq; ponitur ecce autem, aliquid necesse est sequi, quod metum afferat, vel admirationem. ¶ Primi sub lumina solis.) Ne incertū esset, quod significaret sub lumina solis, addidit ortus, vt apertam significationem horę, vel tēporis demonstraret. potest enim esse lumen solis etiam horis aliis, quibus dicitur dies. ¶ Sub pedibus. m. s.) Mugire cœperat subiecta pedibus terra. ¶ Et iuga cœpta moueri syluarum.) Hæc fiebant per vmbram, prope tamen sub solis exortum. Existebāt, inquit, miracula omnia, cum deæ Triuiæ prope videretur aduentus, mouebantur & iuga syluarum, mugitus sub pedib' exortus hominum aures tangebat, & mentem. canes per vmbram vlulatus dabant. per vmbram ad omnia pertinet, quæ descripsit, licet semel sit positū. His animaduersis sibylla intellexit ipsam venire inferorum principem. & sic locuta est. ¶ Aduentante. d. p. o. p. pr.) Conclamat vates.) Quid sibi velit duplicatio dicti, euidentius demonstrat, dicēdo. ¶ Totoq; absistite luco.) Quoniam aduentus deæ nullius profani pſentiam patitur. discedite, inquit, alieni non paululum, sed ita, vt lucum ipsum penitus deseratis. Hoc ait vates, & hoc clara voce nunciat. conclamat vates, ex persona poetæ dictum est: reliqua ex ore sibyllę processerūt. ¶ Tuq; inuade viam.) Tu, inquit, Ænea viam audaci' inuade: educ vagina gladium. animum præpara, & esto firmissimo pectore. ¶ Tantum effata. f. a. se. i. a.) Cum hęc Æneæ dixisset, antrū, quod semper patebat, ingressa est, furēs cum omni properatione. ¶ Ille ducem haud. t. v. p. æ.) Illo prior pgebat, quæ numine fuerat plena, & eundi fiduciam gerebat. Æneas vero ipsius societate confisus ibat nō minore gressu q̄ sibylla magnam constantiam Æneæ fuisse ostēdit. dicendo vadentem passibus æquat, haud timide. nam, qui confidēs præcedentem sequit sine dubio posterior ambulat, vestigia demonstrātis obseruans, & q trepidus vadit, fit metus causa tardior. Æneas aūt tanta animi fiducia tenebat, vt Sibyllæ passibus suos gressus æquaret. ¶ Dii quibus imperium est aiarum.) Dicturus poeta quales esse sedes infernę asserantur, & quę illic iuxta animas gerātur, vt multa describtur' incognita viuētibus ne temerarius iudicaretur, veniā a diis inferis postulabat, asserens non se autore, sed aliis proferentibus, scripta vel dicta narraturus. Posset. n. in vtroq; reprehendi, q̄ viuus incognita viuis pro veris assereret, aut preces si effunderet, vera quæ occulta esse debuerant, nec in vulgus exire. proinde ait, veniam peto diis, quib' imperiū est aiarum, vt mihi impune liceat audita narrare. ¶ Ibāt ob. s. s. n. per. v.) Per vmbras ire, ac p solam noctem q̄ impossibile est? sola. n. nox est, cui lux nulla succedit, ac p hoc ppetua. iccirco aliq̄ possibilitatis īducit similitudinem. ¶ Quale, inquit, p incertā lunam.) Hoc est in ipsis initiis positam, aut sub nubilo ꝯstitutam. ¶ Sub luce maligna.) Non clara, & non plena, & quæ securos inuideat gressus, addidit aliud. ¶ Est, iter in syluis.) Vt ipsam lucem maxima ex parte syluarū densitas rapiat. ecce quiddam luminis dixit in illis tenebris fuisse, non tamen plenum ibant ergo per loca vacua & inania. quia nec quod videret fuit, nec cui possit occurri.

ASCENSIVS.

¶ Ecce autem primi sub lumina solis & ortus Sub pedibus mugire, solū, & iuga, &c.) Peracto sacrificio, docet effectum esse quod Æneas supra petierat, dicens, Et sacra ostia pandas' ostia. s. inferni reserata esse: & Æneam vna cū Sibylla ingressum, describēs, quomodo id factum sit, & qualis sit ipse introitus. De qua re dicit Donatus sic. ¶ Ecce.) Vbicunq; ponitur ecce, necessario sequitur aliqd qd' metum afferat, vel admirationē. ¶ Ortus.) Ne incertum esset, quid sit primi sub lumina solis: addit, Ortus. ¶ Per vim.) Ad omnia pertinet, quę descripsit. ¶ Toto luco.) Vt penitus lucum relinquatis. ¶ Aperto.) id est quod semp patebat. ¶ Vadentem passibus æquat.) Magnam fiduciam Æneæ ostendit. ¶ Dii, quibus imperium.) Dicturus, quales esse sedes inferni asserantur, & quæ illic gerantur, quæ sunt incognita viuentibus, ne temerarius videatur, veniam a diis petit, asserens nō se authore, sed aliis pferentib' illa dicere, ne sibi incognita, & in vulgus non pferēda, videatur retegere. ¶ Sola nox.) Est, cui lux nulla succedit. ¶ Incertam.) In ipsis initiis positam. ¶ In syluis.) Quæ etiam illud exiguum lucis sua densitate possunt eripere. ¶ Vacua in quibus nihil videri potest, neq; illic occurri. Hæc ille. ¶ Ordo est. Autē, pro sed: ecce, quasi dicat de repente, & ex improuiso, quantum ad Æneam, solum cœptum, supp. est mugire, id est quasi sonum taurinum edere & iuga syluarum, idest colles mōtium syluosorum, cœpta sunt moueri sub pedibus Æneæ, scilicet & Sibyllæ, ad apertionem futuram: sub, id est pauloante: lumina & ortus, id est ortus luminosos: solis, id est priusquam sol oriretur (quia nocturnas instituerat aras & noctu erat ad inferos descendendum: vnde Anchises, Et me sæuus equis Oriēs adflauit anhelis. quasi diceret, si me sol attigerit non potero redire ad meos. Videtur autem (licet Seruius aliter sentiat) voluisse poeta tempore diurno apud inferos fuisse: vnde dictura est Sibylla, Nox ruit Ænea, quasi dicat ante supremā noctem reuertendum esse ad superos, vt fungeretur, videlicet in lumine, ea dubia luce, quam hic describit poeta.) & canes, scilicet infernæ. id est furiæ. Nam Apollonius in tertio Argonauticorum, dicit, canes infernas latrasse, dū Medea magicas artes exercebat. ab eo igitur, cæteri furias appellauerunt canes. Visæ, supple sunt per vmbram: vates, scilicet Sibylla: conclamat dea, scilicet Proserpina: aduentante, id est cum sentiret deam aduentare: o prophani, id est non initiati sacris, este procul: & absistite procul toto luco, scilicet Dianæ sacro (vtitur autē verbis, quibus Athenienses in sacris Cereris, & Proserpinæ, vsi dicuntur: maxime in Eleusinis vnde, pcul aberant prophani, vsq; adeo, vt Nero sibi cōscius, illis interesse non ausus sit.) Tuq;, id est & tu: initiate inuade, idest audacter igredere viam: & eripe ferrum, id est ensem, scilicet quo mactasti agnam: vagina, scilicet sua, o Ænea, opus est nūc animis, id est audacia, & aiositate: & opus est nunc firmo pectore: ipsa effata tantum, furens, scilicet sacro furore: immisit se antro aperto. i. quod tunc apertum erat. Ille, scilicet Æneas: æquat, id est æquis passibus ꝯsequitur: ducem, scilicet Sibyllam: vadentem passibus haud timidis, immo audacibus, hoc est audacter ingredientē, animose consequitur. Quia vero rem secretam & seclusam, dicturus est poeta, ut veniam mereatur, & attentū faciat auditorem, precatur, dicēs, O dii, quibus imperium animarum, scilicet inducendi, abducendi, & reducendi in corpus, aut regendi post mortem est, id est qui habetis imperium animarum, scilicet & uos umbrę silentes. Ordo.

silētes: & Chaos, id est origo rerum confusa.) Hesiodus omnium rerum initium vocat Chaos: quod ante omneis deos, deasq; natum sit, in theogonia, scilicet, & Orpheus in principio Argonauticōn. Veteris principia Chaos magnam necessitatem Saturnusq;, quemadmodum genuit infinitis resolutionibus aerē circunspiciunt. Et iterum appellat, confusam quōdam ab initio vnitatem hiantem, patētemq; in profundum. Alii appellant materiam cœli & terræ, confusam, atq; informem, quæ primum ex nihilo facta est, de qua postmodum omnia sigillatim p species varias, formasq; proprias prodierūt. de qua scriptura loquitur, Qui fecisti mundum de materia informi. Lactantius vero Firmianus sic habet, Chaos est rudis, inordinatæq; materiæ cōfusa congeries. Est autem nomen Græcum, quod declinatur apud nos (vt vult Priscianus) Chaus, chai, chao. Dictum χάος, a χέω: quod est fundo, quod fuerit fusio, id est elemētorum omnium confusio. & Phlegethon, id est ardoris infernalis fluuius: & loca silentia late nocte scilicet ppetua: fas sit, id est liceat mihi loqui: audita, id est quæ de inferis audiuerim: sit, supp. fas: vestro numine, id est cum vestro nutu, & beneuolentia: pandere, id est aperire, & manifestare res mersas: alta, id est profunda terra: & caligine, id est tenebris, densis & profundis, aut ignoratione rerum: nescimus enim, quia res sunt alta terra tectæ. Incipit ergo narrare, dicens, Æneas & Sibylla ibant obscuri, id est per loca obscura (quia quod locoꝝ & temporꝝ est, sæpe dat personis) per vmbras, scilicet syluarum & terræ: sub nocte sola, id est nulla luce admista: & per domos Ditis vacuas, scilicet corporibus palpabilibus: & per regna inania, quale iter est in syluis: per lunā incertam, id est dum est prope nouilunium: nec scitur, an adhuc sit sub luce maligna, id est exigua, & sterili, non præbens sui copiam: vbi, id est postquam: Iuppiter condidit, id est abscondit cœlum vmbra, scilicet terræ: hoc est nocte: &, pro id est: nox atra abstulit rebus colorem, id est discretionem colorum.

PIERIVS.

¶ Visæq; canes vlulare per vmbram.) In codi. aliquot antiquis, visi, virili genere legitur, quod non ita placet. Nam &, visæ, fœ. g. apud Senecam habetur, vbi etiam illud obseruauimus, pro, iuga, cepta moueri syluarum: iuga cella, scriptum esse: vt participium illud, visæ: omnibus respōdeat. Visum sub pedibus mugire solū, & iuga cella syluarum moueri visa, visæq; canes vlulare. ¶ Loca nocte silentia late.) In Roma. codic. quia superiore carmine legebat, vmbræq; silentes: quasi eiusdē vocabuli insulsa esset repetitio, quęq; ariditati: atq; inopię sermonis, potius quam elegantię ascribi posset. pro silentia: reposuere tacentia. quod nescio quid Catullianum sapit, Cum tacet nox. Silere autem, est Cornelio Frōtoni, cum loquentis sermo comprimitur: ab ipsa significatione literæ s. Tacet vero, qui nec loqui quidēm cepit. Silentia tamen Seruius agnoscit. & ita reliqua omnia legunt exemplaria. ¶ Pādere res alta terra, & caligine mersas.) In codicib. aliquot antiquis legere est, res altas, terra, & caligine mersas. Sed quanto melius est, alta terra: vt emendatiores habent codices. ¶ Ibant obscuri sola sub nocte sub vmbras.) In codici. quibusdam antiquis ita legitur, Ibant obscura soli sub nocte. Sed Donatus ait, solam esse noctem, cui lux nulla succedit. Et lectionem eādem agnoscere videtur Seruius, dum hypallagen figuram notat. Est &, per vmbram, vnitatis numero, in pluribus exēplaribus: quod nocti magis cōuenire videtur. Siquidem vmbræ aliud quiddam significant. ¶ Quale per incertam lunam.) Antiqui codices nonnulli, cum Mediceo: inceptam, legunt. Sed & inceptam, & incertam: eodem recurrere putat Seruius. Nam & alias super hoc eodem loco dubitatum a grammaticis.

Vestibulum ante ipsum, primisq; in faucibus Orci
Luctus, & vltrices posuere cubilia curæ:
Pallentesq; habitant morbi, tristisq; senectus,
Et metus, & malesuada fames, & turpis egestas.
Terribiles visu formæ, letumq;, laborq;
Tum consanguineus leti sopor, & mala mentis
Gaudia, mortiferumq; aduerso in limine bellum,
Ferreiq; Eumenidum thalami, & discordia demens,
Vipereum crinem vittis innexa cruentis.
In medio ramos, annosaq; brachia pandit
Vlmus opaca, ingens; quam sedem somnia vulgo
Vana tenere ferunt: foliisq; sub oibus hærent.
Multaq; præterea variarum monstra ferarum,
Centauri in foribus stabulant, Scyllæq; biformes,
Et centum geminus Briareus, ac bellua Lernæ
Horrendum stridens, flammisq; armata Chimæra,
Gorgones, Harpyæq;, & forma tricorporis vmbræ.

SERVIVS.

Vestibulum.

¶ Vestibulum.) Vt Varro dicit, Etymologiæ non habet pprietatem: sed fit pro captu ingenii. Nam vestibulum, vt supra dixim', dictum ab eo qd' ianuam vestiat. Alii dicunt a Vesta dictum per imminutionem. Nam Veste, limen est cōsecratum. Alii dicunt ab eo, quod nullus illic stet. In limine enim solus est transitus: quomodo Velanus dicit' non lanus: sic vestibulū, quasi non stabulum. ¶ Faucibus Orci.) Deum posuit pro loco: vt Iouem dicimus, & aerem significamus. Horatius, Manet sub Ioue frigido venator. Orcum autem Plutonem dicit, nec enim per Charonta possumus intelligere iferos dictos, quia minor potestas pro imperio nunq̄ ponitur, sed illa quæ tenet impium. Ergo alter est Charon. Nam Orcus idem est Pluton, vt in Verrinis indicat Cicero, dicēs, Vt Alter Orcus venisse Ætnā: & non Proserpinam, sed ipsam Cererem rapuisse videatur. Alibi ait, Quia Ditem patrem emersisse ab inferis putant. Dicimus autē & hic Dis: & hic Ditis. ¶ Luctus & vltrices posuere cubilia curæ. Ea dicit esse in aditu inferorum, quæ vicina sunt morti: aut quæ post mortem creantur: aut quæ in morte sunt, vt pallorem. Luctus enim post mortē est. ¶ Curæ.) Conscīetiæ, quæ puniunt semper nocentes. ¶ Tristis.) Seuera, quæ gignit seueritatē. Cicero, Iudex tristis & integer. ¶ Consanguineus lethi sopor.) Secundū Homerum. ¶ Turpis egestas.) Quæ turpes facit, & quasi harū rerum imagines facit, quas dicit esse apud inferos. Ideo quia in quem ista concurrent, fit mortalis necesse est. Vnde deos immortales dicunt: qui ista non sentiunt, quibus mors creatur. ¶ Mala mentis gaudia.) Generaliter omnium scelerum dicit: ac si diceret malæ mentis gaudia. ¶ Eumenidum thalami.) Furiæ nunq̄ nupserunt. Vnde thalamos accipiamus in quibus natę sunt. Alii thalamos dicunt, qui facti sunt authoribus furiis, sed non pcedit, qa ait Terribiles visu formæ, vt non videatur esse ꝯtrarium: qa furias paulo post alibi dicit esse. Nam possunt hic natæ esse, & alibi manere, & alibi officium exercere pœnaꝝ. ¶ In medio.) Aut vestibulo: aut absolutum solutū est, & intelligimus hāc esse eburneā portam p quam exiturus est. quæ res, hæc oia indicat esse simulata, si & ingressus & exit' simulatus est, & falsus. ¶ Vlmus opaca, ingens.) Distinguenda sunt ista ppter duo epitheta. ¶ Vulgo tenere.) Passim, cateruatim. ¶ Foliisq; sub omnibus.) Qui de somniis scripserūt, dicunt quo tempore folia de arboribus cadunt, vana esse somnia: quod per trāsitum tetigit. Vana autem ideo, qa ab inferis. nā vera mittūt supi. Homer'. καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν. ¶ Centauri in foribus stabulant.) Bene in foribus: quia ea quæ contra naturam possunt creari, statim pereunt. Stabulant autem habitāt: & vsurpatiue dixit, vt populat, luctat: nam stabulor dicimus. Et bene allusit: quia ex parte equi sunt. Centauri aūt Ixionis & Nubis filii sunt. Ixion enim amatam Iunonem de stupro interpellauit. Illa confessa Ioui est: & ex eius voluntate Nubem in suā formam conuersam obtulit, vnde feruntur nati esse Cētauri. ¶ Scyllæq; biformes. Bene plurali vsus est numero. Nam Scylla filia Nisi secundum alios in auem conuersa est, ſm alios in piscem. Eergo etiam ipsa biformis fuit: sicut hæc in Siciliæ freto. Dictum autem est p poetæ scientiam vel licentiam. ¶ Centū geminus Briareus.) Centies duplex: secundū fabulas ipse est Ægæon. ¶ Ac bellua Lernæ.) Hydram dicit, quæ fuit in Lerna Argiuorum palude: sed latine Ex cetra dicitur. quod vno cæso tria capita excrescebant. Sed cōstat Hydram locum fuisse euomentem aquas vastantes vicinam ciuitatem: in quo vno meatu clauso multi erumpebant. Quod Hercules videns, loca ipsa exussit: & sic aquę clausit meatus. Nam Hydra ab aqua dicta est, id est ἀπὸ τοῦ ὕδατος. Potuisse autem hoc fieri ille indicat locus, vbi dicit, Omne per ignem Excoquitur vitium, atque exudat inutilis humor. ¶ Flammisque armata Chimæra.) Ore, leo: postremis partibus, draco: media, capra secundum fabulas fuit, Re vera autem est mons Lyciæ: cuius hodieque ardet cacumen, iuxta quod sunt leones: media autem pascua sunt: ima vero montis serpentibus plena. Hunc Bellerophon

Orcus. Thalami. Ixionis fabula.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ierophon habitabilem fecit. vnde Chimæram dicitur occidisse ſ Gorgones.) Tres fuerunt in extrema Africa circa Atlantem montem: quæ omnes vnum oculum habebant, quo inuicem vtebantur: Sthennio, Euryale, Meduſa. Serenus tamen dicit puellas fuiſſe vnius pulchritudinis, quas eum vidiſſent adoleſcentes, ſtupore torpebant: vnde fingitur ꝙ ſiquis eas vidiſſet, vertebatur in lapidem. ſ Harpyiæq;.) Aut iam occiſas intellige: aut ſecundum Platonem & alios, ſimulachra licet viuarum, illic fuiſſe. Nam dicunt eſſe omnium rerum idæas quaſdam, i. imagines: ad quarum ſimilitudinem procreantur vniuerſa. Hinc eſt quod in Statio Theodamas Plutoni dicit, Omnibus finitor rerum videris: mihi vero & fator. Harum autem ſimulachra bene apud inferos ſunt: quæ eſſe dicuntur & furiæ. ſ Tricorporis vmbræ.) Erili & Geryonis.

DONATVS.

¶ Veſtibulum ante ipſum, pr. ꝙ. i. fa. o.) Feralem Ditis domum ecce quale obſeruabat officium. In primo veſtibulo, illic enim fuerant omnia, quæ cruciant viuos, aut defunctos affligunt. hæc ſpecialiter enumerata ſunt, & aliqua cum ſuis epithetis poſita. Luctus primo, quorum ſordidus & miſerabilis cultus eſt, curæq; quæcunque poſſident, torquent, poſſuere cubilia, Significauit eas a veſtibulo illo non diuelli. pallentes morbi. omnes enim morbi pallorem inferunt ægris, quos corripuerint. Triſtis ſenectus, vel quòd rugis contrahat eorum vultus qui vixerint diu, vel ꝙ morti proximos faciat: & metus quo excruciantur homines, qui ex aliqua conſcientia aliquam

metuunt pœnam. Fames male ſuada. famem non ſolũ egeſtatem victus debemus accipere, quæ inopiæ cã ſuggerit deteſtanda cõſilia: ſed illam quoq; q̃ vnumquenq; ẽt locupletem ducit, vt alienа rapiat, ac violenter inuadat ipſo docẽte Virgi. qui ait, quid nõ mortalia pectora cogis auri ſacra fames? ac turpis egeſtas: qm̃ de fectus ſubſtantiæ familiaris deformes facit macie, & ipſius corporis cultu. Terribiles viſu formę, ẽt ſolo aſpectu terrorẽ incutiẽtes. Letum & labor. mors. n. & labor odioſa ſunt. nec. n. appetunt̃ a quoquã, ſed ingeruntur inuitis. tum cõſanguineus leti ſopor, qm̃ ſomnus & mors prope vnius ſunt generis: nam qui dormit, pinde facit ac mortuus. hoc ſolo diſtat, ꝙ recedens ſomnus reddit hominem vitę: mors aũt irreparabilem tenet, quem forte poſſederit. Mala mentis gaudia. hęc ſunt, quæ in ſcelera hoĩes ducũt. Adulter quippe, latro, homicida, cum lucra, & voluptatem de ſceleribus capiunt, ſic in mala gaudia perducuntur. Inde autẽ mala ſunt eiuſmodi gaudia, quaſi apud ſuperos inulta fuerit, apud inferos puniuntur. quid igit̃ opus eſt hoc gaudiorũ genus mala mente ſectari? ſi hæc quolibet loco & tempore grauiſſima pœna ꝓſequitur. Mortifer̃ bellum, nullum eſt. n. bellum, quod eſſe ſine funeribus poſſit. Ferrei Eumenidũ thalami, duri ĩdem immites & diſcordia demens, dementes facit, quos forte ceperit. non pñt quidem eſſe integro ſtatu mentis, q̃ fuerint diſcordia emergente inflãmati. dicit eĩ ornatum, vt ex eo appareat, vel qualis ipſa ſit, vel qualis efficiat. Vipeum, inq̃t, crinem vittis innexa cruentis, ad vicem crinis ſerpẽtibus circundatum habuit caput, vittis quoq; cruentis innexum. ſ In medio ramos.) Tranſijt a deſcriptione veſtibuli, & venit ad interiorem ptem, quæ non eſſet ſub tecto. fuit illic, inq̃t, vlmi arbor annoſa: pinde, inquit, ingens ingentibus ramis effuſa, & opaca frõdibus: bene poſuit annoſam, & ingentem. ſunt. n. arbores, non tũ ingentes, nec opacæ, nec ornatæ frondibus, in hac autem & antiquitas apparebat, & ramor̃, & frondiũ opacitas antiquitati rñdens. ſ Quam ſedem. ſ. v.) Hic, ait, dicũtur eſſe vana ſomnia. hic vult eſſe errores, qui pro neceſſarijs inanis ter occurrunt dormientibus. recte dixit, ferunt: quia ſupra ait, ſi mihi fas audita loqui, nec debuit author eſſe in incertis. ſ Poĩnsq; ſ. o. h.) Ipſa ſcilicet ſomnia. ſ Multaq; ꝓterea va. mo. f.) Quæ ſunt multa monſtra, vel quæ ferarum varietas, e generalitate ad ſpeciem tranſiens dicit. ſ Centauri in fo. ſta.) Centauros conſtat monſtra eſſe. nam partem membrorum habent ab humano corpore venientem, partem ab equorum forma. ſtabulant dixit, commanent, & recte habitationem ipſorum ſtabulum vocitauit. Vult. n. eos plus cum equis, cũ cum hominibus membrum habere commune. ſ Scyllæq; biformes.) Et has aiunt monſtra eſſe, quæ potevſq; ad pubem virgines pingantur, & canibus marinis armatæ pro pedibus. ſ Et centum geminus Briareus.) Gemini dicuntur duo, geminæ formę, hoc eſt duplicis. qualem igĩ putamus fuiſſe Briareum, qui centum geminis fuit? ſ Ac bellua Iernæ. Lerna vn̄ anguis fuiſſe dr̃ habens multos ſerpentes in capite. ſ Horrẽdum ſtridens.) Ipſa magis ọ̃ Chimæra. quam infra noĩauit, ſerpentiũ enim plurimis ſtridorẽ emittebat. fuit ergo monſtrum, quę fuit vltra naturam ſerpentum. ſ Flãmisq; armata Chimæra.) Quæ ꝓ armis habuit flammas a contrario, vt ipſis defenderetur, quibus poſſet abſumi. ſ Gorgones.) Hæc quoq; facie fuit humana, pro capillis geſtans in capite ſerpentum turbam. ſ Arpyæq;.) Arpyæ quales fuerint & quam multiplici natura compoſitæ, tertius liber oſtendit. ſ Et forma tricorporis vmbræ. Geryonum triplicẽ fuiſſe formam memoria veterum prodidit.

ASCENSIVS.

¶ Veſtibulũ ante ipſum, &c.) Docet quos ĩ introitu inferni inuenerint. ſ. ante infernum, quẽ locum noſtri, limbum vocãt, ſequit̃ phyſicam rationem: nam quæ illic eſſe commemorat, omnia breuis ſunt vitæ: & vicina inferis: vt pallor, id eſt pallidit̃ ſenectus, id eſt ſenes decrepiti: luctus, i. mœrore conſumpti, & morbi, & metus, & fames, & mors, & labor, & ſopor profundus, & profuſa gaudia, & bellum. & inſomnia, quæ ægris crebra ſunt: vnde Flaccus, velut ægri ſomnia, vanæ finguntur ſpecies. Item monſtra, vt centauri, & Scyllæ, & cætera quę hic enumerat, quibus omnibus breuis eſt vita, & vicinus ad inferos deſcẽſus, vnde in veſtibulo, & foribus, prudenter a poeta locantur: forte etiam ob id, quod in corpore infirmo, minus ſolet eſſe vitium, vnde nota eſt nobis vox illa, virtus in infirmitate perficitur. Donatus ad hunc locum dicit ſic. ſ Veſtibulum ante ipſum. In hoc erant omnia, quæ cruciãt vivos, aut defunctos affligunt. ſ Luctus.) Quorum ſordibus, & miſerabilis cultus eſt. ſ Curæ.) Quæcunq; poſſidẽt, torquent. ſ Triſtis ſenectus.) Et qa noſtros contrahit vultus, & morti vicinos facit. ſ Fames.) Non ſolum quæ egeſtatem affert victus, ſed quæ cupiditatem rapiendi affert. ſ Turpis egeſtas.) Nam & macie deturpat faciem & neceſſitate ſordidũ, reliquit victum & veſtitum. ſ Mala gaudia mentis.) Hæc ſunt, quæ in ſcelera ducunt. Adulter enim, & latro, cum luctu de ſceleribus voluptatem capiunt. Mala ergo, quia apud inferos puniunt. ſ Diſcordia demens.) In quã ex demẽtia incidimus. Neq; iniuria dat ſanguinem, & ſerpentes. ſ In medio ramos.) Poſt veſtibulum, ponit interiorem partem, quæ non eſſet ſub tecto. Poſuit vlmum annoſam: & quia non omnes annoſæ ſunt mentes, & opacæ frondibus, ĩcirco hæc addit, Vana, ſcilicet vult hæc eſſe errore, qui pro neceſſarijs inaniter occurrunt. Hæc ille. ¶ Ordo eſt, Luctus, & curę vltrices: quia corrunt, & dantur malis conſcientijs in vltionem: poſuere cubilia ante veſtibulum, id eſt paruam ſtationem, quæ eſt ante magnæ ædium fores, & in primis faucibus Orci: & morbi pallentes, id eſt pallidos facientes: habitant in primis faucibus Orci, ideſt inferni. (Orcus, fluuius infernalis: ab vrgendo dictus, ꝙ in mortem vrgeat, vt inquit Feſtus: quia antiqui c pro g ponebant, Quidam ſunt qui ab ὅρκος, quod eſt iuramentum, deducere volunt: quod per illum, ideſt Stygem, paludem aqua profluit, iurabant dij: nec peierare licebat. Proprie autem orcus, obſcuritas tartarorum, ſiue itę ferorum. Et orcus apud Homerum, Theſſaliæ fluuius ſcribitur: qui Peneum olei inſtar ſupernatat. Et Orcus aliquãdo accipitur pro Pluto. Orchia vero, lex prima omnium de cœnis lata ad populum fuit. Hæc Amb. Calepinus.) & ſenectus triſtis, ideſt querula, & morioſa: quia ſpirit̃ triſtis (vt eſt in ſene) exſiccat oſſa: & metus, id eſt formido: & fames male ſuada formæ, id eſt ſuadens ad omne malum: cogeret enim, vel proprios artus abſumere: ac egeſtas turpis, ideſt ſordidos efficiẽs: ſunt enim fere ſordidi, & multi ob torporem egentes, appoſitorie, id eſt ſimulachra, & figuræ terribiles viſu, ideſt ad videndum: aut dum videntur, ſcilicet & letum, id eſt mors & labor, ſcilicet durus: tum. i. inſuper: ſopor, id eſt profundus ſomnus: conſanguineus leti, id eſt mortis: quia vita noſtra (ſecundum Plinium) in vigiliꝭ eſt: eſt enim ſomnus, mortis imago: & mala, id eſt immodica, aut nociua gaudia mentis: & bellum mortiferum, ſupple habitat in limine aduerſo: quia ſuperiora: ſponte moriũtur: ſed bellum vim infert: & thalami Eumenidum, ideſt furiarum: ferrei, ideſt duriſſimi, ſupple ſunt illic. (Sunt autem tres furiæ, vt inferius dicemus, ſed quæ apud inferos ſunt, dicuntur, diræ vltrices. Eumenis autem, per antiphraſim dici putatur, ideſt beneuola: niſi ſit bene. i. multum furens. intelliguntur autem per Eumenidas, a nonnullis libido, cupiditas & ira.) & diſcordia demens, id eſt peruerſæ mentis: innexa vittis cruentis, id eſt habens in vittis cruentis innexũ: crinem vipereũ, id eſt ſerpentinum, hoc eſt pro capillis: viperas: vlmus opaca, &, ſup. ingens, id eſt valde magna, pandit in medio, ſcilicet dicti loci ramos: &, pro id eſt: brachia annoſa, id eſt multorum annorum; quam ſedem ferunt, id eſt dicunt, ſcilicet omnes: vulgo. i. paſſim; vana ſomnia, id eſt inſomnia: tenere, id eſt occupare, & inhabitare, hærent. ſ. ſomnia, ſub omnibus foliꝭ. ſ. ipſius vlmi, quæ arbor ſterilis eſt, & ita inferis apta (quia vero in ingreſſu dicit eſſe ſomnia: & in egreſſu, dicturus eſt, Sunt geminæ ſomni portæ, &c. diligens poeta innuit hæc oia quaſi inſomnia eſſe, quæ de inferis finxit, & deſcenſu Æneæ ad eos.) Pręterea multa monſtra variarum ferarum, vt centauri qui vmbilico tenus equi dicuntur, & ſupne homines: ſunt. n. populi Theſſaliæ: qui primi in equis de longe viſi: ſemi equi putati ſunt: ſtabulant. i. ſtabulum habent in foribus: & Scyllæ. i. monſtra marina, pubetenus ſerpentes, biformes, id eſt duarum formarum: & Briareus, filius ille cœli & terræ, ſecundũ Heſiodum (frater Gygę, qui Titanes dicti ſunt, decennale bellum cum filijs Saturni geſſerunt, & victi in tartara detruſi dicũtur: habuiſſeq; quinquagena capita, & centenas manus. Briarea autem dicit Homer. Ægeona, ab hominibus appellatum, cũ a dijs Briareus dicatur) centum geminus ergo propter cẽtum manus, ac bellua Iernæ, id eſt hydra: ſtridens horrẽdum. i. horrẽde: & chimæra, monſtrum illud Echidnæ, ex Thiphaone genitum, ſicut & hydram genitam dicit Heſiodus: armata flammis: quia mons eſt cuius cacumen ardet: & Gorgones virgines, etiam monſtruoſæ vnum oculum habentes: & Harpyæ: volucres illæ monſtruoſæ, & difformes: de quibus in tertio huius dictũ eſt. Et forma vmbrę tricorporis, id eſt natæ a corpore tribus dimenſionibus dimẽſurabili, ſup. ſtabulant in foribus, quia omnibus mõſtroſis naturaliter breuis eſt vita. Sunt tñ qui dicunt & forma, ideſt ſimulachrũ vmbræ tricorporis, ſcilicet Geryonis regis Hiſpaniæ, qui (vt in vij. dicetur: tria corpora habuiſſe fertur. Queri autem poteſt de harpyijs: quas in tertio huius, Strophadas inſulas habitare dixit, quomodo apud inferos ſint? Sed multipliciter reſpõderi poteſt

Cupiditas.
Ordo.
Orcus
Tres furiæ.
Centauri.
Scyllæ. Briareꝰ.
Gorgones.

Universidad de Deusto Biblioteca

aut quia interea mortuæ erant:aut quia omnium rerum simulachra apud inferos esse perhibētur,sicut animæ apud superos, vnde: Igneus est ollis vigor & cœlestis origo : aut quia plures præsuppofuerit: alias fuisse harpyas, quam quas Æneas apud Strophades viderit. Nam licet tres syrenes,& tres harpyę celebrentur: non continuo sequitur,non plures fuisse, Nec vero simile est totam speciem,atq; naturam:aut ab illis inceptam,aut cum illis defecisse; quocirca aut nullæ fuerunt, aut & aliæ esse potuerunt, quarum apud inferos sint simulachra. Addam quæ in Seruium dicit Beroaldus, contra expositionem illius, Tristisq; senectus. Ea autem sunt hæc. Ego potius exponerem tristis,id est querulam & morosa:nanq; poeta voluit epitheto demonstrare,qualis sit

Senes q sint.

conditio senectutis: sunt autem senes,vt scribit Cicero i Catone, & testatur Seneca,morosi,& anxij,& queruli,atq; difficiles. quod etiam elegantissime expressit Horat. in arte poetica, seniles mores describens. Difficilis,querulus,laudator temporis acti,Se puero,censor,castigatorq; minorum. Virgi. vt arbitror,imitatus est Silium, illo versu, Curæq;, insidiæq;,atq; hinc quæribunda senectus. Nam a Silio,senectus dicitur queribunda,quasi plena querimoniarum:quomodo a Virgilio,tristis nuncupatur:& ab Horatio in carminibus, Morosa ob varios, scilicet ac difficiles mores, quibus sunt obnoxij queruli, senes. In eodem sexto volumine, vbi dicitur, Simul accipit alueo Ingentem Æneam exponit Seruius,

Alueus.

Alueo,scilicet fluminis: mihi videtur exponendum esse alueo,scilicet nauis: vt intelligamus Æneam, intra cymbam, receptum fuisse a Charōte:nanq; alueus elegantissime dicitur nauis: siue ipsius nauigij receptaculum. Propert. euidentissime id ostendit sic scribens in tertio. Aut quidnam fracta gaudes Neptune carina? Portabat sanctos alueus ille viros. Liuius lib. xxj. Alueos informes raptim faciebant.i.nauiculas. Et idem lib.x. Pars, inquit, fluuiatiles naues, ad superanda vada stagnorū apte planis alueis fabricatas complent. præterea alueus,quemadmodum de fluminibus dicitur,ita etiam de reb⁹ alijs. Colume. in.ix. Oua in alueo lum lignum cōferat. Plin. in.x. Alueos ex cornu spectatos esse refert,i.apum aluearia: & Varro inquit. Vbi apes sint,aluei fiunt ex viminibus. Palladius, in nouembre sordibus liberandi sunt aluei. Præterea error manifestarius est apud Seruiū in historia,qui quanto leuior est, tanto minore venia dignus. scribit.n. Parthenopeum filium fuisse Menalippæ, cum filius fuerit Atlante puellæ, in cursu pernicissimæ: vt Statius, atq; Diodo. meminerunt: quod & oēs historici testanť. In illo quoq; versu Maroniano, Explebo numeꝝ, reddarq; tenebris, admiror Seruium:cum more diligentis ꝯmentatoris, varias interpretationes attulerit:omisisse id quod a Macrob. relatum est:quod eruditionē maximam præ se fert: & Virgilianę sententiæ optime quadrat. Scribit.n. Macrob. in somnium Scipionis, animas sociari corporibus quibusdam numeris:qui numeri dum supersunt, pseuerant corpus animari:cum vero deficiunt, mox arcana illa vis soluitur, qua societas ipsa constabat: anima ipsa non deficit, qppe quæ immortalis atq; ppetua est:sed impletis numeris, corp⁹ fatiscit. hinc illud est doctissimi Vatis, Explebo numeꝝ, reddarq; tenebris. hæc Macrobij interpretatio, tam subtilis, tam elegās, tam erudita, prætermitti non debuit a curioso ꝯmentatore, q ex fontibus philosophorū: vnde hauserat Macrobi⁹, haurire potuisset, præsertim cū multa vndiq; exquisiuerit:sed (vt mihi videtur) nihil est cum prædicta Macrobij expositione comparandum.

PIERIVS.

¶Primisq; in faucibus Orci.) In codicib. plerisq; sane quam veteribus, non inuenuste legitur, Primis in faucibus: absq; copulatiua particula:sed ea inserta, versum reddit canorum magis. ¶Malesuada fames,& turpis egestas. In Ro.cod. In Medicee. ac plerisq; alijs antiquis, ac turpis, habetur: vt quodāmodo iungat egestatē vna cum ipsa fame. ¶Letumq; laborq;.) Antiqua fere oīa exempla. legunt, labos per s. Quod vero sequitur soporem ꝯsanguineum esse mortis ex Hesiodo sumptum, q in Theogonia somnum & mortem, noctis filios fuisse dicit. quod vero ꝯsanguineum dixit, ita eum Claudianus imitatus, Te consanguineo recipit, post fulmina fessum Iuno sinu, Ea enim Iouis, & soror, & coniux.

SERVIVS.

¶Offert.) Non ad feriēdum, sed ad repellendas vmbras. Vn̄ & offert dixit: sacerdos āt ferire ꝓhibet. Tartarei quæ fert Acherontis ad vndas. Sequiť illud Pythagoricum dicēs, tenuisse eos viam posteriorem syluarum:quæ vel ad vitia vel ad virtutes, vt diximus, ducit. ¶Tartarei Acherōtis.) Acheronta vult quasi de imo nasci Tartaro:hui⁹ æstuaria Stygē creare. De Styge aūt nasci Cocyton:& hęc est Etymologia. Nā Physiologia hoc habet. Quia qui caret gaudio, sine dubio tristis est. Tristia aūt vicina luctui est: qui procreať ex morte. Vnde hæc esse apud inferos dicit. ¶Cocyto eructat arenam.) In Cocytū, scilicet p Stygem. ¶Has horrēdus aquas.) Propter tria flumina. ¶Portitor.) Proprie q portat: abusiue etiam q portatur portitor dicitur, sicut vector. ¶Terribili squalore.) i. terribilis squaloris. ¶Charō.) Per Antiphrasin, quasi Acheron. ¶Canicies inculta iacet.) Veteres enim non solum comam ornabant, sed etiam barbam, vt nonnullas videmus statuas. Ideo dixit inculta mēto canities. ¶Stant.) Horrent. Et est Polysemus sermo, hoc est multiplicatio sermonum, vt diximus. ¶Subigit.) Subagit, sursum agit, regit. Et est Polysemus sermo. Nam acuit significat: vt, Subiguntq; in cote secures. Et compellit: vt subigitq; fateri. ¶Velisq; ministrat.) Aut pro vela: & est septimus. Aut velis obsequitur:& ē datiu⁹. ¶Ferruginea.) Nigra, tristi. Nam lugubrem ostendit, dicens: Cum caput obscura nitidū ferrugine texit. ¶Corpora cymba.) Omne quod potest videri, corpus dicitur. vnde paulo post discretionem fecit dicens, Corpora viua nefas Stygia vectare carina. ¶Iam senior..) Aut pro positiuo posuit:aut vt diximus, senior, est virens senex: vt iunior itra iuuenem est: quam rem a Varrone tractatam cōfirmat etiam Plinius. ¶Cruda deo, viridisque senectus.) τὸ αἴτιον: quia in deo. ¶Autumni frigore primo.) Extremitatem vult ostendere: quod ait Iuuenalis. Iam letifero cedente pruinis autumno. Nam eius prima pars feruet: vt, Totoq; autumni incanduit æstu. Sane sciendum ſm Plinium, folia autumnali tēpore ideo cadere, quia omnis tunc in arboribus humor æstatis caloribus humor æstatis calore iuenitur exhaustus, Ergo. ¶Cadūt.) Non quia tunc siccari incipiunt: sed qa tunc eis iam deest humor. ¶Glomerantur aues.) Bene rebus volitantibus animas cōparauit, quæ & ipsę volant. ¶Immittit apricis.) Quasi ἀναφρίκους, id est sine frigore, vt diximus supra. Vnde nonnulli & Africam dictam volunt. ¶Primi transmittere.) Figura græca est: vt primi transirent. ¶Tristis.) Asper, & miserabilis.

Porti tor.

Corripit hic subita trepidus formidine ferrum
Aeneas: strictamq; aciem venientibus offert.
Et, ni docta comes tenueis sine corpore vitas
Admoneat, volitare caua sub imagine formæ:
Irruat: & frustra ferro diuerberet vmbras.
Hinc via Tartarei quę fert Acherontis ad vndas:
Turbidus hic cœno, vastaq; voragine gurges.
Aestuat: atq; omnem Cocyto eructat arenam.
Portitor has horrendus aquas, & flumina seruat
Terribili squalore Charon: cui plurima mento
Canicies inculta iacet: stant lumina flamma:
Sordidus ex humeris nodo dependet amyctus.
Ipse ratem conto subigit, velisq; ministrat:
Et ferruginea subuectat corpora cymba
Iam senior: sed cruda deo, viridisq; senectus.
Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat,
Matres, atq; viri, defunctaq; corpora vita
Magnanimum heroum, pueri, innuptæq; puellæ,
Impositiq; rogis iuuenes ante ora parentum.
Quam multa in syluis autumni frigore primo
Lapsa cadunt folia: aut ad terram gurgite ab alto
Quam multæ glomerantur aues: vbi frigidus annus
Trans pontum fugat: & terris immittit apricis.
Stabant orantes, primi transmittere cursum:
Tendebantq; manus ripæ vlterioris amore.
Nauita sed tristis nunc hos, nunc accipit illos:
Ast alios longe summotos arcet arena.

DONATVS.

¶Corripit hic.s.t.fo.s. Æneas.) Æneas visis tot malis, & repen

tina

tina formidine turbatus vehemēter, strictā aciem veniētibus offerebat gladij, existimans illas oēs monstrorum formas aliquid ausuras aduersi,& facere ¶Et ni docta comes,&c.) Nisi turbatum Sibylla docuisset, inanes formas in corporibus esse, vt res ipsa indicabat, parat⁹ erat pugnare frustra,& vmbras appetere icassum, vt pote incorporeas: quas ferire non posset. ¶Hinc via tartarei. q.f.ac.a.u.) Hinc via, hoc est ex illo loco, quem supra descripsit, tenditur ad fluuiū Acherontis. ¶Turbidus hic cœno.) Pro qualitate inferna fuit natura aquæ turbida, cœnosa, odoris pessimi: vt pote quæ ructaretur a cœno. ¶Portitor has horrendus aquas.) Portitores dicunť, qui portas obseruāt, iccirco vt sine ipsoꝝ iussu nullus trāseat in alias regiones. his igř aquis tam grauib⁹ odore, tam horrendis aspectu præerat sordibus par, vt nulla ex parte dissimilis, loco & regionibus tetris apte conueniens, visu quoq; terribilis Charon. exponitur visus ei⁹ metum vidētibus spargēs ¶Cui plurima mento Ca.i.i.) Barbā, ingt. habuit canam, plixam, & incultam. ¶Stant lumina flāma.) Inflexibiles oculi eius, & semp stantes, quasi quasdam flāmas emittebāt. ¶Sordidus ex humeris nodo.d.a.) Velamē eius tale fuerat, quod plenum corpus tegere non posset. deniq; ex eius pendebat humeris sordidum, tetrum, nec saltem fibula, sed nodo suspēsum. ¶Ipse ratem conto subigit, v.q.m. Et.f.s.c.c.) Non ille aliquā potestatem agendi videbať habere, sed pœnam. deniq; ipse agendo subigebat ratē. Cum dicit, subigit, non fuit sine laboris tormento, quod agebat. Ipse dabat vela, ipse corpora vectabat. cum multa, multoꝝq; officia solus impleret, apparebat illum perpetuis deditum fuisse tormētis. ¶Iam senior. sed.c.d.v.q.f.) Iam, ingt, senior fuit: si anni eius considerarētur, si aūt aspectu eius quis metiretur ætatem, poterat adhuc iuuenis existimari. illius.n. canicies, hoc est senectus viridis aliud offerebat oculis, q̄ poterat veritas indicare. Viridem senectutem non propter colorem dixit, quem habent herbæ vel frondes, sed quę adhuc non paꝝ de primis temporibus retineret. cruda, ingt, & viridis: quia vtrunq; nondum aduertebať ad maturitatem peruenire. dum aūt humanæ ætatis senectus plena sit. ¶Huc omnis turba.) Huc, hoc est vbi Charon obseruauerat, ꝯcurrebat omnis aiarum turba, vt Charontis ipsius ministerio traijcerentur vlterius. ¶Matres, atq; viri.) In illa turba fuerunt matres, & mulieres. fuerunt viri, qui compleuerant vitam. vult.n. alia genera mortuorum separare. dicit ergo, quoꝝ illic aiæ in præsenti haberentur, matrum, vt diximus, & virorum magnanimorum heroum, pueroꝝ, & virginum, & eoꝝ, quos viderunt parentes rogis imponi. istoꝝ mortem cum miseratione poeta ꝯmemorat. quam durū quippe est, iuuenes mori, qui sibi adhuc, & suis, & patrię prodesse commodis potuissent. rapi pueros, & virgines immaturæ mortis interuentu, quos in spem posteritatis seruari cōuenerat, & in longum tempus seniumq; perduci. quam funestum parentes funeribus interesse, liberorum curare tam duras exequias, & ardētes aspicere? cum aīas describeret volentes fluuium transire, discreuit sexus, & discreuit ætates. constat.n. omnibus his mortem esse cōmunem, nec moriendi esse ordinem, sed confuse ex oībus ætatibus mori: mittit similitudinem. vt ostendat, quanta illa fuerit turba, vel quo mortem obierit. ¶Quā multa in syluis,&c.) Tā multę ait, multoꝝq; aię volentes fluuium transire confluxerant, vt solent innumera folia excidere arboribus, cum his anni tempus superuenit: aut, vt sunt aues, quæ congestę, cum frigus ingruere cœperit adunantur, aprica repetant loca, quibus pruinas effugiant. ¶Stabant orantes, primi.) Rogātes, & stabant, totum ad obsequium supplicum. dicit causam standi, & rogandi. vt vnicuiq; primus transitus proueniret. tātus amoris affectus tenuerat oēs. tantumq; vlterioris ripæ desideriū habuit. ¶Nauita sed tristis.) Non enim poterat nauicula permodica simul omnes accipere. ¶Ast alios longe.) Alios longe submotos ipsam arenam littoris contingere non sinebat.

ASCENSIVS.

¶Corripit hic subita.&c.) Docet quomodo peruenerint ad Charontem portitorem, q fingitur animas e corpore migrātes, cymba quadam traducere ad inferos: & illinc post certum tempus, iterum in noua corpora reducere: quæ res lōge a fide nostra abhorret: sed arcanę apud Ethnicos, philosophiæ innititur: & præcipuę Pythagoricę, quia Pythagoras, corpora pene infinita ꝯsyderans, nec noscens animas posse de nouo a deo creari: putansq; eas certo numero constare, & ęternas esse, asseruit, eas de corpore in corpus transmigrare: ne tamen auferret pro benefactis pręmium: & ita bene faciendi voluntatem. (Quis enim virtutem amplectitur ipsam Præmia si tollas. vt inquit Iuuena.) auferret, dixit, animas benemeritas, mercedem suā recipere in Elysijs campis: illicq; frui beata vita, pro magnitudine meritoꝝ, diu, aut parum, & peracto tempore, per fluuiū obliuionis trahi in desiderium huius vitę: & illinc huc reduci. Dicit ergo vētum esse ad eum locum, vbi innumeræ expectabant animæ transmitti orantes. De qua re dicit Donat⁹ sic. Donat⁹. ¶Turbidus hic cœno.) Pro qualitate inferni, fuit natura aquæ turbida, cœnosa, odoris pessimi: vt pote quæ ructareť a cœno. ¶Portitor.) Is proprie est, qui portum obseruat: vt nullus eius iniussu, in alienas regiones transeat. Porti tor. His igitur aquis, tam male olētibus, tam horridis aspectu. erat par custos, nec dissimilis loco & regioni. ¶Stant lumina flamma.) Inflexibiles oculi, quasi flāmam emittebant. Sordidus.) Sordidus.da.dū. erat velamen: neq; tantum vt totum tegeret corpus, & non fibula, sed nodo nectebatur. ¶Ipse ratem.) Non agendi potestatem, sed pœnam habebat: quia multa simul officia implebat: nam dabat vela, vectabat, corpora subigebat, id est non sine labore agebat. Viridis.) Non propter colorem, sed quæ adhuc non parum de pristinis temporib. retineret. ¶Cruda, & viridis.) Quia nondum tendebat ad maturitatem. ¶Iuuenes.) Qui adhuc suis commodis: inseruire patrię potuissent. ¶Pueri, & virgines.) Quos in speciem posteritatis seruandæ, conuenerat in longum senium perduci. Distinguit sexus, & ætates, vt ostendat mortem omnibus esse communem, nec moriendi esse ordinem. ¶Quā multa.) Ex hac comparatione, quanta fuerit turba, ostenditur. ¶Tristis.) Durus nunq̄ affabilis. ¶Nunc hos.) Nam omnes simul nō poterat. Hæc ille, ¶Ordo autem est, Ordo. Æneas trepidus.i. festinus subita formidine corripit hic.i. hoc loco, vbi nūc sunt mōstra: ferrum.i. ensem ferreū: & offert.i. obijcit: veniētibus.i. ad se properantibus: aciē.i. acumen ferri: strictam.i. euaginatam: & ni.i. nisi: comes, s. Sibyllę: docta.i. perita rerum infernarum: admoneat tenueis vitas.i. animas sine corpore: vnde prius, inania regna, dixit: volitare sub imagine caua.i. non habēte corpora, sed simulachra duntaxat, atq; vmbras: formæ.s. habētis corpora: ipse irruat.s. in ea monstra: & diuerberat ferro, id est ense, frustra vmbras: quia nō possunt contingi, cum nihil habeāt solidi: hinc, sup. est: eminet, aut apparet: via quæ fert, idest inducit ad vndas Acherontis, illius fluuij infernalis, sine lętitia dicti: tartarei, id est ad profunditatem infernalem tendentis; gurges, id est profundus vortex aquarum, omnia ingurgitans. existens turbidus: cœno, id est luto turpi: & voragine, id est ingurgitatione: vasta, id est valde ampla: æstuat, id est æstum, & feruorem suū exercet, hoc est ebullit: hic.i. hoc loco, ad quem accedunt: atq; eructat omnem arenam Cocyto, idest in Cocytum, per Stygen: Charon portitor, id est trasuector, & magister portus, horrendus: terribili squalore.i. situ & immūdicia: seruat has aquas: & sub hæc flumina, cui.s. Charonti: plurima canicies, id est cana barba iacet inculta: mento, idest per mentum: & cui lumina.i. oculi: stant, i. horrēt, & arrecti sunt: flamma.i. igni emicanti: & cui amictus sordidus, more nautarum dependet ex humeris: nodo.i. per nodum, quo connexus est. Ipse.i. vt vulgo dicunt: in propria persona subigit, id est gubernat: conto.i. pertica, aut sude: ratē.i. scapham, qua animas traducit: & subuectat corpora.i. simulachra corpoꝝ, aut corpora viuorum, quādo adueniunt cymba.i. nauicula: ferruginea, idest ferruginei, hoc est fusci, seu subnigri coloris: existens iam senior.i. plusq̄ illi officio conueniat senex: sed senect⁹, est cruda & viridis.i. perpetua, & indefatigabilis: ideo.i. quia deus est. Omnis turba effusa, scilicet e corporib⁹: ruebat huc.i. ad hunc: ad ripas.s. matres: atq; viri.i. fœmellæ, & masculi: sed fœmellas, quia imbecilliores, præposuit, vt viciniores Orco: & corpora magnanimū pro magnanimorum heroum: defuncta vita.i. quæ iam expleuerant officium vitæ: hoc est simulachra eorum, & pueri, & puellæ innuptæ, & iuuenes, impositi rogis, ante ora parētum. Per quod admonet iuuenes, ne nimium cōfidant annis: quia plures liberi, a parentibus sepeliuntur, q̄ eos sepeliant. Quam, id est quantum: multa folia cadunt lapsa.i. labentia in syluis: primo frigore.i. per frigus primum, autumni: aut, quam multæ aues glomerantur.i. in modum glomeris aduoluuntur, ad terram: ab alto gurgite.i. fluxu maris, vbi.i. qñ: annus.i. tempus anni: frigidus.i. frigidum: fugat, sup. aues: trans pontum, ad quærēdum.s. aerem tepidum, aut temperatiorem: & immittit terris apricis.i. soli expositis: vbi plus caloris, quam vbi frequentes syluæ, sup. tam multi: stabant orantes: transmittere, id est vt possint trāsmittere primi, cursum & tendebant, id est extendebant, supplicantium more: manus.s. suas, amore ripæ vlterioris: quia volebant transmitti ad locum ipsis debitum: sed nauita, i. portitor Charon: tristis, id est immitis accipit nunc hos, nunc illos: certo tamen indicio: ast, id est sed: arcet alios.i. longe tenet alios: submotos.s.a cymba: longe, supple in arena, id est littore arenoso: videlicet eos, qui munus vitę non

Universidad de Deusto Biblioteca

expleuerant, aut sepulturæ honore(ſm Ethnicos)caruerant.

PIERIVS.

¶Cocyto eructat harenam.) In aliquot antiquis codicibus, Cocyti legitur, possessiuo casu. Sed prior lectio magis recepta est. & harena, cum adspiratione, ex Varro. obseruatiõe, vt alibi dictum. ¶Terribili squalore Charon.) In nonnullis omnino veteribus exemplaribus, Terribilis, habetur, nominandi casu: sed ablatiuo magis receptum. ¶Stant lumina flamma.) In Romano codice, & aliquot aliis antiquis, flammæ, legitur. Siue id genitiui casus sit, quod nequaquam placet: siue appositiue dictũ, vt duo lumina, duæ flammæ videantur. Siue quod magis placet, facta est duarũ vocalium

vocalium trãspositio, cum flammea vellent scribere, veluti in antiquis aliquot exemplar. scriptum obseruaui. Sed id postea corruptum, velut etiam illud quod supra dicebamus, Protinus omnia versu dactylico. ¶Sordidus ex humeris nodo dependet amict⁹.) Valeant qui, nudo, legẽdum esse contendunt: cum, nodo, passim in antiquis codicibus tota libraria fide legatur. Et antiquę statuę tot vbiq; spectentur, in quibus, Ornatus ex humeris nodo religatus pendeat. ¶Longe summotos arcet harena.) In anti. aliquot codicibus, semotos legitur. Cui nonnihil suffragari videtur aduerbium, longe, pro valde. Magis tamẽ placet, submotos: quod proprie & eleganter dictum est.

Aeneas (miratus enim, motusq; tumultu)
Dic(ait)o virgo, qd vult cõcurs⁹ ad amnẽ? AENE.
Quidue petunt animæ? vel quo discrimine ripas
Hæ linquunt? illæ remis vada liuida verrunt?
Olli sic breuiter fata est lõgeua sacerdos. POE.
Anchisa generate, deum certissima proles, SIBY.
Cocyti stagna alta vides, Stygiamq; paludem:
Di cuius iurare timent, & fallere numen.
Hæc oĩs, quam cernis, inops, inhumataq; turba est:
Portitor ille, Charon: hi, quos vehit vnda, sepulti.
Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta
Transportare prius q̃ sedibus ossa quierunt.
Centum errant annos: volitantq; hæc littora circũ.
Tum demum admissi, stagna exoptata reuisunt.
Constitit Anchisa satus: & vestigia pressit, POE.
Multa putans, sortemq; animo miseratus iniquam.
Cernit ibi mœstos, & mortis honore carentes,
Leucaspim, & Lyciæ ductorem classis Orontem:
Quos simul a Troia ventosa per æquora vectos,
Obruit auster, aqua inuoluens nauemq;, virosq;.
Ecce gubernator sese Palinurus agebat:
Qui Lybico nuper cursu, dum sydera seruat:
Exciderat puppi mediis effusus in vndis.

SERVIVS.

¶Æneas.) Ordo est, Æneas ait, dic o virgo. cætera per parenthesim, id est per suppositionem dicta sunt. ¶Quo discrimine.) Qua differẽtia. ¶Ripas hæ linquunt.) Repulsę scilicet, non transeuntes. ¶Vada liuida.) Nigra. Et liuidum, inuidum, nõ nisi apud Neotericos inuenimus. Lucanus, Liuor edax tibi cũcta negat, gẽtesq; subactas. ¶Longæua sacerdos.) Sibyllã Apollo pio amore dilexit: & ei obtulit poscẽdi quod vellet arbitrium. Illa hausit arenam manibus: & tam longam vitam poposcit. Cui Apollo respondit id posse fieri, si Erythręã (in qua habitabat) insulam relinqueret, & eam nunquam videret. Profecta igiť Cumas tenuit, & illic defecta corporis viribus vitam in sola voce retinuit. Quod cum ciues eius cognouissẽt, siue iuidia, siue miseratione commoti, ei epistolã miserũt, creta antiquo more signatam: qua vísa, qa erat de eius insula: in mortem soluta est. Vnde nonnulli hanc esse dicunt, quæ Romana fata conscripsit, quod incẽso Apollinis templo, inde Romam allati sunt libri vnde hęc fuerat. ¶Deum certissima ples.) Ex eo quod subire inferos potuit. Ideo autem certissima, quia multi ad gloriam generis simulant se numinum filios: vt Romulus ex Marte: Alexander ex Ioue Hãmone. Hoc ergo excludit. Sic alibi de Hercule. Salue vera Iouis ples. ¶Et fallere numẽ.) Vt supra diximus, siue propter Victoriæ fauorem Stygis filiæ. Nam dicitur statuisse Iuppiter, vt si quis fefellisset eius numen, vno anno, & nouem diebus ab Ambrosia & Nectare prohiberetur. Ratio autem est quam supra diximus. Ideo per Stygem dii iurãt: quia tristitia contraria est æternitati. ¶Inops, inhumataq; turba est.) Duo dicit, id est nec legitimam sepulturam habet, neq; imaginariam. Inopem enim dicit sine pulueris iactu (nam ops terra est) idest sine terra, sine humationa. Vult autem ostendere tantum valere inanem, quantum plenam sepulturam. Nam & Deiphobi vmbra transuecta est, cui Æneas cenotaphiũ fecit: vt, Hunc egomet tumulum Rhœteo in littore inanem Constitui. Bene autem sepultos, id est fletos. Nam sine fletu sepultura nõ est. Vnde legim⁹, inhumata, infletaq; turba. Facit supradicta flumina transire, quibus luctus nomẽ imposuit. ¶Centum errant annos.) Ideo dicit, quia hi sunt legitimi vitæ humanæ, quibus completis pōt anima transire ripas, id est ad locum purgationis venire, vt redeat rursus in corpora. Sane sciẽdum, quia cum terram dicimus, hæc ops facit. si Nympham dicamus, hæc Opis: si diuitias, hæ opes numero tantum plurali. ¶Rauca fluẽta.) Aut rheumata dicit: aut bene pluraliter, quia de tribus loquitur. ¶Sedibus ossa quierunt.) Id est prius, quam corpus in naturam suam redeat. i. in terram. ¶Stagna exoptata reuisunt.) Lethæi. s. fluminis. ¶Vestigia pressit.) Scilicet cogitatione tardat⁹. ¶Putans.) Reputans, cum animo pertractans. ¶Sortemq; animo miseratus iniquam.) Iniqua. n. sors est puniri propter alteri⁹ negligentiam. Nec. n. quis culpa sua caret sepulchro. Bene autem animo: quasi re præsaga, vt alibi, Præsaga mali mens. Ipse enim Æneas

Nota de Sibylla.

Cur dii p stygẽ iurẽt.

De Ope.

Æneas insepultus iacebit: vt, Mediaque inhumatus arena. ¶Mortis honore.) Sepulturæ: vt, Quisquis honos tumuli. ¶Ductorẽ classis.) Apertum exẽplum classem dici ẽt vnam nauẽ. Nam legim⁹, Vnã quæ Lycios fidumq; vehebat Orõtem. ¶Auster.) Hic distinguẽdum. ¶Sese agebat.) Sese agere, est sine negocio incedere. ¶Qui Libyco nup cursu.) Bene Libyco. Nauigatio. n. non a diuerticulo, sed ab intentione accipit nomẽ. ¶Effusus in vndis.) Archaismos est: quam quã Donat. esse ordinem volit, dum seruat sydera in vndis mediis.

DONATVS.

¶Æneas (miratus enim motusq; tumultu) Dic, ait, o virgo.) Hęc interrogatio propositionis retinet vicem, qm̃ ad oĩa sibylla responsura est. hæc ipsa tripartita est. quæsijt quippe, cur tantus aĩarum cõcursus ad amnẽ fieret, vel qd ipsæ animæ desiderarent, vel quæ esset inter illas distãtia, vt aliæ fugatæ linquerent ripas: aliæ nauicula transmitterentur, & ad vlteriora portarentur. ¶Olli sic breuiter. f. e. l. s.) Breuiter quippe loqui debuit relatura superflua, ne, quæ fuerant necessario agendo, morando differret. ¶Anchisa generate. d. e. c. pro.) Natus es ex homine, non imerito paues. habes humani generis timiditatẽ, sed nihil debes metuere, qui alia ex parte genus a superis ducis. post principia descẽdit ad ea, quæ interrogata est. ¶Cocyti stagna. a. v. st. q̃. p. Dii. c. i. t. & f. n. Hanc intermisit interrogationem: sed melius facit vates aliqd amplius referẽs, vt instructionem redderet requirentẽ. nec cumulauit ex hoc breuitatem ſmonis sui, sed breuitati consuluit: posset enim Æneas, quod in prima interrogatione prętermiserat, quęrere in secũda: quod vitans Sibylla præuenit, amputans moras, quas poterat altera inquisitio facere. stagnũ igitur illud cocyti, inquit, habet nomen. Palus verò, quæ ex superfusione aquæ efficitur, styx appellatur p quam iurant dii, plurimum eam metuunt, ne eius fallant numen. Hęc omnis, quam. c. i. i. q̃. t. c.) Ipsorum est turba, quæ procul repellitur, cum sint inhumati. ¶Portitor ille, Charon.) Charõ dicitur, qui portitoris sustinet curam. ¶Hi, quos. v. v. s.) Qui vnda portantur, & transeunt, sepulti sunt, redit rursum ad sepultorum exitum dicendum. ¶Nec ripas datur horrendas. & r. f. Tr.) Non licet inhumatis aquam istam transire. ¶Priusq̃. s. o. q.) Hoc est, donec ossa ipsorum sepulchris condãtur. ¶Centũ. a. &c.) Tractat Virgilius inhumatorum corporum animas fluuium transire non posse, nisi prius sepulturam fuerint consecutæ, & tot illic annos errãdo ducere, quot sua corpora sine humationis honore iacuerit. quod iccirco præmisit poeta, quia Æneam dicturus est, aliquos illic cognouisse de suis, quos humare non potuit. ¶Constitit Anchisa satus.) Dolens eos, quos iniqua hæc conditio tenuisset, constitit. ¶Cernit ibi mœstos.) Assertioni huiusmodi non defuerunt probamenta: vidit quippe illic Leucaspim, & Orontem, quos nouerat inhumatos. ¶Quos simul a Troia.) Hoc dictum duas tenuit causas, vna est, vt legenti reuocaret in memoriam, qui essent isti, vel vbi, aut quando, aut quæ

qua vi interiisse viderentur: altera ne esset Æneæ vitium, q̃ suos non tradidisset sepulturę. Ipsi sunt, inquit, quos ab ipso separauerunt sæua naufragia, perindeq; humare nõ potuit, quos cũ ipsis nauibus procella perdiderat, quod vitium purgatur, nec Æneã aspergit: quia quos non habuit in præsenti, sepelire non valuit, vtpote, quos ventorum procella presserat, & immensi per diuersa rapuerant fluctus. ¶Ecce gubernator. s. pa. a.) In hac causa etiã Palinurus positus apparebat. ¶Qui Libyam nuper cursu.) Ab huius quoq; casu excusatur Æneas quoniam insepultum cõstabat esse etiam Palinurum. si enim effusus est naui, cum esset ipse quoq; Æneas in pelago: quomodo igitur sepeliri potuit: quem exceperat latitudo pelagi, & in littorum ignota transuexerat: sic ergo ordinandus est sensus, ne fiat vitium, vt in vndis effusus videatur, si enim ita esset, dici cõuenerat, vt sit exciderat puppi effusus, cum in vndis esset, hoc est nauigaret.

ASCENSIVS.

¶Æneas miratus, &c.) Tangit subinde Poeta philosophorũ de inferis opiniones: quia enim pium est defunctorum cadauera sepelire, ne insepulta relinquerentur, dicit, Vmbras eorum, qui ius sepulturæ nõ obtinuerunt centũ annos errare. id enim est, quasi plenum vitæ tempus: nam si viginti anni vltra centum dentur, decem primi vitæ anni, sunt quasi inutiles, propter infantiam: & decem vltimi, propter delirationem decrepitæ ætatis, quæ ad infantiam redit. Cætera cum ordine patebunt. Sed Donati verba sunt. ¶Breuiter.) Ne qua fieret rebus necessariis mora. ¶Certissima proles.) Natus ex homine, non immerito pauet: sed nihil debet metuere, quia a diis, principium ducit. ¶Cocyti stagna.) Non auget moram, quia respondet ad id quod nõ interrogat: sed minuit. Nam curat, ne postea interroget. Stagnum igitur (inquit) Cocyti, habet nomen. Palus vero quæ ex superfusione aquæ efficitur, Styx appellatur. Nec indiget probatione, q̃ insepulti non transportentur: quoniam cernit ibi, quos sepelire non potuit. ¶Quos simul a Troia.) Reuocat in memoriam legenti, qui isti essent, & vbi, & quãdo, & qua vi perissent: & simul, ne quis daret vitio Æneæ, q̃ suos non sepeliret: quoniam sepelire nõ potuit. ¶In vndis.) Nõ effusus in vndis, ne sit vitium in casu: sed effusus cum in vndis esset. Hęc ille. ¶Ordo autem est. Æneas (enim, pro quia: miratus, sup. erat & motus tumultu. i. multitudine animarũ tumultuose ad scapham properantium.) ait, o virgo, dic, quid concursus, scilicet animarũ ad amnem vult, id est prætenditve, pro: vel: quid animę petunt? vel, quo discrimine, id est qua differẽtia, & discretione: hæ, id est quædã ex illis: linquunt ripas, quia vidẽt se nõ posse transmitti: illæ, id est aliæ: verrunt remis, scilicet in scapha Charontis, dum Charon gubernaculõ tenet, quæ transmitti volunt, remigium supplent: vada liuida, i. subnigra, cuius coloris est plumbũ. Is enim liuor dicitur, vnde Amasius poeta. Tum succos, herbasq; dedit quis liuor abiret, Quã facit impresso mutua dente Venus. Sacerdos longæua, s. Sibylla, cuius rationẽ assignat Seruius. fata est olli, i. illi: breuiter sic, O generate Anchisa, s. patre, certissima proles deum, i. deorum, s. per Venerẽ matrẽ: aut quia Anchises quoq; per apotheosim deus factus sit: tu vides alta, i. profunda: stagna Cocyti, i. illius fluuii infernalis, & paludem Stygiã, i. tristitiæ infernalis, cuius numen, dii timent iurare, & fallere: nõ timent iurare, sed iurare, & fallere, hoc est peierare, quia obligant se iurando per Stygem ad tristitiam, quæ diis contraria est: hæc

est: hæc turba quam cernis, est omnis. i. tota: vel, hæc omnis. i. tota turba, quam cernis, est inops. i. sine terra: q; pro & inhumata, hoc est insepulta: aut potius inops. i. sine ope & auxilio, hoc est paupercula: nec (vt Iuuenalis dicit) habet, quẽ porrigat ore trientem: veteres enim superstitiosi, dabant defunctis in ore trientẽ, vt a Charonte, eo naulo traducantur, quorum vero corpora interierant in aquis: quia sepultura, & naulo caruerunt, putabãtur centum errare annos. vnde dicit, ille scilicet horridus, & incultus est Charon portitor, id est portus obseruator, & transuector, hi quos vnda vehit, sepulti, sup. sunt: nec datur. i. permittiť Charonti, licet velit transportare. s. alios, ripas horrendas: ne fluenta. i. flumina: rauca. i. reumata, aut rauce resonantia: transportare (dicit) prius, q̃ ossa quierũt: sedibus. s. suis, hoc est bustis, aut sepulchris. Ipsi, sup. insepulti, errant centum annos. s. continuos, quod dixi, spatium legitimum vitæ: & volitant. i. præcipitanter voluuntur, circum hæc littora. Tum. i. deinde: admissi. s. in scapham: demũ. i. tandem. s. post longam expectationem: reuisunt stagna exoptata, scilicet Lethes per quam, obliuionem malorum imbibunt. Satus, id est progenitus: Anchisa, scilicet Æneas, constitit, scilicet cogitabundus, & pressit vestigia, putans, id est reputãs animo multa: & miseratus animo, sortem iniquam scilicet eorum, qui propter carentiam sepulchri illic vagabantur: cum multi, sua culpa non carent sepultura: nec suis meritis obtinere possent: & est presagium futuræ mortis: quia etiã Æneas in Numico submergendus, sepultura cariturus est: iuxta imprecationẽ Didonis in quarto huius, Sed cadat ante diẽ, mediamq; inhumatus arena, &c. miseratus ergo sortem iniquam, cernit ibi Leucaspim & Orontem, ductorem classis Lyciæ (de qua in primo. Vnam quæ Lycios, fidumq; vehebat Orontẽ. De Leucaspi autem, Excutitur pronusq; magister Voluitur in caput.) Mœstos, & carenteis honore mortis, id est qui impenditur mortuis, scilicet sepulturę, quos vectos a Troia, simul, scilicet cum Ænea, per æquora ventosa: Auster, id est ventus, species pro genere: obstruit aqua: & ita nõ erant sepulti: nec licet cenotaphiũ fecerit, profuit. vnde dixit, nec iam exaudire vocatos: inuoluens, scilicet Auster, per aquam: & nauem, & viros. Ecce quasi dicat preter opi. Palinurus, gubernator, scilicet olim, dum vita manebat agebat, id est impellebat sese ad Æneã: qui exciderat nuper, id est pauloante puppi, id est e puppi cursu, id est in transcursu: Libyco, id est facto ex Libya per Siciliam: tamen, exciderat, dicit: dum seruat, id est seruaret sydera: quia dictũ est, Oculosq; sub astra tenebat. effusus. s. in mare: existens, supple in mediis vndis. i. dum esset in medio vndarum tantum ab vno littore: quantum ab altero: & ita vsus est ablatiuo: quia si e naui effusum in aquas construxerit: dixerit, in vndas.

PIERIVS.

¶Remis vada liuida verrunt.) In Romano codice, vada liquida, legitur: neq; timendũ esset syllabæ ex authoritate Lucretii, nisi & Seruius, liuida, agnosceret. Et epitheton id inferis amnibus, quippe turbidis & cœnosis conueniret. Præterea, vertunt, in aliquot habetur exemplaribus. Sed, verrũt, magis poeticum est. ¶Nec ripas datur horrẽdas, nec rauca fluenta.) In antiquis omnibus exẽplarib⁹, quotquot habui, pro, nec rauca, legere est, & rauca. ¶Quã sedibus ossa quierunt.) In Mediceo, & aliquot aliis, quierint, legitur. Sed finitiuus modus eleganter etiam cum, quam, iungitur: vt alibi ex grammaticorum pręceptis, & ex authorum vsu ostendimus.

Hunc vbi vix multa mœstum cognouit in vmbra,
Sic prior alloqtur. ‹Quis te Palinure deorũ ÆNE.
Eripuit nobis? medioq; sub æquore mersit?
Dic age. nanq; mihi fallax haud ante repertus,
Hoc vno responso animum delusit Apollo:
Qui fore te ponto incolumem, finesq; canebat
Venturum Ausonios. en hæc promissa fides est?
Ille autem. ‹Neq; te Phœbi cortina fefellit PALI.
Dux Anchisiade: nec me deus æquore mersit.
Nanq; gubernaclum multa vi forte reuulsum,
Cui datus hærebam custos: cursusq; regebam:
Præcipitans traxi mecum. maria aspera iuro,
Non vllum pro me tantum cepisse timorem:
Quàm tua ne spoliata armis, excussa magistro,
Deficeret tantis nauis surgentibus vndis.

SERVIVS.

¶Multa mœstum cognouit in vmbra.) Prudẽtiores dicũt animas recedentes a corporibus, sordidiores esse. donec purgentur: quę purgatæ incipiunt esse clariores. Vnde ait paulopost, Donec longa dies perfecto tẽporis orbe Cõcretam exemit labẽ, purũq; reliquit Æthereum sensum: atq; aurai simplicis ignẽ, id est nõ vrentis, vt est Solis. Inde est quod alię animæ Lunarẽ circulũ, alię solstitialem retinere dicũtur pro modo purgationis. Bene ergo Palinurũ obscura vmbra circũdatũ dicit: & vix agnitũ qui nec ad loca quidẽ peruenerat purgationis, nis, sicut etiam alibi de Didone dictur⁹ est, Agnouitq; per vmbram Obscuram. ¶Quis te Palinure deorum?) Quis Deus, debuit dicere: sed Græce dixit τίς θεῶν. ¶Eripuit nobis?) Bene nobis. Gubernator enim cõmuni perit periculo. ¶Sub ęquore mersit?) Tmesis est, Medio ęquore submersit. ¶Dic age) Hortãtis aduerbiũ est. vnde est & age fac, & age facite. ¶Venturũ Ausonios.) κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus. ¶Cortina.) Cortina dicta est, aut q̃ cor teneat. aut q̃ tripos septus erat corio serpẽtis, vt supra dicitur: aut certe secundum Gręcam etymologiam ὅτι τὴν κόρην τείνει, i. q̃ extendat

cortina

Universidad de Deusto Biblioteca

Treis Notus hybernas immensa per æquora noctes
Vexit me violentus aqua. vix lumine quarto
Prospexi Italiam: summa sublimis ab vnda:
Paulatim adnabam terræ: iam tuta tenebam.
Ni gens crudelis madida cum veste grauatum,
Prensantemꝗ vncis manibus capita aspera montis,
Ferro inuasisset: prædamꝗ ignara putasset.
Nunc me fluctus habet: versantꝗ in littore venti.
Quod te per cœli iucundum lumen, & auras,
Per genitorem oro, per spem surgentis Iuli,
Eripe me his inuicte malis. aut tu mihi terram
Inijce (nanꝗ potes) portusꝗ require Velinos.
Aut tu, siqua via est: si quam tibi diua creatrix
Ostendit (neꝗ enim credo sine numine diuum
Flumina tanta paras Stygiamꝗ innare paludem)
Da dextram misero: & tecum me tolle per vndas:
Sedibus vt saltem placidis in morte quiescam.

extēdat puellam: vt, Maiorꝗ videri. ¶ Nec me.) Hic distinguendū, ne sit contrariū. nam eum Somnus deiecit. Quāꝗ alij frustra dicāt, quod credebat Phorbantem: cum extinctis diuinādi sit cōcessa licentia: & nūc iam sciat Somnum fuisse. ¶ Nāꝗ gubernaclum.) Vt sit verisimile, quod post triduum tetigit littus Italiæ. ¶ Præcipitans.) Dum præcipitarer. ¶ Maria aspera iuro.) Aut execratio est: vt, Iliaci cineres. Aut certe iurat, quasi nauita, per maria. ¶ Spoliata armis.) Propter amissionem gubernaculi. ¶ Excussa magistro.) Noue dixit, de qua fuerat magister excussus. ¶ Surgētibus vndis.) Nō quia tempestas fuerit fauente Neptuno: sed tumens fuisse significat. Nec de Æneæ peritia desperauit: sed propter perditū gubernaculum. ¶ Hybernas.) Asperas: & retulit ad effectum natantis. ¶ Adnabam.) Et hic distingui potest, &, adnabā terræ. ¶ Gens crudelis.) Lucanorū. Et dicit eum a Veliensibus interemptū: vt, Portusꝗ require Velinos. Sane sciendū Veliam tēpore quo Æneas ad Italiam venit nondū fuisse. Ergo anticipatio est, quæ vt supra diximus, si ex poetæ persona fiat, tolerabilis est: si autē per alium, vitiosissima est, vt nunc de Palinuro ait: quanꝗ alij ad diuinandi scientiam referant, quasi ab vmbra dictū. Velia aūt dicta est a paludibus quibus cingitur, quas Græci ἕλη dicunt. Fuit ergo Helia: sed accepit Digammō, & facta est Velia, vt Henetus, Venetus. ¶ Montis.) Saxi: vt, Fertur in abruptum magno mons improbus actu: pro saxo. Econtrario, Saxi de vertice pastor: pro montis. Nā sunt ista reciproca. ¶ Me fluctꝰ habet.) Quia sm̄ Philosophos corpus solum nostrum est: quod nobiscum oritur, nobiscum perit. Anima. n. generalitatis est: & adeo nō est nostra: vt etiā in alia corpora plerunꝗ transeat. Ergo Me, corpus meū: quod est hominis proprium. Est autem Homeri, αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν. ¶ Cœli iucundum lumen.) Bene iucundū addidit. Est enim etiam apud inferos, sed non iucundum. ¶ His inuicte malis.) Qui inferos subire potuisti. His autem, ac si diceret quæ cernis. ¶ Terram inijce.) Bene ante maius petiit, vt vel hoc impetraret. Terræ autē iniectio sm̄ pontificalē ritum poterat fieri & circa cadauer & circa absentium corpora quibusdam solennibus sacris. ¶ Nanꝗ potes.) Quia vbiꝗ eum rerum diuinarū inducit peritum. ¶ Siqua via est.) Si est vlla ratio. ¶ Diua creatrix.) Rerum omniū generaliter. ¶ Innare.) Nauigare: more suo. ¶ Da dextram.) Præsta auxiliū. Vmbra enim nunꝗ tenetur: vt, Ter frustra compressa manus effugit imago. ¶ Sedibus vt saltem.) Vt saltem in morte quiescam sedibus placidis. Et bene: quia nautæ semper vagantur.

Velia.

DONATVS.

¶ Hunc vbi. v. m. m. co. i. v.) Tardius agnoscere amicū, crimē est maximū. sed dedit huic excusationē magnarum tenebrarū. Vnde laudari potius debet, quia altis tenebris septū potuit agnoscere, & angores eius contracti vultus consideratione metiri. non aūt exprimeretur Æneę dolor captus ex eo, si Palinurum induceret primo loquētē. ¶ Quis te pa. d. Er. n. m. q. s. ę. m. Dic age.) Dic mihi, inquit, quis iste sit deus, q respōsa Apollinis semper mihi fida in alijs fatis potuit superare: dixe. n. te Apollo Italiam venturum mecū cecinerat. Apollo nunꝗ de Palinuro aliquid dixit, sed tacēdo de eius aduersis boni aliquid videt promisisse. ¶ Ille autē.) Ad hęc ille respōdēs ait. ¶ Neꝗ te Phœbi cortina fefellit Dux Anchisiade.) Mortis meę inquit, casus responsis Apollinis nō debet inuidię esse aut obtrectationi. neꝗ enim te fefellerūt, aut me. incipit exponere leti sui cursum. ¶ Nec me Deus, inquit, ęquore mersit.) hoc est, vis maior me oppressit, & fluctibus tradidit, deo scilicet aduerso. ecce respondit interrogationi, qua dictū est. Quis te Palinure deorum eripuit nobis? subiungit res in suam perniciē gestas. ¶ Nanꝗ gubernaclum. m. vi. f. r.) Hinc, ait, intellige, quantam vim multum resistens pertulerim, quando cum ipso gubernaculo, cui tenaciter inhęrebā præceps datus sum, & cum ipsius puppis parte inimici fui nō retulit nomen, quia nesciit, qui solū Phorbantē viderat. ¶ Maria aspera iuro.) Vt dictis suis fides haberetur, iurauit per ipsa maria. aspera autem dixit, quasi ipsa causa mortis eius extitissent, cum illa fuissent, quę illū pręcipitē dederāt. Dehinc subiūxit in casibus suis, nihil fuisse curę nisi periculū ipsiꝰ Æneę, ne perditis duobus subsidijs, hoc est gubernaculo, & gubernatore. etiā ipse periculis subderet. ¶ Treis notꝰ hybernas im. p. æ.) Ventus, inquit, notus per lōgissima hybernarum noctiū spatia me violentis fluctibꝰ traxit, deniꝗ quarta die Italiā vidi. nō ipse oculis suis Italiā vidit, vtpote sus per vndas, sed ipsum, quo factū est. vt quā cum Ænea videre cupiebat incolumis, ipsa cura cerneret in fluctibus sęuis exanimē. ¶ Summa sublimis ab vnda.) Tūc ait vidi Italiam, cum me proximū terræ ferret vnda sublimē, & tuta tenere cœpissem. ¶ Ni gens crudelis madida cum veste) Non defuerunt crudeles homines, qui arbitrarētur prædā se inuenisse quia vestibus & aqua grauatus fuerā, & vncis me manibus inuaderēt. Vncæ manus sunt, quę in modū humanarum manuū ferro fabricātur aduncis velut digitis, & in vndas mittunt. vt quod hominis manus nō potest cōprehendere, ipsis teneat predo, atꝗ ipsis adigat. capita aspera montis, accipere possumus aspera saxorū, quæ ex radicibus montiū, quasi cum quibusdā capitibus in mare producta tenduntur, iuxta quæ cum fluctibus portaret innixus est. ¶ Nunc me fluctus habet.) Vt non plene videretur eiectus infra aquā, inquit, nunc voluor, sic tamen vt terrā littoris tangā. recte dixit crudelē gentē. de sepultura enim loquebatur, quā sibi debat nō exhibitā. illi. n. qui venerant, si humanitatē retinerent, nō quærere prædam de mortuo, sed sepulturā defuncto procurare debuerant. ¶ Quod te per cœli.) Bene positū per cœli iucundū lumen. qm̄ apud inferos loquebatur. & Æneæ optabile fuit, eo remeare. bene per genitorē, cuius causa tantum laborē susceperat, & propter quē quærebat Italiā. ¶ Eripe me his inuicte malis.) Multum valuit ad impetrandum, ꝙ mala ipsa cōmendāde miserationis causa demōstrabat. generalitas aūt petitionis ipsius, qua sibi prouideri cupiebat, magnā rationem retinet. prudenti enim loquebatur, & ei, qui cōpetenter tractare negociū posset, & animi sui benignitatē complecti: hęc est igiť prima pars petitionis quia in causa petendi beneficij plurimum prodest, si postulās det vitā præstituro, quā teneat. Addidit. ¶ Aut tu mihi terrā inijce.) quod ipsum vt ostenderet nō esse difficile subiecit. ¶ Portusq. r. v.) Ne diceret Æneas, nescio vbi funus tuum reperiri posset. ecce tertiā ex præsenti occasione adijcit, & hoc suggerit dubitanter ne forte nō concedereť. ¶ Aut tu, siqua via est, &c.) Aut tu, inquit, tu, quid ponderis habeat, videamus, tu, qui es meriti potioris, qui genus ducis a superis, qui præstas ingenio, & corporis virtute cogitationes susceptas vales implere. siqua via est cōsiliorū, scilicet vel effectus. siqua tibi diua creatrix ostendit. habes enim deā matrē, quę præstitit, vt tibi sit pronū, quod alijs non licet. neꝗ enim credo sine numine diuū flumina tanta paras, stygiamꝗ innare paludem. Quodem. occasio pręsentiū dedit ei argumentandi substantiam. Quo modo tibi, inquit, dij pręstiterunt, vt viuus ad inferos pergeres & hoc ipsum diuino numine prouenisse, dubitari nō debet. ita & hoc, quod cupio, potes implere. dixit, quid velit, & quid cōmodi ex eo suis partibus possit accedere. Da dextrā misero. quid tam egregiū, quid tam bono viro cōueniens, ꝙ miseri hominis laborantem subleuare fortunā? Et tecū me tolle per vndas. Nullus labor est, inquit, porrigendo remedio. benefaciēdi occasio præsto est, tecum transeam. tecū ad ripas me adducere potes, & loca desiderata contingā. Dicitur iam beneficij ipsius fructus, & cōmodū. sedibus vt saltem placidis in morte quiescā, hoc est, vt in morte saltem sedibus placidis quiescam, qui in vita tutus esse nō potui. ecce aperuit, quid sit, eripe me his inuicte malis.

Manus vncæ.

ASCENSIVS.

¶ Hunc vbi, &c.) Recitat verba Æneæ ad Palinurum, & Palinuri ad Æneam responsionem. Vnde sunt Donati explanationes huiusmodi. ¶ Multa vmbra.) Hoc excusat, quod amicum nō statim agnouerit.

agnouerit. ¶ Qui fere te ponto.) Nihil dixerat de Palinuro, Apollo: sed tacēdo de suis aduersis, boni aliquid promisisse videť. ¶ Deus.) Cognouit vim illam esse diuinam: sed quis deus fuerit, ignorat: quia non vidit nisi Phorbantem. ¶ Vi reuulsum. Ostendit pro viribus pugnasse, vt excuset factum. ¶ Capita aspera.) Aspa saxa, quæ ex montis radicibus, veluti capita, in mare extant. ¶ Versant in littore.) Ne in profundo esse videretur. ¶ Per iucundum. Quia apud inferos non est iucundum, quasi dicat, ad id quod cupis remeare. ¶ Per genitorem.) Cuius causa, tot subis labores. ¶ Malis his.) Captat hinc commiserationem. ¶ Inijce terram.) Ostendit facilitatem. ¶ Portusꝗ require Velinos.) Remouet laborem quærēdi. ¶ Aut tu, si qua via est.) Ostendit illum posse: & quia tanto vir est corporis robore, & animi ingenio: quia natus ex dijs. Quia Venerem matrem habet: quia ipsi maiora dij concesserunt, quando volenti hunc descensum permiserunt. Hæc ille. ¶ Ordo est. Æneas adloquitur prior. s. ꝙ ille loqueretur, hunc, scilicet Palinurū: vbi, id est postꝗ: agnouit, sup. eum: vix, id est cum summa difficultate: quia mœstū, id est mœstitiæ signa habentem, in multa vmbra. O Palinure, quis deorum eripuit te nobis, & mersit te sub æquore medio: age. i. agedum: dic, supple id mihi: nanꝗ, pro quia: Apollo haud, id est non: repertus mihi. i. a me: ante. i. prius fallax. i. mendosus, aut deceptorius: delusit. i. deceperit, animum: hoc vno. s. responso, qui canebat (quod κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligitur: id autem fit, quando per id quod sequitur, intelligitur tacitum aliquid præcessisse: vt hic. Nam nusquam legitur Apollinem promisisse Æneæ, quod Palinurus ad Italiam perueniret: sed quia id promissum, dicit, multa intelligemus promissa, & dicta, quæ nō sunt scripta in libro hoc.) te fore. i. futurum esse: incolumem. i. saluum, & superstitem: ponto. i. mari, & venturum, supple ad fineis Ausonios, idest Italicos, promissos ab Apolline, vnde Helenus in tertio Ausoniæ pars illa procul, quam pādit Apollo. En, incusandi modo aduerbium: idꝗ in Apollinem, Hæc est fides promissa? Autem, pro sed: ille, scilicet Palinurus, supple ait: aut respondit. O dux Anchisiade, id est ab anchisa genite: neꝗ cortina, id est locus secretior. vnde Phœbus responsa dabat, Phœbi, id est Apollinis fefellit te: nec deus mersit (deus tamen Somnus, deiecit eum) me æquore, id est mari: nam ego præcipitans. i. præceps cadens: aut, supple me præcipitans: sed neutrum dicit, quia neꝗ deum incusare voluit, neque mentiri: traxi mecum gubernaclum, pro gubernaculum, reuulsum forte multa vi, cui. s. gubernaculo ego datus custos. s. nauis: hęrebam, id est adhęrebam, & regebam cursus. s. nauium: ego iuro maria aspera (iuramentum quadrans nautæ) me non cepisse vllum tantum, id est tam magnum timorem: pro me, id est pro salute mea: quam, id est quantum, supple ceperim, ne nauis tua spoliata armis, id est gubernaculo: & excussa magistro, idest gubernatore, hoc est habens gubernatorem excussum: & bene excussum, quia nauis dicitur a Plauto, ligneus equus: deficeret, id est periret, aut periclitaretur: tantis vndis surgentibꝰ, quantas, scilicet opinatus erat Palinurus subrecturas, vnde nusꝗ amittebat oculos, quia noluit confidere monstro, id est mari monstruoso, vt dictum est in quinto: sed serenitas inducta erat per Neptunum precibus Veneris, quam rem nesciuit Palinurus: cum eam poeta, Musa reuelante, non ignoraret: Notus, id est ventus ille pluuiosus, qui postea ortus est, hoc est Auster. sic. n. Latine dicitur, qui Græce, Notus. vexit supple me, treis nocteis, scilicet totas: per æquora immensa, existens violentus aqua. (Iterum quæras, quę sint illæ noctes: nam videtur vna nocte Æneas Cumas appulsus, postquam effusus erat Palinurus: & statim accessisse Sibyllā: vnde ergo, treis nocteis? sed dicemus absumptas esse interea, dum Æneas ramum inquireret: & socij pyram istruerent, & exequiæ fierent: & sacrificia, pro descensu ad inferos fierent: & dum descenderent etiam, plures posse transuectas esse noctes.) Ego vix, id est cum difficultate: prospexi quarto lumine, id est die, Italiam existens sublimis: ab vnda summa, quæ in medio, cum sit sphęrica, altior est: & ego adnabam paulatim (quia fretus erat gubernaculo) terræ, id est ad terram: & ego tenebam iam tuta, scilicet loca, hoc est vbi saluus esse poteram (& ita verus erat Apollo, nec submersus erat: sed, vt dicetur, occisus.) ni, id est nisi: gens crudelis, id est inhumana: inuasisset ferro, id est aut cōto ferrato, aut ense, supple me grauatum, cum veste madida: & prensantem, id est prendere tentantem: manibus vncis, id est incuruis: & in vncum curuatis: capita aspera, id est rupem montis. s. saxosi: & nisi ipsa ignara: putasset, supple me prędam. i. habere quod prędaretur. Fluctus habet nunc me, id est corpus meum: nam ipse loquebatur cum Ænea, sed in vmbra: nam corpus erat in fluctu: verum (vt Augustinus docet) dum vestis, aut membrum nostrum percutitur, dicimus, nos percuti. (Voluerunt tamen veteres, corpus proprie esse nostrū: cum in ipsum solum habeamus potestatem, nam anima, inquiūt, vniuersalis est vita, in omnibus corporibus: vt etiam Auerrois, licet erroneum sit, meminit in commētarijs. Beatus autem Augustinus in xix. de ciuitate dei, quærit, an anima sola, an corpus sit homo. Alij enim dicebant, aīam solam esse hominem: vnde Plato dicebat hominem non esse, ꝙ digito monstrari potest. sicut ego eques, proprie nō dicitur equus, sed homo tātum: nec tamen homo dicitur eques, nisi sit in equo: sic anima tantum dicitur homo, sed non nisi sit in corpore. Alij autē contradicebant corpus esse hominem, authoritate Homeri, q dicebat, heroū animas recessisse a corpore, ꝙ solum maneat: sicut poculum dicitur, tantummodo vas: sed tamen si potum aliquando contineat, sic corpus est solum homo, dummodo animam tenet. Alij, rectius vtrunꝗ definiunt hominem: quia fide credimꝰ, quoniam anima rationalis, & caro vnꝰ est homo. Et sicut in definitione hominis erat controuersia, sic etiam in summi boni. Alij enim, vt Stoici ponunt: in anima, id est in virtutibus eius. Alij, vt Epicurei, in voluptate corporis potissimum. Alij, vt Peripatetici, in vtroꝗ: sed finem facio.) Fluctus ergo habet me, id est corpus meum: cum hic tecum, vmbra mea loquatur: aut simulachum, quia vmbra, corpus sequitur: & venti versant me, id est corpus meum in littore: ad quod, scilicet cadauer appulsum erat. Quod, idest quocirca: ego oro te, per lumen cœli iucundum, scilicet tibi & per auras scilicet vitaleis, quas adhuc carpis: & per genitorem, & per spes (quia i puero, præter spem, adhuc nihil erat.) Iuli, id est Ascanij: surgentis, id est crescentis, in annos & virtutes: o inuicte, id est voti tui vbiꝗ cōpos, eripe me his malis, scilicet quæ vides me pati, & passurum: qa sepultura careo: aut tu inijce mihi terrā, id est fac cenotaphium, id est inane sepulchrum: nanꝗ, pro quia: tu potes, id est permissum est id tibi: & require portꝰ Velinos, id est qui postea Velini dicenť. (Nam tempore Tulli sexti, regis Romanorum, venerunt Græci, qui Veliam in Italia, Massiliamꝗ in Gallia, cōstruxerunt: quæ Velia, prius Helia, dicta est: vt dicit Strabo. iuxta hanc autē, est Palinurū promontorium, a Palinuro denominatum. Est ergo vitiosa prolepsis, idest preceptio nominis, anteꝗ impositum esset: quæ quia a poeta non fit, sed a Palinuro, vitiosa est: nec purgatur, si dicat, Palinuri Vmbram: aut, maneis iam corpore nudatos id scisse, quia frustra tamen iuberet Æneam requirere portus Velinos: qui eo tunc Velini non dicebātur: & quos quærenti, nemo monstrare potuisset. Voluit ergo Higinus, authore Gellio libro decimo cap. xvj. hunc locum esse corrigendum, & correptum fuisse, si superuixisset poeta. (Verba Auli Gelij, quia lectione dignissima sunt: statim ponemus) Aut igitur, inijce terram, faciēdo inanem sepulturam: & require eos portus qui postea Velini dicentur: & conde cadauer meum. Aut siqua, id est aliqua: via, id est ratio: aut modus faciendi est: quam viam diua creatrix, scilicet rerum, & mater tua Venus ostēdit tibi. (Neꝗ enim credo, id est credo enim, quod non paras, id est tentas: innare tanta flumina, & paludem Stygiam: sine numine, id est nuto, & voluntate, atque authoritate: diuum, id est diuorum: si ergo aliqua via tibi ostēsa est, qua id facere possis.) da misero, scilicet mihi dextram, & tolle me tecum per vndas: vt ego saltem in morte, qui, scilicet in vita nunquā quieui, quiescam sedibus placidis, scilicet in campis Elisijs. Verba Auli Gelij dicto loco sunt hæc. Reprehendit Higinus Virgilium, correcturumꝗ eum fuisse existimat: quod in libro sexto scriptum est. Palinurus est apud iferos, petens ab Ænea, vt suum corpus reqrendum, & sepeliendum curet. Is hæc dicit. Eripe me his inuicte malis, aut tu mihi terrā Inijce (nanque potes) portusꝗ require Velinos. Quo, inquit, modo, aut Palinurꝰ nouisse, aut nominare potuit, portus Velinos: & Æneas, ex eo nomine locum inuenire, cum Velia oppidum, a quo portum, qui in eo loco est, Velinum dixit, Seruio Tullo regnāte Romæ, post annum amplius sexcētesimum, quam Æneas in Italiam venit, conditum in agro Lucano, & eo nomine appellatum est. Nam q ab Harpalo, inquit, regis Cyri, profecto ex terra Phocide fugati sunt. Alij Veliam, partim Massiliam condiderunt. Inscitissime igitur petit, vt Æneas portum Velinum requirat: cum id nomen, eo tempore fuerat nusquam gentium: neꝗ simile, inquit, illud videri debet: quod est in primo carmine, Italiam fato profugus, Lauinaꝗ venit Littora. aut quod ęque est in sexto lib. Chalcidicaꝗ leuis tandem superastitit arce. Quoniam poetæ ipsi quædam κατὰ πρόληψιν, id est per anticipationem historiæ dicere ex sua persona concedi solet. Quæ acta, ipse postea scire potuit, sicut Virgilius sciuit de Lauinio oppido, & de Colonia Chalcidensi: sed Palinurus: qui potuit id, inquit, scire, ea quæ post an-

Ordo.

Universidad de Deusto Biblioteca

nos sexcētos,facta sunt,nisi quis eum diuinasse apud inferos putat: perinde,vt animæ defunctorum solent. Sed & si ita accipias, quanquam nō ita dicitur:Æneas tamen qui non diuinabat,quo pacto potuit requirere portum Velinum:cui nomen tunc,sicuti diximus,nullum vsquam fuit? Item hoc quoq; in eodem libro reprehendit:& correcturum fuisse Virgilium putat,nisi mors occupasset.Nam cum Thesea (inquit) inter eos nominasset,q ad inferos adissent,ac redisset,dixissetq;, Quid Thesea?magnum quid memorem Alciden?Et mi genus ab Ioue summo est,postea tamē refert, Sedet æternumq; sedebit infelix Theseus. Qui autem,inquit,fieri potest,vt æternum apud inferos sedeat,quem supra cū ijs nominat,q descenderint illuc,atq; inde rursum euaserint: præsertim cum ita sit fabula de Theseo,atq; sic Hercules eum euellerit e petra, & in lucem ad superos eduxerit? In his quoque versibus errasse Virgilium dicit, Eruet ille argos,Agamemnoniasque Mycenas, Ipsumq; Æacidem genus armipotentis Achilli, Vltus auos Troiæ, templa, & temerata Mineruæ. Confundit,inquit,& personas diuersas,& tempora: nam neq; eodem tempore,neque eosdem, per homines,cum Acheis, & cum Pyrrho,bellatum est. Pyrrhus enim,quem dicit Æacidem,de Epyro in Italiā transgressus,cū Romanis depugnauit,aduersus Malium Curium,in bello ducem. Argiuum aūt bellum,idest Achaicam,multis post annis a L.Mumio imperatore gestum est: potest, inquit, igitur medius eximi,versus,qui de Pyrrho importune immissus est, quem Virgilius proculdubio excempturus,inquit,fuit.

PIERIVS.

¶En hæc promissa fides est.) In codicibus aliquot antiquis, en hæc promissa fidesq;. Sed vulgata lectio magis satisfacit. ¶Paulatim adnabam terræ iam tuta tenebam.) In codicibus aliquot antiquis legere est,adnabam terræ,& iam tuta:quę quidem particula eo loco inserta: narrationis cursum quodāmodo videtur impedire. ¶Versantq; in littore venti.) Exemplaria quędam vetera, in littora:accusatiuo casu legunt, quod nescio quid magis miserabile præ se ferret: dū cadauer scopulis illidi sæpius ostenderet. Quanquam,in littore,casu sexto,minime displicet, vt longe plures habēt codices. Littus enim, non tam de sicco,quam etiam de asperginibus & extrema maris ora intelligitur. *Littus.* ¶Per spem surgētis Iuli.) In antiquis omnibus exemplaribus quotquot habui, spes,numero multitudinis legitur:non poetis tantum, verum & oratoribus notum. Fabius Quintilianus,O meas spes inanes. *Spes.* ¶Neque enim credo sine numine diuum.) Antiqui plerią; codices, crede,legunt:imperandi modo:vt asserēdo: adesse numen Æneæ argumentetur ab eo,quod facile fieri possit. Sed enim huiusmodi lectio satis mihi nequaquam facit.

SERVIVS.

¶Tam dira cupido.)Cupiditas ex deorum ira veniēs, aut certe magnat vt,An sua cuiq; deus fit dira cupido? ¶Seuerum.)Tristem. & hęc reciproca sunt, vt cōtra,iudex tristis, & integer,id est seuerus. ¶Eumenidum.)enim,circa quem habitāt Eumenides, per Antiphrasim dictæ. ¶Ripáve iniussus abibis.)Vt, Abeo i Tuscos sicut diximus supra: quamq; alij adibis legāt. ¶Define fata deum flecti sperare precādo, Fata quæ semel decreuerūt.& locutus est secundum Epicureos qui dicūt, Nec bene promeritis capitur, nec tāgit ira. ¶Duri casus.) Impossibilis ad mutationem. ¶Longe lateq; p vrbes.) De historia hoc traxit. Lucanis.n.pestilentia laborātibus, respondit oraculū manes Palinuri esse placādos. ob quam rē non lōge ab Helia & lucū ei, & cenotaphion dederant. ¶Prodigijs acti cœlestibus.)Compendiose & pestilētiam ortam,& petitum significat oraculum. ¶Piabūt.) Placabunt, expiabunt. ¶Æternum.) In æternum: & est aduerbium. ¶Palinuri.) Plus est q̄ si tuum diceret. ¶Parumper.)i. paulatim lætari cœpit. Spem.n.solam non præsens acceperat beneficium. Vnde bene dictum est: quasi ab eo magna moderatione dolor recessit. Alij parumper, valde parum volunt. ¶Gaudet cognomine terra.)Nominis sui similitudine. Facit autem hic & hæc cognominis, nam in Plauto lectum est,cum vnam de Bacchidibus diceret,Illa mei cognominis fuit.Quod aūt communi genere in e. misit ablatiuum metri necessitas fecit. ¶Nauita.)Epenthesis: vt,Mauors. ¶Inde vt Stygia prospexit ab vnda.) Vt, Siculo,pspexit abusq; Pachynno. Et hinc ostenditur quod diximus iuncta esse hæc tria, Acheronta,Stygem, Cocytum,De his autē nascuntur alia: vnde est,Et nouies Styx interfusa coercet. ¶Per tacitum nemus.) Aut solum:aut ipsi taciti,id est tacite. ¶Aggreditur dictis.)Hoc sermone ostēdit iratum. ¶Quisquis es armatus.) Bene a prescriptione: ac si diceret,nihil pium molitur armatus. ¶Quid venias.) Cur: nam aduerbium est. ¶Iam istinc.) A loco in quo es. ¶Corpora viua.) Quia, vt supra diximus, sunt corpora etiam mortuorum, quæ tantum videntur, id est vmbræ. ¶Me sum lætatus euntem.) Lectum est & i Orpheo, quòd quando Hercules ad inferos descendit, Charon territus eū statim suscepit.Ob quam rem anno integro i compedibus fuit. Ideo ergo non lætatus, scilicet propter suppliciumsuum.Sane Alciden volunt,quidam victum, ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, idest a virtute,quod non procedit, quia a prima ætate hoc nomē habuit ab Alceo patre Amphitryonis.Et scim' agnomina ab accidentibus dari. ¶Quanquam.) Ac si diceret, hoc in te nōdum probaui, scilicet per simulationem. Nam nouerat. ¶In vincla petiuit.) Hercules a prudētiorib' mente magis q̄ corpore fortis inducitur,adeo vt duodecim eius labores referri possint ad aliquid.Nam cum plura fecerit, duodecim tantum ei assignantur,ppter agnita duodecim signa. Quod autem dicitur traxisse ab inferis Cerberū, hæc ratio est: quia omnes cupiditates, & cūcta vitia terrena ptempsit,& domuit. Nā Cerberus terra est, q est consumptrix corporum. Vnde & Cerber' dictus est, quasi κρεοβόρος, id est carnem vorans. vnde legitur,Ossa super recubans.Nā ossa citius terra consumit. ¶Ipsius a folio regis.)Atqui Cerberus statim post flumina est: vt,Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Personat. Nā illic quasi est aditus inferorum.Solium autem Plutonis interius est.Ergo aut ad naturam canum referēdum est,qui territi, ad dominos confugiunt: aut solium pro imperio accipiendum est. Vt alibi arces pro imperio posuit: vt Imbellē auertit Romanis arcibus Indum: cum Indi vsq; ad primos venerint fines, non vsque ad arces. ¶Hi dominam Ditis.) Aut de Græco tractum est,q vxorem δέσποιναν dicunt: aut Ditis thalamo, vt dominam Charon ad se retulerit.

> Talia fatus erat:cœpit cum talia Vates. POE:
> Vnde hæc ò Palinure tibi tā dira cupido? SIB.
> Tu Stygias inhumatus aquas,amnemq; seuerum
> Eumenidum aspicies?ripam ve iniussus abibis?
> Desine fata deum flecti sperare precando.
> Sed cape dicta memor duri solatia casus.
> Nam tua finitimi longe, lateq; per vrbeis
> Prodigijs acti cœlestibus, ossa piabunt:
> Et statuent tumulum: & tumulo solennia mittent:
> Aeternumq; locus Palinuri nomen habebit.
> His dictis curæ emotæ: pulsusq; parūper POE.
> Corde dolor tristi. gaudet cognomine terra.
> Ergo iter inceptum peragunt:fluuioq; propinquāt.
> Nauita quos iam inde,vt Stygia prospexit ab vnda,
> Per tacitum nemus ire: pedemq; aduertere ripæ:
> Sic prior aggreditur dictis: atq; increpat vltro.
> Quisqs es, armatus q nr̄a ad flumina tēdis, CHA.
> Fare age qd venias:iam istinc & comprime gressum.
> Vmbrarum hic locus est,somni, noctisq; soporę:
> Corpora viua nefas Stygia vectare carina.
> Nec vero Alciden me sum lætatus euntem
> Accepisse lacu:nec Thesea,Pirithoumq;:
> Dijs quanquam geniti,atq; inuicti viribus essent,
> Tartareum ille manu custodem in vincla petiuit
> Ipsius a solio regis:traxitque trementem.
> Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.

DONATVS.

¶Talia fatus erat.)Cum talia Palinurus dixisset, vates ei hoc modo respondit. petierat,n.illicita, quæq; essent contra inferorum leges,vt insepultus illam conscenderet nauim,quam non nisi sepultos fas erat conscendere. ecce vates ei respondet,non Æneas. ipsa.n.nouerat inferoų morem, & Charontis iura. ¶Vnde hæc o Palinure.)Vn̄,ait,tibi exorta est istius cupido desiderij:hoc est cupiditas?quoties.n.cupido fœmineo genere ponitur,cupiditatis, non amoris deum significat.reddit ei ratione, vt sciat transitum suū infernis legibus prohiberi. ¶Tu stygias inhumat' aquas &c. Vnde ait fieri potest,vt vlteriora videas loca, q te afferas inhumatum:aut q fieri potest, vt ex his locis iniussus abscedas,nec vltra speres aliqd fieri posse contra semel datas leges, & sententias deū? fata,hic dixit,quorum,firmitas moueri non posset. ¶Desine fata deum fl.s.p.)Ne vlterius speres sententiā superum semel dictam flecti aliquatenus posse. ¶Sed cape dicta memor.)Sed tene dicta mea,& horum memor esto, habiturus in aduersis solatium sempiternum. ¶Nam tua finitimi.)Melius ex persona vatis ei responsum est,quæ nouerat vniuersa,q̄ ex persona Æneæ.ne quod nō licebat,videretur negasse voluntate sua. Habebis iocundissimū, inquit, solatium eorum quæ tuleris in aduersis.omnes quippe eius loci homines,ad quē funus tuum videtur delatum, & multo longius positi,deorū cōmonefacti responsis, cum exinde prodigia existere cœperint,& expiabūt ossa tua,& sepulturæ mandabunt.ac nomine tuo locus ipse erectus in tumulum,in ęternum vocabitur Palinurus.ecce solatium, ac meritū Palinuri cum dijs autoribus ossibus eius sepultura,& celebritas nominis in ęternū mansura promittit. ¶His dictis,c.e.)Tantū veridica vatis authoritas & cōsolatio valuit, vt Palinurus suscepta oratione tali curā inflictam dudum relaxasset animo,& dolorem, quo agebatur remisisset. ¶Gaudet cognomine terra.)Gaudebat se tristem,licet tamen perpetuam memoriā sui nominis in illis regionibus habiturum. ¶Ergo iter inceptum peragunt.)Inceptum dixit, destinatum atq; dispositum. ¶Fluuioq; propinquāt.Completis, quę ad solatium Palinuri sufficerēt, perrexerunt ad fluuium. ¶Nauita.) Hoc est Charon. ¶Quos iam inde.&c.)Quod vltro, q adhuc veniens,q aggressus,q increpat,dictum est,iam intelligendum est cōmoti futuram esse locutionem. ¶Quisquis es armatus.)Cum duo venirent,cōmotionem suam in eum direxit,quem vidit armatum.nouerant enim violentiā tacite qui turbati sunt, sæpius inferre.quis enim reuera nō moueretur?cum videret tacitos venire per occulta nemorū,& propinquare iuuenē stricto mucrone:Proculdubio quidem Charon timebat.interrogantis tū hæc vox est,& magis suspecti,q̄ iniuriosi.cum dicit,fare age,quid venias.sperat & iustas existere posse causas veniendi, licet eum terruerit aspectus armati, iam istinc cōprime gressum.interea dum aduentus tui causas dicas,defige gressus tuos,ne progrediaris vlterius. ¶Vmbrarū hic locus est.)An,inquit,vbi positus sis nescis? vmbrarū quippe hic locus est. ¶Somni.n.so.)Somnus hic habitat & tenebræ noctis.quæ sopora est, hoc est abundans somno. ¶Corpora viua,nefas.)Vt aūt viuos traijciam,nefas est. ¶Nec vero Alciden.)Dat eorū exempla, qui apud inferos illicita cōmiserūt,sub ea occasione, q deorum originē ducerent. ¶Tartareum ille manu.c.)Magna iniuria, priuare inferos pprio custode. ¶Ipsius a folio regis.)Hoc est,ab ipsius regis penetralibus. Ecce alia ipsius regis peior natura. ¶Traxitq; trementē. Tantum Herculi licuit,vt traheret trementē, qui neminē timuit.trahebat inuitū, hoc est. ¶Hi dominā Ditis)Potius conati sunt isti,vt vxorē regis ex ipso cubiculo suo eripere niterentur, quā iniuriæ violentiā. Quot loca sunt in ista accusatione?vim facere vxori alienę, vxori regis,& pręsentis?ipsi quoq; reginæ:hæc a persona.a loco vero,de ipso thalamo suo,quæ nosse præter maritū nefas cuicunq; fuerat,a facto,abstrahi, quam honorifice etiam tangi non licuit.

ASCENSIVS.

¶Talia fatus erat.&c.)Recitat quomodo repressa sit auiditas Palinuri,sermone Sibyllæ:& quomodo ad Charontē peruenerint: & quomodo ipsos adlocutus sit. De quibus omnibus dicit Donatus sic. ¶Cœpit cum talia Vates.)Respondet Sibylla, cui leges inferorū notiores essent. ¶Fata.)Fatum,dixit iudicatū, cuius firmitas moueri nō possit. ¶Nec vero Alciden.)Dat exēpla eorum, qui apud inferos illicita cōmisissent:sub occasione, quod deorū originē ducerent. ¶Tartareum.)Vna iniuria priuare omneis inferos,suo custode. ¶Ipsius a folio.)Alia ipsius regis iniuria. ¶Trementem.)Iniecit timorē Hercules, illi qui neminem timuit. ¶Hi dominā Ditis.)Peius conati sunt,q̄ hic.loca sunt accusationis,facere vim vxori alienæ.Vxori regis,& præsentis, ipsi quoq; reginæ:& hæc a persona:a loco vero,de ipso thalamo quē nosse præter maritū,neminem licuit,a facto, abstrahi, quā honeste tangere non licuit.Hæc ille. ¶Ordo est.Palinurus,sup.erat fatus talia: tunc,sup.cum Vates,scilicet Sibylla:cœpit,scilicet fari:talia.s.qualia sequunt.O Palinure:vnde,sup.orta est:aut venit tibi.hæc tam dira,id est execrabilis,quasi ex deorum ira,cupido?Tu,id est putasne,quod tu,quasi dicat, vilissimus, qui neq; de genere deorū es:neq; heroica virtute præditus:& insuper inhuma tus, id est insepultus,aspicies aquas Stygias,transfretando, scilicet eas:& amnem seuerum,id est tristem, & rigidum:Eumenidum:id est circa quem habitant,Eumenides, id est furię:Et iniussus,id est sine iussu deorum abibis,scilicet a loco tibi destinato, per centū annos: ripam,id est ad ripam vlteriorem:quasi dicat,id fieri non potest. Et ideo,desine sperare fata,id est decreta:deum,id est deorum:flecti,id est quod flectant,aut flecti possint:precando,id est per preces tuas.Sed cape memor dicta,id est verba mea:solatia,id est quę sint solatia:casus duri:id est immutabilis,ac irremeabilis.Nam finitimi,scilicet eius loci,vbi corpus tuum insepultum iacet: acti, id est impulsi,longe & late per vrbeis:prodigijs:id est ostētis:cœlestibus,id est de cœlo venientibus,vnde pestis immittetur: piabunt,id est purgabunt ossa tua:& statuent.i.constituent,tumulū id est sepulchrum:& mittēt solennia,scilicet sacra funebria:tumulo,scilicet tuo:& locus habebit æternum,id est in æternum, vt sit aduerbium nomen Palinuri.Quod melius est, q̄ si dicat,æternū nomen Palinuri.Curæ, id est solicitudines Palinuri:emotę sunt, scilicet a præcordijs:his dictis,id est verbis Sibyllæ: & dolor pulsus est parumper,sup.de corde tristi,id est mœsto: & ipse gaudet terra cognomine,pro cognomini: vt recte sentit Seruius. Nam (vt dicamus)terram gaudere cognomine Palinuri nō procedit: quia neq; terra adest,neq; gaudij,si adesset, capax esset. Ergo qa, scilicet vtcunq; placatus erat Palinurus:ipsi peragunt,id est continuant,& ad finem vsq; agunt,iter inceptum:& propinquāt fluuio,scilicet transeundo. Quos scilicet. Sibyllam,& Æneam:nauita,id est portitor,seu nauta Palinur': vt.i.postq̄,prospexit ire iā inde a Stygis vnda per nemus tacitum.i.ipsos tacentes: aut vbi sunt alta silentia:& aduertere pedem ripæ,id est ad ripam, aggreditur prior quia audacior erat:sic.i.in hūc modum:dictis.i. verbis terribilibus, atq; increpat vltro.s.priusquam offensus esset, Age,adhortādi aduerbiū:fare,idest dic eloquere: quisquis,id est quicunq; es,qui tendis armatus,quasi vim allaturus:ad flumina nostra,id est infernalia,& mortuis duntaxat peruia,fare(inquit) quid,id est ad quid venias:& comprime iam.i.deinceps gressus: istinc:id est ab hoc loco: quia hic locus est vmbrarum.i.simulachrorū,& somni,& noctis soporę,id est soporiferę, vt sit a nominatiuo sopora,quia soporus,sopora,soporum dicitur:sicut odorus,sonorus,& canorus.&c.nefas,sup.est, vectare corpora viua, id est viuentū:carina.i.naui Stygia, per aquas traducenti:& si dicat Æneas quod dixerat Sibyllæ,Herculem, & Thesea peruectos esse:respondet,vero, id est certe:nec sum lætatus me accepisse.i. quod acceperim: lacu.s.Stygio: Alciden.i.Herculem:euntem.i. transeuntem:vi sua ad inferos:nec Thesea,& Pirithoum, socium Thesei:quanquā essent geniti dijs, atq; essent inuicti viribus.Ille Alcides.i.Hercules:petiuit in vincla.i.vt vinciret,manu.s.sua:custodem tartareum.i.Cerberū,canem tricipitem,quem ab inferis ad superos traxit:vt recitat Seruius.& traxit ipsum trementem.s. præ timore: a solio ipsius regis.s.Plutonis hi.s.Theseus, & Pirithous,adorti.i.per insidias conati sunt.deducere.i.abducere,aut ducere seorsum de thalamo Ditis dominā.s.inferorum, aut etiā Ditis:quia more Græco,quem plerią; obseruant coniugem,dominam vocant.s.Proserpinam,deam inferorum.

PIERIVS.

¶Ripam ve iniussus abibis.)Placet Seruio,abibis, legere: & elocutionem eam, Abeo in Thuscos figura simili superius cōmēdauit:super eo versu, Quo regnum Italiæ Libycas auerteret oras. Sed enim antiqua pleraq; exemplaria,nō minus hic,adibis:q̄ superius aduerteret,legunt. Opinio vero Seruij,vt, abibis, legendum sit:cuiusmodi lectio in Mediceo, & nonnullis antiquis alijs exemplaribus inuenitur,inibi, vt elegantior & eruditior figura, sane quidem placeret:nisi Valerius Probus,adibis, legendum admoneret,loco hoc in testimonium citato: vbi ad, præpositionē semper breuem esse tradit, siue loquelis, siue casibus inseruiat. ¶Gaudet cognomine terra.)In antiquis porro omnibus exemplaribus,quotquot versare contigit, scriptum animaduerti,terræ,genitiuo casu.Nempe,vt cognomine substantiuū sit.aliter ex Pris.præceptione, ablatiuum in e,mittere non posset. Sed enim alia quoq; adiectiua in is, quorum neutrum exeat in e:ablatiuū casum in e:& in i,mittere reperiūtur, vt a cœleste sagitta,dictum ab Ouid. ¶Vmbrarum hic locus est somni,noctisq;.)In Ro.cod. absq; verbo substantiuo legitur, hic locus est somni. ¶Nec vero Alciden me sum lætatus euntem Accepisse lacu. Nec Thesea.)In codi,aliquot antiquis legere est:nec vero Alciden, nec sum lætatus:vt sit ordo,Nec vero sum lætatus accepisse lacu,nec Alciden, nec Thesea,Sitq; negatio illa, quæ superabundare videbatur ad maiorem

Universidad de Deusto Biblioteca

maiorem intensionē:vt apud Græcos frequētissimū.Quod vero nō procedere ait Seruius, Alcidæ nomen, ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, impositum fuisse:quia cognomina denē ab accidentibus & Hercules id nominis a prima ætate habuerit.Quid(obsecro)obstat, quin cognomen id Herculi,& a prima infantia,& ab accidentibus inditū agnoscamus, agnoscamus, qui passim legam' eum in cunabulis, haud multo postq̄ est natus, geminos angueis suis manibus suffocasse, magnasq; ea ætatula præ se tulisse vireis, & indomitū robur.¶Dedit cere adorti.)In antiquis plerisq; exēplaribus, adorsi legitur:borna q; eorū pars,in quibus, adorti legit,t illud suppositiciū habet, abrasa prius,s litera.

SERVIVS.

¶Amphrysia vates.)Apollinea:& est longe petitū epitheton.Nā Amphrysus fluui' est Thessaliæ,circa quem Apollo spoliat' diuinitate a Ioue irato Admeti regis pauit armenta:ideo quia occiderat Cyclopas fabricatores fulminū, quibus Æsculapius extinctus est Apollinis fili', quia Hippolytū ab inferis herbarū potētia reuocauerat.¶Nec vim tela ferunt.)Ac si diceret, tantū repellūt.¶Licet.)Fas est,& est cōcedentis aduerbiū,sicut Esto.¶Æternū.)Aduerbium est,vt supra:& subaudit bis,& æternū latrans, & æternū terreat.¶Patrui.)Quia Iouis est filia ex Cerere.¶Seruet.) Custodiat:vt,Sola domum & tantas seruabat filia sedes.¶Troius Æneas)Id est a dijs originem ducens.¶Pietate insignis & armis.)Propter illud, Pauci quos æqu' amauit Iuppiter: aut ardens euexit ad æthera virtus.¶Erebi.)Erebus pprie est pars inferorū, in qua hi q bene vixerunt morant. Nam ad Elysiū nō nisi purgati perueniūt:vnde est, Et pauci læta arua tenem'. Hinc fit vt quæratur an animæ de Elysio in corpora possint redire. & deprehensum est nō redire,quia per purgationē carent cupiditate.

Amphrysus.

Erebus.

Quē cōtra breuiter fata ē Amphrysia vates. POE.
Nullę hic insidiæ tales:absiste moueri: SIBYL.
Nec vim tela ferunt.licet ingens ianitor antro
Aeternum latrans exangues terreat vmbras:
Casta licet patrui seruet Proserpina limen.
Troius Aeneas pietate insignis,& armis,
Ad genitorem,imas Erebi descendit ad vmbras.
Si te nulla mouet tantę pietatis imago:
At ramū hūc(aperit ramū,q veste latebat.) POE.
Agnoscas.-{Tumida ex ira tū corda residūt. SIB.
Nec plura his.ille admirans venerabile donū POE.
Fatalis virgę,longo post tempore visum,
Cœruleam auertit puppim:ripęq; propinquat.
Inde alias animas,quę per iuga longa sedebant:
Deturbat:laxatq; foros:simul accipit alueo
Ingentem Aenean:gemuit sub pondere cymba
Sutilis:& multam accepit rimosa paludem.
Tandem trans fluuiū incolumes,vatemq;,virumq;,
Informi limo,glaucaq; exponit in vlua.
Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
Personat,aduerso recubans immanis in antro.
Cui vates horrere videns iam colla colubris,
Melle soporatam,& medicatis frugibus offam
Obiicit.ille fame rabida tria guttura pandens,
Corripit obiectam, atq; immania terga resoluit
Fusus humi:totoq; ingens extenditur antro.

quales illę illorū exemplis extitisse narrauerat,nec vim tela ferunt.paucis securū reddit Charontē, q nullā portaret armat' violētiā,plerūq;.n. geritur ferrū, non vt inferat, sed vt depellat violentia.¶Licet ingens ianitor antro.)Seruet,ingt, Cerberus quod seruat.& vmbras licet exangues terreat. licet seruet Proserpina matrimoniū suū, ad curā nostrā nō pertinet. potuit iterum dici,quod superius Charon exegit.si hæc non sunt,q fuit causa veniēdi? ipsa vltro ingerit,quod interrogata potuit rūdere.¶Troius Æneas p.i.& a.)Exposuit cur poluerit, insignē pietate, & armis. pietas fuit, q mortuū perrexit ad patrē, nec vmbras,nec infera timuit. Fortitudo aūt, quia hoc ipsum impleri sine virtutis adiumēto nō potuit. & si esset necesse, nō deesset et industria dimicandi. Ecce ad interrogata respōdit,& pfecta est ea, quæ necessario Charonti fuerant intimāda.(Si te nulla mouit.)Si te nō mouet religiosi hoīs factū, ramum istū agnosce,quē ferre nō merent, nisi q iure cœlesti,& diuinis legibus ad inferos veniunt.Vt autē citius cōmotū

¶Si te nulla mouet.)Necessitate vult persuadere:quia scit manes nulla re flecti:vt.Scirēt si ignoscere manes.¶Pietatis imago.)Pietas per periphrasim dicta. vt Vis Herculea,id est Hercules.¶Aperit.)Nudat:vt,Aperire procul mōtes ac voluere fumū.¶Nec plura his.)Nec est aliquid vlterius dictū vel a Sibylla, vel a Charonte post ramū visum.¶Fatalis virgę.)Vt sequetur, Si te fata vocant. ¶Lōgo post.)Aut aduerbiū:aut præpositio antiq; posita.¶Iuga.) Græce dixit,ζυγὰ enim dicūt quæ trāstra nominamus.¶Laxatq; foros.)Tabulata vacuat:vt supra, Et campos iubet esse patentes. Multitudine enim remota quasi laxant spatia.¶Alueo.)Fluminis scilicet,& per Synęresim alueo facit.¶Ingentē Æneā.)Bene hunc solum dicit,vt per transitū ostendat purgatioris animi homines etiam corpora habere leuiora:quod de Sibylla vult accipi.¶Sutilis.)Intexta,per quod fragilē ostendit.¶Tandē.)Aut propter pōdus Æneę,quod est melius : aut ppter paludis magnitudinē:aut propter cœni densitatem.¶Informi limo.)Magno , sine forma. ¶Vlua.)Herba palustris.¶Personat.)Aut personare facit:aut per regna sonat:& quia de anima dicturus est,bene facit ante Cerberi cōmemorationē consumptoris corporū. Lucanus , Qui viscera sæuo Spargis nostra cani. Tunc enim animæ locū suū recipiūt cum fuerit corpus absumptum.¶Horrere vidēs iam colla colubris.)Fingit enim pro pilis habere serpentes:& est Hypallage . In collo eius horrebāt colubrę.¶Offam.)Hinc est & diminutio ofella:sed f,nō geminat.In diminutione enim plerūq; multa mutantur.Quod autem ait Melle,allusit ad corpora quæ plerunq; cum melle obruunt.¶Totoq; ingens extenditur antro.)Per hoc magnitudo eius ostenditur:sicut ait in tertio de Polyphemo.

Vlua.

Offa.

DONATVS.

¶Quē contra br.)Iccirco breuiter, quia nō egent longo sermone,quę iusta sunt.¶Nullæ hic insidiæ.)Hoc est,quod ait,cōtra locuta est,hoc est contra ea, quibus se ostendit Charon fuisse suspectum,& cōtra illa, quæ senserat.putabat enim vim parari , quam fecerant alij . exorsa est igitur sic.nullæ hic insidiæ tales , scilicet, quales

cōpesceret dum loquit,sic ostendit,ramum quē conditū sub veste habuit.¶Rabida ex.i.t.c.r.)Hoc facto atq; his dictis sedatus est Charon,& oēm tumorē suæ cōmotionis deposuit.¶Nec plura his.)Post demōstrationē quippe rami, nihil vlterius dixit.¶Ille admirās venerabile donū.)Admiratus, est inquit,charon,& rami speciē,& factū, quod infinitorū temporū fuerat desuetudine pretermissum,mox admouet ratē, vt traiiceret,pperantes.¶Inde alias animas),Æneę causa ac sibyllę oēs animas longius exclusit, ne his morā faceret,qui cū tāto munere veniebāt. Deturbare est terroribus propellere, ac mouere.¶Laxatq; foros.)Opportunū ascensum nauigiū facit.¶Simul accipit alueo I.ę.)Aut reuera ingentem,q magno esset corpore, aut ingentē propter capacitatē nauis,quę fuit exigua,intantū vt hanc nō nauim,sed alueū dixerit,vtpote quę vmbris inanibus,nō viuis corporibus preparata esset, deniq; secutum est.¶Gemuit sub pondere cymba Sutilis.) Pressa qppe insolito pōdere gemuit, & per rimas recepit paludis limū.¶Tandē transfluuiū incolumes,)Tandē quod ait, aut mora fuit in trāsuectionē, quia nauis vltra solitū morē onerata tardius peruenit ad vlteriorē ripā.aut ppter Æneā, qui properabat ad patrē.¶Cerberus hæc ingēs latratu &c.)Cū latratu triū faucium oēs cerberus inferorum regiones impleret: latrāti offam sibylla proiecit.nec hanc simplicē,hoc est diuersis speciebus & arte cōfectam.Hic poeta mel tantummodo specialiter posuit,reliqua noluit aperire, ne ad conficiendam speciē legentes instrueret.¶Ille fame rabida.t.g.p.)Ecce quantum potuit, vis offæ transuoratæ ingluuie triplici,quæ sic eum pressit,vt iaceret pro mortuo.

Deturbare.

ASCENSIVS.

¶Quem contra,&c.)Docet quomodo responsum fit a Sibylla: vtq; viso aureo ramo placatus eos susceperit Charon. De qua re dicit Dona.sic.¶Breuiter.)Quia quæ iusta sunt, longo sermone non egent.¶Nullæ insidiæ.) Loquitur ergo contra, vt dixit. Nam loquitur contra illa quæ suspicabatur.¶Nec vim tela ferunt.)Confutat quod ille vehementer timebat. Fertur enim ferrum plerunque, non vt inferatur, sed vt repellatur iniuria. ¶Pietate

¶Pietate & armis.)Nam propter pietatem, descendit ad patrem: propter vero fortitudinem,nō reformidauit pericula, quæ sunt apud inferos.Alias animas quo facilius Æneam ferret . ¶Ingentem.) Aut,quod reuera esset magnus,aut comparatione exiguæ nauis:quæ ad incorporeas animas vehendas inuenta esset. ¶Tandem.)Aut mora fuit,quia nauis præter solitum esset onusta. Vel ex affectu Æneæ,qui properabat ad patrem,Hęc ille.¶Ordo est, Quem contra,id est cōtra quem, Vates Amphrysia, id est Apollinea:fata,idest locuta est,breuiter absiste moueri:idest cōmoueri: aut præ ira trepidare, & agitari : nullæ tales insidiæ , supple sunt, aut prætenduntur:hic,id est in nobis: nec tela,id est arma nostra inuasiua:ferunt,id est inferunt:vim,id est violentiam.Licet,idest licitum est,& fas est,hoc est conceditur per nos: nos nō obstam', quominus ingens ianitor , scilicet Cerberus , latrans antro.i. in antro suo infernali:terreat æternum , id est si ita dicam æternaliter vmbras exāgueis,id est sine sanguine, hoc est mortuoꝝ simulachra:& licet,id est licitum est:vt supp.Proserpina casta,quia sterilis:seruet limen patrui, id est fratris patris sui,scilicet Plutonis: est enim filia Iouis. Respondet ergo ad id quod quæsierat: quid scilicet veniat,dicens, Æneas Troius,id est Troianus: sed a Troe videtur deduci Troius: a Troia,Troianus: plus autem est,Troiū esse,q̄ Troianum: insignis pietate,id est virtute religionis: & armis,id est virtute bellica,descendit ad imas vmbras Herebi,id est inferni: ad genitorem,id est ad patrem suum Anchisen, si imago tantæ pietatis, nulla, id est nullo modo,mouet te:vt nulla sit,nomen pro aduerbio:aut, si nulla imago, id est respectus tantæ pietatis,quanta est in Ænea, qui etiam in infernum descendit, visurus patrem:mouet,id est afficit commiseratione te:quia dictū est in fine Georgic.Ignoscenda quidem scirent, si ignoscere manes, quasi dicat manes nescire ignoscere,nec misereri:at.i.saltē:agnoscas hunc ramum, scilicet aureum, & fatalem: quem qui habent, ad inferos libere accedere possunt:&,supple hoc dicens: aperit,id est denudat, ramum,qui latebat veste:& corda,scilicet Charontis rabida ex ira:residūt,id est sedantur:tunc,scilicet viso ramo: quo verbo videtur innuere,reliquos sine ramo descendisse:quia si ramum attulissent Hercules & Theseus , non minus posset & nunc dolum suspicari in Ænea,q̄ tunc in eis.Illi ergo vi ingressi videntur sine ramo non ex deorū voluntate , fuisse tamen qui cum ramo descenderint, vt forsitan Orpheus: patet ex eo quod dictum est,Primo auulso non deficit alter.nam si nemo attulisset,nō fuisset auulsus : nec videtur quomodo Charō nouisset priuilegium rami,si nullus eum attulisset. Quinetiā hic expresse dicit , Longo post tempore visum. Allatus est igitur,sed a pijs dijs id volētibus & permittētibus.Nec plura,sup.dixit,aut fecit,in contrariū his.i. q̄ hæc dicta: ille.s.Charon: admirans donū virgæ.i.virgulti, aut rami fatalis:venerabile,i.dignum veneratione, quod sibi Proserpina afferri volebat:visum post.i.postea,aut postmodum longo tempore,aut visum longo tpe post: aduertit.s.ad Æneā, & Sibyllam puppim cœruleā.i.cœrulei coloris:& ppinquat ripæ.i.ad ripam,vnde discesserat,ne violenter insileret Æneas : & ipse deturbat.i.deiicit inde,alias animas.s.defunctorum:quæ sedebant per iuga.i.transtra longa:vt.s.transmitterentur:& laxat.i.euacuat:foros.i.tabulata,& sedilia remigum:& accipit simul alueo.i.receptaculo nauis in morem alui,hoc est in carinā. (Beroaldus enim,vt supra ostēsum est,vbi de tristi senectute locutus est, docet in Seruium,alueum potius de naui,q̄ de flumine,hoc loco dici.)Æneā ingentem,scilicet secundum modum aluei,quo non nisi vmbræ transferri solebant : & est , aut synæresis , aut hypermeter versus non vitiosus:quia vltima abiicitur p vocalem sequētem in principio sequentis versus: cymba,id est nauicula:sutilis,id est consuta, & ita parum compacta: gemuit, idest fatiscens sonitum dedit, sub pondere.s.Ænęę insiliētis:& rimosa.i.plena rimis,iam.s.desolidata:accepit multam paludem.i.multum aquæ paludis Stygiæ, & ipse Charon exponit tandē trans fluuiū in limo informi.i.sine forma,hoc est pulchritudine: i vlua.i.herba palustri glauca.i.marini coloris:Vatem.s.Sibyllam: & viꝝ.s.Æneam,incolumes.Cerberus,canis ille infernalis: ingens,id est valde magnus: personat hæc regna.s.in quæ deuenerunt:latratu trifauci,id est tribus faucibus edito:recubans.i.existens immanis,in antro aduerso,id est in aduerso sito:cui Vates, videns colla,supple eius : horrere, pro horrescere,id est horrida,siue aspera fieri:colubris,id est serpentibus infernalibus,iram excitantibus:obiicit offam, idest frustum, edulij soporatam, id est imbutam melle:& frugibus medicatis,id est medica arte paratis , Ille,scilicet Cerberus:pandens,id est aperiens:fama rabida.i.ad rabiem inducente: tria guttura (tot.n.cū triceps esset,habebat)corripit.i.simul rapit,sup.offam obiectam: atq; resoluit.s.reclinando : & deinde recubando terga immania, id est valde magna,& terribilia:fusus.i.prostratus : humi,i.super humum: & ipse ingens.i.quia valde magnus erat:extenditur toto antro.i.per totum antrum .

Ordo.

Beroaldus.

PIERIVS.

¶Quę ɔtra breuiter.)In anti.plerisq; cod.Quæ,legi, vt sit,contra quæ.Ea.s.quę Charon obiecerat.Sane in Med. Quæ,scriptum apparet,ex nota diphthōgi : licet supinducto apice,lectionē aliquis mutare tētauerit.¶Nullæ hic insidiæ tales.) Veteres aliquot cod. hinc, de loco legunt: vt sit, hinc.s.a nobis. Placet tamen & hic, vt in Med.est.¶Licet ingens ianitor antro.)Apud Sene.nisi cod.corrupti sunt,legere est,licet ingens ianitor Orci.Reliqui cod.antro legunt.¶Et medicatis frugib.offam,legas.Sunt cod.admodū vetusti,in quib.medicatū frugibus offam,legas. Sunt qui vltimam syllabam abrasam ostentent,vt incertum sit,vtrum medicatis,an medicatam,scriptum fuerit.Ser,tamen,medicatis,agnoscit.

SERVIVS.

¶Occupat Æneas aditum.) Raptim igreditur.¶Sepulto.) Dormiēte sine pulsu.i. motu. ¶Euadit.) Modo transit.¶Irremeabilis vndæ.)Aut perpetuum est epitheton,vt diximꝰ supra, aut ipsi etiam Æneę irremeabilis . Nam per alteram egressus est partem : vt, Portaq; emittit eburna . ¶Continuo auditæ voces.) Nouē circulis inferi cincti esse dicunt, quos nunc exequitur. Nā primum animas infantum tenere . Secūdum, eorum qui sibi per simplicitatē adesse nequiuerunt. Tertium,eorum qui euitātes in ærūnas se necarūt. Quartum, eorum qui amauerunt.Quintum, virorum fortium esse dicit. Sextum,nocētes tenent qui puniūtur a iudicibus . In septimo, animæ purgantur . In octauo , sunt animæ ita purgatæ , vt redeant . In nono , vt iam non redeant , scilicet in campo Elysio . ¶Vagitus & ingens.) Fletus infantum . ¶Animæ flentes.) Poetice dixit, Sane ploratus tantum lachrymarum est:planctus tantum vocum:fletus ad vtrunq; pertinet. quæ plerunque confundunt poetæ. ¶In limine primo.) Quia de prima mundi

Occupat Æneas aditum custode sepulto:
Euaditq; celer ripam irremeabilis vndæ.
Continuo auditæ voces,vagitus & ingens,
Infantumq; animæ flentes in limine primo :
Quos dulcis vitæ exortes,& ab vbere raptos
Abstulit atra dies:& funere mersit acerbo.
Hos iuxta falso damnati crimine mortis.
Nec vero hæ sine sorte datæ, sine iudice sedes .
Quæsitor Minos vrnam mouet. ille silentum
Conciliumq; vocat: vitasq; & crimina discit.
Proxima deinde tenent mœsti loca : qui sibi letum
Insontes peperere manu : lucemq; perosi
Proiecere animas. q̄ vellent æthere in alto
Nunc & pauperiem,& duros perferre labores :
Fata obstant:tristiq; palus,inamabilis vnda
Alligat:& nouies Styx interfusa coercet.

mūdi subrepti sunt vita.¶Exortes.) Expertes, quos Græci ἀκλήρους dicunt . ¶Acerbo.) Immaturo : trāslatio a pomis est.¶Sine sorte.) Sine iudicio. Traxit autē hoc ex more Romano. Non enim audiebātur causæ, nisi per sortem ordinatę:nam tēpore quo causę agebātur, conueniebant omnes. Vnde & Concilium ait . Et ex sorte , dieꝝ ordinem accipiebant , quo post diē trigesimū suas causas exequerētur. Vnde est, Vrnam mouet. Iuuenalis,Gratia fallaci qui prætoris vicerit vrnam . ¶Quæsitor.) Quæsitores sunt qui exercendis quæstionibus præsunt.Et notandū quod Minoem, quasi crudelem introduxit:quod ei epitheton & Plato & Homerus dat.Nam Æacus & Rhadamātus fratres mitiores sunt.¶Męsti loca.)Ideo mœsti,qa sm Platonē grauiter puniuntur eoꝝ animę q sibi inferunt mortē. ¶Lucēq; perosi.) Figurate dixit.Nā perosus illius dicimus. ¶Proiecere aīas.)Quasi rem vilem.¶Et duros perferre labores.)Homerus Achillis vmbram introducit loquētem,& dicentem libentius se apud superos cuncta aduersa tolerare,quam apud inferos imperare.

Quęsitor.

Universidad de Deusto Biblioteca



rare. Quod aũt ait. ℣ Æthere in alto,) poetice dictum est. Æther. n. supius est: sed nostrum habitaculum æthereum vocauit inferorũ comparatione. ℣ Fata obstant.) Iura naturæ. ℣ Tristiq́.) Tristi vnda palus inamabilis: ne si tristis dicamus, duo sint epitheta. ℣ Nouies Styx interfusa.) Quia qui altius de mundi ratione quæsiuerunt, dicunt intra nouem hos mundi circulos inclusas esse virtutes, in quibus & iracundiæ sunt & cupiditates: de quibus tristitia nascitur. i. Styx. Vnde dicit nouem esse circulos Stygis, quæ inferos cingit, id est terram, vt diximus supra. Nam dicunt alias esse purgatiores extra hos circulos potestates.

DONATVS.

¶Occupat Æneas aditũ.) Irremeabile pprie posuit, & vere, nam Æneam Æneã ipsum scripsit alio egressu luci superis redditum. Celerẽ dixit Æneã transisse sepulto custode, vel qa occasio transeundi fuit temporalis, & offæ transuoratione digesta potuit Cerberus reddi statui suo, vel qa festinabat ad patrẽ. ℣ Cõtinuo auditæ voces.) Vbi celeri gressu nõ impediente Cerbero ripa trãsmissa est, mox ad aures Æneæ sonus lamentabilis venit, & vagitus ingens, & fletus isantiũ. ℣ Quos. d. v. e.) hoc est, quos dulcis vita deseruit, & fecit exortes. i. extra sortẽ viuẽdi maiorẽ. ℣ Et ab. v. ra.) Ad augmentũ misationis addidit, ab vbere raptos. qd. n. durius, q̃ extorqueri insontes matribus liberos suos? & ab ipsis vberibus diuelli? pire quoq; imatura morte, & ante opprimi, q̃ loq potuissent? ℣ Hos iuxta, fal. dã. c. m.) Iuxta hos fuerũt illi, qui falsis criminũ insimu-lationibus

lationibus pressi sunt, & traditi neci. ℣ Nec vero hæ sine sorte datę.) Et tamẽ, inquit, hęc loca sine iudice, aut sorte nõ sunt. ℣ Quesitor. m. v. m.) Minos illic, & inquirendi habet potestatem, & vrnæ agitandę licentiã, vt si iudiciorũ exitus etiam sortis arbitriũ quęreret non deesset vrnæ substantia. ℣ Ille silentum Cõ. q;. v.) Ille. i. Minos. Silentum, hoc est mortuorũ. & congregationem curat & inuestigat, quemadmodũ singuli duxerint vitã. ℣ Proxima deinde tenent mœsti loca) Proxima loca, hoc est a supradictis nõ longe posita, tenebant tristes. qui cum insontes essent, ipsi sibi intulerunt mortem, cum nullo crimine premerenť. dicitur causa facti. nihil enim fit, nisi quod faciendi necessitatem habeat. ℣ Lucemq; perosi. p. a.) Ipsa fuit appetendæ mortis ratio. quia illis odio fuerat lux laborum & ęrumnarũ causa. ℣ Quã vellent ęthere in alto) Cum viuerent, & laborum tędia atq; inopiæ paterenť existimantes profuturum si morerentur, vim sibi ipsi intulerũt. sed postea pœnitebat eos facti, & quęrebant lucẽ rursum videre. quam maluissent, q̃ pati sedes infernas. ℣ Sed fata, inquit, obstant.) Ne proueniret, quod optabãt, obstabat lex, quæ de morte ac vita definita est. ℣ Tristiq; palus. inna. v. Alligat, &. n. styx in. c.) Earum reditum animarum prohibebat lex. retinebat palus odiosa, & claudebat styx quæ eas omni ex parte nouies circundederat.

ASCENSIVS.

¶Occupat Æneas aditum, &c.) Docet quomodo ingressus sit, Æneas ad inferos: & quis sit illic damnatorũ ordo: quẽ non multum a Christiana fide abhorrere videmus: Nam primo gradu, infantes contineri dicit (vt nos) qui sine baptismo mortui sunt. Secundo, innocenter damnatos: quales nos, ob venialem culpam, aut nondum expletam pœnitentiã, in purgatorio dicimus. Tertio, qui sibi mortem seu animæ, seu etiam corporis cõsciuerunt quos in inferno, vnde nulla est redemptio, affligi credimus. Sancte aũt dicit, Nec vero hæ sine sorte datæ, sine iudice sedes. Nam licet vnus eos, atq; idem torreat ignis, Non tamen æquali taxantur sorte: sed illi vrgentur grauius, quorũ delicto maior, aut grauior culpa est. De hac autem re dicit Dona. sic. ℣ Dulcis vitæ ex.) Quos dulcis vita cito deseruit: & fecit exortes, id est extra sortem viuendi maiorem. ℣ Ab vbere.) Ad augmentũ miserationis q; insontes a matris vberib. rapti, ante extinguerentur, quã loqui cœpissent. ℣ Quæsitor Minos.) Et inquirendi, & vrnæ agitandæ habet potestatem. ℣ Insontes.) Dicitur causa facti. Nihil enim fit, nisi quod faciẽdi habet necessitatem. Hęc ille. ¶Ordo est. Æneas occupat aditũ, id est ingressum regni: custode, scilicet cane: sepulto id est profunde quiescẽte, more sepultorum. Et ipse celer, euadit, id est euadendo pertingit, ripam, id est marginem, & oram, vndę irremeabilis, id est vnde nulli patet reditus, quia spiritus vadens, & nõ reuertens: & si reuersus est Æneas, id fiet per aliud iter. Voces, scilicet lachrymabiles, auditę, sup. sunt continuo, id est illico, vt illuc peruenerat: & vagitus, id est ploratus infantium: ingens, id est valde magnus: auditus, sup. est: & animę infantium auditæ, supple sunt: flẽtes in primo limine, id est in introitu inferni: ac si dicat, in limbo. Quos, scilicet infantes: exortes. i. acleros hoc est sine sorte & munere dulcis vitæ: vel quæ omnib. quodammodo dulcis est: vel eius quæ dulcis est. s. in flore iuuentæ, quãdo voluptatibus frui solet: & raptos ab vbere, id est cum adhuc lacterent: dies atra. i. funesta: abstulit, scilicet e medio viuẽtium: & mersit. i. abscõdit: acerbo, id est immitũ funere: hos iuxta, id est iuxta hos, sup.

Ordo.

sup. sunt damnati, mortis, id est ad mortem: falso crimine, id est ob crimen eis falso impositũ. Nec vero. i. certe non, hę sedes non sunt datæ, id est assignatæ, sine sorte, & sine iudice, id est iudicio, scilicet certo. Adludit ad iudicia humana, quę aut sorte fiebãt: in casibus, scilicet dubijs, aut certo iudico: vnde de Didone in. j. Partibus ęquabat iustis, aut sorte trahebat. Apud inferos autẽ, quãuis nulla sit sors, mere casualis, quantum ad iudicis sententiã: est tamen sors quodammodo, quantum ad suspicientes: quia dicit, damnatos falso crimine apud inferos distineri: quem locum ipsi nõ meruerunt, sed sortiti sunt: quia scilicet tales, in hac vita sortiti sunt iudices, Seruius tamen vult, tempus iudicij, nõ iudicium, sortiri. Minos quęsitor, id est inquisitor (Radamantho tamẽ alij, inquisitionẽ assignant, Minoi iudicium. vnde Hora. Et de te splẽdida Minos fecerit arbitria: Æaco vero executionem: vnde Iuuena. Quas torqueat vmbras Æacus, sed hæc officia cõfunduntur) mouet vrnam, in qua, scilicet sortes sunt: non tamen exeunt mere a casu, sed fatis ita disponẽtibus. Ille, scilicet Minos: q;. i. si simul vocat concilium. i. conuenticula, seu cœtum: silentum. s. vmbrarum, in silentio existentium, & discit, id est disquirit, examinando vitas & crimina quę in vita cõmiserunt, aut vitas criminosas. Deinde mœsti. i. perpetuo mœrore affecti, & per excellentiã mœsti (quia enim propter mœrorem, sibi mortem concitarunt, si in ea sententia permanent in qua moriuntur æterno mœrore affliguntur) tenent loca proxima. s. superiorib. qui insontes. i. innocentes: sed desperatione, aut mœstitia affecti: peperere. i. acquisierunt sibi mortem, manu. s. sua & qui perosi. i. perfecto odio habentes lucem. i. auram vitalẽ: proiecere animas. s. suas, q̃. i. quantum, cum exclamatione. q. d. o quantum vellẽt nunc perferre in alto æthere. i. aere, in quo nos sumus: &. i. simul, pauperiem: & labores duros. i. difficulter tolerabiles: sed sup. fata obstant: quæ. s. vetant reditum quia in potestate hominũ est, se interimere: sed non ad vitam reducere: & palus inamabilis, id est non amanda. s. Styx: adligat. i. arcet: vnda tristi. i. tristitiam afferente: & Styx. s. palus tristitiæ infernalis interfusa nouies. i. per nouem circulos, & gyros: coercet, scilicet ne exeant semel recepti.

PIERIVS.

¶Ra. Abstu. atra.) male, rapto, legitur in co. nonnullis sane quãanti. Sed q;, Abstulit vna dies: in vetust. itidem habetur exemp. lectorem ambiguum faceret: nisi longe plures cod. atra, legerẽt: & epitheton id longe plura, & quid magis propriũ, & huic sententiæ adcommodatius significaret. ℣ Fata ob. t. p. in. v.) In Ro. cod. Fas obstat, videtur esse debuisse. Nõ s tantum litera, desyderatur in verbo, obstat. & Ser. in casti. exem. Fas obstat agnouisse videť: cum pręsertim exponit, fas, iura naturæ. q̃q̃ neq; ea lectio displicet Fata obstant, q; vero sequitur tristisq; palus: lectionẽ eam reprehendit Ser. ne duo sint epitheta: mauultq; tristi vnda, legere: vt in codi. Medi. & in Porcio est. Sed enim pleriq; codi. antiqui, tristis, legunt: & in aliquot etiam, vnde cum diphth. vltima Syllaba, vt duæ primę dictiones in recto sint, tristisq; palus: reliquum possessiui, inamabilis vndæ. Sunt & qui legãt, innabilis: a no: nas: quod in veterib. exempl. non memini me legere. Sed nescio, cur ea lectio, tristisq; palus: appositiue, inamabilis vnda quenquam offendere debeat: tametsi longe elegantior ea est, quæ legit, palus inamabilis addita ratione, cur inamabilis, tristi quippe vnda: quam στυγερὴν Home. appellat, vbi fluuius Acheron, eiusdem etymologiæ.

Nec procul hinc partem fusi monstrantur in omnẽ
Lugentes campi. sic illos nomine dicunt.
Hic quos durus amor crudeli tabe peredit,
Secreti cœlant calles: & myrtea circum
Sylua tegit, curæ non ipsa in morte relinquunt.
His Phædram, Procrinq; locis, mœstamq; Eriphylen
Crudelis nati monstrantem vulnera, cernit:
Euadnenq;, & Pasiphaen. his Laodomia
It comes: & iuuenis quondã, nunc fœmina Cæneus,
Rursus & in veterem fato reuoluta figuram.
Inter quas Phœnissa recens à vulnere Dido
Errabat sylua in magna. quam Troius heros,
Vt primum iuxta stetit: agnouitq; per vmbram
Obscuram: qualem primo quis surgere mense,
Aut videt, aut vidisse putat per nubila lunam:

SERVIVS.

¶Partem fusi monstrãtur in omnem.) Plures vult ostendere eos in quibus libido dominatur. ℣ Lugentes campi.) Quasi lucis egentes: quod & amoribus congruit. ℣ Durus amor.) Immitis, inexorabilis. ℣ Tabe peredit.) Corpore desluente paulatim. ℣ Secreti cælant calles.) Amantibus congruit. ℣ Myrtea sylua) Quę est Veneri consecrata. ℣ Curę nõ ipsa in morte relinquunt.) Hoc est, etiam illic amant, & habent peractorum imaginẽ criminum: sicut etiam de pijs dicturus est, Quæ gratia currũ Armorumq; fuit viuis, quæ cura nitentes Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos. Sane sciendum, vt diximus supra, loqui eum de amore generali: sicut etiã Plato in Symposio tractat. Nihil enim interest quid quis amet, dum modo amore teneatur. Notandũ etiam (nam rarum est) quia cum masculino genere supra vsus sit, vt, Hic quos durus amor: tantũ fœminarum ponit exempla. non quod desint viri: sed elegit sexũ impatientẽ ad amandum. tamẽ paulo post etiam Sichæi facturus est cõmemorationem. ℣ His Phædram.) Hæc filia fuit Minois & Pasiphaes vxor Thesei: quę priuignũ Hippolytũ amore capta de stupro

Universidad de Deusto
Biblioteca

Demisit lachrymas:dulcique affatus amore est.
Infelix Dido, Verus mihi nuncius ergo ÆNE.
Venerat extinctam,ferroque extrema secutam.
Funeris heu tibi causa fui.per sydera iuro:
Per superos;& si qua fides tellure sub ima est:
Inuitus regina tuo de littore cessi.
Sed me iussa deum,quæ nunc has ire per vmbras,
Per loca senta situ cogunt,noctemq; profundam:
Imperijs egere suis.nec credere quiui,
Hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem.
Siste gradum:teq; aspectu ne subtrahe nostro.
Quem fugis?extremũ fato quod te alloquor,hoc est.
Talibus Aeneas ardentem,& torua tuentẽ POE.
Lenibat dictis animum:lachrymasq; ciebat.
Illa solo fixos oculos auersa tenebat:
Nec magis incepto vultum sermone mouetur:
Quàm si dura silex,aut ster Marpesia cautes.
Tandem proripuit sese:atq; inimica refugit
In nemus vmbriferum:coniux vbi pristinus illi
Respondet curis:æquatq; Sichæus amorem.
Non minus Aeneas,casu perculsus iniquo
Prosequitur lachrymis longe,& miseratur euntem.

de stupro interpellauit:& de specta, apud maritũ eum falsi criminis detulit: q iratus inuocauit Ægeum patrem, vt Hippolyto currus agitãti immitteret Phocã: quo facto,& Hippolyto interempto,Phædra amoris ipatientia laqueo vitam finiuit.(Procrinq;.)Filia Iphidi vxor Cephali fuit. qui cum venãdi studio teneretur,labore fessus, ad locum quendam adire consueuerat: & illic ad se recreandũ Auroram vocare. Quod cum sæpe faceret, amorem in se mouit Auroræ,quę ei canẽ velocissimum Lelapam nomine donauit: & duo hastilia ineuitabilia eumq; in amplexus rogauit. Ille respondit iusiurandũ se habere cum cõiuge mutuę castitatis. Quo audito Aurora respõdit, Vt probes igitur coniugis castitatẽ,muta te in mercatorem,quo facto ille it ad Procrin,& oblatis muneribus impetratoq; coitu,cõfessus est maritum se esse: quod illa dolens,cum audisset a rustico quodam amare eum Auroram quã inuocare consueuerat, ad syluas profecta est,& in frutetis latuit ad deprehendendũ maritum cum pellice. qui cum more solito Auroram vocaret, Procris egredi cupiens, fruteta cõmouit,sperans Cephalus feram,hastam ineuitabilẽ iecit,& ignarus interemit vxorem.(Mœstamq; Eryphilen.)Hæc Amphiarai auguris Argiui vxor fuit:quę latentem bello Thebano maritum Polynici prodidit, monili accepto quod ante vxori dederat.qui ductus ad prælium hiatu terræ perint.cuius filius Alcmeon postea matrem necauit, & est Orestis furore correptus,Vituperatur sane Virgilius quod mœstam dixerit,quam Stygeren legit,idest nocentem. Nam mœsta est λυγρὰ. (Euadnenq;.)Vxor Capanei fuit, quæ se in ardentem mariti rogum præcipitauit.(Et Pasiphaen.)Hæc vt diximus,tauri amore flagrauit.(Laodomia.)Vxor Protesilai fuit: quæ cum maritum in bello Troiano primum perisse cognouisset, optauit vt eius vmbram videret:qua re concessa non deserens eam, in eius amplexibus periit.(Nunc fœmina Cæneus.)Cænis virgo fuit:quæ a Neptuno pro stupri pretio meruit sexus mutationem.Fuit etiã inuulnerabilis, qui pugnando pro Lapithis contra Centauros crebris ictibus fustium paulatim fixus in terra est: post mortem tamen in sexum redijt. Hoc autem dictum ostendit Platonicum illud, vel Aristotelicum, animas per μετεμψύχωσιν sexum plerunq; mutare.(Errabat.)Vagabatur.Et bene illusit:quia & amauerat,& se interemerat:vt quasi incertũ esset quem circulũ posset tenere.(Obscurã.)Recenti morte:vt diximus supra.(Infelix Dido.)Viduali vtitur statu:& excusat se per necessitatem,ne mortis causa fuisse videatur.(Verus mihi nuntius) κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligẽdum,quod sit nuntiatus Didonis interitus. Alij ad ignẽ referũt visum. Alij ad Mercurium qui ait Certa mori.sed in neutro eius ei etiam mortis genus est significatum:& hinc dicit,Ferroq; extrema secutam. Sane qui nuntiat, genere tantum dicitur masculino. Quod autem nuntiatur, licet neutro dicatur, tamen inuenitur etiam masculino.(Funeris heu tibi causa fui.)Ac si diceret, qui fueram ante voluptatis.(Siqua fides tellure sub ima est.)Vbi promissa exitum non habent. Respexit autem ad Orpheum, qui receptam perdidit coniugem.(Quæ nunc has ire per vmbras.)Argumentatur ex eo quod est inferos fubire compulsus, inuitum se reliquisse Carthaginem.(Senta situ.)Squallida.Et est translatio a terra inculta. Situs autem proprie est languor quẽdam ex humore procreata. Et fit in locis sole carentibus. (Nec credere quiui.)Argumentationem tetendit:ac si diceret,si credidissem,forte etiam deorum iussa contemnerem.(Siste gradum.)Discedere eam datur intelligi.(Extremum fato quod te alloquor, hoc est,)Aut quia deus futurus est: aut quod melius est:quia post mortem tenebit alterum circulum, viris fortibus, scilicet, non amantibus datum.(Torua.)Pro torue, id est terribiliter.(Lenibat.)Pro lenies bat.& antique dixit:vt,Squamis auroq; polibant pro polichant. Maiores enim in omnibus cõiugationibus imperatiuo bam addebant,& iacie bant imperfectum ab indicatiuo: quod in tribus adhuc obseruatur:in quarta etiã E additur,vt nutri nutriebam.(Lachrymasq; ciebat.) Sibi aut certe illud dicit,Sermo quidem eius lachrymas excies bat:sed illa immobilis mãsit. Tractum autẽ est hoc de Homero,qui inducit Aiacis vmbram Vlyssis colloquia fugiẽtẽ, quod ei fuerat causa mortis.Nam ciere est proprie alte Ciere. ri fletum mouere.(Incepto sermone)A principio orationis.(Dura silex.)Saxi est species:generalitas enim esse nõ potest sequente specialitate. Nam cautem Marpesiam,Parium lapidem dicit. Marpesos enim mons est Parię insulæ.(Tandem.)Quasi diu deliberauerit.(Vmbriferum.) Frondosum.(Pristinus.)Prior: quod difficile inuenitur.Nam de hoc sermone quærit & Probus & alij.(Respondet curis.)Aut pari eam diligit affectione: quod in Ænea non fuit qui plus amatus est, & amantem deseruit, vt expressio rei supradictæ sit.(Æquatq; Sichæus amorem.)Aut certe respondet curis: par est mortis similitudine. Ferro enim vterq; cõsumptus.(Prosequitur lachrymis longe.)Oculis eam sequebatur humentibus.

Cephali fabula,

Cænis sexũ mutauit,

Situs,

DONATVS.

(Nec procul hinc partem &c.)Nõ longe inde videbantur lugẽtes campi fusi in omnẽ partem, hoc est lævam,dexteram,& quocunq; oculi tendi potuissent.interea,quia potuit quæri,cur dicerentur lugentes. vltro ait, sic eos appellari,nõ tñ nominis ipsius prætitit rationẽ.(Hic quos durus amor.)Hic, id est in ipsis campis degebant, quos vis amoris absumperat.(Secreti cælant calles.)Hos eosdẽ, qui amoris violẽtia perierunt, & cælabant viarũ angustiæ & arbores myrti secretos calles, aut in abdito constitutos,aut separatos debemus accipere.(Curæ non ipsa in mo.re.) Tanta vis amoris in illis fuit, vt nec in morte essent ab ipsa cura immunes.(His Phædrã, Procrinq; locis.&c.)In his locis fuerant istę,quę diuersis causis, & dispari mortis genere perierũt.(Inter quas Phœnissa recens.)Recens, quia non multo ante perierat,& aspera post recens vultus.infra enim dicturus est poeta,eam nec videre Æneam voluisse.nec cum eo habere colloquium.(Agnouitq;.p.v.Obscuram.)Cum dicit vmbrã obscurã, habuit aliquid luminis.Hoc est enim obscurũ,quod ostendat aliquã lucem,sed & maxima parte mistas habeat tenebras.(Qualẽ.p.q.f.m.)Sic apparebat Dido in illa obscuritate, quomodo incipiẽs luna nubila cœlo conspicitur,tantũ incerta vt hanc visam esse non possit esse certissimũ.(Demisit lachrymas d.q;.a.a.est.)Mox vt eam vidit, demisit lachrymas,hoc est nõ cogitauit flere,sed mox lachrymas fudit.ipse est enim dolor verus,q repentinos fletus non coactos excludit.Instituit igitur cum ea,quam vix agnouerat,loqui:hoc .n. manẽtis in ipso adhuc amoris compellebat affectus.(Infelix Dido.)Dictio ista mire cẽrte cõcepta est,& pro personarũ & causarum ratione composita Didonis fuit aspera propter recentem facti causam.Nam non multo ante relicta est amans.huius rei fuquis metiri dolores voluerit, attendat exitum mortis eius, qui non interueniret,si illa rupti amoris iniuriam tolerare potuisset accedebat huc,q; acerbitas vulneris recens, & aspectus eius, qui tanti mali fuerat causa,doloris ipsius sequitiam duplicabat.Æneę vero personam depressam in omnibus, in qua tantus reatus exstabat,vt ipse agnoscere se reum, & de facto purgatione exposita fateretur. mutauerat enim fidem contra Didonis meritum, quæ illum vel humanitate confouerat, vel amauerat, ipsumq; cum suis naufragis exceperat,& egẽtes collegerat.incipit ergo sic.Infelix Dido, vt ostenderet eius miserabilẽ casum se grauiter ferre.

ferre,vt lachrymis eius etiã verba cõgruerent,protestans oculis, quantum dolorem sensibus ferret,& voce indicãs,quod mentis interna vexabat.in hoc dicto nõ tantũ animus dolẽtis expressus est,verumetiã per extenuationẽ facti,adiecta purgatio.nullus.n. infelicem quenquã dicit,nisi dolens.nullusq; infelix est,nisi qui fataliter premitur.denicq; hoc vult asserere, illi quidem debitum fuisse genus mortis ratione & necessitate propriorũ fatorum sed hoc magis dolere, q; ipse huius leti causa putetur extitisse.verus ergo mihi nuntius venerat extinctam,ferroq; extrema secutã.female ille nuntius peruenerat,inquit,ad scientiã meã.quod doloribus tuis absceſſus mei causa sulceptis extremo remedio subuenisse.dolebã finem vitę tuę,& genere ipso mortis vehemẽter angebar.(Funeris heu.t.c.f.)Accedebat ad luctus animi mei,q; scilicet tibi absscessum meum talem displicuisse,sententiã purgationis probat ipsi, quæ ab homine apud Didonẽ perfido profereba tur,miro genere adhibet firmamẽtũ.(Per sydera iuro, Per superos &c.)Quia testes animi sui, vel maxime apud inferos degens, habere nõ potuit,ad iusiurandũ sese conuertit,quo firmant,quę aliquibus documentis deficientibus probari nõ possunt,iurauit per sydera, perq; superos, quo remeare cupiebat.apud inferos posset,qm illic decebat,eademq; loquebatur.Siqua fides, inquit, quia nesciebat.quod genus iusiurandi apud inferos haberẽt,post generalẽ iurationem dicens iuro per fidẽ,siqua in his aut cotitur,aut timetur.(Inuitus regina tuo de.l.c.)Nõ te,inquit,fugi, sed potiorum iussionibus cessi.Quod ait tuo de littore, hoc vult intelligi, vt relictis littoribus Carthaginis, ipsa tũ Dido animis Æneę teneretur infixa.(Sed me iussa deũ &c.)Quoniã poterat si des etiã iuranti nõ haberi,vel maxime ei, qui apud superos perfidus extitisset,sumptũ a loco,& tempore rapuit argumentũ, quo ostenderet se cõpulsum deorum iussis Carthaginẽ reliquisse. vt scias,inquit,maiore vi tuis terris exclusum,ex præsentibus probã.nõ enim ad has tenebras,& loca horrenda,libens aut volũtate descẽdi,ipsi sunt authores laboris istius,q fuerunt dudum, cum inuitus abstraherer a sedibus tuis, quod cũ fieret, existimare nõ potui,ad hæc te esse venturã absceſſus mei causa.intelligitur hoc Æneã additurũ fuisse.cõtemptissem omnia,& remãsissem,si præscisissem,hunc te habiturũ exitum vitæ,nõ quia vere contemnere potuit deorũ iussa,sed vt mẽdacio verisimili placaret eam,quã sic læserat,vt vitę suæ cursum gladio præcidisset.Ecce vsus est arte,vt quod negare nõ poterat,fateretur vltro,& iusta defensione purgaret.Quantum aũt odium etiã mortua retineret, ex eo non obscure sed euidenter ostendit,cum sese propriuit tacitã,nec exspectauit verborũ finem,nec aliquid ipsa respondit. Æneas tamẽ cum videret abeuntẽ:relicto quod dicebat, vt ostenderet se tenere desiderio eius.(Siste, inquit, gradũ.teq; a.ne.f.n.)Quid enim melius amãti prouenire apud inferos potuit, q; videre eam,aut fabulas cõferre cum ea?quas, quia Dido diruperat abeundo,hac eam Æneas voce prosecutus est.(Quẽ,inquit,fugis?extremũ fato.q.te.a.h.e.)Vere,ait,extremo sum fato, cui te desiderata denegas & inopinatam tui subtrahis facultatẽ. verba sola sunt,quæ te cum cõtrahere cupio.satis erit animo meo, si vel fabulas tecum plene cõmisceam.(Talibus Æneas &c.)Cum Æneas miserabilia dictu effunderet,lachrymarũ plurimarum augmẽta nõ deerant, nam Didonis absceſſus eas magis magisq; cõmouebat.(Illa solo fixos.o.a.t.) Æneas quidẽ dolendo loquebatur,& fletus vberes mittebat ex oculis. sed Dido auersa facie stabat in modum lapidis, aut cautis marpesiæ:quæ est laxis cæteris durior,ne autẽ videret flentem,aut verba loquentis audiret,sic auerterat faciẽ,vt solam respiceret terram,nec mouebatur incepto, hoc est instituto & dispositione animi sui nõ diuellebatur,hæc fecit, anteq; irata discederet,& sic fugit inuisum.(Tandem corripuit sese.) Augmentũ iræ fuæ Æneam refugiendo testata est.& vt fuerat inimica ita dicitur ad quem locum.(In nemus,inquit, vmbriferum, coniux vbi pristinus illi &c.)Melius illi visum est,relinquere eũ, quem odio habuit,& ad Sichęum tendere,qui vnum cum ea animum gereret,vel gessisset.& qui amore mutuo,& consimili tenetur.(Nec minus Æneas)Admodum dolebat Æneas defertum se ab ipsa,atq; contemptum, tamen recedentem prosequebatur gemitu,& verbis:& quantum poterat intuebatur oculis:& videret viterius,si non eam arbores nemorum,atq; vmbrę texissent. His gestis,cœpit ire,quo dudum intenderat.

Ordo.

Nota.

Mors quid.

ASCENSIVS.

(Nec procul,&c.)Prosequitur institutum suum:describit enim locos,& gradus,in inferno existentium,dicens,quarto loco distineri miseros amantes:in quo ordine, est nonnulla æquitatis ratem humanæ ratio.Nam infantes,ad Elysios nõ mittuntur,quia nihil meruerunt:neq; ad tartara,quia neq; demeruerunt.sunt ergo in primo limine. Damnati aũt falso crimine, quia malum infamiæ non vitauerunt, nec munus vitæ expleuerunt(loquor secundũ Ethnicos)secundo loco deputati sunt. Qui vero sibi mortem pepererunt, quamuis certissime apud nos damnati perhibentur:tamẽ quia furore videntur grauissimo rapti,tertio loco addicuntur. Amãtes vero, quorũ magis voluntarius videtur furor,quarto gradui subduntur:de quibus nunc sermo est. & Dona.sic dicit.(Fusi in omnẽ partem.)Quocunq; oculos tendere poterãt.(Secretos.)Aut in abdito cõstitutos, aut separatos. (Curæ non ipsa in mor.re.)Tanta fuit vis amoris, vt post mortem ab ipsdem curis non delererentur. Hæc ille. (Ordo est.Nec, id est & non:procul hinc, id est ab hoc tam dicto loco: campi lugentes,id est lucis egentes, aut lugentium:quia miserorũ amantium,monstrantur existẽtes fusi in omnem partem:quia ex omni genere mortalium,reperiuntur amoribus cõfecti:dicunt, supple enim illos,sic,videlicet,lugẽtes nomine:& quia nõ dicit,qui dicãt,intellige mus omnes ij,sup.quos amor durus, id est intolerabilis,aut immedicabilis: peredit,id est absumpsit:tabe lenta,id est cõfectione sanguinẽ corrumpente: crudeli,id est inclementi celant hic,id est hoc quarto loco:calles,id est viæ frequentatæ,& duræ existentes: secreti, id est semoti ab alijs:& sylua myrtea, id est ex myrto, quæ est in tutela Veneris: tegit, supple eos:aut, & quos sylua myrtea tegit,curę non relinquunt,supple eos,in ipsa morte: quia amãt,& curis afficiuntur, etiam post mortem(nam vt postea apertius dicetur, qualis quisq; inuenitur in morte,talis iudicat,& in ea affectione permanet)Ipse,supple Æneas cernit his locis Phædram,filiam Minois,quæ Hippolytum priuignum suum deperibat:& Procrin,vxorem Cephali: & ab eo,ob zelotypiam interemptam,& Eryphilem, coniugem Amphiarai:mœstã, quia nocentem ob culpam, scilicet:nam non est ob id vituperandus Maro,quod mœstam dicit:licet enim nocens, crimẽ in maritum cõmisit:mœsta tamen,& a filio interempta fuit: Eryphilem, dicit,monstrantẽ vulnera crudelis nati,id est a crudeli filio illata: & cernit Euadnem.i.filiam Martis,ex Thebe:& coniugem Capanei,quę se in ardentẽ mariti rogũ iniecerat: & cernit Pasiphaen, Minois vxorem,& Solis filiam,quę Tauri amore arsit.vt in principio huius.vj.dictum est.Laodomia, vxor Prothesilai, qui primus in bello Troiano perijt,& vxor ipsa,in eius vmbrę cõplexibus it comes,his superioribus amatricibus: & Cæneus,quondã iuuenis,id est mutatus in sexum virilem.nam vt virgo, raro de viro:ita iuuenis,raro de fœmina legitur:& nunc fœmina rursus id est iterũ:& reuoluta,id est reuoluto tempore mutata: in figuram veterẽ,id est pristinam, scilicet fœminã. Inter quas errabat Dido Phœnissa,id est ex Phœnicia, & Phœnicum regis filia errabat,id est vagabatur:existens recens a vulnere,id est propter vulnus,pauloante ad inferos demissa:quã heros Troius,id est Troianus,aut Trois,cognatus, scilicet Æneas: vt, id est postq;:stetit iuxta,sup.eam agnouit per vmbram obscuram: qualẽ quis, aut videt lunã surgere,id est oriri primo mense.i.in principio mẽsis, hoc est in nouilunio: aut putat se vidisse per nubila,id est nubiũ caligine:& sup. Æneas, demisit, id est deorsum misit lachrymas: & affatus est dulci amore.i,more dulciter amãtium:o infelix Dido:ergo,scilicet quia te hic offendo, nũcius verus.i.veridicus & vera nuncians, venerat mihi.i.ad me.f.nunciãs te extinctã,idest mortuam:& secutam extrema.i.vltima rerũ, hoc est mortẽ:quia Mors, vltima linea rerum est:ferro.i.gladio, in quẽ incubuerat. Heu,dolentis interiectio: ego fui tibi causa.i.occasio funeris,id est mortis,ego iuro per sydera,per superos,& per,sup.eam fidẽ si qua.i.aliqua fides est:sub ima.i,pfunda tellure, hoc est apud inferos:quod,sup.o regina,ego cessi de tuo littore,scilicet Carthaginensi,inuitus:quia deorum imperio coactus:sed si inuitus,miranda est amoris vis, quæ etiã tantum virũ irretierat. Sed iussa deũ,id est deorũ,quæ cogunt me nunc ire per has vmbras,id est per loca senta.i.squalida:situ,id est lanugine immũda:& mucore crescẽte in loco humido, per quẽ rarus est transitus:& per nocte profundã(Probatio est ergo a maiori & difficiliori: nam si iussa deum impulerunt ire ad inferos, facile potuerunt abstrahere a Carthagine in Italiã)hęc dicit,iussa deũ: egere, id est impulerunt me,sup.a Carthagine: fuis imperijs:nec quiui.i.valui, aut potui credere:ne ferre.i.adlaturum tibi,meo discessu: hunc tantũ dolorem, vt.f.teipsam interimeres:siste.i.firma.gradum.i.greſſum tuum,aut iter:& ne subtrahe, pro ne subtrahas te:nostro aspectu pro aspectui.Per hoc tacite significat eam ad verba Æneę fugam parasse.vnde addit, Quem fugis:hoc quod ego adloquor te,extremum.i.extremo loco: est fato.i.per fatum,aut per deorũ per missionem

Situs,

Universidad de Deusto Biblioteca

missionem:Æneas lenibat,pro leniebat.i.mulcebat, & mitigabat t.libus dictis.i.verbis:animum.f.Didonis,hoc est a parte totum, ipsam Didonem:aut simulachrum eius : ardentem.f.ira : & tuentem.i.inspicientem:torua.i.torue,hoc est minaciter , & terribiliter:& ciebat.i.prouocabat, potius ex se,q̃ ex illa , nam possumus & nos,ad lachrymas prouocare.Nam illa, scilicet Dido:auersa,scilicet ab Ænea,in signum indignationis:tenebat oculos fixos, solo,id est in terram:nec mouetur magis vultum.i.non habet magis motum vultum sermone incepto.f.ab Ænea:sed nõ completo:quia nihil respõdet,q̃ si silex dura stet.f.ante Æneam , hoc est statua ex silice:aut cautes,id est lapis durus,marpesia.i.paria,hoc est ex Paro insula:vbi marmor,candidum, & durum est.Ipsa corripuit.i.simul rapuit sese : tandem.i.post multam indignationẽ: & refugit inimica.i.infensa : in nemus vmbriferũ.i.frondosum: vbi Sichæus coniux:pristinus.i.prior:respondet illi curis.i.solicitudinibus amorum:& æquat.i.æqualẽ facit : amorem.f.suum, in illã,cum amore illius in se. Nec minus.i.nihilominus : Æneas perculsus.i.percussus,& afflictus:casu iniquo, quod.f.inuitus,& ignorans , ad mortem compulerat : prosequitur lachrymans , & miseratus est,id est misericordia prosecutus est:longe.i.per longum spatium:euntem,id est aufugientem , scilicet Didonem.De qua lectione addamus & illud Donati,quod, vt expositio textus e regione eius haberetur,superioribus detraximus,& in hunc locum recepimus.¶ Vmbram Obscuram.)Cum dicit,vmbram obscuram habuit aliquid luminis:id enim est obscurũ quod ostendit aliquam lucem:sed & maximas habet mistas tenebras.¶ Demisit lachrymas.)Non cogitauit flere:nam dolor verus,repentinos fletus,non coactus excludit.¶ Infelix Dido.)Personarum, & caussarum ratio habetur,Dido fuit aspera, propter recentis facti caussam,cuius quantus dolor fuerit,ostendit exitus.Acerbitas etiam vulneris,& aspectus authoris,dolorem duplicabat. Æneas aũt,se reum agnoscit,& interposita purgatione,factum fatetur.Infelix Dido ostendit dolorẽ,quod miserabiliter ferat,& augetur,quod ferro perierit.¶ Per sydera.)Firmamẽtũ ponit purgationis:quia apud illã, fide carebat:& quia hominum testimoniũ adhiberi nõ poterat , adhibet deorum.¶ Et siqua fides.)Quia nesciebat, quod genus iurisiurandi apud inferos esset, posuit generalem iurationem.¶ Inuitus.)Non te fugi sed potiorum iussis cessi.¶ De tuo littore.)Quasi dicat,mutaui locũ:sed de animo retinui.¶ Nec credere quiui.)Mendacio verisimili tutatur caussam.Ipsa,primo silendo,& se auertendo,& postremo fugiendo,ostendit iram.

PIERIVS.

¶Nec procul hinc.)In Ro.codici,& aliquot alijs manu scriptis, hic habetur:magis tamen placet, hinc:vt est in reliquis exempla. ¶Crudeli tabe peredit.)In antiquiorib.aliquot exemp.peremit, legiť:quod minime placet,cum,peredit,ideo proprium sit,quod amantum est mollis flãma medullas.¶ Is Phædram , Procrinq́ue.) Neq́ue illud placet quod in Roma.codic.Procnin , legitur . Non enim,Procne,locum habet inter amanteis.Sed,Procris. Cephali vxor.Præterea sumptum hoc ex Home.est, apud quem, φαίδρην τε πρόκριν τ' ἴδον.legitur.¶ His Laodomia.)In Roma.codic.& plerisque alijs manu scriptis , recte notatum est per a , vocalem primam,in media syllaba,Laodamia,ita enim Λαοδάμεια, apud Græcos,scribi neminem, vel mediocriter doctum ignorare crediderim , Quod vero Latini vocalem eam in o,mutarint , adhuc mihi non constat:auditurus vero haud grauate sum, siquis ab antiquo aliquo authore traditum id ostenderit.¶ Fato reuoluta.)In codi.quidem omnib.vulgatis , & aliquot ex his antiquiorib.reuoluta,scriptum est.In Roma.reuocata , legitur.¶ Primo quis.) In anti.plerisq́ue codic.qui , legitur : sed &,quis , reperitur.¶ Teque aspectu.)Quanuis nonnulli dicant codi.esse veteres , in quib. aspectui, scriptum inueniatur , ea quæ apud Virgi.frequentissima est figura.magis tamen placet, aspectu , per u,quia multa ea terminatione , acquisitiuo casu posita reperiuntur apud Virgil. Ciceronem,& Cæsarem.¶ Lenibat dict.)In cod.aliquot anti.lenibat per ει diphthon.in pene vltima scriptum obseruaui,vt in,veterum inscriptionib.deico , ameicus,& similia . Quo loco super. Priscia.ait , tertiæ & quartæ coniug.præteritum imperfectum a prima præsentis formari,o in e mutata, & addita,bam : excepto, eo,quod ibã,facit,& deriuatis. Antiquos vero , in his præsertim quartæ, loco venalium transmutato , pro i,& e,ει dipht.proferre solitos,vt leneibam,poleibã. Sed enim cum huiusmodi scriptionem,non in verbis tantum eius coniugationis & temporis , verum in alijs etiam , & in syllabis a formatione nõ pendentib.atque etiam in nominib.in præpositionib.& in aduerbijs reperiamus magis mihi placet Victorini sententia,qui refert Næuium, & Liuium Andronicum,cum longa syllaba scribenda esset , duas vocales posuisse, præterquam quæ in i literam inciderat:eam enim per ει,scribere maluisse. Quam vero differentiam in his Lucil.ponere commentus sit , quo distingueret similia voce, alibi ex Vellio Longo retulimus.¶ Auersa tenebat.)In codic.aliquot antiq. aduersa,legitur, quod minime placet.¶ Voltum sermo.)In codi. aliquot antiq.voltu , casu septimo legitur.Sed, vultum , quarto casu , figuratius est.¶ Proripuit sese.)In Roma.cod.in Oblon.in Medi.& plerisq́ue alijs anti.legere est,corripuit sese:tametsi, proripuit , placere magis video eruditus aurib.¶ Casu perculsus.)Veteres omnes cod.quos legi,fere passim,percussus,legunt.Videturq́ue mortales tot ætatib.differentiam neglexisse , quam inter perculsum,& percussum , grammatici statuere.¶ Prosequitur lachrymans longe & miseratus euntem est.)Vltima huius carminis dictio,est,nusquam in antiq.exemp.habetur.In Romano codi.versus totus ita legitur,Prosequitur lachrymis longe & miseratur euntem.Erat vero etiam in cod.Longo.miseratur:sed inde abrasum fuit,& miseratus , repositum . In Medi.Prosequitur lachrymas longe & miseratur euntem.sed,lachrymas, pro lachrymans,scriptum:vt sæpe reperitur in veterum monumentis.

SERVIVS.

¶Datum molitur iter)Peragit. Datum aũt:dixit, aut ratione fati , aut oblatum fortuito: quod τυχὸν dicunt.¶ Arua tenebant vltima.)Atqui multa adhuc supersunt : sed dixit quantũ ad y pertinet literã. In his enim quæ dixit , mista sunt virtutibus vitia . In his autẽ quæ dicturus est,nocentum pœnas a piorum segregat meritis. Nam inferi(vt diximus supra)humanam continẽt vitam , hoc est animam in corpore cõstitutã. Hęc autem quæ dixit, mista esse manifestum est.Licet enim in viris fortibus laudetur virtus, est tamẽ vituperabile alienũ imperiũ cædibus occupare. Item amare priuignum , crimen est,virtus,maritum.Alij distinctione mutata dicũt,Tenebant arua,quæ vltima viri fortes frequentãt, id est quæ possidẽt vltima.¶ Hic illic occurrit Tydeus.)Althęę & Oenei filius,quem in bello Thebano Menalippus extinxit. ¶Parthenopeus.)Menalippæ & Martis , siue Melanionis filius rex Arcadiæ , q Thebana bella puer admodum petijt. ¶Adrasti pallẽtis imago)Rex Sicyonis Adrast' primo fuit post Argiuorũ socer Tydei & Polynicis.Quod aũt ait Pallentis , aut epitheton est vmbrę:aut illud respexit quia in bello Thebano consumptis sex ducibus solus aufugit.Fugæ aũt comes semper est Pallor.¶ Hic multum fleti.)Id est nobiles, quorum mortẽ magna sequiť lamentatio.¶ Ad.) Pro apud.¶ Caduci.)Mortui a cadẽdo Vnde & cadauer dicitur.¶ Longo ordine.)Ingẽti multitudine,vt:Pueri & pauidæ longo ordine matres, non ad ordinem stante. Sane in minus est In lõgo ordine. In ingẽti multitudine.¶ Tris Antenoridas.)Multi supradictos accipiunt:qd' falsum esse Homerus docet,q eos cõmemorat.¶ Cereri sacrũ.)Sacratum : nomen pro participio. ¶ Idęumq́ue.)Quẽ aurigã legimus priami.¶ Etiam.)adhuc: vt,Quæ cura nitentes Pascere equos:eadẽ sequiť Tellure repostos.¶ Vsq́ue.)Diu : & est aduerbiũ.¶ Trepidare.)Pro trepidabãt.¶ Ceu quondã petiere rates.)Ostendit vitia nec morte finiri.¶ Frustrať hiantes)Decipit clamare cupiẽtes. Nec nos moueat qd' alijs vmbris verba dat:his silentiũ.Timorẽ.n.exprimit , qui viuis quoq́ue adimit vocẽ:vt,Obstupui,steteruntq́ue comę,& vox faucib' hæsit. ¶ Deiphobũ vidit.)Qui Helenã duxerat , mortuo Paride.Ad cui' domum primũ ire necesse erat . vbi fuerat causa bellorũ : vt,Iam Deiphobi dedit ampla ruinã,Vulcano superante, domus.¶ Lacerum.)Pro laceratũ.Id est habentẽ ora dilacerata.¶ Populata.)Vastata,idest deformia sublatis auribus.¶ Truncas.)Truncatas.¶ Inhonesto.)Turpi.Terentius,Illum ne obsecro inhonestum hominem , quem mercatus est here,senem , mulierẽ?¶ Pauitantem.)Ne agnosceretur timentem.¶ Tegentem.)Tegere volentem . Nam truncatis manibus qd tegebat? Tegere autẽ est celare:vt econtra nudare est indicare.vt Traiectaq́ue pectora ferro Nudauit.¶ Notis vocibus.)Amicabilibus.¶ Optauit sumere .) Elegit vt sumeret. ¶ De te.)Pro in te.¶ Rhœteo in littore.)Vbi erat asylum Aiacis:sicut in Sigæo,Achillis.Et bene illic quasi vbi tutatus esse potuerã. Sane Rhœteium dicitur : & facit Rhœteum.sicut etiã Cythereia, & Cytherea.¶ Et arma.)Depicta scilicet.¶ Seruant.)Tenent.¶ Te.) Tuum corpus:vt,Nunc me fluctus habet.

Tegere nudare.

Inde datum molitur iter.iamq́ue arua tenebant
Vltima:quę bello clari secreta frequentant.
Hic illi occurrit Tydeus,hic inclytus armis
Parthenopęus,& Adrasti pallentis imago.
Hic multum fleti ad superos,belloq́ue caduci
Dardanidæ.quos ille omnes longo ordine cernens
Ingemuit,Glaucumq́ue,Medontaq́ue,Thersilocumq́ue,
Tres Antenoridas,Cererique sacrum Polybetem,
Idęumq́ue etiam currus,etiam arma tenentem,
Circunstant animę dextra,leuaq́ue frequentes:
Nec vidisse semel satis est,iuuat vsq́ue morari:
Et conferre gradum:& veniendi discere causas.
At Danaũ proceres,Agamemnoniæq́ue phalanges,
Vt videre [illegible]um,fulgentiaq́ue arma per vmbras:
Ingenti trepidare metu:pars vertere terga,
Ceu quondam petiere rates:pars tollere vocem
Exiguam:inceptus clamor frustratur hiantes.
Atq́ue hic Priamiden laniatum corpore toto,
Deiphobum vidit,lacerum crudeliter ora:
Ora,manusq́ue ambas,populataq́ue tempora raptis

Auribus,& truncas inhonesto vulnere nares.
Vix adeo agnouit pauitantem,& dira tegentem
Supplicia:& notis compellat vocibus vltro.
Deiphobe armipotẽs,gen' alto à sãguie Teucri, Æ.
Quis tam crudeleis optauit sumere pœnas?
Cui tantum de te licuit?mihi fama suprema
Nocte tulit,fessum vasta te cęde Pelasgum
Procubuisse super confusæ stragis aceruum.
Tunc egomet tumulum Rheteo in littore inanem
Constitui:& magna maneis ter voce vocaui:
Nomen,& arma locum seruant:te amice nequiui
Conspicere:& patria decedens ponere terra.

DONATVS.

¶Inde datum molitur iter,)Illa dixit,quę fuerãt fatis vlteriora.scilicet vsus gradu superlatiuo,hęc separatim fuerant deputata his, qui magni inueniebanť fuisse in exercitatione bellorũ.¶ Hic illi occurrit Tydeus.)Hoc specialiter posuit , addens.¶ Hic multũ.f. ad.s.)Pro merito scilicet virtutis suæ, magnũ viuis reliquerãt luctum.cum aduersantibus fatis pro patria cecidissent.¶ Belloq́ue.c. Dardanidę.)A speciali enumeratione singulorũ, transijt ad generalitatem.vt plurimos illic Troianos esse memoraret.¶ Quos ille omnes longo ordine cernens Ingemuit.)Ingemuit, ad oẽs pertinet.nõ.n.solum doluit propter Glaucũ,cum oẽs,quorũ nomina cõplexus est,habuisset æquales.Cereri sacrum Polybetẽ dixit, vt ostẽderet numina cultores suos in causa mortis iuuare nõ posse, qui perierat,q Cereri fuerat cõsecratus.Idæũ vero talẽ vidit, qualis fuerat in vita.is.n.duo officia sustinens tenebat arma,regebat & currũ , quarum rerũ studiũ apud superos habuit.¶ Circunstãt animę.d.l.)Ab vtroq́ue latere circũstabãt animę maximi numeri. ¶ Nec vidisse semel satis est.)Tãti meriti fuerũt quorũ animæ obtutibus Æneæ offerebanť, vt eas semel vidisse nõ sufficeret.tãtus fuit dolor, tñ videndi desideriũ.¶ Iuuat vsq́ue morari)In internis tenebris & squaloribus delectabať, aliquas moras innectere.¶ Et cõferre gradũ)Ex vtraq́ue parte vnum desideriũ fuit vidẽdi,deambulandi,& cõfabulandi.erat tñ aliquid amplius,quod animę nosse cupiebant.¶ Et veniẽdi di.causas.)Vt diceret Æneas,quæ eum causæ ad inferna duxissent.interea,quod ait,hic multũ fleti ad superos,de oĩbus videtur dixisse,quos nominatim,vel sub generalitate cõplexus est.¶ At Danaũ proceres.)Dixit plurimos Troianorum illic fuisse,quos Troia perdidit in excidio suo.esset q́ppe crimen maximũ victi , si de hostibus cęsis poeta tacuisset.hos nõ tantũ non præterijt , verũetiã prope omnes interisse testatus est, addens dignitates,& inæstimabilẽ significans numerũ.Danaum, inquit,proceres.i.nõ tantũ honore,verumetiã exercitatione bellandi potiores.agamemnonięq́ue phalanges,exercitus quoq́ue Agamemnonis,vt si Græci apud inferos viderentur,quasi oẽs illo ex Achaia migrasse.Principũ Græciæ, & Agamemnonis exercitus fecit cõmemorationẽ.cum laude nonnulla gloria est.Hi igiť, vt viderunt virũ non contemnendũ,& eum, quem bene nouerant,& qui de fiducia fortitudinis ad inferos tetẽdisset, nõ mediocriter sunt territi.vnde intelligebatur quod metuerẽt.qui cum hominem, atq́ue eius vidissent arma ipsius quoq́ue ,timebant fulgorem. ¶ Pars vertere terga.)Fugiebant sicut in Troia fecerunt , cum ad naues cõcurrerent salutis desperatione cõpulsi,alij vero volebãt clamorẽ tollere, cum nõ esset clamãdi substantia.deniq́ue in ipso conatu deficiebant,dantes nõ vocẽ.sed exiguum sonum. descriptio Græcorũ nõ inaniter posita est,primo omnium, vt ostẽderet,quot millia ex ipsis cecidisse viderenť, nulla quippe victoria est sine calamitate victoris.deniq́ue apparebat mãsisse cum ipsis metum, quem apud superos habuerunt, cum expugnaretur Troia.meminerat.n.poeta se dixisse. Diffugiunt alij ad naues , & littora cursu Fida petunt,pars ingentẽ formidine turpi Scandunt rursus equũ,& nota conduntur in aluo.Vbiq́ue firmat Virgilius dijs aduersantibus, non virtute Gręcorum superatum esse imperium Troiæ.deniq́ue & hic timidos & fugaces Græcos , assignat.quibus vsq́ue adeo timor statum mentis præripuerat,vt crederẽt Æneã iccirco apud inferos armatũ incedere, vt Græcos etiam mortuos insequereť. Fugiebant,inquit,alij,alij mittebãt exiguam vocẽ,& cum vellent aliquid dicere , in ipso vocis defectu patenti ore remanebant,nõ sequẽte vocis officio.Troianos laudauit,& ostẽdit timidos Gręcos,perindeq́ue imbelles. nullus enim hostem nisi imbellis fugit. ¶ Atq́ue hic Priamidẽ.)Tanta detrimentorũ corporis deformitas fuit,vt hunc ciuis notus & affinis agnoscere non potuisset,abscissus quippe fuit,& obtruncatis,inquit,auribus , qui vt Æneã vidit,erubuit. Voluit deniq́ue fœditatẽ suam toto corpore sparsam tegere,nec tñ potuit,quia deerãt manus,quæ hoc procurare potuissent.intelligi tamẽ potest,quid sit,quod ait,tegentẽ.ait enim totum se subtrahere conatus est,aut totũ auertere.hoc.n.genere potuerunt vitia eius nõ videri,sed cum ante esset agnitus, Ænea præuidente paranti fraudẽ argumento vocis occurrit,hęc ingerens prior.¶ Deiphobe ar.)Principia ista non tam interrogantis sunt,sed potius admirantis,& dolentis.deniq́ue sequiť.¶ Quis tam crudeles.o.s.p.)Cum te,inquit,in vita sciam fuisse in armis potẽtem,& prestantem genere,atq́ue inter Troianos fortissimũ,primũ miror,quis iste sit,qui te extitit fortior,tantãq́ue exhibendarũ pœnarum habuit potestatẽ , quia malorũ inspectio euidens fuit,nõ quęsijt,quid factũ esset,sed facti ipsius nosse cupijt authorẽ,admiratio ipsa multiformis fuit,primo cogitare potuisset tot aduersa,vel talia, cum vir fortis sibi potuisset assistere.dehinc ausus impleri:tertio vsq́ue ad totius corporis supplicia proueniri.¶ Mihi fama su.N.t.)Retulit mihi, inquit fama,cum suprema nox agereť, qua Ilium cõcidit.¶ Fessum vasta de cæde.)Dixit laudem ipsius, asserendo cũ certaminis labore,& cædibus fessum super aceruos hostium procubuisse,nõ dixit occisum cecidisse,sed quasi procubuisse lassatum.¶ Tunc egomet tumulũ.)Erexi , inquit , honoris tui causa tumulum sine funere.quia confusus fuisti corporibus hostiũ nec inquisitus reperiri potueras.nomen tñ tuum vocaui solẽniter.ecce amici animus.ego inquit, pro me suprema tua cõpleui,non alijs facienda cõmisi.solent res nõ rectius peragi,quæ curanda audiantur.¶ Nomen,& arma.l.s.)Signatus est locus ipse nomine tuo,& arma illic,cum tui vocabuli appellatione decorata sunt,vt qui eadem viderint , arbitrẽtur tui quoq́ue funeris illic ossa recondita.¶ Te amice nequiui Cõspicere.)Feci ait , nõ quod volui , sed quod potui optaui eum te reperire , & in solo patrio tuas reliquias condere , quod quia non prouenit, inueni remedium doloris,ne memoria tua inhonorata remaneret.

ASCENSIVS.

¶Inde datũ,&c.)Docet quomodo progrediendo ad quintũ circulum peruenerunt,in quo bellatorum sunt animę:nam & Martius furor dicitur:sicut & amorum.Nõ ergo sola bellandi gloria purgatas facit animas,& ad Elysios ducit.Nam, qui bello etiã iusto insudant,multa sæpe detestanda cõmittunt:quia tñ,neq́ue omnino reprobandi sunt,qui arma tractant:nec approbandi,nõ dicuntur:aut in summo sinistræ partis literæ Pythagoricæ:neq́ue in summo dextrę. De qua re dicit Donat.sic.¶ Multũ fleti)Quia propter suas virtutes,magnum reliquerant luctum.¶ Sacrũ Polybeten.)Ostendit numina:suos in morte iuuare non posse.¶ Proceres.)Non tantum ordine, sed meritis Phalãges:ac si tota Græcia, ad inferos migrasse videretur.Ostendit igitur, quãtũ Æneam hostes fecissent in bello:ostendit etiã, non sine multa sua cęde vicisse Gręcos.¶ Tegentem.)Non quia posset manibus:sed,quia toto

Virgi. uu se corpore

Universidad de Deusto Biblioteca

se corpore subtrahere conabatur: aut: totum auertere. ¶Quis.) Non tam interrogantis hæc sunt, q̃ admirantis, & dolentis. Admiratur primo, cogitare quempiã potuisse, tot aduersa supplicia in viro tam forti: deinde, quod ausus esset implere: deinde, quod totum corpus supplicio insectatus esset. ¶Fessum Procubuisse super aceruum.) Magna laude afficit. non enim dicit, occisum: sed, procubuisse lassatum. ¶Egomet.) Quasi dicat non aliis commisi. ¶Inanẽ.) Quia inter hosteis confusus iacens, reperiri non potuisti. ¶Te amice.) Feci, quod potui: nõ quod volui: quia te reperire non potui. Hæc ille.

Ordo. ¶Ordo est. Æneas molitur, id est cum molimine, & summo conatu pergit. Inde, id est deinde: aut potius, ab eo loco: iter datum, id est concessum sibi a fatis: cum cęteris negatum sit, ab eo vno circulo, transire ad aliũ, nisi purgatione facta: & tenebãt iam arua, quæ vltima, id est quas vltimas parteis: aut, quorũ vltimas parteis, clari bello frequentant secreta: aut (secundum Seruium (tenebant vltima arua, scilicet purgandorum: hoc est, quorum operationes, habent mista virtutibus vitia: quę. s. loca: secreta, id est seposita ab aliis locis: clari bello frequentant. i. habitãt, & colunt frequẽter: Tydeus, pater Diomedis, & filius Ænei occurrit hic. i. hoc loco: illi. s. Æneæ: & Parthenopeus, filius Atalantę (vt Beroaldus docuit supra, ad illud, Tristisq; senectus.) inclytus, id est gloriosus, & clarus armis, sup. occurrit illi hic: & imago Adrasti pallentis. s. præ timore, quia aufugerat: hic, sup. occurrunt, illi Dardanidę, multum fleti, ad superos. i. nobiles, quorum mors fletibus honorata est: & caduci. i. qui ceciderũt bello. i. per bellũ aut, in bello: quos ille. s. Æneas, cernens oẽs longo ordine: ingemuit. i. multum gemuit. s. Glaucum, Medonta, & Thersilo-

Glauc⁹ chum viros illos, Troianis olim fautores. Glaucus enim erat Liciorum ductor: cuius singulare certamẽ describit Home. li. Ilia. vi. dicẽs, eos infecta pugna desiisse, mutatis armis aureis Glauci, pro ferreis Diomedis: vt Hora. j. ser. meminit. Fuit autẽ (teste eodem Home. lib. ij. Ili.) quidam Medon, filius nothus Oilei, ex matre Rhena: sed hic de Troiano loquitur. Fuit item Ideus, quidam filius Darethis, cuius idem meminit. Fuit & alius filius Priami cuius etiam meminit, dum introducit Priamum venisse in castra

Polybetes Achillis. Polybetes autẽ, fuit sacerdos Cereris: vnde in. ij. dictum est, Templumq; vetustũ desertæ Cereris: interfecto. s. sacerdote. Et, supp. vidit hic, treis Antenoridas, id est Antenoris filios, qui sunt Archelocus, Acamas, & Elycaon: & Polybetẽ sacrum. i. sacratum Cereri: & Idęum: Priami aurigam tenentẽ, etiam. i. adhuc. s. apud inferos, currus, & etiam arma. Animæ frequentes. i. crebræ circunstant, dextra, & lęua. i. sinistra. s. parte: nec satis est: vidisse semel: sed iuuat. i. delectat: vsq; id est continuo immorari: dubium aũt videtur, an Æneam delectet vidisse animas: an animas, Æneã: sed potius dixero, q̃ animæ affectauerint videre Æneam, quia sequitur &, sup. iuuat: conferre gradũ. i. congredi: & discere causas veniendi id est cur Æneas aduenerit. Et proceres Danaum, id est Græcorum: & Phalanges Agamemnonię id est quasi totius exercitus, qui sub Agamemnone stipendia fecerãt: vt idest postquã: videre virum. s. Æneã, adhuc virum: & arma. s. eius fulgentia per vmbras: trepidare, pro trepidabãt: aut, cœperũt trepidare ingenti metu. Pars, supple cœperunt vertere terga: ceu id est veluti: petiere quondam rates idest naueis suas: pars, idest partim ipsi, supple cœperunt: tollere, id est eleuare, vocem exiguam quia veram vocẽ, vmbræ non habent: vnde clamor inceptus frustratur hiantes. i. facto hiatu, clamare putantes. Si tamẽ nullus vagitus ploratus, aut vox fuit apud inferos: non etiã potuissent loqui. Atq; ipse Æneas, vidit hic. i. in hoc campo bellatorũ Deiphobum (quia Græce, Deiphobos dicitur: nõ scribetur, Deiphobus: sed quatuor syllabarũ est Priamidẽ. i. filium Priami, ex Hecuba laniatum toto corpore: & lacerũ ora crudeliter. i. habentẽ ora crudeliter, & inhumaniter lacerata: ora (dicit) & ambas manus: & tẽpora. i. partes capitis, secundũ auriculas: populata. i. spoliata, & denudata: aurib. i. auriculis: raptis. i. ablatis: & nares. i. nasi meatus: truncas. i. truncatas: vulnere inhonesto. i. turpi: quia honestũ, pulchrũ vocamus. Ipse vix. i. cum difficultate: adeo. i. oino: agnouit, sup. eũ: pauitantẽ. s. prę rubore: & tegentẽ dira supplicia. i. plagas dire illatas, pro supplicio: & cõpellat. i. adloquiẽ, cũ appellatione eius: vltro id est priusq̃ ille se offerret vocib. notis. i. sermone patrio: aut proprio noie o Deiphobe, armipotẽs gen⁹. i. progenies, ab alto sanguine Teucri: quis optauit sumere de te tã crudelis pœnas? q. d. immanissimus nimirũ fuit: & si forte talis reperiri potuit, q vellet: cui licuit. i. cui permissum est a diis, tm̃. s. pœnarũ sumere de te? q. d. etiã, siquis voluisset, deos tñ permittere nõ debuisse. Fama tulit. i. detulit: mihi. i. ad me, te fessum suprema nocte. i. cum Troia excideret, de vasta cæde. i. occisione: Pelasgum. i. Græcorũ, quos occidisti: procubuisse super aceruum. i. cumulũ stragis. i. stratorũ: cõgregationis cõfusę. i. mistę, ex nobilib. & ignobilib. ex amicis inter se, & inimicis. Egomet. i. in propria (vt dicunt) persona, nõ habens fidem alteri: cõstitui tunc. s. postq̃ id audiueram: tumulum inanem. i. cenotaphiũ: sepulchrũ simulatum, quod pro vero erat dum cadauer haberi nõ poterat: in littore Rheteo. i. Rhetei promontorii Troiani, & vocaui ter, magna voce: maneis. s. tuos. i. spiritus vagos, vsq; ad exequias sepulturę, secundum Ethnicos. Nomen. s. tuum: & arma. i. insignia tua: seruant locum. s. sepulchri: o amice, ego nequiui cõspicere te. i. simulachrũ tuum: aut corpus tuum & ponere illud terra patria, decedens, id est cum decederẽ: terra patria. i. de patria mea. potest enim bis construi.

PIERIVS.

¶Cerericq; sacrũ Polybetẽ. (Nominis huius proprii, pene vltima varie scribitur in antiq. codi. Nam & Polypœten, & Polybutẽ, & Polybotẽ legas: præter varietates alias, quæ vulgatis in cod. existunt. Sane quidem πολυμοίτης, propriũ viri nomen apud Græcos. Sed hic Perithoi filius: vt Home. Ἰλ. μ. τὸν μὲν … κρατερὸν πολυποίτην. Qui quidem in Troianorũ comitatu quid agat, non video, neq; succurrit nunc inter Troianos nomen id positum. Alia vero forma, & significato, πολυβούτην est: inde sibi forte Virg. nomen ex cõmodo suo confinxerit. Neq; enim ita se Latini Gręcis addixere, vt nõ ius sibi esse voluerint, nõ tantum literas & syllabas, verũ totum etiã interdum nomen, quod ab ipsis mutuo caperent variandi. ¶Idæumq; etiam currus etiã arma tenentem.) In Ro. codi. currũ, vnitatis numero, absq; vlla collisione legitur: & ita prius in quibusdam aliis legebaẽ, qui tunc abrasi sunt: nõ ita tamen, vt nõ, curruum, antiquã lectionem inspicias. Probus tamen (vt alibi diximus) Virgiliũ ait huiusmodi concursum, nisi faceret synalœphã summa vitasse diligentia. ¶Veniendi discere causas.) In antiquis codi. Ro. & aliquot aliis, poscere causas, legitur: eodẽ modo, quo etiam in, id est legi ostendimus. ¶Vasta de cęde.) Antiqui omnes cod. legũt, vasta te cęde: pronomine secũdę personę accusatiui casus interposito. ¶Rheteo in littore.) In Ro. cod. absq; prępositione Rheteo littore, scriptum est: nõ ita in aliis: & longe melius ea inserta sonat. ¶Nomen & arma locum seruant.) In Longo. cod. locus, nominatiuo casu legitur. sed ita, seruat. etiam singulare esse debuisset: locum, tamẽ quarto casu, castiorem esse lectionem ostendit: locus alter in. vij. Et nunc seruat honos sedem tuus, ossaq; nomẽ, Hesperia in magna, siqua est ea gloria, signat.

SERVIVS.

¶Omnia soluisti.) Quia cõstituto tumulo manes vocauit. ¶Et funeris vmbris.) Sepulturæ meæ vmbris. Nam funus illic esse non potuit, Vbi nec cadauer quidem fuerat. ¶Fata mea, & scelus exitiale Lacænæ.) Secundum Mathematicos qui dicunt etiam inimicitias ex fato descendere. Vnde ista coniunxit fatum & scelus Helenæ, per quæ ibi mors contigit. ¶Monumenta.) Sermo medius, dictus ab eo quod moneat mentẽ. Vnde est hic de malis. Econtra in tertio. Manuum tibi quę monumẽta mearũ. ¶Egerimus.) Ri metri necessitate corripuit. ¶Meminisse necesse est.) Cicero, Cui placet, obliuiscitur: cui dolet, meminit. Ergo quia dolet, meminerit necesse est. ¶Fatalis.) Mortifer: vt, Fatiferũq; ensem. ¶Super ardua venit Pergama.) Aut q̃ in arce est posit⁹: aut quia deiectis muris supra tractus est. ¶Grauis.) Grauidus. vt, Grauis tentabũt pabula fœtas. Supra autem dixerat, Fœta armis. ¶Euãteis.) Euãteis Phrygias: aliter nõ stat versus. Euãteis

Atq; hic Priamides: Nihil o tibi amice relictũ ẽ: PO. DE.
Omnia Deiphobo soluisti, & funeris vmbris.
Sed me fata mea, & scelus exitiale Lacænæ
His mersere malis. illa hæc monimenta reliquit.
Nanq; vt supremam falsa inter gaudia noctem
Egerimus, nosti: & nimium meminisse necesse est:
Cum fatalis equus saltu super ardua venit
Pergama: & armatum peditem grauis attulit aluo.
Illa chorum simulans, Euanteis Orgia circum
Ducebat Phrygias: flammam media ipsa tenebat
Ingentem: & summa Danaos ex arce vocabat.
Tum me confectum curis, somnoq; grauatum

teis autem Bacchantes: a Libero qui Euan dicitur. Chorũ aũt ait multitudinem in sacra collectã. ¶Circũducebat.) Diuisit in duos versus vnã partem: sed ideo quia est cõposita. Lyrici vero etiã incompositã partẽ orationis in duos diuidunt versus. ¶Cõfectum curis.) Atqui vacauerat gaudiis: sed illud ostendit quod ait Statius, Stant veteres ante ora metus. Nam curę ferebãtur suo impetu ex pristino bellorum tumultu. Alii hanc ipsam curã volunt: quod habebat cõiugem perniciosam maritis. Vnde sequitur, Egregia interea cõiux, per Ironiã.

Infelix habuit thalamus: pressitq; iacentem
Dulcis & alta quies, placidæq; simillima morti.
Egregia interea coniux, arma omnia tectis
Emouet: & fidum capiti subduxerat ensem:
Intra tecta vocat Menelaum: & limina pandit.
Scilicet id magnum sperans fore munus amanti:
Et famam extingui veterum sic posse malorum.
Quid moror? irrumpũt thalamo. comes additur vna
Hortator scelerum Aeolides. dii talia Graiis
Instaurate: pio si pœnas ore reposco.
Sed te qui viuum casus, age fare vicissim
Attulerint. pelagi ne venis erroribus actus?
An monitu diuum? an quę te fortuna fatigat?
Vt tristeis sine sole domos, loca turbida adires?

¶Vocat Menelaum & limina pandit.) Ante pandit, & sic vocat: vt. Subeunt luco fluuiumq; relinquunt. ¶Id magnum sperans fore munus amanti.) Putauit se vitia præterita præsentibus posse cęlare, quod etiam sequens indicat versus. ¶Æolides.) Vlysses quia vbiq; talis inducitur. Nam Anticlię filius est, quæ ante Laertę nuptias clam cum Sisypho Æoli filio cõcubuit. Vnde Vlysses natus est. Hoc ei etiam in Ouidio Aiax obiicit, Quid sanguine cretus Sisyphio. Alii Ilidem legunt, de quo nusquam legimus. ¶Si.) Siquidem. ¶Vicissim.) Quia ipse narrauerat. ¶Pelagi ne venis erroribus actus?) Non ad inferos sed ad locum in quo inferorum descensus est: id est ad Auernum, si intra terram sunt inferi. Alii altius intelligunt, qui sub terra esse inferos volunt secundum chorographos & geometras, qui dicunt terram σφαιροειδῆ esse, quæ aqua & aere sustentatur: quod si est, ad Antipodes potest nauigatione perueniri: quia quantũ ad nos spectat, inferi sunt, sicut nos illis. Hinc est q̃ terram esse inferos dicimus: quanquam illud sit, quia nouem cingitur circulis. Tiberianus etiam inducit epistolam vento allatã ab Antipodibus, quæ habet, Superi inferis salutem. qua occasione tractat reciprocũ hoc quod diximus supra. Nam prudentiores etiã animas per μετεμψύχωσιν dicunt, ad alterius climatis corpora trãsire: nec in eo orbe versari in quo prius fuerint. vnde ait Lucanus, Regit idẽ spiritus artus Orbe alio longæ canities si cognita vitæ. Sciendum tamen Homericum esse. Nam & illic Elpenor similiter Vlyssem interrogat. ¶Sine sole domos.) Non est contrarium, Solemq; suum sua sydera norunt. Illud enim de campis Elysiis dicit.

DONATVS.

¶Atq; hic Priamides.) Intelligitur respõdit. ¶Nihil o tibi amice relictũ.) Hoc est, plene gratias agere, vt quod Æneas asseruit munus factũ iuxta illius exequias, propterea, quia corpus eius inuenire nõ potuit. Deiphobus diceret satis abundare, quod factũ est primo quæsiit Æneas, quis author fuisset deformitatis eius, dehinc retulit se cõstituisse ei sepulchrũ honoris causa. sed illic cum responderet, quoniã supremę honorificentię potior fuerat causa, huic primo respondit, ostẽdere se gratias agere beneficii eius. deinde rediit, ne ferret, quis pœnarũ in toto corpore author videretur extitisse, vel quo ordine fuisset tanta perpessus. Incipit ergo seriẽ referre gestorũ. ¶Sed me fata mea &c.) Duo, inquit, detestanda in vnũ conuenerant, tempus, & fatum satis aduersum, his accesserat vxor pessima, quod ait Lacænę, illic cõstituit omnẽ vituperationem. ea enim, & in omnibus probrosa significatio. si enim Sinonẽ vel Vlyssem dixeris, mox mendacẽ hominẽ vel factiosum ostẽdis. si a gentibus, vel locis, vel parẽtibus tradere volueris nomen, mox dabis intellectum, bonus ne quisq;, an malus videatur, a gentibus, vt est. Infandũ regina iubes renouare dolorem, Troianas vt opes & lamentabile regnum Eruerint danai. a locis, Hic itachus vatem magno calchanta tumultu. a parẽtibus, Bellum etiã pro cęde boum, stratisq; iuuencis Laomedonciadæ. hæc & laudibus obseruanda sunt, a regionibus, vt est, Postquam res asiæ. a locis, dicite dardanidę, hoc est nati in dardania. a parentibus, Sate sanguine diuum. Ita est ergo, & lacænæ, quasi oẽs, quę inde oriuntur, tales sint, vt decipiant maritos, & fallant. Expletis principiis in quorum breuitate, & personã expressit, & causam. incipit malorum ipsorum prestare rationẽ. dicturus igiẽ, & dormiens deceptus fuit, prætendit excusationẽ, ne viro forti illo vel maximo tempore criminosum esset sic dormiuisse, vt suppliciis innumeris opportunum se faceret. Hic ergo, loci, tẽporis, & personæ ratione seruata tuetur partes suas, & vxoris grauat. ¶Nanq; vt su. f. i. g. noctẽ.) Fecit noctis cõmemorationẽ, & adiecit signa eius, vt apertius Æneas agnosceret, de qua nocte ille loqueretur. Supremã dixit, quia ipsa conclusit exitium Troiæ, & iliensis imperii. Addidit aliud, cum gauderent, inquit, omnes, & ego cũ omnibus, quo tẽpore inter gaudia nihil sperareẽ aduersi, rediit ad signa. ¶Cum fatalis equus.) Ecce significat tempus, meministi, inquit, noctis illius. quoniam mala in obliuionem venire non possunt. Tunc cum equus ille vltimũ nobis & patrię interitum ferret, & nostras duceretur in portas, ac nobis nihil aduersi suspicantibus inimica gratulatio esset. ¶Illa chorum. s.) Hoc est cõmunem se nobis congratulationẽ habere confingens. ¶Ouantes. o. c. Du. phrygias.) Ad pulchritudinem mulieris, phrygias dicit, & ludũ fingere, Gręcis vocatis e summo arcis face, quã ipsa tenebat ardentem, nec supra nomen eius propter odiũ nimium dixit, neq; hic eam nominauit, vt Helenã diceret, sed dixit illa, dixit Lacęna. ¶Tum. m. c. curis) Cum me, inquit, cura & fatigatio corporis, tempusq; duxisset in somnũ, iacebam in cubiculo meo, & infelix thalamus tenebat dormientẽ. bene infelicem thalamũ dixit, cum malo fato talem duxisset vxorem: vel in quo tot supplicia pertulit. Hæc facta sunt, inquit, cum me alta quies tenuisset, & iacerem pro mortuo, grauius dormirem cogitationibus fractus, & æstibus animi fatigari etiã Salustius dicit, Vti animum, inquit, ægrum solet, somnus cepit. hæc asseruit Deiphobus, quę nõ fuerunt criminosa viro forti. quid enim metueret eo tempore, quo publica lętitia fuit? Cur non dormiret, cum nox quietem suaderet? quid formidinis gereret cõstitutus in cubili suo. excusauit ergo plenissime se, & ab omni reprehẽsione discreuit, q̃ alto sopore dormierat temporis scilicet & loci cõmemoratione decursa, venit ecce, vt ostẽdat prorsus, nihil se metuere debuisse. ¶Egregia. i. c.) Nec hoc loco dixit, nomen eius, sed, quod est grauius, matrimonii vocabulum posuit sanctũ & religiosum, & quod inuiolatũ deberet existere. nec ademit ei quod fuerat, vt eo detestabilior teneaẽ, q̃ coniugii fœdera sic diripuit, ac prodidit. egregia interea coniunx. cum dicit egregiã, sequentia probant, non laudis, sed vituperationis causa positum. potuit enim & laudem significare. ¶Arma omnia. t.) In sceleribus erudita, primo, inquit, omnia mihi arma subtraxit, & ipsum ensem, in quo habere potui vltionem fidam salutis meæ, hoc consilio, vt si insidias sensissem, subsidiũ mihi defensionis non suppeteret. ¶Intra tecta vocat. m.) Coniux, inquit, & non dixit mea, perindeq; multorũ. fuit enim Menelai dehinc Paridis, & tũc Deiphobi, quæ nec ipsum charũ habuisset, cui primo fuerat iuncta. quæq; nesciret vxoris affectũ, hostem cõmunem omniũ & specialiter meũ in execratum cubiculũ misit, velut satisfactura ei pro veteribus sceleribus suis, cui primo mutauerat fidem, & suppliciis meis pensatura, quæ detestanda cõmiserat. quasi violata matrimonii sanctitas emendationẽ illam posset admittere. Fertur enim cum cõsensu proprio per imaginariũ raptũ eam cum Paride ad Troiã peruenisse, deniq; fit huius rei & in primo libro cõmemoratio, hoc modo, Munera præterea iliacis erepta ruinis ferre iubet, pallã signis, auroq; rigentem, Et circuntextum croceo velamẽ acantho Ornat⁹ argiuæ Helenę, quos illa Mycenis Pergama cũ peteret inconcessosq; hymenęos, Extulerat, matris Ledę mirabile donum. quæ vtiq; non ferret, nisi dispositũ habuisset discessum: quod ipsum & sic Virgilius monstrat. Pergama, inquit, cum pergeret, inconcessosq; hymenæos peteret, dixit non vt per raptum abstractam: sed vt consensu proprio iunctam esse monstraret. peteret bis accipiendum est, licet semel positum videatur. Ipso verbo Salustius vsus est, cum diceret. Libido accẽsa sic, vt sępius peteret viros, q̃ petereẽ. hoc genere, & hic intelligẽdum est, pergama cum peteret, inconcessosq; hymenęos peteret vt sine aliqua violentia ad Paridẽ vel ad Troiam venisse noscatur. hoc enim vult firmare Virgilius ex persona Deiphobi, nullam fidẽ illam seruare tertio marito potuisse. quia nec primo eã valuit exhibere, vt probaret, quod supra dixit. Egregia interea coniux. quoniam cõsueuerat

Universidad de Deusto
Biblioteca

maritum fallere & fallendo decipere.¶Quid moror?irrumpūt.) Hoc est cum violentia erumpunt,cæterum si vis non esset,ingrediuntur nō fuerat dicendū. Intelligendum est etiam ipsam cum ipsis fuisse,quoniā nesciebant vbi Deiphobus requiesceret.ac sola vxor poterat nosse.¶Th.co.ad vna.)Vxor pessima, & maritus proprias iniurias gemens,ęolides author malorum, & hortator scelerum in vnū,inquit,conuenerant in perniciē meam.Dij talia graijs &c.)Pulchram fecit apostrophem,& multa continentē.fossi ait,dij potestis esse huius sceleris vindices, quo innocens perij, qui talia rependatis graijs, qualia in meam exercuerūt perniciē: Græcos generaliter maledicto suo collegit:non quo oēs ipsi mala intulissent:sed vt genus ipsum penit⁹ interiret.vnde talis vxor, & tales inimici tam sæui tamq; crudeles viderentur exorti,inuasisse in cubiculum retulit,& prætermisit,quæ consecuta sint: vel quia in promptu supplicia fuerint,quæ illis sæuiētibus pertulit: vel quia malorum ipsorum relationes horrebat.Quippe melius fuit preterire superflua,q̄ referre dura,& quę offerebantur aspectibus.potest tamen,quæ poeta nō complexus est verbis, videri demonstrasse Deiphobum,cum diceret.dij talia graijs instaurate vtiq; talia, quæ sibi illata monstrabat.ecce respondit propositis, dixit quod quęsiuit Æneas, qui esset pœnarū author.quid autē factum esset,quoniā aspectibus suberat, dictum non est.¶Sed te, qui viuū casus &c.)Audisti,inquit,casus meos: etiā ipse vicissim refer, casus ne te ad inferos viuum miserint.an dij compulerint adire tenebras,an fortuna hoc etiam tibi laboris impegerit,vt loca tristia & sole carentia penetrares,& quæ nihil aliud præter caligines habeāt?quesijt ista Deiphobus:sed Ænee responsionē optimo consilio poeta præterijt, ne rebus propter quas ventum fuerat mora prolixior fieret.vel ne repeterentur ea quę superius dicta sunt:sed nec Æneā fecit negasse responsum.interuenit enim interdictio sibyllæ:quæ cum videret diem labi fabulas omnes & moras abscidit.tamen dat illi humanitatis partes iustas.

ASCENSIVS.

¶Atq; hic Priamides.)Ponit responsum Deiphobi idem afferentis,videlicet amicum esse,& pium virum:talis enim vbiq; inducitur propter Cæsarem,vsq; ad pœnitentiā clementē. Docet,quomodo sic lacer appareat. Circa quē locum dicit Donatus sic.¶Illa.)Propter odium nomen non posuit:sic supra, Lacænæ: dixit. ¶Infelix thalamus.)Vel quia in eo, talem habui vxorē: vel quia ibi,tot supplicijs sum affectus.¶Coniux.)Ex hoc nomine,detestabilius scelus facit:quod violatum sit coniugiū,quod sacrum esse oportet.Coniux:non dixit,mea:sed quæ multorum fuisset:neq; se amaret.¶Dij talia Graijs.)Pulchra apostrophe: & multa continens,Ostendit autem tanti sceleris, solos deos vltores esse posse. ¶Age fare.)Quęrit optime Deiphobus:sed Poeta, optimo consilio abscindit responsionē, ne dicta iterum dicenda sint.Hæc ille.

Ordo. ¶Ordo est.Atq; Priamides,scilicet Deiphobus, supp.respondit, aut locutus est:hic,id est ad hęc dicta Æneæ:o amice,nihil relictū est tibi,id est a te:tu soluisti Deiphobo omnia,scilicet quæ persoluere amico poteras: & vmbris,i.simulachris funeris: quia verū funus esse nō poterat:sed mea fata,id est mala,ex fato prouenientia:aut ad quæ natus mihi videor mala: & scelus exitiale,i.perfidia execrabilis.Lacęnę.s.mulieris,hoc est Helenę,mersere me his malis:illa.s.scelesta Lacęna:reliquit hęc monumēta,id est memoriā sui,factura stigmata,nanq; tu nosti:vt,id est qualiter,nos egerimus supremam noctem,id est magnam partē supremæ noctis: inter gaudia falsa.i.deceptoria: quia sperabant Græcos abijsse & ideo gaudijs,ac vino indulgebant: vnde dictū est in.ij.Inuadunt vrbem somno, vinoq; sepultam:ac necesse est,nimium meminisse,id est nos memores esse: quod de Deiphobo manifestū est de Ænea quoq;:quia dixerat in.ij.de malis Troiæ:& quorum pars magna fui:cum equus fatalis,id est fatis volētibus nobis,fatum, id est exitiā ferens:venit saltu,id est saliuit quodammodo: quia ruptis muris super Pergama, id est mœnia Troiana:ardua,id est valde alta: & tamen equus,adhuc altius extollebat caput: & ipse equus grauis,idest fœtus;attulit aluo,id est in aluo sua, peditem armatum:quia dictum est:Vterumq; armato milite complent.Illa,scilicet nota adultera,& fundi nostri calamitas Helena:simulās chorum,id est choream bacchantium,pre lętitia:ducebat Orgia, id est festa Bacchanalia:quę noctu fiebant:inter Phrygias, scilicet matronas.Euanteis, id est bacchāteis:& Bacchum(qui Euan dicitur)inuocantes.Ipsa,quasi dicat,in propria persona,existens media,id est princeps Bacchantium, tenebat ingentem flammam,id est facem:& vocabat Danaos ex summa arce:dato,scilicet indicio flammæ, quod & nautis dari solet: Thalamus infelix, id est qui me infelicem fecit:torus, scilicet coniugalis cum Helena:habuit me tunc confectum curis,scilicet longi belli præteriti: & somno præsenti,propter præteritas vigilias.(Et bene dicit,habuit me:& non ego habui:quia qui coactus, & oppressus cubat,haberi potius videtur,q̄ habere),& quies dulcis,& alta.i.profunda,& simillima morti placidæ,id est tranquillæ:postq̄ translacta est:aut iam matura,pressit me iacentē,id est profundissime obdormiui.Coniux egregia,id est insignis:sed malignitate,aut ironia est,quasi dicat quam egregiam putauimus, qui pro ea tot bella subiuimus: emouet interea tectis,scilicet meis, omnia arma:& subduxerat.i. subripuerat,& clam abstulerat,capiti.s.meo: ensem fidū.s.custodem virorum fortium:nam ob timorem eius,nemo eos inuadere audet:& vocat Menelaum.s.primum maritum suum, intra tecta:& pandit, id est aperit:limina.i.ostia, quæ sunt super limina. Scilicet cum ironia,amara:sperans id fore amanti.s.Menelao magnum munus,i.obsequium,aut beneficiū:& famam.i.infamiam veterum malorum,posse extingui,id est deleri:sic.i.per tale munus.Quid moror, id est ad quid te plurib.suspēsum teneo:ipsi.s. Græci innumeri:irrumpunt.i.vi irruunt: thalamo.i.in thalamū nostrum: Æolides.i.nepos Æoli, filius Sisyphi,videlicet Vlysses (qui per contemptum,Æolides dicitur,quasi ex stupro genitus, non ex Laertæ matrimonio, vnde De cantu Sirenum, sanguine Sisyphio generatus vectus Vlysses.)hortator,id est instigator:scelerum,id est sceleratorum facinorū:additur,scilicet alis, comes: vna,idest pariter:o dij,instaurate, id est instar illius facti reddite, hoc est ad æqualitatem pœnæ:Graijs,id est Græcis:talia,scilicet facinora:si ego reposco pœnas ore pio,id est insonte, & quo deos colui.Sed age fare,id est eloquere.& dic nobis vicissim,qui casus attulerint te viuum: ne, pro an:venis actus erroribus pelagi:an monitu diuum?an quæ fortuna fatigat te: vt adires,id est adire cōpellereris,domos tristeis,& loca turbida sine sole:huius interrogationis responsio,prius habita est:& ita nō respondet Æneas vetante Sibylla.

PIERIVS.

¶Atq; hic Priamides.)In Roma.codi,& in quibusdam alijs admodum antiquis,legere est,Ad quę Priamides.In Long.Ad quę quorum vtrunq; pluribus magis placere video q̄ quod in vulgatis habetur exemplaribus.¶Relictū est.)In nullo ex his veteribus codi.inueni verbum est.quę phrasis magis Virgiliana videtur.¶Grauis attulit aluo.)In Roma.cod.alueo, legitur. Sed magis placet,aluo:vt in alijs habetur, & in.ij.eodem modo dictum. Nota conduntur in aluo.¶Coniux.)Dictum iam,neq; cod.antiquos neq; veteres inscriptiones, vllam huic nomini scribundo legem præfixisse:veteres tamen grammaticos,ux,literis, vt nux, terminandam id adnotasse.¶Irrumpunt thalamo.)In Roma.codi.ac plerisq; alijs,inrumpunt thalamos,accusatiuo casu legitur: sed,thalamo,dandi casu, magis poeticū videtur.¶Additur vna.) In cod.antiquis pene omnibus,additus participij, non verbi voce scriptum est,additur:tamen non displicet.¶Dij talia Graijs.)In antiquis codi.& di,& Grais, vnico tantum i,notata sunt:de quibus alibi.¶Pio si pœnas.)In Ro.codi.pios,legitur, sed id librarij potius imperitia,q̄ ita quis legendum autumet.¶Age fare vicissim Attulerint.)In anti.aliquot,Attulerunt, finitiuo modo habetur:&(age fare vicissim,)per interpositionem:sequitur enim, Pelagi ne venis:non venias:quanquam puncta ipsa,figuram elocutionis mutare possunt.

SERVIVS.

¶Hac vice sermonū.)Hęc sacra,vt diximus supra, præter vnius diei spatiū nō tenebāt, vnde veret Sibylla ne inanibus fabulis datū,id est statutū & legitimū tempus teratur. quod autē dicit, Aurora medium axem traiecerat: illud ostēdit quod secūdū Tuscos diei

Hac vice sermonū roseis aurora quadrigis POE.
Iam medium ætherio cursu traiecerat axem.
Et fors omne datum traherent per talia tempus.
Sed comes admonuit,breuiterq; affata Sibylla est.
Nox ruit Aenea:nos flendo ducimus horas. SIB.
Hic locus est,parteis vbi se via findit in ambas:
Dextera,quæ Ditis magni sub mœnia tendit:

diei ort⁹ est a sexta diei hora. Ortus enim diei habet Auroram.Donatus tamē dicit Aurorā cū quadrigis positā, Solem significare.¶Breuiterq;.) Quod congruit moram obiurganti.¶Nox ruit.)Si per diem sacra celebrantur, Ruit est imminet:si per noctem,Finitur.¶Flēdo.)Proprie. nam & lachrymæ



& lachrymæ & gemit⁹ fuerāt. ¶Findit in ambas.)Compendiosius,q̄ si duas diceret.Posteramus enim etiam tertiam sperare.Sic Sallustius, inter secundum atq; vltimū bellum Carthaginense, nē ait tertiū. ¶Iter Elysium.)Ad Elysium: de quo diximus supra.¶Malorum.)Impiorum:vt Multa malus simulās, vana spe lusit amantē.¶Impia tart.ra.)Vbi puniuntur

Hac iter Elysium nobis.at læua malorum
Exercet pœnas:& ad impia Tartara mittit.
Deiphobus cōtra.{Ne sæui magna sacerdos, POE.
Discedam:explebo numerū:reddarq; tenebris. DEI.
I decus,i nostrum,melioribus vtere fatis.
Tantū effatus,& in verbo vestigia torsit.
Respicit Aeneas subito:& sub rupe sinistra
Mœnia lata videt,triplici circundata muro:
Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Virgi.

puniuntur impij. Ne sæui.) Ne irascere. Terentius,Ne sæui tantopere: & antique dictum est. Nam nūc ne sæuias dicimus:nec imperatiuū iungimus aduerbio imperantis. ¶Explebo numerū.)Vt diximus supra,Explebo idest minuā. Nā ait Ennius, Nauibus explebant sese,terrasq; replebant.quē Caper secutus cum de prępositione ex tractaret,

Universidad de Deusto Biblioteca

Tartareus Phlegethon: torquetq; sonantia saxa.
Porta aduersa ingens, solidoq; adamante columnæ:
Vis vt nulla virum, non ipsi excindere ferro
Cœlicolæ valeant. stat ferrea turris ad auras:
Tisiphoneq; sedens, palla succincta cruenta,
Vestibulum insomnis seruat noctesq;, diesq;.
Hinc exaudiri gemitus: & sæua sonare
Verbera: tum stridor ferri, tractæq; catenæ.

hoc exemplum posuit. Sensus ergo est, Minuam vestrū numerū, & reddar tenebris. Nam circa Æneā & Sibyllam aliquid lucis fuisse intelligimus: qppe circa viuos. Vnde paulòpost, Respicit Æneas subito. Et reliqua. Alij Explebo, male putant cōplebo esse vmbrarum scilicet, a quibus discesserat, numerū. Alij Explebo numerum, dicunt esse finitum tempus statutum purgationi, & in corpus recurram: vt hoc sit. ¶ Reddarq; tenebris.) Nam legibus, clausæ tenebris & carcere cæco: vt sit sensus, Irasceris mihi quasi homo: nonne & ego homo futurus sum? Alij dicūt cur irasceris? in locis his sum q̄diu vitæ per vim ereptæ expleā tempus: post, tenebris, id est meis sedibus reddar. Sed hæc omnia, cōgrua loco non esse manifestum est. Non enim intelligere possumus, Sibylla aliud volēte, scilicet vt abscederet, Deiphobum ad aliud respondisse. ¶ I decus i nostrum.) Aut, I o decus nostrum, vtere melioribus fatis, inferorum scilicet cōparatione: quia ait supra, An quæ te fortuna fatigat, Vt tristeis sine sole domos, loca turbida adires? Aut certe, I decus, & fatis vtere nostrum melioribus: id est quam aut ego aut tu habuimus. ¶ Mœnia lata videt.) Tartarum dicit, quem vult esse carcerem inferorum. Quod autem ait Lata, nocentum exprimit multitudinē. ¶ Triplici circundata muro.) Valde munitum indicat locum. ¶ Torquet.) Trahit, voluit. ¶ Porta aduersa ingens.) Distinctione excludēdum est vitium de duobus epithetis. ¶ Solidoq; adamante.) Lapis est durissimus: & tantę soliditatis, vt nec ferro possit infringi. ¶ Vis vt nulla virum.) Virum non ad sexum retulit, sed ad virtutem: hoc est virorum fortium: vt Cicero. Virum res illa quærebat. cum de viro forti diceret. Per hoc autē ostendit nullum de tartaro ad superos posse remeare, ne numinum quidem fauore. ¶ Stat.) Eminet. Auras autē inferis congruas intelligamus. Statius de Mercurio ait, Pigræ auræ eius impediebant volatum. De illo enim loco multi querunt. Quis tantus plangor ad auras? Et Pollio dicit Æneæ & Sibyllæ, quas illi secum traxerant: cum constet esse etiā illic auras. ¶ Exaudiri.) Exaudiebantur. ¶ Tractæq; catenæ.) Et genitiuus singularis potest esse, & nominatiuus pluralis.

DONATVS.

¶ Hac vice sermonum.) Dum vicissim, inquit, fabulas conseruerunt, iam exactus fuerat medius dies. ¶ Et fors. o. d. t. p. t. tē.) Sic libenter verba miscebāt, vt dies illis nō sufficeret. ¶ Sed. c. ad.) Sibylla, quæ ideo Æneæ fuerat iuncta, vt in omnibus instrueret ignorantem, cōmouit breuiter fabularum prolixis tractatibus occupatum, intelligens totum diem minimis posse cōsumi. vsa est igitur breuitate sermonis, ne moras, quas remouere cupiebat, ipsa plurimum loquendo nutriret. ¶ Nox ruit, Ænea.) Necessitate cōplendi actus, cuius causa venerat, Æneas non respondet Deiphobo. Quare sibylla breui sermone monuit ipsum, atque id ne ad Æneæ vitium vel ipsius pertinere videretur, defensionē sempsit a tempore. atq; ita, vt hanc nō longo, vt dictum est sermone produceret. nox ait, ruit Ænea, ecce tempus fuit in causa, quod labi nō debuit propter noctis incertum. quid enim intelligendū est in eo, quod dixit, nox ruit? nisi quod diximus, quia sine ipsorū impedimento, nox eadem venire nō poterat. nos aūt flendo ducimus horas. hūc potest admittere intellectum, quasi diceret, ad quem vtinam actibus cōmodis aut vtilibus teneremur. nunquā rebus perditis lachrymę profuerūt. fles, quid inde vtilitatis prouenient necessario tuo? quid fletuum prolixitas dabit? cum longū non sit, quicquid fine concluditur? quapropter fiat impulsu temporis, quod inuitis nobis ipsa necessitas iubet. ¶ Hic locus est.) Incipit ei futurū iter demōstrare, in quo ex via enata altera fuit. honestissima locutione vsus est, dicendo, in ambas, quasi diceret in duas, & sic est intelligendū, vt ambas vias dixerit, quę essent natæ ex vna. subnectit dehinc vtriusq; viæ rationem: ne alteram sequens, alterā habere videretur incognitam. ¶ Dextera, quæ ditis. m. s. m. tē.) Cum bona dexteri itineris his diceret dictis, tetigit nomen tantum propter narrationis compendium. De elysijs autē campis discretioneq; iustorum putaturus fluxisse, hanc partem nō omisit, sed meliori occasione monstrauit. cum enim diceret. At læua malorum Exercet pœnas & ad impia tartara mittit: proculdubio patefecit in dextera parte animas morari iustorum. ex persona sibyllæ Virgilius ostendit animas insontium locis ac regionibus esse discretas, nec inter animas impiorū collocari. nūc sequitur partem, vt genera separet locis, singulaq; distinguat. ¶ Deiphobus cōtra.) Ne inquit, te moueas vlteriꝰ optima sacerdotum, si tibi, quod agimus, non placet, iam recedam expleturus numerum, quē abeundo minuerā, & tenebris iterum reddar. ¶ I decus, i nostrū.) Cum duobus locutus est diuerso genere. placauit iratam vatē, & Æneæ felicia optauit, & prospera. sed magna breuitate sermonis, ne loquendo plurimis moras necteret, quas reprehenderat sibylla. ¶ Respicit Æneas subito &c.) Descriptio loci questionibus & supplicijs recte cōueniens. nam triplici muro fuerat clausus, ne reis labendi atq; euadendi subesset occasio. portæ eius tam duræ, & tam fortes erant, vt neque humana neq; deorum virtute superari possent, etiam si belli certamē existeret. omnia fluuius clauserat, saxis & verticibus flammeis copiosus. qui transiri propter rapacitatem, & saxa quæ voluebat, propterq; incendia non posset. turris illic fuit educta in altitudinem nimiam, tam fortis, vt ferreis saxis videretur extructa: in foribus furia fuit, egressus diligenti cautela custodiēs, die noctuq; continue peruigil, flagellis terribilis, & armata serpentibus, quid illic non cruentum non triste esse potuisset? vbi nihil gerebatur, nisi quod tormenta monstraret, aut pœnam: denicq; gemitus & sonitus verberum & tractarum catenarū stridor auditus, quid intus gereretur, euidentissime nunciabat.

ASCENSIVS.

¶ Hac vice &c.) Recitat quō increpante Sibylla, quia tempus negocio suo debitū fando, nequicquā cōtereret derelicto Deiphobo, Æneas tartara pretergraditur, ad Elysium tendens. Vnde Dona. ¶ Sed comes.) Quæ illi propterea iuncta fuit, vt omnibus instrueret ignorantē. ¶ Breuiter.) Ne longitudine sermonis tēpus tereret, cum ipsa breuitatis admoneret. ¶ In ambas.) Honesta est elocutio, in ambas, potiꝰ q̄ in duas: intellige enim, quod ambas vias dixerit, quæ essent natę ex vna. ¶ Melioribus vtere fatis.) Placauit Sibyllā, & Ænę felicia ominatꝰ est. ¶ Mœnia lata videt. (Locum describit idoneum coercendis reis. Primo, triplici muro clauditur: ne facile euadere possint. Portæ ita sunt robustæ, vt neq; diuina vi, neq; humana possint frāgi. Postremo omnia fluuius claudit: qui & saxis, & fluminis trāsitum prohibet. Hæc ille. ¶ Ordo est. Aurora traiecerat roseis quadrigis, qbus, scilicet inuecta erat: hac vice, id est durante hac vicissitudine sermonū: iam axem medium, in, supp. cursu æthereo, id est quē facit in æthere nō illic, id est iam apud superos, erat medium noctis: & si quid esset diei apud inferos mediū diei: vnde quia nocte vna, omnia debebant peragi, quę peragenda erant apud inferos, vt cum sequēte sole ad superos redeāt: & vt per insomnia hæc omnia acta peritioribus significētur, dicit: quia medio peracto apud inferos die: & apud superos, nocte quia Aurora, medium cursum peregerat, quæ primo mane oritur: admonitum esse Æneam a Sibylla, vt ad cætera properarēt, quorum immemor videbatur, quia addit, Et fors, id est forte: ipsi traherent, per talia, scilicet colloquia: omne tempus datum, id est concessum eis apud inferos esse: sed comes, scilicet Sibylla, admonuit & affata est, supp. Æneam, breuiter, scilicet pro negocio ne quod carpit, committat. dicit ergo, o Ænea, nox ruit, id est imminet apud inferos, & desinere incipit apud superos. Nos ducimus, id est absumimꝰ horas, scilicet multas, flendo, quasi dicat, ea re opus non esse tunc temporis: hic locus est, vbi via findit se, in ambas parteis, id est hic est biuiū, cuius altera via, scilicet dextra, tendit ad locum beatorum: altera, scilicet læua, ad loca in æternum damnatorum. Dextra, sup. est, quæ tendit sub mœnia magni Ditis, id est Plutonis, qui diuitias suas apud inferos habet: & (vt superius ex Macrobio allatum est) tūc primum diuites putabantur animæ, quando erant receptæ in regna Plutonis, in Elysios scilicet campos: nam habet idē Pluton, etiam reorum, ac noxiorum carcerem, videlicet tartara. Hac, scilicet per dexteram, est nobis iter Elysium, idest ad Elysios campos. At, id est sed: læua, id est sinistra: exercet pœnas malorum, & mittit ad tartara impia, id est in qbus sunt impij: & nullus est pietati locus: Deiphobus, sup. locutus est: contra, id est econtrario, o magna sacerdos: ne sęui, pro ne sęuias, id est ne nimium excādescas oro: ego discedam, scilicet a vobis: & explebo numerum, scilicet quo manes mei corpori debentur (Dicebat enim Macrobius, in De somnio Scipionis, vt dictū est illic, Tristisq; senectus animas sociari

sociari corporibus quibusdā numeris: qui numeri dum supersunt, perseuerant corpus animare: cū vero deficiunt: mox arcana illa vis soluit, qua societas ipsa constabat: anima autē ipsa non deficit, qppe quæ immortalis, atq; perpetua est: sed impletis numeris, corpus fatiscit. Vnde hic dicit: Explebo, id est perficiam numerum, quo corpori obnoxius est spiritꝰ.) & reddar tenebris, id est vmbris corporis mei. I. i. vade, & ingredere: I (inquit) nostrū decus, vtere melioribus fatis, q̄, scilicet ipse vsus sim. Ipse Deiphobus effatus est tantū, id est duntaxat hoc: & torsit vestigia in verbo, id est simul cum vltimo verbo, auertit se: Æneas respicit subito: quia loquendo eo, perductus erat quasi ignorās: & vidit sub rupe sinistra, id est quę erat in sinistra parte: quę aspera, & ruposa est in vertice, vt in litera Pythagoræ dictū est, mœnia lata circundata triplici muro quæ, scilicet mœnia, amnis rapidus, id est velociter arripiēs, scilicet Phlegethon. i. fluuius ille: tartareus. i. in tartara tendens: ambit. i. circunfluit: flāmis torrentibus. i. cōcremantibus: nam ab ardore dicit Phlegethon, vt dictū est: & torquet. i. impellit: saxa sonantia. s. ex impetu: porta aduersa, sup. est ingens. (Nullum est epitheton, quod frequētius cum alio ponat sine copula, Maro noster: ac nomen ingens, sicut monstrum immane ingens &c. quod ideo forsitan facit, quia ingens habet vim aduerbij significans quasi sine gente. i. exemplo, aut genere: sicut ergo vitiosum nō est, porta aduersa: sine exemplo, aut genere: ita nec porta aduersa ingens præcipue, hic quia verbū interponitur sic Porta aduersa est, sup. ingens) & columnæ sunt solidę. i. firmæ, & integræ, sup. ex adamāte. i. lapide illo durissimo: vsq; adeo vt nulla vis. i. nullum robur virum. i. virorū fortium, hoc est nulla vis humana, non ipsi cœlicolę. i. cœlum colentes: valeant excindere, sup. eas ferro, quia sanguine hircino dūtaxat, secatur adamas: sed licet ad naturā lapidis alludat: hoc quoq; dicit, quia in inferno nulla est redemptio. Turris ferrea, stat. i. erecta est, ad terrorē: ad auras, i. in altū erecta, & Tisiphone. i. furia infernalis, a torquēdo dicta: sedēs succincta palla cruenta, seruat insomnis. i. ex somnis, & nihil dormiens: vestibulū. i. introitum, vbi parua, aut nulla est statio: seruat (dico) noctes & dies. Gemitus. s. damnatorum: exaudiri, sup. cœperunt, aut exaudiebantur, hinc. i. ab hoc loco & verbera id est flagella: sæua. i. quibus sæuæ & diræ vtuntur vltrices, sonare. s. cœperunt, aut sonabant: tum. i. insuper: stridor ferri, & catenæ tractæ sup. sonare cœperunt, aut sonabant.

PIERIVS.

¶ Et in verbo vestigia torsit.) In Ro. cod. pressit, legitur. Est vero idem, premere vestigia, atq; ingredi. Quia tamen de digressu loquitur, melius est, torsit. ¶ Subito & sub rupe.) In aliquot codicibus antiquis versus hic non habet, & copulatiuam. Sed locus hic particulam eam omnino exigere videtur. ¶ Torquetq; sonantia saxa.) In Roma. codi. tonantia saxa, legitur: quod non æque placet. ¶ Non ipsi excindere ferro Cœlicolæ valeant.) In Roma. cod. & aliquot alijs antiquis, bello, pro ferro, habetur: hoc est magno quantumlibet conatu. Sed lectionē vulgatam, ferro: nunq̄ ego mutauerim. ¶ Vestibulum insomnis.) In Longobardico, in Mediceo, & aliquot alijs veteribus exemplaribus, exsomnis, legitur. Et in aliquot, detrita s litera, post x, exomnis. Id enim in plerisq; alijs dictionibus asperitatis euitandæ causa, multi facere consueuerant. ¶ Et sæua sonare Verbera.) Sunt antiqui codices, in quibus, sonore: hoc est, sonitu legatur, quo vocabulo etiā alibi vsus est Virgilius. Sed & illud etiam, Verberaq; insonuit, dixit.

Constitit Aeneas: strepitumq; exterritus hæsit.
Quę scelerū facies, o virgo effare: quibusve ÆNE.
Vrgentur pœnis: quis tantus plangor ad auras?
Tū Vates sic orsa loq. Dux inclyte Teucrū, POE.
Nulli fas casto sceleratum insistere limen. SIBYL.
Sed me, cum lucis Hecate præfecit Auernis:
Ipsa deum pœnas docuit: perq; omnia duxit.
Gnosius hæc Radamanthus habet, durissima regna:
Castigatq;: auditq; dolos: subigitq; fateri,
Quæ quis apud superos, furto lætatus inani,
Distulit in seram commissa piacula mortem.
Continuo sonteis vltrix accincta flagello
Tisiphone, quatit insultans: toruosq; sinistra
Intentans angueis, vocat agmina sæua sororum.
Tū demū horrisono stridentes cardine sacrę POE.
Panduntur portę: Cernis custodia qualis SIBYL.
Vestibulo sedeat: facies quæ limina seruet?
Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra
Sæuior intus habet sedem. tum Tartarus ipse
Bis patet in præceps tantum: tenditq; sub vmbras:
Quantus ad æthereum cœli suspectus olympum.

SERVIVS.

¶ Strepitūq; exterritus hausit.) Hausit & exterritꝰ est. Hypallage ergo est. ¶ Scelerū facies) Species: vt supra, Visa maris facies, & nō tolerabile numen. ¶ Nulli fas casto.) Pio. Et hęc responsio ostendit Æneā quidem voluisse ingredi, sed quasi piū prohibitū. ¶ Insistere limen.) Insisto illā rem dicimus, nō illi rei: quod q dicūt, decipiūtur propter Insto illi rei. ¶ Sed me) Quia occurrbat. Vnde ipsa cognouisti? ¶ Deū pœnas docuit.) Aut quas dij nocentibus statuerūt: aut Titanū, quos legimus deos ex terra progenitos. Aut re vera dicit pœnas deorū. Ferē nāq; ab Orpheo, q dij peierantes per Stygē paludem, nouē annorū spatio puniunt in Tartaro. Vnde ait Statius, Et Styx periuria diuū Arguit. ¶ Radamanthus.) Radamanthus, Minos, & Æacus filij Iouis & Europæ fuerūt: qui postea facti sunt apud inferos iudices. ¶ Subigitq; fateri.) Compellit ad confessionem. ¶ Furto lætatus inani.) Latebra nō valde profutura: quippe quæ fuerat publicanda post mortem. ¶ Distulit in seram.) Grauem, vt, Serum bellum in angustijs futūrum. Sallustius. ¶ Piacula cōmissa.) Propter quæ expiatio debetur. ¶ Accincta flagello.) Aut hoc dixit quod videmus: quia qui longo flagello vtitur, vt id post ictum in se reuoluat, necesse est. Aut Accincta dixit instructa, ad verbera scilicet, id est nocentes flagello quatit ipsa preparata. ¶ Agmina sæua sororum.) Aut impetus: aut de Harpyis dixit: aut serpentum agmina pro comis habent. ¶ Tum demū horrisono stridentes cardine sacrę Panduntur portę.) Mittunt, inquit, post verbera ad ęternum supplicium. Et est secutus ordinem iuris antiquū. Nam post habitam quæstionē, in Tullianum ad vltimū suppliciū mittebantur. Alij hoc a poeta dictum volunt, vt illa loquēte intelligamus portam esse patefactā. Alij continuant narrationē. ¶ Sacræ.) Execrabiles. ¶ Cernis custodia qualis.) Custodia est quę custodit, nō quæ custodit. Vsurpatum est aūt sicut hospita, sicut neptis. Nam hic & hæc custos facit. Ea. n. quæ in o, exeunt, vt fullo: in os, vt nepos: in es, vt hospes, fœminina ex se nō faciunt. quę aūt inuenimꝰ vsurpata sunt. Vnde & dissimilia inueniunt. Nā custos, custodia facit: & nepos neptis: hospes hospita. ¶ Vestibulo sedeat?) Significat Megęrā. ¶ Quinquaginta) Hoc autem dicit, Cernis hanc q̄ sæua sit? est intus alia. ¶ Immanis atris hiatibus.) Quæ est sæuior q̄ Hydra fuit. Multi ipsam Hydram volunt: quod nō procedit. Nā eam in aditu legimus inferorū: vt, Ac bellua Lernæ quā alij tria volūt habuisse capita alij nouem: Simonides quinquaginta dicit. ¶ Tartarus.) Vel quia omnia illic turbata sunt, ἀπὸ τῆς ταραχῆς: aut quod est melius, ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν, id est a tremore frigoris. Sole enim caret. ¶ Bis patet in preceps.) Ideo In preceps addidit: quia potest qd etiam sursum patere. Videtur autem hoc prudentioribus ideo dictum: quia secundum rationē sphęrę Sol cum in vnam concesserit partem, duæ quasi Tartarum faciunt: vna a qua discessit: & altera ad quam nunquam accedit. quod melius sphæræ indicat ratio. Hoc autem dicit, Tartarus ipse bis tantum in præceps patet, & tendit sub vmbras. ¶ Quantus est suspectus.) Id est altitudo ad olympum ætherium.

DONATVS.

¶ Constitit Æneas.) Tantus in illo loco tormentorum strepitus fuit, vt Æneas extra ipsum positꝰ ferre nequisset, quod feriebat aures, & vulnerabat hominē pium. Quę. s. f. o. v. e.) Interrogatio cum propositione, quę sunt, inquit, scelerū genera? vel quæ pœnę singulis quibusq; aptatę sunt? vel vnde tales planctus existūt, dic mihi o virgo. ¶ Tūc va. s. o. l.) Propositę interrogationi sic vates respondere instituit. ¶ Dux in. te.) Magna in poeta nostro loquendi copia: quoties enim sibyllam induxit cum Ænea loquētem, toties principia cum eius laude variauit, & cum plena honorificentia. deniq; posuit, cessas in vota precesq; tros, ait, Ænea, cessas? Laudis enim fuit dixisse Troianum. item sate sanguine diuum Tros Anchisiade. ecce meritum Æneæ, cuius pater æquatus

Universidad de Deusto Biblioteca

tus est superis & dijs, & ipse Anchise diceret esse progenitus. hoc ipsius fuit speciale. Tros aūt fuit cōmune cum cæteris, alio etiam loco similiter. Anchisa generate deum certissima proles. hoc etiā loco ait, Dux inclyte Teucrum, nam & hic eum laudat, & hæc dicendo, merita eius extollit. quid pulchrius, q̄ ducem esse multorum? quid tam memorabile, q̄ primum esse quēquam in officio suo? quidue magis egregiū, q̄ honorum meruisse principatum? Teucrū enim laudis esse posuit, vt dignus pręesse videret. ❡Nulli fas. c. sc. insi. li.) Ne diceret Æneas, eamus, & edisceamus, quę causa sit clamorum atq; verberum, nulli, inquit, casto licet sceleratum illud limen cōtingere vestigijs suis, perindeq; nec tibi, nec mihi: hoc genere profitetur se nunquam vidisse, quæ Æneas cupiebat audire, tamen audisse se, & audita posse narrare professa est. ❡Sed me cum lucis.) Dixit eorum authorem, quæ fuerat narratura, vt fidem verba eius habere potuissent. ait, ergo quādo Hecate lucis auernis me præposuit, ipsa me docuit omnia, & mihi vniuersa monstrauit, cuncta per ordinē referendo, instructā reddens propter eos, quibus fas esset viuis ad inferna pertēdere. incipit ergo ad interrogata respondere tam plene, vt etiā illa coniungat, quæ interrogatio nō tenebat, non frustra describeret illius loci actus & gesta, si nō primo cognitorē criminum & pœnarum iudicē demonstraret, dicit ergo primum. ❡Gnosius hæc. r. h. d. r.) Potestatis ipsius dehinc subiungit diffinitionem. ❡Castigatq;. a. d.) Hāc, inquit, ille habet potestatem. vt verberibus & tormentis extorqueat, & ad confessionē vsq; perducat. quod apud superos scelerate cōmissum vindicare non potuit, & dilatam pœnā inanis gratulatio cōsecuta est. Cum arbitraretur scelerati sese fugisse vindictam, nescientes suffugium furto quęsitum pœnā non deleuisse, sed in aliud tempus dura distulisse supplicia. ❡Cōtinuo sontes.) Adest furia reos sontes, & noxios flagello circunsecans intentās angues, vt tormentorum metu formido eorū magis ac magis arderet, vocās etiam sororum innumerabilem modū, cum sola ferri nō posset. ❡Tum. d. h. Panduntur portę.) Tum, hoc est inde horrisono cardine, cuius sonus ad aures sacræ Panduntur. ❡Cernis. c. qualis. v. l. f. quę. l. f.) Qualis, inquit, & quę, nec dixit definiē ter aliquid, vt quicquid tetrum, horrendū, ac detestabile esse posset, conijci posset, ergo specialitatem recte suppressit, ne sola putarentur, quę forte posuisset. ❡Quinquaginta atris &c.) Nec mireris, inquit, istam, quæ subiecta est oculis, ac sedet quod ait, sedet, officium perpetuum sedēdi significat: hoc verbo & in georgicis vsus est dicēs. Immunisq; sedens aliena ad pabula fucus: vt ostenderet cōtinuationem facti & illum sine intermissione aliqua alienis laboribus consumendi semper intentū, ergo hinc inquit, intellige, qualis sit hydra, quam pars interior tenet, multo quippe est sęuior & immanior, & quinquaginta atris armata serpētibus, quinquaginta posuit, vt multitudinē significaret. quinquaginta, inquit, hiatibus serpentum immanis, vt ostēderet eos & plurimos & ad inuadēdū semper pauido ore paratissimos. ❡Tum. t. i. Bis. p. i. p.) Necessario addidit, in præceps patet, patere enim etiā in superna quid potest, & quod per planum cingit hoc est ante, post lęua vel dextera patet demersus. ❡Tantum tenditq; sub vmbras &c.) Id est quantū in superna panditur, tantū ad inferos tendit habita ęstimatione duplici, hoc est vt ab ipso ore tartari quantum ad cœlum est, bis tantū ad inferos pateat, retinendum est secundum multorū & ipsius maxime Virgilij autoritatē altitudinem & superiorē & demersam decipi posse. Hoc vt ostendaē euidentia ponemus exēpla. Ecce superioris altitudinis. Tu nūc Carthaginis altę, & alio loco atq; altę mœnia Romæ. & Conditur in tenebris altum caligine cœlum. Inferioris altitudinis est. In altū vela dabant læti. Sed hic ex affectu poeta locutus est potius quā ita vere sit, & hic melior est sensus, hoc enim simili modo in multis locis fecit, vt multa etiam vulgi opinione dixerit.

ASCENSIVS.

❡Constitit Æneas. &c.) Quia omnem inferorum regionem describere prætendit Poeta: & Æneas pius, impiorum carcerem ingressurus nō est, inducit eum interrogantem, & disquirentem a Sibylla, sontiū, & noxiorum pœnas: vt, scilicet mortaleis, a peccatis per eas deterreat. Donatus ad hūc locum dicit sic. ❡Dux inclyte.) Magna poetę copia, quoties enim Sibyllam loquentem inducit cum Ænea: toties principia cū eius laude variauit. ❡Distulit.) Nam quamuis homines latuerunt, scelerati nō pœnas euaserūt. sed in aliud tempus distulerunt. ❡Custodia qualis.) Non expressit quæ essent, vt quicquid tetrum horrendum ac detestabile esset, contuens colligeret æstimatio. Ergo suppressit specialitatem, ne sola putaretur, quæ forte posuisset. ❡Sedeat.) Vt ostendat assiduitatem, & continuationem facti. ❡Bis patet in præceps.) Vt, si cœli altitudo sit centū: profunditas inferni sit. cc. Ne Aloidæ, qui manibus cœlum tangerēt, ex infimo inferno fastigium possent tangere, & inde abire. Hęc ille.

Ordo.

❡Ordo est. Æneas constitit, id est māsit simul, hoc est toto corpore stans (& est hysteron proteron in sententia, s̄m quosdam: quia prius exterritus hausit strepitus, q̄ constaret: sed licet cōfuse prius strepitū hauriret, tamen v melius hauriret, constitit: atq; ita seruatus est naturalis ordo.) & ipse igitur exterritus, hausit, id est accepit, auribus strepitum, scilicet qui fiebat apud inferos. &, supple inquit: o virgo, effare, id est eloquere: quæ, id est quales, sup. sunt: facies, id est species, scelerum, scilicet ob quę illic puniuntur: aut scelerum, id est sceleratorum: ve, pro vel: quibus pœnis vrgentur & quis tantus plangor, sup. editur, ad auras? Vates est orsa loqui, tum, id est tunc: sic, id est in hunc modū. O inclyte dux Teucrū, pro Teucrorum. Nulli, id est nō vlli: fas non est vlli casto: insistere, id est ingredi: limen sceleratum id est sceleratorum, (Intelligit aūt de castis, id est impollutis, ab omni vitio. Nam plura genera damnatorū enumerabit.) Sed cum id est quādo: Hecate, id est dea inferorum: præfecit me lucis id est syluis incęduis: Auernis, aut Auerni (vtroq; enim modo legitur: sed dicendo Auernis, adiectiue sumitur: dicendo Auerni, substantiue) ipsa docuit me pœnas deum, id est quas dij exigunt a sontibus, non quas dant: aut etiā, quas dant, peierantes per Stygiam paludem dij: quia nouem millia annorum, pœnas dare dicuntur: vnde Statius in syluis, Styx periuria diuū arguit: & duxit me per omnia, scilicet hæc loca: Radamāthus Gnosius, id est Cretensis habet hæc regna durissima, id est quæ durissimas leges seruant: fuit autē (teste Stra. lib. x.) antiquissimus rex Grentensium, quem Minos in legibus ferendis imitatus est, & castigat, & audit dolos: & subigit, id est cōpellit: fateri piacula, id est crimina: piaculo, id est purgatione digna, quæ cōmissa apud superos: quis, id est aliquis lętatus inani furto, id est occultatione friuola: distulit, scilicet fateri aut piare: in mortem seram, id est vltimam: & id includit. siue, quę res cum fide nostra multum quadrat: monetq; pœnitētiam agere, & peccata cōfiteri, dum tempus habemus. Continuo idest aut perpetuo, aut illico, vt illuc peruenerint: Tisiphone, furia illa infernalis: vltrix, scilicet scelerum: accincta, id est expedita, & præparata: flagello, id est ad flagellandum: aut habēs flagellum in accinctu suo quatit sontes, id est nocentes, & culpabiles insultans, sup. eis (quod signum diræ impietatis est. vnde in. ij. Pœnas cum sanguine poscunt. Est autem tractum ab institutis Romanorum, qui prius virgis cæsos detruncabant) & ipsa intentans, id est intente inijciens, aut minitans: sinistra, scilicet manu. (Nam dextra, quatit flagellum.) angueis toruos, id est terribiles: vocat agmina sororum, id est aliarum furiarum: sæua, id est crudeles: tum portæ sacræ, id est execrabiles: aut, vt res sacræ formidandæ stridentes cardine, id est ferro sustentante ianuam, quasi corde ianuæ. (Nam dicitur cardo, κραδία, Græce, id est corde.) horrisono, id est horribiliter sonante: panduntur, id est aperiuntur: tum demum, id est tandem.) Possunt esse omnia verba Sibyllæ: & erit sensus: tum demum, id est tandem, postq; animæ sontes, ad eas perductæ sunt: & non, quod iam tunc aperiebantur: & tunc procedit sic) Cernis (inquit Sibylla ad Æneam) qualis, id est quam terribilis: custodia. i. custos: sedeat in vestibulo. i. in introitu: & quæ. i. qualis: hoc est, q̄ terribilis, facies lumina: quasi dicat: & tamen hydra immanis. i. terribilis, & ferox: quinquaginta hiatibus. i. rictibus, & aperturis faucium, tot, enim habet capita: habet sedem intus, existens sæuior. i. immanior, q̄. s. hęc custodia, quę foris in vestibulo cernitur. (Quidam vero volūt superiora esse verba Poetæ, vt sit, Portæ panduntur tum demum. l. cum hæc dixisset Sibylla. & eis apertis dixit Sibylla, Cernis qualis custodia, &c: mihi & sunt, qui custodiam more Græco, pro carcere accipiant: mihi tamen placet, pro Tisiphone accipi, hydram vero, pro furia. hic accipit. Nam verā hydram, dixit esse in primo limine, seu primo circulo: appellans belluam, lernæ. Non recte autem definiuit Ser. custodiam: vt Beroaldus statim aperiet.) Tum. i. insuper: ipse tartarus. i. profundissimus locus inferni (dictus vel a ταρταρῶ. i. turbo: vel a ταρταρίζω. i. strideo, & frigore tremo.) patet bis tantum in pręceps. i. profundum: & tendit sub vmbras. i. infernales: quantus suspectus. i. sursum aspectus cœli: est ad olympum ætherum, aut cœlestem, aut ad æthera. i. summum aerem extensum. Sunt autē, qui hanc profunditatem sic metiantur, vt alterum pręcipitium tartari sit, vsq; ad centrum, alterum vsq; ad antipodas, vbi volunt inferorū regna: quæ ob id dicta sunt, nō interranea, sed subterranea. Nam si interranea essent, non quæsiuisset Deiphobus: pelagi ne venis erroribus actus? nā nauibus ad interranea regna peruenisse non posset, sicut ad antipodas, quorū num

Radamāthus. Non peccator. Tisiphone. Hydra. Tartarus.

num mare, vt nos cigit. Respectu ergo antipodum, pōt tartarus patere bis tm̄ in præceps: quantus est suspectus cęli, vsq; ad æthereum olympum, vt p olympum montē, non cœlum intelligam⁹: quia tn̄ ex Homero sumptus est locus: isq; dicit tam procul esse tartara ab inferis, q̄ cęlum a terra: dicemus de cęlo, posse intelligi: & signanter, Poetam, aut Vatem loq dicētem, tartara non esse bis tantum p̄fundum: sed patere. i. apparere bis tantum in præceps, quātus est suspectus cœli, &c. Moralis aūt ratio hui⁹ rei facilis est: q̄ ad inferos, præcipitantur mortales binis vitijs: & singulis virtutibus ad cęlum eleuātur. vnde virtus, est mediū vitioꝝ vtrinq; redactam, & ita duplo facilius est ad inferos descēdere, q̄ ad superos conscendere. Sed hæc alijs indaganda relinquimus. Verba Beroaldi in Seruiū sunct hæc, in id quod dicit Custodia, est quæ custodit, non quæ custoditē. Error hic est Seruij manifestarius: cum apud eruditos, custodia reperiatur, pro eo etiam qui custoditur. & in primis apud Iuriscōsultos, qui disertissimi sunt, Digestis, De custodia reorum, ita scriptum legimus, Ne quis receptam custodiam sine casu admittat. Et alibi manifestius, Si custodia se iterfecerit, vel præcipitauerit, militis culpæ ascribitur. Et alibi. Si casu, custodia defuncta esse dicatur, vbi semp, custodia, significat reū: & illum qui custoditur. Quinetiam Suetonius hoc vocabulo, in hac significatione vsus est: cuius verba hæc sunt in Domitiano, Nec nisi secreto, atq; solus, plerasque custodias, receptis quidē in manu cathenis audiebat. Idem in Tyberio, In recognoscendis custodijs precanti cuidam pœnæ maturitatem: respondit, nondum tecum in gratiam redij. Et in Galicula, Custodiarum, inquit, seriem recognoscens.

Beroal. Custodia.

PIERIVS.

❡Exterritus hausit.) In Ro. cod. hęsit, habetur: & ita legebatur in Longo. quod transuerso calamo deletū est, appositūq; hausit aliena manu, & atramento. Seruius, hausit, agnoscit: & hypallagen figuram. ❡Quibus ve Vrgentur pœnis?) Velius Longus, cum Attij cōsuetudinem improbet, de subijcienda u vocali post literam g in plerisq; verbis. Virgilium absq; u vrgentur scripsisse, hoc loco teste ōtendit. ❡Quis tantus plangor ad auras?) In Roma. & Longo. cod. Qui tantus plangor, legitur. Et alibi dictum ab eodē Virgi. q casus agat res, contra grammaticoꝝ præceptiones, Carisius obseruat. Sūt & codices, vbi pro, auras, scriptum inuenias ad aureis, quod non æque placet. ❡Tunc vates sic orsa loqui.) In Ro. cod. Tunc vates hinc orsa. Sed magis placet, sic orsa, vt in alijs habeē. ❡Toruosq; sinistra Intentans angueis.) In antiq. aliquot exemplaribus, torros legitur: sed toruos, in pluribus habetur.

Hic genus antiquum terra, Titania pubes,
Fulmine deiecti, fundo voluuntur in imo.
Hic & Aloidas geminos, immania vidi
Corpora: qui manibus magnum rescindere cœlum
Aggressi: superisq; Iouem detrudere regnis.
Vidi & crudeleis dantem Salmonea pœnas:
Dum flammas Iouis, & sonitus imitatur Olympi.
Quatuor hic inuectus equis, & lampada quassans
Per Graium populos, mediæq; per Elidis vrbem
Ibat ouans, diuumq; sibi poscebat honorem.
Demens: qui nimbos, & non imitabile fulmen
Aere, & cornipedum cursu simularat equorum.
At pater omnipotens densa inter nubila telum
Contorsit, non ille faces, nec fumea tędis
Lumina: præcipitemq; immani turbine adegit.
Necnon & Tityon terræ omniparentis alumnum
Cernere erat: per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur, rostroq; immanis vultur obunco
Immortale iecur tondens, fœcundaq; pœnis
Viscera, rimaturq; epulis: habitatq; sub alto
Pectore: nec fibris requies datur vlla renatis.
Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumq;?
Quos super atra silex iamiam lapsura, cadenti
Imminet assimilis: lucent genialibus altis
Aurea fulchra toris: epulæq; ante ora paratæ
Regifico luxu. furiarum maxima iuxta
Accubat: & manibus prohibet contingere mensas:
Exurgitq; facem attollens: atq; intonat ore.

SERVIVS.

Titanes

❡Hic genus antiquum terræ.) i. primum. Titanas enim ōtra Saturnum genuit: Gigantes postea cōtra Iouem. Et ferunt fabulæ, Titanas ab irata contra deos Terra ad eius vltionem creatos. Vnde & Titanes dicti sunt ἀπὸ τῆς τίσεως, id est ab vltione. De his autem solus Sol abstinuisse narratur ab iniuria numinū: vnde & cęlum meruit.

Aloidæ.

❡Aloidas geminos.) Aloeus Idhimediā vxorem habuit: quę compressa a Neptuno, duos peperit, Othum & Ephialtem, qui digitis nouem per singulos menses crescebant. Freti itaq; altitudine, cęlū voluere subuertere: sed confixi sunt Dianę & Apollinis telis. Aloidas autem sic dixit, vt de Hercule Amphitryoniades diximus. ❡Geminos.) Sui similes. ❡Crudeleis pœnas.) Sæuas, nimias. Nam non dicit indignas ferentem, qui sacrilegus fuit.

Salmoneus

❡Salmonea.) Salmoneus Æoli filius fuit, non regis ventorum, sed cuiusdam apud Elidem vbi regnauit: qui fabricato ponte æreo, super eum agitabat currus ad imitāda tonitrua: & in quem fuisset iaculat⁹ facem, eū iubebat occidi. hic postea verum expertus est fulmen. ❡Mediæq; per Elidis vrbem Ibat ouans.) Hinc est indignatio, q in ea ciuitate Iouem imitabatur in qua specialiter Iuppiter colitur. ❡Densa inter nubila telū Contorsit.) Ostēdit fulminis causam & originē. ❡Fumea lumina.) i. terrena. Nam æthereus ignis caret fumo: solo. n. splendore viget.

Tityus.

❡Necnon & Tityon.) Tityus s̄m alios filius Terræ fuit, secūdum alios a Terra nutritus. Vnde elegit sermonē quo vtrūq; significaret: nam alumnum dixit. Hic amauit Latonam: propter quod Apollinis cōfixus est sagittis. Et dānatus hac lege apud inferos, vt eius iecur vultur exedat. Quanq; Home. vicissim dicat duos vultures sibi in eius pœnā succedere. Sane in vsu est vultur: licet Cicer. vulturius dixerit. quod qdem pōt esse & deriuatiuum. Ennius, Vulturis in cāpo misum mandebat homonē. Declinatur aūt hic Tityos, huius Tity: sicut Delos, deli. ❡Per tota nouem cui iugera corpus Porrigitur.) Quantum ad publicam faciem, magnitudinē ostendit corporis: sed illud significat: quia de amatore loquitur, libidinem late patere, vt ait supra, Nec procul hinc partem fusi monstrantur in oēm Lugētes campi. Sane de his oībus rebus mire rationem Lucretius: & cōfirmat in nostra vita esse omnia quæ fingūtur de inferis. Dicit. n. Tityō amorem esse, hoc est libidinē: quę s̄m Physicos, & Medicos in iecore est: sicut risus in splene, iracūdia in felle. Vnde etiam exesum a vulture dicit in pœnam renasci: eteni libidini nō satisfit re semel peracta, sed recrudescit semp. Vnde ait Horatius. Incontinentis aut Tityi iecur. Ipse etiam Lucreti⁹ dicit per eos, super quos iamiā casurus imminet lapis, supstitiosos significari: qui inaniter semper verentur: & de dijs & cœlo & locis superioribus male opinātur. Nam religiosi sunt, qui per reuerentiam timent. Per eos aūt qui saxum voluunt, ambitum vult & repulsam significari: quia semel repulsi, petitores ambire non desinūt. Per rotam aūt ostendit negociatores: qui semper tēpestatibus turbinibusq; voluuntur. ❡Fœcūdaq; pœnis.) Fœcunda in pœnam. ❡Rimatur.) Pascitur: vt, Rimanē prata Caystri.

Fibræ.

❡Fibris.) Fibræ sūt eminētiæ iecoris.

Lapithæ

❡Quid memorem Lapithas?) Hi populi Thessaliæ fuerūt, quibus imperabat Ixion amicissim⁹ (vt diximus supra) Ioui, Phlegyæ filius: qui post nubis coitum fictæ in formam Iunonis, dum de se eius stupro iactaret, ab irato Ioue ad inferos trusus est, & illic religatus ad rotā circunfusam serpentibus.

Perithous.

❡Pirithoum.) Et hic vnus de Lapithis fuit, qui descēdit cū Theseo ad rapiendam Proserpinam. ❡Adsimilis.) Ad vacat: & a maioribus ad ornatum adhibebatur. Horatius. Qua populus adsit, a certis limitibus vicina refugit iurgia. ❡Lucent genialibus altis.)

Tātalus

Aliud est: Tantalus rex Corinthiorum amicus numinibus fuit, qui cum frequenter eos susciperet, & quodam tempore defuissent epulæ, filium suum Penelopem occidit, & dijs epulādum apposuit. Tunc abstinentibus cunctis, Ceres humerum eius exedit. & cum eum dij per Mercurium reuocare ad superos vellēt, eburneus ei est humerus restitutus, sicut supra: Humeroq; Pelops insignis eburno. Ideo autem sola Ceres dicitur comesse, qa ipsa est terra, quę corpus resoluit. Per Mercurium autem ob hoc fingitur esse reuocatus: quod ipse est deus prudentiæ, per quam

Philosophi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Philosophi deprehenderunt παλιγγενεσίαν vel μετ' ἐμψυχωσιν, Tantalus aũt hac lege apud inferos dicitur esse damnatus: vt in Eridano inferos ſtans, nec vndis præſentibus, nec vicinis eius pomis potiatur. Per hæc aũt auaritia ſignificatur: vt etiam Horatius. Quid rides? mutato nomine de te fabula narratur. ¶ Genialibus.) Veluti genialibus. Nam geniales proprie ſunt, qui ſternuntur puellis nubentibus: dicti a gñandis liberis. ¶ Aurea fulcra.) Quibus fulcimur. i. ſuſtinemur. ¶ Regifico luxu.) Regali ambitu. ¶ Furiarum maxima.) i. fames: vt, Vobis furiarum ego maxima pando. Vnde famem prænunciat, vt hanc eſſe furiarum maximã doceat. ¶ Et manibus.) Illorum. ſ. non ſuis. ¶ Facem attollens.) Inijciens ignem auaritiæ, vt abſtineant.

genialef

DONATVS.

¶ Hic genus an. t. &c.) Parum fuit dixiſſe tam prolixam fuiſſe altitudinem tartari: in imo, inquit, fundo eius pendebant Titanes ponit, qui pro ſceleribus ſuis ictũ fulmine in illum locũ iuſte meritoq; cõiecti ſunt. ¶ Hic & Aloidas geminos.) Geminos ait, quos vnus ediderat partus, aut ſimplicius intelligamus, duo: ſicut alio loco poeta ipſe ait. ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta, Horreſco referens immẽſis orbibus angues. Illic enim duo

Aloidæ.

significati ſunt, non vno partu effuſi, quantæ iſti aloidę proceritatis fuerint oſtendit. ¶ Qui. m. m. r. c. Aggreſſi.) Quid non auderet temeritas, cui ferebat corporis altitudo ſuffragium? tangebãt manibus cælum, ex eo arbitrati ſunt excluſo Ioue, poſſe ſibi eius imperium cedere. tanto autem maiore fulminis violentia preſſi ſunt, quanto illos inimica ſui corporis forma cœlo proximos ferebat. ecce, propter quam caulam deſcriptus eſt tartar⁹ duplicem in præceps habuiſſe menſuram, vel quare in imum fundum eius coniecti ſunt, ne Aloidis emergendi exinde per altitudinem corporum præberetur occaſio, vt tantum his ad ſuperos ſpatium remaneret, quod ſuperare non poſſent. cum pronunciamus, ſuperis q; Iouem detrudere regnis, Iouis nomen debemus extollere. eſt enim & in hominibus magnę ſignificatio poteſtatis, vt hoc loco Iouem ſuperare ſe poſſe temere arbitrati ſunt, eum. ſ. qui cœli teneret imperium, qui deos, qui ſydera atq; homines pleno gubernaret imperio, & cætera quæ intelligi poſſunt, ipſius tamẽ fulmine ſtrati ſunt, quem audendo contemplerant. ¶ Vidi & crudeles.) Hoc adhuc clauſum eſt, non apparet, aut delinquentis cauſa, aut ſpecies euidenter expreſſa ſupplicij. ſubiungitur tamen vtraque ſignificatio. tunc enim cuiuſlibet pœnæ iuſta videbitur proceſſiſſe ſententia, ſi admiſſi quoq; qualitas ſupplicio congrua demonſtretur. ¶ Dum. ſi. i. &. ſ. imi. o.) Ipſe quoq; in eo crimine ſacrilegij fuit, in quo Aloidæ, qui Iouem regno conati ſunt trudere. imitatus eos fuerat Salmoneus, quod de cœli partibus homines terret, vt ipſe potius, quàm Iuppiter timeretur, vt fieret euidentior ſceleris cauſa, adiecit quomodo tonitrus & fulminis facta ſit imitatio. ¶ Quatuor. h. in. e.) Imitabatur, inquit, Iouem. & ſelli per dementiam nitebatur æquare. pro fulmine præferens facem, & æris ſonitu ac ſtrepitu equoꝝ currentium ſacra tonitrua ſimulans. ¶ At pater omnipotens.) Iuppiter non faces aut fumantes tedas, quas Salmoneus portabat, ſed diuina in ipſum coniecit incendia, & adegit præcipitẽ. oſtendit eum in tartari altitudinem

Salmoneus.

Titiõ.

miſſum. ¶ Necnon & Tytion.) Monoptoton declinaẽ dicendo tytion tytionẽ diceret, ſi per caſus variari potuiſſet. erat cernere illum tytion, cuius informe corpus nouẽ iugerum ſpatium occupabat. huic enim pro ſceleribus admiſſis vultur immanis appoſitus fuerat grandis & ſæuus natura, & inexplebili ventre, roſtrum habens obuncum, aptum, ſcilicet ad inferendum mala, & conſumendis viſceribus competenter armatum. cui ne deeſſent membra, quæ ſemper improbus peteret, carnis immortalitas non deerat. nõ quod reparatio viſcerum domino profutura ſuppeteret, ſed farciens detrimenta, quæ vultur intulerat, ne pœna conquieſceret corporis deficiente ſubſtãtia. ¶ Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumq; ? Quos ſu. a. ſi. ia. la. ca. Imminet adſimilis.)

Lapithę

Genus eſt tranſitus per omiſſionem, quod iccirco ponitur, ne cõtinuatio narrationis horreſcat. Ergo ait, quid memorẽ Lapithas, ſupra quos pẽdens ſaxum ruinam promittit, nec tamen cadit, vt ꝑpetuo metu ſubiecta nexorum mens iugiter crucietur. ¶ Regifico luxu.) Et torus regifico luxu fuerat paratus, & propoſitio epulæ, non quia his vti meruerant, ſed ab his prohibiti cruciatibus maximis afficerentur. ¶ Furiarũ maxima ſuxta Accubat.) Denicq; his appoſita fuerat maxima furiarum, quæ eos non tantum prohiberet ab epulis: ſed ipſas quoq; menſas non ſineret vel manibꝰ tangere, exurgens etiam voce magna, perindeq; terribili atq; intonanti: vt vitaret acriter nequid tangerent, & confirmaret vocis opere prohibitionem ipſam.

ASCENSIVS.

¶ Hic genus, &c.) Docet, qui apud tartara damnati pœnas dent: eorumq; primos cenſet, qui temerario auſu, deos expellere conati ſunt: vt filij terrę, Titanas videlicet, qui ob ingentẽ corporis molẽ ex terra ſumptam, filij terræ dicti ſunt. Eoſdẽ etiam Homerus in profundo tartari eſſe dicit. Lactantius lib. j. dicit, eos filios Titani, qui erat frater Saturni, ex terra genitos. Diodorus autem, ex Titea genitos, vult, & inde Titanes dictos. Seruius vero, ex terra irata, & ita vocatos, quia τίσις ira dicitur. ſunt autem ſuperbi, per eos intelligendi. At Cicero, Nihil aliud, inquit, eſt, gigantes pugnare cum ſuperis, q̃ naturæ repugnare, & reuera quod philoſophus docet, Nihil naturalius, q̃ vt inferiora pareant ſuperioribus. Secundo loco, ob conſimile crimen ponit Aloidas: quos Homerus in. xj. Odyſſeæ, ab Vlyſſe viſos, dicit Oethum, & Ephialtem, q̃ Neptuni filij ab Home. putantur, ex Aloei vxore: ſed a patre putatiuo denominati. Fuerunt autem (teſte Homero) ſummæ magnitudinis: nam cum adhuc eſſent imberbes, habebant pectus latum nouem cubitis, & totidem palmis: longitudinem vero vndecim vlnarum: creſcebant autem quotidie nouem digitis, q̃ auſi detrudere Iouem cœlo, iaculati ſunt Apollinis telis, non Dianæ, vt Seruius vult. Addit Homer⁹, quod etiam pepulliſſent Iouem, ſi continuo ſic eos creſcere permiſiſſet. Nec dicẽtur gemini. i. pares, licet id fere in gemellis accidat: ſed gemelli. Fuerũt. n. vnius partus ex Iphi media, Aloei vxore: a Neptuno compreſſa, geniti. Et producitur ſecunda: quia Græce ſcribitur, τίσιφόνους. Tertio, dicit, ſalmonea, ſeu Salmoneum: quem Diodorus in. v. dicit filium Æoli, & Æolum Deucalionis, qui regnauit apud Elidem, ciuitatem Arcadiæ, in Peloponeſo: vbi in ludis Olympiacis, ſibi diuum poſcebat honores. Tityos autem, fuit filius terræ: vt dicit Strab. lib. ix. q̃ in inſula Euboea natus ab Apollinis interfectus eſt: quia tyrannus fuit: & concubitum Latonæ matris Apollinis, appetit. Occultauit autem ſeſe in ſpelunca Elaria, vt inquit Strabo. Et fuit q̃ vellint Elariam fuiſſe matris eius nomen: & ita alij, a terra genitum alij, nutritum volunt: ſumentes occaſionem, qualem Virgilius dicẽs de ab originibus, quod eſſet gens duro robore nata. Per hũc luxuriã plurimi intelligunt: Vnde Oratius, Incontinẽtis Tityi. & ita declinatur, hic Tityos, aut Tityus, huius Tityi. Donatus tamẽ ſentit, quaſi ſit hic Tityon, indeclinabile nomen: dicemus ergo hunc Tityon, ſicut Menelaon: & bene dicitur, iecur eius abrodi, quia cogit amare iecur: vnde idẽ Hora. Nulla ancilla tuum iecur vlceret, ſed prælongum eſſet cuncta ꝑſequi. addam quod Homerus dicit, Tãtalum poſitum in fluuio Eridano, intra poma & dulcis aquas. Euripides vero dicit, quod Tantali pœna eſt ſaxum lentem pendẽs, cuius caſum timet. vnde in. iij. Tuſculanarũ, dicit Cicero, quod poetę fecerunt imminere ſaxum Tantalo, ſignificantes auarum ſemp timere. Hora. Homerum ſecutus, dicit ſermone.). Tantalus a labris ſitiens fugientia captat flumina, &c. & ſignificat auarum ſemper egere: quia quærit, & inuentis, miſer abſtinet, & timet vti. Donat, verba ſunt. ¶ Tityon) Monoptoton declinatur morem Lapithas.) Genus eſt tranſitus per omiſſionem: & ponitur, ne continuatio narrationis horreſcat. Hæc ille. ¶ Ordo autem eſt. Gens antiquum. i. progenies antiqua terræ: appoſitories pubes Titania, aut Titano progenita, aut ab vltione, quæ vlciſci dicitur denominata, id eſt filij terræ, ſcilicet gigantes: voluuntur hic, ideſt in tartaro: deiecti, ideſt poſtq̃ deiecti erant: fulmine, ſcilicet Iouis, in bello gigantẽo: voluuntur, inquit, imo fundo: quia & primi, & ſceleſtiſſimi, apud inferos ſunt. Nec multum abludit fabula a caſu Luciferi, & complicum: nec hiſtoria ab his, qui turrim Babylonicam conſtruere moliti ſunt. Ego vidi, inquit Sibylla: &, id eſt etiam: hic Aloidas, id eſt Aloei filios putatiuos, Oethum, & Ophialtem: geminos, id eſt vno partu editos: appoſitorie: immania corpora, qui aggreſſi ſunt reſcindere manibus, ſcilicet ſuis, magnum cœlum: quapropter dicit Donatus, tartarũ bis tantum in præceps patere: quia ſi cœlum aggreſſi ſunt, infra pofundior ſit tartarus, q̃ cœlum altum, poſſent facile ſeſe eximere: & aggreſſi ſunt detrudere Iouem, regnis ſuperis, id eſt cœleſtib⁹. Ego vidi: &, id eſt etiam: Salmonea, id eſt filium Æoli, regis Arcadiæ: dantem pœnas crudelis, id eſt crudelitatis ſuæ: vt liz genitiui ſingularis: aut crudeleis, id eſt ſæuas, & vehementeis, & ſine clementia illatas, vt crudelibus ſolent: & crudelibus debentur, ſicut, Crudelis aras libro .j. dixit ad quas crudele facinus committens erat, dum imitatur (quaſi adhuc imitetur: quia ſicut boni, ea dem habent exercitia poſt mortem, & in vita: ſic & mali ſed boni, ad voluptatem: mali, ad dolorem: a qua Ethnicorum ſententia non multum abhorret: qui dicunt etiam immundos ſpiritus

Titanes

Gigãtes

Salmo

Tityos.

Tantal⁹

tus propterea damnatos, quod deo ſimiles eſſe volenti, conſentiebãt adhuc conari vt adorarentẽ. vnde & ille, Si, pcidens adoraueris me.) Flammas Iouis, & ſonitus olympi. i. tonitrua, quæ Iuppiter demittit ab olympo, hoc eſt cum in ea affectione manet apud inferos: aut dum imitatur. i. dum pœnas dat, pro eo quod imitatus eſt, flãmas, &c. niſi ſit ordo: hic dum imitatur flãmas Iouis, & ſonitus olympi, inuectus quatuor equis itot. n. authore Plato, vtitur Iuppiter: & quaſſans. i. concutiens frequẽter lampadas loco fulminis: ibat ouans. i. exultans, ouanti ſimilis: per populos. i. cœtus: Graium, pro Graiorum: & p vrbem Elidis. ſ. regionis, aut ciuitatis Arcadię: mediæ. i. per medium eius vrbis: & poſcebat ſibi honores diuum. i. religionem, & metum, ob fulgura, & tonitrua, diuitans ſe Iouem eſſe: ibat, dicit, exiſtens demens, q̃ ſimularat. i. finxerat, & imitatus erat nimbos. i. nubes ventoſas: & fulmen non imitabile. i. quod imitari nõ licet: æra. i. ponte æreo: & curſu equorum cornipedum. i. habentiũ corneos pedes, hoc eſt duros, & ferreos. At. i. ſed: pater. oipotens. ſ. Iuppiter: contorſit telum. ſ. fulmẽ ſuum: inter denſa nubila: hoc eſt cum adhuc eſſet inter nubila cõtorſit, quaſi ex arcu dimittendo deorſum: ille. ſ. omnipotens pater Iuppiter, nõ adegit. ſ. in Salmonea, ſicut Salmone⁹, in eos quos terrere, aut proſternere voluit: faces. ſ. pro fulgure: non lumina fumea, id eſt fumoſa, aut habentia fumum adminiſtum: tedis, id eſt propterea, quod fierent ex tedis: ſed, ſup. adegit eum præcipitem, id eſt præcipitanter cadentem: turbine. i. circunuolutione: immani. i. terribili, & vehementi. Necnon. i. & etiã: erat cernere. i. illic vidēre dabatur: Tityon alumnum terrę omniparentis, id eſt quem terra, omnium parens, nutrierat: aut, vt parens: aut, vt nutrix tantum: cui, ſcilicet Tityo: corpus porrigitur. i. porro regitur. i. extẽditur per nouem iugera: tota. i. integra: & cui vultur immanis, tõdens roſtro adunco, id eſt incuruo: iecur immortale, id eſt inconſumptibile & viſcera fœcunda pœnis, id eſt ad pœnas: quia renaſcuntur fibræ, vt iterum abſumantur, quod noſtri dicunt, dãnatos ſemper mori, & tamen mori non poſſe: & rimatur. i. ꝑ rimas, id eſt fiſſuras: aperit epulis. i. ad habendas epulas: aut epulando: & habitat ſub pectore alto. i. profundo, vbi eſt curarum locus: quæ curæ nõ ipſa in morte relinquunt: nec vlla requies datur fibris. i. extremitatibus iecoris, renatis: quia, vt primum renatæ ſunt abſumuntur a vultore. Quid. i. ad quid: memorem Lapithas? quaſi dicat, fruſtra: quia notum eſt ob guloſitatem, & ꝑcipue ebrietatem: & quid memorem Ixiona, qui & luxurioſus, & ambitioſus fuit: & quid memorẽ Pirithoum, qui Proſerpinam rapere adortus eſt. aut ſupp. quid memorem, ſupra quos atra ſilex imminet lapſura, id eſt quaſi lapſura, iamiam de momẽto in momentum, hoc eſt adſimilis, id eſt multum ſimilis cadenti? & ſunt ſuperſtitioſi. Aut, ſup. quid dicam de illo, videlicet Tantalo: cui fulchra. i. ſuſtentacula tabularum, ſeu menſarum, ſupra quas comeditur: non tauri, ſuper quem cubatur: aurea, id eſt aut aurata, aut ex ſolido auro facta: lucent altis toris, ſcilicet diſcubitorijs, genialib⁹, id eſt quibus genio indulgere ſoleant, id eſt læte conuiuere, & id potius quàm vt intelligamus de toris, in quibus opera datur liberis generandis, & epulæ paratæ luxu. i. ſuperfluo, aut magnifico ornatu

SERVIVS.

¶ Quibus inuiſi fratres.) Hęc quidem conſtat dicta eſſe generaliter. Poſſunt tamen & ad ſpeciem trahi: vt Ægyſtum & Danaum, Atreum, & Thyeſtẽ, Etheoclem, & Polynicẽ ſignificare videatur. Bene aũt dicẽdo Inuiſi, per id quod leue eſt etiam maiora complexus eſt. ¶ Pulſatus ve parens.) Item quod leuius eſt dixit, patricidij comparatione. Poſſumus autẽ Oedipum accipere Laij extiſtorem. ¶ Aut fraus innexa clienti.) Ex lege duodecim tabularũ venit, in quibus ſcriptum eſt, Patronus, ſi clienti fraudem fecerit, ſacer eſto. Si enim clientes quaſi colentes ſunt, Patroni quaſi patres: tandẽ eſt clientem, quantum filium fallere. Et hoc poſſe, fieri ex

ornatu: regifico, aut a rege facto, aut regem faciente, cum non deceat, niſi regem. ſup. ſplendent, aut lucent: ante ora. ſ. Tantali: ſed maxima furiarum, aut Celæno, quæ dixerat in. iij. Vobis furiarũ ego maxima pando. Et bene vna Harpyarum dicitur illic eſſe: quarum videtur proprium infeſtare menſas, aut ſi Celæno nondũ defuncta intelligiẽ, intelligetur alia eius ſimilis, famem inducens quia reuera non eſt mortalibus maior rabies, q̃ quæ ex fame naſcitur: furiarum ergo maxima, quæ, ſcilicet famem procreat: accubat iuxta: & prohibet contingere menſas, id eſt tercula antepoſita manibus, ſcilicet Tantali: & exurgit, ſcilicet quoties tẽtare conatur: attollens. i. erigens facem, quam illi incutere minatur, aut inijciens ignẽ auaritiæ, vt dicit Seruius: atq; intonat. i. horrorem facit ore: vt. ſ. deterreat ab epulis.

PIERIVS.

¶ Titania pubes.) In Rom. cod. proles legitur. Sed non diſplicet pubes: quia Heſiodus ait, eos centeſimum adhuc annum agentis in ſinu matris lactentis decubuiſſe: quanq̃ etiam, ſi non relpicias ad Heſiodũ, pubes, pro qualibet iuuenum manu, non indecẽter poſitum eſſe dixeris. ¶ Diuumq; ſibi poſcebat honorem.) In anti. omnibus quos habuerim, honorem, vnitatis numero legitur, vt de vna tantum fulminandi, ſcilicet prerogatiua intelligatur: ſane vero, honores, numero multitudinis, pro titulis, & dignitatibus poni, videas ab authoribus, honores habiti, honores decreti. ¶ Et cornipedum curſu ſimularat equorum.) In codicib⁹ pleriſq; vetuſtis, cornipedum pulſu legitur. &, ſimularet, vti etiam in Medi. eſt, elegãti elocutionis forma: quam lectionem e multis exemp. inique ſublatam animaduerti, e, literæ veſtigio mẽbranis adhuc pertinaciter adhærẽſcente. ¶ Non ille faces, non fumea.) In antiqs exemplarib. nec fumea. ¶ Terræ omnipotentis alumnum.) Veteram omnino exẽplaria pleraq;, omniparentis, cum Porcio legunt quanq̃ in aliquot ex abraſis literarũ apicibus, omnipotentis ſcriptum animaduerti. In Mediceo, compendioſe ſcriptum eſt, omnipotentis. Sed aliena manu correctum, omniparentis. Sane vero Aruſianus Meſſus, niſi codex mendoſus eſt, omnipotentis, videtur agnouiſſe: vtcunq; vero, nequaquam mihi diſplicet, omniparentis vulgata lectio. ¶ Roſtroq; immanis vultur obũco.) In Roma. & aliquot aliis codicibus antiquis, voltur obunco legitur. In Mediceo, adunco habetur. ¶ Iecur tundens.) In antiquis fere omnibus exemplaribus quæ tractarim, tondens habetur pro decerpens, & leuiter abrodens. ſunt tamen quibus tundens: vt in Mediceo eſt: magis placeat, nempe quia eiuſmodi eſt geſtus auium paſcentium: vel, vt cum eo conueniat, quod dictum eſt, immortale iecur, adeo vt non abrodi, ſed tundi, tantum a vultore videretur. ¶ Silex iamiam lapſura, cadentiq; imminet adſimilis.) In codicibus pleriſq; veteribus, q̃, particula, poſt participium, cadenti: vel minime notata eſt, vel ſublata, in aliquot aliena manu adſcripta eſt. & lapſura per characteriſtichon ſui thematis: de quo alibi. ¶ Epulæq; ante ora paratæ.) In Ro. cod. legere eſt, paternæ: quaſi adſimulata eſſet edulij ſpecies, quam pater ex filio Dis condierat. ſed omnino, paratę, magis eruditis auribus ſatisfacit. ¶ Atq; intonat ore.) Nonnulli cod. increpat, legunt: ſed multo maioris horribilitatis eſt, intonat, dicere.

Hic, quibus inuiſi fratres, cum vita manebat:
Pulſatus ve parens: & fraus innexa clienti:
Aut qui diuitijs ſoli incubuere repertis:
Nec partem poſuere ſuis: quæ maxima turba eſt:
Quiq; ob adulterium cęſi: quiq; arma ſecuti
Impia: nec veriti dominorum fallere dextras:
Incluſi pœnam expectant. nec quære doceri,
Quã pęnam: aut quæ forma viros, fortuna ve merſit.
Saxum ingens voluunt alij: radijſq; rotarum
Diſtricti pendent. ſedet, æternumq; ſedebit
Infelix Theſeus: Phlegiasq; miſerrimus omneis
Admonet: & magna teſtatur voce per vmbras.
Diſcite iuſtitiã moniti, & nõ tẽnere diuos. PHLE.
Vẽdidit hic auro patriam, dñmq; potentem POE.
Impoſuit: fixit leges pretio, atq; refixit:
Hic thalamum inuaſit natæ, veritoſq; hymenæos:
Auſi omnes immane nefas, auſoq; potiti.

ri ex Horatij dictis intelligimus: qui cum loqueretur de auaris potentibus ait de vicino cliente, Pellitur paternos in ſinu ferẽs deos. Vrbano tamen hoc diſplicet: & dicit rarum eſſe hoc, magiſque contrarium, cũ magis patronos decipiant frequenter clientes. Vult autem intelligi prævaricatores q̃ patroni ſũt clientũ, quos nũc ſuſceptos vocam⁹. ¶ Nec partem poſuere ſuis.) Bene addidit ſuis, ideſt cognatis, affinibus. Hæc. n. fuerat apud maiores donandi ratio: non, pfuſa paſſim. Nã hoc eſt velle inaniter pdere. Vñ Cicero ait in libris legum. Stipem, phibeo. nam auget ſuperſtitionẽ, & exhaurit domos. Dignis igr largiendum eſt. Vñ Horatius, Cur egetidignus quiſq; te diuite?

Universidad de Deusto Biblioteca

Non mihi si linguæ centum sint: oraq; centum:
Ferrea vox: omnes scelerum comprendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina possem.

te diuite id est indignus paupertare. ¶Ob adulterium cæsi.) Si occisi, Ægystum significat Thyestæ filium: & si re vera cæsi, Sallustium, quem Milo deprehẽsum sub serui habitu verberauit in adulterio suæ vxoris filiæ Syllæ. ¶Quiq; arma, Secuti impia, nec veriti dominorum fallere dextras.) Hoc loco videtur blandiri Augusto: quia cõtra Cæsarem patrem eius, multi quibus ignouit, arma susceperant. Est nanq; eius dictum Dare quidem se veniam Pompeianis: sed ab ipsis quandoq; esse periturum. vt arma impia, ciuilia dixerit bella: quæ mouerunt Pompeiani contra acceptæ veniæ fidem: sed non procedit. Nam si arma impia dixit bellum ciuile: tãgit & Augustum & Cæsarem: qui & ipsi bella ciuilia tractarunt. Item si culpat eos qui contra fidem datæ veniæ dimicauerũt, tangit, Augustum. Nam transierunt ad eũ ab Antonio duo millia equitũ: per quos est victoriam ꝓsecutus. Horat. Adhuc frementes verterunt bis mille equos Galli canentes Cæsarem. Fecit præterea iniuriam Augusto & Cæsari, si eos dominos dixit: quod apud maiores inuidiosum fuit. Nam patres patriæ dicebantur, non domini. Iuuenalis, Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit. Melius ergo est, vt bellum a Sexto Pompeio, Pompei filio in Siculo freto gestum accipiamus. Nam occiso patre Siciliam tenuit: & collectis inde seruitiis vastauit sex annis vltro citroq; Siciliam: postea victus est ab Augusto & Agrippa. Horatius, Minatus vrbi vicla quæ detraxerat seruis amicus perfidis. Et hoc sensu tã arma impia quam dominorum congruit commemoratio. ¶Pœnam expectant.) Quod grauius est. Nam in expectatione, & præsens metus est & dolor futurus. In ipsa autem pœna, solus est dolor. ¶Forma viros.) Regula. Singulis enim sceleribus statuta sunt supplicia ex more Romano, quem sequitur. ¶Saxum ingens voluunt alii.) Sisyphum dicit, q deorum consilia hominibus publicauit. ¶Radiisq; rotarum.) Ixionem dicit, vt alibi ostendit. Atq; Ixioni vento rota constitit orbis. Licet supra dixerit. Quos super atra silex. Nã de his fabulis variæ sunt in ipsis authoribus opiniones. ¶Æternumq; sedebit infelix Theseus.) Contra opinionem. nam fertur ab Hercule esse liberat⁹: quo tempore eum ita abstraxit, vt illic corporis eius relinqueret partẽ. Frequẽter. n. variant fabulas poetæ. Hyppolitum Virgilius liberatum ab inferis dicit. Horat. contra, Neq; enim Diana pudicum liberat Hyppolitum. ¶Phlegyasq; miserrimus oẽs admonet.) Si Phlegyas est nominatiuus singularis, hoc dicit, Phlegias omnes admonet apud inferos pœnas ferẽtes. Si autem Phlegyas accusatiuus pluralis est, Theseum omnes Phlegyas admonentẽ debemus accipere. Hi nanq; secundum Euphorionem populi insulani fuerũt satis in deos impii, & sacrilegi. Vnde iratus Neptun⁹ percussit tridente eam partem insulæ, quam phlegyæ tenebant: & omnes obruit. Phlegyas autem Ixionis pater habuit Corydonem filiam, quam Apollo vitiauit: vnde suscepit Æsculapium. Quod pater dolens, incendit Apollinis templum: & eius sagittis est ad Inferos trusus. Statius, Phegyam subter caua saxa iacentem Æterno præmit accubitu. ¶Discite iustitiã.) Vel nunc in pœnis locati. ¶Vendidit hic auro patriã.) Etiam hæc licet generaliter dicantur, habẽt tamen specialitatem. Nam Lasthenes Olynthum Philippo vendidit: Curio Cæsari vigintiseptem millibus sestertiis Romam, De quo Lucanus, Gallorum captus spoliis & Cæsaris auro. ¶Fixit leges pretio, atq; refixit.) Possumus Antonium accipere secũdum Ciceronem in Philippicis, Fixit autẽ ideo, quia incisæ in æreis tabulis affigebatur parietibus. ¶Hic thalamum inuasit natæ.) Thyestes: vnde Ægystus natus est, item Ciniras. nam quod Donatus dicit, nefas est credi dictum esse de Tullio. ¶Vetitosq; hymenæos.) Legib⁹. s. Nam dicẽdo Vetitos, ostendit fuisse vt est apud Persas hodie. Vnde Donatus male ait, natura & legibus vetitos. ¶Ausi omnes immane nefas, ausoq; potiti.) Illic sunt, & qui fecerunt, & qui conati sunt. Dicit autem secundum Romanũ ritum, in quo non tantum exitus punitur, sed etiã voluntas. ¶Non mihi si linguæ cẽtum sint, oraq; centum, Ferrea vox.) Lucretii versus sublati de Home. sed Ærea vox dixit. ¶Scelerum comprendere formas.) Vt, Aut quæ forma viros, fortunaue mersit?

DONATVS.

¶Hic quibus. in. f.) Illic fuerũt, qui odio habuere fratres suos, & patres egerunt manu, vel qui pauperibus cõflauerunt fraudem. ¶Aut qui diuitiis. s. i. r.) Illic ẽt illi, qui nacti diuitias nullam suis partem facere voluerunt. quorum multitudo fuerat maxima. ¶Quiq; ob ad. cæ.) Et qui ob illicitos concubitus alieni coniugii mactati sunt. ¶Quique ar. se. Im.) Vt sunt, qui necessitudine coniuncti sunt sanguinis aut affinitatis inimicitias vsq; ad sanguinem ducunt. ¶Nec veriti do. fal. d.) Illi quoq;, qui deceperunt dominos suos: possunt etiam intelligi, qui imperatores prodiderunt. ¶Inclusi pœ. ex.) Hoc de omnibus dictum est, quos supra complex⁹ est, quot inclusi expectarent pœnas: expectare autem incertum, peius est, quam pati. ¶Ne. q. do. Qu. p.) Quid enim referret Sibylla, quod non dum in illorum criminum reos fuerat definitũ? ne quærat, inquit, doceri, qua pœna isti afficiantur, cum sola sit interim, quod eam expectant: & nec tempus quo pœna ipsa ventura sit, norint, nec sciant quæ illa sit, quod dixit, his quibus inuisi fratres, dum vita manebat. omnibus potest aptari, quos diuersorum criminum reos supra enumerauit. omnes enim dum vita manebat, prædicta crimina admiserant. ¶Saxum ingens voluunt alii.) .i. sine fine voluendi. ¶Radiisq; ro. Districti pen.) Et hic intelligitur, alii saxum voluebant: alii pendebant rotarum radiis districti. ¶Infelix Theseus.) Theseus sic damnatus. ¶Phlegyasq; miser om. Ad.) Phlegyas præpositus omnibus fuit ipsis miserrimis reis vniuersis insultans voce magna. ¶Discite iustitiã mo.) Post admonitionem enim peccare crimen est maximum, nec habent defensionem imprudentiæ, qui hoc facerent: non timere autẽ diuos sacrilegium est. ¶Vẽdidit hic auro patriam.) Execrabile criminis genus hostibus patriam vendere. patriam, inquit, primum altricem suamque ꝓprio sinu nascentem, vagientemq; suscepit, quam supra matris affectum amare & colere debuisset, quam præclari ciues liberis ac posteris suis optant, cupiuntq; esse superstitem. Ecce addit causam, quia impulsus multiforme scelus admisit, propter auaritiã solam execrandam, inquit, id est auri cupiditatem: decepit eam. ꝑ qua occumbere gloria fuerat, & per victoriam fidam mentis obstinatione durare, & hanc hostibus in exitum eius, perniciemq; quærentibus non dubitaret offerre. definiamus quid sit patriam vendere, decipere ipsam primo: quam, vt dictum est, superstitem relinquere gloriosum, decipere insontes, cuius diuersas quoq; ætates in diuerso sexu constitutas locupletes ex præda hostes efficerent, adde causam, sola auaritia est, & sumendi auri cupiditas execranda, seruaturus hæc, quibus perdidit oĩa, quæ charissima habere debuerat. ¶Dominumq; po. Imposuit.) Et seruitio potentis domini sunt omnes addixit. iunctus quippe seruitium sequitur. ¶Fixit. l. p. atq;. r.) Corruptione interueniente præmiorum alias conscribi leges effecit, & alias remoueri, quales esse potuerunt: quas ferebat inimicis. ¶Hic. th. i. n. v. q. h.) Hic, inquit, contra iura publica, legemq; naturæ filiæ ꝯcubitus inuasit. quod libidinis genus iste prætermisit, qui in nefarios natæ complexus improuidus ruit. iam specialis narratio producta ꝑ multos faceret maiorem properantibus moram. confugit ad generalitatem dicens. ¶Ausi. o. i. n.) Omnes, inquit, isti nefariorum scelerum rei sunt, & illos tetigit & quicqd aggressi sunt perfecerunt. cum dicit omnes, & illos tetigit: quos designatis criminibus deposuit. omnia hæc pœnarum & criminum genera Virgilius non inaniter posuit: neq; enim id curauit, vt ostenderet se curare actus infernos: sed vt suppliciorum metu ad bonos mores singulosq; cõuerteret, & apertius docti rectius viuerent certi deterius puniri post mortẽ, quæ sciente do vindicarent homines, aut prætermiserint ignorando. mire tamen addidit. ¶Non mihi si linguæ centum.) Generalitas enim necessario adiecta est, ne poeta videretur omnia descripsisse, quæ apud inferos gerebantur, quoniam fuit impossibile latitudinẽ tantam plene complecti, vel ne contẽptui haberentur pœnæ præpositæ ex quotidiana meditatione. amplius enim supplicia incerta metuuntur, certe etiam si sola fuerant, quæ dicta sunt. Accessit humanis actibus, quod prodesset ex poetæ mendacio. plus enim fecit timere, & minus peccare metuentem. eoq; res redit, vt viuatur rectius cum infinita formido est.

Patriã vẽdere.

ASCENSIVS.

¶Hic quibus, &c.) Tãgit quartum peccati mortalis genus, inuidiam. s. repetens iterum auaros, & taxans impios, infidos, adulteros, superstitiosos, & qui patriam, aut genus suum, incestauerũt, vt suo loco dicam. Donati autẽ verba sunt. ¶Leges pretio fixit.) Omnia hæc scelera posuit Maro. vt viuentes ad bonos mores, metu pœnæ reduceret. ¶Nõ mihi.) Necessario generalitas iniecta est, ne cuncta descripsisse videretur: quoniam fuit impossibile, latitudinem tãtam plene ꝯplecti, vel ne contẽptui haberentur pœnæ ꝑpositæ ex quotidiana meditatione. Plusquam etiam metus iniicitur, cum infinita formido est. Hæc ille. ¶Ordo autẽ est. Hic, sup. inclusi: expectant pœnas. i. quibus fratres inuisi, sup. erant, dum vita

vita manebat: vt Atreus & Thyestes: Danaus & Ægyptus: Romulus & Remus, & multi alii: quia fratrum concordia rara est. De Romulo tamen non esset congruum exprimere, quia eum laudaturus est Anchises, dicturusq; eum iam tũc ad cœlos destinari: sed vt dicam, id Sibyllæ dicere licet, quæ verum sine fuco profert. & quibus parẽs est pulsatus, quod minus est, quam si occisus sit: & tamen æterno supplicio dignus censetur: & a quibus est fraus innexa cliẽti, scilicet familiari, & domestico se colenti, hoc est, aut qui clienti, aut qui per cliẽtem fraudem fecit: aut qui incubuere soli diuitiis repertis: nec posuere partem suis, scilicet necessariis: quæ, id est quorum, est maxima turba: & qui cæsi sunt ob adulterium, vt Fabius & Sallu. & qui secuti sunt, arma impia: vt contra patrem patriæ, sicut cum Sexto Pompeio: nec veriti supple sunt: fallere dextras, in fidem dominorum (vt qui cum Sexto Pompeio pugnauerũt, id est enim vt dicit Hora. in Odis. Detraxit vincula seruis, vt iniiceret patriæ. aut generaliter intelligem⁹ de seruis qui dominos suos deceperint: sicut prius de patronis, qui clientibus suis imposuerint. Hi, inquam, omnes inclusi, expectant pœnas, quod grauissimum est tormẽtum: vnde Seneca, Grauius est quam mori, semper mortem expectare. Ne quære, pro ne quæras doceri quam pœnam, supple expectent: aut quæ forma. i. species malorum: aut quæ fortuna mersit viros, id est eos, qui ad discretionem peruenerint, quasi dicat, longum esset omnia recensere, quia alii voluunt ingẽs saxum (de quibus Beroaldum statim audiemus. sunt autem superstitiosi.) & sup. alii: districti, id est diuersis partibus astricti: pendent radiis, id est lignis, inter cathum, seu circunferentiam, & axem: ab axe in morem radiorum procedentis: Theseus infelix, sedet, & sedebit æternũ. s. apud inferos. Nam licet Pirithoum liberauit, tamẽ postmodum defunctus apud inferos æterno supplicio addictus est. Aulus Gellius tamen, vt diximus, ibi: Portusq; require Velinos: dicit hunc locum corrigẽdum censeri, eo quod ab inferis rediisse supra innuit, cum diceret, Quid Thesea, magnum quid memorem Alciden? sed, vt dixi, licet viu⁹ dicitur rediisse: mortuus tamen illic manere potest: & ita non est repugnantia in dictis poetæ, quæ concordari non possit. Est aũt duplex sensus sequentis particulæ. Nam Phlegias põt esse nominatiuus singalaris, & accusatiu⁹ pluralis. Fuit enim Phlegias, rex Thessaliæ: pater, vt nõnulli dicunt, Ixionis & Choronidis: ex qua Apollo Æsculapium genuit: vnde iratus Phlegias, Delphicum tẽplum Apollinis incendit: quapropter dãnatus dicitur. Item Phlegiæ, sunt populi Thessaliæ impii: de quibus Ouidius lib. xi. Metamor. meminit. Si ergo nominatiuus est, cõstructio est. Et Phlegias, rex ille Thessaliæ, impius miserrimus: quia grauissimo supplicio affectus: & tamẽ vtcunq; miseratione dignus, quia vlcisci voluit iniuriam maternam. admonet omnes. i. mortales: & testatur magna voce per vmbras, dicens. s. o vos moniti. s. exemplo meo, discite iustitiam, & non temnere, pro contemnere, diuos: aut si est accusatiui casus pluralis, ordo est: & ipse Theseus miserrimus, admonet omnes Phlegias. i. Thessalos: & testatur vt prius: hic. i. quidam ex damnatis: vt Curio tribunus plebis, vendidit, scilicet Cæsari, patriã. s. suã, hoc est Romam: auro, vt attestat in Thebaide Statius: melius tñ generaliter dictum puteẽ, ne Augustum lædat. & q vendidit, imposuit. s. patriæ, dñm potentem, hoc est tyrannum intrusit: fixit. s. hic, aut alius, leges pretio, & refixit. i. iterum abstulit: adludit ad morẽ Romanum, quia solebãt leges incidi tabulis æreis: & figi in pariete. Et videtur Antonium taxare, q, vt attestatur in Philippicis Cicero, quasdam nouas leges tulit: & quasdam a Cæsare latas, abstulit. Et si dominum potentem, Cæsarem, quis intelligi velit, posset excusari: quia hæc dicuntur ex ꝑsona Sibyllæ, cui⁹ est verum dicere. Nam aliter de Cæsare, & Augusto, poeta, & aliter, Anchises locuturus est. hic, id est alius: vt Thyestes, & Cynaras, pater myrrhæ, inuasit thalamum natæ. i. filiæ suæ: & Hymenæos: i. coitus, aut cõcubitus vetitos: quia per incæstum: omnes. s. illic existentes, ausi, supp. sunt, nefas immane, & potiti sunt auso: ergo & voluntate, & opere peccauerunt. Ergo, inquit Sibylla, non possem comprendere omneis formas. i. species scelerum, nec possem percurrere. i. etiam celeriter ꝑtractare omnia nomina pœnarum: si, i. tametsi: cẽtum linguæ, & centum ora sint mihi, & vox ferrea. i. vt Homerus dicit, infrangibilis. Lucretius autem dicit, ærea vox, &c. quæ etiam pro forti ponitur. Excusat ergo, & non omnia scelera, nec omnes pœnas nominat, cum id fieri non posset, propter multitudinem. Beroald. dicit sic. Nemo inficiatur Sisyphum apud inferos hac pœna torqueri, vt saxum perpetuo voluat. Iuxta illud Ouidii, Sisyphus est illic, saxum voluensq;, petensq;, & Ixionem a rota versari: vt idem, Voluitur Ixion sese, sequiturq;, fugitq;. atqui curioso interpreti cõueniebat diligẽtissime pẽsitare: an fabula Ixionis ad sensum Virgiliani carminis esset accommodanda: mihi. n. haud quaquam quadrare videtur. nam cum poeta paulo supra dixerit, Ixiona apud inferos in tartara cruciari, qd opus fuerat idem iterum referre? Ego autem cum Macrobio sẽtire malim, qui in somnium Scipionis: scribit poetã intelligere illos radiis rotarum pẽdere districtos: qui nihil consilio præuidentes, nihil ratione moderantes, nihil virtutibus explicantes: seq; & actus suos, omnes fortunæ permittentes, casibus, & fortuitis rotantur: illos autem saxum ingẽs, voluere dicit, esse intelligendos, qui inefficacibus, & laboriosis conatibus, vitam conterunt: nam philosophi quidam ferunt, qui inferos aliud esse negauerũt, quam nostra corpora: & omnia q de inferis, antiquitas fabulata est, in nobismetipsis reperiri: quapropter expositionẽ quoque Macrobii, vtpote optimam, memorabimus, quam refert super illo versiculo, Lucent genialibus altis aurea fulcra toris. Vbi Seruius, de Tantalo dicit esse intelligendum, & eius fabulam notissimam enarrat. Macrobius vero dicit, ad omnes auaros hoc esse referẽdum, qui epulis ante ora positis excruciantur fame, & inedia tabescunt: quos magis, magisq; acquirendi desyderium cogat præsentem copiam non videre, qui in adfluentia inopes, egestatis mala in vbertate patiuntur: nescientes parta respicere, dum egent habẽdis. Præterea non videtur esse omittẽdum illud, Quos super atra silex, iamiam lapsura cadẽti Imminet adsimilis. quem versum enarrans pitissime Macrobius, asserit eos esse intelligendos, qui arduas potestates, & infaustam ambiunt tyrannidẽ, quoniam semper viuunt in timore: & sibi vidẽtur exitum, quod merentur excipere: quod Dionysii exẽplo declaratur, qui Aulæ siculæ, inclemẽtissimus incubator, Damocli, familiari suo, solam beatam existimanti vitam tyrannicam, volens ostẽdere quam misera esset, & quàm plena impendẽtium semp periculorum: gladium de filo tenui pendẽtem, mucrone demisso, iussit illius ceruicibus inter epulas imminere: & cum Damocles, regias & tyrannicas copias præsentis mortis periculo aspernaretur: talis est, inquit, Dionysius vita, quam beatam putabas: sic nobis semp mortem imminẽtem videmus: hæc historia præter Macrobium ab Eusebio, & Cicer. memoratur. ista aũt omnia, quoniam eruditionis refertissima sunt, ac subtilitatis referẽda esse cẽsui: vt qui expositione Seruii contẽtus non fuerit, aliquid audiat disciplinæ remotioris: quæ non minus delectare solet, quam prodesse.

Phlegias.

Radiis rotarũ astricti.

Tyrãnidẽ ambientes.

PIERIVS.

¶Dominorum fallere dextras.) In antiquis aliquot exẽplar. dextram, vnitatis numero. Sed melius dextras: cum dominorum, itidẽ multitudinis numero positum sit. ¶Percurrere nomina possem.) In antiq. pene omnibus, possim, non inuenuste.

Hæc vbi dicta dedit Phœbi longæua sacerdos:
Sed iã age carpe viã: & susceptũ ꝑfice munus: SIB.
Acceleremus, ait, Cyclopum educta caminis
Mœnia conspicio, atq; aduerso fornice portas.
Hæc vbi nos præcepta iubent deponere dona.
Dixerat: & pariter gressi ꝑ opaca viarum, POE.
Corripiunt spatium medium: foribusque ꝓpinquant.
Occupat Aeneas aditum: corpusq; recenti
Spargit aqua: ramumque aduerso in limine figit:
His demum exactis, perfecto munere diuæ,
Deuenere locos lætos, & amœna vireta,

SERVIVS.

¶Perfice munus.) Hoc est ratum redde. Nam supra ait, Hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus instituit. ¶Cyclopũ educta caminis.) Hoc est magna, Ita enim cuiuslibet magnitudinem significant: adeo, vt Statius Argiuorum muros ab ipsis dicat esse perfectos. ¶Fornice.) Arcu. Cicer. Vidit ad ipsum fornicẽ Fabianum. ¶Corripiunt spatium.) Raptim peragunt. ¶Occupat Æneas aditum.) Ingreditur,

tum.) Ingreditur, vt supra diximus. ¶Recẽti.) Semp fluenti. Dixit hoc propter paludẽ Stygẽ. ¶Spargit aqua.) Id est purgat se. Nam inquinatus fuerat aspectu Tartari: & spargit, qa se inferis purgat. ¶Amœna vireta.) Virentia: & est satis vsurpatum. Amœna aũt quæ solum amorẽ præstant: Vel. vt supra diximus, quasi amunia hoc est sine fructu, vt Varr. & Carminius docẽt. Alludit autẽ ad insulas fortunatas. Nam & sequẽti hoc indicat versu.

¶Largior

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Largior hic cāpos æther, & lumine vestit purpureo.) Nō nostro largior: sed quā ē in cętera inferoꝝ parte. Aut re vera Largior, si Lunarem intelligis circulum. Nā, vt supra diximus, campi Elisij aut apud inferos sunt, aut ī insulis fortunatis, aut i Lunari circulo. Lucanus, Illic postq̄ se lumine vero Induit. ¶Solēq; suū.) Sibi congruum: vt, Fessosque sopor suus occupat art⁹. ¶Palæstris.) Luctationibus. Grece dixit. ¶Contendunt ludo.) Non odio. ¶Chorea.) Re corripuit propter metum. Alibi ait secundum naturam: vt, Iuuat indulgere choreis. Ergo aut Systolen fecit, aut antitesin, e pro ει ponens. Nam Græcū est nomē. ¶Necnō Threici⁹ longa cum veste sacerdos.)

Fortunatorum nemorum, sedeisque beatas.
Largior hic campos æther & lumine vestit
Purpureo: solemque suum, sua sydera norunt.
Pars in gramineis exercent membra palæstris.
Contendunt ludo: & fulua luctantur arena:
Pars pedibus plaudunt choreas; & carmina dicunt.
Necnon Threicius longa cum veste sacerdos,
Obloquitur numeris septem discrimina vocum:
Iamque eadem digitis, iam pectine pulsat eburno.
Hic genus antiquum, Teucri pulcherrima proles,
Magnanimi heroes nati melioribus annis,
Ilusque, Assaracusque, & Troię Dardanus author.
Arma procul, currusque virum miratur inaneis.
Stant terræ defixæ hastæ: passímque soluti
Per campos pascuntur equi: quæ gratia currum,
Armorumque fuit viuis, quæ cura nitenteis
Pascere equos: eadem sequitur tellure repostos.

illic est, nec desunt sydera, & cœlum perspicuum, cāpi, illic prata, ac nemora beatitudinē commorantibus præstant. solum illic opus est. quod dimittitur supis. Locis ipsis nomen inditum est, vt beata & fortunata dicātur, quod ipsum vocabulum ab illis sumpserant. qui merito suo beati & fortunati dici meruerunt. Quo. n. nomine appellari debuerūt, quos, pbauit cursus vitæ, & a pessimis quoq; mors ipsa discreuit? ¶Pars in gra. e. m. p. &c.) Vsq; adeo illic seueri degunt, q apud supos recte vixerunt: vt his honestæ & simplices voluptates etiā illic gratæ sint. nō illis habēdi aut rapiendi, iurgādiq; asp affect⁹ est: sed quod est gaudiū, ludo certāt, ludoq; contendunt. Lucta certamen efficit, & palestra imaginem quandam veri certaminis fingit, ac nequid eorum voluptatibus desit, Orpheus longa, id est submissa veste compositus mulcet omnia varijs chordarum vocibus, dum has aut impellit digitis, aut plectro contingit, & multis exemplis: & hoc loco Virgilius probat citharæ artem inter honestas, & præcipuas numerari virtutes. est enim musica ars sane liberalis. ¶Hic. g. a. t.) Antiquos hoc loco veteres, potius q̄ magnos debemus accipere. quod. n. laudis causa dicendū fuerat, dixit, pulcherrima proles. deniq;, vt ostēderet se de antiquioribus loqui, addidit, Magna. ¶Magnanimi. h. n.) Vt hoc genere probaret alijs illos sæculis fuisse progenitos. cum hoc dicitur, monstratur illós non solum gñis bona habuisse, verūetiam sæculoꝝ, quibus nasci meruerūt. ¶Ilusq;, Asaracusq;.) Ecce vbi melius apparet, quia de priscorū memoria loquebatur, cum eos nominat, quos Æneas ipse non nouerat. recte veteres Troianos dixit natos annis melioribus, qm̄ posterioris ęui, & perdiderāt cum patria imperium, & multi perierūt casibus diuersis, & reliqui grauissimis incommodis tenebantur. ¶Arma pro. c. q;. virum, &c.) Mirabatur Sibylla, & Æneas habere mortuos, quod supi incolumes habent. ¶Quæ cu. niten. Pascere equos, ea. se. tellu. repo.) Nitentes equos habere, est semper id agere, vt iugiter niteāt, & nunquam videantur esse neglecti. Talis sensus est in Bucolicis, Formosi pecoris custos, formosior ipse. Custos est enim pulchritudinis pecorum, cui est cura, vt semper formosa sit. quæ cura nitentes equos pascere, & gratia armorum, aut currum fuit viuis, eadem mortuos sequitur, idest cura & gratia pręcedens. quippe diligentiam gratia parit. Hoc igitur mortuis studium fuit, quod viuis.

Orpheus Calliopes musæ, & Oeagri fluminis filius fuit, qui primus Orgia instituit: primus etiam deprehēdit harmoniam, id est circulorum mundanorum sonum, quos nouem esse nouimus: e quibus summus quem ἄναστρον dicunt, sono caret. Item vltimus qui terrenus est. Reliqui septem sunt: quorum sonum deprehendit Orpheus: vnde vtiq; septem fingitur chordis. Lōgam autem vestem.) aut citharœdi habitum dicit, aut longam barbam. Nam e contrario imberbes, inuestes vocamus. ¶Sacerdos.) aūt, quia & Theologus fuit, & Orgia primus īstituit. Ipse etiam homines de feris & duris composuit. Vnde dicitur arbores & saxa mouisse: vt Deus. ¶Obloquitur numeris.) Dicendo Obloquitur, chordarum
Obloq. expressit laudem, quas dicit verbis locutas. Obloqui. n. non est nisi contra loquentem loqui. ¶Numeris.) Rhythmi sonis: vt, Numeros memini, si verba tenerē. ¶Septem discrimina.) Quia omnes chordæ dissimiliter sonant. ¶Iā pectine pulsat eburno.) Nūc. Hoc autem pecten declinatur, vt lien, carmen. ¶Hic genus antiquum.) Quod non omnes viros fortes in Elysio visos esse commemorat, hæc rō est: quia isti diuinos meruerant honores: quod Tydeo, vel his quos supra memorauit, non contigit. Nam ideo antiquum addidit: quasi & illis Elysij non contingerent campi, si eis annorum non derogasset vetustas. ¶Nati melioribus annis.) Plerunq;. n. virtus decoloratur temporis infelicitate. Cicero, Vt illa laus, temporum non hominum fuisse videatur. ¶Ilusq; assaracusq;.) Troiani reges fuerunt. ¶Troiæ Dardanus author.) Hunc in septimo inter deos dicit relatum: vt, Et numerum diuorum altaribus auget. Sed, vt supra diximus, Homeꝝ sequitur, qui inducit simulachrum Herculis apud inferos visum. ¶Defixæ hastæ.) Subaudis inanes. Item, equos inanes. ¶Quæ gratia currum.) Detraxit vnum u, licentia, qua Latinitas Grecos secuta genitiuo plurali syllabā, aut addit, aut detrahit, hoc loco detraxit, sicut Arma virum. Contra addidit, Alituum pecudumq; genus: pro alitum. sicut Græci μουσάων ἢ Αἰακιδάων. ¶Nitētes Pingues:) ab eo quod sequitur id quod præcedit intelligis. Per omnia autem quæ dicturus est intelligendum hoc, quæ gratia fuit viuis, eadem sequitur tellure repostos.

DONATVS.

¶Sed iam age, car. v. & su. per.) Sequere, inquit, viam, vt susceptū munus possis implere. ¶Acceleremus ait.) Ordinatur sensus sic. hæc vbi dicta dedit Phœbi lōgæua sacerdos. Acceleremus ait, age carpe viam, & susceptum pfice munus. ¶Cyclopum edu. ca. Mœ. c.) Vbi, inquit, apparent camini Cyclopum, & eorum habitacula, illic doni mun⁹ iubemur exponere. fornicem dixit cameram in arcū ductam. ¶Dixerat, &c.) Hęc cū Sibylla dixisset, direxerūt iter, vt spatium transmitterēt, quod inter ipsos & locum destinatum fuit. sed vbi ad ipsas fores ventum est. ¶Corpusq; re. Spargit. a. r q;. a. in. l. f.) Lustrauit se Æneas, & sic ramum fixit. ¶His. d. e.) Omnibus. s. exactis, quæ dicta sunt, & completo officio, quod debebat. ¶Deuenere locus lætos.) Vt dixit, quid mali sit, male viuere, atq; vt noxios & noxiorum pœnas exposuit, ita vult ostendere, quid post vitam prosit, recte vixisse: nec a personis, vel a beatorū felicitate: sed primum regionum bona persequitur. dehinc qui ex ipsis locis capiant cōmodum, & quales bonis ipsis perfruant. ¶Largior. h. c. æ.) Nihil illic deest eorum quæ superi habent. sol illic

ASCENSIVS.

¶Hæc vbi dicta dedit Phœbi longæua, &c.) Docet quomodo oblato munere: & eo in foribus fixo ad Elysios deuenerint campos. Vnde Donatus sic. ¶Fornice.) Ea enim est camera: in arcum ducta. ¶Deuenere locos lætos.) Vt metū pœnarum. malos deterruit: ita spe felicitatis: ad virtutes hortatur. Primo ergo, regionum bona prosequitur. Deinde, quæ ex ijs locis capiant commoda: & qui sint hi, qui huiuscemodi bonis perfruantur. ¶Largior.) Hic ostendit nihil deesse ex ijs quæ sunt apud superos: ardeo, vt fortunati, & beati appellari meruerint. ¶Pars in gramineis.) Ostendit quanta animi serenitate in voluptatibus honestis viuant. ¶Necnon Threicius.) Ostendit citharam, inter honestas esse numerari artes. Est enim musica. Hæc ille. ¶Ordo autē est, Vbi, id est postquam: longæua sacerdos Phœbi, scilicet Sibylla: dedit hæc dicta, id est hæc locuta est: ipsa ait, sed carpe iam viam, & perfice munus, id officium susceptum. Seruius tamē, de ramo, pro munere reddendo, intelligit: forte, quia sequitur Hæc vbi nos, &c. sed vtroq; modo accipi potest: vt sit munus, id est officium susceptum, scilicet reddendo ramum: aut eundo ad patrem: hoc est, acceleremus, id est properemus ad patrem tuum. Ego conspicio mœnia educta caminis, idest fornacibus Cyclopum, qui sunt ministri Vulcani: & intelligit, aut magna mœnia, aut potius ferream, sicut dictum est, Stat ferrea turris ad auras, atq; conspicio portas supple in fornice, id est arcu, seu circunferentia. (Fornix enim, proprie est circunferentia: & testudo arcualis: qualis est in arcubus pontium: & in iuncturis fenestrarum: aut columnarum. Fornix.
Et quia

Et quia in fornicibus theatri, erant enim lupanaria: ideo fornicē pro lupanari: & fornicari pro mœchari accipiūtur) aduerso. i. nobis ex aduerso stante: hoc est, video regiam Plutonis: vbi præcepta. i. traditiones maiorum, aut institutiones deorum, iubēt nos deponere: hæc dona, idest aureum ramū. Dixerat. s. Sibylla, & ipsi gressi. i. gradientes pariter p opaca. i. opacitates viaꝝ: corripiunt spatium medium: & propinquāt foribus. i. ad fores: Æneas occupat additum. i. ingreditur viriliter, ne pręueniatur, & spargit corpus: aqua recenti. i. semper fluēti: & figit ramum in limine aduerso. his. s. iam dictis: peractis demum: & munere diuæ, scilicet Proserpinę: perfecto. i. perfectis, reddendi rami ceremonijs: ipsi deuenere, id est peruenere ad locos lætos: & ad, supple vireta. i. virentium: vt arborū, & herbarum: natiua loca, & amœna. s. nemorum fortunatorum. i. in quibus sunt fortunati, seu beati: & ad sedes beatas, id est in quib⁹ residēt beati: vnde Ditis, seu Plutonis: dicit regia. Largior æther. i. splendor celestis: vestit. i. circunfulget hic campos, lumine purpureo. i. rutilo: & sydera sua. i. propria: & conueniētia: norunt. i. agnoscunt hic: & cū eo consentiunt hic suum solem: quasi alium solē: & alia sydera is locus habeat. Pars. i. ipsi, partim exercent mēbra. s. sua: in palæstris. i. luctationibus: gramineis. i. in gramine: & locis herbosis: & contendunt ludo. s. læto: & honesto: & luctātur, supple in arena fulua. i. fului coloris: hoc est alij tenentur studio militari: in quo in vita affecti sunt: pars plaudunt, id est plaudendo pedibus faciunt: & exercent choreas: & dicunt carmina. s. choreis apta. Necnō. i. insuper: vates Threicius. i. Thracius. s. Orpheus optimus musicus, & cithara, quam optime sciens: cū longa veste. i. habens longam vestem: aut apparēs cum longa veste. i. habitu citharœdi: obloquit numeris, id est musica proportione, quam contra punctum dicūt. carminibus aliorum disparem concentum: quem vulgo, discantum, vocant, efficiēdo facit septē discrimina vocum. s. septem chordaꝝ, quib⁹ octauam addit Simonides: nonam postremo, Timotheus: & pulsat iam. i. aliquando: eadem. s. discrimina: digitis. s. suis: & iam. i. aliquando: pectine eburno. i. eboreo: seu ex ebore facto: hic, supple sunt: genus antiquum. i. nobile: Teucri. i. a Teucro deductū proles. i. progenies pulcherrima: appositione: magnanimi heroes, nati melioribus annis: quibus. s. maior benignitas sydeꝝ: influxerat. s. Ilus, Assaracus, & Dardanus: author Troiæ, quod additur: ne putetur etiam esse genus Teucri: &, supple Æneas cum Sibylla, mirantur procul, idest cum adhuc procul essent: arma virum pro virorum sup. inania: & currus inaneis. i. vmbras: & simulachra armorum, non vera arma: nec veros currus hastæ. s. inanes: stāt defixæ terrę id est in terra: & equi soluti. i. liberi: & vagantes (qui etiam inanes fuerunt: & ob hoc, solum illic apparentes, vt viri de republica benemeriti, cōsimili studio illic oblectarentur, quo in vita oblectatierant.) pascuntur, id est pascentium similes, errant passim per campos: campos: addit causam, vt dixi, q̄a eadem gratia, currum, pro curruum (multi tamen cum Prisciano curruum legunt, dicentes hypmetrum esse non vitiosum: q̄a absumitur syllaba abundans per vocalem sequentē.) quæ fuit viuis. i. dū ipsi viuerent: & eadē cura quę fuerat viuis pascere, pro pascendi: equos nitenteis. i. bene curatos & pingueis: vnde Flaccus de se, Me pinguē & nitidum bñ curata cute viles, Dum ridere voles Epicurj de grege porcum. eadem dico gratia. i. oblectatio: & cura sequit̄ repostos, id est repositos, & constitutos: tellure. i. sub terra: hoc est apud inferos: quæ rés, quantum ad affectionem: non multum a nostris dānatur, dicunt. n. voluntatem extremam permanere: & ideo, æternas merito dare pęnas: qui ęternam habent in peccando voluntatem. sed ad sequentia pergamus,

PIERIVS.

¶Acceleremus, ait, Cyclopum educta caminis.) Pręteribo quod in aliquot antiquis exemplaribus, Hac celeremus, legitur: quasi viam alteram, qua progrediendum esset, indicarit Sibylla. Illud non fuit dissimulādum, q̄ varie legitur, educta. Nam codices aliquot, obducta, hoc est circunducta, habēt. Aliquot absq; præpositiua compositione, ducta, tantum, vt alibi, Pars ducere muros. & apud Liuium, Murum duxit. Sunt tamen quibus, educta, satisfaciat magis, vtpote numerosius, & quod, caminis, de loco positū sit. ¶Aduerso in fornice portas.) Vulgata aliquot exemplaria, in fornice. Sed codices oēs antiqui quotquot habui, aduerso fornice absq; ea propositione interiecta legunt. ¶Hæc vbi nos pcepte iubent deponere dona.) Antiqui nonnulli codi, Hic vbi, legunt: sed, Hæc dona, magis oino placet. ¶Et amœna vireta.) In antiquis exēplaribus, virecta per ct: & a viridi actu, virectum dictionem esse grāmatici tradunt. ¶Largior hic campos æther, & lumine vestit Purpureo.) In codicibus aliquot antiquis legere est, Largior hic campus. Inde altero membro, æther & lumine vestit Purpureo. In quibusdam alijs, Largior hic aer campos: quod veriti sunt ponere, æthera, apud inferos: cum tamen, & solem suum, & sua sydera norint. Sed vulgata lectio, quæ est, Largior hic campos æther, magis placet. ¶Currusq; virum mirantur inaneis. In antiquis sane omnibus codicibus, Longobardico excepto, miratur, est singulari numero: vt de Ænea tantum id dicatur. Quid. n. Sibylla miraretur, quæ sibi alias innotuerant? ¶Stant terræ defixæ hastę.) Antiqui pleriq; cod: Stant terra defixæ legunt, ablatiuo casu. Vtrunq;. n. dicitur eleganter. ¶Per campos pascuntur equi.) In antiquis aliquot exemp, campū legitur, vnitatis numero. Sed non displicet, campos, pluraliter, ad amplitudinem indicandam. ¶Quæ gratia currum, armorumq; fuit.) Sunt antiqui cod. Mediceus, & alij, in quibus curruum integra dictione scriptum habeatur. Prisciano placet syncopam fieri, neq; tamē negat uu duplex, scribi posse, vbi fiat synalœpha cum subsequente versu,

SERVIVS.

¶Pæana canentes.) Proprie Apollinis laudes, quod nunc pgruit propter lauri nemus: abusiue omniū deorum. Sic Orgia pprie Liberi: abusiue omnium deorum sacra. ¶Odoratum.) Pro odorū: vt diximus supra. ¶Vñ superne plurimus Eridani p syluā voluitur amnis. Eridanum Arat⁹ in cœlo esse dixit, haud longe a Ceto. Hic & in terris est, q in Italia, id est in Venetia Padus vocatur: quem alij etiam ad inferos volunt tendere. alij nasci apud iferos, & exire in terras. Ideo aūt ista finguntur, q̄a de Apennini parte orit̄, quæ spectat infeꝝ mare, & tendit vsq; ad supum. Ergo hic sensus est. Canebāt in locis: vñ superne, id est ad supos plurimus Eridani amnis per syluam voluitur. Nanq; verisimile est: quoniam legimus de Aristæo, Omnia sub magna labentia flumina terra Spectabat diuersa locis. Et congrue. nam omnis humor ex terræ nascitur venis. Alij Eridanum pro quocunq; accipiunt, & dicunt κατ' ἐξοχὴν dictum. Nam legimus fluuioꝝ rex Eridanus. & amant poetæ, pro appellatione, ponere magnæ rei proprietatem: vt alibi, Poculaq;

Conspicit ecce alios dextra, læuaq; per herbam
Vescentes, lætumq; choro Pæana canentes,
Inter odoratum lauri nemus: vnde superne
Plurimus Eridani per syluam voluitur amnis.
Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi:
Quiq; sacerdotes casti, dum vita manebat:
Quiq; pij vates, & Phœbo digna locuti:
Inuentas aut qui vitam excoluere per arteis:
Quiq; sui memores alios fecere merendo.
Omnibus his niuea cinguntur tempora vitta.
Quos circunfusos sic est adfata Sibylla:
Musæum ante omnes: medium nam plurima turba
Hunc habet: atq; humeris extantem suspicit altis.
Dicite felices animæ, tuq; optime vates SIB.
Quæ regio Anchisen, quis habet locus? illius ergo
Venimus: & magnos Erebi tranauimus amneis.

bi, poculaq; inuētis Acheloia miscuit vuis. Melius tamen est si distinguam⁹, Vnde ad superne plurim⁹. Vnde ad superos plurimus, id est magnus amnis voluitur p syluam Eridani, id est populos. Fabula nanq; hæc est, Eridanus Solis filius fuit: hic a patre impetratum currum agitare non potuit. & cum eius errore mundus arderet, fulminat⁹, in Italiæ fluuium cecidit: & tunc a luce ardoris sui, Phaeton appellatus est, & pristinum nomē fluuio dedit. Vnde mista hæc duo nomina īter Solis filium & fluuium inuenimus. Postea eius sorores flendo in populos versę sunt, vt in decimo, Populeas iter frōdes vmbramq; soroꝝ. Et hoc Virgil. nā alij in alias arbores dicūt. Eridani fabula

¶Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi.) Manus, id est multitudo eorum q ob patriam passi sunt vulnera. & est figurate dictum. Sane animaduertendum quod ait Horatius in arte poetica, Et simul, & iucunda, & idonea dicere vitæ. Nullam enim maiores nostri artem esse voluerunt, quæ non aliquid reipublicæ commodaret. Vnde Virgilius hoc per transitum facit. Nam dicēdo puniri Manus.

do puniri patriæ venditores: contra præmia defensoribus solui nihil aliud nisi fugienda vitia, & sectādas docet esse virtutes. Sacerdotes casti, dum vita manebat.) Quasi quis castus posset esse post mortem, sed aliud dicit, id est qui fuerunt casti dum in communione vitę versarentur. Nā hi qui sacra maxima accipiebant, renūciabant oībus rebus: nec vlla in his nisi numinum cura remanebat. Herbis ēt quibusdam emaculabātur: vnde iam coire nec poterāt. Dicit ergo eos sacerdotes q casti fuerunt, ēt ante sacra suscepta. Pij vates.) Vaticinātes. Phœbo digna locuti.) Veridici, q talia loquebant, qualia dicebant Apollinē. Multi.n. mentiebant, vt in Lucano Phœbas, ad quā Appi. Claudius, Et nobis dabis improba pœnas, Et superis quos fingis, ait. Inuentas aut qui vitā excoluere per artes.) Qui erudierunt & ornauerunt vitam p inuenta artificia. Significat aūt Philosophos. Quiq; sui memores alios fecere merendo.) Et qui aliquos sui memores fecere præstando: vt Nunq̄ regina negabo Promeritam. i. præstitisse Terent. Ego carine neutiquā officium liberi esse hominis puto: cū is nihil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi. Omnibus his niuea cingūtur tēpa vitta.) Per quod eos ostendit meruisse diuinos honores, vt diximus supra. Musæum ante oēs.) Thelogus fuit iste post Orpheum: & sunt variæ de hoc opiniones. Nam eum alij Lunæ filium, alij Orphei volunt, cuius eum cōstat fuisse discipulum. Nam ad ipsum primum carmen scripsit, quod appellatur Cratera. Humeris extantē suspicit altis.) Quasi Philosophā, ac si diceret Platonem. Alludit. n. poeta. Nam Plato ab humerorum dictus est latitudine. Athleta. n. fuit, qui post oium victoriam se philosophiæ dedit. Tuq; optime vates.) Quia theologus fuit. Et sciendū hoc loco Sibyllam iam a numine derelictā. Vnde & interrogat: quod alias non faceret. Quæ regio Anchisen, quis habet locus?) Bene & generalitatem reqrit & spēm, quo possit facilius inueniri. Nam locus in regione est. Illius ergo.) Propter illum. Ergo aūt coniunctio fuit, sed p accentus mutationem in aduerbium transit: & est sola particula quæ habet in fine circunflexum. Multi male putant nomē esse indeclinabile: & dicūt positū esse pro causa. Causa aūt nomen est quod ponitur pro rōne) qui casus declinatione caret. Magnos amnes.) Aut magna fluenta: aut quia nouē sunt, quæ odiosum fuerat commemorare per singula.

Museus

DONATVS.

Conspicit ecce alios, &c.) Scilicet conuiuium celebrātes, & præter epularum lætitiam, hilaritatem suam festiuis etiam cantibus protestantes. Inter. o. l. n.) Omnia in vnum læta cōuenerant honestorum personæ, cœtusq; iustorum, apparatus affluentes, lętitia, cātus: locus herbis hilaris, & iocundus odoribus lauri, nemorosus, atq; vndarum perennium copia semper apricus. Hic manus ob. p. p. v. p.) In maxima enim sunt gloria, qui pro patria pugnātes obierunt. vt econtrario sunt in maximo crimine proditores. Quiq; sac. c. d. v. ma.) Qui colentes deos puritati splendidæ castitatiq; operam cōgruam præbuerunt. Quiq; pij vates.) Qui instructi literis poetæ Phœbo carmina dignissima protulerunt. Inuentas aut qui. v. e. p. ar.) Qui diuerso repertarum artium genere vitam suam cultiorem facere maluerūt. Quiq; s. me. a. f. m.) Qui humanæ conditionis memores alios beneficiorum largitionibus promeruerunt. Omnibus his, &c.) Omnibus, quos enumerauit, albæ vittæ pendebant de capite. oīa igitur commoda, iustitiæ, honestatisq; cultoris in illis locis habent, & fruuntur, omnibus lætis, loco, syderibus, luce, pratis, nemoribus, cibis, delicijsq; & dijs artium diuersarum. prope vt illi non exempti vita, sed ad aliud viuendi genus transisse videantur. Quos circunfusos.) Ipsius enim fuerat pręferenda persona, quem vtpote potiorem circundederant omnes. hos, inquit, allocuta est Sibylla: sed Musæum primo, dehinc cæteros. intelligebatur quippe, quis fuisset ex omnibus potior. Atq; humeris. e. s. al.) Inter medios, enim apparere non potest, nisi qui eminentior fuerit humeris. ita tamen altior cæteris fuit: vt eius humeri apparerent, cum esset multitudinis circundatus cœtu, hunc ergo & cæteros alloq cęperat Sibylla. Dicite felices animæ.) Felices, inquit, vtpote, quæ post depositā vitam talibus locis & delicijs vterentur. ad omnes autem cucurrit interrogatio confusa, ad Musæum vero separata propter honorificentiam. indicate, inquit, vel maxime tu vates optime, quæ regio habet Anchisen, quis locus: In regionis enim diffusa latitudine, q inueniri quēquam difficile fuit, addit, quis habet locus, & vtrunq; coniungit, quia sicut in latitudine regionis locum inuenire difficile est, ita arduū sine designatione regionis locū necessarium reperire. ergo dicenda regio fuit, cuius pars necessaria quærebatur, quia vero potuit dicere Sibyllæ, quare eum quæritis? primo ipsa dixit. Illius ergo Venimus.) Propter ipsum, inquit, venimus. & propter ipsum transmittendi herebi laborem suscepimus.

ASCENSIVS.

Conspicit ecce alios, &c.) Docet, quantum rerum artifices, atq; studiosos in cāpis Elysijs inuenerint: vt ad consimilia studia mortalium animos inuitet. bonus enim poeta, non tam delectare, quod tamen plurimum facit, q̄ prodesse prætendit. Primum autem locum dat, ob patriam pugnando vulnera passis: sic enim nihil vtilius reipubli. q̄ vt pro eius salute, quiuis sit paratus mori: eamq; esse pręcipuam Romanorum gloriam, quibus dulce, ac decorum est, pro patria mori. Simile esset in nobis, si primum locum, martyribus consignaremus. Secundum, dat virginibus, scilicet sacerdotibus, ac si dicat confessoribus. Tertium, prophetis veridicis. Quartum, bonarum artium inuentoribus, & operarijs. Quintum, qui de alijs benemeriti sunt. hoc est (quia q̄ proxime adiudit) qui opera misericordiæ adimpleuerunt, atq; consilio Christi paruerunt, dicentis, Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Nihil enim aliud videtur illud, Quiq; sui memores alios fecere merendo. vnde contra, inter damnatos collocauit: aut, Qui diuitijs soli incubuere repertis, Nec partem posuere suis: quæ maxima turba est. Sed cogor breuitati consulere: non quia pigeat profana sacris confirmare: sed quia ne in immensum crescat opus, si quæ dicta velim, dixero. Donatus autem dicit sic. Omnibus his.) Omnia cōmoda consequuntur, honestatis cultores locum: sydera, lucem, prata, nemora, cibos, delitias, studia artium, vt nō priuati vita, sed ad aliud viuēdi genus transisse videantur felices, vt post quæ post depositam vitam, talia loca, ad delitias sint assecutæ. Hæc ille. Ordo est. Ecce, quasi dicat ex abrupto, & præter opinionem. Æneas conspicit alios vescentes, id est discumbentes per herbam, supp. a dextra, & læua, id est vtrinq;: & canentes, id est carmine laudantes: Pæana, id est Apollinem: lætum, scilicet propter vitulationem. i. lætum clamorē, vt in. iij. Saturnalium docet Macro. Strabo autem lib. ix. dicit, quod Apollo, hominem nomine Pythonem, ac cognomine draconem sagittis debellauit: atq; inter adhortandum, hic Pæan clamitauit: vnde consuetudinem traditam vult, vt qui consecuturi sunt arcem, sic Pæanis celebrationem clamitent: sed rem fabulosam censet, quæ tamen poetæ satis est. Canentes ergo Pæana, id est Apollinem lætum: hoc est laudes Apollinis per vitulationem: choro, id est in choro, & cœtu læto. Declinatur autem hic Pęan, huius Pæanos, huic Pæani, hunc Pæana. Reperitur etiam Pæana numero plurali, pro libro. De laudibus Apollinis canētes, inquit, inter nemus lauri, id est laurorum odoratum, id est odoriferum: vnde, id est de quo nemore: plurimus amnis, id est fluctus Eridani, voluitur per syluam, supne, id est ad supos. Est ergo hic, superne, aduerbium. nō de loco, sed ad locum. Est autem Eridanus, inter sydera collocatus, iuxta cetum, seu balneum, vt dicit Higinius. Verum, fluuius est præcipuus in Italia, alio nomine, Padus dictus. Eridanus autem ab Eridano Solis filio, in eum præcipitato, agnominatus: qui quidem Solis filius, vulgo Phaeton, dicitur ab ardore. Cum ergo, vt in secundo Metamorphoseon tradit Ouid. imprudenter solis currum regeret, incenso cælo præceps, in Padum ruit. Is autem fluuius, fere ab Occidēte, in mare superum, quod Adrianum dicitur, influit. vnde finxit Homerus ab inferis ad superos ascendere. Vult autem physice significare, omnium fluuiorum origines, esse subterraneas, aut saltem, interraneam: vt in. iiij. Georgi. Ser. latius declarauit. Sed Eridani, præcipue meminit: aut propter Eridanum in eo submersum: aut pp naturā fluminis, qui præter aliorum morem, in Orientem fluit: vnde ad supos, ab inferis fluere, recte dr. hic, sup. sunt: manus. i. exercitus, seu multi viri, passi. Est autem synthesis, id est constructio congrua in re, non in voce, manus passi: sicut Pars manibus vastant turres & mœnia scandunt, id est qui perpessi sunt vulnera: pugnando ob patriam. i. pro salute patriæ: t supiores autem, vt Deiphobus, Parthenopeus, & similes, ob suam voluptatem, aut commoditatem passi videntur. Quiq;. i. quilibet, aut & hi qui, sup. fuerunt sacerdotes casti, dum vita manebat: quod additur recte, quia apud inferos, vbi non sunt vera corpora, non est vera castitas: nec ea quæ est meritoria, est sicut dum vita manet: quia tunc in casti esse possunt: & quiq;. i. quilibet: vates pij. s. deorū cultores & locuti digni Phœbo. i. vera, & quæ Phœbus inspirasse censeatur. At, sup. hi qui excoluere. i. ornauerūt: vitam. s. suam: per arteis. s. bonas: inuentas. s. a se: & qui merendo. i. beneficia conferendo: fecere alios memores sui. i. grato in se aio: hoc est, qcunq; de alijs benemeriti sunt: tempora i. capitū partes, illi cingūtur omnibus his vitta niuea. i. sertis candidissimis, ob mundiciem & nitorē vitæ.

Quos

Eridanus.

Quos circunfusos. i. cum se circunfunderēt, nouitatis gratia. Nā nouum erat illic, viua corpora conspicere. Sibylla affata est sic, & ante omnes, id est in primis, Musæum, vatem illum antiquissimum Thracem, & discipulum, vt quidam volunt, Orphei: vnde ob id filius eius putatur. sed Laertius dicit, eum Olpidis filium fuisse, & primum apud Athenienseis philosophatum q fabulam Herus & Leandri versibus descripsit: obijtq; Phalaris, vbi eius ostenditur epitaphium. Ideo dicit, adlocuta est Musæum: ante omnes: nam turba. s. vatum, & sacerdotum plurima, habet hūc medium vt principem: atq; suspicit hunc, extantem altis humeris, sicut & Plato dictus est, q prius Aristoteles dicebatur. Adlocuta est quidem sic: O animæ felices; id est beatæ, quę iam estis in requie, dicite: & tu optime vates. s. Musæe: dic supp. quæ regio, & quis locus habet Anchisen? Nos venimus ergo. i. causa, & gratia illius: & tranauimus ergo illius, magnos amneis Erebi. i. inferni. Venimus, est hic præteriti temporis: & ita habet accentum in prima, quæ sola longa est, cum in secunda, quę illic longa est, cadat in pręsenti: Beroal. aūt reprehendit Seruiū reprehendentē, qui accipi dicunt Ergo, pro cā, sic: Quinetiā reprehendo Seruiū, reprehendentē illos qui dicunt hanc particulam ergo, aliq̄n poni pro causa: cum illi bene locuti sint & latine: qui hoc dixerūt, Seruius autem non recte: qui hoc inficiatur: nam, vt author est Festus, ergo, interdum significat gratiam: cum; scilicet gratia, intelligitur pro causa, in qua significatione accipitur apud Liuium, scribentem Apollinares ludos, victoriæ, non pestilentiæ ergo, fuisse constitutos, id est causa, & M. Cato in re rustica, ita scriptum reliquit: Tibi ius est Porco piaculo facere, illiusce sacri coercendi ergo. Et alibi, Harūce rerum ergo fundi terræ, agriq; mei lustrandi. Et alibi, Mars pater precor quæso vti sies, volens propitius mihi domo, familiæque meæ, cuius rei ergo agrum, terram, fundumq; meum Solitaurilia circumagi iussi. In his oibus plane locis, ergo accipitur, p causa. Pręterea extat exemplum epistolę antiquissimæ, a consulibus Romanis, ad Pyrrhum Epirensem scriptæ: Vbi hæc verba leguntur: sed communis exempli & fidei, ergo visum est: vti te saluum velimus, vbi sine cōtrouersia, ergo, significat causam. & apud Virgili, velint nolint grammatici, ergo, intelligitur pro causa, in eo versu illius ergo venimus.

PIERIVS.

Sui memores alios fecere. Non placet quod in exemp. plerisq; veteribus, aliquos, legitur. Plus enim est, alios, dicere.

Atq; huic rñsum paucis ita reddidit heros. POE.
Nulli certa domus: lucis habitamus opacis: MVSÆ.
Riparumq; toros, & prata recentia riuis
Incolimus: sed vos (si fert ita corde voluntas)
Hoc superate iugum: & facili iam tramite sistam.
Dixit: & ante tulit gressū: cāposq; nitenteis POE.
Desup ostentat, dehinc summa cacumina linquunt.
At pater Anchises penitus conualle virenti
Inclusas animas, superumq; ad lumen ituras,
Lustrabat studio recolens: omnemq; suorum
Forte recensebat numerum, charosque nepotes,
Fataque, fortunasque virum, moresque, manusque.
Isque, vbi tendentem aduersum per gramina vidit
Æneam, alacreis palmas vtrasque tetendit.

SERVIVS.

Nulli certa domus.) Id est habitatio, quam animæ tandiu certam habēt, q̄diu in corporibus sunt: post quorum absolutionem vagantur pro vitæ merito in circulis. Lucis habitamus opacis.) Varia dicit, quæ p vitæ varietate contingūt. In his aūt locis Heroum animæ colūtur. Recentia riuis.) Virētia: riuorum, scilicet causa. Iugum.) Ita enim diuiduntur montes, in radices, latera, iuga, vertices pro locorum qualitate. Dehinc summa cacumina linqunt.) Nō linquit. hoc. n. dicit Æneas, & Sibylla. Perducti ad summum, in plana descendunt. Penitus conualle virēti.) Valde virenti: vt Penitusq; sonantis Accestis scopulos. Inclusas animas.) Non re vera inclusas: sed multitudine separatas, quo facilius agnoscerētur. Lustrabat studio recolēs.) Circumibat studiose retractans. Inclusas aūt, aut segregatas: aut sm ritum antiquum. Multitudinem enim si numerare non poterant, eam in locum certum includebāt per partes, & ex vnius numero quanta esset videbant. Quod Xerses de suo fecit exercitu. Charosque nepotes.) Posteros: sic per nurus fœminas dicunt. Fataq; fortunasq; virum, moresq;, manusq;.) Felicitas enim aut fatalis est, aut fortuita, aut ex virtute descendit. Alacris.) Ipse alacris. Et sciendum antiquos & alacris & alacer, & acris & acer tam de masculino quàm de fœminino genere dixisse. Nunc masculino vtrunque damus de fœminino alacer & acer nunquam dicimus, licet Ennius dixerit, Æstatem Autumnus: post acer hyems fit. Nam inde est alacer.

Alacris & alacer

DONATVS.

Atq; huic responsum.) Ad illam inquisitionem hoc pertinet, qua dictum est. Quæ regio Anchisen habet? Lucis, inquit, habitamus opa. Riparumq; toros). Et hoc ad responsum pertinet quęsitę regionis. potes, inquit, partem nosse quam colimus, hæc est. n. in qua nos vides. Locum non certum aut proprium hic habere cuiquam cōcessum est, indiuisum est hoc spatium, omnibusq; commune, perindeq; incertum est, vbi quis possit inueniri, dum quęritur. Sed vos si fert ita corde voluntas, &c.) Sed si vos videndi eum cupiditas tenet, atq; in eo pstitis, iugum, quod videtis. hoc est collē superate facto ascensu, & facili ad eum itinere me auxiliante venietis. Beneuola instructio. omnis enim qui pleno studio aliquid præstat, debet id ipsum leuare remedio. huius igi, in quo fuit maxima pars beneficij. qua dixit ego vobiscum veniā, vt de summo inspectione habita, possitis implere, quod vultis. Dixit, & ante tulit gressum.) Pręcessit ignaris, vt illis facilitatem itineris demonstraret. Camposq; ni. Desuper. o.) Monstrauit illis subiectam camporum nitentium latitudinē. Dehinc summa cacumina linquūt.) Hoc est desto colle descenderūt ad plana quo descripsit, sic debuit esse, & cum peruenissent in collis cacumen, ostendere iter. sed hoc non tātum vitiū non est: sed est laudāda breuitas. nullus. n. descēdit, nisi q primo intelligatur ascendisse. campos nitētes dixit, vt meritum Anchisę monstraret. ne in locis sordidis positus videretur. Inclusas animas, Nō ad iniuriam dixit inclusas, sed ad meliorē speciē separatas a cęteris, & penitus viridi i valle discretas. hoc ipsum pōt apparere. qn adiectum est Superūq; ad. l. i.) Non. n. dimitterentur ad vitā, si ob reatum aliquē tenerētur inclusi. Lustrabat. s. r.) Lustrabat, ad oculos pertinet. recolens, ad animi intentionē. Libēter, inquit, oculis ac mente cōsiderabat Anchises suorum numerum, qui propter spem feliciorem, Romanæ reipub. in lucem fuerant cum oi prosperitate venturi. numerum pro multitudine posuit. non. n. reuera numero poterāt recēseri, aut id fuerat cōsideranti necessarium. Charosq;. n.) Gradus omnes tetigit futuræ posteritatis, quia Æneæ & Ascanij tempora secuturi viderent. Fataq;. for. q;. v. m. q;.) Propositio est ista, quam inferioribus explanaturus est, demonstrans qui sint posteri, vel quales futuri, vel quali fato quibusq; moribus & fortunis. ecce laus Anchisę. locis quippe optimis & pręclaris inuentus est, agēs etiam post mortem res altas, & gloriose considerans vota generis sui, laudatur & Æneæ fatum cui prouenit occasio, vt etiam ipse spem suæ posteritatis viuus aspiceret. Per gra. vidit Ænean.) Prior inducitur Anchises vidisse, vt hoc fecerit expectantis intētio, vel quia cum plurimis fuit, vel quia Æneas nesciebat quo oculos tenderet. vel quia nemorum amœnitate tegebatur. Vbi igitur vidit Æneam cōtra venientem, Alacres pal. v. q;. t.) Ecce patris pietas plena, ante ad amplexus filij præparauit manus: q̄ fuerit potestas retinēdi, veniebat. n. adhuc Æneas, non tamen peruenerat. Expressus ergo pietatis affectus, expressus desiderantis ardor impatiens, cum aduentui filij manibus procul occurrit, & voce, fecisset, nihilominus & pedibus, si ætas non obsisteret, & cupientem corporis vitium non teneret.

ASCENSIVS.

Atq; huic responsum, &c.) In responsione Musæi vatis, docet beatas animas esse liberas: posseq; quoquo velint, diuerti. cum dictum sit, q sonitū animas nouies Styx interfusa, coercet: & cum oīs mortalitas libertatis sit appetens, carcerisq; fugitans, inuitat quoslibet poeta optimus, ad virtutē colendā, qua ad illam beatitudinem pertingāt. Recitat præterea, in qua re occupatum inuenerant Anchisen: in recēsenda. s. progenie sua. nā voluerūt prisci philosophi, aīas simul constare: sed non simul in corpora mitti. Recēsere autē, est cum quadā censura recognoscere, & inspicere: quam rē vulgo appellant. mōstram facere seu mōstrationem, vt qn stipendiarij coram duce, aut magistro suo ɔparent. Fecit ergo Anchises, tāquam generis sui princeps, omneis animas de se ori-

Recēsere

turas,

Universidad de Deusto
Biblioteca

turas,in vnum locum conuenire,atq; inclusas recẽsebat,sicut de Xerxe dicitur,quod partem exercitus in Græciam traducenti,dinumerauit:secludẽdo in angulum vnum,vt quidam volunt,decem millium capacem, quem sæpe repleuit, atq; ita dimẽsus est, potius quàm dinumerauerit exercitum suum. Plinius lib. quarto dicit,q; in Thracia est locus Dorsicus,centum viginti millium hominum capax:ita Xerxes ibi denumerauerat exercitũ. Si,ergo in hunc modum, inclusas dicamus animas, ad tempus.s. duntaxat,vt dinumerẽtur, non est ꝓtrarium illi, ſ Nulli certa domus.) Dicere etiam possumus, inclusas in circulo vno, sed in eo vagari posse: Verum quia id amãtibus, & bellatorib⁹ quoq; permissum est, vt intra circulum suum vagentur, dicerem potiũmum has animas, quas recensebat inclusas: quia nondum in corpora descenderant:& ita non erant tanti meriti,sed futuræ quãti:de quibus dictum est,Nulli certa domus.Donatus dicit ad hunc locum sic,ſ Lustrabat.)Oculis,Recolens animi intentione. ſ Fata,fortunas,mores,manus.) Propositio est eorum,quæ deinde prosequitur. Hæc ille. ¶Ordo est. Atq; heros,id est vates,heroica virtute præditus,s. Musæus:reddebat ita,id est in sequentẽ modum:huic scilicet Sibyllæ:responsum paucis,videlicet verbis. Nulli,idest nõ vlli:certa domus.s. quam solam habitare debeamus, non est vlli, supp. nostrum:quia nos habitamus lucis.i. in syluis,quæ non cæduntur:opacis.i. ꝺensis:& incolimus,i. frequentamus,dum volumus: quia toros riparum.i. quæ sunt in ripis:quas tamen non transgrediunt: non q; non possent,sed qa nolunt:& prata virentia riuis.i. propter irrigationem ex riuis: sed si voluntas,aut voluptas fert:vos ita corde superate.i. ascendite: hoc iugum.i. hanc ptem montis,circa verticem eius:& ego sistam.i. ꝓstituam vos:ita tramite.i. via qua transmeetis, aut trãsmittamini: facili.s. trãsitu. Dixit.s. Musæus: & ante tulit gressum.i. præire cœpit: & ostendit desup.i. altiore circulo:campos nitentes.i. resplendentes: & linquunt dehinc.i. deinde: summa cacumina.s. montis, Cuius ptem ita

SERVIS.

¶Genis.) Palpebris. Ennius de dormiente, Imprimitq; genæ genã. ſ Excidit ore.) Quasi seni: quod circa Anchisen resuat: vt Tantúq; nefas patrio excidit ore. ſ Venisti tãdem.) Hoc ad affectum ptinet desideratis. Alios oritur quæstio quod dicit, sic equidem ducebam animo. ſ Expectata.) Probata:vt, Et reb⁹ spectata iuuentus. Hoc autem dicit, Tua pietas mihi semper probata, nũc etiam. ſ Iter durum vicit.) Scilicet inferoꝝ. ſ Et notas audire,& reddere voces.) Familiariter loqui. ſ Rebarq; futur.) Arbitrabar, raciocinabar esse vẽturum. Per quod intelligimus fataliter Æneam ad inferos descendisse. Nõ enim nisi fatalia deprehẽduntur. ſ Nec me mea cura fefellit.) Nec decepit me dulcissim⁹ filius. Nã vocatiuus est mea cura, id est tu:& dictum est,sicut Veneris iustissima cura. ſ Quas ego te terras, & quanta per æquora vectum.) Patrię eius ingemit casibus, ſ Libyę tibi regna nocerent.) Aut quia de Iunone ait Venus: Haud tãto cessabit cardine rerum. Aut quod est melius,illud dicit, Tinui nedum apud regna Carthaginis voluptatibus vacabas, imperium fatale derelinqueres. ſ Tristis imago.) Seuera, terribilis,vt supra. Et turbida terret imago. ſ Sæpius occurrens.) κατὰ σιωπὴσ ἔπος sæpius ei dictum intelligamus: aut certe Egit me tua imago ad hæc tendere limina, quam sæpe videre consueui. ſ Stant sale Tyrrheno classes.) Affectionis est filij ẽt ea indicare, de quibus non interrogatur. ſ Largo fletu.)Nato ex gaudio. ſ Ter frustra.)

ita definiũt,vt sit Radix iusta planiciem. Latus,paulo altius.Iugũ via qua in cacumen itur. Cacumen,iuxta verticem. Vertices vs trinq;, reliqtæ altissimæ partes. Relinquunt autem Æneas, & Sibyllæ:quia Musæus iam eos dereliquerat, vt qui circulum suum non trãsgrediebatur.Nam Anchises,altioris meriti,in altiore ponitur loco. At.i. sed:pater Anchises lustrabat.i. recensebat,& inspiciebat in valle:penitus.i. omnino,aut valde virent:animas inclusas.s. ad id officij:aut quia nondum meruerant,ad quod prædestinatæ erant gaudium:turas ad lumẽ superum.i. nostrum,qui respectu eius loci superi sumus. Lustrabat,dicit,recolens studio.i. studiose,supple eas & recensebat forte.s. tunc, cũ Æneas aduenerit:quia illud non semper faciebat: sed tunc dũtaxat, vnde fortuitum erat,non q; recẽleret,sed q; tunc numerum suorum, id est ase oriturorum,hoc est posterorum suorum:q;,pro idest nepotes charos, id est præcipue dilectos: & fata, & fortunas, & mores, & manus.i. aut multitudinem,aut fortitudinem: virum,pro virorũ quo facto,significatur bonos lętari his bonis,quorũ semina iecerant viui, etiam antequam producantur: ad ortus. Isq;.i. & is.i. Anchises:vbi.i. statim postq;,aut quando didit Æneam,tendentẽ aduersum.s. ex aduerso:per gramina,tetẽdit.i. extulit:existens aeris.i. lætus: vtrasq; palmas.i. ambas manus. Olim declinabatur, hic & hæc alacris, & hoc alacre: vnde Terentⁱ⁹,Quin tu es alacris, Nunc autem,hic alacer,hæc alacris,& hoc alacre. volũt autem,ab acer deduci;sed acer primam producit: cum alacer,secundam illi correspondentem corripiat.

PIERIVS.

¶Et prata recẽtia riuis.)In Ro.codi. syluis pro riuis legitur.Sed enim riui in causa sunt,cur prata siut recentia. ſ Si fert ita corde voluntas.)In cod.aliquot antiq. voluptas habetur. Errore,vt puto, quia alibi simili indiligentia, voluptaat ,p volutant scriptum aduerti. ſ Et facili iam tramite sistam.) In cod.aliquot antiq.facili vos tramite legitur.Sed,iam,in antiquioribus habetur.

Effusæq; genis lachrymæ:& vox excidit ore.
Venisti tandẽ:tuaq; expectata parenti ANCHI.
Vicit iter durum pietas. datur ora tueri
Nate tua:& notas audire,& reddere voces.
Sic equidem ducebam animo: rebarq; futurum,
Tempora dinumerans: nec me mea cura fefellit.
Quas ego te terras,& quanta per æquora vectum
Accipio,quantis iactatum nate periclis.
Quam metui,nequid Libyæ tibi regna nocerent.
Ille aũt:{ Tua me genitor,tua tristis imago POE.
Sæpius occurrens,hæc limina tẽdere adegit. ÆNE.
Stant sale Tyrrheno classes. da iũgere dextram,
Da genitor: teq; amplexu ne subtrahe nostro:
Sic memorans,largo fletu simul ora rigabat. POE.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum:
Ter frustra comprensa manus effugit imago
Par leuibus ventis, volucriq; simillima somno.
Interea videt Æneas in valle reducta
Secluſum nemus,& virgulta ſonantia ſyluis,
Lethæumq;,domos placidas qui prænatat,amnem.
Hunc circum innumeræ gentes, populiq; volabant:
Ac veluti in pratis, vbi apes æstate serena
Floribus insidunt varijs:& candida circum
Lilia funduntur. strepit omnis murmure campus.
Horresc̃it visu subito: causasq; requirit
Inscius Aeneas: quæ sint ea flumina porro:
Qui ve viri tanto complerint agmine ripas.

Sæpius.

dubio vnde cuncta pcreãtur. Deinde posse sic,pbat,quia immortales sunt animæ,& iunt quę possunt reuerti. Tertium est vtrum velint,quod dicit fieri p Lethæum fluuiũ. Et hoc est quod dictus est.Sed incidẽtes qõnes faciunt obscuritatẽ. ſ Virgulta sonantia syluæ.)Quæ est iuxta prærupta fluminis. ſ Domos placidas.) Campos Elysios. ſ Prænatat. ſ Prætерfluit.& contrarie dictũ est.

Nam

Nam non natant aquæ,sed nos in ipsis natamus. Ennium igitur secutus est qui ait, Fluctusq; natantes. Sane de hoc fluuio quæritur a prudentioribus, vtrum de illis nouem sit qui ambiunt inferos, an præter nouem. & datur intelligi, quod ab illis nouem qui ambiunt inferos separatus est. Nanq; volunt eum esse imaginem senectutis. nam animæ nostræ vigent, & alacres sunt,& plenæ memoria a pueritia vsq; ad virentem senectam: postea in nimia senectute omnis memoria labitur, qua lapsa mors interuenit, & animæ in aliud corpus reuertuntur. Vnde fingunt poetæ animas Lethæo hausto in corpus redire. Ergo Lethæus est oblitio,morti semper vicina. ſ Gentes populiq;.)Innumerarum gentium & populorum animæ. ſ Floribus insidunt.)Insido illi rei:vt, Insidat quantus miseræ deus. Insisto autem illam rem: vt, Nulli fas custo scelerum insistere limen. ſ Circum lilia funduntur.)Floris speciem pro genere posuit. ſ Flumina porro.)Longe remota: & est Græcum aduerbium. Bene autem Æneam longe a Lethæo facit: quia adhuc iuuenis est. ſ Agmine ripas.) Cursu, impetu: per quod ostendit cito iri ad senectam: quia tota celeritate vsus labitur vitæ.

DONATVS.

¶Venisti tandem.)Venisti tandem,secundum animũ dictum est cui cui tandem venire potuit, etiam si illud, quod gestũ est celeriter videretur effectũ,potest tñ & sic:& si tarde,tñ quia venisti,non incusatur tarditas tua. ſ Tuaq;.e.o.Vi.d.p.) Ecce tarditatẽ quam interuenisse desiderans putabat,ipse excusat. Possum,inqt,conijcere,quæ causa te fecerit tardum iter duꝝ viuis,& adeundi difficultas,atq; ad hęc loca tẽdendi,sed p te fili ꝓpertũ est pietatẽ verã oibus esse difficultatibus fortiorem. ſ Datur.o.t.N.t.)Quã,inquit, felix sum, cui licuit mortuo filium apud inferos incolumen cernere,affari,atq; audire gloriosum,& amplecti dulcissimum. ſ Sic equidem ducebam animo,&c.) Non inopinatus aduẽtas. certus enim de instituto tuo fui,& sperani fore, quod officio plenę pietatis implesti. Dinumerare autem est tempora æstimare,quando quid possit impleri. nec me mea cura fefellit,quia iuxta æstimationem meam venisti. gratulor non fuisse in illo falsas cogitationes meas:expectata pietas est,aut probata documentis, aut spĕrata tẽporibus multis. ſ Quas ego te terras, &c.) Quas ego,duo ꝓnomina,vnum pertinens ad diuersitatem,& quantitatem,qualitatemq; terrarum quas obierat Æneas, vt peruenirent ad fauces, quæ dabant ad inferna descensum. Aliud quia dixit ego, hoc est cogitans pater, ego cui essent omnia pro tua salute suspecta. addidit te pronomen,hoc est, quem non conuenerat tantis labo

dinumerare.

Virgi. xx ñ ribus

Universidad de Deusto Biblioteca

ribus affligi, te filium bonum, pium, religiosum: vt illud dixisse videatur, mihi iucundissimũ est,quia venisti.sed quia id magno tuo labore ac periculis factum est,vehemẽter affligor. & quanta p æquora vectum accipio.in quibus & labor fuit immensus, euidens etiam piculum,apertumq; discrimen. Quam metui?)Hoc est,q̃tum timui? Ne.q.l.t.r.n.)Hoc non inaniter timuit.potuit enim illic Æneas extingui,vbi Iuno precipue colebatur atrox nimium & pertinax, inimicitia accedente, & sæua hominum natura.de qua dictum est. Genꝰ insuperabile bello. & Quod genꝰ hoc hominum?quçue hunc tã barbara morem Permittit patria? Ille aũt:tua me genitor,&c.) Pijssimi filij & reuerentis officia executũ se in responsione prosequitur.Quid,inquit,velis facerem,pater? nisi,vt præceptis tuis duris licet obsequerer?feci te iubente sæpiꝰ & labores omnes tui causa contempsi. Stant sale. ty. c.) Quid iustius hac causa,si timebatur mare, in quo naufragium fecerat? ac iterũ classis sub incerto piculo diutius esse nõ debuit? hoc erat dicere,propter eundem te naues meas in Tyrrheno mari dimisi, in quibus oĩs constituta est ad Italiam perueniendi spes. quod ait Tyrrheno mari, hoc intelligi põt in portu,non in loco naues meas dimisi:sæuum est Tirrhenũ mare,nouit iam nostra naufragia: cauendum est,nequid iterũ moliatur, cuius perfidiam senserunt. Da iungere dextrã,&c.)Didicerat.n.in Creusæ cã mortuorum esse fallaces amplexus. Sic.m.la.f.s.o.r) Vel q; talem perdiderat patrẽ,vel q; eum fuerat maturo reditu deserturus. Ter conatus ibi collo,&c.)Factum est,q; Æneas,ne contingeret,timuit. nam cum auidus in patris iret amplexus, & colla eius officiosis brachijs cingere niteret,frustra factum est. quod.n.fuerat inane teneri non potuit. deniq; fugit imago,non sic dixit,quasi voluntate filij vota defereret:sed subtrahebatur manibus non Anchisæ studio,sed naturæ deficiente substantia,ac siquis velit tenere ventos,aut auras manu concludere. Interea videt Æneas.) Magna circum Lethçũ fluuium nemoraq; eius,& multarũ gentium,inqt, agmina volitabant. Ac velut in pratis,vbi apes,&c.) Apibꝰ istas animas comparauit, quæ i valle secreta infinitæ circum virgulta syluarum volitabãt,& fluminis ripas. ideo quia eædem apes iuste & caste floribus suam concipiunt prolem,floribus mella concipiunt,& fauos honesto labore distendunt. perinde quia & ille animæ pro merito suo condẽdo Romano imperio parabantur, & completuræ fuerant vrbem, & creaturæ Romanam sobolem, apum cœtibus nascuntur çquatç. Horrescit.v.s.) Hoc est cũ stupore miratur. Ca.q;.re.In.Æneas.) Merito requirebat causas, quia inscius fuerat.nullus enim quçrit nosse,quod nouit. Quç sint ea.f.p.) Hæc Æneas cupiebat nosse, quæ essent illa flumina, vel quorum virorum animç in vnum essent congregatæ.per interrogantis,respondẽtisq; psonam eo poetæ ducitur carmen, vt Æneas lætus ab inferis dimittatur, & felicitas eius appareat, cui soli contigit,anteq̃ nasceretur,nosse posteros suos.Interrogatio igitur eius continet propositionem, qua cupiebat audire, qs vel qualis ille sit fluuius,quiue sint illi, qui ad eũdem collecti streperent:vel cur eo congregati confluerent.

ASCENSIVS.

Effusæq; genis lachrymæ,&c.) Recitat pientissimi patris, amicissimam ad filium adlocutionem: q; autem dicit, lachrymasse:id præ gaudio intelligendũ est:sed annotandum,q; viro beato,imo post opotheosin lachrymas dat: verum dicemus eas,inanes intelligi,vt equos, & currus, de quibus supra: & id solum significare, quia idem affectus maneat defunctis, qui fuerat viuis:hoc tamẽ habemꝰ lachrymas quç gaudio,aut pietate profundunt,nihil imperfectionis in homine significare,si etiam tali viro in Elysijs dãtur:vnde quod excludit a viro bono,& sapiẽte, in carmine De viro bono:& agricola, commiserationem dicens,Nec miseratus egentem est:non intelligemus misericordiam dãnare, sed aut pauptatem, cum nihil habeat mali: non cẽsere miseratione dignam, aut malam affectionem secludere a viris perfectis:qualis est commiseratio de rebus,quas forti animo perferre debeamꝰ. Recitat præterea optimi filij benignam responsionem,plura continentẽ q̃ pater interrogauerat:nam de nauibus,quas se in mari Tyrrheno dereliquisse ait:nihil percunctatus fuerat Anchises. Ea autem carmina quç de complexu frustrato dicũtur. (Conatus enim est rerum,quæ non sortiunt effectum.) ex Odyssææ Home. xj.lib.de verbo ad verbum sumpta sunt. Significant autem simulachrum duntaxat Anchisæ illic fuisse: hoc est, corpus inane. nam verum corpus in Sicilia conditum erat:anima, lachrymas non habet.Simulachrum autem,quia corporis simulat:saltem operationes,& potẽtias eas simulare potest: sed altioris est hæc quæstio negocij a theologis nostris:& pcipue diuo Augustino,in De ciuitate dei, anxie discussa: quærit enim, si ignis materialis sit apud inferos, quomodo animas incorporeas vrat? atq; in id fere pcedit: quod dicetur,q;,Non funditus omnes Corporeæ excedunt pestes.hoc est,q; animæ secũ trahunt corporis passiones & affectiones, quæ illic puniũtur. Sed de his argutiores,argutius disputẽt. Nos:qa Donatus hic deficit,Ordinem ponamus,qui talis est: q;.pro &:lachrymæ effusæ sunt:genis,id est palpebris Anchisæ:& vox.i.oratio sequens:excidit.i.elapsa est,vt seni:ore.s.Anchisæ. O nate,venisti(nõ interrogãtis,aut dubitãtis: sed pre gaudio admirãtis,interrogãdi forma est.)tandem,id est post longam expectationem meam: q;,pro &: tua pietas expectata.i.probata, & cognita, semper parenti.s.mihi(precipue tamen,dum eum humeris suis extulerat incendio Troiano)vicit iter durum.i.difficile:non propter descẽsum,sed propter regressum: aut etiam propter descẽsum:qa licet dictum sit,Facilis descensus Auerni, id intelligitur de defunctis,quia postea vocant regna inuia viuis: datur.i.datur ne. hoc est,conceditur ne mihi, tueri tua ora: & audire, & reddere voces notas? Eqdem ego ducebam animo.i.augurabar, aut opinabar, seu cogitabã sic te facturum:&, pro.i.rebar futurum.s.vt me visas dinumerans tempora, id est disquirens quanto tẽpore opus est ad hanc profectionem:nec mea cura.i.sollicitudo,quam de ea re habui,fefellit me.Seruius vult,vocandi casum esse,mea cura: sed id(iudicio meo)dici nõ potest: cum enim omnis vocatiuus sit secundæ psonæ,non diceret,fefellit:sed fefellisti. Si tamen velimus de Ænea dictum:in tertia persona dicamus: nec mea cura.i.filius meus dulcissimus,fefellit me.hoc est,tu non fefellisti me.Nam licet ad personam,quasi de persona loqui: vt in Euãgelio, Et vnde mihi hoc,vt mater domini mei veniat ad me? vbi nõ dicit, venisti ad me:qa in tertia psona loquitur. Per quas terras.) et admiratiue:ac si dicat, dij boni p quas terras.i.regiones, & per quanta,i.quãtum magna.q.d.per maxima æquora,ego accipio te vectum? & o nate,quantis periclis,pro periculis: accipio te iactatũ? q.d.et maximis:q;.i.q̃tum,hoc est o quantũ.q.d.maxime metui ne regna Libyæ nocerent tibi:quid.i.aliqd: sciuerat.n.per reuelationem: aut qa deus effectus Æneam ad Libyã appulsum: & illic a Didone teneri. a qua et ne regnum Italiç obliuiscatur, conatus est eum auellere crebris admonitionibus:vt attestatur Æneas,dicens in.iiij.Me patris Anchisç quoties humentibus vmbris Nox operit terras,quoties astra ignea surgũt, Admonet in somnis,& turbida terret imago. Autẽ,pro sed:ille.s.Æneas, quẽ adlocutus est,supple respondit,o genitor:tua imago tristis.i. terribilis, aut mesta,propter timorẽ quem habuisti,ne quid Libyç mihi regna nocerẽt,occurrẽs.s.in somnis sæpius: qa,vt iam dixi, Quoties humentibus vmbris Nox operit terras. (In.v.etiam apparuisse dicitur:quo circa magis congrue illic dixisset, q̃ hic, quæ nunc dicitur:quia frustra diceret se veritum, ne quid Libyæ tibi regna nocerent: cum postea in Sicilia ipsum adlocutus sit: verum excusatur:quia in.v.venerat,vt caduceator,Iouis imperijs missus: quo circa,nihil præter q̃ quod iussus erat,tũc explicare potuit. sed solummodo admonere,vt ad inferos ad se descendat, plura auditurus)adegit.i.impulit,aut egit,tẽdere ad hec limina.s.regni beatorum:cum Anchises sit in optimo circulo.Classes.s.nostrç:stant sale.i.in mari: Tyrrheno.i. Tyrrheno denomiato: est autem inferum ad Italiam. Da.i.concede:iungere dextras,supp.nostras:da, inquit,o genitor:& ne subtrahe te,sup. mihi: amplexu nostro.i. dum te amplecti conor: aut amplexu pro amplexui nostro: per quod significat patrem, quoties eũ amplecti volui se elongasse, cũ sciret se amplecti non posse,quia verum corpus non haberet. Æneas memorãs.i.loquẽs sic, rigabat simul ora, largo fletu.i.simul large flebat.Conatus,supp. est Æneas ibi.i.in eo tẽpore:aut cum id diceret:ter circũdare brachia collo:aut dare collo brachia circũ.i.in circuitu:& imago cõprensa frustra,qa retineri non potuit, effugit ter:manus.s. Æneç comprẽdẽtis, existens par ventis leuibus,& simillima,somno volucri.i.cito auolãti. Æneas videt interea.s.dum talia moliretur:in valle reducta.i.longe posita:nemus seclusum.s.a frequẽtia eorũ,qui Elysiũ colebant, & virgulta sonãtia syluis:& amnem Lethçum.i.obliuionis,qui prçnatat domos placidas.i.sedes beatas:sed peracto tpe, dijs ita volentibus, quçdã animç ex eo bibũt obliuionẽ: & incipiũt in corpora velle reuerti. Gẽtes innumerç,& populi,sup.innumeri:volabant circũ hunc.s.amnẽ: ac omnis campus strepit murmure.s.animarũ circunuolantium:veluti.i.quẽadmodũ:omnis cãpus strepit,in pratis vbi apes insidiũt.i.sedẽ capiunt imittendo se floribus varijs.i. variorum colorũ:çstate serena.i.dum tẽpus çstiuum, aut vernũ est serenũ:& dum funduntur circũ candida lilia, Æneas inscius.s. taliũ rerũ: horrescit subito visu.i.visione subito oblata:& reqrit causas,

Ordo.

causas,& supp.requirit,quæ sint ea flumina:porro.i.procul apparentia:ve pro vel:qui viri complerint agmine.i.impetu tanto:ripas.s.Lethæi fluminis.Ideo autem Æneas fingitur longe esse a Lethæo flumine: quia adhuc iuuenis est: memoria aũt deficit in senio. Agmen,proprie est multitudo dum agitur: aut impetus ipse vt leni fluit agmine Tybris. Quod autem dicit Æneam vidisse amnem lethæum,intelligendum est in sensu diuiso. hoc est vidit amnem,qui est Lethæus:nesciuit tamen esse Lethçum:vnde id dictum est ex persona poetæ.

PIERIVS.

Quas ego te terras.) Romanus codex, & aliquot alij vetusti, Quas ego per terras,legunt.Mihi prior lectio facit satis, qa et si p legas:te pronomen desyderaretur. Hçc limina tendere adegit.) In codic.aliquot peruetustis legere est,adire coegit.Sed omnino lectio hæc ex aliqua paraphrasi desumpta est: pedestris enim, & ex illis est. Illud vero, tendere adegit,longe sublimior phrasis,& elegantior. Simul ora rigabat.) In antiqs plerisq;,rigabant,plurali numero est. Sed de Ænea tantum hoc dictum volunt multi, quod absurdum dicunt,dare lachrymas Anchisç,in beatorum iã numerum ascito. Sed fecit hoc poeta, ad affectum mutuæ pietatis exprimendum. Seclusum nemus.) In Roma. codice,Reclusum,legitur: sed enim Virgilius, huius dictionis primã libentius corripere solet. Virgulta sonantia syluis.)Seruius syluæ legit:& Roma. illi codex adstipulatur.Reliqui etiam variant. Aduertendum autem syluæ, apud Seruium accipi, genitiuo casu.In Mediceo syluis, habetur. Qui ve viri tanto cõplerint agmine ripas.) In vetustis quibusdam exemplaribus legere est,Quid ve,hoc est, quorsum, quanam de causa:sed non ita placet. In aliquot alijs, Quiq; viri habetur:quod rectius mihi succedere videtur,quç flumina,quiq; viri. Est &,complerunt, finitiuo modo,in bona codicum antiquorum parte. In aliquot,vt in Mediceo, complerent, per e,nusquam vero,complerint,per i legi.

Tum pr̃ Anchises. {Aiæ quibꝰ altera fato POE.
Corpora debentur:Lethæi ad fluminis vndã ANC.
Securos latices, & longa obliuia potant.
Has equidẽ memorare tibi,atq; ostendere coràm,
Iam pridem hanc prolem cupio enumerare meorũ:
Quo magis Italia tandem lætere reperta. ÆNE.
O pater,an ne aliquas ad cçlum hinc ire putandũ est
Sublimeis animas? iterumq; ad tarda reuerti
Corpora? quæ lucis miseris tam dira cupido?
Dicã eqdem,nec te suspensum nate tenebo. ANC.
Suscipit Anchises:atq; ordine singula pãdit. POE.

SERVIVS.

Animæ, quibus altera fato Corpora debentur.)Sciẽdum non oẽs animas ad corpora reuerti. Aliquç enim propter vitæ merita non redeunt: aliquæ redeunt propter malam vitam: aliquæ propter fati necessitatẽ. Lethæi ad fluminis vndã.)si aia æterna est:& summi spũs pars: qua rõne in corpore nõ totum videt, nec est tãtæ prudentiæ, tantæq; vicinitatis, vt oia possit agnoscere,qa cum cçperit in corpꝰ descendere, potat stultitiam, & obliuionẽ. Vnde non põt implere vim numinis sui post naturæ suæ obliuionem. Obliuiscitur autem sm̃ poetas præteritorũ: sm̃ Philosophos futuri.Vnde medium tenuit dicẽdo Obliuia.Docẽt autem Philosophi, anima ad ima descendens quid per singulos circulos perdat. Vnde etiam Mathematici fingunt,quòd singulorum numinum potestatibus corpus & anima nostra connexa sunt ea ratione,qua cum descendunt animæ:trahunt secum torporem Saturni, Martis iracundiam,libidinem Veneris,Mercurij lucri cupiditatem, Iouis regni desyderium: quæ res faciunt perturbationem animabus,ne possint vti vigore suo & viribus propriis. Securos latices.) Qui securos faciunt:vt morbos pallidos dicimus,quod pallidos faciunt. Iampridem.) Ex quo ait, Tum genus omne tuum,& quæ dentur mœnia,disces. O pater.) Noua breuitas.Nam dicendo Pater,qui loquatur,ostendit. Ad cœlum hinc ire putandum est.) Miscet philosophiæ figmenta poetica: & ostendit tam quod est vulgare, quam quod continet veritas & ratio naturalis. Nam secundum poetas hoc dicit, credendũ est animas ab inferis reuerti posse ad corpora,vt cœlum superos intelligamus, id est nostrã vitam. Secundum Philosophos vero hoc dicit, credendum est animas corporis contagione pollutas in cœlum reuerti. Sublimeis animas?)Non omnes.sed sublimium. Ad tarda reuerti Corpora?) Animæ comparatione,qua velocius nihil est. Vno enim momento potest vniuersa discurrere. Quç lucis miseris tam dira cupido?Vt id desyderent, ppter quod sentiunt pœnas dedisse, scilicet vitam. Suspensum.) Solicitum, incertum:vt,multo suspensum numine ducit. Suscipit Anchises, atq; ordine singula pandit.) Hysteron proteron. Post hunc enim versum sequi debuit, Dicam equidem: nec te suspensum nate tenebo.

DONATVS.

Tum pater Anchises.)Quã cito summatim,duobusq; quæsitis occurrit, dixit.n.qui sit fluuius,& quam ob causam animæ puenissent. Istç,inqt,animç sunt primis exemptæ corporibus eius fati,vt secũdæ luci,& altero corpori debeant reddi: hæ ad lethæum fluuium,quẽ cernis veniunt.eius.n. natura talis est, vt quisqs ex eo potauerit, quicqd apud superos gestorũ suorũ memoriæ mandauerit,perdat,qua causa istæ conueniunt,vt dum se vndam simplicem haurire arbitrãtur, obliuionem supioris temporis bibãt: nulli.n.iucundum est, ad lucem iterũ venire post mortem, si malorum,quç in vita persenserat,recordatione teneatur.Hic fluuiꝰ facit, vt omissa primorũ incommodorũ memoria non viuendi, atq; ad superos redeundi odio,sed amore ducantur. Has equidem.m.t.atq;.co.) Maior enim oculorum, q̃ aurium fides est. multo melior si audita videãtur. Quo magis.I.m.læ.r.) Quæ autem istæ sint animæ, Quodq; facturæ,debes nosse. tunc.n. gratulaberis melius Italiam reperisse, quam quæris, cuius gaudij et ipse particeps ero. O pater, an ne.ad.c.h.i.p.) Conueniẽs facti istiꝰ dubitatio, qui innumera mala, duraq; perpessus est, & in his fuerat, & sperabat adhuc vsq; peiora,credimꝰ,inqt,velle quẽquam non tm̃ ad lucẽ, sed ad vitæ tædia reuocari, q̃ tanta nascitur cupiditas miseris:vt velint esse iterũ,quod semel euasisse debuerãt gratulari: miseros ostendit non solum illos esse fortuna in qualibet parte, sed etiam illos,qui non intelligũt,quid suis commodis prosit.deterrima petunt,& fugienda perquirunt. Dicam equidẽ.)Quæ desideranter cupis audire, dicã nate,ne te sub incertis tractatibꝰ diutius teneam. Suscipit Anchises.)Aggreditur Anchises relationẽ & ordine suo singula prosequi cœpit, occasiõe futurç relationis altior tractatus inducitur,vt ostendat poeta,ex quibus cõstet hominum genus,vel animalium cçterorũ, & vnde mouẽtur in gaudium,vnde vertantur in metum,vnde diuersis cupiditatibus teneantur,vnde affligantur doloribus,vnde animæ nutrimẽta suscipiant,sed prius erat dicendum, quæ ista sint, & quẽadmodum cõstant,ex quibus vniuersa nascuntur,& valent.

ASCENSIVS.

Tunc pater Anchises: Animæ qbus altera fato Corpora debentur Lethæi,&c. Ex arcana philosophia respondere inducitur Anchises,animas quorundam apud inferos existentium, debere, & posse,& velle redire in corpora. Debere:quia rerum vicissitudo est, & cum finitæ, & simul conditæ, secundum Platonicos (Nam hæc omnia,secundum fidem nostram,erronea sunt)sint animæ: corpora autem quotidie generẽtur:necesse est, vt eadem anima in diuersa migret corpora.Quin etiam Plato cẽsuit etiam,in belluina copora non.ullorum animas transferri, & ebriosorum in corpus suis:iracundi, in corpus leonis,&c.Posse autem,quia immortales sunt. Velle vero,quia Lethæum flumen potantes,obliuiones malorum quæ in hac vita habuerãt,imbibunt:dicunt tamen nõnullas perpetuam felicitatem meruisse, sed paucas: vnde est,Et pauci læta arua tenemus. veruntamen secundum hæc principia, oportet dicere, paucas eam felicitatem merituras: quia si omnes mereantur, quæ nunc sunt animæ, desineret hominum procreatio: quam tamen perpetuam cẽsent. Et si dicant,non oẽs posse mereri, deterrerent multos a virtutum cultu: vnde dicere debent,singulas quidem, aut gratia,aut merito posse ad perpetuam peruenire felicitatem:paucas tamẽ peruenturas. dicit autem Plato, animas ab æterno creatas, quod tamen Augustinus noster reprobat, dicens, Animas creando infundi, & infundendo creari. & dum a cœlesti sede, per circulos delabuntur attrahere varias affectiones: vt Macrobius docet,in De somnio Scipionis:a Saturno rationem, & intelligentiam: ab Ioue, praxim, seu partem actiuam: a Marte, irascibilem, tam virtutis, quàm vitiorum causas: a Sole, sentiendi, & opinandi vim, tam vt aliqua sciamus,quàm vt fallamur: a Venere,desyderium,indifferens ad bonum & malum: a Mercurio,interpretationẽ per sermonem: a

Aĩarum creatio quõ fiat

Luna, vim generatiuam, & nutritiuam. Ser. aliam affectionem ex planetis trahi affirmat, vt in eo videre licet. Plato aũt vult, aias anteq̃ per circulos descenderint, omnium peritas: & eandem scien iam postea eruditione acqrere, dictitãs nostrum addiscere non esse, nisi quoddam reminisci. Sed cum hæc reprobata sint, nõ est in eis immorandum, nisi quatenus ad explanationem poetæ faciunt. Donatus autem dicit sic. ❡Tunc pater.) Interrogat Æneas: quis fluuius: & quare animæ, illum petant. Ad vtrunq̃ breuiter respondet, esse animas, quę in alia corpora reuerti volunt: & fluuium esse Lethæum. ❡Quo magis Italia.) Ex hoc oñdit se magna dicturum. ❡O pater, an ne.) Non poterat nõ mirari, quod ad tanta incommoda vitæ redire velint. Hæc ille. ❡Ordo autem est. Anchises pater, ait, sup. tunc: Animę, quibus altera, id est secunda cor
Ordo. pora: debentur fato. i. necessitate quam, aut deorum voluntate (qua non omnibus debentur: perfectis enim heroibus, & dijs genitis, perpetua est apud Elysios sedes: sicut contra, pessimis deorum violatoribus, æternũ est apud tartara supplicium: Vnde de Theseo dictum est. Sedet æternumq̃ sedebit Infelix Theseus.) potant ad vndam Lethæi fluminis, latices securos, id est secludentes a curis, aut facientes securos: & longa obliuia, scilicet malorũ, & pœnarum, quæ & quas semel perpessi sunt, dum essent in hac vita. Equidem, i. ego quidem: cupio memorare. i. enarrare: & recensere tibi: atq̃ ostendere tibi, coram, scilicet oculis tuis: has scilicet animas, in corpora migraturas: & cupio iampridem, id est a plusculo tempore: enumerare hanc prolem meorum, idest a meis descensurorum: eo, supple quo, idest ideo: vt Lętere magis mecum, ❡Italia reperta.) Potest tñ construi, non secundum prius dicta: sed, vt Seruius inquit, secundum historicam fidem. Quo Lætere magis Italia reperta mecum.. quia etiam Anchises in Italiam venisse dicitur: sed huic loco, & multis prius habitis, quadrat prior constructio quã sequimur: artis tamen est interdum sic loqui, vt in plureis sententias trahi possumus. (Æneas, supple ait: O pater: an ne putandum est aliquas animas, sublimeis. i. in sublimi sitas, aut egregias: ire hinc, idest ex his tam beatis locis: ad cœlum, idest ad conspectum cœli, aut aerem, in quo degimus: & reuerti iterũ ad corpora tarda, id est eas tardantia, & hebetãtia: quæ cupido. i. cupiditas, lucis, scilicet cælestis: cum illic aliam lux sit: aut lucis. i. vitę, est, sup. eis, tam dira, id est execrabilis, & quasi deorum ira inducta? Respondet Anchises: Equidẽ, id est ego certe dicam: nec o nate, tenebo te suspẽsum, scilicet animo, hoc est dubium, & ambiguum. Anchises suspicit. i. sursum, vel seorsum inspicit: vt faciũt, qui noua inuenire volunt: sicut contra, Despiciũt terram, qui reminisci volunt. atq̃ pandit singula, i. singulares res ad propositã quæstionem pertinentes: ordine, i. per ordinem: incipiens. i. a primordijs, & primis causis.

PIERIVS.

❡Quo magis Italia tandẽ lætere reperta.) In codic. aliquot antiquis, lætare, impatiuo modo, deq̃ re præsenti, ad solidiorem gaudij causam. In omnibus deinde pro tandem, vno exemplo, mecum, scriptum est. In Romano totus versus ita mutatus, Quo magis Italiam mecum lætare repertam. Iam enim in Italiam descenderat Æneas, eamq̃ repertam esse plurimũ gaudebat. Sed eo magis gaudendum ait Anchises, quod non tantum erroribus finis sit impositus, quodq̃ sedes fato debitæ iam apprensæ. Sed q̃ præter hæc tot illustres viri sint ex suo genere propagandi: totq̃, & tãtę sanguini suo accessiones pręparatæ: quocirca lætare, ait, nũc magis, ac magis. ❡Iterumq̃ ad tarda reuerti Corpora.) In codicibus aliquot antiquis, in tarda, legere est. Vtrunq̃ placet. ❡Quæ lucis miseris tam dira cupido:) In codicibus aliquot sane, q̃ vetustis, cupido est: vna plus dictione legiť: sed absq̃ ea suauius. ❡Suspicit Anchises.) In probatioribus codicib⁹ antiquis, Suscipit, habetur: quod significat, respõdet. Et in Euangelica lectione, multa eo modo reponẽda animaduertas, recte quidem prius traducta, sed impitia sæculi post modum corrupta. Huic vero lectioni Prisciani etiam subscribit, authoritas dicentis illi, ὑπολαμβάνω, pro respondeo: ὁ δὲ ὑπολαβὼν ἔφη. Nos suscipiens, inquit. Hinc Virgilius, Suscipit Anchises, atq̃ ordine singula pandit. pro respondit ad interrogationem Æneæ.

SERVIVS.

❡Principio cęlum ac terras, camposq̃ liquẽteis.) Interrogatus Anchises quare animæ velit reuerti ad corpora, quasi aliud dicit, tamẽ illuc recurrit: quod Græce τὸ πᾶν dicitur, idest omne quod est. Quatuor sunt elementa: terra, aer, aqua, æther: & Deus. Præter hæc nihil est aliud: & hoc, mũdũ non possum⁹ dicere. Nam mundus nõ est totum. Ergo Deus est qdem spiritus, diuinus, qui per quatuor infusus elementa gignit vniuersa. Igitur si de elementis, & Deo nascuntur oĩa, vnam originem habent: & par est natura omnium. Sed videamus quid in nobis est a Deo: & qd a quatuor elementis. Quantum datur intelligi, ab elementis habemus corpus: a Deo animã: quod ideo ꝓbatur, qa quod est in corpore, terra, humor, anhelitus, calor (quæ omnia videntur, sicut etiam elementa) animus inuisibilis est: sicut etiam Deus, vnde originem ducit. Illa præterea irrationabilia sunt sicut corpus, cõtra Deus habet consilium, sic etiã animus. Deinde elemẽta mutari videmus, quorum perire mutari est: sicut etiã corpus: q̃ inde originẽ ducit. contra Deum nõ perire manifestum est. ergo nec animus perit, qui inde originem ducit. nam pars semp sequitur genus. Huc igitur tetendit primam intentionem suã, vt animos immortales diceret. Sed occurrit illud, Si immortales

Principio celũ, ac terras, cãposq̃ liquenteis, ANC.
Lucentemq̃ globum lunæ, Titaniaq̃ astra
Spiritus intus alit: totamq̃ infusa per artus
Mens agitat molem: & magno se corpore miscet.
Inde hoium, pecudumq̃ genus, vitæq̃ volantum:
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.
Igneus est ollis vigor, & cœlestis origo
Seminibus: quantum non noxia corpora tardant:
Terreniq̃ hebetant artus, moribundaq̃ membra.
Hinc metuũt, cupiuntq̃: dolẽt, gaudentq̃: nec auras
Respiciunt clausę tenebris, & carcere cæco.
Quin & supremo cum lumine vita reliquit:
Non tñ omne malum miseris, nec funditus omnes
Corporeæ excedunt pestes: penitusq̃ necesse est
Multa diu concreta modis inolescere miris.
Ergo exercentur pœnis: veterumq̃ malorum
Supplicia expendunt. aliæ panduntur inaneis
Suspensæ ad ventos. alijs sub gurgite vasto
Infectum eluitur scelus. aut exuritur igni.
Quisq̃ suos patimur maneis. exinde per amplum
Mittimur Elysium: & pauci lęta arua tenemus:
Donec longa dies perfecto temporis orbe
Concretam exemit labem: purumq̃ reliquit
Aethereum sensum, atq̃ aurai simplicis ignem.
Has omneis, vbi mille rotam voluere per annos:
Letæum ad fluuium deus euocat agmine magno:
Scilicet immemores supera vt conuexa reuisant:
Rursus & incipiant in corpora velle reuerti.

tales sunt, & vnum hñt principium: qua ratione non omnia animalia sentiunt similiter? Et dicit nõ esse in animis dissimilitudinẽ, sed in corporibus: quæ prout fuerint vel viuacia, vel torpentia, ita & animos faciunt: quod potest etiam i vno, eodemq̃ corpore probari. In sano enim corpore, alia est viuacitas mentis in ęgro peior, i. insanis iualida & ratione carẽs, vt in phreneticis cernimus, adeo cum ad corpus venerit, nõ natura sua vtit, sed ex eius qualitate mutatur. Inde Afros versipelles, Græcos leues, Gallos pigriores videmus ingenij: quod natura climatũ facit, sicut Ptolemæus deprehendit, qui dicit translatum ad aliud clima hominẽ naturam ex parte mutare. De toto, n. non potest, qa in principio accepit sorte corporis sui. Ergo anima p qualitate est corpis. Et qua ratione res melior est in potestate deterioris: Atq diuinus animus debuit corpus habere in potestate, non mortale corpus naturam animi corrũpere. Sed hoc ideo fit, qa plus est quod continet, q̃ quod cõtinetur: vt si leonem includas in caueam, impeditus vim suam non perdit: sed exercere non potest. ita animus non transit in vitia corporis: sed ex cuius coniunctione impeditus, nec exercet vim suam. Occurrit illud, Omne quod corrũpitur, æternum non est. si animus insanit, irascitur, desyderat, timet: caret æternitate,

Non hunc cum.

tate, cui sunt ista contraria. Nam passio æternitatem soluit. quod ideo falsum esse dicimus: quia anim⁹ nihil per se patitur, sed laborat ex corporis coniunctione. Et aliud est per suam naturam corrumpi: aliud per contrarium rei alterius. Videmus enim tale aliquid, vt in lucerna, quæ per se clara est: & locum i quo est sine dubio illuminat: sed si qua re tecta fuerit & inclusa, non perdit splendorem propriũ, qui in ea est (remoto nanq̃ impedimento apparet) nec tamen quia impeditus est eius vigor, ideo etiam corruptus. Ita ergo & animus quandiu est in corpore, patitur eius contagionem, simul atq̃ deposuerit corpus, recipit suum vigorem, & natura vtitur propria. Si ergo recipit naturam suam, quare pęnas apud inferos patitur? Ideo quia res quæ simul diu fuit, non põt deposita ipsa re statim in suum nitorem reuerti. vt si speciem candidam missam in lutum polluas, & eam statim auferas, non icirco sordibus caret, sed absolutionem requirit, vt in pristinum nitorẽ possit redire. Sic aĩa ex eo quod datur corpori, inquinata, etiam si corpus deponat, necesse habet purgari. Si ergo purgantur & recipiunt naturam suam, cur volunt reuerti? Quia potant (inquit) obliuia. Est enim illud ambiguum, Aut vt præteritarum obliuiscantur pęnaꝝ: aut certe vt ignaræ futuri habeant redeundi desyderium in corpora, quod sine passione non fit. Nam aĩus in quo est passio, meretur reuerti. ❡Cœlum.) Pro aere, & æthere potuit: vt, Iam cœlum terramq̃. ❡Camposq̃ liquenteis.) Id est maria. ❡Lucentemq̃ globũ lunæ.) Ideo vsus est participio, vt ostendat eam suum lumen non habere. Nam lucẽs, est quod aliunde illuminatur. Lucibile quod per se lucet, vt patulum & patens. Patulum est quod semper patet: Patens quod & aperitur & clauditur, vt oculus. Globum aũt, ideo quia dicitur luna σφαιροειδὴς esse. ❡Titaniaq̃ astra. Aut stellas dicit: aut solẽ quem supra vnum fuisse de Titanibus diximus. ❡Spiritus.) Diuinus. s. & vnus est siue mentem dicat: siue aĩum, siue spũm. ❡Intus alit.) Vegetat, & in æternitatem custodit: qa mistus est, & nulla pars est elementi sine Deo. ❡Per artus.) Per elemẽta: quæ membra sunt mundi. Corporalia nanq̃ sunt quæ possunt videri. ❡Mens agitat molem.) Magnitudinem mundi mens agitat: & si, vt Cice. dicit in Tusculanis, æternum est quicqd in æterno motu est: sine dubio etiam anim⁹ æternus est. Semper. n. in motu est, adeo vt ne nobis qdem quiescentibus congescat. ❡Magno se corpore miscet.) Aut antiptosis est pro corpori: vt, Hæret pede pes, densusq̃ viro vir. quod potius credendum est. Aut certe ſm eos locutus est, qui dicunt corporalem esse: & eum ita definiunt πυρνοερόν, i. ignem sensualem. quod si verũ est, corpus est: nec per Antiptosim dixit, sed per diffinitionem magno corpore, id est non cõi. ❡Inde hominum, pecudumq̃ genus.) De quatuor elementis & Deo. ❡Et cœlestis origo Seminibus, quantum non noxia corpora tardant.) Quod supra diximus, In tantum, inquit, in omnibus viget pars diuinitatis, in quantũ sinit corpoꝝ qualitas. ❡Terreniq̃ hebetant artus.) In quantum non hebetant artus. ❡Moribundaq̃ mẽbra.) Morienti simĩlia hoc est semp morientia. Nunq̃. n. in eodem statu sunt: sed aut minuunť, aut crescunt. Ergo animus idem est: sed vti virib⁹ suis non põt propter corporis ꝯiunctionẽ. ❡Hic metuunt, cupiuntq̃, dolent, gaudenq̃.) Ex corporis ꝯiunctione, & hebetudine. Varro & omnes Philosophi dicũt quatuor esse passiões: duas a bonis, & duas a malis opinatis rebus. Nam dolere & timere, duæ opiniones malæ sunt, vna præsentis, alia futuri. Item gaudere & cupere, opiniones bonæ sunt, vna præsentis, altera futuri. Hæc ergo nascuntur ex ipsa ꝯiunctione. Nam neq̃ animi sunt, neq̃ corporis propria. Pereunt. n. facta congregatione. ❡Neq̃ auras respiciũt) Nam qa cohærent corpori, obliuiscuntur naturæ suæ, quam auras vocauit. ❡Clausæ tenebris, & carcere cæco.) Definitiões sunt corporis. ❡Quin & supremo cum lumine vita reliquit.) Quia, vt diximus, occurrit debere eas statim post corpus depositũ redire in suum vigorẽ: & dicit non posse. Quæ. n. diu coniuncta sunt, inuicem se tenent, & trahunt reliquias sordium antiquarum. ❡Nõ tamen oẽ malum.) Cedit quidem, sed non omne. Nam remanet: quod vt purgetur, necesse est. Inde est quod dicit, Eadem sequiť tellure repostos. Bene aũt. ❡Miseris.) Quæ ẽt post corpus habent corporis sordes. Vnde est, Nec funditus omnes Corporeæ excedunt pestes. ❡Diu cõcreta.) Coniuncta & cõglutinata. ❡Inolescere.) Crescere: vt, Vdoq̃ docent inolescere libro. ❡Ergo exercenť pœnis.) Quia deposito corpore sordes supersunt. Pœnas autem minime pferunt animæ: sed illius ꝯiunctionis reliquiæ quæ fuit inter aĩam & corpus. Nam licet ista duo per se pœnas perferre nõ possint: homo tamen perfert, qui de his duobus est factus. ❡Supplicia expendunt.) Ideo agunt supplicia, non vt animas puniant, sed vt eas peccatis exuant pristinis. ❡Aliæ panduntur inanes Suspensæ ad ventos. Loqtur quidem poetice de purgatione animarum: tangit tamen quod & Philosophi dicunt. nam triplex est oĩs purgatio. Aut enim in terra purgantur. quæ nimis oppressæ sordibus fuerint, deditę, scilicet corporalibus blandimẽtis, id est transeunt in corpora terrena: & hęc igni dicuntur purgari. Ignis enim ex terra est, quo exuruntť omnia. nam cœlestis nihil purit. aut in aqua. i. transeunt in corpora marina, si paulo melius vixerint. Aut certe in aere, transeundo scilicet in aeria corpora, si satis bene vixerit: quod in Statio legimus, vbi de augurijs tractat. Vnde etiã in sacris omnibus tres sunt istæ purgationes. Nam aut teda purgantur & sulphure, aut aqua abluuntur, aut aere vẽtilantur, quod erat in sacris Liberi. Hoc est. n. quod dicit in secundo Georg. Tibiq̃ oscilla ex alta suspendunt mollia pinu. Nam genus erat purgationis: & in ipsis purgationib⁹ bonum meritorum secutus est ordinem, vt ante aeriam, inde aquæ, post ignis diceret purgationẽ. ❡Quisq̃ suos patimur manes.) Supplicia quæ sunt apud manes, vt si quis dicat iudiciũ patimur, & significet ea quæ in iudicio continentur. Est & aliud verius. Nam cum nascimur, duos Genios sortimur. Vnus est qui hortatur ad bona: alter q de prauat ad mala. quibus assistentibus post mortem, aut asserimur in meliorem vitam, aut condemnamur in deteriorem: per quos aut vacationem meremur, aut reditum in corpora. Ergo Manes, Genios dicit, quos cum vita sortimur. ❡Exide.) Vna pars orationis est, & in tertia a fine accẽtum habet: licet penultima longa sit. Quod ideo factum est, vt ostẽderetur vna pars esse orationis, ne præpositio iungereť aduerbio, quod vitiosum esse non dubium est. ❡Pauci lęta arua tenemus.) Non omnes. Qui enim minus purgantur, statim redeũt ad corpora. ❡Donec longa dies pfecto temporis orbe. Quia etiam post purgationem opus est tempore, vt perseueret in purgatione: & sic redeat. Et quæritur vtrum animę per Apothesin (de quibus ait, Pauci læta arua tenemus) possint mereri perpetuam purgationem. quod non potest fieri. Merentur enim temporis multi, non perpetuitatis: & quæ male vixerunt: statim redeunt: quæ melius, tardius: quæ optime, diutissimo tempore sunt cum numinibus. Paucæ tamen sunt, quæ & ipsæ exigente ratione, licet tarde, coguntur reuerti. ❡Perfecto temporis orbe.) Finito legitimo tempore. ❡Concretam.) Affixam & inhærentem. ❡Ætherium sensum.) Syderum πυρνοερόν. Ignem sensualem, idest Deum, per quod quid sit anima, ostendit. ❡Aurai simplicis ignem. Non vrentis.) Simplicis autem, nostri comparatione: qui cõstat de ligno & aere. Ille enim per se plenus est & æternus, quia simplex. Omnia enim σύνθετα, id est composita, exitum sortiuntur. Vnde & atomos, perpetuas dicunt, quia simplices sunt, nec respiciunt sectionem. ❡Has omnes.) Ac si diceret etiam has omnes. Nam supra non omnes dixit: sed animę quibus altera fato Corpora debentur. Rotam voluere per annos. Exegerunt statutum tempus per annorum volubilitatem. Est autem sermo Ennij. ❡Deus euocat.) Non dicit quis, sicut supra, Dij quibus imperium est animarum. Sed alij Mercurium volũt propter hoc, Animas ille euocat Orco Pallentis, alias sub tartara tristia mittit. Et est ratio. nam νοῦς dicitur, id est sensus: quo Philosophiam, quæ hæc indicat, intelligimus: quia ipse etiam inuenit literas. ❡Agmine magno.) Impetu: & dictum est imperatiue. Non enim blanditijs inductæ redeunt: sed necessitate quadam coguntur, vt potantes velint reuerti. ❡Immemores.) Vel præteritorum vel futurorum.

DONATVS.

❡Principio cœlum.) Quatuor qdem elementa esse asseruntť cœli, terræ, maris. & inferoꝝ: sed quia apud inferos fuit, q loquebatur, & agebatur de ratione superoꝝ, iccirco trium tractatũ prosequitur, cœli, & terræ, & maris. addidit duo alia. sed quæ in parte sunt cœli, solẽ. s. & lunã. his. n. stare dicitur, quicquid ad cœlum pertinet, & quicqd terra continet, quicquid mare complectitur, nutriri spũ quodã abstruso & recondito, & latẽter gubernari, eũsdemq̃ spiritum per oĩa esse diffusum, & permistum omnibus. ❡Inde hominũ, &c.) Inde, inquit, viuunt volantia, inde terrestria, inde ẽt quicquid monstrorum maris vnda contegitur. ❡Igneus est ollis vigor, &c.) Ex duoꝝ elementorum substantia hominem memorat esse compositũ, vt spiritus e partibus cœli sumi videatur, corpus ex terra. quod de cęlo sumitur esse ppetuum. corpus aũt interire, quod ex terra cõcipitur. spiritum mundũ esse, corpus vero ꝯtagionibus plenum, sed vbi in vnũ consortium venerint, vt corpus spiritusq̃ iunganť, spiritum malis corporib⁹ maculari. ❡Hinc metuunt, &c.) Vsqueadeo corpus inimicum est ei, quem intra se habet, vt cæco carceri comparetur. deniq̃ polluitur ex eo, q̃ pollutum ad supplicium mittitur, tanquam ad pœ

Universidad de Deusto Biblioteca

nam & carceres rei:& quia perire non poteſt, purgatur pęnis,do
nec reddatur talis , qualis inter initia corpori fuerat attributus.
¶Quin & ſupremo.)Tanta labes eſt corporis,ita,ꝙ ſpiritum pol
luit,vt cũ exutum mẽbris ire ad inferos cęperit,peſtes oẽs ſecum
portet,ideoq́ non redit ad cœlum, quia cœleſte meritum perdi
dit hoſpicij ſui contagione pollutus. Neceſſe eſt enim penitus in
hærere vitia,quæ viuendo ↄtraxit, & concreta non facile purga
Cōcretum. ri:concretum dicitur,quod ex minutis multis in vnam redditur
maſſam.pinde multa mala, & longo tempore collecta, quoniam
in vnum & maximum coeũt, ablui, vel in ſuum ſtatum reuocari
non poſſunt,niſi hęc vis maior expiauerit. ¶Ergo exercenť pœ.)
Incipit dicere,quæ pœnæ,quæ ſint ipſa ſupplicia. ¶Aliæ pandun
tur inanes ſuſpenſæ ad ventos.) Nihil intereſt, ventos inanes, an
animas dixerit. quia vtrunq́, vel alterum rectum eſſe poteſt. &
ſic vel ſemel poſitum,bis accipiamus.vt inanes animæ,inanes ad
ventos ſuſpenſę penderent.¶Alijs ſub gurgite.v.)Dixit pœnarũ
genera,quibus animæ mundanť.¶Quiſq; ſuos patimur manes.)
Continue cõplexus eſt, vnumquemq́ tales ſentire pœnas, qua
lis ad inferos venerit, ſi bonas bonus, ſi malos malas. ¶Exinde.)
hoc eſt, poſt examinationem vitæ. ¶Per amplum Mittimur. e.)
Comparationem fecit miro gñe. mittimur,inquit,per amplum
Elyſium pauci.quaſi illoꝶ numerum breue ſpatiũ ferre non poſ
ſet. nõ.n. ſupflua latitudo paucis fuerat deputata,ſed tributa pro
meritis.quid.n. inter ſontes & innoxios diſtaret? ſi cũctos ęquali
ſpecie locorum anguſtiæ ↄtinerent? Docuit poeta non paucis vi
deri paratam latitudinem,ſed pluribus,ſi tñ ita viuant,& eo veni
re mereantur.quod,quia non fit.quia bene viuendi ſtudium nõ
omnium,ſed paucorum eſt,latitudinem & diffuſa ſpatia pauci in
colunt.Laudatur hoc genere Anchiſes,& eius laus proficit etiam
filio,quia in talibus locis patrem inuenire commeruit,vt hoc ge
nere pro tali parente laborauiſſe, nec ipſum Æneam pœniteret.
¶Donec longa dies.) Tantum inficit animam corporis tabes, vt
hãc vis maior, & prolixum tempus vix poſſit abluere, ſcilicet vt
talis fiat ablutione, qualis fuit antequàm in corpus perueniret.
¶Has omnes vbi.m.r.) Vbi,inquit,omnes iſtas animas exercita
tionem rotæ per annos mille voluerit, deducit deus ad lethæum
fluuium,cuius talis eſt vis,vt quiſquis ex eo biberit, memoriam
ſuperioris tẽporis perdat,nec quid fecerit,nec quid paſſus ſit, te
ne it:perindeq́ immemor redditus, incipiat velle remeare ad ſu
peros, & mala corporis iterum pati.

ASCENSIVS.

¶Principio cœlũ,&c.)Incipiens igr̃ Anchiſes enarrare,ſic proce
dit. Quia Deus, q magna mundi anima, ſeu magnus animus(ſm
quoſdam philoſophos)oĩbus rebus, infuſus eſt in omnibus ani
mantibus,vt vniuerſalis aĩa,omnisq́ anima cœleſtem habet ori
ginem: qa, ſm Stoicos,etiam deus, eſt de natura ignis:vnde eum
corporeũ putabant,vt atteſtať Euſeb.in pręparatione Euãgelica,
& diuus Auguſt. viij. De ciuitate dei : ideo omnia quæ viuunt, a
deo reguntur. Deus aũt vult,vt iuxta merita, poſt exitũ a corpo
re,aĩæ recipiant,aliæ gaudiũ ęternum,aliæ ſupplicium ęternum,
aliæ purgationem ad tp̃s daturam , ſm exigentiam facinoris, &
deinde,gaudium meritis reſpondens,quo recepto,quia non me
ruerunt æternam beatitudinem, inducit in eas,obliuionem bo
noꝶ,quæ paulo ante poſſederant in Elyſijs, & malorũ,quæ ſuſti
nuerãt in hoc mundo: & ita motę quaſi a ſpiritu magno, cupiũt
in corpora alia redire : qa neſciũt ſe illic fuiſſe:ſed ire:vnde quod
ſupra dictum eſt, Iterumq́ ad tarda reuerti Corpora, dictum eſt
ex pſona Ænee,qui nouerat animas eas aliquando in vita fuiſſe.
Nam putauit nullas illic eſſe,quæ non aliquando vixerint in hoc
mundo cum corporibus ſuis,in quę cœlitus demiſſæ fuerant. Et
qa obliuionem imbibunt, licet ſępe in corporibus fuerint, id tñ
ignorant,immemoresq́ ſunt. Plurima aũt horum, ex Orpheo,&
Platone efficta ſunt : q quia ex prophetarum libris,& Ægyptiaca
diſciplina,didicerant animas immortaleis aliqñ in corpore redi
turas: putabant in eadem corpora, poſt putrefactionem,& con
ſumptioné,redire non poſſe:vnde,in alia redire dicebant:vt aſſe
rit diuus Auguſtinus.Verũ cum hæc fere erronea ſint, licet quæ
ad purgationem ptinent,non penitus reprobentur: ideo altiore
indagatione ſuperſedens, ad ordinẽ redeo: præmiſſis his Donati
verbis. ¶Quiſq́ ſuos patimur maneis.)Nam ſi bonus,ad inferos
venit,bonos patitur maneis:ſi malus,malos. ¶Exinde.)Poſt exa
minationem, ¶Amplum.) Vt oſtendat, non illis paucis paratam
eſſe latitudinem, ſed pluribus: modo ita viuãt, vt illuc venire me
reant:ſed qa pauci merentur, pauci diffuſam latitudinem meren
tur.¶Longa dies.) Longo tpe,eſt opꝰ vt fiat talis purgatio qualis
anteq̃ in corpus perueniret. Hæc ille. ¶Ordo igitur eſt, Princi
pio.i.vt a primordijs incipiã. Spiritus.i.animus magnus.ſ.deus
ait cœlum.i.aerem, & ignem: vt Serui. interpretatur:ac terras,&
campos liquẽteis.i.æquora aquarum:& globum lunę lucenté.ſ.
lumine a ſole recepto:& aſtra Titania.i.quæcunq́ ab Hyperione
Titane deſcripta ſunt:& quorum curſus ab eo demonſtrati ſunt:
quapropter,earum pater dicitur:vnde & Claudianꝰ,ex Hyperio
ne de ſemine nata dicit:intelligit auté totum vniuerſum:& mens
ſcilicet diuina:infuſa p artus.i.ſingula membra,aut ſingulas par
ticulas:agitat.i.mouet,& impellit:totam molem.i.machinam im
menſam totius vniuer. (Cicero autem in Tuſculanis,probat ani
mam eſſe immortalem:eo ꝙ ſe & alia mouẽs, in perpetuo ſit mo
tu.)Et miſcet ſe p pręſentiam,non p confuſionem:magno corpo
re.ſ.vniuerſi.Inde.i.ex hac infuſione ſpiritus illius diuini genus
hominum & pecudũ, & vitæ volantum.i.volucrum, & monſtra
quæ põtus.i.mare quodlibet:fert ſub æquore marmoreo.i.mar
morei coloris,hoc eſt omnia animãtia ſupp.orta ſunt, & viuunt:
qa vigor igneus,& origo cœleſtis,eſt ollis.i.omnibus illis, ſemi
nibus.i.animis: quæ ſunt ſemina vitæ,ſicut Stoici cẽſent,deũ eſſe
de natura ignis, qué Sene.lib.viij.epi.ſic cenſet eſſe in mundo,vt
animus noſter in noſtro eſt corpore:intantum,ſup. eſt,illi cœle
ſtis natura,q̃tum corpora noxia.i.nociua : non tardant.i.depri
munt,& offuſcant virtutem cęleſtem: quia licet eiuſdem naturæ
ſit omnibus: aĩa tamen in vno corpore,nobilior, & perſpicacior
q̃ in alio videtur, propter corporis diuerſam diſpoſitioné: ſicut
eadem candela magis reſplédet in vna lucerna, q̃ alia:& quátum
artus terreni,& mẽbra moribunda.i.aſſidue ad mortem tenden
tia,nõ hebetant.ſ.ſemina illa, hoc eſt aĩas: hinc.i.ex his membris,
moribundis,& terrenis:ipſæ animæ,metuunt,cupiunt,dolent,&
gaudent.i.varijs afficiunť paſſionibus.nec ipſę clauſæ tenebris.ſ.
corpis:& carcere cæco.i.eas excæcãte: deſpiciũt.i.diſgruntauras
i.puritatem ſuam. (Alij legunt, nec reſpiciũt.i.attendũt. Nõnulli
ſuſcipiũt.) Atq; ita gñatur in corpore animarum diuerſitas: quæ
etiam pmanet poſt ſepationem in ipſis animis,ſeu animabꝰ, quæ
res facit:vt nõnullæ cupiant in corpa reuerti:vnde addit, Quin &
i.quinetiam:cum.i.qñ:vita reliquit,ſupp.corpus: lumine ſupre
mo,i.in vltimo vitæ : tamen, non omne malum.ſ.culpæ, hoc eſt
vitium : ſine quo, nullum Stoici cenſent malum : nec omnes pe
ſtes.i.infectiones corporeæ, quas in corpore ad ſe traxerunt,ex
cedunt.i.exuuntur,excedentibꝰ,ipſis animis:funditus.i.a fundo
& radicitus: miſeris.ſ.animis,aut aĩabus: & neceſſe eſt,penitus,id
eſt omnino ſtante.ſ.iudicio diuino:quod vult,nullum malũ eſſe
impunitum:multa.ſ.mala:ↄcreta.i.cõtracta cum corpore: inole
ſcere.i.aboleri:miris.i.mirabilibus:modis.ſ.purgãdi:qa nihil mi
rabilius, q̃ incorporeum a corporeo pati . & ideo dicimus, nos
quoq; aĩas ſecũ trahere affectiones,& paſſiões corpoꝶ:Ergo ga.ſ.
purgatas oportet: ipſæ exercentur.i.afficiuntur pœnis, ſm Plat.
non æternis, ſed purgatorijs,ad tẽpus duraturis : vt recitat Aug.
vlti.De ciuitate dei. ſed notum eſt,mortali peccato damnatas, æ
terno ſupplicio affligendas : & expẽdunt.i.perſoluunt, ſupplicia
veterum malorum.bene,veterum,quaſi inueteratorum,per ma
lam conſuetudinem,quæ videlicet non facile exuuntur. Aliæ.ſ.
aĩæ:panduntur ſuſpenſæ ad inaneis ventos,ſcelus infectum elui
tur.i.aufertur alijs,per ablutionem: ſub gurgite vaſto.i.mari:qa
etiam aqua benedicta(vt in.iij.officioꝶ,recitat Ambroſiꝰ) venia
lia purgantur:& diluuio, mundus purgatus eſt. habẽt ergo vim
purgatiuam, quantam deus vult aquæ.Quinetiam dicuntur ani
mæ apparuiſſe ſanctis viris, quæ ſe in glacie torqueri aſſerebant:
aut ſcelus infectũ exuriť igni , quod & Pauli ſententia approbat:
& tota fere manus Chriſtianorum:quorum ſunt qui velint pur
gatorium eſſe in ſphæra ignis . Nos patimur maneis.i.inferos.ſ.
genios,nobis datos:quiſq́,ſup.patiť,ſuos.i.ſibi debitos. Vñ Apu
leius.De deo Socratis, dicit,ꝙ ſtatim vt nati ſumꝰ,nobis binos ge
nios,ſeu angelos attribui: quorum alter ad bonum, alter ad ma
lum cohortať,ſed Plato poſt mortem,dicit examẽ fieri: afferenti
bus vtriſq́, quæ eoꝶ cohortatu effecimus . Senſus ẽt poteſt eſſe,
nos patimur maneis.i.purgamur apud maneis , hoc eſt inferos
quiſq́ ſuos.i.ſm quod meruit, aut plus, aut minꝰ: deinde.ſ.poſtq̃
purgati ſumus,mittimur per Elyſium.ſ.campum,amplum,id eſt
capacem:& pauci tenemus arua læta.i.beata: donec longa dies.i.
tp̃s diutinum: orbe.i.reuolutione: temporis.ſ.purgationi debi
ti:pfecto.i.peracto: exemit.i.dempſit,& expulit: labem concretã,
i. ex coniunctione corpori, cuius ſenſualitati obtẽperans , aĩa
polluitur : & reliquit ſenſum æthereum.i.quæ de cœlo ſumpſe
rat animum. Nam,vt dicit Iuuenalis, ſenſum a cœleſti demiſſum
traximus arce.purum,immaculatum,qualem eum corpus ſuſce
perat: atq; igné aurai.i.auræ, hoc eſt animæ : ſimplicis.i.puræ,&
incontaminatæ

incontaminatę,affectionibus corporum.(Antique autem dixit,
aurai:nam quidem Græci,αι habent , vti nos æ:licet e,proferant:
veteres ſæpe ai, diuiſis ſyllabis,ponebant pro æ.(hoc eſt paucißi
mi,ſine purgatione præuia,tranſimus ad læta arua:quia non ni
ſi perfectiſſimi,& heroica virtute,dum viuerent præditi:ſed poſt
purgationem,multæ tranſmigranť in lætas ſedes , manſuræ illic
non perpetuo,ſed pro modulo meritorum : aut)ſecundum ſen
tentiam Platonis , quam recitat Lactan.in.vij.contra Gentileis)
ſpatio mille annorum . Iuxta quod etiam in Apoc.xx.dicitur,
Angelus ligaſſe ſerpentem antiquum(qui eſt diabolus : & Sata
nas)per mille annos.ſed vtrobiq; accipitur tempus finitum pro
infinito : ſicut & hic , cum dicit , Deus euocat magno agmine ad
fluuium Lethæum,has omneis ſcilicet, animas purgatas ; vbi,id
eſt poſtq̃:voluere.i.voluerunt rotam.ſ.temporis , per mille an
nos.i.poſtq̃ in Elyſijs peregerunt ſpatium mille annorum, quo
delitijs ſaciati pro meritis fuerunt:deus vocat eos ad fluuiũ obli
uionis,ſcilicet.i.ſcire licet , cur id faciat , vt.i.immemores & bo
norum,quæ iam habebant:& malorũ,quæ habuerant in vita,re
uiſant.i.reuidere eant , rurſus conuexa ſupera.i.conuexitatem
cœleſtem:& vt incipiãt velle reuerti in corpora , Beroaldus dans
rationem,cur ſydera,dicantur Titania , dicit contra Ser.ſic.Dio
dorus lib.vj.apertiſſime nos edocuit , quare aſtra , Titania no
minentur.Scribit enim , Hyperionem , vnum ex Titanibus,pri
mum aſtrorum,lunęq́,& ſolis curſum,ac naturam demonſtraſ
ſe:& ob hoc , ſtellarum parentem exiſtimatum . Merito itaque a
Virgilio , aſtra.i.ſtellæ omnes, non ſolus ſol, Titania dicuntur:
quaſi



Universidad de Deusto
Biblioteca

quasi perpetuo epitheto, propter Titanem Hyperionem: qui syderum pater fuisse creditur.

PIERIVS.

¶Ac terras.) In Roma. cod. terram, vnitatis numero scriptum est. Alibi tamen eadem pene sententia dictum, Deum ire per omneis, Terrasq;, tractusq; maris, cœlumq; profundum. ¶Nec auras Respiciunt,) In antiquis omnibus cod. quos viderim, eodem exemplo legitur, neq; auras Despiciunt. Alicubi etiã, Respiciunt, habetur. ¶Atq; aurai.) Antiqua exempla, quæ legi, auræ, quidem legunt: versumq; absq; collisione scandendum offerunt. Sed enim ab eruditis omnibus aurai, trisyllabum receptum video. Et vnum hunc inter eos quatuor locos, quibus ea diæresi Virgilius sit vsus, enumerat Valerius Probus. ¶Supra vt conuexa.) In codicibus aliquot antiquis, supera in conuexa, est: quod non ita placet.

SERVIVS.

¶Dixerat Anchises.) Antedicta de reuersione animarum probatio huc tetẽdit, vt celebret Romanos, & præcipue Augustũ. Nanq; q bene considerat, inueniunt oẽm Romanam historiã ab Æneę aduentu, vsq; ad sua tẽpora summatim celebrasse Virgiliũ. Quod ideo latet: quia cõfusus est ordo. Nam euersio Ilij, & Æneæ errores, aduentus, belliq; manifesta sunt: Albanos reges, Romanos ẽt cõsules, Brutos Catonẽ, Cæsarem, Augustũ, & multa ad historiã Romanam pertinẽtia hic indicat loc⁹. Cętera quæ hic intermissa sunt. in ἀσπιδοποιΐᾳ commemorat. Vnde etiã in antiquis inuenimus opus hoc appellatũ esse nõ Æneidẽ, sed gesta populi Romani. Quod ideo mutatũ est, quia nomen nõ aperte, sed a toto debet dari. ¶Turbamq; sonantẽ.) Aut quę tũc propter festinationẽ sonabat aut turbę perpetuũ est epitheton. ¶Lõgo ordine.) Nõ quo nati sunt: sed quo apud Inferos stabãt. Non enim eo, quo regnarunt, dictur⁹ est ordine. ¶Aduersos legere.) Cõsiderare, relegere. ¶Dardaniam prolem.) Albanos reges, qui tredecim fuerunt de Æneæ & Lauiniæ genere. Vnde ait, Itala de gente. (Illustreis.) Hoc nomen notitię fuit, non meriti. Vnde etiam in meretricibus inuenitur, Nam & nobiles & illustres vocãtur. ¶In nomen ituras.) In gentem: vt Statius, Nomen Echionium, matrisq; genus Peridee. ¶Ille (vides) pura iuuenis q nititur hasta.) Æneas, vt Cato dicit, simul ac venit ad Italiam, Lauiniam accepit vxorẽ: propter quod Turnus iratus, tam in Latinum quam in Æneam, bella suscepit, a Mezentio impetratis auxilijs. Quod & ipse ostendit dicens, Se satis ambobus Teucrisq; venire Latinisq;. Sed vt supra diximus, primo bello perijt Latinus. Secundo pariter Turnus & Æneas. Postea Mezentium interemit Ascanius, & Laurolauinium tenuit. cuius Lauinia timens insidias, grauida confugit ad syluas: & latuit in casa pastoris Tyri. Ad quod alludens ait, Tyrusq; pater, cui regia parent Armenta. Et illic enixa est Syluiũ. Sed cum Ascanius flagraret inuidia, euocauit nouercam, & ei cõcessit Laurolauinium: sibi vero Albam constituit. qui quoniam sine liberis perijt, Syluio, qui & ipse Ascanius dictus est, suum reliquit imperium. Vnde apud Liuium est error qui Ascanius Albam condidit. Postea Albani omnes reges, dicti Sylui sunt ab huius nomine: sicut hodieq; Romani imperatores, Augusti vocantur: Ægypti, Ptolemæi: Persæ, Arsacidæ: Latini, Murrani: vt, Murranum hic atauos: & auorum antiqua sonantem Nomina, per regesq; actũ genus omne Latinum. ¶Pura iuuenis qui nititur hasta.) Id est sine ferro. Nam hoc fuit pręmium apud maiores eius, qui tunc primũ vicisset in prælio: sicut ait Varro in libris de gente populi Romani. ¶Syluius, Albanum nomẽ. ¶Quia omnes Sylui dicti sunt. ¶Tua posthuma proles) Posthumus est post humationem parentis creatus. Per hoc autem Æneam cito ostendit esse periturum: & statim infert consolationem dicens. ¶Quem tibi longæuo.) Id est Deo. Æuum enim proprie æternitatis est: quæ non nisi in deos venit. Ennius, Romulus in cœlo cum dijs genitalibus æuum degit. Male autẽ vindicauit vsus: per quem dixit, Longæuosq; senes. ¶Vnde.) A quo: vt, Genus vnde Latinũ. Nam posteri eius fuerunt: qui postea apud Albanam regnauerunt ciuitatẽ. ¶Proximus ille Procas.) Standi ordine, nõ nascendi. Nam sextus est rex Albanorum. Item, Numitor tertiusdecimus fuit. ¶Si vnq; regnandam acceperit Albam.) Æneas. s. Syluius. Et hic ostendit omnes Albanos reges, Syluios dictos. Recepit autem a tutore, qui eius inuasit imperium: quod ei vix anno quinquagesimo tertio restituit. Et rem plenam historiæ per transitum tetigit. ¶Ciuili tempora quercu.) Ciuica debuit dicere: sed mutauit. At econtra Horatius, Motũ ex Metello cõsule ciuicum, pro ciuilem. Querceã autẽ coronã accipiebant, qui in bello ciuem liberassent: ideo quia ante causa vitæ in hac arbore hominib⁹ fuit, qui glandibus vescebantur. Alię enim erant murales: aliæ agonales. i. lemniscatæ. Muralis dabatur ei, qui prior murũ ascẽdisset. ¶Hi tibi Nomentum, & Gabios.) Hæ ciuitates sunt priscorum Latinorũ ab Albanis regibus constitutę: quanq; Collatiã Tarquinius constituisse dicatur: qui vt erat superbus, eam ex collata pecunia constituit. Vnde & Collatia dicta est. Potest tamen fieri vt ab Albanis fundata sit, aucta a Tarquinio, sicut supra de Tarento diximus, quod Taras fecit, auxit Phalantus. Romam etiam Romulus fecisse dicitur, quã ante Euander condidit: vt, Tunc pater Euandrus Romanæ cõditor arcis. ¶Vrbemq; Fidenã.) Fidenæ dicuntur vt Thebæ: dixit vt Iuuenalis, atq; vetus Thebe centũ iacet obruta portis. Nam varietati studet. Vnde etiam ait Pometios, cum dicatur numero singulari Pometia. ¶Castrumq; Inui.) Vna est in Italia ciuitas: Castrum nouum dicitur. De hac autẽ ait Castrum Inui. i. Panos qui illic colitur. Inus aũt Latine appellatur, Græce πὰν Item ἐφιάλτης Græce, Latine incubus. Idem Faunus, Item fatuus Fatuelus. Dicitur autem Inus ab ineundo passim cum omnibus animalibus. Vnde & Incubus dicitur. Castrum autem ciuitas est. Nam castra numero plurali dicimus: licet legerimus in Plauto, Castrum pœnarum: quod etiam diminutio ostẽdit, Nam castellum dicimus. ¶Nunc sunt sine nomine terræ.) Atqui in Catalogo hinc est dicturus aliquas ciuitates: sed ex persona sua præoccupat.

Dixerat Anchises: natumq; vnaq; Sibyllam POE.
Conuentus trahit in medios, turbamq; sonantem:
Et tumulum capit: vnde omnes longo ordine posset
Aduersos legere: & venientum discere vultus.
Nũc age, Dardaniã prolẽ quæ deinde sequatur AN.
Gloria: qui maneant Itala de gente nepotes:
Illustreis animas, nostrumq; in nomen ituras,
Expediam dictis: & te tua fata docebo.
Ille (vides) pura iuuenis qui nititur hasta:
Proxima sorte tenet lucis loca: primus ad auras
Aethereas Italo commistus sanguine surget
Syluius, Albanum nomen, tua posthuma proles.
Quem tibi longæuo serum Lauinia coniux
Educet syluis regem, regumq; parentem.
Vnde genus longa nostrum dominabitur Alba.
Proximus ille Procas, Troianæ gloria gentis,
Et Capys, & Numitor, & qui te nomine reddet,
Syluius Aeneas, pariter pietate vel armis
Egregius: si vnquam regnandam acceperit Albam.
Qui iuuenes quantas ostentant aspice vireis:
Atq; vmbrata gerunt ciuili tempora quercu.
Hi tibi Nomentum, & Gabios, vrbemq; Fidenam,
Hi Collatinas imponent montibus arces:
Pomerios, Castrumq; Inui, Bolamq;, Coramq;.
Hæc tum nomina erunt: nũc sunt sine nomine terrę.

DONATVS.

¶Dixerat Anchises,) Cum hęc dixisset Anchises, natum ac sibyllam ad plurimorum conuentũ duxit: atq; vt posset nescientibus singulos demonstrare, & nomina singulorũ dicere, tumulum cepit. oportuit enim eum, vt instructiorẽ filium redderet, cunctos ex ordine numerare. ¶Nũc age, dar. pro.) Proposuit, quę sit dicturus. nunc, inquit, dictis expediã, vel qui admisti ex Italo sanguine nepotes tui regnaturi sint. vel quemadmodũ eos virtutis gloria secutura sit. dicam etiam fata tua, vt quod nulli ante te contigit, tu multo ante condiscas. hoc loco quantum ad Virgilij & Cęsaris tempora pertinet, non futura, sed transacta numerantur: & subtiliter ostenditur, quę Troianorum progenies ex ipso Ænea & Italo sanguine iudicatur extitisse, & vsq; ad Cæsarem cucurrisse. hic specialiter dicũtur, quos generaliter in primo libro tetigit Iuppiter, non eorum personas, sed tempora regnãdi significans. ¶Ille (vides &c.) Vides, inquit, illum iuuenem, qui hasta nititur pura,

pura, hoc est ferro vacua, nuncia scilicet non belli, sed pacis: tam proximus, vt in lucem veniat. Exposuit ipsum futurum esse primum ex Ænea & Lauinia. & proximum dicit, nõ qui cito venturus esset in lucem: sed proximum ex omnibus, qui illic videbantur. hic ait nascitur ex italo sanguine, & tuo hoc ipsum aperit, vt ostendat quomodo, & quando, & quo nomine esset emersurus. Syluius, inquit, dicitur: quoniam hoc nomẽ Albanis familiarius est. habẽt. n. regiones, vel ciuitates nomina, quę præter cętera familiarius frequentant. nascitur enim ex Lauinia, quã constat Italam fuisse. sed nascetur posthumus, adeoq; serus, vt ex te iam longæuo cõceptus oriatur. noluit illum pronunciare moriturum: sed dicendo habebis filium posthumum, hoc ipsum significauit. posthumos scimus dici, qui nati sunt post patris discessum: neq; adeo inde filij animum lęsit, quia cum dicit longęuo tibi, & seni. ostendit eum fore longæuum prouẽcturum: dehinc ipsius Sylui spẽ pollicetur. erit, inquit, rex & pater regum: hoc est regnabit ipse, & generabit reges. ¶Proximus. i. p.) Hoc est qui iuxta syluiũ conspicitur. ¶Troianæ. g. gen.) Flos scilicet Troianorum. ¶Et capys, & nu.) Omnes isti eadem laude continentur, qua Procas: hoc amplius Æneas syluius. ¶Pariter pietate vel armis Egregius.) Vt te in omnibus similem reddat robore scilicet virtutis, & pietatis studio. optimo verbo vsus est, reddat, vt nõ secundus Æneas nasci, sed ipse qui fuit redditus luci esse videat. ¶Si vnquam regnandam acceperit Albam. Si aliquãdo regendam albã sumpserit, Procan debemus accipere, ne Anchises certis dubia miscere videat. ¶Qui iuuenes.) Isti, inquit, iuuenes. ac ne Æneas inter plurimos nesciret, qui sibi ostẽderent, signum dedit ipse monstrator, quo illi a cæteris discernebantur, aut igitur isti iuuenes, quorũ tempora coronis conteguntur raptis ex ciuili quercu. Ciuilem dixit festam, pacificam, vt est laurus, oliua. Quantas ostentant aspice vires qualia ostendunt suæ virtutis indicia, vel quantas condituri sunt ciuitates. atq; vt hoc ipsum plane assertione firmaret, dixit, & nomina singulorum. ¶Hęc tum. n. e.) Quanta gloria conditorum, quanta ipsa terrarum felicitas, vt quæ sine aliqua gloria iacebant incognitæ, inciperent vrbium fatis ornari?

ASCENSIVS.

¶Dixerat Anchises.) Postquam Anchises docuit animas, debere & posse & velle in corpore redire: docet quę rediturę sint in corpora ab Ænea, progeneranda: & ita inuenta occasione, describit principes Albanos, & Romanos, ad Augustũ vsq;: quia eatenus describit, quatenus poeta nouit: sed tñ honestã inuenit rationẽ cur non progressus sit: vt dicemus illic, Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis: Ex eo aũt quod genus Augusti hic cõmendat, facile conuincitur non instituisse Augusti vitã aliter q̃ hic & in clypeo describere. Donatus dicit sic. ¶Nunc age.) Proponit se dicturũ prolem Troianam: & nepotes inde ex Italo sanguine cõmistos, & fata sua ergo exequitur specialiter, quos generaliter in primo lib. tetigit. ¶Pura.) Sine ferro: quod sit signum pacis, & nõ belli. ¶Ciuili tempora.) Ciuilem dixit, festam, pacificam: vt est laurus, & oliua. Hęc ille. ¶Ordo est. Anchises dixerat. s. quæ premissa sunt & trahit in medios cõuentus. i. in mediũ eorum qui cõuenerant, hoc est in cõuenticula animarũ in corpora transiturarũ, & in turbã sonantẽ. i. quæ cum sonitu cõuenerant natum. i. filiũ suum, Æneã: & Sibyllam vna. i. pariter: & capit. i. ascendit: tumulum. i. colliculũ: vnde. i. de quo possit legere ordine lõgo. i. ex ordine longo, deligere, & inspicere oẽs. s. qui cõuenerãt: aduersos. i. ex hoc aduerso sitos: & discere. s. ex inspectione: vultus venietũ. i. dum per ordinẽ venirent, transituri & sup. dixit: Age. i. agedum, nate expediam: nunc dictis. i. eloquar, & paucis enarrem: prolem Dardaniam. i. ex Dardano per nos orituram: & quę gloria sequatur, deinde. i. posthac: & qui nepotes. i. posteri, maneãt. i. certe futuri sint: de gente Itala, id est ex cõmistione gentis Italę: aut ab his quos in Italia procreabunt Dardanidæ: & animas illustreis. i. claras futuras: & ituras in nostrũ nomen. i. cognationẽ & progeniẽ. (Nomen aũt varie accipitur: aliquãdo pro gente, vt apud Liuiũ, Nomen Senense: pro eo quod est, Senensis gens: Iudæis, inuisum est nomen Christianũ. i. ipsa gens Christiana. Aliquando pro cognatione: vt hic. Aliquando pro debitoribus, vt hic multa habet nomina: & debet plura, id est debita: sed vnum significat nomẽ. s. rei denominationẽ: sed quia gens, & progenies, sæpe vno vocabulo generali appellantur, videtur & gentem, & progeniẽ significare & quia debitorum nomina inscribuntur, & obligantur: accipi videntur pro ipsis debitoribus.) & ego docebo te tua fata. i. quæ tibi fata promittunt. Ille vides. Gręca locutio. Nam latine diceret, Illum vides, pura iuuenẽ qui, &c. verum cõstruetur sic. Ille iuuenis, qui nititur. i. innititur, & fulcitur hasta pura. i. sine ferro vides. i. vides ne eũ: tenet proxima loca lucis. i. vitæ. i. primus nasciturus est de te: & surget primus ad auras æthereas. i. cœlestes, ac superas cõmistus sanguine Italo. i. generatus ex cõmistione sanguinis Troiani cum Italo: quia ex te, & Lauinia, Latini regis filia, nascetur: existens Syluius, nomen Albanũ. i. quod nomẽ, Albanis regibus permansurum est. nam oẽs Sylui dicentur sicut Romani, adhuc Cęsares, & Augusti: appositorie, proles tua posthuma. i. post humationẽ, & sepulturam tuã oritura. Quẽ. s. filiũ: coniux. s. tua, Lauinia. s. nomine: educet. i. edet tibi: longæuo. i. longi æui. Aut quia deus futur⁹ es, vt sentit Ser. aut quia progenies tua diu victura, & tu in ea: qa vt dicit Solomon, Mortuus est pater, & quasi nõ est mortuus, similẽ enim sui reliquit: educet (dicit) syluis. i. e syluis, in quas fugiet (quod tamẽ recenter recitet: quia iuxta pręceptum rhetoricũ, nihil dicemus, quod contra intentũ nostrum faciat: cum ergo Æneam de progenie lętificare intendat, male dixerit, dissensionẽ filij cum nouerca) regem. i. in regem Albanum quod tamen Ascanius condet, & parentem regum: quia. xiij. fuerunt Albani reges: vnde genus nostrum dominabitur, sup. in Alba longa. i. ciuitate illa Italię, quam Ascanius conditurus est, quę Alba dicetur ab alba sue illic inuenta, & longa a situ. Ille proximus, id est qui proximus apparet. non tamen proximus in mundum est ascesurus: est, sup. Procas, pater. s. Numitoris, & Amulij gloria gentis Troianę, id est a quo orietur gens Romana, quę erit gloria Troianæ gentis: quia, vt dicit Ouidius, Ilia cum clauso de Numitore sati. vt autem vidimus in primo. Ex Ilia genuit Mars, Remum, & Romulũ, vrbis Romanæ conditores. Vel ordo est. vnde dominabitur nostrum genus in longa Alba. s. ille qui proximus est, videlicet Procas, gloria gentis Troianæ: & Capys, qui sextus erit regum Albanorum: & Numitor, qui vltimus regnabit, & tertiusdecimus erit. & Æneas Syluius, qui existens egregius, pariter pietate: vel, pro &: aut etiam armis: reddet. i. referet, & repræsentabit te nomine: & quia egregius pietate, & armis, etiam virtute, & factis, egregius (dicit) futurus: si acceperit. s. a tutore: vnquam. i. quouis tempore vitę suæ: quia vix. lij. ętatis suę anno accepit. Albam regendã, id est Albanum regnum. Aspice qui. i. quales, sup. sunt hi iuuenes & quãtas vires ostentant. i. ad ostentationẽ monstrant: At. i. sed: hi qui gerunt tempora. s. capitum: vmbrata. i. vmbris cooperta: quercu ciuili. i. ciuica: hoc est, vnde fit corona ciuica, quæ datur ei, qui conciuẽ conseruauerit in bello: hi (dico) imponent tibi. i. in gloriam tuam: Nomentum, & Gabios, & vrbem Fidenam, & arceis Collatinas. i. vrbeis illas, in Italia, in prisco Latinorum regno imponent (dicit) montibus: & Pometios, & Castrum Inui. i. Panos: quod Castrum nouum dicitur: & Bolam, & Coram, vrbeis illas, ab Albanis regibus condendas. hæc. s. dicta: erunt tum. i. tunc quando hi regnabũt: nomina. s. vrbium, & terrarum: quæ nunc sunt terræ sine nomine, quia incultę, & inhabitatæ: saltem sine oppidis, a quibus denominentur.

PIERIVS.

¶Longo ordine possit) In antiquis plerisq; codicibus, posset, habetur: & longo ordine, secus a Seruio No. Marcellus interpretatur ingenti multitudine. ¶Italo cõmixtus sanguine surget.) Sunt codices admodũ antiqui, in quibus legere est, Italo mixtus de sanguine. vulgata tñ lectio plures fautores habet. ¶Et qui te nomine reddet.) In Ro. cod. reddat, legitur, optatiuo modo non inuenuste. ¶Atqui vmbrata gerunt ciuili tempora quercu.) Antiqui omnes codices quotquot legi, Atq; vmbra, per cõiunctionẽ copulatiuam non per, At. & relatiuũ, qui, scriptum habent. ¶Pomerios.) In antiquis omnib⁹ codicibus, quos habuerim, Pometios. per t, non per r, legitur.

SERVIVS.

¶Quin & auo comitem sese Mauortius addet Romulus.) Amulius, & Numitor fratres fuerũt, sed Numitorẽ regno Amulius pepulit, & Iliã eius filiam, sacerdotẽ Vestę fecit. De hac & Marte, nati sunt Rem⁹ & Romulus: qui cum adoleuissent, occiso Amulio, auum Numitorẽ in regnũ reuocauerunt: & cũ eo vno anno regnauerũt. Postea propter angustias imperij Romã captatis augurijs condiderunt. Ergo auo se addet comitem, aut auito

Quin & auo comitem sese Mauortius addet
Romulus: Assaraci, quem sanguinis Ilia mater
Educet. viden, vt geminæ stent vertice cristæ:
Et pater ipse suo superum iam signat honore:
En huius nate auspicijs illa inclyta Roma

auito ſe iunget imperio, aut certe ſecundũ Enniũ, referet inter deos cum Ænea. Dicit nanq; Iliã fuiſſe filiam Ænee, quod ſi eſt, Æneas auus eſt Romuli. Vnde etiam addidit. ¶Aſſaraci.)Nã hoc epitheton nõ ſine cauſa eſt introductũ: quod eſt proprium Æneæ.

Imperium terris, animos æquabit olympo:
Septemq; vnã ſibi muro circundabit arces:
Felix prole virum: qualis Berecynthia mater
Inuehitur curru Phrygias turrita per vrbeis,
Læta deum partu, centum complexa nepotes,
Omneis cœlicolas, omneis ſupera alta tenentes.

ter deũ, cum per vrbes phrygias fertur.

ASCENSIVS.

❡Quin & auo, &c.)Poſt Albanos reges, recitat Romanos & deinde, conſules præcipuos peruenturus ad dictatores, ac imperatores ꝑpetuos, Cęſarem. ſ. & Auguſtum: atq;

Nã Aſſaracus pater eſt Capys, Capis Anchiſæ, & Anchiſes Æneæ. ¶Viden.)Den naturaliter longa eſt. breuem tñ eam poſuit ſecutus Enniũ: & adeo eius eſt immutata natura, vt iam vbiq; breuis inueniatur. ¶Geminæ ſtant vertice criſtæ.)Omnino in omnibus hoc egit Romulus, vt cum fratre regnare videref, ne ſe reum parricidij iudicaret. Vnde omnia duplicia habuit quaſi cum fratre cõmunia. Etenim ad captãda auguria montẽ Palatinum Romulus tenuit: Auentinũ Remus, qui prior ſex vultures vidit: poſtea Romulus duodecim. Et cũ ille tẽpore, ille numero de cõdenda vrbe certarẽt, orta cõtentione de vrbis nomine inter exercitũ, a Romuli militibus Remus occiſus eſt. Fabuloſum enim eſt, quod a fratre propter muros dicif interemptus. ¶Et pater ipſe tuo ſuperum iam ſignat honore.)Merito virtutis Mars Romulũ deũ eſſe ſignificat. Superum enim accuſatiuus eſt ſingularis ab eo qđ eſt ſuperus ſuperi. ¶Illa.)Quam tibi ſæpe fata promiſerunt. ¶Inclyta.)Græcum eſt. Nam κλυτὸν glorioſum dicunt. ¶Imperium terris.)Inquantum tenditur terra. ¶Animos æquabit olympo.) Magnanimitate æquabitur cœlo. De hoc autem loco & Probus, & Trogus querũt. ¶Septemq; vna ſibi muro circundabit arces.) Bene vrbem Romam dicit ſeptem incluſiſſe montes, & mediũ tenuit. Nam grandis eſt inde dubitatio: & alij dicũt breues ſeptem colliculos a Romulo incluſos, qui tamẽ alijs nominibus appellabantur. Alij volunt hos ipſos, qui nunc ſunt a Romulo incluſos, id eſt Palatinum, Quirinalem, Auentinum, Cælium, Viminalem, Æſquilinum, & Ianicularem. Alij vero volunt hos quidem fuiſſe alijs tamen nominibus appellatos: quę mutata ſunt poſtea, vt de omnibus rebus legimus fieri, vt de multis locis, & de fluminibꝰ legimus: vt ſæpius, Et nomen poſuit Saturnia tellus. ¶Prole virum.)Virorum fortium. ¶Qualis Berecynthia mater.)Phrygia.
Berecynthos. Nam Berecynthos caſtellum eſt Phrygiæ iuxta Sangarium fluuium vbi mater deum colitur. Per hanc autem comparationem nihil aliud oſtendit, niſi Romanos duces inter deos eſſe referendos. ¶Turrita.)Quia ipſa eſt terra, quæ vrbes ſuſtinet.

DONATVS.

❡Quin & auo. c.)Addet ſe auo comitẽ Romulus, hoc eſt Ioui, vt per longam progeniem tantum poſſet Romulus, vt merito fatorum ferretur in cœlum. ¶Aſſaraci. q. ſ. Ilia. m. Educet.)Ecce etiam matrem eius, quę eſſet futura, monſtrauit. ¶Viden vt geminæ.) Dat etiam iſtius ſigna, vt inter alios poſitus euidenter appareat. Vide, inquit, quomodo duas habeat criſtas in capite, & quomodo eum iam pater ſuperũ, id eſt Iuppiter honore ſuo & maieſtate perfundat. ¶En huiꝰ nate. a.)Fauor vrbis Romæ, quæ tẽporibus Cæſaris iam florebat. Poeta mira dixit ad laudem. cæterum Anchiſes apud inferos Romam nõ habuit, quam Æneæ demonſtraret. potuit tamen, aliorum minorum nomen dicere, & ſpem pronunciare felicitatis eius. vt fecit, dicẽdo. ¶Septemq; vna ſibi muro. c.)Omni genere laudata eſt, poſitione loci, potentia, virtute, & felicitate ſobolis ſuæ tales habitura animos, quales habet ma-

ter

ita per tranſitum, Romanam prælibat hiſtoriã. Nihil in his verſibus memoria dignũ apud Dona. dicunt inueniri. ❡Ordo igitur eſt, Quin, id eſt quinetiam, Romulus Mauortius. i. Martius, a Mauorte: hoc eſt per epentheſim, a Marte genitus: addet ſeſe comitẽ auo, ſcilicet Numitori, qui cum Amuliũ expellet, & auum in regnum reſtituet: quem. i. Romulum, Ilia, ſanguinis Aſſaraci, id eſt de ſanguine illius regis Troianorum: mater. ſ. Romuli: educet. i. edet in lucem, ac pariet. Signanter dicit Mauortius, & ſanguinis Aſſaraci, quia certũ fuit: ꝙ eſſet de ſanguine Ilię, quę de ſanguine Aſſaraci fuit. dubium autẽ an de ſanguine Martis: nam & Liuius dubitari dicit. Ideoq; nõ dicit, eum ſanguinis Martis: ſed Mauortis, vt cenſeri potuit, quia bellicoſus erat. viden. i. vides ne, vt criſtę, id eſt ſupereminentię galearũ, in morem criſtarũ: ſtent vertice, id eſt in ſummitate galeę: geminę. i. duę, & æquales: eo enim ꝙ Remum a ſe interfectũ, adhuc ſecum regnare ſimulabat, inſignibus fere geminis vtebatur, & viden, ſup. vt pater ipſe ſcilicet. Mars: iam ſignet, id eſt ſignificet: ſuperum, id eſt cœleſtem, & ad ſuperos transferẽdum: honore ſuo. i. proprio, & debito ſuperis. En, o nate, illa. ſ. notiſſima, quam tibi fata ſæpe promiſerunt. Roma inclyta. i. clara, & glorioſa: æquabit auſpicijs. i. dextris inceptis, & præſidijs huius. ſ. viri: terris imperium. i. tantum habebit imperium, quantę erunt terræ: vnde in. j. de Iulio Cæſare, Imperium Oceano famã qui terminet aſtris. & ęquabit animos olympo. i. magnanimitate æquabitur cœlo: vt Ser. interpretatur. aut quia factis, cœlũ ęquare non poſſit. animo id eſt voluntate ęquabit, hoc eſt æquiparabit: aut animos, id eſt virtutes animorum, ęquabit cœlo: ita, vt cœlũ mereantur Romani principes. Aut forte id dicit, quod de Auguſto dicitur: ꝙ ſe pro Apolline geſſit: vnde & ei diuini decreti ſunt honores: vnde in Buc. O Melibœe, deꝰ nobis hæc ocia fecit. Et quia Roma, deos cõtinebat, meruit cœlũ dici: ſed propter animos, nõ propter corpora, quę mortalia erãt. & ideo dictum eſt in Tityro, Vrbem quam dicunt Romam, Melibœe putaui, &c. videaf illic, ꝗ, pro &. ipſa vna, aut quæ vna (nam vtroq; modo ſtare poteſt, & ſcriptum reperi). i. cum niſi vna ſit ſcilicet Roma: circundabit ſibi id eſt ad decus, & munimẽ, ac præſidium ſuum: muro, ſcilicet vno: ſeptem arces, id eſt colles: quos Seruius nominat: exiſtens felix prole, id eſt fœcunditate: virum, id eſt virorum fortiũ, qualis mater Berecynthia, id eſt Phrygia, hoc eſt Cybeles, mater deum inuehitur curru, exiſtens turrita, id eſt turribus, pro corona, inſignita: vt Seruius docet: per vrbeis Phrygias, id eſt Troianas, exiſtens læta partu deum. i. deorum: hoc eſt, quia tot deos peperit complexa. ſ. id eſt complectens centum nepotes. i. poſteros a ſe ortos: omneis cœlicolas: & omneis. i. cunctos, tenentes ſupera alta. i. cœleſtia regna. Quod autẽ centum dicit: numerus finitus eſt, pro infinito.

PIERIVS.

❡Viden, vt geminæ ſtent)In antiquis, ſtant, finitiuo modo eſt, Ita, ſignat: in inferiore verſu: quod male quædam exemplaria, ſignet, ſcribunt.

SERVIVS.

❡Huc geminas nunc flecte acies.) Totum viſum tuum huc dirige, & huc ſpecialiter intuere. ¶Hic Cæſar, & omnis Iuli Progenies.)Vt, Iulius a magno demiſſum nomẽ Iulo. ¶Cæli ventura ſub axem. Nam cum Auguſtus patri Cęſari ludos funebres exhiberet: ſtella per diem apparuit, qua perſuaſione Auguſti Cæſaris eſſe populus credidit. Hinc eſt, Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum. ¶Sub axem.)ergo, id eſt ad diuinos honores. ¶Hic vir, hic eſt.)C litera pro duplici, non niſi in monoſyllabis

Huc geminas nunc flecte acies: hanc aſpice gentem,
Romanosq; tuos. hic Cæſar, & omnis Iuli
Progenies, magnum cœli ventura ſub axem.
Hic vir, hic eſt, tibi, quem promitti ſæpius audis:
Auguſtus Cæſar, diuum genus, aurea condet
Sæcula, qui rurſus Latio, regnata per arua
Saturno quondam: ſuper & Garamanthas, & Indos
Proferet imperium. iacet extra ſydera tellus,
Extra anni, ſoliſq; vias, vbi cœlifer Atlas
Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.
Huius in aduentu, iam nunc & Caſpia regna
Reſponſis horrent diuum: & Mæotica tellus,
Et ſeptem gemini turbant trepida oſtia Nili.

monoſyllabis habef: vt, Hoc erat alma parens. per eorum ſcilicet priuilegium. Vnde falſum eſt quod Terentianus dicit eam pro metri ratione, vel duplicem haberi vel ſimplicem. Nam ſi hoc eſſet, etiã in diſſyllabis, pro duabus haberi debuerat, quod nuſquã inuenimus. Literæ enim naturam ſeruari, & in polyſyllabis conuenit. ¶Diuum genus.)Cæſaris: qui factus eſt deus. Dicit autem non ſolum iure adoptionis, ſed etiã conſanguinitatis. Nam Actię fuit filius, quę erat ſoror Cęſaris. Hic autem, Auguſtus Cæſar. ¶Sæcula:

¶Sæcula: qui rurſus Latio.) Sub Saturno dicit aurea ſecula fuiſſe in orbe terrarum, ſub Auguſto tantũ in Italia. ¶Garamanthas.)Populi inter Libyam & Africam iuxta κεκαυμένην. ¶Indos.)Populi oriẽtis extremi. ¶Iacet extra ſydera tellus.)Nulla terra eſt quæ nõ ſubiaceat ſyderibus.

Nec vero Alcides tantum telluris obiuit:
Fixerit æripedem ceruam licet: aut Erymanthi
Placarit nemora: & lernam tremefecerit arcu.
Nec qui pampineis victor iuga flectit habenis,
Liber, agens celſo Niſæ de vertice tigres.
Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?
Aut metus Auſonia prohibet conſiſtere terra?

& liberi trãſire valuit, & tenere. Hanc dicẽdi artem executus eſt in comœdia Terẽtius aſſentatoris officiũ in eo ſtare ſignificans, vt in cõparatione ſit ille potior, qui laudaf. ait. n. Thraſo miles. Magnas vero gratias thais mihi: ille ſi diceret magnas, qui interrogabatur: non promerebatur

Vnde perite addidit. ¶Extra anni Soliſq; vias:)vt oſtenderet duodecim ſigna, in quibus eſt circulus Solis. Significat autem Maurorum Æthiopiam, vbi eſt Atlas: de qua ait Lucanus, Æthiopũq; ſolum: quod non premeretur ab vlla Signiferi regione poli, niſi poplite lapſo Vltima curuati pcederet vngula tauri. ¶Torquet.) Suſtinet. ¶Aptum.) Vicinum: vt diximus ſupra. ¶Iam nunc & Caſpia regna.)Fines Aſſyriorum, in quibus ſunt πύλαι Caſpiæ. Quod autem dicit verum eſt. Nam & Suetonius ait in vita Cæſaris reſponſa eſſe data per totum orbẽ naſci inuictum imperatorem. ¶Mœotica tellus.)Scythica, cuius palus eſt Mæotis. ¶Turbant.)Turbantur. ¶Septem gemini)autem, ſeptem fluuij. ¶Fixerit Aeripedem ceruam.)Pro æripedem. vicit autẽ Cerinitim ceruam dictam a loco. Fixerit,)autẽ ſtatuerit, dilaſſauerit. ¶Erymanthi Placarit nemora.)Mons Arcadiæ vbi aper ferociſſimus fuit. ¶Lernam tremeſecerit arcu.)Pro Hydra paludem ipſam poſuit; & intelligamus ante eam ſagittis fuiſſe confixam: poſt exectam & aduſtam. ¶Niſæ de vertice.)Mons eſt Indiæ de quo loquitur. Cæterum eſt & Nyſa ciuitas, in qua Liber colitur. Vnde Nyſæus dictus eſt. ¶Et dubitamus.)Pro dubitas miſcuit perſonam ſuam. Eſt autem ſenſus, Cum tibi ſit tanta pręparata poſteritas, dubitas virtutem factis extendere, id eſt gloriã: ¶Aut metus.)Eſt aliquis timor, qui te a regnis Italiæ reuocet?

DONATVS.

❡Huc geminas. n. fl. a.)Quando ad cæſarem venit, & eius nomẽ voluit pręferre, & cõfirmare, ꝙ a Troianis originem ducat, addit hortationẽ. Res, inquit, magna eſt, quam tibi monſtraturus ſum. proinde plenam aciem tuorum luminum ad ea conuertes. hæc eſt gens tua, hi ſunt Romani, & Iuli vniuerſa progenies, in qua eſt Cęſar. Laudantis ſtudio primo Cæſarẽ ſpecialiter poſuit, dehinc generaliter cæteros. ¶Magnũ. cœ. ventura ſub a.)Sub axe cœli ſunt oẽs, qui fruuntur luce: ſed hic dictum eſt, nõ tantũ ituros in lucẽ, verumetiã merito virtutis vſq; ad ipſum cœli axem eſſe venturos. ¶Hic vir, &c.)Hic eſt, inquit, vir, cuius inter maxima ſpei tuæ ornamẽta promittif decus, ipſe eſt Auguſtus Cęſar. Incipit dicere, quid ſit, quod ait vir. nõ enim ſexũ eius ſignificare voluit, ſed facta, deniq; ſequif. ¶Diuum genus. a. c. Se.)Vir hic eſt, qui ad ſimilitudinẽ ſaturni regnabit, qui aurea tempora habuit, regnauitq; per Italiam: dum Saturni cõmemorationẽ facit, quẽ vult inter maiores Cęſaris numerari, illud videtur aſtruere, vt regnandi felicitas generi eius attributa videatur. ordinaf ſenſus ſic, hic eſt Auguſtus cęſar diuinum genus, qui rurſus condet aurea ſęcula a Saturno regnata: dicit etiã Cęſarem geſturũ maiora & plura ꝗ̃ Saturnus, non enim adeo laudis impleſſet officium, ſi tñ quę Saturnus geſſerat, facturum Cęſarẽ diceret, quod alius videatur impleſſe. qui in ſola regnauit Italia: faciet, inquit, cæſar. quod ſaturnus: & eo amplius domabit gẽtes, & terram: quę iacet extra ſydera & extra anni vias & ſolis, vult eſſe vlterius aliqd poeta, quod Sol neſciat & mundũ excludat. Vbi eſt, inquit, atlas baiulus cęli, & axis eius, qui aſtris fulgentibus ſplendet. illouſq; imperium cęſaris triũphiq; peruenient: ecce melior cęſar, ꝗ̃ ſaturnus, qui hanc excedere virtutis, & felicitatis merito aſſeritur poſſe, & vltra Solis vias triumphos ſuos gloriãq; producere. ¶Huius in aduentu.)Cum ille, inquit, venire ad has cœperit partes, omnia, quę ſunt ſub oriente Sole turbabunf. regna ſcilicet Caſpia, Mœotica, & nilus. ¶Nec vero a.)Poſt Saturni cõparationem, inducitur & ſecunda. Hercules, inquit, cuius multa præferuntur exempla virtutum, nõ tantum valuit terrarum circuire regiones. ¶Fixerit æripedem. c. l.)Quantus ille, qui ceruam animal totius velocitatis ſuperauerit curſu, aut infeſtãtis nece regionem: in qua fuerat, liberauerit, aut ſagittis terruerit lernam, huic ſubiungit & geſta Liberi patris. ¶Nec qui pa.)Duorum exempla propoſuit, qui plurima loca ſuperarũt, Herculẽ, & Bacchum, quorum alter ceruam, vt dictum eſt velocitate, aprum Erymanthum, arcu gorgonam vicit: alter indos obtinuit, tranſcendit & nyſam montem, & triumphans curru mites tigrides iunxit, hic exemplis vſus magnis & memorandis meliorem cęſarẽ facit, qui herculis acceſſus

patronum, cui placere cupiebat: ſed ait ingentes, vt æſtimationẽ audiẽtis aſſentatione ſuperaret. Ita ergo & hic laudauit alios poeta, vt in aliena laudatione potiorem Cęſarem faceret. ¶Et dubitamus ad.)Et dubitat virtus poſſe prouenire ad Italiã: cum virtus ipſa non deſit, & adiuuent fata. Genus fuit hortamenti, quo impellebat filium, ne frangeretur tarditate perueniendi.

ASCENSIVS.

❡Huc geminas, &c. Auguſtum demonſtraturus cohortatur, vt geminas oculorũ acies in eum flectat: tanq; illum vnicum & ſingulare totius generis decus ſignificare velit: quo nil ortũ maius nil tale alias oriturum cenſeat. Ex eo autem, ꝙ eum monſtrat ante eos, qui ante eum naſcituri erant patet, ꝙ non quo ordine in mundum venturi erant, illic comparebãt. De hac autem re nihil allatum eſt Donati: niſi ꝙ ait. ¶Vir.)Hic ad ſimilitudinem Saturni regnabit: ex quo illud videf aſtruere, ꝙ felicitas regnandi generi eius, attributa videatur. Addit. ¶Super & Garamanthas, & Indos.)Faciet id quod Saturnus in Italia: atq; inſuper placabit ipſum orbem. ¶Anni, ſoliſq; vias.)Annum, pro nocte: ſolẽ, pro luce, poſuit. Vult ergo aliquid vlterius etiã poeta, quod ſol neſciat & mundus excludat. Ergo melius Cæſar, qui ad tantum ſpatium imperium proferet, ꝗ̃ Saturnus, qui in ſola regnauit Italia. ¶Nec vero Alcides.)Nunc comparat illum Herculi: deinde Libero patri, qui ambo plurima loca ſuperauerunt. Laudat ergo alios, Vt potiorem Cæſarem faciat. Sic aſſentator ille Terentianus gnato, cum dictum eſſet, Magnas vero gratias Thais mihi: reſpondit, ingentes: vt æſtimationem, audentius aſſentatione ſuperaret. nam ſi magnas, reſpondiſſet: non promerebatur patronum. ¶Et dubitamus.)Genus fuit hortamenti quo impelleret filiũ, ne frangeretur, tarditate veniendi. Hæc ille. ❡Ordo eſt. Flecte (inquit Anchiſes ad Æneam) nunc geminas acies id eſt acumen oculorum tuorum: huc id eſt ad hanc partem, quam tibi demonſtraturus ſum: aſpice hanc quaſi dicat præcipuam gentem: & Romanos tuos, id eſt a te deſcenſuros: & tibi promiſſos: hic id eſt in hoc cœtu: eſt, ſup. Cęſar, ſcilicet Iulius: & omnis progenies Iuli, id eſt Iulij, ab Iulo deſcenſura: ventura ſub magnum axem cœli, id eſt ad diuinos honores: quod propter Cæſarem præcipue dicitur, cuius ſydus in cœlo viſum eſt. Hic vir (inquit) ſcilicet Auguſtus Cęſar, genus diuum, id eſt diuorum, eſt, quem tu audis promitti ſæpius tibi: qui ſup. condet (niſi verior lectio ſit. Sæcula qui. vt ſit, qui cõdet rurſus aurea ſæcula Latio id eſt in Italia, per arua regnata quondam Saturno, ſi vero legitur, quæ ordo eſt: vt incepimus) rurſus Latio, aurea ſæcula: quę, ſupple ſunt regnata quondam Saturno, id eſt a Saturno: per arua id eſt agros, cum Auguſtus id nobilius faciat, quia per oppida: & qui, ſup. proferet, id eſt extendet imperium, ſuper Garamãthas, populos illos inter Libyam & Africam iuxta torridam zonam: & Indos, id eſt Orientales populos. Tellus id eſt quædam regio: iacet extra ſydera, id eſt curſum zodiacum: extra vias anni, id eſt ſignorum, quibus annus deprehenditur & ſolis. i. per quas ſol decurrit: vbi. i. in qua tellure, ſeu terra, Atlas, mons ille Mauritaniæ: cœlifer, id eſt cœlum ferens, ſecundum fabulas, & apparentiam ruſticorum (dictus eſt autẽ mons, a rege, qui in eo philoſophatus eſt, & aſtrologiæ præcipue incubuit) torquet humero (quaſi ipſe altius humerum extollere vellet): axem aptum, id eſt coniunctum: ſtellis ardentibus, id eſt ardenter reſplendentibus: quę, ſup. tellus, & regna Caſpia, quę ſunt ad fineis Aſſyriorum horrentia, nunc in aduentum huius reſponſis diuum (ſunt qui legunt, Huius in aduentu: ſed quia non dum eſt, aduentus, ſed futurus, puto legendum, Huius in aduentum: vt ſit, ad aduentum huius.) & tellus Mæotica, id eſt Scythica, vbi eſt Mæotis lacus: & oſtia Nili, ſeptem gemini. i. in ſeptem oſtia diuiſi: trepida. ſ. præ rerum magnitudine, & nouitate: aut quia Cæſar & Auguſtus, Ægyptum ſubacturi ſunt: turbant, ſup. ſe: aut turbant pro turbantur, Nec vero. i. & certe non. & certe Alcides. i. Hercules: non obiuit tantum telluris. i. terræ, quantum. ſ. Auguſtus: (quia) vt dicit Suetonius (nulla eſt fere prouincia, excepta Sardinia, & Africa, vbi Auguſtus non fuerit.) licet

Ordo.

fixerit

Universidad de Deusto
Biblioteca

fixerit,i.cõfixerit sagittis:ceruam aeripedem.i.habentem aereos pedes.i.veloces. sic Diome.legit:aut licet placarit.f.occidendo aprum ferocissimum:nemora Erymanthi, illius montis syluosi, in Arcadia:& licet tremefecerit.i.tremere fecerit arcu,Lernam.f. paludem, ad quam hydram occidit: nec Liber.i.Bacchus:qui victor.i.voti compos:tiectit iuga.f.montium:habenis pampineis, ex frondibus vitium factis:agens tigres.i.animalia illa sane fero cia:agens,sup.eas,de vertice Nisæ.i.illius montis,aut ciuitatis,in India celebratissimæ.Et.i.nihilominus:quanquam tanta sunt responsa:nos dubitamus adhuc extendere.i.ampliare virtutem factis.Alijs sic videtur exponendum.Et,scilicet cum tantum sit Augusti meritum,nos dubitamus extendere adhuc:virtutem factis .i.bonis operibus.i.dubitamus,an quisq; possit ad tantam virtutem pertingere,& progredi, aut priori modo,nos dubitamus adhuc extendere virtutem Augusti, factis.i.maioribus facinoribus:sed melius cum Seruio,q; cum alijs,dicetur sic,Et cum sit tanta posteritas,dubitas extendere virtutem,id est gloriã factis.q.d. id merito non facias.Aut prohibet metus adhuc consistere terra Ausonia.q.d.cum tanta sint deorum promissa:& tanta illic progenies habenda: dubitandum non esse, Sunt tamen qui dicant, ideo Anchisen non progredi, narrando:quia dubitet, an quisq; posset progredi fortiter agendo quasi in Augusto sit status. Beroaldus dicit sic:Scribit Diodorus Bacchum,cognominatum esse Dionysium,ab eo quod educatus sit a nymphis, apud Nysam, Arabiæ vrbem:vnde a Ioue,Nysaq;,Diony.nuncupatus est.Nysa etiam,nõ tam mons est, q; ciuitas Indiæ celebratissima carminibus poetarum:quam(vt author est Stra.)Bacchus cõdidit, cuius etiam meminit Pli.in.vi.de qua copiosius,& elegantius, q; cæteri, scribit Curtius, referens quemadmodum Alexan.cum exercitu Nysam obsedit: & Nysei Alexan.se dedidere, a Libero patre conditos,se esse memorantes.Sita est ciuitas Nysa, sub radicibus montis:quem Meron, incolæ appellant & cum χαρᾷ Græce, fe mur significet:inde Græci mentiendi traxere licentiam, louis femine,Liberum patrem esse cælatum & de hoc monte intellexisse, Maronem non ambigimus, quando inquit:Nysæ de vertice tigres.Præterea alia est Nysa, non in monte Parnaso: vt autumat Ser.sed in Helicone: vt author est Strabo: de qua re(vt opinor) sensit Luca.cum scriberet,Bacchumq; auertere Nysa. Quinetiam in enarratione historiarum,quas poeta in.vi.tangit, parum fide lis est Ser.& perperam allegat dicta historicorum:& potissimum T.Li.nanq; de Torquato sic scripsit. Ser. Torquatus filium(vt dicit Liui.)fustuario necauit. Manifestissimum hoc esse mendacium,& turpissimum erratum, nemo, vel mediocriter eruditus inficiabitur:qui vel.viij.lib.Liui.ab origine vrbis, insexerit, in quo apertissime ostẽdit Torquatum imperasse lictori, vt filium securi percuteret:cuius verba ideo subscribere supersedi:quia & multa sunt,& quilibet,qui id nosse velit:illic facillime poterit inuenire.ex hoc, & id genus multis, in eam(vt supra dixi)sententiam,pedibus transeo:vt existimem Seruium, non tales edidisse cõmentarios:sed quoquomodo fuisse corruptos,adulteratosq;. Quis enim nõ videt a Virgilio dictum esse,Sæuumq; securi Aspice Torquatum:videlicet,quia securi in filium,iusserat pater animaduerti:non autem fustuario, vt Ser.opinatur. Idem in expositione illius Maroniani versus,Aut geminos duo fulmina belli, Scipiadasq; cladem Libyæ.mihi nequaquã satisfacit, dum quandam morosam nimis distinctionem adhibere contendit: vt geminos Scipiadas, intelligamus illos duos Scipiones fratres: qui in Hispania perierunt, Pœnorum insidijs circunuenti:& cladem Libyæ accipiam⁹ pro duobus Africanis.ego vero existimo poetam, illo toto versiculo intellexisse de duobus duntaxat Africanis:qui proculdubio fuerunt,duo fulmina bellorum:qui ambo cladem Libyæ,& Carthagini attulerunt: in quo æmulatus videtur esse Lucretium, qui sic scriptum reliquit: Scipiades belli fulmen Carthaginis horror. sequatur tamen vnusquisq; eam sententiam,quæ ipsi verior,ac probabilior esse videbitur: cum nos bis satis sit docuisse, quid ipsi sentiremus: suum vnicuiq; iudicium est,& sua sententia.

PIERIVS.

¶Augustus Cæsar diuum genus,)In Romano codice in Mediceo,& plerisq; alijs, legere est,diui genus: id quod in nomismatum etiã inscriptionibus inuenias, vt in nummo pulcherrimo, a cuius altera parte C.Cæsaris caput habetur, titulus est. Diuos Iulius.ab altera vero parte, Augusti Octauiani caput:cum inscriptione. Augustus diui F.ad quem titulum crediderim hoc loco Virgilium adlusisse.Prætereo vero lapidum inscriptiones, quæ sunt & in Capitolio: & alibi:in quibus diui F.scriptum obseruaui.Sane etiam in Porcio codi.diui genus, prius fuit. In eo vero quem Ianus Vitalis præstantissimi ingenij: neq; vulgatæ eruditionis iuuenis mihi tradidit,dubio procul, diui genus, legitur. ⁋Latio regnata per arua)In Romano codice legere est nõ inepte forsitan,regnata per annos:vt sit,sęcula regnata:non arua regnata.vulgata tamen lectio adhuc in pretio est.⁋Huius in aduentu) In Romano codice & quibusdam alijs, legere est, Huius in aduentum, quam lectionem spero eruditis auribus placiturã.⁋Et Mæotica tellus.)Alibi,Mæotia, absq; clitera, pallim in antiquis codicibus scribi adnotauimus: ita hoc loco habeẽ.⁋Fixerat aeripedem ceruam licet.)In Romano codice & quibusdam alijs. Fixerit aeripedem,legitur:& exacta specie,Fixerat,hic positum,Cæsaris agnoscit. Ita enim ipse præteritum plusquã perfectum appellat,quæ quidem figura Græcanica est, & elegantissima. Neqs tamen ierim inficias vbi aeripedem, epithalamophen esse notat. Fixerit,scriptum esse.Sed cum superius tempus, & modus fit expressus, errore alterum hoc Librarij omnino transcriptum esse credendum est.⁋Aut Erymanthi Placarit nemora.)In Mediceo, & plerisq; alijs veteribus exemplaribus,Placarit, habetur,Si,Placarit:ad monstri feritatem referri debet.Si,Pacarit: ad loci quietem , qui hoste veluti sublato quiescere cœpisset.⁋Aut Lernam tremefecerit arcu.)Veluti superius,fixerat, in codicibus aliquot antiquis legebatur:ita in ijsdem etiam,tremefecerat,habetur:eadem specie, modoq;.⁋Virtutem extendere factis.)In Romano codice hemistichius ita legitur, virtutem extendere vireis. Plerics vero alij,qui priorem lectionem offerunt, abrasi sunt: nam & apex supra vltimam vocalem , in virtute: & dictio tota, factis aliena manu & atramento notata inspiciuntur.Sed quamuis plurimum ita veteres codices legant, non tamen peruincunt, vt ea vulgata lectio,virtutem extendere factis,displicere possit.

SERVIVS.

¶Quis procul ille aũt.)Nunc redit ad Romanos reges.q sẽptẽ fuerũt: Romulus, Numa Pompilius, Tullus Hostilius, Ancus Marcius, Tarquinius Priscus, Seruius Tullus, Tarquinius superbus. Mira autẽ vtiq; phantasia:vt quasi ostendat se nõ agnoscere eũ qui de gẽte Romana nõ fuerat. Romulo.n.mortuo cũ anno senatus regnasset p decurias:tædiosum visum est,& quęsitos est rex , Sed cũ in vrbe nullus idoneus esset inuentꝰ,orta est bona Põpilij fama,quod esset apud Cures ciuitatẽ Sabinorũ.Rogatus itaq; per legatos accipit imperiũ: qui ferociã populi a bellis ad sacra contulit. Vnde etiam Numa dictus est

Quis procul ille autem ramis insignis oliuæ
Sacra ferens:nosco crines,incanaq; menta
Regis Romani:primus qui legibus vrbem
Fundauit,Curibus paruis:& paupere terra
Missus in imperium magnum.cui deinde subibit,
Otia qui rumpet patriæ:residesq; mouebit
Tullus in arma viros,& iam desueta triumphis
Agmina.quem iuxta sequitur iactantior Ancus,
Nunc quoq; iam nimiũ gaudens popularibus auris.
Vis & Tarquinios reges,animamq; superbam
Vltoris Bruti,fascesq; videre receptos?
Consulis imperium hic primus,sæuasq; secures
Accipiet:natosq; pater,noua bella mouentes
Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit
Infelix:vtcunq; ferent ea fata minores:
Vincet amor patriæ,laudumq; immensa cupido.

est ἀπὸ τῶν νόμων,ab inuẽtione & cõstitutione legis. Nam proprium nomẽ Pompilius habuit. Hic etiam canus fuit a prima ætate: ad quod allusdens ait,Incanaq; mẽta. Item propter sacerdotium, Ramis insignis oliuæ.⁋Otia qui rũpet patriæ.) De hoc Liuius, Ferocior Romulus fuit, quã Numę similis.⁋Residesq;)Ociosos,nimium sedẽtes.⁋Desuetata triumphis.)A consuetudine triumphãdi diffuescentia.⁋Iactantior Ancus.) Amans populi fauorem. hic ostiam fecit. Ancus, autẽ dictus ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος, id est a cubito, quem incuruũ habuisse dicitur.⁋Auris.)Fauoribꝰ. Vnde & auraria dicuntur fautores.⁋Vis & Targnios reges,animamq;

Numa vnde.

Aurar

De Tarquinijs quibus fuit.

manq; superbã.)Vnus enim de Tarquinijs fuit superbus. ⁋Vltoris Bruti, facesq; videre receptos.)Vis videre etiã vltoris Bruti fasces receptos? Historia aũt hoc habet,Tarquinius ob multa quidem, Superbus est dictus:præcipue tñ ob hanc causam. Mandauit aliquando cuidã filiũ vt cuiusdã oppidi oẽs principes interimeret.Profectus ille grandẽ multitudinem reperit. Quod cum ei renunciasset deambulanti cum virga in hortis:detrectãs ille responsionẽ,capita decussit papauerum,vt satelles quid fieri vellet,agnosceret . Huius filius vitiauit nobilissimã matronã Lucretiam.Quod illa dolens, se interemit.Tunc eius auunculus Brutus rapto ex eius corpore gladio processit ad populũ:& de hac re concionatus est . Quo facto omnibus placuit ne reciperetur rex,qui tunc Ardeam expugnabat.Propter quod se Tarquinius cum liberis ad Porsennam regem Tusciæ contulit:& bellum gessit grauissimũ contra populum Romanũ. Tunc duo creati sunt consules,Brutus & Tricipiti nus pater Lucretiæ, qui & Tarquinius dicebatur: ob quod solũ est vrbe depulsus:& in eius locum subrogatus est Valerius Publicola:quo mortuo itẽ alter est factus:& alter similiter . Quod cernens tediosum esse Virgilius Brutum solũ posuit, qui annum solus impleuit.Sed Bruti filij amici erant filijs Tarquinij:cũ quibus cum iniissent consiliũ, vt eos per noctem intromitterent,proditi sunt a seruo Vindicio:& a patre interrepti sunt.Ideo ergo vltoris,scilicet & libertatis publicæ,& Lucretiæ pudoris.⁋Sæuaq; secures.)Quæ sæuierunt etiã contra liberos.⁋Pulchra pro libertate.)Ingenti arte loquit consyderatione personarũ. Factum enim laudat dicens Pulchra,pro libertate : personã vituperat.⁋Vtcunq; ferent ea facta minores.)Etiam si laueris a posteris , non extorquere vim naturæ debet amor patriæ.⁋Quin Decios.)Quinimo Decios respice.Hi duo fuerunt,qui Mures dicti sunt:pater & filius.Horum alter se bello Gallico,alter Samnitico vouit pro republica,cum terra & mari vniuersum bello vellent exercitũ perdere.⁋Drusosq; procul.)Et hi duo fuerunt.Horũ prior vicit Hasdrubalem.Alter est filius Iuliæ sororis Augusti.⁋Sæuumq; securi Aspice Torquatum.)Hic Gallum quendã singulari certamine superauit,& eius sibi torquẽ imposuit:vnde nomen accepit. Hic ad vrbem pergens, præcepit filio vt tũ castra tueretur:ille nacta occasione victoriã consecutus est.Reuersus postea pater, laudauit fortunã populi Romani sed filiũ,vt dicit Liuius,fustuario necauit.Ergo sęuus securi iure occidẽdi, nõ ferri genere.Nã securi Romã absq; Capitolio : pro quo immẽsam pecuniã acceperunt. Tũc Camillus absens dictator est factus : cũ diu esset apud Ardeã in exilio propter Veientanam prædam non æquo iure diuisam:& Gallos iam abeuntes secutus est.quibus interemptis aurũ omne recepit & signa.Quod cum illic appendisset,ciuitati nomẽ dedit. Nam Pisaurum dicitur,quod illic aurum pensatum est.Post hoc tamen factum redijt in exilium.Vnde rogatus,reuersus est.

DONATVS.

¶Quis procul.i.)Quis procul est?dat etiam ipsius signum.⁋Ramis,inquit,insignis.o.f.f.)Ille, q non longe est,& oliuę frõdibus coronatus est.(Nosco crines.)Multa signa eius ostẽdit,vt in multitudine media positus potuisset agnosci,oliuæ,inquit, ramũ gestat.& sacra cano capitũ barba cõsimilis.dicit dehinc,quæ esset tẽporibus sui regni facturus.fundabit legibus patriã, nec magna aut locuplete substantia hominum aut familiaris rei,quãta laus modico terrarũ subsidio,ac per modicas vires in magnum imperiũ pergeret:cui succedit Tullus perditurus glorias patris, quas ex diuturnitate pacis fuerat cõsecutus, moturus eos in bellum, quos mutauerat quies,ociumq; corruperat, ducés agmina,quæ delijssent triumphare,triumphare enim nõ potest qui officiũ pugnandi nõ posuit.⁋Quẽ iuxta.)Iactat se quilquis plurimũ sibi arrogat.⁋Popularibus auris.)Populares aurę sunt fauores populi.quos nõ quærunt sapientes.⁋Vis & Tarquinios.r.)Superbiæ vitium Tarquinio applicatur:fm veterum fabulas , non Bruto. ⁋Fascesq;.v.)Definiuit,quid sint fasces.hi sunt,inquit , per quos apparet imperiũ cõsulis.⁋Hic primus.)Hic, inquit , primus pro noui sceleris bella moliturus sunt.⁋Vtcunq; ferẽt ea fata.m.)Apostropham quasi ad præsentem fecit.qui tractabunt, inquit,factũ tuum, licet eos vincat cõmodum publicum , tamen infelicem te reperiet,qui tam sęuus in tuos liberos extitisti, vt eorum nec sanguini nec languini pepercisse videaris.⁋Quin Decios, Drusosq;.) Decij & Drusi nobiles fuerunt, & reipu.plurimum profuerunt,

De Torquato.

De Camillo.

Quin Decios,Drusosq; procul,sæuumq; securi
Aspice Torquatum,& referentem signa Camillum.

Sęuũq; securi,aspice Torquatum,& referentẽ signa Camillum. Torquatus ideo sæuus, quia filium suum dicitur occidisse ob iniustam causam. Camillus autem liberasse asseritur signa,quæ Romani perdiderant.

ASCENSIVS.

¶Quis procul, &c.)Viso Numa Pompilio , qui neq; Romanus, neq; de genere Troianorũ erat,fingit Anchises se cũ primo aspectu nõ agnoscere:sed ex corporis honesta facie,adduci in cognitionem eius,vt sciat Romanorũ regum esse vnum:quorũ quidẽ regum,qui septem fuerunt,prosequẽdo,mentionẽ facit,ad cõsules transiturus.Donatus aũt hoc loco dicit sic.⁋Quis procul ille) Multa dat signa,vt cognoscatur in multitudine. Magna aũt laus, vt per modicas vireis, ad magnũ tendat imperium.⁋Iactantior) Iactat se, quisquis plurimum sibi arrogat.⁋Popularibus auris.) Hi sunt fautores populi,quos nõ quærunt sapientes.⁋Seuasq; secures.)Infelix,quamuis ob cõmodũ publicum te laudent,tamen infelix eris propter natos cæsos.⁋Natosq; pater)Puer nã quisq; cum nascitur,puer est. Tanquam autẽ optimus, pater recte constituit posteris,eosq; sapiẽter admonet.Hæc ille. ¶Ordo est.vt Anchises secum loquatur, inspiciendo Numam Pompilium . Autẽ, pro sed:quis,sup.esse potest:ille procul.i.qui procul apparet:existens insignis ramis oliuæ:quia pacis amator erat, summus,& ferens sacra,quia etiã summe erat religiosus, respondet:ego nosco crines, & menta incana,id est multum canescẽtia : Romani regis id est q; prę se ferunt facie,& habitum Romani regis,scilicet Numę,qui fundauit,id est stabiliuit:primã,id est precipuam,& principem in terris, vrbẽ legibus,scilicet religiosis,missus, sup.de Curibus paruis,id est ciuitate illa parua Sabinorum.(Declinatur autem,hę Cures,harum Curium,&c.Et terra paupere, scilicet respectu Romani imperij,missus(dicit)in imperium magnũ.f.Romanum:cui,f.regi Numæ:subibit.i.succedet: deinde Tullus,scilicet Hostilius,qui rumpet otia patriæ.i.quæ in patria inueniet,a Numa constituta:& mouebit.i.excitabit: viros resides.i.ocio deditos,& quasi ignauos,in arma:& mouebit in arma : agmina id est milites agminatim incedere solitos,desueta.i.desuetos,iam,scilicet a tempore,quo Numa regnare cœperat trijphistquia ad eos nõ peruenitur sine pugna:iuxta quẽ sequitur Ancus.f.Martius, tertius Romanorum rex : Iactantior.i.arrogantior : & gaudens quoq; id est etiam:iam nunc.i.priusquã in corpus venerit auris popularibus.i.assentationibus ,& applausibus ac fauoribus populi . Per hoc autẽ quod dicit,Nunc quoq; iam , &c.innuit illud Propertianũ,Naturæ sequitur semina quisq; suę.quasi etiam nõ priusq; nascereꝰad hoc inclinatus fuerit eius animus.Vis videre, &.i.etiã: Tarquinios.f.priscum , & Superbã reges.f.Romanos:& animam superbam.i.nobilẽ, & supereminentem:Bruti vltoris.f. superbię Tarquiniorũ,& violatoris Lucretię:& vis videre fasces, quos,scilicet lictores, ferebant ante cõsules Romanos qui fasces erant virgarũ:in quibus securis inclusa erat,quibus significabãt se habere ius in corpus,& sanguinẽ flagellandi,& occidendi:receptos.f.de Ethruscis , a Romanis principibus . Hic.f.Brutus acciepiet primus imperiũ consulis.i.cõsulare:& accipiet primus secures sęuas.i.quibus in filios suos sæue vsus est & ipse pater vocabit natos.f.filios mouentes noua bella.i.intestina,& cõtra patrẽ ad pœnam.i.punitionẽ,pro pulchra libertate,vt.f.seruet pulchrã libertatem,quã Tyranni,quibus filij eius cõsenserunt , inuadere tentabant: vocabit(dicit)existens infelix,i.male fortunatus: vtcunq;.i.qualitercũq; minores.i.posteri eius:ferẽt,idest accipiẽt: & patient ea fata.i.facta,fatis volentibus perpetrata : hoc est, siue laudabunt,siue vituperabunt,cum futuri sint, qui vnum principem malint , q; plures sufferre. Præterea cum multis videatur in decorũ esse patri,etiam pro libertate, tantam sęuitiam in liberos suos exercere:sed amor patriæ , & immensa cupido laudum vincet.f.rumores populi. Quin.i.quinetiam : aspice Decios.f.patrẽ, & filium, pro republica deuotos:& Drusos.f.Liuium Drusum:& Drusum, Tyberij imperatoris fratrẽ:de quibus Suetonius in vita Tyberij meminit:procul.i.de longe,quasi inferioris sint meriti,q; Augustus , aut procul stantes : & alpice Torquatũ.f.Manliũ sęuum securi,qua,scilicet in filium animaduertit , dicens se malle filio carere , q; patria disciplina militari : & Camillum referentem signa.i.insignia armorum , quæ vexilla vocantur , rettulit a Gallis ablata(vt Seruius recitat)dicunt præterea Camillum triumphasse de Veijs.opulentissima Etruscorum vrbe, & accusatum postea exilium subisse,indeq; reuocatum patriam liberasse, quod tamen Suetonius in vita Tyberij,dicit:non per Camillum sed per quendam de genere Claudiorum, & progenie ipsius Tyberij

Universidad de Deusto Biblioteca

berij effectum. In enarratione autem omnium istorum, mira vtitur arte Poeta. Nam Numam (vt dixi) fingit se nõ cognoscere primo aspectu, eo q̃ externus esset. Ancum autem Martium, quia filius mercatoris ex filia Numæ erat, iactantiæ damnat. Seruij Tullij: quia filius seruæ erat, nõ meminit. Quia vero Tarquiniorum, & Bruti, tristis est fortuna, quærit an eos quoq; videre velit. quasi dicat parum delectaturos.

PIERIVS.

¶Regis Romani.) Multa quidẽ vetera exemplaria, mutato numero, tritimemerim faciunt, Romani regis. Sed vulgata lectio, spondeo suspenso, multo plus omnino videtur habere grauitatis. ¶Primus qui legibus vrbem Fundauit.) In plerisq; codi. antiquis, primam, legitur: hoc est, adhuc recentẽ. Nam ante Numam, Romulus leges tulit. In Mediceo, primum est, & addita paraphrasis in principio. ¶Cui deinde subibit Ocia qui rũpet.) In aliquot veteribus exempla. quot, scriptũ. Cuiusmodi lectiones pleraſq; missas facio, cum tam paucos videam, qui rerum huiusmodi eruditione delectentur. ¶Et iam desueta triumphis Agmina.) Totũ hoc in Roma. co. longe diuersa lectione habetur, cum scriptum sit, Et magnum deinde triumphũ agmina, quod quo pacto quadrare possit, non intelligo: cum neq; ordo structuræ vllus, neq; sententia congrua discernatur. quare me ad vulgatam refero lectionem. ¶Vis & Tarquinos reges.) In codi. omnibus antiquis, Tarquinios, quadrisyllabum legitur, vt si, quæ pene vltimã præcedit, syllaba non corripiatur ratione numeri polysyllabici, certe κατὰ συνίζησιν, duæ vltimæ in vnam coeant, quando sunt, qui secundam a principio syllabam longã existimet: Hoc eodẽ modo sæpius apud Ouidiũ in veteribus cod. legi, illic Tarquinius mandata latentia nati. Et eodẽ poemate vltima, Tarquinius Romanæ gentis habebat. Qui si dicant his quoq; locis, Tarquinius, trisyllabum scribi debere, certe quadrisyllabũ in eo pentametro non negabũt. Natus ait regis, Tarquiniusq; vocor. ¶Natosq; pater.) Illeriq; codices antiqui, gnatos, vna plus litera scribũt vt solitos esse veteres, ait Victorinus. At Cornelius Fronto, tã asseueranter gnatum, a nato, distinguit: vt gnatũ, cum g, filiũ dicat: natũ vero, vel pullũ, vel quid huiusmodi, cũ significatione tẽporis, vt sit potius participij vox, q̃ nominis. ¶Infelix, vtcunq; ferent ea fata minores.) In antiquis omnibus exẽplaribus quotquot habere potui, ea facta, sub voce participij scriptũ animaduerti. Quam lectionẽ diuus etiã Augustinus tertio de ciuitate dei, videtur agnouisse: cuius verba, quod ad Virgilianæ sententiæ declarationẽ faciunt, subijcere non pigeat. Quod factũ Virg. postq; laudabiliter cõmemorauit, cõtinuo clementer exhorruit, cum. n. dixisset, Gnatosq; pater noua bella mouentis, Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit, Mox exclamauit, & ait, Infelix vtcunq; ferent ea facta minores. Quomodo libet (inquit) ea facta posteri ferant. i. post ferant, & extollant, Qui filios occidit, infelix est, & tanquam ad consolandum infelicem subiunxit, Vincet amor patriæ, laudumq; immensa cupido.

Illæ autem, paribus quas fulgere cernis in armis:
Concordes animæ nunc, & dum nocte premuntur,
Heu quantum inter se bellum, si lumina vitæ
Attigerint: quantas acies, stragemq; ciebunt:
Aggeribus socer Alpinis, atq; arce Monœci
Descendens, gener aduersis instructus Eois:
Ne pueri, ne tanta animis assuescite bella:
Neu patriæ validas in viscera vertite vireis:
Tuq; prior, tu parce, genus qui ducis olympo:
Projice tela manu sanguis meus.
Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho
Victor aget currum cæsis insignis Achiuis.
Eruet ille Argos, Agamennoniasq; Mycenas:
Ipsumq; Aeaciden, genus armipotentis Achilli,
Vltus auos Troiæ, templa & temerata Mineruæ.
Quis te magne Cato tacitum, aut te Cosse relinquat?
Quis Gracchi genus? aut geminos, duo fulmina belli
Scipiadas, cladem Libiæ? paruoq; potentem
Fabricium? vel te sulco Serrane serentem?
Quo fessum rapitis Fabij? tu maximus ille es
Vnus, qui nobis cunctando restitues rem?

SERVIVS.

Fulgere ¶Fulgere.) Ab eo quod est fulgo fulgis. ¶Et dum nocte premunt.) Bene allusit. Nam cõcordiã in humilitate tenuerunt: cum nobilitate vero in bella venerunt. ¶Aggeribus socer Alpinis.) A munimẽtis Alpiũ. Hæc enim Italiæ murorum exhibent vicẽ. Socer vero quia Pompeius habuit Iuliam filiã Cæsaris, quæ in partu periit. Vnde etiã isti inter se facile dimicare potuerunt. ¶Arce Monœci.) De Liguria vbi est portus Monœci Herculis. Dictus autem μόνικος, vel quod pulsis omnibus illic solus habitauit: vel quod in eius templo nunq̃ aliquis deorũ simul colitur: sicut in Iouis, Minerua, & Iuno: in Veneris, Cupido. ¶Aduersis instructus Eois.) Orientis enim auxilijs est vsus. ¶Assuescite bella.) Mire dictum. Ab ipsis enim quasi cõsuetudinẽ fecit populus Romanus bellorũ ciuilium. Septies enim gesta sunt a Cæsare contra Pompeium in Thessalia. Item contra eius filium magnum in Hispania. Item contra Iubam & Catonem in Africa. Mortuo Cæsare ab Augusto cõtra Cassium & Brutum in Philippis ciuitate Thessaliæ. Contra Lucium Antonium in Perusia Tusciæ ciuitate. Contra Sextum Pompeium in Sicilia: Antonium & Cleopatram in Epiro. ¶Tuq; prior.) Tu parce Cæsari dicit, quem clementem circa Pompeianos legimus: cui vult tunc hoc esse mandatũ. ¶Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho.) Magnum significat. ¶Ipsumq; Æaciden.) Necesse est vt Ille subaudiamus. Pyrrhum enim quẽ Æaciden dicit, Curius & Fabricius vicerunt ferentem Tarentinis auxilium. Hic postea fugit in Græciam, & illic est occisus in templo. Argos vero & Mycenas alij vicerunt. ¶Vltus auos.) Aut hic distinguendum: vt sit, Troiæ Mineruæ, pro Troianæ: principale pro deriuatiuo. Aut certe auos Troiæ: non quos Troia habuit auos: sed qui de Troia fuerunt, id est auos Troianorum. ¶Magne Cato.) Censorinum dicit, qui scripsit historias: multa etiam bella cõfecit. Nam Vticensem præsente Augusto, contra quem pater eius & dimicauit, & Anticatones scripsit, laudare non poterat. Supra autem Mineruæ templa temerata per stuprum Cassandræ dicit. ¶Cosse relinquat?) Cossus tribunus militaris fuit. Hic Lartẽ Tolunnium a loco dictum, occidit, & opima spolia reuocauit. Erit autẽ nominatiuus hic Lar, huius Lartis. ¶Quis Gracchi genus?) Gracchos seditiosos cõstat fuisse nobiles tamẽ genere. Namq; per Corneliã, nepotes Scipionis Africani fuerũt. Vnde Iuuenalis ad eam, Tolle tuum precor Annibalem: Ergo Scipiones dicit per Gracchi genus. Duo autem fuerunt maior Africanus, Æmilianus minor: qui obsidione Carthaginis ab Italia reuocauit Annibalẽ. ¶Scipiadas) Hi gemini fratres fuerũt: qui cum fortissime dimicarent in Hispania apud Carthaginem nouam, quæ Spartaria dicitur, insidijs interempti sunt. ¶Cladem Libyæ.) Scipiones. ¶Fabricium.) Paupertate gloriosum. Hic est qui respondit legatis Samnitum aurum sibi offerentibus, Romanos nõ aurum auere, sed aurum habentibus imperare. ¶Serrane serentem.) Attilius quidam senator fuit qui cum agrum coleret, euocatus propter virtutem meruit dictaturam. Serranus autem, a serendo dictus est. ¶Quo fessum rapitis Fabij?) Cur me o Fabij fessum ad vestram trahitis narrationem? Aut certe fessum, tristem: vt, Ter fessus valle resedit. Scilicet propter eorum mortem. Nam trecenti sex fuerunt de vna familia qui coniurati cum seruis & clientibus suis contra Veientes dimicarunt, & insidijs apud Cremeram fluuium interempti sunt. Vnus tantum superfuit Fabius Maximus, qui propter teneram adhuc pueritiam in ciuitate remanserat. Hic postea cum Annibalis impetum ferre non posset, mora eum elusit, & ad Campaniam traxit. Vbi delicijs, eius virtus obtorpuit. Ille est de quo ait Ennius, Vnus qui nobis cunctando restituit rem. Sciens enim Virgilius quasi pro exemplo hunc versum posuit.

DONATVS.

¶Illæ autẽ paribus.) Vides, inquit, illas animas quæ arma similia gerunt, & videnẽ esse concordes: hoc est nunc, quia hic degũt, & cõtendere eas sedes inferna non patiẽ: cæterũ, cum ad superos venerint, quãta illi dolẽda cõmittẽt exercitibus ex toto orbe cõtractis: eo deteri⁹ q; socer & gener hæc inter se impia, funestaq; gesturi sunt. ¶Ne pueri) Personarũ fecit cõmutationẽ dñ enim de alijs loquiẽ, conuertit se ad eos, qui futuri erant eorũ posteri. Nolite, inq̃t, pueri: pueros iccirco arbitror, quia vnusquisq; mox vt nascitur puer est. licet in ipsum longæui hominis anima transitũ faciat: & isti recte pueri, quoniam in ætatem puerilem fuerant venturi. ait ergo nolite pueri male assuescere: nõ expedit, vt talia bella gerere discatis. non in sua viscera debent arma conuerti, quæ geritis, nec ab hostibus in ciues cum scelere reuocari. consilium dat, ostendens quid prohibiti ab actibus inimicis facere debuissent. ¶Capitolia ad alta.) Ad alta capitolia, id est magna, vel in altum ducta, triumphata dixit, triumphis ornata. ¶Corintho Victor. a. cur.) Hoc est a Corintho victor currum ducet, aut quos captiui traherent, aut quibus ipse veheretur. ¶Cæsis insignis. a.) Quantum filij animum refecit promittendo interitum Græciæ, & vltionem spondendo Troiani excidij? ¶Quis te magne Cato tan.) Omnes isti diuersis artibus, meritisq;, & virtute floruerunt, quos Virgilius ex persona Anchisæ dicit non esse prætermittendos, & propter exempla optima tradendos memoriæ posterorũ. ¶Quo fessum rapitis Fabij? Voluit & Fabios demonstrare, qui futuri essent in numero nobilium. sed longæuus tædium patiebatur ambulandi. ¶Tu maximus ille es,) Hic diu tractando, & consultius differendo malegesta correxit.

ASCENSIVS.

¶Illæ autem, paribus, &c.) Recenset paucis cæteram progeniem suam, & in primis Iulij Cæsaris, atq; Pompeij magni meminit. De quibus Donatus sic dicit. ¶Vltus auos Troiæ.) Vehementer reficit animum filij, interitum Græciæ, & vltionem Troiæ promittens. Hæc ille. ¶Ordo autem est. Autem, pro sed: illæ animæ concordes nunc, id est apud inferos: & dum premuntur nocte, quasi dicat dum erunt in humili fortuna: sed postea: neq; Pompeius parem, neq; Cæsar maiorem pati potuit: quas tu cernis, fulgere (a fulgo, pro fulgeo.) id est resplendere. (armis paribus, aut æque potentibus fere, aut quia bella intestina fouerunt similibus: vnde Lucanus in principio. Signa pares aquilas, & pila minantia pilis. Cæsar tamen, Gallo milite fere vsus est: Pompeius Orientali. Origo belli inter eos erat, quia dum Cæsar Galliam decem annos tenuisset, petijt consulatum: quem Pompeius, & Cato, reliquiq; æmuli eius denegabant, donec arma deponeret: quæ deponere noluit, tantisper dum inimicos in armis videret.) Heu, dolentis est interiectio: quantum bellum ciebunt, id est concitabunt inter se. Et quantas acies, & quantam stragem, quasi dicat, maximam: quia (reuera) cum ante bella ciuilia essent recensita. ccc. millia ciuium Romanorum, postea extare, inuenta sunt tantum centum quinquaginta milia: dubitare autem se fingit, an ad lucem peruenturi sint: vt de futuris, quæ incerta sunt: non de præteritis loqui videatur: aut, vt quodammodo desyderare videatur, vt apud inferos maneant, ne tantam stragem edant. ciebunt ergo (inquit) si attigerint lumina vitæ, id est auram vitalem, aut regionem viuorum, aut ad plenam ætatem: dum, scilicet in lumine sunt viri. Ciebunt, dicit per prolepsim, socer, scilicet Iulius, cuius filiam Iuliam, Pompeius duxerat. sup. ciebit: descendens aggeribus Alpinis, id est a Gallis, per Alpeis: & arce Monœci, id est a Liguria, vbi Hercules Monœcos, id est solus, colitur: vbi, scilicet (vt dicit Diodorus Siculus de Herculis laboribus loquens.) Hercules contra Ligures a Ioue auxilium impetrauit. nam lapidibus pluit: & ita solus ibi mansit. vnde videtur dictus, a μόνος, quod est solus: & οἰκῶ, quod est habito: quasi, solus ibi habitans. aut, μόνοικος dicitur, quia solus ibi colit: & gener, scilicet Pompeius, sup. ciebit: instructus Eois. i. Orientalibus: aduersis, id est ex aduerso venientibus: quia Galli, ad Occidentem vergunt. O pueri. q. d. familiæ meæ filij, ne assuescite (bis autem ad affectionem ponit, ne.) id est ne assuescatis, animis scilicet vestris tanta bella, quanta. s. gesturi eritis, si animum nõ represseritis: neu. i. neue: vertite, pro vertatis, validas vireis patriæ quia eo creuit Romanum imperium, vt iam magnitudine laboraret sua: in viscera, id est in cõciueis, per bella intestina. Et tu, scilicet Cæsar prior, id est q prior in lucẽ venturus es, aut qui prior appares qui ducis genus olympo, id est a Ioue, rectore olympi: parce, id est abstine a bello: & o sanguis meus. i. qui de sanguine meo oriturus es (vt sit vocatiuus antiquus) aut, tu existens, sup. sanguis: meus, projice manu, id est iace procul e manu: tela. s. hostilia. Ille, scilicet Lucius Mumius: victor. i. voti compos, & hostium expugnator: aget currum. s. triumphalem: Achiuis. s. populis in Peloponnesso: cæsis. i. occisis: & Corintho. i. ciuitate illa opulentissima in Peloponnesso, quæ nunc Morea dicitur: triumphata. i. in triumphum ducta, aut cum triumpho deuicta: aget (dicit) ad capitolia alta. i. arcem Romanam: in qua Iuppiter colebatur. Ille. i. alius. s. Quintus Metellus, Macedonicus, deuicta Macedonia agnominatus: eruet, id est funditus euertet: & delebit Argos, id est oppidum illud Argiuorum, & Mycenas Agamemnoias. i. Agamemnonis patriam. In consolationem ergo Æneæ, memorat victoriã illorum a quibus Troia victa erat: q; pro &. ille, sup. i. alius, videlicet Curius, & Fabricius, vincet, sup. ipsum Æacidem. i. Æaci nepotem. s. Pyrrhum, Epirotarum regem: non Achillis filium. sed adludit ad nomen: quia (reuera) de vno genere erant: genus, id est qui est de genere Achilli, pro Achillis: armipotentis. Laudat nunc Achillem vt maior sit gloria eius, qui eius genus vincet. Eruet (dicit) aut vincet, vltus. i. vlciscens: auos Troiæ. i. maiores suos Troianos: & templa Mineruæ temerata. s. a Græcis. i. prophanata: quia vero de ea vltionẽ in id tempus distulerit. Quis, o magne Cato: quia fuit optimus orator, optimus senator, optimus imperator, optimus paterfamilias, vt dicit Plinius. Nã videtur de maiore loqui. Aut o Cosse, quis relinquat, id est relinquere velit: te tacitum, id est tacendo de te, quasi dicat nemo. Nam Aulus Cornelius Cossus, vir insignis: secundum aliquos, tribunus militum: secundum alios, consul, vt dicit Liuius libro. iiij. Ioui Feretrio opima spolia retulit. Quis relinquat genus Gracchi, scilicet Scipiones: aut geminos Scipiadas. i. ipsos duos Scipiones, qui præter cæteros insignes fuerunt: & ambo, Africani dicti appositorie, duo fulmina belli: & cladem Libyæ: in qua, scilicet Carthaginem deuicerunt: & quis relinquat Tacitum Fabricium, victorem, scilicet Samnitium: potentem paruo: quia paucis contentus, cum auro vinci non posset, vicit auri possessores. vel, o Serane, scilicet Attili, aut Quinti, Cincinate quis sup. relinquat Tacitum: te serentem sulco, scilicet cum dictaturam te induerat vxor, quasi dicat merito nemo. O Fabij, quo rapitis, id est trahitis, me fessum dum, scilicet vos inspicere volens, insequor vt merita vestra agnoscantur, scilicet Fabi maxime: es, supp. ille maximus, qui vnus, id est solus: restituis nobis, id est generi nostro populo, scilicet Romano, rem, scilicet publicam: cunctando, id est moram trahendo: & sic, Annibalem illudendo: vt recitat Seruius.

PIERIVS.

¶Nunc & dum nocte premuntur.) In antiquis codicibus legere est, prementur, futuro tempore: quod multo magis placet: cum præsens per aduerbium, nunc. sit iam expositus. ¶Quo fessum rapitis Fabij.) In Ro. codi. Quo gressum rapitis, habetur: vt ex hoc tacite ad trecentos illos adludat, vna pugna trucidatos, quos omnes ad bellum missos: vt apud Ouidium est, Abstulit vna dies. Sed elocutio illa, Rapere gressum: insolita videtur, magisq; placet, Quo fessum rapitis, legere: vt variata in orationis genere figura loquendi, Non Anchisen tantum longa ea nomenclatura delassatum leuet, verumetiam lectori consuluisse videatur. ¶Cunctando restituis rem.) In Roma. in Mediceo, & alijs quibusdam antiquis exemplaribus, restitues, futuro tempore positum est: quod non displicet

Excudent alij spirantia mollius æra:
Credo equidem: viuos ducent de marmore vultus:
Orabunt causas melius: cœliq; meatus
Describent radio: & surgentia sydera dicent.
Tu regere imperio populos Romane memento:
(Hæ tibi erunt artes) paciq; imponere morem:
Parcere subiectis, & debellare superbos.
Sic pater Anchises: atq; hæc mirãtibus addit POE.
Aspice, vt insignis spolijs Marcellus opimis ANC.
Ingreditur: victorq; viros supereminet omneis.
Hic rem Romanam magno turbante tumultu

SERVIVS.

¶Excudent.) Alij cudẽdo efficient: & est rhetoricus locus. ¶Spirantia.) Animata. Horatius, Et molles imitatæ ære capillos. ¶Viuos vult⁹.) Hoc est quod dixit Spirãtia. Et per æs, Corinthios indicat: per marmor, Parios: per actionẽ causarum Athenienses: per Astronomiam, Ægyptios & Chaldeos. ¶Pacis morem.) Leges pacis. ¶Spolijs Marcellus opimis.) Hic Gallos & Pœnos equestri certamine superauit. Viridomarum etiã Gallorum ducẽ manu propria interemit, & opima retulit spolia, quæ dux detraxerat duci: sicut Cossus Larti Tolũnio. ¶Supereminet omnes) Virtutis scilicet genere. ¶Rem Romanam.) Statum reipublicæ. ¶Turbãte tumultu.) Ideo tumultu, quia res in Italia geretur. ¶Sistet.) Cõfirmabit. corroborabit. ¶Tertiaq; arma patri.) Capta hic tertia, opima spolia suspendet patri, id est Ioui. ¶Capta. Quirino.)

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qualia & Quirinus ceperat,
id est Romulus de Acrone re
ge Ceninensium:& ea Iouí su
spẽderat.Possumus, & quod
est melius, secundum legem Numæ hunc locum accipere, qui
præcepit prima opima spolia Ioui Pheretrio debere suspendi,
quod iam Romulus fecerat, Secunda Marti, quod Cossus fecit,
Tertia Quirino,quod fecit Marcellus.Quirinus autem est Mars,
qui præest paci: & intra ciuitatem colitur. Nam belli Mars ex
tra ciuitatem templum habuit. Ergo aut suspendet patri, id est
Ioui:aut suspendet patri Quirino. Varie de hoc loco tractant
commentatores, Numæ legis immemores: cuius facit mentio
nem & Liuius.

DONATVS.

¶Excudent alíi.)Quoniam diuersitas artium ornamentum est
vitæ humanæ,ait,sequentur alíi peritiam fundendi æris, vt vul
tus fingant sic expressos, vt spiritum habere videantur, mollius
dixit, vt in duro ære talis figurarum esset expressio, vt per mol
liciem quandam mouere ora, ístas qui vidisset,existimaret. Alíi
hæc ex marmore facient tanta subtilitate, vt materia lapidis for
matum animal non iam viuentis similitudinem, sed viuum ostẽ
dere videatur. alíi eloquentiæ operam dabunt, & erunt in foro
meliores. alíi disputabunt de astrorum motibus & cursibus di
uersis,& rationibus orientium atq; occidentium. Tu regere im
perio populos Romane mem
mento, Hæ tibi erunt artes,
paciq; imponere morẽ, Parce
cere subiectis & debellare sur
perbos. tibi autem ars erit omnibus potior regendi scilicet im
perij, seruare subiectos, superbosq; mactare.ſSic pater Anchi
ses &c.)Transitus sunt quidam,ne vna, & continua narratio tæ
diosa sit. Hinc enim generibus varietas nascitur, & quasi noua
initia aliarum narrationum fiunt. Cum hæc ergo locutus esset
Anchises, alia quoque mirantibus addidit. aduertit eos quipe
pe cogitationes futurarum rerum libenter audire.ſAspice, vt
insignis spoliis.)Omnia iste victoriarum iam ferre indicia vi
debatur, & dinumerare, quæ esset facturus apud superos, sic
enim incedebat altior cæteris, vt vniuersos viros excellere vi
deretur. incipit enumerare glorias eius, si ex persona Anchisæ,
futuri temporis.si ex Virgilij, iam factas.ſHic rem romanam.)
Hic, inquit, labantem firmabit rem.p.ſSternet Pœnos.)Non
vnum gallum,sed Galliam totam. Variando enim numeros me
liore eloquentia, & pœnosipsius virtute casuros dixit,& gallos.
ſTertiaque,a.p.)Captaq; arma tertius ipse patri Quirino sus
pendet. Duo quippe ante ipsum hoc fecisse intelligendi sunt.
quando hic asseritur tertius.

ASCENSIVS.

¶Excudent alíi, &c.)In commendationem Romanorum coma
parat

Sistet eques:sternet Pœnos,Gallumq; rebellem:
Tertiaq; arma patri suspendet capta Quirino.

parat eos cęteris:docens illos,quidem priuatis rebus plus contu
lisse:Romanos vero reipublicę.Quod & Marcus Tullius Cice.in
principio Tusculanarũ fatẽ,dicens,Doctrina,Græcia,nos,& om
ni literarũ genere superabat:in quo erat facile, vincere nõ repu
gnãtes.Nam mores,& instituta vitę,resq; domesticas,ac familia
res,nos profecto,& melius tuemur,& lautius.Rem vero publicã
nostri maiores certe melioribus tẽperarũt:& legib⁹, & institutis.
hæc ille.Vnde & Plutarchus, plureis viros egregios in republica
Romana,q; in cęteris cũctis reperit. Et Liuius in prima præfatio
ne,Cæterũ(inquit)aut me amor suscepti negocij fallit: aut nulla
vnq; respublica nec maior,nec sanctior, nec bonis exẽplis ditior
fuit.Paucissima ad hunc locũ citantur Donati verba.ea aũt sunt.
ſAtq; hęc mirantibus addit.)Transitus quidã:ne vna,& cõtinua
narratio,tędiosa fit.hinc enim generibus varietas nascit:& quasi
noua initia aliarũ narrationũ fiunt.Hæc ille.¶Ordo aũt est.Alij,
vt Corinthij:excudẽt,i.excudendo effingẽt:mollius,i.dulcius,&
magis ad viũ:ęra.i,signa ærea:spirantia.i.quasi spirãtia,& spiri
tũ habere apparentia:equidẽ.i,ego certe credo,quod,scilicet suc
cessu tẽporis:ducent vultus viuos de marmore.alíi,supp.orabũt
causas:melius,vt Athenienses:&, sup.alíj,vt Chaldæi & Assyrij,de
scribẽt radio,i.virga, qua in puluere describi:mẽsura atq; situs,
rerum,locorũq; earum:& dicẽt signa surgentia, id est quę signa:
& qũ surgant.i.peritiores erunt geometriæ, & astronomię:tu,o
Romane, memẽto regere populos imperio.i.per imperiũ:hę,sci
licet sequẽtes artes:erunt tibi.ſ.pręcipuę,aut peculiares:impone
re paci morem.ſ.scire moderari pacẽ:& parcere subiectis.ſ.le de
bentibus:& debellare superbos.i.rebelles,& Tyrãnide gaudẽtes.
Sic pater Anchises,sup,locutus est.Atq; addit,mirantibus.i.dum
Æneas & sibylla mirarẽtur:hæc.ſ.quæ sequunt. Aspice,vt,id est
quemadmodũ:Marcellus.ſ.Marcus,de genere Claudiorũ, quin
quies consul,bis dictator, qui floruit cum Galli Italiã inuaderẽt:
cum quibus cõgressus in Cisalpina Gallia,ad Padum opima spo
lia rettulit:quę ter lata sunt:semel a Romulo:iterum, a Cornelio
Cosso,dum Lartẽ Tholumniũ in bello Veienti spoliauerat:& ter
tio a Marco,hoc Marcello:vt dicit Seruius. Aspice ergo,vt,id est
quemadmodũ:

SERVIVS.

¶Egregium forma iuuenẽ
& fulgentib⁹armis)Tria sunt
in Carminium:pulchritudo
ætas,virtus. Significat autem
Marcellum filium Octauię so
rotis Augusti,quẽ sibi Augu
stus adoptauit. Hic decimo
sexto anno incidit in valetu
dinem:& perit decimo octa
uo in Baiano cum ędilitatem
gereret.Huius mortem vehe
menter ciuitas doluit:nam &
affabilis fuit:& Augusti filiꝰ.
Ad funeris huius honorẽ Au
gustus sexcentos lectos intra
re ciuitatem iussit, hoc enim
apud maiores glorioſum fue
rat.Etiã dabatur pro qualitas
te fortunæ.nã sylla sex millia
habuit.Igit cum ingẽti poms
pa relatus, & in cãpo Martio
est sepultꝰ. Ergo modo in Au
gusti adulationẽ,quasi epita
phion ei dicit. Et cõstat hunc
librum tãta pronunciatione
Augusto & Octauiæ esse reci
tatum,vt fletu nimio impera
tent silẽtiũ:nisi Virgilius finẽ
esse dixisset, qui pro hoc ære
graui donaꝰ est,id est massis.
Nã sic & Liuius argẽtũ graue
dicit,id est massas.ſSed frons
læta parũ.)Omẽ est mortis fu
turę. Ex cõtrario alibi,Incipe
parue puer risu cognoscere
matrẽ.ſVirũ qui sic comita
tur euntem,)Marcellum, cui
similis est.ſQuis strepitus.)Propter ædilitatẽ.ſInstar.)Similitu
do:& est nomẽ,quod nõ recipit prępositionẽ.Ad instar enim nõ
dicimus,

quemadmodum:ipse Marcellus ingredi, existẽs insignis spoliis
opimis,id est principi exercitus,inimicorum detractis:& ipse vi
ctor,supereminet omneis viros.Hic eques.i.de ordine equestri:
sistet.i.tráquillã faciet rem Romanã:& hoc magno tumultu, tur
bante.ſ.eam.i.dũ magnus erit tumultus:hoste.i.existente in pro
ximo:hic sternet Pœnos.i.punicos, & Gallum rebellẽ: sed prius
Gallũ,q; Pœnos:& suspendet patri Quirino.i.Romulo,seu Marti
pacifico,qui in vrbe stabat:sic vt Mars bellator,qui Gradiuus di
cebatur,extra vrbem:tertia arma capta.ſ.ab hostium principe.i.
tertia opima spolia.Huius autẽ Marcelli, nouissimo loco memi
nit:propter Marcellũ,Octauiæ filium:de quo in sequentibus.

PIERIVS.

¶Paciq; impo.mo.)In Longobardico, & quibusdã alijs codi.ve
tustis,pacis,genitiuo casu legitur,quam lectionem Ser.agnoscit.
ſSistet eques,sternet Pœnos, Gallumq; rebellẽ.)Parum me mo
uet,quod in Ro.cod.equis, legatur: cum eadem sit sentẽtia,siue
eques,siue equis dicas.Illud curiosius animaduertendum,quod
in plerisq; veteribus exemplaribus, coma præiecta est dictioni,
eques,vt clausula superioris membri sit, Sistet:totumq; id simul
legatur.Hic rem Romanã magno turbante tumultu Sistet. Inde
altero membro eques,siue malis, equis sternet Pœnos, Gallũq;
rebellẽ. Nam cum ad eam diẽ rem Punicam equitatu potiorem
esse,pluribus prælijs compertum esset, Marcellus is,qui primus
Annibalẽ terga ostendere docuit, equis rem gessit, hostemq; ab
obsidione Nolæ,turpiter recedere cõegit:& eo genere pugnę,læ
pius res hostiles adiuixit.ſTertiaq; arma patri suspendet capta
Quirino.)Nõ placet quod in Ro.cod.legitur Tristiaq; arma.cũ
ex Numę regis lege,Tertia spolia opima Quirino suspendẽda es
sent quod interpretes tangũt. Apud Liuium quidẽ legimus,Fla
mines institutos a Numa Marti,Ioui,& Quirino. Nihil ibi de spo
liis.Idem.iiij.ab vrbe condita,de Cosso ait,Spolia,in ædę Iouis Fe
retrij,prope Romuli spolia, quæ opima appellata sola ea tempe
state erant,cum solẽni dedicatione dono fixit, vbi adnotandum
est vulgata exemplaria vna plus dictione legere, Quæ prima opi
ma appellata, Sed in veteri codi.prima, non habetur. Satis.n.est
dixisse,sola.

Atq; hic Aeneas(vnà nanq; ire videbat POE.
Egregium forma iuuenem,& fulgentibus armis:
Sed frons læta parum,& deiecto lumina vultu)
Quis pater ille,virũ,qui sic comitatur euntẽ? ÆN.
Filius?an ne aliquis magna de stirpe nepotum?
Quis strepitus circa comitũ?quantum instar in ipso?
Sed nox atra caput tristi circumuolat vmbra.
Tũ pater Anchises lachrymis ingressus obortis. PO.
O nate,ingentem luctum ne quęre tuorũ. ANC.
Ostendent terris hunc tantum fata:neq; vltra
Esse sinent.nimium vobis Romana propago
Visa potens superi:propria hæc si dona fuissent.
Quantos ille virum magnam Mauortis ad vrbem
Campus aget gemitus:vel quæ Tyberine videbis
Funera:cum tumulum præterlabere recentem.
Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos
In tantum spe tollet auos:nec Romula quondam
Vllo se tantum tellus iactabit alumno.
Heu pietas,heu prisca fides,inuictaq; bello
Dextera.non illi quisquam se impune tulisset
Obuius armato:seu cum pedes iret in hostem:
Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.
Heu miserande puer,siqua fata aspera rumpas:
Tu Marcellus eris.manibus date lilia plenis,
Purpureos spargam flores:animamq; nepotis
His saltem accumulem donis:& fungar inani
Munere.ſSic tota passim regione vagantur POE.
Aeris in campis latis:atq; omnia lustrant.

dicimus,quod probus declarat.ſOstendẽt terris hũc tantum fata.)Parum illucescet: quia mox peribit.ſVisa potens superi)Cũ indignatione dicit,Inuidistis & gloriæ Romanæ, & vestris muneribus. Nam felicitas vestra sunt munera.ſPropria.)Perpetua:vt, Propriamq; dicabo.ſMauortis campus.)In quo est sepultus.ſFunera cũ tumulũ præterlabere recentem.)Propter sexcentos lectulos.ſ Intantũ spe tollet auos.)Eriget generis antiquitatẽ. Et rhetorice spem laudat in puero:quia facta nõ inuenit. Est autẽ,Ciceronis in dialogo Fanni,causa difficilis laudare puerũ. Non enim res laudãda:sed spes est. ſNec Romula quondã.)Pro Romulea: vt, Quos Africa terra Triumphos Dues alit. Quondam autẽ,poteſt & præteriti esse & futuri.ſFoderet calcaribꝰ armos.)Species pro genere. Equi armos,p equo posuit.Non enim possunt armi calcaribꝰ fodi.ſFata aspera rumpas.)Posse aliqua ratione fata disrumpi,per trãsitũ docet.ſTu Marcellus eris) Talis, qualis est Marcellus. ſPurpureos flores.)vt sæpe diximus, propter sanguinis similitudinem: quia aut anima,aut animæ sedes est.ſNe potis.)Posteri.Non enim re vera nepos fuit.ſInani munere.)Secundum Epicureos:non profuturo.ſSic.)Ista noscentes.ſAeris

Universidad de Deusto Biblioteca

in campis.)Collisionem fecit. Locutus est autem secundum eos qui putant Elysium lunarem esse circulum.

DONATVS

❡Atq; hic Æneas.)Et hic locus irrumpendæ narrationi continuationis retinet causam. Interrogationes enim & responsiones non tantum tædium non habent, sed & iucundæ sunt. quod genus in dialogis præstat. ꝼQuis pater ille virum.)Cum Æneas circa Marcellum vidisset iuuenem stare egregium forma, atq; armis insignem, fronte tamen parum lęta, hoc est tristi, & proiecto vultu ad terram. quis, inquit, iste est o pater? qui inter plurimos Marcelli comites ipse illi familiarius iunctus? est filius, an aliquis posterorum eius, vel ex eius genere? vel quid sibi vult strepitus cõgregatę multitudinis? placet enim mihi instar eius, hoc est corporis forma: sed cur tenebrę caput eius fuscauerint, nosse cupio. ꝼTum pater Anchises.)Secundum quæsita instruit filium Anchises lachrymas fundens. ꝼO nate.)Nolim fili, quæ sunt lugẽda perquiras, nec velim scias tuorum aduersa, quæ tuum animũ frangant. Æneas de vno quæsijt, & is pariter ei de plurimis respondit. sciebat enim latius potius posse porrigi interrogationem. quapropter occurrit, ne Æneas vltra aliquid quæreret. ꝼOstendent terris hunc tantum fata.)Nõ diuertet iste in luce, sed mox, ꝙ monstratus fuerit superis, rapietur. ꝼNimium vobis Romana propago.)Conuertit sermonem suum ad deos. Credo, inquit, noluistis superi potẽtiorem fieri Romanam rem.p. Si enim hæc propria, fuissent dona, hoc est si hoc diuturnum cõderetis imperium. ꝼQuantos ille virum.)Si ille, inquit diu esset luci cõcessus, quãtis triumphis ornaret Romam? vel quas strages de hostibus daret? quantos aggeres corporum tyberine pertraheres? ꝼNec puer.)Nec erit quisquam ex aliqua terra, qui Latinos spe meliore possit subleuare: nec terra Italiæ talem vnquam poterit ferre. ꝼHeu pietas, heu prisca fides.)Quid proderit? quia nascitur pius, & supra eos, quos antiqua loquitur fides? quid proderit? ꝙ fortis, & totum mature fata pressura sunt? ꝼNon illi quisquã.)Si diu iste durare posset in luce, quis illum ferret peditem, quis equitẽ toleraret? ꝼHeu miserande puer.(Si, inquit, possis erumpere fata tua, id est si possis fata aduersa superare, poteris esse tu Marcellꝰ. Post infinita, quæ de eius spe locutus est, & peritura, fleuit, & gemuit, posuit eius nomen nunc de eo aliquid dixit. ꝼManibus date lilia ple.)Affectum dolentis expressit, dicendo, date. cum non essent presto, qui darent. & quod ait, manibus plenis, hoc quoq; plena officia significat. ꝼAnimamq; nepo. Solatium est enim eorum, per quos parentalia mortuis exhibentur. ꝼEt fingar inani Munere.)Mire positum ex persona mortui, ꝙ inania sint, quæ mortuis exhibẽtur. hoc.n. certius ipse nouerat. ꝼSic tota passim regione vagantur.)Non cõpleuit omnia, quæ apud inferos agebantur. nec debuit esse vitium si tantũ vellet poeta carmine suo comprehendere, quod longum & impossibile fuit. Conuertit se igitur ad generalitatem, quæ totum etiam non dictum potuit significare. omni mora submota camporum, inquit, latitudinem totam monstrauit. & per singula eum duxit. postquam singula, ait. singula enim nec in vnum confusa monstrare debuit, qui filium benigne volebat instruere: hoc est, quod ait.

ASCENSIVS.

❡Atq; hic Æneas, &c.)Male legeretur, Nanq; vna, &c.)In gratiam Octauiæ sororis Augusti, facit mentionẽ Marcelli filij eius, quem Augustus adoptarat. Is autem. xvj. ætatis suæ anno factus ædilis, apud Baias biennio languit: vnde mortuus, Romam elatus est. Atq; ita quod in cæteris fecit Poeta libris commiserationem citat ex morte eius adolescentis. In primo enim meminit mortis Sichæi, & multorum Troianorum. In secundo, Creusæ. In tertio, Anchisæ. In quarto, Didonis. In quinto, Palinuri. Atq; hic Marcelli. Et paulopost, Caietæ. Pro singulis autẽ versibus, de Marcello scriptis, dicitur dena sestertia accepisse. Dona. autem dicit sic. ꝼQuis pater ille virum.)Interrogat Æneas, cum admiretur formam iuuenis, & tristitiam in fronte eius qui sit. ꝼManibus date lilia plenis.)Affectum dolentis expressit, dicendo, Date, cum non esset presto qui darent. ꝼManibus plenis.)Plena officia significat. ꝼSic tota passim regione vagantur.)Non compleuit omnia quę apud inferos agebantur. Esset enim vitium, si totum vellet suo carmine cõplecti: quia, & longum, & impossibile. Hæc ille. ❡Ordo autem est. Atq; Æneas (nanq; pro quia: videbat iuuenẽ egregium, forma, & armis fulgentibus: sed frons, sup. eius, erat parum læta: & lumina erant, sup. deiecto vultu, id est in vultu deiecto, & ad terram inclinato, quod vicinæ mortis indicium est: ire vna, id est simul, cum dicto Marcello, aut cęteris heroibus: hic, id est hoc loco, aut tempore: ait, sup. o pater, quis ille virum, id est virorum: præ se ferebat enim virilitatem anima, quamuis ad virilem ætatem peruenturus non sit. aut potius ordo est: pater, quis, sup. est ille, qui comitatur sic: virum euntẽ, id est ingredientem, cum victoria, & opimis spolijs, scilicet Marcum Marcellum: An ne, sup. est, aliquis filius de egregia stirpe nepotum, id est posterorum nostrorũ, a nobis descensurorum? Quis, id est qualis. q. d. dij boni: ꝙ magnus strepitus comitum: est, sup. circa. i. in circuitu eius, aut circa eum. quantum instar. i. imaginis, & instantiæ virilis, est in ipso? q. d. plurimum. Sed nox atra. i. caligo densa. circumuolat caput. s. eius, tristi vmbra: Anchises pater. i. Ænee & totius eius progeniei progenitor ingressus, sup. est, id est loqui cepit: tum. i. tunc: & hoc lachrymis obortis, id est præter opinionem ortis: quod signum est immensæ pietatis fuisse, dum videret: cum eius adhuc tantam habeat imaginem. O nate, ne quęre: pro: ne quæras: ingentem luctum tuorum. s. minorum, vt Augusti, & Octauię, fata ostendẽt tantum terris hunc: nec sinent esse vltra. s. in terris: quasi, eo, mundus dignus non sit. O superi, propago, id est propagatio, & generatio Romana, est visa vobis nimium potens: si hæc dona fuissent propria. i. perpetua: hoc est, si hic superuiuat, quasi cum dijs contendere possit: & id in egregiam eius laudem dicitur: vnde sequitur, Quantos gemitus. q. d. maximos: virum. i. virorum, nedum mulierũ: ille. s. olim notissimus campus: aget. i. excitabit ad magnam vrbem, Mauortis. i. Martis hoc est Romam, a Martis filio conditam, vel, o Tyberine. s. pater: deus fluminis Tyberis: quæ funera tu videbis, cum tu præterlabere recentem tumulum. i. sepulchrum eius. Nec quisq; puer de gente Iliaca, tollet. i. eriget: auos Latinos. i. Italicos: in tantum. i. vsq; adeo: spe. i. per spẽ de futura gloria. Nec tellus Romula, pro Romulea hoc est Romana: iactabit se tantũ vllo. i. de vllo alumno, quantum. s. hoc vno. Heu (dolẽtis est) pietas, & fides prisca. i. antiqua: quæ. s. in hoc ostentabitur, & ex indole deprehendetur: & dextera inuicta bello, quisq; obuius illi armato, non tulisset se impune, id est sine punitione: obuiã illi armato: seu cum iret pedes in hostẽ, seu cum foderet calcaribus, armos equi spumantis. Heu, o puer miserande id est miseratione digne: si id est o si hoc est, vtinam rumpas, id est vincas: qua, id est aliqua, scilicet via, aut ratione: fata aspera, id est inimica, quæ pręcocem minantur mortem: tu eris Marcellus, scilicet Octauiæ filius, cuius nomen hactenus suppressit: quia matri id recitaturus, sciuit eo nomine audito, eam non amplius audituram date, scilicet vos qui adestis: lilia plenis manibus, vt, supp. spargam flores purpureos: & accumulẽ animam nepotis, saltem his donis: & fungar munere inani, id est nihil profuturo defunctis: quia (reuera) pompa funebris, solatio est viuis, non defunctis: quos preces, eleemosynę, & sacrificia iuuant: si digni sunt. Ipsi (inquit Poeta) vagantur sic, id est talia dicendo: passim, sup. in tota regione: in latis cãpis aeris, id est aeris, aut sub lunari globo, aut in colle altiore, in Elysijs, vbicunq; sint: atq; lustrant, id est circunspiciunt, & disquirunt omnia: ergo plura quam executus sit, aut exequi possit Poeta.

PIERIVS.

❡Quantũ instar in ipso est.)In Ro. & aliquot alijs cod. antiquis, est, nõ habetur: sed appositum addit, ornatum orationi. ꝼLachrymis ingressus abortis.)Ro. codex, vti etiã superius obseruatũ, & hic, & alibi, obortis, legit: & lacrimis, more suo, per i Latinũ, absq; adspiratione. ꝼNeq; vltra Esse sinent.)In pluribus antiquis codicibus, nec, monosyllabum est. Sed. n. neq; vltra: ea vocalium collisione nescio quid miserabilius ostendit, versu etiã eiulatũ quodammodo emittente. ꝼNimium vobis Rom. propa. Visa potens superi.)In Roma. codice, Superis, legitur. Sed neq; id placet. Longe. n. melius est, Visa potens vobis o superi: ꝙ. vobis superis. ꝼIn tantum spe tollet auos.)Neq; id satisfacit, quod in Ro. codice legitur, spes: quamuis antiquo declinatũ genitiui casus esse potest, vt sit, In tantum spei.

Quæ postq̃ Anchises natum per singula duxit:
Incenditq; animum famæ venientis amore:
Exin bella viro memorat, quæ deinde gerenda:
Laurenteisq; docet populos, vrbemq; Latini:

SERVIVS.

❡Incenditq; animum.)Nam supra ait. Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis? ꝼExin.)Deinde, Confert autem in cõpendium narrationis prolixitatẽ. Sic Terentius propter longum actum ait, Intus despondebitur, intus transiget, siquid est quod restat. ꝼSunt geminæ somni portæ.)Pro somniorum. Est autem ĩ hoc loco Homerum secutus. Hoc tantum differt, quod ille per vtrãq; portam sõnia exire dicit: hic vmbras veras ꝑ quas somnia indicat vera, & poetice apertus est sensus. Vult autem intelligi falsa esse oĩa quæ dixit. Physiologia vero hoc habet. Per portam corneã oculi significant, q& cornei sunt coloris, & duriores cæteris membris. nam frigus non sentiunt: sicut etiã Cice. ait in libris de deoꝝ natura. Per eburneam vero portam os significatur a dẽtibus. Et scimus quia quæ loquimur, falsa esse possunt: ea vero quæ videmꝰ, sine dubio vera sunt. Ideo Æneas per eburneam emittitur portam. Est & alter sensus, Somnũ nouimus cum cornu pingi: & qui de somnis scripserunt, dicũt ea quæ fm fortunã & psonæ possibilitatẽ videãtur hẽre effectum: & hæc vicina sunt cornu. Vñ cornea vera fingit porta. Ea vero q̃ supra fortunã sunt: & hñt nimium ornatũ, vnaq; iactantiã: dicunt falsa esse. Vñ eburnea, quasi ornatior porta fingit. ꝼFalsa insomnia.) i. somnia. ꝼSecat.) Tenet. Vñ & sectas dicimus, ab eo quod, ppositum tenẽt. ꝼAd Caietæ portum.) A psona poetæ, Prolepsis. Nam Caieta nondum dicebatur.

Et quo (quenq;) modo fugiatq;, feratq; laborem.
Sunt geminæ somni portæ: quarum altera fertur
Cornea: qua veris facilis datur exitus vmbris:
Altera candenti perfecta nitens elephanto:
Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia manes.
His vbi tum natum Anchises, vnaq; Sibyllam
Prosequitur dictis: portaq; emittit eburna:
Ille viam secat ad naueis: sociosq; reuisit.
Tum se ad Caietæ recto fert littore portum.
Anchora de prora iacitur: stant littore puppes.

DONATVS.

❡Quæ postquam Anchises.) Primo læta narrauit filio, prætermisit tristia, solum vnum, quod esset dolendum, de Marcello retulit, & hoc ipsum non voluntate, sed vt interroganti Æneæ responderet. cætera ei sub generalitate dixit, nec specialiter ostendens quæ. Quando enim tantum camporum, vel tantam multitudinem animarum posset includere? dein bella subiunxit, quæ gesturus in Italia fuit, & gentes Italas futuras e diuerso monstrauit, quibus fidebat virum non terreri. tamen quo firmiorem dimitteret, docuit quomodo vnumquenq; laborem, aut vinceret, aut certe ferendo toleraret. ipsam sentẽtiam postea & in quinto libro posuit: Sic superanda, inquit, omnis fortuna ferendo est. Quod enim vinci non potest, resistendo vel ferendo superatur. ꝼSunt geminæ somni portæ.)Duas dixit portas, hoc est duos exitus inferorum, portam vnam corneam, aliam ex ebore, per corneam dixit veras mitti vmbras. quod autem videmur nobis videre dormientes, & quod nos plerunq; facit non dormire, per eburneam mittitur. ꝼHis vbi tum natum Anchises.) Vbi igitur Anchises natum & Sybillã his dictis, psecutus est, eos ꝑ portam eburneam reddidit luci. ꝼIlle viam secat ad naues.) Quid. n. aliud facere debuit, q̃ suos videre post tps? Reuisere, est post aliquas moras iteꝝ videre. ꝼTum se ad Caietæ.)Recta via dicitur, si quãdo nihil aliud agimus nisi iter continuum, vt nullo alio actu rũpatur, quo tendimus. Consideremus & Æneæ mentem: quæ suorum reuisendoꝝ cupida nihil agere debuit, nisi tenere littus, donec pueniret ad naues. sic igitur intelligendum est recto littore: q̃ rectum littus non potest inueniri, vt vna intentione animi ad portum Caietæ puenerit, in quo fuerãt naues. ꝼAnchora de prora iacitur.)He. n. illic stabant munitæ anchoris duplici. s. rõne securę, vel ꝙ muniebat has portus: vel ꝙ pondere tenebantur. Portum Caietæ ex persona poetæ melius accipimus. Æneas enim nondum loco ipsi dederat nomen.

Reuisit

ASCENSIVS.

❡Quæ postq; Anchises, &c.) Quia ergo singula recitare non potuit: nec si potuisset, congruerit: quia bella in Italia gerenda, descripturus est poeta: quæ si hic narrarentur, gratiam expectationis amitteret poesis. ideo paucis dicit poeta Æneã didicisse bella in Italia gerenda: & deinde per portam somnioꝝ eductum, socios visisse. Atq; ita facit huius. vj. finem innuens oĩa hæc, quasi per somnia, visa, & narrata. De hac autem re dicit Donatus sic. ꝼExin bella.) Narrauit prio læta, tristia prætermisit, præterquam de Marcello. Deinde docuit quo modo quędam æquo animo ferre posset. ꝼViam secat.) Quid. n. prius facere debuit, q̃ suos reuisere? ꝼRecto littore.) Atq; nullum littus rectum: sed, dicimus, rectam viam agere, quãdo nihil aliud agimus, nisi iter continuum: & nullo alio actu illud rũpimus. Nam cupida suoꝝ mens, nihil aliud agere debuit. ꝼCaietæ.) Ex persona poetæ loquitur. Nam adhuc non erat Caieta. Hæc illæ. ❡Ordo autem est. Per quæ singula, postq; Anchises duxit natum, id est filium suum Æneam: & incendit animum, amore famæ venientis: ipse memorat, id est recitat: exin, id est exinde, id est ex ordine: viro, scilicet Æneæ, qui ea viriliter gesturus est bella gerenda scilicet in Italia: & docet populos Laurenteis, scilicet ad quos accessurus est: & vrbem, Latini scilicet regis: & quomodo fugiat: si, scilicet euitabilis est: & ferat, id tolleret, si euitari nequit: quenq; laborem, id est quamlibet aduersitatem: quæ si vitari nequit, toleranda est. (Vnde prius in. v. Superanda omnis fortuna ferendo est.) Geminæ, id est duæ, & forte equales portæ. somni, id est insomniorum, sunt supple apud inferos: quarum. s. portarum, altera fertur, id est dicitur, supple esse cornea: qua, id est per quam, exitus facilis datur vmbris, idest insomnijs, & phantasmatis, seu phantasmatibus veris: altera, supple est perfecta: nitens elephanto, id est ebore candenti: sed manes, id est inferi: mittunt, supp. per eam: insomnia falsa, id est somnia & phantasmata: quæ aliud repræsentãt q̃ sint: vbi, id est quo loco: his scilicet præmissis: dictis, id est memoratis: Anchises psequitur tum natum, & sibyllam: vna, id est pariter: & emittit, supple eos, porta eburna, scilicet per quam falsa emittunt insomnia (vt significet hæc oĩa esse somnia: nec rem (reuera) gestam, sed poetice excogitatam. de qua vide Seruium. Ille secat, idest tenet, aut carpit viam: ad naueis scilicet suas: & reuisit socios, scilicet quos illic in littore dereliquerat: & ipse fert tum, id est tunc, continuo se ad portum Caietæ, id est qui paulo post dictus est portus Caietę, sed nondum sic appellabatur: vnde est prolepsis ex persona poetæ: & ita minus vitiosa: fert (dico) se littore recto, id est per littus, recta via progrediendo: licet littus ipsum, qua parte aquis adluitur, rectum non sit: nisi forte in ea parte, qua a Cumis, Caietã appellitur. Anchora iacitur. s. a socijs: nam intelligitur cũ socijs receptis nauigasse: de prora. i. priore parte nauis obuersæ: & puppes. i. posteriores partes: stant littore. i. ad littus applicitæ.

PIERIVS.

❡His vbi tum natum.)In Rom. cod. & aliquot alijs veterib. legere est, His ibi tum: quod si aduertas, melius quadrabit. ꝼIlle viam secat ad naueis.)Quod antiq. cod. nauis per i scriptum ostendũt. Id etiam in veteribus Prisciani codicibꝰ eodem modo scribitur, Fessas non vincula nauis. Quoq; magis fessas cupiam demittere nauis. Muneraq; in nauis. Et ita reliqua. Nauis

SEXTI LIBRI FINIS.

IN. VII. ÆNEIDOS LIBRVM MONOSTICHON.

Septimus Æneam reddit fatalibus aruis.

IN EVNDEM MODESTINI IVRISCON. ARGVMENTVM.

Hic quoq; Caietam sepelit: tum deinde profectus
Laurentum venit: hanc verbis cognouit Iuli
Fatalem terram: mensis en vescimur, inquit:
Centum oratores veniam, pacemq; petenteis

ASCENSIVS.

❡Septimꝰ Æneam redd. &c.) In sequentib. sex libris imitat̃ poeta Homerũ in Iliade. nam vterq; bella pertractat, quocirca fere ad tragicũ assurgit stylum: vnde dicturus est, Maius opus moueo. Et quia Homerus in Odyssea, a tristi principio erroꝝ Vlyssis, ad lætum reuersionis eius in patriã (qđ comediaꝝ est, & tragœdiarũ) perducit exitum: dicit Donatus super Terentium ipsum, & comediaꝝ, & tragœdiarum authorem. Sed priusq; ad explanationẽ perueniã, declarabo argumenta, quæ præmissa offendi. ❡Monostichi Ordo est. Septimꝰ. s. Æneidos liber reddit Æneã aruis. s. Laurẽtibus: fatalibus. i. ad quę fatis ꝑuenerat. Nã licet ad Misenum & Caietam puenerat, nõdum attigerat arua fatalia: vnde in iij. dixerat Helenꝰ, Italiæ pars illa, pcul quã pandit Apollo. ❡Maioris argumenti Explanatio

Universidad de Deusto Biblioteca

natio talis est: Æneas, sup. sepe lit hic: quoq; .i. etiã: Caietã. s. nutricem suam: (quia prius, Misenũ sepeliuerat.) ipse profect⁹, tam. s. postea, peracta sepultura. deinde. ab eo loco venit Laurentum, ad regna. s. Latini: & cognouit verbis Iuli. i. Ascanij filij sui: nam En etiam mensas consumimus, inquit Iulus, hãc terrã fatalẽ. i. fataliter promissam: nam ipse Iul⁹ (vt dixi) inquit, en nos vescimur mẽsis. i. orbibus seu quadris ex pane factis: (alij, mensas, legere volũt.) quam rem futurã dixerat in. iij. Harpya Celæno. Ipse mittit centum oratores. i. caduceatores: ad regem Latinum lætum consorte. i. quia filię consortem inuenerat (vnde tandem lętus ait. Dij vestra incepta secundent. Sunt tamen qui legunt, Mittit lectos tum forte.

Ad regem mittit lætum consorte Latinum.
Qui cum pace etiam natæ connubia pactus:
Hoc forte Alecto Iunonis dissipat ira.
Concurrunt ferro, quamuis pia fata repugnent.
Belli causa fuit violatus vulnere ceruus.
Tum gentes sociæ arma parant: fremit arma iuuent⁹.

ALIVD IN EVNDEM.

Tandem deueniunt Laurentia Troes in arua.
Et pace accepta læti noua mœnia condunt.
Nocte satam Iuno furiam euocat: illa Latinos.
Inter & Aeneadas bellum serit, & ciet arma,
Protinus auxilijs terra instruit Itala Turnum.

forte. Sunt & alij, qui, Mittunt læti tum forte. vt sit Troiani læti, forte mittunt ad regem Latinum. sed verius legetur, Lætum consorte.) petenteis, id est petituros, hoc est vt peterent, veniã. i. gratiã, aut beneficiũ terræ inhabitandæ, & pacem. i. fœdus, & amicitiam, qui. s. rex Latinus, pactus, sup. est: cum pace. i. vltra conditionem pacis inite: etiam connubia natę. i. filię suę Lauinię: Alecto, furia illa infernalis: dissipat forte, hoc. s. pactum: ira id est propter iram Iunonis. Et. sup. vtriq; populi concurrũt ferro. (Sunt tamen alij q pro Ferro, legendum esse censeant, Dictis. sed hoc inuenuste.) quamuis fata pia repugnent. Causa belli fuit, ceruus violatus vulnere, gētes sociæ. i. associatæ, parant arma: & iuuentus. s. Italica: fremit, id est cum fremitu exposcit arma.

SERVIVS.

TV quoq; littorib⁹ nostris Æneia nutrix.) Vt & in principio diximus, in duas partes hoc opus diuisum est. Nã primi sex ad imaginem Odyssex dicti sunt: quos personarum & allocutionũ varietate constat esse grauiores. Hi aũt sex ad imaginem Iliadis dicti sunt, q in negocijs validiores sunt. Nã & ipse hoc dicit. Maius opus moueo. & re vera tragicũ opus est, vbi tãtũ bella tractant. ¶ Tu quoq;.) Sicut Misenus, Palinurus etiã. ¶ Nostris.) Italicis: vt, Non eadẽ arboribus pẽdet vindemia nostris. Vt Donatus ait, nauigabilibus. ¶ Æneia nutrix.) Hãc alij Æneę, alij Creusę, alij Ascanij nutricẽ volunt. Lectũ tamen est in Philologis in hoc loco classem Troianorũ casu cõcrematam. Vnde Caieta dicta est ἀπὸ τοῦ καίειν. ¶ Seruat, tenet, possidet: vt, Seruantem ripas, alta non vidit in herba. ¶ Hesperia in magna.) Propter Hispaniæ descriptio. ¶ Si qua est ea gloria) Secundum Epicureos. Bene autẽ interest funeri, postq; ab Inferis redijt: sicut interfuit antequam descenderet, vt mediũ actum ostenderet. ¶ Quierunt.) Hebrus Quierant legit. ¶ Tendit iter velis) Quia prout vela extensa fuerint, ita etiã cursus extẽdit, in quo nauis est iter. Nam ait supra. Flecte viã velis. Aliud est iter velis tendere, aliud per vela iter. Et multi dicũt improprie dictũ: multi nimiũ proprie. Constat tamen secundũ illud dictum quod ait, Flecte viam velis. Quod si dicimus, bene procedit, Et tende viam velis: vt in ipsis velis ratio sit vię. ¶ Aspirant aurę in noctẽ.) Quia vt diximus, temporũ mutatione, ventus vel minuitur vel auget. ¶ In noctem.) autẽ circa noctẽ. Et quoties tempus exprimitur, accusatiuum regit ista præpositio. ¶ Luna negat.) Liptotes. Nam dicit, large pręstat vt, Munera nec sperno. ¶ Tremulo sub lumine.) Ita enim mobilitas aquæ facit videri. ¶ Circææ radunt littora terræ.) vt diximus supra, mons iste antehac insula fuit. Paludibus enim a cõtinẽti segregabat: quas exclusit limus de Albanis montibus fluens. Et dicebatur ææus ab horrore transeuntiũ, quo homines mutabantur in feras. In hoc summo oppidũ fuit, quod & Circæum dictũ & Circęi. Nam vtrunq; Liuius dicit. ¶ Diues.) Nõ addidit cuius rei, cum soleat: vt, Diues equũ, diues pictai vestis & auri. ¶ Inaccessos.) Inaccessibiles. i. inaccedendos. Nã Vlysses illuc venit. Ergo inaccessos, ad quos nullus debeat accedere: vt, Aut illaudati nescit Busiridis aras: hoc est illaudabilis. Nam ab Isocrate cõstat esse laudatũ. ¶ Resonat cantu.) Resonare facit. ¶ Superbis.) Nobilibus, propter antiquam oppidi magnitudinẽ. ¶ Odoratã.) Pro odoriferã. Et hoc ideo, quia vsus olei apud maiores nõ fuit pręcipue in Italia. ¶ Arguto pectine.) Garrulo stridulo, sonãti, vt, Forte sub arguta cõsederat ilice Daphnis. ¶ Percurrens pectine telas.) Aut manu percurrẽs, aut ictu pectinis, vt videmus, aut quia apud maiores, stantes texebant: vt hodie Linteones videmus. Est autem Homeri, qui ait, ἱστὸν ἐποιχομένη. ¶ Gemitus iræq;.) Gemitus irascentium leonum: ἓν διὰ δυοῖν. ¶ Sera sub nocte.) Quasi eo tempore quo naturali libertate vti cõsuerũt. Sub sera nocte, per noctem seram. ¶ Rudentum.) Naturaliter ru, longa est. Persius, Findor, vt Arcadię pecuaria rudere dicas. Systolẽ ergo fecit. Ruditus aũt proprie est asinorum clamor: vt grunnitus, porcorũ, ranarum, coax: quæ nomina a sono vocis constat esse cõposita.

P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS LIBER SEPTIMVS.

TV quoq; littoribus nostris
Aeneia nutrix ITALVS
Aeternam moriens famã
Caieta dedisti:
Et nunc seruat honos sedem tuus: ossaq; nomẽ
Hesperia in magna (siqua est ea gloria) signat.
At pi⁹ exequijs Aeneas rite solutis, POE.
Aggere composito tumuli, postq; alta quierunt
Aequora: tendit iter velis: portumq; relinquit.
Aspirant auræ in noctem: nec candida cursum
Luna negat: splendet tremulo sub lumine pontus.
Proxima Circeæ raduntur littora terræ,
Diues inaccessos vbi solis filia lucos
Assiduo resonat cantu: tectisq; superbis
Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum,
Arguto tenueis percurrens pectine telas.
Hinc exaudiri gemitus, iræq; leonum
Vincla recusantum, & sera sub nocte rudentum:
Setigeriq; sues, atq; in præsepibus vrsi
Sæuire: ac formæ magnorum vlulare luporum:
Quos hominũ ex facie dea sæua potentibus herbis
Induerat Circe in vultus, ac terga ferarum.
Quæ ne monstra pij paterentur talia Troes,
Delati in portus: neu littora dira subirent:
Neptunus ventis impleuit vela secundis:
Atq; fugam dedit: & præter vada feruida vexit.

¶ Pręsepibus.) Caueis vbi alũtur. Nõ enim re vera pręsepia habẽt. ¶ Dea sęua.) Aut per se, aut herbis potentibus sæua. Circe autẽ ideo Solis fingitur filia, quia clarissima meretrix fuit: & nihil est Sole clarius. Hęc libidine sua, & blandimẽtis homines in ferinam vitã ab humana deducebat: vt libidini & voluptatibus operam darent. Vnde datus est locus fabulę apertæ. Horatius, Sub domina meretrice fuisse turpis & excors. ¶ In vultus, ac terga ferarum.) Corrumpebatur in illis sensus. Animus namq; idem manebat. Circe.
οἱ δὲ συῶν μὲν ἔχον κεφαλὰς φωνήντε τρίχαστε καὶ δέμας, αὐτὰρ νοῦς ἦν ἔμπεδος, ὡς τὸ πάρος περ. ¶ Pij paterentur Troes.) Ergo impij qui pertulerunt. Impij aũt propter occisa Solis armẽta. ¶ Neptunus ventis impleuit vela secundis. Physice aũt locut⁹ est. Motu enim aquę ventus creat, vt videmus in bombis organorum. ¶ Præter vada feruida.) Periculosa nauigantibus. & est Tmesis.

DONATVS.

POst reditũ ab inferis describit poeta Æneã Caietę portũ recto itinere petiuisse. & quia occasio fuit, meritum ipsius Caietæ cõmẽdat in sepulchri honorificentiã. hoc. n. solum exhiberi mortuis licuit. suffecit propter trãsitum inferni fluminis. viderat quippe ipse quam cladẽ illic insepulti patiant. hanc refert poeta Æneę fuissæ nutricem. cuius de sepultura cum loquitur, & Æneam ipsum præfert & tantę benignitatis fœminã laudat. Mortuę quippe beneficiũ stabat in eo, quod Romani imperij principẽ pium, religiosum, prudentissimũq; nutrierat. Ipsius vero Æneæ vicissitudo reciproca sic defunctæ curasse sepulturã, vt post excessum æterna nominis eius memoria superesset. Verum quia id etiam Miseno & Palinuro summis egregijsq; familiaribus suis fecerat, atq; eorum nomina dederat locis, huic libro initium datur. ¶ Tu quoq; littoribus nostris.) Fortassis aliq̃s putet improprie caput libri cõstituisse Virgiliũ, quia dixit. Tu quoq;. Cum ante versum nullũ nominare videatur. hoc existimauit, qui interiecta nesciũt retrahere: vt quod ad tempus separatũ est, iungant. iste. n. versus sublato medio de inferis tractatu Miseni exequijs iungitur. ab his. n. discedens carminis cursus ad easdẽ redit, & facit integram narrationem, vt recte posuerit. Tu quoq;. melius aũt apparebit hæc assertio, si vnde discesserit, repetamus. At pius Æneas ingẽti mole sepulchrũ Imponit, suaq; arma viro ramũq; tubãq; Monte sub aerio qui nunc Misenus ab illo Dicit, ęternumq; tenet per sęcula nomẽ. Sequi debuit, Tu quoq; littoribus nostris Æneia nutrix. Æternam moriens famam Caieta dedisti. Interposita igit de inferis carmina, quod vnum esse oportuit, diuiserũt. sed & nunc vnũ est, quia vnde se recessisse meminerat poeta, remeauit, ergo superioribus hæc nectẽs ait. Tu quoq; littoribus nostris Æneia nutrix, Æternã moriens famã Caieta dedisti. ¶ Et nunc ser. h.) In singulis verbis magnũ dictionis est pondus. Quod ipum quale, quantumq; sit, incipiemus exponere. ¶ Tu quoq;.) Hoc est, quæ admirãdæ memoriæ viris supremo officio cõiungi meruisti sed hoc referendũ est ad personæ rationẽ. videamus an etiam locus fuerit dignus: quia Æneę nutricis sęculis post futurus, ossa cum nomine reseruaret littoribus, inq̃t, nostris hoc est Italię, q tã pulchrum, tamq; egregiũ prouenire potuisset: q illic cum cõderen-

Universidad de Deusto Biblioteca

tur reliquiæ eius, vbiq; Æneę nutricis nomē excelleret. Vbi qui ipsius vberibus nutritus esset, fuerat cum posteris regnaturus perindeq; esset æterna vtriusq; memoria, scilicet illius semp per se, & per posteros imperantis, & illius perpetua sepulchri cōsecratione celeberrima Æneia nutrix qualem vel vbi memoriā consequi debuit. Cuius erat totū, quicquid per Æneam Romanis rebus prospere videretur feliciterq; collatum. Æternam moriēs.) A contrario laudis argumentum, tunc enim creuit eius nomē & fama, quādo interuentu mortis potuit aboleri. quod factum ad Æneę laudē proculdubio reuocatur, qui curauit ne post altricis suę vltimum fatum totum sibi mortis eius exitus vindicaret. vnde factum est, vt contrarium naturę, quę fines hominum morte concludit, nominis saltem procuraretur æternitas. ¶ Et nunc seruat ho.) Dixit nunc, dixit etiā his temporibus, quando hęc scribebantur. sed quod ait: Et nūc, hoc quoq; ad eius meritū accedit, vt integrū transiret ad posteros, quod Æneæ temporibus viuentis contemplatione seruatū erat. Honos tuus etiā nunc seruat sedē, hoc est defertur illi loco cōtemplatione honoris tui, & sic custoditur eius integritas, vt semper maneat. & firma nominis ęternitate perduret. ¶ Ossaq; nomē.) Mira ratio, vt cum viuentium nomē vix inter homines valeat eminere, huius ossa per celebritatē nominis perpetuis temporibus ac sæculis præferant. hesperia in magna, tanta extitit condentis reuerentia, tantus sepultę honos, vt in magna Italię latitudine vnus omniū cōsensus gratissime teneretur. si qua est ea gloria. fecit Æneas, quod ad religiosa officia pertinuit. sed cum nihil mortui sentiāt, & omnis gloria etiā si vlla est apud homines, caduca sit, & habeat finē, quid profuit id fecisse? nisi vt satisfieret animo, qui religioso nutricis suæ tenebat affectu? ¶ At pius exequijs.) Exequiarum ordinē ac ritum in aliorum funeribus poeta monstrauit. cumq; iam esset ex hoc ipso legentibus cognitus, hunc prætermisit. hoc loco eadem tamen facta intelligi debent, & quæ exequiarū solennitas sepulchri aggestione perficitur, dixit vtrunq; cōpletum. ¶ Postquam alta qui.) Post curam Caietæ depositam, opportunitas nauigandi matura & cōmoda subinde successerat. nam & mare ex alto hoc est tumido & inflato, placidum fuit, vsq; adeo nō inde mersum, sed in superiore suspensum debemus accipere: & ipse poeta eodem loco dixit, quierant alta ęquora: quę si erant, constat fuisse humentia, & auræ noctis non deerant. metus omnis sic abfuit, vt etiam illustris lunæ suffragium gratum potiusq; horrendum faceret pelagus. Alio loco & inhorruit vnda tenebris, hic vero, quia tāta nauigantis felicitas fuit, vt luna faceret splendidum, quod formidolosum esse potuit, securitas demonstratur suo more successura. Proxima circeę ra. l. t. (Imprudens Æneas vtpote qui loca nesciret, ferebatur Neptuni suffragio. & circa loca, quæ nescius incurrere potuisset, radebatur cursu prosperrimo. & quid illic cū socijs perpeti potuisset, dicit. Describitur, quæ illic cōsuetudo circæa teneretur. & quæ inde audirentur: aperta descriptione narratur. ¶ Diues inaccessos.) In his, inquit, locis lucos habuit Circe solis filia, semper vigilans, & ad insidias semper intenta, voce decipiens transeuntes, & odorato lumine temporibus noctis, quem non delectaret sonus vocis in cantilenam deductæ, & odor cedri ardentis, & sperata cantantis hilaritas. incidebat, inquit, cedri materiem persolidam, quæ naturali fomento tanq; oleo madida incendia ipsa nutriebat. ad hoc lumen lanam curabat, & telam. vt peruigilare posset, ne fraudē vllam oblatæ occasionis amitteret. nauigantes interea opportunum hospitium rati nō iuuabantur auxilio cōmanentis, sed dolo capiebantur & fraude. ¶ Hinc exaudiri gemitus.) Audiebantur inde gemitus leonum irascentium, ferarumq; aliarum indignatio significabatur: non quas natura protulerat: sed quas ex hominibus pessimæ fecerant artes. Ita ergo omnes exagitabat, & sæua cōmotio tenebat. leones, vrsi, atq; apri sæuiebant captiuitatis iniuria commoti. & lupi ex causa pari diris vlulatibus personabant. postremo omnes non fiducia naturalis vrgebat: sed factionis violentia. hoc enim dea sæua cum deam non conueniret sectari mala, potentibus herbis induerat Circe in vultus ac terga ferarum natura pessima & arte scientiæ deterioris instructa, ex hominibus feras effecerat commutans & sonum vocis & corporum formas. ¶ Quæ ne monstra pij.) Ne cōuersi in monstra bestiarū mutarentur pij Troiani. ecce dixit formas, perindeq; causam, qua ab his malis liberari maluerunt. pij fuerunt, inquit, nec debuerunt illis æquari, qui pro nefarijs actibus eiusmodi supplicia perferebant. hos tetigit, quos supra mutatos dixit: de quibus Diomedes etiā locutus est in vndecimo libro sic. nunc etiā horribili visu portenta sequunt. & socij amissi petierunt æthera primi. Fluminibusq; vagantur aues, heu dira meorum Supplicia, & scopulos lachrymosis vocibus implent. Quanta ergo Troianorum felicitas fuit, vt quia auræ impulsu leuiore nauigabant, repentinis ventorum flatibus Neptuno iuuāte per loca aduersa opportune transissent?

ASCENSIVS.

TV quoq; littoribus nostris.) Vt librorū sit condependētia, atq; ita vnū opus censeatur, Arma virūq; canens: noluit a plena periodo, qualis est ibi, Nunc age q reges Erato, &c. inchoare: sed a particula cōdependentiæ indice: dicens: Tu quoq;. q. d. nō solū Misenus, & Palinurus: sed tu quoq; .i. etiā tu. Describit ergo primo loco, quō sepulta Caieta, nutrice Æneæ, quæ loco nomen dedit, quod & hodie manet: preteruecti Circeas insulas, deuenerūt in portus fatalis terræ. Per transitum autem describit fabulam quam Home. ad longum prosequitur: quō. s. Vlyssis socij, a Circe, Solis filia, in feras transmutati sint. Donatus aūt dicit hoc loco sic. ¶ Tu quoq;.) Viderat apud inferos q̄ necessarium esset defunctis sepulchrum. Ergo, vt pius, nutrici illud instituit. Meruerat enim ipsa: quia tam piū religiosum Romani imperij principem prudentē, fortemq; virū nutrierit. Tu quoq; repete inde, & optime coniunge. At pius Æneas, ingenti mole sepulchrum imponit suaq; arma viro, remumq;, tubamq;. Deinde remotis ijs quę de inferis narrātur sequere, Tu quoq; littoribus nostris, &c. Tu quoq; quę admirādę memorię videris, supremo officio cōiungi meruisti. ¶ Nostris.) Italis. ergo ibi est sepultus, vbi ipse cum suis esset regnaturus. Honoratur ergo a loco. ¶ Æterna moriens.) Argumentum a cōtrario: nam creuit fama, cum deberet morte minui. ¶ Nunc.) Etiā his temporibus quo hęc scribuntur. ¶ Si qua est ea gloria.) Sciebat nihil sentire mortuos, sed vt satisfaceret religioni. ¶ Vrit odoratam.) Vigilans & voce, & odorato lumine, ad se incautos attrahere nitebatur. ¶ Cedrum) Cedrus tanquam oleo madens incendia, semper insidijs, & voce nutrit. ¶ Quæ ne monstra pij.) Propterea debuerunt liberari ab ijs monstris, quoniā pij erant, neq; sceleratis erant comparandi. Hęc ille. ¶ Ordo autem est. O Caieta, nutrix Æneia, id est ipsius Æneæ: tu quoq;. i. etiam tu: non solum Misenus: moriens. i. dum moriebaris & sepeliebaris illic dedisti: littoribus nostris. i. Italicis: quia Ilus est, qui loquitur: famam æternam: & tuus honos seruat nunc sedem. i. sepulchrum tuum: quod tuum nomen inscriptū habet: & nomen. s. tuum: signat ossa. s. tua: in Hesperia magna. i. Italia: si ea gloria est qua. i. aliqua. (bene dubitat: quia multi censent eam gloriam nihil ad defunctos pertinere: vnde Diogenes interrogatus, vbi vellet sepeliri: iussit, corpus in pratum efferri, & cum percunctarent, an vellet ipsum feris, & auibus exponi: iussit, baculū apponi: vt si possit, sese defendat: & cum dicerent, nullū in eo sensum quid ergo ad ipsum (inquit) siue deuoretur, siue putrescat? vt aūt Cicero censet, de nostrorum, non de nostra solicitierimus sepultura.) At Æneas pius, scilicet in omneis, tam deos, q̄ mortaleis: tam viuos, q̄ defunctos: exequijs. i. officijs funebribus: solutis rite. i. iuxta ritum: & aggere tumuli. i. sepulchri: cōposito. i. acre cumulato: postq̄ ęquora alta, id est profunda: quierūt. i. trāquilla facta sunt. tēdit iter velis, idest nauigat tensis velis: & relinquit portum, scilicet Caietæ. Aurę aspirant in noctem. i. dum tempus vergit in noctem: incipiunt aurę spirare: nec luna candida negat id est tegit, cursum. s. suum, hoc est clare lucebat: portus splendet sub lumine tremulo. i. scintillante: quod tamen de luna quidā negant. Littora proxima terrę Circeę. i. quā Circe habitabat: raduntur. i. leniter tangunt, a nauibus Æneę hoc est pertransit Circeā terrā: vbi, id est in qua terra filia Solis. s. Circe diues resonat id est resonare facit: cantu assiduo, lucos inaccessos. i. inaccessibiles, ad quos nemo accedere deberet: & vrit tectis superbis, id est magnifice extructis, id est magnifico domicilio. (Sunt qui legāt, lectis. i. thalamis, aut triclinijs superbis, in quibus sedebat Circe: sed minus recipiunt.) In lumina nocturna. i. loco olei, quod tunc in Italia in vsu nō erat: cedrum. i. arborem illam, succi, & resinæ plenā: odoratam, id est odoriferam: percurrēs pectine arguto. i. subtili aut stridulo: telas tenueis. i. subtileis: & extenuatas: gemitus & iræ leonum recusantum, idest refutantum, vincla: & rudentū sub. id est in nocte sera. i. tarda: exaudiri, supp. cœperāt, aut exaudiebantur: hinc, id est ab his lucis Circeę terrę: & sues, id est porci: setigeri, id est magnas setas gerentes: atq; vrsi sæuire, id est sæuiebant, aut sæuire cœperūt, in præsepibus, & formæ magnorū luporum vlulare. i. vlulabāt: aut vlulare cœperunt. Quos. s. leones, sues, vrsos & lupos, dea sæua. s. Circe, induerat herbis potentibus. i. per herbas potentes, in vultus: ac terga ferarū, ex facie hominū, idest humana, hoc est transformauerat eos in formas belluinas. Quæ monstra, ne Troes pij paterentur talia delati, id est postq̄ delati essent

ti eēnt In portus: neu. i. neue, hoc ē vel ne, ipsi Troes pij, subirēt, id est subintrarent: littora dira. i. quæ a dira habitantur venefica. Neptunus. s. deus aquarū, vnde fere venti nascūtur, quapropter etiam, ventorū dicitur habere pſidiū: impleuit vela ventis secundis. i. prosperis, a tergo flātibus: atq; dedit fugam, idest facultatē effugiendi: & vexit, scilicet Troas: pter, id est pertrāseundo: vada feruida, id est periculosa nauigantibus, hoc est præter freta. De Circe, & Cedro, hęc sunt p Land. collecta. Diodo. Sicu. sic ait: Soli duos fuisse filios, Æthen, & Perseum, & Æten, Colchorum: Perseum vero, Tauricæ regionis regem extitisse, vtrūque crudelitate insignem. Perseum autem, Hecaten filiam habuisse, quę paternam crudelitatem superauit: nam cum venatiōe delectaretur, homines pro feris, arcu vulnerabat: & venenis pestiferis operā dās, id inuenit quod ἀκόνιτον nomināt: in hospitibus autem venena experiebatur. Demum cum patrem veneno extinxisset, regnum occupauit: & templum Dianæ, cui hospites immolarentur, cōdidit. Concubuit inde cum Æthe patruo: & ex eo cōcepit Circen, & Medeam, filias, filiumq; Ægialem, Circe, & arte materna & sua industria, omnes mortales in venenis comparandis superauit: adeoq; omnium herbarum vim conspicata est, vt nihil inueniendum, posteris reliquerit, adinuenit & Pharmacum quod ad cōciliandam beneuolentiam valeret. Nupsit Scythæ Sarmatarū regi, eoq; venenis sublato regnum occupauit: ex quo tandē ob crudelitatem pulsa, inde ad Oceanum, secundum aliquos, prouecta, in insula deserta, sibi comitibusq; fugæ sedes posuit. Alij dicūt, in Italiam deuectam promontorium: quod inde Circeum dicūt, tenuisse. hæc Diodo. Quid vero poetæ de Circe in Italia constituta referāt, alibi expressum est. Home. autem scribit eam olim insulam fuisse, quam Circe habitabat, in loco edito, circum errabant: & vrsi, & leones, quos illa veneficijs cibo & potu immistis, ex hominibus feras fecerat: tamen in homines nō sæuiebant, sed veluti canes blandiebant. illa socios Vlyssis, in cœna vertit in porcos præter Eurylocum: qui fraudem in ædificio eē suspicatus, nō intrauit: intus texebat Circe tales telas, quales deæ texūt: et suauissime canebat. Cedrum: hæc arbor, nō ea est, quam vulgo, Cedrū, appellamus. Illam enim dicimus, citrum: cuius poma maxima sunt: sed longe alia duo eius genera: vt Pli. placet, Lycia, & Phœnicia. differunt folio. nam quæ durum, acutum, & spinosum hēt oxycedros vocatur. Ramola, & nodis infesta. altera odore pstat. Fructum ferunt, myrti magnitudine, dulcem sapore. Item maioris cedri, duo genera: quę floret, fructum nō fert: frustifera, non floret: & in ea, antecedētem fructum occupat nouus. Semen eius cupresso simile, quidā cedrelatem vocant. Ex hac resina laudatissima materiæ, ipsi æternitas: itaq; simulachra deorum ex ipsa factitarunt. Cedrinus erat Apollo Romæ e Seleucia aduectus. hæc Plinius. Dioscorides autem ait, Cedrus, arbor est, vnde fit pix cedrina: quædā est parua, ac spinosa, fructu iuniperino similis. Alia maior, fructus eius cypresso similis: sed minor, & cedrides vocatur. In materia, maximas æternas putant, hebenum, cypressum, & cedrum: in templo Dianæ Ephesiæ: quod tota Asia extruente, quadringētis annis peractū est: tectum est ex cedrinis trabibus. Habes de cedro. Quod autem inducat Circen, cedrum vrere: ab Homero est. Ille enim in Odyssea libro. v. de Calypso, vbi Mercurius a Ioue missus, nuncius est: πῦρ μὲν ἐπ' ἐσχαρόφιν μέγα καίετο, τηλόσε δ' ὀδμὴ κέδρου τ' εὐκεάτοιο θύου τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει δαιομένων. Succo ergo cedri, illis temporibus ad nocturna lumina vtebantur. Ait enim Plinius, Cedri succus quomodo fieret, diximus. Magni autem est ad lumina vsus, ni capitis dolorē inferret. Recte autem meminit de succo Cedri, nondum oleo in Italia nascente. Refert enim Fenestella, regnante Tarquino, non dū neq; in Italia, neq; in Hispania, neq; postremo in Africa, oleū fuisse, neq; illud pręteribo. Nam apud eundem Pliniū inuenies, Iliacis temporibus nullum adhuc vnguētum fuisse. Sed nec etiā thure supplicabant: cedri tantum, & citri, suorum fruticum in sacris, fumo conuolutum, nidorem verius, q̄ odorē, nouerat. Cantu autem ad se homines adlicere Circem: allectosq; in varias feras conuertere quid aliud habet nisi quod qui voluptuosæ vitę deducunt, hominem exuūt. Amittunt enim rationem: qua sola, homines sumus: & ruunt in varias animi perturbationes, q̄ cum rationis priuatione perueniant: brutorum, potius q̄ hominum dicendę sunt. Vlysses autē non transmutatus a Circe: qa sapiens nō modo non vincitur a voluptate, verū causa est, quod socij sui iam mutati, in pristinam formam redeāt: nam & dum recte agit, exemplo malis est: quo redeāt ad meliorem vitam. & sua doctrina alijs, vt recte viuant, persuadere potest.

(Margin: Circe. — Cedrus)

PIERIVS.

¶ Tu quoq; littorib. nrīs.) Quod, litus, vbiq; simplici t, scripserim, id me mouit, quod in antiquioribus co. ita scriptū inueni. Et vetera quædam monuméta, nomen id vnico t, notatū ostendunt, vt illud apud ædem D. Laurentij in Lucina, LITORE PHOCAICO PELAGIVE EXANIMATAS. Non enim abraduntur. aut trāscribūtur marmora veluti codices. Preterea vt per vnū t, scribatur, deposcere videtur analogia: siue a lido, lidis, forte descendat: quippe quod assidue fluctibus illidatur, siue (vt multi volunt) a lino. Nā litus, est ex M. Tullij arbitri sentētia, quousq; maximus fluctus a mari puenit. Ti. Donatus aliquāto simplicius, vbi aqua maris finitur, ita & finis terrę, quæ litore iūgitur, ideoq; alibi dixit Virgi. Nauis sicco litore subductas, qa est Et vdum litus. s. Sed hoc etiā animaduertēdū treis cōtinuos versus vocabulū idem repetere. Tum se ad Caietæ recto fert, litore, portum. Anchora de prora iacitur, stāt litore puppes, Tu quoq; litoribus nostris Æneia nutrix. Quod si quis tertiū hoc nihil facere ad superiora dixerit: quia sit alterius libri principiū, videāt vnum esse corpus totam Æneida, duodecim veluti mēbris cōpactum: neq; ita vt in Georgicis heterogenum, quod ibi ostēdunt procemia distinctas materias, argumentaq; dissimilia diuidētia. Agrorum quippe cultum, arborum naturam, armentorū curā, aptum studium. At Aeneis vno tantū comprehenditur argumēto, De rebus ab Aenea gestis: librię; ipsi ita inuicē colligati sunt, vt verborū etiam structura vniuscuiusq; finem cū alterius principio connectat. Hinc omnes conticuere, quamprimū audiuere Didonē poscere ab Aenea, vt ab origine prima ederet īsidias Danaum, casusq; suorum. Et postq; iam non spes opis vlla dabatur, Resq; Asiæ, Priamiq; gens, superbumq; Iliū, & omnis Troia cōciderat: Diuersa exilia, & desertas quærere terras, Dis auspicibus coactus ē Aeneas. Qui ad finē vsq;. iij. libri, Fata renarrabat diuū cursusq; docebat. At regia graui iādudū saucia cura Vulnus alit venis. Cui dum Iris Iunonis iussu dextra crinem secat, omnis & vna dilapsus calor, Atq; in ventos vita recedit, Interea medium Aeneas iam classe tenebat Certus iter. Qui Palinuro mox in mare excusso, cū amisso fluitantē errare magistro nauem sensisset, animū concussus amici casu, Sic fatur lachrymans, O nimiū cœlo & pelago confise sereno, Nudus in ignota Palinure iacebis harena, Ab Auernis inde, cum se ad Caietæ portum recto litore tulisset, arrepta tellure, dum interim stant litore puppes, Nutrix eius Caieta æternam moriens, litoribus nostris famā dedit. Atq; ita libri reliqui inuicē cōnectuntur. ¶ Portūq; relinquit.) Nō placet, reliquit tempore pręterito: vt codices pleriq; veteres habent. Nā &, tendit: &, aspirant, præsentia sunt. ¶ Assiduo resonat cantu.) In Roma. cod. Adsiduo, per d, scriptum est. Eos vero reprehēdit Caper, qui assiduus, proferre malebant: quod eadem litera, e, in sedeo, primitiuo reperiat, dici enim, adsideo, notat. vnde adsiduus, Contra cuius sententiam, Fla. Sosipater, adsiduus, ait quidā per d, scribant, quasi sit a sedendo figuratū, sed errant. Nā cū a Seruio Tullo populus in quinq; classeis diuisus esset, vt tributū prout quisq; possideret, inferret, ditiores, qui asses dabant, assidui dicti sunt. Et quoniā soli negocijs publicis frequētes aderant, eos qui frequēter adsunt, assiduos, ab assibus dixerunt. Hinc ait Gellius, Assiduū in duodecim tabulis, et pro locuplete, & facile munus faciente, dictum ab assibus. i. ære dando, cum id tēpora reipub. postularent: aut a numeris pro familiari copia faciēdi assiduitate. Et alibi, assiduum, quasi per antitheton opponit prolectario. Ex qbus manifestius cōstat, quid sibi velit M. Tullius, cum in topicis, argumentum ex vi verbi sic assumi posse docet. Cū lex Aelia Sāctia, assiduo, assiduum vindicem esse iubeat, locupletē iubet locupleti. Locuples enim assiduus, ait Aelius, appellatus est, ab assedādo. ¶ In vultus, ac terga ferarum.) Veteres quidam codices, In voltus & terga, legunt. Sed, ac, magis placet, quia magis vnit.

(Margin: Litus — Adsiduus — Assiduus)

Iamq; rubescebat radijs mare: & æthere ab alto
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis:
Cum venti posuere: omnisq; repente resedit
Flatus: & in lento luctantur marmore tonsę.

SERVIVS.

¶ In roseis fulgebat lutea bigis.) Lutea est crocei coloris, vt. Croceo mutabit vellera luto. Vn multi iungūt in roseis, id est nō rubicūdis, ne sit cōtrarium. Tamen sm Homerum dictum est, qui interdū ῥοδοδάκτυλον. i. rosei coloris digitos habentem interdum κροκόπεπλον dicit Aurorā. i. crocei coloris veste circūdatam,

Universidad de Deusto Biblioteca

tam. ¶ Cum vēti posuere.) Cū ortu diei quiescere. Posuere enim, quiescere est: sicut cōtra Ferre, stare dicimus. vt, fieret vento mora nequa ferenti. i. flanti. ¶ Omnisq; repēte resedit flatus.) Omnis, id est & qui ripæ est, & qui pelagi, q altanus vocatur. ¶ Tonsæ.) Remi dicti a decutiendis fluctib⁹: sicut tonsores a tōdēdis & decutiendis capillis. ¶ Lucum prospicit.) In quo erat fluminis numen. Diximus enim nūqua sine religiōe esse lucū a Virgilio positum. ¶ Hunc inter.) Per hunc Terentius, Dū rus eo, cœpi egomet mecum iter vias. Est autem crebra Frontonis elocutio. ¶ Amœno.) Vmbroso, syluis circūdato. ¶ Multa flauus arena.) Epitheton proprium. Et sciendū exitum Tyberini fluminis naturalem non esse, nisi circa Ostiam, vbi prima Æneas castra cōstituit. Nam aliter non procedit quod ait, Murorū in parte sinistra Opposuere aciem: nā dextra cingitur amni. Postea eni in Laurolauinio castra fecit ingentia, quorū vestigia adhuc videntur. ¶ Assuetæ ripis volucres.) Bono cōpendio vsus est. ¶ Æthera mulcebant cantu.) Lenibant. Corporalia enim sunt elementa, vt diximus supra. Non enim mulcetur, nisi quod corporale est. Supra enim ait, totamq; infusa per artus.

Tonsę

Atq; hic Aeneas ingentem ex æquore lucum
Prospicit. hunc inter fluuio Tyberinus amœno
Vorticibus rapidis, & multa flauus arena
In mare prorumpit. varię circumq;, supraq;
Assuetæ ripis volucres, & fluminis alueo,
Aethera mulcebant cantu: lucoq; volabant.
Flectere iter socijs, terræq; aduertere proras
Imperat: & lętus fluuio succedit opaco.

DONATVS.

¶ Iamq; rubescebat.) Auspicia describuntur, quibus ad Italiam veniens Æneas exceptus est. Apparebat iam, inqt, post noctis decursa spatia nouæ lucis exortus, cœlum remotis nubibus purū, & aurora fulgens pcedebat splēdidi solis egressum. ¶ Cum venti posuere.) Quasi scirent iam se non esse necessarios officio: discesserant venti, mare ipsum sic repētina placiditas strauerat, vt spatium quo supererat, remissione molesta luctaminis posset excludi. ¶ Atque hic Æneas.) Facilis esse potuit luci apparentis inspectio ex tranquillo pelagi sereno, & sole surgēte. ¶ Hunc inter fluuio.) Descriptio luci & fluminis. inter frondosas, inquit, arbores ferebatur vorticibus rapidis, amœno fluuio Tyberinus, & licet illū rapta velocitas volueret, apparebat tamē in eo magna pspectus gratia, quod non cœnum sed arenas splendidas trahebat in mare. ¶ Varię. c. q;. s. q;.) Hilaritas auium popularium lętitiam significabat, sic autem lętus fuit Æneæ aduētantis ingressus, vt obsequi viderētur elementa, & aues quoq; ipsæ gratulari viderentur. Mira celeritate quatuor partes descripsit, quippe circū significat dextram & læuam a tergo, & ante, item duas, infra, & supra, nam infra ostendit, quod ait fluminis alueo, supra, æthera mulcebant cantu, lucoq; volabant. ¶ Flectere iter socijs.) Cur enim illo tempore non lætaretur, qui factionē Iunonis inimicæ constantiæ & virtute superasset? Cur non lętaretur visis tot augurijs ac signis futuræ prosperitatis suæ? Cur nō lætaretur periculorū maris omni cura deposita?

ASCENSIVS.

¶ Iamq; rubescebat radijs mare, & æthere ab alto, &c.) Docet quomō prospera nauigatiōe, Tyberina intrauit ostia, succedentes per syluam amœnam, & auium concentum. De qua re dicit Donatus sic. ¶ Iamq; rubescebat.) Bonis auspicijs recepti sunt. s. pura luce, & pura aurora, & lenitate venti. Hilaritas autem auiū, populorum lætitiam significabat, est ergo ita ingressus, vt elementa obsequi, & aues venienti illi gratulari viderentur. ¶ Varie circum, supraq;.) Sex descripsit parteis. Nam circum, significat dexteram & læuam: a tergo, & ante. Item duas, infra, & supra. Infra ostendit, cū dicit, Et fluminis alueo. supra, cū dicit, Æthera mulcebāt cātu. ¶ Et lętus fluuio succedit.) Propter tot felicia auguria. Hæc ille. ¶ Ordo est. Iāq;. i. & iam: mare rubescebat radijs, s. solaribus, per aurā diffusis, ante ortū solis: & aurora lutea, id est lutei coloris, qui est subrubeus: intermisto, scilicet croceo: fulgebat ab alto æthere, in bigis roseis, id est rosei coloris: quia aut non nisi dimidiū lucis afferunt, luna, & aurora dicuntur bigis inuehi: sol autem, quadrigis: cum, id est postquā venti posuere, supple se, id est sedati sunt: & omnis flatus resedit repēte: & tonsæ, scilicet palmulæ hoc est, remi: luctando. s. sulcanda: in marmore, id est mari, marmorei coloris: aut, in facie maris strato. vnde addit, lento, id est quiete refluente: non turbato, nec cōmoto, seu agitato. Atq; Æneas prospicit, id est porto videt: hic, id est in hoc loco, aut hoc tempore: aut potius vtroq; ex æquore, id est æquato mari: lucum, id est syluam, quæ nō cæditur: ingentem, id est valde magnam. Tyberinus. i. ipse Tyberis flauus, id est flaui coloris: vnde prius ab albedine aquarū, Albula, dictus erat: prorumpit, id est vi exit in mare. s. inferum inter hunc, scilicet lucum, qui vtrinq; erat fluuio. i. profluxu amœno id est trāquillo (quę laus eius est: vnde in. ij. Leni fluit agmine Tybris. nam multum cōmoditatis afferūt fluuij, lente fluentes, cum reductionē nauium facilem præbeant.) sed tamen flauus, vorticibus rapidis: quia in quibusdā præcipitijs habet vortices. i. gyros, & vertigines aquarū rapidas: & arena multa, quam. Leoncie tant vortices. Volucres variæ: aut, qa oēs variæ sunt in coloribus vnde alibi, Pictæq; volucres. aut, qa variarum specierum, quæ. s. concentū ex varietate, dulciorem reddunt, assuetę ripis & alueo fluminis, mulcebant æthera cantu. s. suo, circum. i. per circuitū, hoc est ante, retro, & vtrinq;: & supra. i. a parte superiori: quia in ramis insidentes, altiores erant: & volabant luco. i. per lucum. Et, sup. Æneas imperat socijs, flectere iter: quod in mari flectitur, qa flectendo naues, facimus iter qua volumus: & aduertere terræ. i. ad terrā: proras. i. anteriores partes nauiū: & ipse lætus, quod signum erat boni ominis, nā vbiq; in Italiā profecturi, læti inducuntur socij: vt, Vix e cōspectu Siculæ telluris in altū vela dabant læti. Et, Italiā læti socij clamore salutant. nunc autē Æneas inducitur lætus, cum in Italiam peruenerat, quo significatur, quod suis præstitit & stulto intelligens quid intersit: succedit ergo lætus fluuio opaco. i. vmbroso, syluis decumbentibus obtecto.

PIERIVS.

Vortex

¶ Vorticib⁹ rapidis.) In Ro. cod. in Medi. & in plerisq; alijs sane q; vetustis passim, Verticibus, per e, scriptū obserues. tametsi Caper (vt alibi diximus) differētiam interijcit. Sed enim Arusianus Messus non alia ratione, Vortex, pro Vertex, scribi solitū tradit: q; volnus, pro vulnus. atq; ita quoquo scribatur modo, idē significare. Quid vero contra Plin. quid Sosipater tradant, in primo dictum eo versu, Torquet agens circum, & rapidus vorat æquore vortex. Addam illud ex Quintiliano, vt Arusianū recte sensisse videamus: quod vortices, & vorsus, primo Scipio Africanus, in e, literam secundam, vertisse dicitur. ¶ Flectere iter socijs, terræq; aduertere proras Imperat.) In codicibus aliquot antiquis socios, accusatiuo casu legitur, quod minime displicet.

SERVIVS.

¶ Nunc age.) Hic est sequētis operis initium. Antedicta enim ex superioribus pēdēt. Sane Erato, pro Calliope posuit. ¶ Quæ tempora rerum.) Quia vt diximus supra secūdum Lucretiū, tempora nisi ex rebus colligantur, per se nulla sunt. ¶ Latio antiquo.) Quia duo sunt, vetus & nouū sicut & in iure lectū est. ¶ Exordia pugnæ.) Cerui interitum. ¶ Actos.) Aut collectos, aut re vera compulsos: quod est verisimile, propter illud, Longa placidas in pace regebat. ¶ Totamq; sub arma coactam.) Collectam: vt, Tityre coge pecus. Totam autem Hyperbolicos dixit. ¶ Nunc Fauno, & Nympha genitum laurente Marica Accipimus.) Quidā deus ē Fatuelus: huius vxor est Fatua. Idem Faunus & eadē Fauna. Dicti aūt sunt Faunus & Fauna a vaticinando, id est fando. Vnde & Fatuos dicimus inconsyderate loqūtes. Ergo Faunę & Fatuę nomē quasi asperę fugit poeta: & Maricam dixit vxorem fuisse Fauni. Est autem Marica dea littoris Minturnensiū iuxta Lirim fluuiū. Horatius, Et innantē Maricæ littoribus tenuisse Lirim. Quod si voluerimus accipere vxorē Fauni Maricā, nō procedit. Dij enim Topici, id est locales, ad alias regiones nunq; trāseunt. Sed potest dictū esse per poeticā licentiam, Laurente Marica: cum sit Minturnensis. Dicūt alij per Maricā, Venerem intelligi debere: cuius fuit sacellum iuxta Maricā: in quo erat scriptum νηὸν τῆς ἀφροδίτης. Sane Hesiodus Latinū Circes & Vlyssis filium dicit: quod & Virgilius tangit dicendo, Solis aui specimen. Sed quia temporum ratio nō procedit, illud accipiendū est Iginij, qui ait Latinos plures fuisse, vt intelligamus poetam abuti (vt solet) nominum similitudine. ¶ Accipimus) Propter varias opiniones hoc adiecit: vt Sallustius, Vrbem Romā, sicuti ego accepi, cōdidere atq; habuere in initio Troiani. ¶ Vltimus author.) Primus: vt supremum, summū dicimus, Pro supreme Iuppiter. ¶ Primaq; oriens erepta iuuēta est.) Per transitū tangitur historia. Amata enim duos filios voluntate patris Æneæ spondentes sororē, factione interemit. Vnde & Erepta dixit, quasi per vim. ¶ Fato) autem dicit volūtate. Nam dij id fantur, quod sentiunt, nō vt homines de quibus lectū est, Aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere. ¶ Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.) Non est iteratio: sed secundū ius dictum in quo & ex annorum ratione, & ex habitu corporis ætas comprobatur. Primum ergo ad habitum: secundum ad annos pertinet. ¶ Latio.) Latium pars est Ausonię. Vnde dixi primo quod minus est: sic intulit, Totaq; Ausonia. ¶ Petit ante alios pulcherrimus.) Aut ante alios petit: aut pulcher ante alios. ¶ Miro amore.) Noua intemperantia. ¶ Sed varijs.) Propter apes & incendium & oraculum Fauni. ¶ Portenta.) Signa, quæ sunt media, a portendendo. Nam & bona & mala sunt portenta.

Nunc age, qui reges, Erato, quę tempora rerum,
Quis Latio antiquo fuerit status: aduena classem
Cum primum Ausonijs exercitus appulit oris:
Expediam: & primę reuocabo exordia pugnę.
Tu vatem, tu diua mone. dicam horrida bella,
Dicam acies: actosq; animis in funera reges:
Tyrrhenamq; manum: totamq; sub arma coactam
Hesperiam. maior rerum mihi nascitur ordo:
Maius opus moueo. Rex arua Latinus, & vrbeis
Iam senior longa placidas in pace regebat.
Hunc Fauno, & nympha genitū Laurente Marica
Accipimus: Fauno Picus pater, isq; parentem

Te Saturne refert: tu sanguinis vltimus author.
Filius huic fato diuum, prolesq; virilis
Nulla fuit: primaq; oriens erepta iuuenta est:
Sola domum, & tantas seruabat filia sedes,
Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.
Multi illam magno e Latio, totaq; petebant
Ausonia. petit ante alios pulcherrimus omneis
Turnus auis, atauisq; potens: quem regia coniux
Adiungi generum miro properabat amore.
Sed varijs portenta deum terroribus obstant.

DONATVS.

¶ Nunc age. q. r. erato.) Magno cōsilio & exquisitis inuentionibus Æneæ laudes accumulat. facit. n. noui aduentus eius initiū, nouum exordium carminis: vt errorū & laborum eius alia pars videatur esse, alia gestorum in Italia. Inuocat igitur musam poetarum more: quę inuocatio vehementer necessaria cōtinet, cum ipsius laudati viri felicitate, & fortitudine. debuit quippe posteritas nosse, qualem Italiæ rempu. vel quē statum rex Troianorum inuenerit, qui reges eam, vel sub quo euentu fortunę tenuerint vt cum eam demonstrauerit, in extremo per id temporis fuisse venturos ipsos cum aduena exercitu tangat, & inde emergat prędicatio eius, cuius virtute simul & facto multo altior & felicior facta est, sub imagine autē inuocationis propositionū tenuit formam, vt in ipso carminis capite lector instructus edisceret, quod omnis ordo fuisset habiturus. Sunt ergo qui reges, quæ tempora, qui status, quę exordia extiterint pugnę. sic tamen inuocat dicens. ¶ Nunc age.) Vt hortari potius q; iubere videret. non enim præceptiuis verbis vti potuit iuxta eam, cuius ob expediēda necessaria quærebat auxilium. Cum vero aduenam dixit Troianorum exercitū, intellectum nobis latissimum dedit. pertinet hoc quoq; ad eorum laudem, vt virtute & prosperitate sua peregrini in alienis locis ingenti fultos familiari substantia superauerint. simulq; etiā illud excusat. quod apud Ilium gestum est. qui enim Italiam opimam substantia & viris armisq; instructam paruo exercitu & reliquijs Danaum obtinere potuerūt: possent etiā patriam suam cōgrue defendere: nisi essent factione Iunonis ab effectu opitulationis exclusi. ¶ Tu vatē. t. d. m.) Vates volunt poetas dici, ideo quia musarum sacerdotium profitentur. etenim vt sunt vates qui deorum responsa ad homines deferūt, ita & istos vates dici conuenit, q; vt dij per suos, ita per poetas musæ loqui perhibentur. ¶ Dicam horrida bella.) Aliam partē præpositionis adiunxit. Et ipsam fœtā seminibus laudis. tāto. n. victoris Æneæ cumulabat gloria, quanto coniurationem tot regum, tot gentiū & totius Italiæ congredientibus ex parte Troianorū paucis constiterit superatam. interea verba ipsa in positione cōstituta repetamus, vt intendamus omnia cum suis ponderibus posita. ¶ Dicam inquit, horrida bella.) Leuia quippe esse nō potuerunt, quæ cum opulentis regibus gesta sunt, nec vnum bellum, sed plura: nec leuia sed horrida. ¶ Dicam acies.) Quando acie constituta pugnatur, magna virtute opus est. cominus enim gerit bellum. Quanta igit extitit Troianorū virtus in paucis? qui instructas acies hostiū & congregatæ multitudinis molē terre primit⁹, & dehinc euincere valuerūt? Ecce & hic pluralitate vsus acies dixit, vt ostenderet etiā hoc nō semel, sed sæpius factum. ¶ Actosq; animis. i. f. r.) Cum non dicit, quos nec definit quātos, multo plures possumus æstimare pro voluntate laudantis. ¶ A. q;. a. i. f. r.) In sua non in Troianorū funera. cum enim animis ferocitate exagitatis in alienū exitium ruerent, sic ipsi Troianis e diuerso certantibus ceciderunt. ¶ Tyrrhenamq; manum.) Iccirco hic manū cum gētis nomine posuit, quod in bellicis hinc subiectis hanc asserūt esse cæteris omnibus fortiorem. ¶ Totamq; sub arma.) Generalis ista conclusio quantum Italorum metum significat extitisse? qui cum scirēt paucos esse Troianos, non numerum sed virorum fortitudinem timuerunt. ¶ Maior rerum mihi nascitur ordo. Maius opus moueo.) Comparationis ratio ex carmine superiori descēdit. in hoc enim librorum ordine actus superioris temporis facilior inuenitur. plus est quippe quæsitum virtute, quam fuit illud quod casibus & vi maiore constabat amissum. Totam vero Italiam coaluisse ad bellum iccirco asserit: vt ostendat nullum Italorum virum sine furore mansisse bellādi. His in propositione cum Ænee fauore collatis, redit ad ordinem dispositionis suæ, vt rerum textum & ordinem pandat. Admisturus alia, vt nihil ex positis transeat. ¶ Rex arua Latinus.) Regebat quidem Latinus Italiam nō virtute vtpote iam senex, sed longę pacis succurrente suffragio. perindeq; qui stare nō posset, si aliquid aduersi fuisset exortum, status igit regni qualis esse potuerat, cui præsidebat inualidus per ætatem? ¶ Hunc fauno & nympha ge.) Persuaserunt sibi nonnulli ac prope omnes quod inter Latini maiores Saturnus fuerat prim⁹, & ab ipso per Picum & Faunū Latini origo profluxerat. vltimū, non nouissimum, sed primum, voluntq; hoc velut exemplo vltimum virum dicere, quem putauerint aliquando laudandū, cum non ita sit. nam siquādo plurimum edicendus est numerus, erit primus, a quo fuerit cœptum. & vere nouissimus, qui posterior fuerit nominatus. ecce vt hoc loco si a Saturno inceperit enumeratio vltimus inuenietur Latinus. nō enim hic primus quasi excellēs, aut vltimus quasi humilis & abiectus, sed primus & nouissimus in ratione numerorū intelligendum est. Ille quippe vt dictum est, erit primus, a quo numerus cœperit. ille vero vltimus, ad quem numerorum ipsorum venit facta conclusio. Huic loco addamus exemplum eius, qui scalarum gradus numerare voluerit. ascendens enim primum faciet, a quo incipit, & nouissimum, qui sit manifesta ratione superior: aut si descendens velit numerum recensere: faciet ipsum gradum primum, a quo descensum fuerit auspicatus, & nouissimum, qui ascendēti primus occurrerat. vltimum ergo sentiemus Saturnum vere nouissimū. Virgilius enim cum Latini originē totam enumerare cœpisset, nouissimum fecit, qui nascendi posteris originē dedit. & reuera ille est vltimus, ante quem, & post quem nullus est, talis vltimi exemplū Cicero. & crebro in secundo rhetoricorū dedit: omnium, inquit qui fuerūt ab vltimo principio, huius enim nouissimum fixerat gradum: sed sequentia ostendunt ad Latinum contextū narrationis esse reuocatum. ¶ Filius huic. f. d.) Vt enim ante Latinum gradus omnes excussit: post ipsum quoq; quid esset, debuit enumerare fato, inquit, diuum, hoc est deorū sententia sobolem illi virilis sexus constat esse denegatam: nō quidem, q; nasci nequiuerit, nam prouenerat nascendo, sed moriendo cōsumpta est. & quod maximus dolor is esse constabat, tunc incepta est, cum iam spes eius in ipsis exordijs iuuentę cœpisset enitescere. ¶ Sola domum, & tantas.) Deficiente virili sexus sobole senis, hoc est, qui iam aliā sperare non posset, sola fuerat filia, ad quam regni potestas propter infirmitatem fœmineam transire non posset. ¶ Multi illam magno e la.) Hanc, propterea q; esset vnica, & senis filia, spesq; esset regno futuro sibi vxorem dari, multi nobiles ex omni Italia postulauerant. Maiorem quippe procorum numerum, vt dictū est, fecerat spes maturæ iam atq; vnicæ virginis regni cupiditas euenturi, & latitudo agrorum. ¶ Petit ante alios.) Ante omnes, inquit, non petisse, ante omnes, intelligendus est Turnus: sed ante

omnes

Universidad de Deusto Biblioteca

omnes pulcherrimus eo accedebat, ꝙ Venere quoq; præstabat & maioribus regis, vt regis filiæ multiformi ratione cōgrueret. ¶Quē regia.c.)Cum ille splendore generis,& corporis pulchritudine,petitores cæteros anteiret: Latini vxor, perindeq; virginis mater talem generū miro amore filię suę cupiebat adiungi. ¶Sed varijs portenta deū terroribus obstant.)Voluntati & studio matris,ne quod cupiebat impleret, obstāt dij portentis euidētibus, nunciantes,quid magis esset pro puellę cōmodis curandum.omnis iste tractatus, atq; originis Latini descriptio, & regni status magnus,continuatio quoq; totius Italię & vnicę Latini filiæ petitorum nobilium turba,laudibus Æneæ nectūtur, ne ignobilē, ne imparem ducturus esse videretur vxorē,vel eam spreuisse vicinos,vel ciues.Laudatur etiā,ꝙ tantas opes esset superaturus.in quo ipso mirifice poetę ingeniū valuit,ne in coniunctione regalis virginis ipse Æneas ratione sanguinis videreť inferior. Iccirco & a Latino vsq; ad Saturnū generis origo dicta est: vt Æneas idem Latino videreť affinis.A Saturno.n.Faunus,a Fauno Picus, a Pico Latinus,a Latino Lauinia. item ex alio generis cursu.a Saturno Iuppiter,ab ipso Venus, Æneas a Venere sanguinis originem traxit:vt ostenderetur par sanguinis meritum,& Æneas inueniretur potior robore virtutis& exercitatione bellandi.

ASCENSIVS.

❡Nunc age,&c.)Incepturus,quasi nouū opus aggressurus,videlicet arma,postq̄ virum perscripsit, eiusq; in Italiam aduentum: nouā facit inuocationē,quam ex Homero fere transtulit:eaq; attentos facit auditores:pondus rei significans tantū,vt sine numinis auxilio ferre nequeat.Reges enim,primo Italię, ad ea vsq; tēpora meminisse,perdifficile visum est: cum bene gerendi,quam bene scribendi,aut dicendi,studiosiores diu fuerint Itali. De hac re dicit Donatus sic.¶Nunc age.)Exquisitis inuētionib.accumulat Ænee laudes.Facit enim aduentus, nouum exordium,vt alia pars videatur esse errorum:alia gestorum in Italia. Sub imagine inuocationis propositionē fecit:vt lectorem ipsius ordinis, quē habiturus esset,doctum reddat.¶Aduena.)Magna laus, quod peregrini sua virtute in alienis locis,ingēti fultos substātia superauerint.Ergo potuissent & Troiam defendere:nisi Iunonē aduersariam habuissent.¶Tu vatem.)Vates, dicunť poetæ:quia Musarum sacerdotium profitentur:& vt sunt vates, qui deorū responsa ad homines perferunt:& isti vates erunt,per quos ita Musæ loqui perhibeantur, vt dij per suos sacerdotes.¶Totam coactam.) Alia propositionis pars,& plena fœminib.laudum Æneæ. Quoniā tantam cōiurationē regum parua manu superauit.¶Horri. bella.)Nam & plura & horrenda.¶Vltimus author)Quia primus fuit Latinus:aut quo factum est initium narrandi.Ergo iste vltimus:vt in scalis,si descendas,primus est summus,vltim⁹ est imus Si ascendas,contra fiet.Sic Cicero in Rhetorica,inquit,ab vltimo principio hui⁹ prçceptionis:hinc de Latino ipsum dicere sequentia indicant, quāuis posset credi de Saturno.¶Primaq; oriens.) Non nascendo,sed moriendo,extincta sunt.& quod magis dolēdum,in ea ętate extincta est, vnde spes cœperat.¶Multi.)Et quia vnica esset, & quia senis filia, ex quo regnum pro dote veniret. ¶Ante om.)scilicet pulcherrimus. nō autem ante omneis petijt. Omnia autem supradicta, in laudem sunt Æneæ,ne ignobilem, aut sibi imparem, ducere videatur, quoniā illum vicini spreuissent. vterq; a Saturno est:ab illo enim, Iuppiter:a Ioue, Venus a Venere,Æneas.sic a Saturno,Picus:a Pico,Faunus:a Fauno, Latinus:a Latino, hæc. Ergo par sanguis,sed virtus in Ænea maior.

Ordo. Hæc ille.❡Ordo est. O Erato)quæ Musa est: &(sm Ser.)pro Calliope ponitur:quia,vt dicit Poeta De inuentis Musarum, Carmina Calliope libris heroica mandat.aut pro ea, quæ dicitur Clio: quia Clio,gesta canens,transactis tēpora reddit.inuenit enim historiam,quā nunc cōtexere vult. Erato autem inuenit psalteriū: vnde de ea dicit,Plectra gerens Erato,saltat pede,carmine vultu, Dicitur autem Erato ab amore, secundum quosdam:quia ἔρως, ἔρωτος, amor dicitur.& præest rebus amatorijs. Satis est autem, vnam Musarum inuocasse pro omnibus:quia vna inuocata,cæterę quoq; inuocatę intelliguntur. Quocirca mutauit alibi numerum,dicens,Vos o Calliope,precor aspirate canenti.)o Erato,igitur,id est Musa,age,adhortandi aduerbiū:expediam, id est expedite recitabo,qui reges, supple fuerint Latio antiquo, quod est inter Tyrrhenum,& Circeum,ab ostio Tyberino,Campaniā versus:& quæ tempora, id est quales dispositiones rerum: aut quia tempora sine rebus non discernuntur:adiunxit rerum. vnde Lucre. Tempus enim per se nihil est, sed rebus ab ipsis consequitur sup.fuerint Latio antiquo,aut potius ordo est:quæ tempora rerum fuerint Latio antiquo, & quis status rerū fuerit Latio antiquo,supp.tunc:cum,id est quādo:exercitus aduena, id est externus,appulit primum oris Ausonijs,id est Italicis, ad partem eam quę dicitur Ausonia,classem,scilicet hāc, de qua loquitur:eius.s. de quo proponēs ait,Arma, virumq; cano,Troię qui primus ab oris, Italiam fato profugus Lauinaq; venit Littora. Expediam, (inquit)&,pro.i.reuocabo.s.ab obliuione,ad memoriā, exordia primæ pugnę, id est quæ exordia fuerint pugnę. Tu(inqt)diua, id est quæ dea es mone.s.inspirādo:vatem.i.poetā(loquitur aūt de se)quoddā vaticinij genus molientem.Nam oblita in memoriam reuocare,tam diuini videť animi, q̄ futura predicere.mone ergo vatem,& ego dicam,bella horrida,quę subsecuta sunt:& ego dicam acies,id est exercitus in aciē instructos: & reges actos animis,idest animositate,in funera.i.mortē suam: quia(reuera) & Latinus,& Turnus,& Æneas,interijsse dicuntur: & dicam,manum Tyrrhenam.i.copias Tyrrheni populi & totam Hesperiā.i. magnam,hoc est Italiam: coactam.i.compulsam,& congregatā, sub.i.ad,arma.Maior ordo rerum.s.gerendarum, non sententiarum,aut verborū, nascitur.i.oritur:& ordiendus est mihi:& ego moueo.i.molior,& aggredior opus maius.s.q̄ præcedens. Incipit ergo narrare,quasi dictante Musa,dicēs,Rex Latinus.s.nomine iam senior.i.prouectioris ętatis,regebat arua, & vrbeis placidas,agros,& oppida pacifica,in longa pace, sed per intercidentia, interdū bella interrupta: aut postq̄ bella gesserat Latinus, subsecuta erat longa pax. Nos accipimus, id est adhuc quotidie audimus & intelligimus:hūc.s.regem Latinū:genitum Fauno,scilicet deo agresti:& Marica nympha Laurēte.i.eius prouincię, vbi Laurentum erat,& Laurētes populi. Picus erat pater Fauno:& is.s.Picus:refert,id est recitat, aut repræsentat: vt sic maior eius laus:te o,Saturne,parentem,scilicet suum:tu es vltimus,id est remotissimus a fine: hoc est,primus author sanguinis, id est generis Latini,& etiā Ænee.Nam Anchises a Dardano filio Iouis, ortus est:& Venus,filia fuit Iouis,qui filius fuit Saturni. Filius, & proles virilis,nulla fuit huic fato,id est voluntate prçordinatione diuum.i. diuorū:quia constituerant dij,vt per filiam Æneas regnum obtineret,& genus suum Italico sanguini cōmisceret: nulla autē fuit quando Æneas aduenit:q;,pro quia:ipsa proles virilis, quæ fuerat erepta,est moriēs prima iuuenta.i.in florę iuuentę:sed,sup.filia.s.Lauinia:sola.i.sine fratre:seruabat.i.cōseruabat,aut possidebat,domum.s.regiam,& tantas, quia regales sedes: existens iam matura viro.i.maritali copula: & nubilis annis, iam plenis.s.ad matrimonium.Multi.s.præpotentes viri,e magno Latio, & tota Ausonia:petebant illam.s.vnicam filiam matrimonio:& Turnus pulcherrimus ante omneis alios:petit, sup.eam:non dices,vt sentit Dona.petit ante omneis alios,quia multi ante eum petierant: sed pulcherrimus ante omneis alios, petit eam, existens potens auis & atauis.i.maioribus suis:quem coniux regia.i.vxor regis Latini,Amata nomine:properabat.i.festinabat:miro amore.i.desyderio,adiungi,scilicet sibi,ac regi generum, hoc est constituere maritum filiæ: sed portenta.i.prodigia,& monstra:deū.i.deorum:obstant.s.matrimonio, & conatibus Amatæ. varijs terroribus.i.terribilibus signis:quæ consequenter recitat.

PIERIVS.

❡Quis Latio antiquo fuerit status.)In quibusdam antiquis codicibus,fuerat,legitur,exacta specie.Sed,fuerit,magis placet.

SERVIVS.

❡Laurus erat.)Latinus post mortē fratris Lauini, cum Lauinium amplificaret:ab inuēta lauro, Laurolauiniū id appellauit.¶In penetralibus.) Penetrale. Penetrale est omnis interior pars domus: licet sit intecta. Vnde laurū in penetralibus fuisse nō est mirum.¶Metu.) Religione:

Laurus erat tecti medio in penetralibus altis
Sacra comam,multosq; metu seruata per annos:
Quam pater inuentam primas cum conderet arceis,
Ipse ferebatur Phœbo sacrasse Latinus:
Laurenteisq; ab ea nomen posuisse colonis.
Huius apes summum densæ(miserabile dictu)
Stridore ingenti,liquidum trans æthera vectæ,

Religione: quæ nascit per timorē.¶Primas cum cōderet arces.)Primas circa laurū scilicet.Nam iam ciuitas fuerat. ¶Trans æthera.)Æthera pro aere posuit.¶Obsedere apicem.)Verbū oppugnationis est obsedere, quo visus est significare propter bellū futurū. ¶Per mutua.)Inuicem: & est absolutum.

absolutum. Melisus q de apibus scripsit,ait,Duobus pedibus se tenent:& duabus alis se sustinēt.¶Vates.)Diuin⁹.Per quam autē artem, non dixit, nec nomen eius:sed datur intelligi cōiecturis eum quibusdam futura dixisse. ¶Partes petere agmen easdem.)Intelligimus ab inferiori mari apes venisse:vnde & Troiani. Partes autē easdem summitates rerum petere dicit:sicut apes, apicem lauri:per quam aduenæ victoria nunciatur.¶Castis.) Pijs.Et sciendū Latinum sacrificasse iuxta astante Lauinia.¶Nefas.) Absoluta parenthesis est: & est Hypallage. ¶Cōprendere crinib⁹ ignē.) Cum ignis crines comprehendat.¶Fumida.)In fumo est causa lachrymarum.¶Vulcanum spargere.) Incendium bellicum significat. His enim duobus hoc ab augurio distat Ascanij fumo, & aspersione flammarum.

Obsedere apicem,& pedibus per mutua nexis
Examen subitum ramo frondente pependit.
Cōtinuo vates.{Externum cernimus, inqt, AVG.
Aduentare virum: & parteis petere agmen easdem
Partibus ex ijsdem:& summa dominarier arce.
Præterea castis adolet dum altaria tedis: POE.
Et iuxta genitorem astat Lauinia virgo:
Visa,nefas, longis comprendere crinibus ignem:
Atq; omnem ornatum flamma crepitante cremari:
Regaleisq; accensa comas,accensa coronam
Insignem gemmis: tum fumida lumine fuluo
Inuolui:ac totis Vulcanum spargere tectis.
Id vero horrendum,ac visu mirabile ferri.
Nanq; fore illustrem fama,fatisq; canebant
Ipsam: sed populo magnum portendere bellum.

DONATVS.

❡Laurus erat,te.m.) Qūo Turni & Lauiniæ cōiunctionem deorum portenta distulerint,cœpit exponi. Arbor,inquit,lauri fuit in penetralib⁹ medijs. dicit causam quomodo emersisset,vel cur in penetralibus fuisset seruata. ait,sacrā habuit comam, & per multos annos custoditā. vitio.n.se protulerat.cum arces primas Latinus erigeret,perideq; non inanis fuit cōiecturę suspicio, ꝙ arbor lauri in ipsis penetralibus nullo procurante proueniens aliquid boni portēderet:deniq; primū ex eius appellatione laurētes dixit colonos,hoc est cōmanentes, atq; vt haberet cōpetentem reuerentiam. hanc cōditor Phœbo sacrauerat: quo factū est, vt adulta veneratione creuisset,& tempore. ¶Huius apes Sūmum.) Exorto repente apū signo,ꝙ sine magna admiratione videre non potuit, suspicio maior exorta est.quod ipsum ex occulto aliqua futura portēdebat.¶Continuo vates,&c.)Continuo vates,inquit,cui manifesta hæc erant,quid portenderent dixit. Non dixit vię cernimus. quasi prçsentem:sed quid cernimus, externum virum aduētare, significat,& vt firmaret hāc ipsam coniecturam,addidit ex ea parte agmen cum ipso venturum,quia apes venerāt,& summę arcis dominium retenturum.Ecce de persona pronunciauit:& ex qua parte cū agmine ventura esset ostendit,atq; obtenturam in Italia summam rerū.¶Præterea castis,&c.) Licet superiora,quæ emerserant,miranda oībus viderentur,hoc tñ vehementer oēs commouebat,cum aduerterēt ardere Lauiniæ virginis caput, atq; ita incendium per diuersa iactare, vt vicina omnia potuisset accēdere, id vero horrendum ac visu miserabile ferri. illi scilicet, qui cum vate aderant, quod spargerentur flammę,nec quicq̄ consumere tanto incēdio,mirabantur.¶Nanq;,f.il.) Vates dicebant, sentientibus cunctis, magnā ex causa belli vēturam populis esse pniciem, ipsam vero meliorē fore fama & fatis. Ecce & hoc ad Æneæ pertinet laudem: quoniam ipse futurus erat Italiæ populis rex, ipse Lauiniæ honoris collaturus augmenta.pluralis inductus est numerus,& ipse sine definitione summæ,vt in plurimorum sententia maior esset veritatis authoritas, id est enim in tractatibus firmum, quod probauerint multi.

ASCENSIVS.

❡Laurus erat,&c.) Recitat(vt dixi)qbus portētis impediebatur Amata ab inceptis suis.Vnde dicit Donat.sic. ¶Laur⁹.)Ponit portenta,qbus connubium Turni phibebatur.¶Virum.)Non dixit, cernimus virum, veluti præsentem: sed cernimus virum externum aduentare. Hæc ille. ❡Ordo est, Laurus, id est arbor,sic dicta erat in medio tecti, inter tecta regiæ domus, in altis penetralibus: sicut in claustris nūc videmus: sæpe existens sacra comā.i.habens comam, hoc est frōdem sacram: & seruata i.obseruata metu.i.religione p multos annos: quam.i.laurum,ipse Latin⁹,pater.s.Lauiniæ: inuentam.i.quia inuenerat, cum conderet primas arcis.s.regiæ, circa laurum illā ferebatur, id est dicebatur sacrasse Phœbo.i.Apollini: cui laurus cōsecratur: quia in eam versa,fingitur Daphne amica eius: aut, quia semper viret: aut,quia de præparatione Euangel.sentit Euseb.Phœbus etiam, sol est: qui vi[illegible]stendi caloris, lauro infundit: vsque adeo,vt Plini.dicat,fulmine non tangi,q ea munitus sit.In gratiam quoq; Augusti hæc recitat,q se pro Apolline gessit:& Apollini ædem dicauit: & ferebať posuisse.i.instituisse ab ea: colonis.i.habitatoribus eius loci: nomen,scilicet Laurenteis.i.vt dicerenť Laurentes:(Est ergo Laurenteis, hic accusatiui casus, pluralis numeri: sicut, Æneadasque meo nomen de noīe fingo.)ab ea.s.Lauro:Apes vectæ.i. quæ vectæ erant,& aduolauerant:trans ęthera liquidū.i.summum aerē: vt de longe venisse significentur, sup.cū ingenti stridore:obsedere densæ.i.existētes condensæ, & in vnū collectæ: summum apicem.i.cacumen: huius.s.lauri dictæ: mirabile dictu.i.quæ res est mirabilis dictu:& pedibus.s.earū: nexis.i.cōplicatis: p mutua.i.per mutuas intricationes:& complicationes examen subitum.i.collectio apum,in morē vuæ condepēdentium subito apparens,pependit,sup.de ramo frondēte.Vates.i.diuinus,& alitum peritus, vt augur,vel auspex:inquit cōtinuo.i.statim viso illo portento: nos cernimus virum.i.generū, aut maritū externū aduentare: & agmē.s. virorū, petere easdem pteis ex ijsdem partibus.i. ex eodē mari infero ex quo apes aduenerāt,aduenire:& dominarier.i.dominari.Propter certitudinem aūt,de re futura loquitur,quasi de præsenti,supp.in summa arce:sicut,videlicet apes,summum apicem obsederāt.Præterea.i.præter dictum portentū: dum.s.Latinus: adolet.i.incendit: altaria tædis castis.i.pijs, & impollutis:& dum Lauinia virgo,astat iuxta genitorem:ipsa sup. visa est:nefas id est quod nefas videtur: & bellum portendere cruentum:comprehendere ignem longis crinib⁹, quæ res claritatē ei⁹ ad quam pruentura erat, idicabat:atq; visa est cremari omnem ornatum.i. habere omnem ornatum crematū: flamma crepitante.i.multum sonante, dum auide cremat: & supp. visa est, accensa comas regaleis.i.habere comas regaleis,hoc est regaliter ornatas,accensas:& accensa coronam insignē gemmis.i.habere coronā insignem gēmis accensam:tum.i.deinde,sup.visa est,inuolui lumine fuluo.i. rutilo,existēs fumida: quæ res tristitiam portendebat: qa fumus lachrymas excitat: & visa est spargere Vulcanū.i.ignem totis tectis: quod signū erat belli, ob eam gerendi:vero pro sed:id ferri, id est ferebatur,horrendum,ac mirabile visu.Nam.s.vates:canebant ipsam fore.i.futuram esse: illustrem.i.claram,& nobilem,fama,& fatis:sed portēdere.i.præmonstrare populo,magnum bellum: quod etiam subsecutum dicet poeta.

PIERIVS.

❡Et parteis petere agmen easdē.) In Ro.cod.& quibusdam alijs, legere est,partis petere agmine:vt ex comitatu potētem eum sub indicet. ¶Et iuxta genitorē astat Lauinia virgo.) In antiquis aliquot codicib. Vt iuxta genitorem adstat, legitur: quod non displicet, quia structura est ita colligata magis, Adolet dum altaria flāmis,Vt iuxta genitorem adstat Lauinia virgo, Visa,nefas,longis comprehendere crinibus ignem.

SERVIVS.

❡Fauni.)Faunus ἀπὸ τῆς φωνῆς dictus quòd voce non signis ostendit futura.¶Lucosq;.)In lucis.¶Sub albunea.) In albunea futura. ¶Alta.) qa est in Tyburtinis altissimis montib⁹. Et albunea dicta est ab aquę qualitate,quæ in illo fonte est.Vnde etiam nonnulli ipsam Leucotheam volunt. Sciendum sane vnum nomen eē fontis & syluę.¶Sacro fonte.) Nullus.n.fons non sacer. ¶Mephitin.) Mephitis. Mephitis proprie est terræ putor, q de aqs nascit sulphuratis:& est in nemoribus grauior ex dēsitate syluarum.

At rex solicitus monstris: oracula Fauni
Fatidici genitoris adit:lucosq; sub alta
Consulit Albunea: nemorum quæ maxima sacro
Fonte sonat:sæuamq; exhalat opaca Mephithim.
Hinc Italę gentes,omnisq; Oenotria tellus
In dubijs responsa petunt:huc dona sacerdos

Universidad de Deusto Biblioteca

syluaꝝ. Alij Mephitin deum volũt Leucotheæ connexum sicut est Veneri Adonis, Dianæ Virbius. Alij Mephitin Iunonẽ volunt: quam aerẽ esse constat. Nouimus autẽ putorem non nisi ex corruptione aeris nasci: sicut etiam bonũ odorem de aere incorrupto: vt sit Mephitis dea odoris grauissimi, i. graue olẽtis. ¶Hinc Italæ gentes.) Commendatio oraculi. ¶Oenotria Tellus.) proprie Sabinorum tractus. Incubat ¶Incubuit.) Incubare dicunt proprie hi qui dormiunt ad accipiẽda responsa. Vnde est, Ille incubat Ioui. i. dormit in Capitolio, vt responsa possit accipere. ¶Sub nocte silenti.) Per noctem silẽtem. ¶Varias audit voces. Scilicet propter multa simulachra. ¶Fruitur.) Pascitur: quod de rebus tantũ bonis dicimus. ¶Acheronta affatur Auernis.) Potestates quæ sunt in Acheronte, ad quem p Auernum venitur. Hoc aũt ideo, quia Faunus infernus dicitur deus: & congrue, nam nihil est terra inferius, in qua

Cum tulit: & cæsarum ouium sub nocte silenti
Pellibus incubuit stratis: somnosq; petiuit;
Multa modis simulachra videt volitantia miris:
Et varias audit voces; fruiturq; deorum
Colloquio: atq; imis Acheronta affatur Auernis.
Hic, & tum pater ipse petens responsa Latinus
Centum lanigeras mactabat rite bidentes:
Atq; harum effultus tergo, stratisq; iacebat
Velleribus. subita ex alto vox reddita luco est.
Ne pete connubijs natam sociare latinis FAV.
O mea progenies: thalamis neu crede paratis.
Externi veniunt generi: qui sanguine nostrum
Nomen in astra ferant: quorumq; a stirpe nepotes,
Omnia sub pedibus, qua sol vtrunq; recurrens
Aspicit Oceanum: vertiq; regiq; videbunt.

qua habitat. Hinc est, quod cũ Horatius inducit nocẽtem dicens, Leuis incedas, abeasque paruis equus alũnis. ¶Pater ipse.) Aut honoris ẽ, aut re vera pater Lauiniæ. ¶Centum.) Aut p qualitate fortunæ: vnde & Rite dixit. Aut finitum pro infinito posuit. ¶Tergo.) Pro tergoribus, id est corijs. ¶Thalamis neu crede paratis.) Propter Turnum. ¶Venient.) Melius veniũt, vt iam eos venire significent. ¶Generi.) Plurali vsus est pro singulari. ¶A stirpe.) Stirpem cum de genere dicimus, tantum fœmininum est: cum de arbore, & masculini generis, & fœminini inuenitur: vt, Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum. Contra Horatius, Hæ stirpes raptas, & pecudes, & domos. ¶Sub pedibus.) Sub imperio suo, ac potestate.

DONATVS.

¶At rex sollicitus.) At rex, inqt, non dixit virginis pater publi-

ci status

ci status quam filiæ potior fuerat causa. licet ipsius quoq; ptineretur cura, cuius caput repente flammauerat, non enim tunc de suscipiendo tantum genero agitabatur, sed metus fuerat ex eo, quod vates pronunciasset magnam portendi populorum stragem: ipsam tamen futuram potiorem. non igitur vatis respõso contentus etiam Fauni authoritate certior voluit reddi. Faunus quippe, quod fatidicus esset, & pater, videbatur posse instruere certius filium duplici cura suspensum. qui cum iuxta cæteros in respondendo facilis fuit, benigniorem se in suorum causa præbiturum dubitari non poterat. Adijt, inquit, rex patrios lucos, hoc est, in quibus ille colebatur, & dabat responsa postulantibus. hi luci fuerunt sub alta sylua, quę dicebaꝛ Albunea: illic fuerat fons luci numinibus sacer: sed qui exhalaret Mephitim sæuam, id est odorem grauissimum. ¶Hinc Italæ gentes.) Non tellus petebat responsa, sed qui in ea commorabãtur. in dubijs dixit, in quibus incerti esse viderentur. ¶Huc dona sacerdos.) Morem dixit illius loci, dum dixit responsa poscuntur. venit sacerdos ad lucum, affert dona, pecudes cædit, & earum stratis pellibus incubuit: ibiq; dormiens futura somniat, & ventura cognoscit. tantumq; alto premitur somno, vt ad instar defuncti hominis iacens cum ipsis inferis, & cum ipso Acheronte sibi arbitraretur esse colloquium. Auditurus enim deos & fabulas cum numinibus habiturus, humanũ sensum debet dormiendo nescire. ¶Hic & tum pater.) Hic, & tum, inquit, hoc est, hoc loco, atq; ipso tempore, quo tot monstra extiterant in causa filiæ. Pater ipse petens responsa Latinus, ipse pater perrexit ad petenda vel accipienda responsa, non misit alterum, nec adhibuit aliquem sacris, in tanta causa tantum diligentiæ adhibuit, vt curaret vniuersa pro se, nulli habẽs fidem plenam, exhibens officium patris & regis. Centum lanigeras mactauit rite bidentes. multitudine animalium plenæ venerationis, & in negocio tali se exhibens largum. atque harum effultus tergo, stratisq; iacebat velleribus. Ecce quo peruenerat dignitas regis propter expetitionis effectum, post plumã, post vestes ostro, atq; auro fulgentes, plebeio more iacuit in pellibus, graui quoq; earum odore contentus. ¶Subita ex alto vox reddita luco est.) Peractis solennibus subito ei ex alto luco talis reddita est vox, hoc est nulla mora interposita ex interiore luci parte talis vox extitit, quæ suspensum instrueret consulentem. ¶Ne pete con. na.) Sicut opportunius natam iungas fili quæris audire. fuge nuptias, quas ciuis Latinus exposcit, nec transducat sententiam tuam parata matrimonij coniunctio. ¶Externi venient generi.) Quasi Italis aut peregrinis pluribus daturus esset filiam suam, ita plurali vsus est numero: non ita est. sed illud intelligendum est, responsa sine ambiguitate esse non posse. noli (inquit) ciues sperare, ex quibus vnum deligas filiæ, sed peregrinos expecta, in quorum numero est ille, cui debet recte tua sociari filia. ¶Qui sanguine nostrum.) Ecce quantis laudibus extollitur Æneas, vt ipse condat, quod cumulent posteri sui, quod vsq; ad cœlum leuent, & dilatent imperando per omnia, qua Solis radij, syderumque tenduntur.

¶Hinc Italæ gentes.) Ergo omnes in dubijs: ergo maioris meriti oraculum. ¶Huc dona.) Ponit morem petendi oraculi. ¶Ipse pater.) Ergo non misit alterum: sed ipse perrexit: vt patris, & regis, diligens adhiberet officium: & pro mollibus plumis, & ornatu regio non recusauit pallium stratum. ¶Vox subito.) Propter meritum petentis. Hæc ille. ¶Ordo est. At. i. sed: rex. s. Latinus: solicit⁹ id est sollicitatus, monstris, id est portentis diuum adit oracula. i. loca vbi dabantur responsa: Fauni genitoris. i. patris sui: fatidici, id est fata dicentis, & annunciantis: & consulit lucos. i. consilium petit ab ijs qui præerant lucis: sub albunea alta. i. sylua illa, in editiore parte montium Tyburtinoꝝ sita: quæ. s. albunea sylua, existens maxima nemorum. i. inter nemora: sonat sacro fonte. i. hẽt fontẽ sacrum eiusdẽ nõis cum sonitu defluentẽ: & q̃ opaca. i. condensa, & tecta vmbris: exhalat. i. expirat: & emittit mephitim, idest odorem terræ, sæuam. i. grauem: gentes Italæ, & omnis tellus. i. oĩs gens: Oenotria. i. ab Oenotro denominata: ferunt. i. auferunt hinc. i. ab hac sylua, & fonte: respõsa. i. oracula diuũ: in dubijs. s. casibus. Sacerdos. s. eoꝝ qui responsa petunt, & nunc ipsius Latini: contulit huc. i. ad hanc syluam: dona. i. oblationes, & sacrificia: & incubuit. s. ad captanda oracula: sub nocte silenti. i. tpe nocturno quo fit conticinium pellibus. i. velleribus: ouium cæsarum, id est mactataꝝ ad sacrificium: stratis. i. prostratis, aut instratis, in morẽ strati: & petiuit somnos. s. cõgruos: ad suscipiendas visiones, & ad captanda oracula: & sup. videt multa simulachra: volitantia miris modis: & audit varias voces, & fruitur colloquio deoꝝ, præsertim Fauni patris: atq; affatur Acheronta. i. potestates, quæ sunt apud Acherontem: Auernis imis. i. ab Auernis: aut per Auerna quæ sunt ima. Et ipse pater Latinus, quasi dicat in propria psona, non per sacerdotem missum petens: tum. i. tunc: responsa mactabat rite. i. iuxta morem: hic. i. hoc loco dicto, centum bidentes lanigeras. i. centũ oues: atq; iacebat effultus. i. sustentatus tergo: & pro id est: velleribus stratis: haꝝ. s. centũ ouium: & sup. vox reddita est subito ex loco alto. i. altarum arboꝝ: quia non cędebantur. O mea progenies, ergo Fauni vox erat: ne pete. i. ne quæras, aut petas: sociare. i. piungere: natam. i. filiam tuam Lauiniam: connubijs Latinis. i. alicui⁹ viri e Latio: neu. i. neue: crede. i. pmitte filiã: aut, ne crede. i. confide: thalamis paratis. s. Turni, cui desponsata est: quia generi externi veniũt, qui ferant nostrum nomen in astra sanguine. i. propagatione sua: quod ppter Romulum & Iulium Cæsarẽ dicitur: & a quoꝝ stirpe, nepotes. i. minores, vt Augustus: videbunt oĩa regi, & verti sub pedibus, sub ditione & potestate sua, sup. ab ea parte, qua sola recurrens aspicit vtrunq; Oceanum. s. Orientalem, & Occidentalem.

PIERIVS.

¶Huc dona sa. Cõ.) Scribendi modus, quod in cod. aliquot ant. Quom tulit, legebatur, per q & o, effecit: vt alij postmodum vnica dictione scribere cœperint. Sed. n. in antiquior. cod. duæ sunt partes. Cum tulit: sine malis, cum, siue quom, scribere. ¶Atq; harum effultus tergo.) Tametsi non probo lectionem, atq; eaꝝ, ex codicib. nonnullis antiq. quæ κατὰ συνίζησιν stare posset. Fuit tñ adnotandum, quia non vno tantum loco repertum erat. ¶Externi veniunt generi.) In antiquiorib⁹ omnibus exemp. quotquot habui, venient, legere est futuro tempore, quanq̃ veniunt, instãti tpe, magis efficax videtur, & magis interpreti Seruio satisfacit: nisi quis dicat, oracula de futuris esse debere.

ASCENSIVS.

¶At rex.) Docet etiam oraculis Fauni admonitum Latinum, vt generum externum sibi asciscat: docetq; quæ eius oracula expostulauerat & quæ ea fuerint. De quibus dicit Dona. sic. ¶At rex.) Non dixit virginis pater. Nã publicus status q̃ filiæ potior fuit. ¶Hinc

SERVIVS.

Monitusq;.) Alibi monita dixit. Vt, Carmentis Nymphæ monita, & de⁹ author Apollo. ¶Non ipse suo premit ore Latinus.) Quo a se repelleret generos. ¶Sed circum late volitans.) Tmesis est circunuolitãs. ¶Adorea liba.) Ador proprie est genus farris. Liba autem, sunt placentę de farre ex melle & oleo sacris aptę. ¶Subijciunt.) Supponunt in epularum locum. ¶Ille.) Qui per Harpyam vaticinatus est: vt, Quæ Phœbo pater omnipotens. ¶Et cereale solum.) Solũ dicitur omne quod aliqd sustinet, vnde de mari supra ait, Subtrahiturque solum. Sic nunc panicias mensas. i. epulaꝝ sustẽtaculum, solum vocauit. ¶Forte alijs.) Abundat forte. ¶Fatalis crusti.) Ad negociũ respexit Æneæ, cui hic erat finis laborum. ¶Crustum aũt & crusta neutraliter dicimus de his quę comedi possũt. Crustũ. Horat. vt pueris olim dant crustula blandi Doctores. Iuuenalis. Nos colaphum incutimus lãbenti crustula seruo. Fœminino autẽ genere fragmenta dicimus, quæ comesse non possumus: vt Concrescũt subitæ currenti in flumine crustæ. ¶Quadris.) Aut mensis, & est Antonomasia. Quadra Nam supra orbem dixit. Aut quadris, fragmẽtis accipimus: vt Iuuenalis,

Hæc respõsa patris Fauni, monitusq; silenti POE.
Nocte datos, non ipse suo premit ore Latinus,
Sed circum late volitans iam fama per vrbeis
Ausonias tulerat: cum Laomedontia pubes
Gramineo ripæ religauit ab aggere classem.
Æneas, primiq; duces, & pulcher Iulus
Corpora sub ramis deponunt arboris altæ:
Instituuntq; dapes, & adorea liba per herbas
Subijciunt epulis (sic Iuppiter ipse monebat)
Et cereale solum pomis agrestibus augent.
Consumptis hic forte alijs, vt vertere morsus
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi:
Et violare manu, malisq; audacibus orbem
Fatalis crusti: patulis nec parcere quadris:
Heus ẽt mensas consumim⁹, (inqt) Iulus. IVL.

Universidad de Deusto Biblioteca

Iuuenalis, vt bona summa putes aliena viuere q̄dra. ¶ Adludens.) Aut vacat Ad: & ludentem significat. Aut certe Adludens, ad responsi fidem verba

Nec plura adludens, ea vox audita laborum
Prima tulit finem: primamq; loquentis ab ore
Eripuit pater: ac stupefactus numine pressit.

recubant sub ramis altę arboris: & instituūt dapes.i. fercula & subijciūt epulis liba adorea.i. ex eo genere farris, facta per herbas: quia tabulis caren

componens. ¶ Laboꝝ finem.) Scilicet maritimorū. Nam in terra multa passurus est: vt ait Sibylla. Sed terræ grauiora manēt. ¶ Primamq; loquentis ab ore eripuit pater.) Hoc est, Adhuc loquēte Ascanio itellexit famem quā fata prædixerāt. ¶ Numine pressit.) Oraculi fide ab Heleno & Anchisa prædicti. Pressit autem vocem Ascanij: quo posset ipse numina deprecari.

DONATVS.

¶ Hæc respōsa.p.f.) Quid silētio noctis Latinus audisset, nec ipse tacere potuit. & per oīa loca, atq; vniuersas vrbes ausonias circū tulerat fama. Cur tn̄ licuit, vt hæc mox vbiq; vulgasset? circum quod dixit, non sepatum esse debet, vt iuxta dixisse videatur, sed quod rōne poetica diuisum est, colligi debet, & iungi. Non enim possumus dicere, q circum iusta sit, cum poeta dixerit, late volitans iam per vrbes ausonias tulerat: vnde circum & tulerat iungendum est, vt faceret, circuntulerat. ¶ Cū.la.) Cum hæc agerentur iā Troiani nauiū vincula ꝯmendauerāt ripæ. ¶ Æneas, ꝑmiq; duces.) Accubuerūt, inqt, Æneas, & Iulus. tacuit dignitates ipsoꝝ. sed, cum dicit primos illis ad epulas duces adiunctos, ostendunt patrem & filium cæteris fuisse potiores. Parauerunt igitur sese: vt sub altę arboris ramis caperent cibum, hunc ex adorea habuerunt, quem ad vicem panis ederēt. hanc.n. illis necessitatem imposuerat Iuppiter. q illis futuram famem ꝑ harpyam nunciauerat. & quia panis deerat. q sufficeret vniuersis, agrestibus pomis inedia ingerebantur. ¶ Consumptis.h.f.a.) Hoc est, quæ loci qualitas & necessitas dederat. ¶ Vt vertere morsus.) Tanta fuit penuria, vt quod mandentibus exciderat, legerēt & appeterent morsibus cū esset tanta breuitas, vt dentib⁹ teneri non posset. ¶ Et violare manu.) Iulus vbi vidit Troianorum famem illo vsq; perductam. vt hanc sacrilegio extinguere laborarent, ingemuit puer, & ex alto dolorē trahens, ait gemenda fortuna nr̄a est, quæ nos ad egestatem tn̄ pios, religiososq; ꝑduxit: vt quod venerari soliti sumus irreuerenter cogamur assumere. ¶ Nec plura alludens.) Non ꝑfecit quod dicebat Ascanius: sed ne res necessario dicta verteretur i iocum: vocem eius primam altius intellexit pater, ac tenuit: atq; in memoriam reuocans prædictam famem. dictum̄ miratus est illius ætatis, & quod secum aduerterat, puerum cognouisset. quare sic deinde rupit in vocem.

ASCENSIVS.

¶ Hæc responsa, &c.) Docet diuulgata fuisse ea respōsa Fauni per oēm regionem illam, eo tpe, quo Æneas cum suis appulsus est ad littus Ausonium, vbi se reficientes, pūnuria panis coacti sunt: mensas.i. orbes ex pane factos absumere: quod illis erat indiciū fatalis terrę. Nā & Celęno, id ꝓnunciauerat: & Anchises, id quoq; in arcanis Æneæ significauerat. De qua re, nihil dignū visum est, quod citetur ex Donato, ijs qui ante nos eius dicta censuerunt.
Ordo. ¶ Ordo igitur est. Ipse Latinus, qui res suas celare potuit, nō premit suo ore, idest non celauit hæc responsa Fauni patris.s. sui, aut dei: q, pro &: monitus, sup. hos, datos nocte silenti.s. cum nullus adesset, arbiter: sed fama volitans, late circuntulerat (sic enim Seruius coniungi vult) per vrbeis Ausonias: iam cum, idest quando pubes (quia senes in Sicilia fere mānserāt) Laomedōtia.i. Troiana, a Laomedonte denominata: religauit.i. firmius, & arctius, iterum id faciendo ligauit, ab aggere gramineo, ripæ classem.s. suam, Æneas, & primi duces.s. alij, & Iulus pulcher: deponunt corpora.i. recubant

bant: & orbibus, seu mensis, quæ ab incidēdo, incisoria quidam vocant: alij, qa inferiore parte panis, quæ orbicularis est, hunt orbes: alij, a figuris quadras: alij, a metiendo mensas. Iuppiter ipse (qui.s. inspirabat iam occulte. Nam eius quod Harpya prædixerat in.iij. immemores videntur: sed multa fiunt occulta, deorum voluntate, per ignorantes quid agant) volebat sic.s. ab eis fieri: & augēt solum cereale.i. mensam, seu quadram, sustentantē cibum ex Cerere, hoc est pane, factam pomis agrestibus: vt id est post q: penuria edēdi.i. inedia, & defectus edulij: adegit.i. impulit: hic, id est hoc tempore, & loco: alijs, scilicet edulijs: consumptis, idest consumptis mensis, forte adegit (dico) vertere morsus, in cererem exiguam.s. in quadras: & violare manu.s. frangendo: & malis.i. maxillis, aut mandibulis, audacibus: orbem.i. frustum panis, in orbem, vt fuit per ipsum obsoniū ponatur: incisi crusti, id est partis durioris, & exterioris ipsius panis fatalis, id est a fatis, vt ita absumatur praeuisi: nec parcere quadris, id est frustis in formam quadratam, incisis patulis. id est apertis, & in latum incisis: Iulus, inqt, heus, quæ dolentis vox est (Alij tamen legunt, heu: & dicunt monosyllaba non absumi a vocalibus sequentib⁹: quod & verum est) nos consumimus etiam mensas: quia, vt dixi, non habebāt tabulas: sed loco earum, fecerant orbes, aut quadras ex pane, quos, aut quas super herbas ponebant, quasi dicat, non solum cibos, sed & mensas consumimus: nec, sup. erat, adludens plura.s. ad oraculi cōformitatem, id est non plura dicebat quæ oraculo responderent: sed ea vox audita (qa dixerat Celęno. Sed non ante datam cingetis mœnibus vrbē, Quam vos dira fames, nostræq; iniuria cædis Ambesas subigat malis absumere mensas) quia ergo audierāt quod Celęno minata erat: ea vox audita, tulit, id est attulit, prima finem laborum, idest spem de fine laborum: aut, quia propter spem tam certam, cætera laboriosa non erant: ac pater.s. Æneas: eripuit.s. eam vocem primam: ab ore.s. Ascanij loquentis: ac pressit.s. eam vocem, idest suppressit, vt posset ipse precari: stupefactus numine.i. oraculi fide, & miraculo: aut pressit eam.i. continuo subsecutus est eam sequentibus verbis.

PIERIVS.

¶ Hęc respōsa.) Sunt cod. anti. in qbus, Hęc pręcepta, scriptū est. Illud.n. ꝑcipiendo dictū fuerat, Ne pete connubijs natam sociare Latinis, Mouendo vero externi venient generi. & quæ sequunt. Sed.n. Latinus superius responsa petierat. & huiusmodi oracula eleganter & vsitate responsa nuncupantur. ¶ Per herbas.) In ant. plerisq; cod. per herbam, vnitatis numero legitur, & ita in veteribus Pris. cod. scriptum est, eo citato versu. Sed, herbas, legere magis nunc placet eruditis viris. ¶ Sic Iuppiter ipse monebat. Prisci. agnoscit, Iuppiter ille: quæ qdem lectio prius erat in codice Medi. Ait vero Pris. ille, demonstratiuum est. Teren. in Eunu. Viden' tu illum Thais? relatiuum. Virgi. in. vij. Sic Iuppiter ille monebat, apud Ser. ipse scriptum est. Sed nihil prohibet: quin, ille, illic et esse potuerit. & ita legi, ille, qui per harpyam vaticinatus est. ¶ Et vertere morsus.) In plerisq; veteribus cod. morsum, sing. nu. scriptū est. Sed parui hoc momenti. ¶ Consumimus.) In Medic. codice, & aliquot alijs antiquis, consumpsimus, præterito tempore scriptū est. In por. heu etiam mensas consumpsimus legitur. ¶ Ac stupefactus.) In cod. aliquot antiq. & stipefactus, habetur: vt obstipuit, & similia. Sed nos vsum sequamur.

SERVIVS.

¶ Fatis mihi debita tellus.) Bona periphrasis est, ne fatalis diceret: quod est medium: & in precibus nihil ambiguū esse debet. ¶ O fidi Troię saluete penates.) Æneæ.s. non Troiæ: quam nequiuere seruare. ¶ Hic domus.) Aut familia: vt Da propriam Tymbræe domū. Aut ordo est, Hic est patria, hic dom⁹. Ante.n. patria est, si domus. ¶ Accisis.) Vndiq; consumptis: & hoc est apud nos Ac, quod apud Græcos ἀμφί. Hinc est, An sancti, valles

Continuo, salue fatis mihi debita tellus: POE.
Vosq;, ait, ô fidi Troiæ saluete penates.
Hic domus, hæc patria est. genitor mihi talia nanq;
(Nunc repeto) Anchises fatorum arcana reliquit,
Cum te nate fames ignota ad littora vectum
Accisis coget dapibus consumere mensas:
Tum sperare domos defessus: ibiq; memento
Prima locare manu, molíriq; aggere tecta.
Hæc erat illa fames: hæc nos suprema manebant
Exitijs positura modum.
Quare agite: & primo lęti cum lumine solis
Quæ loca: qui ve habeant hoîes: vbi mœnia gentis:

valles, vndiq; fcti. ¶ Hæc erat illa fames.) Ac si diceret, Hoc fuerat timēdum periculum: quod picula determinat. ¶ Habeant.) Habitent. Hoc.n. frequentatiuum est ab eo quod est habeo. ¶ Vbi mœnia gētis.) Laurolauinium signat. ¶ Nūc pateras libate Ioui.) Ab eo quod cōtinet, id quod continetur. ¶ Anchisen genitorē.) Bene Iouem & Anchisem: qui causa oraculi fuerāt. ¶ Reponite mensis.) Aut timore verborum Ascanij interrupta renouate: aut reponite, frequēter

ter ponite, id est crebro bibite. ¶ Tēpora ramo Implicat.) Diebus festis ita epulabātur, id est coronati. ¶ Geniūq; loci.) Apollinem vult intelligi. In tutela enim eius tota fuerat regio: vt, Quæ pater inuētam primas cum cōderet arces, Ipse ferebatur Phœbo sacrasse Latinus. Aliter iniquū est, si cum oēs inuocet, Apollinem prætermittat: præsertim cū Helenus dixerit, Aderitq; vocatus Apollo. ¶ Primamq; deorū.) Quia ipsa est mr̄ deorum. ¶ Nymphasq;, & adhuc ignota ꝓcatur Flumina.) Bonum ordinē sequitur. Sic alibi, Nymphæ Laurētes, Nymphæ genus amnibus vnde ē. ¶ Noctem, Noctisq; oriētia signa.) Quæ noctē sequuntur: vt Nymphas flumina. Inuocat enim sibi cōiuncta. ¶ Phrygiamq; ex ordie matrē.) Aut cōtigue, quia Idæum dixerat Iouem: aut certe rite.i. more solenni. ¶ Duplices.) Duos Cœlo autem, Venerem. Erebo Anchisen. ¶ Cœlo clarus ab alto.) In serenitate, quod est augurij. Nam si cœlum nubilum fuerit, fulminis causa est. ¶ Radijs & auro.) Radijs aureis. ¶ Ardentem nubem.) Alij fulmen, nubem ardentē dicunt vt Lucanus, Atq; ardens aere solo, quos hoc loco secutus est. Alij fulmen dicunt aeris scissione ardentē rimam: quos alibi sequitur dicens, Ignea rima micans percurrit lumine nimbos. ¶ Certatim instaurant epulas.) Id est, Et vina reponite mensis. ¶ Vina coronant.) Pro pateris. ¶ Magno autem omine cœlesti dicit.) Alibi, Nam te maioribus ire per altum, Auspicijs manifesta fides. ¶ Hæc fontis stagna numici.) Ista iam ab incolis discunt. Quod autem ait stagna, verum est. Nam numicus ingens ante fluuius fuit: in quo repertum est cadauer Æneæ & cōsecratum. post paulatim decrescens, in fontem redactus est: qui & ipse siccatus est sacris interceptis. Vestę enim libari nōn nisi de hoc fluuio licebat.

Vestigemus: & à portu diuersa petamus,
Nunc pateras libate Ioui: precibusq; vocate
Anchisen genitorem: & vina reponite mensis.
Sic deinde effatus, frondenti tempora ramo, POE.
Implicat: & Geniumq; loci, primamq; deorum
Tellurem, nymphasq; & adhuc ignota precatur
Flumina. tum noctem, noctisq; orientia signa,
Idæumq; Iouem, Phrygiamq; ex ordine matrem
Inuocat: & duplices Cœloq;, Ereboq; parentes.
Hic pater omnipotens ter cœlo clarus ab alto
Intonuit: radijsq; ardentem lucis, & auro,
Ipse manu quatiens ostendit ab æthere nubem.
Diditur hic subito Troiana per agmina rumor:
Aduenisse diem, quo debita mœnia condant.
Certatim instaurant epulas: atq; omine magno
Crateras lęti statuunt: & vina coronant.
Postera cum prima lustrabat lampade terras
Orta dies: vrbem, & fines, & littora gentis
Diuersi explorant: hæc fontis stagna Numici.
Hunc Tybrim fluuiū: hic fortes habitare Latinos.

xit tēpora sua ramo frondenti. mox vt hæc dixit: hoc aut lętitia fecerat, aut honorū diuinoꝝ solēnitas. ¶ Et geniūq; loci.) Cū multi iniungerēt socijs, ipse ab obsequijs deorū vacuus esse non potuit. obsecutus est quippe genio loci, secūdo terræ, ad quā venerat nouus. dehinc nymphis propter aquam, vt commoda peregrinis esse potuisset. flumina quoq; licet adhuc ignota, deprecabat. ipsa fuit causa fluminum ipsa nympharum. ¶ Tum.) Hoc est deide, noctē noctisq; orientia signa, qm̄ die cōsumpto ipsa iā fuerant ventura, vt cœlo terraq; propitia haberet, quę homies venerantur. Iouē quoq; patrē deorum, qui in Ida mōte colebatur, & matrem deum vocat ex ordine. semel positum ex ordie, nō semel, sed sępius debem⁹ accipere, vt sit, cingit lauro tempora ex ordie, hoc est non confuse, sed singillatim enumerauit omnes, & oibus obsecutus est, addens duplices parētes suos, hoc est duos. Venerem cœlo, Anchisen ab iferis. ¶ Hic pater om.) Clarum, aperto fauore auxilia sua significantem, accipiendum est. ¶ Radijsq; ar.) Vsque adeo hilaris signo Iouis fauor apparuit: vt nubes non fusca nec terrea, sed aureo colore apparuisset, quo signo cōpertū est, mox Ænee preces auditas: ter autē intonuit, ne si semel factum fuisset, casus putaretur, sed cū ter intonuisset apertis signis monstraretur prosperitas. factum est ergo sæpius, & cōtra morem naturę mundo. nubibus, cœlo, vna tantū nubes visa est. & radijs ardens lucis, & auro, splendor rutilans, atq; ita, vt in ipsa quoq; esset prosperitatis signum. Ipse manu quatiens ostendit ab ęthere nubem. ipsam nubem sic Iuppiter demonstrauit plaudēs manu, vt appareret eum excepisse vota, & gratulatum quod Troiani ad Italiam venissent. ¶ Deditur hic subito.) Rumor repēte exoriens ad aures omnium magna gratulatiōe peruenit, asserens venisse tempus & diem, quo dari opera cōdendis debitis ędificijs posset. ¶ Certatim instau. epu.) Hoc est conuiuium reuocant. ¶ Atq; omine magno.) Nouis rebus prospera omnia facientes. ¶ Postera. c.p.) Cum vero posterior dies solis radijs claruisset, successit eorum complendorum cura, quę superiore luce Æneas inuestiganda mandauerat. diuisis igitur celeritatis causa officijs, quæ perquirerent, consulto partiti sunt alij vrbem, fines alij, nonnulli commanentes & litora requirentes, nunc renunciauerunt, stagna numici illic esse, & Tybrim fluuium, & terras regionis illius forte Latinos incolere.

DONATVS.

¶ Continuo salue.) Cum hęc dicit, & nunc salutat fatalem terrā, quā olim videre cupiebat: ostendit se certum non habuisse, cum fluuium fuisset ingressus: cōtinuo ergo ait, salue terra fatorum mihi voluntate decreta. saluete dij penates, qui mihi fidem vera pronunciando seruastis. ¶ Hic domus.) Hęc dicta plena gratulatiōe ꝓferebātur, & ea magis causa, vt securiores redderet suos, quod laborādi iam ac nauigandi necessitas fuisset. quod, vt magis probaret, verum esse, addidit paternę sententię firmitatē, dicens. ¶ Genitor mihi talia.) Modo mihi, inquit, veniunt in mētē dicta patris mei, quæ mihi ex fatorū arcanis intimauit. dixit eni ¶ Cum te nate fames.) Cum ad ignota, inquit, perueneris loca, & extremam famem fueris passus, & eam, quę te cogat etiā sacras mensas inuadere: illic spera perpetuam requiem, illic firmissimā sedem. mox deniq; aggredere fundamentorū cœpta & institutionem domorum felicibus auspicijs suscipe. ¶ Hęc erat illa fames.) Magna confirmatio animorum illorum, scilicet quos iste turbauerat casus. Fames ista, inquit, optanda potius fuerat, quā metuenda. venit eni cū malorum omniū fine & paruę necessitatis horrore & aduersis solitis terminum dedit. Hoc sic positū est vt signū potius videatur esse, quā pœna. quis non optaret inediam talem, quę pręterita mala propelleret, & securitatē plenam sponderet in posterū? ¶ Quare agite.) Securi de perpetua requie, mox vt sol crastinus fulserit hæc agamus. exploremus primo, q loca sunt, hoc est qualia. quiue hn̄t homies, humani.s. an feri, propter nouitatis incerta, vel vbi sint ipsorū hominum mœnia, quo possimus a portu deflectere. ¶ Nunc pateras.) Interea anteq; diei alterius actus aduentēt, hoc vinū fundamus pateris Ioui, vel honorificas ꝑces patri meo, duobus.s. authoribus signi, per quod securi sumus effecti. nam & qui iussit, & per quē iussa ipsa plata sunt, in honore maximo primi esse debent: & vinum mensis reponite, vt potarent in ipsa lętitia, & essent solo interim vino ipso contenti, quoniam panis defuerat. ¶ Sic deinde effatus.) Cinxit

ASCENSIVS.

¶ Continuo, &c.) Recitat qūo eā vocem pressrit Æneas, & quo sermone prosecutus sit: vtq; peractis sacrificijs epulas instaurabant Troiani intelligētes se iam intrasse terram, fatis sibi debitā, & sępe promissam. Licet autem non legatur Anchises, dixit id signum fatalis terrę: tamen satis est q nunc dicit ipsum dixisse: qa potuit multa dicere, quæ Poeta non posuit. Libētius aūt cōprobat fidem Anchisę, q Celænus Harpyię. licet & ipsa id ꝓdixerat: quia monstris, & diris, furijsq; fidem adhibere non licet: quod & saluator noster docuit, nolēs a dęmonijs testificari: sed & Ethnici eam prudentiam habuerunt. Oritur tamē dubietas magna, quomodo dicat nunc Anchisen famem prēnunciasse, cum in.iij. dixerit, Sola nouum dictuq; nefas harpia Celęno Prodigium canit, & tristeis denunciat iras, Obscenamq; famem. si enim sola Harpyia denūciauerit famem, quid est, quod nunc de Anchisa cōminiscitur? pręsertim cum paulopost mortuus dicatur. Sed potuit etiam moribundus id prędixisse Æneæ: verum non ad eas angustias confugiendum est: sed ad eam generalitatem, qua dictum est in fine. vj. Ex in bella viro memorat, &c. Et quo quęque modo fugiatq;, feratq; laborem. Inter cæteros enim labores potuit & famis huius meminisse. Donatus hinc ablatus est. ¶ Ordo igitur est. Æneas, supple ait continuo, o tellus: debita mihi fatis, id est ex fatorum promissione, & concessione: salue, id est sis

Universidad de Deusto
Biblioteca

salua:& vos,o fidi penates,id est dij domestici Troiæ saluete. Domus,scilicet stabilis,& firma patria.i.regio,pro patria nobis colenda:est hic,scilicet quo núc appulsi sumus. Nánq; ego repeto,i.memoria reuoluo núc:quod,sup. Anchises genitor.s.meus:reliquit mihi,scilicet moriens,aut post morté, apud inferos,hæc arcana, id est secreta fatorum,dicés,sup.o nate:cum,id est quádo: fames coget te vectum, ad ignota littora cósumere mensas,scilicet sup quas cibum pones:& hoc dapibus.i.oblonijs:accisis.i.circúcisis, & corrosis:ita,vt nihil reliquum sit:memento tum.i.tunc:defessus sperare domos:& locare ibi manu.s.tua:& moliri.i.munire: cum molimine aggere.i.mœnib⁹:prima tecta.i.prima castra aut primam vrbem:hęc erat illa fames, scilicet quam pater prædixerat:hęc manebat nos suprema,id est vltima positura:modú.i.finem:exitijs.i.ærumnis & calamitatib⁹,ad exitiú trahétibus. Sunt qui legant,hæc nos superare manebat:sed nó stat cótextus. Quare.i.qua de causa,agite:adhortádi vox:& nos læti vestigemus,id est exploremus:cum primo lumine solis.i.vt primum sol crastinus ortus fuerit:quę loca,supp.hęc sint:ve,pro vel:qui homines habeant.i.habitent,sup.& vbi,sup.sint mœnia gétis.i.huius populi:& petam⁹ diuersa.s.loca:a portu.i.ab hoc loco. Libate.i.offerte degustantes nunc Ioui.s.fatorú authori:pateras,id est vina e pateris:& vocate,id est inuocate precibus genitoré Anchisen: qui,scilicet nobis,talia significauit:& reponite,id est iterú ponite:& multipliciter superponite vina mésis:bene,vina:qa panis deerat. Ipse effatus sic,implicat.i.cingit,& inuoluit,deinde tpa.i.coronam capitis sui:ramo frondenti.i.viridi:& precatur.i.adorat,& inuocat:genium.i.deum topicum,ac virtutem generatiuá loci, & tellurem primam deorú: quia mr deum dicitur: & nymphas, & flumina adhuc ignota,id est deos fluminú adhuc ignotos:tú.i. deinde:post deos locorum inuocat nocté:& signa noctis orientia:& Iouem Ideum.i.qui apud Idam colebatur in Phrygia:licet etiam colebatur in Creta:quia sequitur,& matré Phrygiá.s.Cybelem ex ordine quia prima reuerentia debebatur Ioui:& inuocat duplices parentes.i.suos:Cœlo.i.Venerem matrem,quæ erat in cœlo:& Erebo.i.Anchisen patré, qui erat apud inferos. Pater omnipotés.i.Iupiter, significans eius se preces exaudisse:clarus.i. lucidus,aut manifestus:aut,aer serenus itonuit ter ab alto cœlo, idest aere,& ipse quatiens manu,ostendit ab æthere nubé ardentem.i.resplendétem radijs:& auro.i.fulgore lucis. Rumor deducitur.i.deducitur,& diuulgatur hic.i.iam:subito per agmina Troiana:diem quo condant mœnia,debita.s.fatis pręmittétibus aduenisse:& ideo ipsi instaurant.i.ex nouo instituút,quia priores decerát certatim.i.cú certamine,epulas,atq; ipsi læti,magno omine statuút.i.cóstituút: crateras.i.magna pocula,seu vasa vinaria & coronant vina. Cum.i.postquá: dies postera orta:lustrabat.i. inspiciebat,& purgabat terras: prima lápade.i.prima luce solis: ipsi diuersi.i.in diuersa abeuntes,explorát vrbem,& fineis & littora gentis:&,sup.inueniunt:& explorádo ab incolis discút,hęc,sup.esse:stagna Numici fontis,id est qui nunc lacus:sed olim,aquas multas effundebat instar fluminis:& hunc fluuium,supple esse Tybrim:& Latinos, scilicet populos fortis: habitare hic.i. in his regionibus.

PIERIVS.

¶Accisis coget dapibus cósumere mésas.)In cod. aliquot antiambesis,legitur:vt in.iij. Ambesas subigat malis absumere mensas. Ser. accisis,agnoscit:& particulas,Ac,oc,an,idé apud nos pósita dicit,quod apud Grecos,ἀμ: & crediderim ego, ambesis,loco hoc ex paraphrasi desumptú esse. ¶ Hęc nos suprema manebat.)In Ro.cod. suprema manebant:ac de supremo quidé alibi quibus locis,quibusq; marmorú testimonijs, aliquando geminó pp,scribi solitum. Quod vero,manebant,plurali numero scriptum sit,subintelligendum esset, aduersa. Nam Celęno, cú nimis horrenda moneret,supremum hoc addidit,vt grauissimú infortunium. Fuitq; semp Æneas super obscœna ea fame sollicitus qua quidé aduersa omnia terminanda. Helenus pollicetur,futurumq; vt sit requies ea certa laborum. Placet,& manebat qd est ea fames exitij positura modú. Nam quo ad labores, Terra grauiora manent. ¶ Deditur hic subito Troiana per agmina rumor.) In antiq. Diditur,quo sæpe vtitur Lucretius,pro spargit diffunditurue. ¶ Quo debita mœnia códant.) In antiquis aliquot codi. condent,habetur,futuro tempore modi finitiui. Sed,códant,eodem tempore modi optatiui elegátius est,& vocale magis. ¶ Postera cum prima.)Vetera aliquot exemplaria,primo,legunt,aduerbialiter. Sed,prima lampade,multo magis placet.

Tum satus Anchisa,delectos ordine ab omni
Centum oratores,augusta ad mœnia regis
Ire iubet,ramis velatos Palladis omnes:
Donaq; ferre viro:pacemq; exposcere Teucris.
Haud mora:festinant iussi:rapidisq; feruntur
Passibus.ipse humili designat mœnia fossa:
Moliturq; locum:primasq; in littore sedeis
Castrorum in morem pinnis,atq; aggere cingit.
Iamq; iter emensi turres,ac tecta Latinorum
Ardua cernebant iuuenes:muroq; subibant.
Ante vrbem pueri,& primæuo flore iuuentus
Exercentur equis:domitantq; in puluere currus:
Aut acreis tendunt arcus:aut lenta lacertis
Spicula contorquent:cursuq;,ictuq; lacessunt.
Cum prouectus equo,longæui regis ad aureis
Nuncius,ingenteis ignota in veste reportat
Aduenisse viros.ille intra tecta vocari
Imperat:& solio medius consedit auito.
Tectum augustú,ingens,centú sublime colúnis,
Vrbe fuit summa,Laurentis regia Pici,
Horrendum syluis,& relligione parentum.
Hic sceptra accipere, & primos attollere fasces,
Regibus omen erat:hoc illis curia templum:
Hæ sacris sedes epulis: hic ariete cęso
Perpetuis soliti patres considere mensis.
Quinetiam veterum effigies ex ordine auorum
Antiqua ex cedro,Italusq;, paterq; Sabinus,
Vitisator curuam seruans sub imaginem falcem
Saturnusq; senex,Ianiq; bifrontis imago,

SERVIVS.

¶Ordie ab omni.) Ex omni qualitate dignitatú: qd apud Romanos in legatione mitté da,hodieq; seruatur. ¶ Augusta ad mœnia.) Augurio cósecrata. Hinc paulo post illud é Tectum augustum, ingés. Et nisi in augusto loco consiliú senatus habere non poterat. Vñ téplum Vestæ nó fuit augurio cósecratú,ne illuc conueniret senatus:vbi erant virgines. Ná hęc fuerat regia Numę Pompilij. Ad atrium auté Vestæ cóueniebatur, quod a templo remotú fuerat. ¶ Fossa.)Sulco:& sunt ista reciproca. Nam & sulcum ponit pro fossa:vt,Ausim vel tenui vité cómittere sulco. ¶ Moliturq; locum.)Pręparat. ¶ Primasq; in littore sedes.)Ideo Primas quia imperium,Lauiniú tráslaturus est. Et sciendú ciuitatem quá primo fecit Æneas Troiam dictam sm Catonem & Liuiú: quod ipse dicit,Necte Troia capit. ¶ Castrorú in morem.)Hoc est breué. ¶ Pinnis atq; aggeé cingit.)Muro, in quo pinnę sunt,& é Synecdoche. ¶ Aggeé.) Fossa. ¶ Iamq; iter emensi,turres ac tecta Latinorum.) Hypermetrus versus. ¶ Muroq; subibant.)Alibi per accusatiuum:vt, Ænee subit mucroné,ipsumq; morantem Sustinuit. Et hoc secúdum naturam est. Nam,it sub mucronem dicimus. ná per datiuum figuratú est. ¶ Pueri & primæuo flore iuuentus.) Bene Romanę militiæ exprimit morem. Nam post pubertatem armis exercebantur:& sexto decimo áno militabát. Quo etiam solo sub custodibus agebant. Nec est contrarium,Longa populos in pace regebat. Nam licet in pace esset,exercitium tamen vigebat armorum. ¶ Domitantq; in puluere curr⁹.)Equos sub currib⁹. ¶ Acres Arcus. ¶ Fortes: & est κατάχρησις. Nam acrimonia mentis est. ¶ Lenta.)Mollia. ¶ Ictu.) Iaculatione. ¶ Ingenteis.) Ex stupore nuncij laus ostenditur Troianorum. Et bene nouitatis ostendit opinionem. Ingéteis enim esse,quos primum vidimus,opinamur. ¶ Reportat.) Aut reuacat:aut re.pro ad,posuit,vt sit adoptat. ¶ Intra tecta vocari.) Dissentit hoc loco a Romana consuetudine. Nam legati si quando icogniti venire nunciarétur,primo quid vellent,ab exploratoribus reqrebatur: post ad eos egrediebátur magistratus minores: & tunc demú senatus extra vrbem postulata noscebat.& ita si visum fuisset admittebantur.

Vestibulo astabant:alijq; ab origine reges:
Martia qui ob patriam pugnando vulnera passi.
Multaq; præterea sacris in postibus arma,
Captiui pendent currus,curuæq; secures,
Et cristæ capitum,& portarum ingentia claustra,
Spiculaq;,clypeiq;,ereptaq; rostra carinis.
Ipse Quirinali lituo,paruaq; sedebat
Succinctus trabea,læuaq; ancile gerebat
Picus equum domitor:quem capta cupidine coniux
Aurea percussum virga,versumq; venenis,
Fecit auem Circe:sparsitq; coloribus alas.

Sed hoc prudenter fecit. Latinum nanq; morem vult esse responsi: & auidú satis ad externos vidédos:per quos promittebatur felicitas. ¶ Solio medius cósedit.) Vt supra diximus, soliú est veluti armariú de vno ligno ad regum tutelam factú. Secundú alios, a soliditate dictum. Secundum Asperú per Antistichon: quod solú vnú capit: quasi sedium a sedédo. Nam & sella, quasi seda dicta est. ¶ Tectum augustum, ingens.)Domum,quá in palatio diximus, ab Augusto factam, per tráситú laudat:& quasi in Laurolauinio fuisse cómemorat. ¶ Horrendum.)Veneradum:nó qd horrori sit. ¶ Hinc sceptra accipere.) Hoc in palatio fiebat. ¶ Curia templú.)Quia vt diximus,curia nisi in augurato nó erat loco. ¶ Ariete cæso.) Hoc sacrificiú i ianua palatij fiebat festis diebus. ¶ Perpetuis mésis. (Longis ad ordiné exęquatis sedentum. Maiores enim nostri sedentes epulabátur: quem morem habuerunt a Laconibus & Cretensibus: vt Varro docet in libris de géte populi Romani: in quib⁹ dicit qd a quaq; traxerit gente per imitationem. ¶ Ex ordine.)Prout sibi successerant. Sane intelligendú est,ita vt nati fuerát, sic eorum imagines fuisse cópositas. ¶ Ex cedro.)Quod lignum non facile cósumitur vetustate. Hoc genus ligni tinea nescit:corruptionemq; ex átiqtate nó sentit. Vnde est cedria quę chartá reseruat. Hinc est illud, Et cedro digna locuti, Aut cedria perúcta, qñ ligna custodita cóseruat. ¶ Vitisator.) Non inuétor vitis:sed qui genus vitis demóstrauit,Italis populis. ¶ Sub imagine falcé.) Aut statuæ exprimit gestum,vt dicat,Ita tenebat falcem,vt eam sub vultu haberet:aut Sub imagine,sub theca dicit,quæ similis falcis é. ¶ Saturnusq; senex.) Antiqui reges nomina sibi plerunq; védicabant deorum. Ergo Saturnus rex fuit Italiæ. Ná & supra ait. Veterum effigies ex ordine auorú. Et infert. ¶ Alijq; ab origine reges.)Hinc est quod apud Cretá esse dicitur Iouis sepulchrum. Gabalus ét Romanus imperator solé se dici voluit. Nam Heliogabalus dictus est. ¶ Ab origine.)Pro aboriginum reges:sed est metro prohibitus. ¶ Pugnando vulnera passi.)Pugnando quasi reges. ¶ Sacris in postibus.)Vbi spolia consecrabantur. ¶ Captiui.) Pro catiuorum:nota figura est. ¶ Cristæ.)Galeæ. A parte totum posuit. ¶ Ereptaq; rostra carinis.)Bene de omni genere præliorum spolia illic demonstrat fuisse. ¶ Quirinali lituo.) Lituus est incuruus augurú baculus:quo vtebantur ad signanda cœli spatia. nam manu non licebat. Quirinalem autem ex persona sua dixit,qualé postea Quirinus habuit. Nam tunc adhuc nó fuerat Romulus. Vel lituum, id est regium baculum: in quo potestas esset dirimendarum litiú. ¶ Succinctus trabea.)Toga est augurú de cocco & purpura. ¶ Ancile.)Scutum breue. Regnáte Numa cœlo huiusmodi scutú lapsum est:& data responsa sunt illic fore summá imperij, vbi illud esset. Quod ne aliquido posset auferri,aut ab hoste cognosci,per Mamurium fabrum multa similia fecerunt:cui & diem consecrarunt,quo pellem virgis feriunt ad artis similitudinem. Dicimus autem hoc ancile,& hæc ancilia. Anciliorú vero vsurpauit Horatius,Anciliorum & nominis & togæ oblitus. Septem ferunt, per quæ imperium Romanum teneret: Acus matris deum, Quadriga fictilis, Veientorum cineres, Orestis sceptrú Priami ve, Ilione Palladium,Ancilia.)Aurea coniux.) Nam aliter non stat versus. Et aurea per Ironiam dixit. Coniux vero, non quæ erat:sed quæ esse cupiebat:vt,Quos ego sim toties iam dedignata maritos. Fabula talis est,Picum amauit Pomona Dea pomorum, & eius volentis est sortita cóiugium. Postea Circe cum eum amaret,& sperneretur irata eum in auem picum maritú conuertit. nam altera est pica. Hoc auté ideo fingitur, quia augur fuit: & domi habuit picum,per quem futura noscebat:quod pontificales indicant libri. Bene autem huic supra lituum dedit:quod est augurum proprium. Nam ancile & trabea communia sunt cum Diali vel Martiali sacerdote.

DONATVS.

¶Tunc fatus Anchisa.)Licet fatalis terra esse constaret in officijs primum rex aduena regé loci credidit aggrediédum. neq; eú in superbiá duxit successus ille,q fatis suffragantibus debebatur. misit legatos centú placituros, & nomine legationis, & numero legatorum, & magis obsequia sua commédás ambitione multarú Tales autem delegit omni ordine,hoc est ex omni multitudine per electioné separatos qui legatiόis ipsius partes cógrue complere potuissét. Coronabátur autem oés oleará ramis, vt visu poti⁹ qj verbis pacem procul videntibus núciarét. ¶ Donaq;.f.v.) Ne sine munere esset legationis officium. ¶ Pacemq; ex.teu.) Et oblatis munerib⁹ pacem teucris necessariam postularent, neq; eos putaret venisse violenter. ¶ Haud mo.fe.iu.)Sic in celeritate explicandorum mandatorum & iubétis authoritas & obsequendi studiú probabatur. quod non solum ostédebatur in facto,verumetiam in ipsa properatione cumulabatur. ¶ Rapidisq;.f.Pa.) Non tantum studio complédi aggressi sunt pergédi munus,sed iter quoq; ipsum festinantes gressibus agitabát.celeres gressus fuerút ideo,vt optata maturius prouenirét. ¶ Ipse humili.) Hæc legatis agentibus non putauit Æneas differéda operú cœpta,donec responsum referret missa legatio. Gerebat enim factorum fiduciam,quæ illi ipsarum terrarú dominum dederát. Ipse humili designat mœnia fossa. hoc est nó magnæ altitudinis futura mœnia designabat manu sua. hoc enim vel nota códétis vel auspicia exigebant. ¶ Moliturq; lo.) Hoc est disponit. ¶ Primasq; in littore.) In auspicijs cóstituendorum mœnium tale genus operis collocauit: quod defensionem sponderet códitorib⁹ suis. ¶ Iamq; iter.e.)Cum hæc ageret Æneas,iam legati sic confecerant iter:vt viderent Latinorum turres,& domorum tecta.turres viderút primo,quod altiores fuerunt. Cum vero propiores efficerentur,viderunt & domorum tecta. ¶ Muroq;.su.) Hoc est ad ipsum murú iam cœperant peruenire:describitur iam veterú incolarum mos studiumq; bellandi. multis enim locis poeta asseruit asperam esse bellis Italiam,& ad arma facile properátem. Deniq; vt vnum de multis demus exemplum,non illum,inquit,nobis genitrix pulcherrima talé Promisit, graiumq; ideo bis vindicat armis. Sed fore, qui grauidam imperijs belloq; fremétem Italiam regeret. Iccirco hoc loco virilem Italorum sexum ostendit, iam ide a pueris studio exerceri virtutis. deniq; sic ait. ¶ Ante vrbem pueri.)Exercebantur equis,aut corú dorso impositi,aut habenas retinentes in curru. In puluere,inquit, quia illic iúcta animalia melius domátur,vbi difficilior tractus est. ¶ Aut acres.t.a.) Alij mittendis sagittis operam dabant.alij,vt hastilia mitterét,meditádo discebant. ¶ Cursuq;.i.q.la.)Prouocabant se alij, vt cursu contenderent,aut ictu. Ictú possumus intelligere, non vt ferirét se inuicem.sed vt destinata percuterét. Hæc omnia certaminum genera iccirco vsu & exercitatione discebant:vt veris bellis & vere dimicationi proficerét, pueros dixit & iuuées his studijs fuisse intentos.ex omnibus igitur,quæ iuuenes,quæ pueri gererét. ¶ Cú prouectus equo.) Fuit occasio vt ex illis, qui equis exercebantur,prouectus equo,hoc est ante legatos ad regé vectus núciaret viros venisse ingentes,& ignota veste.& quia turbatus repétino cóspectu pro qualitate animi sui nunciabat, quæ viderat nunciabat eos esse vltra humanam formam. eo accedebat & terror ex vestium specie ignota descendens. ¶ Ille intra te.vo.)Sedit regio more,& eos tecta iussit intrare. ¶ Tectum augustú.)Describitur domus Latini,vt in ea ostédatur genus eius cucurrisse per reges: vt laus ipsa Æneæ laudationi proficiat. In ipsa vt dictum est domus descriptione adijcitur felicitas generis: dum imaginú dum statuarum series recensetur. Domus igitur fuit admirabili magnitudine & pulchritudine satis egregia vrbi summę & regali dignitati cóueniés.huius decus augebat numerus columnarú cétum:quibus vecta in altitudiné sublimior ferebatur. ¶ Laurentis regia pici.) Laus eiusdem domus & a persona domini veteris sumebat augmentum,fuit enim pici Laurentis,ne forte existeret Pici alterius nomen,& ex similitudine nominum confusio nasceretur:vt in primo libro positú scimus. Ornatus argiuæ Helenæ. vt si esset alius ostenderetur ipsa regionis signo, & móstraretur, quæ esset. Cum autem nominat tectum intelligendum est solú. interim describit vestibulú, vt ex qualitate triúphalis ingressus qualia fuerint reliqua colligi posset. Illic non picturæ fuerút turpium fabularú,nec adulteria,vel illiciti amores impressi,nó alienæ palmæ vel gloriæ. ¶ Horrendum syluis.)Syluarum densitas, vmbra nemorum,& originalium parentum imagines addebant tremorem

Universidad de Deusto Biblioteca

tremorem loco:vt sine reuerentia videri nō posset.¶Hic sceptra accipere.) Ecce propter quam causam dixit tectum augustū, vel quia domus fuit regum,vel quia reges ipsi sibi regnādi auspicia sortiebantur.illic omnem suscipiebant potestatē, atque illic primum fasces erigebant. Tanta autem incolarū religione suscipiebatur, vt hæc illis esset curia,hoc templum,& in hoc sacra conuiuia exercerentur. perpetuis mensis dixit in lōgum compositis,& digestis.Descriptum est vestibulum domus,& morum consuetudo signata,& pars propositionis, cum dixit horrēdum religione patrum.& narrat specialiter,qui fuerint in illo ingressu parentes Latini.¶Quin etiam veterū.)Ex ordine intelligendum est ita, vt nati fuerāt,sic eorum imagines fuisse compositas. Antiqua ex cedro.Aut ex cedro factæ,quia hoc genus ligni tineā nescit corruptionemq; ex antiquitate non sentit:aut cedri oleo perūctæ,quoniam ligna custodit ac seruat. ¶ Italusq; paterq;.) Hoc signum meruit,quod multas vites instituit in Italia. ¶ Curuam seruans sub imagine falcem.) Seruans falcem,hoc est perpetuam tenens. sub imagine,sic accipiendum. quod sic eam teneret,vt eius visu semper delectaretur. vtpote amator vitium: quarum culturas putatio falcis anteuenit. sub imagine ergo,sub oculis imaginis suę tū, quoniam mox sequitur. ¶ Saturnusq; senex.) Ecce patefecit,quid sit sub imagine seruans falcem. sic enim sub imaginis oculis fuit,vt ferentis aspectibus semper esset obiecta. Curuam cur dixerit, manifestum est,sic enim formatur, erecta quippe aliam speciem facit.¶Ianiq; bifron.ima.)Vna, inquit, iam statua fuit,sed duas habuit frontes,perindeq; facies duas.vnam præ se, alteram præ dorso.¶ Aliiq; ab origine reges.) Speciali enumeratione ad generalitatem se conuertit, compendio referendi vsus, & illa causa vel maxime, vt augeret maiorem Latini numerum: In generalitate enim infinita ęstimatio est, & plus intelligitur, quam veritas habet. ¶ Martiaq; ob patriam.) Tantam gloriam assecutorum virorum statuæ illic fuerunt, vt pro patria hoc est pro tuenda libertate vel augēda repub. sua & pugnasse eos sæpe & vulnera pugnantes excepisse dubitare non posset. ¶ Multaq; præterea.) Indicia autem virtutis ipsorum rapta hostibus spolia testabantur,quæ infixa porticib⁹ vel in triuiis reposita, quid singuli gessissent, apertius indicabant: describitur eadem ipsa hoc modo.¶Captiui pendent currus.) Currus inter arma principaliter posuit,quod fuerunt aduersi hostibus. Armorū enim significationes & multas Virgilius posuit,& diuersas. proinde pro armis habetur,quicquid hostē expugnare possit. ¶ Curuæq; secures.) Omnia sine modo vel numero posuit.vt plus arbitretur vnusquisque, quā fuit. ne vero in expugnatione ciuitatū atque portarum leue quiddam videretur effectū ingentia,inquit,claustra.vt aspectus ostenderent,quantum laboris fuisset impensum vt subtraherentur. ¶ Spiculaq;, Clypeiq;.) Quibus apparebat illos non tantum terrestribus bellis, verumetiam naualibus prælíis certauisse.& his quoque extitisse victores. ¶ Ipse quirinali.) Ipse Picus domitor equorum, perindeq; studio equitandi præstans sedebat ferens in dextra lituum,id est regnum baculum,in quo potestas esset dirimendarum litium; & parua trabea succinctus,aut vere parua,quia extant tales, aut non magni pretii:quoniam apud veteres ambitiosi cultus non fuerunt. læua vero gestans ancile,quod esse fertur scuti breuioris nomen.¶ Quem capta cupidine coniux.)Circe,inquit, cum haberet hunc maritum malignitate ducta detestabilis sciētiæ suæ virga aurea percussit: & ex viro tam nobili tantarumq; gloriarum, auem fecit gestantem in pennis varietatem colorum, ad indicium coniugis sui: quod ait aurea,& cōiugi aptari potest,vt sit locus cum vituperatione,quæ Græca lingua ironice dicitur.vt alio loco egregia iterea coniux,vel virga aurea,vt iam dictū est,qua illa magicis vtebatur,Et cuius ille indicia habebat,hoc non sine magna vituperatione positum est,nec sine dolentis affectu,tantum virum tantarumq; gloriarum tantiq; generis scelerate vxoris artibus in auē esse conuersum.

ASCENSIVS.

¶Tum satus,&c.) Docet quomodo legationē instituit Æneas: & missis cētum oratoribus ad Latinum regem,ipse interea ex fatorum promissione primæ vrbis iecit fundamenta,vt si forte expellere velit Latinus, habeat quo resistat. Describit præterea patriæ morem,& domus augustæ, id est augurio consecratæ: hoc est,regiæ superbam, & magnificam extructionem, & egregia decora.De quibus rebus,hæc sunt Donati verba. ¶ Tum satus Anchisa.) Quamuis fatis fideret:tamē humanitatis officium putauit ad regem legatos mittere:ne ob superbiam,alienos fineis inuadere videretur,tamen non expectato de pace responso, vrbem designat:tantum spei in fatis reposuerat. ¶ Turres ac tecta.) Primo enim,altiora ædificia:deinde,cum propinquius acceditur,humiliora cernuntur. ¶ In puluere.) Quia ibi melius animalia domantur,vbi difficilior tractus est ictu:vt non ferirent inuicē, sed vt destinata percuterent. ¶ Viros ingenteis ignota veste.) Nam ex impræmeditata re perturbato animo putauit se vidisse illos vltra humanam formam. Extollit autem regiam Latini, a pulchritudine ædificii,& ab ornatu triumphali: non vt a pictura fabularum.¶Augustum.) Vel, quia domus fuit regum, vel, quia reges ipsi,sibi regnandi auspicia sortiebantur. Illic enim potestatem sumebant,& fasces erigebant. ¶ Ex ordine.) Ita vt nati fuerant. .Cedro.)Ex cedro factæ:quia hoc lignum cariem non sentit.Vel,cedria vnctæ:quæ ligna conseruat. ¶ Aliiq; ab origine reges.) Refert se a specialitate ad generalitatem: & vt compendio vteretur,& numerum augeret.In generalitate enim, infinita æstimatio est & plus intelligitur,q̄ veritas habet.¶Vulnera passi.)Vt gloriam ex defēsione libertatis ostenderet.¶In postibus arma.) Indicia hęc sunt virtutis. ¶ Curuęq; secures.) omnia sine numero posuit,vt plus arbitraremur.¶Ingentia.) Vt ostēdat quāto labore retracta sint.¶Carinis.)vt appareat etiam nauali bello illos vicisse.¶Lituum.)Id est regium baculum, in quo potestas esset dirimendarum litium.¶Parua.)Vel quia tales extant,aut magni pretii,quia veteres non erant ambitiosi cultus.¶Aurea.Ironice: quasi intelligatur,pessima: & indignationem citat, quod talem virū ita tractasset.Hæc ille.¶Ordo autem est,Satus,id est procreatus, & cretus, aut progenitus Anchisa,scilicet Æneas: iubet tū, id est tunc.centum oratores delectos,ab, omni ordine, id est ex omni qualitate dignitatis:ire ad mœnia regis, scilicet Latini: Augusta, id est augurio cōsecrata omnes velatos ramis Palladis,id ē oliuæ paciferę:cuius inuentrix dicitur Pallas:& iubet,supple eos: ferre viro,scilicet Latino,dona:& exposcere Teucris pacem,id est amicitiam,& concordiam,ac terrę permissionem.Haud mora, supp. fit:ipsi scilicet oratores:iussi festinant,supp.ire, & legationem suā perficere:& ipsi rapidi,id est pręcipites:feruntur passibus, scilicet magnis. Ipse scilicet Æneas, author legationis, & princeps eius, designat mœnia humili fossa,scilicet aratro,inducto sulco:& molitur,id est molibus,& vallis,munit locum:& cingit in littore pinnis,id est vallis acutis:atque aggere,id est terra aggesta, atq; accumulata:primas sedes,idest habitationes, atq; oppidum primum, in morem castrorum,id est vt castra metari solēt. Et iam ipsi oratores iuuenes: quia senes in Sicilia manserant: & formidini sint, magis congrui erant iuuenes. emensi iter,id est viā eundo emensi,cernebāt turres,atque ardua tecta Latinorum: hypermeter est versus:sed syllaba superans absumitur vocali sequēti. & subibāt muro,id est sub murū:aut imminebant muro, & ibant quasi sub muro. Pueri & iuuentus primæuo flore,id est in primo flore ęui sui,exercentur equis: & domitant currus,id est equos currentes in puluere:quia illic faciliter lassantur, & lassi domantur:aut tendunt arcus acreis id est forteis,& acriter expellentis sagittas: aut cātorquent lacertis,id est brachiis suis:spicula,id est iacula. & hastilia lenta,id est tenuia,& flexibilia: & lacessunt, id est fatigant,& impelluut ipsa: & cursu,& ictu, id est simul ex impetu cursus: & brachiorum viribus,sup.tūc:cum,id est quando: nūcius,scilicet explorator,&,obseruator limitum,pręuectus equo,cum ipsi pedites essent,reportat ad aures regis lōgęui:viros ingenteis, id est valde magnos aduenisse in veste ignota:ille,scilicet rex, imperat, supp.eos vocari intra tecta:& consedit, id est sedem accepit, medius,scilicet in solio auito,id est sede regali, ab auis frequentata, quam solido lapide,aut ligno,ne quis adoriretur eos,factam solium vocabant.Describit deinde,domum regiam, & situm eius, dicens,Tectum fuit,supp.in vrbe summa, id est ad arcem vrbis: augustum,id est augurio consecratum: ingens, id est valde magnum:sublime,id est erectum:centū columnis,existens regia Pici Laurentis, id est laurentibus dominantis: existēs horrendum, scilicet tectum:syluis,id est lucis vicinis: & religione,id est anxia obseruantia parentum. Omne, id est faustum initium, erat regibus accipere hic,id est abhoc tecto:sceptra id est insignia regalia: & attollere primos fasceis, id est constituere primos lictores, qui fasces ferant, hoc erat illis curia, hoc erat illis templum, aut hoc templum erat illis curia: sed prior modus melior est. Hæ erant sedes epulis sacris, id est solennibus, vt parentationibus, & viscerationibus, & festorum dierum conuiuiis: & patres, id est proceres, & senatores,soliti, supple erant: considere hic mensis perpetuis, id est continuis, & sine intermissione protensis: & hoc ariete cęso, scilicet ad sacrificium, in ianua palatii festis diebus faciēdum.Quinetiam,id est insuper:effigies,id est stemmata: aut (reuera)

(reuera)simulachra veterum auorum:astabāt vestibulo.i. in primo introitu:ex cedro antiqua, quia cariem nescit:& succus eius vim cōseruatiuam habet,effigies.s.Italus.& pater Sabinus vitisator.i.qui primus apud Italos vitem seuit,aut plantauit: seruans sub imagine.i.simulachro suo,falcē curuā,qua.s.vitē putare docuit:& Saturnus senex: & imago Iani bifrontis, qui primi reges Italię memorantur: & alii reges aborigines:qui passi sunt vulnera Martia.i.qui perierunt in bello:pugnādo ob patriam.i.ob salutem patrię.Pręterea,multa arma pendent in postibus sacris.i. arma diis cōsecrata,sustinentibus, vt currus captiui.i.quos captiuis abstulerunt: & secures curuæ,& cristæ capitum.i.galearum, quæ capitum sunt munimenta:& ingētia claustra.i.repagula, & vectes:ac seræ portarum.s.vrbium captarum: & spicula.i. iacula: & clypei,& rostra.i,munimēta ærea,aut ferrea, in prioribus partibus nauium:erepta carinis.i.nauibus:a parte totum accipiēdo, quia proris potius eripiūtur:ipse,scilicet rex,& sacerdos, atq; augur Picus:domitor equū.i.equorum.i.qui ad libitum equo,vti sciebat in bello,qui Gręce, ἱππόδαμος dicitur: sedebat.s.in sculpturis:succinctus lituo.i.baculo augurali incuruo.s.quo loca tēpli designabat:& trabea.i.veste augurali.parua.i.breui vnde succinctus dicit̄,gerebat ancyle.i.breue scutum circuncisum,simile ancyli:quod tempore Numę cecidit:vt hic casti⁹, & doctius recitet Serui.q̄ supra,vbi a Beroal.reprehensus est,gerebat(dicit) lęua,id est sinistra,quia dextra lituum tenebat:quem.s.Picum: cōiux aurea,per irrisionem,id est sane pulchra & pretiosa.s. Circe, quę coniux non erat:sed esse volebat capta,id est irretita:cupidine,id est amore,aut cupiditate amoris:fecit auē,percussum.id est percutiendo eum virga.s.magica,& fascinatoria:& versum,idest transmutatum:venenis,id est veneficio eius:& sparsit alas.s.Pici, in Picum auē: mutatis coloribus.s.variis,viridib⁹, & subrubeis, atq; subcroceis qualis hodie cernitur:diciturq; Picus Martius,q rostro arbores cauat.

PIERIVS.

¶Turreis,ac tecta Latinorum.)In cod.nonnullis admodum vetustis,Turris,ac tecta Latini,legitur.Ser. Latinorū, hypermetrū agnoscit,quod etiam in Medi.cod.habetur. In plerisq; aliis aliena id manu scriptum,priore abrasa lectione.In Porcio,orū,vltimę duę syllabę derasæ sunt.Sed fuit hæc eorum imperitia, qui figurarum id genus in carmine nō intelligebāt. Porro Asper grāmaticus,ita,Latinorum,Virgilianum putat, vt versum etiam in suos pedes diuidendo,neq; syllabam, neq; literam vllā deerrare permittat.Exemplaq; insuper alia aggerit,quibus Virgilium hypermetro libēter vsum ostēdat:est etiam in aliquot anti. Turris, & tecta:pro,ac tecta,quod in aliorum sit arbitrio.¶Muroq; subibant.)In Ro.cod.muros,per accusatiuum est,quod secundū naturā esse ait.Ser.muro vero per datiuum figuratū.¶Cum proue. equo long.regis ad au.Nun.)In cod.omnibus aut.quotquot habui,vno exēplo legitur,præuectus:quod magis ostendit anticipationem.Est & vbi loco particulæ,cum, scriptum sit, tum. Sed hoc ob similitudinē literarum c,& t,quę eadem pene forma sunt in notis Lōgobardicis,vt alibi dictum. ¶ Vrbe fuit me.) Veteres cod.nōnulli vna cum Mediceo,summa nonnulli media, legunt: vtrūq; placet.Si summa,propter arcem,quę solita est editiori loco poni.si,media,quia domus regia in medio esse debet,vt de angue in orbem voluto,cum domo in medio sita,quod Imperatorem significet,in commentis Ægyptiorum habetur.Hinc sce.acci.In anti.plerisq; cod.hic sceptra adcipere: hoc est in loco consistentibus. Quāquam placet & hinc de loco aduerbium,veluti ēt omen erat coronas laureas Cæsarib⁹ triumphaturis ex eo carpere Laureto,quod in Veiētano Liuia post Augusti statim nuptias pāgi iusserat,de quo plura Suetonius.Neq; vero illud dissimulabo esse codices veteres,qui,sceptrū,vnitatis numero legāt, quod aliorum arbitrio relinquim⁹.¶Hæ sa.se.epu.)In Ro.co.hęc,vnitatis numero legitur: vt sit, hęc sedes. In reliquis plurale est. In Med.sacrę sedes.sed melius,sacris:vt in Porcio.¶Antiqua ex ce.) In veteribus cod.quos legerim,vel,antiqua e cedro:absq; x litera quod oino suauius videtur: vel absq; vlla prępositione antiqua cedro,vt in Med.habet. ¶ Martia qui ob.pa.pu.vul.pas.) In Roma.cod.Martiaq;,legitur,per particulam copulatiuam,vt cū regibus eos etiā pari propemodum honore decoratos indicet, qui pro patria pugnando vulnera passi fuerint.sed longe omnino magnificentius id ornamenti regibus his addere.

Tali intus templo diuum,patriaq; Latinus
Sede sedens, Teucros ad sese in tecta vocauit:
Atq; hęc ingressis placido prior edidit ore.
Dicite Dardanidæ(neq;.n.nescim⁹ & vrbē, LATI.
Et genus:auditiq; aduertitis æquore cursum)
Quid petitis? quæ causa rates? aut cuius egenteis
Littus ad Ausonium tot per vada cœrula vexit?
Siue errore viæ,seu tempestatibus acti,
Qualia multa mari nautæ patiuntur in alto:
Fluminis intrastis ripas: portuq; sedetis?
Ne fugite hospitium: neue ignorate Latinos
Saturni gentem, haud vinclo, nec legibus, æquam,
Sponte sua,veterisq; dei se more tenentem.
Atq; equidem memini(fama est obscurior annis)
Auruncos ita ferre senes:his ortus vt agris
Dardanus,Idæas Phrygiæ penetrauit ad vrbeis,
Threiciamq; Samum,quę nunc Samothracia fertur.
Hinc illum Corithi Tyrrhena ab sede profectum,
Aurea nunc solio stellantis regia cœli
Accipit:& numerum diuorum altaribus auget.

SERVIVS.

¶Placido prior edidit ore.) Bene placido Legatorū enim fuerat, vt ipsi ante loquerentur. Sic in secūdo. Vltro flens ipse videbar.¶ Dicite Dardanidę.)Aut ex veste eos Troianos esse cognoscit, quæ erat proprie gentium singularū. Aut κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus famam: quæ eos venire nunciauerat,eadē etiā Troianos eē dixisse. Vnde infert.¶ Auditiq; aduertitis æquore cursus.) Dardanię aūt, ac si diceret cognati.¶ Errore viæ, seu tempestatibus acti.) Duo quęrit.Si voluntate venistis,quid petitis? Si necessitate, tempestas vos an error aduexit:¶ Vada cœrula.)Cœrulum est viride cū nigro, vt est mare. [margin: Cęrulis.] ¶Qualia multa.) Ad duo respexit:errorē & necessitatem.¶ Portuq; sedetis. ¶Ante enim pro portu erat illic exitus fluminis. ¶ Ne fugite.)Ne fugiatis,ne ignoretis. ¶Saturni gētem.)Laus generis.¶Sponte sua,veterisq; dei se more tenentem.)xenocratis est qui cum primus Philosophiæ scholam aperuisset(quod antea in porticibus Philosophi tractarent) & interrogatus esset quid pręstare posset discipulis: Respōdit vt id voluntate faciant,quod alii iure cogūtur.¶ Veteris.)Antiqui: ac si diceret,aurei sęculi imagine viuimus. ¶ Fama est obscurior annis. Ac si diceret,nisi esset, iam vos sciretis. ¶ Auruncos ita ferre senes.) Apud veteres historiæ hoc genus fuit, vt maiores natu anteacta posteris indicarent: quod hic indicat locus. Lucanus apertius, cum esset de Antęo narraturus ait, Cognitam per multos docuit rudis incola patres. Quia adhuc nec annales erant,nec historię. Aurunci vero,Italiæ populi antiquissimi fuerunt. ¶Ferre.)autem, quasi cum ostentatione iactare.¶Dardanus.)Iuppiter cum Electra Atlantis filia Corithi regis Italię vxore concubuit.Sed ex Iouis semine natus est Dardanus:ex Corithi Iasius. Dardanus profectus ad Phrygiam Ilium condidit Iasius vero Thraciam tenuit, vbi est Samos: quam hic Samothraciam nominauit. Nā Iunonis alia est Samos insula. Quanquam ciuitas Thraciæ quę est in Cephalenia,Samos dicatur.Vnde postea cum responsum esset, Antiquam exquirite matrē: & Æneas Italiam peteret,pfectus ad Thraciā, Samothracas deos sustulit, & pertulit secum propter originē matris.¶Idęas Phrygię penetrauit ad vrb.) Quia erant & Cretę, addidit Phrygię. ¶ Corithi.) Oppidum & mons dictus a rege patre Dardani.¶Auget.)Addit,adiectiones scilicet nominis sui.

DONATVS.

¶Tali intus templo.) Intra tecta,dixi, quę descripta non sunt. ex vestibuli enim qualitate intelligi potest interior domus.certe tectum dixit primo, cum vnum domus describeret membrum nunc pluraliter posuit tecta,vt ostenderet iam se de interioribus loqui.¶Et solio.m.)In media sella, qua vsi sunt maiores eius, sedit.¶Atq; hęc.in.)Vidit homines,& ex ipsa qualitate vestitus,cuius gentes essent,euidenter agnouit.& his plurimum cōcessit, vt primi verba facerēt,facilem enim se & beneuolum prębuit.¶Dicite.d.Supra dixit, nūcius ingētes ignota in veste reportat aduenisse

Universidad de Deusto Biblioteca

nisse viros:& reuera,si ętates considerentur eorum, qui ante Vrbem per ludum bellicis certaminibus exercebantur. Potuerūt & formam mirari hominum,& nescire qui essent.non enim vestiū primo vere genus poterant nosse,vt Troianos esse perferrēt.sed vbi ad Latinum ventum,est hominem longęuum atq; prudētē, & vsu in omnibus instructum,& eorum habitum vidit,cōtinuo sciuit esse Troianos.Ideoq; sic cœpit.¶Dicite,d.)Verum ne Troiani mirarentur nomen suę gentis a Latino prolatū,addidit.¶Neque.e.n.)superfluum enim ei visum est quęrere,quod videndo cognouerat.si non posset intelligere ex habitu homines,diceret, qui estis,aut vnde,omissa sunt igitur ista, & in compēdio posita sunt:opinionem enim habuit maximam Troia,cum floreret felicitas eius. & de aduersis facta oibus fuerat notior. illud tantum, quod necessario fuerat requirēdum,subdidit.¶Auditiq; ad.)Dicit auditi, vt demōstraret se ab aliquo audiuisse, vnde venissent Troiani.¶Quod petitis?) Intellexerat enim eos aliquid velle postulare.¶Quæ causa.r.)Quæsiuit causam,quia factum est, vt remotis regionibus cæteri ad Italiam venissent. ¶Aut cuius.e.Li.ad.a.(At cuius rei egentes tantum laborem suscepistis?Vt autem euidentiorem faceret interrogationem suam,hæc annexuit.¶Siue errore vię.)Via pelagi non in vndis,sed in cœlo est.deniq; cū nubes obducuntur:nec vidētur sydera,nauta fertur,nō quo scit aut instituit tendere,sed quo duxerint venti,vt ipse alio loco Virgilius ait.Iste diem noctemq; negat discernere cœlo, Nec meminisse vię media Palinurus in vnda.¶Seu tempestatib⁹ acti Qualia multa mari.)Noui,inquit,nō solum tēpestates, sed & multa alia nautis accidere,cum in alto sunt pelagi,compleuit interrogationem textum,incipit iam prosequi ea,quibus offert beneuolentiam,atq; petitionem aliquam,securos efficiens.¶Fluminis intrastis ripas,portuq; sedetis.Ne fugite hospi.)Nec reprehēdit, quod Troiani fecerāt authoritate sua,& aliud obtulit, quod excederet hospitium littoris.quod,inquit,ripa vos fluminis tenet, & portus,venite potius,& hospitio nostro iungimini, hospitij significatio & domus habitationem tenet & gratiam iungendę amicitię.Vtrinq; igitur Latinum obtulisse manifestum est in eo quod dixit ne fugite hospitium neue ignorate Latinos. Addidit sui & suorum laudem,vt optimorum se amicitias intelligerēt sortituros.¶Neue igno.la.)Debetis,inquit,nosse Latinorum saturniam gentem,non metu legum, sed natura mansuetam,cum ipse dixisset,quid petitis?pręuenit eorum postulatum,& vltro obtulit,qđ sperabat petituros.melius enim fuit sponte ingerere, quod poscentibus non fuerat negaturus, in eo ipso cumulans beneficiū, vt eorū amicitiā offerret,qui a Saturno genus & originem ducerent.¶Atq; equidem m.)Veterem fatis memoriam replicat,non tantum sibi vitio antiquitatis obscuram,verumetiā auruncis senibus tenuiter notam,qui referre consuessent, quæ sequuntur. ¶His ortus vt agris.) Omnibus modis astruens beneuolentiam suam multis generibus ostendit, eos habere debere fiduciā præsumendi,adeo vt asserat inter Troianos & Italos nullum generis esse discrimen,licet obruerit, inquit,longa temporum series veritatem,nouatur tamen cum relationibus senum. transit deinde ad posteros.Auruncis quippe(vt memini)referētibus, habeo cōpertum Dardanum in his gēitum terris profectum esse ad phrygiam:inde isse ad threiciam samum,quę posterioribus seculis samothracia dicta est.a corito vero ad cœlum esse sublatum, & merito illustris vitę relatum inter deos,vnde cœpit, inde conduxit dictionem suam,nam incipiens dixit.Dicite Dardanidę.Et quod clausum inter initia fuit,aperuit in fine.vt Troiani non tantū de noua amicitiæ coniunctione, verumetiam de affinitatis fiducia gloriarentur.

ASCENSIVS.

¶Tali, &c.) Docet cum qua beneuolentia: & affabilitate sermonis,rex Latinus suscepit Troianos,ostendens eos ex Italia, originem per Dardanum traxisse.De qua re dicit Donat⁹ sic.¶ Dicite Dardanidę.)Prior verba facit,vt facilitatem suam,& beneuolentiam in eos demonstret.Potuit autem ex veste,Latinus, qui multa experientia esset,Troianos cognoscere,quod nō poterant per teneram ętatem,illi qui erant extra portas.¶Errore vię.)Quia in obscuro cœlo,in quo via est nauigātibus, ab illa errare possunt: vel vi tempestatis inde abstrahi.¶Ne fugite hospitium.) Nō modo concedit quod sua authoritate iam sumpserāt, quod ripas intrarunt:sed vltra id hospitium offertur.Ex cognatione autē,quę Troianis cum Italis est, ostendit eos posse capere omnē fiduciā. ¶Dardanus.)Iam explicat,quod proposuerat, cum dixit, Dicite Dardanidę.Hec ille.¶Ordo est.Latinus sedens intus,tali templo diuum,id est diuorum:& sede patria,id est quam paterna hereditate possidebat: vocauit Teucros in tecta ad sese, idest seipsum. Atq; ipse prior,vt,scilicet beneuolentiam suam indicet:edidit,id est elocutus est:ore placido,id est beneuolētiam indicāte:ingressis,scilicet Troianis oratoribus. Hæc, scilicet subsequētia verba, O Dardanidę:& quia stupebāt se vocari Derdanidas, addit: Neq; enim,id est nam:non nescimus,id est bene scimus:& vrbem:sup. vestram,videlicet Troiam:& genus,sup. vestrum: & vos auditi, id est cogniti,ex auditu,& relatione:quia sępe audiuimus de vobis:aduertitis ęquore,id est p ęquor:cursus,sup. vestros:ad nos dicite ergo,quid petitis, & quæ causa, aut cuius rei egētes,rates vestras vexit ad littus Ausonium,id est Italicum,& ad partem Ausoniæ,per tot vada cœrula,id est cœrulea, hoc est cœrulei coloris,hoc est per tot maria periculosa.Siue vos acti errore vię, seu tēpestatibus: qualia.s.mala,vt errorē, & tempestatem nautę, patiūtur multa in alto mari:intrastis ripas fluminis, scilicet huius, hoc est Tybridis:& sedetis portu, id est ad portum: ne fugite,id est ne fugiatis,aut vitetis,hospitium, scilicet nostrū:neue, id est vel non ignorate,id est cognoscite Latinos: gentem Saturni, id est cui Saturnus aliquādo pręfuit:ęquam,idest iustam:haud vinclo nec legibus,id est nec metu supplicij,nec iussu legum:sed,sup. ple sponte sua, id est suapte natura: & tenentem se more veteris dei,scilicet Saturni:quo regnante:aurea erant sęcula:& summa sine legibus ęquitas:dictitante,scilicet cuilibet consciētia,quid facere debebat:vt sub lege naturę,viuebatur olim. Atq; equidem, id est ego certe memini:sed,supp. fama est obscurior annis,id est propter annositatem:quia multi interfuerunt anni(aut fama est obscurior,quam merito per annos sit:quia non adeo multi interfuerūt anni:sed prior modus pręstat.)Aruncos,id est antiquissimos populos Italię,ab Arunca ciuitate,quam Auson filius Vlyssis,& Calypsus,ędificauit dictos senes,id est annosos:ferre, id est recitare:ita vt scilicet Dardanus ortus his agris penetrauit ad vrbeis Idęas Phrygię:quia est etiam Ida in Creta:& ad Samū Threiciam,quæ fertur.i.dicitur nunc Samothracia. Aurea, id est pulcherrima:regia cœli stellantis.i.stellati,aut stellas ferentis:accipit solio.i.sede regali:illum.s.Dardanum:profectum.i.qui profect⁹ est:hinc.i.ab hac regiōe,a sede Corithi.i.illius oppidi: Tyrrhena.i. qđ est ad mare Tyrrhenum: & ipse acceptus addit.i. auget: altaribus.i. sacrificijs sibi factis,numerum diuorum.i.ipse nunc inter deos superos versatur,eorum catalogo ascriptus. Seruius legit,addit,pro auget:alij tamen,auget,legunt.

PIERIVS.

¶Tali intus templo diuum,patriaq; Latinus.) In antiquis nonnullis exemplaribus legere est,Tali intus temploq; deū,patriaq;. Sed illud,templo diuom,in pluribus habetur:aut,tali intus diuū templo:vt in Mediceo est.¶Qualia multa mari nautę patiūtur in alto.)Veteres aliquot codices,Qualia sępe mari,legunt. Sed multa,interpretes agnoscunt.¶Veterisq; dei se more tenētem.) Sunt veteres codices,in quibus,ferētem:pro tenētem, scriptum inueniās.Sed cum superiore versu facta sit mentio vinculi & legū,tenētem,magis placet.¶Auruncos ita ferre senes.) Quanquam nō sum nescius,quod subijciam risu a multis excipiendā esse,dicam tamē in codicibus aliquot antiquis, Auricomos, positum ab iis qui forte quid sibi vellet,Auruncos,minus intelligebant.¶Idęas Phrygię penetrauit,In Ro.cod.& quibusdam alijs,penetrarit,legitur:quod melius quadrat,vt penetrarit. Accipit, & numerum diuorum altaribus auget.)In nonnullis antiquis codicibus,Addi,legitur:vt alibi, Decus addite diuis.Sed.n.melius,auget: dicēdo numerum.

SERVIVS.

Dixerat:& dicta Ilioneus sic voce secutus. POE.
Rex, genus egregiū Fauni,nec fluctib⁹ actos. ILI.
Atra subegit hyems vestris succedere terris:
Nec sydus regione viæ,littusve fefellit:
Consilio hanc omnes,animisq; volentibus vrbem

¶Voce secutus.) Plerunque enim consentimus & taciti. ¶Rex.) Cōciliato ab honore, idem a gñe. ¶Succedere terris.) Vt,Succedoq; oneri.¶Nec sydus.) Aspectus syderum. Nā tempestatem supra dixit: nec est bis idem positum. ¶Vrbē afferimur.)Ad vrbē ferimur. ¶Extremo veniēs.) Id est primo.Nam alias Rediens diceret,nō Veniēs. ¶Dardana pubes gaudet auo.) Generis origine.Nam auus nō est Troianorū Iuppiter: sed Æneę filius per Venerē.¶Quanta per Idæos.)Ad illud rñdit: Auditiq; aduertitis ęquore cursū id est,nō mirum est hęc te audisse q vniuersus orbis agnouit.¶Tēpestas.) Vis bellorū. ¶Actus.) Collisus. ¶Fatis.) Per trāsitum & Troianos eximit culpa:& Græcorum detrit laudē. ¶Tellus extrema.) Vt est Britaniæ & omnium insularū Oceani.¶Refuso.) austē,refluo,vt Lucanus indicat, & est hoc Homeri, αὐτὰρ ἐπεὶ ποταμοῖο λίπε ῥόον Ὠκεανοῖο Νηῦς, ἀπὸ δ' ἵκετο κῦμα θαλάσσης εὐρυπόροιο. ¶Et si quē extēta plagarum Quattuor.) Audierunt etiam illi q separātur Zona ea quæ est in medio quatuor,id est feruēs. Significat autē Antipodas.¶Iniqui.) intemperati vel ardentis.¶Diluuio ex illo.) Ex illa vastitate.Alij distiguūt,& mutāt sensū: vt sit Quos dirimit plaga solis ardentis:ex quo mund⁹ est cōstitutus:hoc est, ex quo chaos esse desijt.¶Dijs sedem exiguam patrijs.) Pia & verecunda petitio.¶Littusq; rogamus innocuum.) Non quod nulli noceat, sed cui vidicato nulli possit nocere. Aliter serpētes innocuos dicim⁹. ¶Cunctis vndamq; auramq; patentē.) Ista enim cōmunia sunt. ¶Indecores.) Decus, decoris facit:decor,decoris:sed hic in decor dicimus,hoc idecus nō possum⁹ dicere.Vnde idecores,cū co breuis sit, aut systole est:aut certe dicimus noiatiuā non inueniri,vt in multis nominibus fit. Nā indecus lectū nō est,qđ & melius est.Nā Systole in exēplis fieri nō debet. Verecūde āt hoc dicit sua coiūctione ēt ornari Italos.Abolescet.) Abolebit:& vsus est ichoatiua forma,cū opus nō esset. ¶Troiā.) Id est Troianos.¶Fata p Ænee iuro.Quē iā nouit Latinus, oraculo.s. Fauni:per quod audiuit,Externi veniēt generi.¶Siue fide,seu qs bello est expertus,& armis.)In his.n,dextera cōprobatur. ¶Vittas.)Quę pendebant in ramo religatę.Alibi,Et vitta comptos voluit pretendere ramos. ¶Huc repetit.) Scilicet Dardanus. Id est Æneas,qui & Dardanus vt diximus supra, vocabat. Et bene Repetit,non Petit,quasi sua.¶Ingentibus.)Delijs,quæ magna constat fuisse.¶Fortunę parua prioris.) Bene medium tenuit. Nam ne laudare videretur ait Parua.ne deformare(nam durum est aliquid ab infelicibus accipere)ait Fortunę prioris.¶Hoc pater Anchises auro libabat ad aras.)Pateram significat.¶Hoc rPiami gestamē erat.)Diadema dicit,nam sceptrum dicturus est. ¶Sacerq; tiaras.)Pileum Phrygium dicit.Et sciendum hic Tiaras per vsurpationem dictum.Nam hęc tiara dicitur.Melius ergo Iuuenalis: Et Phrygia vestitur bucca tiara.

Afferimur,pulsi regnis,quæ maxima quondam
Extremo veniens sol aspiciebat Olympo.
Ab Ioue principium generis: Ioue Dardana pubes
Gaudet auo.rex ipse Iouis de gente suprema
Troius Aeneas tua nos ad limina misit.
Quanta per Idęos sęuis effusa Mycenis
Tempestas ierit campos:quibus actus vterq;
Europę atq; Asiæ fatis concurrerit orbis:
Audijt,& si quem tellus extrema refuso
Submouet Oceano: & si quem extenta plagarum
Quattuor in medio dirimit plaga solis iniqui.
Diluuio ex illo tot vasta per æquora vecti
Dijs sedem exiguam patrijs,littusq; rogamus
Innocuum,& cunctis vndamq;, auram patentem.
Non erimus regno indecores:nec vestra feretur
Fama leuis:tantiq; abolescet gratia facti:
Nec Troiam Ausonios gremio excepisse pigebit.
Fata per Aeneæ iuro dextramq; potentem,
Siue fide,seu quis bello est expertus,& armis:
Multi nos populi,multæ(ne temne,q vltro
Preferimus manibus vittas,ac verba precantum)
Et petiere sibi,& voluere adiungere gentes.
Sed nos fata deum vestras exquirere terras
Imperijs egere suis:hinc Dardanus ortus.
Huc repetit:iussisq; ingentibus vrget Apollo
Tyrrhenū ad Tybrim,& fontis vada sacra Numici.
Dat tibi præterea fortunę parua prioris
Munera,relliquias Troia ex ardente receptas.
Hoc pater Anchises auro libabat ad aras:
Hoc Priami gestamen erat:cum iura vocatis
More daret populis:sceptrumq;, sacerq; tiaras,
Iliadumq; labor vestes.

DONATVS.

¶Dixerat:& dicta il.)Licet ille interrogationem suam releuauerit,offerendo Troianis,quę fuerant petituri.tamen respondēdū omnibus fuit.iccirco Ilioneus hęc post Latini dicta ,psecutus est & quia principiorum solēnitas nō adeo necessaria videbatur in ea causa,in qua Latin⁹ ipse beneuolum se demōstrauerat. & plus q̄ optari potuisset,iam sponte contulerat.tamen non intermisit. principiorum formam,nec in totum prosecutus est:ait, n.¶Rex Genus,e.)Hoc est enim principium,quod est breuissimū, si verba considerentur.si vero breuitas ipsius intellectus placeat cōsiderari,inueniemus late diffusum.Rex,inquit, a fortuna sumpta laudatio.quid enim felicius eo,qui teneat regnum,qui populos regat,qui condat leges,in cuius incolumitate constituatur omnium salus, qui redundet diuitijs, & qui omni honore atque authoritate præcellat? Genus egregiū plus eē voluit nobilē nasci,quā fieri,Fauni, inquit, elegit vnum de omnib⁹ Latini patribus,cuius nomē inferere laudi licet nominādo gen⁹ egregium omniū, omnes ei⁹ tetigerat retro maiores ipsumq; faunū, qui fuit ex ipsis: forsitan quæretur, vnde Ilionens regens ad Italiam genus Latini tam cito nosse potuerit?mirandum nō est,id facile nosse potuisse.quod igressum domum regis in ipso vestibulo cōstat ingestum: incipit iā post principiorum breuitatem q̄sita narrare, sed nō eo ordine, quo sunt ,pposita in quo nullum est vitium. in his enim hoc quęrit, vt omnibus tunc rogatis occurrat. ¶Nec fluctibus actos.) Quam cito & quam breuiter totum dixit?Venientes ad te,inquit, nec vis maior tempestatum, nec impet⁹ maris inuitos impulit: neq; error iduxit.¶Cōsilio hanc omnes.)Voluntate potius nostra & vno omium consilio communiq; tractatu ad hāc vrbem sumus aduecti.¶Pulsi regnis.) Nō potuit altitudinis mœniū melius instar ostendere. sol enim cum exoritur,& adhuc in exordio mūdi est,perindeq; in humili nihil videt primo,nihilq; contingit,nisi quod altissimū fuerit.Dixit laudem mœnium ciuitatis suæ: quæ fuerāt, cum incolumia pdurabant. Venit ad hominū pdicationē, quæ cōmendationis nō iactantiæ causa interposita est,simul vt affinitatē Latini cū sua suorūq; monstraret esse cōiunctā, perindeq; ab eo alienos nō esse,qui rogarent. quod ipsum nō frustra ,psequebatur epud eū qui omnem vetustatis ordinē nosset,vsq; adeo vt seriem rerū Latinū docentē ante momentum audisset.¶Ab Ioue. pr.ge.)Plus Ilioneus dixit,quam Latinus. Latinus quippe dixit, Dardanū ex Italia genitū dedisse originem Teucris. Ilioneus vero ait,Iuppiter nostri author est generis, qđ adeo laudabile fuit, vt hoc interim repetisset,dicens.¶Ioue,d.p.)Ecce & tertio.¶Rex ipse Iouis.) Confirmandę veritatis causa eādem rem non semel, sed secūdo & tertio repetiuit,nominans Iouem, quo nullus potior esset,Iuppiter,inquit,caput est generis nostri. Ecce nō recusat Dardanum,sed posterioris hunc temporis dixit, & nō a Dardano cœpisse Troianorum genus,sed a Ioue,qui esset dijs omnibus notior.deniq; addidit Ioue auo gaudet posteritas Dardani, quem Latinus dixerat ex Italia profectū ad Troiam. Et quia in omni genere Troianorum nullus potior fuit.solum eū frequēter nominat,de cęteris tacet:& immoratur in nomine Dardani, quē Latinns veterum fabulis recognitum habuisse testatus est, sed strictim transit,cum vero venisset ad nomē regis sui, quem proculdubio cęteris meliorē debuit demonstrare,ait. ¶Rex.i.i.de.g.s.)Supremam sic dixit,quomodo ait,tu sanguinis vltimus author,vt enumeratiōe maiorū ipse videatur in fine.Proximiorem tamen dixit Æneam Ioui, q̄ cæteros,quoniam Iouis nepos fuit.¶Troius Æneas tua nos ad limina misit.) Debuit hoc loco subiungi causa,propter quam missi fuerāt,sed causam causę primo subiecit:vt procurata miseratione facilius,quod optabat,eligeret. Iccirco dilata petitione subnexuit. ¶Quanta per Idæos.) Quę calamitas oppresserit Troiam, ex ordine fuerat referēdum vt posset ex duris aduersisq; moueri miseratio: sed remouendæ fuerant morę,vt mature posset effectus legationis impleri. vtrāque igitur temperat partem,vt tangat hęc,nec tamē in ipsis diutius commoretur,vsus compendio relationis:& eo,quo maiorē

Universidad de Deusto Biblioteca

miserationis moueret affectũ.qcqd.n.nõ tacet fama, & qđ ad cœli partes & vltra oceanum perfertur,constat esse firmissimũ. Bona quippe vel aduersa pro qualitate sua habent famam: & magis malã ꝙ̃ bonã.Ait igitur Ilioneus, quid repetã nostrorum malorum contextum?cum tempestatis illius violentiã acerbitatemqꝫ infandam fama referente cõfidam tuis auribus cognitam? cum ad hanc partem,ad finem quoqꝫ mundi, & vltra syderum metas credam peruenisse,clades tamen ipsas ex eo metire,& quid emerserit cõfligentibus duabus orbis partibus Asia.s.& Europa.¶ Diluuio ex illo.)Nõ dixit bello,sed diluuio:bello quidem confecto aliquid superat,quod superioris tẽporis initia mõstrando testatur.Post diluuium vero nihil remanet sed quicquid inuenit,tollit.¶ Tot vasta per.æ.v.)Post calamitatẽ grauissimam belli deterior nos casus excepit. nam sensimus maria & grauia & lõga,nec vnius tantum,sed plurimorum littorum loca nouimus,ecce necessariam miserationem.quis enim nõ doloret de ijs, quos ex superiore imperij culmine sæuiẽs fortuna deiecit? dehinc mira poscendi arte ipsam petitionem inducit,ostendens negandã non esse.facilem vero commodãqꝫ prestanti:quod in orationibus suasorijs necessarium est,quoties aliquid postulamus.¶ Dijs,inquit, sedem exiguam patrijs.)Ecce & modicum quid petit, & dijs concedi postulat sedem,hoc est templum.vbicunqꝫ.n.deorum simulachra fuerint,templum est:& ostendit sacrilegium esse, si illis sedes vel maxime exigua denegetur, quanta laude talis petitor dignus?quãtũ pius & religiosus inuenitur, qui omissa hoĩum interim causa , dijs primitus , quos secũ Æneas aduexerat,desyderat prouideri?si tamen agendi artẽ consyderemus in vna petitiõe inueniemus & alteram:cum enim dicit,deos esse patrios , quis numinibus tribuat sedẽ cultore despecto?vnde eo res redit, vt deorũ facta cõmemoratione ẽt hominibus sedes latenter postulata videaẽ.illud tamen,quod ad homines pertinebat,nec onerosum fuit,nec aliqua ratione difficile. ¶ Littusqꝫ rogamus In.) Quid tã humanum,etiam simplex?morari velle in littore? nullius molestiam pati?nullã onerari presentia peregrini,vti aura, quã omnibus prestitit rerum natura cõem,& habere aquæ perẽnis copiã, quę nescit detrimẽta cum tollitur de sinu fontis aut de cursu fluminis rapitur?¶ Non erimus.r.i.)Superbum & arrogãs fuit dicere,ornabit te societas nostra,tenuauit dictum , & ait nõ tales sumus,vt pudeat te in amicitiam suscepisse Troianos. ¶ Nec vestra fe.)Nec pro leui ducimus,quicquid in presenti prestiterit. ¶ Tãtiue ab.g.f.)Aut istiusmodi factum aliqua ex nostris sensibus deterget obliuio.¶ Nec Troiam au.g.)Gratulabantur Ausonij, nos sibi amicitię fœderibus esse cõiunctos.hoc genere cõmodius fore generaliter spõdet.specialitas enim si definiret futuri tẽporis spem,fieret leuior,in infinito vero promisso plus sentitur,ꝙ̃ potest exhiberi.Post multa,quę suadẽter locutus est,adhibet iusiurandum cum laude regis sui dicens. ¶ Fata per Æneæ iuro.)Laudat quoqꝫ eius fidem quæ vel maxime negocio nouæ amicitiæ & firmitatis fœderis fuerat necessaria.Ecce addit aliud,qđ ostendat cõcedendi necessitatẽ,& meritum petentiũ cumulet . dicit.n. ¶ Multi nos populi.)Multi populi rogauerunt nos volentes sibi adiungi societatem nostram:nec dixit qui,nec dixit quãti: vt qđ afferebat extolleret.Multum hic suspendenda pronunciatio est. quoniam interposuit rem necessariam,& ne contemnas, inquit, personas supplicum, quia vltro venimus preces tibi fundentes: rogauerunt enim nos multę gentes, & voluerunt nos multi populi sibi cõiungi.Tractatus hic magnꝰ est,vt credibile fiat, quod non poterat credi.Gẽtes enim plures,plurimi populi,quos nulla querendorum auxiliorum necessitas cogeret, quãdo poterãt aliorũ adminiculum querere? nisi quia muniri fortiore manu & meliore accessu ornati cupiebant?Vnde qa potuit dici,si rogati estis,cur non est factum,quod petebamini, & supplices nũc esse maluistis:huic parti mox occurrit dicens.¶ Sed nos fata deum vestras exqrere terras Imperijs egere suis.) Dimisimus, inquit, compendium nostrum,& commodum remanendi , & rogantes non spreuimus,sed deorũ iussa,quibus ad has terras agebamur, preponẽda credidimus.Hæc dicendo nonnullum metum ingerit audienti,ne auderet negare,quod ꝓmiserant numina. ¶ Hinc Dardanus ortus,Huc repetit.)Nec nos,inquit, huc existimes nouos venisset sed Dardanum remeasse cũ suis:nec incognita petere,sed repetere originem nostram.¶ Iussisqꝫ ingentibus.)Apollo hęc fieri iussit,& sui authoritate nominis coegit,& impulit potestate,vt quereremus Tybrim,& numici venerabilẽ fontem,Multis generibus astruxit petitionem suã,rogauit,terruit, denunciauit,inhumanum fore,si sperneret suos,sacrilegiũ quoqꝫ incursurum,si deorum iudicium refragatione violaret. ¶ Dat tibi preterea.)Preterea importune positum videbitur,quoniam nihil fuerat antea datum,si intellectus multorum interpositione cõfusus non referetur,huius igitur aperiẽdi causa,narrationis superiora repetamus retrahentes,quæ narrationem diuiserunt: Troius Æneas tua nos ad limina misit,Dat tibi preterea fortunę parua prioris munera,relliquias Troia ex ardẽte receptas.Ecce dictionis integritas,misit nos Æneas,vt rogaremus te.preterea dat tibi munera,ac ne personę suę,& eius , qui miserat contemplatione ductus Latinus vilia duceret,quę offerebantur:commendauit Ilioneus non tantum specierum merita:sed eorũ quoqꝫ, qui his fuerant vsi,dat tibi,inquit,rex noster,quę manente fortuna Troiani imperij fuerunt parua.hæc enim sola de incẽdio eripi potuerunt.In maiore enim vi cessante eligendi arbitrio , quod potuerit rapitur,paruę ergo fuerunt ante interitum Troię , nunc pro magnis efferuntur:quod paruum dixit,satiat dicẽdo , relliquias esse.Dat,bis accipitur,dat munera fortunę prioris parua,dat relliquias Troia ex ardente receptas. ¶ Hoc pater Anchises.) Et si non satis hęc,inquit,magna per se sint , pro magnis tamen accipi meruerunt , vel quia in vsu talium virorum fuerunt,& videtur hoc hominis fuisse:vel quod Ænee pater habuit, & socer gestauit,id transiret ad eum,qui loco patris futurus esset , & socer. Certe quãta fuit mittentis gratia?illud dare , quod charissimum & religiosum parentibus fuit? ipso, ait , vtebatur Anchises cum dijs vota persolueret,ac per hoc libenter accipi debet, quod fuit in obsequio numinum.Illud vero quod gestamen fuisse Priami dictum est,ne omen traheret ex persona hominis lapsi & eius , q interisset cum imperio suo,addidit tẽpus , quo Priamus floruit dicens.¶ Iliadumqꝫ labor.) Vbi fuit maior dignitas in speciebus muneris,hoc est in sceptro & tiara.¶ Sceptrumqꝫ , sacerqꝫ tiaras.) Debuit dici.Sceptrumqꝫ sacrumqꝫ tiaram,& sic simpliciter poneret:quod ne sit vitium sic ordinemus . Hoc Priami gestamẽ erat, & dicantur,quę fuerunt in gestamine.sceptrum, inquit, & sacer tiaras,& erit integra locutio,fuit ergo gestamen sceptrum & tiaras in vestibus Iliadum fœminarum. Labor specialem designationem tenuit.hæ autem,quæ fuerunt manu Iliadum factę,perinde quę essent meriti leuioris,sub generalitate latere debuerũt: licet commendationis fuisset,quod ait.Et vestes nostrarum mulierum labore confectas.Tiaram dixit pileum,quo Phryges vtũtur,cum celebrãt sacra,inde sacrum dixit:quia quod ad sacra attinet,factum est.

ASCENSIVS.

¶ Dixerat,&c.)Recitat argutissimã Ilionei responsionem quę in genere deliberatiuo versatur,bene autẽ Ilioneo , q ex Mercurio ortum habet,facũdia attribuitur.Est enim facũdię deus, Mercurius:vnde Hora.Mercuri facunde nepos Atlantis: pretendit autem captare beneuolentiam Saturni,ex eo quod dijs authoribus & fatis iubentibus,in Italiam venerint : vnde originẽ traxerunt. De hac re dicit Dona.sic.¶ Rex genus egregiũ.) Cum se beneuolum ostẽdisset Latinus. non multum laborauit in texendo exordio Ilioneus,nec tamen penitus omisit. ¶ Fauni.) Vnde hoc cognouit Ilioneus:nẽpe ex simulachris quę erant in vestibulo.Breuissime autem amplectitur,quęcũqꝫ dixit Latinus : nec potuit in tanta breuitate magis extollere gentis Troianũ. ¶ Ab Ioue principium.)Plus dixit,quam Latinus.Ille enim Dardanum, ex Italia venisse,hic vtriqꝫ generi ab Ioue principium esse demonstrat:& confirmandę rei causa,rem sępius repetit.¶ Suprema.)Vt enumeratione maiorum ipse videatur finis : propinquior causa ostenditur Æneas,quia nepos erat Iouis.¶ Quanta.)Vt commiserationem cõcitaret,narrandę erant calamitates: sed remouẽdæ erant more.vt ꝙ̃ primum legationem exponeret.ergo breuiter illa tãgit.¶ Diluuio.)Nõ bello, Nam ex bello,aliquid remanet. Ex diluuio vero, nihil . Nam omnia tollit. ¶ Tot vasta.)Post calamitatẽ belli, durior casus nos excepit.¶ Dijs sedem exig.) Facilem,& honestam petitionem ostẽdit.Ex commemoratione autem deorũ, etiam hominibus petere videtur, Neqꝫ numinibus prebentur sedes cultore neglecto.¶ Littus.) Vt demonstret,quod ad homines pertinet:nec difficile,nec onerosum.¶ Nõ erimus indecores.)Noluit dicere,ornabimus regnum:ne sit arrogans. ¶ Leuis.) Nec pro leui ducimus,quicquid prestiteris.¶ Fide.)Laudat fidem: quę necessaria est in societate regni.Hæc ille. Quærit ergo Dona. vnde Ilioneus sciuerit Latinum esse progeniem Fauni:& purgat.sed satis frigide:vnde malim dicere Troianos,priusqꝫ ad regẽ mitterẽtur disquisiuisse,qui sit,& quo sanguine cretus:nã moris est oratoribus paratã habere orationẽ:in qua reges,a genere , a gestis,a virtute,a fortuna,a forma,alijsqꝫ laudent , Disquisiuerũt autem, qui exploraturi missi erant per diuersa vt sciręt quę loca , & qui

eorum

eorum habitatores sint:vnde si fluminis,& Numici nomia, didicerũt ab incolis:potuerũt & regis genus discere,sed ne multis cõtendam.¶ Ordo talis est.Dixerãt.I.Latinꝰ & Ilioneus facundissimus,s.inter oratores:secutus est voce.i.approbauit sermone dicta.s.Latini,sic : aut secutus est voce: locutus est statim post dicta Latini sic.O rex genus egregiũ Fauni,id est illiꝰ dei: nec hyems id est tẽpestas:atra.i.caliginosa,& nubilosa:subegit nos actos fluctibus.i.nõ subacti sumus fluctibus,tempestate cõmotis,succedere vestris terris.i.subintrare vestras terras:nec sydus aut littus fefellit nos regione.s.ignota viæ: sed sup.nos afferimur omnes,hanc vrbem.i.ferimur ad hanc vrbẽ : consilio.i.deliberatione certa,& animis volentibus:quod dicunt,deliberatis:afferimur(dicit)existentes pulsi regnis,quę sol veniens olympo extremo id est a prima parte cœli aspiciebat quondam,id est olim maxima.i.potẽtissima,& opulentissima:hoc est,pulsi a regno Troiano . Principiũ generis,sup.nostri:est,sup.ab Ioue:pubes Dardana.i. a Dardano orta,Troiano gaudet Ioue auo:qa fuit pater Dardani: & ipse rex .s.noster,Troius, Æneas existens de suprema i. summa gente Iouis,misit nos ad tua littora.Quãta tempestas.i.perturbatio bellorum,effusa Mycenis.s.patria Agamemnonis:vrbe in Pelopõnesso:sęuis,id est immanibus,propter principem eorũ ierit.i. debacchata sit:per campos Idæos.i.Troianos:& quibꝰ fatis actus.i.impulsus:vterqꝫ orbis,id est vtraqꝫ pars mundi,& Europę , & Asiæ: id,sup.adijt.i.simul:is,sup.si,sup.quis est,quem tellus extrema.i. remotissima:submouet.i.separat a nobis , Oceano.i.per Oceanũ: refuso.i.refluo.i.quem separat a globo terræ,mare Oceanum interfusum:vt siqui fuerint in Britanię partibus: ij enim dicuntur ab hoc mũdo separati:vnde in Buccolic.Et penitus toto diuisos orbe Britanos.& is,sup.audijt:si,sup.quis est:quẽ plaga, id est regio solis iniqui, id est nimium vehementis,& torrentis : extenta in medio quatuor plagarũ,hoc est quinta,quę amplissima in medio terrę:& torrida semper ab ęstu, & vtrinqꝫ habet duas : vnam temperatam,& vnam frigore inhabitabilem:siquis ergo est,quẽ plaga illa,id est zona torrida:dirimit.i.separat a nobis,quia cum torrida zona sit impertransibilis,dubitatur an quispiam in terra habitabili habitet:ab ijs inquam dubitaẽ,qui credunt omnes homines ab vno ortos:siquis tamen,aut vltra torridam zonam sit, aut extra mundum in insulis Oceani constitutus:is(inquit)iã audiuit commotionem Troiani belli,quasi dicat nõ esse mirum , si Latinꝰ audiuerit de Troianis loqui.Nos vecti ex illo diluuio , id est bellorum inundatione,aut incendio:per tot vasta,id est valde ampla ęquora:rogamus,i.petimus dijs patrijs sedẽ exiguam : & littus,id est extremum terrę:innocuũ.i.in quo nos innocui habitemus,& rogamus:& vndã & auram,id est aerem , hoc est cõmunionem aquarum,& aeris patentem cũctis : est ergo omne bellũ pro terris:nam ignem attingere nequimus,nisi sit in terris . Nos nõ erimus indecores,id est ad dedecus:regno,scilicet vestro: nec fama vestra feretur leuis,id est parui momenti, ac põderis : ve,ꝑ vel gratia tanti facti:non,sup.abolescet.i.in obliuionẽ, aut aboletione ibit:nec pigebit Ausonios accepisse, idest quod ipsi acceperint:gremio.i.receptaculo terrę suę, Troiam.id est Troianos , q Troiam nouam extruãt.Ego iuro per fata Ænee,quę.s. impulerunt ipsum Italiam petere: & per dextram Æneæ potentem:siue quis est expertus,sup.eam,aut eum:fide,id est periculum fecerit de fide eius,seu bello,& armis hoc est,qui potens est, & fidem seruare,ijs qui ipsum beneuole susceperint , & acre bellũ inferre ijs qui eum repulerint per virtutem:ergo dextrę eius iuro(inquit) quod,sup.multi populi,& multę gentes, petiere , & voluere nos adiungere sibi:ne temne,i.ne cõtemnas:igitur.i.id dico,ne forte contemnas

cõtemnas nos:quod nos preferimus vltro,manibus, scilicet nostris,i.ante nos:vittas.i.serta,adligata ramis oliuę,quos in signũ pacis preferebant:& verba precantum.i.humilem orationẽ, more supplicãtium.i.ne ideo,quia humiles,& pacifici accessimus ad te nos contẽnas:quia,quod a te petimus, multi vltro obtulerũt, sed fata deum,id est deorum:egere.i.coegerũt nos . suis imperijs & exquirere vestras terras:qa Dardanus.i.author generis nostri ortus est hinc,id est ex his terris:& Dardaniꝰ, scilicet Æneas , qui & Dardanus dictus est:aut qui de sanguine Dardani repetit huc, id est ad has terras,in quibus nunc sumus:& Apollo vrget, id est cõstringit manere ingẽtibus iussis,scilicet suis.hoc est, Delij oraculis:ad Tybrim Tyrrhenũ.i.qui influit ad mare Tyrrhenum:& supple ad(nõ enim bis ponitur ad,in textu)sacra vada fontis Numici.Præterea,scilicet rex Æneas,dat tibi parua munera prioris fortunę,scilicet,respectu prioris fortunę, scilicet reliquias receptas,ex Troia ardẽte:quod addit,ne propter proditionem putaretur a Grecis accepisse:Anchises,pater,scilicet Ænee: libabat , id est libare solebat ad aras:hoc auro,id est hoc poculo aut alio vase aureo:& id dicens,offerebat vas aureum.Hoc,s.quod tibi nũc re presento:erat gestamen , id est ornamentum Priami, cum, id est quando:daret more.i. & ex consuetudine poculis vocatis.s. calendis.adludit ergo ad morem Romanum,iura.i.edicta , & leges:& erat(inquit)gestamen.s.sceptrum,in manu,& Tiaras,idest pileus Phrygius:sacer.i.quo in sacris vtebaẽ , & vestes labor Iliadum,i.aut mulierum,acu pingẽtium : aut Phrygiorum , qui cu pingunt vestes regias & sacras.

PIERIVS.

¶ Vestris succedere terris.)Sunt & qui,tectis,legant. Codices tamen emendatiores,terris,plurimom habẽt.¶ Cõcurrerit orbis.) In Romano codice concurreret,habeẽ.siue familiari vitio,i mutarit in e,siue vel tunc auditum dicat, cum res gereretur : vtcũqꝫ autem magis placet,cõcurrerit,perfecto preterito. ¶ Audijt & siquidẽ tel.extre.refuso Submouet ocea.)Preteribo, audit, vnico i,quod pro duplici oblõgiore nota scribi solitum est. In Romano codi.siquam,legitur fœminino genere:vbi intelligẽdum esset,terram,aut plagam.Sed enim virili genere melius. ¶ Bello est expertus.)In Medi.absqꝫ verbo est,legitur:siue fide,siue quis bello expertus & armis in qua lectione,pentimemeris ratione cesurę produceretur.¶ Vittas,ac verba precantum.) In codi. plerisqꝫ veteri.legere est vel,&:vel,ac verba precantia:hypermetro versu In aliquot vero alijs satis inemendate,Proferimus manibus Vittasqꝫ precantia verba.Nam cũ,precantia,omnino legerẽt,neque hypermetrum agnoscerent,ita carmen interturbare sunt adgressi.Quoniam vero non temere credendum tot in cod. precantia, scriptum esse:eam ego lectionem minime reiecerim. Sane vero in colloquijs de pace precari verba dicuntur:vt illud apud Liui. libro.x.de secũ.bel.Puni.itaqꝫ infecta pace,ex colloquijs,cũ se ad suos recepissent,frustra verba ꝑcata renũciãt,armis decernendũ esse.Precata.n.in vete.co.habetur:quod in vulgatis,pacata, substitutum est.¶ Imperijs egere suis.)In co.aliquot anti.cogere, legitur:qđ forte coegere fuit κατ᾽ ἀσυνίζησιν:vt illud, Troię ve opulentia deerit,& vir gregis ipse caper deerrauerat.Vteũqꝫ vero imperijs egere,castior mihi lectio videtur.¶ Hinc Dardanus ortus, Huc repetit,iussisqꝫ ingẽtibus vrget Apollo Tyrrhenum ad Tybrin,& fontis vada sacra Numici.)Quia plerique sunt,qui vel Neuos ex Romano presertim cod.requirunt, subicienda ex eo lectio est,quę mihi minime probatur, Hinc Dardanus ortus Hũc repetit,iussisqꝫ ingẽtibus vrguet Apollo Tyrrhenũ , & Tybrin & fontis vada sacra Numici.

SERVIVS.

¶ Obtutu tenet ora,) Ordo est,Latinus defixa tenet ora: & obtutu , id est intuitu solo hæret immobilis. ¶ Intentos voluens oculos .) Cogitantis est gestus : sic de Boccho Sallustius,Vultu & oculis pariter atque animo varijs. ¶ Regem picta mouet.) Quippe regẽ , & in purpura labor Iliadum . ¶ Portendi .) Portendi prædici , significari. ¶ Paribus auspicijs.) Pari potestate . & tractum est ex comitijs , vt diximus supra .

POE.

Talibus Ilionei dictis,defixa Latinus
Obtutu tenet ora:soloqꝫ immobilis hæret,
Intentos voluens oculos:nec purpura regem
Picta mouet:nec sceptra mouẽt Priameia tantum:
Quantum in connubio natæ,thalamoqꝫ moratur:
Et veteris Fauni voluit sub pectore sortem.
Hunc illum fatis externa à sede profectum
Portendi generum:paribusqꝫ in regna vocari
Auspicijs:hinc progeniem virtute futuram
Egregiam,& totum quæ viribus occupet orbem.
Tandẽ lętus ait.{Dij nostra incepta secũdent, I. A.
Auguriumqꝫ suum:dabitur Troiane quod optas.

¶ Dij nostra incepta secundent .) Antiquo more locuturus de publicis rebus , id est pace & nuptijs filiæ : facit ante deorum commemorationem, sicut etiam in omnibus Catonis rationibus legimus,Hinc est in diuinatione , Siquid ex aliqua vetere ratione , Iouem ego optimum maximum . Ipse etiam Virgilius, Præfatus diues solio rex infit ab alto . ¶ Augurium .) Propter quæ dicta sunt . ¶ Quod optas .) Id est pax . ¶ Nec sperno .)

Quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Munera nec ſperno:non vobis rege Latino
Diuitis vber agri,Troiæ ve opulentia deerit.
Ipſe modo Aeneas(noſtri ſi tanta cupido eſt,
Si iungi hoſpitio properat,ſociuſq; vocari)
Adueniat:vultus nė ve exhorreſcat amicos.
Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni.
Vos contra regi mea nunc mandata referte:
Eſt mihi nata:viro gentis quam iungere noſtræ
Non patrio ex adyto ſortes,non plurima cœlo
Monſtra ſinunt:generos externis affore ab oris:
Hoc Latio reſtare canunt:qui ſanguine noſtrum
Nomen in aſtra ferant.hunc illum poſcere fata
Et reor:& ſiquid veri mens augurat,opto.
Hęc effatꝰ,equos numero pater eligit omni. PO.
Stabant tercentum nitidi in pręſepibus altis.
Omnibus extemplo Teucris iubet ordine duci
Inſtratos oſtro alipedes,pictiſq; tapetis.
Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent.
Tecti auro,fuluum mandunt ſub dentibus aurum.
Abſenti Aeneæ currum,geminoſq; iugales
Semine ab ęthereo,ſpiranteis naribus ignem,
Illorum de gente:patri quos Dędala Circe
Suppoſita de matre,nothos furata creauit.

Quia dixerat Fortunæ parua prioris Munera. Et eſt Liptotes, id eſt Libēter accipio. ¶ Vber agri.) Vbertas. Alibi, Pecoriq; & vitibus almis Aptiꝰ vber erit. Et eſt maior petitione promiſſio. Nam illi tātum littus petierant. ¶ Pacis erit.) Fœderis:ab eo qđ ſequitur,id qđ pcedit. ¶ Tyrāni.) Græce dixit,ideſt regis. Nam apud eos tyrāni & regis nulla diſcretio eſt:licet apud nos incubator imperij, tyrannus dicatur. Sāe apud Gręcos hic & hæc tyrānus declinatur. ¶ Eſt mihi nata,) Male multi arguunt Virgilium,ꝙ Latinum induxit vltro filiā pollicentem. Nec oraculū cōſiderantes, qa Italo dari nē poterat, nec Æneæ meritū quē decebat rogari. Nā ātiquis mos fuit meliores generos rogare. Sic Terentius, Hac fama impulſus Chremes, vltro ad me venit, vnicā gnatam ſuam. Heſiodꝰ etiam περὶ τῶν γυναικῶν, inducit multas Heroidas optaſſe nuptias viroꝝ fortiū. ¶ Sortes.) Abuſiue pro oraculis poſuis. nam non proprie dicuntur ſortes & hic a Fauno oraculum, non ſortes acceperat. ¶ Plurima cœlo monſtra ſinunt.) Aut per augmentum dixit: aut & alia viſa intelligamus. nam duo, non ſunt plurima.) Hoc Latio reſtare canūt.) Hoc Italiā manere ſignificāt. Nā ſi dicimꝰ, hoc mihi reſtat id eſt manet me illa res. ¶ Mens augurat.) Auguror dicimꝰ ſecūdū Pliniū, cū pſagis mētis futura colligimꝰ, Auguror vero tūc cū futura veris captamꝰ augurijs.

Augu ro.

¶ Numero omni.) De trecētis. Et pitē: nā in legione nō niſi trecēti eqtes erāt, qui habebāt ſex millia virorū. per qđ oſtēdit vnā habuiſſe legionē Latinū. Vnde & alibi, Tercētū ſcutati oēs, Volſcēte magiſtro. ¶ In preſepibꝰ altis.) Multa nō ꝓpter ſe, ſed ꝓpter aliud dicūtur. Nā p pſepia alta, equorū magnitudo mōſtrat. Homerus. τανύπεπλον, id eſt per lōgas veſtes. ¶ Ordine.) Pro meritis ſingulorū. ¶ Tapetis.) Tertio declinat hoc nomē tapetū tapeti: vt tēplū templi. Vnde eſt his tapetis hoc loco. Item: hoc tapete huius tapetis, vt ſedile ſedilis. Vnde eſt, Qui forte tapetibus altis Extructus. Declinatur & Græce ὁ τάπης τοῦ τάπητος. Vnde eſt. Pulchroſq; tapetas ¶ Demiſſa monilia pēdent.) Suſpēdenda pronunciatio eſt: & ambitus maior eſt. Nā monilia nō nihil nominū dicimus. quæ nūc ad laudē pro phaleris poſuit. ¶ Patri quos Dædala Circe.(Ingenioſa:& hoc fingit eū feciſſe, Tractum autē eſt de Homero, qui tales equos habuiſſe inducit Anchiſen. Et bene eſt cōpoſitū ad illud qđ ſupra ait, Troiæ ve opulentia deerit. Vt Troianis nihil de priſca rerum copia abeſſe videatur. ¶ Gētem) autē de equis abuſiue dixit, quod eſt hominum propriū. ¶ Nothos.) Materno ignobiles genere. Eſt autem nomē hoc Gręcum. Nam Latine quemadmodum dicatur non eſt.

DONATVS.

¶ Talibus Ilionei.) Talia quidem Ilioneus proſecutus eſt. & q̃ habuit: obtulit munera: ſed Latinū talis animi intētio tenuit, vt præter terram nihil attenderet more. ſ. cogitantium. oculi. n. ſparſi p multa trahunt quoq; aīum ſecū: quæ res verum conſiliū non poteſt repire. Dirigunt igitur oculi in terrā, & colligitur mentis intētio ex cōtinnatione tractatus, ac quæſitus rerv exitꝰ iuuenit: multi hic faciunt q̄ōnem dicētes. ſi intentos, quare voluēs? quaſi toto cogitationis ſpatio immobiles oculi teneri potuiſſent. qđ ē cōtra naturā. certe & illud ſentiendum, q̄m tacitarū cognitionū eſt mouere oculos cum animi æſtus per diuerſa rapiuntur. ita quo ierit redireitq; animus, oculorū ſignis cōſueuit oſtēdere. Intentos ergo oculos Latinus habuit, & ſolam terrā intuebatur: nō conſiderans qui, aut quæ obtuliſſet. non enim regem rebus oibꝰ redundantē mouerāt munera. quem potior cauſa in aliam duxerat partem. Cogitabat quippe ſpem cōiunctionis vnicæ filiæ & eius, quę poſt orbitates plurimas ſola ſupererat ſeni. cōſiderabat portenta, quæ videbat in examine apum, in capite quoq; ipſius filiæ,

filię, qđ innoxiꝰ ignis inuaſerat, flammas erraſſe. tractabat vatis quoq; ſentētiam, qui dixerat. Externum cernimꝰ aduentare virum, & partes petere agmen eaſdem partibus ex iiſdem, & ſumma dominarier arce. nō minus commouebāt patris Fauni reſpōſa, qui cecinerat. Ne pete connubijs natā ſociare Latinis, O mea pgēies, thalāis neu crede paratis, Externi veniēt generi, q ſanguine noſtrum Nomē in aſtra ferāt. Interea cum in vno eſſet vultꝰ obtutu, cum ſolum tantummodo intueretur, cū tractaret commodum filiæ, cum portenta ac reſponſa perpenderet, arbitrabatur. ¶ Hunc illum fatis.) Omnia, quę cecinerant vates, & quæ condolens reſpondiſſet faunus, occurrebāt Latini tractatibꝰ: nec inanis apud eum ſnia fuit, ipſum eſſe externum, ipſum generū, ipſum, qui res Italas florenti progenie maiorem numerū fuiſſet aucturus. poſſeſſurus quoq; orbis imperiū corporis ſimul animiq; virtute. ¶ Tādē lętꝰ ait.) Supra dixit obducto eū vultu fuiſſe cū cogitaret: dehinc tñ cū optatos ac ſecūdos exitꝰ repiſſet, oſtēdit lætū, ꝓtuliſſe, quę volēdo diſcuſſerat. tādē quod ait, mōſtrauit eū diu in tractatibus immoratum, in cauſa enim tali non deberet innueniri præproperans lætus ideo, quia ſperabat prædicta ſuper votis filiæ eſſe completa Dij noſtra ince. ſecun. Au. q̃. ſ.) Quod magnopere deſideramus impleri, commendamus dijs, in quorum poteſtate ſunt, quæ inter homines aguntur. ideo ſic cœpit Dij tātum cœptis noſtris faueant: hoc eſt his, quæ continentur tractatibus noſtris. hoc poteſt pertinere ad nuptias filiæ, ſuper quibus tacitꝰ habuit tractatum, ideoq; non debet cæteris eſſe coniunctum, vt quaſi reſpoſionis ad Ilioneum inde ſumatur initium. melius eſt enim vt id dixiſſe videatur tunc demum ad Ilioneum ipſum clararam dirigit vocē. dicēs, ¶ Dabitur tro. quod optas. Reſponſione modica totum complexus eſt largiturum ſe, quod fuerat poſtulatus. Troianum appellauit, quia nomen gentis ſolum nouerat. Ilioneum dici neſciebat. ¶ Munera n. ſper.) Hoc loco melius probatur Ilioneum non pro merito Æneæ, neq; pro merito Latini munera obtuliſſe, cum ipſum Latinū inducat dicentem. Munera nec ſperno. videt enim dixiſſe, nec ſpretis apud me pro merito veſtrorum munerum fore, quæ icirco accepit, ne arbitremini in eorum reiectione, amicitiā quoq; veſtri nominis eſſe deſpctā. Hoc qui melius cupit aduertere, ad oblationem ipſorum munerū redeat, & inuenit Ilionem in legationibus perficiēdis probatiſſimum dixiſſe, quæ offero parua ſunt, cum in ſuo ſtatu fortuna Troiana conſiſteret. verum quia potiora perierāt, ſume, inquit, nō quod es meritus, ſed quod potuit liberari de flāmis. interea, & quia Ilioneꝰ periſſe omnem ſubſtantiam Troianorum dixerat, & munerū qualitas anguſtias indicabat: ait Latinus, munera veſtra non reijcio. cæterum ſi egeret alieno, diceret, vt in vſu eſt hominum, bene me accepiſti, addidit tamen ipſe liberalitatis infinitæ promiſſum, optimus quippe largitor plus debuit offerre, q̃ fuerat poſtulatus, & ſponte ingerere, qđ Troiani per verecundiam prætermiſerāt. Ait ergo, ¶ Non vobis rege Latino.) Me, inquit Latino regnāte nihil vobis deerit, intantum vt arbitremini ex Troiana opulentia nihil vos fortūa ſquiēte pdidiſſe. Pulchre adiecit, me regnante. quoniam longęuus fuit, & memor eſſe debuit humanę cōditionis, cui omnes ætate ſubiectę ſunt. ¶ Ipſe modo Æneas.) Ipſe quoque veniat rex veſter, ſi amicitiam noſtram & ſocietatem deſiderat libēter amplecti, Et ſi inter initia venire dubitaret nihil de nouitate pręſumens vultum ſuum nō deneget nobis, quoniam ex pręſenti tēpore amici eſſe iam cœpimus. ¶ Pars mihi pacis erit.) Donec maior fœderis accedat authoritas, quæ pacem pleniſſimam firmet, non perhorreſcat amici ſui conſpectum, auſpicetur dexterarum concordiam, quia pars pa cis

cis eſt dexteras inter fœdera conueniſſe. Tyrānorum nomen poſterioribus ſeculis infamatum eſt. nam reges etiam hoc nomine dicebantur. nam & de Pygmalione ſic dixit, quibus aut odiū crudele Tyranni, aut metus acer erat. Ecce & illum tyrannum dixit: quem conſtabat regē fuiſſe apud Tyrum. ¶ Vos contra regi.(Vt dictū ſupra eſt & tyrānum dixit Æneam & regem, more ſcilicet veterum, qui reges etiam tyrannos vocabant. Omnia autem reſpondendi ſtudio cum protuliſſet, atq; ea compleſſet, voluit etiā ipſe mandata trāſmittere. atq; illa proferre, quæ ipſius deliberationem longo tractatu tenuerant. ¶ Eſt mihi nata. &c.) Habeo, inquit, filiam: quam conſenſu oīum numinum incolis vel ciuibus prohibeor dare. iiſdē reſpōſis & augurijs gener externis ab oris oſtenditur, per quem progenies mea poſſit ornari. ſic in tēpore veniſtis, vt arbitrer ipſum promitti filiæ. quod ſi ita eſt, & mētis errore non ducor, & opto & cupio illi coniungi. verecūda oblatio & aduerſus exprobrationē omnem ſatis munita. ne in hūc locum conueniret terētiana ſententia, qua dictum eſt. aliquid mōſtri alunt: &, quoniam nemini obtrudi pōt, itur ad me. & reuera cum quis offert filiā ſuā, cauere debet, ne in ſuſpicionē cōtrariā veniat, quod ne Latino occurreret, nō aperte detulit filiā, ſed indicauit, quæ ſigna oblata ſint ſuper eius cōiunctione perficiēda. qđue ipſe cū patrē conſuluiſſet audierit. nec criminis eſſe arbitratus eſt, ſi profiteretur ſibi placere deorū iudicium, cui reſiſti non poſſet. cum potius & lætari debuit nuptias filiæ ſuæ dijs fauentibus ordinatas eſſe. ecce vitauit obtrectationē, & in eo magis plurimū ſibi dedit: nec ipſe eſt author, ſed executor cupit eſſe diuinę ſententię. Si tamē eius verba conſiderentur, cauſæ ſecretum protulit, ne forte ipſe non eſſet, quem dij prædixerāt eſſe venturum. opto, inquit, magis ipſum eſſe q̃ alterum. Hoc loco illud quoq; tractandum eſt, quanta cura, Virgilius partes Æneæ tueat, ēt contra reſponſum vatis & fauni: qui dixerunt externū virū deberi Lauinię. Potuit. n. Æneas non videri externus, q̄m per Dardanū vt ſupra cōprehenſum eſt, Italis fuerat iūctus. Hanc igitur partē intelligitur cōmunire ipſum dicēdo eſſe externum, ēt ſanguinis rōne ſeparatum. deniq; ſic ſuperius poſuit, Hūc illum fatis externa ſede profectum. item in pręſenti generos externis affore ab oris, vt externi appellatio a terris potiusq̃ tramite generis videatur exorta. ¶ Hęc effatus equos.) Ex trecētis equis meliores deligi iuſſit. ¶ Omnibus extēplo.) Omnes. n. equites remeare debuerunt, nequis remaneret inferior, per ordinē dixit, ne aliquē prępteriſſet regis honorificētia. ¶ Inſtratos oſtro alipe.) Stratis ornatos alipedes tantum veloces, vt cum currendum his eſſet alas habere putarentur. ¶ Pictis. t. lun.) Ad ſimilitudinem mulierum habētes monilia, aut vere talia, qualia matronę. regis enim ſubſtantię, quod quis imponeret, deeſſe non potuit. ¶ Tecti auro. ſ.) Si aurum eos texerat, quæ aureis ſalinaribus tenebantur, & monilia, vera debemus accipere. Mirū beneuolētiæ ſignū: quod ſuggerat temporis ratio, & meritum Troianorum. qui enim pedū labore peruenerant ab opulēto rege ſuſcepti ad Æneam futurum generū, nō quales venerāt, remeare debuerunt. ¶ Abſenti Æneæ currum.) Currū & bigam miſit regi, quę fuerunt inſignis honoris atq; virtutis. honoris vt ipſo curru vectus cū dignitate veniret ad ſocerum. virtutis, quia equi & currus bellorum inſtrumēta ſunt. datur equis ipſis meritum, ne rex in regno ſuo florētiſſimo poſitus leue quoddā miſiſſe videret aut vile, ei vel maxime cui filiā dare cupiebat. Semine ab ętherio ait. parum fuerat cœleſtes eſſe dixiſſe. addidit ſpirantes naribus ignem flatu ſuo, qui ſignificarent originē ſuā eſſe cœleſtē. naribus quippe emittebant ignem. Subiungit rōnē, qua confirmet eos fuiſſe ab ętherio ſemine. ¶ Illorum de gente.) Dędalam dixit ingenti viuacitate pollētē, q̄m Dędalus in arte fabrili peritiſſimus miris inuentionibus floruit. Circe ergo paternis equis matre ſuppoſita furtum fecit, vt cœleſtes illi eſſent qui ab ijs naſcerentur. Inde ergo fuerunt, quos Ænee Latinus miſit. nothi dicūtur, ſicut in pręſenti eſt poſitū, quos diuerſa in vnum conueniēs aīalium natura ꝓtulerit.

ASCENSIVS.

¶ Talibus Ilionei dictis, defixa Latinus Obtutu tenet ora, ſoloq; immobilis hęret, Intentos voluens, &c.) Docet commotum fuiſſe Latinum regem, ex ſermone Ilionei: ex quo intellexiſſe videbatur illum generum, quem fata prædixerāt adueniſſe. vnde, Tādē lætus ait. Dij veſtra incepta ſecundent. Reſpōdet ergo beneuolentia & donatos magnis muneribus remittit eos cū ſumma honorificentia: rogans, vt regem hoſpitio ſuſcipiēdum, adducant ea ſpe: vt illū, natæ ſuæ matrimonio copulet. De qua re dicit Dona. ſic. ¶ Intentos ocu.) Quod eſt capientis conſilium. Nam oculi, per diuerſa vagantes, ſecum animum trahunt: & a fixa cogitatione abſtrahunt. Sed ſi intentos, quomodo voluens? quia tacitarū cogitationum, eſt mouere oculos: cū animi æſtus per diuerſa rapiūt: ita quo ierit, redieritq; animus oculorum ſignis oſtendit. ¶ Tandem.) Poſt diuturnam cogitationem. ¶ Lętus,) Quia reperierat felices exitus. ¶ Noſtra incepta.) Quod magnopere deſyderamus compleri optamus. hoc optatum pertinet ad nuptias filię, de quibus diutiꝰ cogitauerat. ¶ Quod optas) Breuis: ſed pleniſſima promiſſio. ¶ Troiane.) Nam nomen Ilionei ignorabat. ¶ Tyranni.) Hoc nomen poſterioribus ſæculis infamatum eſt. ¶ Nam reges quoq; Tyranni dicebātur. Eſt mihi nata verecūda oblatio: & aduerſus omnem exprobrationē munita: ne forte illud dici poſſet Terē. Aliquid monſtri alūt, & quoniam nemini obtrudi poteſt, itur ad me. ¶ Opto.) Ad laudem Æneæ. ¶ Inſtratos oſtro. (Stratis purpureis ornatos. Monilia.) Ornati in formam mulierum. Mirum autem beneuolentię in Troianos ſignū. Nam qui pedib. venerant, non debebant ad futurum generū niſi equites, redire. Ænęę vero, mittit bigas honoris, virtutiſque cauſa. Honoris, vt curru vectꝰ ad ſocerū cum dignitate veniret. Virtutis, quia currꝰ & equi inſtrumenta bellorum ſunt. & ne ad generum potentiſſimus rex, leue donum mittere videretur, equos mirifice laudat. ¶ Dędala.) Viuaciſſimo ingenio, vt Dędalus fuit. Hęc ille. ¶ Ordo eſt. Latinus tenet talib. dictis id eſt propter talem orationem Ilionei: ora defixa obtutu id eſt cū firmo inſpectu cōtinuo deorſum, vt cogitabundi ſolent inſpiciendo: & hæret id eſt inhæret per viſum: ſolo id eſt terrę, exiſtens immobilis: & voluens oculos intētos id eſt ipſe intētus. Nec purpura picta ſcilicet acu, opera Phrygionum: mouet id eſt afficit, & delectat, aut ſolicitat: tantum ideſt intātum: regem ſcilicet Latinum, quantum moratur in cōnubio & thalamo natę: anima duertens ſcilicet adueniſſe generū oraculis promiſſum: & voluit ſub pectore ſortem id eſt oraculum, aut reſponſum Fauni veteris, id ē diu pro deo habiti: & ita magis credi voluit, ſup. hunc, videlicet qui aduenerat, hoc eſt Æneam: protendi fatis, id eſt per fata ſignificari: illum generum profectum a ſede externa: & vocari in regna auſpicijs parib. i, aut poteſtate pari, aut prouidentia, & fauore deorum: pari id eſt ſufficienti ad negocium: & voluit, ſup. progeniem futurā: hinc id eſt ex hoc viro egregiam virtute: & quę occupet virib. totum orbem: & ipſe lætus, ait tandem, id eſt poſt longiuſculam cogitationem: dij ſecundent, id eſt proſpera faciant noſtra incepta: & ſuum augurium id eſt quod ſuo augurio nobis ſignificauerūt. O Troiane, id quod optas dabitur, ſup. tibi: nec ego ſperno munera, id eſt & libēter accipio munea, vt firmior ſit amicitia, & hoſpitalitas: nec vber, id eſt fæcunditas diuitis agri: ve, pro vel: opulentia, id eſt plenitudo opum Troię, deerit vobis Latino rege, id eſt quādiu Latinus rex erit: modo id eſt duntaxat: facite vt ipſe ſcilicet rex veſter, & qui vos miſit, Æneas: ſi tanta cupido eſt noſtri id eſt amicitię. & fœderis noſtri: & ſi properat id eſt feſtinat, iūgi hoſpitio, id eſt iure hoſpitalitatis, adueniat, ſcilicet ad nos: neue id ē vel nō: exhorreſcat vultus amicos. Nam pars pacis, id eſt fœderis, erit mihi: tetigiſſe dextram tyranni, id eſt regis veſtri: quia omnis rex, olim tyrānꝰ dicebatur: & id potiꝰ, q̃ quia in alieno regno, tyrannus cēſendus fuit externus rex: vos contra id eſt econtrario: & viciſſim: referte nunc regi (ergo pro eodem accipit regem & tyrannū.) ſcilicet veſtro Ænee, mandaaa mea. Eſt mihi nata, id eſt ego habeo natam, hoc eſt filiam, quam iungere viro noſtrę, id eſt Latinę, aut Italicę gentis, nō ſinunt. i. non permittūt: nec ſortes. i. oracula, ex adyto id eſt ſecreto loco patrio id eſt patris mei Fauni, illic oracula dantis, nec plurima monſtra: cœlo. id eſt per cœlum ſignificata: vt de flamma, & api. ſed canunt. ſ. vates: aut canūt. ſ. monſtra. i. indicāt hoc, reſtare Latio, ſcilicet generos: affore id eſt affuturos eſſe: ab oris id eſt regionibus externis: qui. ſ. generi: ferāt id eſt extollāt: ſanguine. i. propagatiōe, & commiſſione ſanguinis ſui noſtrū id eſt Latinum nomē in aſtra. ego & id eſt ſimul: reor, ideſt arbitror & ſi mēs augurat id eſt pręſagit id eſt aliqđ: veri. i. ueritatis: aut quod uerū ſit, ego opto fata poſcere, hunc illū. i. nobis, iam ſępe promiſſum generum. Ipſe pater. ſ. Latinus: effatus, id eſt elocutus hęc, elegit omni numero equos, quos ſcilicet illi daret centum: quia ſingulis, ſingulos. Tercentum. i. tercēti equi: nitidi id eſt coloris reſplendētis cum candore, ſtabant in pręſepibus altis ergo & ipſi alti, & ita rex iubet extemplo id eſt illico, quia parati erant alipedes. i. equos, uolucres pedes habentis: inſtratos oſtro id eſt purpura, & tapetis pictis, duci Teucris omnibus id eſt ad omnes Teucros: ordine. i. per ordinem meritorum. Monilia id eſt ornamenta colloꝝ: aurea. i. ex auro facta: pēdēt demiſſa pectoribus. i. p pectora: & ipſi equi tecti auro. i. phaleris auratis. mādūt. i. mordent ſub dentibus: aurū fuluū, i. frenū, aut lupatū, ex auro fuluo

Et,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et,ſup,iubet duci Aeneę abſenti.i.ad Aeneā abſentem:currum & iugales.i.equos,iugo aptos:geminos.i.duos, aut æquales:ab ſemine æthereo.i.equorū ſolis ætherei.i.per æthera volātis:ſpirantes,id eſt afflantes ignem:naribus,id eſt per nares:de gente, id eſt genere, aut progenie illorum.ſ.equorum:quos Circe dędala, id eſt ingenioſa vt Dędal⁹ erat(in effingēda præſertim vacca lignea in qua tauro incluſam Paſiphaen ſuppoſuit, & in labyrintho, & alis.)creauit,id eſt procreari fecit: nothos,id eſt vt Galli dicūt, baſtardos:& ex diuerſo genere furata.ſ.eos.i.ſubripiēs eos, patri.ſ. ſoli:de matre ſuppoſita,id eſt per matrem ſuppoſita.n.ſ.equis patris,hoc eſt Solis.

PIERIVS.

¶Fauni voluit ſub pectore ſortem.)In co.aliquot anti.voluens. legitur:

legitur:quod vſq; ad verbum,ait,protrahereturid vero mihi ne quaquā facit.ſ Externa ſede profectum.)In anti.omnib.codi,ab ſede. Et in aliquot, prouectum: ſed ſyllaba repugnante, prima enim in prouchor longa eſt,Prouehimur pelago. ſ Hinc progeniem virtute futuram Egregiam.) In Oblongo co. Vaticanæ bibiothecæ, & in Mediceo, Hinc, aduerbium ſcriptum obſeruaui. In reliquis omnibus,Huc:quod apte quadrare videtur,Hūc portēdi generum,Huic futuram progeniem virtute egregiam. Sed neq; incōcinnum eſt,Hinc legere. ſ Sociuſq; vocari.)In Roma. codi.& aliquot alijs anti. ſocius ve, legitur: quod magis placet. ſ Inſtra, oſtro alip.)Non placet, quod in pleriſq; legitur exemp. Inſtructos:cum equos inſterni dicatur,& ſtragula quę dorſo inſternuntur.

SERVIVS.

¶Donis, dictisq; Latini.) Equis :& pacis nuptiarumque promiſſione.ſ Inachijs ſeſe referebat ab Argis.) Bene Inachijs.Nō enim vna eſt Argos: fuit enim & in Italia, quam Diomedes condidit,quæ primo Argi, ripa poſt Arpi dicta eſt. Fuit & in Theſſalia. Lucanus, Vbi nobile quondam, Nunc ſuper Argos erat. Fuit & haud longe ab Athenis. qđ a ſiti Argos Dipſion dictum eſt:apud quos erat magna ſocietas inter eos qui vno puteo vtebantur. Vnde & frastrias dixerunt ἀπὸ τοῦ φρέατος, quas tribus vocamus.Et notandū qđ vbi bon⁹ ſegtur euētus Troianos, Iuno remouetur:& cōgrue quaſi numē inimicū, qđ⁹ pſis poſſet nocere.ſ Auraſq; iuecta tenebat.) Per elementū ſuū ibat. ſ Abuſq;.)

Talibus Aeneadæ donis,dictisq; Latini,
Sublimes in equis redeunt:pacemq; reportant.
Ecce autem Inachijs ſeſe referebat ab Argis
Sæua Iouis coniux: aurasq; inuecta tenebat:
Et lætum Aeneam,claſſemq; ex æthere longe
Dardaniam,Siculo proſpexit ab usq; Pachynno.
Moliri iam tecta videt:iam fidere terræ:
Deſeruiſſe rates,ſtetit acri fixa dolore.
Tum quaſſans caput,hęc effudit pectore dicta.
Heu ſtirpē inuiſam,& fatis cōtraria noſtris IVNO
Fata Phrygum,num Sigeis occumbere campis?
Num capti potuere capi? num incenſa cremauit
Troia viros? medias acies,mediosq; per ignes
Inuenēre viam.at credo mea numina tandem
Feſſa iacent? odiis,haud exaturata quieui?
Quin etiam patria excuſſos infeſta per vndas
Auſa ſequi?& profugis toto me opponere ponto.
Abſumptę in Teucros vires cœliq;,mariſq;.
Quid Syrtes,aut Scylla mihi,quid vaſta Charybdis

Scylla mihi.)Bene Mihi: ac ſi diceret, Etiam quæ per ſuam naturā ſolent nocere, me rogante, minime obfuerunt.
ſ Cōduntur Tybridis alueo.) Condi proprie dicuntur, qui ſibi ſtatuunt ciuitatē. Condūtur ergo, ſedem ſtabilem locant. Salluſtius, Parte condidit orbis terrarum. Et ſunt ꝓpria verba quæ nulla ratione mutātur:vt ſacerdotes creari virgines capi dicimus.ſ Pelagi.) Propter illud, Sed terræ grauiora manēt. ſ Mars perdere gētem.)Bene belli & vaſtatiōis quērit exempla in rebus huiuſmodi:ſicut in ꝑmo naufragij.Pirithous Lapitharum rex cum vxorē deduceret,vicinos populos Centauros, & ſibi cognatos, & deos omnes excepto Marte, ad cōuiuium cōuocauit. Vnde iratum numen immiſit furorē quo Centauri & Lapithæ in bella venerunt. ſ Antiquā genitor Calydona Dianæ.)OEneus Calydonis rex de primitijs omnibus numinibus ſacrificauit excepta Diana: quæ irata aprū immiſit:qui cuncta vaſtabat donec a Meleagro occideretur.ſ Conceſſit)autem ideo dixit,vt oſtenderet minora numina, niſi impetrauerint,nocere non poſſe. Statius de Venere, Infandum natæ cōceſſit honorem.ſ Quod ſcelus aut Lapithis tātum,aut Calydone merentes?)Hęc eſt vera lectio: ſic & ſenſus procedit, vt vterq; ablatiuus ſit.Nā ſi Calydona legas,vitiū erit,nec ſenſus procedet.
ſ Scelus)autem pro pœna poſuit: ab eo quod præcedit, id quod ſequitur.Vt,Et ſcelus expendiſſe merentē. ſ Quæ potui infelix.) Id eſt nocēs,vt contra,Sis felix, id eſt propitia: vt etiam diximus ſupra.ſ Implorare quod vſquam eſt.)Ac ſi diceret, etiā humilia. Quod autē Iuno vbiq; alieno vti introducitur auxilio, phyſicū eſt.Natura enim aeris per ſe nihil facit, niſi aliena coniunctione, vtorū ſcilicet,qui creat nubes & pluuias. ſ Atq; moras tantis licet addere rebus.)Oſtendit deos retardare poſſe fata:nō penitus tollere.Vt,Decemq; alios Priamum ſupereſſe per annos.Quę autem dicit,etiam a Creuſa dicta ſunt,vt,Regnumq; & regia cōiux Parta tibi.ſ Sanguine Troiano,& Rutulo dotabere virgo.) Ambitioſa execratio eſt.ſ Nec face tantū.) Tantummodo. ſ Ciſſeis.) Regina Hecuba filia fuit ſecundum Euripidem Ciſſei, quē Enni⁹ & Pacuuius & Virgilius ſequuntur. Nam Homerus Dimātis dicit.Hęc ſe facem parere vidit,& Parin creauit: qui cauſa fuit incēdij.Ergo nunc hoc dicit,Talis erit Veneri partus ſuus.Nam ſicut per Parin Troia incenſa eſt,ſic per Æneam reliquię Troianorū. Comparatio autem iniurioſa. Nam Veneri Hecubam, Parin Æneæ Helenam Lauinię comparat.ſ Iugales.) Coniugales, hoc eſt matrimonio concepto. ſ Idem.) Talis, ſimilis. ſ Funeſtæq; iterum recidiua in Pergama tedæ.) Sic tedæ recidiuæ, vt pergama.

Profuit? optato conduntur Tybridis alueo
Securi pelagi,atq; mei.Mars perdere gentem
Immanem Lapithum valuit:conceſsit in iras
Ipſe deum antiquam genitor Calydona Dianę:
Quod ſcel⁹ aut Lapithis tātū,aut Calydone merētes?
Aſt ego magna Iouis coniux,nil linquere inauſum,
Quę potui infelix:quæ memet in omnia verti:
Vincor ab Aenea. quod ſi mea numina non ſunt
Magna ſatis:dubitē haud eqdē iplorare qđ vſquā eſt?
Flectere ſi nequeo ſuperos:Acheronta mouebo.
Non dabitur.regnis (eſto) prohibere Latinis:
Atq; immota manet fatis Lauinia coniux.
Attrahere,atq; moras tantis licet addere rebus:
At licet amborum populos, exſcindere regum.
Hac gener,atq; ſocer coeant mercede ſuorum.
Sanguine Troiano, & Rutulo dotabere virgo:
Et bellona manet te pronuba:nec face tantum
Ciſſeis pręgnans igneis enixa iugaleis.
Quin idem Veneri partus ſuus,& Paris alter,
Funeſtæq; iterum recidiua in Pergama tedæ.

DONATVS.

¶Talibus Æneadę.)Magnum fuit ſecuritatis ſignum, quod egates remeauerāt,qui pedites fuerāt miſſi.Reſpondit.duobus;hoc eſt donis & dictis,donis ſublimes in equis redeunt.dictis,pacēq; reportant.inter illa,quæ dicta commemorant,quibus fuerāt lęti etiā illud continebatur,quod Latinus de filię nuptijs dixit quā tum hic putamus glorioſam effectā legationē,quæ tantam lętitiam fuerat ad Æneam perlaturā? Plus quippe eſt deligi generū & ſuſcipi auſpicio peregrinum.ſ Ecce autem Inachijs.) Dū inter Latinum & Troianos,vel poſt Latini dicta hęc gererentur, quæ ſuperius cōprehenſa ſunt,repente exīt Iuno ab Argis remeās, & ſummo cœlo reſpiciens vniuerſa votis ſuis ſtudijsq; cōtraria.ſ. Troianos lętos,qđ⁹ nunq; antea factū eſt, tuta erga ipſos omnia fiduciam gerētes proſperorū ſucceſſuum,molientes tecta, & ſedis perpetuitate ſecuros,deſeruiſſe etiā rates,vt pote iam nō neceſſarias.ſ Stetit acri fixa dolore.)Stetit, nō ſponte,ſed doloris morſibus fixa.ſ Tū quaſſans caput.) Qđ⁹ eſt apertæ cōmotionis ſignū.
ſ Hęc effudit.p.d.)Demōſtrat qualem orationem eſſet habitura, nam qđ⁹ōge adhuc poſita lętitiam Troianorum vidit, & doluit, ſignum aduerſus Troianos fruſtra nitebatur.ſequebanſ illa quoq;, quæ ſuperius enumerauit inimicitijs.ſ.ſuis excidiū Troiæ,pdeſſe neq; uiſſe,quod cum eſſet vnum,hoc miſit in partes, vt multa gemere viderenſ,capta eſt inquit Troia,& oppreſſa hoſtilibus copijs. ignis additus,vt quicquid armis abſumi non poſſet,aboleret incēdiū,ſed illos nec mucro preſſit,nec captiuitas vinxit, nec ignis inuenit.ſ Medias acies,)Quod magis dolendum eſt mihi,quia ꝑ medias acies perq; medias flāmas tanq; nihil obſtiterit tuti ſecuriq; tranſierunt. quod fuit felicitatis ipſorum,vt abſceſſiſſe potu⁹ ocioſe q; fugiſſe territi viderētur. Euaſerūt igitur pericula duo, quibus grauius nihil eſt. Ruptę ſunt acies,incendia vanuerunt. inuētus eſt exitus cōſeruationis ipſorum,vbi ſperabatur interitus,quod dixit medias acies,& medias flāmas,ibi maiorē cumulum doloris expreſſit.magnum enim nō eſſet flammarum terminos aut fines exercitus euaſiſſe,e medio autem euadere difficillimum.ſ At credo mea nu.)Ipſa ſibi,ꝑpoſuit, quibus ſe magis accēderet.defeciſſe me,inquit,quiſpiam dicet, aut ſaturatam odijs quieuiſſe:nec ſatiata ſum,nec quieui.deniq; poſt excidiū Troiæ paſſa nō ſum vllas cineris eius ſupereſſe reliquias. ſ Quin etiam pa.ex.)Excuſſos mirabiliter poſitum. quicquid enim excutitur vim teſtatur,quam ferre non potuit. & ad hoc excutitur vt cum ſua pernicie ferre nō potuit.& ad hoc excutitur, vt cū ſua pernicie cadat:Exteuſſit eos,ingt,finibus Troię. ſ Infeſta p vndas.) Sæuior ſecuta ſum nauigantes & in pelago poſitis me frequēter obieci.Nullus locus eſt inaris, in quo me non ſenſerint inimicam. ſ Abſumptę in te.vi.)Quicquid in Troianorum necem mitti de cœli partibus potuit,quicquid de fluctibus procurari, factū eſt, totumq; fruſtratum.ſ Quid ſyrtes,aut ſcyllæ?)Querat,quid mihi profuerunt ſyrtes? quid ſcylla,vel vaſta charybdis? Vaſta, hoc eſt ſeua,in qua me laborante conſtat impactos. Hoc interrogantis eſt,ecce ipſa reſpōdet.Optato conduntur tyb,a.)Ego illis inexitabilia obieci,illa eos ad optata duxerunt,in tātum vt vlterius nec me timeant,nec minas ponti formident,per iſtiuſmodi comparationem oſtendit cumulum doloris ſui:cum cerneret inimicos ſuos ſuperatis tot diſcriminibus terrenis ac pelagi defendi placiditate fluminis & regis amicitia.ſ Mars perdere gētē.) More ſuo ab exemplis quoq; iras ſuas accēdit,& inducit minores deos ad plenū ſe defendiſſe. Atq; vt hoc grauius faceret, addidit cōparationē a perſona ſua,dicens. Aſt ego ma. i.)Et pſonas & delicta cōparat Marti & Dianę,itemq; eos, qui vtroſq; deos offenderant, & Troianorū perſonam, illorum factum & Troianorū cauſam pœnam quoq;,quam Mars & Diana inflixerant, confert cum conatibus ſuis,in alieno negocio leuiorem facit delinquentū cauſam,in ſuo grauiorem.alios cum iraſcerentur impleſſe vindictā ſe non tantum non potuiſſe, verumetiam ſuperatam.ſ Vincor ab Ænea) ab vno ſcilicet & pro animo inimicę, intelligamus ab homine humili atq; inertiſſimo,nomen enim pro conuicio poſuit. ſ Quod ſi mea numina.) Quod ſi inquit, meum numen non valet exequi iniuriam ſuam, non dubitem implorare auxilia,

Universidad de Deusto Biblioteca

lia,quæ vbicũq; sunt.Dum hæc tractat,iuenit,quid pro tpe facere debuisset. ꝛ Flectere si nequeo superos , acheronta mouebo .) Quia nõ possum auxilio superum implere, quod cupio, inferos mouebo:Tractat , in quo obesse Troianis inferi possent. ꝛ Nõ dabitur regnis.Qm̃,inquit,ferũt Lauiniæ nuptias Ænea deberi volentibus fatis, & Troianis Italiam, si hæc cõuelli nõ possunt, possunt tñ morarum impedimento differri . At licet amborũ populos excindere regum.)Magnum factiosæ inimicæ consiliũ : quæ cum non posset regũ concordiã rũpere:populos, dissoluit dissipare.bis enim cõmissis excitatis ĩ discordiam, necesse fuerat etiã regem suis paribus necti. ꝛ Hac gener atq;.s.)Hæc sit merces coeũtiũ in affinitate,vt suoꝝ funeribus crucietur. ꝛ Sanguine Troiano & rutulo dotabere virgo .) Effusio sanguinis partiũ ipsa sit virgo dos tua. ecce animus iratæ dum secum tractat, ad virginẽ sese conuertit,quasi ipsa cum Troianis aut cum ipso Ænea aliqd egisset.dos tua,inquit,constituitur in partium cæde.Et Bellona. m.te.p.)Crudelitatis scilicet dea.pronubæ dicũtur , quæ sunt in obsequio nubentis. ꝛ Nec face tãtum Cisseis.)Solent,inquit,Troianorum fœminæ mali ominis vtero gestare progeniẽ, sicut cisseis incendij signo ,ptulit Paridẽ. Cur non cõtingat Veneri similẽ filium peperisse? ꝛ Quin idem veneri alter . ꝛ Funestęq; iterum.) Indicium ex paride captum est tũc magis perire Troianos, cum nectuntur vxoribus alienigenis,cisseis peperit paridem , sed isti' natiuitatem præcesserant somnia,quæ non exortũ hominis, sed ex incendijs futurum interitum nũciarent. in hoc extremo sit & veneris partus:vt renascens Troia ante ipsas, quas præparãt nuptias cõsumatur. ecce & hic tractat Virgilius esse quidem fatum, quod licet superari non posset,valeat tamen aliquo impedimento turbari,non aũt prohiberi,licere ei qui currẽtibus feliciter fatis obuius ire voluerit.

ASCENSIVS.

℄Talib' Æneadæ donis,dictisq; Latini, Sublimes in equis redeunt,pacemq; reportant.Ecce autẽ Inachijs sese ref.&c.)Docet lætos quidem rediisse Troianos, cum donis, & pace optata : sed Iunonẽ,quę tũc aberat, ęgre tãtã,psperitatẽ tulisse, cuius orationẽ. quã secum habuit,recitat. Dona.autẽ dicit sic. ꝛ Donis.) Propter equos. ꝛ Dict.)Nam pacem reportant. ꝛ Fatis cõtraria.) Qui contrarijs fatis nascunt̃,imortaleis inter se inimicitias exercẽt: cõfirmat ẽt deos fatis agi. Dolet igitur,q; debuissent timere fata Iunonis Troiani:& nõ timuerunt,dolet quod superiores euaserint:& quicqd cogitare potuerit, vicerunt. ꝛ Medi.a.)Per gladios, & per igneis nõ extremos, sed medios:quib' nulla pñt esse grauiora pericula. ꝛ At credo mea numina.)Nec fessa sum, odijs : nec qeui saturata. ꝛ Mars perdere gentem.) Ab exemplis iras suas accendit : & ostendit minores deos ad plenũ se defendisse . Cõparat causas, delicta,& personas. ꝛ Vincor ab Ænea .) Nomen proprium , pro cõuicio posuit.q.d.ab vno,eodẽq; iertissimo . ꝛ At licet amborũ pop.a.)Magnum factiosę inimicitiæ cõsilium,vt dissiparet populos:cum regũ concordiam non posset rumpere. Cõuertitur autẽ ad virginẽ,veluti ipsa cũ Ænea aliquid egisset. Hæc ille . ℄ Ordo autem est. Æneadæ.i.socij,aut legati Æneæ:redeũt, supp.cum talibus donis,& dictis Latini, sublimes in equis : & reportant pacẽ, id est concordiã,& fœdus pacis conseruandæ . Autẽ pro sed:ecce q.d.præter opinionem,& de repente:coniux Iouis,scilicet Iuno. sęua.s.i Teucros,referebat sese ab Argis Inachijs, id est ab Inacho olim nobilitatis:& ipsa inuecta.i.dum iuehebatur,tenebat.s. tãq; domina,& in propria regione existẽs:auras.i.aerẽ lenẽ &,pspexit lõge.i.,pcul aspexit ex æthere,vsq; ab Pachinno,pmõtorio illo Siculo.i.Siciliẽsi: Æneam lętum.s.de,prospera legatione:& classem Dardaniam. i. Troianam,ad littus Italicum applicitam, & videt , supple eos:iam moliri id est cum mole extruere : tecta id est domos,& oppida,& fidere iam terræ:quod prius non fecerant, vnde, Semper obuerterãt pelago proras, & deseruisse rates.i. naues suas:stetit.s.impedita:quia fixa acri dolore:tũ.i . deĩde. ipsa quassans id est frequẽter concutiens:in signum vehemẽtis iræ:caput scilicet suum:effudit pectore hæc dicta:heu,exprobrantis modo particula:stirpem,id est progeniem:aut radicẽ generis inuisam : & heu fata Phrygũ,contraria nostris fatis quia voluit imperium summum traducere in Carthaginem:quod & fecisset,nisi Roma nũ obstitisset . Num.i,nunquid quasi dicat videtur quod non:ipsi,supple Phryges potuere occumbere,idest oppetere terram:sed ignobilius est occumbere,supple i campis Sygeis:id est Troianis ad promõtorium,aut mare Sygeum. Num ipsi capti potuere capi:scilicet omnes:aut sic capi:vt nullus elaberetur? Num id est nũquid:Troia incensa cremauit viros?quasi dicat non: quod tamẽ debuit facere:sed ipsi inuenere viam per medias acies, & per medios igneis:quod propter Æneã dicitur , qui de se dixit in.ii.Expedior,Dant tela locum,flammeq; recedũt.& credo, q; sup.mea numina id est potestates meæ diuinę:iacent tãdem fessæ, idest defatigata:& ita ego quieui:haud id est non exaturata,id est ad plenum satura odijs:sicut Iuuena.dicit de Messala:quod lassata viris sed non saturata recessit,Commemorat autem Iuno.quæ pro exterminandis Troianis fecerit,vt tristius sit nõ effecisse, quod idignata dixit in.j.Me ne incepto desistere victam ?&c. Quin etiam id est insuper.ego infesta,id est perniciosa,& vi inferẽs:ausa.sup.sum:sequi,id est insequi,aut persequi,p vndas,sup.Troianos excussos:patria,scilicet sua,& ausa summe opponere ipsis profugis: toto æquore,idest per totum ęquor vbicũq; fuerint:vires & cœli,id est aeris.& id propter ventos Æoli,& maris, propter tempestates absumptæ.sup.sunt:in,id est contra, Teucros:quid Syrtes, sup.,pfuerint mihi?q.d.nihil, quid Scylla ? & quid Charybdis vasta,id est valde ampla,& capax:hoc est vtrunque illud periculum maris Siculi : quid profuit mihi? quasi dicat etiam nihil, quia illi conduntur,supple in alueo Tybridis:optato,id est quẽ diu optauerunt:existentes securi,id est sine cura:pelagi,id est de periculis maris , atq; mei id est de periculis & malis , quæ ego inferre possim. vt autem maior sit idignatio,ipsam solam victam : sicut in.j. exemplum oppositum sumpsit a Pallade:ita nunc capita Marte. & Diana,dicẽs,Mars valuit perdere id est interimere : immanem gentem id est valde magnum, & ferocem populum : Lapithum, id est Lapitharum,populorum Thessaliæ,ad quorum pugnã Bacchus causas dedit : vnde in Georgi . Bacchus & ad culpam causas dedit. Ipse genitor deum, pro deorũ, id est Iuppiter cõcessit Dianæ in iras,id est vt vexaret per iram,immittendo aprum Calydona:regionem suam ãtiquam,id est nobilem, & quę cara esse debebat.Quod scelus tãtum,id est quam pœnam tantam:aut Lapithis sup.merentibus:aut Calydone merẽte.q.d.neq; Lapithis merẽntibus neq; Calydone merẽte:& tamen ad libitum illorum numinum concessi.Ast ego magna cõiux Iouis:quæ infelix, quia non effeci:potui nil linquere inausum,id est quod nõ auderem : quæ verti memet.i.meipsam,& propriam personã meam:in omnia.i. omnis conatus,tam dignos,q; indignos:vicor ab Ænea,quasi dicat ab vno viro, & eo ex adulterio ,pgenito, atq; patrię proditore:quod si exprimeret, dedecus esset Ænee:quod nũc in laudem eius dicitur:q; si mea numina non sunt satis magna:equidem, id est ego quidẽ,hoc est certe, haud, id est nõ dubitem,idest verear implorare, id est i auxilium meum ploratu illicere:quod vsq; est idest quicquid numinis sit:vbicunq; sit etiã in iferno:quia si nequeo flectere superos,ego mouebo,id ẽ excitabo,aut solicitabo Acheronta.i.inferos, Acheronta colẽtes.Et si dicatur, ne inferos quidem posse, cum fata obstent : dicit esto.i. vt cõcedam ita esse q; nõ dabitur.i.concedetur,a fatis prohibere.s. Troianos:regnis Latinis,atq; q; Lauinia manet.s. Æneę:sed per inuidiam id nõ dicit:coniux immota,id est immutabilis:fatis.s.id volẽtibus.At, id est sed:saltem licet,id est licitum est:trahere.i.protrahere:atq; addere rebus tantis,tam magnis,& tam lętis ac felicibus moras.At, id est saltem:licet excindere.i.bello exterminare,populos amborum regum,s.Ænee,& Latini:aut etiam Turni:sed nõ optat excissionem populorum Turni : vnde poti' dixero de populo Ænee & Latini : vnde subdit Gener , & socer scilicet Æneas & Latinus coeãt scilicet in amicitiam, & fœdus:ac mercede suorum scilicet subditorũ:vt vtriq; excidantur,o virgo,scilicet Lauinia:tu dotabere sanguine Troiano & Rutulo:qa vtriusq; effusionẽ, quasi loco dotis afferes:& Bellona, id est dea belli:manet, id est certe expectat te,vt scilicet sit:pronuba.i. auspex:& pręfecta nuptijs tuis: quibus ego pręesse debeam: nec Cisseis.i. Hecuba , Cissei filia:& Priami coniux:pręgnans.i.grauida olim:& fœta face.i.quę se facem somniauit parere,quia tota Troia incenderetur:dum Parin gestaret:enixa est tantum.i.intantum:quantum.s.tu:aut tantũ.i. solum modo,quia etiam tu:igneis iugaleis.i.incẽdia patrię,propter coniugia.facta:qui idem partus,sup.erit Veneri suus scilicet propri':quia per Venerem,Paris Helenã rapuit, qui partus fuit Cissei dos exitialis patrię:& alter Paris . i . similis Paridi . scilicet Æneas,raptor Lauinię,Turno desponsatę:vt Paris Helenę, quę Menelao nupserat:& tedæ funestę.i. q sint funeris causę, nõ lętę faces nuptiales,sup.erũt:in Pergama.i.mœnia Troiana:recidiua i.iterum in iteritum recisura:aut,re diuina. i. iterũ, quasi ad vitã i.existentiam,reditura.

PIERIVS.

℄Iam fidere terrę)Antiqui pleriq; codi.fidere terrę : legunt, vt eo significato,cõsidere,sępe dictum:quod enim proxime futurũ videbatur iam actu esse sibi ,pponit:ideoq; etiam illud eodẽ modo dictum,

do dictũ,Moliri iam tecta videt.Priscia. tamen fidere terrę,agnoscit,perinde ac illud etiam, Fidere nocti. ꝛ Odijs haud exaturata quieui.)In Oblongo illo peruetusto Vaticanæ bibliothecę codi. exatiata:legitur:præter differentiã,quam Corne.Frõto ponit.vt satiatus ventris , saturatus animi sit. Contra quem Fla.Sosipater ita,saturitas,in cibo tantum dicitur.In cæteris vero satietas . Sed Virg. Odijs haud exsaturata quieui:dixit,superstitiosa nimirum vtriusque obseruatione,cum & saturo,& satio:saturitas, & satietas,ad omneis sensus pertinere,M.Tulij,Sallu.Columellę,& aliorum authorum testimonijs cõprobetur,quæ ideo non apposui, quod ea omnibus in promptu esse satis sciebã. ꝛ Toto me opponere Ponto.)In anti.aliquot cod.exponere,habetur : quasi ipsa quoq; Iuno sese periculis obiecerit.Sed,opponere, quod in pluribus habetur,omnino melius : & conatũ aduersus Troianos in gentem ostẽdit. ꝛ Quid vasta charybdis?Sunt quidẽ anti. codi.in quibus dira charybdis,habeatur.Sed, vasta, lõge decentius dictũ idq; ex synæpeia Catulli,Quæ Syrtis,quæ Scylla mihi, quæ vasta charybdis. ꝛ Quod scelus,aut Lapithis tantum,aut Calydone merente:)Priscia. vbi nõ semper copulatiuas eosdem casus sibi adiungere dixerit,testimonium hinc citat:vbi scriptum agnoscat, Quod scelus,aut Lapithis,tãtũ, aut Calydona merentem. Vtrũq; tamẽ melius,accusatiuo,vel ablatiuo casu,quibusdam in cod. inueniri:vt sit.cõcessit,verbum.Cui subijciatur per repetitionem, Quod scelus,aut Lapithas tantum,aut Calydona merentem? Vel in modo consequentię(vt iam passim legitur.) Quod scelus aut Lapithis tãtum,aut Calydone merente. ꝛ Nõ dabitur regnis esto prohibere Latinis.)In Medi.codi.ita legitur, Nõ dabitur esto regnis prohibere Latinis:forte mutatũ ab ijs q tritimemerim breuem aufugiebãt. ꝛ At licet amborũ populos excindere regũ.) In Med.cop.excidere,legitur.Sed,excindere,plus est.

Hæc vbi dicta dedit,terras horrenda petiuit: POE.
Luctificam Alecto Dirarum ab sede sororum,
Infernisq; ciet tenebris : cui tristia bella,
Ireq;,insidiæq;,& crimina noxia cordi.
Odit & ipse pater Pluton : odere sorores
Tartareæ monstrum : tot sese vertit in ora :
Tam sæuę facies : tot pullulat atra colubris.
Quam Iuno his acuit verbis:ac talia fatur.
Hũc mihi da ,ppriũ virgo sata nocte laborẽ. IVN.
Hanc operam : ne noster honos : infractave cedat.
Fama loco:neu connubijs ambire Latinum
Æneadæ possint. Italosve obsidere fineis :
Tu potes vnanimeis armare in prælia fratres :
Atq; odijs versare domos : tu verbera tectis ,
Funereasq; inferre faces : tibi nomina mille:
Mille nocendi artes:fœcundum concute pectus :
Disijce compositam pacem : sere crimina belli :
Arma velit,poscatq; simul,rapiatq; iuuentus.

SERVIVS.

℄Luctificam Alecto.)Græcus accusatiuus . Huius autẽ declinatiõis tres casus vsurpamus,genitiuũ vt Alectus:nominatiuũ & accusatiuum vt Alecto. ꝛ Odit & ipse pr̃ Pluton.)Venerationis est pr̃ . Nã furiæ,Acherontis & Noctis filię sunt. ꝛ His acuit verbis.)Irritauit & instigauit eius insaniam. ꝛ Proprium.) Aut tibi aptum:aut certe perpetuũ, in defessum, vsq; ad finẽ perducendum.Et sciẽdũ ideo furiæ nihil pro præmio dari,qa pręstat hoc ipsum furię, vt bella cõmoueat : et vt dicat̃ defensisse Iunonẽ. ꝛ Infracta.) Aut valde fracta : aut quę fuit ante hac semp infracta:Vt, Turn' vt infractos aduerso Marte Latinos. ꝛ Cedat fama loco.)Vincatur,Cicero,Loco ille motus est, cũ est ex vrbe depulsus. ꝛ Ambire Latinum.)Amplecti,circum retinere.non ob ambitum dixit.Nam ambio ad illum dicimus,non ambio illum. ꝛ Tu potes vnanimeis.)A maiore ad minus. ꝛ Versare.) vertere, & vlus est frequentatiuo ad vim augendam. ꝛ Tibi nomina mille.(Facies:vt,Et sine nomine corpus.Mille autem secundũ Euripidem in cuius tragœdia dicit furia non esse vnius potestatis , sed se esse fortunam,Nemesim,fatum,necessitatem.Ita Asper. ꝛ Fœcũdum concute pectus.)Plenum malitiæ.Efficacia. ꝛ Compositam pacem.)Quã supra Latinus dederat. ꝛ Crimina belli.)Causas . vt, Crimen,amor vestrum .

DONATVS.

℄Hęc vbi dicta.d.) Horrendum, dixit ex causa ingentis iracundię vehementissime commotam, in tantum vt quisquis eam cerneret sine horrore esse non posset . magna enim vis est eorũ,qui summa potestate positi cõmouentur.Dimisso ergo aere, quo vehebatur,venit ad terrã. ꝛ Luctificam alecto.)Quę nihil aliud præter luctus nosset efficere, aut quę faceret luctus. ꝛ Dirarũ ab sede s.)Quanta congessit,vt ostenderet exquisitum malum:& quo peius non esset.sibi Iunonem adibuisse: Et reuera nisi talis voluntatem dolentis implere non posset. Et licet sufficere deberet, quod luctificam dixit:& ex dirarum cœtu,atq; ab ipsis tenebris euocatam:tamen addit alia,quibus aptam negocio demonstraret. Cui tristia bella.bellis aptatur quicquid triste est . quãdo eni possunt esse bella non tristia:& quæ semper iras cõmouẽt, quibus fuerat plena,& ęque ad excogitandas insidias artifex : & crimina noxia cordi. Omne quoq; noxiũ criminũ genus sensibus detestabilib' portãs.Omnia,quæ dixit,in ea fuisse, mõstrata sunt, cum Iunoni negocium gereret.Nec hęc sola,quę superius dicta sunt : verum etiam alia,quę sequũtur cum detestandis artibus abũdaret, & esset iccirco odiosa,omnibus displicebat. Intulit etiam illis,quibus placere debuerat. Plutoni scilicet & sororibus suis. Oẽs enim nequitia & scelere superauerat. Hęc tãtũ malis artibus redundabat: vt vno eodemq; momento, quas vellet mutaretur in formas : & quãtis opus esset serpentibus pullularet. nihil ei gratissimũ erat, nisi quod luctus haberet & sanguinem. vituperationem istius furię Virgili' ex persona sua posuit:sed vbi ad Iunonem ventũ est , animi sui necessitati pmota,quod dãnabile in furia fuit,vertit i laudem. ꝛ Quam Iuno.h.a.v.)Acuebat hanc Iuno verbis suis,& instructionibus pessimis , vt mala natura psuasione loquẽns deterior fieret. ꝛ Hũc mihi da.p.v.(Nihil a te virgo quærit alienũ : nec laborabis prouidere , qđ habes . Proprium qppe est tibi, quod mihi est in tempore necessarium,primum quod ĩ de preferẽda es,q; te tenebrarum substantia genuit.opera sola necessaria est . Cæterum implẽdis, quæ desidero, aptã geris conuenientemq; personam. ecce Iuno non vtitur arte poscendi, nec subtilitatem quærit:nec petit aliquid fieri: sed iubet verbis imperatiuis. Da, iquit.laborem hoc est impende. quid enim petere debuit maior , quę videndi teneret plenissimam voluntatem : aut quid petere ab ea, quæ optabat inuenire,quod verteret? sola igitur insinuatio fuerat necessaria causæ, & summa designanda desiderij , incipit dici laus in aperta vituperatione.si enim pro persona furiæ,vt factum est, si remoueatur huic prędicationi persona cõueniens,erit execrabilis, in qua ista cõuenerãt. dicitur ergo sub specie laudis vituperatio.deniq; locũ prędicationis obtinuit,quia furia dicebatur. sed necessario pręmittitur causa,propter quam tantum malũ fuerat ab inferis euocatum. ꝛ Ne.n.h.)Ventum est,inquit, ad eum cardinem virgo: vt casura sit nominis mei omnib' reuerẽda maiestas : nisi his,quę contra eam fiunt,itum obuiam fuerit. Cedere loco,verbum est ex re militari sumptum,nam in pugna,qui loco cesserit, constat eum superatum.Quod igitur ait Iuno,ne noster honos,ĩ fractaue cedat fama loco. significat , ne victę perdamus honorẽ nostrum.his subiungit,personas omnes,& rẽ,& quid facto opus sit,signans.non enim tempus verbis prolixioribus occupari debuerat in quo non verba,sed facta quęrebantur adhibẽda,quippe rumpendis initijs celeritas fuit:ne in alijs quoq; cõcordia roboratis subsidijs,aut superari nõ posset,aut difficulter euicta succumbere. ꝛ Non cõnubijs am.la.)Nolo,inquit, cum Troianis cõnubia fieri : nec Latinum circumueniri : vt his filiam tradat , ne sit eis causa in Italia remanẽdi . nolo affinitatis iure concordiam contra vota mea surgentem cõualescere. Redit rursum ad laudẽ furię,repetens etiam illa,& sensibus eius inculcans,quę cupiebat impleri. ꝛ Tu potes vnanimes.)Magna quippe vis est naturalem dissipare concordiam : & eos,quos vnus sanguis idemq; vterus genuit, in exitium prouocare.Quod ipsum iccirco positũ est, vt ostẽderetur alecto plus posse,q; Iunoni fuerat necessarium, si poterat pulso germanitatis affectu , nõ modo in dissensiones, verũ etiam in bella fratres armare,multo validius potuit extraneos & incognitos in nouam coeũtes amicitiam dissociare, atque dissoluere. ꝛ Atque odijs versare domos.) Potes odia conserere inter eos,quos vnum domicilij consortium tenet, tãtumq; immittere seditionum pondus:vt parietes quoq;, atq; ipsa fundamẽta vertantur.

tantur.¶ Tu verbera.t.Fu.q; in.f.)Verbera,inquit,& faces funereas,hoc est litium motiones & causas potes alienis tectis immittere,quæ vsq; ad interitum cômanentium tendant,potes, semel positum,omnibus aptatur,quę diximus.¶ Tibi nomina.m.)Per nomina formas ostendit, in quas côuersa mutabat etiam quod poterat vocitari,id enim incipiebat esse, in quo dolebat forte cô uerti.mille vero artes nocendi suppetebant:cui facile fuerat esse, quod vellet.¶ Fœcundum côcute pectus,)Scio pectus tuum nocendi artibus redûdare,hoc si agitare volueris, proferetur inde, quod mihi est necessarium, interea licet scelerum côflandorum artificio furia redundaret,& nollet, quid ageret:tamē Iuno vehementer in sua causa solicita desiderij summam iterum ac sæpius succincta breuitate commendat.¶ Disijce compositam pacem.) Magna ordinatio consiliorum:primum fuit quippe, vt pacis fœdera structa verterētur: vt via exteris inuentionibus patefieret. sere crimina belli,ad belli enim certamen veniri non posset, nisi primo extitisset causa pugnandi optimo tamē verbo dictum est, sere:vt ex his,quæ essent sata,alia rursum fœcûdis excessibus pullularent:& aliud atq; aliud,quod ex sese vindicare deberet, effunderent. Iuuentusq; ipsa velit arma. plus est enim in rebus perficiendis velle q̃ cogi.quia igitur voluntas in agendo prima est. effice,inquit,primo velit,dehinc poscat:si nullus dederit, rapiat. scilicet vt nô expectata visione cuiusquam volens ad arma concurreret.Rapere significat, aliquid sine authoritate iubentis inuadere.compleuit propositionē, qua dixit, quam Iuno his acuit verbis,nam laudando eam,& in officijs detestabilibus præferendo:quæ etiam dando consilia ad perficiendum mandata, armando naturam feram,fecit instruendo peiorem.

ASCENSIVS.

¶Hęc, &c.)Recitat quomodo Iuno ad furiā infernalē descendit & ab ea auxilium petijt: eamq; docuit quid factû velit. Dona.ait sic.¶ Horren.)Ex causa magnæ iracundiæ vehementer cômota. Descriptio autem Alectus ostendit eam esse aptam tāto negocio. ¶Propr.)Ergo non laborabis:quia nihil peto alienum a te.¶ Da.) Non precatur:sed imperat, vt sit ratio personarum.¶ Nomina.) Per nomina,formas ostendit: in quas côuersa se mutabat,quod poterat vocitari.¶ Fœcund.Nocendi artibus redundans.Solicita autem in causa sua, sępius rem cômendat:ordinatum autē consilium est.Primo enim fœdus vertendû fuit, vt via pateret ad bellum.¶ Sere.)Vt ex satis alia,rursus fœcunde pullularent.¶ Velit.) Plus velle est,quā cogi.Velit primo,deinde poscat:& si nô detur, rapiat.nam rapit,qui sine iubētis authoritate inuadit.¶ Hæc ille.

Ordo. ¶Ordo est.Vbi,id est postquam:Iuno,sup.dedit,id est locuta est hec:ipsa horrenda, quia inflata ira petiuit terras:& ciet,i.excitat: Alecto,i.furiam illam infernalē:luctificam.i.luctus facientem:ab sede dirarum sororum,i.aliarum furiarû,quę sunt Megera,& Tisiphone:& sup.a tenebris infernis.i.infernalibus:cui,i.furiæ:& si dicatur Alecto,bella tristia,s.alijs,vt matribus, secundum Hora. car.j.Bellaq; matrib⁹ detestāda,&c.& iræ, & insidiæ, & crimina.s. semina belli:aut crimina.s.ob quę fiunt bella:& ideo noxia.i.nociua, sup.sunt cordi.i.ad cor.hoc est voluptatis & curæ. Et.i.etiā ipse pater.s.inferorû:Pluton odit,& sorores.i.reliquę furię oderē monstrû tartareû.s.Alecto:tot.i.in tam multa ora:vertit,supp.se:&,vt monstrum dicatur,tam sæuæ facies, supp.sunt illi:& ipsa atra.i,nigra,& infesta:pullulat.i.germinat tot colubris, quos loco capillorû fruticantes habet:quā.s.furiā, Alecto:per se tam perniciosam Iuno acuit.s.ad irā,his verbis: ac fatur talia hoc additû puto, quia abûdatio virgo,sata nocte, id est filia noctis.s.Alecto: da mihi hunc laborē propriû,vel,qui tibi proprius,& tuę naturę côueniens est:vel,quem mihi proprium.i.peculiarē: opto ita,vt nulli alteri eum impertias:& da,i.impende mihi hanc operam:ne honos noster:ve,pro vel:fama,sup.nostra: cedat loco infracta.i. multû fracta:& in nihilum redacta: quia nullus me post hæc honoraturus est,si ab Ænea vincor:vnde in.j.Et quisq; numē Iunonis adoret Preterea:aut,supplex aris imponat honorem:q.d.nimine:neu.i.neue: Æneadę possunt ambire.i.ambiendo adijcere connubij,id est ad cōnubia,Latinum, & obsidere fineis Italos(ab obsido, tertiæ coniugationis)tu potes:arguit a facilitate:armare in prælia fratres vnanimes.s.prius,aut qui debeat esse vnanimes (est autē accusatiuus vnanimeis)& tu potes versare domos.i.familias:vt parētes,& liberos maritum,& vxorē: odijs per odia:tu potes inferre tectis,id est in tecta:& domos verbera.i.flagella:aut flagellationes, & faces funereas.s.post verbera nomina.i.facies,& figurę,quę variæ nominant,supp.sunt tibi mille:& mille artes nocendi sunt tibi.côcute.i.côprime, vt exeant artes tuæ in opus pectus fœcundum.s.artibus nocēdi, disijce pacem compositam: sere crimina.i.causas, & semina belli:vt.s.iuuētus velit:quod animo fit,& poscat:quod ore.& verbo rapiat simul arma:quod manibus fit,& exit ad opus bonum ergo auxesin facit.

PIERIVS.

¶Tot pullulat atra.)In vete.plerisq; codi.pullulat ora, figurate positum inuenias quāuis,atra,magis placeat eruditis.Est & illud more quodam suo scriptû in Ro.co.Pollulat ora colubris:cuius scriptionis rationem retulimus.¶ His acuit verbis.)In anti.aliquot cod.dictis,legitur.¶ Laborem.)In Ro.co.laborum:legitur: quippe hûc ex laboribus tuis:sed elocutio non placet.Castior.n. lectio.Hunc laborem,i.hanc operā,quod expositiue statim subiungit.¶ Tu potes vnanimeis.)In anti.plerisq; codi.vnanimos, legitur:& vnanimis,vtranq; recte,ex proba grammaticorum disciplina.¶ Disijce côpositam pacem.)In anti.omnibus cod.quotquot legi,dissice,s geminato, & vnico j,scriptum obseruaui:& hic, & in alijs locis ea formatione, vt concitatius enunciaretur, quod in imperiossus: in aussus, in odiossus fieri solitum a veteribus ostēdimus.¶ Arma velit,poscatq; simul, rapiatq; iuuentus.) In anti.quibusdam co.legere est Arma velit, poscatq; simul Troiana iuuentus.quod si admittendum sit, magnitudo rei, quam petit,demonstrabitur,si qui placida nunc pace quiescunt,& quibus iam certa laborû requies promissa est, Arma velint poscatq; simul.Quanq;,posito,velle,& poscere, tumultuantium furorem ostendat:addito,rapiatq;.Nam & antiqua paraphrasis est,contra Troianos.

SERVIVS.

¶Exin.) Ordinis aduerbiû. ¶Gorgoneis.)Pessimis,sęuis: a Gorgone.¶ Tacitû.)Pro tacite, sed bene.¶ Obsedit.)Quasi quæ insidiabitur.¶ Curæ iræq; coquebant.)Peruerso ordine respondit.Nam ira in Troianos est:cura de nuptijs & primo aduentum Teucrorû dixerat.¶ Huic dea.)Figura perturbata. Nanq; talis est ordo,Huic dea vnum anguē in sinum coniecit, & vsq; ad intima subdit precordia,quę sunt loca cordi vicina, quib⁹ sensus percipitur.¶ Anguē.) autem iniecit partē sui, id est furoris.¶ Leuia)Pulchra.¶ At tactu nullo.)Sine morsu,sine sensu.¶ Fallitq; furentē.)Inijcit furorē sine accipientis sensu.Furentem autē, vt furore teneatur.Nam nondum furebat.¶ Tænia vittæ.)Tænia est vittarum extremitas.¶ Vdo sublapsa veneno.)Hypallage in sensu.¶ Veneno vdo.)Quod est de vdo corpore.Nāq; serpentum vda sunt corpora, adeo vt qua eunt, viā humore designēt.¶ Solito matrum de more locuta est)Nondum ad plenum furebat.Vnde per muliebrem iracûdiam mista asperitate loquebatur. Nam hoc est matrû de more. Paulo post enim furore quatiet. ¶Exulibusne datur?)Propter dissuasionem figurate loquitur,exules vocās eos qui propria regna repetebant.¶ Ducenda.) Abducenda.¶ Prædo.)Quasi piratam dicit hominem diu in mari morātē. ¶At non sic Phrygius.)Legitur & an non,sed hoc absolutum est.Si autē at legeris, comparatiua particula est ad ornatum solû pertinēs. Horatius, At,o

POE.

Exin Gorgoneis Alecto infecta venenis
Principio Latium:& Laurentis tecta tyranni
Celsa petit:tacitumq; obsedit limen Amatæ.
Quam super aduentu Teucrum,Turniq; hymenęis
Fœmineæ ardentem curæq;,iræq; coquebant.
Huic dea cœruleis vnum de crinibus anguem
Conijcit,inq; sinum præcordia ad intima subdit:
Quo furibunda domû monstro permisceat omnem.
Ille inter vestes,& leuia corpora lapsus
Voluitur attactu nullo:fallitq; furentem,
Vipeream inspirans animam.fit tortile collo
Aurum ingens coluber:fit longæ tænia vittæ:
Innectitq; comas:& membris lubricus errat.
At dum prima lues vdo sublapsa veneno
Pertentat sensus:atq; ossibus implicat ignem:
Nec dum animus toto percepit pectore flammam:
Mollius,& solito matrum de more,locuta est,
Multa super nata lachrymās,Phrygijsq; hymenęis.

AMA.

Exulibusne datur ducēda Lauinia Teucris

At deorum quicquid in cœlo regit terras,& humanû genus.¶ Quid cōsanguineo.)Filius enim est Veniliæ Amatæ sororis.¶ Si gener externa petitē de gēte Latinis.)De qualitate trāsit ad finem.Nam vult Turnum extraneum esse diffinire per callidam argumentationem, quia imperio Latini non subiacet:cû oraculum de Latinis omnibus cauerit.Postea etiā huic argumento alia subuenit argumētatiōe,Turnum Græcum esse ab Acrisio cômemorans,per quod duas res agit latenter. Nam dicēdo originem cōsiderandam, docet & Turnû Græcum esse ab Inaco Acrisio: & Æneam Latinum esse a Dardano.¶ Premunt te iussa.)Vrgent,in hoc compellunt. ¶Inach⁹ Acrisiusq; patres.) Danae Acrisij regis Argiuorum filia postquam est a Ioue vitiata,pater eam intra arcam inclusam præcipitauit in mare, quæ delata ad Italiam, inuēta est a piscatore cû Perseo, quem illic enixa fuerat, & oblata regi q eā sibi fecit vxorem:cû qua etiam Ardeam côdidit,a quibus Turnum vult originem ducere.

O genitor?nec te miseret natęq; tuiq;?
Nec matris miseret:quam primo Aquilone relinquet
Perfidus,alta petens,abducta virgine prædo?
At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor?
Ledęamq; Helenam Troianas vexit ad arces?
Quid tua sancta fides,quid cura antiqua tuorum,
Et consanguineo toties data dextera Turno?
Si gener externa petitur de gente Latinis:
Idq; sedet:Fauniq; premunt te iussa parentis:
Omnem equidem sceptris terram,quę libera nostris
Dissidet,externam reor:& sic dicere diuos:
Et Turno,si prima domus repetatur origo:
Inachus,Achrisiusq; patres,mediæq; Mycenæ.

DONATVS.

¶Exin,)Huc est ex eo momento.¶ Gorgoneis alecto in ve.)Alecto,cui venena supererant,diris infecta serpētibus gorgoneis,dixit,vt in eum modû mutata videretur,quo fingitur gorgona, & tales serpentes gestare pro crinibus,quales illa portat in vertice. ¶Principio Latium.)Hoc mandatis nô inseruerat Iuno, sed faciēdû suggesserat furiæ naturalis inuentio.dicit ergo,quid factum sit.fuit,inquit,ad Latini domum,nûc ipsi⁹ facti reddi incipit causa.¶ Tacitumq;.Ob,li,A.)Nô sic petit domum regiam furia,vt regem ipsum aggrederetur,aut falleret,sed tacite limen Amatæ obsedit:Tacitum dixit,sine strepitu aliquo: quæ iam flebat fortunā filiæ,& optabat Turnum potius ei iûgi,q̃ Phrygium virum, denīq; cruciabatur animo,cura simul,doloreq;. Tacitum limē etiā sic possumus sentire,vt non limen dixerit tacitum, sed ipsam furiam tacitam obsedisse,vt facilius nescienti valeret obrepere. Facile etiam fuit nulla vi adhibita obtinere ei⁹ animum, cui Æneæ iam côiunctio displicebat. Consilium tamen probabile videbatur inuentam mulieris cumulare sententiam vt efficeret vis maior,ne commutaret mētem:& in aliam partem sexus forsitā mobilitate transiret.¶ Huic dea.)Furiam,poetæ sic fingût. q angues pro crinib⁹ habeat,& q eius ministri sint, cû aliqua ei mala perficienda sint.Nos tamen Amatæ non anguem, sed commotionem mentis immensam debemus accipere: vt composita Latini volūtate nuptiæ perturbarētur. itaq; licet hæc ita sint,exponamus secundum poetam,quę dicta sunt:huic,inquit,hoc est,Amatę. deā furiam dixit,vt supra.deos enim deasq; veteres putauerunt,qui essent alicuius virtutis,& homines potestate superarent.¶ Cæruleis vnum.)Quādo vnum ad perditionem harum rerum arbitrata est posse sufficere.quid in euersionibus poterat?quam tot etiā funerei angues armabant?¶ Inq; sinum præcordia.) Sinus dicit, qui potest aliquid excipere,& tenere.furia igitur in sinum & pręcordia āguē misit ad ipsa intima.subiûgit,cur hoc fecerit.¶ Quo furibunda domum monstro permisceat omnem.) Idem,vt hoc monstro per puellæ matrem totam domum misceret, scilicet vt subuersa omniû voluntate in vnam oēm sniam reducerentur.& contraria sentiendo,nihil contra Iunonis vota perficerēt.¶ Ille inter vestes.)Serpens inter vestes,& mulieris leuissimû pect⁹ voluebatur.¶ Attactu nullo.Sic tamē, vt tactus eius non sentirētur. ¶Fallitq; furētem.)Vt pulso humani sensus vigore ad eam malignitatem redigeretur,qua fuerat,serpēs. ecce addit pererrātis ipsius serpentis speciem.¶ Fit to.co. Aurum.) Cum esset magnę lôgitudinis coluber,sic se collo Amatæ inuoluerat tāquam aurum tortile.¶ Fit longe tenia vit.)In aurum tortile versus est:in tenia, inquit,hoc est extremus vittæ.Vittæ significatio ostēdit prolixitatem & longitudinem.nectebat igitur comas eius,vt vitta.¶ Et membris lubricus errat.)A corporis partib⁹ membra omnia generalitate conclusit, ne ille aliquam partem nô videretur intrasse.¶ Ac dum prima lues.)Antequam eam furialis lues incēdio robustiore inflammaret:antequam ossa ei⁹ ac medullas venena plenissime possiderent:verba cum marito habuit,nec lachrymæ deerant,

erant,cum illa loqueretur, vt habitura sermonem super filiæ votis ac Turni, matris officio fungi videretur poti⁹ quam furore præcipitata nesciret,qd diceret.¶ Exulibusne datur ducēda Lauinia Teucris?)Apud maritum locutura de filię cônubijs mater nô debuit vti pncipijs. tûc enim sunt necessaria,cum apud extraneum sum⁹ verba facturi, vt attētum,beneuolum, docilemq; reddamus. In præsenti vero attentum cur faceret,cû Latinus causam nosset?beneuolum cur? cû negocio filiæ vt pote pater nô esset nociturus?docilem quomodo?cum ab eo ipsa sciret:causam nô insinuatio negocij,sed disputatio ex īde exorta habere debuisset. Incipit igitur ab ipsis quæstionibus deformans factum & personā mariti,improbās eius sermones qui sponte illi obtulerat filiam:ita tamē agit cum marito,vt suadere potiusq̃ reprehendere videatur: Conueniebat.hoc quippe reuerentiæ maritali, & ei,quę impetrādi cupida molli⁹ apud eum loqui debuerat,qui principalem in filiam habuit potestatem, & hominis mentem a promisso diuellere cupiebat oblitus,inquit,quid patribus in filiarum coniûctione conueniat,tota penitus pietate atq; honestate reiecta,nô petētibus vltro ingeris filiam?Nec saltem respicis sub quo euentu sis miseram traditurus,naufragis,nudis,eiectis,& perpetuis erroribus actis: quibus sedes nullæ, & domicilium semper incertum: quid prodest habere pręcipuos,quos exilium sempiternum fortuna damnauit? vellem id marite fieri, si consilijs tuis commoda vel honesta suppeterent.nihil est eorû,contraque sunt omnia inhonesta & dura,nullus postulat,pater ingerit, erit in naui thalamus filię,& omnis vita ducetur in fluctibus,gratia certe nulla côiugis,& nullum decus vxoris.quis dignā iudicabit matrimonio suo,quam pater non tradidit,sed obiecit?nô ista dabitur maritali consortio:sed infelicibus Troianorum fatis,& fortunę iungetur.vbi patris officium?vbi sacri huius nominis pietas? solent in his causis patres esse suspensi, etiam cum liberorum numer⁹ maior est, & felicioris sobolis beatitudo suppeditat, quo magis in vnicę negocio filię debuit te facere necessitas cautiorē. Ducetur misera,ducetur infelix, nunquam occursura visibus meis, fient non nuptiæ, sed filiæ miseranda transcriptio, si nuptiæ dicendæ sunt,quę non in augmentum generis nostri,sed in interitû processurę sunt.orbitas ista est,non probatio sanguinis & in hoc facto domus nostrę solitudo perpetua.quis erit ille funereus dies, quo sine spe reditus his terris miseranda portabitur ęternis matrem lachrymis relictura?quod si te non peregrinorum,sed exulum fauor in suum commodum traxit,incautum perfidę gentis antegestorum debueras exempla tractare: & recentem facinoris infandi recensere memoriam.Phrygius ille fuerat pastor,quem in ruptum regię côiugis nec pręsumpta temeritas,nec ter rarum remota penitus desperatio reuocauit. Tantum predicto licuit, vt ignobilis ouium custos lacædemona petens longe discretam regis coniugem Leda regali genitam matre vexisset ad Troiam: quid non audeant tales, cum ad solitum sceleris præmium sine labore peruenerint? quid inquam, non audeant, quibus inopinatum prædę commodum non quæritur scelere, sed manibus paternis offertur? o vnicum solatium senectutis, o liberorum meorum post tot funera miserandæ reliquiæ. nihil intererit inter luctus & vota: semper ego plangam, semper lachrymas fundam.Lugeo mortuos,& sub imagine votorum in filię luctus impellor, æqua lance in orbitatem meam maritus & fortuna contendunt: & in hac parte mitior fortuna quam genitor.relinquis illā,quæ temperaret lachrymas meas: pater mihi infelici tollit, quod sæuiens inimica dimisit? non addam, quod euidenter apparet.neque enim incusandi sunt illi,qui proprium de se habuere medicum. non ausi sunt poscere, quod optimo iudicio patris impetrare non potuerant. quos putamus illius perfidi nunc esse tractatus? aliquid monstruosum existimet genuisse, monstrum alere, & monstrum deforme nutrire. non se enim prælatum cæteris putat, sed coniunctionem nostram cunctos incolas horruisse, quid te arbitrabitur ille sectatum. fidem? at nouit se ac vos esse fallax genus, quid tam monstro consimile?

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ prudentia ista est?fortuna illos olim indignata destituit. auxiliorum spes? conciderunt ista cum Troia, neq; enim sperabo profuturos nostris,quia propria perdiderunt superioris fortunæ reditus nescio quando prouenire possit, qui per Troianos reperiri non potuit. Nec mihi persuadere potest, aliquem Troiæ superesse felicem:cum euasisse crimen sit, & vixisse tormentum. quin potius si infelicium facienda comparatio est, meruerunt aliquid in aduersis,quos in laborib⁹ suis vltimũ supplicium mature consumpsit. Emissi sunt isti, vt iactatis per vniuersos mũdi cardines pœnas expenderent, nequis fieret reliquus, q Troianorum exitium miseriasq; nesciret. Venio nunc ad fidei partes,quę semp apud te sancta & inuiolabilis fuit. venio ad singulare institutum animi tui,quo tuorum curã semper & vbiq; seruasti. Recusatur Turnus,quem coniũctum tibi & ratio sanguinis fecit,& dexterarum sæpius repetita conuentio. ah putas nihil sceleris admitti,cum nulla interueniẽte causa rumpitur fœdus?quod multi religionũ nodi & numerosa pariter vincula nexuerat? Tradas tu dexteram proximo,& hoc nõ semel,sed sæpius facias,obstringas cunctis tuam religionibus fidem, quas dijs fœderum testib⁹ non sine veneratione firmasti : repente cum læserit null⁹, deniq; nullus offenderit,ipse primus excidij author existas?&,quod patri regiq; turpissimum est,sententiam tuam contraria sentiendo dissoluas?certe si in hac causa deorum te responsa solicitant.si generum Faunus prædixit externum:nolo in hac parte parentis tãti iudicium lędas.compleantur iussa, sic tamen ne ipso patris obsequio intellecto, errore prolapsus lędas potius iubẽtem.& quẽ te officijs promereri credas, offendas. respõsa semper magna cautela & plena intẽtione consideranda sunt. quippe dubijs inuoluta verbis & ãcipiti syllabarum congregatione miscẽtur.ne apud humanum ingenium diuina beneficia intelligendi facilitate vilescant. consideremus igitur, quid faciendũ responsa prędixerant. video enim sentẽtiam tuam te in his marite fixisse. externi, inqt, venient generi. videamus quid sit extern⁹. volo enim dicti ipsi⁹ definire rationem,& parentis tui mentem plena intentione colligere. consultus ille in negocio neptis quid possit prodesse, respõdit. Externo,inquit,trade filiam tuam. Externus est quisquis a regno tuo & tua potestate discretus est, cui tamen sit substantia cõgruens & domicilium certũ. Exules sunt isti, quos arbitraris externos, nec ille sic dixit nostræ filiæ cõsulendum, vt talis virginẽ sumat,qui ventos fugitiuus expectet. Habes externũ consortiũ Turni. quem si nobis aliquando affinem ratio tẽporis fecit, repetita tamen origo superior, & eius numerati maiores, & patria, quo nomine debeat appellari, euidẽti significatione mõstrabũt. Mutatio quippe terrarum originem nascẽdi commutat. Inach⁹ illi & Acrisius maiores numerantur & Mycenarum illum ciuitas tenet.

ASCENSIVS.

¶Exin Gorg.)Ostẽdit quomodo Alecto, quia inferius numẽ nihil respondens, statim iussa Iunonis executa sit: quæ sciens, & cõcordiæ,& discordiæ, aptissimas esse mulieres potissimum potentes, solicitat primo Amatam reginã. De qua re dicit Donatus sic. ¶Exin.)Ex eo momẽto Gorg. fuit, ea forma qua fingitur Gorgone. Tacitum.)Sine strepitu: quoniam in mœrore iacebat,cum audiret filiam dandam Æneæ: vel ipsa tacita, vt facilius nescienti obtemperet. ¶Vnum.)Quia vnum,ad perditionem præsentium arbitrata est satis esse. ¶Sinu.)Sinus dicitur, qui potest aliquid excipere,& tenere: vipeream animam: pulsa scilicet humana. ¶Fit longe tæ. vit.) id est vitta. ¶Exuli. ne datur.)Non fuit vtẽdum principio. Nam nec beneuolus reddendus erat, qui esset pater: nec attẽtus, qui de re esset solicitus: nec docilis, cum causam sciret. Incipit ergo a quęstionib. deformãs negocium: & ita agit cum marito, quem reuereri oportuit: vt suadere potius, q̃ reprehẽdere videatur. Sũt ergo argumẽta. Nullus postulat: pater ingerit, erit in naui thalamus filię, quando datur ei qui perpetuis errorib⁹ damnatus est. Omnis vita ducetur in fluctibus. Nulla cõiugis gratia, nullum decus vxoris, quam pater non tradidit, sed abiecit non amplius visuram. Ergo, nõ propagatio sanguinis sed orbatio est: & domus nostræ solitudo perpetua. Ante autẽ gesta, exempla sunt perfidiæ ipsorum. Est autem maximum scel⁹, rumpere fidẽ Turno. Responsa deorum sunt cum maxima cautela consideranda; qa implicita sunt, & inuoluta. Hæc ille. ¶Ordo est. Exin id est ex eo momẽto id est statim: Alecto infecta venenis Gorgõeis id est serpentib. quales Gorgones, pro capillis habere dicuntur, prędsertim Medusa: petit id est petijt, per syncopam, principio Latium,& excelsa id est sublimia tecta Latini Tyrãni, id est regis: & obsedit limen tacitum id est ipsa tacens: aut obsedit tacitum, pro tacito: limẽ Amatæ, scilicet reginæ, coniugis Latini: dixit: petit, pro petiit per syncopam dici, propter verbum, obsedit: quod præteriti est temporis: quod si legatur, obsidet, in pręsenti: posset & petit, pręsentis esse, quam, scilicet reginam Amatam: ardẽtem. idest inflammatam: super. id est de: aduentu Teucrum, pro Teucrorum: & hymenęis. id est legitimis nuptijs Turni curæ: & irę fœmineę id est qua plurimum fœminis dominari solebant: coquebãt: dea scilicet Alecto: conijcit huic id est in hanc, scilicet reginam Amatam: vnũ anguem de crinib. scilicet suis: cœruleis id est cœrulei coloris. habent enim furiæ p crinib. colubros, quos in pectora conijciunt: & quia curę & irę serpunt per venas, & consumũt singula membra etiam medullas, & subdit in sinum, id est ad intima pręcordia, in quib. s. est passionũ sedes, quo mõstro id est cuius monstri stimulo: permisceat, id est perturbet, & cõfundat: omnem domum. id est totam familiam. Ille, scilicet: anguis: lapsus, id est abiens: inter vestes & corpora leuia, id est plana & non aspera: vt sunt mulierũ corpora, voluitur, id est volubilitate sua progreditur: nullo attactu, id est quasi nil attingẽs & fallit. i. circumuenit: furentẽ. i. per se insanientẽ mulierẽ. inspirãs. s. ei: animam. i. mentẽ, aut anhelitum vipeream. i. serpentinam, aut ingẽs coluber fit aurũ tortile. i. intortũ, vt torques, aut monile collo. i. p collũ, aut depẽdens de collo. i. & fit tęnia. i. extrema pars lõgę vittę id est fascię ambientis caput muliebre: & innectit comas. s. Amatę. in morẽ vittę, & ipse lubric⁹. i. facile elabẽs propter pingue glabro corpori insitũ vt in anguillę cute: errat. i. discurrit: libere mẽbris. i. p mẽbra ei⁹: ac dum. i. donec: prima lues. i. nociua macula, seu infectio sublapsa veneno: vdo. i. de vdo corpore manãte, pertẽtat sensus. s. Amatę reginę: atq; iplicat ossib. ignẽ. i. ardorẽ furoris. Nec dum. i. & non adhuc: & animus, sup. eius nõ percepit adhuc flammam. s. furoris toto pectore: ipsa regina. s. locuta est, mollius. i. lenius & mitius: de solito more matrũ: lachrymans multa. i. multũ super nata. i. de negocio natę: aut pp natã. i. filiã suã: & sup hymeneis. i. nuptijs: Phrygijs. i. cum Phrygio Ænea contrahẽdis. & dicens, sup. o genitor. i. o Latine, qui pater es: ne. i. an Lauinia. s. filia nostra vnica. & regni heres: da. s. i. vis ne, vt detur nuptũ Teucris exulib. i. a patria expulsis, nec miseret te natę. i. filię: nec tui, nec miseret te matris. s. filię tuę: hoc est mei (inquit Amata) quã. s. matrẽ ipse. s. quẽ noiare nõ dignarer, gener noster Æneas perfidus prędo linquet primo Aquilone. i. cũ primo vẽto pspero: petẽs alta. s. maria: & hoc virgine. i. filia nostra, quæ virgo ẽ abducta. At apertius esset, an nisi sit, at qd dicã: nõ. i. nonne: pastor Phrygi⁹. i. Paris. de quo in Achil. Stat. Soluerat Oebalio, classem de littore pastor. Dardanus, qui in prima ætate expositus pastor fuit. penetrat sic Lacedęmona id est Lacęnam illam ciuitatẽ in Sparta: sed Amyclis abstulit Helenam & vexit Helenã Ledeam. i. Ledę, ex Ioue filiã, ad vrbeis Troianas? quasi dicat apertissime: & ita docet, non esse honestum filiam Troianis tradere, quia exulibus: nec tutum, quia perfidis: nec licitum, quia cõtra fidẽ. vnde subdit. Quid sup. reputabitur post hac, fides tua sancta id est pri⁹ inuiolata: qd tua ãtiqua cura tuorum id est solicitudo quam habuisti de tuis: & dextera. i. promissio fida data toties: Turno consanguineo scilicet filię nostrę: qa genitus est ex matertera eius. Et si dicat Latin⁹ fata vetare, probat, q non: si bene intelligantur: quia & Turn⁹ externus est censendus, cum sit ab externis oriundus: & contra Æneas internus habendus, cum ab Italis originem traxerit: dicit ergo, Si gener petitur Latinis de gẽte externa: & id sedet idest placet & ea sententia firma est: & iussa id est monita, & oracula Fauni parentis, premunt id est cogũt te ad hoc: equidem id est ego quidẽ reor omnem terram quę dissidet. i. diuisim sita est: existẽs libera nostris sceptris. i. quę nõ est sub nostra ditiõe: esse, supp. externã & diuos dicere. i. censere sic. Et. i. insuper: si prima origo dom⁹. i. familię: repetatur Turno: Inach⁹, & Achrisius, sup. inueniãtur patres: & Mycenę medię. i. quę sunt in penitiore parte regiõis, sup. sint Turno patria.

PIERIVS.

¶Et leuia pe. lap.)In quibusdã anti. codi. lęuia corpora lapsus legitur. Sed, pectora, receptum magis. ¶Ac dum.)In co. aliquot anti. at dũ, legitur: missum vero facio vno sublata veneno, quod habetur in Ro. cod. cum, vdo, Ser. agnoscat, cui reliq veteres cod. adstipulantur. ¶Toto percepit pectore.)In Roma. cod. quod minime displicet, toto concepit pectore, legitur: & si plus est, percepit. ¶Exulib. ne datur ducenda Lauinia Teucris?)In anti. exsulibus, per xs, veteribus grãm. adsentientibus: pręterea totus versus in nõnullis co. anti. ita legit. Exsulibus ducẽda datur Lauinia Teucris. In. vj. n. dubitatũ est, vtrum Lauini. prima correpta poni debeat, eo loco. In regna Lauini Dardanidæ venient: quod nonnulli Latini legere malunt. Siquis vero orationem absq; ne, languere dixerit, poeta ipse tradit Amatam initio mollius locutã esse. Inemendate vero cod. aliquot, exulibus abducanda, legũt: nã, collisionem eiusmodi in principio Virg. non admisisset, qui vel parcissime, vel fere nunquam ea vtatur, vel in medio, vbi plus licentiæ esse solet. Sed enim quantum pertinet ad syllabam, in. ij. Promissa Lauini mœnia. & paulòpost, Regnumq; ab sede Lauini. & a Tibullo, Ante oculos Laurens castrum Murusq; Lauini. est prima nimirum breui positum: & apud Asprum grammatis cum antiquo codi. Ducenda Lauinia, legitur. ¶At non sic Phrygius.)In aliquot codi. An non, habetur. Sed, At magis placet eruditis.

His vbi nequicq; dictis experta, Latinum POE.
Contra stare videt: penitusq; in viscera lapsum
Serpentis furiale malum, totamq; pererrat:
Tum vero infelix ingentibus excita monstris,
Immensam sine more furit lymphata per vrbem:
Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo: (Turbo.)
Quem pueri magno in gyro vacua atria circùm
Intenti ludo exercent. ille actus habena
Curuatis fertur spatijs. stupet inscia turba,
Impubesq; manus, mirata volubile buxum.
Dant animos plagę. non cursu segnior illo
Per medias vrbeis agitur, populosq; feroces.
Quin etiam in syluas, simulatoq; numine Bacchi
Maius adorta nefas, maioremq; orsa furorem,
Euolat: & natam frondosis montibus abdit:
Quo thalamum eripiat Teucris; tedasq; moretur,
Euohe Bacche fremens: solum te virgine dignum
Vociferans. etenim molleis tibi sumere thyrsos:
Te lustrare choros, sacrum tibi pascere crinem,
Fama volat: furijsq; accensas pectore matres,
Idem omnes simul ardor agit, noua quærere tecta.
Deseruere domos: ventis dant colla, comasq;.
Ast alię tremulis vlulatibus æthera complent:
Pampineasq; gerunt incinctę pellibus hastas.
Ipsa inter medias, flagrantem feruida pinum
Sustinet: ac natę, Turniq; canit hymenęos,
Sanguineam torquens aciem, toruumq; repente
Clamat: Io matres audite vbi quęq; Latinę. AMA.
Si qua pijs animis manet infelicis Amatę
Gratia: si iuris materni cura remordet:
Soluite crinales vittas; capite Orgia mecum.

SERVIVS.

¶Sine more furit.) Sine exẽplo & hoc iã cõtra dec⁹ est regiũ. ¶Lymphata.) Percussa furore lymphaę, sicut Ceritos a Cerere dicim⁹. ¶Turbo.) Catull⁹ hoc turben dicit, vt hoc carmẽ. Hic turbo, vnde turbinis facit. Nã si turbõis sit, erit a proprio noie genitiuus: vt Horatius, Turbonis i armis. ¶Impubesq; man⁹.) Aut multitudo puerorũ: aut a parte totum posuit, vt pro manu puerũ ipsum intelligas. ¶Simulato numine Bacchi.) Talem patiebatur furorem, vt speraret se Liberi sacra celebrare. Non enim ipsa simulabat, quod est fanorum. Nã & paulo post dictur⁹ est, Alecto stimulis agit vndique Bacchi. ¶Quo.) vt. ¶Euohe Bacche.) Vox Bacchãtis ẽ. ¶Tibi sumere thyrsos.) Sumebãt: & sunt infiniti pro indicatiuis. ¶Pampineas hastas.) Pampinis tectas. ¶Incinctę pellibus.) Nebridarum. s. ¶Pinũ sustinet:) Facẽ pineam, vt fiebat in Liberalibus. ¶Natę Turniq; canit hymenęos.) Hic aperte expressit demẽtiam. Nã cũ consecrauerit filiam Libero, hymenæum canit eius ac Turni. Hymenæũ autem, nunc carmen nuptiale dixit. ¶Toruũ) Pro torue. ¶Io.) Vox clamantis: & est tragicus sermo. ¶Pijs animis.) id est maternis. ¶Crinales vittas.) Quę solarum matronaę erant. Nam meretricibus nõ dabantur.

Desideratur hic Donatus.

ASCENSIVS.

¶His vbi, &c.) Docet constantem in Latino fuisse animum: & dictis deorum peraudientem: in Amata autẽ non exaudita grauiorem fuisse furorem, vt facile agnoscas, vir quid mulieri pręstet. ¶Nihil autem cum Dona. habeamus, paucis Ordinem consequamur qui talis est. Vbi id est postq̃. Amata, sup. experta Latinũ id est quæ fecerat periculum, an possit mutare animum Latini: his dictis, id est verbis præmissis: nequicquã id est frustra, qa videt, sup. eum stare cõtra id est obstare: q;, pro &: vbi, sup. malũ furiale id est a furia immissi serpentis lapsum, sup. est: penitus id est omnino: intus in viscera, id est interiora pręcordia Amatæ: & pererrat totam, scilicet mulierem id est obsidet omneis vireis rationis eius: tum vero id est tunc maxime: & quasi ad verum: ipsa infelix excita id est commota: monstris. i. furijs ingentibus: furit. i. bacchatur: furẽs sine more id est modestia, aut sine exemplo: per vrbem immensam id est valde magnã: existens lymphata id est quasi lymphata: hoc est, percita, aut percussa, furore nympharũ hoc est, a nymphis: quæ & lymphæ sunt immisso. Qui enim deas nudas viderint incautas, crediti sunt furore percuti. (De vino autẽ, aquis temperato, dicemus, quia dilutum est, non lymphatum) furit (dicit) per vrbem: ceu. i. tãquam: turbo id est lignum in formam pilę obuersę: vulgus, trocum putat: cum aliud sit volitans id est velociter actus: quondam id est aliquãdo sub verbere torto id est scutica: aut etiam sub flagello ex canape torto: quem scilicet turbinem, pueri intenti ludo exercent, id est agitant: circũ atria vacua id est spatiosa, & nullis obstaculis oppleta: in gyro. i. circuitu magno: ille. s. turbo: act⁹. i. ipulsus: habena. i. scutica: fertũ spatijs curuatis. i. quæ per circuitũ pcurrit: turba. s. puerorũ inscia. s. causę, qũo se in gyrum agat: stupet & manus. i. multitudo: ipubes. i. impuberum: mirata, sup. est: buxũ volubile. i. turbinẽ, ex buxo factum volubilẽ: quia torno rasile buxum. Et plagæ. i. pcussiones. s. dãt turbini: animos. i. talẽ velocitatẽ, ac si animos haberet, nisi sit pueri: dãt i. accõmodãt: aios. i. totam intentionẽ plagę. i. percussioni & flagellationi. Amata, sup. regina, agitur p medias vrbeis, & per populos feroceis: nõ segnior. i. nõ tardior, cursu illo s. q in turbine dict⁹ est. Quin etiã. i. insuper: ipa euolat. i. ex vrbe velociter currit i syluas: & hoc numie. i. sacro furore: Bacchi simulato. i. ficto per simulationẽ (quia Bacchantes mulieres, corripiebãtur Bacchico furore) euolat, dicit, adorta. i. subtiliter, & insidiose aggrediẽs, maius nefas: & orsa, id est inceptans maiorẽ furorẽ: & abdit. i. occulit: natã. i. filiã, mõtibus frõdosis: quo. i. ideo, vt eripiat Teucris, & pcipue Ænee: thalamũ. i. nuptias & moret. i. differat: tedas. i. faces nuptiales fremẽs. i. cũ fremitu clamans: o Bacche: heu ohe: vox est bacchãtium, quę sic Bacchũ adloquũtur: videt ãt Bacche dici, a poeta, vt apostrophen faciat: quasi sit fremẽs. i. cũ fremitu: dicẽs ad te, o Bacche, heu ohe. & vociferãs te solũ dignũ, virgine. s. tali: etenim sumere. i. sumebat: tibi. i. in honorẽ tuũ: thyrsos. i. hastas pampinis inuolutas, & ideo molleis, & lustrare. i. lustrabat. i. recensebat & circunspiciebat: te. i. per te & furore tuo percita: choros. s. Bacchantium: & pascere id est pascebat tibi: crinem sacrũ. Aut sic: etenim vociferabatur virginẽ sumere tibi mollis thyrsos: lustrare te. i. p te choros: & pascere. i. nutrire tibi. i. in honorem tui, crinem sacrum: aut pascere crinem sacrũ tibi. Aut demum sic. etenim fama volat Amatam sumere, &c. & idem ardor. i. eadem vehemens cupido: agit simul oẽs matres accensas pectore. i. in pectore, furijs. Quęrere. i. ipsę quęrebant noua tecta hoc est deseruere domos, scilicet proprias: & dant colla & comas ventis: vt. s. diffundant, vnde in. i. Dederatq; comam diffundere vẽtis. Ast. i. sed: alię. i. quędã ex ipsis complent æthera. i. summũ aerẽ vlulatib. tremulis qa tremẽtibus factis: & ipsæ incinctę pellibus nebridũ. s. gerũt hastas pampineas. i. pampinis, quæ sunt frondes vitiũ, inuolutas: hoc est thyrsos. Ipsa. s. regina, & caput Bacchantiũ Amata: existẽs feruida: sustinet. i. seorsum tenet: inter medias. s. matronas: pinum flagrantem. i. ardentem facẽ ex pinu: ac canit hymenęũ. i. carmẽ nuptiale, natę: & Turni torquẽs id est reuoluẽs, aciẽ sanguineã. i. oculos sanguineos: & clamat repente toruum. i. torue. Io, etiã vox Bacchantis: o matres Latinæ: vbicũq;, sup. estis: audite si qua. i. aliqua gratia. Amatę. i. mei, quę Amata dicor, infelicis. i. disfortunatæ: manet animis, sup. vestris, pijs. s. i me aut pijs id est maternis: hoc est, si cura iuris materni id est quod matres habent in liberos, pro quib. tot sustinuerim: remordet, sup. cõscientias vestras, Soluite vittas. i. retiola & fascio-

Universidad de Deusto Biblioteca

ſas.id eſt quibus crines implicātur.& capite mecum Orgia id eſt ſacra Bacchi, quæ diſſolutis crinibus furentium ſimiles agebant mulieres.

PIERIVS.

¶Turbo.) Turbonem, ait Soſipater Ca.a Virgi. voçari, qui apud Tib. turben eſt. Nāq; agor, vt p plana citus ſola verbere turben, (Turbo.) vt obiter locum etiā apud eū indicemus, eſſe vero qui paſſim: hic turbē dici debere putent: quia & homo, & tempeſtas, & buxum, eodē poſſint mō perhiberi. Sed hoc ſtulte dictum, aiunt nōnulli. Nā alij ſic diſtinguunt, vt turbo, turbonis, ſi propriū ſit hominis nomen, cuiuſmodi apud Cor. Ta. inuenias. turbinis, ſi pcellā voluerimus exprimere: aut in eo, inquit Plin. nominādo, qui eſt in luſu puerorum. Sed Cęſar de analogia. ij. turbonē, nō turbinē, ēt in tēpeſtate dici debere, ait, vt caro, caronis: non vt homo hominis. ¶Habena.) In anti. aliquot co. habenis numero multitudinis. ſed habena, magis placet. ¶Stupet.) Sunt qui legāt, ſuper inſcia turba. ſed enim i Med. & aliquot alijs anti. co. legere eſt, ſtupet inſcia ſupra impubeſq; manus: q̄ſq̄ &, impubis, recte, quorum neutrū Priſcia. excludit. ¶In ſyluas.) In cod. nonnullis peruetuſtis legere eſt, in ſyluis ſimulato nomine Bacchi: vt Euolat abſolute ponat &, in ſyluis, res geratur. Sed. n. prior lectio mihi caſtior videtur, remq; magis augere numinis vi intercedēte, niſi noie eo mō ſcriptū ſit, quo Fonus in legibus. xij. tabu. ¶Adorta ne. ma. orſa ſu.) In anti. quibuſdā exē. adorſa, legitur, vti ſuperius eſt obſeruatū. Preterea ēt in Ro. cod. Maiorē exorſa furorē: abſq; particula copulatiua habeē. ¶Eu ohe Bac. fr.) Sunt ṁ, Eu ohe, qui vnā tātū adſpirationem notent: eā q; interijciāt inter vltimas vocaleis duas. Sūt q ſtatuāt i medio, duab. hinc inde vocalib. adnotatis Euhoe. Sunt q ēt dictionē incipiant ab adſpiratione, Heuhoe apud Cat. vna tantū in medio ſita adſpiratione ſcribitur, euhoe. Sane apud nos, œ, ex oi diph. Greca factū eſt. Nā qđ illi, εὐοῖ τίνος, Eu œ, dicimus. Demoſth. in oratione cōtra Cteſiphontem, βακχικόν τι φθέγμα ἐςὶ τὸ εὐοῖ. quare potius eu œ ſpondeum eſſe dicendum. Hora. ij. car. Eu œ, recēti mens trepidat metu. & alibi, Eu œ Bacche precor. Catul. Eu œ Bacchātes, Eu œ capita inflectentes. ¶Te luſt. choro.) In pleriſq; vet. co. cum Ro. & Med. legiē choros: nō tamē diſplicet, choro. ¶Domos.) In cod. aliquot anti. domus, forma decli. quartę, niſi mutatū ſit, o, in, u, vt ſacerdos dei Brontontis. In anti. marmore in ęde ſancti Martini in mōtib. ¶Io. matres au. vbicūq; La.) Sunt qui ex Priſcia. legant, vbi quæq;: atq; ita in Med. & anti. omnib. co. Vaticanę bibliothecę legere eſt. Verba vero Priſcia. ponere non pigeat, & matres audite vbiqueq; Latinę: pro, quęcunq;. Pōt tamen hic, & ibi pro vbicūq; accipi. Atq; ego crediderim ex hac Priſ. paraphraſi ſupra dictionem ſcripta credidiſſe multos: vbicūq;. pro vbiqueq;. reponēdū eē: atq; ita legitia ſublata dictione, adulterinam inſertam. in por. quoq; vbiqueq;.

SERVIVS.

¶Acuiſſe furores.) vt ſupra. Quam Iuno his acuit verbis. ¶Conſiliumq; omnemq; domum vertiſſe Latini.) Quod habuerat: vt filiam dando Æneę, bella remoueret quæ ſignificauerat fumus augurij. ¶Acriſioneis Danæ.) Patronymicum eſt. Nam male putant

Talem inter ſyluas, inter deſerta ferarum   POE.
Reginam Alecto ſtimulis agit vndiq; Bacchi.
Poſtq; viſa ſatis primos acuiſſe furores:
Conſiliumq;, omnemq; domum vertiſſe Latini:

Protinus hinc fuſcis triſtis dea tollitur alis
Audacis Rutuli ad muros. quam dicitur vrbem
Acriſioneis Danae fundaſſe colonis,
Præcipiti delata noto. locus Ardea quondam
Dictus auis: & nunc magnum manet Ardea nomen.
Sed fortuna fuit: tectis hic Turnus in altis
Iam mediam nigra carpebat nocte quietem.
Alecto toruam faciem, & furialia membra
Exuit: in vultus ſeſe transformat aniles:
Et frontem obſcœnam rugis arat: induit albos
Cum vitta crines: tum ramum innectit oliuæ;
Fit Chalybe Iunonis anus, templiq; ſacerdos:
Et iuueni ante oculos his ſe cum vocibus offert.
Turne tot incaſſum fuſos patiere labores: ALECTO
Et tua Dardanijs tranſcribi ſceptra colonis:
Rex tibi coniugium, & quæſitas ſanguine dotes
Abnegat: externuſq; in regnum quæritur hęres.
I nunc, ingratis offer te irriſe periclis:
Tyrrhenas i ſterne acies: tege pace Latinos.
Hęc adeo tibi, me, placida cum nocte iaceres:
Ipſa palam fari omnipotens Saturnia iuſſit.
Quare age, & armari pubem, portiſq; moueri
Lętus in arma para: & Phrygios, qui flumine pulchro
Conſedere, duces, pictaſq; exure carinas.
Cœleſtum vis magna iubet: rex ipſe Latinus,
Ni dare coniugium, & dicto parere fatetur:
Sentiat, & tandem Turnum experiatur in armis,

tant Acriſioneis colonis. Sola enim venerat, non cum colonis. ¶Præcipiti delata Noto.) Intra arcā, vt diximus ſupra. ¶Magnū tenet Ardea nomē.) Bene alluſit. Nā Ardea, quaſi ardua dicta ē, id eſt magna & nobilis: licet Iginus in Italicis vrbibus ab augurio auis, Ardeam dictam velit. Illud nāq; Ouidij in Metamorphoſi fabuloſum ē, incēſā ab Annibale Ardeam, in hanc auem eſſe conuerſam. Sciendum tamen ardeā per Antiphraſin dictā, quod breuitate pennarum altius non volat. Lucanus: Quoque auſa volare, Ardea ſublimis pennæ confiſa natanti. ¶Mēbra exuit.) Bñ Exuit. Nā dij cū volunt videri, induunt ſe corporibus pp mortalium oculos. Nā incorporei ſunt. ¶Albos cū vitta.) Id eſt ēt vittas albas. ¶Ramū innectit oliuæ.) Aut coronā accipit: aut ramū illigat vittis. Qđ aperte in octauo oſtendit, Et vitta cōptos voluit prętēdere ramos. Supra ēt, Pręferim⁹ manibus vittas. ¶Iunonis anus, tēpliq; ſacerdos. (Iunonis tēpli anus ſacerdos. ¶Fuſos patiere labores.) Probus de tēporū cōnexione libellū cōpoſuit, i quo docet qđ cui debeat accōmodari: ex quo itelligim⁹ hāc, quā fecit, arduā eē ɔnexionē. Nā patiere futuri tpis ē. ¶Fuſos) vero participiū eſt pteritū? Eſt āt ſenſus, Patieris vt tot tui labores fundanſ? icaſſum? Id eſt in irritū cadāt, ¶In caſſum) aūt ractū eſt a caſſib⁹, id eſt retib⁹. ¶Trāſcribi.) Tradi. Sermo aūt hic tract⁹ eſt de pecunia. Nā ſcribi, ē dari. Horati⁹, Scribe decem Nerio, non eſt ſatis, adde cicutæ. Reſcribi, reddi. Horatius, Dictantis qđ tu nunq; reſcribere poſſis. ¶Quæritur hæres.) De iure traxit, vt non generū, ſed hęredē diceret. Nam per coemptionē facto matrimonio ſibi inuicem ſuccedebāt. ¶Tyrrhenas i ſterne acies. (Vt, I, ſequere Italiam ventis. Sane notum eſt bello multum potuiſſe Tyrrhenos: & fuiſſe præcipue infeſtos Latinis. vt, Hi bellū aſſidue ducunt cū gente Latina. ¶Hæc adeo tibi me.) Addidit authoritatem, qa ſcit anui credi difficile. Adeo autē, valde ſcilicet iuſſit: vt, Adoleſcētem adeo nobilem. ¶Lætus. ¶Alacer feſtinus. Nam lætari nō poterat, qui perdebat vxorem. Sic ſupra in primo, Vela dabent læti. ¶Flumine pulchro.) Vt ſupra, Hūc inter fluuio Tyberin⁹ amœno. ¶Cœleſtum vis magna iubet.) Aut per diffinitionem, ipſa Iuno eſt vis deorum: aut per augmētum, ſuaſit primo per ſe: deinde per Iunonem: poſtremo per omnium vim deorum. ¶Turnum experiatur in armis.) Cōtra ſe, quē pro ſe probare non potuit.

DONATVS.

¶Suſcepit Alecto ſacerdotis perſonam vt maiore authoritate loqueretur. Interea q̄ pulchra poſuit alecto toruam faciē, & furialia membra exuit. item induit albos cum vitta crines. nam exuit & induit ſic eſt: vt eſt illud cū veſtem permutamus, exuimus, quā habemus, & induimus alteram. Induit albos cum vitta crines. cito oſtendit & crines & vittam albos fuiſſe. ¶Et iuueni ante ocu.) Recte cōmotæ vultu apparuit obiurgans iuuenem, q in ſua cauſa tam ſegnis exiſteret: qui & cogitare deberet pericula ſua, & etatis ſuffragio poſſet aduerſum ſe cogitata depellere. ¶Turne tot in.) Poteris, inquit, pati tuos Turne labores effundi: hoc eſt, non paulatim, ſed ſemel interire: funditur enim quicquid vno impulſu contemptū traditur terræ. ¶Et tua Dardanijs.) Et imperium iam tuis meritis debitum ad indignos & aduenas ſine labore trāſire: bis intelligendum eſt, ſceptra trāſcribi. quod autem ait tot labores, a quantitate adiecit pōdus dictioni, quod ait tua, laudis loco accipiendum. Dardanus vero pro cōuitio, vtpote quia ſua pdidiſſent, & inuadere cuperent aliena. Incipit aperire, quod ſupra generaliter poſuit. ¶Rex tibi coniugium.) Rex tuo ſemper auxilio & labore defeſſus tibi tātorum meritorum viro indigno tāquam inerti cōiugiū hoc eſt nō rem ludicram aut leuem, ſed coniugium negat: Non dixit ſponſam quomodo tanto affectu apud Latinū aut Amatā habebatur: quaſi iam illi iunxiſſet filiam ſuam. ¶Et quæſitas ſā. do. Ab.) Ecce & in hac parte ſatiat, qđ aſſerebat. dixit enim Turnū dotis quoq; eſſe poſſeſſorem. ac per hoc non ei ſponſam negari & coiugem, quę omnia nō leui ſed piculoſo labore quæſiſſet. ¶Externuſq; in re.) Qđ erat iniuriarum augmentum ſcilicet indignū pręferre meliori. ¶I nunc, in, of. te, irri.) Quid profuit toties te laboribus obiectū, & periculis tuis ſtratos eſſe Thyrrenos? quid Italos ocio texiſſe perpetuo? ¶Hæc adeo tibi.) Deniq; cum hæc ſatis digna magnę Iunōi diſplicuiſſent, iuſſit manifeſtari ei per me, nedū ſecurus noctem continuam dormiendo conteris, regnum ſimul & cōſortium perdas vxoris. Dixit omnia, quæ hominem regiū ac fortem merito commouerēt. Dixit laboribus eius gratiam non ſolum nō relatam, verum etiam intolerabilem iniuriā factā: cuius indignitate merito doleret & Iuno, irriſum ſcilicet, qui factū defēdere deberet & poſſet. Dat etiā vincēdi fiduciā, aſſerēdo Iunonē auxilio fore, cui cauſa diſplicebat: & quę ſua debat vltionē: Dixit facilitatē totius effectus, quod cū pegrinis eſſet neceſſario cōfligēdū. addidit etiā metū, ne ſi interueniret mora, firmatos a ratione fœderis vinculo ſupare nō poſſet. In pnominibus quoq; magnam vim dictionis oſtēdit. Ait enim ipſa tibi me hæc fari iuſſit. ¶Ipſa.) Hoc eſt, quę omnia poteſt, & commoda tua pertractat. Tibi,) Contra meritum laborum irriſo, forti quoq; ac regio. tibi, qui male geſta poſſis propria virtute defēdere. tibi ſuſcepro iam genero. ¶Me.) ſacerdotem ſcilicet ſua, & templi venerādi cuſtodem. cuius fidem noſſet, & fidele miniſterium cuius efficaciam in his, quę curanda mandaſſet habuit rite compertam. ¶Hęc.) Hoc eſt incongrua nec reſpondentia digniſſimo viro, in quibus ſit irriſionis culpa, & mutatio fidei. Non immerito celeriter corrigēda prope generaliter poſuit. hoc eſt clauſa ex parte ex ſpeciebus expreſſa: quod ipſum arte mira perfectum eſt, vt commoto intimaret ſententiam. fecit & omnium Latinorum cum rege communem cauſam: cum ſolus ipſe filiam Troianis pmiſiſſet, vt omnes ſimul vna odij ſocietate perfunderet. ¶Quare age, & ar. pu.) Et diſpone pubem, quemadmodū producatur portis. age para, iubētis eſt: quis autem ſuadet, vt quis lęt⁹ eat ad bellum, niſi qui ſpondet ſpem vincēdi certiſſimam? quod ipſum, & ſi falſo promittebatur, nō curabat furia exitum rerum, quę propter turbāda omnia belli tantum quęrebat initiū. ¶Et Phrygios qui flu. pu.) Euadebat inuadendos bello, qui venerāt, atq; vt hoc ſecurus ageret Turn⁹, deformat Troianorum perſonas, imbelles oſtendēs. phrygij ſunt, inquit, hoc eſt qui per inertiam ſedes ſuas & patriam perdiderunt, delectantur amœnitate fluminis, quod non facerēt, niſi eſſent ſoluti & inertes. Pictaſq; exure carinas. notatur, q pictura nauium luxurioſos ſeſe comprobarēt & ad bellicum certamen infirmos. has igitur iubebat incendi, vt preſſis fugiendi vel euadendi ſubſidium negaretur. cœleſtiū vis iubet. debet audacius fieri, qđ ſuperna pręcipit authoritas. quod vero reginam deorū dixit pręcepiſſe, ad omnes deos voluit pertinere, qui voluntati potioris nō poterant contradicere. Nec dubites, inquit, accepta perficere: cum cœptis tuis affuturus ſit potētiſſimorum numinum fauor: & id Iuno precepit magnæ potentiæ, hoc eſt, quę plus poſſet q̄ dij ceteri. ¶Rex ipſe Latinus &c.) Quod ait rex ipſe. ſic intelligēdum eſt, ipſe qui te feſellit, ipſe, cui obſecut⁹

Universidad de Deusto
Biblioteca

es semper, ipse, cuius imperium tua defensione seruasti. ipse, qui mobilis esse nō debuit, ipse, penes quam summum super filiæ cōiunctionem iudicium est, qui iniuriæ suę author esse nō debuit. Nisi tibi coniugem dederit, nisi cōditionibus se professus fuerit paritūrum: qui beneuolentiam generi contemnendam credidit, armati sentiat, & irati virtutem.

ASCENSIVS.

¶Talem inter, &c.) Postquā Alecto reginam, in furorem verterat, vt quæ ex sexu imbecillissima erat, aggreditur Turnū ex ętate, & conditione: quia amatorem, faciliter furore concussibilem. sed quo id facilius faciat, induit vultus sacerdotis Iunōis. De qua re Donat. sic. ſ Induit.) Bene Iunonis sacerdotis personam sumit vt maiore authoritate loqueretur. Pulchre autem dixit, exuit, & induit, veluti cum vestitus, permutationem facim⁹. Exuimus. n. nostrum: &, induimus alienum. Abnegat cum tantis periculis, & vxorem, & dotem quæsieris. ſ Externus q; in regnum.) Dicit omnia quæ hominem fortem ad regnum mouere possint. Dat præterea vincendi fiduciam, asserendo Iunonem affuturam: cui causa displicebat. Addidit meritum, ne si cunctaretur, firmato arctiore fœderis vinculo superare non posset. ſ Ipsa palam fari.) Habet emphasim, ipsa, quasi dicat quę omnia potest, quę tuę causæ fauet. Tibi.) Contra, meritum laborum irrisio. Tibi: qui male gesta, possis tua propria fortitudine corrigere. Tibi: suscepto in genero. ſ Me.) Sacerdotem suam, templi custodem, cuius fidem nosset. ſ Phrygius.) Quasi dicat imbelles: & inertes. ſ Pictas.) Nā luxuriosos hæc pictura denotat. ſ Cœlestum vis.) Ergo debet audacius fieri. ſ Rex ipse.) Qui te fefellit, cuius imperium tua defensione seruasti. Hæc ille. ¶Ordo autem est. Alecto, furia illa infernalis, agit vndiq; id est ex omni parte: reginam, id est Amatam, talē, ideſt tali furore, qualis dictus est: percitam iter syluas, & inter deserta ferarum id est inter loca deserta ab hominib⁹, sed habitata a feris: agit (dicit) stimulis Bacchi, id est qualibus Bacchantes, in furorem instigari solent: postquam dea tristis, scilicet Alecto: visa ē sup. sibi acuisse, satis primos furores, & vertisse consilium & omnem domum Latini: ipla tollitur, id est aufertur: hinc. i. ab hac domo Latini: alis fuscis, id est subnigris: & obscuris: ad muros. ſ. vrbis: Rutuli. ſ. Turni audacis, animosi: quam vrbem, videlicet Ardeam: Danaę Acrisionis. i. Acrisij filia, dicitur fundasse colōis, scilicet suis: cum, scilicet grauida, ex Ioue, & a patre, arca aquis exposita, illuc annatasset vnde dicit, delata, id est de Argis illuc allata: Noto. ſ. vento: præcipiti, id est præcipitāter impellente. Locus dictus est quondam, Ardea aui. i. ab aue & Ardea, manet nunc magnum nomen. ſ. vrbis Arduæ sed fortuna fuit. ſ. quod nomē Ardeæ, ciuitati Arduæ, imponeret ab Ardea. Turnus carpebat iam hic in altis terris: nocte nigra id est obscura: dū nec; crepusculū, nec; diluculum est sed media nox: vnde addit, quietem mediā, quæ, scilicet admediū fere noctis, solet esse media. Alecto exuit faciem torquam. i. terribilem: & sęuam, qualis furiā decuit: & mēbra furialia id est furiæ apta: &, sup. transformat sese, in vult⁹ anles, id est anui conuenientes: & arat id est sulcat, & corrugat: frontem obscœnam. i. obsitam situ: & fœdam rugis. i. laxis, pellib⁹ extantibus: &, sup. induit: crineis albos id est canos: cum vitta id est redimiculo sacerdotali: tum id est insuper: ipla innectit ramū olivæ: & fit. i. apparet esse Chalybe: anus, i. vetula, sacerdos Iunonis: & templi id est sacerdos templi Iunonis: & offert iuueni scilicet Turno, sę āte oculos: cum his vocibus, id est verbis: Turne patie re tot labores fusos, sup. esse. i. vt fundātur, incassum. i. in vanū: & patieris tua sceptra transcribi. i. tradi: colonis Dardanis. i. a Troia, pfectis, & a Dardano ortis, quasi dicat merito nō feceris. cum tamen fiat, quia rex, scilicet Latinus: abnegat tibi cōiugium, scilicet Lauiniæ: & dotes quęsitas. i. partas: sanguine, scilicet tuo, hoc est sua dote bellico, aut consanguinitate, vt iure cōsanguinitatis eas habeat, loquitur autem de regno, quod in dotem cedat, heres exter n⁹, quæritur in regnum. O irrise. i. qui irrisus es: aut qui irridebaris: i nunc, offer, id est obnice te periclis, pro periculis. ingratis. i. q rem ingratā afferāt, nisi obstiteris. Aut potius per ironiā dicit, vt sit sensus, quod Turn⁹, vt Lauiniā obtineat: pro Latinis bella gesserit cū Hetruscis, & sanguine suo dotes acquisierit: quia vitę periculum subiit, i, ergo irrise, offer te periclis ingratis, i. vnde nullā gratiam cōsequaris, sed potius irridearis, i. i, vade) & tacitam prohibitionem includit huiusmodi iussio) sterne acies Tyrrheas, id est Hetruscas, apud Tyrrhenū mare: tege Latinos pace. i. quā eis cum Hetruscis peperisti. Ipsa Saturnia. i. Saturni filia, Iuno omnipotens, quia omnipotentis coniux iussit palam me fari tibi. hæc adeo. i. omnino: cū iaceres. i. regelceres: quare. i. qua de causa: gascilicet ipsa, quę omnipotens est, iussit: age (adhortādi aduerbiū) para existēs ętus, pubem armari: & moueri portis in arma, ideſt exercitium armorū: & sup. aggredere, aut propelle (nā vt Troianos, exurere iubeat, nō est verisimile) duces Phrygios id est Troianos, qui consedere. i. sedem simul ceperunt, animo residēdi: flumine pulchro. i. ad fiumē pulchrum. i. Tyberim: & exure classes pictas. q. d. nō ad bellū instructas, sed ad delicias ornatas, vt insoles indicet Phrygios. Magna vis cœlestum, pro cœlestiū, scilicet aut ipsa Iuno, aut tota manus superorum: iubet, sup. vt id facias, & vti pie rex Latinus sentiat, & experiatur tandem Turnum, scilicet te in armis: ni. i. nisi, fatetur dare. i. quod concedit coniugi: & parere. i. obtemperare: dicto. i. deorū: aut dicto id est pacto, & conuento inter vos

PIERIVS.

¶Consilium, omnemq; domum vertisse Latini.) Prætereamus quod in plerisq; codicibus est. Concilium, non enim id placet: legitur etiam, euertisse: sed hoc quoq; minus propriū. ſ Locus Ardea quōdam Dictus auis, & nunc magnum tenet Ardea nomē.) Antiqui aliquot codices legunt, locus Ardua quondam, vt nō te mere dictū a Seruio sit. Bene adluſit, nam, Ardea, quasi Ardua, dicta ē. Est & pro, tenet: manet Ardua nomē, in Medioeo, & aliquot alijs antiquis codicibus. ſ Iam mediā nigra carpebat nocte quietem.) Codices nonnulli peruetusti legunt, Iam media nigra: vt vtrunq; sit noctis epitheton, alterū tēporaneum, alterū proprium. In alijs inuenio, Iam media nigram. Sed vulgata lectio magis placet. ſ Alecto toruam faciē, & furialia membra Exuit, in vultus sese trāsformat anileis.) In veteribus aliquot codicibus legere est, furialia mēbra Exit, & in vultus sese trāsformat anilis. In aliquot alijs, quod minus placet, Exuit & vultus: ablq; in. Sed illud mihi adridet, vt figuratum magis, Exit & in voltus. Quamquam non improbo, Exuit: cuius antitheton subiunctum statim videam, Induit albos cū vitta crinis. ſ Rex tibi coniugiū, & quæ litas. Iin antiquis aliquot codicibus nō habetur &: sed id librarij negligētia, & enim eo loco positum addit versui grauitatem. ſ Tyrrhenas, i, sterne acies.) Veteres aliquot codices legūt, Tyrrhenas & sternes: vt, Thestilis & rapido. Sed, i geminatum, verbū longe venustius & elegantius. ſ Et dicto parere fatetur.) In codicibus aliquot antiquis legitur, parere iubetur, legere est, quod non ita receptum mihi videtur.

SERVIVS.

¶Hic iuuenis vatem irridens.) Caluit quia iuuenis. Horati⁹, Non ego hoc ferrem calidus iuuenta consule Planco. ſ Victa situ senectus.) Temporis lōginquitate, ex qua nascitur situs. ſ Vericq; efœta.) Cassa veritatis. ſ O mater.) Irrisionis est, non honoris. Falsa vatē formidine ludit.) Quia vatem. Nam eam defendebant a bellis, si non ętas, saltem religio sacerdotij. ſ Exarsit in iras.) Cōmunis sermo habet, ardeo illa re sed figuratius, ardeo in illam rem dicimus: & est specialis Cornelij elocutio.

Hic iuuenis vatem irridens, sic orsa vicissim POE.
Ore refert. {Classeis inuectas Tybridis vndā, TVRN.
Non, vt rere, meas effugit nuncius aures:
Nec tantos mihi finge metus: nec regia Iuno
Immemor est nostri.
Sed te victa situ, vericq; effœta senectus
O mater curis nequicq; exercet: & arma
Regum inter falsa vatem formidine ludit.
Cura tibi diuum effigies, & templa tueri:
Bella viri, pacemq; gerant: queis bella gerenda.
Talibus Alecto dictis exarsit in iras. ÆNEAS POE.
At iuueni oranti subitus tremor occupat artus:
Diriguere oculi: tot Erinnys sibilat hydris:

sus. Respice, eam, quā dicis falsa deludi formidine. ſ Adhęc, adsum.) Id est ad regum arma, & ad bella. Quomodo ergo dicis, quod supflue his interar rebus, ad quas veni? Alij Respice ad hęc legunt, vt sit quasi demonstrātis, Respice, bella. & letum gero. ſ Facem iuueni coniecit.) Satis cōsiderate facē iuueni coniecit, quę cito exardescit & desinit. Supra vero, Amatæ serpentem iniecit quod in mulierib⁹ viget semper venenum. ſ Atro lumine fumanteis coniecit tedas.) Atri luminis. Vt, Et pulchra faciat te prole parētem. Atro autem lumine, furiali, inferno. alias ratione caret sub pectore, vbi fellis locus est, id est iracundiæ.

Tantaq; se facies aperit: tū flāmea torquens
Lumina, cunctantē, & quęrentē dicere plura
Reppulit: & geminos erexit crinibus angueis:
Verberaq; insonuit: rapidoq; hęc addidit ore.
En ego victa situ: quā veri effœta senectus ALEC.
Arma inter regū falsa formidine ludit,
Respice ad hęc: adsum dirarum ab sede sororū:
Bella manu, letumq; gero.
Sic effata, facem iuueni coniecit: & atro POE.
Lumine fumanteis fixit sub pectore tedas.

DONATVS.

¶Hic iuuenis va. ir.) Hic iuuenis, hoc est, qui ætatis & fortitudinis substantia confisus esset, aniculæ dicta per somnium & verba fœminę pro leuibus ducens, talia dedit responsa. Expressit vtriusq; ætatis morem. nam senes vltraq; sat est timidiores sunt: & apud iuniores hæc ętas contemni consueuit. deniq; & poeta hęc premisit. Hic, inquit, iuuenis. quippe non tantum spernuntur senes contempti a iuuenibus verumetiā ridentur. eo megis in prę senti negocio, vbi mulier interueniebat, & anus. Cui⁹ & ętas Turno displicebat, & sexus. Sic ergo incipit loqui. ſ Classes inuectas.) Classes, inquit, inuectas tybridis vndas. ſ Non, vt rere, meas effugit nuncius aures.) Res, ait, vestras olim mihi cognitas pro nouis attulisti. nā tius. n. ad aures meas dudum attulit, & venisse naues, fluuium tybridē ingressas. ſ Ne tantos mi. fin. me.) Proinde cessa terrere nihil metuentem. ſ Nec regia Iuno.) Nam & Iunonem reginam nō immemorem nostri scio, & quemadmodum facta mea commodaq; tueatur. ſ Sed te victa situ.) Situs est corruptio ex humore & diuturnitate contracta, quod deteriores fiūt species vno loco & prolixo tempore constitute. Ita & hāc victam situ posuit, quasi quę senio esset & nihil agendo corrupta. Sic, inquit, sunt senes. Nam hoc illis speciale vitiū est, nescire quid agāt, quidve loquantur. ſ O mater.) Irrisio est aperta. nam primeuis familiare est senes irridere. Igitur religiosum nomen matris adiūxit, vt illa minus grauiter ferret, vnde multo acrius commoueri. Probatio assertionis Turni ex presentibus sumpta subiecta est. ſ Sed te victa situ. &c.) Senectus tua, inquit, nescit congrua & competētia secta ridenicq; iuuenum te exagitat cura. & cum sis vates, templiq; te dedicatam esse conueniat, vis scire, quid pugnaturi agāt, quidue armati dilponant. ſ Cura tibi diuum est.) Repetendū est tibi officium, quod incauta deseruisti, seruа deorum effigies, & numinū templa custodi. ſ Bella viri pa. cq. ge.) Accepta, inquit, talium diuorum iniuria, alecto facta est repēte, quę fuit. nō enim difficulter commoueri potuit, in qua semper erat, quod quieta perturbaret. ſ At iuueni oranti su. tre. o. a.) Cum hęc dixisset Turn⁹, eodē tēporis puncto contremuit & iniuriosis vocibus ad deprecationem cōuersus, rogare cœpit iratā. ſ Diriguere oculi.) Vsq; adeo perterritus fuit, vt oculi eius vigorem solitū perdidissent. ſ Tot erinnys sibilat hydris.) Quem enim tantorum multitudo serpētum non terreret? quæ minacibus sibilis personās turbauerat in tuentem? ſ Tantaq; se fa. ap.) Crescebant, quę metuētis formidinem cumularēt. ſ Tum flammea tor. lumina.) Incipit exponere, quid sit, tantaq; se facies aperit. tum, hoc est deinde cū oculis furię emitterētur incendium. cum quid iracūdiæ gereret, tortis in peruersum oculis testaretur, orantem reppulit, & vehementissime deprecantem trudendo cōpescuit. ſ Geminosq; erexit crinibus angues.) Quos habuit in illa turba serpentum potiores. ſ Verberaq; insonuit.) Id est flagella concussit, vt verberato aere, quid pati potuisset ipse Turnus, aduerteret. Rapidoq; hæc. a. o.) Cum cōmotionis suę tot signa prodidisset, conuenientem irate sermonem protulit, scilicet inflatum, & qualem habere sunt solīti, qui rabioso furore fremescunt. ſ En ego victa situ.) Pessimus obiurgare non potuit metuentem, q̄ vt eailli ingereret, quę ille meminerat protulisse. Sentit nunc, inquit, animum delirantem. sentū desipientis per senium hebetata consilia, & actus longe a sexu & merito ętatis alienos: quæ sim, nunc, quoniam superioris formę contemptor esse maluisti, considera. ſ Respice ad hæc.) Intuere diligentius, quid inter preterita presentiaq; distet, ac te ne adhucusq; pertinax intentio teneat, aut ne falli somnio, aut oculis putes, discę, vnde veniam, quæ sim, vel quib⁹ gerāmanitate coniungar, aut qua vigeā potestate. ſ Adsum dirarum ab se. so.) Iccirco posuit in manu sua eē bella & mortē: quia Turnus ei obiecerat, q̄ iportune gereret virorum fortiū curam, vel cuperet nosse vtrum parati esse vellent, an bello contendere. ſ Sic effata facem iuueni coniecit: & atro POE.
Lumine fumanteis fixit sub pectore tedas.) Post indignationem talem & obiurgationem verborum tumētium, quale factum fieret. oportuit sequi, ne sine effectu discederet. debuit enim proficere aperta violentia, vbi non potuit habere dolus locum. ſ Et atro lumine fumanteis fixit sub pectore tedas.) Poetica descriptio, qua ardentem facem ac fumantem iuueni dixit infixā. Cęterum ardorem quendam & cupiditatem mentis memorauit iniectam: at impatienter cuperet, quod ante contemplerat. Nec vacat, quod dixit, Iuueni coniecit. Facile enim potuit velle, qui inuentę subsidio effectus voluntatis furię valebat implere. deinc annectit descriptionem hominis, quē vis maior accenderat.

ASCENSVS.

¶Hic iuuenis, &c.) Docet animosum Turnū verbis, vt putauit Chalybes nō annuisse, q̄ indecorum putarit a fœmina persuaderi: quod Alecto, quę se pro Chalybe gerebat, animaduertens, & egre ferens, furiales vultus induit & le furiam cōfessa, geminos in illum angueis iniecit, quibus in furorem actus est. Vnde quæ paucissima habemus Donati, verba sunt. ſ Iuuenis.) Non mirū, si iuuenis, mulierem, & anum, in re bellica contempsit. ſ O mater.) Irrisio est aperta. ſ En ego victa situ.) Peius non potuit obiurgare metuētem, q̄ in illum regerere quę protulerat. ſ Bella manu.) Quasi dicat contra illud, Bella viri, pacemque gerant. Hæc ille. Ordo.
¶Ordo est. Iuuenis, scilicet Turnus, irridens, ideo irridens, quia iuuenis hic id est ad hęc, eius dicta: vatem, scilicet Chalyben, sacerdotem Iunonis: refert vicissim ore, ideſt expressa voce: non per visionem solam, sicut Alecto forsan locuta erat, ga aliter nostu videri nō poterat: nam: vt visiones interiores fiunt, ita & auditiones: vicissim sic orsa, id est sermones exorsos. Nuncius, ideſt annunciatio, seu nuncii, aut (reuera) nuncius nuncians: classeis, scilicet externas: inuectas vndam Tybridis: non effugit meas aures: vt rere, id est opinaris ipsum effugisse, id est bene audiui, licet aliter putas. Et ita videtur Poeta hoc figmento, rem physicam expressisse: vt, scilicet sub noctem, cura recursauerit: & quæ iterdiu timuerat, noctu appareāt: ne finge mihi tātos metus, id est ne putes, quod propterea vsq; adeo formidē, vt cœpto desistam: nec Iuno regia, quia regnorū dea: aut superum regina, est immemor nostri: & ita non patietur me expelli: sed, o mater, senect⁹ victa, id est obsita: situ, id est mucore, turpiq; lanugine, id est quę se a situ, & sordibus, vindicare nescit: & effœta veri id est quæ delirat: nec quicquam veri amplius in se habet, exercet te: nequicquā, id est frustra, curis: & ludit id est illudit: te vatem, id est cum sit vates falsa, id est deceptoria, aut inani formidine: inter arma regum, id est quæ reges tractare decet, Cura, supple sit, aut esse debeat tibi: tueri id est cē templari: effigies diuum: & templa diuum, id est diuorum: & permitte, supp. vt viri gerant id est administrent, & procurent bella, & pacem: queis, id est quibus: bella gerenda, supplesunt. Alecto exarsit in iras, id est succēsa est furore, talibus dictis, At subitus tremor, occupat, id est inuadit, iuueni orāti. l. Turno, sic ore loquenti artus, id est membra: oculi, supple eius: dirigueре id est rigide: & instanter, in diuersa infixi sunt: nihil tamen videtes, vt furiosius fit: Erynnis id est furia, sibilat tot hydris, id est serpentibus, seu anguibus: & tanta id est tam magna, & immanis facies id est factura, seu figura corporis ipsi⁹: aperit, id est manifestat se: vt, scilicet ille trepidaret tum, id est deinde: ipsa torquens, id est inuoluens: lumina flammea, id est ignitos, aut quasi inflammatos oculos: reppulit, id est reiecit: a se, scilicet Turnum cūctantem. i. hæsitantem præ stupore: & quærentem, id est molientē: dicere plura. i. multa: & ipsa erexit i. excerpendo direxit in Turnū, Angueis geminos, id est duos, equales: crinibus. i. capillis suis, & insonuit id est sonare fecit: verbera. ſ. quę furię gestāt: & addidit hęc. ſ. sequētia verba: ore rabido. i. furioso. En. i. videtan: sup. ego (vt dicis) sim, sup. illa: quam senectus victa, ideſt obsita: ita, vt se abluere nequeat: situ. i. immundo mucore, ex negligentia cultus

Universidad de Deusto
Biblioteca

collecto:& eſtœta veri.i. quæ omne verũ enixa eſt, nec quicquã retinuit:ludit.i.illudit,falſa formidine inter arma regũ:reſpice.i. attẽde,quę ſim,& an ad me bella regũ nihil pineant: ego adſum ab ſede ſororum dirarum.i.reliquarũ furiarũ, hoc eſt ab inferis aduẽni,& gero manu.i.in poteſtate habeo:bella,& letum.i. mortem:reſpice ergo ad hęc:vnde videtur id ſignificare quibuſdã in dictis.Ipſa effata,id eſt elocuta ſic: coniecit iuueni.i.in iuuenem, qui idoneus eſt ad incendium,facem, id eſt incendium irarum: & fixit ſub pectore.i.in pręcordiis eius:tedas fumanteis,id eſt fumantes:atro.i.furiali inferno,& nociuo lumine.

PIERIVS.

¶Claſſeis iuectas Tybridis vndam)Romanus codex,Porcius,& aliquot alij veteres,legũt,Tybridis alueo.Sed vndam,pleriq; malunt.ſBella viri,pacemq; gerãt.)In antiqs oibus cod. quotquot habui,gerent,futuro tpe ſcriptũ obſeruauit:qđ multo magis placet qa ex affirmatiuo mõ,ſententia vt abſolutior:ſi gerant, malueris,lnia definita eſt morũ conſuetudine.ſ subitus tremor occupat artus.)In antiquis aliquot exemp.ſubito,aduerbium eſt: ſed epitheton receptius.ſ Diriguere oculi.)In Ro.co.& in quibuſdã alijs,ſcriptũ eſt,Deriguere,p̃ de,ſignificat vero (vtcũq; legeris)induruere,quod eſt inſanię ſignũ.Inde apud Plau,in Menec. interrogat medicus eũ, quę inſanũ eſſe credebat, Solent ne tibi vaſi, oculi duri fieri:ſ Tũ flãmea torquẽs Lumina.) In Ro.co. fumea. Sed.n.hic,flãmea,lectio caſtior: niſi velimus ad pineã facẽ adludere,quã intorſerit:quę alibi eodem modo circunſcribit a Virgilio,Nec fumea tedis lumina.Nã & Ouid.& eum ſecutus Claudianus,fingũt furias ẽt facẽ geſtare,& inferius Virgilius ait,Sic effata facẽ iuueni coniecit,& atro Lumine fumanteis fixit ſub pectore tedas.Sed vtcunq; hęc accipiantur,placet hic de oculis dictum vt in.v.Lumina flammea:nõ ſine codicum varietate legi dixim⁹. ſ Rapidoq; hęc addidit ore.)In Romano, & paucis alijs, rabido, legitur per b.ſ Falſa formidine ludit.)In Ro.cod.falſo, aduerbialiter ſcriptum eſt.Sed lõge melius,falſa formidine:vt obiecta per verba eadem eludat.

SERVIVS.

¶Fremit.) Cum clamore deposcit.Bene autem. ſ Amẽs,) quia i toro requirebat. ſ Scelerata inſania belli.) Nihil enĩ tam inſanum, quam deſiderare id per quod poſſis perire. ſ Virgea.)De virgis facta:vnde eſt flamma validior. ſ Coſtis)autem,lateribus. Et bene antiquum reſpexit morem. nam ollas non ſuſpendebãt: ſed poſitis circũ circa ignẽ adhibebant. ſ Furit intus aquai Fumidus atq; amnis.)Nec immerito . Nam poteſt eſſe & alterius rei amnis. Vt, Fluuios videt ille eruoris . Hanc autẽ Digreſſim Tucca & Varus fecerunt.Nam Virgilius ſic reliquerat,Furit intus aquę amnis, & exuberat vt aquę amnis:quod ſatis aſperum fuit. ſ Nec iam ſe capit vnda.) Meſſius quam ſi diceret,Nec iam vas vndam capit.ſ Ergo.) Id eſt, qa ſic incenſus eſt.ſ Polluta pace.)Vel ſua vel Troianorum. ſ Indicit.) Figurate verbum bellicum poſuit.ſ In vota vocauit.)Quia nuncupatis votis bella ſumebant. ſ Hunc decus egregium formæ mouet.) Turni ſcilicet decus. Nam hoc dicit, alios pulchritudo Turni,alios nobilitas,alios virtus mouebat ad bellum . Nam hoc eſt,

DONATVS.

¶Olli ſomnum in.ru.p.) Nõ vigilauit ſatiatus ſomno, ſed quies eius metu maximi terroris abrupta eſt. ſ Oſſaq; & artus Perfudit.)Dehinc conſecutus eſt ſudor non ex laxamento vtili corpori.ſed quę excitatę mentis commotiones extorſerant, & repentinus membrorum tremor:dehinc ille, qui ſpreuerat cũctos audi tus,ſ Arma amens fremit.) Contraria ſalutis ſuę omnia requirebat.quod eſt familiare his,qui non ſuo ſed dominantis trahunt arbitrio.arma in ſtratis requirebat amẽtia. Arma poſita putabat in lecto,arma rurſum arbitrabatur in tectis.ſ Ira ſuper.) Tãtum contraria deſiderabat vt iraſceretur ſibi, q̃ nõdum iret ad bellũ. neq; enim poſſet hęc velle,niſi primo eſſet multiphei ratione cõmotus.Inducitur hęc pars,vt illi inſtructioni reſpõdeatur, qua dictum eſt. Arma velit,poſcatq; ſimul,rapiatq; iuuẽtus. Vt autẽ demõſtraret quoq; ardores Turni,ſubiecit ſimilitudinẽ, ex quo quanta vis furię fuerit,poſſit aduerti.ſ Magno veluti.c. flã. Io.) Hęc iam ſe capit vnda,volat vapor ater ad auras.) Ornat⁹ carminum in parabolis ſimilitudinibusq; conſiſtunt. qua cauſa, vt ardentes hominis æſtus oſtenderet, dixit, quemadmodum Æneũ vas aquis plenũ ſubiecto igni feruefcit, & feruore quodã geſtus vnda menſuram ſpeciei,qua continetur,excedit. & longius ereſta fumoſis feruoribus fertur. ſic Turnus incendio furię ſequentis accenſus,neſciebat,quis eſſet,quidue vel vbi perquireret, virgeas flammas poſuit,quia ex tenui lignorum ſubſtantia & flamma torridior naſceretur.& ſonus ingẽs emitteretur, ſ Ergo iter ad regem.)Aduerſus Latinum moueri non debuit, quem ſocerum cupiebat: ſed dicta eſt cauſa, propter quam fieri conueniret.

Olli ſomnũ ingens rupit pauor:oſſaq;, & artus
Perfudit toto proruptus corpore ſudor.
Arma amens fremit:arma toro,tectiſq; requirit:
Sæuit amor ferri:& ſcelerata inſania belli:
Ira ſuper:magno veluti cũ flãma ſonore
Virgea ſuggeritur coſtis vndantis aheni:
Exultantq; eſtu latices:furit intus aqua i
Fumidus atq; alte ſpumis exuberat amnis,
Nec iã ſe capit vnda:volat vapor ater ad auras.
Ergo iter ad regẽ,polluta pace,Latinũ
Indicit primis iuuenũ:& iubet arma parari:
Tutari Italiã:detrudere finibus hoſtem:
Se ſatis ambobus,Teucriſq; venire,Latiniſq;.
Hęc vbi dicta dedit:diuoſq; in vota vocauit:
Certatim ſeſe Rutuli exhortantur in arma.
Hunc decus egregium formæ mouet,atq; iuuentę:
Hunc ataui reges:hunc claris dextera factis.

pat

ret.polluerat, inquit, pacem. hoc eſt primus pacis iura violauerat.accedebat alia cauſa, quia hoc turnus nõ ſua voluptate,ſed impulſu furiæ cogebat efficere.quippe ipſe dixerat, rex ipſe Latinus, Ni dare coniugium & dicto parere fatef,Sentiat,& tãdem Turnum experiatur in armis.Exequęs igĩ iuſſa , iter diſponebat ad regẽ pollutę pacis reũ . quod ipſum edixit ſuis, nõ quidem omnibus, ſed primis iuuẽtutis,hoc eſt ductoribꝰ multitudinum.qui cãm noſſent,& ſcirent agẽda. & pp quos eſſent iſta facturi,paret arma, nec reſiſtere hoſtis auderet, ſed tũ eõſideret, qđ cumulus finecertamine finibus Italiæ nõ poſſet excludi: ſummã interea eũ filiorũ in eo eſſe oſtẽdit, vt in vno egreſſu & Itali premerẽtur & Teucri.ideo poſitum eſt.ſ Se ſatis ambobus.)Ambobus dixit venire,cum multoq; ſit numerus deſignatus, Teucrorum.& Latinorum:& videtur eſſe vitioſum,vt quod multorũ fuit duobus videatur appoſitum , Hũc locum ſic poſſumus exponere,vt non ſolum ambobus,hoc eſt Latino & Æneę predixerit ſeſe vẽturum.verumetiã Latinis & Teucris.ſ Hęc vbi dicta dedit.) Quãtus cunctorum amor fuerit iuxta Turnum,quantus vniuerſorũ fauor,quanta lubentis autoritas,breuiter oſtẽdit . Mox enim vt ille prędixit,quid eſſet pro neceſſitate tẽporis faciendum, & dũs vota fecit,omnis iuuentus nõ expectans hortatus alienos.ipſa ſibi extitit hortamento.Ipſe impellebat ad bellum, quod eſt proculdubio ſtudioſius,& in officijs pręcipuũ, volũtate potius facere aliquid q̃ vi & cũ metu dicunt cauſę, quę iuuẽtutis magis iarma cõmouerãt.ſ Hũc decus egre.ſ.m.)Vnuſquiſq; pro ingenio ſuo dolebat iniuria turni:i quo fuerũt oia,quę iprobari nõ poſſent, ętas primũ,& corporis forma,& fortia eius facta, hoc eſt probata virtus in plurimis triũphis,& gloriꝰ.Hęc ipſius fuerunt,propria,quę diuerſi mirabant,& dolebant eſſe contẽpta . Ecce extra ipſum,ad eum tũ generis rõne pertinentia.hunc,inquit,ataui reges:q regibus gaudebat maioribus nõ debuit reiici , vt indignꝰ, ſed pponi ęteris,& preferri:& maxime is,qui virturis ſuę pluribus exemplis monſtraſſet.

ASCENSIVS.

¶Olli ſomnũ,&c.)Docet Turnũ excuſſum ſomno & furore pectũ,arma requiſiuiſſe:& illico,pręcipibꝰ iuuẽtutis expeditionẽ ad Latinũ iniunxiſſe,& oẽm apparatũ belli interea inſtruxiſſe. Vnde Dona.dicit ſic:ſ Magno veluti)Ornatus poeticus,in parabolis ſimilitudinibusq; maxie conſiſtit.ſ Polluta pace.)Aliter.n. aduerſus ſocerũ moueri nõ debuit.Pręterea impellebat a furia.ſ Primis.) Ductoribus,vt cãm ſcirẽt.ſ Certatim.)Amor maximus,& fauor in Turnũ oſtenditur.Hęc ille. ¶Ordo eſt.Pauor ingẽs rupit.i.in terrupit:olli.i.tũc illi.ſ.Turno:de quo ſupior ſermo habitus eſt: ſõnũ,& ſudor ruptus.i.porro ruptus.aut porro erũpẽs ſeſe:toto corpe.i.p totũ corpus:pfudit oſſa,& art⁹.ſ. Turni:& ipſe amẽs.i. captus

captus mente:fremit.i.cum fremitu exposcit, arma: & requirit arma toro.i.in lecto adhuc exiſtẽs:aut, quia amens, putauit etiã in toro arma eſſe . aut de gladio intelligit,quem ſub capite repõere ſolebãt:vt de Deiphobo in.vj.viſum eſt.& requirit arma tectis.i. per tecta:amor.i.cupido,ferri.ſ.habendi:ſequit.i. crudeſcit & inſania belli ſcelerata.i.quę cum ſcelere ſępe fit,ſequit:& ira,ſup.ſequit: ſuper,id eſt deſuper:veluti cum.i.quãdo:flamma virgea.i.virgis ſiccis nutrita:ſuggeritur,id eſt ſubminiſtratur, ſup.cũ magno ſonore.i.ſtrepitu:coſtis.i.lateribus:aheni.i.vaſis ęrei,vt cacabi,aut lebetis:vndantis.i.ebullientis:& latices.i. aquæ: exultant.i.extra frequẽter ſaliũt:eſtu,ideſt propter feruorem . Et amnis fumidus aquai.i.inundatio aquæ bullientis,& vaporem,ac fumum emittentis,furit intus & exuberat,id eſt vbertim exũdat alte ſpumis . (Sic legit Petrus Crinitus,cuiª,verba ſunt, libro De honeſta diſciplina . xviij.cap.ij . Fabius Quintilianus lib. inſtitutionum.j.ad Marcellum victorium:vnde:pictа veſtis(inquit)& aquai, Virgilius doctiſſimus vetuſtatis inſeruit:ſed illud,aquai,inſerunt e nouis codicibus,indiligentes,imprudẽtesq; librarii,proꝰ eo ſubdi derunt,aulai:cum veteres omnino codices:& ille in primis, quę ex Gallia,Poggius in Italiam aduexit,aquai,retineat. Fuit autem cauſa librariis,adulterinam vocem pro vera ſubiicien di:q̃ nuſq; apud Virgilium legerant,aquai,cum aulai:& pictai legiſſent. Aulai i medio libabãt pocula Bacchi Et alibi, Diues opum, diues pictai veſtis,& auri.Sed ego cogitans,nõ ab re tactũ eſſe: vt in eandem

dem lectionem meliusculę fidei codices conspirent: cœpi curiosius indagare an vsq; apud Virgilium potuerit esse aliquādo hęc vox. Nec enim pauca quorundā inscitia, vel immutata hactenus vel detracta adnotauimus. Inuenisse aūt mihi videor, vel in Seruianis quidem commentariis ad ipsum, vt nihil prӕterea dubitari debeat. Versus igitur Virgiliani sic in libro Æneidos. vii. legūtur, Seuit amor ferri, et scelerata insania belli. Ira sup magno veluti cum flāma sonore Virgea subgeritur costis vndantis aheni, Exultantq; ӕstu latices, furit intus aquӕ vis, Fumidus, atque alte spumis exuberat amnis. Quo autē loco legimus, aquӕ vis, legendum est, aquai. ad hūc modum, Furit intus aquai, Fumidus, atq; alte spumis exuberat amnis. Cuius me lectionis, Honoratus Seruius admonuit, qui dięresim esse hic factā dicit, q; siquis codices Seruianos paulo meliores nactus fuerit, facile in his, aquai, cōperiet. Nam & in peruulgatis fere sic habetur. Hāc dięresim, Tucca, & Varus fecerunt. nam Virgilius aliter scripsit. Quę enim sit hoc loco dięresis, nisi illud aquai restituas? Quin & hoc ipsum in Persiano interprete (qui Cornutus dicitur) inuenias, cum Ennianū hoc exponit, Lunai portum pretium est cognoscere ciues. Lunai (inquit) dictum est secundum antiquam declinationē, sicuti Virgilius, Furit intus aquai. Quod etiam Benedictus Philologus (cū de Virgiliana emēdatione ad eum scriberem) comprobauit: vir vnus ętate nostra, qui de omni antiqtate sit optime meritus, cū in ea illustranda, atq; excolenda, assiduo studio, ac mirifica diligētia incumbat. Hӕc ille. Angelus quoq; Politianus idē sentire videtur, licet obscure, nam cap. xliii. in Miscellaneis, dicit, Et quod nunc mendose legitur, aquai: quasi dicat; p quo nunc legit, aquę vis.) Quod siquis adhuc legere volet, ordo erit: Et vis, id est violentia: aquӕ, scilicet bullientis: furit, id est ӕstuat. intus: atq; amnis fumidus, id est cursus: aut gurges aquę fumātis, exuberat, id est superabundat: spumis, id est per spumas: alte, id est in altum. Nec vnda capit iam, se, id est non amplius se continere pōt intra ahenū: vapor ater, id est exhalatio fumosa, volat ad auras. Ergo quia sic ęstuat Turnus: ipe indicit, id est intus iubet: primis, id est principibus iuuenum: iter, id est profectionem, & expeditionem ad regem Latinum: polluta pace, id est quia pax polluta erat: & iubet arma parari, & Italiam tutari. i. defendere contra externos: & detrudere hostem finibus, id est limitibus Italię: & dicit, se venire satis, id est sufficientem, vt sit nomen: aut sufficiēter ambobus. s. Teucris, & Latinis: vbi. i. postquam: Turnus, supp. dedit hӕc dicta: & vocauit diuos in vota: Rutuli. i. populi ipsius, exhortātur sese in arma: certatim. i. cum certamine, & ęmulatione gloriӕ: ga decus egregium formę, atq; iuuentӕ, scilicet Turni: mouet hūc id est quemuis ex Rutulis: & ataui. s. Turni: reges. i. maiores ei⁹: mouent, id est instigant: hunc. i. quemuis aliū: & dextera. s. Turni claris factis. i. qua clara facinora edidit: mouet, sup. hunc. i. alii, ad liciuntur in bella, illecti gratia, formositatis Turni: alii, generositate: alii, virtute eius.

PIERIVS.

Olli somnum ingens rupit pauor.) In Ro. cod. & in quibusdā aliis legere est, Illi ingens somnum rumpit pauor. Sed vulgata lectio venustior habetur: &, Olli, agnitū a Grammaticis. Ossaq; & artus Perfudit toto proruptus corpore sudor. Et hic, Perfundit eodē presenti tpe. Alibi. n. adnotauimus rem gestā per pręsentis temporis formam enarrari, maioris esse vehementię, nisi putare voluerimus. n. illud in antiquis fuisse accentus notam. Prӕterea sunt vetusti codices, in quibus, pręruptus, legatur, sed, proruptus omnino melius. Furit intus aquai Fumidus, atque alte spumis exuberat amnis.) Sane Seruius, aquai: repositū a Tucca: & Varo asserit: cum Virgilius, Aquę amnis, scriptum reliquisset: vt in vulgatis est Seruii Cōmētariis, q; an sit fide dignū, alii viderint. Nam Probus Valerius, cum Virgilium quatuor locis tātum, diezeuxi vsum, ex ӕ, diph. in a, & i, asseueret: vnum ex his recenset, Furit intus aquai. In antiqs vero codicibus omnibus quotquot versare contigit, Furit intus aquę vis: scriptum animaduerti: neq; tot codices temere conuenire crediderim. Prӕterea si Virgilius vsqui varietatis amator fuit, in hac pręcipue comparatione eā affectasse videtur. Aquam enim efferuescentem dicere cum velit, modis circiter senis eandem sententiam variauit. Mira eloquētię vis, & sermonis copia, vbertasq; facundię vere redundantis, dum enūciatur, Vndantis aheni, Exultant ęstu latices, furit intus aquę vis, Fumidus, atq; alte spumis exuberat amnis, Nec se iam capit vnda volat vapor ater ad auras. Quo circa cum veteres cod. aquę vis, legant & vnum plus membrum in hac varietate, neq; id indecorum acquiratur, si aliter q̄, aquai, legendū sit (Valerio enim libēter suas parteis integras relinquo) eo modo Virgiliū crediderim scriptū reliquisse. Prӕterea ita habetur in Seruii Commentariis manu scriptis, quę mihi Petreius Zancus iuuenis, vtraq; lingua optime peritus, legenda dedit: quamuis vulgata, Aquę amnis habeant. Hūc decus egregium formę mouet, atq; iuuētę.) In cod. aliquot antiquis, iuuenta, legitur. Sed oīno meli⁹, decus formӕ: &, decus iuuētę, legere. Hunc claris dextera factis.) In Mediceo codice, clari facti, scriptū est, cum paraphrasi, virtutis. Sed melius videtur, claris factis: vt sit hypallage, pro, dextra clara factis.

SERVIVS.

Animis audacib⁹ implet.) affectione sui iniicit omnib⁹ magnanimitatem. Arte noua.) Dolo. Speculata locum, quo littore.) Pronomen pro nomine ponitur, nō pro nominib⁹. Vnde noue iter duo nomina vnum pronomē posuit, nam recte quo loco diceret, & hoc semel tantum fecit. Insidiis cursuq;.) Cursu agitabat. Nam insidiis circunuenimus. Canibus rabiē.) Studiū mutauit in rabiem. Noto odore.) Ceruino. Solent enim ita instituι. Horatius, Venaticus ex quo Ceruinam catulus pellem latrauit in aula. Malorū causa fuit.) Hoc est, Et primӕ reuocabo exordia pugnę. Animos accēdit agrestes.) Plus est, quam si agrestium diceret. Cornibus ingens.) Ingens & ad prӕstantem formā pertinet, & ad magnitudinē cornuū. Tyhrridӕ pueri.) Tyrrhi filii: & vt diximꝰ supra, alludit ad nomē. Nam Tyrrhus dictus est pastor, apud quē Lauinia peperit. Cui regia parent Armenta.) Magistę hūc pecoris vult fuisse, & saltuarium. Nā hoc est, Et late custodia credita campi. Magister aūt ē pecoris, ad quem omnia pertinēt anima lia. Cicero, Nominat hoiem, quem magistrum pecoris eē dicebat. Syluia.) Bonū puellӕ rusticӕ nomen formauit. Pectebatq; ferum.) Quadrupedem. Vt, In latus inq; feri. q; velocitate pedum fertur. Manum patiens.) Patiens illius rei dicim⁹. Vnde apparet vnum v causa metri eē detractum. Mēsę herili.) Noue dixit. nam herum nō nisi domnū dicimus: nisi forte ideo dixit, quia dat ei humanum sensum. Nā ait paulo post, Imploranti similis. Errabat syluis.) Pascebat, vt, Mille meę Siculis errant in montibus agnӕ. Ipse.) Id est sua spōte. Secundo.) secundo, id est do defluεret.) secundo, id est cū aqua. Vnde & aduerso dicimus, contra aquam. Nā ideo defluεret dixit: & Secūdo ideo qa cursus fluminis post natāte videtur. Deus abfuit.) Alecto deum dicit: sicut de Venere, Descendo, ac ducente deo. Nā vt diximus, numina vtriusq; sexus videntur, ideo, qa incorporea sunt, & quod volunt assumunt corpus. Vt autem deum dicamus pro dea, nō aperte ponitur, sed in subauditione. Erranti.) Licet. n. certum esset feriturum, tamen bene errantē dixit: quia nō vsque quaq; semper certus est ictus. Horatius, Nec semper feriet quod cūq; minabitur arcus. Perq; ilia.) Hoc ile & hӕc ilia facit. Hinc & Iuuenalis, Vis frater ab ipsis ilibus? Nam quod Marulus Mimographus dixit, Tu Hectorem imitaris, ab Ilio nūquā recedis: cū de guloso diceret, allusit ad ciuitatis nomen. Nā ab ili debuit dicere. Bene autem ea loca vulnerata dicit, quę statim mortē afferre non possent, vt domū rediret, & esset causa bellorū. Nam si statim periret, aut ipse, aut vulneris author lateret.

Dum Turnus Rutulos animis audacibus implet:
Alecto in Teucros Stygiis se concitat alis,
Arte noua speculata locum: quo littore pulcher
Insidiis, cursuq; feras agitabat Iulus.
Hic subitam canibus rabiem Cocytia virgo
Obiicit: & noto nares contingit odore:
Vt ceruum ardentes agerent: quӕ prima malorū
Causa fuit: belloq; animos accendit agrestes.
Ceruus erat forma prӕstanti, & cornibus ingens:
Thyrrhidӕ pueri, quē matris ab vbere raptū
Nutribant, Tyrrhusq; pater: cui regia parent
Armenta: & late custodia credita cāpi.
Assuetū imperiis, soror omni Syluia cura,
Mollibus intexens ornabat cornua sertis:
Pectebatq; ferū: puroq; in fonte lauabat.
Ille manum patiens, mensęq; assuetus herili,
Errabat syluis: rursusq; ad limina nota,
Ipse domū fera quamuis se nocte ferebat.
Hunc procul errantē rapidӕ venantis Iuli
Cōmouere canes: fluuio cū forte secundo
Deflueret: ripaq; ӕstus viridante leuaret.
Ipse etiā eximię laudis succensus amore
Ascanius, curuo direxit spicula cornu:
Nec dextrę erranti deus abfuit: actaq; multo,
Perq; vterū sonitu, perq; ilia venit arundo.

Saucius, at qu adrupes nota intra tecta refugit:
Successitq; ge mens stabulis: questuq; cruentus,
Atq; imploranti similis, tectum omne repleuit.

DONATVS.

Tum Turnus Rutulos.) Posteaq; furia Turnū excitauit in bellum, atq; ita, vt iam non solus, sed cum suis desideraret exire, reliquit bellica disponentem, debuit enim etiam alterius partis geta turbare: proinde euolauit aduersus Teucros. vt his quoq;, quas posset insidias, tenderet. Arte noua. s. l.) Nocēdi artibus ex occasione arripuit tempus, & locum, in quo Iulus feras insidiis agitabat & cursu, cursus pertinet ad equos, & canes, insidię autem ad retia. Hic subitam ca. r.) Ad naturalem rabiem canū, quas feras persequi fuerant soliti, nocitura furia adiecit augmētū: ac ne animal opportune necessarium minus obuiū canibus sequētibus fieret, odorem cerui ad eorum nares peruenire fecit: vt inuenirent ipsi, quem forsitan euentus fuerat seruaturus. Quӕ prima la. c. fuit.) Hӕc occasio pretermittenda non fuit, quę idonea videbatur, vt initio belli primam faceret causam. Belloq; animos. a. a.) Hoc est asperos & imperitos animos primū excitatos in bellum. nullus enim sapiēs sic moueri potuisset, vt illi excitati sunt, vt propter vilissimi animalis iniuriam leuem, quӕ imprudentia pueri venantis defendi potuerat, proprium sanguinē daret huius cerui, quoniā nouerat poeta nullū meritū fuisse, vel pretiū, ex aliis prosequitur laudē, vt ipsi quoq; agrestes pro naturali imperitia velut iuste exarsisse videatur. Exequitur igitur, qualis ille fuerit ceruus, & huius formam, mores, mansuetudinemq; commēdat. Ceruus erat for. p.) Duo habuit summa, formā corporis, & cornuum magnitudinem, qua sublimior efficiebatur. Ecce nō ipsi⁹ generis exequitur meritum, quod nullū fuerat, sed magnitudinem eius, & pulchritudinem prӕstantiӕ, hoc ergo fuerat primū qd pulcher & magnus, quodq; ornatus arboreis cornibus. Tyrrhidę pueri.) Hic versus habet non paruā confusionem, si personarum ratio lateat. Nonnulli enim sic pronunciant vt dicāt. Ceruus erat forma pręstāti, & cornibus ingēs Tyrrhidę pueri, quod si ita remāserit, reliquū nō apparebit, qui eum retraxerint vberibus matris, proinde personę constituendӕ sunt: vt intellect⁹ fiat illustrior, dicimus Tyrrhum filios habuisse inter cęteros Tyrrhidem & Syluiam. Inuentores autem cerui fuisse pueros Tyrrhidę & gētē, hoc est homines Tyrrhidę: nec miremur pueros dictos, cum alio loco, qui iuuenes fuerūt, dicti sunt pueri hoc modo, vestra, inquit, munera vobis certa manēt pueri. Ergo ceruus p Tyrrhidas pueros peruenit domum Tyrrhi maioris, ibiq; nutriebatur inter filios eius. Non solum autem natis domini amabilis factus erat, verum & ipsi seni. Solent quippe parentes diligere, quę amare viderint liberos suos. Cui regia. p. Armenta.) Commēdatus est ceruus retenta interim parte laudis, quam post demonstrata Tyrrhi merita posuit. debuit. n. ipse ostēdi, vel maxie i quo apud regē Latinū merito fuisset, q videbatur in cerui vulneratiōe cōtēptus. Dignus, inquit, inuētus est, cui rex armēta sua cāposq; committeret. Quāti igitur meriti fuit, pcurator regis? cuius scribēdi ei, Virgilius nec armentorū numerū nec camporū modū voluit designare, vt rectorē illū maiores census sub generalitate ostēderet. melius aūt est propter cumulandam laudē Tyrrhi, late pnūciare q̄ strictim. in altitudine. n. multę species itelligi possunt, ne vnus campus minuat studium preferentis. In appellatione camporum cōtinuatio intelligitur, & vna planicies. si enim camporum diceret, interpositos significaret montis tumulos, qui multos campos efficerent: redit ad aliam partē laudis cerui. Nam ab his, quӕ communia sint omnium ceruorū, transit ad ea, quę ppria ipsius fuerunt, quippe multi alii reperiri potuerunt, & grādes & cornibus satis superq; sublimes. Assuetum imperiis soror.) Facile ille secutus est hominum mores, nec feritatem perdiderat, quia hāc nondum fuerat consecutus in syluis, vt pote raptus ab vberibus matris: sed solam humani generis cognouerat lenitatem, eo vel maxime, q; puellę Syluię promptiore excolebatur affectu. nam pectebat ferum, ferū natura dixit, nō moribus, lauabat in fonte, hoc est i aqua mūdissima & ei⁹ ramosa cornua sertis intexebat. Ferū, quod semel posuit, omnibus, quӕ dicta sunt, nos debemus aptare: vt sit, pectebat ferum, lauabat ferum, coronabat ferum. Addidit nūc laudis eius augmentum, quod hӕc ille ferebat patienter, nam totum quod puella faciebat, habuit gratum: & reluctari potuisset, nisi naturalem animalis sensum studiosӕ virginis magisterium permutasset. vt enim libenter vniuersa perferret, didicerat obedire prӕceptis. non enim frustra positum est, assuetum imperiis, quippe quis crederet ferum animalis genus & manu puellӕ potuisse contingi, & pecti, & lauari in fonte, & coronis ornari? nisi hӕc prӕmisisset, ideo hӕc facta, q; ille ceruus iubenti parere primitus, & iussa complere, didicisset. Ille manum patiens.) Quӕ fuerunt potiora laudis eius ad vltimum reseruata sunt, quod errabat per syluas, & remeabat domum, nec confundebatur eius coniunctio, & si tenebrę noctis fuissent, intelligebat vnde exisset, & quo sibi esset necessario redeundum. Huius quoq; facti, quoniam incredibilis relatio videri potuit, prӕtulit causam, qua illud fieri potuisse sine dubitatione monstraret, patiens, inquit, fuit manu, cur reuerti metueret, qui humanę manus nullas metuebat insidias: mensę domini sui cur formidaret accessum, vbi conseruatio salutis eius tuta fuerat, & satietas ventris: hӕc igitur ille non faceret contra institutum generis sui, nisi illius naturam multiformis hominum benignitas permutasset. Hunc, procul errantem.) Hunc ceruum ex more paulo longius a domini parietibus errantem rapidӕ canes Iuli venantes commouerūt, vel natura, vel factione furiӕ immissӕ supra enim dixit. Hic subitam canibus rabiem cocythia virgo Obiicit, & noto naribus cōtingit odore, Vt ceruum ardentes agerent. Hoc igitur, vt dictum est, faciebant canes cum ad vim naturӕ accessisset, & rabies immissa per furiam, commouerunt eum in ripa fluminis oberrantem leuandi ęstus causa, fluebat quippe idem fluuius secūdis lapsibus, & placido agmine, & delectationem prӕbebat aspectu, & aprico frigore leuabat ęstuantis ardorem, requiescendi autē prӕbebat occasionem, & ipsam requiem gratiosiorem faciebat herbis virentibus affatim ministratis. Ordinatur sensus sic. Hūc procul errantem rapidӕ canes venantis Iuli commouere, secundo fluuio cum deflueret, ripaq; ӕstus viridante leuaret. Dicta est causa, qua inuitabatur ceruus, vt fluuium peteret, defluebat lenis, hoc est non habuit strepitus odiosos dormienti, & habuit ex placiditate gratiosum aspectum: si forte esset iacenti vigilādum, & aura ex vndis arborumq; opacitate collecta, gratiaq; riparum viridantium reficiebat exceptos, & exclusis ӕstibus subleuabat. Hӕc sunt, quӕ aliquantum inuitauerant ceruum, quem venantes Iuli commouerant canes errantem, & venantes quod dixit, illic constituit omnem defensionem Ascanii. si enim super eo apud prudentes ageret, diceret, agrestem putaui, nescii mansuetū, vt pote extra domos degentem, nec ipsius causa venatum processi, sed ferarum capiendarum studio, quӕ in syluis & in ripis fluminum reperiri consueuerunt. Hӕc quia iuste dici potuerunt apud ӕquos iudices, data est opera labore furiӕ, vt tales repente in iram consurgerent, quibus ӕqua ratio reddi non posset, agrestium scilicet infinita turba, sӕuorum quoq; & imperitorum. Ipse etiam eximiӕ.) Ipse etiam, inquit, vt in commotione & malo domestici animalis non soli canes errauerint, qui feras discernere impediente natura & furore non possent: verumetiam ipse Ascanius ӕstimasset agrestem, deniq; laudis amore captus, vt suam potius quam canum faceret gloriam. Curuo direxit spicula cornu.) Vt sagittę volucris cursu fugam cerui prӕueniret, & premeret: arcum arripuit, & eiecit sagittam. Nec dextrӕ. e. d. abfuit.) Non defuit deus, qui mittentis dexteram falli non sineret. deum, quem debemus accipere? nisi euentum, qui humanos actus aut implet aut deserit. Actaq; multo Perq; vterum sonitu.) Multo sonitu vētrem cerui iliaq; penetrauit. Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit. (Quasi sciret, quod in periculo salutis suӕ facere debuisset, notam confugit ad domū. Nota tecta, non solum, quo remeare consueuerat accipiendum est, verumetiam quorum humanitatem longo tempore comprobasset: ecce & a tempore meritum cerui dixit, vt pote qui raptus ab vberibus matris ad formam talem, & tantę magnitudinis cornua peruenisset. Successitq; gemens stabulis.) Aut ex dolore grauissimi vulneris gemens, aut gemitibus iudicans cladem suam, quam voce testari non poterat. Questuq; cruentus.)

Universidad de Deusto
Biblioteca

cruentus.)Gemitus eius existebant sic,vt non solum dolere, verumetiam conqueri videretur,ad testimoniũ autem cladis acceptæ monstrabat & sanguinem.ꝶ Atq; im,similis.) Sic se, inquit, offerebat singulis.vt defensorem putaretur inquirere.ꝶ Tectũ om.re.)Nullum domus reliquerat locum, quem non querelis implesset.

ASCENSIVS.

¶Dum Turnus,&c.)Docet nunc semina,seu elemēta belli, a furia seminata quę quidem fuerunt vulnera ceruo Tyrrhei,magistri armētorũ regis,illata ab Ascanio,procurante furia. Sup quē locum hęc habemus Donati. ꝶAnimos agrestes.)Excitauit eos primum,qui facilius excitari potuerunt:propter imperitiam, & feritatem.ꝶErrantem.) His versibus ponit excusationē Ascanij. ꝶDeus.)Id est euentus,qui humanos actus,aut implet, aut deserit.ꝶNota.)Quorum humanitatem diu comprobasset. Hæc ille.

¶Ordo est.Interea,sup.dum Turnus implet Rutulos animis audacibus,Alecto concitat se alis Stygijs,id est infernalibus: in Teucros.i.volat ad Teucros,animo nocēdi:speculata noua arte.i.noua inuētione,& versutia:locũ quo pulcher Iulus agitabat, supp. littore feras insidijs.i.per insidias,& cursu.Ser.vult littore,positũ pro loco:vt sit speculata locũ,quo littore:pro quo loco: sed si cōstruatur,vt præmisimus,non sit tanta licentia,nec enim rite dixeris,locum,quo loco:nam relatiuum pro antecedente, non cum antecedente ponitur,nisi præponatur.dic ergo,speculata locũ in littore quo:aut speculata locũ,quo in littore agitabat.i. venabatur feras:insidijs.i.plagis insidiosis:& cursu.i.persecutiōe: virgo Cocytia.i.īfernalis:a Cocyto fluuio īfernali,sic dicta.i.furia Alecto:obijcit hic canibus rabiem subitam,id est subito proueniētē: &cōtingit nares.s.canum odore noto.i.ceruino, qualem sectari soleant,vt ipsi canes ardentes.i.feruentes,& festinissimi:agerēt.i. insequerentur,ceruũ:quę.s.res:aut quę causa fuit prima.s. causa malorum.s.subsecutorum:& accēdit animos agestes,id est agrestium virorum:bello.i.ad bellum.Ceruus erat forma pręstāti, & ingens cornibus.i.habens formam præstantem,& cornua ingētia:ornatius dicitur,pręstanti forma,q̃ pręstans forma: quomodo tamen & historici,& poetæ loquuntur,vt magis autem grammatice Ser.dici putat,pręstantis formæ. Vt autem sit conformitas in locutione,dicere potuisset,Ceruus erat forma p̄stās,& cornibus ingēs,& nescio,an sic quoq; dixerit. Sed Seruius hoc subtiliter dissoluit,ordinē talē astruens, Ceruus erat ingens forma, pręstanti & cornibus:quem.s.ceruũ,raptum ab vbere matris.i. cum;adhuc lacteret:pueri Tyrrhidę.i.Tyrrhei,magistri armētorum liberi,& Tyrrheus pater.s.eorum:cui armēta regia parēt.i. custodiæ,& gubernationi deputata sunt: & cui custodia cāpi est credita late.i.per latum circuitum:nutribāt,pro nutriebāt:assuetum imperijs.i.domitum:& Syluia soror.s.Tyrrhidarum: & filia Tyrrhei ornabat omni cura.i.solicitudine,cornua,sup.ei' cerui: aut cuius cerui cornua Syluia soror ornabat:intexens, id est redimens,sup.ea:sertis mollibus.i.ex herbis, & floribus: & pectebat ferum.i.qui natura ferus erat,aut quadrupedem:sicut equum ligneum,ferum vocauit in.ij.In latus,inq; feri curuam compagibus aluum.(Non est autem latinum, pectinare:quo vtũtur imperiti.)

Pecto non pectino.

periti,)& lauabat,supple ipsum,in fonte puro.Ille patiens manũ, pro manuum:& assuetus mensę herili,id est heri, seu domini sui Tyrrhei:errabat,id est libere deuagabatur,& pascebatur syluis:& ipse,hoc est per se,nullo custodiente,nec dirigente: ferebat se domum ad limina nota,quamuis nocte sera, id est quamuis aliquãdo ad feram vsq; noctem expectaretur.Canes rapidę, id est veloces Iuli:venantis commouere,id est excitauerũt ad cursum, hũc scilicet ceruum:errantem,idest pascētem:procul,scilicet a domo Tyrrhei:vt non debeat putari domestichus,aut māsuefactus,cũ, s.ipse ceruus:deflueret,id est deorsum flueret forte riuo secundo,id est defluente,& cum defluxu eius:& cum leuaret æstus ripa viridante,id est virente:& virides herbas habente. Ipse etiam Ascanius,succensus amore eximiæ laudis, qualem putauit tam præstātem ceruum figere,direxit spicula,idest sagittas:cornu,id est arcu,cornu,in extremis habente curuo,id est incuruato.Nec deus,id est secundum Donatum,euentus:secũdum Seruium autem ponitur pro dea,scilicet Alecto:quia numina:habēt vtriusq; sexus participationem:& pro dea,potest dici deus: vt pro Iunone,aut Alecto,hoc loco:& pro Venere,in.ij. Descendo, ac ducēte deo,abfuit.imo adfuit,idest auxilio fuit:dextrę, scilicet Ascanio errātis,id est nesciētis,qualem ceruum feriret:putātis, videlicet, syluestrem esse,& ita error est in Ascanio, aut dextrę errāti, id est qui alioqui errasset:& arundo.i.sagitta arũdinea:acta,id est directa:venit per vterum,& per ilia,sup. cũ multo sonitu.i. stridore. At,id est sed;quadrupes.s.ceruus:saucius,id est vulneratus:refugit intra tecta nota:& gemēs,successit stabulis:& cruētus.i. cruore pfusus,atq; similis imploranti.s.auxilium: replebat omne tectum.id est totam domum Tyrrhei:questu.i.querela Rarum est questum,pro querela,singulariter reperiri:in pluralibus aũt,datiuo,& ablatiuo facit questubus,non quęstibus:quod a questu, & quæro,deducitur.

PIERIVS.

¶Quæ prima malorum Causa fuit.)In Rom.cod.in Medi.& aliquot alijs anti.laborum,legitur.Eo enim vocabulo Virgi.aduersa solet exprimere.ꝶEt late cu.cre.cam.)In Rom.cod.lati: sed familiari vitio:nam,late,aduerbium omnino melius iudicatur. ꝶPectebatq; ferum.)In cod.aliquot anti.potabat,legitur: quod non ita venustum videtur,neq; adeo cicurationi adcōmodatũ. ꝶIlle ma.pa.)In cod.aliquot,manuum, vbi manifesta synizesis, sub tactum tamen,v,alterum pleriq; malunt:& ita codices emendatiores habēt.Quinq; nihil prohibet,manum,quarto casu inseruire participio.ꝶRapidęve Iuli Commo.ca.)In cod. aliquot antiquis,rapidi,virili genere.Sed in Rom.atq; in Porcio, significātiore & genere mutato,rabidę,legitur:quod ideo placet, quia superius rabiem canibus obiectam legimus.ꝶRipaq; ęstus vi.le.)Multum faciam,quod pleriq; cod.antiqui.lauaret,legũt:cum magis omnino placeat,leuaret,id minime dissimulauerim quod in co.aliquot manu scriptis inuenitur,ripaq; æstus vndāte leuaret. nihil enim hoc displicet,quamuis,viridante,gratius,& lasciuius.ꝶNec dextrę er.deus abfuit.)Hoc varie reperitur in codicibus antiquis scriptum.Nam.affuit,& afuit,& adfuit,& etiam atfuit,legitur. Vera tamen lectio,& antiqua magis,abfuit,est.

SERVIVS.

¶Syluia prima soror.) Bene puellæ dat doloris impatientiam,ꝶDuros cōclamat agrestes.)Aut q semper duri sunt: aut duros, qui cerui interitũ non dolebant. ꝶPestis.) Furia.ꝶTorre.) Hic torris facit, vt hic fustis.ꝶGrauidi.) Grauis, propter nodos scilicet. ꝶQuadrifidam.Quæ findi partes posset in quatuor.ꝶ Cuneis coactis.) Satis signate coactis dixit. Exprimit autē antiquũ morem.vt, Sed primi cuneis scindebāt fissile lignum. ꝶDe culmine summo.) Bene culmine,quia de agrestib' loquitur.ꝶTartaream.)Aut terribilem,aut fortem secũdum vsum.ꝶNemus.) Locus haud lōge ab Aricia, ī quo lacus est qui Speculum Dianę dicitur. Et

Syluia prima soror palmis percussa lacertos
Auxilium vocat:& duros conclamat agrestes.
Olli(pestis enim tacitis latet aspera syluis)
Improuisi adsunt:hic torre armatus obusto,
Stipitis hic grauidi nodis.quod cuiq; repertum,
Rimanti,telum ira facit.vocat agmina Tyrrhus,
Quadrifidam quercum cuneis vt forte coactis
Scindebat:rapta spirans immane securi.
At sæua e speculis tempus dea nacta nocendi,
Ardua tecta petit:stabuli & de culmine summo
Pastorale canit signum:cornuq; recuruo
Tartaream intendit vocem, qua protinus omne
Contremuit nemus:& syluæ intonuere profundæ.
Audijt & Triuiæ longe lacus: audijt amnis
Sulphurea Nar albus aqua,fontesq; Velini:
Et trepidæ matres pressere ad pectora natos.
Tum vero ad vocem celeres:qua buccina signum

Et notandũ quia vocem eius paulatim facit procedere: qđ locorum indicat cōmemoratio. ꝶTriuię lacus.) Hic est Dianę Speculũ dicitur. ꝶSulphurea Nar albus aqua.) In via Flaminea est ciuitas Narnia in montibus posita,quibus subest Nar fluuius,q Tyberino cōiungitur. ꝶ Fōtesq; Velini.)Vltra Interamnē sunt in Sabinis. Nam vt diximus, vox furiæ paulatim pcessit. ꝶPressere ad pectora natos.) Statius, Pressitq; Palæmona mater. Item econtra,Nec natos ausę deponere mães. ꝶAd vocem.)Buccinę.Vt,Sensit,& ad sonitũ vocis vestigia torsit.Nam quicunq; sonus dici vox potest. ꝶ Auxiliũ castris effundit apertis.)Id est:ipsa in auxiliũ effundit. ꝶ Direxere acies.)

acies.)Ordinarunt in latitudinē.ꝶPreustis.) Pre, breuis fit ppter sequētē vocalē: quod in vna parte orationis factũ tolerabile est, quia cōpositus est sermo. ꝶ Ferro ancipiti.) Vtrinq; noxio.Dixit autē aut gladios aut bipēnes.ꝶSeges.) Terra modo: vt, Quid faciat lętas segetes. Per Atrã vero, fertilem significat,vt ostenditur in Georgicis.ꝶSole lacessita.) Naturale enim est vt metallorũ splendor plus fulgeat alia luce pcussus. ꝶ Paulatim sese tollit mare.) Sic bella dicit surrexisse paulatim, sicut vētis flātib' sensim mare turgescit.ꝶHic iuuēis.) Et puerũ & iuuenem nōnunq; indiscrete ponit Virgili',vt hoc loco. Nam Almonem, quē modo iuuenem dicit,paulo post' ait puerũ. Mouet autem miserationem ab ætate,cum dicit iuuēis:a virtute,quod dicit primam ante aciē: vulneris etiã crudelitate.ꝶAlmō.)Bene rustici nomē vsurpauit a fluuio.ꝶ Hęsit enim sub gutture vulnus.) i.Sagitta.vt, Illum infesto vulnere Pyrrhus.ꝶ Vdæ vocis iter.) Hoc est vdum iter vocis. Non enim vox vda est: sed per vdam arteriarũ labitur viã. Vnde in febrientibus deficit. ꝶCorpora multa virũ circa.)Cōstrata sunt. Rhetorice viles trudit in medium:nobiles vero primo & vltimo cōmemorat loco.ꝶDum paci medium se offert.)Reddit causam cur senex bellis intereat.ꝶ Ditissimus aruis.)Secundum ãtiquum morem.Horatius,Diues antiquo censu.ꝶQuina redibant Armēta.) Pro quinq;,sicut bina.ꝶEt terrã cētum vertebat aratris.) Duo dixit a Catone memorata, qui interrogat' qui esset pater familias, respondit eum qui bene pascit,& bene arat.

Dira dedit:raptis concurrunt vndiq; telis
Indomiti agricolæ.nec non & Troia pubes,
Ascanio auxilium castris effundit apertis.
Direxere acies:non iam certamine agresti,
Stipitibus duris agitur,sudibus ue preustis:
Sed ferro ancipiti decernunt:atraq; late
Horrescit strictis seges ensibus:æraq; fulgent
Sole lacessita:& lucem sub nubila iactant.
Fluctus vti primo cœpit cum albescere vento:
Paulatim sese tollit mare:& altius vndas
Erigit:inde imo consurgit ad æthera fundo.
Hic iuuenis,primam ante aciem stridente sagitta,
Natorum Tyrrhi fuerat qui maximus:Almon
Sternitur,hesit enim sub gutture vulnus:& vdę
Vocis iter,tenuemq; inclusit sanguine vitam.
Corpora multa virum circa,seniorq; Galesus,
Dum paci medium sese offert:iustissimus vnus
Qui fuit:Ausonijsq; olim ditissimus aruis.
Quinq; greges illi balantum,quina redibant
Armenta:& terram centum vertebat aratris.

DONATVS.

¶Syluia prima soror.)Ipsa prima cerui casus ingemuit, quæ pectebat, ferumq; lauabat in fonte, quæ cornua ei' sertis intexerat & quod patienter hæc referret,habuit gratum,tantũ consuetudinis affectus potuit,vt hāc etiã grauiores,pvocaret ad planctus,& humeros palmis proprijs verberaret. Ecce ad excitãdum leui ex causa bellum, datur etiam puellæ persona, quæ pro simplicitate putaret magnum scelus admissum: quia moritur' fuerat ex causa vulneris ceruus, in auxilium repetēdę vltionis homines vocabat agrestes,imperitos,& duros, hoc est animo feros, & ratione expertes atq; ad certamen robore corporis competenter aptissimos.ꝶOlli pestis.e.t.l.aspera syluis.) Quoniam natura sæui, & p locorum asperitate truces optatam puellæ sumpserant vocē:improuisi repente venerũt,improuisi sunt,qui subito apparēt, nec videntur,dum veniunt,describitur in armis ipsis hominũ furor & repentina commotio. ruebāt,inquit, in hominum perniciem properātes nō arte armati vel gladijs. Agrestes quippe nō vsum habuerunt pugnandi,sed inferēdæ violētiæ.ꝶHic torre.a.o. Stipitis hic.g.n.) Vnus,inquit, ferebat fustem ex incendio sublatũ, alter stipitem impolitum & nodorum pōderibus pręgrauatum, duorum specialiter dicta sunt arma, vt de exemplo potuisset intelligi,qualia omnis multitudo portaret.Cum igitur cũctos breui dictione concluderet,ait.ꝶQuod cuiq; re.) Postremo succedebat furētibus in armorum vicem,quicquid præsens ministrarat occasio.ꝶvocat.a.Tyrrhus.)Cum pro magnitudine commotionis suæ Tyrrhus pręsentem iuuentutem sufficere nō posse speraret; vltioni vocabat alia quoq; agmina,describit etiã quomodo veniebāt euocati,quanti,vel quales,vel vnde.ꝶ Quadrifidã quercum cuneis.) Veniebat iuuenum manus, quę scindebat cuneis quercum immane spirans & crudelitatem in hanelitu etiã n spōdens,securim vero secum vehens ad bellum, qua scindendis roboribus operam dabat securis rapta,ostendit meram furentis insaniam.ꝶAt sæua e speculis.) E speculis, hoc est ex summo. inde enim inferiora vel longe posita facilius cernũtur, mire positum est, tempus dea nacta nocendi. vnum est enim de tribus,quæ in omni actu possunt explicare,quę cupim'.sunt enim locus, tempus, persona. Opportunitas igitur temporis, quoniam ni-

tentem poterat iuuare suffragio suo,eã non amisit Alecto, quippe nocēdi peritia callēs; amicũ dispositioni suæ tempus & efficax pręterire nō passa est, deniq; eminētissimum tenuit locum,tectorum, scilicet stabuli. vt qcquid fecisset, vel voluisset dicere,id nō ipsa sed stabuli dñs facere vel dicere videretur. ꝶ Et de culmine summo Pa.c.s.) Vt pastorum congregatio fieret maior, de summo datum signũ est cunctis pastoribus notum.ꝶCornuq;.r. Tartaream.)Emisit tristem vocem ex tuba: tartareã ideo,quia cũ interuenerit,funera consequuntur,& cædes. ꝶQua protinus omne Co.n.) Quam luctuosum fuit, quod emittebatur ex tuba/quando hoc accepto ipa quoq; nemora tremuerũt. ꝶ Et syluę i.p.) Tantum profecit altitudo loci, vt exinde letalis sonus etiã ad syluarum profunda peruenisset,hoc est interiora,& penitus abstrusa.ꝶ Audijt & Triuię longe la.) Id est auernus, qui satis a Latini stabulo fuerat remotissimus.ꝶ Audijt animus.S.Nar.a.a.) Per locorum nomina expressa est longitudo regionũ,ad quas dirus tubę peruenerat sonus. Icirco autem dixit Nar sulphurea aqua albũ fluere, quod currens colorem sulphuris monstraret, est vero aqua ei' alba cum hauritur,velinus autem lacus est.ꝶ Et trepidæ matres.) Fœminæ,quæ bellicum cani acceperāt auribus, mox non sibi plusq̃ liberis metuentes,continuerũt filios suos amplexibus pauidis,sciētes quid mali etiam paruulis bella minarentur. Ad pectora,inquit,presserunt pignora sua,vt ostēderet poeta nimium affectum maternæ solicitudinis,quasi demum deinde diuelli non pōsset. Certe etiã illud intelligi potest voluisse eas satiare corda sua, anteq̃ illis vel earum liberis accideret interit'.ꝶ Tum vero ad vocem celeres.) Superius Syluia, inquit,prima soror palmis percussa lacertos Auxilium vocat,& duros conclamat agrestes,postea dixit vocat agmina Tyrrhus,& venisse aliquos.tertio furiam ipsam bellũ tuba finitimis & longe positis nũciasse secutum est. Tum vero,hoc est tum magis in finitimos agricolas cœpisse concurrere.vt manifestaret quanta virtute singuli auxilia conuocassent propter vltionem facti.ꝶ Nec non & Troia pubes.)Hoc est Troianorum iuuenum multitudo. Troia,sic pronunciare debemus,vt cum ipsa patria significatur,duę syllabę fiant,quādo aliquid ipsius,tres syllabę numerantur,vt nunc prima sit,tro.secũda,i.tertia a.ꝶ Ascanio auxilium.)In periculo regij pueri non paulatim processerant ad auxilium,nec in partibus,sed semel omnes Troiani effusi sunt. Quantum tuetur Virgili' Troianorum partes ab illa inuidia, ne in alieno regno positi improbitatis crimen incurrerēt.procedebant,inquit,Troiani, non vt inferrent, sed vt repellerēt bellum. nec vt persequerentur quenquam:sed vt regis filiũ tuerentur: & ab agrestium improbitate defenderent:ꝶ Non iam,c.agresti.) Ad id iam fuerat ventum, vt non lite inter paucos,sed inter innumeros acie veris armis contenderetur,ac bello.ꝶ Atraq; late Horrescit,st.s.e.)Intãtum grauis horror apparebat armorum, vt nudatis gladijs, atq; eductis,terra omnis sine magno tremore videri non posset. ꝶ Æraq; fulgent Sole lacessita & lucem.) Repercussa ęra Solis radijs tantum luminis cogebantur effundere vt Solis ipsius lucem superarent.ꝶ Fluctus vbi primo.)Mittit similitudinē, qua ostendit augmenta calamitatis & belli, quemadmodum solet:inquit, inflari paulatim flatibus mare, & dum temperatis tumoribus fertur,excitatum maioribus incremētis vsque ad astra pertendit.sic belli furor populorum congregatione crescebat. ꝶ Hic iuuenis primam.)Post casum cerui,qui malis omnib' initium dederat,forte accedit, vt eiusdem Tyrrhi filius sagitta ictus ante congressionem cecidisset,huic pręter iniuriã hominis occisi,adduntur merita,quę duriorem dolorem commouerent,Primo quippe ait,Tyrrhi fili',& Tyrrhi merita superius dicta sunt. secundo ait,iuuenis,in quo mors acerba maiorem inferre dolorem posset. tertio dixit eum inter filios Tyrrhei notũ fuisse maiorem,

Universidad de Deusto Biblioteca

iorem,qui locus nascendi vt maiorem affert parētibus gratiam, ita maiorem dolorem parit,si funere præuentus intereat, dicit iā quomodo, vel quo casu perierit. ¶Hęsit enim sub.g.v.)Sic sagitta pcussus est,vt occluso vocis trāsitu,nec spirare vltra,nec loqui potuisset. Itaq; interijt,vt solent interire, qui laqueo termināt vitam. ¶Corpora.m.v.c.)Qui nō fuerunt superioris loci generaliter dicti sunt. ¶Seniorq; Galesus.) Indignum istius hominis letū multis generibus demōstratur. primo,φ senior, ac p hoc & prudentissimus fuit,neq; is,qui ad hoc venisset, vt affectu videretur prouocatus esse pugnandi, sed suasor potius pacis atq; concordiæ,qui nollet bellorum causas vlterius crescere. Iste iustissimus fuit inter suos,& quia difficile est bonum esse,vnus dictus est,talis vnus inuentus,qui concordiam suaderet, qui dum existimaret iustitiæ suę improbos posse cōcedere, sic inter pacē bellumq; prostratus est,dixit interea publici cōmodi causas,propter quas nascens bellum psuasione iusta cupiebat extinguere. Dixit ipsius quoq; primatis facultatem,ditissimus,inquit,fuit in possessione agrorum,nec nouus diues,sed olim locupletissimus, ac per hoc, qui nollet repentino malo perdere, quæ longa quiete possederat,quinq; autem greges habuit ouium,& quina armēta,hoc est in singulis generibus animalium quina armētorum appellatio, boues,& equos,& cętera huiuscemodi significat:quę facile iterire possent,perturbatis omnibus,& belli rabie confusa republica, huius psona & nece iniquitas omnis expłsa est, quę iuxta iustissimum senem non existeret,si rationē rustici furentes habere potuissent,in aratorum numero non tantum armētorum copiam vel animalium, quę iungebat, verumetiam fructus ostēdit, vt in omnibus ditissimum comprobaret,& reuera locupletissimi & iustissimi persuasio longæui quin etiam fuerat necessaria, tali tempore,quo rebus publicis metueret, ac suis,quippe diuitibus detrimenta sunt bella,cæterum plebs non metuit quicq; belli tempore:nec aliquo damno percutitur,quoniam iam deest ei,quod perdat.

ASCENSIVS.

¶Syluia prima.)Docet quomodo incepta est discordia, & quomodo prima commissa est pugna. De qua re dicit Don.sic. ¶Triuię lon.lacus.)Id est Auernus:qui a Latini stabulis esset remotissimus. ¶Pressere ad pectora.)Ostendit maternum affectum. ¶Tū vero.)Ad vocem primo dixit, Syluia auxilium vocat.postea dixit,Vocat agmina Tyrrheus,& venisse aliquos. Tertio, furia bellum finitimis tuba canit:& tum plurimi venere. ¶Auxiliū castris effudit.)Nā in periculo regij pueri,non paulatim processum est: nec partibus:sed semel oēs. Tuetur autē Troianos ab inuidia, vt non ferant:sed vt defendant iniuriam. ¶Hic iuuenis.) Post cædē cerui,tulit fors,vt maximus natorum Tyrrhei occideretur. Mouet autem pathos,& φ Tyrrhei filius,& φ maximus natu:& φ iuuenis. ¶Senior.)Pathos ab ętate:itē a causa, quod pacis medius. Cupiditas pacis ostēditur ex diuitijs,quas in bello perderet,erat anxius. Hæc ille.

Ordo. ¶Ordo autem est. Syluia, scilicet filia Tyrrhei, quę ceruum illum comere,& ornare solebat:soror, scilicet Tyrrhidarum,percussa palmis lacertos, id est percussos habens: aut percutiens lacertos palmis, vocat prima auxilium: conclamat agrestes duros,scilicet ad laborem,& difficiles ad pietatem olli,id est omnes illi:tunc adsunt improuisi,id est subiti:enim,pro quia pestis,id est furia pestifera:latet aspera,id est nociua, & perniciosa syluis tacitis,id est secretis,aut ipsa tacēs:& tacite furorē inspirans:hic,supp.adest:armatus torre,id est stipite tosto: vnde dicit, obusto,id est circumusto vt durior sit:hic,id est ali⁹, sup.adest,armatus nodis stipitis grauidi,id est ponderosi, Ita facit telū, id est ministrat pro telo:cuiq;,id est cuilibet rimanti, id est disquirēti: telum,supple illud,quod repertum est,supple ei, id est quicquid inuenit,pro telo sumpsit:vt in primo Furor arma ministrat Tyrrheus,scilicet ducis,loco fungēs:vocat agmina, id est in agmen, conuocat dispersos:vt id est secundum,φ ipse Tyrrheus: scindebat:forte,id est a casu:quia casuale:fuit quod tunc scindebat, cū rustici in arma ruerent:quercum quadrifidam,id est in quatuor parteis fissibilem:& hoc cuneis,id est instrumentis findendi: coactis,id est simul impressis:spirans,id est anhelans: immane, id est immaniter,hoc est valde grauiter:& hoc securi rapta,id est vi recepta:graphice admodum exprimit morē rusticorum, ligna findentium. At dea sæua,scilicet Alecto:nacta, id est quæ inuenerat tempus,id est opportunitatem:nocēdi e speculis, id est e locis altiorib⁹,vnde illud speculabatur petit ardua tecta stabuli: & canit signum pastorale,idest quod pastoribus conuocandis datū erat ab antiquo more:de culmine summo,scilicet stabuli:& intendit, id est auget,& fortificat:vocem tartaream,id est infernalem qua, scilicet voce,omne nemus cōtremuit:protinus,id est statim, vel protenus,hoc est porro tenus,id est ampliter:& syluę profundæ intonuere.& lacus Triuiæ.s.Auernus:lōge.s.positus audijt.s.vocem Alectus & Nar,amnis ille albus,aqua sulphurea, id est habēte sulphuris odorem,& commistionē:audijt & fontes Velini, id est qui postea Velini dicti sunt:& matres trepidę, id est pręanxietate trepidātes:pssere natos.i.liberos suos: ad pectora.i. firmiter complexę sunt:quod anxietatis indicium est. Tum vero.i.maxime tunc:aut tunc quasi ad verum agricolę indomiti,id est effrenti:cōcurrunt vndiq; telis raptis,existentes celeres ad voces, quā buccina dira dedit signum nechō: &.i.etiam pubes Troia.i.Troiana:iuuentus effudit Ascanio auxilium:castris apertis.i. patentibus ad exitum:& ipsi direxere acies: & nō agitur iam.s.postquā collecti erant,hinc rustici,illinc Troiani certamine agresti,id est vt in certamine agrestiū solet fieri,videlicet stipitib⁹ duris, id est induratis:ve,pro vel:sudibus.i.perticis præustis,s.loco ferri:sed decernunt.s.vtri vincant,hoc est contendunt ferro ancipiti aut vtrinq; incidenti,aut formidando:& seges,id est terra: atra.i.nigra:horrescit.i.fit horrida,& aspera:late.i.ampliter, & in latū ensibus strictis.i. denudatis:vnde vaginas in terram deijciebant, aut cadentes etiam enses rubiginosos:vnde segetem atram,dixit:accipiendo segetem pro terra:& æra.i.ærea arma, scilicet Troianorum:lacessita.i.percussa:sole.i.radijs solaribus: lucent.i. resplendent:& iactant lucem sub lumine:vt.i.quemadmodum: fluctus,sup.lucem iactat:cum,id est quādo,cœpit albescere primo vento:& sup.mare:tollit.i.erigit se paulatim:& erigit vndas, id est pelagus,altius:& cōsurgit.i.simul surgit:inde ad ęthera sup.ab fundo imo, Almō iuuenis,qui fuerat maximus natorum.i.filiorū Tyrrhei.bissyllabū est, habēs diphthongon in secunda syllaba:aut p sinęresim profertur Tyrrhi:sternitur,id est prosternitur:hic.i.in hoc congressu,ante primam aciem:& hoc sagitta stridēte, quā.s. vulneratus erat.n.pro quia: vulnus.s.infixum,a sagitta hæsit.i. inhæsit, sub gutture:& inclusit,id est interclusit iter, id est meatū vocis:vdæ,id est quę per iter vdum efferri vult: aut quæ æream, qui vdus est,desiderat:& inclusit.i.suffocauit sanguine:vitam tenuem.i.fragilem spiritum vitalem,qui tam faciliter suffocatur. Multa corpora virum,pro virorū:circa,sup.sternuntur:& Galesus,rusticus ille senior:sternitur, supp. dum ipse offert se medij paci,i.concordię faciendæ:existens iustissimus vnus, qui fuit & ditissimus olim.i.sua tempestate:aruis Ausonijs, id est regionibus illis Italiæ,qa qnq; greges balantum.i.ouium:& quina armenta,i.greges magnorum animalium:redibant illi.i.ad illius commoditatem:ex pascuis domum,s. & vertebat.i.arabat, aut sulcabat terram, centum aratris: hoc est,bene pauit,& bene arauit: & ita & bonus,& diues,habitus est.

PIERIVS.

¶Olli,pestis enim.)Pleriq; cod.antiqui cū Mediceo legunt, Illi. Sed puto hoc ex paraphrasi emanasse,quæ, Olli, vocabulū vetus interpretaretur. ¶Armatus obusto.)Exēplaria vetera Palatina legunt,abusto.Sunt tñ alia,in quibus,adusto,legere est,sed obusto nulli displicet,vt in Mediceo. ¶Quod cuiq; repertum Rimāti telum ira facit.)In omnibus Vaticanę bibliothecę codi. repertum est,habetur. Et pro,ira facit,in co.aliquot aut.ira fuit,legitur:qd aliorum iudicio relinquimus. ¶Vocat agmina Tyrrhus.) In co. aliquot anti.legere est,Tyrrheus,eaq; de causa superi⁹ in Ro.co. scriptum est,Tyrrhedę, Sed enim pene vltima,ei,esse deberet. Est vero passim in obliquis,Tyrrhei,vt Orphei,Ilionei, eadem codice. ¶At sæua e speculis.)In plerisq; cod.manu scriptis, non habetur,e:sed id male. ¶Intendit vocem.)In Roma.codice: incendit: quod non ęque placet pleraq; vero ita immutata sunt in omnibus pene authoribus.quia,vt alias admonuimus, plerisq; in libris manu scriptis,c,& t,eadem pene forma notata reperiuntur. ¶Sylue intonuere.)In Romano codice,& quibusdam alijs antiquis,syluę insonuere,legitur.Sed,intonuere,melius. ¶Audit,& Triuię longe lacus audijt amnis.)In anti.codi. plerisq;, Audit,vnico,i,vtroq; loco scriptum est, quod tamē pro duobus pronūciari debeat:vt antiquo marmore,filis,pro filijs, scriptum obseruauimus:& alia quędam huiusmodi. Neq; pręterierim in Ro.codice,& quibusdam alijs, audit & amnis,legi. Sed omnino magis placet,audijt,dactylus,vna dictiōe. ¶Sulphurea.Nar albus aqua.) In Rom.cod.Sulpurea, per p, scribitur: vt alibi etiam, Sulpura ex quo patet sulpur, aliquādo per ph,scribi solitum, cum tamē dictio Latina sit. Id enim Gręce, θεάφιον & θεῖον dicitur. ¶Raptis cōcurrunt vndiq; telis.) In veteribus aliquot codicibus, occurrunt:non ita proprie legitur. Sed dicam ne illud,curro, verbum eandem olim habuisse pronunciationem: quæ nūc in ore vulgi est.

est. Cōcurrunt,enim in antiquissimis codicibus notatū animaduerti ne credamus sola illa,Toruom, Sęuom,& alia huiusmodi, u in o,mutasse. ¶Stipitibus duris agitur, sudibus ve præustis.) Nōnulli, stypitibus, per y, primam syllabā scribant:vt ἀπὸ τοῦ στυποῦ veniat:idem enim significat. Quidam malunt per i Latinum,vt etiam Stipare, per i: quamuis στύπιον: vnde verbū deductum volunt per y scribatur:quę apud nos in u transit Stupā enim dicimus. Est & illud animaduersione dignum:quāmuis & hoc κατὰ πάρεργον apud T.Liuium lib.j.primæ Decadis,desyderati lectionem castam,Sudem pręustam. Nā ita in codice vetusto legimus:vt,Fecialis hastā ferratam:aut sudem pręustam,ad fineis eorum ferret. Vulgata.n.exemplaria legunt, hastam secretā,aut sanguineā. ¶Et lucē sub nubila iactant.)In codicibus aliquot antiqs,lumen,legitur. Sed,lucē,melius. In aliquot alijs,lucem sub lumina, lumina,habetur cum paraphrasi,solis. Sed,nubila, ob antitheton magis receptum est. ¶Cœpit cum albescere vēto.) In Roma. co. ponto,legitur:hoc est prima parte ponti:sed magis placet omnino,vento,quo spirāte crispātur in spumas vndę:& ita albescunt. ¶Natorum Tyrrhi fuerat qui maxim⁹ Almon.) Veteres quidam codices versum ita scribūt,Gnatorum Tyrrhei fuerat qui maximus Almo. dicitur vero,Almo,per o,finale:vt Plato, Solo. nullū enim nomen Latinum,on,literis finiri,ait Sosipater. Plinius quędam designat vsu recepta:vt Pluton,Xenophon,iuniores grammatici plura recepere. ¶Hæsit enim sub gutture vulnus.)In antiquis aliquot codicibus,exit,legitur:vbi,vulnus,pro telo, ponens veluti superius,Illū infesto vulnere Pyrrhus Insequitur. Est huic simile Transabijt costas. de quo suo loco dictum, hęsit tamē, Medicei codicis lectio haud quaq; contemnenda.

Atq; ea per campos æquo dum Marte geruntur:
Promissi dea facta potens,vbi sanguine bellum
Imbuit:& primæ commisit funera pugnæ:
Deserit Hesperiam:& cœli conuexa per auras
Iunonem victrix affatur voce superba.
En perfecta tibi bello discordia tristi. ALEC.
Dic in amicitiam coeant:& fœdera iungant:
Quandoquidē Ausonio respersi sanguine Teucros.
Hoc etiam his addam:tua si mihi certa voluntas:
Finitimas in bella feram rumoribus vrbes:
Accendamq; animos insani Martis amore:
Vndiq; vt auxilio veniant:spargam arma per agros.
Tū cōtra Iuno.{Terrorū & fraudis abūde ē. IV.
Stant belli causæ:pugnatur cōminus armis.
Quę fors prima dedit,sanguis nouus imbuit arma.
Talia connubia,& tales celebrent Hymenæos
Egregium Veneris genus,& rex ipse Latinus.
Te super ætherias errare licentius auras,
Haud pater ipse velit summi regnator Olympi.
Cede locis:ego,siqua super fortuna laborum est:
Ipsa regam.{Taleis dederat Saturnia voces. POE.
Illa autem attollit stridentes anguibus alas:
Cocytiq; petit sedem,supera ardua linquens.
Est locus Italiæ in medio sub montibus altis
Nobilis,& fama multis memoratus in oris,
Amsancti valles.densis hunc frondibus atrum
Vrget vtrinq; latus nemoris:medioq; fragosus
Dat sonitum saxis,& torto vertice torrens.
Hic specus horrendum,& sęui spiracula Ditis
Monstrantur:ruptoq; ingens Acheronte vorago
Pestiferas aperit fauces:queis condita Erinnys
Inuisum numen,terras,cœlumq; leuauit.

SERVIVS.

¶Æquo dū Marte.) Aperta cōtentione, bello manifesto, nam sic dicimus. Æquum autē pro æquali non possumus dicere,cū soli interempti sint Itali. ¶Promissi dea facta potēs.) Honesta elocutio Potēs promissi. Promisisse autē eā consensione intelligimus. Nā non promisit. ¶Imbuit.(Initiauit. Et bene. ¶Sāguine.) nā potest bellum & a discordia vel a dissensiōe inchoare. ¶Et cœli conuexa per auras.(Potest tamē esse Epexegesis per auras,id est cœli cōuexa. Nec enim aliud sunt aurę. Dicit ēt quidam Commentarius Cōuecta legendum vt sit ipsa cōuecta,quod difficile in exemplarib⁹ inuenitur. ¶Victrix.) Voti compos. ¶Affatur.)Iam cum superba. Bene autē ei in pricipio denegauit orationē, quasi ad scelera festināti quā modo tribuit post bella cœpta. ¶Bello discordia tristi.)Iuno.n. belli poposcerat semina. Hęc ipsa etiam bella perfecit. ¶Dic in amicitiam coeāt.) Ac si dicat,Ita bella commoui, vt ne tuo quidem imperio possint in pacē redire. Et hoc est Affatur voce superba. Alij dicūt, Ego inter hos bella commisi tu vicinos populos fœderibus iūge, & partib⁹ fauere cōpelle: quod tamen si vis, ego faciam, vt hinc sit, Ego si qua super fortuna labor est, Ipsa regam. ¶Certa volūtas.) Si tua in hoc cōsentit authoritas. ¶Insani Martis amore.) Homeri epitheton. ¶Spargam arma per agros.)Meminit sui. Nā supra dixit, Sere crimina belli. ¶Terrorum & fraudis.) Terror ex morte tot hominū: fraus vero ex cerui vulneratione. ¶Stant belli causæ.) Manifestæ sunt: vel placent, vt,Stat cōferre manum. ¶Egregium Veneris genus.)Ironicōs dictum est. vt, Egregiam vero laudem, & spolia ampla refertis. ¶Ipse Latinus.)Ac si diceret, quem Æneæ causa cogo odisse. Vnde & Amatæ nulla fit mentio,quę est Troianis inimica. Vrbanus tamen totum hunc locum per interrogationem vult accipi, Terrorum & fraudis abunde est: Stant belli causę: vt quasi p gratulationem nō credat,vt sit Terentij illud, Quia plus cupio, minus credo. ¶Super ætherias.)Quia dixerat, Cœli cōuexa per auras. ¶Attollit stridētes anguibus alas.)Honesta volātus Periphrasis. ¶Est locus Italiæ in medio.) Hunc locum vmblicum Italiæ cosmographi dicūt. Est autem in latere Campanię & Apulię, vbi Hirpini sunt,& habet aquas sulphureas:ideo grauiore,quia ambiuntur syluis. Ideo autem ibi aditus dicitur inferorū,quod grauis odor iuxta accedentes necat:adeo vt victimæ circa hūc locū non non immolarētur, sed odore perirent ad aquam applicatę: & hoc erat genus litationis. Sciendum sane Varronē enumerare quod loca i Italia sint huiusmodi. Vnde etiā Donatus dicit Lucaniæ esse,qui describitur locus circa fluuiū, q calor vocatur, quod ideo nō procedit, quia ait, Italiæ medium sub mōtibus altis. Hoc nisi ad totam Italiam referas, nō procedit:vt sit,Est in vallibus Italiæ mōtuosæ. Nam in hoc loco montes penitus nō sunt. ¶Nobilis.)Notus: quod & sequētia indicant. ¶Amsancti valles.) Loci amsancti, id est oī parte sancti: quem dicit & syluis cinctū, & fragosum fluuio torrente. ¶Hic specus horrēdum.)Hoc nomē apud maiores triū generum fuit. Enni⁹ fœminino posuit: Horatius masculino, Quę nemora, aut quos agor in specus? Virgili⁹ neutro, quod hodie in numero singulari trib⁹ tātum vtimur casibus. Hoc specus,huius spec⁹,o specus. Pluralem tātum a genere masculino habemus in omnib⁹ casibus. Hinc est, Inde fossis specubus. Quāquā antiqui codices habeant hic specus horrēdus. ¶Spiracula ditis.)Aditus a spirādo,quod ibi hostiæ admotæ concidant & moriantur. Antiqui codices piracula habēt: quę dicta sūt ἀπὸ τῶν πειρατῶν: hoc est a finibus inferorum. ¶Vorago.) Acherōtis exæstuatio. ¶Cōdita Erinnys.)Alij cōdit legunt,& se subaudiunt. ¶Cœlumq; leuabat.)Releuabat,recreabat.

DONATVS.

¶Atq; ea per campos.)Dum adhuc ex vtraq; parte ęqua fortuna est. ¶Promissi dea.f.p.)Gloriosa de malis alienis, vbi promissum effectum læta perfecit. ¶Vbi sanguine bellum Imbuit, & primæ.)Vbi occisis talibus idoneas causas perpetrādis scelerib⁹ dedit. ¶Deserit Hesperiā.) Desertis,iquit,terris, in quibus perfecto scelere superflua voluit remorari,euolauit per auras ad Iunonē relatura triumphos suos & mala populorum. Expressit aūt moraliter animum eius,quę mandata perfecerat,dicēdo, Iunonem victrix affatur voce superba. vnusquisq; enim qui secundis successibus potioris iussa vel mādata pfecerit superbus remeat: nec humili voce perfectionem rerum, sed alata renūciat. quod autē posuit victrix,ibi ostendit poeta,quemadmodum Alecto fuisset locutura,quę in suis artibus vincendo floruerat. Victoriam quippe superbia sequitur,& tumores animorum vehemēter extollit. ¶En perfecta tibi.b.d.t.) Locus iste talis est, qualis est,quo furiā

Iuno

Universidad de Deusto Biblioteca

Iuno a contrario laudauit ac prætulit, nam & ipſa Alecto inde ſe
exiſtimat magnam,vnde bonorũ iudicio damnari debuerat, ſed
fecit hoc pro perſona ſua & eius quæ lætaretur malis inimicorũ.
Ecce,inquit,quæ voluiſti,compleui bellum,diſcordiam,funera.
Videamus,quid ſignificet,quod primo poſuit,En, nõ enim refe-
rentis eſt tantum,verumetiam demõſtrantis. Tanta enim fide ge
ſta ſua referebat, vt hæc nõ ſolis auribus Iunonis, verumetiam
ipſis quoque oculis ſubderet. Quod referebat verbis, oſtentatio
nis fuit,quod monſtabat,pleniſſimę probationis. ¶ Dic in amici-
tiam co.)Quod fieri pro tua volũtate meo miniſterio debuit, fa-
ctum eſt:polluti ſunt Troiani ſanguine Latinorum:tãta ex eo ex
titit cauſa diſcordię,vt etiam ex voluntate tua cõcordia populo-
rum reparari non poſſit. Ecce,quantum furia gloriatur, quantũ
ſeſe extollit,aſſerens diſſipatam pacem integrari non poſſe,etiam
ſi ipſa Iuno ſatiata partium cædibus hanc velit in integrũ reuo-
care. Ad perpetuitatẽ diſcordiæ peritnet,quod poſitũ eſt a Troia
nis. Primum,illatam cædem Auſoniis,qui nouitatem ſuam fune
ribus inferendis commendandam eſſe crediderũt. ¶ Hoc etiã his
addam. Accendamq; animos inſani Martis amore.) Ecce ex cõſe-
quentibus oſtendit,qua mente dixiſſet. Dic in amicitiam coeãt.
nõ enim poterat furia, quia nihil præter mala noſſet, & facere, &
implere,ac ſuadere concordiam, Et Iuno vetus & pertinax inimi
ca repente haud leui vltione ſatiari. Ergo Alecto glorians de eo,
quod fecerat,quod apud Iunonẽ fieret gratior, adiecturam ſe, ſi
illa permitteret,malis conflatis augmentum vltro pollicetur, di-
cens, hoc etiam his addam ſi altior tibi nocendi voluntas eſt, &
vis fortius impleri,his quæ facta ſunt,addam,quæ non confinet
inſtructio tua,vt finitimæ quoque vrbes amore dimicationis ac
cenſæ tota feſtinatione concurrant,& ne ſubſidium volentib9 de
ſit. ¶ Vndiq; vt auxilio veniant.) Ne viderẽtur minus proſpexiſ-
ſe,cum mandatorum ſummam traderet furiæ, nõ admiſit oblata
ſed cõtra reſpondit. ¶ Terrorum & fr.ab.e.)Satis,inquit, factum
eſt animo meo,extat competens terror, & ſuperat fraudis inuen
tum,quod turbandis rebus fuerat neceſſarium. ¶ Stant belli cau-
ſæ.) Hoc eſt idonea belli fundamẽta cõſtructa niſi cauſarũ quip-
pe ſubſtãtia bellum naſci non potuit,quoniam diſſenſiones om-
nes,& diſſidia emergere atq; exoriri nõ poſſunt, niſi primitus ex
titerit,quod concordiam rumpat. ¶ Pugnatur cõminus armis.)
Plenum bellũ eſt,cum venitur ad manus. ait enim ſuperius poe-
ta, Direxere acies,non iam certamine agreſti,Stipitibus duris agi
tur,ſudibus ve præuſtis:Sed ferro ancipiti decernũt, atraq; late
Horreſcit ſtrictis ſeges enſibus, vt probaret plenum ſuſceptũ eſ-
ſe certamen,atq; vt in eo ipſo furiæ laudaret affectus, quoniã ip-
ſa Alecto dixerat, Quãdoquidem auſonio reſperſi ſanguine Teu
cros,Iuno huic loco reſpondit. ¶ Quæ fors prima.d.ſ.n.ita.)Hoc
eſt,quod optabile fuit, inde eſt datum initiũ malis, vnde dari de-
buit. ¶ Talia connubia.) Talia,inqt,vota habere digni ſunt,qui fa
ciunt,quod ſit votis meis animoq; contrarium. ¶ Te ſuper æthe
reas.) Quod vltro Alecto obtulerat,ne videretur Iuno faſtidioſe
reſpuiſſe,dixit duas cauſas. Superfluũ eſt,inquit,quod rebus im-
pletis adiicere quęris augmẽtum,& te diutius hic remorari mo-
leſtum eſt,nõ enim hoc poteſt Iuppiter æquo animo ferre, vt vl-
terius ſupera tenearis in luce. ¶ Cede locis.)Nõ dixit abi hinc, ſed
cede propter Iouis perſonam, quę ex diutina cõmoratione fu-
rię poterat grauiter offendi,nec fuit iniuria,ſic diceret potior.
¶ Ego ſiqua ſuper fortuna.)Et ſi forte,inquit, aliquis ſupereſt la-
bor,regetur opera mea. ¶ Tales dederat Saturnia voces.)Hæc lo-
cuta eſt Iuno. ¶ Illa autem at.) Illa hoc eſt Alecto auditis, quę ne-
ceſſario Iuno prętulerat, relictis cœli regionibus, alis delapſa eſt
ad eam partem,qua remeare ad inferos poſſet. Incipit loci deſcri
ptio,per quem ire potuit ad infernum. ¶ Eſt locus Italiæ in me-
dio.)Dixit regionem,in qua eſſet locus & in qua eius parte,dixit
etiam nomen amſancti,a ſani vocabulo,ac nemoris:dixit ſitum,
quod in valle haberetur. ¶ Denſis hunc frondibus atrum.)Denſi
tas,inquit,nemoris hunc fecerat tenebroſum,latera vero eius in
anguſtias natura perduxerat. ¶ Medioq; fragoſus Dat ſo.ſ.)Com
pẽdioſa deſcriptio, qua amnẽ ſimul & partẽ, ex qua fundebatur,
& ſonũ cadentis aquę, & cãm, quę ſonũ ipſum faceret, indicaret:
naſcebatur aũt medio eius loci copioſus amnis, dabãt vnde ſoni
tum ſaxis illiſę, & inter ſaxa eadẽ verticib9 rapidis torquebãtur.
¶ His ſpecus horrendũ.) vel denſitate nemorũ, vel ſono torrẽtis,
vel vmbra foraminis tenebroſi, vel inde magis horrẽdum, quia
inferorũ ianua fuit,& ad ditem patrem,qui mulceri neſciret, iter
infelicibus dabat: & rupta humo vſq; ad ipſum Acherõtem pro-
funda demerſio, quam obſidebat erinnys ſolam patentis hiatus
terrę conſpiciens altitudinẽ:ex qua ſolum cœlum cernebatur,ac
terra monſtrabatur,dixit,hoc eſt opinione nõ viſu.cęterum hęc
nouerat nullus.

ASCENSIVS.

¶ Atq; ea per campos, &c.)Oſtẽdit quomodo peracto: ad quod
miſſa erat negocio,Alecto iuſſa ſit,a Iunone ad inferos redire:re
citans illarũ inter ſe colloquium,& ad inferna deſcẽſum. De qua
re dicit Donat9 ſic. ¶ Perfecta diſcordia.)Habuit rationem perſo
narũ. Nam laus eſt in furia, quod in aliis eſt vituperatio. Hoc ẽt
his addam,nõ ſolum gloriatur de eo quod fecit,ſed promittit ſe
plura facturam. ¶ Dat ſonitum.) Compẽdioſa deſcriptio : in qua
amnem,& partem ex qua funditur,& ſonum cadẽtis aquę,& cau
ſam ſonitus oſtendit. Hęc ille. ¶ Ordo autem eſt. Atque dũ ea, id
eſt eiuſmodi certamina,geruntur per campos marte ęquo, id eſt
vbi ęqualis fuit locus: quia campus planus, ſed nõ ęqualis virt9
nec ęqualis exitus:tunc aũt Mars dicitur ęquus: quãdo non pl9
fauere videtur per loci cõmoditatẽ vni parti q̃ alteri,licet virtu-
te altera pars ſuperet:dea.ſ.infernalis Alecto,facta potens.i. com
pos:promiſſi.i.promiſſę diſcordię:vbi.i.poſtq̃.imbuit.i.inchoa
uit: & de nouo indixit bellũ, ſanguine.ſ.fuſo: & cõmiſit funera
primę pugnę:ipſa deſerit Heſperiam.i. Italiam: & ipſa victrix.i.
voti compos affatur voce ſuperba.i.magniloqua:Iunonẽ.ſ.do-
minam ſuam:affatur,dicit,per conuexa cœli,& per auras,aut per
conuexa cœli.ſ.per auras:niſi ſit legendum,conuecta.i.delata,re
migio alarum,per auras cœli,affatur Iunonem,&c. En; quę vox
iactãtis eſt, & prę gaudio exultantis:diſcordia eſt perfecta. tibi.i.
ad nutum & commodum tuum bello triſti: quia & filii familias
& pater familias bonus,interempti erãt.ſ.Almon,& Galeſus:dic,
vt,ſup.coeãt in amicitiam,quaſi dicat, ſi,vis in gratiam & cõcor
diam redeant,id tute facias:quia meũ non eſt pacem,ſed bella cõ
ficere.& dic,vt iũgãt fœdera.q. d. vix etiam,ſi velis id poſſis quã
doquidem ego reſperſi,id eſt cõtaminaui,& imbui Teucros,ſan-
guine Auſonio.i.Italico:fuerũt ergo Teucri victores:& ſi tua vo
luntas ſit mihi certa.i.explorata:ego addã etiam hoc.ſ.ego ferã,
id eſt inducã:vrbeis finitimas.i.in confinio ſitas,hoc eſt ciues vr-
bium finitimarum,in bellorum rumorib.ſ.ſiniſtris,& inimicitię
plenis,& ego accendam animos.ſ.finitimos: inſano.i.valde ma-
gno,aut deteſtãdo:amore.i.deſyderio:Martis.i.belli:vt.ſ.ipſi ve
niant vndiq;.i.ex omni parte auxilio.i.in auxilium, & ego ſpar-
gam arma per agros,Iuno,ſup.ait.tũ.i.tunc:contra, econuerſo,
hoc eſt reſpondit ſic, Abunde eſt.i. ſatis vſq; ad abundantiam eſt
terrorum.ſ.populorum concitatorũ:& fraudis.ſ.per te factę cau
ſę belli:ſtant.i.perfectę,& cõſummatę ſunt:quia pugnatur com-
minus.i. quaſi conſerta,& commiſſa manu:de prope ſit armis.ſ.
manu tentis:nou9 ſanguis imbuit.i.de nouo intinxit, & humefe
cit arma,q̃ prima fors.i.alea, & fortuna belli dedit. Egregium ge
nus.i.egregia progenies.i.excellens filius Veneris.ſ. Æneas:& id
per ironiam, aut ſaltem inuidioſe:& ipſe rex Latinus celebrẽt ta-
lia cõnubia,& tales hymenęos.i.nuptias. Ipſe pater.ſ.Iuppiter re-
gnator ſummi olympi:haud.i.non:velit te errare.i.vagari: licen
tius.i.cum ampliori licentia:ſuper auras ęthereas:cede igitur lo-
cis.ſ.tibi negatis:ego ipſa regam,id eſt gerã,& gubernabo, ſiqua
id eſt aliqua fortuna laborum:ſupereſt,id eſt reſtat:adhuc, id eſt
ſi in aliqua re adhuc elaborãdum erit,vt perficiatur inceptũ bel-
lum:Saturnia.ſ.Iuno,Saturni filia,dederat tales voces:autem pro
ſed:illa,ſcilicẽt furia,ad quã locuta erat: quæ exiſtens inferioris
poteſtatis nihil reſpondit:ſed ſtatim attollit.i. ſubrigit,alas ſtridẽ-
tes anguibus:& petit ſedẽ Cocyti,id eſt infernalis illius fluuii:lin
quẽs ardua.ſ.loca ſupera,id eſt quę ſunt in regione ſupna,reſpe-
ctu inferni. Locus eſt nobilis.i.famoſus,& multum notus,ſup.in
medio Italię:ſub altis montibus i.decliuo altorũ mõtium: quæ
ſunt in reliquis locis Italię:nobilis,dicit:&, pro.i.memoratus fa-
ma,id eſt per famam:in multis oris,id eſt multis regionibus: ap-
poſitorie:valles Amſancti.i.loci,ſic dicti,quaſi ἀμ.i circum, hoc
eſt vndiq; ſancti,latus nemoris: vrget hunc.ſ.locum:atrũ,id eſt
vmbroſum,denſis frondibus: vtrinq;.i.ab vtraque parte:& tor-
rens.i.amnis rapidus:& fragoſus.i.cum fragore multo decurrẽs
exiſtens medio.ſ.vallis:dat ſonitum ſaxis.i.inter ſaxa: & vertice
torto.i.confracto,ſpecus horrẽdum:& ſpiracula.i. hiatus, vnde
expirare poſſit:Ditis,id eſt Plutonis:ſęui,id eſt immitis & magnis
monſtrantur hic,id eſt apud hunc locum:& ingẽs vorago: Ache
ronte,id eſt fluuio bello infernali:rupto,id eſt vi ſe rũpente: ape
rit.i.reſerat hic, fauceis peſtiferas, graui odore peſtem afferẽtes:
quis.i.qbus faucibus:Erynnis.i.furia infernalis Alecto:condita,
id eſt abſcõdita:exiſtens numẽ inuiſum.i.odioſum:leuabat.i.re-
creabat,& a triſtitia releuabat terras,& cœlũ, quę eius pręſentia
prius degrauabantur.

Pierius

PIERIVS.

¶ Cœli conuexa per auras.)Sunt,qui conuecta,legant. Sed id in
exemplaribus non inueniri Seruius atteſtatur. ¶ En perfecta tibi
belli diſcordia triſti?)In co.aliquot antiquis legitur, belli diſcor-
dia triſtis. Sed magis placet,bello triſti:quo medio,diſcordia, pfe
cta eſſet. ¶ Dic in amicitiam coeãt.)In codi. aliquot antiquis lege
re eſt,Sic in amicitiam coeant:Ironice. Seruius tamẽ,& alii,agno-
ſcunt,Dic,idq; late exponunt. ¶ Quãdoquidem Auſonio reſperſi
ſanguine Teucros.)In Ro.cod,legitur, Quando equidem. Sed,
Quandoquidem, in aliis omnibus habetur. ¶ Et fraudis abunde
eſt.)In Ro.cod.per apoſtrophem,abund' eſt,legitur:vt in t'eſt: &
huiuſmodi pleraq; in antiqs marmoribus ſcribi ſolita adnotaui
mus. ¶ Talia connubia.)In antiquis oĩbus cod.quotquot habui,
coniugia,legi:& alibi obſeruatum pro cõnubio,coniugio,habe-
ri in manu ſcriptis exemplaribus pleriſq;. ¶ Haud pater ipſe ve-
lit.)In antiquis omnibus cod.pater ille, vti etiã mutatũ ſuperius
pronomẽ hoc adnotauimus,eo loco. Sic Iuppiter ille monebat.
¶ Fortuna laborũ eſt.)In pleriſq; cod.anti.eſt, non habetur. ¶ Ita-
lię in medio.)Ant.omnia exempl.legunt,Italiæ medio: abſq;,in,
ſuccurrit vero ad hoc ex Solino,quod Varro tradidiſſe ſert, Ita-
lię vmbilicum in agro Reatino eſſe. ¶ Amſancti valles.) In Rom.
codic, Amfracti, legitur inemendate. Nam Seruius, & alii veteres
grammatici, Amſancti,agnoſcunt:cui quidem lectioni Claudia-
nus etiam adſtipulatur. ¶ Medioq; fragoſus Dat ſonitum ſaxis,&
torto vortice torrens.)In cod.aliquot antiquis,fragoſis,vt cũ ſa
xis,iungatur:ſed longe magis placet,torrẽs fragoſus ſaxis,& tor
to vortice. In antiquis vero aliquot, vertice:quod vti dictum ſu
perius,tantundem eſſe vult Aruſianus. ¶ Specus horrẽdum,& ſę-
ui.)In antiquis pleriſq; non habetur,&:dictum vero per appoſi-
tionem,ſęui ſpiracula Ditis,oſtẽdit verbum vnitatis numero po
ſitum,Monſtratur,in iiſdem codi. Sed enim exemplaria pleraq;,
Monſtrantur,legunt numero multitudinis. ¶ Queis cõdita Eryn
nis.)In Med.cod.condit,verbi voce ſcriptum eſt. Quam lectio-
nem non ignorauit Seruius. ¶ Terras,cœ.le.) In aliquot ant.co.
terram,legere eſt vnitatis nu.&,leuauit,pręterito tempore: cum
tamen imperfectum Ser.agnoſcat.

Nec minus interea extremam Saturnia bello
Imponit regina manum. ruit omnis in vrbem
Paſtorum ex acie numerus: cæſoſq; reportant,
Almonem puerum,fœdataq; ora Galeſi:
Implorantq; deos, obteſtanturq; Latinum.
Turnus adeſt;medioq; in crimine cędis, & ignis
Terrorem ingeminat: Teucroſq; in regna vocari:
Stirpem admiſceri Phrygiam: ſe limine pelli.
Tum quorũ attonitę Baccho nemora auia matres
Inſultant Thiaſis (neq; enim leue nomen Amatę)
Vndiq; collecti coeunt: Martemq; fatigant.
Illicet infandum cuncti contra omina bellum,
Contra fata deum peruerſo numine poſcunt.
Certatim regis circunſtant tecta Latini.
Ille velut pelagi rupes immota reſiſtit.
Vt pelagi rupes, magno veniente fragore,
Quę ſeſe, multis circum latrantibus vndis,
Mole tenet: ſcopuli nequicq;, & ſpumea circum
Saxa fremunt, lateriq; illiſa refunditur alga.
Verum vbi nulla datur cęcum exuperare poteſtas
Conſilium: & ſęuæ nutu Iunonis eunt res:
Multa deos, auraſq; pater teſtatus inaneis,
Frãgimur heu fatis inqt: ferimurq; pcella. LATI.
Ipſi has ſacrilego pendetis ſanguine pœnas
O miſeri. te Turne nefas, te triſte manebit
Supplicium: votiſq; deos venerabere ſeris.
Nam mihi parta quies, omniſq; in limine portus,
Funere felici ſpolior. {Nec plura locutus, POE.
Sepſit ſe tectis; rerumq; reliquit habenas.

SERVIVS.

¶ Extremã Saturnia bello im
ponit regina manũ.)quod ſu
pereſt,pficit. Et eſt trãſlatio a
pictura quę man9 cõplet,atq;
ornat extrema. ¶ Fędati.)Cru
entati. ¶ Implorãtq; deos.)Ad
auxiliũ & vltionẽ. ¶ Obteſtan-
turq; Latinũ.)pp̄ter cędem fa
ctã teſtẽ adhibet: & dicũt, au-
thores rupti fœderis eſſe Tro
ianos,cũ ipſi pacis iura teme-
rarint. ¶ Et ignis.)Ipſo feruo-
re ſeditionis. ¶ Teucros in re-
gna vocari.) Subaudis Dicit,
& Teucros iniurioſe, quaſi
exules dixit & pfidos. ¶ Atto-
nitę Baccho.) Veluti Baccho.
furia enim agebant. Et ſic eſt
dictũ vt, At medias iter cędes
exultat Amazõ. ¶ Nemora a-
uia.)Per nemora. ¶ Thiaſis.)
Choreis, Neq;.n.leue nomen
Amatæ.)Iuuenalis,Quę nõ fa
ciet qđ principis vxor. ¶ Mar
temq; fatigant.) Prœliũ cum
clamore depoſcunt. ¶ Contra
omnia fata.) Superius de La-
uinia. ¶ Fata deum.) Propter
oraculũ Fauni. ¶ Peruerſo.)
Irato. ¶ Velut pelagi rupes.)
Cum Cicero ſeditionẽ fluctia
bus cõparauerit:bene Virgi-
lius eũ qui reſiſtit ſeditioni,
rupẽ vocauit. ¶ Mole tenet.)
Hic diſtinguendum:vt. ¶ Sco
puli.)nunc nominatiuus plu
ralis ſit. ¶ Cęcum conſilium.)
Fremitũ populi bonũ nomẽ
poſuit. ¶ Frãgimur.) Permã-
ſit in rupis trãſlatiõe. ¶ Sacrilego ſanguine.) Quia bellum ſume-
bant contra voluntatem deorum. ¶ Votiſq; deos venerabere ſe-
ris.) Quia religio rigida dicit, ſemel male cõmiſſa nulla rõne re-
uocari. Horatius, Dira deteſtatio nulla expiatur victima. ¶ Parta
quies.)Scilicet vicinę mortis beneficio. ¶ In limine portus.)Secu
ritas omnis in portu eſt. ¶ Funere felici ſpolior.) Exequiis tãtum
regalibus careo.

DONATVS.

¶ Nec minus.)Hoc verendũ eſt,vt ſit interea,nõ minus. ¶ Extre-
mam ſa.b.)Recedente furia in eius curiã Iuno ſuccedẽs comple
bat,quę illa forte ad ſatiandũ partium cladem imperfecta dimiſe
rat,dixerat.n.Iuno furię,vt recederet,& ſe promiſerat neceſſaria
curaturã. Icirco dabat rebus extremã manũ, hoc eſt perfectio-
nem. Extrema.n.dicitur in artib9 manus,poſtquã nihil ſit, & res
inuenitur eſſe perfecta:deniq; ſequentia conſyderãda ſunt,& in-
uenietur,quid ſignificet,manus extrema, quã Iuno imponebat,
hoc eſt addebat. ¶ Ruit, inquit, omnis in vrbẽ Paſtorum.e. nu.)
Paſtores,

Paſtores, qui relictis agris cõ
gregati in aciem fuerant, reli
cta eadẽ acie in ciuitatis mœ-
nia confluebãt. Illic enim fue
rat Latinus,qui primus cõtra
Iunonis fecerat voluntatem.
¶ Cęſoſq; reportant Almonẽ
pue.) Ad inuidiã facti porta-
bant funus Almonis pueri, q
vtiq; pro ætate nihil tale me-
ruerat, & ferebãt Galeſi faciẽ
indignis vulneribus fœdatã.
¶ Implorantq; deos.) Implo-
rabãt deos indignitatis iudi-
ces:quibus ſperabãt diſplice-
re poſſe,quę peregrini i ciues
admiſerãt. ¶ Obteſtãturq; la.)
Hoc eſt, inuidioſis vocib9 la-
cerabãt, quod malorũ oĩum
per Troianorũ fœdus ipſe au
thor videretur extitiſſe, hoc
multitudo cõfuſa faciebat, &
vulg9. ¶ Turnus adeſt.) Ecce,
inquit,ẽt Turnus aderat,cui9
maior fuerat cauſa: & idẽ ge-
minabat terrorẽ, quẽ popul9
fecerat ſpondens oĩa cędibus
& incẽdio pitura. ¶ Teucros i
regna vocari Stirpem admi-
ſceri Phrygiam,ſe limine pel-
li.)Huius comminatiõis Tur
nus exponebat cauſas, & do-
loris indignitatem claris vo-
cibus teſtabaẽ, quod Teucri
vocarenẽ in regnum, & Phry
gii iungerẽtur Italiæ, ſe ſcili-
cet excluſo ex regiæ domus
limine:ſingula magnam vim
tenent intellect9. nã Teucros,
& Phrygiam ſtirpem,pro cõ-
uitio poſuit. In regna vocari. Hoc eſt in honorem maximum
poteſtatemq; regnandi,ac per hoc immeritis deferri ſummã re-
rum & fortiſſimorum, generi miſceri maculam Phrygiorũ, ſed
videlicet multo meliorem genere ac fortitudine,iam generũ re-
gis,iam pleno aſſenſu ſuſceptum,ex ipſo regię domus limine ex
cludi. ¶ Tum quorum attonitę,&c.)Etiam illę, quæ cum Amata
petierant ſyluas,venerant perſeuerantes in furore.hoc enim exi
gebat reginę meritũ,vt in cauſa filię mariti ſtudium ſententiáq;
ſuperaret. ¶ Vndiq; collecti coeunt.)Adunabantur collecti ex di
uerſis & plurimis locis. ¶ Martemq; fatigãt.) Et ardorem pugnæ
totis nixibus cumulabant. ¶ Illicet infandum cuncti.) Nitebãtur
omnes abrumpere omina ſacrilegis mẽtibus,quę cõſtabat diui-
no iudicio atq; arbitrio eſſe firmata. cõtra omina, inquit, deum
fata.contra omina,propter apes,& incendii denũciationẽ, quod
ex capite Lauinię conſtabat extitiſſe:Contra fata,hoc eſt, contra
deorum ſententias,& Fauni reſponſa, peruerſo numine,bellũ ap
petebant,in peruerſum trahẽtes deorum iudicium, vt bello ex-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cludendos crederent,qui in Italiam fatorum ductí ratione cõue nerant.¶ Certatim regis circũstant tecta Latini.) Obliti regalis re uerentiæ in domo Latini astabãt violenter,& circum eam,quam omni religione venerari conuenerat, tumultuoso cõuẽtu grauiter perstrepebant.¶ Ille,velut pelagi rupes,&c.) Admirabilis comparatio.Latinus enim comparatur rupi, voces populi fluctibus, & tempestatibus.Consensus vocum & clamor omnium algæ ictibus.Ille,inquit,hoc est Latinus,vt pelagi rupes,scilicet saxum ingens constitutum in pelago immotum,resistit, cum magno fluctuum percutitur verbere, mole tenet scopuli, immobile sit magnitudine sua,& frustra vndarum clamoribus vrgetur.latera autem eius inefficaci verberatione pulsantur, & sola alga nó quatitur ictibus: sed perfusa tanguntur, ita & clamores vulgi magno quidem sono veniebant ad Latinum, sed virtutem commouẽdi non habebant,scilicet vt alga, quæ nullum habet impetum ferié di:nec cum corpori fuerit illisa:sentitur. ¶ Verum vbi nulla datur.) Vbi vidit Latinus cæcum multitudinis furorem consilio superari non posse.¶ Et sæuæ nutu Iunonis eũt res.) Et res pro voluntate sæuientis Iunonis non sano tractatu currentis. ¶ Multa deos aurasq; pater,) Multa verbis testatus est, deos, & ipsas aeris auras.quem enim alium ad hiberet voluntatis suæ testem omnibus,qui aderant furore corruptis?¶ Frangimur heu fatis.) Inter tot insanos solus Latinus integro consilio fuit.solum enim non commutauerat Iuno, vel furia, & cum populorum sæuiens agmen solus superare nequiret,voluntatis suæ deos esse voluit testes,atque auras,se vacuũ ab eo,quod gerebatur scelere, cupiens demõstrare.Itaq; rupit in vocem istiusmodi. Frangimur heu fatis,ferimurq; procella.Frãgimur,& procella,inquit,ferimur, perseuerans in eo poeta, quod in Latini comparatione superius tenuit, cum rupem describeret, & pelagi tumentis fluctus, & rabiem maris, & alga, & moles, arripuit, hic quoque per translationem dicés frangi commoda imperij sui, & spem publicam improuidis viribus tãquam naufragio laniari. Signata ergo potuit verba,conferens ea,quæ oriuntur in mari,& euidenter ostẽdẽs, Nam frangitur nauis,& naufragio interit tẽpestatum, electa turbinibus,quibus,vt furẽti populo, resisti nõ potest,& nauigia pereunt.sic ipse, quia tantum impetum populi insanientis reuocare nõ potuit,frangimur,ait, nec malo valemus occurrere, ferimur procella, quia is quem procella vrget, ac portat,non quomodo vult,aut quo voluerit,fertur.Heu fatis,scilicet aduersis, quia dixit,licet infandã cunctí contra omina bellum, Contra fata deũ peruerso numine poscunt.¶ Ipsi has sacrilego.) Bene miseros dixit,vt dolore viderentur errare. nullus enim sciens ac sanæ mentis cadit in foueam scelerum.nullus peccat in deos, nisi is, quem dementia ante possederat, a generali increpatione ad specialem trãsit.¶ Te Turne nefas,te.t.ma.Supplicium,) Ipse fuit omnibus causa peccandi.¶ Votisq; de.ve.se.) Hæc Turno suadebat omittenda esse,& alia incepta,nam,qui cito ab errato discedit, & male cœpta mature condemnat,potest mereri veniam,sera vero erroris agnitio agnitori fauorem nõ potest prouocare. ¶ Nam mihi par.q.)Vt a periculis pelagi tuti sunt, q fuerint in portu: sic ipse tutum se futurum dicit,qui domus suæ septo vsurus esset,ꝑ portu,etiam nunc perseuerauit in eo genere translationis, dicendo, portus mihi erit limen domus meæ,quod egressurus non sum. ¶ Funere felici spolior.) Vnum se dolere testat, quod indigne esset moritur⁹,qui potuit habere felicem exitum vitæ. ¶ Nec plura.l.Sepsit.)Quia res magno furore turbatas,nec consilio potuit, nec sermone componere,condidit se parietibus propijs casibus relinquens habenas reip.quas cõtra maiorem vim nec gubernare potuit,nec tenere.

ASCENSIVS.

¶Nec minus,&c.)Docet quomodo opera Iunonis consummatum fuit bellum: & quõ inuito Latino, belli portæ contra Teucros apertæ sunt,indicto scilicet manifesto bello.Dona.dicit sic, ¶ Nec minus interea.) id est interea non minus.¶ Extremam m.) Nam in artib.extrema manus est,cum amplius manus non reponitur,quia opus est perfectum.¶ Obtest.) Inuidiosis vocib⁹ lacerant, q; omnia mala ꝑ Troianorum fœdus euenerant¶ Teucros & Stirpem P.)Pro conuitio posuit quasi dicat indignos ad maximas dignitates vocari.¶ Contra omina.) Propter apes,& incendium.¶ Contra fa.)i.sententiam deorum:& Fauni responsa.¶ Circunstant.)Obliti regalis reuerentiæ.¶ Deos & a.)Nam omnib. cõtra stantib. quem alium suæ sententiæ potuit adhibere testem? ¶ Fran.)Franguntur commoda nostri imperij & ponit,signata verba in translatione.Nam frangitur nauis,& fluctibus instãtib. interit.¶ Miser.)Dolet errore peccantium.Nullus enim sciens, cadit in foueam scelerum.Hæc Ille. ¶Ordo autem est.Nec min⁹, id est & nihilomin⁹, quãuis furia iam absesserat, regina Saturnia, id est Saturni filia,& regina deorum Iuno,imposuit interea,scilicet dum Alecto abiret.bello extremam manum,id est perfecit, & consummauit ipsum:omnis numer⁹ pastorum ruit ex acie,in vbem,scilicet Latini,hoc est in Laurolauinium:& reportant, id est referunt ex conflictu:cæsos,id est occisos,scilicet Almonem: puerum,id est filium Tyrrhei:& ora Galesi,scilicet senioris:fœdati,id est fœde interempti,dum se medium offerret paci: & implorant deos.i.deorum auxilium,contra violentiam illatã ab hominib⁹, quasi fortioribus: & obtestantur Latinum.i.in testem acti citãe: Turnus adest:& ingeminat.i.multiplicat terrorem in medio crimine,& igni.i.calore, cædis.i.cum pugna, & iniuria recens facta esse:asserens.s.Teucros,a quibus tantam iniuriam acceperãt vocari in regna: & stirpem Phrygiã, quę mollis semper habita erat admisceri,scilicet fortib.Latinis: & genti asperę cultu:& se pelli limine.s.suo:tum.i.insuper:n,sup. quorũ matres attõitæ.i.stupore & furore percussæ:Baccho.i.Bacchanalia celebrando, insultãe Thyasis.i.choreis,sup.per nemora auia.i. remota ab omni via:g s.multi erant:neq; enim.i.quia non quia nomẽ Amatæ non erat leue.i.parui momenti inter matronas:ij(dico)collecti coeunt.i. conueniunt,vndicq:& fatigant Martem.i.prelium:cum clamore deposcunt,aut cum molimine quærunt caulas belli: ilicet.i.illic cuncti poscunt: bellum infandum.i.detestandũ:contra omina.i. portenta,in Lauinia vsa:& contra fata deum.i.oracula Fauni; & aliorum,melius.legas cum Seruio,contra omina:q̃, contra omnia poscunt,dicit:numine peruerso.i.irato.s.Iunõis: & circũstãt certatim tecta regis Latini ille resistit.s.petitionibus illorum:velut rupes.i.scopulus pelagi:immota.i.quæ aquis feritur: sed nõ mouetur,vt(inquit) rupes pelagi,sup. est:immota magno fragore.i.magna contractione.& collisione aquarum venientę:que.s. rupes:tenet.i.sustentat sese:mole.i.magnitudine,& vi sua:multis vndis circunlatrantibus, id est dum multæ vndæ sonitũ latratui similẽ,in circuitu faciunt:scopuli tremũt nequicq̃.i.frustra circumꝝ saxa spumea.i.spumis perfusa:fremunt circum.i.per circuitum:& Alga.i.herba illa vilis,illisa,id est abrupta, & aurulla vi lętia aquarum:refunditur lateri.i.ad latus:verum i.sed:vbi,id est postq̃:nulla potestas datur.s.Latino:superare.i.qua superet: cõsilium cæcum.i.cęcorum,bella poscentium:& res eunt.i.procedunt.nutu.i.ex voluntate Iunonis sęuæ:pater.s.Latinus,venerationę dignus.testatus multa.i. multum deos: & auras inanes.i. quas frustra testat⁹ erat:inquit,heu,nos frãgimur fatis, que.s.diuerxerant Lauiniam fore claram, sed exitialem populo: & nos feri mur.i.impellimur:procella.i.impetu populi furẽtis:o miseri,ipsi,id est vos:pendetis.i.persoluetis:has pœnas,quas.s.nunc extra voluntatem deorum belligerando meremini:pendetis, dicit:sanguine sacrilego.i.vestro,qui sacrilegi estis:qd sacra deorum monita contemnitis.O Turne,triste nefas.i.triste suppliciũ:qa mors ignominiosa mãebit.i.certe expectabit te:& tu venerabere.i.venerari voles deos:votis feris.i. nimium tarde susceptis:nã quies, s.eterna:est mihi parta.s.vicinę mortis beneficio:& omnis port⁹, id est omnis securitas vitę:est in limine.i. in promptu,& proximo: ego spolior.i.priuor:funere felici.i.duntaxat pompa regali: quã more felicium in pace moriens habere possem:nec.i.& non: & ipse non locut⁹ plura:sepsit,id est circũdedit,se tectis.i. recepit se in tecta sua:& reliquit habenas rerum.i.absolut se a gubernaculo reipublicæ,cum videret nullum fere sibi audientem.

PIERIVS.

¶Medioq; in crimine cędis & ignis.) In Roma.codi. igni, legi quippe medio.Sed,cędis,& ignis,melius.¶ Contra omina bello.) In antiq.aliquot eo.omnino,legere est,Contra omnia:quam lectionem agnouit Seruius, quanuis ibi mutilus videatur,interpretesq; auguria subaudiendum aiunt.Sed vtcunq; illi,omina, magis placet:& antiquorum exemplarium bona pars ita legendum perluadent.¶ Cartatim regis circunstant tecta Latini.) In Medioceo,tecta tyranni,scriptũ cum paraphrasi,Latini.Dubitarunt forte aliqui,nugationẽ esse regis tyranni,atq; ideo paraphrasin adhibuisse.Verum hoc ego in medio relinquo.¶ Ille velut pelagi rupes immota.) In antiquis nonnullis codicibus legere est, pelagi moles:propterea quod statim subsequitur,vt pelagi rupes. Verũ huiusmodi repetitio magno cũ decoro, & venustate summa, facta mihi videtur & probatiora omnia exemplaria, rupes, habẽt. Nam de mole statim subiicit, quę sese multis circum latrantibus vndis Mole tenet scopuli, neqcq̃ & spumea circũ Saxa fremunt. Vbi Seruius tenet distinguendum,dicit vt,scopuli.nominatiuus sit casus.In antiquis tamẽ codi.distinctio est post dictionem, scopuli, puli,vt legatur,mole scopuli.Sequitur vero absq̃, &, in ijsdẽ codi.vetustis,nequicq̃ spumea circum Saxa fremunt. Sed copulata ea inserta,multum habet venustatis,& gratiæ.¶ Lateriq; illisa refunditur alga.)Variat hęc lectio in cod.antiquis, alijs asperſa, alijs infusa,alijs aliter legentibus.Sed enim, illisa, vulgata lectio magis placet.¶ Cæcũ exluperare potestas Consilium.)In aliquot antiquis codicibus,expugnare.Sed,exsuperare, in plurib⁹ habetur.¶ Nutu Iunonis eũt res.)In Romano codice vna dictione legitur,euntes,quippe populos. Sed enim,eunt res, longe venustius,



SERVIVS.

¶Mos erat.) Varro vult morem, communem cõsensum omnium simul habitantium, qui inueteratus cõsuetudinẽ facit. ¶ Hesperio in Latio.) Hoc est in antiquo. Nam vt in primo diximus, duo Latia fuerũt.Vnde non frustra Hesperio addidit. Quod autem dicit hanc consuetudinem antiquam fuisse,falsum est. Nã a Numa Pompilio primo instituta est: sed carmini suo vt solet,miscet historiam. Notãdum sane incõnexũ esse hunc locum,siquis totius libri consideret textũ. Nam supra ait, Longa placidas in pace regebat. Item dicturus est, Ardet inexcita Ausonia, atq; immobilis ante, & nunc dicit, Mos

Mos erat Hesperio in Latio:quem protinus vrbes,
Albanę coluere sacrum:nunc maxima rerum
Roma colit:cum prima mouent in prelia Martem:
Siue Getis inferre manu lachrymabile bellum,
Hyrcanisve,Arabisve parant:seu tendere ad Indos:
Auroramq; sequi:Parthosq; reposcere signa.
Sunt geminæ belli portę(sic nomine dicunt)
Religione sacre, & sęui formidine Martis.

Universidad de Deusto Biblioteca

Centum ęrei claudunt vectes, ęternaq; ferri
Robora: nec custos absistit limine Ianus.
Has, vbi certa sedet patribus sententia pugnæ:
Ipse Quirinali trabea, cinctuq; Gabino
Insignis, reserat stridentia limina consul:
Ipse vocat pugnas. sequitur tum cętera pubes:
Æreaq; assensu conspirant cornua rauco.
Hoc & tum Aeneadis indicere bella Latinus
More iubebatur: tristeisq; recludere portas.
Abstinuit tactu pater: auersusq; refugit
Fœda ministeria: & cęcis se condidit vmbris.

erat Hesperio in Latio. Supra etiam, Captiui pendent currus. Item, Tyrrhenas sterne acies. Quæ ne sint contraria, accipiamus Italiam primo caruisse bellis, medio tempore quieuisse: & ad antiquum studium nunc reuerti, sicut Romani bello flagrauerũ sub Romulo, quieuere sub Numa, sub Tullo Hostilio ꝑstina studia repetiuerũt. Hinc ẽ qđ & ipse Virgilius ait, Lõga placidas in pace regebat: nõ perpetua. Itẽ Desuetaq; bello Agmina i arma vocat subito, ferrũq; retractat. Nã retractare, est repetere qđ omiserat. Tale aliqd dicit de genere Syllano Sallustius. Nã volens ostendere antiquos maiores eius consulares fuisse, vicinos vero ignauissimos, Syllã vero florentissimum, ait, Igitur Sylla patritiæ gẽtis fuit familia, iam extincta maiorũ ignauia. ¶ Quẽ protinus.) Iugiter, deinde. nã nunc tpis est aduerbiũ, alibi loci: vt, Cum ꝓtinus vtraq; tellus Vna feret. ¶ Maxima rerũ Roma.) imperij potita. ¶ Mouẽt in prælia Martẽ.) Nam moris fuerat indicto bello, in Martis sacrario ancilia cõmouere. Vñ est in octauo, vtq; impulit arma. ¶ Lachrymabile bellũ:) Getarũ fera gens etiã apud maiores fuit, nã ipsi sunt Mysij, quos Sallustius a Lucullo dicit esse superatos. ¶ Hyrcanis ve.) Gens est dicta est a sylua Hyrcania, vbi sunt tigres. ¶ Arabis ve parãt, seu tẽdere ad Indos.) Venit ab eo quod est hic Arabus, nã ab eo quod est hic Arabs, ab hoc Arabe Arabib' facit: sicut Hiberus. Vñ est in Lucano, Occurrat Hiberis alter & Hiber. Nã Horatius dicit, vt discet Hiber, Rhodaniq; potor. Item lectũ est Æthiopus: sed tñ Æthiops dicimus. ¶ Auroramq; sequi.) Ingẽti ambitu dixit ipsum ortũ diei pro populis. ¶ Parthosq; reposcere signa.) Hoc in honorẽ augusti posuit: quo regnãte a Parthis repetita sunt signa, quę Crassus perdiderat. Qui cũ auiditate sua cõtra auspicia bellũ suscepisset, intercedẽtibus tribunis plebis captus cum filio est & necatus infuso in os auro, cuius amore pugnauerat. ¶ Sunt geminæ belli portæ.) Sacrariũ hoc Numa Pompilius fecerat circa imum Argiletũ, iuxta theatrũ Marcelli: quod fuit in duobus breuissimis templis. Duobus autẽ propter Ianũ bifrontẽ. Postea captis Phaleris ciuitate Thusciæ inuẽtũ est simulachrum Iani cũ frõtibus quatuor. Propter quod in foro trãsitorio constitutum est illis sacrarium aliud, quod nouimus hodieq; quatuor portas habere. Ianũ sane apud aliquos quadrifontẽ esse non mirũ ast. Nam alij eum diei dominum volunt, in quo ortus est & occasus. Horatius, Matutine pater, seu Iane libentius audis. Alij anni totius, quẽ in quatuor tẽpora cõstat esse diuisum. Anni autem esse deum illa res probat: quod ab eo prima pars anni nominatur. ¶ Relligione sacrę.) Tremẽdę, execrabiles. Nã & paulo post dicturus est, Tristesq; recludere portas. ¶ Ferri robora.) Bene addidit ferri. Nam oẽ quod forte est, robur vocamus. ¶ Quirinali trabea. Suetonius in libro de genere vestiũ dicit tria esse genera trabearum. Vnũ dijs sacratum, quod est tãtum de purpura. Aliud regum, quod est pupureũ: habet tñ album aliquid. Tertiũ, Augurale de purpura & cocco. Quirinali ergo, regali. ¶ Cinctuq; Gabino.) Gabinus cinctus est toga sic in tergũ reiecta, vt vna ei' lacinia a tergo reuocata hominẽ cingat. Hoc aũt vestimẽti genere vtebatur cõsul bella indicturus, ideo quia cũ Gabij Campanię ciuitas sacris operaretur, bellũ subito euenit. Tũc ciues cincti togis suis ab aris, ad bella profecti sunt, & adepti victoriam. Vñ hic ort' est mos. ¶ Insignis, reserat stridentia limina cõsul.) Is q prior creatus est: licet similem habeat potestatẽ. ¶ Ipse vocat pugnas.) Tria sunt, vt diximus supra, militiæ genera. Sacramẽtum in quo iurat vnusquisque miles se non recedere nisi præcepto consulis post stipendia completa, id est militiæ tempora. Coniuratio quæ fit in tumultu, Italico bello & Gallico, quando vicinum vrbis periculum singulos iurare nõ patitur: sicut de Fabijs legimus. Euocatio: quod genus nunc tangit, nam ad subitum bellum euocabantur. Vnde etiam consul solebat dicere, Qui rempublicam saluam esse vult, me sequatur. ¶ Conspirant cornua rauco.) Nam & tubæ simul inflabantur. ¶ Fœda ministeria.) Cruenta: more suo.

DONATVS.

¶ Mos erat hes. in. l.) Obseruationes oẽs aut legibus principũ, aut hominum sensibus cõstitutæ seruantur. Quicquid igitur obseruare cunctis in cõe placuerit, perinde habetur, vt lex morem longo tẽpore custoditum diuturnitas firmet, qui vsq; adeo cõmodus iudicatur, vt a conditoribus ad posteros quoq; transitũ faciat, hũc ipsum Virgilius refert fuisse morẽ, vsq; adeo cõmodũ publicis reb', vt ex Latio ꝓbatũ, Albanę vrbes probatũ placidumq; retineãt, quãtum mos iste laudatur? vt prolatus ex vno loco plurimis vrbibus esse cœperint curę, obseruationiq; perpetuæ: Magnũ est qppe, quod ab vno profectũ plurimis placet. deniq; hunc Albani coluere sacrũ, nec pro leui ducentes cõsecratione quadã & veneratione plenissima tenuerũt, vt esset sacrilegiũ, si fuisset aliqua temeritate mutatus, nunc maxima rerũ Roma colit, laudis adiunxit argumentũ, cum in vrbe quoq; rerum oium domina consentiente sacer religiosusq; susceptos habebatur, incipit dicere, qui sit ipse mos, vel quilibet sit tẽporib' necessarius. ¶ Cum prima mo. in. pr. ma.) Cum, inquit, parantur gentibus bella, & dixit, quæ essent ipsæ gentes, & sub quibus cœli partibus morarentur. dixit, & qñ existat ipse mos, subiũgit etiam moris ipsius ritum. ¶ Sunt geminæ belli portæ.) Duæ, inquit, portæ sunt, ac quia belli tempore tantũmodo reserantur, appellatę sunt belli portæ. ¶ Religione sacræ, & sæui formidine Martis.) Cum omni religione habentur propter martium numẽ. ¶ Centũ ærei claudunt vectes.) Dedit claustris ipsis maiorem vim a numero & qualitate materiæ. ¶ Æternaq; ferri Robora.) Crescit rei ipsi' argumentum. Æneos vectes, dicit etiam roboribus ferreis portas ipsas clausas atque firmatas. ¶ Nec custos ab. li. ia.) Omnibus his claustrorum firmamẽtis additus nõ deest Ianus, qui gemina frõte circunspiciens omnia nõ patitur furoris & scelerum ianuas temere reserari. ¶ Has, vbi certa sedet patribus.) Vbi patribus vno consensu bellum geri placuerat, & omnium fuerat fixa sentẽtia. ¶ Ipse quirinali trabea.) Cultu Romuleæ vestis, & gabini cinctu insignis consul, harum portarũ reserat fores: stridẽtia limina posuit, vt in ipsa quoq; patefactione valuarum magn' stridoris errore missus terreat audientes. ¶ Ipse vocat pugnas.) Idem ipse cõsul voce sua vocat pugnas, hoc est dat iuuenibus pugnãdi potestatem. ¶ Sequitur. qu. cæ. pu.) Cũ ille premiserit, sequit multitudo omnis, & consensum commodat imperatis omnibus, & sic iuuentus accepta potestate pugnandi cõfidenter quærunt bella, sequitur. ¶ Æreaq; assensu.) Continuo & citus bellici Æneis cornibus emittuntur. ¶ Hoc & tum Æn. in. b. la.) Secũdum igitur veterem morem conueniebant Latinum, & vehementer vrgebant, aperire portas belli, & illis bellum indicere, quos in amicitiam & affinitatem religionis secutus deorum & patris responsa susceperat. Ergo mos fuit, vt ipse portas aperiret, sed si pugnãdum esset contra inimicos & longe positos, vt supra dictum est, cum de ipso more disputaret: vel si bellum geri patribus placuisset. Ceterum istis inuitis numinib' sine tractatu maiorum & firmata pace socium volebant fieri admissi sacrilegij. ¶ Abstinuit tactu pater.) Licet illi furore possessi præcipites fuerint in perniciem suam, & aduersa cuperent: Latinus tamen, qui esset publicus pater, apud quem religio generi fuit, & commodum filiæ, nolebat funestas fores luctuosasq; cõtingere. ¶ Auersusq; refugit Fœda ministeria.) Nolens se officijs tristibus maculare, discessit in tenebrosa loca, auersus a conspectu generorum ne cerneretur ab aliquo, aut ipse videret illicita geri, & ea, quæ iudicio religioso dãnauerat.

ASCENSIVS.

¶ Mos erat, &c.) Donec (vt dixi) qũo inuito Latino indictum est Troianis bellũ, apertis Iani portis: quẽ morẽ, dicit antiquissimũ fuisse tẽpore tñ Numæ, secũdi Romanorũ regis, primum institutus videtur. Quoties autẽ tẽplũ Iani clausum sit, alibi diximus. De hac re dicit Donatus sic. ¶ Mos.) Obseruatiões, aut legib', aut assensibus hominũ sunt. Mos, lõgo tẽpore custoditus, legẽ facit: quæ etiã ad posteros trãsit: vt hic patet. ¶ Sacrum.) Quia non pro leui duxerunt, quasi putarẽt sacrilegium cõmitti, nisi esset obseruatus Roma: magna laus moris, cum a principe terrarũ, populo seruetur. ¶ Centũ ærei) Numerus, & materiæ: qualitas, dat vim. ¶ Ianus.) Additur, ad robur portarũ deus, qui bifrons omnia circũspiciat, ne furorum, & scelerum, portæ temere aperiantur. ¶ Sedit patribus.) Firma est omnium snia. ¶ Vocat. p.) Dat pugnandi potestatem. Hæc ille. ¶ Ordo est. Mos. i. vetus institutum: erat in Latio Hesperio. i. quod est ĩ Hesperia, quem. s. morẽ sacrũ: vrbes Albanæ coluere, protinus. i. iugiter, & continuo: postquã cõditæ erant: & quẽ. s. morẽ: Roma maxima rerũ: colit. s. nunc: cum hæc scriberet Poeta: cũ. i. quãdo: ipsi mouent Martẽ. i. deũ belli solicitant: in prima prælia. i. quando prima prælia cum nouis hostibus commissuri sunt: siue parant. i. intẽdunt inferre Getis, id est ferocibus, & animosis illis populis in Scythia: qui aut Mysij, aut potius Tartari dicuntur. de quibus poeta alibi, Mortẽ cõtemnunt laudato vulnere Getæ: & ideo addit, bellũ lachrymabile. i. cruentum, & sæuum, quod matres multis lachrymis detestentur: manu. i. aut exercitu, aut cominus, & manu cõserta: ve, pro vel: Hyrcanis. s. populis, ad Hyrcaniam syluam habitantibus: & Arabis. s. populis Arabię: seu tendere ad Indos, & sequi Auroram, quæ in Oriẽte residet: & reposcere Parthos signa. s. Crasso & Bruto, ablata a Parthis, & Augusto restituta: & sunt q vulgo vexilla, seu insignia armorũ, dicuntur. Hæc aũt omnia spectant ad illud, nũc maxima rerũ Roma colit: quia hæc omnia bella, temporibus Augusti illata fuerũt. q. d. sicut nunc Roma seruauit illũ morem, dum dictis populis bella his diebus intulit: ita & Latini, & Albani, eum seruauerant. mos autem hic est: Geminæ. i. duæ, aut pares portæ belli (sic subaudi, enim: vt sit, sic enim dicunt nomine. i. sic enim nominãt eas: & sunt in tẽplo Iani.) sunt. s. Romæ, nũc, & olim, vt sentit Laurolauinij, & Albæ: sacræ. i. obseruandę, & exhorrendę: religione. i. obseruatione: & formidine. i. metu. vnde religio, a religãda mente, metu quodam deorum dicitur. Martis. i. belli, aut dei eius, sæui. i. ferocis, atq; immanis. Cẽtũ vectes ærei. i. obstacula ex ęre, ne rubigine cõsumãtur facta & robora. i. repagula fortia ferri. i. ex ferro: ęterna, id est icõsumptibilia: claudũt, sup. eas: nec Ianus custos. s. portarum belli, quę in templo suo sunt: absistit limine. i. semper adest: qui etiã (vt Liuius in. l. attestatur) Romę custos fuerat, emissis subitis aquis. Vbi. i. postq;: aut, quo tẽpore hoc est, quando certa sententia pugnę. i. pugnãdi, & belligerendi: sedet, id est cõfirmata est: & placet patribus. i. senatoribus, ipse cõsul (loquitur enim de temporibus suis) insignis. i. redimitus: insigniter. i. præter alios: trabea Quirinali. i. regali, quali Quirinus. i. Romulus, prim' Romanorũ rex vsus est: & cinctu Gabino. i. toga, in tergũ reiecta: & quasi circũcingẽte altera extremitate: reserat, idest aperit: has. s. portas belli: appositorie, limina stridẽtia, quia æreas, aut ferreas portas sustinentia. Ipse. s. consul, aut princeps reipublicæ: vocat. i. indicit pugnas. i. ius pugnãdi: & pubes. i. multitudo iuuenum: cętera. i. reliqua: sequitur tũ. i. deinde & cornua ęrea, id est tubę incuruæ: conspirant. i. simul inflantur spiritu assensu, id est sono, assensum significante: rauco Latin' iubebatur. s. a patribus, & pube cõmmota: pręcipue per Amatam & Turnũ: &. i. etiam: tũ. i. tunc. s. tanto, ante Augusti tempora indicere Æneadis. i. Troianis, sub Ænea militãtibus bella: hoc more. s. quẽ Roma: tunc, cum hæc scriberet Poeta, obseruauit: & iubebatur recludere, id est aperire portas tristeis. i. tristitiam, dũ aperiũtur per bellum, afferre solitas: quia templum Iani, tempore pacis claudebatur: & tempore belli, aperiebatur: vt. s. Ianus, solitũ auxilium conferret. Pater. s. ipse Latinus, vir seuerus, & venerãdus, ac promissis perstans: abstinuit tactu, id est noluit cõtingere portas ad eas referandas: & aduersus. i. repugnãs votis populi: aut auersus, id est indignatus: refugit, id est vitauit, & refutauit, ac reiecit a se ministeria fœda: qa contra fœdus, & amicitiã, fidemq; Æneæ datam, & condidit. i. abscondidit se: vmbris cæcis. i. locis tenebrosis, in regia sua, vbi videri non poterat.

PIERIVS.

¶ Mos erat Hesperio in Latio.) In codicibus aliquot antiquis legere est, Mos erat in Latio Hesperio: quod nõ ęque placet. ¶ Hyrcanisve, Arabisve parant.) In Mediceo codic. & plerisq; alijs, per copulatiuam, q;, scriptum est, Hyrcanisq;, Arabisq;. Aduertendũ vero, quod a genitiuo Græce, ἄραψ, ἄραβος, Latini nominatiuũ Arabus, faciunt: vt Elephantus, ab ἐλέφαντος, ita Delphinus, Abacus, Titanus: quanquam & Gręco etiam declinatu interim delectemur. Agnoscit Sosipater, Arabs, Arabis, & Arab', Arabi, vtrũq; positum a Virgilio, Cinnamq; (ait) in Propemptico Pollionis Belidis dixisse, vt Virgilium Arabis. Atq; hęc ex Plinio subiungit, Es, numero plurali finita nomina, datiuo, bus; recipiunt: idq; cõmentatores iubent. Quid ergo si sic declinauit, vt Plautus in Bacchidibus, Arãbus, & in Penulo, Murrinus odor Arabus. Lucilli'. xxv. Arabus Artemo. deniq; & C. Cassius in epistola, quã de Dolabella scripsit Arabi mirifico animo erga nos fuerunt (inquit) Arabs. Maro, Omnis Arabs, omnes verterunt terga Sabęi. Florus ad Hadrianũ, Quasi de Arabe, aut Sarmata manubias. Hęc a magnis viris accepta ideo libẽter retuli, vt eorum calumnijs obuiã irem, q sępe incusant me, nimis ad humilia nonnunq; declinare, videantq; summos viros hęc eadem non iniuriose pertractasse, quę delicata nostra ętas quodammodo fastidit. ¶ Cinctuq; Gabino.) In plerisq; codicibus antiquis inemendate legitur, Sabino: cũ Gabino, sit omnino legendum. De quo cinctu, vt obiter locũ apud Liuium corrigamus, ita habetur in veteri codice Parrhasiano: Sacrificium erat statutum in Quirinali colle gẽti Fabię, ad id faciendum: C. Fabius dorso, Gabino cinctu sacra manibus gerẽs, cum de capitolio descendisset. Vulgata exemplaria habent, Gẽtis Fabię, genitiuo casu. & p C. Fabius dorso, corrupta verba Claud. Fab. dorsum.

Tum regina deûm cœlo delapsa, morantes
Impulit ipsa manu portas: & cardine verso
Belli ferratos rupit Saturnia postes.
Ardet inexcita Ausonia, atq; immobilis ante.
Pars pedes ire parat campis: pars arduus altis
Puluerulentus equis furit. omnes arma requirunt.
Pars leueis clypeos, & spicula lucida tergent
Aruina pingui: subiguntq; in cote secures:
Signaq; ferre iuuat: sonitusq; audire tubarum.
Quinq; adeo magnę positis incudibus vrbes
Tela nouant, Atina potens, Tyburq; superbum,
Ardea, Crustumeriq;, & turrigerę Antemnæ.
Tegmina tuta cauant capitum: flectuntq; salignas
Vmbonum crates: alij thoracas ahenos,
Aut leueis ocreas lento ducunt argento.
Vomeris huc, & falcis honos, huc omnis aratri
Cessit amor: recoquunt patrios fornacibus enses:
Classica iamq; sonant. it bello tessera signum.
Hic galeam tectis trepidus rapit: ille frementeis
Ad iuga cogit equos: clypeumq;, auroq; trilicem
Loricam induitur: fidoq; accingitur ense.

SERVIVS.

¶ Morantes.) Bella differentes. ¶ Rupit Saturnia postes.) Acyrologiam fecit cõmutando Ennij versum. Nã ille ait, Belli ferratos postes, portasq; refregit. ¶ Immobilis ante.) Non semper, sed antehac. Potest tamen & immobilis a futura. Nam ante gessit bella per fœciales, per patrem patratũ, sed iure indicta. ¶ Tergẽt.) Ab eo qđ est tergeo venit: & tergunt, a tergo tergis, quod de vsu penit' recessit. ¶ Aruina.) Secundũ Suetonium in libro de vitijs corporalib', Aruina est durũ pingue, quod est inter cutem & visc'. ¶ Adeo magnę.) Valde magnæ. ¶ Atina potens.) Hęc ciuitas est iuxta Põtinas paludes: dicta a morbis, q Gręce ἄται dicũt, quos paludis vicinitas creat. ¶ Tyburq; superbũ.) Aut nobile: aut per trãsitum tetigit illud quod cum aliquãdo a senatu auxilia poscerent Tyburtes sub cõmemoratione beneficiorũ: hoc tantum a senatu responsum acceperunt, Superbi estis. ¶ Crustumeriq;.) Mutauit. Nam Crustumerium dicitur. ¶ Turrigeræ Antẽnę.) Bene muratæ. Antemnæ autẽ dictæ sunt, q eas amnis pterfluit, quasi ante amnem positæ. ¶ Salignas Vmbonum crates.) Vt dicit Sallustius de Lucanis, Qui de vimine facta scuta, recẽtibus detractis corijs, quasi glutino adolescebant. ¶ Thoracas ahenos. Quia apud maiores loricę tantum pectora tegebant, vt Statius, Triplici seruantur pectora ferro: Pectora: nam tergo nullus metus. ¶ Lento ducunt argento.) Flexili argento ducunt: id est extẽdũt. Est autem spondaicus & reciprocus versus. ¶ Classica iãq; sonãt.) Bene posuit amphibologiam. Nam classicum dicimus, & tubam ipsam & sonũ. Classicũ autem est flexilis tuba. ¶ Tessera signum.) Symbolum bellicũ, quod ad pugnã exeuntibus datur: scilicet propter cõfusionem: vt fuit ĩ bello Marij, Bar deus: in Syllæ, Apollo Delphicus: in Cęsaris, Venus genitrix. ¶ Trepidus.) Festinus: more suo. ¶ Loricam induitur.) Dicimus & induor illa re, & illam rem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DONATVS,

¶ Tum regina deum,&c.)Fecitq; Iuno, quod non conueniebat deæ,vt relictis cœli partibus veniret ad terras,& panderet sceleribus viam,atq; in bello perituros vrgeret. Fecit tamen vt vetus & pertinax inimica. verebatur enim ne mora patefaciendæ portarum furorẽ paratę iuuentutis aut consenescere faceret,aut penitus remoueri,animus quippe vulgi, vt repentinis motibus excitas,ita mature languescit,& interueniente torpore cõsumitur. ergo,quod Latino displicuit,& refugit,ne faceret,fecit dea,& manu sua impulit portas,quibus fiebat mora. Vt autem huius seuẽtis ardorem euidentius poeta monstraret, non solum hanc dixit portas aperuisse,sed euertisse postes ipsos a cardine,hoc est ab eo loco,in quo nexibus idoneis tenebantur:quasi demum patẽtib⁹ portis aliquod impedimentum potuissent postes afferre: si locis suis forte mansissent:in euersione postium animus inimicę cõsiderãdus est,quæ sic belli reseruauerat cum ipsis postibus portas, vt vulsis ipsis,qui firmamenta pręstabant, iterum claudi nõ possent,& nunquam desineret bellum, quãta autem vis Iunonis sit, in facto ipso expresso & euidenter ostensum est,nam,quas centũ ęrei clauserant vectes,quas ęterna ferri firmauerant robora,ipsa vnius manus impulsu innitens,non corporis virtute,sed numine,ipsum quoq; bifrontem custodem authoritate maioris potestatis exuperans,& patefecit portas,& earũ postes subuertit. Patefactio portarum,quid pręstiterit studio Iunonis,incipit enumerari. ¶ Ardet inexcita ausonia.) Bene poeta memor fuit supra.n. dixit. Rex arua Latinus & vrbes iam senior longa placidas in pace regebat, Ergo nunquã excitata in bellũ ausonia,& semp ocio pacis immobilis ardebat tunc furore bellandi. Sunt,qui asserant hoc loco cõtraria scripsisse Virgilium, vt cum ipse dixerit sub Latino longam pacem fuisse,perindeq; ausoniam bella nesciisse, ipsa rursum in descriptione vestibuli domus eius ostendit multa ex hostibus capta,currus.f.secures, & cætera : hæc non dicerent, si poetę verba singula cõsiderarẽt,vel certe tẽpora,aut per quos capta sint,nã & ipm Latinũ possumus intelligere, aliquãdo pugnasse & post labores bellicos lõgam pacem habuisse, & captiuitatem armorum,ac triumphorum ostentationem constitutam in vestibulo domus ad Latini maiores nõ ad ipsum Latinum pertinuisse. Deniq; longa illic memoria descripta est in vetustate imaginẽ & pici non Latini numẽ regia illa retinebat, sic positum est tectũ augmentum ingens centũ sublime columnis, Vrbe fuit summa Laurentis regia pici. Quin etiam veterum effigies ex ordine auorum antiqua ex cedro, Italusq;,paterq; Sabinus. Vitisator curuã seruans sub imagine falcem, Saturnusq; senex Ianiq; bifrontis imago,aliiq;,ab origine reges Martia qui ob patriam pugnando vulnera passi,& picus equum domitor, quę res per maiores Latini feliciter gestæ procurare potuerunt. Ardet inexcita Ausonia, atq; immobilis ante. Ecce quantum potuit factio Iunonis, sic ardebat in bellum omnis ausonia,vt nulla pars eius remansisset immunis & sic ducebatur ardore bellandi, vt hanc nec seuocaret a periculis desuetudo : subiungitur species ipse incensarum mentium. ¶ Pars,inquit,pedes ire parat.)Alii pedestri arti certaturi, alii equis sublimes petebant campum, omnes arma requirunt, nullus fuit qui arma non quæreret:inquisitio armorum ostẽdebat maiorem certandi cupiditate.nullus enim quęrit armari, nisi qui desiderio dimicationis impellitur,dicendo requirunt omnes arma,confirmat poeta longum interuentum pacis habẽdorum armorum curam corripuisse:quis enim habenda per ociũ diceret, quę essent turbatis temporibus necessaria ? ¶ Pars leues clypeos.)Erant tamẽ nonnulli,qui haberẽt scuta, & spicula olim pace currente, nec collecta aut polita, hæc tamen tergebant, vt splendorem reciperent,quo modo fulgor armorum plurimum hostib⁹ terroris importat. ¶ Aruina,inquit,pingui.) Vt doceret, qua specie fiat mundius ferrum. ¶ Subigitq; in cote secures.) Et quod fiebat expressit,& quemadmodum fieret: subigentis enim more acuitur species multo ferro pfecta. ¶ Signaq; ferre iuuat.) In desiderium venerat,quicquid constabat omnibus esse contrarium,tãta enim vis insaniæ fuit,vt aduersa pro commodis optarentur. ¶ Quinque adeo magnæ.) Tantus bellandi amor ingesserat, vt plurimæ vrbes & magnæ positis incudibus nouãdis telis, quomodo vetera esse desierant,operam darent:numerum & magnitudinem ciuitatum expressit. Cum nõ de incudibus loqueretur,modum tacuit:vt infinita esset æstimatio, ac maioris ponderis fieret,quod dicebat tantumq; telorum fieri crederetur, quantum exigebat tot populorum confluens multitudo:subiũgit ipsarum vrbium nomina cum virtute ac potentia sua,ne quasi humiles,non tantum parare viderentur,quãtum fugiẽtibus ceteris fuerat necessarium. ¶ Atina potens,tyburq; superbum.)Faciebant,inquit,alii,galeas,scutaq; formabant,alii humeris parabant munimenta,vt curandis pręparata fructibus,& cunctorum salutis profutura in eas illi species mutarent,quę adimerent vitã. Ecce quanta cõfusio,& quantus in omnibus terror, quantaq; laus Ænee atq; Troianorum,omne ferrum vertebatur in gladios,& parum fuit,quicquid inæstimabilis fortitudo dictabat. Sic oĩa culturarum subsidia cõsumebantur,vt præsagio quodam oĩum iam monstraretur interitus,& appareret eos ad agriculturam exercitium nunq; esse redituros. ¶ Recoquunt patrios fornacibus enses.) Patrios,inquit,non suos tanta enim pace vsi videbantur, vt armorum strepitus,& tubarum clangor omnibus esset incognitus. ¶ Classica iamq; sonant,it bello tessera signum.) Tessera dicitur nuncius,gerendum significans bellum. ¶ Hic galeã tectis trepida.)Post classicorum sonum,postq; nuncium tesseræ maior animorum feruor extiterat. Deniq; alter galeam rapuit,non immunis a trepidatione. nam qui solam galeam rapuit proculdubio amens fuit,cum non caput solum, sed membra omnia tegere debuisset. Alter equos cogebat ad currum,species est ista militię,vt curru pugnarẽt,quod ipsum multis locis expressum est: alius fulmebat scutum,induebatur lorica.alius,& gladio cingebat. accingitur,dixit,munitur i singulis:multos intelligere debemus, aut omnes hoc fecisse.

Tessera

ASCENSIVS.

¶ Tum regina,&c.)Narrat quomodo Iuno,quæ bellum cõsummare volebat,portas belli reserauit, omnisq; populus in arma ruit:qua occasione,describit varias ipsorum Latinorum armaturas,variasq; in ipsis habendis studia. De qua Dona.sic. ¶ Impulit.) Iuno impulit,quod non decebat. Ergo ostenditur pertinax inimicitia. Neque aperuit solum,sed euertit postes a cardine. ¶ Ardet inexcita.(Ecce quãtum potuit factio Iunonis. ¶ Quinq; ad.) Numerum & magnitudinem exprimit. ¶ Vomeris.)Ecce qualis amentia vniuersorum agrestium fuit:vt instrumẽta vitæ profutura,in perniciem vitæ verteret. ¶ Tessera.)Significat nunciũ gerendum,significantem bellum. Hęc ille. ¶ Ordo est. Tum, id est tunc:cum Latinus nolẽs portas belli reserare,aufugisset: regina deum,id est deorum,scilicet Iuno,delapsa cœlo, impulit ipsa, id est in propria(vt dicunt)persona:nõ ministerio inferioris numinis:manu,scilicet sua(non construes,ipsa manu:quia ipsa, quod corripitur,nominatiui est casus)portas morantes, id est nõ apertas statim,sed quasi cũctantes,& obstantes: & ipsa Saturnia, scilicet Iuno:rupit postes belli,ferratos,id est ferro munitos:& hoc cardine,id est stipite,super quem voluitur ianua. q est quasi coeianuę:versu,id est inuerso. Versus est Ennianus, vt attestatur Seruius:in quo dicit Horatius,esse disiecti membra poetę, hoc est,licet metri ratio dissoluatur adhuc in verbis ipsis eẽ vim poeticã. Ausonia,id est Italię pars,ab Ausone dicta:inexcita, id est non excita,hoc est non commota,sed quieta, & immobilis ante ardet.f. ardore Martio, seu bellico ; pars parat ire pedes,id est pedestris: pars,id est partim populus(respicit enim ad rem, nõ ad vocem) arduus altis equis furit,id est furenti similis : vehitur campis, id est per campos:existens puluerulentus,id est plenus pulueris, & vndique perfusus puluere. Omnes,scilicet tam pedites, q equites,requirũt arma. Pars, id est ipsi partim:tergunt clypeos leues, id est leuigatos, politos, & non asperos: & tergunt spicula lucida,id est ferra spiculorum,quę tergendo efficiunt lucida, seu lucẽtia:aruina,id est pingui quodam inter carnem & cutem, vnde dicit pingui:& subigunt,id est subigendo acuunt: secures in cote,id est lapide illo,ad acuẽdum apto:& iuuat,scilicet omnes:ferre signa,scilicet bellica:hoc est,vexilla:& audire sonitus,id est clangores,quę taratantara ab Ennio vocantur. Quinq; vrbes adeo, id est valde magnę: nouant,id est innouant,qa diu:arma relique rãt:tela,id est arma inuasoria,quę de longe iniiciuntur,& hoc incudibus positis,id est dispositis ad nouanda tela:hę autem vrbes sunt,Atina potens, Tyburq; superbum:Ardea Crustumeri, id est crustumeriũ:& Antennę turritę,id est turribus insignitę:& bene inuratę:quę,scilicet vrbes cauant tegmina capitum tuta,id est ipsa tutantia,scilicet galeas,aut cassidas, & flectũt crates salignas, id est ex salice,ligno molli,& tenaci,quod difficulter perforatur, & difficilius funditur:vmbonum,id est e quibus fiant vmbones,id est curuaturę clypeorum:alii ducunt,id est obducunt,& ornant: thoracas ahenos,id est munimina pectorũ,ex ęre facta,& ocreas, id est munimina crurum:leuia,id est polita,& non aspera:ducũt, dicit,id est obducunt:argento lento,id est flexibili,& tenui: & est spondaicus versus omnis honos vomeris, & falcis, & omnis amor aratri,id est omniũ armorum agriculturæ : cessit, id est traductus est:huc,id est ad has vrbeis,vt fierent hęc arma : ipsi enim recoquunt, id est coquendo instrumenta rustica in fornacibus faciunt:enseis patrios,id est quibus pro more patrię in bello vti solent. Et classica, id est sonitus tubarum ,aut ipsæ tubæ flexiles: sonant iam,scilicet paratis armis, & instructis militibus : tessera, id est symbolium bellicum quod est, aut vox quædam inter pugnandum exprimẽda,aut signum aliud in veste, aut gestu quod omnibus sub iuramento dabatur:it,id est procedit: bello , id est ad bellum : gerendum signum scilicet discretionis ab hostibus: hic, id est quispiam ex Ausoniis:trepidus, id est festin⁹, & anxius, vt in bello tumultuario : rapit , id est arripit ad se: tectis, scilicet suis,ad quę pendebat galeam,id est tutamen capitis:videlicet cassida. Ille, id est alius : cogit, id est compellit: equos trementes, scilicet clangore bellico:ad, id est sub:iuga, id est vt iuga ferant: aut,quia more veteri, nunc etiam de curribus decertabant:aut, ad vehenda arma bellica , & machinas : & induitur clypeum , & loricam trilicem, id est tria licia , id est treis ordines annulorum habentem:auro, id est quorum vnus ordo erat ex annulis aureis. Dicitur autem lorica,quia olim fiebat ex loris corio cocto : & accingitur ense fido,aut cui confidit, aut qui virum fortem non deserit.

PIERIVS.

¶ Lucida tergunt.)Quãuis cod.nonnulli,tergunt,legant,plures tamen & probatiores,tergent,legunt.& tergo,tergis,ex vsu penitus recessisse,Seruius adfirmat. ¶ Aruina pingui.) In antiquo codice solita mutatione ex v digãmo,in b mutam, Arbina scriptũ est,perinde ac iubentutis,pro iuuentutis. In antiqs aliquot marmoribus notatũ inspicitur,ex longo tempore iubentutis, & ita iubentius Celsus,pro iuuentius. Iam vero bixit,pro vixit sexcenties notatum obseruaui. Sed illud nõ pręterierim ob vitę lõgioris memoriam,quod in æde D.Cecilię,trans Tyberim legitur.

T. FIELLENIVS IANVARIVS.
SE VIBO FECIT SIBI QVI
BIXIT ANNIS. XCVIII.

¶ Vomeris huc,& falcis honos huc omnis aratri.)Vale.Prob.i artiũ institutis,honos,habere vltimã natura longã tradit, hoc loco citato. ¶ Requoquũt.)In co.aliis,recoquunt, secunda syllaba p c. In Ro.recocũt, vtraq; per c. Nã superius diximus, referẽte Velio Longo,q literã, olim a multis exclusam fuisse, neq; a Nigidio Figulo vnq; in cometariis suis positã teste Victorino. Pręterea diximus placuisse aliis,quoties post c,sequeref u,semper q, adnotare vt mequm,tequm,sequm,scribendum procurarẽt. Quocirca,requoquunt,hi scriberent.

Pierius.

SERVIVS.

¶ Helicona deæ.) Parnasus mons Thessaliæ diuiditur in Citheronem Liberi,& Heliconẽ Apollinis, cui⁹ sunt musę. Est autem Homeri versus.
ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι
ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε, πάρεστέ τε, ἴστε τε πάντα
ἡμεῖς δὲ κλέος οἶον ἀκούομεν οὐδέ τι ἴδμεν
οἵ τινες ἡγεμόνες Δαναῶν καὶ κοίρανοι ἦσαν:
¶ Mouete.)Legimus & monete. ¶ Quibus arserit armis.) Aut splẽduerit:aut amore flagrauerit. ¶ Prim⁹ init bellũ.) Non mirũ si sacrilegus & contemptor diuũ contra piã gentem prior arma susceperit. Et sciẽda est poetę affectatio. Nã amblesiã nefas est dicere. Hic enim aliquos commemorat, quos in bello nõ inuenis. Itẽ in sequentibus aliquos inuenimus, quorũ hic nullã fecit cõmemorationem. ¶ Tyrrhenis asper ab oris.)Oriũdo Tuscus, nõ q nũc de Thuscia venit, quẽ antea pulsum a ciuib⁹ cõstat. ¶ Agminaq; armat.) Aut eorũ q eũ secuti fuerãt: sicut eius filiũ. Nec.n.credibile est solũ fugisse. Nã & Statius dicit, Vel quos mouet exul, & hæsit Tristibus aucta fides. Aut certe eorũ quos Turnus dederat. Vt Adrastus Polynici i Statio:q ait, Ne parua mouẽs inglorius arma sret. ¶ Agillina ex vrbe.) De Cerete oppido. ¶ Nequicquam.) Quia in prælio periit,nec patrum recepit imperium. ¶ Patriis qui lętior esset Imperiis.)Dignus qui haberet imperatorẽ potius,q exulem patrem. ¶ Pulchro.)Forti: vt diximus suprã. ¶ Pulcher Auentinus.) Auentinus mons vrbis Romæ est quem constat ab auibus esse nominatum:quæ de Tyberi ascendentes illic sedebãt,vt in octauo legimus, Diarum nidis domus opportuna volucrum. Quidam etiam rex Aboriginum Auentinus nomine illic & occisus & sepultus est : sicut etiam Albanorum rex Auentinus : cui successit Procas, Varro tamen dicit in gente populi Romani Sabinos a Romulo susceptos istum accepisse montem : quem ab Auente fluuio prouinciæ suæ appellauerunt Auentinum. Constat ergo varias has opiniones postea secutas. Nam a principio Auentinus dictus est ab auibus : vel a rege Aboriginum. Vnde hũc Herculis filiũ constat nomen a monte accepisse, nõ ei præstitisse. ¶ Insigne paternum.) Absolute dixit. ¶ Centum angues.) Secũdũ Simonidẽ vt diximᵒ. ¶ Collis Auẽtini sylua.) In sylua collis Auentini. Et dicendo Auentini, ostẽdit iã ante ita esse nominatũ. ¶ Rhea sacerdos.) Alludit ad nomen matris Romuli, quę dicta est Ilia, Rhea, Syluia. ¶ Furtiuũ.) Illicite conceptũ, qppe a sacerdote. Sic ait alibi, Et dulcia furta. ¶ Mista. μιγεῖσα Græce dixit. ¶ Mulier.) Cõpẽdiose mortalem dixit. Consequens namque fuerat, vt diceret Mista deo mortalis. ¶ Laurentia arua.) Laurentum ciuitas plurimum potuit. Nam omnia vicina loca, ei⁹ imperio subiacuerunt. Vnde nunc ait Arua Laurentia : cum iuxta Tyberim armenta Hercules pauerit. Secundũ antiquum situm ante Albam & Romam, Tyberis Laurẽtini fuit territoriũ. ¶ Geryone.) Geryones rex fuit Hispanię: q ideo trimembris fingitur, qa tribus insulis pręfuit,quę adiacẽt Hispanię, Balearicę minori, maiori, & Ebusę. Fingitur etiam bicipitẽ canẽ habuisse: quia & terrestri & nauali certamine plurimũ potuit. Hunc Hercules vicit, qui ideo fingitur ad eũ olla ęrea transuectus, quod habuit nauem fortem, & ęre munitatam. Sane sciẽdum declinari hic Geryones huius Geryonę. Vñ est, Ter gemini nece Geryonę: vt Anchises Anchisę. Vnde vsurpauit Sallustius, Geryonis dicẽs. Veniẽs autem Hercules,in quadam Campanię ciuitate pompam triumphi sui exhibuit:vnde Pompeii dicit ciuitas. Postea iuxta Baias, causas bubus fecit & eas sepsit : qui locus Boaulia dictus. Nam hodie Boaule dicitur. ¶ Tyrinthi⁹.) A Tyrinthia ciuitate Argis vicina,in qua nutrit⁹ est Hercules. ¶ Tyrrhenoq; boues i flumine lauit Iberas.) Admiratio,locorum longinquitate. ¶ Pila manu.)Pilum proprie est hasta Romana : vt gessa Gallorum, sarissæ Macedonum. ¶ Dolones.)Dolo est aut flagellum,intra cuius virgam latet pugio. Aut secundum Varronem, ingens contus cum ferro breuissimo. Dolones autem a fallẽdo, dicti sunt, quod decipiant ferro, cum speciem pręferãt ligni. Et multi volunt per teretes

Pandite nunc Helicona deę:cantusq; mouete:
Qui bello exciti reges:quæ quenq; secutæ
Complerint campos acies:quibus Itala iã tum
Floruerit terra alma viris:quibus arserit armis.
Et meministis enim diuæ:& memorare potestis:
Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura.
Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris
Contemptor diuùm Mezentius:agminaq; armat.
Filius huic iuxta Lausus, quo pulchrior alter
Non fuit excepto Laurentis corpore Turni:
Lausus equùm domitor,debellatorq; ferarum,
Ducit Agillina nequicq; ex vrbe secutos
Mille viros,dignus patriis qui lętior esset
Imperiis:& cui pater haud Mezentius esset.
Post hos insignem palma per gramina currum,
Victoresq; ostentat equos, satus Hercule pulchro
Pulcher Auentinus:clypeoq; insigne paternum
Centum angues,cinctamq; gerit serpẽtibus hydrã.
Collis Auentini sylua quem Rhea sacerdos
Furtiuum partu sub luminis edidit oras
Mista deo mulier:postq; Laurentia victor,
Geryone extincto, Tirynthius attigit arua:
Tyrrhenoq; boues in flumine lauit Iberas.
Pila manu,sæuosq; gerunt in bella Dolones:
Et tereti pugnant mucrone, veruq; Sabello.
Ipse pedes tegmen torquens immane leonis,
Terribili impexum seta,cum dentibus albis
Indutus capiti,sic regia tecta subibat,
Horridus, Herculeoq; humeros innexus amictu.

Universidad de Deusto Biblioteca

tes mucrones,dolones dici:per veru Sabellũ pila significari. ¶ Ipse pedes.)Ad genus respicit:nam & Hercules pedes semper incessit,cum equos habuerit nobilissimos. ¶ Torquens.)Sustinẽs. Vt, Axem humero torquens. ¶ Horridus.)Tremendus: non re vera horribilis.

DONATVS.

¶Pandite nũc Helicona deæ.)Relaturus antiquitatis memoriã, inuocat musas, vt hac comprehenderet,nec habere culpam in eo videretur vtpote,qui esset ꝓfessus ignorare se multa, alia vero leui ac tenui & incerta relatione didicisse. Merito ergo iuocat musas quoniam his occultum esse non potuit,quicquid tẽporis diuturnitas texerat, in ipsa inuocatione & cõplexione propriæ petitionis posuit ea,q̃ fuerat secuturus.q.inqt,bello exciti reges, hoc est,qui,quãti,vel quales,quę quęq; secutæ cõplerint cãpos acies: ostẽdit inæstimabilẽ multitudinẽ cõuenisse cũ regibus, qbus Itala tantũ floruerit terra alma viris,vsq; in illud,scilicet tẽpus,quo partium congressio parabatur:vult ostendere bona longæ pacis nutrisse egregios viros:belli aũt rabiem perdidisse, iccirco subiũxit,quibus arserit armis. Et meministis.n.diuæ,& memorare potestis,Ad nos vix tenuis famę perlabitur aura. Dixit causas deprecationis suæ,iccirco ait,hæc quæro,quia vetera solę potestis nosse,ac solę narrare. Ad homines quippe vix aliquę gestorũ partes leui relatione perueniunt. Catalogus iste huic interpretationũ libro nõ fuerat inserẽdus.nihil.n.habet,quod artificiose posset exponi,est quippe nominibus hominũ,gẽtium,fluuiorum,deorũ, terrarum,montium,herbarũ,prouinciarũ, ac fontiũ plenus & refertus,tñ ne qd libro decerpi videatur, dicem⁹ aliqua eius vno libro,qui tertiusdecimus erit, cũ toti⁹ operis complexione dicturi,vt historiæ per duodecim libros sparsæ,& cætera, quę supradicta non sunt,possint euidẽter apparere. ¶ Primus.i.be.tyr.) Ideo primus,quia asper,ideo primus, quia cõtemptor deorũ illorum scilicet,quibus authoribus Æneas ad Italiam venit,& ei Lauiniæ coniugiũ fuerat destinatum. ¶ Agminaq;.a.Filius.h.i.l.)Imitatus studium patris etiam lausus agmina ducebat ad bellum, cum nõ dicit quanta,plura voluit sentiri,q̃ fuerãt. ¶ Quo pulchrior alter Non fuit.) In comparatione pulchri corporis vnum prętulit lauso,postposuit aũt oẽs Italos. ¶ Lausus equum.d.) In pulchro corpore nõ facile potest reperiri fortitudo,quæ qa fuit in lauso laudatur,nam equitandi studium & venandi illic esse conuenit, vbi fuerit virtus.at in lauso maior,qa equos feros domare, & aptos humanis vsibus efficere cõsueuerat. ¶ Ducit agillina ne.ex.v.se. Mille viros.)Ideo nequicq̃,quia non erant euasuri. ¶ Dignus patris.)Dignus,bis accipiẽdum est:dignus,qui teneret patris imperium. dignus,qui nõ diceretur Mezentio patre progenitus. Mezẽtius quippe a suis eiectus est propter crudelitatem inauditam: & profan⁹ fuit. Lausus vero naturæ mitioris,& religiosus,& fortis. ¶ Post hos.) Id est post Mezentium & lausum. ¶ Insignem palma per gramina.)Venit,inquit,etiam Auentin⁹ ad bellum :hic filius Herculis fuit:vehebatur curru cum signo palmæ, more scilicet triumphantis gestans clypeum cum hydrę serpẽtibus, vt hoc genere demonstraret gloriam patris,qui eam cõtriuerat tot capitibus venenatis armatam. ¶ Collis auentini,sylua.)Auẽtinus quidem glorię causa hydram gestabat in clypeo,vt hoc signo filium se Herculis demonstraret:sed ludibrium matris hoc genere,ꝓdebatur:nam hanc rheæ sacerdotium præferẽtem stupro Hercules in Auentino monte appetijt:vnde Auẽtini tenuit nomẽ,qui furto conceptus,ac furto editus,atque nutritus relatione didicerat matris,quo esset authore susceptus:testatur autẽ signum, vt appareat tempus,quo admissum est crimen. tunc,inquit,quãdo geryone extincto p Auentinum Hercules interfecit, & boues a flumine ibero ꝑductas Tyrrhenis vndis abluit. Tali genere laudis Sallustius plenus est, nam & ipse multos collaudat, ac deprimit adiecta vituperatione. ¶ Pila manu sæuosq;.g.in.b.d.) Nõ significat cum Auẽtino aliquos venisse. sed,cum dicit genera armorũ, & gerunt arma,& pugnant,ostendit, non solum fuisse Auentinũ cuius genus & mores expressit. ¶ Ipse pedes tegmen torquens, &c.)Præter signum Hydræ,quod gerebat in scuto, opertus fuit etiam Leonis pelle,exemplo patris incedens, vt terrorem vidẽtibus immitteret:nec satis fuit aliqua arte vel subtilitate compositus,sed cum ipsis dẽtibus,& rictu leonis horrebat, vt qui eum videret,Herculem putaret esse præsentem.

ASCENSIVS.

¶Pandite nunc Helicona deæ,cantusq; mouete: Qui bello exciti reges, quæ quenq; secutæ Complerint campos acies : quibus Itala,&c.) Quia rem a memoria remotam recensendam sibi noscit,quam sine Musarum inspiratione,exeq nequeat:rursus facit inuocationem,petens sibi arcana referari,vt sciat quæ scribat, & cantus moueri,vt rite scribat. Sunt autẽ qui legant,cantusq; mouete:& sunt qui malint,Cantuq; monete,Qui bello,&c. vt in ordine construendo dicam. Donati verba hoc loco sunt. ¶ Pandite nunc Helicona deæ, cantusq; mouete.)Relaturus antiqtatis memoriam,inuocat Musas,ne siue vera,siue falsa referat,culpam habeat: & inuocando,proponit quid sit narraturus. ¶ Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris.)Primus,quia asper.primus: qa contemptor eorum deorum, quib⁹ authoribus Æneas ad Italiã venit,& coniugium Lauinię factum est. ¶ Lausus equũ domitor debellatorq; ferarum.)Laudat Lausum a fortitudine,quæ in pulchro corpore rara solet esse. ¶ Centum ãgues,cinctamq;.)Gloriæ causa hydram gestabãt:sed ludibrium matris ex hoc apparebat. ¶ Tergum leonis.)Præter hydram,etiam leonis pellem aliud insigne paternum gestabat. Hæc ille. ¶Ordo est. O deę,scilicet poetarum,Musæ,videlicet:pandite,id est referate,& aperite nunc: Heliconam,id est montem illum Bœotię,in cui⁹ nemore dicitur,natale solum,seu patria Musarum:pandite autem, ad me venturę. aut, pandite,id est recludite arcana,& secreta,quę de regibus Italię illic reposuistis:& mouete cantus,id est instigate me, vt canam, & cantu manifestem qui reges:aut monete,scilicet me:cantu, id est carmine,a vobis dictato:q reges excitati,id est excitati sup.sunt: bello.i.ad bellum:& quę acies secutę:quęq;.f.regum: cõplerint, id est compleuerint:campos,quibus viris tellus itala, id est Italica:floruerit tantum.i.intantum:& quib⁹ armis arserit, id est aut resplenduerit,aut martio furore incẽsa sit. Etenim vos diuę, meministis.i.memoria retinetis & potestis memorare,id est recellere,& narrando ad memoriam reducere:at, id est sed : vix aura tenuis famę.i.vix modicus,rumor, perlabitur nos.i. labẽdo venit ad nos,aut legatur,ad:vt.f.perlabitur ad nos vsq;. Incipit autem narrare,dicẽs,Mezentius,contemptor diuum:init primus, id est precipu⁹:bellum existens asper,i.acer & ferox, in Latinos hostes ab oris,id est regionibus:Tyrrhenis,i.Etruscis:& armat.i.armis instruit:agmina,scilicet quę duxit,Lausus fili⁹,supple ei⁹, quo alter non fuit pulchrior,excepto corpore Turni Laurẽtis, cũ Lausus esset Thuscus:Lausus(inquit)domitor.i.ad libitum gubernator: equum.i.equorum, & debellator ferarum:ducit iuxta hũc, id est iam dictum Mezentium,patrem suum:mille viros secutos, id est sequentes eum : nequicq̃, quia ipsum interimẽdum tutati nõ sunt:ex vrbe Agillina.i.Cerete oppido:existẽs dignus, q esset lętior,id est beatior:patris imperijs,i.q̃ pater illi imperator esset, non exul:aut qui pateret imperia patris benignioris, qui,videlicet non esset contemptor diuum,& dignus,cui exul: haud,id est non:esset pater,i.vt is sit,cui Mezentius nõ esset pater: sed quiuis vir,probus,& pius:Auentinus pulcher.i.honestus, & decorus:satus,i,progenitus,Hercules pulchro.i.honesto, & decoro:ostẽtat post hos.f.Mezentium,& Lausum,currum insignem:palma.i. victoria:p gramina.i.quo in graminibus victoriã obtinuerat: aut ostẽtat per gramina currum insignẽ,palma, & equos victores.i. qui vicerãt in curuli certamine:& gerit clypeo.i.in clypeo: sunt insigne.i.ornamentum:&(vt dicũt) arma paternum.i.patris sui, Herculis.s.centum angues,& hydram cinctã serpentibus.quę.f. Auentinũ:Rhea sacerdos.f.in illo loco,cum aduẽtaret illuc Hercules,edidit partu,id est peperit,& eduxit:sub auras luminis.i.in hunc mundũ:furtiuum,id est furtiue conceptũ,sup.in.sylua collis Auentini:& ita a loco in quo cõcept⁹ est, eum denominauit: edidit(dicit)mulier mista.i.commista:& quę cũ mulier esset, concubuerat.deo,scilicet Herculi:postq̃ Tyrinthi⁹, scilicet Hercules victor:extincto,id est interempto:Geryone.i.rege illo Hispanię, qui tria dicit habuisse corpora:attigit arua Laurẽtia.i.Italica, iuxta Laurentũ:& lauit boues.i.vaccas: Iberas.i. Hispanicas:flumine Tyrrheno.i.Etrusco,ad mare inferum. De hac aduẽtu Herculis dicetur latius.viij.huius,vbi agetur de Caco ab eo interẽpto. Cuius.sup.subditi:gerunt in bella, manu. f.sua:pila.i.tela longa, quę post Romanorũ erãt,& dolones.i.flagella dolosa:vnde dicit sęuos.i.formidandos,quia sunt baculi,in quib⁹ mucrones inclusi sunt,vnde addit:& pugnant mucrone tereti.i.longo & rotũdo quo dira fiunt vulnera:& veru Sabello id est quasi sabelli,seu Sabini,vti solebant.f.dolonibus,aut pilis. Ipse.f.dux eorum,Auẽtinus:existens pedes.i.pedibus,non equo incedens:sicut & Hercules pater eius:& torquens.i.sustinens,& inuoluẽs circũ se immane.i.valde magnũ:& terribile tegmen.i.tergũ,aut pellem leonis: impexũ.i.villosum:& implicitum:seta.i.duro pilo,& terribili,cũ dentibus albis:indutus capiti.i.ad caput usq;, uel pro munimento capitis,subibat sic.i.in talibus armis:horridus.i.tremend⁹:tecta regia.i.domũ regis:innex⁹ humeros.i. habẽs humeros innexos,

xos,amictu Herculeo,id est Herculano,hoc ẽ quasi Hercules vti solebat. Beroal.autem in Ser.dicit de verticibus Parnasi, sic. Authoritas Ser.cum apud grammatistas, ac literatores, plurimum polleat:effecit,vt omnes minus eruditi in hunc errorem delaberentur,asserentes Cytheronem, & Heliconem, colles esse Parnasi. Corrigendus itaque, hoc in loco est error publicus, ex authoritate eruditissimorum geographorum, qui grammaticis in locorũ descriptione haud dubie merentur anteponi. primo igitur sciendum est,quod Parnasus,mons est in Phocide regione: non autem in Thessalia, vt Plí.in.iiij.& Strab.meminit.in.ix. sub Parnaso sunt Delphi clarissimi in terris oraculo Apollinis. Helicon autem,& Cytheron,sunt in Bœotia,vt Plinius,Strabo,Mela,Solinus,reliquique omnes testantur,& Musis natale, in nemore Helicone scriptores assignant,qui & altitudine,& ambitu, non minor est Parnaso. Quod autem Parnasus biceps,& biuertex,a poetis nuncupetur:nõ ideo debemus accipere vertices, Cytheronẽ, & Heliconem:vt grammatici hallucinantur:sed ipsius montis cacumina. Cum ergo curiosius inquirerem, quęnam forẽt nomina duorum Parnasi verticum: reperi apud Herodotum in Vrania,vnum ex verticibus Parnasi,nominatum fuisse Tithorea, alterum Hyampeum, quocirca Herodoti authoritatem sequens, id credere malo,q̃ quod Cytheron,Heliconve,aut Nysa,aut Cyrrha,aut Cyrphis:nanque & id traditur, fuerint vertices nuncupati. Cyrrha, & Nysa, nomina quidem sunt ciuitatum, sed non collium: & Nysa, non est in Parnaso, sed in Helicone. Cyrphis vero,rupes est,non cacumen. Libuit hęc pauca adnotare super verticibus duobus Parnasi,ad errorem manifestarium refellendum: qui a prioribus, recentioribusq; minus eruditis passim receptus est.

PIERIVS.

¶Quæ quenq; secutæ Complerint campos acies.) In antiquis plerisq; codicibus,quemq;,per m:&,Complerunt:sed quia, Floruerit,sequitur:placet,Complerint:taceo, Cõpulerint: quod alibi legitur inemendate. ¶ Quibus Itala tantum Floruerit terra alma viris.)In antiquis omnibus exemplaribus legere est, quibus Itala iam tum Floruerit:quod mirifice placet,vt non modo, nũc dicat,Italiam vitis florere: verum ab eo, iam tempore florescere cœpisse. ¶ Contemptor diuum Mezzentius. (In antiquis codicibus: diuom. Cur vero,diuum contemptor, habitus sit, causam ponit Macrobius:Eum quippe Rutulis imperasse, vt sibi offerrent,quas dijs primitias offerebãt. Quoniam vero passim in Romano codice,Mezzentius,geminato zz, notatum inuenitur: & grammaticorum plerisq; scriptiõis eiusmodi rationem grauiter improbarunt,libuit inuestigare,nũquid temere id a librarijs, an ex vsu temporum factum esset. Cũq; vsum fuisse comperissem, ꝓ antiquissimi illius codicis authoritate tuenda, visum est quod bona lectorũ venia factum velim,aliquando latius euagari. Nam veteres etiã grammatici super huius scriptionis ratiõe diu, multumq; decertarunt. Confidenter vero Terentius Scaurus,eos dubio procul fallit dicit,qui Mezzentium, per duo zz scribũt:ignorantes duplicem literam non debere geminari. Verum idem nõ inficiatur colligere quosdam duplicem non esse eam. Negat etiã Valerius Probus, z dupliciter scribi posse: eadem obiecta ratiõe, quoniam duplex sit. Quam tamen siquis aure synceriore voluerit explorare non esse forte duplicẽ inueniet ea ratione,q̃ duplices pronunciatione ipsa quas cõtineant, intra se literas ostendũt vt ξ,& ψ, de quibus nemo dubitarit. Nam cum dixit, proferimus c,quę fuit dico,dicis:& s,quę formam preterito dat, articulatim discernuntur,non aliter q̃ siquis,dicsit:prout in Longobardicis aliquot exemplaribus,notatum est pronunciauerit. Ita in, finxit,g & s,audiuntur. Habet vero g, magnam cum c coguationẽ, vt apparet in negocio quodam,nec ocio factum est. Ob quã scribendi rationem Valerius Probus ait,quosdam existimasse,x literam superuacuam. Id vero quod de duplicium sono querim⁹,liquidius apparet in ψ:vt cum δίψαν Græce protulerimus, scriptum apud Latinos in eas literas resoluetur, quæ auditu excipiebantur,p scilicet,& s. Est quędam nomine, Dipsas anus. Hinc nõ nulli,opstitit,per p:non,obstitit,per b, scribendum præcipiunt, quod eius prõũciationis sonus sit ψ. Sed enim eadem affinitate copulatę sunt,b,& p,qua c,itidem & g: itaq; ξ,nunc cs, nunc gs, vno,eodemq; sono videtur auribus inferre. ψ vero,nũc ps, nũc bs,representare. Missas facio literas alias,in quas duplices ipsæ multipliciter resoluuntur,cum de ijs tantum,quę auditu discernuntur,nunc sermo sit. Sed enim cum, ἄζω dicimus: aut ὀράζω, vel alia eiusmodi,nullas in z pronunciatio distinctas literas, auribus quantumlibet abrectis excipimus. Sed vnum, eundẽq; sonum simplicem,& eius literæ proprium:neq; vero quis huc, σδ, δωρικῶσ, & μασδασ: vel κωμάσδω,vel φράσδω,obijciat, quæque multa grammatici de quartę cõiugationis futuro,deq; præterito medio,& aoristo secundo dicere consueuerunt,nihil enim horũ in φράζω, μάζα, & κωμάζω, aurium sensu percipimus. Sed esto cognoscatur ex resolutione vis duplicis z, quidem siquando in alias abeat literas:aut in c,aut in s,aut in g,resolui videmus. Nam quod eam in geminum ss,resolui dicunt,nondum liquet in c,quidem eam abire ex eo manifestum est, quod Zethum,& Cethum, pro Amphionis fratre,promiscue Græci scribere consueuerunt, vt Martianus Capella se obseruasse tradit. Quinetiam nomen idem per s notatum,Sethum,nonnulli prodidere. Sanne Smyrna,vnico s,quæ prius,vt idem Martianus author est,Zmyrna, z ante m præposita dicebatur. Cuiusmodi inscriptionis exẽpla, & nos in antiquorum monumẽtis obseruauimus:Romæ enim in diuę Anastasię antiquo marmore legitur, Cassia.l.l.zmyrna nutrix.v.a.xxix. Et in campo floræ, Pomponia zmyrna testamento. Eadem porro ratione,smaragdum,& zmaragdum, scriptum animaduertimus: vt in Veientibus:in arce Castri noui: vrna vetus admodum indicat,ita inscripta : DIS. MANIBVS OSSVIS ZMARAGDI. Et in hortis Ioannis Coritij:quos in so. Traiani Academiæ Roma. genio consecrauit,antiquissimo lapide legere est,M.Æmilio: M.F. Aproniano, filio dulcissimo : M. Æmilius Zmaragdus, & sperata parentes. Quid vero Lesbia ? nonne & Lezbia, per z, scribi solita est ? Sane apud Marium Maphæum Volaterranum, Aquinatum antistitem monumentum est sane q̃ antiquum in quo scriptũ, Lesbiæ ossa hic sita sunt. Ac ne nomini id aliud esse dubites, eodem marmore & Lezbia legitur, Si nomen quæris sum Lezbia. Idem in Mezzentio crediderim euenisse, quod nomen gemino ss, aliquando scribi solitum, Velius Longus ait. quo loco sunt, q pro ss geminatos: s, & z, c substituere malunt, quod mihi tantundem est, cum supra ostenderimus: ζ, & κ, pro eadem litera aliquando Græcis agnitas. Has vero qui mutarunt in zz geminatum transtulere,vel cum antiquitus, Mezzentius,duplicato zz, scriberetur, in geminum inde ss,vtrunque z commutatum est. Quod vero minus z, sit duplex, id satis, superque potuerit indicare, quod ante m, eadem syllaba præijci solita sit ab antiquis, quæ si duplex fuisset,dubio procul resilire coacta foret. Multa præterea reperiuntur exempla, tam apud Græcos, quàm apud Latinos,in quibus z,vocalem præcedentem minime producat: quod quidem facere non posset,si duplex esset. Id forte Latini neglexerunt,qui etiam in nonnullis, ipsa re geminatis, præcedẽtem vocalem corripuere:vt,Ponite spes. Sed enim Græci regulam eam religiosissime suscepere. Quare Homerum, Aiunt nunquàm scripturum, ὑλήεσσα ζάκυνθος: si ζ duplicem agnouisset. Quod quia veritus Theocritus sit,eum aiunt, subsequentem ẽt vocalem,ob z literæ, si duplicitatem, produxisse in hoc eodem nomine καλὰ πόλισ ἀζακύνθος. Versum enim hunc spondaicum esse volunt. Sed enim, vtrum duplex litera vim habeat producendi vocalem subsequentem, an α litera dichrona,suapte vi, in zacyntho produci potuerit viderint eruditi, mihi sane minime displicet eorum sententia,qui διακύνθος, resolutionem scriptum a Theocrito contendunt. Atque ita facile persuasum habuerim eã minime duplicem esse literam,quæ id nequaq̃ pręstet, quod est duplicium maxime proprium. Quantum vero pertinet ad eius naturam, z aliter sonat simplex, aliter geminata: quæ si duplex esset,neque quidem in dictionibus inarticulatis pronunciari posset geminata,ne dum in nominibus aliquid significantibus,ex nonnullorum idiomatum vsu frequenter adeo geminaretur. Geminatas enim quas isti semper duplices aiũt, ξξ, vel ψψ, nemo vnus vnq̃ expressit. At Mezzentius geminato zz,etiã balbus non difficulter enunciarit. Sed quænã bone deus religio sit, z,vel non esse duplicem,vel non semper duplicem asseuerare, cũ peritissimorum hominum consensu,ne x, quidem semper duplex habeatur. quorum opinionem pleriq; sequuti, lõga annorum serie,s literam semiuocalem illi suppetias ferre iusserũt, vnde toties in veterum monumentis,Vixit Alexsander auxsilium Capadoxs:& in Galbę nummis,Paxs inueniuntur. Sed quia huiusmodi pleraq; nonnulli audent imperitię seculorum adscribere:Audiamus obsecro Probum in arte super x,ita differẽtem. Nã & hoc monemus, quod pauci sciunt. Siquidem non semper x litera duplex sit accipienda quando subiecta syllabam cõformat vtputa nox, & nocs:lex, & legs:felix, & felics, & cætera talia, siquidem tunc & sonum duarum literarum contineat. At vero quando prępositã syllabę existat,nõ duplex,sed simplex est accipienda,

Universidad de Deusto
Biblioteca

pienda, vt puta maximus, anxius. Nunquid nam macsimus, aut ancsius, & cętera talia? & ideo, vt diximus, quoties x litera syllabæ existat simplex, est supputanda, scilicet, s, & gs, literæ geminatæ, si vocalibus præponantur: nunquam sonum syllabæ suscitabunt. Hęc Prob⁹. At quãto honestius hæc de Z dici possunt, quæ in Latinis, & Græcis nominibus syllabæ præpositæ fere semper existat. In alterius vero linguę nominibus, nunc subiecta syllabã conformet, nũc expresso & intelligibili sono nõ aliter geminari sentiatur, q̃ si, in esse ll, in tollo: rr, in horreo, & similia. Nanq; soni diuersitatem in z simplici, & in geminato nomen hoc ostendet, μάζα, pro pane dulciario: in quo vnum quidem, z tãtum, & id leniter enũciatum auditur. Si vero, mazza: quo vocabulo, vulgo clauam appellant: & vtrunq;, z distinctum, & vox plenior, & crassior percipitur: non aliter quasi teras, a tero, teris: &, Terrasq;, tractusq; maris, enunciaueris. Liceat vero mihi exempla quædam, ex ea, quę nunc in Italia viget lingua desumere. Quod & Adamãtio, & Capro, & aliis, vbi de huiusmodi aliqua re disputandum sit bona est venia concessum. Neq; clarissimi ętate superiore viri Iouinianus Pontanus, & Hermolaus Barbarus, talia sunt aspernati. Quinimmo illud forte nõ temere asseuerarim, z aliam apud Græcos literam, aliam apud Latinos esse: si quo apud Græcos, & quo apud Latinos sono pronuncietur, diligentius animaduerterim⁸. Nam cum Græci, νίζω, hoc est lauo, dicunt: aut φύζιον, fuga: aut, ὑάλινα ζακύνθου, aut ζάμπια oppidum: non aliter fere apud Latinos sonat ei⁹ literæ vox in ore Græcanico, q̃ si Niso, simplici s, aut Phrysis, Sacynthus, Sama, ore Latino pronuncientur. Contra vero, si Græcus Latinum hominem audierit pronunciantem, vel Lisiam, vel Aspasiam, si quem audierit, sonum suæ linguæ literis scribere voluerit, λίζιον dubio procul, & ασπάζιον scribet. Siquidem, s, apud ipsos pleniori sono, vibratiusque pronunciatur, q̃ apud Latinos, apud quos ea litera nescio quo pacto liquidior videtur esse. Et vt Caper ait, in Etruria raro exprimitur ob exilitatem. Longe vero validius sonat f, cum Græci φύσιν dicunt, quam cum Latini, confusim. Ea autẽ de pronunciatione loquor, quę viget ætatis nostrę vsu. Nam quæ fuerit in antiquis, tam Græcis, q̃ Romanis pronũciatio ignoratur prorsus, vsq; adeo tam apud illos, q̃ apud nos omnia pessum ierе. Vel a pristina illa Venere prędualente barbarie degenerarunt. Audiui tamẽ Patauĩ, M. Musurũ cum Græcas literas summa omniũ admiratione profiteretur. Et iucundissima eius consuetudine, quãdiu Rome vixit, in eodem contubernio, apud Clariss. principem Iulium Cardinalem Med. fruebar, Ianum Lascarin tãti nominis virum, & Venetũs, cum regis Galliarum orator esset, & Romæ colui, cum Basilio Chalcondylo Demetrij F. dum in gymnasio Romano Græce profiteretur, familarissime vixi, omnes eo, quem dixi sono, literas has pronũtiare memini. Nostri vero cum Latine loquuntur, z eo sono pronunciant, quo Bononienses, & Æmilia ferme tota, g, consonantẽ quintam. Nam quod Latini, legere, dicũt: Bononiẽses, lezere, proferunt: & Zeorzium, pro Georgium, & huiusmodi reliqua. Deinque idem in z, apud Latinos, son⁹, qui apud Hebręos in zain. Ea enim simpliciter scribitur: nisi cum daghes pũctum, qui duplicẽ facit literam, admittit, cũ ipsi interim, alias quasdam literas ostẽtent: quibus sonus ille, nunc plenior, nunc incitatior, euibretur, suis modo punctis, modo notis quibusdã, & apicibus distinctas quas tamen omnes, in vnum z, tam apud Latinos, q̃ apud Græcos, abire necesse sit. Quod, nisi Latinis cõcedatur, vt in aliquib⁹ literis, Hebręos imitari valeant. Id impium saltem fuerit, nolle in Etruscis nominibus, Etrusci nos vsum idiomatis imitari. Nomẽ Etruscum, est Mezzentius. Consonantes ea natio, tum reliquas, tum prącipue z, geminare gaudet. Quod si, vt Velius Longus ait Messentius scribi solitum sit, s geminato. s vero vti ex marmoribus antiqs comprobatum est, in z abire consueuerit: non est mihi mirum vtrunq; si, in zz, totidem transmutata. Nissa vrbs, vt author est Theodor⁹ in orthographię prąceptis, ss duplicato scribitur. Eadem apud Etruscos, & vniuersos Italos, zz geminato, Nizza, passim & scribitur, & enunciatur, & pleraq; alia, quę in Latinis dictionibus, vnica & simplici consonante proferũtur: per geminatum zz, scriptitamus: & huiusmodi pronunciatio equis omnium auribus toti⁹ iam Italię lingua comprobata est. Neque vero ausit quisquam eam barbaram appellare linguam: quam nũc Itali viri omnes vt quisq; maxime excellit literatura, ita maiori studio ostẽtare, ac posteritati commendare affectant. Neq; minorem ex poematibus ea lingua conscriptis gloriã sibi proponunt q̃ ex Latinis, Græcisue literis, quas studiosissime fuerint assecuti. Quique omnino politiores haberi volunt, tam facere ad literarũ & bonarum artium ornamẽtum idiomatis Italici cognitionem putant, q̃ Græcas literas ad Latinarum necessitatem. Sed quid a vulgo exempla mutuemur, cum ipsamet natura ostẽdat, z in medio nomine, proferri non posse nisi geminatum. Nam si Mezentius enunciaueris, adeo sonus ille primę, secũdęq; vocali inhærebit, vt cui prorsus adcommodata sit, ea consonãs ignores: quod Valerius Prob. non inficiatur, tametsi in ea est sententia, vt z geminatum scribi nõ debeat. Aut igitur Mezen, vnicam esse syllabam dicẽdum erit: quod absurdum est: aut, si distinguere velis, suum vnicuiq; vocali, z fuerit applicãdum. Sed esto noluisse Græcos, z vnquam duplicari, dum equo forsan delicatius omnes, pnunciãdi veneres affectant, quos ideo nostri elusere, quod fermo ille enim mium mollis haberetur, & illecebris, adblanditionibusq; amantium prącipue conueniret: vel huiusmodi sit eorũ lingua, vt in z geminati pronunciatione flecti nequeat. Quid tum, nõ ideo posterunt Latini quicquam pronunciare, quod Græci proferre nequerint? At qui tertias vtriusque numeri voces in verbis, nos proferimus: quod illis adeo est a natura negatum, q literam tam frequentem apud nos, tamq; concinnam neque forma, neq; enũciatione quisquam apud eos inuenerit: quare pro Quinct⁹, Koinctos illi scribere coguntur, quod ad Græcorum morem scriptũ in aliquot adhuc inscriptionibus antiquis inspicitur, vt in ędc. Steph. Rotundi. Cointo Augu. lib. Afrũ ministrat. Proinde nos h, inter literas, non illiteratorum hominum consensu recepim⁹, illius figuram literis, parem ordinẽ inter alias octauo loco adsignauimus, sonumq; proprium & potestatem obtulimus, quam in, nihil: nonnullisq; aliis huiusmodi palam exercere posset, cũ ea inter accentuum apices apud eos pro nota cuiusdam spiritus recenseatur. Prąterea nos, non omneis Græcorum literas admisimus, non enim ῆτα, neque ὦτα, neque φῖ, neq; χῖ, Latinorum quisquam adnotauit. Sed has, quas illi densas appellant, inaliquis nos per duas potius literas explicare: si modo, h, in literarum collegium adscitam non exigamus. ῆτα vero adiectione tãtum temporis, sub e Vocalis, figura expressimus, quid vero illud quod i, & u, literas vocales, consonantes nonnunq; appellam⁹? Ac tot in dictionibus duplices etiam esse profitemur? An nõ licebit hoc facere Latinis, quia nõ ita Græci faciunt? Denique cum tam multa sint, quę Latini diuersa a Græcorum modis esse voluerũt, infirmum mihi videtur argumentum, ea de causa z, passim duplicem asseuerare: quia nũquam apud Græcos geminetur. At dicet aliquis, Latinam olim linguã neque k, neque y, neque z, recepisse, neque harum vnquã mentionem apud Romanos extitisse. Ni si postq; peregrina nomina sonũ hunc intulere cũq; omnia, quæ literam z, admittũt, nomina peregrina sint, tametsi ciuitate donẽ tur, habitum ea, non naturam commutare. Sed de k, deq; y, alibi latius disseruimus. Vt vero, quod nunc instat, agamus, Velius Longus author est, z, in Saliari carmine reperiri, ac perinde sermoni nostro nõ alienam. Quare cum ea litera vno modo habeat apud Græcos, alio apud Etruscos, & per Italiam vniuersam. Apud Hebręos vero multipliciter & notetur & enuncietur, vt Græca quędem nomina, quę in Italiam commigrarunt, ad Græcorum normã scribenda censuerim: ita Etrusca & Hebręa suis legibus viuere permiserim, neq; absurdum vnquam iudicauerim Mezzẽtiũ, Etruscum nomen, ad Etrusce: siue dicere malis Italicę linguę consuetudinem notari, zz geminato: qui tam multa huiꝰ linguę vocabula, eo modo citra vllam offensionem audiamus, & non graue proferamus. Quod vero Diuom, per u, & o, in antiquis codi. habetur, nõ ignoro esse literatissimos viros, q scriptionis huiusmodi rationem haud quaquam admittere voluerint: quod Diuum, aiũt per syncopam: ex dictione Diuorum, o, & r, mediis literis expunctis, factum. Sed hoc nihil prohibet quin veteres illi suo iure facerẽt: qui terminationem eam, quę per uu geminatã esset, in omnibus formis abhorrebant: quare tã accusatiuo, q̃ genitiuo casu, diuom, scriptitabant: ita euom, saluom, riuom, & distinctis etiam syllabis, suom maretium: & sexcenta huiusmodi, quorum exempla ex inscriptionibus ãtiquis passim toto opere dispersimus. Et nos ita sæpe scribẽdum curauimus: quia sępissime ita scriptum in antiquis Virg. cod. offenderamus, & Fabium Quintilianum affirmare videbam⁹ ad tempora vsque prąceptorum suorum, ceruom, & seruom, & similia, u & o, literis scripta: ea adiecta ratione, quod subiecta sibi vocalis in vnũ sonum coalescere, & cõfundi nequiret. Sed quoniam satis superq; sum⁹ euagati, quod eruditorum quorundam amicorum gratiæ dedim⁹, tempus est vt ad instituti operis negocium reuertamur. ¶ Filius huic iuxta Lausus.) Codices aliquot antiqui legũt, Fil⁹ huic fuerat Lausus. Aliquot alij, filius hunc Lausus iuxta. Alij, huc iuxta, q̃ quãuis ita multipliciter legãtur, non tamen a Vulgata lectione, q̃

est, filius huic iuxta Lausus: discedendum est. ¶ Satus Hercule pulchro Pulcher Auentinus.) Sũt codices in quibus, Hercule forti, legatur. Obseruatũ vero est alibi, Herculi nomẽ a fortitudine iditum. Nam Alcides, ἀπὸ τῆς ἀλκῆς: hoc est a robore, atq; viribus, appellatus est. Ptuo vero ego, forti, loco hoc, Seruianam esse paraphrasim qui, pulchrũ, pro forti, poni dicit. Multum prąterea venustatis: & decoris est in ea agnominatiõe: Satus Hercule pulchro Pulcher Auentinus: vt id deniq; sit, quod Horatius ait, Fortes creatur fortibus, Est &, ostẽdit equos, i aliquot antiquis. Sed longe melius: ostẽtat. ¶ Furtiuũ partu sub luminis edidit auras.) Antiqui pleriq; codices legũt, fortiuo partu: & orast non auras, quanquam exemplaria itidem vetera non desunt, in quibus, Ad sublimeis edidit auras: legere est. Sed. n. sub luminis edidit oras magis omnino placet: vt Lucretianũ illud sapiat, Dias in luminis oras. Nam qui, auras, scripsere, forte secuti sunt eorum suppositionem, qui ollã, aulam: plora, plaustra: & alia eodem modo scribere malebant. Atq;, vt de mutatione huiusmodi aliquid vlterius referamus, scimus oratã, ex Verrio Flacco, teste Festo, piscis genus a colore auri appellari: quod veteres o, p au, ponebãt. Hinc Sergiũ, quod annulis aureis & gradibus vteretur, Oratam appellatum. ¶ Collis Auentini sylua.) In co. aliquot antiquis, in sylua, legitur. Magis vero Virgilianum videtur absq; prępositione dictum. ¶ Boues in flumine lauit hyberas.) In codicib⁹ aliquot antiquis, hyberos, virili genere legitur. Sed in vsu frequentiori est pro fœmininum dicere, vt red didit vna boum vocem, & abstracteq; boues, cũ & tauros etiam abstraxisset, ¶ Ipse pedes tegmẽ.) Antiqua omnia exemplaria, tegimen, legunt: vt etiam in. iij. Cõsertũ tegimen spinis. Inferius tamen est, Tegmen habent capiti: κατὰ συγκοπήν. ¶ Terribili impexũ seta.) In codicibus aliquot, implexum, legitur: sed, impexum, magis receptum.

SERVIS.

¶ Tyburtia mœnia linquũt) De græcia tres fratres venerunt ad Italiam: Catillus, Coras, Tybur vel Tyburnus. Hi simul omnes vna fecere ciuitatem: & eam de fratris maioris nomine Tybur appellauerunt: licet & alias fecerint singuli. Nũc ergo dicit duos ad bella venisse, dimisso in ciuitate ad custodiam Tyburte vel Tyburno. (¶ Catill⁹.) Vñ mõs Catilli: quem Catelli dicunt per corruptionẽ. ¶ Coras.) A cuius nomine est ciuitas in Italia. Defecendunt centauri.) Ex hac comparatiõe equites eos fuisse intelligimus. Quod tñ dictum⁹ est postea, Nec nõ cessere q; Latini: Et cũ fratre Coras, & virginis ala Camillæ. Homolen, Othrynq; niualẽ.) Mõtes Thessalię. Fingens sylua locũ, & magno cedunt virgulta fragore.) Cedit sylua, cedũt virgulta: cũ vtiq; a maiore ad maius venire debuerit. ¶ Nec Prenestinæ fũdator defuit vrbis.) De ciuitatibus totius orbis multi quidẽ scripserũt: ad plenũ tñ Ptolemæ⁹ Græce, Latine Plinius. De Italicis etiã vrbibus Iginus plenissime scripsit, & Cato in originibus. Apud omnes tamen fidiligenter aduertas, de authoribus conditarum vrbiũ dissensio inuenitur, adeo vt ne vrbis quidem Romæ originẽ possit diligenter agnosci. Nã Sallust⁹ dicit, Vrbẽ Romã sicut ego accepi, cõdidere atq; habuere initio Troiani, & cũ his Aborigenes. Alij dicũt ab Euãdro: fecũdũ quos Virgilius, Tũc rex Euandrus Romanæ cõditor arcis. Alij a Romulo, vt En huius nate auspiciis illa inclyta Roma. Si igit tãtę ciuitatis certa ratio nõ apparet nõ mirum si in aliarum opinione dubitat. Vnde nec hystoricos nec commentatores varia dicentes imperitię condemnare debemus. Nam antiquitas ipsa creauit errorem: & pleriq; fundãt, pleriq; augent, & ad se transferunt nomina: quam rem etiam non paruum errorem afferre manifestum est. Vt ecce Laurẽtum a Pico factum est. Vt, Laurentis regia Pici. Item a Lauinio Latini fratre & Lauinium dictum. Item a Latino Laurentum. Itẽ a Lauinia Laurolauinium. ¶ Nec Prænestinæ fundator defuit vrbis.) Prænestę locus est haud longe ab vrbe, pictus ἀπὸ τῶν περίων, id est ab ilicibus, quæ illic abũdant. Ibi erant Pontifices & indigetes, sicut etiam Romæ. Erãt etiam illic duo fratres q diui appellabantur. Horum soror dum ad focũ sederet, desiliens scintilla eius vterum percussit: in de dicitur concepisse. Postea enixa, puerum iuxta templũ Iouis abiecit: quem virgines aquatum euntes iuxta ignẽ inuentum sustulerunt: quia a fonte haud longe erat. Vnde Vulcani dictus est filius. ¶ Culus) autẽ, ideo quia oculis minoribus fuit: quam rẽ frequenter efficit fumus. Hic postea collecta multitudie, postquã diu latrocinatus est, Prænestinã ciuitatẽ in montibus cõdidit. Et cum ad ludos vicinos populos inuitasset, cœpit eos hortari vt secũ habitarẽt: & p gloria iactare se filiũ esse Vulcani. Quod cũ illi nõ crederent, inuocato Vulcano vt eũ filiũ cõprobaret, omnis illius multitudinis chor⁹, est flãma circũdatus. Quo facto commoti oẽs simul habitauerũt, & Vulcani filiũ esse crediderũt. Hinc est. ¶ Omnis quẽ credidit ætas.) Quasi post dubitationẽ: & quia sine dubio ætas varia in spectaculis fuit. Dicimus autem & hoc Pręneste: vt, Quicq; altum Prænestę viri. Et hęc Prænestis, vnde est, Cũ primam aciẽ Pręneste sub ipsa Strauit. ¶ Quique arua gabinæ Iunonis) Gabij diu in agris morati, tandem Gabios cõdiderunt. Vnde perite arua dixit, nõ mœnia. Sane illic Iuno religiosissime colitur. Est autẽ locus haud longe ab vrbe. ¶ Gelidũq; Anienem.) Anio fluuius haud lõge ab vrbe est: sed hic euphoniã secutus est. Nã Ennius Asinionem dixit iuxta regulam,

Tum gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt,
Fratris Tyburti dictam cognomine gentem,
Catillusq;, acerq; Coras, Argiua iuuentus:
Et primam ante aciem densa inter tela feruntur:
Ceu duo nubigenæ, cum vertice montis ab alto
Descẽdũt Centauri, Homolen, Hotrynq; niualem
Linquentes, cursu rapido: dat euntibus ingens
Sylua locum: & magno cędunt virgulta fragore.
Nec Prenestinæ fundator defuit vrbis,
Vulcano genitum, pecora inter agrestia regem,
Inuentumq; focis, omnis quem credidit ætas:
Cęculus, hunc legio late comitatur agrestis:
Quiq; altum Prenestę viri, quiq; arua Gabinæ
Iunonis, gelidumq; Anienem, & rosida riuis
Hernica saxa colunt: quos diues Anagnia pascit,
Quos Amasene pater. non illis omnibus arma,
Nec clypei, currusve sonant. pars maxima glandes
Liuentis plumbi spargit. pars spicula gestat
Bina manu: fuluosq; lupi de pelle galeros
Tegmen habet capiti: vestigia nuda sinistri
Instituere pedis: crudus tegit altera pero.
At Mesapus equum domitor, Neptunia proles,
Quem neq; fas igni cuiquam nec sternere ferro:
Iampridem resides populos, desuetaq; bello
Agmina in arma vocat subito: ferrumq; retractat.
Hi Fescenninas acies, equosq; Faliscos,
Hi Soractis habent arces, Flauiniaq; arua,
Et Cymini cum monte lacum, lucosq; Capenos.
Ibant æquati numero: regemq; canebant:
Ceu quondam niuei liquida inter nubila cycni:
Cum sese è pastu referunt: & longa canoros
Dant per colla modos: sonat amnis, & Asia longe
Pulsa palus.
Nec quisquam æratas acies ex agmine tanto
Misceri putet: aeriam sed gurgite ab alto
Vrgeri volucrum raucarum ad littora nubem.

¶ Hernica saxa colunt.) Sabinorum lingua, saxa Hernæ vocant. Quidã dux magnus Sabinos de suis locis eiecit, & habitare fecit saxosis in mõtibus. Vnde dicta sunt Hernica loca & populi Hernici. ¶ Diues Anagnia.) Aut fertilis: aut alludit ad historiam. Nam Antonius Augusti sorore contempta, postquam Cleopatram duxit vxorem, monetam eius nomine in Anagnia ciuitate iussit ferири. ¶ Quos Amasene pater.) Aut pascis: aut fit Anptosis, quos pascit Amalenus. Est autem fluuius. ¶ Arma.) Scuta. ¶ Nec clypei.) Scuta maiora: dicti ab eo quod cęlent corpus, id est ἀπὸ τοῦ καλύπτω. ¶ Fuluosq; lupi de pelle galeros.) Galerus genus est pilei, quod Fronto genere neutro dicit hoc galerũ. ¶ Vestigia nuda

Universidad de Deusto Biblioteca

nuda sinistri Instituere pedis.)Atqui ipse est in pugnantibus primus:sed bene nudus est,quia tegitur scuto. Dextrũ autem tectũ conueniebat esse,quasi ab armis remotum.¶ Pero) autem,rusticum calceamentum.Et traxit hoc a Græciæ more, vnde huc transierant,vbi hoc calceamenti fuerat genus. ¶ At Mesapus equum domitor Neptunia proles.)Hic per mare ad Italiam venit. Vnde Neptuni dictus est filius,quem inuulnerabilẽ ideo dicit, qa nusquam periit nec in bello. Ignem autem ei nocere non posse propter Neptunum dicit,quia aquarum deus est. Ab hoc Enni⁹ dicit se originem ducere:vnde nunc & cantãtes inducit eius socios:& eos comparat cycnis. Domitor autem equorum,quasi animaliũ a patre inuentorum.¶ Hi fescenninas acies.)Fescẽninum oppidũ est,vbi nuptialia inuẽta sunt carmina. Ducit autem originem ab Atheniensibus. ¶ Æquosq; Faliscos.)Faliscos Halesus condidit. Hi autem immutato h in f,Falisci dicti sunt: sicut febris dicitur, quæ ante hebris dicebatur. Formiæ, quæ Hormiæ fuerunt, ἀπὸ τῶν ὁρμῶν. Nam posteritas in multis nominibus F pro H posuit. Iustos autem dicit, quia populus Romanus missis decem viris, inde multa iura collegit; & nonnulla supplementa duodecim tabularum accepit. Nam ab Atheniensibus decem habuerũt tabulas.¶ Hi Soractis habent arces.) Soracte, qui est mons apud Irpinos haud longe a Flaminia: de quo Horatius, Vides vt alta Stet niue candidum soracte. ¶ Flauiniaque aura.) Locus est in Italia Flauinium nomine. ¶ Et cimini cum monte lacum.) Et lacus, & mons hoc nomine appellantur. Sane hoc fabula habet. Aliquando Hercules ad hos populos venit. qui cum a singulis prouocaretur ad ostendẽdam virtutem, defixisse dicitur vectem ferreum quo exercebatur: qui cum terræ esset affixus, & a nullo potuisset auferri,eum rogatus sustulit. Vnde immẽsa vis aquę secuta est, quæ Ciminum lacum fecit. ¶ Lucosq; capenos.) Vnde & porta Capena, quæ iuxta Capenos est, nomen accepit. ¶ Æquati numero.) Digesti in ordinem. Hinc Sæpe numero scripsi. Hoc est ordine,congruẽter,sicut decebat,rationabiliter. ¶ Liquida inter nubila.)Pura:sed nihil tam contrarium nubibus. Nam liquidæ non sunt,vt in quinto diximus:vbi est, Liquidis in nubib⁹ arsit arundo. Vnde nubes pro aere accipiamus positas. ¶ Et lõga canoros dant per colla modos.) Secundum Plinium qui ait in naturali historia cycnos ideo suaui⁹ canere,quia colla lõga & inflexa habent:& necesse est eluctantem vocem per longum & flexuosum varias reddere modulationes.¶ Sonat amnis.) Caistrum dicit,qui cohæret Asiæ paludi: quam cum significamus, A longa est:cum sit breuis si prouinciam significare voluerimus,quod significatur in Georgicis, vt, Atq; Asia circum Dulcibus in pratis rimantur prata Caistri. ¶ Volucrum raucarum.) Raucum τὸ πικρὸν est,sicut graue olens. Nam legimus, Grauiter spirantis copia Tymbræ. Sciendum tamen Virgilium secũdum morem prouinciæ suæ locutum,in qua bene canentes cycni rauciores vocantur.

DONATVS.

¶ Tum gemini fratres tyb.m.lin.)Geminos,aut simul natos,dixit,aut duos,sicuti plurimis locis vsus est.hoc modo gemini a tenedo tranquilla per alta,horresco referens immensis orbibus angues.Item,huc geminas nũc flecte acies.& geminę cum forte columbę,& gemina super arbore sidunt. ¶ Catyllusq;, acerq; Coras.Catyllus,& Coras ab argis ducentes originem conuenerant, pugnaturi tanta fiducia,vt ante primam aciem constituti,dẽsitatem non formidarent.¶ Ceu duo nubigenę &c.)Sic ibãt, inquit, catillus, & coras elati superbia, & fidentes virtute: itaq; apparebant,vt centauri venire putarentur, cum descendunt e verticib⁹ montium,& his currẽtibus cedunt omnia, quę fortassis occurrerent.¶ Nec prænestinę fun.de.vr.&c.)In illo cõuentu multorum regum & plurimarum gentium non defuit cęculus fundator vrbis prænestinę:quem ex vulcano & sebethide nympha genitum omnes vno consensu crediderũt:hac coniectura, quia in medio igni inuentus exuri nõ potuit.¶ Hunc legio late co.agre.)Truci natura atque aspera & copiosissimum erat agmen: nam, cum dicit,late comitatur,infinitum in modum diffusam multitudinem fuisse, significat. ¶ Quique altum præneste viri. Amasenus fluuius est. ¶ Non illis om.) Illis omnibus non fuerunt armorum cultus ex more bellantium.¶ Hęc clypei, currusue sonant.) Alii enim ipsorum,& complures plumbeis massulis pugnabant iaciẽtes has p diuersa.¶ Pars spicula ge.Bina manu.) Alia pars fidebat spiculis binis.¶ Fuluoq; lupi de pel.gale.Teg.ha.ca.) Pro galeis, velamen capitibus eorum fuit,rapta pellis ex lupo in capitibus. ¶ Vestigia nu.fini.Insti.pe.) Vnum pedẽ, hoc est sinistrum nudũ habuerunt,dexterum tectum.¶ At Mesapus equum domitor,neptunia proles. Nec deerat etiam Mesapus domandis equis vehementer insistens, id est filius neptuni. ¶ Quem neque fas.i.cu.) Hunc,q; esset ex eodem genitus,nullus poterat igni vel ferro cõsumere. ¶ Iam pridem resides populos.) Idem ducebat agmen hominum,quos desuetudo corruperat, ac per hoc non valebãt belli subire certamẽ, vel maxime repentinis motibus excitatum vsque adeo trepidum agmẽ, vt ferrũ formidaret attingere.¶ Hi fescenninas acies.)Dixit loca,ex quibus diuersi cõuenerãt.¶ Ibãt æquati.)Reprehendit istos poeta. quia cum irent ad bellum,procul dubio in periculis rerum delectabat ire compositis in ordinẽ numeris,& regis festa percurrere.¶ Ceu quondã niuei.&c.) Hos cantantes & ordinibus compositis in bella tendentis comparat poeta generi auium,quę sunt inertes,& non confuse volitant.& quoties pleno ventre fuerint,satietatẽ suam canoræ vocis gratulatione testantur.¶ Nec quisquam ęratas acies.)Non inuenietur, qui putet illum auium numerum aliqua posse ratione confundi. cum tendit ad littora. sic enim conglobatæ tendunt, vt nubes.

ASCENSIVS.

¶ Tum gemini,&c.)Describit reliquos qui cũ Turno contra Æneam in bellum prodibãt.Vnde Donatus.¶ Tum gemini.) Geminos dicit vel simul natos, vel duos: vt alibi, Gemini a Tenedo. ¶ Liuẽtis plũbi.)Plumbeis massulis. ¶ Ceu,id est quomodo, hãc auium comparatione,ostendit hos inerteis,& deliciosos.¶ Hęc ille.¶ Ordo est.Tum,id est post predictos: gemini, id est duo: & equales fratres:quos si gemellos velit significare,diceret,Tũ fratres gemini,quia,si gemini id est gemelli, frustra adderet fratres quia omnes gemini,scilicet gemelli,vno partu editi,fratres sunt: fratres igitur gemini id est duo,scilicet Catillus, & Coras, perũt acer,id est strenu⁹,appositorie:iuuẽtus Argiua id est quę ex Græcia illuc venerat.Fuerunt enim filii Amphiarai,qui apud Thebas periit,nati ex sorore Adrasti:vt Pli.attestatur:linquũt mœnia Tyburtia,id est Tybur oppidum,a Tyburte,seu Tyburtio, eorũ fratre denominatum,appositorie: gẽtem dictam cognomine id est cognomẽto:Tyburti fratris,scilicet sui.Et ipsi fratres ferũtur scilicet in equis:ante primam aciem inter densa tela.Ceu id est quẽadmodũ,sup. feruntur:duo centauri nubigenę,id est ex nube geniti,sub specie Iunonis formata:cum,id est quando:ipsi linquentes id est deserentes: Homolen,& Hothryn niualem, id est montes illos Thessalię,niuibus oppletos:linquẽtes dicit,sup.cum cursu rapido:dum,scilicet ingens sylua:dat ipsis euntibus id est celeriter descendentibus locum,propter vẽtum quem secum ducũt, sup. cũ magno fragore.Nec fundator vrbis Prænestinę Cęculus, scilicet nomine,defuit:imo adfuit cũ reliquis: quem omnis ętas scilicet continuata ad tempora Poetę:credidit genitum Vulcano id est a Vulcano,existentem regem inter pecora agrestia id est in agro pasci solita:& inuẽtũ focis,id est locis, vbi ignis, cuius deus est Vulcan⁹,fouet.Legio,id est certa multitudo agrestis: qa agrestium rex erat:comitatur hunc late:quiq;,id est & qui,aut quicũque:viri colunt Pręneste,id est oppidum illud in italia, altum:& qui colunt arua Iunonis Gabinę,id est a Gabiis summopere cultæ & Anienem,scilicet fluuium:gelidum,id est frigidum:quia p syluas defluentem & saxa Hernica id est quę Herne a Sabinis dicuntur:rosida.i.irrigat:riuis.s.pręterfluentibus: &, supple illi, quos Anagnia,ciuitas illa:diues id est opulenta,pascit:& quos o Amasene pater:quia deus est fluminis: aut ipse fluuius vicin⁹ ciuitati Priuernatũ,sup. pascis.Arma nõ sonant illis omnibus,id est non ferunt secũ arma inuasiua,vt cętere nationes:nec cylpei id est arma defensiua:ve,pro vel:curr⁹ quibus.s.commeatum, aut arma ferant,aut belligerentur:sed maxima pars eorum spargit,scilicet e funda:iaciendo glandes.i.massulas,aut globulos plumbi:liuentis,i.liuorem inducentis,dum tãgitur.(Quia filio Vulcani subditi sunt,nisi nouitię sint machinæ,quas colubrinas vocãt:quadret illis glãdes iecisse,quia ministerio ignis eiiciuntur.)pars.s.eorum:gestat manu bina spicula,id est iacula in morem spicarũ acuta:& habent galeros fuluos.i.quoddam genus pileorum coloris fului,quia de pelle lupi:tegmen.i. vt sint vestimẽtũ.capiti.s.suo: & instituere vestigia sinistri pedis nuda.i.habent sinistros pedes nudos(tales enim,vt Macrobi⁹ recitat, dicit Euripides Ætholos incessisse:quod tamen reprehẽdit Aristoteles,dicẽs,Dextrum pedem illis nudum fuisse.)pero.i.calciamẽtũ:crudus.i.indigestum & rude:tegit altera.s.vestigia,hoc est dextera. At.i.sed: Mesapus domitor equum.i.equorum:proles Neptunia.filius Neptuni qa per mare in Italiam venit:quẽ neq; fas:supp. erat cuiquam sternere igni:nec ferro,id est qui neq; ferro, neq; igni extingui poterat:vocat subito in arma, populos resides,s.ab armorũ exercitio:iam pridem.i.iem a plusculis temporibus:& agmina desueta bello id est aliena a cõsuetudine bellandi:& retractat.i.iterum tractat ferrũ id est arma ferrea:hi scilicet populi,Mesapo subditi: habent id est habitant:arces Fascẽninas id est Fescenium, oppidum Italię:& Faliscos,id est illos populos, ęquos id est iustos, vt Seruius dicit:alii dicunt,Æquosq;,Faliscosq;: quia Æqui ẽt populi sunt Italię:hi habent arces Soractis.s.oppidi Apollini sacri, & arua Flauinia:& lacum Cymini,cum monte id est qui est iuxta mõtem:& canebant regem scilicet Mesapum.Ceu id est quemadmodum,sup.canunt:quondam id est aliquãdo:cycni niuei id est cãdore niuali:cum referunt sese a pastu inter nubila liqda: & dant modos id est modulos:canoros id est bene sonantes,more canẽtium,per longa colla: amnis scilicet iuxta quem canũt in Mysia: frequenter sonat id est resonat: & Asia palus, differentia regionis:pulsa,id est repercussa:a sonõ cycnorum:sonat,sup.Nec quisquam putet acies ex tanto agmine misceri æratas id est ęreis,aut ferreis armis tectas,hoc est qui dictos viros audirẽt canentes regem nõ putaret eos esse armatos,nec bellicos: sed putaret nubẽ aeriam,id est in aere volantem:volucrum raucarũ scilicet cycnorum:quorum vox dulciter raucescit:vrgeri id est depelli ab alto gurgite:quia quando vrgentur,& volare coguntur,canere incipiunt: hoc est, qui eos videret, & non audiret, putaret cycnos, non homines se audire, tam suauiter concinunt, quanq; plurimi sunt.

PIERIVS.

¶ Fratris Tyburti dictam cognomine gẽtem.)In Ro.co.Tyburni,

ni,legitur:quod nõ ignorauit Seruius.Aduerte vero, Tyburtia, per i,prima syllaba,nõ per y,scribi apud Gręcos:& ita in plerisq; veterum monumentis obseruaui.Est & vbi legas,Tiburtia limina.Sed,mœnia,omnino agnoscitur ab eruditis, vt ad cõditores fratres treis adludatur,quorum vnus tantum vrbi nomẽ dedit. ¶ Quos diues Anagnia pascit.)In nonnullis codicibus, pascis,habetur per apostrophen,vt cõueniat cum sequẽti membro,Quos Amasene pater.¶ Nec clypei, currusve sonãt.) In antiqs aliquot codicibus per,q;,copulatiuam:nõ per,ve, disiunctiuam particulam legitur.Nec clupei,currusq;. Sed,currusve,receptũ magis. ¶ Tegmen habet capiti.)In plerisq; codicibus antiqs, habent,numero multitudinis notatum est. & quod superius adnotauim⁹: tegimen:vt,regimen.Eadem proportiõe hoc quoq; loco scriptũ inueni,tegimen:per procelumaticum.sed magis placet eruditis, tegmen,per syncopam. Sicubi enim proceleumaticus pes apud Virgilium inuenitur ex iis ille dictionibus cõstat, quę vocalium hiatum habeant:vel,vt ex figura aliqua,syllabę duę in vnam coire possint,vel ex duabus vocalibus altera consonans fieri,vt i vocabulis,parietibus,& ariete,i,potest in consonantem solidescere, & in,genua labãt:u,vt nonnulli putant,pari modo pro consonãte censeri.¶ At Mesapus equum domitor.)Mesapus varie scribitur in codicibus antiquis.Aliis,ss.aliis,pp,geminantibus:id quia nondum a veteribus Grammaticis obseruatum,neq; in marmoribus vsquàm a me lectũ est:in medio relinquam.¶ Nec sternere ferro.)In antiquis aliquot exemplaribus,Nec sistere,legitur,Sed sternere,malunt omnes.

SERVIVS.

Ecce sabinorum prisco de sanguine,magnum
Agmen agens Clausus,magniq; ipse agminis instar:
Claudia nunc à quo diffunditur & tribus, & gens
Per Latiũ:postq; in partem data Roma Sabinis.
Vnà ingens Amiterna cohors,prisciq; Quirites,
Ereti manus omnis,oliuiferęq; Mutuscę:
Qui Nomentũ vrbem,qui rosea rura Velini,
Qui Tetricę horrenteis rupes, montẽq; Seuerũ,
Casperiãq; colunt,Forulosq;.& flumen Himellę:
Qui Tyberim,Fabarimq; bibunt:quos frigida misit
Nursia,& Hortinæ classes,populiq; Latini:
Quosq; secans infaustum interluit Allia nomen.
Quã multi Libyco voluuntur marmore fluctus:
Sæuus vbi Orion hybernis conditur vndis:
Vel cum sole nouo densæ torrentur aristæ,
Aut Hermi cãpo,aut Lycię flauentibus aruis.
Scuta sonant:pulsuq; pedũ tremit excita tellus.
Hinc Agamemnonius Troiani nominis hostis
Curru iungit Halesus equos:Turnoq; feroces
Mille rapit populos:vertunt felicia Baccho
Massica qui rastris: & quos de collibus altis
Aurunci misere patres,Sidicinaq; iuxta
Aequora:quiq; Cales linquunt:amnisq; vadosi
Accola Vulturni,pariterq; Saticulus asper,
Oscorumq; manus.teretes sunt Aclides illis
Tela:sed hæc lento mos est aptare flagello.
Lęuas cetra tegit: falcati comminus enses.

¶ Ecce Sabinorum prisco de sanguine.) Vsurpat hoc Nã Clausus Sabinorum dux: post exactos reges cum quinq; millibus clientũ & amicorum Romam venit:& susceptus habitãdam partem vrbis accepit: ex quo Claudia & tribus est & familia nominata. ¶ Prisco de sanguine.)De antiquis Sabinis.¶ Magnũ agmen.)Propter quinq; milia clientum. ¶ Partẽ data Roma Sabinis.) de alia traxit historia.Nã post Sabinarum raptum, & factũ inter Romulũ & Titum Tatium fœdus, recepti in vrbẽ Sabini sunt: sed hac lege vt in omnibus essent ciues Romani excepta suffragii latione. nã magistratus non creabãt. ¶ Amiterna cohors.) De Amiterno oppido.¶ Prisciq; Quirites.)Id est Sabini. Prisci autem ideo,quia post fœdus Tatii & Romuli placuit vt quasi vnus de duobus fieret populus. Vñ & Romani Quirites dicti sunt, quod nomen Sabinorum fuerit a ciuitate Curibus:& Sabini a Romulo Romani dicti sunt. ¶ Ereti man⁹ omnis.) Oppidũ est dictum a Iunone,id est ἀπὸ ἥρας, quæ illic colitur. ¶ Oliuiferęq; Mutuscę.) Hæc Trebia postea dicta est,quam modo Tribulã dicunt:apud quam Annibal deleuit populum Romanum.Lucanus,Cannarum fuimus Trebięq; iuuentus.¶ Qui Nomentum vrbem.)Hoc ex sua persona dicit poeta.Nam ad tũc ciuitas Nomentana non fuerat vt in sexto ait, Hi tibi Nomentum & Gabios.Item hęc tunc nomina erunt.¶ Rosea rura velini.)Velinus lacus est circa Reate iuxta agrũ qui Rosulanus vocatur.Varro tamẽ dicit lacum hunc a quodam cõsule, in Narran vel Naren fluuium (nam vtrunq; dicitur) esse diffusum post quod tanta est ea loca secuta fertilitas,vt etiam perticæ lõgitudinem altitudo superarit herbarum,quin etiam quantum per diem demptum esset,tantum per noctes crescebat. Quod Virgilius ad suam prouinciam transtulit, dicens,Et quantũ lõgis carpent armenta diebus, Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.¶ Tetricę horrẽteis rupes.) Tetricus mons in Sabinis asperrimus. Vnde tristes homines, tetricos dicimus. Tetric⁹. ¶ Montemq; seuerum.) Proprium nomen montis est: sicut agri. Roseus. ¶ Casperiamque colunt.) Foruli & Casperia ciuitates sunt.¶ Flumen Himellæ.) Himella fluuius est: & sic dixit Hymellæ flumen, vt Butroti vrbem. ¶ Qui Tyberim fabarimq; bibunt.)Bene bibunt.nam Tyberis in Tuscia oritur: sed trãsit etiam per Sabinos. Vnde Bibunt, non possident dixit. Et sciẽdum Turno dari auxilium a tractu Piceni Samnii Campaniæ,& pro parte Apuliæ:omnis vero Tuscia superior & Venetia Ænee præstat auxiliũ. Fabarim autem quẽ dicit, etiam ipse per Sabinos transit, & Farfarus dicitur. Plautus.Dissipabo te tanq; folia Farfari.Ouidius. Et amœnæ Farfarus vmbræ.¶ Frigida misit Nursia.) Piceni ciuitas. Frigida autem, aut re vera:aut certe venenosa, nocens.Gracchi nanq; vbiq; in cõcionibus suis Nursinos sceleratos appellauerunt: & scimus amare Virgilium historiarum rem per transitum tangere.¶ Hortinæ classes,) Hortini equites qui classes dicuntur.Vnde & eorum tubas, classica dicimus:& partes populi classes vocamus, quæ quinque fuerunt. ¶ Populiq; Latini.) Qui intererant Albani montis viscerationi. ¶ Infaustum interluit allia nomen.) Allia fluuius haud longe ab vrbe est:iuxta quem Galli,Brenno duce, decimoquinto calendarum Augustarum die deleto exercitu post triduum deleuerũt ẽt vrbem excepto Capitolio.Sane Allia additum est l. propter metrum, vt relliquias. Lucanus bene posuit, Quas Aliæ clades. ¶ Marmore.) Mari.¶ Vel cum sole nouo.) Prima æstatis parte. Nam proprie sol nouus est octauo calendas Ianuarias: sed tunc non sunt aristæ. ¶ Hermi campo.) Hermus Lydiæ fluuius, qui

superfusus

Universidad de Deusto Biblioteca

superfusus campis gignit fertilitaté. Vnde arenas aureas fingitur trahere. ¶ Lyciç flauétibus aruis.) Prouincia est fertilis frugum. ¶ Hinc Agamemnonius Troiani nominis hostis.) Hunc Agamẽnonis pleriq; comitem, pleriq; nothum filium volunt: qui cũ venisset ad Italiam audito aduentu Æneæ, in bellum ruit, non amore Turni, sed odio hostilitatis ãtiquæ. Vnde ait, Troiani nominis hostis. ¶ Rapit populos.) Raptim adducit. Etiam Campaniç loca commemorat. Nam Massicus mons est vitibus plenus. Massica autem dixit, vt Menala. ¶ Aurunci misere patres.) Isti Græce Ausones nominantur. ¶ Sidicinaq; iuxta çquora.) Ab oppido quod Sidicinum dicitur. ¶ Cales linquunt.) Ciuitas est Campaniæ. Nã in Flaminia est, quæ Cale dicitur. est & in Gallia hoc nomine, quã Sallustius captam a Perpenna cõmemorat. ¶ Amnisq; vadosi Accola Vulturni.) Fluuius iuxta Cumas cadit in mare. ¶ Saticulus asper.) Populus Campaniç asper morib⁹. ¶ Oscorumq; manus.) Capuenses dicit, qui ante Osci appellati sunt, quod illic plurimi
Aclides abundauere serpentes. ¶ Aclides illis Tela.) Aclides sunt tela quædam antiqua, adeo vt nec vsquam commemorentur in bello. Legitur tamen quod sint clauæ cubito semis factæ, eminẽtib⁹ hinc & hinc acuminibus qbusdam: quæ ita in hostem iaciũtur religatæ loro vel lino, vt peractis vulneribus possint redire. Putatur tamen esse teli genus, quod per flagellum in immensum iaci potest. ¶ Læuas cetra tegit.) Scutum loreum quo vtuntur Afri & Hispani. ¶ Falcati cominus enses.) Affectauit varietatem. Nam cõsequens fuerat, Dextras armant gladij falcati. Falcatus autem ensis est harpe, qua vsus est Persius. Lucanus, Harpen alterius monstri iam cæde rubentem.

DONATVS.

¶ Ecce Sabinorum pri. de san.) Veniebat & Lausus ex gẽte prisca sabinorũ magnus ipse, & magni agminis ductor. ¶ Claudia nunc a quo dif.) A clauso, qui ort⁹ fuerat ab ãtiquioribus sabinis, claudia gens diffusa est, & tribus per omne latium, postquam sabini admissi sunt in participationẽ Romãi imperij. ¶ Vna ingẽs amiterna co.) Ex omnib⁹ prçdictis locis auxilia pugnatura confluxerant. ¶ Quam multi libyco.) Tot populi congregabãtur ad bellũ quot sunt fluctus in mari, cum vndis pelagi Oriõ occidẽs mergitur. Constat enim in occasu vel ortu syderũ elemẽta turbari, aut cum sol nouus exoritur aristas siccatur⁹ in campo hermi, aut in armis lyciis. ¶ Scuta sonant, pulsuq; pedum tremit excita tellus.) Illis euntibus strepebant scuta, & pulsu pedum percussa terra cõtremiscebat. ¶ Hic Agamemnonius.) Ex alia parte veniebat originalis hostis Halesus, ortus ab Agamemnone: quẽ cõstabat i Troiæ excidio plurimũ sæuisse: Veniebat igitur curru vectus. ¶ Turnoq; feroces Mille ra. po.) Feroces populos, inquit, mille congesserat, qui ferrent auxilium Turno: multitudinem numeri ait, & animo truces mille populi, hoc est mille gentes accipiendæ sunt, nõ mille homines. ¶ Vertunt felicia Baccho Massica qui rastris.) Hoc est, vbi vites superessent florẽtes vini vbertate, hi rastri vertunt humentia massica. ¶ Et quos de collibus altis.) Hos omnes congregabat fauor Turni. ¶ Teretes sunt acli. il. te.) Non teretes sunt tela, sed tela illis aclides sunt teretes. ¶ Sed hæc lento mos est aptare flagello.) Hoc enim genus teli flagello aptatur, vt iaci possit, & destinata percutere. ¶ Læuas ce. te.) Læuas tegit cetra scuti genus: ¶ Falcati com. ensis.) Designando enses, ostendit dexteris manibus ferri: nec tamen rectos, vt mos est, sed curuatos in modum falcis.

ASCENSIVS.

¶ Ecce Sabinorũ, &c.) Perpetuo tenore alios duces, populosq; Italiæ describit. Vnde, cum parum sit difficultatis, nihil a Donato allatum dicunt, quod sit lectione dignum. ¶ Ordo itaq; est. Ecce quasi dicat, quod mirabere, propter generis antiquitatem: Clausus existens de prisco, id est valde antiquo sanguine Sabinorum, qui sunt populi Italiæ, non longe a Roma: agens, id est conducẽs magnum agmen: & ipse existens instar, id est in statum, & valorẽ magni agminis: a quo & tribus, & gẽs, id est progenies: Claudia, id est Claudiorũ, qui Romæ nobiles erãt. diffunditur, id est multiplicatur, diffundendo in diuersas familias: per Latium, id est totam Italiam, postq; Roma data est. s. a Romulo, Sabinis in partẽ id est postq; Sabini donati sunt ciuitate Romana. Ingens cohors Amyterna, id est ex Amyterno oppido: & Quirites Prisci. i. Sabini antiqui: & omnis manus. i. multitudo Ereti, scilicet oppidi: & Mutiscæ. i. eius vrbis: non longe a Roma, que postea Trebula dicta est: oliuiferæ, id est multum oliui, ac olearum ferentis: &, sup. ij, qui colunt Nomẽtum vrbem, & rura Velini, id est illius Lacus rosea, pro eo quod est rorida, aut rosida. i. multo rore perfusa: & ita fertili, quasi dicat, irrigua: & qui colũt rupes Tetricæ. s. regionis, vbi sunt Tetrici montes asperrimi, a quib⁹ omnes regidi, Tetrici nominantur: vnde addit, horrentis, id est rigidç, & asperç, & pro id est: montem Seuerum, scilicet Tetricum: & qui colunt Casperiam scilicet vrbem: & Forulos, etiam oppidum: & flumen Himellæ, scilicet Himellam: & qui bibũt Tybrin scilicet fluuium: & Fabarim, etiam fluuium: qui ambo, Sabiniam trãseunt: & supple. ij. quos Nursia frigida, scilicet aut natura, aut moribus, ça venefica: mittit, & classes Hortynæ, & populi Latini: &, supple illi, quos Allia, infaustum nomẽ scilicet propter cladem Romanorũ, apud eum fluuium factam: interluit id est, inter medios adluẽdo fluit: secans, id est diuidẽs eos per medium: vna id est simul, supple Venerunt: q; id est quantum, multi fluctus voluuntur: Marmore, id est mari Libyco: vbi id est quando: Orion sçuus id est sydus Orionis, sæuum, & nimbosum: conditur, id est absconditur: vndis hybernis id est hyemalibus: vel quot, supple aristç id est spicç aridç densæ id est crebræ. torrentur cum sole nouo id est recens orto: aut in principio æstatis: aut, supp. in cãpo Hermi id est quẽ Hermus fluius Lydiç: irrigat: aut in aruis Lyciæ flauentibus id est aristis flauis: tam multa, supple & tot scuta sonãt, scilicet eorum, qui in bellum congressuri sunt: & tellus est cõterita pulsu pedũ: quasi ipsi pessundata succũbere timeat: hinc id est post hos; Halesus, hostis nominis Troiani: Agamemnonius idest Agamemnonis, aut soci⁹, aut nothus, id est filius naturalis: & non legitimus: iũgit equos curru id est ad currũ: rapit, id est raptim collegit: Turno, id est in auxilium Turni: mille populos idest viros feroces, q vertunt rastris. Massica, id est montes Massicos: felicia, id est feraces: fertilesq; Baccho, id est vino: & sup. illi, quos Arunci patres, qui sunt de antiquissimis populis Italiæ: misere, scilicet in auxilium Turni. iuxta æquora Sidicina id est ab oppido Sidicino dicta: & sup. ij, qui linquunt Cales, oppidum illud Campaniæ: & accola Vulturni: amnis vadosi id est vadis pleni, & vadabilis, & pariter Saticulus, populus ille Campaniæ, in Italia: asper scilicet moribus: & manus: id est multitudo Oscorum, illorum populorum Italiæ, supple vna veniunt: Aclides id est tela, de longe iaci apta: teretes, id est in longum rotũdæ: sunt illis tela, id est pro telis: sed mos est, sup. ipsis aptare hçc, id est has Aclides, flagello lento idest Cetra dum lentum, & flexibile est: cetra, id est scutum loreum: quo rũc vtebãtur Hispani, & Aphri: tegit lçuas, id est sinistras parteis corporum eorũ. enses falcati, id est incurui, scilicet harpç, sup. tegũt: cominus, id est de prope, quasi cum manu conferta, manus, sup. dextras. Beroaldus in Seruium errantem in descriptione Trebiç, & Mytiscç, dicit sic. Quis non videt Seruium, in rebus interdũ leuissimis impingere: & toto (vt aiunt) errare cœlo: vel hoc potissimum in loco, cũ dicit apud Trebulam: quæ dicta sit & Trebia, ab Annibale victos esse Romanos: quod a fide historica penitus est alienum: naque Annibal, apud Trebiam, fluuium Placentinum, maximo prçlio vicit consules Ro. Sempronium Lõgum & Cor. Scipionem Aphricani patrem vt Liuius, Syluius, atq; Polybius apertissime, ac copiosissime narrant. & nemo vllo tempore hoc vnquam inficias iuit. Errat itaque euidẽter Seruius, existimãs Trebiam idem esse quod Trebula: cum interuallo locorum & dissimilitudine significationis disiungantur. Nam Trebia, fluuius est notissimus, iuxta Placentiam. Trebula vero, oppidum haud procul ab vrbe Romana: vt author est Plinius. Et olim Trebulanis ciuitas data fuit a Romanis: vt scribit Liuius in. x. Trebulç casei laudatissimi conficiebantur Trebulani cognominati. de quibus sic scribit Martialis in Xenijs, Trebulanos genuit, cõmẽdat gratia duplex: Siue çui flamma, siue domamur aqua. Trebiani fuerũt quoque populi contermini Trebulanis: sed hi nihil ad Trebiam: vbi Annibal Romanos profligauit. Nec versus Lucani quicquam iuuerit Seruij opinionem: cũ apertissime referatur ad Trebiam Placentinorum: perperam itaque allegatur a Seruio, q altero quoq; loco, alterum Lucani carmen, parum diligenter, parũq; curiose pensitauit: nanq; super eo Maroniano versiculo, Infaustum interluit Allia nomen. ita scriptum reliquit: Allia, fluuius est: cui additur vnum l, propter metrum: vt relliquias. Lucan⁹ bene posuit, Quas Aliæ clades. non possum nõ vehementer admirari Seruium in errores, tam pueriles, tam manifestarios, tam crebro incidere. Existimauit enim Lucani versum, referendũ esse ad cladem Alliensem: quod q; ridiculum sit, quiuis animaduertere poterit, qui librũ Lucani septimum deligentius introspexerit: in quo carmen hoc legitur, Nõ istas habuit pugnç Pharsalia parteis Quas aliç clades: cuius sensus est manifestissimus. vult enim ostẽdere Lucanus omnes alias clades, quas Romani superioribus temporibus passi sint non esse comparandas cum Pharsalica clade, q; cunctas alias exuperat. & ita, aliç, sine controuersia accipitur pro pronomine.

pronomine. Seruius vero credidit, aliç clades, accipi pro Alliensi clade, tãquam ab Alia fluuio deriuetur: cuius primam syllabam apud poetas semper productam reperi, quãuis Seruius reclamet Ouidium, Hæc erat in fastis, cui dat grauis Allia nomen. Luca. Et damnata diu Romanis Allia fastis. Syllius, Maior honorificis se extulit Allia ripis. Sic a poetis omnibus secutis naturam nominis, nulla metrica necessitate cogente, Allia, ponitur prima Syllaba producta: quemadmodum a Virgilio traditum. & per geminum ll, ab eruditis scribitur.

PIERIVS.

¶ Postq; in partem data Roma Sabinis.) In antiquis aliquot codicibus legere est, Postq; pars est data Roma Sabinis. Sed in partem vsus est superius etiam Poeta noster: In partem, prædamq;. ¶ Ereti manus omnis, oliuiferçq; Mutuscç.) In codi. aliquot antiquis, Heriti. Sed omnino, ἤρητος, Græce scribitur. & quamuis, ἀπὸ τῆς ἥρας: in honorem cuius oppidum aiunt, deducatur: nusq; tamen in Græcis authoribus adspirationẽ obseruaui: parceq; in Latinis, & in antiquis Valerij Max. codi. ꝓpe vicinum Sabinæ regionis, Eretum, scriptum est absque adspiratione: quã dictionẽ nonnulli ita deprauarunt, vt Fretum, scripserint. ¶ Mutuscæ, quoque varie scribitur, sed inemẽdate, veluti superius in plerisq; codi. Lucosq; Calenos: pro Capenos, inuenias. ¶ Qui rosea rura Velini.) Sũt quidem codices, in quibus Roscida, legatur: sed rosea, agnoscit Seruius a loci nomine. Legas tamen apud Plin. Sabini, vt quidam existimauere, a religione, & cultu deorũ Seuini appellati. Velinos incolunt lacus Roscidis collibus, qui dubio pro procul ad Virg. carmen respexisse videtur. ῥόδον tamen, agnoscunt Græci: vnde Rosius, & Roseus, Gentile nomen. Quare Seruius non imperite, Rosea, legit. ¶ Casperulamq; colunt.) Ex antiquis codi. omnino, Casperiam, legendum. ¶ Forulosq;.) In antiquis aliquot, Ferulos, habes: sed inemandate. Ita, Himillæ, pro Hymellæ. ¶ Fabarimq; bibũt.) Faburum, in antiquis aliquot codi. habetur: sed apud plures, Fabarim, lectione authorum consensu comprobata. ¶ Voluuntur marmore fluctus.) In plerisque codi. antiquis pro Marmore, littore, scriptum inuenias. Sed in Romano, Marmore: ita in Mediceo, & aliquot alijs. ¶ Scuta sonant, pulsuq; pedum tremit excita tellus.) In plerisque antiquis codi. scriptum inueni, veluti prius in impressis legebatur: Scuta sonãt, pulsuq; pedum conterrita tellus. Lectionem vero illam, Tremit excita tellus, quam nuper eruditissimi viri publicarunt: in Mediceo, & in Porcio tantum ex manu scriptis codicibus vidi. ¶ Oscorumq; manus.) Male in quibusdam antiquis codi. Thuscorũ est. ¶ Teretes sunt Aclides illis Tela.) Aclidas quidem, teli genus, Cõmentatores tradunt: de quo tamen, nemo certum asseuerat. In quodam vero antiquo codice legimus, Alcides: quod apud Græcos, & telum, & cuspidem significare manifestum est. Forte tamẽ aliquis erit, q de Aclide certius aliquid in medium ferat. Nobis enim ad plurima huiusmodi perquirẽda, ocium non fuit. ¶ Lçuã cetra tegit.) In aliquot ãtiquis cod. læuas numero multitudinis. Sed & læuam, vnitatis numero reperitur. Cetra, quoq; varie scribitur in vetustis exemplaribus. Nam & cætra, & scetra, reperitur. Sed melius ex Liuio, cetra: vnde cetrati milites.

Nec tu carminibus nostris indictus abibis
Oebale: quem generasse Telon Sebethride nympha
Fertur: Teleboum Capreas cum regna teneret
Iam senior: patrijs sed non & filius aruis
Contentus, late iam tum ditione premebat
Sarrasteis populos, & quç rigat æquora Sarnus:
Quiq; Rufras, Batulumq; tenent, atq; arua Celenç:
Et quos maliferç despectant mœnia Bellç,
Teutonico ritu soliti torquere cateias.
Tegmina queis capitum raptus de subere cortex:
Aeratçq; micant peltç: micat æreus ensis.
Et te montosç misere in prçlia Nursç
Vfens, insignem fama, & felicibus armis.
Horrida prçcipue cui gens, assuetaq; multo
Venatu nemorum, duris Aequicola glebis.
Armati terram exercent: semperq; recenteis
Conuectare iuuat prçdas: & viuere rapto.
Quin & Marruuia venit de gente sacerdos,
Fronde super galeam, & felici comptus oliua,
Archippi regis missu fortissimus Vmbro.
Vipereo generi, & grauiter spirantibus hydris,
Spargere qui somnos cantuq;, manuq; solebat:
Mulcebatq; iras, & morsus arte leuabat.
Sed non Dardaniç medicari cuspidis ictum
Eualuit: neq; eum iuuere in vulnera cantus
Somniferi, & Marsis quæsitç in montibus herbæ.
Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus vnda,
Te liquidi fleuere lacus.

SERVIVS.

¶ OEbale.) OEbalus filius est Telonis & Nymphç Sebethidis. Hçc autem est iuxta Neapolim. Sed Telon diu regnauit apud Capreas insulam cõtra Neapolim sitam. Filius vero eius patrijs nõ cõtentus imperijs, transit ad Campaniam: & multis populis subiugatis suum dilatauit imperium. ¶ Teleboum Capreas cum regna teneret.) Cum teneret. Capreas regna Teleboum. Nam Teleboæ Capreã sunt populi, quos Telon suo regebat imperio. ¶ Sarrasteis populos.) Populi Campaniç sũt a Sarro fluuio. ¶ Rufras Batulumq; tenent.) Castella Campaniæ. ¶ Arua Celennæ.) Iunonis locus Campaniæ est Celenna, sacer Iunoni. ¶ Et quos maliferæ despectant mœnia Bellæ.) Multi Nolam volunt intelligi: & dicitur iratum Virgilium nomẽ eius mutasse propter sibi negatũ hospitium: & ita aperte noluisse dicere, sed ostendere per periphrasim. Nã illic Punica mala nascuntur, vt nunc Bella pro Nola posuerit. Alij volunt accipi, vt fit Synalœpha, & legaẽ mœnia Abellæ. Cateia. ¶ Cateias.) Tela Gallica. Vnde & Teutonicum ritum dixit. ¶ Raptus de subere cortex.) Bene raptus, quia recẽs suberis cortex in quam vis formam tota flectitur facilitate. ¶ Montosç Nursç.) Ciuitas in montibus posita. ¶ Insignem fama.) Bene fama, quia occidetur: vt, Vfentemq; Gyas cadit, & Tolumnius augur. ¶ Horrida præcipue cui gens. Æquicolam gentem dicit, & morum & vitæ qualitate prçduram. Sane aliud pendet ex alio. Ideo erant horridi, quia venabantur. Ideo venabantur, quia habebant duras glebas, idest infertiles. Nam molles, feraces sunt: vt in Georgicis docet, Et cui putre solum, nanque hoc imitatur arando. ¶ Quin & Marrubia venit de gente sacerdos.) Medea quando reliquit Colchis Iasonem secuta est, dicitur ad Italiam peruenisse: & populos quosdam circa Fucinum ingentem lacum habitantes, qui Marrubij appellabantur, quasi circa mare habitantes: propter paludis magnitudinem docuit remedia contra serpentes. Quanquã alij Marrubios a rege dictos velint. Hi ergo populi Medeam Angitiam nominauerunt ab eo quod eius carminibus serpẽtes angerẽt. Ab his nunc Vmbronem venisse dicit non regem, sed ducem. Sunt aũt isti Marsorum populi. ¶ Fronde super Galeam, & felici cõptus oliua.) Frondibus comptus sertæ oliuæ. ¶ Vipereo generi.) Terrenis serpentib⁹. ¶ Grauiter spirãtibus hydris.) Atq; serpentibus. Grauiter autem spirantibus, solo nocentibus flatu. Lucanus, Ante venena nocent. ¶ Spargere.) Conficere: vt, Et spargere venena dicerunt. ¶ Arte leuabat.) Leuiores eẽ faciebat: vt. Nostrũque leues quæcunq; laborẽ. ¶ Medicari cuspidis ictũ.) Medico illam rem & illi rei sicut modulor. ¶ Liquidi fleuere lacus.) Etiam alibi.

DONATVS.

¶ Nec tu carminibus.) Pulchre trãsit ad Oebali narrationem. nam fecit quasi alterius narrationis caput, non te, inquit, præteribunt œbale carmina mea. ¶ Quem generasse telon.) Sic huius originem narrat, vt non probatum sibi aliquid dicat. sed opinione compertum. Dat tempora, vt fidem faciat auditis. ¶ Teleboum Capreas &c.) ¶ Cum iam senibus senior regnaret capreas, hunc ex Sebethide nympha suscepit. ¶ Patrijs sed non & filius aruis Contentus.) Oebalus cum prçuideret, quod sibi dimiserat pater, tenuit hçc loca, & per ea dilatauit imperium, quç superius dicta sunt. ¶ Teutonico ritu soliti.) Hi omnes imitati Teutonas mittebant telorũ species, quç cateiç dicebantur. ¶ Tegmina quis ca. ra. de. s. co.) Vt loco galearum tegerent capita, more suo tegmina de suberis cortice

tice procurabant. ¶ Æratæq; mi. peltæ. (Pro ſcutis peltas habuerunt ære fulgentes. ¶ Micat æreus en.) Mirandum non eſt ex ære fuiſſe gladium. Fertur enim veteres ſæpe æs pro ferro habuiſſe. ¶ Et te mōtoſæ &c.) Vfens quoq; partibus Turni conſenſerat. fama inſignis, armis autē ſemper felicib⁹, hoc eſt inuictis. hæc gens fuit ſemper bellis intēta: neq; vnquam viuēs de ſuo: vtpote quæ non delectaretur niſi noua præda. ¶ Cum & mar. venit de gen. ſacer.) Venerat etiam vmbro ex marrhuuiæ partib⁹ ſacerdos redimitus oleæ frondibus tanquam de pacis ocio & tranquillitate ſecurus. Hic tanta ſcientia floruit, vt ſerpentibus immitteret ſomnum, ac placaret ſæuientes, & curaret quicquid venenatis morſibus appetiſſent. his medebatur vel cantu vel manibus. Hunc autē conſtabat miſſum veniſſe regis Archippi: fuit ipſe præter ſcientiæ nobilitatem, fortiſſimus. ¶ Sed non Dardaniæ. &c.) Aut herbę in regionibus repertæ Marſorum. ¶ Te nemus angitiæ.) Doluerunt inquit, exitum tuū loca, quorum incolis profuiſti frequentius.

ASCENSIVS.

¶ Nec tu carminibus, &c.) Eandē rem proſequitur: de qua cum Donatus dicat nihil. ¶ Ordo eſt. Nec, id eſt & nō: & Oebale: tu non abibis indict⁹, i. illaudatus (ſicut Hora. Prima dicte mihi ſumma dicende camœna.) noſtris carminibus, id eſt carmina noſtra, te quoque dicent: quem Telon, rex Caprearum, fertur generaſſe, ſup. ex nympha Sebethride: ſic a loco iuxta Neapolim dicta: tunc ſup. cum teneret Capreas regna Teleboum, pro Teleboarū, qui ſunt populi Caprearū: exiſtens iam ſenior. i. prouectioris ætatis. Sed filius, ſcilicet Oebalus: nō contentus aruis patrijs. i. paternis: premebat iam tum ditione. i. imperio: late, id eſt per latum, populos Sarraſtas ſeu, Sarraſteis: & ęquora id eſt plana, & æqua arua, quę Sarnus, fluuius ille: rigat. i. irrigat. ſi text⁹ eſt, qui rigat, ordo eſt &, ſup. p̄mebat Sarnum. i. accolas eius: quos, ſcilicet Sarnus, rigat: ęquora, id eſt arua adiacentia, quę ęquora ſunt: &, ſup. eos, q tenent Rufas, & Batulum, caſtella illa Campanię, atque arua, Celennę, id eſt illius loci, in Campania Iunoni ſacri: &, ſup. eos, quos mœnia Abellę, id eſt Nolanę: vt quidam volunt: ciuitatis maliferę, id eſt aſſerentis multa mala: deſpectant, id eſt deorſum inſpectando vident: quia in altiore ſita ſunt loco: ij, ſup. ſoliti, ſupple ſunt: torquere cateias, id eſt tela Gallica, & Germanica: ritu Teutonico. i. more Teutonum: qui & Alemanni, & Germani dicuntur: queis, i. quibus populis: tegmina capitum, ſupple erāt, cortex, raptus de ſubere, id eſt de arbore illa cuius cortex facile flectitur, & leuis eſt: & queis, ſupple: peltę id eſt ſcuta breuia: ęratę id eſt ęre munita: micant id eſt reſplendent: & queis, ſeu quibus enſibus ęreus micat: & o Vfens Nurſę, montoſę id eſt vrbs illa in montibus poſita: hoc eſt, ciues eius: miſere, id eſt miſerunt (media longa) in pręlia, te inſignem fama, & armis felicibus id eſt quib⁹ feliciter vti ſolebas: cui. ſ. Vfenti: gēs. ſ. ęquicola: horrida. i. aſpera cultu, & aſſueta multo venatu id eſt frequēti venationi: duris glebis id eſt ad colendas duras glebas: pręcipue id eſt ſupra cęteras genteis: qui, ſup. exercent terram: armati id eſt exiſtentes in armis: & iuuat id eſt delectat, ſup. eos, ſemper: conuectare prędas recēteis, id eſt recenter raptas: & viuere rapto id eſt ex rapina. Quin id eſt quinetiā: Vmbro fortiſſimus, ſcilicet vir, exiſtens ſacerdos, de gēte Marruuia, quę iuxta Fucinum lacum habitans, a Medea originem traxiſſe fertur: venit ſupple in pręlia: miſſu id eſt ex miſſiōe

regis

regis Archippi exiſtēs comptus ſuper galeam: frōde: & felici oliua, id eſt frondibus felicis, & feſtę oliuæ: qui ſolebat ſpargere. i. conſicere, aut infundere: generi vipereo. i. viperis: & hydris. i. ſerpentibus aquaticis: ſpirātibus id eſt efflātibus: grauiter id eſt grauamen eorum, in quos ſpirant ſomnos: cantu id eſt incātatione: & manu id eſt herbis potētibus: & qui mulcebat id eſt mitigabat & ſedabat: iras ſcilicet viperarum, & ſerpentum aquatilium: & leuabat id eſt curabat, & tollebat: arte ſcilicet medica: morſus ſcilicet ſerpentinos: ſed non eualuit id eſt ad plenum nequiuit: medicari id eſt medice curare: ictū cuſpidis Dardanię id eſt teli Troiani, quo occiſus eſt, neque cantus ſomniferi iuuere eū: in id eſt cōtra, vulnera, & herbę Marſę, id eſt quibus gens Marſorum multū poteſt: quę hodie quoque ſerpētibus dominatur: & dicit ſe de familia ſancti Pauli: quęſitę in mōtibus, ſupple non iuuerūt eum: nemus Angitię, quod in illis regionibus eſt: Fucinus, ſcilicet lacus vnda vitrea, id eſt habens aquam vitrei coloris: & lacus, ſcilicet alij: liquidi fleuerunt te, o ſacerdos. facit enim, vt cōmiſerationē excitet apoſtrophen ad eum.

PIERIVS.

¶ Partis, ſed non & filius aruis Contentus.) In antiquis aliquot codicibus, ſed non iam, legitur. ¶ Batulumq; tenent, atque arua Celennę.) In Roma. codice. Batalum: &, Celemnę: pro Celennæ legitur: vtrunque inemendate. ¶ Deſpectāt mœnia Auellę.) Ant. omnes codices quotquot habui, Mœnia Bellę, legūt: quod vero & Abellę, legi poſſit, rationem videris apud Seruium, tum etiam apud Strabonem. Abella legitur, vbi has hoc ordine ponit vrbeis, τῆς δὲ Λατίνης ὁδοῦ, καὶ ἔτι συνέσσουλα, καὶ ἀτέλλα καὶ νῶλα καὶ νουκερία καὶ ἀχέρραι καὶ ἀβέλλα. ¶ Soliti torquere cateias.) Quia in pleriſque codicibus, i, litera longiori forma notata eſt, ſupraq; aliarum faſtigia alte producta, factum eſt vt in Romano codice, & quibuſdam alijs, Catelas: inde, Catellas, notatum fuerit. illud enim, i longum, l literam, qua nunc ſcribentes vtimur, eſſe crediderunt: quod ideo dictum nolui: quia Longobardica manus ſępe fallat in i literæ ſcriptione, niſi hoc aduerteris. ¶ Miſere in prælia Nurſę.) In Ro. cod. Nyrſę, per y ſcribitur. vt Cymarum pro Cumarum. Sunt & plerique codices, in quibus Nerſę, per e, ſcriptum eſt: ſed Nurſæ, receptum. ¶ Duris æquicola glebis.) In pleriſque veteribus cod, ęquicula, pene vltima per u notata eſt. nam eam terminationem, quæ eſt in, ola, plerunque per u, ſcribi animaduerti, vt epiſtula, quod nō in veteribus tantum codicibus: verum etiam in antiquis monumentis non ſemel obſeruaui. ¶ Quin & Marrhuuia venit de gente.) Veteres pene oēs codices, Marubia, legunt per b mutam. Romanus tamen, Marula, habet, Stephanus in ijs, quę compilauit ex Hermolao Byzantino μαρυαβὸν. ſed in ſabinis ponit, verum author ille adeo paſſim corruptus eſt, vt parce admodum ei ſit adhibenda fides. ¶ Neque eum iuuere in vulnera cantus.) Antiqui plerique codices in vulnere, legunt ablatiuo caſu, dum vulneraretur: idem tamen ſignificat in vulnera. ¶ Quęſitę in montibus herbę.) Ita habetur in Mediceo. Sed in antiquis pleriſque alijs exēplaribus legitur, quęſitę montibus, abſque, in: leue hoc fortaſſe videbitur multis: ſed ijs, qui ſeſe ſtylo exercere gaudent penſitatione non iniucūdum. ¶ Te nemus Angitiæ.) Antiqua aliquot exemplaria, Argitiæ, legunt. Sed, Angitiæ, melius ex Solino: vt etiam habetur in codice Porcio.

SERVIVS.

Fabula ¶ Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello Virbius.) Theſeus mortua hippolyte Phædram Minois & Paſiphæ filiam ſupereduxit Hippolyto. Qui cum illam de ſtupro interpellantem cōtempſiſſet, falſo delatus ad patrem eſt, quod ei vim voluiſſet iferre. Ille Egeum patrem rogauit, vt ſe vlciſceretur: qui agitanti currus, Hippolyto immiſit Focam: qua equi territi eum traxerunt. Tūc Diana eius caſtitate cōmota, reuocauit eū in vitam per Æſculapium filium Apollinis & Coronidis, qui natus erat exſecto matris vētre, ideo ꝙ cum Apollo audiſſet a Coruo ei⁹ cuſtode eā adulterium cōmittere, iratus Coronidem, maturo iam partu, confixit ſagittis. Coruum vero nigrum fecit ex albo. & exſecto vētre Coronidis produxit Æſculapium, qui factus eſt medicinę peritus. Hūc poſtea Iuppiter propter reuocatum Hippolytum interemit. Vnde Apollo iratus Cyclopas fabricatores fulminum confixit ſagittis. ob quam rem a Ioue iuſſus eſt Admeti regis nouem annis apud Amfriſum armenta paſcere diuinitate depoſita. Sed Diana Hippolytum reuocatum ab inferis in Aritia Nymphæ cōmendauit Ægeriæ: & eum Virbium, quaſi biſ virū iuſſit vocari: cuius nunc filium cognomine dicit in bellū venire: adeo omnia iſta fabuloſa ſunt. Nam cū caſtus vbiq; in ductus ſit, & qui ſemper ſol⁹ habitauerit, habuiſſe tamen fingitur filium. Re vera autē & vt ſupra diximus, Virbius eſt nomen cōiunctum Dianæ vt matri deum Attis, Mineruæ Erichthonius, Veneri Adonis.

Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello
Virbius: inſignem quem mater Aritia miſit
Eductum Aegeriæ lucis, humentia circum
Littora: pinguis vbi & placabilis ara Dianæ.
Nanq; ferūt fama Hippolytum, poſtq; arte nouercæ
Occiderit: patriaſq; explerit ſanguine pœnas,
Turbatis diſtractus equis: ad ſydera rurſus
Aetherea, & ſuperas cœli veniſſe ſub auras,
Pæoniis reuocatum herbis, & amore Dianę.
Tum pater omnipotēs, aliquē indignatus ab vmbris
Mortalem infernis ad lumina ſurgere vitę,
Ipſe repertorem medicinę talis & artis,
Fulmine Phœbigenam Stygias detruſit ad vndas.
At Triuia Hippolytum ſecretis alma recondit
Sedibus: & nymphę Aegerię, nemoriq; relegat:

Solus vbi in ſyluis Italis, ignobilis æuum
Exigeret: verſoq; vbi nomine Virbius eſſet.
Vnde etiam Triuiæ templo, luciſq; ſacratis
Cornipedes arcentur equi: quod littore currum,
Et iuuenem monſtris pauidi effudere marinis.
Filius ardenteis haud ſecius æquore campi
Exercebat equos: curruq; in bella ruebat.

¶ Quem mater Aritia miſit.) Ciuitas iuxta Albam. Mater autem propter Auguſtum dicit, qui fuerat ex Aricina matre progenit⁹: ac ſi diceret, quæ tanti author eſt generis. ¶ Ægeriæ lucis.) Nympha in Aricino nemore, quam amicā ſuam Numa eſſe fingebat, ad firmādam legum ſuarum authoritatem. ¶ Pinguis vbi placabilis ara Dianæ.) Pinguis frequenti ſacrificio: placabilis autem, ac ſi diceret, non qualis āte fuit. vel illic vel apud Centauros humano gaudens cruore. quam hiſtoriam plene in ſecūdo diximus, cum Iphigeniæ incidit cōmemoratio. ¶ Arte nouercæ occiderit.) Bene vim ſceleris expreſſit ſola nouercæ commemoratione. ¶ Pæoniis reuocatum herbis.) Aut medicinalib⁹: a Pæone medico deorum, qui Pæan ſecundum Doricos dicitur: ſecundum rationem, Pæon. Aut re vera herbam Pæoniam dicit, cuius Creta ferax eſt. ¶ Et amore Dianæ.) Amore, id eſt cura. ¶ Medicinæ talis & artis.) Quæ etiam fata diſſolueret. ¶ Pœnigenam.) Matre Pœna genitū. Alij Phœbigenam legunt, vt Probus. ¶ Relegat.) Commendat ab alijs ſegregatum. ¶ Solus.) In ſolis locis. Nam ſolus, quomodo, qui filium dicitur ſuſcepiſſe: Ignobilis.) Non vilis, ſed ignotus. quanquam poſſit etiam ad illud referri, quod dicūt quibuſdam artibus hominum vitam vltra fata protendi: ita tamen vt ſolam habeat vitæ imaginationem. videntur enim omnia facere, nec faciunt. ¶ Verſoq; vbi nomine.) De re facto: vt, OEſtrum Grāi vertere vocantes. ¶ Vnde etiam Triuiæ templo.) Exponit τὸ αἴτιον. Nam Callimachus ſcripſit αἴτια: in quibus etiam hoc commemorat. ¶ Haud ſecius.) Non ſegnius patre. Dicit autem tantæ eum fuiſſe audaciæ, vt nec paternæ mortis terreretur exemplo.

DONATVS.

¶ Ibat & Hippolyti.) Homo in dimicationibus bellicis probatiſſimi generis. ¶ Inſignē, quem mater Aritia miſit.) Ex Aritia matre genit⁹ nutrituſq; eſt i lucis Ægerię, iuxta hymetia littora, vbi Dianę ara conſecrata eſt. ¶ Nanq; ferunt.) Ferunt, inquit, quoniā audita relatur⁹ eſt, vt quid fama ferebatur, videretur dicere, nō quod ipſe plene cogitatione didiciſſet. ¶ Hippolytum poſtquam arte nouercæ.) Fuit fama occiſum Hippolytum remeaſſe in lucē, remedio herbæ Pęoniæ, & Dianæ amantis auxilio. ¶ Tum pater omnipotens.) Iratus Iuppiter rediſſe ab inferis vmbris mortuū in eius authorem facti tenebras miſit, a quibus cōtra ſtatutam legem reuocatus eſt in lucem, qui reuocari non debuit. ¶ At triuia Hippolytum.) Diana miſeratione reparati iuuenis hunc in ſecretum nemorum abdidit, Ægerię nymphæ commendās: vt illic latens ſua trāſigeret tempora, quem ne notiſſimi nominis appellatio proderet, dici virbium voluit. addidit argumentū, quo credi poſſet, quod fama narrauerat. ¶ Vnde etiam triuiæ.) Ideo, inquit, quia Hippolytus equorum furore decerptus eſt, templo & lucis Dianæ ſacratis, equi arcentur, ne in memoriam Dianæ factum, quo Hippolytus perijt, rediret. ¶ Filius ardentes.) Huius igitur filius non minore ſtudio equis & curru acer ruebat in bellum.

ASCENSIVS.

¶ Ibat & Hippolyti.) Idem facit, commemorans videlicet omneis inſigneis, quos eo tempore in Italia fuiſſe, hiſtorici atteſtantur: vnde & Virbius, Virbij id eſt bis viri, Hippolyti filium, cum alijs exercitum ducit. Vnde. qa Dona. ſublat⁹ eſt. ¶ Ordo eſt. Virbius, proles pulcherrima Hippolyti: ibat & id eſt etiam: bello. i. in bellum: quem ſcilicet Hippolyti filium Virbium: Aritia, ciuitas illa, iuxta Albam: mater ſcilicet generoſiſſimæ prolis: quia etiam Auguſti: miſit inſignem id eſt clarum, & nobilem: eductum lucis id eſt ſyluis incęduis: Ægeriæ ſcilicet nymphæ, amicæ poſtmodum Numæ circum littora Hymetia id eſt Hymeti fluminis: vbi id eſt ad quę littora, eſt ara pinguis: qa frequenti ſacrificio imbuta & Dianę placabilis id eſt mitis, & non gaudentis humano ſanguine Hippolyti, dixit prolem: nanq;, pro quia: ferunt ſcilicet plurimi: vnde fabuloſum indicat: fama id eſt ex fama, & relatione aliorum: Hippolytum, ſcilicet Theſei filium: veniſſe rurſus

ad

ad ſydera ætherea id eſt cœleſtia: qa ſunt etiam apud inferos ſydera: vnde in, vj. Solēq; ſuum ſua ſydera norūt. & ſub auras ſuperas cœli, reuocatū, ſcilicet in vitam: herbis Pæonijs ideſt medicinalib⁹: a Pæone medico dictis: aut, herbis, quæ Pæoniæ vocantur: & amore id eſt propter amorē Dianæ. Horatius tamen dicit, neque enim Diana pudicum Liberat Hippolytum reuocatum (dicit) poſtquam occiderit id eſt mortuus fuerit: arte id eſt fraudulenta inſimulatione nouercę. ſ. Phędrę, & poſtquam explerit, pro expleuerit: ſanguine id eſt vita ſua: pœnas patrias id eſt a patre, aut eius nomine, illatas: exiſtens diſtractus id eſt in diuerſa tractus: & diſſolutus equis turbatis. i. cōſternatis Phocis, videlicet ab Ægeo, illis oſtenſis, vnde Hippolytus: licet prius ſit dictus, ἀπὸ τοῦ ἵππου καὶ λύω id eſt ab hippos, qui eſt equus, & equa: & lyo id eſt diſſoluo. ferunt (dicit) ſic interemptum, veniſſe rurſus ad ſydera ętherea id eſt cœleſtia & ad auras ſuperas, videlicet cœli: reuocatum ſcilicet in vitam, herbis Pęonijs id eſt medicinalibus, aut ſic dictis, & amore Dianę. ſ. amitę Æſculapij. q eum reuocauit. Tum ideſt deinde: pater omnipotēs ſcilicet Iuppiter, ſummus deorum: indignat⁹ ideſt ęgre, & indigne ferēs: aliquem mortalem ſurgere ab vmbris infernis, ad limina vitę: detruſit ipſe quaſi dicat propria manu: repertorē talis medicinę & artis ſcilicet Eſculapium: Phœbigenam id eſt a Phœbo genitū: in vndas Stygias id eſt infernas: fulmine ſcilicet triſulco: quod Iouis telum eſt, ſicut tridēs Neptuni. At. id eſt ſed: Triuia, ſcilicet Diana: alma id eſt ſancta, aut vitę eius altrix: recondit id eſt abſcondit Hippolytum, ſedibus ſecretis: ne ſcilicet a Ioue proſterneretur: & relegat id eſt relegatum a ſe cōmēdat: nymphæ Ægerię, quæ in Italia patriam habebat: & nemori ſcilicet Ægerię ſacro: vbi ipſe ſolus: & ita ignobilis, id eſt ignotus, & tāquā ignobilis: exigeret id eſt tranſigeret: ęuum ideſt reliquum temp⁹ vitæ ſuę: in ſyluis Italis id eſt Italicis, aut ignobilis Italis, exigeret ęuum in ſyluis: & vbi eſſet Virbius, quaſi vir bis effect⁹: nomine verſo id eſt traducto ab euentu: ſicut prius Hippolytus, quia equis ſolutus: vnde id eſt qua de cauſa: eq cornipedes id eſt corneos pedes habentes, quod commune eſt epitheton: arcentur id eſt depelluntur etiam: templo Triuię: id eſt Dianę, Treis vias habentis in cœlo videlicet: vbi Luna dicitur: in ſyluis terreſtribus, vbi Diana: & in inferno, vbi Proſerpina: & a lucis, ſacratis, ſcilicet Triuię: ideo (inquit) ꝙ, id eſt quia: ipſi equi pauidi id eſt cōſternati: monſtris, videlicet Phocis: hoc eſt, vitulis marinis: effudere littore. i. p littus: currum. ſ. Hippolyti: & iuuenem. ſ. ipſum Hippolytum. Filius, ſcilicet Hippolyti, etiam Virbius dictus: de quo, videlicet, nunc loquitur: exercebat haud ſecius, id eſt nihilominus: aut non ſegnius, quāuis pater ab equis interemptus eſſet: equos ardenteis. i. acreis, & animoſos: ęquore. i. in ęquo loco, ſeu planicie campi. i. loci capacis & ampli: & ruebat in bella curru, id eſt cū curru, aut in curru, de quo depugnabat.

PIERIVS.

¶ Virbius, inſignem quem mater Aritia miſit.) Sępi⁹ dictum in Roma. codi. familiarem eſſe mutationem ex i, in e, vt in veterum aliquot monumentis negligētia. In nummis, Mauretania: & alia pleraq; ita hoc loco & Verbius, & Aretia, ſcriptū eſt. ſed Verbius, non in hoc authore tantum, ſed in alijs quoq;, per e, ſcriptum obſeruaui: per i vero ſcribi debere, oſtendit analogia: quoniam, vt apud Adamantium eſt, eum virum bis factum eſſe memorant. Cauet vero author is, ne Viuius, litera media, per v digammon ſcribatur, quoniam bis numerus, per b mutam notetur,: cum tamen eo loco, quod ſuperius attigimus: Fauium, non Fabium. contra noſtri temporis vſum pręcipiat ſcribi. Quantum vero pertinet ad vrbem, in Strabonis codicibus, ἀρίτια μετὰ, τὸ ἀλβανόν, per ἰῶτα ſcriptum: cum ἀρήτιον τῆς τυῤῥηνικῆς χώρα per ἦτα ſcribatur. Non pręteribo vero loco hoc, quod ad literę mutationem attinet: obſeruaſſe Quintili. vt ſibe, a Meſſala: ita quaſe, ſcriptum in multorum libris: comperiſſeq; ſe ex Pediano T. Liuium: ita his vſum, qui & ipſe eum ſequebatur: que nos (ait ille) i litera finimus. Quid vero illud apud Verrium, qui Scipionem Africanum, Pauli, F, redarguiſſe: per e literam enunciaſſe dicit. Contra vero Pertiſum, per i, cuius meminit Lucillus: cum ait, quo facetior videar, & ſcire pl⁹ q̄ cęteri. Pertiſum hominem nō pertęſum: dicens, ferum natura genus. ¶ Hymetia circum Littora.) In Roma. codice legere eſt, humentia circum Littora. ſed ma

Universidad de Deusto Biblioteca

sunt omnes Hymettia, ab Atticæ monte. Sed id quoq; obseruandum est apud Græcos, geminato ττ scribi ὑμηττίας nomenque obseruant τ, υ, natura procedere. ¶Phœbigenã Stygias detrusit ad vndas.) In antiquis codicibus, alibi, ad vndas, alibi in vndas, legitur. ¶Exigeret, versoq; vbi.) Plerique codices antiqui absque particula, q;, legũt. verso vbi: in qua dictione eruditioribus auribus iudicãdum relinquo, quam venustius sit legere. ¶Solus vbi in syluis Italis, ignobilis æuum Exigeret. verso vbi nomine Virbius esset.) Posse vero versum ita nulla collisione consistere ostẽdit: quod superius legimus, Antiqua e cedro, Italusq;, paterq; Sabinus. & huiusmodi pleraque apud hunc eũdem Poetam. ¶Vnde

de etiam Triuiæ templo.) Plures antiqui codices habent, templo Triuiæ: quod eorum curæ commendamus qui spondeum duobus dactylis interiectum addere carmini maiestatem agnoscũt. ¶Quod litore currum. Et iuuenem mõstris pauidi effudere marinis. In codicibus aliquot antiquis, quo littore, legitur neq; obstat Hippolytũ in Attica, non his regionibus fuisse dilaceratũ quando Poetis ea concessa licentia, vt & fabulas, & historias, non nunquam ex commodo suo peruertant. placet tamẽ quod, vt sit redditio causæ. Haud secius æquore campi.) In antiquis plerisq; codicibus, segnius, legitur: quam lectionem Seruius agnoscit, cũ dicit, non segnius patre.

SERVIVS.

Ipse inter primos præstanti corpore Turnus
Vertitur arma tenens: & toto vertice supra est.
Cui triplici crinita iuba galea alta Chimæram
Sustinet, Aethnæos efflantem faucibus igneis.
Tam magis illa fremens, & tristibus effera flammis:
Quàm magis effuso crudescunt sanguine pugnæ.
At leuem clypeum sublatis cornibus Iò
Auro insignibat, iam setis obsita, iam bos,
Argumentum ingens, & custos virginis Argus,
Cælataq; amnem fundens pater Inachus vrna.
Insequitur nimbus peditum: clypeataq; totis
Agmina densentur campis, Argiuaq; pubes,
Auruncæq; manus, Rutuli, veteresq; Sicani,
Et Sacranæ acies, & picti scuta Labici:
Qui saltus Tyberine tuos, sacrumq; Numici
Littus arant: Rutulosq; exercent vomere colles,
Circæumq; iugum: queis Iuppiter Anxurus aruis
Præsidet, & viridi gaudens Feronia luco.
Qua Saturæ iacet atra palus: gelidusq; per imas
Quærit iter valles, atq; in mare conditur Vfens.

¶Vertitur.) Idest agit. ¶Et toto vertice supra est.) Statius, Et toto despectat pectore bellum. ¶Ætnæos efflãtem faucibus igneis.) Nimios: quãtos habet Ætna. ¶Tam magis illa fremens, & tristibus effera flãmis, Quam magis effuso crudescũt sanguie pugnæ.) Legitur in arte quod tam, magis, maxime, min⁹, minime, positiuo tantum iunguntur: quod tamen tunc obseruabit, si ponãtur ad augmẽtum istæ particulæ: tunc enim vitiosam faciunt elocutionem. Cæterum si ad exæquationẽ positæ sint possunt vel comparatiuo, vel superlatiuo, vel pro his gradibus ipsæ inter se iũgi. Hinc ergo est. ¶Tam magis illa fremens, & tristibus effera flammis, Quam magis effuso crudescũt sanguine pugnæ.) Nõ enim ad prælationem positæ sunt, sed ad exæquationem. Maiores enim nostri vitia nõ in dicto, sed in significatione esse voluerunt. Hinc est in Sallustio, Ita q; quisque pessime fecit, tam maxime tutus est. Nam & hic exæquatio est, non comparatio. ¶Io auro insignibat.) Hæc Inachi filia Argiuorum fluminis fuit. Hanc amauit Iuppiter: & dum cum ea esset, Iuno superuenit. Timens ille ne deprehenderetur, Ionem mutauit in vaccam: & eam poscenti dedit Iunoni, ne pellicem confiteretur: cui Iuno Argum oculatum omnibus membris Aristodis filium custodẽ apposuit. Quem cum Iuppiter per Mercurium interemisset, Iuno eum in pauonem mutauit: Ioni vero immisit œstrum, quo diu exagitata ad Ægyptum venit, & Iouis voluntate in Isin mutata est. ¶Insignibat.) Signo suo clarum esse faciebat, sua pictura insignem faciebat. ¶Argumentum ingens.) Aut fabula, vt Cicero, Argumenta erant in valuis. Aut re vera argumentum quo se Græcum comprobare cupiebat. Hoc enim etiam Amata superius dixit, Inachus Acrisiusque patres, mediaque Mycenæ. ¶Custos.) Ne reuerti posset in formam priorem. ¶Pater Inachus.) Pater non tantum ipsius Iouis: sed author originis Turni. ¶Totis Agmina densentur campis.) Qui oculis poterant subiacere. ¶Densentur.) Denseo denses dicimus, aliter non. ¶Argiuaque pubes.) Et hoc ad generis, vt supra diximus, pertinet probationem: quod eum sequebantur Argiui. ¶Veteresque Sicani.) Bene Veteres, nam vbi nunc Roma est, ibi fuerunt Sicani: quos postea pepulerunt Aborigines. ¶Sacranæ acies.) Dicunt quendam Corybantem venisse ad Italiam, & tenuisse loca quæ nunc vrbi vicina sunt. Et ex eo populos ducentes originem, Sacranos appellatos. Nam sacrati sunt Matri deum Corybantes. Alij Sacranas acies Ardeatum volunt, qui aliquando cum pestilentia laborarent, ver sacrum vouerunt. Vnde Sacrani dicti sunt. ¶Picti scuta Labici.) Glaucus Minois filius venit ad Italiam: & cum sibi imperium posceret, nec acciperet: ideo quod nihil præstabat sicut eius pater præstiterat zonam eis transmittendo, cũ ante hac discincti essent, ostendit scutum, a quo & ipse Labicus dict⁹ est: & ab eo populi. ἀπὸ τῶν λαβῶν, quã Latine ansam vocamus ¶Picti autem scuta.) Id est in bello frequẽter probati. Nam apud maiores virorum fortium picta erant scuta: econtra inertium

& tyronum

& tyronum pura erant. Vnde est, Parmaq; in glorius alba. id est non picta. ¶Qui saltus Tyberine tuos.) Nõ originẽ, vt diximus supra. ¶Sacrũque Numici Littus arant.) Aut iã tunc sacrum, aut Prolepsis est. nam cõsecratus est Numicus postquam inuẽtum est illic cadauer Æneæ. ¶Littus arant.) Littus fluminis: vt, Viridique in littore cõspicitur sus. ¶Circæumque iugum. Circa hunc tractum Campaniæ colebatur puer Iuppiter, qui Anxurus dicebatur, quasi ἄνευ ξυροῦ, id est sine nouacula: quia barbam nunquam rasisset. & Iuno virgo quæ Feronia dicebatur. Est autem fons in Cãpania iuxta Terracinam, quæ aliquãdo Anxur ẽ dicta. ¶Et viridi gaudẽs Feronia luco.) Non vacat quod addidit viridi. Nam cum aliquãdo huius fontis lucus fortuito arsisset incẽdio: & vellẽt incolæ exinde transferre simulachra, subito reuiruit. ¶Qua Saturæ iacet atra palus.) Secundum hanc lectionem re vera Saturam paludẽ intelligimus, sed alij Asturæ legunt: quod si est, paludem pro flumine posuit. Nam haud longe a Terracina oppidum est Astura, & eiusdem cognominis fluuius. ¶Quærit iter valles. (Satis signatis verbis expressit flumen angustum. Contra de Tyberino ait, In mare prorumpit.

DONATVS.

¶Ipse inter primos.) Ipse, vbi ponitur, potioris meriti persona significatur, Deniq; sequitur. ¶Præstanti corpore. t. Verti. ar. te.) Ipse Turnus inter primos vertitur tenẽs arma, & toto vertice altior cæteris fuit. Potest etiam sic intelligi, quod ait, ipse. scilicet cũ quo tãta auxilia veniebãt. ¶Cui triplici crinita iu. ga. al. chi. &c.) Dixit causam, vnde cæteris altior videbatur. habuit, inquit, galeã cum triplici iuba habentem informatam chimæram. Itẽ ad imaginẽ veritatis expressam, vt æthnæos ignes euomere putaretur. ¶Tum magis illa fremens. Habere videbatur in fremitu & in flãmis, vt visa crudelitate crescere putaretur. (At leuem clypeum.) Ex Descripsit caput, & Galeam Turni: dicit, quid habet in clypeo. Expressa illic fuit Io nondum armata cornibus, iam tamen setis obsita, & bouis corpus ostendens, nec Argus illic defuit, qui custos virginis appositus fuerat & Inachus pater eius additus videbatur. Ornata auro vrna flumen quoddam effundens. ¶Insequitur nim. pe.) Ducem Turnum sequebatur peditũ multitudo. ¶Clypeataque totis Ag. den. c.) Quanta multitudo scutata peditũ fuit: quã cum latitudo campi nõ caperet, densabatur. vt sustineri potuisset. Argiuaq; pubes,) Omnes isti ex diuersis locis & regionibus congregati cum Turno fuerunt.

ASCENSIVS.

¶Ipse inter primos præstãti corpore Turnus, &c. Post reliquos more suo, commemorat ducem, & principẽ exercitus videlicet Turnum, dicens. Ipse, scilicet dux, & caput belli. Turnus præstãti corpore, id est habens præstãs corpus: a quo eum, plus q; ab animo, commendat: vertitur. i. agit: inter primos, id est primores, & principes viros, tenens arma: & est supra, id est præeminet toto vertice. Cui. s. Turno galea alta: crinita triplici iuba. i. habẽs quasi

pro

pro crinibus triplicem iubam id est tricam capillorũ. vt est iubas in equis: sustinet chimæram, id est mõstrum chimeræ simile, pro insigni, superpositum efflantem faucibus igneis Ætnæos, id est sulphureos, & copiosos, & quales sunt Ætnæi: sic eni erit effigies chimæræ cõstructa, vt ex motu incenso sulphure, flammas emitteret: illa, scilicet chimæra: tam, id est tanto magis, sup. est fremens & effera id est fremens, & indomita, ac terribilis ob id flammis tristibus: aut tristis odoris, aut tristitiã afferentibus, q; id est quãto. (Nam, pro eo quod est quantum, iungitur q;, positiuo: & id figurate, id est cum interrogatione admirationi cõueniente, aut alia figura: & pro quanto, vt hic: quod tamen rarum est, iungitur cõparatiuo: pro valde autẽ, superlatiuo.) q; igitur, id est quãto magis pugnæ crudescunt sanguine effuso. At, id est sed, Io. s. Inachi filia, olim in vaccã mutata: insignibat, id est insigni decorabat: auro clypeum leuem, id est politum, & non asperum: cornibus sublatis, id est depositis: Io (inquit) existens, iam obsita setis, id est duris pilis: & iam bos, appositorie, ingens argumentum, id est fabula: aut approbatio q; e Græcis oriundus esset: & Argus, & vir ille oculatissimus: custos virginis. id est iuuenculæ, scilicet ei deputatus a Iunone: & Inachus pater, scilicet puellæ, & toti⁹ generis Turni: fundens amnem, id est aquam: vrna cælata, id est sculpta: quo significabatur deus fluminis. Nimbus peditum, id est copiosus exercitus, puluerulentam nubem excitans: insequitur, s. Turnũ: & agmina clypeata id est clypeis munita: densantur, id est condẽsantur, & constipantur, totis campis: & pubes Argiua, id est iuuẽtus ab Argis oriunda: aut (reuera) Argiua: & manus Auruncæ, id

est

est exercitus Aruncorum, qui sunt antiquissimi populi Italiæ: & Rutulũ, scilicet populi, qui Argiui erant, a Rutulo denominati, sed nunc Turno subiecti: & Sicani id est Siculi veteres id est antiqui, qui inter primos Italiæ habitatores memorantur, & acies Sacranæ id est Sacranorum qui populi vicini erant ei loco, vbi nũc Roma est: aut Ardeates: & Labici, scilicet populi, a Glauco Labico denominati: picti scuta, id est habẽtes scuta depicta, ab armis ipsis victorũ: qui arant, o Tyberine, tuos saltus id est flumini tuo vicinos: & littus sacrũ id est sacram ripam, Numici, scilicet lacus in quem Æneas submersus dicitur: & exercent vomere id est sulcãt colles Rutulos: & iugum Circeum id est a Circe denominatũ queis, id est quibus aruis: Iuppiter Anxurus, id est sine nouacula dictus, quia adhuc imberbis p̃sidet: & Feronia, scilicet Iuno gaudens luco viridi: quia olim reuiruit postq; aruerat: immo combustus fuerat lucus ille qua, sup. parte, aut regiõe: atra palus Saturæ, illius regionis: iuxta Terracinam iacet id est sita est: & Vfens, fluuius ille. non longe a Terracina, in Tyrrhenũ cadens: gelidus id est frigidus: quærit iter, quia angustus est ei⁹ alueus in valleis imas: atq; conditur, id est absconditur in mare, hoc est incidit in mare Tyrrhenum.

PIERIVS.

¶Densantur.) In anti. co. & densantur, & densentur, obseruaui: vtrunq; recte, ex vsu veterũ. ¶Iuppiter Anxurus.) In antiq. sane, Iupiter, vnico p habetur. In Romano, & aliquot alijs, Anxirus, In alijs plerisq; Anxyris, per y, vt Græce scribitur. & Anxiri, per i, Latinum, ijs, qui Græce nesciebant. Iupiter.

SERVIVS.

Hos super aduenit Volsca de gente Camilla.
Agmen agens equitum, & florenteis ære cateruas
Bellatrix. non illa colo, calathisve Mineruæ
Fœmineas assueta manus: sed prælia virgo
Dura pati: cursuq; pedum præuertere ventos.
Illa vel intactæ segetis per summa volaret
Gramina: nec teneras cursu læsisset aristas:
Vel mare per medium, fluctu suspensa tumenti
Ferret iter: celeres nec tingeret æquore plantas.
Illam omnis tectis, agrisq; effusa iuuentus,
Turbaq; miratur matrum: & prospectat euntem
Attonitis inhians animis: vt regius ostro
Velet honos leueis humeros: vt fibula crinem
Auro internectat: Lyciam vt gerat ipsa pharetram,
Et pastoralem præfixa cuspide myrtum.

¶Hos sup aduenit Volsca de gẽte Camilla.) Prudẽter post impletam commemorationẽ virorum transit ad feminas. Ita enim & de Troianis legitur, qui vltimum Amazonũ auxilium postulauerũt. Quæ res ab Homero prætermissa est. Sane iã præsagium est infelicitatis futuræ, quod inter ipsa principia armantur & feminæ. ¶Volsca de gente.) De Priuerno Volscorũ oppido vt, Priuernum antiqua metabus cũ excederet vrbe. ¶Florenteis ære cateruas.) Ennius & Lucretius florens dicũt oẽ quod nitidũ est: hoc est secutus Virgilius. Aliter Acyrologia est, Lucretius, Florebat nauibus pontus. ¶Calatisve Mineruæ.) Minerua & armorũ dea est, & lanificij: sed Camilla animũ ad arma sola cõtulit. ¶Cursuq; pedum.) Bene pedum adiecit, ne per equum eius gloria minueretur: quod ei obijcitur, Quid tamen egregium, si fœmina forti Fidis equo? ¶Aristas.) Primas spicæ partes, dictas ab eo quod primæ arescant. ¶Tingeret.) Mergeret: vt, Tingat equos. ¶Iuuentus, turbaq; miratur matrum.) Ante, ornatum eius: post, arma dicturus est. Vnde Hysteron proteron in respondendo esse voluerunt: vt, Ornatum matres, viri vero arma mirantur. Sed melior sensus est, sicut dictũ est accipiamus. Ea enim sexus vterque miratur quæ sunt posita contra opinionem, vt mirentur fœminæ arma in muliere, viri ornatum in bellatrice. ¶Inhians.) Stupore quodam in ore patefacto.) Lyciam pharetram.) Quasi Lyciam. Vt legimus, Cretenses egere sagittas. ¶Pastoralem præfixa cuspide myrtum.) Non hastam myrteam, sed ipsam myrtum, Statius, Lerneam iacit ille trabem.

DONATVS.

¶Hos super. ad. vo. de gen. Camilla.) Super hos, inquit, qui e diuersis locis conuenerant, venit & Camilla bellatrix de Volscorũ gente. tantus fuit amor belli in omni Italia, tãta aduersus Æneã cunctorũ conspiratio: tantus metus vniuersis, vt etiam fœmina multitudinis, dux non dubitaret existere, fiducia videlicet nõ sexus sui, sed exercitationis. cum ipsa in eo sexu esset, qui alienus esse debuerat a bello. Ducebat tamen maximi numeri iuuentutem, equitum, atq; peditum, armis competentibus instructã, viris ipsa non inferior. incipit asserere poeta, posse vsum superare naturam. ¶Non illa colo, calathisue mi.) Despecto ad quod nata

esset,

esset, & spretis lana & colo, manus fœmineas virili studio mancipauit. ¶Sed prælia virgo.) Aderat illa duris bellis, dixit qualibus, & nõ dixit eorum numerũ, vt cumularet virginis laudẽ sub generali significatione. dura, inqt, bella in qbus maior crudelitas esset, & maxim⁹ labor. ¶Cursuque pedum præ. vẽ.) Fidebat illam non tam equorum mobilitate, quam pedibus suis tãtũ pernix, vt cursu præuerteret ventos. ¶Illa vel intactæ.) Illa, si super segetes, & super medio maris cursu vellet exerceri, tanta leuitate mobilis corporis ferebatur, vt nec aristas læderet, nec plãtis tãgeret mare: vt non iam currere, sed volare videretur. ¶Illam omnis tectis ag. que ef. iu. Tur. que mi.) Euntẽ illam in medio agmine mirabatur multitudo omnis ac sexus domibus & agris in apta prosiliens. cui fœminæ, vel cui viro nõ miraculo esset in fœmineo sexu martis habitare virtutem? ¶Vt regius ostro Ve. ho. le. hu.) Præter ausus ipsos, & omnia, quæ laudantur, tenuit. laudatur etiam ipse vestitus, quem ornabat pretiũ vestis, & subtilitas, velabat enim humeros eius taxatio vestis amplissima. ¶Vt fibula cri. Au. inter. Crinem eius non ars fœminea, sed virilis fibula, militarisq; nectebat. Aurum illic ostrumq; suberat. sic tamen, vt reginæ esset totum, non quo illis delectare videretur, quæ tendebat ad bellum. ¶Lyciam vt ge. ip. pha.) Inter cætera etiam illa mirabatur multitudo spectantium, q; incedens arma sua ipsa portabat pharetram scilicet & hastam myrteam præfixo ferro grauiorem. quæ tanti etiam ipsa roboris fuit, vt ad vsum pastorum fortium parata videretur. Quæ suprascripta sunt pertinent ad extremam manum, quam imposuit Iuno per furiam: perfectionem autem significat extrema manus. Hic igitur dixit extremam manum, vbi perficiendis rebus intẽdebat opera. In vndecimo autem libro induxit eam illam dixisse. Me sine prima manu tentare pericula belli. huius est incipere pugnæ certamen. Tu pedes ad muros subsiste & mœnia serua: sequitur, vt reliqua Turn⁹ impleret præter ista, quæ huius libri expositio continet. Etiam illud sciendum, quod sæpe iam diximus, laudes Æneæ libros omnes continere. Sed in hoc plura eiusmodi & maxima & miranda complexum. Nam vt venit Æneas idem ad Italiam auspicijs diuinis susceptus est blandientibus omnibus elemẽtis, sereno cœlo, placido mari, ventis silẽtibus, luce crescente, sole mũ-

do,aurora fulgente,secundo fluminis cursu,etiam ipsis auib9 lętis, nemoribus quoq; ocium securitatemq; spondētibus.Quo tempore emerserunt apes genus animalis asperum pro se, & aduersus eos quos senserint inimicos, generans mella & examinū infinitam prolem.flammatum est quoq; Lauinię caput:sed illud lumen potius q̄ incendium fuit. Respōsum est vocibus vatum venturum virum ad mirabilem cui Italię totius deberetur imperium.Ecce aduentus eius non homines nuntij fuerūt,sed dij.Cōsultus faunus super deligēdo genero multos petitores respuit, spondens venturum cuius reuera coniugio Lauinia deberet.Occurrit eius felicitati ętas & orbitas regis. nā Latinus rex & senex fuit & vnam filiam habuit.hic in eo prefertur Æneas,qa nisi opportune venisset oīs Italię futura prosperitas & res Romani iperij protinus concidisset. Dein ab ipso rege libēter exceptus est & vxor ei oblata potiusq̄ petenti cōcessa. Prelatus est ciuibus multis virtute,genere,pulchritudine corporis,fortunaq; præstantibus.Huius felicitati inuidens Iuno defectus suos euidēti dolori confessa etiam inferos mouet.vocauit furiam, hāc aduersus homines,deorum volūtate munitam iunxit partibus suis. qua ministra apponitur mater eius per fraudem, quæ fidem promissæ affinitatis euerteret,scilicet cum offerret alterum generum diuitem,regium atq; formosum.Sed hęc non potuerunt Latini mentem commouere.Excitatus est Turnus in bellum.exciti reges in numeri,prouinciæ quoq; & gentes,asperę, bellicosæ, feroces & multitudinis fiducia truces. Adijcitur octauo libro ad Diomedē quoq; missum,sed illum tanti nominis reuerētia territum auxilia pernegasse,Æneam interea de reliquijs Danaum(vt dictū est) atq; immitis Achilli perditisq; ex his naufragio plurimis, & iteruenientе luis contagione nōnullis extinctis, relictis quoq; in Siciliæ partibus aliquantis cum paucis quos Euāder ei ex angusta substantia dederat obtinuisse ipsam Iunonem sæuā & in exercendis inimicitijs infinitis temporibus perdurātem virtute, tolerātia,& felicitate superatam. Ænec partibus(vt i duodecimo libro lectum est) fauere compulsam.Illaq; omnia cum omni prosperitate adeptum,quæ nuntiauerunt dij & cecinerant vates.

ASCENSIVS.

¶ Hos super aduenit.) Vltimo dicit,Camillam virginem, bello nobilem venisse in auxilium Turno:adludens videlicet ad Penthesileam,Amazonum reginam,quæ Hectori tendē in auxilium venerat.Quin vero per totū hunc locū desyderat Dona. ¶Ordo est Camilla.s. virgo:aduenit sup.i.vltra hos: aut supaduenit hos scilicet iam dictos: de gente Volsca, quę Italiæ est:agens agmen equitum:& cateruas florenteis.i.nitidas copias: & resplendentes ęre.i.in armis ęreis,existens bellatrix:quia illa non assueta, sup. fuit manus fœmineas.i.nō habuit manus fœmineas assuetas: colo.i.instrumento nendi,more cęterarum fœminarū:ve,pro vel: calathis Mineruę.i.quallibus lanificę, more Mineruę,vti solent, ad lanā,aut fila lanea reportanda:vn̄ Iuue.Calathisq; pacta referatis vellera.sed ipsa virgo.i.cū esset virgo,assueta,sup.fuit pati dura pręlia:& assueta pręuertere.i.anteueniēdo a proflatu, impedire vētos cursu pedum.i.tam celeriter currere solita,vt vētos pręuerteret.Illa scilicet nobilissima bellatrix:volaret.s. si vellet id est volare posset:per summa gramina.i.herbā segetis intactæ.s. a pedibus eius:hoc est,nec lęsisset teneras aristas cursu id est currēdo sup eas:vel ferret.s.si vellet iter.i.incideret, suspensa fluctu tumēti.i.per tumorē,erecto per mediū mare:nec tingeret.i. madetaceret:ęquore.i.aqua marina:plantas celeres.i.celerrime percurrētes.Hęc omnia autē per hyberbolem poeticam dicta sunt mira quoq;,sed nō tanta celeritas ab Homero, & a Papinio nostro attribuitur Achilli:quem super glaciem vna nocte concretam potuisset percurrere,Statim.in Achilleide docet.Omnis iuuentus.i. multitudo iuuenū,quę per ętatē rerū imperitia, est effusa.i. sine ordine cū tumultu egressa,tectis & agris,& oīs turba matrū,quæ per sexū imperitę,ac stupidæ sunt:mirat illā.s.Camillā: & prospectat.i.porro aspectat:euntē.i.pcedētē,gressu virili inhians.i.lauide intēta:animis attonitis.i.stupefactis: vt.i. queadmodum:honos.i.honor:regius.i.regalis,& regibus debitus: vellet.i.vestiat: ostro.i.purpura: humeros.s.Camillę: leues id est nō pilosos,nec asperos:sed succi plenos:& vt.i.quemadmodum, fibula internectat crinem auro.i.reticulo aureo,habente fibulam: & vt ipsa gerat pharetrā Lyciam,id est pulchrā,& bonam,vt Lycia dici mereatur:& vt gerat myrtum:arborem integrā: pastoralem.i.quę pastoribus vsui esse potuisset vmbra sua cuspide præfixa.i.habentē cuspidem ferream præfixam in morem hastæ.

PIERIVS.

¶Fuctu su.tu.)In aliquot vete.co.legere est, fluctus tumētis:qd minime placet.Non sum vero nescius esse aliquos vsq; adeo naris supra modum emunctę,vt cum quatuor illos versus legūt Illa vel intactę segetis p summa volaret Gramina, nec teneras cursu lęsisset aristas,Vel mare per medium fluctu suspensa tumenti, Ferret iter,celeres nec tingueret ęquore plētas. Adulterinos eos iudicent:vt qui a Virgiliana grauitate videātur alieni.Sed valeat tam seueri critici,quādo in exemp.omnibus anti. ea carmina reperiūtur:neq; hyperbolica ea lasciuia indecora est, presertim in virgine laudāda,cum tolleretur in Apollonio in Polyphemi agilitate describenda,vnde locum Poeta noster mutuatus est:cuius versus nō apposui,quia sunt iam omnibus in promptu. ¶Vt gerat.)Sunt anti.cod. vbi,ferat,scriptum est,Sunt qui,gerat,magis proprium velint,& alterum illud ex paraphrasi adiectū esse, est. & ipsa,pronomen:pro,illa,in antiquis exemp. verum alterū hoc receptius.

SEPTIMI LIBRI FINIS.

ASCENSIVS.

PReparat &c.)Arg.ordo est Poeta, sup.pręparat octauo.s. Æneidos libro.i. ppararі describit bellū,& su. populos quos mittat in hosteis.i.contra hosteis.Maioris argu. ordo,Turnus.s.princeps exercitus:dat signum belli.i. vexillum pandit: ab arce Laurenti, id est Laurolauinij: qd'prius a Lauro, Laurentum dictum erat.Et Venulus: legatus ille, seu orato: mittitur ad vrbem Diomedis magni: quia cōtra Æneā viriliter stetit: Diomedes aūt, iam in Apulia habitabat:qui.i.vt is: petat auxiliū & doceat:quę causa, supp.sit, petendi.s.auxilij, aut auxiliū Æneas adit regem, scilicet Euandrum:Arcada.i. ex Arcadia profectum ad ea loca vbi nnn Roma est, monitis diuū, id est vt dij eū admonuerāt: & prius per oracula: & nunc in somnis,Euandrum dici,profugum fugū Arcadia, id est est Arcadia profectum:& petētem noua regna qa pauloante venerat in Italiam,Æneas, sup.accipit hic,id est ab hoc rege auxilium:& Euāder iungit hinc natum,id est filium sum,cui Pallanti nomen erat:& agmina socia.i.socialia: Pallas.s.filius Euandri,ibat.s.cū Ænea, existens comes eius:fatis iniquis.i.nō fauētibus.quia occidendus est,existens iā habilis,id est idoneus, bello, id est ad bellum gerendum:& lętus in armis maternis, id est quæ mater illi,pcurauerat. aut sic & Æneas lętus armis maternis, id est quæ Venus ei,pcurauerat,& sortitus fata & fortunas, ducum pcipue Augusti,& Antonij, & casus suorū clypeo, id est descripta in clypeo:tentus est, scilicet cū admiratione:in arte diuina,scilicet Vulcani, qui artificiose ea sculpserat, quę multo post futura erant.

IN. VIII. ÆNEIDOS LIBRVM MONOSTICHON.

Præparat octauo bellum,& quos mittat in hosteis.

IN EVNDEM MODESTINI IVRISCON. ARGVMENTVM.

Dat belli signum Laurenti Turnus ab arce.
Mittitur & magni Venulus Diomedis ad vrbem
Qui petat auxilium,& doceat quę causa petendi.
Aeneas diuum monitis adit Arcada regem
Euandrum Arcadia profugū noua regna petentē:
Accipit auxiliū,hinc natum & socia agmina iungit
Euander:Pallas fatis comes ibat iniquis.
Iamq; habilis bello,& maternis lætus in armis,
Fataq; fortunasq; ducum,casusq; suorum
Sortitus clypeo,diuina tentus in arte est.

ALIVD IN EVNDEM

Vidit vt Aeneas summa vi bella parari,
Arcadas, Euandrumq; senem sibi fœdere iungit:
Dardanioq; duci sociatur Ethruria tota.
Arma petit genitrix,dat Mulciber,in clypeoq;
Res pingit Latias,& fortia facta nepotum.



P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS LIBER OCTAVVS.

SERVIVS.

VT belli signū Laurēti Turnus ab arce Extulit.) Apud maiores nostros tria erant militię genera i bellis gerendis. Nā aut legitima erat militia,aut cōiuratio,aut euocatio.Legitima erat militia eorū, q singuli iurabāt p republica se eē facturos:nec discedebāt nisi cōpletis stipēdiis i.militię tēpibus, & sacramētū vocabat. Aut certe si esset tumultus.i. bellum Italicū vel Gallicū,in qbus ex periculi vicinitate erat timor mult9: qa singulos iterrogare nō vacabat,q fuerat ducturus exercitū,ibat ad Capitoliū, & exinde proferēs duo vexilla, vnū roseū, qd'pedites euocabat, & vnū cœruleū qd erat eqtū (nā cęruleus color maris est, a cuius deo equū cōstat inuētū)dicebat,Qui rēpublicā saluā esse vult, me sequat.& qui cōuenissent, simul iurabāt. & dicebat ista militia cōiuratio. Fiebat ēt euocatio. Nā ad diuersa loca diuersi pp cogendos mittebant exercitus. Mō ergo duo sūt genera militię, cōiuratio & euocatio, qppe i tumultu.Sane incōgruū non est qd signū belli,id est vexilli eleuationem Turno dat, cū de rege Latino dixerit supra, Rerūq; reliqt habenas. Belli autē signū generaliter dixit (nā multa sunt) sed vexillum significat, qd est tractū a veli diminutione,vt velū vexillū. ¶Strepuerūt cornua.) Quę simul sonabāt: vt Æreaq; assensu conspirant cornua rauco. ¶Vtq; acres cōcussit equos.) Hoc ad equites ptinet. ¶Vtq; ipulitq; arma.) Hoc ad pedites.Est autē sacrorū. nam is q belli susceperat curā, sacrariū Martis ingressus primo ancilia cōmouebat,post hastam simulachri ipsi9 dicēs, Mars vigila. ¶ Extemplo.) Aut subito, aut re vera ex ipso tēplo id est

VT belli signum Laurenti
Turnus ab arce POE.
Extulit: & rauco strepuerūt cornua cantu:
Vtq; acreis cōcussit equos: vtq; impulit arma:
Extemplo turbati animi. simul omne tumultu
Cōiurat trepido Latiū: sæuitq; iuuentus
Effera,ductores primi Mesapus,& Vfens,
Contemptorq; deum Mezentius,vndiq; cogunt
Auxilia:& latos vastant cultoribus agros.
Mittitur & magni Venulus Diomedis ad vrbem:
Qui petat auxilium:& Latio consistere Teucros,
Aduectum Aeneam classi,victosq; penates
Inferre,& fatis regem se dicere posci,

Universidad de Deusto
Biblioteca

id est post diuina arma cõmo
ta.¶ Tumultu trepido.) Festi
no:more suo.¶ Coniurat.)
Nota de re bona coniuratio
nem dici posse. Nam coniura
tio τῶν μείσων est.¶ Iuuentus
effera.) Efferata per furiam.
¶ Mesapus & Vfens.)Bona ele
ctio personarum ad delectũ habendum:vnus eques bonus,id est
Mesapus mittitur:alter pedes egregius.¶ Contẽptorq; deum Me
zentius.)Quid.n.iustius quam sacrilegus cõtra pios & prepararet bellum & gereret?¶ Vastant cultoribus.)Abducẽdo cultores
vastos & desertos efficiunt.¶ Mittitur & magni Venulus Diome
dis ad vrbem.)Diomedes postquam reperit ira Veneris a se vulneratę,vxorẽ apud Argos turpiter viuere,noluit reuerti, sed tenuit partes Apuliæ:& edomita omni montis Gargani multitudine,in eodẽ tractu ciuitates plurimas cõdidit. Nã & Beneuentum
& Æquumtuticũ ipse cõdidit,& Arpos quæ & Argiripa dicit, ad
quam nunc Venulus mittitur:non Arpinum, quã cõstat esse Cãpaniæ:vnde Cicero Arpinas. Sane sciendum Apuliã vno dictam
vocabulo:sed huius partẽ quam Diomedes tenuit, Messapiam &
Peucetiam a duobus fratribus dictam,qui illic imperarunt. itẽ,
Dauniã a Dauno rege Apuliæ.Venulus.) Hunc fuisse constat Argiuum. Nam Tyburs est,vt ille indicat locus, Prędam Tyburtũ
ex agmine raptam,Portat ouans.Cõsiderate ergo hic ad Diome
dem mittitur,vt eum vel quasi ciuis adduceret, vel citius possit
mouere.¶ Consistere.)Iam esse conditos,id est fundasse ciuitatẽ.
¶ Regem se dicere posci. Vnde illud est,Expectate solo Laurentũ.
Et dicendo posci,agit subtiliter.Nam si nõ venit errore,sed fato,
oẽm sibi vtiq; est vendicaturus Italiam, sine dubio & Diomedis
imperium.¶ Viro se adiungere gentes Dardanio.) Bene non Æneę dixit,sed viro Dardanio:vt nõ sit mirũ si sequebatur hoiem
sibi cognatiõe sociatum,Vt,Hinc Dardanus ortus Huc repetit.
¶ Quid struat his cœptis.)Cũ hęc iã cœperit. Et participaliter dixit.ab eo quod est incipio,cœptus facit. Hinc est cœptis.¶ Quẽ si
fortuna sequat Euentũ pugnę cupiat.)Si eũ fortuna comitetur,
quem finem suæ velit esse victoriæ, ipsum melius nosse qui iam
antiquus est hostis.Vult aũt intelligi Æneam etiam contra Diomedem bella gesturum: non tantum propter presens imperiũ,
sed & causa hostilitatis antiquæ.

DONATVS.

VT belli Signũ laureti Turn⁹ ab arce Ex.) Turnus hortãtẽto furię & mandatis, ducibus & auxiliis fultus,
factus audacior primus prorupit in bellũ, signũq; ex
tulit,quo maiore furore bellãdi cęteros excitaret. de
nicq; vt vexillũ astẽdit,& rauco cãtu strepere cœperũt cornua,vt
equos produxit,& arma impulit.extemplo turbati animi singulorũ.i.qui viderant vel audierant quibus ita gestis alia mens vizorũ fortiũ facta est.Et qñ ad id ventum est, vt non dispositioni
sequẽti tpe profuturę, sed in presens momẽtũ facta procederẽt,
simul omne tumultu cõiurat trepido Latium. simul,inqt,& omne,hoc est vno tpe omnibus in vnũ coeuntibus latũ omne trepido tumultu cõiurat. trepidatio quippe cũctorũ talis extiterat,
& talis tumultus,hoc est timor multus, vt in contrahenda cõiuratione & tanta congregatione populorũ parui sibi & adhuc impares vi derẽtur:perindeq; desperatio vniuersos obsederat.Quo
factum est,vt nullus immunis fieret a consortio dimicandi.Ecce
quantum Æneę meritis datur, quanta arte laudis eius & preconia cumulantur.Profitetur primus violẽtiam Turnus & coniugiũ,quod meritis obtinere nõ valuit,bello nititur quærere. hic
quoq; partes Æneę tutę reddunt, ne peregrinus optimo studio
susceptus & optatus cum omni beneuolentia gener in socios impius & asper in ciues videretur extitisse,si prius arma sumpsisset.
Accedebat aliud,quod magis laudes eius extolleret,vt Italia omnis,tot duces,tot populi,tanta vniuersorũ conspiratio reb⁹ suis
cum ipsa subsidiorum mole diffideret: cũ peregrinũ, naufragũ,
nouum,ac nullis in ea regione familiaritatibus fretum,contẽdere armata multitudo debuisset.¶ Sæuitq; iu. Effera.)Ferebatur iuuentus non ratione aliqua, sed feritate,& iniectã p furiã furoris
amentiam.¶ Ductores primi Mesapus & Vfens &c.) Duces timidiores cęteris cogebant auxilia vndiq;. cogebant accipiendum
est,nõ cõgregabãt, sed inuitos vrgebant.deniq; sequit.¶ Et latos
vastant cul.a.) Vt ostẽderet poeta tãto illos metu esse oppressos,
vt solitudinem latis indicerent agris,nullo saltẽ relicto custode.
in significatione latitudinis agrorum,intelligere possumus,quã
tus cultorũ numerus ad bellũ videat esse pertractus. Mesapus, & Vfens,

Edoceat:multasq; viro se adiungere gentes
Dardano:& late Latio increbrescere nomen.
Quid struat his cœptis:quem,si fortuna sequatur,
Euentum pugnę cupiat:manifestius ipsi,
Quàm Turno regi,aut regi apparere Latino.

vfens, cõtẽptorq; deum Mezentius.nõ frustra singulorũ
noia posuit,oñdit.n.excepto
timore plebis ẽt in ipsis ducibus, in quibus pręcipua virtus existeret, maximũ fuisse
terrorẽ. Nam qui auxiliis cogendis operã dabant. & ne ip
sos quidẽ inermes eẽ patiebant cultores agrorũ, proculdubio,si
formidinem aio gererẽt,euidẽtissime profitebant. Quod autem
etiam hoc loco contẽptorẽ diuum Mezentium posuit,maximũ,
Troiani ducis insigne in eo quoq; voluit demonstrare, vt cõtẽptor diuũ mezentius aliqñ inueniret,quæ timeret. ¶ Mittitur &
magni ve. Dio. ad vr.) Tanta formido Italorũ tenuerat mẽtes,vt
conquirendorũ auxiliorũ non inuenirent terminũ, nec caperẽt
finẽ.deniq; ẽt ad Diomedẽ miserant venulum, qui auxilium poscat.Et qm petendi ars illa prima est, vt illud, quod petendũ est,
ostendat ẽt illi profuturũ,qui dederit mandata, ad iplum defert
ea,quibus & mulcere hoiem,& impetrare posset, quę volebat. Ibi
ge autem fuerat Diomedes,perindeq; nesciebat,quę in Italia gererent.facillimum videbatur eum ẽt falsis terroribus ad dandũ
posse prouocari.Mandata igit pro natura causę hęc erant, quibus
suasoria posset impleri.primum vt aduectum Æneam classe nararet,hoc est vt de aduentu Æneę ignarus non fieret,quę in Troia nouerat victũ,eundeq; nauibus aduectum,vt ex hoc verũ esse
confideret,& arbitraret,paruis opibus fulctũ timẽdum propter
bellorũ incerta nõ esse.¶ Victosq; penates Inferre.) Secũ vehere
deos suos,quos ipe Diomedes i excidio Troię cõtemplerat. Cũ
hunc asserit penates secum vehere, ostendit eum his ꝓstituendis
in Italia sedibus cogitare.¶ Et fatis re.se di.po. Edo.) Referat etiã
Æneã dicere,q; sibi fatorum ratione Italia debeatur,licet hoc nõ
adeo posset Diomedem terrere, valebant suspitione colligere, Æneam in causa sua de regno debito esse mentitum. adduntur supplementa terroris falsa,quę inimicum veterem in magnã solicitudinem mitterent.¶ Multasq; vi.se ad.gẽ.)Hęc non fuerant facta,sed iccirco veris admista sunt,vt pro certis acciperentur, sed
neq; ipsa Diomedes poterat formidare,etiam si hęc ꝙ. veris accepisset.Diceret aduersus eos profutura,quos in Italia sui emulos
inuenisset.Multasq; viro se adiungere gentes Dardanio,& late latio increbrescere nomẽ.multas,inquit,gentes. maior metus imciebat ex eo,ꝙ neq; numerũ expressit,aut gentium nomina. Dehinc dixit,adiũgere & increbrescere, imperfecto enim modo maior formido poterat exoriri,ꝙ auxiliorũ & fauoris ẽneq; quotidie crescebat effectus.nam si aliquid perfectum nũtiaret,estimari poterat,& forte contẽni.Duo igitur mandata portabat Venulus. Vnum,quod indicaret quę gererentur in Italia,alterũ,quod
terreret.edoceat,non semel accipiẽdum est. quod iccirco in medio posuit,ne turbaret ex cõtinuatione narratio, si in capite vel
in fine consisteret.Ordinemus ergo omnia,vt intellectus fiat illustrior,& propter demonstrandam petitionis causam,edoceat latio consistere teucros:aduectum Æneam classi, victosq; penates
inferre,& fatis se regem dicere posci.Per singula ergo, quę dicta
sunt,subaudiendum est,edoceat.Item inferioribus aptadum, vt
sit,edoceat multas gentes viro dardanio se adiungere. Item edoceat late latio increbrescere nomẽ: Hęc exempla docẽdi debem⁹
imitari,cũ aliqua scribimus.Odiosa est enim in his continuatio,
quę fit melior,cum vnum verbum in medio positum superioribus simul inferioribusq; respondet.Incipit pars alia mandatorũ
interponi,vt si impetrationem non cõcederet ex periculi sui cõtemplatiõe postulatis Diomedes annueret. ¶ Quid struat his cœptis,)Manifestum est,inquit,quid eius cœpta significẽt.manifestum,quem cupiat euentum,si fortuna consentiat. dicit iã maioris metus causam.¶ Manifestius ip. Quã tu.re.) Ex aperto ait,nõ
Turno aut Latino eẽ cupit infestus, cũ ꝓstaret nullas causas odii
prębuisse. Sed illi, quẽ propter excidiũ Troię execrabilẽ habuit
inimicum,ẽt huic parti,doceat,debet adiũgi,quia, vt dictũ est, semel positũ oia tenuit.Ponamus ergo in capite,edoceat.& eum ipsa dictione percurramus oia. Mittit & magni venulus diomedis
ad vrbem, qui petat auxillum, & huc doceat aduectum Æneam
classe,edoceat victos penates inferre,edoceat fatis regem sibi dicere posci,edoceat multas gentes se adiũgere viro dardanio. quod
addidit,dardanio,non vacat. Admonere enim voluit diomedẽ
odñ veteris,quod metuere debuit propter excidium Troię: edoceat,latio increbrescere nomen eius.edoceat,quid ferat.his cõceptis,edoceat Æneę hanc esse sententiam,vt si euentum pugnę requatur,fortuna prosperior ex aperto magis ipsi diomedi veteri

hosti

hosti redditurum vicem,q̃ Latino aut Turno nociturum.

ASCENSIVS.

VT belli signũ Laurenti Turnus ab arce Extulit,& rauco strepuerunt cornua cãtu,&c.)Postq̃ in.vij. descripsit eos qui in bellũ cõtra Æneã cõgressuri erãt,cõsequens est vt in.viij. describat, quomodo eis collectis
in bellum progressum sit:& quid contra tãtam armorũ vim Æneæ auxilij fuerit.Dixit ergo vexillo extenso,& copijs coactis,Latium coniurasse,quod & in Aulidę Greci in Troiam fecerant.Dicitq; ad Diomedem missum ad auxiliũ ab eo petẽdum, quæ res
summopere in gloriã vergit Æneę: cum is vnus tot ducibus terrori fuerit.Vnde dicit Don.sic.¶ Simul omne tumultu.)Simul &
omne dixit,id est vno tẽpore,oĩbus in vnũ coeuntibus. Coniuratio.) Coniuratio autẽ totius Latij:& tumultus.i.timor multus:&
concitatio tot populorũ ad laudes Æneæ pertinẽt. Inseruit etiã
Æneæ hic tumultus,ne peregrinus in hospites,& socius in fœdera
tos impius videat,si primus bellum moueat. ¶ Vndiq; cogunt
Auxilia.)Nõ congregant,sed vi cogunt timidiores. In qua re ẽt,
ipsi duces timorẽ sum ostẽdunt.¶ Contẽptor deum Mezentius.)
Magna laus Æneę,vt Mezentium contẽptorẽ diuum aliquando
inuenerit,quem timeret,Hęc ille. ¶ Ordo est.i.postquam)nõ est
autem legendum, At:quia sequitur, vtq; acreis concussit,&c.)
Turnus extulit,id est expandit:signum belli, id est vexillũ:ab arce,id est summo munimine:Laurẽti,id est Laurolauinij:ex regia
scilicet Latini,& cornua strepuerunt cantu rauco,id est bellicum
cantatum est:vtq;,id est & vt,id est postquam:ipse cõcussit,i. cõmouit,strepitu cornuum:& clangore tubarum, equos acreis, id
est vehementi spiritu fretos:vt.i.& vt.i.postquam:ipse Turn⁹.s.
impulit,arma.s.peditũ:aut,arma Martis:aut potius, impulit hastam in hostium fineis,vt per fœciales fieri solebat postea, vt do
cet Liuius.animi,scilicet Italorũ, qui conuenerant, turbati sunt,
scilicet furore bellico:extẽplo,id est ilico e vestigio.& omne Latium coniurat simul tumultu trepido,id est sicut in bello tumultuario fieri solet:& omnis iuuẽtus sequit,existens effera, id est effrenis,& indomita:aut ferociens:primi ductores.s. Mesapus, &
Vfens,& Mezentius,contemptor deum.i.deorum:cogunt.i. cõgregant,& in vnũ conuenire cõpellunt: vndiq;.i.ex omni parte
auxilia,id est auxiliares copias:& vastant.i. vaste spoliãt agros lastos:cultoribus,id est colonis. Et Venulus,orator ille Argiuꝰ:mittitur ad vrbem Diomedis magni, id est qui cõtra Æneam stetit:
& Venerem vulnerauit,scilicet ad Argiripã:qui,id est vt is petat,
scilicet a Diomede,auxilium: & qui edoceat Teucros consistere.
Latio,id est in Italia, Æneam,scilicet hostem Diomedis: aduectũ
classi.i.nauibus multis:& inferre.s.Latio penates victos.s. a Græcis semel & dicere se posci regem. s.Latinorũ:fatis.i.per fata, quę
id iusserunt:& multas genteis adiungere se viro Dardanio:& nomen.s.Æneę:increbrescere.i.crebrum fieri:late.i.ampliter:Latio
id est per latium:& edoceat quid struat.i.prętẽdat:his.s.tam magnis cœptis. q.d.non aliud,q̃ occupato regno reliquos omneis
Italię habitatores expellere:& quem.i.qualem eũctum pugnæ,
sup. Æneas:cupiat.i optet:si fortuna sequat, id est accidere velit
apparere manifestius ipsi.s.Diomedi,qui Troianos meli⁹ norat,
q̃ Turno regi,aut Latino regi,quibus fraus,& factio Troianorũ
nondum perspecta,sed tamen audita erat.

PIERIVS.

¶ Vtq; impulit arma.)Sępius dictum est prępositionẽ,in,subsequẽte p, in plerisq; codicibus antiquis,in m,minime mutari. Id quod nõ in Virgilianis tantũ exẽplaribus est. verum etiã in Horatianis,Cęsarianis,Ammiani Marcellini historijs,& alijs authoribus,q vel Longobardicis,vel eius generis literis notati sunt.In illis.n.lineis,prępositiones fere oẽs in dictiõibus omnibus inco de n an
te p.
lumes habentur,vt hoc loco,in pulit,p.n. Necq; nescius sum Grãmaticos aduersus hãc scriptiõis rõnem reclamare, quod illius literę sonus,ante p,non nisi m,sonare possit.cũ necessariũ sit, post
eã particulã enũciatã, ſtatim occludere labia,secũda syllaba, ipu.
Sed esto vi naturę,m,sonus ipsius literę,ante p pronunciatę, qd
obstat,vt & si aliter enunciatur,nõ tamẽ integra scribi possit, cũ
alia pleraq; sint,quę aliter scribimus,aliter pronũciamus, vt observat Velius Longus. Ac ne Græcorũ sermonẽ in testimoniũ ad
ducamus:qui t,cum scribunt ante,n:d,tamẽ pronũciãt, literæ illius remollita duricie. lidem,γ,ante γ,κ,χ,ξ,notant.Sed.n.literæ,
quę est n,pro γ scripto,sonum exprimũt. Nolumus nos eos supstitiosius imitari,ideoq; angelus,nõ aggelos,scribimus: ancora,
non agcyra,Anchises,non Agchises.Phalanx,non Phalagx,ea.n.
sic Græce scribuntur, ἄγγελος, ἄγχίσης, φάλαγξ, Sed in,tamen
aliquando cum scripsimus,alterius literæ sonum pronunciam⁹,
vt Quintiliano,& Velio longo testibus apparet. In multum ille,
& illum ego. Quare me nihil offenderit,liquis in n, etiam eandẽ
esse rationem asseruerit:&,in,prępositionem scribendo incolumem seruauerit pronunciationis vero leges naturę concesserit.
¶ Euentum pugnę cupiat.)In aliquot antiquis cod. cupiet,legit: sed longe venustius,cupiat,

Talia per Latium.quæ Laomedontius heros
Cuncta videns,magno curarum fluctuat æstu:
Atq; animum nunc huc celerem,nunc diuidit illuc,
In parteisq; rapit varias,perq; omnia versat.
Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahenis
Sole repercussum,aut radiantis imagine lunæ,
Omnia peruolitat late loca:iamq; sub auras
Erigitur:summiq; ferit laquearia tecti.
Nox erat:& terras animalia fessa per omnes
Alituum,pecudumq; genus,sopor altus habebat:
Cum pater in ripa,gelidiq; sub ętheris axe
Aeneas tristi turbatus pectora bello,
Procubuit:seramq; dedit per membra quietem.
Huic deus ipse loci fluuio Tyberinus amœno,
Populeasq; inter senior se attollere frondeis
Visus.eum tenuis glauco velabat amictu
Carbasus:& crines vmbrosa regebat arundo.

SERVIVS.

¶ Talia per Latium.) Geres
bantur subaudis. & est for
mosa Eclipsis.¶ Cuncta vi
dens.)Mente pertractans. Nã
non videbat.¶ Curarum fluctuat æstu.) His verbis futu
ram præoccupat comparatio
nem, quæ est Apollonij de
verbo ad verbum.¶ Sole re
percussum.)Aut vacat re. aut
bene repercussum: quia pri
mo aquam ferit, inde postea
tendit ad tecta.¶ Radiantis ie
magine lunæ.) Negãt omnes
physici lumen lunæ aliud ex
se reddere:& vituperat hoc di
ctio Virgilius.quod tamẽ tolerabile est:quia non lunam,
sed imaginẽ dixit lunę,quam
a sole lumen accipere manifestum est.¶ Laquearia.) Multi
lacunaria legũt: nã lacunaria
dicuntur. Vñ est in Horatio,
Nec mea renidet in domo lacunar.¶ Alituum.)Pro alitum:sed metri causa,vt diximus supra,
addidit syllabã.¶ Sub ętheris axe.)Id est sub aere.¶ Seramq; dedit
per membra quietem.)Tardam quippe in bellicis curis. ¶ Tyberinus.) Bene Tyberinus, quia supra dixerat deus. Nam
in sacris Tyberinus,in Cœnolexia Tyberis, in poemate Tybris
vocatur.¶ Senior.) Atqui vbique eum flauum dixit:sed senior
aut propter spumas dictum est:aut ad reuerentiam pertinet.Sic
Lucanus de vrbe Roma adhuc florente,Turrigero canos effundens vertice crines.

DONATVS.

¶ Talia per Latiũ.) Multi hic
distinguũt,& finiunt.& faciũt
caput,cum quodã transitu.&
sequunt dicentes.¶ Quæ laome. he. Cuncta vi.) Nos hanc
pronunciationẽ ꝓpositi versus sic trademus,addita ordinatione sensus,quę cũcta Italia videns Laomedontius heros p latiũ geri magno curarum fluctuat æstu,& cætera,
quę sequunt: vt nulla sit sepa
ratio.cuncta videns,id est pla
ne cõsiderãs omnia, & habẽs
cõperta ac manifesta. qd' ait,
cuncta,illud exẽmere voluit
ex illis,quę per diuersa agitabat,nihil Æneam latuisse.laomedontium dixit,astutũ,calli
dum,vigilantem,& respõdẽtẽ virtutibus Laomedõtis. Et
reuera hęc prima solicitudo
est in ratione bello⁹,vt vnusquisq; itelligat, qd hostes agãt,
qd innouetur.hęc igit Æneas sic nouerat,vt eadẽ ipsa nõ solũ audisse,sed vidisse videretur.ita omnes actꝰ diuersæ partis inuestigãdo collegerat. Magno aũt animi æstu & vehemẽti agitabatur,
cõsiderans totius Italię factionẽ.æstus animi ex causa trãslatiõis
dicti sunt.cęterũ,pprie maris dicuntur æstus,cũ vltra naturã suã
aliqua ex causa tollitur,aut inundat.Nec immerito igitur prudẽtissimus diuersis cogitatiõibus & ingestimabili cura huc atq; illuc
propria cogitata tenebat. Videbat.n.aduersis oẽm Italiã studijs
conspirasse,missum quoq; etiã ad Diomedẽ,quẽ nõ sperabat aus

Donatus

Universidad de Deusto Biblioteca

xilia negaturum.considerabat opes suas, quę cōtra tantos ac tales stare nō possent, vtpote quæ essent satis exiguę, & nullius extrinsecus subsidijs fulctæ. Hęc exposuimus,capta cōiectura ex p̄sentibus.cęterum poeta nullas cogitationū speciales causas aperuit,ęstimationi relinquens, quę ille pro loco, pro tēpore,pro p̄sona,pro causa voluere secum ipse potuit. Nihilominꝰ mira arte tractauit naturam animi,qui,cū diuersis vt mare, cœperit ęstibꝰ agitari,cito in alta rapitur, & cito reuocatur. mittit cōparationē vt vnusquisq; animi mobilitate,quam latentem in interiorē pectoris non poterat cernere, proposito videret exemplo. ¶Sicut aquę tremulum labris.) Aqua enim patentibus vasis condita, & percussa solis aut lunę radijs,si habeat motū emittit ex sese quoddam lumen vagum atq; discurrens.& nūc tecta ipsa, nunc parietes omni celeritate percurrit. quod ipsum icirco positum est,vt intelligatur, quāta mobilitate animus Ænę per diuersas cogitationes videatur cucurrisse.¶Nox erat, & terras animalia.) Nihil cogitantibus,& nulla cura distentis aderat noctis tempus, quod somnum suaderet,& requiē.sed Æneæ aliud assignat, vt fecerit, quod homo,& fecerit,quod solicito cōgruebat. Cum,inquit,cūcta animalia somnus habuisset,ac pleno ocio requiescerēt, solus Æneas per aliquantam partem noctis peruigil fuit: sed vbi vicit natura vigilantem,& resistentem superauit, non quesita sunt tecta nec,p̄curatus est ad delicias torus,neq; omne corpus traditū somno. sed sub nudo ęthere,atq; ī fluminis ripa: hoc est vbi pro ratione temporis & loci frigus supererat & pruina,procubuit super,omne corpus quieti concessit,serum capiens somnū, hoc est tardum,quod proculdubio faciūt ij, quos solicitat salutis cura: nec voluit primo vespere in lucem vsq; dormire.¶Huic deꝰ ipse loci.)Ecce felicitas cogitātis dormit,auxilia potiusq; delicias q̄siturus.nam deus ipse fluminis præsentis visus est dormienti, nō occultus aut dubius,nec aliterq; fuit apparēs.nam ipso alueo fluminis inter populeas frondes & aquæ virentis lapsus emerserat. ¶Eum tenuis glauco.)Ex ipso habitu intelligebatur, qui esset, etiam si eum vidisset imprudens.habuit Æneas, vltraquā sperabat maximum meritum,quem leuabat somnus, leuabat & somnium.

ASCENSIVS.

¶Talia,&c.)Recitat quid contra Æneas egerit:& quomodo per Tyberinum deum admonitus sit,ab Euādro auxilia petere: quæ fictio opportuna est:aut,quia ad Tybrim castrametatꝰ erat: vt illic excogitatus,quasi a deo inspiratum puteturaut,quia visa opportunitate ad Euandrū perueniēdi.& cognito,q̄ simili fato agitaretur,illic animū cepit. Vnde Dona.dicit sic.¶Cuncta vidēs.i.) nihil ex ijs quę hostes agerēt,illū latuit.¶Laomedontius heros.) Virtute & calliditate Laomedonti respondens. ¶Æstu curarū.) Propter exiguas copias suas,& tantos hostileis apparatus. Hęc ille.¶Ordo est. Talia,sup.gerebātur:per Latiū.i.per Italiam: in ea potissimum parte vbi Latium est:quę cūcta.i. oia:heros Laomedontis.i.a Laomedonte,Troianoꝝ rege, denominatus p̄p virtutis,& animi similitudinē:Æneas videns.i.consyderans: fluctuat magno ęstu.i.freto,& feruore curarū:trāslatio a mari. Atq; diuidit.i.in diuersa vertit aium, nunc huc.i. in hāc sniam:nūc illuc.i. in illā sniam:& rapit animū.s.in varias parteis:& versat per oia.s. cōsilia,aut quę agēda erāt.Sicut lumen.i.radius solaris: tremulū .i.subito motū:repercussum sole.i.generatum ex repercussione radiorū solis,sup.: labris.i.vasis maiorib.ahenis.i.ęreis: aquę.i. in qbus est aqua:aut repcussum imagie.i.effigie: lunę radiātis.i. resplendētis:quia(vt dictū est)Splēdet tremulo sub lumine pontus.Peruolitat oia loca late,dū.n.aqua recipiens splendorē solis, aut lunę,mouef radijs, percutit nunc hanc partē vasis, nunc illā & erigitur iam sub auras.i.in altū: & ferit laquearia.i. p̄nexiones trabiū:aut tabulatorū summi tecti:quia splēdor ex aheno diffundif in aera:& illinc in proximū obiectū, qđ est ex aduerso solis incumbētis.Nemo est,qui talē splendorē tremulū nō viderit: atq; ita nō difficilis est huius exempli ratio. Nox erat,& sopor altus.i. profundus habebat.i.occupabat: aialia fessa.s.exercitio diurno: p̄ omneis terras,genus.s.alituū,pro alitū,i.degētiū i aere & pecudū.i.degētiū in terris:iam,sup.cū.i.quādo. Æneas pater.i. vir,veneratione paterna dignus:turbatus pectora.i.habēs pectora turbata:& bello tristi.s.oibus:& ēt ipsi,quia pius erat,& prudens:sciens sine multa effusiōe sanguinis nō posse geri: seq; suos amissurū:cū & Latinos suos cēseat,procubuit in ripa: & sub axe gelidi ętheris.i.sub dio:& dedit quietē serā.i.tarde cōcessam:p̄ mēbra.i. p̄p grauamē,& molē mēbrorū:aut dedit per mēbra,cū animū nō dū quietū haberet.Bene aūt dicit,serā:qa turpe Duci totā somno p̄ducere noctē.Ipse deus loci.s.Tyberinus:senior.i.aspectu venerabili:visus est huic.s.Ænę dormiēti:attollere se amœno fluminę.i.flumine,quod amœnū erat inter frondeis populeas.i.populi arboris,ad ripā crescentis,& potissimū ad Padi ripā:vñ populifer dr:sed nihil vetat ad Tybridis ripā,ēt populos fuisse,& sub eis Æneā procubuisse.Carbasus.i.genus lini,aut veli tenuis:velabat eū.s.Tyberinū,amictu glauco.i. coloris aquæ conuenientis: & arundo vmbrosa.i.frondosa:& ita vmbrosa tegebat crines.s.Tyberini:quia eo ornatu vtitur, quem plurimum habet.

PIERIVS.

¶Sūmiq; ferit laquearia tecti.)Miror Seruiū eos nō neglexisse, q,lacunaria,legūt:cum vel ex Horatij exēplo, qđ appoluit, syllabę repugnātiā viderit,& si multi polysyllaborū reguli vsurpāt.

SERVIVS.

¶Curas his demere dictis.) Habitum futurę orōnis ostēdit.¶O sate gente deum.) Alibi,Deum certissima p̄les.¶Vrbem Qui reuehis nobis.)Vt, Ilium in Italiā portans. Vrbē, ergo pro ciuibus posuit. Reuehis autē p̄p Dardanū.¶Expectate solo Laurenti.)Dat effectum ēt locis. Vt,Ipsæ te Tityre pinus, Ipsi te fontes, ipsa hæc arbusta vocabant.¶Hic tibi certa domus.) Quod superius ab Apolline popolcerat,hoc nunc idicat Tyberis. vt, Da propriā Tymbræe domum,da mœnia fessis.¶Tumor omnis,& irę,Concessere deum.)Aliqua hemistichia in Virgilio tā sunt sensu imutata quā verbis, vt ecce hoc loco. Nāq; nō possumꝰ intelligere qeuisse oēm tumorē & irā deoꝝ, cum & adhuc inimica sit Iuno:& ad Troianoꝝ perniciem addātur alia numina, vt Furia,vt Iuturna. Vñ mire quidam conclusit hunc versum dicens. Cōcessere deum profugis noua mœnia Teucris.Qđ si ita acceperimus, vt dicat Teucros cōstituere ciuitatē,nec ea numina quę irata sunt vetant: nihil erit contrariū.Nā & ipsa Iuno hoc dicit: Nō dabif regnis,esto,p̄hibere Latinis. Atq; imota manet fatis Lauinia coniux. Hic autē sensus ēt si detrahas subauditionē,potest accipi a superioribus:vt sit, Tumor omnis,& irę,Concessere deū, vt,Hic tibi certa domꝰ, certi penates. ¶Littoreis ingens.)Licet possumus etiam de fluuio littus dicere: ponit tamen discretionem, vt hic,Sub ilicibus.paulo post,Viridiq; in littore cōspicitur sus.Porcam autem secum habuere Troiani,quam amissam i cāpania inuenerūt cū fœtu circa Laurētē agrum quā ideo Æneas immolauit Iunoni,quia ipsa dicitur Terra.Vt,Coniugis in gremium lętę descendit.Scimus autem hoc aīal inimicum eē frugibus:vt captum vitibꝰ,qui Libero immolatur.¶Enixa iacebit.)Participio vtens tāgit historiam.¶Solo recubans.) Solo videf abundare.¶Ex quo.) Qua ratiocinatiōe. ¶Quod instat.) Quod solū ex laboribus Euādri restat factū.cura enim Ænee p̄sentis fuerat necessitatis. ¶Arcades his oris, genus a Pallāte profectū.) Euander Arcas fuit,nepos Pallātis regis Arcadię. Hic cū patrē suum occidisset suadente matre Nicostrata(quæ etiā Carmētis dicta est, qa carminibus vaticinabatur)dimissa,p̄uincia sua venit ad Italiā, & pulsis Aboriginibus tenuit loca in qbus nūc Roma est,& modicū oppidū fundauit in monte Pallatino. Hic aūt mons Pallatinus s̄m Virgiliū a Pallante auo Euandri est dictus:s̄m Varronē & alios, a filia Euādri Pallantia ab Hercule vitiata, & postea illic sepulta: vel certe a Pallante eius filio illic sepulto. Alij a Ballatu Ballāteum volunt dictum. Et exinde per Antisticon Pallanteū dictū. Sed si a ballatu hoc nomē venerit,pa,longa est:sicut ēt Martialis ponit plerunq;. Si autem a Pallante,pa,breuis sit,vt eam ponit vbiq; Virgilius s̄m suam opinionē.¶Genus a Pallante profectum.)Profectum ad has oras genus a Pallante,non,a Pallante profectū.¶In montibus.) Vt diximus supra,sunt in minoribus illis colliculis.¶Pallantis proaui.) Cōfundit noia vt plerūq; solet.Nā auus fuit.sic & illud dixit, Luco tunc forte parentis Pilumni Turnus.Et alibi. Pilumnusq; illi quartus pater.¶Hi bellū assidue ducunt cū gente Latina.)Ducūt, aut gerunt,aut in longū trahunt.Et bene p̄standorū auxiliorū exprimit cām:ne magis Turno,quasi Gręco fauere credāt.¶Fœdera iunge.)Legitur & Fœdere iunge.¶Recto flumine ducā.)Recto fluminis itinere:& sic dixit,vt,Tūc se ad Caietæ recto fert littore portū.Hoc est a littore non recedēs.Sic ergo & nūc a littore fluuij nō recedentē significat.Est & alia expositio,vt recto flumine,edomito,frenato,& in tranquillitatem redacto intelligamus, quod ēt fecit,vt,Mitis vt in morē stagni placidæq; paludis. vt sit recto p̄teriti tp̄is participium.¶Iunoni fer rite pręces.)Sicut ēt Helenus monuit.¶Mihi victor honorem Persolues.)Bene ei adimit bellicā curā promittēdo voti fore compotem. ¶Stringētem ripas.)Radētem,imminuentem, nam hoc est Tyberini fluminis propriū,adeo vt ab antiquis Rumon dictus sit,quasi ripas ruminans & exedēs,in sacris etiā Serra dicebatur. Vnde ait nūc,Et pinguia culta secantem:in aliqua etiā vrbis parte Tarētū dicitur, eo q̄ ripas terat.¶Cœruleus Tybris.)Altus,p̄fundus.¶Cœlo gratissimus.)Pro his qui in cœlo sunt.¶Hic mihi magna domus.)Scilicet circa exitum suum. Alij Romā dicūt Tyberini esse domiciliū. ¶Celsis caput vrbibus exit.) De Tuscia, quam illis multū constat floruisse temporibus. Nam & Lucumones reges habebat,& maximam Italiæ superauerat partem.

Tum sic affari:& curas his demere dictis.
O sate gēte deū Troianā ex hostibus vrbē TYBE.
Qui reuehis nobis:æternaq; Pergama seruas:
Expectate solo Laurenti,aruisq; Latinis,
Hic tibi certa domus:certi(ne absiste)penates,
Neu belli terrere minis.tumor omnis,& irę,
Concessere deum.
Iamq; tibi,ne vana putes hęc fingere somnum:
Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus,
Triginta capitum fœtus enixa,iacebit
Alba solo recubans:albi circum vbera nati.
Hic locus vrbis erit:requies ea certa laborum.
Ex quo ter denis vrbem redeuntibus annis,
Ascanius clari condet cognominis Albam.
Haud incerta cano.nunc qua ratione,quod instat,
Expedias victor,paucis:aduerte,docebo.
Arcades his oris,genus a Pallante profectum,
Qui regem Euandrum comites, qui signa secuti:
Delegere locum:& posuere in montibus vrbem,
Pallantis proaui de nomine Pallanteum.
Hi bellum assidue ducunt cum gente Latina.
Hos castris adhibe socios:& fœdera iunge.
Ipse ego te ripis,& recto flumine ducam:
Aduersum remis superes subuectus vt amnem.

Surge age nate dea:primisq; cadentibus astris
Iunoni fer rite preces:iramq;,minasq;
Supplicibus supera votis.mihi victor honorem
Persolues.ego sum,pleno quem flumine cernis
Stringentem ripas,& pinguia culta secantem,
Cœruleus Tybris,cœlo gratissimus amnis.
Hic mihi magna domus celsis caput vrbibus exit.

DONATVS.

¶Tum sic affari,&.c.his.d.di.)Dubitari non potest, quantū def Æneæ successibus,vt affatibus diei præsentis omnis eius cogitationū remoueretur acerbitas.cultꝰ aūt ipsius numinis non inaniter positus,dormiebat.debuit.n.dormiens euidenter cernere,q̄s esset,ne daret humanis erroribꝰ, quod magni beneficij loco fuerat præstitum:hoc aūt ei demebat deꝰ ipse, quod eū importunis cogitationibus vexari cognouerat.¶O sate gēte deū.) Parū fuit, quod venerat deus excussurus omne tædium cogitantis,dicit ei etiā laudem,quā si sola dixisset,nec addidisset alia,sufficerēt, quæ sub laudatiuo cōtextu posuerat.Primum enim dixit, O sate gente deū,cogitas,inquit,humana pericula nate ex dijs, nec respicis salutem tuam in hominum manus venire non posse, quē intuef natiuitas sua incolumitate consistens,& saluum & integrū illibatumq; retinet.Pergama quoq; interisse,quis afferat? cum tecum durent in tp̄a æterna mansura?Olim te sperabat Italia, tenet præsentem,& optatis amplexibus fouet.Hęc dicēdo, magnam spem futuris temporibus pollicetur.addit alia, vt animū æstuātis maiore securitatis sp̄ōsione cōfirmet. ¶Hic tibi inqt, certa domus.) Qui speratus venisse dictus est,magis magisq; securior redditur, q̄ illic habiturus esset sedes,illic penates collocaturus,illum nihil debere metuere,neq; illam solicitudinem ferre, q̄ crudescerent bella,& maiora pericula minarentur.¶Timor omnis, & iræ Co. de.)In lenitatem plenissimā versum est, quod animorum timoribus ferebant numina,& in omnem placiditatem illorum durata,dudum iracundia commutata est perindeq; cessit felicitati tuę quicquid solebat esse contrarium.¶Iamq; tibi (ne vana putes.h. fi.so.Li.)Benignus monitor omnia ei adimit,quæ incertum bellum fecerāt,nouerat quippe multos homies falli per somnium, & somniare supflua, quod nē Æneæ accideret,dat ei dormientis signa quæ vigilans p̄baret in luce.hinc,iquit scies, veris te instrui, cū prædicta in p̄senti ipsa occurrēte veritate cognosces.Quippe inter littoreas salices emerget sus formę maximę,cum fœtibus triginta.Nec immerito ingēs, q̄ posset vno partu tāti numeri incolumes fœtus exponere. Fuit ergo vnum signum a loco,& eius qualitate,alterū a genere animalis,& magnitudine.tertiū, quod numerꝰ in fœtu cōsisteret.quartum,q̄ visurus esset iacētē natis circū vbera cōstitutis. quintū, q̄ albi oēs,& vno colore cum matre,quid autē significaret, hoc ipsum,quod prædicebatur,ipse aperit, atq; ipse disponit, dicens. ¶Ex quo ter denis vrbē.re.a.)Hoc,inquit,signo mōstratur Ascanius cōditurus ciuitatem albam,atq; in ea per triginta annos regnaturus compleuit omnia,quæ adimēdæ solicitudinis causa p̄secutus est,dixit alia quoq;,quę tenerent futuri tēporis spem,in tantum vt prosperitatem ipsam diceret,per Æneā ipsum ad Ascanium quoq; venturam,cōfirmationis omniū fuit.¶Haud incerta cano.)Quod solet euenire,dum homines dormiunt:ista, inqt vera sunt,& certo proferuntur authore.¶Nūc qua.r.q.i.Ex.vj.) Qui prædixerat futuri temporis bona,haud ābigua etiā de præsenti prosperitate pronunciasse videtur,& tamen nihil volēs occultū remanere,addidit etiam hęc,quę illum facerent lætiorem. Audi,inquit,nūc & quomodo præsentia declines,ausculta, bene promisit breuitatem,ne iandiu solicitum sermonis p̄lixitate suspēderet.¶Arcades his oris.)Promiserat se paucis esse dicturum & hoc tenuit,sed ipsa pauca latum habent intellectum,nam nihil de necessarijs prætermisit,vt solent efficere, qui cōpendio studēt cōstricti sermonis.Dixit enim genus,nomen, & vnde videretur assumptum,quem secuti nascerentur,& q̄ proximi essent,ne tædio Æneæ foret tali tempore lōginqua profectio, aperuit,vbi ciuitatem condidissent,& quo ea nomine vocaretur,& in cuiꝰ honorem tale vocabulum meruisset.Pręuenit vero omnia,quę opponi e contrario potuissent,dicturus quippe, inde posse auxilia prouenire,pręcepit desperationem.posset enim dici,fortassis nō ibunt.Atq; ideo dixit,illis nonnunq; cum Latinis causam extisse bellandi,vt Æneas sideret certis, & ad illos præsumpta intentione contenderet,deberet illos ei posse castris Troianis adiūgi, cū vetus inimicitiarum causa subsisteret. Hæc erūt signa instructionis,quę doceret nescientem.Iccirco autem dixit, Arcades nō esse indigenas,vt Italos ostenderet perosos habere peregrinos, & ipsos Arcades demonstraret cōtra æmulos suos cū peregrinis posse venire Troianis, cōsequens fuit etiā illā peruenire partē, q̄m nouus,p̄inde incognita habēs vniuersa,potuit dicere.Nec hoies noui,nec loca,nec viam,qua duce ad eos secure perueniā. ¶Ipse ego te,inqt,ripis,& recto flumine ducā,Aduersum remis.) dicit, qđ fiat,& qūo fiat.hoc.n.cōueniebat studio pleni fautoris. ergo, inquit,te ducā per amnem meum,hoc collaturꝰ meritis tuis, vt aduersus vndarū cursus remis superes,& omni remoto luctamine ad destinata peruenias, dicēdo contra amnē etiam tendendū, edocuit,in ea parte constructos Arcades, quæ flumini caput, & originē dabat.Ne autē eo ipso terreretur Æneas,ille ipsi pollicitꝰ est futurū ducem,& difficilia omnia remoturum. ¶Surge age nate dea.)Surge & age hortantis sunt potiusq; iubentis. ¶Primisq; ca.astris.) Hoc est anteq; lucis exortus omnia astra remoueat. ¶Iunoni fer rite preces.)Nouerat enim,vtpote deus,ipsam Troianis fuisse infestam:proinde placādam dicebat,& potentem deā pijs obsequijs leniendam.Ecce & iste in ea sentētia est, in qua Helenus fuit:sed opportunius hic suadet rogādam quoniā supra dixit,timor omnis,& irę Concessere deum. ¶Iramq; minasq; Supplicibus.)Sola remansit in tumore animi Iuno,quæ,placanda tibi est,vt cęteris ipse quoq; animo promptiore cōsentiam:& placādam Iunonē docuit, sacrificiorū obsequijs:& matutinum tempus ostēdit,diuinis honoribꝰ cōuenire, vt fecit alio loco Æneas vbi dictum est.¶Vota deum.p.v.)Supplicibus,inquit,supera votis.Potentium quippe inimicitię obsequēdo potiusq; resistēdo franguntur.¶Mihi vi. ho. Persolues.) Cum senseris beneficia mea, cum lętus de effectibus fueris, tunc mihi repręsentabis, quę mereor propter hanc causam. Oportuit Æneam euidentius nosse, quis ille esset, & sciret, per tanta beneficia factus esset obnoxius: sub qua occasione & deum aduerteret monitorem, & sideret, quod per eius amnem ad optata auxilia posset

Universidad de Deusto Biblioteca

ſe peruenire.¶Ego ſum,inqt,pleno.q.ſ.cernis.) Nõ arrogãter tetigit laudes ſuas,ſed neceſſario: debuit.n.Æneas multifario mõ, qſ ille eẽt cõſilioꝝ bonoꝝ cõmodiſſim⁹ demõſtrator euidẽter attendere:vt cõſiderato tantorũ authore dictoꝝ,fideret vera eſſe, q̃ audiuerat,atq; auribus ſenſerat.¶Hic mihi.m.d.)Hic ait, cõmoror,hic domiciliũ habeo,hic dixit,vbi loquebaẗ. ¶Celſis ca.v.c.) Originem,inquit,vero & caput inter celſas vrbes habeo.

ASCENSIVS.

¶Tunc ſic affari,& curas his demere dictis:O ſate gẽte deũ Troianã ex ho.&c.)Recitat orationẽ Tyberini ad Æneã habitã, quæ in gñe deliberatiuo verſaẗ: & oẽs numeros perſuaſionis habet. De qua re dicit Dona,ſic.¶Nec vana putes.) Quia ſolent multi in ſomnis decipi,dat ſignũ: quo cognoſcat hoc ſomnium veꝝ eſſe. ¶Arcades.)Breuitate vtitur,ne tędio afficiat Æneã.¶Gen⁹.)Gen⁹ enim dicit,& nomẽ,& vrbẽ,& ſpẽ dat auxilij cũ hoſtibus. Illi hoſtes ſint,& peregrini,quos iure oderint Latini.¶Hic ego.) pollicetẗ homini ignaro viã ſe oſtẽſurum.¶Iunoni.) Matutinũ tp̃s cõgruũ ſacrificijs oſtẽdit. Docet potentũ iras ſupplicãdo, potius q̃ repugnando,ſuperari.¶Ego ſum.)Non arrogãter,ſed neceſſario laudat ſuũ officium. Hęc ille.¶Ordo aũt eſt. Tunc,ſup.viſus eſt: aut cœpit Tyberinus affari.i.adloqui Æneã:aut Tyberin⁹ affari, pro affabatur tũc Æneam ſic:& demere.i.demebat: aut viſus eſt, ſeu cœpit demere curas his dictis.ſ.ſermonibus ſequentib⁹.O Ænea ſate.i.pgenite:gẽte.i.gñe,ſeu pgenie:deũ,pro deorũ: qui reuenis nobis.i.ad noſtrã gloriã,& vtilitatem:ex hoſtib⁹.ſ. Græcis vrbẽ Troianã.i.auſpicia nouę Troiæ cõdẽdę: & ſeruas Pergama i.mœnia Troiana:ęterna.i.indelebilia:aut in ſe, aut in ijs quæ ab eis oriẽtur.ſeruas(inquit)expectate.i.optate,& deſyderate: ſolo Laurenti.i.regioni,vbi Laurentũ eſt,& Laurentes habitant:& aruis Latinis,Latino ſubditis, q externũ generũ expectabat Certa domus.i.quã mutare nõ debebis:eſt tibi hic.i. in hac regione noſtra:& penates certi,ſup.ſunt tibi hic:nę abſiſte.i.ne abſiſtas, hoc eſt ne diſcedas,nec ſtatuas te alio:neu.i.neue, hoc eſt vel ne:terrere pro ne terrearis:minis belli.ſ.contra te moti: oĩs tumor, id eſt inflatura,& irę deũ cõceſſere.ſ.vt Ser. vult: hic tibi certã domum & certos penates:aut cõceſſere fatis tuis: aut iræ deum, pro deorũ, in Troianos cõceſſere.i.ſedatæ & mitigatę ſunt, licet Iuno adhuc moliatur in te:vt oẽs dij dicantur,quorum plurimę ſunt voces:ac ſi dicam, omnis ſenatus tibi conſentit: licet vnus aut alter diſſentiat. Et ne putes ſomnũ fingere tibi hæc vana:ſus ingẽs iacebit iã inuenta tibi.i.a te:ſub ilicibus.i.illis arboribus glandiferis, de genere quercuũ:enixa fœtus triginta capitum, exiſtens alba, & recubans ſolo:& nati.i.fœtus albi,ſup.iacebunt circum vbera: hic locus.ſ.in quo iacebit:erit,ſup. locus vrbis.ſ.olim cõdendæ: quę & Alba vocabitur.)Hęc omnia verba retulerat in.iij. Helen⁹ ex oraculo,vnde fidẽ adhibere poteſt Æneas.)ea.ſ.vrbs, erit certa requies laborum.Ex quo.i.qua ratione, quia requies laborũ erit:aut ex quo.i.poſt cuius inuẽtionẽ, Aſcanius condet vrbẽ.ſ. Albam:clari cognominis.i.cognominandã ab alba ſue inuẽta, & clara oraculorum manifeſtatione:& hoc terdenis annis redeũtibus.i.quod in.j.dixit, Triginta magnos voluẽdis mẽſib⁹ orbeis Imperio explebit,regnumq; a ſede Lauini Transferet,& longam multa vi muniet Albam,Ego cano haud incerta: imo certiſſimis oraculis tibi pri⁹ ſignificata.Ego docebo nũc,paucis, ſcilicet verbis:aduerte.ſ.animũ:qua rõne.i. via,& modo: expedias victor.i. cum victoria:id, ſup. bellum:quod inſtat.ſ.gerẽdum. Arcades.i. populi ex Arcadia:appoſitorie:genus profectũ.i.ortũ,aut deſcendens,a Pallante.ſ.rege Arcadiæ,qui ſecuti regem Euandrũ:& qui ſecuti ſigna.i.prodigia oraculorũ:delegere locũ in his oris, ideſt regionibus:

regionibus:& poſuere in montibus.i.colliculis his:vrbem.ſ.Pallanteam,de nomine Pallantis:proaui.ſ.Euandri:ea autẽ vrbs modica erat fere,vbi nunc Roma eſt. Hi.ſ.populi,ducũt bellum aſſiduum cum gente Latina,cum qua.ſ.tibi gerẽdum eſt: nõ ſocialiter,ſed hoſtiliter:quia oẽ Latiũ cõiurauit in te:adhibe hos ſocios, caſtris.ſ.tuis.i.exercitui tuo in caſtris degẽti.(Caſtra autem,ſunt munimina exercitus trãſportabilia,cũ tentorijs,& armis.)& iunge.i.inijce:fœdera.i.pactum ſocietatis cum eis: ipſe.i.ego.ſ.deus fluminis,ducam te ripis:& flumine recto.i.nullo errore te circũuenturo,vt.ſ.tu ſuperes ſubuectus remis:amnẽ aduerſum.i.licet aduerſum,quia beneficio dei:faciliter etiã aduerſum.i.cõtra fluxũ eius,ſuperauit.i.aſcendit.Age,adhortãdi vox: o nate dea ſurge,& fer.i.offer:rite.i.vt decet: preces Iunoni.ſ.aduerſariæ tuæ: quod & Helenus monuerat primis aſtris cadentibus.i. cum primum aſtra deciderint,hoc eſt cum prima luce, & ſupera.i.euince votis ſupplicibus.i.ſuppliciter factis,iras,& minas.ſ.Iunonis: tu victor.i.poſtq̃ victor fueris,non ante perſolues mihi honorem, id eſt ſacrificium honorificum:ego ſum Tybris cœrule⁹.i. marini coloris,quem cernis ſtringentem.i.radentem:ripas.ſ.Tyberinas:pleno flumine.i.ſum deus fluminis huius:& quem cernis ſecantem,id eſt interfluentẽ:culta.ſ.arua:pinguia.i.opima: exiſtẽs amnis gratiſſimus cœlo,id eſt ijs qui in cœlo ſunt. Magna dom⁹, id eſt ingens domicilium:exiſtẽs caput.i.columen,aut decus pręcipuum:vrbibus celſis, ſcilicet Etruſcis,atque alijs ad Tybrim ſitis:exit,id eſt extenditur mihi:hic.id eſt in hoc fluuio: quia quantus eſt alueus,tanta eſt illius domus: & ita dicit,exit, non ſtat:& hic quia vbiq; eſt,non hinc.

PIERIVS.

¶Expectate ſolo Laurenti.)In antiqs aliquot codicibus,Expectate:quamuis nonnulli adimãt,ſ:eum opperiri ſignificat.¶Ne abſiſte penates.) Inemendate legitur,adſiſte.In pleriſq; codicibus & antiquis,cum abſiſte,dubio procul ſit legendũ. Ait enim Tyberinus,tametſi tantus bellorum motus inſurgit. Ne tamẽ animum deſponde:ſed quod inſtat,aud.cter exequere.¶Timor omnis,& iræ Conceſſere deum.) In veteribus omnibus codicibus quotquot habui,tumor,legitur:quod phyſice dictũ eſſet.Effuſa enim bile,iecur intumeſcit:inde oritur excandeſcẽtia.Vnde apud Hora.Væ meum feruens difficile bile tumet iecur.Et alibi Virgi.Tumida ex ira tũc corda reſidũt. Deq; Meleagro apud Ouidium eſt Tumida frendẽs Mauortius ira.Neq; tamẽ diſplicet, timor:quia Iuno ea tot,quę euentura erant metuens, veteriſq; memor belli tantas exciuerat turbas. In timore, præterea tumor eſt, vt Cornelius Frõto tradit:vt in metu,motus animi:in formidine:interdum ratio:in pauore,nil non puerile.¶Iamq; tibi,ne vana putes hæc fingere ſomnũ.)In Ro.co.nec vana putes,legitur,quod minime diſplicet.Sed&,ne,recte.¶Aduerſum remis ſuperes ſubuectus vt amnẽ.)In cod,aliquot mutato numero, aduerſum ſuperes remus.Sed concurſus ille ſyllabarum,Sum.ſu,res,re, moleſtã præ ſe fert aſperitatem.In aliquibus autem manu ſcriptus verſus hic non habetur.¶Surge age nate dea.)In Roma.co.& quibuſdã alijs non habetur,age.In nõnullis altera manu ſuperadditum,cũ antea legeret,ſurge o nate dea,ſed omnino,Surge age,magis placet.Miſſum facio,Gnate deum: quod & ipſum in veteri habetur codice.¶Supplicib⁹ ſupera votis.)In Ro. quidem codice, votis, legitur.Sed in pleriſq; alijs,donis,vt idem repetatur quod in.iij. præceptum ab Heleno fuerat:tametſi Donatus, votis, agnoſcit vtroq; loco.¶Ego ſum pleno quem flumine cernis.) In codicib⁹ aliquot ãtiquis legere eſt, Ego ſum quem pleno gurgite cernis. Sed altera lectio magis omnino recepta.

SERVIVS.

¶Nox Æneã ſomnuſq; reliqt.) vt,feſſos cũ ſole reliquit. ¶Vndã de flumine palmis Suſtulit.) Quia dicitur nox ẽt ſolo ſomno polluere. Vñ eſt, Et noctẽ flumine purgat.¶Nymphę)Hic diſtinguendũ, vt generalitatẽ ſequaẗ ſpẽlitas, vt in Georgicis, Mater Tyrrhene mater. Nã vitioſum ẽ poſt ſpeciẽ geſt⁹ inferre. ¶Tuq; o genitor cũ flumine.)Sic enim inuocatur in precib⁹, Adeſto Tyberine cum tuis vndis. Tyberim vero alij a rege Abori-

ginum

Dixit:deinde lacu fluuius ſe condidit alto, POE.
Ima petens;nox Aeneam,ſomnuſq; reliquit.
Surgit:& ętherei ſpectans orientia ſolis
Lumina,rite cauis vndam de flumine palmis
Suſtulit:ac taleis effudit ad ęthera voces.
Nymphę,Laurẽtes nymphę,gen⁹ ãnibus vñ ẽ: ÆN.
Tuq; ò Tybri,tu ò genitor cum flumine ſancto,
Accipite Aenean,& tandem arcete periclis.
Quo te cunq; lacus,miſerantem incõmoda noſtra
Fonte tenent: quocunq; ſolo pulcherrimus exis:
Semper honore meo,ſemper celebrabere donis,
Corniger Heſperidum fluuius regnator aquarum.

ginum dictum volũt, qui iuxta dimicãs interemptus eſt. Alij ab eo rege, quem Glauc⁹ Minois filius in Italia interemit. Alij,inter quos & Liuius, ab Albano rege qui in eũ cecidit.¶Arcete periclis.)Hypallage eſt,p a me prohibete pericula.¶Quo te cũq; lacus tenet.)Lacus eſt quoddam latẽtis adhuc aquę receptaculum dictus quaſi lacuna ex qua erumpẽs aqua efficit fontem qui cum fluere cœpit, alueum facit. Vnde tria iſta dixit lacum,fontem, alueum. Hoc

enim

Adſis ò tantum,& propius tua numina firmes.
Sic memorat:geminaſq; legit de claſſe biremeis, PO.
Remigioq; aptat:ſocios ſimul inſtruit armis.
Ecce autem ſubitum,atq; oculis mirabile monſtrum:
Candida per ſyluam cum fœtu concolor albo
Procubuit,viridiq; in littore conſpicitur ſus:
Quam pius Aeneas,tibi enim tibi maxima Iuno
Mactat ſacra ferens:& cum grege ſiſtit ad aram.
Tybris ea fluuium,quã longa eſt nocte tumentem
Lenijt:& tacita refluens ita ſubſtitit vnda:
Mitis vt in morem ſtagni,placidæq; paludis
Sterneret æquor aquis: remo vt luctamen abeſſet.
Ergo iter inceptum celerant rumore ſecundo:
Labitur vncta vadis abies:mirantur & vndæ,
Miratur nemus inſuetum fulgentia longe
Scuta virũm fluuio,pictaſq; innare carinas.
Olli remigio,noctemq; diemq; fatigant:
Et longos ſuperant flexus: varijſq; teguntur
Arboribus:virideſq; ſecant placido æquore ſyluas.

enim eſt.¶Quocũq; ſolo pulcherrimus exis.)Quãq; multi hoc verſu ſupfuſione eius velint ſignificari. Ideo aũt hoc dixit Æneas qa audierat, Hic mihi magna domus celſis caput vrbibus exit.¶Semp honore meo.) Satis Æneas pie pollicetur, cũ Tyberis verecũde popoſcerit. Ait naq;, Mihi victor honorẽ pſolues.¶Corniger.) Flumina ideo cũ cornib⁹ pinguñt, ſiue q̃ mugitũ boũ imitatur murmur vndarum: ſiue q̃ plerunq; in cornuum ſimilitudine curuatas cernim⁹ ripas.¶Heſperidũ regnator aquarũ.)Bene addidit heſperidum.i.Italicarum. Nã Eridan⁹ rex eſt fluminum Heſperię,vt,Fluuiorũ rex Eridanus.¶Fluuius.) vocatiuus antiqu⁹ eſt, quia apud maiores in oĩ forma ſimilis erat noĩatiuo.Sed mõ aliter eſt in ſecũda tantũ forma, naq; ſi propriũ fuerit nomẽ,& i ãte us habuerit,us pdita facit vocatiuũ:vt Terẽtius,Terẽte:nullo excepto,ſi autẽ appellatiuũ ſit,in e mittit vocatiuũ,vt pius pie,fluui⁹ fluuie:excepto filius:nã fili facit. Plerunq; tñ poetæ Euphoniæ cauſa ãtiquitatẽ ſequũtur.¶Et propius.) Legitur & propri⁹,ſed ſi proprius,familiari⁹:propius,cui⁹ ſignificatione Virgilius,Propius res aſpice noſtras,Circero in Verrẽ. Nec quicquã eſt propius factũ,quã vt illud exẽplum de Adriano Syracuſis referretur. Et hoc eſt melius,nam ſtatim porca eſt cõſpeſta, & Æneas nõ dubitat de fide oraculi,ſed exponit celeritatem.¶Tua numina.)Tua oracula & promiſſa.¶Monſtrum.) Quia & ſubito & cũ triginta porcellis eſt viſa.¶Viridiq; in littore.) Fluuiali ſcilicet.¶Conſpicitur ſus.)Horatius. Et amica luto ſus. Sciendum tamen hoc eſſe vitioſum monoſyllaba finiri verſum,niſi forte ipſo monoſyllabo minora explicentur animalia. Vt Parturient montes,naſcetur ridiculus mus. Gratiores enim verſus iſti ſunt ſecũdum Lucillum.¶Tibi enim.)Vacat enim,& tantum ad ornatum pertinet,integrũ eſt ergo tibi, vt ex iteratione creſcat augmẽtũ, Terentius,O Myſis,Myſis.¶Maxima Iuno.) Quæſitum eſt quæ ſit Iuno maxima. Nam vt diximus, variæ ſunt eius poteſtates: vt Curetis,Lucina,Matrona,Regina.& dicunt Theologi ipſam eſſe matrem deum,quæ Terra dicitur. Vnde etiam porca ei ſacrificatur.Ergo perite elegit epithetõ,vt maximam diceret.¶Mactat.) Mactatio poſt immolationẽ eſt: vnde bono vſus eſt compẽdio. Sane Hyſteron proteron eſt in hoc verſu:Primum eſt, Cum grege ſiſtit ad aram:& ſic mactat,id eſt auget,perficit.¶Quam longa eſt nocte.)Inquantum longa eſt. Vt,Nunc hyemem inter ſe luxu quam longa fouere.¶Refluens.)Velut in alueum ſuum recurrens,vt Æneas contra vndas pergens deſcẽdentis celeritate propemodum vteretur.¶Æquor aquis.)Ipſius æqualitatem.¶Rumore ſecũdo.)Hoc eſt bona fama,cum neminem læderent. Aut certe dicit eos ante veniſſe quam fama nunciaret venturos. Aut rumore pro rumone poſuit. Nam vt ſupra diximus.Rumon dictus eſt: vnde & ficus ruminalis ad quam eiecti ſunt Remus & Romulus:quæ fuit vbi nunc eſt Lupercal in circo.hac enim labebatur Tyberis, antequam Vertumnus factis ſacrificiis auerteretur.Quamuis ficum ruminalem alij a Romulo velint dictã, quaſi Romularem.Alij a lacte infantibus dato, nam pars gutturis ruma dicitur.Ergo ſi fuerit Rumone ſecundo,fauente fluuio intelligimus.¶Labitur vncta vadis abies.) Deſcendentis celeritate prope conſcendit.Statius de diſco, Similiſque cadenti Creſcit in aduerſum.¶Mirantur & vndæ.) Laus Troianorum per phantaſiam quandam ex vndarum vel nemoris admiratione veniens. ¶Noctemq; diemq; fatigant.)Vt, Syluaſq; fatigant, pro ipſi fatigantur.¶Superant flexus.) Hic oſtendit non eſſe alueum fluminis rectum.¶Variſq; teguntur arboribus.) Hoc eſt,Hunc inter fluuio Tyberinus amœno.¶Secant placido æquore ſyluas.) Oſtendit adeo perſpicuam fuiſſe naturam fluminis,vt in eo apparerent imagines nemorum quas Troianæ naues ſecabant. Terẽtianus,Natura ſic eſt fluminis,vt obuias imagines nemorũ recepet in lucem ſuam.

DONATVS.

¶Dixit.d.l.fl.ſe.c.a.Ima petẽs.) Redijt ad ſedẽ propriam aquarũ pfundo ſubmerſus, cum ea compleſſet, quæ ad inſtruendum virũ fuerãt neceſſaria.¶Nox Æneam.ſ.q;.re.) Nihil celeri⁹ dici, vel deſcribi potuit,vt Æneam expergefactum, & noctem cõſumptam eſſe mõſtraret, tantũq; Æneã dormiſſe,quantum dei cõmotiõi ſufficere potuit:Potuit.n. fieri,vt ante lucem media nocte vigilaſſet, reddidit poeta totius noctis rationẽ, in pma parte, vigilauit Æneas occupatus curis ingẽtib⁹: dehinc, tranſacto nõ paruo ſpatio noctis eiuſdẽ dormijt neceſſitate naturali compulſus: quod ipſum videtur nõ ſine numine procuratũ, vt diuinis affectib⁹ iſtrui poſſet, & ſecurior reddi:fas enim non fuit,vt cũ vigilãte deus loqueretur: Dũ igitur tãtis rebus inſtruit, totũ noctis tẽpus effluxit:nec trãſacta eſt hora,qua Iunoni iuſſus fuerat vota ploluere.¶Surgit,& ætherei.)Qm̃ cõſumpta fuerat nox,ſurrexit,& ſpectãs ortũ ipſum ſolis,hoc eſt intuẽs recẽtẽ vndã ipſius fautoris ſui, manib⁹ ſuſtulit, & tales voces effudit claras.ſ.Æneas.¶Nymphæ, laurẽtes.) Hic verſus diuerſas poteſt pronũciationes admittere. Dicimus ergo vnã ſic,Nymphę laurentes, qm̃ ipſarũ cauſa prędicabaẗ,& ipſę in tpe fuerãt neceſſariæ.Secũdo addẽdũ, Nymphæ genus amnibus vnde eſt,vt Nymphæ Italię vniuerſis amnib⁹ genus dediſſe videãtur.itẽ alia ſic,nymphę,laurẽtes nymphę,duplicatio nominis ſignificãs poteſtatẽ cumulauit honorificẽtiã deprecãtis.de hinc dicẽdũ gen⁹ amnibus vñ eſt. Tertia ſic,nymphæ,& ſubſiſtẽdũ,vt incipiẽs generalitatẽ videaẗ ingreſſus. Dehinc correcta ea,ad ſpẽm redeat dicẽs,laurẽtes nymphæ, qũo ipſæ cæteris fuerant præponẽdæ,quas rogabat,& quarũ in pręſenti beneficiũ ſenſerat.Ergo cum omnes habeant rationem ſuã,aut iudicio legẽtis eligẽda eſt melior,aut ſequendæ ſunt omnes.¶Tuq; o Tybri tuo. Accipite Æneã)Genitorẽ,Tybrin, aut honorifice dixit, aut ſuũ, qm̃ ad ſimilitudinẽ paterni moris conſulta eius acceperat. Interea videamus,cur primo nymphas induxerit,& ſecũdo loco nõiauerit Tybrim,quẽ primo debuit venerari,hunc ſciẽdũ eſt partẽ ſecutum laudatiuæ materię,in qua retinendũ eſt, vt parẽtes eius præferãtur,qui forte laudãdus eſt,cum igitur ipſe iſta dixiſſet,nymphæ, genus amnibus vnde eſt,nõ fuit eius iniuria,qui ſecũdo loco eſt poſitus: ipſius enim etiam illud fuit, quod primo laudatum eſt, colligitur deſiderium laudãtis ſic, vos nymphæ, & tu Tybri tuo me alueo ſuſcipite:Tuo,quod dixit ad Tybrim pertinet,quia ipſius fuerat flumen. Accipite,autem ad omnes,quos rogabat.¶Et tandem arcete periclis.) Et aliquando, inquit, liceat ſine periculo nauigare,& ab omni diſcrimine eſſe diſcretum.¶Quo te cunque lacus.)Quo te cunque,bis accipiendum eſt,vt ſit quo te cũque lacus tenes,& quocunque fonte cõtineris:ſed horum alterũ ad eius originem pertinet,alterum ad exitum.¶Semper honore meo.) Siue,inquit, ad originem tuam venero, ſiue te in alijs locis conſtitutum exeuntem reperiero,vel conditum lacu,celebrabo te donis ſemper,& ſemper honorabo muneribus. ſemper duplicatum,plenam præſtitorum memoriam monſtrat, Fons & lacus non ſunt eadem. Fons eſt, vbi eſt aquæ initium. Lacus, vbi Fons. Lacus.
fontis aqua colligitur,hoc ergo numini ſpondet, vbicunque te, inquit,inuenero,ſiue ex fonte naſcentem,ſiue in ſtagno collectũ ſiue fluẽtem per liberos exitus, venerabor te pro meritis tuis, & ſemper offeram vota:ſemper etiã illud videtur ſignificare, iugiter in ferẽdis muneribus futurum obnoxiũ.Solent quippe liberari nexu,qui ſemel promittunt,& ſemel vota perſoluunt.¶Corniger heſperidũ.)Corniger ideo,quia nõnunq̃ flumina ſciſſa in partes,tanq̃ in cornua diuiduntur,heſperidũ fluuius, dign⁹ qui per Italiã fluat,regnator aquarũ non ſuarũ tãtummodo ſed omnium fluminũ,hoc dicendo voluit hũc ſtudio laudantis vniuerſis amnibus,eſſe potiorem.¶Adſis o tãdem.) Adſis vſibus meis hoc eſt actus meos nõ deſeras peto.¶Et pla.t.n.f.) Placidus mẽte

placidus

Universidad de Deusto Biblioteca

placidus flumine, ppter imminētē nauigationē. ⸿Sic memo. &c.) Magna breuitas & pulchra in breuitate descriptio. Naues elegit duas has instruit remis & aptas cursibus pstat, & armat socios, quos fuerat portaturus. Ideo elegit biremes, quo mō cōtra vim currētis fluminis maior conatus fuerat necessarius, vt resistēs in aduersum cōtrari⁹ fluminis cursus posset superari: socios instruit armis, aut armis nauiū hoc est velis, aut armis hoīum, quia suscepto tpe inermes nō debuerant ire. Sed melius est sentire arma hominū, q̄ṁ supra dixit, remigioq; aptat. In cōsequētib⁹ autē pbatū est, quid sit, socios simul istruit armis. Quippe ex naui rñsum est Pallanti. Troiugenas & tela vides inimica Latinis. Socios ieccirco armis instruxit, nō vt faceret, sed vt depelleret violētiā. ⸿Ecce autē subitū.) Subitū, inqt. & mirabile repente qppe occurrerat res noua, & ātea nō visa, nec postea: quod ergo subitū fuit, cōmouit intuentē, quod subiectū est oculis fecit admiratonē animi. Mōstrū dicitur, quod exoritur cōtra ratione naturæ. Icirco existit, vt futurū aliquid monstret, subiungit, quale mōstrū, vt mirabile ostēdat. ⸿Candida per syluā.) Factū est, quod futurū prædixerat Tybris: faciēda erāt reliqua, q̄ṁ somnij veritas iam fuerat in aliquibus comprobata. ⸿Quā pius Æneas.) Pius, inquit, Æneas mactat, cum mactandi officiū crudelitatē, potiusq; pietatē significet: non ita piū dixit, quasi misericordē: sed p loco supplicē numini & religiosum sacrificantē, nā & in primo libro piū dixit, vt deorū cultorē assereret, & illū miraretur deos oēs aduersos habuisse, & ipsam Iunonē, deniq; sic posuit. Musa, inquit, mihi causas memora, quo numine læso, Quidue dolēs regina deū tot voluere casus Insignē pietate virum, tot adire labores Impulerit. Quam pius Æneas mactat, putamus eū tacuisse de fœtibus, qa dixit, quā mactat, & nō dixit quos mactat. Pōt constare de oībus dictū, si verborū cōponatur ordinatio, eorū .s. quę metrorum causa pmista sunt & sic pōt aliud vitiū corrigi, si fiat ordinatio, prius qppe dixit mactat, & sistit: postea cum primū sit sistere, scdm mactare. Ordinamus ergo sic, quam pius Æneas, tibi, n. tibi maxma Iuno ad aras cum grege sistit, & sacra ferens cum grege mactat, cū grege enī bis debem⁹ accipe. ⸿Tybris ea fluuium &c.) Tybris oēm noctē in quantū fuerat longa fluuium leniit, hoc est aquā vorticib⁹ abundantē fluminis sui. Supra .n. in septimo libro ait, Vorticib⁹ rapidis, & multa flauus arena, In mare prorumpit: q ne talis esset q̄ Æneę nauigaturo, placidum fecerat, qui faciendi habuit ptātē diuitem: prolixā posuit hyemalem. s. pbatur hoc ex eo qa Æneā dixit sub gelidi ætheris axe pcubuisse, hoc est in loco pruinoso ex hyemis cœ. ⸿Et tāta refluens ita. s. v. Mitis.) Sic mitis fuerat factus vnda refluere, hoc est repressa & retenta. ⸿Vt in morem stagni.) Tanta illius fluminis placiditas fuit, vt nec sonum aliquem mitteret cadentis vndę, & remotis tumoribus præberet faciē stagni, ac trāquillæ paludis. ⸿Ergo iter inceptū celerāt. r. s.) Prospero aquarū murmure, rumore secundo: Potest etiā sic intelligi, vt ideo Troiani peragēdo spatio fluminis operā darent, q animati fuerant opinionibus prosperis, & ad optimā spem properabant. ⸿Labitur vncta. v. a.) Naues ad vsum maris effectæ labebātur in vndis, hoc est in flumine, quod ad vicē vadorū strauerat Tybris. ⸿Mirantur & vndæ.) Vertenda, ordinatio est. Nemo. n. dicit, nisi qui prius aliqd dixerit, vt sit mirantur vndę, & nemus insuetū, dicuntur ipsa miracula. ⸿Fulgentia longe. Sc. v. &c.) vñ & nemus mirabatur, scuta & naues natare per fluuiū. Pulcherrimū poeta ex occasiōe tenuit locū propter Æneā factū, vt cōtra totius antiquitatis fidē loca illa & naues viderent & armatos in naui. ⸿Olli remigio.) Ostēdit, quanto spatio tpis peruenisse viderent, nocte vna inqt & die remis fuerūt intenti & transierūt lōgos fluminis flexus: ideo curuaturas & inflexiōes tetigit: qa flumina oīa recta esse nō possunt: per oēm aūt illius nauigationis cursum ex placiditate vndarum ibi sunt, & opacitate nemorum.

ASCENSIVS.

⸿Dixit, deinde lacu fluui⁹ se cōdidit alto, Ima petēs; nox Æneā somnusq; &c.) Postq̄ deus euanuerat, & Æneas somno & visione leuatus surrexerat: ablutus sacro flumine, vota pcesq; soluit: & remigiū ad Euādrū instruit: vidēs fatalē suem, qua Iunoni mactata, ad Euandrū proficiscitur. De hac aūt re Donatus sic. ⸿Nymphę, Laurētes Nymphę, genus amnibus vñ est.) Pōt sic distingui Nymphę Laurentes q̄ṁ ipsę in tpe fuerāt necessarię. Deinde ponę, Nymphæ genus amnibus vñ est, possumus ēt intelligere esse publicationē. Tertia distinctio est, vt dicas, Nymphę: vt gñaliter proferatur. Deinde ad spēm redeat, & dicat, Laurentes nymphæ: quę erāt preferēdæ. ⸿Tuq; o Tybri, tu o genitor cū flumine sancto.) Honoris cā, vel, qa subit, vt pater consuluerat. ⸿Quo te cūq; lacus, miserantem incommoda nostra Fonte tenet, quocūq; solo pulcherrimus exis, Semper.) Quocunq; lacu, & quocunq; fonte. Alterū, ad eius originem. Alterū, ad exitū pertinet. Fons est aquæ initium. Lacus: vbi fontis aqua colligitur. Fons. Lacus. ⸿Corniger Hesperidū fluuius regnator aquarū.) Vt ostendat oībus fluminibus potiorē. ⸿Placidus.) Et mēte & flumine propter nauigationē. ⸿Atq; oculis mirabile monstrum.) Id est quod est contra rationem naturę. ⸿Mactat sacra ferens, & cū grege sistit ad aram.) Prius, sistit: deinde, mactat. Ergo ordo est, Quā Æneas tibi ad aras cū grege sistit & cum grege mactat: vt intelligatur etiam fœtus mactasse. Hęc ille. Ordo. ⸿Ordo est. Dixit fluuius. i. Tyberinus, deus fluuij: aut si legis fluuij: vt sit, dixit. s. Tyberinus: deinde condidit. i. abscondit, & immersit se: alto. i. profundo: lacu. i. receptaculo aquarum fluuij, sed qa paulopost, fluuium, pro deo ponet, sequere priorem constructionem: petens. i. adiens ima. i. profundum: nox, & somn⁹ reliquit Æneam. i. oriente die expergiscitur, surgit, & spectās lumina solis ætherei. i. cœlestis (quia etiā apud inferos, solem dixit in vj. Solemq; suum sua sydera norūt.) orientia. s. cum sole: sustulit id est sursum tulit: rite. i. iuxta morem sacrificādi: palmis cauis. i. in concauitē contractis: de flumine. s. Tyberino: vndam. i. aquā recentem: ac effudit ad æthera tales voces. i. preces. O nymphę. s. quæcunq; estis: nymphæ (inquit) Laurētes. i. quæ præestis fontibus, & amnibus Laurentibus: vnde. i. a quibus: genus. i. ortus, est amnibus. i. fluuijs circunstantibus, hoc est quibuscūq; aquis currentibus. Nymphæ enim, sunt nimbi, & nubes, quę aquas producunt currentes. & tu, o Tybri genitor, id est pater fluminis huius aut paterna veneratione digne: cū tuo sancto flumine, id ē simul, & tu & flumen tuum sanctum: accipite Æneam, scilicet me: & arcete tandem periclis, scilicet ingruentibus. Adludit ad historiam Coclitis, qui se de pōte sublicio, cum simili fere comprecatione, in Tybrim præcipitem dedit: vt recitat Liuius. Quocunq; fonte lacus, id est vndecūq; effusus sit lacus: qui te tenet, id est, vbi habitas & quocunq; solo, id est terra: tu exis, existens pulcherrimus: tu celebrabere, id est cū celebritate honorabere: semper meo honore. i. mea honoratione, & veneratione: & donis, scilicet meis: tu (inqt) celebrabere, existēs fluui⁹ corniger, id est cornua gerēs, id est similitudinem cornuum in littorib⁹ incuruis: regnator, id est tenens regna, & principatum: aquarum Hesperidum, id est Italicarum: licet enim Padus, maior sit: vnde prius in Georgicis, Fluuiorum rex Eridanus, &c. tamen propter Romam, & cæteras vrbeis, Tyberis est regnator. Aut dicamus Æneam, nōdum vidisse Padum: aut Padum nō attingere potiorem partem Italiæ & hoc modo construendo, non est opus dicere, fluui⁹, esse vocatiui casus. Adsis, id est auxilio sis igitur: o, optantis est: tandem, id est post tāta marium pericula: & firmes tua numina. i. diuina munera nobis oblata: propius. i. familiarius: ipse sup. Æneas: memoris. i. loquēs: aut potius locutus sic: legit de classe. i. omni ex numero nauium: biremes. i. naues duorum ordinum remorum: geminas. i. duas, & pares: & aptat remigio. i. ad remigium. i. vt possint remis agi: aut aptat remigio. i. remis aptā facit, & instruit simul socios armis. Autem, pro sed: ecce. q. d. de repēte, & ex iprouiso mōstrū subitū: atq; mirabile. s. sus: cādida. i. penitus alba: concolor. i. eiusdē coloris: cū fœtu. s. triginta capitum, albo procubuit per syluā: & conspicitur oculis. s. Æneæ: in littore viridi. i. virēti, aut gramineo: quā Æneas pius. s. in deos, etiam erga Iunonē inimicam maxima: mactat: subito enim, pro qa: mactabat tibi: tibi (inquit) o maxima Iuno, ferens sacra. i. sacrificans, aut offerens pro sacrificio: & sistit. i. stare facit eam cum grege. s. succulorū: ad aram. s. tibi extructam: Tybris. s. deus fluuij: leniit. i. lenem, & trāquillum efficit, ea nocte q̄. i. quantum longa, sup. fuit: fluuium. s. Tyberim tumētem. i. inflatum prius: & sup. fluuius: refluēs. i. ortū petens fluxu suo: vnda tacita. i. sine murmure rediens: substitit. i. māsit: stans ita. i. vt que adeo mitis: vt sterneret. i. sternēdo se faceret: æquor. i. planiciem aquis. i. in ipsis aquis: in morē. i. ad similitudinem: stagni. i. aquæ stantis: & paludis. i. aquæ palustris: placidę. i. tranquillę, & nō mota: vt. s. luctamen, abesset remo. i. vt non esset luctandū remo, cū aquis aduersis, & defluentibus, cum nauis ascēderet. Ergo. i. quia vidēt fluuiū tam conuenientem: ipsi celerant. i. celeriter trāsigūt iter. i. profectionem ad Euandrū: rumore secundo. i. cum prospero murmure, aut bona fama, aut rumore. i. secreto sermone inter Troianos de felici plectione, aut rumore, pro rumone. i. Tyberi secūdo: quia refluo, vt sit abies. i. nauis ex abiete facta: vncta. i. picata: labitur. i. celeriter agitur: vadis. i. per vada Tyberis: rumore, id est ipso Tyberi, secundo. i. iam refluo, & ita idoneo ad nauigationē: vnde mirantur. s. tam celerem nauis ascēsum: & nemus insuetū. s. videre talia: miratur scuta virū. i. virorū. s. fortiū, fulgētia longe. i. de longe: & carinas pictas, quia Troiani omnia expolita semper

semper habuerūt, vñ & molles iudicati sunt: inare fluuio. s. Tyberi: olli. i. oēs illi: fatigant remigio, i. remigādo: noctē & diē. i. totā tempestatē, donec peruenerāt ad Euandrū: & superāt. i. trāscēdūt: longos flexus. s. Tyberis incurui: & teguntur varijs arborib⁹. s. in littore stātibus: & secāt. i. intercidūt cursu suo, ęquore placido. i. per aquas Tyberis: æquas. i. pstratas: & tranquillas: syluas. i. vmbras arborū virides: vt salignas in littore crescentes, hoc est ferūtur per medias arbores, q oia afferuntur a poeta, ad hoc, vt verisimile faciat in tāta côiuratione Æneā potuisse saluū cū paucis ad Euādrū peruenisse. Nā propterea dicit, fluuium, fuisse refluum, & tranquillum a deo redditū, studio summo adnauigasse: occultos fuisse arboribus, & syluis frondosis rumorē fuisse secūdum, vt. s. siquis eos vidisset, nihil mali suscipicatus fuisset.

PIERIVS.

⸿Somnusq; reliquit.) In antiqs aliquot exēplaribus, relinquit, per instans: vt conueniat cū Surgit. ⸿Sustulit.) In antiqs aliquot codicib⁹, Sustinet, legitur. Et quod sequitur, Taleis effundit, præsenti tpe, quod in vulgatis, effudit habet. ⸿Tuq;, o Tybri, tu o genitor cum flumine sancto.) Tu o genitor, distinguēdū eēt ex antiquis codicibus, in pronomen, & aduerbium vocādi. Corripere turq; tu, ob subsequētē vocalē. quod nō ideo apposuit, qa lectionem huiusmodi probarē: sed, vt codicū tm̄ varietatē indicarem. Quidā, vt in plerisq; alijs locis, q̄. pticulā inseruere. Hinc plerique codices habent, Tuq; o Tybri, tuq; o genitor. tā imperite, q̄ absurde, Perinde ac etiā xancto, pro sancto, scripsere. Nā, s, simplex, in x in x mutare, quorūdam mos fuit: vt habetur in veterum monumentis, Cassius xecundus, & alia quædam hmōi. ⸿Quo te cunq; lacus miserantem incommoda nostra Fonte, tenet.) In Romano codice, tenent, legitur: vt, lacus, sit pluralis numeri. Non. n. adhuc proprium fontē, aut lacum nouit. ⸿Semper celebrabere donis.) In plerisq; codicibus ātiquis, venerabere, specie Latino sermoni insolita. Celebrabere, autē omnino melius. ⸿Adsis o tandē, & propius.) In Romano codice, & in Mediceo, Adsis o tantū legitur. In aliquot alijs, Adsis & tandem propius. Sed omnino venustius est, o tandem ⸿Quam longa est nocte.) In codicibus aliquot antiqs nō habetur, est: sed enim figuratam illam priorem lectionē agnoscit Seruius. ⸿Leniit & tacita.) In Ro. codice more suo, lenit, Vnico i: quod vel oblōga figura scribi debet, vt pro duobus accipiatur, sicuti, Memor benefici, vel, spōdeus est, κατὰ συναίρεσιν. Sed magis placet, leniit, dactylus. ⸿Ergo iter inceptū celerant.) In plerisq; cod. anti. peragunt, legitur: vtrunq; placet: sed melius, celerant. In Med. celebrant, quod cum eo quadraret, quod sequitur, rumore secundo. Quod vero aiunt interpretes, rumore secūdo id est bona fama, nihil ad Virgilianā sententiā facere videtur. Nā rumor, hic pro plausu ponitur. ⸿Labitur vncta vadis abies.) In codicibus aliquot antiquis, vda: nō, vncta, legitur: Sed, vncta, magis proprium: quo epitheto, alias etiam Poeta vsus est, ad pingendas naueis. Natat vncta carina. Quod vero subiūxit, vndas, & nemus mirari, secundum Pythagorę disciplinam dictum, qui putabat omnia spiritum vegetationis habentia, posse mirari.

Sol medium cœli conscenderat igneus orbem:
Cum muros, arcemq; procul, ac rara domorum
Tecta vident: quæ nunc Romana potentia cœlo
Aequauit. tum res inopes Euandrus habebat.
Ocyus aduertunt proras: vrbiq; propinquāt.
Forte die solennem illo rex Arcas honorem
Amphytrioniadæ magno, diuisq; ferebat
Ante vrbem in luco. Pallas huic filius vnà
Vnà omnes iuuenum primi, pauperq; senatus,
Thura dabant: tepidusq; cruor fumabat ad aras.
Vt cessas videre rates, atq; inter opacum
Adlabi nemus: & tacitis incumbere remis:
Terrentur visu subito: cunctiq; relictis
Consurgunt mensis: audax quos rumpere Pallas
Sacra vetat: raptoq; volat telo obuius ipse:
Et procul ē tumulo, {Iuuenes quę causa subegit PAL.
Ignotas tentare vias? quo tenditis? inquit:
Qui genus? vñ domo? pacemne huc fertis? an arma?
Tum pater Aeneas puppi sic fatur ab alta: POE.
Paciferæq; manu ramum prætendit oliuę.
Troiugenas ac tela vides inimica Latinis: ÆNE.
Quos illi bello profugos egere superbo.
Euandrum petimus. ferte hæc: & dicite lectos
Dardanię venisse duces, socia arma rogantes.

SERVIVS.

⸿Sol mediū cœli cōscēderat igneus orbē.) Alterius. s. diei. ⸿Cum muros, arcēq; pcul.) Palatinū vidit: nec sitū præsentē considerare debemus. Tūc enim nullis obstātibus ædificijs & Tyberi per Lupercal (vt diximus) fluente, facile mons poterat videri Palatin⁹. ⸿Forte diē solēnē illo.) εὐσυμβόλως, id est bono omine victori deo Troianis veniētibus sacra celebrabāt, bona ēt vsus est œconomia. ⸿Amphitryoniadæ magno, diuisq; ferebat.) Satis pite. Nā cuiuis deo sacrificarēt, necesse erat post ipsum etiā reliquos inuocari. ⸿Ante vrbē.) Secundum antiquum situm. Tūc. n. breuis ciuitas fuerat. ⸿Pallas huic filius.) Pro, cū hoc. ⸿Iuuenum primi, pauperq; senatus.) Totam ostendit ętatē, nā p senatū, seniores significātur. Paupertatem ad numerū retulit) cēsti enim sub Romulo fuerūt) autre vera pauper, per quod Romani imperij ostendit parsimonia plaude tūc habita. ⸿Tepidusq; cruor.) Frustra quidā cruorē, pecorū: sanguinem, hominum volūt. Nā Iuuenalis ait, Sanguis iret, & a magno ceruix feriēda magistro. Virgili⁹, Atq; atros siccabat veste cruores. ⸿Cessas videre rates.) Quia dixit, Geminasq; legit de classe biremes. ⸿Inter opacum Adlabi nemus.) Per nemus. vt, Hūc inter fluuio Tyberinus amœno. Et est honesta elocutio, vt si dicas, Inter cœnā locutus sum, i: per cœnā: ⸿Tacitis incūbere remis.) Pro ipsi taciti: hoc est sine celeumate. ⸿Audax quos rūpere Pallas Sacra vetat.) Ne interruptione sacrificij piaculum cōmitteret. Vñ etiā Helen⁹, ne qua inter sacratos ignes in honore deorū hostilis facies occurrat, & turbet omnia. Deniq; cū ludi Circēses Apollini celebrarentur, & Annibal nunciatus esset circa portā Collinā, & vrbi ingruere: oēs raptis armis cōcurrerūt. Reuersi postea cū piaculum formidarent, inuenerūt saltantē in circo senē quēdam qui cū interrogatus dixisset se nō interrupisse saltationē, dictum est hoc prouerbiū: Salua res est, saltat senex. Audacem autē dicit vbiq; Virgili⁹, quoties vult ostēdere virtutē sine fortuna. Vnde etiā Turnū audacem vocat. ⸿Iuuenes quæ causa subegit.) Succincta & plena īterrogatio: cui p singula rñdet Æneas. ⸿Qui genus?) Quo genere? ⸿Vnde domo? De qua ciuitate? ⸿An arma?) Tropū fecit metri causa. Nā cōsequens erat vt diceret, ā bellū: ⸿Paciferæq; ramū prętendit oliuæ.) Ne moram faceret i respōsione. ⸿Tela vides inimica Latinis.) Bona cōciliatio. Nā audierat, Hi bellū assidue ducunt cū gente Latina. ⸿Quos illi bello, pfugos.) Sicut & vos. Et mouet cōciliationē ēt ex similitudine fortunę. ⸿Ferte hęc.) Hoc ad ramū pertinet. ⸿Dicite.) ad verba.

DONATVS.

⸿Sed medium cœli.) Dixit omne temp⁹, quo nauigationis peractus est cursus: nunc horam dicit, qua ad locū ventum est. Medium, inquit, cœlum sol tenuerat, ipsa est sexta hora, & cum iam non tegerētur nimia vmbra arborum apparebāt his muri ciuitatis, arx quoque, & rara domorū tecta, illo tēpore ait rara, quo Æneas accesserat. Quæ nunc, hoc est cum Virgili⁹ hæc scribebat. ⸿Romana potentia cœlo Æquauit.) Et hoc Æneæ virtutibus applicatur. felicitati enim Romanæ ipse nuncium dedit, vt ex humili & parua fieret maior, & perueniret culmen eius ad cœlum. ⸿Ocyus auertunt proras.) Ocyus ideo, quia ad desideratum peruenerant locum. ⸿Forte die solennem.) Non est vitiū, quia dixit pauperq; senatus dona dabant. nō enim senatus respōdit pluraliter: sed omnibus, qui illic tunc erāt, vt res diuinas complerēt. ⸿Tepidusq; cruor fumabat ad aras.) Eo tempore, quo Æneas venit ad auxilia poscenda, læta omnia atq; ad diuinas res pertinentia gerebātur, in Herculis luco, qui extra vrbem fuerat constitutus. Nam hæc eadē die soliti fuerant Arcades anniuersaria vota persoluere: Amphitryonidæ dixit, vt intelligeretur, de quo Hercule loqueretur: Feruntur enim fuisse & alij: nec tamen illi soli, sed & cæteris dijs obsequebantur: ipsi tamen specialiter, quomodo ipsius debita solennitas fuit. Ecce læti homines, sacer locus, religiosus lucus arborum numerositate gratissimus. conuentus etiam nouorum hominum & religiosorū pacatissimus: pauperem senatum debem⁹ accipere, & numero, & opibus,

Universidad de Deusto Biblioteca

bus:quomodo & ipsum regem pauperē dixit. Volūt autē quidā pauperē senatū numero tātū dixisse Virgiliū:quasi fieri posset, vt regi pauperi diuites obsequerētur.hi igiť adunati illo die fuerūt aderat & Pallas filius regis,vt deo cuius beneficia senserant, vota persoluerent oēs,& darēt thura:quę cū fierēt,fumabat iuxta aras tepidus cruor,tepidus ideo,quia vicinæ fuerant aræ ardētes:aut quia in continenti fuerat effusus,interea quāta dicta sunt narratione breuissima:Nam dicendo solennem diem, & tempus designauit,quod obseruari cōsueuerat,& causam,quæ solennitatem ipsam fecerat.Rex arcas,& personam regis designauit, & gentis nomen,qua esset exortus:honorem amphitryoniadæ magno,& dei nomen cum omni honorificentia tetigit, & dicendo honorem,ostendit meritū præcessisse ei,cui honor āniuersarius debebatur,diuis quoq; exhibebatur hic ipse honos, qa specialis solennitas replicata ,ppter Herculē, occasionem prebuerat religiosis, vt deos quoq; alios iungerent ante vrbem in luco: designat⁹ est euidenter lucus,& qualitas eius expressa,proximitas quoque, q non lōge esset separatus a mœnibus ciuitatis. Vna autem fuerat Pallas Euādri natus,nā tantis votis secerni nō debuit filius regis. In hac aūt descriptione,vt in oībus,non vacat qcquid cōstaret dictū:nec superfluum est,q ibi fuisse ēt Pallantē dixit.hūc.n.dicturus est occurrisse Troianis: vna fuerūt iuuenum primi propter obsequiū regis & numinis.Interfuit & pauper senatus,tunc pauper,cum per Euādrū regebatur.Dicitur iam,qd illic negocij gererent.Aris,inquit, imponebant thura, sacrificia facta nō dixit, sed ostēdit pręcessisse hæc,cum effusum cruorem assereret,tepidum, & fumantē.Vt cellas videre rates.) Quem non terreret talis aspectus? venire subito,venire nauibus per insueta,& contra naturæ morē tacitos remis incūbere?¶ Cūctiq; relictis Cōsurgūt mēsis.) Omnes.n.tū cunctis ingruere periculū arbitrabantur:perindeq; vniuersos,ideq; simul excitauerat error.¶ Audax.q.r.p.) Audax dictus,nō temerarius,sed propria virtute confidēs :perindeq; intrepidus:Pallas,inqt,ne perturbatio illa piaculū sacris, aut offensam inferret.Non erupto,quod esse continuū debuit,euolauit,p hibitis cęteris nec tñ inermem, sed rapto telo festinantē in tanto metu rapuisse dixit gladiū,nō tulisse.¶ Et procul e tumulo.) Ecce alia cautela.nā & gladio munitus fuit,& in tumulo cōstitit,vt aliquanto ab his remot⁹ esset,& illis altior,quos habuit in re incerta suspectos.Quid.n.cōtra plurimos posset?si contrariā sniam gererent,quin oēs timuerint,qui illis intererāt sacris,dubiū esse nō poterit,si suprascripta vel descripta tractēt. Dictū est quippe, his bellū assidue ducunt cū gente Latina,sperasse, igitur intelligūtur obseruare hostes Italos diem,vt extra vrbem in solēnitate sacrorū constitutos Arcades inuaderēt,perinde, q se regē ac regis filiū senatum oēm,& iuuenum primos vno tpe fuissent interēpturi: Ergo,vt e tumulo loqueretur,habuit cōsiderationē sui,nec totū se venientibus obtulit,fuit.n.cum venirēt,incertum,& magis suspectum,q̄ securum. Ergo aliquanto longius positus locut⁹ est hæc,¶ Iuuenes,quæ cā.s.)Oratio non superfluis in tāto metu sed necessarijs interrogatiōibus plena. Iuuenes, inqt,ab ętate tradēs post se illos inferre violētiā,quę,inqt,causa subegit?bene posuit, subegit.Intellexit.n.magnā fuisse necessitatē ipsa parte veniendi, qua nulli transitus antea extitisset ad incerta.s.& incognita, quo tenditis?venerant.n.& ad oram fluminis defluxerāt,ex eo ostendentes se non transituros fuisse,sed descēsuros. Qui genus?vnde domo?honestum & exquisitū locutionis genus:nō .n. quo estis ex genere,vel ex qua ciuitate exorti.Cōpendiose.n. audito noie ciuitatis augentis poterat nosse,quo animo venirēt:& tñ addidit pacē ne huc fertis,an arma?bellum,inquit,fertis,an pacē? ¶ Tum pater Æneas.)Suffecerat ad indicandū securitatē, ramum ostendisse pacificæ frōdis:quia multa ille quęsiuerat, quib⁹ debuit ordine responderi,inter quæ intellexit solicitudinē iuuenis de cōspectu armorū iccirco præmisso signo pacis exorsus est. atq; ita oībus breuiter rñdit,vt securū celeri⁹ faceret.¶ Troiugenas,ac tela.v.i.l.)Troia,inquit,genuit nos,ac tela portamus nō vobis inimica,sed Latinis,hoc sic accipiēdū est,quasi dixisset illis sum⁹ inimici,qbus & vos:ac ne intulisse bellū ciuibus & indigenis videretur,ait.¶ Quos illi.b.pr.e.) Superbū bellū dixit, quia est & iustū. Secūdū aūt fuit hoc ipsum pugnare,ne meruisse videretur & scelus in se malis actibus,puocasse, hoc genere tuit⁹ est personā suā & deformauit inimicoꝝ,quibus, ait, nihil fecimus,bello vos superbo egerunt,vt cōsuetudo est illis oēs hoies insontes & bonos superbis inimicitijs petere,hoc libēter audiebat Pallas inimicitiarum præcedentiū causa,addidit profugos egerunt bello, vt illos ostēderet duros,& iuxta peregrinos immites:& se demonstraret in,pfugi appellatione nihil i alienis terris audere potuisse.¶ Euādrum petimus.) Ad Euādrū,inquit,venimus.Ecce dixit aductus fui causam,quā ille quęsierat.¶ Ferte hęc & dicite.) Ferte & dicite pluralis est numerus, cum poeta solū aduocasse dixerit Pallantē, nisi quia fieri nō potuit in tāto metu solū isse Pallātē filium regis venisse.Lectos duces,& ad meritū eius pertinet,qui fuerat rogādus,& ad terrorē,si contrarijs votis exciperentur, & ideo lectos, vt non illi crederētur esse, qui venerāt. Dardaniæ venisse duces, extolli debet Dardanię, quia loco laudis est positum,socia arma rogantes,dixit aduentus sui necessitatem.

ASCENSIVS.

¶Sol mediū,&c.)Docet qūo applicuerunt classem ad regiā Euandri,quę tūc humilis & modica erat.vbi nunc Roma est: ante cui⁹ muros,dicit ī aduētu Æneæ sacrificiū fieri Herculi, quo turbato s.nō intermisso,cōcursum eē ad naueis ignotas:cognitoq; Ænee dexteras datas.Vñ habemus hęc Donati.¶ Pauper senatus.)Et numero,& opibus intellige.¶ Audax.)Non temerarius,sed propria virtute cōfidens.¶ Et procul.)Cum assiduum bellū gererēt, cum gente Latina:non mirū si anxie cuncta exploraret.¶ O iuuenes.) Oratio necessarijs, in tāto metu interrogationibus plena.¶ Quo tenditis?)Quia ex deflexu videbat illos velle descendere. ¶ Superbo.)Quia iniustū.¶ Profugos.) Vt ostendat iuxta peregrinos immites.¶ Dicite.)Quia non solus in tanto tumultu venerat Pallas. Hæc ille.¶ Ordo aūt est.Sol igneus.i.ignei coloris, aut ardēs, vt in serenitate fieri solet:conscēderat mediū orbē cœli.i.iam meridies erat,quo circa dicitur igneus: aut mediū orbem cęli.i.hemisphęrium nostrū,tpe matutino oriēs,& ignei coloris, in signum serenitatis futuræ:quod magis placet:quia vult dicere, cum primū lux data est eos vidisse muros oppidi Pallantei:cum.i. quādu ipsi,sup. Troiani:vident procul,i. cū adhuc longe essent:& ita, qa eos offendebant rem sacram tractantes:vero simile est de matutino loqui:& arcē:& tecta domoꝝ rara:quæ.s.rara tūc tecta .i. rara domicilia,potētia Romana,ęquauit.i.ęquiparauit nūc cœlo:ita, vt Roma cœlū mereatur dici: vnde in Buco,Vrbem quam dicūt Romā,&c.sed Euander.s.arcas habebat tū.i.tunc,sup.illic res inopes.i.tenueis,& modicas.Ipsi aduertunt.i.applicāt:ocius.i. celeriter;pras.i.priores nauiū partes: & propinquāt vrbi.i. ad vrbē. Rex Arcas.s.Euāder:ferebat.i.offerebat, forte illo die: non ergo forte ferebat:sed forte illo die ferebat,quo Troiani aduenerāt serebat (dicit) Amphitryoniadæ.i.Ampitryonis filio putatiuo,vi decet Herculi Iouis,ex Alcmena, Amphitryonis coniuge, filio: vnde addidit magno.s.sine exēplo:& diuis.s.religs, aut cœlestib⁹ dijs:honorē solēnem.i.sacrificiū:āte vrbē.s. Pallāteā:in luco.i.syluą incędua,Herculi cōsecrata:Pallas filius.s. Euādri vna .i. simul cum patre & oēs primi iuuenum.i.principes iuuentutis:& senatus pauper.i.patres,seu seniores,qui Gręce presbyteri dicūtur:& tunc pauperes erant dabant vna.i.simul,tunc thura: & cruor tepidus.s.ex mactatis hostijs fumabat ad.i.iuxta,aras. Vt.i.postq̄ ipsi videre rates.i.naues:celsas.s.altas,adlabi inter nem⁹ opacū.i. syluosum:& incūbere remis tacitis.i. nihil murmuris facientibus, quasi adoriri: & p insidias iuadere vellēt, terrētur visu subito.i. ex inopinato orto: & cuncti consurgūt.s.a sacrificio mēsis.i.deorū:ad quas solēnes epulas ponebāt relictis, quos Pallas audax.i. propria virtute cōfisus: vetat rumpere.i.interrumpere:sacra.i.sacrificia:id.n.nefas putabatur & ipse.q.d.cum paucis relictis.s.cæteris:volat obuius.s.aduentantibus:telo rapto.i. quod primū inuenit accepto. Et procul.i.cū adhuc procul esset,quod a temeritate eum purgat:(cum enim assidue gereret bellum cum Latinis imprudēter egisset,si in eos isiluisset.)inquit e tumulo.i.colliculo: o iuuenes, qa seniores manserant in Sicilia & tali expeditioni inutiles erant,quæ causa subegit vos tētare vias ignotas.qa insuetas:quo tēditis? qui genus.i.secūdū genus, hoc est de quo genere.i.vnde.i. de qua domo:ne.i.an,affertis pacē,ā arma.i.bella? Æneas pater fatur tum sic ab alta puppi:& pretēdit.i. prę sese extēdit,ramum oliuæ paciferę.i.pacē afferre solitæ:quod & columba a Noe emissa significauit:fatur(inquit) dicēs, tu vides Troiugenas.i:viros i Troia genitos:ac tela.t.arma,inuasiua,s. inimica, Latinis.s.quibus & vos inimici estis:equos.s. Troiugenas profugos.s.a patria sua:illi.s.Latini:egere, lacessiuere, aut expulere: superbo bello,id est assumpto p superbiam:nos petimus Euandrū. s.huius loci regē:ferte. s. vos omnes:hęc.s.pacis indicia, videlicet ramum oliuæ:& dicite, viros Dardaniæ.i. Troianæ patrię:lectos, id est elēctos venisse.s.ad eū rogantes arma socia.i. socialia in Latinos.

PIERIVS.

¶Cum muros, arcemq; procul & rara domorum.) In Oblongo codice peruetere, & quibusdā alijs,arces legitur numero multitudinis

titudinis,vt referatur ad colleis septē:vel ad illud, Septemq; vna sibi muro circumdedit,arces. Nam rara domorum tecta vident, quæ nunc Romana potētia cœlo ęquauit. Est autem pro,& rara in Romano codi.& in Mediceo.ac.¶ Euander habebat. In Romano,& in Mediceo,Euandrus.Nam Euander,vocatiui casus eē volunt,pro Euandre,κατὰ μετάθεσιν: reliqui tamen codices, Euander,habent nominatiuo casu.Volūtq; alij, Euander, in vocatiuo fieri κατὰ μετάθεσιν: vt illud,Nā tibi Tymbre caput,quod agnoscit Probus.sosipater tamen Carisius ita scribit,Alexander,Teucer,dici debet.Sed & Alexandrus,& Teucrus dici possunt.vt Vir. Teucrus,& Euandrus,secundum illam,scilicet rationem,qua nomina Græca in os,exeuntia,Latine in us exire,Aurelio placet.Cōtra quam regulam a Græcis ἄγρος, idem a nobis ager, dicitur. Ideoq;,vt in his cæteris consuetudo sequenda est. Sed enim sup hoc latius habetur libro.iij.eo versu,Teucrus Rheteas.Forte die solennem illo.)In Romano codice,solenne,genere neutro legiť quod minime placet.¶ Pallas huic filius vna.)Quod in veteribus aliquot codicibus,Pallans,scriptum inueniatť:non est pręter aliscuius ętatis consuetudinem.Nam pręter ea,quæ alibi retulimus in antiquis inscriptionibus obseruata Romę apud Mariū Melinum magnę celebritatis Patricium, hospitem olim meū officiosissimum in antiquissimi monumenti,titulo vidi,Pallans, per n scriptum. Est vero Cippus is pulcherrime elaboratus opere Corinthio,omnium quę ad hanc diem viderim lasciuissimo, cuius inscriptionis verba singula in hunc modum habent.

VOLVSIÆ ARBVSCVLÆ
PALLANS. Q. N. A FRVM.
CONTVBERNALI CARISSIMÆ. ET. SIBI.
In cuius basi est. PERMISSV. DEC.

Alibi etiam nomen id hoc pacto scriptum in Veterum monumentis obseruaui,pręsertimq;,ll duplicato,quod iam pleriq; nō illiterati viri simplici l,scribere cœperunt.Sed enim non sum nescius veteres inscriptiones huiusmodi plerunq; variare:literāq; ipsam,n,nō modo superaddi solitam:verumetiam,vbi ex analogiæ ratione sit adscribenda,plerunq; reijci,vt alibi factum in nominibus,Infas,& Clemes, ostendimus. Sed quanuis ita veteres scriptauerint, Probus tamen Valerius nomen hoc in, as,terminari tradit.Et hunc locū citat vt,as longum ostendat.Qui si, ans, per n,& s,agnouisset,non hoc vsus esset testimonio. Alibiq; errare eos dicit,qui putant,Pallantis genitiuum a recto, Pallas,per n literam:& Palladis, a Pallas, absq; n deduci, quas voces accentu tantum distingui monstrat,cum Pallas,dea sit oxytonon, Pallas, heros,paroxytonō.De terminatione vero eorum nominū quæ sunt,infas,& Clemes,satis est libro.i.dictū. Huiusmodi vero generis est etiam,pręgnas:quod per as,absq; n,in antiquissimo codice Terētiano scriptum in Ecyra legi eo loco, Nā abducta a vobis,pregnas fuerat filia.Sane apud Sosipatrū Carisiū, vbi vtrum partium,an partum,genitiuo plurali,a pars partis dicendum sit, quęritur:Plinij verba referuntur,dicentis cōsuetudinē iam partium proferre cœpisse,vt pręgnatium,& optimatium: vbi videtur etiam,pręgnas,pręgnatis:vt optimas,optimatis,a Plin.agnitum.Illud pro corollario addere visum est,quod in eodem codice Terētiano,q est in Bibliotheca Vaticana,qui subsequitur versus,post eū,quem pauloante citabamus. Neq; fuisse prægnatam vnq̄ ante hanc sciui diem:absq; dictione,pręgnantē notatus est, vt ita legatur.Nam abducta a vobis,pręgnas fuerat filia. Neque fuisse vnq̄ ante hāc sciui diem. Quam lectionē ex peritis nōnulli plurimū approbarunt.Sed enim animaduertendum, nō esse locū pyrrhichio i senario versu,nisi bis synalœpha scādere voluerimus,primo loco tribrachum statuentes in hunc modum. Neq; fu.issun.q̄ an.te hanc.sciui.diem.Verum hęc in medio relinquere consiliū est,quę sola sibi longum orationis apparatū exposcerēt,tam multa apud eū quoq; authorem sunt iniuria temporum labefactata.¶ Adlabi nemus,& tacitis incūbere remis.)In Romano cod.& aliquot alijs,tacitos,legitur, quippe viros. non tamen displicet,tacitis remis.¶ Quę causa subegit Ignotas tentare vias?) In antiquis aliquot exemplaribus, Quæ cura,legitur:sed,causa, magis placet.Ea enim ab Ænea refertur,eo versu. Quos illi bello profugos egere superbo.¶ Quod genus.) In antiquis aliquot codicibus,Qui genus,non ineleganter positum. In aliquot alijs, Quis genus,quod alijs diligentius examinandū relinquo.¶ Dardanię venisse viros.)In Roma.cod.& aliquot alijs,duces,legitur: pro,viros.In plerisq; vero codic. vel hęc, vel illa dictio abrasa discernitur.Sed enim,duces,omnino magnificentius est.

Obstupuit tanto perculsus nomine Pallas: POE.
Egredere ô quicunq; es ait: corāq; parentē PAL.
Alloquere:ac nostris succede penatibus hospes:
Accepitq; manu:dextrāq; amplexus inhęsit. POE.
Progressi subeunt luco:fluuiumq; relinquunt.
Tum regem Aeneas dictis affatur amicis.
Optime Graiugenū,cui me fortuna precari, ÆN.
Et vitta comptos voluit prętendere ramos:
Nō equidē extimui,Danaū quod ductor,& Arcas
Quodq; à stirpe fores geminis coniunctus Atridis.
Sed mea me virtus,& sancta oracula diuùm,
Cognatiq; patres,tua terris didita fama,
Coniunxere tibi,& fatis egere volentem.
Dardanus Iliacæ primus pater vrbis,& author,
Electra(vt Graij perhibent)Atlantide cretus,
Aduehitur Teucros:Electram maximus Atlas
Edidit:æthereos humero qui sustinet orbes.
Vobis Mercurius pater est:quem candida Maia
Cyllene gelido conceptum in vertice fudit.
At Maiam(auditis si quicquam credimus) Atlas,
Idem Atlas generat,cœli qui sydera torquet.
Sic genus amborum,scindit se sanguine ab vno.
His fretus,non legatos,neq; prima per artem
Tentamenta tui pepigi.meme ipse,meumq;
Obieci caput:& supplex ad limina veni.
Gens eadem,quę te crudeli Daunia bello
Insequitur.nos si pellant:nihil abfore credunt:
Quin omnē Hesperiā penitus sua sub iuga mittāt:
Et mare,quod supra,teneant, quodq; adluit infra.

SERVIVS.

¶Tāto perculsus nomine.) Dardani scilicet cōmemoratione.¶ Quicunq; es.)Hoc ad nomen Æneæ pertinet. Nam esse Troianos audierat. ¶ Dextramq; amplexus inhæsit.) Ostendit virum & virtutis & hospitalitatis amatorē.¶ Subeunt luco, fluuiumq; relinquunt.) Hypallage in sensu. ¶ Optime Graiugenū.) Quantum ad Æneam pertinet.Gręci neque boni neq; meliores sunt. Ergo optie Graiugenū superlatiuus est ,p positiuo. Nam, optimus malorum, nō possumus dicere. Suplatiuus enim suo tātum iungitur generi.Sic ergo dixit vt Homerus, δικαιότατος κενταύρων id est iustissimus Centaurorū,p iustus.¶ Cui me fortuna precari.)Antiquū est. Nā modo, quę precari dicimus. Terentius,Credo qui mihi sic oret. Itē,Facite vt vobis decet. Salustius,Locū editiorem q̄ victoribus decebat,& est Gręcū vt εὔχετο ἀπόλλωνι. ¶ Vitta cōptos ramos.) Vt in pacis petitiōe ramus oliuæ cum vittis offeratur,partim fabulę,partim naturę efficit ratio. Nam cum de nomine Athenaꝝ Neptunus & Minerua contenderent & iussisset Iuppiter,vt illius nomine diceret ciuitas, qui munus melius obtulisset hominibus:equū Neptunus, Minerua oliuam protulit,& statim vicit.Vnde cum ei⁹ ramus alicui offerť, indicat eū esse meliorem. Hinc est illud prouerbium, Herbam do, id est cedo victoriā. Quod Varro in Ætijs,ponit, cū in agonibus herbam i modum palmę dat aliquis ei,cū quo contendere non conatur, & fatetur esse meliorem. Vittas aūt habet ramus oliuę ideo, vt inertiam & imbecillitatem offerentis ostendat.Scimus enim oues egere alieno semp auxilio.¶ Voluit.) Hinc eum laudat quod tātus eum vir rogare compelliť. ¶ Danaū quod ductor, & Arcas.) Nec quod multitudinem haberes extimui:nec quod esses Arcas: vt illuc hoc tendat, Geminis cōiunctus Atridis, idest Agamēnoni & Menelao cognatione cōiunctus. Et hoc ad laudem Euandri pertinet:qui qualitate morum meruit nō timeri. ¶ Fores.)Pro fuisses. Et notādū fores de præterito. ¶ Mea me virtus.)Hęc arrogatio ad honorem Euandri pertinet. ¶ Sancta oracula diuum.)Tyberini. s. ¶ Dedita fama.) Diuulgata: vt, Dediť hic subito Troiana per agmina rumor. ¶ Fatis egere volentē.) Quod voluntatis

Universidad de Deusto
Biblioteca



voluntatis fuerat,egit neceſſitas fati.¶Dardanus Iliacæ primus pater vrbis,& author.) Reddit qđ ait ſupra, Cognatiq; patres. Sane ſciendum Atlantes tres fuiſſe. Vnum Maurum qui eſt maximus. Alterum Italicum patrem Electræ: vnde natus eſt Dardanus. Tertium Arcadicum patrem Maiæ: vnde natus eſt Mercurius. Sed nunc ex nominum ſimilitudine facit errorem:& dicit Electram & Maiam filias fuiſſe Atlantis maximi. Nec prętione ait,& maximi:& Atlas idē generat. nam & ipſe habuit etiā horum nominum filias,ideſt Electram & Maiam. ¶Vt Graij perhibent.)Vt veſtræ continent literę. ¶Candida Maia.) Splendidior enim eſt Maia inter Pleiadas,quę eſt vna de Atlantibus,hoc eſt Pleiadibus.¶Cyllene.)Mōs Arcadię, vbi Maia Mercurium eſt enixa.¶Fudit.)autem nō iniurioſe dictum eſt. Vt in Piſonē,Quæ te belluam ex vtero non hominem fudit,ſed celeritatem parientis oſtendit:quod infantibus dicitur omen felicitatis afferre. Spectat etiam ad rationem phyſicam. Nam celer eſt vbiq; Mercurius:vt diximus ſupra. Ideo dicit eum etiam in ortu fuiſſe velocem. ¶Neque prima per artem Tentamenta tui pepigi.) Cum nullo ante pactus ſum vt te aut per artem aliquam, aut per legatos probarem: ſed intrepidum me tibi commiſi. ¶Tentamenta pepigi.)Experimenta pactus ſum. Nā geminum eſt hic prętēritū ab eo quod eſt paciſcor:facit enim & pepigi & pactus ſum, ſicut placeo placui & placitus ſum. Pāgo.n. vñ multi veniunt volūt pepigi: nulquam eſt lectū.¶Gens eadē, quę te.) Sic

Accipe,daq; fidem, ſunt nobis fortia bello
Pectora: ſunt animi,& rebus ſpectata iuuentus.

agit vt & ipſe prętare videatur. Nā & ſupra ait, Socia arma rogates.¶Daunia.)Rutula a Dauno.¶Crudeli bello.)Supra, Bello profugos egere ſuperbo.¶Nihil abſore credunt.) Sibi obſturū nihil arbitrantur.¶Accipe,daq; fidem.)Ab vtili agit. Hoc eſt quod ait in decimo, Humanis quę ſit fiducia rebus. ¶Reb⁹ ſpectata iuuentus.)Decennali prelio. Et bene promiſſionē rebus confirmat & teſtimonijs, quæ eſt verbis inualida.

DONATVS.

¶Obſtupuit tāto.p.n.p.)Nec imerito quis.n. nō miretur ad illa loca veniſſe Troianos,percepta omni ſecuritate? ¶Egredere o quicunq; es,ait.)Quicunq; es,ad nomen hominis,non ad originem retulit gētis. Iam.n.q; Troianus eſſet, nouerat Pallas. ¶Coramq; pa. Alloquere.)Quod mihi dicis,corā refer patri meo. Seruauit ſummum iudiciū,& patri & regi, ne ipſe temere aliquid promitteret aut negaret. ¶Ac noſtris ſu.p.h.) Veni, inqt, ad domū noſtrā iure hoſpitij. Ecce quod in poteſtate eius eſſe potuit, obtulit,humanitatē hoſpitij,aſſerens melius eſſe, vt quæ mandanda Æneas crediderat,ferret ipſe per ſe. Interea cū dicit. tu loquere cum patre meo,regis ſe filium demonſtrauit.¶Accepitq; manu.)Scilicet deſcendētē de naui. ¶Dextramq;.a.i.) Hęc enim ſunt ſigna & pignora

gnora ſocietatis & amicitię,iungere dextras: ſed benignitatē meritum amplexus religio teſtat. ¶Progreſſi ſubeunt luco,fluuiūq; relinquunt.)Conuerſum erit rectius. nam primo relictus eſt fluuius,ſecundo vētum ad lucū, vt ſit,pgreſſi relinquunt fluuiū,& ſubeunt luco.¶Tum regem Æneas.)Æneam non fecerat humilē cauſa:nec ex eo,quia petebat auxilia,inferiorem ſe pbuit. Rex igitur cum rege familiare loquendi exordium ſumpſit, ea fiducia mentis ac ſimplicitate pectoris, vt amicum ſe veniſſe euidentius cōprobaret.¶Optime graiugenum.) Hęc oratio ſatis artificioſa eſt,ſatisq; ſubtilis. Laudat enim eum, a quo beneficium fuerat petiturus,& beneuolum facit,dicendo. Optime Graiugenū, vt omnibus Grecis ipſe melior videretur. nam inde optimus,q; eſſet fortunę melioris,ex eo,q; Æneam ſupplicē videret, ſed hæc obliqua eſt querela,nā ſubtiliter icuſat inimicum fortunę iudicium,quę Græcum addixerat Romanę felicitatis authorē,ſimul aſſerit ſuum factum eſſe detrimum,quo in eas anguſtias ducta eſt,vt ei,qui eſſet ex origine hoſtium, perindeq; perlequēdus foret,preces ſupplex funderet.melior es,inquit, omnibus Grecis. pius eſt enim Æneam rogantem videre,q; viciſſe,magnęq; felicitatis eſt indigentibus videre neceſſarium.¶Nō equidē extimui.) Non,inqt,timui,quod natus es,vel q; eſſes inter tuos potior. Cū multa cōgereret, primam poſuit virtutem ſuam:ſecundā illam ſententiam,quam Terentius tenuit dicens:Mihi ſpes omnis i meipſa eſt.Multum enim valet,q; non aliena,ſed in ſua virtute fiduciam ponit. Addidit huic deorum fauorem, qui interueniens euētus bonos auxilio fortunę cōduplicat.¶Sed mea me virtus.) Hęc fuerūt,quę cōtra fortē virum & deorum fauore munitū,ni hil aduerſi ſinerent cōcitari. Addidit tertiū,quo obtinere debuit etiam ſi illa non eſſent, virtutē.ſ.& deorum reſponſa. ante oculos,inquit,habuit tutum fore aduētum meum,qui licet incognitus tēdebam ad finē. Hoc genere oſtendit ſe non timuiſſe,q; eſſet Grę,eorum ſtirpe progenitus rex arcas, ſe magis habuiſſe fiduciā q; Troianis quoq; rōne ſanguinis videret annexus:in cōcluſione poſuit,tua terris dedita fama. Ceſſantibus qppe omnibus, quę ſupradicta ſunt, maiorem ſe aſſerit ipſius habuiſſe fiduciam, quod religioſum vel bonum nouerāt omnes, & cuncti p terrarū partes nomen eius & beneuolentiam prę ferebant,coniunxere ti bi,& fatis egere volētē,ſignificat iuſſionis authoritatē,cui nec ip ſe reniti potuit,nec debuit Euander reluctari. Poſtremo adiecit voluntatē ne id,quod agebat,inuitus videretur ſuſcepiſſe, quaſi optaſſet ēt ipſe noſſe affinem,quem ſummo laudis prędicamento omnes populi pferebant. Tua,inquit,terris dedita fama: nō famę re ſpondit plurali numero:ſed omnib⁹ quæ poſuit, anteq; de fama aliquod diceret. Inducit poſt hæc expoſitionem & narratione talem,qua Euandri ſe monſtret affinem:quomodo ſupradixit, cognatiq; patres,hāc igitur rationem ſanguinis ſtemmate collatos proſequitur ſic.¶Dardanus iliacę.)Neceſſario poſuit, vt Graij perhibent,vt teſtimonium Græcoꝝ eſſet in confirmatione veritatis & Euander homo Grecus ſuis potius q; Troianis teſtibus crederet.¶Aduehitur.t.)Continuus ſenſus eſt,ſic,Dardan⁹,inquit,natus ex Electra Atlantis filia,ad Teucros venit,& ipſum primū nouimus patrē. Ecce oſtendit vnam originis partem, venit ad alterā.¶Vobis Mercurius,p.e.)Ne ſimilitudo nominis falſo vſurparetur,vel maxime cum adderetur & ſignum, quod idem eſſet Atlas,qui Troianis originem per electram & Dardanū deriuerat,cœli qui ſydera portaret,idē vero qui genuiſſet Maiam, & ex ea Mercurium nepotē ſuſcepiſſet.¶Sic genus amborū.) Hoc eſt Dardani & Mercurij.¶Scindit ſe. ſ.a.v.) Atlantis.ſ. qui vtriſq; partibus originem deberat,ꝑm prędictam rationem, cōſtituam⁹ tamen illuſtriorem intellectum:Electra genuit Dardanum,& Maia Mercurium. Dardanus dedit Troianis principiū,& Mercurio Arcadibus,vnde vnus auus eſt ambobus Dardanus.ſ.& Mercurius,pbauit cognationis contextū,rediit ad ea,quę pauloante dixerat,cum rōnem ſanguinis redderet.¶His fretus.) His,inqt, fretus hoc eſt illis,quę ſuperius dixit, hoc eſt virtute ſua,deorū reſponſis,ſpe,& fama optima ipſius regis, non legatos miſi,nec ſententiam tuam aliqua artis calliditate tacui.¶Memet ipſe.) Duplicatio eiuſdem pronominis addidit dictioni pondus. ¶Meūq; objecit caput.)Plus ait feci. vt ad fores tuas ipſe rogatus accederem,Exponit deprecationis ipſius cauſas,in his oſtendens, qd,& dit,verietiā ipſi,qui rogabatur,vt daret.¶Gēs eadem &c.) Quid contra quos peteret:quod ipſum non tantum ſibi ,pfuturū oſtē tam pulchrum,tāq; egregiū,& imperatori ipſi neceſſarium,q; in deformatione perſonę hoſtium,ipſius partes primas ponere,q daturus videretur auxiliū: vt in ipſa donatione & dare Troianis beneficiū,& ſumere videretur,illud quoq; q; mire eſt poſitū:cru deli bello, vt eū validius commoueret, q; indignius vnius gētis violentiam ſuſtineret:quę omnium ſenſus merito prærerebat. hic quoq; grande loquendi cōpendium tenuit, Euandri partes, ſuasq; coniungendo:nam ſemel dicta vtrunq; continent: gēs,inquit,eadem:dicēdo vnam gentem,extenuauit metum,qui poterat forſitan exoriri. addidit daunia,quaſi abiecta,humilis, & ois ignobilitate depſa:quæ te,te quod poſuit,ſignificat te, q; ſic magn⁹ & ab omni merito memorabilis,crudeli bello inſegtur. duo mala cōiunxit,bellum,ſcilicet iniuſtum, & improbitatem hoſtiū quibus nō ſuffecerat iniquitas facti, verumetiam perſequebant̄ inſontes. Crudele bellum eſt,quod iniuſta ſubſiſtente rōne indicitur, deniq; & iuſtum aliquando dicitur, & iniuſtum aliquādo dicitur,& iniuſtum perinde aſſerit,nec ſibi nec Euandro eam gētem aduerſam eſſe debuiſſe,ſi q; equitatē gens eadem natura tradē te ſumpſiſſet.¶Nos ſi pellant. Idcirco demonſtrat expulſionem cogitatam,vt viam ſibi in aliam reſeret partem:quę mare inferū ſuperumq; complectitur. Debuit Euander his auditis prævenire,ne cum alijs etiam ipſe ſeruiret.¶Accipe,daq; fidem.) Sume inquit,auxilium,& da:quando,contra quem,auxilium peto,communis eſt hoſtis:poſſet dici,impares ſunt vires tuę, & non tantū mihi poteris prodeſſe,quantum ego tibi, occurrit priori, & ait. ¶Sunt & nobis.t.b.p.)Labori enim bellico & animi virtus & corporis ſubſtantia neceſſaria eſt. vt,inqt,vos fortes eſtis, ita & nos, probatio fortitudinis Troianorum robuſtius fuerat demōſtranda. hanc impulit,dicendo.¶Et rebus ſpe. iuuen.) Inſignis eſt virtutis,inquit,quod factorum probauit effectus.

ASCENSIVS.

¶Obſtupuit tanto, &c.) Docet beneuole acceptum Æneam ad Euādrum adductum,coramq; eo diſertam habuiſſe orationem. Circa quem locum,habemus ex Donato verba hęc. ¶Quicūq.) Ad hominem non ad originem referas.¶Coramq; parentem adloquere.)Optime ſummum iudicium ſeruat parenti & regi.¶Vt Graij perhibent.) Vt hoc tuorum teſtimonio probem. Idem. ¶Atlas.) Ne ſimilitudine nominis falſo id vſurpare videretur.

¶Obieci.)Cum petiturus eſſem,quæ etiā tibi ſalutaria eſſent,nō expaui. Nam cum gēte tibi inimica,& crudeli,bellum gero.& dicendo,vnam gentem,extenuat timorem belli. ¶Accipe, daq; fidem.)Sume auxilium,& da. ¶Fortia pectora, & animi.)Nam in bello,animi fortitudo,& corporis robur,requiritur.¶Spectata.) De qua iam factum eſt periculum. Sic ille. ¶Ordo autem eſt. Pallas,ſcilicet filius Euandri:perculſus,ſeu percuſſus tanto nomine, id eſt tāti nominis commemoratione,ſcilicet Dardanię:ſciuit.n. Dardanum ab Ioue ortum:obſtupuit,id eſt ob ſtuporē fixus hęſit:& ait,o quicunq; es,egredere & adloquere parentem: coram, id,eſt in prælentia eius:ac ſuccede hoſpes, id eſt iure hoſpitalitatis:noſtris penatibus,id eſt laribus:& excepit. ſ. Æneā e naui, manu,ſcilicet ſua & amplexus dextram inhæſit,id eſt moram traxit in amplexu quod amoris indicium eſt. ipſi progreſſi, ideſt poſtquam proceſſerant:ſubeunt luco,id eſt ſubintrant lucum,vbi ſacrificia fiebāt Herculi:& relinquunt fluuiū:quod nō vacat, quia poſſet lucus eſſe ad fluuiū:ſed eſt hypallage,ſecundum Seruium. Tum,id eſt deinde: Æneas affatur regem,ſcilicet Euandrū: dictis amicis,id eſt amicabilibus. O optime Graiugenū,pro Graiugenarū,id eſt a Grecis,aut inter Græcos genitorū: cui, id eſt ad cuius honorē & gratiā:fortuna voluit me precari,ideſt humiles preces fundere,& ſupplicem eſſe. (Nā aliter diceret, quem me fortuna precari,&c.)& cui voluit me prætendere,id eſt vt prætenderem ramos,ſcilicet oliuæ cōptos:vitta,id eſt ſerta lanea, in ſignum(vt Seruius dicit)inertiæ. aut qa alienis opus habeam opibus. Equidem,id eſt ego qdē,hoc eſt certe non extimui:quod, id eſt quia: tu fores,id eſt eſſes ductor:Danaū,id eſt Græcorum: & Arcas, id eſt ex Arcadia oriundus:& quod fores coniunctus geminis Atridis:a ſtirpe,id eſt origie generis:ſed mea virtus, quæ, ſcilicet dīs placuit,& fiduciam mihi fecit:& ſancta oracula diuū,id eſt diuoꝝ & patres,id eſt maiores noſtri:cognati,ideſt de eadē ſtirpe nati:& fama tua dedita, id eſt diuulgata: & dimiſſa terris, id eſt per ter- dedere,
ras.)Nam ſicut dare,eſt dicere,& mittere: ita dedere quaſi didere,in diuerſa dicere,& mittere,(cōiunxere tibi me: & egere,id eſt impulere me volentē fatis,ſcilicet ſic iubētibus) quia vt dixit Seneca,Fata,volentem ducunt:nolentem,trahunt. Quicquid autē fatale eſt,quantum ad fata eſt neceſſitatis: quia etiam inuito omni mortali fiet. Nam fata,viam inueniunt: ſed quantum ad libenter facientem,voluntatis eſt.& ita dixit egere, quantum ad fata: & volentem,quantum ad obedientem libēter: vnde neceſſitatis eſt mori. Sunt tamē qui voluntarie moriuntur:ſuntque qui coacti tantum) docet autem,quomodo habeant cognatos patris,

dicens, Dardanus primus, id est qui precipuus) nã Teucer, prior erat) pater vrbis Iliacæ, id est Troianæ, & author Iliacæ vrbis cretus, id est progenitus (vt Graij, id est Græci, quasi dicat authores vestri: perhibent, id est attestantur. (Electra Atlantide, id est Atlãtis sed Itali, filia: aduehitur Teucros, id est ad eos, q & Teucri tunc dicebantur: Atlas maximus (hoc poetice: nam non Mauritaniæ rex, sed Italiæ, hanc Electram genuit. Poetarum autem est, omnia quæ vnius nominis hominibus attribuuntur, vni attribuere.) edidit, id est progenuit Electram: Atlas (inquit) qui sustinet, idest sursum tenet, & portat humero: orbeis, æthereos, idest cęlos: Mercurius est pater vobis, scilicet Arcadibus (nam Mercurius, ex Nicostrata Euãdrum genuit: qui Mercurius: est, filius Iouis: qui pater Tantali: qui Atridarum progenitor.) quem Mercuriũ, Maia candida: quæ vna est ex eis, quę in stellas septem translatæ dicuntur: fudit, id est progenuit i Cyllenes, appositorie: vertice gelido id est monte frigido in Arcadia. At si nos credimus quicquã auditis (bene dubitat: quia reuera, non idem fuit Atlas.) Atlas, imo idem Atlas qui torquet, tanquam iniquum pondus, quod altius trudere conatur: sydera cœli: generat, ꝓ eo quod est generauit: Maiam, scilicet matrem Mercurij: sic quia nos ab Atlãte, per Electram descendimus: & ab Ioue, per Dardanum: & vos, ab eodem Atlante descendistis per Mercurium: & per eundem, ab Ioue: genus amborum, scilicet nostrũ: scindit se, id est diuidit, in diuersos consanguinitatis ramos, ab vno sanguine. Ego itaqꝫ fretus, idest ꝯfisus: his. s. dictis, vt affinitate, & causa belli: & virtute mea nõ pepigi. i. non sum pactus per legatos, neqꝫ ꝑ artẽ. s. oratoriã, aut per scripta: prima tentamenta. i. ad amicitiã conciliandã pericula: sed ipse. i. egomet: obieci me, & meũ caput: & veni supplex ad limina. s. tua. Quia eadẽ gẽs Daunia. i. Rutula: a Dauni filio ducta: quę insequitur te bello crudeli, id est impie suscepto: contra videlicet, ꝑ fugum pacis amatorẽ: & nihil iniurię molientẽ, si pellant nos. s. a finibꝰ suis: credũt nihil abfore, id est absuturum, seu defuturum esse: quin mittant sub sua iuga penitus omnem Hesperiam, id est Italiam: & quin teneant mare, quod adluit, scilicet Italiam: supra id est ab Orientali plaga. i. mare Adrianũ: & quod adluit infra. i. ab inferiore parte. s. mare Tyrrhenũ: accipe. s. a nobis: & da. s. nobis: fidem, id est sanctam compromissionem: pectora sunt nobis, id est nos habemus pectora fortia: bello, id est ad bellum gerẽdũ & iuuentus spectata. i. perspecta, & explorata: rebus, scilicet bellicis: quia decennali bello vexata. Et ita ostendit petitionẽ suã honestam, vtilem, & facilem.

PIERIVS.

Obstupuit tãto perculsus nomine Pallas.) Ne repetã amplius, Obstipuit: eo me vertã quod, percussus, in antiquis codicibus habetur, a percutio. Quod vero isti: percellere: vnde, perculsus, ad animum tantum spectare dicũt, apud Ouidium. v. Metamorphoseos legas, Stipite q media positus fumabat in ara Perculit. quod quidem nulli non videatur ad corpus pertinere. Egredere o quicunqꝫ es.) In Romano codice, sentẽtia non profertur per dissolutum: sed coniungitur cũ, Obstipuit, copulatiua particula adiecta hoc pacto, Et gradere, o quicũqꝫ es, ait. Sed enim, egredere, video magis eruditis placere. Coramqꝫ parentem Adloquere.) codices plerıqꝫ veteres, parente, legunt, ablatiuo casu: vt sit, coram parente. Sed mihi magis placet, parentem Adloquere, vt est in Romano codi. & alijs optimis. Accepitqꝫ manu, dextramqꝫ amplexus inhęsit.) In plerisqꝫ codicibus antiqs, Excepitqꝫ manu, dextraqꝫ. & pro, amplexus, sunt codices in quibus, implexus, legitur quæ lectio cũ dextra, ablatiuo conueniret. Sed enim, amplexus, plures fautores habet. Tua terris dedita fama.) Prætereo qđ in antiquis aliquot codicibꝰ, debita, legitur: cum, dedita, in emendatioribus habeatur: quod Seruius etiam agnoscit in codicibus emendatis: dumqꝫ exponit, didita, diuulgata: vt illud, Diditur interea Troiana per agmina murmur. Lucretianum id quidã verbum, & in hoc significato, ab vtroqꝫ horum sæpissime positum. Maximus Atlas.) In Romano, codi. maximus Atlans: de cuius scriptionis ratiõe pleraqꝫ diximus in. j. Æneidos. Succurrit vero nunc marmor simili ratione inscriptum, quod elegãtia ingenia subiectum hic non aspernabuntur.

ASPRENANS CALPVRNIVS.
TORQVATVS PATRI SVO.

Fuisse. n. in huiuscemodi noïe veram lectionem, Asprenas, apud antiquiores, fatentur omnes: tum in æde diuæ Ceciliæ trans Tyberim, ASPRENATIS CÆSIANI: legitur, absqꝫ n, obliquo casu. Cyllenes gelido conceptũ in vertice fudit.) In antiqs cod. partim Cyllene: partim Cyllenę, legit. Et, conceptũ vertice: absqꝫ in: quod nõ placet. Auditis si qcqꝫ credimus, Atlas.) In codicibꝰ aliquot antiquis, si cuiqꝫ credimus Atlans, legit. Sed, qcquam, magis placet. &, Atlas: absqꝫ n, scribi dictum. Tentamenta tui pepigi.) In antiquis plerisqꝫ codicibus, Temptamẽta: per, mp, legitur, quam scribendi rationem, præter omnium fere codicũ antiquorum congeriem: in aliquot etiam marmorum inscriptionibus obseruaui: cuiusmodi ea est: EIVS MONIMENTI PARTEM ALIENARE TEMPTAVERIT. Sed. n. vbi ita scriptũ inuenitur: alia quoqꝫ, præter eruditorũ vsum inspiciuntur. Nos itaqꝫ, Tentamẽta, scribamus: vt oẽs fere notę melioris homines, hodie scribũt. Me me ipse, meũqꝫ Obieci caput.) In anti. aliquot cod. memet, legit: de primę vero syllabę quãtitate vide Valeriũ Probũ: & obseruatũ a grãmaticis, tutemet, eẽ dactylũ: quod eiusdẽ est ꝓportiõis. Missum faciã, capud, per, d, i antiquo quodã codice passim notatum. Nam de literæ illius mutatione, satis superius dictũ. Quodqꝫ adluit.) In antiq. abluit: quod non ita placet. Est. n. hic, abluere: vel, alluere: quo frequẽter vtitur Plinius in hanc sententiã. Et rebus spectata iuuentus.) In cod. nõnullis anti, e rebus, legitur. Sed. n. sententia videtur, &, exposcere.

SERVIVS.

Totũ lustrabat lumine corpus.) Paterna in eo lineamenta cognoscẽs. Lumine.) Pro luminibꝰ: id est oculis. Pauca refert.) Nõ pauca, sed paucis, idest breuiter. Hoc vult dicere, multa eũ dixisse, sed paucis. Agnoscoqꝫ libens.) Post quã cognouit ex habitu corporis vera eẽ quę dicebat Æneas, per Anchisen eũ laudat adulatione deposita. Sane inter agnosco & cognosco superfluo quidam volũt facere discretionem, vt cognoscamus nouos, agnoscamꝰ antiquos sed hęc a poetis metri necessitate variantur. Nam agnosco, ꝓpter Synalœpham dixit. Hesiões visentẽ regna sororis.) Vt diximus supra, Hercules euersa Troia Hesionem Laomedontis filiã Telamoni suo comiti dedit: ex qua natus est Teucer. Priamus postea cum Salamina tẽderet, ad visendũ regnum sororis per Arcadiã iter fecit: & tunc ab Euandro est suscepꝰ Anchises. Visentem regna.) Videre cupientẽ. Protinus.) Vno eodemqꝫ tẽpore: hoc est dũ pergit, vidit Arcadiam. Nã non possumus simul intelligere: cum Salamina insula sit Arcadię in continẽti. Mirabarqꝫ duces Teucros.) Hos laudat: quo meliorem sit ille quẽ pfert. Iuuenili ardebat amore.) Inest enim iuuenibus studium, acquirẽdarum amicitiarum. Horatiꝰ Animusqꝫ virilis Quęrit opes & amicitias. Phenei sub mœnia.) Oppidi Arcadiæ. Homerus οἱ Φένεον τ' ἐνέμοντο, καὶ Ὀρχομενὸν πολύμηλον. Nec nos debet mouere, quod Euãder de Palanteo sic dicit, Phenei sub mœnia: cum sciamus poetas vicinas omnes ꝓ vna habere ciuitates: sicut de Didone facit, quam nonnunqꝫ Tyriam, aliquoties Sidoniã vocat. Ille mihi insignẽ pharetrã.) Ius, hospitij habet inter se remunerationẽ: sed verecũde tacet Euander de suis muneribus. Auro dedit intertextã.) Legitur & intertexto. Frenaqꝫ bina.) Poetice. Nã duo debuit dicere Bina enim secũdum Ciceronem non dicũtur, nisi de his quę sunt numeri tãtũ pluralis, Nam Cicero per epistolam culpat filium dicẽs, male eũ dixisse Direxi literas duas cum literę quoties epistolam significant, numeri tantũ pluralis sint. Contra, epistolas binas non dicimus, sed duas. Iuncta est mihi fœdere dextra.) Antiquis amicitijs per Anchisę hospitium. Quãdo huc venistis amici.) Siquidem amici iam venistis. Extraneos enim ad sacra non licebat adhibere. Hos autem adhibet ad sacra, quasi antiquis iunctos amicitijs. Vnde infert, Et iam nunc sociorum assuescite mẽsis. Annua, quæ differre nefas.) Anniuersalia sacrificia ideo non differuntur, quia nec iterari possunt. Solenne autem hoc esse ipse ait, Forte diem solennem illo rex Arcas honorem. Nam calendaria siqua fuerint ratione dilata, possunt repeti: nec piaculum eorum intermissione committitur. Dapes.) Epulæ deorũ propriæ, vt Iouis cœna. Sedili.) Bene sedili. Nam in templo Herculis lectisternium esse nõ licebat. Toro, & villosi pelle leonis Accipit Æneam.) Aut suscipit ad sedendum: aut pascit, vt, Illos porticibus rex accipiebat in amplis. Torum autem herbarum super solium fuisse intelligamus, ne sit sedili contrarium. Congue autem de leonis pelle dicitur coopertum, quasi in Herculis sacris. Tũc lecti iuuenes.) Nõ vacat Lecti. in sacris enim Herculis nec serui interesse erant, nec liberti: adeo vt Appius qui sacra hæc transtulit in libertos, & caruerit oculis, & intra annũ omnem familiam perdiderit Pinnariorũ. Certatim.) Id est studiose. Aręqꝫ sacerdos.) Maximę scilicet. Nondum enim templum Herculis fuerat: sed ara tantummodo, quam maximã dicit ex magnitudine fabricæ. Laboratæ Cereris.) Quæ eget laboris: vt mox, Et frumentis, labor additus, vt mala culmos esset rubigo. Glãdes enim sine vllo labore nascuntur. Perpetui tergo bouis.) Aut secũdum Homerum intelligẽdum, qui dicit carnes dorsi apponi solitas honorabilioribus, vt sit sensus talis, Posuit ante eos magni bouis carnes, quę apud maiores in honore fuerunt. Aut re vera perpetui. nam de hoc boue immolato Herculi, carnes carius vendebãtur causa religionis: & inde alter redimebatur, qui ex illius pretio cõparatus quasi perpetuus esse videbatur. Tergo autẽ, potest a parte totum intelligi. Lustralibus.) Aut pinguibus. Moris enĩ fuerat completo lustro pingues victimas offerre censores. Aut certe de quinquennali boue, id est perfectę ætatis. Nam Homerus dicit.

Dixerat Aeneas: ille os, oculosqꝫ loquentis POE.
Iandudum, & totum lustrabat lumine corpus.
Tũc sic pauca refert. Vt te forsissime Teucrũ EV.
Accipio, agnoscoqꝫ libens: vt verba parentis,
Et vocem Anchisę magni, vultumqꝫ recordor.
Nam memini Hesiones visentem regna sororis
Laomedontiaden: Priamum Salamina petentem,
Protinus Arcadiæ gelidos inuisere fineis.
Tum mihi prima genas vestibat flore iuuenta:
Mirabarqꝫ duces Teucros: mirabar & ipsum
Laomedontiaden. sed cunctis altior ibat
Anchises. mihi mens iuuenili ardebat amore
Compellare virum, & dextræ coniungere dextrã.
Accessi, & cupidus Phenei sub mœnia duxi.
Ille mihi insignem pharetram, Lyciasqꝫ sagittas
Discedens, chlamydemqꝫ auro dedit intertexto,
Frenaqꝫ bina, meus quæ nunc habet aurea Pallas.
Ergo, & quam petitis, iũcta est mihi fœdere dextra:
Et lux cum primum terris se crastina reddet:
Auxilio letos dimittam, opibusqꝫ iuuabo.
Interea sacra hęc (quando huc venistis amici)

Annua, quę differre nefas, celebrate fauentes
Nobiscum: & iam nunc sociorum assuescite mẽsis.
Hęc vbi dicta: dapes iubet & sublata reponi, POE.
Pocula: gramineoqꝫ viros locat ipse sedili.
Præcipuumqꝫ toro, & villosi pelle leonis
Accipit Aeneam: solioqꝫ inuitat acerno.
Tum lecti iuuenes certatim, aræqꝫ sacerdos
Viscera tosta ferunt taurorum: onerantqꝫ canistris
Dona laboratæ Cereris: Bacchumqꝫ ministrant.
Vescitur Aeneas simul, & Troiana iuuentus
Perpetui tergo bouis, & lustralibus extis.

binas literas
Duas Epistolas

Τοῖσι δὲ βοῦν ἱέρευσεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων
ἄρσενα πενταέτηρον ὑπερμενεῖ Κρονίωνι
Νώτοισι δ' αὖτ' ἄρα διηνεκέεσσι γέραιρεν
ἥρως Ἀτρεΐδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων
αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο.

DONATVS.

Dixerat Æneas.) Æneas cum loqueretur, intuebatur Euander prius incognitum, & vocem eius ac singula corporis mẽbra cõsiderabat. Tunc sic. p. r.) Pauca enim dici conuenerat, ne fabulę longiores solennitati solita essent impedimẽto. pauca debemus accipere, hoc est pauciora, qꝫ dici potuerũt. Vt te fortissime. t.) Magna mens recordantis, cum nesciret hominem, hoc est nomẽ eius, aut patrẽ, dicit se de vultu ac voce collegisse, qꝫ ex Anchisa genitus esset. ait ergo, cum te audio loquentem, & vultum tuũ libenter intueor cupiens te cognoscere: nã plene colligere redeũte memoria puto, mecum Anchisen loqui, & ipsum etiam nũc esse pręsentem: subiungit gesta veteris facti, ex eo ostẽsurus cariorem futurum susceptę societatis affectum. cum patris eius veterem notitiam replicat, & beneuolentiam eius repetit. Poterat enim Æneas quærere, quo casu emergente factum esset, vt habuisset ille Anchisæ notitiam. Iccirco ait, Nam memini Hesiones vi. r. so.) Ecce felix memoria recordantis, nam & personas tetigit, & tempus, & causam, & personarum nomina, & locorum, & reuera miraculum fuit, vt loquens senior, & adolescentiæ suæ tempus assignans ista omnia sic tenaciter dixerit, quasi proxime gesta viderentur. Mirabarqꝫ duces Teucros.) Laudaturus & prelaturus Anchisen præfert omnes, & dicit Anchisen fuisse prestantiorẽ, nec eẽt occasio preponendi, nisi incidisset prima comparatio, sine qua laus esse præcipua non potest. procliue quippe est bonũ eẽ, meliorẽ vero arduum: Altiorẽ dixit, corporis forma, quoniam sic posuit. Sed cũctis altior ibat Anchises, hoc est icedebat. Mihi mẽs iuuenili ardebat amore.) Quãuis, iquit, adolescẽtis ætas prouectiori non congrueret, tamen, qm est ardor quidam iuuenibus, noscẽdi potiores ad eum accessi, & eius amicitię cupidus eum duxi sub mœnia Phenei, iunxi dexterã meã eius dextrę, amicitiãqꝫ firmaui. At humanitati meæ officijs respondens. Ille mihi insignem pha.) Dedit mihi, ingt, pharetram, sagittas & fræna aurea, & chlamydem auro intertextam, quomodo ornauit ipsa munera, vt læuia viderentur: pharetram dixit insignem. sunt enim pharetrę nullius meriti, sagittas dixit lycias, vt illis regio sua tribueret ornamẽta, chlamydẽ auro splẽdẽtem. Frena, inquit, bina aurea, vt numero hęc laudaret, & qualitate materię. Ecce addit predicationis supplementum, horum ait apud me propter dãtis meritum fuit gratia, vt cum his per senium vti non possem, traderem filio meo, & in hodiernum vsqꝫ diem perdurant. Eodem quodam modo perseuerante dominio cum patris & filij vna persona laudari munera meruerunt, propter has causas. debuit enim Æneas probare liben ter acceptam largitatem patris sui, debuit & Anchises ostendi bonus largior ĩ speciebus pretiosis, & Euander nõ leue quiddã accipere meruisse. Ergo, & quam petitis.) Ergo, inquit, propter pręcedentem & præsentis temporis causam, profiteor me societatem fœderis habere vobiscum, & crastina incipiente luce vos instructos opibus cum auxilijs dimittam, respondit quæsitis, & promissa nõ distulit in prolixum tempus, pollicens proxima luce se facturum, qđ petitum fuerat, addens, quod Æneas non petit. Ipse enim Euander more boni promissoris maius debebat efficere, quod fuerat prestiturus, hinc auxilia promisit, & victui necessaria, ne moram lucis alterius fecisset, nisi interesset sacra solennitas, & eiusdẽ diei pars lucis Sole currente trãsacta esset. Interea sacra hæc.) Reddidit causam dilationis in alteram diem. sacra, inquit, quę celebrari cõspicitis, nefas est differri, vel aliqua ratione prærumpi. sunt enim annua, hoc est quę per singulos annos nou ntur, & hũc habent diem, quo numini reddũtur, hæc quoniam amici venistis, celebremus pariter. erit enim quædam nouæ amicitiæ ꝯsecratio mensarum auspicia sub testificatione diei pręsentis exordium sumant, & ipse nos primitus iungãt, quæ tanto dicatæ sunt numini. Nouemus, inquit, nouare est replicatione annua nouũ ex veteri facere eam rem, quæ promissione frequentioris cultus posset abscondi. nouare Hæc vbi dicta.) Iubet, & reponi, non semel accipienda sunt, iubet dapes reponi: iubet reponi pocula sublata. sublata, aut metus causa, quoniam subito venerant Troiani, aut sublata, satietate interueniente. Deinde ipse officio boni hospitis iunctus collocauit omnes in sedili gramineo. Ecce non fieri præcepit, vt longæuus & rex, sed ipse ꝑ se humanitatis plenissima iura compleuit. Sedili, inquit, gramineo, quomodo in nemore cõuiuium fuit, & ratio ritus ipsius sedendi potius quã accumbendi consuetudinem fecerat. Testatur hoc ipsum etiã alio loco Virgilius, denique septimo libro hanc tetigit partem cum diceret, hoc illis curia tẽplum, hæ sacris sedes epulis, hic Ariete cæso perpetuis soliti patres considere mensis. Ecce illis nobilibus quoque non licebat accumbere, ꝓpter hospites igitur iussit reponi epulas, & pocula: ipse vero collocauit omnes Troianos sedilibus structis ex gramine. Præcipuumqꝫ toro, solioqꝫ inuitat acerno.) Vt sedendi merito discerneretur Æneas, qui cæteris fuerat potior, & sublimem ei locum dedit, & cultiorem ornatum. Leonis ergo pellem, quod conueniebat Hercules sacris egregiam quoqꝫ sellam, & materia pretiosa perfectam, quę eius dignitati congrueret, præcipuum dixit singulare & solum. Tũ lecti iuuenes. c.) Fuit quidem ciborum copiosa substãtia: sed bubula caro, panis & vinum. hæc portabant iuuenes, qui plurimum plurimis apponerent, aderat etiam sacerdos ipse propter epulas sacras, ipse quoque aliquantum cum iuuenibus gestãs, nulla interea, vt apud regem, ambitione sedebatur, nullo vestium

Universidad de Deusto Biblioteca

ſtium adhibito cultu, caro portabatur manibus copioſa ſed bubula aſſa, id eſt non aliquibus impenſis excocta, panis non argento vehebatur, ſed caniſtris, vinum ſimiliter miniſtrabatur, miniſtris nullo cultu adornatis. Hæc non ſimpliciter accipienda ſunt, nam ſicut infra mõſtratum eſt, ritus agrorum hic erat, neq; aliud in his ſacris aut alio modo exhiberi licuit, nec paupertati Euandri applicãda, ex qua inter pcipuos fuit. ¶ Veſcitur Æneas.) Etiam ſi Æneæ vel Teucris epulæ illę diſplicebant: edebant tamẽ appoſita, vel quia aliud non fuit, vel quia ſacris intererant, quæ omnia præter bubulam recuſabãt, vt autem fuit integrum latus Tauri, ſic cum extis appoſitum, veſcitur Æneas ſimul & Troiana iuuentus Perpetui tergo bouis, & luſtralib' extis, cum hoc pronunciamus, Æneæ nomen & Troianorum debemus extollere, quibus indigne appoſita eſt bubula aſſa, nec ſaltẽ aliquo iure cõdita: & reuera iniuria fuit, ſi tollam' e medio ſacrorum morem, qui alia reſpuebat.

ASCENSIVS.

¶ Dixerat Æneas, &c.) Proſequitur reſponſum Euandri, & beneuolẽtiam eius in Æneam, qui eum epulis ſolennibus accepit. De qua re dicit Donatus ſic. ¶ Pauca.) Ne longior oratio ſolẽnia impediret. Inſignem pharetrã.) Mire, munera exornat ne videantur leuia. ¶ Sublata.) Aut metus cauſa, aut ſatietate, interueniẽte. ¶ Sedili.) Nam mos fuit non accumbendi, ſed ſedẽdi in his ſacris: vnde in. vij. Hæc ſacris ſedes epulis. ¶ Leonis.) Quod cõueniebat Herculis ſacris. ¶ Viſcera.) Nulla erat ambitio in eſcis: caro portabatur copioſa, ſed bubula. Male autẽ acceptus fuiſſet, ſi tollatur ſacrorũ religio. Hæc ille. ¶ Ordo eſt. Æneas dixerat, id eſt finiuerat, ſermonem ſuum. Ille, ſ. Euander: luſtrabat lumine. i. viſu: hoc eſt, circumſpiciebat, & annotabat: iandudum. i. ab eo tẽpore quo loqui cœperat: aut cum primũ viderat: os, oculos, & totum corpus, ſ. reliquum: loquentis, ſ. Æneæ: tum. i. deinde: refert. i. reſpõdet: pauca. i. paucis: ſic. i. in talẽ formam: vt. i. quantũ libens: o fortiſſime Teucrũ. i. Teucrorũ: ego accipio. ſ. hoſpitio: aut accipio. i. audio, & agnoſco te: vt. i. quãtum. q. d. q̃ maxime recordor. i. ad memoriã refero: verba. i. formam dicendi: & vocẽ. i. modũ proferendi: & vultum parẽtis. ſ. tui, Anchiſæ. Nam ego memini Laomedontiaden. i. Laomedontis filiũ. ſ. Priamũ: viſentẽ. i. euntem videre: regna (id in gratiam eius dicit, nam meretricio cõtubernio, tenebaẽ a Thelamone: non legitimo matrimonio.) ſororis, ſcilicet ſuę, Heſionę: & petentẽ Salamina. ſ. patriam Thelamonis) declinatur autem hæc Salamis, vel Salamin: huius Salaminis, vel Salaminos: & eſt ciuitas in Achaia.) inuiſere protinus. i. ppetuo tenore, & eadem profectione (dicit autem, inuiſere nõ, inuiſiſſe, quia, vt docet Agretius, memini, præſentis, non præteriti temporis, verbum poſtulat.) fineis gelidos Arcadiæ. i. tranſire Arcadiam: iuuẽta. i. iuuenilis ętas: prima. i. incipiens: veſtibat, pro veſtiebat: mihi tum. i. tũc, genas. i. extrema maxillarum flore. i. lanugine hoc eſt, barba tenui: & ego mirabar duces Teucros. ſ. qui cũ Priamo venerant: & mirabar ipſum Laomedontiaden. i. Laomedontis filiũ: ſed Anchiſes. ſ. pater tuus: ibat. i. incedebat, altior cũctis. ſ. reliqs: Mẽs ardebat mihi iuuenili amore: quia iuuenes gaudẽt proceritate, & elegãtia corporum compellare. i. affari cum veneratione uirum. & coniũgere dextræ. ſ. illius: dextram. ſ. meam: acceſſi. ſ. ad eum: & cupidus. ſ. eius amicitiæ, & cognitionis duxi. ſ. ipſum: ſub mœnia Phœnei. ſ. oppidi Arcadiæ: quod nomẽ forte pro Pallanteo poſuit. Ille diſcedẽs, ideſt cum diſcedere vellet: dedit mihi pharetrã inſignem, & ſagittas Lycias: & chlamydẽ. i. veſtem militarẽ: intertextam auro. i. filis aureis: (eſt autẽ verſus ſpõdaicus) & dedit bina. i. duo, aurea frena: quę Pallas. ſ. filius meus, habet nũc. Ergo & dextra. i. fides: quã petis. ſ. a me: eſt iuncta mihi fœdere. i. pacto ſociali, & cum primum, id eſt vt, vel vbi primum lux craſti

na reddet

na reddet ſe terris: ego dimittã vos lætos auxilio: & iuuabo opibus. i. facultatibus, & diuitijs meis. Interea quando. i. quandoquidem: vos veniſtis huc. i. ad nos, ſacrificantes: amici: & ita non turbatis ſacra: celebrate nobiſcum fauentes hæc ſacra annua. i. quæ quotãnis hoc die fiũt: quę. ſ. ſacra: nefas, ſup. ſit: differre, ſcilicet in aliud tẽpus: & aſſueſcite iam nunc. i. ex hoc deinceps: menſis ſociorum. i. vobis ſociali fœdere coniũctorum: vbi. i. poſtq̃: hęc dicta, ſup. ſunt ab Euãdro: ipſe iubet dapes, & pocula ſublata. ſ. timore hoſtilis aduentus: reponi. ſ. ad mẽſas: & ipſe locat viros in ſedili gramineo: ex ceſpite. ſ. facto: & accipit Æneã pręcipuum. i. principem virum: toro. i. iubis intortis, & pelle leonis villoſi: & inuitat, ſup. eum: ſolio acerno. i. ex acere arbore facto: vnde fiebant & tabulę: de qbus Martialis, Aurea qui dederit dona minora debebit. tũ. i. deinde poſtq̃ conceſſum eſt iuuenes lecti. i. egregij: & ſacerdos arę. i. ſacrificulus: ferunt. i. afferunt: viſcera taurorũ toſta. i. carnes taurinas aſſas: & onerant. i. onerando apponunt, ſupple caniſtris. i. ſportulis, aut corbibus, ſeu calathis: dona Cereris laboratę. i. panis cõfecti artificioſe: & miniſtrant. i. propinant: Bacchũ, id eſt vinũ: Æneas, & Troiana iuuẽtus, veſcitur ſimul tergo bouis perpetui. i. vnde datur perpetuum epulum: qa eius ptio redimitur alter aut ppetui. i. integri: & extis luſtralib'. i. purgatiuis, quę ad expurgationem oblata erant.

PIERIVS.

¶ Accipio, agnoſcoq; libens.) In codi. aliquot antiqs, Aſpicio, adgnoſcoq;, legitur. Sed plures oino, Accipio, habent: vt, Illos portitibus rex accipiebat in amplis. ¶ Heſiones viſentem regna.) In Roma. codice Gręca prõũciatione ſcriptum eſt, Hiſione, prima ſyllaba per i: quo ſono, nunc ἦτα literã pronunciant: Ἡσιόνη enim ſcribitur. Variatq; declinatio genitiui in antiquis. codicibus. Nã in alijs, Heſiones, vt Ἡσιόνης. In alijs, Heſionę, Latino declinatu: quin etiã, Heſione, per, e, ſimplex reperitur. Sed, Heſiones, omnino doctioribus placet. ¶ Tum mihi prima genas veſtibat flore iuuenta.) In codicibus aliquot antiquis, veſtiebat, ſiue (vt Priſcian' putat) mediarum vocalium tranſpoſitione: quę poſtmodum in ei, diphthongo contrahantur. Siue magis ex Lucilij ſententia, ad, i, productam indicandam, ea diphthongus ſcribi ſolita ſit. Nam in, deico, & ameiceis: &, periculeis: nulla ſynęreſis. Sed &, iuuenta, varie ſcribitur. In nonnullis enim codicibus, iuuentus, in alijs quibuſdam iuuentas, inuenitur: de quib' alibi dictum. ¶ Iuuenili ardebat amore.) In Romano codice, & in quibuſdam alijs, Iuuenali, legitur per, a: in pene vltima: quod etiam in aliorũ authorum veteribus exemplaribus obſeruaui. Et agnitum a grãmaticis, alibi demonſtraui. ¶ Et dextræ coniungere dextram.) In antiquis aliquot codicibus legere eſt, dextram & coniũgere dextræ. Sed quatuor ſyllabarum per e, prolatarum, ſonus, continuatioq; exilitatem quandam pręſe ferũt ad faſtidium vſque. ¶ Acceſſi, & cupidus Phinei.) Phinei, multis modis corrupte legitur. Nam & Phęnei, & Phœni, reperitur. Sed enim per e, Phenei, triſyllabam omnino legendum ex probatioribus exempla. Homerus αἳ Φενεόν τ' ἐνέμοντο. ¶ Chlamydemq; auro dedit intertextam.) In Romano codice legere eſt, intertexto: ſed, intertextam, melius. ¶ Pallas.) Niſi placeat, Pallans: vt in pleriſque veterum monumentis notatum eſt. Et quia nomẽ id, n, non recipere tradit Probus: certe geminato ſaltem ll, ſcribendum erit. ¶ Auxilio lętos dimittam.) In hoc etiam nomine, Auxilio variatum. Nam ſunt qui Auſilio, per ſ: ſunt qui per x: ſunt qui per vtrunque, x, & ſ, ſcribãt. & ſuperius in monumentis veterum, Auſilium, per x, & ſ, notatum obſeruauimus. Nos, Auxilium, ex vſu eruditorum emendatiore ſcribimus. Sed illud magis me mouerit, quod in codicibus aliquot antiquis, Auxilio tutos, legitur: ſed, lętos, magis receptum.

Poſtquam exẽpta fames: & amor cõpreſſus edendi:
Rex Euãdrus ait. Nõ hæc ſolẽnia nobis, EVAN.
Has ex more dapes, hanc tanti numinis aram,
Vana ſuperſtitio, veterumve ignara deorum
Impoſuit. ſæuis, hoſpes Troiane, periclis
Seruati facimus: meritosq; nouamus honores.
Iam primum, ſaxis ſuſpenſam hanc aſpice rupem:
Diſiectæ procul vt moles, deſertaq; montis
Stat domus: & ſcopuli ingentem traxere ruinam:
Hic ſpelunca fuit vaſto ſubmota receſſu,

SERVIVS.

¶ Poſtquam exempla fames, & amor compreſſus edendi.) Poſtq̃ & neceſſitati ſatisfactũ eſt, & voluptati. ¶ Non hæc ſolennia.) Variat in vno pronomine. Non hęc ſolẽnia nobis, Has ex more dapes, Hanc tanti numinis arã. ¶ Vana ſupſtitio.) Superſtitio eſt timor ſuperflu' & delirus. Aut ab aniculis dicta ſuperſtitio, qa multæ ſuperſtites per ætatem delirant, & ſtultæ ſunt. Aut ſecũ

dum

dum Lucretiũ, ſuperſtitio eſt ſuperſtãtium rerum, id eſt cœleſtium & diuinarum, quæ ſuper nos ſtant, inanis & ſuperfluus timor. ¶ Veterũ ve ignara deorum.) Duo dicit, Non ideo Herculem colimus, aut quia omnem religionẽ uerã putamus, aut qa deos ignoramus ãtiquos. Cautum enim fuerat & apud Athenienſes & apud Romanos, neqs nouas itroduceret religiones. Vnde & Socrates damnatus eſt: &

Chaldæi

Semihominis Caci: facies, quam dira tenebat,
Solis inacceſſam radijs: ſemperq; recenti
Cęde tepebat humus: foribusq; affixa ſuperbis
Ora virum triſti pendebant pallida tabo.
Huic monſtro Vulcanus erat pater. illius atros
Ore vomens igneis, magna ſe mole ferebat.
Attulit & nobis aliquando optantibus ætas
Auxilium, aduentumq; dei. nam maximus vltor
Ter gemini nece Geryonis, ſpolijsq; ſuperbus
Alcides aderat: taurosq; hac victor agebat
Ingentes: vallemq; boues, amnemq; tenebant.

Chaldæi & iudæi ſunt vrbe depulſi. ¶ Nouamus honores.) Detraxit re: nam renouamus debuit dicere, quã particulã alibi addidit: vt, Fata renarrabat diuum. ¶ Suſpenſam hanc aſpice rupẽ.) Cacus Cacus ſecundũ fabulas, Vulcani fili' fuit: ore ignẽ ac fumum vomens, qui vicina omnia populabaẽ. Veritas tamen ſm Philologos & hiſtoricos hoc habet, hũc fuiſſe Euandri nequiſſimũ ſeruũ ac furem. Nouimus autẽ malum a Græcis Cacũ dici: quẽ ita illo tempore Arcades appellabant, poſtea tranſlato accẽtu Cacus dictus eſt: vt Helene Helena. Ignem autem dictus eſt vomere quod agros igne populabatur. Hunc ſoror ſua eiuſdẽ nominis prodidit. Vnde etiam ſacellum meruit, in quo ei per virgines veſtę ſacrificabaẽ. ¶ Suſpenſam rupẽ. ¶ Quaſi iam, iamq; lapſuram. ¶ Semihominis.) Feritate corrupti. ¶ Inacceſſam.) Participiũ ſine verbi origine, Accedor enim non dicimus: ſed tale eſt, vt placita, nupta, triumphata. ¶ Huic mõſtro.) Bene mutauit caſum in quo inerat turpis ſignificatio. ¶ Et nobis.) Sicut multis, quibus Hercules profuit monſtra purgando. ¶ Ætas.) Beneficiũ tpis, vt, Voluẽdas dies, en attulit vltro. ¶ Maxim' vltor.) Nõ tm̃ noſter: ſed omniũ terraꝝ. ¶ Tergemini nece Geryonis.) Hãc fabulã dixim' illo loco, Poſtq̃ Laurẽtia victor Geryone extincto Tyrinthi' attigit arua. ¶ Spolijsq; ſuperb'.) Atqui boues abduxerat: ſed ſpoliũ eſt quicqd de hoſtibus tollitur, vt, Addit equos & tela quib' ſpoliauerat hoſtem. Item, poſtq̃ illã vita victor ſpoliauit Achilles.

DONATVS.

¶ Poſtq̃ exempta fames.) Caro illa ſi edẽdi delicias non habuit, habuit tamen famis excludendæ ſubſtantiam. Poſtq̃ igiẽ hoc factum eſt, & edendi faſtidium de ſatietate ſucceſſit, ex illis ſic cœpit loqui, moraliter poſitum, poſtq̃ exempta fames, nullus enim in conuiuio libẽter fabulas conferit, aut audit alienas, niſi vẽter fuerit plenus. Lõgam quippe narraturus fuerat Euãder fabulã, & ipſam non ſuperfluam, ſed natã ex eo, quod ipſo tempore gerebatur, debuit habere auditores animis liberis, & nulla ex cauſa ſuſpenſis, quod procuratum eſt auxiliorum promiſſis, & inedia excluſa. ¶ Non hæc ſolennia no.) Dum vult originem præſentiũ referre, ſacrorum ſimul & epularũ genus excuſat, Sciebat. n. quibus apparatibus tantus hoſpes excipi debuiſſet, ſi non obſiſteret lex inſtituta ſacrorum. & ſacra iſta, inquit, & epularũ morem, & aram, quam cernis, non inanis vel rationis expers, perindeq; ſuperfluus ritus aut terror impoſuit patrum, nec falſis aut dubijs aſſertionibus ducimur, vt colamus incognita, aut min' pbata perſequamur. Vidimus beneficia huius dei, & per ipſum nõ leuibus ſed ſæuis periculis ſumus liberati. Proinde hæc pro noſtra cõſeruatione condidimus, tãtaq; huic numini pro pręſtitis debeẽ veneratio, vt quotannis nouentur iſta ſolẽnia, ne vllis obſcurari tẽporibus poſſint. Incipit iam reſpondere propoſitis ſuis, & apertius referre, quid eſſet: ſæuis periclis ſeruati facim'. perindeq; cognoſcat non inaniter dictum, meritosq; nouamus honores. Nouare Nouare eſt vt ſupradiximus replicando vetera quandam facere nouitatem, & hoc modo excludere vetuſtatis inuidiam, quæ multa per deſuetudinem obſcurat, ac tollit. ¶ Iam primum ſaxis.) Anteq̃ factum diceret, quod æuo currente tranſierat, & ſola poterat relatione cognoſci, primum cœpit a teſte, vt ex eo, quod oculis ſubiacebat, fides accedere poſſet, auditis primum, inquit, hoc eſt anteq̃ audias curſum rerum geſtarum, rupem hanc aſpice, quã ſaxis facit natura pendentem. Vide ſcopulos ruinarum euerſione diſiectos, ſolitudo illic horrenda eſt memorabilis facti ſola durante memoria. ¶ Hic ſpelunca fuit.) Qualis enim ſemiferi pdonis habitatio eſſe debuit? niſi occulta, grandis, munita natura & opere ac tenebroſa? ¶ Facies quam dira tenebat.) Hæc etiam extrinſecus dira & horribilis, vſque adeo vt ſine tremore videri non poſſet, tanta autem immanitate fuit, vt hanc Solis radij nec tangerent, nec viderent. ¶ Semperq; recenti Cæde.) Hoc potuit leue æſtimari, nondum enim ſpeciem Cædis dixerat, nec ſignificauerat, quorũ illic ſanguis videretur effuſus, neceſſario igitur addit. ¶ Foribusq; affixa ſuperbis, &c.) Tanta illius monſtri feritas fuit, vt ſemper recenti cæde gauderet, ſemper humani ſanguinis vaporibus aleretur: nec id faciebat occulte, ſed ad oſtentationem propriorum ſcelerum cæſarum capita figebat in

foribus,

foribus, affixa vero tabo corrupta pendebant, dum durabat, quod ſolidum in oſſib' fuit: corruptio vero carnis pẽdula remanebat. ¶ Huic monſtro vul, e.) Hoc, inqt, monſtrũ Vulcanus genuerat: Vulcani incẽdia in pectus filij migrauerant, exibãt de eius faucibus fumus, & flammę, & cũ ipſe contra naturam rerũ nõ arderet, vrebat tamen, quod flatibus attigiſſet: nec defuit ſubſtantia corporis animę ferali conueniẽs. Magnus fuit, & ad incutiendum terrorẽ altiſſimis greſſibus ferebatur, qs poſſit tolerare magnum corpore, & ratione feritatis tutũ, ac vomentem Vulcani patris incẽdia? hæc icciro ſunt poſita, ne inetriæ vitium teneret incolas, qui qualecunq; monſtrum vnum omnes non valuerunt ſuperare. acceſſus enim ad eum, quis eẽ poſſet? cuius anhelitus flamma fuerat, & incendium vomitus? hoc genere Herculi creſcebat pręedicationis augmẽtum, q ſolus perfecit ei' inſperatam necem, quam vniuerſi regionis illius homines tẽtare non auſi ſunt. ¶ Attulit & nobis.) Aduerſus monſtrum intolerabile, cum optaremus auxilium competẽs prouenire, opportunum aliquando tempus aduentum dei iſtius conceſſit, vt nobis quoque prodeſſet in cæteris. Suſcipimus igitur hoſpitem, & optatum diu probamus vindicem. ¶ Nam maximus vltor.) Occiſo triformi monſtro, & vindicatis regionib', quas pernicioſe poſſederat, tanti mali calamitas per nos victor Alcides, victor habuit tranſitum lætus ſecundis rebus & ſpoliorum pompa glorioſus: ducebat quippe ingentem numerũ boum, in quibus fuit emolumentum & ſignum perfectæ victoriæ, hi boues paſtus & fœtus cauſa herboſam tenuerant vallem & fluminis ripã, loci & iſtorũ armentorum icciro incerta deſcriptio eſt & ſignificata innumera boum multitudo, quoniam Caco ipſa dederãt occaſionẽ furãdi, vt occultus illicita gereret, & de multis periſſe aliquos, nõ poſſet intelligi.

ASCENSIVS.

¶ Poſtquam exempta, &c.) Poſtquam (inquit) ſedata eſt fames: nam prius ſilentium fieri ſolet, cum ſuo quiſq; intentus ſit negocio: ſermo habitus eſt ab Euandro de origine ſacrificiorũ Herculi inſtitutorum: in qua enarranda, deſcribit reditum Herculis ex Hiſpania per Italiam, vbi Cacum, furẽ abigeum interemerat: occaſione cuius, ea ſacra illi perpetua inſtituta fuerant. Vñ dicit Dona. ſic. ¶ Poſtq̃ exempta fames.) Non libenter audiuntur ſermones, niſi vẽter ſatur ſit. ¶ Has dapeis.) Dum originem ſacroꝝ narrat, epulas etiam excuſat. Hæc ille. ¶ Ordo eſt. Poſtquam fames eſt exempta, ſcilicet epulis: vt in primo dixit, & amor, id eſt auiditas: edendi, id eſt comedẽdi: cõpreſſus, ſupp. eſt id eſt ſedata eſt. Rex Euandrus: (Nã omnia Gręca in ros, apud nos exeunt in rus, & in er: vt Teucrus, & Teucer: Euandrus, & Euander, & inde duplex eſt vocatiuus: non per metatheſim, vt dicit Alexander.) ait: Superſtitio vana, id eſt delira, & ſtulta religio, que diu ſuperſtitibus eſſe ſolet: ve, pro vel: ignara veterum deorum: non impoſuit nobis hęc ſolennia: & has dapeis, ſcilicet ſolenneis: ex more, id eſt quas ex more damus, & edimus: & hanc aram, ſcilicet maximam (ſic enim dicebatur) tãti numinis, ſcilicet Herculis, qui pręcipu' eſt victorũ deus: ſed, ſup. o hoſpes Troiane: nos ſeruati, id eſt erepti: ſæuis, id eſt immanibus: periclis, pro periculis. ſ. imminentibus a Caco, facimus, ſup. hæc ſolennia & nouamus, id eſt innouamus quotannis: honores meritos, id eſt quos Hercules meruit ſeruando nos. Aſpice iam primũ, id eſt pro exordio declarationis meæ: hanc rupẽ ſuſpenſam ſaxis: & aſpice vt, id eſt quẽadmodũ moles, ſcilicet ſaxorũ: diſiectæ, ſup. ſtant. i. deuolutę ſunt: & vt domus, id eſt ſpelunca, & habitatio mõtis. i. quã Cacus habuerat in mõte: ſtat deſerta. i. derelicta, ab habitatore interẽpto: & vt ſcopuli, id eſt eminentia ſaxa traxere ingentẽ ruinã, id eſt ruendo ingẽtẽ partẽ, ſecũ traxerunt, Spelũca ſummota. i. ſepoſita, a frequẽtia hominũ: vaſto, id eſt valde amplo receſſu: fuit hic, id eſt hoc loco quã facies, ideſt effigies atq; ſpẽs: dira, id eſt execrãda quaſi deoꝝ ira producta. Caci, illius filij Vulcani: ſemi hominis, id eſt feritate corrupti: & habẽtis ſolum figurã humanã: tenebat inacceſſum. i. non aditũ radijs ſolis: & humus. ſ. fundi eius: tepebat ſemp recenti cęde. i. ſanguine effuſo per cædẽ: & ora virũ, pro virorum: affixa foribus ſuperbis. i. tyrannicis & ſæuis: pẽdebant pallida triſti

Universidad de Deusto
Biblioteca

tabo.i.cruore imundo,& sanie tristi aspectu. Vulcanus erat pater huic mōstro.s.Caco:qui vomēs ore igneis atros.i. fumosos, aut vaporosos:vā & fulgura fūtilliꝰ.s.patris sui Vulcani : ferebat se, supp. cū magna mole.i.vasto corpore Ætas.i.longa tēpestas,aut giuum illud:attulit aliqñ.i.tandem:&.i.etiam:nobis,sicut,videlicet multis alijs:nobis(inquit) optantibus.i. qui anxie optabamꝰ auxilium.i.Herculis:ꝗ.pro.i.aduentum dei, cū quo nobis auxilium venit. Nam Alcides.i.Alcei nepos:aut virtute preditus,Hercules maximus vltor.s.mōstroꝝ: aderat superbus.i. magnificus, & elatus:nece.i.cæde,& interemptione Geryonis , illius regis Hispani:ter gemini.i.tria corpora habētis:per quæ treis exercitus, trium insularum,intelligi volunt:& ipse victor, agebat huc.i. ad nos:aut,ad hanc regionem:tauros ingenteis.i.valde magnos·& boues.i.vaccæ eius:tenebant.i.occupabant:vallem.s.hāc, vicinā Tyberi:& amnem.s.hunc,videlicet Tyberim.

PIERIVS.

¶Et amor cōpressus edēdi.)Diximꝰ in Ro.codi. euenire sæpius, vt dictiones,quę ꝑ geminā ss,scribēdę forēt: p n,& s, notatæ sint, vt hoc loco,cōpresus.Id ea de causa factū est, qd geminādarū cōsonātiū,diuersus admodū vsus apud veteres fuit:quadā.n. ætate multā,quæ nos vnico s,nūc scribimꝰ,geminato illi : vti superius dictū est,scribebāt,aussus,imperiossus,formossus,& similia.Contra fuere tēpora,quibus,vt obseruatū à Verrio est, cōsonātes minime geminarent. Vbi vero qd gemina consonante scribēdū occurisset supra literā,quę gemina scribēda erat,notā quādā ponere cōsuerant.Amplius,Velius Longus Nisum authorē citat : qui comese:& suese:& alia huiusmodi,simplici,s,scribenda censuerit: ea ratione,quod iuxta productam vocalem cōsonans progredi non soleat:& s,presertim quondam minime geminauerint. Quā vero notam,Victorinus,silichon appellat,geminandis cōsonātibus superponi solitā huiusmodi est figura,— :vt alibi monuimꝰ. Quod apud eos,qui de ponderibus & mensuris scribūt,animaduerti. Posterioris inde seculi imperitia factum est,vt crediderint notam eam compendiariæ scripturę apicem eē , quem loco literæ,n,solemus interdum adlinere , Hinc comprensus,hoc loco & in alijs codicibus,imperionsus,& formonsus,quę nōnunꝗ ss,geminato scribi cōsuerūt,emanasse crediderim. Quanꝗ in, formosus,circūflexū accentū,aut τὸν μακρὰν etiam,huic errori ansam dedisse credi possit:vt alibi disputatū ē. ¶Rex Euāder ait.) Pauci admodum codices sunt,in quibus,Euāder,legaꝰ.sed in ꝗ plurimis, Euādrus:de quo superius satis dictū. Quāuis Seruius in Geor.dicat,noīa,quæ apud Græcos in gros,tros,pros,cros,dros,exeunt: apud nos in er,terminari,& secūdæ esse declinationis. Ex quibus duo tm̄ noīa designātur,codrus,& cōgrus. Verū hęc latius ex Carisio recitauimus li.iij. ¶Vana supstitio,veterū ve ignara deorū.) In Rom.codice,& qbusdam alijs antiquis,legere est , veterumq;, & ita scriptum est in Lactantij Firmiani codicibꝰ, vbi lib.iij. locū hunc exponit in hunc modū:Qui nouos sibi ritus assumebāt, vt deorū vice mortuos honorarent, quos ex hominibus in cælum receptos putabāt,hos superstitiosos vocabant. Eos vero, qui publicos,& antiquos deos colerent,religiosos nominabant. Vnde Virgilius,Vana superstitio,veterūq; ignara deorū. ¶Iam primū saxis.)In perueteri codice,iampridem,legitur:quod nōnullis minime displicuisse animaduerti. ¶Disiectę ꝓcul vt moles.) In Rom. codice,Deiectæ,legitur:quod non æque placet. Dicturus.n.rem ab Hercule gestam,maius nescio quid ostendit,dicēdo,moles disiectæ. Loquitur vero de fragmentis illis,quę ab Auentini Vertice & imis radicibus auulsit Hercules,vt sibi adytum in antrū Caci patefaceret. ¶Facies quam dira tenebat.)In Romano codice & aliquot alijs peruetustis;tegebat,legitur:sed,tenebat, receptū magis. ¶Foribusq; affixa superbis.) In aliquot antiquis exemplaribus,legere est,foribus suspensa superbis.Sed,adfixa, nescio quid atrocius ostendit.In Mediceo absq; particula copulatiua , foribus affixa,legitur. ¶Nam maximus vltor.)In codicibus nonnullis perueteribus,maxumus heros,legiꝰ. Sed magis placet, vltor quod ex ijs titulis est,qui dis adscribi soliti sunt in veterum nūmis:vt Ioui vltori.Et Mars vltor.Resq; ipsa gesta, titulū huiusmodi exposcere videtur.

SERVIVS.

¶At furijs Caci mens.) Pro ingenti scelere, furijs nomē posuit . Capitale enim crimē apud maiores fuit ante pœnam quadrupli . ¶Auertit.) Erat proprium Abegit:sed respexit ad prædam quę auerti dicitur. vt, Raptas ad littora auertere prædas. ¶Atq; hos.) Quoties masculinum & fœmininum iunguntur hæc disciplina est , vt etiam si posterius est fœmininum, masculino respondeamus. ¶Versisq; viarū indicijs .) Hoc est vestigijs, quod auersi trahebantur , id est cōtra naturam inijcientibus errorē indicijs. Ipsa (inquit) decipiebant indicia, quæ indicare consueuerunt . Nam indicium ab indicando nomen accepit. ¶Signa .) Et hic pro vestigijs. ¶Omne querelis impleri nemus.) Non vt multi dicunt, quia consortes perdiderant: sed quia vellebātur a pascuis Insita enim est bobus auiditas edēdi . Vnde est,Ite domū pasti,si quis pudor, ite iuuenci. ¶Et colles clamore relinq.) Cum clamore:vt, Atque Ixionei vēto rota constitit orbis, cum vēto. Et hoc est melius. nam multi dicunt, Relinquebantur colles etiam clamore: hoc est tantum recesserant a collibꝰ boues,vt nec Echo resultaret, scilicet ad colles iam clamore nō perueniente , qd non

At furijs Caci mens effera,nequid inausum,
Aut intentatum,scelerisve,dolive fuisset:
Quattuor à stabulis præstanti corpore tauros
Auertit:totidem forma superante iuuencas.
Atq; hos,nequa forent pedibus vestigia rectis:
Cauda in speluncam tractos,versisq; viarum
Indicijs raptos,saxo occultabat opaco.
Quærentem nulla ad speluncam signa ferebant.
Interea cum iam stabulis saturata moueret
Amphitryoniades armenta:abitumq; pararet:
Discessu mugire boues:atq;,omne querelis
Impleri nemus:& colles clamore relinqui.
Reddidit vna boum vocem:vastoq; sub antro
Mugijt:& Caci spem custodita fefellit.
Hic vero Alcidæ furijs exarserat atro
Felle dolor:rapit arma manu,nodisq; grauatum
Robur:& aerij cursu petit ardua montis.
Tum primum nostri Cacum videre timentem,
Turbatumq; oculis:fugit ilicet ocyor Euro.
Speluncamq; petit.pedibus timor addidit alas.
Vt sese inclusit:ruptisq; immane cathenis
Deiecit saxum:ferro quod & arte paterna,
Pendebat:fultosq; emunijt obijce postes:
Ecce furens animis aderat Tirynthius , omnemq;
Accessum lustrans,huc ora ferebat,& illuc
Dentibus infrendens.ter totum feruidus ira
Lustrat Auentini montem:ter saxea tentat
Limina nequicq;:ter fessus valle resedit.
Stabat acuta silex,præcisis vndiq; saxis,
Speluncæ dorso insurgens,altissima visu,
Dirarum nidis domus opportuna volucrum.

non procedit:qa hoc sensu illud excludiꝰ. ¶Reddidit vna boum vocem.) Si enim tam longe fuerunt , vt nulla rōne recedētium boum mugitus colles derelictos feriret: quēadmodū inclusi bouis est clamor auditꝰ ab Hercule? ¶Mugijt.)More suo,pro mugiuit: vt,Audijt & Triuiæ longe lacus. ¶Atro felle dolor.) Quo irascimur secūdum Physicos vt splene ridemus.Persiꝰ, Sed sum petulāti splene cachino. ¶Rapit arma manu , nodisq; grauatū robur.)Duo dixit,sagittas & clauam, & non vacat Que.Nā si armorum , Epexegesis est . ¶Nodis grauatum robur.) Grauatū autem, pro graue posuit. Nam graue est per naturā ponderosum: grauatum, quod oneraꝰ extrinsecus . ¶Turbatumque oculis.)Ea parte turbatum , quæ proditrix mētis est. alij oculi legunt,& accipiunt a supioribus videre turbatum oculi. ¶Arte paterna.)Perseuerat in fabula.Sane & alitur ferro , & alitur arte . ¶Emunijt.) Sicut & munijt & mugijt , ꝓ mugiuit & pro emuniuit . ¶Obice postes.)Hanc obicē dicimus, vt,Ecce maris magna claudit nos obice pontus . Dubitant enim multi vtrū sit masculinum. ¶Tirynthius.) A Tirynthia in qua nutritꝰ est ciuitate,vt diximus supra. ¶Auentini montē.) Vt fontē Timaui, Buthroti

graue grauatū

Obex

Buthroti vrbem. ¶Ter fessus valle resedit.) Egens consilij. Sallustius , Fessus in Pamphiliam se receperat. Nam corpore fatigatum dicimus,animo vero fessum:quamuis hoc sæpe cōfundat authoritas. ¶Stabat acuta silex.) Pene omnes hunc silicem dixerunt.nam & Varro & Lucretius ita dicunt. Tāta tamen est Virgilij authoritas,vt persuadeat nobis etiam hāc silicem dici. ¶Dirarum volucrum.)Modo dirarum , non mali hominis dicit,vt sunt bubones:sed quæ humanis cadaueribꝰ vescebantur,Dixit enim foribus affixa superbis Ora virum,tristi pēdebant pallida tabo. ¶Concussit.)Soluit,impulit.Satis signatis vsus est verbis. ¶Refluitq; exterritus amnis.)Rem naturæ vertit in fabulam,cum ruinā rupis in se recurrere necesse sit impetum fluminis.

Inter fatigatū & fessū.

Hanc,vt prona iugo læuum incumbebat ad amnē:
Dexter in aduersum nitens,concussit:& imis
Auulsam soluit radicibus.inde repente
Impulit:impulsu quo maximus insonat ęther:
Dissultant ripæ:refluitq; exterritus amnis.

DONATVS.

¶At furijs Caci mens effera.) Quonium tanta temeritas fuerat Caci,vt dolo vel fraude auerteret aliena,morem proprij furoris arripiens octo boues electos ex omnibus furto subtraxit. ¶Atq; hos.)Arte Cacus scelerate contenderat,vt furtū ingeniosa inuētione cōtegeret,nā retēta animaliū cauda retrorsum nitēs traxit in speluncā,vt in peruersum ducta vestigia explorātis intētionē plene confunderent. Quærenti nulla ad spelūcam signa ferebāt. Proinde si quęreret quisꝗ , deficientibus signis ad illam spelūcā peruenire non poterat. ¶Interea cum iam stabulis.)Quid intelligimus boues doluisse se a locis vtilibus discessisse , & ideo dictū discessu mugire boues,aut mi[...]ne illorum, qui surrepti erant, melius est,vt amissos queri viderentur. habent.n. quēdam inter se etiam muta animalia quasi familiaritatis affectū, & separatiōis iniuriam patiēter ferre non possunt. Deniq; qd ex ea oneris portent,querula voce testantur,vsq; adeo hoc verum est,vt ipse Virgilius dixerit. ¶Reddidit vna.b.v.) Vt etiā hoc intelligi possit lingua sua inter se muta animalia intelligi,nā bos quęsita respōdit. hoc,quod dicimus,firmat locus ille,vbi in libro tertio idē poeta dixit,qui volucrū linguas sentis . quod.n.apud nos abstrusum est,& putamus sonū esse non verba,intelligunt vates, vnde si possent enunciare,quid aues dicunt,potest verum videri,qaod secū atq; inter se muta animalia loquantur , licet improprie dicātur, qui secum ipsa loquūtur ꝑm naturam suam,& possunt eorum dicta voce vaticinātis exponi.Reddidit vna boum vocem. Reddidit vocē,dixit,vt probaret sicuti dictum est , quia quæsita respōdit vna boum,hoc est vna ex ijs,quæ tenebātur inclusæ cū Tauris. ¶Vastoq; sub antro Mugijt.)Nihil Caco profuit custodia sua nihil fraus & ingeniosa inuētio doli, quibus indicia omnia quærentibus pernegauerat,clausa prodidit factum,& spem Caci mugiendo frustrata est.Ecce fortuna regionis illius & cunctis omni prosperitate plenissima. Iam recedebat Hercules,nec boum intellexerat damna,euasurus fuerat Cacus,si boues paululum tacuissent. ¶Hic vero Alcidæ.)Cum hoc,inquit,Hercules cognouisset, iniuriam magis ꝗ detrimenta considerans, exarsit prę iracūdia, hoc enim præstabat fellis imoderata commotio , deniq; non tulit sed rapuit,nec passibus sed veloci cursu aereū tetendit ad mōtem. Virtus Herculis in vtroq; signatur,nam rapere grauatū nodis robur quo vtebaꝰ pro armis, & tāti montis ardua cursu trāsmittere plena virtutis & constantiæ demōstratio est. ¶Tum primum nostri.)Timebatur ante aduentū Herculis Cacus, nec ipse quēquam metuebat armatus magnitudine corporis,feritate naturę,& flammarum incendio,sed vbi ad Herculem vētum est, & eius virtutē ausis talibus approbauit , didicit timere,quod ante nescierat. Incipit dicere rationem timoris ipsius signis magis ꝗ alia ex causa compertam. Turbatus, inquit,oculis,fuit nec immerito,cum videret tantam potentiam dei. ¶Fugit ilicet.o.e.) Et cū fuisset extrema desperatione possessus,fugit vt ventus , & ipsam venti celeritatem mobilitate præueniens . ¶Speluncamq; petit.) Tria fuerunt signa timoris ipsius oculorum perturbatio , q gc quid animo gereret indicabant,fuga arctioris cursus neq; eni illud fugere fuerat sed volare. nā metus insuetus pedibus alas addiderat. tertium,ꝙ non se credidit campo aut patentibus locis, sed in speluncam fugit,quam putabat inexpugnabilem . ¶Vt sese inclusit.)Inter Herculem & Cacum non plurimum supererat spatij. Deniq; ille cum se videret velocitate fortioris arctari , ingressus speluncam non soluit cathenas,vt securus,sed rupit,vt timens. Celeriter.n.claudendæ fuerunt fores,quæ speluncæ interiora venieti negare potuissent,rupit cathenas ergo, nō soluit,& deiecit saxū, quod ferro & paterna arte pendebat. Duabus rebus pendebat saxū, quibus speluncæ illius aditus claudebaꝰ, ferro.s.& arte: ferro hoc est materia ipsa , arte vero fabrica cathenarū. quātus autē in illo fuerat metꝰ,vt securitati suæ putaret non posse sufficere speluncam continuis lateribus montis,& vertice satis tutam:nisi saxi tāti pōderis firmitate additis obicibus eam roborasset:ne quo casu aut impelli posset , aut foribus euictis excludi? Vt igiꝰ hæc omnia facta sunt,& propter tuitionem suam metuēs prædicta firmauit . Ecce furens animis aderat Tyrinthius,posset sic carmen poeta componere vt celeritate Hercules Cacum uideretur præuenisse, sed reseruāda fuerat difficultas facti,vt talem haberet gratiam,quæ merito suo & nouari quotannis deberet,& ad posteros quoq; magna cū veneratione transire,omnemq; accessum lustrās huc ora ferebat & illuc dentibus infrendens. Considerabat oculis oēs accessus , & spatia montis illius,& cum visibus eius nihil quod tenere posset occurrit,magis magisq; agitabatur ira,& dentibus infrendebat , bene transtulit frendere. Frendere quippe aprorum est,cū arrepto furore irascuntur,ac spumant,& acuunt dentes. ¶Ter totū feruidus ira.)Ipse mons Auentinus dicitur, sed ornatius dictum est,vt nō ipse,sed ille nominaretur,cuius,sumpserat nomen. quātus labor fuit tantæ altitudinis montem cursu transcēdere, & huius altitudinem immensam non semel sed tertio circuire? Ter,inquit,frustra tentauit fores Caci, ter fessus valle resedit , fatigatus assidua circuitione montis. Assidua sibi sedendi refectione ꝯsuluit. Sedit igitur tractans & maximum pudorem sustinens,ꝙ iniuriā suam latente authore vindicare non poterat. ¶Stabat acuta silex pręcisis vndiq; saxis,Speluncæ dorso insurgens.) Tractātis oculis animoq; satis astuto grandis & in immensum deducta occurrerat silex,sic laterum abscissione munita, vt in ea diris auibus & cōmanendi facultas & securitas fida fœtibus educandis nō deesset, diras aues possumus sentire eas, quę cadaueribus aluntur , vt sunt vultures,& aliorū generum,quæ carne pascūtur. ¶Hanc, vt prona iugo.)In hoc facto nō tantū Herculis virtutē verumetiā prudētiam laudat. Suspicione enim ex animi vigore collecta potuit existimare illam silicem postrema speluncæ contegere , atq; hac remota posse quod clausum fuerat,reserare . Fuit igitur a dorso speluncæ deuexa silex in sinistram fluminis partem, qui montis radicibus inhęrebat:& quia tot sęculis,cum esset prona, non occidit,impellenda non fuit,vt alij putant,sed reuocanda,vt laxatis nexibus solui posset a consortio montis,& inde impulsu pręcipitari. Itaq; cum in sinistram partem incumberet, & reducta est in aduersum,hoc est dextrū. aduersum enim est incumbenti, quod stat:aduersum quoq; sinistro est dextrum,& læuum dextro,vt albo nigrum,& lucidū tenebroso. Ergo Hercules virtute & prudētia pollens a sinistro in dextrum nixus,silicem adduxit, eiusq; radices hoc consilio soluit,& hanc in partem,quia iacebat impellēdo reuocauit. Ita factum est,vt casus eius strepitu & terrore vniuersa compelleret,intantum,vt contremuerint fluminis ripæ,ipsum vero flumen pigrefactis cursibus steterit, & ad originē suā sit remeare compulsum.

Frēdere

ASCENSIVS.

¶At furijs Caci,&c.)Prosequitur narrationem inceptam : quomodo.s.Cacus abigeus,etiā Herculis boues furatꝰ, & ab eo interemptus: occasionem prębuit sacrificij solēnis Herculi liberatori quotannis persoluendi:cui.s.nūc Æneas intererat . De qua redicit Donatus. ¶Discessu mugire boues.) Nā & bruta quendā familiaritatis affectum habent. ¶Reddidit vna boum vocem.) Nā & bruta,sua voce affectū exprimunt:vnde & in.iij.dixit,Qui volucrū linguas sentis. ¶Custodita.) Nihil profuit custodia & astutia. ¶Rapit.)Et non cepit:nec passibus,sed cursu,magis iniuriam quam damnum dolens. ¶Timentem.)Hoc tria signa ostendunt. ¶Oculis.)Qui omnes animi motus indicant . ¶Cursu.) Celerior solito:& quod in speluncam,non in loca aperta,se contulit. ¶Ruptis.)Nam celeritas soluere prohibuit. ¶Stabat acuta silex.)Non solum virtus,sed etiam prudentia Herculis ostenditur. hæc ille.

¶Ordo est. At.i.sed:mens Caci effera.i.eminenter fera,aut extra rationis statum elata:furijs.i.per furias auaritiæ:ne quid,scelerisve, doliue,idest vel sceleris, vel doli : fuisset inausum.i.qd nō auderet:aut intentatum.i.quod nō attētaret.auertit.i.abegit: auertendo a stabulis,scilicet armentorum Herculis,vbi stabant in pascuis,quatuor tauros pręstanti corpore:& totidem iuuencas su

perante,id est prestanti forma.i.habentes prestãtem, & excellentem formam:atq; occultabat saxo opaco.i.in spelúca,opaca saxo obtusa:hos.s.tauros,& iuuencas,raptos.s.a se:& tractos in spelúcam:cauda, id est per caudam:& indicijs viarũ.i.vestigijs:versis, id est contra versis ita,vt quæ intrant, exisse videantur:& auersa,non aduersa,putentur:ne qua.i.nõ aliqua:vestigia.i.qbus inuestigari possent indicia,forent pedibus rectis, id est naturali ordine introgressis:& ita nulla signa ferebant,quærentem.s.Herculem ad speluncam.Interea cum Amphytrioniades .i. Amphitrionis filius putatiuus Hercules,moueret iam stabulis,id est a statione sua armenta saturata,scilicet opimis pratis:& pararet abitum, id est professionẽ in aliam regionem:boues mugire, supple cœperant,aut mugiebant:discessu,id est propter discessum,atq; omne nemus impleri,sup.cœpit,aut implebatur: querelis,id est querulosis mugitibus:& colles relinqui.i.relinquebantur,sup. cum clamore:vna boum.s.inclusarum:& reddidit vocem.i. respõdit: mugiendo ad mugitum aliorum discedentium:&,pro id est:mugijt sub antro vasto:& ipa custodita fefellit spem Caci.s.custodiẽtis,& obseruantis ne mugirẽt:& sperantis iam eas possidere secure.Vero,pro sed:dolor exarserat.i.inflammauerat:hic, id est modo cum talia fierent:Alcidæ,id est Herculi:furijs,idest propter furorem:atro felle,id est amara fellis commotione,aut atra bili,rapit arma manu:&,pro id est: robur grauatum.i.oneratũ:nodis, id est clauam robustam,& nodosam:& petit cursu ardua,id est sublimitatem,& verticem montis aerij,id est alti, & in aera protensi:nostri.s.subditi,& cohabitatores: videre tum, id est tũc,primũ Cacum timentem:quia nullum antea timuerat:& turbatum oculis.i.turbationem indicãtibus:ipse fugit,id est se proripit:existẽs ocyor.i.velocior:Euro,id est vẽto illo Oriẽtali: & petit speluncã s.suam:& timor addidit pedibus alas: quia timentes, quasi auolãt:vt,id est postquam:ipse inclusit sese,i.seipsum:& deiecit,id est deorsum iecit:saxum immane,id est tam magnum,vt terrori eẽt & hoc cathenis,quibus.s.sustentabatur,vt circum gi dum vellet Cacus,posset:ruptis,id est disruptis:quod,scilicet saxum:pendebat.s.supra spelũcã:ferro,& arte paterna, id est Vulcani artificio: & emunijt,pro emuniuit:postes fultos, id est sustẽtatos: obice.s. ferreo.Ecce.q.d.de repente:Tyrinthius.s.Hercules: aderat furẽs animis,& lustrans,id est circunspiciẽs,& indagãs: omnem accessum,id est aditum:ferebat ora huc,& illuc:infrendens dentib9 :& ipse feruidus ira lustrat ter,totum montẽ Auentini,id est ab Auẽtino sic dictum,qui vnus est ex septem collibus Romę. & nisi significaret Auentinum esse nomẽ regis monti datũ, diceret Auẽtinum montem,appositoriet& tentat,id est attentat:frãgere, aut irrũpere:ter limina saxea:sed nequicquam, id est frustra:& ita ipse fessus resedit,id est requieuit sedendo:ter supp. in valle. Silex acuta,id est lapis illius generis asper:stabat, id est eminebat in altum:saxis.s.reliquis,precisis vndiq;,id est circũquaq;:insurgens dorso speluncę,id est eminens super dorsum spelũcę:in qua erat Cacus:existens altissima visu,id est dum videbatur,aut ad videndum,appositorie,domus opportuna nidis volucrũ dirarum.i. rapacium,& quę humanis carnibus vescuntur.Hercules dexter, id est stans a dextris:nitens,id est innitens:in aduersum.i.ex aduersa parte in aduersam:pcussit,hanc.s.silicem:vt.i.secũdũ:quod ipsa prona iugo,id est in iugo montis:incumbebat ad amnem.s. Tybrim:læuum.i.a sinistra fluentem: & soluit.i.dissoluit, supp. eam radicibus imis.i.radicibus,a fundo vsque: quo impulsu æther maximus.i.summus,qui maximum occupat ambitũ: insonat.i.multũ sonat:ripæ dissultant.s.ex repercussione aeris:& amnis exterritus.i.quasi exterritus:refluit.i.recurrit:sed impeditus saxo,quod inciderat.

PIERIVS.

¶At furijs Caci mens effera.)Non inficior in Ro.cod. & qbusdã alijs recẽtioribus codicibus,furijs, legi.Sed enim exemplaria plæraq; vetusta cum Mediceo,& Porcio,furis,habẽt, quo vocabulo q maxima exprimitur ignominia: neq; enĩ ignorabat Virgilius q seuere olim apud veteres furtum puniri solitum eẽt, quanq; leui de causa,vel vno verbo furti,qs augeretur, quippe si iumentum quis aliorsum duxisset,quã quo vtendum accepisset,aut longius q quem in locum petijsset,Q.itẽ Sceuola declarante. Quod cui seruandũ datum est,si id vsus est,siue quod vtendum acceperit ad aliã rem atq; acceperat,vsus est,furti se obligasse. Multaq; huiusmodi tum a Labeone, tum a Sabino examinata,quę tẽporum illorum integritatẽ ostẽdant. Quare Ser. pro ingẽti scelere, furis,nomen positum,ait,Hoc vero loco non tam epithetõ illi monstro proprium est,q etiam inseruire tempori videtur. ¶Ne quid inausum,aut intemptatum sceleris ve,doliue fuisset. Iuniores,intẽtatũ,scribunt.In Ro.cod.& in Mediceo,intractatũ,legit. Nã,tractare,& contractare,de furibus sępe dictum obserues. Solinus dum tractat ẽt ea,quę concesserant in Arcadum iura, duce Hercule oppressus est.¶Quęrentem nulla.)In Ro. co.& aliquot alijs,Quęrentis,legitur,numero multitudinis.Non.n.verisimile est Herculem tantum quęsiuisse,Sed oratio crescit ex infinito.In Med.Quęrente,per modum consequẽtię scriptum cũ paraphrasi,Hercule,quę quidem structura videtur subagrestis.¶Sub antro Mugijt,& Caci spem.)In anti,plerisq; codi.Mugit,p synæresim scribitur:siue potius,i,oblõgum fuerit pro gemino.¶Emunijt obijce postes.)In antiquis cod.obice, vnico,i, de quo plura Gellius.¶Aderat Tirynthius, omnemq; Accessum lustrans.)In plerisq; codicib.antiquis non est versus hypermeter:sed omnẽ Accessum, legitur. Magis tamen placet,omnemq; Accessum lustrans.¶Impulsu quo maximus insonat æther.) In antiquis aliquot,intonat,habetur,Sed,insonat,in pluribus.

SERVIVS.

¶Ingens regia.) Regia sicut Cacus putabat: Sic est & illud dictum, Illa se iactet in aula Æolus.¶Penit9 patuere.) Ad missum lumen est vsq; ad secreta speluncę. Cauernas aũt spelũcę per Tapinosim dixit. ¶Siqua vi.) Terræ hiatus nõ nisi ex terrę motu fit, q quoniam aut motu aquę inferioris nascit,aut crebris tonitribus:aut de pcauis terris erũpentib9 ventis: ideo ait Siqua vi.Quod autẽ dicit, Infernas reseret sedes:notandum est ẽt de impossibilibus fieri posse comparationẽ.¶Dijs inuisa.) Superis scilicet. ¶Trepidẽt immisso lumine manes.) Lucanus,Et subito feriere die. ¶Insueta rudentem.) Clamãtem Et abusiue dictũ est, sicut supra de leonib9: Et fera sub nocte rudentũ. Nã rudere,pprie asinorũ est.Persius,Findor vt Arcadię pecuaria rudere dicas.¶Telis premit.) Oẽ quod iaci potest,telum vocatur:dictum

rudere,

At specus,& Caci detecta apparuit ingens
Regia:& vmbrosæ penitus patuere cauernæ:
Non secus,ac si qua penitus vi terra dehiscens
Infernas reseret sedes:& regna recludat
Pallida,dijs inuisa:superq; immane barathrum
Cernatur: trepident immisso lumine manes.
Ergo insperata deprensum in luce repente,
Inclusumq; cauo saxo,atq; insueta rudentem
Desuper Alcides telis premit:omniaq; arma
Aduocat:& ramis,vastisq; molaribus instat.
Ille autem(neq; enim fuga iam super vlla pericli est)
Faucibus ingentem fumum(mirabile dictu)
Euomit:inuoluitq; domum caligine cæca,
Prospectum eripiens oculis:glomeratq; sub antro
Fumiferam noctem,commistis igne tenebris.
Non tulit Alcides animis:seq; ipse per ignem
Præcipiti iecit saltu,qua plurimus vndam
Fumus agit:nebulaq; ingens specus æstuat atra.
Hic Cacum in tenebris incendia vana vomentem
Corripit in nodum complexus:& angit inhærens
Elisos oculos,& siccum sanguine guttur.
Panditur extemplo foribus domus atra reuulsis:

ctum ἀπὸ τοῦ τηλόθεν. Vnde. ¶Addidit Omniaq; arma addidit. ¶Ad uocat molarib9.) Asperrimis saxis,non vnde molę fiunt,& sm Homerum dixit χερμαδίοισι δ' ἀμφ' ἄνον ἀυτ' ἐβαλλόμεναι μυλάκεσσι. ¶Per ig.)Per eam rem vnde ille sperabat auxilium. ¶Incendia vana.) Vana quãtum ad Herculem pertinet. ¶Angit inhęrens elisos oculos, & siccũ sanguine guttur.) Angit guttur, bene dicim9: angit oculos non pẽdit. Ergo angit ad vnam rem ptinet. vt, Disce puer virtutẽ ex me,verumq; laborẽ,Fortunam ex alijs. Nam fortuna non discitur. Vnde multi Elidens legunt,& integer sensus est. Nã Elisos solœcophanes facit: vt sit ita, Angit guttur, & elisos oculos facit. ¶Sic cũ sanguine.) Per hoc iam exanime cadauer ostendit. ¶Abiurateq; rapinę.) Abiurare est rem creditã negare periurio sed hoc isti loco nõ cõgruit. Vnde modo abiuratas rapinas

Abiuratio

nas contra ius retentas intelligamus. ¶Informe cadauer.) Magnum, cuius formã nõ sit facile cõplecti: & cadauer est corpus nõdum sepultum, qd9 careat honore sepulturę. ¶Nequeunt expleri corda tuẽdo terribiles oculos.) Non poterant hoies videndo cadauer, sua corda satiare. ¶Lætiq; minores.) Noue & satis licenter Minores dixit, cũ ab ipso Euãdro Herculẽ cõstet esse susceptũ & minores non dicamus, nisi quoties graduum desinit nomẽ, vtputa filius, nepos pronepos,abnepos,adnepos,

cadauer

Abstractæq; boues,abiuratęq; rapinæ
Cœlo ostenduntur:pedibusq; informe cadauer
Protrahitur:nequeunt expleri corda tuendo
Terribileis oculos,vultum,villosaq; setis
Pectora semiferi,atq; extinctos faucibus igneis.
Ex illo celebratus honos:lętiq; minores
Seruauere diem:primus Potitius author,
Et domus Herculei custos Pinaria sacri,
Hanc aram luco statuit:quæ maxima semper
Dicetur nobis:& erit quę maxima semper.
Quare agite,o iuuenes,tantarũ in munere laudum
Cingite fronde comas:& pocula porgite dextris:
Cõmunemq; vocate deum:& date vina volentes.

Vbi isti grad9 defecerint, merito iã dicimus minores:sicut etiam maiores dicimus post patris aui,proaui,abaui, atauiq; vocabulũ. ¶Primusq; potiti9 author: & domus Herculei custos Pinaria sacri.) Apud maiores raro aduenæ suscipiebãtur,nisi haberet ius hospitij. Incertũ.n.erat quo animo venirent. Vnde etiam Hercules primo non est ab Euãdro susceptus:postea vero cum se & Iouis filium dixisset,& morte Caci virtutem suam probasset, & susceptus,& pro numine habitus est.Deniq; ara est ei maxima constituta,quod Herculi Delphicus Apollo in Italia fore prædixerat. Cum ergo de suo armento ad sua sacrificia boues dedisset,inuẽti sunt duo senes Pinarius & Potitius:quib9 qualiter se coli vellet,ostendit:scilicet vt mane & vespere ei sacrificaret.Perfecto itaq; matutino sacrificio cum circa solis occasum essent sacra repetẽda,Potitius prior aduenit, Pinarius postea extis iam redditis. Vnde iratus Hercules statuit vt Pinariorum familia tantum ministra esset epulantibus Potitijs & complentibus sacra. Vnde & Pinarij dicti sunt ἀπὸ τῆς πείνης, id est a fame. Nam senem illum Pinarium constat alio nomine nuncupatum. Hic est quod paulo post Potitij tantum facit commemorationem. Vt Primusque Potiti9 ibat. Quod autem dicit. ¶Domus Herculei custos pinaria sacri.) Non est contrarium. Nam custos est ministra, vt in vndecimo, At Triuię custos iamdudum in montibus opis Alta sedet, id est ministra. ¶Luco templum enim nondum habuerat Hercules:sed aram tãtummodo, vt diximus supra. ¶Maxima.)Ingens enim est ara Herculis, sicut videmus hodieq;. ¶Porgite dextris.) Præbete inuicem pocula.& est Homeri, τοὺς μὲν ἀρχχρυσέοισι κυπέλλοισι δ' ἀχαιῶν δειδέχατ' ἄλλοθεν ἄλλος. ¶Communem vocate deum.) Aut quia Argiuus est Hercules, vt supra dixit Æneas tam Græcos quàm Troianos de vno sanguinis fonte descendere:aut communem dixit inter deos atque homines. vnde medius fidius dictus. Aut vtriusque naturæ medium, id est inter mortalitatem & diuinitatem. Sunt enim numina aliqua tantum cœlestia, aliqua tantum terrestria,aliqua media quos deos Apuleius Medioximos vocat,hoc est qui ex hominibus dij fiũt. Alij communem deum ideo dictum volunt, quia secundum pontificalem ritum idem est Hercules qui & Mars. Nam & stellam vnam habere dicuntur, & nouimus Martem communem dici. Cicero, Martemque communem. Virgilius, Et dijs communibus aras. Item paulo post dat Salios Herculi, quos Martis esse non dubium est.

DONATVS.

¶At specus,& Caci de.ap.in.Regia)Specus,inqt, regia, & cauernę Caci patuerũt,nõ quo paria sint iuncta, siqdem singula hẽant rõnem suam,aliam quipppe vim habet spelũca,aliã regia, aliã cauernę. spelũca significat longitudinẽ,& interiorẽ recessum regia latitudinẽ.cauernę vero coarctatas angustias monstrãt.poeta ergo non potuit,vt qui magnũ dixerit,taceret minimũ. Tollamus hunc cõflictũ e medio afferentes reuera speluncã fuisse, & p qualitate personę dictã regiam .s. vbi Cacus impius scelera cõmittẽdo haberet regis animum gerẽs.Cauernas quoque sic debemus accipere patuisse, vt non solæ latiores speluncæ partes, verum etiam angusta eius patuisse videantur. naturalis enim spelunca æqualis esse non potuit, & tanta vis luminis eam prodierat, vt quicquid in ea fuisset abstrusum, videre potuisset.cõparatio inferorũ ipsi spelũcæ cõueniens,quę vt inferi,necibus hominũ redundabat.& tenebris densioribus fuerat cæca. ¶Non secus &c.) Vi terra dehiscẽs,quia spelũcã maior vis fecerat. infernas referat sedes,qa in spelunca solę fuerant tenebrę, & regna recludat pallida dis inuisa,qa supradixit,solis inaccessam radijs. barathrũ posuit pp altitudinem demersam speluncæ patefactę.trepident immisso lumine manes. Sic fuit cacus, qui remotis in spelũca tenebris insolitam & inimicã viderat lucẽ, vt sunt inferi,q aliqua violentia patefiunt. ¶Ergo insperata deprẽsum in lu.re.) Ergo, quẽ prodiderat lux,& cauum conclusserat saxum,premebat alcides omni genere telorũ, loco & virtute superior.Illa tñ rudebat.insueta.insueta quidẽ, qa nũq; ad tantam necessitatem venerat.Rudere dicunt feræ, conuenienter etiã hic rudere dictus est,quia semifer fuit. ¶Et ramis vastisque mo.in.) Quia rami arborum minores ad implendam Caci necem perficere soli non poterant, instabat & molaribus magnis scilicet roboribus arborum,præruptisque saxorum molibus. ¶Ille autem.)Ille cum aduerteret discrimen præsens viuendi, vel fugiendi spem nullam, vertit se ad ea, quibus putabat Herculem teneri potuisse, fumo atque flammis vniuersa cõfundẽs.vt erepto hosti prospectu vitaret,quod videbat instare. ¶Nõ tulit Alcides animis.) His Alcides magnanimus terreri non potuit. ¶Seque ipse per ignem Præcipiti iecit saltu.) Tanto ad vltionem feruore properans Caci contẽpsit incendia. quod per ea se se intrepidus iecit.nec ipsam loci altitudinem metuẽs. ¶Quo plurimus vndam.) Prudentis suspicio illo tendebat, vbi caligo maior, dẽsior fumus,& incendia fortiora crescebãt. Dubitari enim non poterat illic latere desperantem,vbi fortiores insidię superabant. ¶Hic Cacum in tenebris.) Cum non videretur in tenebris, per eas insidias captus est, quib9 se sperauerat euasurum. cum igitur inefficacibus flammis frustra contenderet,hunc Hercules in nodum complexus extinxit,pressis simul oculis, & gutture. magnum viri fortis ingenium.quoniam viderat eum fumũ & flammas fundere,& inuentum in tenebris, ea parte corporis pressit, qua se crediderat tutum.nam totum iuxta Herculem irritum esset,quod aduersus alios præualebat.hunc corripit,dictum est,in nodum complexus. hæc species in imitationem venit in agone certantium.nam frequenter occurrit pars ista certaminis,vt exẽpto brachio, ceruicem cum capite alter alteri comprehendat, & occurrẽte alia manu colligatis digitis fauces gulamque concludat.hoc igitur Hercules fecit,vt fumiferas fauces, & ipsa quibus fidebat incendia,brachiorũ virtute premeret:quo facto oculi fumus & flamma cum ipsa simul Caci anima defecerunt. ¶Pandit extemplo foribus domus atra reuulsis.)Extẽplo,cum dicit celeriter patefactam significat foribus reuulsis, auulsione etiã saxa, q ruptis cathenis preceps fuerat dat9.quo facto omnis illa scelerum patuit domus: atque ita, vt omnibus exinde securus daret accessus.& euntes cernerẽt,quod incognitum fuerat vniuersis. ¶Abstractæq; boues.) Abstractas mortuas vel occisas significat: abiuratæ rapinę vt in ipsis bobus fuerãt,aut in speciebus alijs cęlo ostenduntur.aut in lucem proferuntur,aut syderibus cũ inuidia offerũtur,q inulta dimiserant, quæ illicita commiserat Cacus. ¶Pedibusque infor.ca.Per.) Vel quia hoc meruit,trahebat: vel quia propter magnitudinem membrorum fieri non potuit. protrahitur,est porro trahitur.hoc est extra speluncam informẽ inquit.in,non ad minuendam corporis formam positum est, informe enim vna pars est orationis,& significat vltra solitam formam,vt ista qualitate cęteras formas videretur excedere, exponit iam,quid sit informe. ¶Nequeunt expleri corda tuẽdo.)Ecce vnde informe,quia etiam mortuus oculorũ terrifico omnes formidabat obtutu,vultus ipse plenus sceleribus apparebat,& illud gerens,quod viu9 habuerat. Villosa fuerunt pectora eius,vtpote semiferi.cũctis autem in omnia eius miraculo essent tam magis quod anima eius incendia quoque cõsiderabãtur extincta. ¶Ex illo celebratus honos.)Ex illo tẽpore, quo his terris securitas facta est,honores ei decreti sunt,& celebratum dignis laudibus factum.Seruatũ quoque per minores, quod non frustra fuerat institutum. ¶Primusque potitius author,)Primus huic ritum potitius dedit,& pinariorum domus hanc aram condidit, qua nullũ habemus potiorem,nec erit alia præter ipsam. ¶Quare agite o iuuenes,tantarum in munere laudum Cingite frõde comas, & pocula

rudere.

ad

cula

Universidad de Deusto Biblioteca

cula porgite dextris,Communem vocate deum,& date vina volẽtes.)Munus dicitur cura vniuscuiusque rei perficiẽdæ imposita cum necessitate faciẽdi. Ait ergo quoniã huic interestis muneri,& amicitiam nostram sacra ipsa iunxerũt,nobiscum vocate cõmunem deum.Communem bene positum , vt ostenderet se per cõiunctionem fœderum mistum esse Troianis. vel ideo communem,quia supra ex persona Æneæ ostendit poeta Troiæ & Arcadiæ populos iisdem parentibus genitos.& date vina volẽtes, id est aræ vinum infundite,cum deũ vocare cœperitis . addidit autem volentes,quia obsequia nõ accipiũtur , nisi plena voluntate fuerint persoluta,aut ideo volentes,qa aliquando, sicut infra positum est,inimicus Troiæ Hercules fuit,vt videatur hoc dixisse, qui inimicus vester fuit.Erit iã amicus vobis,q nostri estis effecti.¶Ecce Euandri etiã in hoc beneuolentia,vt iandudum offensum deum velit illis esse propitium.

Munus

ASCENSIVS.

¶At specus & Caci detecta apparuit ingẽs Regia & vmbrosæ penitus patuere cauer.&c.)Idem facit:vnde Dona.sic dicit. ¶At specus in.)Hoc loco,spelũca, significat longitudinem , & interiores recessus.¶Regia.)Latitudinem.¶Cauernę.)Coarctatas agustias; fuit spelunca:sed pro qualitate personæ dicta est regia,Cauernas autem dixit patuisse,id est non solum latas parteis, sed angustas. Regia,quia ibi Tyrannidem agitaret.¶Communem.)Vt per cõiũctionem fœderum,se Troianis commistum ostendat.vel quia Troianis & Arcadibus, idem erat genus.Hæc ille.¶Ordo autem est.At,id est sed specus,id est spelunca:& ingens regia: secũdũ opinionem Caci:quia illic Tyrannidem exercebat:detecta,id est discoopta & nudata,amoto silice apparuit,id est late patuit:& cauernæ vmbrosæ,scilicet prius:aut etiam tunc, cum sol e latere esset: patuere penitus,non secus,id est nõ aliter:ac,id est quam:si terra dehiscens.i.hiatũ faciens:& aperiens se penitus id est omnino intus:qua id est aliqua:vi.i.violentia,aut virtute:referet id est pandat,& aperiat,sedeis infernas:& recludat id est aperiat (re , enim, cum verbo,ad clausuram seu tecturam pertinente,cõtrarium notat:vt resero,retego,reuelo,retexo:& sic de consimilibus.) regna pallida inuisa diis scilicet superis:q;,pro &;si barathrum immane id est vorago inferni immanis:cernatur super id est. desup:& manes trepidẽt lumine immisso,quia eis insolitum est & cruciatum affert:vt in.v.Et me sæuus equis oriẽs afflauit anhelis.Ergo, scilicet qa saxum deiecerat:Alcides,id est Hercules:premit.i. vrget:ite,sup.telis id est armis,quæ de lõge iaci possunt,sup . Cacum,deprensum id est deprehensum:in luce insperata.i.quam nõ timuerat(nam sperare, vsurpatur pro timere.Iuue.Quarta nam sperantibus ęgris.i.timentibus.& illud Virgilii,At sperate deos,&c.) in speluncam ingressuram:repẽte.i.ex improuiso:& inclusum saxo cauo,id est spelunca saxea excauata:forte sicut de ãtro Chironis. dicit Statius:quia pars exhausta manu , partem sua ruperat ætas: atq; rudentẽ insueta,i.insueto more & ipse Alcides aduocat.i.in auxilium vocat,arma quod de more fit,acriter pugnãtibus , etiã si soli sint:& instat armis.s.detractis arboribus:& molaribus.i.lapidibus tam magnis,vt ex eis molares fieri possent: vnde addit, vastis.i.valde amplis. Autem,pro sed:ille.s. Cacus : neq;.n.i,nam non:vlla fuga.i.euitatio pericli pro periculi.nõ superest.i.nõ reliqua est,hoc est,quia effugere nõ poterat,euomit faucibus ingẽtẽ fumũ(mirabile dictu.i.quę res est mirabilis dictu) & inuoluit domum.i.spelũcam suam,caligine cæca.i.prohibente visum eripiẽs oculis prospectum.i.inspectionẽ,q porro,seu procul fiat , & glomerat.i.circũ agit sub ãtro noctem.i.nubẽ obscurã:fumiferã id est afferẽtem fumum:& hoc tenebris commistis igne , Alcides nõ tulit.i.passus non est animis.i.propter magnanimitatẽ suã, & iecit se pręcipiti saltu per ignẽ, ea sup . parte qua fumus plurim* agit vndam,id est plurimum vaporis inũdantis,& specus ingens ęstuat.i.efferuet,atra nebula.i.fumo,& corripit hic.i.in hoc loco in tenebris.s. vomẽtem incẽdia vana.i.in vanum, quia nihil profutura,corripit inquam complexus:sup.eũ in nodum .i. per medium in morẽ nodi,& cingit.i.stringit guttur.s.Caci siccum sanguine.i.sine sanguine,quia flammas reuomebat,inhærens.i. fix* in eo manens:& elidens oculos, aut si est , elisos sic.i.& inhærens angit guttur,& oculos elisos.i. elidendos eos,domus atra panditur.i.aperitur extẽplo.i.illico, foribus.i.valuis reuulsis.s.a cardine suo,& boues abstractæ & rapinæ abiuratæ.i. contra ius detentæ,licet non periurio,quia cum vi omnia auferret, nõ opus erat periurio,ostenduntur cœlo.i. veniunt in lucẽ,& reuelantur,& cadauer informe protrahitur pedib*,quasi iure talionis,vt qui aduersas attraxerat boues,aduersus extrahatur corda.i.astantiũ,postq rescierũt factũ,nequeunt expleri tuẽdo .i. inspiciẽdo terribiles oculos multum,supp.terribiles: & pectora villosa setis.i. pro villis,habentia setas.i.durissimos pilos,more suum:semiferi.s.Caci, quem prius semihominem dixit:atque igneis extinctos faucib* id est intra fauceis eius:honos.i.honorificum sacrificiũ: celebratus,sup.est:ex illo.s.tempore.i.post illud tempus:& minores.i.iuniores læti seruauere.i. obseruauerunt:diem.s.illum:& Potitius, vir ille,sup.erat primus author:& dom* Pinaria, custos.i. obseruatrix,sacri Herculei:(Seruius historiam late recitat:& Liuius in .i. ab vrbe condita.Sane quod dicit,minores:nõ de posteris intelligetur,sed de iunioribus:cum seniores,Potitius,& Pinarius primi essent:neq; dictum est ex persona poetæ, cum omnia sint verba Euandri:veruntamen si de posteris dictum velis , dicas Euandrum vatis filium,etiam spiritum vaticinii habere potuisse:vnde dicet, & erit quæ maxima semper ex dono prohetico.) domus ergo Pinaria,statuit hanc aram luco.i.in luco hoc,quæ ara dicetur semper,nobis maxima.& quæ erit semper maxima. Quare.i. quamobrem,cũ rite,suscepta sint hęc sacrificia:o iuuenes.s. Troiani:cingite comas,sup.vestras:fronde.s. populea:in munere , id est in officio tãtarũ laudum:& porgite.i.porrigite: & pbete inuicẽ pocula.i.vasa potoria:dextris.s.vestris : & vocate .i. inuocate, deũ cõmunem.s.Herculẽ,qui & Mas est:aut nobis cõmuniter colendum:& date volentes vina.i.libate illi volũtarie sacrificiũ vini & diuinitatem.Sunt numina aliqua tantum cœlestia:aliqua tãtũ terrestria,aliqua media, quos deos , Apuleius, mediocres vocat. Alii cõem deum,ideo dictum volunt , quia secundum põtificalẽ ritum.Idem est,Hercules, qui & Mars . nam stellam vnam habere dicuntur,& nouimus Martem cõmunem dici.Cice.Marteq; deum cõem.Virg . Ipse & diis cõibus . Item paulopost,Dat salios Herculi,quos Martis esse dubium non est.

PIERIVS.

¶Infernas reseret sedes,& regna recludat.)In codicibus aliquot antiquis,reserat,& recludit,legitur,pręsenti tpe. Sed altera lectio cultior ab eruditorum collegio iudicatur.¶Trepidẽt immisso lumine manes.)In Rom.codi.trepidentq;,legitur:quod & versum & sententiam replet,& numerosius sonat. ¶Deprensum in luce.) In codi.aliquot antiquis non habetur,in.¶Insueta rudentẽ.) Sũt codices antiqui,in quibus,insueta pauẽtem, scriptum est:sed rudẽtem,magis tumultum auget. ¶Fuga iam sup vlla pericli est.) In plerisque codicibus antiquis non habet,est,verbum . id vero me nihil offendit adiectũ. ¶Qua plurimus vndam Fumus agit.) In antiquis aliquot codi,quo.¶Foribus domus atra reuulsis.)In codi.aliquot,reclusis,legitur: quod est admodum leue, tanto in conatu.Quare magis placet, reuolsis, vt in Romano , & aliquot aliis probatioribus habetur.¶Pocula porgite dextris.) In codicibus aliquot antiquis spargite, legitur : sed, porgite , magis receptum.

SERVIVS.

Dixerat:Herculea bicolor cũ populus vmbra PO.
Velauitq; comas:foliisq; innexa pependit:
Et sacer impleuit dextram scyphus.ocyus omnes
In mensam læti libant:diuosq; precantur.
Deuexo interea propior fit vesper Olympo:
Iamq; sacerdotes,primusq; Potitius ibant,
Pellibus in morem cincti:flammasq; ferebant.
Instaurant epulas:& mensæ grata secundæ
Dona ferunt:cumulantq; oneratis lancibus aras.
Tum Salii ad cantus,incensa altaria circum,

¶Herculea popul*.)Herculi cõsecrata, q cũ ad inferos descẽdẽs fatigaret labore, dicit de hac arbore corona facta caput velasse: vnde foliorum pars temporibus cohęrens,& capiti albuit sudore : pars vero exterior pp inferorũ colorem nigra pmãsit. Et honeste ait,Pepẽdit populus.i.corona de populo . ¶Sacer impleuit dextrã scyphus.) Legitur in libris ãtiqs Herculẽ ad Italiã ingens ligneũ poculũ attulisse, quo vtebãtur in sacris:qd* ne carie cõsumeret, pice oblitũ seruabatur, cuius magnitudinem significat dicẽdo, Impleuit dextrã scyphus. ¶Deuexo Olympo.) Inclinato in noctẽ cęlo.¶Pellibus in morem cincti.)Aut in morem Herculis: aut certe sacerdotum.¶Et mẽsę grata secundę dona ferũt.) Quia vt diximus , vna carnis fuerat,altera pomorum.¶Cumulantque oneratis lãcibus aras.) Id est reddũt exta . ¶Salii . Qui tripudiantes aras circuibant .¶Laudes Herculeas, & facta ferunt.)Senes tantum voce laudes Herculis exequebantur: Iuuenes & gestu corporis eius facta monstrabãt. ¶Prima nouercæ monstra.) Bene Prima . nã & alia oĩa Iunonis insidiis pertulit.Fabula autẽ hoc habet , Hercules natus est cũ Iphiclo Amphitryonis filio : sed cum Iuno duos serpentes immisisset Herculi, Iphiclus de cunis terrore lapsus suo vagitu excitauit parẽtes . qui cũ surrexissent,viderũt Herculem stringẽtẽe manibus angues immissos ei nouercalibus odiis . ¶Eliserit .) Præfocauerit . ¶Troiamq; .) Vt supra diximus, Troiã Hercules euertit ppter negatos sibi a Laomedõte equos diuino semine procreatos,& Esionæ nuptias,quam a Ceto liberauerat,necato eius patre Laomedõte . Sane Critici frustra culpãt Virgiliũ,quod præsentib* Troianis laudari introduxit excidiũ,non respiciẽtes quia hoc ratio fecit hymnorum,quibus aliquid subtrahere sacrilegium est.¶OEchaliamque.)Eurytus rex OEchaliæ Ionam filiam denegauit Herculi ãte promissam,ideo quod eum fuerat filius dehortatus, dicens ab Hercule & Megæram vxorem, & ex ea filios interemptos , quod factũ fuerat Iunonis instinctu.Vnde iratus Hercules propter nuptias sibi denegatas, euersa ciuitate interemit Eurythum & Ionẽ sustulit.¶Mille labores rege sub Eurystheo.) Cui* asperrima imperia sustinuerat Hercules volũtate Iunonis. Nam hoc est quod dicit Fatis Iunonis,id est voluntate. ¶Nubigenas .) De Ixione & Nube procreatos Cẽtauros,ut supra diximus.¶Hylęumq;, Pholumq;.)Hylæum Theseus interemit.Pholus vero Herculem suscepit hospitio eo tempore quo ad expugnandos Cẽtauros esset profectus.Lucanus,Hospes & Alcidæ magni Phole . Vnde apparet per poeticam licentiam nomina esse pro nominibus posita. ¶Cressia mactas prodigia.)Mactas bene ad leonem quem interemit refertur. Nam Cretensem taurum non mactauit.sed incolumem ad Eurystheum perduxit. Vno tamen verbo vtrũque sæpe concluditur.aliquotiẽs vna pars:vt, Disce puer virtutem ex me, verumq; laborem, Fortunam ex aliis . ¶Nemeæ sub rupe .) Nemea sylua est vicina Thebis,in qua Hercules interemit leonem. Nemea autem anapæstus est. nam & ne, & me breues sunt . ¶Stygii tremuere lacus .) Inferni, quo tempore descendit ad rapiendum Cerberum.¶Ossa super recubãs .) Aut ad terrorem dictum est:aut certe illud est quod etiam supra diximus Cerberum esset terram, quæ corpora sepulta consumit . Nam inde Cerberus dictus est quasi κρεοβόρος. Alii pueriliter volũt a Cerbero Amphiarai ossa consumi, qui hiatu terræ secundum Statium descẽdit ad inferos.¶Semesa cruento.)Semensum non dicimus,sicut nec ensum,nam esum facit & comesum.¶Nec te vllæ facies .) Facies, id est species,more suo.¶Ipse Typhoeus arduus , arma tenens .) Et hoc poetice.nam si interemit Centauros,quemadmodum etiam gigantum interfuit prælio,qui ante innumeros ãnos fuisse dicũtur ? Non te rationis egentem .) Liptotes figura . nam minus dixit , & plus intelligimus . hoc enim dicit , Prudentissimum te non circumuenit.¶Lernæus anguis.) Id est Hydra.¶Turba capitum.)Et est talis figura,qualis munera nec sperno . ¶Vera Iouis proles.) Nullus enim humano sanguine procreatus tãta perficeret.¶Dexter adi.) Id est propitius. ¶Pede secundo.) Omine prospero.

Hercu-lis fabula

Populeis adsunt euincti tempora ramis.
Hic iuuenum chorus,ille senũ:qui carmine laudes
Herculeas,& facta ferunt:vt prima nouercæ
Mõstra manu,geminosq; premens eliserit angueis:
Vt bello egregias idem disiecerit vrbeis,
Troiamq;,Oechaliamq;:vt duros mille labores
Rege sub Eurystheo fatis Iunonis iniquæ
Pertulerit.tu nubigenas inuicte bimembres,
Hylęumq;,Pholumq; manu,tu cresia mactas
Prodigia,& vastum Nemeæ sub rupe leonem.
Te Stygii tremuere lacus.te ianitor Orci,
Ossa super recubans antro semesa cruento.
Nec te vllæ facies,non terruit ipse Typhoeus
Arduus,arma tenens:non te rationis egentem
Lernęus turba capitum circumstetit anguis.
Salue vera Iouis proles,decus addite diuis: PAL.
Et nos,& tua dexter adi pede sacra secundo.

DONATVS.

¶Dixerat,Herculea bi.q.po.vm .) Mox Troiani vel qa occasio fuit offensis iandudum satisfacere , vel quia non debuit respui, quod Arcades magno cultu venerabãtur,ne ex hoc læsi postulata non facerẽt.Herculeis se hoc est populeis frõdibus coronauerunt.¶Et sacer impleuit de.)Sacer icirco posuit,quia quibus sacrorum cura est,habẽt dicata numinibus vasa, quibus obsequia diuina perficiunt.¶Ocyus omnes.) Hoc est læti libant, quod est, & volẽtes.qui enim sacra numinibus soluit,nec inuitus debet esse,nec tristis.Omnes ergo infundebant vinum mensis,& id faciebant, quod Æneas. ¶Deuexo interea.)Poeta memor est sui.hora enim sexta,hoc ẽ mediatis cursib* solis supra dixit Æneã peruenisse , nunc diem dicit peractis,ppe spatiis omnibus claudi. ¶Iamque sacerdotes.) Sacerdotes,quorũ prim* Potitius fuit secuti institutum morem ibãt accincti pellibus retinentibus in manib* faces . ¶Instaurãt epulas &c .) Hanc secundum mensam lætitiæ nũtiam in speciebus plurimis ferebant sacrorum.¶Cumulãtque.o.lã.ar.)Debuit,n. repetito conuiuio hominum etiam numini secundum officiũ repręsentari,vti honorificentiæ causa solemus. ¶Tum salii ad cantus.) Saliorum nomẽ genus ministrorum significat.¶Populeis adsunt euin.tem.ta.)Dixit, qui dicerentur.dicit etiam quemadmodum coronati venissent. tecta,inquit,habebant corpora populeis ramis. ¶Hic iuuenũ chorus.)Patres ad cantus quęrunt non turpes aut ab ipsis sacrorum solennitatibus alienos, nec humiles,vt imperito sermone compositos,sed digestos cum doctissimi carminis disciplina honestatem quoque cũ dei veneratione testantes.hic ait iuuenum chorus ille senũ . vsque adeo religiosa parabãur , vt senes consisterent ex vna parte,quos non deceret nisi sacra cãtare, & iuuenes ex alia,qui suos maiores imitarẽtur.qui carmine laudes Herculeas , & facta ferant . Iam dictum est ipsius dei laudes fuisse,quod senes iuuenesque cãtabãt,quod generaliter posuit, hoc est laudes ,incipit specialiter dicere.¶Vt prima nouercę.&c.) Hoc,inquit,fuit primum in puero virtutis indicium,q serpẽtes singulos singulis manibus cõstrictis faucibus cõtriuit.hic multiformis est laus,cum mirandum est in puero nullum pauorẽ fuisse, nõ timuisse in duobus anguibus maiorem violẽtiam, rudem scilicet & insuetum & inermem , tantam vero extitisse in ipso facto industriam,tantamque virtutem:vt ea parte tenerẽtur , qua hostem suum venenatis morsibus appetere potuerunt & occidere.elisserit inde tractum est,quia venæ maiores gutturis lisę dicũtur,vnde elisum dicimus quicquid ipsa ex causa fuerit mortuũ. ¶Vt bello egregias.)Nondum dixit quales & quãtas, vt innumerę intelligantur & magnæ . ¶Troiam oechaliamque .) Hæ non fuerunt solæ, sed sumptæ ex generalitate. vt ex his apparere posset,quales vel quantę fuerunt alię.Multi hoc loco Virgilium reprehendunt,q præsentibus Troianis triumphum actũ de Troia non debuerit ponere,quasi demum in hominum gratiã diuorũ debeat veneratio mutilari.hoc genere minueret solennis illa laudatio eius dei,cuius apud eos meritum in maximo atq; ęterno honore fuerat constitutũ.¶Vt duros mille labores.) A qualitate duros,a quantitate mille.¶Rege sub Eurystheo.)Nũquam enim nouerca expectat iustas commotionis causas : sed nomen suum existimat causam esse sęuiẽdi.senserat igitur Hercules duo mala, nouercam implentem partes suas & Eurysteum regem aptum iniquis iussionibus.¶Tu nubigenas.&c.) Quod semel dixit,manu mactas, sępius accipiendum est.vt si,tu nubigenas, hoc est cẽtauros,qui ex dimidio homine,ex altero eq sunt , atque alter dicitur hyleus,alter pholus mactas manu,vtpote inuictus, Tu minotaurum mactas manu : tu leonem vastum mactas manu : vastum dixit,& crudele,& magnitudie sublime. ¶Te stygii tremuere lacus,) Id est lacus,per quem ad inferorum interiora transiit, & ianitor cerber* quem ad superos duxit . ¶Ossa super recubãs.) In retrahendo cerbero illam dicit Herculis mirabilem extitisse virtutem,vt tremuerit custos foribus appositus ditis sęuus semper, semperque super ossa recubans.Ossium significatio ex parte crudelitatem cerberi ostendit,qui tantum sęuiebat,vt cõsumpta carne ad ossa erodenda remearet: Cruentorum autem ille est intellectus,qui est descriptus in Caci spelunca his verbis,semperq; recenti cęde tepebat humus,vt etiam cerberus semper recẽti preda pasci videatur.¶Nec te vllę facies .) Non terruerunt diuersæ mõstrorum formę: nec tibi formidinem typhoeus incussit ingẽtis corporis mole confidens,atque armis instructus. ¶Non te rationis egẽtem,Cumque tibi lernęus anguis quasi nociturus occurrerit

Universidad de Deusto Biblioteca

curreret innumeris capitibus fidẽs, in illo extinguẽdo malo nec virtus tua, nec ingenij viuacitas defuit qui cum habuisti naturalem industriam, cur quæreres alienam? ¶Salue vera io. pro.) Par est ista laudatiuæ materiæ, vt præferatur vnde ortus sit, qui laudatur. Apparet, inquit, esse Teucrum filium Iouis dum paternæ potentiæ factorum nobilitate respondet. ¶Decus addite, diuis.) Nec ideo factus es deus, vt ornareris ex alijs dijs: sed vt illos accessione tuæ societatis ornares. ¶Et nos, & tua dexter adi.) Summa nostræ deprecationis est, vt adsis nobis prospere & sacris tuis propitius interesse digneris.

ASCENSIVS.

¶Dixerat, Herculea bicolor cum populus vmbra, Velauitq; comas, folijsq; innexa pependit, Et sacer impleuit de. &c.) Recitat quo ritu, & quo carmine, Herculea sacra instaurata sunt. De quare hoc solũ est Donati. ¶Secunda.) Id est prospera. ¶Ordo igitur est. Dixerat, scilicet Euander: cum, id est quãdo: populus, id est arbor illa: bicolor, id est duorum colorum, scilicet subalbi, intrinsecus: & subnigri, extrinsecus: hoc est corona populea: velauit, id est cooperuit in morẽ veli: comas. s. eius: & cæterorũ vmbra Herculea. i. qua Hercules, refocillatus erat: hoc est, populea: & pependit innexa folijs. i. habens folia innexa, seu frondeis innexas: hoc est, implicatas, & sertas: & scyphus. i. poculũ magnũ: sacer. i. Herculi sacrum: impleuit dextram. s. Euãdri libaturi vina. Omnes. s. Arcades: & Troiani, qui sacris intererant, libãt ocyus. i. celeriter: in mensam. i. secundum ordinem mensæ, cui stabant, aut fundũt in mensam libantes: & precantur. i. inuocant diuos. Vesper. i. stella vespertina: quę & Hesperus, & Vesperus, & Vesperugo dicitur: fit interea, ppior. i. vicinior: & hoc Olympo deuexo. i. cœlo in noctem inclinato: aut, vt sit datiui casus: fit, ppior. i. appropinquat: Olympo deuexo, id est deorsum vexo: hoc est, cœpit occidere, & occasum apparere: nam Vesper, videtur in occasu: Lucifer, in ortu, & sacerdotes ibãt iam. s. more solenni. & Potitius, primus, scilicet sacerdotum: cincti pellibus in morem, scilicet sacerdotũ sacrificantium: & gerebant flammas, & instaurant, id est innouant, & in statum priorem reponunt: epulas, scilicet solenneis: & ferũt id est afferunt: dona grata mensæ secũdæ, quæ pomorũ erat: aut quia in sacrificijs illis, binis mensis carnium vtebantur: altera ãn hymnos: altera post hymnos: aut potissimũ quia propter aduentum Troianorum duplicabãt sacrificia: vnde dixit, Instaurãt, &c. nihil enim de pomis meminit: vnde subdit, & cumulãt, id est augmentant aras: hoc est, reddũt exta lancib. oneratis, id est oppletis põdere, & onere magno. Tum, id est deinde: Salij (qui proprie, sacerdotes Martis sunt: postea Romę a Numa instituti). i. sacerdotes, more Saliorum, cum hymnis saltantium: adsunt ad cantus, & circũ altaria incẽsa: euincti tempora. i. habẽtes tempora euincta, ramis populeis. i. populi arboris, Herculi sacræ: vnde in Bucoli. Populus Alcidę gratissima, &c. hic. i. alter: erat chorus, idest cœt⁹ canentium, & trepidãtiũ iuuenũ. ille. i. reliquus, erat, sup. chorus senũ, qui ferũt. i. efferunt, & extollũt carmine. i. hymno rhythmico: laudes Herculeas. i. Herculanas: aut ipsius Herculis: & facta, sup. Herculana. i. egregia facinora ei⁹, videlicet: vt. i. qualiter: ipse premens. i. cõprimens: manu eliserit. i. strãgulauerit: prima monstra nouercæ, s. Iunonis: q;, pro. i. angueis geminos. i. duos, & pares: (Id enim factum Herculis, quod adhuc in cunis iacẽs gessit, principium laborũ eius fuit) & vt. i. qualiter. s. Hercules, aut Alcides: disiecerit, aut deiecerit: bello. i. expugnatiõe: vrbeis egregias scilicet, Troiã sub Laomedõte: vnde in. ij. Satis vna, superq; Vidimus excidia, & captę superauimus vrbi: & Oechaliam. s. vrbem. Eurysthei regis: & vt. i. qualiter: ipse pertulerit. i. perpessus sit: mille. i. valde multos, duros labores. s. alios, sub Eurystheo rege, qui eum iussu Iunonis ad talia impulit; ac misit: fatis. i. volũtate Iunonis iniquę: canẽtes, sup. in hãc formam: tu, o Hercules inuicte, tu mactas. i. occidis manu: nubigenas. i. Cẽtauros, ab Ixione, e nube genitos: bimẽbres. i. duplicium membrorum: quia vmbilico tenus equina habebant membra: & superna, humana. qđ fictum putatur, quia primi in equis conspecti, talis formæ a longe vidẽtibus cẽlebantur: nubigenas (inquit) Hylęum, & Pholum, gigantes illos: tu, sup. aufers prodigia. i. monstra: Cressia, id est Cretensia, videlicet taurum indomitum: & tu mactas leonẽ vastum id est valde amplum: sub rupe Nemeæ scilicet sylvæ, in Peloponneso: vt Beroal. docebit. Lacus Stygij tremuere id est tremuerũt te cum tremore: cum scilicet ad inferos descẽderat Pirithoum liberaturus: vnde Cerberum abstraxit: vñ addit, ianitor id est custos ianuæ: Orci id est inferni: omnia vrgẽtis, scilicet Cerberus: recubans super ossa, quia carnes deuorauerat: vnde & carniuorax dicitur: semesa idest semi absumpta, sup. in antro: cruẽto idest cruore, & sanie asperso, sup. tremuit te. Nec vllæ facies id est species, & figuræ monstrorum, sup. terruerunt te: ipse Typhoeus. i. gigas, a Ioue fulmine prostratus: non terruit, pro non terruisset, te etiã si in bello giganteo affuisses: aut quẽ etiam affuisse censent, putãtes eundem esse, Martem, & Herculem: Mars autem in bello giganteo fuit: sed quomodo Alcmenæ filius dicitur, Mars? dicemus ergo poetice dictum. aut eundẽ Herculem prius fuisse: non enim labores Herculis, omnes vni cõuenire possunt. nec placet. si dicatur Typhoeus visus, sub Inarime monte: aut (vt Oui. vult) sub Ætna: quia illic religatus iacet. hic autem dicitur, arduus tenẽs arma. Anguis Lerneus id est hydra (quã i Lerna palude extitit) circũstetit te turba id est multitudine capitum: non egentem rationis. i. non examinatum, nec cõfusum animo: sed prudẽtissimum, & circũspectissimum. Igitur, o, sup. Hercules: addite diuis: & decus id est ornamentum, salue, existens vera soboles Iouis: & adi. i. aggredere in auxilium veniẽdo: pede secundo. i. prospero: nos, & tua sacra. Beroal. de Nemea, dicit in Seruium sic: Nemea, sylua est in Peloponneso, inter Cleonas, & Phliuntẽ: in qua, Argiui sacra celebrare consueuerunt, quæ, Nemea cognominant: vt authores sunt Strabo, &c. Diodorus, Thebæ vero sunt, i Bœotia, maximo interuallo, a Nemea sylua disiunctæ.

PIERIVS.

¶Et sacer impleuit dextram scyphus.) In codicibus aliquot antiquis legere est, Et dextrã impleuit sanct⁹ scyphus. Sed vulgata lectio receptior. ¶Flammasq; ferebant.) In codicibus aliquot antiquis, flammam, numero vnitatis. ¶Euincti tempora.) In codicibus aliquot antiq. & vincti, legit: quod non ita placet. ¶Hic iuuenum chorus, ille senum.) Neq; quidem placet quod in nonnullis codicibus, atq; senum, legitur: admissa Seruij distinctiõe. ¶Disiecerit vrbeis.) In vetustis aliquot codicibus, deiecerit, legit: sed maiorẽ vim & impetum ostẽdit, disiecerit. ¶Nemeæ sub rupe leonẽ.) In Rom. cod. Nemęa, legitur. Sed enim Seruius, Nemeæ legẽdum ostẽdit: quia Nemæus, deriuatiuum fit. Apud Græcos tamẽ vtrunq; reperitur, ὁ νέμεος καὶ νεμαῖος: vt obseruatum a grammaticis. ¶Semesa cruento.) Est etiam in Romano codice, semesa: pro, semesa: errore illo familiari.

SERVIVS.

¶Super oia Caci.) Id est hoc factum laudant vltra omnia. Et sic est dictũ, Vt est, Et te super omnia dona Vnũ oro. Et bene quantũ ad ipsos ptinet, rem maiorem & vtiliorẽ seruare post omnia. ¶Obsitus æuo.) Ætate inuolutus, vt Terentius, Annis pannisq; obsit⁹. ¶Facilesq; oculos fert omnia circum.) Physici dicũt ex vino mobiliores oculos fieri. Plaut⁹, Faciles oculos habet, idest mobiles vino. ¶Capiturque locis.) Delectatur, id est vno loco diutius retinetur. ¶Romanæ conditor arcis.) Conditor Pallanteæ, vbi nũc palatium

Talia carminibus celebrãt: super oĩa Caci POE.
Speluncam adijciunt, spirantemq; ignibus ipsum.
Consonat omne nemus strepitu: collesq; resultant.
Exin se cuncti diuinis rebus ad vrbem
Perfectis referunt. ibat rex obsitus æuo,
Et comitem Aeneam iuxta, natumq; tenebat
Ingrediens: varioq; viam sermone leuabat.
Miratur, facileisq; oculos fert omnia circum
Aeneas: capiturq; locis, & singula lætus
Exquiritq;, auditq; virum monumenta priorum.
Tum rex Euandrus, Romanæ conditor arcis.
Hęc nemora idigenę Fauni, nymphęq; tenebãt, EV.
Gensq; virum truncis, & duro robore nata.
Queis neq; mos, neq; cultus erat: nec iũgere tauros,

palatium est: quod non est regia arx, sed tenet rerum omnium principatum. ¶Hæc nemora indigenæ fauni.) Indigenę, id est inde geniti. Et sciẽdum secũdum Hesiodi theogoniã primo deos genitos, inde hemitheos, post heroas, inde homines innocẽtes, vltimo sceleratos: quẽ hic nunc ordinem seruat. ¶Truncis, & rupto robore nata.) Hoc figmẽtum ortum est ex antiqua hominum habitatiõe, qui ante factas domos, aut in cauis arboribus, aut in spelũcis manebant: qui cum exinde egrederentur, aut suam educerent sobolem, dicti sunt inde procreari.

procreari. ¶Neq; cult⁹ erat.) Id est nullam sui curam habebãt. ¶Componere opes.) Reseruare, ordinare. ¶Parcere parto.) De die, inqt, viuebant, nec inuẽta seruabãt. ¶Rami, atq; asper victus venatus alebat.) Cognato quodãmodo victu alebant: aut venatu mõtium, aut arborũ ramis. ¶Primus ab ætherio venit Saturn⁹ Olympho.) Hoc dicit secũdum poeticum morem. Nam Saturnus rex fuit Cretę, quẽ Iuppiter filius bello pepulit. Hic fugiens, ab Iano est susceptus, qui regnabat in Italia: quem cum docuisset vsum vinearũ & falcis, in partem est admissus imperij, & sibi oppidum fecit: postea suum repetiuit imperium. ¶Is gen⁹ indocile.) Pro indoctũ. nam indocile est quod penitus non potest discere: indoctum, quod nondum didicit. Hos autem dicit cõpositos: vnde apparet

indocile. indoctũ

Aut componere opes norant: aut parcere parto:
Sed rami, atq; asper victu venatus alebat.
Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo,
Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis.
Is genus indocile, ac dispersum montibus altis
Composuit: legesq; dedit, Latiumq; vocari
Maluit: his quoniam latuisset tutus in oris.
Aureaque vt perhibent illo sub rege fuere
Sæcula: sic placida populos in pace regebat.
Deterior donec paulatim, ac decolor ætas,
Et belli rabies, & amor successit habendi.
Tum manus Ausoniæ, & gentes venere Sicanę:
Sæpius & nomen posuit Saturnia Tellus.
Tum reges, asperq; immani corpore Tybris:
A quo post Itali fluuium cognomine Tybrim
Diximus: amisit verum vetus Albula nomen.
Me pulsum patria, pelagiq; extrema sequentem
Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum
His posuere locis: matrisq; egere tremenda
Carmentis nymphæ monita, & deus author Apollo.

quia Indocile dixit pro indoctũ. Hoc autẽ est quod dixit Cicero in primo Rhetoricorũ, Feros adhuc homines magni cuiusdã viri oratione cõpositos. ¶Legesq; dedit.) Atq dixit Aut vinclo, nec legib⁹ ęquã. sed intelligamus Saturnũ dedisse leges, quibus adeo obtẽperauerũt, vt iã ita per naturã sine legibus viuerẽt. ¶Latiũq; vocari maluit.) Bene Maluit. nã & Saturnia dicta est: vt, Et nomẽ posuit Saturnia tellus. Et Virgili⁹ Latiũ vult dici, quod illic Saturnus latuit. Varro autem Latium dici putat, quod latet Italia inter præcipitia Alpiũ & Apennini. ¶Sic placida populos in pace regebat.) Vt merito aurea sęcula crederẽtur. ¶Decolor ætas.) Vitiosa. In omni enim vitioso corpore inest pessimus color. Et alludit ad naturam metalli, quam cernimus discolorem: nec immerito supra enim dixerat Aurea sęcula: ideo nunc dixit Ætas decolor. ¶Tũc manus Ausoniæ.) Omnes terræ habitatores, aut indigenę aut aduenæ, aut cõuenæ, indigenæ sunt inde geniti, vt de Faunis dixit. aduenæ, de vno loco venientes: vt Saturnus. cõuenæ, de diuersis, vt Ausones & Sicani. Sicani autem secũdum nõnullos populi sunt Hispaniæ a fluuio Sicori dicti. Lucan⁹, Hesperios inter Sicoris non vltimus amnis. Hi duce Siculo venerunt ad Italiam, & eam tenuerunt exclusis Aboriginibus. Mox ipsi pulsi ab illis quos ante pepulerant, insulam vicinam Italiæ occupauerunt: & eam Sicaniam a gentis nomine, Siciliam vero a ducis nomine dixerunt: quanquam Thucydides dicat de Sicilia Italum regem venisse: & ab eo esse Italiam appellatam. ¶Immani corpore Tybris.) Hic Tuscorum rex fuit, qui iuxta hunc fluuiũ pugnans cecidit: & ei nomen imposuit. Alij volunt istum ipsum regem latrocinatum esse circa huius fluminis ripas: & transeuntibus crebras iniurias intulisse. Vnde Tybris quasi ὕβρις dictus est, ἀπὸ τῆς ὕβρεως, id est ab iniuria. Nam amabant maiores, vbi aspiratio erat, s ponere, vt ἑπτά, septem, vel s, vt ἑλένη, selena. Alij vt supra diximus, volunt eos qui de Sicilia venerũt, Tyberim dixisse ad similitudinem fossæ Syracusanę, quam fecerũt per iniuriam Afri & Athenienses iuxta ciuitatis murum. Nã quod Liuius dicit ab Albano rege Tyberino Tyberim dictum, non procedit: ideo quia etiam ãte Albam Tybris dictus inuenitur. ¶Albula nomẽ.) Antiquum hoc nomẽ a colore habuit. ¶Me pulsum patria.) Aut, ut diximus supra, propter parricidium: aut certe oraculorũ necessitate compulsum. ¶Pelagique extrema.) Per extrema pelagi actum. aut, ut dicit Donatus, per pelagus extrema sequentem, aut Pelagi aduerbium. ¶Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum.) Secundum Stoicos locutus est, qui nasci & mori fatis dant: media omnia, fortunæ. Nam vitæ humanæ incerta sunt omnia. vnde Et miscuit, vt quasi plenum ostenderet dogma. Nam nihil tam contrarium est fato q̃ casus: sed secundum Stoicos dixit. ¶Egere.) Coegerunt, vt quasi ostendat inuitum. ¶Carmentis nymphę monita.) Matris eius. Nymphę autem maritę dixit. Nam Grece sponsa νύμφη dicitur. hęc autem nõ vere Nympha fuit, sed vaticinatrix. ¶Author.) Scilicet oraculorum.

Indigenę. Aduenę

Donatus.

DONATVS.

¶Talia carminib⁹ ce.) Talia, inquit, hoc est quorũ ipsi nõ senserãt commodum venerationis causa laudabant. super oĩa scilicet, quæ supra dicta sunt, Caci spelũcam adijciunt, spirantẽq; ignibus ipsum. Ab his quę Hercules in alienis regionibus gesserat, ad Caci speluncam recte peruentum est. debuerant quippe etiã sui cõmodi meminisse, qui tãto malo per ipsius virtutem fuerãt liberati. ¶Consonat omne nemus strepitu, collesque resultant.) Vbi ventum est ad ea, quæ sibi fuerant præstita, creuit omnium vox & laudationis affectus in tãtum cumulatus est, vt exultãtium clamor emissus in nemore, pueniret ad montes. resultat, exultat, quod magno ictu illiditur, & tremit quasi remissũ. ¶Exin se cuncti.) Vbi vota perfecta sunt, recesserũt omnes ex luco, & ad vrbẽ cœperũt remeare. quin & hora propinquantis noctis ad sedẽ propriã reuocabat vniuersos. ¶Ibat rex obsit⁹ ęuo.) Ibat, inquit, rex cõtra meritũ potestatis: ac ne esset obscurũ, quid sit, ibat: nõ vehebatur, inquit, sed ãbulabat suis pedib⁹ senex, qui & itineris laborẽ, quẽ lõgęuus ferre nõ poterat, remedio toleraret. Comitẽ Æneã iuxta natũque tenebat Ingrediẽs, id est ambulans. duorũ adminiculo innitens, ipse medius. nã ex vna parte Æneam, ex altera filium retinebat. ¶Varioque viã ser. le.) Vnũ fuit adiumentum, q̃ itineris labor duorũ auxilio iuuabatur. Accesserat aliud, quod veniebat ex varietate fabularũ: & vere nulla alia res sic animum leuat, aut animi tędium reficit, vt sermonis alterna collatio aut diuersitas visus. sermonis varietas Euãdro datur, facilitas visus Ænee partibus applicatur. Denique sequitur, ¶Miratur, facilesque oculos.) Illo fabulante, hoc est Euandro, Æneas circumferebat oculos admirans ea, quę forte conspexisset vnde descenderent. quid sit intuentis facilitas, ipse Virgilius docet. Nã facilitas oculorum & contabulatio prouenit ex securitate & lętitia animi. Iam enim auxiliorum promissum retinebat. Denique ãnixum est. ¶Et singula lętus: &c.) Inde lętus, quia securus de auxilijs fuerat redditus. Cęterũ si hoc non esset, culparetur Aeneas qui in tanta cura positus locis capiebatur, & veterum fabulas cupiebat audire. ¶Tum rex Euandrus.) Euãder, cum aduertisset hominem origine veterum delectari, ne interrogando aut respõdẽdo tarditas oriretur, die iam in occasu cõstituto, ipse vltro quasi sup omnibus interrogatus plene exorsus est, ostensurus singula & eorum originem narraturus, cœpit sic. ¶Hæc nemora indigenę.) Ista, inquit, nemora primitus fauni tenebant & nymphę, & aliud virorum genus natum ex arborum trũcis aut robore. robore quod ait, aut gen⁹ ligni significauit, aut arboris crassitudinẽ. indigenę, inde geniti, hoc est in ipsis locis, quod potest & ad faunos & ad nymphas ptinere, vt oẽs sunt indigenę. dicto necessario subnectitur, quomodo se inter initia gesserint. ¶Quis neq; mos.) Omnes populi aut legibus tenẽtur, aut moribus: leges imponuntur. Mos vero ex voluntate nascitur incolarum, & est per regiones diuersus, & perinde obseruatur vt lex: isti tñ rudes fuerunt, tam asperi, vt nec lege vlla nec aliquo more tenerentur: cultum quoque nesciebant: qui sit cultus ipse, poeta ponit. ¶Nec iũgere tauros.) Hoc est terras inuertere: & si fuisset ei bonũ magna substantia, nesciebant ea vti, eamque elegantius ordinare. ¶Aut parcere parto. Vel in futurum seruare propter necessitatũ uarietatem. ordinationem more suo execut⁹ est primo dixit nec, & in medio posuit, norant: ut esset, nec norant tauros iungere, nec norãt opes componere, nec norant parcere parto. Ac per hoc usum hominum qui postea successit nec esse scilicet, nec procurare vt esset, & si esse posset, seruare non nouerant. Componere opes, qd esset, ignorabant. Componere opes, est uti bona ueste, panem cõficere, uel cibum accurate pręparare, habere supellectilem & cultum. Posset dici, si omnia genus hoc hominũ nesciebat, quomodo alebatur? ait ipse. Sed rami, atq; as. ui. ue. a.) Pascebantur his, quę

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ syluestres rami naturaliter procreabant,& quæ illis laborio sa venatio dabat.¶Primus ab æthereo.) Primus,inquit, Saturn⁹ violentia Iouis exclusus,non dixit filij, vt & historiam tangeret, & impietatem in patres non doceret, perditis cœlestibus regnis ad has delatus est terras,atque in his delituit, quo ex facto Latiũ appellauit scilicet,q̃ hic tutus latuisset, id est Saturnus : Id genus indocile. Indoctum,& quod doceri non posset. ¶At dis. mon. al. Com.)Dispersum,per montes vagum:Composuit, formauit humanis persuasionibus & institutis.¶Legesq; dedit.)Vsq; adeo ad humanitatem perduxit, vt etiam leges timere, & legibus seruire didicissent. Quanta Saturni industria:qui tale hominũ genus durum,indocile,asperum,inhumanam institutis melioribus ad humanum cultum egregia magisterij arte cõuertit & teneri legib⁹ fecit,qui sub legibus non fuerunt.¶Latiumq; vocari Maluit.)Et Saturnus hic potius Latium dici voluit q̃, alibi, quoniam ibi tut⁹ fugiens Iouem latuerat.Aureaq; (vt perhibent.) Sæcula, inquit quæ aureo nomine appellari consueuerũt, fuerũt, ipso regnãte. ¶Sic placida populos in pace regebat.)Additur ad Saturni laudẽ. potuissent aliis modis & institutis aspis regi homines, sed lenitate superare ac pace potius frænare voluit q̃, potestatis imperio redigere in vnum dispersos & vagos,& contra insitam feritatem placidę societatis amore coniungere:populorum significatione nominantur omnes. populorũ quippe appellatione multa natura ac morum diuersitas demonstratur. quam regere sine metu imminẽtium pœnarum & legum felicitatis est plena. ¶Deterior donec.)Deterior ætas & decolor illorum scilicet,qui fuerũt post Saturnum.deterior dicitur,qui ex bono in cõtrarium mutatur, & fit malus:decolor vero, qui ex optimo colore & splendido in sordidum aspectum conuertitur. Ætatem dixit aut succedẽtium hominum,aut sequẽtis temporis. bene autem addidit, paulatim Longa enim beneuiuendi cõsuetudo nõ potuit semel abrumpi. Recedente igitur imperio Saturni felicitas sęculorũ ei⁹ insueto statu manere non potuit. succesſerat enim ætas deterior, hoc est pessima hominum ac temporis ratio,quæ homines a bene viuẽdi vsu in malam viuendi consuetudinem verteret. hic Virgilius ne vel male viuendi rationem nõ rectorum vult esse,sed temporum. nam supra dixit,aurea sæcula extitisse : nunc dicit, deterior ætas succesſit. Felix tamen est, cuius imperio naturæ cursus arridet. Infelix vero cuius administrationi temporũ, iniquitas deputatur. Et belli rabies,& amor succesſit habendi: quorum alterum sine altero esse non potest:sicuti multis locis plene tractatum est. habẽdi cupiditas sine crudelitate & scelere nõ potest procurari. nam vbi qs animo hauserit aliena,hæc crudelitatis & sceleris adiumento consequtur,crudelitas quoque & perpetratio sceleris sine auaritia esse non potest, quia raro aliquis sine lucro malus est.¶Tum manus ausoniæ.)Emergentibus,inquit,malis crudelitatis,& auaritiæ,cum diuersarum gẽtium populi in hæc loca venissent,felicitas morum simul cum nomine præcipui rectoris oppressa est, & ausonia vocitari cœpit, quæ saturnia dicebatur.

Deterior.

Decolor.

¶Tum reges &c.)Deinde cœperunt,inquit,reges succedere.successit & Tybris grandis corpore,atque animo ferus.ex cuius nomine fluuius dictus est Tybris. ¶Amisit verum vetus Albula nomen.) Et amisso Albulæ nomine,Tybris cœpit nominari.

¶Me pulsum patria.) Etiam se memorat esse peregrinum, atque id fuisse nõ hominum culpa,sed fato atque fortuna, vt genitalẽ patriam perdidisset. Ac ne esset vitium in eo,quod dixit, me pulsum patria, nemo enim patrijs terris bon⁹ excluditur:vel ne quę reretur præcedens causa,mox subiecit,fortunam feciſſe omnia, vt mutaret terras,& in Arcadię partibus locaretur,addidit omni potentem fortunam,& fatum ineluctabile, vt ostenderet se nec fortunam virtute, nec fatum luctando superare potuisse,perinde q̃ consensisse potioribus. ¶Matrisque egere tremenda.) Ex occasione alia commendat originem suam, q̃ dea sit matre progenitus,& hanc exæquat Apollini i. ad hæc,inquit, loca perdũ⁹ fum post expulsionis fatum, cũ fortuna impelleret, truderet fatum, Apollo præciperet, mater vrgeret. In vocabulo matris, quantum pondus est? Iubebat mater & dea mater, quæ filium contra pietatis meritum monere non posset, matris habens nomen,& pronunciandi substantiam, cesſit, ait, omnibus : & dubitationem,quæ existere potuit, horrendum iudicium matris abrupit.

ASCENSIVS.

¶Talia carminibus,&c.)Recitat quomodo peracto sacrificio, & re diuina,Euander Æneam e luco,in regiam suam perduxit: qui inter eundum,singula loca disquirit:eoque tẽdit Euãdri interrogati responsio,vt locus vbi Roma postmodum condita est, dijs semper gratus,acceptusq; fuisse demonstretur.Recitat præterea Euander,aduentus sui in Italiam causas. De quib⁹ hoc solum memoratu dignum ex Donato dicunt decerptum. ¶Me pulsum.) Non sua culpa patria caruisse,sed fatorum demonstrat : quæ,vt dicit,sunt insuperabilia.¶Matris.)Nam & mater,& dea,quæ contra pietatis meritum mouere filium non posset. Hæc ille. ¶Ordo autem est.Sacerdotes,& iuuenes,cæterique qui in sacris interant,celebrant id est celebria faciũt:carminibus talia scilicet Sacinora Herculis : & adijciunt super omnia id est post omnia. aut præcipue.Speluncam Caci scilicet ab Hercule expugnatam, & ipsum scilicet Cacum spirantem id est emittentem anhelitum,sup. cum ignibus id est simul ignes:omne nemus cõsonat, scilicet cantibus per sonum Echus:& colles resultant strepitu scilicet saltantium & psallẽtium.Exin,id est ex eo loco & tempore, omnes referũt se ad vrbem:rebus diuinis perfectis id est post q̃ res diuinæ essent perfectæ.Rex,scilicet Euander:obsitus quo,id est anno fus:ibat,scilicet in vrbem:& ingrediens,tenebat Æneam comitẽ, id est comitantem:& natum,id est filium suum Pallanta,iuxta,scilicet incedentem : & leuabat viam,id est on⁹ itineris, & molestiã viæ:sermone vario, id est de varijs rebus.vnde in Mimis Publij, Comes facundus in via pro vehiculo est. Æneas miratur,scilicet omnia:& fert oculos facileis, id est mobileis & agileis, ac vagantes:faciliter circum omnia,scilicet quæ occurrebant:& capitur.i. delectatur,& afficitur:locis id est amœnitate locorum : & ipse lætus id est voluptate affectus:exquirit singula.i.singulas res:& audit.f.ab Euandro,abs quo disquisiuerat:monumenta id est vestigia,& indicia relicta:ad memoriam veterum virum, pro virorũ priscorum. Tum id est tunc:Euander rex conditor id est primus ędificator arcis Romanæ id est palatij : quod arcis loco habetur, propter rerum principatum : quãuis tunc Palateum vocaretur, inquit,sup.indigenę id est inde geniti,& qui aliũde non aduenerant:vt Fauni,& nymphę:tenebant hęc nemora scilicet dum ipse illuc aduenisset:& gens,id est genus,aut generatio:virum, pro virorum:nata robore duro:aut in robore id est trunco arboris vetustate exeſo,& id secundum historiam:aut de robore,& id fictũ dum fabulam,aut vulgi opinionem,quam sępe poetę sequũtur, vt admirationem faciant:non quod sic esse credant.Queis, id est quib⁹,uiris, aut gentibus:neq; erat mos id est cõsuetudo conuẽdi ab antiquo instituta:neq; cultus. sui,atq; agrorum erat:nec norant iungere tauros.i.ad iugum,vt arent, aut currum trudãt: aut cõponere.i.cõgerere,& accumulare:opes.i.diuitias : aut parcere parto id est acquisito:hoc est:in diẽ viuebant,non cogitites id est sublimi:fugiens arma Iouis,scilicet filij sui ; & exul adẽptis id est ablatis a filio regnis.f.q̃ posſederat.Is.f.Saturnus : cõposuit id est cõgregauit:gen⁹.f.hominũ:indocile.i.indoctũ, aut difficulter docile:ac dispersum altis montibus(Videmus q̃s manifestaris fuerit illorũ error.Nam si Saturnus,primus deorũ fuerat,immo primus hominũ:mirandũ quos populos in Italia inuenerat : quos ue in Creta dereliquerat:sed philosophi nõ minus errantes putauerunt e limo sole calefacto,quasi per putrefactionẽ: ut nõ nulla animalia procreantur,procreatos primos homines.)& saturnus dedit leges .f. ijs populis, quos illic offenderat : & maluit uocari Latiũ.f.q̃ suo,aut pristino nomine:quod illi erat:quoniã ipse latuisset in his oris id est regionib⁹:tut⁹.f.a filio : & sęcula aurea fuerunt(ut perhibẽt.i.ut plerique omnes atteſtãtur) sub illo rege.f.Saturno : regebat enim sic populos in pace placida, ut.f. aurea cẽserẽtur sęcula,donec ętas deterior id est minus bona : & decolor.i.degeneras a colore auri:paulatim .i. per paulũ hoc est successiue:& id est simul:rabies belli, & amor habendi.f. diuitias, & opes:ac regna succesſit.f.in locum placidę pacis,& parsimoniq; ac asperi uictus. Tum id est deinde:man⁹ Ausonia .i. ab Ausone, Vlyssis filio denominata:& gẽtes Sicanę id est Siculę:uenere.i. uenerunt,sup.in Italiam:& tellus Saturnia id est a Saturno primũ recẽta,& denominata:posuit.i.deposuit:nomen.f. uetus:accipiẽdo. f.nouum,unde Itali,Oenotrij,Ausonij,Latini,Hesperij, Arũci,Sabini,Tyrrheni,Etrusci,Tusci,& alijs multis nominib⁹, pro diuersis temporibus & locis appellati sunt. Tum id est deinde, sup. uestere reges:& Tybris,sup præcipue:ut se paret, more suo, principẽ a cęteris:asp.i.acer: imani id est ualde magno corpore, a quo nos Itali diximus:post.i.postea:fluuium cognomine.i.cognominatum:nam Tyberis,aut Tybris dicitur:Albula uetus.f.nomen aut Albula uetus.i.fluuius antiquissimus,qui nunc Tyberis dicitur:

tur:& tunc ab albedine aquarum, Albula dicebatur: amisit verũ nomen.i.nomen ei ex re conueniens. Fortuna omnipotẽtis.f. secundum Epicureos:de quibus Iuuena.Sunt qui in fortunæ iam casibus omnia ponant.& fatũ ineluctabile,secũdum Stoicos,q̃ dicunt contra fatum inanem esse luctã:posuere his locis me pulsum patria.f.mea,oraculorum necessitate:nam parricidiũ nõ cõsiteretur:& sequentem extrema.f.pessima quæq;,& durissima pelagi.i.q̃ in pelago pati solemus:vnde in.iij. Viuo equidẽ, & vitã extrema per omnia duco.q̃,pro &:monita matris.f. meæ : Carmentis nymphæ.i.sponsæ,ac vatis nymphis æquiparãdæ: tremẽda,id est reuerenda, & cum religione suscipienda : Apollo deus, author.f.monitoq;,& oraculorum matris.egere.i.cõpulere, sup. me,ad hæc loca:aut subsidere his locis.

PIERIVS.

¶Nec iungere.)In aliquot anti.neque, particula ea ter repetita: Queis Queis neq; mos,neque cultus erat,neq; iungere tauros. Sunt tamen qui,nec,monosyllabũ,tertio loco malint. ¶Aureaq;(vt perhibent)illo sub rege fuerunt Sæcula.)Veteres codices fere oẽs legũt Aurea quæ perhibent.)Nẽpe,Sæcula,fuere sub illo rege,quę perhibent Aurea. In aliquot vero cod. quod non ita placet, legere est,Aureaq; perhibent illo sub rege fuisse Sęcula. Sed vulgata lectio,Aureaq;,vt perhibẽt:magis doctis omnibus adridet. ¶Tũ manus Ausoniæ,& gẽtes.)In Ro.co. Ausonia. Ausoniã vero putat Verrius,dictam ab Ausonio rege,Vlyssis filio: ex Calypso qui primus partem eam tenuerit,vbi Beneuentum,& Cales, Deinde paulatim sic dicta sit tota Italia, quæ ab Alpibus includit. Quod vero paulo infra non procederet ait Serui.quod a Liuio traditũ est,Tybrin dictum,ab Albano rege Tyberino, suppetias Liuio fert Varro,dum is quoq; Tybrin,a Tyberino Syluio, Albanorũ rege,quod is in eo extinctus sit,dictum asserit.

SERVIVS.

¶Monstrat & aram.) Quam matri fecit extinctæ. Est autem iuxta portã quæ primo a Carmento Carmentalis dicta est: post Scelerata, a Fabijs trecentis viris, qui per ipsam in bellum profecti, non sunt reuersi. ¶Vatis fatidicæ.) Bene addidit Fatidicæ. nam vatem & poetam possumus intelligere. Vnde solum plenũ non erat. Ergo tale est, vt illud in Sallustio, In tugurio mulieris ancillæ, Non quia mulieris, statim & ancillæ. Si autem ancillæ, statim & mulieris. ¶Quæ prima.)Quę postea etiam Sibylla dixit. ¶Nostrę Pallanteum.) Futurum scilicet, sicut & Æneades. ¶Afylũ Rettulit.) Postquàm Hercules migrauit e terris, nepotes eius timẽtes insidias eorum quos auus affixerat Athenis,sibi primi Afylũ,hoc est tẽplũ misericordiæ collocauerunt, vnde nullus posſet abduci,quod etiã Statius dicit,vt,Herculeos fama fũdasse nepotes.ideo ergo ait,Quę Romulus acer Afylum.¶Rettulit.) Hoc est fecit ad imitationem Athenienſis Afylit quod ideo Romulus fecit,vt haberet aduenas plures,cum quibus conderet Romam.Iuuenalis, Et tamen vt lõge repetas,longęq; reuoluas, Numen ab infami gentem deducis Afylo.¶Gelida monstrat sub rupe Lupercal.) Sub monte Palatino est quædam spelunca,in qua de capro luebatur, id est sacrificabatur.vnde & Lupercal dictum nõnulli putant. Alij quod illic lupa Remum & Romulũ nutrierit.Alij(quod est verisimilius)lo cum esse hunc sacratum Pani deo Arcadiæ. Cui etiam mons Lyceus in Arcadia est cõsecratus. Et dictus est Lycæus quod lupos non sinat in oues sæuire. Ergo ideo & Euander deo gentis suæ sacrauit locum,& nominauit Lupercal,quod præsidio ipsius nu mipis,lupi a pecudibus arcerẽtur.¶Parrhasio dictum Panos de more Lycęi.)Ordo est,Monstrat Lupercal Panos Lycęi dictũ de more Parrhasio, id est ostendit Lupercal Panos Lycæi dicatũ ex more Arcadico.Nam Parrhasia,Arcadia est.¶Dictum.)Dicatum, consecratum. ¶Panos Lycæi . Huius Panos,genitiuus est Græcus,& Panos Lycæi sic dictum est vt Iouis Olympi,Apollinis Delphos, ¶Sacri monstrat nemus Argileti.)Sacri, execrabilis. Sane Argiletum, quasi argiletum multi volunt a pingui terra:alij a fabula.Nam Euander Argum quẽdam suscepit hospitio. qui cum de eius cogitaret interitu,vt ipse regnaret,Euandro hæc non sentiente loci intellexerunt, & Argum necarunt, Cui Euander & sepulchrum fecit, & locum sacrauit : non quod ille merebatur, sed hospitalitatis causa. Bene autem in hac re Euander immoratur, & docet causas ne apud hospitem veniat in suspitionem. Ergo Argiletum ab Argo illic sacrato & sepulto. Testatur locum.) Iurat non sua culpa iura hospitij esse violata.¶Aurea nunc.)Nũc ad vtrunq; pertinet,& ad aurea, & ad Tarpeiam sedem.nam Tarpeia

Vix ea dicta:dehinc,pgressus,mõstrat & arã. PO.
Et carmẽtalem Romano nomine portam,
Quam memorat nymphę priscũ Carmẽtis honorẽ
Vatis fatidicæ:cecinit quæ prima futuros
Aeneadas magnos,& nobile Pallanteum.
Hinc lucũ ingẽtem,quem Romulus acer Asylum
Rettulit,& gelida monstrat subrupe Lupercal
Parrhasio dictum Panos de more Lycei.
Necnon & sacri monstrat nemus Argileti:
Testaturq; locum:& letum docet hospitis Argi.
Hinc ad Tarpeiam sedem,& Capitolia ducit
Aurea nunc,olim syluestribus horrida dumis.
Iam tum religio pauidos terrebat agrestes
Dira loci:iam tum syluam,saxumq; tremebant.
Hoc nem⁹,hũc(inqt)frõdoso vertice collẽ, EVAN.
Qui deus, incertũ est,habitat deus:Arcades ipsum
Credunt se vidisse Iouem:cum sæpe nigrantem
Aegida concuteret,dextra:nimbosq; cieret.
Hęc duo pręterea disiectis oppida muris
Reliquias,veterumq; vides monimẽta virorum :
Hanc Ianus pater,hanc Saturnus condidit vrbem:
Ianiculum huic,illi fuerat Saturnia nomen.

peia sedes dicta est a Tarpeia virgine.Cum.n.Romulus cõtra Sabinos bella tractaret, & Tarpeio cuidã dedisset arcem tuẽdã,eius Tarpeia filia aquatũ,prędata hostes incidit:quã cum hortarẽtur ad proditionẽ, illa pro pręmio popposcit ornatum manuum sinistrarũ id est armillas. Facta itaq; arcis proditiõe, hostes ingenio sa morte, promissa soluerũt. Nam scuta, id est sinistrarum ornatũ, super illam iacientes, eam luce priuarũt: quę illic sepulta, Tarpeię sedi nomẽ imposuit.¶Religio.) id est met⁹ ab eo q̃ mentem religet dicta religio.¶Dira.)Magna:vt, An sua cuiq; de⁹ sit dira cupido ?
¶Hoc nem⁹.) Bene vbiq; Nemus dixit. nam tunc ædificia non erant. ¶Ipsum credũt se vidisse Iouem.)In hoc scilicet nemore. Sane ad illud alludit quod primi dicuntur Iouis tẽpla fecisse:nec enim lõge sunt a monte Olympico, vnde eos dicit locũ vidisse: & quod ipsi sunt προσελήνοι,id est ante Lunã creati, vt Statius, Arcades

Tarpeia

astris,Lunęq; priores,licet dicat Sallustius primo Cretenses inuenisse religionem vnde apud eos natus fingitur Iuppiter. ¶Ægida concuteret.) Hic distinguendum. nam ægida, id est pellem Amaltee caprę,a qua nutritus est,in sinistra Iuppiter tenet.¶Dextra,nimbosq; cieret.) Et de dextra fulmina commoueret. nam modo nimbos pro fulminibus posuit,quę de dextra iacit. Ægidis autem concussio commouet pluuias.¶Disiectis oppida muris.)Vnum Iani, aliud Saturni, iam tunc vetusta. ¶Monumenta virorum.) Hoc sermone ostendit etiam Saturnum virum fuisse.

DONATVS.

¶Vix ea dicta dehinc.)Quasi quodam trãsitu nouauit narrationem, ne continua pareret fœditatẽ. pulchre enim ambulãtis Latini poeta interposuit moram, propter audiendi tędium. progressus ergo mõstrauit,& portã materni meriti testem, aram quoq;, vt ex hac probaret deam.¶Quam memorant nymphæ.)Hãc arã vel hanc portam iccirco constituerunt, & ideo hoc nomine appellari voluerunt,q̃ in his honor nymphę videatur esse cõstitutus. Interea etiã hoc ptinuit ad supradictã morã, vt ambulãs spargens per oẽm viam monstret,non vno in loco ꝓgesta, vt omne iter haberet fabularũ diuersarũ recreationẽ. cũ Euander multa gereret,aioq; monstraret,aut diceret,Vatis fatidicę,& deã dixit,& matrẽ,& fatidicã fuisse cõfirmat,hęc addẽdo.¶Cecinit quę pria futuros.)Ipsa,inqt,pria magnos futuros in his terris Æneadas,& nobile pallanteũ cecinit. Ecce apertũ documentũ,quod deã & nymphaṁ & fatidicam Euander habuit matrem, quod ipsum potuit Æneas libenter audire:q̃ dea,quę pria pronũciasset, futuros magnos Æneadas. quod autẽ prima hoc ipsum dicta est cecinisse, hanc habet gratiam & fidem, ne præcedentia responsa secuta videantur.

deantur. ¶Hinc lucum ingentem.)Monſtrauit & lucum,qui poſtea a Romulo aſyli nomē accepit:monſtrauit & lupercal ſub rupe gelida. Rupes dicuntur ſaxa compoſita & prærupta erecta naturaliter in altitudinem immenſam.Lupercal vero illud oſtendit,vnde luperci & lupercalia ſumpſerunt nomen.¶Parrhaſio dictum.)Parrhaſium montem eſſe memorant,& eius incolas parrhaſios dictos: vnde lycęum ferunt extitiſſe, cuius ex more cultores ſacra reddebāt Panos vnde,ſingulari numero pan dicitur: hunc enim arcades plurimum venerantur.¶Nec nō & ſacri.)Teſtatur quem locum,& letum docet hoſpitij Argi. Mōſtrauit lucū in quo interēptus eſt Argus. ſacer hoc eſt crudelis & peſſimus. Vnde & ignis ſacer dicitur morb⁹, qui hominem pernicioſe pſequitur.Vnde & auri ſacra fames,hoc eſt deteſtāda. Letum autem ipſi⁹ Argi & leti cauſam referebat Euāder. q̄ Argus ex hoſpite profeſſus ſit inimicum,nec eundē Euādrum pudebat hoſpitis auribus intimare alterius hoſpitis necē,propter quā reddebať facti ratio,ꝙ mortis ſuę ipſe extiterat cauſa,& vim pertuliſſet iuſtę vltionis,qui iniuſtam parauerat violentiam. ¶Teſtaturq; locum.) Teſtimoniū adhibens loci,vt probaret ſcelerati hominis mentē, qui hoſpitalis immemor religionis,nō amorēm reciprocum, ſed hoſtilem animum ſcelerate ſuſcepit. ¶Hinc ad tarpeiam ſedem.) Ad tarpeium ſcilicet montem,¶Et Capito lia.du.Au.Nunc, id eſt cum hoc,ſcribebatur a poeta. ¶Olim ſyl.hor.du.) Erant tunc,inquit,in illo luco capitolia,non aurea,nō culta, vt nūc. nō magnifica,ſed ſylueſtrib⁹ dumis obſeſſa. quod dixit, duxit eū ad tarpeium montem,& capitolia dumis obſeſſa,fieri nō potuit. vt ſenex & qui alieno adminiculo niteretur maxime imminēte iā veſpere iret ad montem,& ad loca,quę ſentes occupaſſent.Ergo intelligendum eſt poſſibile aliquod, poſſit exſubiectis comprobari, vt monſtrando duxiſſe eum videatur,non ambulādo ſcilicet, vt videret oculis procul,quo iri nō poterat.¶Iam tum religio.) Dixit iam tum,hoc eſt,cum eſſet locus ille humilis atq; deſertus, iā habuit numen.Eratq; illic quod terreret accedētes, & his incuteret horrorē maxime ruſticanis,qui pauore naturali omnia metuūt & vniuerſa formidant. hoc genere oſtēdit numē,quod in aureis capitolijs temporibus Cęſaris habitabatur, poſſe etiam tūc, cum locus ipſe videretur abiectus,& conditorem melioris fabricę numini iam illic habitāti detuliſſe, quod fecit cum numen ſecutum eſſet ambitionis inſignia. ¶Hoc nemus,&c.) Hic manifeſtum fit, non illum circumiſſe loca ſingula,ſed demōſtraſſe,cum dicit,hoc nemus conſtitutū in frondoſo collis vertice. non enim illo aſcēderat.quis deus,inquit,inhabitet,incertum eſt: eſt illic tamē de⁹. ¶Arcades ipſum.)Arcadibus illic apparuit, quod oſtenderet deū in terra,& coniectura currente crediderunt Iouem ſe vidiſſe præſentē. Dicit,vnde hoc ſuſpicari potuerint,vel certe conijcere. Tū inquit,ſe vidiſſe arbitrati ſunt. ¶Cum ſępe nigrātem Ægida cōcuteret de.)Proinde quia iuppiter pluuiā facit,iuppiter fulmina emittit.Et tūc,cum hoc fieret, viſus eſt:viſi ſunt ſibi deum vidiſſe in loco.inde crediderunt Iouem illic gratiſſime cōmorari.¶Hæc duo pręterea.)Hęc duo oppida, quę ruinarū labem murorū diſſipatione teſtantur,reliquię ſunt veterum conditorum. ¶Hūc ianus pater.)Cum dicit,fuerat,oſtēdit etiam nomina,cum oppidorum mœnibus abdita.

ceſſerat.monſtrat &, id eſt etiam:aram, ſcilicet dicatam Carmentę ti:& portam quam memorant,id eſt in memoriam reuocādo nominant Carmētalem,Romano nomine, id eſt ſicut ipſam poſtea Romani nominarunt,appoſitorie, priſcum honorem Carmētis nymphę:& vatis,id eſt poetrię,& cantatricis:fatidicę, id eſt etiam vaticinantis,& fata enunciantis:aut ſi legēdum eſt,qua,ordo eſt: qua,id eſt per quam portam memorant priſcum honorem Carmentis nymphę vatis fatidicę,quę cecinit prima futuros,ſcilicet in Italia:Æneadas,id eſt viros ab Ænea oriūdos, magnos ſcilicet ſine comparatione,vt ſunt Iulius,& Auguſtus, & prius Romul⁹: & Pallāteum,ſup.futurum:nobile.ſ.per acceſſionem Æneadarū. Et monſtrat,ſup.hinc:lucum.i.inceduam ſyluam,quia ſacram:ingentem.i,valde magnum:quem Romulus acer.i.ſtrennuus,vindex in Amulium,& fratrem:rettulit. i.in morem aſyli Athenięſis effecit:aſylum.i.talem,vt ab eo nemo abſtrahatur:ſed immunitatem haberet,quā nunc Phanis ſacris,& terris vicinis conſecratis, Chriſtiana concedit religio: & mōſtrat ſub rupe gelida Lupercal i.locum ſic dictum:aut ab luenda capra, aut a lupa Romuli & Remi nutrice,vt docet Seruius:dictum.i.appellatū ſic:de more Parrhaſio.i.Arcadico:Panos.ſ.dei Arcadū(vnde in Bucoli. Pan deus Arcadia mecum ſi iudice certet.)Lycęi.i.monte Lycęo,qui in Arcadia eſt, verſari ſoliti.Necnon,id eſt etiam, mōſtrat nemus Argileti.i.illi⁹ loci:a leto.i.morte,Argi hoſpitis,ſic dicti:ſacri.i. ipſi hoſpiti.interempto conſecrati,in recompenſam vitę: & teſtat.i.obteſtatur:locum.i.loci cōſecratione ſe immunē alecto hoſpitis:& docet letum.i.necem:hoc eſt cauſam,& formā necis Argi hoſpitis.ſ.ſui:& ducit hinc ad ſedem Tarpeiā.i.quę poſtea Tarpeia dicta eſt,a Tarpeia virgine,& pro id eſt capitolia, a capite dicta: aurea nunc.i.quę nūc.i.tempore noſtro(inquit Poeta)ſunt aurea: olim.i.iam,tūc horrida ſylueſtribus dumis:hoc eſt penitus inculta ab hominib.ſed ira.i.magna,et terribilis religio loci.tenebat iā tum.i.tunc temporis,agreſtes pauidos.ſ.rerum diuinarum,quia ignotarum:ſtupor enim,& pauor,ex ignorātia ſępe rerum pueniunt:dum.ſ.maiora:aut magis verēda, quę ignoramus, ꝙ ſint putamus.& tremebant.i.religioſe obſeruabant iam tum:ſyluam & ſaxum.i.rupem, vbi poſtea Tarpeia,arx,& capitoliū erat, ſup. Euander(inquit)deus,ſup.aliquis:ſed,ſup.incertum eſt quis de⁹, habitat hoc nemus:&,ſup.hunc collem:vertice frondoſo.i. habētem verticem frōdoſum:Arcades.i.ij.qui mecum ex Arcadia venerunt:credūt ſe vidiſſe,ſup.in hoc nemore, ipſum Iouem:vnde in capitolio poſtea Iuppiter,& Minerua colebantur:cum.i.quando:cōcuteret ſępe.ſ.ſiniſtra:Ægida.i.pellem Amalthęę capręnutricis ſuę:nigrantem.i.ſubnigrā,aut de longe viſam:aut propter nubeis & tonitrua quę illic cōcitabat,nigrātem dicit: vnde addit & cum cieret.i.concitaret:dextra.ſ.manu:nimbos.i.nubeis venetoſas,quas ſępe tonitrua cōcomitanť.Pręterea,tu vides hęc duo oppida.i. quę olim erant oppida:muris diſiectis.ſ.nūc.i. reliquas & monumenta veterum virorum.i.quę ātiquiſſimi viri reliquerant monumenta ſui.Ianus pater cōdidit hanc vrbem.ſ.quę nūc diruta eſt,& nomen fuerat huic.ſ.vrbi,a Iano cōditę,Ianiculum. Saturnus condidit hanc.i.aliam vrbē:& nomen fuerat.ſ.tunc illi ſ.vrbi,a Saturno conditę Saturnia.

ASCENSIVS.

¶Vix ea dicta.)Docet quomodo,deinde oſtendit loca, in quib⁹ nūc eſt Roma:etiam tūc religioſa:& veneratione digna.Vnde dicit Donatus ſic.¶Cecinit quę prima.)Magnum argmentum, qď dea fuerit,& fatidica.Cum prima cecinerit Æneadas futuros magnos,& Pallāteum futurum nobile.¶Lucum.) Qui poſtea a Romulo, aſyli nomen accepit.¶Lupercal.)Vnde luperci,& lupercalia dicuntur.¶Argileti.)Ab Argo,qui ex hoſpite factus eſt inimicus:vnde non erat pudēdum, ſi hoſpitem talem interemiſſet,qui hoſpitalis religionis oblitus fuiſſet.Ducit oſtendendo,nō autem ambulando:nam ſenex, Ardua nō aſcendiſſet, veſpertino tempore.Hęc ille.¶Ordo eſt.Ea,ſcilicet quę dicta ſunt:vix, ſupple erāt dicta:&, ſup.Euāder:progreſſus,id eſt procedens, aut poſtq̄ proceſſerat:

PIERIVS.

¶Nobile.) In Ro.co.legitur,nomine:veluti dixerat, Carmentalem Romano nomine portam. Sed omnino,nobile, magis placet,ob antiqua tot eo de loco monumenta.¶Et letum.) In codi aliquot legere eſt,& mortem.Sed magis placet,letum: vt perſtet in nomini,adluſione de Argileto. Quamuis non ignoro eſſe,qui ab Argola,quodam viro non ignobili,qui fuerit ibi ſepultus,locum dictum velint. Alij ab argilla, quod ibi id genus terrę affatim fuerit.¶Iam tum ſyluā.) In Ro. ſyluis. In quibuſdā alijs,iam iam ſyluam. Sed iam tum,magis omnino placet.¶Vrbem.) In co.aliquot ant.arcem:non,vrbem,legas. quod eſt hiſtorię propius.niſi,vrbem,dictum ſit ad ampliationem, & honeſtiorem rei nuncupationem,ſiue ad id reſpexerit,quod Roma inde ῥώμη ſεχὴν vrbs,appellata eſt.

SERVIVS.

¶Paſſimq; armenta videbant.) Quę poſt mortem Caci paſſim nullo timore vagabantur. ¶Romanoq; foro.) Romanum forū eſt, vbi nūc roſtra ſunt. ¶Lautis mugire carinis.) Carinę ſunt ędificia facta in carinarum modum, quę erant intra templum Telluris.¶Lautas.) autem dixit, aut propter elegantiam ędificiorū,aut propter Auguſtū,qui natus eſt cunis veteribus, & nutrit⁹ in lautis carinis. ¶Victor Alcides ſubijt.) εὔφημον, id eſt bonū omen Æneę oſtēditur. ¶Aude hoſpes contemnere

Talibus inter ſe dictis,ad tecta ſubibant POE.
Pauperis Euandri:paſſimq; armenta videbant,
Romanoq; foro,& lautis mugire carinis.
Vt vētū ad ſedes:{Hęc(inqt)limina victor EVA.
Alcides ſubijt:hæc illum regia cœpit:
Aude hoſpes contemnere opes:& te quoq; dignum

Finge deo:rebuſq; veni non aſper egenis.
Dixit:& anguſti ſubter faſtigia tecti POE.
Ingentem Aeneam duxit: ſtratiſq; locauit,
Effulctum folijs,& pelle Libyſtidis vrſę.
Nox ruit:& fuſcis tellurem amplectitur alis.
At Venus haud animo nequicq̄ exterrita mater,
Laurentumq; minis,& duro mota tumultu,
Vulcanum alloquitur:thalamoſq; hęc cōiugis aureo
Incipit:& dictis diuinum aſpirat amorem.
Dum bello Argolici vaſtabant Pergama reges VE.
Debita,caſuraſq; inimicis ignibus arces:
Non vllum auxilium miſeris,non arma rogaui.
Artis,opiſq; tuę:nec te chariſſime coniux,
Incaſſum ùe tuos volui exercere labores.
Quamuis & Priami deberem plurima natis:
Et durum Aenegę fleuiſſem ſępe laborem.
Nunc Iouis imperijs Rutulorum conſtitit oris:
Ergo eadem ſupplex venio.& ſanctum mihi numen
Arma rogo,genitrix nato.te filia Nerei,
Te potuit lachrymis Tithonia flectere coniux.
Aſpice qui coeant populi;quę mœnia clauſis
Ferrum acuant portis in me,excidiumq; meorum.

contēnere opes.) Bene Aude, quaſi rem arduam & difficilē. ¶Dignum finge deo.) Cōpone te in ſimilitudinem numinis.¶Non aſper.) Nō aſpernator,id eſt faſtidioſus.¶Anguſti ſubter faſtigia tecti ingētē Æneam duxit.)Ex contrarietate quęſitus ornat⁹,ait enim Anguſti tecti ſubter faſtigia ingētē Æneam duxit. ¶Pelle Libydiſtis vrſæ.) Species pro genere.nā cuiuſlibet ferę poſſum⁹ accipere. ¶Exterrita mater.) Ideo territa,quia mater. ¶Dictis diuinū inſpirat amorē.)Petitura pro filio de adulterio procreato,orationē ſuā ingēti arte compoſuit: quod etiam Vulcanus ipſe teſtatur dicēs, Quid cauſas petis ex alto? Non enim aperta eſt eius petitio:ſed lōgo prooemio peruerſam amore mariti circunuenit mētē. Ergo quæſtionē hanc quæ naſciť ex petitione veneris impudica, ſoluimus his modis:Primo ꝙ Vulcanū amore circūuenit.Deinde qď nacta eſt occaſionē eius tēporis,quo Marti arma faciebat,quem fuiſſe ſciebat adulterum: per quod datur intelligi Vulcanū iam omnē ſuſpitionem & irā, quā habuit circa Venerē,depoſuiſſe, adeo vt arma etiā ipſi fabricaret adultero.Præterea vulcanū vxoriū fuiſſe teſtatur & ipſe virgili⁹ dicēs,Tunc pater ęterno fatur deuinctus amore. Et Statius, vbi Martē venus alloquiť.vt,At non eadē vulcania nobis Obſequia, & lęſi ſerui tamē ira mariti.Nā quod dicit Donatus potuiſſe fieri, vt cum Anchiſa concūberet Venus ātequā Vulcano nuberet:nō procedit.Conſtat enim a principio Venerem vxorē fuiſſe Vulcani.¶Debita.)Fataliter ad exitium deſtinata.¶Miſeris.) Atqui honeſtū eſt miſeris ſubuenire.ſed hoc dicit, cur te fatigarē pro hominibus fati neceſſitate perituris:¶Priami deberem plurima natis.) Scimus ꝙ Paridi tantum debuit: ſed hoc idem habet ad aliarum cōmemorationem perſonarum ne ex turpi cauſa Paridi debuiſſe videatur.¶Æneæ fleuiſſe ſæpe laborem) Bene poſt Pergama,poſt Troianos,Priami liberos,cum excuſatione commemoratio fit Æneæ. Dicit enim ſe eius infelicitate commotam. ¶Iouis imperio.)Ne videretur impudens,ſi aliena regna depoſceret: & hoc latēter dicere videtur,Faue huic,cui etiam Iuppiter fauet. ¶Eadem.)Quæ nunc ſcilicet filui.¶Prima rogo.)Hic diſtinguendum,vi cui petat non dicat:ſed relinquat intelligi.¶Genitrix natu te filia Neri.)Thetis quæ Achilli arma impetrauit.Et bonis vtitur comparationibus dicendo filia Neri,cum ipſa Iouis ſit filia. Item vxor Tithonia,cum ipſa ſit Vulcani.¶Neri) autem,pro Nerei.Omnia enim quæ in aus,exeūt hodie,apud maiores in es,exibant,vt,Nereus Neres:Tydeus Tydes,& genitiuum in eis mittebant:vt,Tydeis Nereis.Sed quia plerunq; s,in Latinitate detrahitur, remanebat ei. hinc eſt filia Nerei, Immitis Achillei. Item in Saluſtio,Ad bellum Perſei Macedonicum, ſic aſper. ¶Tithonia coniux.)Aurora petiuit pro Memnone.¶Clauſis ferrum acuant portis.)Dixit enim ſuperius,Quinque adeo magnæ poſitis incudibus vrbes.¶In me.)Artificioſe arma petit etiam ſibi profutura Nam a Gręcis fuerat vulnerata.vnde eſt, Equidē credo mea vulnera reſtant.

DONATVS.

¶Cum hæc inter ſe eſſent locuti. non enim ſolus Euander locutus eſt,ſed Æneas etiā.nam ſupra dixit, & ſingula lętus exquirit que,auditque virum monimenta priorum. Ad tecta ſubibāt, inquit. Non ſubibant tecta, vt ingredi ſed iam vt propiores fieri viderentur,pauperis Euandri, huic Euādri memoria prędicabilis, ꝙ pauper & inde merito præficiendus. Quia magna eius gloria extitit in paupertate regnaſſe atque in regni poteſtate poſitum, nec quæſiſſe nec auxiſſe diuitias. Sic tamen pauperem debemus accipere,non egeſtate oppreſſum,ſed congruentem regi non habuiſſe ſubſtātiam,deſcribit,quid ſit, quod dixit paſſim, vel quali fuerat ipſa paupertas,paſſim, inqt:boues errare videbātur in foro,vt per locorum penuriam nō eſſet diſcretio inter homines & boues, & vbi hominū ſtrepitus eſſe debuerat,illic armēta lautis carinis mugirēt. Carinarum fecit cōmemorationē, vt ſignificaret loci nomen.nō vt veras naues in foro fuiſſe monſtraret.¶Vt ventum ad ſedes.) Ecce aperitur, quod ſupradictū eſt, ad tecta ſubibant,vt non ad ipſa tecta, ſed prope ipſa oſtenderentur veniſſe. nunc ergo peruētum eſt ad ipſas ſedes:quo facto. ¶Hæc, inqt, limina victor Alcides ſubijt.)Quoniam nō tāta merita fuerant Euandri, vt per ſe laudari potuiſſent,vt factum eſt, cū Latini regia præferunť,quęſiuit Euander ſuis laudē ex perſona Herculis, & debemus noſſe qualemcunq; domū regis regiam dici poſſe.Regiam enim illam vſu hominū Horati⁹ vocat, nō quæ dignitate aut magnitudine operis cætera pręcedat,ſed in qua cōmaneat rex. Ait ergo hæc limina victor Alcides ſubijt.perſonā Herculis poſuit,meritūque victoris, vtraque humilibus tectis incōgrua,& tamē cū aliud nō eſſet,illū cōtentū,ac mētem potius hoſpitis,q̄ ipſius hoſpitis anguſtias tractauiſſe: Hæc illū reg.ce.Non ideo regiā dixit,ꝙ parietū eius aut cultus aliqua fuiſſet ābitio:ſed tantā illius dei voluit oſtēdere beneuolentiā, vt magnū putaret,quo fuiſſet ingreſſus.¶Aude hoſpes contēnere.) Quantum Ænęę laudibus Euander dedit:quale circa ipſum votum ſuę mentis oſtēdit: quando eum Herculi,oſtendēdo domū ſuam his vigere auſpicijs,vt lętos ſemp victores aſpiciat? Quod vero ait,aude hoſpes contemnere opes, oſtēdit cōtemptum opū eſſe difficilem:debere tamē eum tolerare pauperiem, vbi de temporali hoſpitio non de diuturna habitatione tractatum eſt. Et te quoq; dignum finge deo.& ſic poſito faſtu,fac, quod deus fecit: rebuſq; veni non aſper egenis.ſic putatur poſitum,vt ad res egenas non aſpere veniret:ſed non ita eſt.non enim Euander de egeſtate,ſed de paupertate fatebatur.paup eſt enim, cui de eſt maior copia familiaris rei,& tamen aliquantū ſibi ſubſtantię eſt, egenarum autem rerum ſignificatio miſerias exprimit, & mendicitatē plenam.Quid ergo aſſerimus Euandrum dixiſſe?vt hoc non ſit, quod ita diximus intelligēdum.Ne aſper venias,inqt, aut offenſus ex eo,ꝙ ingrederis pauperis domū,ego enim ſi copioſus nō ſum,nec abundās pro merito tuo,non ſum tamen mendicus aut miſer.Quapropter cum dicimus,rebuſq; veni non aſper egenis, non bis debemus accipere,vt ſit non aſp veni,vſurus rebus non egenis.¶Dixit & anguſti ſubter.)Ingētem dixit corpore & dignitate.locauit eum ſtratis,quo poſſet veſpere iam vergente dormire.dicitur iam quale ſtratum habuit pauper.¶Effulctum folijs & pelle.)Iacebat vir tantus folijs fulctus & pelle. hoc enim ſolum paupertas potuit exhibere,ne tamē in totum deprimeret, quod tanto viro prębuerat,paupę addidit.¶Libyſtidis vrſę:) Vt ex pretio beſtię aliqd ſtratis ipſis gratię potuiſſet accedere. ¶Nox ruit, & fuſcis tellurem amplectitur alis.) Deſcribitur non iam noctis initium:ſed nox ipſa plena, & tenebris denſior. ¶At venus haud animo.)In ordinatione verborum huius loci eſt intellectus. hac enim ceſſante fiet vt in periculo filij nec animo mota ſit Venus,& tanto exiſtente tumultu cōiurationis Italię nequicquam videatur exterrita.Sic igitur currit ordinatio, & venus mater haud nequicquam animo exterrrita minis Laurentum. Item aut nequicquam mota tumultu duro:Dedit ergo tantum ſolitudini maternę,quantū debuit:quę etiam ex leuibus cauſis ſunt ſuſpectę pro natis.huius autem mentē nimius turbauerat terror,cum aduerſus Æneam tanta ac tam dura pararantur. hęc poeta ſpecialiter cōmemorare nō debuit.quoniam ſuperius dicta ſunt omnia, ſcilicet coniuraſſe omnem Italiam, auxilia multarum gentium cateruatim cōgregata veniſſe, cum Turno etiam Camillam acrem in dimicatione bellorum, & veniſſe cum multitudine inſtructa,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Missum quoq; ad Diomedem veterem Troianorum hostem. ¶ Vulcanum alloquitur.) Filij quidem victricum, sed tamen maritum suum: tantum habens spei quantum vxor postulans mereri de coniuge debuisset, tantum ponens in desperatione, quantum ostendebat odium, quod inter priuignos esse conuenit, & victricos. hæc igitur Venus tractans se apud victricũ pro priuigno inefficaciter locuturam: consulto occasionem temporis rapuit, vt extorqueret fraude, quod quidem alia ratione nõ poterat. Tempori interea sociauit & locum. perindeq; personæ vxoris loci & temporis suffragabatur occasio, iccirco dixit. ¶ Talamoq; hæc cõ.) vt mater blandimẽta & amplexus ac secreta lectuli ab eo qui poterat nolle, alienus extorqueretur affectus, fieret alio modo possibile, quod odio condito personarũ repugnantium poterat pernegare. ¶ Et dictis diuinum aspirat amorem:) Persuasione dictorum inspirabat, quod se humanis pectoribus diuino quodã dono consueuerat inserere. Diuinus amor, quẽ dat natura, cum nascimur, quo fit vt amemus parentes aut liberos, fratres, coniuges, & cæteros, qui nobis aliqua sanguinis ratione iungũtur. Diuinus amor non est in amicis & cęteris, quos volũtate diligimus aut commodi alicuius aut beneuolentiæ causa: hæc igitur loquẽdi arte laborat, vt talem victricum redderet: quales esse debẽt patres in periculo filiorũ. Incipit ergo ductus ex alto principio loqui, ex eo ostendẽs, q̃ sit difficile priuignum victrici iuuari auxilio. Cæterum si hoc non obstaret, debuit vti fiducia coniugis, & ab ipsis rebus incipere. ¶ Dum bello argolici vastabant pergama reges Debita, casurasq;.) Dum pgama, inquit, reges & argi bello vastabant: & arces incendio vastabant, dixit vasta faciebant: quo alio loco dictum est. Et campos, vbi Troia fuit, vt sic vastata nosceretur in ea nullum fuisse ædificium: debita, hoc dicto astruit causam non petiti tunc auxilij ipsam fuisse, quia ducibus Græcis fatorum ratione Troiæ debebatur excidium. ¶ Non vllum auxilium mi.) Nolui, inquit, tunc aliquid a te petere quoniã fatis aduersantibus perituros iuuare nõ poteras. ¶ Quamuis & Priami.) Licet me, inquit, arctaret affectus q̃ succurrere debebã filijs Priami. hoc propter Creusam potest videri dixisse, quæ filia priami fuit, & ipsius veneris nurus: dolerem quoq; vehementer laboribus Æneæ: nolui tuos labores effundi. Ecce ostẽdit se marito obsequentem, ac se hoc genere commẽdat, q̃ in petendis beneficijs nec assidua fuit, nec perinde odiosa. neq; hoc impetrandi diffidẽtia factum, sed ne Troiani cum Vulcani beneficijs interirent. hoc idem illius quoq; profecit partibus. Ideoq; asseritur tũc tacitum vt consilium fuerit siluisse, non desperatio impetrandi. sic enim prouocari ad largiendum præsens beneficium Vulcan⁹ potuit, si verecundiam in eo probasset vxoris, vt mariti operam nõ inaniter quæreret. Non vllum auxiliũ miseris, non arma rogaui Artis opisue tuæ. Arma voluit pertinere ad artem, auxilium vero ad opem ipsius dei. Interea fatis astruit perisse imperium Troiæ, qd ipsius vitio veneris constabat erasum, vt inuidiam fatis tegeret, & vitaret causam filij sui, secundam fecit, in qua maximũ sustinebat dolorem. quoniam quæ potiora sunt melius collocãtur in fine. ¶ Nunc Iouis imperijs.) Ecce necessaria inuentio, & vtilis ad persuadendum. qui enim Iouis imperio Italiam venire compulsus est, non iuuabatur incassum. perindeq; constabat & illam opportuno tempore postulare, & illum non efficaciter prestiturũ. ¶ Ergo eadem supplex ve.) Eadem, hoc est, quæ tunc tacui, nunc necessario & opportunius rogo. Genitrix nato, dicendo non hominum sed necessitudinum nomina, maiorem miseratione mouit, ac subtiliter dicere visa est, Si vxor non essem, tamen quia mater pro filio peto, etiam si extraneum rogarem mereri debuerã: certe quantum fuit subtile remouere odiosa nominũ victrici atque priuigni: quasi & illud dixisse videretur. Ego vxor a te impetrem pro filio meo, quod priuigno tuo non fueras prestiturus, Arma, inquit, rogo quibus & ille tutus esse possit, & quæ tibi sit procliue præstare. ¶ Te filia Nerei &c.) Extranearũ personarũ datur exemplum, vt quod illis facile præstitũ est, facilius prestetur vxori. ¶ Aspice qui coeãt populi.) Epilogica dictio, quam iccirco ad finem distulit, vt melius partes miserationis impleret: dicẽdo autem, qui populi, & quæ vrbes, multitudinem & feritatem gentium, & vrbium magnitudinem in pronominibus duob⁹ voluit significare. quod vero in perfectam spem dixit, coeant, illud expressit, quod adhuc colligerẽtur, quæ res creabat maximum metum, cum per dies singulos metuenda crescebãt. hoc idem significat & acuant. quicquid enim imperfectum est, plus habet timoris, dum malorum sperat augmentum. Addidit aspice, propter fidem dictis suis faciendam, vt probarent oculi eius, quæ dolentis animum mentemq; feriebãt. Hæc omnia clausis portis fieri maiore metu affirmabant insistentibus, qui gladios inclusi acuebãt, vt nullus sciret quid gererent, in perniciem meam meorũq;, inquit, parari vniuersa manifestum est. hæc magna arte sunt addita in me excidiumque meorum. Iunxit enim negocio etiam personam suam, vt magis magisque mariti mẽtem in suas partes adduceret. nouerat quippe ipse Vulcanus apud Ilium vulneratam Venerem Diomedis ausu, quod cauere debuerat, ne iam in Italia fieret.

ASCENSIVS.

¶ Talibus inter. &c.) Docet quomodo tandem susceptus est hospitio, & ad frugalitatem inuitatus, quasi vero iam tũc loci illius cultores, parsimonia, & frugalitate, rerumque modicitate pręstarent, quibus stantibus, res Romana postmodũ diu creuit: donec sęuior armis luxuria incubuit: vnde dicit de paupertate Luca. Et munera nondum intellecta deum. si enim pauptatis bona intellexissent Romani, nõ sic eam abiecissent, Seneca autem pertractans hoc aureum verbum, Aude hospes cõtemnere opes, & te quoq; dignum Finge deo. dicit, nullum dignũ deo, nisi pauptatis amatorem. Dona. ad hunc locum dicit sic. ¶ Ad tecta.) vt iam appropinquasse ostendat: non autem tecta, ne ingredi videretur. ¶ Regia.) Quæcunque domus, modo a rege habitetur, regia, iure dicitur. ¶ Aude hospes.) Multum tribuit Æneæ, cum Herculi comparat. ¶ Rebusque veni non asper egenis) id est ne asper veni, reb⁹ non egenis. Sum enim pauper, cui & si copia desit, aliquantæ tamen substantię sunt: sed non sum egenus. Ille enim, in miseria est & egestate. Ergo, non bis repetẽdum. ¶ Libystidis vrsę.) Vt ex pretio bestię, aliquid gratię illi strato adderet. ¶ Vulcanum adloquitur.) Tantum habens spei, quantum vxor de viro concipere debet: & tantum desperationis, quantum odium inter victricum & priuignum esse consueuit. Ergo illum fraude adoritur. ¶ Thalamo.) Vt inter secreta lectuli extorqueret, quod ille nollet. ¶ Diuinum.) Quem humanis pectoribus dono inserere cõsueuit. Nam amor, qui est ex voluntate nostra, humanus est. ¶ Priami natis.) De Creusa maxime intelligit, Laborat autem, vt verecunde videatur petere: ne mariti auxilium inaniter rogaret, in reb⁹ quę moueri nõ possent. ¶ Eadem.) Quę tacui. ¶ Genitrix nato.) Maiorem miserationem mouet nominibus necessitudinũ, q̃ mouisset nominibus proprijs. ¶ In me.) Iũxit personam suam, vt magis moueret. Hęc ille. ¶ Ordo est. Æneas, Euander, & Pallas, subibant ad id est iuxta: tecta, id est domicilia Euandri pauperis: ergo & tecta tunc modica erant: & videbant armẽta passim, id est fere per singulos passus, circa regiam Euandri mugire, scilicet tunc: foro Romano, idest vbi postea Romanũ forum fuit: ad rostra, scilicet & carinis, id est ędificijs, ad modum carinarum factis: lautis, id est mundis, & splendidis, quę erant ad viam sacram: vbi nũc sunt diui Petri vincula: vt, id est postq̃: ventum, sup. est: ab eis. i. postq̃ venerant ad sedes, scilicet regias, id est ad domicilia Euandri: Euander, inquit, Alcides. id est Hercules: victor, scilicet mõstrorum, vt Geryone: & Caci: subijt, id est subintrauit, hęc limina: & hęc, scilicet tam modica: regia, id est regis domus: cepit, id est accepit, aut suscepit, seu recepit illum, scilicet tantum deum, & victorem, Iouisque filium. Et ideo, o hospes Ænea, aude: quasi rem terribilẽ & pręter hominum opinionem paradoxon, prędic te cõtemnere opes, id est diuitias: & finge, id est effice, & compone, seu ostende factis: te quoque, id est etiam te, dignũ deo, id est qui pro deo habearis: quia deorum est, humanas opes contemnere: aut finge te dignũ deo, id est illius hospitio susceptus illi ęqueris: & veni nõ asper, id est benign⁹, & placidus, & facilisq;: reb. egenis, idest res modicas: aut (vt Dona. vult) rebus non egenis. quamuis nõ luxuriosis, vt bis dicatur, non dixit, & duxit Æneam ingẽtem, subter fastigia, id est culmina: angusti tect, id est modici domicilij, & angusti, si ad dignitatem Æneę respexeris: facit ergo antithesim: nam antitheta sunt, ingentem, & angusti, quæ ornatũ pariunt, alijs nimis affectatum: vnde Persius, Librat in antithetis, &c. & locauit, id est constituit eum: stratis, id est lectisternijs: effultũ, id est fultitatum: folijs. s. arborum: & pelle vrsæ Libystidis. i. ex Libya. Nox ruit interea. s. dum cœnarẽt: & amplectitur. i. circũplectitur tellurem. i. terram: alis fuscis. i. vmbris eius. s. telluris. At. i. sed: Venus mater. s. Æneæ, exterrita: haud. i. nõ: nequicq̃. i. frustra: sed graui de causa: & mota minis Laurentum, id est Laurentiũ populorum & tumultu duro, idest difficili sedatu: adloquitur Vulcanũ. s. maritum suum: & incipit hic. i. hũc sermonẽ, exorditur aureo, id est ornatissimo thalamo, coniugis. i. mariti sui: & aspirat dictis. i. verbis suis: diuinũ amorẽ. i. gratiã diuinitatis suę. Dũ, id est quãdiu: aut donec: seu quãdo reges Argolici. i. Gręci: sed pcipue Argolici: vastabant bello, Pergama, id est Troiam debita. s. ex fatis, ignibus

inimicis: & arces. s. Ilij: casuras. i. quæ cadere debebant, ignibus inimicis: ego nõ rogaui miseris. i. Troianis: vllum auxilium scilicet abs te, & nõ rogaui arma tuę artis, & opis, id est facultatis nec. i. & non & ego, o clarissime coniux, nõ volui exercere te: ve, provel: tuos labores incassum. i. frustra: quãuis ego deberẽ plurima natis Priami, pręcipue Paridi, qui pro ea iudicarat, cõtra Mineruam, & Iunonem, & Creusæ, q̃ Æneę nupserat: & quamuis fleuissem sæpe laborem durum. i. vix tolerabilẽ, aut diu duraturũ Æneæ: qui sup. constituit. i. constitutus est nũc imperijs Iouis. i. per imperia, & voluntatem Iouis: oris, id est regionibus, Rutulorum, illorum populorum, Turno subditorum: ergo, quia nũc in summo periculo versatur: & tamen illi succurri potest, quia fata nõ obstant: ergo eadem: quæ. s. prius, nihil cõtra fata molita sum venio supplex, scilicet ad te: & o numen sanctum. i. obseruãdum mihi: ego genitrix. i. mater: rogo. i. expeto: nato. i. filio meo, arma vt pia sit petitio. Seruius tñ, qa marito tristi, esset subuenire filio vxoris ex adulterio cõcepto: vult ordinẽ esse, Ego eadem rogo nũc, o sanctũ mihi numẽ, arma. nõ dicẽdo. s. cui, aut pro quo vt tñ fatis inuere cui, quia pmiserat: & durũ Æneæ fleuissem sępe laborẽ: si tñ Seruiũ sequamur quod nõ placet. dicam⁹, filia Neri. s. Thetis: genitrix. s. Achillis: potuit flectere nato. i. filio suo Achilli, hoc est ad cõmodũ eius: te lachrymis. s. suis: & cõiux Tithonia. i. Aurora: potuit te flectere lachrymis: vt. s. Memnoni filio ei⁹ arma fabricares: vñ in. j. Nũc qbus Auroræ venisset filius armis, & alibi, Et nigri Mẽnonis arma. Aspice q. i. quales ppli, coeãt. i. cõgregẽt. Hic manifeste docet: se p Ænea rogare: & q̃ mœnia acuant ferrũ i. arma: qa dictũ est, qd' gnq; vrbes: portis. s. ciuitatũ clausis: vt in graui bello fit: i. i. cõtra me: & in. i. ad excidium. i. destructionem meorum.

PIERIVS.

¶ Carinis.) In Roma. cod. legiẽ, cauernis, errore fœdo. ¶ Subter fast. te. Ingentẽ Æneã duxit.) In co, aliquot anti. subeũt, legiẽ. sed, subter, lectio castior vĩ. aẽr, Ingentẽ Æneã duxit, ĩpfecta erit oro. ¶ Aspirat.) In aliquot ant. co. inspirat. Sed &, adspirat, inueniẽ: qd' nõnullis placet. ¶ Opis ve.) In ant. aliquot co. opusue: vt sit, Arma opusue artis tuæ. Nã nõ tã armorũ psidiũ, q̃ et artificij visendam pulchritudinẽ, admirabitur poeta, in armis ipsis. Est etiã, opisq;, legere. ¶ Imperijs Rutulorũ.) In Oblon. cod. & quibusdã alijs ant. imperio, vnitatis numero, legitur: quod etiã apud Ser. aduertas. Missum vero faciã, quod in plerisq; co. & hic, & alibi, Rutulorũ secunda syllaba per i, notatur. ¶ Genitrix.) Ex anti. co. scribẽdum genetrix, media syllaba per e: vt alibi monuimus. ¶ Nerei.) In co, aliquot ant. Neerei, legitur. In nõnullis Neres. Super quo declinatu multa Ser. memorat. Pris. vero in huiusmodi nominibus, positũ, ait, datiuũ pro genitiuo. Quare, Nerei, scribendũ erit. Sed, Neri, pronunciare non incõgruum, facta syngresi in ει, Gręcam diph.

Genetrix nõ Genitrix



Universidad de Deusto Biblioteca

SERVIVS.

¶ Cunctantem.) Scilicet de promissione, quam rem p amplexum suũ immisso amore psoluit. ¶ Accepit solitã flammam.) Alludit ad rem naturalẽ. Nãq; ideo Vulcanus maritus fingit̃ Veneris, qd' Venerium officium nõ nisi calore consistit. Vnde est, Frigidis in Venerẽ senior. ¶ Labefacta p ossa.) Si ossa labefacit, quãto magis animum: ¶ Atq; olim.) Fere vt solet. nam non est aduerbiũ tpis. ¶ Ignea rima micans.) Id est fulmen, cuius naturam expressit. Nãq; nubes vento coactæ plerunq; rumpuntur, & ex se fulmen emittunt. ¶ Formæ conscia coniux.) Intellexit se dolis & pulchritudine peruertisse mentẽ mariti. ¶ Deuinctus.) Hoc sermone ostendit eum posse cũcta concedere. ¶ Ex alto.) Argumẽtatione longe repetita. ¶ Nec fata vetabant stare.) At qui supra ait, debita. Sed sciendũ secũdũ aruspicinæ libros & sacra Acherontia, quæ Tages composuisse dic tur, fata decem annis quadam ratiõe differri: qd' nunc dicit Vulcanus potuisse fieri. Ergo nõ est contrarium. nam fata differũtur tantũ, nunquã penitus immutãtur: quod etiã Iuno dicit, Atq; immota manet fatis Lauinia cõiux, Attrahere atq; morã tãtis licet addere rebus. ¶ Si bellare paras.) Quia dixerat, In me excidiũq; meorũ. ¶ Possum promittere curæ.) Quicqd in me curæ est, id est officij & solicitudinis. ¶ Liquido electro.) Puro: & secũdũ Pliniũ in naturali historia, sunt tria electri genera: vnũ ex arboribus qd' succinũ dr̃. aliud quod naturaliter inuenit̃. tertiũ qd' fit de tribus partib' auri & vna argẽti: quas partes etiã si naturã resoluas, inuenies. Vnde errãt qui dicũt meli' esse naturale. Electri autẽ natura probat̃ veneno, quo recepto & stridorẽ emittit, & varios ad dissimilitudinẽ reddit colores. ¶ Animæ.) Vẽti, ἀπὸ τῶν ἀνέμων. Horatius, Impellũt animæ lintea Thraciæ. Vnde & aĩa dicitur, quæ secũdũ aliquos ventus est. vt, Atq; in ventos vita recessit. ¶ Precando virib' indubitare tuis.) Id est dubitare. nam in vacat. & hoc dicit, Precum nimietas, postulationis signat dubitationem. ¶ Coniugis infusus gremio.) Hoc est, ante cõcubuit, & sic quieuit. Probus vero & Carminius propter sensum Cacephaton, infusum legunt, vt sit sensus, Dormijt cum coniuge dormiẽte, id est petijt soporem infusum etiam cõiugis gremio. ¶ Curriculo.) Tempore modo: alias loco: alias officio. ¶ Colo.) Hunc sequimur: nam huius coli dicimus, nõ vt Statius, huius colus. ¶ Tenuiq; Minerua.) Et nõ filo tenui, sed paruo pretio lanificij. Et alij hic distiguunt, & subaudiunt mos est, aut placet. vt sit sensus, Cui tolerare colo vitam, tenuiq; Minerua mos, est, vel placet. & sic inferunt. ¶ Impositum cinerem, & sopitos suscitat ignes.) Vt econtra Horatius, Incedis per ignes suppositos cineri doloso. Alij sic legunt, Tenuijq; Minerua impositum: id est, cui hæc necessitas est fataliter data. ¶ Noctem addens operi.) Per transitum ostẽdit noctem esse partem diei. ¶ Exercet penso.) Fatigat. Terẽtius, Primo hæc vitam parce, ac duriter agebat. Hinc ergo traxit Virgilius vt diceret, Castum vt seruare cubile. ¶ Ignipotens.) Vulcanus, vt diximus, ignis est: & dicitur Vulcan' quasi volicanus, quod per aerem volet. Ignis enim ex nubibus nascitur. Vnde etiam Homer' dicit eum de aere præcipitatum in terras: q omne fulmẽ de aere cadit: quod quia crebro in Lemnum insulam iacitur: ideo in eã dicitur cecidisse Vulcanus. Claudus autem dicitur: quia per naturam nunq̃ rectus est ignis. ¶ Ad fabrilia surgit.) Dura: & ex cõtrarijs epithetis fecit ornatum, dicens, Mollibus e stratis surrexit ad opera fabrilia.

¶ Donatus

Dixerat: & niueis hinc atq; hinc diua lacertis POE.
Cunctantem amplexu molli fouet. ille repente
Accepit solitam flammam: notusq; medullas
Intrauit calor: & labefacta per ossa cucurrit.
Non secus, atq; olim tonitru cum rupta corusco
Ignea rima micans percurrit lumine nimbos.
Sensit læta dolis, & formæ conscia coniux.
Tum pater æterno fatur deuinctus amore.
Quid causas petis ex alto? fiducia cessit VVL.
Quo tibi diua mei? similis si cura fuisset:
Tum quoq; fas nobis Teucros armare fuisset.
Nec pater omnipotens Troiam, nec fata vetabant
Stare: decemq; alios Priamum superesse per annos.
Et nunc, si bellare paras, atq; hæc tibi mens est:
Quicquid in arte mea possum promittere curæ:
Quod fieri ferro, liquidò ve potest electro:
Quantum ignes, animæq; valent: absiste precando
Viribus indubitare tuis. Ea verba locutus, POE.
Optatos dedit amplexus: placidumq; petiuit
Coniugis infusus gremio per membra soporem.
Inde, vbi prima quies medio iam noctis abactæ
Curriculo expulerat somnum: ceu fœmina primum
Cui tolerare colo vitam, tenuiq; minerua,
Impositum cinerem, & sopitos suscitat igneis,
Noctem addens operi: famulasq; ad lumina longo
Exercet penso: castum vt seruare cubile
Coniugis, & possit paruos educere natos.
Haud secus ignipotens, nec tempore segnior illo
Mollibus é stratis opera ad fabrilia surgit.

DONATVS.

¶ Dixerat, & niueis.) Ecce quãtã veneri pfuit obseruatio loci, tẽporis, & personæ rationem. non enim tantum cõmouerũt vulcanum veneris verba, quantum necessitas ipsa poscebat. deniq; posuit cũctantem. sed hoc nõ fuerat parum. Si enim non plene tamẽ vterq; cõmotus est. in huiusmodi cũctationibus quid sperandum sit, Terentis docuit, qui ait. Dum in dubio est animus paulo momẽto huc vel illuc impellitur. Necessarium igitur aliquod fuit inuẽtum, vt dubitãtem venus ab incepta sentẽtia celerius reuocaret. Fuit, inquit, in amplexus eius vxor, & inde magis obtẽtura & pulchra hominem circũdedit brachijs, niueis, delicatis, mollib'. fecit arte, quod alio tempore atq; alio loco nõ poterat. Ille vero totis medullis ac membris sic amoris calores accepit, vt nulla pars corporis eius non dissoluta mansisset. Tantum potuit fraudis inuentio, vt vis flammæ per omne corpus perq; corporis venas & medullae excurrens totũ extorqueret marito cũctanti, quod victricus negare potuerat, accedẽte etiam notitia veteris affectus, quæ in cõcitãdis animis plurimum valet. ¶ Nõ secus atq; olim.) Poetarũ more inseruit cõparationẽ vt ostẽderet qua vi per venas & medullas vulcani amoris incẽdia puolauerint: quemadmodũ, inquit, solẽt missa fulmina ruptis nubib' ire tota celeritate per nimbos. ¶ Sẽsit læta dolis.) Tristis antea de incerto. vbi maritũ aduertit esse superatũ. ¶ Et formæ con. cou.) Et illũ victũ esse forma potius q̃ verbis vxoris lætata non immerito est, dolos suos plenis effectibus profecisse. ¶ Tũ pater æterno.) Patrẽ dixit, qui loco fuerat Æneæ profuturus: licet illum venus alia ratione vinxisset. ¶ Quid causas petis &c.) Qua circuitione ait vti voluisti verborũ dubitasse te de mariti voluntate ostendisti. Sic exorsus est, quasi non ipse esset, qui pauloante cunctabatur: ita se facilem præbet & tanq̃ Veneris nõ intellectus ingenio bonum se satis & beneuolũ præstat, quantum illum fecit libido subiectum: si cõsiderares, inquit, esse te coniugem meam, & quid vxor de marito mereatur, aduerteres, non duceres ex alto principia, nec petitionem tuam circuitione munires. Diffidẽtis hoc signum est. nũquam enim inter coniunctas religione personas petitionem futuram sermo laboratus anteuenit, nisi cum honestatis ratio non suppetit, aut destituit̃ meritis persona poscentis. Velim igitur eius diffidẽtiæ nosse rationem, cui' erroribus ducta verbosum superfluis anfractibus impetrare ptendis, quod summota posses loquacitate præsumere. ¶ Similis si cura fuisset.) Reprehendo superioris & præsentis temporis diffidentiam. procliuem se mõstrat effectum. ait quippe & tũc si suggessisses aliquid tuis fuisse necessarium, hos potuissem competenter armare. nõ enim futurum exitum rerũ aliquis poterat nosse. Dicendo & tunc, ostendit se nihil in præsenti negaturum. ¶ Nec pater omnipotens.) Hic tractat poeta, fatorum vim quidem non posse subuerti: posse tamen imminẽs malum aliqua ratione differri. Et si peritura, ingt, fuerat Troia, posset tamen aliquanto adhuc tẽpore perdurare. hoc Iuppiter & fata poterant sinere. Si etiam tunc diligentiam habuisses, & curam, vt in eo cõstitueretur beneficij commodum, si quod celerius perijt, tardius interiret. ¶ Et nunc si bellare paras.) Respõdit ad præterita, & ad præsentia benignior venit. Ita enim & Iliensi bello cõprobat vtilem se Troianis exhibere posse, si præsenti necessitati spondeat profuturum. Si vere, inquit, bellare disponis, & hui' gerendę rei tua fixa sententia est. ¶ Quicquid in arte. m. po.) Alterũ pertinet

pertinet ad firmitatem, alterum ad pulchritudinem: plurimum enim terrorem hostibus incutit etiam splẽdor armorum. Ecce plus, pmisit, q̃ petierat Venus: debebat quippe postulanti sola arma ex ferro promittere, hic addidit dicens faciam ex ferro, & qd' vltra, necessitatem est, electro ornabo, quod fecero. ¶ Quantum ignes, ani. q; va.) Dabunt, inquit, mecum operam, ignes, & venti. animas quippe dixit ventos, quibus ignis animatur, vt forti' calefaciat ferrum. ¶ Absiste precando.) Absiste, diffidentiam tuam mõstrare, dum rogas. proinde cum quicquid possum tuũ sit, remotis precibus vtere viribus tuis. Ea verba locutus optatos dedit amplexus. vbi verbis talibus plenos promisit effectus iuit in amplexus vxoris. per amplexus cætera quoq; cõsecuta intelligẽda sunt. ¶ Placidumq; petiuit Cõiugis inf.) Significatio gremij diuersitatem tenet. gremium enim intelligitur nõ solum sedẽtis sinus, verumetiam quicquid homini ad requiem præstiterit locũ. Deniq; hoc ipsum etiam alio loco tetigit poeta, cũ de eadem Venere & de Ascanio loqueretur. At Venus, inquit, Ascanio placidã per membra quietem Ingerit, & fotum gremio dea tollit in altos Idalię lucos. gremium dixit sinum, quem parauerat dormituro. Item, hęc oculis, hæc pectore toto hęret, interdum gremio fouet hoc est reficit sinu, quasi eum qui pedibus suis peruenisset ad patrem. Et coniugis in gremium late descẽdit, quia cum pluit, excipit terra quicqd de summo descendit. Ecce & hic coniugis in gremium, memorat infusum Vulcanum: hoc est totum proiectũ in corpus vxoris. Bene posuit infusum in vxoris sinũ, qa supra dixit, Ille repente accepit solitam flammam, notisq; medullis Intrauit calor, & labefacta per ossa cucurrit: infundit ergo qm̃ amoris liquefecerat calor. ¶ Inde vbi prima quies.) Vbi, inquit, medium noctis exactum est, & satiatus somno vigilauit, non dum completo sensu, quo ostenderet poeta Vulcanum surrexisse ad cõficiendam armorum fabricam, induxit in medio cõparationẽ, & fecit saltum, peractaq; eius descriptione redijt ad eundem. ¶ Cum fœmina pri. Cui tol. co. vi.) Quemadmodum solet fœmina labore & honestate lanificij necessitatibus domesticis subuenire nõ temporibus lucis, castum seruatura mariti cõiugium & pastura liberos suos, non grauatur vigilare per noctẽ, conficere ad lumẽ stamina, & exercere famulas suas. sic & Vulcanus placiturus vxori mollia strata deseruit laborem præferens voluptati, vt instãtiam Vulcani armorum pręparatione poeta describeret, cõparauit ei fœminam pauperẽ, quæ nõ tm̃ alimoniæ suæ verumetiam natorum solicitudine tãgeretur, & castitatem maritali toro debitam cuperet custodire. huic famulas dedit, nocte vigilantes, quę laborabant. Adijcit facti ipsius cãm In qua vera pauperies demõstratur, castũ vt seruare cubile Cõiugii, & possit paruos educere natos melius existimans lanificio & labore victum, qui non erat liberis paruulis. q̃ corrupta & violata matrimonij fide cõquirere. Ecce quantum animus amoris, quãtum proficit artificium veneris, excitatur Vulcan' noctis medio, relinquitur pulchra vxor, & blandi talis fœminæ deseruntur amplexus: præponitur quieti labor, cœlo spelunca, & strato molli contempto fabrilis artis difficultas elicitur. hoc enim desiderãt ratio temporis & graues ęstus vxoris, submota omni segnitie perfectis opportune armis gratior rediret ad coniugẽ. Describitur locus, inquo Vulcani fuerat officina.

ASCENSIVS.

¶ Dixerat, & niueis, &c.) Recitat qũo Vulcanus, Veneris illectus blanditijs & valido irretitus amore, ad fabricanda arma consensit. De qua re dicit Dona. sic. ¶ Accepit solitam flãmam.) Ostendit plus profuisse loci, tpis, & personæ obseruationẽ, q̃ verba. ¶ Pater.) Qui loco patris Æneæ esset profuturus. ¶ Quid cãs?) Ita loquitur, quasi non ipse esset qui pauloante cũctabatur. ¶ Ex alto.) Longa circuitione verborum. ¶ Nec pater omnipotẽs.) Nõ posse penitus subuerti, sed posse differri fata, ostẽdit poeta. ¶ Ferro.) Ad robur pertinet. ¶ Electro.) Ad pulchritudinem. Sed armorũ splẽdor, vehementer terret hostes. ¶ Animę.) Venti, quibus ignis animatur. ¶ Gremio.) Intelligimus gremium, non solum sedentis sinum, verumetiam quicquid homini ad requiẽ præstiterit locũ. Ita alibi, Et fotum gremio dea tollit in altum. ¶ Famulas.) Pro manibus accipiamus, quibus vice famularum vtũtur pauperiores: quibus ad comparandas famulas, pecunia non est. Hæc ille. ¶ Ordo est. Diua, scilicet Venus: dixerat, id est finiuerat orationẽ suam: atque fouet molli amplexu, lacertis niueis, id est candidissimis: hinc, atq; hinc. i. vtrinq; circumplectentibus. Vulcanũ. s. cũctantem, id est dubitantem: an pro filio ex adulterio cõcepto obsequi deberet ille. s. sic cũctans Vulcanus: accepit flammã, scilicet amoris, solitam. i. cõsuetam illi: & calor notus. i. solitus. s. amoris intrauit medullas & cucurrit per ossa labefacta, id est mollificata, & labentia: non secus. i. non aliter: ac. i. q̃: rima. i. fissura, aut per fissuram exiliens ignea. i. fulmen, quod per rimas nubiũ exilit: micans. i. resplẽdẽs: percurrit lumine corusco. i. tremulo: nimbos. i. nubes ventosas. Coniux læta dolis, scilicet suis. i. artificiosa circũuentione, & conscia formę. i. confidens de forma sua: sensit. i. percepit, Vulcanum amore captum & labefactũ. Tum. i. tũc pater. s. Vulcanus, Æneæ patris loco futurus: deuinctus. i. obligat', Veneri æterno amore fat̃, sup. sic. Quid. i. ad quid: petis causas ex alto id est lõge petitas, per circumlocutionem, & insinuationem? Qui i. qũo (aut quo, legatur) o diua: fiducia mei. i. quã prius habuisti de me: cessit, supp. tibi. i. recessit a te: si similis cura fuisset, sup. tibi id est solicitudo de armis habendis. fuisset nobis fas. i. licitũ: quoque. i. etiam: tum. i. tunc, scilicet cum Argolici reges vastarẽt Pergama, armare. i. armis instruere: Teucros. i. Troianos: nec pater omnipotens. s. Iuppiter: nec fata vetabãt Troiam stare, id est diutius: & Priamum superesse, id est extare, per decem alios annos: quia tot in obsidione erãt Græci. Et nũc, si tu paras bellare, id est bella gerere: atque si hæc, id est huiusmodi mẽs est tibi: absiste indubitare tuis viribus. i. diffidere de tuis viribus, aut dubitare in tuis viribus precãdo. i. suppliciter orando: qui enim precatur, significat se non posse, nisi per eum quẽ precatur, absiste (ingt) indubitare: quicquid curæ. s. solicitę diligentię possunt promittere in mea arte: & id quod põt fieri ferro: ve pro vel: electro liquido, id est puro. Et est versus spondaicus: nam (vt Lãdinus docet) licet inueniatur apud Lucretiũ potestur, qui ait in. iij. Quod tñ expleri nulla ratione potestur. tamẽ hoc loco nõ põt dici potestur: eo quod electrum, primã productam habet: scribitur enim per ἦτα quod semper producitur: sic, ἤλεκτρον de quo per Politianũ statim videbimus plura: & quantum ignes, & animę. i. venti: valent, sup. efficere in fabrili arte. Vulcanus, supp. locut' ea verba, dedit amplexus optatos. i. quos plurimum iam inflammatus optauerat: & infusus gremio coniugis, petiuit placidum soporem: p mẽbra, scilicet singula. i. post coitũ placide dormiuit in gremio coniugis: inde, id est deinde: vbi prima quies abacta. i. transacta, & absumpta, iam medio curriculo noctis. i. per hoc quod mediũ curriculum noctis transierat: hoc est tẽpus quo nox currit: ceu. i. veluti fœmina: cui primum, id est pręcipuum est: tolerare. i. sustẽtare: colo. i. nẽdo: & Minerua tenui. i. exercitio Mineruæ, hoc est textura tenui, vitam. s. suam, suscitat cinerem impositũ. s. sup ignẽ, & igneis sopitos, id est coopertos cineribus, addens operi, id est operationi: noctẽ. i. partẽ noctis impartiens: & exercet penso longo. i. fatigat stamine penso: ideo ad põdus dato, aut lino, seu lanitio colo, imposito ad lumina. s. lucernarũ, famulas, scilicet man' suas aut pauperculas ancillas: vt possit seruare cubile cõiugis, scilicet sui castum: ita vt nõ cogatur turpi quęstu vitam defendere: & educere, id est educare: & in matrimoniũ, aut aliam familiam docere paruos natos, idest liberos suos. Si est cũ fœmina primũ ordo est. Cum, id est quando: fœmina cui, &c. suscitat primũ, &c. sed quia sequitur haud secus, &c. dicerem ceu, vt reperi. Haud secus. i. nõ aliter, ignipotẽs. s. Vulcanus, deus ignis: nec segnior, scilicet quam fœmina dicta (Laurentius tamen Vallẽsis, sed meo iudicio, non recte sentit ordinem esse: nec segnior illo tempore: sed melior est) surgit illo tẽpore. s. quo fœmina surgit e stratis mollibus. s. vbi Venerem dereliquit ad opera fabrilia, quæ nimirũ dura sunt: & ita est antithetõ in epithetis saltẽ. Verba Politiani sunt: Pudet referre q̃ manifestum: sed nondum tamẽ a quoquã quod sciam, nisi nobis indicibus animaduersum mẽdũ Virgilianis codicibus inoleuerit lib. Ænei. viij. Quod fieri ferro, liqdoue potestur electro. Cęterũ in volumine illo, quod ẽ in intima Vaticana bibliotheca mire vetustũ: & grandibus characteribus perscriptũ non potestur offendas: sed potest vsitatius verbum, quę etiã verior esse lectio: vel inde probat̃, quod electrũ vbique prima syllaba lõga, tã apud Græcos ponitur, q̃ apud nostros: neq; quicq̃ interpretes super verbo, potestur, alioquin nouo, inusitatoq; loquuntur. Haud tamẽ pręterit me veteres hoc quoque ptulisse, sicut Pacuuium in Chryse. sicut etiam Lucretium, quẽadmodũ & poteratur lectũ a Nonio Marcello est in Cecilianis annalibus. Sed & alter locus itidem vitio consimili laborat apud eundẽ Poetam, Sceptra Palatini. sedemque petiuit Euandri. Cũ in volumine eodem non petiuit, trissyllabum: sed, petit, dissyllabum scriptũ inueniatur. Quod & metri vis cogit: alioqui prima syllaba Euandri, contra omnem vel rationem, vel consuetudinem, breuis foret. Est vero in vtroque versu, spondeus in quinta sede. In verbo autem petit, syllaba ipsa posterior: vel quia sit in fine vel quia coaluerit vna ex duabus iure producta est. Martianus autem

Universidad de Deusto Biblioteca

Capellaq́;, syllabam docet vbiq́; esse communẽ, quæ desinat in t literam: sicut in illo cernimus Virg. Nam tibi Tymbre caput Euãdrius abstulit ensis.

PIERIVS.

Cunctãtem amplexu molli fouet.) In Seruij verbis aliquid desyderatur: & vt illi etiam suppetias feramus, Nonius Marcellus locum hunc exponens ait, Cunctantem, dubitantem. Quare ita ẽt apud Serui. legendum crediderim, Cunctantem, dubitantem, scilicet de promissione. Deest enim dubitantem, in Seruianis scriptis. Et labefacta per ossa cu.) In plerisq; codi. anti. calefacta, legi: sed, labefacta, Seru. agnoscit. Quæ phrasis Catulliana est non si illam rarę labefactes munere vestis. Tum pater ęterno, fatur deuinctus amore.) In Roma. codi. & in quibusdam alijs perueteribus, deuinctus, legitur: quod amoris proprium est, & vinculum in mysticis significationibus amorem denotat. Neminem enim facilius ad te trahas, & arbitrio colligaris tuo q̃ amantem: poetæ vero passim amoris laqueos, & retia decantarunt: vt sæpe apud Lucretium, Nam vitare plagas in amoris ne iactamur. Nõ ita difficile est, q̃ captum retibus ipsis Exire, & validos veneris perrũpere nodos. Quid causas petis ex alto? fiducia cessit. Quo tibi diua mei?) Legitur vtroq; loco, qd: vt repetitio sit, Quid causas petis? ex alto fiducia cessit, Quid tibi diua mei? Sed, quo, aduerbiũ, secũdo loco magis placet, illud autẽ, quod est ex alto. Seru. exponit, argumẽtatione lõge repetita. Nonius, ex vetusto & antiquo interpretatur. Quod fieri ferro li. potestur ele.) Potestur, omnino in cod. aliquot antiquis reperitur: & in aliquot etiam duę vltimæ literæ abrasæ sunt. In Roma. tamen, & in quibusdam alijs cod. ipsa vetustate venerabilibus, potest, habet. Quod magis placet, vt duo declinemus euitanda, potestur, illud post Lucretiana tempora iam obsoletum: & primam in dictione, electro, correptam: quę natura longa est: vt, Sudant electra myricæ. ἤλεκτρον, enim Græce, per, η vocalem omnium porro consensu longã, scribitur. Placidumque petiuit Coniugis infusus gre. per mẽ. so.) Sunt codi. admodum veteres, in quibus, infusum, legitur, quod non ęque placet. Ceu fœ. pri. Cui to. co. vi. tenuiq; Minerua.) Quia sequitur inferius, haud secus ignipotẽs, crediderũt nonulli, Ceu fœmina, legendum. Sed enim codi. pleriq; veteres, cũ ijs, qui apud me sunt, cum non ceu, legũt: spectat enim comparatio ad tempus etiam ante Lucanum, quod & Volcanalia nuncupãt: quare addit, Nec tempore segnior illo. Sed hoc vtcunq; placeat, non laboro. Quod vero super tenuiq; Minerua: tam multa congerantur ab interpretibus, in loci huius expositionẽ excogitata, aliter nonnulli codi. admodum antiqui legũt, vbi, calathisq; Mineruæ, habetur. Sed enim, tenuiq; Minerua, in Ro. co. est in Me. & alijs quibusdam: eamq; lectionem agnoscunt Aru. Messus, & Priscia.

SERVIVS.

Insula Sicaniũ iuxta latus, Æoliamq; Erigitur Liparẽ.) Physiologia est cur Vulcanꝰ i his locis officinã habere fingat inter Ætnęã & Liparẽ. s. propter & ignẽ & vẽtos quę apta sunt fabris. Æoliã aũt, ideo Liparẽ, qa vna est de illis septẽ insulis, in quibus Æolus imperauit. Antra Ætnæa tonãt.) Magnitudinẽ ictuũ ostẽdit, qbus ẽt vicini mõtes resultabãt: aut certe Ætnęa quasi Ætnę dixit. Auditi referunt gemitus.) Per echo: & breuiter significauit. Stricturæ chalybum.) Strictura est terra ferri i massam coacta. Chalybes autem, ppie populi sunt, apud quos nascit ferũ: vt, Ipse At Chalybes nudi ferrum virosaq; Põtus Castorea. vnde modo Chalybum posuit stricturas, pro ferri massis. Hoc tunc.) Id est huc tunc: & Hoc pro Huc posuit scdm ãtiquũ morem. Nam antea Hoc aduerbiũ loci fuit, qd nũc aboleuit, Nã crebro in antiquis lectionibꝰ inuenitur, sicut i epistolis probat Verrius Flaccus exẽplis, authoritate, rõne, dicens in aduerbijs pro u, o plerunq; maiores ponere cõsuetos: & sic p huc, hoc veteres dicere solebant: sicut pro illuc, illo dicimus. Vnde etiã hoc, o longũ eẽ apparet, sicut illo dicimus, quod pro illuc ponit. Brontesque.) Quid facturi sint, ex noibus docet. Nã Brõtes a tonitru dictus est, ἀπὸ τῆς βροντῆς. Steropes.) A fulgetra, ἀπὸ τῆς στεροπῆς. Pyracmon) vero, qui nunquam a calenti incude discedit, ἀπὸ τοῦ πυρὸς καὶ ἄκμονος. Nam πῦρ ignis, est ἄκμων incus. Nudus membra.) Per hãc ẽt cęteros nudos fuisse significat. Informatũ.) In quẽdã formam designatũ & compositum,

Strictura. Chalybes

Insula Sicaniũ iuxta latus: Aeoliãq;
Erigitur Liparen, fumantibus ardua saxis:
Quã subter specus, & Cyclopũ exesa caminis
Antra Aetnęa tonant: validiq; incudibus ictus
Auditi referunt gemitũ: stridũtq; cauernis
Stricturę chalybũ: & fornacibus ignis anhelat:
Vulcani domus, & Vulcania noie tellus.
Hoc tunc ignipotens cœlo descẽdit ab alto.
Ferrũ exercebant vasto Cyclopes in antro,
Brontesq;, Steropesq;, & nudus mẽbra Pyragmõ.
His informatũ manibus iã parte polita
Fulmen erat: toto genitor quæ plurima cœlo
Deijcit in terras: pars imperfecta manebat.
Treis imbris torti radios, treis nubis aquosę
Addiderant: rutili treis ignis & alitis Austri.
Fulgores nunc terrificos, sonitũq;, metũq;
Miscebant operi, flãmisq; sequacibus iras.
Parte alia Marti, currũq;, rotasq; volucres
Instabant: quibus ille viros: quibus excitat vrbes:
Aegidaq; horrificã, turbatę Palladis arma
Certatim squamis serpentũ, auroq; polibant,
Connexosq; angueis, ipsamq; in pectore diuæ
Gorgona, desecto vertentẽ lumina collo.
Tollite cũcta inqt, cęptosq; auferte labores VVL.
Aetnęi Cyclopes: & huc aduertite mentẽ.
Arma acri facienda viro: nunc viribus vsus,
Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistra:
Præcipitate moras. Nec plura effatus: at illi POE.
Ocyus incubuere omnes: pariterq; laborem
Sortiti: fluit æs riuis, auriq; metallum:
Vulnificusq; chalybs vasta fornace liquescit.
Ingentẽ clypeũ informant, vnũ omnia contra
Tela Latinorũ: septenosq; orbibus orbeis
Impediunt. alij vẽtosis follibus auras
Accipiunt, redduntq;: alij stridentia tingunt
Aera lacu, gemit impositis incudibus antrũ.
Illi inter sese multa vi brachia tollunt
In numerũ, versantq; tenaci forcipe massam.

tum Dicit aũt in fulmine partẽ nõ perfectam, partem iam politam fuisse. Toto genitor quę plurima cœlo.) Toto cœlo. i. ab omni parte cęli. Nã dicũt physici de sexdecim partibus cœli iaci fulmina. Quę) autem, qualia: vt, Hũc ego te Euryale aspicio. i. talem. Ergo hoc dicit, Faciebant fulmẽ in eorum similitudine: quę Iupiter iacit toto cœlo, hoc ẽ diuersis partibus cœli. s. sexdecim. Treis imbris torti radios.) Constricti & coacti in grãdinẽ. Statius, Siccos quos asp̃ hiatu Pręsolidat Boreas. Et sciẽdũ hoc eũ velle ostẽdere, toto anno iaci fulmẽ: nam p has, Periphrasis tpa ostẽdit anni totiꝰ, quę & quatuor esse & ternos mẽses habere manifestũ est. Vñ dicit, Treis imbris torti radios: hoc est grãdinis quę abũdat per hyemẽ. Treis nubis aquosę.) Hoc ẽ veris, quo tẽpore nimię sunt pluuiæ. vt, Et ruit imbriferũ ver. Rutuli treis ignis) Hoc est ęstatis. Et alitis austri.) Id est Autumni, quo vẽtorũ crebra sunt flamina. Et prudẽter his noibus naturã exprimit fulminis: qd necesse est vt p nubes nascatur & vẽtos. Fulgores nũc terrificos. Quas fulgetras dicunt. Sonitũq; metumq;.) Per sonitũ, tonitrua ostẽdit: p metũ, fulgetras. Et hũc ordinẽ sic posuit vt hoibus videt. Nã re vera p̃or est collisio nubiũ vñ ignis micat. Nos aũt ideo prius fulgetras videmus q̃ tonitrua audimus, quia velocior oculorum q̃ aurium sensus est. Sequacibus. (Persecutricibus. Ægidaque horrificam.) Ægis proprie est munimentum pectoris æreum, habens in medio Gorgonis caput: quod munimentum si in pectore numinis fuerit, ęgis Vocatur: si in pectore hominis

Ægis

hominis, sicut in antiquis imperatorum statuis videmus, lorica dicitur. Turbatæ.) Pro turbantis, nam timuit Homœteleuton, & fecit supinum significationem, Alij ad fabulam referũt, qa dicitur in bello gigantum arma perdidisse turbata, vt quasi ipsa nunc reparet. cuius dicti nullus author Idoneus inuenitur. Squamis serpentum, auroq; polibant.) Ægida horriferam aureis squamis serpentum certatim polibant. Alij volũt re vera de corio serpẽtũ dicere arma esse leuigata. Connexosq; angues.) Gorgonijsq; scilicet capiti. Desecto vertentẽ lumina collo.) Aut sua lumina circũferentem, & mortis indignatione quærẽtẽ quorum se interitu posset vlcisci. Aut certe intuentũ lumina in saxa vertẽtem. Hoc autem caput ideo Minerua fingitur habere in pectore, quod illic est omnis prudentia quę cõfundit alios, & imperitos ac saxeos comprobat. Tollite cũcta, inquit.) Vile est quod plerique dicunt propter arma Martis iratum esse Vulcanum, pręsertim cum & arment Mineruam & fabricent fulmina Cyclopes: & Vulcanus dixerit, Cuncta tollite. Ergo tollite, aut differte est, aut celerius terminate. Cœptosq; auferte labores.) Quia dixerat, His informatum manibus iam parte polita Fulmẽ erat. Ætnęi Cyclopes.) Vt Ætnæos fratres. Nunc viribus vsus.) Nũc est vestrarum virium exercitium, id est, tempus est exercendę virtutis circa arma viri fortis. Arte magistra.) Ambitiosius quam si magistri diceret, rem personæ in artem trãstulit: vt si dicas, opus est peritia medicinæ. non medici. Præcipitate moras.) Præcipitanter, id est festinãter abijcite. Nec plura effatus.) Sicut festinãtem dicebat. Ocyus incubuere.) Quam ille præceperat. Pariter. Pari modo. Sortiti.) Diuiserunt inter se laboris officium: vt, Sortiti remos. Vulnificusq; chalybs.) Populum apud quos nascitur, pro ferro posuit. Et. Liquescit) dixit proprie. Nam ferrũ non soluitur, sed mollescit. Informant.) Designant. Ingẽtem) autem & magnitudine, & soliditate. Nam &. Clypeum) dixit, qui magnitudine corpus tutatur. Vnde & clypeus dictus est ἀπὸ τοῦ κλύπτειν. & dicturus est. Septenosq; orbibus orbes impediunt.) Id est veluti septem scuta facta in vnitate cõnectunt. Accipiunt, redduntq;.) Iũgẽdum. vno enim eodemq; tempore partim reddunt, partim ventos accipiunt. Stridentia tingunt.) Tingendo stridere faciunt. In numerum.) In ordinem: vt, Tunc vero in numerũ Faunosq; ferasq; videres Ludere. Forcipe.) Forfices sunt quibus incidimus: forcipes quibus aliquid forũ tenemus, quasi forui capiens. Nam foruum est calidum. Vnde & formosos dicimus, quibus calor sanguinis ex rubore pulchritudinem creat.

Forfices forcipes.

DONATVS.

Insula sicanium iuxta latus &c. (Quid de tali loco exire potuit vel sonare? nisi fumus, ignis, & gemitus, strepitusq; tundentium ferrum? Lipare, inqt, insula fuit iuxta fines Siciliæ, hoc est opportune proxima. Deinde alludit ex his quæ in eadem vertebantur. Aeolia illic erat, inquit, scilicet propter vẽtorum necessarium flatum, & ipsa in sublime tollitur satis fumãtibus, & in altitudinem suapte natura perductis. ibi cum artifices nixu i effectus celeres etiam natura certabat, quam subtus specus & cyclopum exesa caminis antra Aetnæa tonant. In locis enim vacuis & inanibus atque conclusis nata vox, aut emergens strepitus duplicat. Deniq; non sonãt dixit, sed tonãt. validiq; incudibus ictus. Validi ictus, vtpote cyclopei, auditi referũt gemitum, incussi ictus audiebantur cum illiderentur: illisi tamen nõ sonitum sed gemitum reuocabant. Magnitudo spelunce descripta est, propter multorũ operum molem, & operantum cyclopeum vastitatem. Stridũtq; cauernis stricturæ chalybum, & fornacibus ignis anhelat. Ferrum quippe cum validum igni exarserit, stridit, ignis autem cum assiduis ventorum flatibus verberatur, anhelitum quendã spirat, ac mittit. Vulcani domus ac vulcania nomine tellsu. Aptus locꝰ, in quo Vulcanus commorari debuisset, & regio ipsa cõueniẽs, quæ non immerito Vulcania diceretur. Hoc tunc ignipotens.) Augmentum illorum, quæ superius dicta sunt. relictam coniugẽ formosam, & blandam, stratum molle medio noctis desertum, laborem delicijs præpositum. Vulcanus enim in tali negocio & vrgẽte tempore in ea causa, quæ vehemẽter vrgebat, vxore in periculo filij suspensa non misit aliquem, sed ipse cœlo relicto perrexit. hoc est pronunciandum, producẽda est, o, vt aduerbium loci sit, & fiat vitium, vt sic hoc cœlo id est eodem in quo gesta sunt, quę superius dixit. Cæterum si speluncæ locum significare voluisset, diceret huc descendit. Ferrum exercebãt.) Cum venisset ad speluncam, inuenit cyclopes in alijs operibus occupatos. quę res futuris rebus addidit gratiam. Inuentum est quippe vt propter Aeneæ meritum postponi debuisset: verum quia supra dixit antra Aetnæa tonant, Dat cyclopibus nomina, quæ tonitruis & motibus cœlestibus conuenirent. Brõtes a rugitu, qui existit cum fabricæ opus exercetur & velut tonitrua meditatur. Steropes propter scintillas, quæ in modum stellarum mittuntur, cum ardens massa contunditur. Et pyragmõ nudus propter ignem, sine quo duci in formas ferri species non potest. Quod ait, nudus, ad tres cyclopes intelligendum est pertinere. nõ enim vnus operam fabricis dabat nudus vestitis alijs: ac per hoc nudus brõtes, nudus steropes, nudus pyragmon, ferrum exercebant simul omnes.

Brõtes Steropes Piragmon

His informatum manibus iam par. po. Ful. erat. &c.) Omnium istarum specierum descriptio ad laudẽ posita est: inde enim crescit Aeneæ meritum, cũ ipsis necessaria diuinis pręponũtur operibus, & inde maior eius gloria est, cum ipsius primo perficienda mandatur tantorum deorum speciebus sine aliqua pfectione reiectis. Iccirco sic Vulcanus exorsus est, dicens. Tollite cuncta.) Cuncta, hoc est vniuersa, quæ speciatim superis enumerauit fuisse in manibus cyclopũ. Ecce quantus ardor perficiẽdi, quę vxor postulauerat pro filio suo. Iubetur omnia remoueri, nec saltem persona Iouis excipitur, qui deorum omnium retinet imperiũ. Cumq; alloqueretur cyclopes, & remouenda vniuersa pręciperet, & remotionis ipsius causas mutaret, & cogeretur edicere. nõ prius aliquid protulit, q̃ moneret attẽtius audienda, quæ fuerat narraturꝰ. Aetnæos cyclopes, laudis causas posuit. hoc enim illi honore gloriabãtur. Debuit quippe hoc genere etiã beneuolos facere, vt lenitas laudis authoritatem iubentis attolleret. Arma acri facien. vi.) Quam cito, & quid fieri oporteret, dixit: & tetigit licet sub generalitate personam afferens acrem: vt in eo exprimeret, qualia arma fieri conueniret. Interea cum loqueretur, & remouenda vniuersa mãdaret, & remotionis ipsius causas afferret quod secretum inter se & vxorem suã fuit breuitatis ratione ductus simul, & pudoris sui causas, cõtexit. Turpe enim fuit dicere & satis prolixum, vxor mea petit, vt filio eius arma faciam. Iccirco veni, ne animum ipsius lædam, si non fecero, aut tardius fecero. Omnia igitur expressit, nec venerem in eo, nec Aeneam nominauit, ne in causa priuigni, qui ei per naturalẽ malitiam charꝰ esse non potuit, vxorem se magis ostenderet, & probaret. Ait igitur est vir acer, cui volo arma fieri: virum dixit, qualem i themate posuit dicens. Arma virumq; cano. virum enim etiam hoc loco dixit, nõ vt sexum significaret, sed meritum eius, & corporis. Denique acri addidit vt ostenderet dignum, quem ipse Vulcanꝰ armaret, vt merito videretur dixisse cuncta, & omnes de medio cœptorum operum labores auferte. Nunc viribus vsus.) Tria posuit, vires, manus, & artem. His enim ferrariũ opus potest explicari. Præcipitate moras.) In beneficijs quippe vel maximi belli præstandis non solum factum sed & facti ipsius maturitas grata est. præcipitate moras, ad omnia pertinet, hoc est & ad remotionem specierum, & ad fabricam, & ad pulchritudinem armorum. Solet enim diligentia mora comitari, vbi enim volumꝰ aliquid rectius fieri, necesse est, interueniat mora, quæ ne fieret, pręuenit dicens, non tantũ bene fiant, quæ iubeo, verumetiam cito. Nec plura effatus.) Tanta quippe necessitas demonstrata est, vt necessaria potius strictim q̃ superflua plurimis dici debuissent, vel maxime cum breuitas ipsa nihil subtraxerit causæ, cum dictum sit, fiant arma magistra arte, hoc est fortia & decora, & omni perfectione cõpleantur. At illi Ocyus incubue. om.) Hic ostẽsa est mandatorum memoria, & iubentis authoritas: omnes simul laborem aggressi sunt, hoc est nullus ipsorum remansit in mora, & cum omni celeritate incubuerunt. hoc enim maxime inter mandata Vulcanus dixerat curandum. quod ait, incubuere, ostendit cyclopes opus iussum totis viribus aggressos. Paritersque labo. Sor.) In hac enim arte, vt in alijs diuersa sunt officia faciendi, quæ in vnum dehinc collecta vnam speciem reddunt: necessarium igitur laborem sortiti sunt, hoc est fortis iudicio diuiserũt. Fluit æs riuis,) Inter fluit & liquescit plurimum differt. fluit enim quod sic soluitur vt currat effusum. deniq; fluit, inqt riuis scilicet vt aqua. hoc pertinet ad æs atq; aurum: ferrum vero quoniam est materiæ duri oris, liquescit, dixit, hoc est tãtum mollitur, vt perdita duritie, quę est in eo, in liquorem vi caloris arctetur: vt neq; constrictum sit neq; fluere possit vt solutũ. Ecce dixit quomodo laborem operis diuisissent. alij, inquit, cõflabant ęs, alij aurum, alij ferrũ molliebant. non enim fieri poterat vt diuersi generis metalla in vnã fornacem congererentur: sed omnia vno tempore futuris speciebus parata pręueniret. alij igitur alijs operã dabant: vnam interea fornacem, quam dixit vastam, sic debemus accipere, vt vna singulis nõ omnibus pariter videatur fuisse deputata, perindeq; vt vna auri fuerit, alia æris,

Universidad de Deusto Biblioteca

alia ferri. Vulnificusq; cha.) Tunc vulnificus, quia præter fabricãdos gladios parabatur. cęterum si erit in nauale opus aut rusticum aut simile aliud, non erit vulnificus. Ingentem clypeum infor.) Hic simul sunt omnes, vt informaretur vna species maior. Vnum omnia cõ. te, lati.) Exposuit quod dixit, ingentẽ clypeũ. posset gestator occurrere etiam si Latinis omnib⁹ simul iacere tela contigisset. Sed hæc ex persona poetæ debemus accipere. Cæterum nesciebant cyclopes, cui vel contra quem arma illa pararentur. post scuti igitur formã contextus eius cõsequenter ostenditur. Septenosq; orbi. or. Impe.) Quatuordecim circulis sic clypei textã currebãt ordinatis orbibus, vt seinuicẽ nectere & impedire viderẽtur. Incipit rursum exponere, quid sit, pariterq; laborem fortiti. Alij ventosis fol. au. Accipiunt, red. q;.) Non, q; ventum habeant folles ventosi dicti sunt: sed, q; vẽtum admittãt, vbi auras acceperint. cęterum si non moueantur, nullus ex ipsis ventus existit. Alij stri. tin. Æra lacu.) Emittit quippe stridorem ferrum accensum, cum in aqua fuerit missum.) Gemit imposi. incudi. an.) Gemebat omne antrum crebro verberatis incudib⁹. Illi inter se. mul. vi bra. tol. In nume. &c.) In numerum tendebant, in numerum maxima versabãt, ordinatis scilicet vicibus ferendi atque versandi, ne ictus illiderent ictibus, aut massam tempore importuno conuerterẽt: Quia incudibus dixit pluralem numerum tangens, & hic singulari numero posuit forcipem & massam: responsum omnibus debet intelligi, nõ enim vnam massam plurimi tenebant aut versabãt: sed qui singulis incudib⁹ pręerant aut tundebãt in alueis: aut vnusquisq; massam, quã in opere habuit forcipe versabat.

ASCENSIVS.

¶Insula Sicanũ. &c.) Docet ergo, vbi Vulcanus fabricam, & officinam suam habebat: & quibus fabris vtebatur: & quo in opere tunc versabãtur, cum adueniret. Vnde, quia res facilis est, & nihil habemus Donati. ¶Ordo est. Insula. s. vbi dr̃ Vulcani antrũ, erigitur. i. eminet, & extendit existens ardua saxis fumantibus. s. ex ardore intrinsecus proueniente: erigitur dicit inter latus Sicanũ id est Siciliense latus, hoc est inter Ætnam, & Liparen. s. insulam: Æoliam, id est quæ est vna ex Æoli regionib⁹: subter quam. s. insulã arduam: specus, & antra Ætnęa. i. similia Ætnęis, & eis vicina: exesa caminis, id est fornacibus, aut ipsis ignibus Cyclopũ: tonãt. i. vehementẽ sonitum edunt: & ictus validi. i. vehemẽtes auditi: incudibus. i. quia super induces fiũt: referunt gemitũ. i. ingẽtem sonum, ex imo, & stricturę. i. massæ teneræ iam compactæ chalybum. i. ferri chalybũ, aut eis similis, strident cauernis, idest per cauernas: & ignis anhelat. i. quasi respirat, & anhelitũ defessus emittit: fornacib⁹. s. fabrilibus. appositorie, domus. i. qui locus est domus Vulcani: & tell⁹ est nomine. i. nominat Vulcania. Ignipotẽs, scilicet Vulcanus: descẽdit tũc hoc. i. ad hãc dictã insulam: ab alto cœlo. s. de thalamo Veneris, per sphæram ignis: & Cyclopes. i. fabri, ipsius famuli: vnũ cyclum. i. oculũ latum in fronte habẽtes. s. Brontes, & Steropes, & Pyracmon: nudus mẽbra. i. habens membra nuda (quæ nõia, ab officio ficta sunt, vt Seruius docet. Hesiodus pro Pyracmone, Harpen ponit.) exercebant ferrũ. i. fabricabant, & mulcebant se: exercẽtes in antro. s. Vulcani: vasto. i. valde amplo: fulmen informatum. i. adhuc informe: & nondum perfectam formam habẽs: sed parte iam polita, erat his. s. dictis fabris, sup. in manibus: quę. s. fulmina: genitor. s. hoĩum: deorũq;: Iuppiter deijcit toto cœlo, plurima in terras: & pars manebat imperfecta, quia nondum absoluerant: ipsi addiderant. i. cõmiscuerant. s. prius: treis radios imbris torti. i. cõstricti, in grãdinẽ: & treis radios nubis aquosæ. i. aquã resolubilis: & treis radios ignis rutili, id est rutilantis, & resplendentis: & treis Austri. i. venti, hoc est aeris: & exhalationis alitis. i. volatilis: & miscebant. i. commiscebãt, nunc. s. cum Vulcanus adueniret: fulgores terrificos, & sonitũ, & metũ: poetice rem physicam describit: & miscebant operi, & flammis sequacibus. i. persecutricib⁹: iras. i. vim prosternẽdis, qualis est in iratis. Et ipsi instabant. i. instanter faciebant alia parte: quia prior, naturalis: hæc, artificialis erat Marti: vñ patet Veneris potẽtia, quæ maritum ad hoc impellere potuit, vt adultero operam præstaret: & currus, & rotas volucres, quib⁹. s. in bello vtat. Et ipsi polibant, pro poliebant: certatim squãmis serpentũ. i. in modũ earum, earũ, quas habent serpẽtes, & auro. i. squãmis aureis: ægida horrificam. i. scutum terribile, appositorie, arma Palladis turbatę, idest qñ turbatur: & polibãt angueis comnexos: & ipsam Gorgona. s. Medusam, cuius capilli in angueis versi erãt: in pectore. i. quę pẽderet de pectore, diuæ. s. Palladis (bene aũt Marti, & Palladi, morem gerit: quia vterq; est, de natura ignis.) Gorgona (inquit) vertentẽ lumina. i. oculos, ex indignatione collo desecto, i. ense diuiso. Et, sup. Vulcanus inquit, o Cyclopes Ætnęi: tollite cũcta. s. hęc & auferte labores cœptos & aduertite mẽtem huc. i. ad hoc quæ dicã: per quod verbum, innuit rem artificiosam, & arduam velle fieri. Arma, sup. sunt facienda: viro acri, id est strenuo: nõ dicit, cui: ne turpe sit pro adulterino filio: ex cõiuge quicq; facere: sed innuit poeta, per hoc, quantũ possent blanditię mulierũ in viros qui nisi dedecus obstet, vltra honestatẽ sępe morigerẽtur: Vsus, i. vtilitas, & opus est nunc: viribus (alij legunt, viribus vsi: vt sit, vos vsi, &c.) pcipitate moras. s. virib⁹ validis: & opus est nũc, manibus rapidis, id est raptim operãtibus, vrgebat enim necessitas & opus est nunc, arte magistra: vt, scilicet vtiliter cito, & scienter fiant. Pręcipitate, idest pręcipitanter abijcite moras. Nec Vulcan⁹ sup. effatus est plura: at illi, scilicet Cyclopes dicti: icubuere, idest operam dedere: omnes ocyus, id est valde cito, & fortiti sunt pariter laborem: æs fluit riuis, idest per riuos: & metallũ auri. ipsum aurum fluit riuis: & chalybs, id est ferrum durissimũ quod chalybes temperant: vulnificus, i. vulnera facere solitum: liquescit. i. liquesit, fornace vasta: & informant. i. valde formant, & artificiose faciunt: clypeum ingentem. i. valde magnum: vnum. i. qui sol⁹ sit contra omnia tela Latinorũ: & impediunt. i. implicant: septenos orbeis orbibus, scilicet singulis. Alij. i. quidã ex illis: ergo plures erant, q̃ dicti tres: accipiunt follibus ventosis auras id est vẽtos: & reddunt. s. acceptos, id est efflant, aut expellunt compressi. Alij, tingunt lacu. i. aqua in morem lacus stantis: æra stridentia: dum, scilicet intingunt: antrum gemit incudibus impositis: illi. s. fabri tollunt multa vi inter se in numerum. i. secundum proportionẽ rhythmicam, brachia. s. sua: & versant massam. s. illius, commisti ex ferro, ære, & auro: forcipe. i. instrumẽto, quo forum. i. calidũ capitur e fornace tenaci, i. fortiter tenenti: vnde a quibusdam, tenellę dicũtur.

PIERIVS.

¶Quã subter spe.) In vetustis aliquot exempla. Quam subtus, habetur. Stricturę chal.) Strictura (inqt Ser.) est terra ferri in massam coacta. Nonius Mercellus locũ hũc citat: exponitq;, stricturę sunt scintillę, a stringẽda vero acie, vocabulum stricturis impositum, ait Pli. lib. xxxiiij. Huc tunc ig.) Huc, quidẽ in plerisq; vulgatis cod. habetur: sed pleriq; veteres, hoc, legũt: quod Ser. agnoscit, pro, huc, positum. Circumfertur vero epitaphiũ, quod extat Capuæ, in quo de more huiusmodi scriptum sit. Inferri hoc non licet, nisi quorum nomina scripta sunt, & quib⁹ cauero. Deijcit inter.) Antiqua aliquot exemp. Deicit, vnico i, legũt. Lõge vero plura, Deiecit, pene vltima correpta: eaq; dictio, pñti tpe, plurib⁹ locis ita scripta, Deiecio, deiecis: non, deijcio, scribi aliqñ solitum ostẽdit: ac de mutatione gdẽ literę, i, in e, satis superius disputatũ. Hoc vero loco, No. Marcellus, deijcit, mittit, interpretatur. Fulgores nunc te.) In Ro. & omnibus fere alijs veteribus cod. Horrificos, legere est. Et vbi inferius habet, Ægidaq; horrificam iidem omnes quot viderim codi. Horriferam, legunt, vno cõsensu. Polibant.) In aliquot anti. poleibant: de qua scribẽdi ratione, satis superius disputatum est. Delecto ver. lu. col.) Sũt co. in quibus, disiecto, legatur, In aliquibus, disiecto. In Roma. deiecto. Sed, delecto, magis placet: vt in Med. est. Cœptosq; au.) In cod. aliquot ant. certos, legitur: hoc est, qui quotidiana opera exercentur, qui olim instituti q vobis pręcipue soliti. Nã alia q̃ soleãt excudere, nũc opera impetraturus est. Nõ tamẽ displicet, cœptos: vt co. aliquot etiã manu scripti legunt. Pręcipitate mo.) In aliquot anti. morã. Sed numero multitudinis magis placet, qd⁹ maiorẽ ostẽdit festinationẽ. Forcipe massam.) Sunt quidam cod. in quib⁹, forfice, legatur, Sed enim Ser. agnoscit: forcipe: & vtriusq; diuersum ostendit vsum. Carisius, forcipe, loco hoc positum a Virgilio tradit: quamuis de forfice cum Seruio nõ sentiat. Quod vero exemplaria. massam, habent, in Carisii cod. eius loco, ferrum, legitur.

SERVIVS.

¶Dũ hæc properat. Properãter facit: & est honesta elocutio. Æolijs.) Nã, vt diximus, Vulcania vna est de septẽ Æolijs. Lemnius.) Quia in Lemnum insulam, vt diximus, cæcidit, a Iunone, pp̃ter deformitatem deiectus: quã aerẽ constat eẽ ex quo fulmina pcreantur. Ideo autẽ Vulcanus ex femore Iunonis fi gitur natus quod,

Hæc pater, Aeolijs properat dum Lemnius oris:
Euandrum ex humili tecto lux suscitat alma,
Et matutini volucrum sub culmine cantus:
Consurgit senior, tunicaq; inducitur artus:

quod fulmia de vno aere nascunt: qd ẽt Lucan⁹ dicit, Fulminib⁹ terrę pprior succendit aer, Pacẽ summa tenẽt. Volucę sub culmine.) Põt & gñaliter volucę quarũuis accipi: pt & spãliter, vt hirũdinũ. Tyrrhena vincula.) Tusca calceamẽta. Et dicit crepidas quas primo habuere senatores, post equites Romãi nũc milites. Tegeũ ensem) Arcadicũ gladiũ. Demissa ab læua pãtherę terga retorquẽs.) A sinistro humero pellẽ demissam habuit, quã retorqns & ĩ dextrã reuocãs partẽ se amiciebat. Gemini custodes.) Hoc & in Homero lectũ est: & in historia Romana quę ait, Syphax iter duas canes stãs Scipionẽ appellauit. Sermonum memor.) Scilicet promissi auxilij. vt, Auxilio tutos dimittã opibusq; iuuabo. Heros. Hoc nomen non tantum præsentis est virtutis sed & preteritę. Vnde est q; Euandrum Heroem dicit, cum sit virtutis emeritæ: plerumq; heros & generis est. Matutinus agebat.) Re temporis ad personam transtulit. Licito tãdem dẽ smone.) Tãdẽ, q̃a amborũ desyderio, nox fecerat morã.

Et Tyrrhena pedum circundat vincula plantis.
Tum lateri, atq; humeris Tegeæum subligat ensem,
Demissa ab læua pantheræ terga retorquens.
Necnon & gemini custodes limine ab alto
Præcedunt, gessumq; canes comitantur herilem.
Hospitis Aeneæ sedem, & secreta petebat,
Sermonum memor, & promissi muneris heros.
Nec minus Aeneas se matutinus agebat.
Filius huic Pallas, olli comes ibat Achates.
Congressi iungunt dextras: medijsq; residunt
Aedibus: & licito tandem sermone fruuntur.
Rex prior hæc,

DONATVS.

¶Hęc pr̃ Æolijs, pperat.) Ex Ænee victrico ptẽ fecerat dolus vxoris, deniq; pr̃is ad plenũ dũ fungeret officio, & pficiẽdis armis istãter operã dabat. Euandrum ex humili tecto.) Scientia futurorũ attollens famã, & fata nepotum, lætabatur futurorum nescius, portãs posterorum suorum fata, & multorũ curricula sęculorũ: atq; hęc vno humero atque vno scuto quãtũ ad clypei rõnẽ ptinet, quod sub Ænea factũ asseritur, futura ptinebat: sed oia tẽporibus Cęsaris pterita ẽt facta numerabant, quæ futurorum prescius Vulcanus in clypeo expresserat: poeta vero de reb⁹ iã gestis & ipsis triũphis Cæsaris docta & pcipua inuẽtione textũ ipsum descriptionẽq; cõplexus est, vt Cęsaris præsentis gesta laudaret. Reliqua desiderantur.

ASCENSIVS.

¶Hęc pr̃, &c.) Narrat, qd postero die ab Euandro, Æneaq; dictũ & factum

Universidad de Deusto Biblioteca

& factū sit:& quō in colloquiū venerāt. Vnū qa sup reliquā hui⁹ libri p̄tē nihil extat Don. ¶Ordo est. Dū pr̄ Lēnius.i.i Lēnū insulā p̄cipitatus.s.Vulcan⁹,fulminis,& fabrorū pr̄:& Æneę paterna affectione obsequēs,pperat.i,pperāter facit:hęc.s.pri⁹ dicta: i oris Æolijs.i.qb⁹ Æolus p̄sidet:lux alma suscitat Euādrū ex tecto humili:& cātus matutini volucrū.s.p̄cipue hirundinū, s̄m Hesiodū sub culmine.i.q̄ sub culmine nidificāt,sup.suscitāt Euādrū.Ipse senior p̄surgit,& inducit artus.i.hēt artus indutos & vestitos: nō staret versus,si legaf,induit:tunica.s.iteriore: & circūdat vincula Tyrrhena.i.calceamēta Tusca:plātis pedū.i.q̄ ligabant,& muniebāt plātas pedum.Tum.i.deinde:subligat ensem Tegeęum,idest Arcadicum,lateri,atq; humeris:ita vt ligatura,per latera depēderet:retorquēs terga pāthere,illius aīalis maculosi demissa.i.deorsum missa:ab læua.s.pte.Necnon & canes gemini.i.duo,& pares: pcedūt ab alto limine.s.respectu canū: sed respectu regū erāt humilia limina:aut erāt alta p naturā, qa in colle sita: & humilia per artificiū;pcedūt(inqt)existētes custodes: & comitantur gressum herilē.i.heri,ac dñi sui.s.Euādri.Et ipse heros.s.Euāder:petebat sedē.i.cubile:& secreta.i.locū remotū a turba, vt illic quieti⁹ colloqueretur:hospitis.s.sui Æneę:existēs memor sermonū,& muneris pmissi.i.auxilij.Nec min⁹.i.cōsimiliter:Æneas agebat.i.erigebat:se existēs matutinus.i.mane surgens:Pallas filius ibat comes huic.s.Euandro.& Achates ibat comes olli,id est illi.s.Æneę:& ipsi congressi iungunt dextras:& residūt.i: sedē capiūt, & considūt medijs ędibus:& fruuntur tandē.s.postq̄ amoti essent arbitri, & satellites:sermone licito.i.quē non nisi fidissimis cōicare licebat. Rex.s.loci:Euander,sup.dixit prior,hæc.s.sequentia.

PIERIVS.

¶Demissa ab læua.)Antiqui aliquot co.a lęuo,legūt:vt subintelligatur humero.Sed,ab læua,scilicet parte,vel manu, magis recepta lectio.

EVA. Maxime Teucrorū ductor,quo sospite nūq̄
Res equidem Troiæ victas,aut regna fatebor:
Nobis ad belli auxilium pro nomine tanto
Exiguæ vires.hinc Tusco claudimur amni:
Hinc Rutulus premit: & murum circunsonat armis.
Sed tibi ego ingentes populos,opulentaq; regnis
Iungere castra paro.quam fors inopina salutem
Ostentat:fatis huc te poscentibus affers.
Haud procul hinc saxo incolitur fundata vetusto
Vrbis agillinæ sedes:vbi Lydia quondam
Gens bello præclara,iugis insedit Etruschis.
Hanc multos florentem annos, rex deinde superbo
Imperio,& sæuis tenuit Mezentius armis.
Quid memorem infandas cędes? quid facta tyranni
Effera? dij capiti ipsius,generiq; reseruent.
Mortua quin etiam iungebat corpora viuis,
Componens manibusq; manus,atq; oribus ora:
Tormenti genus:& sanie,taboq; fluenteis
Complexu in misero,longa sic morte necabat.
At fessi tandem ciueis,infanda furentem
Armati circunsistunt,ipsumq;,domumq;:
Obtruncant socios:ignem ad fastigia iactant.
Ille inter cædes Rutulorum elapsus in agros
Confugere:& Turni defendier hospitis armis.
Ergo omnis furijs surrexit Etruria iustis:
Regem ad supplicium pręsenti Marte reposcunt.
His ego te Aenea ductorem millibus addam:
Toto nanq; fremunt condensæ littore puppes:
Signaq; ferre iubent.retinet longæuus Aruspes,
Fata canens.O Męonię delecta iuuentus
Flos veterum,virtusq; virū,quos iustus in hostē
Fert dolor,& merita accendit Mezentius ira:
Nulli fas Italo tantam subiungere gentem:
Externos optate duces.tum hetrusca resedit
Hoc acies campo,monitis exterrita diuum.
Ipse oratores ad me,regniq; coronam
Cum sceptro misit:mandatq; insignia Tarchon:
Succedam castris:Tyrrhenaq; regna capessam
Sed mihi tarda gelu,sæclisq; effœta senectus
Inuidet imperium,seræq; ad fortia vires.
Gnatum exhortarer:ni mistus matre Sabella
Hinc partem patrię traheret.tu,cuius & annis,
Et generi fatum indulget:quem numina poscunt,
Ingredere ô Teucrùm,atq; Italū fortissime ductor.
Hunc tibi præterea spes,& solatia nostri,

SERVIVS.

¶Nunquā Res equidē Troiæ victas.)Satis mature equidem dixit id est ego quidem Troiam te viuo victam non arbitror, quantum est in opinione mea. ¶Pro nomine tanto.) Pro tui nominis gloria. ¶Et murum circunsonat armis.) Et breuitatem sui ostendit imperij,& hostilem necessitatem ob quam se penitus exarmare non poterat: ¶Amni autem claudimur Tusco, ideo dixit: quia ipse fuit Romani finis imperij. Iuuenalis,Et quæ imperij fines Tyberinū virgo natauit. ¶Sed tibi ego.) Artificiose ait, vt ēt quæ monstrantur auxilia,ipsius videātur esse. ¶Ingentes autem populos.) non sine causa dixit. nam Tuscia duodeci Lucumones habuit id est reges quibus vnus præerat. Vnde est, Gēs illi triplex populi sub gente quaterni. ¶Quam fors inopina.) Hoc beneficium casus pręstat, qui efficit vt eo tempore quæras auxilium,quo Tyrrheni ducem requirunt. ¶Fatis huc te poscentibus affers.) Perge illuc poscentibus fatis,nam talis est sensus. Si legeris affert, similiter iungit fortunam fato: vt supra vbi ait, Fortuna omnipotens & ineluctabile fatum. Si autem legeris affers: sensus erit talis, Fati necessitate factū est vt venires fortunæ beneficio vt illi ducem requirant. Legimus ergo & affert & affers. ¶Saxo colitur fundata vetusto. Antiquo opere:vt, Templa dei saxo venerabar structa vetusto. ¶Vrbis Agillinæ sedes.) Quæ nunc Cere dicitur. ¶Lydia quōdam gens.) Quondā insedit, non quondam bello præclara, nam etiam tunc florebat. Sane etiam supra diximus,Mœoniam prouinciam eē, cuius dum breuitas duos fratres Lydum & Tyrrhenū ferre non posset,ex sorte Tyrrhenus cum ingenti multitudine profectus partem Italiæ tenuit, & Tyrrheniam nominauit. Hi diu piraticam exercuerunt, vt etiam Cicero in Hortensio docet,Cum captiuos nouis pęnis affligerēt occisorum,eos religantes cadaueribus: quod Virgilius dat Mezentio, sciētis esse lectum de gente Tyrrhenorum. Sane illo tempore Tyrrheni dicti sunt: post Tusci, ἀπὸ τοῦ θύειν, Lydij autem a Lydo rege fratre qui in prouincia remanserat. ¶Quid memorem infandas cædes.) Figura oratoria quæ Paralepsis vocatur, Cicero, Nam illa nimis antiqua prætereo. ¶Effera.) Cruenta. ¶Dij capiti ipsius.) Vt, Quod dij prius omen in ipsum Conuertant. ¶Tormenti genus.) Exclamatio est inuenti supplicij, & detestatio. ¶Sanie, taboq;.) Sanies, mortui est: tabo, viuentis, scilicet sanguinis. ¶Confugere.) Confugiebat: & vt diximus, historicus stilus est. ¶Defendier.) Defendi,idest defendebatur. Et vertit historiam, nam vt dixim⁹ Turnus magis confugit ad Mezentium. ¶Præsenti Marte reposcunt.) Sine aliqua dilatione. ¶Addam.) Aut dabo: aut re vera addam habentibus Tarchontem. ¶Longæuus aruspex.) Argumento ætatis vult doctum videri. ¶Externos optate duces.) Votis scilicet. ¶Hoc acies campo.) Quasi iam in bellum parati. ¶Regniq; coronam.) Insigne: non re vera coronam quam Tusci nunquam reges habuerunt, ergo species est p genere. ¶Mādatq; pro insignia.) Aut misit insignia, id est omnia ornamenta regalia. Aut re vera mādat insignia, id est magna, vt Castris succendam & capessam regna Tyrrhena. ¶Sed mihi tarda gelu.) Occurrit tacitis quæstionibus, dicens se non isse propter ętatem senilem: filiū vero propter mistum gen⁹ per originem maternis. Vnde Æneam dicit ire debere, cui ætas & origo regna concedunt. ¶Sęclisq; effœta senectus.) Notandum dicta sęcula etiā in vno hoie sm eos qui dicūt sęculū triginta annos habere. Nam alij volūt centū & decē: alij mille annis putant sęculū cōtineri. ¶Inuidet imperiū.) Bona elocutio, vt Liber pāpineas iuidit collibus vmbras. ¶Quem numina poscunt.) Vt, Externos optate duces. ¶Italū fortissime ductor.) ἐυσυμβόλως iam ductorē Italiæ vocat Æneam. ¶Spes,& solatia.) Spes, quia multa sibi de eius virtute promittebat pater: solatiū, quia amissa coniuge; vnici filij vtebatur solatio. ¶Tolerare.) Quasi rem asperam & difficilē. ¶Miretur.) Imitetur. Lucanus, Miratoremq; Catonis. Optima.n.ingenia necesse est vt ea quę mirātur imitētur. ¶Suo nomine.) Bene in omnibus filij gratiā facit, nam dicit, dat tibi Pallas milites ducentos suo nomine: ipse vero a me accipiet ducentos.

Seculū

Pallanta adiungam: sub te tolerare magistro
Militiā,& graue Martis opus, tua cernere facta
Assuescat: primis & te miretur ab annis.
Arcadas huic equites bis centum robora pubis
Lecta dabo: totidemq; suo tibi nomine Pallas.

ASCENSIVS.

¶Maxime Teucrorum,&c.)In hac Euandri oratione, ostēditur paupertas,& beneuolētia eius:doceturq; amici officiū, qd efflagitat,vt quibus opibus possimus,amicos iuuemus: & si nō satis amplis,consilio saltem:vti Euāder facit,qui filium cū quadringentis Arcadibus pollicetur,& ad Thuscos ire consulit:quādo qdem illis opus esset duce externo,contra Mezentiū tyrannū & deorū contemptorē:in quē,vt iustum,Etruscorū doceat odium,recitat nōnulla immanitatis ei⁹ facinora. Quia vero Donatus nō extat. ¶Ordo est.O maxime ductor Teucrorū,quo sospite.i.existente incolumi:equidem.i.ego quidē:nunq̄ fatebor res Troię victas, aut regna Troię victa.i.succubuisse,aut penit⁹ deleta:exiguę vires,sup. sunt nobis ad auxiliū belli:pro nomie tāto.i.p tui nominis gloria, aut pro tanto debito:tracta metaphora a debitoribus quorū noia inscribunt.Nos claudimur hinc.i. ex vna parte amni:Tusco.i.Tybri,q p Etruriā fluit:Rutulus.s.populus ferox:premit.s.nos:ne limites augeamus hinc.i.ex altera parte:& circūsonat murum armis.i.facit arma sua sonare circū muros nostros: & ita opus sibi significat p̄sidio:sed ego paro. intēdo, & meditor iungere tibi populos ingēteis, & castra opulēta regnis.i.p diuersa regna:qa in Etruria erant duodecim reges, quos Lucumones appellabant:quā salutem,vel o quā.i.qualē salutē: vel q̄.i.o quā tū fors inopina,ostētat tibi salutē: tu affers te huc.i. ad has oras: fatis poscētibus.i.opportunissime,aut iuxta oracula Etruscis facta.Sedes vrbis Agillinę,quæ nunc Cerete dicitur: fundata saxo vetusto,colitur haud procul.i.non lōge:hinc.i. ab his locis: vbi gēs Lydia.i.quę cū Lydi fratre Tyrrheno ex Męonia venerat,p̄clara bello insedit.i.sedē cœpit,sup.in iugis.i.mōtibus Etruscis. Mezentius rex.s.Etruscoꝝ:tenuit hāc.s.gentem: florentē multos annos.i.postq̄ multos annos floruerat: deinde imperio supbo, & sæuis.i.violētis,& tyrannicis armis. Quid.i.ad quid memorē? q.d.frustra,cum notissimę sint:infandas.i.tam detestabiles,vt de eis fari non debeat:cædes.i.occisiones? quid memorem effera.i. immania facta tyranni:quę,sup.dij,referuēt capiti, & gñi ipsius. Quinetiā.i.nā pręter cętera,iungebat ēt viuis corpora mortua: cōponēs manibus.s.defunctorum:manus.s.viuētiū:atq; oribus defunctorū:ora.s.viuentiū:& ecōuerso.(vbi annotandū, q etiā oribus dixit.)Tormēti genus, exclamatio.q.d. o quale tormēti genus:sed nō profert o,quia præsens nō est, in quē exclamabat: & ipse necabat sic lōga morte:fluētes sanie.s.mortuoꝝ: & tabo.s. viuentiū:in complexu misero.i.tādiu cogebat se complecti, dū viuorum sanguis in tabem conuerteretur,& defunctorum pus in saniem. At ciues.s.eius,fessi tādē,circūsistūt armati,ipsum furētem infanda.i.infando more:& circunsistunt domū.s.eius:& obtruncāt socios.i.complices eius:& iactat ignē ad fastigia.i.culmina domus eius. Ille.s.Mezentius,elapsus inter cædes.i.sociorū.i. dum socij,& complices eius cęderentur:cōfugere, sup.cœpit:aut cōfugiebat in agros Rutulorū.s.ad Turnū:& cœpit defendier.i. defendi,aut defendebaf armis:Turni hospitis.i. cui iure hospitalitatis erat deuinct⁹.Ergo,omnis Etruria,idest Tuscia surrexit.s. contra Mezentium:iustis furijs.i.tumultu iuste suscepto:& reposcunt pręsenti marte.i.bello regem.s.suum Mezētium, ad supplicium.i.tormentū mortis.O Ænea,ego addā te ductorē his millibus.Nanq;.pro quia:puppes.s.Etruscoꝝ cōdēsæ,fremūt toto littore:& iubent ferre signa.s.bellica,hoc est vexilla. Aruspex lōgæuus,est ergo peritus,& seuerus: retinet.i.immoraf eos,ne exeat in bella: canēs fata.i.volūtates deorū sibi reuelatas: ac dicēs,sup. o iuuētus delecta.s.ad expeditionem pręsentem, aut prius a Tyrrheno:flos & virtus veterum virum,pro virorū, qui optimi habiti sunt: quia vt quisq; vetustissimus, ita optim⁹ est habitus: quos iustus dolor fert in hostem: & Mezentius accendit ira merita.s.cōtra se: nulli.i.non vlli:non est fas vlli Italo subiungere.i.subiugare:tātam gentem.s.Rutulorum & Latinorum: quibuscum Mezentius nūc fœdus percussit: optate, idest diligite, duces externos. Acies Etrusca resedit.i.quieuit hoc campo:vbi,scilicet erat:nec processit existēs exterrita monitis diuum.Ipse Tarcon, scilicet qui electus erat, eorum dux:misit ad me oratores,id est legatos:quos vulgo,ambasiatores vocant, & coronam regni cū sceptro,id est virga regali:& mandat insignia s.cętera,vt fasces lictorū:& reliqua, quę Romani postea acceperunt ornamenta:vt.s.succedam:castris,id est ad castra, veniam:& capessam,id est eam captum regna Tyrrhena.i.Etruriam, in quā Tyrrhenus venit ex Męonia.Sed senectus tarda gelu,id est frigore imminuto,scilicet sanguine:& effęta.i.viribus exhausta:sęclis id est tēporibus,& senio:inuidet mihi imperium, & vires.s.meæ seræ.i.tardæ:ad fortia,sup.gerenda, inuident mihi imperiū ego exhortarer gnatum,id est filium meū:ni.i.nisi: ipse mistus, scilicet generi Italorū:matre Sabella.i. ex Sabinis: traheret hinc.i ex matre:patrem patriæ.i. nisi pro parte materna esset Italus: tu cuius annis,quia floridus es:& generi,quia Phrygius,vtroq; parēte,fatum indulget,id est indulgenter concedit,regnum Etrurię: & quem numina.i.deorum oracula:poscunt.s.ad Etrurię ductū: ingredere.i.procede in bellum:o fortissime ductor Teucrū, atq; Italum.i.Teucrorum, atque Italorum.i.qui & Teucros & Italos duces.)Reguntur aūt genitiui,a verbali ductor:non, a superlatiuo fortissime Italum,quia non erat Italus:quod si propter originem dicendus sit Italus, fata eum non poscerent.) Ego prætera iungam tibi hunc.s.Pallāta,filium nostrum: appositorie, & spes, & solatia nostri. (Valla diceret,nostrum:aut potius nostra.) vt supass uescat tolerare sub te magistro,militiā,& graue opus Martis, id est bellum:& assuescat cernere tua facta.s.egregia: & miretur.i.propter admirationem imitetur te ab annis primis:ego dabo huic equites Arcadas bis centū.i,ducentos:appositorie,robora.i.fortia corpora pubis.i.iuuētutis:lecta.i.electa:& Pallas,sup. dabit tibi:totidem suo nomine.i.alteros ducētos:& ita erūt quadringēti equites,qui pauci visi sunt cōtra tot inimicos:vnde subditur, Vix ea,&c.

PIERIVS.

¶Premit,& murum circunsonat armis.) In codi. aliquot antiq. circunsonat arcens,legitur. In aliquot alijs, Aruns: vt non vnus nominetur hostis,ad maiorem timoris exaggerationem:seq; honestius excuset,quod modico eum auxilio iuuet. Mihi autem, armis,vt in codicibus emendatioribus habetur, nequaq̄ displicet. ¶Taboq; fluentes.) In antiquo cod. fluenti quippe tabo,legitur. ¶Ille inter cædes Rutulorum.) In Vaticanis omnibus co. cędem, vnitatis numero legitur: non ita in plerisq; alijs. ¶Nulli fas Italo.) In anti. aliquot cod. mutato numero legitur, Fas Italo nulli. Sed principium a spondeo, versum omnino grauiorem reddit. ¶Mandatq; insignia Tarcon.) In antiquo co. Tarcho. Alibi vero ex C.Iulij Rom.& quorundam aliorum sententia,nullum nomē Latinū,on,literis finiri monuimus: quāuis Plinius nomina quędam dicit,proprios gentis suæ vultus, formamq; apud nos etiā custodire. De nominibus autem huiusmodi,Fab. Quintilian⁹ ait vt Palęmo,Thelamo, & Plato (Nam sic eum Cicero quoque appellat) diceretur, retinuerunt: quia Latini, quod o,& n, literis, finiretur, non reperiebāt. ¶Et generi fatum indulget.) In Med. codi. plurali numero, fata indulgēt, scriptum est. ¶Hūc tibi pręterea.) In aliquot antiq. legere est, Nunc tibi. Sed pronomē illud indicatiuum, longe plus ponderis & energię habere videtur, dicendo, Hunc Pallāta. Nam & in pronomine ipso, & in proprio nomine, emphasis est. ¶Primis & te miretur ab annis.) Sunt cod. antiqui, in quib⁹ legere est,te imitetur,absque synalœpha. Sed omnino, miretur, magis placet, quia plus est mirari, in quo rei, quā vix te assequi posse speres, magnitudo ostentatur. ¶Arcades huic equites.) In antiq.& emēdatis cod. Arcadas, per, as, scriptū est, metro ita suadente. Nam accusatiuus pluralis in,es, Latinus esset: & non nisi producta vltima poneref. ¶Robora pubis Lecta dabo.) Antiqui aliquot cod. corpora pubis, legunt. Sed omnino longe melius est robora. ¶Totidemq; suo tibi nomine Pallas.) In cod. aliquot antiq. legere est, suo tibi munere Pallas. Sed enim Seruius, nomine, agnoscit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SERVIVS.

¶ Tristi cum corde.)Propter breuitatem auxiliorū. ſ Cœlo aperto.) Sereno, vt Aperta ſerena proſpicere. ſ Improuiſo.)Nullū enim indiciū præcesſerat nubium. ſ Fulgor.) Fulgetra. ſ Cū ſonitu.) Tonitru ſcilicet. Et vt diximus ſupra, ordinē tenuit qui nobis apparet, vt fulgetras dicat pores, cum ſint ante tonitrua. ſ Ruere omnia.) Sic enim ſonat vt videaſ ruina:alibi, Cœliq; ruina. Bene autem tempe rauit dicēs. ſ Viſa repēte: Tyrrhenusq; tubę mugire p ęthera clangor.) Tyrrhenum clāgorem dixit tubę: ideo quia apud Thuſcos tubam cōſtat inuentam eſſe. Ergo Tyrrhenus clāgor, ſonus Tyrrhenarum tubarū. Et bene cōgruis omnibus arma nunciaſ per ſonos tubarū. ſ Fragor intonat ingens.) Fragor eſt ppriearmorum ſonus, quod autē dicit intonat, illuc ſpectat, Fulminat Æneas armis, & vult fragore tonitrua, ſplendore fulgetrā imitari. Nō autem mirum eſt a Venere allatis armis ineſſe fulgorem. Nam & Homerus dicit a Thetide oblata arma habere motū quendam & ſpiritum quę duo in aqua eſſe manifeſtum eſt. Thetidem autem nouimus Nympham. ſ Inter nubem.) Per nubem, more ſuo. Et dicit in ſerena parte cœli fuiſſe nubē, per quam arma portata ſunt. ſ Per ſudū.) Sudum eſt quaſi ſub vdum, ſerenū poſt pluuias, vt per ſudum. ſ Agnouit ſonitum.) Hoc eſt quid ſonitus ſignificaret. ſ Diuæ promiſſa parentis.) κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligamus Venerem ei promiſiſſe. ſ Hoſpes.) Et q ſuſcipit & qui ſuſcipitur, hoſpes vocatur, vt hoc loco Euander. Itē ſupra Hoſpitis Æneæ ſedem. ſ Ne quęre vero profecto.) Ambę particulæ ad ornatum pertinent tantum. ſ Portenta.) Modo bona omina. ſ Ego poſcor Olympo.) Aut de Olympo poſcor, id eſt hæc ſigna caula mei fiunt: aut certe in Olympum poſcor. ſ Diua creatrix.) Rerum omnium generaliter. ſ Heu.) Adeo de victoria fretus eſt, vt etiam hoſtium miſereaſ, & hinc naſcitur ille ſenſus, Non hęc o Palla dederas promiſſa parenti. Item Æneas, Hi noſtri reditus, expectatiq; triumphi, Hęc mea magna fides: ſ Fœdera rumpant.) Quæ ſe facturum Latinus promiſerat, nō enim erāt facta.

Vix ea fatus erat: defixiq; ora tenebant POE.
Aeneas Anchiſiades, & fidus Achates:
Multaq; dura ſuo triſti cū corde putabant:
Niſi ſignum cœlo Cytherea dediſſet aperto.
Nanq; improuiſo vibratus ab æthere fulgor
Cū ſonitu venit, & ruere omnia viſa repente:
Tyrrhenusq; tubæ mugire per æthera clangor.
Suſpiciunt: iterum atq; iterū fragor intonat ingens:
Arma inter nubem, cœli in regione ſerena
Per ſudum rutilare vident: & pulſa tonare.
Obſtupuere animis alij: ſed Troius heros
Agnouit ſonitum, & diuæ promiſſa parentis.
Tū memorat. ¶ Ne vero hoſpes, ne quęre, profecto, ÆN.
Quē caſum portenta ferant: ego poſcor Olympo.
Hoc ſignū cecinit miſſurā diua creatrix,
Si bellū ingrueret: Vulcaniaq; arma per auras
Laturam auxilio.
Heu quantæ miſeris cædes laurentibus inſtant:
Quas pœnas mihi Turne dabis: q̄ multa ſub vndas
Scuta virū, galeasq;, & fortia corpora volues
Tybri pater: poſcant acies: & fœdera rumpant.

quod ſignum aduētus numinis etiam in.ij. poſuit, & clangor Tyrrhen⁹.i. a Tyrrhenis, & Lydis inuētus. ſ. tubæ, ſup. viſus eſt mugire p æthera. Æneas, ſupp. & Achates: ſuſcipiunt. i. auribus captāt, clāgorē illū: aut ad ſe capiūt. & ratū faciūt prodigiū: & fragor ingens intonat iterū, atq; iterū i. frequenter: & ſup. videt: arma rutilare. i. reſpleđet, & micare: per ſudū. i. ſerenū, & leoſum ab vdo, regione cœli exiſtēte ſerena: inter nubē. ſ. quā Ven⁹ aſſumpſerat: aut qui arma attulerat: & vident arma pulſa ſonare. i. ſonū tonitrui imitari: alij obſtupuere alij, ſed heros Troius. ſ. Æneas agnouit ſonitū: & dona diuæ parētis. ſ. Veneris: promiſſa. i. arma allata eē, q̄ Venus promiſerat: vbi tū & qū non cōſtat ex Poeta, ſed multa & dicta & facta, inter matrē & filiū eſſe poſſunt, quę ſcripta nō ſunt, ſed promiſſa, dicēs nūc, ſignificat ſatis Venerē aliqñ, pmiſiſſe. Tū. i. deinde: memorat. i. narrat: ac dicit, o hoſpes vero. i. certe, & pfecto: ne (inquit) q̄re: pro eo qđ eſt, queras, ſup. doceri: quē caſum. i. quē euentum, & rei exitum: hæc portēta. i. prodigia, rem nouā portendentia: ferāt. i. afferant: ego poſcor. i. exigor: Olympo i. de cęlo: aut potius in cœlā. Diua creatrix. ſ. generabilium omniū Venus cecinit. i. quodā oraculo prędixit, ſup. ſe miſſuram hoc ſignum: ſi bellū ingrueret: q̄, p. i. cecinit ſup. ſe laturam. i. allaturā auxilio. i. in auxiliū meū, per aras: arma Vulcania. i. a Vulcano, marito ſuo, fabrefacta. Heu, cōmiſerantis vox: ſicut illa Eſa. j. Heu ego cōſolabor ſuper hoſtib⁹ meis, & vindicabor de inimicis meis. Quāte. i. q̄ magnæ cædes q. d. maximę: inſtant. i. imminent: Laurentibus miſeris: quia Turnum ſortiū ſunt ductorem cōtra fata. Quas. i. qualeis pœnas, dabis mihi, o Turne: q. d. grauiſſimas: o Tybri pater, q̄. i. quantum: multa ſcuta virum. ſ. fortiū interemptorū: non qui ea abiecient, ſed q cū eis abiicientur in fluuium: & galeas, & corpora fortia. i. robuſta dum viuerent: volues ſub vndas. ſ. tuas: poſcāt. ſ. Laurētes, quantū velint: & eſt amara conceſſio: acies. ſ. exercitus inſtructi & rumpant fœdera. ſ. quę cum Latino iniſſet Æneas, niſi Turnus omnia turbaſſet: cōmoto prius populo p furiā inſtinctu Iunonis, vt prius viſum eſt.

PIERIVS.

¶ Defixiq; ora tenebant.) Vetuſta quędā exempla. legunt. intentiq;. Sed enim, defixi, magis placet: quod præ le fert etiā ſtupore quendā. ſ Fragor intonat ingens.) Antiq pleriq; cod. Vaticaniq; omnino, cum Medi. & Porcio, increpat, legunt: quāuis, intonat, ea rōne ſeruio placet: quod alibi dictum a Poeta, Fulminat Æneas armis. Quod vero paulopoſt ſequiſ, pulſa tonare. in antiq. aliquot, ſonare, legere eſt. Sunt etiam vetuſti admodum codices, in quibus, fragor intonat aures, legatur. ſed hoc aliorū iudicio relinquemus. ſ Agnouit ſonitū, & diuæ.) In Ro. cod. non habetur. & vt per appoſitionē legas, diuæ promiſſa parētis: eruditis tamē auribus vulgata lectio, Sonitum & diuę, magis adbläditur. ſ Ne vero hoſpes, ne quære profecto.) In cod. aliquot anti. legere eſt, Ne quære hoſpes, ne quære profecto: vtraq; lectio & venuſta eſt & Virgiliana phraſi nō aliena. ſ Quam multa ſub vndas.) In Ro. co. legere eſt, ſub vnda: quod non diſplicet, in loco enim volucnda ſunt. Sed, ſub vndas, ad locum omnino vehementius eſt.

SERVIVS.

¶ Herculeis ſopitas ignibus aras.) Hypallage eſt. i. ſuſcitauit aras Herculeas, in quibus erant ignes ſopiti. ſ Heſternumque larem.) Cui pridie ſacrificauerat, & eſt iteratio, nam male quidam externum legunt, ideſt extraneum. Poſt hinc

Hęc vbi dicta dedit: ſolio ſe tollit ab alto: POE.
Et primū Herculeis ſopitas ignibus aras
Excitat: heſternumq; larem, paruoſq; penates
Lætus adit: mactat lectas de more bidentes,
Euandrus pariter, pariter Troiana iuuentus.
Poſt hinc ad naueis graditur: ſociosq; reuiſit:

hinc ad naueis gradiť.) Vnū vacat, aut poſt, aut hinc: vt, Poſt hīc digrediēs iubeo frōdentia capris. Tale eſt & illud, Primus ibi ante omnes. ſ Qui ſeſe in bella ſequātur.) In expeditionem & bellicam præparationem. nam vt ſupra diximus, bellum eſt temporis omne quo vel præparaſ aliquid pugnæ neceſſarium: vel quo pugna geritur. Prælium autem dicitur cōflictus ipſe bellorū. Vnde modo bene dixit. Qui ſeſe in bella ſequantur, non ad prelium, nā ad auxilia petenda vadit, non ad pugnam. Quanq; etiam ſi diceret, qui ſe in prælium ſequantur: non valde ab re eſſe videbaſ. Hi enim equites, cū a Tarchōte accepiſſet Æneas auxilia, cū alijs Etruſcis equitibus per terrā miſſi, obuios ſtati habuere bellātes: & quaſi iam hinc recta pergere videntur in prælium. Vnde etiam a Cymodocea nauigāti Æneæ dicitur, lā loca iuſſa tenet formi permiſtus Etruſco Arcas eques. ſ Segnis.) ſine remigio. Et reſpexit ad deſcendētes, de quibus ait, Remigio noctemq; diemq; fatigāt, licet fuerit leniſſimus fluui⁹. ſ Rex.) quas geſſerat. ſ Patris.) Vbi eſſet. ſ Exortē Ænex.) Per id quod nō eſt factum, quod factū eſt indicatur, per exortem autē optimum & prēcipuū ſignificat. ſ Pellis obit totum.) Pelles oſtenditur magnitudo in hoc, quod dicit totum obit. ſ Vnguib⁹ aureis.) Aut quia vngues ipſi cū arruerint, auri imitantur colorem, aut quia ſolebant deaurari. Statius, Auro māſueuerat vngues. ſ Subito vulgata.) Cur ſubito? ipſe dicit: quaſi per paruam vrbē. ſ Cyus.) Poſitiuus antiquus eſt, id eſt celeriter. nec eni poteſt eſſe cōparatiuus vbi nulla eſt comparatio. ſ Vota metu duplicāt matres.) Bene dupliciāt metu, nā ineſt ſemper in matrib⁹ votū. ſ Propiusq; perielo. It timor.) Periclo, id eſt ad periculū vicin⁹: aut certe It timor propius periclo, pro, ppior, nā matres quod timent, hoc putant liberis poſſe cōtingere. ſ Iam apparet,) Adhuc illis pugnantibus iam prælio cogitabaſ a matribus. Dextram complexus euntis.) Filij ſcilicet quia dixerat pater. ſ Hæret inexpletū.) Multi hic diſtinguunt, vt ſit, Inexpletus hæſit, & talia locutus eſt lachrymans. Alij legunt inexpletus lachrymis. Honeſtius tamen eſt inexpletum lachrymans, vt ſit nomen pro aduerbio, id eſt inexpleibiliter. ¶ O mihi præteritos referat ſi Iuppiter annos.) Et o & ſi, optantis ſunt: quæ nunc iunguntur, nam ſingula ante ponebantur. Vt, Si nūc ſe nobis ille aureus arbore ramus. Ergo vnū vacat quantū ad antiquitatem, & notandum votum de præterito fieri. ſ Qualis eram, cum primam aciem.) Aut vt ſim talis, qualis tūc eram qñ iſta perfeci. Aut certe laudantis eſt, Qualis eram cū primam aciem Prænęſte ſub ipſa Strauī. Scutorūq; incendi victor aceruos. Hoc traxit de hiſtoria. Tarquinius enim Priſcus Victis Sabinis in honorem Vulcani eorum arma ſuccedit quem poſtea ſecuti ſunt cæteri. Cui treis animas.) Per tranſitum oſtendit illā Platonis & Ariſtotelis contentionem, qui dubitant vtrum quatuor, an treſ animæ ſint in homine, φυσικὴν, αἰσθητικὴν, νοητικὴν, καὶ τὸ λογικόν. Hoc autem loco per treſ animas magnum & perfectum Indicat virum. Nam quantum ad fabulam pertinet, treſ animas præter tria habuit corpora, attendendum eſt ſane hoc ſibi Euandrū vindicare quod fuit in Hercule. Nam vt ille Geryonem extinxit, ita hic Herylum occidit, inde eſt quod paulo poſt dicit, Nequę finitimo Mezentius vnquam Huic capiti inſultans. Herculis enim mos fuit, vt etiam non rogatus laborantibus ſubueniret. Tūc. n. ſicut & Varro dicit, oēs qui fecerāt fortiter, Hercules vocabanť licet eos prio. xliij. enumerauerit. Hic eſt quod legimus Herculē Tirynthiū Arginū, Thebanū, Libym. ſ Feronia mater.) Nympha Cāpanię, quā ēt ſupra diximus, hæc ēt libertorū dea eſt, in cujus templo raſo capite pileū accipiebāt. Cuius rei etiam Plautus facit mētionē in Amphitryone. Quod vtinam ille faxit Iuppiter, vt raſo capite portem pileum. ſ Terna arma mouenda.) Figura poetica, nā trina debuit dicere. Arma enim numeri ſunt tantum pluralis, mouenda autem vel cōtra ipſum vel ab ipſo. ſ Finitimo.) Aut ifini timo: aut finitimo capiti. ſ Vi duaſſet ciuibus vrbem.) Scilicet viris fortibus peremptis, & proprie viduaſſet dixit, qa vrbs generis ē fœminini. Horatius abuſiue & ſatis incongrue in genere maſculino poſuit dicēs, Viduus pharetra riſit Apollo. ſ At vos o ſuperi.) Iam hinc quaſi pater loquiť. diuiſa eni eſt hæc allocutio, & vltima pars eius habet parentis affectum, quod & ipſe oſtendit dicēs. ſ Et patrias audite preces.) Prima vero viri fortis eſt: vt, Qualis eram cū primam aciem Prænęſte ſub ipſa Strauī. ſ Durare laborē.) Ipſius ſcilicet ſenectutis. Terētius, Senectus ipſa morb⁹ eſt. Durare autē eſt ſuſtinere. Horatius, Ac ſine funib⁹ vix durare carinę. Poſſunt imperioſius æquor. ſ Inſādū caſum.) Parentis eſt nolle memorare quod formidat. ſ Crudelē vitam.) Quæ filio eſt ſuperſtes. ſ Sola, & ſera.) Quia vn⁹ erat, & ſerius ſuſceptus.

Quorum de numero, qui ſeſe in bella ſequantur:
Præſtantes virtute legit: pars cętera prona
Fertur aqua: ſegniſq; ſecundo defluit amni,
Nuncia ventura Aſcanio, rerumq;, patriſq;.
Dantur equi Teucris, Tyrrhena petentibus arua:
Ducunt exortem Aeneę, quē fulua leonis
Pellis obit totū, preſulgens vnguibus aureis.
Fama volat parua ſubito vulgata per vrbem:
Ocyus ire equites Tyrrheni ad littora regis.
Vota metu duplicant matres: propiuſq; periclo
It timor: & maior Martis iam apparet imago.
Tum pater Euandrus dextrā cōplexus euntis
Hęret, inexpletū lachrymans: ac talia fatur.
O mihi pręteritos referat ſi Iuppiter annos: EVA.
Qualis erā, cum primā aciem Pręneſte ſub ipſa
Strauī: ſcutorūq; incendi victor aceruos:
Et regē hac Herylū dextra ſub Tartara miſi:
Naſcenti cui treis animas Feronia mater,
Horrendū dictu, dederat: terna arma mouenda,
Ter leto ſternendus erat: cui tū tamen omneis
Abſtulit hęc animas dextra: & totidē exuit armis.
Non ego nunc dulci āplexu diuellerer vſq;
Nate tuo: neq; finitimis Mezentius vnq;
Huic capiti inſultans, tot ferro ſęua dediſſet
Funera: tā multis viduaſſet ciuibus vrbē.
At vos ò ſuperi, & diuū tu maxime rector
Iuppiter, Arcadij queſo, miſereſcite regis:
Et patrias audite preces: ſi numina veſtra
Incolumē Pallanta mihi, ſi fata reſeruant,
Si viſurus eum viuo, & venturus in vnum:
Vitā oro: patiar quemuis durare laborē.
Sin aliquē infandū caſum fortuna minaris:
Nunc nunc ò liceat crudelē abrumpere vitā:
Dum curę ambigueq; dū ſpes incerta futuri:
Dum te chare puer, mea ſola, & ſera voluptas
Cōplexu teneo: grauior ne nuncius aures
Vulneret. ¶ Hęc genitor digreſſū dicta ſupremo PO.
Fundebat: famuli collapſum in tecta ferebant.

ASCENSIVS.

¶ Hęc vbi dicta dedit ſolio ſe tollit ab alto, Et primū Herculeis ſopitas ignibus aras Excitat, heſternumq; larem, paruoſq; penates Lęt. &c.) Recitat quomodo Æneas, ſocios prēmiſit ad Aſcaniū, nauibus quibus aduectus fuerat: & quomodo ipſe cum Pallante poſt mœſtum vale diſceſſit ab Euādro, equos ad Etruſcos.

¶ Ordo eſt, Vbi. i. poſtq̄: Æneas dedit, ideſt elocutus eſt hęc dicta ſuſcitat primum aras ſopitas, ignib⁹ Herculeis, id eſt igneis Herculeos, ſopitos in aris Herculeis, ſcilicet per hypallagen: & larem, id eſt ignem: heſternū, id eſt pridianum, quo pridie eius diei, in ſacrificijs Herculis vſi erant: & ipſe lętus adit penates paruos, id eſt deos domeſticos, p fortunę tenuitate modicos: & mactat bidētes, ſcilicet oues: lectas, ſcilicet de grege: more, id eſt iuxta ritū quia boues intacti, & oues lectæ, & lues eximij mactādi erāt rite ſacrificantibus: & Euander, ſupp. mactabat pariter: & iuuentus Troiana mactabat pariter cum Æneā, ſcilicet & graditur poſt, id eſt poſtea: hic, ideſt ex loco ſacrificij: ad naueis. ſ. vbi ſocij erant q̄ buſcum aduectus erat: & reuiſit ſocios, de quorum numero legit prēſtātes, id eſt prēſtantiores, & meliores: qui ſequantur ſeſe, ſcilicet eligentem Æneam ad bella: cętera pars, ſcilicet ſocioꝝ: fertur aqua prona. i. deflua, & exiſtens ſegnis, quia ſine remigio: aut tardior ad bella defluit. i. deorſum fluit: amni. ſ. Tybri: ſecūdo. i. a tergo ſequente, hoc eſt defluente vētura, id eſt vt veniat Aſcanio nuncia. i. annunciatrix: rerum. ſ. geſtarum a patre, & patris. Eq dātur. ſ. ab Euandro, vt promiſerat, auxilio lętos dimittā: opibusq; iuuabo Teucris, petentibus arua Tyrrhena. i. qui cū Æneā, & Pallante

Ordo.

lante in Etruriam profecturi erãt.Et,sup.Arcades ministri regis Euandri:ducunt,quia propter nobilitatem equi,& dignitatẽ Æneę non incedebant:sed ducebant ad manum Æneę, id est ad Æneam,& ad vtilitatem eius,sup.equum: exortem.i. extra sortem dandum,hoc est egregium,& nõ de communi sorte: quẽ scilicet equum:pellis leonis fulua.i. fului coloris : præfulgẽs vnguibus aureis.i.inauratis,aut aurei coloris:obit.i.circundat,& operit totum.Fama vulgata subito ideo subito , quia per paruam vrbẽ.s. Pallanteum:volat equites ire ocyus,id est celeriter: ad littora regis Tyrrheni.i.ad Tarcontem: matres.s.Arcadum, qui cũ Ænea profecturi erãt:duplicant.i.duplica faciunt:vota metu,id est propter metum,Et timor it propius.i.propior:periculo.i.ad periculum:& maior,id est euidentior:imago Martis,id est belli:apparet iam.s.cum abirẽt iuuenes.Aut imago Martis.s.dei, hoc est simulachrum eius:apparet iam maior,id est extensius, & inflatius solito,in signum cõmotionis & iracundię: sed absolutior sensus est, quod iam apparet maior apparatus belli.Tũ, id est deinde,Euandrus:nam vtrunque dicitur Euandrus, & Euãder:complexus dextram.s. Æneę:euntis,id est abire parantis:hæret , id est inhęret, aut adhęret ei lachrymans:inexpletum,id est inexplebiliter: ac fatur talia:o si,id est vtinã:Iuppiter referat mihi annos pręteritos: hoc est,vt sim talis qualis eram:cum,id est quando:ego straui,id est prostraui:primam aciem.s.Italorum,ipsum expellere: aut repellere volentium:sub ipsa Pręneste.s.vrbe:& cum ego victor incẽdi, id est comburere feci, aceruos scutorum.s.prostratorũ hostium.& misi hac dextra.s. manu mea: regem.s. Pręnestinorum: Herylum.s.nomine:sub tartara.i.ad iferos:cui Feronia mater.s. eius:& dea Libertinorum in Hetruria:dedit nascẽti , id est cũ nasceretur,id est naturam humanam sortiretur,treis animas , quia erat tricorpor,sicut & Geryones fuisse fingitur:horrẽdũ dictu,id est quæ res horrenda dictu.& a quo,supp.terna arma erant mouenda,id est admonenda:aut cui.i.in quem:tria arma erant mouenda.i.cõcitãda:sed prior modus pręstat:vnde sequitur, & qui supple erat sternendus,ter leto,id est morte.s. singulorum morte corporum cui hęc dextra.s.mea nũc,quidẽ inualida . Abstulit tamen.i.nihilominus: tũc.s.cũ solidum robur haberem omneis animas:quia de tribus dicimus,omnes,Aristotele teste : & exuit, supp.corpora:cuius totidẽ.i.etiam tribus armis,quia singula singulis docet,quare id optauerit,dicẽs, o gnate,id est qa o fili , ego non diuellerer vsquam a tuo dulci complexu, semper in complexu tuo essem,& tecum proficiscerer:neque Mezentius insultans scilicet per irrisionem huic,id est meo capiti:finitimo.s.sibi , hoc est irridẽs me,& vireis meas propter senium:dedisset vnq̃ ferro tot sæua funera,idest nunq̃ occidisset:seuiẽter tot bonos ciueis: nec viduasset,id est orbasset : vrbem.s. suã tam multis ciuibus.s. q̃ multis nunc viduauit. At,id est sed vos,o superi:& tu,o Iuppiter,maxime rector diuum.i. diuorum ego quęso,miserescite regis Arcadij,hoc est mei,qui rex sum populi , & præcipue colẽtis: & audite preces patrias,id est quas ego pater pro filio effundo.si vestra numina,id est diuinæ potestates : & si fata reseruant mihi Pallanta.s.filium meum : incolumen.i.saluum rediturum : & si ego viuo visurus.i.qui adhuc videam eum:& si viuo vẽturus.i. qui veniam in vnum.s.locum:cum ipso oro, id est peto a vobis: vitã,scilicet ad id tempus duraturam:& patiar durare, id est duriter tolerare:quemuis,id est quẽlibet laborem,aut quemuis laborẽ:durare.i.pmanere:sin.i.sed si,o fortuna,tu minaris aliquẽ infandum casum:non audet propter malum omen dicere , necẽ filij,& mire inuit,bona a dijs dari:mala,a casu obuenire:o.i. vtinã: liceat,id est licitum sit:& permittatur nũc abrumpere vitã crudelem.i.quę crudelis esset,si appetat durare vsq; ad mortẽ filij mei. Nunc(inquit)dum curę sunt ambiguæ,scilicet inter spem, & metum:& dum spes futuri est incerta:aut dum,id est donec : spes est incerta futuri.i.de re futura.Et dũ,o chare puer, mea sola & sera voluptas.ego teneo te meo cõplexu:ne.s.nuncius:grauior,id est molestior,& durior , seu tristior , q̃ facile pati possem. vulneret aureis.s.meas.Genitor,scilicet Euander:fundebat hęc dicta,id est ex animo elocutus est:hæc,sup.in supremo digressu:famuli ferebant in tecta,id est in regiã suã:collapsum.i. postquã præ dolore conciderat:quę tristitia,tam vehemens mali fuit,nimirum ominis, vnde & Pallas casurus est in prælio.

PIERIVS.

¶Herculeas sopitis ignibus aras Excitat.)In anti.plerisq; co.Suscitat,legitur non inepte:quam lectionem agnoscit Ser. ¶ Hesternumq; larem.)Placet Seruio,hesternum,cui pridie sacrificauerat Improbatq; externum.Quod tamen & in Ro.cod.& quibusdam alijs peruetustis codicibus inuenitur.Sunt q paruos penates,externos intelligant:cum solitus sit Poeta, Æneæ penates, magnos deos appellare:vt eo loco,Feror exsul in altum cum socijs , Gnatoq;, penatibus,& magnis dis.& per magnos penates iurat Ascanius in.ix.dixerat tamen Euandrus,Communemq; vocate deũ. de quo plura Macrobius:¶ Euãder pariter,pariter Troiana iuuẽtus.)In antiquis plerisq; cod.Euandrus:per terminationem , us, scriptum est : quod hoc loco perplacet , quia sic ὁ μονοτέλευτον euitatur:quæ tribus ptinuisse dictionibus haberetur in er,si Euãder etiã legeretur.Quid vero veteres de nominibus huiusmodi tradiderint,alibi recitatum est.¶ Ocyus ire equites Tyrrheni ad littora regis.)Antiqui aliquot codices,ad limina,habent.Sed,littora,peritioribus placet.Nã inde nauibus ĩ castra prouecti sunt. Id etiam obseruandum, quod Seruius ait,Ocyus,positiuum antiquũ est.i.celeriter.Nec enim potest eẽ comparatiuum, vbi nulla est cõparatio.At quo modo positiuũ cuius masculinũ,ocior, sit, vt Fulminis ocior alis.Quare dicendum potius comparatiuum esse pro positiuo,ita tamẽ,vt insolitum quiddã significet. Ita ibi, Adloquitur Venus tristior,q̃.s.solita sit.¶ It timor,& maior Martis iam apparet imago.)In Ro.co.& timor,& maior.Sed id forte solito more.Sunt ẽt vetusti codices,in quibus absq; particula,iã ita legitur,Maior martis apparet imago. Nostræ tamen ætatis ingenijs,iam,illud interpositum magis adridet : quod nescio quid addat carminis maiestati.¶ Hæret inexpletum lachymans.) Non placet,quod in quibusdã cod, antiquis, inexpletus,legitur: quãuis agnitum veterum etiam temporibus.In aliquot alijs : in amplexus lacrimãs,habetur.Sed inexpletum,agnoscunt eruditi omnes.¶ Cum primam aciem.)In antiquis codicibus primum, legitur.Sed melius,primam aciem . ¶ Regem hac Herylum.)In Ro. cod.Erulum,per u,more suo:vt,sibulla,pro sibylla: Thrasullus,p Thrasyllus:& alia huiusmodi passim apud Tacitum & aliquot alios.¶ Neq; finitimus Mezentius vnquam Huic capiti insultãs.) In antiquis aliquot cod. finitimo,legitur:vel mihi,vel huic capiti.&,Exultans dedisset funera,legitur &,vsquam,in codicibus aliquot antiquis:quod pertinet ad repetitionis ornatum , si cui ita legere placuerit.

Non ego nunc dulci amplexu diuellerer vsquam
Gnate tuo:neq; finitimo Mezentius vsquam
Huic insultans,tot ferro sæua dedisset
Funera,tam multis viduasset ciuibus vrbem.

Quo loco Seruius ait proprie,viduasset:dictũ a Virgilio: quia vrbs est generis fœminini.abusiue vero & satis incõgrue ab Horatio dictũ,Viduus pharetra risit Apollo.Quia.s.putat ipe viduã quasi viro iduã dici.Atqui sunt ex grãmaticis,quorũ authoritas minime cõtemnenda est:qui,viduũ,a ve,& diuitare,dictũ velint: sicut vesanus,non sanus.atq; ita non incõgrue dixerit Hora. Viduus Apollo.¶ At vos,o superi,& diuom tu maxime rector Iuppiter Arcadij q̃so miserescite regis, Et patrias audite preces.) In anti.admodum codice lectio hęc variat in hunc modum.

Diuom tu maxime rector
Iuppiter Arcadij quæso reminiscere regis,
Exaudiq; preces patrias.

Vulgata tamen lectio plures habet fautores:quia sequit̃. Si numina vestra Incolumen Pallanta mihi,si fata reseruent. apostrophe ad plureis.¶ Si visurus eũ viuo.)In codicibus aliquot antiquis viuom,legitur:quod nõ ita placet.Nã ad id, qđ nõnulli obijciũt, recte,viuom,positum:quia præter vota vidit eum postmodum: sed nõ viuum,respõsum fecerim,satis esse, quod iam dixerat , Si numina vestra Incolumẽ Pallanta mihi,si fata reseruent. Et quia nõ satis erat,desyderio patris,filiũ esse incolumẽ:nisi & iucũdissimo ei⁹ frueretur aspectu, eiusq; complexus peteret adiecit,Si visurus eum viuo,& venturus in vnum. ¶ Patiar quẽuis durare laborẽ.)In antiquis pene omnib⁹ codicibus,patior,est pręsenti tẽpore:quod auget assensum:& rem iam actu eẽ subinnuit, vel ad incõmoda senectutis respicit,quę per seipsa morbus est, de qua Comicus ait, χαλεπὸν τὸ γῆρας ἐστ' ἀνθρώποις βάρος. ¶ Nunc nunc,o liceat .) In antiquissimo codice Romano,& quibusdam alijs,legere est.Nunc o nunc liceat , Quod quantam præ se ferat venustatem & elegantiam,nulli arbitror ambiguum esse. ¶ Mea sola,& sera voluptas.)In Mediceo, & in Porcio , transpositis verbis,legere est : Mea sera & sola voluptas : quod maiori cum orationis ortu,si diligẽter inspicias,factum animaduertes. Est vero hoc cuiusmodi filium Homerus vocat , τηλύγετον,τηλύγετον, καὶ μουνογένη , Complexu teneo.) In Romano codic. legere est per participium,Complexus. Dum te cõplexus.Sed enim.Complexu omnino melius.¶ Grauior ne nuncius aures Vulneret.)In codicibus antiquioribus scriptũ est,Nũcius auris Volneret . Exponit vero Marcellus,grauior,tristior. ¶ Famuli collapsum in tecta ferebant.)In antiquis codicibus,conlapsum,habetur:pręposi tione incolumi,instar eius inscriptionis,quæ Romæ adhuc superat in monumentis L.Septimi Seueri Pij.

ARCVS CÆLIMONTANOS PLVRIFARIAM VETVSTATE CONLAPSOS ET CONRVPTOS A SOLO SVA PECVNIA RESTITVERVNT.

ARCVS

Iamq; adeo exierat portis equitatus apertis:
Aeneas inter primos,& fidus Achates:
Inde alij Troiæ proceres:ipse agmine Pallas
In medio,chlamyde,& pictis conspectus in armis:
Qualis,vbi Oceani perfusus Lucifer vnda,
Quem Venus ante alios astrorum diligit igneis:
Extulit os sacrum,cœlo:tenebrasq; resoluit.
Stant pauidę in muris matres:oculisq; sequuntur
Pulueream nubem,& fulgenteis ęre cateruas.
Olli per dumos,qua proxima meta viarum,
Armati tendunt.it clamor:& agmine facto
Quadrupedãte putrẽ sonitu quatit vngula campum.
Est ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem
Relligione patrum late sacer:vndiq; colles
Inclusere caui:& nigra nemus abiete cingunt.
Syluano fama est veteres sacrasse Pelasgos
Aruorum pecorisq; deo,lucumq; diemq;:
Qui primi fineis aliquando habuere Latinos.
Haud procul hinc Tarco,& Tyrrheni tuta tenebant
Castra locis;celsoq; omnis de colle videri
Iam poterat legio:& latis tẽdebat in aruis.
Huc pater Aeneas,& bello lecta iuuentus
Succedunt:fessiq; & equos,& corpora curant.
At Venus ęthereos inter dea candida nimbos
Dona ferens aderat:natumq; in valle reducta
Vt procul egelido secretum flumine vidit:
Talibus affata est dictis:seq; obtulit vltro.
En perfecta mei promissa coniugis arte VEN.
Munera:ne mox,aut Laurentes nate superbos,
Aut acrem dubites in prelia poscere Turnum.
Dixit:& amplexus nati Cytherea petiuit: POE.
Arma sub aduersa posuit radiantia quercu.

SERVIVS.

¶Iamq; adeo exierat.) Adeo ad ornatum pertinet tãtum. ¶ Ipse agmina Pallas. In medio.)Hic enim mos fuit vt tyrones ponerẽtur in medio,& ambirẽt viri fortes exercitũ. Aut certe honoris est mediũ locũ in exercitu tenere, vt ipse alibi, Medio dux agmine Turnus.¶ Conspectus.)Conspicuus,conspicabilis.Nam,p nomine participiũ posuit. ¶ Ante alios astrorum diligit ignes.) Venus in cœlo habet vnam propriam stellam quæ oriens Luciferũ, occidens Vesperum facit. Inde Statius , Et alterno deprehendit̃ vnus in ortu. Habet etiam duas alias vnam in signo Tauri , & vnã in Septentrione. Vnde ẽt Taurus domus esse dicitur Veneris,Ideo dixit , Quem Venus añ alios astrorũ diligit ignes. ¶ Sacrũ.)Venerabile. ¶ Tenebras.) autẽ resoluit propter iubar,quod sola possidẽs aliquod efficiat lumẽ. ¶ Agmine facto.)Agmẽ proprie est exercitus ambulãs quicquid fuerit aliud,abusiue dicit̃. ¶ Prope Cæritis amnem.) Agilla ciuitas est Tusciæ a cõditore appellata , cui ex iustitia Romana aliud est inditũ nomẽ. Nam cum Romani eũtes per Tusciam interrogarẽt Agillinos quę diceretur ciuitas, illi vtpote Græci quid audirent ignorantes,& optimũ ducentes si prius eos salutarent, dixerunt χαῖρε quam salutationem,Romani nomen ciuitatis esse putauerunt,& detracta aspiratione eam Cære nominauerunt,vt dixit Iginus in vrbibus Italicis. Amnis,autem, Minio dicitur:vt,Qui Cærete domo,qui sunt Minionis in aruis. ¶ Late sacer.)Hoc est non solum colebantur a ciuibus,sed etiam ab accolis.¶ Nigra.)Vmbrosa:more suo.¶ Veteres sacrasse Pelasgos , De his varia est opinio. Nam alij eos ab Atheniensibus,alij a Laconibus,alij a Thessalis dicũnt originem ducere, quod est propẽsius. Nam multas in Thessalia Pelasgorum cõstat esse ciuitates. Hi primi Italiam tenuisse perhibentur. ¶ Aruorum pecorisq; deo.)Publica ceremoniarum opinio hoc habet , pecorum & agrorũ deũ esse Syluanum.Prudentiores tamen dicunt eum esse ὑλικὸν θεόν, hoc est deum τῆς ὕλης.Hyle autem est fex omnium elementoꝝ, id est ignis sordidior & aer,itẽ aqua & terra sordidiora, vnde cũcta procreantur:quam ὕλην, Latini materiam appellauerunt, nec incongrue cum materiæ syluarum sint.Ergo quod Græci a toto,hoc Latini a parte dixerunt.¶ Lucumq;,diemq;.)Hoc a Romanis traxit,apud quos nihil fuit tam solenne quam dies consecrationis.Hinc est illud,Nostrosq; huius meminisse minores.¶ Tarco & Tyrrheni.) Tarco Latinus nominatiuus est de Græco veniens ab eo quod est Tarcon:perdito ν,& ω commutata in o , Vt ἀπόλλων Apollo , & πλάτων Plato.aliter versus non stat. ¶ Tuta tenebant castra locis.) Hoc est & natura & industria munitissima.Sed nouimus castra per naturam munita esse non posse, nisi in collibus fuerint,quod si in montibus sunt, quomodo procedit,Latis tendebat in aruis? Ne sit ergo contrarium,intelligamus quod hodie & videmus & legimus , hanc collium fuisse naturã, vt planicies esset in summo , in qua castra inerant Tarcontis.

tis.Quanquam multi velint, Celsoq; omnes de colle videri Iam poterat legio ad Æneã referri, vt intelligamus veniẽtes in collib⁹ fuisse Troianos Castra vero Etrusca in campis . Quod si velim⁹ accipere: quẽadmodum procedit, Tuta tenebant Castra locis: idest par naturam locorum. ¶ Tendebat in aruis.)Vt, Hic sęuus tẽdebat Achilles. ¶ Et bello lecta.)Quia ait supra, Qui sese in bella sequãtur, Præstantes virtute legit. Aut lecta pprie quia delect⁹ militũ est . ¶ Fessiq; & equos , & corpora curãt.) Ingenti arte quod sequebatur omisit,redditur⁹ in decimo. nãq; si vellet dicere venisse Æneam,vidisse Tarcontem,petisse auxilia , satis lõgũ fuerat , & peribat illud quod ait supra,Toto nãq; fremunt condensæ littore puppes: cũ & Etruscorũ festinationi dicentis breuitas congruat. Verum hoc quod in isto loco pętermisit , reddidit in decimo, dicens, Nanque vt ab Euandro castris ingressus Etruscis Regem adit,& regi memorat nomẽq;,genusq;. ¶ Æthęrios nimbos.) per aerem numinũ scilicet purgatiorem qui circa deos [illegible]. ¶ Reducta.) Secreta.¶ Egelido secretũ flumine vidit.)Egelido id est nimium gelido · & est vna pars orationis,vt,Eduráq; pirũ, id est valde durã . Et sic dixit Secretum flumine Egelido,hoc est pręsidio fluminis : vt dicimus,secretus est monte vel syluis.Latenter autem ostẽdit Æneã nõ nisi flumine ablutũ,numẽ videre potuisse.¶ Obtulit vltro.) Id est deã confessa,vt in secundo dixit,& est ordo,Obtulit se, & locuta est.¶ Promissa.)κατὰ τὸ σιωπώμενον:vt supra,Hoc signum cecinit missuram diua creatrix.¶ Laurenteis superbos.)Vt, Quos illi bello profugos egere superbo.¶ Acrem Turnũ.) Fortem,& proprie apud nos acer est qui δεινὸς apud Græcos dicitur, nam fortem , & vehementem, & asperum , & amarum potest significare. ¶ Poscere.)Prouocare.Cicero,Poscunt maioribus poculis, id est prouocant.

ASCENSIVS.

¶Iamq; adeo exierat portis equitatus apertis , Æneas inter primos & fidus Achates:Inde alij Troię pr.&c.)Docet:quo profecti sunt ad Tarconta:seu Latine, Tarcontem,Etruscorum doctorem vtq; Ven⁹ Ænee Vulcania obtulit arma:ipsum cõplectẽs:atq; cohortans. Vnde:quia Donati nihil habemus . ¶Ordo est. Equitatus.i.cœtus,aut classis eqtum:exierat iam adeo.i.pcipue iam:aut oĩno portis apertis.Exierat(inquit)videlicet Æneas , & Achates fidus.s.Æneę comes,inter primos. Inde.i. deinde , sup.exierant alij proceres Troię . Ipse Pallas conspectus.i.conspicuus in medio agmine:in supp.chlamyde & armis pictis,quę.s.a patre obtinuerat,sup.exierat talis,qualis Lucifer:vbi.i.postq̃:ipe perfusus vnda Oceani,id est locutus,ſm opinionẽ vulgi , Oceano.i.Oriẽs, quẽ.s.Luciferũ: (est enim stella Veneris) Venus diligit ante alios igneis.i.fulgores astrorum · extulit cœlo os.i. conspectum suũ: sacrum.i. venerabilem:& resoluit tenebras,scilicet nocturnas,vñ Lucifer,q lucem afferat,dicitur.Matres pauidę stant in muris,&

sequuntur

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

sequuntur oculis.i.obtutu:qa pedibus stantes,nō poterāt, nubē pulvereā.i.pulverulētā,ex pulvere pedū collectā:& cateruas fulgētes ære.i.armis ęreis fulgētibus inter nubē illam,Olli.i.oēs illi armati:tēdūt per dumos.i.loca inuia.s.ea , qua proxima meta.i. proximū compendiū viarum, supp.erat:clamor.s.se instigantiū: it.i.diffinitur per aera : & vngula.i. equina, quatit campū putrē: sonitu quadrupedāte.i. a quadrupedātibus.i. quaternis pedib^9, incedentibus eqs facto:& hoc agmine.i. ordine militariter pcedētiū:facto.i.instituto.Ingēs lucus est prope amnē gelidū.i.sub frigidū propter syluā:Cæretis.i.vrbis Agillinę:sacer.i. venerabilis:late.i.in latū religione.i.obseruātia,& religiosō cultu patrū.i. maiorū.Colles.i.monticuli : caui.i. habentes vallem interiacētē, inclusere,sup.lucū illū:vndiq.i.ex omni parte : & cingunt nem^9 abiete nigra.i.vmbrosa.Fama est veteres Pelasgos.i.Gręcos,qui in Italiā venerant:sacrasse.i.dicasse,Syluano,deo aruorum,& pecoris: lucum,sup.illum:& diē,sup.solēnē,& sacrum.Pelasgos(inquit)qui primi habuere.i.possederūt aliqñ , fineis Latinos, Tarchō : & Tyrrheni.s.populi:tenebant haud procul hinc.i.nō lōge ab hoc luco:castra tuta locis.i.munitione locorū : & ois legio.s. Tyrrhenorū poterat iā videri.s.ab Ænea : de colle celso.i.arduo & difficulter accessibili:sed planiciē latam habente:aut,omnis legio Ænee venietis poterat videri a Tarchonte de colle excelso, vbi excubias fecerat:licet in valle munita,exercitū haberet,& castra.Sed prior modus,qa placet Seruio,placet & mihi,eo quod sequitur:& tēdebat.i.tentoria habebat:sicut in.ij.Hic Dolopū manus,hic seuus tendebat Achilles.i.in aruis latis.i.late se extēdētibus,in planicie collis.Pater Æneas,& iuuētus lecta.i.delecta, aut electa.bello.i.ad bellū:succedunt huc.i.ad hūc collē, vbi erat Tarchon:& ipsi fessi curāt.i. reficiunt & reparāt & equos & corpora sua.s.priusq̄ ad Tarchōtē accederēt. At Venus dea cādida.i.relucēs:inter nimbos.i.nubem:ęthereos.i.lucidam, & quasi cœlestē aderat,ferēs dona.s.arma,a Vulcano fabrefacta:& vt.i.postq̄ ipa vidit natum,id est filium:in valle reducta.i. inter duos colleis inclusa:vidit(dicit)procul.i.de longe:secretū.i.diuisum ab exercitu aliorū : flumine egelido.i.multum & eminēter gelido,nisi sit nomen eius:affata est,sup.eum talibus dictis:& obtulit se.s.vidēdam cōspectui eius:vltro.i.non requisita. En munera pfecta, arte coniugis mei.s.Vulcani:promissa.i. quę ipse mihi promiserat aut quę ego promiseram tibi perfecta , latura arma : aut quæ mihi promissa dixi a marito : sed hoc vltimum refellitur, & primum refellitur ex eo, q̄ Venus in oratione sua non meminit,promissionis:dicemus ergo,medium.s.Venerē, promisisse Æneæ se laturā,arma perfecta,arte mariti sui:vnde dictū est,At Troius heros Agnouit sonitū,& diuę promissa parentis,ne o nate,dubites poscere.i.prouocare,in pǁia,Laurenteis.s.populos:superbos.s.ppter virtutē suā bellicam,aut propter ductores suos: aut Turnū acrem.i.strenuum,ductorem eorum , & capitalem tibi inimicū: Cytherea.i.Venus:a Cytheris montibus Cypri, dicta:dixit.i.finiuit,orationē:& petiuit amplexus nati.i.filij sui:&,sup. posuit sub quercu aduersa.i.e regione:& ex aduerso sita:arma radiātia.i.resplendentia,& quasi radios emittentia.

PIERIVS.

¶Sequuntur.)In plerisq; vetustis codi.secūtur, notatum obseruēs.Sed enim per q scribendum,Victorini sententia est. Alij qdā q.in verbo,sequuntur,& loquuntur,ita adamarunt,vt eorū etiā participia,secutus,locutus,per q,sequut^9,loquutus,scribere voluerint:pręcipientes horum scriptionem ad originem referri debere.¶Tuta tenebāt Castra.)In aliquot codi. antiquis legere est, cuncta tenebant Castra:quod si admittas, Seruij omnis ambiguitas tolletur.Nanq; omnis furijs surrexit,Ethruria iustis; quę castra eo loco metata erat.¶Egelido.)In Ro.cod.hęc gelido: vt sit hęc.s.Venus :quod incomptum videtur i alijs.& in alijs,e gelido separatim legitur.Placet vero vnica dictione, egelido, per cōpositionem particulę,quæ valde significat.

Ille deæ donis,& tanto lætus honore,
Expleri nequit:atq; oculos per singula voluit:
Miraturq;,interq; manus,& brachia versat
Terribilem cristis galeam,flammasq; vomentem,
Fatiferumq; ensem,loricam ex ære rigentem,
Sanguineam,ingentem:qualis,cum cœrula nubes
Solis inardescit radijs:longeq; refulget.
Tum leueis ocreas electro,auroq; recocto,
Hastamq; & clypei non enarrabile textum.
Illic res Italas,Romanorumq; triumphos,
Haud vatum,ignarus,venturiq; inscius æui,
Fecerat ignipotens:illic genus omne futurę
Stirpis ab Ascanio,pugnataq; in ordine bella.
Fecerat,& viridi fœtam Mauortis in antro
Procubuisse lupam:geminosq; huic vbera circum
Ludere pendentes pueros:& lambere matrem
Impauidos:illam tereti ceruice reflexam
Mulcere alternos:& corpora fingere ligua.
Nec procul hinc Romā,& raptas sine more Sabinas
Consessu caueę,magnis Circensibus actis,
Addiderat:subitoq; nouum consurgere bellum
Romulidis,Tatioq; seni,Curibusq; seueris.
Post ijdem inter se posito certamine reges
Armati Iouis ante aram,paterasq; tenentes
Stabant:& cęsa iungebant fœdera porca.

SERVIVS.

¶Deę donis.)Propter arma. ¶Tāto lętus honore.)Quod manifestam viderat matrē,& plenā numinis sui. ¶Interq; manus & brachia versat.)Subgendū est, vt intelligas Æneā manib^9 minora, brachijs maiora arma considerasse, vt puta loricam & scutū: hæc enim sūt arma maiora, minora vero,galeam, gladium, ocreas. ¶Versat.)Cōsiderat.Vt: Huc illuc vinclo♃ imēsa volumina versat. ¶Rigētē,sanguineā,ingētē.)Distinguēdū ppter plura epitheta. ¶Solis inardescit radijs.)Irim Physica rōne describit, quę fit cum aquosam nubē solis ardor irradiat.Nec est incongrua hęc cōparatio, cum lorica de diuersis metallis fieri plerunq; cōsueuerit. ¶Leueis ocreas.)Nitida tibialia. ¶Recocto.)Sæpe purgato.Sic Homerus.

αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ τεῦξε σάκος μέγα τε στιβαρόν τε,
Τεῦξ' ἄρα οἱ θώρηκα φαεινότερον πυρὸς αὐγῆς,
Τεῦξε δ' οἱ κόρυθα βριαρὴν κροτάφοις ἀραρυῖαν,
Καλὴν δαιδαλέην, ἐπὶ δὲ χρύσεον λόφον ἧκε,
Τεῦξε δέ οἱ κνημῖδας ἑανοῦ κασσιτέροιο.

¶Non enarrabile.)Bene nō enarrabile.cum enim in clypeo omnem Romanam historiam velit eē descriptam, dicendo, Illic genus omne futurę Stirpis ab Ascanio , pugnataq; in ordine bella: carptim tamen pauca cōmemorat sicut in primo ait, Videt Iliacas ex ordine pugnas,nec tamē vniuersa descripsit. ¶Haud vatū ignarus.)Futurorū non inscius. ¶Vēturiq; inscius æui.)Nō ęui, sed quę in ęuo erant futura. ¶Stirpis ab Ascanio.)Vsq; ad Augustum Cęsarē. ¶Mauortis in antro.)Potest accipi , & fecerat lupā Mauortis, & Mauortis in antro. Dicēdo āt &:ostēdit multa alia fuisse depicta. ¶Procubuisse.)Idest pria parte se inclinasse : quod Græci προκλίνοντα dicūt:vt inclinatione corporis vbera pręberet īfantibus. Nā si pcubuisse,iacuisse accipias , cōtrariū est quod dicit,Ludere pēdētes pueros. Sciendū tamen est voluisse eū gestū pprie exprimere,quem in ipsius lupæ cernimus statuis. ¶Geminos huic.)Re vera geminos mō:alias similes. Sane totus hic locus Ennianus est. ¶Ludere.)Moueri. Terentius, Cōgrum istum maximū i aqua finito ludere, idest moueri. ¶Pendentes.)Cessantes. Vt, Pendēt opera interrupta, minæq;. ¶Matrē.)Quasi matrē,cuius affectū pueris exhibebat. ¶Tereti ceruice.)Rotūda cū lōgitudine. Vt,Incumbēs tereti Damon sic cępit oliuę. ¶Mulcere alternos.)Non quod i pictura erat dicit: sed id quod intelligimus factum fuisse.Vt,Ter circū Iliacos raptauerat Hectora muros. ¶Et corpora fingere lingua.)Id est tergere. Cicero i Festiana,Spōgijs sanguis effingebatur.i.tergebat. ¶Nec procul hinc Romā.)Congrue iuxta pprios conditores. ¶Raptas sine more Sabinas.)Raptas spectaculo sine vllo exemplo. ¶Consessu caueæ.)Cauea est vbi populus spectat. ¶Magnis Circensibus actis.)Magnis,quantū ad paupertatē pristinā pertinet.Nā legimus,ppter equorū inopiā diuersis eos tūc vsos animalibus.Raptæ aūt sunt Sabinę Cōsualibus, hoc est mēse Martio.Consus aūt deus est consiliorū:qui ideo templū sub tecto habet vt ostēdatur tectū esse debere consilium,inde est quod & Fidei panno velata manu sacrificabatur, quia fides tecta esse debet & velata. Ideo autem dicato Consi simulachro rapuerunt Sabinas,vt tegeretur initū de rapto consiliū.Iste Consus & eques Neptunus dicitur:vnde ēt in eius honorē Circenses celebrātur. Errant ergo qui dicunt magis Circēsibus, aut Megalesiacis, aut Romanis quos cōstat fieri ante calendas Ianuarias. Actis,autem cum agerentur:quia non erat præsens a passiuo participium.vt, Et qua vectus Abas. ¶Circensibus.)Circēses dicti vel a circuitu: vel q̄ vbi nunc metæ sunt,olim gladij ponebantur quos circum ibant,dicti Circenses sine adiectione ludorum , cum ita dicamus ludos theatrales,ludos gladiatorios,ludos Circenses. ¶Romulidis.)Hic datiuus pluralis venit ab eo quod hic Romulida.

Consus

¶Curibusq; seueris.)Mire dixit seueris. Cum enim filias pdiderint Ceninenses, Antemnates,Crustumini, & Sabini,ceteris quiescentibus Sabini soli bella sumpserunt : q interueniētibus postea triginta fœminis iam enixis de illis quæ raptę erāt, pax facta est: ex quarum nominibus Curiæ appellatæ sunt in communem ēt mulierum honorem.Calendæ eis dicatæ sunt Martię.Horatius, Martijs cœlebs quid agam calēdis? Iuuenalis,Munera fœmineis tractat secreta calendis . Nec enim aliter cōgruit Martias calēdas esse fœminarum,nisi quia(vt diximus)fœminæ bella sedarūt. Sane sciēdum omnes virgines raptas excepta Hersilia, quam sublatam a marito, sibi Romulus fecit vxorē. ¶Posito certamine.)Finito:vt,Ante diem clauso componet vesper Olympo. Iouis ante aram.)Ante templum Iouis statoris,quod fecerat Romulus postquam orans elatis armis meruit ne suus exercitus fugeret. ¶Iungebant fœdera porca.)Fœdera,vt diximus supra,dicta sunt a porca fœde & crudeliter occisa : cuius mors optabatur ei qui a pace resilisset.Falso autem ait porca. Nam ad hoc genus sacrificij porcus adhibebatur,ergo aut vsurpauit genus pro genere. Vt, Timidi venient ad pocula damę:cum has damas dicamus. Item supra lupam,cum artis sit hic & hæc lupus. Aut certe illud ostendit quia in omnibus sacris fœminei generis plus valēt victimę. Denique si per marem litare non possent,succidanea dabatur fœmina. Si autem per fœminam non litasset, succidanea adhiberi non poterat.

ASCENSIVS.

¶Ille deæ donis.)Cōmemorat quę arma Æneas a matre susceperat & potissimū clypei describit sculpturā,res Romanorū pcipuas vsq; ad Augusti tempora continentē:vnde & Augusti egregia facinora,opportunitatem nactus cōpendio,ingeniosus Poeta percurrit:quam ob rem est explodēda eorum opinio,qui poeta constituisse dicūt , ad Augustum vsq; perducere opus,& illius gesta recensere.quod si esset,non hic & in.vj. tam diligēter ea pcurreret. Potuisset tamē,si superuixisset, Augustū alio opere instar istius cecinisse:quod in Buco. & Georgi . pollicitus videtur. ¶Ordo autē est,Ille.s.natus Veneris,Æneas : lętus donis deæ,s. matris:sed poti^9,deę:quasi,a mortali talia cōferri nequirēt :& lætus tanto honore,quia mater ipsum suo complexu dignata erat: aut tanto honore,quantus est:tam insignibus armis fulgere,nequit expleri.i.satiari,vidēdo:atq; voluit oculos per singula.s.arma & miratur,sup.ea:& versat inter manus & brachia, galeam.i. cassidē terribilē:cristis.i.habentem terribiles cristas, & vomentē flammas:sicut de galea Turni dictū est:& ensem fatiferum , id est letiferum,aut mortiferum multis:& loricam.i.thoracem : rigentem.i.fere stantem & rigidam:ex ære.i.squāmis ęreis:sanguineā i.sanguinei coloris:& sup.ingentem.i. valde magnam, sup. talē: qualis,sup.est:nubes cœrula.i.cœrulei coloris:cū,id est quando inardescit.i.resplendet:radijs solis.s.ex aduerso incumbentib^9, & arcum cœlestē producentibus:& refulget lōge.i.refulgere videtur,pręcipue a lōge stantibus:tum,sup.miratur : & versat,ocreas i.munimina crurū:leuis.i.polita,nō aspera, aut politas,& leuigatas,si ad ocreas refers,sup.factas,ex electro,& auro recocto.i.iterum fuso,& ita purgatorie:& hastā,& tectum.i.texturam,& sculpturam clypei:nō enarrabile.i.difficile enarratu:declinatur ergo hoc textum,texti:pro re ipsa contexta.Ignipotens, scilicet Vulcanus:haud ignarus vatū.i.vaticiniorū,a vatib^9 editorū: aut officij vatū nō inscius:q̄.pro,id est:nō inscius ęui futuri: fecerat illic.i. in illo clypeo,res Italas,& triumphos Romanorum: & fecerat illic omne genus stirpis.i.progeniei futurę ab Ascanio : & fecerat in ordine bella pugnata.i. vt bellata.i.bello gesta erāt & lupā fœtam.i.enixam:nuper procubuisse.i.prima parte se inclinasse: i viridi antro Mauortis.i.Martis.i.vbi erāt Martis filij,Remus,& Romulus,& ab ea nutriendi : & geminos pueros pendentes circum vbera ludere huic.i.in huius applausum.s.lupę:& matrem.i.quę tāquam matrem se gerebat.s.lupam:lambere, sup. pueros.s.Remum,& Romulū:impauidos.i.imperterritos:quo indicio, Martis filij,pbabant:nā pueri,naturaliter sunt pauidi. Aut ordo est,& pueros impauidos lambere.i.dulciter sugere : matrem.i.lupam pro matre:& illam.s.lupam:reflexā ceruice tereti.i.rotunda in lōgum:mulcere.i.mitigare,aut placare lambendo alternos:vt catulos suos solent lupę:quæ res,cum vna esset sculpi,aut fingi nō poterat.nam si alterum visa est lambere, aut mulcere:non potuit alterum etiam mulcere:sed sic,sculpta erat,vt lambisse visa, alterū ad alterū festinaret: & fingere.i. tergere , & solidare corpora.s.infantum,lingua.s.sua:quod vrsis proprium est.Nec.i. & nō:& addiderat nō procul hinc.i.ab hac sculptura iam dicta : Romam:& Sabinas.s.virgines,& matronas raptas.s.a Romulo , & cohabitatoribus eius,postquā a finitimis ɔiugia impetrare non poterāt: sine more,id est exemplo,quia noua inuentione : dum enim cōsualia Neptuno agerent.i.hasticos ludos,quę hastiludia nōnulli vocant,conuocatis vicinis ad spectacula: vbi conuenissent suā sibi quisq; rapuit: vnde dicit,raptas consessu cauee.i.in loco cōcauo,vbi consederant in circuitu spectantes:& hoc magnis Circēsibus.s.ludis,qui idcirco fiebant actis.i.dū agi deberent:& addiderat nouum bellū consurgere subito Romulidis,& Tatio seni , & curibus seueris.i.inter Romulidas,ex Vna parte:& Tatiū , ducē Sabinorum:& inter ciueis Curienseis,quos Seueros vocat: quia cęteris quiescentibus,iniuriam vlcisci voluerunt: & tria bella cū Romanis gesserunt.Est autem hæ Cures,harum Curium,ciuitas olim Sabinorum:vnde Numa Pompilius erat.Post, id est postea ijdem reges.s.Romulus,& Tatius:certamine posito.i. sedato inter se,stabant armati ante aram Iouis : tenentes pateras.s.quibus Ioui libabant:& iungebant.i.inibant,fœdera, porca cęsa.i.icta,& percussa fœde,Nam qui fœdus percutientes,porcum inibant,dicebāt antequam ferirent:Iuppiter populum.N.sic ferito, vt ego hunc porcū ferio:tantoq; magis ferito,quāto magis potes : pollesq;,si.s.fœdus non seruaret. Cures

PIERIVS.

¶Miratur,interq; manus.)In plerisq; codic.anti. legere, Miraturq;,interq; manus.quod quidē mihi plurimū placet. ¶Auroq; recocto.)In Oblon.cod. quē Pomp.Lęti,delicias aiunt,auroq; nitentem,legitur:vt sit, Leueis ocreas electro,auroq; nitentem,Hastamq; & clypei non enarrabile textū.Sed magis placet , recocto: vt in reliquis oībus exēplaribus habetur. ¶Reflexā, Mulcere.)In Ro.cod.reflexa,eodē casu cum ceruice,legitur. Sed reflexā,figuratum magis:opere pretium vero est hmōi figurā plerisq; in locis,tū ex marmore,tum ex ęre Romæ spectare . Ambigas enim, vtrū Virgilius a scultoribus an sculptores a Virgilio,huius imaginis desumpserint exemplar. Quod vero subsequitur,Et corpora fingere lingua:sunt antiqui cod.i qbus lingere,scriptū sit.Sed enim,tingere:pro,tergere,agnoscit Seruius,etiam M.Tullij Ciceronis vsu. ¶Raptas de more Sabinas.)Sunt qui,de more , pręter morem,hoc loco teste,dici velint . Sed enim ego, de, quidē illud in nonnullis antiquis codi.notatum obseruaui. Passim vero raptas sine mora:scriptum animaduerti.Sed de paraphrasi sumptū puto.Quod vero sequitur,Consessu caueę dictio,Cōcessu,corrupta plurimū est in cod.antiq. ¶Et cęsa iungebat fœdera porca.) Quintilia.lib. viij.vbi de ornatu differit:Quędam (ait) non tā ratione,quam sensu,iudicantur:vt illud,Cæsa iūgebat fœdera porca.Fecit elegans fictio nominis,quod si fuisset,porco, vile erat. Quod vero ait Seruius , falso dictum a Virgilio, porca, quod ad hoc sacrificij genus,porcus adhiberetur.Sueto. Tranquil.in vita Claudij,contra opinionem Seruij , Cū regib^9 fœdus in foro icit: porca cęsa,inquit. Tametsi Liuius quoq;,porcum statuit.

Haud procul inde,citę Metiū in diuersa quadrigę
Distulerant(at tu dictis Albane maneres)
Raptabatq; viri mendacis viscera Tullus
Per syluam:& sparsi rorabant sanguine vepres.
Necnon Tarquinium eiectum Porsenna iubebat

SERVIVS.

¶Citæ Metiū in diuersa quadrigę.)Donatus hoc loco cōtra metrū sentit dicēs, Citę:diuisę: vt est in iure,erecto,non cito.i.patrimonio vel heredi tate nō diuisa, Nam Citus cū diuisus significat, ci, lōga est. Ergo Citæ, veloces intelligamus. Quod aūt dicit Virgili^9 Metum : Metius Suftetius dictus est , quod nomē mutilauit causa metri.Nouimus aūt nominū vel mutationem vel mutilationē cōcessam poetis, sic pro Polluce , Castorem: pro

Universidad de Deusto
Biblioteca



pro Citheride, Lycoridem po
fuit: vt. Sed quæ legat ipſa Ly
coris. Hic autē Metius Suffe
tius cū apud Albanos ſummā
rex teneret, a Romanis in au
xilium cōtra Fidenates voca
tus, iuxta ſocietatis venit qdē,
ſed in ſplio ipſo ad hoſtes defe
cit. Quod cernens Tullus Hoſtilius ait voce maxima militibus
ſuis, ita vt etiā hoſtis audiret, Ne trepidetis, meo conſilio factum
eſt, vt factioſe Metij Suffetius
ad hoſtes trāſiret. Quo conſilio
& ſuis pene iam amiſſas vires
reddidit: & effecit ne hoſtes
crederent Metio. quē poſt vi
ctoriā captū Tullus hoſtilius res
ligauit ad binas quadrigas,
ita vt ab vnisquadrigis trahe
rentur, pedes vero ab alteris: qbus agitatis velociter, eū crudeli
morte diſcerpſit. Videns ergo poeta Romano nomini incōgruā eſſe

Accipere: ingentiq; vrbem obſidione premebat.
Aneadæ, in ferrum pro libertate ruebant.
Illum indignanti ſimilē, ſimilēq; minanti
Aſpiceres: pontē auderet quod vellere Cocles:
Et fluuium vinclis innaret Chlœlia ruptis.

eſſe vindictam, cuſpam in criminis retorquet authorē, dicens ex ſua pſona ad ipſum Metiū. ſAt tu dictis Albane maneres.) Ideo etiā, ſMendacis.) Infert, vt tacitæ quæſtioni, & inuidiæ crudelitatis occurrat. ſNecnon Tarquiniū electū Porſenna iubebat.) Tarquinius ſuperbus habuit pditos filios, inter quos Aruntē: qui dū in caſtris eſſet, patre ſuo Ardeā obſidente: & ortus eſſet inter eū & Collatinum maritū Lucretiæ, de vxoribus ſermo, eo vſq; cōtentio proceſſit, vt ad prohādos earum mores, arreptis equis ſtatim domos ſuas ſimul, pficiſcerētur. Ingreſſi itaq; ciuitatē Collatinā vbi Lucretię domus erat, inuenerūt eā lanificio operā dātē, & triſtem propter mariti abſentiam. Inde ad Arūtis domum profecti cum vxorē eius inueniſſent cantilenis & ſaltationibus indulgētē reuerſi ad caſtra ſunt. Quod Aruns dolens, cū de expugnanda Lucretiæ caſtitate cogitaret, mariti eius noie epiſtolā finxit, & dedit Lucretiæ: in qua hoc cōtinebatur, vt Arūs ſuſciperetur hoſpitio. Quo facto, per noctem ſtricto gladio eius ingreſſus cubiculū cū Æthiope hac arte egit vt ſecū coiret, dicēs, Niſi mecum cōcubueris, Æthiopem tecū interimā, tanq; in adulterio deprehenderim. Timens itaq; Lucretia ne caſtitatis famā amore deperderet (quippe quā ſine purgatione futuram eſſe cernebat) inuita turpib⁹ imperiis paruit. Altero die cōuocatis propin quis marito Collatino patre Tricipitino, Bruto auūculo, qui tribunus equitum celerū fuerat, rem indicans, petijt ne violatus pudor, ne ve inultus ei⁹ eſſet interitus: & electo gladio ſe interemit, quem Brutus de ei⁹ corpore exertum tenens, proceſſit ad populum: & multa cōqueſtus de Tarquinij ſuperbia, & filiorū eius turpitudine, egit ne in vrbē reciperetur authoritate qua plurimum poterat. nam vt dixim⁹, Brutus tribunus equitum fuerat. Sed cū non ſuſciperentur, Tarquinius contulit ſe ad Porſennam regē Thuſcię: qui pro Tarquinio cum ingentibus copijs capto Ianiculo, & illic caſtris poſitis, Romam vehemēter obſedit. Et cum per ſublicium pōtē, hoc eſt ligneum, tranſire conaretur, ſolus Cocles hoſtilē impetum ſuſtinuit, donec a tergo pōs ſolueretur a ſocijs, quo ſoluto ſe cum armis præcipitauit in Tyberim. Et licet læſus in coxa, tamen eius fluenta ſuperauit. Vnde eſt illud ab eo dictum cum ei in comitijs coxæ vitium obijceretur, Per ſingulos grad⁹ admoneor triūphi mei. In tantam autem obſidionis neceſſitatem populus venerat, vt etiam obſides daret. ex quibus Cloelia inuēta occaſiōe trānauit fluuium, & Romā reuerſa eſt. Redditaq; rurſus eſt, pacis lege eam Porſenna repetēte: qui admiratus virtutem puellæ dedit ei optionem, vt cum quib⁹ vellet rediret. Illa elegit virgines vnde Porſenna hoc quoque miratus conceſſit: & rogauit per literas populum Romanū, vt ei aliquid virile decerneretur: cui data eſt ſtatua equeſtris, quam in ſacra via hodieq; conſpicimus. ſEiectum.) Atqui facile poterat ſuſcipi. Sed ideo non eſt ſuſcept⁹ quia occidi non poterat religione impediēte. rex enim etiam ſacrorum fuerat. Vnde poſtea alij facti ſunt cōſules, alij reges ſacrorum. ſPorſenna.) Vnum n, addidit metri cauſa: vnde & penultimæ datus accentus eſt. Nam Porſena dictus eſt, Martialis, Hanc ſpectare manum Porſena non potuit. ſÆneadæ.) Satis longe petitum epitheton. ſIllum.) Coclitem. Et modo Cocles in hoc homine de quo dicit, proprium eſt nomen. In alijs appellatiuum. nam luſcos, coclites dixerunt antiqui. Vnde & Cyclopas, coclitas legimus dictos, quod vnum oculum habuiſſe perhibētur. ſVinclis innaret Cloelia ruptis.) Atqui obſides non ligātur: ſed vinclis pro cuſtodijs accipiam⁹. Aut certe vinclis ruptis pōtis, id eſt iam ponte reſoluto.

ASCENSIVS.

¶Haud procul, &c.) Percurrit cætera Romanorū geſta. ¶Ordo eſt. Quadrigæ. i. equi quaterni trahētes currus: aut currus ipſi citatæ. i. citati: & inſtigati: diſtulerant. i. diſtraxerant: haud i. non procul: inde. i. ab iā dicta pictura: in diuerſa. i. in diuerſas parteis: Metium. i. Metium Suffetium, Albanorum principem, fidifragū: vt Liuius ad lōgū, & Seruius ſatis expreſſe recitat. Et quia hoc atrox factum videtur, docet Poeta, iuſtam eſſe vltionem, dicēs: at, ideſt tametſi, hoc crudele videſ tibi, o Albane, ſcilicet o Meti, tu maneres. i. ſtare deberes: dictis. i. promiſſis, & conuentis cum Romanis: & Tullus. ſ. Hoſtilius: raptabat. i. diſtrahere faciebat: viſcera viri Mendacis. ſ. Metij, per ſyluas, & vepreis. i. ſenteis, & dum rorabant: ſparſi. i. reſperſi: ſanguine. ſ. Metij. Necnon. i. etiam: Porſenna. ſ. rex Thuſciæ: cauſa autem metri adiecit n literam: nā Martialis,

SERVIVS.

¶In ſummo cuſtos Tarpeiæ Manlius arcis,) In ſumma clypei parte. Et bona rōne vtitur in

In ſummo cuſtos Tarpeiæ Manlius arcis
Stabat pro templo; & Capitolia celſa tenebat.
Virg.

tialis, Porſena, media breui, pfert: iubebat. i. iubere Romanis vis debatur: accipere. i. vt reciperēt: Tarquinum. ſ. ſuperbū: qui vo lunt ſecundam longam eſſe, ſcribunt Tarquinum, ſicut Metum: eiectum. ſ. propter ſuperbiam eius, & Lucretiæ, a filio violationē: & premebat vrbem... Romam angenti obſidione: Æneadæ. i. Romani: qui ab Ænea deſcenderant: & præcipue Brutus Collatinus & Tricipitinus: ruebant in ferrum. i. arma, pro libertate. ſ. tuēda, expulſis regib⁹. Tu aſpiceres illum. ſ. Porſennam, ſimilē indignāti, & ſimilem minanti. quod Cocles, Romanus ille, auderet vellere. i. diuellere, & interrumpere: ſecuri pontē. ſ. ſubliciū, ingruentibus hoſtibus: & quod Chlœlia, ſcilicet virgo Romana, cum alijs obſidibus data: innaret fluuium, ſcilicet Tybrim: & hoc vinclis. i. cuſtodijs arctis: ruptis. i. illiſis, aut, ruptis vinclis, id eſt ſic adnatā tis, & com ſummo periculo aufugientis, ac ſi in vinclis tenta fuiſſet. Hiſtorias recitat Seruius: quas in Liuio facile eſt inſpicere, vnde breuior ſum.

PIERIVS.

¶Citę Metium in diuerſa quadrige Diſtulerāt.) Antiqui omnes codices quot quot habui, Metum, legūt: dictione biſſyllaba: quā alibi, vnico t, alibi geminato reperias: mutilatamq; eſſe dictionē cauſas metri Seruiꝰ ait. dum ipſe quoq; Metum, biſſyllabū agnoſcit. Sane Mettius, duplicato t, pluribus locis in veterum monumentis ſcriptum animaduerti, Placentiæ in diui Pauli templo: L. METTIVS, L. F. duobus t, notatum eſt: & Romæ in ædibus Pauli Plancæ legere eſt: Q. METTIO: & P. METTIO. tametſi non ignorem, & Metia, & Metius, vnico t, alibi notatum. vtcunq; vero primam in eo nomine ſyllabam produci volūt. Sed enim hic minime præterire poſſum: quod peruulgato errore in Liuianis codicibus, & alibi paſſim, Metius Suffetius. per ſ, prima litera ſcriptum eſt: cum dubio procul, Fuffetius, per f, ſit ſcribendum. Ita enim apud Dionyſiū Halicarnaſſeum, & Græcos alios inuenias, φουφετίου. Præterea, ſiqui noluerint Græcis adhibere fidē, oſtendit mihi Ianus Parrhaſius, vir vtraq; lingua eruditiſſimus, T. Liuij codicē uetuſtate venerabilē, in quo, Fuffetius, ſcriptum erat, prima litera per f, non per ſ. Quē quidē codicē nomina quædam ſpecioſa Vindiciamus, Nicomachus Dexter, & victorian⁹, ſe emēdaſſe adſcripſerūt. Idq; in Symmachorum gratiam feciſſe profeſſi ſunt. Ad hæc, & Nonij Marcelli vetuſtum codicem protulit: & alios quoſdā authores, in quibus eodem modo Metius Fuffeti⁹, ſcriptum habebatur. Aiūt præterea Pomponium Lętum, totius, antiquitatis virū obſeruantiſſimū, qui ſuperiori ætate in Romano gymnaſio primas obtinuit, ſæpius inclamitare ſolitum, Fuffetius, dicendū. ſAt tu dictis Albane maneres.) Eodem ętatis uitio, quod ſæpius adnotauimus, in codicibus aliquot legitur, Aluane, per u, digammno: quo ſono huiuſmodi nomina, Hiſpani adhuc magna ex parte pronunciant. Id quod priori etiam ætate frequentiſſimo uſu receptum, Adamantiū compulit: ut albus, alba, albū: per b, mutā ſcribendum præciperet: diſcretionis gratia, ut aluus, ab albus, diſcernerēt: quę nomina tunc corrupta, pronunciandi ratione confundebantur. Eſt vero hęc parentheſis & apoſtropha cōiuncta ſimul, Haud procul inde citę Metum in diuerſa quadrigæ Diſtulerant (at tu dictis Albane maneres) Raptabatq; viri mēdacis viſcera tellus: ut Quinti. obſeruat. ſEt ſparſi rorabant ſanguine vepres.) Pomponius, fœminino genere, vepram, dixit: vt Nonius atteſtatur. Et apud Lucre. legitur lib. iiij. Nam ſæpe videmus illorum ſpolijs, vepres volitantibus auctas: quanuis ita dici debere neget Caper in Orthopeia. ſNecnō Tarquinum eiectum Porſenna iubebat Accipere.) In codicibus antiquis, Tarquinitū quadriſyllabum eſſe diximus alibi, & poetarū teſtimonijs, ſecundam a principio ſyllabam eſſe breuē oſtēdimus. Porſena quoq; vnico n, ſcribitur in antiquis pleriſq; vt quæ per ſe lōga eſſe poſſit, vt i Murena, Auſilena, pene vltima. Tametſi iure ſuo. Hāc ſpectare manum Porſena nō potuit, dixerit Martialis, non aliter ac illud etiam, Traducta eſt Getulis, nec cœpit arena nocentis: duabus ſyllabis eluxatis. Illud etiam aduertendum, quod Seruius Lucretię ſtuprum, ab Arunte illatum ait, cum Liuius Sextum dicat. ſPonte auderet q⁹ vellere Cocles.) In antiquis oibus cod. quotquot habui, legi, auderet quia vellere. In vno ex antigorib⁹, qui auellere, notatum eſt pūcto inter i, & a, librariorum inſcitia interiecto, cum forte, quia ſcriptū inuenīſſent: ſed puto ego quia deſumptum ex paraphraſi: & q⁹, antiquam eſſe lectionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Romuleoq; recens horrebat regia culmo.
Atq; hic auratis volitans argenteus,anser
Porticibus,Gallos in limine adesse canebat:
Galli per dumos aderant:arcemq; tenebant
Defensi tenebris,& dono noctis opacæ.
Aurea cæsareis ollis,atq; aurea veltis:
Virgatis lucent sagulis:tum lactea colla
Auro innectuntur:duo quisq; Alpina coruscant
Gæsa manu,scutis protecti corpora longis.
Hinc exultantes Salios,nudosq; Lupercos,
Lanigerosq; apices,& lapsa ancylia cœlo
Extuderat.castæ ducebant sacra per vrbem
Pilentis matres in mollibus.hinc procul addit
Tartareas etiam sedes,alta ostia Ditis,
Et scelerum pœnas,& te Catilina minaci
Pendentem scopulo,furiarumq; ora trementem,
Secretosq; pios;his dantem iura Catonem:

vrbis esse manifestũ est. Historia talis est, Brẽno duce Senones Galli venerunt ad Vrbem: & circa Alliam fluuium occurrentem sibi,deleuerunt exercitũ omnem populi Romani. Aliatq; die cum vellent ingredi ciuitatem, primo cõcussi sunt timẽtes insidias, qa & patentes portas, & nullum in muris videbãt. Postea paulatim ingressi cuncta vastauerunt octo integris mensibus: adeo vt ea quæ incendere nõ poterãt,militari manu diruerent,solo remanente Capitolio:ad quod cum vtẽsilib⁹ reliqui confugerant ciues, qui tantum a Gallis obsidebãtur etiã id penetrare cupiẽtibus: quos alĩ per dumeta & saxa alpera,alĩ p cuniculos dicunt conatos ascendere. Tunc Mãlius custos Capitolĩ Gallos detrusit ex arce,clãgore anseris excitatus, quem priuatus quidam dono Iunoni dederat. Nanque secundum Plinium, nullum animal ita odorem hominis sentit. ¶ Pro templo.) Pro defensione templi: nam, ante templum,non procedit: cum obsessus intra templum esset.sic in nono, Ipsi instus dextra ac læua pro turribus astant. Terentius, Nam nisi hæc ita essent,pro illo haud stares Phædria.¶ Tenebat.) Defendebat,& est militare verbum,vt etiam Sallustius dicit. Vnde e contra victos loco motos dicimus.Cicero, Loco illo motus est. ¶ Horrebat regia culmo.) Curiam Calabriam dicit, quam Romulus texerat culmis. Ad quam calabatur,id est vocabatur senatus,vocabatur & populus a Rege sacrificulo: vt quoniam adhuc fasti non erant,ludorum & sacrificiorum prænoscerent dies.¶ Atque hic.) In Capitolio. Et satis prudenter argenteum anserem dixit, nam quasi epitheton est coloris,& significauit rem veram.Nam in Capitolio in honorem illius anseris,qui Gallorum nunciauerat aduentum, positus fuerat anser argenteus. ¶ Auratis porticibus) Hoc ad tempus retulit florentis Romanæ reipublicæ. Nam illo loco vbi dixit,Horrebat regia culmo:ideo addidit Romuleo, vt incipientis & pauperis adhuc imperii tempora designaret. ¶ Canebat.) Quasi prædiuinabat. Nam canere,& dicere,& diuinare significat.¶ Arcemq; tenebant.) Deest pene. Nam prope tenuerũt. ¶ Defensi tenebris,& dono noctis opacæ.) Multi iterationem volunt.Alĩ dicũt tenebris propter cuniculos.¶ Dono noctis.) Somno.Nam somnus noctis est donum.¶ Aurea vestis.) Hoc est barba.Vnde econtra inuestes dicimus imberbes:vnde est,Tunc mihi prima genas vestibat flore iuuenta. ¶ Virgatis lucent sagulis.) Quæ habebant in virgarum modum deductas vias. Et bene allusit ad Gallicam linguam, per quam virga purpura dicitur. Virgatis ergo,ac si diceret purpuratis.¶ Gesa.) Hastas viriles.Nam etiam viros fortes Galli gesos vocant. ¶ Scutis longis.) Per hæc,corporum ostenditur magnitudo,vt supra, Stabant ter centum nitidi in præsepibus altis. Per quod equorum magnitudinem expressit. ¶ Hic.) In eodem scuto. Et congrue sacerdotes statim post templa commemorat.¶ Salios.) Qui sunt in tutela Iouis,Martis,Quirini. Dicti Salij ideo quod circa aras saliũt & tripudiant. ¶ Nudosq; Lupercos.) Cum in honore Panos Lupercaliorum solennitas celebraretur,pecora Romanorũ subito a latronibus rapta sunt. Illi proiectis vestibus persecuti sunt latrones, quibus oppressis & receptis animalibus propter rem a nudis prospere gestam, consuetudo permansit vt nudi Lupercalia celebrarent. ¶ Lanigerosq; apices.) Flamines in capite habebãt pileum, in quo erat breuis virga desuper habens lanæ aliquid. Quod cum per æstus ferre non possent, filo tantum capita religare cœperunt.Nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas fuerat. Vnde a filo quo vtebantur, flamines dicti sunt,quasi filamines. Verum festis diebus filo deposito, pilea necesse erat accipere, quæ secundum alios ad ostendendam sacerdotii eminentiam sunt reperta: sicut columnæ mortuis nobilibus superponuntur ad ostendendum eorum columen. Alĩ dicunt non pro ter eminentiam dignitatis hoc factum: sed quia cum sacrificaret apud La urolauinium,& eis exta frequenter aues de vicinis venientes locis abriperent, eminentia virgarum eas terrere voluerunt. Exinde etiam consuetudo permansit vt apud Laurolauinium igentes haberẽt virgas, nõ breues vt in vrbe. ¶ Lapsa ancilia cœlo.) Regnante Numa Pompilio scutũ breue & rotũdum cœlo lapsum est. Et cum aruspices respõdissent illic fore vrbis imperiũ vbi illud fuisset: diligẽtia Numæ, ne quãdoq; ab hostibus posset auferri, adhibito Mamurio fabro, multa similia facta sunt, & in templo Martis locata. Quod autem dicit ancilia, plurali vtit numero pro singulari. Nam vnum lapsum est. Ancile autem dicitur, aut quasi vndiq; circũcisum: aut quasi ἀμφί χηλὸν, id est vndiq; labrum habens.¶ Extuderat.) Studiose fecerat.¶ Ducebant.) Deducebant. Hæc enim fuerat consuetudo.¶ Pilentis matres in mollibus.) Pilẽta sunt vehicula,sicut nunc basternas videmus. Erant autem tũc veneti coloris,non vt nunc rosati,quibus nisi castæ vtebãtur. Mollib⁹ autem pensilibus vt contra, Plumas pensiles dicimus, & molles significamus.¶ Hinc procul.) Bene longe a templis inferos facit. ¶ Scelerum pœnas.) Pro sceleratorum. Et bene ait scelerum pœnas,in crimina enim personæ incidunt,nõ ipsarum proprie sunt crimina. Vnde & sceleribus sunt statuta supplicia, quæ tales homines obnoxios faciunt. ¶ Et te Catilina minaci Pendentẽ scopulo.) Hoc quasi in Ciceronis gratiam dictum videtur.¶ His cat,nõ Vticensem qui cõtra Cæsarem bella suscepit. Et supergest suus est hoc loco Homeri dispositionem. Siquidem ille Minoẽ, Rhadamantum, Æacum de impijs iudicare dicit, hic Romanum ducem innocentibus dare iura commemorat.

ASCENSIVS.

¶ In summo custos.) Eadem rem prosequitur, vnde Ordo est. Manlius.f. vir ille Romanus,custos arcis Tarpeiæ,id est capitolii a Tarpeia virgine postea denominati: stabat in summo, scilicet clypei:pro tẽplo,id est pro defensione templi Iouis Capitolini:& tenebat,id est defendebat:capitolia celsa, id est sublimia:& arcem Romanam:& regia recẽs,id est paucis annis antea cõstructa,scilicet Calabria domus:horrebat,id est horrida.& aspera erat: cultu Romuleo.i.sicut Romul⁹ coluerat,& culmis cooperuerat. Atq; anser argenteus,id est albus: aut(reuera)in clypeo argẽteus,vt aldinem referret. volitans.i. volitãti,& alas clangẽti similis:hic.i. in capitolio:canebat Gallos,scilicet Senones adesse porticibus auratis,id est auro coopertis:in limine,id est in ingressu. Nã, supp. Galli,aderãt per domos: & tenebant arcem, id est capitolium: & id quasi nõdũ enim omnino tenebãt defensi tenebris, & dono.i. indulgẽtia,& opportunitate:noctis opacę, id est valde tenebrosę Cęsaries.i.coma vento cedens:aurea,id est aurei coloris.vt fulua erat,sup.illis:atq; vestis,id est barba:erat illis aurea:& lucẽt sagulis,id est illis indumẽtis militaribus:virgatis,id est intercisis purpura,aut purpuratis:tum,id est insuper:colla lactea, id est candidissima:innectũtur auro,id est indumẽto aureo:quisq;,id est singuli,coruscãt,id est quatiunt:manu,scilicet sua:deo Gesa,seu Gesa,id est hastilia:Alpina.i.ex Alpib⁹ decerpta: protecti corpora.i. habẽtes corpora protecta:longis scutis:quia & ipsi longi erãt. Et Vulcanus extuderat,id est studiose fecerat(ab extũdo:nam excudo,& excudi,seu excusi,mediam producũt.vt in sexto. Excudẽt alĩ spirãtia mollius ęra.)Salios,id est sacerdotes Martis, a Numa institutos:exultantes,scilicet cum ancilibus & Lupercos, scilicet sacerdotes Panos Lycei:nudos,id est qui nudi discurrebãt: & apices,scilicet infularum:lanigeros,id est lanam gerẽtes:vnde & flamines,quasi filamines dicti sunt:& ancilia, scilicet scuta breuia circũcisa. lapsa cœlo,saltem vnũ tempore Numę, matres, scilicet matronę Romanę:castæ ducebãt,id est deducebãt: sacra,scilicet Romana:per vrbem.f.Romanam:in pilẽtis.i.vehiculis sic dictis: mollib.i.pẽsilibus,& molliter incedẽtibus.Et supp. Vulcan⁹ adit procul hinc,id est longe ab horum sculptura, etiam sedeis tartareas,id est infernales.f.alta,i.profunda ostia: Ditis.i. Plutonis:& pœnas scelerũ.i.sceleratorum Romanorũ:& te,o Catilina (cuius

Sallust.

Sallust.describit bellum,& quem Cice.vicerat: in cuius gratiam hæc dicta putant.)pendentem scopulo minaci.i.minãti: tibi assidue præcipitium,quod infertur iuste per ambitionẽ rempublicam occupantibus vt Catilina conabatur: & tremãtem ora furiarum.f.infernalĩũ:& pios.f.manes Romanorum piorum, dũ viuerent:& Catonem.f.maiorem,qui Censorius dictus est: dãtem his,f.pijs:iura.i.iusta moderamina vitę,sicut in vita fecerat:quia Quę gratia currum,Armorũq; fuit viuis,quę cura nitẽtis Pałes te equos,eadem sequitur tellure repostos.hoc est,eadem exercẽt apud inferos,quę exercuerãt apud superos:vt dictũ est in.vj. Ad hoc autem supplicia noxiorum induxit,vt viuos a sceleribus deterreat:vtq; non solum pijs premia,sed & impijs tormenta apud inferos parata significet.

PIERIVS.

¶ Custos Tarpeiæ Manlius arcis.)In Romano codice, Malius legitur, vnico l. Sed in Oblongo,& alijs, Mallius, ll geminato, vt apud Catullum in codicibus emẽdatis.Sane,Manlius, per n,patissime habetur in antiquis his exemplaribus:& tametsi apud Livium in veteri codice,Manlius,sępe legatur. Nec tamen mirum si aliter inueniatur vsquã, cum & antiquorum inscriptiones in hoc nomine,perinde ac ẽt in alijs plurimũ variẽt. ¶ Romuleoq; recens horrebat regia culmo.)Per literarum transpositionẽ. In Roma.cod. Rumoleo,scriptum est:nisi a ruma,rumolum:quod aiunt,dictum velis.atq; inde,rumoleus, quod ego nusquã alibi obseruaui. Sed apud Asprũ in antiquo codice,Romolus, omnino scriptum est per o,in pene vltima,vt populus, i duodecim tabulis.¶ Atque hic auratis volitans argẽteus anser Porticibus.)In quibusdam codicibus antiquis,hinc legif. Sed Seruius agnoscit, hic:

Hæc inter tumidi late maris ibat imago
Aurea:sed fluctu spumabant cœrula cano:
Et circũ argento clari delphines in orbẽ
Aequora verrebant caudis:æstũq; secabant.
In medio classeis æratas,Actia bella
Cernere erat:totũq; instructo Marte videres
Feruere Leucaten:auroq; effulgere fluctus.
Hinc Augustus agens Italos in prœlia Cæsar
Cum patribus,populoq; penatibus,& magnis dijs,
Stans celsa in puppi:geminas cui tẽpora flãmas
Læta vomunt:patriũq; aperitur vertice sydus.
Parte alia ventis,& dijs Agrippa secundis,
Arduus,agmen agens:cui belli insigne superbũ
Tẽpora nauali fulgent rostrata corona.
Hinc ope barbarica,varijsq; Antonius armis,
Victor ab Auroræ populis,& litture rubro,
Aegyptũ,viresq; orientis,& vltima secũ
Bactra vehit:sequiturq;(nefas) Aegyptia coniux.
Vna oẽs ruere:ac totũ spumare reductis
Conuulsum remis,rostris stridentibus equor.
Alta petunt:pelago credas innare reuulsas
Cycladas:aut montes concurrere montibus altos.
Tanta mole viri turritis puppibus instant.
Stupea flãma manu,telisq; volatile ferrum
Spargitur:arua noua Neptunia cęde rubescunt.

SERVIVS.

¶ Hęc inter.) Bene inter inferos & superos mare factũ dicit, qd' vt supra diximus, nos ab antipodib⁹ diuidit, q infelicius sunt nostri comparatione. ¶ Imago aurea.) Nõ est cõtrarium quod & cœruleã, & aurearn,& argenteam maris esse dicit imaginẽ: quã scimus pro vẽtorum qualitate mutari,& colores varios reddere,quod expressum in scuto fuisse signi ficat.¶ Cœrula.)i. maria.¶ Fluctu cano.) Omnis enĩ spuma alba est.¶ In orbem.)In circuitum.¶ Æstumq; secabãt.)Naturalem rem ostendit,nã sem per mare turbatur cũ Delphini apparuerũt.¶ Cerneẽ erat.) Græca figura.¶ Leucaten.) In promontorio Epiri est mons Leucate.¶ Hinc August⁹ agẽs Italos.) Cũ de statu reipublicæ esset longa cõtentio inter Augustum & Antoniũ & Lepidũ,placuit vt totum Oriẽtẽ teneret Antonius: Augustus Gallias & Hispanias cum Italia:Lepidus Aphricam,Siciliã, Sardiniam ad causam maioris fidei. Antonius sororem Augusti duxit vxorem.Prosecti itaq; sunt in prouincias suas.Sed Antonius in Ægypto captus est amore Cleopatræ,non vsquequaque adeo vt ea dimissa cõtra Parthos proficisceretur, quibus victis dum Cleopatræ cupiditate festinat, exercitũ omnem frigore in Armenia perdidit. Ipse tamen animalium cadaueribus pastus cum paucis ad Ægyptum est reuersus:vbi ei cœpit fuadere Cleopatra vt se fortiretur vxorẽ,derelicta sorore Augusti. quo facto Augustus vehementer accensus contra eum cœpit bella moliri. Antonius re comperta collectis Orientis viribus prior cum vxore Cleopatra venit ad bellum. Conflictum est nauali certamine circa Actium Epiri promontorium, vbi victi sunt Antonius & Cleopatra, & in fugam coacti: postea occiso Antonio illa sibi serpentes adhibuit. Sed quia belli ciuilis triumphus turpis videtur, laborat poeta vt probet iustum bellum fuisse, dicẽs Augustum esse cũ patribus, populoq;, penatibus, & magnis dijs, Cõtra cum Antonio auxilia peregrina & monstrosa Ægypti numina:& re vera in exercitu Antonij oẽs Barbari fuerunt, quod & Virgilius dicit Ægyptum viresq; oriẽtis, atq; vltima secum Bactra vehit. Vnde etiam de hoc bello egit triũphum. Nec enim ciuile putatum est,quod tantũ modo Romano duce gestũ est,qui & ipse Barbarę seruiebat vxori:adeo vt prętoria ei castra cõcederet. Quorũ qui potiebatur imperio, ipse vocabat exercitũ. Vñ est illo loco de Cleopatra,Patriovocat agmina sistro. Nam Antoni⁹ cõsulare sibi tantum detinuit imperiũ, in quo sola est potestas iubendi. Ille enim ducit exercitũ qui habet in potesta te castra ptoria. ¶ Penatib⁹ & magnis dijs.) Alij vnũ volunt esse:alij separant. Vt magnos deos accipias Iouem, Minervam,Mercuriũ, quos Æneas de Samothracia sustulit.¶ Tẽpora flammas lęta vomunt.) Naturaliter.n. August⁹ igneos oculos habuisse dr, adeo vt quidam eques Roman⁹ interrogatus ab eo cur se viso verteret faciem:dixerit, quia fulmen oculorum tuorum ferre nõ possum,sicut ait Suetonius.¶ Aperitur vertice sydus.)Sydus in vertice,hoc est super galeam. Nam ex quo tempore per diem stella visa est,dum sacrificaretur Veneri genitrici & ludi funebres Cęsari exhiberentur(cuius sydus putatum est Augusto persuadente)in honorẽ patris Augustus,stellam in galea cœpit habere depictã. ¶ Parte alia.) Non econtra:sed in alia parte aciei. ¶ Ventis, & dijs Agrippa secundis.)Secundis dixit Augusti comparatione. Nam hoc dicit Augustus,Nimio ventorum & numinum vtebat fauore.¶ Agrippa secundis.)Hoc est, Ille habuit primum fauorẽ, hic secũdum. ¶ Nauali rostrata corona.) Sextus Pompeius Pompeij filius in Sicilia piraticam exercuit, cõtra quem primo cũ Agrip-

pa pugnauit Auguſtus. Poſtea Agrippæ cura data eſt:qui eũ de‑leuit,ob quod ei Auguſtus roſtratam dedit coronã,quia vicerat nauali certamine. ꝩHinc.)Aperte contraria. ꝩVictor ab Auroræ populis.)Quia vicerat Parthos,vt diximus. ꝩLittore rubro.)Erythreo mari quod eſt inter Ægyptum & Indiam. ꝩEt vltima ſecũ Bactra vehit.)Vltima,non quantum ad fines ſpectat orbis terrarum:ſed vltima in imperio Antoniano. Cõſtat enim Bactrianos poſſe habere gentes innumeras. ꝩNefas.)Exclamatio eſt: non in eo tantum quod Ægyptiam Romanus duxerat: ſed etiam quod mulier caſtra ſequebaẽ.Quod in ingenti turpitudine apud maiores fuit.Vnde bellaturus Pompeius in Leſbo reliquit vxorem. ꝩRuere.)Ruebant,id eſt veniebant cum impetu. ꝩConcurrere montibus altos.)Alij Altis legunt:vnum tamen eſt. Turritis puppibus inſtant.)Hoc de hiſtoria traxit, nam Agrippa primus hoc genus Turriũ inuenit,vt de tabulatis ſubito erigerenẽ, ſimul ac ventum eſſet in prǽlium,Turres hoſtibus improuiſæ. ꝩArua noua Neptunia cǽde.)Noua cæde,magna,nimia. Nam non dicit re vera noua.

ASCENSIVS.

❡Hæc inter,&c.) Peruenit tandem ad id quod primum prætendit:ad Auguſti.ſ.egregia facta deſcribenda:& potiſſimum, ad pugnam Actiacam deſcribendam:quǽ illi:& glorię, & vtilitati pluri mæ fuit.Nam in ea,M.Antonium Triumuirum: quem vnũ habebat tum collegam:nam Lepidus multo ante interierat: ſuperauit cum Cleopatra Ægypti regina:quo deleto,ſolus rerum potitus eſt. ❡Ordo autẽ eſt. Imago aurea.i.ex auro ſculpta:maris.ſ. Actiaci:tumidi.i.inflati:ibat.i.ire videbatur, iter hęc.ſ. ſumma & infima nam capitolium in ſummo,& in regna Ditis,nimirum in imo erãt:vnde & trium fratrum,eorundemq́ ſummorum deorum regna deſcripſit:Iouis,in capitolio: Plutonis, in Tartaro: & nũc,Neptuni,in mari: ſed cœrula.i.aquæ marinę:aut ipſa maria: ſpumabant fluctu cano.i.ſubalbo:& delphines.ſ.piſces clari.i.fulgentes:argento,id eſt ex ſplendore argenti:vnde erãt, vertebant aut,verrebãt caudis.ſ.ſuis:æquora:i.maria: circum.i.in circuitu in orbem.i.in gyrum,& circuitum rotundum:& ſecabant.i.diuidebant:æſtum.i.fretum,ſeu feruorem aquarũ.Erat, id eſt cõtingebat,aut dabatur cernere in medio.ſ.maris:claſſeis æratas,id eſt bellicas:ǽre munitas,appoſitorie,bella Actia.i.quibus bella Actiaca poſtmodũ geſta ſunt:& tu videres.i.videre poſſes: accipiendo ſecundam perſonam,pro qualibet.i.quilibet,videns clypeũ, Videret Leucaten.i.montem illum in promontorio Epiri:feruere. ſ.fulgorib⁹ armatorũ:aut Leucaten.i.mare viciinũ:feruere claſſibus ęratis,aquas ſulcantibus:&, pro id eſt:fluctus, ſcilicet iuxta Leucaten:effulgere auro,id eſt ſplendore auri ; Vtrũq́ per tertiã cõiugationem deduxit:a feruo, & effulgo, Cæſar Auguſtus erat, ſup.hinc,id eſt ex vna parte agens,id eſt impellens; Italos in prælia:& ſtans in celſa puppi,tanq́ princeps exercitus, & claſſis cum patribus.i.ſenatoribus:cum populo.ſ.Romano: & cum magnis dijs.i.cum fauore magnorum deorũ: quos prǽſentes ſculpſerat Vulcanus,tanq́ Auguſti parteis tutantes:cui.ſ.Auguſto, tẽpora lęta:quod boni exitus ſignum eſt:vomunt geminas flammas,ſcilicet oculorum, vt interpretatur Seruius. aut geminas, quia ab vtriſq́ temporibus diffuſas:& ſydus patrium.i. patris eius, adoptiui.ſ.Iulij Cǽſaris:de quo dictum eſt, Ecce Dionei proceſſit Cæſaris aſtrum: aperitur.i.aperte videẽ:vertice.i.in ſummitate galeæ:Agrippa.ſ.affinis,& amicus Auguſti:arduus.i.ſublimis:erat, ſup.agẽs:agmen.ſ.Italorum,ſup.in parte alia.i.a latere: & in alio quodammodo cornu:agens inquam,& ventis,& dijs ſecundis.ſ. in fauore,& poteſtate:quia primum Auguſtus obtinuerat fauorẽ,& auxiliũ:cui.ſ.Agrippę:tẽpora fulgent roſtrata, id eſt quaſi roſtris nauiũ ornata.ſ.corona nauali.quę fiebat ex roſtris nauiũ victarum:& dabatur victori,appoſitorie,inſigne, id eſt quæ erãt inſigne.i.ornamẽtum:ſuperbum.i.glorioſum,& magnificũ belli.ſ.naualis.Antonius.ſ.Marc⁹ triumuir: vehit hinc.ſ. ex aduerſa parte:ope Barbarica. i.a Barbaris cõtracta:& armis varijs.i.variorum populorum:exiſtens victor,vehit (dicit) ſecum ab populis Auroræ.ſ.Parthis,& ab littore rubro,i.mari Erythreo, quod eſt inter Ægyptum, & Indiam:&.i.ſimul: Ægyptum.i.populum & potentiam Ægypti:& vires Orientis.i. populi Orientalis: & Bactra.i. Bactrianos populos:vltima.i.vltimos in imperio Antoniano Oriẽtẽ verſus:& coniux Ægyptia.ſ.Cleopatra ſeqtur.ſ.exercitum

tum,nefas,i.q res nefanda eſt,& deteſtãda Romano viro vndeq́ exclamationem dicit,nefas.Oẽs ruere.i.ruebãt:aut ruere videbatur:vna.i.pariter ac totũ ęquor:ſpumare,ſupp. cœpit:aut viſum eſt,aut ſpumabat:cõuulſum.i.ſulcatum:remis reductis.i.retrorſum ductis,vt fortius impingãt:& roſtris.ſ.nauium: ſtridẽtibus i.cum ſtridore aquas ſulcantibus,ceu ſecãtibus:& ſup.oẽs petũt: alta.i.profunda maria:vbi.ſ.ſuperficies aquę alta eſt, vt i medio mari:nã aqua ſphęrica eſt,vt cętera elementa:tu credas.i.credere poſſis:ſi videas Cycladas.i.inſulas illas:reuulſas.ſ.a cõtinentibus, aut a fundo ſuo:innare pelago.i.nare per pelagus:aut altos mõteis concurrere altis mõtibus,tãta.i.tã magna,mole.i.tãto molimine inſtant viri puppibus turritis.i.propugnacula habẽtibus. Flãma ſtuppea.i.radicata in ſtuppa:ſpargitur manu.ſ.in alternas naueis:& ferrũ volatile.i.quod ad volatũ affixum eſt: ſpargitur telis.i.cũ ipſis telis:& arua Neptunia.i.maria:madeſcũt.i.tinguntur:cæde noua.i.effuſione ſanguinis magna & inſolita.

PIERIVS.

❡Sed fluctu ſpumabãt cœrula cano.)In antiqs pleriſq́ cod.ſpumabat,vnitatis numero legiẽ,vt ſit,Cœrula maris imago ſpumabat fluctu cano. ꝩActia bella.)In antiquis codi. fere paſſim legiẽ, Accia,c geminato,quod a ſimilitudine quadam inter c,& t, quæ eſt in literis Longobardicis eueniſſe puto, cum Actia,per ct, ſit ſcribendum. Actia enim Acarnaniæ oppidum,ab Ambracio ſinu veniẽtibus,vbi templum Apollinis,& certamina gymnica,& equeſtria celebrabantur. vnde Apollo, & Actæus & Actiacus cognominatur. Acardius in orthographia, ἄκτια (inquit) καὶ ἡ πανήγυρις, καὶ ἡ ἑορτὴ ἀλλ' ἡ μὲν ἑορτὴ βαρύνεται τὰ ἄκτια, Attius tamen (vti ſuperius comprobatum eſt)pro nomine proprio ab,Ati,duplicato t,etiam aſſerente Victorino in præceptis de orthographia ſcribi debet,cui pleræq́ veterum inſcriptiones adſtipulanẽ.)Antiqui ꝩTotumq́ inſtructo Marte videres Feruere Leucaten. aliquot codices,extructo,legunt. Aliquot alij inſtructum, per accuſatiuum quippe. Leucaten.Sed enim pugnam inſtruit apud Latiniſſimos hiſtoricos ſępe. Quare melius inſtructo Marte. ꝩStans celſa in puppi.)In Rom.cod.& quibuſdam alijs, ſtat, verbi nõ participij forma legitur.Reſpicit enim rectum ſuũ,Auguſtus agens Italos:& quę ſequuntur,q ſi, ſtans, legas:ſubaudiẽdũ ſculptus erat. ꝩArduum agmen agẽs.) In aliquot antiqs arduos ea religione quam ſuperius contra Terentij Scauri ſentẽtiã,non nullos diximus obſeruaſſe. ꝩVarijsq́ Antonius armis.)In codi. aliquot antiquis,varijs Antonius armis,legiẽ,abſq́ particula, q vt ſit,armis varijs opera Barbarica.De habitu enim & ornatu hic agitur,quo ſinguli internoſcerentur. ꝩÆgyptum,vireſq́ orientis.)Sunt codices,i quibus,Agyptum,per v,ſcriptum inſpicitur: & ita notari ſolitum Auguſti temporibus qui ea litera ẽt in Formæ ſuperlatiuæ nominibus delectabatur: inſcriptio declarat horologij quod in campo Martio erexit,in cuius baſi hęc adhuc inſpiciuntur.

ÆGVPTO IN POTESTATEM POPVLI ROMANI REDVCTA.

Et quę plurima huiuſmodi ſupra recitauimus.Sane vero in Hadrianis nummis vtroq́ modo legitur,nunc,Æguptos,per v,vocalem Latinam:nunc, Ægyptos,per ὖ ψιλὸν Græcam. ꝩSequitq́ nefas Ægyptia coniux.) Ita hic, Æguptia, in quodam antiquo codice.Coniux vero variat,& in veteribus codicibus,& in marmorum inſcriptionibus,vt alibi dictum. Quantum vero pertinet ad ſentẽtiam.D. Hieronymus,ad Oceanum de vita clericorum locũ hunc citat,quia Virgilius nefas poſuit.Vxores.n.(ait ille)caſtra nõ ſequebãtur.Quãuis Romanis ciuibus matrimonia cũ externis nõ permiſſa.Liuius dicit. Et ſuper hoc Seuerinus i topicis Ciceronis plura. ꝩConuulſum remis roſtris ſtridentib⁹ ęquor.) In antiquis,cõuulſum.De roſtris vero ſtridẽtibus,in.v. Æneid. multorum recitauimus opiniones:inferendum ne eſſet, quę,an aliter legendũ, quę non videntur nunc ad repetendũ neceſſaria. ꝩAut montes cõcurrere montibus altos. Tãta mole viri turritis puppibus inſtant.)Hęc quidem non tã hyperbole poetica eſt, q ex hiſtoria locus ſumptus.Apud Florũ enim legas de naualibus Antonij,Sed numerũ magnitudo penſabat,quippe a ſenis in nouenos remorum ordinibus,ad hæc turrib⁹,atq́ tabulatis adleuatę,caſtellorũ & vrbium ſpecie:non ſine gemitu maris, & labore ventorum ferebantur:quæ quidem ipſa moles exitio fuit.

SERVIVS.

❡Patrio vocat agmia ſiſtro.) Cleopatra ſibi titum aſſumpſerat, vt ſe Iſin vellet videri. Iſis autem, eſt geni⁹ Ægypti qui per ſiſtri motũ quod gerit i dextra,Nili acceſſus & receſſus ſignificat, per ſitulam quam

> Regina in medijs patrio,vocat agmina ſiſtro:
> Nec dũ etiam geminos a tergo reſpicit angueis.

quam ſiniſtra retinet, oſtẽdit fluentiam omnium lacunarũ. Iſis autem lingua Ægyptiorũ eſt terra: quam Iſim volunt eẽ. ꝩA tergo reſpicit angues.) Hoc eſt nõdum videbat mortem futuram. ꝩDeũ mõſtra.) Ideo monſtra dixit, quia ſub Auguſto necdũ Romãi Ægyptia ſacra ſuſceperant. ꝩLatrator Anubis.)Quia capite canino pingitur, hunc volũt eſſe Mercuriũ: ideo quia nihil eſt cane ſagacius. ꝩCõtra Neptunum.)Homerum ſequitur, q deos dicit cõtra ſe pro diuerſis partibus habere certamẽ. ꝩCęlatus ferro.) Aut i armis locatus:aut de ferro ſculptus, ſcilicet metallo ſibi congruo. ꝩDiræ.)Diræ proprie ſunt vltrices deæ, & bñ has intereſſe dicit prǽlio ad puniẽdum Antonium,qui matrimonij lęſerat fœdus. ꝩScißa diſcordia palla.)Ideo diſcordia, quia vnius ciuitatis erant,& bene Diras Diſcordia ſequitur, quam Bellona comitaẽ. Nam per diſcordiam venitur ad bellum.Horatius, Ira,truces inimicitias,& funebre bellum. ꝩActius hęc cernens.) Quem poſtea Actium nominauit Auguſtus. ꝩVertebant terga Sabæi.)Omnes iſti populi Orientis ſunt. ꝩIam,Iamq́.) Scilicet auiditate fugiendi. ꝩInter cędes.)Inter ſuorum cadauera. ꝩMorte futura.)Omine mortis futuræ. ꝩIapige ferri.)Vento qui de Apulia flans optime ad Tarentum ducit. Horatius, Obſtrictis alijs præter Iapiga. ꝩMagno corpore.)Septemfluo. ꝩVocantem cœruleum in gremium.) Hoc de hiſtoria eſt, nam legitur Cleopatram prælagio mortis futuræ oblitam eſſe receſſus Ægypti petere:in qbus facile poterat bella reparare. De qua re ſe moriẽs dicitur increpaſſe. ꝩLatebroſaq́ flumina.)Quia Nili origo neſcitur:licet Plinius dicat haud longe ab Æthiopia Maurorum poſt maiorem Atlãtem lacum eſſe ex quo erumpit. Quod videtur eſſe veriſimile ex beluarum ſimilitudine.

> Omnigenumq́ deûm monſtra,& latrator Anubis,
> Cõtra Neptunum,& Venerẽ,contraq́ Mineruam
> Tela tenent:ſæuit medio in certamine Mauors
> Cælatus ferro:triſteſq́ ex æthere diræ,
> Et ſciſſa gaudens vadit diſcordia palla:
> Quam cum ſanguineo ſequitur Bellona flagello.
> Actius hæc cernens arcũ intendebat Apollo
> Deſuper.omnis eo terrore Ægyptus,& Indi,
> Omnis Arabs,omnes vertebant terga Sabæi.
> Ipſa videbatur ventis regina vocatis,
> Vela dare:& laxos,iam iamq́ immittere funes.
> Illã inter cædes pallentẽ morte futura
> Fecerat ignipotens,vndis,& Iapyge ferri.
> Contra autẽ magno mœrentẽ corpore Nilum
> Pandentẽq́ ſinus,& tota veſte vocantẽ
> Cœruleũ in gremiũ,latebroſaq́ flumina victos.

diſcordię,quas Bellonas i bellum ſeqtur. vnde Hora.i epiſtolis, Ita truces inimicitias & funebre bellũ. Apollo Actius i.ſic poſtea dict⁹, quod Auguſto i Actiaco bello adiutoriũ attulit aut ille votum fecerat, cernens hęc,id eſt hanc commotionem, & aleam bellit ita quod Mars eẽt medius, id eſt anceps eẽt victoria:ipſe intendebat arcum.ſ.ſuum, quẽ iratus, tenet ſicut placidus plectrum:deſuper, id eſt ex alto. Omnis Ægypt⁹, & Indi, ſupple omnes: omnis Arabs, & omnes Sabęi:qui populi Oriẽtales ſunt vertebant terga eo terrore, id eſt propter eũ terrorẽ.ipſa regina, ſcilicet Cleopatra:videbaẽ.ſ. in ſculptura, aut cęlatura: dare vela ventis Vocatis id eſt optatis,aut inuocatis ad celerem fugam, & immittere,ſcilicet velis:iam,iamq́.i.magis,& magis:funeis laxos, vt.ſ. plus venti ſuſcipiant,& fortius impellantur. Ignipotens.ſ. Vulcanus:fecerat illam pallentem inter cędes.i.cadauera ſuorũ: morte futura,id eſt omine mortis futurę:quia tũc primum timere cœperat:& ſup. ferri.i.auehi:vndis.ſ.defluis: & Iapige.i.vento illo, illi a tergo flante.Autem,pro ſed:fecerat, ſupple contra,id eſt ecõtrario:Nilum,ſcilicet fluuium Ægypti: mœrentem,id eſt dolentem:magno, id eſt ſeptemfluo:corpore.ſ.fluctus ſui: & pandentem ſinus.ſ.ſuos.i.vltima receptacula,ad quæ doluit Cleopatra, non confugiſſe ad reparandum exercitum: & vocantem tota veſte,id eſt exterioribus indicijs ſuis:victos,ſcilicet Ægyptios,& reliquos Antonij ſocios:in gremium cœruleum,id eſt receptacula maris,& in flumina latebroſa,id eſt occulta, aut de quorum origine dubitatur.

ASCENSIVS.

❡Regina i,&c.)Oſtẽdit quomodo deſcripta eſt reliqua pars pugnę Actiacę i clypeo a Vulcano fabrefacto dicẽs.Regina.ſ.Cleopatra Ægyptiorum regina:exiſtens in medijs.ſ.bellantiũ: vocat ſiſtro patrio.i.tympano,aut cymbalo illo Ægyptio,quo Iſis vſa dicitur,agmina.ſ.ſuorum:necdum.i.& nõ adhuc:& non reſpicit adhuc geminos angueis:a tergo.i.qui eam perſequebãtur a tergo,quibus,ſcilicet mors illi prætendebatur.hoc eſt, nõdum videbat mortẽ ſibi imminẽtẽ.Nã gemini angues,mortem prætendere putãtur:aut angues vocat,cornua exercitus Auguſti: Mõſtra deum,id eſt deorum:omnigenum, pro omnigenorum.i.omnis generis. Nam & bruta colebant,vt canes,feles,crocodilos:& herbas,vt cepe,& porrũ:vnde Iuuena. Quis neſcire voluit Bithynice:qualia demens Ægyptus portẽta colat? & Anubis latrator id eſt qui colitur in ſpecie canis: monſtra ergo deorũ omnigenorũ id eſt deorum Ægyptiorum:tenẽt tela contra Neptunum & Venerem,& contra Mineruam,qui ſcilicet Auguſto fauebant: Mauors.i.Mars,deus belli,ſæuit in medio certamine:aut,quia communis eſt deus:aut,quia belli deus vtroſq́ animabat:exiſtẽs cælatus,id eſt inſculptus ferro,quod metallum Marti congruit, eo quod ferreus,& durus eſt:cęlatus autem erat in clypeo,ſicut erat Auguſti tempore in bello:per imaginationẽ,ſcilicet & fictionem poeticam:& diræ,i.deę vltrices:demiſſæ,ſcilicet ex æthere, ſupp. vadunt ad vlciſcẽdum Antonium, qui matrimoniale lęſerat fœdus:& diſcordia,ſcilicet Martis filia:aut potius,mater vadit.i. ingreditur:gaudens.i.læta:palla,id eſt chlamyde ſua:ſciſſa,id eſt diuiſa per factionem:quia ciuis in cõciuem pugnabat: vnde in Buco.En quo diſcordia ciues Perduxit miſeros. Quam.ſ.diſcordiã Bellona.i.dea belli.i. bellũ ipſum,ſequitur flagello,ideſt cum flagello:conſanguineo,id eſt cognato.Bonus & naturalis eſt ordo, nam Martis planeta,diras.i.ſæuas iras concitat, vnde naſcuntur diſcordię,

PIERIVS.

❡Et latrator Anubis.)In codi.aliquot antiquis,natator Anubis ſyllaba reclamante legitur:cum interpretatione ſuperaddita, ſagax.Natatores enim nonnunq́ puerbiali ſchemate de ijs dici ſolẽt,qui abditiſſima quęq́ perueſtigãt:deq́ remotiſſimis penetralibus aliquid indagando eruunt,cum de ſtupidis contra, & rerũ omnium ignaris dici ſoleat, Μήτε νεῖν μήτε γράμματα. Sed enim Virg.ęnigmata huiuſmodi ſolitus eſt abhorrere. Quare latrator,omnino,tam ex probatioribus exemplaribus, quam etiã ex Ouidij Synepeia legendum.Apud eum enim Metamor. ix.Cũ qua,latrator Anubis. Anubis enĩ apud Ægyptios, canino capite figurabatur.Quę vero multa de huiuſmodi pictura dici poſſent alterius eſſe negocij exiſtimamus.Sagax autem,etiã canis. ꝩTriſteſq́ ex ęthere diræ.)In Rom.cod. & in Mediceo,diuæ,legitur. Sed,dirę,magis placet:quod agnoſcit Serui⁹. Tametſi, diuæ,cum epitheto,triſtes,periphraſis dirarum eſſe poſſit. ꝩQuem conſanguineo ſequitur Bellona flagello.)Legendum diſtinctis dictionibus,cum ſanguineo,quod inſcitia librariorũ fere paſſim corrũpitur. ꝩAccius hæc cernens arcũ intendebat Apollo.) Actius hic legendum:vt ſuperius adnotatũ. Eſt vero in Mediceo, tendebat ſimplex verbum. vt apud Hora. Neq́ ſemper arcũ tendit Apollo. ꝩTerrore Ægyptus & Indi.)In antiquis, Æguptus. Valerius vero Probus, Æguptos,per,os,agnoſcit:vbi huius carminis exẽplo,Rectum in,os,quorundam nominum corripi tradit. ꝩOmnis Arabs.)In co.aliquot antiquis,Araps,per p, ſcriptũ eſt: nempe quia ſonus literę ψ,in ps,exire videreẽ.Hinc Scaurus (vt alibi dictum)ait voluiſſe,nonnullos opſtitit,etiam per p,ſcribere. Sed enim ineſſe,b,mediam literam,i litera ψ, declarant obliqui caſus vt, ἄραψ, ἄραβος. Et tamen eam quam tangit Scaurus conſuetudinem,mutandi b,in p,ante s,quod ψ ſonaret, in pleriſq́ veterũ inſcriptionibus animaduerti,vt quã e regione Sacelli diui Euſtachij legiſſe me ſuperius oſtendi, AVT HANC ARAM APSTVLERIT.& ita in pleriſq́ alijs locis. ꝩEt Iapyge ferri.)In antiquis aliquot,Iapuge,vt eiuſmodi pleraq́.

SERVIVS.

❡Triplici triumpho.) Tres enim Auguſtus habuit triũphos.Nam primo die triumphauit exercit⁹, qui Antoniũ vicerat.Secundo qui Dalmatas vicerat. Tertio ipſe cũ Alexandrino eſt ingreſſus triumpho.

> At Cęſar triplici inuectus romana triũpho
> Mœnia,dijs Italis,votũ immortale ſacrabat
> Virg.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Maxima tercentũ totam delubra per vrbem
Lętitia,ludisq; vię,plausuq; fremebant:
Omnibus in templis matrũ chorus:omnibus aræ
Ante aras terrã cęsi stravere iuuenci.
Ipse sedens niueo candentis limine Phœbi,
Dona recognoscit populorũ:aptatq; superbis
Postibus:incedunt victę longo ordine gentes,
Quã varię linguis habitu,tam vestis,& armis.
Hic Nomadũ genus,& discinctos Mulciber Afros,
Hic Lelegas,Carasq;,sagittiferosq; Gelonos
Finxerat.Euphrates ibat iam mollior vndis,
Extremiq; hominũ Morini,Rhenusq; bicornis,
Indomitiq; Daę,& pontem indignatus Araxes.
Talia per clypeum Vulcani dona parentis
Miratur:rerumq; ignarus imagine gaudet,
Attollens humero,famamq;,& fata nepotum.

pho. Ludisq; vie, plaususq; fremebant. Hoc est capitalitij ludi celebrati sũt.ſ Candentis limine Phœbi.) In templo de solido marmore effecto, qđ allatum fuerat de portu lunæ qui est i Liguria. ſ Dona recognoscit populorum.) Aurũ coronariũ dicit:qđ hodieque a victis gentibus datur.Imponebant autem hoc imperatores propter cõcessam vitam. Ideo ergo dixit Dona, nam si hoc eẽt: spolia diceret. ſ Hic Nomadum genꝰ.) Atqui Antonius Orientis habuit populos:sed intelligamus has gentes. Africę operas suas locasse: & simul cum Antonio ab Augusto esse superatas. ſ Discinctos.) Vel habitum eorũ ostẽdit, qui vsq; in talos fluebat.Quod Plautus ridet in Penulo dicens, Quę est illa auis? cum Afrum vidisset vestem demissam trahentem. Aut discinctos dixit inhabiles malitiæ.Omnes enim qui militãt,cincti sunt. Aut certe inefficaces:vt contra præcinctos, strenuos dicimus, Horatius. Altius ac nos præcincti sunt. Vnde & Græce ὑζωνοι appellatur: nõ qui bonam zonam habet, sed qui est strenuus. ſ Mulciber.) Vulcanus, ab eo quod totum ignis permulcet. ſ Lelegas.) Thessalos. Lucanus de Thessalia, Mox Lelegum dextra preſsum descendit aratrum. ſ Carasq;.) Carę insulani populi fuerunt piratica famosi: victi a Minoe, vt & Tucydides & Sallustius dicunt. ſ Gelonos.) Populos Scythiæ. ſ Euphrates ibat iam mollior vndis.) Sentiens quasi se esse superatum. Horatius, Minores voluere vertices. ſ Morini.) Populi Galliæ in finibus qui Britanniam spectant. ſ Rhenus.) Fluuius Gallię. ſ Bicornis.) autem,quia per duos fluit alueos:per vnum qua Romanum imperiũ est,per alterum qua interluit Barbaros. ſ Indomitiq; Daę.) Populi Scythiæ. ſ Araxes.) Fluuius Armeniæ quem pontibus nixus est Xerxes conscendere. ſ Parentis.) Nunc honoris. ſ Rerum.) Futurarum: quæ nondum fuerunt. ſ Famamq;.) Gloriam. ſ Nepotum.) Posteriorum.

ASCENSIVS.

¶At Cęsar tri.&c.) Commemorat præcipuos Cæsaris Augusti triumphos,dicens,At Cæsar,scilicet Augustus: inuectus mœnia Romana,supple cum triumpho:triplici, scilicet de Antonio, de Dalmatis,& de Alexandrinis:sacrabat.ſ. in sculpturis clypei: dijs Italis votum immortale.i.quod perpetuo tempore permansurũ est in re persoluta:per votum,scilicet ter centũ: maxima delubra id est templa,per totam vrbem,aut potius per totum orbẽ: vię.i. compita,& triuia fremebãt.ſ.partam Victoriam, lętitia, & ludis, & plausu:chorus matrum,id est matronarum supplicum,supplerat in omnibus templis:& omnibus aris, id est ad omneis aras: & iuuenci cæsi,id est mactati ad sacrificiũ:strauere, id est equauerunt corpore suo terram ante aras:aut,cęsi ante aras, strauerunt terram corpore suo.Ipse.ſ.Augustus:sedẽs, supple in limine nitido,id est de candido marmore facto:Phœbi,id est Apollinis:cãdentis,id est resplendentis:recognoscit,id est recẽset,&(vt dicũt) reuisitat:dona populorũ,id est quæ populus in templa noua cõferebat:& aptat,id est adiũgit,& affigit ea: postibus, id est portis supbis,id est magnifice extructis.Gentes victæ.ſ.ab Augusto,incedunt longo ordine:quia tãdem monarchiam obtinuit: vnde, Exiit edictum a Cæsare Augusto,vt describeretur vniuersus orbis:secundum Lucam, quam,id est quãtum,variæ,sup.incedunt gentes:victæ linguis,id est loquelis:tã,id est intantum, supp.variæ habitu,vestis & armis.Et Mulciber,id est Vulcanꝰ: finxerat,id est sculpserat:hic,id est in hac parte:aut hinc,id est post hęc dicta. ſ.genus Nomadum,id est Nomadarum, populorum Aphricæ & Aphros,scilicet reliquos:discinctos, id est minime accinctos, & imparatos ad bellum:& finxerat hinc Lelegas, idest populos illos non Thessalię,sed Asiæ: & Caras,id est eoldẽ populos qui peculiari nomine,Barbari, vocãtur: vt authoritate Beroaldina statim comprobabimus:& Gelonos, populos Scythię:sagittiferos, idest sagittas, quibus plurimum valent in bella ferẽtes.Euphrates,fluuius ille Armeniæ: ibat iam mollior,id est lentior vndis, scilicet suis,quasi demissis animis:quia se victum sentiebat,si autem hęc sculpsit Vulcanus, bene dici, meruit,non enarrabile textũ, & Morini,id est populi Galliæ Belgicæ,q Teruani,vulgo dicuntur,ad Britanos, quos in Bucolicis dicit, Penitus toto diuisos orbe Britanos. vnde dicuntur hi,Extremi hoium: quia non longe sunt ab Oceano: vltra eos tamen nũc sunt Flandrini,& contermini,supibãt molliores & Rhenus, id est fluuiꝰ ille, Galliam ab Alemannia disterminans: bicornis,i. duo cornua, aut duos alueos habẽs :& Daæ, populi Scythiæ,indomiti, scilicet ab alijs:aut difficulter domabiles & Araxes,fluuiꝰ Armeniæ: indignatus põtem, scilicet quẽ Xerses super eum extruxerat: quia disrupit eum, supp.ibat mollior quia seq uoq; domãdum sentiebat ab Augusto:Æneas miratur talia dona parentis,id est matris suæ, per clypeũ Vulcani. Seruius dicit,parentis honoris esse,quasi sit ordo miratur per clypeum Vulcani parentis,id est patris loco,honorandi talia dona:& ipse ignarus rerum,id est nescięs quas res significarent. nõ dum enim erant:gaudet imagine, id est sculpturis & cęlaturis.ſ. rerum,quia pulchræ visæ sunt:gaudet (inquit):attollẽs, id est erigens humero: famam,id est gloriam :& fata nepotum, id est res futuras,haud dubie nepotibꝰ,id est posteris suis. Verba Beroaldi in Seruium sunt hęc:Sępe admonuimus multa deprehendi in cõmentarijs Seruij,quę ad geographiam pertinent:nõ satis exacte, nec adamussim pensitata:quę virgulta censoria notari mereant quale est hoc.Nam Cares, non sunt insulani:vt ipse autumat, sed in continenti:& populi sunt Asiatici,iuxta Mæoniam, Lyciam,atque Ioniam collocati: vt Plinius, Strabo, & Mela, tradiderunt.Cariæ toti imperauit olim Mausolus:vt author est Victruuius in secundo.In Caria,fuit Halicarnassus,& Mausoleum illud celebratissimum:quod inter septem orbis spectacula,meruit annumerari.Nec Leleges sunt in Thessalia,vt icurioſe refert cõmentator.Sed Leleges,& Cares ĩdem sunt populi:vt meminit Strabo in.vij.nonnulli geographi tradunt eos esse finitimos, atque in multis Cariæ locis sepulchra Lelegum. & monumenta Lelegia nuncupata ostenduntur: & olim Ioniam Asiaticam, Cares, & Leleges incoluerunt.Cares peculiariter, Barbari sunt cognominati.Cæterum(vt ego arbitror)videtur existimasse Seruius, Lelegas esse Thessalos: quoniam versu Lucani, quem ipse allegat, ostenditur Lelegas agrum Thessalicum quondam tenuisse. Atq Lucanus ideo videtur hoc tradidisse,quoniam Leleges fuerunt populi errabundi,& diuersis in locis habitarunt.Nam, vt scribit Aristoteles in politicis,Acarnanum, Ætolorum, Leucadiorum, Leleges hęc omnia loca incoluerunt,& olim etiam Thessaliam tenuerunt,sed non ipsi Thessali fuerunt. Ouidius, Caras,& Lelegas ita carmine coniunxit,sicut & Virg. quoniam videlicet sunt inter se contermini.versus Ouidi.ex libro.ix.Metamorphoseon hic est:Caras,& armiferos, Lelegas, Lyciamq; pererrat. Scribit Plin.in. v. Miletum Ioniæ caput Lelegeida fuisse nominatam. Idem Seruius existimat, Thermodoonta, fluuium esse Thraciæ: cum sit Cappadociæ:quæ regio est Asiatica: vt Plinius Strabo, atq; Iustinus meminerunt: iuxta quem,olim Amazones plederunt:quarum regina(vt author est Diodorus) in ostijs Thermodoontis,vrbem condidit,Themiscyram nuncupatam. Inde pugnas Amazonum Thermodoontiacas appellat Papinius in primo syluarum:& Propertius in tertio sic ait, Qualis Amazonio dum nudatis bellica mammis Thermodoonteis turba lauatur aquis.

PIERIVS.

¶Lętitia,ludisq; vię.)In Oblongo codice,lusu,legitur: quod nõ æque placet. ſ Omnibus in templis matrum chorus omnibus aris.)In antiquis omnibus codicibꝰ quotquot habui, legere est, Omnibus arę, quod longe magis placet. Arę enim ad preces exstruebantur. ſ Incedunt victę longo ordine gentes:)In codicibus aliquot antiquis,matres,non gentes,habetur.Sed gẽtes, rem fasito. ſ Hic Numadum genus.)In antiquis pleriscq; codicibꝰ, Numidum

midum.legitur.Quo pacto, gentem eam ab Romanis appellari tradit Appianus:vt alibi diximus. ſ Sagittiferosque Gelonos Finxerat.) In Romano codi.Tinxerat. In aliquot alijs, Finxerat, vtrunq; librariorum negligentia. ſ Indomitiq; Daci.) Nomẽ huius gentis varie scribitur in antiquis codicibus.Nã codices omnino sunt,in quibus,Daci,scriptum habeaẽ.In aliquot, Dacæ.In Roma.cod.Dahe,aspiratione interiecta, vnde factum vt etiam, Dache:veluti accidit i nihil,alicubi notatum inueniaẽ, Sed enim Daę,recipitur ab eruditis,q sunt Scythię populi. Hermolaus Byzantius, vt ex Stephani compendio legitur, δᾶαι σκυθικὸν ἔθνος, νοσι, ὡσὶ δὲ Νομάδεσι, Αἴγονται καὶ δόκαι μετὰ τοῦ κ. In quo aduertendũ est,impressos codices corruptos esse.Sed enim Daci, ex regione Dacia,iuxta Borysthenem dicuntur, quos a Græcorũ cõsuetudine in comœdijs,Dauos appellamus,pro seruoq; nominibus.Eos Attici,δαυσι dicunt. Vergunt illi in Germaniã & ad istri fonteis.vt idem author est Hermolaus. ſ Talia per clypeũ Vulcani.)In antiquis,per clupeum Volcani.de cuius vtriuq; rõne satis superq; superius disputatum.

OCTAVI LIBRI
FINIS.

Universidad de Deusto Biblioteca

ASCENSIVS.

NOnus habet, &c.) In.viij.libro, inter miſſa narratiõe de Turno,actũ eſt de Ænea, & de eius ad Euandrũ profectione, & illinc reditu. In hoc autẽ.ix. redit ad Turnũ:oſtenditq́;, q̃d abſente Ænea in caſtris Iulij actum ſit. Nam ſignificatum eſt in.j.Æneam iecisse fundamenta nouæ Troiæ caſtrorum in morem. Vt vero totum argumẽtum ſub oculos referam⁹ verſiculorum id explicantium, ¶Ordo eſt. Nonus, ſupple liber Æneidos: habet pugnas, ſcilicet Turni, oppugnantis Troianos:nec ipſe dux ſcilicet Æneas:adeſt tumultu, p tumultui,aut i tumultu, aut tumultuante exercitu. hoc eſt Monoſtichon, ſeorſum legẽdum. ¶Reliquum argumentum eſt. Atq; dum ea quæ dicta ſunt, geruntur ſcilicet ab Ænea parte penitus diuerſa ſcilicet a Turno & Aſcanio: Turnus feſtinat ſe in hoſtem ſcilicet exercitum Troianũ, monitu Iunonis,quæ ad hoc Irim demiſit: & hoc Rutulis ſcilicet populis, Turni. iaculãtibus ignem in naueis Teucrorum. ipſe,ſup. naues,

IN.IX. ÆNEIDOS LIBRVM MONOSTICHON.

Nonus habet pugnas,nec adeſt dux ipſe tumultu.

IN EVNDEM MODESTINI IVRISCON. ARGVMENTVM.

Atq; ea diuerſa penitus dum parte geruntur,
Iunonis monitu Turnus feſtinat in hoſtem,
Teucrorum in naueis Rutulis iaculantibus ignem,
Nympharum in ſpeciem diuino numine verſę.
Euryali,& Niſi cœptis fuit exitus impar.
Pugnatur:caſtra Aeneadę,vallumq́; tuentur.
Audacem Rutulum dat leto pulcher Iulus.
Fit via vi,Turnus Bitian,& Pandaron altum
Deijcit:& totis victor dat funera caſtris.

ALIVD IN EVNDEM

Iamq́; fatigatus recipit ſe in caſtra ſuorum.
Ad Turnum propere Iunonia mittitur Iris,
Inſtigatq́; animos:acies mouet ille,Phrygaſq́;
Obſidet:in nymphas verſa eſt Aeneia claſsis.
Euryalus,Niſusq́; luunt nece prælia noctis,
Vi Turnus potitur caſtris,mox pellitur inde.

naues, verſæ ſunt in ſpeciem nympharũ: numine diuino. ſcilicet matris deum quę hoc illis procurauerat,q͂a in Phrygio monte Ida, creuerant arbores vnde factę erãt. Exitus id eſt finis Euryali,& Niſi:fuit diſpar cœptis, id eſt inceptis, & principio quia i principio victores:in fine victi erãt. Pugnaſ,ſcilicet a Turno: & Troianis:Æneadę tuentur, id eſt defendunt caſtra: & vallũ, id eſt munitionem caſtrorũ & tentoriorum: Iulus pulcher dat leto,id eſt morti: Rutulũ ſcilicet quẽdam nomine Numanum,cognomẽto Remulum,audacem,quia, Is primã ante aciẽ digna, atq; indigna relatu Vociferãs, tumidusq́; nouo præcordia regno Ibat & ingẽtem ſeſe clamore ferebat. Via,ideſt irruptio i caſtra fit vi,id eſt ipetu Turni, Turnus deijcit,id eſt pſternit, Bitian, & Pandarõ altum id eſt, ſublimem virũ, vtrũq; Troianum, & ipſe victor dat funera totis caſtris id eſt per tota caſtra. Et ipſe Turnus fatigatus ſcilicet a cęde,& ſtrage,quam fecerat: recipit ſe in caſtra ſuorum ſcilicet caſtra Troianorum obſidentium.

SERVIVS.

ATq; ea diuerſa penit⁹ dũ parte gerũtur.) In hoc libro eſt mutatio oĩum rerũ. Nã & alię pſonę,& loca alia ſũt,& aliud negociũ icipit, Ab Ænea.n.trãſit ad Turnũ, a Tuſcia ad Ardeã,a petitiõe auxiliorũ ad bellũ quẽ trãſitũ quidã culpãt, neſciẽtes Virgiliũ prudẽter iunxiſſe ſupioribus negocijs ſequẽtia p illam particulã, Atq; ea diuerſa penit⁹ dũ parte gerunt. Scilicet dũ offerunt arma, dũ dantur auxilia. Sane formatus eſt iſte liber ad illud Homeri, vbi dicit per noctem egreſſos eſſe Diomedem & Vlyſſem cum capto Dolone caſtra penetrauerunt, nam partem maximã & œconomiæ & negociorũ exinde habet. ¶Diuerſa penitus.) Valde diuerſa, & lõgius remota. vñ paulo poſt dicit, Nec ſatis extremas Coryti penetrauit ad vrbes, Lydorumque manũ. ¶Irim.) Iris quaſi ἔρις dicta eſt. nunq̃.n. ad conciliationẽ mittitur ſicut Mercurius, ſed ad diſturbationẽ. Et eſt miniſtra nõ tantum dearum, ſed & deorum Virgilius hoc probat dicens, Aeriam cœlo nam Iuppiter Irim Demiſit, germanę haud mollia iuſſa ferentem. ¶Audacem ad Turnum.) Fortem ſine felicitate, ſicut de Pallante diximus. ¶Parentis Pilumni.) Pilumnus & Pithumnus fratres fuerunt,& dij horum. Pithumnus vſum ſtercorãdorum inuenit agrorũ: vnde & Sterquilinius dictus eſt. Pilumnus vero pinſendi frumenti vnde & a piſtorib⁹ colitur. Ab ipſo etiam pilum dictum eſt. ¶Sacrata valle.) Ideo Sacrata,quia vt diximus,nunquam eſt lucus ſine religione. ¶Sedebat.) Vt Aſper dicit,erat. quæ clauſula,antiqua eſt,& de vſu remota, Secundum Plautum ſedere, eſt conſilium capere,qui inducit ſeruum

ſeruum

P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS LIBER NONVS.

ATque ea diuerſa penitus dũ parte gerũtur: PO.
Irim de cœlo miſit Saturnia Iuno
Audacem ad Turnum, luco tum forte parentis
Pilumni, Turnus ſacrata valle ſedebat.
Ad quem ſic roſeo Thaumantias ore locuta eſt.
Turne,quod optanti diuũ promittere nemo IRIS
Auderet: voluenda dies en attulit vltro.
Sceptra,vrbe,& ſocijs,& claſſe relicta,
Aeneas Palatini,ſedemq́; petiuit Euandri.
Nec ſatis,extremas Coryti penetrauit ad vrbeis:
Lydorumq́; manum,collectos armat agreſteis.
Quid dubitas?nũc tẽpus equos,nũc poſcere currus:
Rumpe moras omneis:& turbata arripe caſtra.

ſeruũ dicẽtẽ. Sine iuxta arã ſedeã,& dabo meliora conſilia. Sed ſecũdũ augures,ſedere eſt auguriũ captare,nãq; poſt de ſignatas cœli partes a ſedentibus captant auguria: q̃d & ſupra ipſe oſtẽdit latenter inducẽs Picũ ſolũ ſedentẽ, vt, Parua q; ſedebat ſuccinct⁹ trabea. Aut erat,aut cõſilia capiebat, aut augurabat. ¶Thaumãtias) Secũdũ poetica, Thaumãtis filia. Cęterũ ex admiratiõe hoc nomẽ accepit,quę admiratio de eius coloribus naſcitur. ¶Diuũ,p mittere nemo.) Nemo,p nullus poſuit.& eſt Acyrologia. nã diuum nemo nõ poſſumus dicere,cũ pprie nemo ſit nec homo. ¶Auderet.) Docet p tranſitũ multa interdũ tpis rõne prouenire,q̃ nũmina pſtare non põt quod & paulo poſt in Matris deũ petitione Iuppiter probat dicẽs, Cui tanta deo permiſſa poteſtas. ¶Voluenda.) Pro volubilis. ¶Nec ſatis.) Quia occurrebat ab Euãdro eũ facile poſſe remeare ¶Coryti.) Mõtis Tuſcię:quia vt diximus, nomen accepit a Coryto rege, cuius cum vxore concubuit Iuppiter,vnde natus eſt Dardanus. ¶Armat agreſtes. ¶Ne ei formidinem inijciat,agreſtes eſſe cõmemorat. ¶Et turbata arripe caſtra.) Aut arripe,& turba:aut turbata inuade per abſentiam Æneæ.

DONATVS.

ATq; ea diuerſa penitus dũ parte garuntur. Cum hæc inq͂t, diuerſa & lõgiori parte agerent,hoc eſt,cũ armis cœleſtib⁹ & auxilijs inſtrueret Æneas, quos actus habuerit Turnus,poeta deſcribit. Vult.n.oñdere cõparatione facta,qualis Æneas in cogitationibus belli,& qualis fuerit Turnus. In prima q̃ppe parte octaui libri cõpetentem viro Dardanio

danio

danio ſolicitudinem dedit,deſcribens eum ſic tota mẽta fuiſſe ſuſpenſum,vt cum eſſet nox,& omnia ſilẽtio & ſomni requie tenerentur,ſolus ipſe vigilaret ſub cęlo & loco gelido cõſtitutus procumbens in ripa fluminis non iacens, vbi ex vicintate frigidarũ aquarum acerrimum frigus & duriſſimũ fuit, tardiuſq; dormiſſe,nõ voluptatis,vt apparuit, cauſa. ſed vt cum eo deus ex occaſione loqui,eumq́; ſecurum reddere,& firmare cõſilio potuiſſet. Ecce & hic laborem maximũ ſuſcepit. perrexit ad remotas penitus partes,ſcilicet venturus inſtructior. Interea propter eos, qui ab intellectu manifeſto diuerſi ſunt,& putãt diuerſam partẽ quaſi aduerſariorem dixiſſe Virgilium. Addamus exemplum,vt oſtẽdamus diuerſa parte lõgius ſeparata ſignificare. Quippe in quinto libro ait, Quo diuerſus abis?iterum pete ſaxa Menæte, hoc eſt plurimum a meta & curſu neceſſario ſeparat⁹. Item in hoc libro ſic poſitũ eſt,diuerſa in parte furenti, hoc eſt a Troianorũ caſtris longe diſcreta,turbantiq́; viros perfertur nunci⁹ hoſtes Feruere cęde noua,& portas præbere patentes. non enim mitteretur nũcius,niſi ad eum,qui lõgius ageret,& cum ſuis talia geri neſciret. Et in pręſenti probat poeta ipſe,quid ſit diuerſa parte. nam ſic induxit Irim loquẽtem,vt ipſa exponat,quid ſit hoc ipſum:vt omnes ambiguitates excludat. ¶Irim de cœlo miſit ſaturnia Iuno Audacem ad Turnũ.) Ecce cum ea,quæ diximus Æneas gereret cum cautiorẽ Turnũ facere debuiſſet inimici propinquitas,nulla bellici certaminis tãgitur cura. Sedere autem vel maxime hoc loco nõ tantum corpore,verum etiã ocioſum animo eſſe ſignificat. Volũt tamẽ aliqui quaſi tractatibus neceſſarijs vacantẽ dici, ſed non ita eſſe multis documẽtis apparet. nam & illius quoque inertia vult poeta per comparationem Æneæ laudes extollere. denique vt Æneã ipſum ꝑtulit a loco & frigore fluminis, ſic huic a loco obtrectationem conflat. ſedebat,inquit,& ſedebat in luco, vt amœnitas eum & opacitas nemoris delectaret:& tunc ſedebat cum pro ratione ſuſpecti temporis diſcurſib⁹ neceſſarijs vacare debuiſſet. ſedebat in luco parẽtis pilumni, quaſi demum illũ aut pilumnus mortuus,aut vallis conſecratio iuuare potuiſſet. Hũc igitur vſque adeo poeta deſidem notat,& in periculo ſuo ſatis incautum,vt ipſi quoque Iunoni diſplicuiſſet. nã hæc fuit cauſa,vt ad eum Irim mitteret: quæ torpentem ad aliqua faciẽda compelleret. cumq́; hoc eſſet ſatis notabile,addit ei & crimẽ audacię. nõ enim hoc faceret Iuno,ſi ille in periculo poſitus partes ſuas recte tractaret. Audacem ergo incõſultum & temerarium accipiẽdum eſt,nam qui tales ſunt,vt incerta pro certis,teneant,non poſſunt videri probatæ ſententię. Ipſa quoq; Iris reprehenſionem ei⁹ loquendo proſequit,& incuſat ignauiæ. ¶Turne,inquit,quod optanti diuũ promi.ne. Auderet.) Turne,inq͂t, qui ſaluti tuæ profutura tractare non noſti,vltro occuriſſe non ſentis, quod optatum multiplicibus votis,etiam ſi fauerent numina,præſtare nõ poſſent?nõ arripis, quod ſponte detulit dies opportuna,dũ ſe voluerit? ¶Æneas vrbe,&c.) Hæc dictio intellectum multiplicem tenet: habet enim ex vna parte exhortationem:terrorem vero & obiurgationem ex alia. nam,q͂ dicit Æneam longinquum petiuiſſe tanto labore,vt vſque ad Euãdrum Tyrrhenosque peruenire potuiſſet, obiurgatio eius eſt,qui neſciebat inimici tractat⁹ & res geſtas, Ille enim impigre vigilabat,puidẽs partibus ſuis. Turnus ſedebat periculum ſuum non cogitans,trahens ociũ quaſi quietis omnibus. Quod vero armari populus,& cogi dixit agreſtes ad bellum inijciendi terroris cauſa eſt, Exhortationis partes ſunt hæ q͂ relictis vrbe,nauibus,ac ſocijs lõginqua penetrauit Æneas. monet igitur Iris tẽpus eſſe,vt anteq̃ inſtructus veniat,inuadantur pręſentes,quorum rector abſceſſit. quod ipſum confirmat cõſilio proſuturorum,vt qui ſecur⁹ cum auxilijs venerit, ſuorum ſtragem funeraq́; reperiat. Eoq; fiat,vt ſicut acceſſu duplicaturũ ſe crederat exercitũ,ſolos inueniat ſupereſſe, quos duxit. Rurſus ex eo inijcit metum. nam ſi beneficiũ eſt quod Æneas videbatur abeſſe,apparet,id fieri non poſſe,cum inſtructior venerit. Ecce quãtę Æneæ prædicatio. ſolus abeſt,& Troianorum omnium timetur interitus,quaſi demum ipſe omnes & defenſare poſſit, & tegere. Solius Æneæ rurſum timetur aduentus,ne rebus integris redeũtis impetum Turnus,ſuſtinere nõ poſſit. Hæc, vt apertius exponantur,ipſa ſigillatim iris verba tractemus. Turne,cœpit a nomine,quaſi exercitaret dormientem, quod optanti diuũ nemo promittere auderet,voluenda dies en attulit vltro,nihil interim ſpecialiter iudicandum,fecit attentum, ſimulque commẽdat quod erat dictura. Magnum eſſe vtile, neceſſarium, & omni celeritate rapiendum. Attulit tibi,inquit,volubilitas dierum,quod ſi a numinibus multis precibus poſceres,nec cõſequi poſſes,nec illi pręſtare valuiſſent. Æneas,& magnum põdus in nomine, qui enim metui, qui tueri ſocios,qui armis obtegere propria q͂a obſiſtere audentibus poſſet, vrbe, & ſocijs, & claſſe relicta diſceſſit, atq; ita vt longinqua & procul remota tetẽderit. Vnde magnum beneficium tuis quęſitum eſt commodis,quod abeſt,& omnia ſub tua ditione deſeruit. Vrbe,ingt,ipſa ſcilicet prima,in qua fuit virgo, quæ patre ac Troianis oppreſſis potuit tolli. nã quid profuit facta vrbis commemoratio?niſi quia fuit in ea quod ſpecialiter Æneas ferre potuiſſet ſocij,& claſſe relicta? q͂ plena victoria potiri poſſit oſtendit,niſi interciperẽtur naues,& omnis interiret exercitus. Diximus,quę dimiſit Æneas, dicamus ad quæ perrexit. In his quippe & maior metus poteſt oſtẽdi, & obtinẽti Turno maior occaſio. Sceptra palatini,ſedẽq; petiuit Euãdri:nec ſatis, hoc eſt, non eius intẽtioni ſufficit vſque eo tetẽdiſſe,extremas coryti penetrauit ad vrbes, Lydorumq́; manum, collectos armat agreſtes. Armat Lydorum manum, armat collectos agreſtes,metus eſt. Sceptra palatini,ſedemque petiuit Euandri. Potuit leue & minus formidoloſum videri,quia ſciebat Turnus,Euandrum non magnis opibus fulctum. Addit, extremas coryti penetrauit ad vrbes,nec dixit quas,nec dixit quantas. In hac enim infima generalitate metus eſſe potuit maior. Lydorumque manum, collectos armat agreſtes. manum dixit ſingulari numero, & collectos agreſtes plurali:proinde ſperanda ſunt hæc collecta atque coniũcta,ne.vitium per genera & per numeros faciant. Quid dubitas? dubitare timentis eſt ſignum. tanta,inquit, perſonæ & temporis occaſio non eſt deliberationibus differenda. non enim tractandum eſt,faciendum ne ſit aliquid, an non faciendum. iam dicit, quid faciendum ſit,ne ille capiendo conſilium perderet tempus. Nunc tempus equos,nũc poſcere currus, Rumpe moras omnes & turbata arripe caſtra. Iam,inquit,debes equos & currus petere & arripere caſtra turbata. Turbata dixit, indiſpoſita & ſine rectore.

ASCENSIVS.

ATque ea diuerſa penitus,&c.)In principio igitur.ix.libri,redit Poeta ad narrationem geſtorũ Turni: interea dum Æneas in Etruria manum colligeret: dicitq́; admonitum ab Iride, miſſa a Iunone, ad deturbanda immo expugnãda,ſi poſſet,caſtra Troianorum,interea dum Æneas abeſſet: quæ res ſummopere vergit in gloriam Aenee. Nam ſicut Homerus in gloriam Achillis,docet,eo bellante, Græcos victores: & ceſſante, victos fuiſſe: vt conſtaret, quanta eſſet eius vnius virtus:ita Maro. in gloriam Aeneæ trahit:q̃ nẽ niſi eo abſente eſſet Turno,expugnãdi caſtrorum ſpes, atq; fiducia, etiam Iunone id exhortante: per quam quidam ambitionem intelligunt, quæ fere ad regna aliena iuuadenda mortales inſtigat. Pediſſequa autem Iunonis, dicitur Iris: quia in inferiore regione aeris,quam Iuno repræſentat, tantum conſpicitur: vnde varietas colorum, in Iride, & pauone, quaſi a Iunone produci videtur,cum ſine illuminato aere non conſpiciantur. Sed Donatum audiamus, cuius verba ſunt. ¶Diuerſa.) A Troianorum caſtris remota. ſic in.v. Quo diuerſus abis?i, a me remotus. ¶Sedebat.)In ocio erat, & non tractatibus neceſſarijs vacabat: vt multi volunt. Vult enim Poeta,illius inertia laudes Aeneæ per comparationem extollere.& vt Aeneam laudat a loco & frigore fluminis,ſic hunc vituperat,q̃ in loco amœno ociaretur, cum Aeneas per laborem ſubijſſet nemora.& longinquas parteis petiſſet. Miſit ergo Irim Iuno,vt torpentem excitaret. ¶Audacem.) Inconſultum, & temerarium. Iris vero, hinc hortatur, illinc obiurgat. ¶Turne.) Nomine excitat:& proponit occaſionem vtilem non omittendam. ¶Aeneas.) Magnum pondus in nomine. ¶Nunc tempus eſt.)Monet,quid faciendum,ne ille in conſultando perdat tempus. Hæc ille. ¶Ordo autem eſt. Atque dum ea, ſcilicet quæ in.viij. narrata ſunt: geruntur, ſcilicet ab Aenea: & Euandro, ſupple in parte: penitus diuerſa, id eſt remota, a Troianorum caſtris: Iuno Saturnia, id eſt Saturni filia, & inimica Aeneæ:miſit Irim id eſt deam, arcus cœleſtis pediſſequam ſuam, de cœlo: ad Rutulum audacem, id eſt temerarium, & confidentem nimis,nec rebus ſuis proſpicientem ob temeritatem. Turn⁹ ſedebat,ſcilicet ocioſus forte tum id eſt tũc:forte,id eſt quia fortuitum erat,q̃ tũc in valle Pilumni parentis,id eſt progenitoris. vnde poſtea, Cui Pilumnus auus: &c. Nam Daunus erat pater eius,ſacrata,ſcilicet illi:quia pro deo habitus eſt: & ita illi lucum conſecrauerant. Ad quem ſcilicet Turnum,illic ſedentem, Thaumantias,id eſt Iris, Thaumantis filia:locuta eſt ſic ore roſeo,id eſt ſubrubro,& venuſto. Turne en dies voluẽda,id eſt volubilis, id eſt tempeſtas ipſa:attulit vltro,id eſt non requirente te: id quod nemo, id eſt nullus diuum auderet promittere: quia contra

fatum

Universidad de Deusto
Biblioteca

fatum videns, per oblatam occasionẽ, Troiani, Italia posse depelli, & penitus deleri: quod null⁹ diuũ auderet promittere: Æneas petit, pro petijt, seu petiuit: (Nam Politianus, vt in. viij. vidimus: docet versum non stare, si legatur petiuit: veráq; lectionẽ esse, petit, per syncopam, aut coalitionem duarũ vocaliũ in vnam syllabam longam: vnde spondaicus est versus: laborẽ, & molimen Æneæ depingens.) sceptra, & sedem Euandri: Palatini. i. Palatiũ, & Palanteum oppidum tenentis: & hoc vrbe. s. noua, in morem castrorum extructa: & socijs, & classe relicta, zeugma ab inferiore. Nec satis, sup. est Euãdrum petisse: penetrauit, sup. insuper: extremas vrbeis Coryti. s. mõtis Tusciæ, aut quas Corytus rex olim tenuerat: & armat agresteis collectos, appositorie: manum. i. exercitum: Lydorum. i. Tyrrhenorum, qui ex Lydia oriũdi sunt. Quid dubitas. s. inuadere castra: aut quid quasi dubitãs immoraris? tẽpus est nunc poscere. i. poscẽdi, equos & currus: rũpe moras omneis: vnde dicit Lucanus, Tolle moras nocuit semper differre paratis: q; pro &: arripe castra turbata, id est quæ facile turbare potes: aut turbata, propter absentiam: & diuturnam moram Æneę. Non fit synalœphe: turbataq; arripe: est tamen verior lectio q; & turbata arripe, &c.

Pierius,

PIERIVS.

¶Sceptra Palatini: sedemq; petiuit Euandri.) In Romano codice in Mediceo, & in quibusdam alijs, legere est, Palantini, a Pallante, vno expũcto l, vt syllaba prima corriperetur. magis tamẽ video placere: Palatini, sed hoc parui refert. Lõge vero maioris momẽti est, quod sequitur: petiuit. sed enim & pro, sedem, regnũ in codicibus aliquot manu scriptis obseruaui. cum tamen & Roman⁹ & pleriq; alij codices, sedem, legant. In Romano præterea codice, petit, pro petijt, more suo, vnico i scriptũ est, vt versus sit spondaicus Nam, Euãdri prima correpta nusq; quod meminerim, obseruaui. ¶Lydorumq; manum, collectosq; armat agresteis.) In codicibus aliquot antiquis legere est, Ludorumq; manũ & collectos armat. In nonnullis: absq; vlla copulatiua secundo mẽbro Lydorũq; manũ collectos armat agresteis. ¶Nunc tẽpus equos, nunc poscere currus.) In Mediceo, & aliquot alijs currũ vnitatis numero legit. ¶Rumpe moras omneis, turbataq; arripe castra.) Trochæus ille ex, turbata: vel, q;, particula, absq; collisione seruata, multis negociũ facessit. Sed. n. in codicibus oĩbus Vaticanæ bibliothecæ, in Mediceo, & aliquot alijs peruetustibus legi, Et turbata arripe castra: quã lectionẽ ab eruditis receptã iã animaduerti.

SERVIVS.

¶Secuit sub nubib⁹ arcum.) Hoc dixit vt, Ille viã secat ad naues. Et re vera arc⁹ ipse est varijs coloribus sectus. Bene autẽ Sub nubib⁹, quia sine nubis beneficio arcus nõ videt. ¶Agnouit iuuenis.) Irim tantũ agnouit, non & a quo missa esset, vtrum a Ioue an Iunone. Hinc est qđ dicit, Quis te mihi nubib⁹ actam Detulit in terras? ¶Repente.) Itẽ aliud auguriũ. Nam cum Iris sine nubib⁹ nõ possit videri, post eius abscessum statim est secuta serenitas. Clara autẽ bene addidit, quia tẽpestas τῶν μέσων est. ¶Discindere cœlum.) Chasma dicit factũ, id est subitam aeris disruptionẽ & quẽdam recessum, per qđ vult videri chasma tum Irim se recepisse. ¶Mediũ) autẽ bñ dixit: nam est & summũ, vñ est, Sic vertice cœli Constitit. Nubes autẽ in medio sunt, vbi oĩa fiunt signa quæ dicit, id est Iris, serenitas, chasma. nã si in summo fieret, null⁹ videre potuisset. Humani enim oculi altiorẽ & nimiũ

chasma

splẽdorẽ ferre nõ possunt, Sane chasma est (ita enim Plini⁹ vocat) disruptio & quidã cœli discessus. ¶Palantesq; polo stellas.) Bene Palãtes, quasi in alienũ tẽpus errore veniẽtes. ¶Omina tãta.) Scilicet cœlestia. ¶Quisquis in arma vocas.) Vel Iuno, vel Iuppiter. ¶Onerauitq; ęthera votis.) Iterũ atq; iterũ est vota pollicitus. Locus autem iste dictus est secũdum augurum morem, apud quos fuerat consuetudo, vt si post acceptum augurium ad aquam venissent, inclinati haurirẽt exinde manibus & fusis precibus vota promitterẽt, vt visum preseueraret augurium, quod aquæ intercessu disrumpitur. Vnde etiam in duodecimo, visum augurium quod aquæ intercessu disrumpitur, firmum est: quia cygnus dimissus ab Aquila in fluuium cecidit, vt, Prędamq; ex vnguibus ales Proiecit fluuio. Hinc videtur etiam Turn⁹ minime potuisse liberari. ¶Iamq; omnis campis exercitus ibat.) Intelligamus hũc exercitum primo cõfuse in campos ruisse: post digestum in ordines, vt sit sequentium fluminum congrua cõparatio: quæ flumina dicit post camporum inũdationem in alueos suos reuerti: nam hoc vult dicere, vt de campis flumina in alueos suos redeũt sic digesta est in acies militũ multitudo, quæ fuerat ante diffusa. ¶Diues equum.) Per genitiuum frequẽtius vtimur hac figura, q̃ per ablatiuum. ¶Coercent.) Cogunt, colligunt. ¶Altus per tacitum Ganges.) Fluuius Indiæ est, qui secundum Senecam in sinu Indiæ nouem alueis fluit, secundum Melonem septem: qui tamen & ipse commemorat nonnullos dicere quod tribus alueis fluat. Virgilius tamen Nilo eum iungens septem alueos habere significat. Hanc varietatem Donatus fugiens longum Hyperbaton facit, dicẽs, Ceu surgens septem amnibus Nilus Aut Ganges. ¶Altus per tacitũ.) Sane bene addidit Per tacitũ altus, hoc est per profunditã altitudinem. nã licet crescat, inter ripas tamen est, nec superfunditur campis. vnde Asper distinxit altus per tacitum. ¶Pingui flumine Nilus.) Nilus dict⁹ est quasi νέαν ἰλύν, hoc est nouũ limum trahens: quod volẽs exprimere dixit Pigui flumine, i. fluore: quę res fœcundã efficit terrã. qđ & ipse in Georgicis ostendit dicens, Liquuntur montibus amnes, Felicemq; trahũt limum. Item, Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena.

Dixit: & in cœlũ paribus se sustulit alis: POE.
Ingentẽq; fuga secuit sub nubibus arcũ.
Agnouit iuuenis: dupliceisq; ad sydera palmas
Sustulit: ac tali fugientem est voce secutus.
Iri decus cœli, quis te mihi nubibus actã TVR.
Detulit in terras? vnde hæc tam clara repente
Tempestas? video mediũ discedere cœlũ:
Pallantesq; pollo stellas: sequar omina tanta,
Quisq́s in arma vocas. ¶Et sic effatus ad vndã POE.
Processit: summoq; hausit de gurgite lymphas,
Multa deos orans: onerauitq; ęthera votis.
Iamq; omnis cãpis exercitus ibat apertis,
Diues equũ, diues pictai vestis, & auri.
Messapus primas acies, postrema coercent
Tyrrhidæ iuuenes: medio dux agmine Turnus
Vertitur arma tenens; & toto vertice supra est.
Ceu septẽ surgens sedatis amnibus altus
Per tacitum Ganges, aut pingui flumine Nilus,
Cum refluit cãpis: & iam se condidit alueo.

DONATVS.

¶Dixit & in cœlum.) Vbi impleuit partes suas, obiurgauit Turnũ, terruit, instruxit, hortata est, & quid facere deberet ostẽdit. alis paribus remeauit ad cœlũ. bene addidit paribus, nisi enim pari nixu volatũ præstare nõ possunt. nã si vna est debilis, incolumis vero alia. perinde sunt, ac si ambæ vexatæ sint. ¶Agnouit iuuenis.) Duplices dixit, sed amnon duas. neq;. n. vltra duas habuit, neq; habere potuit: sed ambas simul erexit, qđ fuit signũ plene agẽtis gratias. ¶Ac tali fugiẽtem est voce.) Eo istud tẽdit, vt ostẽdat repentinã precẽ nõ meditatione collectã, denique tãta fuit celeritas subsecutæ vocis, vt fugiẽtis abscessum hoc est celeriter recedẽtis, vox Turni fuisset subsecuta. Quã iocũda autẽ gratiarũ actio est, quando Iris ante inuenit, qui gratias ageret, q̃ ipsa ad sedẽ propriã reuenire potuisset. ¶Iri decus cœli.) In breuitate ista putamus exiguũ, pro Iris laudibus, deinde cũ plene & nouo genere prædicationis expressisset. Voluit enim definire in laude ipsa, iris quid sit. & in ipsa definitione totã cõplexa est laudem. iri, inquit, decus cœli. Ornare cœlũ quãti est meriti: pulchritudinis quãtę? vbi tot sydera suo quæq; splendore radiantia parẽt soli. & tamen cũ iris extiterit, omnia illa cum ipso sole vincũtur. neq; obscuratur radiis solis, sed coloribus diuersis pingit cœlum, & ipsum solẽ gratia fulgoris exuperat. Hæc pro volũtate dicta sint eius, qui agebat gratias, nã quo reuera ipsa sit potior sole. ¶Quis te mihi nubibus actam Detulit in terras?) Intelligo, inquit, multum me meruisse de superis, qđ dimissis regionibus cœli, quorum es ornamẽtum, ad terras mei causa venire potuisti, ac mei causa viduare tuis ornatibus, quod decorare consueuisti. ¶Vnde hęc tam clara repente Tempestas?) Hoc iam ad irim nõ pertinet. completo enim eo, quod ad ipsam loquebat, disputare cœpit de diuersis motibus cœli. Vnde, ingt, hæc repentina tempestas: & cur clara hoc est sine caligine aut nubis alicuius obtentu? ¶Video medium discindere cœlum, Pal. q. p. stel.)

p. stel.) Cur rescinditur sine nubibus cœlũ? cur reductis hiatibus aperitur? cur stellæ radijs solis ex more non cædũt? & rupta lege naturę alienis temporibus in lucem venire nõ dubitant? Cum hæc tractarent, collecto eo q tot signa mõstrabãt, incipit iudicare de omnibus. ¶Sequar, inquit, omina tanta. Quisquis in arma vocas.) In illis signis facile fuit sententiam dicere, quia bellum iã in manibus fuit. Et tamen iste non tam futurorum bellum dixit ostendi, sed euentus eius prosperos demonstrari. Itaq; ait. ¶In campum vocor.) Sequor prouocantem, quoniam læta nuntiantur & prospera. fecit hoc qui potius dixit hominum more, vt, p se intelligeret, quod rex exitus, pbauit aduersum. Signa quippe illa constabant esse contraria: Sed Turnũ gratiosa cõiectura fallebat: quia putabat interitũ hostibus non sibi portẽdi, & prouocãti imminere perniciẽ. Quia dixit sequor omina tãta, quisquis in arma vocas, cum ipsum cõstaret priorem arma sumpsisse. ¶Et sic effatus ad vndã. ¶Pro. sum. q;. h. &c.) Fecit Turnus, quę solent facere, qui dubia subituri sunt: tũc vberius rogant, cum numinib⁹ potiora persoluunt, & maiorẽ sibi fauorẽ superum, promerẽdo conciliant. ¶Iamq; ois campis.) Iamq;, celeritatis significat executionem, eius qui ducturus fuerat exercitũ oẽm semel effusum. maiorẽ quippe multitudinẽ camporum maior potuit capacitas ferre. Campis apertis dixit, in magnã latitudinem iacentib⁹, nullo impedimẽto lignorũ aut speciei alterius. Diues equũ, diues pictai vestis, & auri. pretium. n. & multitudo cultus in bello auget hosti terrorem. Dixit ire exercitus, qua pergerẽt, q cultus & qualis eorum eẽt incessus. nũc describere incipit ea, quibus illa multitudo ducibus regeretur. ¶Messapus primas acies.) Dixit, q esset in prima exercitus parte, qui curaret postremã, vt cõstricta multitudo pergeret non vltra q̃ necesse esset effusa. In medio vero Turnum fuisse. Potestas. n. maior in medio est: quod cũ sit & primis est posita, & a postremis non longe disiuncta. ¶Ceu septem surgẽs se. am. al.) Post dispositionẽ instructi exercitus dicit, q̃ leniter se habuerit vt militarẽ artem euidentissime demonstraret. Silentio quippe fuerat veniendum, vt insperati effusos & incautos hostes inuaderẽt. Iccirco igitur, qa tacito agmine incedebat Turnus, cõparationem dat poeta duorũ fluminũ Gangis & Nili, quorũ Ganges cũ sit copiosus & septẽ diuisus in flumina, semper lenis est: Nilus vero tunc magis mitis, cum ex maxima camporũ latitudine in alueum redit, & inde actu molliori impellit. Descripta est pars Turni, & ars ducendi exercitus demonstrata. Videamus quales Æneas recessurus præfecerit suis.

ASCENSIVS.

¶Dixit, &c.) Recitat consequenter, quõ Turnus ab Iride excitatus, expeditionem in Troianos assumpsit. Vnde dicit Dona. sic. ¶Dixit.) Nã obiurgata est. ¶Terruit.) Instruit, hortatus est. ¶Decus cœli.) Quanta est laus ornare cœlum. & meritum, & pulchritudo. Per comparationem, ostẽdit magno silentio iuisse Turnũ, vt improuisus oppprimeret incautos: tamen ingens puluis, illos manifestauit. Hæc ille. ¶Ordo est, Iris, sup. dixit. i. finiuit orationẽ suam, qua partes oratoris depleuerat: obiurgãdo, terrẽdo, instruendo, & hortando: & sustulit. i. sursum tulit se in cœlum: alis paribus, id est pleno volatu: & secuit sub nubibus ingẽtẽ arcũ fuga. i. simul cum fugeret. Iuuenis. s. Turnus: agnouit. s. Irim, fuisse ex arcu cœlesti: & sustulit, id est extulit, & erexit, ad sydera palmas dupliceis, id est complicatas manus: ac secutus est fugiẽtem, scilicet Irim: tali voce. i. oratione. O Iri, decus. i. ornamentũ cœli propter specimen colorũ: qui detulit. i. demisit te, actã nubibus, id est per nubeis in terras? vnde, supple orta est hæc tam clara tẽpestas repẽte id est subito: quia Iris sine nube videri nequiuerat: quã ergo adueniens, attulerat nubem, eãdem fugiens abstulit & serenũ reliquit cœlum: ego video discindere. i. diuidere cœlum mediũ aut cœlũ mediũ discindere, sup. se. & Video stellas pallãtes. i. oberrantes, & diuagantes: polo, id est per polum: ego sequar tãta omina. i. prodigia tua: quisquis vocas. i. quicũque es, qui vocas in arma: quia sciuit Irim, non nisi nunciam & interpretem esse. Tum, id est deinde: ipse effatus. i. locut⁹: effata. i. auguralia verba, augurium acceptum significãtia: processit ad vndam, scilicet fluẽtem: & hausit de summo gurgite. i. purissimas, & defęcatissimas lymphas, id est aquas: orans deos multa. i. multum. aut multas res &: onerauit æthera votis. s. pollicẽdo, si victoriam cõsequat. Et iam id est post vota & preces Turni, & postquã suos admonuerat: ois exercitus, scilicet Turni in. vij. descript⁹ ibat iam apertis campis: existẽs diues equum, id est equorũ: & diues vestis pictai. i. pictæ, & auri Messapus. s. equũ domitor: Neptuni fili⁹, supp. coercet primas acies: & iuuenes Tyrrhidę. i. Tyrrhei, magistri pecorum filij, coercẽt extrema, sup. agmina, aut extremas parteis exercit⁹: Turnus dux. s. totius exercitus: vertitur. i. circũuoluitur, supp. in medio agmine: tenens arma. s. hostilia: & est. i. imminet: supra. s. reliquos toto vertice Ceu. i. quemadmodum: Gãges, fluuius ille Indiæ, ex Caucaso oriens, surgens altus septem amnibus: sedatis, id est compressis: refluit per tacitum. i. tacite, postquam sedati sunt amnes: aut ceu Nilus, cum refluit flumine pingui. i. per inũdationẽ, arua vicina pinguia faciens: & cõdidit se iam alueo. s. suo, sup. in medio fluctuũ, pfluit impetuoso, sed ordinato agmine aquarum. Vult ergo cõparatio Turnum sic in medio numerosi exercitus sui processisse, vt nullus diuagaretur: sed intra ordinẽ suũ se quisq; teneret, vt fluctus Gãgis, dum septem amnes quos recipit, sedati sunt: ita vt nõ cogatur effluere: & Nilus dum se intra alueos suos recepit. tũc. n. ordinato quasi agmine vterq; fluit: sed tamen adhuc impetuosus fertur.

BIERIVS.

¶Dixit & in cœlum paribus se sustulit alis.) In aliquot antiquis codi. pariter, habetur: vt sentẽtia sit, simul atq; ita locuta est, auolauit. ¶Dupliceisq; ad sydera palmas Sustulit ac tali.) In antiquis aliquot, duplicis ad: absq;, q;. &, sustulit & tali. Sed reliqua vtcũq; legeris, facile tulerim. Auferri vero ex hoc loco, q;, particulam nũquam probauerim. ¶Video medium discindere cęlũ.) Antiqua fere omnia exemplaria legũt, medium video discedere cœlum. Sed illud, medium video: aut, video mediũ parui refert. discedere vero proprie dicitur cęlum, in huiusmodi signis, dum aperiri videtur. Vtitur eadem eloquutione M. Tulli⁹ in libro de diuinatione. Nam & cœlum discessisse visum est. Quem locum, vt ingenue (hoc est, more meo) loquar, mihi in memoriã redegit Io. Bap. Sanga, ciuis meus, in quo tam admirabilis quædam morum integritas, q̃ styli grauitas: & elegantia certare quodammodo videtur, siue carmẽ, siue orationẽ velis. Cui⁹ ego opera vsus sum, dum antiquissimum illũ codicem Vaticanũ notæ maioris euoluebam. Vsq; adeo studium ille in hac re meũ semper approbauit, vt mecũ interdum labores hos tolerare nõ aufugerit. ¶Sequar omina tãta.) In plerisq; codicibus vetustis, sequor, presenti tempore legitur. Quod magis placet, promptiorẽ. n. ostẽdit animũ ad obsequẽdum. ¶Quisquis in arma vocas.) In codicibus aliquot antiquis, vocat, persona tertia noatum est. Sed, vocas, non improbat. ¶Onerauitq; æthera votis.) Pleriq; veteres codi. manu scripti, onerauit æthera, absq; partitula, q;, legũt. Neq; desunt grãmatici, qui figuram tueantur: vt eo loco facere cõtendũt, Cũ clamore Gyas reuocabat, ecce Cloãthũ. & quod pauloãte legebamus. Turbataq; arripe castra. Sũt qui, ætherea, per dieresin legãt vt apud Ouidiũ, Tertia post illos successit Aenea, ples. Sed enim & eleganter, & absolute, onerauitq; ęthera, positum videt: vt quę necessaria fuerant ad auguriũ cõfirmãdũ, tribus inuicẽ colligatis membris efferãtur. Ad vndã Processit, summoq; hausit de gurgite lymphas, Multa deos orãs, onerauitq; æthera votis. ¶Diues pictai vestis & auri.) Loc⁹ ex illis quatuor: in qbus ea diæresi Virg. sit vsus, vt notat Probus. ¶Aut pingui flumine Nil⁹ Cũ refluit cãpis, & iam se condidit alueo.) Profuerit interdum etiã, quæ sentẽtiã dilucidiorẽ reddũt interserere, vt hoc loco qui doctissimis ẽt ingenijs negociũ facessit, cũ videant aduersa, atq; inter se pugnãtia cãpis refluere, & iam alueo se condere. Alludit vero hoc ad visendæ magnitudinis Colossum Nili, qui quãuis per arua lõge, lateq; diffundi videret, bona tamẽ corporis parte alueo demersus esset. Estq; illud, & iam: pro, & etiã. vt alio loco. ij. Georg. exponit Comminianus: vbi, Inualidus: & iamq; tremens, & iam inscius æui scriptũ. ait, & iamq; atq; esse, iam, pro etiã. Quã quidẽ sñiam saniorẽ esse ostẽdit id, quod de Turno pauloante dixerat: Medio dux agmine Turnus vertitur arma tenens, & toto vertice supra est. Hic vero versus totus in codicib⁹ aliquot antiquis desyderatur.

SERVIVS.

¶Quis globus.) Id est quantus. admirantis enim est, non interrogantis. nec enim interrogat qui nuntiat ¶Hostis adest, eia.) Hic distinguẽdum, vt eia militum sit properantium clamor: & est Ennianum, qui ait, Eia machæras. Ergo eia ingenti clamore dicẽtes, ad portas ruebant. Alij. Hostis adest, eia: legunt.

Hic subitã nigro glomerari puluere nubẽ
Prospiciunt Teucri: ac tenebras insurgere cãpis.
Primus ab aduersa conclamat mole Caicus.
Quis globus o ciues caligine voluitur atra?

Ferte citi ferrũ:date tela:ſcandite muros:
Hoſtis adeſt:{ Eia ingenti clamore per omneis POE.
Condunt ſe Teucri portas:& mœnia cõplent.
Nanq; ita diſcedens præceperat optimus armis
Aeneas:ſi qua interea fortuna fuiſſet:
Neu ſtruere auderent acies,neu credere cãpo.
Caſtra modo,& tutos ſeruarent aggere muros.
Ergo,& ſi conferre manũ pudor,iraq; mõſtrat,
Obijciunt portas tamẽ:& præcepta faceſſunt,
Armatiq; cauis expectant turribus hoſtem.
Turnus,vt anteuolans tardũ præceſſerat agmẽ:
Viginti lectis equitũ comitatus,& vrbi
Improuiſus adeſt:maculis quẽ Thracius albis
Portat equus:criſtaq; tegit galea aurea rubra.
Ecqs erit mecũ iuuenes:q primus in hoſtẽ: TVR.
En { Ait:Et iaculũ intorquẽs emittit in auras, POE.
Principium pugnę:& cãpo ſeſe arduus infert.
Clamorem excipiunt ſocij: fremituq; ſequuntur
Horriſono:Teucrũ mirantur inertia corda,
Non æquo dare ſe campo:non obuia ferre
Arma viros:ſed caſtra fouere:huc turbidus, atq; huc
Luſtrat equo muros:aditumq; per auia quærit.

legunt. Nanq; ita diſcedens præceperat.)Excuſatio Troianorũ ne portas clauſiſſe timore videantur. Optimus armis.) Peritus armorum,dux egregius qui futura prouideret. Siqua interea fortuna fuiſſet.) Scilicet bellic⁹ caſus. Pudor,iraq; monſtrat.) Licet eos hortaref ira & pudor. Tardũ agmen.)Peditum dicit,qui equitũ cõparatiõe tardi ſunt. Vrbi.) Troiæ quã fecerat Æneas caſtrorũ i morẽ. Maculis quem Thracius albis.) Noue albas maculas dixit, cum proprie macularum hęc ſit natura vt obſcuritate ſua album aliquid infuſcent. Criſtaq; tegit galea aurea rubra.)Duo ablatiui ſunt, & duo nominatiui, quos metrica rõne diſcernimus. Nam rubra criſta, longę ſunt vltimę, qa ablatiui ſũt caſus. Sane huiuſmodi verſus peſſimi ſunt. Principiũ pugnæ.) Hoc de Romana ſolẽnitate tractũ eſt Cum enim volebant bellum indicere,Pater patratus, hoc eſt princeps fœcialium proficiſcebatur ad hoſtium fines:& præfatus quædam ſolẽnia, clara voce dicebat ſe bellum indicere ꝓpter certas cauſas,Aut quia ſocios læſerant,Aut quia nec abrepta animalia, nec obnoxios reddiderant. Et hæc clarigatio dicebatur a claritate vocis.Poſt quam clarigationem haſta in eorum fines immiſſa,indicabatur iam pugnæ principium. Clamorem excipiunt ſocij.)Legitur & clamore.Si Clamore,ſenſus erit talis, Haſtę iactum ſocij clamore comitantur. Si Clamorem, intelligimus Turni eos clamorem excepiſſe, & cum fremitu eũ ſequuntur. Inertia corda.) Non re vera: ſed ſicut hoſtibus videbatur. Aditumq; per auia querit.)Etiã per auia. Sane exprimitur Turni violentia.nam viam per auia nullus requirit.

DONATVS.

Hic ſubitam nigro.) Ibat quidem tacitis greſſibus exercitus Turni,ſed nihil procuratum ſilentium profuit,prodidit quippe quanuis tacitos puluis,& Troianis ſemper abſente rege diligẽti cura ſolicitis, quaſi quidam nuncius aduentum inſidioſi hoſtis indicauit. Videbant igitur atri pulueris nubem accedente multitudine glomerari,& tantę lucis exceſſum tenebras campis incũbere,in imperfectis maior ſemper eſt terror.illud enim quod iã accepit ſtatim de perfectione poteſt habere diſpoſitum animũ. illud vero quod adhuc in augmentis eſt & habetur incertũ,quẽadmodum euaſurum ſit,plus terret q̃ neceſſe eſt. denique malum illud,quod ſic per momenta creſcebat,vt primo in modum nubium glomeratio tetra. dehinc tenebræ non agrorum anguſta ſed campos obtegere cernerentur,addebant terrorem intuẽtibus. Primus ab aduerſa.)Aduerſa dixit,vnde videre poterat, qui contra veniebant. Primus Caicus,ꝙ eſſet longe ſuperior & vidit & nunciauit dicens hęc. Quis globus o ciues.) In vna eademq; perſona diuerſi extitere tractatus. vidẽtibus quippe Troianis nihilq; ſuſpicantibus mali ſolum profuit,Caicum vidiſſe,q primus hoſtium intellexit aduentũ:& tamen etiam ipſe ſic exorſus eſt,vt fateref ſe primo dubitare, hoc eſt quod quaſi interrogans locutus eſt,Quis globus o ciues caligine voluitur atra:vbi nullus intellexit,nulluſq; reſpondit,ipſe rurſum confirmato animo ait.Ferte citi ferrum,date tela,ſcandite muros. ſubnectif cauſa faciendi.hoſtis adeſt,atq; vt mature fieret,acceſſit hortatio, & dictum,ei⁹.Hunc locum more ſuo poeta executus eſt, in his enim quæ habent aliquam perturbationem,primo dicit facienda, dehinc adijcit rationem, propter quam debent fieri, vt in quarto libro,præcipites vigilate viri,& conſidite tranſtris,Soluite vela citi.Ecce dixit,quod pro rerum neceſſitate fieri debuiſſet. dehinc oſtendit iuſſionis ſuæ rationẽ.deus,inquit, æthere miſſus ab alto,Feſtinare fugam,tortoſque incidere funes, Ecce iterũ ſtimulat:hoc conſilium hanc tenet ſubſtãtiam commodi. necdũ prius referat cauſam, ne dum tempus celeritate hoſtis & velocitate præuentum

præuentum neceſſaria non ſinat opportune diſponi. Ait igitur,ferte citi ferrum,feſtinandum enim fuit hoſtibus in proximo cõſtitutis,proximitatem quippe iſtam nũciabat magnitudo pulueris, & nubes atra præbebat indiciũ. Date tela, non hoc idem qui iamdudũ dixerat ferrum.ferrũ quippe alterius ſpeciei poteſt habere ſignificationẽ, & tela alterius.nam ſunt gladij, ſunt ſagittę,certe & ſic accipi poteſt hoc dictum,vt ferrum primo videatur dixiſſe pręparandum in hoſtes ſagittis & gladijs,tela vero in gbuſcunque ſpeciebus, quæ occidere hominẽ poſſent, vt ſunt lapides,fuſtes, & cetera huiuſmodi,quib⁹ repelli hoſtis queat, cui aut ſuperat⁹ occumbere. cui quidem ſemel poſitum, nos omnib⁹ dictis aptemus, quo melior intellect⁹ appareat: vt ſit,citi ferte ferrũ, & citi date tela, & citi muros aſcendite. nõ enim in tãta perturbatione fuit ex illis aliqd, quod ſegnius curari debuiſſet. Ecce nouiſſima interuenit cauſa. hoſtis, inquit, adeſt.non dixit affuturũ,ne daret occaſionẽ differẽdi,ſed iam adeſſe,vt pręſens videretur vrgere. Nouiſſimum fuit eia,qd dictum hortantis eſt potius,q̃ iubentis. Ingenti clamore.) Cõgeſſerunt ſe omnes intra ſepta caſtrorum, & oppleuerunt portas & mœnia.Crimẽ potuit duci, & manifeſtum timoris indiciũ videri,quod veniẽte hoſte ſeſe clauſerint, potiuſq̃ inſtruxerint aciem.hoc genus obtrectationis ne viris fortibus inhęreret,purgat honeſta excuſatione Virgilius,dicens. Nanq; ita diſcedẽs.) Æneas,inquit,affuturus,qui tractare noſſet incerta bellorũ, tale ſuis mandatum dederat,vt ſi aliqua emerſiſſet certãdi neceſſitas, nõ auderent ſtruere aciẽ,nõ auderent cãpo ſeſe cõmittere, ſed ſolum aggerem tuerentur, & caſtra,quę ſecuritatem illis plenã pręſtare potuiſſent.Magnã interea exiſtimans eſſe victoriam,ſi ſuos remeans incolumes inueniret. Ergo,& ſi ꝯferre ma. pu.) Duas illis virtutes dedit:vnã,ne imbelles viderẽtur:alterã, ne iuxta regis pręcepta incumbentes ignaui viderentur.nã pugnare cupiebant:ſed mandatorũ contemplatione reuocabãtur,melius exiſtimantes pudorem ferre,q̃ contra regis pręcepta reatum temeritatis incurrere. Quapropter munierunt portas firmis obicibus, & armati,quid hoſtis moliretur accedens, vigilanter ſpeculabantur.huius pręcepti etiam Caicũ memorẽ fuiſſe verba eius oſtendunt.nam dixit,date tela,ferte ferrum,muros aſcendite,nõ dixit eamus ad campum,occurramus hoſti,& certamẽ pugnandi ſubeamus. Turnus vt antevolans.) Non tardum fuit agmen, aut tarde ambulabat:ſed comparatione tardum putabatur. Turnus enim vt cęteros pręueniret,ductis ſecum equitibus viginti electis egreſſis itineri modum,quo congregata multitudo vel conſueuit ambulare,vel poteſt,celerius venit. Tanta maturitas fuit, vt ante vrbem improuiſus appareret:nõ iam itinere, ſed quaſi quodam volatu peruectus.Cum vero equum eius deſcriberet, dixit,caput eius fuiſſe galeatum:quam galeam fulgentem auro & rubra fuiſſe memorauit:vt longe appareret regem fuiſſe, qui veniſſet.continuo aũt ſuos hortatur ad initium belli.& haſtã primus miſit.hoc eſt quod ait. Et iaculum intorquens.) Iecit telum, lege ſcilicet obſeruata bellorũ. nulli enim fas eſt mouere arma vel telũ iactare priuſq̃ mittat qui ducit exercitum,non autem,vt aliquem feriat, ſed vt ſolennitatem compleat, & legem. Denique Turnus in auras iaculum non in hominem contorſit, Hyperbaton hic debet aduerti, cuius cauſa, cum pronunciatur, totum debet vno tractatu ſuſpẽdi,& illic finiri,vbi primo verbo reſpõderit ex fine. Cœpit enim ſic,atq; ita ordinatur. Turnus vt anteuolans venit. Et quis erit mecum iuuenes,& miſit telum. Clamorẽ excipiunt ſocij.) Ecce quo loco reſpondet vniuerſis, quę fecerunt,Hyperbaton. Deſcripti ſunt actus Rutulorum, Videamus,quid Troiani poſt hæc non mouebantur. Denique ſequitur.

quitur. Teucrum mi.in.cor.)Pro animo ſuo rutuli cum Ænęę ꝓulta mandataq; neſcirent, inertes Teucros iudicabant,cum illi prudentiſſimi regis ſui præcepta ſeruantes non ſe crederent cãpo,ſed caſtra diligentius cuſtodirent. Huc tur. a. h.) Fremens Turnus,ꝙ contra ſpem hoſtis copiam nõ haberet,circuibat muros explorãs,qui ad eos exiſtere poſſet ingreſſus, quem negabat caſtrorũ firma cõſtructio. Deſcribit ꝑ parabolã, quõ Turnus clauſos hoſtes & murorum firmitate munitos nõ valebat inuadere.

ASCENSIVS.

Hic ſubitã,&c.) Docet quõ exercitus Turni ab Æneadis viſus ſit:vtq; illi iuxta imperium Ænęę,ſeſe intra caſtra tenebant. Item vt Turnus primam haſtã in limites hoſtiles intulit.& Teucros in apertũ cãpum prouocare conatus eſt. De qua re dicit Dona. ſic. Quis globus.)Primo dubitauit,deinde cognouit eſſe hoſtes. Tela.)Etiam lapides & omnia miſſilia dicit pñt. Nãq; ita diſcedens præ.)Aliter enim timidi poterãt videri Troiani,qui inſtructa acie non exirent cõtra hoſteis: Æneæ præceptum propter incertos fortunæ caſus ſapiens fuit. Ergo duas dedit virtutes: alteram,ne imbelles viderẽtur:alteram vt regi parerent. Tardum.) Non ꝙ tarde ambularet:ſed cõparatione Turni. Iaculum.) Dedit principium pugnæ. Id enim ſignum fuit ante quod nulli licebat arma mouere. Hæc ille. Ordo eſt. Teucri proſpiciunt hic.i. hoc tempore quo Turni exercit⁹ prodibat:aut hic.i.in hoc Turni exercitu nubem ſubitam.i.de repẽte ortã: glomerari id eſt in glomum,aut globos colligi:puluere nigro id eſt denſo,& ita vmbroſo:aut e terra:ac proſpiciũt tenebras inſurgere campis ex puluere.ſ.per aerem reſperſo:Caicus,vir ille Troianus:cõclamat primus ab aduerſa mole,id eſt ſpelunca magna,ex aduerſo ſita. O ciues,quis,id eſt qualis,aut quantus,quaſi dicat dij boni,q̃ magn⁹ globus,id eſt cumulus incedẽtium,in globum collectorum:voluitur id eſt cum molimine incedit: atra caligine id eſt cum nube puluerulẽta,& nigra:Et cum hoc dixiſſet,paulopoſt agnouit hoſteis:& dixit,Ferte citi ferrum.i.arma repulſiua:date tela, quæ.ſ. lõge iaci poſſunt:ſcandite muros,quia ſup.hoſtis adeſt. Bene rei præcipiti dat orationem congruã,ſublatis cõiunctionibus:Teucri condunt,i.includũt ſe,per omneis portas: dicentes,ſup.eia,i. ſe mutuo cohortando,ingẽti clamore:& complent mœnia id eſt murorũ propugnacula. Nam Æneas optimus.i. peritiſſimus armis,id eſt de bello gerendo:diſcedens,id eſt cum diſcederet,præceperat ita:ſiqua fortuna,id eſt inſultus hoſtilis:fuiſſet interea.ſ. dum abeſſet neu.i.neve: auderent ſtruere,id eſt inſtruere aciem: nec auderent credere,id eſt committere:ſup. ſe:campo.ſ.patenti, & vtriſq; partibus ęquo:ſed,ſupple ſeruarent modo.i.duntaxat, & ſolũmodo caſtra:& pro id eſt: muros tutos, id eſt munitos tuto aggere.i.accumulatis terris,& vallo. Ergo & ſi,id eſt quanquã pudor & ira,quæ duo plurimum (Homero teſte) ad bellum valent:monſtrat,id eſt indicat eis:& cohortatur cõferre manũ.ſ. cũ hoſtibus inſultantibus:tamen ipſi obijciunt.ſ.hoſtibus,portas:& faceſſunt,id eſt faciunt:præcepta,ſcilicet Æneæ: & ipſi armati expectant hoſtẽ,ſupple in turribus cauis, id eſt propugnaculis capacibus factis in extremitatibus caſtrorum. quæ in morẽ vrbis extruxerãt:Turnus adeſt improuiſus.i.priuſquam ab eis, aut videri,aut animaduerti poſſet: quia videbat ingẽtem globum illũ adhuc longe abeſſe:ſed adeſt Turnus vrbi,improuiſus, ſcilicet ſecundum quod ipſe anteuolãs præceſſerat:agmen tardum.i. tarde,id eſt militariter incedẽtem:aut tardum,quãtum ad ardorem Turni:adeſt inquam comitatus,id eſt ſtipat⁹ viginti equitũ.i. ex equitib⁹, quos plures q̃ viginti habebat:vnde genitiuo multitudinis vſus eſt Poeta:lectis,id eſt electis ex omnibus alijs quem.ſ. Turnum:equ⁹ Thracius,id eſt e Thracia:vbi dicti ſunt optimi:& ferociſſimi equi ꝓpagati ab equis Diomedis Biſtonij, vt quos Rhœſus in Troiã inuehere cupiebat: albis maculis,id eſt habens albas maculas:& quem galea aurea,id eſt ex auro facta: criſta rubra.i.habẽs criſtam rubrã tegit.ſ.a capite:& ait, o iuuenes, ecqs erit,an erit,ſupple aliquis:qui prim⁹ in hoſtem.ſup. inſultet, aut inuehatur mecum:& attorquens iaculum,id eſt haſtam,quam feciales Romani in fineis inimicorũ, in principio belli inijcere poſtea inſtituerunt:emittit, ſupple ipſum iaculum, aut ipſam haſtã in auras appoſitorie pricipium.i. quod factum erat exordiũ pugnę:& ipſe arduus,id eſt eminẽs,infert ſe campo, quaſi expectaturus hoſtem, quem iniectione haſtę prouocauerat. Socij accipiũt clamorẽ,id eſt acclamant,& applaudunt illi facto:& ſequunt ſcilicet Turnum,fremitu horriſono:& mirantur corda Teucrũ, id eſt Teucrorũ:inertia,id eſt ignauia,& demiſſa ſm Rutulorum opinionem:quos latebat mandatum Ænęę,ſcilicet non dare, id eſt ꝙ non darent,nec crederent ſe cãpo:ęquo i æqualiter, vtriſq; patẽti,& vbi neuter altero munitior eſſet:& ipſos viros, id eſt cũ viri ſint nõ ferre arma obuia:ſed fouere caſtra,ſicut gallinę nidũ fouent:& ſupple Turnus turbidus,i d eſt commotus ira: luſtrat, id eſt circumſpicit:vagando huc, atq; huc.i.in diuerſos angulos: muros.ſ.caſtrorũ,aut vrbis,in morẽ caſtrorũ extrui cœptę,equo i.in equo, aut ſuper equum:quærit aditum.i. acceſſum: per auia .i. loca inacceſſa.

PIERIVS.

Ferte citi ferrum,date tela,ſcandite muros.) In Romano codice,in Mediceo,& quibuſdam alijs,legere eſt,& ſcandite. In Oblõgo,aſcendite:quia,ſcilicet veriti ſint, tela, vltimam corripere, cũ nonnulli iudicauerint,ſ.in ſcandite,& ſimilibus, ſpiritum eſſe potius,quam literam,vt eo loco,Ponite ſpes.Sed enim quãuis non negarim,ſ.aliquando ſolitam elidi, hoc tamẽ loco facere poſitionem crediderim,potius q̃ vel & ſcandite vel aſcendite, legerim. Ipſa enim loquentis feſtinantia cum trepidatione, membra hæc diſſoluta expoſcere videtur. Quãuis ſint nõ ineruditi viri, q verſum dicant pleniorem, ac numeroſiorem, ſi, & ſcandite, legatur. Ne ſtruere auderent acies.) In quibuſdam antiquis codicibus, aciem,ſingulari numero legif:quod poeticum magis eſt. Præterea in Mediceo,& nõnullis alijs manu ſcriptis,Neu ſtruere auderent aciem. quod in alijs,Ne, legitur. Et tutos ſeruarent aggere muros.)In O blongo codice,tuto aggere legitur. In alijs,tutos: quod tantundem eſt. Qui primus in hoſtem.) In Mediceo codice,quis primus habetur. Et iaculũ intorquens.)In aliquot manu ſcriptis codicibus,torquẽs,legas. Sed i Romano,in Mediceo, & pleriſq; alijs,attorquẽs. Illud vero minime placet, ꝙ pro emittit in auras:euertit legitur. Et campo ſeſe arduus infert.)In Ro. codice, campis. Et pro,infert,ſunt codices qui legãt, affert: quod nõ æque placet. Addam & arduos inueniri alicubi,de quo ſuperius ſatis dictum. Clamorem excipiunt ſocij.)In Romano codice,clamore,ſeptimo caſu legitur:quod etiam ſuperius habuim⁹. Loquitur enim de ſociorum adclamatione,quæ fieri ſolet, cũ regi adplauditur.

Ac veluti pleno lupus inſidiatus ouili,
Cũ fremit ad caulas,ventos,perpeſſus,& imbreis
Nocte ſuper media:tuti ſub matribus agni
Balatum exercent:ille aſper,& improbus ira
Sæuit in abſentes:collecta fatigat edendi
Ex longo rabies,& ſiccę ſanguine fauces.
Haud aliter Rutulo muros,& caſtra tuenti
Igneſcũt iræ,& duris dolor oſſibus ardet.
Qua tentet ratione aditus:& qua via clauſos
Excutiat Teucros vallo:atq; effundat in æquor.
Claſſem,quæ lateri caſtrorum adiuncta latebat:
Aggeribus ſeptam circum,& fluuialibus vndis,
Inuadit:ſocioſq; incendia poſcit ouantes:
Atq; manum pinu flagranti feruidus implet.
Tum vero incumbunt:vrget præſentia Turni:

SERVIVS.

Ad caulas.) Munimenta & ſepta ouium. Eſt enim Græcũ nomẽ c detracto. Nam Græci aulas vocãt animalium receptacula. Nocte ſuper media.) Vltra mediam noctem, id eſt maiore eius parte trãſacta. Et eſt bona elocutio facta ꝑ Syllepſin, vt ſi dicas, Legi nocte ſup media: id eſt vltra mediã noctem. Nulla enim Syllepſis eſt quæ non & caſus mutet,& egeat ſubauditione. Vt, Hanc ego nunc ignarã huius quodcunque pericli eſt. Sæuit in abſentes.)Phãtaſiã ſæuitię expreſſit:qa lupi ſic circa caulas fremũt,vt in ipſis animalibus ſolent. Ex lõgo rabies.) Abſoluta elocutio, vt ſi dicas, Ille fatigatur fame ex lõgo. Et qua via clauſos.) Qua,aduerbium loci eſt, non pronomẽ: nã non ſtat verſus ſi Via ſeptimus ſit,non nominatiuus: ergo Qua via: per quã partem viæ vallo Troianos excutiat. & legitur tamen Et quę via,& eſt ſenſus abſolutior. Facib⁹ pubes accingitur atris.) Armatur,inſtruitur. Piceũ fert fumida lumen.) Sordidior enim ex tedis & ignis & fumus eſt.

DONATVS.

Ac veluti pleno lupus.) Et hic hyperbaton eſt, nam propoſito capiti reſpõdet in fine, vnde totum debet in pronũciatione

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

diatione suspendit. Media eni pronũciationis sunt. Sic, inqt, Turn⁹ circuibat muros, quo modo lupus exagitatus fame & ouilia infestare contendit, nec potest aditũ reperire. Ouilia sunt loca, in quibus oues manẽt aulas dixit, ambitum ipsum, quo tutæ aduersus insidias continẽtur: improbus, abruptus scilicet & imnoderate sæuiens. plus. n. irarũ accedit, cum in manus venire non potest, cui irascimur: qđ ne fieret Troiani cõsulto præuenerãt. ille autẽ quærebat, quo cõsilio posset eos e turribus in planũ fundere. arbitrabatur. n. prouidũ sibi, quod hostis formidabat. ¶ Classem, quę la.) Nõ potuit feciſſe, quod fuerat primũ, cõuertit se ad aliud, ne in totum nihil profeciſſe videretur, occasione quippe lędẽdi atq; nocẽdi, vtcũq; nauiũ uicinitas fecit nanq; adhęrebant castris. Ex alia vero parte tutas reddebant circumfusi aggeres, & vnda fluuialis, sic tamen eas aggressus est poscens incendia, quo facilius interiret. Ouãtes socios dixit, q; nescientes consilia Troianorum pro victoria habuerũt: quia nullus egrediebatur e castris & nullo obsistente possent naues exurere. ¶ Atq; manum pi.) Prior ipse rapit facẽ, vt cæteris audendi præberet exemplum. Feruidum sic dixit, facem ardentem manu corripuisse, quasi & ipse aliquo igne cœpisset. ac per hoc allusit feruidum dicens, quia ferebat facem. ¶ Tum vero in.) Hoc est tum magis cœperũt operam dare. ¶ Vrget præ. tur.) Nihil verius, nihil secũdum moralitatem dici expressius potuit. hoc solũ ad implendos effectus sufficit, vt præsens sit, qui iubere potuerat: quin potius plus valet præsentia, q̃m iussio. si enim iubeas, & recedas, potest iussio negligi: presens vero etiam cum nihil iubet tacita presentia videtur vrgere, Vnusquisque enim presentiæ necessitate magis magisque compellitur facere, quod aduerterit esse faciendum. ¶ Atque omnes facibus.) Tantum rebus implẽdis animorum dabat Turni præsentia, vt omnis exercitus facibus armaretur. iccirco destituerunt igne focos, & omnis in faces flamma migrauerat. ¶ Piceum fert fumida lumen.) Ipse exposuit, cur atris facibus dixerit. cũ dicit, fumida teda fert ad astra piceum lumen, & ignis fauillas emittit ad sydera.

ASCENSIVS.

¶ Ac veluti, &c.) Docet quomodo remanentibus Teucris intra castra sua, Turnus eorum classem incędere conatus sit. Vnde hoc solum affertur Donati. ¶ Vrget præsentia Turni.) Plus valet præsentia eius qui potest iubere, q̃m iussio. Cum autem dicit, Fumida tela: exprimit quare dixerit, facibus atris. Hæc ille. ¶ Ordo est. Ac veluti cum lupus insidiatus pleno ouili, fremit ad cauias, id est ouilia aut sæpta: perpessus ventos & imbreis. dum. s. expectat & captat aditum: super media nocte, id est circa, aut vltra mediã noctem: sed pro vltra diceret, super mediam noctem. nũc autem discens, nocte super, videtur accipi pro sub: vt sit, sub ipsa media nocte: agni tuti, scilicet per septa, & munimenta caularum: exercent sub matribus balatum, quo scilicet lupum irritãt: vnde Ille asper &

Atq; omnis facibus pubes accingitur atris.
Diripuere focos: piceum fert humida lumen
Tæda, & commistam vulcanus ad astra fauillam.

& improb⁹. s. affectus: ira. i. furore: quia reppellit, aut seclusditur: sequit, id est sequitiam suã acuit: in absentes, id est seclusos a se: rabies edendi, id est fames rabiosa collecta, id est cõtracta: ex lõgo, scilicet tempore: fatigat, id est torquet, & vrget ipsum: & fauces siccæ. i. nõ imbutę ex lõgo tẽpore sanguine: i. prædarũ, sup. fatigãt ipsum. Haud id est nõ aliter: iræ ignescunt, id est ignitæ fiunt, & incendunt: Rutulo scilicet Turno: tuenti id est inspicienti muros: & castra, & dolor, ardet, supp. in duris ossibus, id est medullas vsque penetrans: cogitãti scilicet qua ratione id est via, & modo, tẽtet id est moliatur aditus: & qua id est per quam partẽ via id est ratio inuenta: excutiat Teucros vallo (nõ est dicẽdũ, qua via, id est qua ratione: quia sic via cũ sit septimi casus, produceretur. Sed alĩ legũt, quę via id est quæ ratio excutiat. Alĩ, qua vi: quod ego potissimum dicerem, si authoritate iuuarer, quia opportunus est spõdaicus versus, in tanto molimine positus.) atque effundat id est effusim venire cogat in equor id est campum equũ: & supple hoc cogitãs, inuadit classem, scilicet Teucrorũ: circũsęptã aggeribus, & vndis fluuialib⁹: quæ latebat adiũcta lateri castrorũ: & poscit socios quãtes, id est exposcit a sociis ouãtibus & lætis, & quasi de imbellibus triũphantibus: sicut in non satis ampla victoria, Romani fecerũt postmodũ: incẽdia, id est vt immittãt incẽdia, aut faceis incendia facturas: atque ipse feruidus implet manũ. s. fuam: pinu. i. arbore pingui, & resinosa: flagranti, id est ardenti: &, supple Rutuli: incẽdunt. s. combustioni nauium: tum vero, id est precipue tunc: aut tũc ad verum: quia presentia Turni vrget. i. instigat, supple eos. Atq; omnis pubes, scilicet Rutulorũ accingitur facibus atris. i. fumosis ex pice, aut nociuis, & infestis: & diripuere. i. admouerũt: foros i. tabulata superiora, aut diripuere focos. i. igneis accendo cõtinẽs pro cõtẽto. Teda. i. arbor illa pinguis: humida: fert lumẽ piceũ. i. quale ex pice fit & Vulcan⁹. id est ignis: fert ad astra fauillam. i. flammulam: commistam. s. fuligine picea.

PIERIVS.

¶ Ignescunt irę, & duris dolor ossibus ardet,) In antiquis omnibus codicibus quotquot inspexi, absq; particula, & notatum animaduerti. Ignescunt irę, duris dolor, ossibus ardet. Et in Medio pro, ardet: hęret, habetur. ¶ Qua tentet ratione aditus, & qua via clausos Excutiat Teucros vallo.) In Romano codice, & plerisque aliis, legere est, Et quę via: quę lectio Seruio etiã videtur absoluta. In aliquot aliis, legit, clauso Excutiat Teucros vallo. ¶ Atq; tior. In aliquot aliis, legit, clauso Excutiat Teucros vallo. ¶ Atq; effundat in equor.) In Romano codice legere est, in Æquum: vt .s. equo omnes pede cõferre manus possint. nam Turn⁹, nũc in quo pugnat loco, dũ illi in castris aggeribus, & vallo clausis obtẽguntur. Hic in aperto prouocat, mirabantur paulo ante Rutuli Teucrum inertia coda: non equo dare se campo. ¶ Aggeribus sęptam circum.) In Romano codice, clausam: sed enim ſeptam, magis placet, id vero per ę diphthongon scribitur.

SERVIS.

¶ Quis deus o Musæ.) Quia res deorũ est & ardua, ideo p se eam non potest dicere. Hic autem gloria Turni latenter ostenditur, cuius vis nisi a nu minibus repelli non potuit. ¶ Prisca fides facto, sed fama perennis.) Omnis antiquitas difficile pura & incorrupta manat in posteros. Hoc enim dicit, Factum hoc licet priscum sit, id est antiquum tamen fama eius non est obliterata temporis vetustate. ¶ Quo primum.) Hoc est in initio, non enim secundo factæ sunt naues apud Idam ab Æneа. ¶ Formabat.) Id est formare cogitabat. non enim in Ida, sed apud Antandrum factæ sunt. Alta pelagi.) Absolutum, Vt lata camporum.) Ipsa deum fertur genitrix.) Figmẽtum hoc licet poeticũ sit, tamẽ quia exemplo caret, notatur

Quis deus o Musæ tam sæua incendia Teucris
Auertit? tantos ratibus quis depulit igneis?
Dicite: prisca fides facto: sed fama perennis.
Tempore quo primũ Phrygia formabat in Ida
Aeneas classem: & pelagi petere alta parabat:
Ipsa deũm fertur genitrix Berecyntia magnum
Vocibus his affata Iouẽ. ¶ Da nate petenti, CYB.
Quod tua chara parens domito te poscit Olympo.
Pinea sylua mihi multos dilecta per annos,
Lucus in aree fuit summa, quo sacra ferebant:
Nigranti picea, trabibusq; obscurus acernis.
Has ego Dardanio iuueni, cum classis egeret,
Læta dedi: nunc sollicitam timor anxius vrget.
Solue metus: atq; hoc precibus sine posse parẽtẽ:
Neu cursu quassatę vllo, neu turbine venti
Vincantur: prosit nostris in montibus ortas.
Filius huic cõtra, torquet qui sydera mũdi. POE.
O genitrix, quò fata vocas? aut qd petis istis? IVP.
Mortali ne manu factæ, immortale carinæ

natur a Criticis. Vii longo, pœmio excusatur. nam ideo & prisca ratione religionis & lo uis beneficio dicit esse perfectum vt naues mutarentur in nymphas: quo vel aliqua ex parte possit esse verisimile. Berecyntia.) Mater deum a monte Phrygiæ Berecynto, cui⁹ vltima syllaba caret aspiratione, quam addimus quoties montem Deli Cynthum dicim⁹. Est autẽ tenuis ista discretio, quib⁹ noibus subtrahi debeat aspiratio. Nam eccę Ripęi mõtes Arcadię nõ scribunt cum aspiratione: quã ad dimus, cum Riphæos mõtes Scythiæ significamus. ¶ Da nate petẽti.) Ac si diceret, Ei qui iubere debuerat. ¶ Domito te poscit Olympo.) Videtur hoc dicere, Præsta ei cui⁹ bñficio seruatus ad Olympi regna venisti. Saturnus. n. cum oẽs cõsumeret filios, Iouẽ solũ esse non

Berecyntia

nõ potuit cælatũ matris auxilio. Domito ergo olympo, in tuas. s. leges per beneficiũ meũ mundo redacto. ¶ Pinea sylua mihi.) Cõgrue. nã pin⁹ est in tutela Matris deũ.) ¶ In arce fuit summa.) Hoc est apud Gargara, quæ dicta sunt quasi κάρα κρατύς, id est caput capitis, altitudinis altitudo, κάρα est ὑπερβολή. Gargara autẽ sunt mõtis Idæ cacumina, ppter qđ dicit In arce fuit summa. ¶ Nigranti picea.) Nigranti. vmbrosa: & picea arboris genus est, vnde pix defudat. Harũ autẽ secũdũ Pliniũ qnq; sunt spẽs: sicut etiã supra dixi mus. ¶ Has ego.) Non trabes. nã de acere naues nõ fiũt. Vnde melius arbores intelligimus, referentes ad piceas vel pinos. Sane notãdum trabes, non nisi iam cæsę sint & compositæ, dici. ¶ Classis egeret.) Iusta Æneæ petitio, & concedẽtis benignitas numinis excluſit piaculum. Nam his remotis sacrilegium cõmitteretur. ¶ Timor anxius angit.) Aut per petitũ est timoris epithetõ: aut certe verũ timorem voluit significare, vt sępararet ab eo qui ex cupiditate nascitur prosperorũ. vt Exultantiaq; haurit Corda pauor pulsans. ¶ Prosit nostris in montibus ortas.) Bona breuitate detraxit & his & esse. nam plenũ est Prosit his ortas esse in nostris montibus: quod fecit elocutionis causa. ¶ Torquet.) Sustinet, regit. ¶ Quo fata trahis?) Ostendit fata posse aliquatenus thrai, nõ tamẽ vsquequaque. Hinc enim dicit Quo, id est ad quam rem. ¶ Petis istis?) Id est pro istis. nam sic dicimus, peto tibi, id est pro te. ¶ Fas habeant?) Ius: nec enim possunt ęterna esse quę ab hominib⁹ facta sunt. Horatius, Debemur morti nos, nostraq;. Nã sicut animi fata sunt immortalia, ita corporis pereunt. Sallustius, Cæterum studia omnia nostra sicut animi, immortalia sunt. ¶ Certusq; incerta pericula lustret Æneas? Et hoc dicit, casibus licentiam hæc petitio vult adimere. Nam Æneas forte qua homo est, nauigationis debet timere periculum: quod perit si ejus nauibus æternitas detur. ¶ Cui tanta deo permissa potestas?) Cui: ac si diceret nec regi quidem deorum. ¶ Defunctas.) Libertate. vnde, O tandem magnis pelagi defuncte periclis. ¶ Portusque tenebunt.) Nautico vlus est verbo cum de nauibus diceret. ¶ Quæcunque.) Hic ostendit aliquas perituras esse. ¶ Euaserit vndis.) De vndis exierit: cum venerit ad eũ locum, de quo nauigatura iam non sit. Alĩ legũt euaserit vndarum periculum. ¶ Mortalem eripiam formam.) Bene dixit Mortalem. nec. n. potest fieri vt eadem res & mortalis sit, & immortalis. ante est vt desinat esse mortalis. ¶ Qualis nereia Clotho.) Non dixit tales erunt, sicut supra, Qualis mugitus fugit cum saucius aram Taurus. ¶ Per pice torrenteis.) Ardentes, & est figmentum poeticum. ¶ Aderat promissa dies.) Promissum tempus aduenerat. ¶ Turni iniuria.) Scilicet quam inferebat. Et modo iniuria est ἀδίκημα, id est iniustitia. Hinc est apud comicos, iniurius, qui audet aliqd cõtra ordinem iuris. Et bene iniuria: nam & cõtra necessitatem fati, & contra rationem fœderis bella commouerat.

DONATVS.

¶ Quis deus o musæ.) Intellectus in verborum ordinatione apertur. Dicite o musæ, quis deus a teucrorum nauibus tam sæua auertit incendia? tãtos ignes quis depulit? quod dixit, a nauibus, manifestum est naues fuisse arsuras: vt fugæ subsidium Troiani non haberent. huius, inquit, facti antiqua est fides, & posset vitio vetustatis intercipi, nisi illud fama propter admirationẽ suis posteris tradẽdo perpetrasset. Huius igitur authorem vult poeta libris suis inserere, & vt maiore fide consisteret, vult videri musis suggerẽtibus posuisse veritatem. Incipit iam loqui, quod veluti musæ rogatæ docuerunt. ¶ Tempore, quo primum.) Tempus, & locum, & personas, & rem posuit, quibus maximam relationis fidem fecit. Tunc enim verum ostenditur factum, cũ dicit, quando extiterit, & vbi, & quibus annitentibus. itaque memoriam tãgit illius temporis, quo regressurus Æneas, ex littoribus patriæ suæ nauigia præparabat, sicut in prima parte tertii libri dictũ est. Classemque sub ipsa Antandro & phrygiæ molimur montibus idæ. non posset enim nisi nauibus fugere, quia ipso tempore nõ fuerunt. Dixit tempus, dixit locum & speciem facti, & dixit plena authoritate. Manifeste enim constabat Æneam nauigia fabricasse,

Fas habeant? certusq; incerta pericula lustret
Aeneas? cui tanta deo permissa potestas?
Immo vbi defunctæ, finem, portusq; tenebunt
Ausonios: olim quæcunq; euaserit vndis:
Dardaniumq; ducem Laurentia vexerit arua:
Mortalem eripiam formam: magniq; iubebo
Æquoris esse deas: qualis Nereia Clotho,
Et Galatea secant spumantem pectore pontum.
Dixerat: idq; ratum Stygij per flumina fratris, PO.
Per pice torrenteis, atraq; voragine ripas,
Annuit: & totum nutu tremefecit Olympum.
Ergo aderat promissa dies: & tempora Parcę
Debita complerant: cum Turni iniuria matrem
Admouit sacris ratibus depellere tędas.

fabricasse, vbi ad eam partem venit, quæ in cœlo, & inter deos gesta dicebatur, ait. Ipsa deum fertur genitrix Berecynthia magnũ Vocibus his affata Iouem. hæc quis audiuit? quis cũ dicerentur, interfuit? quis ascendit cęlumẽ vel quis inde, vt referret, descendit? Solas musas possumus arbitrari insinuasse Virgilio, & quoniã mihi sic poterat æstimari fabulosum, ait. Ipsa deũ fertur genitrix berecynthia magnũ vocibus his affata Iouem, fertur, inquit, locuta ad Iouem. incertum posuit, quia verum sciri non potuit. Hæc autem fuisse memorantur verba postulantis. ¶ Da nate petenti.) Mista dictio habẽs authoritatem matris, habens & poscentis, blãdam vocẽ. Da, cũ sit imperatiuus modus, põt ostẽdere fiduciã parentis. dixit nate, quod nõmẽ ad impetrandi cãm satis abundęq; supererat. securũ est petẽti, vt faciat, quasi dicat nihil negandum esse parẽtibus, cũ aliquid iubẽt, quanto magis, cũ rogant. Verũ quia sunt parentes, qui nihil de liberis mereantur, addidit, chara. quod dictum vtranque personã tangit, vt sit da parenti quam diligis. & quę te amat. Fecit ergo attentum necessario ex abundanti, & beneuolum, quod non facit, nisi qui expediendi necessitate constringit. debuit proculdubio principijs subnectere desiderij summam, sed non fecit. oportuit enim, vt rem arduã petitura primo causas inferret iustę petitionis, vt mereri facilius posset, quod obseruandum est, quoties in materijs talis locus occurit. si enim primo dixeris, quod petis, perturbas audientem petitionis forsitan iniquitate, cum iam nõ admittat causas asserentem ipsius desiderij. quocirca incipit dicere, cur petat. & petitionis speciem seruat ad finem. ¶ Pinea sylua mihi.) Dum refert lucũ se habuisse, quod merito eius ostẽdit, vt non tãtum ipse, verumetiam quicquid ex eo factum est iudicare tur dignum veneratione: habuit, inquit, lucũ gratũ ex loci positione. nã fuit in summa arce, qui cõstabat ex arborib⁹ diuersi generis, hoc est pini, piceæ, & aceris, quę merito ad fabricã nauium necessarię negari non possent. Lucus fuit dilectis arboribus per multos annos: cuius affectũ nutrierat diuturnitas temporum, & dilectus: iungit, custoditus: vsq; adeo honore præstans, vt hũc sacris incolę celebrarent. Ex eo igitur, quod meus debet habere ex mea maiestate priuilegium, quod gratus ex amœnitate, q̃ nulli⁹ vnq̃ manu contactus, quod seruatur tẽporib⁹ multis, q̃ incolarũ iugibus honoratus est obsequijs. Ecce quanta præmisit, vt qđ desiderabãt mereri potuissent. ¶ Has ego dardanio iuueni.) Grãde pondus in vno nomine & pronominibus duob⁹. dixit. n. has, hoc est quas sacras habui, quas violauit null⁹, quas per infinitos annos icolę venerati sunt: quę amœnitate & magnitudine sua in gentẽ loco gratiam dabãt. Ego, id est cui soli licuit iubere, quod vellem. ego, q̃ reliquis saltẽ debeo fauere Troianis. Dardanio iuueni, pio, forti, religioso. ¶ Cum classis egeret Læta dedi. Cum recessurus de Troia subsidiũ nauigandi nõ haberet. hoc. n. est beneficij summi, cum vrgeant necessaria, dare. quod dixit dedi, ostendit se non petenti præstitisse. Addidit aliã gratiam, vt cum lętitia mentis id se asserat contulisse. Quod dixit, lęta dedi, ad accipientis meritum pertinet, vt beneficium digno videretur præstitisse. Multis enim inuitis extorquetur, quod præstãt indignis. quod ait dedi, potest etiam sic intelligi, non petenti libentius dedi. ille enim licet in magna necessitate positus auderet postulare, quod nouerat sacrũ, aut excindere quod ab incolis omnib⁹ venerari consueuerat. ¶ Nunc solicitam.) Permitte, ait, securam impetrare precibus matrem tuam: quod te etiãm non rogatum cõuenerat sine mora præstare. Venit ad summam petitionis confectis omnibus, quę premitti debuerãt. ¶ Neu cursu quassatę vllo.) Id est ne currendo quassentur: neue eas ventus suis turbinibus superet. ¶ Prosit nostris in mon. or.) Non debent eiusdem esse meriti, cuius sunt alię, quę non sacris ex lucis oriuntur. ¶ Filius huic contra.) Filius, cuius potestas est, & nollet datam omnibus lucem, q̃uis poscente matre corrumpere, contra respondit, hoc est non est assensus ei, quę studio magis quam ratione ducebatur. reddenda tamen ei ratio fuit cur non posset impetrare, ne ęsa discedere,

Universidad de Deusto Biblioteca

deret,& mereri tamen aliquid debuit,quod legibus datis non irrogaret iniuriam.Incipit igit̃ sic.¶ O genitrix quo fa. vo.)Fiducia,inquit,vteris matris, atq; vt possibile impetres,sacrũ nomen pietatis opponis: sed in hac causa quo in regendi mũdi necessitate constringor,nec possum cœlestia iura conuellere,nõ solũ quę aut a quo petas,verumetiam quid fieri velis,debes expendere.incipit iam tractare quale sit,quod petatur. Et qui desyderium matris nolebat implere, vsus est inuectione mirifica: vt nõ arborum sacrarũ, quæ æternitatẽ merebantur,nec originis fabricæ,sed nauium faceret causam.O genitrix quo fata vocas?aut quid petis? ¶Mortali ne manu factæ?)Vis,inqt, mater fatorum cursum mutari?cõtrarijs posuisti duo vtraq; fatorum legibus nexa: vnum, vt nauibus decernatur ęternitas:alterũ,vt Æneas currus subeat: incerta vtraque impossibilia non interire necesse est,quod man⁹ hominis fecerit. tãtus autem est in discursibus nauigationis euẽtus,vt si deus aliquis velit nauigare,securitas illi spõderi nõ possit.¶Immo vbi defunctæ.) Faciam tamẽ,inquit,quod tuum mater exuperet postulatum,vt fiant pelagi deę,quę laborandi necessitate transmissa Dardanium in Italiam Iuuenem cursu prosperiori peruexerint:& sit miraculo omnibus sub alia forma naues incolumes esse sub fluctibus,quibus perire cõsueuissent: sic hoc loco dixit defunctæ,quomodo in sexto libro,O tãdem magnis pelagi defunctę periclis. Alias enim defunctum mortuum dicim⁹: sed i vtroq; vna significatio est.defungi est enim cõplere.defungitur ergo,qui munus debitum cõplet. defungitur quoq;, qui tempora sua viuẽdo transmiserit:perinde & naues defunctę dici potuerunt,quæ Æneam ad Italiam cõplecta nauigandi necessitate vexissent Mortalem eripiam formam,magniq; iubebo Æquoris esse deas,qualis nereia Clotho.Et galatea secãt spumantem pectore põtum.Plus promisit q̃ tenuerat postulare, vt ex mortalibus fierent deæ pelagi,& cæteris æquarentur.¶Dixerat,idque ratum stygij.)Quoniam rem arduam promiserat, futurum effectũ iurando firmauit,Iurauit ergo firmũ fore,quod dixit. & iurauit per stygem,cuius tanta potestas est,vt etiam ipsis dijs credatur esse venerationi,vt ipse Virgili⁹ etiam in sexto libro posuit, Cocyti stagna alta vides stygiamq; paludem, Dij cuius iurare timẽt,& fallere numẽ.Ergo aderat pro.di.)Retulit,quod olim gestum videretur,redijt ad causam & ad præsentis temporis necessitatem. Venerat,inqt,dies promissi, & dispositionem sua fata compleuerãt,hoc est & nauigiorum munus expletum fuerat. & Æneas in Italia fuit.restabat,vt naues deposita forma mortali verterentur in deas.¶Cum Turni iniuria ma,) In obliuionem venerat deum matri,sed interuenit iniuria,hoc est improba cogitatio,quæ illã cõmouere faceret,vt a nauib⁹ sacris,hoc est quæ ex sacris arboribus ædificatæ fuerant,incendia & faces aueterent:proinde nihil tale fieret,si non extitisset inimici violentia.

ASCENSIVS.

¶Quis deus,&c.)Quia res difficilis est creditu, & præter opinionem,interuenire facit authoritatem Musarum:ideo autẽ figmẽtum hoc interserit,vt delectet nouitate,& decorũ seruet. Nam si bello viuida virtus fuit Troianorum , nõ esset decorum classem ante oculos incensam videre,sine defensione vlla. Donati verba sunt.¶Tempore quo primum.) verisimilis fit res, cum temp⁹ & locus exponitur.¶Ipsa deum genitrix.) Nullus homo hæc viderat,aut audiuerat:sed Musæ Poetam docuerunt.)Da.) Imperatiua vox ostenditur parentis.¶Nate.) Quod nomen ad impetrandum multum valet . ¶Chara .) Vt sit de parente quam diligis,& quæ te amat.Rem autem arduam petitura, causas iustas inserit. ¶Torquet qui sydera mundi.)Cui est omnium rerum potestas: sed tamen non debet aliquid præstare contra fatum , vt illa petit scilicet vt & naues,& Æneas non sint subiecti casibus.Hæc ille.

¶Ordo est.O Musæ,dicite,quis deus,q.d. mortalium neminem potuisse:auertit Teucris,id est a nauibus Teucrorum . (nã dum nostra ardẽt,nos ardere dicimur:sicut in.ij. Iam proximus ardet Vcalegon .) Incendia tam sæua id est tam magna , & violenta : & quis deus depulit ratibus id est pepulit de ratibus,tantos igneis. dicite(inquit)quia fides est facto prisca,id est valde antiqua,& ita suboscura & debilis:sed fama est,supple perẽnis id est per annos durans,& ad nos vsque perducta.Incipit autem narrare,quasi dictãtibus Musis. Tempore quo Aeneas formabat primum in Ida Phrygia classem , scilicet suam:& parabat petere alta pelagi . Ipsa Berecynthia,scilicet Cybeles, quæ in Berecyntho colit̃: genitrix id est mater:deum id est deorum:fertur affata Iouem magnũ,scilicet sine exemplo:his vocibus,o nate,da,id est concede: petenti, supple id quod tua chara parẽs,id est mater:poscit te,id est requirit a te:Olympo domito, id est postquam cœli dominus effectus es,& voti compos,atque omnia potens . Incipit autẽ docere , qd velit sylua pinea,id est in quã plurimæ pin⁹ nascunt̃. dilecta mihi per multos annos fuit in summa arce,hoc est apud Gargara:luc⁹ id est incędua:vt sit mihi lucus cõsecratus:quo,id est ad quem lucum,sup.Phrygij ferebant sacra lucus:inquam existens obscur⁹, id est vmbrosus:picea,sup.arbore:nigranti,id est ad nigredinem tendenti:& trabibus acernis,i.ex acere arbore pretiosa.Ego lęta, id est lubens & volẽs dedi:has.s.arbores:iuueni Dardanio , id est Aeneæ:cum egeret classis:non ergo sacrilegus erat, nec contemptor diuum:timor anxius.i.anxietatẽ afferre solitus:vrget nunc me solicitam,quia sciuit classem Aeneę appetẽdam ignib⁹, solue metus.s.meos,de pectore meo:atq; sine.i.permitte:parẽtẽ.i.matrem tuam:posse hoc precibus.i.per preces:neu,id est neue:ipsæ vincãtur quassatæ vllo cursu: neu vllo turbine venti,prosit, supple ipsis ortas esse in nostris montibus . Filius,scilicet Iuppiter,q torquet sydera mundi,id est cui est rerum omnium potestas:cõtra,id est econtrario:loquitur,hoc est respondet huic,sic O genitrix,quo.id est in quã cõditionem vocas fata:vt, scilicet cõtra fatorum ordinationem,corruptibiles arbores non corrumpãtur? nã nihil tam fatale volunt,q̃ mortalia mori,& corruptibilia corrumpi: vnde fatũ,pro morte vsurpãt,aut,quid petis istis:in datiuo,id est pro istis,scilicet vilibus rebus,ac insensibilib⁹ : petis ne, supple vt carinæ factę manu mortali:habeãt fas,id est ius, & permissum imortale,id est vt immortales sint? & vt Aeneas incertus quia mortalis,& submergibilis:lustret.i.circunspiciat, & experiatur pericula:existens certus.i.tut⁹:eo quod naues tutę essent:cui deo est tanta potestas permissa ? quasi dicat nulli prçterq̃ mihi. vnde animaduertit in Aesculapium,qui Hippolytũ ab inferis reuocauerat.Immo,quasi dicat quinimmo id potius faciã : vbi,id est postq̃:naues defunctę.s.munere nauigandi,& vehẽdi Aeneã: sicut de Aenea dictum est,O tãdem magnis pelagi defunctę periclis:tenebunt finem,scilicet nauigationum:& pro.i.portus Ausonios:olim, id est aliquãdo,tempore futuro:post septennaleis,scilicet errores:quæcũque euaserit vndis,quia perijt vna inter Syrteis vt dictum in.j.est.& vexerit ducẽ Dardanium,scilicet Aeneã supple ad arua Laurentia:ego eripiam,supple ei, formam mortalem:& iubebo,sup.omnes esse deas magni æquoris , id est nymphas marinas:quales Clotho Nereia,id est Nerei filia. (Nereides, maris nymphæ,humanam habẽtes effigiem, quarũ nomina sunt Nysee & Cymothoe.& Galatea) quę nympha est marina.a lactis candore sic dicta,quasi lactis dea,quia γάλα, lac significat . vnde etiam galaxia & galathites,gemmæ sunt colore lacteo.)secant pectore pontum spumantem. i.mare spumans:dixerat,scilicet Iuppiter:& annuit,id est nutu significauit:id ratum,id est firmum,& solidum esse:per flumina fratris Stygij, id est per Plutonis Stygẽ, dij cuius iurare timent,ac fallere numen:& per ripas torrẽtes pice:& atrã voragine,id est per Stygias paludes, & tremefecit nutu totum olympum. Ergo dies promissa, id est tempus exoluendi promissum aderat & Parcæ complerant,pro compleuerant: tempora debita: cum.i.quando:iniuria.i.violẽtia iniusta Turni:admonuit matrem.s.deorũ:depellere ratib⁹ sacris.i.sacratis arboribus factis:tedas.i.faceis ex tędis factas.

Nereides. Galatea Galaxia Galathites. Deorũ iuramẽtum.

PIERIVS.

¶Prisca fides facto,sed fama perẽnis.)In Ro. codice legere est,sit fama perẽnis.Quia,d,sępe vertit in,t.Maximeq; set,pro,sed,scribere solet.&,e,pro,i,& vice versa,i.pro,e.Nam sed,omnino agnoscit Seruius.¶Ipsa deum fertur genitrix Berecynthia.) In Romano codice legitur,Ipsa deum genetrix fertur Berecynthia. Ac de,e,in pene vltima nominis hui⁹,genitrix, satis superq; dictũ alias. ¶Nunc sollicitam timor anxius vrget.)In omnibus Vaticanę bibliothecę codicibus,& in Mediceo,in Porcio,& aliquot alijs, angit:nõ,vrget,est.¶Ne cursu quassatę vllo, neu turbine venti.) In Mediceo,in Porcio,& aliquot alijs codicib⁹ antiquis, Neu cursu legitur:eadem repetitione,qua etiã superius in ijsdem codicibus obseruauimus eo versu,Neu struere auderẽt aciem, neu credere campo.¶Qualis Nereia Clotho.) In codicibus aliquot antiquis, quales,numero multitudinis legit̃.In Vaticanę bibliothecę omnibus exemplaribus,Doto:nõ, Clotho,scriptum obseruaui.quã lectionem in Valerij quoque Flacchi codicib⁹ emẽdatis iuuenias Quam Panope,Dotoque soror: licet professores nõnulli,qui ętatem nostram proxime pręcessere, Clotho , reponendum ex hoc Virgilij loco censuerint.Sed in Oblõgo etiam codice, nomẽ hoc altera manu deprauatum est:cum Doto,prius scriptum esset.pręterea Homerus libro . viij. Iliados, cum Galatea , Doto, & Proto enumerat,atque alias complureis Nerei filias, quę mare incolũt, neque cum ijs Clotho recensetur , Ait enim Δωτώ, Πρωτώ, φερουσᾶτα, δυναμένη. Paulo vero infra, καὶ ἀγακλειτὴ γαλάτεια. Eadem sunt apud Hesiodum in Theogonia,excepto epitheto Galateæ quam formosam Hesiodus vocat . Cumq; nymphas eas,omnes numero quinquaginta recenseat,quæ νηρῆος ἀμύμονος ἐξεγένοντο.Clothus nusquam mentionẽ facit. Qua re & his rationibus,& veteribus fretus exemplaribus omnino legerim, Nereia Doto.Quod vero sequitur,Et Galatea:in Rom.codi. Aut, discretiua particula habetur.¶Admonuit sacris ratibus.)In antiquis fere omnibus codicibus,legere est,mutato numero,Admonuit ratibus sacris.

Hic primũ noua lux oculis effulsit:& ingens
Visus ab aurora cœlũ transcurrere nimbus,
Idæiq; chori:tum vox horrenda per auras
Excidit:& Troũ,Rutulorũq; agmina cõplet:
Ne trepidate meas Teucri defendere naueis: CYB:
Neve armate manus:maria ante exurere Turno,
Quàm sacras dabitur pinus.vos ite solutæ,
Ite deę pelagi genitrix iubet:{Et sua quæq; POE.
Continuo puppes abrumpunt vincula ripis:
Delphinũq; modo demersis æquora rostris
Ima petunt:hinc virgineæ(mirabile monstrũ)
Reddunt se totidẽ facies: pontoq; feruntur:
Quot prius ærate steterant ad littora prorę.
Obstupuere animis Rutuli:conterritus ipse
Turbatis Messapus equis:cunctatur & amnis
Rauca sonans:reuocatq; pedẽ Tyberinus ab alto.
At non audaci cessit fiducia Turno:
Vltro animos tollit dictis:atq; increpat vltro.
Troianos hęc mõstra petũt:his Iuppiter ipse TVR.
Auxiliũ solitũ eripuit:non tela,nec igneis
Expectant Rutulos.ergo maria inuia Teucris.
Nec spes vlla fugę.rerum pars altera adẽpta est,
Terra aũt in manibus nostris:tot millia gentes
Arma ferunt Italæ.nil me fatalia terrent,
Siqua Phryges præ se iactant,responsa deorũ.
Sat fatis,Veneriq; datum est:tetigere quod arua
Fertilis Ausonię Troes.sunt & mea contra
Fata mihi:ferro sceleratã excindere gentẽ,
Coniuge prærepta:nec solos tangit Atridas
Iste dolor,solisq; licet capere arma Mycenis.
Sed perijsse semel satis est.peccare fuisset
Ante satis,penitus modo nõ genus omne perosos
Fœmineũ.quibus hæc medij fiducia valli,
Fossarũq; moræ,læti discrimina parua,
Dant animos:an non viderunt mœnia Troiæ
Neptuni fabricata manu considere in igneis?

si an non, absolutum est. fiat nõ,inceptiua particula est ad ornatum pertinẽs.Horatius. At o deorũ quicquid in cœlo est regit. Tale est,At non sic Phrygi⁹ penetrat Lacedæmona pastor?

SERVIVS.

¶Noua lux.) Id est nimbus deorũ, quod ipse paulo post dicit. ¶Ne trepidate meas.) Pro ne festinetis.Et per hoc significat,ideo ad nauiũ defensionẽ egressos non eẽ Troianos,qa numẽ vetuit.¶Ite deę pelagi.)Alij hucusq; volũt matrẽ deũ locutã. Alij iũgũt Genitrix iubet. ¶Obstupuere animis Rutuli:)Timuerũt Rutuli,timuit Messapus numinis filius,timuit Tyberis.Per hos ãt gradus,maior Turni designatur audacia.Tale est & i quarto. At nõ infelix animi Phœnissa.¶Et amnis rauca sonãs.) Licet antiquitas habuerit hic & hęc amnis:meli⁹ tñ est rauca sonans accipere pro rauce, q̃ rauca amnis. ¶Reuocatq; pedem Tyberinus ab alto.) Nũc ipsum deũ territũ dixit: supra vndas fuisse perterritas & i se repressas. ¶Animos tollit dictis.)Magnanimitatẽ suã cõprobat dictis. tale est illud contrariũ, Turbatumq; oculis.¶Hęc monstra petũt.) Appetunt,vt,Reginã petit.¶Iuppiter ipse.) Scilicet qui oĩbus prętare ɔsueuit. Vnde & Iuppiter dictus est, quasi iuuans pater. ¶Solitũ ergo auxiliũ) nõ circa Troianos accipim⁹: sed quod ipse prętare cõsueuit.¶Nõ tela neq; ignes expectãt Rutulos.) Non expectãt Troiani,vt Rutulorũ telis aut ignib⁹ pereãt:q iã nauiũ amissione perierũt. ¶Maria inuia Teucris) Color est.Nã rẽ quã pro se Troiani putabãt,in cõtrarium vertit dicẽs, nauigationis auxilium & fugę perdidisse Troianos, quos constat ꝓ felicitate habuisse nauigationis vitare discrimia. ¶Rerum pars altera. ¶Humanę enim naturę duo elementa concessa sunt,mare & terra.¶Nil me fatalia terrent.) Tacitis occurrit quæstionibus dicẽs,Si fataliter se venisse ad Italiã dicunt,iã venerunt cõpleta sunt fata.& callide tacuit quod erat fatale . Troiani enim dicebant Italiæ sibi regna deberi.Et est oratorum,quęstiones ita proponere vt facile solutionis sortiantur euẽtum. ¶Si qua Phryges præ se iactant,)Quasi & ista confingant . ¶Sunt & mea contra Fata mihi,)Hoc falsum est quod dicit Turnus: sed in arte rhetorica tunc nobis conceditur vti mendacio , cum redarguere nullus potest. Vt hoc loco est,quis enim vere potest scire Turno data sint,necne responsa ? quia scit falsum esse quod dixit , argumentis probare dicta contendit,dicens esse sceleratam gentem, raptam sibi coniugem,in quo facto vtitur Grecorum exemplo, qui rapta Helena gentem deleuere Troianam . ¶Coniuge prærepta.) Inuidiose sponsam,coniugem vocat . ¶Nec solos tangit Atridas iste dolor.) Cur non in similitudine criminis sit pone similitudo? si culpa reperitur, supplicia quoque geminẽtur. ¶Penitus modo non genus omne perosos Fœmineum?) Modo omne genus fœmineum,non eos penitus perosos esse decebat. Locutus est autem figurate.¶Fossarumque moræ. ¶Non tu tela:sed mortis dilatio . ¶An non viderunt.) Legitur & at non, si an

DONATVS.

¶Hic primũ no.lu.ocu.)Bene posuit hic primum. debuerũt.n. añ cõmutationẽ nauiũ ostendi signa,ne casus videretur,quod deorũ voluntate & arbitrio fuerat processurũ.Primũ igit̃ facta est lux noua lux est,quæ pręter solitũ nascit̃,& ab oriẽte parte nimbi cursus ostẽsus est. deinde Idæi chori sonus audit⁹.Debuit.n. i ipso facto & beneficij author itelligi.¶Tũ vox hor.p au.)Primo ergo signa posuit qb⁹ sola cõiectura colligi posset, quod p id temporis gerebat̃: deinde quod signis ipsis accessisset. augmentum vt vniuersis suspitionibus exclusis ipsa veritas veniret i medium. nã vox horrenda id est nõ deformis sed metuẽda reuerẽter emissa est & tam clara, vt Troianorũ & Rutulorũ agmina complesset.¶Ne trepidate me.)Cesset, inquit,officium vestrũ in defensione nauium,nec manus vestræ profuturis onerentur auxilijs.habent quippe defensionẽ meam: nec possum pati perire,quod meum est.¶Maria ante exu. tur.) Pulchre ab eo loco,in quo gerebãtur,arripuit impossibilitatem faciẽdi.Ante,inquit,pueniet Turno mare incẽdio,q̃ naues exurere , quas tuetur origo venerabilis.¶Vos ite solu.) Vos ait solutis vinculis pergite & ne perisse poti⁹ q̃ liberatę viderent addidit, Ite deę pelagi, genitrix iubet. Ostendit iussionis authoritatem dicẽdo, genitrix iubet.¶Et sua quęq;,Continuo,pup.)Rupta vincula vim periculi imminentis ostendunt.nam si esset ocium,soluerentur potius vincula eadem,q̃ rumperentur.¶Delphinũq; modo.) Ipse exposuit,quid sit,delphinũq; modo,cum dicit, nauium rostra primũ ima ęquoris petijsse,delphinos enim cum vna maria petunt,primo mergunt sui corporis partem,hoc est caput.¶Hinc virgineę (mira.mon. Red.se to.) Quot naues mersæ sunt totidem facies virgineas pelagus reddidit.¶Obstupuere animis Rutuli.)Quod dixit,obstupuere,ad solos Rutulos pertinet. Totidẽ,ideo,vt ostẽderet reuera ipsas esse,quę fuerant mersę.¶Obstu.ani,ru.)Vt pote qui talia probabant merita Troianorum.¶Obstupuere, nõ ad permutationem nauium pertinet tantummodo , sed ad omnia, quę visa fuerant,vel audita . Obstupuerũt igitur simul vniuersi, nec remansit quisquam,qui non admiratione teneretur. ¶Conterritus ipse Tur.mess,eq.)Territus est ipse quoq; Messapus,atq; equi eius visu ipso turbati sunt.Ipse,inquit,Messapus, qui eẽt cõstans inter suos,& fiducia virtutis intrepidus tantum perterrefactus est,vt equos suos tenere non posset,quos cõstabat cum domino esse turbatos. Qualem interea putamus terrorem fuisse, cum illa fierent, quando maiestatis potentiam animalia etiam

muta senserunt. ¶Cunctatur & am. Rau. so.) Raucus sonus est vnde tardioris & paruæ. ¶Reuocatq; pedem Tyberinus ab alto. Retardatur etiam potentissimus Tyberis: & ex his quæ in fauorē nauiū gesta sunt, in fluctus maris non audebat exire. ¶At nō audaci.) At Turno audaci non cessit fiducia. Omnes, inquit, facti nouitate occupauerat stupor, homines, equos, & flumen cum ipso deo suo. audacia tantū Turni imobilis mansit. Temerarij. n. nō mouentur ex accidentibus, nec succedentibus malis aliqñ frāgūtur, sic pereūt manifesta grauiaq; pericula pro leuibus & dubijs æstimātes. ¶Vltro animos tollit.) Ecce secūdū temeritatem suam intellexit factum, & itellectū ipsum, q̄ flere fortunā suam debuit, insultāter exponit: quæ insultatio pficiebat suis, vt animis reficerētur, sed quos iudicio imoderatus fauor afflixerat. ¶Troianos hæc mon. pe.) Cœpit nō a principijs, sed ab ipsa disputatione, vt mature reficeret, quod si solū fuisset, sufficeret. qd. n. fuit in tēpore necessariū, nisi vt sciret exercit⁹ illud quod gestū est malū quidē eē, sed expectare Troianos? Addidit alia, qbus astrueret expositionem suam. ¶His iup. ip.) Solitum dixit non quod solitus esset præstare Iuppiter, sed quo Troiani semp in fuga vti cōsueffent.) Non tela nec ig.) Vltro, inqt, Iuppiter præstitit, quod nitēdo cupiebamus efficere. quid enim fuit pro imbelliū persona necessarium, nisi vt fugiendi subsidiū non habeāt? quos formido turpis retinet iclusos? Deniq; arreptas faces deponite, & remouete, quæ tenetis incendia. Dijs iuuātibus factum est, quod per nos fortitā impleri nō potuisset. ¶Ergo maria inuia teu.) Votis nostris optata cesserūt: tenemus hostem metu desperationis oppressum. mare fugiēdi subsidium negat. armis clausimus terrā. quid superest remotis incertis, nisi certa victoria? hinc pergit ad cæteras materiæ partes, vt ab omnibus, quæ obiectari potuerant, ipse magis quasi obiectis occurreret. Equidem primam quæstionē noluit euidenter ponere. Potuit enim dici sic, si occidissem⁹ istos, quid faceremus in illos, qui cū Ænea vēturi sunt? huic ex occulto respondit dicens. ¶Tot millia gentes Arma ferunt Italæ.) Hunc locum cū pronuntiamus, separare debemus tot millia, separare gētes, ne coniuncta vitium faciant, si dicamus tot millia gētes. separatione vero facta non semel intelligamus positum tot, vt sit, tot millia, tot gētes arma ferūt: quod ipsum sic intelligitur posuisse atque dixisse, vt assereret, se nec illud metuere, quod cū auxilijs Æneas sperabatur esse venturus. Hinc trāsit ad aliam quæstionē potuit enim dici frustra contendimus cōtra eos, qui dijs & fatis volentibus ad Italiam venerunt. Ait ipse. ¶Nil me fatalia terrēt.) Nec illa me, inquit, terrent demum responsa, quæ cum fatorum voluntate se meruisse cōfingunt. Phryges, pro conuitio posuit. nō enim potuit hostes suos sine iniuria nominare. ¶Sat fatis. veneriq; datum est. ¶Noluit in eo perseuerare, quod de respōsis & fatis Troiani mentirentur. Sed hæc pro veris collocat, & tanq̄ vera dissoluit. Non hoc, inquit, solum assero, quod Troiani mētiātur: sed soluta iam sunt, etsi vera iactantur. Tetigerūt Italiam, qd amplius quærunt fatis venerari? factum est, & illorum fata completa sunt. aliam partem dispositionis fatorum responsorumq; diuinorum, quoniam destruere nō valebat, omisit scilicet quod illis & veniendū in Italiam, & in ea regnādum esset. Iccirco dixit certe debebatur Troianis videre Italiam, factum cōstat, nihil iam præter eorum exitium superest. ¶Sunt & mea con.) Fatis, inquit, illorum oppono etiam ipse fata mea. nō enim solis licet habere. fatum fuit ipsorum, vt terras Italas tangerent. habeo & ipse debitam meis virtutibus partem. ¶Ferro sceleratam excindere gentē Con. prę.) Effundam, inquit, sceleratorum sanguinē repetiturus armis cōiugem, & habiturus eam non patris voluntate sed iure victoris. ¶Nec solos tangit Atridas.) Admirandum exemplū repetit. nam personæ eædem fuerunt, & similis causa. aptum autē pro tempore, vt ostēderentur facilius posse superari, sicut primo scelere: vt victos esse constabat, & sedibus suis exclusos. Plus interea fuit, quod ipsorum & in ipsos proferebatur exēplum. ¶Sed perijsse se. sa. est, pec. fuit.) Aliud crimen annectit quo magis magisq; Troiani deformentur. Post primum quippe facinorosum amissum, post vltionem facti debuit morū prouenire correctio. ducuntur, inquit, peccandi cōsuetudine & morem sceleratorum pertinaci temeritate sectantur. ¶Penitus modo non ge.) Vel nō interea, vt penitus quos exitium suum ad bonam vitā formare non valuit. supra posuit, siqua Phryges per se iactāt, & in appellatione phrygum occultum conuitium dixit. Hic autem dū loqueretur. vehemēter exarsit. quod ipsum intelligitur ex eo, quod in apertam iniuriam ruit, dicēdo perosum fœmineū genus, vt corruptionem sexus sui non aliqui seu omnes ratione nascēdi viderentur habuisse. Probatio ex pſentibus fuerat colligēda, vt inertes, vt soluti dicerentur. ¶Quibus hęc me. fi. val.) Vsq; adeo, inqt, inertes ac stolidi, vt inde se arbitrētur superiores ac fortes, q̄ eorum exitium paruulum iterstitium valli & exigua mora fossarū defenderet: ac si diceret, quantum inter ipsos putatis & mortuos interesse quos tueſ interim, quod potest facillime superari? Definit interea, quid sit vallum, vel quantum præstet ambitus fossæ. hoc, inquit, præstāt, vt paulo tardius moriātur. Denique hoc est quod ait vallum, & fossa leti parua discrimina, ipsis expugnatis, nihil superest moræ, quin hostes intereāt. ¶An nō viderunt mœ. Tro.) Fiduciam gerunt, quia defendūtur fossis & vallo post paulum morituri, quasi nō viderint ilięses muros mira fortitudine atq; admirabili magnitudine structos, & Neptuni diuinis manibus fabricatos in ignes consedisse? Nō dixit incēdio dirutos, sed in flammarum substautiam esse conuersos. Comparationē induxit maioris ædificij & minoris, & illorum, qui hæc atq; illa condiderunt. & laudat perdita, & deprimit peritura. Proinde cum pronuntiamus mœnia Troiæ, extollere debem⁹, vt fuerint magna, Neptuni etiam nomen cum laude extēdere. vt muros Troiæ ille fecisse videatur, qui integri elemēti habeat potestatem. Rursum, cum dicimus considere in ignes, ita intelligamus, vt nullæ ipsorum reliquiæ post flammam superesse valuerint. Redigitur dehinc intellectus ad eum finem, qui si magna & dei manu constructa perdiderunt, multo facilius possent præsentia perdere, quæ non fulcirentur tanto firmitatis subsidio, nec tali niterentur authore.

ASCENSIVS.

¶Hic primū noua lux oculis effulsit, & ingens Visus ab Aurora cœlum transcurrere nimbus, &c.) Docet ergo, quomodo naues Troianorum i nymphas mutatę sint: & quomodo id prodigiū animosus Turnus in suum vertebat commodum: docēs id sibi a dijs factum, ne amplius aufugerēt Phryges. Eam autem deorum esse volūtatem, probat ex simili. Nam sicut vlti sunt raptum Paridis, ita & Æneæ vlturi sint: cū par sit ratio. Purgat pręterea Turnus, oia quæ Phryges de fatorū oraculis sibi pollicita adducere possent: seque Græcis collatum pręfert. De quib⁹ oibus dicit Donatus sic. ¶Hic primū noua lux oculis effulsit, & igēs Visus &c.) Debuerūt antę cōmutationē præire signa, ne casu res facta videatur. Deinde, vox sequitur, vt cōiectura signorum firmetur. ¶Maria ante.) Pulcher a loco i quo erāt, possibilitatem sumpsit. ¶Totidem.) Vt appareret ipsas esse quę fuerūt versæ. ¶Increpat vltro.) Temeritas maxima, qui cum factum ītellexisset, debuit poti⁹ fortunam suam deflere. ¶Auxilium solitū.) Quasi dicat qui fugere semper soliti sunt. ¶Tot millia.) Separa. & deinde dic, Gētes Phryges: pro cōuitio posuit. ¶Solos Atridas.) Si luerūt pœnas primarum iniuriarum i Atridas pulsi patria, luēt & istarum i nos iam extorres & ideo imbecilliores: est ergo mirū exemplum. Deprimit autem oia illorum gesta apud Troiam: & se Græcis præponit, quod nō fraude, sed vi velit adoriri. Hęc ille. ¶Ordo est. Lux noua, id est magna, & isolita: effulsit primum hic, id est i hac exustione nauiū: aut hoc loco dicto: & igēs nimbus. i. lucida nubes: visus est trāscurrere cœlum. i. aerē icipiēs. s. ab Aurora. id est parte Oriētali. Et chori Idei. i. qui sunt i tutela matris deorū, sup. visi sunt. Tum. i. insuper: vox horrēda, id est metuēda, & reuerēda, cū horrore quodā excidit per auras, & complet Troiā. s. nouā, i morem castrorū extructā: & agmina Rutulorū. i. populorū Turni. O Teucri, ne trepidate. i. ne cū timore festinetis: defendere naues meas. i. mihi, propter pinus sacratas: ve. pro vel: ne armate man⁹. s. ad defensionem: dabitur Turno ante. i. prius. i. citius, aut facili⁹ exurere maria, q̄ sacra pinus. i. naueis, ex pinib. sacris mihi ædificatas: vos. s. adhuc naues, ite solutę: ite (inquit) deæ. i. effectæ deæ pelagi: genitrix. s. deum iubet. Et puppes. s. ipsæ naues, icipiētes a puppibus, nymphæ fieri, abrūpūt vincula quęq;. i. quęlibet sua. s. vicula. seu retinacula: ripis. i. ab ipsis ripis: & petūt ima ęquora: rostris demersis, more delphinum, & totidem facies virgineæ: mirabile mōstrum id est quę res est mirabile mōstrum: reddūt se. i. exhibēt se, emergētes ex aquis & ferūtur ponto id est in mare: totidem littora (iquit) quot prorę ęratę, steterāt pri⁹ ad littora: Rutuli obstupuere animis, & ipse Messapus. s. ductor exercitus: domitor equorum, & filius Neptuni, qui audacissimus esse debuit: cunctatur id est fixus māsit: existēs cōterritus, & hoc equis turbatis: & amnis sonās rauca, id est rauce: quasi præclusa voce pręstupore: trāslatio ab homine a lupis viso, sup. cōterritus cūctat: & ipse Tyberinus, scilicet deus, hoc est Tyberis: reuocat pedem ab alto. s. mari. id est nō audet ifluere Tyrrhenum mare i quo se nymphę ex nauibus factę receperāt. At. i. sed: fiducia. i. cōfidēs virtus & aiositas: nō cessit. i. nō amota est: Turno audaci. i. a Turno audace: & tollit aīos. s. suorū obstupescentium, vltro. i. insup. dictis i. verbis consolatorijs: atq; increpat vltro. i. nō solū nō turbatur aut sinit, eos turbari: sed insup increpat, atq; redarguit turbatos dicens, Hæc monstra, id est prodigia. petunt. i. affectant in perniciem & vltionem eorum Troianos: quia ipse Iuppiter, quē. s. dicūt suę profectionis authorem: eripuit ijs. i. eis auxilium solitū; quia nō poterunt amplius nauibus aufugere, vt hacten⁹ aufugerunt. Ipsi Troiani nō expectant tela, neq; igneis Rutulos. i. Rutulorum manibus immissos, hoc est debent iam nō expectare, sed vereri. Ergo. s. quia naues ablatę sunt: maria, sup. sūt inuia. i. inaccessibilia Teucris. Nec vlla spes fugę, supp. est eis reliqua. Altera pars rerum. i. auxiliorum, quę in fuga collocabant, est eis adempta. i. ablata: terra autē, est i nostris manibus. i. potētia nostra est quicquid in terra nostra est: nam tot millia gentis Italæ. i. Italicę: ferunt arma. s. contra tam paucos: quod tamen, ob gloriam suā reticet. Responsa deorū. i. oracula fatalia: si Phryges. i. Troiani: iactant: quā. i. aliqua: prę se nil terrent me. i. nihil moueor, qd fata le eis fuerit in Italiā peruenire. Nā sat. i. satis: datum. i. concessum est fatis. s. Troianorum: & Veneri. i. petitioni Veneris: quod. i. q̄a: Troes tetigere arua Ausonię. i. illius partis Italię, fertilis. Sunt & i. etiam: mihi mea. i. mihi fauentia fata: contra. i. in contrariū. s. excidere ferro, id est gladio: gentem sceleratam. i. impiā, cōiugij violatricem: & hoc, coniuge prerepta. i. quia mihi cōiux Lauinia prerepta est. Nec iste dolor. s. de raptu cōiugis: tangit solos Atridas. q. d. etiam me tangit: nec licet. i. cōcessum est a dijs: solis Mycenis i. populis Menelai, capere arma. s. contra raptorem cōiugis. Et si dicetur Phryges satis puniti, propter raptum Helenę a Paride factum: & ita, deos placatos dicit: quod non, quia si satis est perijsse semel: fuisset id est esse debuisset: satis ante. i. prius, aut potius: peccare semel fuisset satis ante, fuisset (inquit) satis peccare eos perosos: modo non penitus, omne genus fœmineum: quia, nō se, qui potius fœminę sunt, q̄ viri dicēdi: sed alias: omneis fœminas vero simile est perosos esse, quibus, sup. est hęc. s. sola fiducia: medij valli. i. quia vallum habēt inter medium, quo a nobis eripiūtur: & quibus moræ. i. dilationes: fossarum. i. quas fossę faciunt: paruo discrimine. i. parua distantia: leti, id est a morte: dant animos, id est fiduciam: an non: aut at non, per ironiam: viderunt mœnia Troiæ, fabricata manu Neptuni, cōsidere i igneis, quasi dicat maxime: vt vero simile, sic hæc parua castra, & vallum modicum nō posse diu stare.

PIERIVS.

¶Lux oculis effulsit.) In Ro. co. & aliquot alijs, offulxit, & obfulsit, habetur. Sed, effulsit, receptum. ¶Agmina cōplet.) Et complet, & cōplerant, per n: & ita reliqua scribūtur ppositione incolumi, in antiquioribus quibusdā codicibus. ¶Genitrix iubet.) In quibusdam codicib⁹ antiquis ita scriptum inueni, Genetrixq; iubet, sua queq; Cōtinuo, &c. vt sit, Vox excidit, ne trepidate. & quę sequūtur, Genitrixq; iubet, vos ite solutę, ite deę pelagi, Sua queq; cōtinuo puppes abrūpunt vincula. Sed enim, genetrix iubet, ex psona deę magis placet. Hinc virgineæ mirabile monstrum.) Reddunt se totidē facies. In Ro. co. legere est, mirabile dictu. Sed mōstrum magis placet. Quod vero sequitur, Reddunt se totidem facies, in antiquis aliquot, Reddunfur totidē, habeſ. ¶Quot prius æratæ steterant ad littora prorę.) Versus hic non habetur prorsus in Rom. cod. neq; in Mediceo, neq; quidem in plerisq; antiquis, nisi subdititius. Habet vero locum in. x. vbi nymphę Æneę obuiam fiunt. Cæterum illud non omittendum, quod vbi inuenitur adscriptitius, non, proræ: sed, puppes, legiſ. Proræ enim, pelago obuertunſ &, stāt littore puppes. In Oblongo vero, codice, neq; proræ, neq; puppes: legitur: sed, naues. Id aūt loco suo examinabitur. Neq; tñ dissimulandū quod in codice Porcio versus is, qui desyderatur in alijs, inuenitur quidem: sed non eo ordine quo in vulgatis exemplaribus. Sed ita transpositus, ima petunt, hinc virgineæ mirabile mōstrum, Quot prius, ærate steterāt ad littora prorę, Reddunt se totidem facies, pontoq; feruntur. Quę quidem structura, si versus sit admittēdus, lōge videſ elegātior. ¶Turbatis Messapus equis.) Non placet qd i Romano codice legiſ. Turbatus pręterea Messapus, varie scribitur: nōnullis, vti dictum, s: nōnullis, pp, geminantibus: neq; id constāter, alijs etiam vtranq; consonantē simpliciter scribentibus. ¶At nō audaci cessit fiducia Turno.) In codicibus aliquot antiquis ad cappacismū euitandum, transpositis dictionibus legiſ, At nō audaci Turno fiducia cessit. Sed eni, cessit fiducia Turno, versum reddit sublimiorem, validioremq;, qui languescere videatur, si fiducia cessit, legas. ¶Expectant Rutulos.) in antiquis, exspectāt. Sed enim grāmatici quidam in hoc significato adimunt, s: vti alibi dictū. ¶Rerum pars altera adempta est.) Neq; id placet, quod in Romano codic. legere est, dempta est: cum aures magis impleat, adempta: quod forte factū per apostrophen. ¶Terra autem i nostris manibus.) Ita est in Romano codice, & in Oblongo, & in Mediceo, sed in alijs quibusdam antiquis legere est, In manibus nostris. ¶Tot millia gentes Arma ferunt Italę.) Milia, vnico l, antiquissima veterum consuetudine scriptum. In codicibus antiquis plerisq;, gētis, legitur: quod genitiui casus multi volunt esse, gētis Italę. Sed mihi figuratum magis videtur, gentis, legere: atq; ita nescio qd elegantius prę se ferre. ¶Sat fatis Veneriq; datum est.) In Romano quidem codice, & in Mediceo, est, habetur. In alijs vero minime, perinde ac etiā in eo loco, Sat patriæ Priamoq; datum: absq; est, legitur: quod longe cōcinnius videtur. ¶Sed perijsse semel satis est.) In codicibus nōnullis admodum vetustis legere est, Si perijsse. & pro, peccare, peccasse. Nam si, Sed, legas, ratiocinium illud non nihil impetum cōcinnatæ orationis remorari videtur, quę nihilo serius tamē decurrit, dicendo, Si. In quo illud vnum est negociū, vt ad obiecta respondeaſ: neq; nūc per interpellationē, dum res geritur, retardetur. Affirmatiua. n. omnis enūciatio moram trahit, quę in conditionali, vel coniunctiua properatur. ¶Penitus modo nō genus omne perosos Fœmineum.) In codicibus aliquot antiquissimis, modo nec genus. Sed recte Seruius, non, aduerbiū agnoscit. Est & vbi, perosum, legatur: sed corrupte. Nam, perosos, legendum: quod duorum infinitiuorū: perijsse, & peccare, suppositum est. ¶Quibus hęc medij fiducia valli, Fossarumq; more leti discrimine paruo Dant animos.) In Ro. cod. legere est. Fossarumq; mora, & leti discrimine paruo Dāt animos. In codē, in Porcio, & alijs quibusdam manu scriptis, discrimina parua, legitur per appositionem: quod valde placet. ¶An nō viderunt.) In antiquis plerisq; codicibus, At non, legitur: particula ea confutationibus, comparationibus, & redargutionib⁹ apta: vt, At non sic Phrygius penetrat Lacedęmona pastor.

Milia vnico. l

SERVIVS.

Vallum

¶Vallū.) Vallum dicitur ipsa munitio. Nam valli fustes sunt, qbus vallum muniſ, Ipse de sustētaculis vitium, Primus vallos sub tecta referte. ¶Nō armis mihi Vulcani, nō mille carinis.) Bene arma generaliter dixit, Nā ipse habuit a Vulcano, sed solū gladium: vt, Ensem quē Dauno ignipotens deus ipse parēti Fecerat, & Stygia candentem tinxerat vnda. Per hoc autem quasi latenter dicit se Achille esse meliorem, qui se Troianos etiā sine diuinis armis supare posse confidit. ¶Addant se protinus omnes.) Ne timere videatur auxiliorum multitudinē dicit incrementa eē victoriæ.

¶Luce

Sed vos o lecti, ferro quis scindere vallū
Apparat: & mecū inuadit trepidantia castra?
Non armis mihi Vulcani, non mille carinis
Est opus in Teucros: addant se protinus oēs
Etrusci socios. tenebras, & inertia furta
Palladij, cęsis summæ custodibus arcis
Ne timeant: nec equi cæca condemur in aluo.
Luce palā certū est igni circundare muros.
Haud sibi cū Danais rē saxo, & pube Pelasga
Esse putēt: decimū quos distulit Hector in annū.
Nunc adeo melior quoniā pars acta diei est:
Quod superest, læti bene gestis corpora rebus
Procurate viri: & pugnā sperate parati.
Interea vigilū excubijs obsidere portas POE.
Cura datur Mesapo: & mœnia cingere flāmis.
Bis septē Rutuli, muros qui milite seruent,

Virg.

¶Luce palam.) Propter tenebras & furta inertia. ¶Quos distulit Hector.) Bene solius Hectoris facta est commemoratio, vt ostēdatur ipse perijsse, qui potuit esse terrori, per quod vult Æneā nihil fortiter in bello fecisse Troiano. ¶Melior quoniam pars acta diei.) Id est maior, & prima. ¶Bene gestis corpora rebus.) In eo tantū quod hostes non ausi sunt egredi. ¶Pugnā sperate parati.) Scilicet contra Troianos, non a Troianis, ne videatur contra supradicta omnia nunc socijs inferre timorem. ¶Vigilum excubijs.) Excubiæ, diurnæ sunt: Vigilię, nocturnæ. ¶Cēteni quenq;.) Centurionum

Excubiæ Vigiliæ

Universidad de Deusto
Biblioteca



scilicet,ex more Romanę mi- litię. nā ex numero militum qui eos sequuntur,gradus di gnitatis apparet. ⁋ Vertūt cra teras ahenos.)Potāt:& est he- mistichium Ennianum.

DONATVS.

❡Sed vos o lecti.)Ecce suorū quoqȝ & hostiū facit cōpara- rationē:non.n.vacat. qđ dixit in exhortationis primordio. vos o lecti,Troianos.n.deprimit,qui essent ex reliquijs. Troię.perin deqȝ non lecti.⁋Ferro quis scin.va.Ap.&c.)Dixit suos lectos, ho stes vero trepidantes:quam trepidationē nō facit nisi desperatio salutis & certaminis metus.tertium addidit, ad incitanda horta- menta validissimum,quod ait,mecum. videbat.n. de victoria se- curus persuadere militibus is qui societatem faciēdi fuerat subi turus.⁋Non armis mihi vul.)Ecce ostendit non magno labore opus esse,vt superentur,nō,inquit,faciam,quod Græci, vt mille nauiū subsidia componā:nō exercitus tantos adducam, quātos illi tot nauibus vexerunt in interitum Troię,nō armis mihi Vul cani,nec quęro arma Vulcani.hec exprobatio est ipsi⁹ regis,qua si diffidentia virtutis fuisset effectū, vt arma illi Vulcania pararē- tur.

Delecti:ast illos centeni quenqȝ secuti
Purpurei cristis iuuenes,auroqȝ corusci,
Discurrunt:variantqȝ vices:fusiqȝ per herbam
Indulgent vino:& vertunt crateras ahenos.
Collucent igneis:noctem custodia ducit
Insomnem ludo.

tur.⁋Addit se protinus om.) Deprimit omnia pro qualita te materię, vt pauorem suorū penitus tergat.Nec arbitremi ni,inquit,eē difficile superare Troianos.Ego arma Vulcani manib⁹ fabricata nec quęro nec timeo,nec mille nauibus ad longinqua tēdendum est mihi.Veniāt Etrusci, congregentur vniuersi ad eorū expugna- tionem.nulla doli tentamenta perquiram,nec faciam quod iner tes Gręci.palladij pręsidium non vocabo:nō eius custodes occi- dam,non fabricabo equum,nō eius vtero armatos abscondam: nihil insidiarum metuant.superabo hos sola virtute.superabo p lucem:nō me iuuabunt illorum ebrietates aut tenebræ, non ca- piam vino sepultos aut somno.⁋Luce palam cer.)Ego potius vi gilātes aggrediar. mactabo ignauos: ad eorumqȝ exitium solus mihi auxilio ignis est necessarius.sic enim imbelles necari cōue- nit,quos bellandi vsus & fortitudo deseruit. ⁋Haud sibi cum da nais.)Ecce hic quoqȝ Grecorum victoriam tenuat, sumpto a tē- pore argumento,dans crimini, quod post apparatus nauiū mille, postqȝ innumera insidiarū genera, decimo vix anno obtinere valuerunt:

valuerūt:& hoc quia interuenit casu mors Hectoris:qui eos vn⁹ tādiu impediuit, & distulit.Ex persona igitur Hectoris cui⁹ vita tenuit Teucros,quantum suos refecit:cum ostēdit potuisse Tro ianos maturius tūc penitusqȝ superari,si hector inter initia defe- cisset.⁋Nunc adeo melior quoniā pars acta diei est.) Ex eo quod quolibet gnere nauigia Troiani perdiderāt, dixit illum diem fe- stum,quod eius pars tantam lætitiam peperisset. ⁋Quod super est læti be.gest.cor.re.) Vnum,inquit,faciendum restat,quia oīa pro voluntate prouenerūt, vt reficiatis vestra corpora cum gau dio spei melioris,& animos vestros imminēti iam certamini pręparetis.⁋Interea vigilum excubijs.)Recedendum paulisper fue- rat reficiēdorum corporum causa:debuit cum necessaria disposi tione discedere,ne aliquo casu euaderent, qui tenebātur inclusi. data est igitur Messapo cura huiusmodi, vt vigilib⁹ & vigilijs cu stodiret portas, & omnes Troianorū obseruaret egressus, mu- ros vero cingeret flāmis.incipit dicere, qualis dispositione iussa curabantur.⁋Bis septem Rutuli.)Electi,inqt,fuerant quatuorde cim,qui centenis iuuenibus essent prępositi,instructi armis & in ipso armorū habitu satis superqȝ perspicui.Ordinatur sensus sic. Electi bis septem,qui Rutulo milite seruent muros. ⁋Discurrūt, v.qȝ via.)Sic enim vigilijs exercendis durari cōsueuit,dum vicis sim vigilando noctis transigitur tempus.⁋Fusiqȝ per herb. Ind. vi.)Velut de prosperitate securi nō reficiēdes corporib⁹, vt Tur- nus mādauerat,sed onerandis vino atqȝ obruendis operum da- bant.Vsqȝ adeo vt vasa exhausta verterent:quæ res ostēdebat tā- tum bibitum,quantum fuit nō quantū naturali refectione suffi ceret.⁋Collucēt ignes.) Vtpote o nnibus adhuc vigilantibus & nōdum vino sepultis ac somno. ⁋Noctem custodia du. Inso.lu.) Vigilabant,bibebant,ludebant: quæ omnia nō refectioni prode rant,sed fatigationem pariebant.

ASCENSIVS.

❡Sed vos o,&c.) Cōtinuo prosequitur Turnus cohortationem suam,circa quam partem nihil habemus Donati.❡Ordo igit est Sed vos,o,suppe viri:lecti, id est delecti ad militiam,aut inter de- lectos electi:quis,supple vestrum:apparat scindere vallum id est castrorum Æneadum munitionem:& quis vestrum inuadit me cum castra trepidātia id est aut fragilia,& infirma:aut Phrygum trepidantium metu?(Omnia mire dicta,Nam præsenti vtitur tē- pore,vt rem non gerendam,sed iam non geri, fiducia quadam si gnificet.dicit,lectos:vt sue virtutis admonitos faciat.dicit, mecū vt se participem laboris doceat.dicit,ferro:vt instrumenti copiā monstret.dicit,castra trepidantia:vt facilitatem rei indicet.)non est mihi opus id est nō indigeo necessario i Teucros id est ad ex- cidium Teucrorum:armis Vulcani,sicut Achilli, opus fuisse legi tur:cui Thetis,mater Vulcania,pcurauit arma:non est etiā opus mille carinis,tot enim vsi dicunt Græci: vnde & in.ij. nō anni do muere decem,non mille carinæ.Addant permittētis verbum, id est cōcedo, aut permitto: vt omnes Etrusci addant se socios Teu cris:protinus,id est porro tenus,id est circūquaqȝ, aut statim:ta- men,supp.ne timeant id est nō opus est,vt timeāt.vel admoneo, ne timeāt tenebras.id est ne per tenebras adoriar: & furta inertia id est quæ inertibus,non strenuis viris,cōueniunt Palladij,id est quibus Vlysses cum socijs,Palladium ex arce Troiana sustulit: vt in principio.ij.visum,custodibus summæ arcis,scilicet Ilij:cæsis, id est interemptis per insidias.Nō timeāt,inquit,quasi dicat, nos id non faciemus:nec nos condemur,id est abscōdemur,vt Gręci in aluo cęca,id est tenebrosa:equi.s.lignei.Certum est,i.delibera tum,& decretum est mihi: circundare muros igni.i.obsidere ca- stra,& ea persequi incendio.luce,ergo nō per tenebras.& palam, ergo nō per inertia furta.Ego faxo.id est fecero,aut faciā:vt,sup. haud,i.non:putēt rem,scilicet militarem. hoc est bellum esse sibi cum Danais:& pube Pelasga,quasi dicat,imbelli,& ignaua, respe- ctu nostri:quos,s.Danaos,& Pelasgos,Hector distulit,i.dimouit a victoria,& patria:aut extēdit i castris versantes:in.i, vsqȝ,ad de- cimum annum . Nūc,o viri lecti,id est egregij:quoniam melior, id est maior,aut magis opportuna pars diei:est acta,id est transa- cta:adeo,id est oino:quod id est,quæ res : superest id est reliqua est vobis facienda:aut quod,scilicet diei:superest, id est quātum huius diei reliquum est:procurate.i.reficite corpora vestra:reb⁹ gestis bene,id est feliciter,quod contra portētum dicit: & vos pa rati,id est refecti:sperate id est affectate,& appetite:pugnam,scili- cet cōtra Troianos:aut licet Seruius aliter sentiat:sperate .i. cum spe expectate:pugnam.i.inuasionem Teucrorum : nam nō tam parui fecit Troianos,vt nō putet se posse ab eis iuadi : frustra.n. aliter excubias instituisset:vnde addit Poeta,Cura obsidere.i. ob sidēdi : ab obsido,non obsideo:portas, scilicet nouæ Troiæ, aut castrorum Troianorū:excubijs.i.cū excubijs:vigilū.i.agendi vi- gilias nocturnas:& cingere,id est cingendi:mœnia, id est vallum castrorum flammis,datur interea,dum,scilicet se reficiunt.Messa po.Bisseptem,id est quatuordecim : Rutuli delecti, supple sunt:q seruent,id est obseruēt.nequid inferat,aut exeat, muros , scilicet castrorum:milite,id est manu,seu multitudine militū : Ast, id est sed:illi sequunt centeni iuuenes purpureis cristis , id est habētes in galeis cristas purpureas:& corusci,id est fulgētes auro: sequū- tur inquam,quęqȝ, id est quelibet centurionum discurrūt & va- riant:vices.i. exercent se militariter:& ipsi fusi per herbam indul gent vino:& vertunt.i.funditus ebibūt crateras (a nominatiuo, crateres,tertiæ declinationis:cuius singularis hic crater) ahenos id est æreos:ignes collucent.s.in castris,& custodia,ducit ludo.i. ludendo:noctem insomnem,id est sine somno.

PIERIVS.

❡Sed vos o lecti,ferro quis scindere vallum Apparat .) In codi. aliquot antiquis,Sed vos electi,legitur : quod nequaquā placet. Illud non ita repudiauerim,quod in Med.& alijs cod. puet erib⁹ habetur,ferro qui scindere vallū. Et in aliquot ex his apparet:nō per interrogationem,sed per enunciatū:quāuis interrogatio nō displiceat.⁋Cæsis summæ custodibus arcis.)In Ro.cod.cæsis la- tæ custodibus arcis,legitur.In quibusdā alijs,late, aduerbialiter, horū vtrunqȝ fœdiorem ostendit cædem:sed epitheton,summę, propriū est arcis. Et Homericum est carmina repetere,quod nō- nunqȝ Virgilius imitatur.⁋Nec equi cęca condemur in aluo.)In Ro.cod.alueo. Vnde in quibusdam alijs antiquis,cæco:sed de,al ueo,non admodum solicitus fuerim.Quod vero cæco,an cæca, legēdum sit,Atti⁹ quidē virili genere,aluum,posuit: sed Virgiliū ait Nonius,fœminum protulisse. ⁋Cum Danais rem faxo & pu- be Pelasga Esse putent.)In codi.Medi,& aliquot alijs antiquis,eē se ferāt,legitur.⁋Decimum quos distulit Hector in annum.)Le- gere est in antiquo codice,decumum,per u,in pene vltima,Et in antiquissimo codice Actionem in Verrem M.Tullij, semp decu mas,notatum animaduerti,&,Agri Veiētani decumas votas .Est ita passim apud Liuiū in veteri cod. & quartionis decumi.Augu sti liberti monumentū alibi citauimus,ne quis hoc per librario- rum imprudentiam scriptum putaret.Sed quia ętas illa in Augu sti gratiam ita scribere cōsuerit.Cuiusmodi exempla locis pluri- bus recitata sunt.⁋Pars acta diei.)In plerisque codicibus antiqs, diei est,legitur;quod sua me offendit exilitate, cum absqȝ substā tiuo verbo cōcinnius omnino versus hic enūcietur . ⁋Et pugnā sperate parati.)Antiqui oēs codices quotquot inspexi , sperate parari,legant.Quod etiam agnoscit Seruius, cum dicit , contra Troianos.non a Troianis,scilicet parari pugnam. ⁋Cingere flā- mis.) In anti. flamma.sed magis placet,flāmis numero multitu- dinis,vt negocium id multorum opera procuratum indicet.
⁋Centeni quenqȝ sequuntur .)In Romano codice,sequuti,legi tur.In reliquis,sequūtur,& secūtur. ⁋Purpurei cristis iuuenes.) Sunt codices in quibus,Purpureis cristis,legatur, sed figuratum magis,Purpurei:& huic similis nominatiuus sequitur,auroque, corusci,quamuis etiam dici possit,Corusci purpureis cristis,au- roque,

SERVIVS.

❡Trepidi formidine.) Festi- ni per formidinem . Nam nō est iteratio. ⁋Pontes.)Qui si- unt in muris angustioribus. ⁋Propugnacula.) Pilas , Re- ctores iuuenum.) Legitur & iuueni:Si iuueni , Ascanio : si iuuenum , magistros militū accipe. ⁋Sortita periclū.)Sor te diuisa ad defensionem pe- ricli.

Hæc super ē vallo prospectant Troes:& armis
Alta tenent:necnon trepidi formidine portas
Explorant:pontesqȝ,& propugnacula iungunt.
Tela gerunt.instant Mnestheus,acerqȝ Serestus:
Quos pater Aeneas,si quando aduersa vocarent,
Rectores iuuenum,& rerum dedit esse magistros.
Omnis per muros legio sortita periclum
Excubat:exercetqȝ vices,quod cuiqȝ tuendum est.

ricli.⁋Quod cuique tuēdum est.) Exercet vnusquisque vi ces ad id quod accepit tuen- dum.⁋Ida Venatrix.)A pleris que Ida mater Nisi accipitur quia dixit venatrix. Nā si mō tem volueris accipere; abusi- ue Idam venatricem dictam intellige, pro venationibus abundantem , Nam venatrix est proprie quę venatur,non

Universidad de Deusto Biblioteca

Niſus erat portæ cuſtos, acerrimus armis
Hyrtacides: comitem Aeneæ quem miſerat Ida
Venatrix, iaculo celerē, leuibusq; ſagittis:
Et iuxta comes Euryalus: quo pulchrior alter
Non fuit Aeneadum, Troiana nec induit arma,
Ora puer prima ſignans intonſa iuuenta.
His amor vnus erat: pariterq; in bella ruebant:
Tunc quoq; cōmuni portam ſtatione tenebant.
Niſus ait: {Dijne hūc ardorē mētibus addunt NI.
Euryale? an ſua cuiq; deus fit dira cupido?
Aut pugnā, aut aliquid iādudū inuadere magnum,
Mens agitat mihi: nec placida contenta quiete eſt.
Cernis quę Rutulos habeat fiducia rerum?
Lumina rara micant: ſomno, vinoq; ſoluti
Procubuere: ſilent late loca. percipe porro
Quid dubitē. & quæ nunc animo ſententia ſurgat.
Aeneam acciri omnes populusq;, patresq;
Expoſcunt: mittiq; viros, qui certa reportent.
Si tibi, quę poſco, promittunt (nam mihi facti
Fama ſat eſt) tumulo videor reperire ſub illo
Poſſe viam ad muros, & mœnia Pallantea.

quæ venationibus abundat. ¶Iaculo celerē.) Bene inducit Niſum optimum eſſe iaculatorem: & hāc præmittit armorū peritiam, qua plurimum potuit in Euryali defenſione. ¶Troiana neq; induit arma.) Hoc eſt, qui nondum bellicoſa arma induerat, id eſt acceperat. Et hoc dicit, Pulcher quidem erat, ſed nondum bellandi peritus. ¶Dij ne hunc ardorem mentibus addunt Euryale: an ſua cuique deus fit dira cupido?) Apud Plotinum philoſophum, & alios quæritur vtrum mentis noſtrę acies per ſe ad cupiditates & cōſilia moueatur, an impulſu alicui' numinis. Et primo dixerunt mētes humanas moueri ſua ſpōte: deprehenderunt tamen ad omnia honeſta ipelli nos Genio, & numine quodam familiari, quod nobis naſcētibus datur: praua vero, noſtra mēte nos cupere & deſyderare. Nec enim poteſt fieri vt praua numinum volūtate cupiamus, quibus nihil malum cēſtat placere. Vnde nāc ortus eſt ſenſus. hoc enim dicit Niſus, O Euryale, dij ne noſtris mētibus cupiditates inijciunt & deſyderia? an deus fit ipſa mētis cupiditas? Mētibus addunt.) Bene addunt. Nam animus ſui natura prudēs eſt: ſed ei additur vt aliquid impatienter deſyderet. ¶Dira cupido?) Magna. ¶Aliquid magnum.) Scilicet per hoſtis tranſitum. ¶Mēs agitat mihi.) Molitur. ¶Quiete eſt.) Modo ocio, non ſomno. nā in vigilijs fuerat collocatus. ¶Cernis quæ Rutulos habeat fiducia rerum.) Ipſius deſyderij vult rationabiles eſſe cauſas. ¶Somno, vinoq; ſepulti.) Alterum pendet ex altero. ¶Porro.) Hortantis eſt.) Quid dubitem.) Id eſt cogitem. omnis enim cogitatio in dubitatione eſt ante ſententiam. ¶Populuſque, patreſque.) Transfert in Troianos Romanam cōſuetudinem vt ſolet plerunque. Prius enim iubebat aliquid populus: poſtea confirmabat ſenatus. ¶Reportent.) Portent. nam re, vacat. ¶Si tibi, quæ poſco, promittunt.) Poſcere eſt ſecūdum Varronem quoties aliqd pro merito noſtro depoſcimus: Petere vero eſt cum aliquid humiliter, & cum precibus poſtulamus. Et bene quod Euryalum nolit ducere, latenter oſtendit. ¶Mœnia Pallantea.) Vbi nunc credit eſſe Æneam.

inter poſcere & petere.

DONATVS.

¶Hæc ſuper e vallo proſp. tro.) Hęc vidētes Troiani. facilis enī fuit de ſummo proſpectus, quia ignis plurimis locis accenſus nihil occultabat. ¶Et armis alta te.) Licet, inquit, ſecuri eſſent munitione valli, tamen armati vigilabant, tenētes altiora. nequid præter eorū aſpectus moliretur hoſtis, aut faceret. ¶Nec non trepidi formidine por. Explo. pon. q;.) Nec nō ſignificat ſed, & alta, inqt, tenebant armati, & portas firmabāt ſatis intenti, ne has aliqua vis ſuperare poſſet & vincere. trepidos dixit cum timore diligentes nec immunes a ſolicitudine & etiam pro maiori cautela. tela gerunt. tanta eorum fuerat cura, vt firmatis omnibus tela etiam gererent, quaſi iam hoſtis infeſtus inſiſteret. ¶Inſtat Mneſteus.) Acer, in medio poſitum, & Mneſteo poteſt applicari, & Sereſto. ¶Quos pater Æneas.) Illis fuit omnis communiter commiſſa res. p. vt ſi aliquid tentaretur aduerſi, regerēt iuuenem, & omnia conſilio meliore firmarent. iuuenem aut Aſcanium dixit, aut appellatione vnius iuuenis omnes intelligi voluit. Hæc ergo, vt tāta cura gererent, faciebat ductorum præferenda ſolertia, quibus docendi iubendiq; ſuas partes Æneas dederat. ¶Omnis per muros legio ſor. pe.) In conſuetudine vel maxime bellica nō eſt cōſimilis labor, nec periculum æquale. proinde viciſſim de ſorte diuiditur, quod fuerit pro temporis neceſſitate ſubeundū. ¶Niſus erat portæ cu.) Quam cito dixit hominis nomen, locum in quo eſſet natus, quo genitus patre, quib' ſtudijs, qua natura & qua arte polleret. Portæ, inquit, Niſus curandæ cuſtos iudicio fortis exciderat, natus in ſylua, perindeq; qui eſſet in labore nutrit', hyrtaco genitus patre: commemoratio paterni nominis ad explendam poſita eſt laudē, & quia maiorū laus tunc proficit, cū is, qui laudat, paternæ gloriæ nobilitatiq; reſpōdet. ait hac acerrimum fuiſſe in exercitatione bellorum, vſq; adeo vt iaculo bonus eſſet, & ſagittis iaciendis aptiſſimus. tanta autem induſtria florētiſſimus, vt dignus eſſet, qui Æneæ tanto pricipi comitis officio fungeretur. Ecce plena iſtructio dicta eſt laudatiuæ materię. ¶Et iuxta co. eu. qu. pul.) Cæteris Troianis pulchrior fuit. pulcherrimus tamen cum arma ſumpſiſſet. ¶Ora puer prima ſignans intonſa iuuēta.) Deſignans tempus ætatis ipſius, & quia incongruū fuit incogniti hominis armorum numerū dicere, ſigno corporis. quāti eſſet temporis, aperte ſignauit. Primam, inquit, barbam habuit nōdum plenam, nōdum tōſam. ¶His amor vn' erat.) Magnum familiaritatis exemplum, ſingulare quoq; ac nouum in diuerſis ætatibus affectum ſimilem exiſtere potuiſſe: & quia idiuiduo amore inuicem tenebantur, quoties vſus eſſet, pares ibant ad bellū, nec expectabant venire ad ſe hoſtes ſed vltro ruebant, in ea quę eſſent neceſſario ſubeunda. ¶Tum quoq; cō.) Supra dixit de ſorte ſingulis curāda loca proueniſſe, quod ipſum fuerat ad iſtorum felicitatē, vt nec ipſa ſors diuiſiſſe videatur, quos tanta familiaritas iunxerat. ¶Niſus ait, dij ne hūc ar. m. add. Euryale?) Aiorū, inquit, motus & cogitationes maximas de' aliquis mouet? an ipſa ſibi mēs hominis deus eſt? ¶Aut pugnam.) Iādudū, ait deſiderio ducor maximo, aut pugnam magnis nixibus aggredi, aut aliquid glorioſe perficere. Ideoq; ſic animus agitatur, vt vno in loco ſtare non poſſit. & ecce occurit occaſio, quæ eſt oi virtute rapienda. ¶Cernis quę Rutulos.) Hoc eſt quemadmodum nos hoſtes contemnant, vides. Nam illorum negligētia ex quo naſcitur? niſi q nos arbitrātur imbelles? ¶Lumina ra. mi.) Quod primū ſignū fuit ſoporati hoſtis. ¶Somno vinoque ſolu. Conti.) Cū eſſet cōiectura de raritate luminum, acceſſit & ſilētij, quod geminū diuerſa parte procurauerat malum. ſ. ſomnus & vinum, quibus ſtrati cōticuerant. ¶Silent late loca?) In tanta locorum latitudine ſilentium vbique eſt & plenum. ¶Percipe porro, Quid du.) Hoc eſt quid animo meo tractando voluerim. ¶Et quæ nunc animo ſen. ſur.) Quid decreuerim faciendū. Æneam acciri oēs.) Cogitationibus meis cōſentit opportunitas & neceſſitas temporis. nam vno omnes eodemq; conſenſu tam patres q etiam populus ad Æneam decreuerunt eſſe mittendum: cui rei virtus eſt neceſſaria, quæ tā egregium factū & aggredi poſſit, & implere. ¶Si tibi, quę poſco.) Si tibi, ait, me petente aliquid decernitur cōmodi, nam mihi ſufficit gloria, quæ naſcetur ex facto: videor mihi poſſe me inuenire viam ſub illo tumulo, hoc eſt per hoſtis tranſitum, quę pergēdi ad Euandrum prębeat facultatem.

ASCENSIVS.

¶Hæc ſuper, &c.) Docet quā contra defenſiōe pararent Teucri: vtq; Niſus de Ænea adeūdo ſolicitus, Euryalū amicū adlocutus ſit. Vnde dicit Donatus ſic. ¶Iuueni.) Aſcanio. Aut appellatione vnius, oēs intellexit. ¶Niſus. q cito dixit, nomē patris. locum in quo natus, & quibus eſſet ſtudijs. ¶Troiana induit ar.) Cæteris pulchrior pulcherrimus autē, cum eſſet armatus. ¶Dira cu.) Cogitationes maximas, deus aliquis mouet, an ipſa ſibi mens deus eſt. Hęc ille. ¶Ordo eſt. Troes proſpectāt hæc ſuper. i. deſuper, e vallo, & tenēt. i. defendunt, & protegunt: alta. ſ. propugnacula: armis. ſ. ſuis: necnō. i. inſuper: ipſi trepidi. i. trepidātes, & feſtinātes formidine. i. propter formidinē: explorāt. i. ſcrutant portas: an. ſ. ſatis firmiter clauſę, atq; munitę ſint: & iungūt. ſ. portis: pōteis. ſ. ligneos, quos ſurſum trahūt: & propugnacula. i. pinas ferro munitas, quibus hoſtē arceant: & gerunt. ſ. ad muros: tela. i. iacula, & miſſilia, ac ſaxa: Mneſtheus, & Sereſtus acer. i. ſtrenuus vir (de his aūt in. v. in nauali certamine viſum eſt) inſtāt. ſ. operi, id eſt inſtiter

ter intendunt, quos. ſ. duos: pater Æneas dedit iuueni. ſ. Aſcanio (ſic enim Donatus legit, addēs iuueni, pro eo quod eſt iuuētuti: etiam poſitū intelligi poſſe. Seruius quoq;, iuueni legi poſſe aſſerit, & iuuenū.) & magiſtros rerū. ſ. gerēdarū ſi aduerſa, veluti hoſtiū oppugnationes, & obſidiones: vocarēt. i. exigerēt. ſ. eorū accuratione, & pręſidiū. Omnis legio. i. exercitus Troianoꝝ: excubat. i. extra cubiculū degit, hoc eſt vigilat: per muros. i. i circuitu murorū: ſortita. i. poſtq; per ſorteis quilibet quod obiret, acceperat: periclū, pro eo quod eſt periculū. i. locū periculoſum: hoc enī pacto, nulla pōt eſſe inter milites querimonia: qa, q maius periculū obire cogunt, & difficiliorē prouinciā gerere, nō inuidia cuiuſquā, ſed forte id factū agnoſcūt: & exercet viceis. i. viciſſim, & per viceis: quod tuendū. i. defendendū & protegēdū eſt: cuiq;. i. qlq;, quod ſuę protectioni deputatū eſt: & ne ſimul oēs excubuiſſe putentur: quod diu durare nō poſſet, addit, Exercetq; viceis, &c. Niſus Hyrtacides. i. Hyrtaci filius: acerrim'. i. maxime ſtrenuus: armis. i. i rebus bellicis: erat cuſtos portę: quē. ſ. Niſum: Ida. ſ. mater eius, hoc nomine dicta: venatrix. i. venationi intendere ſolita, ſicut & Parthenię virgines in Arcadia: aut Ida. ſ. mons ſyluoſus in Phrygia: venatrix. i. venationi cōueniens, miſerat Ænee comitē: celerē. i. expeditū: iaculū. i. qa ſolū iaculū portare ſolebat, & ita velociſſimo curſui intēdere: & ſagittis. ſ. ex arcu mittēdis: cū iaculū manu mittatur: leuib'. nō pōderoſis. Et Euryalus iuxta, ſup. ipm Niſum, erat ēt cuſtos: quo alter Æneadū, pro Æneadarū. i. inter Æneadas, non erat pulchrior: nec induit adhuc. ſ. arma Troiana, exiſtens puer: ſignans ora intonſa. i. imberbia, & leuia adhuc: prima iuuenta. i. in flore iuuentę: & ita nondū habilis viſus fuit ad arma: ſed tunc primū ceperat deputari armis: aut nec alter Troianorū induit pulchrior arma Troiana, ita vt arma Troiana illum maxime decerēt, nā quomodo ſe quoq; inter labores Troię eruditū diceret a patre, ſi fuerit eatenus inermis: vnus. i. vniformis: amor. i. dilectio vehemens: erat his. ſ. duobus: & ruebant pariter in bella. (Si in bella ruebāt, quō dicit Seruius, quod Troiana nec induit arma ſic ītelligi, qd nōdū armatus fuerat? Illud ergo, nec, non determinat, induit: ſed alter pulchrior: vt ſit: nec alter pulchrior &c.) & tenebāt tū quoq;. i. ēt tūc, portā: cōi ſtatiōe. i. deputati ad ſtādū pro portis i eodē loco. Niſus ait. ſ. ad Euryalū. O Euryale, addūtne dij: aut, ne. i. an dij: addūt mentibus noſtris, ſcilicet hunc ardorem. i. hunc vehementem affectum ad aliquid noui, & inſoliti perficiendū: hoc eſt, an genij (quē nos angelum, ac ſpiritum nobis deputatū dicimus.) alicuius inſpiratione mouear: an cuiq; ſua dira, id eſt vehemens, & execrabilis cupido: ſit deus, id eſt principium motionis quod competit. vide Seruium egregie hunc locum proſequentem: hoc eſt, an ego inſpiratione alicuius boni numinis ad facin' magnum inſtiger: an prauitate propriæ mentis ad aliquid imprudenter gerēdum mouear. Mens agitat, id eſt verſat, & meditatur mihi: iandudū, id eſt iam a pauco tempore, aut pugnam, aut inuadere aliquid magnum: nec ipſa mens eſt cōtēta quiete placita, id eſt non poteſt quieſcere, etiam ſi quieſcere coner. Cernis, id eſt vides: quæ, id eſt qualis & quanta fiducia rerū habeat, id eſt teneat Rutulos: Lumina, ſcilicet nocturnorum ignum, micant rara: ipſi ſepulti. i. ſopiti, & obruti, ſomno, & vino: procubuere. i. procul extēſi cubuerūt: loca ſilent late. Percipe porro, id eſt profundius: quid dubitem. i. cogitē: dicit Seru'. aut (reuera) quid dubitē. i. cū dubio formidē: & quę ſentētia ſurgat nūc animo, i. quid decreui (ſuboſcura, ſed opportuna obſcuritate eſt oratio. Nā in re quā palā enunciare erubeſcimus, ex induſtria obſcuri ſum': ſicut hoc loco Niſus, qui duo dicit: vnū, ſe dubitare: & alterū, cōſtituiſſe: dubitare an populus & patres permittant Euryalū ad facinus inſolitum, & magnū aſſumi in ſociū, quod ſe pro amicitia poſcere dicit: cōſtituiſſe autē ad Æneā pficiſci per mediū hoſtiū.) Oēs, & populus, & patres, expoſcūt Æneam acciri. i. aduocari ad nos: & mitti, ſup. aliquos: viro. i. ad virū, qui reportent. ſ. ab eo certa. i. qd nobis in hoc caſu agendum ſit. aut (ſecūdū Seruiū) qui vult, re, vacare ſic: q reportent, id eſt afferāt: & portēt viro. i. ad virū. ſ. Æneā: certa. ſ. noua, de rebus noſtris. Sed dubito, ſup. ſi. ſ. patres promittunt. i. pmittūt tibi: aut, pmittūt tibi. i. de te: quę poſco. i. cupio: promitti. i. te mecum proficiſci. Nā mihi. i. quantū eſt de me: fama facti eſt ſat. i. ſatis ſcio, quod ex claritate geſtorū, merueris conceſſionem gerendorum. Aut potius fama facti. ſ. tui: eſt mihi ſat. i. ſatis. i. nihil diffido de te: cognoſco te ſatis virilē: ſed dubito de cōſenſu patrū, dicit aūt, quę ſententia ſurgat, videor. ſ. mihi poſſe reperire viam ad muros, & ad mœnia Pallantea. i. ad Euandrum, vbi Æneam eſſe putabat: ſub illo tumulo, i. eundo ſub illo tumulo. i. colliculo: quē vides: hoc enim dicens, monſtrauit ille tumulū, i. tumorē quēdā terrę, per noctē prominentem.

PIERIVS.

¶Et iuxta comes Euryalus.) In anti. aliquot exempla. & Niſum iuxta Euryalus, legitur. ¶Troiana nec induit arma.) In antiquis aliquot co. neq; induit ſuauiori numero legitur. ¶Sōno, vinoq; ſepulti.) In Ro. cod. & aliquot alijs, legere eſt, ſoluti. non, ſepulti: vt, ſoluūt ſe ſomno: & Lyeus, eo quod ſoluat appellatus. Seruius ſepulti, quaſi ſine pulſu interpretatur. Sed & inferius quoq; codices omnes veteres, ſoluti, legunt in hanc ſententiam. Illud vero Ouidianū ex. ij. Faſtoꝝ, Vtq; videt comites ſomno, vinoq; ſepultos, ſunt q. grauatos, legant. ¶Æneam acciri oēs, populusq;, patresq; Expoſcūt.) In antiq. quodā cod. omnis: vt quadret cū vicinior i, populus: quod non ita mihi ſatis facit, cū dilatatio toti' in parteis figura lōge vetuſtior videatur. Quare omne omnino magis placet: ſed enim, & populus. In veteri cod. nominatiuo ſingulari legitur. Quam dictionē ita ſcriptā in legibus. xij. tabularum Victorinus adnotauit, vt alibi oſtēdimus. ¶Tumulo videor reperire ſub illo poſſe viā.) In codicibus aliquot peruetuſtis, aperire, legitur: quippe, viam quę clauſa erat hoſtium obſidione, neq; quidē timendum ſyllabę, quia locus communis eſt.

Obſtupuit magno laudū percul ſus amore POE.
Euryalus: ſimul his ardentē affatur amicū.
Me ne igitur ſociū ſummis adiūgere rebus EVR.
Niſe fugis? ſolū te in tanta pericula mittā?
Non ita me genitor bellis aſſuetus Opheltes
Argolicū terrorem inter, Troiæq; labores
Sublatum erudijt: nec tecū talia geſſi,
Magnanimū Aenean, & fata extrema ſecutus.
Eſt hic, eſt animus lucis contemptor: & iſtum
Qui vita bene credat emi, quò tēdis, honorē. PO.
Niſus ad hæc. {Equidē de te nil tale verebar: NI.
Nec fas: non, ita me referat tibi magnus ouantem
Iuppiter, aut quicunq; oculis hæc aſpicit æquis.
Sed ſi quis (quæ multa vides diſcrimine tali)
Siquis in aduerſum rapiat caſusve, deusve:
Te ſupereſſe velim, tua vita dignior ætas.
Sit qui me raptum pugna, pretioq; redemptum
Mādet humo ſolita: aut, ſi qua id fortuna vetabit:
Abſenti ferat inferias: decoretq; ſepulchro.
Neu matri miſeræ tanti ſim cauſa doloris.

SERVIVS.

¶Summis adiūgere rebus.) Summum, & extremum dicimus & laudabile. Bene igitur in re dubia ſermone vſus eſt dubio, nam hoc dicit, Nō debes me, nec a tua gloria, nec a periculis ſegregare. ¶Genitor belli aſſuetus.) Ipſe puer eſt necdum probatus. Vnde ſe & ab illis temporibus, & a patris virtute commendat. ¶Argolicum terrorem.) Quem Græci inferebant. ¶Sublatum.) Suſceptū. ¶Eſt hic, eſt animus.) Hic poteſt eſſe & aduerbium demonſtrātis, vt ſit, Eſt hic: id eſt in meo pectore: poteſt & ſic accipi vt dicas, Eſt hic animus lucis contemptor, hoc eſt, iſte animus. Ergo hic, & produci poteſt & corripi. ¶Iſtum q vita bene credat emi, quo tendis, honorem.) Quo tendis, id eſt ad quem niteris: libēter emat vita, id eſt vitę pretio. ¶Nil tale verebar.) quale tu ſuſpicaris. ¶Hęc.) Humana negocia: vel quæ loquitur. ¶Mandet humo.) Multi hic diſtinguūt, alij iungunt mādet humo ſolita, vt commendet in terra. ¶Solita autem fortuna.) quæ pijs inuidere conſueuit. Statius hinc trahēs colorem ait, Inuida fata pijs, & fors ingentibus auſis Rara comes. ¶Abſenti ferat inferias.) Hoc eſt cenotaphiū faciat, & impleat honorem ſepulchri. ¶E matribus.) E nobilibus. nam matres non niſi nobiles dicim'. Vnde & matronæ dictæ ſunt. Scimus autē non omnes mulieres in Sicilia remanſiſſe, nā legitur in vndecimo, Et mœſtum Iliades crinem de more ſolutæ. ¶Ille autem.) Hunc locum eſſe interruptum oratione Niſi intelligimus. ¶Vigiles ſimul excitat.) Qui vigiliarum officiū habebant. ¶Seruantq; vices.) Hic diſtinguendum

Universidad de Deusto Biblioteca

distinguendū est: alias sensus non procedit. ¶Regemq; requirūt.) Regis filium. vt, Magnū reginę sed enim miseratus amorem.

DONATVS.

¶Obstupuit. m. l. p. a. Euryalus.) Euryalus etiam ipse cupidus laudis, cū hæc accepisset dictis suis amicum est affatus

Quæ te sola puer, multis è matribus ausa
Persequitur: magni nec mœnia, curat Acestæ
Ille aūt, {Causas nequicꝙ nectis inaneis: EVR.
Nec mea iam mutata loco sententia cedit:
Acceleremus, {Ait: Vigiles simul excitat. illi POE.
Succedunt: seruantq; viceis: statione relicta
Ipse comes Niso graditur: regemq; requirunt.

ardentem. ¶Me ne igitur socium.) Et prospera simul & aduersa proposuit, contra meritum, inquit, veteris amicitię consiliū Nise capere potuisti, & solidam facti gloriam tuis tantū titulis vsurpare, videlicet sperans nihil posse in cōtrarium verti? quod si tu exploratæ amicitiæ virum prosperis tuis nō vis adiungere, ego te non deseram in pericula pergētem, nō vis tu gloriosus remeare cum socio? ego veniam tecum, ne pereas solus. ¶Nō ita me genitor.) Erudire est nouitatem indoctam hoc est rudem facere docendo meliorem, tractum est hoc a vestibus, quæ cū rudes sunt, nullam retinent gratiam, & posita rudimentorum illuuie arte suscipiunt speciosissimam formam, quam inter initia nō habebāt. ¶Magnanimum Æneam.) Nō sic sum instructus a puero, nec tale magisterium patris accepi, patre natus sum bellis assueto, probauerunt virtutem nostram labores patriæ: & si aduerso Marte pugnatum est, non nostrum sed fortunę vitium fuit, docuit me ille, aut cū socijs, aut pro socijs mori, rudimentis meis nō defuit causa, qua viri fortis filius magisterio tāti genitoris instruerer, ardebat infelix patria, vastabatur armis hostilib⁹, & laboribus paternis adiunctis, cum nōdum ætas humeros meos lacertosq; firmasset, aut faciendo quod poteram, aut videndo discebam. O pietas consultissimi patris, adolescentem filium periculis vigentib⁹ dabat: iam tum præcipuo magisterio docēs fluctuantē rempub. vniuersis affectibus eē potiorem, quam putas me animi constātiam ferre? quādo illis temporibus nec occumbere timui, nec armorum fragores expaui? hinc digressi cū rege subsidium quod extremis supererat fatis, pariter sumus aggressi, quid tibi vnquā displicuit in moribus meis? quando nō vnum sensimus? quādo in duobus pectoribus nostris nō ijdem fuere tractatus? Voluisti aliquid, volui, si improbatum est aliquid, sententiam tuā secutus istam, quam recusasti, damnaui. ¶Est hic, est animus.) Noui ipse quoq; pro laude vitam salutemq; contemnere, noui facinus magnum sine magno periculo compleri nō posse, quippe glorię pretium est, vitæ status necisq; discrimen, talisq; in ea parte cōditio vt aduersi euētus & prosperi viros fortes in facto semper & vbique probēt, ergo Nise cōsimile pretium, quo honorem summū comparare disposuisti, communi cedat amicitię, quod fortuna præstiterit. ¶Nisus ad hæc.) Ostēdit obiectis se esse responsurum. Ille dixit Nisum male de amici voluntate sensisse, iudicasse timidum, asseruisse imbellem, idcirco solum se ire voluisse, hæc ipsa quæ suspicione fuerant collecta, atq; cū ingenti inuidia exposita nō negat Nisus, sed aperte cōfitet, & doluit, ostendere cupiens id se merito fidelis amicitiæ, & animo religioso fecisse: cui⁹ rei, quoniam nullus testis extabat, & dispositionem suam solum tractantis nouerat pectus, addidit iusiurandum, vt deorum testimonio, qui soli humanę mentis possunt nosse secreta, confessionis puræ firmaretur assertio. Incipit igitur sic. ¶Equidem de te nil tale verebar, Nec fas.) Hoc est, nil tale, quale tu dixisti. ¶Non ita me referat.) Non separandum est a sequentibus, cum versum ipsum pronunciare cœperimus. Tūc dicendum, ita me referat tibi magnus ouantem Iuppiter. Nam si totum iungamus, erit maledictum potiusꝙ iusiurandum. ¶Aut quicunq;.o.) Aut Iuppiter, aut dei alterius numen, cui ęquitas placet, ecce & ipso iureiurando confitetur se solum ire voluisse, & in ea etiam tunc voluntate persistere. cum enim dicit, ita me referat tibi magnus ouantem Iuppiter, quid animo gereret ex aperto signauit: huius rei tamē causam, psequitur non ex maleuolo studio, sed ex beneuolētiæ partibus prouenientem. ¶Sed siquis quæ multa vides discrimine tali.) Sed quoniam hoc tempore & in tali causa minus spei ac plus timoris est disceptationem meam vtriusque commodum continentem paucis aduerte. Tractaui quippe non illam tantū, sed & personam tuam, personā quoq; tuæ matris & meā. Stetit ante oculos meos periculū facti, quod æquo animo longęuus ferram: & si casus aut deus me subiugauerit morti, relinquā te incolumē, cuius ętas dignior, & dignior vita, te, inquam, qui amicissimus repertum terrę commēdes, aut funerationis causa pręmio redimas, aut si neutrum fortuna præstiterit, constituas honoris causa

causa sine funere tumulū, in quo inferias mihi soluas, & amici tui memoriā supremo honore testificeris. Certe nō ero, matri tuæ doloris causa, ne cōsilia mea ictu sæuientis orbitatis accuset, meretur illa nō decipi aduersis casib⁹ tuis, ipsa est, cuius affectū nec ętas minuit, nec lōgęuus tot nauigationum labor afflixit, tantum illa pręcipuas matris partes impleuit, vt remanētibus apud Acestem tot matribus, laborem prętulerit ocio, & humanitatem ac diligentiam tāti hospitis spreuerit, quam putas illis temporibus eius intentionē fuisse? laborare proculdubio contra ętatis meritum maluit, ꝙ diuelli a cōspectibus tuis. O pręcipuum studium matris. O pietas in longam propaganda memoriam, quam nec labor terruit, nec cessantium traxit aut mutauit exemplum. Quanta materiam istam subtilitate, quanta arte cōclusit: seruauit quippe ad finem personam matris & eius merita euidenter ostendit. sed ille animum gerēs reipub. necessarium, priuatis prętulit, quod publicum fuit. ¶Ille autē.c.n.n.i.) Quā cito allegationes omnes Nisi dissoluit, dicēdo inanes esse causas, quas ad excusationem sui putauit esse nectēdas. si enim reuera considerentur, reperiētur omnes ipsę causę a professione viri fortis alienę. superesse enim Euryalum voluit, ea videlicet cā ne in primis annis occumberet, quasi domum optare vir fortissimus debeat, cui pulchrum est in campo poti⁹ ꝙ in lectulo mori: deinde sepulturę subnexuit aliam, qua non decuit moueri pręcipientem. quando enim sentiūt mortui commodum sepulturę? quando terrę beneficium? quādo inferiarum superfluas dapes? Tertiam posuit matris causam, quam putauit validissimā Nisus, sed ipsam quoq; Euryalus videtur tetigisse & transmisisse pro leui, cur enim illa grauius filij luct⁹ exciperet, si illum in certamine perderet? quam conueniebat ad omnia animum tenere cōpositum? quę viri fortes cōditionem nosset? quę vtpote lōgęua tot bellorum incerta experiendo didicisset. ¶Acceleremus ait.) Ecce iam celeritatem suadet, vt ostenderet studio suo & dispositionibus reipu. profuturis moras non esse nectendas, in quo ostendebat persuasionibus alijs sententiam suam mutare non posse. ¶Vigiles simul excitat.) Sic vigiles fuerunt, quomodo excitabātur? manifestum est nullam hic esse quęstionem: vicib⁹ enim seruatis ea hora dormiētibus alijs, qui fuerant vigilaturi, Nisus tūc & Euryalus vigilabant, proinde recessuri excitabāt alios, qui essent ex vigilum numero, quo facto dimissa statione, id est dimisso officio cui fuerant deputati, fuerunt pares, vt quęrerent regem. Incertum enim fuerat qua in parte castrorum inuenire potuissent Ascanium.

ASCENSIVS.

¶Obstupuit, &c.) Recitat rīsum Euryali, & rursus Nisi, ipsum a profectione ob matrem dehortantis, & tandē consentientis. Vā Donatus hoc solum dixisse nobis permissus est. ¶Sed siquis.) Oia huc refert, quod in causa min⁹ spei, & plus timoris inest. Hęc ille.

¶Ordo est. Euryalus, perculsus magno amore, id est desyderio laudū obstupuit, scilicet nouitate rei: & affatur simul, scilicet cum stupesceret: amicū, scilicet Nisum: ardentē, scilicet cupiditate glorię & rei gloriosę gerēdę. Igit quia, scilicet te dubitare dicis, & rē aperire non audes: ne, id est an: o Nise, fugis, id est refugis, & renuis: adiungere me rebus summis, scilicet quas gerere paras: mittā te solū i tāta pericula? quasi dicat, nequaꝙ id fecero: vel, visne vt ego mittā te solū? quasi dicat, id non recte velis: quia Opheltes genitor, id est pater meus, qui me generauit: assuetus bellis, id est vir ab ineunte ętate rei militari assuetus: non erudijt me ita. s. vt me sociū fugere debeas: non erudijt (dicit) sublatū, id est educatū: inter terrorē Argolicū, id est quē Argolici inferebāt, & cū ad verū instituerētur in re militari, iuuenes. & inter labores Troię, id est cū Troia inceperat laborare, penuria bellatorū, nec ego gessi tecū talia, scilicet vt fugias me: vnde etiam apparet, prius armatum fuisse: secutus tecum magnanimum Æneam: & fata extrema, id est vsq; ad fatalem terram. Hic animus, scilicet meus, est: est (inquit) cōtemptor lucis. i. vitę, prę gloria: aut animus est: est (inquit) etiam, sup. hic. i. in hoc corpore meo: contemptor lucis, id est vitę: & qui credat istū. id est tuum, & a te, modo contemptū honorē: quo, id est ad quē: tēdis, id est properas: bene emi vita. i. pretio vitę. Nisus, sup. respōdit: ad hæc. s. Euryali dicta. Equidē. i. ego quidem, o Euryale: nil, id est nō aliquid: ego non verebar de te aliquid tale. i. satis confidebam virtuti & animositati tuæ: nec fas.

fas, sup. est me, de te quicꝙ dubitare: nō, sup. fas est ita. i. sicuti verū: aut, quod senior, dico: magnus Iuppiter referat, id est reducat me: ouantem. i. mediocri victoria lætantem. Iuppiter, dicit, aut quicunq;, sup. deus: aspicit hæc oculis æquis. i. fauorabilibus: ex cui⁹. s. inspirationibus, eam mentem cōceperat. Sed siquis. i. aliquis: si quis (inquit) ve, pro vel: casus, vel deus: quæ. i. qualia. s. pericula aut quæ. i. quas res: tu vides multa. i. plurimas: in, sup. tali discrimine. i. periculo: quale est per medios hosteis, viā captare: rapiat, supp. me (sed id, timore mali ominis nō profert) in aduersum. i. rē aduersam, s. in mortem: ergo velim te superesse. i. superuiuere post mortē meā: tua ætas est dignior vita. s. ꝙ mea: qui veterior sum, velim (inquit) te superesse: vt sit, qui mandet humo solita. i. sepeliat me raptum. s. morte: in pugna. i. inter pugnandum: & redemptum pretio, sicut Achilles Hectoris corpus reddebat: aut si qua fortuna, vetabit id, videlicet me habere legitimā sepulturā vt, supp. sit aliqs, qui ferat mihi absenti ferias. i. sacrificiū inferis placādis fieri solitū: & qui decoret. i. ornet me, in sepulchro. s. inani: quod in necessitatis casu, pro vero reputet. Neu, ego sim miserādo, matri. s. tuæ causa tāti doloris, q. s. mater tua: ausa s. mare, iterū ingredi: psequitur te, o puer, sola e multis matribus s. Troianis, quæ in Sicilia manserāt: vt dictum est in. v. nec curat mœnia magni Acestę. s. regis Sicilię: a quo, Acesta vrbs, Troianis addita, ædificata est. Aut, pro sed: ille. s. Euryalus, sup. respōdet: tu nectis.

nectis. i. ingeris, & implicas, aut inuoluis: nequicꝙ. i. frustra: causas inaneis. i: nihil in me profuturas: quia nō dimoueat a sententia mea. vnde addit, Nec mea sententia cedit iam loco mutata. i. neq; mutabitur, neq; cedet a statione sua. Ipse (ait) acceleremus, id est properemus, ad cōceptum facinus, habito commeatu a patribus: & excitat simul vigiles. i. qui officio vigilandi addicti erāt excitat autem, quia vicissim dormiebāt: vnde addit, illi succedūt: scilicet vigilijs: quas vicissim, & successiue agebant: & seruant viceis. i. officium vigilandi: statione. i. pro statiōe: relicta. s. a Niso, & Euryalo. Ipse. s. Euryalus, graditur comes Niso: & requirunt regem. i. regis filium, Ascanium. s.

PIERIVS.

¶Perculsus amore.) Vt sæpe dictū, veteres omnes codi. percussus, legunt, per s geminatū. ¶Et fata extrema sequutus.) Non placet, quod in Ro. cod. fama, legitur: cum, sequut⁹ extrema fata, sit omnino casta lectio. ¶Quæ te sola puer multis e matribus ausa Prosequitur.) In Ro. codi. multis a matrib⁹, habetur: in quo, vel procul aut disseparata, intelligemdum esset. Sūt etiam cod. in quibus legas, multis e matribus vna. Sed enim est hoc superfluū, cū iam sola, dictum sit. Magis vero me mouerit, quod verbum, Persequitur, in antiquis codicibus aliquot, nō, Prosequitur, notatū est. Tangit enim hoc, perseuerantiā in sequēdo gnato. ¶Regēq; requirunt.) In antiquis aliquot codicibus, reuisunt, habetur.

Cętera per terras omneis animalia somno
Laxabant curas, & corda oblita laborum.
Ductores Teucrū primi, & delecta iuuentus,
Consiliū summis regni de rebus habebant:
Quid facerent: quisve Aeneæ iam nuncius esset.
Stant longis adnixi hastis, & scuta tenentes
Castrorū, & campi medio. tum Nisus, & vnà
Euryalus confestim alacres admittier orant:
Rē magnā, pretiumq; moræ fore. primus Iulus
Accepit trepidos: ac Nisum dicere iussit.
Tūc sic Hyrtacides. {Audite ò mētibus ęquis NIS.
Aeneadæ, neve hęc nostris spectentur ab annis,
Quæ ferimus. Rutuli somno, vinoq; sepulti
Conticuere. locum insidijs conspeximus ipsi:
Qui patet in biuio portæ, quæ proxima ponto.
Interrupti ignes: aterq; ad sydera fumus
Erigitur: si fortuna permittitis vti:
Quæsitū Aenean ad mœnia Pallantea:
Mox hic cū spolijs, ingenti cæde peracta,
Affore cernetis. nec nos via fallit eunteis,
Vidimus obscuris primā sub vallibus vrbem
Venatu assiduo: & totū cognouimus amnem.
Hic annis grauis, atq; animi maturus Alethes. PO.
Dij patrij, quorū semp sub numine Troia est: ALE.
Non tamen omnino Teucros delere paratis:
Cū taleis animos iuuenū, & tam certa tulistis
Pectora: {Sic memorās, hūeros, dextrasq; tenebat PO.
Amborum: & vultū lachrymis, atq; ora rigabat.
Quę vobis, quę digna, viri pro talibus ausis ALE.
Pręmia posse rear solui? pulcherrima primum
Dij, moresq; dabunt vestri: tū cætera reddet
Actutum pius Aeneas, atq; integer æui
Ascanius, meriti tanti non immemor vnꝙ.

SERVIVS.

¶Cętera per terras omneis.) Exaggerat more suo vigilantum laborem. ¶Consiliū summis regni de rebus habebāt.) Lucilij versus, vno tātum sermone mutato. Nam ille ait, Cōsilium summis hominum de rebus habebant. ¶Iam nūcius esset.) Iam, aut cito, aut cum nullum inuenirēt. ¶Adnixi hastis.) Ostendit iam eos diurna statione fatigatos. qđ autem stāt, & Romani moris est, & bellicę necessitatis. Hūc autem stādi habitum & Sallusti⁹ commemorat. vt, Fessi arma sua quisque stātes incumbere. ¶Castrorum, & campi medio.) In medio campi est statio, qui camp⁹ castrorum medi⁹ fuit. ¶Rem magnam, pretiumq; morę fore.) Dicebant se afferre rem magnam, cuius mora pretium posset afferre, id est pœnā. Terentius, Ergo pretium ob stultitiā fero, vt sit sensus, Si tardius mittamur ad Æneam luemus hostium pœnas. Alij sic intelligunt, scimus quidē aduētum nostrū moram vestris afferre consilijs: verum huius moræ erit pretium, id est remuneratio. Nanque hoc offerebant quod illi cogitabāt, vt dixim⁹ supra, Quis ve Æneæ iā nūcius esset? ¶Accepit trepidos.) Festinos: more suo. ¶Neue hęc nostris spectent ab ānis.) Bene excusat: quia scit de ętate puerorū posse dubitare, dicēs nō ex suggerētū persona, sed sua vi cōsilia ponderāda. ¶Portæ, quę proxima pōto.) Apparet, vt supra diximus, castra Troiana in Hostiensi fuisse. Siquidem nullus alter locus in Laurolauinati hinc fluuio cohęret, hinc pelago. Et nunc dicit, Portæ, quæ proxima ponto. Item paulo post dicturus est, Opposuere aciem, nam dextra cingitur amni. ¶Interrupti ignes.) Supra aliter, Lumina rara micant. Fumus erigitur.) Signum est sopitorum ignium, quoties maior fumus erigitur. ¶Fortuna.) Occasione. ¶Quæsitum.) Vt quæramus. ¶Cum spolijs.) Hinc est quod supra Eurialo dixit, Me referat tibi magnus ouātem Iuppiter: respiciēs ad id quod posset fortiter facere. ¶Nec nos via fallit.) Bene vbiq; cūcta cum amico communicat. ¶Obscuris primam sub vallibus vrbem.) Nos in obscuris vallibus positi vidimus primam vrbem, hoc est primam partem vrbis. Nā Pallāteum in monte est, non in vallibus. ¶Annis grauis, atque animi matur⁹ Alethes.) Sallustius de Philippo, Qui ætate & cōsilio cæteros anteibat. ¶Non tamē oīno Teucros delere paratis.) Ac si diceret, Licet irascimini ad tempus, hinc apparet non velle vos penit⁹ delere Troianos, ꝙ tales animos nostris iuuenibus datis. ¶Humeros dextrasq; tenebat.) Hoc ad affectū retulit: nec enim simul fieri potest. Intelligimus autē quod & singulos & membratim amplectebatur. ¶Vultū lachrymis, atque ora rigabat.) Poetice iūxit, & modo vnum significat, est autem iteratio, Interdū recipiūt discretionē. ¶Pro laudibus.) Id est virtutib⁹: ab eo ꝙ præcedit id quod sequtur. ¶Dij, moresq; dabunt vestri.) Cicerōis est tractū de Philosophia, q dicit sufficere ad gloriam, benefacti cōscientiam. ¶Actutum.) Confestim, sine dilatione: & est aduerbiū temporis. ¶Integer ęui.) Adolescēs cui adhuc ætas integra superest. Vñ Ennius deos æui itegros dicit, quib⁹ multū ęui supest. ¶Meriti.) Præstiti: vt, Merui quoq;. Itē, Quiq; sui memores alios fecere merendo.

DONATVS.

¶Cætera per terras.) Dicendo cætera animalia quieta fuerāt, & per oēs terras somno laxabant curas, vult Troianos solos peruigiles fuisse, tractantes de summa regni hoc est de statu, qa obsessi tenebantur, & incerti quid agerent, vel quis ad Æneam ire nūci⁹ posset, cogitabant. ostendit & hoies dici posse aialia. Laus interea exprimitur

exprimitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

exprimitur ducum, qui absente rege tantũ curæ ac diligentię dabat, vt vltra tempus vigilarẽt, tractantes regni cõmoda, & quid fieri in tanta necessitate congrueret, vel quis ad Æneã posset nũcius destinari. ¶Stant longis ad.h.) Præter vigiliarum laborẽ nõ saltem sedentes sed stantes & tenentes scuta & lógis hastis adnixi ecce & armorum gestatio quantum laboris imponebat vigilãtibus, quos solum leuabat hastarum auxilium, quibus inixi iuuabantur. Melio, bis accipiendum est, vt sit, medio castrorũ, & medio campi, campum hic dixit nõ talem, quales sunt in quib⁹ belicæ congressiones agitantur, sed spatium intra castra cõstitutũ. Denicp̃ iccirco addidit castrorum medio, vt ostẽderet spacium, quod campi nomine appellauit itra castra fuisse cõstitutũ. Campum ergo debemus accipere spatium ir[illegible]tra, tractatibus necessariis deputatum. ¶Tum Nisus & vn[illegible]uryal⁹.) Tum, inquit, hoc est eo tempore, quo illi vigilabant qui stabant, quo æstib⁹ ia ẽtabantur, quo tractatibus publicis non occurrebat effectus. Opportune venerant simul Euryalus & Nisus, qui alacres orarẽt, le in illud cõsiliũ admitti. Alacres, hoc loco non gaudẽtes, sed festinantes debemus accipere. nõ enim conueniebat gaudium illi tẽpori, aut personis, aut loco. hoc verũ esse sequentia probant. Rẽ, inquit, magnam, pretiumq; moræ fore. dicebãt enim illi res magnas se ferre, & earum inæstimabi le pondus, & labi posse, si fieret mora, & merito fuerat properandum, dum in hostibus vinũ fuit & somn⁹, & dum paratas fraudes noctis tempus poterat adiuuare, pretium significare vtilitatem & multi authores dixerunt, & ex eo fit manifestius quia operæpretium dicitur, cum ex aliquo actu quæritur commodum, ergo celeritatem rogabãt, ne mora corrumperent parata consilia, primus Iulus accepit trepidos, id est turbatos cogitatione necessaria, & properatione, ac Nisum dicere iussit, debuit quippe deferri natu maiori, & ei qui per ætatẽ potuit ferre matura consilia. ¶Tum sic Hyrtacides.) Præclare in ipsis principijs posuit, mẽtibus æquis, ne quis cum audisset, inuideret audientibus. ¶Neue hæc no.l.) Ne arrepta ætatis nostræ occasione leuiter sumant, quod est pro omnium salute prospectũ, ętatis commemoratio facta est propter Euryalum, de quo supra dixit, ora puer prima signans intenta iuuenta. vult enim egregi⁹ amicus omnino gratiam inuenti consilij participare cum socio. Rutuli. f.v.q;.f. Conticuere.) Bene posuit, cõticuere, potuit enim dici, & vnde scis eos dormire? ex eo, inquit, q; tacẽt, dormiũt, qd' autem vinum hoc fecisset & somnus, viderant omnes. ¶Locum insidijs con.) Hæc quoq; signa constabant esse dormientiũ. ater, inquit, fumus, non quo sit aliquãdo albus, sed vt crassum copio sumq; monstraret. Interea more suo Virgilius ante ipsius cõsilij cogitationem possibilitatem præmittit effectus, túc inuentionẽ ipsam dicit, ne cõtrarijs interrogationibus relationis ipsius intẽtio rumperetur. si enim in prima parte diceret Nisus, ne tractetis vlterius, nos imus ad Æneam, posset respõderi, quomodo ibitis, si circumfusi sunt hostes? hæc isti inter initia nõ negarunt: sed sepultos vino esse asseruerũt ac somno, proinde pro absentibus haberi debuerant, qui ad mortuorum vicem fuerũt stricti. ¶Si fortuna. p.v.) Tetigit disciplinam militarem, citra potiorũ quippe iussionem nulli licere abscedere. fortunam, euentum debem⁹ accipere, si permittitis vt subeamus euentum, possimus transire p hostes ebrios & dormientes, præbebit nobis trãsitum locus, qui patet in biuio portæ quæ proxim: põto Pergemus quęsitũ hoc est ad inquisitionem Æneæ ad pallãteam ciuitatem. erit argumẽtum prolperitatis istius, vt videatis redeuntes onustos spoliis, & peracta cæde victores. potuit dici, quomodo pgetis, qui viã non nostis? huic parti occurrit, dicens. ¶Nec nos via. f.e.) Ecce accessit huius rei assertio. ¶Vidimus obscuris.) Hic nõ quærẽda est veritas. eundi enim cupidi potuerũt in sua assertione mẽtiri, afflignauit dictionem poeta hominum perturbatorũ, supra enim dixit. Primus Iulus accepit trepidos, huic locum dicamus apertius. Audite o mẽtibus equis Æneadæ, neue hęc nostris spectẽtur ab annis Quę ferimus, principiorum cursus habet continuationẽ suã sed quando est ad alia ventum, exorta interruptio est. vbi enim cœpit dicere, quid hostes agerent, nõ coniunxit vniuersa: sed mi scuit, quæ ad actus Rutulorũ non pertinerent, & ad ea rursus revolutus est, & sic compleuit interposita, sed hæc cõfusio facta ordinatione mõstrabitur, & inueniet intellectus instructior. Rutuli somno vinoq; soluti cõticuere, interrupti ignes, aterq; ad syderа fum⁹ Erigitur, hoc pertinet ad gestus Rutulorum, dicitur quid & qua via faciendum sit, locum insidijs conspeximus ipsi, qui patet in biuio portę, quę proxima ponto, si fortuna permittitis vti quæsitum Æneam ad mœnia Pallantea, mox hic cum spoliis inimicis cæde peracta Assore cernetis, nec nos via fallit eũtes. Vidimus obscuris primam sub vallibus vrbem Venatu assiduo, & totum cognouimus amnem. ¶Hic annis grauis, atq;. a.m.) Maturi hominis & tantam solicitudinem gerentis qualis esse debeat responsio videamus. ¶Dij patrij.) Profecta ad eos Alethæ actio gratiarum magnam Nisi & Euryali continet laudem, nec immerito sic exorsus est, deorũ quippe beneficium est nasci homines magnanimos, fortes, vtiles, ac necessarios, quando, inquit, tales meruerunt habere Troiani, quid spei sit, longe monstratur. ¶Sic memoranshu.) Hoc signum fuit gratias agẽtis etiam ipsis ante verba. ¶Et vultum lachrymis.) Gratulationis fuerunt lachrymæ & doloris, gratulationis q; extitissent, tales volũtarij, doloris vero, quia dixit omnino nõ tamen Teucros delere paratis. Recordat⁹ est enim, quantos perdidissent magnanimos heroes Troiani.

¶Quæ vobis, quę digna.) Bene dubitauit, vt in ipsa dubitatione metuisse videretur, ne minus diceret, quam illi merebãtur. ¶Pulcherrima primum dij.) Ecce tractatum ancipitem indicauit, quicquid, inquit, debetur meritis vestris, reddẽt dij præstantibus vobis rectẽ honestęq; viuẽtibus. ¶Tum cætera reddet. A.p.c.) Actum dixit, solutio enim reciproca est vicissitudinis, proxima debuit promitti ipsius Æneę, pro cui⁹ salute, tam dura incerta fuerant subituri. ¶Atq; in ę. Al.) Ne illi dicerẽt quanto tempore nobis poterit Æneas prodesse? Addidit ætatem pueri, ex quo plurima longo tempore sperari potuissent: meriti tanti nunquam immemor futurus, hoc non tantum promittentis est, verumetiam optantis. hoc enim desiderabatur, vt Æneas mature remearet.

ASCENSIVS.

¶Cętera per ter, &c.) Docet quõ rẽ ad patres, Iulumq;, tunc dere cõicantes retulerint: vtq; acceptissima ipsis fuerat pollicitantibus, p talibus, ausis magna pmia. Vũ dicit Dona. fic. ¶Vidimus.) Demõstrat rẽ fieri posse. ¶Dij.) Maturi hois matura oratio. Recte aũt incipit a dijs quorũ fauore respublicę, taleis viros recipiẽtia chrymę aũt cõgratulationis fuerat, quod extitissent talesitẽ doloris, quod recordaret tot fortiũ virorũ iam amissorũ: quia dixerat, Non tamẽ omnino Teucros delere paratis. ¶Dij.) Qui bonis fauent. ¶Moresq; vestri.) Recte viuẽdo Æneas :& vt diuturnior res sit Ascani⁹. Hęc ille. ¶Ordo est. Cętera animalia laxabãt somno, id est dormiendo curas omneis per terras, aut laxabãt curas per omneis terras: sed plus ad cõtentionem facit, si laxarent omneis curas, cum Teucri haberent plurimas: & corda oblita, sup. erãt laborum: sed, sup. ductores: primi, id est pręcipui: Teucrum, id est Teucrorum: & iuuẽtus delecta, scilicet ad hoc, cum nõ omnes ad consilium admittendi sint, habebant cõsilium, sup. de summis rebus regni, id est de republica: quid facerẽt, id est facere deberẽt: ve, pro vel: quis esset iam, scilicet in tã arcta obsidione: nuncius Æneę. i. qui talia nũciaret Æneę. Ipsi ergo ſtãt adnixi, id est sustulti, quas in manibus habebant, longis hastis & tenentes scuta in medio castrorum: & campi. i. areę, quę erat in noua vrbe nõdum ędificata: tunc Nisus & Euryalus alacres, id est læti, & pręferentes fiduciam: orãt vna. i. pariter: admittier, id est admitti, ad consilium & sup. dicunt, aut promittunt rem magnam: & pretiũ morę id est differendi cõsilij, fore, scilicet ex ipsorum admissione Iulus accepit primus ipsos trepidos id est festinos, & gestientes ac iussit Nisum dicere. f. quod vellet. Tũc Hytacides. i. filius Hyrtaci, Nisus: sic, sup. orsus est: o Æneadę, audite, sup. quę dicam: equis mẽtibus. i. equanimiter: neue hęc quę ferimus, id est afferimus: spectentur, id est consyderẽtur: ab annis nostris, id est nõ iu dicentur pro iuuenili ętate nostra: quia iuuenes cõstat raro esse prudentes. Rutuli, scilicet qui vrbem hanc obsidẽt, sepulti. i. sopiti, & immersi: somno & vino procubuere. i. postrauerunt se: nos ipsi conspeximus locum, sup. aptum: insidijs. f. Rutulis faciẽdis: qui. f. locus, patet in biuio portę. i. quod tẽdit ad portam: quę. f. porta, est proxima Ponto. i. mari Tyrrheno: ad portum. f. Hostiẽ lem, Ignes. f. Rutulorum, sunt interrupti, quod signũ est dormire: & fumus ater erigitur ad syderа: si vos pmittitis vti fortuna, id est occasione, fortuito nobis oblata, vos cernetis Æneam quę situm, id est inuestigatum a nobis (Seruí. dicit, quasi sit supinũ, id est vt quęramus) ad mœnia Pallãtea, affore mox hic cum spoliis & hoc ingenti cęde peracta. f. ab ipso nobiscum: nec via fallit nos euntes, id est quando imus: nos vidimus vrbẽ. f. Pallanteam: primã. i. pro prima parte: sub obscuris vallibus. i. existẽtes in obscuris vallibus, & cognouimus totum amnẽ. f. Tyberinum: assiduo venatu. f. priusq; obsidio esset: & bene dicit, venatorem Ide vena tricis filium: Alethes, vir ille, cuius consilio. in. v. vsus est Æneas: grauis annis. i. senio, & matur⁹ animis: aut si legatur, animi. i. qui & animũ cõsilio maturauerat, innuit, sup. hic. i. ad hęc. Nisi vere ba o

ba o patrij dij, sub quorum numine. i. diuino nutu & ptectu est semper Troia: tamen. i. tametsi, hactenus in summo periculo versamur, tñ vos nõ paratis delere, oino. i. penit⁹, ad vnũ. f. Teucros: eũ. i. qũquidẽ: tulistis. i. produxistis. (Approbat primã partẽ, quã Nisus tetigerat, Dij nẽ hũc ardorẽ mẽtibus addũt. hoc est affectũ bonũ a dijs inspiratũ.) taleis animos, & tã certa pectora iuuenũ: ipse memorans sic: tenebat humeros, & dextras amborũ: quæres qui id fieri potuit sed si ambos ab ipsum positos intelligas, & ipsum a tergo illis icũbẽtẽ, atq; iniectis lacertis p humeros dextrã tenuisse, vt in affectione amica solemus: nihil sit ambiguitatis, ni si qa altior & maior dicaẽ Alethes senior. Atq; rigabat vultũ, scilicet eorum, aut potius suum: atq; ora, sup. lua lachrymis & sup. dixit, o viri. i. viriles animi: quęq; (inquit) pręmia rear, posse solui vobis, p istis. f. vestris: laudibus. i. virtutibus. q.d. ignoro: sed dij, & vestri mores. i. cõsiliã benefacti, & requies animi: dabunt vobis primũ. i. pręcipue, aut statim: vt etiã velle bene agere cõperis: pulcherrima. f. pręmia: qa ipsa virtus sibi quodammodo præmium est, atque animæ vera merces, deus: tum. i. insuper: Æneas pius reddet actum. i. confesti: mi: cætera. i. q̃ pręter conficiẽtiam requirenda sunt munera ad sustentationem. Atq; si forte Æneã cito morituram timueritis: Ascanius integer eui. i. integro ęuo, nõ immemor. f. futurus vnq; tanti meriti. i. vestri, reddet, supple cætera, q̃ dij, & pius Æneas non referent: quia ergo res ardua est, multis promissis afficiuntur.

PIERIVS.

¶Ductores Teucrum primi, & delecta iuuentus.) In codi. pene omnibus antiquis quotquot habui versus legitur absq;, &, copulatiua particula, Ductores Teucrũ primi, delecta iuuẽtus. Sed enim copula, hic omnino necessaria esse videtur, vt duces a militib⁹ distinguat, & ordinum Romanorũ mores vbicp (vti suus est mos) tangat. ¶Cõsilium summis regni de rebus habebant.) In cod. aliquot manu scriptis, Cõcilium legas: nempe quia &, Consilium in veteribus exemplaribus reperitur: quod illi nomen ab esse cõsilium deducebant. Nam consilium, a consulo est, & diuersum qd significat. Sed enim ĩ altero illo significato, scita plebis, & scire plebem,

SERVIVS.

¶Excepit Ascani⁹.) Id est sub sequitur: & a poeta dictũ est. ¶Cæsaniæ vestæ.) Venerabilis, antiquissimę. ¶Obtestor.) Adiuro, & est ordo, Immo ego cui sola sal⁹ genitore reducto Vos obtestor per deos reuocate parentem. ¶Fortuna. fidesq; est.) Quicquid casu, ge quid consilio egero, vobis committam, nam per fidem, consilia significat: per fortunam, opes, & imperium, & cuiusuibet rei possibilitatem. ¶Nihil illo tristę recepto.) Subaudi erit, Deuicta genitor quæ cepit Arisba.) At qui fm Homerũ Arisba misit auxilium Troianis, & ab Achille subuersa ẽ. Sed accipimus aut ante bellum Græcorum Arisbam a Troianis captam, & in amicitię fœdus admissam. Aut certe pocula hæc data ab Heleno, qui ĩ Achillis bona p Pyrrhi successerat hę reditatem. vt sit, quæ cepit, pro quæ accepit. ¶Deuicta Arisba.) Scilicet ab Achille. ¶Duo magna talenta.) Bene addidit magna, nam varium apud diuersas gẽtes pondus est talenti. Vnde talentum potest & breue aliq̃d & magnũ significare. Nam vt supra dixi mus, secũdum Plautum, talẽtum septuaginta librarũ est, qui cum dixisset debere cẽtũ quadragita libras, paulo post intulit duo talẽta, per iocum dicens, Debentur talenta tot, quot ego & tu sumus. Item Homerus talentum breue quiddam ostẽdit, qppe quod accepit victus: cum victori leuia data sint munera. ¶Ducere sortem.) Statuere. Alij proprie ducere legunt, quod est sortium: vt, Stat ductis sortibus vrna. ¶Excipiam sorti.) Præter sortem dabo. ¶Insuper his.) Super hæc. ¶Campi, quod rex habet ipe Latinus.) Mos fuerat vt viris fortibus, siue regibus pro honore daretur aliqua publici agri particula, vt habuit Tarquinius superbus in campo Martio. quod spatium ab Homero τὸ τέμενος dicitur hoc ergo. quod Latinus pro honorẽ de republica habuit, ab Ascanio intelligamus esse ꝓmissum. ¶Pectore toto.) Omni affectu rerũ. ¶Verborumq; fides.) Et rempublicã tibi cõmittam, & tecum communicabo omne pbliũ. ¶Me nulla dies tam fortibus ausis Dissimilem arguerit.) Ab hoc officio & ab hac audacia accessu temporis inferior nõ probabor, qualiscũq; fortuna cõmitetur. ¶Tantum.) Tantũmodo hoc posſum de me ꝓmittere, vt semp audeã, semper velim fortiter facere, nã hoc est qđ dicit fortib⁹ ausis Dissimilẽ arguerit) Tñ ergo

Immo ego vos, cui sola salus genitore reducto, AS.
Excipit Ascanius, per magnos Nisę penates,
Assaracięq; larem, & canæ penetralia Vestæ,
Obtestor: quæcunq; mihi fortuna, fidesq; est,
In vestris pono gremijs. reuocate parentem:
Reddite conspectum: nihil illo tristę recepto.
Bina dabo argento perfecta, atq; aspera signis
Pocula: deuicta genitor quæ cepit Arisba:
Et tripodas gemínos: auri duo magna talenta:
Cratera antiquum, quem dat Sidonia Dido.
Si vero capere Italiam, sceptrisq; potiri
Contigerit victori. & prędę ducere sortem:
Vidisti quo Turnus equo, quibus ibat in armis
Aureus: ipsum illum clypeum, cristasq; rubenteis
Excipiam sorti, iam nunc tua prœmia Nisę.
Præterea bis sex genitor lætissima matrum
Corpora, captiuosq; dabit: suaq; omnibus arma.
Insuper id campi, quod rex habet ipse Latinus.
Te vero, mea quem spatijs propioribus ætas
Insequitur: venerande puer, iam pectore toto
Accipio: & comitem casus complector in omneis.
Nulla meis, sine te quæretur gloria rebus:
Seu pacem, seu bella geram, tibi maxima rerum,
Verborumq; fides. ¶Contra quem talia fatur POE.
Euryalus. ¶Me nulla dies tam fortibus ausis EVR.
Dissimilem arguerit: tantum, fortuna secunda
Aut aduersa cadat, sed te super omnia dona,
Vnum oro. genitrix Priami de gente vetusta
Est mihi: quam miseram tenuit non Ilia tellus
Mecum excedentem, non mœnia regis Acestæ.

Universidad de Deusto Biblioteca

Hanc ego nunc ignarã huius, quodcunq; pericli est,
Inq; salutatam linquo (nox, & tua testis
Dextera) q nequeã lachrymas perferre parentis.
At tu (oro) solare inopem: & succurre relictę.
Hanc sine me spem ferre tui: audentior ibo
In casus omneis. Percussa mente dederunt POE.
Dardanidę lachrymas: ante omneis pulcher Iulus;
Atq; animum patrię strinxit pietatis imago.
Tum sic effatur.

meũ est promittere, siue prospera, siue aduersa fortuna comitetur, nam aut disiunctiua particula ẽ, nõ negãtis aduerbium. ¶Super omnia dona.) Vltra omnia dona. ¶Priami de gẽte vetusta.) De familia. Et bene eam etiam ex cognatione commendant. nam Ascanius nepos est Priami Creusam. ¶Miseram.) Quę sic impatienter diligat filiũ. ¶Mecũ excedentem.) Vt, Ille meũ comitatus iter. vult.n. intelligi sui causa matrẽ secutã. ¶Quodcũq; pericli est. (Syllepsis. nam subaudis periclũ. ¶Inq; salutatam linquo.) Insalutatam, & est Tmesis: vt, Inutilis inq; ligatus cedebat. ¶Quod nequeam lachrymas perferre parẽtis.) Excusat ne videatur crudelis. Vnde sequitur matris eius tragicus & miserabilis ille conquestus, Potuisti linquere solã Crudelis, & talia. ¶Inopem.) Modo auxilij egentem. ¶In casus omnes.) Vt supra, Fortuna secũda, aut aduersa. ¶Pulcher Iulus.) Incongruum epitheton pulchritudinis posuit, cum res sit in hoc loco religionis. ¶Strinxit pietatis imago.) Præstrinxit, momordit, admonuit. Sensus autem est, aut postq; vidit istum sic amare matrem, paternæ pietatis virtutem cœpit agnoscere. Aut certe cœpit etiã ipse sic in pietatẽ moueri, vt eius cõsueuerat pater. Aut certe exemplo Euryali auditus cœpit amare patrem etiam ante dilectum.

DONATVS.

¶Immo ego vos.) Excipit Ascanius, primo debuerat poni. Est.n. poetæ persona & deinde, imo ego vos cui sola salus genitore reducto, cum hæc Ascanius dicebat, ergo post Alethem excepit eos Ascanius dicens, imo ego vos, Alethes duorum, liberalitatẽ pollicitus fuit Ascanius, imo ego vos numerabo, & adiecit cãm, propter quam faciebat obnoxiũ, cui sola salus genitore reducto, tũc scio tutam fore vitam meam, cum remeauerit pater meus, proinde pro paterno reditu, & pro conseruatione salutis meæ: ego vobis meliora soluam, addidit & iusiurandum, quo magis securiores de promissis efficeret. ¶Per magnos Nise pe.) Hęc.n. pcipua Troiani, quæ colerẽt, habuerunt, penates deos, Assaraci larem, & vestam canã, hoc est antiquã & perpetuã. Obtestari est ob aliquã cãm deos testes adhibere cum iureiurando. ¶Quæcũque mihi f. f. q. e.) Fortuna in euentu est factorum, fides autem in potestate, quæcunque, inqt, in me fuerit fortuna, hoc est, si melior me fortuna prospexerit, & siqua in me fides est, hãc seruabo meritis vestris, intantum, vt in vestra sit potestate, quid rependi vobis pro meritis debeat. ¶Reuocate parentem, Reddite conspe.) Hæc fuit desiderij summa, hæc promissorum causa, vt rediret pater, & hũc filius reduci videret. ¶Nihil illo triste rece.) Hoc non solum ad Ascaniũ pertinebat, sed ad omnia iccirco posuit, nihil futurũ triste, cum ille remeauerit. ¶Bina dabo argẽto perfecta.) Bina dixit, non quatuor, sed duo, vt bina manu lato crispãs hastilia ferro, vt singuli singula pocula haberent, species autem muneris cum laude sua posita est, argento, inquit, perfecta atque aspera signis pocula deuicta genitor quæ cœpit Arisbã. nõ enim tollebatur post victoriam, nisi quod esset magni meriti. ¶Et tripodas geminos.) Omnia vtrisque communia obtulit. ¶Cratera antiquum.) Ex ipsa vetustate mirabilem. ¶Quem dat sidonia Dido.) Additum est istius meritum ex persona eius, quę dederat, sed & hoc, quia vnum fuit, commune ambobus datum est, dat sidonia Dido, sic posuit, quasi tunc non ab Ascanio, sed a Didone proficisceretur, postea ab eo, qui dabat in præsenti, futuri quoque temporis, separata singulis munera pollicetur, & quæ esset largiturus, expressit, propter quam rem promiserat, quæcunque mihi fortuna fidesq; est, hoc ipsum nunc exponit. ¶Si vero, inquit, capere Italiam, sceptrisq; potiri Contigerit.) Hoc est, si prædam nos ducere dij concesserint. ¶Vidisti quo Turnus equo.) Certus enim de adipiscendo esse non potest, cui obstat sortis incertum, Iccirco dixit, excipiam, vt hæc iudicio potius hominis, quam euentu sumeret sortis, hæc erunt Nise præmia tua. ¶Præterea bis sex genitor.) Duodecim ex captiuis fœminas formosas, quod ait, matrum, non solum mulieres intelligere possumus, quoniam sic multis locis posuit, verũetiam propter muneris laudem fœcundas, vt præter numerum & formam, inde quoque earum cresceret meritum, vt ex illarum etiam partu magna possent emolumenta conquiri. Vsqueadeo ostenditur fœcũditatem tetigisse in appellatione matrum, vt de isto intellectu non debeat dubitari. Mater enim dici nõ potest, nisi quam constat peperisse. Cõ captiuorum nõ definit quãtitatem, vt mulierum fecit. Intelligitur etiã ipsis duodecim promisisse, vt in mulieribus ac viris idem numerus teneretur. ¶Insuper id campi.) Huius cãpi facere videtur commemorationem, quem tuendum Latinus crediderat, campum magnũ quippe futurum esse cõstabat, quod habuisset rex i possessione regis, ex aperto significatur etiam latitudo terrarum. Interea mos poetę ad imitationem retinendus est. vbi enim multa narranda sunt, ne continuatio fastidium pariat, hæc diuidit, interponendo aliquid tamen, quod nõ sit alienum, nam in media enumeratione numerum interposuit. Excipiam sorti iam nunc tua præmia Nise. Quis non arbitraretur completam fuisse enumerationem ipsam? venit ad alia, reddit præterea, cum posset continuare, & completis omnibus dicere, hęc erunt Nise præmia tua. ¶Te vero mea quem spatiis propioribus ętas Insequitur.) Multum enim valet ad confirmandum religionis affectum ętas ętati cõueniens. Deinde ait. Te Euryale quoniam ętas nostra prope ęqualis est, sic totis accipio sensibus meis, quoniã spes ab hinc tuę virtutis apparet, sis mihi comes. ¶Nulla meis sine te quęretur gloria rebus.) Tempora omnia viuendi complexus est, dicendo, seu pacem, seu bella geram. Tertium enim nõ est. ¶Tibi maxime rerum verborumq; fides.) Es enim tantus, vt tibi tuto committantur consilia pacis ac belli. ¶Contra quem talia fatur Euryalus.) Nunquam, inquit, fiet vt dies aliqua mutet sententiam meam, vel maxime in hac causa, in qua tanta gloria & tantus futurus est labor: nec erit quisquã, qui me mutati consilij teneat reum. ¶Tantum fortuna secunda.) Solum illud absit ne fortuna in nos vultum contrarium vertat, quod in nostra non est potestate, sed potius in ipsius fortunę arbitrio. ¶Sed te super omnia dona, Vnum oro.) Vnũ, inquit, ne post tanta, quę fuerant, odio suspectior fieret. Incipit iam venire ad ipsum vnum arte mirifica, commendat tãtum eius personam a quo ipsum vnum fuerat petiturus, nec in hac parte poeta morem suũ deseruit. Primo enim dicit a quo petatis, deinde p quã petat, tunc venit ad illud, quod ex necessitate poscẽdum est. multum enim desideriorũ iuuant premissę causę, si ponantur primę quam postremę nectantur. Ponit igitur commendationem primam, quę filij meritum non teneret, haberet tamẽ ex ratione sanguinis pondus, atque ita hanc arripit partem, vt ingratum se nõ esse de preteritis monstret: & tamen adhuc sibi aliquid afferat necessarium, in quo ipse non auaritię sed pietat studium comprobaret. ¶Genitrix Priami de gente ve.) Magna pondera verborũ singulorum preposita sunt: est maternũ nomen, quod religione transeat affectus cęteros, & maiestate pietatis exuperet, sequitur sanguinis causa, q esset ex genere Priami, nec accessiõe noua sed vetustatis ratione cõiuncta. Ecce quot merita mater tanti viri, ei quoque cui commedabatur affinis, atque ex gente Priami interiore descendens, quid illa non mereretur ab eo. pro cuius patre Euryalus tot incerta fuerat subiturus? Quid ille largiri non debuit consorti sanguinis sui? quam non tantum generis ratio, verum etiam ipsa tuebatur antiquitas, quã decorabat filij meritum, quã Priami nomen ornabat, qui auus fuisset Ascanij, hoc pertinebat ad ordinem generis, dicit iam ipsius non immerito preferenda, frustra quippe laus originis tãgitur, nisi ipse, qui laudatur, moribus optimis & probitate vitę maioribus suis recte respondeat. ¶Quam miseram tenuit.) Hęc, inquit, tãtum me dilexit, vt illam me recedente de Troia, nec originaliter terrę retẽtaret affectus, nec cęterarum cessantium tardaret exemplum, hęc apud Acestẽ mei causa ocium labori non prętulit, contempsit delicias affluẽtissimi ciuis, ne desereret filium, hãc ergo, nũc videamus, quid significare possit, hanc, inquit, quę tantum laboris mea causa suscepit, quę matribus cunctis tale mõstrauit exemplum, quę nostrorum tędium nõ sensit errorum, quę cõstantiam seruauit vsq; ad ipsos effectus. Ego, quem conuenit reddere maternis affectibus religiosissimam vicem. Ego supra matrum nomen dilectus ab ea, Ego qui ingrati culpã declinare debuerã, nunc solicitus. f. in tpe, quo hostis castra circũdedit, quo etiam si abessem, debui curare prẽsentiã meã. ¶Hanc ego nunc ignara huius.) Quod fuit maximi sceleris, vt peregrina vt periculosa petiturus nõ retulisset mi, huius facti inferit purgationẽ, ne reum læsa pietas retineret. ¶Nox ait & .t.t. Dextera. Iureiurando adhibito cõfirmauit, se nõ impie facere, sed quod lachrymas eius ferre nõ posset, quas fusura fuerat, si filium i tali causa videret abscedere, hoc exẽplo salutationẽ dicere possumus, non eam tantũ, qua matutinis horis vti cõsueuimus, verumetiã illam, quã abeuntes relinquimus remansuris. causa lachrymarũ matris si eam flentẽ cerneret, hoc vult ostendere, iturum se non esse. vincere.n. eam necesse esset, quæ cruciatus suos effusis fletibus approbaret, hoc genere quanta factis cõmẽdatio est: cum subtiliter dicitur, vt tu videas patrẽ tuũ, ego sum matrẽ religiosissimam relicturus. ¶At tu. o. s. in.) Inopẽ dixit nõ substantia familiaris rei ex haustam, sed minoris animi, quoniã constabat illã absentiam filij ęquo animo ferre nõ posse. Hoc ita esse aliud quoq; probat exemplum, quo est dictum, sæuit inops animi, Ergo foue, inquit, mente inopem fœminam, foue desertã vt habeat solatium tuum, & absentiã filij non sentiat. ¶Hanc sine me spem ferre tui.) Securum me redde de partibus matris. Ego oẽs casus intrepidus petã. ¶Percussa mente dederũt.) Licet moti essent omnes loquente Euryalo, plus tamen Iulus percussus est, nam eius animum exagitauit Euryali exemplum, & accedẽs charitas patris, quoniam similis fuerat causa, & de parentibus agebatur, quippe alterum cruciabat patris absentia: alterum mouebat, quod talem matrem fuerat relicturus. ¶Tum sic affatur.) Videamus Iuli responsum, cui dictum est. At tu, oro, solare inopem, & succurre relictæ, & hanc sine me spem ferre tui audentior ibo in casus omnes.

ASCENSIVS.

¶Immo ego, &c.) Docet quomodo subsecutus sit Ascanius: & q; pie, atq; beneuole, vtrũq; & pręcipue, Euryalum affatus sit: cuius ingenua clementia, atq; pietas, laudatur nimirum, quod Poeta maximopere prætendit domus Iulia, in quã Augustus per adoptionem assumptus erat. Habetur quoq; pientissima Euryali de matre cura. De quibus hęc sunt Donati verba. ¶Canæ vestæ.) Dicit canã, antiquam, & perpetuam. ¶Obtestor.) Obtestari autẽ, est ob aliquam causam deos testes adhibere. ¶Victa Arisba.) Nihil.n. tollit post victoriã, nisi quod sit magni meriti. ¶Insuper.) Mos mirandus in Poeta: vbi enim multa narranda sunt, ne ctinuatio fastidium pariat, diuidit: interponendo aliquid, quod tamen nõ sit alienum. ¶Genitrix.) Magnum põdus in his verbis. Maternũ enim nomen, omnis affectus trãsit. Pręterea, q sit ex genere Priami, non accessione noua, sed vetustate coniuncta. Laudauit ergo a genere: sed quia frustra laus originis tangitur, nisi is qui laudatur, vita, & moribus, se maioribus suis dignũ gerat, ponit suas virtutes: excusat autem, quod ignaram reliquat: quia nisi illa causa intercessisset, scelus non paruum commisisset. Hęc ille. ¶Ordo est. Ascanius excipit, id est sermonem ex ore loquẽtis capit: quod indecorum hic non est, quia illius dictum approbat, & de se spõdet quod ille de ipso, tanquam de alio spoponderat. excipit ergo sic: Immo, o Nise, ego cui salus sola, id est solum, & duntaxat esse posita, genitore reducto, obtestor vos p magnos penates, id est deos domesticos: per Larem, id est deum familiarẽ: Assaraci, id est domus Anchisę: & per penetralia, id est sacra templa: Vestæ, scilicet deę ignis, & castitatis: canę, id est antiquę, & sanę religiose colendę: ego pono, id est colloco: i vestris gremijs, id est in complexu & potestate vestra: eam, supple fortunam, & fidem, quæcunque fortuna & fides mihi est, id est quicquid casu, aut consilio agẽdũ est: ego (inqt) obtestor, id est adiuro vos per sacra, testãdo, reuocate parentem, & reddite conspectum, supple eius, nobis: quia nihil, supple erit nobis triste, illo recepto, scilicet in castra sua: ego dabo vobis bina pocula perfecta argento, id est ex argento atq; aspera signis, scilicet insculptis: quę scilicet pocula: genitor, id est pater meus: cœpit, scilicet ab Heleno: Arisba, id est illa ciuitate, deuicta ab Achille. Ita tamen non vergeret in laudem Ænee: vnde mallem dicere, Arisbam prius deuictam a Troianis, & eis confœderatam: postea iterum a Grecis expugnatam: & dabo tripodas, id est sedes, quales sunt tripodes Apollinis: geminos, id est duos, & pareis: & duo magna talenta auri, & cratera antiquum: ergo & charum, & magni ponderis: quem Dido Sidonia dat, scilicet vobis, quia mihi ab ea datum est: vero, pro sed: si cõtigerit mihi, aut patri victori, capere Italiam & potiri sceptris. i. regalibus insignibus, & ita & regno: & dicere sortem prędę. i. constituere sortem. ita, vt dux sibi quoduis munus, extra sortem recipiat: dicit autẽ se recepturum equum Turni, vnde addit: Vidisti quo equo, & in quibus armis, Turnus aureus, id est aureis armis insignitus: ibat, id est equitabat heri, cum nos oppugnaret, & in campũ prouocaret: ego excipiam. i. recipiam: sorti. i. extra sortem illum ipsum clypeum: quem. s. Turnus habebat & illas ipsas, sup. cristas, scilicet galeę eius: rubẽtes: quia purpureas: o Nise, iam nunc. i. ex hoc tempore tua pręmia. audacter pollicet animosus iuuenis. Pręterea genitor dabit bis sex, id est duodecim corpora: matrum. i. ancillarũ fertilium: lectissima, id est maxime egregia, & eligenda: & dabit captiuos, scilicet liberos earũ, aut potius bis sex captiuos, scilicet viros: & dabit omnibus sua arma, & quia bona seruorum accedũt, possidebis cum dominis etiam arma. Insuper, sup. dabit id campi quod ipse rex Latinus habet. Vero, pro sed: o venerãde puer. s. Euryale, quem mea ętas isequitur: propioribus spatijs id est qui mihi i ętate vicinior es, & minus anteis, q; Nisus: ego accipio te toto pectore, id est perfecto amore: & complector te comitem, id est socium hoc loco: aut quia regis filius (reuera) comitẽ in omneis casus: nulla gloria quęretur meis rebus sine te, seu gerã pacem, seu geram bella: fides, id est commissio, & creditio rerum, & verborum: erit, sup. tibi maxima. Contra quẽ Euryalus fatur talia. Nulla dies, id est tempestas. arguerit, id est probauerit cum reprehensione: me dissimilem, id est imparem, aut indignum tã fortibus ausis: vt, scilicet mecum inceperis, aut nũc aggredior tãtum, id est quod tãtum de me polliceri possunt: quod, scilicet conabor efficere me dignum: cadat fortuna secunda, aut aduersa. i. qualitercunq; euenerit, siue psp ere, siue aduerse: sed oro te vnũ, id est vnam rem: super. i. plusq; omnia dona. Genitrix de gẽte. i. progenie vetusta Priami: est mihi, id est ego habeo matrẽ de genere nobili & antiquo ipsius Priami, sicut genitrix tua quæ eius sanguis & filia erat: quam miseram. i. miserãdam: non tenuit tellus Ilia i. Troiana: excedentem mecum. i. vt me sequeretur, nec mœnia regis Acestę, supp. tenuerunt in Sicilia. Ego linquo nunc hanc. s. tam piam, tamq; nobilem matrẽ: ignarã huius pericli, pro periculi: quodcũq;, sup. i. & insalutatam. i. nõ salutatã: nox. s. hæc & tua dextera. i. virtus, est testis, quod nequeam perferre lachrymas parẽtis. ex pietate ergo relinquit insalutatam, sicut dominus dixit, non mater, sed mulier, ecce filius tuus. At ego oro, tu solare inopem. i. miseram, & cõsolationis indigentem: & succurre relictę. s. a me: sine me ferre. s. mecũ: hanc spem tui. i. de te: quia ego ibo audentior. (In versu nõ fit absumptio, nec correptio vocalis ante vocalem: quia sentẽtiarum est diuisio: & ita distinctio hiatũ excusat) in omneis casus Dardanidę dederunt lachrymas: mente percussa. scilicet miseratiõe pueri: & Iulus pulcher ante omneis: sup. lachrymas dedit: & imago pietatis patrię. i. qualis est i Ænea patre: strinxit. i. angustiauit: animũ, sup. eius: & effatur tũ. i. deinde: sic. i. ad insequentem modũ. Importune (dicit) pulchrũ nunc, nisi lachrymas innuat decoras.

PIERIVS.

¶Cui sola salus genitore reducto.) Mediceus codex, & aliquot alij, recepto, legũt. Sed id melius inferius, nihil illo triste recepto. ¶Si vero capere Italiam, sceptrisq; potiri.) In aliquot veteribus cod. alio numero legitur: Si vero Italiã capere, sceptrisq; potiri. Sed prior ille numerus, capere Italiã, magis placet. ¶Cristasq; rubenteis.) In Ro. cod. comantis, legitur. Sed rubentis, placet, quia purpurei cristis iuuenes superius indicati sunt. ¶Insuper id cãpi quod rex habet ipse Latinus.) Varie legitur hic versus. Nã codices nonnulli veteres, insuper his campi quod, & quos. Alij legunt, & his campis, quod rex habet ipse. Vtcũq; vero priores legantur dictiones duę, placet, quod, legere. ¶Ignarã huius, quodcunq; pericli est.) In Roma. codi. & aliquot alijs, pericli, absq; est, legitur. Sed hoc loco sentẽtia verbum id requirit, & versum venustiorẽ facit. ¶At tu (oro) solare inopem, & succurre relictæ.) In codicibus aliquot manu scriptis, Hãc tu. Sed magis placet, At. ¶Percussa mente.) In antiquis omnibus codicibus, Percussa: vti sępe dictum. ¶Tum sic effatur.) In antiquis, & tum, & tunc, inuenio, & adfatur, quod (vt mihi videtur) non ita congruit huic loco.

Spõdeo digna tuis ingẽtibus oĩa cœptis: ASCA.
Nanq; erit ista mihi genitrix: nomenq; Creusę
Solum defuerit: nec partum gratia talem
Parua manet: casus factum quicunq; sequetur.

SERVIVS.

¶Nec patrum gratia talẽ parua manet.) Debet ab omnibus coli quæ talẽ creauit. ¶Casus factum quicunq; sequetur.) Satis ęgrue. Pręmia enim nõ debentur euentui, sed volũtati. ¶Per quod pater ante solebat.) Alij volunt ideo ante, qa absens est Æneas, nam iurare possumus etiam per absentis filij caput. Alij ad cãm religionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ligionis trahunt, quæ præcepit vt filij imitentur in omnibus rebus suos parentes: vt nunc quasi imitatio sit iurisiurandi, vt dicat Ascanius, Iuro per caput meum sicut præsens pater per suum caput iurare consueuerat, quoties fidē suam confirmare cupiebat. Alij volunt ideo dictū ante, quia pōtificibus per libros iurare nō licebat: sed per deos tantūmodo, vt sit, antequam pontifex esset Æneas.

¶ Reduci reb⁹q; secūdis.) Mira arie morā in prosperis, & ea iterat: tacet aduersa, & magis itellectui & subauditioni relinquit: Cū enim dicat, si nō redieris, ait. ¶ Matriq; tuæ, genericq; manebunt.) Hoc aūt secūdū morē Romanorū dicit, apud quos ita præmia decernebantur illi, liberisq; eius, vt darentur

Per caput hoc iuro, per quod pater ante solebat:
Quæ tibi polliceor reduci, rebusq; secundis:
Hæc eadem matriq; tuæ, genericq; manebunt.
Sic ait illachrymās: humero simul exuit ensem P O.
Auratum mira quem fecerat arte Lycaon
Cnosius: atq; habilem vagina aptarat eburna.
Dat Niso Mnestheus pellem, horrentisq; leonis
Exuuias. galeam fidus permutat Alethes.
Protinus armati incedunt. quos omnis euntes
Primorum manus ad portas, iuuenumq; senumq;
Prosequitur votis. necnon & pulcher Iulus,
Ante annos, animumq; gerens, curamq; virilem,
Multa patri portanda dabat mandata. sed auræ
Omnia discerpunt: & nubibus irrita donant.
Egressi superant fossas: noctisq; per vmbram
Castra inimica petunt, multis tamen ante futuri
Exitio. passim vino, somnoq; per herbam
Corpora fusa vident: arrectos littore currus:

darentur liberis quæ non potuissent accipere parētes. ¶ Lycaon Cnosius.) Cretensis. Et est lacus ab artifice, hunc aūt gladium Euryalo datū intelligim⁹, nam Nisus accepit pellem & galeam. ¶ Pellē, horrentis leonis Exuuias.) Vrsæ dixit: hoc est bis idem: vt, Belum etiam pro cæde boum stratisq; iuuencis Laomedontiadæ. ¶ Galeam fidus permutat Alethes.) Aliæ enim sunt explorantium, sicut etiam Homerus ostēdit. ¶ Primorum.) Genitiuus hic venit ab eo qđ est hi primores, sicut hi pceres: quorū nominū noiatiua singularis nō inuenitur, licet dicamus huius primoris. ¶ Votis.) Aut cū votis. aut pro redditu vota facientes. ¶ Et nubibus irrita donāt.) Vt, Ipse ptē vos lucres, di sperſit in auras. ¶ Castra

stra inimica.) Nō tantū hostilia, sed perniciosa, nā cum dolore dictū est inimica: vnde. s. redituri nō erant, quod ex sequētibus comprobatur, dicē d.n. Multis tm ūte futuri Exitio: ostendit pernicioſa esse castra, q ipsis mortē fuerant allatura. ¶ Vina simul.) Vasa. s. vini in quibus vina ponunt. ¶ Ore locutus.) Non est Perissologia, nā sm Homerū, exploratores, quę volūt, plerūq; nutu significāt. ¶ Audendū dextra.) Quia audemus & cursu & animo. ¶ Hac iter est.) Per hostium cædē & audaciam nostram. ¶ Hæc ego vasta dabo.) De quibus dixit, Corpora fusa vident.

Inter lora, rotasq; viros: simul arma iacere:
Vina simul. prior Hyrtacides sic ore locutus.
Euryale audendū dextra: nūc ipsa vocat res, NIS.
Hac iter est. tu, nequa manus se attollere nobis
A tergo possit, custodi: & consule longe.
Hæc ego vasta dabo; & lato te limite ducam.

Non vt solet belli tpe currus paratos habētes ad signum. ¶ Inter lora. r. q. v.) Vt nulla humani moris ordinatio videret. ¶ Simul arma iacere.) Nulla specierū discretio apparebat, cōluderat ebrietas, q solet sobrios a sollertia separare. ¶ Prior hyrtacides sic ore.) Euryale, inquit, audere debet manus, quod opportuna mōstrat occasio. ¶ Hac iter est.) Aperiēda est per neces hostiū via, atq; ista parte pergēdum. ¶ Nequa manus se at. n. A tergo. p. &c.) Magna cautela & solicitudo satis superq; laudabilis: constituti inter eos fuerāt, quos ad mortuorū vicē strauerat somnus, & vinū, tamen prouidus fuit Nisus, nequis a tergo aduenientes imprudētes inuaderet. ego, inquit, aperiā perfectis cædibus viā, tu proinde, & longius respice, ne a tergo opprimamur incauti, nō metuebat Nisus ex præsentibus aliquē, sed ne venirent alij, vt mox factū est, tum iam cædibus satiati, & spoliis onusti discederent. Interea in ipsis mādatis hominis longo vsu eruditi quā doctissimum magistrū longe, inquit, pspice ne nos insidiæ repentinæ opprimant, vt medium quod interesse spatium posset, Euadendi consilium, vel copiam daret, cæterum quid afferret commodi propius procurata conspectio, cum prius hostes oppressurus esset improuidos, q̄ eius nunciaretur aduentus.

ASCENSIVS.

¶ Spondeo digna, &c.) Prosequitur orationem suam Ascanius: donatiq; proficiscentes congruis donis. Vnde nihil extat Donati. Sed Ordo est. Ego, o Euryale spōdeo. i. promitto: oia digna impetibus cœptis tuis. i, & hæc quæ petis, & quęcūq; alia mereris per ingentia cœpta tua. Náq; ista. i. tua genitrix: erit mihi genitrix. i. habebo eam. matris loco: & solum nomen Creusę. s. matris meę: defuerit. i. deerit: aut si nomē defuerit, erit tua mater mihi, eo loco quo Creusa fuerat: nec parua gratia manet talem partū, idest quod me peperit per amicitiæ nostrę fœdera: quib⁹ cum ego effectus sim alter tu, & tu alter ego: illi⁹ quoq; filij, ambo effecti sumus. Seruius tamen, & Landinus accipiunt sic nec parua gratia manet. i. non parua remuneratio sequetur: talē partum. i. quia te talem peperit: quicunq; casus sequetur factū. i. siue incolumis rebibis, siue non. Ego iuro per hoc caput. i. meum: per quod pater s. Æneas: solebat ante, id est prius, iurare. s. quod, sup. hæc eadem, quæ ego polliceor tibi: reduci. i. reducto, & redeūti: & rebus tuis secundis. i. bene gestis: manebūt. i. firma, & cōseruata erunt. Ergo maneo, cum datiuo & accusatiuo cōstruitur: vt, Nec partum gratia talem parua manet, & hic manebunt: matri tuæ, & generi, sup. tuo: Ascani⁹ ait sic, lachrymās: & exuit simul humero. i. ab humero suo ensem auratum: bene, ab humero: nam cum adhuc impuber esset Iulus, non potuit talem ensem lateri adcommodare, sed dependentem ab humero gerebat: quem. s. ensem: Lycaon Cnosius. i. Cretensis: fecerat mira arte: atq; aptarat habilem. i. portatilem: vagina eburna. i. ex ebore facta: in qua ipsum Ascanius gerebat, & Euryalo nūc dat: Mnestheus dat Niso pellem: & pro. i. exuuias leonis horrētis. i. qua exuerat leonē horribilem. Alethes. s. senior ille, & fidus vir: permutat galeam. s. suā: quæ melior & aptior erat, forte quia nigra: dat Nisо, accipiens pro se Nisi galeam. Ipsi armati. s. pro expeditione: incedunt. i. proficiscūtur protin⁹ quos omnis man⁹. i. multitudo, & iuuenum, & senum, prosequitur. i. porro & longo ordine sequitur: ad portas votis. i. cū votis & faciendo pro eorum reditu vota. Necnō. i. etiā, aut insuper: Iulus pulcher. i. decorus, & honest⁹ iuuenis: gerens animum, & curam virilem, ante annos. s. maturos: dabat, sup. ipsis multa mādata: portūda. i. deferēda: patri. ad patrem suum: sed aurę. i. venti, di fecerunt oia: & donāt nubibus oia. s. mandata: irrita. i. fruſtrata per eorū necē. Ipsi egressi. i. castris, aut castra: superant fossas. s. ante castra factas & petunt castra inimica. i. hostilia, & perniciosa, hoc est ipsis nocitura, ꝓpter quod illic diu immorati in hosteis incident: per vmbras noctis. i. quia nox erat, & non videbantur: futuri tamen ante. i. priusq; castra illa inimica eis sint. i. pernicio sa: multis. s. Rutulis: exitio. ad exitium & necem. Ipsi vident corpora. s. Rutulorum, & potiꝰ corpora, q̄ Rutulos dicit: quia spiritus sopitus somno & vino nō apparebat. in eis fusa. i. prostrata passim. i. quasi per singulos passus, somno & vino: per herbam,

iam

quia lectos in castris nō habebant:& videns currus.s.qbus depugnabant:arrectos.i.habētes temones arrectos:littore.i.ad littus: & vident viros,& arma simul:& vina .i. vasa vini:aut(reuera)vina,quæ pota euomerant:iacere simul inter lora.i.habenas, & rotas.i.curruū.Hyrtacides locutus est prior ore.i.non indicio,aut nutu solo,sed expressa voce.o.Euryale audēdum.i.audacter operandum est dextra:ipsa res.i.opportunitas, vocat nūc. Iter.s.ad Æneam est hac.i.per hostium cædē,& nostram audaciam: tu custodi.i.obserua:ne qua.i.ne aliqua:manus.i.cuneus bellātiū:possit attollere. i.erigere.se nobis.i.cōtra nos a tergo.s.nostro:& cōsule.i.prospice:longe.i.de longe,& late.Ego dabo hæc.s. loca:vasta.i.sine obstaculo peruia:& ducam te lato limite.i. aperiam tibi viam qua sequaris,patam,& vastam.

PIERIVS.

Casus factum quicunq; sequetur.)In antiquis plerisq; codicibus:sequētur,numero plurali habetur.In aliquot, factum casus quicunque sequitur: transpositis dictionibus.Hęc ait illachrymans.) In veteribus codicibus,sic ait inlachrumans.Multa patri portanda dabat mandata.) In antiquis exemplaribus multa patri mandata dabat portāda. Sed quanuis idē numerus sit,quoquouersum,atq; eadē pene vocalium & syllabarum vis,nitidior tamen structura ea videtur,quę in vulgatis habetur exēpla.Multa patri portanda dabat mandata.Noctisq; per vmbram.) Anti qui omnes codices,per vmbras,numero multitudinis legūt, qđ non ita placet: quod huiusmodi plurale manib⁹, aut defunctorū animis magis adcommodari soleat. Inter lora, rotasq;.) Inemendate legitur in nonnullis cod.Inter tela,rotasq;. Hæc ego vasta dabo.)Plerisq; veteres codi,vna cū Porcio legunt,Hęc ego vastabo.Cæterum ea lectio, quę vulgatior est,vasta dabo:magis omnino pluribus satis facit,quanuis in nōnullis,ea abrasa lectione,vastabo,sit inde repositum.Seruius,hoc de corporib⁹, quę fusa iacebant intelligi vult, sed nūquid potius de locis dictum existimem⁹,quæ occupata,clausaq; erant a custodiis, eaq; vastaturū pollicetur,vt,Euryalum lato dein limite ducat?

SERVIVS.

Sed nō augurio potuit depellere pestem.) Ostendit per trāsitum fati necessitatē nulla peritia posse depelli. Est autē Homericus versus,

ἀλλ' οὐκ οἰωνοῖσιν ἐρύσατο κῆρα μέλαιναν.

Temere.) passim,fortuito, negligenter.Premit.)Opprimit. Sub ipsis equis.) Circa ipsos.Pendētia colla.)Quasi ebriorum. Singultantem.) Cū singultu animā efflantē. Plurima luserat.) Pro plurimū.Deo.)Vino,vel somno. Per ouilia turbās.) pturbās ouilia. Nā Tmesis est. Mutūq; metu.) Scilicet pec⁹, nam male quidā accipiūt mutū fremit,de leone,quod si dixeris, vacat metu. Incēsus & ipse p furit.) Exēplo Nisi.Sine nomine plebē.)Bene expressit & bellatoris peritiā, & Tyronis incōsyderatā auiditatē.Nā.Nisus reges īteremit:Euryal⁹ sęuit in plebē,vt Sallusti⁹, Et insolētia auidi⁹ male faciēdi. Sine noie aūt dicit, sine gloria, quorū per humilitatē nō sūt oibus nota noia. Rhetūq; vigilātem.)Hoc loco nō tātum Rheti timor, sed & Nisi audacia comprobatur. Et multa morte recepit purpuream.) Multi hoc distinguunt, vt sit sensus talis, Eduxit gladium multo cruore purpureū. Alii multa morte recepit, vt sit, Eduxit gladium cum multo cruore.& sic inferunt,Purpuream vomit ille animam:secūdum eos qui animam dicunt esse sanguinem. Recepit.) Eduxit, vt, Hastamq; receptat Ossibus hærentem. Vina refert.) Proprie, quæ paulo āte potauerat. Hic furto feruid⁹ instat.) Scilicet Euryalus,qui sæuiebat latenter:vt sit furto, Fures nocturno prælio. Nam fures ideo dicti sunt φ furuo,id est nigro tēpore,furta cōmittūt, aut re vera furto feruidus:qa Messapi galeā sustulit,& Rhānetis phaleras. Religatos.) Non solutos, sed diligenter ligatos.

Sic memorat:vocēq; p̄mit:simul ense superbū PO.
Rhamnetem aggreditur:qui forte tapetibus altis,
Extructus,toto proflabat pectore somnum.
Rex idem,& regi Turno gratissimus augur.
Sed non augurio potuit depellere pestem.
Treis iuxta famulos,temere inter tela iacentes,
Armigerumq; Rhemi,premit, aurigamq; sub ipsis
Nactus equis:ferroq; secat pendentia colla.
Tum caput ipsi aufert domino: truncūq; relinquit
Sanguine singultantem. atro tepefacta cruore
Terra,toriq; madent.necnon Lamirūq;, Lamūq;
Et iuuenem Serranum:illa qui plurima nocte
Luserat insignis facie,multoq; iacebat
Membra deo victus:felix, si protinus illum
Aequasset nocti ludum:in lucemq; tulisset.
Impastus ceu plena leo per ouilia turbans,
(Suadet enim vesana fames)manditq;,trahitq;.
Molle pecus,mutumq; metu:fremit ore cruento.
Nec minor Euryali cędes:incensus & ipse
Perfurit:ac multam in medio sine nomine plebē,
Fadūq;,Hebesumq; subit,Rhętumq;, Abarimq;,
Ignaros:Rhętum vigilantem, & cūcta videntem.
Sed magnum metuens se post cratera tegebat,
Pectore in aduerso totum cui comminus ensem
Condidit assurgenti:& multa morte recepit.
Purpureā vomit ille animā:& cū sanguine mista
Vina refert moriens.hic furto feruidus instat.
Iamq; ad Messapi socios tendebat.ibi ignem
Deficere extremum,& religatos rite videbat
Carpere gramen equos;breuiter cum talia Nisus:
(Sensit enim nimia cęde,atq; cupidine ferri)
Absistamus ait:nā lux inimica propinquat. NIS.
Pœnarum exhaustum satis est:via facta per hosteis.
Multa virum solido argento perfecta relinquūt,
Armaq;,craterasq; simul,pulchrosq; tapetas.
Euryalus phaleras Rhamnetis,& aurea bullis
Cingula,Tyburti Remulo ditissimus olim
Quæ mittit dona hospitio,cum iungeret absens
Cædicus:ille suo moriens dat habere nepoti.
Post mortem,bello Rutuli,prædaq; potiti.
Hæc rapit,atq; humeris nequicq; fortibus aptat.
Tum galeam Messapi habilem,cristisq; decoram
Induit.excedunt castris:& tuta capessunt.

ligatos.Vnde addidit re,id est cōsuetudine militari optime ligatos. Lux inimica.) Proditrix. Pœnarū exhaustū satis est.)Bene exhaustū,vt ostē dat eos auidos cædis fuisse, & cruoris hostilis. Via facta p hostes.) vt hac, ego vasta dabo & lato te limite ducā. Euryal⁹ phaleras Rhānetis, & aurea bullis cīgula.)Phalerę ornamēta equorū sunt:& est sermo Grēc⁹. Cingulā.) cingula Vult hoc minū, generis neutri est. Nāq; aialiū,fœminino genere dicit m⁹ has cīgulas. Tyburti Remulo ditissim⁹ olim quæ mittit dona.) Consuetudo erat apud maiores, vt inter se homines hospitii iura mutuis muneribus copularēt, vel ipse sēti,vel per internūcios.Sēsus ergo nūc talis est, Cædic⁹ qđā Tyburti Remulo cū eum sibi absens hospitio vellet adiūgere, misit phaleras & cingula bullis aureis, hoc ē clauis insignita. Remul⁹ moriēs nepoti suo cognomini hęc reliqt, q postea victus a Rutulis est, & occisus:post cui⁹ mortē apud Rhānetē Rutulum, ab Euryalo reperta sunt hęc munera. Quod autē dixit Tyburti Remulo,aut Tyburtino itelligimus hoc est de Tybure, vt sit datiu⁹ ab appellatiuo veniēs hic Tyburs,aut Tyburti, hoc est filio Tyburti, ab eo quod est hic Tyburtus hui⁹ Tyburti,vt sit Tyburti Remulus, sicut Deiphobe Glauci. Suo moriens dat habere nepoti.) Remulo, quem supra auo cognominem diximus.Nā quoties aperte nō ponitur nomē filii vel nepotis, cognominē eum esse intelligim⁹ auo vel patri,quorum nomen aperte positum inuenimus,& econtra,si filii vel nepotis positum nomen fuerit, prętermissum autem parentē, cognomines eos esse intelligamus necesse est. post mortē.) Scilicet Remuli, secūdū supra dictū sensum. Nā Donatus dicit, post mortē nisi & euryali,bello potiti

titi sunt Rutuli:quod nō procedit si diligēter aduertas.Sane sciēdum locum hunc esse vnum de duodecim Virgilii, siue per naturam obscuris,siue insolubilibus siue emendandis,siue sic relictis vt a nobis per historię antiquę ignorātiam liquide nō intelligātur. Nequicquam.)Nō fruiturus:& est, nequicquam aptat:nō, nequicquam fortibus. Galeam Messapi.) Non occisi Messapi abstulit Galeam(nā dimicaturus est paulo post)sed inuenit iacētem,& sustulit. Cristisq; decoram.) Bene præmittit dicens decoram,nam eius splendore prodente,Euryalus capitur. Excedunt castris.) Rutulorum, scilicet:nam supra dixit, Castra inimica petunt.

DONATVS.

Sic memorat,v.q;.p.)Silentio quippe opus fuerat, si quisquā hostium euigilaret,aut surgeret. Simul ense sup.&c.) Primo aggreditur gladio Rhamnetem superbum,exponit, cur istū superbum dixerit,hoc est elatum ambitiōe diuitiarum. Qui forte tapetibus altis Ex.)Plena est istius rhamnetæ reprehensio, quod tali loco ac tali tempore multa veste & vltra pacis delicias constructa dormiebat,toto pectore efflans somnum:perinde nescius viuus faceret an mortuus.spernebat enim quod non fecit nisi q se curus facit,& ocio constitutus est.Ecce quales vigiliæ Rutulorū vt mactarentur & se trucidari nescirent. Rex idem, & regi gra. au.)Augmentum dedecoris,& rex fuit, & augur,sed quomodo regere alios posset,qui salutem suam tueri non potuit, aut quantum in arte auguriorum valuit, qui nec exitium propriū vidit, nec vitare cōtendit: Tres iuxta famulos.) Temere dixit, passim & incaute. Armigerumq; Rh.pr.) Hoc est necat,aurigamq; sub ipsis nactus equis,quomodo enim reperiri debuit, qui deligēdi loci oppressus vino arbitrium habere nō potuit? vt cecidisse potius videret, q corpus suum sponte ad requiem tradidisse? Ferroq; secat pe.c.) Premit, in medio posuit,vt sit,premit famulos, premit aurigam.Parum autem fuit dixisse, temere inter tela iacētes,& aurigam sub ipsis nactus equis,vt altissimam ebrietatem & grauissimam demōstraret,addidit, ferroq; secat pendentia colla. secare est enim abscindere cū mora, quæ mora proculdubio ex securitate veniebat facientis,& ex patientis ignoratiōe, qui colla sua necari nesciebat, quod ipsum cū plurimis fieret,nullus fuit, qui dolorem sentiret aut ferrum. Tūc caput ipsi au.do.) Conatus exeuntis animę quoniam sublato capite patere nō poterāt, singultibus sanguinis monstrabantur. Atro tepefacta.c.)Tātus ex multis cadaueribus fuerat cruor effusus,vt tepefacta & madida effecta fuerit terra simul ac tori,fœminino & masculino neutrali genere occurrit,quod imitādum est,cum ad huiusmodi locutionis fuerit ventū,vtraq; igitur maduerant sanguine, vtraq; eius calore tepuerant, ad omnium necem respōdit,dicēdo: Atro tepefacta cruore terra toriq; madent. inter ea enim fuerant serui & auriga,ipse autem dominus in toro. Nec non Tamirūq; la mumq;.)Cum dicit necnon,etiam hos Nisus intelligitur occidisse. Illa qui.pl.)Hoc est plurima parte noctis, perindeq; maiore, cuius fatigatio ebrietati coniuncta hominē nō somno sed quasi sepulturę tradiderat: Insignis facie.) Ebrium tātummodo vult illum ostendere,quem somno oppressum,quod fuit peius, vt solo vino superatus sic iaceret,vt illi, qui ex vtroq; iacebant fusi. Felix si protinus illum, &c.) Felix esset, si ludum toto tempore noctis æquasset:hoc est continuans perseuerasset in lucem. Impastus ceu plena.)Hoc est turbas dans,impastum dixit, esuriētē, feritatem quippe bestiæ cōduplicat fames,leoni comparauit Nisum,Rutulos vero inertissimo animaliū generi. Suadet enim ve.f.)Duo opportuna prędæ conficiendę, leonis fames,& teneritudo animalis. accedebat enim timiditas pecoris natura veniēs, quod nescit clamare,dum petitur.Ecce quāta gloria Troianorū, quantum Rutulorum ludibrium comparatur,vt dictū sit.Nisus leoni,& ouibus Rutuli. Nec minor.e.c.)Quia multos cum nominibus superius posuit,iccirco hæc cum diceret,sine nominib⁹ cōmemorauit.hoc enim genere nō paucos significare potuit cæsos,vocabulorum enim enumeratio speciem euidentem trāsire non posset,certe dixit & causam, quę nō admisit dici nominalsingulorum,ex plebe,inquit,fuerūt, quis potest nomina nosse multorum,& eorum quorum nullum appareat meritum?fabum tamen & hebesum rhetumq;, abarimq;, ignaros:cum his.s.qui ex plebe fuisse videbantur,subit,ad omnes pertinet qui asseruntur occisi,ignaros quoq; quod ait ad omnes similiter ptinet rhetorico excepto,quoniam sequitur rhetum vigilantē & cuncta videntē. Sed magnū metuens se post cratera tegebat.) Iste tantū occisus est sciens & conspiciens vniuersa obfuit timiditas sua,qui cū magnum hostē vltra modū metueret, sese post craterā nitebatur abscōdere.Hic dubitatur quo debeat applicari, quod dixit magnū metuēs,ac magnum post cratera:sed meli⁹ est magnū hostē accipere:propter nimiū timorem, q magnū quod occultari nō potuit,deniq; inde occisus,quia visus est velut latēs. Pectore i aduerso totū cui comin⁹ ensem Cōdidit assurgēti.) Et visus est iste & tulit hostē venientē,& anteq; assurgēs plene consisteret, in ipso pectore plenū ictum mucronis suscepit,quod factū est surgentis impetu,& feruentis.nā impactis inter se duro & molli pręualuit ferrum solidū natura & rigore satis apteq; compositū,huic itellectui ferarum,cum percutiuntur congruit factū,quę saltu,ac pōdere suo veniētē adiuuant ictum. Et multa.m.r.Pur.)Vbi vidit hominē plena morte confectū,reuocauit gladiū.n,quia propter aliorum necem diutius in vnius morte retineri non debuit,quē iam constabat extinctum, potest, & sic intelligi purpureā vomit ille animam,qm̄ sanguis ei⁹ colorē naturę seruare nō potuit, in purpurei coloris spēm fundebat, purpura quippe nigra est cū rubore,sanguis igit ex vini admistione corruptus & colori suo respondebat & vini,hunc intellectū poeta ipse monstrauit dicēs. Et cum.s.m.V.r.m.)Quantum interea bibitum fuit,vini super fluēs modus copiā superauerat sanguinis. Hic furto.f.i.)Hic tāto magis perficiēdis cędibus operam dabat,quāto videbat occasionem multiplicem suffragari,tantoq; perficiebāt furtiua victoria,quāto animus viri fortis rapiebatur ad gloriā. Iamq; ad.m. so.) Ipse est, de quo supra dixit. Interea vigilū excubiis obsidere portas cura datur Messapo.Vult ergo ostēdere: quæ iste gesserit vigiliarū sibi cō missarū curā, vt probet in parte Rutulorum, & ipsius regis,ducū,& totius exercitus summā fuisse inertiam. Ibi ignē Deficere ex.)Ibi,inqt, videre cœpit ignē, vt extrema sui deficientē,hoc est ignis consumi reliquias, quod fuit dormientū & temulentorū signū. vbi.n.ignis fomenta non sumpserit suggerentis industria,continuo languescit:& perit. Et religatus rite.) Et equi omnibus liberi nexibus non errarent per gramina, si p̄sto esset,qui alimoniam ex more suggereret. Breuiter, cū.t.n.) Dixit factū,& simul cām facti ipsius ostendit. Talia,inquit,breuiter locutus est Nisus:reprehēsurus.n.moras nō debuit plurimis loqui,ne multiloquio ea excluderet: dicit tamē q; illū ratio cogebat in verba,senserat quippe nō satiari Euryalū cędibus, sed magis accēdi. Absistamus ait.)Recedēdū est,inquit, cum lux proxima sit,quę nos posset hostibus prodere:nec immerito dixit,inimicā lucem.si enim tenebræ profuerūt,vt gloriosa cępta perficerentur,proculdubio obfutura fuerat lux, quę nihil relinquit occultum. Pœnarum exhaustum.s.e.)Recedēdū suadebat Nisus, sed dicere Euryalus potuit,occasionē talē non esse perdendam, qua hostes in maiori numero possent trucidari,hoc ne diceret,prior Nisus occurrit,ad neces statum rei satis abundare, quod factū videbatur.transitus.inquit,nobis per hostes fuerat necessarius,factus est,quid amplius quęrimus? nec cōsiderandum est hoc tempore,non quid infligi amplius debeat,sed quemadmodum vsq; ad ipsum Æneam susceptum ingruatur officium:ne lux ingruēs prodat,quos tenebræ tegūt. Multa virum solido.)Qui sola gloria ducebantur,non capti sunt rebus pretiosis & magnis,nec voluerunt onerari pondere,qui expediti properare debuerāt. Euryalus phaleras.r.)Contemptis,quæ superflua pro tempore esse potuerāt,id abstulit,quod ornaret virum fortem, & posset in necessitate bellica cōmunire, rapuit igitur cingula occisi Rhamnetis ornata aureis bullis,quorum meritum vt appareret,quod cōmemoratur originalium dominorū. Cędicus,inquit,hęc miserat Remulo,qui eēt ex oppido Tyburti absens absenti ob confirmandam amicitiam & honorandam hospitii religionem. Ille autem,hoc est Remulus, moriens reliquit hęc nepoti,quæ, & ipse bello deiectus cum fuisset,transitum fecerūt ad Rutulos,a Rutulis nunc ad Euryalum. Hęc rapit.)Hoc est apte componit. quicquid enim portādum est si bene feratur leuius redditur. Omnia igitur imposuit humeris nequicq; fortibus quia mox & ipse fuerat periturus,potest & ordinari,Omnia humeris fortibus imposuit nequicquam,quia hęc fuerat cum salutis dispendio perditurus. Tum Galeam Messapi habilem.) Hoc est cristis insignem, & capiti suo aptissimam. Excedunt castris.) His gestis reliquerunt loca Rutulorum, quę fuerant eorum vitę contraria,& tuta petierunt.

ASCENSIVS.

Sic memorat,&c.) Ostendit quam cædem Nisus, & Euryalus in castris Rutulorum: vino: somnoq; sepultorum fecerint.& qbus se onerantes spoliis, se illinc amouerint. De qua re dicit Donatus sic. Temere.)Ostendit hos ita vino fuisse oppressos, vt cecidisse,potius q corpora,ad quietem tradidisse viderētur. Secat.

Universidad de Deusto Biblioteca

Quod non sit sine mora. Hoc veniebat ex securitate agentis, & ignoratione patientis, ex nimia ebrietate. ¶Deo vi.) Ostẽdit hũc, sola ebrietate oppressum esse. ¶Vigilantem.) Hic solo timore perijt, qui nec clamare, nec ire contra ausus est. ¶Purpuream.) Purpura, nigra est, cum rubore: sic sanguis propter copiam vini, nigrior in eo fuerat. ¶Instat. s.) Occasio rei gerendæ, illum accendebat. Ostendit autem hos, non motos esse pretio rerum, sed gloria quia abstulerunt solum ea quibus ornarentur. ¶Nequicquam.) Quia omnia in morte perditurus erat. Hæc ille. ℭOrdo est. Nisus supple memorat, id est adloquitur sic: & premit vocem, id est submisse loquitur, aut supprimit, & tacet: & aggreditur simul Rhamneté, id est Rutulum illum: superbum, scilicet dum vigilaret, aut superbe, & luxuriose ornatum aggreditur: dicit, ense, qui scilicet Rhamnes: extructus, id est eminenter locatus: sorte, id est per sortem: tapetibus altis: proflabat somnum id est vapores, & exhalationes, vnde somnus producitur: pectore, id est stomacho toto. Idem, scilicet Rhamnes: erat, supp. rex: & augur gratissimus Turno: sed non potuit depellere pestem, id est pernitiem: augurio id est arte augurãdi, qua debebat sua mala preuisa cauere: &, supple Nisus: premit, id est opprimit: & interficit simul treis famulos iacentes temere, id est mistim, & sine ordine, aut ratione, inter tela: & premit armigerum, id est eum qui solebat gestare, quoadusq; pugnãdum erat: arma Rhemi, illius viri: & aurigam, id est directorem curruum: nam illa tempestate de curribus pugnabãt: nactus, supple ipsum: sub ipsis equis, id est iter, aut circa equos: & secat ferro, idest amputat gladio, aut securi colla, scilicet aurigæ pẽdẽtia: quia caput vino, somnoq; grauatum erat: & aufert tum, id est deinde: ipsi domino, scilicet Rhamneti, caput: & relinquit trũcum, id est corpus trũcatum & sine capite: singultantẽ, id est quasi singultando fluẽtem sanguine atro, quia potu vitiato: & terra, & tori, scilicet herbacei: aut q̃ in tapetibus illic vnus iacebat, potuit & lectum illic habuisse: madent, id est humectantur: existentia tepefacta: cruore, scilicet effuso: Necnõ, id est insuper, sup. premit, id est opprimit Lamyrum, & Lamum, & Serranum iuuenem qui luserat plurima, id est plurimũ: nomen pro aduerbio: illa nocte, idest ad plurimam partem noctis, existẽs insignis facie: & qui supple iacebat: victus, id est prostratus: membra, id est habens mẽbra prostrata, & recubãtia: ideo, scilicet vini Baccho, hoc est ipso vino & felix, id est qui felix fuisset: si æquasset id est equiparasset protinus, id est porro tenus, & ampliter nocti: illum ludum, id est si lusisset noctem totam: & si tulisset, idest pertulisset illum ludum in. i. vsq; ad lucem. Ceu, id est quemadmodum: leo impastus, id est famelicus, & qui pabulum non inuenit: turbans. id est perturbans: ouilia plena, scilicet ouium turbans, dicit enim, pro quia: fames vesana, id est male, aut parũ sana: suadet, supple lupo ouilia turbare, & mandit, & trahit: pecus molle, id est teneros agnos: & mutum metu, id est cui balatus ablatus est præ timore &, supple leo: fremit ore cruẽto, id est sanguine pfuso. aut sanguinis sitiente. Nec cædes Euryali, supple erat minor, quã, scilicet cædes Nisi id est quam Nisus fecerat: vnde cędes hic accipitur actiue. Ipse &, id est etiam: incẽsus, scilicet ardore vindictæ: perfurit, id est perfecte, & ad omneis numeros furit, ac subit, id est subaggredit̃ multam plebẽ sine nomine, id est ignobilem: existens in medio, scilicet eorum: q;, pro &: hoc est & inter nominatos Fadum & Hebesum, & Rhetũ, & Abarim ignaros: quia vino, somnoq; sepultos. sed Rhetum vigilantem, & videntem cuncta quæ, scilicet fecerãt Nisus & Euryalus: sed, supple ipse metuẽs, id est formidine captus tegebat, id est abscondere volebat se: post cratera. i. vas vinarium magnum: cui. s. Rheto: Euryalus, sup. condidit. i. abdidit: cominus i. propinquo, quasi conserta manu: totũ ensem. s. capulotenus, in pectore aduerso: & recepit. i. iterum ad se traxit, sup. cũ multa id est dura morte. s. Rheti: quia educto mucrone statim mortuus est, qui diutius superuiuere potuisset si in vulnere ensem dereliquisset. Ille. s. Rhetus: vomit animã purpuream. i. sanguinẽ, qui est sedes animæ: & moriens refert. i. regerit, & euomit vina mista cum sanguine. Euryalus feruidus. s. ex successu: instat furto. i. furtiuæ cædi. Et tendebat iam ad socios Messapi vbi videbat ignẽ extremũ deficere, id est extingui: & videbat equos religatos. i. iterũ & diligentius ligatos: ad stipitem, scilicet circum quem pascebãt rite. i. ex more militari: aut Ironicos dicit, religatos rite, quasi dicat, solutos contra ritum militarem, quæ res illi animum dabat, cũ, id est quãdo Nisus (enim, pro quia: sensit. s. Euryalum ferri. i. efferri: nimia cæde, atq; cupidine. i. affectione cædendi.) ait (inquit) absistamus: nã lux inimica. s. nobis, qui pauci sumus, propinquat: satis pœnarum est exhaustũ: via est facta per hosteis: &, sup. hoc dicto, ipsi relinquũt multa arma virum. i. virorum: perfecta solido. i. integro, & impermisto argẽto: & crateras, sup. perfectos solido argento & tapetas pulchros. i. decenter acu pictos, aut intertextos: Euryalus rapit phaleras, idest ornamẽta equorum Rhamnetis: & cingula aurea bullis. i. habentia bullas aureas, quæ Cædicus ditissimus, olim mittit. i. mittebat olim: dona, id est pro donis Remulo: Tyburti. i. Tyburtino: cum ipse absens iũgeret se, sup. illi hospitio, id est iure hospitalitatis. Ille, scilicet Remulus Tyburtinus maior: moriens, id est cũ moreretur: dat. i. concedit, testamẽto: & legat nepoti. s. suo: Remulo iuniori, nũc interfecto: habere, sup. ea: post mortẽ Rutuli. s. alicuius viri fortis: potiti. s. ijs cingulis, bello, & pugna. Seruius dicit, insolubilem difficultatẽ, sed meo iudicio sic soluitur: Cædicus, postq̃ a Rutulo quouis diuite & põposo, a se supato bello publico, & singulari pugna, cingula illa abstulisset, legauit ea Romulo Tyburtino: qui moriens, testamẽto legauit Remulo Iuniori, nunc interfecto, vnde abstulit Euryalus. Rapit ergo hæc, scilicet tam pretiosa, & tam antiqua charitate obseruata, & tanto sudore parta: atque aptat, sup. ea: nequicq̃, id est frustra, & sine vtilitate: quia non diu ea possessurus erat humeris fortibus. Tum, id est deinde: induit Galeam Messapi: habilem, id est portabilem: & decoram cristis: sed perniciosam, quia micantẽ vnde deprehendentur. hũc autem abstulit: non interfecto Messapo, qui postea pugnaturus est, sed in tentoria eius illapsus: & ide consilio Nisi reductus. Ipsi ergo excedunt castris: & capessunt, id est captum eunt: tuta. s. loca sine hostibus, quæ tuta putabant: sed aduẽtãte nouo equitatu, minime tuta inuenerũt: vnde insequitur: Interea præmissi, &c.

PIERIVS.

ℭArmigerumq; premit Remi aurigamq; sub ipsis.) Romanus Porcius, & pleriq; alij codi. anti. legunt, Armigerumq; Remi premit. Nam Remus, primam corripit. Oui, interea crescente Remo crescente Quirino. Scribitur præterea passim absq; adspiratione. ¶Necnon Lamyrumq;, Lamumq;.) In Ro. cod. & in Porcio, Lamyrum, In aliquot alijs, Lomurum, In Oblongo, Limyrum, deniq; quot codices, tot nominis varietates. Omnes vero vno consensu, incipiunt ab l litera. ¶Fadumq;, Hebesumq; subit.) In anti. plerisq; cod. Heresum, legas. In nonnullis omnino perperã vtraque cõsonante inserta, Heresum. nẽpe vt lectori liceret, quã mallet expungere, siue, Hebesum, siue Heresum, agnosceret. ¶Rhetumq;, Abarimq;.) In cod. nonnullis transpositis consonãtibus, Arabimq;, legere est.) In aliquot alijs, Abratimq;. In nonnullis, Rhœcumq;, Fabrumq;. Sed de nomine Rhœcus, ac Rhœtus, alibi dictum. ¶Hic furto feruidus instat.) In Oblongo cod. Huic, inueniãs scriptum, vbi ignẽ deficere. In codi. aliquot antiq. ibi ignẽ, vt sit redditio causæ, cur ad Messapi socios tenderet. ¶Post mortem bello Rutuli, pugnaq; potiti.) In Romano codice, prædaq; potiti, legitur. In alijs quibusdam manu scriptis, pugna.

Interea præmissi equites ex vrbe Latina,
Cætera dum legio campis instructa moratur:
Ibant: & Turno regi responsa ferebant,
Tercentum, scutati omnes, Volscente magistro.
Iamq; propinquabant castris: muroq; subibant:
Cum procul hos lęuo flectentes limite cernunt:
Et galea Euryalum sublustri noctis in vmbra
Prodidit immemorem: radijsq; aduersa refulsit.
Haud temere est visum, cõclamat ab agmine Volscẽs
State viri: quæ cã viæ? qui ue estis in armis? VOL.

SERVIVS.

ℭVrbe Latina.) Non est contrariũ illi loco, vbi ait, Sepsit se tectis, rerũq; reliquit habenas: q modo a Latina vrbe auxilia venire commemorat, intelligimus enim Latinum in principio discordiæ, & tumultus paululũ se abstinuisse: postea tamen nec suorũ copias, nec propria denegasse cõsilia nam eum & cœtui, & fœderibus interfuisse dicturus est. ¶Legio campis instructa moratur.) Proprie. nã legiones peditũ sunt: turmę vero, equitum. ¶Tercentum.) Quia Romani equites primo tercenti fuerũt. De singulis eni curijs deni dabantur, quas triginta fuisse diximus. ¶Scutati oẽs.) Nõ clypeati. nam clypei, peditum sunt: scuta, equitũ. ¶Volscente magistro.) Proprie. nã magister equitũ dicit̃. ¶Muro.) Troianorũ. ¶Læuo limite.) Respiciẽs sitũ regionis locutus est. ¶Sublustri noctis in vmbra.) Sublustris nox est habens aliquid lucis. Horatius, Nocte sublustri astra nihil p̃ter Vidit & vndas. ¶Radijs.) Lunaribus. ¶Haud temere.) Particula hęc modo non sine causa significat: alias fortuito, alias male, alias iprouide, q̃ pro loco intelligũtur. ¶Nihil illi tendere contra.) Hoc est, illi contra nihil respõderũt, nã tendo contra sermonem tuũ est respondeo tibi, tendo contra iter tuũ, est occurro tibi. ergo nihil contra tendebant. i. respõdebant contra. ¶Ad diuortia.) Ad diuerticula viæ militaris. Terẽtius, Vbi ad ipsum veni diuerticulum. Diuerticula autẽ sunt semitæ transuersæ, quæ sunt a latere vię militaris. ¶Aditum corona.) Melior est lectio abitum. q̃ aditum. Cingũt enim syluã ne abeãt, non ne abire possint. ¶Ducebat semita calles. Legitur & lucebat, quod si est. ¶Rara.) Pro raro accipiẽdum est, vt sit, Raro lucebat herbis, scilicet in aliqbus locis interuenientibus. Si ducebat intelligimus inter calles pecorum raram fuisse semitam, hoc est hominum viam. ¶Euryalum impediunt.) Impedio te dicimus per accusatiuum, & casus mutari nõ potest nisi deferas verbum, vt dicas, impedimento mihi es. Sciendum sane multas conferri in Euryalum excusationes.

Quove tenetis iter? {Nihil illi tendere cõtra: PO.
Sed celerare fugam in syluas: & fidere nocti.
Obijciunt equites sese ad diuortia nota,
Hinc, atq; hinc: omnẽq; aditum custode coronant.
Sylua fuit late dumis, atq; ilice nigra
Horrida, quam densi complerant vndiq; sentes:
Rara per occultos ducebat semita calles.
Euryalum tenebræ ramorum, onerosaq; præda
Impediunt: fallitq; timor regione viarum.

DONATVS.

ℭInterea præmissi equites.) Quoniam primo loco dixit, præmissi, hoc primum exponamus, veniebant enim equites veniebant & pedites, ex vtroq; cum est exercitus, nõ potest vno duci itinere: quia humani gressus generi equino comparari non possunt, ne igitur per armatos pedites, perindeq; oneratos tardarentur, equites primi erant præmissi simul: illi vero instructis ordinibus sequebantur ex vrbe Latina. Ecce dicitur, vnde missi, non ad solos equites fuisse, & ostendit an pedites remãsissent. instructis enim ordinibus ambulabant, non ergo remanserunt, sed cum mora veniebant. iter enim peditum tardum est vel maxime armatorum: designat quantitatem pręmissorum. Tercenti, inquit, fuerunt scutati omnes, nõ omisit, quomodo essent muniti. Turno regi responsa ferebant, veniebant ad Turnum cum respõsis: quæ ista essent, vel cuius, & vtrum deorum an hominis nõ dixit. Volscẽte magistro. numeri enim militares sine magistris esse nõ possunt: totum dixit, & summa breuitate collectum. ¶Iamq; propinquabant ca.) Ipsi scilicet equites. ¶Cum procul. h. lę.) Viderũt Nisum & Euryalum in sinistram transitus partem ire flectentes. Quæritur quomodo per noctem videri potuerunt? ¶Et galea Euryalum sublustri no. in vmbra Prodi. imme.) Sublustris vmbra est, quæ sereno cęlo habet aliquid luminis. Talis igitur cum esset nox, galeę splendor spargens ex se radios oculis exercitus venientis refulsit, non ergo ipsi homines visi sunt, sed eorum indicium arma fulgentia dederunt. Attulit hæc Niso & Euryalo ex aduerso euentus exoriens, vt ea hora illa egrederentur e castris Rutulorum, qua venientes hostes prope ingressum fuerunt: attulit, & incuria Euryali malum qui fulgentem galeam non abscondit. ¶Aut temere est visum.) Cum hoc vidisset exercitus, nõ credidit esse tenendum. non enim vacuum esse potuit, quod splẽdor ille nunciabat. ¶Conclamat ab agmine vol. Sta. vi.) Quasi ipsos reuera conspexisset, & sic clamare cœpit: state. ¶Quæ causa vię?) Totum summa breuitate quęsiuit, qui essent, quo armati tenderent, & quę eos duceret causa. Ante omnia clamabat, vt starent: quo facilius instruerent ignorantem. Cum vero clamaret Volscens. & ista inquireret. Nihil illi, hoc est nullum dedere responsum, nec voluerunt consistere, quoniam fuit illis inimica cessatio, & homini incertissimo non fuit sermo reddendus, qui arbitratus est aut stari posse, aut emitti respõsum ab his, qui euadendi discriminis causa, quęrebant fugiendi subsidium. ¶Nihil illi tendere contra.) Nutriebat fugientium spem qualitas loci, & noctis opportunum tempus, quę ipsa in contrarium versa sunt. Inde quippe decepti sunt: vnde se fore sperauerant tutos. nam loca incognita ac densissimis occupata tenebris noctis, instantis periculis metus sic eorum consilia confuderant, vt nõ discernerentur inter seipsos, & quã in partem tẽdere debuissent, turbati nescirent. Interea considerãdum est, quomodo istorum personas pro ętate, poeta descripserit. alia enim dedit Niso consilia, qui natu fuerat maior: alia ex Euryalo, de quo supra dixit. Ora puer prima signans intonsa iuuenta. Nisus consiliũ reperit, quo quod ad Æneã iri potuisset, Nisus ducere Euryalum noluit. Nisus dixit Euryalo, vt caueret, neqs a tergo iprudẽtes inuaderet, Nisus dixit, absistamus, nam lux inimica propinquat: Nisus, nihil tulit, qd' postea fieret aduersum. Nisus euasit in sylua, & implesset factum, si Euryali captiuitas nõ extitisset. Cõtra Euryalo spes magna, sed puerile consilium tantum feruens & immoderatum ac leue. Cõtra Rutuli, quid fuerint moliti videamus. ¶Obijciunt equites.) Potuerũt inter initia existimari de numero fuisse Rutulorum, quorum galea fulserat, sed cũ Volscenti non fuisset respõsum, intellectum est hostes esse potiusq̃ socios: proinde notitia locorum instructi clauserũt custodibus syluam, & omnia loca, per quæ euadi potuisset, tenuerunt. ¶Sylua fuit late dumis.) Situs syluæ in tãtum describitur, vt nihil superfluũ teneat, hoc exigit breuitatis ratio: id enim solũ habere debet, quod Niso & Euryalo facere posset errorem: cætera vero descripta nõ sunt, quæ negocio non congruebant, sylua igit̃ occupata sentibus fuit per immensam latitudinem fusis ilicibus nigris, ramosis, & spissis. tenebrosa, vt præter obscuritatem noctis alias atris frondibus suis tenebras adderet. Rara per occultos ducebat semita calles, difficilis trãsitus & plena inuestigatione quęsitus inter angustos calles poterat reperiri. Callis quid sit, ipse poeta exposuit: viæ quippe sunt perangustę inter dumos, quæ vix admittant trãsitum, duo igitur subsidia videndi scilicet atque gradiendi fugiẽtibus negabantur, & ipsa describẽdæ syluæ fuerat causa. per hæc enim se parati sunt, qui nõ debuerãt descerni, & vltimis supplicijs dari, incipit iam deceptionem ipsam dicere. ¶Euryalum tenebræ ramorum.) Non præda impediunt, quoniam singularis numerus plurali iungi non potuit, sed ramorum tenebræ, & præda impediebant fugere cupiẽtem. accedebat etiam timor, eo q terrore simul & locorum ignoratione confusus, quo iter tenderet, nesciebat.

ASCENSIVS.

ℭInterea pręmissi, &c.) Post variam multiplicemq; stragem a Niso, Euryaloq; editam, mutauit fortuna (vt solet) vultum: nam in hosteis inciderũt ab vrbe Latina. i. Laurolauinio ad Turnum missos, a quibus per galeã Euryali visi, atq; in fugam versi sunt donec Euryalus equitibus circumseptus, atque comprensus est. In qua re, datur doctrina non omnia, quę pulchra aspectu sunt, cõtinuo vtilia esse. Nam sicut in. ij. dictum est, Chorebus iuuenis consilium dedit, dicens, Danaũ insignia nobis Aptemus, quę res illis perniciosissima fuit: vnde sequitur, Vadimus immisti Danais haud numine nostro. Et hic Euryalus, per galeam relucẽtem agnitus, atq; deprehensus, & sibi & Niso, exitio fuit. De hac autem re dicit Donatus sic. ¶Sublustri.) Vmbra noctis, quę sereno cœlo habet aliquid luminis. ¶State.) Mira breuitate omnia interrogat. ¶Sylua.) Breuis descriptio. & qua ea sola continentur: quę errorẽ Euryalo facer̃ possint huc separati sũt, quos discerni nõ oportuit. Hęc ille. ℭOrdo est. Equites pręmissi ab vrbe Latina, scilicet vt vna cum Turno osidionem firmarent: nam totum Latium coniurauerat in Troianos: ibant, id est prodibant, & ferebãt Turno regi responsa, super ea re, an, scilicet vẽturi essent Latini in auxilium contra Troianos. Ibant ergo interea dum cætera legio, scilicet peditum: moratur instructa, id est dũ instruitur: campis, id est in locis capacibus, & amplis. Equites (inquit) tercẽtum omnes scutati: & hoc Volscẽte, supple existẽte magistro, scilicet equitum illorum. Et, supp. hi trecenti equites, propinquabant iam castris. s. suorum, aut Troianorum: & subibãt muro. i. Troianorũ vallo, pro mœnibus: & muro designato, cũ, id est quãdo: cernunt procul hos. s. Nisum, & Euryalum. flectẽtes, scilicet iter: læuo limite. i. per limitem. i. viam trãsuersam a sinistra parte: & galea. s. Messapi, cristis decora: prodidit. i. manifestauit hostibus: in vmbra noctis sublustri. i. parum lucis habente: prodidit (dico) Euryalũ immemorem. s. quia galeam abijceret fulgẽtem, & ita immemorẽ salutis suę: & ipsa galea aduersa. i. obiecta oculis equitũ: refulsit radijs scilicet fulgoribus emissis. haud temere. i. vix est visum) ga temere, significat fere: haud temere, fere nũquã: vt, Pręcox illud ingenium haud temere ad frugem peruenit, hoc autẽ loco vult Seruius significare: haud temere. i. nõ sine ratione: visum est. s. a Volscente hoc est putauit nõ temere factũ, quod illi armati fugerent:

Universidad de Deusto Biblioteca

rent: aut haud. i. non: & temere. i. quasi, hoc est quasi non hoc est, vix est visum. s. illos fugere: cū, id est quando, Volscens clamat ab agmine, O viri, state. i. sistite cursum. q̃ est causa viæ: ve, pro vel: q estis in armis? ve, pro vel: quo tenetis iter. i. quo tenditis: illi. s. Nisus, & Euryalus: nihil tendere. i. tendebant contra, hoc est nihil ei respondebant: sed celerare. i. celerabant, hoc est celeriter arripiebant fugam in syluas: & fidere. i. cōfidebant: nocti. i. tenebris, per quas elabi sperabant. Eqtes obijciunt se ad diuortia. i. diuerticula viarum, nota. s. sibi quia Latini erāt: hinc, atque hinc. i. vtrinq; & coronant. i. cingūt in morem coronæ: omnem abitū. i. locum, per quem abire possent. Alij tamen legūt, aditū. Sylua fuit, sup. illic: horrida. i. aspera: late. i. ampliter, dumis: atq; ilice nigra, i. densa, & obscura: quam. s. syluam: sentes densi. i. spinæ densæ consitę: cōplebant vndiq;. i. ex omni parte: sed, sup. semita. i. angusta via, quasi semis iter: ducebat. s. eūtes illac: per calleis occultos. s. a spinis, & vepribus. Tenebræ ramorum, & onerosa prēda. s. spoliorū impediūt Euryalum: & timor fallit. i. circūuenit eum. i. errare facit: regione, quia ignorauit regionem viarum. Et ita, vt dicetur, ab hostibus comprehensus est.

PIERIVS.

¶Volscēte magistro.) In Ro. co. in Med. in Porcio, & in aliquot alijs, Volcente, legere est: & ita passim, Volcēs, absq; s, inter l, &c. ¶Muroq; subibant.) Vetera aliquot exēp. muros, habēt. ¶Haud temere est visum conclamat ab agmine Volscens.) In cod. nōnullis Haud temere visum, absq; est. Sosipater, vbi, temere, pro negligenter, positū ait: versum ita citat: Haud temere est visum conclamat ab agmine Volcēns. nomine Volcens vti superius adnotatū est, absq; s. in medio scripto. ¶Omnēq; abitū custode coronant.) In Ro. cod. in Oblōgo, & in Med aditum, legitur: quanuis meliorē lectionē, abitū, Seruius esse dicit: vt in Porcio, & plerisq; alijs.

Nisus abit: iamq; imprudens euaserat hosteis,
Atq; locos: qui post Albę de nomine dicti
Albani. tum rex stabula alta Latinus habebat.
Vt stetit: & frustra absentem respexit amicum:
Euryale infelix, qua te regione reliqui? NIS.
Quave sequar? {Rursus pplexū iter oē reuoluēs PO.
Fallacis sylue, simul & vestigia retro
Obseruata legit: dumisq; silentibus errat.
Audit equos, audit strepitus, & signa sequentū.
Nec longū in medio tempus: & cū clamor ad aures
Peruenit: ac videt Euryalum, quē iā manus omnis
Fraude loci, & noctis subito turbante tumultu
Oppressum rapit, & conantem plurima frustra.
Quid faciat? qua vi iuuenē, quibus audeat armis
Eripere? an sese medios moriturus in hosteis
Inferat? & pulchrā properet per vulnera mortem?
Ocyus adducto torquens hastile lacerto,
Suspiciens altam lunam, sic voce precatur.
Tu dea, tu præsens nostro succurre labori NIS.
Astrorum decus, & nemorum Latonia custos.
Siqua tuis vnq̃ pro me pater Hyrtacus aris
Dona tulit: si qua ipse meis venatibus auxi:
Suspendive tholo, aut sacra ad fastigia fixi:
Hunc sine me turbare globū. & rege tela per auras.
Dixerat, & toto connixus corpore ferrum POE.
Conijcit: hasta volans noctis diuerberat vmbras:
Et venit aduersi in tergum Sulmonis: ibiq;
Frangitur: ac fixo transit præcordia ligno.
Voluitur ille vomens calidum de pectore flumen
Frigidus: & longis singultibus ilia pulsat.
Diuersi circunspiciunt, hoc acrior idem
Ecce aliud summa telum librabat ab aure,
Dum trepidant. it hasta Tago per tempus vtrunq;
Stridens: traiectoq; hesit tepefacta cerebro.

SERVIVS.

¶Nisus abit.) Bene meminit velocitatis, quam ei in quito dedit: vt, Primus abit, lōgeq; ante oia corpora Nisus Emicat. ¶Imprudens.) Scilicet remanentis Euryali. ¶Albæ de nomine.) Vel porcæ, vel ciuitatis, vel regis Albani, cui successit Procas. ¶Infelix, qua te regione reliqui?) Se infelicē dicit, q dolet: non illum propter quem dolet. ¶Iter omne reuoluens.) Vrban⁹ hucusq; verba Nisi vult esse: alij, poetę dant, Rursus perplexum iter omne reuoluens. ¶Signa sequētum.) Militarem sonum dicit, qui varius est, nam iterdum canit, vt insequātur eos qui fugiūt: interdū receptui. ¶Nec longum in medio tempus.) Inter auditum sonū & visum Euryalum. ¶Oppressum rapit.) Quem iam man⁹ omnis rapit, nam male quidā videt, rapit. accipiūt, quod si admiseris, vacat Quem iam manus omnis. ¶Pulchrā properet per vulnera mortem.) Gloriosum enim est pro amico perire. Et pulchram ex persona poeta dictū est. ¶Tu præsens nostro succurre labori.) Non dicit quæ pręsens es, sed præsens succurre, id est ilico, statim. ¶Siqua.) Qua vacat & hic, & in sequēti. ¶Suspēdive tholo.) Tholus est proprie veluti scutū breue, quod in medio tecto est, i quo trabes coeunt: ad quod dona consueuerūt suspēdi. Bene autē venatorem inducit numē inuocare syluarū. ¶Turbare globum.) Sana petitio. Nā quia vincere impossibile fuerat, petit vt, saltem perturbet telorum beneficio. ¶Rege tela per auras.) Per noctem, in qua sine auxilio numinis recti iactus esse non possunt. ¶Ferrum Conijcit, hasta.) De ferro ad hastam transijt. Conijcit, pro coicit. nam coicit antiquum est. ¶Aduersi in tergum Sulmonis.) Tergum pro tergus dixit. Sallustius, Tergis vincebant, pro tergoribus, vt intelligamus hastam in scutum venisse, & illic esse collisam: vt ¶Frangitur.) Sit colliditur. ¶Fisso.) Scuti ligno etiam præcordia penetrasse, aliter nō procedit, nam si hastam re vera fractā accipiamus, ratiōe caret quod dicit, Fisso transit pręcordia ligno. Alij re vera in tergum volunt esse percussum, quod falsum est, nam quo modo ante fissum lignum est, & sic præcordia penetrata? Sciendum tamen locum hūc vnū esse de his quos diximus supra. ¶Hoc acrior idē.) Quod latuerat, & quod ei prospere prim⁹ cesserat iactus. ¶Telum librabat ab aure.) Gestus iaculātis exprimitur: duob⁹ autem generibus manualia tela mittūtur, aut enim ab aure, aut a latere tela iaciuntur. ¶Per tempus vtrunque.) Cōgrue dicit telum per tempus vtrunque trāsisse. ait enim. ¶Diuersi circūspiciunt.) Hoc est huc & illuc ora circunferunt, per quā opportunitatem potuit telū tempus vtrunque transire. Asper tamen dicit, per tempus vtrunq;, hoc est inter temp⁹ vtrunque, vt econtra, Hunc inter fluuio Tyberin⁹ amœno: id est per hunc. Quod si est, intelligamus eum in fronte esse vulneratū. ¶Tepefacta cerebro.) Alibi, Et fixo ferrum in pulmone tepescit.

DONATVS.

¶Nisus abit.) Nisus, q nullo ponderis impedimento teneretur adiutus, & teneretur adiut⁹ psperitate fortuita, omnia impedimēta dum nescit, euasit. ¶Vt stetit, frustra absentem respexit amicum.) Respexit, inquit, absentē quasi videri posset, qui nō erat pręsens. Respexit ergo, hoc est retrorsum aspexit, & cum eum, cui⁹ causa hoc fecerat, animaduertisset absentem, frustra, inquit, respexit, quia, quē videre voluerat, non inuenit. ¶Euryale infelix.) In hoc versu diuersa distinctio est. Infelix enim sic in medio positum est, vt & Niso & Euryalo possit adiūgi, si Niso sic pronunciādum, vt dicamus Euryale, & hoc nomine suspenso cōsequatur, infelix qua te regione reliqui? deide accedat, quaue sequar? vt ideo magis infelix Nisus, quia nesciit, cū amicum perderet, vbi amicū deberet iquirere. Alia distinctio est, Euryale infelix, vt miseratio nis videatur esse, cum perditum nominat, & ideo ifelix, quia amici peritioris gressus obseruare nō potuit, qua te regione reliqui quaue sequar? Inde quoq; infelix, quia sic errauerat, vt inueniri non posset. Iudicium hic legentis est necessarium, vt sequatur vtrunque, aut deligat alterum, quod putauerit melius. Mihi tamen videtur secundum animum nisi tātum doluisse perditum, vt se potius infelicem diceret, quia tardius respexit. Denique addidit accusationem suam dicendo, qua te regione reliqui? nō dixit quam regionem reliquisti: vt & inde infelix Nisus, quia nescit, cum perderet & perditum tarde intellexit. ¶Rursum perplexum iter omne reuoluēs.) Quem intellectū nobis dederit, caute considerandum est, vt plenius appareat infelicitas Nisi, nam rursum

cœpit repetere, quod cum maximo labore semel transmitti potuit, quātę infelicitatis fuit vix viam repetere perplexam, hoc est multis impedimentis obsessam: subire omnem reditus molē & remeare, vñ fuerit periculi cōtēplatione discessum? repetere fallacem syluam, syluæ significatione & latitudo monstratur & dumorum impedimentum. fallacem autem ideo, quia cū nulla gradiendi facilitas esset in tenebris, in ea magis supererant, quæ nō regerent, sed fallerēt ambulantem: vestigia vero considerare, & redeundo colligere quis potuit, cum tali tempore ac loco videri nō possent? Tamen quantarum morarum hęc fuit, & quantæ diligentiæ. ¶Dumisq; silen. errat.) Tātum valuit aduersa natura loci, vt cum ipsa spectatione curiosa, toto simul implicatus esset errore. ¶Audit equos.) Tantum inter ipsum & hostes supererat spatij, vt ad eius aures equorum strepitus & sequentium hostium signa peruenirent. ¶Nec longum in me, tem.) Non plurimum temporis cōsecutum est. ¶Cum clamor ad aures Peruenit.) Clamor capti scilicet Euryali. ¶Ac videt Eu.) Videt dixit, aduertit. ¶Quem iam manus omnis.) Capti Euryali defensionem poeta prosecut⁹ est, ne iners nec per imbecillitatem videretur factus esse captiu⁹. Captus est, inquit, Euryalus, sed illum locorum fraus hostib⁹ dedit, & tumultus repentinus, & inimicum tempus tenebrarum, accedente multitudinis violentia, quę totam circundederat syluā. ¶Et conantem plurima frustra.) In ipsis tamen angustijs nō sibi defuit, conatus est quippe multa pro se, sed contra tot difficultates obnitere non valuit. Sallustius quoq; vbi ponit conatus est, nullos effectus consecutos ostēdit. ¶Quid faciat?) Quia Nisus pdiderat euentum primæ inuentionis suæ, in deliberationem repente mutatus est: sed prima illa pars fuit æstuātis, vt amicum incolumem vi aut armis si posset, eriperet: aut quia id ōtra multos impleri non poterat, hostibus sese ipse quoque ingereret subiturus gloriosam cum socio mortem. ¶Ocyus adducto torquens hasti.) Deliberātis, inquit, hęc fuit in illa necessitate sententia. Cito reduxit cum hastili dexteram. Cito ideo, ne locum mutarent, qui Euryalum detinebāt, reductio autē manus idcirco fit, vt fortius exeat, quod fuerit destinatum. Alteram lunā intelligere possumus, aut magni luminis, aut in excelsa cœli parte constitutam. ¶Tu dea, tu præsens.) Iccirco. inquit, te rogo, quia dea & sola es pręsens succurre labori nostro, generalis petitio, quā sequentibus patefacturus est. Prius enim vult connumerare obseqa iuxta causam sui patris, & sua promissa nihilominus narrare. Amāt enim numina laudari, cum rogantur. Tu es ait, astrorū ornamētum & decus cęli, tu nemorum custos, & latonę filia. ¶Siqua tuis vnquā.) Bene addidit pro me, quoniam nullum esset ex eo istius meritum, si ille non pro filio fecisset. ¶Siqua ipse meis venatibus auxi, Suspendiue tholo.) Ecce addidit etiam obsequia sua, vt ostēdat se quoque eius esse cultorem. Tholum ferunt eē medium tecti in rotūditatem collecti, subiungit prece completa petitionis summam. ¶Hunc sine me tur. glo.) Non petit impossibile, quod impetrare nō posset, liberationem, scilicet suam, & socij Euryali, sed & vt turbaret saltem hostium congregationem, vt postea factum est. ¶Dixerat, & toto.) Toto corpore connixus, aut quia paulo longius stabat, aut quia mittebat iratus. ¶Hasta volans.) Expressum est hic beneficiū deę, & humanę fortitudinis robur. hastam enim Rutuli Sulmonis scutum excipit, ibiq; frāgitur nō hasta, sed scutum, deniq; sequitur, & fixo transit pręcordia ligno diuiso scuto atq; perfracto transit hasta per illius præcordia, qui tenebat. ¶Voluitur ille vomens.) Ille, inquit, frigidus effudit vomens sanguinis calidum flumen, de frigido ait fundebatur calidus sanguis, quoniā recedente eo, quid in corpore calidum est, quid supererat, nisi vt frigus repente succederet? singultus vero sanguinem sequebantur. expirātis enim signa sunt, cum vis maior animam visceribus excludit, plena descriptio moriētis ex magno ictu per plagā, qua eius fuerant perforata præcordia, vomebat, vt dictum est, calidum sanguinis flumen, ipse recedente calore frigidus remanēs singultus ducens animę luctantis, quam in extremos exitus cogebat exitium. ¶Diuersi circunspiciunt.) Nō omnes vnam partem intuebantur, sed alij aliam, volentes missi teli authorem, & mali tāti originem nosse. ¶Hoc acrior idem Ecce aliud summa telum librabat ab aure.) Magna copia describentis, magna varietas, supra dixit adducto lacerto missum telum, hic dixit, ab aure librabat. Vbi igitur primū iactum euentus consecutus est, acrior factus parabat alterum ab ipsa aure. quanto. n. retrorsum ducitur telum, tanto ictus & longius vadit & fortior peruenit. ¶Dum trepidant.) Dum Rutuli vnius casu cōmoti turbātur, percussus est etiam Tagus, nam per eius vtrunq; tempus transijt hasta.

ASCENSIVS.

¶Nisus abit, &c.) Docet quomodo Nisus elapsus pernicitate sua ac pedū qua plurimū valere in. v. cōprobatus est velocitate, tādē Euryalum abesse cognoscens, eum requisiuit: ac sagittis, qui eū circunstabāt, turbauit. Vnde dicit Donatus sic. ¶Euryale infelix) Duplex est lectio. vel, infelix Euryale. vel, Euryale ego ifelix, qua regione, reliq, te: sed magis ad se refert, cui labores. & pericula iā peracta repetenda sunt. ¶Fraude loci.) Iam liberat Nisum ab inertia. ¶Tu dea.) Vt possis. ¶Astrorum decus.) Laudat quā rogat, vt beneuolā reddat siqua, ostēdit meritum ꝙ nihil proficeret: nisi p se pater fecisset. ¶Tholo.) Tholum autē dicunt, medietatē tecti, in rotundum collecti. Tholū ¶Et rege tela.) Petit aūt quod facile est: non liberationem sui, & socij, sed turbationem globi. ¶Summa librabat ab aure.) Summa copia scriptoris. nam supra dixit, Adducto lacerto. Hæc ille. ¶Ordo autē est. Nisus abit. i. aufugit: & ipse imprudens. i. ignarus remanētis Euryali, euaserat iam hostes, atq;, sup. euaserat: aut potius legamus, Adq; vt sit, Et vt stetit ad locos, qui dicti sunt post. i. postmodum, Albani de nomine Albæ. s. suis aut ciuitatis: rex Latinus habebat tum. i. tunc cum hoc fieret: alta stabula. s. equorum, illic in pratis stare solitorum: vt ergo, id est postq; stetit ad illos locos: & respexit. i. retrorsum ispiciēdo, oculis quęsiuit: frustra, qa absentē amicum. s. Euryalū, inquit, supp. o Euryale infelix aut, o Euryale, qua regiōe ego infelix reliqui te: ve, pro vel: qua sequar, sup. te. Inquit, sup. reuoluens rursus omne iter: pplexū. i. implicitum, varijs circuitibus syluæ fallacis. s. errore, & ambagibus semitarum: & legit simul retro. i. repetit vestigia, obseruata. i. memorię commēdata: quia p eadē redibat, qua ipse abiuerat. Idem in. ij. dictum est de Ænea, Creusam repetente: & erat dumis silentibus. i. inter dumos, vbi alta erant silentia. Audit equos, & audit strepitus, & signa sequentum. Nec longum tēpus, sup. erat in medio: cum clamor. s. eorum, qui Euryalum cōprehēderant: peruenit ad aureis. s. Nisi, ac videt Euryalum: quem omnis manus. i. multitudo, rapit oppressum fraude loci: quia nō inuenerat syluas abitum: & subito tumultu noctis turbante. s. cū & conantem plurima. s. eluctari, aut hostem ferire: frustra, qa circunuētus a tot nil potuit. Quid faciat, sup. dubitauit Nisus (& est bona eclipsis, quę nihil obscuritatis, sed plurimum cōmiserationis habet: quaq; alibi, vt in. iiij. Geor. in dubitatione Orphei visus est.) qua vi, & quibus armis audeat eripere iuuenē: & an ipse moriturus. i. certus mori: inferat se i medios hosteis: & properet. i. festinet, & celeriter prouocet: pulchram mortem per vulnera. s. & hostibus illata, & ab illis suscepta. Ipse torquēs ocyus. i. cito: hastile, id est iaculum missile: & leue lacerto adducto, scilicet ad se, vt fortius emittat: precatur sic, voce, scilicet expressa: cum & mente precari posset: suspiciens, id est sursum, seu susum aspiciens: lunā altam Tu, o Latonia. i. Latonę filia: Diana, seu Phœbe, aut luna decus astrorū. s. nocturnorum, & custos nemorum. quia venatrix, & dea. i. quę qa dea es: potes succurrere pręsens. i. aut fauorabilis, aut cito succurrere potēs: nostro labori. i. laborioso periculo: si pater. s. meus, Hyrtac⁹ nomine: tulit vnq̃ qua, id est aliqua: dona tuis aris. i. ad tuas aras: pro me. i. pro salute mea: & si ego auxi meis venatibus. i. quę ego cepi: qua. i. aliqua dona: qa de venatione Dianę sacrificare solebāt: vnde in Buco. Setosi caput hoc apri tibi Delia paruus: Et ramosa Micon viuacis cornua cerui, &c. ve, pro vel: si ego suspendi, supp. aliqua: tholo. i. ad trabium in æde tua connexionem, ad quem dona suspēdi solēt: aut si fixi, sup. aliqua: ad fastigia. i. sublimitatem: sacra. i. delubri, aut vestibuli sacri sine. i. permitte: quod minus est, q̃ si dicat, da: quasi ipē possit si illa non impediat: me turbare hūc globum, & rege tela per auras. Dixerat. s. Nisus: & connixus. i. cōnitens toto corpore cōijcit ferrum. i. hastile ferratum, hasta volās, diuerberat vmbras noctis: & venit i tergum. i. scutum, tergore tectum: Sulmonis aduersi. i. aduersę stantis: & sup. hasta frāgitur ibi: ac transit præcordia. i. intima cordis cingētia: & hoc ligno. s. scuti: fisso. i. diuiso. & secto. Ille s. Sulmo: voluitur. s. retrorsum: vomens de pectore flumen calidum. i. sanguinē: existens frigidus. i. moriēs: & pulsat. i. trahit, Ilia longis singultibus. Ipsi circunspiciūt diuersi. i. ad diuersa loca: & idē. s. Nisus, sup. effectus acrior. i. vehemētior. hoc. i. per hunc talem euentum: ecce. q. d. pręter opinionem stantium, ac pter spē eius: librabat. i. librādo: hoc est, circunrotādo emittebat, aliud telum: ab aure summa. i. desuper, & longe educto brachio. dum trepidant. s. metu, & festinatiōe: hasta stridēs. i. cum stridore: hoc est impetu magno volans: ijt. i. transijt: Tago. i. illi viro: per vtrūq; tempus. i. ab altero in alterum: & ipa tepefacta cerebro traiecto, hęsit. s. in eo. Nihil autem mirum, si hasta impetu p parte fracta transijt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PIERIVS.

¶ Qui post Albã de nomine dicti Albani.) Albæ regi succeſſiſſe Procam, ait Seruius. Sed Liuius, eum Auentino ſucceſſiſſe, dicit.

¶ Suſpiciens altam lunam, ſic voce precatur.) In Roma.co. & aliquot aliꝭ, legere eſt, altam ad lunam: quod nequaq̃ diſplicet. In Porcio, altam lunam. Et cuiuſmodi quidem lectio agnoſcitur a Priſciano, vbi tam, &: q̃, atq; poetice nonnunq̃ poſtponi notat: aliter vero nõ: exẽplo hinc ex Virgilio citato, Suſpiciẽs altam lunam' & ſic voce precatur. Pleriſq; tñ Eruditis placet magis abſq; vlla copula carmen legi. Eſt &, ore precatur, in anti. aliquot cod. quod parui refert. ¶ Tu dea, tu præſens.) Seruꝰ exponit, præſens illico. ſed cur non potius præſens, propitia, fauens: vt illud in Buco. Nec tam præſentes alibi cognoſcere diuos. ¶ Cõnixus corpore.) In Ro.co. coniſus. hac de geminatione quidem apud antiquos adeo rara, ſuperius dictũ. Quantũ vero pertinet ad x, vel s, in participij forma reponedas, Valerius Prob. ſentire videtur, eidem eſſe appellationẽ, in proprio nomine, in appellatiuo, & participio, Niſo, Hyrtaci filio: Niſo, participio: &, niſuq; immotus eodem. quare, conniſus, ex Probi ſententia ſcribendũ. ¶ Frangitur, ac fixo trãſit præcordia ligno.) In vete. cod. vel fiſto, legit: a fundo, quod agnoſcit Seruius: vel lectionẽ abraſam, & modo, fixo: modo, fracto, aliena manu repoſitũ. ¶ Et longis ſingultibus ĩpulſat.) In Ro. cod. pulſant. ſed melius vnitatis numero. ¶ Telum vibrabat.) In codi. pleriſq; omnino vibrabat, legitur. Sed in emendationibus, librabat. ¶ Dum trepidãt, ijt hasta Tago.) In cod. ant. it, omnino per ſyngeſim: ſiue, it, pſentis tẽporis omnino ſit: & vi ſubſequẽtis adſpirationis producaẽ, quod magnũ literatiſſimis viris negocium faceſſit, meliore tamẽ parte in eorũ ſententiã cedente, qui concitionẽ factam ex, iuit, autumant: vt in Terentiano prologo, Exiſtimat: pro, exiſtimauit: quam lectionem Donatꝰ agnoſcit. Licet apud Priſcianũ, i hoc citato verſu, neq; it, neq; ijt, legatur: ſed Volat haſta Tago per tempus vtrũq;, ſed & illud obſeruatione dignum, quod Cariſius monet tempora pluraliter tãtum dici; quamuis Virgilius ſingulari ſit vſus, vt hoc loco.

SERVIS.

¶ Interea.) Donec ille inueniretur. ¶ Perſolues amborum.) Aut occiſorum: aut tuas & Niſi. Nã duos eos fuiſſe nouit, ſupra eni ait, State viri. ¶ Meme.) Subaudis interficite, & eſt iterrupta elocutio dolore turbati. ¶ Nec potuit.) Validior argumẽtatio ex impoſſibilitate. vt, Quid Troes potuere: Item, Nõ ea vis animo: nec tãta ſuperbia victis. ¶ Tãtum infelicem nimiũ dilexit amicum.) Contra illud, Cur ergo venit: dicit Tãtum amicum dilexit, vt cum nihil poſſet, tamen veniret. ¶ Voluitur Euryalus leto.) Aut ſeptimus eſt, aut datiuus: ſed ſi datiuus fuerit, figuratum eſt, id eſt ile tum. vt, It clamor cœlo: ¶ Purpureus veluti cum flos ſuccidus aratro Langueſcit.) Habetur ratio cõparationis. videtur enim Euryalo, Hyacinthũ comparare, qui pulcherrimꝰ fuit, & poſt mortem conuerſus in florem eſt. ¶ Laſſove papauera collo Demiſere caput:) Homeri eſt & comparatio & figura. nã & ille ſic ait, vt multorum vnum diceret caput.

Petitio ¶ Volſcentem petit.) Appetit. Petitiones enim proprie dicimus impetus gladiatorũ. Vnde Cicero, Quot ego tuas petitiones ita cõiectas, vt vitari nullo modo poſſent, paruadam declinatione concuſſiſti: & vt aiunt, corpore exceſſit. ¶ Proturbant.) Confodiunt. Vnde paulo poſt, Confoſſus. ¶ Non ſegnius.) Non ſecius quam vulneratus. ¶ In ore condidit aduerſo.) Archaiſmos eſt, vt ſupra. Pectore in aduerſo cui totum cominus enſem Condidit. ¶ Placidaq; ibi demũ morte quieuit.) Aut proprium eſt mortis epitheton: aut ex affectu pereuntis dictum eſt, qui cum amico moriebatur. ¶ Siquid mea carmina poſſunt.) Verecũde. ¶ Domus.) Familia. ¶ Capitoli immobile ſaxum Accolet.) In vrbe Roma Iouis templum nõ fuit, quod cum iam deuotum a Priſco Tarquinio vellet Superbus Tarquinius ędificare, cœpit auguriꝭ captare qui mõs huic tẽplo eſſet aptiſſimus. Et cum in omnibus Tarpeius eſſet inuẽtus (in quo erãt multa diuerſorum numinum ſacella) actum eſt vt exinde ad alia tẽpla numina euocarẽtur ſacrificiꝭ quo poſſet libere & ſine piaculo templum Iouis ædificare. Cumque omnes dij libenter inde migraſſent, Terminus ſolus, hoc eſt limitum deus, abſcedere noluit, ſed illic remanſit. Tunc de hoc ſacrificatum eſt, & deprehenſum, q̃ Terminus cũ Ioue remanẽs æternũ vrbi imperiũ cũ religione ſignificaret. Vnde in Capitolio q̃na pars tecti patet, quæ lapidem ipſum Termini ſpectat, nã Termino nõ niſi ſub diuo ſacrificabatur. Hic ergo nũc dixit, Capitoli immobile ſaxũ Accolet: quia Terminus non eſt reuullus de loco.

DONATVS.

¶ Sæuit atrox Volſcẽs.) Plus enim creſcebat iracundia eiꝰ, q̃ author facti nõ apparebat, nec conſtabat vnde vltio deberetur expoſci. ¶ Tu tamẽ interea.) Quoniam latet, inq;, ſociꝰ tuus: tu interim duorũ pœnas expẽdes. ¶ Simul enſe recluſos.) Dictio irati feruẽs ſatis & breuis. nõ enim in verbis ſed i facto vltio fuerat reſpoſcẽda. Ibat igitur in Euryalum educto gladio & parato ad feriendum. ¶ Tũc vero exterritus. a.). Quãdo ad amici necem vẽtum eſt, latebras dolor vlterius ferre nõ potuit, i tãtũ vt ſe ipſum ſua perderet voce. Videamus nunc qualis vox perturbati eſſe potuit, & eius, quẽ ex cauſa maximi doloris amẽtẽ dixit effectũ, cum ad ea reſpõdere cogeret, quæ dixerat Volſcẽs, tu tamẽ interea calido mihi ſanguine pœnas perſolues amborũ. Niſus cõtra ait. ¶ Meme adſum, qui feci.) Deficiẽtis vox fuit, ꝓpter nimium dolorem deniq; quod animo tenẽbat, nõ potuit ſemel effundere. ait ergo me: & cum deeſſet cõtinuatio verborũ ſequẽtiũ, ait iterũ me. tertio, vbi cępit paulatim ſeſe colligere, adiunxit adſum qui feci, quarto, in me cõuertite ferrum. Cũ igitur hæc pronũciantur ſeparãda ſunt, ne cõiuncta minuãt intellectum. Magna ſubtilitate diſpoſitum, quod autem duplicatum eſt me, infra cõpletum eſt adiectione facta verborum, quæ inter initia ſecuta non fuerat. ſi, inquit, malũ in vos admiſi, quæ ritis Rutuli: preſto ſum, audite confitentẽ, & ferrum retorquete in me ab exitio innocentis, me percutite, me pœnis, qui voluerit, abſumite. Me quippe authore & inuentore factũ cõſtat quicquid vobis inflictũ eſt. Mea fraus omnis, inuentiones frandis in perniciem veſtram concepte meis conſilijs proceſſerũt: nihil iſte nec auſus eſt, nec potuit. Cõſiderate eius ætatem, inuenietis eũ nec aliquid audere potuiſſe, nec facere, probatur iſtiꝰ amẽtia, dũ putat hoſtes inſiurãdum inimici in tãtis anguſtijs acceptare poſſe. ¶ Cœlum, inquit, & cõſcia ſydera teſtor.) Hic quia potuit ei dici, ſi iſte reus non eſt, quid hic faciat, vel cur tecum eſt: occurrit vltro, & ait. ¶ Tantum infelicem ni.) Quod ait tantum, corripi debet

Sæuit atrox Volſcens: nec teli conſpicit vſquam
Authorem: nec quo ſe ardens immittere poſſit.
Tu tñ interea calido mihi ſanguine pœnas VOL.
Perſolues amborũ, ¶ Inquit. ſimul enſe recluſo PO E.
Ibat in Euryalum. tum vero exterritus, amens
Conclamat Niſus: nec ſe cælare tenebris
Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem.
Me me: adſum qui feci: in me conuertite ferrũ NI.
O Rutuli. mea fraus omnis: nihil iſte, nec auſus,
Nec potuit: cœlum hoc & ſydera conſcia teſtor.
Tantum infelicem nimium dilexit amicum.
Talia dicta dabat. ſed viribus enſis adactus PO.
Tranſabijt coſtas: & candida pectora rupit.
Voluitur Euryalus leto: pulchroſq; per artus
It cruor: inq; humeros cerui collapſa recumbit.
Purpureus veluti cum flos ſucciſus aratro
Langueſcit moriens: lapſove papauera collo
Demiſere caput: pluuia cum forte grauantur.
At Niſus ruit in medios: ſolumq; per omnes
Volſcentem petit: in ſolo Volſcente moratur.
Quẽ circũ glomerati hoſtes, hinc cõminus, atq; hinc
Proturbant. inſtat non ſegnius: ac rotat enſem
Fulmineum donec Rutuli clamãtis in ore
Condidit aduerſo: & moriẽs animã abſtulit hoſti.
Tum ſuper exanimem ſeſe proiecit amicum
Confoſſus. placidaq; ibi demum morte quieuit.
Fortunati ambo. ſi quid mea carmina poſſunt,
Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo:
Dum domus Æneæ Capitoli immobile ſaxum
Accolet: imperiumq; pater Romanus habebit.

pi debet in pronunciationẽ nõ produci. vt ſit hoc ſolum deligat, quia venit huc mecũ, amicitia infelicis hominis ductus nõ odio veſtro. errãt autem qui producunt tantum, & ſic intelligũt. quaſi Niſus dixerit tantum me amauit quaſi multũ, quod ſi ſolũ eſt, non implet intellectum vt excuſetur Euryalus. Multũ enim putauit intereſſe Niſus inter reum facti & eũ, qui interfuerit facto, nec tamẽ aliquid fecerit, cum ambos teneat vna ſentẽtia. ſed hoc Virgilius non approbans pro dolentis & turbati per amentiã perſona poſuit. vt quaſi hoc genere parcereſ ei, qui diuelli ab amico non potuit. ¶ Talia dicta dabat.) Niſus quidem loquebatur, quæ prodeſſe Euryalo potuiſſent. ſed hoſtis tenuit intẽtionem ſuã, & quantum iræ gereret animo i ictu, quo Euryalum percuſſit, oſtẽdit. nam viribus omnibus adegit enſem per coſtas eius & pectꝰ. ¶ Voluitur Euryalus.) Duo genera comparauit funeri, purpureũ florem toto corpori pręter ceruicem & caput, papaueri ceruicẽ & caput, quia ſic inflectitur cum maturitate laſſatur, aut humoris onere prægrauatur. ¶ At Niſus ruit in me.) Vicit hoſtiũ multitudinẽ Niſus, & rupta circunſtantium turba ad authorem ipſum peruenit occiſi, nihil de ſua morte formidans, qui moriturus irruerat, & poſt amici mortem petebat potiuſq; vitabat interitum. ¶ Quem circum glomerati ho.) Proturbant eum, qui poterant & ferire, ſed obſeruabant potioris iudicium, nec temere audẽdum aliquid arbitrantur, vbi fuit excelſior poteſtate, qui arbitrio ſuo pœnam deberet exigere. ſed non abfuit intentioni Niſi perturbatium multitudo. ¶ Inſtat nõ ſegnius.) Quo magis inſtitit, nec deſeruit conſilium ſuum, rotauit enſem fulmineum. hoc eſt in morem turbinis miſit gladiũ, quaſi iaceret fulmen. ¶ Donec Rutuli clã. in ore.) Opportune iactus eſt enſis, fuit enim penetrandi facilius via, vt os clamantis ſimul feriret, & clauderet. O conſilium pręſens deſiderans vltionem conſortis occiſi manu propria ferire non potuit. Impediebatur enim proturbãtium turba, & tamẽ rotato enſe vindictam, quam deſiderabat, impleuit. ¶ Et moriens animã. ab. ho.) Hoc dicẽdo, oſtendit etiam Niſum fuiſſe percuſſum, propter Volſcentis exitium. cui glorioſa mors fuit: q̃a vindicato conſorte diem vltimum clauſit. ¶ Tum ſuper exanimum.) Et cũ multum ſpiritum redderet, i animo habuit amicum induiduũ. Deniq; cum ab eo nollet etiam mortuus ſeparari, ſuper ipſum maluit cadere, & ſuper chariſſimã funus animã flare. ¶ Fortunati ambo.) Exæquauit amborum fidem, exæquauit laudẽ. Euryalus enim noluit Niſum relinquere in pericula pergẽtem. ecce & Niſus, q euaſerat ne amico exanimi ſuperſtitiſſet, properauit ad mortem. Et quoniã res fuit pręclari exempli, digni inuenti ſunt quorum per Virgiliũ carmen memoria conderetur ad poſteros. Ideoq; facta apoſtrophe, ait. ¶ Siquid mea car. poſ.) Ne videretur arrogans in laude carminum ſuorum, dixit, ſiquid mea carmina poſſunt, hoc eſt, ſi digna fuerint carmina mea, quæ cõcelebret ſe cutura poſteritas, ſemper ipſi eritis in laude. ¶ Dum domus Æneę.) Hęc dicendo, oſtẽdit nihil fore perpetuum. & omnia ad vltimum finem eſſe uentura: tamen magna fuit gloria illorum cũ omnibus ſua quoq; durante memoria vno cum omnibus fine concludi.

ASCENSIVS.

¶ Sæuit atrox, &c.) Recitat necem Euryali, & deinde Niſi, amicorum, miſerandam & memoria digniſſimam, quam neq; fraudandam pollicetur. Vnde dicit Donatus ſic. ¶ Sæuit.) Creſcit ira, quo niam author facti nõ apparebat. ¶ Purpureus.) Ad totum corpꝰ refertur hęc comparatio. ¶ Papauera.) Papauer vero, ad ceruicẽ, & ad caput. ¶ Dum domus.) Oſtendit omnia vẽtura ad finẽ. Hæc ille. ¶ Ordo eſt. Volſcens, ſcilicet equitũ magiſter: atrox, id eſt ferocions: ſequit, id eſt ferocior efficitur: nec. i. qa non conſpicit vſq; authorem teli, nec conſpicit quo ipſe ardens poſſit immittere, id eſt inferre ſe: & (inqt) tamen. i. tametſi, ſi non conſpiciam authorem, nec quem punire merito debeam: tamẽ tu (ad Euryalum loquitur) perſolues iterea. ſ. dum author teli latebit: mihi ſanguine tuo calido pœnas, id eſt ſumam de ſanguine tuo vindicta, & vltionem: amborum. ſ. Sulmonis, & Tagi interfectorum: & ibat ſimul. ſ. cũ id diceret: in. i. contra Euryalum enſe recluſo, id eſt euaginato: quia re, cum verbo ad clauſuram, aut velamen ſpectãte, cõtrarium importat, Niſus exterritus: tum vero. i. maxime tunc: aut tunc primũ ad Verum, conclamat, exiſtens amens. i. ſine mente: quia illum ſaluare non poterat: vt ſe, & a quibus miſſus erat: & tamen immemor, & ſuæ, & reipublicę ſalutis: nec potuit celare. i. occultare ſe amplius, aut perferre tantũ dolorẽ, quãtus erat amicum, ante oculos iterfici. Cõclamat igitur, o Rutuli, me me, ideſt petite, & interficite meme (inquit) qui feci. ſ. facinꝰ, quo illi perierunt: cõuertite ferrum in me, omnis fraus eſt mea: iſte. ſ. quẽ occiditis: nec auſus, ſup. eſt quicquam: nec potuit, ſup. quicquã: teſtor. i. teſtimoniũ veritatis cito hoc cœlũ ſub quo. ſ. ſumꝰ & ſydera cõſcia, ſcilicet facti.) Hæc eadem verba, vir quidã pius de morte Chriſti cõuertit, vno verbo mutato. ſ. pro, o Rutuli, Iudæi. dicens: Meme, adſum qui feci, in me conuertite ferrum, Iudæi, &c. Adclamat autem Poeta) Tantum, id eſt intãtum: Niſus dilexit nimium amicum infelicẽ, ſcilicet Euryalũ: aut tãtũ dilexit amicum infelicem nimiũ ſed potius adhęrere priori expoſitioni, ne vitio ſe cohęreant duo epitheta. Ser. vult eſſe, Niſi verba vt ſit, Sed ideo venit, quia dilexit tãtũ amicũ, ſcilicet me, ſuũ nimium infelicẽ, ipſe Niſus dabat talia dicta: ſed enſis adactus id eſt imiſſus viribus: adigit, ſup. ſe, trans coſtas: aut tranſadigit, pro eo quod eſt tranſit coſtas: & rupit pectora candida. Euryalus voluitur leto, id eſt per letum: hoc eſt, morte proſternitur: & cruor it id eſt fluit per pulchros artus: & ceruix collapſa recumbit i humeros, veluti cũ flos purpureus, videlicet Hyacinthus: cũ id eſt quãdo: ipſe ſuccidus aratro id eſt euulſus vomere: aut, falce reciſus: lãgueſcit id eſt flaccidus fit: moriẽs ſcilicet morte animæ vegetatiuæ id eſt deſiccari incipit: ve, pro vel: cũ, ſup. papauera demiſere, id eſt deorſum miſerunt: caput collo laſſo, id eſt defatigato pondere: cũ, ideſt q̃n: ipſa grauantur forte pluuia, ſcilicet vehementius incũbente. At, id eſt ſed: Niſus ruit in medios: & petit per omneis, id eſt pteriens alios omneis: ſolum Volſcentem. ſ. authorem mortis Euryali: & moratur in ſolo Volſcente, ſcilicet iam reperto: quẽ. ſ. Niſum hoſtes circũ glomerati, hinc atq; hinc id eſt vtrinq; proturbãt id eſt confodiunt: aut potius, cum turba, & impetu, irruunt poſtea cõfoſſuri &, ſup. Niſus: inſtat. ſ. in perſequendo Volſcẽte: nõ ſecius id eſt nõ ſegnius: nec aliter, ac ſi proturbatus non eſſet: & rotat id eſt circumagit: enſem fulmineũ id eſt in morẽ fulminis vibratũ: donec condidit id eſt abſcondidit eum in ore: aduerſo Rutuli. ſ. Volſcentis clamantis. Seruius dicit impropriũ eſſe ſermonem: innuẽs dicendũ eſſe: cõdidit in os aduerſum: ſed ſi intelligamus enſem prius in os aduerſum immiſſum, & cũ illic eſſet in eo conditũ, ſtet Latinitatis ratio: & ipſe moriens, id eſt letaliter vulneratꝰ: abſtulit animã hoſti. ſ. Volſcẽti: & proiecit tũ, id eſt deinde: poſtq̃ hoſtis eciderat, ſe ſuper amicũ. ſ. Euryalũ: exanimem. i. mortuũ in quo non erat anima, exiſtens confoſſus: & quieuit demũ ibi morte placida id eſt placente: quia ibi. ſ. ſuper corpus amici. ambo. ſup. eſtis (adloquitur. n. eos in ſecunda pſona, vnde cõſtat ambo, & vocandi eſſe caſus: falteſi quodãmo. collectiue ſumatur, vt ſit) O vos ambo fortunati, ſup. eritis, aut eſtis: ſi mea carmina poſſunt quid. i. aliquid ad felicitatẽ facere (quod poſſe atteſtatur Hora. dicẽs, Cœlo Muſa beat, &c.) Nulla dies. i. nulla tẽpeſtas: eximet vnq̃ vos æuo memori. ſ. veſtri: dũ. i. quandiu: domus. i. familia Æneæ: accolet imobile ſaxũ Capitoli, p Capitolij. i. habitabit Romã: & dum pater. ſ. patratus. i. princeps Romanus: habebit imperiũ. ſ. rerũ oium: quod æternũ fore pollicitus eſt Iuppiter in. j. diens de Romanis, His ego nec metas rerũ, nec tempora pono, Imperiũ ſine fine dedi, &c. de domo Æneæ. i. Iulio Cęſare, Naſcetur pulchra Troianus origine, Cęſar Imperiũ Oceano, famã qui terminet aſtris. Et dij penates in. ij. loquẽtes de Italia, Hic domꝰ Æneę cunctis dominabitur oris, Et nati natorũ, & qui naſcẽtur ab illis. Vex iã ea domus extincta eſt. Nec tamen Niſi, Euryaliq; domꝰ excidit memoria. hoc plus poſſunt carmina, q̃ arma.

PIERIVS.

¶ Atrox Volſcẽs.) In antiquis co. Volſcẽs, vti dictũ, abſcq;. ſ. Atq; ita ſcribẽdũ inferius, Volcentẽ petit, in ſolo Volcente moratur. ¶ Nihil iſte, nec auſus.) In Ro. neq; auſus: quod licet parui ſit momenti, elegãtioris tñ ingenij viri numerorũ huiuſmodi varietate delectari ſolẽt. ¶ Et ſydera cõſcia teſtor.) Veteres oẽs codices legunt, & cõſcia ſydera: adiectiuo pręiecto. ¶ Tranſadigit coſtas.) In Rom. cod. Tranſabijt, legitur. & in aliquot aliꝭ, Tranſadijt: qã ab aliquot eruditis receptũ video. In Porcio, & pleriſq; aliꝭ manu ſcriptis, Tranſadigit, omnino ſcriptũ eſt. Sed vſus loquẽdi eſt, vt adigo, ferrũ, aut enſem enunciemus, nõ enſis adigit, & iã dictũ eſt, Enſis adactus: quare vel, abijt, vel adijt, melius videtur. ¶ Et candida pectora rupit.) Rom. codex cum aliquot aliꝭ, pectora cãdida epitheto quod miſerationẽ mouere poſſet, vltimo loco appoſito. ¶ Laxove papauera collo.) Antiqui pleriq; cod. laſſo. Porciꝰ, Vitalianus, & aliquot alij, lapſo, habẽt. ¶ At Niſus ruit i medios.) In Oblongo, Ac. In qbuſdam aliꝭ, Et. Sed enim locus ipſe exigere videtur, At. ¶ Proturbant.) In antiquis aliquot, Perturbant. Sed oino melius, Proturbant. ¶ Inſtat non ſegnius.) In anti. co. nõ ſecius. Quod nonnulli etiam per, t, ſcribunt, ſetius, quod nequaq̃ docti probant. ¶ Capitoli im. ſaxum.) Quanuis in vetuſtis co. Capitolij geminato i, ſcribiꝭ; eo modo, quo Terẽ. Scaurus hmõi genitiuos

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitiuos scribi præcipit. Hoc tamen loco, ne Synalœpha ex trib⁹ vocalibus distinctis fiat, Capitoli, vnico, i scribendū cēsuerim, facta synæresi, vt prius erat in Porcio. Quæ vero Ser. de termino eadem eadem fere apud A. Gel. habent. Lactā. tñ lib. contra Gēteis. i. saxū hoc a Romanis cultū dicit, pp illius memoriā, qđ pro Ioue obiectum est, Saturno deuorandum.

SERVIVS.

¶Præda Rutuli, spolijsq; potiti.) Nō solum suis armis eos exuerūt, sed etiam illa præda quæ Rutulis fuerat āte detracta. ¶Serranoq;, Numaq;.) Decima Antapodosis, q̄ fit quoties cōmemorātur ea quę nō sunt āte prædicta. ¶Tepidaq; recētē cæde locū.) Hypallage est, tepidū locū recenti cæde. Vnde multi legunt Tepidūq; recēti Cęde locū. ¶Spumāti sāguine riuos.) Spumas tūc habet sanguis cū effunditur, nā postea conquiescit. Vnde bene dixit, Spumāti riuos: quia præmisit, Seminecesq; viros. ¶Iam reb⁹ luce rectis.) Supra, Et rebus nox abstulit atra colorē. ¶Quisque suos.) Scilicet comites. nam plenum est, Æratasq; acies. ¶Acuunt rumorib⁹ iras.) Quia duo ausi sunt per eorum castra trāsire. ¶Euryali, & Nisi.) Volunt nōnulli clamorem esse militum: sed melius hoc a poeta dictum accipimus. nā Rutuli, eorū non nouerāt nomina: vt sit, Quin etiā capita Euryali & Nisi præfigunt in arrectis hastis, & cū magno clamore comitantur. ¶Cingitur amni.) Amne debuit dicere: nūquam enim bene in i, exeunt, nisi quę cōmunis sūt generis: vt docilis, agilis. Sed ideo ausus est ita ponere ablatiuū, quia vt supra diximus, apud maiores hic & hæc amnis dicebatur. ¶Tenēt fossas.) Tuenē, defendūt. ¶Nota nimis miseris.) Hoc plus cōmouebanē, quoniā etiā abscissi vultus, necdū etiā agnitionis amiserant notas. ¶Excussi manib⁹ radij.) Bene Excussi, quasi nesciēti: meli⁹ q̄ si diceret proiecti. ¶Fœmineo vlulatu.) Impatienti vt, Fœmineo pdę & spoliarū ardebat amore. ¶Prima petit.) Ideoq; prima, qa solēt in extrema necessitate etiā mulieres muros ascēdere: vt Ipsę de muris matres. ¶Nō illa virū, nō illa pericli.) Vnū pudoris est, aliud salutis. ¶Hūc) Talē. Et est pquestio matris Euryali plena artis Rhetoricę. nam pene oēs partes habet de misericordia cōmouēda a Cicerone i Rhetoricis positas. ¶Hunc te aspicio?) A qualitate cædis. ¶Sera meæ reqes?) Euāder, Mea sera & sola voluptas. ¶Potuisti linquere solā.) Ab itercepto solatio. Crudelis) Qui potuisti linquere solā cū pius esses. ¶Affari extremum.) Anchises Sic, o sic positum, affati discedite corpus. Terentius, Quin igitur dum licet loquimini mecum Antipho? ¶Nec te tua funera mater.) Idest funerea. Nam apud maiores funereas dicebant eas ad quas funus pertinet, vt sororem, matrem. nam prę- prgfice ficæ, vt & supra diximus, sunt plāctus principes, non doloris. funera autem dicebāt, quasi funereas ad quas pertinet fun⁹. ¶Funus lacerū tellus habet.) Dilaniatum cadauer. nam funus pro cadauere posuit. ¶Si qua est pietas.) Si qua est pietas in occidēdo, in me probetur. ¶Me primam absumite ferro.) Vnusquisque enim in propriæ salutis desperatione, credit vniuersa etiā posse cōsumi. vnde ē quod modo dixit Me primā. ¶Inuisum hoc detrude caput sub tartara telo.) Inuisum quidē est hoc & odiosum caput: verū est misericodiæ gen⁹, si me etiā iratus interimas. ¶Quādo aliter nequeo crudelē abrūpere vitā) Hinc traxit illū colorē Iuuenalis, Quod facin⁹ dignū tam lōgo admiserit æuo?

Victores præda Rutuli spolijsq; potiti,
Volscentem exanimum flentes in castra ferebant.
Nec minor in castris luctus, Rhamnete reperto
Exangui, & primis vna tot cæde peremptis,
Serranoq;, Numaq;. ingens concursus ad ipsa
Corpora, seminecesq; viros, tepidumq;, recenti
Cæde locum, & plenos spumanti sanguine riuos:
Agnoscunt spolia inter se, galeamq; nitentem
Messapi, & multo phaleras sudore receptas.
Et iam prima nouo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile:
Iam sole infuso, iam rebus luce retectis,
Turnus in arma viros, armis circundatus ipse
Suscitat, eratasq; acies. in prælia cogit
Quisq; suos: varijsq; acuunt rumoribus iras.
Quin ipsa arrectis (visu miserabile) in hastis
Præfigunt capita, & multo clamore sequuntur,
Euryali, & Nisi.
Aeneadę duri murorum in parte sinistra,
Opposuere aciem (nam dextra cingitur amni)
Ingenteisq; tenent fossas: & turribus altis
Stant mœsti. simul ora virum præfixa videbant,
Nota nimis miseris, atroq; fluentia tabo.
Interea pauidam volitans pennata per vrbem
Nuntia fama ruit: matrisq; adlabitur aures
Euryali, ac subitus miserę calor ossa reliquit:
Excussi manibus radij: reuolutaq; pensa:
Euolat infelix: & fœmineo vlulatu
Scissa comam, muros amens, atq; agmina cursu
Prima petit: non illa virum, non illa pericli,
Telorumq; memor: cœlū dehinc questubus implet.
Hūc ego te Euryale aspicio? tu ne ille senectę EVR.
Sera meę requies: potuisti linquere solā MATER
Crudelis? nec te sub tanta pericu la missum
Affari extremum miserę data copia matri?
Heu, terra ignota, canibus data præda Latinis,
Alitibusq; iaces: nec te tua funera mater
Produxi: pressiue oculos, aut vulnera laui,
Veste tegens: tibi quam noctes festina, diesq;
Vrgebam: & tela curas solabar anileis,
Quo sequar? aut quæ nūc artus, auulsaq; membra,
Et funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te
Nate refers: hoc sum terraq;, mariq; secuta?
Figite me, si qua est pietas: in me omnia tela
Conijcite, o Rutuli: me primam absumite ferro:
Aut tu magne pater diuum miserere: tuoq;
Inuisum hoc detrude caput sub tartara telo:
Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitā.

DONATVS.

¶Victores pda Rutuli.) Victores dixit obtrectationis cā, qui putarēt se aliquid magnum fecisse. quia trecēti occiderant duos, cum & duo acciderant duos, cum & duo ac potius alter duorū iā ipsi tres peremissent. deniq; qualis victoria fuit? qua sequebanē lachrymæ perditorū: quod ipsum vt satiaret, ait. ¶Volscentem exanimū.) In castra dixit, pars alia erat exercitus q Troianos obsederat. spolijs, ingt, potiti, & hoc notabile. gloriabanē enim pro magno existimātes, quia acceperūt ea, quæ solus portabat Euryalus. Intelligimus predā fuisse in spolijs, quas tulerat Nisus. Spolia vero, quibus ipse & Nisus fuerāt iduti vel armati. ¶Nec minor in castris luctus.) Acti⁹ est eorū luctus ex aliorum cędibus repertis i castris, quos primos & plurimos vna simul calamitas strauerat. ¶Ingens cōcursus ad ipsa Corpora.) Vel quia videbatur plurimorum acerbitas funerum, vel quia volebant scire, quos quantosue perdidissent. Tantum autem momenti vnius clades inflixerat, vt omnes simul turbati calamitatum causæ tenerenē intenti. ¶Seminecesque viros.) Scelus recēter admissum ex eo colligebāt, q nōnulli adhuc aliquā partem spiritus retinebāt, & cęsorum senguis nōdū amiserat colorē, terraq; ipsa nō nihil caloris ex cruoris effusiōe reddebat. vnde magis angebantur dolentes, quia si aduersa illos fortuna non impedisset, nihil emersisset eiusmodi, quod plangerēt aut lugerent. ¶Ac noscūt spolia inter se.) Agnoscebāt Messapi galeā & phaleras sudore largissimo recuperatas. Intelligi potest etiam sic, vt adhuc moneat Rutulorum ludibriosa laudatio, vt trecēti armati receperint sudore ingēti, quę sustulerant duo. ¶Et iā prima no.) Iam, inquit, consumpta nox fuerat, & apparebant omnia quę

occultauerāt tenebrę. Turnus in arma viros in armis circūdatus ipse suscitat, suscitat vtpote dormientes, nec posset alios in bellum cōstātius excitare, nisi etiam ipse primo fuisset armatus. ¶Æratasq; acies in prælia cogit. Quisq; suos.) Rege procedente ad bellum, armatas acies vnusquisque dux cogebat in prælia. ¶Quin ipsa arreptis.) Ipsa capita. quorum alterum Euryali fuit, Alterum Nisi hastis infixa insultationis causa monstrabant. nō sibi, Troianis miseranda, clamore magno eadem persequētes. clamor iste qualis fuerit ex persona insultantium poterit æstimari. Ordinatur sensus sic, ipsa capita Euryali & Nisi præfigunt erectis hastis. Et magno clamore sequūtur. Æneadę duri.) Duros dixit durantes in labore murorum. ¶In parte sinistra. Op. a.) Supra dixit causam, propter quam non egrediebantur, & fossas tenebant turribus oppositas & aciem in læuam partem dextra enim muniebat amnis. tristis interea dicitur causa mœstitię. ¶Simul ora virum.) Mouebāt Rutuli occisorum capita, quę Troiani ex notitia agnoscerēt, & darēt. ¶Atroq; fluen. ta.) Quæ tabo corrupta agnosci non possent, nisi ab his, qui ea penitus noscunt. In eo aūt Troianos dolor angebat, & q tales viros pdidissent, & nihil fuisset Aeneæ nuntiatum. ¶Interea pauida.) Poetica descriptio: cæterum nuntium dicit ad matrem Euryali peruenisse: quo filiū sciret occisum. ¶At subitus miserę calor.) Cum audisset filij mortē a ferali nuntio, corporis calor diriguit & reliquit ossa eius torpētia. ¶Excussi manibus.) Dolor enim vel maxime insperatus ac repentinus neruos eius membraq; dissoluerat. ¶Euolat infelix.) Vtpote, quæ ante filium occisum comperit, q̄ didicisset absentē. ¶Et fœmineo vlu. Sci. co.) Ecce quæ faciunt luctus, & subitus dolor amens, inquit, effecta est ex amentia inconsideratio ætatis & sexus accessit. petebat deniq; muros cursu, capillis fusis, & maximos vlulatus attollens. ¶Non illa virum.) Petebat imprudenter muros non cogitans illic viros consistere vel se incurrere periculum posse. Quid enim detrimentum pudoris formidaret, aut mortem? quem post filium talem cupiebat extingui? Mirandū non est fœminam grauioris ætatis cursu muros potuisse conscēdere, quam mentis permutatio in amētia fecerat fortem, & plūs audere q̄ deberet, aut posset. ¶Cœlum dehinc que. im.) Ecce etiā voce fortior facta est ex dolore. nanque querelis suis compleuit & cœlum. ¶Hunc ego te Eu. a.) Ad hoc, inquit, deducta est Euryale infelicitas mea? ad hoc incolumes manserunt oculi mei, vt post illum ætatis tuæ florem hunc te videam mater, hoc est occisum & triumphum præbentem hostibus duris. ¶Tu ne illa sene. me. re.) Hoc est quod senectæ meæ fuisti solatio? quod ait feræ, probatur, cur feræ. apparebat enim illum in prouectiori matris ætate susceptum, cum illa anus esset, Euryalus vero prima signans intonsa iuuenta. Ergo recte dictus est serus accessisse materno solatio. ¶Potuisti li. Plena accusatio in paucissimis verbis? Nam quāti est sceleris, matrem in periculis linquere? quanti est sceleris, deserere eā, quę alterius solamen non haberet, crudelis animi signum est, quod tam execrabile malum in filio esse non debuit. Possent ad hęc dici ex persona filij. missus sum vtpote miles, qui non fui in potestate mea. munus hoc militię, non volūtarium fuit. ad hęc illa ait. ¶Nec te sub tanta pericula mis. Affa.) Non, inquit, accuso abscessum tuū, missus es, nec tui iudicij fuit, quod maiorū tuorū imponebatur arbitrio, faceres tamen quod fuerat potestatis tuæ, quod publicæ non officeret causæ: faceres quod reprehendere nullus auderet. Subiectus casibus videres proximus matrem non leue subiturus incertum. Videres matrem tā in pericula coniectus, dares loquendi liberum locū, misceremus extrema colloquia. omnia hæc dolentis sunt. Ceterum qđ prodesset occiso, aut eius matri, si hęc quę dicta sunt, extitissent? missum sub tanta pericula, possumus etiam sic intelligere, vt sub iugatum periculis accipiamus. sed illud est melius, quod superi⁹ dictum est, vt nō ipse voluntate, sed impulsus esse videretur. non enim sciebat mater, q Euryalus sese sponte ingesserat. Heu terra ignota, Alitibusq; iaces.) Addidit augmentum, præter orbitatē quippe accesserat aliud, quod gemereē vehemēter, quod iaceret insepultus ignotis in terris, relictus, & canibus latinis, & auibus præda. Dolebat ergo propter mortis eius accidentia quę magis orbatę pectus validius vulnerabant. si enim ignotę terræ nō essent, potuisset existere qui noti funus traderet sepulturę, q eriperet canibus & alitibus vbicunq; est, heu, separari a ceteris debet, affectu. n. dolentis a verborum contentione secernēdus est. Nec te hic quoq; aliud enim fuerat dictura, & aliud subiecit dolentis more. ¶In tua funera ma. Pro.) Nec tuum, inquit, funus prosecuta sum. ¶Pressiue oculos. ¶Hoc est, neque tuos oculos clausi, vt moris est, aut vulnus laui, vt fieri solet, quomodo cecidisti pfessus, aut veste contexi, transit ad aliam doloris partem, illa, quæ se dixerat solatia perdidisse, euidenter enumerans. Prosequitur q̄relas suas misera mater. Tui causa, iquit, vixi, & viuere optaui, solum habēs in te & in lanificio solatium, quod nec in luce dimisi, nec noctis occasione deserui. Iterum ad alium doloris rapit modū. ¶Quo sequar?) Quo sequar? cum omnia retineant hostes, aut quomodo sine capite ac laniatum corpus inspiciam? bene addidit lacerum corpus: debuit enim mater, & potuit, quamuis truncū filij agēs fun⁹ agnoscere, si illęsum reperire potuisset: rursum labitur in aliam partem. ¶Hoc mihi de te.) Cur, inquit, non te video, quem secuta sum mari? cur non te video, quē tātis in regionibus terrarum nō dimisi? ¶Figite me, si q. est pie.) Sensus a cōtrario positus, vt prius dicatur quisquis eā velit occidere. Si norūt, inquit, hostes aliquando misereri: me quoq; occidite Rutuli. In me omnia tela congerite, præstabitis infelici beneficium, & vobis procurabitis vltionem. hic videndum est, cur dixerit, me. & rursum posuerit me. Ita est enim ac si diceret, me occidite, quæ hostem vestrum genui, quæ alui, quæ nutriui. cōuerti debet exitium in me: a quo hostis vester exortus est, & viuēdi sumpsit exordium. ¶Aut tu ma. pa. di.) Miserere, iquit, Iuppiter, & me perime fulmine tuo. Sentio enim quia aduersis superis viuo. in nece mea probabitur pietas tua, si dolentis cruciatus abruperis, & deleueris leto, aliud quippe doloribus meis remedium non est, nisi vt mors adimat, qđ odiosa vitę diuturnitas dedit, hęc fuit orbatæ mulieris vox abscisa, & per multa diuersaq; discurrēs. Integritas enim sensus manere non potuit in ea, quam infelicis casus repentina turbarat acerbitas, vsq; adeo vt multa impossibilia pro possibilibus videatur posuisse.

ASCENSIVS.

¶Victores præda, &c.) Commemorat quomodo Rutuli sese in castra receperunt: mœsti, quidem propter magistri sui mortem: qui & mœstos inuenerunt propter stragem a Niso, Euryaloq; factam: quorum capita ita moti hastis præfixa, in cōspectum Troianorum inferebāt: vnde infausta fama auribus matris Euryali increpuit: qua re cognita, miserabilem edit lamentationem. Vnde dicit Donatus sic. ¶Victores.) Irrisorie: tanquam qui magnū putarent, si trecenti duos vicerint, cum duo, tres interemissent. ¶Duri.) Durantes in labore. In matre autem Euryali, ostendit qđ possit dolor, cum oblita sexus & ætatis tantum fureret. Denique accusat eorum, quæ & si facta fuissent, nihil tamen prodessent. ¶Canibus date prędá.) Non solum morte, sed mortis accidentibus cruciatur. Hæc ille. ¶Ordo est. Rutuli victores, id est qui se victores iactabāt cum potius victi censendi sint; & potiti prędá, scilicet rerum, quas exportarant: & spolijs, quæ e castris Turni extulerant ferebant, flentes Volscentem exanimem, in castra, scilicet Turni. Nec minor luctus, supple erat in castris: & hoc Rhamnete reperto, exangui. i. sine sanguine: quia eū effuderat: hoc est occiso: & tot primis, id est de primoribus peremptis: vna cæde, id est vnius noctis occisiōe, supple repertis, scilicet Serano, & Numa, cuius prius nō meminit. Ingens concursus, supple factus est, aut fit ad ipa corpora: & viros semineceis, id est semi interēptos, & ad locum recentem: tepida cæde, pro eo quod est tepidum, recenti cęde, id est sanguine recenter per cædem effuso: & ad riuos plenos, sanguine spumanti, id est impetuoso, & cum spumis defluēti. Ipsi agnoscūt inter se spolia. i. quorum fuerāt, quæ Niso & Euryalo abstulerant spolia: & galeam Messapi nitentem: qua. s. agnitus erat Eurialus: & phaleras receptas. i. iterum, atq; iterum (vt dictum est) captas. & prius ab Eurialo alijs ablatas: & nunc rursus a Rutulis, Euryalo: vnde bene addit, multo sudore: Et Aurora prima, id est prima pars Aurorę: linquens cubile Tithoni. s. regis Oriētalis: croceum, i. crocei coloris: spargebat iā terras nouo lumine: & hoc iam sole infuso. s. in aerem: & rebus iā retectis. i. denudatis, & apertis luce, quę. s. occultę fuerant tenebris. Turnus suscitat viros in arma, existēs ipse: quod dicitur ipsemet, aut in propria persona: circundatus armis. s. suis, & circūstipantium: & cogit. i. cōpellit: acies ęratas. i. ęre munitas, hoc est armis æreis cogit (dicit) quisq;. i. quilibet; sup. ductorem: suos. s. subditos, & commissos: & acuunt. i. accēdunt iras: varijs rumoribus. i. vario murmure. Quin. i. quinetiā, prefigūt. i. ipa capita: Euryali, & Nisi, in hastis arrectis: & sequūtur, sup. cum multo clamore: mirabile aut potius miserabile. i. quæ res miserabilis erat: visu. i. ad videndum, aut dum videbantur. Æneadę duri. i. aduersa fortiter tolerantes, opposuere aciem in sinistra parte murorum: nam dextra, sup. pars: cingitur amni, videlicet Tyberi. Et tenent. i. tutantur, & defendunt ingenteis fossas: & ipsi mœsti. i. seueri, & circumspecti, ac mœsti, ppter amicorum necem: stant, sup. in: aut, pro altis turribus:

Universidad de Deusto Biblioteca

tibus:& videbāt ſimul,aut ſtant mœſti ſimul.ſ.ſtatim: dum videbāt ora virū id eſt virorū:pſixa.ſ.haſtis:ora(inqt)nota nimis miſeris ideſt ipſis miſeratiōe dignis,q libēter ſuccurrere voluiſſent, ſi ſciuiſſent,& potuiſſent,aut miſere ſe affligentib⁹: & fluētia atro tabo id eſt ſanguine cōcreto,& corrupto. Fama nūcia.ſ.malorū: volitās pēnata id eſt qa pēnata ruit interea per vrbem pauidā : & allabiť id eſt lapſu peruenit,ad aureis matris Euryali. At calor ſubitus id eſt ſubito aufugiēs:reliqt miſeræ, ſcilicet matri oſſa.Radij.ſ.rotæ,qua nebat,aut fila ad textoriā artem voluebat:excuſſi, ſupple ſunt ideſt ilico proiecti de manib⁹, & pēſa.ſ. lanā appēſam tenentia: reuoluta id eſt retrorſum voluta:aut in ɔtrariū voluta ſunt.Ipſa infelix euolat ſcilicet e domo:& ipſa ſciſſa comam,i.habens comā ſciſſam,& manibus diſſectā:amēs id eſt auerſa a mēte, & rōne petit prima id eſt ante alias matronas:aut petit id eſt ante uolat prima agmina:ſed melior eſt prior ſenſus,petit prima, ſcilicet mulierū:agmina,ſcilicet virorū:curſu id eſt currendo,ſup.cū vlulatu fœmineo,id eſt vehementi,qualis fœminis eē ſolet: & pҫcipue in luctu vnigeniti,etiā in ſanctis literis celebrato . Illa non eſt, ſupple memor:virum id eſt virorum,hoc eſt quod non deceret inter viros ſic diuagari.Illa nō eſt memor pericli,id eſt periculi:illa non eſt memor telorum quæ ſcilicet ancipitia ſunt,nec cuiquam inermi pereūt: & ipſa implet dehinc.i. poſtquam nati ora cōſpexit,cœlum queſtubus ideſt querelis(a queror Vnde u,ante bus,habet)dicens,ſupple o Euryale, reſpicio ego te hūc id eſt huiuſmodi detrūcatum.ſ.& atro tabo manantem , tu ne illa ſera requies meę ſenectę potuiſti linquere,o crudelis,me ſolam:nec copia,i.facultas:eſt data id eſt facta:miſerę matri.ſ.mihi:affari extremum id eſt extremo,ſeu ſupremo loco te miſſum id eſt cum mitteteris ſub tanta pericula?Heu tu iaces præda id eſt exiſtens præda,data canibus Latinis:& alitib.i.auibus i terra ignota . Nec ego mater funera, id eſt quę debebam eſſe funera tua id eſt præfecta funera funeri tuo(& declinatur,hæc funera , huius funerę:pro muliere ad quam funus pertinet. produxi,id eſt ad ſepulchrū,aut vſtrinā duxi te,ſcilicet cū efferreris:nec ego pſſi.i.occluſi:oculos.ſ.tuos: aut laui.i.& non laui: vulnera,ſcilicet tua:aqua calida,vt ſpiritus vitalis reuocari poſſet:tegēs.i.cooperiens te,veſte.ſ.funebri:aut potius veſte,qua viuēs gaudere poſſis. nam hodie quoq; in Italia,in charis veſtibus efferuntur,& ſepeliunť plurimi:quam,ſup. veſtem:ego feſtina vrgebam.i.vrgenter cōtexebam , aut nebam tibi noctes,& dies:& ſolabar.i.lenibā. curas anileis.i. ſenectutis: tela.i.texēdo telam quo ſequar,ſup. te: aut quæ tellus habet nūc artus.ſ.tuos,& membra auulſa:& funus.i.cadauer lacerū.O nate, refers,id eſt reddis:hoc.ſ.ſolatiū,aut beneficium de te, mihi.ſ.matri tuę quę ſum ſecuta,ſup.te:terra.i.per terrā:& mari.i, per mare.O Rutuli:ſiqua pietas eſt,ſup.in vobis:figite.i.trāſfigite me iaculis:& cōijcite i me omnia tela.i.omne gen⁹ telorū : & abſumite me primā ferro,i.armis inuaſiuis:aut tu.ſ.Iuppiter,magne pater diuum:miſerere:ſup.mei.Magna autē eſt miſeria vitę eius, quę pro beneficio mortē ſuſcipiat : & detrude tuo telo.ſ.fulmine triſulco:hoc.i.meum caput:inuiſum,ſ.ſuperis : ſub tartara.i. ad inferni tenebras:quando.i.quandoquidē : ego nequeo abſumere vitā crudelē.i.me crudeliter torquentē:aliter.i.alia via. Vbi lectū eſt,Canibus data prєda.Donatus legit, canibus date præda vt ſit Latinitas ſicut ibi,Salue vera Iouis proles decus addite diuis . Et ordo,Heu tu o date præda canibus Latinis,& alitibus Latinis iaces in ignota terra.putem Poetā iuxta Donati lectionē ſcripſiſſe quia maior eſt,vis in ſermone,maiorq; venuſtas.ſed rarior Latinitas,q̄,ſi data prєda,legatur.

PIERIVS.

Volſcentē exanimū.)In Ro.co. Volcētē exanimē.In alijs,exanimū:vtrūq; receptū a grāmaticis. Tepidūq; recēti Cęde locū) Ita qdē habeť in Ro.co.ſed in Oblōgo,& qbuſdā alijs,Tepidaq; recētē Cęde locū, legitur, quā hypallagen figuram agnoſcit Seruius. In Porcio vna mutata dictione ; eadē tñ elocutionis figura, tepidaq; madētē Cęde locū,habeť. Iam rebus luce retectis.) Sunt antiqua exēplaria,i qbus,receptis,ſcriptū ſit: quaſi res noctu auferri videanť,die vero reddi.Sed,n,retectis oino receptius. Murorū in parte ſiniſtra,)In Ro.cod.murorū parte,legiť abſq; in. Simul ora viҫ pſixa videbāt.(In Ro.co.in Oblongo,in Mediceo,& qbuſdā alijs puetuſtis,mouebāt,legeť eſt:cū paraphraſi,cōmouebāt,ex Seruij cōmentarij deſumpta. Pennata.)In Ro. co. pinnata.de qua ſcribēdi rōne alibi ſatis dictū. Hūc ego te Euryale aſpicio.)Cice.in rhetoricis,octauus locus per quem aliquid diciť eſſe factū,quod non oportuerit, hoc modo:Non affui , non vidi, non poſtremam eius vocem audiui , nō poſtremum eius ſpiritū excepi. Item,inimicorū in manibus mortuus eſt:hoſtili terra turpiter iacuit inſepultus , a feris diu vexat⁹ cōmuni quoq; honore in morte caruit,qui loci omnes hic a Virgilio tanguņť. Quātum vero pertinet ad grammaticen,Soſipater ſolœciſmū notat tranſmutatione fieri,cum finitiua pronomina pro qualitatis ſignificatione ponuntur,hoc citato verſu , Hūc ego te Euryale aſpicio p talē. Tibi quā noctes feſtina dieſq; Vrgebam.(In Ro.codi. tibi quod.Et,Vrguebā:i aliquot veteribus,Attiano more. Hoc mihi de te Nate refers,quę ſum terraq; mari,Sequuta.) Exemplaria manu ſcripta magna ex parte ita legūt,Gnate refers, hoc ſum terraq; mariq; ſequuta quod dubio procul lōge venuſtiorē ſententiam reddit.& eſt πάθος ab inani ſpe,qua inducta fuerat: vt, Gnatum terra,mariq; ſequeretur, felicitatis propoſita ſpe : nūc vero funus eius miſerabiliter intueatur.Nam illud, quæ ſum terraq; mariq; ſequuta, ſubfrigidum neſcio quid habet.

SERVIVS.

Torpent infractæ.) Antea infractæ, nunc tamē torpēt. Vt Turnus vt infractos aduerſo Marte Latinos. Lachrymantis Iuli.) Puero dat lachrymas cui poteſt ſine pudore: viris fortibus, tantum dolorem. Sub tecta reponunt.) Homerice. Quod autem dicit Corripiunt, non iniurię eſt, ſed celeritatis, id eſt raptim tollūt. Ad tuba terribilem ſonitum)Hemiſtichiū Ennij, nā ſequentia iſte mutauit. Ille enim ad exprimendū tubę ſonum ait Taratantara. Et multa huiuſmodi Virgili⁹ cum aſpera inuenerit mutat. Bene tamen hic electis verbis Imitatur ſonum tubarum. Increpuit.) Et inſonuit,& ſegnitiem increpauit. Volſci.) Non mirum, quia dicit Volſcos, cum & Camilla de Volſcis ſit.vt,Et Volſca de gēte Camilla. Nanque pars aliqua,Tuſcię dat Turno auxilia:cū Tuſcos dixerim⁹ ſpecialiter Æneæ fauere. Item ecōtra pars Venetię auxilium pſtat Æneæ, quam Turni fuiſſe ſuperius diximus. Teſtudine.) Teſtudo eſt ſcutorū connexio curuata in teſtudinis modum. Nanq; in armorum generibus milites ſumunt ab animalibus nomina, vt aries. Salluſtius, In modum hirci militaris. Foſſas implere parant,) Vertit ordinem : nam ante eſt vt impleatur foſſa, tollantur valli : & ſic teſtudine accedať ad murum. Quanq; poſſumus itelligere etiam ad foſſas eos facta veniſſe teſtudine. Effundere ɔtra.) Proprie:tela enim non iaciūtur in ſubiecto , ſed funduntur : & dicendo Omne genus telorum, oſtēdit telum vocari omne quod iacitur : Græci τὸ βέλος ἀπὸ τοῦ βάλλειν ſicut Latine tela, ἀπὸ τοῦ τῆλε,id eſt longe. Aſſueti longo.) Docet vſum hominibus plurimum poſſe. Infeſto voluebant pōdere.) Infeſti ponderis . Nec iā ſufficiunt.)Diu iam nō ſuſtinent. Armorūq; reſoluit tegmina.)Hic oſtēdit armoҫ cōnexionē eē teſtudinē.Lucan⁹ de teſtudine, At poſtq̄ virt⁹ icerta viroҫ Perpetuā rupit defeſſo milite cratē,Singula continuis ceſſerūt ictib⁹ arma. Etruſcā pinū.) Ipſe Etruſcus.

Teſtudo

Hoc fletu cōcuſſi animi:mœſtuſq; p oēis P O.
It gemitus:torpent infractæ ad prælia vires
Illam incendentem luctus Idæus,& Actor
Ilionei monitu,& multum lachrymantis Iuli,
Corripiunt: interq; manus ſub tecta reponunt.
At tuba terribilem ſonitum procul ęre canoro
Increpuit.ſequitur clamor,cœlumq; remugit.
Accelerant acta pariter teſtudine Volſci:
Et foſſas implere parant:ac vellere vallum.
Quærunt pars aditum:& ſcalis aſcēdere muros:
Qua rara eſt acies:interlucetq; corona,
Non tam ſpiſſa viris:telorum effundere contra
Omne genus Teucri:ac duris detrudere contis,
Aſſueti longo muros defendere bello:
Saxa quoq; infeſto voluebant pondere.ſiqua
Poſſent tectam aciem perrumpere:cū tamen omnes
Ferre libet ſubter denſa teſtudine caſus.
Nec iā ſufficiunt.nā qua globus imminet ingens,
Immanem Teucri molem voluuntq;,ruuntq;,
Quę ſtrauit Rutulos late:armorumq; reſoluit
Tegmina:nec curant cæco contendere Marte
Amplius audaces Rutuli: ſed pellere vallo

Miſſilibus certant.
Parte alia horrendus viſu,quaſſabat hetruſcam
Pinum,& fumiferos infert Mezentius igneis.
At Meſſapus equūm domitor,Neptunia proles,
Reſcindit vallum:& ſcalas in mœnia poſcit.

DONATVS.

Hoc fletu con.ani.)Audientium.ſ.Troianorum. Mœſtuſq; per omnes It gemitus.)Cū talia dicerentur,concuſſa Troianorū omnium mens eſt & plena mœſtitia vniuerſorum ſenſus afflixit tñ , vt pugnandi officium cuncti reſpuerent virtutis torpente ſubſtantia. Illam incēdentem luctus.) Luctus per ſe mali ſunt & graues,acerbiores vero fiūt,ſi hos quiſpiā aliquibus nutrimētis accumulet.cum igitur mater Euryali lugēdum caſum verbis accenderet , & affligeret audientes . Ideus & Actor Ilionei mo.) Quoniam apud Iulum multarum rerum conſideratio fuit. primo,q; ad patrem mandata perferri nequiuerant. deinde amiſſio tantorum virorū commendatio Euryali in cauſa matris,& fides promiſſa pergenti. Rapta igitur & miſſa ſub tecta eſt, ne vlterius virorum animos ſuis clamoribus frangeret . At tuba terribilē ſonitum.)Rutuli,q ad hoc venerāt,vt dimicarent accenſi quoq; ex facto dederunt belli ſignum per tubā,tāto nixu & ferali cātu oppleta fuerunt vniuerſa:& remugit cœlum.Inter mugire & remugire hoc intereſt,mugit vnde mugitus primo proficiſciť, remugit,quod mugitu alieno percuſſum reddit aurib⁹, quod accipit. Accelerāt acta pa.teſtu.vol.) Poſt hoc ſignum venerūt Volſci vno animo vnoq; conſenſu acta teſtudine. Teſtudo eſt, q̄ cōiunctione ſcutorum facta latentes ſubter tegit armatos: quę tūc fit,quoties inferiora adeunda ſunt,& ſuperiorum metuiť violentia.in ſummo igitur fuerunt Troiani. Volſci autē pro Rutulis facientes parabant foſſas implere , vel rumpere quo poſſent etiam ad turres parietes pducere.fecerunt idcirco teſtudinē, vt diſpoſita complerent.cui rei vt factum eſt,vna mentium cōſpiratio fuerat neceſſaria,ne maiore Troianorū vi teſtudo ipſa diſſoluta ſuccumberet.huic ſocietati animorum celeritatē quoq; coniunxerat:vt aggredientiū tarditas expugnationem faceret fortiorem. Quærunt pa.adi.)Quęrunt aditū diuiſis officijs, dicit iam quomodo quęrebant. Et ſcalis aſcendere mu.) Alij cōſilio potiuſq̄ temeritate ducti voluerunt ſcalis appoſitis muros aſcendere per ea loca,quæ videbāt non multis defenſoribus inſtructa. Apparebant enim rari, & ſperabātur defenſioni murorum ſupereſſe nō poſſe. Telorum effun.con.)Cum non enumerat genera teloҫ, reliquit intellectui latiſſimam ſuſpitionē,vt miſiſſe Troianos arbitremur,quicquid hominem in inferioribus poſitū negare vel excludere potuiſſet:cuius rei magnam copiam extitiſſe monſtrauit,cum dicit effundere,plus eſt q̄ mittere.& ille fundit cui magna eſt copia:nec mittendi metuit finē nimia exiſtente ſubſtātia: In eo quod dixit effundere ēt illa poſſunt intelligi , quę mitti nō poſſunt:ſed fuſa proficiunt,vt aqua calida,vt pix feruens,& ſoluta,vel oleum. Ac duris detru,con.) Hoc tunc fit, cū ſcalæ occupantur,& prope ad ſummum peruenitur,& fortiſſimis cōtis truditur aſcendens,ne deſiderata poſſideat.Vnde intelligendum eſt ſcalis vſq; ad Troianos eſſe peruentum,quādo virtute res agebatur & contis. Aſſueti longo muros.) Faciebant hęc , vtpote illi, quos Troiani belli prolixa calāmitas fecerat doctiores . Saxa quoque infeſto.)Præter illa, quæ ſuperius comprehendit miſſa, vel potius effuſa, dicit nunc ea, quæ teſtudinem quamuis firmā & fortem opprimere pondere vel diſſoluere potuiſſent . Cū ta.om.Ferre libet.) Troianis hęc inſtanter agentibus cōſtituti ſub teſtudine fortiter tolerabant ex ſummo deiecta, quęrētes adipiſci victoriam. Nec iam ſufficiunt.) Iam tamen cœperant vinci, & expugnationem ſuperiorum ferre non poſſe , poſſet hoc & de Troianis intelligi,q; fundendo atq; mittendo defeciſſent. Nam qua globus im.In.) Hic confirmatur,quod Troianorū defectio magis dicta ſit.Rutulorum.nam cum minuta nihil proficerent, & virium extitiſſet magna defectio,ſuper congregatam multitudinem magnā molem trahendo atq; voluendo miſerunt Troiani præcipitem.æſtimandum eſt, quid habuerit moles illa ponderis,quę cum ferri nō poſſet,tracta in pręceps vel inuoluta peruenit.ne aūt in dubiū veniret, pręcipitatæ molis euētus dictus eſt. Quę ſtrauit Rutu.)Super quos cū tanta ruina concidiſſet,mox eos necauit,aut ſoluit. Nec curāt cœ.cō.ma.Am.au.ru.)Poſt factā de ſuis ſtragē vltra nō auſi ſunt Rutuli teſtudinē ſtruere , ſed remota fraude,atq; iſidijs bellicis cœperūt miſſilibus & aperta dimicatiōe certare : quia ſupra dixit,quęrunt,& addidit pars aditum, & ſcalis conſcendere muros. hoc ipm qđ quærūt, ad multas partes , nō ad vnā pertinet,Deniq; ait. Parte alia horrēdus viſu.) Horrendum dixit viſu trucē animo & corpore ingentem.Et fumiferos infert Mezentius ignes. Ibat ergo Mezentius,quem videre tātummodo magnus fuerat tremor.cōcutiebat pinum,non paruam facem ſed ipſam arborē pini fumiferam.pini dixit,quia hoc materię gen⁹ cum arderet, plurimum fumum emittit ex ſe. At Meſſapus equum domitor.)Ecce alia pars,in qua fuit Meſſapus neptunia proles, fili⁹ ſcilicet euerſoris Troię & antiqui inimici,obtinuit vallum. Et quia ſola ſupererat Turris,quę eſſet occupanda,ſcalas petebat , qbus ad ſumma eius poſſet perueniri.quanto iſtorum laudatur inſtantia,tanto pręferuntur Troiani quos ingens manus ſuperare non poterat .

Teſtudo

ASCENSIVS.

Hoc fletu,&c.) Docet quomodo dolore concuſſi, Teucri miſeram abduxerint Euryali matrē:vtq; totis viribus conati ſint Rutuli caſtra Troianorum expugnare , & Troiani eadē defendere. Nihil extat Dona. Ordo eſt. Animi.ſ. Troianorū:concuſſi.i.perculſi ſunt:hoc fletu.ſ.matris Euryali:& gemit⁹ mœſtus.i. mœroris index:it per omneis.ſ. Troianos:vires infractę.i.nūq̄ fractæ: ad prӕlia torpent.i.labaſcunt,quaſi fractæ hoc fletu : ſic in.ij.Captiq; dolis,lachrymiſq; coacti,Quos neq; Titydes, nec Lariſſeus Achilles,Non anni domuere decem,non mille carinæ. Idæus , & Actor, Troiani illi(declinať Actor,huius Actoris, penultima breui)corripiunt.i.ſimul rapiunt,& abducunt:illā.ſ. Euryali matrē incēdentem.i.excitantem luctus:corripiunt (inquā) monitu.i.p admonitionē Ilionei prudentis,& facundi illius viri:& Iuli,multū lachrymantis, vt paternam in eo agnoſcas pietatem & clementiam,quam domus Iulia,quaſi hęreditariā obtinuit:& reponunt ſub tecta iter manus.ſ.adductā . At tuba.ſ.bellica: increpuit,pcul ære canoro.i.cōcauo,Vt latius canat : ſonum terribilē.ſ.claſſicū, ac bellicum ſignum:clamor,ſcilicet virorū: ſequitur.ſ.tubę clangorem:& cœlum remugit. i.reboat, aut reſonat Volſci:q.ſ,Volſcente magiſtro aduenerant Italię populi:accelerāt.i.celeriter inſultum faciunt:pariter.i.ɔſerta manu: & hoc teſtudine.i.coopertura,ex clypeis acta:ſicut teſtudo teſta ſua integitur,Et parāt.i.nituntur:implere foſſas.ſ.vallorum:ac vellere.i.deijcere:vallum.i. munitionem caſtrorū,ex vallis,ſeu ſtipitibus factam. Pars.i.ipſi partim:quęrunt.i.inquirunt , & indagant aditum , & aſcendere muros ſcalis,ſupple ea parte , qua acies eſt rara:& qua corona.i. circunſtātium manus interlucet,id eſt per medium lucet: exiſtēs nō tam ſpiſſa viris,i.habēs interualla,per quę lux quędā apparebat. Teucri,ſup.parant:cōtra.i.ecōtrario:effundere omne genus telorum,ac detrudere.ſ.aſcendentes:cōtis, id eſt ſudibus:& perticis duris,id eſt iduratis,aut dure incuſſis:aſſueti, id eſt aſſuefacti, & experti : lōgo bello, ſcilicet decennali,defendere muros:& ipſi voluebant quoq;,id eſt etiā:ſaxa pondere infeſto,id eſt vim inferente,& moleſtante,ſiqua, ſupple vi,aut ratione.i.vt quacūq; ratione poſſint perrumpere aciem, ſcilicet hoſtiū:tectā,ſcilicet clypeis,hoc eſt ſub teſtudine incedentem:cum tamē libet ſcilicet hoſtib⁹ eorū,hoc eſt Volſcis,& Rutulis:ferre id eſt tolerare: omneis caſus.i.aduerſa:aut potius omnia quę cadūt,exiſtētes ſubter dēſa teſtudine.)Nūc ſi quidem ſubter,accuſatiuo iūgitur. Perſi.Ilia ſubter Cæcum vulnus habes,Olim communis erat prępoſitio,ſicut & ſuper:quia ergo ſubtus erant,nec eſt mutatio loci,vſus eſt ablatiuo.)Nec ſufficiūt iā,id eſt ampli⁹,ſcilicet ſuſtinere vim Teucrorum:nam Teucri voluunt, id eſt deuoluunt,& ruūt ea parte: qua ingens globus,id eſt maximus cuneus hoſtiū imminet: molem ingentem,id eſt fragmētum muri , aut rupis maximi pōderis,quę ſtrauit late Rutulos, & reſoluit tegmina armorū, ex clypeis.ſ. facta:nec Rutuli audaces.i.licet audaces:curāt amplius cōtendere Marte cæco.i.non viſi,nec plane videntes: ſed certāt pellere miſſilibus.i.iaculis,& ſagittis:vallo,id eſt de vallo,vt illis pulſis ipſi conſcendant Mezentius,contemptor ille diuum, & immaniſſimus vir:vnde dicitur,horrēdus viſu.i.horribilis, & horrori habendus,quaſſabat alia parte,pinum Etruſcam.i.haſtam,ex ſolida pinu Etruſca: quia ipe Etruſcus erat:& ifert igneis fumiferos, id eſt pice , & reſina , aut ſulphure fotos. At Meſſapus domitor equum.i.equorum:proles Neptunia,id eſt filius Neptuni,reſcindit,id eſt reſecat vallum:officio.ſ.paterno intētus : vnde in.ij.Neptunus muros,magnoq; emota tridenti, Fundamēta quatit.Fū-
damenta

Universidad de Deusto Biblioteca

dam͂eta.n.Neptuno cõſecrata dicunt, eo q̃d ſit aquarũ deus,ad quas fundam͂eta fere ptigũt:& poſcit.i.exigit a ſuis ſcalas: i mœnia.i.ad mœnia exuperãda & expugnãda, diſſecto pri' vallo.

PIERIVS.

Sub tecta reportant.) In Mediceo in Vitaliano,& pleriſq; alijs antiquis codicibus,in tecta reponunt,habetur.In Porcio,ſub tecta reponũt:præpoſitiua ab iis tantum particula variata. Ac vellere vallum.)Male in Ro.co.p:o,vellere,pellere, eſt ſumptum ex inferiori verſu:vbi recte,Pellere vallo Miſſilibus certant, ſcriptũ eſt. Cum tamen omnes Ferre libet.) In Mediceo,iuuat, ſcriptũ eſt. Subter denſa.) In cod.aliquot ant. ſupter,per p, legitur& hic,& alibi.Reſcindit vallum.) In cod.admodum vetuſtis legere eſt,tranſcendit vallum.quia ſequitur,Scalas in mœnia poſcit. Magis tamẽ placet,Reſcindit: vt in plurib' manuſcriptis codicibus habetur.Nã ſi ad mœnia ſuccedendum erat, via prius aperienda fuit,reſciſſo vallo.

Vos o Calliope precor aſpirate canenti:
Quas ibi tum ferro ſtrages, quæ funera Turnus
Ediderit:quem quiſq; virum demiſerit Orco:
Et mecum ingenteis oras euoluite belli.
(Et meminiſtis enim diuæ: & memorare poteſtis.)
Turris erat vaſto ſuſpectu,& pontibus altis,
Opportuna loco:ſummis quam viribus omnes
Expugnare Itali,ſummaq; euertere opum vi
Certabant:Troes contra defendere ſaxis:
Perq; cauas denſi tela intorquere feneſtras.
Princeps ardentem coniecit lampada Turnus:
Et flammam affixit lateri:quæ plurima vento
Corripuit tabulas:& poſtibus hæſit adeſis.
Turbati trepidare intus:fruſtraq; malorum
Velle fugam.dum ſe glomerant:retroq; reſidunt
In partem,quæ peſte caret:tum pondere turris
Procubuit ſubito:& cœlum tonat omne fragore.
Semineces,ad terram,immani mole ſecuta,
Confixiq; ſuis telis,& pectora duro
Transfoſsi ligno veniunt.vix vnus Helenor,
Et lycus elapſi. quorum primæus Helenor,
Mæonio regi quem ſerua Lycimnia furtim
Suſtulerat:vetitiſq; ad Troiam miſerat armis:
Enſe leuis nudo,parmaq; inglorius alba.
Iſq;,vbi ſe Turni media inter millia vidit:
Hinc acies,atq; hinc acies aſtare Latinas:
Vt fera,quæ denſa venantum ſepta corona
Contra tela furit:ſeſeq; haud neſcia morti
Inijcit:& ſaltu ſupra venabula fertur:
Haud aliter iuuenis medios moriturus in hoſteis
Irruit:& qua tela videt denſiſsima,tendit.
At pedibus longe melior Lycus,& inter & hoſteis,
Inter & arma fuga muros tenet:altaq; certat
Prendere tecta manu:ſociumq; attingere dextras.
Quem Turnus pariter curſu,teloq; ſecutus,
Increpat his victor.-{Noſtraſne euadere demẽs TVR.
Speraſti te poſſe manus?-{Simul eripit ipſum POE.
Pendentem,& magna muri cũ parte reuellit.
Qualis vbi aut leporem, aut candẽti corpore cycnũ
Suſtulit alta petens,pedibus Iouis armiger vncis.
Quæſitum aut matri multis balatibus agnum
Martius a ſtabulis rapuit lupus.vndiq; clamor
Tollitur:inuadunt:& foſſas aggere complent.
Ardentes tędas alij ad faſtigia iactant.

SERVIVS.

Vos o Calliope pcor.) Syllepſis per numeros.erat.n. rectũ Vos muſę, aut tu Calliope. Aſpirate canenti Fauete: vt,Aſpirat pmo fortuna labori. Oras euoluite belli.)Narrate nõ tãtũ initia, ſed etiã extrema bellorũ.Nã orę ſunt extremitates. (Orę) Et meminiſtis.n. diuę, & memorare poteſtis.) Differt meminiſſe a memorare:cũ illud ſit memoriter tenere, Memorare vero exponere & narrare. Eſt autẽ Homeri ſententia.
ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι ὀλύμπια δώματ᾽ ἔχουσαι.
ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε, πάρεστέ τε ἴστε τε πάντα.
Turris erat.Turres hmõi eſſe ad munitionẽ ciuitatũ & in ſecũdo legim':ſed hę plerunque mobiles ſunt,plerunq; fixæ,fixæ,vt in ſecũdo. Turres ac tecta domorũ.mobiles, vt in duodecimo meminit, Sub ijtq; rotas, põteſq; iſtrauerat altos. Opportuna loco.)Scilicet circa portas. Cauas.)Patulas. Opũ vi.) Poteſt & Hypallage eſſe, vt ſit Ope viriũ. Dẽſi.)Pro tela dẽſa. Et flãmã affixit lateri.) Affectate. Debuit enim dicere affixit aut facẽ,aut malleolũ, nõ flãmam. Quæ plurima vento.) Gliſcẽs, & magna facta per vẽtũ. Hæſit adeſis.)Non iã adeſis, ſed quos exedit adhærendo. Maloꝝ velle fugã.)Honeſtiſſima elocutio. Peſte.)Incendio vt, Et toto deſcẽdit corpore peſtis. Vnus.)Subaudis & Alter.nã non procedit vnus. Helenor & Lycus elapſi.)Scilicet non mortem,ſed Turris ruinam. Mæonio regi.) Aut proprium patris nomen eſt, aut cognominem eum filio intelligamus:quia vt ſupra diximus,cũ filij vel patris nomen præmittitur, & aliud tacetur, cognomines eos eſſe itelligam'. Furtim ſubſtulerat.)Ex ſtupro educauerat. hic eſt, Et dulcia furta. Vetitisque ad Troiã miſerat armis.)Secũdũ Donatũ vetitis fato, ſed meli' lege militari intelligimus,quia ſerui a militia prohibebãtur. Vnde in Deiotariana purgat hoc Cicero,cum fuiſſet obiectum iter equites quos Deiotarus miſerat Cęſari,vnum ſeruum fuiſſe. Virgilium autem nouimus trahere aliqua de hiſtoria. Seruos ſane nunq̃ militaſſe pſtat,niſi ſeruitute depoſita, excepto Hannibalis tempore:cum poſt Cannenſe præliũ in tãta neceſſitate fuit Vrbs Roma,vt ne liberandorum quidem ſeruorum daretur facultas. Enſe nudo.)Id eſt ſtricto. Parmaq; inglorius Aba.) Quaſi Tyro,vt diximus ſupra. Longe melior Lycus.) Ergo & Helenor bonus. Inter.) Per: vt, Hũc inter fluuio Tyberinus amœno. Prehẽdere ſaxa manu.)Quia tũc alti nõ erãt muri:ſed ad impetũ tantũ repellẽdũ,vt etiã Salluſtius oſtendit. Vbi Sertoriũ humeris ſublatũ per muros aſcẽdiſſe cõmemorat. Curſu, teloq; ſecutus.) Nimiã eius oſtẽdit celeritatẽ,qui potuit telũ miſſum cõſequi.nã hoc dicit,Cũ præmiſſo telo ad hoſtẽ venit.Statius, Et miſſum curſu cõprehendere telum. Reuellit)In verbo vello, facit i participio vulſus. Qualis vbi aut leporem.) Pro qualiter. Cõparatio Homerica.
ὥρμησεν δ᾽ ἀλεὶς ὥς τ᾽ αἰετὸς ὑψιπετήεις
ὅς τ᾽ εἶσιν πεδίονδε διὰ νεφέων ἐρεβεννῶν
ἁρπάξων ἢ ἄρν᾽ ἀμαλὴν ἢ πτῶκα λαγωόν.
Pedibus Iouis armiger vncis.)Quia dicitur de Aquila iſ bello Gigantum Ioui arma miniſtraſſe,quod tamẽ fingitur.Nã vt ſupra diximus, Iuppiter & Saturn' reges fuerũt. Sed Iuppiter dum cum patre Saturno haberet de agris contẽtionem,ortum bellum eſt. ad quod egrediens Iuppiter, Aquilæ vidit augurium:cui' cum viciſſet auſpicio, fictum eſt q̃d ei pugnanti tella miniſtrauerit. Vnde etiam a felici augurio natum eſt vt Aquilę militum ſigna comitentur. Quęſitum.)Qui requiritur: nam præſens a paſſiuo nõ habuit:& eſt Hyſteron proteron. nã poſt raptum requiritur. Martius lupus.) Aut cruẽtus aut Marti dedicatus. Aggere.) Agger eſt cuiuſlibet rei coaceruatio, vnde foſſæ, aut valles poſſunt repleri. (Agger)

DONATVS.

Vos o Calliope pr.) Quas ibi tũ ferro ſtrages, q̃ funera Turn'. Ediderit.qu.q.) Sub inuocationis cõtextu,quę eſſet dicturus,oſtẽdit, inuocãs velut vnã ſpẽliter muſam & tãgẽs generaliter ſub purali numero vniuerſas.vt oẽs rogatę videant.Obſeruãda ſunt ergo ſubiecta,vt colligi poſſit, vbi & quẽadmodum ppoſitis poeta reſpõderit. Turris erat va.ſuſ.)Suſpectus eſt ſurſum aſpect'.qcqd.n.i ſummo ductũ eſt,videri nõ põt, niſi oculi fuerit in ſupna porrecti.Ideo loco opportuna, q̃ muniebãt ex maxima parte vndis fluuialibus:ſicut ipſe Virgilius ſupra dicit Claſſem quæ lateri caſtrorum adiuncta latebat. Aggeribus ſeptam circũ,& fluuialibus vndis. pontibus altis:quia quod altum eſt,altos neceſſe eſt habeat pontes, quibus in cacumẽ eius eſſe poſſit aſcenſus. (Suſpectus) Summis quam viribus omnes.)Hanc Turrim,quia Troiani tutiſſime defendebant, omnes Itali omni adhibita vi & opibus totis nitebãtur euertere, ſed nec illi deerant ſibi deniq; ait. Troes cõtra de.ſa.) Nequis ad euerſionem turris accedere, hanc troes defendebant ſaxa mittendo. Perque cauas denſi tela.)Dẽſitatem defenſorum faciebat timor,& plena virtutis inſtantia. Princeps ardentem con.lam.tur.(Principem dixit Turnum,aut omnibus potiorem, aut qui ante oẽs facẽ miſiſſet ardẽtem,ſed cum ſecutum eſt, ante oẽs coniecit, magis in eo accipiendum eſt principem,quia facem primus coniecerat.hæc igitur quoniam venti ſuffragio iuuabatur, quo incẽdia nutriunt, hæſit poſtibus,& hoc cœpit abſumere,facile enim ardere potuit, quod adeſum fuerat vetuſtate. Turbati trepidare intus.) Cum inimicis ignib' ſe peruri aduerterẽt,trepidi quid facerẽt cogitabant,quãdo fugiendorum malorum ſpes deerat. quoniam per omnia diſcurrebat incẽdium,& hoſtis tenebat,qua euadi potuerat.proinde aut flammis pereũdum fuit,aut ferro. Dum ſe glomerant.)Dum ſe,inquit,in eam partẽ congerunt omnes,quæ interim carebat incendio. Tum põdere turris.)Bene addidit ſubito,quoniam ſi ſignum dediſſet liberari forſitã poſſent. Semineces ad terrã.) Deſcriptio accidẽtium poſt caſum turris. præceſſerũt,inquit,homines & mox ruina cõſecuta eſt. inuenit ſemineces aliquos,alios ſuis telis,alios lignorum fragmentis infixos. Vix vnus.)Duo de tantis. Quorum primæuus Helenor.) Superfluã originẽ Helenoris refert, filius,inquit,fuit regis nat' tamen ex ſerua,nutritus furtim, &, quod nõ licebat, ſeru' in militiam Troianam datus eſt,hic igitur ſic effugit caſum turris, ſtrictum enſem & ſcutum retinẽs breuem.inglorium dixit,hęc meteri potuiſſe: quia caſu potius euaſerat, q̃ virtute corporis, aut ſubtilitate cõſilij. Iſq; vbi ſe Turni.) Nihil profuit Helenori, q̃ ruinam Turris euaſit,ait q̃ non interijt gladio ſuo, quẽ tenebat nudum.non enim euadere potuit millia hoſtium & cateruas incurriſſe,ad hoc deductus, vt turris caſibus liber teneretur inter arma captiuus.Is igitur vbi hoſtibus ſe circũdatũ, nullaq; ſpeciẽ ſupereſſe fugiendi conſpexit, ruit in conſertos hoſtes ferarũ more,quę viuendi deſperatione ſe ingerunt ferro, & petunt mortẽ quam vitare non poſſunt. At pedibus longe melior.) Dixit cauſam qua inter hoſtes & iter arma ad muros potuit peruenire. Pedibus melior,inquit,q̃ Helenor,& his adiutus ad muros fuga facta peruenit. Altaq; certat Prẽdere tecta ma.) Vbi ad muros venit,cœpit niti,vt retineret tectorum tuta,aut ſociorũ dextris tolleretur in ſummum. Quem Turnus pariter curſu.)Curſu,inquit ſecutus & telo tantum cucurrit Turnus,quantũ cucurrit & telũ. Magnam ibi laudem currentis expreſſit, cum dicit eum cũ telo perueniſſe,quod iecerat. Increpat his victor.) Inſultantis voce vſus his comprehenſum increpare nõ deſtitit. Noſtraſne euadere demens Spe.te.po.ma.)Cum breuis dictio,& ſuperfluis carẽs? quid enim multa ingerit verbis in eum,quem iã tenebat exitiũ, & ad cuius pœnam gladius debebat properare potius q̃ verba, cui ſatis ad conuerſationem daret ſi plurimis loqueret. Apparet inquit,te eſſe dementem,quando ſperaſti te meas manus euaſuꝝ quando hoc tibi prouenire poſſet,vt viueres: qui ſequentẽ Turnum ratus es fugam tuam prouenire non poſſe. Simul arripit ip.Pen.)Ecce quãtum profuit pernicitas Turni. iam euaſerat Lycus,iam tenebat tuta:deniq; cum eum pendentem rapuiſſet,cũ muri parte,quam tenebat auulſus eſt,hoc factũ eſt Turno loquẽte,ne effectum perderet icrepatio. hoc eſt quod ait, ſimul arripit ipſum pendentem, vt Turnum & locutum eſſe, & verbis factum ſociaſſe mõſtraret. Qualis vbi aut leporem.)Comparatio quomodo Turnus rapuit lycum,quemadmodum ſolet,inquit,aquila vnguibus leporem tenere vel cycnũ. Quæſitum aut matri.) Aut quomodo ſolet lupus agnum matri ſubripere.Aquila & lupus,quib' Turnum comparauit,animalia ſunt ſatis aſtuta, & ad rapiendum aptiſſima,lepus vero & cycnus ſemper prędę ſubiecti,Et quos ſemper feritas tãta deſpiciat. hoc igitur factum cum Turnus mira celeritate compleſſet. Vndiq; clamor Tol.) Quis enim nõ laudaretur propter tantum velocitatis effectũ? Inuadunt,& foſſas ag.cõ.)Occaſio eorum,quæ Troianis acciderũt, dedit Rutulis inuadendi copiam, & congeſtione terræ foſſas implendi. Ardentis tedas.)Euictis enim foſſis facile vſq; ad ipſam Turrim potuit perueniri.Quo factum eſt,vt vſq; ad ipſa faſtigia iactarentur faces,vt a ſummo ardens inferiora flammis & ruina deijceret.

ASCENSIVS.

Vos o Calliope precor aſpirate canenti: Quas ibi tũ ferro ſtrages,quę funera Turnus ediderit,quem,&c.)Quia rem maiorem q̃ quę humanis viribus geri poſſit.nec ſatis vero ſimilem dicturus eſt:Facit inuocationem Muſarum inuocans principem earũ Calliopem.ſ.pro omnibus:vnde & numerum mutat. Recitat autem inſtructus a Muſis ingentem pugnã:& propugnaculi cuiuſdam ruinam,quæ duos iuuenes ſecum traxit: quorũ miſerabilẽ licet diuerſum ſubiungit vitæ exitum:tãta dicẽdi gratia, vt auditorem,ac lectorem penitus illiceat, non obtũdat. Vnde Donatus nihil lectu dignum attuliſſe viſus eſt. Ordo igitur eſt. O Calliope,id eſt o Muſa,bonę vocis. quę Heroico carmini præeſt: ego precor vos,ſcilicet Muſas omneis:aſpirate,id eſt fauorẽ date, & inſpirate:canenti.ſ.mihi quas ſtrageis,& quæ funera Turn' ediderit:tum id eſt tũc,cum aſſiliret caſtra Troianorum: ferro id eſt telo,aut enſe ferreo:& quem virum quiſq; demiſerit, id eſt deorſum miſerit.aut dimiſerit id eſt in diuerſa miſerit. Orco,id eſt ad Orcum,hoc eſt inferum. Aſpirate(inquit)& euoluite mecum ingentes oras.i.extremitates:hoc eſt, etiam extremas partes belli. Metaphora eſt ab annalibus, qui euoluũtur ab iis qui res geſtas diſquirũt:quaſi vero omnia apud Muſas ſcripta ſunt:vnde addit Etenim diuę id eſt quia diuæ vos meminiſtis id eſt memoria tenetis hęc oĩa: & poteſtis memorarę id eſt recenſere: hinc patet, cur plurali vſus eſt: quia licet vnam nominet,ad omneis loquit̃ dicens,nõ diua, ſed diuæ. Turris,ſcilicet quædam: erat ſuſpectu vaſto.i.vaſti ſuſpectus, aut habẽs vaſtum ſuſpectũ id eſt ſurſum aſpectum.i.alta & ampla:& altis pontibus.i. ad quam aſcendebat altis pontibus. Opportuna loco.ſ.ad portas,quam, ſup. Turrim: omnes Itali certabãt ſummis Viribus, expugnare id eſt euincere & certabant ſumma opum id eſt auxiliorum, & facultatum ſuaꝝ euertere,id eſt funditus deijcere: Troes contra.i.ecõtrario, ſup. certabant defendere ſaxis:& ipſi denſi.i.frequẽtes certabãt intorquere,ſcilicet in Italos:tela per feneſtras cauas id eſt patulas. Turnus princeps.ſ.exercitus,& eius oppugnationis.coniecit lãpada id eſt facem ardentem:& affixit flammam, id eſt facem i qua erat flamma:lateri ſcilicet turris:quę.ſ.flãma: plurima id eſt plurimũ aucta:vento corripuit.i. ſimul inuaſit,& incendit tabulas & hęſit poſtibus adeſis id eſt quos edebat. Ipſi intus,id eſt qui intus erãt turbati:trepidare.i.trepidabant:& velle id eſt volebant,aut velle cœperãt:fruſtra id eſt in vanum:fugam malorum ideſt periculorum imminẽtium,hoc eſt obuerſionis cum turri: cum ipſi glomerant,id eſt in morem glomeris voluuntur:& reſidũt,id eſt ſe recipiũt:retro id eſt retrorſum in partem quę caret peſte.i. incẽdio tum.i.tũc:turris procubuit.i.proſtrata eſt:ſubito.i. de, repẽte:pondere.i.mole ſua,aut pondere ſubito.i.ex onere ſubito cõcurrentiũ:& omne cœlũ.i.totus aer:tonat fragore.ſ.ruinę. Ipſi, ſup. Troes:veniũt ad terram.i.corruũt:ſemineces:i.ſemimortui, priuſq̃ terrã cõtingerent:& hoc immani mole ſecuta.i. ſequente eos.i.cadente:poſtq̃ ipſi cũ altera parte ceciderant: & veniunt ad terrã confixi ſuis telis:quę.ſ.in manibus habebãt: & transfixi pectora.i.habentes pectora transfixa duro ligno: vix vnus.ſ.Helenor:& alter,ſup.ſ.Lycus elapſi,ſup. ſunt e ruina: quorum Helenor primęuus.i.adhuc in primo ęuo florens: quẽ ſerua Lycinia ſ.noie:ſuſtulerat.i.progenuerat,aut educauerat: regi Mœonio, aut nomine,aut patria:furtim.i. ex ſtupro cõceptũ: & miſerat ad Troiã armis vetitis.ſ.lege militari:quia ſeruilis ꝯditionis, homines nõ erant recipiendi ad legitimam militiã:& ideo erat, ſup. leuis.i.celer,& expeditus: enſe nudo.i.habẽs ſolummodo enſem: aut enſe nudo.i.ſtricto,& nudato,ſicut ſtabat in turri:& inglori' parma alba.i.nullo inſigni adhuc ornata, nec picta. eſt autẽ breue ſcutũ veliti aptum. Et is.ſ. Helenor, vbi vidit ſe iter media millia.ſ.armatoꝝ Turni:& vbi vidit acies Latinas aſtare hĩc & hinc.i. ab vtraq; parte:vt.i. quemadmodũ fera,vt leo, aut ſus ſylueſter, q̃ ſepta.i.circũdata denſa corona venãtũ.i.venatoꝝ,furit cõtra tela:& inijcit ſe morti haud neſcia.i. certa mori: & fertur: ſaltu ſupra venabula.i.venatoꝝ tela:cuſpides videlicet:haud.i. nõ aliter: ipſe Helenor iuuenis,vñ primęuus prius dict' eſt: moriturus.i. cert' mori:irruit i medios hoſtes & tẽdit, ſup.ea parte, qua videt tela dẽſiſſima. At.i.ſed:Lycus Longe melior.i. pręſtantior: pedibus.i.curſu & velocitate pedũ tenet.i.apprehẽdit:muros.ſ.nouę Troię:& fuga.i.fugiendo,& iter hoſtes & inter arma: & certat.i. cõtendit:prendere.i. accipere manu, alta tecta, & attingere dextras ſocioꝝ. Quem Turnus ſecutus,pariter curſu & telo victor.i. cũ eẽt voti compos,& eum teneret.increpat.i.cum amaro crepitu adloquit̃ his.ſ.Verbis:o demens, ſperaſti ne te poſſe euadere noſtras manus:& ſimul.i.cum hoc diceret,accipit ipſum pendentẽ:& reuellit ipſum cũ magna parte muri:exiſtẽs,ſup. talis,qualis armiger Iouis.i,aquila, q̃ Ioui fulmina ſubminiſtraſſe dicit̃,eo q̃ altiſſime

altiſſime volat:nec fulmine ſterniẽ,nec radijs ſolis viſus ei⁹ obtũdiẽ,ſupple eſt:vbi id eſt qũ:petẽs alta id eſt erigẽs ſe e terra: ſuſtulit id eſt ſurſum tulit:pedib⁹ vncis id eſt incuruis vnguib⁹,aut leporẽ,aut cycnũ id eſt olorẽ:corpore candẽti id eſt habẽtẽ corpus cãdidũ:aut qualis ſupple eſt: lup⁹ Marti⁹ id eſt i tutela Martis habit⁹:aut acer,vbi rapuit a ſtabulis agnũ quęſitũ id eſt qſibilẽ, aut q tũc qriẽ matri. ſ.oui multis balatib⁹:ſic eni quęrit, vnde agnus, quia balatu matrem agnoſcit,dictus putaẽ. Clamor ſcilicet Rutulorum:tollitur id eſt erigiẽ vndiq;.i.ex omni parte: & ſupple Rutuli inuadunt,& complẽt foſſas aggere id eſt terra,quę aggeſta erat:& alij iactant ad faſtigia.i.culmina turrium,& propugnaculorum: tædas ardenteis.i.flammiferas.

PIERIVS.

¶Et flãmam affixi lateri,quę plurima vẽto Corripuit tabulas & poſtibus hęſit adeſis.)In Mediceo,affecit.ſed melius,Et flãmã adfixit:vt in alijs habeẽ. ¶Vix vnus Helenor,Et Lycus elapſi,quorũ primæuus Helenor.)In aliquot anti.Halenor:ſed, Helenor,i pluribus. ¶Serua Lycimnia.)In antiquis aliquot codicibus, Lacymnia,legiẽ.In alijs, Licinnia. Vſq; adeo ſæuitũ eſt paſſim in oĩa pene hoium,& locorũ nomina.Quæſitum aut matri multis balatibus agnum.)In Ro.co.& in Porcio,matris,quippe balatibus,legitur:quãq;,matri,vulgata lectio non diſpliceat.

Ilioneus ſaxo,atq; ingenti fragmine montis
Lucetium portæ ſubeuntem,igneiſq; ferentem:
Emathiona,Liger:Chorineum ſternit Aſylas:
Hic iaculo bonus:hic longe fallente ſagitta.
Ortygium,Cæneus:victorem Cęnea,Turnus:
Turnus Ityn:Cloniũq;,Dioxippũ,Promulumq;,
Et Sagarim,& ſummis ſtantem pro turribus Idam:
Priuernũ Capys.hunc primo leuis haſta Themillæ

SERVIVS.

¶Ingenti fragmine montis.) Supradicti ſaxi exaggeratio eſt. ¶Lucetium.)Solum hoc nomen eſt quod dictum a Virgilio in nullo alio reperiatur author. Sane lingua Oſca Lucretius eſt Iuppiter, dictus a luce quã dicitur hominibus præſtare. Ipſe eſt noſtra lingua dieſpiter, id eſt diei pater. Horatius, Nanque dieſpiter plerunque per ſudum tonantes egit equos. ¶Cænea, Turnus.) Turnus Ityn Vt ait Lucilius, Bonum ſchema eſt quoties ſenſus variatur in iteratione verborum. ¶Pro turribus.) Aut pro defenſione turrium. Aut ſic magni, vt turrim putares. ¶Haſta Themillę.)Themillas Themillæ,vt Æneas Æneæ. ¶Leuis)aut haſta pro leuiter veniẽs. Vnde & Strinxerat dixit id eſt paululũ vulnerauerat. vt,Tandem etiã magno ſtrinxit de corpore Turni. ¶Demẽs.) Qui ſcutum quo ſe tuebatur abiecit. ¶Alis.) Pinnis. ¶Læuo affixa eſt lateri.)Oſtendit vulneris locũ quem ante ſuppreſſerat.Sic in quarto,Infixum ſtridit ſub pectore vulnus. ¶Spiramenta animæ.) diffinitio pulmonum. ¶Pict⁹ acu chlamydem.)Id eſt Phrygiam habens chlamydẽ. ¶Ferrugine clar⁹ Ibera.) Ferrugo coloris genus eſt, qui vicin⁹ eſt purpuræ ſubnigræ. Ibera autem modo,nõ Hiſpana,ſed pontica. nam Iberia pars põti eſt,vt oſtẽdit Horatius dicẽs, Herbaſq; quas Colchos atq; Iberia mittit Venenorum ferax. ¶Genitor quem miſerat Arcẽs.) Ordo eſt,Stabat Arcẽtis filius, Arcẽs in armis egregius,nã non congruit vt huius filij prætermiſſo nomine, bis fiat patris cummemoratio. ¶Symæthia circum flumina.) Symethos fluuius eſt Siciliæ haud longe ab vrbe Catinẽſi, circa quem ſunt Palici dei, quorum talis eſt fabula, Ætnam nympham Iuppiter cum vitiaſſet,& feciſſet grauidam, timens Iunonem (ſecundum alios,ipſam puellam) commẽdauit Terræ,& illic enixa eſt.Secundum alios,partus eius poſtea cum de Terra erupiſſet,duo pueri, Palici dicti ſunt, quaſi iterum venientes. nam πάλιν,eſt rurſus, ἱκεῖν, eſt venire. Hi primo humanis hoſtijs placabanẽ, poſtea quibuſdam ſacris mitigati ſunt, & eorũ immutata ſacrificia. Ideo ergo Placabilis ara:quia mitigata ſunt eorũ numina. ¶Liquefacto tempora plumbo diffidit.) Plumbũ enim iactum nimio rotatu & aeris calore diſſoluitur.Statius,Et arſuras cœli per inania glandes. ¶Porrectum extendit arena.) Intelligimus eũ cecidiſſe trans murum, dicendo autem multa,oſtendit corporis proceritatem. ¶Minorem germanam.) Quia maior Nympha fuerat Iouis voluntate. ¶Digna atq; indigna relatu.·Indigna, id eſt turpia & obſcœna. ¶Nouo regno.)Aut noua regij generis affinitate:aut quia etiam ipſi per regis filiam portio debebatur imperij: ingẽtem ſe clamore ferebat.)Non erat ingens,ſed ſe eſſe clamitabat ingentem.

Ferrugo

Strinxerat:ille manum proiecto tegmine demens
Ad vulnus tulit:ergo alis allapſa ſagitta:
Et læuo infixa eſt lateri manus: abditaq; intus
Spiramenta animæ letali vulnere rupit.
Stabat in egregijs,Arcentis filius armis,
Pictus acu chlamydem,& ferrugine clarus Ibera,
Inſignis facie:genitor quem miſerat Arcens,
Eductum Martis luco,Simæthia circũm
Flumina:pinguis vbi & placabilis ara Palici.
Stridentem fundam,poſitis Mezentius armis,
Ipſe ter adducta circum caput egit habena:
Et media aduerſi liquefacto tempora plumbo
Diffidit:ac multa porrectum extendit arena.
Tum primum bello celerem intendiſſe ſagittam
Dicitur,ante feras ſolitus terrere fugaces
Aſcanius:fortemq; manu fudiſſe Numanum:
Cui Remulo cognomen erat.Turniq; minorem
Germanam,nuper thalamo ſociatus habebat.
Is primam ante aciem digna,atq; indigna relatu
Vociferans,tumiduſq; nouo præcordia regno
Ibat:& ingenti ſeſe clamore ferebat.

Palicorum fabula

¶Et ferrugine cla.ibe.)A nomine loci addidit ſpẽi dignitatem:quomodo alio loco, tyrioque ardebat murice lana. ſed illic purpura ſignificata eſt cõfecta ex murice. hic aũt ferruginẽ dixit aerij coloris. ¶Inſignis facie.) Hoc eſt ipſe quoque formoſus. ¶Genitor quem miſerat Arcens.)Hunc in bellum pater ſuus Arcens miſerat. ¶Eductum mar.lu.) Educatum atq; nutritum in Martis luco. ¶Symęthia circũ Flumina.) Dixit lucum,& cui deo videretur eſſe ſacrat⁹, addidit & regionis & fluminis ſigna. hunc iuuenẽ notabiliter poeta deſcripſit, quaſi bellõ aut temp⁹, quo Troiani in periculo tam graui fuerãt cõſtituti, nõ deſiderarent aut pulchros aut ocioſos, aut veſte cõſpicuos. ¶Stridẽtem fundã &c.) Quanto enim contorta fuerit funda frequẽtius: tãto ictus perfectus ex ipſa forti⁹ currit,& grauior puenit: poſitis,inquit,haſtis Mezentius,ad fundam ſeſe conuertit.Cur enim contra mortem ferro cõtenderet?& illud intelligi poteſt idcirco illum haſtas poſuiſſe,vt expeditior eſſet ad fundam. ſtridentẽ ait fundam,quia dum torquetur vt impetũ colligat ſtridit. fundæ intortę quanta vis fuerit,conſequenter oſtendit,ſubijciẽdo. ¶Et media aduerſi.) Solent & lapides his mitti tormentis:ſed violentior eſt ſpecies plumbi,cum iacitur. hæc enim emiſſa ſinu fundæ dum fertur,aere diſſoluitur: & veniens nõ tantum põdere verũ etiã liquore plumbeo quaſi ignis quicquid inuenit vrit, atq; diſſoluit. Denique in huius faciem veniẽs,eum qui ſtabat nõ armis ſed veſte cõſpicuus,vno ictu proſtrauit. ¶Tum primum bello.) Ecce quãta neceſſitas,vt puer inter iuuenes auderet arma tractare. Poeta tamen quoniam impoſſibile videbatur pueri manu robuſtiſſimum iuuenem cecidiſſe,nõ ſe facit authorem. dicitur, inquit,factum,vt in auſpicijs Aſcanij,qui feras ſagittis agitare conſueſſet numanũ cecidiſſe, qui alio nomine etiam remulus diceretur.& ſorori Turni,quę eſſet natu maior,nuptiarũ eſſet ſorte coniunctus.Cum dicit thalamo ſociatus habebat, oſtẽdit honeſtam cõiugij ſocietatem fuiſſe cõtractam.Erigebat iſtum regalis puellæ coniunctio,nouum regnum,& affinitas Turni. ¶Is primã ante aciem. ¶Indigna relatu,turpia debemus accipere: quæ non decuit grauẽ poetam & honeſtum inſerere carminibus ſuis. ¶Tumiduſque nouo præ.re.ibat.)Tanta iſte cõiunctionis Turni ſuperbia ferebatur,vt licenter ante aciem & temere ſtaret. Inde exiſtimans magnum,quia clamabat. eſt autem tale hominum gen⁹, qui ſecundis rebus efferunẽ,vt qui ſint,vel quales, nec ipſi diſcernãt. Incipit dicere,quę eſſent relatu digna omiſſis deterioribus, quæ tanto carmini potuit nectere.

DONATVS.

¶Ilioneus ſaxo &c.)Semel poſitum ſternit,ter accipiẽdum, quoniã tres a tribus dixit occiſos. Ilione⁹ quippe Lucetium ſtrauit, emathiona liger ſtrauit,choritem aſylas ſtrauit. Similiter intelligendũ & portæ ſubeuntem ignesque ferẽtem triũ perſonis aptãdum eſt,vt tres ad incendẽdum portam acceſſerint. tres a tribus videantur occiſi. ¶Hic iaculo bonus.)Ad iſtorum trium perficiẽdam necem, vnum dixit vſum eſſe ſaxo,alterũ iaculo, tertium ſagitta. ¶Ortygium ceneus.)Subauditur occidit. ſed quęrendũ eſt quid ſit,ſummis ſtãtem pro turribus.pot eſt enim intelligi, q ante turres ſtabat:ſed hic magis, quia de obſeſſis loquebaẽ & clauſis,pro defenſione turrium ſtantem, hoc eſt laborãtem debem⁹ accipere. ¶Priuernum capis.)Primo,inquit,illum themillę haſta non grauiter percuſſerat. ¶Ille manum proiecto.) Demens hoc eſt icautus atque incõſideratus,proiecto ſcuto, quo aduerſus inſidias vel ſecuturam vim tutus eẽ potuerat, manum tulit ad vulnus. ¶Ergo alis elap.ſagit.)Et cũ ſe opportunum dediſſet ad mortem,& vulnus cuperet manum contingere, & premendo dolorẽ mitigare Sagitta ſequens ipſam eius manum lateri infixi, & vſq; ad interiora vteri pertendẽs letale vulnus ruptis omnibus, quæ animam tenent,commota mora difficultatis inuexit,hinc intelligitur,quia ictus haſtæ nihil letale percuſſerat. ¶Stabat in egregijs Arcentis.) Huius nomen non dicendo & demonſtrando, patris videtur oſtendiſſe,quod recens etiam ipſe diceretur: & illud intelligi poteſt per patrem: vt oſtenderetur iſte, cuius fuit nomen incognitum. Stabat, inquit, in armis egregius. ¶Pictus acu chlamydem.) Ex acu habens picturas in chlamyde. ¶Et

ASCENSIVS.

¶Ilioneus,&c.) Proſequitur reliquam pugnæ partem,commemorans etiam eos quos Troiani ſtrauerunt. Inducitque Numanum Remulum,qui Turni ſororẽ pauloante duxerat, Troianis inſultãtem.Occaſione cuius, Aſcanius primum arma hoſtilia tractauit.Vnde dicit Donatus ſic. ¶Dicit ante feras.) Poeta quoniã impoſſibile videbatur pueri manib⁹ cecidiſſe, robuſtiſſimum virum nõ ſe facit authorem. Hęc ille. Moris enim eſt virgiliani,in rebus fictitijs,aut dubijs,addere particulã dicitur, fertur, vt perhibent,vt aiunt,vt fama eſt.Sed Ordo eſt.Ilioneus,Troianus ille, vir ſtrenuus,& facũdus,ſternit ſaxo:atque,pro id eſt:ingẽti fragmine montis id eſt rupis ſaxoſæ:Lucetium, Rutulum illum:ſubeuntem id eſt ab inferiori imminentem:portæ id eſt ad portam: & ferentem id eſt inferentem igneis: Liger, id eſt vt videtur Ital⁹ quaſi Ligur,aut Ligus id eſt de Liguria ſternit :Emathion id eſt Troianum illum,& id quidẽ vocabula indicant: ſed ſeries verborum poſtulare videtur,vt dicamus Liger ſcilicet Troian⁹ ille,ſternit Emathiona ſcilicet Rutulum.nam is proprie ſternit,qui deſuper incumbit,vt Itali,non Rutuli:Aſylas Troianus,ſternit Chorineũ Italum. hic ſcilicet Chorineus: erat,ſupple bonus id eſt peritus,

Universidad de Deusto Biblioteca

altissime volat:nec fulmine sternit,nec radijs solis visus ei⁹ obtũdit,supple est:vbi id est qũ:petẽs alta id est erigẽs se e terra: sustulit id est sursum tulit:pedib⁹ vncis id est incuruis vnguib⁹,aut leporẽ,aut cycnũ id est olorẽ:corpore candẽti id est habẽtẽ corpus cãdidũ:aut qualis supple est: lup⁹ Marti⁹ id est i tutela Martis habit⁹:aut acer,vbi rapuit a stabulis agnũ quęsitũ id est q̃sibilẽ, aut q tũc q̃rit matri.s.oui multis balatib⁹:sic enĩ querit, vnde agnus, quia balatu matrem agnoscit,dictus putat. Clamor scilicet Rutulorum:tollitur id est erigit: vndiq;.i.ex omni parte : & supple Rutuli inuadunt,& complẽt fossas aggere id est terra,quę aggesta erat:& alij iactant ad fastigia.i.culmina turrium,& propugnaculorum:tædas ardenteis.i.flammiferas.

PIERIVS.

Et flãmam affixi lateri,quę plurima vẽto Corripuit tabulas,& postibus hęsit adesis.)In Mediceo,affecit.sed melius,Et flãmã adfixit:vt in alijs habet. Vix vnus Helenor,Et Lycus elapsi,quorũ primæuus Helenor.)In aliquot anti.Halenor:sed,Helenor,i pluribus. Serua Lycimnia.)In antiquis aliquot codicibus, Lacymnia,legit.In alijs,Licinnia.Vsq; adeo sæuitũ est passim in oia per ne hoium,& locorũ nomina.Quæsitum aut matri multis balatibus agnum.)In Ro.co.& in Porcio,matris,quippe balatibus,legitur:quãq;,matri,vulgata lectio non displiceat.

Ilioneus saxo,atq; ingenti fragmine montis
Lucetium portæ subeuntem,igneisq; ferentem:
Emathiona,Liger:Chorineum sternit Asylas:
Hic iaculo bonus:hic longe fallente sagitta.
Ortygium,Cæneus:victorem Cenea,Turnus:
Turnus Ityn:Cloniũq;,Dioxippũ,Promulumq;,
Et Sagarim,& summis stantem pro turribus Idam:
Priuernũ Capys.hunc primo leuis hasta Themillæ

SERVIVS.

Ingenti fragmine montis.) Supradicti saxi exaggeratio est. Lucetium.)Solum hoc nomen est quod dictum a Virgilio in nullo alio reperiatur author. Sane lingua Osca Lucetius est Iuppiter, dictus a luce quã dicitur hominibus præstare. Ipse est nostra lingua diespiter, id est diei pater. Horatius, Nanque diespiter plerunque per sudum tonantes egit equos. Cænea, Turnus.) Turnus Ityn Vt ait Lucilius, Bonum schema est quoties sensus variatur in iteratione verborum. Pro turribus.) Aut pro defensione turrium. Aut sic magni, vt turrim putares. Hasta Themillę.)Themillas Themillæ,vt Æneas Æneæ. Leuis)aut hasta pro leuiter veniẽs. Vnde&Strinxerat dixit id est paululũ vulnerauerat. vt,Tandem etiã magno strinxit de corpore Turni. Demẽs.) Qui scutum quo se tuebatur abiecit. Alis.) Pinnis. Lęuo affixa est lateri.)Ostendit vulneris locũ quem ante suppresserat.Sic in quarto,In fixum stridit sub pectore vulnus. Spiramenta animæ.) diffinitio pulmonum. Pict⁹ acu chlamydem.)Id est Phrygiam habens chlamydẽ. Ferrugine clar⁹ Ibera.) Ferrugo coloris genus est, qui vicin⁹ est purpuræ subnigræ. Ibera autem modo,nõ Hispana,sed pontica,nam Iberia pars põti est,vt ostẽdit Horatius dicẽs, Herbasq; quas Colchos atq; Iberia mittit Venenorum ferax. Genitor quem miserat Arcẽs.) Ordo est,Stabat Arcẽtis filius, Arcẽs in armis egregius,nã non congruit vt huius filij prætermisso nomine, bis fiat patris commemoratio. Symæthia circum flumina.) Symethos fluuius est Siciliæ haud longe ab vrbe Catinẽsi, circa quem sunt Palici dei, quorum talis est fabula, Ætnam nympham Iuppiter cum vitiasset,& fecisset grauidam, timens Iunonem (secundum alios,ipsam puellam) commẽdauit Terræ,& illic enixa est.Secundum alios,partus eius postea cum de Terra erupisset,duo pueri, Palici dicti sunt, quasi iterum venientes. nam πάλιν,est rursus. ἱκεῖν, est venire.Hi primo humanis hostijs placabant, postea quibusdam sacris mitigati sunt,& eorũ immutata sacrificia. Ideo ergo Placabilis ara:quia mitigata sunt eorũ numina. Liquefacto tempora plumbo diffidit.) Plumbũ enim iactum nimio rotatu & aeris calore dissoluitur.Statius,Et arsuras cœli per inania glandes. Porrectum extendit arena.) Intelligimus eũ cecidisse trans murum, dicendo autem multa,ostendit corporis proceritatem. Minorem germanam.) Quia maior Nympha fuerat Iouis voluntate. Digna atq; indigna relatu. Indigna, id est turpia & obscena. Nouo regno.)Aut noua regij generis affinitate:aut quia etiam ipsi per regis filiam portio debebatur imperij: ingẽtem se clamore ferebat.)Non erat ingens,sed se esse clamitabat ingentem.

Ferrugo

Palicorũ fabula

Strinxerat:ille manum proiecto tegmine demens
Ad vulnus tulit:ergo alis allapsa sagitta:
Et læuo infixa est lateri manus: abditaq; intus
Spiramenta animæ letali vulnere rupit.
Stabat in egregijs,Arcentis filius armis,
Pictus acu chlamydem,& ferrugine clarus Ibera,
Insignis facie:genitor quem miserat Arcens,
Eductum Martis luco,Simæthia circũm
Flumina:pinguis vbi & placabilis ara Palici.
Stridentem fundam,positis Mezentius armis,
Ipse ter adducta circum caput egit habena:
Et media aduersi liquefacto tempora plumbo
Diffidit:ac multa porrectum extendit arena.
Tum primum bello celerem intendisse sagittam
Dicitur,ante feras solitus terrere fugaces
Ascanius:fortemq; manu fudisse Numanum:
Cui Remulo cognomen erat.Turniq; minorem
Germanam,nuper thalamo sociatus habebat.
Is primam ante aciem digna,atq; indigna relatu
Vociferans,tumidusq; nouo præcordia regno
Ibat:& ingenti sese clamore ferebat.

Et ferrugine cla.ibe.)A nomine loci addidit spẽi dignitatem:quomodo alio loco, tyrioque ardebat murice lana. sed illic purpura significata est cõfecta ex murice. hic aũt ferrugine dixit aerij coloris. Insignis facie.) Hoc est ipse quoque formosus. Genitor quem miserat Arcens.)Hunc in bellum pater suus Arcens miserat. Eductum mar.lu.) Educatum atq; nutritum in Martis luco. Symęthia circũ Flumina.) Dixit lucum,& cui deo videretur esse sacrat⁹, addidit & regionis & fluminis signa. hunc iuuenẽ notabiliter poeta descripsit, quasi bellũ aut temp⁹, quo Troiani in periculo tam graui fuerãt cõstituti, nõ desiderarent aut pulchros aut ociosos, aut veste cõspicuos. Stridẽtem fundã &c.) Quanto enim contorta fuerit funda frequẽtius: tãto ictus perfectus ex ipsa forti⁹ currit,& grauior puenit: positis,inquit,hastis Mezentius,ad fundam sese conuertit.Cur enim contra mortem ferro cõtenderet?& illud intelligi potest idcirco illum hastas posuisse,vt expeditior esset ad fundam. stridentẽ ait fundam,quia dum torquetur vt impetũ colligat stridit. fundæ intortę quanta vis fuerit,consequenter ostendit,subijciẽdo. Et media aduersi.) Solent & lapides his mitti tormentis:sed violentior est species plumbi,cum iacitur. hæc enim emissa sinu fundæ dum fertur,aere dissoluitur: & veniens nõ tantum põdere verũ etiã liquore plumbeo quasi ignis quicquid inuenit vrit, atq; dissoluit. Denique in huius faciem veniẽs,eum qui stabat nõ armis sed veste cõspicuus,vno ictu prostrauit. Tum primum bello.) Ecce quãta necessitas,vt puer inter iuuenes auderet arma tractare. Poeta tamen quoniam impossibile videbatur pueri manu robustissimum iuuenem cecidisse,nõ se facit authorem.dicitur,inquit,factum,vt in auspicijs Ascanij,qui feras sagittis agitare consuesset numanũ cecidisse, qui alio nomine etiam remulus diceretur.& sorori Turni,quę esset natu maior,nuptiarũ esset sorte cõiunctus.Cum dicit thalamo sociatus habebat, ostẽdit honestam cõiugij societatem fuisse cõtractam.Erigebat istum regalis puellæ coniunctio,nouum regnum,& affinitas Turni. Is primã ante aciem. Indigna relatu,turpia debemus accipere: quæ non decuit grauẽ poetam & honestum inserere carminibus suis. Tumidusque nouo præ.re. Ibat.)Tanta iste cõiunctionis Turni superbia ferebatur,vt licenter ante aciem & temere staret. Inde existimans magnum,quia clamabat. est autem tale hominum gen⁹, qui secundis rebus efferunt,vt qui sint,vel quales, nec ipsi discernãt. Incipit dicere,quę essent relatu digna omissis deterioribus, quæ tanto carmini potuit nectere.

DONATVS.

Ilioneus saxo &c.)Semel positum sternit,ter accipiẽdum, quoniã tres a tribus dixit occisos. Ilione⁹ quippe Lucetium strauit, emathiona liger strauit,choritem asylas strauit. Similiter intelligendũ & portæ subeuntem ignesque ferẽtem triũ personis aptandum est,vt tres ad incendẽdum portam accesserint. tres a tribus videantur occisi. Hic iaculo bonus.)Ad istorum trium perficiendam necem, vnum dixit vsum esse saxo,alterũ iaculo, tertium sagitta. Ortygium ceneus.)Subauditur occidit. sed quęrendũ est quid sit,summis stãtem pro turribus.pot est enim intelligi, q; ante turres stabat:sed hic magis, quia de obsessis loquebat & clausis,pro defensione turrium stantem, hoc est laborãtem debem⁹ accipere. Priuernum capis.)Primo,inquit,illum themillę hasta non grauiter percusserat. Ille manum proiecto.) Demens hoc est icautus atque incõsideratus,proiecto scuto, quo aduersus insidias vel secuturam vim tutus eẽ potuerat, manum tulit ad vulnus. Ergo alis elap.sagit.)Et cũ se opportunum dedisset ad mortem,& vulnus cuperet manum contingere, & premendo dolorẽ mitigare Sagitta sequens ipsam eius manum lateri infixi, & vsq; ad interiora vteri pertendẽs letale vulnus ruptis omnibus, quæ animam tenent,commota mora difficultatis inuexit.hinc intelligitur,quia ictus hastæ nihil letale percusserat. Stabat in egregijs Arcentis.) Huius nomen non dicendo & demonstrando, patris videtur ostendisse,quod recens etiam ipse diceretur: & illud intelligi potest per patrem: vt ostenderetur iste, cuius fuit nomen incognitum. Stabat, inquit, in armis egregius. Pictus acu chlamydem.) Ex acu habens picturas in chlamyde.

ASCENSIVS.

Ilioneus,&c.) Prosequitur reliquam pugnæ partem,commemorans etiam eos quos Troiani strauerunt. Inducitque Numanum Remulum,qui Turni sororẽ pauloante duxerat, Troianis insultãtem.Occasione cuius, Ascanius primum arma hostilia tractauit.Vnde dicit Donatus sic. Dicit ante feras.) Poeta quoniã impossibile videbatur pueri manib⁹ cecidisse, robustissimum virum nõ se facit authorem.Hęc ille. Moris enim est virgiliani,in rebus fictitijs,aut dubijs,addere particulã dicitur, fertur, vt perhibent,vt aiunt,vt fama est.Sed Ordo est.Ilioneus,Troianus ille, vir strenuus,& facũdus,sternit saxo:atque,pro id est:ingẽti fragmine montis id est rupis saxosæ:Lucetium, Rutulum illum:subeuntem id est ab inferiori imminentem:portæ id est ad portam: & ferentem id est inferentem igneis: Liger, id est vt videtur Ital⁹ quasi Ligur,aut Ligus id est de Liguria sternit :Emathion id est Troianum illum,& id quidẽ vocabula indicant: sed series verborum postulare videtur,vt dicamus Liger scilicet Troian⁹ ille,sternit Emathiona scilicet Rutulum.nam is proprie sternit,qui desuper incumbit,vt Itali,non Rutuli:Asylas Troianus,sternit Chorineũ Italum. hic scilicet Chorineus: erat,supple bonus id est peritus,

Universidad de Deusto Biblioteca

tus,& vtilis iaculo:& hic scilicet Asylas:bonus,supple erat:sagitta fallente longe id est cũ procul iacitur. Ceneus, Troianus ille sternit,sup.Ortygium Italum. Turnus,supple sternit Cænea,victorẽ scilicet Ortygii:& Turnus, scilicet idem :sternit Itin,& Clonium, & Dioxippum ,& Promulum, & Sagarim , & Idam : stantem pro summis turribus id est pro defensione summarum turriũ:aut, ante ipsas summas turreis : aut sic magnũ , vt pro turri haberi & putari possit.Omnes autem qui a Turno sternũtur , Troiani intelligẽdi sunt.Capys,Troianus ille:sternit,sup.Priuernum, Rutulũ illum,leuis hasta Themillæ,ille illius Troiani:strinxerat id est leuiter vulnerauerat:primo hũc scilicet quem Capys strauit, Priuernum,Ille,s.Priuernus:demens id est malesanus , & immemor salutis suę tulit manum ad vulnus scilicet factum,a sagitta Themillæ & hoc tegmine,s.corporis,hoc est clypeo proiecto , Ergo,qꝫ, scilicet inermis videbat̃ sagitta,s.a Capy immissa:illapsa , sup . est alia:quia(reuera)pennarum plumis dirigitur:alis igit̃ id est pennis:& manus,s.quam ad vulnus tulerat:infixa est lateri læuo idest simul cum latere trãsfixa est:aut quasi clauo lateri affixa est:& ipsa sagitta abdita id est abscondita itus:rupit,i.fregit: vulnere letali,id est mortifero:spiramenta animæ,i.pulmonem, aut præcordia.Arcens,vir ille qui inter Troianos erat,& forte ab Aceste comes datus,filius Arcentis:stabat in armis egregijs, pictus chlamydem,id est habens chlamydem pictam:acu,s.opera Phrygionũ & clar9 id est relucẽs:ferrugine,i.purpura subnigra : Ibera , idest Pontica:existens insignis,id est præter cæteros spectabilis facie, quem Arcẽs genitor miserat eductum,id est educatũ : luco Martis,i.Marti deo sacro,circum flumina Simęthia id est ipsum Simethum fluuium in Sicilia,non longe ab agro Cathinensi:vbi,sup. est ara Palici,s.dei piguis.s,frequenti sacrificio : & placabilis,scilicet alia hostia,& humana.Ipse Mezentius egit armis positis,i.depositis fundam stridentem id est cum stridore emittentem, glandem,aut lapidem:& hoc habena scilicet fundę:qua scilicet tenebatur:abducta ter circum caput,vt.s.fortius emittatur:& diffidit,i. dissecuit tempora,s.Arcẽtis:aduersi,i.ex aduerso:stantis media,i. per medium:& hoc plumbo,i.glãde plumbea:liquefacto,s.ex celerrimo impetu,& vehementi motu:ac extendit,s.Arcentem:porrectum,i.extẽsum,cum morte grauaretur,sup. in , media arena: Ascanius solitus ante,s.illa tẽpora,terrere feras fugaceis: dicitur tunc,primum intendisse bello,i.more bellico , aut animo bellandi,& hostili:sagittam celerem,i. celeriter emissam : & dicit̃ fudisse manu,i.saggita e manu missa:Numanũ fortem,i.robustũ: cui s.Numano,cognomẽ erat Remulus:& sup.qui sociatus:nuper,i. pauloantea:thalamo,s.matrimoniali:habebat germanam,i.sororem Turni minorem:quia maior erat Iuturna,amica Iouis . Is,s. Numanus,Remulus:vociferans ante primam aciem,digna, atqꝫ indigna relatu,i.quæ referantur:& tumidus,i.inflat9 præcordia, id est habẽs pręcordia tumida,& inflata nouo regno:quia per sororem regis,in partem regni aduenerat:ibat,s.cõspicuus:& ferebat sese ingentem,i.egregium & præstãtem:clamore,i.vociferatione & inclamatione sua,Clamabat autem quæ sequuntur, Non pudet obsidione.

PIERIVS.

¶Allapsa sagitta.) In antiquis,adlapsa,per d, & per b,more veterum.&,sagicta:quod eam a sagaci ictu dictam,volũt. ¶Et lęuo infixa est lateri manus.)In antiquis aliquot,adfixa: quod nequaqꝫ displicet.

SERVIVS.

Nõ pudet obsidione iterũ,valloqꝫ teneri NVM.
Bis capti Phryges:& morti prętendere muros:
En qui nostra sibi bello connubia poscunt.
Quis deus Italiam:quę vos dementia adegit:
Non hic Atridæ:nec fandi fictor Vlysses:
Durum a stirpe genus:natos ad flumina primum
Deferimus:sęuoqꝫ gelu duramus,& vndis.
Venatu inuigilant pueri:syluasqꝫ fatigant:
Flectere ludus equos,& spicula tendere cornu.
At patiens operum paruoqꝫ assueta iuuentus,
Aut rastris terram domat : aut quatit oppida bello.
Omne æuum ferro teritur:versaqꝫ iuuencum
Terga fatigamus hasta:nec tarda senectus
Debilitat vireis animi.mutatqꝫ vigorem.
Caniciem galea premimus: semperqꝫ recentes
Conuectare iuuat predas:& viuere rapto.
Vobis,picta croco,& fulgenti murice vestis:
Desidię cordi:iuuat indulgere choreis :
Et tunicę manicas,& habent redimicula mitrę.
O vere Phrygię(neqꝫ enim Phryges)ite per alta
Dindyma:vbi assuetis biforem dat tibia cantum.
Tympana vos,buxusqꝫ vocat Berecynthia matris
Idęę:sinite arma viris,& cędite ferro.

¶Iterum.) Denuo.Nam iam tertio obsidentur.& iterũ, nõ nisi de duobus dicimus. ¶Bis capti Phryges.)Semel ab Hercule,postea a Græcis. ¶Morti prætendere muros.) Emphasis est.Morti enim ꝓ bello posuit.Sic supra.Leti discrimine paruo . ¶Nostra connubia.) Aut quasi Turni cognatus loquit̃:aut inuidiose retorquet, & vult causam omnium esse cõmunem. ¶Nõ hic Atridæ.) Exaggeratio vitupationis.nã nõ tãtum se Troianis,sed etiã eorum victoribus præfert. ¶Fãdi fictor Vlysses.) Aut fallax, aut logodędal9, id est qui dolum celat sermonis ornatu . ¶Durum a stirpe genus.) Italiæ disciplina,& vita laudatur:quam & Cato in originibus,& Varro in gente populi Romani commemorat. ¶Gelu duramus,& vndis.) Vndis gelidus : & est ἓν διὰ δυοῖν, vt, Hamis auroqꝫ . Nam nemo quod plus est pri9 dicit . Si.n. duo essent.ante aquã diceret, postea gelu . ¶Venatu.) Pro venatui. vt, Curru pro currui. ¶Syluasqꝫ fatigant.)Ipsi fatigantur in syluis:aut pro feris syluas posuit quibus sunt ferę. ¶Flectere ludus equos.) Aliorum labor nostrę pueritię ludus est. ¶At patiẽs operum,paruoqꝫ assueta iuuẽtus.)Hoc & in Georgicis laudat. nam magnę virtutis est in nimio labore paruis esse contentum. ¶Terrã domat.Bene bellico vsus est verbo:& ne a re militari discederet, non dixit terras colimus,sed domam9:ac si diceret,cũ hostes desunt , terras ferro domamus. ¶Versa iuuencum terga fatigamus hasta.) Agriculturam sine officio belli non gerimus, Est autem κακοσύνθετον & ὁμοιοτέλευτον. ¶Nec senect9 debilitat vires animi .) Bene Animi, quia nõ est ausus corporis dicere.Nec enim potest fieri , vt quãuis robustus senex vires habeat prioris ętatis,& suę cõparet̃ adolescẽtię. Nũc ergo licet dicat fortes esse etiã senes, bona tñ ẽ vsus tẽperatione, vt diceret nihil animorum vigori derogare tẽporis vetustatẽ. ¶Vobis picta croco.) Vituperatio Troianorũ , in qua vtitur argumẽtis quę in Rhetoricis cõmemorat Cicero. a gẽte,ab habitu,a gestu,ab animo. ¶Fulgenti murice.) Purpura. Hanc autem vitio & decori apud maiores fuisse constat.Iuuenalis, Peregrina ignotaqꝫ nobis. Ad scel9 atqꝫ nefas qũcunqꝫ purpura ducit. ¶Desidiæ cordi.) Vobis sunt. ¶Choreis.)Seruauit hoc loco naturam syllabæ, quã in sexto metri causa corripuit . Vt. Pars pedibus plaudunt choreas,& carmina dicũt. ¶Et tunicę vestrę manicas.)Tunicę vestrę habẽt manicas. quod etiã Cicero vituperat,dicens, Manicatis & talaribus tunicis.nam colobijs vtebantur antiqui. ¶Et hñt redimicula mitræ.) Illud dicturus fuerat,Habetis in pileis redimicula: quod cõuertit in vituperationẽ maiorem, dicẽs, Religatas habetis mitras,nã pilea , virorũ sunt: mitrę,fœminarum quas calaticas dicũt. Mitra autem proprie Lydorum fuit, vt. Mæoniã mẽtum mitra.quem habitum imitati sunt Troiani. ¶O verę Phrygię)Ipsos vituperat Phrygię:sed nũc ad maiorẽ iniuriã Phrygias non Phryges. ¶Alta dindyma.)Mõtes matris deũ. ¶Biforẽ dat tibia cãtũ .) Bisonũ imparẽ.Et seruauit eis tibiarũ suarũ naturam. Tibię aut serranę dicũtur, siuę sunt pares,& ęquales habẽt cauernas. Aut Phrygię, quę & impares sunt,& inęquales habent cauernas . Ergo biforẽ dissimilem,dissonum. Non enim sunt pari modulatione compositę. Vt enim ait Varro,Tibia Phrygia dextra vnum foramen habet:sinistra duo.quorum vnum acutum sonum habet, alterum grauem . ¶Buxusqꝫ vocat Berecynthia.) A monte Berecyntho. Dicitur autẽ & hęc buxus & hoc buxũ . vt, Et torno rasile buxũ. Vnde superflue quidam arborem generis fœmini esse volunt, cum hoc loco etiam de ligno generis fœminini habeamus exemplum. ¶Et cedite ferro.)Aut ferrũ relinquite : & est iteratio : Aut cedite ferro , id est cum viri non sitis , abscindite partem virorum

¶Non

¶Non pudet obsidione iterum.) Ideo iterum, quia obsessi fuerant in Troia,& rursum in pręsenti. ¶Valloque teneri?)Quod semel dixit iterum bis debemus accipere,vt sit, iterum obsidione, iterum vallo. quid sit iterũ ipse exposuit dicendo.Bis capti phryges.sed idcirco,inquit,non semel vobis hoc cõtingit,quia phryges estis.hoc gentis nomen pro conuitio posuit,quasi eneruati, molles,imbelles,ac fœminis proximi,& captiuitatib9 crebris adiecti. Crimen enim fuit , quia iterum potuit quippe casus fuisse in prima obsidione,sed cũ secũdo quoqꝫ vallati sunt . nec prima põt casibus applicari,nec secunda obsidio. ¶Et morti præ. mu?) Nouum,inquit,inuentũ inertiæ,quæ sibi murorum munimẽta conquirit,nõ vt clausos defendant,sed vt obsessos abdicent. ¶En qui nostra sibi.)Singula habent vim suam. En, inqt, vituperãtis demonstratio est hęc,en qui,hoc est mendici,naufragi,dissoluti. nostra quasi meliorum,atqꝫ nobilium bello connubia poscunt. Volunt,inquit,bello alienum coniugium quęrere , qui in causa simili sciunt sese mactatos. ¶Quis deus Italiam ?) Quis deus irat9 scilicet vos ad Italiã morituros adduxit? ¶Quę vos dementia adegit . An dementia vos huc impulit? qua soletis ferri pręcipites? ¶Non hic atridæ,nec fandi fictor vlysses.)Inter nos, inquit, non sunt atridę,nec vlysses,primos Gręcorum maculat, vt reliqui deteriores inueniãtur.vlysses enim inentiendi atqꝫ fallendi arte petitissimus fuit. Atridę cum summam tenerent imperij, Helenam perdiderunt nescientes,& tamen obtinuerunt aduersum vos, & vicerunt,& victores,fecistis,qui alios superare nõ possent. ¶Durum a stir.ge. Genus , inquit, nostrum non arte aliqua fit durũ, sed nascitur forte. ¶Natos ad flumina.)Vsque adeo nostros liberos paramus ad laborem , vt mox natos deferamus ad flumina. Si hoc solum diceret,non tanta esset laudantis assertio , quanti enim laboris est vndam fluminis pati? Addidit . ¶Sæuoque gelu du.& vn.)Vt ostenderet naturam fluminis frigidam, & interueniente gelu sæuitiam ipsius fluminis duplicari . Apud nos,inqt, vnusquisqꝫ cum nascitur cum ipso primę lucis exordio , labores quoque durissimos auspicatur. In vndas fluuiales & glaciem missus,ne aliquando delicias etiam sui nescius sentiat . ¶Venatu inui. pue.)Puerilis enim ætas succedit infantiæ.ad hanc, inquit, cum venerint,venationibus pueritiam transigunt.Quod genus exercitij proficit bello, Illic enim discitur, quicquid pugnarũ certaminibus est necessarium,equitatur, curritur,mittuntur hastę, sagittæ iactantur,vsqꝫ adeo hoc verũ est,vt sequatur, flectere ludus equos,& spicula tendere cornu,hi sunt nostrorum puerorũ ludi,nec aliorum puerorum more inanibus officijs occupãtur. ¶Syluasque fa.) Non syluas fatigant sed latitudinem syluarũ obeundo percurrunt. A pueritiæ autem laboribus, & venandi studio ad agrorum transeunt cultum.Itaqꝫ ad omne genus laboris sic producitur ætas eadem, vt a consuetudine laborandi nihil repẽtinum videat,nihil sentiat nouum.hoc est quod ait. At patiẽs operum,paruoque assueta iuuentus.Sic,inquit , ætatem iuuenũ nostri suscipiunt,& laborare didicerunt,& paruis operibus viuere. ¶Aut rastris ter,do.)Nunquam se patiuntur desidia ocioque corrumpi.Deniqꝫ illorum virtute aut hostis domatur aut terra. ¶Omne ęuum fe.te.)Itaque fit , vt vita omnis nunquam deserat ferrum . ¶Versaqꝫ iuuen.ter. fatiga. ha.) Et cum aratro proscindimus terram,hasta iuuencus ducitur. hasta in opus vrget, vna atqꝫ eadem species & ruri seruit & bello. Vertitur in hostem exercitatio agricolæ,& sic exagitat bouem, vt semper apud nos militet rusticus.Et ne quisquam improuisus irruat , semper armat9 est,ne tunc securus animi cum iacet. ¶Omne ęu. fer. teri.) Nulla ætas nostra est, quæ nesciat ferrum,cum dixit omne æuum,addidit ætatis sensum, vt confirmet omne ęuum ferro conteri. ¶Nec tarda sene.Debi.vi.ani,mu.vigo.)Tardam senectutem dixit , nõ q tarde veniat.sed q faciat homines tardos, hoc est segnes ad laborem subeundum:nec ipsa ait senectus vires nostras infringit animi,mutatqꝫ vigorem. hoc est dicere senectutis aduentus nec vigorem animi minuit,nec de subtilitate corporis. ¶Mollem Cani.gal.premi.)Tantum potest laborandi vsus,vt nec ipsi senectuti parcamus. ¶Tegitur canicies galea, nec tunc immune periculis caput est:quo debuit excusari propter senium . ¶Semperque recentes Conuectare iuuat prædas,& viuere rapto.)Semper, inquit, non enim magnum est interdũ aliquid agere laboriosum, inde est,quod ait recẽtes prędas. Qui enim semper venat̃,aut pugnat,semper petitur prędarum nouitate:Et qa sunt, qui inuiti laborem subeant,adiecit,iuuat viuere rapto:Illa est,inqt,apud nos ratio melior vitę:si recenti preda pascamur,& alienis opibus capti,ducamus cõtinuos dies.Caniciem galea premimus.tãtus in nobis amor gloriæ est,vt etiam cani procedamus ad bellũ . Nulla nobis ętatis occasio est:nec a militiæ muneribus quenquã tarda senectus excludit:volũtas aggreditur omnia , & ausus omnes voluntate complentur. Senes nostri nouerunt de campo redire cum palma,& cum victores sudantem posuerunt galeã , madentem monstrant iuuenibus senectutem, nescit apud nos senectus tardos efficere,quos iuuentutis finibus cũ venit excluserit , Vna tẽporũ adęquatio est. nec imminentem metuimus senectutem: neque eius senes detrimẽta sentimus,sola canorum signo discit̃ aduenisse,Ipse capitis candor non solum hostes,sed ipsa quoque vitia senectutis expugnat. imponitur senectuti galea,ne minorẽ faciat,quem gloriosum iuuenta tradente suscepit. Interea ab ipso obiurgationis initio comparatiuę materię partes induxit.Cõpletis,quę pro se facerent transit ad deformationem Troianoꝝ. ¶Vobis,inquit,picta cro.& fulgen.muri. vest.Desi.cor.)Delicata enim vestimenti species dissolutionẽ animi & corporis patit.denique ostendit corruptionem vestitus multa initia comitari.Iuuat indulgere choreis.) Vestitum vestrum turpis saltatio sequitur & fœminarum similes estis. ¶Et tunicæ ma,& hab. red. mit.) Vsque adeo in vobis viroꝝ nihil est,vt pro scutis sit vobis manicata vestis,& mitra pro galea. ¶O veræ phrygiæ(ne.enim ph.)Errat,inquit, quisquis vos phryges & non phrygias vocat.nihil,n. inter vos & vestras mulieres distat. vn9 vobis est cultus , est vna debilitas corporis,vna dissolutio mentis.Certamẽ vobis est maximum,vt turpitudinis studio fœminas vestras nitẽdo superetis. Ite per alta Dindyma &c.)Apparet qui sitis.cum ea , quę colitis,recẽsendo conuoluo. nec immerito enim idęę matris sacra sectamini. Ite psallite cum tympanis. habetis illic amœnitate ex busso.potestis vacare his,quæ vestrę personæ moribusque conueniant. ¶Sinite arma viris,)Habetis,quæ vos ipsa magis sacrorum solennitate corrumpant.patiamini viros arma tractare , & ferrum , quod viris paratum est, ac vobis non congruit, ponite.

ASCENSIVS.

¶Non pudet.) Hęc sunt verba Remuli,Troianos vituperantis, q mœnibus inclusi tenerẽtur; & sese obsidione iterum premi sinerent. Dico iterũ cũ textu : Nam licet Seruius velit denuo dici: quia non iterum id est secundo,duntaxat obsessi erant, secundũ eũ;sed iam tertio,tamen,quia Troiani iuuenes erant: & qa prior obsidio magnę Troię ab Hercule facta,non erat longa: sed potius expugnatio,q̃ obsidio. Ideo placet iterum, obsessos dici Troianos:licet iam bis fuerint capti . Sed Donati verba sunt . Phryges.) Pro conuitio posuit quasi dicat ideo capti , quia Phryges . ¶En.)Vituperantis demonstratio. ¶Qui.)Scilicet mendici,& exules. ¶Nostra.)Quasi meliorum,& fortiorum. ¶Bello.) Cum sciãt in simili causa se victos. ¶Non hic A.) Inuenietis fortiores his, q tamen vos vicerunt. ¶Durum.)Fortem. ¶A stirpe.)Non arte,sed natura. ¶Flectere ludus equos.) Non enim inertibus ludis intenti sunt. ¶Tarda.) Quæ faciat homines tardos. Hæc ille. ¶Ordo autem est. O Phryges bis capti:non id est nonne pudet vos teneri:iterum id est denuo aut rursum obsidione & vallo?quasi dicat id merito fieri debere q̃uis non fiat: & nonne pudet prætendere id est obijcere:morti id est bello letifero muros, aut prætendere morti muros,id est habere solummodo a morte discrimen murorum, quasi si muros non haberent, omnes extincti essent. En, irridentis vox:qui,id est quales?quasi dicat muliebris animi,qui se intra muros claudant, poscunt sibi bello, id est virtute bellica: nostra,id est nobis pacta,& debita cõnubia. Bene dicit nostra : qa cõis videtur iniuria. si enim regi impune auferatur coniux, aut sponsa:vero simile est nullum deinceps habiturum propriã qd' dicit Statius in Achilleide sic,Quid maneat populos vbi tãta iniuria primos Degrassata duces ? Quis deus,quasi dicat non bonus vobis:vnde addit:quæ dementia adegit,id est adire coegit vos quasi stolidum decus,Italiam. Non hic,supple sunt:Atridæ id est lenti illi bellatores:sed tñ vestri victores , nec Vlysses:fictor id est compositor,& exornator,fandi id est loquendi:qui Græce λογοδαίδαλος dicitur,hoc est non confidimus in calliditate sermonũ, sed in virtute nrã. Nos enim durũ genus a stirpe id est ab origine,& longa ꝓpagatione deferimus natos : primũ id est vt primũ liberi nati sunt ad flumina: vt.s. illic indurescant : & duramus id est induramus,sæuo gelu:& vndis,id est vndis gelidis,aut gelu,i. frigore vndarum: aut gelu ẽt in aere & vndis .i. frigore aquarũ. Puerũ.i.cum adhuc sunt pueri:ipsi inuigilant venatu id est venatui, dtũs,antiquus:aut vigilant,i. vigilãtes & strenui sunt in venatu:& fatigant syluas,id est feras syluarũ:& plus est q̃ si dicat,fatigantur syluis flectere equos ẽt,sup. eis ludus: aut(vt Donat. accipit)ludus,id est exercitatio eorũ,dum ludũt est flectere equos : &

tendere ſpicula.i.ſagittas:cornu.i.ex arcu cornu munito,ſaltem in extremis angulis.At iuuentus.i.ea multitudo,q̄ ad iuuẽtã peruenit patiens operum,id eſt ſciẽs pati opera & labores: & aſſueta paruo.i.frugalitati,& parſimoniẽ intentat:aut domat terram raſtris:aut quatit.i.concutit,vt eruat oppida bello:omne ęuum te rit ferro,aut enim venabulis.aut raſtris,aut ſarculis, aut bellicis armis incũbunt, q̄etiam dum agriculturę inſudãt armati ſunt. Nam nos fatigamus terga iuuencũ,id eſt iuuencorũ,hoc eſt boũ aratoriorum.haſta ferrata,ideſt ferro munita,vt parati ſimus cõtra inſultus hoſtiũ ẽt in agris:nec ſenectus tarda, id eſt tardificás corpus:debilitat vireis animi:mutatq́;,id eſt & non mutat:vigorem.ſ.animi.(Refertur enim negatio præcedens ad vtrunq́; verbum ſequens.)Nos premimus caniciem.i.canos capillos,ſcilicet galea.i.etiã caneſcẽtes induimur galea: & iuuat ſemper ꝯuectare p̄das recẽtes.i.recenter raptas:aut ex nemore, aut ex iuſto bello. Nam prius dixit,gẽtem Italicam ſine legibus æquam,& iuuat viuere rapto.i.ex his quę ab hoſte,aut ĩ ſyluis rapuimus. Veſtis picta croco & murice,id eſt purpura fulgenti:&,ſup,deſidię.i.ignauię:ſunt vobis cordi.i.ad cor & placitum veſtrum, hoc eſt placẽt vobis:& iuuat,ſup.vos indulgere.i.nimium intendere,& animũ illaxare:choreis.i.tripudijs:& ſaltationib⁹:& tunicæ, ſup. veſtræ habent manicas.i.tegmina,ad manus vſq́; protenſa,quę brachia impediunt:& mitrę, id eſt capitum indumenta potius fœminis, q̄ viris apta:habent redimicula.i.religaturas ad ornamentũ ſpectãtes:o vere.i.certiſſime:Phrygię.i.mulieres ex Phrygia: neque enim Phryges.i.viri ex Phrygia: ite per Dindyma alta.i.montes illos Phrygios,matri deũ ſacros: vbi tibia dat vobis aſſuetis.ſ.ad ſonum tibiarum ſaltem,cãtum biforem,id eſt binis. & diſparib⁹ foraminibus emiſſum concentũ:tympana,id eſt inſtrumẽta muſica,

ſica,habentia pellem extenſam:& Græce τύμπανον, & buxus,id eſt fiſtula ex buxo:buxus(inquit)& Berecyntia,id eſt quę creſcit In Berecynto monte:matris,ſcilicet deum: Ideæ, id eſt Phrygiæ vocat vos.ſ.ad choreas:finite,id eſt p̄mittite arma viris.ſ.nobis: & cedite,id eſt diſcedite,aut date locum:ferro,id eſt armis ferreis quæ tractare neſcitis:aut cedite.ſ.virilia,& pudẽda: more Gallorum id eſt ſacerdotum Cybellis:ſed nõ procedit q̄a non ferro,ſed cultro lapideo,aut teſta,abſcindebãt ea: vnde dicam,cedite,id eſt date locum,& diſcedite a ferro.

PIERIVS.

¶Et morti prętendere muros.) In codicibus aliquot antiquis, Marti,legitur.Sed enim,morti,pro bello poſitum ait Seruius. ꝑSęuoq́; gelu duramus.)In antiquis aliquot codicibus, duroq́; gelu,habeť.Sed,ſęuo,caſtior,omnino lectio. ꝑConuectare iuuat pręďas.) In Romano codice,in Mediceo, & peruetuſtis aliquot alijs,comportare,legitur.Sane comportari,dicũtur,quæ prouenĩunt ex redditibus.Horatius,Si comportatis reb⁹, bene cogitat vti.Ita de ijs omnibus quę ex agro in vrbem comportentur. cõuectare,tamẽ magis placet eruditis auribus.ꝑTympana vos buxuſq́; vocant,Berecyntia.)In antiquis exemplaribus, vocat, numero ſingulari,vt cum viciniori ſuppoſito cõgruat.Eſt &,Verecyntię,per,u,digammon,in codicibus,nonnullis: vt huiuſmodi pleraq́; alia,Græce conſonantis ſono.Male vero ſcribunt g ſyllabæ pene vltimę aſpirationem apponunt,cum,t, ſit apud Grecos βερεκυντία. ꝑEt cedite ferro.)Seruius intelligi putat de cultris, q̄bus ſacerdotes deę Cybeles euirabantur. Atq́; ita,cedite,parete, interpretãdum erit.Sed enim figuratius eſt dicere, ferro, hoc eſt bello.Neq́; indecora eſt illa eius ſententiæ per diuerſa vocabula repetitio,quam is fere negligit.

SERVIVS.

¶Iactãtem.)De ſuorum gloria. ꝑDira canentem.) Ad iniuriam Troianorum. ꝑAnte Iouem ſupplex per vota precatus.) Atqui Apollinem debuit inuocare iaculaturus ſagittas,ſed diximus ideo Iouẽ inuocatũ, quia omne initiũ Ioui debetur:vt, Ab Ioue p̄ncipiũ muſæ. Vnde nunc Aſcanius nõ quid faciat, cogitat: ſed primum facit, inde inuocat Iouẽ. ꝑIuppiter oĩpotẽs.) Hoc epitheton interdum ad gloriam numinis ponitur, interdum ad cãm dicẽtis. Nãq́; hoc loco dicendo Omnipotens,oſtendit eum etiã ijs qui per ſe minus valent, pręſtare poſſe virtutẽ. ꝑFeram ſolẽnia dona.)Feram,de iuuenco nõ dicimus:ſed adducam.Intelligimus ergo eum alia dona ferre,p̄miſiſſe.Singulis enim numinibus certa ſunt dona quę offeruntʳ. Vnde eſt,Strueremq́; ſuis altaria donis,id eſt cõgruis. ꝑEt ſtatuã ante aras.) Aptam ſe daturum victimã oſtẽdit alibi,Eductus cornu ſtabit ſacer hircus ad arã. Quoties enim victima reluctabaťʳ, oſtendebat ſe improbari.Lucanus,Diſcuſſa fugit ab ara Taurus. Iuuencum autem ſecũdũ Romanas ceremonias dixit. Nam Ioui de tauro non immolabatur,vt etiam in tertio diximus,niſi cum triumphi nomine ſue vel tauro fiebat: quod tamen ideo admiſſum eſt,quia non tantum Ioui,ſed & alijs dijs qui bello præſunt, ſacrificabatur. ꝑAurata frõte iuuencũ.) Ita enim victima ornari conſueuerat. ꝑCandẽtem.)Candidũ.Iuuenalis, Duc in Capitolia magnum cretatumq́; bouem. ꝑCaput cum matre ferẽtem.) Æqualem matri, nondum patri.Iuuenalis,Quem iam pudet vbera matris ducere:qui vexat naſcenti robora cornu. ꝑDe parte ſerena.)Vt non cauſæ ſit,ſed augurij. ꝑIntonuit læuum.) Proſperũ. Vt enim etiam ſupra diximus, quæ ſiniſtra nobis videntur, intuentibus cœlum illic dextra ſunt: non quod ſiniſtra bona ſunt, ſed q̄ꝺ dextra cœli nobis ſiniſtra ſunt. ꝑSonat vna letifer arcus.) Simul atq́; augurium. ꝑEt fugit.) Melius Effugit legitur. ꝑPerq́; caput Remuli venit.)Figmenta hæc vulnerum non ſine ratione ponunt poetæ.Nam modo hunc ideo in capite dicit eſſe percuſſum, quia eum ſupra vaniloquum introduxerat, & ſuperbum: quod vitio capitis euenit. Horatius, Attollens vacuum plus nimio gloria verticẽ. Sic Homerus, Therſitẽ a tergo vulnera tũ dicit vſq́; ad p̄cordia. (nã ait μετάφρενον quia eum ſtultum induxerat. Itẽ de Achille dicit, πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς. Item, ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς:quẽ legimus in talo eẽ vulneratũ. ꝑVirtutẽ illude.)Illudo tibi & inſulto dicimus.Nam illud o te, figuratũ eſt. vt hoc loco.Item, inſulto te Salluſti⁹, Multos a pueritia bonos inſultauerat.

> Talia iactantem dictis ac dira canentem POE.
> Non tulit Aſcanius:neruoq́; obuerſus equino
> Contendit telum:diuerſaq́; brachia ducens,
> Conſtitit ante Iouem ſupplex per vota precatus.
> Iuppiter oĩpotẽs audacibus annue cœptis: ASCA.
> Ipſe tibi ad tua templa feram ſolennia dona.
> Et ſtatuam ante aras aurata fronte iuuencum
> Candentem,pariterq́; caput cum matre ferentem:
> Iam cornupetat,& pedibus qui ſpargat arenam.
> Audijt,& cœli genitor de parte ſerena POE.
> Intonuit læuum: ſonat vna letifer arcus:
> Effugit horrendum ſtridens elapſa ſagitta,
> Perq́; caput Remuli venit,& caua tempora ferro
> Traijcit.{ I,verbis virtutem illude ſuperbis: ASCA.
> Bis capti Phryges,hæc Rutulis reſponſa remittunt.

DONATVS.

¶Talia iactantem dictis.)Recte facit poeta verba obtrectãtis abſcindẽs:neq́;.n.expectãdum fuit iraſcẽs,vt ille adderet multo peiora. Loquẽtem igiť & adhuc deteriora meditantẽ nõ eſt vltra paſſus Aſcanius. ꝑNeruoq́; obuerſus equino.)Quia primordia fuerunt,merito rogatus eſt Iuppiter,vt faueret. cętera deſcriptionem tenẽt ſagittam miſſuri.Stabat,inq̄t,tenens arcũ habentẽ neruũ equinũ, latere vno retrorſum vero ſagitta impoſita, brachijs ĩ diuerſum adductis,huiuſmodi precem fundens. ꝑIuppiter omnipotens.) Hoc loco bene poſuit omnipotens:is enim poterat oĩa, & illud valebat implere,vt puer ſterneret fortiorem.) Ipſe tibi ad tua tẽ. fer.)In obſequio iſtiuſmodi plenũ debet officiũ exhiberi, quod oſtendiť & probať in ipſius hoſtię oblatiõe, ſignatum aĩal ſacris, ſi non macie vel ętate cõfectum fuerit. Hęc ergo Aſcanius teſtis git,feram,inq̄t ad templa tua dona ſolennia.noluit dona ipſa ſolennia ſpecialiter dicere,ne faceret morã. Adducam ad aras tuas bouem iuuenẽ,candidũ,vaccã quoq́; matrem.nõ iuuenci matrẽ dixit:ſed quę iam peperiſſet, ut et ꝯſuetudo permanſit, vt vacca ſimul taurus auratis fronte & cornibus Ioui capitolino mactentur. Talẽ quoq́; iuuencum ſpondet,nõ q̄ eẽt breuis, ſed qui iam ſeſe poſſet agnoſcere: ꝑAudijt.Et cœli genitor de pa.ſe. Into.læ.) Audiuit Iuppiter cœli genitor,& de parte ſerena Intonuit a ſiniſtro latere,nõ enim eſſet aliquod ſignũ ſi de nubibus fragor exiret.Ea ſunt autem lęua quę a lęua parte nunciantʳ:quia quod petentibus lęuum eſt,id eſt pręſtantibus dexterum. ꝑSonat vn.let. ar.)Arcus letifer,qui hoſti fatum portat aduerſum. ꝑEffugit horrendum.) Sagitta, quæ fauore numinis ferebatur,per inimici caput temporaq́; tranſijt. ꝑI verbis vir. illu. ſuper. Bis cap.ph. hæc

hæc ru.reſpon.remit.)Hęc Aſcanij verba ſunt.nũc,inquit,velim verbis ſuperbis Troianis inſultes:talia Bis captis phrygib⁹ reſpõſum accipere meruiſti.hoc tãtum Aſcanius vel fecit,vel dixit.

ASCENSIVS.

¶Talia iactantem.&c.) Recitat quomodo Aſcanius, implorato diuino auxilio,eoq́; ipetrato,Numanũ iaculis ſuis trãſfixit: quo facto,docet diuinus Poeta, iactãtiam,& vaniloquentiam multis obfuiſſe:cum tantum virum Ephebus deiecerit. Donatus dicit ſic. ꝑPrecatus.) Quia primordia erant belli, recte Iouem precatus eſt.Hæc ille. ¶Ordo eſt.Aſcanius non tulit,id eſt non perpeſſus eſt,nec ferre,aut tolerare potuit:Numanum,ſupp.iactantem: talia,id eſt facinora ſua,& ſuorum dictis.i. verbis laudatorijs: canentẽ dira, id eſt execrabilia in Troianos: & ipſe obuerſus .i.cõtrouerſus,vt fortius iaciat: neruo eqno id eſt arcu corroborato neruo equino:contendit,id eſt toto conatu tendit in hoſtẽ: telũ id eſt ſagittam:& ducens brachia diuerſa id eſt in diuerſas partes ita vt arcus,lignum,& chorda,multum diſtraherẽtur:cõſtitit ante Iouem id eſt in conſpectu Iouis quem ſuſpexit: precat⁹, id eſt precans:ſupplex id eſt ſuppliciter: per vota id eſt ſimul vouẽs, ac dicens:O Iuppiter oĩpotẽs,ſi oĩpotẽs:ergo &, arcipotẽs: vt, vcʒ Iuppiter poſſit ad omnia inuocari cætera numina, ad ea dũtaxat quibus præeſſe dicuntur officia:vnde ſicut Phœbus a Ioue accipit diuinandi poteſtatem,iuxta illud in tertio hui⁹, Quę Phœbo pater omnipotens mihi Phœbus Apollo Prædixit,&c.ita & ſagittandi:quocirca nũc Iuppiter inuocatus annuiſſe dicitur: & tamẽ Phœbus,quaſi a Ioue miſſus,auxilio affuiſſe:quia ergo Iuppiter omnipotẽs,& illa omnia rerum debentur auſpicia bene inuocat eum,cum Niſus,qui alias ſæpe in hoſtem tela miſerit, Dianam inuocauerit. Venerãda eſt autẽ in hac re Poetę noſtri religio,& pietas qui in oĩbus egregijs facinoribus,docet, diuina numina implorãda admonens: & a nobis magnum aliquid conaturis implorãda. Iuppiter igitur omnipotens, annue cœptis audacibus quia audacię erat,in ephebo talem virum appetere:a quo ſi eum non ſtrauiſſet,graue periculum imminuiſſet. Ipſe id eſt egomet: feram,id eſt offeram,cum adduct⁹ fuerit iuuẽcus: ad,:ideſt apud tua templa:dona ſolennia,ideſt taurum ſolennem, hoc eſt ſtatuã ante aras.iuuencum candentem fronte aurata,& ferẽtem caput: pariter,ideſt pariformiter,& ęque alte,cũ matre, ſcilicet ſua: qui petat iam,id eſt laceſſat,& prouocet quamuis corno: & qui ſpargat arenam pedibus,quod bonę habitudinis & valitudinis, atq́; animoſitatis indiciũ eſt, Poſſet verbũ,feram, accipi pro eo quod eſt afferam: vt ſit,afferam dona ſolẽnia id eſt quędam alia ſacrificia pręter iuuencum,ad tua templa:& ſtatuam:&c.Genitor, ſcilicet deorum,ac hominum Iuppiter audijt id eſt exaudiuit ſcilicet Aſcanium,& lęuum cœli,intonuit de parte ſerena:ita, vt a Ioue ſignificãdę exauditionis gratia factũ intelligat. nam in ſereno nõ fit naturaliter tonitruum.Poſſet eſſe ordo,genitor cœli audijt,& intonuit,id eſt tonare fecit:lęuũ.i.lęuam partem cœli: vnde rara fiunt auguria,& prodigia:quia,quę cœlũ ſuſpiciẽtibus lęua ſunt ipſi ſuperis dextera:de parte ſerena id eſt vbi erat ſerenitas. Arc⁹, ſcilicet Aſcanij:letifer.i.mortem allatur⁹, Numano ſonat vna, id eſt pariter. Sagitta elapſa effugit.i.fugiẽti ſimilis, ꝑuolat ſtridẽs horrendum.i.horribiliter:& venit per caput Remuli.ſ.Numani: & traijcit ferro.ſ.quod ei affixum erat:tempora caua, id eſt cõcaua,aut cerebri expertia:&,ſup.dixit(quia ſequitur hoc tãtũ Aſcanius).i.vade modo,& illude,id eſt irride virtutem:aut poti⁹ illude.i.ſimula per luſum:virtutẽ verbis ſuperbis. i.ſuperbe loquendo,cum nequiter agas.Phryges bis capti, remittunt Rutulis hęc reſponſa.i.ſic reſpondent temeritati eorum:fortiter.ſ.agẽdo, & parum dicendo.

PIERIVS.

¶Audijt.)In anti.per ſynęreſim,audit:de quo ſępe alibi dictum. ꝑSonat vna letifer arcus.)In Roma.codi.nõnullisq́; alijs legitur, fatifer. ꝑEffugit horrẽdum ſtridens elapſa ſagitta.) Quanuis Seruius,Effugit,agnoſcat:vetera tamen exemplaria, Et fugit, legũt. & pro,elapſa,adlapſa,& allapſa.inueni.In Roma. vero codi.& in aliquot alijs,ipſa venerãdis vetuſtate,adducta, ſcriptum animaduerti:in qua lectione ipſum iaculantis,& telum contendentis,geſtum aſpicere videaris. Ouid. Viderat adducto tendẽtem cornua neruo.Loco tamen hoc nonnulli volunt.allapſa, melius eſſe. ꝑEt caua tempora ferro Traijcit.I, verbis virtutem illude ſuperbis.) Eſt & hic quoq́; vnus ex illis locis,qui tã varie leguntur, quã varię ſunt veterum codicum manus. Nam in Roma.codi. Trãſadigit verbum ſcriptũ habetur:facta nimium iniuria ſententię: ſi nequeas,I, verbis virtutem illude ſuperbis. integrum ſubiungere. Nam ſi tollas,i, verbum, totam eius ſententię venuſtatem tollas. In Oblongo cod.perueteri,Traiecit:In aliquot alijs,Trãſiecit,ſed enim oblati etiam mihi ſunt codices peruetuſti,in quib⁹, Trãſiecit,ſcriptum videas.Quare aut hic aliquid ſimile verſibus illis ex legibus,Nec te comitem hic aſportare Creuſam,& Roſtriſq́; ſtridentibus:aut,quod omnino placet,Traijcit,legẽdum:vt,i verbis ſubſequatur.

SERVIVS.

¶Hoc tamẽ Aſcanius.) Et dixit & fecit. ꝑAnimoſq́;.) Aut ſuos,aut Aſcanij, per fauorẽ. ꝑNube ſedens.)Sicut ſolẽt numina.Iuno nec tu me aeria ſolam nũc nube videres Digna indigna pati. ꝑMacte.)Magis aucte affectatæ gloriæ. Et eſt ſermo tractus a ſacris. Quoties enim aut thus, aut vinũ ſuper victimã fundebatur,dicebãt,mact⁹ ẽ Taur⁹ vino vel thure, hoc ẽ cumulata hoſtia & magis aucta. ꝑNoua virtute puer.) Aut magna: vt, Pollio & ipſe fecit noua carmina. Aut re vera noua,quãtum ad bellũ. ꝑDijs genite.) Propter Venerẽ. ꝑGeniture deos)Propter Iuliũ Cęſarẽ & Auguſtũ. ꝑIure oĩa bella. ꝑMerito. ꝑGẽte ſub Aſſaraci.)Sub gẽte Romana.Aſſarac⁹.n.p̄r eſt Capys, au⁹ Anchiſę. ꝑFato ventura.) Magna:hęc.n. bella ſunt grauia,q̄ fatali rõne ꝑueniunt,vt Troiana & Thebana. ꝑNec te Troia capit.)Maioris es meriti q̄ ciuitas ĩ qua nũc es. Lucan⁹ de Cęſare, Pl⁹ patria potuiſſe ſua. ꝑSpirãtes.)Vitales, qui b⁹ ſpiram⁹ & viuim⁹. ꝑPetit.)Notãdũ petit ſine inſidijs dictũ. ꝑFidusq́; ad limina cuſtos.)Æditu⁹ fuit:q̄d,vt ſupra dixim⁹,in igenti honore apud maiores fuit. illic eni & epulabanť, & deos colebãt. Cẽlus etiã illic oĩs ſeruabať quod & Plautus docet in Aſinaria,in qua ĩducit Sauriã ſeruũ atriẽſem in tota familia plurimũ poſſe. ꝑSæua ſonorib⁹ arma.) Strepitu terribilia. ꝑArdentẽ.) Deſyderio dimicãdi. Vnde, Animoſq́; ad ſydera tollũt. Meli⁹ Aſcanij intelligim⁹,ſicut Stati⁹ de Menęceo,Et laudibus implet honeſtis. ꝑÆneide.) Patronymicũ hoc nõ venit ab eo quod eſt Æneas. Nam hic Æneades & o Æneadę faceret. ꝑPrimam hãc tibi magnus Apollo.) Dicendo Primam hanc, pollicetur & aliam. Concedere autẽ ſe ideo dixit, quia ſagittarũ deus eſt:& licet eum Iuppiter iuuerit,Apollo tamen officiũ ſibi ſuũ vendicat, quod dicit ſe conceſſiſſe,quia non prohibuit.Ea enim quę ab alijs numinibus poſcimus, tũc implẽtur,ſi non aduerſenť numina quorũ propria ſunt quę poſcimus. Vnde & in quarto Iuno, ait, Adero, & tua ſi mihi certa volũtas.Hoc eſt,Quod ĩme eſt,iungam eos: reſtat vt & tuũ velis impleri officium. ꝑParibus non inuidet armis.)Pari glorię.Nam vt Apollo puer occiſo

> Hęc tm̃ Aſcanius.Teucri clamore ſequũtur: PO.
> Lætitiaq́; fremunt: animoſq́; ad ſydera tollunt.
> Aetheria tum forte plaga crinitus Apollo
> Deſuper Auſonias acies, vrbemq́; videbat
> Nube ſedens: atq́; his victorem affatur Iulum.
> Macte noua virtute puer.ſic itur ad aſtra, APOL.
> Dijs genite & geniture deos. iure omnia bella
> Gente ſub Aſſaraci fato ventura reſident:
> Nec te Troia capit.{ Simul hęc effatus,ab alto POE.
> Aethere ſe mittit:ſpirantes dimouet auras:
> Aſcaniumq́; petit.forma tum vertitur oris
> Antiquum in Buten. hic Dardanio Anchiſę
> Armiger ante fuit,fiduſq́; ad limina cuſtos.
> Tum comitem Aſcanio pater addidit.ibat Apollo
> Omnia longæuo ſimilis,vocemq́;,coloremq́;,
> Et crines albos,& ſæua ſonoribus arma,
> Atq́; his ardentem dictis affatur Iulum.
> Sit ſatis Aeneidę, telis impune Numanũ APOL.
> Oppetijſſe tuis:primam hanc tibi magnus Apollo
> Concedit laudem:& paribus non inuidet armis.
> Cætera parce puer bello.{ Sic orſus Apollo, PO.
> Mortales medio aſpectus ſermone reliquit:
> Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pythone, vltus est matris iniuriā: sic Ascanius occiso Numano, Troianorum castra iniuriasq; defendit. Paribus ergo armis, id est similibus: non peritia, sed genere victoriæ. ¶Cætera.) Deinceps: & est aduerbium. ¶Orsus.) Modo locutus. alias cœpit, quod magis est proprium, vt Sic Venus, at Veneris contra sic filius orsus. ¶Medio sermone.) Ideo medio, quia non respondit Ascanius.

DONATVS.

¶Teucri clamore sequūtur.) Commoti Troiani ex felicitate facti tulerunt clamorem cum lęto fremitu, & sperantes tāto auspicio meliora, plurimum gratulabantur. Ætheria tū forte plaga.) Iulus tam felici auspicio ardebat ad gloriam, sed Apollo qui nosset, quid in sagittarum arte ageretur, noluit illū vlterius animos tendere, nec quicq̄ dehinc audere. hūc igitur monebat dictis, & a certamine reuocabat. ¶Macte noua vir. p.) Laudat Ascanium, & ne incipiētis animum frangeret, eū quē a certamine reuocare cupiebat, extollit. sufficiat te, inquit, in ipsis cœptis & in exordio placuisse, auctus es noui facti successu. sic peruenitur ad cœlum. Nec tibi erit hęc sedes insueta. nā dijs genitus & geniturus deos dignus es qui opinione factorū ad ipsa vsq; astra puenias. ¶Iure omnia bella Gente sub assa.) Cum dicit geniturus es deos, & residet bellorum omnium timor, pacem fore perpetuam spōdet, & spem pollicetur pręsentis temporis & futuri. ¶Nec te Troia capit.) Erit tale meritum tuum, vt hinc non iam imperium, sed fortiora cōueniant. ¶Simul hęc effa.) Locutus est hæc sed constitutus in nubibus etiam, quē audire Ascanius posset, qui præsentē affatus est. sed quia astantis dei nomen puer vel cuiuslibet ętatis alius ferre non potuerat. ¶Ab alto ęthere se mittit, spirātes dimouet auras.) Scilicet, quibus vectus ad terras venerat. ¶Ascaniūq; petit.) Hoc est ad Ascanium venit. ¶Formatum verti. oris Antiq. in bu.) Deligit eius hominis formā, qui antiquitatis & exercitationis longinquitate collectę merito sanum dare consilium posset, & debuisset audiri. ¶Hic dardanio Anchisę armi. an. fu.) Armiger belli tempore, & cum esset Anchises in ocio fidelissim⁹, ei fuerat custos, & non ab eo diuellebatur. dicitur eius etiā aliud meritum, vt ostēdatur amoris causa iuxta ipsius nepotem. ¶Tum comitem Ascanio pa. ad.) Necessario istum fidelissimum senem tali tempore filio addiderat pater, nepotem qualem Anchisæ auo in armis & in pace prębuerat. Ecce alta dicitur causa commendationis & fidei, quę Apollinem fecerat talis viri sumere personam. ¶Ibat Apollo Omnia long. si.) Ibat, inquit, deus latens sub hominis forma, & mortalem sustinens cultum, ac vocem. ¶His ar. di. affa.) Solent secundę res erigere homines etiam ętate prouectos: sed quando ad pueri animum ventum est, sic ardere cœpit, & psperis ferri. vt alia quoq; non dubitaret audire: sed hunc ille, de cuius persona tanta dona sunt, sic p sua signa reuocabat, vt sciret Ascanius animum suum robustiori ætati seruādū. ¶Sit satis Æneidę.) Sufficiat tibi, inquit, qui sis Ænee filius, q̄ Numanum telis tuis impune prostraueris, visus es magnū facinus aggredi: necemq; hominis cum tua incolumitate complecti. sufficiat, quod factum est. ¶Primam hanc tibi ma. Apol.) Imitatus es Apollinis studium. ipsius fauore, quod voluisti completū est, non inuidet cœptis tuis. Caue aliquid puer tentare posterius ab eo, quod est primo casu Æneides, declinauit, & dixit vocatiuo Æneide. ¶Sic orsus Apollo.) Ipse enim fuit, non Butes & sic compleuit dicta. etiam puerum instruxit mandatis vtilibus, & ostendit in effectu occisi se potius adiutorem fuisse quam Iouem. ¶Mortales medio aspect⁹.) Et procul in tenuem ex oculis euanuit aurā.) Hunc locum sic pronunciare debemus. sic orsus Apollo mortalis. hoc est ꝯstitutus sub hominis forma: tūc dicendū medio aspectu sermone reliquit, Anteq̄ sermonem acciperet, medium sermonem reliquit, & deseruit humanos aspectus & in auram tenuem repēte discessit medius sermo, qui cōmunicatur cum alio vel medi⁹, qui non impletur aliqua occurrente causa, quod intelligendum est in præsenti. Multa enim dici potuerant sed in corpore mortali deum diutius esse nō decuit proinde vlterius videri noluit, & abscessit.

ASCENSIVS.

¶Hoc tantum.) Prosequitur ea quę facinus illud egregiū Ascanij subsecuta sunt. Quomodo videlicet post applausum Troianorum affatus sit Ascaniū Apollo: eumq; ad virtutem cohortatus atq; in Buten transfiguratus, vt armis abstineret familiarius admonuerit: admonitumq; in forma dei ascendēs dereliquerit. De quibus omnibus hoc solum habemus Donati. ¶In Buten.) Nam ętate, & longa exercitatione dignus erat, cuius cōsilium multi faceret. ¶Æneide.) Ab eo qđ in nominatiuo casu Æneida. ¶Apollo Mortalis.) Id est constitutus sub hominis forma. Hæc ille.

¶Ordo est. Ascanius, sup. dixit, tantum hoc. s. quod præmissum est, his. s. verbis, &c. Teucri sequūtur, supp. clamore. i. applausu. & fremunt lętitia. i. præ lętitia: & tollunt. i. extollunt, animos ad sydera, supple tūc: cū. i. quando, Apollo crinitus (quod propter radios solis illi assignatur) videbatur forte a plaga, id est regione ętherea, id est cœlesti: desuper, id est a superiore loco: acies Ausonias, id est Italorum: & vrbem, scilicet Troianorum obsessam: sedens nube, id est super nubē, aut accinctus nimbo: sicut numina solēt, quę aliter videri vix possint, atq; affatur Iulum victorem, scilicet Numani: his scilicet verbis, o puer, macte id est magis aucte: noua id est insolita virtute: itur sic id est per talia facinora: ad astra id est in numerum deorum: o genite dijs id est originē trahens a dijs & geniture deos scilicet Romulum, & Iulium Cęsarē, atq; Augustū pro dijs habendos: omnia bella ventura fato id est per fatalem pręordinationem: sub gente Assaraci id est illius principis Troiani: vnde Anchises originem traxit: resident id est sedabuntur in te: quia solus Ascanius, superstes māsurus est, intereuntibus Latino, & Ænea. Seruius tamen legit, iure id est merito: vt sit, omnia bella ventura fato resident id est placabuntur: merito, sub gente id est progenie Assaraci. Ego tamen priorem lectionē approbauero. Nec Troia scilicet hęc parua: capit te id est non eris ea contentus, immo nec Laurolauinio, quia secūdum quosdam, Albam condidit: & ipse Apollo affatus hæc. mittit se simul ab alto ęthere: & dimouet auras spiranteis. id est vitaleis, & petit Ascanium: forma oris id est vultus: vertitur id est mutatur: tū id est tunc: in Buten id est virum illum: antiquum id est figurā & similitudinem eius: hic scilicet Butes fuit: ante id est olim, in ante acto tempore: armiger id est vt vulgo dicunt, scutifer: Anchisæ Dardanio id est a Dardano orto, & Troiano nobili: & fuit fid⁹ custos ad limina id est ędituus, seu atriensis: tum id est tunc temporis: aut deinde pater, scilicet Æneas addidit scilicet Butē: Ascanio comitem id est custodem. & pędagogum: & hic, supple erat similis: longęuo scilicet Buti: omnia id est per omnia, & vocem: & colorem, & crineis albos, id est valde canos: & arma sęua id est terribilia: sonoribus id est sonoritatibus: quas faciebat cum armatus incederet, atq; affatur: Iulum id est Ascanium, ardentem scilicet desyderio dimicandi: aut incēsum tali laude, aut Æneade id est fili Ænee: satis sit, supple tibi: Numanum oppetisse, supple terram id est occubuisse petendo mordicus terrā: impune id est sine vindicta: tuis telis. Dona. si vera est lectio, dicit, Æneide a nominatiuo Æneida deduci: quasi sit datiui casus: ego cum Seruio dicam, Æneide vt ει diphthongus vertatur in i longum, a nominatiuo Æneus: sicut Achilleus, Achillides, interdum facit & putem esse vocatiui casus: quia dicit, telis tuis. Magnus Apollo, cōcedit tibi hanc primam laudem: & non inuidet paribus armis id est quamuis ipse sit arcitenens vnde in. iij. huius, At pius arcitenēs: &c. Cætera id est per cętera. aut cętetum, o puer, parce id est abstine bello. Apollo orsus id est ordine locutus sic: existēs mortalis id est similis mortali, & in forma mortali (sic enim Don. legit) aut reliquit aspectus mortalis id est mortalium sermone: quia conferēdo dicitur medio id est ad medium duntaxat perducto: quia responsum non expectabat, quo sine sermo non est completus: & euanuit procul ex oculis, scilicet mortalium: in auram tenuē, id est resoluens corpus aerium, quod assumpserat in elementum suum.

PIERIVS.

¶Ab alto Æthere se mittit. ¶In antiq. aliquot, misit, præterito tempore. ¶Forma tum vertitur oris Antiquum in Buten.) Plerique veteres codic. formam, legunt: cuiusmodi lectio abrasa est ex Mediceo. Est & Antiqum, vnico u, leges: quod olim per c, scribebatur, Anticum, vt posticum. ¶Et crineis albos.) In Porcio, & quibusdam alijs manu scriptis cod. crinis flauos, habet. Sed qui, Dardanio Anchisæ Armiger ante fuit. Albos iam capillos habere debebat. Qui vero Flauos reposuere, forte aluos, corrupta sæculi pronunciatione, quam emendare conatus est Adamātius, scriptum inuenerant, eiusque abusionis ignari, flauos, scribendum iudicarunt. Nam, albos, in cod. Delphio, & aliquot alijs antiquis, omnino legi. ¶Sit satis Æneide.) In Romano codice legitur, Æneade, secunda syllaba a principio correpta, per abiectionem τοῦ ἰῶτα, ex diphthongo. In reliquis tamen exemplaribus, Æneide, habetur, κατὰ συγκοπὴν vel, Æneide, per diphthon. ει, integra dictione: vnde Æneis, patronymicum femininum diphthongo soluta. Sed enim Priscianus ait Virgilium authoritate sua dixisse Æneiden, quod secundum regulas, Æneas, esse debuerat.

Agnouerē deum proceres: diuinaq; tela
Dardanidæ, pharetramq; fuga sensere sonantem.
Ergo auidum pugnæ dictis, ac numine Phœbi
Ascanium prohibent: ipsi in certamine rursus
Succedunt, animasq; in aperta pericula mittunt.
It clamor totis per propugnacula muris:
Intendunt acreis arcus: amentaq; torquent.
Sternitur omne solum telis, tum scuta, cauęq;
Dant sonitum flictu galeę: pugna aspera surgit.
Quantus ab occasu veniens pluuialibus hœdis
Verberat imber humum: quam multa grādine nimbi
In vada pręcipitant; cum Iuppiter horridus austris
Torquet aquosam hyemē: & cœlo caua nubila rūpit:
Pandarus, & Bitias Idęo Alcanore creti,
Quos Iouis, eduxit loco syluestris Hiera,
Abietibus iuuenes patrijs, & montibus ęquos:
Portam, quę ducis imperio commissa, recludunt
Freti armis: vltroq; inuitant mœnibus hostem.
Ipsi intus: dextra, ac lęua pro turribus astant
Armati ferro, & cristis capita alta corusci.

SERVIVS.

¶Fuga.) Abscessu. ¶Pharetramq; sonantem.) Quia dixit supra, Et sęua sonoribus arma. ¶Dictis.) Propter auditam orationem. ¶Numine.) Propter agnitum deum. ¶Intendūt acreis arcus.) Pro ipsi acres. Vt enim & in primo diximus, arcum vnusquisque habet pro viribus suis. ¶Amentaque torquent.) Pro tela amentis torquent. nam amētum: est lorum quo media hasta religatur & iacitur. ¶Flictu.) Pro afflictu, id est ictu, nam detraxit more suo præpositionem. ¶Pluuialib⁹ hœdis.) Super Tauri cornua est signum, cui Auriga nomen est: hunc cum Tauro vna claræ stella coniungit. Retinet autem Auriga stellas duas in manu, quæ Hœdi vocantur: quorum & ort⁹ & occasus tempestates grauissimas facit. Oriunt aūt cum Scorpio mēse Octobri.

Octobri. ¶Iuppiter.) Aer. vt Horatius, Manet sub Ioue frigido venator. ¶Montibus æquos.) Ideo, vel eius arboribus exæquandos. ¶Ducis imperio commissa.) Aut quę ei commissa fuerat imperio abeuntis Ænee: aut, quod est melius, quæ imperio Æneæ fuerat commissa Pandaro & Bithiæ, ne contrarium sit qđ dixit, Rectores iuuenum, & rerum dedit esse magistros. Ducis imperio commissa. Scimus quod Mnestheo & alijs ducibus imperauerat Æneas ad petenda proficiscens auxilia, ne portas aperirent. vt. Castra modo, & tutos seruarent aggere muros. Item legimus Mnesthea & Serestū ductores fuisse, & rerum magistros, non Pandarum & Bithiam. Vnde apparet, qa hunc locum male intellexit Donatus dicens, Commissam portam, id est creditam Pandaro

Universidad de Deusto Biblioteca

& Bytiæ, qui duces non erãt. Cornutus vero & melius sensit dicens, Portam quæ ducis imperio cõmissa fuerat, hoc est clausa, eam aperuerũt. Cõmissura enim dicit tabularũ

Quales aeriæ Liquetia flumina circùm,
Siue Padi ripis, Athesin seu propter amœnum,
Consurgunt geminæ quercus: intonsaq; cœlo
Attollunt capita: & sublimi vertice nutant.

coniunctio: sicut Cicero in Fundaniana meminit. Ergo meliꝰ est vt commissam dicamus clausam, q̃ creditam Pandaro & Bytiæ. ¶ Pro turribus.) Aut vice turrium, aut pro defensione. ¶ Armati ferro.) Aut bene instructi armis: aut, vt Asper dicit, ferrea corda habentes, id est dura & cruenta comitantes: vt Ennium sit secutus qui ait, Succincti corda machæris. ¶ Liquetia flumina.) Iuxta Padum & Athesim Venetiæ flumina. Est etiã fluuius Liquetius, quem nunc commemorat. Ergo liquetia, proprium est nomen, non epitheton, ne incipiamus a generalitate ad speciem reuerti, quod vitiosum est. vt si dicas, circa flumina nascuntur arbores: & sic inferas, circa Tyberim vel amnem. Sufficit enim dixisse circa flumina generaliter. Vnde apparet quia Liquetia legendũ est, & non liquentia. ¶ Intonsaq; cœlo.) Hoc ad supradictas cristas refertur. ¶ Geminæ quercus.) Non quia tantum duæ nascũtur, sed ad istorum similitudinem respexit, id est quando similes eleuantur quercus.

DONATVS.

¶ Agnouere deum proceres.) Dardanidæ, inquit, ꝓceres prudẽtes, & sobrij agnouerunt deum locutum esse, non hominẽ, & inde magis q arma diuina sensissent. ¶ Ergo auidum pugnę dictis) Ergo auidum pugnæ Ascanium, & sua, & (quod potissimum omnibus fuit) authoritate phœbi prohibebãt, necui se certamini cõmitteret. ¶ Ipsi in cer. rut. Suc.) Vtpote quos aperta exempla certos securosq; præstiterant. ¶ Vt clamor totis.) Emittebatur audax clamor per omnia murorũ propugnacula. ¶ Intẽdunt acres arcus.) Tanta tela mittebant, vt omnem obtegerent terram. ¶ Tũ scuta cauęque Dant so. fli. ga.) Quod terra dicitur telis obiecta, quod dicta galea & scuta percussa crebros sonitus dabant, & bellantium animi. & missilium multitudo, & copiosa substãtia significatur. inducitur comparatio, vt ostẽdatur, quanta vis telorum fuisset, & quẽadmodũ resonabant, quę percutiebant telis. ¶ Quatus ab occasu veniens.) Tam crebra, inquit, fuerãt, quæ mittebãt certantes, atq; ita percussa resonabant, q̃ densæ sunt pluuię, cum hœdorum sydus existit, & quẽadmodũ crepitat grando, cũ densis e nubibus funditur. ¶ Pandarus & Bytias ideo.) Quia istos dixit in luco editos, in lucoq; nutritos. Longi, inquit, fuerũt, vt arbores, & duri vt montes. ¶ Portam quę ducis imperio cõ. recl.) Cõmissam sibi iussu ducis portam, inquit, vt ꝑpetuo clausa teneretur, patefecerant ipsi arbitrio suo freti armis, hoc est fiduciã gerẽtes i armis vt q plurimũ possent. ¶ Vltroq; inuitãt mœni. ho.) Vt hostis occasione irrumpendi decipi posset, & auderet intrare. ¶ Ipsi intus dextra, ac lęua.) Stabant isti pro turribus: astant hoc est non ante turres, aut pro ipsarum defensione tantũmodo, sed ad vicem turrium, quoniam ij excelsi fuerunt & fortes. vt iã nõ homines dextra ac lęua, sed turris astare videretur. Inducitur cõparatio stãtiũ, & ꝓceritas mõstrat. ¶ Quales aerię.) Sic illi stabant referatã portã obseruãtes, tãtiq; fuerũt ꝓlixi in altitudinẽ immẽsam, vt viderent arbores, q crescẽdo relinquũt flumina, & in altũ geminæ producuntur, atq; intonsis capitibus agitantur.

ASCENSIVS.

¶ Agnouere deũ proceres, &c.) Postquã Troiani Apollinẽ abeũtem certis indicijs agnouerant, acrius bellũ instaurant. duoq; Pãdarus & Bytias, viribus freti suis, portã vnã aperuerunt: & hostẽ, vt ingrederet prouocauerũt: q res, illi ĩfaustũ peperit exitũ: mul-

tisque

tisq; Troianis exitio fuit, vt sequẽtia docebũt. Vñ id solũ est Donati. ¶ Pro turribus.) Idest vice turriũ. ¶ Ordo igit est. Proceres, id est primores, & princeps Dardanidę, id est Troiani, agnouere deum. s. Apollinẽ: & sensere pharetrã. s. Apollinis sonantem fuga. i. inter fugiendum, aut cũ fugeret. Ergo q deũ agnouerãt, ipsi prohibent. s. a pugna: dictis. i. monitis, ac numine, id est authoritate Phœbi.) Dixerat eni cętera, parce puer.) Ascanium auidũ pugnę, & ipsi succedunt rursus in certamina, & mittunt animas in pericula aperta. Clamor it, id est diffunditur per propugnacula totis muris, id est quæ erant in totis muris: & ipsi intendunt arcus acreis, id est robustos, aut ipsi acres intẽdũt arcus: & torquent amenta, id est tela amentis, hoc est loris, qbus mediæ alligantur & iaciuntur hastę leues seu iacula. Omne solũ sternitur, id est cooperitur telis: tum. i. simul, scuta, & galeæ cauę quibus. s. repulsa erãt tela, nam aliter non sparsa essent per terras, sed infixa corporibꝰ. flictu, id est afflictu: & pugna aspera surgit, id est instauratur, sed tanta quantus imber veniẽs ab occasu hœdis pluuialibus. i. Orientibus hœdis signo pluuiali, quod i Octobri oritur: verberat. s. impetu aquarũ: humũ. i. terrã: & quã multa. i. cũ quãtũ multa grandine nimbi. i. nubes grandinosę: præcipitant, sup. se aut pręcipites cadunt in vada. scilicet aquarũ. tunc, supple cum. id est quãdo: Iuppiter, id est aer horridus: Austris. i. flatu Austrorũ: torquet. i. deorsum impellit: hyemem. i. tẽpestatem aquosam: & rumpit, scilicet tonitru: caua nubila cœlo, id est per cœlum: Pandarus, & Bytias, maximi illi Troiani: creti, id est ꝓcreati: Alcanore Ideo, id est Troiano: quos Hiera syluestris, id est in syluis versari solita: eduxit: id est extulit: luco Iouis, idest Iouis sacro: existẽtes iuuenes æquos, id est ęquales abietibus: patriis: id est in patria illorum nascentibus: & montis, supp. patrijs: recludunt, id est aperiunt portam: quę erat commissa, id est conũdicta, & obstrusa: imperio ducis, scilicet Ænęę abeuntis: aperiũt (dicit) freti, id est adiuti armis: aut freti, id est confisi armis, quibꝰ hostem propellere sperabant: & inuitant mœnibus id est in mœnia: hostem vltro, id est sine instantia eius. Ipsi astant intus dextra, ac lęua, id est vtrinque: pro turribus, id est vice turriũ: armati ferro, & corusci: alta capita, id est habẽtes capita alta corusca: cristis, scilicet galearum: tales, supple quales: geminę, id est duę, & pares: quercus consurgunt aerię, id est valde altę: circũ flumina Liquetia, id est sic dicta in regione Veneta: aut, supple in ripis Padi: aut propter, id est iuxta Athesim fluuium illum Venetię: amœnũ, id est placidum aspectu: & ipsę quercus attollũt, id est erigunt: capita intonsa, id est ramosa: & frondosa: cœlo, id est ad cœlum vsque & erit hyperbole: aut cœlum versus: & nutãt, id est tremere, & casum minari videntur, vertice sublimi, id est alto & super limum longe extenso.

PIERIVS.

¶ Dant sonitum flictu galeæ.) In Ro. co. & aliquot alijs adflictu legit, ex paraphrasi sumptũ. Nã Seruiꝰ agnoscit flictu. In aliquot codicibus antiquis mutato numero legit, Dant sonitum galeæ flictu. ¶ Ideo Alcanore Creti.) Veteres aliquot codices, nati, hũt ex paraphrasi lectione inculcata cõtextui. ¶ Pro turribus astãt.) In veteribus nõnullis: instãt, legitur: sed, adstant, melius. ¶ Liquẽtia flumina circum.) In Oblongo quidem codice, Liquetia, legitur. Vnde quidam arbitrati sunt de fluuio nobili, in foro Iulij, dictũ. Romanus tamen codex cum plerisq; alijs, liquentia, legunt. Sæpe enim fit, vt posito genere species subiungatur. Hinc addit, Siue Padi ripis, Athesim, seu propter amœnum.

SERVIVS.

¶ Pulcher equicolus armis.) Vt pulcher vestibꝰ, sic pulcher armis: hoc est per arma. Et qđ erat armorum, retulit ad personã. ¶ Pręceps animi.) Figurate genitiuo iunxit, nã dicimus pręceps furore. ¶ Agminibus totis.) Deest ab & significat eos primo fugatos esse, mox occisos. Aut certe aliquos fugatos, aliquos iterẽptos. ¶ Animis discordibꝰ irę.) Hostilibꝰ, scilicet Troianorũ, qui a Rutulis discordabant. ¶ Fratresq;.)

Irrumpunt, aditus Rutuli vt videre patentes,
Continuo Quercens, & pulcher Equicolus armis,
Et præceps animi Tmarus, & Mauortius Hęmon,
Agminibus totis aut versi terga dedere:
Aut ipso portæ posuere in limine vitam.
Tum magis increscunt animis discordibus iræ:
Etiam collecti Troes glomerantur eodem:
Et conferre manum, & procurrere longius audent.
Ductori Turno diuersa in parte furenti,
Turbantiq; viros, perfertur nuncius: hostem
Feruere cæde noua: & portas prębere patentes

¶ Fratresq;.) Quos supra dixit portam tenere. ¶ Sese primus agebat.) Hoc est icedebat. vt, Sese Palinurus agebat. Tractꝰ autem sermo est a rõne physica. Nam agitur corpus animi iudicio. Vnde Terẽtius, Quo te agis? ¶ Sarpedonis alti.) Id est nobilis. ¶ Itala cornus.) Telum de Itala cornu factum. ¶ Stomacho.) Græcus sermo est. ¶ Specus vulneris.) Poetica exaggeratio. ¶ Erymantha manu.) Id est gladio comminus ferit. Nam illi, de quibus

quibus superius dixit, nõ manu occisi sunt, sed misso iaculo. Ergo ad differẽtiam teli iacti, accipe manu, id est gladio. ¶ Ardẽtẽ oculis, animisq; frementẽ.) Et gestu corporis, & mẽte cõmotum. ¶ Vitã dedisset.) Pro reddidisset. ¶ Phalarica venit.) De hoc telo legitur, quia est ingens Turno factũ, habẽs ferrũ cubitale & rotunditatẽ de plũbo in modũ sphęrę. In ipsa summitate dicitur etiã ignẽ habere affixũ. Hoc autẽ telo pugnat de turribus quas phalas dici manifestum est. Iuuenalis, Consulit ante phalas, delphinorumq; colũnas, ergo a phalis dicta ẽ phalarica: sicut a muro muralis. Sane phalaricam Lucanus dixit, neruis mitti tortilibus & quadã machina. vt, Hunc aut tortilibus vibrata phalarica neruis Obruat. Virgiliꝰ vero ait, Turnũ manu iaculari potuisse. Vnde apparet aut a Lucano ad auxesim illiꝰ qui occidẽdꝰ fuerat, esse dictũ: aut a Virgilio ad laudẽ Turni, qui talẽ hastã manu iaculatus est.

Deserit inceptum: atq; immani concitus ira
Dardaniam ruit ad portam, fratresq; superbos:
Et primum Antiphaten (is enim se primus agebat)
Thebana de matre nothum Sarpedonis alti,
Coniecto sternit iaculo: volat Itala cornus
Aera per tenerum: stomachoq; infixa sub altum
Pectus abit: reddit specus atri vulneris vndam
Spumantem: & fixo ferrum in pulmone tepescit.
Tũ Meropẽ atq; Erymãtha manu, tũ sternit Aphidnũ:
Tum Bytian ardentem oculis, animisq; frementẽ:
Non iaculo (neq; enim iaculo vitam ille dedisset)
Sed magnum stridens contorta phalarica venit
Fulminis acta modo: quam nec duo taurea terga,
Nec duplici squama lorica fidelis, & auro
Sustinuit. collapsa ruunt immania membra,
Dat tellus gemitũ: & clypeum superintonat ingens.
Qualis in Euboico Baiarum littore quondam
Saxea pila cadit: magnis quam molibus ante
Constructam iaciunt ponto, sic illa ruinam
Prona trahit: penitusq; vadis illisa recumbit.
Miscent se maria: & nigræ attolluntur arenæ:
Tum sonitu Prochyta alta tremit, durumq; cubile
Inarime Iouis imperijs imposta Typhœo.

sit inceptũ. Incepta sæpe diximus dispositiões significare, & inuentiones fixarũ sententiarũ. ¶ Atq; immani cõcitus ira.) Ira scilicet, quam maiore quã fuerat assertione, nũcius excitauerat. ¶ Dardaniã ruit ad portã.) Nõ quę propria esset Troianorũ, sed qua defendebant inclusi. ruit, ingt, non venit, vt ostẽderet eius feruorẽ, qui suorũ necẽ veniebat vlturꝰ, & q nolebat patẽtis portæ occasionẽ perdere, ne iterũ clauderet. ¶ Fratresq; superbos.) Hic mora facienda est. Postea enĩ describit, quid cũ ipsis gestũ sit, iteruenerũt ꝙpe alij, qui Turnum ab ijdẽ fratribus auocarent. ¶ Et primum Antiphaten.) Primũ igitur Antiphaten, qui ante fratres sese obtulerat, cõiecto iaculo strauit. Superflue genus hoc describit, licet nobilẽ significare voluerit. ¶ Volat Itala cornus Aera ꝑ te.) Duo fuerunt, quæ velocitatem dabãt telo, quod iecerat Turnꝰ: vnũ quod fuit cornꝰ leuis & apta missibilibus: alterũ q aeris tenuitas nõ impediebat volãtis excessum. ¶ Stomachoq; infixa.) Specus dixit suspensuram pectoris in modũ speluncę naturali ratione compositi, nõ vndam veram sed in modum vndę copiam sanguinis fundebat ex vulnere. ¶ Et fixo ferrum.) Nõ potuit dici feruescit: quia calor corporis cũ sanguine discedebat, quo calefieri amplius non potuit. ¶ Tum Meropem atq; e. m.) Et isti de illis fuerant, qui primi furẽti occurrerãt Turno, magna distributionis varietas alios enim iaculo strauit, alios manu, scilicet non iaculo, vt alios, sed gladio. ¶ Tũ Bytian ardentẽ oculis, animisq; frementem.) Iste & oculis monstrabat ferociam mentis, & quid intus gereret asperitate animi testabatur. ¶ Non iaculo, &c.) Aduersus nouam hominis formã nouã inuenerat Turnus speciẽ, quam gentem corpore mollem valet euincere. nõ enim ille iaculo superari poterat, misit igitur phalaricam genus teli, quod omnia superabat: quę cum bytię corpꝰ letali vulnere penetrasset, putabatur fulmen de cœlo transmissum. Decribitur iam quantę sit virtutis phalarica, perforauit duobꝰ Tauri corijs procurata munimenta, & loricam duplici squamma cõsertam. In primo libro dixit, Taurino quantum posset circundare tergo, hic, splendidiꝰ locutus est: duo Taurea terga, nõ dixit Taurina. ¶ Collapsa ruũt im. me.) Prænunciauit descriptionis aliquam partem. ¶ Dat tellꝰ ge.) Illo, inquit, cadente cum tanti corporis pondere gemuit terra. Et clypeum super intonat ingẽs. Magna clypei species magnũ fecerat sonitũ, in tantum vt cœlum putaretur intonuisse. ¶ Qualis in Euboico.) Talem dat sonitum pila, quandiu constructã iaciunt ponto Baiani littoris homines. ¶ Sic illa ruinam. p. t.) Dixit duas causas, quibus violentior voluebatur, & cum ingẽti ruina peruenit. Vna est, quia saxis & impensarum admistione congeritur, altera, quia vrgetur in pręceps, penitusq; vadis illisa recumbit. Necesse enim est, vna petere, quę magnis ponderibus cadũt, & tanto depressius, quanto fuerint grauiora. Ecce factum ex facto. ¶ Miscent se maria.) Pilę, inquit, casu multa alia contremuerunt.

¶ Fulminis acta modo.) Amat tela cũ impetu venientia fulminibus cõparare. ¶ Taurea terga.) Vsurpauit pro taurina. Alibi taurinis follibus. Vnde sicut & Plinius dicit, deriuationes, firmas nõ habent regulas, sed exeunt prout authoribus placet. Bene autem per transitum eius arma descripsit. ¶ Duplici squamma & auro.) Idest duplicibus squammis aureis. Squammæ autem sunt loricarum cathenæ in modum squammæ compositæ. Sane squamma & splendorem significat, si a piscibus veniat: & sordes, si a squalore. Sed in Virg. splẽdorem vbiq; significat. ¶ Et clypeum superintonat ingens.) Aut ipse ingens super clypeum intonat: aut ingẽs clypeum super ipsum tonat. Nam lectum est etiam hoc clypeum vt probat Caper: quod magis debemus accipere. Nam homerũ imitatus ẽ qui ita ait, ἀράβησε δὲ τεύχε᾽ ἐπ᾽ αὐτῷ. ¶ Euboico Baiarum littore.) Bene Baiarum addidit, ne Euboicã insulam intelligeremus, Vnde Chalcidenses venerũt qui condiderunt Cumas quæ sunt Bais vicinæ. ¶ Pronta trahit:) Ita enim ædificatur. ¶ Prochyta alta tremit.) Atqui hęc insula plana est: sed epithetõ de pręterito traxit. Nam, vt dicit Plinius in naturali historia, Inarimes mons fuit, qui terrę motu diffusus, alterã insulam fecit, quę Prochyta ab effusione dicta est. fundere enim est ἰκχύειν. Prochyta ergo a. ta, quondam scilicet. ¶ Durumq; cubile.) Mortiferum, ad pœnam statutum.

DONATVS.

¶ Irrumpunt aditus Rutuli, vt videre patentes.) Non aditus irrumpunt, qui iam patebant: sed irrunt Rutuli, vt viderũt aditus porta patefacta. ¶ Continuo Quercens, &c.) Hoc est temerarius. ¶ Et mauortius hęmon Agminibus.) Hi primo venerant, vt reseratam portam violenter intrarent: sed aut auersi sunt trudẽtum agminibus, aut limine in ipso mactari nõ omnes intelligẽdi sunt fusi aut versi, sed aliqui ex his occisi, aliqui in fugã versi: quia fieri non potuit, vt ijdem dicantur occubuisse, ijdem abscedẽdi quę fuisse suffugium. ¶ Tum magis in. a.) Rutulorum scilicet. ¶ Et iã collecti Troes glomerantur eodem. Et conferre. m. &. pr. l. a.) Tãti facti exemplo animati Troiani densabantur ad portam, remotaq; trepidatione omni, & egredi longius audebãt & alios cominus prouocare. ¶ Ductori Turno.) Turnus, cũ esset in lõginqua parte, & turbaret viros vnus plures & magnos: nũciatur repẽte nouum aliquid extitisse, Troianos cędibus feruere & tanta duci animorum fiducia, vt portas aperirẽt. Ecce mortalitas nunciorũ, qui aduersis falso addunt plurima, plurimaq; cõfingunt. vna eni patebat porta ille ait, portas prębere patentes, non multi adhuc venerant Rutuli, nec plurimi occisi, ille ait, feruere cęde noua, fit hoc hominum more, & veris malis multa deteriora commiscent, quod nunciant grauius fictione falsorum. ¶ Deserit inceptum.) Hoc comperto deseruit, quod agebat, & dimi-

sit

ASCENSIVS.

¶ Irrumpunt aditus Rutuli, &c.) Docet (vt dixi) quomodo Rutuli prouocati irruperũt: vnde magna strages vtrinq; secuta est non sine magno eorum, qui portas temere aperuerunt malo: nã ambo successu temporis interempti sunt, cum alijs quamplurimis: vt ex ordine patebit. Quę quia nihil habemus Donati. ¶ Ordo talis est. Rutuli. i. populi ipsius Turni: irrumpunt. i. ruptionẽ faciunt: vt. s. primum: aut. i. postq̃: videre aditus. s. portarum: patentes, idest apertos: continuo. i. illico: Quercẽs, & Equicolus, pulcher armis. i. habẽs pulchra arma: aut potius pulcher in armis. i. cum esset armatus: & Tmarus pręceps animi. i. pręcipitans animũ suũ. i. instabilis animi: & Hęmon Mauortius, idest bellicosus

& Marti

Universidad de Deusto Biblioteca

& Marti similis(absumitur,s, cum vocali, sicut, m, absumi solet: cum dicitur,Tmarus,& Mauortius Hæmon.aut igitur omittenda est coniunctio,&:aut Martius,non Mauortius,legendum est. Sed quia alibi eandem videtur fecisse absumptionem , vt inter se coiisse viros,& decernere ferro:ideo hic quoq; eam esse censeõ.) omnes autẽ dicti,aut versi,sup.ab agminibus totis:dedere terga s.fugæ:aut posuere vitã:in ipso limine, id est introitu portę: irę Increscunt,id est intus crescunt , & augmentantur:tum,id est tũc magis animis discordibꝰ.i.differẽtibus:quia alij expugnare , alij propugnare prætendebant:& Troes collecti iam glomerãtur eodem.i.ad eundem locum,quo hostes : & audent iam cõferre manum,& procurrere longius.s.extra portas . Nũcius perferť Turno ductori furenti ĩ diuersa parte.s.ab hac,vbi porta erat aperta: & turbãti viros.i.ad Turnum ductorem,&c,hostem feruere noua.i.magna,& inaudita cæde,& præbere portas patentes: & ita ipse deserit inceptum;atq; cõcitus.cõcitatus: immani,id est sęuissima ira:ruit.i.præcipitãter currit:ad portam Dardaniam.i. quã Dardanidæ aperuerãt:aut ad portam Troianam:& ad fratres superbos.s.Pandarum:& Bitian:& sternit primum Antiphaten,nothum.i.filium naturalem:& illegitimum:vulgo,bastardum, vocant:Sarpedonis,illius viri Troiani:de matre Thebana.s.ex Thebis Thraciæ,sternit(dicit)iaculo coniecto:& sternit primũ: enim pro quia:is primus agebat se subaudi obuiã: cornus Itala.i. Italica:a Turno emissa:hoc est , telũ ex cornu factum : volat per aera tenuem:& infixa stomacho abit sub pectꝰ altum .i. profundum, aut eleuatum:specus.i.foramẽ factum,reddit vndam atri vulneris spumãtem:& ferrum fixum in pulmone,tepescit.s.ibidẽ. Tũ, id est deinde : postq̃ strauerat Antiphatem ipse sternit manu sua Meropem,atque Erymantha : & sternit tum supp. Bytian ardentem oculis,& trementem animis,nõ dicit sternit iaculo: neq; . n, id est nam ille non dedisset vitam iaculo idest non potuisset letaliter vulnerari iaculo , sed phalarica.i. telum illud : contorta.s. brachijs Turni:venit stridens magnũ,id est magnopere:acta modo,id est per modum fulminis:quam.s.phalaricam, nec duo terga taurea.i.taurina,sup.sustinuerũt:nec lorica fidelis squamma: & auro.i.squamma aurea duplici.i, habens duplicem squãmarũ aurearũ ordinem:sustinuit.i.sursum tenuit:ita vt nõ penetraret, quia penetrauit omnia:& ideo immania mẽbra collapsa .i. simul labentia:ruũt,id est corruunt.Tellus dat gemitum , & ipse ingẽs, idest valde magnus,tonat super clypeum,super quẽ,scilicet cecidit:aut si auersus cecidit:& etiã hoc clypeum dicitur.❡Ordo est. Et ingẽs clypeum tonat super,s.ipsum corpus prostratũ. Qualis i.qualiter, pila.i.colũna saxea.i.lapidea:cadit quõdã .i. aliquãdo (nam cecidit tẽpore Poetæ, vnde & Hora.in arte, Debemur morti nos nostraq;:siue receptus terra Neptunus classes Aquilonibꝰ arcet regis opus, sterilisq; diu palus, aptaq; remis vicinas vrbeis alit,&c.)Exclusit autem illinc partem maris Iulius:sed præualuit mare,etiam Augusti tempore.)In littore Baiarum Euboico.i.ab Euboicis Chalcidensibus in Italia,iuxta Baias habitato : quam.s. pilam constructam:ante.i.prius magnis molibus,sup.fluctꝰ: aut procellæ iaciunt.i.deijciunt:ponto.i.per põtum:illa.s. saxea pila: prona.i.inclinata ad terram:trahit ruinam sic.s.vt Bytias cecidit: & illisa penitus,id est pene intus,seu intrisecus:vadis.i. per vada, aut ad vada recumbit.i.prosternitur,& arenæ nigræ:aut qa profundæ, aut quia paludosę attollũtur.i.eriguntur:cum.i. deinde: Frochyta.i.insula illa , ante Misenum promontoriũ auulsa,olim ab Inarime insula alta.s.olim , antequã per effusionẽ planificata esset:tremit,sup.cum sonitu:aut tremit alta.i.altum:diffuso.i.sonitu ab alto & Inarime altera insula vicina,abs qua Prochyta(vt dixi)vt aquarum abscissa est:imposta.i.impõsita, & pro pœnitẽtia(vt dicunt)assignata Typhœo.s.giganti , cõtra deos pugnare auso:imposta(inquit)imperijs.i.per imperia Iouis , appositorie, durum cubile,aut imposita,vt sit illi,durum cubile. Quia phalarica,argutius a Landino describitur. adde & eiꝰ verba quę sunt: Phalarica(ait Amianus)appellata est,a Phalari Tyrãno:vel quod phalas.i.turres,ictu diruat:est autem hastile missile : & teres prætereq̃ ad extremum,vbi promiuet ferrum tripedale,stupa circundatum,& pice,& sulphure,circumlitũ addito aliquando bitumine & oleo non emittitur, nisi concepta flamma : vt cum per aerẽ defertur,fulmen videatur,lædit ictu & igni.

PIERIVS.

❡Continuo Quercens.) In antiquis aliquot codic, Querquens, habetur.¶Et pulcher Equicolus.)In anti.partim,Equiculus,partim Aquiculus,legitur.¶Et præceps animi Tinarus.)In antiquis aliquot Tmaros.¶Aut versi terga dedere.) In codici.nonnullis, auersi terga dederunt:Sed enim,aut,necessarium videtur,vt sententia & ordo constent.¶Aut ipso portę.)Neque id placet,quod ipsi,in nonnullis veteribus habetur exemplaribus.¶Troes glomerantur eodẽ.)In Romano codice legere est, in vnum:sed melius,eodem,hoc est ad eandem portam , quam Pãdarus & Bytias recluserant,Fuit vero in vnum,paraphrasis.¶Aera per tenuem.) In plerisq; cod.tenerum.Sed & tenuẽ : & , aeri : & auræ : sæpe additum inuenias.¶Reddit specus atri vulneris vndam.) Quamuis plerisq; cod. vulneris,legatur.& Seruius,Specus vulneris agnoscat,exaggeratione Poetica.Sunt tamen alij codi.antiqui in quibus,sanguinis vndam,legas.¶Tum sternit, Aphidnum.) In cod. Ro,Achidnum. In Oblongo, afidnũ , per f Latinum, in alijs, Afidum.in alijs,aphidnũ.deniq; tot varietates , quot pene codices.¶Et clypeum superintonat ingens.)Dubitare videtur Ser. an clypeum ingẽs,dicendum sit genere neutro:vt cum Homerica sententia cõgruat , ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ : quod alibi Virg.expressit,Sonitũ super arma dedere.Sed.n.Liui.lib.iiij.de bello Macedonico , Clypea argẽtea decẽ,ait,quod tñ imaginibus intelligi eo loco nõnulli volunt,asserit ad hæc Nonius Marcellus , clypeũ vtroq; gñe pro scuto,Virg.posuisse,vt eo loco, ardẽtes clypeos. & hic,clypeum superintonat ingens.Clypeum.n.ingẽs indubitato,legit Nonius:quo genere & Licinius vsus est. Diximꝰ vero clarissimos olim viros,tam in genere, q̃ in scriptione differẽtiã posuisse:aliterq; clypeum:aliter,clipeũ:aliter.clupeũ,significare:cuius rei cura sit penes eos:qui nũc etiã & hoc & huiusmodi alia diligẽtissime perquisiuere,quorũ doctissimos libros spero breui in lucem prodituros.¶Qualis in Euboico.) In Roman.talis.sed id ex paraphrasi.¶Constructam iaciunt ponto.) Antiqui omnes cod.hoc numero legunt,Constructam ponto iaciunt, sed magis placet interiectus dactylus.¶Penitusq; vadis illisa recumbit.) In anti.aliquot cod.legitur,vndis inlisa.Sed, vadis magis placet. Adludit aũt Poeta ad portus Lucrini reparationem ab Augusto factam,cum ædificatus a Iulio Cæsare corruisset.

SERVIVS.

❡Stimulos acreis.)Sæuiendi scilicet, nã sunt & timoris & libidinis stimuli.Notãda quoque,pœconomia quæ id agit vt verisimile sit Turnũ victorẽ euasisse e castris . ¶ Vndiq; conueniunt.) Illi sine dubio quibus Mars iniecit audaciã inuẽta opportunitate irruperũt castra Troiana. ¶Duro in certamine linquit.) Sine spe euadẽdi. ¶Ast alios secum includit.) Statius, Par operi iactura lucro,nanq; hoste, recepto Exclusere suos . ¶Vltro.) Insuper. ¶Demẽs.)Hoc ex affectiõe sua posuit poeta Alibi Sed tum forte caua dum personat ęquora concha Demẽs & cãtu vocat in certamina diuos. ¶Dotalis regia Amatæ.) Tibi data per dotem. Et bene Amatæ, quæ illum sola generum esse cupiebat.Sane notandum quia id agit vt ostendat se nõ per imprudentiam Turnum iclusisse, sed illum per temeritatẽ sibi minime profutura castra penetrasse. ¶Olli subridens.)Magnam confidẽtiã virtutis ostẽdit. ¶Priamo narrabis Achillem.) Propter illud Sibyllæ. Alius Latio iam partus Achilles. Et dictum est vt illud,Degenerẽq; Neoptolemũ narrare memẽto. ¶Rudem nodis.)Nõ leuẽ, nec pulchram,sed fortem . ¶Cortice crudo.)Viridi. Nam hastę torrẽtur . ¶Vulnꝰ Saturnia Iuno detorsit veniens.)Plerisq; sed non idonei cõmentatores, dicunt esse hoc loco occisum Turnũ: sed causa œconomię gloriã a poeta Æneæ esse seruatã:quod falsum est. Nam si veritatẽ historię requiras,primo prelio interemptus est Latinus . Inde vbi Turnꝰ Æneã superiorem vidit, Mezẽtij implorauit auxilium . Secundo prælio Turnus occisus est: & nihilominꝰ Aeneas postea nõ comparuit.Tertio prelio Mezentium occidit Ascaniꝰ, hoc Liuiꝰ dicit & Cato in Originibus.¶Telum.) Hoc loco telũ gladiũ dixit a lõgitudine. Vñ & mustela dicit̃,quasi mus lõgus. ¶Telũ autem pro gladio posuisse illud significat,quod infert paulopost , Consurgit in ensem.¶Is.)Talis,par,similis . ¶Alte cõsurgit in ensem.) Genus feriendi Gallicanum. Sallustius,Regressi ad faciliores ictus loco cedebant.

Hic Mars armipotens animum, viresq; Latinis
Addidit:& stimulos acreis sub pectore vertit:
Immisitq; fugam Teucris, atrumq; timorem.
Vndiq; conueniunt:quoniam data copia pugnę
Bellatorq; animo deus incidit.
Pandarus, vt fuso germanum corpore cernit:
Et quo sit fortuna loco:qui casus agat res:
Portam vi multa conuerso cardine torquet
Obnixus latis humeris:multosq; suorum
Mœnibus exclusos duro in certamine linquit.
Ast alios secum includit,recipitq; ruentes
Demens:qui Rutulum in medio nõ agmine regẽ
Viderit irrumpentem:vltroq; incluserit vrbi:
Immanem veluti pecora inter inertia tigrim.
Continuo noua lux oculis offulsit:& arma
Horrendum sonuere:tremunt in vertice cristæ

Sanguineæ:clypeoq; micantia fulgura mittit.
Agnoscunt faciem inuisam,atq; immana membra,
Turbati subito Aeneadæ:tum Pandarus ingens
Emicat:& mortis fraternæ feruidus ira
Effatur. Non hęc dotalis regia Amatæ: PAND.
Nec muris cohibet patrijs media Ardea Turnum.
Castra inimica vides:nulla hinc exire potestas.
Olli subridens sedato pectore Turnus. POE.
Incipe,siqua animo virtus:& cõsere dextrã: TVR.
Hic etiam inuentum Priamo narrabis Achillem.
Dixerat.ille rudem nodis,& cortice crudo PO.
Intorquet summis adnixus viribus hastam.
Excepere auræ vulnus:Saturnia Iuno
Detorsit veniens:portæq; infigitur hasta.
At nõ hoc telũ,mea quod vi dextera versat TAR.
Effugies:neq; enim is teli:nec vulneris author.
Sic ait:& sublatũ alte consurgit in ensem: POE.
Et mediam ferro gemina inter tempora frontem
Diuidit,impubesq; immani vulnere malas.
Fit sonus:ingenti concussa est pondere tellus.
Collapsos artus,atq; arma cruenta cerebro
Sternit humi moriens.atq; illi in partibus æquis
Huc caput,atq; illuc humero ex vtroq; pependit.

DONATVS.

❡Hic Mars oipotẽs.) Turni factã cæteris audendi fiduciã dedit. ¶Et stimulos acri sub pectore vertit.) Et quasi quibusdam stimulis rursum in belli certamẽ accẽdit.¶Immisitq; fugam Teucris.)Contra Troianis iniecit metũ,& ex eo fugam : nõ eni fugit,nisi qui stare formidat,& diffidet præsentibus . ¶Vndique conueniunt.)Causa cõueniẽdi dicitur,quoniam data copia pugnę,quæ antea non fuit.¶Bellatorq; a.d. i.) Totum in vnum cõuenerant Troianorum timor,& fuga,& Turni ex prospera dimicatione successus:Data quoq; regnandi copia, & belli gerendi ardor,quem armipotens deus vniuersis ingesserat.¶Pandarꝰ, vt fuso.)Pandarus cum cõsiderãdo cognosceret, in fratris interitu partẽ se auxilij perdidisse,& virum interisse, quem putabat inuictum,casibus quoque multis subiacere, quæ hoies agunt , & suã mutatam esse fortunam.¶Portam vi multa.) Hoc fecit, vt emendaret factum suum,quod aduersa corruperant , ¶Multosq; suorum .) Portam claudere quã congesti hostes opplerant,quantæ fuit virtutis:fecit tñ quod exigebat necessitas, exclusis aliquot suis & ad perniciem traditis,receptis verò nõnullis hostiũ : quot & commodum esset,contrarium posuit,quia aut occidi illic potuerunt,aut præualere.¶Demens,qui Rutulum.)Nisi illum multa aduersa turbassent,plenã potuisset procurare victoriam: si irrumpentem Turnum cum cæteris recepisset,eum.s.qui vltro venerat vt periret.¶Immanem veluti.) Ecce vitium eius,qui nõ vidit Turnum plurimum inter cæteros eminentẽ, quod si fecisset, esset tale, quale si clausisset cum paruis pecoribus Tygrim.¶Continuo noua lux oculis .) Tanta fuit inter cæteros dissimilitudo Turni,vt illũ forma corporis & armorũ qualitate quiuis posset agnoscere.Denique agnouerũt Æneadæ facile, .qualem nũq̃ viderant:& licet turbati,quis esset,intellexerunt . ¶Turbati subito Aeneadæ.)Respiciens Pãdarus vidit,quẽ ante nequiuerat noscere:& in ira perditi fratris positus gratulatus hostem oblatum ad pœnam,sic instituit loqui.¶Nõ hæc dotalis re.a.)Sic,inquit, fretus audacia ɔsistis,ac si te Amatæ regia habeat:iocularitẽr hoc dixit,quoniam Amata illum vehemẽtissime diligebat,aut quasi,inquit,teneat ciuitas patris, in qua ociosus esse cõsuesti: nõ mœrẽs vlterius . ¶ Castra inimica vides,) Teneant te obsessum castra,quæ inimicus intrasti,nec aliquem tibi exitum tribuunt. ¶Olli subridens .) Diuersos animorum motus singulis dedit. Pandarum dixit sublato animo,quod Turnum teneret in septo castrorum,& quod esset fratris amissione confectus , dedit ei superbum quoque sermonem,Turno patiẽtiam tribuit,deniq; sine tumore mentis responsum dedit,huiusmodi sermone.¶Incipe si qua,a.v.)De fiducia fortitudinis vrbanũ potiusq̃ contumeliosum reddidit in respondendo sermonem . Iocatus etiam ipse de nominibus,vt Pandarus fecit,si,inquit,aliquatenus tua virtute confidis, inijcere,ego te ad Priamum mittam, vt in Italia alterum Achillem nuncies inuenisse . ¶ Dixerat .) Hoc de Turno sit dictũ.¶Ille.) Hoc est Pãdarus. ¶Rudẽ nodis.)Incompositã scilicet & impolitã,quã sola fortitudo maxima potuisset emittere . ¶ Excepere auræ.) Hasta ipsa auras potiꝰ, q̃ hominẽ verberauit. ¶Vulnus Saturnia Iuno Detorsit.) Quippe auxilio Iunonis detortũ est vulnus a Turni corpore:portæq; magis ĩfixa:ictꝰ quã validus fuit, vt exceptũ auris portæ figeretur. ¶At nõ hoc telũ .) Verba sunt Turni loquẽtis ante ictũ,hoc ĩquit telũ tu nõ effugies, quod magna vi versat dextera mea: neque eius ictũ poteris euitare. nõ eni hoc tu mittis,vt inefficaciter currat . tale.n. veniet qualis ego sum , cuius manu portať,& regiť. ¶Sic ait, & sublatũ.Ecce qua ratiõe ait,effugi ictũ tuũ , declinare tu non poteris meũ . quãdo enim telũ missile est , potest declinari vigilãtibꝰ oculis , & corporis mobilitate , cum vero tãtum fuerit ad manũ, atq; ense pugnať, ictus nulla põt ratione frustrari,& tũc vera virtꝰ ostẽditur,timẽtis est certare hastis, & telum longius mittere,Turnus igitur, vt se ostẽderet virtute potiorẽ,gladio magis vsus est , nec timuit tãtum hosti propior fieri,vt cõsurgere in ensem posset, & ferire,quod non facit,nisi q proprię virtuti confidit. Itaq; vt manum,inquit,erexit.¶Mediam ferro gemina.)Totũ hoc quod factum descripsit,licet exponi non debeat,quia planum est: tamen melius apparebit,cum fuerint inspecta sequẽtia.¶Fit sonus.)Sonus,quem ipse ictus fecerat & ruina prostrati. Põdus autem sensit terra, quæ substinebat occisum.¶Collapsos artꝰ.)Impleuit terram funere proprio , & dissoluto cerebro ac sanguine suo arma quoq; perfudit. ¶Atq; illi i partibꝰ ęquis.)Hęc est ois descriptio mortis Pandari:medio,ingt, capite ictum teli veniẽtis excepit,& per frontẽ ac faciẽ plaga descẽdẽs singulas partes singulis humeris dedit,ecce propter quã causam supra posuit. sic ait,& sublatũ alte cõsurgit in ensem. hominis.n.lõgi,& eius,cuius forma arboribus luci comparata est,caput & faciẽ vno ictu in duas partes separare non posset , nisi in ensem consurgens altior esset effectus, vt descendens plaga facilius compleret hominis necem. Tãta autem facti celeritas fuit,vt aduersus consistentes Pandarus veniẽtem mortem vitare nequiuerit.

ASCENSIVS.

❡Hic animum Mars armipotẽs,&c.)Prosequitur reliquam pugnę narrationem:docetq; Turno vireis arte infusas: imitatus in hoc Homerum,qui deos,bello Troiano se immiscuisse frequenter attestatur. Faciensq; verosimile,Turnum tantam vim belli sustinuisse:quocirca etiam Teucris animos ablatos dicit, vt nõ sua ignauia,sed deorum violẽtia in fugam versi censeantur:sic enim abunde purgantur. Nam(vt in.ij.dictũ est)nihil inuitis fas quenquam fidere diuis. Docet pręterea portam a Pandaro,qui eam temerarie patefecit:inconsulte clausam, exclusis videlicet cõsocijs & incluso Turno.De quibus omnibus nihil decerptũ est ex Donato.❡Ordo igitur est.Mars armipotens,id est armorũ, & bellorum deus:addidit hic,id est hoc loco & tempore: Latinis , scilicet Turni populis:vires,scilicet animorum, & corporũ : quia geminat victoria vireis:& vertit,id est vertendo pũgit(tractum a virga quæ dum vertitur,boues stimulantur)sub pectore.i.pręcordijs:stimulos acreis,id est vehementis furoris, & iræ : & immisit Teucris fugam.i.animum fugiendi:q;, pro,id est timorẽ atrũ.i. perniciosum,& detestabilem,atq; ignominiosum : quia sicut rẽ laudabilem,claram & illustrem dicimus,ita vituperabilem , atrã, & obscuram.Latini,sup.cõueniunt vndiq;,id est ex omni parte: quoniam copia.i.copiosa facultas:pugnæ,id est pugnandi:data, supple est,id est facta & concessa : & deus bellator.s.Mars : indicit animo.i.in animum eorum:hoc est omnem acceperunt animũ, seu cupiditatem bellãdi.Pãdarus vt,id est postquam : cernit germanum

Universidad de Deusto Biblioteca

manũ.s.Bytiam:corpore fuso.i.cuius corpus erat fusum, aut habentem corpus fusum.& vt cernit.i.consyderat & videt: quo loco.i.in quo statu,& qua conditione sit fortuna: quia videt eã ad Latinos,relictis Teucris defecisse:& qui.i.qualis casus:agat res.s. bellicas:torquet.i.applicat,& claudit,torquendo multa vi:portã conuersam.i.quam cõuertebat ad posteis suos vt claudatur: torquet inquam obnixus.i.obnitens humeris latis : & linqt multos suorum.i.ex suis cõmilitonib⁹,exclusos mœnibus.s. nouę Troiæ:aut castrorũ Troianorũ,sub certamine duro : qa inuito Marte,q quos Latinis addidit, Teucris abstulerat animos. Ast.i.sed includit alios secum: & recipit ruẽtes.i. præcipitanter accurrẽtes vt recipiantur, existẽs demẽs:qui.i.vtpote,qui non viderit regẽ Rutulum.i.Rutulorum:aut qui & ipse Rutulus erat,hoc est Turnum,in medio agmine.s.Troianorum:ruentium,scilicet ad portas:& ita irrumpentem.i.vi intrãtẽ.& qui incluserit vrbi.i.in vrbẽ:vltro.i.vltra id quod deberet facere:quia quem debebat summa vi propulsare,ignarus recepit,atq; inclusit:veluti, sup.includeret Tygrim immanẽ.i.ferocissimam:inter pecora inertia.i.arte repugnãdi,aut se defendẽdi carẽtia:vt sunt oues,& capræ:quas vt decorum styli seruet, periphrasticos tantum, & non expresse ponit,ne in re tam sublimi,humillima nominet,sicut alibi pro ciconia,dixit,Candida venit auis,&c.Continuo,id est statim,vt recept⁹,atq; inclusus est:lux.i.fulgor,noua,i.insolitus & vehemẽs: effulsit,id est emicuit:oculis.s.Turni:& arma,sup. eius:sonuerũt horrendũ,id est horrende,aut horribiliter:cristæ.s. ipsius galeæ, de qua dictum est:q̃ magis illa tremens,tanto magis effera flammis:sanguineę,id est sanguinei,qa ignei coloris : & mittit clypeũ i.in clypeum:fulmina micãtia.i.radios in morẽ fulminis resplẽdentes:Æneadę,id est Ænee subditi.s. Troiani turbati: subito.i. ex re subita,aut de repente : agnoscũt & faciem inuisam.i. quam odio habebant,aut talem cui inuideri posset : quasi inuisibilẽ, si in ea significatione diceretur:atq; membra immania,id est valde magna & terribilia,quę res in gloria cedet Ænee, qui talem vincere poterit:tum,id est tunc:Pandarus ingens,idest valde magn⁹ & sine exemplo:emicat,id est eminet,& extra alios tollitur & feruidus,id est feruens,& incensus:ira mortis fraternę.i.cõcepta:propter necem fratris eius,scilicet Bytiæ:effatur,id est palam,& clara voce loquitur.Hęc non est regia dotalis Amatę,id est quã Amata Latini coniux in dotem tibi cũ filia spopondit.nec Ardea,scilicet ciuitas patria:Turni media.i.medio sui:cohibet, id est ꝯtinet Turnum,scilicet mediũ in ea:vt sit media, pro mediũ : muris patrijs.i.intra quos nat⁹ est.tu o Turne, vides castra inimica:nulla potestas exire.i.exeundi hinc:est,sup.tibi. Turnus subridẽs olli, id est tunc illi pectore sedato,id est tranquillo,inquit,supple incipe.i.ini mecum certamen,aut duellum:siqua.i.aliqua virtus est animo:& consere dextram scilicet mecum,tractũ a luctatoribus: tu narrabis Priamo.s.apud inferos, quo te mittã : sicut Pyrrhus in secundo.Referes ergo hęc:& nuncius ibis Pelidę genitori. illi mea tristitia facta,Degeneremq; Neoptolemũ, narrare memẽto, narrabis ergo Priamo, Achilli similem:inuẽtum,etiam, hic idest in hac noua Troia:dixerat,scilicet Turnus,ille.s. Pandarus: annixus.i.annitens,summis virib⁹:intorquet.s. in Turnum, licet nõ peruenit in eum vsq;:hastam rudem nodis: & crudo.i.impolito cortice.Auræ.i.aer.& ventus,accepere.s.hastã. Iuno Saturnia detorsit.s.de Turno:vulnus,id est hastam, veniens.s. in Turnũ,nisi Iuno depulisset.Aut sic,Auræ accepere vulnus.i. læsæ & vulneratę sunt,hoc est transfixæ:& nõ Turnus:quia,sup. Turnus ait, tu non effugies hoc telum.s.quo comminus cõcertat ensem, videlicet.quod.s.telum, id est quẽ ensem : mea dextera versat. vibrat & tractat:eni.i.nam,author teli,nec vulneris est is.i.talis.s.qualis tu es. Ait inquam Turn⁹ sic:& cõsurgit.i.erigit se:in ensem sublatum.i.sursum erectum,& diuidit ferro.i.ense ferreo:frontẽ.s.Pandari:mediam inter gemina.i.ambo tempora.i. extremitates concauas capitis : & diuidit malas.i.maxillas : impubes.i.imberbes: vulnere immani.i.sęuissimo : sonus fit.s.ex ictu: & tellus cõcussa est ingẽti põdere.s.corporis cadẽtis . Ipse enim Pãdarus moriẽs: sternit humi.i.super humum, artus.s.suos collapsos : atq; arma cruenta.i.fœdata:cerebro.s.effuso:atq; caput pependit illi i partibus ęqs.i.ęqualibus:ex vtroq; humero:huc atq; illuc.i.in vtrãque partem,tam dexteram,q̃ sinistram.

PIERIVS.

¶Qui casus agat res.)In Ro.& in Med.qs:vt Grãmaticorũ preceptionibus fieret satis.Nã,quis,cũ s, dici volunt grãmatici,authore Sosipatro,cũ in qrẽdo,vt,Quis te nate dea.In inferendo aũt,q. sine,s:vt,Ille vides pura iuuenis qui nitit hasta. Est enim prępositiuũ,quis:subiunctiuũ,qui . Quod tñ authores non obseruarũt: vt Attius,qui nã Tãtalidarũ internitioni modus sit. & Virg. Qui casus agat res. Hęc Carisius. ¶Lux oculis effulsit.) In Ro.co. offulsit:vt superius.¶Clypeoq; micantia fulgura mittit.) In Rom. Mediceo,& in Porcio,fulmina : & verbũ, mittit,numero variat. ¶Siqua aio virtus.)In Romano animi,Sed magis placet, aio.¶At nõ hoc telũ.)Miratur Seruius,telũ,pro gladio positũ. Sed enim & apud oratores iuuenit.In Rhetoricis ad Herẽniũ.libro.j.Aiax in sylua postquã resciuit quę fecisset p insaniã, gladio incubuit, Vlysses interuenit,occisum conspicatur, corpore telum cruentũ educit.¶Versat.)Est in Mediceo,librat,pro versat,scriptũ. ¶Neq; enim is teli,nec vulneris author.)In Romano codice in Porcio, & aliquot alijs scriptum,neq; enim es,vt sit ideo nõ effugies : ga tu nõ es author teli,neq; vulneris . Tua eni euitari possunt, mea autem minime.¶Gemina inter tempora.) Codices nõnulli veteres legunt,media inter tempora, figurata eloquutione. Mediam frontem inter media tempora.¶Atq; illi in partibus ęquis.) Antiqui codices omnes quotquot vidi,legũt absq;, in, atq; illi partibus æquis.

SERVIVS.

¶Bello gentiq; fuisset.) Duo dicit. Et bellum finiri potuit omnibus interemptis, & gẽs penitus fuisset extincta occiso Ascanio:a quo Romani ducunt originem.Ideo bello,gẽtique dixit, quia bellum plerunq; finitur gẽte superstite, vt in bello Troiano contigit. ¶Cędisq; isana Cupido.) Excusat Turnũ cur nõ a porta fugatis Troianis penit⁹ deleta sint castra. ¶Principio.) Intra castra, post Troianorũ fugã . ¶Succiso poplite Gygẽ excipit.) Ordo est, Excipit & succidit poplitem, nam ante fuit vt eum circũueniret insidijs.Poples autem, po correpta est, sicut in Sereno legitur : sed producit positione. ¶Hinc.) Nec loci est,nec temporis.sed ordinis, id est deinde. Raptas autẽ, de hostilibus cadaueribus. Nã quod dicit Donatus, ab armigero : non ꝓcedit, nec enim lectum est, ¶Iuno

Diffugiunt versi trepida formidine Troes.
Et si continuo victorem ea cura subisset:
Rumpere claustra manu:sociosq; immittere portis:
Vltimus ille dies bello,gentiq; fuisset.
Sed furor ardentem,cædisq; insana cupido
Egit in aduersos.
Principio Phalarim,& succiso poplite Gygen
Excipit.hinc raptas,fugientibus ingerit hastas:
In tergum(Iuno vires,animumq; ministrat.)
Addit Halyn comitem,& confixa Phegea parma:
Ignaros deinde in muris,Martemq; cientes,
Alcãdrumq; , Haliumq; , Noemonaq;, Prytanimq;:
Lyncea tendentem contra,sociosq; vocantem
Vibranti gladio connixus ab aggere dexter
Occupat.huic vno deiectum comminus ictu
Cum galea longe iacuit caput. inde ferarum
Vastatorem Amycum:quo non felicior alter
Vngere tela manu:ferrumq; armare veneno:
Et Clytium Aeoliden,& amicum Cretea Musis:
Cretea Musarum comitem:qui carmina semper
Et citharæ cordi,numerosq; intendere neruis:

¶Iuno vires animumq; ministrat.) Ne sit incongruum vnum tot occidisse,dat Iunonis auxilium.Horatius in arte poetica , Nec deus intersit, nisi dignus vindice nodus inciderit. ¶Alcandrũq;, Haliũq; que,Noemonaq;,Prytanimq;) Homeri versus, tantum coniunctione mutata. ἄλκανδρόν θ' ἅλιόν τε νοήμονά τε πρύτανίν τε. Vnde apparet non ad historiam,sed ad ornatum poematis hęc nomina pertinere. ¶Tendentem cõtra.) In se facientem impetum. ¶Cum galea longe iacuit caput.)Ad exprimendam celeritatem ꝑterito vsus est tẽpore. Potuisse autem caput cum galea lõge iaci,pręmissa loci altitudo significat. Ergo eum comminus percussum intelligamus, sed tantã vim ictus fuisse vt lõge caput excuteret. ¶Felicior.) Peritior.Nã in vngendis telis nõ est felicitas, sed pitia. Sane nec vngo, nec vngentũ v recipit,excepto vno noie vt vnguẽ.Vñ est,Et pingues vngui ne ceras.¶Ferrũq; armare veneno.) Speciose dictũ armabat feræ, quo nos armare cõsueuim⁹. ¶Amicũ Cretea musis.)Poetã lyricum,& tale est schema per repetitionẽ, vt sequitur,Pulcherim⁹ Astur,Astur equo fidẽs.¶Numerosq; intẽdere neruis.) Rhythmos facere intẽtione neruorum . Nã nũc sunt Rhythmi, vt , Numeros memini,si verba tenerẽ.Ergo hoc dicit,Secũdũ chordas verba cõponebat.¶Audita cæde suorũ.)Seruat τὸ πρέπον.i. decorũ: ne præsentibus ducibus Turnus tot strages fecisse videat.¶Quo deinde fugã?)Aut vacat Deinde, vt tãdẽ,gentium,locorum. Aut intelligimus mente eũ tractasse,q de campis milites solent ad castra cõfugere:& sic dixisse,Quo deinde?scilicet de castris: quo fugitis vlterius:& hoc est melius. Vnde & sequitur,Quos alios muros:& sic est dictũ post cogitationẽ,Quo deinde?sicut Terentius dixit,Quid igitur faciam?¶Vnus homo.) Ac si diceret mortalis. Et bona attenuatio est, cum supra dixerit,Rutulum in medio nõ agmine regem.¶Infelicis patriæ.)Troię,in qua nũc sunt. ¶Veterumq; deorum.)Penates significat, quos semper coluere Troiani.)Miseretq;,pudetq;.)Sic Pallas,Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris.

Semper equos,atq; arma virũ,pugnasq; canebat.
Tandem ductores,audita cæde suorum,
Conueniunt Teucri,Mnestheus,acerq; Serestus:
Palantesq; vident socios,hostemq; receptum,
Et Mnesthe⁹.{Quo deide fugã? quo tẽditis,iqt?MN.
Quos alios muros? quę iam vltra mœnia habetis?
Vnus homo,& vestris o ciues vndiq; septus
Aggeribus,tantas strageis impune per vrbem
Ediderit?iuuenum primos tot miserit Orco?
Non infelicis patriæ,veterumq; deorum,
Et magni Aeneæ segnes miseretq;,pudetq;?

¶Vnus homo.) Vn⁹,inqt,homo multos hoies captiuos liberos nõ vna cæde,sed plurima & nulla vltiõe repetita iuuenes electos & nobiles ac tãti muneris strauerit? & hoc fecerit p vrbẽ? ĩ q facili⁹ adunata multorũ manu potuit sterni,q̃ sol⁹ valuit plures occidere?¶Nõ infelicis pa.) Nõ,inqt vobis venit in mẽtẽ ifelix patria?quam reparare debem⁹? nõ dij Troię ꝯsiderant, quos vultis addicere?nõ Æneæ cõtẽplatio absentis, q nobis spẽ suam filium ve cõmisit?Segnes vos esse nõ miseret aut pudet? miseret,pertinet ad deos & patriam,pudet,ad Æneã,patiemini vnũ socij,teretisve inclusum post tot virorũ taliũ cædẽ vnum ex his locis potẽs se mittere,qui subueniat inopi, qs iuuabit inclusum? Expergiscimini, vt aliquãdo vos sentiat viros, vt quos irrũpẽdo hostis contempsit vestram noscat virtutem.

DONATVS.

¶Diffugiunt ver.)Troiani omnes tali exẽplo perterriti fugiũt. ¶Et si continuo.)Occisis illis, qui valebant obsistere, si victorem Turnum cõgrua cura tetigisset:vel maxime,quia fugerãt cęteri, vt perruptis claustris portaq; patefacta suos admisisset : eodẽ die omnis Troianorũ gẽs fuisset absumpta,& plenus belli terminus prouenisset,Cur hoc non sit factũ,subnectitur. ¶Sed furor ardẽtem.)Impedijt hoc cõsiliũ furor, qui humanas mentes a tractantibus cõmodis proturbare cõsueuit. rapt⁹ est.n. vt insequeret fugientes,& nõ vidit,quod prodesse plus posset. ¶Principio phalarim.) Locus iste itellectus duplicẽ rationẽ potest admittere. Aut enim hastas sublatas hostibus ingerebat, aut alijs raptas in eos iaciebat,qui fugerãt,excipiebãt autẽ iactus oẽs in terga, quæ dederant hosti. ¶Iuno vires animumq;.m.) Vbi erexit laudibus Turnum,ibi eũ plena vituperatiõe deiecit. Nihil enim propria virtute faciebat,sed Iunonis iuuabat auxilio . ¶Addit halyn comitẽ.) Deinde addit comitem Halyn & hegeum,qui nescij, quid esset cũ alijs gestum,pugnã in muris nouare nitebantur . ¶Alcandrum, Haliũq;,&c.)Post multos quos prostratos comites dedit, lynceũ aggressus est,qui socios vocauit ad bellum , sed cũ istum animãtem cæteros & hortantem obuium habuisset, occasione aggeris sublimior factus caput eius e summo percussit, & vno ictu abscisum longius facit iacere cũ galea,quod dixit, cum galea lõge iacuit caput,virtutem ferientis ostendit , nam non longe cũ galeæ pondere iacuisset,nisi magna fortitudine viriũ fuisset excussum. ¶Inde ferarum Vast.)Iste venator fuit,qui vt facilius feras occideret,ferrum armabat venenãs vnguẽtis. ¶Et clitium Æolidẽ.) Hoc est Æoli filium.¶Et amicum cretea mu .) Amicitia musarũ qualis vixit, ex sequẽtibus docet.¶Cretea mu.co.)Non tantum amicus musarum fuerat,verum etiam comes. ¶Cui carmina se. Et ci.c.) Non vnam tatummodo musicæ artem nouerat, sciebat componere carmina,nouerat citharæ studium & loqui per neruos.Ea quippe moderatione tendebat, vt humanã vocẽ sonis & numeris testaretur.¶Semper equos.) Hoc laudis augmentũ est, vt scientiã musicã nõ ad turpes cantus, sed ad virorũ fortia facta cõuerteret.Denique ait,equos,aut arma canebat,aut bella. ¶Tãdem ductores.Non soli sed inter cæteros ipsi præcipui. ¶Palantesq; vidẽt.)Cõtrariũ nescio qd, vt clauso ostio cum insistere debuissent,atq; hũc necare,fugere potius,q̃ cũ hoc certare maluissent.¶Et Mnestheus.)Mnestheus suos obiurgãs,deinde, ait, hoc est,vt vidit fugiẽtes,cõfestim locut⁹ est ista.sic, inqt, fugitis quasi vos exitio fuga possit eripere, vellẽ tamẽ nosse,quo înia vestra cõtendit.Ille,ait,præsens periculũ fugit,q receptaculi põt habere subsidiũ.Vos quo tẽditis?quæ vobis præter isti⁹ loci munimẽta sunt?qui occurrerẽt,fugientibus muri?quæ talia Turris Palãtes excipiet:hoc est, quod ait . ¶Quos alios muros?) Incipit iam factum ipsorũ excutere,& dum cõsiliũ incõmodũ reprehẽdit, quod inconsulte timerẽt,viam,quam sequi debeat, subtiliter mõstrat. ¶Vnus

ASCENSIVS.

¶Diffugiunt versi, &c.) Docet exemplis,quæ sit alea belli, cum etiam vnum hostem itra mœnia sua clausum,fugerint Troes : & Turnus immemor salutis & victoriæ, nõ meminerit portas aperire,atq; socios recipere:quos si recepisset,gentẽ Troianam delere potuisset.Describit præterea, primorum bellatorum resistentiam & Cretei vt varietate opus placeat , etiam in musica peritiã & Mnesthei acrem increpationem. De quibus omnibus hoc tãtũ receptum est Donati.¶Semper equos.)Laus hominis,quod tantum musicam, non ad turpeis actus , sed ad res egregias adhiberet.¶Miseret.)Pertinet ad deos. ¶Pudet.)Pertinet ad Æneã Hæc ille. ¶Ordo est.Teucri versi.s.in fugam:formidine trepida.i.res Ordo.
in quibus est,vt mentes Teucrorũ prę anxietate trepidas faciẽte:diffugiunt.i.in diuersa fugiũt: & si ea.i.talis cura .i. solicitudo aut prouidentia: subisset.i.subiuisset,cõtinuo.s.vt diffugerũt:victorẽ.i.mẽtẽ,victoris.s. Turni,rumpere claustra.i.clausuras portarũ,manu.s.sua:& immittere portis.i.in portas , vt sit datiui casus aut,per portas,vt sit ablatiuus,per locum significãs:socios, id est commilitones:ille dies fuisset vltimus:bello. i.cum Troianis gerendo:& genti.s. Troianæ,cũ morte Ascanij deleuisset : sed furor s.Martius, & insana cupido:cædis,idest occidendi:egit, id est impulit eum,in aduersos.i.obstantes siqui erãt. Ipse igitur, excipit, id est medio mortaliũ tollit,principio Phalarim,& Gyhem,popli Poples.
te succiso.i.cui poples pri⁹ ab eo succisus erat. Est autẽ poples po Poplex
plitis nõ poplex poplicis,posterior pars cruris, supra suras ex aduerso genuum, vbi est neruorũ eminẽtia,& ipse igerit hinc,id est deinde aut ex hac nece:fugiẽtib⁹.s. Troianis:hastas raptas.i. quas rapuit de terra elapsas fugiẽtibus:ingerit inquam in tergũ, quia terga dedere.Iuno ministrat vires & animum (vt verisimile sit, vnũ tot potuisse Iunonis attestatur auxiliũ Turno præsens fuisse)addit igitur,prostratis.Halyn comitem,id est sociũ mortis : & Phegea confixum,parma,id est simul cum parma:deinde, supple addit:aut occupat(vt sequitur)in muris,id est intra muros ignaros.i.ignorãtes,quod ipse Turnus intra mœnia esset:& ciẽtes, id est aduocantes:socios.s.exclusos. Addit inquam Alcandrũ, & Halium,& Nemona,& Prytanim (alij tamen, Prytanium,legunt:legendo autem vt Ser. Prytanim,erit spõdeus in quinto) & ipse dexter,id est expeditus bellator,potius q̃ a dextera veniens,connixus ab aggere,occupat gladio vibranti.i.euaginato & micãti:nã dum gladius molli bractea quatitur,vibrare dicit. Lyncea , idest virum illum(a nominatiuo Lynceus.)Tendentem cõtra.i.faciẽtem impetum:& vocantẽ socios , caput iacuit hinc deiectum cũ galea:longe.s.a trũco, vno ictu:comminus.s.facto, hoc est quasi coniuncta manu.Inde,sup.occupat:Amycum virum illum (media breui,& proprium .)Vastationem ferarum,id est interfectorem faciendo syluas,abactis,aut sublatis feris vastas:quo,scilicet Amyco:alter non erat felicior,id est magis idoneus, aut cũ maiore felicitate & dexteritate solit⁹, vngere manu.s.tua tela : & armare veneno ferę,quo.s.nos armamur:&,sup.occupat Clyciũ Aeo Lyrica
liden.i.Aeoli filium : & Cretea , amicum Musis.Philomusum, & mater.
poetam Lyricum(habet autem mediam longam,quia adiectiuũ hic,est amicũ.)Cretea (inquit) comitem Musarum cui carmina, & cithara erant,sup. semper:cordi.i.voluptati, & ad cor:& intendet numeros.neruis.i.neruos numeris,vt sit hypallage:aut intẽdere numeros,id est facere rhithmos:neruis.i.ad crepitũ neruorum.

Universidad de Deusto Biblioteca

rũ.Qui,supple canebat semper equos : atq; arma virũ .i. virorũ: & pugnas,id est Lyricus erat:vnde Horati⁹ in arte, Musa dedit fi= dibus diuos pueros q; deorum:Et pugilem victorẽ, & equum in certamine primũ.Ductores Teucri.s. Mnesthe⁹, & Serestus acer, id est strenu⁹:conueniunt tandem cæde suorum audita: & vidẽt socios pallantes,id est temere oberrãtes: & hostem.s.Turnum:re ceptũ.s.in mœnia.Et Mnestheus inquit deinde, aut quo deide.i. deinceps & posthac:quo(inquit)tenditis.i. dirigitis:fugã .i. vos fugiẽtes:quos muros alios,& quæ mœnia vltra.s.ista habetis?q. d.nullos,& nulla.O ciues,vnus homo:&,sup.is sept⁹, id est circũ vallat⁹ vndi q; vestris aggeribus:ediderit.i. permittat ne edere: impune.i.passim:& sine vindicta:per vrbem.s. vestram tãtas stra geis:& miserit,id est premittetur:mittere Orco.i.ad Orcũ.i. infe= rum:tot primos iuuenũ.i.principes iuuẽtutis?q.d.indignũ esse. vnde addit:Nõ,id est nõne ?o segnes.i.ignaui,& inertes : miseret, sup.vos infelicis.patriæ,quæ penitus exterminatur, & deorũ ve terum terũ.i.quos antiqua religione coluistis:non,id est nonne:pudet, sup.vos:magni Aeneæ.i.tantum dedecus facere Aeneę tãto viro aut non,id est nũquid pudet,supp.vos,magni Aeneæ.i. nũquid ideo non resistitis, qa Aeneas vobis pudori & de decori est? q.d. id non decere,sed prior constructio placet.

PIERIVS.

¶Cædisq; insana cupido.) In veteribus aliquot exẽplaribus in fanda.¶In tergum.) Ro.codex,tergus, habet. Quam lectionem hoc citato versu Flaui⁹ Sosipater agnoscit aduersus eos qui pro dorso,tergũ tergi facere, Tergus vero tergoris pro pelle cõtẽde bãt. Nam & terga boum dictum a Virgilio reperit, cum tergum tantũ hominis esse contenderent. Exẽplis vero Virgilianis impu nitas etiam illis datur,qui putant tergũ hominis, tergus vero pe coris nominari. Nã & tergora diripiũt costis Et alibi venit i ter gũ aduersi Sulmonis.legit.¶Et cõfixum Phegea parma.) Veteres oẽs codices,cõfixa,legũt parma.Sed,cõfixũ,figuratius est.

SERVIVS.

¶Ceu sæuum turba leonẽ.) Sẽsus hic est, Haud aliter Turn⁹ retrocedẽs petebat fluuiũ q̃ solet leo pressus multitudine nec terga præbere ,pter irã vel pudorẽ:nec posse,licet cupiat in venantes impetũ facere.¶Nec contra vires audet Saturnia Iuno.) Atqui fauẽte numine debuit ẽt cõtra multitudinẽ posse: sed hoc Iuppiter vetuit. ¶Haud mollia iussa ferẽtẽ.)Melius q̃ Homer⁹, hunc locũ executus est.Saluo eni sensu vitauit & fabulosa & vilia. Nam ille ipsas minas exeqtur.¶Ergo.)Quia numinis est desertus auxilio. Telis obruit.) Lucan⁹ eũdẽ sensum per declamationẽ dicit, Telorũ nimbo peritura & põdere ferri.¶Vmbo.)Scutum.Nã a parte totũ significat . ¶Et piceũ(nec respirare ptãs) flumẽ agit.)Ordo est,Sudor piceum flumẽ agit:hoc est sordidũ,qa sine respiratione pugnabat. ¶Tũ demum.)Postq; aliter se euadere posse nõ vidit.¶Omnib⁹ armis,) Cũ min⁹ est.¶Ille suo cũ gurgite flauo.) Hysterologia est, cũ ille eũ excepit. Nõ.n.procedit cũ suo gurgite, quasi posset fieri vt eũ sine suis fluentis exciperet. Sane quærũt multi cũ Tyberis Aeneæ faueat,cur liberauit Turnũ.Sed soluit ista ratione. Nã ob hoc Turnũ dicit esse liberatũ, vt maior Aeneæ gloria seruaretur.

Talibus accensi firmantur:& agmine denso POE.
Consistunt:Turnus paulatim excedere pugna,
Et fluuium petere,ac partem,quæ cingitur amni.
Acrius hoc Teucri clamore incumbere magno:
Et glomerare manum.ceu sæuum turba leonem
Cum telis premit infensis:at territus ille,
Asper,acerba tuens retro redit:& neq; terga
Ira dare,aut virtus patitur:nec tendere contra,
Ille quidem hoc cupiẽs,potis est per tela,virosq;.
Haud aliter retro dubius,vestigia Turnus
Improperata refert:& mens exæstuat ira.
Quin etiam bis tum medios inuaserat hosteis:
Bis conuersa fuga per muros agmina vertit:
Sed manus e castris propere coit omnis in vnũ:
Nec contra vireis audet Saturnia Iuno
Sufficere.aeriam cœlo nam Iuppiter Irim
Demisit,germanæ haud mollia iussa ferentem:
Ni Turnus cedat Teucrorum mœnibus altis.
Ergo nec clypeo iuuenis subsistere tantum,
Nec dextra valet: iniectis sic vndiq;,telis
Obruitur.strepit assiduo caua tempora circum
Tinnitu galea:& saxis solida æra fatiscunt:
Discussæq; iubæ capiti:nec sufficit vmbo,
Ictibus:ingeminant hastis & Troes,& ipse
Fulmineus Mnestheus.tum toto corpore sudor
Liquitur:& piceum(nec respirare potestas)
Flumen agit:fessos quatit æger anhelitus artus.
Tum demum præceps saltu sese omnibus armis
In fluuium dedit:ille suo cum gurgite flauo
Accepit venientem:ac mollibus extulit vndis:
Et lætum ad socios abluta cęde remisit.

gat,se in aduersum niti,si icõfertos impetũ faciat, & tamẽ tanta fiducia agat,vt meli⁹ putet per tela & p hostes exire, q̃ videri cessisse.¶Haud aliter retro.)Sic, inquit , fecit Turn⁹:sic ira nõ vacu⁹ retrorsum vestigia referebat . ¶Quin ẽt bis.t.m.) Et tñ,inqt,eũ sensim cederet,bis etiã tũ hostes Troianos inuasit: tũq; soli⁹ impetus potuit,vt simul oẽs bis in muros aufugissent.¶Sed man⁹ e castris.) In vnũ ois multitudo ,uenit, vt vni resisti potuisset, quãtũ dat Turno vt Troiani pro defensione tñ simul vndiq; cõgregarent vniuersi.¶Nec cõtra vires.) Tãta aduersus Turnum illa vis protuit, vt Iunonis quoque pro Turno auxilia defecissent. Ecce hic post maximã laudẽ do ,mit Turn⁹.vult.n.nõ Turni fuisse,quod potuit,sed eius,q fauebat Turno, denique vbi deficit Iuno, ibi deficit & Turn⁹.¶Aereã cęlo nã Iuppiter.) Misit,inqt, Iuppiter ad Iunonẽ sororẽ suã sub terrificatione durissima. Atq; vt hęc proferri ocyus , & facili⁹ possent, irim destinauit instructã mãdatis haud mollibus grauiter se cõmoueri posse ante denũciãs,si Turn⁹ se nõ abstinuisset e Castris Troianorũ. ¶Ergo nec clypeo iuuenis.) Insistẽtib⁹ Teucris & Iunone cessante,nec clypeo tãtis telis valebat occurrere, nec dextra pugnare.¶Iniectis sic vndiq;.t.) Tãta vis telorũ iacebat in Turnũ,vt illũ obruerẽt poti⁹. q̃ ferirẽt.

DONATVS.

¶Talibus accensi fir.) Ecce quantum cõmoda hortamẽta valuerunt:metuentes dudũ in plenã constantiam repente mutati sunt & agmine dẽso cõsistũt.Cõgregatiq; vnanimes, q sibi fugã cõsuluerãt,recuperata mẽtis fiducia cõstiterũt.¶Turn⁹ pau.e.p.) Vbi aduertit Turnus fugiẽtiũ mutata esse cõsilia,q̃ eos plena fiduciæ obstinatiõe cõstitisse,ipse quoq; fugiẽdi tractatũ ,sulto suscipiẽs tendebat ad eã ptẽ,q vndis circũ fluẽtibus cingebatur. Ac ne hoc ipsum Troiani,vt piret i gurgite mersus,aut occũberet ferro, Parabola succedit,vt ostẽdat qualis tunc fuerit Turn⁹, quales vero Troiani.¶Ceu sæuũ.t.l.)Exquisitũ parabolę genus & spẽs, sed loco personisq; cõueniẽs.Cũ.n. Turn⁹ viso euidẽti periculo cedendo vellet excedere,terga dare nõ audebat , ne opportunũ se præberet ad cædẽ,insistere nõ poterat pugnæ, ne in ea plurimis superatus occũberet.Inuenit poeta tale aialis gen⁹,quod virtute ac feritate prestãs talẽ naturæ habet morẽ,vt cũ in multorũ isidias venerit,cedẽdo se potius tueatur,q̃ terga vertẽdo. Et quod intelli=

gat,

¶Strepit assiduo.)Circum casta tempora non hominis sed galeę, quę Turni tempora cõtegebat,strepebat igitur , & tinnitũ dabat percussa ictibus crebris.¶Et saxis solida ęra fatiscunt:)Aes quanuis solidum quo formata fuerit galea,durior ictibus,multo amplius saxis euictũ in rimas plures vi maiore versum est.¶Discussęq; iube ea.)Cristarum quoq; omnis ornatus & iuba capiti eius excussa sunt.¶Nec sufficit.v.Icti.) Quomodo enim vnũ scutum tot millibus telorum omni ex parte venientiũ valebat occurrere aut tñ ponderis sustinere? ¶Ingeminant.h.&.t.&.i.) Necesse eni fuerat,vt cũ oĩbus faceret,quod hortatu suo videbat vniuersos efficere,ipse qppe alios segnes & debiles reddit,qui quod iusserit cõicare non curat,& laborãtibus cũctis solus cessat ociosus,insistebat igitur etiã ipsa,vt Turnus aut truderet mœnibus, aut armatus ire cogeretur in gurgitẽ:aut iaculis perẽptus occũberet. ¶Dum toto corpore.s.)ibat sudor ex Turni corpore piceum flumen ostẽdẽs:nec fuit spũm resumẽdi aliqđ spatiũ. ¶Fessos.q.æ.)

Fatigata

Fatigata hois mẽbra anhelitus debilior reddebat , ægrũ anhelitũ dixit,quia ęgros facit & debiles.¶Tum demũ præ.) Hoc est aut oium virtute,aut cum armis oibus , qñ armatum esse cõstabat. ¶In fluuium dedit.)Nõ timuit se præcipitẽ dare, qui sciebat se in vndas esse venturũ . Melius quippe certũ periculum fuit ei subire,q̃ quod esse potuisset incertũ.¶Ille suo cum gurgite.) Contra spem oium & suã,Turnus except⁹ est: & quia altitudine gurgitis vel maxime armatus premi potuerat, virtute magis vndę collectę suspensus est.¶Et lętũ so.)Atq; ita factum est, vt fluuius eum placide accepisset,atq; ablutũ remisisset ad socios, non q fluuius hoiem exceperit aut remiserit,Sed ipse Turnus elatus ac e fluuio facile egressus ad socios se retulit.

ASCENSIVS.

¶Talibus accẽsi fir.&c.)Docet quõ tãdẽ Turnus se in Tyberim pręcipitẽ dedit,saluusq; socijs redditus postq̃ variã ediderat stragem.Vñ hoc solũ habemus ex Donato.¶Talibus accẽsi.) Ostẽdit quanũ cõmoda hortamenta valent. Hæc ille.¶Ordo est. Troes, sup.accẽsi:talibus.s.verbis Mnesthei:firmantur.i.firmi,& constãtes efficiuntur:& cõsistunt.i.simul stant, aut circũstant Turnum agmine dẽso:Turnus,sup.cœpit excedere:aut excedere.i.excedebat paulatim pugna.i.e ,flictu:& petere.s.cœpit,aut petebat:fluuium.s.Tyberim,ac partẽ.s.vrbis quę cingitur amni, hoc est dextram Teucri incũbere.i.incumbebant: aut cœperunt incũbere hoc.i.tanto acrius,sup.cũ magno clamore & glomerare.i. circũducere manũ:ceu.i.queadmodum:cũ.i.quando turba.i.multitudo populi:premit telis infensis.i.inferẽtibus vim: leonẽ sæuũ.i. ferocẽ:ac ille.s.Leo territus:tuens.i.inspiciẽs:acerba.i.acerbe redit:retro.i.retrorsum:& neq; ira,aut virtus patitur dare terga.i. verti in fugam:nec patitur tẽdere cõtra.i.impetum facere in tãtam multitudinẽ:nec,sup.ille cupiens quidem.i.licet cupiat,hoc s.tendere ,tra:est potis.i.põt per tela,& per viros.i. propter tela, & viros,qbus impeditur:aut nõ est potis tẽdere cõtra per tela , & per viros:cupiẽs quidẽ hoc.i.licet hoc cupiat:haud.i.non aliter: Turnus dubius.s.quid faceret:refert retro.i.retrorsum: vestigia improperata.i.nõ properata,sed maturata:nam cũ interdũ insiliret,nõ aufugit properãter:& mẽs,sup.eius exęstuat.i.efferuet, & excãdescit ira. Quinetiam.i. insuper:ipse inuaserat tum.i.tũc,bis hosteis medios:& conuertit bis agmina.s.Troianorũ:cõuersa fuga.i.per fugam:per muros.i.per longitudinẽ murorũ: sed ois.i. tota manus.i.armatorum multitudo:coit.i.cõgreditur,ppere.i. festinanter:in vnum.s.globum,Nec Iuno Saturnia, audet sufficere.i.subministrare vireis:contra.i.in cõtrariũ, ,tra Troianorũ.s. impetũ . Nã Iuppiter demisit cœlo Irim aeream.i. in aere versari solitã ad arcum pluuialẽ:ferentẽ.i.afferẽtẽ: aut deferentẽ, germanæ.s.Iouis,hoc est Iunoni,quę de se i.). dixit,Ast ego quę diuum

incedo

incedo regina , Iouisq; Et soror & ,iux,&c.iussa.i.mãdata:haud mollia.i.nõ læuia,sed aspera:& magni momẽti.s.interitum Turni:ni.i.nisi. Turnus cedat .i.excedat mœnibus Teucrorũ altis.i. aut sublimibus:aut nobilibus:& dijs superis charis,quia fataliter cõstructis . Ergo quia.s.Iuno retraxit manũ, & ita auxilio deorũ destitut⁹ erat,iuuenis.s.Turn⁹: nec vãlet subsistere.i.sustinere:tãtum.i.tãtam vim,clypeo nec dextra,sic.i. vsq; adeo, aut in tantũ obruitur ipse telis iniectis vndiq;:galea.s. Turni strepit circũ tẽpora caua tinnitu.i.crepitu,qualẽ ęs reddere solet: assiduo.i.sine intermissione durãte : & æra.i.arma ærea solida.i.firma & fortia fatiscũt.i.affatim hiscunt:& aperiuntur saxis.s.iniectis in ea:& iubę,id est galeæ cristę aut ornatus in morem iubæ dependentes, discussę sunt capiti.i.a capite,nec vmbo.i. curuatura clypei sufficit ictib⁹,& Troes.s.gregarij:& ipse Mnestheus.i.ductor, & egregius vir fulmineus.i.i morẽ fulminis impetũ faciens:ingeminãt .s.ictus:hastis.s.iniectis:tum deinde:sudor liquitur.i.defluit:toto corpore.s.Turni:& agit.i.impellit : flumen piceum.i.crassum,& subnigrũ,qualis est sudor inter arma:nec potestas.i.facultas ẽ respirare,pro eo qđ est respirãdi anhelitus:æger.i. saucius & defatigatus:quatit.i.concutit,& trahit:artus fessos.i.fatigata membra. Tum demum.i.& tunc deniq; ipse pręceps dedit se saltu.i.saliendo,sup.cum omnibus armis:in fluuiũ.s. Tyberim.Ille.s.fluui⁹,accepit cum gurgite suo flauo.i.simul , dũ a gurgite susciperet: vt & deus,& fluuius eum suscepisse intelligatur,nam vitiosum fit,si cum instrumento preponatur: accepit ergo eum venientẽ:ac extulit eum vndis mollibus.i. molliter & lente defluentibus: & misit lętum ad socios,cęde.i.sanguine ex cęde superfuso : abluta.s. aquis Tyberinis.Bene dissoluit Seruius quęstionẽ de fauore Tyberis,Sed dicere possemus Tyberim vtrisq; fauere posse: quãuis ipsi inter se capitales fuerint hostes.

PIERIVS.

¶Turnus paulatim excedere pugna.)In Romano codi. Pugnæ legitur,Sed,pugna,melius iudicant eruditi viri.¶Et partem quę cingitur amni.)In Romano cod.& aliquot alijs,vnda,pro amni, habetur.¶Demisit,germanę haud mollia iussa ferentem.) In codicib⁹ aliquot antiquis,legere est,Misit germanę haud, absq; vlla Synalæpha,quod nequaquam placet.¶Accepit venientem.)In antiquis plerisq; codicibus,fugientẽ,repositum ab iis, qui fugæ dedecus noluerint Turno illatum,Sed enim fuga,& fugere,non semper in opprobriũ:sed pro celeri cursu sæpissime ponitur,Sũpta vero.Hęc figura nimirum ex historia Coclitis, Qui rescisso a tergo Ponte Sublicio cũ armis se in fluuium dedit , incolumisq; ad suos enatauit.

NONI LIBRI FINIS.

ASCENSIVS

OCcidit Æneę,&c.) Hoc monostichõ seorsum a seqnti argumẽto legẽdũ est:eius aũt est Ordo, Mezẽti⁹ occidit.i.cadit i mortẽ: decio s.Æneidos lib. ira.i.pp irã, & furorẽ:qa.s.Pallas,Euãdri fili⁹ interẽpt⁹ erat. Hęc ãt particula,ita latẽ cõplectit libri decimi materiã,nã lõga est idagatio,q̃ fuerit illius cã irę. ¶Cõciliũ diuis hoium,&c.)In decimo libro, acre, & totis virib⁹ gerit bellũ:iam.s.rebus oĩbus dispositis:& pmisso deoꝝ ,cilio,qđ arduitatẽ indicat futuri negocij: sed ne lõgior sim. ¶Ordo est.Cõciliũ.i. ,gregatio,& cõuẽtio: aut cõsilium.i. consultatio:habetur diuis.i.a dijs,aut iter deos, de reb⁹ hominũ.i. humanis : Rutuli circũstãt interea.s.dũ dij ,sultãt: & Æneas aduẽtat oĩbus portis.i.ad oẽs portas . Æneas heros.i.vir heroica virtute,& gnositate pditus : aduenit cũ multis millib⁹.s.Etruscorum.

Mars

IN. X. ÆNEIDOS LIBRVM MONOSTICHON.

Occidit Ænea decimo Mezentius ira.

IN EVNDEM MODESTINI IVRISCON. ARGVMENTVM.

Concilium diuis hominum de rebus habetur.
Interea Rutuli portis circum omnibus instant.
Aduenit Aeneas multis cum milibus heros.
Mars vocat,& totis in pugnam viribus itur.
Interimit Pallanta potens in prælia Turnus.
Cæduntur q; duces,cadit & sine nomine vulgus.
Subtrahitur pugnæ Iunonis numine Turnus;
Aeneas perstat Mezenti cæde piata:
Et Lausum inuicta perimit per vulnera dextra.
Mox vltor nati Mezentius occidit ipse.

ALIVD IN EVNDEM

Placat & vxoris dictis,& iurgia nate
Iuppiter.auxilijs instructus Troius heros
Aduenit,occurrunt Rutuli,atq; in littore pugnant.
Occidit a Turno Pallas,victorq; superbus
Aeneæ eripitur;Mezentius interit acer.

Mars vocat.s.i certamẽ & itur s. vtrinq; ĩ pugnã totis virib⁹. Turn⁹ potẽs i plia.i.robustus pliator:iterimit.i. occidit:Pallãta.s.filiũ Euãdri : & duces.s. diuersi : vtriusq; ptis cędũt.i. occidunt & vulg⁹ sine noie.i. nobilitate & fama.i. ignobile cadit. Turnus subtrahit.i.clãculũ p subtilitatẽ & calliditatẽ pugna.i.ab ipa pugna.numie i.diuina ptãte. & nutu.i.volũtate Iunonis. Æneas pstat.i.pseuerat i pugna,aut supstat cęde.i.nece:Mezẽti,p Mezentij: piata.i.purgata:& pimit pvulnera.i.letaliter vulnerat:dextra iuicta.i.q nunq̃ victa fuerat:Lausum.s. filium Mezẽtij, quẽ pri⁹ laudauit,forte i commẽdationẽ auũculi ipsi⁹ Romuli Nã(vt dixit Ouidi⁹) Iliacũ Lauso de Numitorẽ sati.adludit.n.ad noia futura,vt eorũ antiqtatẽ pbet Mezẽtius: ipse vltor.i.vindex:nati.i.filij sui Lausi:occidit.i.oppetit , & in necem cadit:mox.i.paulopost:& ita docet anceps,& formidolosa belli alea.

Seruius

Universidad de Deusto
Biblioteca

SERVIVS

PAnditur interea domus oipotētis Olympi.) Secundū poeticū morem hoc dicit, factus est dies: quia dicūt poetæ matutino tempore aperiri cœlum, noctu vero claudi. Vnde est illud, Ante diē clauso componet vesper Olympo. Nam & paulo post describpturus est noctem. vt, Iamq; dies cœlo conceſſerat: Vt intelligamus alium diem eē cōsumptum: & nunc eum more solito noctis prætermisisse descriptionem. Quāquam panditur cœlum, etiam simpliciter possumus accipere quouis tēpore, scilicet ad numina conuocanda: quod & melius est, qa ait interea, idest dū hæc geruntur. nā interea particula p̄terita negocia cōiungit futuris. Syderea in sedem.) In astriferum circulū. nō enim omnes circuli astriferi sunt, sed sol⁹ supior. Vñ arduus omneis.) Vt, Etiam finis,

P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS LIBER DECIMVS.

PAnditur interea domus oi potētis Olympi: PO. Conciliūq; vocat diuum pater, atq; hominum rex Sydeream in sedem: terras vnde arduus omneis, Castraq; Dardanium aspectat, populosq; Latinos. Considunt tectis bipatenti bus: incipit ipse.

Cœlicolæ magni, quisnam sententia vobis IVP.
Versa retro tantumq; animis certatis iniquis?
Abnueram bello Italiam concurrere Teucris.
Quæ contra vetitum discordia? quis metus, aut hos,
Aut hos arma sequi, ferrumq; lacessere suasit?
Aduenit iustum pugnæ (ne accersite) tempus:
Cum fera Carthago romanis arcibus olim

nis erat cum Iuppiter æthere summo Despiciens mare veliuolum. Castraq; Dardanidum aspectat, populosq; Latinos.) Post generalitatem intulit speciem, consequens enim est vt omneis terras videns, cernat etiam castra Troiana. Bipatentibus.) Physice dixit, nam cœlum patet ab ortu & occasu. Est autem sermo Ennianꝰ tractus ab hostijs, quæ ab vtraque parte aperiuntur. Vnde & modo bipatentibus, apertis intellimus. Cœlicolæ magni.) Orationis istius intentio hoc agit vt ab odijs Troianorum Iuno reuocet. Quia nam.) Cur. Ennianꝰ fermo est. Versa retro?) Mutata, vt, Quæ tegenitor sententia vertit? Certatis.) Aut contra vos, aut contra sententiam meā. Abnueram bello Italiam concurrere Teucris.) Prohibueram Italiā cōtra Troianos bella suscipere. Atqui dixit in primo, Bellum ingēs geret Italia, quod ita

Exitium magnum, atq; Alpeis immittet apertas.
Tum certare odijs, tum res rapuisse licebit.
Nunc finite: & placidum lęti componite fœdus.

ita soluitur: aut quia cū vno deo aut dea aliter loquiť. Vñ est in prio, Hic tibi tabor. n. quādo hęc te cura remordet. Aliter vero cum oibus dijs, vtilitatis causa propter remouendā contentionem eorum & dissensionem. Aut certe quia ait in primo, Ternaq; transierint Rutulis hyberna subactis. illic enim dixit Æneā in Italia cōtra Rutulos tūc esse pugnaturū. Nunc autem omnis est Italia in bella commota Iunonis instinctu, quod & Alecto promisit, vt, Finitimas in bella feram rumoribus vrbes. Et Iuno pollicita est se magis esse facturam: vt, Ego siqua super fortuna laborum est, Ipsa regi. Abnueram.) Prohibueram, vt contra, annuit, permittit & cōsentit significat. Quæ contra vetitum discordia.) Prohibitionem meam. Et sic dixit vetitum vt æquum, vnde est, Et seruantissimus æqui. Sane sub commotione omnium deorum maxime solā tāgit Iunonem, cuius odia insequebantur, hoc etiam bello Troianos, quod etiā sequentes Iouis allocutiones manifestius indicāt. Ferrumq; lacessere.) Pro ferro se lacessere. Ne arcessite tempus.) Nolite bellorum tempora præoccupare. Et bene satisfacit vxori cum prohibitione. significat autem bellum Punicū secundum, quo Annibal ingressus Italiam apud Cannas, vicā Apuliæ omnem populi Romani deleuit exercitum. Olim.) Quandoq;. Alpeis immittet apertas.) Emphasis est. non enim dixit p Alpes immittet exercitum: sed ipsas Alpes: quas patefacit, non sibi tm̄, sed omnibus gentibus, quæ secundum Catonem & Liuiū muri vice tuebantur Italiam: quas Annibal post bella Italiæ Hispanię, quæ quatuordecim annis confecit, aceto rupit. Iuuenalis, Et mōtem rupit aceto. Deniq; loca ipsa q̄ rupit, Apenninę Alpes vocitur. Res rapuisse licebit.) Clarigationem exercere, hoc est per feciales bellum indicere. Nam Ancus Martius cum videret populum Romanum ardentem amore bellorum & plerunque inferre bella gentibus, nulla iusta extante ratione, & exinde pericula crearī misit ad gentem Equiculanam, & accepit iura fecialia, per quę bellum indicebatur hoc modo, sicut etiā de Albanis retulit Liuius. Nam siquando homines aut animalia ab aliqua gēte rapta essent populo Romano cum fecialibus, id est sacerdotibus q faciendis præsunt fœderibus, proficiscebatur etiam pater patratus, & ante fines stans clara voce dicebat belli causam: & nolentibus res raptas restituere, vel authores iniurię tradere, iacebat hasta, quæ res erat pugnæ principium, & sic licebat more belli res rapere. Clarigatio autem dicta est aut a clara voce qua vtebatur pater patratus: aut ἀπὸ τῆς κλήσεως, hoc est sorte, nam per bellicam sortem inuadebant agros hostium. Vnde & κληρονόμοι dicuntur Græce qui iure sortiuntur bona defuncti. Placitū.) Mihi scilicet.

DONATVS.

PAnditur interea domus omnipotētis Olympi.) Lucē auctores nonnulli dixerunt, tūc pandi, cum exoritur dies: tunc claudi, cū finito die tēpus noctis accedit, & ne longius istius assertionis documēta requirātur, ipsius Maronis cōlentientis in hoc dicta repetam⁹. Hic. n. ait pandi, vt ostenderet die venisse: alio autē loco dixit. Ante diem clauso cōponet vesper Olympo. Hoc ipsum firmatur ex eo, quod cœlo etiā portas assignāt, qd. n. habet portas, aperiť, & clauditur. nec aliud officium potest esse portarū, nisi vt clausæ ingressum denegent: aut cū patent, venientes admittant. Vnā referunt portā, qua sol exoritur, alteram: quę illā excipit occidētem. Cum igitur dies exactis noctis tēporibus aduenisset, & cœlū eēt patefactū, conciliū deorum fieri Iuppiter iussit, & in vnū cōgregari vniuersos. Illic eni deos sedere conuenerat, vbi tenebantur & sydera, nec illud vacat, qd dixit, diuum pater atq; hominum rex, quoniam id dicere fuerat necessariū. Qui enī deos atq; homines vna potestate retinebat. debuit omnes quo moderationis arbitrio gubernare, & illic habere concilium, vbi dū prælentes essent: & vñ omne humanū genus videri potuisset: nō tamen exæquauit homines & deos, nam diuum dixit patrem, hominū autem regem: quæ officia equitate & moderatione consistunt. Causa aūt cōtrahendi conciliū fuit, vt coiurgatione quenienti omnes deos, & Iunonē ipsam oblique Troianos simulatione compesceret, quam per iram supra fecerat commouerat, vt Troianorū hostem fouere desineret. Confidunt. t. bip.) Bipatētibus dixit propter duas portas, quarū supra fe. diuum poetam ipsum reddidimus rationē. Incipit ipse.) Ipse. secundum poetam, & hominum rex. Cœlicolę mā.) Omniū fecit causa, quia in fauorē Iunonis oēs erant Troianis infesti: & in cōuentu publico sororem suam eandemq; coniugem ipēm exprobationis

batiōis volebat exponi. Quę nam sententia vo.) Qui cœlū ingt, incolunt, & inde magni sunt, & qui omniū populorū retinent principatū, iusti esse debent, & in vna manere sententia: non moueri & nō vti ptidia. At vos contra mobiles rescindentes, ea, quæ semel ad placidū dicta sunt, irreligiosi in regem, & iniqui in homines, quale studiū vestrū est, quod neq; ego probo, & mortalib⁹ displicet: addit ēt, tantūq; animis certatis iniquis: Ecce vt iniquitatis ipsius exprimeret vim, ait. Vt si faciendum aliquid quāuis cōtra Fas fuisset, modus tū imprudentię aliquādo deberet imponi. Summa ergo obiurgationis ipsius hoc modo colligitur. Facitis quod deorū per sonę non congruat, non statis in vna sententia, nō regitis hoies equo iudicio, sed innocētibus istis infesti: coeundi vobis licētiā vendicatis facientes cōtra sententiam meā. Et quod est inter omnia notabilius, longis tēporibus in errato perstitis. Abnueră bello Italiam.) Hunc locum, qui exponunt, volunt ipsum Iouē reprehendentem alios esse mētitum, afferunt enim aliud secreto in primo libro filię esse confessum: aliud vero in præsenti cōcilio simulare, quod abhit a poeta nostro, vt talem idicat, quē in deos & in homines habere potestatem multis locis asseruit. Et vera ille dicebat: nec ab illis dissimilia, quę prędixerat filiæ. Sed si primo libro proposita congrue intelligerētur, ad errorem p̄sentis loci legentium nō veniret intētio. Quid enim in primo libro futurum prædixerat, bellum ingēs geret Italiæ & hic dixit, Abnueram bello Italiam cōcurrere Teucris, huic primum error exoritur, quod separāt bellum ingēs gerat Italia. Cæterum si contextam Iouis rationem aduerterent, nunquam fallerentur. Illic enim & personam inuenirent gesturam bellum, & contra quod id est, futurum manifestius præuiderent. Nos tamen ab illis omissa reperamus vt intellectus deducatur in lucem. Parce, inquit, metu Cytherea, manent immota tuorum Fata tibi: condes vrbem, & promissa Lauini Mœnia, sublimemq; feres ad sydera cęli Magnanimum Æneam. neq; me sententia vertit. Hic tibi (tabor enim) quando hęc te cura remordet Longius euoluēs fatorum arcana mouebo. Hæc ad ea pertinent, quibus Venus posset mature securior reddi in quo ipse Æneę nomen nō omisit, huic nomini vbi iungēdum est bellum ingens geret Italia, subtractis his verſib⁹, qui narrationem continuam diuiserunt, hoc est, neq; me sententia vertit, hic tibi (fabor enim) quando hæc te cura remordet. Lōgius euoluens fatorum arcana mouebo. Hoc ergo subtrahēdū est, dehinc iungenda sunt cætera, & vt integretur narratio futuro: vt sic sublimē feras ad sydera cœli magnanimū Æneā: & sequatur, bellum ingens geret Italia, id est nō Italia geret ingēs bellū, sed ipse Æneas bellum ingens geret Italia. Deducta hic in præpositione, fecit ex poetica licentia, sed vbi addēda est, vt fit, bellū ingens geret in Italia, populosq; feroces cōtūdet, ipse scilicet Æneas, moresque viris, & mœnia ponet ipse Æneas. Ecce dicit & quanto tempore regnaturus. Tertia dum latio regnantē viderit estas, Ternaq; transierint Rutulis hyberna subactis. Hęc, peul dubio ad Æneæ nō ad prouinciæ personam pertinēt: si enim Italia fuerat bellum gestura, quem intellegimus pcepta victoria potuisse regnare: non est igitur diuersum, nec fefellit Iuppiter quę quam, dicēdo, abnueram bello Italiam cōcurrere Teucris. Prædixerat enim in primo libro futurum bellum in Italia, atq; hoc bellum Æneam feris & indomitis adhuc gentibus illaturū. Hic dicit, hanc fuisse dispositionem, ne Itali belli vim Troianis inferrent, qd' reuera nō fieret, si Iunonis tergiuersatio quieuisset: quā Iuppiter oblique pulsat, & quasi nescius authorem facti quirit. Deniq; sic posuit. Quæ contra vetitum dī.) Non, vt dictum est, quæsuit vt nescius, quo authore ista videretur admisa: sed reprehendit: & cū omnes deos obiurgat, ipsam Iunonem insolentiæ crimine aspergit & notat. Aduenit iustū pugnæ.) Veniet, inquit iustum tempus: quo in hostes populi Romani odia exercere debeat: tunc, scilicet cum fera Carthago cum Gallis vrbis arcibus cœperit imminere: tunc vobis licebit facere, quæ volueritis, & aliena diripere. Nunc finite.) Nunc, inquit, horum dissensione posita amate concordiam. Iccirco posuit, veniet iustum pugnæ tempus, vt ex hoc ostenderet, quod contra Troianos gerebatur iustum fuisse.

ASCENSIVS.

PAnditur interea, &c.) Quemadmodum præmisimus in hoc. x. lib. sicut cōsummatissimus est numerorum denarius, ita ad consummationem perducentur bellorū præludia, summis enim viribus vtrinq; cōcurretur, p̄senti-

Universidad de Deusto Biblioteca

bus videlicet ducibus. Cæterum, quia vbi tãtũ est rerum, vitæq; periculum, non sine consilio inchoandũ est: quia (vt dicit Sallu.) Priusq; incipias consulto, & vbi consulueris mature facto opus est, ideo ex more Homerico, in dijs agit rerũ humanarũ officia: docetq; Iouem consiliũ concitasse deorum, illicq; inter Venerem & Iunonem, summum fuisse certamẽ: cuius cum Iuppiter modũ non inueniret, pollicetur se æquũ vtrisq; fore: nec alterũ plusq̃ alterum adiuturũ, vt. s. cognoscamus quanto præstantior sit Turno Æneas, quẽ sine numinis suffragio facile vicerit. Tota ergo fictio Poetæ, in Æneæ gloriam tendit: vtq; ex paradoxo Stoicorũ, doceat deis ipsis res humanas curæ esse. Habemus ergo post deorum consilium Iouis, contentionem sane argutã. Meminerimus autem ab Egnatio legi, Omniparentis Olympi: nõ omnipotẽtis, idq; sequemur. Donati verba sunt. ¶ Cœlicolæ.) Omniũ facit causam, quoniam fauore Iunonis, omnes contra Troianos erant: nominatim aũt, vxorem suam carpere noluit. ¶ Sententia ver.) Ostendit non decere deos mutari, aut iniustos eẽ. ¶ Abnuerã bello Italiam c.) Non est cõtra id quod dixit in. j. Bellum ingens geret Italia: nam Æneam dixit gesturum bellum in Italia: non, Italiam gesturam. Cum autem omnes deos obiurgat, Iunonẽ insolentiæ reprehendit, Venus autem nacta est tempus cõgruũ querelis: quia vidit Iouem fauentem Troianis. Hæc ille. ¶ Ordo est. Domus Olympi omniparentis, id est cœlum: pãditur, idest aperitur: interea. s. orto sole: & pater diuum, id est deorũ, & rex hominũ. s. Iuppiter: vocat concilium. s. deorum. i. deos ipsos concitat, & conuocat: in sedem æthercam. i. super æthera: vnde. i. de qua sede ipse arduus aspectat omneis terras, & castra Dardanidũ, pro Dardanidarum. i. Troianorum, a Dardano Iouis filio ortorũ; & populos Latinos, id est Italicos, Turno fauentes, sup. dij: ꝯsidũt. i. simul sedem capiunt: tectis bipatẽtibus. i. vtrinq; patẽtibus, & superne, & inferne: aut ab ortu, & occasu. Ipse incipit. s. concionẽ. O cœlicolæ, id est dij superi: cœlum colẽtes magni. i. maximi numinis, summęq; potestatis: quianam. i. quamobrẽ: sentẽtia. i. decretum: & statutũ fatale, quod semel sensistis: est vobis versa retro, id est retrorsum, hoc est reuocatũ est: & non procedit, nec sortit[ur] effectum: & quianam. i. cur: certatis tantum, id est intãtũ: animis iniquis. s. contra placitum & decretum molientibus. Abnuerã. i. nolueram: & contra nutum. i. voluntatem meam, erat Italiã concurrere bello: Teucris. i. cũ Troianis: voluit tñ Teucros bellũ gere in Italiã. Nã in. j. dixit, Bellũ ingẽs geret Italia. sic aũt Dona. soluit difficultatẽ. Sed malim dicere Iouẽ in. j. dixisse Veneri, non qđ approbaret, sed quod futurum sciret: sicut (si licet pphana sacris astruere,) Christ[us] Petro dixit, Ter me negabis, aut de Iuda, Vnus vestrũ me traditurus est. nõ indicans qđ voluit, sed quod futurũ nouit. Quæ, id est qualis, est, sup. istæ discordia. cõtra vetitũ. i. phibitionẽ meã: qs met[us]. i. quæ religio suasit: aut hos. i. Teucros: aut hos. i. Rutulos, sequi arma: & lacessere ferrum. i. lacesser se ferro: aut ferrum lacerũ efficere nimia pugna. Tẽpus iustũ. i. debitũ & legitimũ pugnæ: adueniet. s. olim, sponte sua: ne accersite. i. nolite puocare: olim. s. cum fera Carthago immittet arcib[us] Romanis. i. in arceis Romanas: magnũ exitium. i. excidiũ, & cladem multorũ ciuium, atq; immittet Alpeis apertos. i. Alpinos populos, aut eos quos per Alpeis traduxit Annibal, montem q fregit Aceto: vt dicit Iuue. Licebit. i. licitum erit: tum. i. tunc: certare odijs: & licebit tum. i. tunc: rapuisse res. i. rapinas facere: sinite. i. desinite nũc: & vos læti. i. cõcordes, & fauẽtes: componite fœdus placitum. s. mihi, qui nolo Italiam concurrere Teucris.

PIERIVS.

¶ Panditur interea domus omnipotentis Olympi.) Quia sunt, q parum parum probant epitheton omnipotentis Olympo applicatũ, q[uod] Iouis est peculiare. hi, omnipatẽtis, quod omnibus, vel ab omni parte pateat, legendum existimarunt. Neq; desunt, qui, oĩparentis olympi, legendũ autument, eamq; lectionem etiam Iouianus Pontanus, vir literatissimus videtur agnouisse; Alij non olympi, sed olympia, quippe domus in antiquis exemplaribus cõtendũt inueniri. Nos tam noua, q̃ vetera illa Vaticanæ bibliothecæ exemplaria perscrutati, atq; alia, atq; alia vndecunq; nacti scriptũ passim animaduertimus, omnipotentis. Similiter in. xij. Rex Omnipotentis olympi. Nam olympum Cleantes Deorum omniũ maximum indicauit. Ita, olympi, non, olympia, passim scriptum est. præterea Quintilianus versum hunc quinq; continuis constare dactylis ait, dubio procul, sex dictur[us], si, olympia, reperisset, neq; idem taciturus Priscianus, cũ in duodecim carminibus versum hunc quinq; dactylos habere dixit. ¶ Conciliumq; vocat diuom pater.) Sunt codices antiqui, vbi, cõsilium, scriptum inueniatur. Malunt tamen grammatici pro ꝯgregatione concionis aut senatus, concilium, per, c, scribi. ¶ Quianam sententia vobis versa retro.) Superius in eo versu, Heu quianam tanti cinxerunt æthera nymbi, Põtanum diximus in libro de poeticis numeris, Heu quianam, contendisse legendum, in vetustissimo tamen Vaticanæ bibliothecæ codice, & i plerisq; alijs, quianam, legisse me professus sum, veluti etiam hoc loco habetur, quẽ sermonem Ennianum esse asserit Seruius. Et Valerius Probus: quianam, aduerbiũ constare ait tribracho. Eoq; aduerbio vsum Virgilium adfingit, heu quianam tanti cinxerunt. sed enim ne illa Põtanum in omni doctrinarum genere ea ætate facile principem somniasse putem. Vetusti neq; quidem pauci numero, Mediceus, Porcius, Vitalian[us], & plerisq; alij codices faciunt, in quibus, quęnam sententia, legitur: atq; ita facile etiam, quinã nymbi, reperiri credam. sed enim hoc aliorum sit iudicium. Illud tamen ego dissimulare non possum, quod super hoc loco Pomp. Festus ex Verrij Flacci dictatis exscripsisse se professus est quianam, pro quare, & cur, positũ, & apud antiquos, vt Neuius in carmine Punici belli, Summe deorũ regnator quianam genus isti, & in Satyra, quianam Saturniũ populum pepulisti. Ennius libro. vij. quianam dictis nostris sententia flexa est, atq; hic Ennianus sermo, quem citat Seruius. ¶ Adueniet iustum pugnæ, ne accersite tempus.) Impressi quidem omnes codices cum aliquot ex antiquis legunt, accersite, sed eni Romanus & hic & alibi, verbum hoc in hanc sentẽtiam, arcessite, scribit, & ita in Mediceo, & in Porcio, & aliquot alijs antiqs exempl. notatum obseruaui: neq; id in codicibus tantum Virgilianis, verum etiam apud Teren. eodem modo legi in antiquis. co. manuscriptis, vbi in Andria vulgata habent exemp. vbi voles accerse. Vetera quæ diximus legunt, arcesse. ita in Adelphis, pro, vt vxorem accersas, abi: in his, arcessas, habetur: sane, accerso, & arcesso. Teren. Scau. vnum idemq; verbum putat, quod d, quam ipse libenter in. c. mutat, eadem litera subsequẽte, in huiusmodi cõpositionibus nonnunq̃ etiam in, r, transire soleat. Nonnulli differentiam esse noluerunt, vt arcesso, ab eo verbo sit, quod est arceo. Accerso vero, ab eo quod est cio: vtcunq; vero scribatur ad eandem pertinere significationem. Carisius vero, eos errare scribit, qui accerso, ex eo quod est arceo ductum putãt, sicut arcesso, interesse enim ait, quod arcessere est accusare. Accersere autem vocare. ¶ Et placidum læti compo. fœdus.) Non eo inficias, placidã, per d, in veterib. aliquuot cod. reperiri, prout in impressis, vulgatisq; omnib. habetur. Roma. tamen codex, atque Mediceus, placitum, per t, legit: quam lectionem agnoscere videtur Ser. cũ exponit, mihi scilicet.

SERVIVS.

¶ Iuppiter hæc paucis.) Habet pſonarũ considerationẽ: vt superioribus personis det breuiloquiũ: econtra inferiori potestati prolixã orationẽ. Vñ ait de Venere. ¶ At nõ Venus aurea ꝯtra Pauca refert.) Itẽ Dido quasi regina paucis locuta est. vt, Tũ breuiter Dido. ¶ O pater, o hominũ. (Et Titianus & Caluus, q themata oĩa de Virgilio elicuerunt & deformauerunt ad dicendi vsum, in exẽplo controuersiarũ has duas posuerunt allocutiones,tiones, dicẽtes Venerem agere statu absolutiuo cum dicit Iunoni, Tu causa fuisti periculorum his quibus Italiam fata concesserant: Iunonẽ vero niti statu relatiuo, per quẽ ostẽdit Troianos nõ sua causa laborare, sed Veneris. ¶ O pater.) Generaliter pater accipe, non tantum Veneris, nam supra ait, Diuum pater, atque hominum rex. Et bene in principijs fauorẽ sibi arte cõciliat. ¶ Hominum, diuumq; æterna potestas.) Hunc locũ Probus quærit: sed dicit vnã tem

Iuppiter hæc paucis: at nõ Venus aurea cõtra PO.
Pauca refert.
O pater, o hominũ diuũq; æterna potestas, VE.
Nãq; aliud quid sit, quod iam implorare queamus?
Cernis vt insultent Rutuli: Turnusq; feratur
Per medios insignis equis: tumidusq; secundo
Marte ruat. non clausa tegunt iã mœnia Teucros.
Quin intra portas, atq; ipsis prælia miscent
Aggeribus murorum: & inundant sanguine fossæ.
Aeneas ignarus abest. nunquamne leuari
Obsidione sines? muris iterum imminet hostis
Nascentis Troiæ: necnon exercitus alter:

tem sm Physicos, alteram sm Mathematicos, nam diuũ potestas est, quia ipse est æther q elemẽtorum possidet principatum: hominum vero, quia bona Iouis irradiatio honores hominibus tribuit. Æternam autem potestatem adiecit propter aliorum numinũ discretionem. Nam legim[us] & Apollinem deposuisse diuinã potestatem, & Herculem vel Liberum patrem nõ semper deos fuisse. ¶ Nãq; aliud quid sit.) Ac si diceret, cũ pene omnes dij in fauorẽ Iunonis cõcesserint. Nanq; enim coniũctio ostendit eam hãc habuisse cogitationẽ. ¶ Implorare.) Implorare est auxilium cum miseratiõe deposcere: qua ratione bene dicim[us], Imploro te vt misero feras auxiliũ, ꝯtra: Imploro te ad diẽ festũ: nõ procedit. ¶ Cernis.) Ad augẽdã inuidiã ait cernis, ac si diceret, nõ est opũ narratione, cũ Troianorũ miserias ipse cõspicias. ¶ Insultẽt Rutuli.) Propter illud, Interea Rutuli portis circũ oĩbus instãt. Insultare autẽ, est inimicis irridere per cauillationẽ. Exultare vero, gloriari & lætũ esse. ¶ Per medios.) Suos. s. ¶ Insignis equis.) Propter illud, Viginti lectis equitũ comitatus. nam castra non eques irrumperat. ¶ Secundo Marte.) Ad illud respicit. Hic Mars omnipotẽs animum viresq; Latinis Addidit. ¶ Ruat.) Irruat. ¶ Clausa Mœnia.) Magna inuidia. Scimus enim vltimum esse præsidium in castra confugere, & hostilem impetum plerunque differre: sicut factum est in bello Troiano. Modo ergo dicit ademptam esse etiã hanc aram misericordiæ, siquidem intra muros hostis insultat. ¶ Quin.) Quinetiam. ¶ Ipsis.) In ipsis. ¶ Aggeribus.) Autem munitionib[us], sed abusiue. Et in muris ideo, quia supra dixit, Ignaros deinde in muris, Martemq; ciẽtes. ¶ Aggeribus.) Agger proprie dicitur terra illa quæ vallo facto propius ponitur: sed abusiue & muros & munimẽta omnia aggerem dicimus, sicut modo. ¶ Aggeribus mœrorum.) Pro munimentis. Mœrorum pro murorũ antique. Nam veteres pleraq; eorum quæ nos per v dicimus, per œ diphthongum pronunciabant, hinc est mœrorum, pro muro rum. Et ecõtra punio pro pœnio, quod verbũ e pœna venit, hinc est, Et Punica regna vides: cũ Pœnas vbiq; legerimus, hoc autẽ facit orthographia Græca, nam quã nos v habemus, illi diphthõgon habent o v: & ideo putauerunt posse pro hac litera, licet nõ eadem, diphthongum poni. ¶ Inundãt.) Implent, & inundare faciunt. ¶ Leuari obsidione fines?) Liberari & oblique per Iouem inuidiam commouet Iunoni. ¶ Ætolis surgit ab arpis.) Atqui nõ est venturus. Vnde accipiamus Venerem non quasi deam loqui, sed quasi vnam de Troianis, vt in primo, Vnius ob iram Prodimur. Item, Cœli quibus annuis arcem, ne futura ignorare videatur. Ætolis autem Arpis sic dixit, vt Cumas Euboicas, nam de Ætolia Diomedes venit qui Arpos in Apulia collocauit. ¶ Mea vulnera restant.) Vt possim iterum vulnerari. ¶ Demoror.) Expecto, sustineo. ¶ Si sine pace tua.) Si sine tua beneuolentia: vt, Orantes pacem, veniamq; precãtes. Item, Exorat pacem diuum, ergo pace, beneuolẽtia, suffragio. Dicendo autem, Si ad Italiam sine deorum voluntate venerunt, dẽt pœnas: ostẽdit statim esse absolutum. ¶ Inuito numine Troes.) Syllepsis per genus est. ¶ Luant, peccata.) Luant, id est absoluãt. Dicimus autem & luo pœnam melius & luo peccatum, nam peccatũ soluitur pœna. Qui enim crimine tenetur obnoxi[us], pœna eum liberat a pristina obligatione. Cõtra, luo pœnam si dixeris: non procedit quare pœna soluatur, tamen authoritas ista licenter confundit more quo solet ponere, vel a sequenti quod præcedit, vl a præcedenti quod sequitur. ¶ Neque illos iuueris auxilio.) Cõcessiuus est iste modus serũdũ. Probum, nanque in artibus nõ inuenitur. Fit autem quoties tædio contentionis quasi videmur concedere, quod tamẽ nolum[us] fieri, nam id agit hoc loco Venus, vt Iuppiter magis præstet auxilium. ¶ Respõsa secuti.) Hoc est, Si non solum prohibiti nõ sunt, sed eis etiam cõcessum est. ¶ Superi.) Vt Apollo. ¶ Manes.) Vt Creusa & Anchises. ¶ Quisquam.) Verecũde: quia apud maritum cõtra vxorem agit. ¶ Exustas Erycino in littore classes.) Argumẽtum est vtrum habeat voluntatem nocẽdi quæ nocuit. Erycino autem autẽ in littore secundam opinionem suam dixit. Nam alij apud Caietam dicunt exusta nauigia: vnde & Caieta dicta est. ¶ Actam nubibus Irim.) Impulsam, scilicet vt persuaderet matribus nauium incẽdium. Aut secũdum artẽ Rhetoricam, rem vnã in duas diuisit, nam per Irim naues exustæ sunt. Sed meli[us] est (vt sit iteratio) ad Turnum missam itelligere, nec nos moueat ordo cõuersus. Solent enim grauiora in principijs & i fine secũdum artẽ Rhetoricã poni. ¶ Nubibus.) Per nubes. ¶ Sors rerum.) Id est regnum, nã per sortem inter se fratres mũdi regna diuiserunt: quæ Iuno præter inferos in Troianorũ perniciẽ mouerat. ¶ Superis immissa.) Ac si diceret, nõ iã Troianis, sed dijs. Respexit ãt ad illud, Et cœli conuexa p auras. ¶ Bacchata p vrbes ꝯfurit.) Et bñ bacchata p vrbes, q a p simulationẽ sacrorũ Liberi pris mẽtes egerat i furorẽ. ¶ Super imperio.) De imperio. vt, Multa sup Priamo rogitãs. Est aũt v[er]o secunda petitio & obliqua, per quam magna Ioui inuidia cõmouetur. ¶ Superauimus ista.) Absolute dixit.

Atq; iterum in Teucros Aetolis surgit ab Arpis
Tydides: equidem credo mea vulnera restant.
Et tua progenies mortalia demoror arma.
Si sine pace tua, atq; inuito numine Troes
Italiam petiere: luant peccata: neq; illos
Iuueris auxilio. sin tot responsa secuti,
Quæ superi, manesq; dabant: cur nunc tua quisquam
Flectere iussa potest? aut cur noua condere fata?
Quid repetam exustas Erycino in littore classeis?
Quid tempestatum regem, ventosq; furenteis
Aeolia excitos? aut actam nubibus Irim?
Nunc etiam maneis (hæc intentata manebat
Sors rerum) mouet: & superis immissa repente
Alecto, medias Italum bacchata per vrbeis.
Nil super imperio moueor: sperauimus ista,
Dum fortuna fuit, vincant, quos vincere mauis.

DONATVS.

¶ Iuppiter hæc paucis.) Ideo pauca visa sunt, quia inducturus est Venerem non paucis elocuturam, denique ait. ¶ At non Venus.) Inuenit enim opportunum tempus, quo Iuppiter agebat iã Troianorum partes, qui causam querelarum fuerat auditurus. Inuenit, inquit, locum. vt quicquid doloris olim cõditum retinebat, effunderet. Auream Venerem magis animo, quã corpore debemus accipere, cum tristis esset, & refertur ad dolores eius quæ in cõuentum deorum processura fuerat. Nec illo tempore de excolendã pulchritudine poterat cogitare. Ordinatur sensus sic, at Venus aurea non pauca contra refert. Aurea igit[ur] hoc est animo bona, & innoxia intelligẽda est: nec pauca ideo, quia in conuẽtu tãto omnia simul, vt fecit, debuit effundere, quæ prodessent filio, & Troianis opportune potuissent, ex occasione liberatis, cui[us] forsitan nõ habuisset copiam posteritas. ¶ O pater, o homi. diuumq;) Officijs præeuntibus inuidiosæ cõuẽtionis patrem dixit, aut suũ vtpote filia, aut deorum omnium vt dea. addidit hominum & diuum æterna potestas, vt ostenderet, nec hominũ quenquã nec deorũ debere nili aduersus ea, q vellet ille, qui haberet æternam potestatem. Et æternitatem potestatis necessarie adiecit. Possunt enim contemni, quibus aliquãdo sua potestas tollitur. ¶ Nãque aliud fit.) Magnum doloris commouit effectum, quãdo ad id memorat fortunam Troianorum esse perductam, vt eius malis nullo iã possit remedio subueniri. Deniq; sub tali inuidia subnexuit, Cernis vt isultẽt Rutuli, Turnusq; feratur per medios insignis equis tumidusq; secundo Marte ruat? Quid, inquit, vel quale beneficium pro perditis petã facere si aliquid spei superesset? Iam perfecta victoria triumphãt Rutuli: & quod est omni calamitate deterius, victis, insultãt, Turnusq; ipse inter medios vehitur tutus. Quod ait, quod Turnus feratur per medios insignis equis, & portetur, intelligi potest, quoniam equorum facta commemoratio est, & superbia feratur, quoniã de victoria loquebatur: quem secundæ res erectum sublimemq; perfecerant: deniq; sequitur. Tumidusq; secundo Marte ruat? Ecce, vnde ferebatur: quoniam fauore Martis vtiliter cõmodeq; pugnauerat. Compleuit partes Turni, & eius prosperitatẽ prosecuta est, incipit cõtra enumerare suorum aduersa. ¶ Non clausa tegunt.) Quam spem habere possunt, qui munimẽta perdiderũt, defensionemq; castrorum? Cum intra portas.) Augmentnm malorũ est, quod muris perditis constabat exortum: vt intra muros, murorumq; aggerem hostis impune certaret, & vinceret: in tãtum vt cæsorũ sanguis fossas impleffet. Nec me quisquã fingere aliquid putet. Malorum meorum testes sunt oculi tui: & tuis cõspectibus infortunia miserorum cũcta monstrãtur? geritur adhuc quod infelix gemo, & insultat qui insontibus intulit bellũ, quod dicit clausos fuisse, & victa per vim quæ illos defendebant, ostendit incitatos eos fuisse, & ab aliquibus fuisse prouocatos: monstrabat Venus vniuersa, non quia illi subiecta nõ viderent: sed vt illis cõsidera-

Universidad de Deusto Biblioteca

sis tandem miseratio nasceref. Hác partem astruebat poeta cum diceret, terra vnde ardu⁹ omnis. Castraq; Dardanidum aspectat populosq; Latinos: vt facilis esset probatio Veneri eorũ, scilicet quæ inter suos ac Rutulos gerebanf. Cernis ad omnia pertinet, quæ Venus cōquerés enumerabat: vt sit cernis vt insultēt Rutuli, cernis vt Turnus feraf p medios isignis equis? cernis vt tumidus secũdo Marte ruat? & sic cætera, quibus potest aptari quod semel dictũ est, cernis. Quod ait per medios insignis equis teratur. Inde erat mentis acerbitatis morsus, vt in medio Troianoꝝ positus salutis periculum non timeret: quin potius gloriaref, & insignis incederet. ¶ Æneas ignarus. a.) Hæc, inqt, omnia Ænea geruntur absente: vt ostēderet etiā ipsum ab his actibus alienũ. ¶ Nunq̃ ne le.) Non dabitur malis Troianorum finis, nec releuatio aliqua? neq; aliquando erunt ab obsidione liberi? obsidionis Troianæ facit commemorationem præsentis, deniq; sequitur. ¶ Muris iterũ imminet. h.) Periit, inquit, antiqua Troia, nec alteram renasci admittitur. Recessit Græcorum exercitus. Qui tádē perdidit patriam alter imminet, ne recidiua cōsurgat. ¶ Atq; iterum in Teucros.) Non ipse sed ad ipsius similitudinem alius. ¶ Equidem credo.) A Diomede enim dicitur vulnerata: ac per hoc si sperabatur alius emersurus in Diomedis vicem, quid superat, nisi vt humanis manibus Venus iterum læderef? Quod dixit mea vulnera ipsa exposuit, quid in pronoie debeat intelligi, addendo. ¶ Et tua progenies.) Pronominis vim alterius pronominis substantia patefecit. Nam quod dixit, mea vulnera, hoc exposuit dicendo, & tua progenies. Si, inquit, contemptum fuit, in me meritum meũ in primo vulnere, vel nunc nihil tale debet exoriri, quia filia tua sum? Si sine pace tua.) Secura hæc dicebat, nihil enim factũ est, nisi ex eius voluntate. certe, inquit, si cōtra sententiam tuam Troiani fecerunt in eo, quia venerũt ad Italiam, nec intercedo nec rogo, noli iuuare improbos, sed cōtumaces extingue, cur illi nō mereátur interitũ, si te inuito aliquid ausi deteguntf? ¶ Sint tot responsa secuti.) Pro, peccato habent, quia per dicta toties & tot deorũ responsa sectati sunt, & monita ex infernis partibus data. ¶ Cur nunc tua quisquam.) Quis, ait, iste potior te est, cui licet tuam abolere sentētiam, aut noua fata conscribere? Duo illicita posuit. Vertere enī non debuit, quod oportuit esse perpetuum, & nihil statui nouũ contra instituti veteris formam. Vertere nullam spem reparádæ rei significat, quo verbo vero vsa est in primo libro dicens. Quæ te genitor sententia vertit? Quod enim habet aliquid, & vertitur totum perdit, & nullæ in eo reliquiæ manent. ¶ Quid repetam exustas.) Per omissionem enumerat, quicquid Troianis inflictum est. In hoc autem & locum commemorauit & factum. ¶ Quid tempestatum regem.) Naufragium tangit, quod descriptum est in primo libro. ¶ Aut actam nubibus irim?) Quæ ad exurendas naues matres Troianas accendit. ¶ Nunc etiam manes. Nunc hoc est recenti tempore commouit manes. id enim ei remanserat solum qđ nondum in Torianorum excierat necem. huius partis grauiter exaggerat factũ. Commouit, inquit, cœlum, maris fluctus & vētos miserādis immisit, postremo quod tertiæ fontis intentatum remāserat, inferos quoq; cum ista luce cōmiscuit. ¶ Et superis immissa.) Viderunt superi, quod videri non licuit, Alecto furiam ipsis quoq; inuisam per medias vrbes Italas atq; in luce impune bacchantem. ¶ Nil super imperio moueor.) Nec arbitreris me verbis præsentibus imperium quærere. Cur enim de imperij possessione contendam? cui non finitur viuere, potuerunt sperari, cum possent. Vincant non qui vincendi habent iustissimas causas, sed quib⁹ iniquitas fauet. Vicāt, quibus victoriam cedere voluisti, illorũ tibi pars præponenda visa est, Sint, superiores non merito suo sed arbitrio tuo.

ASCENSIVS.

¶ Iuppiter, &c.) Subinfert oratione Veneris, Iunonē accerrime incusantis, quod in Æneam, Æneæq; socios, graui⁹ irascatur. Vnde dicit Donatus sic. ¶ Alecto.) Commouerat superos, vētos, fluctus, terras, homines: restabāt autem inferi: sed & hos, nuper mouit. Quia nihil extat Donati. ¶ Ordo est, Iuppiter hæc, scilicet elocutus est, paucis, sup. verbis: at, id est sed: Venus aurea, id est formosissima: refert contra, id est ecōtrario, hoc est respōdet nō pauca, id est multa. O pater, scilicet omnium: nam iuuans pater, interpretatur Iuppiter: & quia deum & deorũ, hominumq; regem adloquitur, generaliter accipiendum, recte cēset Seruius, o æterna potestas hominum: & diuum, idest diuorum, id est qui ęternũ habes imperium in homines & deos omneis) facit autem parēthesim, quasi Iuppiter dicat, quid me compellas gnata: ad hoc eni respondet: in eo solo esse spem salutis, dicens, Naq;, id est ideo te ad-

loquor:

quor: nam quod aliud, scilicet numen, aut auxilium sit vsqui, scilicet alibi q̃ in te: quod queam⁹ implorare, id est plorato effligitare: aut deposcere? quasi dicat nullũ.) Tu cernis, vt, id est quẽadmodũ: Rutuli insultēt. s. ob victoriam partam insolentiores effecti: & vt, id est qualiter, Turnus feraf per medios. s. Rututos: existens insignis equis: & vt ipse tumidus, id est inflatus: Marte secũdo. i. bello, prospere peracto, fauore Martis: ruat. i. præceps vehatur: mœnia clausa, id est tametsi clausa: nō tegunt. i. protegũt iam Teucros: quin. i. quinetiam, vel insuper: ipsi. s. Rutuli, miscēt prælia intra portas: & in ipsis aggerribus murorũ, id est mœniũ, aut murorũ: & fossæ. s. sub aggerribus factę inundāt sanguine. s. Troiano. Æneas. s. princeps eorum, & protector: abest ignarus. s. tātę cladis. Sines, id est permittes ne, nunq̃, aut vnquam) Nā duæ negationes sic sitæ, non plus interdũ faciunt q̃ vna) eos, supp. leuari. i. liberari, obsidione. s. qua opprimútur, & aggrauanf: vnde leuari dixit. hostis imminet iterũ muris Troiæ: nascentis. i. reædificari cœptæ: necnon. i. & etiam: alter exercit⁹, sup. imminet muris sicut exercitus Græcorũ imminuit muris veteris Troiæ: quos & euertit: atq; Tytides, id est Tydei filius Diomedes: surgit iterũ in Teucros. i. in perniciem Teucrorũ: ab Arpis Ætolis. i. ab Ætolo Diomede: in Calabria ędificatis: equidē. i. ego quidē, credo, quod sup. mea vulnera restant. i. quod iterũ vulnerabor a Diomede, sicut ante Troiā ab eo vulnerata sum: & ego progenies tua, id est a te genita: demoror. i. expecto futura arma: mortalia. i. a mortali mihi inferenda. Si Troes petierũt Italiam, sine tua pace, id est beneuolentia, & suffragio: aut (reuera) pace, & recōciliatiōe: quia & Iuppiter illis offensus fuisse videtur: ex eo quod dictum est in ij. Ferus oia Iuppiter Argos Transtulit, atque numine inuito. i. diuina voluntate tua refragante: luant. i. permitto vt luant. i. abluant: & purgent peccata. s. sua per pœnitentiã: aut dent pœnas pro peccatis: neq; iuueris, idest pmitto vt nō iuues illos auxilio: sin. i. sed si: ipsi secuti tot responsa quæ superi: & manes, id est inferi dabant: cur quisq̃ (intelligit de Iunone) potest nũc vertere, id est inuertere, & in perniciē mutare: tua iussa, id est quæ iussisti: hoc est cur cedit Troianis in perniciē, tuis paruisse mádatis? aut cur q̃sq̃ potest cōdere noua facta? Quid. i. ad quid? q. d. frustra, cũ manifestariũ sit, repetã classeis exustas: in littore Erycino. i. iuxta Erycē, in Sicilia, vbi Venus templũ habet, & præcipue colitur. q. d. in cōspectu meo, & in regno meo. Quid, sup. repetam: regē tempestatum. s. Æolum: excitũ. i. excitatum, & cōmotũ ad nocēdũ Troianis: & vētos furētes excitos, id est euocatos Aeolia, id est ex Aeolia regia, aut Irim, actã nubib⁹, quæ. s. Turno dedit, obsidēdæ vrbis nouæ consilium. Ipsa, sup. Iuno, quam nō nominat: quia cōiugē Iouis mouet, etiā nũc maneis, id est inferos: vnde ipsa in. vij. Flectere si nequeo superos, Acherōta mouebo. hęc sors rerũ. s. infernaliũ: manebat. s. ātea: intētata, id est nō solicitata. Alecto, idest furia illa infernalis: immissa superis, id est ad superos, bacchata, sup. est per medias vrbeis: Italũ, id est Italorũ. Ego nil, id est nullo modo: moueor, id est afficior: sup imperio, id est promissiōe facta de imperio i. j. His ego nec metas rerũ nec tēpora pono Imperiũ sine fine dedi. Erat autē in fatis īperiũ olim p Teucros, in Italia fore: quod & Iuno pri⁹ sibi notũ significauit. Nos sperauim⁹ ista. s. inania pollicita dũ fortuna fuit. s. talis, vt sperare possim⁹: vincāt, sup. illi, quos tu mauis vincere, id est sint voti cōpotes: & reg potiātur, dummodo Troiani nō penitus deleantur.

PIERIVS.

¶ O pater, o hominũ, diuũq; æterna potestas.) Romanus codex, vna cum Porcio, & alijs quibusdam legunt, Rerumq; æterna potestas. Probus grammaticus horum vnum ſm Physicos. Alterũ ſm mathematicos esse dicit. Circa res vero physicas versatur inuestigatio. ¶ Aggeribus mœrorum.) Preteribo, adgeribus, & aggeribus, vt habetur in exemplaribus antiquis. Illud missum non faciam. Multos authoritatem Seruij sequutos, mœrorum, per œ diphthongum scriptitasse. Nam omnino esse quædam nomina, ait Probus, quæ, u, literam in œ literas cōuertant: vt puta murorum, mœrorũ, & cætera talia. In Romano tamen codice, in Mediceo, in Porcio, & plerisq; alijs manu scriptis, murorũ, p u, notatũ. Plura vero super hoc videris apud Seruiũ. ¶ Et inundant sanguine fossæ.) Antiqui codices pleriq; legunt, fossas, vt Rutuli sit subiectum. Quã lectionem agnoscere videf Serui. dum ait, inũdāt, implent, & inũdare faciũt, dicturus nimirum, implentur: si fossæ plurali nominatiuo legisset. ¶ Cur nunc tua quisq; Vertere iussa potest.) Ita quidem scriptum est in antiquo codice Vaticanæ bibliothecæ. Sed in Romano, iura: non, iussa, legitur. In Oblongo autē, & aliquot alijs, Flectere iussa: quod a plerisq; doctis viris iā receptum est.

Seruius

Si nulla est regio, Teucris quam det tua coniux
Dura: per euersæ genitor fumantia Troiæ
Excidia obtestor: liceat dimittere ab armis
Incolumem Ascanium: liceat superesse nepotem.
Aeneas sanē ignotis iactetur in vndis:
Et quancunq; viam dederit fortuna, sequatur.
Hũc tegere, & duræ valeam subducere pugnæ.
Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atq; Cythera,
Idaliæq; domus. positis inglorius armis
Exigat hic æuum. magna ditione iubeto
Carthago premat Ausoniam: nihil vrbibus inde
Obstabit Tyrijs. quid pestem euadere belli
Iuuit? & Argolico medios fugisse per igneis?
Totq; maris, vastæq; exhausta pericula terræ,
Dum Latium Teucri, recidiuaq; pergama quærũt?
Non satius cineres patriæ insedisse supremos,
Atq; solum, quo Troia fuit? Xanthum & Simoenta
Redde oro miseris: iterumq; reuoluere casus
Da pater Iliacos Teucris. ¶ Tum regia Iuno. POE.

SERVIVS.

¶ Cōiux dura.) Hic distiguẽdum, ne incipiát esse duo epitheta, Dura fumãtia excidia, quod cōtra artē fit, nulla interposita cōiũctiōe. ¶ Nulla autē regio.) Inuidiose dixit, vt supra, Cũctus ob Italiã terrarũ claudif orbis: cũ a sola arceantur Italia. ¶ Per euersæ genitor fumantia Troię.) Cũ dicim⁹ Rogo te p deos: hoc videmur dicere, Memineris religiōis curę esse petitionē meã: sicut i primo expressit, At sperate deos memores fãdi atq; nefandi. Cũ aũt dicim⁹, Rogo te p miserias meas, videmur dicere, Memineris ab eo te rogari q miserias pertulit: vt q rogaf, ad misericordiã, miseriarũ cōmemoratione flectatur: sicut est nũc i Veneris petitione. Nã ideo sic rogat, vt cōmemoratione infelicitatis Troianæ impetret misericordiã. Alias stultũ est, cũ adiuraf Iuppiter per excidia Troianorum. ¶ Incolumē Ascaniũ.) Ideo Ven⁹ pro Ænea nō petit hoc loco, nō quia pro eo nō moueaf: sed aut quia scit eũ celeri⁹ moriturũ: aut quia soli Ascanio debef imperiũ, vt, Cui regnũ Italiæ, Romanaq; tell⁹ Debenf. ¶ Amath⁹ & Paphos.) Cypri insulæ ciuitates sunt Veneri cōsecratæ. ¶ Cythera.) Insula Veneri cōsecrata. Dicimus aũt hæc Cythera, sicut hęc Solyma. hęc Artaxata. Idalium ciuitas Cypri. ¶ Inglorius.) Sine triumphis, immemor gloriæ. ¶ Inde.) Idest ab Ascanio Tyrij nihil timebunt: & verum est. nã Scipio vastatu⁹ est Aphricam. ¶ Quid pestem euadere belli iuuit?) In fine iam agit miserabiliter, sicut egit & i principijs. Nam hoc præcipit ars Rhetorica vt epilogi & principia pari argumentatione tractenf. Pestem autem, incendium significat: vt, Et toto descēdit corpore pestis, cum de nauibus loqueretur incensis. ¶ Fugisse per ignes?) Exprimit quid sit pestem belli euadere. ¶ Recidiuaq; pergama.) Renascentia. Tractus autē sermo est ab arborib⁹ quæ alijs sectis repullulant, ergo illud solum recidiuum dicim⁹ quod postea renascif, vnde modo recidiua dixit, quæ renouanf ab his qui sunt superstites Troianis periculis. ¶ Cineres patriæ insedisse.) Propter illud, Dulcesq; meorum Reliquias colerem. ¶ Atq; solum, quo Troia fuit? Xanthum & Simoēta Redde oro miseris.) Ambiguum est vtrum dicat, redde nobis te vera antiquam Troiã: an redde nobis terras in Italia ad similitudinem Troiæ. Nouimus enim hanc fuisse consuetudinem, vt aduenæ patriæ imaginē sibi redderent: vt, Effigiem Xanthi, Troiamq; videtis. Bene ergo Ven⁹ medio vsa est loquendi genere, vt vtrũq; significaret, & antiquæ Troiæ reditum, & imperium Italiæ, quod Troianis Iuppiter ad similitudinem Troiæ fore promiserat, & magis hoc est, quod latenter desyderat atq; petit. ¶ Iterumq; reuoluere casus.) Si ad Troiam vis referre, sic dic, Nobis redde Troiam per naufragia & pericula, id est patiamur denuo quæ pertulimus, duntaxat nobis Troia reddatur. Si vero ad Italiam vis referre, sic intellige, Redde nobis Italiam, & libenter repetimus ea quæ in Troia pertulimus.

DONATVS.

¶ Si nulla est regio.) Dum impersonaliter loqtur, & oblique maiorum ipsorum pulsat authorē, nimia doloris necessitate cōpulsa est, vt ad eius specialem designationem descēderet, vsa tãta subtilitate consilij, vt ipsum Iouē nonnullus pudor confunderet. nō enim dixit Iuno hęc soror tua, sed vxor tua commisit, vt esset criminis mulieri cui nefas esset contra mariti venire sententiam, si tantum, inquit, dura est vxor tua, vt oēs terras deneget Teucris. ¶ Per euersæ ge.) Vnum saltem liceat desiderare, quod sit miseris in tanta calamitate solatio, & sit fas remeare Troianis, eamq; iterum patriam, per cuius excidiũ iuro. Æquius est his videre quotidie quam plangant, q̃ perire illic, vbi sub falsa promissione versantur. ¶ Liceat dimittere ab armis In. as.) Plurimum, inquit, arbitrabor me meruisse de patre, si superfit innocens nepos, si ei Rutulorũ arma cōtingat euadere. ¶ Aeneas sane igno. De Aeneæ partibus taceo, ferat ille fortunam suam, iactetur etiam nũc per

ignota

gnota pelagi: & qa iniquitas ęquitati successit, incerta pro certis expressit. ¶ Hũc tegere & diræ.) Faciam, inquit, sine crimine pro filio meo, quod possum eumq; subtraham a bello. Ecce indicat consilium suum. ¶ Est amathus, &c.) Si vsq; ei commorari non sinif, degēt i meo, & materno iure cuiusquã molestia nō afficietur, habebit remota nemorũ abdita & syluarum. ¶ Positis in. a.) Et quia inuidēt virtuti eius & gloriæ. erit illic procul a bello discretus, illic oē æuũ sine dimicatione cōsumet. Et si min⁹ accedit ex causa virtutis triũphorũ, erit tamen in ocio solatiũ doloris tãta ęmulatiōe caruisse. ¶ Magna ditione iubeto.) Ostēdere voluit p Æneã premi posse Carthagine, si obtineret Italiã: sine ipso vero nō posse, si hoc vis, inqt, aut hoc tuis sensibus placuit: iã iube, vt Carthago præferaf Italiæ: nō obsistet vrbibus Tyrijs fili⁹ meus, si semel arma posuerit Carthaginis nomen abiectę pronũciãdũ pro persona & affectu loquētis. Italiæ vero cũ laude. alterã enim depressit quã indignam iudicauerat regno: alteram extulit, cui perpetuum deberi imperium ipso Ioue referēte didicerat, hinc ostēdit, quia omnis causa odiorum Iunonis propter statum Carthaginis fuerat suscepta, non propter Troianorũ aut ipsius Aeneę aliquam culpam. sed ne nasceref ex Troianis, qui fatorum suffragio ipsam Carthaginem perderet. ¶ Quid pestem e. b. iu.) Quid profuit euasisse bellum, quod florē Troianæ iuuētutis extinxit? Quid medium trãsisse per flammas? honestius dictũ est, q̃ si poneretur per medias flãmas, medium transisse per flammas, hanc habet proprietatem, quia vallatus incendijs cum difficultate euasit. Addidit tertiũ, maris ac terrarum vastarũ, hoc est desertarum discrimina, quæ inferiora nō essent incēdio & bello, horum vis accepta quantitate augmētum parit, cum dicit tot. Leue. n. videretur, non frequēter sed semel esse effectum, & omnia ista perpessos asseruit, cum quærerent latium, quo ire iubebanf, & pergama reparare. ¶ Non satius cineres patriæ.) Non melius fuisset remansisse in cineribus patriæ, & in solo genitali resedisse, q̃ labores tot & pericula sine commoditate suscepisse? ¶ Xanthũ & Simo.) Necessarium posuit redde. ipsius enim iussu fines regionum suarum Troiani dimiserāt: ipse reddere debuit, quod iubēdo sustulerat: aut id quod pollicitus fuerat, dare. Magnum, inqt, meis præstabis beneficium, si patriam antiquam illis reddideris sed non vere, sed propter inuidiam dicit. Ideo sequif. ¶ Rerũ re. c.) Et si hoc putatur iustum, iterum in labores redeãt & periculis rursum studio deteriore subdantur: vt ostēderet iniquũ esse, negari præsentia iniquissimis fatis & ad ea: quæ per tot annorũ seriem vix euaserant, reuocari.

ASCENSIVS.

¶ Si nulla est.) Prosequitur Venus cœptã orationē, orans vt si in Italia Aeneas regnare non possit, saltem non occidaf, sed incolumis, ad Veneris regna cōmeare permittatur. Dona. sic. ¶ Tua cō.) Oblique hactenus in eam locuta est, nunc doloris necessitate cōpellitur, vt eam nominet. Ignot. vu. Per ignota maria continuet errores. Hæc ille. ¶ Ordo est. Si nulla est regio quã cōiux tua dura. s. Troianis. Iuno det. i. pmittat Teucris: aut sic, si nulla regio est Teucris, quam tua coniux dura det. aut, quã det tua cōiux, ne videlicet videatur vituperare cōiugē, coram cōiuge: ego, o genitor: obtestor, id est obsecro per dura excidia Troiæ euersæ: fumãtia. s. adhuc: & id inuidiose dictum, cum post septennium nō amplius fument, liceat. dimittere ab armis Ascanium incolumē. i. sanum: & illæsum: & liceat superesse nepotem. s. meum, quia nepos erat Veneris: aut generaliter accipiēdo. i. pronepotē tuũ: & iactetur sane Æneas vndis ignotis. i. per vndas ignotas, sicut hacten⁹ iactatus est: & sequatur viam quacũq; fortuna dederit: valeã, id est permittar valere: tegere. i. protegere, hunc. s. Ascaniũ: & subducere pugnæ diræ: Amath⁹ ciuitas illa Cypri insulæ: est mihi, id est ego habeo eam. sit Paphos, eiusdē insulæ: ciuitas celsa. i. sublimis:

Universidad de Deusto Biblioteca

est mihi.s.sacra:atq; Cythera,supp.sunt mihi: & domus Idaliæ.i. ipsius Idalij,ciuitatis Cypri,sup. sunt mihi:iubeto, vt, supp. Ascanius:exigat his existens inglorius.i.nó gloriosus,nec inclyt⁹: sed ignobilis exigat inquam.i.ad extremum vsq; agat æuum armis positis.i.depositis,sup.in ditione magna.Et iubeto, vt, sup. Carthago,premat,id est opprimat,ditione magna Ausoniam : quod factura est,si domus Aeneæ ab Italia propellitur vnde in.j. Hoc regnum dea gentibus esse Siqua fata sinant,iam tum tenditq;, fouetq;.Progeniē sed enim Troiano a sanguine duci Audierat Tyrias olim quæ verteret arces,&c.Nihil obstabit ide .i. ab his locis mihi sacris vrbibus Tyrijs,& præcipue Carthagini.q.d. Iunonē, nullam ad domū Aeneæ persequēdam habere causam ; nisi quo regnum Italiæ Tyrias auerteret arces:vt in.iiij.huius dictum est. Quid iuuit,id est profuit:euadere,pro euasisse:pestē belli , scilicet Troiani:& fugisse per medios igneis : Argolicos.i. ab Argolicis, Troiæ imissos,& qd,sup.iuuit:tot pericula maris, & vastæ terræ: exhausta,sup.esse,id est exhausisse, dum Teucri quærunt Latiū & Pergama recidiua.i.iterū casura,quasi dicat,nihil.Serui⁹ videt̃ legere,recidiua,i.renascētia.Nō. i.nōne, q.d.multo sati⁹.i. meli⁹, & salutari⁹ fuit:insedisse.i.inhabitasse, aut resīdēdi causa occupasse: cineres supremos patriæ.s.Troiæ,atq; isedisse solū,vbi Troia fuit: redde,oro,iterū miseris.s.Troianis,Xāthū,& Simoēta.i.fluēta illa Troiana : & o pater , ego oro da miseris Teucris reuoluere iterū casus.Iliacos.i. Troianos hoc autem dicēs, amaritudine oppressa videtur defecisse Venus: vnde sequit̃,Acta furore,&c.

PIERIVS.

Æneas sane ignotis iactetur in vndis,)Et sane,& vndis. In plerisq; omnino codicibus habetur. Sed Roman⁹ codex antiquissimus:& qui apud me est , Æneas procul ignotis,legunt:atq; etiā pro,vndis oris.In veteribus aliquot exēplaribus inueni:& est cōcessio amaritudinis plena , Aeneas ,pcul ignotis iactet̃ in oris dū tantum liceat mihi Ascaniū in vrbibus meis,aut Amathunte,aut Papho,aut Cytheris incolumem seruare.Magis tamē placet, vndis:vt adludat obiter ad futurā Æneæ mortē,vt in.in.iiij. Cadat ante diem,mediaq; inhumatus arena. Et diræ valeam subducere pugnæ.)In antiquissimo codice,duræ;Sed in alijs omnibus,diræ.Est Amathus,est celsa mihi Paphos,atq; Cythera .) In exposito Palantino codice legere est, Amath⁹ est celsa Paphos,atq; alta Cythera:cui lectioni secretior ille codex,maiorib⁹ literis perscriptus,nonnihil adstipulat̃,quamuis in eo sint literæ aliquot inuersæ.Adiuuat etiam id quod inferius Iuno;eadem argumēta retorquens,ait,Sunt alta Cythera.Sūt vero codices antiqui, vbi Amathos scriptum sit. Sed enim ἀμαθοῦς Grece dicitur, & eodem modo proferūt Latini:eiusdem diphthongi, ουσ, seruato sono. Exigat hic æuū.)Antiqua pleraq; exemplaria,Exiget, indicandi qualitate legunt,non in deposcendi figura:Nam illud, Magna ditiōe iubeto Carthago premat Ausoniam separatum est membrum p concessionem. Et Argolicos medios fugisse per igneis.) In Roma.cod.in Mediceo in Porcio,& nonnullis alijs antiquis,mediū legit̃:quod multo magis placet . Recidiuaq; Pergama quęrūt.) Recidiua quidem in multis habetur exēplaribus , tam recētibus q̃ vetustis:tractum sermonē de arboribus,quæ alijs sectis repullulāt,ait Seruius, Qui quidem lōge eruditius mihi videtur exposuisse alibi,post casum restituta , eo versu , Et recidiua manu posuissem Pergama victis,vt enim a cado,cadiu⁹:ita,a recido, recidiu⁹:quod si a cædo,seco,deduceret, secūda syllaba ,pduci deberet, his tñ ita disputatis,& codex Roman⁹, & alter peruet⁹ q apud me est,rediuiua,legūt.quod nō ita,pprie dictū nōnulli putāt. Sextus tñ Pōpeius,vbi,rediuiuū,esse:ex vetusto renouatū,exponit: exēplū ex Cicerone citato libro.j.i Verrē.Vtrū existimatis min⁹ operis esse,vnā columnā efficere ab integro nouā,nullo lapide rediuiuo.Ita enim est in antiquo Pompeij codice.

SERVIVS.

Alta silentia .) Iuno vbique silens inducitur . Vnde ei oratio nisi ex nimia necessitate nō datur , hinc est, Acta furore graui , Statius , Iunonem tacitam furibunda silentia torquent. Et notandum quia sigillatim dicta Veneris hac oratione soluuntur Silentia cogis rumpere .) Silentium rumpere , est nō tacere. Vnde apparet vsurpatiue dictum esse, Composito rumpit vocem,id est loquitur, nā vocem rumpere , silere est: silentium rūpere , loqui. Obductum dolorem.) Celatum, & diuturna iam cicatrice coopertum, nam obduci dicuntur vulnera , quæ cicatrice clauduntur. Ænean hominum quisquam .) Celat quæ facta sunt,& quæ non sunt facta, commemorat. Nam non Æneas, sed Turn⁹ Iunonis instinctu bella commouit. Vtit̃ autem replicatione rerū obiectarum,post enim sequit̃ resolutio . Esto .) Modo aduerbium concedentis est , nā Græcum est. Illō autem loco verbum est, Esto nunc sol testis . Cassandræ impulsus furijs .) Bene furijs plurali numero, quod de vaticinātibus nō dicitur , vt videantur merito esse decepti q Cassandræ insanienti crediderūt qd falso dicit a Iunone, sicut ex verbis probamus Anchisæ, q ait,Vt quē tum vates Cassandra moneret . Vitam committere ventis .) Id est incertis & inanibus rebus . Num puero summam belli .) Exaggeratio est ab ætate. Tyrrhenamq; fidem .) Inire societatem cū inimicis gētibus Turno: aut certe disrumpere fœdera quæ Turn⁹ cum Tyrrhenis inierat ? Sciēdum sane Turnum auxiliorū causa ad Mezentium confugisse. Gentes quietas.) Nam licet vellēt in bella prorumpere, tamen erāt quietæ,propter illud oraculū, Externos optate duces. Quis deus in fraudem ?) Id est in periculū . ita enim in iure lectū est, Fraudi erit illa res, id est periculo . Quæ dura potentia nostra.) Ad illud respicit, Si nulla est regio Teucris,quam det tua cōiux Dura. Nubibus Iris.) Propter illud, Aut actam nubib⁹ Irim . Indignum est Italos Troiam circūdare flammis.) Rhetoricum est . Nam quoties aliqua nō possum⁹ soluere,paria opponimus : qd nūc Iuno facit,nam negare nō potest,nec soluere : quia obsidētur Troiani,Vnde dicit,Hoc indignū est,Troianos obsideri, aliena eos matrimonia præripere dignū est.Sic i Bucolicis, Dic quibus in terris inscripti nomina regum. Pilumnus auus.) Comparat genus Turni cum Ænea, dicens etiam auum eius esse deum. Item ad Veneris obtrectationem dicit. Cui diua Venilia mater.) Nam Venilia Nympha est. Pilumnum autem Turni auum ideo dicit, vt a vicino, nobilis

obduco

Acta furore graui.{Quid me alta silentia cogis IV.
Rumpere?& obductum verbis vulgare dolorem?
Aenean hominum quisquam,diuumq; subegit
Bella sequi?aut hostem regi se inferre Latino?
Italiam petijt fatis authoribus.esto,
Cassandrę impulsus furijs.num linquere castra
Hortati sumus?aut vitam committere ventis?
Num puero summam belli,num credere muros?
Tyrrhenam ue fidem.aut gentes agitare quietas?
Quis deus in fraudem?quæ dura potentia nostra
Egit?vbi hic Iuno,demissa ue nubibus Iris?
Indignum est Italos Troiam circundare flammis
Nascentem?& patria Turnum consistere terra:
Cui Pilumnus auus,cui diua Venilia mater.
Quid face Troianos atra vim ferre Latinis?
Arua aliena iugo premere?atq; auertere prędas?
Quid soceros legere?& gremijs abducere pactas?
Pacem orare manu?pręfigere puppibus arma?
Tu potes Aeneam manibus subducere Graium:
Proq; viro nebulam,& ventos obtendere inaneis:
Et potes in totidem classem conuertere nymphas.
Nos aliquid Rutulos contra iuuisse,nefandum est.
Æneas ignarus abest.ignarus & absit.
Et Paphos,Idaliumq; tibi,sunt alta Cythera.
Quid grauidam bellis vrbem,& corda aspera tentas?
Nos ne tibi fluxas Phrygię res vertere fundo
Conamur?nos,an miseros qui Troas Achiuis
Obiecit?quę causa fuit consurgere in arma,
Europamq;,Asiamq;?& fœdera soluere furto?
Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter?
Aut ego tela dedi?foui ue cupidine bella?
Tunc decuit metuisse tuis:nunc sera querelis
Haud iustis assurgis:& irrita iurgia iactas.

nobilis genere esse videatur,sicut est Æneas.Nam paulo post dictura est ipsa Iuno,Pilumnusq; illi quartus pater. Atra face.)Sæuo bello:& est belli diffinito.Nō enim facibus Troiani pugnauerant. Auertere prædas.)Inuidiose:cæterum nihil rapuerat. Legere.)Furari:vnde & sacrilegi dicuntur qui sacra legunt,id est furant̃.Alibi,Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper. Gremijs abducere pactas?) Id est sponsas.Nam ante vsum tabularum,matrimonij cautiones sibi inuicem emittebant, in quibus spōdebāt se consentire in iure matrimonij,& fideiussores dabant . Vnde & admissum est vt dicamus virum a spondendo sponsum . Cæterū proprie spōnderi,puellæ est, ergo sponsus nō quia promittitur, sed quia spōdet & spōsores dat. Sane exaggeratio est nimia in eo quod ait,Premijs abducere:tanquā iam vxores . Pręfigere puppibus arma. Propter illud,Scuta virū fluuio pictasq; innare carinas.Scilicet quando ad petenda nauigauit auxilia . Pacem autē orare.)Propter,Cētum oratores Augusta ad mœnia regis Ire iubet. Proq; viro nebulam.)Ad opprobrium pro viro dixit, non pro filio rem inanem oppositam,dicit autem quando cum Ven⁹ a Diomede liberauit,vel Neptunus ab Achille: quod Veneri imputatur,quia ī eius gratiam factum est. Vētos inanes.) Vacuos : & est nebulæ definitio. Et potes in totidē classem cōuertere Nymphas.)Licet hoc Mater deum fecerit,tamen hoc Veneri imputatur,quia eius gratia factū est:vt in illo loco , Quas tum Philomela dapes ,cum Progne fecerit:sed propter Philomelam. Aut certe quia Venerem dicunt esse matrem deum. Æneas ignar⁹ abest.) Ea quæ soluere non possumus,irridemus:vt hoc loco, si in Bucolicis præmisit,Diuini opus Alcimedontis , postea per irrisionem ait,Et nobis idem Alcimedō duo pocula fecit . Grauidam bellis vrbem .) Alibi , Populosq; feroces Contundet . Vrbem autem prouinciam dicit,quomodo,Italiam quæro patriam. Nos ne tibi fluxas,)Status relatiu⁹, per quē ostendit Venerem magis Troianis fuisse causam periculorum . Fluxas.) Molles,quę possent etiam sine inimicis perire.Res fluxas:fluxam rempublicam. Fœdera soluere furto?)Legitur in historijs quod Troiani cū Gręcis fœdus habuerunt.Vnde etiam Paris est susceptus hospitio, & sic cōmisit adulteriū.Ergo fœdera soluere , est furto amicitias adulteri dissipare,nam furtum est adulterium:vnde est,Et dulcia furta.Et euersi Ilij hæc est vera causa, nam Fœdera quę inter Grecos & Troianos fuerūt,ita soluta sunt.Hercules cum expugnato Ilio filiam Laomedontis Hesionam Priami sororem Thelamoni dedisset profecti sunt legati cum Priamo, & eam minime repetere potuerunt,illis dicentibus se eam habere iure bellorum . Vnde commotus Priamus misit Paridem cum exercitu vt aliquid tale abduceret,aut vxorem regis aut filiā , qui expugnata Sparta Helenam rapuit.Hinc ergo Virgilius vtrunq; tangit : & istam historiam quam modo diximus,& propter iudiciū Paridis, quamuis fabula sit illa res,& a poetis composita. Qui Troas Achiuis.) At qui de venere loquit̃:sed quia de Arsenothelis sunt , vt diximus supra ideo sic dixit,nam in subauditione ponuntur ea quæ non possumus dicere aperte. Dardanus .) Non præter iniuriam Æneæ hoc posuit , quia Dardanus dicitur , Nam perite dubium nomen elegit , qui contumeliam communicaret Æneæ . Spartam expugnauit .) Hoc de historia est , vt diximus . Nam solicitata Helena cum Parim sequi voluisset , egressus ille ciuitatem obsedit : qua euersa Helenam rapuit vnde & recipi meruit a marito . Tela dedi ,) Aut amori , aut bello . Decuit metuisse.)Si Optima est elocutio,nam vtrūq; præteriti est temporis , Si enim dixeris,Decet metuisse:incongruum est, quia decet præsentis est metuisse præteriti, Sera.Pro sero.). Iactas.) Ventilas.

DONATVS.

Tum regia Iuno . A.f.g.) Furorem dicendo, ostendit iniuste commotam atq; excitatam vehementer.vbi.n.furor interuenit, verum animi iudicium cessat. Furorem igitur Iuno collegit, primum ex ea causa quod in conuentu deorum omnium dolebat se esse confusam : quod mira arte egerat Venus , vt cum esset contra Troianos, omnium deorum in fauorem Iunonis studium susceptum , Iunonem peteret solam . quo cæterorum assensum suis partibus quæreret, quod prouenire non posset, nisi dissimulatio fuisset adiecta . Accusare autem aut omnes aut plures quid prodesset ? cum authore deiecto, nihil esset studij veteris in cæterorum sensibus remansurum ? hinc igitur Iunonis mentem furor inuaserat : quia solam Veneris timebat inuidiam accedentem,eo quoq; iri obuiam cœptis suis, quæ iniq; suscepe rat, considerabat ipsum etiam Iouē ęquitate victū pro Troianorum partibus facere:cur non faceret;cui ausus suos nō permittebat implere:cur nō faceret,quæ liberius Veneris voce gemebat se esse contemptā?quid tamen dicat , cōsiderandum est,ipsius.n. respōsiōe obiectorū purgatio erit,& in Veneris & in Troianorū personam omne criminationis reuocabitur pōdus . Ecce quātū profuit Veneri nō pauca dixisse:quia multa paucis dici nō poterant . Occasione quippe arrepta consilij argumentorum veterū collecta congeries semel deberet effundi , quæ penitus æmulam mitteret in furorem: Quid me.a.si.co. Ru.) Dixit principiū ex persona sua,quā sciebat graui inuidia laborare, asserens, quā nō habuit verecundiam,& grauare ex eo cupiēs Venerem: quę se dicebat ,puocari in colloquiū,publicū,& causam dicere,quæq; mōstrare se cupiebat modestā,& personam Veneris prouocantis impudētem.Quid,inqt,me prouocas loqui?quid vrges in publicū proferre?quod verecūdo silētio diutissime pressit, quę profecto adhuc sensibus retinerem,nisi esset crimē,impudēter obiecta nō refutasse respōsō,quod ait me hoc videtur tetigisse , verecūdam, me iniurias dissimulantem,me inimicā nulli. Rumpere quoque non inaniter positū est,hinc mōstrat velut compulsam loqui se, & coactam respōdere. Rumpitur quippe quicquid magnā violentiam senserit,& non emergit ex alto pectoris,nisi quod vi cogentis excluditur.Obductus vero dolor est, quem tegit patiētia dissimulantis,commēdata i principijs persona sua,& diuersę partis nonnullis calumnijs aspersa,omisit narrationē, quia hanc ipsam sciētibus igerere fuerat vitiosum,& ob ipsas quęstiones magis fuerat proponendū.In his quippe & purgari se posse arbitrabatur Iuno,& Troianos sibi potius non aliquem aliquando nocuisse poterat demostrare. Æneā hominum quis.)Nitit̃ colorare causam malam, Æneas quippe nō mouit bellum: sed existētib⁹ inimicis affuit sibi:nec Latini se hostē professus est, sed his, q instinctu ipsius Iunonis primi sumpserūt arma. Italiam petijt.f. au.)Et hic subauditur esto.Et qa hoc negare nō potuit,quod verum esse constabat:nō ausa est improbare : quin potius cōsensit: & hoc nititur alio genere prægrauare . Nū,inquit,linquere castra Hor.s.)Ad vtrūque pertinet,id est castra & nauigationē.Ecce argumentum Iunonis contra Veneris inuentū.Veneris enim consiliū fuit,nō accusare plurimos.hæc nititur miscere sibi alios omnesq; connectere,vt vnam omniū faciat causam:ne sola esset in obiectorum inuidia. Nunquid nam nos, inquit, eū sum⁹ hortati castrorum tuta dimittere,& committere animā ventis, & reuera maximum signū,temeritatis & reprehensione dignū, quod primo loco credidit obijciendum:sed id retorquendū in eā, quę hominem quietum in extremam necessitatem compulit, vt sati⁹ esset petere incerta propter expeditionem necessariā,quam cum ipsa castrorū defensione consumi. Num puero sum.bel.)Et his oibus aptandum est,hortati sumus,recte posset videri:hoc quoque obiectum est , Si Æneas reuera summā belli aut defensionē murorū commisisset illi ætati,quę ne sibi prouidere cōsilio posset,nec periculū virtute propellere: sed hoc Æneas non fecerat. Dispositio eni affuturi talis extitit , qualis ī nono libro descripta ab ipso Virgilio inter Æneæ laudes hoc quoq; enumerāte hoc modo . Nanque ita discedens præceperat optimus armis Æneas,siqua interea fortuna fuisset,Neu struere auderent aciem,neu credere campo , sed tutos seruarent aggere muros , & alio loco, instat Mnestheus , acerq; Serestus,Quos pater Æneas siquando aduersa vocarēt Rectores iuueni & rerum dedit esse magistros. Ecce nihil credidit puero , sed ipsum magis cum omnibus faciendi consilijs idoneis & robusta exercitatione florentibus viris perpensa prouisione commisit . Tyrrhenos vero non exciuit quietos in bellum : sed iusta ex causa commotus eos nauigaturus inuenit , ijsdemq; se tum disiunxit , quos ipse Turnus suscipiendi bellum fecerat suis partibus inimicos , nec bellum geri cum hostibus iussit: sed venientibus obiectu aggeris & defensione turris obsisti . Obijcit Iuno velut male gesta Æneæ tacet facti causas, quod ipsa conflauerat . Quis deus in fraudem ?) Nunquid nam, inquit,hæc Iuno fecit, aut ? & constabat hæc Iunonem fecisse per furiam , & per Irim excitasse Turnum , cum ociosus patrio sederet in luco . Indignum est Italos , &c .)Per comparationem nititur leuare partes suas, & grauare partem aduersam . Comparat enim personam suam & Veneris , Æneæ, & Turni , factum suum , & factum Veneris , gesta Æneæ, & gesta Turni. Ait ergo indignum esse arbitraris Italos assistere cōmodis suis,& nascentem Troiam flammis cicundare?Nunquid indignum etiam illud est, vt Turnus terras sibi patrias vindicet originalibus auis regibus maioribus natus , ac diuina matre progenitus ? Hoc verum asserebat Iuno:sed tacuit de Aeneæ genere , quoniam Pilumno Iuppiter non fuerat conferendus nec Veneri Venilia , sed obiecit incendium Italis parasse Troianos,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed hoc falso cõposuit. Et arua aliena iugo premere, nõ fuit verũ nã hoc voluisse Troianos probari non poterat: atq; auertere prẽdas, quomodo hęc audere potuerant, q rogantes venerant ad Latinum? eligere autem socios aut premijs pactos adducere, qũ Æneas probatur voluisse? cum nec petijsse diceretur, nec vxorẽ duxisse? sed Latini habuisse, pmissum, & vltro oblata affinitatis iura quando autẽ post acceptam pacem Troianos poterat monstrare arma sponte sumpsisse, quod esset prouocatus ad bellũ? Post hęc, quæ falsis construxerat, dicit vera, vt ex his daret oĩbus fidem.

¶ Tu potes Æneam.) Tibi vis, inquit, licuisse, vt Æneam manib⁹ eriperes hostium, artificioseposuit, nam si diceret, tibi licuit libe rare filium. Recte vbiq; fecerat mater: quod vero de cõuersis in nymphas nauibus obiectandum credidit, non Venus sed deum curauerat genitrix. ¶ Nos aliquid contra ru.) Scelus ait putas admissum, q ex aliqua parte adiuuim⁹ Rutulos, bene extenuauit, quod ipsa prestitit, dicendo in inuidia sumus, ga aliqd pro Rutulis fecimus: vt intelligatur ex eo, tu plurima & magna contulisti: sed non fuerunt persone consimiles, nec pares substãtię causæ, Venus pro filio, pro voluntate fatorum, secundum deorũ respõsa, quæ superi & manes addiderant, in causa iusta affuit nõ tantũ alijs sed sibi. Iuno vero pro alieno in causa iusti odij contra fata cõtra omnia, quę supra dicta sunt, Rutulos fouebat, & Turnum. ¶ Æneas ignarus. a. i. &. a.) Obijcis, inquit, mihi Æneæ peregrinãtis absentiam, & quidem nihil horum sciat, atq; vtinam semp in erroribus degat: nihilq; gestũ factumq; cognoscat. ¶ Est paphos, id. t.) Habes loca voluptaria, amœna. delicioſa, conueniẽtia filio tuo, quid quæris tentare, quod prouocatum ferre nõ possis, adhuc perseuerat, quasi Troiani mouerint bellum, grauidam bellis vrbem & corda aspera tentas? Quid quæris tentare, vbi bella congesta sunt: & moueri eos, qui sunt natura feri: quę non facile sedari possunt, cũ fuerint moti. ¶ Nos ne tibi fluxas. ph. r.) Quę fortia fuerunt seruauit ad finem: & in quibus Venus ipsa potuit speciaIiter deformari, quereris ait, & Troianos mala grauiter ingemiscis, atq; in me aggerendũ existimas, quod tuorum est crimi num. Ego ne perdidi imperium Troię? ego ne illa quę Græcis miseros Troianos obieci, quasi dolẽs miseros vocati; gb⁹ atrox fuerat inimica, vt personam Veneris grauissimo inuidiæ pondere p grauaret, Troiani, inquit, non perdidissent imperium Phrygię si luxuriosi non fuissent, si non te duce alienum matrimoniũ inuasissent: si nõ illorum dissolutis moribus tuis sceleris iũxisses augmentum. ¶ Quæ causa fuit.) Deniq; ait, discutiamus causam tunc belli amoti, tu inuenieris i crimine tu. n. viam & fontẽ adulterio conficiendo prębuisti, nã quę fuit causa alia, ex qua ad expugnationem tot vrbium veniretur? tu virorũ manus armasti. quo in facto cupido tuus non amores solitos sed bellorũ faces accẽdit. Causam mali aurei & iniuriam Paridis in sensibus gerit: & huius commemorationem suppliciter facit, vt ostẽdat excidiũ Troiæ nullo deo e diuerso venięte, sed solo facto Veneris extitisse, fœdera soluere, est furto matrimonij iure honestos nexus, & vincula turpi conuentione dissoluere. ¶ Tũc decuit metuisse tuis. Prepostero, inqt, tempore tuorũ te solicitudo cõmouit, tũc fieri decuit pro Troianis aliqd, cũ illorũ durabat integritas, iã serũ est, quod agis, quę per te illis inflicta sunt, emendare cõtendis, quid tibi clamores, aut iurgia, quæ frustra iactitas, prodesse possint? vt pdita referas, aut amissa recuperes?

ASCENSIVS.

¶ Tum regia Iuno Acta furore graui.) Recitat responsionem Iunonis sane artificioſam, vt & Seruius & Dona. edocẽt. Donati verba sunt. ¶ Acta.) Furore, ergo iniuste commota. Ostendit Iuno se inuitam cogi. Nã nihil rumpitur, nisi magna violẽtia, Æneã nititur colorare falsa: nam Æneas bellũ nõ mouit, sed instinctu Iunonis Latini. ¶ Num pueroꝝ) Hoc quoq; falsum est, Nam seniorib⁹ rem reliquit, & pugnam committere vetuit. ¶ Cui pilumnus a.) Per comparationem Æneę, & Veneris, & sui, & Turni, extollit causam suã: & deprimit aduersariorũ. ¶ Nos aliquid.) Extenuat factum suum. Verum Venus affuit causæ, cui dij & fata fauebant. ¶ Me duce.) Quæ grauiora sunt argumenta, in fine seruat. Hæc ille. ¶ Ordo autem est. Tum. i. deinde: postq; pticuit Venus Iuno regia, s. piux: acta, id est impulsa, & stimulata graui furore: inquit, sup. quid. i. ad quid: cogis me rumpere. inter rupere: alta silentia, id est alto, hoc est imo pectore reconditat quæ rumpunt dum loquimur, est ergo, quid me cogis proloqui, quę silere malim, q; in te quicq; dicere & qd cogis me vulgare. i. vulgo manifestare: verbis. i, aperto sermone: dolorem obductum. i. celatum, & abstrusum? q. d. id non facis cum tuo cõmodo: nam vt te falso conquestã pro bem dic mihi an quisq; hominũ & deũ subegit. i. cõpulit Æneã seq bella aut inferre se hostem regi Latino? quasi dicat qa iniustũ est externũ velle propellere indigenas: & ita sit ceptus nõ est abijsse debuit sine bello, & ne Venus dicat eadem fata quę coegerũt in Italiam venire: cogere & bellum inferre, purgat hoc dicens. Esto, id est concedatur, & ita sit, q; petijt Italiam fatis authoribus, id est fatorum authoritate. (Noue autem dicunt fata authores sicut sydera testes) impulsus videlicet: furijs, id est fano vaticinio Cassandrę, scilicet filię Priami: num, id est nunqd nos sumus hortati linquere, id est vt linquat castra: aut cõmittere, id est vt cõmittat: vitã ventis, id est incertis & inanibus rebus: aut ideo ventis: qa nisi vento Tyberis: fuisset renauigabilis factę fuisset ab hostibus deprehẽsus. vt. f. nunc physice dicat qã prius poetice. Nam sic possum⁹ intelligere aquas Tyberis effectas nauigabiles nõ numine Tybris dei sed vi ventorum, ab inferiore cõtra flantiũ & impedientiũ cursum. Num ẽt hortati sumus ipsum cõmittere puerõ. s. Ascanio summã, id est pcipuã administrationẽ belli? quod ẽt nõ fecerat Æneas sed oratorie pro se sumit Iuno quę vero similia sunt. Nam nihil patri illo charius num etiã hortati sumus: sed mire Iuno de se loquens masculino vtif genere, nõ qa de eo dictũ sit: Nec dextrę erranti deus abfuit, sed qa dicẽdo hortati significat se multos deorum habere fautores & cõsentaneos: num ergo hortati sumus: credere, id est committere puero muros aut agitare, id est prouocare & lacessere fidem tyrrhenam, id est societatem & fœdus quã & quod inter se habent & gentes quietas. s. ante Æneæ aduentum. Quis deus egit. s. impulit eum in fraudem, s. faciendã Turno: aut quę dura potentia nostra egit supp. eum in fraudem? q. d. nullus & nulla vbi supp. fuit hic, id est ad has res faciẽdas Iuno Iris demissa nubibus? q. d. nulq; interfuit nec consuluit & loquitur de se tãquam de alia in tertia persona: q. d. ea quã tantopere accusas nõ interfuit his Æneæ tui facinoribus turpibus & negligentiæ ignauæ. Indignum est, id est res indigne ferenda: Italos circundare Troiam nascentem flammis & Turnum consistere, id est perstare: aut cõstituere Turnũ in terra patria: cui. s. Turno Pilumnus. s. deus: est auus & diua Venilia. s. nympha est mater. q. d. qa indignũ est regẽ e suo regno deturbare: dignum & iustum est alterius regni: inuasores etiã flamis propellere & iniquas sedes exurere. Quid sup. censeres iustũ ne an iniustum. Troianos ferre, id est qp Troiani inferũt Latinis vim, id est violẽtiam face atra, id est iniqua & perniciosa: & pmere iugo, id est seruitute arua aliena atq; auertere prędas, id est de prædari agros auertendo pecora & armenta? quid sup. censes legere, id est iusturari socros: & abducei gremijs. i. ex gremio spõsi pactas. s. sponsas. & inuidiose de re vna pluraliter loquit. Quid sup. est aut cęles esse orare manu. i. indicijs manuum: præferẽdo. s. ramum oliuæ: pacẽ. i. concordiam: & prefigere puppibus arma. i. bellum minari ac statim inferre: q. d. id merito indignũ censeat deniq; si vis Æneã eripere scis quo pacto id facias: ga tu potes. id enim fecisti vt in secũdo, Descẽdo, ac ducẽte deo flammã inter, & hostes expedior, &c. subducere. i. clã abducere Æneã manib⁹ gratium. i. Græcoꝝ & obtendere. i, contra tendere & præsentare. p viro. i. quẽ virũ esse iactas, nebulã. i. rẽ inanẽ & fœdam: vnde nebulones dicti sunt: id aũt fecit in cõgressu cũ Diomede vbi vulnerata est Venus, & potest obtendere ventos inanes pro viro, nephãdũ est. s. fm iniquũ iudicium tuũ aut Ironia est aut interrogatio est ne nephãdũ nos ptra. i. ecõuerso iuuisse aliqd. i. i aliquo Rutulos. q. d. minime. Æneas ings abest ignarus abfit ignarus. q. d. qd tũ postea aut quę iniuria si abest a terra aliena? Est tibi paphos & idalũ sunt alta cythera ciuitates & loca cypri mollissima. q. d. abduc Æneã tuũ illuc: nã qd. i. ad qd: tentas. i. lacessis: vrbem. s. Laurolauiniũ: grauidã bellis. i. q̃ olim multa bella gessit: & corda. s. virorũ aspera. i. acria & strenua dura tibi: & tuis futura. Conamur ne nos vertere. i. euertere fundo. i. funditus: tibi. i. in pniciẽ tuã res phrygię fluxas. i. fragiles. q. d. nõ vñ addit: nos ne, sup. id conamur: an, sup. is videlicet Paris q obiecit achiuis. i. Græcis, troas miseros. i. miseratione dignos, aut imbelles quæ cã fuit Europã, sup. pp Græcos: & asiã pp phryges consurgere in arma & soluere furto. i. per raptũ furtiuũ, Helenæ: fœdera. q. d. nulla. Expugnauit ne, sup. adulter Dardanius. i. phrygi⁹. s. paris: spartã. i. ciuitatẽ spartanã amyclas noie me duce. q. d. nõ, sed te: aut dedi ego tela. s. amoris aut belli: & foui ne bella cupidine. i. amore aut cupiditate. q. d. nõ decuit te metuisse tuis. i. pro tuis tum cum hæc faceres: tu assurgis. s. contra nos: fera. i. nimis tarde querelis haud iustis. i. iniquis: & iactas iurgia irrita. i. non profutura.

PIERIVS.

¶ Italiam petijt fatis authoribus.) In cod. nõnullis admodũ vetustis legere est, Italiã fatis petijt authoribus. Quod nonnulli putarunt,

tarunt, t, literã posse reddere syllabam cõem, cum eiusmodi scansionis ratio cęsuræ debeatur, vt apud Oui. vij, metamorphoseos, dissimilemq; animã subijt Æeta relictus, quod imperite nõnulli deprauarunt, q, subijt pater Æta relictus. Legẽdũ cẽsuere, ignari nomẽ αἰήτου. in eam formam contrahi non posse, aliquot & ijs codicibus qui, petijt authoribus habẽt, petit. vnico, i, scribũt. sed id longiore linea notatũ, vt duorũ vicẽ subeat, vt, inferis, chorijbici dimensione vnico, i, notatum in antiquo lapide legi, quẽ, C, Currius, Currius, c, I, Antiochus pater, & Arcini anais mater Basso filio, posuerunt, ita enim est,

DEBVIT, HOC, NATVS NOBIS
PRÆSTARE DVOBVS VT, CINERES
PATRIOS DEDERET INFERIS.

¶ Pacẽ orare manu prefigere puppib⁹ arma.) In aliquot anti. codi. legere est, ei prefigere, qã hoc loco vĩ emphasin habere. ¶ Fouere cupidine bella.) In antiq. fere oĩbus foui ve: legi nõ inepte.

SERVIVS.

¶ Orabat.) Loquebatur. Vnde & oratores dicimus. nam vox & abat si dixeris, non proceditur, quia magis conuitiabatur, ¶ Assensu vario.) Quia pars Veneri fauebat, pars Iunoni. ¶ Ceu flamia prima, Cũ deprensa fremunt syluis, & ęca volutãt Murmura.) Nõ tempestatis facit comparationem, sed signi tempestatis futurę. Quadã enim arcana ratione fit vt sit murmur in syluis ante ventorum aduentũ. Vñ ait, Ęca murmura: quorum ratio nõ apparet vt, Cæciq; i nubib⁹ ignes Terrificãt animos. Sic in Georgicis, Continuo vẽtis surgentib⁹, aut frẽta ponti. Incipiunt agitata tumescere, & aridus altis Montibus audiri fragor. ¶ Tremefacta solo tellus.) Loquente Ioue stupor elementorum ostenditur per naturæ mutationem. Nam & quicquid in æterno motu est quieuit: & contra terra mota, est semper immobilis. Vnde Horatius, Et bruta tellus. ¶ Accipite ergo animis.) Totus his locus de primo Lucilij translatus est, vbi inducitur dij habere cõsilium, & agere primo de interitu Lupi cuiusdã ducis in republica: postea sentẽtias dicere. Sed hoc quia indignum erat heroo carmine, mutauit. Et induxit primo loquentem

Talibus orabat Iuno: cunctiq; fremebant POE.
Cœlicolę, assensu vario: ceu flamina prima,
Cum deprensa fremunt syluis: & ęca volutant
Murmura, venturos nautis prodentia ventos.
Tum pater omnipotens, rerũ cui summa potestas,
Insit. eo dicente deum domus alta silescit:
Et tremefacta solo tellus: silet arduus æther:
Tũ zephyri posuere: premit placida ęquora põtus.
Accipite ergo aĩs, atq; hęc mea figite dicta, IVP.
Quando quidẽ Ausonios cõiũgi fœdere Teucris,
Haud licitum est: nec vestra capit discordia finem:
Quæ cuiq; est fortuna hodie: quã quisq; secat spem:
Tros, Rutulusve fuat, nullo discrimine habebo:
Seu fatis Italum castra obsidione tenentur:
Siue errore malo Troię, monitisq; siniſtris.

Universidad de Deusto Biblioteca

loquentem Iouem de interruptis fœderibus, cuius orationē interrupit Venus. post secuta sunt Iunonis verba, quibus redarguit Venerem. Vnde nunc Iuppiter illud quod omiserat, reddit, dicens, Ergo quoniam pacem esse non finitis, ea quæ dicturus sum accipite. ¶ Quandoquidem.) Bene dicendæ sententiæ ordinem seruat. nam sicut & in Sallustio, & in Philippicis legimus, antequam dicatur sententia, eius premittitur ratio: quod hodieqꝫ in vsu est. ¶ Haud licitum est.) Et sicut dicimus, & licitum est: sicut placuit, & placitum est. Terētius, Vbi sunt cognitæ, placitæ sunt. ¶ Quæ cuiqꝫ est fortuna hodie.) Specialiter Iuppiter pro Troianis agit, sed hac arte, vt videatur totū pro Iunone loqui: & re vera verba pro Iunone sunt, sed altius intuens deprehendit Troianorum fauorem. Nam dicendo nulli fauebo, & in eo statu fore res in quo sunt hodie, significat se fauere Troianis, quorum ducis aduentu statim victoria ꝯsequeꝛ. Et vult nihil valere quæ aut Venus conquesta fuerat de absentia Æneæ, aut Iuno de Turni parentibus dixerat, in eius scilicet cōmendationē. ¶ Secat.) Sequitur, tenet, habet: vt, Ille viam secat ad naues. Vnde & sectas dicimus, habitus animorū & instituta philosophica circa disciplinam. ¶ Fuat.) Id est fuerit: futuri temporis verbum defectiuum. ¶ Seu fatis Italum castra obsidione tenentur.) Siue malo fato Italorum obsideñ castra Troiana, siue Troiani malo errore, & sinistris monitis ad Italiam venerunt: neminem absoluo. Vnde propter Amphibologiam sic distingue, Italum: & infer, Castra obsidione tenentur, scilicet Troianorum. Ipsi enim obsidentur, non Itali. ¶ Soluo.) Absoluo. nam Aphæresim protulit. ¶ Monitis sinistris.) Propter, Cassandræ impulsus furijs. Exorsa rerum.) Initia, actus hodiernæ diei. ¶ Laborem, fortunamqꝫ.) Periculum, & felicitatem. ¶ Fata viā inuenient.) Scit enim hoc esse fatale, vt Æneas, imperet in Italia. Stygij per flumina patris.) Hypallage est, Per stygia fratris flumina. Et bene etiam iureiurando dicta confirmat. ¶ Totum nutu tremefecit Olympum.) Homeri est, μέλα δ'ἐλέλιξεν ὄλυμπον.

Nec Rutulos soluo. sua cuiqꝫ exorsa laborem,
Fortunamqꝫ ferent. rex Iuppiter omnibus idem.
Fata viam inuenient. stygij per flumina fratris,
Per pice torrenteis, atraqꝫ voragine ripas.
Annuit: & totum nutu tremefecit olympum. PO.
Hic finis fandi. solio tum Iuppiter aureo
Surgit, cœlicolæ medium quem ad limina ducunt.

DONATVS.

¶Talibus ora. iu.) Talia Iuno fundebat ex ore. ¶ Cūctiqꝫ fremebant Cœ.) Hoc citius prouenit in conuentu multorū, vt alij aliā fecinoris ducātur in partē, quod fiebat illo tempore. Deniqꝫ alij fauebant Iunoni, alij veneri. ¶ Ceu flamina prima.) Comparationem murmuris fecit, quod inter deos videbatur exortum. nam fuit tale, quod est initium venti, quo in syluis fremit futura nautis nuntiās augmentū flatuū: quippe ꝑꝑ præsentiam regis verecūdiā leui strepitu significabant. quid pro sua quiqꝫ parte sentirēt. ¶ Tum pater omnipotēs.) Hoc est fari incipit. studio partiū ducebantur dij, sed ille, qui primam consulendi habuit potestatē, non tacito vt alij murmure, sed authoritate plena, toti⁹ iustitię ac veritatis assertor cœperat loq. ¶ Eo dicente de. do. &c.) Locuturo Ioue silentium præbuerant oēs dij præsentes, cœlum, terra, mare ac venti. ¶ Accipite ergo animis. &c.) Iuppiter cum studia partiū plena constantia sedare nō posset, sententiam pro altera noluit ferre: sed vtrasqꝫ sic dimisit: vt nulla supior abscederet: ea videlicet causa, vt nec filiam lęderet, nec vxorem. Qñ, inquit, vestra discordia nullis ꝯcludi terminis potest: dimitto fatis & Troianos & Rutulos: dabunt cui voluerint, & quā decreuerint viam. Tunc ꝓbabitur, quis fiducia meliore ꝯtendat. erunt apud me oēs ęquales. docebit exitus rerū, quis fatorū voluntate, quis audaciæ temeritate nitatur. Rex Iuppiter omnibus idē. ¶ Stygij per flumina fratris.) Hoc se seruaturū iurauit Iuppiter per stygiam, cuius alio loco poeta cōmemorationē fecit, dicēs ꝑ cuius iurare timēt, & fallere numen. ¶ Hic finis fandi.) Finē verbis īpositū ad oium personā pertinere intelligēdū est: nā nullus dehinc aliqd dixit. ¶ Solio tum Iuppiter aureo Surgit, cœlicolę mediū quē ad limia ducūt.) Et solio solū sedisse monstrauit, & solū surrexisse soluto consilio, quē mediū oēs dij deduxerūt ad sedē suā, hoc est ad eā cœli partē in qua commorari & assidu⁹ esse consueuerat. Quod dixit mediū, possumus intelligere, vtpote potiorē: aut medium, quia vtriqꝫ parti fuit in iudicando communis.

ASCENSIVS.

¶Talib⁹ orabat Iuno.) Post Veneris orationē & Iunonis rñsum ꝯcludit Iuppiter ęquū fore vnde dicit Don. Infit: nam cū sibi potestas decernēdi sit aperte loqtur Accipite: nō potuit sedare partes, sed sic dimisit: vt neutrā preferret ne aut filiam aut vxorem læderet seqꝫ æquum omnibus pollicitus est. Hæc ille. ¶Ordo est. Iuno orabat. i. causas suas defendebat talib⁹. s. verbis & cuncti cœlicolę fremebant vario assensu qa alij Veneri alij Iunoni assentiebātur: ceu id est quēadmodū cum flamina, id est flatus ventorum fremunt prima, id est primum deprensa, id est percepta syluis. s. longe sonātibus & volutant id est euoluūt murmura cęca id est ignota prodēdā id est significātia nautis ventos venturos. Pater omnipotens. s. Iuppiter cui, supp. est summa potestas: infit, id est loquitur. Alta domus deum. i. deorum hoc est cœlū: silescit eo loquēte. i. cum ipse inciperet loqui & Tellus tremefacta, sup. est solo id est per terrā ęther arduus. i. sublimis silet & zephiri posuere, supple se. i. sedati sunt: tum. i. tūc pontus id est deus ponit aut ipsum mare: premit id est cohibet ne assurgāt ęquora placida. i. aquas maris ęquas & tranqllas. Ergo: quia. s. nulla est in vobis concordię via & tanto odio concertatis. Accipite. s. auribus hoc est audite & figite hæc mea dicta animis. s. vestris. i. memores sitis aut itelligite. Quandoquidem haud. i. nō est licitum. i. permissum est propter odia vestra. Ausonios. i. Italos coniungi Teucris. i. Troianos fœdere. i. ꝑ fœdus: nec. i. quia non: quia vestra discordia non capit finem: ego nullo habebo discrimine. i. differētia quacunqꝫ, sup. an fuat. i. sit tros. i. Troianus: ve, ꝑ vel Italus quę. i. quęcūqꝫ fortuna est hodie cuiqꝫ. s. pugnatorū siue prospera, siue aduersa. i. cuilibet permittam sua fortuna vti: & quā spem quisqꝫ secat. i. perfectam sequitur & tenet confisus viribus & virtuti suę. i. permittam & virtute valere. Seu. i. siue castra. s. Troianorū teneñ obsidione. s. obsidētur fatis. i. fatali pernicie & malo exitu, Italum. i. Italorum, siue malo errore Troię. i. Troianorū & sinistris. i. sinistre datis, Vt male intellectis: mōtis. s. deorum nec ego soluo. i. libero & indēnes facio Rutulos. cuiqꝫ. i. cuilibet Rutulo: & phrygi: sua. i. ꝓpria: sine numinis suffragio aut meo impedimēto ferent. i. obtinebūt aut sortientur: laborem & fortunā, id est & laborem & fortunam libere sortientur. Iuppiter rex est omnibus idem. i. eiusdem auxilij. Fata inuenient viam. s. perueniēdi ad id quod in fatis est. Iuro sup. ita fore. (Nam vt dicamus. annuit per flumina & cętera non tam cohęret) per flumina fratris stigij. i. plutonis. aut per flumina stygia quę sunt fratris. s. plutonis. Per stygiam autem paludē nō audent dij peierare: vt in. vj. dictū & iuro sup. per ripas. s. stygij fluminis torrentes. i. abūdantes & feruentes pice & voragine atra. i. nigra aut obscura qa sulphurea & fumosa. Annuit. s. Iuppiter (in qt poeta). i. nutu se assentire & approbare qđ dixit significauit, & tremefecit totū olympū nutu. i. annuēdo. finis fandi sup. fuit hic. i. ꝑ hoc iuramētū Iouis. Iuppiter surgit, tū. i. deinde: solio aureo. i. sede de auro solido facta: quē cœlicolę ducūt mediū. i. existētē in medio qui est principum locus: ad limina. s. cœlestis throni.

PIERIVS.

¶Rerum cui summa potestas.) In Ro. co. prima ptās. ¶ Tum zephyri posueř.) In ant. aliquot & zephyri. ¶ Accipite ergo animis) Antiqui aliquot cod. adcipite. scribūt incolumi propositiōe. sed enim antiquissimum est. accipere. cc. geminato scribere. siquidē velius longus ait Luciliū instituisse, accipio & accurrere gemināto. cc. notare. ¶ Quę cuiqꝫ est fortuna.) Non placet, quęcunqꝫ, vt in vetustis aliquot codi. habetur. ¶ Tros Rutulus ve fuat.) In aliquot anti. cod. Rutulus ne legiꝛ. ¶ Fata viam inueniēt.) In Med. cod. inueniant. scriptū est imperatiue, vt sit sententię perlatę pronunciatio non tamen expungendum est, inuenient cū id quoqꝫ suam habeat orationis maiestatem.

SERVIVS.

Interea Rutuli portis circùm omnibus instant
Sternere cæde viros. & mœnia cingere flammis:
At legio Aeneadum vallis obsessa tenetur:
Nec spes vlla fugæ: miseri stant turribus altis

¶Portis circum omnibus instant.) Portis omnibus circū id est circum circa fusi. Nam modo circum, aduerbium loci est. ¶ Vallis.) Intra vallos, id est fustes fossarum, qui valli vocantur. Nā munitio ipsa, vallū dicitur neutraliter & hoc dicit, Teneban̄ Troiani intra vallos, quos ipsi posuerāt, ne eorum castra facile irrumperent

irrumperent Rutuli. Vallū. n. non modo obsidētiū, sed obsessoꝝ debem⁹ accipere. ¶ Nec spes vlla fugę.) Fuga miserrimū & vltimū præsidiū est, tñ ēt hoc carebāt. ¶ Imbrasides.) Imbrasi filius. ¶ Icetaonius.) Icetaonis fili⁹. Ex varietate syllabaꝝ quæsiuit ornatū. Nam patronymica aut in des, aut in ius exeūt, qbus & vti possumus. Quæ. n. in on terminantur, ad nos trāsire nō possunt. ¶ Senior cū Castore Thybris) Possumus & solū Tybrim senē accipere: possumus & Castorē si legam⁹, Et senior cum Castor. Nam Amphibologia est. ¶ Prima acies) Hoc est magni viri: & est diffinitio eoꝝ q in prima acie fuerūt. vnde laudis magis est quod dicit, Prima acies. Ordinis. n. esse non pōt, quia res in muro agitur. ¶ Germani Sarpedonis.) Aut inter se germani filij Sarpedonis aut Sarpedonis fratres. ¶ Alta.) Nobili. ¶ Lyrnesius.) Id est Phryx. Lyrnesos. n. ciuitas est Phrygię, vnde fuit Briseis. ¶ Menestheo.) Non Mnestheo. Nam Mnestheo de quo paulo post dicturus est, legēdum nō est, ne versus nō stet, sed Menestheo: ita tñ vt meminerim⁹ in vltima syllaba esse Synæresim propter rectam scansionem. ¶ Hi iaculis.) Rutuli. s. ¶ Illi certant.) Troiani. ¶ Veneris iustissima cura.) Quia illi debebatur imperiū. ¶ Caput detectus.) Sine galea: quasi nō pugnaturus, nā audierat, Cętera parce puer bello. Erat autē inter duces quasi dux. ¶ Honestū.) Pulchrū. Terēti⁹, Ita me dij bene amēt honest⁹ est. ¶ Micat.) Scilicet Ascanius: fulget qualiter gēma. ¶ Aut collo, aut capiti.) Figurate, nā colli vł capitis erat commune. ¶ Orycia Terebintho.) Oricos ciuitas est Epiri, iuxta quā nascit Terebinth⁹ nigrū lignū habens, folia in buxi speciem. Retulit aūt cōparationē ad candidū vultū, qui erat crinib⁹ cinctus. ¶ Magnanimę.) Gētes. s. ¶ Ismare.) Modo nomē est propriū, nā Ismarius appellatiuū facit a monte Ismaro Thraciæ. ¶ Vulnera dirigere.) Aut vulnus pro sagitta posuit. Vt, insequitur infesto Vulnere Pyrrhus: aut acerrime expressit ineuitabiles sagittas, dicēs eum vulnera, nō tela dirigere. ¶ Męonia.) Lydia, quæ ante Męonia vocabatur. ¶ Pactolusqꝫ irrigat auro.) Pactolus & Hermus Lydiæ flumina sunt, aurum sicut Tagus trahentia. ¶ Et Capys: hinc nomen Campanę ducitur vrbi.) Iste quidem dicit a Capy dictam esse Campaniam. Sed Liuius vult a locis campestribus dictā, inquibus sita est. Sed cōstat eā a Tuscis conditā viso falconis augurio, qui Tusca ligua Capys dř. Vnde est nominata Campania. Tuscos aūt oēm pene Italiam subiugasse manifestū est. ¶ Contulerant.) Nocte interueniente peregerunt & est explanatio reꝝ, quas Æneas gessit postquam est profectus ab Euādro ad petenda auxilia dū inter suos & Turnū bella gerebantur, rem enim ante omissam breuiter exequitur. ¶ Quidue petat.) Scilicet auxilium. ¶ Quidve ipse ferat.) Vicissitudinem auxilij. vt supra, Accipe, daqꝫ fidem. ¶ Mezentius arma.) Quæ sibi conciliet. Inijcit latenter timorem, ne forte possit collectis auxilijs in regna remeare, a quibus fuerat ante depulsus. ¶ Violentaqꝫ pectora Turni.) Superbia: vt, Quos illi bello profugos egere superbo. ¶ Humanis q̄ sit fiducia reb⁹.) Latēter hoc dicit, Nolite putare fixā esse & stabilē felicitatē. magna est enim reꝝ varietas, inuicē accipietis auxilia. ¶ Admonet, imiscetqꝫ preces.) Partim rogat, parti admonet: hoc solatiū eē vitę humanę tutissimū, si vel mutua den̄ auxilia, vel in ꝓsperis positi et subiecta ꝯsyderēt: & est superioris versus expssio. Nam edocet qđ peteret, & quid eū sollicitabat. Admonet vero vel causa Mezētij, vel qa instabilis est & vaga fortuna. ¶ Tarchon.) Hoc nomen vbiqꝫ Grece ponit excepto vno in loco: vt, Haud ꝓcul hic Tarcho: & Tyrrheni qđ metri cā fecit. ¶ Libera fatis.) Exēpta fatali necessitate qua pugnare nō poterāt ꝑꝑ illud, Externos optate duces. ¶ Prima tenet.) More viri fortis in principijs est. Alibi Princeps ante omnes dēsum Palinur⁹ agebat Agmē. ¶ Rostro Phrygios subuecta leones.) Vult pro iugo rostrū nauis fuisse, Leones āt singulos, i singulis nauis partib⁹ fuisse depictos. Sane notā Creticis Virgilius hoc loco quēadmodū sic cito dixit potuisse naues Ænee fieri. qđ excusat picturā quā solum mutatam debemus accipere. ¶ Gratissima.) Propter illic facta nauigia. ¶ Euentus belli varios.) Licet haberet fortissimū militē, cogitabat tñ icerta belloꝝ. ¶ Noctis iter.) Aut ꝑ quæ nox decurrit: aut q intuentes nautę iter peragūt noctib⁹. ¶ Iā.) Modo. Vt Iamqꝫ hos cursu, iā præterit illos.

Nequicquam: & rara muros cinxere corona.
Asius Imbrasides, Icetaoniusqꝫ Tymœtes,
Assaraciqꝫ duo, & senior cum Castore Thybris
Prima acies. hos germani Sarpedonis ambo,
Et Clarus Ethemon Lycia comitantur ab alta.
Fert ingens toto connixus corpore saxum
Haud partem exiguam montis Lyrnesius Acmon,
Nec Clytio genitore minor, nec fratre Mnestheo,
Hi iaculis, illi certant defendere saxis:
Moliriqꝫ ignem; neruosqꝫ aptare sagittas.
Ipse inter medios Veneris iustissima cura,
Dardanius caput ecce puer detectus honestum:
Qualis gemma micat: fuluum quæ diuidit aurum,
Aut collo decus, aut capiti. vel quale per artem
Inclusum buxo, aut oricia terebintho
Lucet ebur: fusos ceruix cui lactea crines
Accipit: & molli subnectit circulus auro.
Te quoqꝫ magnanime viderunt Ismare gentes,
Vulnera dirigere: & calamos armare veneno
Mæonia generose domo: vbi pinguia culta,
Exercentqꝫ viri: Pactolusqꝫ irrigat auro
Affuit & Mnestheus: quem pulsi pristina Turni
Aggere murorum sublimem gloria tollit:
Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur vrbi.
Ille inter sese duri certamina belli
Contulerant: media Aeneas freta nocte secabat.
Nanqꝫ vt ab Euandro castris ingressus hetruscis:
Regem adit: & regi memorat nomenqꝫ, genusqꝫ
Quidve petat; quidve ipse ferat: Mezentius arma:
Quæ sibi conciliet: violentaqꝫ pectora Turni
Edocet: humanis quæ sit fiducia rebus
Admonet: immiscetqꝫ preces: haud fit mora Tarchō
Iungit opes: fœdusqꝫ ferit. tum libera fatis
Classem conscendit iussis gens Lydia diuum
Externo commissa duci. Aeneia puppis
Prima tenet, rostro Phrygios subuecta leones:
Imminet Ida super profugis gratissima Teucris,
Hic magnus sedet Aeneas: secumqꝫ volutat
Euentus belli varios: Pallasqꝫ sinistro
Affixus lateri, iam quęrit sydera, opacæ
Noctis iter, iam quę passus, terraqꝫ, mariqꝫ.

DONATVS.

¶Interea Rutuli.) Reditus est iste narrationis: qua post finē noni libri, ꝯsilij describēdi causa dimiserat. Denique hęc subtrahan̄, quę Venus Iuno, ac Iuppiter elocuti sūt, ꝯtinuabantur omnia, quę de castrorū expugnatione dicebantur. Dixit igitur, quę Rutuli molirentur laborantes. s. propter inferēdū castris per flammas excidium, & procurandam hominum necē. cū enim inter deos prędicta gererentur, bellantiū studia nō quieuerant: sed erat acrius ex parte Rutulorum quod ijs fortuna promptior apparebat. Dicit iam quod contra in Troianorū pestes perisse viderentur. At legio Æneadum val. obses. tene. Quātum valet fossa, vt interiores muniat, tantum si capian̄ obsidio, inuenietur esse contraria: vt enim in interiora neminem finit, ita occupata armis hostilibus quēqꝫ exire non patitur. qđ dicitur, Troianis profuit ad defensionē. hoc est obesse cœperat volentibus euadere. ¶ Miseri stant tur. al.) Stabant, inqt, in altis turribus: defendebātur earum altitudine: sed frustra stabāt enim vtpote, q essent pauci, & qui aduersus plurimos vltra aliqd audere non possent: Ecce ineuitabilia duo. nec cōsisti. n. sine ꝑnicie potuit, iminentibus ex omni parte immoderatis incendijs, & adēpta spe fugę: q periclitātibus solet eē ꝑsidio. cū teneban̄ obsessi. proinde sola istis desperatio reliqua fuit. & rara muros cinxere corona. Tm̄ illos diuersi casus assumpserāt, vt rari videren̄ in muris, Ecce exprimit, qđ sit rari. dicēdo. n. singulos, & nomina specialiter enumerādo, raritatem ipsam euidenter expressit. ¶ Iasius imbrasides &c.) Qualis hęc acies fuit, prima in fronte cōstituta, quā fecerāt hoies qnqꝫ.

¶ Hos

Universidad de Deusto Biblioteca

Hos germani sar.am.) Comitabanť hos isti, sed posteriores intelligi sunt: quâti tñ etiá isti fuerint, videamus. Dubiû est.n. vtrû separatim sine nominibus positi videátur germani Sarpedonis, & extra fuerit, Clarus & Hemon. an ipsi sint Sarpedonis fratres aut enim quatuor fuerunt, aut duo, aut omnes septem fuerunt. aut qnq; soli, & hi duo in secûda. Fert ingens toto pnixus cor.) Quam cito dixit, cuius esset filius, & frater? Ferebat, inqt, totis viribus nô iam saxum, sed partem non exiguam montis, habês originalé virtutis substantiá, nec patre inferior aut fratre. Hi iaculis, illi certant defendere saxis.) Nô euidenter dixit, qui sunt hi, q sunt illi: sed ex genere telorum intelligi possunt. Illi enim pugnabant saxis, qui fuerunt in edito: illi vero iaculis qui pstituti videbátur in plano. Moliriq; igne m, ner.q; ap.sag.) Troiani vno telorum genere nitebantur: Rutuli vero plurimis. habuerût qppe substantiam iaculorum ignis & sagittarû: & fuit multitudo, quę officia diuersa compleret. Ipse inter medios.) In illa necessitate rerum Ascanius quoq; certátibus fuit admistus, pueriles annos animi virtute preueniens. nudû habens caput, hoc est sine galea, vtpote non pugnaturus, quoniam prohibitus fuit responso, qd dictum est. cętera, parce puer bello. Inducitur côparatio vt ostendatur, quomodo fulgebat idê Ascani⁹. Qualis gemma micat.) Quemadmodum, inquit, medio ex auro micat gemma, aut ornatur caput, aut collum. vel quemadmodum ebur lucet buxo, aut Terebintho inclusum. in Ascanij laudem tanguntur etiá illi, quibus fuit admistus. Ascani⁹ quippe côparatur gemmę & ebori, circunstantes autê Troiani auro & buxo & Terebintho. redit ad laudem Ascanij. Fusos ceruix cui lact.cri. Acci.) Fusos habuit in ceruicem crines, circulo tamen aureo tenebantur. molle aurû ad speciem futuram retulit, non ad ipsam materiá: vt productû magis q̃ solidum fuisse videatur: ne oneri magis esset puero, q̃ decori. Te quoq; magnanimæ vi.isma. gen.) Hoc est armare veneno, vt duobus casibus inferat mortê ferro, qď penetret hois corpus, & si letalem plagam inferre nequiuerit, vitam percussi veneno consumat. Laudauit & regionem, vnde esset ortus: vt ad eius laudem êt originalis terræ prædicatio conueniret. Affuit & Mnestheus.) Mnestheum laudauit ex facto virtutis: capym vero a merito ciuitatis. Illi inter sese duri.) Illis inter se certátibus Aeneas in ocio non fuit. agebat quippe nauigationem hoc êt tempore noctis intentus. hunc locum cum pronunciamus, sic debemus distinguere, vt æquora assignemus media, non noctê. hoc modo media Aeneas freta, & faciamus morá, & sic dicamus nocte secabat, vt ostendatur regis pperantis instantia & labor, q nec noctem metuebat, nec medium maris. Nanq;, vt ab Euandro.) Longus contextus est eorum, quæ Aeneas cû tarchone dicebatur egisse. sed idem, si per partes exponatur, poterit facilius aduerti. Tria enim dixit, memorat, edocet, admonet. Interea, qď primo posuit, vsq; ad finem pertinet. sed ipsa tria interim côsideremus: memorat nomenq; genusq;. memorat quid petat, memorat quidue ipse ferat, edocet Turni violenta pectora. Edocet quæ sibi arma conciliet: admonet, quæ sit humanis reb⁹ fiducia, miscebat & pces. Diximus quæ singulis aptentur: quæ vero ars in petitione sit seruata, videamus. Intimauit regi primo psonam suá. hoc est indicauit, quis esset, & quantus. Oportuit.n. tarchonem nosse, cû quo vel cû quali iuncturus esset amicitiá, indicauit & genus, ne ignobilem putâs se spernendû, potiusq; suscipiendû duceret. In editione aût generis non dubitamus eum asseruisse, q; Ioue auo esset & venere matre progenitus. dehinc subiecit, qd peteret, vel quid ipse ferret. Facilius.n. postulata impetrat, qui se ostendit oblata vicissitudine profuturum. Hic intelligendum & petitum a tarchone auxilium & inuicem ab Aenea promissum. Petebatur.n. tarchon, & contra Turnum & Mezentium speciales inimicos suos auxilia prærogaret. quo in facto considerare debuit, sibi se potius daturum q̃ alteri: & arripiendum tps, vt Troianis laborantibus & defenderent Tyrrhenum, & securi in posterum redderentur. Mezentius arma, quæ sibi conciliet. Ostendebat quantum sibi armatorum populorum Mezentius iungeret: vt hoc facto aduerteret êt se posse opprimi violentia plurimorû, si Rutulis contra Troianos obtinere contingeret. violétaq; pectora Turni edocet. Consideraret quoq; Turni personam violentam, hoc est quæ nihil cogitaret nihilq; respiceret, nisi quod esset quietis rebus & placidis inimicû: qď ipsum apertis firmare rationibus potuit: nam qui Tyrrhenorum hostem Mezentium susceperat fugientê inimicitias, êt suam fuerat ex aperto confessus. humanis quæ sit fiducia rebus admonet. Post terrores iniectos quibus rex non immerito commoueri debuerat, humanas quoq; necessitates nô sine rône, pposuit. ne diceret tarchon, sufficit mihi si Mezêtius vel Turnus emerserit, q̃ sint ipsa humana, dicendum est. Adiuuare laborantem ex fortiore substantia, atque aduersa alterius & icerta releuare. gloriosum est, si potior ei manum porrigat quê necessitas premit. hac fiducia homines viuere vt accidentia mala opibus & auxilijs subleuentur. Immiscetq; preces. Post omnem petendi artem preces quoq; subnexuit, vt supplicatio mereretur, quę supiora fortassis impetrare non possent. haud sit mora, tarchon iungit opes, fœdusq; ferit. Ecce quátû potuit necessitas inter eos. Mox factum est, quod tenebat vtrunq; desiderium. iunctæ sunt opes, firmatû est fœdus. iúgere opes, est opes opibus nectere: qm̃ tarchon & dabat auxilium & sumebat: Tum libera fatis. &c.) Perfecto fœdere libera nexibus responsi gens Lydia classem conscendit externo commissa duci, per diuina præcepta. In octauo libro meminerat se poeta dixisse. Retinet longæuus aruspex Fata canens, & plura quæ sequûtur. Ecce felicitas Aeneæ non suo duci sed externo commisit sunt, nec sua sed deorum voluntate, qui tñ ex peregrinis partibus virum venturum esse prædixerant. Aeneia pupis Firmate.) Primo loco, inquit, nauis mouebatur, in qua Aeneas fuit habens in rostro leones iunctos. quod erat signum tutelæ matris deum, ida quoq; in superiore loco fuit expressa, propter originem materiæ, ex qua fuerat facta: & ad Troianorum solatium, vt patrium montem secum habere viderentur positi in regionibus alienis. Hic magnus se.æn.) Hic, hoc est in naui, quæ idam habuit & leones. magnum hoc loco Aeneam dixit magni consilij magnarumq; cogitationum. Secûq; volutat.) Ecce dixit cám, vt ostenderet cur dictus sit Aeneas magnus. Primo quia sedebat eo tpe, quo securus de auxilijs esse debuit, & quo oês homines quieti fuerant, ipsum quoq; dormire aut reficiendi corporis causa pro vigilijs.s. susceptis debuisse, sed voluebat ingêtes pectore curas. Dixit alteram tractatus partem, q; êt sumptis auxilijs bellorum cogitabat incerta. ergo, quod ait magnus, ad aium eius retulit. Quem.n. non curis oibus soluerent auxiliorum impetrata subsidia: & tamen cum ipsis sine cura non fuerat iudicans in euentu magis quam in multitudine hoium constitutam esse victoriam: vtpote quæ penderet ex casibus: sperare debere prosperum, & timere contrarium. his cum aio iactaretur Aeneas. Pallas Sinistro affixus la) Quia conuenientia singulis dedit. Aeneá quippe induxit sedentem, ac per hoc êt noctis tpe negociosum, pericula sua secum & futuri tpis incerta tractantem. pallantem verborum gnarum tacito quærentem, quæ vacuis omni cura conuenirent ductum ætatis ratione, & cupiditate noscendi sydera, in quas terrarum ducerent partes. videbat.n. ipsis ducibus ire nauigia, & in ipsis quasdam vias & itinera demonstrari, quærentê quoq; audire, quasi a vacuo, quæ in terra, quæ in fluctibus aduersa pertulisset Affixus, inquit, sinistro lateri. Affixû debemus accipere aut rône amoris, aut cupiditate inquirendi, atq; noscendi, sinistri lateris locus icirco positus nascit, quasi duo fuerint. Opportunum nô fuit sedere ad dexteram potioris, si illic fuit êt achates, de tribus potior iudicari côuenerat, qûo sedere debuisset. Medius enim Aeneas fuerat constituendus, vtpote qui esset duobus potior, secundi meriti dextro lateri apparendus pallas: quoniam filius regis fuit, & eius tantum beneficium videbatur extitisse, tertius sinistro lateri deputandus, qui erat duobus inferior: quærentem induxit pallantem superflua, quæ ipsi illo tempore ab ipsa persona, si maturi hominis affuisset intentio, nô deburrant quæri. deniq; noluit comprehendere Aeneæ responsum, vt ostenderet eum magis necessarijs cogitationibus non puerilibus quæsitis fuisse districtum.

ASCENSIVS.

Interea Rutuli.) Redit ad historiá demissam i fine noni docetq; qd Rutuli, postridie q̃ Turnus sic elapsus erat p flumê egerût. & qd contra Troiani addens Aeneæ aduentû cû Etruscorû auxilijs. Occasionê quoq; nactus in grám Iuliæ domus describit decus & ornamentû Iulia pugna vt monitus erat cessantis, vnde dicit Donatus sic. Interea: redit ad narrationê quam posuit in fine noni libri. Stabant vtpote qui pauci aduersus plurimos nô auderent. Caput detectus: non pugnaturus: qa phibuerat deus. Mnestheus ad & capys alterû laudat a facto alterum a merito ciuitatis. Nocte ad laudê Aeneæ. Et re.me. tria dixit memorat, edocet, admonet. Memorat ergo nomê & genus & qd petat: & qd ferat edocet. Turni violéta pectora: quæ arma côciliát. Admonet q̃ sit humanis reb⁹ fiducia. Nomê vt cognoscat. Genus: ne ab ignobili putet se rogari. Hæc ille. Ordo ê Rutuli instát interea.s. dû sic supi consultant oibus portis, circû.i. circa seu p circuitû: sternere.i. vt sternât cæde.i. occisione viros.s. Troianos viriliter restátes & cingere Mœnia.

nia.s. nouæ Troię seu castrorû: flámis.i. facibus ardêtibus. Ast.i. sed legio id est manus Æneadû tenetur obsessa id est obsideť vallis, scilicet Rutuloꝝ, nec vlla spes fugæ id est fugiendi: est, sup. ipsis, ipsi miseri stant, supple in altis turribus nequicquá, id est frustra, quia côgredi nô audêt: & cinxere muros corona id est multitudine in coronę formá státe: rara id est minime densa.s. Iasius Imbrasides id est imbrasi filius & Timetes Icetaonius id est icetaonis filius: & duo assaraci, scilicet maior & minor & Tybris senior: cum Castore: stabant, supple prima id est præcipua acies. Ambo germani id est fratres Sarpedonis, id est illi⁹ viri Troiani scilicet & id est simul Clarus scilicet nomine & Hęmon (Corripitur autem clarus in priore quia proprium est vt sit differêtia ab appellatiuo: vt Amycus & amicus: contra Rusticus corripitur vt rusticus) comitâtur hos.s. iam prędictos: ab Lycia.s. patria sua alta id est sublimi. Agmon Lyrnesius id est ab Lyrneso oppido Phrygiæ oriundus: connixus, id est connitens toto corpore fert ingens saxû appositorie: haud exiguam id est non paruá nec exilem sed magná partê môtis existês, nec minor genitore suo Clytio scilicet nomine nec Mnestheo fratre. Hi id est quidá ex Troianis, certant defendere iaculis.i. alij saxis, aut forte hi.s. Rutuli certant iaculis: quæ foris immittebant: & illi.s. Itali certant defendere scilicet se saxis, & moliri id est cû mole & conamine eijcere ignê scilicet e phalaricis: & aptare sagittas: neruo id est arcui neruis obducto. Ecce ipse puer Dardanius, scilicet Ascani⁹ iustissima cura veneris: quia sciuit illi regnû deberi. micat inter medios.s. Troianos detectus caput honestû, id est habens caput honestû.i. pulchrû & præ se ferens honestatem: detectû: qa prohibitus erat ab Apolline dicente. Cętera parce puer. micat inquá existês talis qualis gemma quæ diuidit aurû fuluû, id est quę est in medio annuli aurei: aut aliter auro circûdata existês decus, id est ornamêtû aut collo.s. in monili: aut capiti, id est i corona vel quale, id est qualiter ebur lucet inclusum p artê, i. artificiose: aut buxo aut Terebintho arbore.s. nigra oricia, id est in orico ciuitate epiri, hoc est circû eá plurima nascêti, cui.s. Ascanio, id est ad cuius decorê ceruix lactea, id est coloris lactei: accipit crines fusos, id est diffusos hoc est Cęsariem: & circulus, i. torques si ad collû respicis aut poti⁹ redimiculû capitis subnectat.s. capillos: o Ismare gêtes magnanimę.s. inter quas versabaris (& quia similis simili applaudit ipse quoq; p hoc magnanimus reputať) viderût quoq;, id est êt te dirigere vulnera, id est tela quibus directis vulnerasti multos: & armare calamos, i. arûdines hoc est sagittas leues veneno vt.s. vel leui ictu interimât. o Ismare inquá, generose, id est alti & magni generis: domo, id est de domo Męonia, id est Lydia vbi & viri exercêt, idest voluût arua pinguia.i. opima ferocia: & pactolus s. fluuij⁹ irrigat auro, i. fluctib⁹ auriferis, Mnestheus.s. ductor ille fortis affuit & id est êt cû alijs quę pristina.i. þ die illius diei parta gloria. Turni pulsi.i. de Turno pulso: aggere muroꝝ: tollit.i. extollit sublimê, id est elatû & magnanimû: & Capys Troian⁹.s. ille aderat. hinc pro vnde.i. a quo nomê vrbis campanę dicitur.s. in Italia capua nomine illi.s. Rutuli & Itali ptulerát, id est cômiscuerant inter se certamîa duri belli. &, sup. Æneas secabat media nocte, id est êt media nocte: freta, id est maria. Nâq;, &c. Redit ad narrationem de gestis Æneę postq̃ ab Euandro discesserat quę prætermisit i fine octaui. Nâq; pro qa vt, id est est postq̃ ipse Æneas ingressus, supple est ab Euád. castris Etruscis, id est i castra Etrusca aut Etruscorum ipse adit regem.s. Tarcontem & memorat, id est recenset regi.s. Tarconti, nomê.s. suum significás se nobilê: & genus significás se generosum & externum vt dux merito sit ipsis Etruscis qbus vates externum prædicabant expetendû. & memorat, ve pro vel, qd petat, id est simul qd petat: vel qd ferat, id est simul qd afferat: qa petijt & attulit auxilium qa vtrique alteri auxilio esse poterat: cû neuter sine altero sufficeret, quę, id est qualia arma. Mezentius.s. sæuissimus Etruscorum hostis & ab eis propter sæuam Tyrannidem expulsus conciliet, id est côparet & asciscat sibi, quasi dicat potentissima Latini & Turni regû auxilia: & edocet violêta pectora Turni & admonet quę fiducia sit reb⁹ humanis: hoc est fragilem esse humanam conditionem cum etiam iusti ab ipsis opprimi soleant, nisi viriliter resistant immiscet preces, id est simul precatur vt in commune.s. consultant, Mora haud, id est nô fit, id est nulla fit mora: &, supple aut dum Tarcon .s. nunc Etruscorum rex, iungit opes, id est facultates & copias suas & ferit, id est percutit fœdus id est pactû societatis & amicitiæ percusso fœde porco: tum: id est deinde: gens Lydia, id est ex Lydia, oriunda libera fatis, id est exempta fatali necessitate côscêdit classem iussis diuum, id est vt dñ iusserant: habito.s. externo duce vnde addit commissa.s. duci externo.s. Ænee vnde puppi Æneia, id est in qua Æneas vehebatur tenet prima, id est primas partes in nauigâdo subiunctos in rostro: leones phrygios, scilicet qui erant insignia phrygum & potissimum Hectoris. Ida scilicet sylua gratissima Teucris profugis, id est, cum primû profugerent, quia illuc conuenerant: imminet, id est sic depicta est vt imminere videantur: super, id est desuper Æneas magnus, scilicet preter cæteros sedet hic, id est in hac puppi & volutat secum varios euentus belli: & Pallas scilicet filius Euandri affixus lateri quærit iam sydera, id est nomina & naturam syderû noctis opacæ, id est quæ apparebant in nocte opaca: & querit iam, id est aliquando: quæ.s. mala & aduersa Æneas.s. sit passus & terra & mari, quę inquit Donatus quæstiones minime necessariæ erant sed puero conueniebant: cum Æneas maiora secum volutaret.

PIERIVS.

Iasius imbrasides. Romanus codex, asius legit. Nam, Iasius, Quadrisyllabi forma est, Vt Iasion, Vt apud Ouidium, Iasonia ceres quod imperite quidam legunt, Iasona flaua ceres. In aliquot vero alijs antiquis omnino codicibus Iasius legitur. Sane quidem Homerius Asium inter Troianos, pceres recenset, sed apud eum hyrtaci non imbrasi ille filius appellatur. Et senior cum castore Tybris.) In Roma, cod. thymbris, legitur, quod ne forte ridiculum videatur, sciendum est dictioné, quæ Tybris est apud Latinos θύμβριν apud Græcos dici vt apud hesichium & stephanum. theocritus καλὸν κατὰ θύμβριος ὕδωρ qua syracusanos fluuium hunc nostrum appellasse indicat Seruius in tertio Æneidos, sed ibi, vt plerunq; alibi corruptus, sed ne de nomine tantû proprio, Thymbrin, dici debere putet, p Romano fluuio thymbrim, quoq; scriptum in antiquissimo codi. Virgiliano ostendit mihi Angelus colotius. Et clarus & hemon Lycia comitatur ab alta.) Bona codicum pars ex ijs præsertim qui vulgati sunt, vnû tantum proprium nomen ponere videnť vt sarpedonis fratres innominati sint, & his comes & hæmon accedat, clarusque sit epitheton. Romanus vero codi. vna cum veteribus plerisq; alijs legunt. & clarus, &, hæmon lycia comitantur ab alta vt nomina hæc fratrum sarpedonis fuisse noris, clarum quippe, hemonemque, clarus enim pro nomine proprio siue hominis, siue insulæ primam corripit. atq;, &, siue q monosyllabum est in principio pedis, siue q cęsura tritimeris, siue quod seqtur adspiratio, produci potest, In aliquot etiá exemplaribus antiquis legere est Ida comitantur ab alta, non Lycia, nempe quod epitheton môti potius q̃ prouinciæ congruat, sed enim Seruius alta pro nobili positû ait, Pluribus enim de causa Lycia nobilis. Lyrnesius acmô.) Antiqua exemplaria, acmon, per, c, scribunt. sunt vero omnino adeo cognatæ literæ, c, & g, vt vix pronûciatione distingui intelligantur, est & illud n qbusdá codicibus antiqs, quod sępe, c, pro, g, ponitur, quia posteriora tempora figuram, g, literę si Græce scriberent, ad similitudinê, c, literę latine declinarunt, Quare nô mirę si etiam lyrnecius, pro lyrnesius, scriptum inueniatur. Nec fratre menestheo,) Seruius omnino Dactylum vult in quinta sede, mnestheoq;, interiecta vocali, e, inter, m, & n, omnino legendû contendit, neq; desunt vetusti codices qui eodem scribant modo, antiquiora tamen exemplaria versum spondaicû faciunt, dû, mnestheo, legunt, vltimę enim duę syllabę in vná coeunt, κατὰ συνίζησιν. Aut oricia terebyntho.) Multi Oricia, per. c, scribêdû curarunt. vulgatiora exemplaria per, θ, orithia, verum oricus p ὠρικὸν, ciuitas est ionio sinu, & oricę paludis in epiro, sua in Europa mentionem facit hecatæus, & ab vtroq; nomine oricius deducis, Quę dicta volui, quia sunt qui orithon per, θ. & ita orithia scribendum libris iam editis autumant Sed & Terebinthû per, y, in pene vltima malescribunt, quę i ὦτα est apud Grecos. In quo omnia corrigenda sunt exemplaria Latina. Præteriui vero de industria, quod in quibusdam veteribus cod. coricia legitur, cum oricia in longe pluribus legatur. Et molli subnectit circulus auro.) In cod. nonnullis admodum vetustis subnectens legitur. Pactolusq; irri gat auro. In Rom. cod. non sine dulci aurium pruritu Pactolos. legitur. In aliquot alijs, Pactolus & irrigat. Sed pactolusq; vel pactol osq; irrigat, plurimum codicum consensu cô probatur. Aggere murorum.) Mœrorum, hoc loco scriptû est in Roma. codi. In alijs murorum. Tum libera fatis.) In Roma. codi. & Oblongo fati, singulari numero Genitiuo casu legitur, quod minime contemnendum est. Rostro phrygios subuecta leones.) In Mediceo, in Porcio, & alijs plerisque codic. antiquioribus scriptum obseruaui. Subiuncta, quod longe venustius est. Prætereo autem lectionem eam quæ subiecta legit, quod non ita placet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SERVIVS.

¶Pãdite nũc Helicona deę.) Parnassus mons est Thessalię iuxta Bœotiã, qui in duo finditur iuga, Citheronem Liberi,& Heliconem Apollinis & musarum. ſMassicus ærata princeps fecat æquora tigri.) Licet sit catalogus, id est inscriptio, in quo enumerãtur hi qui venerãt de Thuscia,inuenit tamen aliquã varietatẽ quod hos cum nauibus venisse commemorat,cum in septimo Turni præsidia per terram venisse commemorauerit.Sane sciendum amare Virgilium Italis ducib⁹ dare nomina vel fluuiorum vel montium. Vt ergo supra Almonẽ, & Auentinum commemorauit:sic nunc Massicum dicit. Nam Massicus mons est, vnde & vinum Massicum dicit. Plerique tamen nolunt Massicum esse proprium nomen, sed appellatiuum,dicẽtes Osinium esse Massicum regem. Nam paulo post dicturus est,

Qua

Pandite nunc Helicona deæ:cantusq; mouete,
Quæ manus interea Thuscis comitetur ab oris
Aenean,armetq; rates:pelagoq; vehatur.
Massicus ęrata princeps secat ęquora tigri.
Sub quo mille manus iuuenum:qui mœnia Clausi,
Quiq; vrbem liquere Cosas:quis tela sagittę,
Corytiq; leues humeris,& letifer arcus.
Vna toruus Abas.huic totum insignibus armis
Agmen,& aurato fulgebat Apolline puppis.
Sexcentos illi dederat Populonia mater
Expertos belli iuuenes:ast Ilua trecentos
Insula,inexhaustis Calybum generosa metallis.
Tertius ille hominum,diuumq; interpres Asylas,
Cui pecudum fibrę,cœli cui sydera parent,
Et linguę volucrumq;,& pręsagi fulminis ignes:
Mile rapit densos acie,atq; horrentibus hastis.
Hos parere iubent Alpheę ab origine Pisę,
Vrbs Etrusca solo,sequitur pulcherrimus Astur,
Astur equo fidens,& versicoloribus armis.
Tercentum adiciunt,mens omnibus vna sequendi:
Qui Cęrete domo,qui sunt Minonis in aruis,
Et Pyrgi veteres intempestęq; Grauiscę.

Qua rex Clusinis aduecti⁹ Osi
nius oris.& nunc dicit, Qui
mœnia Clusi. Multi aliũ Massi
cum, alium Osinium esse vo
lunt. ſTigri ærata.) Cuius
rostrum erat in similitudine
tigridis. nanque solent nau
ues vocabula accipere a pic
tura tutelarũ.hinc est,Hunc
vehit immanis Triton. Item,
Et aurato fulgebat Apolline
puppis. Tigri autem secun
dum regulam dixit.nam Gręca nomina quæ genitiuum
singularem in dis mittunt,in
eo tantum & in datiuo cres
cunt:in accusatiuo & in abla
tiuo paria sunt nominatiuo,
vt Tygris, tigridis, trigridi,
tigrim,tigris,tigri, ifis,ifidis,
ifidi,ifim,ifis,ifi.Si aliter inue
nerimus,abusiue dictum est.
Vt in Lucano, Ocyor & cœli
flammis, & tigride fœta.
ſMœnia Clusi.) Pro Clu
sij: nam Clusium dicitur. &
dictum per Synæresim: sicut
Nec cura peculi, pro peculij.
Clusium autem oppidum est

iuxta Massicum. ſCosas.) Ciuitas Thusciæ, quæ in numero dicitur singulari secundum sallustium. Vnde apparet esse vsurpationem.ſCoritiq;.)Coriti proprie sunt arcuum thecæ:dicuntur tamen etiam sagittarum,quas & pharetras vocamus. ſTorsu⁹.) Terribilis.ſFulgebat.)Scilicet puppis aurato Apolline. ſArmis.)Exercitu.ſPopulonia.) Ciuitas Thusciæ. Matrem autẽ eorum qui venerãt dixit alibi, Insignem quem mater Aritia misit. ſExpertos.)Peritos, nã expertes sunt ignari.ſIlua.) Insula adiacens Thusciæ. ſInexhaustis Chalybum generosa metallis.)Quãto exhausta fuerit,tanto generosior.Ergo i exhaustis, nõ est vna pars orationis. Nanq; Plinius secũdus dicit cum in alijs regionibus effossis metallis terræ sunt vacuæ, apud Iluam hoc esse mirũ quod sublata renascuntur, & rursum de hisdem locis effodiunt. Varro & aliud dicit,nasci quidem illic ferrũ, sed in structurã non posse cogi nisi transuectum in Populoniam Thusciæ ciuitatem. ſInterpres hominum,diuumq;.) Interpres medium est. nam & deorum interpretator & hominũ, quibus diuinas indicat mẽtes interpres vocatur.Et notandũ quod ait Nigidius Figulus, has artes ita inter sese esse coniunctas vt alterum sine altero esse nõ possit.Vnde his quos perfectos vult probare Virgilius,omniũ diuinandi artium præstat scientiam, vt hoc loco. Item supra Heleno de quo ait,Troiugena interpres diuum,qui nuia Phœbi, Qui tripodas Clarij lauros,qui sydera sentis. Nigidi⁹ autem sol⁹ est post Varronem, licet Varro præcellat in theologia, hic communibus literis:nam vterque vtrunque scripserũt.ſFibræ.) Iecoris extremitates.ſParent)autẽ peritissime agnoscuntur: quod ad omnia referendum est ad fibras,sydera,voces auium,& fulmina. nam si videntur,tantum accipias,cuiuis possunt videri: nec tamẽ intelligi.Item voces auium nõ videntur,sed agnoscuntur auditæ. Nec parent,obtemperant,procedit.nam quomodo sydera, vel fibræ, vel aues, vel fulgura possunt obtẽperare?ſRapit.) Rapti ducit. ſDensos acie.)In acie cõstrictos & cõiunctos. ſAlpheæ ab origine Pisæ.)Alpheus fluuius est inter Pisas & Elidem ciuitates Arcadiæ,vbi est templum iouis Olympici: ex quibus locis venerunt qui Pisas in Italia cõdiderãt,dictas a ciuitate pristina. Vnde addidit. ſVrbs Etrusca solo.) cum præmisisset Alpheæ ab origine Pisæ. ſEquo fidens.) Eques optimus.ſVersicoloribus armis.) Depictis, per quod bellicosus ostenditur. ſTercentũ adiciunt.) Accedunt,& consentiunt eius voluntati, vnde ait. ſMens omnibus vna sequendi.) Id est coniurati sunt. ſQui Cærete domo.) Ac si diceret,qui sunt domo Carthagine.Cære autem vt & supra diximus,etiam Agillina dicitur.Nec videatur cõtrariũ quod ait Ducit Agillina nequicquã ex vrbe secutos:quasi & Turno & Æneæ præstet auxilium.nam illi Lausum fugientem secuti sunt: hi vero communi odio in Mezentium arma commouerunt. ſMinionis.)Fluuius est Minio. ſEt Pyrgi veteres.) Hoc castellum nobilissimum fuit eo tempore, quo Thusci piraticam exercuerunt.nam illic metropolis fuit. ſIntempestæq; Grauiscæ.) Grauiscarum oppidum,alij intempestum dicunt vẽtis & tempestatibus carens: quod nulla potest ratione contingere. ſIntempestas ergo,grauiscas accipiamus pestilentes, & secũdum Plinium in naturali historia & Catonem in originibus,vt intempestas in telligas sine temperie, id est trãquillitate.nã vt ait Cato,ideo Grauiscæ dictæ sunt,quod grauem aerem sustinent.

DONATVS.

¶Pandite nunc he. deæ.) Inuocatio ista tenet summam rerum & speciem propositionis:nec aliud lector sperare deberet, q̃s isti cõtinent versus.Dicturus est enim,quę manus,hoc est qui populi vel quanti cũ Ænea ex Thusciæ littoribus nauigauerint. ſMassicus ærata prin.) Et quo nomine vocaref dixit,qui ductor fuerat nauis,& eadem quæ diceretur,& qualis esset,expressit. ſSub quo mille manus iuuenum.) Non mille manus, vt fiant quinquo genti homines,sed manus hoc est multitudo hominum mille. ſQui mœ.Clusi,Quiq; vr.li.cosas.)Nomina ciuitatum posuit,& genera armorum. ſVna toruus abas.)Abas nauigabat i alia auratum habens Apollinis simulachrum. Toruum accipere possumus,aut oculis distortis,aut contracto vultu. ſSexcẽtos illi de.) Compendiose locutus est.nã omnes dixit expertos belli, hoc est qui haberẽt vsum peritiamque certãdi probatissimam, quã assidua exercitatione cepissent. ſInexhaustis chaly.gene. metal.) Propter vsum armorum habuit occasionem, q̃ ex eo fuissent locupletes, in quo metalla ferraria exercebantur. ſTertius ille hominum.) Thuscum fuisse auruspicẽ dixit,a quo audierãt, externos optate duces. Ecce & hic Thuscum dicit oibus generibus instructum,vt ostendat in Thuscia hęc genera hominũ superesse, cœli cui sydera parent,& cætera supradicta ostendũt nihil ei fuisse occultum. ſMille rapit densos acie.)Pisæ nomẽ est ciuitatis, quę & ipsa auxilia dederat. ſVrbs ethrusca so.)Et ipsa,inqt,ciuitas in solo fuit ethruriæ constituta. ſSequiſ pulcherrim⁹ astur,)Versicolor est quæ dum vertitur mutat colorem. ſTercentũ adiciunt.) Non dum dixit, qui adiciunt. ſMens omnibus vna se.) Qui sunt isti,qui adijciũt,& quibus vna est mẽs se sequendi? ſQui Cęrete domo.) Dixit locorum nomina, in quibus isti commorabantur.

ASCENSIVS.

¶Pandite nunc helicona deæ.)Recitat hoc loco quos Æneas ex ethruria secũ aduexerat socios: quæ res quia nimis prisca est nõ sine numinis peragiſ inuocatione,dicit autẽ Donat⁹ sic. Pandite, hæc inuocatio tenet summã rerũ & speciẽ propositionis. Toruũ Toruus
aut oculis distortis,aut cõtracto vultu.Versicolor.Qui dũ vertiſ mutat colorem.Hæc ille,¶Ordo est.o deæ.i.o vos musæ:Pandite.i.aperite & reserate nobis nunc helicona.i. mõtem illũ vobis sacrũ:& mouete.i.excitate nobis mouẽdo præcordia cant⁹,id est carmina rerũ occultarũ.s. quę manus comitetur.interea.s.dũ supradicta fierẽt Æneã ab oris Thuscis.i.ab ethruria: & quę man⁹ armet rates,& vehatur pelago.Massic⁹ vir ille vnde mons vitifer dictus est,& princeps.s. suorum:fecat.i.fulcat:ęquora tygri.i.naui a velocitate sic dicta ærata.i.ære munita sub quo,s. massico sup.erat man⁹.i.multitudo mille iuuenum: qui liquere.i.liq̃rũt discedẽtes mœnia Clusi, id est clusij oppida iuxta massicum mõtẽ cãpaniæ Italicæ,& qui liquere Cosas vrbẽ ethrurię, qs.i. quibus tela.i.arma inuasiua quę longe iactanſ sup.erãt sagittæ,aut qbus sagittæ erãt tela,& coriti,id est arcuũ & sagittarũ thecę leues,id est portatiles erant sup. humeris.i.ab humeris depẽdẽtes:& arcus letifer,id est mortẽ afferre inimicis solitos.Abas Thusc⁹ ille,toru⁹, id est terribilis & torua frõte vna,id est simul sup.incedebat.totũ agmen erat sup.huic.i.hic habebat totũ agmẽ suũ armis insignibus.i.habẽs insignia arma aut insignitum armis:& puppis fulgebat huic Apollinis,ideſt signo Apollinis aurato.i.auro obducto. Populonia,id est ciuitas illa Thuscię mater.i. patria & alumna dederat illi sexcentos iuuenes,exptos.i. peritos belli:ast. i. sed Ilua, id est insullã illa adiacens Thusciæ dederat sup, trecentos, insula inquit existẽs generosa,id est nobilitata & clara metallis chalybũ id est durissimi ferri quale habent & indurant chalybes inexhaustis.i.nunq̃ exhaustis e fodinis suis, quin superũt semp quod exhauriaſ: Terti⁹ ille,id est clarissimus interpres hominum & diuũ id est diuorũ. s. Asylas:cui fibrę,ideſt venę iecoris pecudũ, id est ouium parent id est obedire vidẽtur eo q̃ quęcunq; dixerit eas prænotare eueniant,hoc est qui peritissimus est haruspex.cui sydera cœli parẽt.i.q peritissim⁹ est astrologus,& cui parẽt linguæ volucrũ,id est qui optimus est augur.& cui sup.parẽt ignes fulminis plagi,id est sagacis portendentis futura, id est portentorũ optimus interpres:tertius inquiſ(nam verbum nõdũ posuit) rapit mille.s.iuuenes aut viros dẽlos acie,id est agminatim incedẽtes,atq; densos hastis horrentibus,id est asperis & horrorẽ inducentibus: Pisę.s.in Italia hodie quoq; sic dictę Alpheę: ab origine, id est quę traxerũt originẽ & denominationem a Pisis iuxta Alpheum fluuiũ Arcadię: appositorie vrbs ethrusca solo. i. situ & loco iubẽt parere.s. ductori suo asilę:hos, scilicet dictos mille, Astur pulcherrimus sequitur,id est quartus est i ordine, astur inquit fidens equo,& armis versicoloribus,id est varie depictis,tercẽtũ sup.viri adiciunt se.s.asturi:vna,id est vniformis voluntas sequendi erat supple omnibus:qui sunt domo,id est familia aut patria cerete,id est ex cęretę,id est vrbe agillina,& q sunt in aruis minionis,s.illius fluuij & pyrgi id est paruũ oppidũ seu castellũ in Thuscia:veteres,id est ab antiquis temporibus ethruscorum piratica nobiles,& grauiscæ intempestę,id est pestilẽtes sup.adiciunt se aut quid simile.

PIERIVS.

¶Quiq; vrbem liquere cosas.)Vsurpationem eẽ dicit Ser. vrbẽ Cosas,cum apud Sallu. singulari numero dicaſ. Arusianus interelocutionum exempla hoc obseruat. Vrbẽ singulari numero & nomen plurale cõiunctũ.ſVna toruus Abas.)In Roma. toruos & ita plera q; alia,quæ cõsulto dissimulauimus,ne delicatis quorũdam auribus fastidio essemus,Sexcẽtos illi,adeo varia est scribẽdi ratio si omnia cõsectere.vt nullũ pene verbũ inuenias vno modo scriptũ quod alia aut alia,ętas aliter nõ scripserit Sexcẽtos quidẽ nemo nõ per x,notat. Sũt tamen antiqui codices,in quib⁹ id nomen per s,notatũ inuenias Sescẽtos,cum tamen ætates quędam aliæ,s,in,x,mutare gauderẽt. Vt in noie.Xecũdus,fieri solitũ superius idicauim⁹.ſQui cerete domo) Nõ referã loco hoc codi cũ varietates cũ oino casta lectio sit. Cerete domo, ea elocutiõe

qua

qua dictum alibi Qui genus vnde domo. Quaqȝ dixit Horatius, Vnde domo Quis,ita i vltima scena pænuli Plautini. Domo Carthaginenses,sunt & quod Romæ apud Zampolinos ostēdit mihi Antonius Valla theanen.antiqua inscriptione notatū.D.perusia, quod signat. Domo perusia,Atqȝ in ijsdem ædibus.

Polingenuos

POLINGENVOS DOMO BONDINCOMAGVS.

¶Ex quo loc⁹ apud Pliniū examinād⁹ de oppido Bōdinco i padi hostio.¶Intēpestæqȝ grauiscę.)In Ro.co. Gabiscæ legit Librariorū iperitia.Grauiscas.n.quod graue aerē sustineāt dictas aiūt.

Non ego te Ligurum ductor,fortissime bello
Transierim Cycne,& paucis comitate Cupauo:
Cuius olorinæ surgunt de vertice pennæ,
Crimen amor vestrum,formæqȝ insigne paternę.
Nanqȝ ferunt luctu Cycnum Phaethontis amati,
Populeas inter frondes,vmbramqȝ sororum
Dum canit:& mœstum musa solatur amorem:
Canentem molli pluma duxisse senectam,
Linquentem terras,& sydera voce sequentem.
Filius æquales comitatus classe cateruas,
Ingentem remis Centaurum promouet.ille
Instat aquę:saxumqȝ vndis immane minatur
Arduus:& longa sulcat maria alta carina.
Ille etiam patrijs agmen ciet Ocnus ab oris,
Fatidicæ Mantus,& Tusci filius amnis:
Qui muros,matrisqȝ dedit tibi Mantua nomen:
Mantua diues auis.sed non genus omnibus vnum.
Gens illi triplex:populi sub gente quaterni.
Ipsa caput populis,Thusco de sanguine vires.
Hinc quoqȝ quingentos in se Mezentius armat.
Quos patre Benaco velatus arundine glauca
Mincius infesta ducebat in æquora pinu.
It grauis Aulestes:centenaqȝ arbore fluctum
Verberat assurgens.spumāt vada marmore verso.
Hunc vehit immanis Triton,& cœrula concha
Exterrens freta:cui laterum tenus hispida nanti
Frons hominem præfert:in Pistrin desinit aluus.
Spumea semifero sub pectore murmurat vnda.

SERVIVS.

¶Cupauo.)O Cupauo:& declinat Cupauo sicut Cicero, Cato. ¶Nanqȝ ferunt luctu Cycnum Phaethōtis amati.) Phaethon Clymenes & Solis filius fuit, qui cū dolere obiectū sibi a Ephapho rege Ægypti quod esset nō de Sole, sed de adulterio procreat⁹:duce matre venit ad Solē,& poposcit. vt si vere eius esset fili⁹ petēda præstaret. Quod cum Sol iurasset per Stygiam paludem se esse facturū, petijt ille vt eius curr⁹ agitaret.Sol post iusiurandum negare non potuit. Acceptis itaque currib⁹ Phaethō, cum orbitam Solis excessisset, & cœpisset mūdus ardere, a Ioue fulminatus, in Eridanū cecidit qui & Padus dicitur. Huius interitū sorores flētes Phetusa & Lampetusa deorū miseratione in arbores commutatę sunt: vt hic dicit,in populos: & i Bucolicis, in alnos.Fuit etiā Ligus,Cycnus noie, amator Phaethontis:qui cū eum fleret extinctū in auē sui nominis versus est. Cuius nunc filiū Cupauonē dicit habere Cycni pennas in galea ad formæ paternæ insigne monstrandum. ¶Crimē amor vestrum.) Phaethontē amatum a Cycno aut pie, aut turpiter accipiamus necesse est.Si turpiter,talis est sensus, Crimē est vestrū o Cycne & Phaethon,quod sic amastis: hoc vobis potest tantum obijci. Alij vestrū,pro tuum accipiunt: & ad solum Cycnum referunt.vt,Vos o Calliope precor: Si pie amauit, secundum Asperū Crimen erit causa vt alibi; Et crimine ab vno Disce oēs,vt sit sensus,o Phaethōtiades sorores, & o Cycne causa vestrum,id est vestrę mutationis amor est.¶Vmbramqȝ sororū.) Ambitiose dictum,pro inter arbores de sororibus factas. Et est vnum de his quæ habet Virgili⁹ immutabilia & sua propria. Tale est, Sinuatque alterna volumina crurum.Item, Cum primum sulcos æquant sata.¶Musa.)Carmine,cithara,cantilena. ¶Canentem senectam.)Qui canentem senectam mollibus trāsegit in plumis.¶Sydera voce sequentem.) Cū cātu cœlum petentem: vel quod est.re vera relatus in sydera,sicut videmus in sphera. ¶Æquales comitat⁹ classe cateruas.)Per naues habens distributas æqualiter cateruas.¶Ocnus.)Is est quē in Bucolicis Bianorē dicit. vt,Nāque sepulchrū incipit apparere Bianoris. hic Mantuam dicitur cōdidisse, quam a matris nomine appellauit:nam fuit filius Tyberis & Mantus Thyresiæ Thebani vatis filiæ,quę post patris interitum ad Italiā venit. Mantus genitiuus Græcus est.nā si Latine declinaueris,Mantonis facit, sicut in Plauto Ionis legimus. ¶Diues auis.) Maioribus præpotens. Sed non genus omnibus vnum:) Quia origo Mantuanorum & a Tuscis venit, qui in Mantua regnabāt: & a Venetis quia in Venetia posita est quæ & Gallia Cisalpina dicitur.¶Gens illi triplex, populi sub gente quaterni.)Quia Mantua tres habuit tribus,quæ in quaternas curias diuidebantur,& singulis singuli Lucumones imperabant, quos tota in Thuscia duodecim fuisse manifestum est: ex quibus vn⁹ oibus præerat.hi autem totius Thusciæ diuisas habebant quasi præfecturas,sed omniū populorum principatum Mantua possidebat.Vñ est,Ipsa caput populis.¶Tusco de sanguine vires.)Robur totū a Lucumonib⁹ habuit.¶In se armat.)Odio sui in arma compellit.

compellit. ¶Patre Benaco velatus arundine glauca Mincius,infesta ducebat in æquora pinu.)Benac⁹ lac⁹ est Venetię,de quo fluuius nascit Minci⁹. iure ergo dux Venet⁹ fluuium prouinciæ suæ depixit in naui, quem Benaci filiū,qa ex ipso habet originem,dicit. ¶Grauis.)Fortis:vt,Ferit ense grauem Tymbreus Osirim. ¶Centenaqȝ arbore.) Non ait remis, sed arborib⁹ ad exprimendam nauis magnitudinē quæ plures habuit remos ordines. Vnde ait Lucanus, Et summis lōge ferit ęquora remis.¶Marmore.)Mari.¶Cœrula.)Cęrula freta, nō cœrula cōcha.Nā versus nō stat.¶Hispida.) Horrida,setosa.¶Frōs hominem præfert.) Modo frontem, primam partem hominis intelligere debem⁹. nā hoc dicit, A capite vsque ad ima latera, hoīs mōstrabatur effigies.

DONATVS.

¶Nō ego te lygurum duct.) Non ego te, ingt, cygne Cupauo,qui es lygurū ductor & in bello fortissim⁹ prætiribo carmine meo.Gen⁹ est transit⁹ propter odiosam nominū cōtinuationem,quę in catalogis semper est: hūc autē meritō suo nō eorū,quos ducebat voluit carminibus suis cū laude inserere. Erat enim pauci. hic igit fortissimus fuit omnium lygurū.quod cum dicit,ostēditur etiā illi fortes,quibus prælatus esse videbat.hoc in illis laudauit,quod alio loco.Exigui numero,sed bello viuida virt⁹. Venit iā ad ipsius ducis cultū.¶Cuius olorinæ.)Olorinas pennas dixit fuisse in eius galea hoc est Cygni:more suo virgilius vult inducere fabulā cygneā.vt in catalogo septimi libri de Hippolyto fecit,Inter tædia quippe tot nominū,quibus ipsi homines, mōtes, loca,& flumina significātur,aut fortes,aut cætera immissa narratio legentē subleuare debet,& erigere audiētē.¶Crimē amor vestrū.)Trāsfigurationem factā pro pœna posuit. pœna autē sine crimine esse nō potuit.pater autē ex feruēti amore præcedēte factꝰ est auis.cui⁹ facti ipse amor fuit causa, & sic amoris est crimē. qꝫ vero ille pennas habuerat ex cycneo hoc ipsi⁹ fuerat ornamētū,& signum originis suę.)Nāqȝ ferunt luctu.) Fabularum veterum perindeque incertarū se authorē non vult poeta constituere. ideo sic cœpit,vt diceret ferunt:qꝫ si falsitas existeret, alij potius mendaces habeantur. Amici,inquit,duo fuerūt phaethon & cycnus.sed cum phaethon actus esset in mortem,dolens cycnus casum familiaris sui,dū inter populeas frōdes miserabile desset, sic in auem albam tanquam canētem senectam versus est. & relictis terris volatu iuuante contēdit ad sydera. Dum vult phaethōtis & cycni fabulam dicere, etiam sororum phaethontis eiusdē exitū demonstrauit.cum enim flerent fratrē,in arbores populeas versæ sunt.bene autē posuit.linquētem terras, quasi hoc voluntate fecisse.inuisas ergo terras reliquit: in quibus amicū vlteri⁹ videre non poterat. Voce autem petens sydera: quasi inuidiam faciens illis, quibus auctoribus ille perierat. ¶Filius æquales co.) Filius eius,hoc est,quem supra,cū pennis cycneis descripsit, ducebat cateruas æquales, aut ætate æquales, aut armorum cultu. ¶Ingentem remis Centaurum promouet.) Nauim, quæ centaurus dicebatur,& ingens fuerat, promouebat. ¶Ille instat quę

aquæ.) Hominis describit leuitatē, qui quia pondere & magnitudine sua nauis tardius agebatur,putabat irascendū mari,& vndis ictu ingentis saxi minus esse tendendas.¶Ille ēt patrijs ag.Ocnus,inquit,filius fuit Mantus, & thusci amnis: fatidicam dixit, quæ fata hoium responsis aperiret. ¶Qui muros, ma. dedit tibi mantua no.)Hic,inquit,& muros dedit mantuæ, & de matris nomine mantuam noiauit. ¶Mantua diues auis,) Inuenit occasionem poeta,qua aliquid diceret de patria sua. Mantua diues auis. hoc est generosis & præcipuis maioribus fulcta. ipsis tamē auis non vnum genus oibus fuit, sed ex diuersis originibus adunatum. ¶Gens illi triplex.) Sed tribus gentibus populi quaterni fuerant,hoc est duodecim. ¶Ipsa caput populis.) Ipsa ciuitas tñ oibus fuerat caput. Hinc quoqȝ dicta est mantua, ex eius populis. ¶Quingentos in se Mezen.ar.) In se, aduersum se armat Mezentius.Pulchra locutio. Hi.n.vt aduersus Mezentium armati vaderent,ipse perfecerat. Plurimum hic sibi Virgilius applicat, qꝫ Romano ductori etiam mantuæ auxiliū prorogauit. ¶Quos patre Benaco.) Quos quingentos naui portabat mincius natus ex benaco, habens arundinibus velata tempora, eo more, quo pinguntur flumina. ¶It grauis auletes,)Non ipse auletes grauis: sed nauis,in qua fuerat satis ponderosa, deniqȝ centum non iam remis,sed arboribus agebatur. Cætera descriptionem tenēt pelagi;cum verberatum remorum ictibus spumat. ¶Hunc vehit immanis triton.) Forma maxima pro magnitudine ipsius nauis formatus. Et cœrula con. Exterrens fre.)Constitutus in concha exterrens freta cœrula. ¶Cui laterū tenus.) Vsqȝ ad latera proferebat humani corporis formam,hispidam tamen,hoc est asperā. Reliqua pars eius in bestiam marinam mutabatur. & sub semifero pectore fluctus spumare videbantur:

ASCENSIVS.

¶Non ego,&c.) Eandem rē prosequitur enumerās videlicet populos & ductores qui cum Ænea in thuscia venerant:vnde dicit Dona.Ocnus filius fuit Mantus qui muros dedit vrbi, & de mřis noie illam vocauit, Armat in se: armat quia cām præbuit quod illi in se armarent.Hęc ille. ¶Ordo est. O cycne ductor ligurū,i. populorum in Italia inferiore ad eam quæ nunc Longobardia dicitur partem fortissime. i. qui es fortissimus bello.i.in bello: ego non transierim.i.nolim transisse te.f.indictum,& o Cupauo comitate.i. qui comitatus es paucis ego non transierim ēt te,de cuius vertice surgunt pennę olorinæ: quia cycnus in olorem versus est: crimen vestrū,f.o Cycne & Phaethon est amor.i.quia nimium inter vos amastis:& insigne est paternæ formæ.i.ex forma paterna sumptum. Aut crimen vřm.f. o cycne & cupauo, est amor.peccauit.n.cycnus nimis amando phaethonta, & cupauo se paternis plumis ornando ob amorē tamen pris. nanqȝ ferunt, bene ferunt dicit,quia res fabulosa est: cycnum luctu.i. propter luctum nimium phaethontis amati, dum canit inter frondes populeas.f.ad padum nascentes. vnde ab Ouidio populifer dicitur: in eas autem finguntur sorores phaethontis versæ: vnde addit appositorie:& vmbram sororum,id est arborum in qua sorores phaethontis transfiguratę dicuntur, & dum solatur musa.i. cantu suo amorem mœstum,id est quia causa mœstitię erat, ferunt inquam duxisse senectam canentem.i. albicantem & canescentē (a caneo nō a cano) molli pluma qualem.f.olores seu cycni habent linquentem terras & sequentem voce, id est cum cantu sonoro sydera, id est sublimem aerem Filius.f.cycni cupauo noie comitatus cateruas,id est habens in comitatu cateruas æquales classe.i.distributas ꝑ proportionē nauium, promouet remis ingentem centaurū,i.nauem sic dictam.Ille instat.i.instanter incūbit aquę:& saxum immane.i.valde magnum minatur vndis,i. in ipsis vndis aut per vndas & ipse arduus sulcat alta maria lōga carina.Ille etiam.f.nobilissimus Ocnus filius mantus.f.nymphæ fatidicę.i. vaticinantis:& amnis tusci.f.tyberis:qui o Mantua dedit tibi muros & nomen patris ciet.i. excitat agmen ab oris patrijs,id est a regionibus patrię suę.Mātua inquit diues auis id est maioribus & ędificatoribus aut fundatorib⁹,Gēs sup.fuit illi triplex,i.tres habuit tribus & populi sup.fuerunt sub gente quaterni idest in singulis tribub⁹ quatuor curię.Ipsa.f.Mātua sup.fuit caput populis.f.illis ter quaternis,idest omnes illi populi in Mātua ꝓgeniti sunt vires sup.erāt de sanguie thusco.i.ex eo illi. xij. populi robur & authoritatem traxerūt:quia ex duodecim lucumonibus,idest regib⁹ Thuscię originem habuerūt. Mezētius.f. Tyrannus armat in se.i.cōtra se quoqȝ.i.ēt hinc.i.ex his populis Mantuanis:quingētos.i.quinquies centū armatos:quos Minci⁹ id est fluuius iuxta Mantuā fluens:patre Benaco.i.habens originē ex benaco lacu:velatus arūdine glauca.i.glauci coloris ducebat i ęquora pinu,id est naui ex pinu facta infesta.i. vim hostib⁹ inferente,hęc & secundū Seruiū in naui ei⁹ erat mincius hoc mō depictus.Nā vt per Mincium fluuium qui in Padum incidit & ille in mare Adrianū eos nauigasse putem⁹,non est verosimile nec ratio loci patit.Aulestes vir ille grauis id est fortis & robustus it, id est progredit & assurgens,idest desuper incumbens verberat fluctū centena arbore.i.remis centū simul aquas ferientib⁹ & ita vada spumant.f.propter celeritatē & ictus repentinos & violentos & hoc marmore,i.aqua marina verso,id est inuersa Palmulis remorum. Immanis triton.i.sic dicta nauis vehit hunc.f.aulestē & concha cœrula exterrens freta sup.vehit hūc, Seruius tñ dicit non dicendum esse cœrula concha sed cœrula freta id est cœrulei coloris propter versum dicit:sed cōcha intelligatur nominatiui casus & regat a verbo vehit:non erit malus versus siue dicetur concha cœrula siue freta cœrula,cui.f. naui aut conchę nāti.i.dū nat frons hispida.i.pilosa aut horrida & hirsuta tenus laterum id est vsqȝ ad latera pręfert hominem id est figuram & formam humanam aluus spumea,id est spumosa: desinit in pistrim.i.mōstrū illud marinū:& vnda murmurat sub pectore semifero id est semi indomito:hoc est cuius facies præcipue humana erat sed cætera in piscem desinebant.

PIERIVS.

¶Transierim cycne.)siue cicne,ob cognationem.Sed enim nomen hoc in antiquis exemplaribus aliter scriptum inueni.Siquidem in eo codice,quem Pomponij lęti delicias fuisse dicūt, & in vetustis alijs plerisque qui apud me sunt,atque etiam in aliquot alijs vaticanæ Bibliothecæ legitur Cinere. In Romano cumare Cycne vero & cygne diuulgatorum est exemplarium: Nō enim hic ligurum ductor cycnus.Sed insignis cycni gestamine inducitur ob eius cycni memoriam, qui luctu phaethontis canentem molli pluma dixisse senectam fertur.¶Olorinæ surgunt de vertice pennę.)In Romano codice pinnę.Vt adsolet. In aliquot alijs. Cristæ,notatum est, sed Cristæ, paraphrasin fuisse crediderim. ¶Ille etiam patrijs agmē ciet ocnus ab oris.)In antiquo satis exēplari legere est.Quinetiam patrijs,hemistichium vero reliquum duabus trāspositis dictionibus,in vno antiquioribus, qui sunt, in vaticana Bibliotheca legitur.patrijs ocnus ciet agmen ab oris, est & vbi legatur,ognus,per,g,vti cycnus & cygnus. ¶Quos patre benaco.)In Rom.codice venaco, more suo scriptum est per, v,digammon.Quinetiam Adamātij martyris regula est,vt in ijs, quæ vtrum per,b,mutam,an per,v, digammon scribenda sint quærit.Siue,producta fuerit prima sede collocata. Siquidem masculini vel neutri generis existant,per,v,signari vt venator, velum.Veretrum, τὸ μόριον, venabulum,& similia. Si vero fœminina sint tantummodo quorum origo a masculino venire nō cernitur per,b,mutam scribi debere. Besica,Belua,bestia. designat tamen quæ duarum fuerint syllabarum,ex quibus,beta, τὸ τεῦτλον, polisyllaba sequatur. quare qui,venaco, scripsere Adamantij sententiam secuti sunt.Sed enim,quam ponit ille, Besica nemo nunc per,b, scribit,si Latine,a vento vero eam deduci tradit Caper,& vesica ea de causa dicta est a nonnullis.Sunt præterea multa alia, quæ nunc aliter scribimus & enunciamus, quam Adamantius præceperit:vernam enim,per, v,scribimus & enunciamus,pro seruo dominato,quem ille, vti superius diximus, tum differentiæ causa,tum Etymologiæ per, b, scribi præcipit, Iarua etiam τὸ δάκρυον,per,v. scribimus,ille per,b,mauult larba nō aliter ac herba,tuba,turba.Similiter nos neuus,per,v,ille per,b, nebus,vt.vt cibus,rubus cōtra vero,nūc omnium mos latine scribentium est, vt labor.Balbusque per,b,mutam scribantur,ille lauor,vt fauor,& feruor,scribit & baluum.vt curuum,seruum torUum,per,v,digammon,Sed vtrum nos,an ille melius, incompertum est,quum videam nō solum inscriptiones tam multas a nostri temporis vsu variare, verum etiam opinatissimorum hominum sententias super hac scribendi ratione latas.Sed enim optimum factu iudicauerim ita se ad vsum accomodare,nedum doctiores esse volumus,derisui habeamur. Sequamur vero Marci Tullij Ciceronis exemplum, qui quum pleraqȝ aliter quā in vsu forent:enunciando cognosceret, libentissime tam cessit consuetudini.Neqȝ vero nos tam multa ex marmoribus, ex nomismatis,ex tabulis æneis,ex diuersorum grammaticorum sententijs, ex veteribusqȝ codi.congessimus,vt omnia ea suscipienda censeremus,sed vt quos grammaticorum vulgus nunc errores appellat,non imperitia,sed temporum vsu euenisse commoneremus. ¶Centenaqȝ arbore fluctū verberat.(In Ro.cod.fluctus, pluralis nu.¶In pristim desinit aluus.)In antiquioribus. Pistrin, de quo dictum.

Universidad de Deusto Biblioteca

Tot lecti proceres ter denis nauibus ibant
Subsidio Troiæ: & campos salis ære secabant.
Iamq; dies cœlo concesserat: almaq; curru
Noctiuago Phœbe medium pulsabat olympum.
Aeneas (neq; enim membris dat cura quietem,)
Ipse sedens, clauumq; regit: velisq; ministrat,
Atq; illi medio in spatio, chorus ecce suarum
Occurrit comitum, nymphæ: quas alma Cybelle
Numen habere maris, nymphasq; e nauibus esse
Iusserat: innabant pariter, fluctusq; secabant.
Quot prius æratæ steterant ad littora proræ.
Agnoscunt longe regem: lustrantq; choreis.
Quarum quæ fandi doctissima Cymodocea,
Pone sequens, dextra puppim tenet: ipsaq; dorso
Eminet: ac læua tacitis subremigat vndis.
Tum sic ignarum alloquitur: vigilasne deum gens
Aenea? vigila: & velis immitte rudenteis.
Nos sumus Ideæ sacro de vertice pinus,
Nunc pelagi nymphæ, classis tua. perfidus vt nos
Præcipites ferro Rutulus, flammaq; premebat:
Rupimus inuitæ tua vincula: teq; per æquor
Quærimus. hanc genitrix faciem miserata refecit:
Et dedit esse deas: æuumq; agitare sub vndis.
At puer Ascanius muro, fossisq; tenetur
Tela inter media, atq; horrentes Marte Latinos.
Iam loca iussa tenet forti permistus Etrusco
Arcas eques: medias illis opponere turmas,
Ne castris iungant, certa est sententia Turno.
Surge age, & aurora socios veniente vocari
Primus in arma iube: & clypeum cape: quem dedit ipse
Inuictum ignipotens, atq; oras ambijt auro,
Crastina lux, mea si non irrita dicta putaris:
Ingenteis Rutule spectabit cædis aceruos.

SERVIVS.

¶Terdenis.) Triginta accipiamus naues fuisse, non vt quidam volunt singulos duces tricenas habuisse: non enumeratorum militum non conuenit numerus, præsertim cum sequatur. ¶Subsidio Troiæ.) Id est paruo auxilio. Nam apud maiores bella non ambitu, sed virtute constabant. ¶Phœbe.) Luna: sicut Sol Phœbus. Item & Titan Sol, & Titanis Luna. Describit autem noctem mediam, & dicit finitum diem secundum Romanum ritum. Nec Lunæ fit sine causa commemoratio. Nam aliter videri Nymphæ non poterant. ¶Clauumq; regit.) Iam ei & in gnato dedit gubernandi peritiam. ¶Medio in spatio.) Inter nauigandum. ¶Cybele alba.) Mater deum dicta Cybele, ἀπὸ τοῦ κυβιστᾶν τὴν κεφαλήν: quod semper Galli per furorem, motu capitis comam rotantes, vlulatu futura prænunciabant. Lucanus, Crinemq; rotantes Sanguinei populis vlularunt tristitia Galli. Cybelle autem Bacchius est. nam Cybele Anapestus: vt, Hic mater cultrix Cybele. ¶Quot prius.) Subtraxit Tot. ¶Doctissima Cymodocea.) Poetice: sicut etiam mutatio ipsa confingitur. Nam stultissimum est quod ait quidam, ideo doctissima, quia Ilionei nauis fuit. ¶Dorso eminet.) Peritia natandi ostenditur. ¶Subremigat.) Subnatat. ¶Vigilasne deum gens.) Verba sunt sacrorum. nam virgines vestæ certa die ibant ad regem sacrorum, & dicebant, Vigilasne rex? vigila. Quod Virgilius iure dat Æneæ, quasi & regi, & quem vbiq; & pontificem & sacrorum inducit peritum. ¶Deum gens.) Propter, Dis genite, & geniture deos. ¶Pinus) hoc loco, secundum quartam declinationem dixit: in Bucolicis iuxta secundam: vt, Menalus argutumq; nemus, pinosq; loquentes Semper habet. ¶Nos sumus.) Loquitur per diffinitiones. ¶Perfidus.) Qui post fœdus bella commouit. hinc Latinus, Ipsi has sacrilego pendetis sanguine pœnas. ¶Inuitæ.) Ac si diceret, malueramus tibi potius seruire quam in Nympharum numina commutari. ¶Teq; per æquor quærimus.) Hæc nobis vagandi est causa vt te inuenire possimus. ¶Refecit.) Aut re vacat: aut quia ante ipsis forma nauium. ¶Et dedit esse deas.) Græca figura: vt, Donat habere viro. ¶Iam loca iussa tenet.) Vt & supra diximus, hoc κατὰ τὸ σιωπώμενον accipiendum est. nam intelligimus eum equites misisse per terram. ¶Ne castris iungant.) Aut se subaudis: aut iungant pro iungantur. ¶Crastina lux, mea si non irrita dicta putaris, ingenteis Rutulæ spectabit cædis aceruos.) Spectabit, est vera lectio: & ordo est, Si mea dicta irrita non putaris, crastina lux ingenteis aceruos cædis videbit. nam male quidam Spectabis legunt, & ad lucem referunt: quod non procedit. nullus enim sic loquitur, o Ænea, si quæ dico minime credis, o lux crastina ingenteis cædis aceruos videbis.

DONATVS.

¶Tot lecti proceres.) Omnes, inquit, populorum enumerationum principes triginta nauibus pergebant: vt Troiæ auxilium ferrent, non dixit Troianis, sed Troiæ: quoniam hominum conseruatione patria ipsa videbatur auxilium sumere. quam Troiani reparare nitebantur. Propterea tanti ac tales: per immensa spatia maris secabant fluctus primo Troiæ scilicet subsidio. ¶Iamq; dies cœlo.) Post finitum diem, post noctis tempus, quod illustrabatur radijs, lunaq; tenuerat medium cœlum, supradixit. illi inter se duri certamina belli Contulerant, media Æneas freta nocte secabat: hic dicit. Iamq; dies cœlo concesserat. cum semel dictum satis fuisset, non hoc idem dixit: sed supra descripsit initium noctis, quod agebatur. quod venire non posset, nisi diei luce consumpta. Fuit, inquit, nox. de Luna tacuit non dum quippe emerserat. secundo loco ait recessisse quidem diem, & interceptam ipsius lucem venientibus tenebris, quas superuenientes illustrauerat luna: quæ medium tenuerat cœlum. Hæc igitur fuerat causa repetendæ descriptionis. s. diei consumptæ quoniam aliud dederat prima pars noctis, aliud sequens: post & sic, nauigabat Æneas iam die consumpto. cum nox ageret, & luna medium cœlum tenuisset, eius tamen viri non quiesceret cura. Sedebat quippe ac vigilabat, & gerebat nauim, & velis necessarium præbebat temperamentum: vt hoc esset, quod in eo poeta laudauit, continuationem diei & noctis non fatigasse laborantem. denique sequitur. ¶Æneas) Sed hic mora facienda est, & sic dicendum. ¶Neq; enim membris dat cura quietem. Ipse sedens. &c.) Virtus vt dicta est Æneæ describitur. cum enim esset nox, & luna iam medium cœlum tenuisset, quam in tanta cura somnis teneri non poterat, sedebat. ecce duplex labor. & sedere. non dormire illo tempore, & sedere. accedebat his, quod vigilis & sedens non fuit ociosus, alijs duobus muneribus seruiens. nam & gubernacula tenebat, & velorum sinus arte moderabatur. ordinatur sensus sic. Ipse Æneas sedens clauumq; regit, velisq; ministrat. neq; enim membris dat cura quietem. Ipsa enim fuit causa vigilandi: quia nauigationis & futuri belli solicitudine distentus dormire non poterat. ¶Atq; illi me. in spa.) Medium spatium & maris potest esse, & in terris. quod inter eius nauim & ceteras fuit. ¶Chorus ecce suarum co.) Comitis dixit nauis, quæ cum ipso semper fuerat. (Chorus est numerus collectus ex plurimis. dicit iam, quæ essent in ipso choro. ¶Nymphæ quas alma cybelle Nu. ha.) Hoc poeta non pro nouo posuit. vt quasi incognitam fabulam inscijs lectoribus indicaret, sed commemoratis functis officio, replicat gesta. Ipsas, inquit, dico nymphas ad Æneam venisse: quas mater deum ex nauibus fecerat: quibusq; immortalitatem concesserat. Innabant pariter, fluctusq; secabant. Sic ipsæ nymphæ natantes veniebant, vt nulla præcederet alias. ¶Quot prius æra. ste. ad littora p.) Littora appellauit per partem maris, quæ abluebat proram. ¶Agnoscunt long. reg. lu. q; cho.) Cum primum venerunt ad finem proræ, quæ æratæ fuerant, cognouerunt regem. recte posuit, cognoscunt longe regem. Inter lunam enim & obscuritatem noctis & pelagi ab alio rex non facile potuit agnosci. choreis dederunt signum matris deum. vt inde iam sciret sua esse, non maris. ¶Quarum quæ fandi docti. cymo. Po. se.) Ecce quanta potentia deum matris fecit, ex ligneis nymphas & deas ire iussit in fluctus. effecit vt loqui possent, & eloquentiæ doctrina pollerent. Cymodocea tamen, quæ ceteras anteibat arte loquendi, posteriorem nauis tenuit partem. In his enim gubernacula Æneas retinebat & velorum sinus certo moderamine temperabat. Tenebat igitur puppim manu dextra. ¶Ipsaque dorso Eminet.) Cum ex hac causa vndis non tegeretur, & dorsum eius appareret) Ac læua tacitis sub. vn.) Læto motu sinistræ manus ac sine vndarum strepitu subremigabat: subremigare est non plenis conatibus remigare. ¶Tum sic ign. allo.) Nesciebat enim gesta illic, vbi reliquerat suos. ¶Vigilasne de. gens Æneæ?) Mirum orationis principium: recte enim dubitauit, quæ loquebatur: quia tempus fuit petendi somni, & dormire non debuit? quia gubernandæ nauis gerebat officium. vigilas, inquit, an dormis Ænea? qui genus a numinibus ducis. in nomine vna laus est, altera in generis ratione. ¶Vigila, & velis immitte rudentes.) Perseuera, inquit, & consenti flatibus: quia prosperis successibus nauigas. & habenas nauigij currentis ne retine: ne felicitatis tuæ successus obiecta tarditatis impedias. Hæc est vna distinctio: altera est vt sic pronunciemus, Vigilas ne deum gens, vt suppresso interim nomine diuini sanguinis diceret prolem: atq; vt melius ostenderet notam loqui personam, addidisse nomen eius, Ænea vigila. Si, inquit, vigilas, perseuera in eo, & habenas omnes velis immitte. Exhortatio istiusmodi fuit in duplicatione eiusdem dicti, vt cætera attentius audiret. Illud vero non erat in totum dubitantis, quod post incertam vocem subsecutum est, Ænea vigila. Videtur enim remouisse, in quo dubia fuit, dicendo, Ænea vigila: qua gubernans nauim dormire non debuit. sequitur personæ loquentis euidens demonstratio. vt Æneas nosset, quæ omnium nomine loquerentur, in quo ipsa gesta posset apertius noscere. ¶Nos, ait, su. idæ. sa. de ver. pi.) Quid apertius ista narratione, qua dictum est, quæ essent, & vnde? ¶Nunc pelagi nym. cla. tua.) Et quæ naues tuæ fuimus, nymphæ maris sumus effectæ. in perspicua breuitate totum dictum est. sed quomodo Æneas id crederet, potuisse fieri, nisi subsecuta cætera ignorantem docuissent, tantum numinis valuisse potentiam, vt possibile fieret, quod humana mens non auderet admittere? Nos sumus idææ sacro de vertice pinus, Nunc pelagi nymphæ classis tua. Dum dici conuenerat, posuit tertium, & quod tertium secundum ordinauit, nam primo arbores fuerant, naues postea: tertio loco nymphæ. sed in hac ordinatione non errauit poeta. splendidius quippe voluit loqui. nec ordinationem ipsam loquendo confudit. quid enim dixit, arbores fuimus dudum, nunc nymphæ sumus effectæ, quæ fuimus naues tuæ, ornatius dictum est, quam dicere, & arbores fuimus, dehinc naues, postremo nymphæ. duo, quæ Æneas nouerat, statim dixit. sciebat enim vnde pinea sumpsisset, & quid fabricasset ex ipsis. quemadmodum vero nympharum in faciem versæ sint, nesciebat. Hanc igitur partem latius refert: breuitate quippe institui plene non poterat, qui nouo & incredibili exemplo gesta non nouerat. ¶Perfidus vt nos Præcipites.) Quærimus: Inimici nomen noluit dicere. sed pro ipso conuitiosa duo posuit. dixit enim perfidum, dixit Rutulum. premebat nos, inquit, hostis, atq; vtinam aliquanti meriti. vrgebat ferro, vrgebat & flammis, vt naufragium de nobis efficeret: aut absumptas ignibus in cineres verteret. sed hæc præuenimus fugiendo, melius existimantes abrumpere vincula tua, quam ad interitum remanere: te per æquor quærimus. quam difficile est, quærere vnumquemque per mare, in quo tanta latitudo est? nec sciri qua in parte reperiri valeat? quantus amor ostensus est tanto labore suscepto? ¶Hanc genitrix faciem) Ad tantam desperationem venimus, vt quod vides, non nostro ingenio & diuina miseratione mereremur. Genitrix enim, hoc est deum mater, hanc nobis imposuit formam, ac ex mortalibus immortales effecit: Æuumque agi. sub vnde.) A contrario positum. naues enim merguntur, vt pereant: istæ mersæ sunt, vt euaderent nymphæ. Assignata persona sua, & edito casu, quo nymphæ esse potuerunt, incipit referre, quid agatur, vt appareat, quare dixit, & velis immitte rudentes. ¶At puer Ascanius.) Primam causam immisit Ascanij ostendens spem ostendensque metum. spem, ne eadem animos eius frangeret: metum vt festinaret auxilium ferens: neque adhuc incolumis fuerat, vt pateret obsessum. sciat hoc ipsum monstrans, quomodo spes, quomodo esset metus, ex parte spei sunt murus & fossa, quibus muniebatur Ascanius, ex parte autem metus puerilis ætas, in qua constitutus fuit. ¶Tela inter media.) Inter ipsum tamen & mortem non plurimum dicebat interesse discriminis. debuit igitur properare, anteq; ad eius interitum hostis auidissimus perueniret. ¶Iam loca iussa tenet.) Directionem istorum poeta non descripsit, sed hinc intelligitur facta. hos igitur nunciat, ea iam loca tenuisse, quæ in mandatis habuerant. ¶Medias illis op. tut.) Vnum prosperum dixit, quia peruenerant sui, dixit contrarium, quia Turni dispositio fuit medios opponere, qui eos castris suorum non sinerent iungi. Hoc genere ostendit omnes in periculo esse, cum alijs subuenire non possent. propterea celeritatem suadebat. vt ante Aeneas veniret, quam Turnus cogitata perficeret: potuit quippe Æneas adueniens & clausis & venientibus subuenire. ¶Surge age.) Hortatur vt surgat: sed sedentem excitat, non dormientem. surge age non est iubentis, sed vrgentis ad gloriam. ¶Et aurora socios veniente vocari.) Et aurora, inquit, veniente. hoc est ante quam plena redeat lux in arma conuocari socios primus præcipe. primum admonet facere, quæ res vincendi fiduciam promittebat. ¶Et clypeum cape.) Consternabuntur hostes, inquit, si te primum viderint incipere aggredique certamen, atque armis diuinis instructum. ¶Crastina lux,) Ecce prædicit, & futura. vt vere appareat dea. si non ait mea dicta contempseris, & monita mea inania tenueris. Probabis quantas de Rutulis strages videbit crastinus dies.

ASCENSIVS.

¶Tot lecti proceres, &c.) Exponit numerum nauium quibus vehebantur Æneas & Etrusci, docetq; Æneam obuias habuisse nymphas ex nauibus suis factas & ab eis quid faceret admonitum. Vnde dicit Donatus sic. Iamque dies: laus Æneæ quod die nocteq; continuata nauigatio illum non defatigaret: sedebat ergo & vigilabat, & cum plura cogitaret, tamen & temone nauem regebat, & velis. ¶Agnoscunt.) Nam propter nocturnas tenebras: alij non facile cognoscerent. ¶Vigilas,) recte dubitat, nam tempus somnum, curæ vigilias suadebant. ¶Surge, sedentem excitat non dormientem.) Aurora antequam plene veniat lux. ¶Spectabis aceruos, prædixit futura, vt dea appareret. ¶Tollit, a. audierat a nympha etiam. Aduersa, ergo non lætabatur: sed quia plura nunciabant prospera, attollebat animos. Hæc ille. ¶Ordo est. Tot proceres id est primores, & vt dicunt capitanei (quia proceres sunt eminentiæ trabium pondus Proceres ædificij sustinentes) ibant nauibus terdenis id est triginta, quæ non singulis, sed omnibus erant subsidio id est ad subsidium id est paruum auxilium Troiæ. s. nouæ & secabant ære, id est nauibus æratis aut rostris nauium ære munitis, campos salis, id est maris hoc est aquas marinas, metaphora ab aratione, & dies discesserat: iam cœlo. i. ab hemisphærio nostro: & phœbi. i. luna alma. i. rerum altrix quæ cum eius incremento crescunt pulsabat olympum medium. i. ascenderat ad medium vsq; cœli: curru noctiuago. i. per noctem vagari solito. nam licet luna interdiu quoq; currat: tamen facta est vt præesset nocti. erat ergo medium noctis Æneas (enim pro quia, quia cura non dat membris quietem. i. quia dormire non potest) sedens. s. ad gubernaculum ipse. i. propria manu & ministerio: regit. i. dirigit clauum id est gubernaculum & ministrat velis sup. ventos aut ministerium exhibet vt sit absolute dictum. Atq; ecce chorus, id est multitudo concedentium: suarum comitum. i. nympharum ex nauibus quas ab Troia eduxerat factarum, occurrit illi in medio spatio. s. cursus sui: qua transire debebat chorus inquit: appositorie nymphæ. i. quæ erant nymphæ quas alma Cybele. i. mater deum iusserat habere numen. i. diuinam potestatem maris: & esse nymphas sup. versas e nauibus. i. quæ prius fuerant naues ipsæ igitur occurrentes inabant pariter. & secabant. s. pectore suo: pariter sup. fluctus existentes sup. tot quot puppes æratæ steterant prius ad littora. i. ripas tyberis iuxta Troiana castra. Ipsæ agnoscunt longe. i. a longe regem. s. suum olim Æneam & lustrant. i. circueunt choreis. s. ductis quarum ea quæ sup. erat doctissima fandi. i. eloquentissima naturali facundia (non enim didicerat Cymodocea. s. nomine sequens pone. i. de prope sed a tergo. tenet puppim. s. Æneæ dextra. s. sua: & ipsa eminet dorso: ac subremigat, id est more remigantis natat læua. i. sinistra manu. vndis tacitis id est nulla vi agitatis & alloquitur tum. i. deinde postq; puppim tenebat Æneam ignarum. s. miraculi facti & quod in nymphas mutatæ essent naues suæ. O Ænea gens, id est genus & progenies: deum, id est deorum vigilas ne: vigila o Ænea & immitte rudentes. i. chordas velis. Nos pinus idææ, id est quæ fuimus quondam pinus. dææ de vertice. s. Idæ, sacro. s. matri deum tua classis id est quæ fuimus tua classis sumus nunc nymphæ pelagi vt, id est postq; Rutulus, id est Turnus: perfidus: quia absentem persequitur ac fœdus violat, premebat nos ferro & flamma: nos inuitæ rupimus præcipites tua vincula. i. retinacula & quærimus te per æquor genitrix. s. deum Cybele: miserata. s. conditionem nostram aut miserias, refecit hanc faciem. i. figuram seu formam nostram hoc est transformauit nos: aut si genitrix deum natura est reuera refecit eas quas prius pinus fecerat: & dedit. i. concessit esse deas: & agitare æuum, id est longissimum tempus aut æternam vitam: sub vndis. i. inter vndas versantes. At. i. sed puer. i. filius tuus adhuc puer. s. Ascanius tenetur. i. protegitur muro & fossis: inter media tela. s. hostium: atq; inter Latinos horrentes marte. i. bello martio. Eques arcas. i. ex arcadia profectus aut Euandrus permisit iam etrusco. s. mil. quos simul per terras in auxilium misisti id enim κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligitur fecisse. tenet, id est occupat loca iussa. i. quæ iussisti vt caperent ab eis si forte obsessa essent castra. certa sententia. i. deliberatio est Turno. i. Turnus decreuit opponere illis turmas medias ne iungant sup. se castris Age (adhortandi aduerbium surge) & iube primus socios vocari in arma aurora surgente. i. vt primum aurora surget: & cape clypeum quem ipse ignipotens. s. vulcanus dedit inuictum. i. inuincibile: atq; ambit oras. i. extremitates auro, Lux crastina. i. dies crastinus spectabit ingentes aceruos. i. ingentem stragem: cædis Rutulæ. i. cadauerum Rutulorum occisorum spectabit inquit, si non putaris. p

Universidad de Deusto Biblioteca

putaueris mea dicta irrita.i.friuola & inania & p irritis habenda q̄a si fidē adhibebit instruet aciē suā & Rutulos inuadet: quos inuasurus non erit si irrita habuerit eius monita.

PIERIVS.

¶Spumas salis ære secabant.) In aliquot anti.cod. ruebant legit, versu aliūde repetito. ¶Iamq; dies cœlo discesserat.) In antiquis exēplaribus, qd valde placet, pcesserat legit, quāuis. discesserat nō improbē. ¶Quot prius æratę steterāt ad littora proræ.) Versum hūc superius abūdare diximus, neq; i veteribus codicib⁹, nisi adscriptū inueniri, hic vero cōgruū habet locū, Cæterū in oblongo codice, nō prorę, sed naues scriptū est. In aliquot alijs, puppes legit, qd ideo placet, quia vti eo loco superiore dicebamus, proræ pelago obuertunt, stant littore puppes. ¶Tūc sic ignarū adloquitur.) In Roma. cod. ignauū librarij oīno indiligentia scriptū est. ¶Rumpimus inuite tua vincula.) In cod. aliquot antiqs oīno, rūpimus, habet, sed in Medicæo, & plerisq; alijs, rupimus, præterito tpe. ¶Primus in arma.) Sunt codices antiqui. vbi, prius in arma. fit scriptū sed, primus castior lectio. ¶Quem dedit ipse inuictum ignipotēs.) In cod. aliquot antiquis legere est. quē dedit ingens, sed, ipse magis placet, & pondus habet.

Dixerat, & dextra discedens impulit altā, POE.
Haud ignara modi, puppim. fugit illa per vndas
Ocyor & iaculo, & ventos æquante sagitta.
Inde aliæ celerant cursus, stupet inscius ipse
Tros Anchisiades: animos tamen omine tollit.
Tum breuiter supera aspectans conuexa precatur.
Alma parēs Idæa deū, cui Dindyma cordi: ÆN.
Turrigeręq; vrbes, bijugiq; ad frena leones:
Tu mihi nunc pugnæ princeps: tu rite propinques
Augurium: Phrygibusq; adsis pede diua secundo.
Tantū effatus: & interea reuoluta ruebat PO.
Matura iam luce dies: noctemq; fugarat.
Principio socijs edicit, signa sequantur:
Atq; animos aptent armis: pugnæq; parent se,
Iamq; in conspectu Teucros habet, & sua castra,
Stans celsa in puppi, clypeum tum deinde sinistra
Extulit ardentem: clamorem ad sydera tollunt
Dardanidę e muris: spes addita suscitat iras:
Tela manu iaciunt: quales sub nubibus atris
Strymonię dant signa grues: atq; æthera tranant
Cum sonitu: fugiuntq; notos clamore secundo.
At Rutulo regi, ducibusq; ea mira videri
Ausonijs: donec versas ad littora puppes
Respiciunt: totumq; allabi classibus æquor.
Ardet apex capiti: cristisq; a vertice flamma
Funditur: & vastos vmbo vomit aureus ignes:
Non secus ac liquida si quando nocte cometæ
Sanguinei lugubre rubent: aut Sirius ardor,
Ille sitim, morbosq; ferens mortalibus ægris,
Nascitur: & lęuo contristat lumine cœlum.
Haud tamen audaci Turno fiducia cessit
Littora pręripere: & venientis pellere terra.
Vltro animos tollit dictis: atq; increpat vltro.
Quod votis optastis, adest pfringere dextra, TVR.
In manibus Mars ipse viri. nunc coniugis esto
Quisq; suę tectisq; memor: nunc magna referto
Facta patrum, laudes: vltro occurramus, ad vndam,
Dum trepidi: aggressiq; labant vestigia prima.
Audentes fortuna iuuat.

SERVIVS.

¶Haud ignara modi.) Moderationis, qppe q̄ fuerat nauis. ¶Inde alię celerāt cursus.) Inde alię Nymphę nauiū cursus celeriores efficiūt, sicut fecerat Cymodocea. ¶Insci⁹.) Rerū quas audierat. nā credere ex aperto nō poterat. ¶Omine) Augurio, pmissę victorię. ¶Alma parens Idæa deum.) ¶Alma pprie ē tell⁹, ab eo qd nos alat: abusiue ēt alijs numinib⁹ hoc epitheton daf. Terrā aūt pstat esse matrē deū. Vñ & simulachrū ei⁹ cū claui pingitur. nā terra aperif verno: hyemali claudif tpe. ¶Dindyma.) Mons Phrygiæ. ¶Turrigereque vrbes.) Ciuitates turritę. Vñ & cū corona turrita Mater pingitur deū. ¶Ad fræna leones) ideo hoc fingif, quod omnis feritas maternę subiacet affectiōi, & subiugata est. ¶Propinques.) Familiare efficias: vt, Et propius res aspice nostras. ¶Phrygibusq; adsis.) Ac si diceret cultoribus tuis. ¶Tantū effatus.) Breuiter vt supra ait, pp lucem iam maturam, id est plenam. nam non crepusculum, sed lux matura describif. ¶Reuoluta.) Apta: sicut cōtra inuolutum dicim⁹ esse quod clausum est. ¶Ruebat) aūt, oriebatur: vt, Et ruit Oceano nox: & est in sensu hysterō proteron. prius.n. nox fugaf: sic dies oritur. ¶Socijs edicit.) Secūdū edicta Nymphę. ¶Signa sequanf) Vel tesserę, vel tubarū, vel signa militaria. ¶Qualis sub nubibus atris.) Idest altis. ¶Strymonię vero grues a fluuio Thracię Strymone, iuxta quem habitant. Hęc autē cōparatio non ad telorū pertinet iactum, sed ad Troianorum clamorem.

Τρῶες μὲν κλαγγῇ τ' ἐνοπῇ τ' ἴσαν ὄρνιθες ὥς,
ἠΰτε περ κλαγγὴ γεράνων πέλει οὐρανόθι πρό,
αἵ τ' ἐπεὶ οὖν χειμῶνα φύγον καὶ ἀθέσφατον ὄμβρον
κλαγγῇ ταί γε πέτονται ἐπ' ὠκεανοῖο ῥοάων.

¶Fugiuntq; notos.) Aut quosuis ventos frigidos. nam etiam grauem significant tempestatem futuram: vt in Georgicis legimus, Aut illum surgentem vallibus imis Aeriæ fugere grues. Aut re vera notos: horum.n. colorem fugiunt, cum reuertunf in Thraciam. ¶Allabi classibus æquor.) Cum classibus labi ardet apex capiti. Ex sequentibus intelligimus Æneæ armorum fieri descriptionem. nam dicturus est, At non audaci Turno fiducia cessit: quamuis talia arma cōspiceret. Si tamen primam respicias connexionem, quasi de Turno videtur dicere: quod non procedit. ¶Apex.) Coni altitudo hoc loco. Est autem Homeri & locus & comparatio.

παμφαίνονθ' ὥς τ' ἀστέρ' ἐπεσσύμενον πεδίοιο,
ὅς ῥά τ' ὀπώρης εἶσιν, ἀρίζηλοι δέ οἱ αὐγαὶ
φαίνονται πολλοῖσι μετ' ἀστράσι νυκτὸς ἀμολγῷ,
ὅν τε κύν' Ὠρίωνος ἐπίκλησιν καλέουσι·
λαμπρότατος μὲν ὅ γ' ἐστί, κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται,
καί τε φέρει πολλὸν πυρετὸν δειλοῖσι βροτοῖσιν.

Hoc autem iste violētius posuit: qd illæ stellæ tantū faciūt comparationem hic; ēt stellæ pestiferæ, respiciens quas clades Rutulis sit illaturus Aeneas. ¶Cometæ sanguinei lugubre rubent. (Pro lugubriter. Cometæ aūt Latine crinitæ appellātur. Et Stoici dicūt has stellas esse vltra triginta duas: quarū noīa & effectus Abienus, qui iam bis scripsit Virgilij fabulas, memorat. Plinius ēt secūdus dicit, Cometas stellas esse naturales quæ apparent certis temporibus. Item hoc quoq; cōmemorat cometas fieri de planetis quę: vnde interdū bona, interdū pessima signant. nam si de Venere aut Ioue fiant, optima pnunciant: si de Marte aut Saturno, deteriora. Nā Mercurialis semper talis est, qualis ille cui cohæret. Vnde & minister deorum fingitur: hinc est qd' modo ait, Cometæ sanguinei lugubre rubēt. i. noxij. ¶Sirius ardor.) Sirius stella est in ore canis: quæ, vt in tertio diximus, quantū in ipsa est, pestifera est: sed pro qualitate adiacentiū aut vincitur: aut maioribus vtitur viribus. hinc est q cū certo tpe oriatur, non semper est noxia. ¶Læuo.) Noxio. Quod aūt ait. ¶Contristat lumine cœlum.) Cū de stella loqueretur quam armis splendentibus cōparauit, bene hoc Statius ad ipsa arma transtulit dicens, Armaq; in auro Tristia. ¶Quod votis optastis, adest.) Magna est persuadentis ars, vt quod cupit fieri, in præiudicium trahat. Sic hoc loco: quia vult Turnus vt optēt pugnam eius socij. hanc eos dixit semper optasse. ¶Perfringere dextra.) Fortiter facere. & bene est verbo vsus militari. ¶In manibus.) Non iam in votis, sed in manibus res est. ¶Esto.) Pro sit: tertia persona est. ¶Referto facta patrum.) Alij hic distingunt, vt sit, Referat modo vnusquisq; facta, patrum & laudes. Et secutus Sallustium hoc dixit: qa ait Hispanorum fuisse morē, vt in bella euntibus iuuenibus parentū facta memorarenf a matribus. Alij distinguunt nunc magna referto facta vt duas rex dixerit, Nunc vnusquisq; & suorū factorum meminerit, & laudis parentum.

Donatus.

DONATVS.

¶Dixerat, & dextra.) Quod nauis fuisset aliquando, altā nauim discedēs impulit dextra sua, modum seruās, quo sciebat tuto cōcitari nauigia: non enim debuit plus fieri, ppter periculū, nec minus propter tarditatem. accedens igitur ipsius loquētis adiumētum, quantum profuerit, sequentia probāt. ait enim Fugit illa p vndas: Cum nauis fluctibus portaretur, non videbatur currere, sed volare. ¶Ocyor & iaculo.) Atq; ita volabat, vt velocior eēt iaculo & sagitta, q̄ ventorū flatibus solet æquari. ¶Inde aliæ celerāt cursu.) Quid enim pdesset, si sola nauis, in qua Æneas fuit, celerius tēderet, cęteris lento actu remanentibus? Ibant ergo omnes celeres omni tarditate submota. ¶Stupet inscius ipse Tr.an.) His auditis & visis obstupuit Æneas ipse. ¶Animos tū omi.) In ipso tū stupore constitutus, quanquam gesta nesciret, tamen omnia ad omen trahens, animos tollit. considerabat quippe diuina oīa fauere partibus suis. nō dixit, lætus effectus est, quoniā audierat & aduersa atq; formidolosa fuisse, tū melior spes subleuatis animis erectis fuit. ¶Tum breuiter supera.) In necessitate enim non debuit pluribus loqui. supera autē aspectans precatur: quia non nymphis agendę sunt gratiæ: sed illi, a qua bona illa, pfecta eē videbantur. ¶Alma parens id. de.) Tria posuit, quibus fauorē eius in suas partes magis ac magis adduceret. alma idæa parens deū. augmentum dehinc laudis adiecit. ¶Cui dindyma cordi.) Summam dehinc petitionis annectit deprecatione ac laude cōclusa. ¶Tu mihi nunc pugnę princeps.) Quę, inquit, prima actus meos fouere cœpisti, tua auguria ista prosperitate plena cōfirma & secundis accessibus meos meorūq;, conatus attollite. ¶Tantū effatus,) Cum fine verborum eius lux clarior cœperat fieri. ¶Principio socijs edicit.) Edicere, est cū authoritate aliquid curandū iubere. Quod igitur multorum præceptorū fuit, iubacto sermone collegit: vt sequerentur signa, cōponerent animos, & hos pugnę & ingruenti certamini prępararent. Hoc enim volebat efficere: quod Cimodocea docente pręceperat: cū diceret, surge age & aurora socios veniente vocari Primus ad arma iube. & clypeum cape, quem dedit, ipse inuictum ignipotens, atq; oras ambiit auro. ¶Iamque in conspectu.) In quibus fuerant sui, & ipsi videri potuerant. ¶Stans celsa in puppi.) Ad altitudinem nauis accessit Æneæ quoque satis eminens forma. nam, cum cōstaret, multo altior est factus ratione loci, & corporis proceritate. ¶Clypeum tū de. sini. Extu. ar.) Ecce multiformi altitudini accessit augmentū. Erexit quippe sinistram manum cum clypeo. ardētē, addidit, vt ex altitudine & clypei ardētis flamma facilius occurreret oculis Troianorū properantis aduētus. ¶Clamorem ad syde. tol. Dar.) Erecti sunt, qui iacebant, & gaudium, qd ex aduētu regis sui cœperant clamoribus testabantur: tantum potuit spei melioris hortatus, vt irascerētur hosti, quos metus pauloante deiecerat. ¶Tela manu iaciunt.) Denique & tela audebant iacere. ¶Quales sub nubibus atris.) Quemadmodum solent grues e medio atrarū nubium libertate suam volantes nuntiare lætitiam: sic Troiani gratulantes exclamauerant. ¶At Rutulo regi,) Quia Rutuli i plano fuerant, nesciebant causam gaudij Troianorum & admodū mirabantur. vnde illis esset repentina lætitia. ¶Donec versas ad lit. pup.) Dum Rutuli causas cupiunt nosse lætitiæ, Troianorum repente viderunt per totū ęquor naues ad littus accedere. moraliter positum est, totumq; allabi classibus æquor. Turbatis qppe repentino terrore plus apparebat, q̄ testabatur fides rerum. cæterum quādo fieri potuit, vt p totum ęquor nauigia haberenf? ¶Ardet apex capiti, Ipse quoque Æneas in ipsa venientū multitudine videbaf apice capitis ardenti, & coruscus vmbone ita vt ex eo non fulgur, sed flāma videretur exire. ¶Non secus ac liquida.) Quia scutum & alia, quæ Æneas liberalitate Vulcani meruerat, in multorum exitium fuerant facta, cōparātur his sydera, cometes & syrius: quę quando oriunf, morbos ferunt hominibus & interitum plurimorum. Hæc dicuntur & imperij cōmoditatem portendere. quod ait læuo lumine, tale est quale illud, quod ait. Nam lux inimica, ppinquat: vt ostenderet lumen nō semper esse optimum: sed aliquando exoriri contrarium. Nam cometes & syrius tanto sunt pernici osiores, quāto fuerint luce maiore perspicua. ¶Haud tamen audaci.) Cum contraria partibus suis Turnus aspiceret, nō perdidit eo visu cōstantiā: sed audacia, qua semper est vsus, cōsilium tenuit: vt ante caperet terrā, ne Æneas, vel qui cum eo erant naub⁹ exponerentur. Inducitur dictio hois audacis, & eius qui nollet suos trepidatione confundi, asserentis prodesse potius, quod potuit videri contrarium. ¶Quod votis optastis.) Tandem, inquit, socij. quod cupiebatis effectum est hostem habetis in manibus, exercete dextras ipse mars attulit, quos cędatis. propterea sic cœpit, quia si alij turri ac fossa defendebanf, & muri isti fuerāt in aperto in manibus mars ipse viris. Quisquis virilē, inquit, animum gerit, fidat manibus suis, & præsentis occasionē tēporis non omittat. Dehinc opportu e primā ꝯiugum posuit causam: vt vnusquisq; cogitans aduersa certaminis, quid pati vxor hostibus dominantibus possit, animo puidēte tractaret. Et eiusmodi ludibria virtutis auxilio pręueniret, tuerēf quoq; omnia sua, quæ domi habuisset, ne inimicorum commodis cederent, quę longi temporis cōgesserat labor. debere aū oculos stare laudes & facta maiorū, ne degeneres inuenti esse ac suorū clarissima facta veterum tunc amitterent. augenda est magis per posteros illorū gloria fortitudinis nixu, q̄ inertia cessantis minuēda. Perficiendę glorię debuit cōsilium dare, qui audēdi dissuadebat effectum, simul etiam aperire profutura ꝯsilijs suis. tunc enim excitare potuit animos singulorum, si facilitatē in aggrediendo, & ex congressu commodum pręuiderent: atq; vt id properanter fieret, addidit. Dum trepidi egressiq;.) Vltro occurri descensuris debuit, ne firmatis post parua momenta gressibus vestigiorum resumerent firmitatem. Pręstat, inquit, labantes aggredi q̄ excluso pedum languore firmatos. ¶Audentes fortuna iuuat.) Non iuuat fortuna torpentes: sed audentibus adest: nec deserit audentes ad gloriam, sed ausus egregios optatam perducit ad palmam.

ASCENSIVS.

¶Dixerat &c.) Docet quomodo post discessum nympharū precatus matrem deum a suis visam classem appulit, & quomodo ea re cognita Turnus suos in aduentātes cohortatus sit, de qb⁹ omnibus dicit Dona. sic Alma parens Idęa: ex ijs tribus nominib⁹ captauit beneuolentiam. Edicit: est edicere cū authoritate aliqd curandum iubere. Dardanidę e muris ostendit qd possit spes: nam qui metu fugiebant nunc spe in hostes insurgunt. At Rutuli: hi enim in plano constituti videre Æneam non poterant totū ad littora. Moraliter quidē nā repentino turbatis motu oīa maiora videnf. Hęc ille. ¶Ordo ē Dixerat scilicet Cymodocea nympha, Ordo id est finiuerat sermonē & discedens impulit dextra puppim altā haud ignara, id est perita: modi scilicet ipellendi: hoc est moderationis illa. s. puppis impulsa fugit p vndas ocyor, id est velocior: & id est simul iaculo, id est sagitta emissa & sagitta ęquante, scilicet velocitate volatus ventos. Inde alię, scilicet nymphę, celerāt, id est celeriter peragunt cursus nauium: ipse Anchisiades Tros, id est Troianus Æneas inscius. s. vnde tanta esset celeritas stupet & tū, id est licet inscius stupeat ipse tollit, id est extollit: omine, scilicet viso & audito animos. s. suos: & aspectans conuexa supera. i. cœlestia precatur: tum. i. deinde breuiter id est paucis verbis. O alma parens, id est mater, deum, id est deorum Idęa id est quæ in Ida monte phrygio præcipue coleris cui dindyma id est mōs ille in phrygia: & vrbes turrigerę, i. ciuitates turritę: & leones bijugi, id est bini iugo currus tui subacti: ad fræna, id est habenas quibus aguntur: sunt cordi, i. ad cor & voluptatem tu supple sis mihi nūc princeps, id est auspex & præsens pugnæ sicut Iuno p Grecis: vñ veterisq; memor Saturnia belli, Prima quod ad Troiam p charis gesserat argis &c. tu propinques id est familiares facias & propius aduenire auguriū. s. portētum hoc: & o diua adsis phrygib⁹. s. tui cultoribus, pede secūdo id est dextero & fauorabili, Ipse effatus sup. est: tātum. id est id solū & dies ruebat interea reuoluta, id est rediens per reuolutionem: & hoc luce sup. existente iā matura & fugarat noctem: cū supp. Æneas edicit id est manifeste pręcipit socijs vt sup. sequātur signa, id est vexilla: atq; aptēt animos, id est irritent eos: armis, id est ad arma: aut arma tractando & parent se pugnæ & Æneas habet iā Teucros & sua castra in cōspectu, i. vt possit castra sua cōspicere & a suis cōspici: stans ī puppi celsa: tū. i. tunc deinde, id est continuo extulit sinistra sup. manu: clypeū. s. a Vulcano factum ardentem. i. radiantem. Dardanidę tollunt e muris clamorem ad sydera: & spes. s. victoriæ viso rege: addita. i. quę accesserat: suscitat iras. i. animositatē qualis est in iratis & iaciūt tela manu existētes tales quales grues strymonię, id est Thraciæ: dāt signa. s. auolatus, idest cum quali clamore auolant sub nubib⁹ atris. i. caliginosis: atq; tranant ęthera. i. sublimē aerem cum sonitu & fugiunt notos id est ventos pluuios supple cum clamore secundo. i. eas sequēte quasi celerius volēt ante faciem vēti quę vox aeri immissa afferri posset aut secūdo, idest læto vnde sequitur. At, id est sed ea. s. signa lętitiæ videri sup. cœperunt aut videbanf mira: regi Rutulo. s. Turno & ducib⁹ ausonijs donec respiciunt puppes, scilicet Æneæ & socioꝝ eius versas ad littora: & dum respiciūt totū ęquor allabi, scilicet ad littora classibus idest cum nauibus ipsis. aut propter classes allabentes: Apex

Universidad de Deusto Biblioteca

i.summitas galeæ Æneæ ardet.i.resplendet:capiti.i.i capite eius & flamma funditur cristis.i.a cristis a vertice.i.desuper,& vmbo .i.curuatura clypei:aureus,id est ex auro facta vomit ignes.i.fulgores vastos.i.valde amplos.Non secus,id est nõ aliter ac supple ignes vomũt:comete sanguinei.i.sanguinei coloris & sanguinis effusionẽ portendentes.si rubent lugubre, id est lugubriter qñ id est aliquãdo:liquida.i.humida.& sublucida nocte: aut si ille ardor syrius.i.illius stellę ardentis nascitur:ferẽs.i.afferẽs aut inferens mortalibus ęgris,id est miseris & ęgre viuentib' morbos.s. varios:& contristat cœlum.i.aerẽ:lumine lęuo.i.sinistro,hoc est inimico.tamẽ,id est licet sic animatos videret in castris & accedẽtes e nauib' fiducia,id est bene sperandi & fidendi virtus: nõ cessit.i.non amota est nec abijt aut discessit Turno audaci.s.sine felicitate:nõ cessit dicit pripere,i. quo minus præripiat: aut fiducia præripere,id est pripiẽdi littora & pellere.i.pellendi,aut quo minus pellat terra.i.a terra,venientes.s.ad eam Etruscos. Nam sup. tollit.i. erigit & effert vltro.i.insuper aios.i.suorũ dictis.i.verbis cohortatorijs:atq; increpat.i. cũ increpatione cohortat vltro.i. insuper vltra id quod timere potuisset:increpat autem dicens.Id sup.quod optastis votis.s.pfringere.i.fortiter agere:& hostẽ cõterere dextra.s. vestra:nã ipse Mars.i.potestas pugnandi:est viris .i.virilibus bellatoribus:in manibus,id est in promptu:nũc qsq; s.vestrum esto memor coniugis suę & tecti.i.domus.(Sic enim apud Liuium fere in cõcionibus ante pugnam admonet suos ductores)ipsi referto.s.quisq;.i.facito vt referat.i. repręsenter nũc fortia facta patrum.i.maiorũ suorũ & laudes patrum suorũ: occurramus vltro.i.prius q̃ nos inuadant: ad vndã.s. Tyberis:dũ .i.quãdiu ipsi trepidi sup.sunt & prima vestigia:labant,id est titubant & vacillant:egressis,id est primum e naui egredientib': fortuna iuuat audentes quę res in bello sæpe probata est: & solet,p prouerbio dici.

PIERIVS.

¶Supera aspectãs cõuexa.)In nonnul.cod.ant.spectans legitur. Sed magis placet,aspectans.¶Clypeum tum deinde finist. extulit ardentem clamorem ad sydera tollunt Dardanidę.)In ant.plerisque codi.clypeũ cũ, & quom,legitur,hoc est,quom inde. extulit clypeũ Dardanidę clamorẽ tollunt,Altera tamen lectio per dissoluta mẽbra magis poetica est.¶Dardanidę muris.) In Rom.cod. Dardanidæ,muris.absq;,e.particula legit aduerbialiter, reliqua exem.e muris,habent,eamq; lectionẽ agnoscit Probus. vbi fieri synalœphã ait,cũ diphthongus in simplicem longam cadit, hoc exẽplo.¶Ardet apex capi.)In Rom.cod.capitis,legitur,Sed enim magis placet,capiti datiuo casu.¶Cristisq; a vertice flãma fund.) confusus nimium ordo, nisi vetera succurrerent exemplaria, vt antiqssimũ illud Romanis literis perscriptũ,i quo legere est,Cristisq;,ac vertice flãma funditur, ita etiam in mediceo. In aliquot alijs veteribus, cristis ac vertice legit,absq;,q;.Vtrumlibet ex his magis placet q̃ a vertice.¶Et vastos vmbo vomit aureus ignes.) In anti.nõnullis cod.æreus legitur.Sed aureus rẽ magnifice magis amplificat.& inferius, vbi Æneas congreditur cũ Mezentio, idem habetur.Sed substinet aureus vmbo. Sciendũ vero in eadẽ dictione eãdem esse lectiõis varietatem apud Liuium lib. viij. de bello macedonico,&.xij.Clypea grata ab Ædd.cur. P. Claudio,& P.Sulpitio Galba sunt posita,quod in emẽdatioribus exemplaribus,aurata legit. ¶Littora pręripere.) In antiquioribus codi. legit,littora pręcipere.Id vero significat,capere ante locũ,quod in historijs frequẽs,& apud Liuium lib.ij.tertię decadis, vbi passim legit de Annibale effugium meditante. Dum ipse longius spatiũ fuga pręriperet. Antiquiores,codices habẽt,præciperet. Et eodẽ modo libro primę decadis sexto, vbi legitur. Nobiles hoies in possessionẽ agri publici grassari,nec, nisi anteq̃ omnia pripiãt, diuisus sit,locũ ibi plebi fore.In antiquo codice. Nisi antequam omnia præcipiant,scriptum est.¶In manib' mars ipse vires.)Romanus codex,& alia quędam vetera exemplaria viri, legũt vocãdi casu.Sed neq; displicet,viris, hoc est ijs,qui viri erũt, mars fauebit.)Dũ trepidi,egressisq; Labant vestigia prima.) Romanus codex,& pleriq; alij veteres admodum legũt.Dum trepidi egressisq; labant vestigia,quod magis figuratum est,Alij quidam codices manu scripti:gressusq;,legunt. Sed vulgatam ego lectionem non damnarim.

SERVIVS.

¶Versat quos ducere ꝯtra.) Cogitat qdẽ, sed non facit:ne diuiso exercitu vtrobiq; vincant.qd seqntia indicãt. Nam paulopost dictur' est,Et rapit acer totã aciẽ i Teucros.¶Cõcredere.)Cõ vacat.¶Pontib'. Scalis nauiũ.¶Lãguẽtis.)Trãquilli.¶Breuib'.)Vadis.¶Per remos.) Id est scaphis. ¶Non sperãt.) Legit& sperat, quod & melius est. Nam dum vada esse non sperat, incidit in ea. ¶Tollite,ferte.) Ad celeritatẽ dictum est.¶Findite rostris.) Militari felle dictũ est: vt etiã terra ipa quodãmodo sentiat hostis aduentum:¶Statione.) Statio est port' tẽporalis. nã portus est vbi hyematur. sed modo statio siccũ litt' significat:hoc.n.dicit, Potiar terra, & nauẽ frangere non recuso. ¶Innocuę.)Innocuus est, cui nõ nocetur.Innoxius,qui nõ nouit nocere. sed hoc poetæ plerũq; ꝯfundũt.¶Dorso iniquo) Dorsũ est durior arena, quæ remeantib' fluctibus & eũtib' densat,& i modũ saxi idurescit: qd a nautis puluin' vocant.¶Iniquo.)Sibi nocẽti. ¶Fluctusq; fatigat.) Subaudis eã. Nã fluctus nominatiuus est singularis.¶Exponit i vndis.) Ideo i vndis,non in vndas:quia in ipso loco res agit,nec est mutatio,

Hęc ait.& secum versat quos ducere contra POE.
Vel quibus obsessos possit concredere muros.
Interea Aeneas socios de puppibus altis
Pontibus exponit.multi seruare recursus
Languentis pelagi:& breuibus se credere saltu,
Per remos alij:speculatus littora Tarchon,
Qua vada non sperat:nec fracta remurmurat vnda:
Sed mare inoffensum crescenti allabitur ęstu:
Aduertit subito proras.sociosq; precatur.
Nũc o lecta manus validis incũbite remis: TAR.
Tollite,ferte rates:inimicam findite rostris
Hanc terram:sulcumq; sibi premat ipsa carina.
Frangere nec tali puppim statione recuso,
Arrepta tellure semel.{quæ talia postquam POE.
Effatus Tarchon,socij consurgere tonsis:
Spumantesq; rates aruis inferre Latinis:
Donec rostra tenent siccum,& sedere carinæ
Omnes innocuæ,sed non puppis tua Tarchon,
Nanq; inflicta vadis dorso dum pendet iniquo,
Anceps,sustentata diu:fluctusq; fatigat:
Soluitur:atq; viros medijs exponit in vndis.
Fragmina remorum, quos, & fluitantia transtra
Impediunt:retrahitq; pedes simul vnda relabens.

DONATVS.

¶Hæc ait,& secum.)Cum hæc locutus eẽt,elegit,quos secum cõtra duceret:hoc est ꝯtra eos,qui nauibus vehebant:& quos obsidioni conseruandæ dimitteret. Metui enim necessario debuit: ne dum omnes intenti littus obseruare contenderent,vis vtrinque emergens medium agmen opprimeret.¶Interea Æneas.)Descensus eorum, qui cum Ænea venerãt,varie breuiterq; describitur. & i ea desperatione ostẽditur,quã pręuiderat Turnus.Æneas,ingt, alios appositis pontib' exponebat,multis ambulãdi desuetudine trepidis: quorũ gressum natura sua infirmauerat mare.vsq; adeo vt relabentis vndas & lãguẽtis pelagi, hoc est placidi metuerent: qua cũ obseruabãt earum reditum, ne remeantes in altum traherẽt exire cupientes. Tãta fuit cõstantia gressus,vt metueretur etiã placidi æquoris motus.¶Et breuib' se cred. sal.) Alij breui saltu sese iactabant propter infirmitatem pedũ: alij vero descẽdebant per remos.¶Speculatus littora Tarchõ.)Tarchonis impatiẽs virtus cum in descẽsum oras adperteret, visum est ei, vt p eã partem littoris vaderet, qua omnis tranqllitas fuit:nec vnda illidebat saxa: nec aliqua venientẽ vada terrebant. Repente igit proras obuertit:deprecans socios ad officia virtutis implẽda.plurimũ.n. ad effectũ proficit,cũ prece vtit,q iubere potuerat.¶Nũc o lecta man' &c.) Magnum ardorem viri fortis inducit,& eius,qui ob intentionẽ pugnę ipsa naufragia nõ dubitaret admittere,in eo quę,vt oino auferret,ipse esset hortator,ipse proponeret,quæ in contrarium venire potuissent & ipse responderet.Quis enim resciret in vado cessare remigia debuisse? quis ignoraret frangi potuisse nauigia?, vbi altitudo pelagi deficiens sola ipsis nauibus pericula demonstraret:Incumbite,inquit,iuuenes remis. Potuit dici qũo incũbemus,& deest inimica substantia,quę naues ab inimica terra suspẽdat.Ille respõdentis animo ait,Tollite,ferte rates: vt fortitudo pręstaret hoium id qd loci natura nõ poterat. ¶Inimicum findite rostris.)Et si erit, inquit,in nauium amissione detrimẽtum, proueniet tñ nomẽ maximum,q inimicam terrã scindimus rostris.¶Frãgere nec tali puppim.)Certe qd vltra nauibus opus est quando terras,quas quęrebamus inuenimus?¶Quę talia postq̃ Effatus.Quẽ cũ tarchon fuisset effatus, & talia dixisset,quibus vltra responderi non posset.¶Socij consurgere tran.)Nitebant remis socij,vt contrario more naues nõ in fluctus,sed in terrã surgerent.In hoc facto non stultitia sed vltionis reportandę cupiditas probabatur. Quippe consecuta victoria totum, quod pro ea videbatur amitti,potuit reparari,si eẽt necessariũ.¶Donec rostra tenent si.)Iam peruenerunt in siccũ rostra: & qd fuerat insperatum,prospere ventus adiuuat, vt omnes illesę ꝯsedissent. quod dixit innocuę,non q ipse cuiq̃ non nocuissent dixit, sed q ipsis nihil cõtigisset aduersi.¶Sed nõ pup.t.Tarchon.)Omnes,inquit, euaserunt excepta ea,in qua fuerat tarchon. Incipit casum eius narrare.¶Nanq; inflictę vadis.)Hoc est infecta iniquis littorũ locis.¶Dorso dum pen.ini.) Dorsum dixit locũ editũ, in quẽ acta cõscenderet:iniquitas dicta est,quę venientẽ nauim seruare vel sustinere non potuit.¶Anceps,sustentata diu.)Cũ diu nutabũda nunc in vnã partẽ,nunc in aliam iungeretur.¶Soluitur, atq; viros.)Repẽte dissoluta est,& i vndis adhuc posita,viros,quos portabat,effudit.¶Fragmina remoꝝ.) Cũ se vndis liberare niterent, impediebant naufragijs partibus,& vnda retrorsus ducta nitentium gressus & vestigia reuocabat.

ASCENSIVS.

¶Hæc ait:& secũ versat quos ducere cõtra. Vel &c.) Post Turni actionem docet, quõ Tarchontis cohortatione appulsa sit classis Æneia ad littus vnde est hoc solũ Don. Versat quos ducere. in tã desperatione:nec cõsiliũ nec vim animi amisit.Hęc ille. ¶Ordo est Turnus sup.ait hęc:& versat,id est cogitat & disquirit secũ idest in animo suo quos possit ducere ꝯtra.s. aduentãtes hostes vel quibus possit concredere.i. quasi fidei cõmittere muros.s.castrorũ:obsessos.Interea.s.dũ hæc ageret Turnus,Æneas exponit socios de altis puppibus:põtibus.i.p scalas,multi seruare.i.seruabant:recursus,id est refluxus pelagi lãguẽtis.i. trãquilli ac nõ impetuosi:& credere.i.credebãt se breuibus.s.vadis: saltu.i. saliẽdo in ea alij credere sup.cœperãt aut credebãt se breuib' p remos. i. auxilio remorum,Tarchon.i.Ethruscorũ rex & pcipuus ductor speculatus.i.cõspicatus & vidẽs littora: sup.ea parte:quę nõ sperat.i.timet vada.i.fundũ vadorũ per quẽ vadere licet sed nõ nauigare:nec vnda fracta.s.nimio impetu immurmurat id est vehementẽ sonũ edit hoc est vbi neq; defect' neq; nimia vis est aquarum sed mare allabit. s.ad littus:inoffensum,id est non offensum nec impeditũ:ęstu crescẽti.i.exuberãti,ipse aduertit.i.applicat subito proras.i.anteriores partes quę aquas proruunt.& precat socios.O manus.i.multitudo armatorum: lecta.i.electa: incũbite nunc validis remis tollite.i.erigite:ferte.i.transferte ad littus:rates & findite rostris.s.nauium hanc inimicã terrã:& ipsa carina.i. capacitas seu venter nauis:premat.s.premendo faciat sibi sulcũ. nec ego recuso frangere puppim tali statione.i.ad breue tps portu & hoc tellure semel arrepta.i.si semel tellurẽ arripuerim' quæ talia id est talis modi verba: postquam Tarchon est effatus:socij consurgere sup.cœperunt aut cõsurgebãt tõsis.s.remis:& inferre id est inferebãt aruis Latinis id est in arua Latina:rates spumãtes id est spumis aquarũ nimio ipulsu excitatis respersas donec rostra id est anteriores partes prorarum tenẽt siccum: & carinæ. .i. ventres nauiũ:sedere.s.super fundum existentes omnes innocuę id est sine nocumento. sed o Tarcho tua puppis nõ sup.sedit innocua. nãq; ipsa inflicta vadis dũ pendet anceps, id est vacillãs dorso.s. scopuli:iniquo,id est nimis alto:& ipsa sustentata dudũ fluctus fatigat,sup.eam:ipsa soluitur id est finditur: atq; exponit viros in medijs vndis quos sup. viros fragmina remorũ, & transtra id est summa tabulata nauium: fluitãtia.s.per aquas ipediũt & vnda relabens trahit simul pedes quę res eos saluauit.

PIERIVS.

¶Multi seruare recursus languentis pelagi.)Sunt co. ant.in quibus legatur.recessus, Sed cursus,& recursus in hoc significato in vsu est frequẽtiori.¶Qua vada nõ sperat.)Ro.co.cum Oblongo & aliquot alijs legunt. Qua vada non spirant, vt illud in primo Geor.feruetq; fretis spirantibus ęquor.In vno ex ijs, qui,spirãt, legunt,paraphrasis superaddita, crispãtur. Sed magis placeret.In verticem.desidunt.Quin etiã in aliquot ex ijs,qui apud me sunt legere est,Qua vada nõ spumant.Ser.sperat,melius esse putat, qd maiorem viri ferociam ostẽdit,ridiculum,quod in impressis aliquot co.spectat, legitur.¶Fran.nec tali puppim sta.re.) Ro.cod. Medi.& alij quidem peruetusti legũt,puppes,numero multitudinis.Quod ostẽdit eum paruifacere nauis omnes,quotquot agebat,dummodo semel arripiat tellurẽ,& hoc quoq; magis ac magis hominis ferociã,ardorẽq; pugnãdi indicat. ¶Et fluitã.trãst.) Non placet quod in anti.ali.cod.legitur effluitantia. Nã sentẽtia & illud exposcit.¶Retra.pe.simul vn.)In co.aliquot anti.pedem legitur figurate.

SERVIVS.

¶Omen pugnę.) Sallustius, Pugnã illam pro omine belli futuram.Ideo ergo omen,qa sicut nũc,sic vbiq; vincet Æneas.¶Inuasit agrestes.) Quia dixit,Et latos vastãt cultoribus agros. Therone.) Hoc nomen in Pindaro lectũ est tantum.¶Tunicã squalentẽ.)Splendentẽ loricã.¶Hausit.) Ferit mõ significat.¶Et tibi Phœbe sacrum.) Omnes qui secto matris ventre procreant, ideo sunt Apollini cõsecrati, qa deus est medicinæ, per quã,lucem sortiunt. Vnde Æsculapius eius fingit filius. Vrita enim eum procreatum supra diximus.Cæsarum etiã familia ideo sacra retinebat Apollinis, quia qui prim' de eorũ familia fuit, execto matris vẽtre natus est. Vnde etiã Cęsar dictus est: licet varia de etymologia hui' nominis dicantur,vt dixim' supra. ¶Qd licuit paruo.) Legit& Cui licuit.¶Vsq;.) Tandiu, donec. ¶Ecce Pharon.) Legit& Pharo,vt,It clamor cęlo, vt sit datiuus ab eo quod Pharus. Si autẽ Pharo legeris, figuratũ est.nã de nominatiuo transit ad datiuum dicens Clamanti. ¶Infelix noua gaudia Cydon.) De Cretensibus accipimus q in amores puerorũ intemperãtes fuerũt. qd postea in Laconas, & in totã Græciã trãslatum est, adeo vt & Cicero dicat in libris de republica opprobrio fuisse adolescentibus, si amatores nõ haberent propter quod poeta Cydonẽ inducit amatorẽ. Nouimus autẽ Cydones Cretẽses dici. Sane Cydon quãdo nomẽ est propriũ, Cy naturaliter producit:si appellatiuũ, corripit cy.vt, Parth' siue Cydon telũ immedicabile torsit.Tñ Stati' etiam in proprio corripuit. vt, Hęc regi promissa Cydõ, hęc Lampe dabam'. quod fecit abutẽs licẽtia,qua vtimur in nominibus,pprijs.¶Flauẽtem malas.) Flauentes malas hñtẽ,prię ętatis. ¶Noua gaudia.) Quẽ tũc primum amare cœperat. ¶Stratus.)Deest pene.¶Miserãde.)Pro miserandus.Nã pro noiatiuo vocatiuũ posuit:vt contra,Socer ar-

Nec Turnum segnis retinet mora,sed rapit acer
Totam aciem in Teucros:& contra in littore sistit.
Signa canunt.primus turmas inuasit agresteis
Aeneas omen pugnę:strauitq; Latinos,
Occiso Therone:virum qui maximus vltro
Aenean petit,huic gladio,perq; ærea scuta,
Per tunicam squalẽtem auro,latus haurit apertum.
Inde Lycam ferit, exectum,iam matre perempta,
Et tibi Phœbe sacrum: casus euadere ferri
Cui licuit paruo,nec longe Cyssea durum,
Immanemq; Gyam,sternenteis agmina claua,
Deiecit leto.nihil illos Herculis arma:
Nil validæ iuuere manus,genitorq; Melampus,
Alcidę comes,vsq; graueis dum terra labores
Præbuit.ecce Pharon voces dum iactat inertes:
Intorquens iaculum,clamantis sistit in ore.
Tu quoq; flauentem prima lanugine malas
Dum sequeris Clytiũ infelix noua gaudia Cydon,
Dardania stratus dextra,securus amorum,
Qui iuuenum tibi semper erant:miserande iaceres,
Ni fratrum stipata cohors foret obuia,Phorci
Progenies,septem numero,septenaq; tela
Conijciunt.partim galea,clypeoq; resultant
Irrita:deflexit partim stringentia corpus

Universidad de Deusto Biblioteca

Alma Venus: fidum Aeneas affatur Achaten.
Suggere tela mihi (nō vllū dextera frustra ÆN.
Torserit in Rutulos) steterāt quæ in corpore Graiū
Iliacis cāpis. Tum magnam corripit hastam: PO.
Et iacit. illa volans clypei transuerberat æra
Mæonis: & thoraca simul cum pectore rumpit.
Huic frater subit Alcanor: fratremq; ruentem
Sustentat dextra. traiecto missa lacerto:
Protinus hasta fugit: seruatq; cruenta tenorem:
Dexteraq; ex humero neruis moribūda pependit.
Tum Numitor, iaculo fratris de corpore rapto,
Aenean petijt. sed non & figere contra
Est licitum: magniq; femur perstrinxit Achatæ.

ma Latinus habeto. licet illic possit accipi. Socer arma Latinus habeat, nā habeto & secūdę & tertię personę est. tñ ēt alibi noīatiuū pro vocatiuo posuit. vt, Corniger Hesperidū fluuius regnator aquarū. ¶ Stipata cohors) Vnanimiter veniēs. ¶ Septenaq; tela.) More suo, pro septē, vt bina pro duob⁹. ¶ Deflexit partim stringentia corpus alma Venus.) Male ait Donat⁹ hoc loco ante dictorum oblitū esse Virgiliū, q post Iouis prohibitionē bellis facit numina interesse, non respiciens Iouem magis deos hortatū esse in fœdera, q a bellis prohibuisse. Nam & paulopost tam Iuno q Iuturna bellis intererūt. ¶ Achatē.(Omnia nomina quæ in tes exeunt, vocatiuum in a mittunt, vt Achates Achata, Thimœtes Thimœta. ¶ Suggere tela mihi.)Ordo est, Suggere tela mihi: quæ in campis Iliacis in Græcorum steterāt corporibus. nullū enim mea dextera in Rutulos sine causa iaculabitur telum eorū, quę iam sunt cęde hostium comprobata. ¶ Transuerberat.)Scindit. Traiecto missa lacerto.)Quæ fuerat missa retroacto lacerto. ¶ Protin⁹.) Iugiter, continue. ¶ Tenorem.) Currendi modum. ¶ Moribūda. Morienti similis. Quod ita esse etiam Sallustius ostēdit, qui ait, Quasi vitabūdus per tramites & saltuosa loca exercitum ductare. Nam Iugurtha non vitabat legatum, sed se eum vitare simulabat. nam quia nomen est, ideo significat similitudinē, non passionē. Quod si participaliter diceret, a passiuo veniret. Omnia enim a passiuo participia, in dus exeunt. Moribunda, similis morienti. nō enim participialiter aliquid significat, sed nois habet significationem nominis autem significatio similitudinem habet, non passioné. Quando dico Moriturus est: vere moriturus est. Moribūdus autem, non vere, sed similis moriēti est. vnde & Sallustius dicit, Quasi vitabundus. ¶ Fratris de corpore rapto.) Si diceret fratrum de corpore, speciosi⁹ esset: quod ideo omisit, quia hasta Alcanoris tātum vulnerauerat manū, in Męonis vero hæserat corpore. ¶ Femur) dicimus: quia lectum est, & declinatur huius femoris. Illius vero ablatiui nō inuenitur nominatiu⁹, Lætus Eripit a femine. licet Caper in libris enucleati sermonis dicat femen, sed nō ponat exemplum ergo aut hoc femur aut hoc femē. Nam femus nō dicimus penitus.

DONATVS.

¶ Nec Turnum segnis reti. mo.)Cum hoc Turn⁹ vidisset, nulla mora potuit retineri. ¶ Sed rapit acer totam aciem in Teu.)Quāta fuit auiditas, vel quāta casus emergētis occasio? quam ne amitteret Turnus, omnes suos eo cōsensu elegit: vbi impediētibus pelagi vndis, e diuerso venientes facilius ipse & cautius expugnare posset. Signa canunt.)Signorum hortante cātu itum est in certamen. ¶ Primus turmas inuasit a.)Primum possum⁹ accipere, nō tantum primo incipientem, verumetiam sine aliorum societate, magnæ enim laudis instar est, ipse vnus in exitium plurimorū. ¶ Strauitq; Latinos:)Occidit plurimos: cū non dicit nomina, nec exprimit quantos: intelligendū est multos esse prostratos: & vbi dictū est, agrestes turmas fuisse, null⁹ proculdubio inesse potuisset. ¶ Occiso Rethone.)Hunc cū nomine posuit, q fuisset cognit⁹ & magnę virtutis. quantā autem fiduciæ extitisset, sequētia probant. ¶ Virum qui maximus.) Illorum scilicet, qui strati sunt aut Rutulorum. ¶ Vltro Æneam petit.)Talis occisus est, qui nō dubitasset vltro ire in Aeneæ perniciē: sed hunc facile occisum dicit nobilitate potioris, qui ab alio non posset occidi mirā enim sensit Aeneæ virtutem. ¶ Hunc gladio &c.) Fuit quædam difficultas in perforandis munimētis eius: sed omnia potiori virtuti cesserunt. Denique probata est fortitudo congredientis. non. eū emin⁹ sagitta percussit, aut iaculo, quod faciūt, qui formidāt hostis accessum: Res gladio gesta est, tanta fiducia & securitate feriētis, vt rupto munimēto ærati vestitus plenus ictus per temerarij hominis latus exisset. Inde.) Hoc est deinde. ¶ Lycaon ferit.) Propter descriptionum varietatem & fastidium legētis immittūtur fabulæ nō necessariæ descriptioni belli: Dicit eni quomodo iste natus sit, quomodo nutritus. Istum, inquit, nō edidit incolumis mater: sed ipsa occisa exectus venit in lucē, consecratusq; est Phœbo, vt adiumēto numinis in iuuenti produci potuisset. sed cum

cum ad Æneam venisset cōsecratus & iuuenis decessit, itaque illi, cui paruo licuit ferri casus euadere. s. cū matris exanimis vtero edit⁹ esset, fortissimi herois ferrū iā iuuenis vitaf nō potuit. hoc loco ius fatorum ex aperto monstraf medicorū ferrum, quid istū profuit euasisse? qd Apollinē habuisse propitiū? iuuenis interijt, qui nondū natus non potuit perire cū matre. ¶ Nec longe cyssea durum.) Non lōge, inqt, a lichæ funere deiecit morti cyssea & gyā claua pugnantes, & qui iam plurimos pstrauissent. ¶ Nihil illos Herculis ar. &c.)Supra dixit lichæ, nō profuisse Apollinis numē. istis quoq; arma Herculis. virtutem propriam & meritum paternū auxiliari nequiuisse. Iccirco enim Herculis isigne gestabat: quia eorum melampus pater in tantum Herculis laboribus fuerat sōct⁹, vt quicquid ille esset aggressus, nunq iste nesciret. Quo facto arbitrabantur per meritum patris inuictos se esse mãsuros. & ad exemplū virtutis Herculeæ se periculo non futuros obnoxios. ¶ Ecce pharon voces dum ia. iner.) Pharō, inquit, nō ferro in certaminibus bellicis, sed clamoribus irritis existimās esse certādū. ¶ Tu dum inertia personat, ore ipso ictū iaculi venientis excepit. ¶ Tu quoque flauentē.)Fecerant hyperbata obscuritatē. multa enim voluit vno sensu colligere & maxime ea, quæ semel posita nō semel accipiēda sunt. scribit enim per apostropham cydoné occidi potuisse Aeneæ gladio, dum amores turpissimos sequeref, qui esse iuuenum solent. Viderat enim adolescētem clytiū flaua lanugine plenū ne malarum, hoc est iam non puerum nec tamē iuuenem plenū quem dū secur⁹ sequitur amoris ardore possessus: qui amor execrabilis iuuenib⁹ scelestissimis solet inesse quo nihil naturæ magis repugnare videt, nihilq; deo graui⁹, quod plurimorū miserabiles exit⁹ ostendūt: nec poeta aliud hic innuit, q eos qui fœdissimum hoc sequuntur vitium, tandem infelix pati exitiū: dum igitur hoc sequitur salutis suę immemor factus est. Apparet autem hunc notari Virgilij carminibus, nō quia adolescentis amore captus est, quod tūc licitum fuit: sed quia illo loco atque illo tépore de salute potiusq de libidinis morbo fuerat contendendū. Et quia iuuentutis studiū flagitiosum in aliā quoque ætatem inhonesta continuatione protexerat: deniq; hic reprehensioné ipsam euidēti⁹ aperuit, vbi posuit noua gaudia, & qui iuuenū tibi semper erāt. Nouū enim fuit, vt maturioris ætatis auderet, quod iuuenum fuit. tu autem ait iuuēta transacta in eiusdē turpitudinis amore mansisti. ordinatio istius loci talis est. tu quoq; cydō infelix & miserāde, qui dum clytiū flauentem prima lanugine malas secutus noua amorū gaudia sequeris. qui amores esse scelestorū iuuenum solent: iaceres strat⁹ Dardania dextra, ecce dicitur, cur non sit occisus. ¶ Ni fratrum stipata cohors.) Ostendit cydonem libidini etiam tum deditum, cum salutis pericula tractarent casu potius Aeneæ manibus q propria virtute liberatū. nam eo momēto temporis, quo Ænea persequēte poterat interire, einer fere filij phorci & densati sunt, simulq; collecti. ¶ Septem numero.) Periculū in his etiam manifestum. quis enim vnanimes congregatos & tanti numeri non timeret, vno ictu septem tela iaciētes: Consilium igitur fuit cōtenere interim cydonis necē: vt hostis collecto in cateruam resistere primitus, i quo maior vis periculi fuit. & si fuisset euētus, magna posset de plurib⁹ victoria prouenire. ¶ Partim ga, cly.)Veniebāt quidem ictus omnium in Æneæ scutum & galeam: sed lædēdi corpus nulla proueniebat occasio. dicit causam, quæ magis faciebat tela irrita. ¶ Deflexit partim stri. cor.)Aderat eni mater filio & potentia numinis sui veniētiū telorum ictus violentiaq; frangebat. ne corpus eius aliquaten⁹ læderent. ¶ Fidum Æneas af. ac.) Æneas cū vidisset constipati cum nei turbā magno aduersum se teloꝝ numero certare atq; cōtenere, allocutus est Achatē fidum sibi & comprobatum i omnib⁹: vt tela in eos iaciéda suggerat, erat enim maiore vi vis maior excludenda. ¶ Suggere, inquit, tela mihi &c.) Quasi cōsuetudinē haberēt illa tela feriēdi, sic ait, suggere tela mihi, quę steterūt in graiorū corpore, cū pugnaref in Troia, quasi sic possent stare in corporib⁹ Rutulorū. scio enim hæc dexteram meam nō frustra esse missurā. ¶ Tū. m. co. h. Et iacit.) Magnā hastā posse iacere, quātæ virtutis

virtutis est? ¶ Illa volās.)Thorax dicif indumētum, quo bellator vsq; ad pectus munif, hasta igif missa ab Ænea & scutū & thoraca pectus Mæonis perrupit ¶ Huic frater subit Alcanor.)Cū Męon caderet, occurrit Alcanor, q exciperet cadētē, & substētaret, si posset. ¶ Traiecta missa lacerto.) Alcanoris mortē hoc modo describit. cū eni cōtineret dextera sua illū, qui ceciderat alia hasta humerū eius percussit, qua causa abscissis neruis pepēdit man⁹ sic separata a corpore, vt mortē suam testaretur & interitū plenū. ¶ Tum numitor iaculo.)Numitor, inqt, eodem rapto iaculo, quo debilitatus fuerat frater, Æneam petijt. ¶ Sed nō & figere. c.) Magna comitis fides, qui dimicaturo ita fuerat iūct⁹: vt destinatū in Æneā telū ipse proximitatis occasione suscepisset, deniq; licet in Ænea videretur esse frustratū, femur tamē Achatę percussit: quod non fieret nisi protegendi officio ei fuisset infixus.

ASCENSIVS.

¶ Nec Turnū segnis retinet mora, &c.)Docet quomodo totis virib⁹ cōcursum est educēte videlicet Turno, totas copias in aduētātes hostes, quæ res fere sumpta est ex applicatione Græcorum ad littora Troiana qui a Troianis & potissimū ab Hectore duriter accepti sunt. Recitat ergo variam stragem: de qua re hoc solū est Donati Thorax: indumētum quo bellator vsq; ad pectus munif. Hæc ille. ¶ Ordo est. Nec mora segnis, id est quæ segnes faceret ac segnib⁹ esset solet, retinet Turnū: sed ipse acer, idest strenu⁹ rapit, id est celeriter adducit totā aciem in, id est contra Teucros: & sistit. i. exercitū statuit, cōtra. i. ex aduerso aut cōtra aduentātes in littore. Et sup. tibicines aut cornicines: canūt. i. canēdo faciūt signa. s. ineūdi prælij. Æneas iuasit prim⁹ turmas agrestes. i. agricolarū, aut agros vastantium appositorie omē pugnæ, idest quæ referat omē pugnæ portēdens indigenas superādos cū agrestes superent: & strauit Latinos occiso Therone, id est postq occiderat Theronē eorū ductorē: qui existens maxim⁹ virum, idest virorum petit. i. aggreditur Æneā vltro. i. non lacessit⁹, cū tamē si superet, ab eo merito declinaret. & sup. Æneas haurit, id est ferit aut exhaurit: huic. s. Theroni. latus apertū. i. postq aperuerat gladio & per scuta ærea & per tunicā squalentē. i. relucētem in morē squāmarū serpētū auro. i. squāmis aut hamis aureis. Serui⁹ dicit haurit, id est ferit: sed quia addit apertū quod nō ferit sed exhaurit extrahendo sanguinē: ego potius acciperē in natiua significatione. Inde. i. deinde ferit Lycham exectum. i. per sectionem exēptū iam matre perempta, quæ res Cæsarū familiæ competit, & sacrum. i. cōsecratū tibi o Phœbe: quia arte medica cōualuit: vnde domus Iuliæ fautor inducif Apollo, vt in bello actiaco visum in clypeo Vulcani. Cui. s. Lychæ, licuit, id est permissum & datū est paruo. i. cū adhuc in vtero esset matris: euadere casus ferri. i. necē per ferrum quam nunc incurrit senior. Nec. & non, & deiecit nō longe. s. ab eis iam dictis cyssea virū illum durum. i. fortem & robustum: & Gyam immanē. i. valde magnū & ferocem deiecit dico leto. i. morte eos sternētes claua, i. baculo nodato qua vsus est Hercules agmina. s. phrygum & ethruscorū: arma Herculis, idest qualib⁹ Hercules vbiq; victor vsus erat nil. i. i nullo iuuere. s. eos & manus valide nil iuuere eos: nec Melāpus genitor. s. eorū & comes Alcidæ, id est Herculis: vsq;, idest semper dū, idest donec: terra præbuit. s. Herculi labores graues. s. ad domāda varia terrarū monstra. Ecce. q. d. præter opinionē: dum Pharon iactat. i. iactanter effutit: voces inertes. i. friuola & inania verba: Æneas sup. itorquens iaculū sistit, id est plantat & statuit ipsum clamanti. s. pharoni in ore, id est cū iā esset in ore aliter diceret i os. Tu quoq; o cydon infelix dū sequeris Clycium. s. puerum aut adolescentem flauentem. i. habentē flauentes malas. i. maxillas prima lanugine, id est rara qa pma barba appositorie noua gaudia. i. nouas amorum voluptates tuas: iaceres o miserāde strat⁹ dextra Dardania, id est

idest ipsius Æneæ Dardani existens securus amorū, id est nō amplius curās de amoribus quia amores iuuenū erant tibi semper. s. dū viueres iaceres inq stratus ni. i. nisi cohors fratrū appositorie progenies phorci. i. cohors filiorū Phorci qui inter se erāt fratres foret, id est esset obuia, id est obuiā veniret: stipata, id est condensata mutuo compressu: qui sup. erāt septem numero & coniiciūt tela septena. s. vno ipetu quia singuli singula: quę sup' tela resultāt. i. retrorsum saliūt repercussa irrita. s. effecta. parti galea. s. Æneæ & partim clypeo & Venus alma deflexit partim: stringētia id est leuiter cōtingētia corpus. s. Æneę & Æneas sic. s. oppressus affatur Achatem. s. arcigerum suū fidū: vt in primo fidus quæ tela gerebat Achates: affatur autē dicēs, Suggere. i. subministra aggerendo mihi tela: dextera sup. nostra id est nō vllum, non torserit frustra in Rutulos vllum sup. telū eorum quæ steterāt in corpus graium in campis iliacis. tum. i. deinde corripit magnā hastam & iacit supp. eam: illa volans transuerberat æra clypei Mæonis & rūpit simul thoraca. i. munimē pectoris cum pectore: Alcanor frater. s. eius subit. i. succurit huic. s. Mæoni & sustētat dextra fratrem ruentē hasta missa. s. ab Ænea fugit. i. propellif protinus i. cōtinuo: lacerto. i. brachio traiecto, & cruenta seruat tenorē. i. currendi modum & dextera moribūda. i. iamiā moritura pependit neruis. i. p neruos ex humero. Tū. i. deīde Numitor petijt Æneā iaculo rapto de corpore fratris sed nō est licitū. i. permissum ei figere cōtra. i. ecōuerso. s. in corpus Aeneæ & perstrinxit. i. leuiter vulnerauit femur. i. coxā magnā Achatę cui⁹ fere cum honorificentia meminit Poeta.

PIERIVS.

¶ Perq; ærea scuta.)In Ro. co. in Mediceo, & in eo qui apud me est, suta legif, quod nequaq displicet, cū pulchra sit loricæ periphrasis, a suo suis, eodē vero vocabulo, sed forma alia vsus est ēt in quarto, Georgicō corticib. fuerint tibi suta cauatis. ¶ Inde Lycham ferit exectum iam matre perempta.) In Ro. cod. & aliquot alijs exsectum integris partibus. Missum facio codicem antiquū in quo exemptū, legitur, ea enim paraphrasis fuit, quæ cōtextui mox inserta est. In Oblongo perueteri exēplari, & sectum legitur quod nescio quid leporis habere videt, &, particula copulatiua geminata, & sectum iam matre perēpta, & tibi phœbe sacrum, in quod illud etiam animaduertendum in nōnullis co. anti. fatū, nō sacrū, legi, quod non ęque placet. ¶ Casus euadere ferri, cui licuit paruo.)Haud temere i co. ali. anti. scriptum crediderim. Quod licuit ea quippe de causa sacrū. Quod paruo licuit ferrū euadere cū maternus vterus exsecaretur. ¶ Nihil. her. ar.)In anti. co. nihil, & pro nil valide, nec valide legitur. ¶ Ecce pharon voces dū iactat iner.) Ro. codex, & Oblōgus. Pharo, absq; n, scribūt, vt Plato. Solo, & huiusmodi pleraq;, quæ apud Latinos absq; n, litera proferri, debēt. Cuius rei manifestum vsum videas apud Statium Papinium. Simulatq; Agamemno volentes. Sane, c. Iulius Ro. quem Sosi. Later scriptorem diligentissimū appellat, dictum a Virgilio notat. Exultat Amazon. Quanuis nullum nomen Latinū, on, literis finiatur, & ideo Rhodum, & Delum accusatiuo dicamus. Quædā tamen esse inquit. Pli. Secundus, quæ ad nos vsque proprios gentis suæ vultus, formamq; custodirēt vt Pluton, Xenophō, de quo alibi. ¶ Steterāt quæ i corpore graium.) In antiquis aliquot cod. steterunt legitur, vt illud, obstipu steteruntq; comæ. ¶ Meonis.) In antiq. cod. plerisque cum dipthon. Mæonis. ¶ Cum pectore rumpit. ¶ In Romano chdice, rupit est præterito tempore. In alijs Rumpit. ¶ Traiecto missa lacerto, Protinus hasta fugit.) Seruius, traiecto retro acto exponit, At cur non potius transfosso, vt hastæ impetu lacertum intelligamus traiectum: cum subsequatur, dexteraq; ex humero neruis moribunda pependit.

Hic curibus fidens primęuo corpore, Clausus
Aduenit: & rigida Dryopen ferit eminus hasta
Sub mentum grauiter pressa: pariterq; loquentis
Vocem, animamq; rapit traiecto gutture. at ille
Fronte ferit terram: & crassum vomit ore cruorem.
Treis quoq; Threicios Boreæ de gente suprema,
Et treis, quos Idas pater & patria Ismara mittit:
Per varios sternit casus. accurrit Halesus,
Auruncęq; manus: subit Neptunia proles,
Insignis Messapus equis. expellere tendunt

SERVIVS.

¶ Hic curibus.) Hoc est tūc. Et est ordo, Tūc fidens primęuo corpore aduenit Clausus Curibus: qui erat de Curib⁹, vt Verres Romulia. Aut fidēs Curib⁹. vt, Ecce Sabinorū prisco de sāguine magnū Agmē agēs Clausus. ¶ Rigida.) Tenēs eam, nō vibrās & iaciens. ¶ Boreæ de gēte supma.) Aut originē ducētes a Zeto & Calai, qui filij Boreæ & Orythiæ Nymphę fuerūt: vt De gente, de genere accipiam⁹. Aut certe in Hyperboreis mōtib⁹ natos: vñ est origo vēti Boreæ. ¶ Ismara.) Thraciæ ciuitas a mōte Ismaro. ¶ Expellere tendūt.) Loco se inuicem mouere contendunt. Limine.) Id est littore. ¶ Magno æthere.) Id est aere in magno. nam vēti in æthere nō sunt, sed i aere sicut supra, Atq; ęthera tranāt cū sonitu pro aere. ¶ Obnixa oia cōtra.) Mare mari, nubes nubibus, vēti vētis. Legitur

Universidad de Deusto Biblioteca

Nunc hi, nunc illi: certatur limine in ipso
Ausoniæ. magno discordes ęthere venti
Prælia ceu tollunt, animis, & viribus æquis.
Non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit:
Anceps pugna diu: stant obnixi omnia contra.
Haud aliter Troianę acies, aciesq; Latinæ
Concurrunt: hæret pede pes, densusq; viro vir.
At parte ex alia, qua saxa rotantia late
Intulerat torrens, arbustaq; diruta ripis:
Arcadas insuetos acies inferre pedestres
Vt vidit Pallas Latio dare terga sequaci:
Aspera quis natura loci dimittere quando
Suasit equos: vnum quod rebus restat egenis,
Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris.
Quo fugitis socij? per vos, & fortia facta, PAL.
Per ducis Euandri nomen, deuictaq; bella,
Spemq; meã, patriæ quæ nunc subit ęmula laudis:
Fidite ne pedibus, ferro rumpenda per hostes
Est via: qua globus ille virum densissimus vrget.
Hac vos & Pallanta ducem patria alta reposcit.
Numina nulla premũt: mortali vrgemur ab hoste,
Mortales: totidem nobis animæq;, manusq;.
Ecce maris magno claudit nos obice pontus:
Deest iam terra fugæ. pelago Troiam ne petemus?

tur & obnixi: vt referatur ad ventos. ¶Hæret pede pes.) ꝓ pedi. Nã Antiptosis est: & est Homeri versiculus. ἀσπὶς δ' ἀσπίδ', ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ. ¶Arcadas.) Accusatiuꝰ est pluralis, cuiꝰ vltima syllaba ideo breuis est, qa noĩatiuꝰ pluralis in es terminaẽ, vt hi Arcadas, vt delphines delphinas. ¶Latio sequaci.) Pro Latinis. alibi, Inuadũt vrbẽ somno vinoq; sepultã. ¶Dimittere quãdo.) Siquidẽ. Et est Romanæ militiæ, nã in locis impeditis equos comitibus dabãt, & pedestri certamine cõfligebãt. ¶Quo fugitis? Hoc amare dictũ est, nam preces sequũtur. ¶Deuictaq; bella.) Finita, exhausta. nã hostis vincitur, non bellum. ¶Fidite ne pedibus.) Datiuus est pedibus, nã fido tibi dicimꝰ. ¶Hac vos & Pallanta ducem patria alta reposcit.) Hoc vult patria vt per cędes hostium reuertamur. ¶Numina nulla ꝓmũt.) Argumentatur a facili dicens nõ cõtra deos, sed cõtra mortales bella tractamus. ¶Ecce maris.) Quod est efficax, in fine posuit, nã dicit eos quo fugiãt nõ habere, cum terra teneatur ab hostibus: mare autẽ pedibꝰ trãsire non possint: castra vero ingredi turpissimũ sit. Aut certe etiã hoc impossibile, si ab hostibus obsidẽtur vt quidam volunt, intelligentes Et rapit acer totã aciẽ in Teucros, s. quã deducębat cęteris relictis. ¶Magna claudit nos obice põtus.) Modo vsus habet vt hic obex dicamꝰ: vnde quidã Magno obice legunt. Antiqui etiam hæc obex dicebant, secũdũ quod est magna obice. Hinc est qđ nõnulli vitant generis dubietatem, & legunt Magni. s. maris. Caper tamẽ in libris dubij generis probat dici & hic obex & hæc obex: quod vt diximꝰ, hodie de vsu recessit.

DONATVS.

¶Hic curibus fidens primæuo.) Dum illi cum Ænea certãt, superueniens Lausus comitãtibus viris Dryopem basta eminus missa sub mentũ percussit: hoc est superiorẽ gutturis partẽ. ¶Pariterq; loquẽtis Vocẽ, &c.) Necesse. n. fuerat vtrũq; simul auferri, cũ ea pars corporis clausa eẽt, qua vox habuit exitũ, & qua subsidiũ vitæ reperiebat igressum. Traiecto gutture, hoc fecerat ictꝰ fortior ferri: qđ per illiꝰ guttur plena virtute transierat. ¶At ille) Hoc est idem ipe, per cuius guttur trãsierat ferrum. ¶Fronte ferit terrã.) In faciẽ hunc asserit cecidisse, quando terrã fronte percussit, crassum autem cruorem vomebat, vtpote ex parte adhuc viui, & ex parte iam mortui. In viuis quippe corporibus nõ cõgelascit sanguis. In morientibus vero cõstringitur, recte igiẽ crassum dixit, quod vomebat ille. ¶Tris quoq; thericios.) Compẽdio vsus est, vt omnes simul poneret, & eorũ exitus sub generali significatione transiret. ¶Occurrit halesus Auruncæq; manus.) Cur isti occurrerent dicitur. expellere, inquit, tendunt. ¶Nũc hi, nunc illi.) Ad hoc cateruatim cõgrediebanẽ, quos altera pars nitebatur retinere solidum terræ, altera ne fieret prohibebat. ¶Certaẽ li. in. i. Au.) Bene dixit limine prouinciæ finem maris, & initium terrę. ¶Magno discordes, æ. v.) Sic, inqt, illi æquis viribus inter se contendebãt, quomodo nõnunq; venti animo pares & nixu se inuicem conantur excludere. ¶Non ipsi inter se.) Non sibi cedentibus ventis ea quoq; nõ cedũt, quæ ipsi flatibus suis sæuiẽdo cõmouerint, nam nubila, ac mare dum tradebãtur alijs, & e diuerso alijs sistebantur, non cedebant vno in loco. ¶Haud aliter Troianæ acies.) Ipsa est enim dimicatio fortior, cum non missilibus sed gladijs res geritur, hãc dimicãdi obstinationem vna causa faciebat, quod victoria partũ in eo constabat, vt illi cõtingerẽt terram, aut illi eam tangere non finerent. ¶At parte ex alia.) In alio littoris loco describit exitum habuisse torrentem aduexisse dirutas arbores, & saxa eo infinita traxisse. Arcadas vero equites nec equos inter hæc agere, nec pedestri contra morem suum

pugna

pugna certare valuisse prorsus indei fugam cœpisse cõuerti & terga hostibꝰ dare, hoc eni in aduersis esse subsidiũ solet, vt salꝰ fugiẽdo seruetur, quæ dimicando nõ potest defensare pallantem, cũ hæc vidisset, nunc rogare eos, nõ obiurgare cępisse, ne deserta gloria paterentur ante poni fugã, & victoriam hostibus linqueret. ¶Quo fugitis socij?) Tenuit omnia quæ moriẽtes reuocarent, deditiq; ordinationẽ pulcherrimã dictis suis. Ait, quippe primo i loco quo fugitis? hoc est dicere, ad quã tenditis partem: cũ omnia teneant hostes per vos? nihil eni vnicuique est tam charũ, quã ipse sibi est: addidit, & fortia facta hortari ad assuetum certamẽ vnũquemque, & semper inefficax cẽtra commodum suũ satis ad implendos persuasionis effectus exempla propriæ virtutis cupiã demonstrare. Potest eni rursum vincere, q laboribꝰ suis tenuit aliquãdo victorias, & ne facta gloriosa ludibrijs posterioribꝰ obruat operã dare per ducis Euãdri nomẽ etiã nomen, vt cogitantes merita sua curarẽt, ne ducis sui nomẽ etiã item triũphos & glorias flagitijs militaribus macularent, vltimo loco commẽdauit tyrocinia sua dicens, Spemq; meã patriæ, quæ nunc subit æmula laudis, æmulꝰ aliquando inuidus, vt æmulus exceptũ Triton, aliquãdo imitator, vt hoc loco, & simillimus intelligendus est. Proinde, cum dicit patriæ laudis, ostẽdit imitatorem se paternæ virtutis, non inuidũ, in istis verbis huiusmodi intellectus retinendus est, vt eum ponamus ex aperto dixisse, pater meus dux isignis vester multa bella virtute cõfecit, gloriosus remeauit ex omnibus, ergo filius eiꝰ, & nũc primum ductor vester effectus, cui cum paternis triumphis certamẽ est primum non similis redibit: dicit iam quid facto opus sit. ¶Fidite ne pedibus.) In certaminibus, inquit, bellicis spes omnis in dextera magis esse q̃ in pedibus debet. ¶Ferro ru. p. ho. Est via.) Et nunc, inquit, si viam in patriam quæritis, rumpatur ista per hostiũ globos, & accedẽtium strages perferat, iter virtus, vt decet, inueniat, sic cõuenit vos redire cum nouo duce, sic intrare patriã, vt qualis solet gloriosus incipiat. ¶Numina nulla premunt.) Hæc supplementa sunt persuasionis, nullũ inuidet audẽtibus numen: vna nobis & hostibus nascendi moriẽdiq; conditio est, manus totidẽ gerimꝰ, animæ sunt quot illis, & nobis. Cur metuã pares? cur metuã me cũ simul naturæ subiectos? ¶Ecce maris magna.) Clausit nos mare, negaẽ fugiẽtibus terra: inueniat virtus quod necessitas negat, vt qui nauigare non possumus, Troianorũ castra fusis hostibꝰ teneamus.

ASCENSIVS.

¶Hic curibꝰ, &t.) Prosequtur reliquã pugnæ partẽ de qua recũpter facilitatẽ nihil dicat Dona. ¶Ordo est Lausus fidẽs primęuo corpore. i. qa erat in ꝓmo flore ętatis aduenit hic. i. modo curibꝰ aut lausus ꝓmęuo flore aduenit hic fidẽs i curibꝰ. i. fabinis quos e curibꝰ eduxerat: & ferit eminꝰ. i. de lõge quasi emisso telo e manu Dryopẽ. s. Rutulũ. Hasta rigida. i. dura & difficulter flexibili, aut quã rigide tenuit & ꝓssa. i. impressa & ipulsa grauiter. i. violẽter Dryopi. s. sub mẽtũ. & rapit pariter vocẽ & animã loquẽtis. s. Dryopis: & hoc gutture, sup. eiꝰ traiecto. At. i. sed ille. s. Dryops ferit. i. cõcutit terrã frõte & vomit ore cruorẽ crassum. Et sup. Lausus sternit quoq;. i. threicios. i. thracios viros: de suprema. i. vltima gẽte. i. gñe aut progenie boreæ. s. vẽti Thraciam ꝓflãtis aut illinc veniẽtis & sternit tris, quos, Idas pater mittit. s. in auxiliũ & tris quos Ismara ciuitas illa Thraciæ patria. s. illorum mittit, stetit inquã per varios casus. i. vario euẽtu & vario genere mortis. Halesus occurrit, id est in occursum properat & manꝰ aurunce. i. aurũcorum qui sunt antiquissimi Italię populi copiæ sup. occurrunt: & Messapus proles Neptunia. i. filius Neptuni, subit. i. subse

quitur

quitur i auxilium veniens: existẽs insignis. i. insigniter instructꝰ equis quia prius dictus est domitor equorum, ipsi tẽdũt. i. contẽdunt aut prætendũt expellere, s. aduersarios suos nũc. i. aliquãdo hi. i. vniꝰ partis nũc illi, i. alterius partis: certatur, s. ab omnibꝰ aut ab vtrisq; partibꝰ: in ipso limine. i. littore & igressu ausoniæ. i. eiꝰ partis Italię ab ausone dictæ: ceu. i. quẽadmodũ venti discordes magno. i. spatioso ęthere. i. aere tollũt. i. erigũt & cũ elatione exercent animis & viribus æquis. i. æqualibꝰ & sup. ipsi vẽti no cedũt inter se. i. alter alteri: & nubila nõ cedũt quæ. s. ab vtrisq; equis viribus impelluntẽ & mare. i. aqua maris nõ cedit, & pugna sup. cõmittiẽ diu anceps. i. incertæ victoriæ & stant sup. venti obnixi cõtra omnia aut omnia. s. elemẽta stant obnixa, id est obnitẽtia contra. i. ex aduersa parte Acies Troianæ: & acies Latinæ concurrunt haud. i. naturaliter pes. s. huius aduersarij hæret. i. cõiungiẽ pede, id est pedi: & vis hæret existẽs dẽsus viro. At. i. sed vt. i. postq; Pallas. s. filiꝰ Euãdri vidit. i. cõspexit Arcadas insuetos inferre acies pedestres. i. pedestri prælio certare: dare terga: latio. i. Latino populo. sequaci. i. persecutori: vidit dico: ex alia parte: qua torrẽs, id est amnis ipetuosus itulerat saxa rotãtia. i. obuoluta late: & arbusta sup. erãt diruta ripis, id est cũ ripis aut in ipsis ripis: quis, idest quibus arcadibus: quãdo. i. quãdoquidẽ aspera natura loci. i. qa inaccessibilis videbaẽ suasit, id est persuasit dimittere equos: ipse accendit virtutẽ. i. animositatem eorum: nũc. i. aliquando prece: & nũc dictis amaris, id est increpationibus: quod vnũ. i. quæ vna & sola res restat. i. reliqua est: rebꝰ egenis. i. consilio & ope egentibus. Accẽdit autem dicẽs. O socij quo fugitis: obsecro sup. aut obtestor per vos & fortia facta sup. vestra in alijs prelijs (Solẽt enim duces milites suæ virtutis admonere vt similẽ exhibeant) & per nomẽ. i. famã & gloriam, Euandri ducis. i. qui vos duxit & per bella deuicta. i. cũ victoria gesta & per spem meã. i. quæ est de me aut quã habeo de vobis quæ spes mea subit nunc æmula. i. imitatrix laudis patriæ. i. paternę hoc est patris mei Euãdri: vel quia tãtum de me incipit desperari: quantũ de patre partum est gloriæ, aut quia tãtũ de vobis sperare incipio quãtum pater solebat: per hęc ergo obsecro: ne fidite, id est cõfidatis: pedibus. i. nolite spem in fuga collocare. Via est rumpẽda. i. debet rũpi, & sic aperiri: ferro, id est armis ferreis. per hostes. s. medios: hac. s. parte qua ille globꝰ virũ. i. virorũ vrget densissimus. i. frequentissimus, hac reposcit. i. exigit & reqrit patria alta. i. nobilis: & iclyta facta, vos, & Pallanta. i. me ducẽ. s. vestrum Nulla numina. i. nullæ diuinæ potestates, premũt. i. opprimũt nos, qa nos vrgemur ab hoste mortali, id est qui potest mori vti nos. Totidẽ animæ, & manus sunt nobis mortales quot, s. hostibꝰ. Ecce. i. si nescitis animaduertite: qa pontus. i. mare. claudit nos magno obice. i. obiectu, & obstaculo maris, & ita: terra deest iam fugę. i. non est quo fugiamus, locus, petetis ne Troiam pelago. i. per pelagus?

PIERIVS.

¶Viribus hic fidens primęuo corpore Lausus, aduenit.) In hoc membro

membro cod. tam impressi, q̃ manu scripti: tam veteres, q̃ noui multipliciter variant. In omnibus tamen venerandæ atiquitatis codic. pars illa prior eodem consensu legiẽ, hic curibus fidẽs, qđ etiam Seruius submonuit. Deinde Lausi nomẽ ad hãc vsq; ętatẽ quorũdam omnino veterũ codicum ad sensum admissum est: cũ Clausus, a quo gẽs claudia deriuarit, sabinorũ ductor alibi nominetur a Virgilio, ecce sabinorũ prisco de sanguine magnũ agmẽ agens Clausus & hic vetera quędam exẽplaria. Clausus habent. Sed interim eorum stuporẽ pręteremus, qui Numitorem Curibus populis clausum stipatũq;, quod iuuentuti primęuę fideret Aeneam telo petijsse interpretanẽ. Sane vero quod, Aduenit, in impressis codici. oibus legitur, neq; non in aliquot ex vetustioribus, in Oblongo illo Pomponianis delicijs. Aduolat, habetur. ¶Occurrit halesus.) In antiquis, obcurrit halęsus dipthõ. æ. in media sita syllaba, quę tamẽ raro in codicibꝰ antiquis habeẽ. sed ita Hręci scribũt huiusmodi nomẽ ἅλαισος absq; etiam adspiratione. ¶Stant obnixi omnia contra.) In antiquis omnibus exempla. pręsertim Vaticanis tribꝰ legere est. Stant obnixa omnia cõtra, reliqui fere oẽs abrasi, in quibꝰ, obnixi, adulterima lectione repositum. Nam obnixa cum Seruij quadrat interpretatione dicentis, Mare mari, nubes nubibꝰ, venti vẽtis. Neq; vero parum me mouerit Arusiani messi obseruatio, dũ is elocutionis modum, quo obnixus cõtra illa dicimus: hoc exemplo probat: stãt obnixi omnia cõtra, vbi de vẽtis dubio procul itelligit, si, omnia, sit prępositionis appositũ. Dici vero & obnixus huic rei ex Georgicon tertio. & Aeneidos duodecimo cõprobatur, arboris obnixꝰ trũco. ¶Dimittere quãdo suasit equos.) In antiqs aliquot, demittere, legitur, Nã dimittere, in diuersas partes mittere significat, & dimissus senatus, quia alius alio domũ quisq; suam reuertens ingreditur. Iuniores tamẽ grammatici volũt Demittere, deorsum mittere significare, neq; vnq; accipi pro relinquere. ¶Patrię quę nũc subit ęmula lau.) In Ro. co. & plerisq; antiq. codici. laudi datiuo casu legitur. ¶Qua globus ille virũ densissimus vrget.) In Rom. co. quo & vrguet. attiano more habeẽ. Ita inferiꝰ mortali vrguemur ab hoste. ¶Ecce maris magno claudit nos obijce põtus.) Magno virili genere in impressis oibus codicibus legas. In antiquis vero, magna, fœminino genere idq; recepisse Serui. videẽ, cũ dixit. Quidam magno obijce legunt, aitq; nonnullos ad euitandã ambiguitatem legere malle, magni. s. maris, vsq; adeo vates, summus loquendi, scribẽdiq; artifex, sub ferulã, si deo placet, reuocatur a Grãmaticis, qui nolunt amplius hic & hæc obex dici, vt veteribus dicere concessum, est & illud adnotandum obice, vnico, i, in antiquis codicibꝰ scribi. ¶Deest iam terra fugę pelago Troiam ne petetis.) Pelago impressa omnia legunt exemp. cum tamen in vetustiori. omnibus fugę pelagus, legaẽ, quod alij viderint, pręterea pro, petetis, petemus, persona prima in plerisq; codi. habetur. In aliquot ex, s, qui apud me sunt. petamus, quod figuratius.

Hæc ait: & medius dẽsos prorũpit in hostes. PO.
Obuius huic primũ fatis adductus iniquis
Fit Lagus, hunc magno vellit dum põdere saxum:
Intorto figit telo: discrimina costis
Per medium qua spina dedit: hastamq; receptat
Ossibus hærentem, quẽ non superoccupat Hisbon,
Ille quidem hoc sperans. nam Pallas ante ruentẽ,
Dum furit, incautum crudeli morte sodalis:
Excipit, atq; ensem timido in pulmone recondit.
Hinc Helenum petit, & Rhœti de gente vetusta
Anchemolum, thalamos ausum incestare nouercę.
Vos etiam gemini Rutulis cecidistis in aruis,
Daucia, Laride, Tymberq; simillima proles
Indiscreta suis, gratusq; parentibus error.
At nunc dura dedit vobis discrimina Pallas.
Nam tibi Tymbre caput Euandrius abstulit ensis:
Te decisa suum Laride dextera quærit:
Semianimesq; micant digiti: ferrumq; retractant.

SERVIVS.

¶Dẽsos prorũpit in hostes.) Vt eos hortaretur exemplo. ¶Fatis iniquis.) Exitũ pręoccupauit futurum. ¶Magno pondere.) Magni põderis. vt, Aere cauo clypeũ, pro ęris caui. ¶Receptat.) ideo frequẽtatiuo vsus est, quia hęrentẽ hastam ossibꝰ auellere facile nõ poterat. Ergo receptat, ex frequenti concussione diuellit. ¶Quẽ nõ super occupat) Quẽ nõ desuper occupat, ideo aũt desuper, quia Pallas ad euellẽdam hastam fuerat inclinatꝰ. ¶Nam Pallas ante ruẽtem dũ furit.) Ordo est, nam eundem Pallas ante excipit, id est dolo interimit. Ille enim incautus fuerat furẽs propter crudelẽ mortẽ sodalis. vñ & incautus fuerat. ¶Tumido i pulmone Et naturaliter tumido, & qã furebat. In pulmone autẽ redit, Archaismos est, pro in pulmonẽ. ¶Rhœti de gẽte vetusta Anchemolum.) Hęc fabula nusq; inuenitur in authoribus. Abienꝰ

tamen

tamen qui totum Virgiliũ & Liuium iambicis scripsit, hãc cõmemorat, dicens Grecam esse. Rhœtus ergo Marrubiorum rex fuerat in Italia, q Anchemolo filio Casperiã supduxit nouercã: hãc priuignꝰ stuprauit. Quo cognito cum eũ pater persequeretur, & ad pœnam vocaret, fugiẽs ille, se ad Turnũ cõtulit. ¶Suis.) Etiam suis. Lucanus, Et amissum fratrem lugẽtibꝰ offert. ¶Discrimina.) Differentias. ¶Tymbre.) Pro Tymber, metri causa Metaplasmũ fecit. ¶Euãdrius abstulit ensis.) possessiuũ est modo nõ patronymicũ. ¶Semianimesq; micãt digiti, ferrũq; retractãt.) Ennij est, vt, Oscitat in cãpis caput a ceruice reuulsum. Semianimesq; micãt oculi, lucẽq; requirũt. Quem versum ita trãstulit ad suũ carmẽ Varro & Tacenus.

DONATVS.

¶Hęc ait, & medius.) Magni suasoris functꝰ est partibus, primum

in hostem

Universidad de Deusto Biblioteca

in hostem cõtendit:& nõ extremos agminis, sed medium agmẽ irrũpit:debuit enim primus confertos inuadere,qui diuersę partis globum suadebat esse rumpendum. ¶Obuius huic primum.) Dicendo fatis iniquis obuius fit Lagus, ostendit periturũ, denique subiunxit eius interitũ. ¶Hunc,inquit,magno ve.d.po.sa.)Scilicet,quod in Pallãtem mitteret,vellit recte posuit, quia terra retinebatur. ¶Intorto figit telo.) Vt pronus fuit nitens saxũ vellere, quod in Pallantẽ iaceret, ¶sic percussus est intorto iaculo, vt perfossis spina eius & hostis vltima discrimina recepisset. ¶Hastãque recepit os.hæ.)Quanta ictus illi⁹ vis fuerit,hoc genere ostendit, cum hasta vix reducta sit,quæ prostrati ossibus penit⁹ inhæsisset. ¶Quem nõ super oc.Hi.)Et Hilbon occisus est,sed nõ super occisi alterius cecidit corpus. ¶Ille quidem hoc sperans.) Ille idem hisbon sperabat hoc sibi euenire posse. ¶Nam Pallas ante mẽtem.) Cum hiscon sodalis orbitate perculsus amens fureret, Pallas ruẽtem & incautũ excipit,& in eius pulmonem tumidum,ensem recõdit,sic feriũtur huiusmodi securis percussoribus, quo reciproca discrimina nõ timent illis aliorsum intentis. Hinc Helenũ petit,&c.)Origines singulorũ & crimina vel certe alia icciirco addidit postea,nõ quo sint locis & tempori necessaria:sed ne solis nominibus lõgus narrationis contextus horrescat. ¶Vos etiam gemini.)Duos quoque fratres dicit manu Pallãtis cecidisse, dauco patre vno editos partu,ita similes vt ipsorũ etiam parẽtum intẽtionẽ grato errore confunderent,fato quinetiã pari illorũ quippe,vt vno eodẽque momento prouenit exortus ita vtrũque vnus exitus,& viuẽdi finis absumpsit, nũc vtriusque interitum propter laudẽ victoris speciali descriptione signauit,hoc modo. ¶At nũc dura dedit vobis discrimiua Pallas.)Pascendi quidem vnum,induit,vobis extitit tempus,pares venistis in lucẽ,similes corpore, viuẽdi quoque cõditione coniũcti, sed genus leti diuersum vobis Pallas inflixit,& separatione suppliciorũ dura fecit in ipsa morte dissimiles. Dicit iam quomodo diuersum in ambob⁹ suppliciũ fuit. ¶Nã tibi tymbre caput Euãdrius abstulit ensis.) Alter caput alter dexterã perdidit:sed abscisa dextera corp⁹ vnde auulsa fuerat,quærere videbatur. ¶Semianimesque micant digiti ferrũque retractant.) Morientes illius digiti mouebantur recusantes ferrũ, quod tenere non poterant. Tractare est ferrũ tenere & pugnare: retractare autem reijcere & recusare. Hæc fuit supplicij diuersitas, vt vnus pœnam dederit capite, alter abscisa obierit dextera.

ASCENSIVS.

¶Hæc ait &c.) Eandem rem prosequit & potissimũ in hanc partem ostẽdit egregiam virtutẽ Pallantis. Cũ vero nihil habeamus Donati: ¶Ordo est. pallas sup. ait hæc.s.ante dicta & ipse medius prorumpit in hostes dẽsos. Lagus.i.Rutulus ille adduct⁹ iniquis fatis.i.ipsum ad mortẽ vehẽtibus fit obuiã primũ.i. primo loco huic.s.Pallãti dũ saxum magno põdere.i.magni põderis vellit.i. prosternit hũc.s.Lagũ ipsum ĩfigit costis discrimina.i. cicatrices telo intorto.i.itrorsum torto p mediũ,sup.ea parte qua spina dedit costis discrimina & receptat.i.frequẽti conamine recipit hastã hærentẽ ossibus:super quẽ hisbõ nõ occupat.s. quia non potuit ille.s.hisbũ quidẽ.i.certe sperãs hoc.s. posse occupare Pallãta:nam Pallas excipit ante.i.prius ipsum ruentẽ existẽtem incautum:dũ furit crudeli morte sodalis.s.sui: atque recondit ensem in pulmone tumido.i.ĩflato. Et ipse petit hinc.i. post hos Stelenũ & Anchemolũ de vetusta gente Rheti.s.Marrubiorũ regis. Anchemolũ inq̃ ausum incestare.i.per incestũ polluere thalamos nouercę.s.Caspię. Vos ẽt gemini,s.fratres cecidistis ĩ aruis Rutulis o Laride & tu Tymber,ples Daucia.i. ipsi⁹ Dauci simillima.s.inter vos:proles inquam simillima & indiscreta suis parẽtibus qui sup.error est gratus parẽtibus. At id est sed Pallas dedit vobis discrimina.i.differẽtias mortis:dura.i.difficilia toleratu,imo itolerabilia:nã o Tymbre ensis Euandrius.i. quem Euandri filius tractat:abstulit tibi caput & O Laride dextra abscisa quærit te suũ.s. fautorem & adiutorẽ:& digiti semianimes.i.semiuiui adhuc palpitantes:micãt.i. vicissim se mouẽt & retractant ferrum.i.arma quæ detestantur.

PIERIVS.

¶Hic magno vellit dũ põdere saxum.) In Ro.co.vellit magno. Sed quod ibidem,cum,pro,dum positũ est non placet,lege vero hunc,accusatiuo casu. ¶Hinc helenũ petit.)In anti.plerisque codi. stelenũ,habetur,vnde Librarij,s,&,t, in adspirationem conuertere. In Roma.vero cod. stenelum legit, sed absque adspiratione. Id vero nomen apud Grecos per,θ,notatur σθένελος.

SERVIVS.

¶Tuentes.)Modo videntes: alibi defendentes. ¶Dolor,& pudor.)Sic de Mezentio, Æstuat ingens vno in corde pudor,mistoque ĩsania luctu. ¶Fugientem Rhœtea.)Præter fugientem. ¶Hoc spatium,tantũque morę fuit Ilo. Subaudis ad mortem, Ili hoc spatium fuit solum, & hæc sola mora quo minus Il⁹ periret. ¶Teuthra.) Ab eo qđ est hic Teuthras Teuthrę,quomodo Æneas Æneę. ¶Tyren.) Ab eo quod est hic Tyres. Optato.) Id est ex voto. Per ęstatẽ enĩ venti frequenter optantur,& quasi cõtingere videntur ex voto. ¶Extẽditur vna.) Sicut duces diuersis locis cõmissa prælia cõtinuauerant. ¶Acie Vulcania.)Ideo abusus est:q̃a cõparatio ad bellũ pertinet, nã de igne dicere aciẽ,satis incõgruũ est,ergo acies Vulcania, vis ignis, quę late per cãpos effunditur. ¶Victor.) Cui vota processerũt: voti compos, id est ἐπιτυχών. ¶Ouanteis.) Abusio ẽ, nõ pprietas. ¶Coit omnis in vnũ.) Vnanimiter omnes fortiter faciunt. ¶Sed bellis acer.) Sed modo inceptiua particula est, vt in Sallustio sepius, sicut at interdum: nam non est cõiunctio ratiocinantis; ¶In sua colligit arma.) Post scutũ se clausit.) Alibi,Et se collegit in arma. ¶Elatam in iugulum.)Iugulo suo tam in iugulum.)Iugulo suo vulnus minantẽ. Fata canẽs.) Quasi diuinus. Alij Cauens legunt,secundum quod nõ statim & diuinus: nam & ab aliis audita cauere potuerat. ¶Canentia lumina.)Aut Hypallage est,pro ipse canẽs,aut physicã rẽ dixit. Dicuntur enim pupillę mortis tempore albescere. ¶Iniecere manum parcę.) Traxerunt debitum sibi. Et sermone vsus ẽ iuris,nã manus iniectio dicit,quoties nulla iudicis authoritate expectata,rem nobis debitã vindicamus. ¶Da nunc Tybri pater.)Vicinum inuocat numẽ, circa cuius ripas bella tractãtur:sic supra,Tu dea tu presens nostro succurre labori. ¶Tua quercus.)In tuis ripis creata. ¶Audijt.) Modo ex audijt,& ad effectum deduxit. Paulo post tantum audijt. Vt,Audijt Alcides iuuenem. ¶Dum texit.) Dum spoliat. Nam tempus præsens est,nõ pręteritũ, ab eo quod ẽ tergo. Sic Plautus, Ergo hũc hominem detexam pallio.

Arcadas accensos monitu,& præclara tuentes
Facta viri,mistus dolor,& pudor armat in hostes.
Tum Pallas bijugis fugientem Rhœtea preter
Traijcit. hoc spatium,tantumque moræ fuit Ilo.
Ilo nanque procul validam direxerat hastam,
Quam medius Rhœteus intercipit,optime Teuthra
Te fugiens,fratremque Tyren:curruque volutus
Cædit semianimis Rutulorum calcibus arua.
Ac velut optato ventis ęstate coortis
Dispersa immittit syluis incendia pastor:
Correptis subito medijs,extenditur vna
Horrida per latos acies Vulcania campos:
Ille sedens victor flammas despectat ouanteis.
Non aliter socium virtus coit omnis in vnum:
Teque iuuat Palla. sed bellis acer Halesus
Tendit in aduersos. seque in sua colligit arma.
Hic mactat Ladona,Pheretaque Demodocumque:
Strymonio dextram fulgenti diripit ense,
Elatam in iugulum:saxo ferit ora Thoantis:
Ossaque dispergit cerebro permista cruento.
Fata canens syluis genitor cęlarat Halesum.
Vt senior leto canentia lumina soluit:
Iniecere manum Parcæ:telisque sacrarunt
Euandri.quem sic Pallas petit ante precatus.
Da nũc Tybri pater ferro,quod missile libro: PAL.
Fortunam,atque viam duri per pectus Halesi.
Hęc arma,exuuiasque viri tua quercus habebit.
Audijt illa deus.dũ texit Imaona Halesus: PO.
Arcadio infelix telo dat pectus inermum.

DONATVS.

¶Arcadas ac.m.) Arcades,q, vt supra meminit, pedestri pugna certarẽ nõ nosset, Pallãtis voce ac fatis dolor simul & ratione pudoris accensi sunt,vt hostem,quem dudũ timuerant, persequerentur. ecce quantum proficiunt hortamẽta verborũ, cum viros timiditas frangit, quãtum erigit segnes alienæ virtutis exemplum?audiendo ducem,& adolescentis intuẽdo certamina ipsi quoque quasi subito instructi anteire ĩ hostẽ & repẽte gloriam quærere didicerunt. ¶Tum Pallas biiugis.) Hastam miserat Pallas,vt illum percuteret:sed eodem momento biiugis trãsibat Rhœteus, quo factum est vt medius ipse excepisset ictũ in alterius eiectum interitũ. teuthra accipiẽdum est, vt veteribus placuit,velut scutum. ¶Curruque volutus Cedit.) Percussus, inquit, reuolutus est curru:& cum adhuc partem aliquã spiritus retineret,spatiũ terræ,quod eius pedibus subiacebat,calcib⁹ cedere videbatur. semianimes enim sic faciunt,dum aliquẽ adhuc dolorẽ sentiunt. ¶Ac velut optato.) Quemadmodum solet, inquit, voto,puenire pastori,vt adiuuent voto incendia,quę per agros sparserit,addidit & æstatis tẽpus, quo nullum impedimentũ ex humore incendijs fouendis accedit. ¶Correptis subito medijs.) Et incensa repente medietate syluarum, atque cõsumpta,extẽditur per immensam latitudinem flamma. Quia de prælijs & dimicatione loquebatur,aciẽ Vulcaniam dixit flammas, quæ per syluas dispersæ comparabantur. ¶Ille sedens victor.) Pastor autẽ sedẽs & gaudens votis suis incendia suffragari, dominari videtur & triumphare,flammas in eorum exitũ, quæ ipse desiderauit, progredi. ¶Non aliter socium.) Compleuit parabolam. sic enim vota Pallantis iuuabantur sociorum accedẽte cõsensu. ¶Sed bellis acer halesus.)Sic enim audet,qui propria virtute cõfidit,vt ire non vereatur in plurimos, & cõtrauenientes. ¶Seque in sua co.ar.)Totum se scuto communijt propter vim plurimorũ. ¶Hic mactat la.ph.que.de.que.)Illo in loco tres istos mactauit, ecce propter quod dixit bellis acrem seque in sua arma collectum, vt & fortem ostenderet in dimicationibus, & peritum, vnus & solus quot mactauit?nam & hoc verbum ad exprimendam virtutẽ hominis additum est, quippe tale est, mactat, quale fuit, cũ sacra Æneas redderet,nam sic positũ est ibi, maxima Iuno, mactat sacra ferens:vt ostenderet ad vicem animalium mutorũ:quæ in sacris sine reluctatione mactantur,inertes occisos,nec solũ hic,sed multis locis inuenimus,mactat similiter positum:cũ occisi pecora significantur. ¶Strymonio dextram.) Strymonius elata manu,cum vellet gladium in halesi iugulum figere,prævẽtus ab eo ipsam dexteram perdidit. ¶Saxo ferit ora thoantis, Ossaque dispersit.) Non insidijs oppetitus est,sed tantum iners fuit, vt veniens saxum in faciem suam nõ præuidisset, quo ictu omne ei⁹ comminutum est caput,vt cum ossibus cerebrũ,sanguisque cõmista sint. ¶Fata canens genitor.) Cognito pater, quid haleso filio inimica fata portarent,syluis absconderat,ne inuentũ perimerent. ¶Vt senior leto.) Sed cum solicitum senem longa ætas traxisset in mortem,deficiente pia custodia destituto,intulerunt fata violentiam, quam parauerant, & Euandri telis tradiderunt iugulandum. ¶Quem sic Pallas.) Facta est hic nonnulla obscuritas,quia iũxit petit,& precatur quasi vtrunque ad deprecationẽ pertineat:quod nõ ita est. Petit enim telo,dictum est, nõ verbis, sic,inquit,eum fecit telũ appetens eius salutem emissis antea precibus,vt futuro facto diuinum prouideret auxiliũ. Quantũ huic virtutis datur,vt occidi nõ posset, nisi percussor eius deuiaretur auxilio. ¶Da nunc Tybri pater.) Rogat Pallas regionis suæ deũ, vt duo præstaret,quæ mortem facerent inimici,fortunã, vt perueniret ictus,& viam hoc est aditũ plagę, quomodo supra dixit, seque in sua colligit arma. Proinde corpus tectũ penetrari non poterat. ¶Hæc arma exuuiasque.) Arma,quibus ille securus dimicat,quibusque munitus est, consecrabo arbori tuæ: hoc est armis atque exuuijs eius trophæum suspendam luco tuo. ¶Audijt illa deus.) Illa scilicet, quæ tenuit deprecatio, ecce iam præstatur via,vt esset occasio feriendi. ¶Dum texit Imaona ha.) Quia extrema illi fata debebant: quæ cautus ac diligens precatus erat pater,cum aliũ cupit a morte defendere, se ipsum nudato pectore opportunum tradidit morti. Ecce prestitum est Pallanti, quod deprecatione complexus est,vt videretur nudũ hominis pectus, & via, qua perire potuisset,& fortuna, vt ictus haberet effectum.

ASCENSIVS.

¶Arcadas accensos.) Commemorat stragem quam cũ suis edidit Pallas:vnde Donatus. Arcades vehemẽter mouet virtus alieno exemplo maxime ducis. Petit telo & precat verbis. Hęc ille. ¶Ordo est. Dolor & pudor mistus armat in hostes Arcades accẽsos monitu viri,id est viriliter agentis Pallantis, scilicet & tuẽtes, id est inspicientes pręclara facta viri. Tũ, id est deinde cum videret suos animatos:Pallas traijcit,scilicet hasta Rhœtea præter fugientem biiugis,id est binis equis tractis. Hoc spatium & tãtum moræ,id est dilationis a morte fuit Ilo:nanque ipse Pallas direxerat Ilo,id est in Ilum procul,id est de longe hastam validam quã Rhœteus medius,id est in medium occurens intercipit, id est inter currens in se capit, Rhœteus inq̃t fugiẽs te o teuthra optime, id est peritissime:& fugiens fratrem,supp.tuũ:Tirem,scilicet nomine:& qui semianimis,id est fere exanimatus. & volutus deiectus curru cædit calcibus,id est pedibus ferit arua Rutulorũ. Ac velut pastor immittit syluis, id est in syluas:incendia dispersa: & hoc ventis coortis,id est simul ortis: æstate, id est per æstatem & æstiualem æstũ optato, id est ex voto. aut sic:immittit optato, id est voto seu dedita opera incẽdia dispersa vẽtis coortis æstate, id est tẽpore siccitatis: acies vulcania,id est ignea hoc est copia flammarum:extendit vna,id est simul subito,id est de repente: & hoc medijs,id est obstantibus correptis,id est simul arreptis: existens horrida per latos campos:ille, scilicet pastor qui optato incẽdia immisit:sedens victor.i. voti cõpos despectat,id est desuper aspicit per quod significatur sedere in loco editiore flammas ouãtes id est more ouãtium salientes & crepitãtes:omnis virtus socium id est sociorum Pallantis:coit.i. conuenit & conglobatur in vnũ scilicet consensum & locũ & iuuat te o Palla: sed halesus Rutulus ille acer bellis.i.strenuus bellator tẽdit in aduersos.s. Arcadas & colligit se ĩ sua arma.i.circũuoluit & munit se scuto suo hic, scilicet Halesus aut hic,id est modo vbi se ĩ hostes iniecerat mactat, id est occidit sumpta metaphora a sacrificijs. Lacone virum illũ a nominatiuo hic Lacon: & phareta: a nominatiuo phares:sicut Darhes darheta facit:& demodocum & diripit strymonio (quod hic proprium videtur nam si Thraciũ dixeris nimis cõfusa esset locutio (dexteram,scilicet manũ ense fulgenti,id est resplendenti dexterã dixit elatam,id est extensam in iugulum,scilicet ipsius halesi & ferit ora thoantis saxo,id est lapide:& dispergit ossa.s.capitis:permista cerebro cruẽto.i.cruore cõmisto aut cruoris pleno Genitor,id est pater halesi etiam halesus nomine secundũ regulam Seruianam canens.i.pronosticãs ei fata aut potius cauẽs id est euitãs fata.i. fatalem necessitatem quæ haleso necem minabat celarat.i.occultauerat Halesum syluis: sed vt.i. postquã ipse senior,scilicet pater soluit.i.dissoluit leto,id est morte lumnia canẽtia,id est pupillas albicãtes instãte morte: aut ipse canẽs senio: parcæ,id est deæ fatales & fatorum dispẽsatrices: iniecere manũ id est vendicarunt sibi & traxerunt sibi debitũ: & sacrarũt, id est addixerunt telis Euandri vt.s.illis mactet:quasi sacer.i. execrabilis:quem Pallas petit precatus ante.i.priusquã petat.i.aggrediatur eũm sic:o Tybri pater:da ferro quod missile.i. vt emittat ego libro,id est districtum teneo,fortunam, id est prosperum cõtactũ atque viã per pect⁹ duri Halesi:q̃rcus tua.i.tibi sacra:hoc est tholus aut postis tu⁹ habebit hęc arma & has exuuias viri. De⁹.s. Tybris audijt,id est exaudiuit illa.s. vota & verba Pallantis: & ita dũ Halesus texit,id est protexit imaona,scilicet consociũ suum: ipse infelix dat.i.exponit,telo arcadio, id est ab arcade,s.Pallante, telo misso p pectus inermũ.i.sine armis disarmatũ.dicitur etiam hic & hæc inermis & hoc inerme.

PIERIVS.

¶Mistus dolor & pudor armat in hostes.) In Ro.co.pro pudor legitur,furor. Sed.n.pudor magis placet, quia viderũt Iuuenem Pallanta strenue facientem,a quo tam acriter reprehensi fuerãt. ¶Fratrẽque tyren.)In Ro.cod.tyrin.q̃a.s. ητα nunc aliter,pnunciatur apud Latinos.aliter apud Græcos, τύριν enim est a nominatiuo τύρις. ¶Ac velut optata vẽtis Æstate cohortis.)Optata quidem in vulgatis codi.habetur.Sed enim antiqui oẽs, quotquot habui,optato,legunt aduerbialiter,quod admittere videtur Seruius,dũ,interpretatur, ex voto.Sed eius quoque exẽplaria passim corrupta sunt. Hoc vero ita legẽdũ,Optato.i.ex voto,per æstatẽ enim. Venti frequẽter optant,& quasi cõtingere vidẽtur ex voto quod si optata,legas, nihil ad Seruij paraphrasim,sed cõtrariũ sensum habebit,vt æstas optet ventis surgentibus. Quare,optato,omnino nihil legendum videtur. ¶Non aliter socium virtus coit omnis in vnum.) In Oblongo numerus ita mutatus, nõ aliter virtus socium coit. ¶Dextram fulgẽti diripit ense.)Non in antiquo tantum codice Romano:verum etiam in quibusdam alijs peruetustis hoc legit,deripit,per,e,significat enim hoc separationem, sed aliud quid, in diripere. ¶Ossaque dispergit.) Instanti tempore legitur in vulgatis exemplaribus. In antiquioribus vero omnibus,quos præ manibus habuimus,Dispersit præterito. ¶Fata canens syluis genitor cœlarat Halœsum.) In codicibus nõ nullis,Fata cauens,legitur quod nõ,ita Seruio satis facit. ¶Halesus.)

sus.)In aliquot antiquis alæsus,per,æ,diphthongum vt superius dictum,& absq; vlla adspiratione. ¶Da nunc tybri pater.) In Ro. co.familiari errore. Tybre, scriptum est. ¶Dum texit imaona.) In aliquot antiquis.imæona,per,æ,diphthōgum legitur. Sed in pluribus,imaona.Sed neq; placet,Abantum, vt in Romano legitur,cum abas Abantis declinetur,quare Abantem,rectius.

At non cæde viri tanta perterrita Lausus
Pars ingens belli sinit agmina,primus Abantem
Oppositum interimit,pugnæ nodumq; moramq;.
Sternitur Arcadiæ proles: sternuntur hetrusci:
Et vos o Graijs imperdita corpora Teucri.
Agmina concurrunt ducibusq;,& viribus æquis,
Extremi addensent acies:nec turba moueri
Tela,manusq; sinit. hinc Pallas instat & vrget:
Hinc contra Lausus:nec multum discrepat ætas:
Egregij forma,sed quis fortuna negarat
In patriam reditus.ipsos concurrere passus,
Haud tamen inter se magni regnator olympi.
Mox illos sua fata manent maiore sub hoste.
Interea soror alma monet succurrere Lauso
Turnum:qui volucri curru medium secat agmen.
Vt vidit socios,tempus desistere pugna: TVR.
Solus ego in Pallanta feror: soli mihi Pallas
Debetur:cuperem ipse parens spectator adesset.
Hæc ait:& socij cesserunt æquore iusso. PO.
At Rutulum abscessu iuuenis,tum iussa superba
Miratus,stupet in Turno,corpusq; per ingens
Lumina voluit:obitq; truci procul omnia visu.
Talibus & dictis it contra dicta tyranni.
Aut spolijs ego iam raptis laudabor opimis:
Aut leto insigni:sorti pater æquus vtriq; est.
Tolle minas.fatus medium procedit in æquor.
Frigidus Arcadibus coit in præcordia sanguis,
Desiluit Turnus bijugis:pedes apparat ire
Cōminus: vtq; leo,specula cum vidit ab alta
Stare procul campis meditantem pręlia taurum;
Aduolat: haud alia est Turni venientis imago.
Hunc vbi contiguum missæ fore credidit hastæ:
Ire prior Pallas,siqua fors adiuuet ausum
Viribus imparibus,magnumq; ita ad ęthera fatur.
Per patris hospitiū:& mēsasquas aduena adisti, PAL.
Te precor Alcide,cœptis ingentibus adsis:
Cernat semineci sibi me rapere arma cruenta:
Victoremq; ferant morientia lumina Turni.
Audijt Alcides iuuenē magnūq; sub imo POE.
Corde premit gemitū:lachrymasq; effundit inanes.
Tum genitor natum dictis affatur amicis.
Stat sua cuiq; dies:breue,& irreparabile tēpus IV.
Omnibus est vitæ:sed famam extendere factis:
Hoc virtutis opus. Troiæ sub mœnibus altis
Tot nati cecidere deum:quin occidit vna
Sarpedon mea progenies:etiam sua Turnum
Fata vocant:metasq; dati peruenit ad æui.

SERVIVS.

¶At nō cęde viri tāta pterrita Lausus.)Subaudis eē. ¶Nodūq;,morāq;.) Bene addidit Morā,ne nodū aliū acciperemus.Nā Nodus,pprie est densa peditum multitudo: sicut turma eqtū vt lectū est in disciplina militari. Nodū ergo p difficultate accipe, quę vix possit resolui. ¶Graijs iperdita corpora Teucri)Quos Gręci perdere nequerūt.Teucros aūt accipim⁹, quos secū duxit Æneas.nā ait, Quorū de numero q sese in bella sequātur Præstātes virtute legit. Alias nō,pcedit paulopost erupturi sūt q obsidenti castris. ¶Extremi addensent acies.)Lucanus,Quantū pede prima relato Cōstringit gyros acies. Dēseo aūt secūdę coniugationis est. ¶Nec turba moueri tela, manusq; sinit.) Lucan⁹, Gladiosq; suos cōpressa timebat. ¶Maiore sub hoste.)Sub hostilitate. Nā sub diuersis hostibus pereūt. ¶Æquore iusso.) Pro ipsi iussi: & est vsurpatū participiū.Nā iubeor nō dicimus:vnde pōt venire iussus. Sic ergo hic participiū vsurpauit,vt Horati⁹ verbum, dicens,Hæc ego pcurare & idoneus imperor & nō inuitus. Ergo satis licēter dictum est, adeo vt huic loco Probus hic correptum a,longū posuerit. ¶Tum.) Deinde. ¶Tyranni.) Regis supbi. ¶Aut spolijs ego iam raptis laudabor opimis, Aut leto.) Dilemma:& est cornutus syllogism⁹, argumētū quod ē ab vtraq; pte firmissimū,& concludit aduersariū. ¶Spolijs opimis.) Quæ dux duci detrahit,vt dixim⁹ supra opima sunt spolia. ¶Frigidus Arcadibus coit in præcordia sanguis.) Pręsagio mortis futurę. ¶Specula cū vidit ab alta.) Hoc ad currus altitudinē spectat:leo ad Turni violētiā atq; feritatē, & est ordo, Vtq; leo aduolat:talis ē Turni imago venientis. ¶Contiguū.) Postq; vidit eū venisse itra iactū teli.s.vt posset feriri. ¶Ire por Pallas.) Subaudis voluit. ¶Fors.)Fortuna, pp illud,Audētes fortuna iuuat. ¶Te pręcor Alcide.)Supra ptra iferiorem hostem,fluminis implorauit auxilium: nunc cōtra hostem maiorem viribus,deum inuocat virtute prēstātē. ¶Cernat semineci.)Ad illud quod ait Turnus, Cuperem ipse parens spectator adesset:hic dicit,Ipse suum cernat interitum. ¶Victoremq; ferāt moriētia lumina Turni.)Donatus dicit meminerint: sed melius est sustineant,quasi pondus & pœnam.nec enim meminisse possunt oculi. ¶Lachrymasq; effundit inanes.)Ostēdit euentū futurum. ¶Stat sua cuiq; dies.) Sectis philosophorū poetæ pro qualitate negociorum semper vtuntur:nec se vnq; ad vnam alligāt, nisi

Nodus

nisi quo hoc propositū est, vt fecit Lucreti⁹, q Epicureos trm secutus est. Scim⁹ aūt inter sectas eē cōtrarias opiniones. Vñ fit vt in vno poeta aliqua ptraria inueniamus, nō ex ipsius vitio, sed ex varietate sectarum. Illud nanq; quod ait in quarto,Sed misera aū diē, Epicureorū est, qui casib⁹ cūcta concedunt. Nūc qd dicit, Stat sua cuiq; dies, Stoicorū est, qui dicūt fatorum statuta seruari. Sane prudēter fecit vt fluxā & vagā opinionē Epicureorum daret homini(nam illud ex persona poetæ dictū) hāc autē validam daret Ioui. nam Stoici & nimię virtutis sūt & cultores deorū. ¶Stat.) Fixa est. ¶Dies.) Tēpus vitæ nam fœminino vsus est genere.cum enim masculino vtimur, re vera diē significam⁹. ¶Breue tempus vitæ.) Quia quandoq; finitur:ipse paulopost, Rhœbe diu res, si qua diu mortalibus vlla est, Vixim⁹. Itē Cicero, Quid est enim hoc ipsum diu,i quo est aliqd extremū: ¶Omnibus est.) Magna cōsolatio quę ostēdit nō esse dolenda cōia. ¶Sed famā extēdere factis.) Contra illud quod occurrebat vitanda eē ardua si breuis ē vita: dicit iō amandas eē virtutes, vt vitæ breuitas fama & glorię meritis possit augeri. ¶Opus.) Officium. ¶Nati deum.)Vt Achilles Thetidis,Memnon Auroræ Ascalaphus Martis. ¶Sarpedon.) Secūdū Virgilij declinationem,vt, Notum Sarpedonis alti: Vltima habebit accētum i nominatiuo.fm Homerū,q & Sarpedontos & Sarpedonos facit,& vltia & penultima. ¶Etiā sua Turnum.)Multi Etiā legūt vt sit Ecce:& pertinet ad consolationem. sic ait, Peritur⁹ est ille q vincit. ¶Metas.)Fines. vt,His ego nec metas rerū, nec tpa pono. ¶Peruenit.) Bene ad exprimendū celerem mortis aduentū, prę terito vsus est tempore.

DONATVS.

¶At non cęde viri.)Nec Lausum terruit istius cędis exemplū,aut agminis multitudo licet cecidisset vis tāte fortitudinis,i cui⁹ salute pars ingēs fuerat belli,hoc est securitas. ¶Primus abantem.) Lausus occidit Abantem, qui pugnę tāquam obex oppositus impedimentorū nexus tenebat & moras propter deiiciendum istū, qui moras & impedimenta prēstabat, ne cęteri cederentur, dixit agmina prętermissa:isto autem occiso,patuisse in cęteros viā & omnes morarum nodos vnius interitu dissolutos,deniq; sequitur. ¶Sternitur ar.p.)Cum Arcadibus atq; etruscis sternebantur & Troiani,qui iliensis belli calamitates euaserant. ¶Agmina concurrūt.) Cōcurrere ē agmina currēdo miscere. Itē cōcurrere est pugnare aduersus

aduersus alium,& pati pugnantem.In nullo,inquit,fuerat mot⁹, cū in exercitibus fuit æqualis virtus & in ducibus fortitudo cōsimilis. ¶Extremi dēsant acies.) Qui in extremo agminis fuerāt, densabant se. qui enī densi cōstiterint,melius tuti sunt. ¶Nec turba moueri Tela manusq; sinit.)Tanta fuit multitudinis cōstipatio,vt nec manus quisquam nec tela mouere potuisset. ¶Pallas hinc instat & vr.) Instat & vrget, & ad Pallantem pertinet, & ad Lausum,magna autē libra ætates eorum descripsit,primo nō dixit quot esset annorū,cum natales vtriusq; nō nouisset:nec dixit ætatum ipsarum definitam distātiam, nec quis alterum numero præiret:tantorum inter ætates,inquit,amborum nō plurimum fuit.Egregia forma.) Ad omnes pertinet laus ista formæ,& talis itelligi potest,qualis Euryali fuit:de quo dixit, & pulchro veniēs in corpore virtus. ¶Sed quis.) Hoc est sed quibus. ¶Fortuna negarat.)Ambo enim mox fuerant morituri,quod futurum iccirco prædixit poeta, cum nō liceret aliter propter ordinationē carminis sui. ¶Ipsos con.pas.) Cum pro suis partibus starent, non permisit Iuppiter inter se confligere. ¶Mox illos.s.fa.) Seruabantur enim, vt sub hoste maiore procumberēt. alterum enim Turnus,alterū Æneas occidit. ¶Interea soror al.mo.)Cum alia gererentur,Iuturna admonuit Turnū,vt Lauso succederet,qui turbidus illo tempore volucri curru medium agmē secabat. Volabat, inquit,curru & tanti agminis nullo tenebaē impedimento. Ita cedebant omnia properanti. ¶Vt vidit socios.) Vidit,bis accipiendum: vt sit,vidit socios,vidit & tempus, vt ad socios,inquit,venit & vidit,quid ageretur,scilicet,q in presenti esset,Pallas tēpus opportunum nactus vt cōquiesceret pugna. ¶Solus ego in pal. fe.)Soli mihi Pallas debetur. ¶Cuperem ipse pa.) Solus,inquit, ibo in Pallantem soli enim mihi eius debeē interitus,ego ab ipso debitū supplicium petam:atq; vtinam pater eius præsens esse potuisset,vt videret orbitatem suam,videret quem Troianos suscipiendo contempsit.Loquitur quasi iam sperata perfecisset,vellē, ait,ipse parens. Ipse nō dubium est,quāta significet, ipse amator scilicet hostis mei,ipse,qui aduersario meo pcurauit auxilia; ipse,qui tātum fauit inimico,vt etiā filiū,quem vnicum habuit, in augmentum auxiliorum daret,Si spectator adesset ipse,probaret virtutem meam,ipse suis oculis cerneret orbitatē suam,& omne generis ac posteritatis suæ nomē extinctum,ipse nō audiret interitū filij sed cerneret, vreretur vidēdo funus suum, & pœnas animo & corpore daret. Hic quoq; Virgili⁹ firmat grauiora esse mala,quæ perpetranē apud videntes,aliquāto vero leuiora,quę audiuntur. ¶Hæc ait & socij.) Cum iussionis fine præcepta completa sunt,cesserunt omnes socij, vt patefieret spatium. ¶At Rutulum abscessu iuuenis.) Authoritatem iubentis ac superbiam miratus est Pallas, quam probauit in abscessu Rutulorum. ¶Stupet in Turno.)Et hoc magis i Turno stupuit,quod sic obsequēter auditus est. ¶Corpusq; per ingens,&c.) Inimicis oculis singula inimici membra perpendebat. ¶Talibus & dictis.)Vt ostenderet Pallas verbis Turni se non esse deterritum, sic cōtra respōdit. ¶Aut spolijs ego.) Quia dixit, contra dicta tyranni talibus respōdit,exponit in respōsione Pallantis, quid sit cōtra eius sentētiam. Turnus quippe in eo ponebat ex morte Pallantis gloriā suam,vt pater eius orbitatis supplicia pēderet. Quod igitur pro magno habuit Turnus,Pallas respondēdo vacuauit, dixit enim duo quæ speranē in pugna,facere pro partibus suis,atque ex his quod euētus afferret laturum æquo animo patrem, quæ autem sint duo ipsa cum suis commodis differit,aut occidā te,inquit,& habebo de morte tua maximam spoliorum & victoriæ gloriam, aut si aduersa occurrerint,ero insignis iter cæteros viros fortes, quo conditio fortunę aduersantis inuenit. Certe,inquit,qcquid acciderit feret pater meus,qui scit esse gloriosum vincere, & nō indecorum occumbere in campo dimicātem,quippe ille genuit virum fortem,& vtrique fortunæ cōmisit paratum animum ad omnes euentus gerens,qua propter frustra spargis minas, ac vanos inanesq; terrores. ¶Fatus medium procedit in æquor.) Qui in medium campum procedit,cum speratus a suis porro accedit,ostendit,se nihil metuere. ¶Frigidus Arcadibus coit in pręcordia sanguis.)Cum hoc Pallas fecisset,obriguit sanguis sociorum eius, & recedens ex toto corpore ad singulorum præcordia reuocat⁹ est,hoc vult dicere,quod prope exanimes starēt. videbant enim impar fore certamen. ¶Desiluit Turnus bijugis.) Tāta in Turno fuerat spes vincēdi certa, vt relictis curru & bijugis, quibus fidebat, pedes cominus certare maluisset. ¶Vtq; leo specula.) Picta per parabolam species,pro personis, & facto. sic enim Turn⁹ desiluit bijugis,quomodo leo aduolat,cum in cāpo viderit Taurū prælia meditātem. Turnum comparat leoni. Pallantem Tauro, vt ex hoc iā præuideri possit cui⁹ dicturus sit prouenisse victoriam,adiecit meditantem prælia, quia & Pallas tunc primum belli certamina cœperat meditari. ¶Hunc vbi contiguum.)Pallas vbi processit,vt dictum est,& se a suis progrediendo discreuit, & medium quod inter se & Turnum remanserat spatium ratus ēst ictui posse sufficere,& hostē iaculo posse contingi, ire voluit prior, ne forte virtute imparē aliqua ratione iuuare posset fortuna,proinde fundendam credit precē, vt fauore rogati numinis faceret qđ humana virtute, & adhuc parua complere non poterat. ¶Per patris hospitium.) Non illum conuenit vt deum, sed conuenit vt hospitem patris. recepisse enim hospitio venientē solum, incognitum peregrinum suscepisse domi ac omnem humanitatem præbuisse,communicasse mensas,vbi omnis religio amicitiaq; firmaē. quanti est meriti?quasi illud diceret quod i euidēti est noscere,& si de⁹ factus es meritis tuis, fuisti tamē aliquādo homo,fuisti hospes patris mei,fuisti cōuiua, habes vbi vicem reddas:post deprecationis necessariū contextum subnectit summam petitionis suæ. ¶Cernat seminecis.) Videat me moriens Turnus sibi rapere arma sanguine suo perfusa, & antequam mors plena eius oculos claudat,victorem ferat, quem crediderat periturum. ¶Audijt Alcides iuuenem.) Audiuit Alcides rogantem,& in quo fatis obstātibus prodesse perituro nō posset ingenuit & fleuit,effudit inanes lachrymas,ait, quæ periturū iuuare non possent. ¶Tum genitor natum dictis affatur ami.) Dolentem filium Iuppiter consolabatur dictis suis, vult Virgili⁹ pro loco ostendere, nullum deum cōtra fatorum sentētiam aliquid posse præstare, cum nec Hercules prodesse posset Pallanti, nec Iuppiter cuiquam subuenire. ¶Stat sua cuique dies.) Inducit ex generalitate consolationē pertinentem tamen ad specialem causam. Vnicuiq; ait stat sua dies, hoc est decreta & semel adscripta. Breue & inreparabile tēpus omnibus est vitæ, atque hoc ipsum viuendi tempus angusto clauditur fine,& cum fuerit lapsum nō potest reparari. ¶Sed famam extendere factis Hoc.vj.o.) Proinde quia vita hoīum breuis & sine reparatiōe & humana industria reparari,neqt, vt virtus extēdat memoriā, q alio genere inuidente natura nō valuit dilatari, ab exemplis auget consolationem,& a maiori ad minus. ¶Troiæ sub.m.al.) Si,inquit, aliquid mutari post potuisset,tot deorum filij non morerenē in Troia. ¶Quin occidit vna Sar.) Hæc probatior assertio fuit cum ipse Iuppiter,qui diuina omnia humanaq; moderaē, & regit: dicit,se filio suo ne periret in Troia prodesse nequisse,ac per hoc ait, nec Sarpedō illic occumberet filius meus, si fatorū cursum ipse euitare potuissem. ¶Etiam sua Turnum.) Per occasionem leti Pallantis ostendit etiam Turnum,iam fatis vrgentibus periturū cum eum dicit ad vitę suæ metas peruenisse,quasi hoc genere solaretur dolentem,si interfector Pallantis mox esset secuturus occisum.

ASCENSIVS.

¶At nō cęde &c.)In hac parte recitat poeta egregia Lausi & Pallātis facinora:& Turni cū Pallāte ꝯgressum & primo quę cōgressuri habebāt verba,de qbus est hoc Donati. Cuperē ipse pater. Ipse s. q amat, ipse qui inimicis meis auxilia subministrat,ipse a quo missus est cōtra me.Spectator qa grauiora sunt.q videnē,q̄ q audiuntur. Quod leoni Turnū & tauro Pallantē cōparet: iam euētū res demōstrat. Hęc ille. ¶Ordo est. At.i.sed lausus.s.egregi⁹ iuuenis ille filius Mezētij appositorie ingens pars belli: nō sinit,id est nō permittit,agmina.s.Rutulorū perterrita sup. esse aut perterreri tāta.i.tam vehemēti cęde:viri.s.alesi:aut potius cęde tanti viri legendū est:nā vt tanta agmina construamus nō patitur metrū: sed sup. ipse prim⁹.s.irrumpens, interimit Abātem Troianū illū: de quo in primo. Et qua vect⁹ abas &c.oppositū pugnę.i. qui sustētaret onus ingruētiū pugnatorū oppositum dicit appositorie nodū,& morā.i. vt sit & nodus,i. connexio peditum: & mora id est obstaculū moram facturū ingruere volētiū. Proles.i.iuuētus & pubes arcadię.i.ex arcadia profecta quę duce Pallāte venerat sterniē.i.psternitur & occiditur & Etrusci q cū tarchonte venerāt in auxiliū Æneæ sternunē.s.a lauso:& vos o Teucri corpora imperdita.i.nō pdita graijs.i.a Græcis sup. sternimini ab Latinis & Rutulis. Agmina cōcurrūt & ducibus & viribus æqs.i.habētia vires & duces æquales. Extremi.addēsent.i.cōdensant acies nec turba, id est multitudo compressa: sinit, id est patitur tela & manus moueri.i.tā dēse constipantur vt nō possit brachia mouere ad feriēdum:Pallas.s.filius Euādri:instat & vrget hinc, id est ex vna parte: & Lausus.s.filius Mezētij:instat & vrget:hinc,i.ex alia parte:cōtra.i.ex aduerso,nec ętas.s.amborum discrepat.i. distat multum,& sup. sunt ambo egregij forma.i. habēt egregiam for-

mam:

Universidad de Deusto
Biblioteca

mam:sed supp.tales.quis.i.quib⁹ fortuna negarat reditus in patriā tamen regnator magni Olympi.s.Iuppiter haud.i. nō passus supp.est,ipsos cōcurrere inter se:sed illos manēt.i.expectāt mox .i.paulo postea:sua.i.ꝓpria fata.i. moriēdi genera : sub hoste maiore:qa Pallas sub Turno moritur⁹ est:Lausus sub Ænea,Soror alma,id est diua & nympha.s.Iuturna:monet,interea Turnū.s.fratrem suum:succurrere Lauso:qui.s.Turnus secat medium agmē .i. quod oppositū iuenit curru volucri.i.velociter acto:vt.i.post q̄ ipse vidit socios.s.cōtra Pallāta certantes:ait supp. tempus est desistere pugnę.i.a pugna:quia ego solus feror in Pallāta.Pallas, id est de Pallante victoria, debetur mihi soli: ego cuperē , vt sup. ipse parens.s.Euander adesset spectator,Turnus inquā ait hæc.& socij cesserūt,id est discesserunt,æquore.i. a cāpo æquo & plano, iusso.i. qđ eis iusserat derelinquere. At,id est sed iuuenis.s. Pallas mirat⁹ abscessu.i. ꝑ abscessum Rutulū.i.Rutulorū .i. quia Rutuli iā cito parebāt:superba.i.magnifica iussa.s.Turni ipse stupet in Turno & voluit lumina,id est visum, aut oculos per ingēs corp⁹ s.eius & obit.i.circumit aut circumuagatur oia.s.quæ Turnū cōtingebāt visu truci. i.truculēto & immiti & ipse it.i. ingredit&ꝓcedit cōtra dicta tyrāni , id est superbi regis,talibus.s.verbis : aut ergo laudabor iā spoliis opimis.i. de principe hostilis exercitus, quæ Ioui dicari solebāt:raptis.i. detractis:aut laudabor leto,idest morte insigni.i.clara & gloriosa.pater.s.meus Euanderr:quē spectatorem optas est æquus.s.indifferens vtriqꝫ forti .i. seu vincā, seu vincar dūmodo gloriose,& ita nihil triste spectaret in me. Ea autē erant Lacedæmoniorum præcepta:vt aut vincant aut fortiter cadant,Tolle.i.amoue minas & ipse fatus.i. locutus sic procedit in æquor mediū.i.in planiciē, sanguis frigidus. s.præ timore coit.i.cōgelatur Arcadibus in præcordia.i.ad vicina cordis, vbi sunt passionū sedes. Turn⁹desiluit.i.desiliuit de biiugis.i.Bigis & apparat,id est disponit ire pedes.i.pedestris cominus, id est vt dicunt de prope:quasi cōserta manu.Et vt.i.quēadmodū leo cū vidit ab alta specula.s.mōtis aut rupis:Taurum stare procul in supple cāpis meditantē.i.animo agitantē prelia.i.se exercētē ad prelia,& in cornu irascentē ipse aduolat .s. ad ipsum Taurū : haud.i. nō alia imago.i.species & similitudo est Turni veniētis.s.contra Pallanta. Vbi,id est postq̄ Pallas credidit hūc.s. Turnū,fore.i. statim futurū esse cōtiguum hastæ missę .i. posse ab hasta contingi, ire supp. voluit prior:aut ire cępit prior.si.i.si forte fors adiuuet qua.i.aliqua via ausum.i.audentem:quia dictū est audētes fortuna iuuat,adiuuet dicat,dicit ausum.s.cōtēdere:viribus imparib⁹, id est longe inferioribus,& fat ita ad magnū æthera , idest ad deos cœlestes & potissimū ad Herculē:o Alcide.i. Hercules ego precor te per hospitiū patris.s.Euandri qui te hospitio accepit:& per eas mensas quas tu adisti aduena, id est cū ex Hispania extern⁹ & ignotus primū aduenires vt supple adsis,id est auxilio sis ingētibus cęptis.s.meis cernat supple Turn⁹ me rapere sibi seminecī,id est seminecto aut necato,arma cruēta,id est cruore suo ꝑfusa:& lumina Turni morientia ferāt,id est sustineāt aut pati cogantur. victorem.s.me. Alcides,id est Hercules audijt iuuenem.s.Pallanta:& premit sub imo corde magnum gemitū,quia exaudire non potuit:& effudit lachrymas inanes,id est nō impetraturas , Tum genitor.s.Iuppiter affat gnatum.s.Herculem,dictis amicis.i.amicabilibus.Cuiqꝫ,id est vnicuiqꝫ:stat.i.constituta est : sua .i. ꝓpria dies.i.tēpus vitæ,vnde Iob. constituisti terminos eius qui prēteriri non poterunt, tēpus vitæ:etiam longissimæ:est omni b⁹ breue & irreparabile.s.postq̄ semel elapsum est, sed extendere famā factis.i.promereri claris facinoribus æternam famā hoc est op⁹ virtutis.i.ad virtutē pertinens:quod a nostris dicitur:non referre quādiu sed q̄ bene vixeris. Tot.i. valde multi(non enim dicit quot)gnati.i.filij deū.i.deorū vt Achilles . Mēnon , Ascalaphus, Sarpedō ceciderūt.i.occubuerūt sub altis mœnibus Troię: quin id est quinetiam Sarpedō mea progenies.i.generatio mea:aut filius meus:cecidit vna.i.pariter cum aliis , etiam Turnum vocāt, id est expectant sua.i.debita fata:qa & ipse occidet : sed ab Ænea, vt in fine operis patebit & peruenit.s.fere ad metas æui dati.i. ad periodum vitæ concessæ.

PIERIVS.

¶Oppositū interimit pugnę.)In Ro.cod.vtraqꝫ orationis parte integra.Interemit scribit pene vltima correpta, non enim præteritū est.¶Monet succurrere Lauso.) Succurrere passim in vulgatis est codicibus.In plurib⁹ vero manu scriptis, præsertimqꝫ vaticanis,succedere scriptū animaduerti. Neqꝫ tamē nusq̄ succurrere legit.¶Tempus desistere pugnæ.) In Ro.cod.pugna est auferendi casu.¶Et socij cesserunt æquore iussi.) In Mediceo & antiquis aliquot exēplaribus iusso,legit,quod figurate dictum agnoscit Seruius.¶Tū iussa superba.)In Oblongo codice, perueteri dicta,sed iussa magis placet.¶Miratus stupet.)Quidam codices antiqui, mirat, habent, quod non ita placet . ¶Meditantem prælia taurū.)Duo exemplaria antiquiora Vaticanæ bibliothecæ legūt meditantē in prælia.¶Cernat seminecī sibi me rapere arma cruēta Victorēqꝫ ferant moriētia lumina Turni.) In Oblōgo cod.cernant numero multitudinis legit cuius suppositum erit. Lumina morientia in quo etiam,mortalia,scriptum est,sed vt alterum illud nō improbarim,ita hoc minime receperim, cum, morientia magis faciat ad sentētiam. ¶Lachrymasqꝫ effudit inanes.)In aliquot antiquis codicibus lachrumasqꝫ effudit inanis, sed effudit, præteritū magis placet,posito audijt.¶Tot nati cecidere deum.) In anti.gnati.ex Valerij frōtonis destinctione. ¶Etiā sua Turnū fata vocāt.)In codicibus aliquot,manent,legitur, sed vocāt, magis placet,quia magis facit ad consolationem, si pœna non differatur,& vocant instare significat.

SERVIVS.

¶Rutulorū reijcit aruis.) Respiciēdo fecit partem feliciorem . vt , Aspice nos hoc tātū quippe,quod eni Iuppiter videt,admodum iuuat . ¶ Reijcit.)Re naturaliter breuis est, & eam pro lōga posuit. Sic alibi, Reijce,ne maculis infuscet vellera pullis, quod licet possit excusari: qa cū facit reieci, īter duas vocales i,posita producit superiorē , vt dicamus longam eam esse spē quę per declinationē lōga futura est, tamen quia in hac re argumētum magis est q̄ ratio , dicamus ectasim factam quæ poetis plerunque conceditur.¶ Fulgentem diripit ensem .) Ne iacto telo inermis esset. ¶ Viā molita .) Hoc est cum difficultate quæsiuit:ꝑ quod& soliditas clypei,& minus firmus hastæ iactus ostenditur . ¶ Nū mage sit .) Legitur & Magis est , vnus tamen sensus est. Sed si Mage legamus,propter metrū dictum est pro magis sicut etiā pote,pro potis . Persius,Qui pote vis dicā nugaris cū tibi calue? Quod adeo in vsum venit vt etiam in pla inueniatur.Cicero in frumentaria, Mage condemnatum hominem in iudiciū adducere non posse.¶Penetrabile.)Pro penetrale dicitur.nā quod penetrat, penetrale dicit: quod autē penetratur,penetrabile. ¶Cuspis ingens .) Ita accipiendum est, ne incongruum sit si de puero dixeris, ingens pectus . Sane cuspidē abusiue pro hastæ mucrone posuit. ¶Et pectus perforat.)Hic subdistinguendum est:vt ingens (vt supra dixim⁹) ad superiora possit referri . ¶Animusqꝫ sequūtur.)Pro anima:nā animus, cōsilij est:anima, vitæ. ¶Referte Euādro.) Pōt & hic distigui:potest & supra referri, vt sit Euādro remitto qualem meruit filium.¶Solamen humandi est.) Quia solatium est viuentium humare defunctos.¶Stabūt .) Constabunt. ¶Paruo.)

Sic ait:atqꝫ oculos Rutulorū reijcit aruis. POE.
At Pallas magnis emittit viribus hastam:
Vaginaqꝫ caua fulgentem diripit ensem.
Illa volans,humeris surgunt qua tegmina summa,
Incidit:atqꝫ viam clypei molita per oras,
Tandem etiam magno strinxit de corpore Turni.
Hic Turnus ferro prefixum robur acuto
In Pallanta diu librans iacit:atqꝫ ita fatur.
Aspice nū mage sit nostrū penetrabile telū: TVR.
Dixerat.ac clypeū tot ferri terga,tot æris, PO.
Cum pellis toties obeat circundata tauri,
Vibranti cuspis medium transuerberat ictu:
Loricęqꝫ moras,& pectus perforat ingens,
Ille rapit calidum frustra de vulnere telum:
Vna,eademqꝫ via,sanguisqꝫ,animusqꝫ sequuntur.
Corruit in vulnus:sonitum super arma dedere:
Et terram hostilem moriens petit ore cruento.
Quem Turnus super assistens,sic ore profatur
Arcades hęc(inqt)memores mea dicta referte TV.
Euandro:qualem meruit Pallanta remitto.
Quisquis honos tumuli,qcqd solamen humādi est,
Largior:haud illi stabunt Aeneia paruo

¶Paruo.) Non paruo periculo.¶Baltei.)Potest & Synæresis esse baltei: pōt & hypermetrus versus esse, nam sequens a vocali inchoat. Balteus aūt, in numero singulari masculini est tñ generis , Iuuenalis, Balteus & tunicæ & cristæ. In numero vero plurali, & neutri.Itē Iuue.Quoties rumoribus vlciscunt baltea.¶Impressumqꝫ nefas.) Insculptum Danaidum nefas, Dona.tñ dicit impsum, coactæ: quod a patre cōpulsę sunt facere:quarū fabula talis est, Danaus & Egiptus Beli filij fuerūt:ex his, Danaus qnquagita filias habuit, & Egiptus totidem filios , Danaus coactus a fratre vt filias suas iuuenibus eius traderet in matrimonium,in ipsos nuptiarum dies gladios virginib⁹ dedit,quibus illæ ex precepto patris sponsos suos interfecerūt excepta Hypermestra quę Lyceū seruauit.¶Bon⁹ Eurytion .) Laus ab artifice:vt,Mira quē fecerat arte Lycaon.Itē,Diuini opus Alcimedontis.¶Nescia mens hominū.)Quia propter hunc periturus est balteum,quē nunc se sustulisse lætatur.¶Sublata.) Elata.¶Magno cū optauerit.)Scilicet pretio.Sic alibi, Et magno mercentur Atridæ.& est sensus talis,Erit tempus quo Turnus optabit quouis pretio redimere,ne ipse Pallantem occidisse videatur. ¶Multo gemitu.)Cū multo gemitu.¶ O dolor,atqꝫ Decus.) Hos duos versus plerique a poeta dictos volunt . Alij a socijs qui reportāt cadauer . Dolor autem propter hæc, Te prima dies bello dedit, hæc eadem aufert. Decus,propter hoc,Cum tamē ingenteis Rutulorum linquis aceruos.

Hospitia,& læuo pressit pede talia fatus
Exanimum,rapiens immania pondera baltei,
Impressumqꝫ nefas. vna sub nocte iugali
Cæsa manus iuuenum fœde,thalamiqꝫ cruenti.
Quę bonus Eurytion multo cælauerat auro,
Quo nunc Turnus ouat spolio,gaudetqꝫ potitus:
Nescia mens hominum fati,sortisqꝫ futurę,
Et seruare modum,rebus sublata secundis:
Turno tempus erit,magno cum optauerit emptū
Intactum Pallanta:& cum spolia ista,diemqꝫ
Oderit.at socij multo gemitu lachrymisqꝫ
Impositum scuto referunt Pallanta frequentes.
O dolor,atqꝫ decus magnum rediture parenti,
Hęc te prima dies bello dedit:hęc eadem aufert:
Cum tamen ingentes Rutulorum linquis aceruos.

DONATVS.

¶Sic ait atqꝫ oculos Rutulorum reijcit aruis.)Et dictis finē fecit, & ad arua Rutulorū reiecit oculos suos.quid.n. prodesset videre eum,cui non potuit ope aliqua subueniri?¶At pallas magnis.)Simul duo facit ad necem Turni necessaria, hastam misit,& eduxit vagina gladium,vt si hasta optatū tenuisset euentū, mox illo parato mucrone plenum de hoste suppliciū reportaret.¶Illa volās, humeri.)Hasta,cū volaret,sic cecidit,vt per summas oras clypei, quę tegebat humeros Turni,post aliquatulas moras viā in corpus hostile reperiret,non solū traiectis munimētis, verūetiā vulnerato ipso,qui se plurimū preferebat.¶Hic Turnus ferrū pręfixum robur acuto in Pallanta diu librans iacit, atqꝫ ita fat.) Turnus,vbi ex vulneris causa violētior factus est hastam diu librans in Pallanta iecit.Contemplatus diu vbi Pallantē opportunius ferire debuisset,simul hæc prosecutus est verbis. ¶Aspice num mage sit nostrum penetrabile telum.) Proba,inquit, exitio tuo,cuius magis sit penetrabile telū,hoc est tuū,an meum. ¶Dixerat.at clypeū.)Hastā dixit in scutum Pallātis fortissimo ictu prouenisse,atqꝫ vt melius probaret hoc ipsum, scuti firmitatem prius voluit nosci,cū multa,inquit,scutū terga habuisset, æris & ferri,coriisqꝫ esset circundatum plurimo,sic tñ perfossis omnibus & loricę dissolutis impedimentis pectus Pallātis quasi nihil obstitisset plena virtute præruptū est, cū in medio posuit nos ponamus in capite,& in medio,& erit nulla confusio,cum clypeū, quē Pallas gestabat,tot ferri terga tot æris ambirēt: cū pellis tauri toties ora eius circundaret:sic tñ euictis omnibus ingens pectus hasta veniens patefacit.¶Ille rapit calidum.) Existimās Pallas se sibi auxilio fore,rapuit infixum telū corpori,ratus idipsum saluti retinēde profuturum:sed id factum est frustra, nā educto telo mox anima cū sanguine effusa est.¶Corruit in vul.) Nō reuolutus est moriens,sed in faciem concidit . ¶ Sonitum super ar. de.) Cum ille corrueret,non solum eadem corpus eius, verumetiam scutū maximum sonum dedit. Et terram hostilem.) Ecce vbi apertius demonstratus est,quia in faciem concidit.Occisus enim premebat hostilem terrā,cruento ore,inquit, quia vnusquisqꝫ vulnere letali percussus etiam per os sanguinem fundit. ¶Quē Turnus.s.as.)Hoc est super quem assistens Turnus.¶Arcades, hæc.) Insultans Turnus & victorię successu superbior factus,tenete,inquit,Arcades memoria verba mea,& retenta ad Euādrum ferte, remitto ei filium suum,non qualem ipse optauit,sed qualem meruit . ¶ Quisquis honos .) Fieri non potuit , vt hostis & Euandro & Pallāti infensus,ꝑ male factis beneuolentiam redderet,vnde sub imagie humanitatis,dum sponte patri reddit occisum , etiā patrias pœnas conatur exigere. supra enim ꝓfessus est, qđ animi gereret, nam dixit,solus ego in Pallāta feror, soli mihi Pallas debetur,cuperē ipse parens spectator adesset: quod qa factū nō est,alio genere cupiebat impleri,vt qui cadentem filium spectare in campo nō potuisset, in sedib⁹ suis positus videret occisum.Leuius eni vt supra dictū est,dolemus , si audiantur mala,graui⁹ vero,si videātur. addidit , qualem meruit Pallāta remitto , vt euidētius appareret non beneuolū illū gerere animum: sed amari hostis durum immaneqꝫ commentū. ¶Haud illi stabunt.)Paruis opibus rex , quæ sunt Troianorum fœdera,quod factum est,mox probabit stare non posse. Hoc dictionis genere potuit intelligi,ꝙ spem gereret etiam Euandrum persequendi scilicet superatis Troianis,& auxilijs,quę Ænee fuerant iuncta.¶Et lęuo pressit pe.) Et talia locutus lęuo pede corp⁹ defuncti Pallantis pressit rapiens ei grauissimi ponderis balteū, expressit ornatum retrahentis balteū supra. supra balteū enim iacebat defuncti corpus, nec extrahi potuit nisi manus intentis iuuisset pedibus,auxilium habuit species ipsa, ēt propriū pondus, quod veniebat ex auro,vnde apparuit duplicē causam fuisse rapiendi,vnam propter insigne victorię,alterā propter speciei meritū, quod augebat auri taxatio,& artis industria.¶Impressumqꝫ nefas.)Impressa in auro fuit admissi sceleris fabula cōtinens hęc. ¶Vna sub nocte.)Magnū in hoc facto sceleris fuit exemplū , qđ vsqꝫ adeo poetæ displicuit , vt acerbitatē eius diuersis exprimat rebus. A numero,vna,inquit,a tempore sub nocte,ab affectu iugali,religioni coniuncti tanti extiterit vis,ait ergo,qui speraret nocte vna & prima,qua ad coniunctionem matrimonij perficiēdam dulcior nulla est scelus in spōsum & iuuenes virginum manu complere potuisse. Quis hoc non nefas appellet? quis scelus tam insigne gentibus referat?tot valentes ætate fœmineis turpiter interemptos insidijs ; deceptos reuerentia thalami & circumuentos illic vbi amores pij non odia execranda virtutum?¶Quę bonus Eurytion.)Cælatura,nomē est artis, quę illic interuenit, vbi substantia inest minor,vt latitudinem non multa species,sed producta in tenuiorem laminā vestiat,in balteo isto regali & cælaturæ opus cōcurrerat : sed plurimo ex auro nō vt in operibus ex paruo reiecta,deniqꝫ ipsa Turno extitit causa rapiendi,ꝙ arte præstaret & pōdere. ¶Quo nūc Tur.)Hoc,inquit,Turnus spolio arbitrabatur factum se esse gloriosum, & lętabatur eo , ignarus suę sortis & fati,ꝙ iam vrgeretur in mortem, cum in rebus secūdis & in altitudinem prosperam repente sublatis debuerit seruari modus,& aduersæ quoqꝫ fortunæ considerare conditionem, ¶Turno tempus erit.)Gaudebat in præsenti futuri nescius exitus sui , non prosperis rebus suis sed inde magis,vnde lętabatur aduersis.Faciebat hunc mentis errorem imprudentia futurorū, cęterum imminebat iam tempus, quo idem Turnus Pallantem optaturus esset incolumem,sumptibus magnis & ingenti pretio reuocatum:quo spolia ipsa diēqꝫ oderit, ipsumqꝫ momētū , quo rapta sunt,fuisset osurus . Hæc proponendo prōūciabat poeta euasurum fuisse Turnum,si Pallanta non pressisset,aut balteo ipsius non fuisset accinctus.Interea si quęramus causam descriptę fabulę,quę auro baltei tenebatur impressa,nulla alia coniectura occurreret,nisi quia & ipse Turnus in causa non concessarū nuptiarum fuerat moriturus.¶At socij multo gemitu.) Verus hic dolor expressus est,cum funus Pallantis multo gemitu atqꝫ vberioribus lachrymis frequentes prosecuti sunt socij. scuto , inqt, referunt, quantus fuerat dolor?vt quo defendi incolumis solet, portaretur occisus? ¶O dolor,atque decus.) Duo proposuit:vtrisque respondit. Dolor enim ad personā patris pertinet, decus vero ad memoriam mortui,qui dixerat,aut leto insignis, & qui scierit glorię dari,si aduerso vulnere cadat in bello vir fortis,denique sequenti dictione ipse aperit poeta , quid affert dolorem: quidque decus ostendat . ¶ Hæc , inquit, te prima dies bello dedit,

Universidad de Deusto Biblioteca

lo dedit, hæc eadē aufert.) Pars iſta pertinet ad dolorē, ingemendum enim fuit optimæ ſpei iuuenem eodē die oppreſſum, quo auſpice eſt dimicationem igreſſus, ecce dicūtur partes gloriarū, propter maiorum conſolationem, & vt oſtendatur decus eius. ℣Cum tamen ingentes.) Et ſi, inquit, acerbum eſt, ꝙ cecidiſti, dū fortiter facis, ſic tamen incurriſti vltimum fatum multis hoſtib⁹ in aceruum ſtrage facta cōiectis, addidit aceruos ingentes, vt cumularet laudem quæſitam in aduerſis ex aceruorū numero infinito & magnitudine generaliter poſita.

ASCENSIVS.

❡Sic ait.) Recitat Pallantis necem a Turno illatam & ab eodem eiuſdem rapta ſpolia balteum videlicet eximiū cadauere ſepulturæ cōceſſo, in qua re & generoſitas & infelicitas Turni ſignificatur. Nam ob rapta ſpolia interficiendus eſt veniā alioqui exoratus a pio Ænea, hoc autem ſolū receptū eſt Donati. Vna ſub nocte iugali: huiuſmodi cælatura triſte auguriū detulit Turno futurū. ſ. vt ipſe nuptiarū cauſa eſſet peritur⁹. Hæc ille. Ordo. ❡Ordo eſt. Iuppiter ſupple ait ſic, ſcilicet ad Herculē & reijcit oculos aruis, id eſt ad arua Rutulorū: hoc eſt ſimul inſpexit ad Rutulos et prgſentem victoriam annuens. Signādū autem quod reijcit primā habet communem cū naturaliter ſit breuis, vnde Priſcianus pro celeumaticum ponit ibi Reijce capellas. Nam licet ii, geminef, tamen non eſt vera poſitio At, id eſt ſed Pallas emittit haſtam magnis viribus, & diripit enſem fulgētem, vagina caua, ideſt quam cauam dereliquit Illa, ſcilicet haſta volans, id eſt poſtquam volauerat incidit ſupple in eā partē qua ſumma, id eſt ſuprema tegmina, id eſt munimenta humeri ſurgunt: atꝗ molita eſt viā per oras, id eſt extremas circūferentias clypei: & ſtrinxit, id eſt abſtulit non nihil tandē, ſcilicet poſt varia molimina & conatus de magno corpore Turni. Turn⁹ hic, id eſt modo ſic cōtractus: iacit, id eſt proiicit librans, id eſt dirigens diu, robur pręfixū ferro acuto id eſt haſtam ex robore: aut robur ipſum cui erat ferrum acutū præfixum, id eſt in parte anteriori fixum, iacit dico in Pallāta atque fatur, id eſt ſimul loquitur, ita, id eſt in hūc modum. Aſpice, id eſt attēde. num, ideſt nonne: aut an ne: noſtrum telum ſit mage, id eſt magis penetrabile; id ē penetratiuū, dixerat, ſcilicet Turnus ac cuſpis, id eſt acies haſtæ tranſuerberat ictu vibranti, id eſt per haſtam vibrantem illato, & perforat moras, id eſt impedimēta loricæ, hoc eſt munimēta pectoris: vt thoraca quibus morę fiebant & perforat ingens pectus, ſcilicet Pallātis, vel qui egregium habuit in pectore animum: vel quia etiam corpus præſtans. Ille, ſcilicet Pallas capit, id eſt celeriter extrahit: telum calidum, id eſt haſtā calefactam ſanguine. de vulnere, ſcilicet ſuo & ſanguis & animus, id eſt anima ſequūtur, ſcilicet telum vna & eadem via, id eſt per vulnus. Corripit pręter morem ſecundam ſyllabam in dictione eadem: vt (ſicut grammatiſtæ dicūt) ſubitam ſanguinis effuſionem depingeret, ſicut ille. Non eodem curſu reſpōdent vltima primis, ſubitam rerū mutationem per correptionem mediæ ſyllabæ in dictione eadem ſignificauit. Ipſe Pallas corruit in, id eſt ſuper vuln⁹ quod in pectore habuit: & arma dedere ſuper, id eſt ſuper ſonitum, & ipſe moriens, id eſt cum ſentiret anguſtias mortis ne ſcreatum aut gemitū viro forti indignū emitteret, petit ore cruento, id eſt oppetijt moriendo terram hoſtilem, id eſt quam occupauit hoſtis. ſuper quem Turnus aſſiſtens ingt. O Arcades vos memores referte Euandro, id eſt ad Euandrum hæc mea dicta, ego remitto Euandro, aut dicite, quia remitto ei filiū ſupp. talem qualem meruit, ſcilicet remitti a me, hoc eſt mortuū qui ad me occidendum miſſus erat. Ego largior, id eſt de largitate mea, & non ex merito ipſius dono ſupple totū honorem: quiſquis, id eſt quicūque honos eſt tumuli, id eſt ſepulturæ & ſupple totū illud quicquid, id eſt quæcūque res. ſolamen humandi, id eſt ſepeliendi quod ſolamē eſt viuis nō defunctis. hoſpitia Æneæ, id eſt iura hoſpitalitatis cum Ænea contracta ſtabunt, id eſt cōſtabunt ei haud paruo, id eſt nō modico ſed magno, & ipſe fatus talia preſſit, id eſt obuoluit exanimem, id eſt extinctum Pallanta, ſcilicet pede leuo, id eſt ſiniſtro rapiens immania pondera baltei quo, ſcilicet ornatus erat Pallas, & nefas, id eſt nefandum facinus Danaidum, ſcilicet ſupp. erat impreſſum, id eſt inſculptū, ſcilicet manus, id eſt multitudo iuuenum, id eſt quinquaginta filiorum Ægypti cæſa, id eſt occiſa, ſcilicet a Danaidibus, id eſt a filiabus Danai: fœde, id eſt turpiter & in honeſte, quia contra iura conſanguinitatis & affinitatis: ſub nocte iugali, id eſt quam primum iuncti erant cum nouis nuptis, & thalami cruenti, id eſt cruore aſperſi: ſup. erant inſculpti in balteo quæ, id eſt quas res, eurycion, ſcilicet ſculptor bonus, id eſt artificioſus cælauerat, id eſt inſculpſerat: multo, id eſt denſo auro vnde immania pondera prius dixit quo, id eſt cuius baltei ſpolio: Turnus ouat, id eſt exultat nunc & gaudet potitus, ſcilicet eo: ſed mens hominum eſt ſup. neſcia fati, id eſt præordinationis diuinæ, quia ſæpe læta principia infelicem ſortiuntur exitum: vnde irridet Plinius thraces, qui calculis albis dies bonos numerabant: neſciētes: qui dies reuera futuri ſunt boni. & ſortis aut ſortis futuræ: & neſcia ſublata, id eſt elata & ſublimata reb⁹ ſecūdis, id ſt proſperis, ſeruare modū, id eſt menſuram, ſcilicet ineis. Tēpus erit, id eſt adueniet Turno cum, id eſt quādo ipſe optauerit emptum magno, ſcilicet pretio, id eſt care emiſſe Pallanta intactum, id eſt ꝙ non tetigiſſet eum, & cum oderit iſta, ſcilicet pernicioſa ſibi, quibus nūc exultat ſpolia, & diem: ſcilicet qua ab ea abſtulit. At, id eſt ſed ſocij frequentes referunt ſupple cum multo gemitu & lachrymis: Pallanta impoſitum ſcuto, ſcilicet ſuo. O Palla rediture, id eſt qui rediturus es (acclamatio eſt poetæ, aut ſociorum lamentatio) parenti ſcilicet Euandro dolor atque magnum decus, id eſt exiſtens dolor quia hæc dies dedit prima bello, te & hæc eadem auferte, ſcilicet bello per mortem, & exiſtens magnum decus quia licet aufert te, aufert tamen cum linquis ingentes aceruos, id eſt magnam ſtragem Rutulorū, ſcilicet a te occiſorum.

PIERIVS.

❡Fulgentem diripit enſem.) In Roma. codi deripit. more ſuo vti ſuperius. ℣Humeris ſurgunt qua tegmina ſumma.) In nonnullis vaticanæ bibliothecę cod. & in ijs, qui apud me ſunt. Humeri. habetur genitiuo caſu, quod magis placet: & pro. ſumma prima legitur in Roma. cod. ℣Tot ferri terga tot æris. Cum pellis totiet obeat circundata Tauri.) In antiquis nonnullis cod. reperitur. Cum, ſiue quom, non tot, hoc pacto, dixerat At clypeum quom ferri terga tot æris quom pellis toties obeatcircūdata tauri. Sed omnino melius: vt in vulgatis. ℣Vibranti cuſpis medium tranſuerberat.) In aliquot vibranti medium cuſpis, mutato numero. ℣Ille rapit calidum fruſtra de vulnere telum.) In Roma. legitur, de pectore. ℣Sanguiſꝗ animuſꝗ ſequuntur.) In Roma. cod. & aliquot alijs ſanguis animuſꝗ, abſꝗ particula copulatiua priori loco. Sed enim ea repetita in ſimilibus plena venuſtatis eſt niſi verſum etiam elāgueſcere anima deficiēte velimus. ℣Corruit in vulnus.) In Oblongo codice peruetuſto Concidit legitur ſed corruit, maiorem habet vim. ℣Quem Turnus ſuper aſſiſtēs.) In Roma. codice verſus integer, his additis dictionibus. Sic ore profatus. Alij nugas alias addidere. ℣Exanimum.) antiqui codices libentius Exanimen, ſcribunt per, e, vt obſeruatum ſæpe. Sed vtrūꝗ receptum a grammaticis. ℣Quæ bonus Eurytion multo cęlauerat auro.) Euryon, paſſim in codicibus impreſſis habetur. Sed in antiquis, Eurytides. vno omnium conſenſu poſitum eſt, epitheton vero illud. Bonus, in manu ſcriptis exemplaribus variat, nam Oblongus codex. Mediceus, & aliquot ex ijs, qui apud me ſunt, clonus, habent, Romanus vna plus litera. clonius, alius codex peruetuſtus, comus, Sed cum Eurytides ſit Patronymici forma, Clonus, quod in codicibus emēdatioribus habetur, pro nomine proprio mihi magis placet. Legendū igitur. Quæ clon⁹ Eurytides. ℣O dolor atꝗ decus magnum rediture parenti.) In Romano codice. Parentis, quippe dolor & decus. Sed omnino magis placet parenti, acquiſitiuo caſu.

SERVIVS.

❡Certior author.) Id eſt nūcius ver⁹. ℣Tenui diſcrimine leti.) Modico mortis interſtitio, per quod magna Pallāti virtus oſtendiť: quo interempto omnis eſt in fugam conuerſus exercit⁹. ℣Verſis.) Fugatis. ℣Latū limitem ardens agit per agmē.) Id eſt facit. ſic melius,

Nec iam fama mali tanti, ſed certior author
Aduolat Aeneę: tenui diſcrimine leti
Eſſe ſuos: tempus verſis ſuccurrere Teucris,
Proxima queꝗ metit gladio, latumꝗ per agmen
Ardens limitem agit ferro, te Turne ſuperbum
Cæde noua quærens: Pallas, Euander, in ipſis
Omnia ſunt oculis, menſę, quas aduena primus

melius, ꝙ ſi dicas, latū per agmen. Ergo ſic intelligamus, aut per ordinem, aut per Hypallagē. Nam & ſupra ſic ait, Hæc ego vaſta dabo, & lato te limite ducam ℣Pallas, Euander in ipſis oīa ſunt oculis.) Erat rectum, Pallas, Euander, menſæ quas aduena primus tunc adijt, dextræꝗ datæ. In ipſis

ipſi omnia ſunt oculis. Sed per ite ſciſſa eſt narratio, ꝑ quā animus Æneæ perturbat⁹ exprimitur. ℣Inferias quos immolet vmbris.) Inferię ſūt ſacra mortuorū quę inferis ſoluunť. Sane mos erat in ſepulchris virorum fortium captiuos necari quod poſtꝗ crudele viſum eſt, placuit gladiatores aū ſepulchra dimicaē q a buſtis cinerib⁹ buſtuarij appellati ſunt.
ὁ δ' ἐπεὶ κάμε χεῖρας ἐναίρων,
ζωοὺς ἐκ ποταμοῖο δυώδεκα λέξατο κούρους
ποινὴν πατρόκλῳ μενοιτιάδαο θανόντος
℣Captiuo ſanguine.) Pro captiuorum: vt, Captiui pendent currus. Item, Captiuaꝗ veſtis Congeritur: & eſt vt diximus, ſpecioſus ornatus. ℣Mago.) Datiuus eſt vt ſupra, Illo nanque procul. ℣Subit) Subſedit. ℣Per patrios manes, & ſpes ſurgentis Iuli.) Per eas perſonas rogat, propter qua precatur. ℣Penitus defoſſa talenta.) Multi enī diuitias ſuas obruebant. Vnde Horatius, Quid iuuat immenſum te argenti pōdus & auri, Furtim defoſſa timidū deponere terra? Sane meli⁹ in foſſa diceret, ꝙ defoſſa: ad qđ eſt metri neceſſitate compulſus. Nam fugit dubiā ſyllabā. Hic eſt locus Homeri.
ζώγρει ἀτρέος υἱέ, σὺ δ' ἄξια δέξαι ἄποινα,
πολλὰ δ' ἐν ἀντιμάχοιο δόμοισ κειμήλια κεῖται
χαλκός τε, χρυσός τε, πολύκμητός τε σίδηρος.
℣Nō hic victoria Teucrū vertitur.) Lucanus, Non pōdera rerum, Nec momēta ſumu⁹. ℣Gnatis pce tuis.) Qui in Virgiliū ſcripſit declamatiōes, de hoc loco hoc ait, Improb⁹ es qui aut regi dones, aut filios exhæredes. Parce aūt eſt ſecū

Tunc adijt, dextræꝗ datæ. Sulmone creatos
Quattuor hic iuuenes, totidem quos educat Vfens
Viuentes rapit: inferias quos immolet vmbris:
Captiuoꝗ rogi perfundat ſanguine flammas,
Inde Mago procul infenſam cum tenderet haſtā:
Ille aſtu ſubit: ac tremebunda ſuperuolat haſta:
Et genua amplectens effatur talia ſupplex.
Per patrios manes, & ſpes ſurgentis Iuli MAG.
Te precor, hanc animam ſerues, natoꝗ patriꝗ.
Eſt domus alta: iacent penitus defoſſa talenta
Cęlati argenti: ſunt auri pondera facti,
Infectiꝗ mihi: non hic victoria Teucrum
Vertitur: haud anima vna dabit diſcrimina tanta.
Dixerat. Aeneas contra cui talia reddit, PO.
Argēti, atꝗ auri, memoras quæ multa talēta, ÆN.
Gnatis parce tuis belli commercia Turnus
Suſtulit iſta prior, iam tum Pallante perempto,
Hoc patris Anchiſæ manes, hoc ſentit Iulus.
Sic fatus, galeam læua tenet: atꝗ reflexa POE.
Ceruice orantis capulo tenus abdidit enſem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum antiquos serua, vt apud Lucilium & Enniū inuenitur, Gnatis parce tuis. Atq; supra dixit, Gnatoq; patriq;: quomodo ait Gnatis? Nō est cōtrarium, nā liberos etiam vnum dicimus filium, adeo vt Terētius etiam filiā liberos dixerit vt in Hecyra, qui illū dignū decreuerunt suos cui committerent liberos, vbi pater de filio ad vxorem loquitur. Ergo vsurpauit respiciēs ad liberos, vt gnatos de vno diceret. ¶Commercia.) Vicissitudines, & ignoscēdi facultatem ¶Nec procul Æmonides.) Hoc nomen licet possit esse patronymicum quia in des exit, vt dicamus Æmonis filius: tamen melius est vt id proprium esse dicamus, quia nunq; aliud nomen eius aut præmissum est aut secutū. ergo simile est patronymico vt sit Æmonides sicut Thucydides. ¶Insula.) Fascia in modum diadematis, a qua vittæ ex vtraq; parte dependent: quæ plerūq; lata est, plerunq; tortilis de albo & cocco. ¶Insignibus armis.) Asper sic legit, & vtitur Sallustij exemplo, qui ait, Equo atque armis insignibus. Probus vero, insignibus albis dicit legēdum, vt vestes albas accipiamus quæ sunt sacerdotibus cōgruæ: sicut Statius de Amphiarao dicit. ¶Campo) Per campum. ¶Immolat.) Quasi victimam, vt ille cōsueuerat, nam hoc verbo ad sacerdotis nomen allusit. ¶Ingentiq; vmbra tegit) Aut magnitudine corporis sui obumbrat eius cadauer. Aut ingenti vmbra, id est morte tegit: vt, In ęternā clauduntur lumina noctē. Aut ingenti vmbra tegit secūdum vsum accipiendum est. i. insultatione eum opprimit & adūbrat. ¶Serestus.) Serestos duos intelligamus, vnum in castris & vnum cum Ænea. Nam Troiani nondum erupere de castris, vt intelligamus eum quē supra dixit. Ergo duo sunt, nec mirum, cū ipse dixerit quod exēplo esse possit, Assaraciq; duo. ¶Lecta refert.) Proprie dixit, nam spolia quę aptantur trophæis, legi dicūtur. i. eligi. ¶Trophæum.) Declinatio Latina est: vnde penultima habebit accentum, in numero plurali, quia trophæa dicim⁹ sicut Græci, nec aliquid inde mutilamus, erit in antepenultima accentus, sicut apud Græcos.

DONATVS.

¶Nec iam fama mali.) Hoc malum non fama, quæ solet nūciare nonnunq; pro veris falsa: sed certus author & nūcius ad Æneā fideliter venit tanta maturitate, vt ipsam quoq; famam celeriter pręuerteret, addebat ille nūcius. ¶Tenui discrimine.) Hoc est inter ipsos & mortem modicum remansisse moræ discrimen. ¶Tēpus versis su. te.) Tempus esse suggerebat, quo versis suis Æneas idem subuenire debuisset, bene temperauit versis tēpus succurrere, quasi qui suadebat subueniendū, vt esset met⁹ & spes facile enim extingui possent, si nullus succurreret vtpote versis, facile vero euadere interueniēte maturo auxilio, cū non plenum fuerint superari. ¶Proxima quæq; metit. g.) Quid faceret, qui properabat ad suos: cui dictū fuerat subueniēdi tēpus vrgeret, & hostibus in medio positis trāsire nō poterat: quæ igit proxima fuerant, metit gladio. Metere dicimus secare falcibus segetē quę cū abscindit, non resistit, & ferro tota facile subiecta est, & iste cædebat medios non occidēdi affectu, cum properabat: sed ardore trāseundi, iccirco addidit, latūq; per agmen ardens limitem agit ferro. Quātæ fuit virtutis pro infinita bellātium latitudine aperire cæsorum funeribus viam, & incolumem transire per medios? ¶Te Turne superbum.) Occidendus fuit ante omnes, qui illo tempore causas tanti doloris influxerat, benę positū, quęrens, cū enim inter plurima, quod magis necessarium est, quęritur, negligūtur cætera, & remouētur in partem vt ad id perueniatur inuestigando & scrutando, quod necessitatem inquisitionis inuexit. Quærebat igitur Turnum occisi Pallantis causa, & hūc de nouo hoc ex equisito supplicij genere cupiebat inuenire. ¶Pallas, Euāder in ipsis Om.) Voluebat Æneas omnia in animo suo: ante eius oculos stabant vniuersa. Primus Pallas, quem bellis immaturum miserrimus crediderat pater, ætas adolescentis & spes, vel q̄ vnicus seni. Euander pater, scilicet orbatur filio, pater in occidua ætate deceptus, beneuolus hospes, humanus, vtilis, cōmodus largitor auxiliorum i dādo facilis, in prouidēdo præcipuus mensæ quas aduena primos tunc adijt, dextræq; datę, communicatio mensarū, quas ei exhibuit in Herculeis sacris, quas adijt primus, ad quas venit incognit⁹, quibusq; aduena cū veniret, exceptus est. Horum quanta religio, quātum mensis cæteris potior, quarum reuerentiā humanitas hominis & dei præsentis testimonium duplicauerat: iunctarum etiam dexterarum fides, iura ini-

tæ

Nec procul Aemonides, Phœbi, Triuiæq; sacerdos,
Insula cui sacra redimibat tempora vitta:
Totus collucens veste, atq; insignibus armis.
Quem congressus agit campo: lapsumq; superstās
Immolat: ingentiq; vmbra tegit: arma Serestus
Lecta refert humeris, tibi rex Gradiue trophæum.

tæ societatis amicitiæq; fine difficultate susceptæ? Hęc oia diuisit, ne cōtinuata fœdarēt dictionis ornatum, & interposuit, i ipsis omnia sunt oculis nos hoc ipsum ponim⁹ in capite, vt ordinatio illustriorē faciat intellectum, hoc modo, in ipsis oia sunt oculis, Pallas, Euāder, mensæ, dextræq; datę: vt hæc sunt omnia quæ ille ponebat ante oculos suos, & pro præsentibus recensebat. ¶Sulmone creatos. Quattuor.) Sulmonis filios quatuor, & vfētis totidē hoc est quatuor, sicut viui fuerāt, rapuit. in octo hominib⁹ nō adductis sed raptis, quanta Ænee virtus ostendit: quantum obsequiū propter honorādam memoriam mortui: hoc iccirco faciebat, vt hostium nece manes placaret occisi, & captiuorū sanguine regis filij perfunderet flammas. ¶Inde magno procul.) Postea quam illos rapuit viuos, hastam misit in magonem: sed cum illa altior euaderet, ille per astutiam humilē se fecit, & superuolante iaculo ictum, quem fuerat excepturus, euasit. ¶Et genua amplectens ef. t. su.) Et cum trāsmissa hasta Æneam in totum euadere nō potuisset, ad genua eius cum huiusmodi prece confugit. ¶Per patrios manes.) Duo deprecationis commoda tenuit, patris memoriam, & spem filij surgentis, alterum, quod consecratum esse apud Æneam debuit pium, petiturus autem pro se etiam filij sui nexuit causam, propter quem viuere cupiebat, recte similibus personis principia petitionis induxit, si peperceris, inqt, mihi seruabis me & filium meum, perindeq; nō vnum, sed duos. Ecce rogabat eum, cui fili⁹ esset, & nosset quomodo posset exoriri detrimentum, si filius perderet patrem: vel qui boni, si liberari meruisset. Verū ne solæ preces impetrationē obtinere non possent, promittit & præmium. ¶Est domus alta.) Hoc est locuples & magnarum diuitiarum: magna ars dicendi, vt promissurus pretij pro conseruatione sanguinis sui primo in loco ostēderet esse docēdi substātiam frustra enim promittitur, vbi non suppetit, quod impendi possit, aut debeat in eo ipso, cum dici potuisset, sed nō tāta facultatum copia est, quæ redemptionē congrua largitione possit implere, addidit. ¶Iacent penitus de.) Et obrutum dixit, vt magnam materię ostenderet copiam & ab arte duxit laudem, vt pulcherrimum demonstraret. ¶Sunt auri pondera. f. Infe.) Hoc est in speciebus & massis, de modo ac pondere nihil dixit, vt generalitas tantum coniecturæ tribueret, quantum forsitan deposita non haberent. ¶Non hic victoria Teucrum.) Rationalibus persuasio & complexa omnes partes, quæ ad optatos possent exitus prouocare: prima humanitatis fuit, sequēs, quæ spōderet ex diuitijs affluentibus cōmodum, quid ergo, sic parcere, & sumere incōmodum fuit: occurrit deprecans & ait, victoria tua nō vna nece conficietur, nec in vno consistunt, quæ e diuerso metuēda sunt. ¶Dixerat.) Finem ille suis precibus fecerat. ¶Æneas contra.) Cum dicit, contra, ostendit, non esse preces rogantis ad missas. ¶Argēti atq; auri me.) Admirāda responsio pro persona eius qui eo tempore nulli decreuerat esse parcendū, propter Pallātis vltionem, & commodum victoriæ suæ. Illud enim, quod promittebatur, ad victores cum ipsa victoria erat transitum, proinde sic icepit, diuitias tuas parce liberis tuis, hoc serua, inde enim parci dicuntur, qui non multū erogant: quia, quod habuerūt seruant, nā & salem parcum Virgilius idem dixit alio loco, quia tradita sibi custodit, ait enim, Vt parco sale cōtingāt, hyemiq; reponunt. ¶Belli commertia Turnus.) Humanitatem, inquit, poscis, quæ inter partes solet aliquando præstari: sed istā mihi tuus ille sustulit Turnus, & inhumanitatē plenam morte Pallātis docuit: sequire nō erat meum, sed fuit misereri promptissimum mihi, sed magisterio partis vestrę didici, quod mihi nō dedit natura nascēti, factus sum, quod non eram, & in contrarium est, quod aliquā do præstabam. ¶Hoc patris Anchisæ.) Magis hoc factum placebit manibus patris mei, placebit & filio. Ex hoc enim facto ad vtrunque peruenit gratia, si orbitas Euandri vindicef, & interitus Pallantis. Sic fatus galeam lęua tenet.) Vbicunq; ponit ensem vsq; ad capulum in corpus hominis versum, tractum significat facientem. ¶Nec procul Æmonides.) Non longe a Mago æmonides apparuit, quem dicit phœbi & triuiæ fuisse sacerdotē quē quis esset prodebat habitus capitis, vittas quippe gestabat, quas non nisi sacerdotes habere consueuerunt, fuit idem etiā armis & veste conspicuus. ¶Quem congressus agit c.) Exagitatum & lapsum immolauit, pulchre non occisum sed immolatū dixit alludens ex officio a nomine sacerdotis. ¶Ingentiq; v. te.) Quia

dixit

dixit. Aeneam super lapsum constitisse, dixit iacentis corpus percussoris sui vmbra contectum. ¶Arma serestus Lecta re.) Ecce si arma, inquit, sustulit serestus non cupiditate quæstus, sed vt armati bellorum deo trophæa ostentatione sacraret: vtpote quia supradictum est. Totus collucens veste atq; insignibus armis, perindeq; digna, quæ viderentur in templo, atq; ita temerarius, qui immemor officij sui Apollinem Dianamq; deserens, pcessit in campum, morte pœnas exoluit, & templum dei bellatoris sui spolijs ornauit.

ASCENSIVS.

¶Nec iā fama mali.) Docet quō Æneas audita morte Pallātis & fuga suorū accelerauit obuios quosq; interimēs. in quorū mortis cōmemoratione aliquātisper imoraf poeta. Dona. aūt sunt verba. Metit sicut qui metit facile secat segetes & obstātia mouet: sic Aeneas facile cędebat qui obstabant. ¶Quattuor sulmone creatos: mira virtus hois qui tāta facilitate tot viuētes hostes rapiat. Hęc ille. ¶Ordo est, Nec iam fama. i. rumor incertus tāti mali: sed author. i. nuntius certior aduolat Æneæ. i. ad Æneā suos. f. Ænee socios esse sup. in tenui. i. modico discrimine. i. dria & distantia mortis, & tps sup. esse, succurrere pro succurrendi: Teucris versis. f. in fugam, & ita ipse metit. i. quasi metens falce herbas intersecat & amputat, pxima quęq;. i. q̄cunq; proxima erant aut pria occurrebant, & ipse ardens. i. furore excandescēs & cæde feruens agit ferro limite in latū per agmen. f. hostium quærens o Turne te superbū, id est superbientem: noua. i. insolita & magna cæde. f. Pallantis. Pallas. Euander mēsæ quas ipse aduena. i. cū adueniret adijt tunc primus, & dextræ. f. amicitiæ & fidei datæ. f. Euādro & ab eo receptæ: oia. f. hæc sunt in oculis videlicet Æneæ. i. hęc oia considerat & aio complectif. Ipse capit in hmōi ardore: quatuor iuuenes creatos sulmone, & totidem quos vfens educat. i. tollit hoc est ēt quatuor filios vfentis: capit dicit viuentes. i. viuos non occidens adhuc eos quos. i. ideo vt eos immolet, vmbris. i. manibus præcipue Pallantis inferias. i. vt sint sacra mortuorū, & sup. quorū. f. vt eorū hoc est vt perfundat, flammas rogi. i. pyræ incēsæ, in qua Pallas concremabitur, sanguine captiuo. i. captiuorū. Inde. i. deinde ipse contenderat mago. i. in magum virum illum procul. i. de longe hastam infensam. i. valde offensam aut inferētem vim. Ille. f. magus vidēs hastā venientem subit. i. subinfert se ac appropriat sub hastā: astu. i. fraude & versutia, ac hasta tremebunda: ex forti. f. impulsu supuolat. i. volat supra ipm nec cōtingit, & ipse magus supplex amplectēs genua in qbus. f. sedes misericordiæ est, affatur. f. Æneā talia. Ego pcor te p manes patrios, i. pris tui Anchisæ, vnde laus est Æneæ q̄ hostes de eo soliciti ipsius genus didicerāt, & per spes Iuli surgentis. f. ad gloriā & imperiū, vt sup. serues nato. i. filio vnico & patri. f. mihi hanc aiam f. meam qua ablata ēt filius præ dolore moriturus est, domus alta est sup. mihi Talēta. i. magna pōdera: argenti cęlati. i. sculpti vt in poculis iacent. f. mihi defossa penitus. i. pene intus in hac. f. alta domo: & pōdera auri sacri. i. tam mūdi vt sacri aut exēcrabilis (sicut in tertio, Auri sacra fames) & infecti. i. nondum effigiati

nec

nec signati victoria Teucrū. i. Teucrorū nō vertif, id est immutaf nec transfertur hic, i. in hac re, hoc est si me saluas vna anima, id est vnius hominis vita: non dabit tanta discrimina, id est tātas differētias vt ea salua victi censerentur: quia ea extincta victores sint. Dixerat. f. magus, cui Æneas reddit contra. i. respondet talia, parce. i. cōserua tuis natis. i. liberis talenta argenti & auri, quæ tu memoras multa. Turn⁹ sustulit prior ista. i. istiusmodi cōmercia belli, vt. f. caput auro redimas: vbi ille & vitam & aureum balteū abstulit, Pallanti iā tum Pallante perempto. i. simul ac Pallanta interemit, Manes patris Anchisę sup. sentiūt hoc, id est vt similiter faciā, & Iulus sentit hoc, ipse fat⁹ sic tenet galeā lęua: atq; addit ensem capulo tenus. i. vsq; ad capulum. i. manubriū quo capif sup. in ceruice reflexa, id est incuruata orantis. f. magi. Nec pcul sup. abest. Hemonides vir ille sacerdos Phębi. i. Apollinis & Triuię. i. Dianę cui ifula & fascia redimibat tēpora. i. coronā capitis: vitta sacra, id est sacerdoti cōsecrata: adest inquam: collucens totus veste. f. insignibus albis quem. f. Hemonidem Æneas congressus. i. congrediens, ipse agit. i. fugat & persequitur: campo, & quem immolet superstans lapsum. i. stās sup lapsum, & tegit. f. cadauer ei⁹ ingenti vmbra. f. sui, inclinās se ex aduerso solis sup eum collucētē, vt dictum est, serestus. i. Troianus alter ab eo, qui in castris adhuc erat verum non serestus, sed segestus dict⁹ est in castris eē, refert humeris arma. f. illa insignia lecta. i. collecta trophęū. i. in trophęum & vt suspendat trophæum tibi o gradiue. i. mars. Nā thracum lingua, gradiuus dicitur Mars.

PIERIVS.

¶Tempus versis succurrere teucris.) In Romano codi. hoc etiā loco, succedere, legif, vti superius, succedere Lauso. ¶Mēsæ quas aduena primus tūc adijt.) In Romano codice, primum, in alijs qbusdam, primas, idem tamē facit primus, sed figurate. ¶Inde mago procul infensam cū tenderet hastā.) Varia versus huius lectio est apud codices antiquos. Impressi vero vulgatiq; omnes cōueniunt in epitheto, infensam. Sed in Romano infestam est, pterea cū tenderet. vulgo legitur. Sed in Romano, contorserat, Oblōg⁹ vero, atq; aliquot alij eadem forma, vnica dictiōe, cōtenderat, tu vero videris, siue, cū tenderet, siue per interpositionē: Procul infensam contenderat, legi placeat, vtrum mago sit datiui casus, vt Serui. putat. ¶Capulo tenus abdidit ensem.) Roman⁹ codex, Mediceus, & aliquot alij admodum vetusti legunt, applicat ensem. ¶Nec procul æmonides.) In codi. aliquot antiquis huic nomini aspiratum est. ¶Insula cui sacra redimibat tēpora vitta.) Roma. ille codex secretior sacro legit, pro sacerdoti. Præterea sunt, qui redime ibāt. per ei. in pene vltima scribāt: quod ego nusq; in his codi. antiquis obseruaui. Sed recte fieri, ex frequēti scriptiōe huiusmodi, quæ in antiquorū monumētis passim inspicif: & ex Lucillij instituto superius ostēdimus. ¶Tibi rex gradiue trophæū.) In cōpluribus ex his veteribus codicibus tropęum, absq; adspiratione legitur: & ita scribendū esse censent plerique viri doctissimi: eiusq; inscriptionis vsus in veterum monumētis nō vno apparet loco. tropœum,

SERVIVS.

¶Instaurant acies Vulcani stirpe creat⁹ Cęcul⁹.) κατὰ τὸ σιωπώμενον. Nam ante fusas accipim⁹, ex eo quod dixit Instaurāt. ¶Vulcani stirpe creatus.) Notandum stirpē de patre dictā, cū semper de longa generis significatione dicaf. ¶Dardanides.) Patronymicū a maiorib⁹. ¶Dixerat ille aliquid magnū.) Prouerbialiter dictū est, ac si diceret, non mirū sic occisum eē eum, qui sibi plurimū arrogabat. ¶Cœloq; animū fortasse ferebat.) Forte exæquauerat cœlo, vt de Ænea, Drāces qb⁹ cœlo te laudibus ęquem. ¶Syluicolę Fauno Dryope quem nympha creauit.) Faunus hoc loco quidam rusticus intelligēdus est: non deus, sicut supra Anxyrus, quem legim⁹ Iouē nonnulli etiam nymphā non

deam

Instaurant acies Vulcani stirpe creatus
Cęculus, & veniens Marsorum montibus Vmbro.
Dardanides contra furit: Anxuris ense sinistram,
Et totum clypei ferro deiecerat orbem:
Dixerat. ille aliquid magnum, vimq; affore verbo
Crediderat: cœloq; animum fortasse ferebat:
Caniciemq; sibi, & longos promiserat annos.
Tarquitus exultans contra fulgentibus armis,
Syluicolæ Fauno Dryope quem nympha crearat:
Obuius ardenti sese obtulit: ille reducta
Loricam, clypeiq; ingens onus, impedit hasta.
Tum caput orantis nequicquam, & multa parantis
Dicere, deturbat terrę: truncumq; repente
Prouoluens, super hęc inimico pectore fatur.
Istic nunc metuende iace: non te optima mater ÆN.
Condet humi: patriove onerabit mēbra sepulchro:
Alitibus linquere feris: aut gurgite mersum
Vnda feret: piscesq; impasti vulnera lambent.
Protinus Antheū, & Lycā, pria agmina Turni, PO.
Virg.

deam volūt, sed Græce sponsam dictam, ne incredibile sit ex duobus numinibus, pcreatum eē mortalem, quāquam hęc numina secundū Aristotelem aliqū moriantur. ¶Ille reducta.) Id est lōga. vt, Interea videt Æneas in valle reducta. Et intelligim⁹ protēta hasta Tarquiti arma eē impedita. Alij reducta, retroacta dicūt qd nō pcedit. ¶Istic, nūc.) Sarcasmos ē hostilis irrisio. Est autem Home. versus.
ἐνταυθοῖ νῦν κεῖσο μετ' ἰχθύσιν οἵ σ' ὠτειλῆς
αἷμ' ἀπολιχμήσονται ἀκηδέες.
¶Patrio sepulchro.) Etiā hinc apparet, Faunum hoiem fuisse. ¶Impasti.) Ita auidi, vt semper credātur impasti, sicut de Harpyis dixit, Et Pallida semp Ora fame. quasi fame. ¶Ausonidum.) Pro Ausonidarū: si

 cut

Persequitur, fortemq; Numam, fuluumq; Camertē
Magnanimo Volscente satum: ditissimus agri
Qui fuit Ausonidum: & tacitis regnauit Amyclis,
Aegeon qualis, centum cui brachia dicunt,
Centenasq; manus: quinquaginta oribus ignem,
Pectoribusq; arsisse: Iouis cum fulmina contra
Tot paribus streperet clypeis: tot stringeret enses,
Sic toto Aeneas desęuit in ęquore victor,
Vt semel intepuit mucro, quin ecce Nyphei
Quadriiuges in equos, aduersaq; pectora tendit:
Atq; illi longe gradientem, & dira frementem
Vt videre: metu versi, retroq; ruentes,
Effunduntq; ducem, rapiuntq; ad littora currus.

cut deum pro deorū. nā Ausonidum a genere fœminino venit, vt hęc Ausonis, hæ Ausonides. Ausonidarū vero venit ab eo q̄d est hæc Ausonida huius Ausonidæ. ¶ Tacitis regnauit Amyclis) Inter Caietam & Tarracinam oppidum cōstitutum est a Laconibus, qui comites Castoris & Pollucis fuerūt: & ab Amyclis prouinciç Laconicç ciuitate ei in dictū nomē est Lacones. Itaq; isti cū s̄m Pythagoreā sectam a cęde omnium animaliū abstinerent (Vñ Iuuenalis a cunctis animalib' se abstinuit) q tanq̄ hoiem, & ex vicinis paludibus natas serpētes occidere nefas putarent', ab iisdē interempti sunt. Vnde Amyclas tacitas dicit, id est Pythagoreas, nā Pythagorica virtus est quinquēnale silentium. Est & alia expositio, Cū frequēter falso nūciarētur hostes, & inani terrore ciuitas quassaretur: lata lege cautum est, ne quis vnquā hostis nunciaret aduētum. Postea cum vere hostis veniret nullo nūciante, ex improuiso ciuitas capta est. Vnde tacitę Amyclę dictę sūt, quod periere silentio. Hinc est quod ait Lucilius, Mihi necesse est loqui: nā scio Amyclas tacendo periisse. ¶ Ægæon qualis.) Ipse est & Briareus. ¶ Ignem pectoribus arsisse.) Asper dicit ignem hūc animę, intelligendum calorem, veniētem ex ferocitate, vt sit, Cū vim suę crudelitatis efflaret. Alii ignem hunc fulminis volūt, vt sit dictū quēadmodum in primo, Illum expirantem transfixo pectore flammas. Sane notandum ignem arsisse, cū igni alia res ardeat. ¶ Sic.) Vt non vnam putares manum, nanq; ad hoc pertinet cōparatio vt intelligamus eum multitudinis vice dimicasse. ¶ Intepuit mucro.) Nimia. s. cæde. ¶ Quadriiuges.) Propter Homœoteleutō noluit dicere quadriiugos, & cōtulit se ad aliam declinationem, nā & quadriiuges & quadriiugos dicim', sicut inermes & inermos, exanimes & exanimos. ¶ Atq; illi.) Equi scilicet, Nam ad supiora retulit: quod sciendum est esse vitiosum, interposuit eni Aduersaq; pectora. ¶ Longe gradientem.) Longis gradibus incedentē: & est militaris incessus.

DONATVS.

¶ Instaurant acies.) Duo isti, cum viderent Æneam sic sęuire, in multorum necem instaurabant acies, quæ fuerāt Ænea turbāte confusæ. ¶ Dardanides cōtra. f.) Quis enim nō moueretur in immēsum modum iri obuiā nixibus suis? ¶ Anxuris ense sinistrā.) Æneas hoc viso, cum fureret anxuris sinistram manum amputauit gladio, quę abscissa cum ipso, quod gestabat, concidit scuto. ¶ Dixerat ille aliquid ma.) Reprehendit hunc Virgilius, qa cōtra conditionem generis humani, quod futurorum est nesciū, fidebat promissi spe: sibiq; cessurum effectū credebat, quod ad caniciem & lōgos annos peruenire potuisset. In eo autem ad cœlum ferebat animos, q solus esset maiore senectute victur'. ¶ Tarquitus exultans contra.) Huius nomen dixit, & genus, & quemadmodum ingentem animū gerens, sese obtulit ardenti, quasi Æneam certamine superaturus.) Ille reducta Loricam.) Clypeo & lorica impedientibus, omne cū corpus hostile ferire non posset. ¶ Tum caput ornantis nequicq̄.) Caput ornantis frustra & parātē multa addere, conuersa intentione sua prouoluit terræ, & trūcum reddidit. ¶ Super hæc inimico pectore fatur.) Expressit irati personam: nam illum perdito capite prouoluit, hoc est impulit, quasi casurus non esset, addidit & verba post factū, qualia furēs pmere debuit, & victor inimicus effundere, breuiter dicit. ¶ Istic nunc metuende iace.) Sic, inquit, iacere meruisti, qui te talem arbitratus es, vt timeri debuisses. ¶ Non te op. m. Cō. h.) Meruisti, inquit, capitis supplicium, erit tibi alia pœna, post mortem, funus tuum nō prosequetur mater tua, nec humabit exanimē, nec sociabit ossibus patriis pater, hæc addidit & alia, quæ ista sint, dixit. Alitibus linquere feris, cum, inquit, terra nulla te cōtexerit, aues te feræ cōsument, aut si in gurgitem fueris mersus, nō latebis, portabit te quippe vnda sublimem, & piscium famē opportuna præda satiabis. ¶ Protinus antheum.) Non antheus & Lycas soli primi, hoc est virtute prestātes fuerūt in Turni exercitu, sed & cæteri, quos postea nominauit, & tamen, cum ad Æneam venissent, virtuti eius armisq; cesserunt, deniq; persequebaẗ eos hoc quod dixit, persequitur, nō ad vnum sed ad omnes pertinet, vt illorum neminem viuū dimisisse videaẗ. ¶ Ægeon qualis.) Morem suum etiā hoc loco poeta seruauit, vt ei', q̄d incredibile fuerat & fabulosum, non se pferret authorē: Qualis, inquit, ægæon fuisse perhibetur, quem dicunt centum brachia habuisse, & totidē manus, brachia & manus non vnum idemq; significat, nam brachia vult eē ab humeris vsq; ad eam partem, quæ in digitos diuidiẗ, manus vero digitos ipsos. Ora quoque quinquagita, acer omnibus solitū incendia mittere, arsisse aūt quiquaginta pectoribus Iouis incendiis, cum contra contenderet. Quinquaginta gladiis & scutis. qnquaginta, quod dixit ad omnia pertinet. Proinde nō semel accipiendum est, vt sit, Ægeon qualis, centum cui brachia dicunt, Centenasq; manus dicunt, qnquaginta oribus ignem dicunt, pectoribusq; arsisse dicūt, atq; tot paribus clypeis, gladiisq; contra Iouis fulmina certasse dicūt. ¶ Sic toto Æneas desæuit in æquore victor, Vt semel intepuit mucro.) Cōpleta est parabola per Æneæ personam, dū dicit eum sic in hostes sæuisse per campos, & in tanta multitudine extitisse victorem, quasi habuisset cētum brachia, & manus cētum, gladios quinquaginta, & scuta qnquaginta, & ignem, quo cunctos incenderet. Tantum autē cælorum asseruit numerum cecidisse, vt gladi' eius sanguinis calore tepuisset. ¶ Quin ecce Nyphei.) In equos nyphei aduersa tendit brachia, scilicet vt hūc cum equis appeteret. ¶ Atq; illi lōge gra.) Equi, inquit, vt Æneam viderunt sic frementē, vt nihil ei posset obstare, quamuis essent muta animalia, longe intellexerunt eius vim se ferre non posse, qua causa fugerūt ad littora effuso domino, effusum intelligere debemus etiam occisum, quia de nece ei' perfecta nihil dictum est.

ASCENSIVS.

¶ Instaurat, &c.) Prosequitur reliquā Æneæ potissimū virtutē. Solum autē hoc habemus Donati, Caniciemq; sibi irridet q futurorū scientię confidunt. Metuēde, qui te metuēdū arbitratus es. ¶ Ordo igitur est, Cæculus creatus stirpe. i. de genere, imo vt iactabat de semine Vulcani, & vmbro veniens. i. q venerat tps pro tpe a montibus marsorū. s. populorū in Italia olim instaurant. i. reficiunt & in statū priorē redigunt: acies. s. fusas ab Ænea, aut socii eius, Dardanides. i. nepos (accipiendo pro omni descendente a Dardano) Dardani. s. Æneas, furit contra. i. ecōtrario: & deiecerat ense. i. gladio sinistram. s. manū, anxuris. i. illius viri: & deiecerat ferro totū orbē clypei. Ille. s. anxur dixerat aliqd magnū. i. magnificū, & crediderat vim. i. efficaciā afferri verbo, & ferebat. i. efferebat & extollebat fortasse cœlo. i. ad cœlum vsq; animū & promiserat sibi caniciē, & lōgos annos cū. s. inter dicēdū, & cogitandū traiiceretur, quo facto monet nos poeta: iactantiæ fugere vitiū, & fragilitatis humanæ memores facit: Tarquitus exultās cōtra. i. ex aduerso contra Æneam: armis fulgentibus: quem. s. Tarquitū dryope nympha crearat. i. pcreauerat Fauno syluicolæ. i. syluas colēti, obtulit sese ardenti, obtulit dico existens obuius. i. obuiā veniēs Æneę ardēti: ille. s. ardēs Æneas impetit, impetuose petit loricam & ingens onus clypei, aut impedit hasta reducta. i. longa. Tum. i. deinde deturbat terrę. i. ad terrā caput. s. Tarquiti, orantis nequicq̄. i. frustra multa, & parātis dicere multa, & ipse prouoluēs. i. porro voluēs truncum tepentē. i. semicalidū, fatur hęc sup. i. insuper pectore inimico. i. hostili animo, aut fatur sup pectore inimico. s. Tarquiti, sicut gemina super arbore sidāt & fronde sup viridi. O metuende. i. qui te metuēdū putabas iace nunc istic: mater optima non condet te humi ve, p vel nō onerabit. i. accumulabit mēbra. s. tua sepulchro patrio. i. aut in patria aut pris tui, vt Faunus mortalis intelligaẗ secūdū Ser. sed videor mihi pro hoc nescio quid argutius intelligere, nā ex Fauno deo & nympha procreatum dixit, poeta ex persona sua quæ res Æneam latuit. non enim tam pius in deorum progeniem petulantius insultasset: vnde vt eum ex mortalibus creatū se putare doceat, dicit eum sepeliēdū sepulchro patris. Tu linquere, id est linqueris. pe. longa in futuro indicatiui verbi passiui: feris alitibus aut alitib' ferisq;, scilicet terrestribus, aut vnda feret te mersum gurgite, scilicet vasto. & pisces ipasti. i. famelici & ieiuni lābēt vulnera

nera, s. tua: Æneas persequiẗ protinus. i. cōtinuo post stragē Tarquiti, Antheū, & Lychā, prima agmina Turni. i. q sustētabant prima agmina, & Numā fortē & Camertem fuluū, satū. i. progenitū magnanimo volscēte. Qui fuit ditissimus ausonidū pro ausonidaꝝ agri. Alter genitiuus: vt pote pluralis, regitur ex natura grādus, alter ex natura vocabuli, & qui regnauit Amyclis tacitis. i. sectā pythagoreā tenētib' ob quā pierūt. Qualis. i. qualiter Ægeon s. gyas alio vocabulo Briareus dictus cui. s. Ægeoni dicunt sup. fuisse centū brachia & manus cētenas. i. centū & cui dicūt ignē. i. animę calorē vehementē arsisse quinquaginta oribus & qnquaginta pectoribus sup. desęuit tūc cū streperet. i. strepitū faceret, tot paribus clypeis, & cū stringeret. i. euaginaret, tot enses, cōtra arma Iouis. i. fulmina in bello gigāteo, sic Æneas victor desęuit, i. multū sæuit in toto ęquore, vt. i. postq̄ mucro. s. eius: intepuit semel, sanguine. i. postq̄ semel cōcitatus est ad irā qn. i. quinimo ecce. q. d. de repente, ipse Æneas tendit in equos quadriiugos: & in pectora aduersa. Atq; p &, vt. i. postq̄ illi. i. equi videre lōge. i. de longe Æneam sup. gradientē, & frementem dira. i. dire versi, & retro ruentes metu. i. præ timore: effundunt ducem. s. Niphęū & rapiunt currus ad littora. s. tyberina.

PIERIVS.

¶ Truncumq; repente prouoluens.) Oblongus codex. atq; etiā alter publico expositus vsui, neq; nō Mediceus, tepētem habent. Romanus quoq; huc tendit, q̄uis literis transpositis, petentē, ibi sit. ¶ Nunc te optimæ: potius nō.) In aliquibus vero cod. deest, te. ¶ Protinus Antheum & Lycam.) In Oblongo codice, lyncam, est vna plus litera. Romanus Lucā, habet, quod ridiculū forte cupiā videbitur. Sed. n. in aliquot aliis quoq; codicibus eodem modo Lucam, scriptum inueni, Neq; quod, y, in, v, mutatū sit: vt in plerisq; aliis factitatum: sed quia, Lucam, eadem pene forma: qua Lucagus apud Virgi. Latinam eē dictionem crediderim, prima producta, quę corripitur in Lyca, vt ibi, Inde Lycam ferit & ita apud Ouidium semper. Sic etiā reliqua eiusdem analogiæ. lycaon. Lycurgus. Nos vero frequēti nuncupatione Elephātos cōperimus Lucas boues appellatos a Lucania vbi primū eos viderint Romani, quare Luca Romanū est vocabulum. Quod vero sequebatur satis corrupte, prima agmina Turnū, ex antiquiorib' exemplaribus recte iam scribi cœptum est, Turni. ¶ Magnanimo volscente satum.) In antiquis cod. vel, s, vel, c, tantum inuenias scriptū, volsente vel volcente, quod superius adnotatum est. Æneas desęuit in ęquore victor.) Sunt co. antiqui, in quibus: nō in æquore, sed, in agmine legatur. Sed. n. magis placet, in æquore, qa multo plus dicit. ¶ Quin ecce nyphæi.) In antiqs aliquot, nipæi, absq; adspiratione. & per, i, Latinum, Sed nyphæi frequentius. ¶ Quadriiuges in equos.) In co. aliquot antiquis, quadriiugos, legas. ¶ Rapiūtq; in littore currus.) Ro. codex cū altero exposito Vaticanæ bibliothecę legunt, ad littora currum, vnum enim currum agebat nyphęus. In quibusdam aliis codicibus manu scriptis non contemnendę vetustatis legere est, Rapiūtq; ad littora cursus. Sed magis placet, currus, aut currum: quia facta est mentio effusi ducis.

Interea biiugis infert se Lucagus albis
In medios, fraterq; Liger: sed frater habenis
Flectit equos: strictum rotat acer Lucagus ensem
Haud tulit Æneas tanto feruore furenteis.
Irruit: aduersaq; ingens apparuit hasta.
Cui Liger.
Nō Diomedis equos, nō currū cernis Achillis, LI.
Aut Phrygiæ campos: nunc belli finis, & æui
His dabitur terris. { Vesano talia late POE.
Dicta volant Ligeri: sed non & Troius heros
Dicta parat contra: iaculum nam torquet in hostē:
Lucagus vt pronus pendens in verbera telo
Admonuit biiugos: proiecto dum pede læuo
Aptat se pugnæ: subit oras hasta per imas
Fulgentis clypei: tum læuum perforat inguen.
Excussus curru moribundus voluitur aruis.
Quem prius Aeneas, dictis affatur amaris.
Lucage nulla tuos currus fuga segnis equorū ÆN.
Prodidit: aut vanæ vertere ex hostibus vmbræ:
Ipse rotis saliens, iuga deseris. { hęc ita fatus, POE.
Arripuit biiugos: frater tendebat inermes
Infelix palmas, curru delapsus eodem,
Per te, p qui te talē genuere parentes, LIGER.
Vir Troiane, sine hāc animā, & miserere precantis,
Pluribus oranti Aeneas { haud talia dudū PO.
Dicta dabas. morere fratrē ne desere frater. ÆN.
Tū latebras animæ pectus mucrone recludit. PO.
Talia per campos edebat funera ductor
Dardanius, torrentis aquæ, vel turbinis atri
More furens: tandem erumpunt, & castra relinquūt,
Ascanius puer, & nequicquam obsessa iuuentus.

SERVIVS.

¶ Biiugis.) Erit noiatiuus hic biiug', nā biiugibus faceret, si eēt tertię formæ, ah eo qd est hic biiugis hui' biiugis. ¶ Nō Diomedis equos, nec currū cernis Achillis.) Duos obiicit, agb' est victus Æneas nec tū vtquequaq;, nā eorū impet' euitauit. ¶ Dicta parat.) Pōt legi, Edicta parat cōtra. ¶ Pron' pēdēs.) Pron' nomē est, nā & cōparaẗ, vt pnior. Si autē participiū eēt, fieret vitiosa locutio sine interpositione cōiunctionis. ¶ Proiecto.) Extento. Vt, Proiectaq; saxa Pachyni. ¶ Lucage nulla tuos curr' fuga segnis equorū Prodidit, aut vanę vertere ex hostibus vmbrę.) Hæc allocutio cōtraria est supiori. hoc. n. cōtinet, Obiecisti mihi quod sim & a Diomede & ab Achille cōuersus fugā. Tu vero o Lucage nec equorū tarditas pdidit: qd mihi contigit cū a Diomede occisus est Pādarus, qui in eodē curru dimicabat, nec aliqua vmbra eq tui sūt territi. quod factū sæpius in Homero legiẗ, sicut paulo post, Turnū cogit imago bella desereẗ. Pōt tū & ad illud referri, quo tpe eū ab Achille nube caua Neptun' eripuit, vt ī quinto commemoratur. ¶ Ipse rotis saliens.) Sarcasmos est: nā per irrisionē dictū est. Ille. i. vulneratus ceciderat. ¶ Curru.) A parte totū. ¶ Sine.) Permitte, relinque, pateẗ, & συγχώρησον. ¶ Latebras animę pectus.) Diffinitio pectoris. ¶ Edebat.) Quasi ad spectaculum. Vnde & munerum editores vocantur.

DONATVS.

¶ Interea biiugis.) Interea significat ad alia transitum, vt continuatio interrupta narrantis, legentis tædiū releuet, remoueatq; ex varietate fastidium, & alia similiter propter hanc causam inuētasunt, vt velut quandam nouitatem narrationis inducant, biiugis albis, inquit, Lucagus, & ei' frater Liger vno curru vecti sese intulerunt, hoc est ingesserunt se Ænee. Exposuit aūt ipse qd officii singuli gererēt i curru cōstituti. Liger, inqt, regebat equos, Lucag' aūt pugnabat. ¶ Haud tulit Æne.) Æneas istos impune sęuiētes pati nō potuit. tāta eni fiducia veniebant, vt sicuti supra dictū est, mediis sese inserere hostibus nō timerēt. ¶ Irruit aduersaq; in.) Quod dixit irruit, celeritatē facti significat, deniq; cōsecutū est, apparuit. mox. n. vt irruit, apparuit, nā repentinū & insperatū fuit, qd Æneas effecerat, cōtenta quippe hasta ingens ipse gestator subit' ante biiugos stetit. ¶ Cui Liger. Nō Diomedis equos.) Ter intelligēdum, quod supra dictū est, cernis, vt sit, nō Diomedis equos cernis, aut Achillis currus cernis, aut phrygię cāpos cernis. ¶ Nunc belli finis, & æui.) Elegit eorum nomina, qui īter Gręcos præcipui fuerant, & hęc non p merito suo sed iniuriose significauit, vt & illos & Æneam obtrectatiōe perfunderet: quasi ipse cum equis suis eēt omnib' potior non isti, inquit, Diomedis eq sūt, aut Achillis, quos euaderē potuisti, nec in phrygiis cāpis cōstitutus es: & hoc pro conuitio positum, quasi in quib' nascerentur imbelles. Ecce & terrarum fecit cōparationē, quasi ipsę pferant fortes, ipæ debiles faciāt, & meli', inquit, factū est, vt nobis occurreres, vt salus tua simul cum isto bello terminum sumat. ¶ Vesano talia la.) Huiusmodi verba ligeri fundebat vesana mente, vtpote q iā fatis vltimus trahebatur ī mortem. ¶ Sed non & Troius heros.) Sed iaculum parauit, nec voluit referre conuitia, quę animū lacerare non vitæ discrimen inferre potuissent: sed hastam iecit, q̄ ipsum hominē cum suis verbis extingueret, cōpleuit sapiētis bellatoris laudem: qui illo tempore atq; illo loco nō vētosis verbis sed ferro debuit, & nec operam hostium dare. ¶ Lucagus vt pronus.)

Universidad de Deusto Biblioteca

nus.)Lucagus,qui pugnandi tenebat officium,dũ equos admonere nitif telo, & sese ad certamen habitu specioso componit,dũ vnum pedem reducit,alterũ porrigit, leuo inguine sub imas clypei partes ictum hasta euntis excepit. ¶ Excussus curru moribundus)Nã quomodo potuit eximi curru,qui fulmineo ictu fuerat petitus,nisi inde illum vis facti excuteret morientẽ? iacit autem moribũdus in cãpo,qui superbia ferebatur in curru. ¶ Quẽ pius Æneas.) Ecce consiliũ viri fortis confecto certamine& vnius interim pcurata,morte,ipse quoq; amaris vsus est verbis:egressus prẹter pietatis suẹ modestiam,cum iniuriosis vocibus esset prouocatus:tractatus etiam q̃ etiam in hac parte prẹcipuus? vt illũ primo peteret,quem videbat armatum. Ipsius enim mortẽ interitus facile sequebaf:alterius,qui nõ arma,quibus fideret, sed habenas tenebat equorũ. ¶ Lucage nulla tuos.) Loquebatur quasi cũ eo,qui posset aliquid audire vel sentire post mortẽ, quod ipsum nõ imprudenter sed insultãtis animo faciebat.Lucage,inqt, nihil est, q̃ equos peccasse causeris.illi nõ erãt segnes,nec eos aliqua fefellit imaginatio,hoc est dicere,nihil te pdidit,nisi inercia tua. ¶ Ipse rotis saliens.) Verbis suis in iocũ voluit iungere dicẽs, eum non excussum muro sed quasi volũtate excidisse, excussum vbicũq; ponit,maiorem vim interuenisse significat,vt est, illud, Excutitur,pronusq; magister voluif in caput, describebaf enim magna fluctuum vis & ẹstus intolerabilis pelagi. ¶ Hẹc ita fatus Arri.bi.) Aliter inermem,aliter petijt armatum.vbi enim Lucag⁹ fuit,eminus hasta pugnatũ est, cum autem Liger nudatus esset fratris auxilio,ipsos equos Æneas tenuit,quib⁹ fugiẽdo ille posset euadere.Frater tendebat inertes.) Fratre occiso & cum ipsis armis superato,ac retentis equis,quorũ auxilio& fuga Liger potuerat liberari,quid supererat, nisi vt ipse quoq; pœnas pro cõuitijs daret? quod ipsum cũ vidisset, relicto curru infelix sese cõuertit ad preces,tẽdẽs supplices manus eo facilius,qa illas nulla occupauerãt arma,quocirca inermi parci potuisset, nisi infelicem linguẹ proteruitas decepisset. ¶ Per te,per qui te talem, &c.) Cõuitia necessitas in obsequium vertit:& laudare cœpit eum cuius pauloante vituperatio dicebatur. ¶ Pluribus oranti Æneas.) Offensis quippe constitutus nõ potuit, ad miserationẽ breui cõtextu deprecationis adduci:sed dictur⁹ fuerat plura, Æneas vero nõ passus actus suos immeriti hominis multiloquio diuti⁹ detineri,occurrit necessario sermone,& qd doleret, breui elocutiõe testatus est. ¶ Haud talia dudum Di.d.) Preces, inquit, tuas maledicto priori damnasti,nec talem te prẹbuisti iam dudũ, vt hoc impetrare salutis tuẹ beneficium merearis. ¶ Morere,& fratrem ne.d.fr.)Potius moriendũ est tibi,ne fratrem deseras frater. decet enim ei te mortis sorte cõiũgi,quod aduersum me vsus ocio venire potuisti. ¶ Tum latebras animẹ.) Definit,quid sit pectus: in quo,inquit, anima latet,& tuta est, quo patefacto prodif,& interempta consumitur,cum igitur hẹc Æneas dixisset, omnẽ commotionem suã in ictu,quo ligerum perdidit, euidẽter expressit, aperiendo ingenti plaga pectus eius:animamq; fundendo. ¶ Talia per cãpos edebat.)Sic,inquit, Æneẹ furentis actus & gesta ducebantur,sic per campos edebat funera: vt torrentis sẹuiũt vndẹ vt turbinibus mos est, cum immenso furore raptantur. ¶ Tandem erũpunt, & castra.r.) Ecce quantum valuit Æneæ præsentia,quantam fiduciã dedit obsessis illius aduẽtus,non iam parietibus detinetur, nõ clausos sese patiuntur vlterius, exeunt tãdẽ, & relictis castris vno impetu omnes ferunf in campum, arbitrãtes proculdubio Æneẹ prẹsentiam meliorem partẽ obtinere castrorũ,& melius tutos fore in aperto campi, q̃ si parietibus tenerentur,& vallo. Huius viri tanta fiducia ducebantur,vt non solũ iuuenes hoc fecisse viderẽtur:verumetiam Ascanius puer, quos omnes frustra obsederant Rutuli.

ASCENSIVS.

¶ Interea bijugis,&c.)Subinfert stragẽ Ligeris & Lucagi q post vanam iactantiã ab Ænea quoq; prosternunf:additq; Teucrorũ ex castris suis tãdem eruptionem,vnde Donatus, Achillẽ & Diomedẽ non vult laudare, sed illos cum Ænea deprimit in phrygis quasi dicat in quibus versabanf imbelles. Non di.p. nam prudẽs nõ norat lingua:sed manu vtẽdum in bello. Hẹc ille. ¶ Ordo est. Lucagus infert se in medios.s. pugnantiũ bijugis.s.equis albis:& Liger frater.s.ei⁹ sup.Infert etiã se,sed frater.s.Liger flectit equos habenis,id est aurigãdi fungif officio:& Lucagus acer,id est strenu⁹ bellator rotat,id est circumagit ensem strictũ, id est nudatũ. Æneas haud tulit,id est nõ est perpessus sup. eos furentes tanto feruore,& irruit sup.in eos & apparuit,id est cõspectus est eis nã sta aduersa,id est ex aduerso interẽda,Cui liger supp.ait. Tu non cernis equos Diomedis:quãuis a Diomede fere superat⁹ fuisti,& non cernis currum Achillis a quo etiam licet nõ omnino victus fuisti:aut cãpos Phrygiẹ e quibus.s.euasisti,sed sup. vides equos & currũ eorum qui te in hostili terra nũc interficiẽt: vnde addit finis belli,& æui dabitur tibi his terris. Talia dicta volãt,id est effluũt aut,effluunf ligeri vano,id est vaniloquo late,id est diffuse quia vox alte loquentis lõge diffunditur,sed Troius heros.s. Æneas nõ parat,& id est etiam contra, id est in cõtrarium dicte,id est non respondet illi verbis vanis nã torquet iaculum,id est hastam quẹ iaci possit in hostẽ, scilicet lucagum,Lucagus vt,id est postquã ipse pẽdens pronus in verbera:telo, id est cum iniectos admonuit,id est istigauit:bijugos scilicet equos: dũ ipse aptat se pugnẹ, & hoc pede lẹuo proiecto, id est extento: hasta.s. Æneæ subit per oras,id est extremitates:imas,id est iferiores,clypei fulgẽtis,id est deinde hasta per forat inguẽ, id est partem pudẽdam aut femur lẹuũ,id est sinistrum. Ipse Lucag⁹ excussus curru voluitur moribundus aruis,id est per arua. quem Æneas pius id est q̃q̃ pius affatur tamẽ dictis amaris: propter arrogantiam videlicet eius O lucage(sed quomodo eius nomẽ nouit Æneas qui eũ nunquã prius viderat? dicemus vel socios eum morientem suo cõpellasse nomine,vel ipsum pro se interpellasse nomine expresso) nulla fuga segnis equorũ, id est qa equi nõ processerint prodidit tuos currus: vt,scilicet meos:aut vmbrẹ vanẹ, id est apparitiones phãtasticẹ:nõ vertere tuos curr⁹ ex hostibus. Ipse.i.tu ipse saliens rotis.i.curru, deseris iuga.s.equorum:ipse fatus hẹc arripuit bijugos.s.equos albos frater.s.liger ifelix,tẽdebat. inermes palmas: delapsus.s.spõte ex timore tamẽ eodẽ curru.s. quo fraater desilierat,tẽdebat inq̃ palmas dicẽs, O Vir Troiane oro sup. per te & per parentes tuos qui genuere te talem, id est tam inclytum & victoriosum:sine.i.permitte hãc animam.s.in corpore:& miserere.s.mei precantis. Æneas sup. respondit orãti.i. orare volenti pluribus.s.verbis. Tu haud,id est nõ dabas dudũ, id est pauloante:talia dicta morere:& frater ne desere, id est ne deseras fratrem.s.Lucagum:tum, id est deinde postquã sic locutus erat, recludit,id est aperit latebras animẹ.s.pect⁹ mucrone.s.suo. Victor Dardani⁹,scilicet Æneas edebat, id est exhibebat talia funera per campos furẽs,more aquẹ torrentis: vel turbinis atri,id est densi & caliginosi. Ascanius puer: & iuuentus,scilicet cẹtera obsessa nequicquã,id est frustra erumpunt tandem & relinquũt castra,scilicet sua.

PIERIVS.

¶ Cui liger.)Quamuis non parum venustatis & elegantiẹ videatur habere lectio absq; eo carminis iperfecti principio, cui liger ea tamẽ duo verba passim in antiquis codicib⁹ reperim⁹, quare illa prẹterire religio est. ¶ Nec currus cernis Achillis.) In aliquot cod.antiquis,currũ,Sed hic magis placet, currus numero plurali ad amplificationem positum. ¶ Iaculum nam torquet in hostem.) Exemplaria pleraq; ex ijs,quẹ fuere nobis prẹ manibus. In hostes:numero multitudinis legunt. Vna enim Lucagus,& liger impetum faciunt in Æneam:cuius vno tantũ ictu alter moribũdus voluitur:alter delapsus veniã implorat. ¶ Arripuit bijugos,frater tendebat inermes.) In codicibus aliquot peruetustis, inertis,legitur. id tam et si nõ ita placebat, quia tamẽ tam multis in exẽplaribus inueniebamus,duximus adnotandũ. ¶ Talia per campos edebat funera victor Dardanius torrẽtis aquẹ.) Probatiores illi codices vaticanẹ bibliothecẹ,& aliquot alij, ductor Dardanius,legunt,quod mirifice placet,vt inferius habebimus,seuẹ iamq; altius irẹ Dardanio surgũt ductori. Sũt etiam cod.in quibus nõ Dardanius,sed, Dardanus & torrentis aquẹ legatur. Illud simplicius,hoc figuratius est. ¶ Vel turbinis atri more furens.)In Romano codi,fremẽs legitur, sed hoc loco,furens melius est,vt furens immissis Vulcanus habenis, de clade enim hic loquf, non de strepitu.

Iunonem interea compellat Iuppiter vltro.
O germana mihi,atq; eadẽ gratissima cõiux. IV.
Vt rebare,Venus(nec te sententia fallit)
Troianas sustentat opes:non viuida bello

Dextra viris,animusq; ferox,patiensq; pericli.
Cui Iuno submissa. Quid,o pulcherrime cõiux P.
Sollicitas ægram,& tua tristitia dicta timẽtẽ? IVN.
Si mihi,quẹ quondam fuerat:quãq; esse decebat:
Vis in amore foret:non hoc mihi nanq; negares
Omnipotẽs,quin & pugnæ subducere Turnum,
Et Dauno possem incolumem seruare parenti.
Nunc pereat:Teucrisq; pio det sanguine pœnas:
Ille tamen nostra deducit origine nomen:
Pilumnusq; illi quartus pater:& tua larga
Sæpe manu,multisq; onerauit limina donis
Cui rex ẹtherei breuiter sic fatur olympi. POE.
Si mora præsentis leti,tempusq; caduco IVP.
Oratur iuueni;meq; hoc ita ponere sentis:
Tolle fuga Turnum,atque instantibus eripe fatis:
Hactenus indulsisse vacat:sin altior istis
Sub precibus venia vlla latet:totumq; moueri,
Mutari ve putas bellum:spes pascis inaneis. PO.
Cui Iuno illachrymãs. Quid,si,qd voce grauaris:
Mẽte dares?atq; hẹc Turno rata vita maneret? IV.
Nunc manet insontem grauis exitus:aut ego veri
Vana feror:quod vt o potius formidine falsa
Ludar:& in melius tua,qui potes orsa reflectas.
Hẹc vbi dicta dedit:cœlo se protinus alto. POE.
Misit,agens hyemem nimbo succincta per auras:
Iliacamq; aciem,& Laurentia castra petiuit.

SERVIVS.

¶ Vt rebare.)Vt arbitrabaris verũ est quod Troiani Veneris virtute nitũtur: & dictum est per Ironiam, nã superfluo quidam hãc orationem simpliciter dictam volũt,vt re vera dicat Iuppiter p se nil posse Troianos,quod falsum est: adeo vt Iunonis orõ ad Ironiam, non ad simplicia verba respondeat. ¶ Nec te sententia fallit.) Hoc per parenthesim dictum est. ¶ Viuida.) Fortis: vt, Sed bello viuida virtus. ¶ Cui Iuno summissa.) Et humilis:& qa intellexit obliqua Troianorũ accusatione ipugnari suum pudorem,etiã ipsa respõdet obliq. ¶ Tristia.) Seuera. Terẽtius, Tristis seueritas inest in vultu, atq; i verbis fides. Item cõtra Virgilius Furias amnemq; seuerum. ¶ Quin.) Vt non:nam affirmatiua particula ẽ. ¶ Nũc pereat, teucrisq; pio det sanguie pœnas. ἀντίφρασις est. Nam non agit vt peat:sed magis fauet eius saluti. Quod autem dicit pio sanguine Ænẹ, eum latẽter exæquat, q vbiq; inducitur cultor deorum. ¶ Ille tamen.) Quãquam moriturus est,tamen a nobis originẽ ducit. ¶ Nostra.) Diuina. ¶ Quartus pater.) Abauus:nec est cõtrarium illud, Cui Pilumnus auus. Potuit enim fieri vt & auus eius & abauus a Pilũno Pilumni nominarentur. ¶ Si mora presentis leti.)Ex Iouis concessione quali arte egerit Iuno cognoscif.s.vt Turn⁹ posset euadere. ¶ Caduco.)Morituro. ¶ Ponere.)Facere. Sic Lucilius Homerũ secutus,q. ait, ἀλγ' ἔθηκε,i.fecit. ¶ Hactenus indulsisse vacat. Hic ingenti arte locutus est.nam dicendo vacat,ostendit supra hoc breue spatiũ vlterius bonã stellarũ irradiationem Turni fata differre nõ posse. Vñ nõ ait indulsisse libet,sed vacat:ac si diceret vndique in mortem truditur Turn⁹ hoc tñ vacat spatiũ. Hinc est quod & supra ait, Metasq; dati peruenit ad ęui. ¶ Venia vlla.)Beneficiũ quod te sperat mereri. ¶ Quod voce grauaris,negas fato. Vox enim Iouis fatũ est. Statius,Et vocẽ fata sequuntur. hoc autem dicit, Vtinam quẹ negas vocẽ, id est fato, mente prẹstares. Nam si Iouis vox fatum est, potest aliquid fando fati ordinẽ cõmutare. Grauaris autem,negas,grauiter fers. & hac elocutiõe nõ nisi per accusatiuũ vtimur vt si dicas, Aggrauor aduentum tuum, id est grauiter fero,grauor præsentiam tuam. nam & ipse sic dixit, Quẹ grauaris. aliter nõ dicimus in hac significatiõe. Similiter etiam accusatiuo casu vtimur cũ volumus facere absolutã elocutionẽ:& per gerũdij modum aliquid dicere: vt,Petẽdum mihi est equum,codicẽ, byrrũ. Hinc Virgilius, Pacẽ Troiano ab rege petendum. nã si diceris petendus est codex:iam non per Gerũdij modum, sed participialiter loqueris. ¶ Rate.)Firma,perpetua. ¶ Veri vana feror.) Sum veritatis ignara. ¶ Nimbo succincta.)Nubibus:quia præmisit Agens hyemem:quod nisi esset,splendorem acciperemus qui est circa corpus deorum.

DONATVS.

¶ Iunonem interea compellat Iuppiter vltro.) Cũ hæc agerenf, aut hẹc cerneret Iuppiter,talia Iunoni, dixit verba.) O germana mihi, Duobus vocabulis mero dei affectu venientibus compellendam Iunonem credidit Iuppiter.s.q vxor esset & soror. quid enim his charius, q̃ iungi cõnubio,& ratione sanguinis sociari? ¶ Vt rebare,venus.) Nõ,ait,videris tibi te falli sentẽtia tua,qua arbitraris,Venerẽ fouere Troianos? ipsa pugnãtes subleuat,an eorũ virtus & vigilãs animus,& quod in rebus gerẽdis est maximũ ad dissimulandos labores cõsuetudo tolerandi? ¶ Cui Iuno submissa.)Iccirco submissa, ne pro cõmodo animi sui fratris ac mariti mentem ab æquo & vero potuisset auertere. humilem qppe esse decet vnumquemq;,vbi petẽdi beneficij necessitas adest, submissa tñ non corpore,sed mente,ac voce accipiendum est,nec respexisse,quæ esset,vel apud quem verba faceret,sed quid esset petitura. Intelligebat enim iniustũ desideriũ suum, & inde germanæ & coniugis fiduciam nõ habebat. existimat se tantum humilitate sermonis impetrare posse, quod petitionis suæ contemplatione mereri non poterat, cui vera obijciantur,oculisque subiecta.

¶ Quid o pulcherrime cõ. Sol.æg.)Magna subtilitas Iunonis in ipso principio,& satis artificiosa. asserit eni se anxiam ex casibus Rutulorũ.& se fingit Iouem timere magis maritum q̃ fratrem:& cum ille sororem dixisset, & coniugem, illa mariti tãtummodo personam interposuit, q esset mulieris maximẹ authoritatis. ideoq; fingit intentionẽ suam, vt sentiret Iuppiter, illã Rutulos fouere potuisse, nisi maritalis vigoris reuerẽtia phiberet. ægram, inquit, aĩo,& ægritudine ipsam dictis tuis marite conduplicas:pulcherrimum dixit,nõ corpore, sed prẹstantem animo,& vera benignitate pectoris insignem. Debuit enim verborũ officio flectere, quẽ iam Troianorũ videbat esse fautorem. Et tua tristia dicta, id est iperiosa. & quẹ prohibentes habeãt minas. meminerat enim vt i nono libro positũ est,Irim ab ipso ad se missam cum mãdatis haud mollibus,vt fauorẽ Rutulorũ desereret.sic enim positum nouimus aeream cœlo iã Iuppiter irim demisit germanẹ haud mollia iussa ferentem. Hic Turnus cedat Teucrorũ mœnibus altis. en autẽ impetraturã se magis credebat optata,si ostenderet auxilia sua prohibentibus mariti iussionibus cessisse. ¶ Si mihi, q quõdã.)Blãda obiurgatio: ait.n.Si sic me amares vt soles,& hucusq;, vt fieri decuit supioris tpis integer durare affectus. ¶ Nõ hẹc mihi.)Mihi,cũ dixit,quã dilexit antea, mihi vxori tuẹ,mihi timẽti iussa tua. verũ qa dici potuit,impossibilia & illicita obtinere cõtendis.dixit Iouẽ omnipotẽtẽ,ne hoc ei Iuppiter posset obijcere. Qui.n.oĩpotẽs eẽ diceref, facile debuit vxori, quæ vellet,officiose pstarẹ. & q illa cuperet,licita & illicita concedere. ¶ Quin & pugnẹ sub.tu.) Ecce aperuit, qd dicebat occulte. Nisi te,inquit,timerẽ,& iussa tua reuerentia plenissima custodirẽ,si vincere illicitum est Turno:illũ tñ & certamini subducere potui & incolumẽ patri seruare. Quãtum ponderis ex humanitate veniens hoc dictiõis genus cõplectif? q̃ religiosum vĩ seruare filium patri? ¶ Nũc pereat,) Hoc inuidiosum est. nõ enim ad hoc dixit pereat,& reuera eũ vellet interire,& in eo magis concitauit inuidiam,qa dixit, teucrisq; pio det sanguine pœnas. Cum dicit Teucros,& pio sanguine,& hoc videf sensisse,aut si hoc putaf iustũ pereat innocens,& cõsequantur scelerati victoriam. ¶ Ille tamẽ nostra.)Ne indigno videretur postulare beneficiũ, ad ipsius quoq; Turni cõmendationem multa congessit. dignus est, inqt qui habeat beneficia sua,primum nostram originẽ ducit,hoc est deorũ. pilũnusq; est illi quartus pater antiquã & veteri origine. vult ostẽdere istius maiores a numinibus traxisse prosapiam. nã dicti sui,quo ait nostrẹ deducit origine nomen,vult reddere rõnem subdendo filium vsq;, ille quartus pater vt hãc per multos ostẽderet cucurrisse:& tua larga sẹpe manu,multisq; onerauit limina donis,ornauit eum aliorum meritis,ornat & pprijs. Ornamenta quippe maiorum frustra vnicuiq; iungunf,nisi adijciant propria & larga manu & multorũ largitio exonerauit, ostẽderũt plenum fuisse cultorẽ. accedẽte etiã eo, quod sẹpe id fecisse videbaf. ille est enim deuotione insignis, qui feruẽter & copiose obsequif dijs. ¶ Cui rex ætherei.)Propter moram, quẹ gerundis rebus fieri nõ debuit,breuem orationẽ inducit. Sic igitur breuiter cœperat Iuppiter loqui. ¶ Si mora prẹsentis leti, tempusq; caduco Oratur iuueni,meq; hoc ita ponere sentis. Tolle fuga Turnũ atq; instantibus eripe fatis.) Ne videretur Iuppiter totum denegasse poscenti,concedit,quod fatorum cursum vexare non posset,vt vxoris postulata non læderet, patior, inquit, vt illum interim ingruenti iam subtrahas morti,quem caducum esse manifestum est. Caducum dicitur quicquid immaturo tempore cadit,

ac

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac deperit, vt sunt arborum fructus, quorũ pars appellaſ caduca, quæ in vſus hominũ non venit, propterea q̃ nõ adepta propriã maturitatẽ, proſternatur ac pereat. Inde trãſlatũ eſt, vt caduci dicantur homines, qui in pueritia aut iuuẽta moriũtur. Hic tractat poeta dilatari poſſe aliquantũ hominis mortem, vitam vero perpetuam eſſe nõ poſſe, ait ergo, ſi moras vis interponi, vt aliquanto tardius cadat, q̃ iam fuerat periturus. ¶ Hactenus indul. va.) Id eſt hucuſq̃ poteſt illeſa fatorum lege prẽſtari. ¶ Sin altior iſtis.) Sin vero plus aliquid ſperas ac ſub precib⁹ tuis latet aliud, quod cõcedi non poſſit. & putas aut poni bellum poſſe, aut mutari pactionib⁹, vana duceris ſpe, quia fieri neceſſe eſt, quod fatis definitis cautũ eſt. Spẽ paſcere, eſt quaſi aliquo cibo promiſſis inanibus optata nutrire. ecce bon⁹ largitor beneficii & moras promiſit & quẽadmodum procurari poſſent, poſſibili conſiliorũ remedio demonſtrauit, vt fuga ſubtraheret aliquantũ, quẽ ingruentis leti premebat acerbitas. ¶ Cui Iuno illachrymans.) Prẽeuntibus verba lachrymis ſic Iuno rñdit. ¶ Quid ſi, quod voce grau.) Quantũ, inquit, diſtat inter petitionem meam, & promiſſionem tuã? cur nõ ſtudio tũ tuo prẽſtaſ, vt Turno rata maneat vita, hoc eſt firma, ac ſtabilis, & incõcuſſa radice pduras. nũ nihil ei, pdeſt, q̃ recti⁹ viuit? aut ego veri vana feror, id eſt neſcia eorũ, quę geruntur, & diſpoſitiones tuas mẽdacio tegis. vt me falſa formido diſcruciet. & tũc in melius tua dicta cõuertas, ac Turni fata lẽtificẽs. cõpleuit partes ſuas Iuno, tentauit oia, & ſic abſceſſit vt adhuc ſperaret Iouẽ aliquid melius pro inducta petitione facturũ. ¶ Hęc vbi dicta dedit.) Vbi Iuno hęc dixit e cœli partibus deſcendit ad terras, & perrexit eo, vbi Troiani & Itali fuerant cõſtituti.

ASCENSIVS.

¶ Iunonẽ interea compellat &c.) Interſerit poeticum figmentũ ne meram hiſtoriam ſecutus nõ poeta cẽſeatur, vt decorũ ſeruet: nam ſine deorũ interceſſione difficile eſſet diſſoluere nodũ quo modo in tantis odijs impediri potuit Æneę cum Turno cõcurſus quem impeditũ dicit arte Iunonis, quæ falſa imagine Æneæ in nauẽ fugientis allexit & aduexit. De qua re hoc ſolũ extat Donatus. Submiſſa, humilẽ eſſe decet quem neceſſitas precandi vrget. Hęc ille. Ordo autẽ eſt. Iuppiter compellat. i. allocuturus conuenit vltro. i. nõ requiſitus cũ tñ requiri debebat Iunonẽ. ſ. cõiugẽ & ſororẽ ſuam: o germana atq̃ eadem coniux gratiſſima mihi: vt rebare. i. arbitrabaris (nec ſentẽtia tua fallit te.) Venus ſuſtẽtat opes. i. facultates, & copias Troianas. hoc p Ironiã dicit ac ſi dicere velit, vides q̃ nõ ſuffragio nec auxilio Veneris: ſed, ppria virtute freti ſuperẽt Troiani, nã modo ſuperiores ſunt qui cũ Æneas aduenerũtatq̃ inſuper ingruũt caſtris recẽtes bellatores quorũ vim Rutuli ferre nequibũt, nec Turnus Æneę exandeſcentis: & dextra viuida. i. fortis bello. i. i bello aut ad bellũ. nõ ſup. eſt viris & animus ferox & patiẽs pericli. i. periculi nõ eſt viris, aut nõ ſuſtẽtat viris opes Troianas, ſed Ven⁹. q. d. vides q̃ ſua virtute nullo adiuti ſuffragio vincãt. Nihil ergo Veneri imputandũ eſt nec mihi, iuuari hodie, me oĩbus equum fore, cui, ſup. reſpondit.

caduci.

Iuno ſummiſſa. i. humilis o pulcherrime cõiux quid ſolicitas, id ẽ magis ſolicitas facis, & tẽtas, aut afficis nouo cruciatu: ne ęgrãſ. animo quia vidẽtẽ q̃ maxime diſplicet virtute. ſ. Troianos ſuperiores eſſe, & timentẽ tua dicta triſtia, id eſt ſeuera & fatalẽ neceſſitatẽ afferentia. Si mihi foret in amore ea vis. i. vehementia, aut potẽtia in te, quę fuerat quondã & quam eſſe decebat. ſ. tunc, & nũc quoq̃ deceret: nãq̃. i. certe, aut nãq̃ ſi mihi, &c. tu omnipotens. i. tens. i. cũ omnipotens ſis, nõ negares mihi hęc. ſ. quę peto, quin id eſt quomin⁹ poſſem ſubducere. i. clã ſubtrahere pugnę Turnũ, & ſeruare incolumẽ Dauno parẽti. i. patri ipſi⁹ Turni, Neceſſe eſt, vt de victoria deſperet, Iuno, cum nõ victoriam, ſed ſalutem Turni petat, nũc. ſ. quia amor noſter extinctus eſt: nec meę apud te quicq̃ poſſunt preces, pereat. ſ. Turn⁹: & det Teucris pœnas ſanguine pio. ſ. ſuo, te pie colẽtis. Tamẽ. i. nihilominus ille deducit nomẽ noſtra origine, ideſt a ſtirpe deorũ: & pilumnus. ſ. deus eſt illi quart⁹ pater, & ipſe onerauit ſępe larga manu, & multis donis tua limina. Cui. ſ. Iunoni rex olymphi ętherei, id eſt cęleſtis: quia ſunt olympi montes in terris, faſ. ſic breuiter. Si mora. i. dilatatio, leti, id eſt mortis prẽſentis. i. imminẽtis, & ſi tẽpus, id eſt ſola temporis extẽſio, oraſ. iuueni. ſ. Turno caduco. i. mortali, & caſuro, ſi cet ex deorũ ſi ſanguine oriũdus, & ſi ſentis me ponere. i. oſtituere hoc ita. i. talẽ modũ tolle. i. amoue ab oculis Æneę, Turnum fuga. i. per fugam, atq̃ eripe eũ fatis inſtãtibus. i. vrgẽtib⁹, vacat id eſt reliquum eſt: & non occupatũ a fatali neceſſitate indulſiſſe, id eſt quod indulſerimus: hactenꝰ. i. ad hãc vſq̃ gratiam, quę eſt ei modicã morã necis cõcedere, ſin. i. ſed ſi vlla venia, i. gratia, & indulgẽtia altior, ideſt maioris momẽti latet ſub iſtis precib⁹, & ſi putas totũ bellũ, id eſt ſummam belli, hoc eſt finalem victoriã ſup. poſſe moueri vel mutari, tu paſcis. i. nutris, & foues ſpes inanes Cui. ſ. Ioui Iuno illachrymãs ſup. ait, qd ſup. mali eſſet, aut iniurię. q. d. nihil, aut quid ſup. facere, aut dicere tibi poſſem, q. d. neſcio, ſi tu dares mẽte, id eſt nutu & volũtate. ea ſup. quę grauaris ſup. dare voce. i. fato, quod voce concedis, atq̃ ſi hęc vita maneret Turno. rata. i. firma, & cõſtãs. i. nũc. ſ. quia fata vrgent, nec ea mutare vis grauis. i. moleſta, & ignominioſa mors: manet. i. certe expectat inſontẽ. ſ. Turnũ, aut ego feror, id eſt ducor vana, id eſt inanis ac iperita: veri, id eſt veritatis gn, vt, id eſt vtinã ego ludar, id eſt illudar & decipiar poti⁹ formidine falſa, & tu qui potes reflectas tua orſa, id eſt ſtatuta fatalia exorſa, aut a parcis cõtexta ſub ordine quo eueniant, vbi, id eſt poſtq̃ Iuno vidẽs. ſ. Iouẽ immutabilẽ, vbi: id eſt poſtquam ipſa dedit hęc dicta, ipſa miſit id eſt demiſit protinus, id eſt ſtatim, ſe cœlo alto, ągẽs. i. impellẽs ante ſe hyemẽ, id eſt tempeſtatem ventoſam, qualis in hyeme eſa ſe ſolet, exiſtens ſuccincta nimbo. i. cõdẽſa nube in cyclum colleãta, & petiuit per auras & aciem Iliacam: & caſtra Laurentia. i. Laurentium populorum.

PIERIVS.

¶ Cui Iuno ſubmiſſa.) In Romano codice, & Iuno ſubmiſſa legitur. Quin & pugnę ſubducere Turnum,) In codicibus nonnullis. Turnũ ſubducere pugnę, legitur. tranſpoſitis dictionibus. ¶ Cui Iuno illachrymans.) In Ro. cui Iuno lachrymans. ¶ Quid ſi, quod voce grauaris.) In antiquis aliquot exẽplarib⁹ legere eſt, quid ſi quę voce grauaris. ¶ Turno rata vita maneret) Rata fere paſſim legit Seruius admittit. Sed in Romanõ codice, data vita, habetur quippe quo ſuo fato, nõ ferro violẽter morereꝰ placet vero magis omnino, rata. ¶ Quin o potiꝰ.) Nonnulli, quin vt potius, ſcripſere. Exemplaria vero tria palatina, & aliquot ex ijs, quę apud me ſunt, quod vt potius, legũt: quanuis in eorũ vno delit. o, hinc aliquis: vt verſui ſuccurrerẽt qn, illud: pro quod, poſſuere. ¶ Iliacãq̃ aciẽ, & laurentia caſtra petiuit.) Nõ placet quod in codicibus alijs quot antiquis, tecta, pro caſtra. legit: quãuis in vrbe poſſit intelligi. In aliquot vero alijs codicib⁹ legere eſt mutato numero, illa camq̃ aciem petit, & laurentia caſtra.

SERVIVS.

¶ Nubes caua.) Erit nominatiu⁹ hęc nubes, nã nubs nõ dicim⁹, qđ ait Liuius Andronicus, qui primus edidit fabulã Latinã apud nos. ¶ Iubasq̃.) Propter eqnã caudã, quo eſſe ſolebat in galeis, vt, Criſtaq̃ hirſut⁹ equina. ¶ Diuini capitis.) Hoc ex pſona poetę dcĩt ẽ itucẽtis futura. nã poſt mortẽ in numerũ referẽ deorũ. ¶ Inania.) Nec a mẽbris, nec a mẽte veniẽtia. ¶ Obita.) Sãpta, ſuſcepta & ppleta. ¶ Exultat.) Exultare eſt gaudere: & p ſe plenũ eſt. Nã i ſultare, eſt irridere inimicos: & dicim⁹ inſulto tibi: licet Sall. dixerit, Multos ab adoleſcentia bonos inſultauerat. Quamuis poſſit illic alia eſſe ſignificatio, multos bonos inſultauerat, hoc eſt in ipſos impetum fecerat. ¶ Irritatq̃ virum telis) Ideo hac arte ait Iuno, & imagine decipit Turnum: quia ſi ei ex aperto fugam ſuaderet, more viri fortis ille prẽponeret mortem, cum preſertim ipſe in ſequẽtibus dicat vſque ad eo me mori miſerũ eſt. ¶ Tubidus.) Elatus, arrogantia tumens. ¶ Tellus queſita per vndas.) Sic alibi, En agros, & q̃ bello Troiane petiſti Heſperiam metire iacens. ¶ Vociferãs ſequit.) Sequens clamabat.

Exultat.

Tum dea nube caua tenuem ſine viribus vmbram,
In faciem Aeneę (viſu mirabile monſtrum)
Dardanijs ornat telis: clypeumq̃, iubasq̃,
Diuini aſſimulat capitis: dat inania verba,
Dat ſine mente ſonum: greſſuſq̃ effingit euntis:
Morte obita quales fama eſt volitare figuras,
Aut quæ ſopitos deludunt ſomnia ſenſus,
At primas lęta ante acies exultat imago,
Irritatq̃ virum telis: & voce laceſsit.
Inſtat cui Turnus, ſtridentemq̃ eminus haſtam
Conĳcit: illa dato vertit veſtigia tergo.
Tum vero Aenean auerſum vt cedere Turnus
Credidit, atq̃ animo ſpem turbidus hauſit inanem:
Quo fugis Aeneas? thalamos ne deſere pactos: TV.

nam ante dixit, & ſic eſt ſecutus. ¶ Nec ferre videt ſua gaudia ventos.) Prouerbium eſt, vẽti ferunt gaudia, id eſt lętatur incaſſum. Sic ſupra, Sed aurę omnia diſcerpunt. Item, Partem menti dedit, partem volucres diſperſit in auras. ¶ Forte ratis.) Deſcriptio per Ecbaſim facta: nõ enim a ſuperioribus pẽdet, ſed ante dictis adiungitur: vt, inſula Sicaniã iuxta latus. Has autẽ deſcriptiones eſſe raras & aptas conuenit: ſicut etiã Horatius docet in arte poetica dicẽs, Purpureus late qui ſplendeat vnꝰ & alter Aſſuitur pannus. Sunt enim ornatui. ¶ Crepidine ſarai.) Crepido ẽ abrupti ſaxi altitudo. Sane hoc loco Antipoſis facta eſt, ppter metrũ. Cõiecta ergo crepidine, p crepidini: ſicut Hæret pede pes, pro pedi. ¶ Oſinius.) Ipſe eſt quẽ ſupra Maſſicum dixit. Ergo (vt diximus ſupra) ſi Oſinius propriũ eſt, Maſſicus appellatiuũ: licet poſſit fieri vt duo noĩa vni⁹ ſint, vt eſt Numa Põpilius, Alexander Magnus. ¶ Cluſinis oris.) Tuſciæ ciuitate. ¶ Trãſilit altos.) Hoc ſermone feſtinãtis celeritas indicat. ¶ Rumpit Saturnia fur.) Ne dẽphenſo dolo ad bella rediret. ¶ Illum aũt Æneas abſentem in prælia poſcit. Sic melius, quã ſicut nõnulli volũt. Vrbanus nãq̃ ſic legit, Ille aũt Æneã abſentẽ in prælia poſcit: vt, Obuia multa virum dat cor pora morti. De nautis in naui in ventis intelligamus: quod non procedit nam abſens dicitur qui recedit: quod nũc Turno contigerat, nõ Æneæ, qui intereſt prælijs. ¶ Medio.) Ad mediũ. ¶ Turbo.) Vis vẽti. ¶ Ignarus rerũ.) Artis, per quã euaſerat. ¶ Omnipotens genitor.) Duo Antonomaſia pro vno proprio: vt, Tritonia Pallas. ¶ Tãton.) Pro Tanto ne, & cõſtat mutilatas partes orationis accentũ in eodẽ loco habere, in quo etiam integrę habuerũt. Tanton, ἀπόκοπε id eſt minores particulæ, vt que, ve, ne, ce, quotiens iũgunt aliis partibus, ante ſe accentũ faciũt, qualiſlibet ſit ſyllaba quę prẽcedit, ſiue breuis ſiue longa: vt, Muſaq̃. Huiuſce, Illucce, Tantone, Adduce, Deduce & hęc mutilata ſimiliter proferunt, ſicut ſub eodem accentu. ¶ Quemve reducẽ Qualem: vt, Hunc ego te Euryale aſpicio? & quaſi neſcius ſui eſt in tanta rerum permutatione. ¶ Laurentis ne.) Quaſi deliberatio eſt. ¶ Quid manus illa virum?) Syllepſis per genus. nam a manu, id eſt multitudine, ad viros tranſitum facit. ¶ Palantes video.) Intelligimus eum nõ longe a terris fuiſſe. nã quod ait ſupra, Medio fert æquore: vt diximus, ad mediũ accipiẽdũ eſt. Aut quia medium dicitur omne quod eſt inter finem & initium vt, Interea medium Æneas iam claſſe tenebat. ¶ Gemitumque cedentum Accipio.) Hic apparet de Ænea dictum, Obuia multa virum demittit corpora morti. ¶ Ima terra.) Dolet ſibi etiam infelicium vota ſublata: ſiquidem in mari conſtitutus optare hiatum non poteſt terræ, imam autẽ terram, prudenter dixit, quę continet maria. ¶ Miſereſcite vẽti.) Pro petẽtis qualitate nõnũquã etiã mors videt eſſe miſeratio, vt hoc loco. Itẽ ſupra, Figite me, ſiqua eſt pietas. ¶ Adoro.) Ad vaccat & eſt metri cauſa additum. ¶ Syrtis.) Vbi arenoſa ſunt loca, Syrtes vocanꝰ. Ergo immitto me ad ſæua vada ſyrtium: aut arenoſa loca, aut re vera ad ſyrtes, id eſt mũdi extrema, quo me nec fama comitetur.

DONATVS.

¶ Tum dea nube caua.) Inuenit Iuno conſiliũ, quo ſecundũ pro miſſum Iouis Turnũ e pugna ſubtraheret, finxit inanẽ hominis formã. finxit arma, qualia fuerãt qbus Æneas vtebaꝰ. Hęc vmbra induit vrnauitq̃ caput ei⁹ galea prorſus, vt qui eã vidiſſet, Æneã eſſe

Hac dabitur dextra Tellus quæſita per vndas.
¶ Talia vociferans ſequitur: ſtrictumq̃ coruſcat PO.
Mucronem: nec ferre videt ſua gaudia ventos.
Forte ratis celſi coniuncta crepidine ſaxi
Expoſitis ſtabat ſcalis, & ponte parato:
Qua rex Cluſinis aduectus Oſinius oris.
Huc ſeſe Aeneæ trepide fugientis imago
Conĳcit in latebras, nec Turnus ſegnior inſtat:
Exuperatq̃ moras: & pontes tranſilit altos.
Vix proram attigerat: rupit Saturnia funem:
Auulſamq̃ rapit reuoluta per æquora nauem.
Illum autem Aeneas abſentem in prẽlia poſcit:
Obuia multa virum demittit corpora morti.
Tum leues haud vltra latebras iam quærit imago:
Sed ſublime volans nubi ſe immiſcuit atræ:
Cum Turnum medio interea fert æquore turbo.
Reſpicit ignarus rerum, ingratuſq̃ ſalutis:
Et duplices cum voce manus ad ſydera tendit.
Oĩpotẽs genitor tãton me crimine dignũ TVR.
Duxiſti: & tales voluiſti expendere pœnas?
Quo feror? vnde abĳ? quę me fuga? quẽ vẽ reducet?
Laurentis ne iterum muros, aut caſtra videbo?
Quid manus illa virũm, quid me, meaq̃ arma ſecuti?
Quosq̃ (nefas) omnes infanda in morte reliqui?
Et nunc palantes video, gemitumq̃ cadentem
Accipio? quid agam? aut quę iam ſatis ima dehiſcat
Terra mihi? vos o potius miſereſcite venti:
In rupes, in ſaxa, volens vos Turnus adoro,
Ferte ratem: ſęuiſq̃ vadis immittite ſyrtis:
Quo neq̃ me Rutuli, neq̃ conſcia fama ſequatur.

esſe arbitraretur. dedit ei aliquãtulũ vocem, & ſi inaniter, licebat dare, tñ velut viuentis hominis ſonũ. Quod ait in fabẽ Æneæ, nõ in ſimilitudinẽ debemus accipere. ¶ Morte obita quales.) Talis illa vmbra fuerat, quale dicunt eſſe poſt mortẽ, aut quales videntur dormiẽtib⁹, cũ ſopitis ſenſibus eluſi fallunt. cognito & probato iũxit incognitum, & q̃ probari nõ poſſit. ſi. n. ſolũ pp exprimendã ſimilitudinẽ poneret, quod ferẽ eſſe poſt mortẽ, qđ illud eſſet non poſſet itelligi, cũ incolumes hoc ſcire nõ poſſint. ſociauit huic aliud exẽplũ ſomniorũ. ſ. quę omnib⁹ nota ſunt. vt exinde appareat qđ eſſe dicitur poſt depoſitũ vitã. ¶ At primas lęta ante acies.) Ideo lęta, ideo exultãs, vt puocaret in iracũdiam Turnũ. Deniq̃ ſequit.) ¶ Irritatq̃ virũ telis,) Vt lętitiã hoſtis & exultationẽ voce & irritatu telox tanũ ad verã pugnã toto Turnus animo armaret. Irritare prorſus dicim⁹ feras, puocare inde ſumptũ eſt, vt & hoies irritari dicanꝰ cũ in aliquã partẽ aſperitatis vrgẽtur. hoc igit agebat vmbra illa, vt Turnũ nõ ipſa ſed Æneas puocare videret. ¶ Inſtat cui Turnus.) Sumpſit audaciã Turnus, q tot modis fuerat prouocat⁹, & verũ exiſtimans hoſtẽ iecit haſtam. ſed hoc eminus fecit. cõgredi. n. comin⁹ nõ audebat. ¶ Illa dato vertit.) Illa, ingt, hoc eſt vmbra mox in fugã verſa eſt. ¶ Tũ vero Æneã.) Licet ante Æneã putaſſet Turn⁹, in quẽ haſtã miſerat. Tum magis ipſum eẽ credidit, quẽ fugiſſe prẽuiderat. Illa dato vertit veſtigia tergo, more, ingt, timẽtis in fugã verſa eſt. Tũ vero Æneã aduerſum vt cẽdere Turn⁹ credidit, atq̃ animo ſpẽ turbib⁹ hauſit inanẽ. Ipſe fuit vanus erroris enſib⁹ Turni, vt crederet Æneã terga vertiſſe. Quo factũ eſt vt vana ſpe ducẽt⁹ ſuperbã iret in vocẽ dicẽs. ¶ Quo fugis Ænea, thalamos ne deſere pactos. Quid, ingt, fugis Ænea: expecta, vt ſeruata pactorum fide optatã ducas vxorẽ. ¶ Hac dabit dextra.) Ego tibi mea dextra dabo terrã quã diu q̃ſiuiſti p maria. ¶ Talia vociferans.) Clamabat, & ſequebat fugientẽ, gaudebat quoq̃ & ſtrictum gladiũ portabat, vtpote paratus ad feriendũ, nec intelligebat oĩa hęc in vẽtos exire, hoc eſt inania eſſe & vacua, quę clamabat. ¶ Forte ratis celſi cõ.) Vmbra illa cũ fugeret habuit fortuna procurãte opportunitatem nauis, quam poſſet aſcẽdere, vel maxime quæ habuit ſubſtantiã põtis: nam ſtabat iuxta crepidinem ſaxi. crepidinem accipere poſſum⁹ partem ſaxi, quę reſpicit mare. Nam huic ſaxo colligatus fuerat funis, qui nauim tenebat. ¶ Qua rex cluſinis.) Hac naui cluſini ſinibus vectus aduenerat oſinius. ¶ Huc ſeſe trepida.) Huc in nauis contendens velut Æneę imago trepidantis ſeſe latebris dedit. ¶ Nec Turnus ſegnior inſtat.) Turnus in aſcendẽdo non fuit ſegnis. nam ſuperatis omnibus moris, põtem tota celeritate trãſcendit. ¶ Vix proram attigerat.) Statim, inquit, vt Turnus nauis tetigit proram. ¶ Rupit Saturnia funem.) Quod dixit, rupit, funẽ, nẽ ſoluit. & auulſam, ingt, nõ ſimpliciter ſeparata a ſaxo, oſtẽdit magnam interueniſſe neceſſitatem. Adhibenda quippe facto fuerat vis, quo citius fieret, quod fuerat neceſſarium, anteq̃ Turnus aduerteret inane eſſe quod geſſerat, & rediret. Vbicũque poeta poſuit rumpere, oſtendit maiorem neceſſitatem. deniq̃ ait in libro tertio, atq̃ ab littore funem rumpite, ne interueniente ſoluendorum vinculorum mora, manibus cyclopũ nauigia tenerẽtur. item cũ fugam Caci in octauo libro deſcriberet. ait, ruptiſq̃ immane catenis deiecit ſaxũ. ſi enim ſoluere voluiſſet velocitate prẽuẽtus Herculis, pœnas facilius daret, ſi ſpeluncę occuparetur

Universidad de Deusto Biblioteca

tur ingressus, tale est & rapit: nam & hoc quoq; celeritatẽ facti significat. si.n. paulatim nauis in altũ duceretur, & ascendẽdi & exiẽdi reperisse Turnus remediũ posset. Nunc rapta est, vt ante in altũ perueniret, q̃ sentiretur nexib⁹ libera, quasi inhæsisset saxo, sic dixit auulsam, auellitur enim quod sine vi nõ potest separari. ¶Illum autẽ Æneas.) Verus Æneas absentem ignorans Turnũ quærebat, & petebat in prælia. ¶Obuia multa virũ.) Cum quæreret Turnum, qcunq; illi obuiã fuerũt, morti sunt traditi. ¶Tũ leuis haud vltra.) Leuis vmbra, quæ Æneam simulauerat fugiẽtẽ, completo eo, quod fuerat necessariũ, vlterius latebras non quæsijt: sed se nubibus miscuit & eo, vnde venerat, remeauit. ¶Cum Turnum medio.) Interea commotum pelagus turbine trahebat longius Turnum. ¶Respicit ignarus rerum.) Pro aduerso existimãs Turnus, q pro ipsius fuerat salute perfectum: & gestorum pro se nescius, tetẽdit manus ad sydera, & hæc gemebundus effudit, quo i facto potuisset igrati crimẽ incurrere, nisi gesta nesciret. ¶Omnipotẽs genitor tãtõ) Hoccine tibi Iuppiter placuit? hac me pœna dignum esse duxisti: hæc vt diceret, ostendit intellexisse fraudem, quam passus est. Incipit enumerare oĩa, quæ illi pœnas animi afferebãt. ¶Quo feror? vnde abij.) Nescio, inquit, quo feror, vnde tñ recesserim, scio. ¶Quæ me fuga, quæue reducet?) Qualis sum, cum fuisse videor, qualis ad eos, quos deseruit, rediturus sum. ¶Laurẽtis ne iterum muros,) Si rediero, qua fronte iterum videbo muros & castra laurentum, vnde fugitiu⁹ abscessi? ¶Quin manus illa virũ,) Quid, ait, dicent illi, qui armis meis suas opes fortunamque iũxerunt? quos prodidi deserẽdo, quos fugiẽdo decepi, quos dimisi ad necem? ¶Et nunc palantes video.) Moralitatẽ te[tig]it, nam cum in incertis relinquimus quẽquã, vel ad incerta dirigimus, cuius mala speramus euenire posse q̃ bona. Videre se cadẽtes dicit, & gemitus audire pereũtium, & totum tamen ab oculis & auribus longe est: cernebant̃ hęc animo. & animi audiri putabant̃ cum imaginationes ipsæ sensibus tractãtis occurrerent. ¶Quid agam, &c.) Desiderabat recipi hiatibus terræ, & in fluctibus eã requirebat, quæ non erat, & cuius copiam non habebat. ¶Vos o potius mise. ven.) Ecce intellexit ipse frustra se desiderare terræ diuortia: & apostropha ad vẽtos facta rogare suppliciũ cœpit, & pœnam pro beneficio postulare. ¶In rupes in saxa. &c.) O vota aduersa, prosperis naufragia optãtur, vt sit perire beneficium. misereri esse dicitur, vt nauis ferat̃ in rupes, & collidatur in saxa. nõ quo reuera interire commodum videretur: sed lucis tædio & ludibrijs caruisse, pulcherrimũ: certe si malũ, inquit, putatis esse, quod posco: tamẽ quia hoc cupio pro bono, quod iudicatis esse cõtrarium volenti mori: misericordiã portat, qui ei procurauerit mortẽ: aut si me malueritis ꝯtra mea vota seruare, date syrtes sæuas, & syrtiũ vada. illic traham infelicem vitam, quo nullus sequi valeat, & vnde opinio nominis mei ad meos omnes venire non possit.

ASCENSIVS.

¶Tum dea nube caua &c.) Docet q̃ũo abductus fuerat Turnus astutia Iunonis, cui quia cõcessum erat Turnum abducere fuga abducit eum fugantem vt putabat, & nõ fugiẽtem, vnde quia nihil extat Dona. ¶Ordo est. Dea. scilicet Iuno ornat, id est effingit nube caua, id est ex aere: vmbrã tenuẽ, id est simulachrũ corporis sine virib⁹. i. robore in faciẽ. i. facturã, & similitudinẽ Æneæ, appositorie monstrũ mirabile visu. i. dum videtur. ornat dico telis Dardanijs. s. dans ei tela Dardania & assimulat clypeum & iubas capitis diuini. i. eius qui in deũ esset assumendus, & dat verba inania. i. fictitia, nec a mẽbris nec a mente veniẽtia: sed ex aere ficta subtili quadam compositione vocis, & dat sonũ sine mẽte, idest sine conceptu mẽtis, & effingit gressus. i. modum incedendi euntis. s. Æneæ quales figuras. i. qualia simulachra, est fama volitare. s. per vmbras infernas morte obita, id est suscepta & cõpleta. aut sup. qualia fama est volitare somnia. i. insomnia & phãtasmaque deludũt sensus sopitos id est sopore ægro oppressos. De qb⁹. Hora. velut ægri somnia vanæ Fingunt̃ species: at. i. sed, imago. s. Æneæ læta, id est gestiẽs exultat ante primas acies & irritat virum scilicet Turnũ telis: & lacessit. i. prouocat voce. i. verbis contumeliosis. Cui Turn⁹ instat id est instãter imminet & conijcit emin⁹, id est de lõge quasi e manibus, hastam stridẽtem. s. per aera ex celeri motu. Illa. s. imago vertit id est obuertit per fugã vestigia: & hoc tergo dato. s. insequẽti. Vero pro sed Turnus tũ. i. tũc aut tũ vero, id est tũc maxime & ad verum: vt id est postquam credidit Æneam credere, id est locũ dare: atq; postquam Turnus turbid⁹ scilicet propter insperatũ euẽtũ: hausit animo, aut turbid⁹ animo hausit inanem spem, vociferabat̃ sup. O Ænea quo fugis ne desere pro ne deseras, thalamos pactos. s. cũ Latino de Lauinia: tellus quæsita per vndas. s. maris. Italia. vnde Italiam quæro patriam: dabitur hac id est mea dextra: quia interfectum sepeliẽdũ dabo. Ipse vociferãs talia sequitur. s. simulachrũ Æneæ, & coruscat. id est vibrat Mucronẽ strictum, id est euaginatum nec videt vẽtos ferre sua gaudia id est se inaniter gaudere. Ratis id ẽ nauis stabat forte quia præter spẽ Turni cõiuncta crepidini id est ad crepidinem id est eminentiã abruptam saxi celsi. i. rupis altis scalis expositis, id est habẽs scalas expositas vt per eas fieret congressus & regressus, põte, i. tabulato parato. s. ad introitũ: qua. s. rate aut nauẽ O sinius Rex. s. massicus dictus aduect⁹ sup. erat oris, id est ab oris clusinis. i. clusio thusciç ciuitate. imago Æneæ fugiẽtis trepide, id est festinãter: alij tamen habent imago Æneæ fugientis trepida id est quæ trepidabat, conijcit sese huc. i. ad hanc ratẽ in latebras, nec Turnus instat segnior, id est tardior: sed sup. ꝑsequit̃ in nauem vsq; & exuperat moras id est impedimẽta quę moras facere possent: & transilit id est celeriter transcurrit altos põtes. Ipse. s. Turnus attigerat vix prorã: cũ sup. saturnia. s. Iuno. rupit funem, id est retinacula: & rapit nauẽ auulsam. s. a littore: per æquora reuoluta, id est remẽsa, id est quæ reuoluebantur: & remetiebãtur, tempus preteritũ participij pro præsenti: quia illo in participio caremus. Autẽ pro sed, Æneas poscit in, id est ad prelia, id est concertationem in eundem illum. s. Turnum, absentem, & demittit morti. i. ad mortẽ & internitiem multa corpora virũ. s. Rutulorum. obuia, id est occurrentia, tum. i. deinde postquã Turnus intrauerat nauẽ auulsam: imago leuis. i. inanis & sine corpoř vero haud, id est non quærit iã vltra. i. vt dicunt vlterius: latebras. i. latibulas sed volãs sublime. i. in sublime imiscuit se atræ nubi. i. resoluta est in atram nubẽ, cum turbo, id est impetus ventorũ fert interea Turnum in medio æquore: ipse ignarus rerũ nesciens. s. quod propter salutẽ suã id egerit Iuno: & ingratus salutis. idest nõ habẽs gratam salutem procreanti, respicit. i. attendit quo illatus sit, & tendit ad sydera manus duplices, id est cõplicatas, tẽdit dico cũ voce. i. simul precans ac dicens, o genitor omnipotens. s. Iuppiter tãton. i. tanto ne: hoc est an duxisti. i. reputasti & censuisti me dignũ tanto crimine. i. dedecore propter crimẽ prouenientem, aut tam nefando facinore: sed exponit dicẽs. & voluisti ne me expẽdere tales. i. tam cõtumeliosas pœnas quas. s. putat se nõ expelurũ sine crimine. quo feror: vnde abij? quæ, idest qualis fuga sup. aufert me, ve, p vel quẽ. i. qualẽ reducet. s. fuga me. i. qualis post fugã rediturus sum. videbo ne iterũ muros laurẽtis. s. ciuitatis hoc est Laurolauinij aut videbo ne iterũ castra. Quid sup. faciet de me dicet illa manus, id est ille exercitus virum, id est virorũ qui secuti sunt sup. me & mea arma. ve pro vel: quos oẽs nefas, id est quę res nefanda & detestãda est: reliqui in morte nefanda & quos ego video nũc Palãtes. i. oberrantes quasi oues sine pastore amisso. s. duce & accipio. s. auribus: hoc est audio gemitũ cadentũ. i. occumbentium, quid agam aut quæ terra satis ima dehiscat. deorsum hiatũ faciat mihi? o vos vẽti miserescite potius, quia. s. terra deest, ego Turnus volẽs adoro vos. i. cũ adoratione imploro, ferte ratẽ in rupem, & in saxa, id est scopulos. hoc est rũpite ratem & submergite me, & immittite me sæuis vadis, id est ꝑ vada sæua: syrtis. i. in syrtis & breuia, hoc est ad extrema maris loca quo. i. ad quas syrtes neq; Rutuli sequant̃ me: neq; fama cõscia. s. talis dedecoris sequatur me.

PIERIVS.

¶Irritatq; virũ telis.) Impressi codices omnes, irritat, r. geminato scribunt, sonet vt de nare canina litera, irito, tamen ab ira est. Irito.

¶Osinius.) In cod. aliquot antiquis, osirius, legit̃: insolitũ nomẽ. Vix proram attigerat rupit saturnia funem. In veteribus codicibus pene omnibus rũpit, instãti tempore legitur. Res enim narratur in ipso actu. ¶Auulsam rapit reuoluta per æquora nauẽ.) In antiquis omnino auolsam. Sed etiã in nonnullis, aduulsam ꝑ. ad, q̃d ad se traxisse significat. Scribe vero, nauim, per. i. ex antiquis codicibus. nauim. ¶Tunc leuis haud vltra.) In antiquis codicib. tũ leuis. ¶Manus ad sydera tẽdit.) In antiquis plerisq; codic. tollit, habetur. ¶Tanton me crimine dignũ.) Erudite quidem Seruius, tãton, scribẽdũ procurauit: Sed enim eiusmodi scriptionis vsum parcissime inueni in veteribus exẽplaribus, in aliquot, vbi haberi batur, Lectionẽ eam nonnulli Cultro etiam impetere ausi fuere. Priscianus tamẽ vbi de, ne, particula agit, eam frequentissime ait interrogatiuam esse, Vt illud Hectoris Andromachæ Pyrrhin cõnubia seruas? & in decimo, tanton me crimine dignum? ¶Quæ me fuga quem ve reducet.) Romanus codex, & alij nõnulli, redu cit, legunt præsenti tẽpore. De regressu enim suo in patriã loquitur. Est etiam in quibusdã codicib⁹ manu scriptis. Quæ me fuga quo ve reducet. Hoc est quo nunc fugio? Quo vero pacto reuertar?

uertas? Sed enim Seruius agnoscit, quẽ hoc est qualem. & hęc castior est lectio, apud plures. ¶Infanda in morte reliqui.) Vetustiora pleraq; exẽplaria infanda morte legunt, absq; in, prępositione, quã elocutiõis figurã sępissime apud Virgiliũ inueneris. ¶Accipio.) Vetustissimũ est, adcipio, scribere. Sed, vti superius dictũ, primus omnium Lucillius, c, i hoc verbo geminauit, teste Velio Longo. ¶Aut quę iam satis ima dehiscat terra mihi.) In Romano codice, dehiscet futuro tempore legit̃, Sed dehiscat, figuratius & elegantius. ¶Terra mihi vos o potius.) In Mediceo legere est, terra mihi o vos, o potius, aduerbio exclamationis repetito.

Hęc memorãs, animo nunc huc, nũc fluctuat illuc:
An sese mucrone ob tantum dedecus amens
Induat: & crudum per costas exigat ensem,
Fluctibus an iaciat medijs: & littora nando
Curua petat: Teucrumq; iterum se reddat in arma.
Ter conatus vtranq; viam: ter maxima Iuno
Continuit: iuuenemq; animo miserata repressit.
Labitur alta secans, fluctuq;, estuq; secundo:
Et patris antiquam Dauni defertur ad vrbem:
At Iouis interea monitis Mezentius ardens
Succedit pugnæ: Teucrosq; inuadit ouantes.
Concurrunt Tyrrhenæ acies: atq; omnibus vni,
Vni, odijsq; viro, telisq; frequentibus instant.
Ille velut rupes, vastum quæ prodit in æquor,
Obuia ventorum furijs, expostaq; ponto:
Vim cunctã, atq; minas perfert, cœliq;, marisq;:
Ipsa immota manet: prolem Dolicaonis Hebrum
Sternit humi: cum quo Latagũ, Palmumq; fugacẽ:
Sed Latagum saxo, atq; ingenti fragmine montis
Occupat os, faciemq; aduersam: poplite Palmum
Succiso volui segnem sinit: armaq; Lauso
Donat habere humeris: & vertice figere cristas,
Necnon Euantem Phrygium, Paridisq; Minanta
Aequalem, comitemq;: vna quem nocte Theano
In lucem genitori Amyco dedit: & face prægnans
Cisseis regina Parin creat: vrbe paterna
Occupat: ignarum Laurens habet ora Minanta.
Ac velut ille canum morsu de montibus altis
Actus aper, multos Vesulus quem pinifer annos
Defendit, multosq; palus Laurentia: sylua
Pastus arundinea, postq; inter retia ventum est:
Substitit: infremuitq; ferox: & inhorruit armos:
Nec cuiquam irasci, propius ve accedere virtus:
Sed iaculis, tutisq; procul clamoribus instant.
Haud aliter, iustæ quibus est Mezentius iræ:
Non vlli est animus stricto concurrere ferro:
Missilibus longe, & vasto clamore lacessunt.
Ille autem impauidus partes cunctatur in omneis,
Dentibus infrendens: & tergo decutit hastas.

SERVIVS.

¶Mucrone induat.) Aut κατὰ χρηστικῶς dixit induat, pro feriat: aut Hypallage est, pro mucronẽ suo iduat corpore. Si.n. induere, est vestire: non mucrone corpus induit̃, sed induit̃ mucro corpore. i. tegitur & vestitur. ¶Crudũ.) Crudelem, cruẽtũ. ¶Animi miserata. Pro animo miserata. Nã figurate locutus est, sicut, O ꝑstãs animi, ꝓ aĩo, & illi⁹ rei, ꝓ illa re. ¶Ad vrbẽ) Ardeã: & ideo sic longe ne ex ꝓpinquo stati rediret: & vt eũ affectus retineret parẽtis. ¶At Iouis interea monitis.) Nouimus sacrilegum esse Mezẽtiũ, Iouem ẽt adhortatũ esse alios deos, vt a bello desisterẽt: & dixisse, Rex Iuppiter oĩbus idẽ quomõ ergo ꝓcedit, At Iouis iterea monitis: Dicimus primo Iouẽ iustitiæ fauere, nõ partibus: q̃d si est, iure Mezentiũ in locum Turni facit venire: vt iustũ ꝑsõ inueniat̃, ne vna sit penit⁹ pars a ducib⁹ destituta. Q̃d autẽ dicit, sacrilegũ Iuppiter admonere nõ debuit: nõ admonet vt vincat, sed vt possit perire. Illud ẽt frustra queritur quẽadmodũ numini sacrilegus obtẽperare potuerit, cũ Mezentium nõ aperte Iuppiter moneat, sed ei inijciat tale desyderiũ. Vñ est, Dijne hunc ardorem mentibus addũt Euryale: an sua cuiq; deus fit dira cupido? ¶Monitis Mezentius ardens Succedit pugnę.) Ab eo q̃d est hæc monita, hic venit datiu⁹. nã & hos monitus dicimus. Vñ Persius, Hos pueris monitus patres infundere lippos. sed a quarta declinatione nec singulari datiuo vtimur, nec plurali. nã vnum nomẽ est de his q̃ licet duplicẽ habẽt declinationẽ, tñ aliquibus eorum casibus propter asperitatem non vtimur: vt, Laurui lauribus, cum huius laurus & ab hac lauro dicamus. ¶Cõcurrunt Tyrrhenæ acies,) Quæ specialiter odio Mezentij in bellum ruebant. ¶Prodit in ęquor.) Extendit̃, hinc Iuuenalis, Quæ pelago occurrunt, medio, longeque relinquunt Italiam. ¶Ponto.) Contra pelagus. nam datiuus est. ¶Cœlique marisque.) Sicut Mezentius odiorum & telorum totius exercitus. ¶Fugacem.) Velocẽ modo. ¶Latagũ Occupat os.) Pro Latagi os occupat̃. & est Græca figura in Homero frequens, vt si dicas ἔκρουσεν ἀχιλλέα τὸν πόδα, id est Achillem percussit, pedem, pro percussit Achillis pedem. ¶Poplite palmum.) Ea parte qua plurimum poterat. ¶Donat habere.) Græca figura. vt, Argenti magnum dat ferre talentum. ¶Cisseis.) Hecuba filia Cissei, secundum Euripidem in Hecuba πολύδωρον ἐκάβης τεγγώς τῆς κισσέως. secundum alios Dymantis. Quod autem ait, ¶Face prægnans,) hæc ratio est: quia antequam pareret, facem se peperisse vidit in somnijs. ¶Vrbe paterna occubat.) Subaudis Paris. Quod vt non diceret, metri est necessitate compulsus. ¶Ignarum Laurens habet ora Minanta.) Scilicet casus sui: vera tamen est lectio ignarum. i. ignoratũ, qui nesciret̃: & est supina significatio, sicut in quarto, Liquitque volatile ferrũ Nescius, pro q nesciebatur. ¶Actus.) Coactus i retia. ¶Defendit.) Texit. vt, Hic mihi dum teneras defendo a frigore myrtos. ¶Vesulus:) Mõs Ligurię est iuxta Alpes. Liguria autẽ cohæret Thusciæ, de qua fuerat Mezentius, vñ satis cõgrua ẽ cõparatio. ¶Multosq;.) Pro multos ve. non. n. est vicina palus Laurẽtia mõti Vesulo, vt possit vnus atq; idẽ aperte intelligi. ¶Pastus.) Pro pastũ. nã supra ait, Quem ergo Antiptosis est. ¶Laurentia.) Pro Laurens: nã recta deriuatio hęc est. ¶Inhorruit armos.) Id est, pro armis inhorruit. Aut certe in armos horruit, & erexit setas. ¶Tutis clamorib⁹.) Pręter periculũ. ¶Iustę irę) Propter illud, Mortua quin etiã iungebat corpora viuis, Cõpones manibusq; manus. ¶Cũctatur.) Disponit se per oẽs partes. ¶Tergo.) Scuto vt, Et venit aduersi in tergũ Sulmonis.

DONATVS.

¶Hęc memorãs,) Cum hæc animo volueret, & animo fluctuaret. apto verbo vsus ẽ, fluctuat, allusit eni quomodo in fluctibus fuit, vt mẽte quoq; fluctuare videretur, huc atq; illuc vertẽs tractat⁹ suos oẽs instabiles, & vagos: incipit dicere, qui sint ipsi tractatus & quãtas sint i species sub incerto diuisi. aliqñ enim parabat sese percutere gladio, & ferro abolendum decernebat dedecus suum, aliqñ, vt iret in fluctus, & nando perueniret ad littora. sed hoc armis efficere non valebat: nõ enim natare posset armatus, inermis autẽ quomodo veniret ad terras: si arma reijceret armis hostiũ pleno ardore feruentib⁹? ¶Ter conatus vtranq; viã.) Quoties voluit aggredi alterum de duobus, toties Iuno ardores animi iuuenilis oppressit, q̃d enim prodesset morti esse subtractum: si se i mari perimeret, aut necatus in pelago ferretur ad terram? ¶Labitur alta secans.) Ecce quantum potuit Iuno, cũ diuersos tractatus excutit Turnis & deliberationis sñiam, existentibus atq; occurrentibus contrarijs fingere vel ordinare non permittitur. Nantis sine rectore, sine arte, sine suffragio, ꝓsperante ventorũ ad antiquã vrbẽ secundis lapsibus venit. Cõpletum est q̃d apud Iouẽ prosecuta est Iuno. ait. n. quin & pugnæ subduceretur, num & dãno possem incolumem seruare parentẽ? ¶At Iouis interea monitis.) Inimicũ suis asserit iouem, vt Mezentiũ virtutẽ acrẽ, natura callidũ & in armis ardentẽ Teucris immitteret certaminis successu feliciori gaudentibus. ¶Concurrunt Tyrrhenæ acies.) Oĩbus, inquit, odijs ac frequentibus telis vni viro oẽs instabant. ¶Ille velut rupes.) Ille sic oĩbus resistebat immobilis, vt opposita pelagi fluctibus rupes, quæ producta in mare vim cœli ac minas ꝑfert, manẽs fixa virib⁹ suis. ¶Prolẽ dolicaonis

caonis

Universidad de Deusto
Biblioteca

caonis hebrū ſternit humi.Incipiunt deſcribi hi, quos Mezētius occidit. primū ſtrauit Hebrū dolicaonis filium, ℣Cum quo latagū.)Occupat latagum ſaxo,& faciē eius aduerſam occupat, niſi enim bis intelligitur occupat.nō erit locutio integra, nec plena deſcriptio.Inuenti fragmine montis:& virtutem voluit mōſtrare geſtantis,& ſaxi pondus oſtendere.cū dicit ingenti fragmine. fragminis ſignificatio oſtēdit ſaxum illud,quaſi quoſdā gladios habuiſſe,vt illiſum in illius faciē & acuminibus crebris necē hominis cōpleret & pondere.Palmumq́ fugacem, non occiſum dixit,ſed ſucciſo poplite,ne vlterius fugeret implicatus. ℣Armaq́ lauſo donat.) Scutum & galeam detractam hoſti dono dedit filio ſuo.nō.n.numini,cuiquā hęc ſeruare potuit,aut conſecrare,qui deos cōtēnere perpetua obſtinatione didicerat. ℣Nec non euantem Phrygium,)Etiā iſti intelliguntur occiſi. ℣Vna quem nocte theano.In lu.ge.)Ludit inter duorum noīa,& natiuitates,ac parētes,& mortuos.occidit.n.Mezentius duos euantem,& minanta, qui paridis aliquādo fuiſſet ęqualis & comes, & theano & Amyco dicit hunc natum:paridem vero ex ciſſeide poſteaq́ facē ſe peperiſſe ſomniauit,qui paris i vrbe paterna occubat, id eſt in Troia,minanta autem laurentes exceperunt cadētem. ℣Ac velut ille canum.)Quēadmodum,inquit,morſum canum montibus aper excluſus, quem veſulus mons pineis arboribus dēſus multos p annos defendit,ac tenuit,aut palus laurenti cū ſylua aluit, atque nutriuit. ℣Poſtquā inter retia ventū eſt.(Quēadmodū aper inter retia poſitus ſubſtitit,& armos excutit, ac dētib' frēdit, & nullus audet propius accedere,ſed iaculis ex longinquo miſſis inſiſtit. ita quos Mezentius facta cū iuſto dolore agebant, quanquā illi oēs infeſtini currerent:non tamen audebāt certare cominus:ſed quod tutum fuit,miſſilibus ex longinquo iactis, & clamore certabant:ille vero non Mezentius ſed aper, ad ipſum enim remeauit, vt parabolam clauderet,omnes partes obſeruās haſtas excutit, & propellit.

ASCENSIVS.

℄Hęc memorans&c.) Docet quo Turnus delatus eſt, & in eius locū ſuffectus Mezentius,de qua re argute diſſerit Seruius, nihil autem Donatus.℄Ordo igitur eſt,Turnus memorans hęc.ſ.dicta aio quia ſolus erat,aut memorans hæc fluctuat ideſt per modum fluctus agiť animo, nunc huc id eſt in hanc ſententiam,nūc illuc,id eſt in illā. An ipſe amens induat, id eſt feriat ſeſe mucrone,id eſt gladio ſuo.ob tantū dedecus,& exigat, id eſt extra agat enſem crudū,per coſtas id eſt pertrāſeundo coſtas, an iaciat ſeſe medijs fluctib' id eſt in medios fluctus,& petat nando littora curua:& reddat ſe iterū in arma Teucrum id eſt Teucrorum, ipſe conatus ſupp.eſt ter vtranq́ viam id eſt ſe interficere,& inſtructus dare,ſed Iuno maxima cōtinuit ter,& ipſa miſerata animi pro animo ſuo iuuenem.ſ.Turnū repreſſit.ſ.eum,& animum eius ab inſtituto,Ipſe igitur Turnus,labiť id eſt celeriter cum deſcenſu nauigat,ſecans.æſtu & fluctu ſecūdo,alta.ſ.maria& defertur ad antiquam id eſt nobilem vrbem dauni patris.ſ.eius, hoc eſt ardeā, At id eſt ſed Mezētius ardens id eſt accēſus furore Martio ſuccedit interea pugnę monitis.i.per internam admonitionem Iouis & inuadit Teucros ouantes.ſ.de victoria nō triumphali, qa Dux aberat.Acies Tyrrhenę id eſt etruſcę:concurrunt atq́ inſtant oībus odijs vni.ſ.Mezentio,& inſtant frequētibus telis vni viro.ſ. eidem Mezentio ille.ſ. Mezētius velut.i. quemadmodū rupes.i. ſcopulus abruptus q̄ prodit. i.protēditur in æquor obuia furijs .i.vehementi impetui ventorū: & expoſta pro expoſita:ponto,i. mari perfert. i.ad finē ſuſtinet vim.i.violētiā cunctā:atq́ minas ſup.cunctas& cęli & maris.manens ipſa.i. in ſe immota:illa dico ſic ſe habens:ſternit humi.i.ſuper humum,Hebrum prolē.i.gnatū Dolicaonis: cū quo.i.in cuius ſocietate:ſternit Latagū & Palmū fugacē.i.fugere ſolitum ſed ipſe Mezentius ſternit ſupp.latagum ſaxo,atq́ occupat ingenti fragmine montis.i. quod ſaxū erat ingēs fragmē mōtis:os & faciē aduerſam ſup. eius hoc eſt latagi:& ſinit.i.permittit,palmum volui.i.occumbere ſegnē.i.lentum,& hoc poplite ſupp.eius hoc eſt neruo poſt genua. (Et diciť hic poples itis.nō poplex ſcis)ſucciſo.i.iterciſo,& donat Lauſo.ſ. filio ſuo,habere humeris.i.ad ornatū humerorum:arma.ſ.palmi & latagi,& donat figere vertice.i.ſup caput ſuum in cono galeæ criſtas.ſ.palmi &c,necnō.i.& ēt ſternit ſupp.Euantem virum illū phrygium.i.Troianū,& Mināta(a nominatiuo minas antis, vel tos.)æqualem.i.coæuum ac contemporaneum & comitem Paridis quē Theano.ſ.mater(vt ſit hæc theano huius theanus) dedit in lucē,id eſt edidit, & peperit. Amyco genitori.i.patri & regina Ciſſeis.i.ciſſei filia:Hecuba.ſ.prægnans.i.grauida face.i.ſomniās ſe facē habere in vtero:creat.i. procreat vna.i. eadē nocte: parin.

ſ.Priami filium,vna dico nocte qua theano minanta creauit,qui ſup.Paris occubat.i.ſepultus iacet vrbe paterna.ſ.Troia,ora.i.prouincia laurēs.i.quę eſt iuxta Laurolauinium in agro Laurēti:habet mināta ignarum.ſ.caſus ſui aut ignarum dicit pro ignotū ac velut:ille.ſ.nobilis:aper.i.ſus ſylueſter actus.i.pulſus de altis mōtibus,morſu canum.i.quem canes minati erant quē.ſ.aprū veſulus mons ille ligurię pinifer.i.ferēs pinus in vertice: defendit.i. protexit multos annos.i.per annorū multorū ſpatium. q̄ pro vel quem ſup.palus Laurentia.i.laurens defendit ſup.paſtus pro paſtu,vt Seruius vult ſylua arundinea.i.inter harundinem paludis, poſtq̄ ventū eſt inter retia.i.poſtq̄ ſentit ſe interclūſum retibus aut ſi figuratas locutiones vitare velis dic,Ac velut ap actus, de motibus altis morſu canū,quē Veſulus pinifer defendit multos annos,q̄ p vel,aut pro & palus Laurentia defendit multos.ſ. annos,ille ſupple exiſtens paſtus ſylua arundinea, poſtq̄ vētum inter retia,ſubſtitit,id eſt māſit ſtans,& infremuit: quia neq́ progredi,neq́ regredi,datur exiſtēs ferox,& inhorruit armos,id eſt anteriores humeros,& deorſum,horrētes, id eſt rigētes ſetis,nec cuiq́.ſ.venatorū eſt virtus,id eſt fortitudo iraſci.i.more iratorū irruere,aut accedere propius:ſed inſtāt procul iaculis,& clamoribus tutis,aut qbus ſe tutabantur,aut quibus nihil imminet periculi,qa procul. Haud.i. non aliter non vlli ſup.eorum qbus Mezentius eſt iræ iuſtæ,id eſt ad iram iuſtam, eſt animus.i.audētia concurrere ferro ſtricto:ſed ſup.laceſſunt.i. prouocant eum longe.i.de lōge miſſilibus,id eſt iaculis,& clamore vaſto.i. valde ample diffuſo. Autem,pro ſed ille.ſ.Mezentius, impauidus,id eſt imperterritus,cunctatur.i.diſponit ſe in omnes partes,frendens dētib',& decutit haſtas tergo, ſcilicet ſuo,hoc eſt ſcuto,tergore munito,aut de dorſo ſuo.

PIERIVS.

℄An ſeſe mucrone ob tantum de amens in.) Multa Seruius ſuper hac elocutione,qui mucrone,ablatiuo caſu legit. Sed enim Rom.codex,mucroni,In acgrendi ponit caſu.q.d.det ſe in mucronē,Magis tū placet Hypallage.cū in alijs pleriſq́,mucrone,legatur.In Priſciani tamen cod.Mucronem,accuſatiuo caſu legiť. eiuſmodi cōſtructionis alijs etiam exemplis poſitis ait enim,Coronatur illam rem,& illa re.quo modo etiā ingt. Hora. Magna coronari contēnat olympia.Virgilius.Induit albos cum vita crines.Et an ſeſe mucronem ob tantū dedecus amens induat.Apud Cæſarem tamē cum ablatiuo caſu dictū inuenies.vt in bello Veneto,Acutiſſimis ſtipitibus induebantur. Et crudū per coſt.iexi.en.) In Romano codice durum, legas.quod forte nō diſpliceat, in aliquot alijs.crudū per coſtas dirigat,Sed exigat,omnino receptius.)Iuuenemq́ animo miſerata recepit.) Variant exemplaria dum quędam,animo, quędam,animi,legunt.In quibuſdam vltima ſyllaba vitiata ſubdititiaq́. Sed enim Aruſianus Meſſapus in exēplis Virg.elocutionū, animi, genitiuo cauſa agnoſcit vna cū Seruio.quę lectio eſt codicis Medicei. ℣Ipſa immota manens.) Manens participij vox. In Romano codice eſt & i Mediceo, & quibuſdam alijs.In Oblongo,manet, verbum. ℣Necnon Euantem Phrygium paridiſq́ Minanta. Æqualem, comitemq́ vna quem nocte Theana,In lucem genitori Amyco dedit,& face prægnās Ciſſeis regina parin creat. vrbe paterna Occubat, Ignarum Laurens habet ora minanta,) In his verſibus illud obſeruaui. In Romano codice mimanta,per,m,ſecunda ſyllaba ſcribi: nō per, n,vt in vulgatis pleriſque codicibus. habetur. Inde theano per vocalem quartam,non per primam. Græce enim θεανώ, Siquis vero q̄ſierit quid ſibi velit ſtructura illa duriuſcula vrbe paterna occubat,ignarū laurens habet ora minanta. Sciatis ignarum ab Aulo Gellio legi paſſiuo ſignificato, quē ipſum hunc Virgilianum locū,& Plauti,& Sallu,authoritate, ſubfulcit, dum nonnulla recenſet nomina:Quę in dextrum læuumq́ latus veſtigia torquent.Quoniam vero in vetuſtis aliquot cod.& occubat& ignarum.Vtrāq́ dictionem ſubdititiam priore abraſa lectione pſpicias.nōnulli,q & ingenio. & eruditione valēt codicum characteribus obſeruatis ſuſpicati ſunt.Ignarum.adulterinam eē dictionē,& ex duabus vnam effectam.Ac,ſi legeretur. vrbe paterna occubat hic.carum laurens habet ora mimanta,& ſententiam cādidiorem futuram,& elocutionem elegātem.Hic,quippe Paris de quo dictū,occubuiſſe,Seruius etiam agnoſcit.carū vero mimanta ipſi paridi,cui & æqualis.& comes fuerat. Sed enī nō ego hæc ita aſſeruerim,vt contra.Au.Gellij authoritatem ſtare velim.Quī præſertim apud Ouid.eandē huius nominis formam obſeruauerim,lib. Meta.vij.Iamq́ aderat Theſeus proles ignara parentis. Quod minus aduertentes interpretes,ignota.ibi legendum putauere. Sed enim quo minus omnia poſſimus aſſequi, id etiam facit

facit q̄d multa toto opere relicta ſunt impfecta, vel ipſo Virgilij, de ſe teſtimonio.Quare nō ego q̄cq́ ſuccēſerim cupiā: q nōnulla cōniuentib' oculis pterierit.℣tea quoq́ tā multa, q̄ in ſubſequenti quēti cōparatiōe perquiruť,ac velut ille canū. vbi vnū ex duodecim locis obſcuris,eſſe grammatici volunt.℣Et vaſto clamore laceſſunt.)In Oblongo codice magno:ſed plus eſt vaſto.

Venerat antiquis Coriti de finibus Acron
Graius homo, infectos linquēs profugus hymenęos.
Hunc vbi miſcentem longe media agmina vidit
Purpureum pennis,& pactæ coniugis oſtro:
Impaſtus ſtabula alta leo ceu ſępe peragrans
(Suadet enim veſana fames)ſi forte fugacem
Conſpexit capream,aut ſurgentē in cornua ceruū:
Gaudet hians immane:comaſq́ arrexit:& hęret
Viſceribus ſuper accūbens:lauit improba teter
Ora cruor.
Sic ruit in denſos alacer Mezentius hoſtes.
Sternitur infelix Acron,& calcibus atram
Tundit humum expirans,infractaq́ tela cruentat.
Atq́ idem fugientem haud eſt dignatus Oroden
Sternere:nec iacta cęcum dare cuſpide vulnus.
Obuius aduerſoq́ occurrit:ſeq́ viro vir
Contulit,haud furto melior,ſed fortibus armis.
Tum ſuper abiectum poſito pede nixus, & haſta.
Pars belli haud temnēda viris,iacet altus Orodes.
Conclamant ſocij lætum Pæana ſecuti. POE.
Ille aūt expirans.{Nō me quicūq́ es inulto, ORO.
Victor,nec longum lætabere:te quoq́ fata,
Proſpectant paria,atq́ eadem mox arua tenebis.
Ad quē ſubridens miſta Mezentius ira. POE.
Nūc morere:aſt de me diuū pr̄,atq́ hoīum rex ME.
Viderit:{Hoc dicens,eduxit corpore telum. PO.
Olli dura quies oculos,& ferreus vrget
Somnus:& in æternam clauduntur lumina noctē.
Cædicus Alcathoū obtruncat:Sacrator Hydaſpen:
Partheniumq́ Rapo,& prędurum viribus Orſen:
Meſſapus Cloniumq́,Lycaoniumq́ Ericaten:
Illum infrenis equi lapſu tellure iacentem:
Hunc peditem pedes,& Lycius proceſſerat Agis:
Quem tamen haud expers Valerus virtutis auitę
Deijcit:Atronium Salius:Saliumq́ Nealces
Inſignis iaculo,& longe fallente ſagitta.

SERVIVS.

℄Coriti de finibus.)Coritus eſt & ciuitas Tuſcię,& mons, & rex pater Dardani. Vñ nūc ad quoſuis pt referri ℣Graius homo)Oriūdo gdē Grec', ſed qui nūc de Tuſcia veniſſet ad bellū. ℣Miſcētē.) Perturbātē. ℣Purpureū pēnis)Bene galea ſicvt, Purpurei criſtis iuuenes,id eſt pulchri. ℣Veſana fames.) Alibi, Et male ſuada fames.℣Fugacē.) Velocē.℣Surgētē.) Creſcētē, cornib' eminētē.℣Comaſq́ arrexit.) Naturale enim eſt vt irati leones erigant iubas. ℣Lauit.)Ab eo q̄d eſt lauo lauis. nā hoc verbū & pmę eſt cōiugationis, & tertię, a qua nūc ait lauit. Itē Horatius,Lauit amne crines. Item,Neq́ dulci mala vino lauere. ℣Infracta.) Aut valde fracta, aut re vera infracta. ℣Oroden.) Iſtum Oroden virum fortē intelligimus in fugam neceſſitate conuerſum. Nam ipſe paulopoſt dicturus eſt ad hortandos ſocios. Pars belli haud temnenda viri,iacet altus Orodes.℣Furto.) Inſidijs. ℣Haud temnēda viri.) Aſper viris legit.℣Altus.) Magnus,vt, Sic pater ille deū faciat, ſic altus Apollo.℣Pæana ſecuti.)Pæan proprie Apollinis laus eſt:ſed abuſiue etiam aliorum dicitur,vnde Pindarus opus ſuū, quod & hominum& deorū laudes cōtinet, Pęanas vocauit.℣Nec lōgū lętabere.)Duo dixit:nec diu lætaberis,nec me idefenſo. Homeri autem more morieti dedit ſcientiā futurorū: veluti Patroclum morietē Hectori mortem prædicere.

ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν,
οὔ θην οὐδ' αὐτὸς δηρὸν βέῃ, ἀλλά τοι ἤδη,
ἄγχι παρέστηκε θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή,
χερσὶ δαμέντ' Ἀχιλῆος ἀμύμονος Αἰακίδαο.

Et Hectorem Achilli.

φράζεο νῦν μή τοί τι θεῶν μήνιμα γένωμαι
ἤματι τῷ ὅτε κέν σε Πάρις καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων
ἐσθλὸν ἐόντ' ὀλέσωσιν ἐνὶ Σκαιῇσι πύλῃσιν.

℣Longum.)Pro longe,nomē pro aduerbio poſuit. ℣Subridēs.) Per iracundiam ridēs loquitur. Vnde & illud per irriſionē dictū accipitur.℣Aſt de me diuū pater,atq́ hominum rex Viderit.) Id eſt viderit vtrum Mezentio poſſit nocere ille, quem vos deorū & hominum creditis eſſe rectorem.℣Eduxit corpore telū.) Quo facilius poſſet perire.Lucanus,Nō eget ingeſtis,ſed auulſis pectore telis.℣Dura quies.)Blande,contraria:ſic dictum eſt & ſomnus ferreus.Eſt autem Homeri comparatio.

ὣς ὁ μὲν αὖθι πεσὼν κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον.

℣Cædicus Alcathoum.) In hoc loco eſt confuſio in aliquibus nominibus. nam quis ſit Troianus, quis Rutulus, ignoratur. ℣Rapo.)Rapon diciť ſicut Tarchon. ſed metri cauſa detraxit n, vt poſſit Synalœpha fieri:ſicut ſupra,Haud procul hinc Tarcho. ℣Infrænis equi.) Caſu equi aſperrimi, qui frænorum ſperneret regimen. Infrænos autem etiam homines dicimus: vt, Hinc Numidę infręni cingunt. Dicimus autem & infręnis,& infrę-nus: ſicut inermis & inermus. ℣Proceſſerat agis.) Cōtra ſ.Meſſapū dimicaturus:q̄d nequit efficere. nā a Valero antequā ad Meſſapū pueniret,occiſus eſt.℣Haud expers.) Nō ignarus virtutis parentū. ℣Iaculo, & lōge fallente ſagitta.) Iactu longe fallentis ſagittæ, nam ἓν διὰ δυοῖν dixit. vt, Hamis auroq́ trilicem. Itē, Molemq́ & montes.

DONATVS.

℄Venerat antiqs.) Nihil horū ad bellorum pertinet cām: ſed,vt ſępe iam dictū eſt, reficiendo lectori proficiunt. vel ne deturpeť dictio, ſi puris ac ſolis nominibus comparať. Iſte igitur quādo bellandi ducebatur affectu,vt Gręc' ſe veteribus hoſtibus iūgeret, magiſq́ intētus eſſet in prælium q̄ in nuptias nouas. ℣Hunc vbi miſcētem.)Etiam parabolæ propter ornatū dictiōis interponunť, ne horreſcat totū ſi nomina ſola iūgātur, cum igitur Græcū iſtum lōge conſpexiſſet Mezēti', adigit cauſam,quę fecerat, vt longi' appareret. habuit inquit purpureas pēnas,& vxoris veſte perindeq́ fœminea cōſpicuus fuit:cū in talibus inertia potiusq́ virtus oſtēdatur. mox in eum irruit Mezētius auiditate tanta, quāta eſuriens leo in ceruū aut capream ferť.in duo.ſ.animalium genera, q̄ nec pugnare ſciūt, nec habēt aliam in reſiſtēdo virtutē. cætera ad pompā deſcriptiōis ptinent,vt leonis auiditas oſtēdatur,qui tūc gaudet, cū eius ora copia nimia cruoris horreſcūt:licet illi' cauſa, q veſte ac pēnis cōſpicu' fuit, Mezentius aduolaſſet.tū cū per acies ad eū puenire potuiſſet, multos ex ea occaſione proſtrauit.℣Sternitur infelix Acron.)Bene dixit,infelix, vtpote q derelictz ocioſaq́ deliciarū parte perrexit ad certamen martium, quod implere non poterat.& inde infelix,qui nec nuptijs nouę cōiugis potiri potuit,nec ſalute.℣Et calcibus atrā Tundit hu.ex.) Expirās tūdebat calcibus terram.ſic.n.faciūt occiſi tundendo terram pedibus, dolorem monſtrantes,quem interim ſentiunt, cū alia rōne nō poſſint.ſanguine autē proprio tela infracta cruentabat.infracta nō fracta debemus accipere.alias enim infractum ſatis fractū ſolet ſignificare. ℣Atq́ idem.) Hoc eſt Mezentius. ℣Fugientem haud eſt di.)Nō dignum arbitratus eſt oroden ſternere fugiētē. quanta enim gloria eſſe potuit auerſum ferire? Nec iacta cæcū.) Aut nō videnti letale vulnus inferre? quid igitur fecit?℣Obuius, aduerſoq́ occurrit.)Vicit eius fugā,& ei aduerſus apparuit, qui pauloante poſterior fuit.℣Seq́ viro vir Contulit.) Virtute melior,q̄ furto,contulit manum,& aperto certamine ſuperauit eū, q ſe fugiētē ſperauerat euaſurū. ℣Tum ſuper abiectum.) Huius mors magnum ſuæ parti attulerat detrimentum:Perierat enim, in quo pars maxima victoriæ fuit, & per quem in magna pugnandi deſperatione pars aduerſa eſſe potuerat,& qui maiorem partem belli valeret implere, orodes, altus aliquando dicitur ſublimis, alti ſignificatio plenam tenet laudem. denique in laude vrbis Romæ exprimenda,cum nihil fortius poeta reperiſſet: ait,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ait,atq; altæ mœnia Romæ. Lætum autem clamorem socij dabât q; vir tantæ fortitudinis pede atq; hasta Mezentij premebatur.
¶ Ille autem expirans.) Qualiscunq; es,inquit,hoc est quâtumuis te arbitrare fortissimũ,mortis meæ nõ euades vltionem,nec erit longi temporis lætitia tua. nam te quoq; confestim videbũt ista arua prostratum.hoc ideo positũ est,cum dicantur diuinare morientes.deniq; expirantem ostendit hæc locutum,& eiusmodi dicta probauit exitus rerũ:quippe Æneæ manu mox interemptus occubuit.¶ Ad quem subridens mista Mezentius ira.) Mezẽtius, cum hęc audiuisset,iratꝰ est propter maledicta,& subrisit. quod proferebatur ab eo,qui suum videret interitũ. subridere nõ plenum ridentis affectum demonstrat.¶ Nunc morere.) Interim, inquit, tu morere.nec cures vlteriꝰ, qd mihi Iuppiter infensus præparet.¶ Hoc dicens,edu.cor. te.) Cum hoc diceret eduxit telum e corpore hostis,quo eius perfecerat necẽ.¶ Olli dura quies oculos.) Illius oculos ferreus somnus vrgebat,& quies sæua nõ ventura iterum,aut iterum recessura:sed quæ in ęternam noctem reduceret,quod penitus clauserat.¶ Cædicꝰ alchatoum ob.) Semel positum obtruncat,nõ semel accipiendum est,sed hoc modo,Cędicus alchatoum obtruncat,sacrator hidaspem obtruncat. Messapus clonium Lycaoniumq; ericatem obtrũcat:sed hoc fœditatis vitandæ causa prætermissum est, vt intelligatur potiusq; legẽs.
¶ Illum infrænis equi.) Diuersis modis hos dicit occisos,alterum quippe fuit pedestri cõgressu,alterum iacentem,cum esset infrænis equi dorso deiectꝰ.¶ Et lycius processerat.) Et hic dęcit & adsalium pertinet, & ad nealcem. Subnectit diuersitatem necis eorum.¶ Insidijs iaculo,) Insignis erat nealces,inquit, iaculo ac lagitta.

ASCENSIVS.

¶ Vene,an.&c.) Docet igit quã strage Mezentius edidit:& primũ mortem Acronis deinde Orodis, vnde nihil est Donati. ¶ Ordo est. Acrõ homo graius,i.Græcꝰ venerat de sedibus an.coriti.s.vnde Dardanus ortus venerat dicit profugus.i. patriam fugiẽs. Iin quẽs hymenęos.i.nuptias infectos.i.impfectos vbi.i. postq; Mezentius sup. vidit hũc miscentem,id est turbãtem media agmina existẽtem purpureũ.i.purpurei coloris aut purpuratũ.i. ornatũ pennis.s.cũ plumis & ostro,id est purpura cõiugis pactæ.i.despõsatæ, ipse Mezentius sup.ceu.i. veluti:leo impastus.i. famelicus: peragrans.i.circumiens sæpe stabula alta,ideo sępe eni pro qa, fames vesana.i. vesaniã pariens suadet.s.lupo.i.incitat lupũ:si sup. talis leo:conspexit forte capreã.i.caprã sylvestrem: fugacẽ id est assidue fugientẽ aut ceruũ.s.iuniorẽ iurgẽtẽ in cornua,idest cui cornua incipiũt surgere aut secũdũ cornua seu vt cornua crescẽtẽ, ipe hians immane.i.imaniter gaudet:& erexit.s.priꝰ,comas,& hæret.s.modo visceribus:super accumbens,i. accũbens quasi de sup:& cruor teter.i.immundus & dirus lauit,id est imbuit & polluit.ora improba.i.famelica improbe devorantia. Sic Mezẽtius ruit alacer in medios hostes. Acron infelix.s. quod cum tali congredi debebat sternicꝰ& expirans, id est emittẽs spiritũ tũdit calcibus.s.præ dolore & indignatione:humum atrã,i.perniciosam & inimicam,& cruẽtat tela infracta.i.quæ cadẽdo infregit,aut qg nunq; fregerat.Idem.s.Mezẽtius:haud.i. nõ dignatus est sternere Orodem fugiẽtem.i.quãdiu nõ pusillanimitate sed necessitate coactus fugeret:nec dignatus est dare vulnꝰ cæcũ,id est improuisum cuspide iacta.s.a tergo:sed ipe obuiꝰ occurrit & ipe vir cõtulit se viro aduerso,id est ex aduerso occurrenti,& nõ profugiẽti: existens haud.i.nõ melior.i. peritior furto,i.insidijs aut astu supple,cꝭ Orodes:sed armis fortibus.i. multa virtute agẽdis. Tum.i. deide postq; quia melior erat,eũ prostrauerat iple nixꝰ.i. innitẽs pede posito super abiectũ & innixus hasta posita super abiectũ.s. Orodem.inquit o viri ingens pars belli nõ tenenda.i. contemnẽda sed magni faciẽda nobis vnde spereris:quia Orodes altꝰ iacet .i.prostratus. Socq; secuti id est subsequẽtes & approbantes dictũ eius conclamant pæana,id est canticum laudis lætum id est in signum lætitiæ Autem pro sedille.s.Orodes expirans ingt:supple quicunq; es tu,non es victor me inulto,id est vltio fiet de morte mea in te:nec tu victor lætabere longum,id est per longũ tẽpus: nã paria facta.i. similes exitꝰ mortis prospectãt quoq;, id est etiã tetatq; tenebris mox eadẽ arua,i.prosterneris etiam in his aruis: ad quẽ Mezẽtius subridens ira mista, id est cũ amaritudine quadam:dixit supple tu morere nũc.q.d.mors tua tibi certa & ineuitabilis est:ast pater diuum atq; Rex hominũ,id est quem vos talẽ putatis(Ipse enim contemptor diuum id non censuit:aut si censuit fide:negauerat tamen factis) viderit de me.i.an mihi nocere possit quod tibi saltẽ negatum est. ipse dicens hoc eduxit telum corpore id est extraxit Quies dura & somnꝰ ferreus id est sopor mortis qui vt ferrum durus est vrget olli id est tũc illi;& lumina clauduntur in noctem æternã,Cædicus vir ille vt vero simile est Rapo parthenium,qui arcas videf & orsen prædurum id est valde durum viribus. Messapus.s. equorũ domitor obtrũcat & clonium & Lycaonium & Ericatem.obtruncat dicit illũ,scilicet primum emensus, quãtum satis hastæ.)Speciosa locutio. ¶ Voco.) Consecro, & dico. ¶ Prædonis corpore raptis.) Prędones sunt qui populãdã alienam inuadũt prouinciã. Alibi,Perfidus alta petens abrepta virgine prædo. ¶ Trophæum.) Dictum ἀπὸ τοῦ τρέπεσθαι, id est ab hostium conuersione. vnde q hostem fugasset, merebatur trophęũ qui autẽ occidisset,triumphũ ptunoq; susceptis hospitio. Hic venator imensi corporis fuit, qui quodam tẽpore Iasceptus a rege, cum vellet ei filiam vitiare,ille iratꝰ ei oculos sustulit. Cæcꝰ itaq; Orion cum consuleret quẽadmodũ oculos posset recipere, relpõsum est ei posse lumina restitui si per pelagꝰ ita cõtra Oriẽtem pergeret, vt loca luminã radijs solis semper offerret. Quod ille efficere ita potuit, nam cum audisset strepitum Cyclopum Ioui fulmina fabricantium, sono ad eos ductus, vnum de his humeris suis superposuit, & eo duce oraculi præcepta complenit.

SERVIS.

¶ Cędebãt.) Legitur & cedebãt.i.in terga vertebãt:secũdũ quod Ruebãt, insequebãtur significat. Si autem cædebant, id est occidebãt: Ruebant, est cadebant.¶ Irã miseratur inanẽ:) Generaliter dicit omnem iram bellicam. vbi enim tam inanis iracundia est, quam in bello, vbi vt pereamus irascimur?¶ Pallida Tisiphone.) Non ipsa dea,sed effectꝰ furiæ hoc est insania.¶ Orion, Cum pedes incedit medij per maxima Nerei Stagna. (Orion(vt etiã in primo dixim⁹) Oenopionis regis filius fuit, & concessus a Ioue, Mercurio, Neptunoq;

Iam grauis æquabat luctus,& mutua Mauors
Funera:cedebant pariter,pariterq; ruebant
Victores, victiq;,neq; his fuga nota, nec illis.
Dij Iouis in tectis iram miserantur inanem
Amborum:& tantos mortalibus esse labores.
Hinc Venus,hinc contra spectat saturnia Iuno.
Pallida Tisiphone media inter millia sæuit.
At vero ingentem quatiens Mezentius hastam
Turbidus ingreditur campo:cꝭ magnus Orion,
Cum pedes incedit medij per maxima Nerei
Stagna viam scindens:humero supereminet vndas:
Aut summis referens annosam montibus ornum,
Ingreditur q; solo:& caput inter nubila condit.
Talis se vastis infert Mezentius armis.

pleuit. Non autem incõgrue fingitur ire potuisse p mediũ pelagus, quasi filiꝰ pro parte Neptuni. Hęc autẽ comparatio pertinet ad solã corporis proceritatẽ. ¶ Nerei stagna.) Epitheto eleuauit Tapinosim more suo. ¶ Imperterritus.) Prima est compositio, non secunda, nam hoc est pterritus, quod & territus: & tũc est vera compositio cum sermonis natura corrumpitur. ¶ Spatium emensus, quãtum satis hastæ.)Speciosa locutio. ¶ Voco.) Consecro, & dico. ¶ Prædonis corpore raptis.) Prędones sunt qui populãdã alienam inuadũt prouinciã. Alibi,Perfidus alta petens abrepta virgine prædo. ¶ Trophæum.) Dictum ἀπὸ τοῦ τρέπεσθαι, id est ab hostium conuersione. vnde q hostem fugasset, merebatur trophęũ qui autẽ occidisset,triumphũ

Huic contra Aeneas,speculatus in agmine longo,
Obuius ire parat:manet imperterritus ille,
Hostem magnanimum opperiens:& mole sua stat:
Atq; oculis spatium emensus,quantum satis hastæ.
Dextra mihi deus,& telum quod missile libro, ME.
Nunc adsint: voueo prędonis corpore raptis
Indutum spolijs,ipsum te Lause tropheum
Aeneæ:-ꝯdixit,stridentemq; eminus hastam POE.
Iecit:at illa volans clypeo est excussa:proculq;
Egregium Anthorem latus inter,& ilia figit:
Herculis Anthorem comitem:qui missus ab Argis
Hæserat Euandro:atq; Italа conlederat vrbe.
Sternitur infelix alieno vulnere:cœlumq;
Aspicit:& dulceis moriens reminiscitur Argos.
Tum pius Aeneas hastam iacit:illa per orbem
Aere cauum triplici,per linea terga,tribusq;
Transiit intextum tauris opus:imaq; sedit
Inguine:sed vires haud pertulit:ocyus ensem
Aeneas,viso Tyrrheni sanguine,lætus
Eripit à femore: & trepidanti feruidus instat.

Virg.

ἀπὸ τοῦ θριαμβεύειν, id est ab exultatione. Sciendum sane Lauso propriam ideo nihil,p fuisse pietatem, quod in eum pater mente sacrilega munera transferebat deorum, & ei occisorũ spolia deuouebat. ¶ Anthorem.) Erit nominatiuus hic Anthores,quomodo Diores. nam si Anthor fuerit noiatiuus, metri ratio non,pcedit,oia.n.Græca nomina in or terminata,in obliquis casi bꝰ corripiũt o. vt Hector Hectoris, Nestor Nestoris, Castor Castoris. ¶ Alieno vulnere.) Telo, qđ in Æneã fuerat destinatũ. ¶ Cœlũq; aspicit.) Vt, Alto quæsiuit cœlo lucẽ. Item, Hausit cœlum, mentemq; recepit. Naturaliter eni morientes cupiũt fatiari vltimo lucis aspectu. ¶ Dulceis moriẽs reminiscitur argos.) Inter physica signa morituro rum,ẽt hoc legiꝭ patriæ aspectum

ctum desiderare perituros.¶ Linea terga.) Lino enim tegebant scuta, vt posset inhærere pictura.¶ Ima hasta.) Hypallage, pro in imo inguine.¶ A femine.) Vt etiam, supra diximus, secũdum Caprum erit nominatiuus hoc femen: licet nusquã lectũ sit, vt etiã ipse commemorat.

DONATVS.

¶ Iam grauis equabat luctus,) Luct⁹ & funera iam grauis mare & greuis exitus dimicationis equabat. Paria quippe detriméta vtriusq; partis extabãt dicit iam quomodo equalia.¶ Cedebant pariter.) Cum ex vtraq; parte caderent viri, & alternis vincerent atq; alternis vincerẽtur nullus vertebat in fugam & auerti non nouerat; tanta cupiditas obtinendi in partibus fuit.¶ Dij Iouis in tectis.) Hoc est in cœlo positi.¶ Iram miserantur ina. Ambo.) Dij de superna parte hęc cernentes miseratione ducebãtur, & dolebant sic tantos errare, vt propter inanem causam iracundię cateruatim caderẽt tales ac tam multi, & ad mortem licet natos vi potius interire q̃ lege.¶ Hinc venus.) Strages tãtę erant sub oculis veneris & iunonis, quę partium studijs ducebãtur, tisiphone autem furia illis de summo spectãtibus inter virorum discordãtium millia sęuiebat, pallidã dixit, q̃ pallidos faciat, quos furore cõmouerit, aut ipsam vere pallidam, in qua inesset perpetuus furor.¶ At vero ingentem qua. Mezen. hastam.) Mezentius ingentem hastam turbidus cõmouebat in campo ambulans. Parabola immittitur, vt ostẽdatur, quomodo turbid⁹ ambulat in cãpo.¶ Quam magnus orion.) Quia magnus est, inquit, orion cum per medium mare ipse facit viam, & ambulãs humeris suis vndas excedit.¶ Aut summis efferens anno. monti.or.) Aut si per terras ire maluerit, annosam perindeq; ingẽtẽ ornum arborum summis e montibus referẽs, caput habet in nubes vsq; porrectum.¶ Talis se vastis.) Sic ibat Mezentius cum armis ingentibus.¶ Cui contra Æneas.) Contra hunc Æneas parabat ire obuius, cum eum longe vidisset multitudini permistum.

¶ Manet imperterritus.) Mezentius autem, cum videret Æneam magno animo venientem manebat imperterritus & virtute sua confisus, stabat.¶ Atq; oculis spatium emen.) Atq; ita ęstimato oculis spatio, quo in corp⁹ hostis puenire hasta potuerat.) Dextra, inquit, mihi deus,) Quia omnibus locis cõtemptor diuũ dictus est, perseuerat in eo, nec dum aliquẽ rogat asserẽs sibi nullum esse necessarium, vbi esset dextera sua, & hasta, quã gerebat qua iam multos occiderat. Cõtrarium est huic, omnes deos imbellibus prodesse non posse si sua virtute non fidant. Iste hoc videtur dixisse, deus mihi est dextra mea, cur alterius adminiculũ quęram? deus mihi est telũ meũ, quo possum inimici sanguinem fundere, cur aliquẽ rogem? sunt alij supplices, qui nõ habẽt proprium, quo tuti esse in periculis possint, & hostẽ superare certando.¶ Voueo predonis cor. rap.) Solẽt viri fortes, cum aliquem virum memorabilem fundunt, dijs aliquibus & marti vel maxime trophęa muneris & glorię causa conferre. & cum id faciũt deligere arboris trũcum, eiq; occisi arma suspendere, vt tãtum armati hominis speciem mentiantur. Mezentius, qui deos suos dixit esse hastam & dextram suam, atq; omnes semper & vbique contempsit, cui se collaturum spondet, quę se sperabat Æneę superato posse detrahere: tropheum, ait te faciam lause, induam te spolijs, quę Æneæ rapuero, & ad vicem inanis numinis tibi cõsecrabo melius, quicquid dederit hostis occisus.¶ Dixit, strid.q; emi.ha.ie.) Vbi hæc dixit, stridentem hastam eminus iecit? qd ait eminus, ostendit metuentẽ. nullus enim ex lõginquo iacit telum, nisi qui cũ hoste congredi cominus timet.¶ At illa volans clypeo.) Missa hasta dũ volat obiectu clypei occurrentis excussa est: & quę Æneam perimere nõ potuit, in authoris corpus, cũ is proximus staret, excussa peruenit, atq; eũ iter ilia & lat⁹ vulnere letali confixit. dicit autem, quis fuerit Anthor, & vnde, & cui⁹ meriti.¶ Herculis Anthorem co.) Anthor est, qui merito virtutis fuisset Herculis comes missus ab argis ad Euãdrum & amicitiam cũ eo iunxerat, & in vrbe Itala esse maluerat, q̃ ad suos reditum procurare.¶ Sternitur infelix alie. vulne.) Huius exitum poeta non inaniter gemuit. nõ enim vir tãtus in cõgressione ceciderat, quod optabile est magis. Sternit, inqt, infelix. vnde infelix? quia alieno vulnere fuerat stratus.¶ Cœlumq; aspicit.) Quasi inimicũ morte sua deorũ iudicij reprehendens.¶ Et dulcem moriẽs reminiscit argos.) Veniebãt argi in mẽtẽ moriẽti quasi hoc vel alio genere apud suos nõ eẽt moriturus, si remeasset, aut a suis in totũ non recessisset.¶ Tũ pius Æne. ha. ta.) Si pium hoc loco misericordẽ voluerimus accipere, cũ nõ pro eo positũ reperiet, qd poetę faciemus omnia circũspecte ordinanti? Quomodo ait, pius, q hominem q̃uis inimicũ volebat occidere? piorũ enim officiũ est execrari hominis necẽ, & misereri potius, cũ seueritatem rãtio temporis flagitat. cõsiderata igit Mezentij persona cõtemptoris diuũ, & eius q frustra hastã miserat, vtpote q nullo numine iuuabat: poterimus scire, qua rõne hoc loco Æneã dixerit piũ, q sitiebat hominis necem & eius sanguinẽ volebat effundere accipiamus Æneã piũ officiosum in sacris deorũ omniũ antistitẽ numinũq; cultorem. Et hoc exemplo discam⁹, qd sacrilegi & qd religiosi mereamur. Sternit, vt infra positũ sit, cõtemptor diuũ, & deoꝝ cultor abscedit de congressione superior, spoliaq; rapta Mezentio cõsecrat marti, q colebat deos & interijt, q pro deo habuit dextrã & hastam suam, & improuid⁹ spolia promiserat filio. hoc ita esse & piũ religiosum illuc cõplet exemplũ secũdo condito libro, Ait enim impius ex quo titides sed enim scelerũq; inuẽtor vlysses Fatale ingressi sacrato auellere tẽplo Palladium cęsis summę custodibus arcis Corripuere sacram effigiẽ, manibusq; cruentis Virgineas ausi diuæ contingere vittas. Item in octauo. Quam pius Æneas tibi enim tibi maxima Iuno Mactat sacra ferens. ecce ostẽdimus piũ religionis cõtemplatione dictũ Si enim impij dicti sunt, q in deos tam nefanda cõmiserant, merito pij appellandi sunt, q integro ritu deorũ cultus obseruant.¶ Tũ pi⁹ Æneas.) Hoc est triplici ęre firmatũ.¶ Per linea terga.) Accipiũt enim scuta lineã texturam, cũ fiunt.¶ Tribusq; transijt in tex. tau. op.) Transijt, ingt, & opus roboratũ tribus corijs taurorũ.¶ Imaq; sedit ingui.) Peruenitq; ima pars ferri ad inguinem, seditq; illic consumpto impetu.¶ Sed vires ha. pertu.) Nec vires plenas pertulit, sicuti firmitate impedita. & licet necem hominis impedire nequisset, vulnus tamen intulit tale, quod debilem redderet.¶ Ocyus ensem Æneas niso tyr. san. lęt. Eripit a femi.) Æneas lętus effectus, cum hostis sanguinem vidisset, eduxit gladium, & animo feruenti insistebat, vt vũlnerati plenam perficeret necem.

ASCENSIVS.

¶ Iam gratia. &c.) Recitat post mortem dubium Æneæ & Mezentij, concursum eiusdẽ Mezentij vulnus: vnde quia nihil putat Donatus argutiarum attulisse: ¶ Ordo est. Mauors, id est mars: grauis, id est durus vtrisq; equabat iam luctus & funera mutua. i. mutuo illata ipsi cedebant. i. occidebant pariter. i. pariformiter ab vtraq; parte: & ruebant. i. cadebãt pariter (Melius est propter antithesim dicere cadebant quam cedebant etiam quia dicturus est neq; his fuga nota neq; illis: quæ si cessissent nota fuisset) ruebant dicti victores. s. prius & victi neq; fuga est nota his. i. vnius partis viris, neq; illis. i. alterius. dij miserantur. i. cum miseratione aspiciunt in tectis Iouis. i. in cœlo existentes: aut in aere summo iram. s. mortalium inanem. i. nihil contra fatorum seriem profuturam: amborum populorum & miserantur tantos labores esse mortalibus, Ven⁹ spectat hinc, id est ex vna parte. s. Troianos versus, & Iuno Saturnia. i. Saturni filia spectat contra. i. econtrario. hinc. i. ex opposita pte Tisiphone. i. furia ifernalis. hoc est furor bellic⁹, & insania mentiũ pallida. i. pallorẽ inducẽs sęuit. i. grassatur inter media millia. s. pugnantiũ. At vero. i. sed ad verũ aut pcipue. Mezẽtius quatiens ingentẽ hastã: ingredit campo. i. per campũ existẽs turbidus sup. tam magnus. q̃ magnus Orion venator, ille maximus cũ incedit pedes. i. pedester p maxima stagna. i. stagnãtes gurgites, nerei. i. maris medijs scidẽs. i. iterscãs viam & supereminet humero vndas. s. maris aut q̃ magnus sup. incedit referẽs. i. reportãs montibus summis ornũ. i. talẽ arborẽ annosam. i. vetustam & annis plenã: & cũ ipse ingredit solo. i. super terrã: & cõdit. i. abscõdit caput inter nubila. i. nubes. Talis infert se Mezẽtius sup. cũ armis vastis. i. valde amplis Æneas cõtra i. ecõtrario: speculatus sup. ipsum in lõgo agmine: parat ire obuius huic. s. Mezẽtio ille. s. Mezentius manet imperterritus. i. minime perterritus opperiẽs. i. expectãs hostẽ magnanimũ. s. Æneã virib⁹ suis innitẽs & cõfisus & stat. i. cõsistit: sua mole. i. quasi illis terrorẽ incussurus, ac emẽsus oculis spatiũ sup. tantum quãtum sup. sit hastę inquit sup. dextra & telũ missile: q̃ ego libro. i. cõcutio nũc: sint mihi deus. i. loco numinis: nõ ego diuinũ auxiliũ implorat: sed in suis viribus spem ponit: ego voueo. i. cõsecro & dedico teipsum o Lause (q filius eius erat) tropheũ. i. cõuersi & victi hostis isigne. idutũ spolijs raptis sup. de corpore predonis. s. Ænee alienã terram inuadẽtis, dixit. s. Mezẽtius. i. perfecerat votũ & iecit eminus. i. e manu hoc est de lõge hastã stridẽtẽ. s. ex celeri motu at. i. sed illa. s. hasta volans est excussa clypeo. s. Æneę a Vulcano fabricato: & figit. i. trãsfigit pcul. s. stantẽ Anthorẽ. i. argiuum illũ: egregium. i. excellentẽ virum fixit dico: inter latus & illa: Anthorẽ dicit comitẽ Herculis qui missus ab argis ciuitate in pelopõnesso hęserat. i. adhęserat Euãdro: atq; confederat. i. simul

mul sedẽ & habitationem acceperat: in vrbe Itala. s. Pallantea vbi postea Roma dr extructa. ipse Anthores ifelix sternit vulnere. i. telo alieno. i. quod alteri putatũ est inferri: & aspicit cœlũ & moriens reminiscitur argos. i. patriã suam dulces (In singulari dicit hoc argos in plurali hi argi) tũ. i. deinde Æneas pi⁹. s. ppetuo epitheto: nã locale nõ est, iacit hastã illa. s. trãsijt per orbẽ. s. clypei cauum. i. cõcauũ triplici ęre. s. confectũ: & per terga linea. i. lino tecta scuta: & per opus intextum trib⁹ tauris. i. triũ taurorũ tergoribus: & ipsa ima. i. ad imũ deducta sedit. i. mansit herens inguine. i. ad inguen: sed haud pertulit. i. non superauit vires. s. armoꝝ & corporis, Æneas lęt⁹ sanguine Tyrrheni. s. Mezẽtij viso: eripit ocyus ensem a femore. i. qui ad femur pendebat (Seruius a femine legit sed puto primã longã) & ipse feruidus instat trepidãti. s. Mezentio ex violento impetu Æneæ.

PIERIVS.

¶ Fuga nota, nec illis. (In ant. neq;, quod repetitũ venustius vr.¶ Telũ quod missile libro.) In Oblongo vibro. Sed. n. hęc dictio sępe cõfusa alijs ẽt locis, reperit.¶ Egregiũ Anthorẽ.) Sunt q nomini adspirationẽ addãt, In Romano tñ codice & quibusdã alijs antiquis absq; aspiratione notat. Nonulli etiã anctorem scribũt, c, litera superflua. Quãuis ita etiã sit in Capri codicibus de Elegãtijs, vbi procul & lõge, & prope significare dixit. Inepte vero quidã & hic & ibi auctorem scripsere. Inuersa, n, litera. Citat porro Prob⁹ locũ, Herculis Antorẽ comitẽ. Vbi nomẽ Antores ita declinari dicit vt Diores.¶ Illa per orbẽ Aere cauũ triplici, p linea terga, tribusq; trãsit intextũ tauris op⁹: missum facio: aere cauo.) In Roma. codi. non. n. ita placet vt cauũ. Illud non pręterierim, vbi, per linea terga: in alijs codicib⁹ habetur. In Romano ter linea terga legi, quod maxime placet. Sũt etiã codices: in quibus nõ linea sed lignea legit. Vbi superi⁹ de Sulmonis scuto Trãsfixo a Niso, dictum est. Fisso transit pręcordia ligno. Scuta enim viminũ textu, vel bracteolis ligneis primũ contexũtur, mox tergorib⁹ superinductis, laminis etiã ęris vel auro vel argento muniuntur.¶ Eripit a femore.) In Mediceo & antiquis alijs exemplaribus, A femine legit, & femẽ nominatiuũ agnoscit Seruius ex Capro: & ita legendũ esse grammatici veteres asseuerant, C. Iulius Romanus Tibullũ citat qui femini dixerit eo versu. Implicuitq; femur femini, nõ femori: quasi sit hoc femẽ huius feminis. Femen enĩ nominatiuo vt semẽ nondũ legimus (ait is) a veteribus adsertũ. Sane vero & Sosipater hoc Virgiliano versu, femine, agnoscit: cuius hęc sunt verba. Hoc femur huius femoris. Sed frequẽtius huius feminis huic femini dictum, & femina q̃ femora. Ideo Tibullus hoc ipsum erudite custodit: cũ dicit, Implicuitq; femur femini. & Virgilius eripit a femine.

Ingemuit chari grauiter genitoris amore:
Vt vidit, Lausus: lachrymæq; per ora volutę.
Hic mortis duræ casum, tuaq; optima facta,
Siqua fidem tanto est operi latura vetustas:
Non equidem, nec te iuuenis memorande silebo.
Ille pedem referens, & inutilis, inq; ligatus
Cedebat: clypeoq; inimicum hastile trahebat:
Proripuit iuuenis, seseq; immiscuit armis:
Iamq; assurgentis dextræ, plagamq; ferentis
Aeneæ subijt mucronem: ipsumq; morando
Sustinuit: socij magno clamore sequuntur:
Dum genitor nati parma protectus abiret:
Telaq; conijciunt: proturbantq; eminus hostem
Missilibus: furit Aeneas: tectusq; tenet se.
Ac velut effusa siquando grandine nimbi
Pręcipitant: omnis campis diffugit arator:
Omnis & agricola: & tuta latet arce viator,
Aut amnis ripis, aut alti fornice saxi:
Dum pluit in terris: vt possit sole reducto
Exercere diem, sic obrutus vndiq; telis
Aeneas, nubem belli dum detinet: omneis
Sustinet: & Lausum increpitat: Lausoq; minatur.
Quo moriture ruis? maioraq; viribus audes? ÆN.
Fallit te incautũ pietas tua. Nec minus ille PO.
Exultat demens: sæuæ iamq; altius iræ
Dardanio surgunt ductori: extremaq; Lauso
Parcæ fila legunt: validum nanq; exigit ensem
Per medium Aeneas iuuenem: totumq; recondit.
Transilit & parmam mucro, leuia arma minacis,
Et tunicam, molli mater quam neuerat auro:
Impleuitq; sinum sanguis: tum vita per auras
Concessit mœsta ad manes: corpusq; reliquit.

SERVIVS.

¶ Lachrymęq; per ora volutę.) Nõ viri fortis, sed filij est cõsiderata persona.¶ Optima facta.) Alij legunt optime.¶ Hic.) In hoc loco, vel bello. nam aduerbium est.¶ Siqua fidem tanto est operi.) Tanto operi, non de suis carminib⁹ dicit: (nec eni sibi arrogaret) sed tãto operi, id est pietati & virtuti tuę: nã hic est sensus, Ego quidẽ facta tua o Lause & mortẽ ex pietate venientẽ nõ silebo: si tamẽ crederet vetustas ex scelerato hoie pium filium procreatum fuisse.¶ Inq; ligatus.) Pro illigatus: & est Tmesis cum Hysterologia.¶ Inimicũ hastile.) Cuiusdam quasi picturę põpa describitur.¶ Iamq; assurgentis dextrę.) Iamq; subijt mucronẽ Ænee dextrę assurgentis, ad plagã ferentis.¶ Morando sustinuit.) Moram inijciẽdo ei⁹ impetum lusit.¶ Dũ genitor nati parma.) De historia est. nam Scipio Africanus cũ esset annorum vix decem & septẽ patrem suũ defendit in bello, nec cessit viginti septẽ cõfossus vulneribus.¶ Pręcipitãt.) Pręcipitantur.¶ Dum pluit.) Hic distinguendũ. Nam si iũxeris.¶ Dum pluit in terris,) erit Archaismos, debuit enim dicere in terras, tamẽ sciendũ est Hemistichiũ Lucretij hoc esse, quod ita, vt iuenit Virgilius, trãstulit.¶ Exercere diẽ.) Hypallage est, pro ipsi per diẽ exerceri.¶ Nubem belli dũ detinet.) Bellantũ impetum sustinet donec deferueat.¶ Et bene translationẽ fecit a vicina cõparatione. ¶ Fallit te incautũ pietas tua.) Quod credis idcirco me pium tibi veniã posse cõcedere: quia & ipse pietatis intuitu dimicas pro patris salute. Tua autẽ pietas, prudẽter est additum: quasi non a parente descendens.¶ Fila legunt.) Proprium fuerat Rũpunt: tamen Legunt, est aut transeunt, aut colligũt, vt, Littoraq; Epiri legimus.¶ Exigit ensem per medium.) Poetica descriptio est. nam re vera fieri non potuit, vt gladius & transiret per corpus iuuenis, & abscõderetur in corpore iuuenis. nam exigit ensem, est ex eo agit trãs corp⁹.¶ Parmam.) Id est leuia arma, nõ clypeum.¶ Minacis) autẽ non Lausi. nõ. n. ipse minatus fuerat. Ergo ordo est, Mucro minacis, Ænee. s.¶ Vitã per auras Concessit mœsta ad manes.) Id est anima. Et abusiue dictũ est. nã ad inferos simulachrum pergit, non anima.

DONATVS.

¶ Ingemuit chari graui. geni. amo. Vt vi. lau.) Huius casũ lausus igemuit. tetigit. n. eũ patern⁹ dolor. & qd mœstitię interi⁹ gereret vberrimis lachrymis: dicauit. videbat. n. quid paterno corpori iã esset inflictum, & quid perficiendę necis eius causa hostis acerrimus prępararet.¶ Hic mortis durę casum.) Duram mortẽ ad ętatem retulit, adolescẽtis facta vero deputauit laudi, cũ in defensiõe patris occubuit. & quia tale exemplum trãsire ad posteros debuit, ait poeta. nõ silebo facta tua, memorande iuuenis, cõfido enim & futurum in laude maxima, si libri mei habuerit fidẽ.¶ Ille pedem referens.) Cum se Mezẽtius cõsideraret debilẽ redditum, atq; ex eo vltimã sibi superesse fortunã, referre pedẽ nitebatur, & nexib⁹ vulneris in pedib⁹ paulati cedere. prudenter autẽ faciebat, ne auersus nudaret terga, sed retrorsum sedẽs pręsens vitaret exitiũ, trahebat interea infixã hastã clypeo, nec carere ea poterat, quã sẽserat inimicã.¶ Proripuit iuuenis.) Sese his accipiẽdum, vt sit, poripuit iuuenis, se seq; immiscuit armis. Quod qa duplicare odiosum fuit, vt superiori simul inferioriq; seruiret.¶ Iamque assurgentis dextrę plagamq; ferentis Ænee subijt mucronẽ.) Exposuit, quod dixit, proripuit iuuenis sese. Iam Æneas paratus fuerat, vt periret. deniq; iã leuauerat dextram, & ferisset, ni ille celerius ictum venientẽ pręuidens patris corpus iugulumq; texisset.¶ Socij magno clam. seq.) Egregium factum si in secuti socij clamoribus missilibusq; hostem terrebant expellẽtes procul ei⁹ accessum donec subtraheret, qui ex cã vulneris sau

Universidad de Deusto Biblioteca

luti suę nō valebat aſſiſtere. ❡ Vrit Æneas, tectuſq; te. ſe.) Quid.n. facere potuiſſet tot obſidētibus, niſi aduerſus multitudinis vim ſeſe ꝓtegere: Furebat tñ, ꝗ plenam de tanto hoſte victoriā reportare non poterat. ❡ Ac velut effuſa.) Quemadmodum cum e nubibus grandinis nimbi, funduntur, cedunt campis aratores & agricolæ, & contra maiorem vim arte ſibi viator conſulit. dicit iā artis ipſius induſtriā. ❡ Aut amnis ripis.) In lateribus quippe amniū inueniuntur loca, quæ hominem tegant, aut exeſorum laterum receptaculis. ❡ Aut alti for. ſa.) Hoc eſt aut ſuffugiū ſaxei fornicis vitat, qđ aliter nō poteſt tolerare. Fornices dicunť curuaturæ, quæ arcus aut cameras faciunt, ſiue ſint naturales, ſiue hominum manu perfectæ. ❡ Dū pluit in terris.) Hunc locum, cum pronunciamus, ibi morā facere debemus, vbi dixit, dum pluit, & ſic addere in terris, vt poſſit ſole reducto exercere diem, vt ruſticus vel viator fugiēs grandinē tandiu ſe abſcōdat, quandiu pluit, reducto vero ſole exeat de laterib⁹, & in terris exerceat diē. ſ. vt operē. ruſticus, & viator reliquum itineris, aggrediatur, ac repetat. Cæterum ſi ita pronūciamus, vt pluit in terris, velimus eē, fiet vitiū non poetæ ſed male pronunciantis. pluit enim in terras dicimus, nō pluit in terris. ❡ Sic obrutus vn. te. Æne.) Sic, inqt, ſe Æneas tuebatur aduerſus nubem belli, quia i parabola grādinē infra poſuit. quæ non exiſtit niſi cōtractis vndiq; nubibus. Iccirco eadem, & nubē belli dixit, & detinet, & Lauſum increpitat, omnē vim telorū cum depelleret, nihilominus increpat lauſum, hoc eſt frequētibus vocib⁹ arguebat, & tēdebat minas his verbis. ❡ Quo moriture ruis?) Bñ, inquit, pro patris ſalute ſuccederes, ſi mecū æquo marte certare potuiſſes, non victurus ſed moriturus ruis in prelium. audes quod implere nō potes: extremæ demētię eſt, dum cupis egregij filij probare pietatem, ſic & ipſa eadem incautum & improuidā deceptura eſt. hoc eſt quod ait. ❡ Fallit te incau. pie. tua.) Traductus errore demētię, dum Æneam metu duci imprudēter exiſtimat, exultare potius maluit ſaluti ſuæ magis & vitæ contrarius. ❡ Sæuæ iamq; altius iræ Dar. ſur. du.) Supra dixit, furit Æneas, tectuſq; tenet ſe. habuit ergo iracundiam, qđ Mezentij necem non ſinebat implere. ſed cū lauſus inſultaret elatus dementia, ita ſuperior cumulata eſt. ❡ Conuenerant aūt duo, iræ Æneæ ſæuientis, & imminens terminus Lauſi. ❡ Validum nāque exigit enſem.) Expreſſit irati percuſſoris mentē, & facilitatē cædis oſtendit. nam qui potuit adire medium, ꝗ opportunū habuit, quem feriret. q vero totum gladium cōdidit, ꝗtum fuerat ira creſcente commotus? ❡ Tranſijt & parmam mucro.) Tranſijt, non ſemel accipiendum eſt, vt ſit tranſijt parmam, trāſijt leuia arma, non ſolida, propter ætatem minacis, quaſi ad terrorē cōpoſiti: & tunicæ commemorationem facit, vt oſtenderet pulchre potius veſtitum ꝗ armis fortioribus tutum. deniq; non ſcutū habuit, ſed parmam. non loricā ſed auro claram veſtem neuerat, inquit, non fecerat, quod primo fit ante texturam. hoc poſuit, vt ꝑfectā ſpeciem demonſtraret. quomodo enim poſſet in vſum venire hominis, niſi neuiſſent aurum & texuiſſent: deſcriptiōe peracta, percuſſi ſubnectit & morientis imaginem. ❡ Impleuitque ſinum ſan.) Quia medium iuuenem dixit eſſe percuſſum, hoc eſt ſupra cingulum, addit eius ſanguinem ſinum morientis impleſſe. ❡ Tum vita per auras Conceſſit.) Vnde ait ſanguis effuſus eſt, receſſit e vita.

Fornices

ASCENSIVS.

❡ Ingemuit chari, &c.) Priuſquam mortem Mezentij inferat pręmittit mortem Lauſi, quem quia allocutus eſt Mezentius ꝑſentē fuiſſe conſtat, vnde vero ſimile eſt laudatū in vbiq; iuuenem patri ſuccurrere conatum, quam rem hoc loco deſcribit Poeta. At cum nihil approbatum ſit Donati. ❡ Ordo eſt. Lauſus. ſ. filius Mezentij: vt id eſt poſtquam vidit. ſ. talia: ingemuit grauiter. i. amare amore id eſt propter amorē & pietatem genitoris chari. ſ. Lauſi: quamuis Tyrannus eſſet & lachrymæ volutę. ſ. ſunt per ora. ſ. Lauſi. Equidē id eſt ego quidem: non ſilebo, caſum ideſt fortunatum euentum duræ mortis: quia contra imparem dimicandum erat: aut patrem ante oculos permittendum occidere, & tua optima id eſt laudatiſſima facta: o iuuenis memorāde ideſt memoria digniſſime ſiqua id eſt aliqua vetuſtas, eſt latura fidē id eſt credulitatem tanto operi. ſ. tuo: nec ſilebo te o iuuenis memorāde. Ille. ſ. pater. Lauſi Mezentius ſedebat referens pedem, exiſtens. ſ. inutilis: inq; ligatus id eſt & illigatus & trahebat clypeo ideſt ſimul cum clypeo haſtile inimicum id eſt quo ab inimico vulneratus erat iuuenis. ſ. Lauſus proripuit id eſt porro rapuit ſeſe ſupple & immiſcuit ſeſe armis dextrę iam aſſurgentis id eſt ſe erigentis vt deſuper feriat, & ferentis plagam & ſubijt mucronē Ænee: & ſuſtinuit id eſt ſuſpenſum & impeditum tenuit, ipſum morando. i. impediendo: ſocij. ſ. Lauſi, ſequuntur ſup. cū magno clamore, dū id eſt donec genitor abiret protectus parma id eſt ſcuto nati. i. filij: & coniiciunt tela, & proturbant: id eſt porro diſturbant hoſtē ſcilicet Æneam eminus id eſt de lōge quaſi e manu iaciēdo tela, vnde addit, miſſilibus. i. per miſſilia & furit id eſt ferocit: & tect⁹ ſcilicet clypeo contra tela: tenet id eſt cuſtodit ſe: quod prudētis viri eſt, qui non tam vt hoſtem inuadat ꝗ vt ſe protegat accurat. Ac velut ſi nimbi id eſt nubes vētoſæ precipitant ſup. ſe quādo id eſt quandoq; & hoc grandine effuſa id eſt violenter deorſum miſſa, quaſi peluibus effuſa: omnis arator diffugit campis, & omnis agricola diffugit campis, & viator latet ſup. i arce tuta: aut ripis amnis ſcilicet alicuius aut fornice. i. incuruatura ſeu circūferentia, aut teſtudine (eſt enim fornix ꝓprie illa incuruatura arcualis quę eſt in pontibus portis & aliquibus ædificijs teſtudinatis: quale erat theatrū olim in cuius fornicibus & in muroꝝ ciuitatis fornicibus, qa olim proſtabant publice meretricis ſeu pſtitutę: ideo fornix pro lupanari & fornicor ꝓ mœchor accipitur) dum id eſt quandiu pluit in terris ſcilicet apricis vt poſſit exercere diem ideſt exerceri in die ſole reducto: ſic. i. eodem modo vt agricola ſerenitatē expectans grandine obruit. Æneas eſt ſup. obrutus telis ſcilicet inimicorū: dum id eſt interea dū detinet id eſt imoratur: nubem belli id eſt bellantum impetum: quorum leuatę in caput eius manus, quaſi nubē grandinoſam pręſentabāt ſuſtinet omnes ſcilicet ingruentes. & increpitat id eſt cū crepitu redarguit Lauſum: & minatur Lauſo: dicēs ſcilicet quo ruis o moriture: & cur ſup. audes maiora viribus? ego legerē potius audens vt ſit quo ruis o moriture & audens maiora viribus id eſt ꝗ ſint vires tuę: tua pietas ſcilicet in patrem: fallit te incautū: quia conaris quod efficere nō poteris: nec ille demēs ſcilicet Lauſus, nō minus exultat id eſt inſultat in Æneam, quę res effecit ꝗ pius pium occidit, & irę ſęuę id eſt magnæ & dirę ſurgunt iam altius id eſt ꝓfundius aut intēſius: ductori Dardanio ſcilicet Ænee: & parcæ id eſt deę fatales legūt ideſt occant Lauſo extrema fila. i. extremū orſum aut contextum vitæ, nanque Æneas exigit, id eſt extra agit & educit enſem validum, id eſt fortem & ponderoſum: ꝑ medium iuuenem, id eſt per dimidiū iuuenis: & recondit, id eſt iterū aut diligentius cōdit ſeu abſcondit in corpore iuuenis: totū. ſ. enſem: & mucro minacis. ſ. Ænee trāſit & . i. etiam parmam & arma. ſ. iuuenis. & tranſit mollem tunicam quā mater. ſ. Lauſi neuerat ſupple Lauſo: auro molli id eſt flexibili & ſubtili & vt dicūt nobili: & ſanguis. ſ. effuſus impleuit ſinū. ſ. Lauſi: tū id eſt deinceps: vita id eſt anima Lauſi conceſſit, id eſt commigrauit exiſtens mœſta, conceſſit dico per auras ad manes, id eſt ad inferos & reliquit corpus.

PIERIVS.

❡ Siqua fidem tanto eſt operi latura vetuſtas.) In antiquis aliquot exemplaribus, tanto operi, abſq; eſt, nulla facta colliſione legitur. Nam o etiam alibi apud Virgilium non in Græcis tantū dictionibus, ſed etiam in Latinis libera euaſit ab eliſiōe. Vt eo loco, mæonia generoſe domo, vbi pinguia culta. Quodq; alibi citauimus, antiqua e cedro Italuſq; paterque Sabinus. Neque tamen diſplicet, tanto eſt operi, quod etiam plerique vetuſti codices habent. ❡ Proripuit iuuenis.) In Romano codi. proripuit legitur, quod ideo quadrare videtur, quia ſequitur. Seſeque immiſcuit armis. ❡ Iamque aſſurgētis dextrę plagamq; ferentis Æneæ ſubijt mucronem.) In antiquiſſimo codice Romano, adſurgētis dextram accuſatiuo caſu legitur. Vt ſit ordo, ſubijt dextrā Æneæ iam aſſurgētis, & mucronem ferentis plagam. Dicet vero Mezentius inferius, vt pro me hoſtili pareret ſuccedere dextræ, quem genui. ❡ Nubem belli, dum detinet omneis ſuſtinet.) In vulgatis quidem omnibus exemplaribus, & aliquot antiquis, detinet, legitur, hoc eſt moratur. Sed enim lectio illa mihi caſtiſſima videť, quam in antiquiſſimo codice Romano reperi, nubem belli, dū detonet, omnem ſuſtinet, pulcherrima metaphora, & conflictui maxime commoda. quia pręſertim dixerat nubē belli. Et alibi dixit, fulminat Æneas armis, pręterea Seruius lectionē hanc videtur agnouiſſe, dum exponit, dum detonet referueat. Superius vero illud, dum pluit. In eodem Romano codi. uu geminato, pluuit, ſcriptum eſt. Inde pluuia. Sed hoc idem in alijs quoq; authoribus, antiquiſq; codicibus obſerues. ❡ Tranſilit & parmam mucro.) In Romano. & in Oblongo, tranſilit, habetur, eſt tamen & tranſijt. In antiquis aliquot codicibus. ❡ Leuia arma minacis.) Quidam antiqui codices legūt, minantis, Romanus duabus mutatis dictionibus, media, arma minaci, legit. Sed omnino mos eius librarij fuit. ſ. nonnunꝗ ſuperfluam ponere, nonnunꝗ ob negligentiam pręterire.

Seruius

At vero vt vultum vidit morientis, & ora,
Ora modis Anchiſiades pallentia miris:
Ingemuit miſerans grauiter: dextramq; tetendit:
Et mentem patriæ ſubijt pietatis imago.
Quid tibi nūc miſerāde puer, ꝓ laudibus iſtis? ÆN.
Quid pius Æneas tanta dabit indole dignū?
Arma quibus lætatus, habe tua: teq; parentum
Manibus, & cineri (ſiqua eſt ea cura) remitto.
Hoc tamen infelix miſeram ſolabere mortem:
Aeneę magni dextra cadis. Increpat vltro PO.
Cunctantes ſocios: & terra ſubleuat ipſum
Sanguine turpantem comptos de more capillos.
Interea genitor, Tyberini ad fluminis vndam
Vulnera ſiccabat lymphis: corpuſq; lauabat
Arboris accliuis trunco: procul ęrea ramis
Dependet galea: & prato grauia arma quieſcunt.
Stant lecti circum iuuenes: ipſe æger, anhelans
Colla fouet, fuſus propexam in pectore barbam:
Multa ſuper Lauſo rogitat: multoſq; remittit,
Qui reuocent: mœſtiq; ferant mandata parentis.
At Lauſum ſocij exanimum ſuper arma ferebant
Flentes ingentem, atq; ingenti vulnere victum.

SERVIVS.

❡ Pro laudibus iſtis.) Quia & cōtra fortiorē, & ꝓ patris ſalute dimicaŕ conat⁹ eſt: ideo. n. pluraliter laudib⁹ dixit. ❡ Pius Æneas tanta dabit indole dignum.) Propter vitādā arrogātiā tertia pſona vſus eſt. Indoles aūt, eſt ꝓprie imago ꝗdā virtutis futurę. ❡ Quib⁹ lętatus habe tua.) Moris enim fuerat vt cū his reb⁹ hoies ſepelirentur quas dilexerāt viui. ❡ Siqua eſt ea cura remitto.) Aut more illo dixit, quo ſolet, ſepulturā ad ipa cadauera nō ptinere: licet vmbris ſicut i ſeptimo legim⁹, proſit, vt, Siqua eſt ea gloria ſignēt. Itē de Pallāte, Vano mœſti comitanť honore. Aut certa ſiqua eſt ea cura Mezētio, i. patri ſacrilego, q ſuperos inferoſq; cōtēnit. ❡ Æneę magni dextra cadis.) Sic alibi, Nomē haud leue patrū manib⁹, Hoc referes telo cecidiſſe Camillę. ❡ Cōptos de more capillos.) Antiquo. ſ. quo viri ſicut mulieres cōponebāt capillos: qđ verū eē & ſtatuę nōnullę antiquorū docent, & perſonæ, quas in Tragędijs videmus ſimiles i vtroq; ſexu, quātū ptinet ad ornatū capitis. ❡ Interea.) Dū hęc gerūtur. Et oino ſic eſt apud poetas. Interea, ſicut eſt apud Sall. Eodem tpe. ❡ Vulnera ſiccabat lymphis.) Noue & phyſice locutus eſt. nā cū aqua oia infundanť, ait ſiccari vulnus. Fluxus. n. ſanguinis aquarū frigore cōtineť. ❡ Lauabat.) Inclinatione recreabat. ❡ Procul.) Modo iuxta ſignificat: vt, Serta ꝓcul tñ capiti delapſa iacebāt. ❡ Grauia arma quieſcūt.) Bene grauia: vt galeā, arma, ſed leuia itelligam⁹. Et talis eſt figura, ſicut illa Sallu. Leonem atq; alias feras. ergo & leo fera. Quieſcunt autem quaſi in terra poſita: qm̄ galea quę pendebat, poterat & moueri. ❡ Colla fouet.) Suſtinens ſe arboris trūco. ❡ Fuſus propexā in pectore barbā.) Barbā in pectus fuſam habēs. Archaiſmos eſt quod ait in pectore, pro in pectus. vt alibi, Medijs effuſus in vndis: pro, in medias vndas. ❡ Multa.) Pro multū. ſicut, Et pede terram Crebra ferit, pro crebro. ❡ Super arma ferebant.) Supra ſcutū, vt, Supra impoſitū clypeo referunt Pallanta frequentes.

Indoles

DONATVS.

❡ At vero, vt vultū vidit mo.) Æneas, vt vidit vultū morientis, miris modis pallore cōfuſum, igemuit grauiter plena miſeratione cōmotus, & tetēdit dextrā. Cur hoc fecerit, multis interpoſitis di interea ad miſerationis cām. vt oſtēdat ex qua cā miſeratio ipſa videaŕ extitiſſe. mētē ipſius, inqt, cōmouit rō pietatis, qa fuerat pī, & patri religioſe ſeruiuerat, neq; fugiebat eū, qđ filij parētib⁹, qđ parētes dēant liberis. ❡ Quid tibi nūc miſerāde puer) Deliberabat Æneas, qđ cōferret mortuo, cui ſalutē volēs pſtaŕ nō potuit. Volui te, inqt, puer miſerāde ſeruare. inuidiſti, ne facerem, quid nūc pſtabo tibi? quē viuū ſeruare cōtendi. qđ reſtat pietati, qđ cōferat ei. ſ. cui⁹ morte gaudere nō poſſum: ætatis tuę inde finis nō pōt accedere titulis meis: nō poſſum gloriari de puero, & de eo, q mori potius voluit: ꝗ patrē videre cōfectū. ferre nō pt aius, vt armis tuis tropħea cōponā. Arma qbus lętatus habe tua. nō. n. conuenit hęc alicui deo collata ſuſpēdere. teq; parētū manibus, & cineri (ſiqua ē ea cura) remitto. Remitto te, inqt, vt porteris ad tuorū ſepulchra maiorū. pſtabo hęc manibus tuis, ſi tñ aliquod bñficiū ſentiūt mortui, vt humanitas mea vľ occiſo pficiat. Verę qa ex morte tua nihil acqri pt glorię meę, accedat tuę, ꝗ te magnus Æneas occidit. Eſt qppe memorabile i aduerſis ſolatiū nomē meritiq; victoris, & ea cecidiſſe dextra, qua multi viri fortes abſūpti ſunt. ❡ Increpat vltro Cū. ſo.) Cū acederēt & venirēt Rutuli, vt proſtratū tollerēt, vltro eos obiurgabat, tanꝗ tardos & negligentes. ❡ Et terrę ſub. ip. San. tur.) Subleuabat iacētē, comas ſuas ex more ad pulchritudinē cōpoſitas terrę puluere & ſanguinis ſui vbertate turpātē. ❡ Interea geni. ty. ad fl. vn.) Trūcus dř proprie robur arboris, qđ relinquiť ſine ramis & capite. hoc tñ loco itegrę arboris truncū dixit, partē. ſ. ꝗ in imo ramis eſt vacua. Iſtud ita eſſe ex

conſequentibus

cōſequētibus, pbat. Ipſe, inqt, grauiť vulneris & ſalutis ſuæ deſperatione defeſſus ſuſtētabaŕ arboris trunco. ❡ Procul ęrea ra. De. ga.) Galea aūt eius ramis ſuſpēſa pēdebat. tāgendo trūcū & ramos, ꝓculdubio arborē itegrā ſignificauit cuius imę parti ſe Mezētius dabat, ꝗ ramos nō habebat. ❡ Et prato gra. ar. qeſcunt.) Galea, qa nō magni pōderis fuit, pēdebat ex arbore. arma, qa grauia fuerūt, prato repoſita qeſcebant. ❡ Stant læcti cir. iu.) Qui ſolarenť ęgrū & debilem tuerenť. ❡ Ipe ęger anhe. Col. fo.) Adiutus arboris trūco reficiebat colla. ꝗ fuerāt dolore laſſata. ❡ Fuſus ꝓpexā in pec. bar.) Hoc ex abūdātia eſt poſitū. ❡ Multa ſup lau. ro.) Conſiderans ex aduerſis ſuis, quātā vim ptuliſſet Ænea certāte tractās quoq; filij pſonā, ætateq; ꝯſiderās, qrebat plurimū qđ ageret lauſus, & plurimos mittebat, ac ſępe, q reducerēt imprudētē, ac mœſti pr̄is mādata perferrent: mœſti merito, vtpote q ex vulneris cā ſatis ſauci⁹, de filij eēt magis magiſq; ſalute ſolicitus. ❡ At Lauſum ſocij.) Miſſi aūt veniebāt flētes, non reducentes viuum, ſed ſuper arma portantes occiſum.

ASCENSIVS.

❡ At vero vt vul.) Cōmemorat: qūo Æneas pius miſerat⁹ mortē Lauſi, cadauer eius honeſta ſepultura donādū cū armis notis cōceſſit. Vñ cū nihil ſit Dona. ❡ Ordo eſt. At vero. i. ſed potiſſimum vt. i. poſtꝗ Anchiſiades. i. Anchiſę fili⁹ Æneas vidit vultum. i. effigiē faciei: moriētis. ſ. Lauſi, & vidit ora ipſius Lauſi pallētia miris modis, ipſe miſerās. i. miſeratione affectus ingemuit grauiter, & tetēdit. i. extēſam & ſuſpēſam tenuit ne āplius ꝑcuteret, dextrā. ſ. ſuā: aut potius tetēdit. i. extēdit Lauſo & porrexit dextrā, & imago patrię pietatis. i. quā erga patrē habuerat: ſubijt. i. ꝯmouit mētē Æneæ. Quid o puer miſerāde. i. digne miſeratione. qđ pius Æneas dabit tibi pro iſtis. ſ. tuis laudibus. i. laudabilib⁹ auſis dignū tāta indole. i. inolita ad virtutē natura. q. d. neſcio. verū habe tua arma qbus lętat⁹, ſup. es i vita, & ego remitto te manib⁹ & cineri i. antiquę ſepulturę, & buſto parētū. i. maiorū tuorū ſiqua. i. aliqua eſt ea cura. ſ. aut manib⁹ tuis aut patri, tñ tu ſolabere. i. ꝓ ꝯſolatiōe accipies mortē miſerā. i. miſerādā. Hoc. i. ꝓ hoc qđ. ſ. cadis dextra Æneę magni: qa glorioſum vř, nō niſi a magno ſuperari. Æneas i crepat vltro ſocios cūctātes. i. imorātes leuaŕ Lauſum, & ipſemet ſubleuat. i. ſurſum leuat ipm: turpātē. i. fœdātē ſanguine ſ. ſuo capillos cōptos de more. Genitor ſup. Lauſi: videlicet Mezētius ſiccabat iterea lymphis. i. aqs vulnera. ſ. ſua ab Ænea illata. ad vndā fluminis Tyberini & lauabat corp⁹ exiſtēs accliuis. i. accūbēs trūco arboris galea ęrea pēdet ꝓcul ramis. ſ. arboris illius: & arma grauia qeſcūt. i. iacēt prato. i. i prato. iuuenes lecti. i. egregij ad corporis tutelā lecti ſtāt circū, Ipe æger. i. ſauci⁹ fouet. i. reficit colla. ſ. laſſa, anhelans. i. crebro reſpirās, fuſus. i. habēs fuſam i pectore. i. ꝑ pectus. barbā ꝓpexā. i. multū & ꝑ oia pexā: & ſupp. rogitat multa ſup. i. de Lauſo. ſ. filio & remittit multos q reuocēt. ſ. ipſum a pugna, & q ferant. i. efferāt mādata parētis mœſti. i. dolētis ꝗ filium in tali diſcrimine dereliquerit. At. i. ſed ſocij flentes ferebant Lauſum exanimē. i. mortuū & ſup. ſocij auferebant flētes ipſum ingētē atq; victū ingenti vulnere, validū nāq; exigit enſem per medium Æneas iuuenem, totumq; recondit.

PIERIVS.

❡ Ingemuit miſe. gra.) Quidā antiq co. legūt, ingemuit grauiter, miſerās dextrāq; tetēdit. ❡ Vulnera ſiccabat lymphis, corpuſq; lauabat Arboris accliuis trūco.) Exēplaria cōplura. Romanū, Oblōgū, & qđā alia, legūt, lauabat, qppe qa pręiectū eſt. Vulnera ſiccabāt lymphis. Sed. n. nō deſunt codices veteres, in qbus leuabat, legaŕ, & eā lectionē agnoſcit Serui⁹. Qua vero rōne lenirēt mēbra, tā vulneribus, ꝗ certamine fatigata ſubiungit. Arboris accliuis trūco. Id qđ in antiqs, adcliuis ſcribiť, qđ Ser. exponēs inclinatio

Universidad de Deusto Biblioteca

ne recreabat,ait.¶Procul erea ra.dep.gal.)In Ro.co.ramo.vnus enim ſatis erat ad ſuſtinẽdã galeã. ¶Stãt lecti cir.iuue.)In aliquot anti.codi.ſtant circũ lecti,pceres, legiť,Sed hęc maieſtas negocio bellico nõ vĩ congruere quare melius iuuenes.¶Propexã in pe. bar.)Malunt nõnulli perpexam. Sed propexam, In antiquiorib⁹ hř.¶Multoſq; remit.)In Ro.codi.legiť, multumq; remittit. Sed magis placet,multos,quod neſcio quid vehementius habet, cũ & inſtantiam,& iterationem nunciorum oſtendat.

Agnouit longe gemitus præſaga mali mens:
Caniciem immundo deformat puluere:& ambas
Ad cœlum tendit palmas,& corpore inhæret.
Tantane me tenuit viuẽdi nate voluptas? ME.
Vt pro me hoſtili paterer ſuccedere dextrę,
Quem genui?tuane hæc genitor per vulnera ſeruor
Morte tua viuens?heu nunc miſero mihi demum
Exilium infelix:nunc alte vulnus adactum.
Idem ego nate tuum maculaui crimine nomen,
Pulſus ob inuidiam ſolio,ſceptriſq; paternis:
Debueram patriæ pœnas,odijſq; meorum:
Omneis per mortes animam ſontem ipſe dediſſem.
Nunc viuo:neq; adhuc homines,lucemq; relinquo:
Sed linquã.{Simul hęc,dicẽs,attollit in ægrũ PO.
Se femur:& quanquam vis alto vulnere tardat:
Haud deiectus equum duci iubet:hoc decus illi,
Hoc ſolamen erat:bellis hoc victor abibat
Omnibus:alloquitur mœrentem:& talibus infit.
Rhœbe,diu(res ſiq; diu mortalibus vlla eſt) ME.
Viximus:aut hodie victor ſpolia illa cruenta,
Et caput Aeneæ referes:Lauſiq; dolorum
Vltor eris mecum:aut,aperit ſi nulla viam vis:
Occumbes pariter:neq; enim fortiſsime credo
Iuſſa aliena pati,& dominos dignabere Teucros.
Dixit:& exceptus tergo conſueta locauit POE.
Membra:manuſq; ambas iaculis onerauit acutis,
Aere caput fulgens,criſtaq; hirſutus equina.
Sic curſum medios rapidus dedit:æſtuat ingens
Imo in corde pudor,miſtoq; inſania luctu,
Et furijs agitatus amor,& conſcia virtus.
Atq; hic Aeneam magna ter voce vocauit.
Aeneas agnouit eum:lætuſq; precatur.
Sic pater ille deum faciat,ſic altus Apollo, ÆN.
Incipias conferre manum.

SERVIVS.

¶Ad cœlũ tẽdit palmas.) Increpãs deos, quaſi ſacrilegus. Et ſciendũ vno eodemq; tempore nõ eũ potuiſſe & inhærere corpori,& man⁹ ad cœlũ leuare:licet poeta iſta cõiunxerit. ¶Corpore inhęret.)Aut ihęret corpore ſuo Lauſo: aut certe Hyſterologia eſt: vt ſit, hęret i corpe. Melius tñ eſt vt ſit Antiptoſis, p corpori: vt, Hæret pede pes, pro pedi. ¶Per vulnera ſeruor.)Aut re vera per vulnera, qa per totũ corp⁹ mucro trãſierat.aut inuidioſe vulnera ait,p vulnus, ſicut Terẽ. Nõ ppeti meretricũ contumelias:cũ de Thaide loqueretur.¶Nunc demũ exiliũ infelix,Nunc alte vuln⁹ adactũ.) Solatio enĩ viuẽtis filij vtrũq; fuerat ante tolerabile. ¶Idẽ ego.) Qui nũc cauſa tuę mortis fui, q feci vt exulis & ſacrilegi filius eſſe dicereris. ¶Pulſus ob inuidiã.)Excuſat, ne merito expulſus eẽ videať. ¶Oẽis p mortes.)Per oĩa mortis genera.i. p diuerſa ſupplicia.¶Vis alto vulnere tardat.) Alti vulneris violẽtia. ¶Alloqtur mœrẽtẽ.) Triſtẽ. Hęc eni aĩalia ſecũdũ Homerum cum ſint triſtia, indicãt dominorũ mortem futuram. Eſt autem Homeri comparatio.

Τὸν δ' ἄρ ὑπὸ ζυγόφιν προσέφη πόδαργος αἰόλος ἵππος ξανθός. ἀφὰρ δ' ἤμυσε καρήατι, πᾶσα δὲ χαίτη Ζεύγλης δ' ἐριποῦσα παρὰ ζυγὸν οὖδας ἵκανεν.

¶Rhœbe diu (res ſiqua diu mortalib⁹ vlla eſt.) Hoc loco notãt Virgiliũ Critici, qd homini ſacrilego dedit prudẽtẽ ſñiam:quã rẽ rõ naturalis excuſat. ea.n.q p naturã mouẽt aĩos,in quãuis pſonã cadunt.Illa vero ſõt tñ prudentũ, quę non niſi cõſilio & ratione deprehẽdũtur. Vnde & Teren.ſeruis dat plerũq; prudẽtiſſimas ſñias qdẽ, ſed quæ p naturã offeruntur cunctis:vt,Ne quid nimis. ¶Spolia illa cruenta.)Arma Æneæ Lauſi cruore perfuſa. Vnde intulit, Et caput Æneæ:per quod etiam ſpolia Ænęę intelligimus.nam Lauſo nihil detraxerat. Dixit enim Arma qbus lętatus,habe tua. ¶Aut, aperit ſi nulla viam vis.)Aut ſi nullã oſtẽdit fortitudo rationẽ.¶Neque.ſi.fortiſſime credo.)Quod dignaberis habeř dños, Teucros ſ.ignauos.nã hoc itelligimus ex eo qd dixit. ¶Equo fortiſſime.) Plerũq;.n. ex alterius pſonę vituperatiõe vel laude,qd de alia dicať,agnoſcimus:vt hoc loco Troianos vituperatos ex eq laude cognoſcim⁹.Itẽ alibi cõtra,Et nũc ille Paris. ſ.adulter.nã illo loco ex pſona Paridis vitupeať Æneas. ¶Exceptus tergo.) Equo ſe p bente ſuſceptus quod fieri plerunq; conſpicimus. ¶Iaculis onerauit.) Auiditas ſæuientis exprimitur ſæpius.

DONATVS.

¶Agnouit lõge gemitũ.) Cum veniẽtum gemitũ ſolicitus acceſſiſſet,anteq; nati funus cerneret,oculis ſuis,quid mali accidiſſet, agnouit.pręuidet qppe aius pręſagio mala,& qd futuɤ ſit, infelici cogitatione denũciat.¶Caniciẽ im.de.pul.)Bene poſuit,imundo puluere,eſt.n.& mũdus.¶Et ambas ad cœl.ten.pal.) Verus viuentis eſt dolor,cum mortui funus amplectitur. non eſt vlla in amplexu funeris delectatio: ſed quędam medicina plangentis.

¶Tanta

¶Tanta ne me tenuit vi. na. vo.) Hunccine habuit exitũ mors mea & optatum viuẽdi deſideriũ, hũc ordinẽ tenuit, vt infelix pater p filij interitũ ſeruaret?O miſer ordo moriẽdi. viuo ego,quẽ priorẽ cõuenerat mori.& interijt,q ſuperſtes eſſe debuerat patri. ſeruor iſte lix p filij interitũ,& letũ chariſſimi pignoris impudentibus oculis cerno.Ego iſta miſerrimus feci,& malũ oẽ,qd ętatis tuæ fata diripuit,ego cõflaui: Nõ te finerẽ cũ tãto hoſte certare, & ab ipari pugna te cautior reuocarẽ.O hoium miſerãda cõditio præſentiũ cæca, neſcia futuroɤ. ſi hoſtilẽ ipetũ virtutẽq; neſcieras, facere te debuerat mea calamitas cautiorẽ. pergis nõ defenſurus patrẽ, ſed pro pře moriturus.cui adhuc ſeruor infelix. cui nõ viuẽdi voluptas, q ite tãtũmõ fuit, ſed luctus accreuit & pœna. Hęc ẽ fortis męę plaga deterior, hoc pniciosiſſimũ vuln⁹, qd nullũ tpis ſpatiũ nulla põt medicina ſanare.Inſedit altius, & tota penitus interna poſſedit.nihil dolore eſt vacuũ. ¶Idẽ ego nate tu.) Nec me fugit malegeſta mea & obrutã multis criminibus vitã nõ nẽ tuũ & innocẽtiã maculaſſe.Incipit iam cauſas criminari qbus filij ſui ſolus videreť oppreſſa.¶Pulſus ob inuidiã ſo.) Excluſus, ait, patrio regno per inuidiã. cũ dicit inuidiam, vult oſtẽdere nõ ſe meruiſſe,quę paſſus eſt. ¶Debuerã patrię pœ.) Aut ſi iuſte petebar ad pœnã, tradere me ſupplicijs debui.Duo latera tetigit,aut nihil aduerſi de ciuibus merui, aut ſi digna reperiebať,contentũ eſſe cõuenerat. non enim viuendũ fuit cũ odio cũctorũ ciuiũ.¶Omneis per mor.ani.) Conſentirẽ aduerſis meorũ ſtudijs,& me,qua vellẽt,pœna conficerent.¶Nunc viuo, neq; ad.ho.)Nunc,inquit,viuo,qui olim debuerã mori. viuere enim nõ debui,q vniuerſis ciuibus meis qualibet rõne diſplicui: neq; adhuc homines & lucem ipſam relinquo. Deliberabat,& per incerta conſilia rapitur.fixit ſententiã,& extremis tandem aliqñ cõſenſit dicens,ſed linquam. faciam,inquit,ſerus, quod olim differendo nõ feci.¶Simul hæc di.attol.in æg.ſe femur.) Cũ ipſo vltimo verbo ſñiæ, qua iudicauit ſibi eſſe moriẽdũ, in ægrũ ſe extulit femur.¶Et quãquã vis alto vuln.tar.)Et licet tardereť alti vulneris violentia, haud deiectus tamẽ, neq; in totũ debilitatus animo equum duci iubet, vt eo veheretur debilis,quo vti ſolit⁹ fuerat,cũ floreret.¶Hoc decus illi.) Ipſe ornamentum domino fuit ipſe ſolatiũ,ipſius auſpicio remeauit bellis ex oibus victor. ecce non ſolum corporis, verũ equi quoq; auxiliũ flagitabat. talis ẽt fuit,qui ad vltionem duci debuiſſet.nõ enim tam vincere Mezẽtius cupiebat q; filij interitũ vindicare.tali ergo equo vti voluit, qui non niſi cum palma remeare conſueuiſſet. ¶Alloquiť mœrẽtem.)Quaſi mala domini etiam ipſe ſentiret.¶Et talibus infit.)Et hunc talibus verbis affatus eſt. Rhœbe diu.) Qui videbať triſtis ſentiebatur poſſe dominum audire loquentem. diu eſt, inquit, quod viximus Rhœbe,ſi tamen durat aliquid mortalibus diu, & diu dici poteſt, quod clauditur fine. ¶Aut hodie victor ſp. illa

illa crue.Et ca.æn.re.)Proſpera ſimul & aduerſa propoſuit, quæ habent hęc incerta bellorum:ſed tñ deſiderio nõ viuẽdi,ſed vindicandi filium.Hęc primo conſtituit,quæ cupiebat impleri:ſecuturnq; eſt, quod poterat eſſe cõtrariũ. cumq; hoc ipſum diceret, addidit ſolatiũ ipſius euẽtus aduerſi:aut remeabimus, inqt, glorioſi poſt factũ,& filii mei vindicabimus mortẽ,aut erit nobis periiſſe beneficiũ.¶Neque.n.fortiſsime credo luſ.alie.)Neque.n.dignũ eſt,vt in poteſtatẽ hoſtiũ venias,& ſeruias Teucris,proſperũ vt diximus poſuit,& aduerſum:ſed falſa ſpe in altero ductus eſt, in altero præſagiũ protulit.Nã qui fieri potuit vt Æneæ manus debilitatus euaderet,qui præualenti corpore tã grauiter potuit vulnerari?Aliud tñ quod præſagij loco cõplexus eſt, accidit. nã vtriq; in ſecũdo certamine ceciderũt. ¶Dixit & exceptus tergo.) Non dixit,aſcẽdit.cũ hoc facere non potuit.ſed exceptus eſt, inquit,vt oſtenderet ex ſuperiore loco in equi tergo eſſe ſuſceptũ. Manuſq; ambas iaculis one.acu.) Quãtum timorẽ procedẽtis expreſſit:qui cum ſe aduerteret viribus paruis, ambas manus telis multis & acutis onerauit:quaſi ceſſante ſubſtãtia dimicãtis, telorum vigor aut numerus hoſtẽ ſuperare potuiſſet. ¶Aere caput fulgens.)Quid debili toto prodeſſe poſſet,aut fulgens galea, aut ſetoſa i capite criſta?¶Sic curſum in medios.)Equi curſum in medios dedit,nõ ſuum.¶Æſtuat ingẽs immo in cor. pu.) Expoſuit cur dictum ſit,curſum rapidus dedit. duobus.n.animi motibus æſtuabat.pudoris,qa inuenerat fortiorẽ,& cuius virtutẽ in vulneris atrocitate perſenſerat,& luctus, qa talẽ perdiderat filium. ¶Atq; hic Æneã.)Debuit nõ prouocare eum, cuius virtutẽ ſenſerat,& timere potius,quẽ exẽplo ſuo probauerat fortiorẽ:ſed cur metueret cui æquis votis aut vincere optabile fuit, aut perire? Vocauit igitur Æneã magna voce,& ter hoc fecit,oſtẽdit magnã in ſe poſt vulnus acceptum animi perſeueraſſe conſtantiã,nec de ſuis aliquid conatib⁹ diminutum. ¶Æneas agnouit eum.) Mox vt Æneas vidit Mezẽtium veniẽtẽ,& vocem toties clamãtis audiuit,itellexit quę cauſa debilẽ reuocaſſet ad cãpum.Sciebat.n. dolore perditi filii hoſtẽ venire cõpulſum.quæ res attulerat gratulationẽ maximam, vt in cõgreſſu perficeret, quod impedietibus multis primo cõplere nõ potuit: remiſit tñ etiã ipſe reſponſum, ne timorẽ aliquẽ ſilentio teſtaretur.¶Sic pater ille deum faciat.) Iccirco ait,incipias cõferre manum, quia haſtis ſupra certatum eſt,& inde videbať euaſiſſe, quia plurimorum defenſus auxilio certamen vulneratus effugerat.accedẽte etiã eo, quia apparebat eum nõ collaturũ manum,q equo potius fideret, q̃ ſuis virib⁹.

ASCENSIVS.

¶Agnouit lõge gemitum.) Docet qũo audita morte Lauſi ruſus in arma ruit moriturus Mezẽtius, & qũo iterum cum Ænea cõgreſſus ſit De qua re hoc ſolum eſt Donati,Dixit,&c.Nõ.n.poterat aſcẽdere:ſed ex ſuperiori loco ſe in equo cõpoſuit.Hęc ille. ¶Ordo eſt.Mens.ſ.Mezẽtii præſaga mali.i.præſagiẽs malum,qa ſagax eſt mẽs hoium ad percipiẽda mala.i.incommoda potius q̃ bona, agnouit lõge.i. cum adhuc lõge eſſent gemẽtes: gemitũ.ſ.ſociorum,hoc eſt cãm gemitus quę mors Lauſi erat & deformat i.fędat canitiẽ.ſ.capillorum aut barbæ: multo puluere, & tendit ambas manus ad cœlum:nõ precaturus, ſed execraturus deos & inhæret.ſ.Lauſo,corpore.ſ.ſuo,aut hęret in corpore Lauſi.O nate tenuit ne me tãta voluntas.i.cupiditas & deſiderium viuẽdi,vt paterer te quẽ genui ſuccedere dextræ hoſtili pro me.q.d.id qdẽ nõ decuit:ſeruorne.i.ſaluor ne ego genitor per hæc tua vulnera viuẽs tua morte?q.d.id quoq.indecẽs. Heu dolẽtis interiectio: exilium.i.expulſio e patria mea,eſt mihi nũc demum, cum.ſ.tui carẽdum eſt,Infelix.i.durũ & intolerabile,ſicut ſunt infelicia.i.q infelicitatem afferunt vulnus.ſ.doloris,eſt adactum.ſ.in præcordia:nunc alte.i.profunde.¶Idem ego.) Qui,ſcilicet cauſa mortis fui,maculaui crimine meo.i.tyrannide,tuum nomen.i.gloriam tuam qui fuiſſes filius regis habitus: aut qui iniqui patris optimus filius ob ſcelus paternum nomen amiſiſti.Ego pulſus ſolio, id eſt, ſede regali:& ſceptris.i. inſigni regali, hoc eſt regno meo: ob inuidiã meorum,id eſt quia mei mihi inuidebant:debueram pœnas patriæ.ſ.cui iniuriam intulerã & ipſe.id eſt ego dediſſem, id eſt dare debuiſſem odiis paternis, id eſt odia quæ de me patre tuo erant:per omnes mortes,id eſt omne genus moriendi, aĩam ſontem,id eſt culpabilem & noxiam. Nunc viuo,qui ſcilicet mori debui,nec,id eſt,& non relinquo adhuc homines,id eſt ſocietatem hominum:& lucem,id eſt,vitam aut lumen cœli: ſed linquã, ſcilicet ſtatim,& ipſe dicens hoc attollit, id eſt, erigit ſe in femur ægrum,id eſt ſaucium:& quanquã vis alto vulnere.i. violentia alti,id eſt profundi vulneris prius ſuſcepti:tardat, ſcilicet ipſum, aut quãquam vis plagæ,ſcilicet tardat ipſum alto vulnere. tamẽ ſupp.ipſe haud,id eſt,nõ deiectus.ſ.animo:iubet equum, ſcilicet ſuum Rhœbũ nomine:duci, id eſt adduci, hoc decus.ſ. equi erat illi,& hoc ſolamen.i.ſolatium erat illi,aut potius ſic, decus,id eſt, honeſtamentum erat illi:hoc,id eſt per hunc equum & ſolamẽ,id ſolatium erat ei hoc, id eſt per hunc equum & ipſe abibat.i. euadebat omnibus bellis victor:hoc,id eſt per hunc equum quẽ ſupple Mezentius alloquitur,mœrentem, id eſt triſtem, quia dominum ſuum triſtem ſentiebat,Rhœbe nos viximus diu:ſiqua vlla res eſt mortalibus diu(videtur alterum abũdare aut qua, aut vlla:ſed coniuncta maiorem vim habent)aut tu victor, ſcilicet mecum,referes,id eſt reportabis hodie,illa ſpolia cruenta,id eſt ſanguine perfuſa,ſcilicet Lauſi,& aliorum interfectorum: aut cum ſanguine ipſius perfuſa erunt,& caput Æneæ: & eris mecum vltor dolorum Lauſi,id eſt quos pro Lauſo patior, aut ſi nulla vis, id eſt violentia & virtus aperit viam, ſcilicet ad tantam victoriã, tu occumbes pariter,id eſt mecum: enim pro quia o fortiſsime: ego credo q tu neque,id eſt non dignabere pati iuſſa aliena, id eſt alia q̃ mea nec Teucros dominos,ſcilicet tuos effectos, dixit, ſcilicet Mezentius & ipſe exceptus tergo,ſcilicet equi ex loco ſuperiori,nam aſcendere non potuit,locauit membra aſſueta,ſcilicet ipſi equo,& onerauit ambas manus acutis iaculis: fulgens caput,id eſt habens caput fulgens ære,id eſt galea ænea,& hirſutus criſta equina, ſcilicet in galea poſita ipſe rapidus, id eſt celer, dedit ſic,ſcilicet ornatus & inſtructus curſum in medios,ſcilicet hoſtes,ingens pudor quia videlicet filiũ occidere permiſerat, & vulneratus abſceſſerat,ęſtuat,id eſt ebullit in imo corde,id eſt in pręcordiis & inſania:luctu, id eſt mœrore miſto & amor, ſcilicet in filium agitatus furijs,id eſt Erynnis,& virtus conſcia,id eſt cuius ſibi conſcius erat ſup.æſtuant in immo pectore,atq.vocauit hic, id eſt in hoc ſtatu,& loco Æneam ter voce magna:quod & animi & roboris magni indicium eſt.Æneas agnouit eum, id eſt vocẽ eius quam iam in congreſſu audierat & ipſe lætus precatur. Ille, ſcilicet optimus maximus pater deum,ſcilicet Iuppiter faciat ſic, Apollo altus,id eſt ſublimis & cœleſtis faciat ſic, vt ſup. incipias conferre manum,id eſt concertare mecum.

PIERIVS.

¶Canitiem immundo deformat puluere.) Exemplaria oĩa vetuſtiora,quæ verſauimus,multo deformat puluere, legunt: quod miſeriã auget.Sed immundus proprium eſt epitheton pulueris. Deſumpta vero eſt ex Homero ſentẽtia:vbi de Achille,occiſo Patroclo hæc, miſeriarum ſigna deſcribuntur. ἀμφοτέρῃσι δὲ χερσὶν ἑλὼν κόνιν αἰθαλόεσσαν χεύατο κὰκ κεφαλῆς. quod ita etiam Catullus expreſſit.Caniciem terra, atq; infuſo puluere fœdans. ¶Vt pro me hoſtili paterer ſuccedere dextræ.Quẽ genui.)In antiqs Priſciani codicibus hoc citato verſu,Succumbere, p ſuccedeř habeť.Cum tñ reliqui oẽs Virgiliani codices, quos inſpexi. Succedere,legãt.¶Heu nunc miſero mihi demum exiliũ infelix.) In vetuſtis pleriſq; codi.exitium,eſt:qd nõ æque placet,Ait.n:ſe facile tolerare exilium potuiſſe, dum i tali nato cõquieſceret, quo erepto:exilium demum infelix eſſe.Quia vero ſequitur,Nũc alte vuln⁹ adactum.Recte ẽt legi põt exitium, infelix, cum oino filiũ ſeq; decreuerit, neq; eo perempto velit ſuperuiuere.Inde i Æneã dicit. Hęc via ſola fuit, qua pdere poſſes, Infelix autẽ q videat ſe dediſſe cãm cædis.Infelix, q fruſtra ſe morti ſubtraxerit, cum eam nunc vltro appetere cogať.Animã ſontẽ ipſe dediſſem.)Aliquot exemplaria, dediſſe, legunt, vt conueniat cũ verbo debueram.¶Et quãq; vis alto vulnere tardat.) In vetuſtis codicibus qbuſdã legiť, q̃q; ſe alto volnere tardet.Sed.n.Serui⁹ vis:agnoſcit. ¶Alloquitur mœrentẽ & talibus infit.)In codicibus aliquot antiquis,adloquitur mœrẽtem:ac talia fatur. ¶Sic curſum i medios rapidus dedit.)In antiquiſſimo cod.Rom.legere eſt.Sic curſu in medios rapidus redit.¶Æſtuat ingẽs imo in corde pudor.) Multa qdẽ exẽplaria vetera,vno in corde,legunt.ſed,imo,magis placet,In Mediceo autem codice non pudor,ſed dolor, hř. Sed neq; tacebo q̃uis ineptum mihi videať,In codicib⁹ aliquot manu ſcriptis legi,nõ,pudor ſed puer, quo itidem modo iiſdẽq; dictionibus peccatum eſt in eo Propertij verſu.ſi puer es, alio traice tela tua. Cum legendum ſit.Si pudor eſt, alio traice tela puer. ¶Et furtis agitatus amor & conſcia virtus.) Carmen hoc non habetur in antiquiſſimo codice Romanæ notæ. Sed locum habet.in xij.libro,vbi poeta de Turno loquitur,vt loco ſuo dicetur.Neq; tamen incongruum eſt idem carmen in diuerſos vſus diſponere,veluti alterum iſtud.Vitaq; cum gemitu fugit indignata ſub vmbras,& Camillæ ex Turno adcommodauit. ¶Æneas agnouit eum.) In antiquis codi.eſt, adnouit enim,per interpoſitionem dictum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SERVIVS.

¶Infesta hasta.) In vulnus parata, id est portēta. ſ Qua p dere posses.) Deest me. nā hoc dicit, nisi extīcto filio nulla se rōne potuisse ſugari. ſ Nec di uū parcimus vlli.) Quia Æne as iuocauerat deos. vt, Sic pa ter ille deū faciat, fic alt⁹ Apol lo. ſ Desine.) Scilicet mortem minari: qnū libēter moritur⁹ aduenī. ſ Vmbo.) Scutū: nā a parte totū intelligimus. ſ Læ uos egtauit in orbes.) Secūdū artē mititię. nā eques ſtās. fa cillime superaſa pedite. In læ uam autem partem ideo cir cumibat, vt Æneę dextrā par tē circūueniret, quæ vtiq; nu da erat. ſ Pugna iniqua.) Pe des cōtra equitē. ſ Multa mo uens.) Vtrum in ipſum, an in equum telū torqueret: quo vulnerato Mezētius carebat effugio. ſ Inter tempora.) Id est in frōtē. ſ Bellatoris equi.) Per quem bellum geritur, ali ter hominem dicimus bella torem, qui bellū gerit. ſ Impli cat.) Impedit. ſ Cernuos.) Cernu⁹ equus dicit qui cadit In facię, quaſi in eam partem quā cernimus. Vnde & pueri quos in ludis videmus ea parte qua cernunt ſtātes cer nui vocant: vt ét Varro in li bris theatralibus docet. ſ Cla more incēdūt cœlū.) Implēt. Et abuſiue dixit. ſ Troesq;.) Gaudio. ſ Latinię.) Dolore. ſ Hauſit cœlum.) Hoc est aer rē. Lucreti⁹. In hoc cœlo q di cię aer. & hoc dicit poſtquā re ſpirauit, & mentē recepit, poſt turbationē ex equi veniētē ruina. ſ Hoſtis amare.) Aſpere. Et est Homeri de telo dictum, quod hic ad hoīem trāſtulit. Ille. n. ait, πικρον ὀιστόν. ſ Nullum in cæde nes fas.) Mori viro forti nefas nō est: nec ego ſic vt vincerē veni: hoc est, cū voluntate procūbo. ſ Hæc pepigit mihi fœdera Lauſus.) Hoc est, nō cum hoc pacto a te Lauſus receſſit, vt vitam requirā. Fœdera autem pepigit, per tranſlationē dixit: id est ſic nō pugna uit Lauſus, vt vllū mihi vitæ relinqueret deſyderium. ſ Venia.) Beneficium. vt, Orantes veniam. ſ Hūc (oro) defende furorem.) Inimicorum iram & poſt fata ſęuire cupientem. Defende autem est prohibe: vt, Dū teneras defendo a frigore myrtos. Et bene pe tit ab Ænea, quod eū ſcit vitro concedere, vt probauit in filio: pe tit autem non de eius pietate dubitans, ſed timens iram ſuorum. ſ Haud inſcius) Liptores figura est. non enim dixit non ignarus, ſed expectans omnibus votis: vt, Munera nec ſpernō: id est liben ter accipio. In hac autē figura plus cogitatur, q̄̄ dicitur. ſ Vndan tiq; aīam diffundit in arma cruore.) Ordo est, In arma vndanti cruore aīam diffundit, cuius ſedē plerię ſanguinē volunt eſſe. et ſic est dictū vt, Vna eademq; via ſanguis animuſq; ſequuntur.

DONATVS.

¶Tantum effatus, & infe. ſub. ob. ha.) Magnā animi ac virtutis fi duciā mōſtrat, qui in hoſtē primus tela contendit, quod Aeneas non dubitauit perficere pergens obuius cū infeſto ictu haſtæ. ne habens tanti equi ſubſidium iterum verteretur in fugā. ſ Ille au tē.) Id est Mezentius, inquit. ſ Quid me erepto ſæuiſ. na. Ter.) Or batū filio fruſtra territas patrē. magis. n. poſt illius exceſſum cu pio mori, q̄̄ me ipſe cupis occidere. ſed in hanc partē fœuitiam tuā potius contendis exercere, qñ formidoloſis verbis terres, cui votū est, poſt filiā mori. O di hāc lucē, in qua incolumē natū meū videre non poſſum. inueniſti viā, qua Mezentiū perderes: alia. n. ſuperare nō poſſes, tunc vita mea cōſumpta eſt, cū caderet Lauſus. tunc periī, cum funus eius infelicibus oculis vidi. non horreo mortem, quin potius amo. Hæc enim dabit finem doloribus meis. hęc mihimiſericors filiū reddet, & manibus ei⁹ patrem miſerū benigna cōſiget. nihil eſt ſęue hoſtis, qā me vlteri⁹ terreas. mors mihi beneficiū eſt, cuius minaris aduētū, nō parco dīs, quos ipſe venera ris, & colis, nec ſuperſtitioſis pcib⁹ rogabo, quos contēno. habes æmulos ſtudij tui. ſi re ligioſus es, feri ſacrilegū. ſi ge nicioſus hoſtis macta captiuum. ſileat iā, pteruitas ligurę & ſermo, quo te plurimū ia ctas, terminū ſumat. vna eadē q̄ mihi ſnia ē, moriturus po tiusq̄ victoriā q̄ſiturus aduē to. ſume tū morituri munus ſculum, & antequam id fiat, qd prouenire iā cupio, excu pe haſtas meas, vt iraſcaris, & ferias. ſ Dixit, telūq; intorſit in ho.) Poſt hęc, quę dixit, ias cere haſtas plurimas cępit cir cumiens Æneā ingētibus gy ris, ne auersū ferire potuiſſet. ſ Sed ſuſtinet au. um.) Occurs rebat Æneas oib⁹ telis. & hęc excipiebat ſcuto, ecce probas tum eſt qua cauſa Mezentius ambas acutis telis oneraues rat man⁹. Tela emi nō mitte bat, niſi hoc cōſilio primitus pręparaſſet. Ille igitur multa tela mittebat, figebat multa, ſed hęc ſcuti ambitus ſuſtines bat, excipiebanſ reſiſtentis ar te, nullū veniebat in corpus. ſ Ter circū adſtantem.) Cum ſ Ter circū adſtantem.) Cum Æneas vno i loco cōſiſteret, ter Mezētius læuos in gyros circūijt ſtātē, manu dirigēs te la. ſ Ter ſecū Trojus her. Im. ær. cir.) Quoties Mezēti⁹ circuīt Æneā gyris, toties heros Troi⁹ occurrit ſcutū obiiciens qđ iaculis iam fuerat infinitis inſertū, & ſyluę faciem pferebant. ſ Inde vbi tot trax. mo.) Vbi tantę tra ctę ſunt morę, vbi pudebat tāt telorū numerū ſcuto portare, tōtaq; eſſent, vt hęc velli aut iam portari non poſſent. & cū vrgetur inis quo certamine. iniquū certamē ideo fuit, quia Mezentius, eq̄ ſpi dio & ſummo pugnabat. Æneas vero i plano poſitus maiore la boris pondere grauabaſ. ſ Multa mo. aio.) Multa, quę facere de beret, ipſe cōferens ſecum, tandem reperto conſilio erūpit in fa ctū. arte. n. opus fuit, vt ipſa peteret cauſa, quę iniquitatem certa minis faceret denię moris abruptis. ſ Inter bellato. eq.) Magno hoc conſilio factum eſt. nouerat. n. Mezētiū iccirco eq̄ auxilium petiuiſſe, quia ipſe debilis fuit. recte igitur Æneas de equi prima pernicie cogitauit. Ipſo enim occiſo, nō magni laboris fuerat, ad ipſius eqtis interitū peruenire. ſ Tollit ſe arre. qua.) Hoc est ere ctō. pbatio hui⁹ dicti addēda fuerat iccirco adiecit. ſ Nec tecū. m. h. pe. m. f. lau.) Lauſus me perire voluit Lauſus tecū pactā meæ mortis induxit, non rogo, cū non libet ſupereſſe poſt filiū, nō ro go, quod mereri contrariū est: vnū tū peto, quod victi ſemp im petrare cōſueuerāt, & quod ipſe ſpōte præſtitiſti filio meo. ſ Cor pus humo patiare tegi.) Verebaſ enī ne ciues ſui veteris ac iuſti odij memores funus execrabile per mēbra diſcerperent: & quod viuo nequierūt, redderent mortuo. denię cū peteret, ſepulturā addidit. ſ Scio acerba meorū Circ. o.) Ecce oſtēdit, quid timeret nouerat q̄ppe, ſe nihil de ſuis pręter acerba odia meruiſſe. grauis ter enī ſperabat moueri poſſe, quod grauiter leſeret. ſ Hūc oro defende ſu. Et me conſortē nati.) Conſortem meſeciſti filio, vno vtrūq; gladio perimens, vni nos ſepulchro pulſo meorū furore cōcede. ſ Hęc loquitur.) Hoc est hęc Mezentius precando, loqui tur. ſ Iugulo q; haud inſcius accipit enſem.) Probauit Mezentius quod libēter quæſiuerat mortē, ſciēs denię pbuit iugulū, ſciens impetū mucronis excepit. ſ Vndantiq; animā dif. i. ar. c.) Quo fa ctio cruorē in arma diffudit, & animam naturæ reſtituit.

ASCENSIVS.

¶Tm̄ effatus, &c.) Cū Mezētij morte hūc decimū claudit, oſten dens vim Mezentij & victoriā Æneę, de qua hoc ſolū est Donati Corpus humi patiare tegi. Verebaſ. n. ne ciues ex veteri odio in eius cadauer nimis ſęuirent. Hęc ille. ¶Ordo est. Æneas effatus ſup. est tantū. i. id ſolū quod prœmiſſum est, & ſubiit obuius. ſ. Me zētio. Haſta infeſta. i. vim inferēte. Autē proſed, ille. ſ. Mezētius i quit qd. i. ad quid o ſęuiſſime. i. moleſtiſſime aut imaniſſime, ter res me. i. minaris mihi, nato erepto. i. poſtq̄ eripuiſti natū. Hęc ſola via fuit qua poſſes pdere. ſ. me. q. d. ſaluo nato, qa viuere vo luiſſem, nunq̄ me interficere potuiſſes. Nūc aūt qa inuitus viuo forte me perdere poteris: nec horremus. i. nō expaueſcimus mor tē, nec parcimus. i. nō concedimus vlli diuū pro diuorū: deſine. ſ. terrere, aut minari, nā venio moritur⁹, & porto tibi prius hęc do na. i. infeſta tela dixit. i. finiuit ſermonē, & intorſit telū in hoſtē: in de. i. deide figit aliud ſup. telū ſup. i. inſuper, atq; aliud & volat ingenti

ctio eius, qui ſe pręparabat ad exigendā pœnā: quo nūc, inquit, Mezentij fortitudo diſceſſit? quō ſimul tua feritas tecum periit? quid, pfuit ſic vixiſſe, aut male meruiſſe de ſociis? quid deos tā ta temeritate cōtēpſiſſe? Hęc Virgilius nō ſpāliter poſuit, ne lēgū faceret dictiōis tractū, quē breuem eſſe cōuenerat: tamen in eo, qđ dixit, effera vis animi tui vbi eſt? poſſunt ēt illa: quę diximus & multa alia pięcturaliter colligi. ſ Cōtra Tyrrhenus.) Ecce pro pter quā cām Æneas properauit, recepit ſenſum Mezētius, ſed iā ſub gladio poſit⁹, qđ audereret? qđ faceret iacēs, quid debilis, quid oppreſſus? potuit tñ loqui, & locut⁹ est, quę neceſſitas exigebat. ſ Hoſtis amare, quid increpitas? Duo mala & hoſtē eſſe, & ama rū dixit. Hoc gñe & gladio ſtricto, & inſultationi rīdet, denię ſe quiſ, quid increpitas? quō hoc ad inſultationē & verba pertinet mortēq; minaris, ſi occiſurus es, inquit, iā feri, quid verbis pro trahis moriturū? ſæuitia est hoſtē diu cruciare ſub gladio, ſæuitia est verbis amaris appetere. ſ Nullū in cæde nefas.) An nunquid iccirco dextrā gladiūq; ſuſpendis, q̄ exiſtimas nefas eſſe ſi feriaſ? nullum crimen est, ſi hoſtis tuis quod parabat, excipiat. ſ Nec ſic ad pr. v.) Nō ſic, hoc est nō ea intētiōe repetiui certamē, vt vinces cē, pbatio hui⁹ dicti addēda fuerat iccirco adiecit. ſ Nec tecū. m. h. pe. m. f. lau.) Lauſus me perire voluit Lauſus tecū pactā meæ mortis induxit, non rogo, cū non libet ſupereſſe poſt filiū, nō ro go, quod mereri contrariū est: vnū tū peto, quod victi ſemp im petrare cōſueuerāt, & quod ipſe ſpōte præſtitiſti filio meo. ſ Cor pus humo patiare tegi.) Verebaſ enī ne ciues ſui veteris ac iuſti odij memores funus execrabile per mēbra diſcerperent: & quod viuo nequierūt, redderent mortuo. denię cū peteret, ſepulturā addidit. ſ Scio acerba meorū Circ. o.) Ecce oſtēdit, quid timeret nouerat q̄ppe, ſe nihil de ſuis pręter acerba odia meruiſſe. grauis ter enī ſperabat moueri poſſe, quod grauiter leſeret. ſ Hūc oro defende ſu. Et me conſortē nati.) Conſortem meſeciſti filio, vno vtrūq; gladio perimens, vni nos ſepulchro pulſo meorū furore cōcede. ſ Hęc loquitur.) Hoc est hęc Mezentius precando, loqui tur. ſ Iugulo q; haud inſcius accipit enſem.) Probauit Mezentius quod libēter quæſiuerat mortē, ſciēs denię pbuit iugulū, ſciens impetū mucronis excepit. ſ Vndantiq; animā dif. i. ar. c.) Quo fa ctio cruorē in arma diffudit, & animam naturæ reſtituit.

ASCENSIVS.

¶Tm̄ effatus, &c.) Cū Mezētij morte hūc decimū claudit, oſten dens vim Mezentij & victoriā Æneę, de qua hoc ſolū est Donati Corpus humi patiare tegi. Verebaſ. n. ne ciues ex veteri odio in eius cadauer nimis ſęuirent. Hęc ille. ¶Ordo est. Æneas effatus ſup. est tantū. i. id ſolū quod prœmiſſum est, & ſubiit obuius. ſ. Me zētio. Haſta infeſta. i. vim inferēte. Autē proſed, ille. ſ. Mezētius i quit qd. i. ad quid o ſęuiſſime. i. moleſtiſſime aut imaniſſime, ter res me. i. minaris mihi, nato erepto. i. poſtq̄ eripuiſti natū. Hęc ſola via fuit qua poſſes pdere. ſ. me. q. d. ſaluo nato, qa viuere vo luiſſem, nunq̄ me interficere potuiſſes. Nūc aūt qa inuitus viuo forte me perdere poteris: nec horremus. i. nō expaueſcimus mor tē, nec parcimus. i. nō concedimus vlli diuū pro diuorū: deſine. ſ. terrere, aut minari, nā venio moritur⁹, & porto tibi prius hęc do na. i. infeſta tela dixit. i. finiuit ſermonē, & intorſit telū in hoſtē: in de. i. deide figit aliud ſup. telū ſup. i. inſuper, atq; aliud & volat ingenti gyro, ſed vmbo gre⁹. i. curuatura clypei Æneę fortis qua ſi ex gre: ſuſtinet. i. ſuſtētat. ſ. vim telorū, iple Mezētius egtauit in orbes. i. gyros ſęuos. i. ſiniſtros aut obliquos ter circū. ſ. Æneā a ſtātē: iacies manu tela: & heros Troius. ſ. Æneas circūfert ter ſecū immanē ſyluā. i. congeriem telorum fixorū, tegmine. ſ. clypei gra to inde id est deinde vbi tædet. ſ. Æneā traxiſſe tot moras, i. tan tum diſtuliſſe mortem Mezentij, aut tot impedimenta obiecisſe, & vellere. i. auellere & reįcere tot ſpicula. ſ. a Mezentio miſſa, & vbi ipſe vrgeſ congreſſus pugna iniqua. i. inęquali cū ipſe pedes cōtra equitē ingreſſus eſſet: ipſe mouēs. i. agitans multa animo. i. cōſiderans multa qūo. ſ. ſe cōtra hoſtē munitum teneret, & tamē illū vinceret, & cōcludit equū ipſius prius interficiendū, erūpit. ſ. in pugnā tandē. i. poſt multā cunctationē & heſitationē: cōįcit haſtā iter tēpora caua: eq bellatoris. i. belligeri, aut quo & ipſe de pugnare ſolebat, quadrupes. ſ. equus tollit ſe arrectū, & verberat auras calcibus. i. poſteriore parte pedū: & ipſe ſecutus ſup equitē effuſum. i. excuſum implicat. ſ. ipſum, & ipſe cernu⁹. i. pronus & inclinatus incūbit. i. inclinat ſe armo. i. humero erecto, Troes & Latini incēdūt cœlū clamore Æneas aduolat. i. celeriter accurrit, ad lapſum. ſ. & eripit enſem vagīa, & ait ſup. i. inſup hæc. ſ. verba vbi ſup. eſt nūc ille acer. i. ſtrenuus Mezētius, vbi ſup. eſt nūc illa effera. i. imanis vis animi. Cōtra. i. ecōtrario Tyrrhen⁹ vt. i. poſt quā ipſe ſuſpiciēs. i. ſurſum aſpiciēs: hauſit. ſ. oculis cęlū: aut mēte anhelitū, & recepit mentē. ſ. ſaniorē, O amare hoſtis qđ increpitas & minaris mortē, nullū nefas. i. nulla deteſtatio idigna viro forti, est ſup. in cęde. i. occiſiōe paſſiua. i. licet occidar, nec ego veni ad pręlia ſic. ſ. vnico iaculo mutatus, nec Lauſus. ſ. filius me⁹ pepigit mihi tecū: hęc. i. huiuſmodi fœdera. i. cōmercia bellica, vt. ſ. mihi parcas, ego oro hoc vnū. i. ſolum petā hāc veniam quę est hoſti bus, ſi qua venia eſt hoſtib⁹ victis, vt ſup. patiare corp⁹. ſ. meū te gi humo. i. ſepeliri: ego ſcio odia meorū circūſtare acerba. i. imi tia in me, ego oro defende hunc furorē. i. ne propter hūc furorē inſepultus deſtituar: & cōcede me ſepulchro cōſortem nati. ſ. Lau ſi. i. eiuſdē ſortis cū eo. Ipſe Mezētius loquitur hæc & ipſe haud inſcius, id est ſciens & videſ, accipit enſem. ſ. Æneæ iugulo. ſuo. ſ. gutture: & diffundit aīmā in arma: ſup. cum cruore vndanti, id est vndatim effluenti.

PIERIVS.

¶Quid me erepto ſęuiſſime nato terres.) In antiquis aliquot co dicibus legere eſt, terreas, quod quāuis ex ſententię cōgruitate ſit elegantiſſime dictū, quo pacto tamen verſui conſultum ſit, vidē dum. Id quidem, ſiquis admittere voluerit, aut Synizeſin figurā eſſet dicat oportet, aut Amphimacrū loco dactyli poſitū quod Virgiliū etiā alibi feciſſe a Terentiano moniti cōperimus, neque id Valerius Probus inficiari poteſt. Sed enim, vt, quid ſentiam, di cam. Grāmaticorum adhuc nemo loci huius meminit tam inſi gnis, nō taciturī profecto, ſiquid illis, tale ſuboluiſſet: quare, ter res, legerim: vt lōge plura habent exemplaria. ſ Deſine iā venio moriturus.) In anti. quod magis placet, nā, venio legitur. contra Tyrrhenus vt auras. In aliquot codicibus &, legitur: quod non ita placet.

DECIMI LIBRI FINIS.

ASCENSIVS.

VNdecimo victa ē.) Monoſtichi hui⁹ ordo est. Camilla, ſcilicet virgo bella trix, victa est, id ē victa deſcri bitur vndecimo, ſcilicet libro Æneidos, Marte non æquo, aut quia per fraudē in pedes ex equo, puocata est, aut quia omni occumbenti Mars iniquus est. ¶Ordo autem ar gumenti maioris est. Æneas ſupple conſtituit. Marti Tro phæum, id est Inſigne hoſti um verſorum, ſpoliorum, ex hoſte, ſcilicet raptorum, & re mittit patri, ſcilicet Euandro Pallāta exanimum, id est mor tuū, & tribuit Latinis, ſcilicet oratoribus: iura ſepulturę, & tēpus, ſcilicet ſepeliendi duo decim,

IN. XI. ÆNEIDOS LIBRVM MONOSTICHON.

Vndecimo victa est non æquo Marte Camilla,

IN EVNDEM MODESTINI IVRISCON. ARGVMENTVM.

Conſtituit Marti ſpoliorum ex hoſte trophæum:
Exanimūq; patri natum Pallanta remittit.
Iura ſepulturę tribuit: tempusq; Latinis.
Euander patrios affectus edit in vrbe.
Corpora cęſa virum paſſim digeſta cremantur.
Legati referunt Diomeden arma negaſſe.
Drances & Turnus leges ęquante Latino
Concurrunt dictis. Æneas imminet vrbi.
Pugnatur. vincunt Troes. caditicta Camilla.
Deinde duces caſtris donec ceſſere, minantur.

ALIVD IN EVNDEM

Occiſis proprium pars vtraq; reddit honorem

decim, ſcilicet dierum: E⁄ uanderedit, id est exprimit, in vrbe ſua affectus patrios, id est paternos in filium: cor pora virum, id est virorum cæſa, id est occiſorum dige ſta, id est in diuerſos rogos geſta: cremantur, ſcilicet a ſuis: legati, ſcilicet Latino⁄ rum ad Diomedem miſſi, re ferunt, id est reportant pro reſponſo, Diomedem negaſ ſe, ſcilicet Latinis contra Tro ianos: arma, id est auxilia bellica, Drances, ſcilicet: vir ille facundus, & Turnus con currunt, id est contendunt dictis, id est ſermonibus, Lati no æquante leges, id est præ ſidente eorum contentioni, quaſi pro tribunali Æneas imminet, id est ingruit iterea vrbi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vrbi, id est in vrbem Latini pugnatur, scilicet vtrinque & supple, Troes vincunt: & Camilla icta, id est percussa ab Arunte,

Supplicibus Calydone satus negat arma Latinis
Cum Drance alterno iurgat certamine Turnus.
Aeneas equitem præmittit, & obuia virgo
Excipit. extincta Rutuli dant terga, Camilla:

runte, cadit, id est occumbit: duces minantur, scilicet mutuo donec cessere castris, scilicet Troianorum ante vrbem sitis.



SERVIVS.

OCeanũ iterea surgẽs aurora reliqt) More suo pretermisit noctis descriptionẽ, quã trãsisse indicat pſens ortus diei: & hoc est vñ Horati⁹ ait, Nec verbũ verbo curabis reddere fidus iterps. Quę.n.naturalia sunt, oĩbus patent. ¶ Æneas, quanquam & sociis dare tempus humandis) Cõsuetudo Romana fuit vt polluti funere, minime sacrificarent. Si tamen cõtingeret, vt vno eodemq; tẽpore & funestaretur qs, & cogeretur operam dare sacrificiis, laborabat vt ante sacra compleret, q̃ funus agnosceret. Vñ etiam

P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS LIBER VNDECIMVS.

OCeanum interea surgẽs aurora reliquit.
Aeneas (quanq; & sociis dare tempus humandis
Pręcipitãt curæ: turbataq; funere mens est)
Vota deũ primo victor soluebat Eoo.
Ingentem quercum decisis vndiq; ramis
Constituit tumulo: fulgentiaq; induit arma,

etiam Horatius Puluillus in Capitolii dedicatione cum ab inimicis ei filius extinctus nũciaret, ait, Cadauer sit: nec voluit fun⁹ agnoscere donec tẽpla dedicaret. Secundum quẽ ritum etiam Æneas inducit ante operã dare sacrificiis: & sic ad sociorũ & Pallantis sepulturam reuerti. ¶ Præcipitant curę.) Vrgẽt. Lõgã enim dilationem sepultura nõ patitur. ¶ Turbataq; funere mens est.) Funere Pallantis. κατ' ἐξοχήν. nã hęc est consuetudo apud poetas, vt a plebe segregent duces. Sic paulopost ait, Interea socios ihumataq; corpora terrę Mãdemus. & intulit, Mœstãq; Euãdri prim⁹ ad vrbem

vrbem Mittatur Pallas. Sic dictum est, Relliquias Danaũ, atq; immitis Achilli. Itẽ, Forsita & Priami fuerint quæ fata reqras. ¶ Primo victor soluebat Eoo.) Antequã luctũ subiret & funestaretur. Primo autem Eoo, subaudimus tempore: nã Græce ἠώς dicitur, quã nos Auroram vocamus. Homerus. ῥοδοδάκτυλος ἠώς: quod nomen Latini traxerũt per deriuationẽ, vt dicerent, Et lęt⁹ Eois Eurus equis, Itẽ, Eoasq; acies. Sane, vt etiam supra diximus, in hoc sermone prima syllaba naturaliter producitur, sed cum opus fuerit, corripit: aut licentia nominis proprii, aut quia ea vocalis sequitur. ¶ Cõstituit tumulo.) In colle: quia trophęa nõ figebantur nisi in eminẽtioribus locis. Sallustius de Pompeio, Deuictis Hispanis, trophæa in Pyrenæis iugis constituit. Ex quo more in vrbibus figebant trophęa in arcubus exædificatis. Ideo autẽ nunc tropheum ponit Æneas quia necdũ plenam est victoriam consecutus: sed occiso Mezentio fugauit exercitũ, plenę enim victorię, vt supra diximus, triũphus debetur. Et persoluit vota vel propter tanti ducis interitum, vel quia fas erat etiam de primitiis sacrificare. ¶ Tibi magne Trophæum Bellipotens.) Hoc per parenthesim dictum est. ¶ Aptat.) Apte locat, & congrue. Telaq; trunca viri.) Per fracta: ita enim in trophæis poni cõsueuerunt. Iuuenalis, Et fracta de casside buccula pẽdens, Et curtum temone iugum, victęq; triremis aplaustræ. ¶ Et bis sex thoraca petitum, perfossumq; locis.) Duodecim vulneribus appetitum: quia, vt supra diximus, totius Tusciæ poopulus in duodecim partes fuit diuisus: vt. Gens illi triplex populi sub gẽte quaterni, q singulis Lucumonibus parebant. Moris autem fuit vt interemptos duces omnis vulneraret exercitus. Sicut etiam de Hectore Homerus commemorat.

οἳ καὶ θηήσαντο φυὴν καὶ εἶδος ἀγητὸν
Ἕκτορος, οὐδ' ἄρα οἵ τις ἀνουτητί γε παρέστη.

Vnde est, Quę circũ plurima muros Accepit patrios. ¶ Clypeũq; ex ære.) Figuratius, q̃ si æreum diceret. ¶ Ensem collo suspendit eburnum.) Vaginã eburneam. Sane ebur, eboris facit, nõ eburis sicut murmur, murmuris. Vnde q̃a in principalitatis declinatiõe varietas inuenitur, etiam deriuatio varia est, nã eburnus facit ab eo quod est ebur: eburneus ab eo quod ẽ ebor eboris. ¶ Maxima res effecta viri.) Occiso tanto duce: simul etiam trophæi ostendit causa. ¶ Abesto.) Absit: nã tertia persona est. Quod superest.) De reliquo. & est absoluta elocutio. ¶ Et de rege superbo primitiæ.) Author dicit, primitię istę quas fecimus, nõ de plebe sunt, sed de rege superbissimo. Aut certe superbũ regem Turnũ accipiamus nã de ipso legimus, Ac Rutulum abscessu iuuenis cum iussa superba Miratur: vt sit sensus, Hęc spolia & hanc primam belli partem superbo Turno sustulimus. Nam hoc epitheton propriũ Turni est, quod ei Virgilius pro ingenti scelere dat. Apud maiores enĩ superbia ingẽs facinus fuit. adeo vt Tarquinius pro multis sceleribus superbi nomen acceperit. ¶ Mezentius hic est.) Talis. vt, Hunc ego te Euryale auspicio? ¶ Murosq; Latinos.) Iam campestri superauimus prelio: restat vt etiam obsidione vincamus. Credit enim quod sibi iã aperte nullus occurrat, nec inaniter, nã & paulopost dicturus est Turnus, Furta paro belli Et in duodecimo Latinus, Vix vrbe tuemur Spes Italas. ¶ Arma parate animis.) Aut Hypallage est, pro armis parate animos, aut certe est mutanda distinctio, vt sit, animis & spe presumite bellum, mente preoccupate. vt supra Turnus, Et pugnã sperate parari. Bene autem Ait Pręsumite, quasi rẽ iam suis iuris, vt ei deberi videat iã certa victoria. ¶ Vellere signa annuerint superbi.) Ne in mora sitis, cum captatis auguriis ad bellũ exire cœperimus. Vellere autem proprie dixit, quia Romana signa figebantur in castris. & cũ ad bellũ eundũ fuisset, captatis auguriis auellebantur e terra, nã alibi ea figi nõ licebat. Sed inter auguria etiã hoc habebat, si auellentẽ facile sequerent, adeo vt cum filio in Arabis Parthico bello sit Crassus occisus, qui iturus ad prælium auellere signa vix potuit.

Mezenti ducis exuuias, tibi magne tropheum
Bellipotens: aptat rorantes sanguine cristas,
Telaq; trunca viri, & bis sex thoraca petitum,
Perfossumq; locis: clypeumq; ex ęre sinistrę
Subligat: atq; ensem collo suspendit eburnum.
Tum socios (nanq; omneis eum stipata tegebat
Turba ducum) sic incipiens hortatur ouanteis.
Maxima res effecta viri: timor omnis abesto, ÆN.
Quod superest: hęc sint spolia & de rege superbo
Primitię: manibusq; meis Mezentius hic est.
Nunc iter ad regem nobis, murosq; Latinos.
Arma parate animis: & spe pręsumite bellum.
Ne qua mora ignaros vbi primum vellere signa
Annuerint superi: pubemq; educere castris
Impediat: segnesq; metu sententia tardet.
Interea socios, inhumataq; corpora terrę
Mandemus: qui solus honos Acheronte sub imo est.

tuit. ¶ Interea socios.) Donec tempus obsidionis adueniat. ¶ Qui solus honos Acherõte sub imo est.) Propter cẽtum errãt annos, volitantq; hęc littora circũ. Et bene Acheronte sub imo, quia hæc res ad vmbras tãtum pertinet. Nã apud prudentes hoies nullius momenti sunt ista.

DONATVS.

OCeanũ iterea surgens aurora reliquit.) Initiũ diei dicit venisse, & eã horã, qua nõ dũ sole exorto præcedẽs iã apparet aurora. ¶ Æneas q̃q; & so.d.te.h. Pre.c.ut q; f.m.e.&c.) Duo habuit Æneas quę faceret, humare occisos, & diis vota psoluere. alteq.n. ppter humanitatẽ fuerat curãdũ, alterũ ppter venerationẽ deorũ, quib⁹ iuuãtibus multa prospere gesserat, debuit impleri. sed quia diuina obsequia cæteris omnibus præponẽda magisterio suo Virgilius mõstrat, & ipsum Æneam in deorũ cultu vult ostendere peritissimũ, sic, cõsilia eius assignat. Licet enim Æneã ipsum tangeret cura humandi eos, quos bella deiecerant, hanc tamẽ deorũ causam non omisit: sed distulit negociorũ ordinẽ veris tractatibus tribuens. Oriẽte qppe aurora anteq̃ quicq̃ nostrorũ actuum moueamus, præteritorum recte gestorũ vota soluẽda sunt. & futurorum vel præsentiũ poscenda prosperitas. ¶ Ingentem quercum.) Illic enim templum tum erat nullum, cuius fastigio captiua arma suspẽderet, aut infigeret forib⁹. Elegit igitur ostentationis causa tumulum multo aliis ditiorẽ: hic constituit ingentẽ quercũ amputatis vndiq; versum ramis, ne brachia arboris gestãdis indumentis obstarẽt. Ingentem vero ideo, vt gestãdis omnibus, quæ magni ponderis fuerãt idonea perduraret. Omnia hæc laudes Æneæ testant, q erga deos pius; q humanitatis memor, q virtute præcipuus, q in tractãtibus prim⁹, q peritus in sacris, & quicquid de hostib⁹ manu eius occisi præferendi genere dicit, ipsius laudibus applicat glorię. tunc enim apparet nomẽ meritumq; victoris, si dicatur potens, qui superatus asseritur, cõsecrandi quoq; trophæi causam quam putamus fuisse: nisi quæ tãgeret deorũ venerationẽ? Debuit enim armis eius votũ solui numinibus, qui sacrilega mente deos semper & vbiq; contempsit. ¶ Fulgẽtiaq; indu. ar. Mezenti du. exu.) Mezenti, cũ pronunciamus, nomen ipsum debemus extollere, vt in appellatione herois tãti intelligatur & facta victoris, fulgentiaq; induit arma Mezẽti ducis exuuias, vt induto stipite cernerent, quibus Mezentius floruit. ¶ Tibi magne Trophęũ Bellipo. Essentq; tibi addi.) Bellipotẽs mars, quorũ te dominum cum cæteris numinibus cõtempsit, quantæ gloriæ instar extitit in morte Mezẽti, cecidit qppe totius exercitus dux, cecidit, qui in Turni classib⁹ magnę ferebat esse virtutis. cecidit, totius crudelitatis author, & scelerũ princeps peremptus est sub Æneæ certamine, quem omnis suorũ multitudo iustis odiis exercitata necare nõ potuit, extinctus est, quẽ sibi Turnus credidit necessariũ, vindicatus est Euander: vindicati Tyrrheni, qbus impune tot supplicia, & tot strages inflixerat: inuẽtus Æneas, cuius occũberet manu, qui spreuerat semper deos. ¶ Aptat rorantes. s. c.) Scilicet adhuc stillantes sanguinem: eo enim momento mactatus est. ¶ Telaq; trunca viri.) Trũca, hoc est sine domino. hæc autem tela accipienda sunt, quæ scuto Æneas exceperat, atq; infixa fecerant sylua: & quæ adhuc portabat Mezẽtius. item possunt trunca intelligi, quæ nec hostis necem perficere, nec dominum tueri valuerunt. ¶ Et bis sex thoraca pe.) Quantum vis fuit istius, qui duodecim plagis occidi nõ potuit? cõstat enim dehinc iugulo cõfossum dedisse terminũ vitæ. aptat dixit, apte cõponit. Et hoc ipsum aptat, non semel accipiendum est, aptauit enim cristas galeæ, aptãt tela, aptant & thoraca. ¶ Clypeumq; ex ære sinistrę Subligat.) Subligat, & suspendit simile factum, pulchre verbis dissimilibus variauit, sed scutũ sic apparebat, quasi teneretur, tamen etiam ipsum pendebat sinistrę subligatum: hastam quoq; constituit, quam viuo adhuc lauso Mezentius miserat. ¶ Tum socios (nanque omnis eum stipata tegebat Turba ducum) sic incipiens hortatur ouantes.) Tum hoc

Universidad de Deusto Biblioteca

hoc est perfectis diuinis reb⁹ socios suos incipit alloqui, illic eni cũ ducibus affuerũt frequẽtes cum plena lętitia, ꝙ tam pernicioso hoste caruissent, & ĩ quo pars Turni fuerat debilis reddita. Interea quãta occasio loquẽdi lętis reb⁹ & socijs vel maxime potioribus in vnũ collectis: sociorũ significatio nõ solũ Troianos, sed eos, qui in auxilio venerãt, debet intelligi, & qui illis certaminib⁹ interfuerũt. ꝩ Maxima res effecta viri.) Occiso, inquit, Mezentio maxima pars belli cõfecta est, reliqua nõ sunt metuenda, quicqd enim superest belli, perẽpto isto procliue perfectũ est, nullus cõgressionem metuat, in qua Mezẽtius nõ est, ac ne forte dubitetis occisum, ipse iste est, de quo primitias feci: ipse est, qui pẽdet in arboris trũco. Talis est redditus manibus meis, qualẽ videre maluistis, cętera dijs fauentibus non dubito posse cõpleri. quale.n. dedit iste initiũ successib⁹ meis, talẽ reliqua sortiẽtur effectũ, primitię proprie dicũtur, quę offerũtur dijs de fructibus nouis aut fœtibus gregũ. ꝩ De rege superbo.) Sic, ingt, merẽtur occidi, qui in regni potestate cõstituti opprimũt potiusꝗ̃ subleuãt suos, qd de se spõdebat Æneas, piẽtare fecit, alienũ est, cui aliena mala tã grauiter displicebãt. ꝩ Nũc iter ad.r.n.) Dixit gesta, & agenda prænunciat. nũc, inquit, nobis ad regẽ dirigendũ est iter, & ad ipsam ciuitatẽ, quę refugium est inimico, solum superest, vt cõficiatur plena victoria: arma sint in animis vestris, armaꝗ; tractenť sperate gerundũ nobis esse certamen, & spem paratam esse vincendi: & dictis, quę necessario fuerãt proferenda, reddit rationem, ostẽdẽs, quid fuerit causę, vt ista prędiceret. ꝩ Nequa, ingt, mora ignaros, &c.) Hoc, inquit, propterea ante tempus dixi, ne vos meæ dispositionis ignaros turbasset repẽtina cõmotio, & opportunã faciendi celeritatẽ mora aliqua ex timore corrũpat: nec tunc consilia capiantur, cũ vires requirũtur & facta. ꝩ Interea socios.) Interea, inquit, hoc est dũ vacui certamine sumus, nostros socios sepulturę mandemus: hãc.n. mortuis pręcipuã honorificẽtiam superstites debẽt, hoc exigũt manes: in hmõi icertis solet poeta nõ interponere authoritatẽ suam sed dicere fama est, aut dicunt, aut perhibẽt, & alia hmõi: vt si falsa reperta fuerint, nõ asserentis professione teneanť sed audita narrantis, hoc autẽ loco cũ Ænee personã loquẽtis induceret, ait, qui solus honos Acherõte sub imo est, quod ipsum nõ dubitãtis, sed ex aperto firmãtis est. si.n. esset incertus, dicere debuit: q solus honos esse apud inferos ferť. hoc fieret, si nõ esset Ænee persona: aut cũ ipsum inducit, q hęc apud inferos probauit, & vidit, recte cõfirmat exire mortuos e sepultura, quippe in sexto libro dictũ est. Hęc omnis, quã cernis inops inhumataꝗ; turba est, portitor ille charõ, hi quos vehit vnda sepulti, Nec ripas dať horrẽdas & rauca fluẽta Trãsportare; priusꝗ̃ sedib⁹ ossa quierũt. Centũ errant annos, volitantꝗ; hęc littora circum. Tũ demũ admissi stagna exoptata reuisunt. Hoc Æneas Sibylla exponẽte cognouerat. item Palinur⁹ hoc rogauit, vt qa inter in sepultos errabat, repertũ sepulturę mandarent. Quod te, inquit, per cœli iucundũ lumen, & auras, per genitorem oro, per spem surgentis Iuli, Eripe me his inuicte malis, aut tu mihi terrã Inijce. Ecce dicta est causa, ppter quã dixi, qui solus honos Acheronte sub imo est.

Primitiæ

ASCENSIVS.

¶ Oceanum interea.s.a.reliquit.) In hoc vndecimo vt dictũ est libro varie tractanť res bellicę primumꝗ; pius Æneas votum de spolijs ipsius Mezẽtij suspendit trophæum: vnde Donatus. Vota deũ.p. Recte dijs consecrat eius arma qui deos semper cõtẽpsit. Bis sex, quanta vis fuit istius qui.xij. plagis occidi nõ potuit: nã in aperto iugulo perijt. Nũc.i.a.r. nõ enim vult tunc esse consultandum de bello cum prælium erit gerendum. Hæc ille. ¶ Ostendo est. Aurora surgens interea id est dum gererentur quæ dicta sunt, & quę facta esse manifestum est, nam confecto prelio Æneã se cũ suis in castra recepisse, & custodiam adhibuisse notoriũ est: dũ hæc fierent aurora surgens reliquit oceanũ, id est mare quod totum circuit terrę orbem Æneas quanquam curæ pręcipitãt, id est pręcipitanter vrgẽt dare tempus humandis socijs. s. interẽptis, & quanquã mens supp. eius est turbata funere. s. Pallãtis pręcipue tamẽ sup. qa necessitas vrgebat ipse victor soluebat primo eoo. id est cũ primo ortu solis, purgatus. s. flumine viuo vt in secũdo dixit, vota deum, id est quæ dijs pro victoria habẽda vouerat & cõstituit quercum ingẽtem, id est valde magnam ramis vndiꝗ; decisis. i. habentẽ ramos vndiꝗ; decisos tumulo. i. in colliculo & induit. s. quercũ arma fulgẽtia, id est radiantia, appositorie exuuias, id est quę fuerũt exuuię. Mezẽti pro Mezẽtij ducis: alia appositio tibi o bellipotẽs. s. Mars trophęũ, id est spolia detracta duci, & ad tuã gloriã suspensa aptat, id est ipse, apte locat cristas. s. galeę Mezẽtij rorantes, id est distillantes sanguine. s. Mezentij: & tela viri trũca, id est trũcata, & thoraca. i. munimẽ pectoris peti tũ, id est lacessitũ, & perfossum bis sex. i. duodecim locis, & subligat sinistrę. i. ad sinistrã partẽ clypeũ ex ęre, & suspẽdit collo, id est ad collũ aut suũ aut Mezẽtij: nã sunt q velint clypeũ & ensem de Ænea dici: sed versus a Mezẽtio intelligem⁹ vt eius arma ad trũcũ arboris sic suspẽsa dicamus: quomodo ea dũ viueret gerebat. ad sinistram ergo clypeũ suspẽdit & ad collũ ensem eburnũ habẽtem capulũ eburnũ aut vaginã eburnã, id est ex ebore factã. Tũ id est deinde Æneas hortatur socios ouãtes, id est exultãtes & iubilãtes pręgaudio sic, id est in modũ sequẽtem socios dicit: nãꝗ; omnis turba ducũ tegebat eũ stipata, id est dẽse circũstãs, hortať inꝗ̃ sic. O viri res maxima est effecta: qa primã victoriam, & eam insignem consecutus erat, oĩs timor sup. eius quod superest. s. de reliqua belli pte: abesto, id est absit post hac hęc sunt spolia & primitię, id est pmę exuuię: de rege superbo. s. Turno aut Mezẽtio & Mezẽtius est. hic, id est huiusmodi. s. victus & occisus meis manib⁹. Iter sup. est aut restat nobis nũc ad regem sup. Latinũ & ad muros Latinos parate arma animis. s. vestris & psumite. i. pręaccipite spe bellũ ne qua, id ẽ ne aliqua mora ipediat vos sup. ignaros, id est iprouisos & imprudẽtes vbi primũ, id est statim postꝗ̃ vel vt primũ: superi annuerint, id est nutu cõcesserint: vellere. s. a loco suo vbi fixa erãt signa. s. bellica: hoc ẽ vexilla, & educere pubẽ, id est iuuẽtutem seu Tyrones hoc est nouos milites castris. s. suis, & ne sentẽtia, tardet vos segnes, id est pigros & ignaros quia imparatos tardet dico: metu. i. formidine. Mãdemus interea terrę socios & corpora inhumata. i. corpora ihumatorũ socioꝝ q. s. humãdi honos est solus sub Acherõte imo, id est apud inferos, quia sine sepultura non traducunť ad inferos, sed centum errant annos: vt in. vj. dictum est.

PIERIVS.

¶ Quanꝗ̃ & socijs, dare tempus humandis.) Sunt qui, & particulam summoueãt, & quãꝗ̃ socijs, legẽdũ velint. Verum sententiæ numeriꝗ; cõcinnitas, & veterũ omniũ codicũ cõsensus castiorẽ esse lectionẽ iudicant, quãquam & socijs, & ita prius erat in Mediceo, nũc, & inde abrasum. ꝩ Annuerint sup.) Roman⁹ codex famiiliari quodã errore librarij, adnuerẽt legit i, litera in, e mutata sed adnuerint vera lectio. ꝩ Qui solus honos Acheronte sub imo est.) Pleraꝗ; vetera exẽplaria sub imo, absꝗ; verbo est, legunt, nẽpe, quia verbũ id quibusdam tantũ punctis in codicibus manu scriptis notari solitum, fefellerit, melius enim sub imo est.

SERVIVS.

¶ Egregias animas.) Ingenti arte laudat, potius ꝗ̃ miserea tur extinctos, vt psentiũ animos in bella succendat. ꝩ Quẽ nõ virtutis egẽtẽ.) Ennij versus est. ꝩ Funere mersit acerbo.) Immaturo. trãslatio a pomis. ꝩ Qui parrhasio euãdro.) Arcadico a ciuitate Arcadię, quã Dona. vult a Parrha aui dictã: quod pcedit, si Parrha nomen est Græcum: si autem Latinum est, stulte sensit nam Gręcum nomẽ Latinã etymologiã nõ recipit. ꝩ Ibat.) Procierat. ꝩ Alũno.) Alũnus est, q Grece τρόφιμος dicitur: quod nomẽ qa Latinũ nõ est, vt ab eo quod ẽ nutritor, inuenimus eũ q nutrit⁹ est, trãsit ad nomẽ aliud, & alumnũ dixit. ꝩ Iliades crinẽ de more solutę.) Has Ænee ancillulas intelligimus. nã oẽs honestas matres, hoc ẽ mulieres nobiles in Sicilia remãsisse dixit, excepta Euryali matre: de qua legim⁹. Quę te sola puer tãtis e matribus ausa Persequit. ꝩ Vt vero Æneas foribus sese extulit altis.) Naturale enim est vt iteratis missa lamẽta repetantur, cum aliqs notus aduenerit. Sic in Statio, Ingressis ducibus denuo deflet Archemorus. ꝩ Niuei fultũ Pallãtis.) Late patet hoc epithetõ. referri eni põt & ad cãdorẽ pristinę pulchritudinis, & ad pallorẽ ex morte veniẽtẽ, & ad frigus quod proprie mortuoꝝ est, vt, Corpusꝗ; lauãt frigẽtis & vngũt. ꝩ Leui in pectore.) Pulchro, puerili, nõdũ setoso. ꝩ Tene, inquit.) Iteratio est: nã supra dixit, Lachrymis ita fať obortis, Sicut in quinto posuit, Et fidã sic fať ad aurem. Et paulo post intulit, Dic ait. Sane sciendũ hãc elocutionem talẽ esse, qualis illa est vbi defleť Euryalus, nã locis oibus cõmouet miserationẽ, ab ętate, a tẽpore, a vulnere, a spe parentis. ꝩ Cũ lęta veniret inuidit fortuna.) Ac si diceret, quantum noceret aduersa, cũ lęta talem intulit casum. Videtur autem dolere, ꝙ queri nõ potest de fortunę crudelitate, q̃ ei vno eodemꝗ; tempore, & tanta cõtulit beneficia, & tale intulit damnũ. ꝩ Tene inuidit fortuna mihi.) Vt liber Pãpineas inuidit collibus vmbras. ꝩ Discedẽs dederam.) κατὰ τὸ σιωπώμενον hoc intelligimus. Nam abscedens nusquam est Euãdrum allocutus Æneas. ꝩ Cum dura pręlia gente.) Subaudimus fore. ꝩ Fors & vota facit.) Forte etiam vota suscepit, potest & vnũ esse Fors, id est forsitã. ꝩ Cumulatꝗ; altaria donis.) & sacrificat & suscipit vota. Naturaliter autem queriť de errore mentis humanę. ꝩ Nil iam cœlestibus vllis Debẽtem.) Viui enim, superorũ sunt: mortui ad inferos pertinent. Vt in duodecimo. ꝩ Vos o mihi manes Este boni, quoniã superis auersa volũtas. Superis autem debemus oia donec viuimus, ideo quia vt dicũt physici, cum nasci cœperim⁹, sortimur a Sole spiritũ, a Luna corpus, a Marte sanguinẽ, a Mercurio ingenium, a Ioue desyderiũ, a Venere cupiditates, a Saturno humorẽ: quę omnibus singulis reddere videnť extincti. ꝩ Vano Mœsti comitamur honore.) Inani, vt supra diximus, quantũ ad viuos pertinet. ꝩ Hi nostri reditus.) Tales sunt: vt, manibusꝗ; meis Mezentius hic est. ꝩ Hęc mea magna fides.) κατὰ τὸ σιωπώμενον: quam de reditu Pallantis promiserat patri. ꝩ Pudendis Vulneribus.) A tergo illatis: & est consolatio. ꝩ Nec sospite.) Antiptosis, pro sospiti: & hoc dicit, Si fuisset vulneratus a tergo, ipsi ei optares interitum.

Ite (ait) egregias animas, quæ sanguine nobis
Hanc patriam peperere suo: decorate supremis
Muneribus: mœstamꝗ; Euandri primus ad vrbem
Mittatur Pallas: quem non virtutis egentem
Abstulit atra dies: & funere mersit acerbo.
Sic ait illachrymãs: recipitꝗ; ad limina gressum: P O.
Corpus vbi exanimi positum Pallantis Acetes
Seruabat senior: qui Parrhasio Euandro
Armiger ante fuit: sed non felicibus æque
Tum comes auspicijs charo datus ibat alumno.
Circum omnes, famulũꝗ; manus, Troianaꝗ; turba
Et mœstę Iliades crinem de more solutę.

Alũnus

Vt vero Aeneas foribus sese intulit altis:
Ingentem gemitum tunsis ad sydera tollunt
Pectoribus: mœstoꝗ; immugit regia luctu.
Ipse caput niuei fultum Pallantis, & ora
Vt vidit, leuiꝗ; patens in pectore vulnus,
Cuspidis Ausoniæ, lachrymis ita fatur obortis.
Tene (ingt) miserãde puer, cũ lęta veniret: Æ N.
Inuidit fortuna mihi? ne regna videres
Nostra? neꝗ; ad sedes victor veherere paternas?
Non hæc Euandro de te promissa parenti
Discedens dederam: cũ me complexus euntem
Mitteret in magnũ imperiũ: metuensꝗ; moneret,
Acreis esse viros, cum dura prelia gente.
Et nunc ille quidem spe multum captus inani,
Fors & vota facit: cumulatꝗ; altaria donis.
Nos iuuenem exanimum, & nil iam cœlestibus vllis,
Debentem, vano mœsti comitamur honore.
Infelix nati funus crudele videbis.
Hi nostri reditus, expectatiꝗ; triumphi:
Hęc mea magna fides. at non Euandre pudendis
Vulneribus pulsum aspicies: nec sospite dirum
Optabis nato funus pater. hei mihi quantum
Præsidium Ausonia, & quantum tu perdis Iule.

DONATVS.

¶ Ite, ait egregias animas,) Consultorẽ talem ꝗ̃ libenter a circunstantibus putamus auditum, cũ sic nominaret eos, quos belli certamẽ assumpserat, qui proprio, inquit, sanguine gloriã nobis & libertatem pepererunt, supremã merẽtur honorificentiam, hoc est exequiarũ pompam, & funerum sepulturam, hęc dicendo audientium animos erigebat. si enim illi iam pepererant patriã qui perierant viui securitate parta lęti eẽ debuerãt, pterea vnusquisque se casurum imminenti bello, aut pręterito cadere potuisse considerãs libenter audiebat pia & religiosa & humana tractãtem. Patriam dicimus pro libertate positã, ideo quia cũ quis ex seruo liber efficitur, ciuitatẽ dicitur Romanam cõsecutus, & hęc bellorũ conditio est, vt victi libertas intereat, & efficiať dominus is, qui victoriã fuerit psecutus. Iccirco positũ est, hic, & sic cecidere tot ac tales, tamẽ abstulit vltimus dies inflicta clade hostibus nobis vero ex maxima parte pcurata victoria, & erepta periculis oibus libertate, potest & sic intelligi, qui sanguine nobis hanc patriã peperere suo: vt sic mortui videanť firmata penes Troianos possessione Italię. ꝩ Mœstamꝗ; Euãdri.p.a.v.) Generaliter loquebatur de mortuis, potuit fieri, vt quibus mandabať sepulturę cura, istũ quoꝗ; aut exurerẽt flammis, aut terrę mãdarẽt, hunc igiť a cęteris separat. regales.n. nunꝗ̃ cõfusę sepulturæ iungũtur, eo accedebat, ꝙ orbatus filio pater vel mortuũ suscipere debuit si nõ quit videre victorẽ. ꝩ Quẽ nõ. vi. eg. Abstulit. a.d.) Est ĩ aduersis solatiũ, si mors ipsa hẽat excusationẽ, iste qũo excusaťnon, inqt, vt imbellis cecidit sed rapuit eũ vltimus dies. debebat.n. miser ĩ ipso flore iuuẽtutis occũbere. ecce abstulit gloriã Turno, qui eũ in cõgressione prostrauerat, cũ dicit eũ fataliter iterisse. ꝩ Sic ait illachrymãs.) Mox, vt Æneas sepeliendorũ curã, & trãsferẽdi Pallãtis solicitudinẽ posuit recipit se ad limina. i. ad locũ, in quo iacebat fun⁹, quod seruabat acetes senior. Hic Virgilio fatoꝝ iniqtas displicet. seruabat.n. lõgęu⁹ infelicissimũ iuuenis funus, & obierat, q per ętatẽ pdesse reb⁹ publicis potuit, icolumis vero fuerat, q Euãdri comes tot euaserat bella & Euãdri fili⁹ iacebat occisus sed nec ipa patris & filij paria esse auspicia potuerũt, nã quoties Acete comite Euander iuit ad bellũ, vtrisꝗ; toties laurea triũphiꝗ; cesserũt, perrexit cum miserrimo Pallãte nõ reductur⁹ incolumẽ, sed reportaturus extinctũ, o dispar pugnãdi pditio, o fortuna diuersis fauoribus currẽs, alter iter arma & gladios põt in seniũ durare, cũ socio alteri⁹ dies vna & pugna expectauit ad mortẽ. Potest ẽt sic itelligi. Corp⁹ vbi exanimi Pallãtis positũ acetes seruabat senior, qa iuuenes tenebat solicitudo pugnãdi, quapropter vel q ĩ senex perindeꝗ; vacu⁹, vel qa viuẽti appositus a patre recte fun⁹ seruabat occisi. ꝩ Circũ oẽs. f.m. ꝗ;. ma.) Serui domini sui casum, & Troianę matres infelicẽ iuuenẽ plena miseratiõe plãgebãt, crinibus sparsis ꝩ Vt vero Æneas fo.) Supra dixit, recipitꝗ; ad limina gressum vt significaret primũ ingressum loci, in quo Pallas iacebat exanimis nũc mõstrat eã partẽ, atꝗ; id mẽbrũ, vbi reuera funus expositũ plãgebať: vt, inqt, fores interiores ingressus est. ꝩ Ingẽtẽ gemitũ.) Mortalitatẽ vt multis locis fuit, ac pene oibus, etiã hoc loco euidẽter expressit, nã grauius mugiũt, & plãgunt, vbi affuerit, quẽ maior cã doloris exagitat, vt igiť Æneas ingressus est, tãti omnium gemitus & planctus emissi sunt, vt etiã primas fores & ipsam regiã grauis luctus implesset. Regiã primũ ingressus est. nã, cũ Latini vestibulũ describeret, sic dixit. Tectũ augustũ ingens cẽtum sublime columnis, Vrbe fuit summa Laurentis regia pici. Ipse caput niuei fulctũ Pallantis, & ora, vt vidit: Mortui corpus noua arte laudauit. Augẽt eni dolorẽ, quę possunt in defuncto laudari. tantę, inquit, Pallas pulchritudinis erat, vt eum nec mors ipsa deformare valuisset, nõ pallebat, sed niue⁹ apparebat, q̃ res augebat dolorẽ religiosi viri. cũ ĩ vno casu multa fleret extincta, spem iuuenis, vota patris & pulchritudinẽ corporis. ꝩ Leuiꝗ; patẽs in corpore vulnus Cuspidis Ausonię.) Vt vidit, nõ semel accipiẽdum est, vt sit, vt vidit caput fulctũ niuei Pallantis, vt vidit ora, vt vidit leuis patẽs in corpore vulnus cuspidis ausonię, nõ vacat locus iste, quo plaga atꝗ; eius magnitudo significata est, nã in subiectis pro solatio ẽ positus, illum non pudendo vulnere, sed glorioso interisse. ꝩ Lachrymis ita.f.ab.) Vbi verus est dolor & penitus sensib⁹ manet, lachrymę nõ meditatione plancturi coguntur exire, sed sponte ante verba funduntť, inde Ænee locuturi vocẽ pręuenerũt veri, fletus, & gemitum copiosę lachrymę præcesserunt. ꝩ Tene, inquit, miserande puer.) Quod dixit, te, vim præmisit pronominis ipse rursus exposuit. te, inquit, miserabilem puerũ. te, qui viuere debuisti, vt nostra regna cõspiceres, pleno affectu dixit nostra, quasi cõmunia esset habiturus cũ eo, si illum incolumem fata seruassent. te, quẽ conuenerat sospitem patri & victorem, paternis sedibus reddi: cur triumphos meos mecum non potuisti partiri si mihi fortuna portabat dimicãti suffragiũ, cur morte tua fœdabat titulos meos? cur gratulationem tantam rumpebat tuo interitu? amica fuit, vt successibus meis optatis lętitiam dimicanti conferret, an magis inimica dum fauet, ipsa præstitit ipsa rursus inuidet, cur tu obiectus es perfide? cur tu potius occurristi fallaci, puerum iccirco intelligitur dixisse vt victoris minueret gloriam. Alio enim

Universidad de Deusto Biblioteca

enim loco iuuenẽ dixit:ipm quoq; intelligit excusasse, quasi diceret,nõ se iactet,qui te puerum vicit. ¶ Non hæc Euandro, &c. Quid faciam tuo patri:cui discedens non tristia sed læta,pmisi,ille me amplexus est discedentem officijs beneuolis præmonẽs, & cautiorẽ monendo reddens.hi,inquit,habẽt imperium magnũ, hoc est quod virib⁹ magnis & ingentibus nititur, ibis cõtra fortes exitus,esto cautus,diligens,esto suspectus.quid.n. ille nõ me tueret,qui tot bellis doctior reddit⁹ vno tẽpore bellorum incertis amicum simul cõmittebat & filium, & metuens hæc adderet, fortes eẽ hostes,& cũ dura gẽte nobis certandum eẽ:acres esse viros,ad virtutẽ reuocandum est,duram gentem, immitem intelligendũ est,hoc est,quę misereri nesciret. non enim hoc idem bis potuit dici, vt solius virtutis facta dupliciter commemoratio videatur:vt duo illi mala cauenda pdiceret, quę vehementer fuerant metuẽda:qs enim ferret hostem, in quo magna sit virtus,& qui facile obtinere posset,& victo nõ norit ignoscere? Vbiq; Italo; fortitudo laudatur, vt labore ei⁹ victoriæ felicitas enitescat. ¶ Et nũc ille qdẽ.)Spes inanis est,cum sperat vnusquisq;, qd non est,vel optat incolumem,quem morte cõstat oppressum. ¶ Fors & vota facit.)Forsitan,inquit, nunc hoc est,cum iam Pallas exanimis iaceret,preces numinibus Euander fundit,& exhibet munera. ¶ Nos iuuenẽ exa.)Ecce iuuenem dixit, quem asseruit superius puerũ,vt ostenderet patrem grauius doliturum, differt qppe inter dolorẽ & causas,siquis iuuenẽ filium amittat,an puerũ. in altero.n.spes incerta,in altero probata ingemiscit. ¶ Et nil iam cœlestibus vllis.)Et ille, inqt,forsan votis inanibus vacat: & nos irrita mortui curamus obsequia. quid eni proficit deos rogare pro mortuo,aut defuncto præstare quod nescit? ¶ Infelix nati funus.)Ab his, quę cum mortuo locutus est,ad eius partem, quasi pręsens eẽt,& quasi quę dicebantur,audiret,sese conuertit. dum te,ait,inanis fallit sperata,psperitas,videbis infelix, quod crudelius plãgas. ¶ Hi nostri reditus.)Hinc crudelior ad te orbitas tua pueniet,hinc erit immanior luctus,quia dum promissa mea speras posse cõpleri,dum te excepturũ existimas triumphos, & glorias meas,nõ filij reditum,sed insperatum funus excipies. Omne hoc eo tendit,vt ostendantur grauiora esse aduersa, quæ contra spem bonam repente nascunt,meditata contra leuius posse tolerari. ¶ At nõ Euandre.)Pro persona Euandri consolationis remediũ reperit. qui enim ad senium duxit exercitum,nouerat viro; fortium,mortem esse gloriosam si aduersis vulneribus cadãt, ludibriosam contra,si pudendis,hoc est si dorso susceptis occumbant:quod in morte Pallantis nõ fuit,qa virtutem teli venientis pectore potiusq; tergo suscepit,ecce vẽtum est ad illud, quod supra perstrinxit,cum diceret,leuiq; patens in pectore vulnus, cuspidis ausoniæ, vt in illo non solum amicitiæ pignus perditũ,verum etiã spem magnam pręliandi doleret extinctam. nam qualis posset existere,plagę qualitate cõpertum est. ¶ Nec so.di.Opt.) Artificiose positũ, vt non Æneæ culpa esset, q; occisus est Pallas: sed præsagio patris putaretur oppressus. sic enim Euander proficiscente filio ad incerta bellorum locutus ostenditur, vt suspect⁹ nimium optasse potius mala,q̃ timuisse videretur. ait igitur,nũc nec pudebit pulsum videre filium,nec habebis vlteri⁹, cui putes aduersa, verba ipsa Euandri hoc loco ponenda sunt, vt ostendamus, Æneam recte ita dixisse,at vos o superi & diuũ tu maxime rector Iuppiter,Arcadij quęso miserescite regis, Et patrias audite preces,si numina vestra incolumem Pallanta mihi si fata reseruant. Si visurus eũ viuo, & venturus in vnum Vitam oro,patiar quẽuis durare laborẽ.Sin aliquem infandum casum fortuna minaris,Nunc nunc o liceat crudelem abrumpere vitã,Dũ cura ambigua,& dum spes incerta futuri,Dũ te chare puer mea sola,& sera voluptas Complexu teneo, grauior ne nũci⁹ aures Vulneret. Ecce,vt dictum est,dum nimia est pater pietate solicitus, sic filio interitũ, quẽ accidere metuebat,icautus optauit. ¶ Hei mihi quãtũ præsi.au.)Et præsens tempus tetigit & futurum, suamq; personam,& Euandri & Pallantis quoq;,perierat enim Pallas,Euander vero senex non diu sperabatur esse victurus. Ita efficiebat, vt neq; Æneas Euandri vlterius speraret auxilium,neq; Iulus Pallãtis,quem constabat extinctum.

ASCENSIVS.

¶ Ite ait.e.)Sicut in.vj.ostensum est impijs operibus fuit Æneas primus quocirca & nunc summã de mortuis habet curam & maximopere de remittendo Pallante a Turno interfecto:cuius missionẽ describit poeta:vnde est hoc solũ Donati. puerum dixit Pallanta,vt victoris minueret gloriam, nam alibi iuuenem dixerat. Hoc ille: ¶ Ordo igitur est. Æneas sup.ad socios suos ait:ite decorate supremis,id est vltimis munerib⁹.i. officijs animas egregias quę peperere.i.acquisiuere nobis:suo sanguine hanc patriã.i.regionem:& facite sup. vt Pallas mittatur primus.i. primum & primo loco ad vrbem Euandri mœstã.s.propter mortem futuri regis:quẽ.s.Pallanta dies atra.i. funesta & inimica tempestas abstulit & mersit.i.oppressit funere acerbo.i.acerbe tolerando:nõ egẽtem.i.plenum & abundantem virtutis. Æneas illachrymans ait sic,& recipit gressum ad limina.s.castrorũ:vbi Acetes senior seruabat corpus pallantis exanimi.i.mortui & anima carentis, positum.i.repositũ qui.s.Acetes fuit ante.s.q̃ pallanti armiger.i. minister.qui arma gereret Euandro parrhasio.i.arcadio,sed ibat tũ .i.tunc datus comes charo.i.prędilecto alũno.i.filio.s. pallãti auspicijs.s.inchoandi oibus & fortunis:non æque felicibus vt sup. patri armiger fuerat. Omnis manus.i.multitudo famulũ pro famulorũ & turba Troiana & iliades.s.ancillæ in castris degentes. solutę crinẽ mœstæ.i.ipsæ mœstæ habentes crinem in signũ mœstitiæ dissolutum:de more.s. patriæ & sacrificij:supp. erant aut stabant circum.i.in circumitu. Vero pro sed,vt.i.postquã Æneas intulit sese foribus altis,ipsi tollũt.i.erigũt ad sydera ingentẽ gemitum & hoc pectoribus tunsis.i.percussis.& regia.s.Æneæ i castris imugit.i.intrinsecus mugit,&,reboat aut resonat luctu męsto.i.mœstitię indice:ipse.s.Æneas vt.i.postquã vidit caput pallantis niuei.i.albissimi fultũ.i.sustentatũ:quia se sustinere exanimũ non potuisset,& vt vidit ora sup.eius:& vidit vulnus patens i.amplũ & late apertũ i pectore.s. eius cuspidis Ausoniæ.i.qd cuspis Ausonia intulerat:ipse fat ita lachrymis obortis id est de repente preter opinionẽ ortis & supp.inquit(nam aliter vacaret)o puer miserãde.i. miseratiõe digne inuidit ne fortuna mihi te cũ ipsa veniret lęta.s. parta victoria & obtento regno:vt iam futuę breui sperat iuidit dicit:ne videres regna nostra,& ne veherere.i. veharis aut vehereris victor: ad sedes paternas? quasi dicat inis quũ esse ego discedens id est cum discedere vellem: non dederã parenti tuo Euandro:hæc id est huiusmodi promissa de te.i.de incolumitate & eruditione tua cum,i.quando ipse Euander cõplexus me euntẽ id est abire volentem mitteret supp. me in magnũ imperiũ,& ipse metuens.s.tibi moneret viros.s. quibus cũ bellãdum esset:esse acres.i.strenuos & prelia supp.esse cum gente dura.i.aspera & laboris toleratiua:& ille.s.pater tuus Euander:qdẽ idest certe:capt⁹ spe inani:facit fors idest forte:&.i.etiam vota p salute & læto reditu tuo,& cumulat.i.cumulatim onerat altaria donis.s.oblatitijs:sed sup.cũ ipse de salute ei⁹ solicitus sit nos męsti comitãtur.i.comitantes afficimus iuuenem exanimũ idest extinctum & mortuum,& nil debentem id est nõ obnoxium,p salute & vita conseruanda, vllis cœlestibus.s.dijs,quia iam i regione inferorum est honore vano idest nihil defuncto profuturo O Euãdre(a noiatiuo Euandrus nam græce Euandros dicitur)infelix.i. disfortunate tu videbis funus nati crudele id est crudeliter affectũ,sunt ne,sup.hi.i.huiusmodi nostri reditus; & triũphi expectati.i.multũ optati & est ne sup.hęc mea magna fides: qua s.pmiserã te incolumẽ reducendum.q.d.minime. At.i.sed o Euãdre tu nõ aspicies pallanta filium tuũ pulsum vulneribus pudendis.i.in tergũ susceptis:nec tu pater optabis dirũ funus.i.crudelẽ mortẽ nato sospite id est existente incolumi vt.s. faciunt viri magnanimi qñ audiunt filios aut in fugam turpem versos, aut facinus detestabile perpetrasse,hei mihi quantũ pręsidiũ.i.munimen & defensaculum perdis o ausonia aut sup. perdit ausonia:& quantum perdis tu o Iule.q.d.maximum cũ talem iuuenẽ amicum amittas:qui & tibi & patriæ summo futurus sit pręsidio, & a teneris annis amicitia deuinctus.

PIERIVS.

¶ Corpus vbi exanimi positum pallantis Acetes.)In veterib⁹ qbusdam codi.legere est,corpus vbi exanimũ,vti etiam superius. Exanimumq; auro corpus vẽdebat Achilles. Sed longe meli⁹ est. Exanimi pallantis:quia positum corpus satis habet, absq; alteri⁹ adiectiui inculcatione. ¶ Circum omnes famulumq; manus.) In antiquis codi. omnis legitur, vt sit omnis manus,turbaque omnis. ¶ Et mœstæ iliades crinem de mo.so.) In vulgatis codi. mœstæ,nunc passim legitur, Sed in antiquis omnibus, quotquot habui, mœstum legi. Est enim & in habitu mœstitiæ significatum. Vt non videatur incongruum dicere, solutæ mœstum crinem. ¶ Fors & vota facit.) Sunt aliquot codices, in quibus, forsit vota facit, legatur, quam lectionem Seruius non improbat, dũ forsit, Vnum esse posse dicit. Sane Horatius sermone primo ea vsus est dictione. Quia nõ vt forsit honorem iure mihi inuideat quisq̃. Sed enim Priscianus hic, fors, agnoscit, neq; vno tantum loco carmen citat, aitq; nominatiuum esse, atq; pro aduerbio positum a Virgilio. Illud non subticebo, scriptum eẽ alicubi etiam fors.

fors, & verum hoc inusitatum est. ¶ Et iuuenem exanimum.) Vtrunque legitur & exanimum,& exanimem, vti paulo ante dictum grammaticis adquiescentibus. ¶ Expectatiq; triumphi.)In Roma.codice,exoptati,legitur:quod non æque placet, q̃uis nõ defuturi sunt,qui locũ ex Terentio tueãtur,quod ille dixerit,teneo ne te Antiphila,maxime animo exoptata meo. Sed enim ibi quoq; expectata,legitur in antiquis codicibus, & maxime oium emẽdatis. ¶ Nec sospite dirũ optabis nato funus pater.) In Mediceo,durum,habetur. Hei mihi quantum præsidium Ausonia. In antiquis aliquot codicibus,heu habet, grammatici malunt hei.

Hæc vbi defleuit:tolli miserabile corpus. PO.
Imperat.& toto lectos ex agmine mittit
Mille viros:qui supremũ comitentur honorem:
Intersintq; patris lachrymis,solatia luctus
Exigua ingentis:misero sed debita patri.
Haud segnes alij crates, & molle pheretrum
Arbuteis texunt virgis, & vimine querno:
Extructosq; toros obtentu frondis inumbrant.
Hic iuuenem agresti sublimem in stramine ponũt,
Qualem virgineo demessum pollice florem,
Seu mollis violæ, seu languentis hyacinthi:
Cui neq; fulgor adhuc, nec dum sua forma recessit:
Non iam mater alit tellus:viresq; ministrat.
Tum geminas vestes,ostroq;,auroq; rigentes
Extulit Aeneas:quas illi lęta laborum
Ipsa suis quondam manibus sidonia Dido
Fecerat:& tenui telas discreuerat auro:
Harum vnam iuueni,supremũ mœstus honorẽ,
Induit:arsurasq; comas obnubit amictu:
Multaq; præterea Laurentis præmia pugnæ
Aggerat:& longo prædam iubet ordine duci.
Addit equos,& tela:quibus spoliauerat hostem.
Vinxerat & post terga manus,quos mitteret vmbris
Inferias,cęso sparsuros sanguine flammas:
Indutosq; iubet truncos hostilibus armis
Ipsos ferre duces:inimicaq; nomina figi.
Ducitur infelix æuo confectus Acetes.
Pectora nunc fœdans pugnis,nunc vnguibus ora:
Sternitur,& toto proiectus corpore terræ.
Ducunt & Rutulo perfusos sanguine currus.
Post bellator equus,positis insignibus, Aethon
It lachrymans:guttisq; humectat grandibus ora.
Hastam alij,galeamq; ferunt:nam cętera Turnus
Victor habet:tũ mœsta phalãx, Teucriq; sequũtur,
Tyrrheniq; duces,& versis Arcades armis.
Postquã omnis longe comitum processerat ordo:
Substitit Aeneas:gemitumq; hæc addidit alto,
Nos alias hinc ad lachrymas eadem horrida belli
Fata vocant:salue æternum mihi maxime Palla:
Aeternumq; vale:nec plura effatus, ad altos
Tendebat muros:gressumq; in castra ferebat.

SERVIVS.

¶ Hæc vbi defleuit.)Hoc est, postquã hęc cũ lachrymis duxit. Flere.n.est cũ voce lachrymare. Vñ habemus in sexto. Cõtinuo auditę voce, vagit⁹ & ingens:Infantũq; animę flẽtes in limine primo. ¶ Toto lectos ex agmine.) Troianos, Tuscos, Arcadas. ¶ Exigua.) Quãuis eni magna sint, orbitati patris,pdesse nõ possunt. ¶ Pheretrũ.)Grece φέρετρον di. Vñ p digresim phertron pheretrũ facit:nã Latine capulus dicit. Vnde ait Plautus, Capularis senex, id est vicin⁹ capulo. Et dict⁹ est capulus, eo qd corpus capiat. ¶ Vimine querno.) Sunt aliquæ duræ deriuationes, tñ eis sic vtimur, vt quernum vimen. Item colurnũ veru, vt, Pinguiaq; in verubus torrebim⁹ exta colurnis. Ficulnum lignum. vt Horatius, Olim truncus eram ficulnus inutile lignum. Item, Aprugnum callum. ¶ Obtẽtu frondis inumbrãt.) Veluti cameram quandam capulo ramorum extensione fecerunt. ¶ Agresti sublimẽ stramine.) Hoc est super frõdes ponũt. Nihic reddit quod omiserat dicẽs, Extructosq; toros: nec addens vnde. ¶ Demessum.) Participium est veniẽs ab eo quod est metor. Sane ab eo quod est meto, preteritum pfectum messui facit. ¶ Sua forma recessit.) Propria pulchritudo. ¶ Ostroq; auroq; rigentes.) Vnumque vacat:& est additum hiatus causa. ¶ Læta laborum.) Figura est, lętus illi⁹ rei. Nam modo dicimus lætus labore. ¶ Discreuerat.)Depinxerat. simul amantis affectus ostendit. ¶ Harum vnã.) De duobus, & horum alterũ & horũ vnum possumus dicere. nam artigraphi hoc tñ vetant, ne de duobus aliũ dicamus:quod de multis proprie dicitur. Sane figurate dixit,vestẽ induit,vt,Exuuias indutus Achillis:cum in vsu sit, Induit illare,vt Indutosq; iubet truncos hostilibus armis. ¶ Arsurasq; comas obnubit amictu. ¶ Harum vnam induit iuueni, altera caput eius velauit,nam supra duas vestes dixit esse prolatas. ¶ Obnubit autẽ,velauit:translatio a nubibus,quibus tegitur cœlum. Vnde & nuptiæ dicuntur,quod nubentium capita velentur. ¶ Laurentis præmia pugnę.) Mittit præmia quę de præda Laurentis pugnę sustulerat. Nam præda est quę eripitur: premium quod offertur. ¶ Æquos & tela, quibus spoliauerat hostem.) Vel Pallas vel Æneas. Nam ambigue positum est. Spolia autem cum proprie illa sint quibus hostis spolari potest, vt lorica, vestis, abusiue tam spolium dicitur quicquid hostibus tollitur. Vnde est, Postquam illum vita victor spoliauit Achilles. ¶ Vmbris inferias.) Proprie:nam inferiæ sunt sacra mortuorum. ¶ Cæso sanguine.) Pro cæsorum. Vt supra, Captiuoq; rogi perfundat sanguine flãmas. ¶ Ipsos ferre duces.) suos s. qui illis mille pręerãt. Meli⁹ tñ est, Iubet trũcos ferre ipsos duces.i.ducum spolia, vt trophęa, duces ipsos dixerit. Sic supra, Manibusq; meis Mezẽtius hic est. ¶ Inimica noia figi:)Pro inimicorũ, dicit autẽ affixos trophæis titulos cum noibus occisorum. ¶ Ducitur infelix æuo pfectus Acestes.) Quasi qui consternat⁹ nimio dolore ire non poterat. Et bñ ex rerum permutatione expssit doloris magnitudinem dicens, ita doluisse Acestem, vt pene carens humano sensu p se ire nõ posset, & equum ita sensisse interitũ domini vt in humanum migraret affectũ. nam & lachrymabat & spõte sequebat cadauer. ¶ Fœdãs.) Id est vel cruẽtãs vel lacerãs. ¶ Terrę.) In terra. ¶ Positis insignib⁹.)Sine phaleris. Quod autem dicit equũ lacrhymare, non mirum est, cũ Homerus etiam diuinantem induxerit.

καὶ λίην σ' ἔτι νῦν γε σαώσομεν, ὄβριμ' ἀχιλλεῦ.
ἀλλά τοι ἐγγύθεν ἦμαρ ὀλέθριον οὐδ' ἔτ ἡμεῖς
αἴτιοι, ἀλλὰ θεός τε μέγας καὶ μοῖρα κραταιή. Et Paulo post
ἀλλά σοι αὐτῷ
μόρσιμόν ἐστι θεῷ τε καὶ ἀνέρι ἶφι δαμῆναι.

Equos autem Achillis ĩducit Patroclum lugentes.

ἵπποι δ' αἰακίδαο μάχης ἀπάνευθεν ἐόντες
κλαῖον ἐπειδὴ πρῶτα πυθέσθην ἡνιόχοιο
ἐν κονίῃσι πεσόντος ὑφ' ἕκτορος ἀνδροφόνοιο.

¶ Æthon.)Nomen equi, quo & Aurorę equus vocatur. ¶ Nã cętera Turnus victor habet.) κατὰ τὸ σιωπώμενον & alia cũ sustulisse intelligamus, nõ tãtum baltheum: vt legimus supra. ¶ Phalanx.)Lingua Macedonũ, legio. Qđ aũt ait mesta, Arcadas intelligimus. Vnde infert. ¶ Teucriq; sequunt, Tyrrheniq; duces.) Et hoc est qđ ait supra, Et toto lectos ex agmine mittit Mille viros. ¶ Versis Arcades armis.)Lugentũ more mucronẽ hastę nõ cuspidẽ cõtra terram tenentes. Scuta ẽt inuertentes, pter numina illic depicta, ne eorũ simulachra cadaueris polluerentur aspectu, vt nõnullis frustra placet, nã lugẽtũ mos est prioris habitus immutatio. ¶ Alias hinc ad lachrymas.)Ad aliam sepulturam. ¶ Salue æternum mihi maxime Palla, ęternumq; vale.)Varro i libris logistoricis dicit, ideo mortuis salue dici:non q; aut valere aut salui eẽ possint, sed quod ab his recedimus, eos nunq̃ visuri hinc ortum est, vt etiã maledicti significationem interdũ obtineãt, vt Terentius, valeãt qui inter nos dissidiũ volunt. hoc est ita a nobis discedaat, vt nũquã ad nostrũ reuertitur aspectum. Ergo cũ mortuo dicit Vale, non etymologia, consideranda est sed consuetudo, q; nullis vale dicimus, nisi a quibus recedimus.

Donatus

Universidad de Deusto Biblioteca

DONATVS.

¶Hæc vbi defleuit.) Cum talia dixisset,& tanta,tolli iam præcipit funus,& in eius pompam viros mille ex omnibus lectos iubet exire,qui supremum comitentur honorem.¶Intersintq; patris la.) Dictę sunt causę,propter quas hoc faciebat,vna quippe fuerat,quę regale funus competenter efferret,quod obsequiũ genus supremum dicitur,ideo,quia postea nullum est:altera,ppter solatium & lachrymas patris,vt aut ipsi dolorem mœrentis lenirent persuasionibus suis:aut ex congregatione tãtorum leuaretur animo intelligens in tanta necessitate bellorũ filij sui causam fuisse potiorem,propter quam tot lecti fuerãt viri:& Æneam saluti proprię Pallãtis obsequia prętulisse. ¶Et solatia luctus Ex.) Nõ iccirco hęc fiebant,vt iniect⁹ internis sensibus dolor, & illud insanabile malum his generib⁹ penitus tergeret,neq; enim ista ingẽtibus luctibus ęquari potuerãt:sed vt magn⁹ dolor exiguo saltem solatio, pręsentiũ leuaretur, debitum hoc & mortuo fuerat mun⁹,& infelici patre cõuenerat exhiberi. ¶Haud segnes alij crates.) Humanitate simul & regis iussione cogentibus non erant segnes:hoc est properantes aggredi cœperãt necessaria,alij parabant crates,quibus solennia portarentur,& molle feretrum quo funus ipsum ferri potuisset,arbuteis texũt virgis, & vimine querno,dixit lignorum genera quę prębuerat locus, aut funeris ratio:vel quia ligna ipsa in virgas crescunt,& molles & lõgas. ¶Extructosq; toros.) Hęc quæ contexuerant virgis, inumbrabat frondis obtentu, hoc est tegebant fronde, & inumbrabant interiora,quę ramis mollibus frõdibusq; contexerant, quã pulchre posuit,inumbrãt.nõ enim illis aut penitus adempta lux fuerat,aut ad plenum tenebrarum crassitudo congesta.¶Hic.) Hoc est in pheretro.¶Iuuenem agresti sub.) Agresti stramine,hoc est quod agro herbis detractis sternit,super hoc igit posuerunt sublimem.¶Qualem virgineo.) Duo genera sunt violarum crocei coloris & purpurei,quod ex his comparauerit Pallãti, hyacinthi cõmemoratione mõstrauit,est enim coloris etiã ipse purpurei. inducit igitur funus Pallantis retinens adhuc viui hominis speciem.Itaq; iacens in stramine talem habuit colorem,qualem habet flos violę,vel hyacinthi,cum languet abscisus,& cũ illi adhuc naturalis permanet fulgor:& tamẽ vires solitas mater iam denegat terra.¶Tum geminas vestes.) Dicturus Æneam vestem funeri contulisse,dicit eius pretium & meritum,duas,inquit, protulit vestes speciebus pretiosis & pulchris ornatas.) Quas illi lęta laborũ,&c.) Quot vestium enumerata sunt merita? has, inquit, fecerat Dido,ecce vnum manu sua & labore proprio augmentũ laudis,cum manibus suis & labore proprio perfecerat:illa.s.quę fuisset regina & haberet per quas hęc faceret,fecit tamen Ænee, quẽ dilexerat plurimum vt verum & plenum amantis demõstraret affectum,Sidonia Dido fecerat,non frustra loci facta commemoratio est,cum enim dicit Sydonia, vult ostendere faciẽdi artẽ ac substantiam non defuisse. Illic enim suppeditant species, quibus pretiosę vestes conficiuntur,& artis studiũ plene superfluit, & tenui auro discreuerat texturam ipsam.Pictura quippe nõ potest exprimi,nisi interpositis filis speciei alteri⁹ facta fuerit aliqua separatio, quantum laudat author,qui confecit? quantumq; perferuntur species,quibus illę cõfectę sunt? tantũ crescit libertatis Ænee religiosus affectus, & eius meritum, cui partem mediam fuerat collaturus,magnum hic Ænee amorem demonstrauit exhibitum Pallãti,donauit tanti pretij speciem reginę manu confectam,donatam sibi ab ea,quę firmitatem mansuram coniunctionis per munera & meritũ roborare cupiebat,cuius laborem operis illa non senserat:fecerat enim libens,fecerat lęta,nõ quemadmodum faceret, sed cui faceret cogitans. ¶Harum vnam iuueni.)Tantę igitur fœminę tantum munus duarum vestium cum defuncto diuisit,męstus,non quia dabat,sed quia impẽdebat ex animi:esset enim notum si rem tãtam Pallas incolumis sumeret. quid enim proderat contulisse,quod nec sentiret mortuus, & cũ eo mox esset arsurus? Dabat mœstus honorem supremũ:nõ mœstus,quia dabat,sed quia nouissima honorificentia fuit.Optabat enim sospitem,vt plura sentiẽti conferret ac sępe. Arsurasq; comas obnubit amictu. Texit comas ei⁹ hac veste,nequis eas videret ardentes. Arsurasq; comas obnubit amictu. Tantę enim pulchritudinis fuerũt,atq; honoris tãti, vt has nõ nisi aurũ & ostrũ deberet incẽdere. ¶Multaq; pręterea la. pr. p. Ag.) Vbi munus Ænee & tanti pretij dixit,specialitatẽ tenuit,vbi vero ad ea venit quæ fusis Italis rapta sunt, iterposuit generalitatẽ:Post talem. n. speciẽ non debuit speciatim inferiora cõiũgere, multa dixit Laurẽtis pręmia pugnę,eorum,scilicet quę superatis in bello detracta noscebãtur armatis, Multa dixit,exaggeratq;,ipsa multarum specierũ significãt copiam.Longo autẽ ordine prędã duci iubet, ne in globum collecta ambitionẽ funeris ac põpę minueret. Addit equos,& tela,quibus spoliauerat hostẽ. Et hęc quędã in intellectu colligẽdo cõfusio, dubiũ quippe est,cuius dixit equos & tela, vtrũ etiã ipsa hostibus retracta videantur,an quibus ipse vsus videret,meliorẽ arbitror intelligendi rõnem, vt ẽt hæc hostium fuerint,cum captiua vel maxime cõueniebãt pompæ funeris,& de hac re ẽt tũ loquebatur:& quæ propria ipsius Pallãtis fuerãt: sequi vt factũ est debuerint,nõ captiuis specieb⁹ adiũgi.¶Vinxerat & post terga manus.)Misit & captiuos,atq; vt eorum cõditio & fortuna euidẽtius appareret, vinciri præcepit ea rõne, vt rogi Pallantei flammas suo sanguine spargerent. ¶Indutosque iubet trun.)Duces iubet trophæa portare cũ nominib⁹ occisorũ.¶Ducit infelix.æ.cõ.ac.)Acestes quoq; ducebat non ea causa,qua alij sed q ẽẽt luctu atq; ætate confectus: vt trahi potiusq; ambulare videretur.Ibat aũt infelix senex in exequijs iuuenis, ibat tunc infelix, qui cũ Euandro felix remeare cõsueuerat. ¶Pectora nunc. f.pu.) sternitur plus est,q; si diceret cadit,deniq; sequitur toto p iectus corpore terræ. Contuderat autẽ pugnis os suũ,& pectus verũ dolorẽ i cruciatib⁹ sui pectoris indicãs, quẽ senect⁹ auxerat, & cumulauerat luctus.¶Ducunt,& Rutulo.) Currus, scilicet eorũ,quos ex Rutulis Pallas ipse deiecerat. ¶Post bellator equus.) Tãta acerbitas funeris fuit, vt etiã mutum animal amissionẽ domini sentiret & fleret,ibat igit nõ insignis neq; phaleratus,vt solet,vt ipse quoq; animo lugere videretur,& corpore,flebat cum hominibus equus,& bellator gemere videbatur q ad rogũ domini potiusq; solitũ ducebatur ad cãpum. Cũ hominũ dicantur ora,ora dixit ẽt cũ lachrymis humectasse.huic enim nõ solam faciẽ verũ ẽt humanũ attribuit sensum, qui occisum dominũ senserat & flebat.¶Hastam alij,galeamq; fer.) Cætera sunt cingula, quæ Turnus occiso sustulerat. ¶Tum mœsta phalanx.) Isti omnes funeri obsequebantur,non tamen sic, vt vsq; ad Euandrum tenderẽt: sed vt de proximo remearẽt:Versis armis nõ solã arcadibus,sed omnibus applicandum est. Non enĩ soli Arcades sic incedebant:sed omnes qui ex diuersis gẽtibus fuerant cõgregati: vt sit phalanx mœsta,quæ fuit congesta ex Teucris Tyrrhenis & Arcadibus,ibant versis armis nõ bellãtis sed lugẽtis more.¶Postq; omnis longe co.pro.or.)Vbi longe præcesserũt funeris deductores,ijdem illi,qui vsq; ad Euandrum fuerant destinati, Aeneas substitit satis existimãs esse,quod pro necessitate reĝ fuerat factum. redeundum enim fuerat,ppter bellum, & curã reliquorũ funerum peragendam.Post ingentes igit gemitus hæc addidit. ¶Nos alias hinc ad lach.)Nec deserendum est bellum,quod propter hæc videtur esse dilatum,quã pulchre posuit nos,ne videretur solus ab obsequio funeris regis decedere:ad,non semel accipiẽdũ est: vt sit nos hinc ad alias lachrymas fata vocãt,& ad alia icẽta bellorũ.¶Salue æter.m.m.pa.) In æternũ salue in æternũ vale & in æternũ maxime,quasi illũ merito tãtæ virtutis iter illustres & primos esset habitura memoria: vel ipse Æneas nullũ sic esset animo retẽturus.Æternumq; vale,& salue, supremam cõpleuit defunctorũ salutationẽ,quæ inuenta est ideo, quia post eã videri non possunt.¶Nec plura effatus. Qui enim celerius remeare cogebatur,non debuit plurimis loqui.

ASCENSIVS.

¶Hæc vbi defleuit.)Recitat pompam funebrẽ cũ qua Pallas ad patrem remissus est, duce Aceste ei⁹ armigero, de qua re solũ est Donati. Quib⁹ spoliauerat hostem. Ambigue dictũ vel qbus vsus fuerat dum hostes interimeret:vel qbus victor hostes spoliauit. Vltima tñ sentẽtia melior est. Hoc ille. ¶Ordo est. Vbi,id est post q; Æneas.sup.defleuit,id est cum fletu dixit hæc ipe imperat corpus.s.pallantis miserabile.i.miseratione dignum: tolli,id est erigi,& leuari,& mittit mille viros lectos ex toto agmie.i.oi exercitu qui comitentur.i.comitãdo exhibeãt honorẽ supremũ,id est vltimũ videlicet funebrem & q intersint lachrymis patris existẽtes exigua solatia luctus ingẽtis:sed debita patri misero,id est miseratione digno.s.Euandro. Alij,idest aliq ex ipsis:haud segnes.i.gnaui & strenui:texunt.i.contexunt crates.s.super quas ferat cadauer & feretrũ.i.capsam qua ferat, molle, quia virgis arbuteis & vimine.i. virgulto flexibili,querno.i.quercu detracto,& inũbrãt,id est oppacant toros.i.lectos funebres:extructos.s. ad tale munus obtentu.i.circũtensione & circumpositione frõdis, scilicet funebris,& ponunt iuuenem,scilicet Pallãta:sublimem, id est altum hic.i.super huiusmodi toros stramine agresti, idest super stramẽtum agreste. ponũt dico iuuenẽ talem qualem tellus iam non alit.s.amplius existẽs mater,vel tellus mater.s. prius iã non alit.s.amplius florẽ demessum.i.decerptũ pollice virgineo: flo

rem

rẽ dicit seu violę mollis seu hyacithi lãguẽtis: cui.s.flori.i.a quo neq; fulgor.i.Rutilãtia:neq; sua.i.debita & propria forma recessit adhuc:sed Tellus mater non alit iam.s.amplius & sup.nõ ministrat.sup.ei iã.i.amplius vires,Tum.i.deinde Æneas extulit.s.ex scrinijs suis vestes geminas.i.duas rigẽtes.i.dẽse cõtextas vt stare possint.ostro.i.purpura & auro:quas.s. vestes ipsa Dido sidonia.i.ex phœnicia:lęta laborũ.i.de laboribus aut laborũ.s.successu aut exercitio,fecerat olim, id est cũ eius amore capta esset suis manibus.s.proprijs:non ancillarũ:nec mercenariarũ:& discreuerat,id est distinxerat telas.i.tegmina,tenui.i.textili auro. Ipse męstus induit iuueni.i.ad honorẽ eius:vnam harum.s. vestiũ appositorię supremũ honorẽ,id est quæ res erat illi supremus honor ab Ænea impensus:& obnubit,id est velat amictu.s.congruo comas arsuras.s.rogo funebri,Præterea ipse aggerat, id ẽ accumulat,& apponit multa pmia,id ẽ spolia victorũ pmia,pugnę Laurẽtis,id est obtẽta in pugna,quæ in agro Laurenti facta iam erat, & iubet prædã.s. iuuenũ quos Pallanti inferias rapuerat vt prius dictũ est duci longo ordine,id est pompose:addit equos,& addit tela quibus.s.aut Pallas aut ipse Æneas spoliauerat hostẽ, aut tãq; instrumento aut potius tanq; materia circa quã:& Æneas vinxerat.s.pauloante manus.s.iuuenũ post terga.s.sua iuuenũ dicit quos mitteret vmbris,id est ad manes & vmbras ifernales inferias,id est sacrificia inferorum sparsuros flammã.s.rogi funebris, sanguine.s.suo,& iubet ipsos duces ferre trũcos indutos,id ẽ ornatos & accinctos armis hostilibus,id ẽ ab hostib⁹ detractis, & iubet nomina inimica.s.hostium quorũ trophæa cõstituturi erãt figi.s.ad trũcos.s.Acetes.s.armiger olim Euãdri:& nũc custos Pallantis,infelix,id est qui sine culpa sua talẽ dolorẽ referre cogebatur ducit.s.cum funere:quia confectus æuo,id est senio decrepitus:fœdans.i.cruentans aut dehonestãs, nunc,id est aliquãdo,pectora.s.sua pugnis & nunc,id est aliqñ ora.s. sua vnguibus dilacerando.s.ea ipse sternitur & proiect⁹ sup.est terræ, id est sup terram,aut si est datiu⁹:ad terram toto corpore.s.suo: quia amẽs & impos virĩ effectus diriguit,nec se ptinere potuit,& sup.ductores ducunt &, id est etiam currus perfusos sanguine Rutulo,i. Rutulorũ,Æthon equus.s. Pallantis cognominis equo auroræ bellator,id est belliger quondam: it post.s.hæc oia, lachrymans & hoc insignibus,id est phaleris & cęteris ornamentis positis,i. depositis:& humectat,i. rigat ora grandibus guttis.s.lachrymarum.Alij ferunt hastam & galeam.s.pallantis (nã Turnus victor habet cętera.s.ornamenta,vt Baltheum & paludamẽtum)tum,id est deinde phalanx,id est ornata multitudo Arcadum.s.mœsta,& Teucri,

Teucri,sup.mœsti sequunt,& duces Tyrrheni, & Arcades armis versis,idest obuersis in signum luctus:postq; omnis ordo comitum præcesserat longe,id est longo ordine: Æneas substitit & addit.s.ad prius dicta:hæc.s.sequentia, supp. cum alto gemitu: easdem horrida fata belli quæ.s.abstulerant Pallanta: vocans nos hinc,id est ab his lachrymis:ad lachrymas alias, id est alijs impendendas:aut de alijs habendas:o Palla mihi salue æternum: & vale æternum,nec, id est & non, & ipse effatus non plura tendebat ad altos muros,scilicet nouę Troięq; pro,idest ferebat gressum in castra.s.sua.

PIERIVS.

¶Et toto lectos ex agmine mittit.)Roman⁹ codex ex ordine legit:sed plus est, ex agmine.¶Obtentu frondis inumbrant.)Oblõgus codex peruetus,obumbrant,legit, in alijs inumbrant, vulgata lectio.¶Sublimem in stramine ponunt.) Antiqua oia exẽplaria,quotquot habuimus,sublimẽ stramine,legũt absq; præpositione,quæ tñ pluribus placet interiecta,Vt quæ nescio quid numerosius efficiat.¶Auroq; ostroq; rigentes.) Ita legitur oino in veteribus aliquot exemplaribus.Sed enim vulgata lectio magis placet,ostroq;, auroq;, vt epitheton,rigentis, vicinius sit dictiõi, quæ causa sit rigiditatis.¶Cæso sparsuros sanguine flãmas.) Romanus codex,flammam,vnitatis numero legit. Et aliquot alij codices sparsurus,singulari numero recto casu legunt vt suppositũ sit verbi mitteret.Sed longe melius est,sparsuros. ¶Inimicaq; noia figi.)In Ro.co.fingi,legitur,qppe vt res aliquanto amplior effícta,maiorem Euandro consolationẽ afferret, cum in gestarũ rerum narratione,multa veris vulgo superaddi soleant,& ex cõmodo fingi.Sed alienum est mẽdacium a viro fortissimoq; & sapientissimo,qualẽ Virgilius Æneã passim ostentat. Quare longe magis placet eoꝶ snia,qui affixos trophæis titulos occisoꝶ aiũt. ¶Comitum processerat ordo.)Romanus codex, & Oblõgus, & oẽs deniq; antiquiores præcesserat,legunt, vt in antiquarum aliquot impressionũ codicibus habetur. Qui funus enim ducunt, pręcedere solent,subsequi vero,qui lugent.Sed procedere in similibus admodum vsitatum est. Ter.funus interim procedit, sequimur.¶Salue æternum mihi maxime Palla.)Romanus codex vocatiuum hunc noiatiuo similẽ facit,Pallas: sed nomina in,as, desinentia,quę genitiuo crescente per,nt,pnunciant,neq; synæresin patiuntur, vocatiuum facere solent extrema genitiui abiecta,thoantis,o thoan,laodamantis,o laodaman. Poetę tamen huiusmodi vocatiuum absq; n, litera proferre libentius solent, vt o laodama,o polydama, sic o palla.

Iamq; oratores aderant ex vrbe Latina
Velati ramis oleę,veniamq; rogantes:
Corpora per campos,ferro quæ fusa iacebant
Redderet:ac tumulo sineret succedere terrę:
Nullum cum victis certamen,& ęthere cassis:
Parceret hospitibus quondam,socerisq; vocatis
Quos bonus Aeneas,haud aspernanda precantes,
Prosequitur venia:& verbis hęc insuper addit.
Quę nam vos tanto fortuna indigna Latini ÆN.
Implicuit bello, qui nos fugiatis amicos?
Pacem ne exanimis,& Martis sorte peremptis
Oratis? equidem & viuis concedere vellem.
Nec veni,nisi fata locum,sedemq; dedissent:
Nec bellum cum gente gero:rex nostra reliquit
Hospitia:& Turni potius se credidit armis.
Aequius huic Turnum fuerat se opponere morti.
Si bellum finire manu,si pellere Teucros
Apparat;his decuit mecum concurrere telis:
Vixet,cui vitam deus,aut sua dextra dedisset.
Nunc ite,& miseris supponite ciuibus ignem.
Dixerat Aeneas,olli obstupuere silentes: POE.
Conuersiq; oculos inter se,atq; ora tenebant.
Tum senior,semperq; odijs,& crimine Drances
Infensus iuueni Turno:sic ore vicissim
Orsa refert.{O fama ingẽs,ingẽtior armis DRAN.

SERVIVS.

¶Oratores.)Legati:a porãdo pro republica noiati. ¶Vrbe Latina.) Pro Latini, id est de Laurolauinio. ¶Velati ramis oleę.)Nõ coronati (nec enim lugẽtes decebat)sed instructi, & ornati, id est in manib⁹ oliuę ramos ferentes.sic Homerus. στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος. Velati autẽ,ornati: vt illo loco significat:Victori velatũ auro vitulumq; iuuencum:cũ vittis non aut velentur aut coronent victimæ, sed ornentur. ¶Veniamq; rogantes.) Beneficiũ. ¶Ferro quæ fusa.) Fusa mõ, interempta:alias fugata,sed discernunt epithetis:vt si dicas, ferro fusus, aut metu fusus. ¶Redderet.) Ostendit iam campos esse in Troianorũ potestate. ¶Et æthere cassis:) Vacuis.vñ & retia, casses dicimus, hoc autẽ bene addidit, q victi possunt innouare certamen. ¶Haud aspernanda.) Iusta,nõ cõtemnenda, Sepulturę enim beneficiũ generaliter debetur vniuersis.¶Insuper addit.) Accumulat verbis beneficiũ.dicens pacem se etiam viuis velle pstare, pacẽ autẽ ideo defunctis, quia ait, Nullum cum victis certamẽ, & mortuorũ pax, sepultura est. Vñ elegit verbum vtrisq; aptum. ¶Quęnam.)Quãta & qualis. nã admirantis est: nec enim dubitat cũ ipe dicat Indigna.¶Implicuit.) Inuoluit inuitos.¶Nec veni.) Pro nec venissem: tps est pro tempore. ¶Nec bellum cũ gente gero.)Sed cũ Turno: per quod eorum captat fauorẽ. ¶Huic morti.) δεικτικῶς,quasi ostendat eos iacentes.¶Si bellũ finire manu.) Hoc est interẽptione.potest enim & pace finiri. ¶Vixet.)Pro vixisset: & ẽ Syncope.¶De⁹,aut sua dextra dedisset.)Victoria vel vita:quia duplici rõne cõsistit victoria aut virtute, aut volũtate fortunę.¶Miseris ciuib⁹.) Quasi aliena culpa pereũtibus. ¶Obstupuere silẽtes.)Id est obstupefacti sunt, & silere cœperũt ¶Tũ senior.)Cui ab ętate pręstabatur authoritas.¶Odijs,& crimine Drãces ifensus iuueni Turno.)Aut p suum crimẽ id est inertiã, quã semper virtuti cõstat esse cõtrariam. Aut

Universidad de Deusto Biblioteca

Vir Troiane, quibus cęlo te laudibus æquem?
Iustitiæ ne prius mirer, belli ne laborum?
Nos vero hęc patriam grati referemus ad vrbem:
Et te, si qua viam dederit fortuna, Latino
Iūgemus regi: quærat sibi fœdera Turnus.
Quin & fatales murorum attollere moles,
Saxaq; subuectare humeris Troiana iuuabit.
Dixerat hęc: vnoq; oēs eadē ore fremebant. POE.
Bis senos pepigere dies: & pace sequestra
Per syluas Teucri, mistiq; impune Latini
Errauere iugis: ferro sonat alta bipenni
Fraxinus: euertunt actas ad sydera pinus,
Robora, nec cuneis, & olentem scindere cedrum,
Nec plaustris cessant vectare gementibus ornos.

Turni crimine, qui tot viris mortis causa extiterat. ¶Orsa refert.) Cępta verba. ¶O fama ingēs, ingentior armis.) Frustra ait Donat' hoc nomē de his esse quæ nō recipiunt cōparationem, nā quia augmētum recipit, & cōparatur, alia illa sunt nomina in quib' est dubitatio vtrum comparent', vt est pfectus quod si velis cōparare, incipit pfectus nō esse perfectus. ¶Cœlo te laudibus æquem?) Pro his qui in cœlo sunt. i. dijs: vt, Cęrule' Tybris cœlo gratissim' amnis. ¶Iustitię ne pri' mirer, belline laborum?) Figura Græca. Miror illius rei, & regno illius rei, vt θαυμάζω ἐκείνου, καὶ ἄρχω ἐκείνου. Inde Horatius ait, Et qua pauper Daunus agrestium regnauit populorū, pro agrestibus populis. ¶Siqua viam dederit fortuna.) Bene cū exceptione pollicetur, dicens, Si voluntatem nostram fortuna comitetur. ¶Fœdera Turnus.) Vel coniugij, vel amicitiarum. ¶Fatales moles.) Quia audierat, Nisi fata locum sedemq; dedissent. ¶Saxa Troiana.) Ambitiose ait, quasi Troianis fataliter debita. ¶Pepigere dies.) Pacti sunt. nā ab eo quod est paciscor, & pepigi & pactus sum facit: sicut ab eo quod ē parco, & parsi & peperci. ¶Pace sequestra.) Media. Nā sequester est medius inter duos altercantes, apud quē aliquid ad tēpus seponitur. Pacem ergo sequestram, inducias dicit, id est pacem tēporalem, & mediam inter bellum præteritum & futurum. ¶Mistiq; impune Latini.) Apud maiores magna erat cura fidei, adeo vt iter Porsennā & Romanos factis induttijs cum ludi Circēses in vrbe celebrarentur, ingressi hostium duces curuli certamine ꝯtenderent, & victores coronarentur. ¶Ferro bipenni.) Ad epitheton transtulit nomen proprium, nam bipennis per se plenum est, & securim significat. vt, Crebrisq; bipennibus instant. ¶Robora.) Modo genus ligni est, nā est inter specialia nominatum. ¶Plaustris gementibus.) Sub pondere sonantibus.

DONATVS.

¶Iamq; oratores aderant.) Ecce cōtendit euentus frustra Æneā properatū reditū habuisse: nam cū remearet ad castra, veniebant ex vrbe Latina missi, qui rogarent & veniā poscerent præferētes signa pacis & fœderum in frōdibus oleæ, hęc enim consequi cupiebant, deniq; quid ferrent quid optarent etiā taciti significare cupere videbantur. Ita eorum desiderium ostendebat' aspectu, & nunciabat' oleę ramis, quibus fuerāt coronati, aduentus quoq; eorū, dehinc alia subijcit' cā. ¶Corpora per cāpos fer. qu. et. iac.) Quantū additur Æneæ virtutibus? cū ipse enim suorum sepulturam curari præceperit, cum mitteret Pallantem nullum rogādū censuit, nec metuit quenquā. Ecce Latini rogantes inducunt' poscentes veniā, vtpote qui primi arma sumpsissent, & rei tenerentur vsurpatæ per temeritatē violentiæ etiam illud impetrare cupientes, vt corpora sepulturæ mādari permitteret, quæ per omnes cāpos videbantur esse prostrata, augmētum actum est laudi cū ij qui dicebantur occisi, latos campos opplessent, & ille qui resistētes strauerat, sepeliri saltē iuberet exanimes, ac sineret tumulo tegi, non dixit tumulis, ne cæsorū minueret numerū. cum. n. pauci sunt, possunt singuli suo quisq; tumulo tegi, cū vero magnus sepeliēdorū est numerus, vna simul cōgerie & aggere vno clauduntur. ¶Nullum cum victis cer.) Vtebantur argumētis ad persuadendū necessarijs, ne duraret odiū quo occidi meruerūt, certandū nō esse cum mortuis, nec imputandum corporibus, ꝙ animæ deliquerūt, parcendū his hospitij contemplatione, quod aliquādo iunxisset, socerisq; vocatis, nōdū enim fuerat iunctus Lauiniæ, ideo vocatis. Ecce expressit poeta quātū religionis hospitibus, quātum soceris debeat', ꝙ ex hospite gener videretur esse susceptus. ¶Quos bonus Æneas.) Bonus, qa postulata cōcessit, & multo melior, quia addidit sponte, quę legatorū vota cumularent. Cū dicit Æneam bonum, iam debemus intelligere non negaturū, quę fuerāt quæsita: suadebat quippe etiam petitionis ipsius qualitas, quæ sperni nō debuit, cū vero dicit, & verbis hęc insuper addit, cōfirmat illum esse admodum bonum. Illius enim reuera bonitas plena est, qui petita pręstat, & plusq; sunt postulata largitur. Iam hic pro Æneæ responsione spectanda sunt duo: vnum,

vnū, quod precibus assensus est: alterum & ipse desiderata cumulauit. Loqui igit' ac respondere incipit sic. ¶Quę nā vos tāto.) Sortem, inquit, vestrā Latini & miror, & doleo, & sic vos iplicuit fortuna bellādi desiderioā, vt nō amicitiā nostrā sed vobis aduersa sectemini. Martis, inquit, forte peremptis, excusatio est adhibita, vt nō Troianoꝝ vitio, sed cōditione belli, quod ipsis autorib' motū est, videant' extincti. nulla est. n. culpa, sicuti & Terentio placet, vlcisci aduersarios, aut qua via te captēt illi, eadē ipsos capi, deniq; & viuis lenitatē spopōdit, ne similiter pereāt. Beneuola obiurgatio vsqueadeo vt quod delicti ipsorū fuit, diceret esse fortunę, Nō arguit, nē accusat, sed magis eorū defensioni adhibet adiumētū. is. n. qui fidebat suos fore saluos potiusq; pditos cupiebat esse, aperit iā in ea pte quę ꝯtinere potuit, adhuc eos in eodē errore versare: Vos, inqt, superflui petitis mortuis pacē, hoc indicat ētnūc vos velle pugnare: qd ipsum vobis potiusq; mihi ꝯtrariū est. Equidē & viuis cōcedere vellē. Quā cito ostēdit sepulturā mortuis se velle pstare cū dicit, & viuis cōcedere vellē. magis, inqt, vellē, & viuis pstare beneficiū pacis: qa beneuolētiā meā exanimes sentire nō possunt. ¶Nec veni. n. f. l. se. q. de.) Hęc dicendo, ostēdit cęlos pœnas dedisse ad missi sacrilegij. Qui. n. ꝯtra eū fecerūt, qui dijs & fatis volētib' ad Italiā venit, deos poti' expugnare, q̄ hominē voluerūt. Hoc mō ēt istos ostēdebat nec daturos eē supplicia, si duraissēt, & manēdo ducerēt i erroris sui sentētiā aduersarios. Nec veni, nisi fata locū sedēq; dedissent. Nō inuasi alienū imperiū spōte i hęc loca: sed iā fatis vrgētibus veni, ea mihi & locū & sedē istarū deputauere terrarū, cur tenere phibeor, quod mihi sententia diuina & decreuit & tradidit? ¶Nec. b. c. ge. g.) Cōmēdat se populis & in vnius ꝑsonā oēm belli cōgerit cām. nolo, inqt, ęstimetis ex his, quę aduersus me gesta sunt in omnes vos esse cōmotū, solius regis hęc culpa est, q suscepti hospitis iura violauit & soluit, & Turni ꝓtulit parti, nihil horū Latinus effecerat: sed qa hoc negocio prodesse non potuit, fingit', ne vnusquisq; amissam forte considerās metueret pacis ꝯmoda, vtilitatēq; sectari, quę solet de authoribus malorū pœnas exigere. Oē, inquit, malū nō vestra sed regis culpa contractum est: in cuius fuerat potestate pferre meliorē. ipē. n. me Turno postposuit, per eū ratus est melius defendi posse cōmoda sua. ¶Æquius huic Tur. fue.) Qui si haberet integrū in disceptatione cōsiliū, ęquius fuerat Turnū morti supponi in negocio suo, q̄ alium periclitātis casibus iungi. ¶Si bellū finire manu.) Cum sit susceptū duorū causa certamē, duo tātū pugnare debuimus, cur periclis nostris adiūcti sunt cęteri? ¶Vix & cui vitā deus.) Probaret mox rerū exitus fortiorē. ¶Nūc ite, & mise. s. c. i.) Supra dixit fortuna indigna: in fine vero beneuolētię satiauit affectū, dicēdo miseris, dicēdo ciuibus. Miser potest dici, quē innoxium premit aliena fortuna: bene ergo hic miseros dixit, q nō in suo sed in negocio Turni perierāt: ciues vero recte appellauit, vt ostēderet se ita iā originē ducere, & eo redactum cum suis: vnde Dardanus fuit, & oratores intelligerent Æneam: cuius animum potius tenerent, q̄ læsi probarent. ¶Dixerat Æneas.) Admiratione tantæ lenitatis cū plusq; optauerāt, sese aduerterent consecutos, stupefacti sunt, nec reperire valuerūt, qd deberēt in respōsiōe cōplecti, cōuersi inter se diu siluerunt, vnam retinentes intentionem luminum, eo more, qui deliberantibus familiaris est. ¶Tum senior.) Ex illis omnibus, qui aderant, & admirationis stupore fuerāt fixi, solus Drāces, vel ꝙ esset ętate fortior cæteris, & exercitatior cūctis: vel ꝙ odisset iugiter Turnum, arrepta temporis occasione, quæ grauaret eū, quem perosum habuit, ita respondit. ¶O fama ingens.) Multa collegit, vt ostenderet beneficia Æneę gratanter audita. Hoc enim & præmissa laus, & gratiarum actio euidenter ostēdit. nō, inquit, immerito tibi tantas animi corporisq; virtutes fortuna concessit: habes denique tui corporis famam, quæ te beneuolum, fortem, prudentemq; testatur, qua in parte te cum sine admiratione laudari non possis: tum magis illa præferenda sunt, quibus in bello præstas, te ipsum maiore substantia felicitatis exuperas in laboribus indefessus, dimicandi

micandi rōne præcipuus, addit in vltima parte laudis, & genitalis meritū soli, dicens, vir Troiane, quasi diceret talem generare potuit sola Troia. ¶Quibus cœlo tela. æq.) Cum laudibus cœlo merearis æquari, vbi est virtus omnis & vera iustitia. ¶Iustitiæ ne prius mirer.) Quid potius mirari debeo? inquit, iustitiam tuā admirādam, an belli inclytos tuos labores & incomparabiles? cū in vtroq; mea verba aut sensus tua merita asseq nequeant? quasi diceret, tantum iustitia & bellorū exercitatione viges, vt nūquā te satis laudare possim. ¶Nos vero hæc patriam.) Quæ locutus es, vel quæ beneuolus præstitisti, grati referemus ad nostros atq; operā dabimus, vt superioris erroris nostri culpa submota redeat rex Latinus in concordiam tuam: sitq; dignissimo tibi firma religione cōiūctus, Turnus vero si matrimonio iungi vult, aliud sibi quærat, ac iungat: interea cū hæc diceret Drances, addidit. siqua viam dederit fortuna, quod non est dubitantis, sed hoc magis intelligi' polliceri, vt idipsum, quod spondebat, quacūq; via posset, efficeret: Multas eni occasiones potest reperire ac pręstare fortuna, vt iuuet audētes. Pōt & sic intelligi, iungemus te regi, si adhuc nobis non inuideat fortuna, que societatem primā inimica æmulatione dissoluit. Hoc ideo, vt ostēderet culpam cōtracti belli fortunæ fuisse, non Italorū: quia hoc & Æneas supra complexus est. ¶Quin & fatales mu. at. mo.) Tantum exhibebimus obsequij, vt cū muros, vel quid aliud volueris extruere, collo nostra saxa iam Troiana libentissime perferre parati simus: nec erit onerosum nobis, quicquid censueris faciendum. ¶Dixerat hæc.) Talia, inquit, dixerat drances. ¶Vnoq; ea. om. o. fre.) Eadem, quæ verbis suis complexus fuerat drances, quasi vno ore omnes profitebantur se esse facturos. ¶Bis senos pepigere dies.) Ita peractis omnibus recesserunt: vt per duodecim dies sepeliendorum funerum causa pax sequestra teneret'. sequestra pax est: quæ si interponitur, non terminet, sed differat bellū. ¶Per syluas Teucri.) Tantum valuit interpositæ pactionis fides, vt diuersarum partium viri per syluas miscerētur impune. ¶Ferro sonat al. bi. Fraxinus.) Alta fraxinus icta ferro, hoc est ictu ferreo percussa resonabat. ¶Euertunt actas ad sy. p.) Actas ad sydera, hoc est in tātam altitudinem porrectas, vt sydera pulsare potuissent, hi omnes euertendis arboribus operam dabant. ¶Robora nec cuneis.) Alij insistebant roboribus scindēdis, alij portandis, ordinatur sensus sic. Nec cessant robora, vel cedrum, aut ornos plaustris imponere, ac transferre: aut cuneis scindere, sed non omnes idem faciebant: nam diuiserant opera.

ASCENSIVS.

¶Iamq; oratores aderant, &c.) Describit aduentum oratorum ab Latino missorum petentium veniam corporum defunctorū sepeliendi, quam eis lubens concessit Æneas, addēs etiam viuos in gratiam recipere voluisse, quæ res oratoribus perplacuit vsq; adeo vt pollicitarentur ipsum regi suo Latino recōciliaturos. De quibus omnibus habemus hoc solum per Donatū: Miseris: qui non i suo, sed in Turni negocio perierāt. ¶Pace se. sequestra pax est quæ sic interponitur vt non tollat sed differat bellum. Postq; ma. vel pro mulieribus posuit: vel matres eorū qui cæsi fuerant. Hæc ille. ¶Ordo autē est. Iamq;, id est & iam oratores, id est caduceatores quos & vulgus ambasiatores vocat aderant ex vrbe Latina, id est regis Latini, velati in signū pacifici aduētus: ramis oleę id est arboris oliuæ quæ etiam tempore Noe pacis indicium per columbam attulit: & rogātes veniam, id est gratiam & concessionē petitionis cuiusdam. s. vt redderet corpora quę iacebant fusa, id est prostrata ferro, id est armis ferreis per campos: ac vt, sup. sineret, id ē pmitteret sup. ea succedere tumulo terrę, id est humationi asserentes: sup. nullū certamen, supp. esse debere cum victis. s. omnino, quia iā defunctis: & cum cassis, id est priuatis ęthere id est aura vitali, & vt, sup. parceret hospitibus. s. Latinis vocatis quōdam. s. antequam Turnus fœdus inter Latinū & Æneam disturbarat. Quos. s. oratores precātes, haud aspernāda, id est licita & honesta Æneas bonus: prosequitur venia, id est confert eis veniam: & verbis. s. amicis aut addit insuper verbis hæc. O Latini quænā, id est qualis fortuna indigna, id est aspernāda implicuit, id ē illaqueauit voa tāto bello, vtpote qui fugiatis nos amicos, id est amicitiā nostram. Oratis ne pacem exanimis, id est defunctis & peremptis sorte Martis, id est quam Mars sibi vendicat, hoc est bellicæ. Ponitur autē secundo loco tribrachus tis equi. aut pausę gratia tis longe ęquiualet. Equidē, id est ego quidem vellem cōcedere. &, id est etiā viuis. s. pacem; ne veni. s. in Italiam, id est nō venissem: ni, id est nisi fata dedissent. s. mihi locum & sedem. s. firmam nec gero bellum. s. volēs & lubens cum gente. s. Latina: rex s. Latinus reliqt nostra hospitia, id est iura hospitalitatis iter nos

contracta: & credidit se potius armis, id est virtuti bellicæ Turni: æquius, id est iustius & ꝯuenientius fuerat Turno. s. violatori pacis: opponere, id est obijcere se, morti, id ē periculo mortis p bellum: si apparat, id est prætendit finire bellū manu, id est concertatione dextræ suæ: & si apparat pellere Teucros. s. ab Italia decuit, supple eum cōcurrere hic, id est in hoc campo mecū telis. is, supple nostrū vixet: pro vixisset cui deus aut sua dextra dedisset, vitā: nūc quia res se aliter habēt: ite & supponite miseris ciuibus. s. qui excoluerunt quæ non rapuerunt ignē. s. quo crement' prius quā cineres in vrnam condantur. Æneas dixerat, id est finiuerat sermonem suum: olli, id est & tūc omnes illi. obstupuere silētes, id est cum silentio: & conuersi tenebant inter se oculos atq; ora, quasi dicat tacite dicerēt ecce qualem virum repellere conati sumus. Tum, id est deinde Drāces senior, id est prouectioris ętatis. s. q̄ cęteri: aut senior, id est grādęuus. & infensus, id est molestus & infestus semp Turno iuueni, odijs & crimine. s. Turni qui pacē ruperat: aut crimine. s. inuidię: aut crimine, id est causa odioꝝ legitima refert vicissim ore: qa prius indicijs & gestib' retulerāt oēs: orsa, id est exordia sermonis sui vicissim, id est per vicissitudinem postquā elocutus erat Æneas sic. O vir Troiane: ingēs fama, id est per famā: & ingentior, id est longe maior armis, id est effectu ipso, quibus laudibus æquē, id est æqui parem, & ęqualē cēseam te cœlo, id est cœlestibus dijs, quasi dicat nescio. & addit: mirer ne, supple in te prius, id est principalius iustitię. s. laudem a superiori, nā nouū esset si nihil subaudias dicere mirer huius rei &c. ne pro an: supple prius mirer in te laborū belli supple laudē vero, id est pro certo nos grati referemus hęc, id est humanitatis tuæ indicia ad vrbē patriam. s. Laurolauinium & siqua, id est aliqua fortuna, id est fortuita occasio dederit viam, id est modū & rationem. nos iūgemus, id est cōciliabimus & confœderabimus te regi Latino, quęrat Turn' sibi fœdera quin, & id est quinetiā hoc est insuper iuuabit, id est delectabit, sup. nos: attollere moles murorū fatales, id est fataliter promissas & iuuabit subuectare. s. ad constructionē murorum. saxa Troiana, id est ad Troiæ nouę constructionē. humeris. s. nostris: Dixerat hęc, scilicet Drances & oēs, scilicet reliqui oratores fremebant hæc eadem vno ore, id est pari cōsensu. & ipsi pepigere, id est pacti sunt bis senos, id est xij. dies: & Teucri & Latini misti impune, id est passim & sine punitione aut malo: errauere, id est libere diuagati sunt: iugis, id est in summitatibus sub vertice mōtiū: per syluas: & hoc pace sequestra, id est interuentu pacis sequestræ quę inducias ad tēpus concedit: traximus, id est arbor illa alta sonat ferro bipēni, id est securi duas pinas habēti: &, supple ipsi euertunt pinus: actas, id est extensas ad sydera: nec cessant scindere, id est findere cuneis: robora, id est ligna querna, & cedrum olentem. s. pręcipue vt fœtorē cadauerum expellat: nec cessant vectare. s. ad pyram construendam: ornos, id est tales arbores: plaustris gementibus. s. præ magnitudine ponderis.

PIERIVS.

¶Veniamque rogantes.) Romanus codex, precantes, legit: vt etiam interius est. Quos bonus Æneas non aspernanda precantes prosequitur venia. ¶Et æthere cassis.) Mediceus codex, & aliquot alij, aere, legunt, de inferiori enim & spirabili hac aura loquitur. ¶Pacem ne exanimis.) Romanus codex, Mediceus, & antiquiores plerique alij legunt pacem me exanimis, quod mirifice placet. Habet enim emphasin pronomen illud, plusque in recessu præstat, quam fronte polliceatur. ¶Equidem & viuis concedere vellem.) In antiquis aliquot codicibus, mallem, legitur: quod magis explet oratorum vota, magisq; sibi eos conciliat, vellem, tamen receptum. ¶Nec veni nisi fata locum sedemq; dedissent.) Fieri per modos solœcismum Cōminianus ait, hoc loco citato. Nec veni, pro nec venissem, indicatiuus pro coniunctiuo. Indignatur vero Fab. Quintilianus huiusmodi elocutionum species nūc solœcismi, nunc barbarismi nuncupatione appellitari, vbi ait, exempla barbarismi quidā fere in iactationē eruditionis sumere ex poetis solent, & authores: quos prælegunt, criminantur. ¶Æquius huic Turno fuerat se opponere morti.) Antiqua omnia exemplaria, quotquot versare contigit Turnū, accusatiuo casu legunt, vt ordo sit æquius fuerat Turnum opponere se huic morti. Nam & Seruius. Huic morti legit δεικτικῶς quasi iacentes ostendat. ¶His decuit mecum concurrere.) In Romano codice, & aliquot alijs ad euitandam cacophoniam, quæ in pede quarto fieret, cum non, scriptum est traspositis dictionibus, his meeum decuit cōcurrere telis. ¶Olli obstupuere silentes.) In veteribus codic. pene omnibus scriptum obseruaui, illi obstipuere. ¶Iustitiæ ne prius mirer,

Universidad de Deusto
Biblioteca

belli ne laborem. Sane Seruius. Miror genitiuo iunctum, Græca
iuſtitia, per t ait figura, θαυμάζω ἐκείνου, καὶ ἄρχω, ἐκείνου, vt apud Hora. agre-
ſtum regnauit populorum. legitur, In Roma. tñ codi. & aliquot
alijs perueteribus poſita hæc ſunt in caſu ſeptimo, iuſtitia ne pri
us mirer belli ne labore, in quo illud etiã obſerues, iuſtitia, per t,
in pene vltima ſcribi, vt ex antiqs inſcriptionibus, & nomiſmatis
approbauim⁹: ſed eſt & vbi, belli ne laborem eſt, vbi iuſtitiam, &
laborem. Accuſatiuo caſu legas. Neqꝫ mirum lectionem hãc ita
nunc variare, cum variæ ſuper ea fuerint olim etiam grãmatico
rum ſententiæ. Nã Priſcianus, vbi ait, cõiunctionem dubitatiuã
vel interrogatiuã ſimiles caſus exigere, locum hunc Virgilij citat
in quo ſcriptum ſecus aſſerit, neqꝫ præceptiõi huiuſmodi poeta
in quo paruiſſe, q ſcripſerit ablatiuo caſu, iuſtitia ne pri⁹ mirer, mox ge
nitiuum adiecerit, belli ne laborem, quippe propter ancipitẽ dic
tionum conſtructionem, qã vtrunqꝫ bene dicatur, miror iuſtitia, & iuſtitiæ, inueniri tamen in codicibus etiã iuſtitiæ, genitiuo
caſu, idqꝫ aptius eſſe, non inficiatur, quod & alibi confirmat Græ
ce conſtructionis exemplo poſito, θαυμάζω τῶν πόνων. ℣ Ferro ſos
nat alta bipenni fraxinus.) In aliquot antiquis codicibus acta, les
gitur: quod minime placet, quia ſtatim ſequiſ, euertunt actas ad
ſidera pinus. Si quid vero imutandum fuerit ex lectiõe vulgata
placeret, icta quod in antiquiſſimo codice obſeruaui.

SERVIVS.

¶ Quæ modo victorem latio Pallanta ferebat.) Bene Modo. Vno enim eodemqꝫ die & fortiter fecit & perit: vt, Hæc te prima dies bello dedit, hæc eadem auſert. ℣ Arcades ad portas ruere.) Eos dicit qui intra ciuitatem ſunt. ℣ De more vetuſto.) quia antea per noctem cadauera pro funere ferebantur cũ faculis. ℣ Rapuere faces.) Raptim & feſtinanter tulerunt. ℣ Diſcriminat.) Diuidit. Vnde & diſcrimen capitis muliebris dicitur. ℣ Incendunt.) Implent vt, Clamore incendunt cœlum Troesqꝫ Latini. ℣ Vis vlla.) nec ætatis imbecillitas, nec feueritas regia. ℣ Pheretro Pallante repoſito.) Id eſt poſito Pallantis pheretro. Nam Antiptoſis é. ℣ Non hæc o Palla dederas promiſſa parenti, Cautius vt ſæuo

Et iam fama volans tanti prænuncia luctus,
Euandrum, Euandriqꝫ domos, & mœnia complet,
Quæ modo victorem Latio Pallanta ferebat.
Arcades ad portas ruere: & de more vetuſto
Funereas rapuere faces: lucet via longo.
Ordine flammarum: & late diſcriminat agros.
Contra turba Phrygum veniens plangentia, iungit
Agmina: quæ poſtq matres ſuccedere tectis
Viderunt: mœſtam incendunt clamoribus vrbem.

ſæuo velles te credere Marti.) Duplex expoſitio eſt: aut enĩ hoc dicit, Non mihi talia promittebas vt crederem te cautius dimicaturũ, vt intelligamus proficiſcentẽ Pallantem promiſiſſe patri victoriã, cædem hoſtium, pluria ſpolia. Qui enĩ hęc cogitat, cautelæ obliuiſcĩ auiditate vincendi: aut certe Nõ, pro nempe accipiamus. vt in Terẽtio. Nũ tu hunc rus, hinc, pduxe aiebas? id eſt nonne, pro nẽpe, vt nũc ſit ſenſus, Nẽpe mihi dederas promiſſa diſcedens, quia cautius fueras dimicaturus. ℣ In armis.) Apud armatũ, cuius cõſiliũ cupiditas victoriæ plerunqꝫ conturbat. ℣ Vota, preceſqꝫ meę.) Supra, Fors & vota facit. ℣ Felix morte tua.) Eate felix qua cęteri dolẽt. ℣ Viuẽdo vici mea fata.) Diu viuẽdo. Vt ĩ Bucolicis, O Lycida vix peruenimus. Vici aũt mea fata, id eſt naturalẽ ordinem vita longiore ſuperaui, náqꝫ hic ordo naturalis eſt, vt ſint parẽtib⁹ ſuperſtites filij. Fata ergo gñalia dixit, referẽs ſe ad naturalem ordinẽ, non ad fatum proprium. Nã fata ſuperare nemo hominũ pẽt. Vnde multi ſic diſtinguũt, Cõtra ego viuendo vici vitã. ſ. filij. Nã hoc eſt, Superſtes reſtarẽ vt genitor, vt mea fata, p exclamati onem dictũ ſit. Sciendũ tñ ẽt irrationabilia doleti bꝰ dari. ℣ Reſtarẽ.) Eſſem. ℣ Dediſſem.) Reddidiſſem. ℣ Pompa.) Exequialis. ℣ Nec vos arguerim.) Exonerat eos pudorẽ, ne videanẽ ei cauſa orbitatis fuiſſe, dicens ſibi hoc fataliter debitum. ℣ Senectæ.) Deeſt ætatis: eam ſenecta ætas dicitur. Salluſtius, Senecta iam ætate. Per ſe autẽ plenum eſt, ſi ſenectus dicamus. ℣ Ducẽtẽ in Latiũ Teucros cernidiſſe iuuabit.) Lucrũ quodãmodo putat, impẽdiſſe pro amicorum felicitate filiũ, qui morti fuerat acerbo funere fataliter debitus. ℣ Nõ alio digner te funere, Palla.) Latẽter hic Æneę oſtendit pietas qui in amici funus tanta contulit, vt pater amplius pſtare nõ poſſet. ℣ Tu quoqꝫ nunc ſtares immanis truncus in armis.) Sicut iſti duces de gbus hæc ſunt trophęa, nã ſupra ait, Indutoſqꝫ iubet truncos hoſtilib⁹ armis ipſos ferre duces. ℣ Eſſet par ętas.) Vel mea, vel filij, nã ad vtrũqꝫ põt referri. ℣ Teucros qd demoror armis?) Ab armis: & hoc videtur dicere, Dimittẽdi ſunt Troiani, vt morte Turni ſatisfiat doloribus meis, qd ẽt poſteriora ſignificant. ℣ Meritis vacat hic tibi ſolus, fortuneqꝫ locꝰ.) Nihil eſt aliud quod poſſit vel virtus tua, vel fortuna pręſtare (nã his rebꝰ victoria contingit) niſi vt occiſo Turno, & vindices filiũ, & patrẽ cõſoleris orbatum. ℣ Sed gnato manes pferre ſub imos.) Ac ſi diceret hanc ſolam eſſe cauſam, quæ eũ cogat ad vitæ patientiam, vt filio Turni nuncietur interitus.

DONATVS.

¶ Et iam fama volans.) Cum Troiani & Latini hæc agerent, iam mortem Pallantis ad Euandrum, atque eius domos, & totam vrbem fama nunciuſque peruexerat, occiſum eſſe afferens Pallantem, quæ fama apud Latinũ ferebat eſſe victorem, quam grauis fuerat luctus accipiendus de eo? cuius ante momentũ victoriæ nunciabantur & gloriæ: Egregiam mortalitatem hoc loco ſeruam debemus aduertere. nanque, vt fit, feralis nuncius ad aures Euandri primo peruenit: dehinc ad domos eius, poſtremo ad omnem ciuitatẽ. ℣ Arcades ad portas ruere.) Proprie dixit, ruere. feſtinabãt enim cõmoti inſperato malo, vt irent obuiam funeri nec ambulare iam ſed in modum ruentium congeri videban-

tur ad portas. ℣ Et more vetuſto.) Ruere & rapere plenã ſignificant feſtinationẽ, funereas facer iccirco dixit, qa fũt votorũ. ℣ Lucet via longo Ordine flammarũ.) Diſcriminare eſt ſpeciem a ſpecie immẽſa ſeparare. Ecce vna fuit facies terrę interfectis, tñ facibus videbaĩ in partes eſſe diuiſa. ℣ Contra turba phrygum. Cum dicimus contra turba Phrygum veniens, morã debem⁹ interponere, & ſic dicere plãgentia iungunt agmia, vt nõ ſoli phryges ſed & Arcades phrygibus miſti agmina iunxiſſe videantur, cæterum turba iungũt agmina, faceret mala diſtinctio vitium, quod poeta non fecit. ℣ Quę poſtquam matres.) Quæ agmina, poſtquam viderũt matres intra portas. Mœſtã incendunt clamoribus vrbem.) Matrum ſignificatiõe vel mulieres generaliter accipere poſſumus: vel eas, quarũ filij cũ Ænea perrexerãt: vt ſimilitudine caſus commotæ, & propter regis filiũ dolere viderẽtur, & ſuorum periculũ tractare cũ animo. ℣ At nõ Euandrum.) Cum grauis eſſet apud cęteros luctus tum magis animum patris, mentẽqꝫ percuſſerat, deniqꝫ non illum tardauit, doloris violẽtia, nõ ętas cohibuit, corpꝰ ſenectute deſeſſum: nec expectauit dolor nec filij corpꝰ baiulis curãdis pueniret: ſed ipſe occurrẽs in medios venit. ℣ Pheretro Pallãte repoſito.) Atqꝫ ita, vt Pallas iacebat depoſito pheretro procubuit Euander ſupra, & inheſit ipſi corpori cũ gemitibus & fletu. ℣ Et via vix tandem.) Tãtus fuerat dolor infelicis patris, vt vix, & interpoſito tẽpore loq potuiſſet, dolor diſtulerat, vñ reddidit vocẽ, vox. n. qua loqui poſſet, dolore loquendi præſtitit laxamentum. ℣ Non hæc o Palla.) Magnus error dolentis, obiurgat mortuũ, quaſi ſi non emendaret male geſta, aliqua rõne potuiſſet: & cũ mortuo interrogationibus loquiſ, quaſi audire exanimis poſſet, aut geſta narrare. nõ talis, ingt, extiterat fili promiſſio tua: nec ſic abieras vt talis infelicẽ remeares ad patrẽ, circunſpectum te promiſeras fore, & omni cautela ſuſpẽſum, quo abierũt iſta? quis te caſus præcipitem dedit? vt mãdatorũ mei, timoris oblitus durã improuidus properares in mortem? In certaminibus belli redundant copioſa diſcrimina, tantũqꝫ illic procliue eſt mori, quantum ſupereſſe difficile eſt. ℣ Haud ignarus eram.) Prior, inquit, ipſe peccaui, primus conſiliũ pdidi, meos inter initia tractatus inimica fortuna cõfudit, ignorationis excuſatione defendi nõ poſſum, debui miſer cauere, quod noueram. Per hæc qppe ad hanc infelicẽ ſenectã mihi tranſitus fuit. ſciebam, quid poſſet nouitas rerum, & inexperta pericula quemadmodũ decipiãt rudes exemplis precedentibus noueram, ſolã gloriæ viam tractant & ſolo laudis amore raptant. Cumqꝫ ſic aguntur improuidi, in cognitam diſcriminum partem vitare non poſſunt. O iuuenis mei duræ primitiæ, & incaſſum fuſæ cunctis numinibus preces: nec filius mandata retinẽt patris, nec voto ſupplicis deorũ fauor accedit. Vbi ſunt illa, quæ pro incolumitate filij miſerandꝰ exoluit, cur ſurdis auribus iuuenis metuẽda commiſi? Sera cautio eſt poſt orbitatem meam tractare, quæ tũc integris rebus curari cõuenerat, nihil dicerem filio, nullam deo precem ſupplicãs funderem: non ſoluerem vota: tenerem miſerum iuuenem, fauerẽt dij omnes tutiori conſilio, nec votis aliquibus, nec pcibus inuitarẽ. ℣ Tuq; o ſanctiſſima coniux.) Gemut aliquando vxor mortem

Virg. ooo in tuã,

At non Euandrum potis eſt vis vlla tenere:
Sed venit in medios: pheretro Pallante repoſto,
Procubuit ſuper: atqꝫ hæret, lachrymansqꝫ, gemẽsqꝫ:
Et via vix tandem vocĩ laxata dolore eſt.
Nõ hęc o Palla dederas promiſſa parenti: EVAN.
Cautius vt ſæuo velles te credere Marti.
Haud ignarus eram, quantum noua gloria in armis,
Et prædulce decus primo certamine poſſet.
Primitiæ iuuenis miſeræ, belliqꝫ propinqui
Dura rudimenta, & nulli exaudita deorum
Vota, preceſqꝫ meæ: tuqꝫ o ſanctiſſima coniux
Felix morte tua, neqꝫ in hunc ſeruata dolorem.
Contra ego viuendo vici mea fata: ſuperſtes
Reſtarem vt genitor: Troum ſocia arma ſecutum
Obruerent Rutuli: telis animam ipſe dediſſem:
Atqꝫ hæc pompa domum me, non Pallanta referret.
Nec vos arguerim Teucri, nec fœdera, nec quas
Iũximus hoſpitio dextras: ſors iſta ſenectæ
Debita erat noſtræ: quod ſi immatura manebat
Mors natum cæſis Volſcorum millibus ante,
Ducentem in Latium Teucros cecidiſſe ſuuabit.
Quin ego non alio digner te funere Palla,
Quam pius Aeneas, & cũ magni Phryges, & quam
Tyrrheniqꝫ duces, Tyrrhenumqꝫ exercitus omnis.
Magna trophęa ferunt, quos dat tua dextera leto.
Tu quoqꝫ nunc ſtares immanis truncus in armis:
Eſſet par ætas, & idem ſit robur ab annis,
Turne: ſed infelix Teucros quid demoror armis?
Vadite: & hęc memores regi mandata referte.
Quod vitam moror inuiſam, Pallante perempto,
Dextera cauſa tua eſt: Turnum gnatoqꝫ patriqꝫ,
Quam debere vides: meritis vacat hic tibi ſolus,
Fortunæqꝫ locus: non vitæ gaudia quæro:
Nec fas: ſed gnato manes perferre ſub imos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuam,cum te conſtaret felicia perdidiſſe:ſola es,cui profuere cõtraria,mors tibi beneficium fuit,non vides noſtræ prolis interitum nec ruinam noſtri generis plangis.⁋Contra ego viuendo.) Totum dicit in contrarium verſum, vt mori commodum fuiſſet,vixiſſe tormentum,deceſſiſti ſuperſtitem filium relinquens, contra ipſe miſerrimus viuo non filium ſed filij funus amplectẽs:viuo poſt eum,ante quem debueram mori. ⁋Troum ſocia arma ſecutum.)Sic peccaui,quia fœdera iunxi cum Teucris,ego debui Rutulis pœnam, ego debui ſolus extingui, & dare animã volens,finiret cruciatus meos vltimus dies,mihi fierent iſta, tu plangeres ſenem,me tolerabilius videret patria cecidiſſe, quã te. ⁋Nec vos arguerim Teucri.) Præſentes Troianorum aliqui ne arbitrarentur, cauſari Euandrum, quod per illorum amicitiam Pallantem perdidiſſet: icirco ait, non arguerim vos Teucri in cauſa orbitatis meæ,nihil mihi amicitia veſtra nocuit,nihil datæ dextræ attulerunt, quod poſteritatem meam funditus verteret, & mẽſarum communicatio nullam partem infelicitatis inflixit. ⁋Sors iſta ſenectæ.) Debebantur hæc diuturno ſeni fatis inimicis aduerſa.Vixi vt duram exciperem meæ fortunæ ſententiam. Compleuit illa inuidiam ſuam, non poſſum animis veſtris aſcribere, quod vos certum eſt accidere noluiſſe. ⁋Quia ſi immatura.) Nititur probare Troianis, quod non ipſos occiſi filij afferat cauſam.Si,inquit, immatura mors debebatur filio meo, vtinam de Volſcis facta prius victoria cecidiſſet, eſſet quippe occiſi glorioſa memoria,ſi manu eius Teucri ducerentur in Latium. ⁋Quin ego.) Nihil Addam ad pompam funeris tui, nihil enim factum eſt minus,quam conuenerat fieri. Oſtendit Æneas officia ſua:eadẽ quoque cum Tyrrhenis complere Troianos.⁋Tyrrhenumq́ exercitus omnis.) Hęc ad conſolationem pertinent. Eſt enim quoddam in doloribus temperamentum, quo acerbitas ipſa minuatur.Leniebatur igitur doloris ipſius aſperitas,quod & ſi mortuus Pallas videbatur,virtutis tamẽ eius multa monſtrabantur,& magna: Ibat quippe Tyrrhenus exercitus cæſorum trophæa portans: & in illa multitudine fuerat nullus, qui Pallanteæ virtutis teſtem non geſtaret in ligno. ⁋Tu quoq́ ſtares.) In hoc, inquit, Trophæorum numerum etiam tu eſſes Turne,ſi ætas filij mei ætati tuæ congruiſſet, aut robur corporis eius tuo robori mẽbrisq́ conueniret:Recte in dolorib' ſuis deformationẽ inſerit Turni:& quaſi ita peragit cauſam, vt quod ille preferebat in ſeſe,id iſte facta victoris & victi cõparatione deijceret. Si vna, inquit, vos eademq́ ætas, & robur corporis habuiſſet Trophæo tuo iſtorum numeris cumulares:atque ille viueret,ac de tuo quoque interitu triumpharet.⁋Sed infelix Teucros.)Ipſe reprehendit multiloquia ſua, quæ dolore cogente vrgebatur effundere:& reuera cum in patre breuis eſſe deberet ſermo,ipſe quoque nõ miſit breuitatem,ſed icirco videtur multa dixiſſe,quia multas partes tetigit,multasq́ perſonas: quæ ſi ſeparentur, inuenietur breuem in ſingulis habuiſſe ſermonẽ. Dixit quippe nõ hæc o Palla dederas promiſſa parẽti, tu quoque o ſanctiſſima coniux,& contra ego viuendo vici mea fata. Item nec vos arguerim Teucri,rurſum redijt ad filij perſonã dicens,Quin ego nõ alio digner te funere Palla.Dehinc ad Turnum fecit apoſtropham.Tu quoque nũc ſtares immanis truncus in armis,ſi eſſet par ætas & idem robur in annis Turne:tandem igitur intellexit diutius ſe vagari nõ debere per multa,ne tantos & electos ex omnibus numeris viros,atq́ vltioni ſuæ neceſſarios, ſuperfluo morarum ſpatio retineret. Quid, inquit, adhuc demoror Teucros? quaſi infelicitatem meam ſit illorum leuatura præſentia, pergant potius,& repetãt arma,hoc eſt dicere,quod hic vacui remorantur, eant, dimicent, & orbitatem meam vltione compenſent. ⁋Vadite, & hæc memores.) Vadite, hoc loco hortantis eſt potius,quam iubentis: & mandata mea regi perferte. ⁋Quod vitam moror.) Quod viuo poſt Pallantis mortem, ſolam eſſe cauſam,vt eius mortis authorem perſequaẽ fortis dextera tua.Intelligis enim te hoc debere meritis, vt per te contingat Turnũ videre proſtratum,hoc Pallas exigit, hoc ego infeliciſſimus pater. Erat commodum vixiſſe poſt filium, ſi ſub armis tuis Turnus occumbat, & lachrymas meas interitus eius conſumat,& tergat. ⁋Vacat hic tibi ſolus.) Reddendæ viciſſitudinis locum ſolum iſtum fortuna tibi ſeruauit, expecto euentum atque exitum necis hoſtilis.⁋Non vitæ gaudia quæro.) Neque enim delectatione lucis iſtius viuo:aut fas eſt ſupereſſe orbatum tali filio patrem: ſed vt nuncius ad inferos pergam, ac Pallanti referam optatam ab hoſte ſumptam eſſe vindictam. Viuant, quibus iucundum eſt viuere,viuãt qui nõ habent in vita, quod plangant,viuãt,quibus deſunt tormẽta,quæ viuẽtes excrucient mihi tantũ optata ſuccedant, vt filio referam confoſſum virtute hoſpitis Turnũ.ego illius interitum ei nunciẽ,cuius cauſa mori potius malo, quã miſerabilem viam iugibus ſeruare tormentis. Quod dixit ſupra meritis vacat hic tibi ſolus fortunęq́ locus: nõ ab eo,quod eſt meritũ,& merita declinauit,ſed ad perſonas retulit,ab eo quod eſt his meritis, vt fœminini generis ſit,& faciat has meritas pſonas,aut maſculini generis,& ſit,his meritis hominibus,nõ tamẽ generis neutri,vt hæc merita,& his meritis dixiſſe videatur.Terentius ſic.Quid meritus? huic dicto reſponſum eſt,crucem.

ASCENSIVS.

⁋Et iam fama, &c.) Proſequitur lamentationem, & vt in argumẽto dictum eſt affectus paternos Euandri in Pallãta filium vnigenitum. Vnde cum nihil receptum ſit Donati. ¶Ordo eſt. Et fama(ſcribitur etiã phama nam, & a Græco & Latino deduci poteſt, ſed obſeruatũ fere eſt, vt quoties poetice pro perſona ponitur,filia videlicet terrę per ph ſcribatur) volãs:quia in rebus aduerſis vnde in quarto. Fama malum quo non aliud velocius vllum Mobilitate viget, viresq́ acquirit eũdo, exiſtẽs prænuncia tãti luctus.quantus,ſcilicet eſſe ſolet in nece vnigeniti regis, replet iã Euandrũ,& domus,& mœnia Euãdri,ſupple luctu aut ſermone de morte Pallantis,fama dicit, ſupple ea que ferebat id eſt afferebat,modo,id eſt pauloante,Pallãta victorem ſupple eſſe,latio,id eſt in agro Latino quia multos priuſquam occũberet ſtrauit,eaq́ res ad Euandrum ſubito perlata eſt. Arcades ruere,id eſt ruebant,aut potius cœperũt ruere,id eſt effuſim currere ad portas,& rapuere more vetuſto,id eſt ex antiquo inſtituto, faces funereas,id eſt funeribus aptas,via lucet lõgo ordine flãmarum,& diſcriminat,id eſt diuidit diſcrimina ponẽs:agros late,id eſt in latum.Turba Phrygum,id eſt Troianorum ab Ænea cum funere miſſorum,veniens contra,id eſt ex aduerſo, iungit agmina plangentia,quæ,ſcilicet agmina plangẽtia poſtquã matres ſcilicet Arcadũ,viderũt ſuccedere tecto, id eſt ad tectum regium,ipſi incendunt vrbem mœſtam clamoribus,id eſt vlulatibus.At, id eſt ſed vlla vis non eſt potis,id eſt non põt tenere Euandrum:ſed venit in medios,ſcilicet pompam ducentiũ, & procubuit ſuper Pallanta,& hoc feretro,id eſt capulo quo ferebatur repoſito,id eſt repoſito,aut feretro ſup.cum Pallante repoſito,pcubuit,ſuper, id eſt deſuper,atq́ hæret ſupple in eo,& lachrymans & gemens, & via, id eſt meatus & arteria, eſt vix, id eſt cum difficultate laxata tandem,id eſt poſt multam moram,dolore, id eſt propter dolorem nimium conſtricta voci,id eſt ſermoni,& ſupple dixit. O Pallas tu non dederas parenti,ſcilicet mihi hæc,id eſt huiuſmodi pmiſſa,ſed ſupple vt velles credere cautius,id eſt prudẽtius ſęuo Marti, id eſt bello te. Ego haud ignarus eram, id eſt bene ſciebam, quantum noua gloria,& prædulce decus primo certamine poſſit in armis,id eſt apud armatum cuius(inqt Seruius)cõſiliũ cupiditas victoriæ plerunq́ conturbat. Primitiæ id eſt auſpicia aut principia iuuenis,ſcilicet cuiuſcũq́,aut tua o Palla:ſunt ſup. miſera,id eſt infelicia,& rudimẽta,id eſt eruditiones belli ppinqui, id eſt ad bellum propinquum a iuuene rite gerendum ſunt ſup. dura,i, difficilia eruditori,& nulli,i.nõ vlli & vota & preces meæ non ſunt exauditæ vlli deorum & tu o ꝯiunx, ſcilicet mater Pallantis,ſanctiſſima,id eſt cuius vita integerrima hac caruit moleſtia,felix ſup.es tua morte, id eſt quo mortua es neq́ ſeruata in hunc dolorẽ.Ego contra,id eſt econtrario vici mea fata, id eſt tẽpus vitæ fatale,viuendo,ſ. vltra illud quod profuerit, non vltra id: quod fata inſtituerũt vt ego ſuperſtes,id eſt ſuperuiuẽs gnato,reſtarem,reliquus eſſem genitor,id eſt cũ ſim genitor,quem vt prius natum ita prius deceſſiſſe decuit,& quẽ ſup. ſecutum arma ſocia Troũ,id eſt Troianorũ,Rutuli obruerent, id eſt obruere debebãt,telis,ſcilicet ſuis ipſe,id eſt ego dediſſem,id eſt dare debuiſſem,animam,id eſt vitam,atq́ hæc pompa referret,id eſt referre deberet domum me non Pallanta.nec o Teucri ego arguerim,id eſt rephenſos velim vos nec fœdera, ſcilicet veſtra aut vobiſcũ icta,nec dextras quas iunximus hoſpitio, id eſt nec fidem iure hoſpitalitatis mutuo datam & acceptam.Iſta ſors,id eſt hoc infortunium,& miſera conditio debita erat noſtræ ſenectæ, ſcilicet ętati,hoc eſt fataliter nobis præſcita, quod ſi mors imatura, id eſt præcox & ante debitos annos veniens manebat,id eſt certe expectabat natum,i, filium iuuabit,i.delectabit meipſum ducẽte Teucros in latiũ:cecidiſſe,i.oppetiſſe & hoc millibus Volſcoꝝ cæſis,i. occiſis ab eo,ante,i. priuſq́ caderet,quin,i, quinetiã o Palla ego non digner,i.dignũ cenſeam aut faciã te alio funere,i.põpa funebri,q̃ ſup. dignaẽ pius Æneas,& q̃ dignantur Phryges magni,i. magnifici,aut in magnũ imperium vocati,& q̃ duces Tyrrheni.

theni.& q̃ oĩs exercitus Tyrrhenum pro Tyrrhenorum ſup. dignantur.Nam ferunt.ſ.tecum:magna trophęa.i.ſpolia,ab hoſtibus ſuperatis,aut in fugã verſis detracta,eorũ.ſ.quos tua dextera dat pro dedit leto,id eſt morti: tu quoq́.i.etiã tu o Turne ſtares nũc immanis trũcus.i.detrũcato capite,aut aliis membris in armis.ſ.tuis,ſicut in Mezẽtij trophæo viſum eſt,ſi ſupp. par ætas eſſet,ſ.mihi,& fuiſſet filio,& ſi idẽ robur eſſet ab annis.i. ſi Pallas non fuiſſet iunior q̃ vt tecum contenderet,& ſi ego nõ eſſem ſenior.Sed quid.i.ad qd ego infelix demoror.i. detineo Teucros armis.i.ab armis.i.cur eos nõ remitto,vt Turnũ cędãt, vadite o Teucri,& vos memores referte regi.ſ.veſtro Ænę: hęc mãdata, tua dextera eſt cauſa quod ego moror.i.ſuſtineo vitã inuiſam.i. moleſtã & odioſam mihi.Pallãte perempto.i. dicite regi veſtro. Euãder dicit quod non amplius vellet viuere,niſi dextera tua eſſet in cauſa,quã.ſ.dextram:tu vides debere,& nato,& patri, Turnum,id eſt necẽ Turni:hic ſolus locus vacat,id eſt reliquus eſt tibi,& fortunę,meritis.i.merẽdi de Euãdro.i.dicite quod ſolummodo vnus eſt bene de me merẽdi locus,reliquus.ſ.vt Turnum occidat. ego nõ quęro gaudia vitæ.i.voluptatẽ in viuendo amplius:nec fas ſup.eſt me gaudia vitę,quęrere perempto filio: ſed quæro ſupp.i. deſydero perferre.ſ.nuncium Turni,ad imos manes,id eſt ad inferos,vbi ſunt manes Pallantis.

PIERIVS.

¶Euandriq́ domos,& mœnia complet.) Impreſſores plerięq́ librarij complet. vt ſonorius eſſet,poſuere. Antiqua tamen omnia exẽplaria,replet,legunt, vti etiam in vulgatis prius codicibus habebatur.⁋Quę poſtquã matres ſuccedere tecto viderunt.) In codici,aliquot antiquis,ſuccedere muris, legiẽ, In Mediceo & pleriſq́ aliis tectis numero multitudinis. ⁋Procubuit ſup atq́ hęret lachrymãſq́,gemẽſq́.)Procubuit.pręterito tẽpore,non ſine quorundã codicum veterum teſtimonio ſcribi video. Roman' tamẽ:procumbit,pręſenti tempore legit,quod prius in vulgatis etiam habebaẽ,placet vero,procumbit,quia ſubſequitur,atq́ hęret, eodẽ tempore,remq́ ipſam actu eſſe, magis mouet.⁋Et via vix tandẽ voci laxata.)In Roma.codice vocis,quod non ita placet.⁋Nec vos arguerim Teucri.) In codicibus aliquot antiqs. arguerem,Græcanica figura legitur, nec tamẽ diſplicet,arguerim.

⁋Sors illa ſenectę debita erat noſtrę.) Antiqua omnia exẽplaria, iſta legũt, vt olim etiam imprimi ſolitũ.⁋Cecidiſſe iuuabit.) In Romano codice,iuuaret,eadẽ figura,qua arguerem ſuperius dictum notabamus,qppe pro iuuare poterit. ⁋Tyrrheniq́ duces Tyrrhenumq́ exercitus omnis.) Cũ ita legerent vulgati omnes codices.q́ particula duplicata,putabã hunc quoq́ verſum ex ĳs eſſe,qui cõmunes ſcanſionis regulas trãſgrediũtur, Poetis interdũ laſciuire volentibus.Poſtea vero quam veteres omnes codices, quos prę manibus habui conſentire in vnã eandemq́ lectionem animaduerti:iam nonnullorũ ſuperſtitione repudiata,legẽdum aſſeruerim,Tyrrheniq́ duces Tyrrhenũ exercitus omnis, abſq́ ea particula,quamuis ea deſyderari videatur. ⁋Magna trophęa ferunt.)In antiqs aliquot,tropęa,& in Romano, & aliquot alĳs,ferant,quod luculentius videẽ. ⁋Eſſet par ętas, & idem ſit robur in annis.)Legendũ·Et idem ſi robur, ex antiquorum omnium codicũ lectione. Quibus addam robor, vtraq́ ſyllaba per o, ſcribi ſolitũ in antiquis aliquot codicib.Neque deſunt veterũ grãmaticorum obſeruationes,robor,in eorum ordinem redigẽtium,quæ,or,finiunt,vt marmor,ęquor, & ita ſemp apud Soſipatrẽ Cariſiũ obſeruaui,in codice literis Longobardicis ſcripto. De hoc vero Quintilian' ait,ebur,& robur ita dicta,ac ſcripta, in ſummis authoribus in o,literã ſecundæ ſyllabæ transferunt quidã,quia ſit roboris,& eboris. Addidit & alios fuiſſe, in quib' Antonius Gniſo memoraẽ,qui nõ ſolum robur,ebur,murmur, verũetiam ex his robura,ebura,marmura,& ſcriberent,& enunciarent,cũ tamẽ ipſe literarum citet affinitatem,ob quam ita robur roboris dicamus,veluti etiã limes limitis.⁋Turnum natoq́, patriq́,quam debere vides.) Alias ex Victorino,gnato, legendum oſtendimus,g,litera prępoſita quod vocabulũ Fortunatianus tã poeticum exiſtimat,vt minime oratori adcommodatum putet. Huic vero ſcriptioni Cariſiũ ſubſcripſiſſe loco pręcipue teſte manifeſtũ,ait enim ille,vbi de figuris. Protheſis eſt,cum primæ parti dictionis,aut litera adĳcitur,aut ſyllaba,litera, vt Turnum gnatoq́,patriq́,ſyllaba,vt retulit,toties apud Catullũ, cuius hoc loco verſum,cõcitũ tetuli gradum. Cariſius ex poemate de Vere, quod deſyderamus,citat, vt illis etiã ſit reſponſum,qui ferre gradum Latine dici negant.

SERVIVS.

¶Extulerat lucem.) Aſinius Pollio inducit vbiq́ Virgiliũ in diei deſcriptione ſermonẽ aliquẽ ponere aptum pręſentibus reb',vt hoc loco: qa funerũ & ſepulturarum res agitur,dixit extulerat.Itẽ i quarto,qa eſt nauigatur' Æneas, & relicturus Didonẽ, dicit:Tithoni croceũ linquẽs aurora cubile, quod licet ſuperfluũ ſit,in multis tñ locis inuenitur.⁋Miſeris mortalib'.) Qui ſunt ſubiecti tot caſibus. Homerus, δειλοῖσι βροτοῖσι, id eſt miſeris mortalibus,non timidis.⁋Opa atq́ labores.) Hoc opus & hęc opera tũc dicim' quãdo negociũ ipſum quod geritur ſignificamus, ſi autẽ fœminino genere dixerimus operas,ipſas perſonas quę aliquid faciũt ſignificam', ſicut cuſtodia diciẽ quæ cuſtodit, vt,Cernis cuſtodia qualis.nã vbi q cuſtodiunẽ, cuſtodia dicanẽ,vſurpatum eſt. Vnde male ẽ in vſu,cuſtodię audiũtur.⁋Cõſtituere pyras.)Pyra eſt lignorũ cõgeries. Rogus, cũ ardere cœperit dicitur. Buſtum vero iam exuſtũ vocatur. Quem ordinẽ ſeruat poeta,dicens, Conſtituere pyras. Itẽ, Subiectiſq́ ignibus atris Ter circũ accenſos decurrere rogos. Itẽ poſtea, Semuſtaq́ ſeruant

Aurora interea miſeris,mortalibus almam po.
Extulerat lucem,referens opera,atq́ labores.
Iam pater Aeneas,iam curuo in littore Tarchon
Conſtituere pyras:huc corpora quiſq́ ſuorum
More tulere patrum:ſubiectiſq́ ignibus atris
Conditur in tenebras altum caligine cœlum.
Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos:ter mœſtum funeris ignem
Luſtrauere in equis:vlulatuſq́ ore dedere.
Spargitur & tellus lachrymis:ſparguntur & arma,
It celo clamorq́ virum,clangorq́ tubarum.
Hinc alij ſpolia occiſis direpta Latinis
Conijciunt igni,galeas,enſeſq́ decoros,
Frænaq́,feruenteſq́ rotas:pars munera nota
Ipſorum clypeos,& non felicia tela.
Multa boum circa mactantur corpora morti.
Setigeroſq́ ſues,raptaſq́ ex omnibus agris
In flammam iugulant pecudes:tum littore toto
Ardenteis ſpectant ſocios:ſemuſtaq́ ſeruant
Buſta:neq́ auelli poſſunt,nox humida donec
Inuertit cœlum ſtellis fulgentibus aptum.
Nec minus & miſeri diuerſa in parte Latini,
Innumeras ſtruxere pyras:& corpora partim
Multa virum terrę infodiunt:auectaq́ partim
Finitimos tollunt in agros:vrbiq́ remittunt,
Cætera confuſęq́ ingentem cædis aceruum,
Nec numero,nec honore cremant:tũc vndiq́ vaſti
Certatim crebris collucent ignibus agri.
Tertia lux gelidam cœlo dimouerat vmbram:

ſeruãt Buſta.⁋More tulere patrũ.) Quia apud varias gẽtes diuerſa fuerũt genera ſepulturę. Inde eſt qd alĳ obtrũcãtur,alĳ exuruneẽ, alĳ proprias remittunẽ ad patrias: alij per diẽ,vt nũc iſti: alĳ per noctẽ, vt ſupra Pallas. Et pire has varietates Virgilius poſuit. Nã Heraclætus qui oĩa vult ex igne cõſtare, dicit debere corpora in ignem reſolui. Thaleſius qui confirmat oĩa ex humore procreari,dicit obruenda corpora, vt poſſint humore reſolui. ⁋Ignibus atris.) Atqui ignes atri nõ ſunt, ſed epithetõ traxit de negocio,vt atris diceret, hoc eſt funebribus paulopoſt,Mœſtũ funeris ignem id eſt funebrem. nam mœſtus eſſe non poteſt ignis ⁋Cõditur in tenebras altum caligine cœlum.) Id eſt aer fumi obſcuritate cõpletur. ⁋Cincti fulgentibus armis.) Fruſtra hoc epitheton notãt Critici,quaſi circumeũtes rogos alia arma habere debuerũt.Cincti,id ẽ inſtructi.⁋Decurrere rogos.)Pro circũ rogos currere. Bene autẽ ait Decurrere,nõ Decucurrere. Nãque verba quę in pręterito perfecto primã ſyllabã geminãt,vt curro cucurri,tẽdo tetẽdi,cũ ꝓpoſita fuerint,geminare non pñt, nam decurri &

Universidad de Deusto Biblioteca

detendi dicim⁹, nõ decucurri neq; detetendi: exceptis tamẽ duobus, do & sto. ¶Clãgorq; tubarum.) Ante enim mor-

Mœrentes altum cinerem, & confusa ruebant
Ossa focis: tepidoq; onerabant aggere terrę.

funeribus verterẽtur in cinerẽ. ¶Multa boũ circa.) Circa multa homina funera, multa boum corpora mactãtur.

tui ad tubam deducebantur. Vnde Persius, Hic tuba candelæ: tandemque beatulus alto compositus lecto. ¶Hinc alij spolia occisis direpta Latinis.) Secundum suę gentis ritum: alij hostilia arma, alij peremptorum cremabant. Feruentesq; rotas. Nimio scilicet cursu, alibi, Volat vi feruidus axis. Horatius, Metaq; feruidis euitata rotis. ¶Et non felicia tela.) Quibus se defendere nequiuerunt. ¶Mactantur corpora morti.) Aut in morte, aut Morti ipsi deæ. Statius, In scopulis mors sæua sedet. Lucanus, Ipsamque vocatam quam petat e nobis tibi mortem coge fateri. Circa autem, ideo quia vt Homerus dicit, in morte Patrocli circa corpus extincti, tam homines quam pecora immolabantur. Vnde est in sexto, Ossaq; lecta cado texit Corinæus aheno, Homerus ἐν τοῦ Ψ ad Patrocli pyram.

ἐν δέ τί θει μέλιτοσ καὶ ἀλείφατοσ ἀμφιφορῆασ
πρόσ λέχεα κλίνων, πίσυρασ δὲ ῥιαύχενασ ἵππουσ,
ἐσσυμένωσ ἐνέβαλλε πυρῇ μεγάλα στεναχίζων.
ἐννέα τῷ γ' ἄνακτι τραπεζῆεσ κύνεσ ἦσαν,
καὶ μὲν τῶν ἐνέβαλε πυρῇ δύο δειροτομήσασ.

¶Raptas.) Raptim aduectas, nã post inducias rapere nõ poterãt: aut certe raptas, belli, s. tempore. ¶Stellis aptum.) Coniunctum. ¶Nec minus.) Etiam. ¶Innumeras struxere pyras.) Hoc loco multis rebus ostendit immensam cædem factam esse Rutulorũ. ¶Finitimos tollunt in agros.) Qui enim e longinquo venerant referri non poterant. ¶Vrbiq; remittunt.) Deest vnicuiq;, & meminit antiquæ consuetudinis, nam ante etiã homines in ciuitate sepeliebantur. Quod postea Duellio cõsule senatus prohibuit, & legauit ne quis in vrbe sepeliretur. Vñ Imperatores & virgines Vestę q̃a legibus nõ tenenſ, in ciuitate habẽt sepulchra. Deniq; ẽt nocentes virgines Vestę licet viuę, tñ intra vrbem in Campo scelerato obruebanſ. ¶Nec honore.) Quia nec numero, nã aliud verbum pendet ex altero. ¶Confusa ruebant Ossa focis.) Aut quia dixit multos crematos. Aut si ad honoratorũ cadauera referas, vt supra diximus, Confusa propter simul animalia concremata. ¶Ruebant.) De cineribus eruebant. ¶Tepidoq; onerabant aggere terræ.) Hypallage, hoc est ossa tepida.

DONATVS.

¶Aurora interea miseris mo. al.) Multis locis poeta lucescentes dies describit: de noctibus tacet, consulẽs breuitati dictionis, q̃ legentibus familiaris est. quid. n. opus erat cõfligi sermone, qđ ex diei nouo ortu probare potuit extitisse? orta igitur fuerat lux alma quidem, hoc est illustris & clara, sed importuna hominibus: quoties. n. existit, refert opera, & labores, nec finit in ocio eẽ morituros. ¶Iam pater Æneas. i.) Confecta narratione interposita, quæ ad funus Pallãtis pertinebat, redit ad ordinatam dispositionem, vt cęterorũ quoq; describat exequias. Æneas, inq̃t, & Tarchon in ipso lucis exortu struxerant pyras, hoc est loca, quibus incendi funera potuissent. ¶Hic corpora quisq; suorum.) Suoꝝ corpora, an suoꝝ patrũ more incertũ est: sed melius est sic intelligere, vt suoꝝ corpora vnusquisq; tulisse videatur secundũ patrũ suorum morem, quamuis etiam sic possit intelligi, vt suorũ non semel accipiatur. s. vt suorum corpora singulæ partes tulerũt ad rogos patrum suorũ more: quod si ita placet intelligi, cõsequẽs est, vt in exportandis funeribus diuersus partiũ fuerit mos, atq; aliter Teucri, aliter Tyrrheni vexisse videantur. ¶Subiectisq; ig. at.) Nõ natura sua ignis fuerat niger, sed ex viridib⁹ lignis emisso ingenti fumo frustratus, vsqueadeo, vt cœlũ quoq; videri nõ posset. Hæc quippe crassitudo tenebrosa confuderat. ¶Ter circũ accensos.) Rogos omnes funereorũ more sacrorũ te circumiere currentes, & insidentes equi ter eos lustrauere. ¶Vlulatusq; ore de.) Et hoc ter factũ intelligendũ est. ¶Spargiſ & tellus lachrymis, sparguntur & arma.) Hoc faciebat doloris immanitas. qs eni nõ moueretur amissione inflicta tantoꝝ? ¶It cœlo clamorq; virum, cl. q; tu.) Alterum pertinebat ad gemitus animi, alterũ ad exeqas bellatorum. ¶Hic alijs spolia occisis.) Tradebant igni, quæ rapuerant hostibus, & dicit que. ¶Galeas, ensesq; deco.) Addidit etiam in quibus speciebus fuissent. ¶Ipsorum clypeos, & non felicia tela.) Quia dominorum vitam non defenderant, feruentes rotas accipere possumus aut veloces satis, aut adhuc feruẽtes ex curru. Ex tritura eni axis & rotę magnus feruor exoritur. In his speciebus, licet essent multę ob pulchritudinem seruandę, tamen promiscue omnes mittebantur in flammã. Hoc enim exigebat memoria defunctorũ, vt q̃ occisis Latinis detraxerãt, cũ ipsis
funeribus

¶Setigerosq; sues, raptasq; ex omni. a.) Quo circa distinguendũ est, multa boum circa mactantur corpora morti, & separatim pronunciãdum, setigerosq; sues, & raptas ex omnibus agris in flammam iugulant pecudes: vt singula diuersis animalium generib⁹ aptẽtur: Et sit sicut est, plena locutionis integritas. Boues itelligamus eẽ mactatos, iugulatam vero porcorum & pecudum multitudinem in flammam positã. ¶Tũ littore toto.) Perfectis rite sollennibus stabant spectãtes socios p omne littus ardentes. ¶Semustaq; ser. Busta.) Busta sunt loca, in quibus iam corpora arserũt. Primo. n. pyræ dicuntur, & rogi: vbi vero arserũt, busta vocanſ. Spectabant ergo donec semiusta hoc est nõ plene vsta plenissima consumerenſ. ¶Nec auelli pos.) Hoc est recedere inde non poterant, donec ignis partes expleret. ¶Nox humida donec.) Vsq; eo ardentia funera seruauerunt, donec die cõsumpto nox veniret. ¶Nec minus & miseri.) Vbiq; miseros dicit Latinos & hic vel maxime, cum eorum curabant exequias, qui in aliena causa innocẽtes perirẽt: ipsi quoq; similiter perituri, diuersa in parte, in pte. s. separat. ¶Innumeras stru. py.) Dicendo innumeras, ostendit eos multo maiori clade eẽ affectos, q̃ fuerant alterius partis afflicti. ¶Et corpora partim Multa.) Stragẽ de istis factã, q̃ late describit? posuit innumeras pyras: & quã non posset flamma omnes exurere, multos, inquit, congesta corpora mole terræ mãdabant: alios portabant ad finitimos agros: alios ad vrbẽ demittebant, imitati exemplum Æneæ in Pallantis causa: quanta fuit copia corporũ vt hæc locus ferre nõ posset: Cæteros, cum multi fuerint, nõ facili cognitiõe discerni potuerũt. hoc facto vasti agri hoc est latissimi vndiq; atq; ex oibus partibus collucebant. ¶Tertia lux gelidã.) Primã lucẽ descripsit, & tertiã, compendio etiam secundam extitisse significans. ¶Mœrentes). i. tristes, quis enim in curatiõe tot funerum tristis non existeret? ¶Altum cinerem, & co. ru. Ossa focis.) Separata ossa atq; exempta cineribus tepido aggere, quã tanta vis fuit incendij, vt eius vim etiã exemptum triduum non valuisset excludere.

ASCENSIVS.

¶Aurora inter. &c.) Extulerat lu. &c. Recitat quomodo p inducias & pacem sequestram mandata sint sepulturæ interfectorum vtrinq; corpora. de qua re nihil extat Dona. ¶Ordo autẽ est. Aurora extulerat interea, scilicet dum hęc apud Euãdrũ fierẽt: mortalibus miseris, quia lucis egentibus, & pseruationis, & suæ virtuti. s. ideo relinquatur pereũtibus lucem almam, id est altricem, & cõseruatricẽ vtrinq; vitæ, id est referens opera, id est exercitia, atq; labores. pater Æneas, & Tarchon, scilicet Etruscorũ rex cõstituere in littore curuo pyras, idest strues lignorum vt incendãtur in formã ignis ascendentis extructas, quisq;, id est glibet tulere huc id est ad has pyras corpora suoꝝ. s. amicorum notorum necessariorum, aut familiarioꝝ more patrum. i. ex vetere patrũ institutione, & traditione, & hoc ignibus atris, id est funebribus aut fumosis futuris subiectis. s. sub pyras, cœlũ condiſ altũ, id est alte & profunde in tenebras: caligine. s. fumi: aut q̃a nõ nisi noctu incẽdebanſ pyræ & sup. Teucri & Etrusci atq; Arcades cincti armis. s. gladijs fulgentib⁹: decurrere, id est decurrerunt ter circũ rogos, id est cõgeries lignorũ, accensos, quia tunc rogi sunt cũ incensi, & lustrauere, id est circumierũt more lustrãtiũ in equis ter ignẽ funeris mœstum, id est mœstitiã afferentem. & dedere ore vlulatus, id est eiulatus lamẽtabiles: & tellus spargitur, id est conspargitur lachrymis, & arma sup. eorum spargũtur lachrymis: Clamorq; virum pro virorum & clangor tubarum, it, id est diffundiſ cœlo, id est ad cœlum hinc, id est deinde alij conijciunt igni, id est in ignẽ spolia direpta Latinis occisis, arma dicit videlicet galeas, & enses decoros, & frena, & rotas. s. curruũ feruẽtes, id est feruide actas pars, id est partim: aut alij sup. conijciunt in ignem: munera nota ipsorum, idest arma ipsis occisis nota & chara quia viui illis oblectati erant, videlicet clypeos, id est arma defensiua & tela nõ felicia, id est quibus infeliciter vsi erant, cũ nõ prostrauerint, sed prostrati sint. Multa corpora boum mactantur morti, id est deæ morientiũ circa. s. corpora vrenda aut per circuitum, & iugulãt in flammam, s. proijciendos sues setigeros. i. apros: & pecudes raptas ex omnibus agris tum, id est deinde: ipsi spectãt, id est pspectant toto littore, id est per totum littus, socios ardẽtes: & seruãt busta semusta, id est ad dimidium exusta. (Bustum autem dicitur quasi bene vstum: & est vbi vstorum cineres quasi in vrnã q̃ ab vrendo quoque dicitur cõduntur) neque possunt auelli do-
nec

nec nox humida inuertit cœlũ apertum. i. cõiunctum stellis ardẽtibus: id est donec nox ingruit. Nec min⁹. i. & nihilominus miseri Latini struxere in diuersa parte inumeras pyras: & infodiũt multa corpora virum, id est virorum partim terrę, id est in terrã sup quã iacebant, & tollũt partim corpora auecta in agros finitimos & remittunt sup. partim: vrbi. i. ad vrbẽ sup. eorũ qui illic oriũdi erãt: nã cremãt cętera scilicet corpora, & ingentẽ aceruũ cędis, id est stragis cęsorũ cõfuse. i. cõmiste: quia ignobiliũ plebeiorũ: nec numero. i. & sine numero, id est nõ numerãdo coꝝ corpora nec honore, id est & sine honore, id est sine odoribus & insignibus. Agri vasti collucẽt tũc certatim. id est cũ certamine vtriusq; partis: ignibus crebris. Tertia lux. s. solis dimouerat cœlo vmbrã. s.
terrę

terrę gelidã. i. noctẽ humidã & subfrigidã cũ sup. ipsi mœrentes ruebãt. i. diruebãt altũ cinerẽ & ossa cõfusa focis. i. vstrinis & onerabant sup. ea aggere terræ tepido: quia ipsa erãt tepida.

PIERIVS.

¶Stellis ardẽtibus aptũ.) Sũt codices aliquot antiqui, in quibus adspiratum est huic vocabulo, haptum, nẽpe quia παρὰ τὸ ἅπτω dictũ crediderint, atq; haptũ ita incẽlum, aut inflammatũ significare, vel si ἀπὸ τοῦ ἅπτομαι, quod coniungere, compaginare, & coaptare significat, nihilominus adspirationẽ admittere. Sed eni eã Latini nõ vsquequaq; recepere, vt omnibus ijs adspirent, quibus Græci solent. ¶Ingentẽ cædis aceruũ.) Ro. co. legere est, ingentem stragis aceruum. In alijs, cædis,

Iam vero in tectis prædiuitis vrbe Latini
Precipuus fragor, & longe pars maxima luctus.
Hic matres, miseræq; nurus, hic chara sororum
Pectora mœrentum, puerìq; parentibus orbi
Dirum execrantur bellum, Turniq; hymenæos:
Ipsum armis, ipsumq; iubent decernere ferro:
Qui regnum Italiæ, & primos sibi poscat honores.
Ingrauat hæc sæuus Drances: solumq; vocari
Testatur: solum posci in certamina Turnum:
Multa simul contra varijs sententia dictis
Pro Turno: & magnum reginę nomen obumbrat:
Multa virum meritis sustentat fama trophæis.
Hos inter motus medio flagrante tumultu,
Ecce super męsti magni Diomedis ab vrbe
Legati responsa ferũt: nihil omnibus actum
Tantorum impensis operum, nil dona, nec aurum,
Nec magnas valuisse preces: alia arma Latinis
Quærenda: aut pacem Troiano ab rege petendum.
Deficit ingenti luctu rex ipse Latinus:
Fatalem Aeneam manifesto numine ferri
Admonet ira deùm: tumuliq; ante ora recentes.
Ergo concilium magnum, primosq; suorum
Imperio accitos alta intra limina cogit.
Olli conuenere: fluuntq; ad regia plenis
Tecta vijs: sedet in medijs rex maximus æuo,
Et primus sceptris haud lęta fronte Latinus.
Atq; hic legatos Aetola ex vrbe remissos,
Quę referant, fari iubet: & responsa reposcit
Ordine cuncta suo: tunc facta silentia linguis:
Et Venulus dicto parens, ita farier infit.

SERVIVS.

¶Prædiuitis.) More Græco epithetõ incõgruũ huic loco posuit. ¶Longe pars maxima luctus.) Valde: & hoc est meli⁹ quam quod legatur. ¶Longi. Hic matres. Quia scit hęc nomina ad aliqd ptinere, nõ addidit deflebat filios, aut maritos, aut fratres. ¶Iubent.) Volunt, exposcunt. ¶Ingrauat.) Maiorẽ inuidiã concitat. ¶Testatur.) Testificaſ etiã legatorum fidem qui cũ eo fuerũt. ¶Obũbrat.) Subaudis Turnũ tueſ: defendit. & est translatio ab arboribus. Hoc autẽ dicit, Amor reginę ad fauorem popularem plurimũ proderat Turno. ¶Meritis sustẽtat trophęis.) Quia multos occiderat, vt etiã ipse dictur⁹ est. ¶Ecce super.) Insuper, ad cumulationem malorum. ¶Mœsti.) Hoc sermone eos nihil egisse significat. ¶Magna Diomedis ab vrbe.) Legiſ & magni. ¶Nil dona, nec aurũ.) Ordinem legationis exequiſ dicẽs, inaniter perfecta oia esse quę possent efficaces legati pficere auro, precibusq;, promissione. ¶Pacẽ Troiano ab rege petẽdum.) Sicut etiam supra diximus, cũ per gerũdij modum aliqd dicimus, per accusatiuũ elocutionẽ formemus necesse ẽ. Lucretius, Æternas quoniã pœnas in morte timẽdũ. Itẽ Sallust. Castra sine vulnere introitũ. nã castra accusatiuus pluralis ẽ, qui multis errorẽ facit, vt videaſ esse nominatiu⁹: quia neutra triptota sunt, & similis est nominatiuus accusatiuo. ¶Rex ipse Latinus.) Qui aut consolari debuit, aut defendendæ reipublicę aliud inire consilium. ¶Fatalem Æneam manifesto numine ferri.) Non perniciosum omnibus Æneam. ¶Manifesto numine.) Id est manifesto deorũ iudicio ad Italiam venisse, numina ira testatur: quam cognoscimus tantorũ cęde sociorũ. ¶Alta intra limina cogit.) Queriſ cur ad priuatã domũ conuocetur senatus, qui non nisi ad publica & augurato cõdita loca conuenire cõsueuit. Sed scimus domũ Latini augurato conditã, & eandem tam templũ fuisse quam curiam nãq; in superioribus legimus tectum augustũ, id est augurio cõditum. Item paulo post, Hinc sceptra accipere, & primos attollere fasces Regibus omen erat hoc illis curia tẽplum. Merito ergo ad domum regis, quasi ad locũ publicũ cõuocatur senatus. nam ait in septimo, Tali intus templo diuum, patriaq; Latinus Sede sedens. Idcirco etiam in Pallatij atrio, quod augurato conditum est, apud maiores consulebatur Senatus: vbi etiam arietes immolabantur: quod (vt in septimo diximus) Virgilius ad Latini transtulit domum. Multi dicũt perite Virgilium nec templi nec curię hoc loco fecisse commemorationem: sed tantũ dixisse intra tecta regia, vt ostenderet consilium quod initur, non esse complendum: quia nec rite est inchoatum. Etenim quæ dicet
Latinus

Latinus, effectu carebunt. ¶Olli.) Illi, secundum Enniũ. ¶Fluunt.) Festinãter incedũt. ¶Et primus sceptris.) Primus inter sceptriferos. nãq; apud maiores, omnes duces cũ sceptris ingrediebantur curiam. Postea cœperunt tantũ ex cõsulibus: & signũ erat eos fuisse cõsules. ¶Ætola ex vrbe remissos.) Quã condiderunt hi qui de Ætolia venerunt, Grecię puincia. Vnde Diomedes habuit socios de trib⁹ eius ciuitatibus, quas habet Ætolia, Pleuron, Olenõ, Calidona, Sic ergo Ætola dixit ex vrbe: vt, Et tandẽ Euboicis Cumarũ allabiſoris. ¶Et responsa reposcit.) Mire ait reposcit. Ante eni rex solet a legatis vniuersa cognoscere, & sic eos psente populo iterũ oia iubet narrare. Vnde est, Ordine cuncta suo. Nam nihil licet præter mittere. Vnde & supflua narrari consueuerunt.

DONATVS.

¶Iam ve. in te.) In tectis Latini prędiuitis, & in vrbe in enĩ bis debemus accipere. duo, inquit, gerebanſ in duob⁹ locis pręcipu⁹ fragor, & lõge pars maxima luct⁹. Singula singulis locis dedit, fragorẽ tectis Latini, in quibus agebaſ cõsilium, & luctum ciuitatis. Fragor est fractę sonitus vocis, q nasciſ tũc, cũ multi turbãtur. Fragor
Fragor igiſ fuit in Latini domo non leuis: sed maxima pars luctus propter salutis communis causam, & propter Latini diuitias. Lõge autem, hoc est valde pars maxima luctus in ciuitate. Fecit comparationem propterea, quia & Troianis inflicta fuerat clades. nõ eni sine amissione aliquorũ potuerunt superiores existere: sed in Latinorũ parte lõge maximus fuerat luctus, hoc est plusq̃ grauissimus. Interea cũ tres gradus sunt, inuenitur ista cõparatione ipse superlatiuo superior. exponit iam per partes, qualis esset luctus, vel per quas personas cucurrisset. ¶Hic matres.) Scilicet, quæ perdiderant filios. ¶Miseręq; nurus.) Quarum mariti ceciderant. ¶Hic cara sororum Pect. mœren.) Quę gemebant interitum fratrum. ¶Puerìq; paren. or.) Id est, qui perdiderant patres. ¶Dirum execrantur bel. tur. hymen.) Oẽs in vna sententia constituti execrabantur belli acerbitatẽ, & nuptias Turni. Bellum quippe nullum existeret, si Turni pro nuptijs iprobitas quieuisset. Descriptio in bellis sexus ętatis tantũ ponderis habet ad exprimẽdam partem luctus longe maximã, vt ostendatur extincta omni iuuẽtute solos, qui cõsilio intererant, & mulieres tantum ac pueros superesse. ¶Ipsum armis, ipsumq; iubent decernere fer. Qui reg. ita.) Omnes iustis vocibus exclamabãt, vt in causa sua ipse vel ferro dimicationis subiret incertum, qui primatum sibi vindicaret & regnum. ¶Ingrauat hæc sæ. dran.) Ipse est, qui Æneæ dixerat: Et te, siqua viam dederit fortuna, Latino Iungemus regi, quęrat
sibi

ſibi fœdera Turnus. Ecce inuenit viam, quam dedit cupienti fortuna nocituræ: qppe vrgebat naturalis feritas, iuſta quoq; cã, occaſio temporis, & vniuerſorũ vnus idemq; conſenſus adiuuabat ardentem. facile enim poterat obtinere, quod ſi ante cuperet implere nõ poſſet. Qñ enim perſuaderet inuitis? qua arte, quoue ſermone ſingulorũ animos concitaret in odiũ Turni? Ecce oĩa compendio tenuit. ℣ Properanſq; grauabat Toni. od.) Ne quo caſu inuidia tãti fremitus debilitata langueſceret: ℣ Solumq; vocari Teſta.) Grauabat cauſam turni conſentiẽdo cæteris. cæterũ pro voto ſuo eadem dicebat eſſe facienda, q̃ ex illis audierat. Grauabat ergo confirmando, quod ſenſerant alij. ℣ Multa ſimul contra.) Erant in illa cõgregatione nõnulli, qui turni fauore ducerenť. faciebat hoc reginę gratia cuius nomen vmbra quadã illam extenuabat inuidiam, & eundem virum ſuſtentabat aliquãtulũ superioris temporis fama, & numerus trophęorũ obumbrat & ſuſtẽtat. magnã in turni partibus deſperationem monſtrat. nã obumbrat nihil validum ſignificat. ſuſtentat autem nullam ſubſtantiã ſecuritatis admittit. nã vbi aliquid eſt, quod per ſe ſtare non poſſit, adminiculis ad tempus fulctũ ſuſtentatur, & regitur: quę ſi detracta fuerint, cadit & deſertũ auxilijs terræ proſterniť. ex quarũ conflictu & vario ac diuerſo ſentẽtiarum metu magnus fragor oriebatur. ℣ Hos inter motus.) Inter hos, inquit, motus. quos ſupra deſcripſit, eorum ſcilicet, qui ex publicis cladibus fuerãt fracti: accreuit aliud malum, quod cumularet clades inuẽtas. flagrãte, inquit, tumultu. flagrat quidquid vi maioris doloris accẽdiť. ℣ Ecce ſup. Ecce nõnullis in locis, quid ſignificet, expoſuimus. nã inopinatum nuntiat malũ & graue ſatis ac vehemens. Vt ecce autem a tenedo gemini tranquilla per alta. Et ecce autem elapſus pyrrhi de cæde polytes: & Ecce furens animis aderat tirinthyus. nunc quoque non dubitatur non iam noua aduerſa vel ſola, ſed illis, quæ iam fuerant, vel quæ tractatus habuit, deteriora superueniſſe. non enim vacat, quod dixit ecce ſuper, cum cladibus tantis non remedium, ſed augmentum videretur allatum. ℣ Magna mœſti diomedis ab vrbe legati reſponſa ferunt. quod tã infeliciſſimum, quam ab eo & ex ea vrbe expectatum periſſet præſidiũ, vnde plena fiducia ſperabatur eſſe venturum. negat diomedes auxilium vetus, & pertinax troiani nominis, inimicus negat magna fulctus opulentia: veniamque laborãtibus & in tanto tumultu conſtitutis pro armorum auxilijs. verba & legatio inefficax redit belli tempore, non vires adducens, ſed inanes fabulas portans triſtis. Præterea, vt etiam tacita, quid mali ferret euidenter vultus ſui teſtimonio demonſtraret. ℣ Nil omnibus actũ Tanto. impen. ope.) Referebãt legati omnia, quę humanitate vel cõmodo flectere homines ſolita eſſent, eſſe contempta. Primũ dona, quæ meritum procurare debuiſſent, & offerentes gratos efficere. Dehinc aurũ quod humanum ingenium etiã nulla interueniente odij cauſa ſæpe tranſducit. Vim dicti huius ſiquis volet aduertere, conſideret hoſtem veterem non eſſe permotum. vñ corrupti quam plurimi patrias ſuas cũ ciuibus vẽdiderunt. vñ fides caſtitatis abrupta: Vnde ſoluta amicitia: vnde affinitatis iura violata: vñ prodita imperia ipſo in plurimis teſtante Virgilio. ℣ Dixit quippe,) Vendidit hic auro patriam. Et cum de polydoro loqueretur, hæc poſuit. Fas omne abrumpit, polydorum obtruncat & auro vi potitur. in pygmalionis & ſichei fabula hoc modo aſſeruit, aurum fuiſſe cauſam ſceleris perpetrandi. Ille ſicheum Impius ante aras, atq; auri cæcus amore Clam ferro incautum ſuperat. Poſtremo, vt aurum aſſereret ſcelerum cauſam, ita concluſit. Quid nõ mortalia pectora cogis auri ſacra fames, vt oſtenderet vniuerſas criminum formas auiditate auri eſſe ſuſceptas, & incitari poſſe, ſi auri prouocentur ardore. Hæc ad æneæ laudem ſpectant, vt diomedes non aurũ contempſiſſe, ſed ipſum æneam timuiſſe videatur. ℣ Nec magnas valuiſſe preces, nouiſſimo loco poſuit magnarum meritum precum, non quo maior eſſet impetrãdi ſpes verbis ſupplicibus, quam in corruptione materię: ſed vt oſtenderet contempto præmiorum & munerum commodo, gratuitum officium etiã fuſis precibus facilius pernegari. ℣ Alia arma latinis. Quæren.) Hęc fuit ſumma reſponſi. q enim nihil petentibus præter conſilium dederat, nõ debuit plurimis loqui, qppe ne in totum beneficio vacuo reuocaret, mãdatis inſtruxit, vt aliunde auxilium quærerent: aut ab eo poſcerent pacem, quẽ nõ poſſent ſuperare certamine. ℣ Deficit ingenti luctu.) Pręclare ipſi latino dedit luctus maximam partem. In omnibus enim bellis regum eſt periculum maximum, cum ipſorum cauſa pugnatur: conſiderabat iſte ſtatum imperij ſui ſpem filię patriſque reſponſa, contra quæ fuerat factum. ℣ Fatalem æneam manifeſto numine ferri Admonet.) Inueniebat æneam reuera diuinis nutibus regi. probari autem hoc ipſum ex eo, quòd irata numina propter contemptum diſpoſitionis ſuæ pro tantis, quorum buſta & tumuli ſub oculis erant, pœnas exegiſſent: firmabat hæc diomedes in actus, quem conſtabat ſalutem ſuam odio veteri, donis, auro & precibus prætuliſſe. ℣ Ergo conſilium ma.) De ſumma reip. tractaturus, cum pręſentia diſcrimina viderentur, conſilium non leue vt in leuib⁹ cauſis fieri ſolet, ſed pro negocij qualitate magnum, Latinus contrahere geſtiens, primos quoque non honore ſolum ſed conſilio etiam & authoritate præſtantes, neque alienos ſed ſuos: quorum tractatib⁹ inſtrui fideliter poſſet, iuſſit acciri, poterat enim id facere, qui cogebatur neceſſitate publica, & qui regiæ poteſtatis culmine ferebatur. ℣ Alta, ingt, intra limina cogit. Interiorem domus ſignificat partem, cum dicit alta intra limina. Oſtendit poeta ſe immemorem ſui, & deſcriptione veſtibuli regiæ domus ſe dixiſſe in curiam ſolere cõgregari. ſed tali tempore, & in tali cauſa non ille locus fuerat neceſſarius: qui pacis more conſilijs proſperis celebrari cõſueuerat: ſed multo ſecretior & ſuſcipiendę pręter ſolitum multitudini ſatis aptiſſimus. Certe cum concilium, non curia ingrueret. non loci ſolennitas, ſed capacitas fuerat neceſſaria. Cogit, inquit, in eo qđ dixit cogit, duplex poteſt intellectus occurrere, videtur enĩ ideo dictum cogi, quia regis imperio non ſponte veniebant: poteſt videri & cogit cum concilio habendo multitudo hominũ cõmuni neceſſitate hominum vrgente congregabatur. ℣ Olli conuenere, fluũtq; ad regia plenis Tecta vijs:) Moralis deſcriptio. venerant, inquit, acciti & plenis vijs, hoc eſt vicis confluebãt ad Latini regia multitudo inæſtimabilis: vt non hominum congregatio, ſed vndarum in tecta ipſa deſluere videretur. faciebat hoc periculorũ communium moles, & humana curioſitas. vocatis enim patribus intelligebatur eſſe aliquid magnum, & magis pro ipſis rõne ſuſpectum, q prudentum conſilia flagitaret. ℣ Sedet & medijs.) Dixit duas cauſas, quarum merito Latinus vniuerſis extrinſecus ſtantibus ſolus adeſſet in medio. & ætate, inquit, præcedebat omnes, & poteſtate regali. aduerſa omnia etiam tacitus nuntians mœſtitia contractæ frontis & ſui vultus aſpectu. ℣ Atq; hic legatos.) Nouerat Latinus aduerſa relaturos, & hæc putauerat ipſe ad cunctos afferre. ſed aliter multitudini quæ fauore Turni ducebatur, perſuaderi non poſſet, quod de Ænea ſentiebať, niſi ex ipſis audiſſet, qui ab vrbe diomedis fuerant regreſſi. Ait igiť, atq; hic, hoc eſt in illa congregatione conuentus legatos ætola ex vrbe remiſſos. Remiſſos, vt oſtenderet diomedem quoq; ad vicem legationis ſuæ, legationem aliam per eos, qui miſſi fuerãt remiſiſſe. ſic ergo audiendi fuerant, vt miſſi ſic rurſum vt remiſſi: vt officium duplex, & duplicis muneris ſarcinam ſuſtinere viderentur. vnam quippe legationem puexerãt mãdatibus italis, retulerant alteram ex ſententia diomedis, qui dixit, alia arma latinis quærenda, aut petendam pacem ab ænea quæ referebant, fari rex iubet. Loqui enim in conſpectu publico non poſſent, niſi rex primo iuſſiſſet, quæ referebant, hoc eſt qualia reportent, & cuius ſpei quantæq; ſubſtãtiæ. Et reſpõſa repoſcit. ordine cuncta ſuo. Præuenit legatos, ne vſi relationis cõpendio ſupprimerent ea, q ſopiendo bello fuerant neceſſaria, quanto enĩ ex aduerſis relationibus deijciebať animus populi: tanto proficere poterat, qđ opſimo ſtudio pro Æneæ partibus cupiebat impleri. ℣ Tum facta ſilentia linguis.) Curioſitatis hoc fuit, & regalis reuerentiæ. nam cum rex iubet aliquem loqui, eadem iuſſione cæteris indicit ſilentium: Accedebat ad publicam, q vnuſquiſq; erat in propria ſalute ſolicitus: iccirco ſilentium præbebat, vt quid ſibi ſpei ſupereſſet, poſſet audire. ℣ Et Venulus dicto parens.) Atque ita Venulus, qui potior legatis cæteris fuit, iuſſis obtemperans ſic inſtituit loqui.

ASCENSIVS.

℄ Iam vero in tectis &c.) Deſcribit ſtatum domus Latini in qua variæ de bello habitæ ſunt ſententiæ: alijs Turnum accuſantibus, alijs propter amatam Reginam protegentibus: docetq; ad uentum legatorum quos ad Diomedem qui turpitudinẽ coniugis ſuæ fugiens in Apuliam profugerat Latinus, diffidens iam armis, & auſpicijs Turni legauerat: docetq; ad reſpõſa per eos reciſtanda varie concurſum. Circa quam rem ſunt verba Donati. Ecce, ſuper mœſti, Ecce inopinatum pronunciat malũ hęc dictio & graue ſatis ac vehemens. Neque aurum, quod quidem etiam qui nullo odio commoti ſunt: in prælium excitat, & ad iniurias vt probauit in Pygmalione & in Polymneſtore Alta ad liminaque interiorem partem domus intelligit, & non curiam quam deſcripſerat, in qua de rebus lætis agebatur. Olli conuenere, oſtendit quam cupide propter magnitudinem periculi omnes concurrerent.

cõcurrerent. Hęc ille. ℄ Ordo eſt. Iam vero, i. iam ad verum aut præcipue ingens fragor, i. concrepitus obſtrepẽtium & murmurantium, erat, ſup. in tectis appoſitorie vrbe Latini pdiuitis, i. habẽtis latã familiã vnde ingẽs oriebať fragor: non eſt ergo ipertinens vt Ser. vult epitheton: qa alterum pẽdet ex altero, ideo. n. ingens erat fragor: & lõge maxima pars luctus erat in tectis & vrbe Latini: qa prędiuitis, i. præter cæteros diuitis, & latam familiam & multos ciues habentis, Nam matres quę liberos lugebant, & miserę nurus quę maritos ac ſponſos lugebant, & chara pectora ſororum mœrentum, i. mœrentium propter necem fratrum, & pueri orbi parentibus: execrantur, id eſt cum execratiõe deteſtãtur hoc bellum dirum, id eſt cum deorum ira acceptum: & hymenęos, i. auſpicia nuptialia Turni, & iubent, ideſt volũt & expoſcũt aut cẽſent: ipm Turnũ, ſcilicet decernere ſup. debere armis & ipſum decernere ferro: ipſum inquam qui poſcat ſibi regnũ Italiæ & primos, i. regales honores Drãces, ſ. hoſtis ipſius Turni, & ideo ſęuus ingrauat, i. malũ Turni augmẽtat & grauiora hoc eſt maioris momenti facit hæc, & teſtať, i. affirmat ex legatione ſolũ Turnum, ſ. vocari, id eſt prouocari ab Ænea in ſingulare certamẽ & ſolũ Turnum poſci, ſ. ab Ænea in certamine Simul, id eſt pari forma, multa ſententia varijs dictis pro Turno cõtra, ſ. Drancen facit & magnum nomen, id eſt magna authoritas, Amatę, ſ. reginę obumbrat id eſt quaſi vmbra ſua ptegit Turnũ: & multa fama ſuſtentat id eſt contra aduerſarios & deprimentes ſtãtem ptegit virum, ſ. Turnum, trophæis: meritis, id eſt claris facinoribus per quę tropheа figere meruerat, Ecce, q. d. de repẽte & pręter ſpem legati mœſti, ferunt, id eſt afferunt a magna vrbe Diomedis quã ſ. in Apulia conſtruxerat: ſuper, ideſt inſup: hoc eſt medio tumultu flagrãte, id eſt ardente inter hos motus: ſ. in vrbe cõcitatos: ferunt autẽ reſponſa, ſ. nihil actum ſup. eſſe: omnibus impenſis tãtorum operum: i. tã ſumptuoſę legatiõis. dona nihil valuiſſe nec aurum valuiſſe: nec magnas preces valuiſſe, ſ. apud Diomedẽ cõtra Æneã: & alia arma quęrenda ſup. eſſe Latinis: aut (vt Seruius legit) petendum ſup. eſſe, id eſt petere oportere, pacẽ ab rege Troiano: quia nõ dicit arma quęrendum ſed quęrenda: credo conſimiliter per gerundiuum nomen dicat, pacem petendã vt ſit, & ferunt pacem petendam ſup. eſſe a rege Troiano, ſ. Ænea. Ipſe Rex Latinus: deficit, ſ. viribus & quaſi exanimus defuit ingenti luctu, i. prę dolore: ira deum, id eſt deorum: hoc eſt pugna infelix quæ dijs iratis videtur commiſſa admonet Æneam fatalem, id eſt fatis cõceſſum: ferri, i. duci ad regnum Italię: manifeſto numine, id eſt nutu deorum id manifeſte indicante: & tumuli, ſ. occiſorũ recẽtes ante ora ſup. id admonent. Ergo quia, ſcilicet ita ꝑſuaſum habet cogit magnum concilium, id eſt conuocatorum cœtum, & primos ſuorum, id eſt primores & proceres: accictos, id eſt aduocatos: imperio, id eſt mandato regio. intra alta limina, ſ. regiæ domus, Olli, id eſt omnes illi qui vocati erant conuenere, id eſt cõparuerunt, & fluunt, id eſt ꝯfluunt: hoc eſt celeriter accurrũt vijs plenis, id eſt opplendo vias ad tecta regia, rex, ſ. Latinus: maxim⁹ æuo, i. annoſiſſim⁹ & primus ſceptris, i. intra ſceptra tenentes: aut ſedet primus in medijs: vt, ſ. omnes audire poſſet: ſup. cũ ſceptris, id eſt inſigni regio: fronte haud lęta, id eſt mœſta & triſti. Atq; iubet, hic id eſt in hoc loco & tempore, ideſt cum ſic ſederet legatos remiſſos, ſ. a Diomede: ex vrbe Ætola, ideſt quã Ætoli hoc eſt ex Ætolia profecti conſtruxerant in Apulia. fari quę referant, id eſt reportent a Diomede & repoſcit, i. exigit reſpõſa, ſ. Diomedis cũcta ſuo ordine, i. vt cuncta recitetur ſuo ordine: tum, i. deinde ſilentia facta ſunt linguis: & Venulus, ſ. princeps legationis parens, i. obediens, dicto, i. mandato regio: infit, i. incipit: fari ita, i. ad inſequentem modum.

PIERIVS.

℄ Et longe pars maxima luctus.) In Romano codice, longi, habetur quippe luctus, quam lectionem improbat Seruius, quę bona inde librariorum pars ſequuta eſt. ℣ Ingrauat & ſęuus Drances.) Ex codici. antiquis, ingruat hęc, omnino legendum, & ſi placeat, ſęuos ex Romano. ℣ Solum poſci in certamina Turnum.) Quamuis poſci in certamina. Vetera aliquot habeant exemplaria, minime tñ diſplicet, quod in antiquiſſimis aliquot legiť, i certamine, Æneã quippe iam paratum in cãpo opperiri, vt Turnus in duellum icto fœdere deſcendat. Nam quod alibi, ſolumq; duci, qppe Æneæ vocari Turnum legitur, nequaquam placet. ℣ Hos inter motus medio flagrante tumultu.) Vetera omnia, quæ verſauim⁹ exemplaria: medio inflagrante, legunt, vti prius imprimi cœptũ fuerat. ℣ Ecce ſuper mœſti, magni Diomedis ab vrbe, legati reſpõſa ferunt,) Et magni, & magna, legi Seruius atteſtať, idq; impreſſores in diuerſum egit, magni vero Diomedis, Legitur in Oblõgo codice, ſed in Romano & aliquot alijs vetuſtate ipſa venerabilibus codicib. magna, habetur, & meo quidem iudicio magnificẽtius videtur legatos, veniſſe ab vrbe magna, quod ipſius et Diomedis amplitudinẽ oſtẽdit, & eius opes. Magnus vero eſſe poſſet Diomedes rebus geſtis, & præclaro noĩe, exiguis tñ opibus. Sed ſi dominus magnæ vrbis ſit, dubio procul etiam potentem eſſe confitendum. ℣ Aut pacem Troiano ab rege petendum.) Librarij porro omnes chalcographi Seruij grammatici authoritatem ſecuti, petendum, figura gerundij ſcribendum curauere, vt pœnas in morte timendum, apud Lucretium, & caſtra introitum, apud Salluſtium. Cęterum codex Romano. anti. & alter peruetus i vaticana bibliotheca repoſitus, & plerique alij minime contemnendi, legunt, pacem Troiano a rege petendam, figura participij. Sed vtrum ex his magis placeat, non laboro. ℣ Fatalem Æneam manifeſto numine ferri, Admonet ira deum.) Seruius. fatalem, loco, hoc, omnibus pernicioſum ſignificare dicit. Sed cur nõ obſecro potius exponamus: fatis certo aduectum. Argumentoq; eẽ, nos dum Æneæ reſiſtimus, grauem deorum iram concitaſſe. Tot mortalium ſtrages immiſſas, pugnarique a nobis infeliciter manifeſtum, quia contra deorum imperia arma ſumpſerimus, mihi enim religio eſt, Ænean tam inhoneſto epitheto notatum aſſeuerare. ℣ Alta intra limina cogi.) Intra limina, paſſim legitur, idque & Seruio, & alijs negocium faceſſit. Cæterum in antiqui. codi. Romano. intra mœnia legitur, vt adluſio ſit ad veterum mores, qui vicatim habitabant. Non tamen diſplicet, limina, neque ea quæ ſuper hoc Seruius comminiſcitur. ℣ Sedet in medijs rex maximus æuo, & primus ſceptris haud læta fronte Latinus.) In antiquis omnibus exempla. legere eſt, & maximus æuo & prim⁹ ſceptris, & ita recte in antiquioribus erat editionibus priorum impreſſorum.

Vidimus o ciues Diomede: Argiuaq; caſtra: VEN.
Atq; iter emenſi caſus ſuperauimus omnes:
Contigimusq; manum: qua concidit Ilia tellus
Ille vrbem Argiripam patriæ cognomine gentis
Victor Gargani condebat Iapygis agris.
Poſtquam introgreſſi: & coram data copia fandi:
Munera præferimus: nomen patriamq; docemus:
Qui bellum intulerint: quæ cauſa attraxerit Arpos.
Auditis ille hæc placido ſic reddidit ore.
O fortunatæ gentes, Saturnia regna, DIOM.
Antiqui Auſonij, quæ vos fortuna quietos
Solicitat: ſuadetq; ignota laceſſere bella:
Quicunq; Iliacos ferro violauimus agros,
(Mitto ea, quæ muris bellando exhauſta ſub altis,
Quos Simois premit ille viros) infanda per orbem
Supplicia, & ſcelerum pęnas expendimus omnes,

SERVIVS.

℄ Vidim⁹ o ciues Diomedẽ.) Aut Diomedem legẽdum, vt ſit Latinus accuſatiuus, & admittiť Ecthlipſis, vt, Multum ille & terris iactatus & alto. Aut ſi Gręcum accuſatiuũ facere voluerimus, Diomede legať, vt poſſit fieri Synalœpha ſicut, Euryale iſelix qua te regione reliqui? Si aũt Diomedẽ dixerimus, nec Latinũ eſt, nec Græcũ: aliter nec verſus conſiſtit. Nũquam eni Ecthlipſis fit per n literam. Tñ melius eſt vt Diomede legať, vt ſit Græcus accuſatiu⁹. nomia enim Gręca in ης exeũtia, quę genitiuũ in εος mittũt, p plenam elocutionẽ, cum eũdem caſum per Synæreſim in ους miſerint, accuſatiuũ in η mittant neceſſe eſt: ideo qa cũ naturã ſuã ſeruãt, accuſatiuũ in vocalem mittunt, nõ in cõſonantẽ: & debet Synęreſis plenitudinis ſeruare rationẽ. Vt ecce διομήδης, plena declinatio eſt: τοῦ διομήδεος τῷ διομήδει τὸν διομήδεα. Per Synęreſim autem facit τοῦ διομήδους, τῷ διομήδει: τὸν διομήδη. Ergo hic accuſatiuus ideo in e, exit, non in en: quia cũ integrum eſt hoc nomẽ in εα exit: & creſcit eius genitiuus. Si enim ἰσοσύλλαβος ſit nominatiu⁹, accuſatiuum in ην mittit: nec habet s in genitiuo, vt θουκυδίδης, θουκυδίδου θουκυδίδην: nam Diomedes ideo in genitiuo s habet, quia & cum integrum eſt, & διομήδεος facit, habet

Universidad de Deusto
Biblioteca

habet s cõsonantẽ. ¶Casus oẽis.)Itineris,ſ. Et bene vtilis tatem ſingularũ reꝝ generali tate vitauit,ne diceret Flumia latrones. ¶Qua concidit Ilia tellus.) ὑφαρπικῶς dixit, pro vrbs Ilia.nã terra non concidit,ſed ciuitas.¶Argiripam.) Diomedes fuit de ciuitate quæ Argoſippiõ dicitur:de qua Homerus ἄργος ἱππόβοτον. Horatius, Aptum dicet equis Argos. Hic in Apulia condidit ciuitatem,quam patriæ ſuę nomine appellauit,& Argo ſippion dixit:quod nomen poſtea vetuſtate corruptum eſt, & ſa ctũ vt ciuitas,Argiripa diceretur:quod rurſus corruptũ, Arpos fecit.¶Gargani condebat Iapygis agris.)Iapygia pars eſt Apulię, in qua eſt mons Garganus:qui per Calabriam vſq; in Adriaticũ tendit mare.Lucanus, Apulus Adriacas exit Garganus in vndas. Gargani autem Iapygis figura eſt, pro Gargani Iapygij.& hęc eſt Iapygia Apulię, a qua & Iapyx ventus eſt nominatus. nam Iapidia Venetię regio eſt ab oppido dicta. vnde eſt, Tũc ſciat aerias Alpes & Norica ſiꝝs Caſtella in tumulis & Iapidis arua Timaui.

¶O fortunatę gentes.) Qui habitatis regna Saturnia,id eſt,o viri ſemper pace gaudentes.nã legimus,Aurea,vt perhibent,illo ſub rege fuerũt Sæcula,ſic placida populos in pace regebat. Et bene hoc laudat,quod eis pſuadeꝛ deſiderat. ¶Antiqui auſonũ.) Quia qui primi Italiam tenuerunt,Auſones dicti ſunt. ¶Quietos.)Qui bus eſt amor pacis a maioribus traditus propter regnũ Saturni. ¶Ignota lacẽſſere bella.)Scilicet Troianorum:nõ omnia genera liter bella. Nã legibus,Captiui pendent currus, curuæq; ſecures. ¶Suadet.)Vobis ſubaudis.nã vos a ſuperioribus non poteſt ſub audiri,qui non te,ſed tibi dicimus ſuadeo.¶Violauimus.)Quaſi ſacra. Nã violare de religionibus dicimus.Et ingẽti arte dixit,ne aut victoriã ſuam ſileat,aut non procedendo cõtra eos,quos vi cit,confiteaꝛ ignauiam,dicens non eſſe contra eos pugnandum, quos vincere pernicioſiſſimum eſt.¶Quos Simois premit ille vi ros.)Id eſt toto orbe celebris. Alibi in primo. Vbi tot Simois cor repta ſub vndis ſcuta virum,galeaſq;,& fortia corpora voluit.

¶Scelerũ pœnas expendimus omnes.) Id eſt luimus ompes pœ nas,quę ſunt ſtatutæ ſceleribus. Alij ſceleris omnis legũt.nã oẽs nõ poteſt ad Græcos referri,quia non omnes pertulere ſupplꝛ cia.¶Vel Priamo miſeranda manus.)Etiam Priamo.vt,Carmina vel cœlo poſſunt deducere lunam.Eſt autẽ Pacuuij qui dicit, Si Priamus adeſſet,& ipſe eius cõmiſereſceret.¶Scit triſte Mineruę Sydus.)Fabula hoc habet,propter Caſſandræ ſtuprum,Græcis ira tam Mineruã:vel quod ei victores perſuperbiam ſacrificare no luerũt.Vnde eos redeuntes grauiſſima tẽpeſtate fatigatos per di uerſa diſperſit. Horatius,Cum Pallas vſto vertit iram ab Ilio.Re vera autem cõſtat Græcos tempeſtate laboraſſe æquinoctio ver nali,quando manubię Mineruales.i. fulmina,tẽpeſtates grauiſſi mas cõmouẽt.Vnde perite dicẽdo Sydus, vtruncq; cõplexus eſt. Nã ſydus & tempeſtatẽ ſignificat:& re vera ſydus. Hęc autem nu mina quę inter ſydera nõ videmus,licet ſua ſigna propria nõ ha beãt,cũ aliis poteſtate ſunt permiſta:vt Ophiucus ipſe eſt Æſcula pius:Gemini, Apollinis & Herculis eſſe dicunt.Sic Mineruæ Aries eſſe dignoſcitur.¶Vltorq; Caphareus.) τὸ αὐτὸ. eſt cautes Euboi cæ.Nã euboea inſula eſt in qua mons Caphareus,circa quẽ Græ ci periere naufragio. Vltor autẽ ideo dixit,quod Nauplius Pala medis patet dolẽs filium ſuum factione interemptum, vt in ſecũ do cõmemorauimus,cum videret Græcos tempeſtate laborare montem Caphareum aſcẽdit & elata facula ſignum dedit vicini portus.Qua re decepti Græci inter aſperrimos ſcopulos naufra gium pertulerunt.

DONATVS.

¶Vidimus o ciues Diomedẽ.) Mira arte Venulus tuetur perſo nã ſuam,& fideliter impletam legationem magno nixu conatur oſtendere,quis enim crederet conuentum cõtra veteres amicos diomedẽ auxilia negare potuiſſe? quę res cum ſatis impoſſibilis eſſet,nec illud potuit admitti viſum illũ, vel vſq; ad illius ſedem euicto labore peruentũ,qua propter omnibus quę fuerãt ſuſpe cta,prouideꝛ occurrit dicẽdo.Vidimus o ciues diomedem:ad didit quoq; vidimus,& caſtra graiorũ.potuit enim fieri, vt dio medem legatio ipſa in alienis regionibus reperiſſet.Iccirco & ip ſum preſentẽ,& copias,quas daret,ſi vellet,preſto, ait, inuentas vt oſtenderet voluntatẽ ſolam,non etiam iuuentutis ſubſidia de fuiſſe, affectu vero legationis implendæ ſic animatos, vt caſus omnes,& viarũ lõgiſſimos tractus aſſereꝛet eſſe tranſmiſſos.No luit caſus longioris itineris ſpecialiter dicere, cũ generalitas tãta cõpleãtur,quanta ſibi æſtimatio voluerit vindicare,& commẽ dãdo laborũ merito ipſa potiuſquã ſpecialis enumeratio ꝓtue bat:

Vel Priamo miſeranda manus:ſcit triſte Mineruę
Sydus,& Euboicę cautes,vltroq; Caphareus.

bat:Accedebat ad hęc, q̃ mõ ra nõ erat faciẽda vere neceſ ſarijs,& mature peruenire des buerat ad ea, quæ populis cu piebat audire.Cõtigimus, inqt, & manũ qua concidit Ilia tellus. ſolennitatẽ ſalutationis mutuę oſtenditur tetigiſſe,vt tenuiſſe ſe aſſereꝛet manũ, qua ipſa Troianæ regionis terra mõſtraretur eſ ſe ſubuerſa:qui poſt hoc factum crederet auxilia nõ daturũ, qui dexteras iunxeratẽ Hęc omnia propter fidem rerũ congeſſit di cẽdo, vidimus, vidimus & caſtra graiorũ, & ad hæc magno labo re peruenimus,& cõtigimus manum,qua cõcidit Troia,vt oſtẽ deret ad impetrationẽ auxiliorum nõ legationis ſolicitudinem ſed diomedis defuiſſe conſenſum. dehinc adhibeꝛ maior fides ex actibus diomedis, quo magis conſtaret viſum. ¶Ille vrbem Ar giripam.) Quis non crederet viſum diomedem, cum & actus eius legatio cauta diligẽſque narraret,& adiũgeret plurima,quæ fidẽ facerent vniuerſis.nam & condi patriam, & nomen eius,& vnde id nomẽ traheretur & fortunam cõdentis dixit. ¶Poſtq; in trogreſſi.Introgredi eſt hoc loco,q̃ introgreſſi fuerũt ad diome dem gradiendo,vt dexteras iungerent:& factum eſt,quod eſt ſi gnũ ſuſceptæ amicitiæ,vt in octauo congreſſi iungunt dextras, mediſq; reſidũt ſedib⁹.Ergo poſtq; introgreſſi,inquit,ſumus. ¶Et coram da.co. fan.) Et data eſt poteſtas cum prælente,loquẽ di. ¶Munera præferimus.) Præcedere enim obſequium & com moditas munerum debuit, vt ſecuturus ſermo aures diomedis gratanter intraret.¶Nomen,patriamque docemus.) Dixtmus, qui eſſemus, & vnde, qui bellum intulerint.ſubtilitatem narrat, qua vſus eſt apud diomedem, vt diceret Troes bellum intuliſſe quod nõ fuerat factum. deformare quippe eos licet, falſo cõues nerat,q̃ in ſuis ſedibus,victique,q̃ peregrini,q̃ naufragi cieues bello per inſolentiã prouocaſſent.¶Quæ cauſa attra.arp.) Quam ta breuitas relationis quã ſic proferri cõueneratẽ vel quia alia vt gebãt,vel quia ſciẽtibus loquebaturꝫnam narrare vnicuique qd nouit,ſatis vitioſum eſt. Interea ſemel poſitum docemus,ſępius debemus accipere.vt ſit,nomẽ docemus, patriam qui bellum in tulerint,docemus,quæ cauſa attraxerit arpos.¶Auditis.) Hoc eſt acceptis,quæ diximus arbitrabãtur continuo eã poſtulata fa cturum.¶Ille hæc.) Exponamus quam vim iſta duo pronomi mina tenẽt.ille Troianorum,ſcilicet hoſtis antiquus.ille, ad quẽ magno labore peruentum eſt,ille, quẽ fidebamus deſiderata fa cturum ille,qui nec muneribus,nec gratia,nec deprecatione cõ motus eſt.hęc,hoc eſt.inſperata atque cõtraria a perſona ſua, & inimicis ſuis potiusq; nobis largis & ſupplicib⁹ profutura.¶Pla ceido ſic red.o.) Quin placida eſt mens,nec aliqua commotione turbatur,qualis ſermo proferri poſſit,non dubitatur. nõ poteſt enim de placido aliquid exiſtere turbulentũ.quod magis pro ne gocq; qualitate fuerat neceſſariũ:ac per hoc dicendo,placido ore, nũciat diomedem longe alia dicturum, q̃ legatio poſtulauerat. ¶O fortunatæ gentes.) Quia ſatis durum & inhumanum fuerat, manum non porrigere pugnaturis.cauſam ipſam voluit tollere propter quam petebatur auxiliũ. Cur enim daret? qui ſuaſurus fuerat nõ eſſe pugnãdum:in quo ſe beneuolũ docet. cum tutios fuerat nõ eſſe pugnãdum:in quo ſe beneuolũ docet. cum tutios re cõſilio errantes reuocat ad ſalutem,plus collaturus q̃ rogaba tur efficere.nẽ igitur vt inhumanus negat poſtulata:ſed petitio nem ipſam conſilio regit:atque ita certãdi affectum diuerſa per ſuaſione frangẽdo,nec dat auxilium,nec decipit deprecãtes:ma dõlet erroribus perituram.ſolet,inqt,bonos caſus retinere feli citas veſtra.hũc locum ſic debemus accipere, diomedem ingreſſ ſum,vt felicitatem ipſam nõ aliquibus hominibus vel tempori bus,ſed ipſis gẽtibus fatorum voto in perpetuum datam videas plicat geſta, nihilque iandudum oſtendit extitiſſe conſilii ſcilicet integra pacis obſeruatione currentibus.reprehẽdit ergo Latino rum tractatum,q̃ relicto veteris pacis cõmodo, ad funeſtam & ſuis partibus inimicam bellãdi cupiditatẽ læua diſpoſitione trãſ ducti ſunt hoc deterius,& laces ſerẽt eos,quorum virtutẽ fatum que neſcirent.Interea perſiſtit in eo,& admirari ſe euidẽter oſtẽ dit,quo illorũ felicior fortuna migraſſet,vnde e cõtrario aduer ſa ſucceſſiſſent, retinentis vox iſta videtur eſſe, at non eſt, ſed potius obiurgantis. nouerat quippe ex his, quæ petebantur. intelligat illos affectum retinere pugnandi. nam quia auxilio rũ petit, proculdubio quid cogitet, vel quid paret, oſtendit. iſta

Iſta tamen obiurgatio beneuola magis q̃ iniurioſa eſt, nõ enim decuit aſpere reprehendi, quos ſine affectu optati deſideriꝝ fue rat remiſſurus.cõpletis breuiter principijs,pbandũ fuit incõmo da poſtulari.quod ipſum tanta virtute aſtruit, vt hoc nõ diſputa tione fabuloſa ſed exemplis ſuis & veritate confirmet. quid autẽ ponderis habeat defuaſio ab eo propoſita,q̃ paſſus eſt, haud diffi cile eſt noſſe,Suſcepit igitur hanc partem, & hoc primũ dicit, cu ius fiducia ducebantur.¶Quicunq; iliacos.)Reor, inqt, vos didi ciſſe fama currẽte me bello acerrimo in Aſia certauiſſe:& forſitã hac ducti ratione veniſtis:ſed,pcliue eſſet aduerſus veteres inimi cos largiri ſubſidiũ: non illud bellum, ſed ſacrilegium fuit,qppe violationem illam non debellationem regionũ Troiæ, tũc fuiſ ſe cunctorum,qui ſcelerata arma ſumpſim⁹ diuerſa, & vniuerſo orbi cognita ſupplicia docuerunt. poſſet hoc videri euentus at tuliſſe nõ deorũ iudicium. hoc ne diceretur occurrendo ꝓuenit. ait enim quicunq;,vt oſtenderet in omnes cucurriſſe vindictã,q in Troia pugnauerant.quod factum nõ caſus attulit,ſed irroga ta atq; inflicta dijs vltoribus pœnarũ ſi eſſet euentus,nec interi reꝛ alij,nec in reliquos eẽt diuerſis vltionũ generibus vindicatũ: Iliacos ferro violauimus agros,nõ ſolum ciuitatem vult ſacratã fuiſſe numinibus,ſed omnes agros ad eam pertinẽtes.Mitto ea, quę muris bellãdo exhauſta ſub altis,quos ſimois p̃mit. ¶Ille vi ros.ſtrictim tranſijt,quod adſcribi potuit fortunæ bellorũ. nõ, inquit,de illis aliquid dicam,qui pugnando cõſumpti ſunt: non eoꝝ meritũ tangam,qui ante ipſos muros proſtrati iacuerũt. nõ memorem quales quantoſve ſimois premit infanda per vrbem ſupplicia,vt ſcelerum pœnas expẽdimus omnes. Cõfirmationis verba ſunt iſta quæſita ideo,vt probareꝛ legatis nec leues pœnas poſt excidium Troiæ cõſecutos Græcos ſed infandas, nec vno in loco,ſed per totum orbem,nec aliquorum id malũ fuiſſe,ſed om nium,tantus in hac relatione terror eſt, vt omne criminũ genus incurrere videatur,qſquis Troianos bello pulſauerit. poſtremo ſic orbi ſuum ſuorũq; exemplum vult videri propoſitũ, vt om nes ſcirent,quid conſeq; eos poſſet ſi aduerſus Troianos vlterius arma ſuſciperent.huius loci ordinatur ſenſus ſic. q̃cunq; iliacos ferro violauimus agros infanda per orbem ſupplicia & ſcelerũ pœnas expendimus omnes.omnes ad homines ptinet nõ ad pœ nas,vt ſit omnes nos ſcelerum pœnas expendimus. media qppe ſic poſuit quaſi nõ dicta,qui in Troia pugnauerãt. potuerũt qp pe,vt dictum eſt,contraria diſputatione diſſolui. cã victoria bel lo quęſita vacua eſſe luctibus non poteſt:nã etiam, ſic Latini de terrentur ab effectu bellandi, q̃ & in ipſo bello interire poſſunt, & poſt finem belli ſi extiterint,nulli eſſent euaſuri ſupplicij.¶Vel priamo mi.ma.) Admodum dicit ſæuitum in teucros, cũ Græci nec priamo pepercerunt,& regi,& ſ-ni.incipit iam enumerare,q̃ ſummatim propoſuit,vt oſtendat,qui quę paſſi ſunt, & in ꝗbus locis,vel ꝑ quos illis ſupplicia inflicta ſint. ¶Scit triſte miner.ſy.) Quo aiax periit & ſocij.¶Et euboicę cautes.) Vbi ſimiliter pluri mi naufragio laniati ſunt. Vltorq; caph.) Vltorẽ dixit caphareũ cum tam aſperum littus pereuntibus prębuit. vt veluti irati aio cunctos peſſundediſſe videatur.

ASCENSIVS.

¶Vidi.In hac parte recitatur reſpõſio Diomedis quã oratorib⁹ Latinis dederat,& in qua mira cõtinetur Æneæ laus vtpote quæ ab eo qui quondã hoſtis erat,fiat,id.n. glorioſum eẽ ſignificauit Didoin primo dicens. Ipſe hoſtis Teucros inſigni laude ferebat. De qua re cũ totus deſyderet Donatus. Ordo eſt. O ciues nos vi dimus Diomedẽ aut Diomede ſecũdũ Græcam declinationem vt Seruius docet & caſtra argiua,id eſt caſtella ab argiuis in Italia cõ ſtituta atq; nos emenſi iter ſuperauimus oẽs caſus.i. itineris id eſt perfecimus legationem noſtram :& cõtigimus manũ.ſ. Dio medis qua,id eſt per quam tellus ilia,id eſt regio iliaca cõcidit, id eſt

SERVIVS.

¶Atrides Protei Menelaus.) Militia ex illa diuerſum ad littus adacti,
Agamẽnõ & Menelaus vno q Atreides Protei Menelaus ad vsq; columnas
dẽ fataliter fuerant ſupplicio Exulat: Ætneos vidit Cyclopas Vlyſſes.
deſtinati.nãq; Atreus & Thye Regna Neoptolemi referam: verſoſq; penates
ſtes fratres fuerũt in ſe inuicẽ Idomenei: Libycõve habitantes littore Locros;
ſæui,adeo vt Thyeſtes cũ Me Ipſe Mycenęus magnorum ductor Achiuum
lope fratris vxore cõcumbe Coniugis infandæ prima intra limina dextra
ret.quod dolens Atreus,libe Oppetijt deuicta Aſia ſubſedit adulter.
ros eius epulãdos ei appoſuit Inuidiſſe deos,patrijs vt redditus oris,
ſed cum Thyeſtes poſt cogni
tã facinus requireret vltionẽ
et Apollo reſpõdit poſſe alio
ſcelere illi⁹ facinoris vindicẽ
naſci,ſi cũ Pelopeia filia cõcu
beret.Quo facto nat⁹ eſt Ægy
ſthus fatalis in Atrei geminã
ſobolem. Sed luppiter Mene
lai fata miſeratus eſt propter
Helenę iugale conſortium:&
eũ per diuerſa errare maluit,
quã Ægyſthi manibus interi
re. Hic errans ad Ægyptum
vſque peruenit, vbi Proteus
deus marin⁹ regnauerat: cui
aliqñ rapta à Theſeo Helena
dicitur

est deſolata eſt & ruinam fecit illum.nã ipſe Diomedes cum Vlyſ ſe Palladium ſuſtulit:eundemq; Æneas fortiſſimũ appellauit di cens in primo.O Danaum fortiſſime gentis titide,&c. Ille, ſcilicet Diomedes ad quem legati ſumus victor.i.voti compos: cõdebat in agris gargani.ſ.mõtis,Iapygis,ꝑ Iapygiã, hoc eſt ab Iapygia q̃ eſt apulia in mare adriaticum protẽdentis:vrbem argi rippã cognomine,id eſt cognomento gentis patrię.ſ.ab Argoſipo ciuita te quę poſtea Argirippa denominata dicit ab equis Hipolyti:& vtrũq; nomẽ formatũ ab argos & hippos quod eſt equ⁹ & equa. Fuit autem triplex argos Theſſalicum,Achaicum, in pelopõneſo & ętolicum,vnde prius dixit argiuaq; caſtra: Iapyx aũt fuit filius Dędali a quo plurima pars Apuliæ Iapygia dicta eſt. Poſtq; nos introgreſſi ſup.ſumus & copia,id eſt facultas fandi corã, id eſt in plentia eius data ſup,eſt nobis. nos præferimus munera.& doce mus nomen,id eſt nobilitatem & genus noſtrum & patriã & do cemus qui.ſ. vir intulerit nobis bellũ, ga antiquus ipſius hoſtis Æneas,& quę cauſa attraxerit ſup.nos arpos,vbi.ſ.iple erat i apu lia,Ille auditis.ſ.nobis reddidit hęc ore placido, id eſt benigno: o gentes fortunatę,regna Saturnia.i.in ꝗbus Saturnus olim regna uit cũ Iuno & aurea cõdidit ſęcula. Auſoniũ antiqui qui.ſ.primi Italiam tenuiſtis: quę, id eſt qualis,q.d. nimirũ inimica fortuna ſolicitat vos,& ſuadet ſup.vobis laceſſere.i.,puocare, bella igno ta.i.incognita quę ſi noueritis longe fugeritis,quia nos qdẽ vi ctores ſumus ſed nos oẽs q̃cunq; violauimus ferro.i.deuaſtaui mus agros iliacos.i.Troianos expendimus.i.perſoluimus & lui mus per orbẽ.i.per varias partes mũdi: ſupplicia infanda.i. quæ eſtari nequeã prę magnitudine,aut quę effanda nõ ſunt prę tur pitudine,& expẽdimus pœnas ſcelerũ.i.de ſcelerib⁹ in Troianos cõmiſſis:exiſtentes manus. i. multitudo armata miſeranda vel,id eſt ẽt Priamo. mitto.i.ꝑtermitto & dicere nolo ea quę exhauſta. .i.tranſacta ſunt bellando ſub altis muris.ſ. Troiæ, hoc eſt quot ſtrages de nobis illic editę ſint quãuis fuerim⁹ victores:& mitto id eſt omitto dicere: quos viros Simois ille.ſ.notiſſimus fluuius Troiæ:premat.ſ.obrutos aqs.i.immerſos cõtineat.q.d. plurimi ſuccubuerũt prius q̃ vinceremus & victores oẽs infanda ſupplꝛ cia expendim⁹.¶Sydus.i,aut cõſtellatio ſeu tempeſtas verna, cui Minerua dominatur,aut aries ſydus Mineruæ ga ei addicit, triſ ſte.i.inimicum & triſtitiã afferens ſcit ſup.quales pœnas dedim⁹ vt ī primo dictum eſt de Aiace Oilei filio:& cautes euboicę, id eſt quæ ſunt in euboea:hoc eſt caphareus vltor, ſcilicet iniuriæ Mi neruæ illatę aut nauplio propter mortem Palamedis vt in ſecun do dictum eſt:ſcit aut ſciunt quas pœnas dedimus:quia plurimi illic naufragium paſſi ſunt & alij in diuerſa exilia actꝰ.

PIERIVS.

¶Vidimus ociues Diomeden argiuaq; caſtra.)Qui videbãt. Dio medem,vltimã producere,Diomeden,Latino declinatu ſcribẽdũ ꝓcurarũt, vt collisioni locus eſſet.ſed.n. obſeruaui ego in antiqꝰ codicibus pleriſq; Diomedẽ,legi,Græco declinatu, διομήδεα διος μήδη ἀττικῶς.quam lectionẽ Seruius etiã agnoſcit.¶Gargani cõ debat Iapygis agris,(In antiquis aliquot codicibus, aruis, legi, quod vero Seruius iapygiam ab iapydia diſtinguit, quid alij tra dunt auctores oſtendimus eo verſu,Et Iapydis arua timaui, huc addemus Iapygiã ex Strabone,vocatã eſſe ab Iapyge Dędali filio, quem de creteſi muliere ſuſceperat. ¶Poſtquam introgreſſi, & coram data copia fandi.)In Ro.cod.legere eſt poſtq̃ cõgreſſi,ſed introgreſſi,quod agnoſcitur à peritis, magis placet.¶Ferro vio lauimus agros,)In Roma.cod.populauimus,legitur,ſed cur,vio lauimus,ſit legendum,non leuem Seruius rationem affert,popu lauimus vero forte ſumptum ex paraphraſi.¶Quos Simois pre mit ille viros,)Romanus codex atq; etiã Oblongus,& Mediceus, & aliquot alij,premat,legunt,elocutionis modo non inuenuſto, & ita prius in vulgatis exemplaribus habebatur.

Universidad de Deusto Biblioteca

dicif cōmēdata. Vnde quidā dicunt, qđ ad eā petendā Menelaus ad Ægyptū profectus sit post bella Troiana. Suntq volunt nec raptam esse a Paride Helenam. sed aliā causam Troiani belli fuisse, illā.s. qđ Herculē quęrentem Hylā suscipere noluerūt. Qui aūt volunt eā raptā a Paride, hoc dicūt, quod recepta a Protheo, q Theseū ad Menelaū trāsitū fecerit,& sic eā Paris rapuerit. Secūdū qđ vt supra diximus, Menelaus ad Ægyptū Iouis volūtate peruenit.s.ne ab Ægystho posset interimi. Quod autē ait Prothei columnas,rōne nō vacat. Nā colūnas Herculis legimus & in pōto & in Hispania. Hūc autē Protheū fortissimum & inuictū cōstat fuisse. Nouimus autē qđ oēs fortes, Hercules dicebantur. vnde vī hoc affectasse Virgilius vt pro finib⁹,Prothei columnas diceret, quas habuit Hercules vt ostēderet eū etiā Herculē dictum. ❡Adusq; colūnas Prothei.) Vsq; ad fines Ægypti: hoc est vsq; ast Pharon aū insulā, nunc partē Alexandrię. Lucanus, Nunc claustrū pelagi cœpti Pharon, insula quondā. In medio stetit

Coniugium optatū,& pulchram Calydona viderē:
Nunc etiam horribili visu portenta sequuntur:
Et socij admissis petierunt ęthera pennis:
Fluminibusq; vagantur aues(heu dira meorum
Supplicia)& scopulos lachrymosis vocibus implēt.
Hęc adeo ex illo mihi iam speranda fuerunt
Tempore:cum ferro cœlestia corpora demens
Appetij:& Veneris violaui vulnere dextram.
Ne vero, ne me ad tales impellite pugnas.
Nec mihi cum Teucris vllum post eruta bellum
Pergama:nec veterum memini, lętor ve malorum.
Munera,quę patrijs ad me portastis ab oris:
Vertite ad Aenean:stetimus tela aspera contra:
Contulimusq; manus:experto credite,quantus
In clypeum assurgat:quo turbine torqueat hastam.
Si duo pręterea tales Idęa tulisset
Terra viros:vltro Inachias venisset ad vrbes
Dardanus:& versis lugeret Grecia fatis.
Quicquid apud durę cessatum est mœnia Troiæ:
Hectoris, Aeneęq; manu victoria Graium
Hęsit:& in decimum vestigia rettulit annum.
Ambo animis,ambo insignes prestantibus armis:
Hic pietate prior.coeant in fędera dextrę,
Qua datur:ast armis concurrant arma,cauete.
Et responsa simul quę sint rex optime regum
Audisti:& quę sit magno sententia bello.

Agamēnoni occurrit ad litus & illic eū susceptū submisso adultero inter epulas iteremit. ἀλλάμοι ἄγισθος τεύξας θάνατόν τε μόρον τε ἔκτα σὺν οὐλομένῃ ἀλόχῳ οἶκόνδε καλέσσας δειπνίσσας ὥς τίς τε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ. Quod & Iuuenalis tangit, dicens, Quippe ille dies authoribus vltor Patris erat cęsi media inter pocula. Aliū autē dicunt quod in ipso regressu.i. prima die, qua domus suę limen ingressus est, ɔsilio Ægisthi ab vxore vestem accepit clauso capite: qua implicatus adulteri manib⁹ interijt. ❡Inuidisse deos.) Stheneli filius Cylabarus Ægialiam Diomedis vxorem cognouit adulterio: quo comperto Diomedes reuerti noluit, sed in Apulię partibus ɔdidit sibi sedes, quod Veneris dolo dicitur esse perfectum, quam in bello Troiano vulnerauerat. Vnde ait, Inuidisse deos. ❡Pulchrā calydona viderem.) Vnam de supradictis ciuitatibus quib⁹ imperauit. ❡Nūc etiam horribili visu.) Hoc loco null⁹ dubitat fabulę hui⁹ ordinē a Virgilio eē cōuersum. Nam Diomedis socios cōstat in aues esse cōuersos post ducis sui interitū, quē extinctum impatienter dolebāt hę aues, hodieq; Latine Diomedeę vocanf. Græci eas erodios dīt. Habitant aūt in insula Electride siue Febra,q est haud lōge a Calabria in cōspectu Tarentinę ciuitatis. Quinetiā de his auibus dicitur, quod Græcis nauib⁹ lætæ occurrant:Romanas, id est Latinas vehementer fugiāt, memores originis suę, & quod Diomedes ab Illyricis interemptus est. ❡Portēta.)Re vera.n.portentum est,homines in aues eē conuersos. ❡Et socij amissi.)Legunt nonnulli & Admissis pennis. sed melius est amissi. ❡Lachrymosis vocibus.)Dolētes vel suam mutationē,vel regis interitū. nāq; hoc tangit latenter. ❡Speranda.) Pro timenda:vt, Hunc ego si potui tm̄ sperare dolorem. ❡Cœlestia corpora.)Martis & Veneris numina vulnerauit i bello. ❡Veneris violaui vulnere dextram.) Artificiose agit. nam sciens ea q dicuntur in fine,animis inhęrere:suos casus vltios memorat. Perite etiam Venerē tantum vulneratā a se dicit, Martis supprimes nomen,quod ei poterat esse gloriosius:vt videatur oia quæ pertulit,odio Veneris pertulisse,contra cuius filium nunc vocat ad pugnam,vt negans etiam nūc paria formidare videatur. Dextram autem secundum Homerum dicit, qui ait ἐπὶ καρπῷ. ❡Tales impellite pugnas.)Quarum ē periculosa victoria. ❡Nec mihi cū teucris vllum post eruta bellum Pergama.(Ne ei obijciat illa cōiuratio,quā apud Aulidem Gręci inierūt, dicit in Troię excidio sacramentum coniurationis esse completum. Nāq; in Troiā,nō in Troianos coniurauerāt Gręci.huc eni spectat quod dicit,nullum se cum Troianis habere bellum post dirutam Troiam. ❡Nec veterū memini,lætorve malorū.)Nec meminisse volo victoriarum mearum,quarum nullus obliuisci ɔsueuit:nec lętor Troianorum malorum, pro Troianis malis, quę nobis bellantibus ptulerunt. non enim pōt de suis malis dicere, cum & mala sua nullus obliuiscatur:& ea ipse paulo ante memorauerit. Lætor autē malorum,figura Græca est:sicut Horatius. Agrestiū regnauit populorum,pro Agrestibus populis. ❡Munera quę patrijs ad me portastis ab oris.)Hinc iam suasio est & consilium:nam finita est auxiliorū negatio. Vnde & paulo post Venulus ita diuidit dicēs Et respōsa simul quæ sint rex optime regis Audisti, & quę sit magno sententia bello,scilicet Audisti. Et quemadmodum negauerit auxilia, & quod nobis dederit de pace consilium. ❡Stetimus tela aspera contra: Contulimusque manus.) Id est & cominus, & e longinquo inter nos bella tractauimus. ❡Quantus in Clypeum assurgat.) Aut quantus est quotiens in hostem

illa mari sub tpe vatis Protheos,at nunc Pellęis est proxima muris,Prothei autem, Latinus est genitiuus constrictus per Synęresim. Adusq; autem sic est dictū quēadmodum. Siculo prospexit abusq; Pachyno. Nā cum prępositio præpositioni nunq; cohæreat, Adusq;& abusq; licēter admissum est. ❡Exulat.) Proprie: nā exulare dicuntur qui extra solū eunt. Sane sciēdum quia quo tēpore Menelaus iuit ad Ægyptum,perdidit Canobum gubernatorem,a quo vicina ciuitas nomē accepit,quę hodie mutata litera,Canopos nominatur. ❡Cyclopas.)Græce declinationis accusatiuus est:vnde Grecū habebit accētum. nā Latine cyclopes diceret:sed sic versus stare nō poterat. ❡Regna Neoptolemi referam? Subaudis euersa.)Quod ex superioribus intelligitur. Pyrrho aūt qđ ɔtigerit,manifestū est. Nā vt in tertio legimus,cū vellet ducere Hermionē,Oresti ante despōsatam,ab eo est inter aras Apollinis interēptus. Vnde est, Et scelerū furijs agitatus Orestes Excipit incautū,patriasq; obtruncat ad aras. ❡Versosq; penates Idomenei?)Idomeneus rex Cretensium fuit:q cū tempestate laboraret, vouit se sacrificaturū de re q ei primū occurrisset. Casu cū ei fili⁹ primus occurrisset,& eū,vt alij dicunt,immolasset:vt alij, imolare voluisset:ob crudelitatē regno a ciuib⁹ pulsus est. Vnde est, Fama volat pulsum regnis cessisse paternis Idomenea ducē. Alij dicūt quod abscedens cuidam suum commedauerat regnum, qui per eius absentiā occupauit imperiū & reuersum pepulit. Ergo versos penates,aut reuersos & funditus dirutos accipiendū: aut certe in aliena iura ɔuersos. ❡Libycoue habitātes littore locros?) Vt etiā in tertio diximus, Locri socij Aiacis Oilei fuerunt Epizephyrij & Ozoli. Sed hi tēpestate diuisi sunt, adeo vt Epizephyrij tenerēt Brutios,de qbus ait in tertio. Hic & Naritij posuerūt mœnia Locri. Nizoli vero deferrenf Pētapolim,de quibus nunc quęritur, dicēs, Libycoue habitantes littore Locros? ❡Deuicta Asia subsedit adulter.) Legitur & deuictam Asiam. Quod si est ita, intelligimus vt subsedit,sit dolo possedit. Vnde & subsessores dicūtur,qui insidijs Tauros interimūt:& hostium dolos subsessas vocamus. vt sit sensus, Ab Agamenone deuictā Asiam adulter Aegisthus factione possedit. Melius tamē est vt deuicta Asia legamus: secūdum quod subsedit,erit remansit: vt, Extremus galeaq; ima subsedit Acestes. vt sit sensus, Asia propter adulteriū pertulit bella,quæ remanente adultero finita esse nihil profuit. vt cum indignatione sit dictū, Dum primum adulterium vindicatur, aliud rursus emersit. ❡Prima inter limina.) In ipso limine imperij, id est in littore: quia secundum Homerum Clitemnestra

subsessores

Agamemnoni

stē ɔgens erigit scutū:aut pugnādi executus est gen⁹. Qui.n.scripserunt de arte militari,dicūt summū genus esse dimicandi, quoties calcato vmbone aduersarij se i hostilē clypeū erigit miles, & ita cōtra stantis vulnerat terga. ❡Si duo pręterea.) Hoc est alios duos. ❡Dardanus.)Pro Dardanius populus:& posuit principale pro deriuatiuo: sic Homerus, τὸν δ᾽ ἔκτανε Δάρδανος ἀνήρ. ❡Cessatum est.)Tardatum,& mite:quia nō habet quos imputet Troianis triumphos,vult eis excidij tarditatem pro victoria cedere. ❡Hęsit.) Tarda est. ❡Vestigia retulit. ❡Retro acta est, & repulsa. ❡Hic pietate prior.) id in Ænea plus laudat, quod Latinis pacem petituris est vtile, vt eum se credant facilius posse exorare. ❡Prior.)Præstantior,melior. ❡Quia datur.) Qua potest,quacūq; ratione permittitur.

DONATVS.

❡Militia ex illa.)Id est,postquam de Troia discessum est. ❡Diuersum ad lit. ada.)Quia dī,non venit,quo vult:sed eo, quo necessitas ipsa cōpulerit. quid vero sit diuersum littus, ipse enumerādo exponit. nā est lōge ab altero separatū. ❡Atrides prothei.)Isti omnes nō soli,sed cū socijs suis hęc ɔpessi sunt. ❡Ipse Mycenæus magnoꝝ ductor Achiuū.) Dicendo personā potioris voluit demōstrare,quod nō intelligeretur. Mycenæus,inquit,& magnoꝝ ductor achiuum,ideo magnorum,qa accedebat ad laudē ducis eoꝝ meritum quos regebat. ❡Coniugis infandę pri. in limi. dex.)Indignitatē & acerbitatē rerum multis modis ostēdit,vt ille vir ortus & vrbe inclyta Mycenarū, qui achiuoꝝ nobilior ductor esse cōmeruit, vxoris nefarię manu i ipso domus suę primo limine, quod post decēnale bellū victor ingredi cœperat, incōgruo vitę fine interceptus eēt & q euasisset virtutis merito tot tātaq; pericula inde nactus eēt interitū vñ sperabat affectum, vt interiret vxoris ictu,qui Troianorū manus euaserat. Tanta fuit vis diuinæ sententię in eū,q violauerat Troiā, vt adulteriū coniugis pateref,& dextera mactaretur vxoris,euaderet reus,& post impunitatē admissi adulterij teneret & regnum. ❡Inuidisse deos.) Venit ad ea,quę specialiter passus est. vt non tm̄ loca extra verumetiā patriam se assereret perdidisse. bene iunxit duo exempla intra se contraria,perit innocens maritus,& q peruenerat ad patriā & domum suam,in primo limine mactatus est nefariæ vxoris manu, & p mariti cędem euasit pœnam,quam propter admissum adulterium etiam metuebat:ipe cōtrario cōquerif vxorē optimā se videre neqsse nec ad patriā remeare potuisse. duo,inqt,mihi inuiderūt dij,q videre cupiebā,vt ingrederer domum,& in ea viderē deoꝝ penatium veneranda altaria,viderem coniugem omni laudis genere præferendam. hoc quoq; iccirco insertum est,vt inane nō esset,ꝙ condebat nouam ciuitatem. perdiderat enim suā, ad quā dolore amissę ɔiugis pulchre remeare noluerat. pulchrā coniugem non tm̄ corpore verumetiam honestę pudicitię & virtute debemus accipere,vt duobus exēplis malę vxoris & bonę plene videatur esse responsum. ❡Nunc etiam horribili visu.)Nec desinunt,inquit,mala mea. nā multis portentis existentibus aduersa supesse nuncianf:& socij mei amisso humano corpore in aues sunt repente conuersi saluo scilicet hominum sensu, vt sine ppetuis cruciatibus non sint. de portentis potuit esse simulatū: sed huic parti iunxit veritatem,vt vtramq; ostenderet verā. deniq; hanc satiat dicendo, fluminibusq; vagātur aues (heu dira meoꝝ supplicia)& scopulos lachrymosis vocibus implent. Initium fuit humani remanentis sensus, ꝙ in alitum forma, vti hoīes flerent ꝙ errarent per flumina,& sedes illis essent in scopulis. Interea dū non valuit continuare dolorem suū,interposuit, heu dira meoꝝ supplicia:vt inde magis facti indignitas cresceret, ꝙ iram essent passi. ❡Hęc adeo ex illo.)Multi sentiunt Vulcanum & venerē violatos esse diomedis manu. ideoq; Virgilium dixisse cœlestia corpora,hoc si esset etiam Vulcani nomen posuisset. ego tm̄ sic arbitror intelligendum,& puto hoc esse melius, vt quod habet poeta,sentiatur,potiusq; id tenere, quod dictum non est, magisque redeundum ad dicendi artem,iūctumque esse veritati mēdaciū: vt sacrilegij commissi in Venerem ex generalitate cumularetur inuidia:quasi non solam,sed aliquot deos violauisse videretur. generalitate interea poterat fides accedere:ex eo ꝙ constabat Venerem telo diomedis esse percussam. Hęc adeo ex illo mihi iā sperāda fuerūt Tempore,cum ferro cœlestia corpora demēs Appetij. Ipse arguit,ipse se defendit,accusat quippe factū suum, & iure commotos deos asserit, quis.n. dubitet deberi superis pœnas, cū ferro & humanis manibus appetūtur? defendit tm̄ hoc ipsum extenuando,& asserit veniam dari debuisse,ꝙ nō ab eo,qui esset integre mentis,sed domināte demētia cōstaret admissum. possunt enim haberi pro innocētibus,qui furore impulsi sua volūtate peccauerint. ex illo mihi iam sperāda fuerunt tempora. sperāda quidam quasi metuenda intelligunt,cum vere speranda Virgili⁹ intellexisse videaf. nā qui aliquid criminis vel sceleris admiserit consideratione habita facti sperat sine dubitatione supplicium. quod fuit reo diomedi manifestissimum: vel maxime in ea causa,in qua diuinum corpus mortali manu violauerat. ❡Ne vero ne me ad ta. impe. pu.)Cum dicit ad tales pugnas, ostēdit se auxilium dare potuisse,non contra Troianos, sed si contra alios postulasset. ❡Nec mihi cū Teucris.) Quod arbitrati sunt Latini mansisse odium vetus in animo diomedis, hoc ipse asserit erasum ex sensibus suis post excidium Troię. ex quo, inquit, superauimus Troiam,& opes eius euertimus, omnes inimicitias cum affectu pugnandi deposui vsqueadeo vt malis eius gratulari nō audeā. hoc est, quod ait. ❡Hoc veterū memini.) Vt vere probaret, nō se lætari ostēdit nec memoriam quidem facti ipsius i suis sensibus remansisse. Munera,quæ patrijs.)Qui auxilium non dabat, instruit legatos consilio:vt meliori via cōsulerent. negat quod petebant,ac ne spreuisse pro vilibus munera videretur, asserit hæc talia esse,quibus placari possit hostis,& nomen hostile deponi: facilius eum sic superari posse, si cum eo sic ageretur,ꝗ̄ si prouocaretur in campum. ❡Stetimus tela aspera cōtra, Cōtulimusq; manus.)Metuendum certamē eius probabat ex sese. qualis, inquit, ille sit in armis,nō audiui, sed probaui oculis meis. ɔgressi qppe pariter sumus:vidi hoīs,& expendi virtutem. ❡Experto credite.) Sunt qui sic istum locum exponant, quasi diomedes se dicat expertum,cuius esset ille virtutis,sibiq; credendum, quod dixisset, stetimus tela aspera contra,cōtulimusq; manus: meliorem tm̄ dico esse intellectum,si diomedes legatis ita dixisse videatur, expto credite, vt,quæ dicebantur,ipse experiundo comprobauerit, & ex eiusdem Ænee bellicis actibus colligerent,quantus eēt, aut qualis:quasi diceret,hoc,quod vobis refero,vestris oculis pbare poteritis,cū videritis eum,quātus assurgat in clypeum, quo turbine torqueat hastā: turbinis, vis, quę fit ex repentino tempore ęstatis exortu.ꝗ̄ violenta sit,ꝗ̄ fortis,omnibus notum est. Turbinis rursum,quo pueri vtunf, quanta mobilitas & volubilitas quanta sit nec hoc vniuersis incognitū est. Ex appellatione igif turbinis cognosci potuit, qualis eēt Æneas in certaminibus bellicis:ideo nū nomen accipi debet experto sed aduerbiū vel maxime,qui etiam illud,quod dixit torqueat,non præteritum, sed psens tempus ostendat. hoc est non illud quo in Troia pugnatū est,sed quod gerebatur in Italia. ❡Si duo præterea. Hoc est præter ipsum. ❡Tales idæa tulisset Terra viros.)Vt tres essent cū ipso. ❡Vltro inachias.)Dardani appellatione gentem non vnum hominem dixit. Dardanus enim Æneæ temporibus, & illis,quibus in Troia pugnatum est,iam fuerat mortuus: potest tm̄ & sic videri dixisse,ꝙ si Asia tales tres viros habere potuisset, Dardanum primo Græcis potuisse inferre perniciem:& conuersa conditiōe fatorum Græca plangeret,quod ingemuit Troia. ❡Quicquid apud duræ.)A temporis ratione sumpsit probationis argumentum. ait enim, vt in annū decimum differretur nostra victoria, Æneæ virtus & hectoris fecit. ❡Ambo animis, ambo insignes prestātibus armis. Hic pietate prior.) In exercitatione armorū & virtutis robore Æneas atq; hector pares fuerūt:sed Æneas prior pietate. Multū laudauit Æneā asserendo eum meliorē esse, ꝗ̄ fortis esset,prestans pietate,cū vtrūq; in vno homine fuisse satis difficile est,quod alterum venit ex substantia corporis, alterum ex animi lenitate. fortis est,inquit,Æneas,sed cito flectitur pietate,vtrunq; ideo dedit,vt legati & quod metuerēt,haberent,& qđ sperarent pro cōmodo suo possent quippe dicere,quid si nō nobis ignoscit nec cōcedit pacē? virtute igitur amicitię ęquauit, Æneā vero,vt dictum est,prętulit pietate. quia hęc fuit secundum diomedis consilium legatis necessaria. hectori negauit hanc partē profuisse. sæuus vbi Æacidę telo iacet hector. Illum quippe sæuum nō fortē dixit,vt alij volunt, sed nulli hosti parcētem quasi diceret,si hector eēt rogādus,nō tale vobis consilium daturū,qa sæuus fuerat,perindeque vobis rogata præstare nō posset. Concludit persuasionem suam dicendo. ❡Coeant in fœdera dextrę.) Quęrite,inquit quibuscunq; pactis & remedijs pacem: vitate periculum belli. danda fuerunt ob impetrationem pacis pręmia,& preces cum omni supplicatione fundēdę: Ideo quia datur,dixit. nam & supra ait. Munera,quę patrijs ad me portatis ab oris Vertite ad Æneam,quo loco & precum partes videtur tetigisse. munera enim huiusmodi sine precibus offerri non possunt. ❡Et responsa simul.) Simul necessario posuit. non enim sola responsa retulerat. dixit enim labores itineris superatos: & cætera, quæ superius dicta sunt, & quæ esset eius de bello sententia.

Sententia

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſentētia eſt,qua profertur quicqd de vna quaq; re ſentimus,&.p nunciam⁹.ecce quāta de Æneę virtutib⁹ laudātur. animi ei⁹ bona laudanſ,& corporis,& fortuna proſperior ēt ab hoſte profertur:denique in alienis terris potior inuenitur,turbaſ Italia,& potius ꝯtracta ꝯiuratio.diomedes non audet auxilia largiri aduerſus ipm,& vbi de victoria ſua gratulari debuit,pęnas ſuos dediſſe teſtatus eſt.ſuadet quoq; concordiam & in alieno periculo ꝯſilium contradere formidat, in eius cauſa etiam dona renuunſ,& auri cupiditas contemnitur,quo fides,quo ſolet omnis ēt neceſſitudo corrumpi.laudes animi eius & corporis proſequiſ inimicus,& fatetur metum,qui putabatur extitiſſe ſuperior.ꝓponitur deorum& fauni & Latini iudicio cunctis petitiõibus gener, & ꝓlatus ciuibus cunctis ipſe dignior iudicatus: iuuenis odia deuicta ſuccumbunt,factioniſq; eius commenta ſoluunſ. excitatū in eius perniciem mare,nihil commotum ſępe valuit cœlum,nec ꝓfuit ab inferis reuocatā furiam.Contra omnia obtinuit felicitas viri,& virtuti eius ceſſit,qui ſuperauit Ilium,& non tātū victoriā ſe in eo quęſiſſe,ſed piaculum admiſiſſe teſtatus eſt. Hæc loci cauſa dicta ſunt.cæterum per omnes libros quam materiam ſcripſit,poeta euidenter oſtendit,totum enim carmē,vt inter initia dixim⁹,laudatiuum eſt:vt ille,de quo dixit,Naſcetur pulchra Troianus origine Cæſar,digno authore videretur eē progenitus,cū pio, forti,& felici principe Romanum imperium cōſtaret exortum.

ASCENSIVS.

¶Militia ex illa,diuerſum ad litt⁹ abacti, Atrides Protei &c.Proſequitur reliquam partem repſōſionis Diomedis qua recitat pœnas quas ipſi Græci dederint. vñ Donatus. Munera quę patrijs, qui auxilium non dat, dat conſiliū. Hic pietate prior: vt facile ſit impetrare pacem. Hoc ille. ¶Ordo autem eſt. Nos abacti ſum⁹ ad diuerſum littus.ſ.longe a patria nr̃a:ex illa militia.ſ.infauſta quā geſſimus apud Troiam:Menelaus Atrides, id eſt Atrei filius habitus quamuis nō ſit:exultat ad vſq;, id eſt vſq; ad columnas Prothei,id eſt ad Pharon ac fines Ægypti.quo Iouis voluntate ne ab Ægyſto occidereſ peruenit: Vlyſſes vidit Cyclopas Ætnęos, id eſt in Ætna Siciliæ monte habitantes vbi a Polyphemo Cyclope interceptus erat vt in tertio viſum eſt:Vultis ſup.aut ad quid referā regna. Neoptolemi.ſ.Phyrrhi ab Oreſte occiſi, & penates, ideſt deos domeſticos Idomenei Regis Cretēſiū verſos,id ē euerſos ipo pulſo,ve pro vel,locros ſocios Aiacis Oilei.ſ.ozolos:habitātes ſup.in littore libyco.ſ.iuxta pentapolim,quaſi dicat fruſtra de ijs dicam cū maiora ſint dicenda. Nam ipſe Myceneus.ſ.dominus ductor magnorum Achiuum pro Achiuorum.ſ.Agamēnō: oppetijt.ſ.terrā,id eſt occiſus eſt dextra cōiugis.ſ. Clytemneſtræ infandū,id eſt quæ res infanda eſt intra prima limina,id eſt cum primū domum ſuam ingrederetur adulter.ſ.Aegyſtus ſubſedit, id eſt remāſit inhabitās,Aſia,quia Troia deuicta,quaſi dicat Aſiā potuit vincere, ſed nō adulterum pellere. Et vultis ſup. vt referā deos inuidiſſe ſupp.mihi,id eſt noluiſſe quaſi per inuidiā,vt ego redditus oris patrijs viderē cōiugium optatum,id eſt caſtum cū priſca coniuge,& Calidona.ſ.ciuitatē meam:pulchram,id eſt impollutā adulterio cōiugis.q.d. fruſtra id fieri cum notorium ſit, multo aliter eueniſſe:quia propter adulterium coniugis auditū, coactus erat patriam ſuam fugere,& alienas terras petere. Nunc etiam.i. inſuper portenta ſequūtur id eſt perſequunſ me viſu id eſt viſione & mōſtro horribili,& ſocij amiſſi,id eſt quos amiſi,petierūt ęthera pennis,id eſt auolauerūt in aues quę Diomedeæ dicunſ,mutati,ſed vt Seruius dicit poſt mortē Diomedis, de quibus dicit Landin⁹ ſic,Ariſtoteles in libro de mirabiliū auditu ait Diomedē Ab Ænea occiſum & loca in quib⁹ imperauerat occupata. Interfecto illi honores diuini inſula ab eo Diomedęa appellata,& templū conſtitutum eſt,eius autem ſocij in aues conuerſi inſulā illam incolunt Diomedeæq; a Latinis,a Græcis Erodij vocanſ:Græcis illuc adnauigātibus læte applaudunt, cæteros omnes infeſtāt,Sūt qui dicāt hoc idcirco ita fictum eſſe ꝙ magna celeritate nauigātes Pyraticā exercebant,& ſolis Græcis parcebāt. Theodōtius autē author eſt,illas ſingulis annis aquam roſtris in templū illud inferre & ſic luſtrare,Solinus, vero ſcribit has aues nuſq; alibi niſi in inſula Diomedea apparere,quę a regiōe Cāpaniæ eſt. Formā autem ijs eandem,quę fuſcis eſſe,colorem candidū igneos oculos,roſtra dentata,ac gregatim volitare duob⁹ ducib⁹,altero qui a frōte agmē ducat altero qui a tergo vrgeat. Prę terea eas i cauernulis a ſe effoſſis nidificare duplici relicto aditu: vno ab oriēte,quo egrediaſ,altero ad occidente quo regrediātur,Gręcis veluti cōciuibus applaudere:reliqs inimicari. Quotidie ędem celebrant alis madidis, quibus excuſſis aqu aillam luſtrāt. Refert Strabo qđ in Venetis oris Diomedi diuinos ſtatuūt honores,& cādidum equū illi immolant. In fine autem. vj.lib.& multa alia refert de Heroe. & duas eſſe inſulas in mari ꝓpinquo Lucerię Diomedeas appellatas,quarū altera habitetur, Altera ſit deſerta: & in qua Diomedē quidam diſparuiſſe aiunt comiteſq; in aues eſſe cōuerſos. Quæ hodie quoq; māſueſcāt:& humanam quodammodo vitā agere,& erga benignos manſuetudine vti a malignis & ſceleratis refugere. Hęc ille. Sed ad Ordinē redeo. Et ſocij aues,id eſt in aues verſi vaganſ fluminib⁹,id eſt per flumina & implēt ſcopulos vocib⁹ lachrymoſis qđ quia præ dolore cōtinuo dicere nō potuit iterpoſuit. Heu dira,id ē execrabilia & procurata deorū ira ſupplicia meorum.ſ. ſubditorum aut ſociorū. Hęc.ſ.dicta mala fuerūt mihi adeo.i.omnino ſperāda.i.timenda ex illo tēpore cum ego demens appetij ferro.i.vulneraui:corpora cœleſtia.ſ.ipſius Veneris,& cū ego violaui vulnere.i.vulneraui dextrā Veneris.ſ. Æneā protegentis vt ſcribit Homerus,vero pro ſed ne me ingt impellite.i.ne ipellatis me ad tales pugnas.ſ. cōtra deorū gentem & Veneris filium Æneam nec vllum bellū ſup.eſt aut erit mihi cū Teucris:poſt pergama eruta, ad meeruē da oēs ſe in Aulide iureiurando aſtrinxerant Græci, nec ego memini ve pro vel lætor veterū malorum.i.non recordor cum voluptate & delectatione malorū quę Teucris intulimus vertite ad Æneā munera quæ portaſtis ad me ab oris patrijs:nos ſtetimus cōtra aſpera tela.ſ. Æneæ,& cōtulimus.ſ. cum eo manus credite expto.ſ.mihi qui periculū feci:quantus.i.ꝙ magnus & grauis aſſurgat in clypeū vt.ſ.deſup irruat:& quo turbine.i. quo impetu cū gyro ipſp torqueat haſtam.ſ.quam impellit. Si idęa tellus idęa .i.phrygia:tuliſſet.i.ꝓduxiſſet duo(vbi nūc dicimus duos) viros tales:pręterea.i.pręter hos,aut ſic pręterea.i.inſup ſi idæa tellus tuliſſet duos viros tales ipe Dardan⁹.i.populus Dardani⁹,aut ipſe Æneas veniſſet vltro ad vrbes iachias.i.argolicas quas inach⁹ olim poſſederat:& Grecia lugeret fatis verſis.i. immutatis ita vt quę modo victrix eſt victa eſſet. Quicquid ceſſatū eſt.ſ.ab expugnatione apud mœnia,Troię durę.ſ.difficulter expugnabilis. Victoria graium.i. Græcorū:hęſit.i.immorata eſt manu Hectoris atq; Ænęę & retulit.i.extēdit veſtigia.i. dilata eſt in decimum annū:ambo.ſ.tam Æneas ꝙ Hector inſignis animis atq; armis pręſtātibus.i.magnanimitate & virtute bellica pares erāt:quod fere Homerus quoq; predicat cōparans Æneam Hectori:ſed ſup.hic .i.de quo loquor.ſ. Æneas prior.i.pręſtātior ſup. eſt pietate. & ideo dextræ ſup. veſtrę coeāt in fœdera.i.feriāt fœdus cū Ænea & ineant pacem ſup.ea via qua datur.i. quacūque ratione poteſtis aſt.i.ſed cauete,arma ſup. veſtra concurrant armis.i.cum armis.ſ.illius:hęc erant verba Diomedis quę nunc refert Venulus concludēs o rex optime.ſ.Latine tu audiſti &.i.ſimul ꝗ reſponſa ſup. ſint nobis data aut quę.i. qualia ſint reſponſa Diomedis & quę ſententia ſit ſup. Diomedi magno bello.i. de bello hoc magno,quia ſuadet vt pacem ineamus.

PIERIVS.

¶Militia ex illa diuerſum ad littus adacti,) Antiqua omnia,quę verſauimus exēplaria,abacti, legūt. Vt antiquiores etiā habēt impſſiones. Ordo.n.eſt,abacti ex illa militia ad diuerſum littus. ¶Libycove habitātes littore locros.) Vetera oia,quę legimus exemplaria,libycone,legūt,per interrogatiuam particulam,nō per diſiunctiuā. ¶Deuicta Aſia ſubſedit adulter.) Ita prorſus eſt in impreſſis codicib⁹,& aliquot veterib⁹. Lōge vero aliter in antiquiſſimo codice Vaticano, vbi eſt,deuictā aſiam poſſedit adulter. Sed enim,poſſedit,exparaphraſi,cōtextui eſt infertū. Subſidere enim ex inſidijs occupare ſignificat. vel dolo poſſidere,vt,ſubſidere regnū calcidos euboicę,apud Lucanum. Pręterea Aruſianus Meſſus inter elocutionū exempla,ſubſedit,agnoſcit,& accuſatiuo caſui recte iūgi dicit,vt ſubſedit illam rem. Locumq; hunc Virgilianum citat,deuictā aſiam ſubſedit adulter. Quod vero alio ſignificato,deuicta aſia ſubſedit Serui⁹ magis approbare videſ, hoc eſt reliquus fuit in inſidijs. Non negat idem Aruſianus vtrūque elegāter dici,& vtraq; figura vſum eē Virgilium galeaque ima ſubſedit Aceſtes. hoc eſt relictus eſt. Ita poſtea quam Agamemnon bellum difficillimum cōfecerat, ſubſedit adulter,qui eum interficeret. ¶Patris vt redditus oris.) In dictione,oris, antiqua variant exemplaria. In Oblongo enim,oris. In Romano in Mediceo,& aliquot alijs,aris, Nonnulli codices ipſi quoque admodū veteres,argis,habent,de ſe enim loquitur Diomedes. ¶Et ſocij amiſſi petierunt æthera pennis.) In aliquot antiquis cod.admiſſis pennis,legi. Vtroque vero modo Seruius nō negat inueniri. Sed amiſſi.omnino eſt in probatioribus, pinnis vero in Romano.de more ſuo. In Medi. alliſi, eſt quod alij viderint. ¶Ex illo mihi

mihi iam ſperanda fuerunt.) In nōnullis codi. antiquis,ſuperanda,legiſ,quod non ita placet, ſperanda vero caſtior omnino lectio eſt,& elocutio ipſa figuratior,vt illud ſperare dolorē. ¶Poſt eruta bellū pergama.) In Rom.co.& aliquot alijs,diruta,ſed eruta,nō diſplicet. ¶Munera quę patrijs ad me portaſtis ab oris.) In Roma.codice,in Mediceo,& aliquot alijs,quod delicatius ſonat, portatis.præſenti tempore ſcriptum eſt. ¶Si duo præterea tales. C.Iulius Romanus in libello de analogia rectam ponit declinationem,hos duos,Attius in epinauſimache Martes armis duo cōgreſſos crederes. Ter.i adelphis.tu illos duo pro te tollebas tua. vbi Bellenius Acron,pro duos ait amat enim Bellenius,ambos, duos,dici,ꝓ,ſcilicet. ¶Victoria Graium hęſit & in decimum veſtigia rettulit annum.) In Oblongo codice victoria tantum, legere eſt pro,graium,quam lectionē nuſq; alibi reperi,præterea vetuſti quidem codices,in decimum,cuiuſmodi rationem ſcripturæ nō in plautinis tm̄ codi.inueni, verumetiam, vt alibi adnotauimus in Ciceronianis,decumum,maritumum. In monumētis autem veterum plerunq;,vt illud,

D M
QVARTIONIS. DECVMI. AVG. LIB.
EVPHEMIANT. A. MANV. FIDELIS.
CONLIBERTVS. FRATRI.
B M

¶Et reſpōſa ſimul ꝗ ſint rex optime regū audiſti.) In Ro.cod.in Med.& quibuſdā alijs antiqs,non regum,ſed regis, legiſ vnitatis numero,vt ſit ordo,o rex optime audiſti ꝗ ſint reſpōſa regis Diomedis & quæ ſit eius ſententia. Adulatio enim illa,optime regū quæ inferius in Drance quadrat,nunc importuna videretur.

Vix ea legati:variuſq; per ora cucurrit POE.
Auſonidum turbata fremor:ceu ſaxa morantur
Cum rapidos amnes:clauſo fit gurgite murmur:
Vicinæq; fremunt ripæ crepitantibus vndis,
Vt primum placati animi:& trepida ora quierunt:
Præfatus diuos,ſolio rex infit ab alto.
Ante equidē ſumma de re ſtatuiſſe Latini LATI.
Et vellem:& fuerat melius,non tempore tali
Cogere concilium:cum muros obſidet hoſtis.
Bellum importunum ciues cum gente deorum,
Virg.

SERVIVS.

¶Per ora turb.) Per ora turbatorum. ¶Clauſo gurgite.) Saxorum obiectione præcluſo. ¶Præfatus diuos.) More antiquo. nā maiores nullam orationem niſi inuocatis numinibus inchoabant ſicut ſunt oēs orationes Catonis & Gracchi. nam generale caput in oibus legimus. Vñ Cicero pirriſione ait, Siquid ex vetere aliqua oratione,Iouem ego optimum maximū. Et Demoſthenes in oratione contra Æſchinem, πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις. ¶Ante equidem ſumma de re ſtatuiſſe Latini.) Latenter arguit Turnum, quod ſibi non obtemperauerit, vt fœdus fieret: in ſeptimo ſcilicet,vbi ait, Te Turne nefas, te triſte manebat Suppliciū, nam modo hoc tempus reuoluit. ¶Vellem ſtatuiſſe. Olim ē quod volui, his malis

Universidad de Deusto
Biblioteca

terminũ dare. Vellẽ autẽ ſtatuiſſe ſic dixit, vt vellẽ feciſſe & ꝑpẽdioſa elocutio cũ queri mur non eſſe factũ qđ fieri debuit. ¶ Bellã iportunũ.) Cõcepit grauẽ iracũdiã, & ſic hæc verba prorupit. Importunũ aũt, eſt qđ caret portu. i. gete, vbi nullus eſt portus. Nã hoc quodãmodo dicit, in naufragiũ ferẽtes cõtẽtio: qa ſupra audierat periculũ eſſe etiam ſuperare Troianos. ¶ Cũ gente deorũ.) Qui a dijs originẽ ducũt. ¶ Inuictis.) Atq ſupra legimus, Bis capti Phryges.

Sed iuictos ideo dixit, quia ſe quiſq; Nec victi poſſunt abſiſtere ferro. ¶ Poſſunt autẽ abſiſtere,) mire ait. ac ſi diceret. Etiã ſi velint a bellis diſcedere, natura nõ patitur. ¶ Acciris.) Euocatis, adiũctis. ¶ Spes ſibi quiſque.) Subaudis Sit. Id eſt, Vnuſquiſq; in ſeipſo tãtũ ſpẽ habeat. ¶ Cætera.) Abſolute dixit id ẽ exercitũ, auxilia, vires iperij: quę, qa ſic videtis afflicta, quid reſtat, niſi vt pacẽ petam? ¶ Ante oculos, iterq; manus ſunt oĩa veſtras.) Ac ſi diceret, nõ egẽt narratione. Inter manus πρόχειρα. ¶ Nec quẽquam inculo.) Incuſatio hæc oſtẽdit obliquam eſſe in Turnum orationem Latini. ¶ Fuit.) Exhauſta & cõſumpta eſt. ¶ Toto certatũ eſt corpore regni.) Imperij omnibus viribus. ¶ Dubię menti.) Meę

Inuictiſq; viris gerimus: quos nulla fatigant
Prælia: nec victi poſſunt abſiſtere ferro,
Spem ſiquam accitis Ætolum habuiſtis in armis:
Ponite: ſpes ſibi quiſq; ſed hæc quã anguſta, videtis.
Cætera qua rerum iaceant perculſa ruina:
Ante oculos, interq; manus ſunt omnia veſtras.
Nec quẽquam inculſo, potuit quæ plurima virtus
Eſſe fuit: toto certatum eſt corpore regni.
Nunc adeo quæ ſit dubiæ ſententia menti
Expediam: & paucis (animos adhibete) docebo.
Eſt antiquus ager Thuſco mihi proximus amni,
Longus in occaſum, fines ſuper vſq; Sicanos,
Aurunci, Rutuliq; ſerunt: & vomere duros
Exercent colles: atq; horum aſperrima paſcunt.
Hęc omnis regio, & celſi plaga pinea montis,
Cedat amicitiæ Teucrorum: & fœderis æquas
Dicamus leges: ſocioſq; in regna vocemus.
Conſidant ſi tantus amor: & mœnia condant:
Sin alios fines, aliamq; capeſſere gentem
Eſt animus: poſſuntq; ſolo decedere noſtro:
Bis denas Italo texamus robore naues:
Seu plures complere valent: iacet omnis ad vndam
Materies: ipſi numerumq; modumq; carinis
Pręcipiant: nos ęra, manus, naualia demus.
Pręterea, qui dicta ferant, & fœdera firment,
Centum oratores prima de gente Latinos
Ire placet: paciſq; manu prętendere ramos,
Munera portantes eboriſq; auriq; talenta,
Et ſellam regni, trabeamq; inſignia noſtri.
Conſulite in medium, & rebus ſuccurrite feſſis.

importunũ.

ſit. Et Naualia poſuit pro trabibus, de qbus naues fiunt nã Homerus νηών dicit nauale lignũ. ¶ Prima de gente.) Et ex numero & ex nobilitate legatorũ intelligit negocij magnitudo. ¶ Et ſellã regni, trabeaq; inſignia noſtri.) Bene Noſtri. Romanoꝝ. n. imperatorũ inſigne fuit ſella curulis & trabea. nã diadema velut aliarũ gẽtiũ reges nõ habebãt. Et ſciendum ſellã curulẽ a curru dictã, qꝛ hi tantũ ea vtebant, qui triũphali curru vecti fuiſſent. Sicut ẽt palmata dr toga, qua merebant hi qui reportaſſent de hoſtibus palmam. ¶ In medĩ diũ.) In cõmune. vt, In mediũ quærebant ipſaq; tellus.

togapal mata.

DONATVS.

¶ Vix ea legati.) Mox. vt ea legati dixerunt. ¶ Variq; ꝑ ora cucurrit Auſo. turbare.) Et turbati ſunt oẽs, q a derant varia ſentiẽtes. ¶ Ceu ſaxa morantur.) Sic, inquit, fremebant vniuerſi, conceſſerat cõcilij peragẽdi neceſſitas, vt fractus obiectu ſaxorũ rapidorũ amnĩũ curſus & arcuatus in gurgitẽ ſolet vicinitatẽ riparũ emittere per fragores & ſtrepit⁹. ¶ Vt primũ placati animi.) Poſteaq; ſiluerũt omnes, qui diuerſis animorũ motibus fuerãt excitati. ¶ Pręfatus diuos.) Hoc eſt primũ ad deos locutus. ¶ Et ſolio rex inſit ab al.) Locuturus ad poſ pulũ, 'orationẽ futurã dijs primo cõmẽdauit & alto ſolio inſidẽs ſic inſtituit loqui, hoc enim exigebat lõgæui regiſq; perſona, vt ſedẽs loqueretur. quare & illud dixit ex Latini eiuſdẽ perſona in libro ſeptimo, dij noſtra incepta ſecundent, Augurium que ſuũ, & ſic legationi reſpõdit. Dabit Troiane quod optas. ¶ Ante equidẽ ſumma.) Legitur & velle, cum prius ait ſtatuiſſe, vt audientiã perſonã per totum Latinus reuocauerit, non ad ſuam, & ſi ante debuiſtis & velle, & ſtatuere, qꝛ nunc cupitis definire. ¶ Et fuerat melius.) Ex iſtius perſona dat hoĩbus poeta conſilium, quod in rebus dubijs aſperisq; ſectẽtur: aſſeritque quod reuera probãdum eſt. vitanda eſſe anteq; veniant mala, neque expectanda, dũ ſerpant, quid eni meliusꝰ quid tutiusꝰ quid poteſt reperiri pręſtãtius, qꝛ vt tractatus cõmode ſalubriterque voluanẽ? & integris adhuc rebus atq; in ſuo ſtatu manẽtibus pręuideatur? quemadmodum ingruentia mala declinenẽ, & plus metuatur dimicationis incertũ, qꝛ fidaẽ ſolis proſperis rebus: tractandumque, ne pereat tẽpus: vt prolixiore die, dum ſuffragantur ocium, & procul eſt hoſtis, vtiles exitus tractaẽ? inueniat. ad hęc noſcẽda, nõ fuit ſegnis Latinus. præuenit quippe oĩa, atque in ipſis exordijs beli, quid mali futurũ eſſet, oſtendit. homines quinetiam deoſq; tẽſtatus eſt, ſe ab eo ſcelere, quod gerebaẽ, alienum, illos omnes & Turnũ ni quieuiſſent grauiſſimum interitum ſecuturã, deniq; in libro ſeptimo cõplexus eſt iſta: vtputa, qui ſciret quid oſtenderint apes, quid nunciaſſent infinita portenta, quid vatis Fauni reſponſa ceciniſſent: quantũ valuiſſet cuſtoditæ beneficium pacis, & regni ſui temporibus longo æuo ſeruata tranquillitas. Vox eius eſt, Frangitur heu fatis, ferimurque procella, ipſi has ſacrilego pendetis ſanguine pœnas, O miſeri, te Turne nefas, te triſte manebit Supplicium votiſque deos venerabere feris. Nam miſi parta quies, omniſque in limine portus. Hæc poſſet Latinus iterum commemorare, ſi obiurgationem tempus admitteret. In hac enim inſultatio potiuſq; commonitio potuit æſtimari. Vtiq; miti & tranquilla oratione, perturbatos enim multitutidinis animos non poſſet in eas quas tunc quoque non potuit partes adducere, niſi parentis animo & ſermonibus vteretur pro cauſa facientibus. Subtili tamen vtitur increpatione, qꝛ tunc nõ eſſet auditus.

Naualia

Naualia dicimus loca vbi naues ſunt. Sed modo de Græco tranſtulit.

ditus. nũquã, inqt, de ſumma reip. rectius in deſperatione tractat quaſi diceret, tũc potuit, cum ego prohibebam bella, & vos rapti aduerſo furore nec audire nec auerti ab iniquo ꝓſilio voluiſtis. Prouenĩſſet igiẽ melius, ſi iſtud ab initio fuiſſet effectum, cũ omnia eſſent in noſtra poteſtate. nũc hæret hoſtis mœnibus noſtris, & inter nos & ipſum ſolum muri diſcrimẽ eſt, cogimus conſiliũ quid rebus perditis in obſidiõe facturi ꝓſiliũ mittimur reperire? cũ ab his, quæ commoda eſſe poſſent, nos exactum in contrarijs tẽpus excluſiſſe noſcatur? Quid proderit clauſis inane quod geri mus? in quã nitimur partẽ? qui pugnare non poſſumus? nec audemus: & quorum afflicta penitus ſubuerſaq; fortuna eſt? ¶ Bellum importunũ.) Conceſſit omnia, quę diſſuaſioni congruebãt. Bellum, ait, importunũ gerimus. importunũ eſt, quod defenſionis nõ habet portum, & quod non inuenit periculorum ratione ſuffugiũ. Cumq; bella omnia aut iuſta aut iniuſta dicantur, huic tale nomen impoſuit, quo vniuerſi terrenẽ exponit iam ipſe, cur dixerit importunũ bellũ, & ob quam cauſam culpa ſceleris eius purgari, nõ poſſit. Cũ gente, inquit, deorum, quę poteſt inueniri defenſio? cũ in Troianis eorum pulſentur violenturq; maiores, tantum poeta Troianis attribuit, vt ſacrilegij crimen admittat, ſi qs eos bello crediderit laceſſendos. inuictiſq; viris gerimus. qđ ſi cõtemnendos crederent deos & pœnã pro admiſſo ſcelere nõ timerẽt, ſcirent cũ his ſibi eſſe certamen, quos prouocare crimen eſſet & de quibus victoria negareẽ. quos nulla fatigãt pręlia, nec victi poſſent abſiſtere ferro: qa potuit dici tãdiu duremus, donec illi deficiãt, aut cedãt. Prior occurrit, aſſerẽs eos nec laſſari poſſe certãdo, nec vinci. & tandiu, ſquit, in labore perſiſtunt, donec victoriã conſequantur, & obtineãt gloriam: hoc eſt dicere, non diſcedũt de campo niſi ad plenum ſuperiores extiterint. ¶ Spem ſiquam accitis.) Adhuc facit cõmemorationem auxiliorum a Diomede negatorũ, vt oſtendat etiam ipſum timuiſſe, & eius exemplum eſſe retinendũ deficientibus autem ſubſidijs debere vnum quẽq; gerẽda curare per ſeſe. qa dici potuit, ſi auxilia deneganda ſunt, aderimus nobis nĩa virtute: ideo dixit ſpes ſibi quiſq; : ſed & hoc ademit eis ſubdendo. ¶ Sed hæc quã anguſta videtis.) Et ſi inqt poſſet prouenire, vt ſua quẽq; virtus defenderet a periculis belli, iã non poteſt. Videtis enim afflicta omnia, & probatis oculis veſtris, qꝛ aliorũ ruina res noſtræ noſcantur oppreſſæ. ſi, inqt, aſſerti oni meę fides nou adeſt, quid agaſ, probate ipſi luminibus veſtris. quæ maior confirmatio eſſe potuit, quã vt ipſe eſſe teſtis, cui veritatẽ neceſſe fuerat oculis propriis cõprobari? ¶ Nec quẽquã inculſo.) Sub imagine iſtius laudis omnes probantur in orationis fine. deſperationẽ, inquit, inculſo fecit quippe vnuſquiſq; quod debuit, impleuit veſtra virtus officia ſua, & oẽ regnum in arma cõuerſum eſt, quaſi diceret. qđ faciemus pauci, & feſſi? qui cũ totius regni viribus recẽti virtute certãtes, nec obtinere potuimus, & attricti diſceſſimus: hæc dicendo, & illud ſatiauit, ſpem non eſſe addẽdi aliquos ex propriis viris: cũ vniuerſos, quos Latini regebat imperiũ, congregauiſſet furor armorum: hoc eſt, to to certatũ eſt corpore regni. quod alio loco ait. ſimul omne tumultu cõiurat trepido latiũ. ¶ Nũc adeo quę ſit dubi. ſen, men.) Venit ad ea, quę fuerãt pro rerum & temporis neceſſitate facienda: hæc non vacue commẽdat: ſciebat enim ſe anxijs loqui etiam audiẽdo aduerſa fractis animis intereſſe. His igiẽ ſpondet breuitatem, & eos facit attentos, cũ calamitatis ipſius remedia fuerat ꝓbaturus, ordinatio ſenſus talis eſt. nũc adeo quæ ſit ſentẽtia dubiæ menti, hoc eſt in deliberatione conſtitutæ, expediã, & docebo vos paucis, vos tamẽ animos adhibete, nũc non ſemel accipiẽdã eſt, vt ſit nũc expediam, nunc docebo, nunc animos adhibete nũc hanc habet hoc loco virtutẽ, cum in rebus vrgẽtibus profutura omnibus & cunctis vtilia proferũtur. ¶ Eſt antiquus ager,) Cõſilij huius duplex reperiẽ eſſe tractatus. fuit quippe vna pars eius, ſi cõmorari troes in Italia maluit, altera, ſi abſcedere in vtra que aſſerit, ſe velle eſſe liberalẽ quod ſciret hoſtes ſine cõmodo ſuo, nõ eſſe receſſuros ab affectu pugnãdi, vtpote qui eſſent ſuperiores: ſpecies autẽ, quas ſedare velle dicturus eſt, ſic extenuat, vt ſine detrimento dari poſſint, & ſumi, p magnis. cur ergo non fieret, quod nõ lederet dantẽ? & libenter accipieris ſumeret. Eſt mihi, inqt, antiquus ager: hoc eſt, pprius & olim ſine queſtione poſſeſſus. agrum cum dicit, oſtendit, nullis furculis conſitũ. thuſco mihi proximus amni. In lõginquis regionibꝰ incognitus cũctis perindeq; ob longinquitatem inutilis regno. vſq; adeo ignotũ vult eſſe vniuerſis ex ſupradicta cauſa, vt ipe indicet, vbi ſit, & in qua patte terrarum, & qualis iſte diffuſus eſſe videatur. ¶ Aurunci, & rutulique ſerunt.) Quæ eſſent æquæ fœderis leges, ipſe exponit: ait enim. ¶ Socioſque in regna vo.) Vt in ſocietatem recepit nec potiores Italis eſſent, nec inferiores ciuibus. ¶ Cõſidãt, ſi tantus amor, & mœnia condant.) Si regio illis iſta placuit, iſtorum amore locorũ ducuntur. & hic conſidere volunt. conſidãt, mœnia cõdant, dixit vnã tractatus ſui & ſentẽtiæ partem, vt acciꝑãt agro conſidant, ciuitatem ſibi, ſi voluerint, condant. ſubnectit alteram, hoc modo. ¶ Sin alios fines.) Sin vero illorum animis ſederet trãſire ad alias, atq; alias gẽtes, & populos occupare: pro cõmodo ad lõginqua pergentis, texamus viginti naues, vel ſi maiorẽ numerum complere poſſunt, impigre ꝓparemus. Incipit dicere hoc ipſum factu eſſe facillimum, & poſſe ſine detrimento compleri. ¶ Iacet omnis ad vn. Materies.) Quod ait, iacet, oſtẽdit ſpeciei ipſius ex abũdantia vilitatem: nec abſcindendi aut exportãdi laborem eſſe neceſſarium, cũ ad ipſum littus eſſe videretur omnis materies, hoc eſt omne genus lignorũ, quod nauiũ fabricis ꝓgruit. ¶ Ipſi nu. cq. mo. cq. cari. ¶ Præci.) Ipſi iubeãt quã tẽ prẽparentur, & quales, dicendo præcipiant, oſtendit ſe de potioribus loqui. ¶ Nos æra, manus.) Quæ ſunt neceſſaria perſiciendis nauibus nos miniſtremus, æra, ſcilicet & manus, & naualia. aliqua ſpecialiter poſuit ex his, quæ fabricãdis nauibus, ſunt neceſſaria. aliqua vero generaliter tenuit, ne plurimũ tẽporis cõtereret. lõga enim eſſet ſpecialis in omne opus enumeratio, aut multa viderenẽ, quæ perquirerent explicatiõis effectus. Et quid opus fuit, ſingillatim perſequi oĩa, cum eſſet vniuerſis audientibus cognitum, quid eſſet parandis nauibus neceſſarium? ¶ Præterea, qui dicta ferant) Oratorũ centenarium numerum, & eorũ, qui eſſent inter Italos nobiliores, cõſtituit mittere. hoc enim poteſt videri ab Ænea didiciſſe: qui ad eũ centum legatos miſit: plurimum. n. negocius proficit, ſi propter eius effectũ plurimi mittãtur, & magni. decreuerat igitur Latinus cẽtum legatos ad Æneã mittere, qui dicta ferant, hoc eſt, qui ad eũ perferant, quæ ſupra dicta ſunt de agro dãdo, de condendis mœnibus, & nauibus conſtruẽdis. ¶ Et fœdera firmẽt, ipſe enim fuerat cauſa mittẽdi, vt remoto belladi affectu firmæ pacis ocia tenerentur. ¶ Paciſq; manu prẽten. ra.) Et prẽferãt ramos pacis in manibus ſuis. Pacis rami ſunt decerpti de arboribus oliuæ, & plurimis locis poſitum eſt. qui iccirco quaſi prenuncij monſtrant, vt adhuc tacẽte legatione, quid velit, vel quid ſit petitura, prẽnoſci poſſit, & libenter audiri. ¶ Munera portantes.) Hæc ad cõmodum familiaris rei & vtilitatẽ. ¶ Et ſellam regni,) Hæc ad meritum & honorem regiæ poteſtatis: deniq; iccirco addidit, regni inſignia nĩi, vt aptaret ſellam & trabeã ſolis eſſe regibus attributa. miſſa ſunt iſta, vt alia augerent opes, oſtenderent alia dignitatẽ. ecce animus optantis pacẽ miſit, munera, & regalis poteſtatis inſignia: vt ex his intelligeret Æneas Latini voluntatẽ, & Italorum ſe in regnum eſſe ſuſceptum. ¶ Conſulite in mediũ,) Conſulere eſt in medium conſilio reperite, quod omnibus proſit. pulcher cõcluſit. ſi, inqt, quæ dixi nõ videntur eſſe faciunda, vos in communi periculo prouidete, quid feſſis rebus valeat ſubuenire. clauſit orationẽ ſuã. De Turni tamẽ vel Æneæ aut de filiæ nuptijs nihil dixit: ferentibus eni cunctis bellorũ cauſam nominare nõ debuit. fuit enim ipſi Latino inuidioſa, & nõ decuit, vt filiã quoq; ꝑ legatos offerret. dedit tamen cæteris viam tractandi de ipſa. dum rogandum Æneã dicit, & placandũ muneribus. Ex his quippe potuit aduerti, quid ille ſentiret de nuptijs filiæ.

conſulere

ASCENSIVS.

¶ Vix ea le, &c.) Cõmoto ex tali relatione populo cõſultat Latinus de pace ineunda cũ Ænea, & mittendis ad eum centum oratoribus cũ muneribus, & conditione pacis, quę eſt vt ſi omnino manere velit habeat locũ ędificandæ vrbis, & recipiatur in partẽ regni: ſin abire velit, habeat claſſem impẽſis Latini reparatam, & cõmeatum opeſq; ad profectionem neceſſarias. de hac autem re dicit Dona. importunũ, quod defenſionis non habet portum & quod periculorũ nõ inuenit rationis ſuffragium. Cum gẽte deorũ, cauſa quare importunũ ſit. Quæ enim poteſt inueniri defenſio: Nec victi poſſunt abſiſtere ferro, qa potuiſſet dici tã diu durabimus vt ſuccũbant. Hoc ille addit cꝰ centũ oratorum numerum ab Ænea Latinus didiciſſe videaẽ, tot enim miſerat Æneas ad eũ vt in ſeptimo viſum eſt. ¶ Ordo autem eſt. Legati vix ſupple retulerãt, ſcilicet quæ ꝓdicta ſunt & varius fremor cucurrit per ora Auſonidũ, id eſt auſonidarũ turbata, ſcilicet quia pectora erant de cõditione belli, aut per ora turbatorũ. ceu. i. quemadmodũ murmur ſit gurgite ideſt impetu aquarũ clauſo, id eſt preeluſo obiectione ſaxorũ: cum, id eſt quando ſaxa moratur id eſt immorantẽ amnes rapidos id eſt impetuoſos: & cum ripæ vicinæ fremunt vndis crepitãtibus ſcilicet ex confractione, vt primũ id eſt vbi primo animi placati ſup. fuerũt, & ora trepida, ideſt trepi dantia

dantia timore & ira quierūt id est quieuerūt, Rex.f.Latinus infit, id est incipit loq ab alto solio, præfatus, id est prius allocutus diuos, o Latini.f.populi: equidem, id est ego quidē, & , id est simul vellem, & fuerat melius, id est præstātius statuisse de summa re, id est de salute reipu. Ante, id est priusq̄ ad hunc statū perueniret, & sup. nō cogere, id est compellere in vnum aut cōgregare cōsiliū, id est multitudinē ad consilium conuocatorum, sup. tūc cum hostis obsidet muros, quasi dicat cum serū est: o ciues nos gerimus bellū importunum, id est contra id quod oportebat, & non suo tempore susceptum cum gente deorum, id est a dijs oriūda, & cū viris inuictis, quos nulla prælia fatigāt, id est lassant, saltē non defatigāt nec victi.i. q̄uis superati: nō tamē possunt absistere ferro id est etiā quādo vincunt & inferiores sunt viribus adhuc rebellant, si vos habuistis quam, id est aliquam spem in armis Ætolū id est Ætolorū qui cum Diomede in Apuliam venerant: ponite, id est deponite sup. eam & quisq̄ sup. sit sibi spes, id est speret in virtute sua, & nō in auxilio alieno, sed videtis quam angusta sit hęc spes, quā in se quisq̄ locet, cetera.f. pręter spem qua ruina rerū iaceāt perculsa.i. ad quā ruinā minētur, aut quomodo iam labefacta sunt oia ante oculos vestros & inter manus vestras.i. videtis & tractatis res bellicas, & ita nosse potestis in quam fragili sint statu. Nec ego incuso, id est arguo, aut damno quēq̄ virtus, quæ aut q̄ potuit esse plurima, fuit.i. quicqd virtutis erat ipartitum est, & exhaustū, quia certatum est toto corpore regni. Nunc adeo.i. ad id omnino deueniens expediā.i. expedite & paucis dicam quæ sentētia sit mēti dubiæ.i. quid sentiā in hac re dubia faciēdum & adhibete animos ego docebo paucis.f. quid sentiam. Ager antiquus.i. diu a meis nō inouatus. q.d. inutilis mihi, ē mihi pximus amni thusco.i. Tyberino, lōgus.i. lōge protēsus in occasum.i. occidētē versus vsq̄ super fines: sicanos.i. siciliēses.i. ad Siciliā, quem sup. agrum Aurūci.i. antiquissimi illi populi Italiæ & Rutuli ferūt. q.d. sine cōmodo meo, & exercent vomere duos colles atq̄ pascūt.i. pascuis deputant & depascūt per greges suos asperrima.i. incultissima horū.f. collium omnis hæc regio, & plaga.i. regio pinea.i. pinis cōsita, mōtis celsi.i. alti cedat.i. concedat amicitię Teucrorum aut cōuertatur ad amicitiā Teucrorum obtinendā, & dicamus.i. asseramus eis æquas leges fœderis vt neque victi plane, neq̄ victores censeant: & vocemus socios in regna.i. in partē regni, cōsidant.i. simul sedē capiāt mansuri, & condant mœnia si tantus amor sup. cōsidēdi in Italia est sup. ipsis, sin .i. sed si animus est sup. eis, capessere.i. ire captū alios fines, & aliā gentē & si possunt.f. fatis permittētibus, decedere nostro solo, texamus.i. ædificemus & ɔstruamus naues bis denas.i. viginti, tot enim a Troia primū exierant: robore.i. ligno roboris scissilis: Italo.i. in Italia creto. seu.i. si valēt cōplere plures.f. naues texamus sup. eas. omnis materies iacet sup. parata ad vndam.f. Tyberinā ipsi.i. ad nutū, & libitū pręcipiāt numerū & modū.i. formā carinis.f. ędificādis nos dem⁹ ęra.f. ad rostra faciēda, manus.i. operarios: atq̄ naualia.i. trabes & loca atq̄ cętera ad constructionē nauium necessaria. Pręterea placet cētū oratores Latinos de prima .i. principali & nobilissima gēte.i. ɔgenie: ire.i. ɔficisci ad Æneā .f.qui

.f.qui ferāt.i. afferāt & dicāt dicta & firmēt sup. cum eo, fœdera id est pacis pacta, & placet centū oratores Latinos pętēdere manu ramos pacisq̄.i. oliuę paciferę, portantes munera & talēta.i. pōdera, & auri, & eboris. & sellā.f. curulem & trabeā.i. vestem augeralē insignia nostri regni, o ciues sup. cōsulite in mediū.i. in rē cōmunē & nō ad suum quisq̄ cōmodum. & succurrite rebus fessis.i. debilibus & extenuatis bello q̄ depressis.

PIERIVS.

Clauso fit gurgite murmur.) In codicibus aliquot antiqs legere ē trāsposito verbo. fit clauso. In aliquot alijs it clauso gurgite murmur. vt etiā verbo respondeat cōparatio. cucurrit fremor, ita etiam, it murmur, sed & fit murmur, & fit gemitus, nō est præter vsum. Et trepida ora quierūt.) Nō placet, quod in codicib⁹ aliquot antiquis rabida legit, quod in sexto recte ē. Cogere cōsiliū cum muros obsidet hostis.) In Roma.co. adsidet, legitur. In Mediceo. assidet. vt proximius imminere periculū ostendat, plerūq̄ enim sine periculo obsidemur, & i veteri exēplari, quo Donati cōmentaria cōtinentur, adsidet habetur, est etiam in aliquot cod. concilium, sed grammatici hic, cōsilium malunt. Nec victi possunt absistere ferro.) In Oblōgo cod. decedere ferro, legitur, quam lectionē si admittas, dicēdum erit, aut victi ferro, aut decedere ferro, quippe sibi tēperare, ne arma resumerēt, quibus se victos negarent, sed enim absistere, haud quaq̄ displicet. Spem si quā accitis.) in Romano. cod. ad scitis. quod parui refert. Cætera qua rerū iaceāt perculsa ruina.) In quodam antiquo. cod. quæ iaceāt legit, sed magis placet, qua ruina, vt digito velut intēto ruinā indicās, magis moueat, sunt etiam vetusti cod. qui, percussa, legāt, sed, perculsa. omnino melius, quia vt nōnulli volunt consternationē etiam animorum continet. Centum oratores prima de gente Latinos Ire placet.) In plerisq̄ cod. antiquis, prima de gente Latini, legitur: sed oratores Latinos, castior lectio. Munera portātes eborisq̄, auriq̄ talēta.) In antiquis cod. legere est, auriq̄, eborisq̄, nēpe vt respōdeat eorum ordini, quę ita tim subijciuntur, talēta, & sellam, vt sit, auri talenta, & Eboris Sellam. Tametsi Ser. aurum, ebur, & sellam distinctiā internoscit munera. Mihi vero Virg. ad ea dona respicere videt, quę Romani regibus mittere consueuerūt, sellā eburneā, pateras aureas, tunicas chlamydes, pallas pictas, & alia vestimēta purpurea, vt ad siphacē, togam, & tunicā purpureā, sellam eburneam, & paterā ex quinque auri pōdo factā, olim missa. Ptolemæo regi, togam tunicā purpureā cum sella eburnea. Cleopatræ reginæ pallam pictam cum amiculo purpureo portata, quæ darentur. Quare lectionē ita pūctis distitam esse placet, vt munera portātes auriq̄, eborisque, vno legat membro, Inde quid ex auro quidq̄ ex ebore cōstaret, subijciatur. Talenta, & Sellam, Quamuis etiam nihil offendat, si legatur. eborisq̄, auriq̄. Talēta, & Sellam. Cuiusmodi χιασμὸν & Hermogenes apud Demosthenem, & alij apud Home. & Theocritum inter elocutionis ornatus obseruarunt, id ita figurantes.

Eboris Auri,
Talenta Sellam.

SERVIVS.

Obliqua iuidia.) Hoc est q nō ex aperto ipugnabat Turnum: sed eū respublica simulata defensiōe lacerabat. Largus opū.) Abundans opibus, diues: nō qui multa donaret.
Futilis Nō futilis author.) Non inanis. nā futilis, vas quoddam est lato ore, fundo angusto, quo vtebant in sacris Vestæ qa aqua ad sacra hausta in terra nō ponit: quod si fiat, piaculū est. Vū excogitatū ē vas quod stare nō posset: sed positū statim effunderetur. Inde & homo commissa non retinens, futilis dicit. contra, non futilis, bonus in ɔsilijs, nō inanis. Seditione potens.) Prępotens, nō in mouēda, sed in comprimenda seditione. Incertū de patre ferebat.) Non ignobile, sed penitus ignoratum.

Tū Drāces idē infensus, quē gloria Turni POE.
Obliqua inuidia, stimulisq̄ agitabat amaris:
Largus opum, & lingua melior, sed frigida bello
Dextera, consilijs habitus non futilis author,
Seditione potens: genus huic materna superbū
Nobilitas dabat: incertum de patre ferebat:
Surgit: & his onerat dictis atq̄ aggerat iras.
Re nulli obscurā, nostrę nec vocis egentē DRA.
Consulis o bone rex: cuncti se scire fatentur,
Quid fortuna ferat populi: sed dicere mussant.
Dęt libertatem fandi: flatusq̄ remittat:
Cuius ob auspicium infaustum, moresq̄ sinistros
(Dicā equidem, licet arma mihi, mortēq̄ minetur)
Lumina tot cecidisse ducum, totamq̄ videmus
Consedisse vrbem luctu: dum Troia tentat
Castra, fugę fidens: & cęlum territat armis.
Vnum etiam donis istis, quæ plurima mitti
Dardanidis, duciq̄ iubes: vnum optime regnum

tum. Onerat dictis.) Hoc sermone ostēdit eum etiā ex oratiōe grauatū Latini. Rē nulli obscurā.) Callide & oratorie agit: & i oibus adulatorie respōdet dictis Latini. supra enī ille dixerat, Ante oculos, interq̄ manus sunt oia vestras. Sane quasi prædictū oratorē exprimit: qa supra de eo dixit Et lingua melior. O bone rex.) Bene addidit bone, & auxit epitheto dignitatem. Rex enim mediū est: nā & bonus esse & pessimus potest. Mussant.) Modo verentur significat alias dubitant: vt, Mussat rex ipe Latin⁹ Quos generos vocet. Interdū susurrat: vt de apibus dicit. Et ɔprie mussare, ē obmurmurare, & muto esse vicinum. Flatusque remittat.) Aut ponat superbiā: aut nfos flatus remittat.i. no bis

Adijcias: nec te vllius violentia vincat:
Quin gnatā egregio genero dignisq̄ hymenęis
Des pater: & pacem hanc æterno fœdere iungas.
Quod si tantus habet mentes, & pectora terror:
Ipsum obtestemur: veniamq̄ oremus ab ipso:
Cedat ius proprium regi: patriæq̄ remittat.
Quid miseros toties in aperta pericula ciues
Proijcis? o Latio caput horum, & causa malorū.
Nulla salus bello: pacem te poscimus omnes
Turne: simul pacis solum inuiolabile pignus.
Primus ego inuisum quem tu tibi fingis: & esse
Nil moror: en supplex venio: miserere tuorum:
Pone animos: & pulsus abi: sat funera fusi
Vidimus: ingentes & desolauimus agros.
Aut si fama mouet: si tantum pectore robur
Concipis: & si adeo: dotalis regia cordi est:
Aude: atq̄ aduersum fidens fer pectus in hostem.
Scilicet vt Turno contingat regia coniux:
Nos animæ viles, inhumata, infletaq̄ turba
Sternamur campis: etiam tu, siqua tibi vis:
Si patrij quid martis habes: illum aspice contra,
Qui vocat.

bis respirare cōcedat. Cuius ob au.) Inuidiose Turni auspicijs, imputat, quod tantus perijt exercitus: ac si diceret, Si malis tuis oibus nō egrederētur, possent forsitan superare virtute. Sane sciendum hunc exprimere quicqd verecūde celauit Latin⁹. Moresq̄ sinistros.) Cōtrarios: qa in principio, Latino optemperare noluit. Lumina ducum.) Id est proceres, vt, O lux Dardanię. Cōsedisse vrbē luctu.) In luctum esse demersam. Fugæ fidens.) Illud respicit qd bella deserit, Iunone faciēte. Fugæ aūt figurate dixit, pro, Fuga fidēs. Cœlum territat armis.) Dictū quidē, Virgilij grauitati non cōgruit: sed perite Drāci hæc data verba sunt, qui tumida vti oratiōe inducit. Vnde ei paulo post Turn⁹ dicit, Quę tuto tibi magna volant. Item, Vētosa in lingua, Item, Proinde tona eloquio. Deide dicimus Drācem librare se ad orationē Latini. vnde nūc dicit, Et cœlū territat armis. qa audierat, Bellum importunum, ciues cum gēte deorum. Mitti Dardanidis, dicique.) Mitti aurum & cætera dici de nauibus vel agro. Egregio genero, dignisq̄ hymenæis. Ergo Turnus videt indignus. Æterno fœdere iungas.) Natæ.f. coniunctione. nam munera & cōtemni poterāt: generis vero coniunctione in æternum pacis fœdera firmabant. hoc autē dicto latenter etiā Latini pudorem exonerat: qui Turno etiā suam promiserat filiā, dicēs causam reipublicę præponderare debere, & propter pacem ciuium Turno Æneam nec esse præferendum. Terror.) Terror est proprie qui alijs infertur: vt si dicas, ille habet terrorē: id est timēdus est. Vnde & terribilis dicitur. Metus autē est quem habēt timentes. Sed nunc vsurpatiue terrorem pro metu posuit. Nā hoc dicit, Quod si tantum Turnum timemus. Veniamq̄ oremus ab ipso: Cedat.) Asper hic distinguit Quid miseros toties in aperta pericula ciues Proijcis?) Quasi viles & abijciendos. sed ingenti pondere vniuersa verba sunt posita. Latio.) Non vni ciuitati. Caput.) Principium: Et est antiquum. Terētius, Nam si hic mali est quicquam, hem illic est huic rei caput. Nulla salus bello.) Plus est quam si spes diceret. Pacem te poscimus omnes.) Te poscimus, qui solus es causa bellorum. nam Æneas iam pacem promisit. Solum inuiolabile pignus.) Id est Lauiniā. Et hoc est quod ait supra, Pacem hāc æterno fœdere firmes. Inuisum quē tu tibi fingis.) Bene quem tu fingis ne ei tāquam inimico minime credatur. & hoc dicit, Non sum quidem inimicus: sed si velis esse, non recuso. nam hoc est. Et esse nihil moror. fusi.) Fugati. Desolauimus agros.) Vel dum occiduntur, vel dum cogunt ad militiam. nam legimus, Et latos vastāt cultoribus agros. Dotalis regia cordi est.) Hoc est regnum Latini.) Sic alibi, Non hæc dotalis regia Amatę. Scilicet vt Turno contingat regia cōiux.) Hęc cum quadam irrisione dicuntur. Inhumata, infletaq̄ turba.) Atqui sepulti sunt omnes qui in bello perierāt, vt legimus supra. Sed hoc factum est Æneæ beneficio, qui sepulturę eorum reddidit socios. Ergo quantum ad Turnum pertinet insepulti sunt: nam campos sua potestate retinebat Æneas. Etiā tu.) Eia. Nam est hortantis aduerbium hoc loco. alias Adhuc significat, & est temporis. vt etiam currus, etiam arma. Apud maiores. Etiā) consentientis fuerat, quod tamen in his recentibus idoneis auctoribus nō inuenitur. Vis.) Virtus.

DONATVS.

Tū Drāces idē infensus &c.) Drāces, inquit, idē iō, qa & supra de ipo dixerat, Ingrauat hæc sæuus Drāces, solūq̄ vocari Testat, solū psci in certamina Turnū. cū idē Drāces Turno fuerit infensus, & hūc vrgebat inuidia gloriæ eius, obliqua tū nec in apertā professionē ducta, q fuisset seditiosus & diues, quemq̄ extollebat materna nobilitas, nec reuocabat hunc a natura sua pudor, aut frangebat q̄uis potētis ludibrium matris, quæ illū incerto

patre ɔtulerat, surgit: ecce diuersum psonarū meritū: rex locutus ē sedēs, iste vero surrexit, vt loq posset, & oneraturus Turnū sic instituit loq: expressit poeta hoiem sęuū & factiosum. quo.n. pria odia excitare laborādo non potuit: nūc qd facile fuit, augere nitebat iuuēta, ne pderet occasionē tēporis: & opportunitatē regię volūtatis amitteret: vel ne existeret quisquā qui Latini studiū pro Æneę partibus ad vtilitatē Turni ɔuerteret. Interea cū hyperbaton possit quādā obscuritatē intellectui dare, ordinatio sensus addenda ē sic. Tū Drāces idē infensus, quē melior gloria Turni obliqua inuidia stimulisque agitabat amaris, surgit, & his onerat dictis atque aggerat iras. Medij versus de genere de fortuna, de morib⁹, de artificiosa eloquētia, & q esset im bellis, iccirco vident interpositi, vt cōstaret illū versuti animi supbia quoq̄ materni sanguinis largiēdo atq̄ loquendo, quę vellet, explicare potuisse. Rē nulli obscurā.) Ex sacro & verbis, ɔbat poeta, quod dixit. Asseruit enim Drācē inimicū Turno, ɔpterea q virtuti eius inuideret. cū ipse Drāces esset imbellis, superbus, ɔpter nobilitatē materni sanguinis, & ɔpter substantiā rei familiaris versutus, callidus, eloquēs, seditiosus. ecce primus & solus loquit, & nō cōsultorū negocij publici, sed vnius hois inimicus. & cū nullum habuisset cum cæteris tractatum: loquitur quasi instructus ab oibus: atq̄ vt accederet dictis eius maior autoritas ex omnium se memorat venire consensu. Magnū quippe inuentū est, quod licet ab vno exortum esset, cuncti approbāt & vniuersi cōfirmant: occultauit priuatas inimicitias, ne non publicū sed suum negocium agere videretur: aperuit tamē odium quod obliqua exercebat inuidia, idoneā quippe nocēdi inuenerat causam. rē, inquit, omnibus manifestā locutus es. ecce quasi omnes idem vellent, atq̄ idem sentirent, sic exorsus est. Laudat sententiam regis, & hanc, quod melius fuerat, laudādo cōfirmat nō enim debuit post regis arbitriū ipse quoq̄ tanquam de causa indicās loqui: præferendo tamē atq̄ approbando plus agit, q̄ volebat impleri: vsq̄ adeo, inquit, rex optime tantum cūctis placet sentētia tua, vt laudari potius debeat, q̄ de ea tractari. sic consulunt, quibus imperio potestas est, & nomē regale cōmittimus & qui bene cōmissam sibi remp. regūt, boni regis officium comples, nulli cōtra publicum commodum præstando gratiam, nullumq̄ metuēdo. quod ipsum probatur ex eo, quia id sensisti, qd' nos cuncti scire fatemur. Sed dicere mussant.) Sed metuunt loqui, & mala nostra pressi formidine cōtegunt: ne diceret, cur solus queris: & illi tacēt: iccirco ait, volūt loqui vniuersi, sed timēt. Det libertatem fandi.) Satis inuidiosa seditio, & altissimis dolis instructa. fingit enim se metuere, & omnem in Turnum inuidiā congerit cumq̄ eum asserit plurimum posse & ab omnibus metui, odia ei maiora conquirit: det, inquit, libertatē fandi, flatusq̄ remittat, quasi nulli fas esset loqui, aut anhelare saltē, nisi voluisset Turnus, & rogatus præcepisset. Incipit iam erumpere in ea, quæ olim proferre cupiebat: vt compleret, quæ apud Æneam se professum esse meminerat, dixerat quippe & te siqua viam debe rit fortuna Latino lūgemus regi, quęrat sibi fœdera Turnus, vtitur igit occasione oblata fortunæ, & opportunitatem temporis retinet, qua meliorem aut talem postea reperire non posset: & quasi sub metu positus nō obliquas iam sed apertas inimicitias profitet. Cuius, inquit, ob auspicium infaustum, detestabile.f. atque funestū, vbi loqui cœpit in seditionibus excitādis artifex, interposuit aliud, quo mouerent vniuersi, & vnusqsq̄ salutis suæ cōmodum tractans, quicquid de Turno aspere ageretur, libēter acciperet, & audiret. dicam equidē, licet arma mihi mortemque minet. quod ait mihi, hoc intelligi potest. mihi, quia commodū publicū salutemque cūctorum quæro, interitum parat procul

Universidad de Deusto
Biblioteca

dubio,& paribus alijs & fortunæ ratione sequẽtibus. dirũ spondet sua desperatione suppliciũ,lumina tot cecidisse ducum, totãsque videmus cõdidisse vrbem luctu,dum Troia tẽtat castra.Hoc est quid faciemus cęci?qui spei nostrę tot perdidimus lumina,& non aliquã partem nostrę vrbis, sed totam ciuitatis faciem luctibus videmus oppressam?Colligit totũ sic, infausta Turni auspicia quãtas infixerint clades,vident omnes, & gemunt: nihil est, quod nõ luctibus redũdet,& lachrymis.periere tot duces, lumina.s.cæterorũ,periere plures de multis, periere meliores.faciendo totius ciuitatis cõmemorationem,ad omnes, qui concilio in tererant dolorẽ funerum pertinere mõstrauit: vt reuera nõ odij sui causam,sed publicum tueri cõmodum videretur. quis enim in illa multitudine fuit,qui non doleret amissum? cũ alij patres, alij filios,nõnulli fratres aut,ꝓpinquos vel familiares fidissimos gemerent. dũ Troia tentat castra fugæ fidens, & cœlum territat armis.& hoc dicebat inflictũ,dum ille Troiana castra tentaret,& non iam homines, sed cœlũ pulsare contenderet. tentat, inquit, nõ expugnat.denique addidit,fuge fidens.tentare quippe est ad vnã quanque rem diffidenter accedere. videbatur ergo Turnus tentasse certamẽ,& euasisse fugiendo.Proinde desertiones & crimina obiectat:qa i decimi libri parte dictus est aufugisse. tenere cœlũ videtur, qui in armis exultat,& cũ nullo congreditur.Proprietas tamen illa est dicti, vt Troiani cœlo cõparati videantur: qꝝ non posset mortaliũ aggressione terreri Troia castra, sic pronũciare debemus, vt Troia nõ duas sed tres syllabas faciat tro.i, a,separatim,& vocales.i,&, a, separatim:castra quoqꝫ non solum parietes,sed exercitũ dictum debet intelligi. huius loci sensus sic ordinat,licet arma mihi, mortemqꝫ minetur, cuius ob auspiciũ infaustum, moresque sinistros Lumina tot cecidisse ducũ totam que videmus Consedisse vrbem luctu, dum Troia tẽtat Castra, fugæ fidens,& cœlum territat armis. ¶Vnumque etiam domus istis.)Dixit placuisse omnibus sententiã regis: sed addidit Drances, quod ille cõsulto & verecũde transmiserat. finis enim bello posset accedere:si tolleretur causa certaminũ. ait igit vnũ, quod tantam habuit persuadendi cõstantiã, vt hoc rursum necessario reperiret.qui,inqt,Troianis misisti multa, multaqꝫ mandasti,ad de vnũ,quod potest fœderũ sacramenta firmare, cum magnum fuit,quod nitebat efficere, vt facilitatẽ ostenderet. vnum dixit, vt ex quãtitate numeri extenuatio nasceretur, quasi nec difficile nec graue,sed vnũ diceret esse faciẽdum,& reuera vnum fuit,sed maximũ,& quod omnem negocij substantiam cõtineret: nec te vllius violẽtia vincat.suppresso noie Turnum tetigit, qui in eo quod Drãces fuerat suggesturus,poterat lædi.¶Qui gnatã egregio genero,) Laus vnius dicta est,& in ea alterius obliqua vituperatio.cũ enim egregius dicit,cui munera mittebant,& affinitati Latini digne conueniẽs:alter nomini egregius iudicatus est,& minus conueniens,qui regis filiam duceret.dicebat autẽ plenissime rebus publicis profuturũ, si hoc fieret:remota causa bellandi pacẽ plena æternitate mansuram. Patris,inquit,officium est,vel maxime in causa cõiunctionis filiæ prouidere, qꝫ si in cæteris melius & perpensius sciret deligere dignioremẽ, nõ erat quis hoc fecerit. in paterno quippe pectore primũ sibi locum liberorũ debet pietas vendicare. ¶Quod si tantus habet.) Redit ad inuidiosam dictionẽ:aut si tanto,inqt,ducimur metu, tantaqꝫ in nobis Turni formido est.ipsum rogemus,& ab ipso deprecemur,quod potest,puenire per te:dicit quomodo id Turnus posset pstare.¶Cedat.) Cedere est locum dare meliori. ¶Ius proprium regi.) Et patiatur regem ac patrem vti iure suo ,& sinat propria libertate definire vniuersa,ac sequi,quod sibi commodum tractando perspexit. ¶Quid miseros tues.) Magnum factiosi hominis inuentum,vt relicto eo,qui summam malorum tenebat ad eum se conuerteret, quem volebat opprimere. ¶Quid,ait,miseros.) Miser est,qui cũ sit innocens & alieni impetum fati possit effugere,cogitur tamẽ infelicis hominis extremam cõmunicare fortunam. quod vero toties dixit, hoc fuit quod iã nõ poterat tolerari, vt qui iniuste atque incõmode pugnare sępe compulsus est,& contrariũ meruit,rursum cogeretur exire in aperta pericula. est quidem viri fortis incertum pugnæ nõ timere.sicuti enim in eo sperant aduersa, ita possunt etiam secunda melioribus prouenire successibus. in pericula autẽ manifesta vnumquenque improuidum ruere summa demẽtia est.Ciues, inquit,proijcis, nomen sanctũ & religiosum, quod ille habuit vile, & quod non sinebat euadere multos sæpe innumeroscꝫ perdendo. nouissimum fuit, proijcis,omni.s.iniquitate deterius.proijcis enim,quod vile est, quod necessarum non est, quod cum perierit non adscribitur in cõmodis:sed iste plus sentitur dixisse,proijcis, quasi ipsis in pericula manifesta conijectis, Turnus expectatur qui alieni impij in ocio remanere consueuisset. Erumpit iam in aperta conuitia,hucciam gerens omniũ, quos artificiosa dictione fecerat suos:O lastio caput horum & causa malorum.Malorum omnium, quæ lastiũ premunt, quæ præcesserunt,tu es,inquit,caput & causa.hoc vere obiectum est,per ipsum enim turbatum est latium ,qꝫ Latinus cũ Troianis fuerat collocutus. ¶Nulla salus bel.) Si pugnatum vlterius fuerit,nulla iã speranda est reliquis vita ,& quia ad id deducti sumus,vt spes remanserit nulla.¶Pacem te posci.om. Turne:) Omne,inquit,cũ a solo dicatur,non ab omnibus pacẽ. te poscimus,non vt hanc daret, sed vt cedendo pateretur illi conjugem dari,quem constabat esse potiorem. ¶Simul pacis so.impig.) Et recedas ab affectu eius, per quam nobis potest æternæ atqꝫ inuiolabilis pacis subsidium procurari.¶Primus ego, inuisum .) Ego,inquit,primus, & quem tu tibi fingis esse inuisum, ecce supplex tibi sum, & te pro salute omnium rogo.magna nocendi calliditas, supplicem se efficit inimicus, vt hoc modo desiderata perficiat, atque vt maiorem inuidiam compleat, rogat omnium nomine. ¶Miserere tuorum .) Tangat te aliquando tuorum miseratio,& infelicibus parce,ne intereant reliqui,dum te adhuc inconsideratus error exagitat.¶Pone animos,) Consilium dare debuit,qui quęrebat in tanta necessitate beneficium. deferueat, inquit,incõsideratio tua. & quod hausisti ani.ao vel extructus exclude, victus es:tuæ iam acquiescę fortunę:prouisus etiam tibi,si cedendo efficias,quod perseuerando vitare non poteris.ecce & beneuolũ se fingit, dum ipsius quoqꝫ saluti vult esse veluti consultũ, quem persequebatur odio, & quẽ cupiebat oppressum.¶Sat funera fusi Vidi.) Satis sit, qꝫ cæsorum cadaueri bus plena sunt omnia.quãta mala in nostros exercita, nõ accepimus referẽte fama,sed videmus. ¶Ingẽtes & desolauim⁹ agros.) Bene posuit desolauimus, qa de agris hoc est de solo, querebat, quod factũ fuerat desertum.addidit etiam ingentes, vt non parua sed ingens atqꝫ immensa possessio nudata videretur, viduata que cultoribus.desolare quippe est auferre agricolã solo.alio loco Virgilius multo euidẽtiꝰ hoc ipsum posuit,cũ diceret. ducto res primi Messapus & Vfens, Contemptorqꝫ deum Mezentius vndique cogunt Auxilia,& latos vastant cultoribus agros.Non solam camporũ voluit monstrare ingentem solitudinem factã, sed per immẽsum agrorum modum ingentem hominum multitudinem esse mactatam.¶Aut si fama mouet.) Aut si erubescis cedere, & te tui nominis exagitat fama, tantumque in te bona existimas superesse virtutis ,& si adeo dotalis regia cordi est: & tantum cordi tuo regalis coniugij cupiditas fixa est, vt auelli non possit. ¶Aude, atque aduersum .) Si aliquam virtutis tuæ fiduciam geris.aude,& certamen cum solo solus aggredere,atqꝫ ocio te præstanti virtute confisus hostem pete. ¶Scilicet vt Turno.)Necessario posita in fine exclamatio est,quæ propositæ conditione certaminis, & duri post certamen exitij, teneret vniuersos in societẽ voluntatis suæ.hoc loco nomen Turni, vt abiecti & humilis debemus accipere:pro animo eius, qui iratus & vt inuidus loquebat. talis luctus est iste, qualis est, Troianas vt opes & lamẽtabile regnum eruerint Danai. nam & illi nomen gentis Græcorum pro conuitio positum est. Contingat regia coniux, mori pro republica, pro patria, pro penatibus, pro vxore, pro liberis,pro parentibus gloriosum est. Iste vero & personam deformauit, & causam deleruit,idoneam non esse existimans quę merito posset exigere auxiliuim publicum, vt, ille, inquit, quam non potest regiam cõsequatur vxorem. ducere vxorem speciale vnius est votum. & commodum facti ad vnum spectat liter non populorum pertinet. cum igitur non publica,sed priuata sit causa, cur dimicet, cui pericula sunt aduersa, & secunda non prosunt? nos item innoxij & extra negocium positi, res gnoque proprio necessarij animæ viles. non vere viles dixit,sed pro vilibus sternemur campis, per omnes campos iacebimus fusi.Inhumata infletaque turba. non habentes solatium lachrymarum aut beneficium sepulturæ. Quam vim habet humatio ne detrimentum, alijs locis poeta perdocuit. Vno, cum Eurynis detrimentum, alijs locis poeta perdocuit. Vno, cum Eurylum mater doleret occisum. alitibus, inquit, linquere feris, aut gurgite mersum vna feret, piscesque impasti vulnera lambent, Heu terra ignota canibus data præda Latinis Alitibusque iacet, nec te tua funera mater Produxi, pressiue oculos aut vulnera laui Veste tegens. Hæc si omittantur ad corporis iniuriam pertinent. altero asseruit, qui mali accedat etiam animæ eius, qui humatus nõ sit.non enim fluuiũ transit infernum, sicut in sexto libro lectum esse meminimus,loquente sibylla ad Æneam,& do cẽte hoc modo.Hæc omnis, quã cernis, inops inhumataqꝫ turba est,

ba est,Portitor ille charon:hi,quos vehit vnda sepulti, Nec ripas datur horrendas & rauca fluenta Transportare, priusqꝫ sedibus ossa quierunt,Centum errant annos,volitantque hęc littora circum, Hæ sunt inhumatorum pœnę,vt eorum corpora lanientur,& diuersis subiaceant bestijs, & eorum animæ cum ad inferos venerint,fluuium solenniter transire non possunt. Hęc paulo amplius euagati,quia locus sinebat,tradidimus latius. Cęterũ amaritudo Drances hoc sensit,vt perituros si adhuc pugnaretur diceret vniuersos,nec superfuturum aliquem,qui cęsos sepeliret,aut plangeret.¶Etiam tu siqua tibi vis,) Si tu fiduciam geris roboris & generis tui,illum debes intueri solum,quem habes in tua causa contrarium.

ASCENSIVS.

¶Tum Drances.Post concionem Latini addit sententiã Drancis qui admonuit Lauinĩam quoque cũ cęteris donis Æneæ concedendam:aut Turno si eã sibi vindicare velit, cũ Æneа singulari certamine congrediendum esse, vnde Donatus sic dicit, Ciues proijcis,homines omni charitate amplectẽdos. vt rẽ vilem abijcis.In apta,manifesta, quod non fortis est,sed temerarij.Supplex magna nocẽdi calliditas, qua inimicum summa inuidia oneret. Animos quãdã feruentẽ considerationem, Desolauimus agros: nam de solo certabatur quod factum est desertũ. Scilicet vt Turno,necessario posita est in fine exclamatio, vt demonstret causæ priuatæ ipsius Turni nõ esse admiscendum publicũ periculum. Hęc ille.¶Ordo est.Tum id est deinde postquam conticuit Latinus,idem Drãces,scilicet de quo prius memnit, infensus.i. multum offensus,& molestus Turno quẽ gloria Turni agitabat inuidia obliqua,idest occulta,& non aperta:& stimulis,id est pũctu ris inuidię latentis amaris,id est acribus,& molestis, existens largus,id est largiter diues, opũ,& melior, id est abũdantior lingua id est sermone facundo, sed dextera supple eius, erat frigida bello,id est ad bellum tarda,& inutilis,qꝫ res vsu venire solet, nam raro prẽter cęteros diserti boni sunt bello, nam & bene dicere,& fortiter agere raro in vnũ coeunt. habitus author non futilis,i. non inanis nec profusus verborum,cõsilijs, id est in ꝓsilijs dãdis potens seditione,id est per seditionem,aut ad seditionem cõcitãdam valens.Nobilitas materna dabat huic genus supernum , sed ferebat, id est efferebat incertũ, id est penitus ignotum de patre, qa nesciebatur qs eius esset pater: vnde pulchre fingit loquacitatem a matre,non virtutem a patre habuisse.Surgit (tunc tandem verbum affert,nam ordo est tum Drãces surgit) & onerat. s. Turnum his dictis atqꝫ aggerat, id est accumulat iras.O bone rex tu consulis rem nulli obscuram,id est oĩbus manifestariã nec egentẽ nostræ vocis,id est declarationis,cũcti populi fatentur se scire quid fortuna ferat,id est pacem petendam esse,sed mussant,id est nõ audent dicere,id est palam mutire: sed intra dentes murmurant,& in aures fidas susurrant, det libertatem fandi , atqꝫ remittat.flatus id est vẽtosas minas,det dico is ob cui⁹ auspiciũ, & mores siniſtros.i.prauos & infaustos nos videmus tot lumina ducũ cecidisse,& totã vrbẽ cõsedisse luctu,id est in luctu. Quia vero Latinus dicere posset, si Turnus libertatẽ dicendi adimeret Dranci nõ ei tãta audaciam in eum inuehendi interserit per parẽthesim equidem,id est ego quidem dicam. s. quod verum est & qđ reip. conducere sentio, licet minetur mihi arma & mortẽ)ob cuius dicit auspicium nos videmus vrbem consedisse,id est demersam eẽ luctu dum ipse fidens fugæ, quia putabat per fugam ereptus pugna,tentat quasi cõgredi nõ audẽs castra Troia,idest Troiana,& territat cœlum,idest multum minatur armis. O optime regum, qui tã bene tuis cõsulis adijcias istis donis, quę tu iubes mitti,& dici plurima Dardanidis etiam, id est adhuc vnũ, adijcias inquit vnum.s.donum,nec violentia vllius vincat te qn , id est quominus & vt non o pater des genero egregio, & hymenęis dignis.s. Æneę externi generi,& deorũ prolis,gnatam,id est filiã tuã Lauiniam, & quin iungas hãc pacẽ.i. cõcordiã æterno fœdere.Laffinitatis matrimonialis:qꝫ si tantus terror , id est metus de Turno habet mentes & pectora nostra, id est si tantum ipsum timemus, vt nõ audeamus quod reipu.cõducat facere. Obtestemur ipsum Turnũ.i,obsecremus ipsum per salutẽ patrię,& oremus ab ipso veniam,i.hanc gratiam vt.s.cedat ,id est concedat regi propriũ ius:quod est ex sentẽtia facere& remittat, id est concedat hoc patrię,id est propter salutem patrię quid o caput,& causa horum,s. tantorũ malorum Latio,id est Italiæ,hoc est o Turne, proijcis tot ties ciues miseros in pericula aperta?Nulla salus est,supp.bello & nos omnes poscimus te o Turne,id est exigimus a te pacẽ,& poscimus simul pignus pacis. s.Lauiniã solum inuiolabile.i. q̃ sola est inuiolabile pign⁹ pacis.Ego quẽ tu fingis tibi iuisum.i.odiosum & infensum,& sup.q nil moror.i. nõ recuso eẽ.i.inuisus tibi dũ reipu.cõsulam.en ego primus venio supplex miserere tuorũ & pone animos.s.magnos & elatos & abi.s.ab instituto,pulsus,s. a fortiori nos fusi.i.fugati & prostrati vidimus sat funera.i.satis funerũ & desolauimus.i.vastos dereliquim⁹ agros ingẽtes,aut si fama,s.nominis tui mouet,i.incitat te ad audiendum, & si ꝓcipis q.d,nõ habes qđ̃sed si cõcipis pectore tũ robur.i.tantũ fortitudinem.& si regia dotalis.i.q̃ tibi in dotem detur cum Lauinia est adeo.i.vsque adeo cordi.i.placito tuo,id est tm̃ tibi placet, aude atqꝫ tu fidens fer pectus in hostẽ.s. Æneã,aduersum.s.i.scire licet cur id facias, vt.s.ꝓiux regia contingat Turno. Aut sic per amarã irrisionẽ.Scilicet.i. nõne ita dignũ est qꝫ vt regia cõiux cõtingat Turno , nos animę viles,& turba inhumata & infleta sternemur cãpis.i.strati fiamus turba inhumata & infleta ẽt.i.sed & tu siqua vis est tibi & habes qđ.i.aliquid Martis.i.animi virilis & bellicosi patrii.i.patris tui hoc est qualis est in patre aut in patria tua eẽ solet,aspice contra.i.ex aduerso illum.s. Æneam, qui vocet.i.ꝓuocet te ad singulare certamen.

PIERIVS.

¶Nõ futilis author.)Antiqui aliquot codices , actor,qđ. nõ placet.¶Incertum de parte ferebat.)In Rom.codice,ferebant numero multitudinis legitur: vt id ad famam referatur, Sed Donatus ferebat singulare agnoscit.¶Fugę fidens.) Quanuis Seruiꝰ, fugę, figurate pro,fuga,dictũ asserat: In Romano tamen codice,fuga, est.At fugæ,in antiquissimis est Donati commentarijs. Fido.n. datiuum casum minime respuit,teste Prisciano, hoc eodẽ citato versu,quod verbum tamen ablatiuo etiam iungi probat.¶Quæ plurima mitti Dardanidis duciqꝫ iubes.)Romanus codex Mediceus,& alter peruetus in Vaticana bibliotheca & aliquot alij,dici, legunt.Idqꝫ Seruius admisisse mihi videtur,dũ ait, mitti aurum, ebur,& sellam.Dici de nauibus vel agro,quod.s.consiliũ sit initũ & quod optio ad Æneam pertineat,Idem est in veteri Donati Cõmentario.¶Et pacẽ hanc æterno fœdere iungas.) Romanus codex,& aliquot alij legunt,firmes,iuncta enim semel fuerat,sed nõ firma fuit,huic igitur errori consulit occurrendum,quanquam id ẽt huic sententię satis facit,quod dictum est. Æterno fœdere. ¶Sternamur cãpis.)Ti. Donatus futuro indicatiui, sternemur,legit,adiecta paraphrasi,per omnes campos iacebimus fusi,locũqꝫ hunc eodem tempore repetit in duodecimo, & ita scriptum est in codice Mediceo.

SERVIS.

¶Imo pectore voces.) More suo habitũ futurę oratiõis oñdit.¶Larga qđẽ semp Drãce tibi copia fandi,Tũ cũ bella manus poscũt.)Sunt multa sua vi optima, quę qm̃ per se nõ pũt vtiuperari,ab accidẽti bus vituperant: vt hoc loco. quoniã eloquẽtia p se ẽ opti.ma,eam culpat ex tpe,dicens, Tũc incumbis eloquentię cũ manus bella deposcũt.¶Patri busqꝫ vocatis Primus ades.) Bella penit⁹ ignorãs atqꝫ formidãs, primus es inter senes ad danda cõsilia.¶Magna vo

Talibus exarsit dictis violentia Turni, PO.
Dat gemitum;rumpitqꝫ has imo pectore voces.
Larga quidẽ semper Drãce tibi copia fandi, TVR.
Tunc cum bella manus poscunt:patribusqꝫ vocatis
Primus ades:sed non replenda est curia verbis.
Quæ tuto tibi magna volant:dum distinet hostem
Agger murorum:nec inundant sanguine fossæ.
Proinde tona eloquio,solitum tibi;mecꝫ timoris
Argue tu Drance:tot quando stragis aceruos
Teucrorum tua dextra dedit:passimqꝫ tropheis
Insignis agros:possit quid viuida virtus,
Experiare licet;nec longe scilicet hostes

Virg.

lant.) Homerus ἔπεα πτερόεντα προσαυδᾶν: ¶Distinet.) Arcet, repellit: &,pprie extra tenet. nã dis separãtis est. vñ & diduco & distraho dicim⁹.¶Meqꝫ timoris argue tu Drãce.vt, Cantãdo tu illum? Arguo autẽ genitiuum regit:vt arguo te cædis,infidiarum:& est de Græco. nam ita dicunt, κατηγορῶ σε φόνου , ἐλέγχω σε φόνου ἢ κλοπῆσ.¶Qñ.) Siquidem. Et per irrisionem in illum confert laudes. ¶Insignis cãpos.)Nobilitas,claritas. nã verbum est insignio, sed dicit ex authoritate eiꝰ de

Universidad de Deusto Biblioteca

Quærendi nobis; circunstant vndiq; muros.
Imus in aduersos? quid cessas? an tibi Mauors
Ventosa in lingua? pedibusq; fugacibus istis
Semper erit?
Pulsus ego? aut quisquā merito fœdissime pulsum
Arguet? Iliaco tumidum qui crescere Tybrim
Sanguine, & Euandri totam cum stirpe videbit
Procubuisse domum, atq; exutos Arcadas armis?
Haud ita me experti Bitias, & Pandarus ingens:
Et quos mille die victor sub Tartara misi
Inclusus muris, hostiliq; aggere septus.
Nulla salus bello. capiti cane talia demens
Dardanio, rebusq; tuis: proinde omnia magno
Ne cessa turbare metu: atq; extollere vires
Gentis bis victæ: contra premere arma Latini.
Nūc & Myrmidonū pceres Phrygia arma tremiscūt:
Nunc & Tydeides, & Larisseus Achilles:
Amnis & Adriacas retro fugit aufidus vndas.
Vel cum se pauidum contra mea iurgia fingit,
Artificis scelus: & formidine crimen acerbat.
Nunquā animā talē dextra hac (absiste moueri)
Amittes: habitet tecum: & sit pectore in isto.

here sniam, quod de bello cogitat virtutis ignarus. ¶Istis.) δεικτικῶς. ¶Pulsus ego?) Quia ille dixerat, Pone aios & pulsus abi. & agit ɔiectura. nā hoc vult intelligi nō posse dici, merito pulsum eū qui insequendo bella deseruit. aperte autē hoc dicit, potest merito credi, quod pulsus sit is cuius tot extāt trophęa. ¶Cum stirpe.) Occiso.n. Palante, interijt eius cūcta posteritas. ¶Bitias) Bis subaudis. ¶Ingēs) a consequentibus. ¶Mille.) Finit⁹ numerus pro infinito. ¶Aggere septus.) Vt, Vestris o ciues vndiq; septus Aggerib⁹. ¶Nulla salus bello (capiti cane talia demens Dardanio.) Quoties argumētū nō possumus soluere, aut cōtraria abiectione, aut risu, aut maledicto, vt hoc loco, aduersario respōdem⁹. ¶Cane.) Pro diuina. ¶Proinde.) Itaq;: Et est ordo, Nulla salus bello, proinde omnia magno ne cessa turbare metu. cętera p Parēthesim dicta sunt. ¶Atq; extollere vires Gentis bis victæ: cōtra premere arma Latini.) Hęc est virtus eloquētiæ. Arma autem Latini inuidiose dixit, nā debuit mea dicere. ¶Myrmidonū pceres.) Græcoꝝ principes. Dicit aūt Patroclū & Achillē. nā licet ipsi aliunde fuerint, tñ Myrmidonibus impauerunt. hęc aūt ponit inter impossibilia, & vtit Gręco prouerbio, ἄνω ποταμῶν ῥέουσι πηγαί. Sic Horatius, Et an Padus matutina lauerit cacumina. Et sic est mō dictū, vt in quarto. Nūc Lyciæ sortes, nūc & Ioue missus ab ipso. ¶Retro fugit Aufidus vndas.) Apulię fluuius cadens in Adriaticū pelagus. ¶Vel cū se pauidū ɔtra mea iurgia fingit.) Cōtra illud quod ait, Det libertatē fandi, flatusq; remittat. nō hoc dicit, Timorē suum naturalem inuidiose in meā causam retorquet, vt meę pręsentię, non illius naturę, quod timet, eē videatur. hoc est enim quod planius iterat dicēs, Et formidine crimen acerbat. ¶Artificis scelus.) Nam sceleratorum est simulare formidinem. ¶Habitet tecum, & sit pectore in isto.) Pessima & vilis anima habitet in membris congruis. nam talem vilē & pessimam accipimus, quam nefas est perire ea dextra, quę viros fortes tantum consueuit occidere.

do. q tantas strages Troianis inuexit? an tu q nunq; pugnę vidisti certamē? ¶Possit quid vi. vir. Ex. li.) Hoc ideo, quia Drāces obiecerat fugæ fidēs. Aude atq; aduersum fidēs fer pectus in hostem, ēt tu siqua tibi vis, si patrij qd Martis habes, illū aspice contra, qui vocat. Et Latinus i oratione sua dixerat. Nō tēpore tali cogere cōcilium cum muros assidet hostis. Ad omnia iste varia ordinatione respōdit. Pōt, inqt, cōprobari facilius, quis quāta virtute confidat. haud procul est hostis, & muros obseruat. Hoc ita dixit, quasi obsidium fretus sua virtute cōtēneret, qd apud illos graue videbatur.) Imus in aduersos?) Vsus est verbo Drances q dixerat, Atq; aduersum fidens fer pectus in hostē. ego, inqt, ibo in hostē aduersus secūdū voluntatem tuam: sed tu quoque veni mecū, vt videas ac probes, qualis sim, qd cessas? ¶An tibi mauors Vētosa i lingua.) Quid est, quod ad cāpū non audes exire, & potes? qa bellatoris officiū cōples, si loqueris, aut fugias. ecce obijcit ei, qa ipse magis fugax est, nec aliqū cōcertat: Drances quippe dixerat de Turno, q; fugę fiduciam gereret. ¶Plus ego.) Supra enim dictū est pone animos, & pulsus abi: huic obiecto ita respondit. ¶Haud quisq; merito fidissi. pul.) Magna pōpa verborū propria extulit gesta: sed veris falsa permiscuit: nā Tybrim humano sanguine cumulatum dixit. quod contra naturam est rerum, & non potuit esse possibile. dehinc asseruit omnem se Euandri penitus erasisse progeniem: cū non plures occidisset, qui solum peremerat Pallantem: licet in vno spes ōis Euādri generis fuisset constituta. de Arcadibus autē quantos occiderat? vt tantum sibi crederet arrogandum? Quis, inquit, ducit me turpiter pulsum? cum ponere ante oculos cœperit Tyberim maxima fluentem celeritate & pręcipiti, superbum verticibus inundasse, atq; auctum esse Troianorum sanguine: quos hac dextera effudi, atq; mactaui: domum quoq; Euandri & omnem spem posteritatis eius extinctam virtute mea, atq; exercitum iuuentutis Arcadiæ in Trophæa infinita conuersum: vltra modū extulit laudem suā. Hoc aūt suadet respondendi necessitas, in vno solo nō est, qui Euandri posteritatē subuerterat. Vnicus qppe fuerat Pallas, & Euāder iā senex, pater nouę sobolis eē non poterat. ¶Haud ita me experti bitias.) Istorum necis vera relatio est. Hos aūt ideo dixit ingentes, ne abiectos & humiles superasse videret. Ingens. ¶Et bis accipiendum est, vt sit Bitias ingens, & Pandarus ingens. ¶Et quos mille die.) Hoc partem habet veri, partem aliam falsi. nam vere multos occidisse dictum est, non tamen mille. ¶Inclusus muris hostilique aggere septus.) Et vici, inquit, istos & sub tartarum misi: hoc est Bitiam Pandarum & mille alios, quos se asseruit vna die occidisse. Interea his addidit, quod egregium factū laudis cumulo posset augere, inclusus muris, hostilique aggere. ac perfeci, inquit, hęc septus hostili aggere & muris inimicis inclusus: potest videri, ideo ista dixisse, vt ex his ostēderet quæ fecisset liber in campo, qui multifariā clausus expedire se potuit, & victor exire. ¶Nulla salus bello.) Verba repetit Drance. ¶Capiti cane talia demens Dardanio.) Proinde, quia hęc canis, cessa turbare terroribus omnia, & laudare eos, qui non vinci ɔsueuerūt. Bis victos, dixit vt ostenderet in illis nullā esse virtutē. qui enim semel vincitur, potest euentum aduersum imputare fortunę. q vero nō tm̄ primo congressu, verum etiam secundo superatur, ipsum se fatetur suis partibus, & commodis defuisse. ¶Contra premere arma Latini.) Extollis imbelles: & deprimis bellatores, illos ire in ferrum dicis, & Latinos commemoras certamina formidare, quibus acre bellorum studium est, & amor sine trepidatione pugnandi. Laudis loco Latini dixit: propterea quia alio loco positum est, belloque frementem Italiam regere.) ¶Nunc & Myrmidonum proceres. Nunc & Tydides.) Dic

DONATVS.

¶Talibus exarsit dictis. Dat gemi. rump. q; has imo pecto. vo.) Ardens ante magis exarsit in Drancem talibus dictis maledicis. s. & iniuriosis: quod ęgre portabat, euomit. Rupit, inquit, vocē, & imo pectore gemitum dedit. Gemitus inde veniebat, quia vim Drance ferre non poterat pręsentib⁹ tantis, & rege. quod tāmen locus & tempus admisit & præsentia tanti ɔuentus in vocem rupit, quandiu patiēs oppresserat dolor. ¶Larga quidem semper.) Prępostera est. inqt, Drāce eloquētia tua. nam cum necessitas viros in arma compellit, tu concurris ad verba, & te delectat rhetorum mos, quia murorum munimento securus es. nō sic docuit ars militaris, vt sermone vincat, nec verbis debemus vti pro iaculis. Interea dum patres aliquid, tractare desiderant, primus aduentas, & tunc lingua placere contendis, cum tempus non loquaces sed armatos exposcit. ¶Sed non replenda est cur. verb.) Docebo te, inquit, sua temporibus dare. Pacem quęrit loquacitas tua, quā putas eē, cū nō sit. Fallit te ɔuētus iste maiorū, fallūt & murorum septa, quę a nobis paululum separant hostes. nō ne vides p fossas sanguinem fundi? ¶Proinde tona elo.) Tona, inuidiose posuit, quasi cœleste regnum portaret in lingua: vt nō iā loqui, sed tonare videretur solitus, tibi talis semper fuisti. nihil tibi nisi loquacitas subest. Loquere antequam totum tibi adimat clangor tubarum, fortium virorum strepitus, & fragor armorum. ¶Meque timoris Argue.) Accusa, inquit, timorem meum. sed tu solum Drance gloria mea es, quia non nosti pugnantes. Triumphos tuos & strages in hostem tuis manibus factas clatus enumera. ostēde agros, quos tua virt⁹ Trophęis effecit ingētes. Hęc oia isultāter ɔlecut⁹ est, quasi diceret, si nihil egi pugnando,

Dic nūc tu, qui contraria firmare cōtendis, videre arma Latinos, & tremere metu phrygū, duci Myrmidonum nomen. Hunc & Tydides & nunc Diomedes in Italia cōtremit, quos superauit in Troia, & larissæi Achillis. Et si Achilles superesset, etiā hunc dicere timuisse, & qui hæc falsis roborare cōtendis: hic aufidum fluuium immensum & magnū retro posse refluere, & quod in vndas adriatici maris formidet exire. Ecce hic subtilliter tāgit, quod legati ad Diomedem missi nullum viderint, & falsa professi fuissent. ¶Vel cum se pauidum.) Certe ait quale illud scelerati cōmētum est, timorem fingere, accusationes duras exercere. ¶Nūquā animā talem.) Esto securus Drance, parcam tibi licet merearis interfici, nunquā enim dextra mea imbelles occidit, sit magis tecū anima tua, habitetq; in tuo pectore. melius enim de te suppliciū dabitur votis meis, si diutius viuas, & pœnas iugiter liuoris expendas.

ASCENSIVS.

¶Talibus, &c.) Subinfert respōsum Turni multū in Drācē commoti, qui tamē prudenter & callide respōdet, nā cum inficias ire nequiret oia dicta Drācis, personā vituperat, docetq; importunā eius facūdiam nec vsque quaq; veram, nam se fugisse pernegat, ostēditq; paratum in hostes prodire multamq; stragem edidisse: nec per se stare quo minus sit pax cum nō illator sed defensor sit iniuriæ: deinde cōfutato Drance ad Latinum placide respondet, vt in sequētibus videbimus. Donati autem verba sunt, Violētia Turni, Ante ardens magis exarsit. Ostendit autē Drancē vti præpostera eloquētia cum eo tempore manibus & nō verbis sit vtēdum. Iliaco tumidū Tybrin sangui. Magna pompa infert sua facta. Hæc ille. ¶Ordo est. Violētia Turni exarsit. i. excanduit talibus dictis. s. ipsius Drācis: dat gemitum. i. ingemuit & rūpit aut rupit: sed rūpit verius vt prius exarsisse ēt rumpere intelligatur, vnde dixit dat nō dedit gemitū rūpit ergo. i. violenter exprimit pectore imo. i. alto stomacho & ex intima intētione & summa indignatione has voces. O Drāce seu Drāces, larga. i. abūdans & torrens copia fandi fuit, sup. semper, tibi id est tunc cū bella poscunt manus. i. operationes nō verba & patribus vocatis ades primus s. in cōsultando: sed curia non est replenda verbis quæ Verba volant. i. effutiunt tibi tuto. i. extra periculum posito magna. i. ampullata & inflata: dū. i. interea dum agger murorū distinet. i. diuisum & seorsum a te tenet hostē: nec fossę inundant, id est adhuc sanguine. s. in oppugnatione interemptorū. Proinde, id est ideo tona, id est alte sona eloquio solitū, id est quæ res ē solita tibi aut tona solitū, id est rem solitam tibi. s. verbosam sine re: & o Drance tu. s. qui meticulosissimus es nec vnq; quicq; pulchri gessisti, argue me. s. qui semper audētissimus habitus sum timoris, idest meticulositatis. q. d. id iniuste & inepte facis. Nā dic mihi, quādo tua dextera dedit tot aceruos stragis. i. stratoꝝ hostiū, & qū dedit, sup. tot agros insignis. i. insignitos passim trophęis. s. a te in fugā versoꝝ aut spoliatoꝝ, ac, sup. mea dextra. q. d. id nō poteris dicere. Et si dicas tibi nō fuisse facultatē cū hoste dimicādi vt mihi licet. i. licitū est tibi, vt sup. experiare: qd virtus. s. tua viuida possit. s. nec hostes quęrēdi sunt nobis lōge qa circūstāt vndiq; muros s. ciuitatis nostræ, Imus in aduersos: & cū illum videret imparatū inquit quid cessas. i. differs exire in hostē: an mauors. i. mars hoc est animositas bellica erit tibi semp in lingua ventosa. i. vaniloqua, & istis. s. tuis pedib⁹ fugacibus. i. assidue fugere solitis. Pulsus ego. i. dicis ne q; ego pulsus sum, aut o fœdissime. i. nugator arguet quisq; merito. i. pro merito & iuste pulsum. i. in fugā versum cū. i. quādo videbit Tybrim tumidū. i. inflatū & crassum crescere sanguine Iliaco. i. Troiano & cū videbit totam domū Euandri procubuisse cū stirpe. i. propagine, quia vnicū filium interemerat, aut cū videbit Arcadas exhaustos. i. effetos & euacuatos ita vt nihil amplius possint armis. Bitias & Pādarus ingēs, i. Troiani illi duo maximi qui aperiētes portas castroꝝ, stabant p turribus, & a Turno interempti sunt, vt in nono visum est: & mille, supp. viri quos ego victor inclusus muris & septus. i. circūdatus aggere hostili misi sub tartara. i. ad iferos die. s. vno. i. spatio vni⁹ diei experti sunt me haud. i. nō ita. i. talem vt pulsum dicas. Et q;, supp. dicis. Nulla salus bello, nō eo inficias, sed tu demens, id est qui quid iustū sit non consideras: quia bellum non est imputandū defensori: sed prouocatori qualis est Æneas: qui pactā mihi e gremio auferre cōtēdit, & ideo cane. i. prædica talia capiti Dardanio. i. Æneæ, & rebus tuis quibus. s. nulla salus est per bellū: quia eas protegere nō audeas, pinde. i. & ideo quia sine ratione loqueris: ne. i. nō cessa turbare oia magno metu atq; extollere vires gētis bis victæ. s. sub Laomedōte, & sub Priamo, & premere. i. deprimere & vilipēdere cōtra. i. ecōtrario arma Latini. Proceres. i. primi ductores Myrmidonū. i. illorū populorū thessalię hoc ē Achilles & Patroclus tremiscunt nunc. s. sm iudicium tuū, arma phrygia quæ tamē superauerunt Tytides. i. Diomedes Tydei filius & Achilles larisseus. i. Thessalus ex Larissa Thessaliæ oppido tremiscunt, nūc phrygia agmina. i. nō vereris dicere victos victoribus esse terrori: & si tibi qui vires Troianas nimium extollis credere velimus psuaderes: qa aufidus amnis fluuius ille apuliæ rapidissimus oia auferens & secumtrahens, retro fugit, sup. vndas adriacas. i. fugit retrorsum præ timore linquēs mare adriaticū, vel. i. ēt cū scelus artificis. i. ipe scelestus artifex fingit se pauidum cōtra mea iurgia. i. fingit se nō audere verū dicere, & acerbat crimē formidine. i. innuit crimē meū multo maius esse si auderet: qui. n. cū timore loquuntur creduntur de re minus loqui q; sit. O Drāce absiste moueri. i. conturbari, tu nunq; amittes talē. i. tam vilē & meticulosam animam dextra hac, id est mea qua tam egregia gessi. q. d. idignus es, qui tā nobili dextra occidaris, & ergo habitet anima tua tecū tāquam indigno ergastulo, & sint i isto. s. tuo tam vili pectore.

PIERIVS.

¶Larga quidē semper Drāce tibi.) In codicibus aliquot antiqs Larga quidē Drance semper tibi, quod parui refert. ¶Dum distinet hostē agger murorum.) Seruius quidem, Distinet agnoscit. Sed in veteribus codicib⁹ aliquot. Dū detinet hostis aggere murorū. Vbi subaudiendū esset, se, vel quid huiusmodi, vt accingūt operi, superius. Apud Prisciā. quoq; in antiqs codicib⁹ variat ipa lectio, alijs detinet, alijs distinet. legētibus. Sed reliquum eodem exēplo legitur. hostes agger murorum: quod in vulgatis exemplaribus hostē, singulari habetur numero. ¶Nec inūdant sanguine fossæ.) Apud Priscianū, fossæ accusatiuo casu legitur. Inundo enim ait ille modo absolutā, modo actiuam habere significationem inuenitur. Virgilius. Dum det hostes agger murorum, nec inūdant sanguine fossæ. Etenim, Hostes replent fossas, vel inundare faciunt fossas. ¶Tona eloquio solitū tibi.) In plerisque codicibus antiquis, solito legitur. Sed solitum receptū, elocutione admodū eleganti. ¶Circunstant vndique muros.) In codicibus aliquot circundant, sed circunstāt, magis receptū. ¶Nūc & myr. Proceres phry. Arma tremiscūt.) Vt alibi sæpi⁹ obseruatū in Romano codice in Mediceo, & veteribus pene oibus. Tremescunt legitur media syllaba per, e, vocalem secundā notata. Eadē enim analogia tremor, pauor, calor. Tremebā, pauebam calebam. Tremesco, pauesco, calesco, bā in sco, mutata. ¶Et formidine crimen acerbat.) In Oblongo codice, in Mediceo & quibusdam alijs admodum vetustis, aceruat, legit per v, digammon. forte, vt solitā argumenti speciē, qua plurimum vtuntur oratores innuat. Sed enim acerbat per. b, mutam cum statio Virgilij metaphraste conuenit. Facinusq; relatu asperat Iliacum. & apud Claudianum, Crimenq; feri rectoris acerbat. Præterea Tibe. Donati paraphrasis. acerbat, legendum ostendit: tamet si ætatis vitio, v, consonantem. b. literæ sono proferentis. Aceruat in eius antiquo codice scriptum est, ait vero. Quale illud scelerati commentum, videlicet timorem fingere accusationes duras exercere. Durum enim cum acerbo congruere videtur. Vt mollia etiam mitia nūcupamus

Nunc ad te, & tua magne pater consulta reuertor,
Si nullam nostris vltra spem ponis in armis:
Si tam deserti sumus: & semel agmine verso,
Funditus occidimus: nec habet fortuna regressum:
Oremus pacem: & dextras tendamus inermes.
Quanq; o, si solitæ quicquam virtutis adesset.
Ille mihi ante alios, fortunatusq; laborum,

SERVIVS.

¶Cōsulta reuertor.) Consultor est qui cōsulit: cōsultus q cōsulitur: cōsultum vero res ipsa de qua quis cōsulit. ¶Si nullam nris vltra spem ponis in armis.) Insinuatione vtit. i. callido & subtili aditu ad psuadēdum. vult. n. dicere melius esse interire, quā pacē rogare, quod quia aperte nō audet dicere, latenter paulati ad hoc serpit. Nāq; īter pncipiū & isinuationē hoc interest. q principiū ē aperta rei enūciatio. Insinuatio aūt, vt dixim⁹, est callida & subtilis oratio. ¶In armis.) Aut meorū, aut Latinorū omniū gnaliter. ¶Si tam deserti sumus.) propter Diomedē

Universidad de Deusto Biblioteca

Egregiuſq; animi:qui ne quid tale videret,
Procubuit moriens:& humũ ſemel ore memordit:
Sin & opes nobis,& adhuc intacta iuuentus,
Auxilioq; vrbes Italæ,populiq; ſuperſunt:
Sin & Troianis cum multo gloria venit
Sanguine:ſunt illis ſua funera,parq; per omneis
Tempeſtas:cur indecores in limine primo
Deficimus?cur ante tubam tremor occupat artus?
Multa dies,variuſq; labor mutabilis æui
Rettulit in melius:multos alterna reuiſens
Luſit:& in ſolido rurſus fortuna locauit.
Non erit auxilio nobis Aetolus & Arpi:
At Meſſapus erit,felixq; Tolumnius,& quos
Tot populi miſere duces:nec parua ſequetur
Gloria delectos Latio,& Laurentibus agris.
Eſt & Volſcorum egregia de gente Camilla,
Agmen agens equitum,& florenteis ære cateruas.
Quod ſi me ſolum Teucri in certamina poſcunt:
Idq; placet:tantumq; bonis communibus obſto:
Non adeo has exoſa manus victoria fugit:
Vt tanta quicq; pro ſpe tentare recuſem.
Ibo animis contra:vel magnum præſtet Achillem,
Factaq; Vulcani manibus paria induat arma
Ille licet:vobis animam hanc,ſoceroq; Latino
Turnus ego,haud vlli veterum virtute ſecundus,
Deuoueo:ſolum Aeneas vocat:& vocet,oro.
Nec Drances potius,ſiue eſt hęc ira deorum,
Morte luat:ſiue eſt virtus & gloria,tollat.

Diomedē qui ſolus negauit auxilia. ¶Neq; habet fortuna regreſſum.) Omnia quæ ſibi poſſunt obiici ponit,ſed cũ ſolutionibus ſuis,nam & fortuna nō eſt immutabilis: & qui ſemel pellitur, iterũ in præliũ pōt reuerti: & ab auxilijs non ſunt penitus deſtituti, & i eorum exercitu eſt adhuc plurimum ſpei. Eſt autem ſyllogiſmus. ¶Quāq; o,ſi ſolitæ; quicquā virtuti adeſſet.) Nō ſe inertię arguit:ſed queriť de virtute omiſſa per negligētiā. O autē,dolētis eſt exclamatio,& itelligimus immoderatā eſſe illic eius orationē. nā exarſit dolore,quia aperte nō potuit dicere moriendũ potius eſſe, q̃ hoſtes rogandos: quod tamen dixit cōferens ſe ad alias perſonas, & laudās eos quib⁹ cōtigit perire ne iſta conſpicerēt. ¶Ant e alios.)Melior omnibus preferendis. ¶Fortunatuſq; laborũ.) Sicut, Læta laborũ:& eſt Grecum, ἐυτυχία τῶν πόνων. ¶Tale videret.) Vel hoſtes rogare: vel, qđ latēter inſinuat, tradi alteri ſibi ante deſpōſatam. ¶Semel ore momordit.) Cito,confeſtim: id eſt q tota mortis celeritate cōſumptus eſt. Vulnerati aũt ſolent vel terram vel arma mordere,ne dolorē eo℞ indicēt gemitus. Lucanus de Pōpeio,Timuit ne quas effundere voces Vellet,& æternā fletu componere famā. ¶Vrbes Italæ.) Quia Diomedes peregrinus fuerat, nā hoc dicit,Habemus robur Italũ,nō Græcũ militē,inertē & diſſolutũ. ¶Superſunt.) Superabũdant,adſunt vltra quā bella depoſcũt. ¶Sin & Troianis cũ multo gloria venit Sāguine.) Mire agit poſt cōfirmatas partes ſuas,Troianorũ vires imminuēs. Quid.n. proderat dixiſſe q ſupereſſent Latinis auxilia, ſi etiā Troianorũ integræ vires eſſe probarenť? Cũ multo gloria venit Sāguine.) Ac ſi diceret,Nō eſt iudicanda victoria, quæ per immenſa detrimēta cōtingit:& hoc eſt vnde laudat Salluſtius duces qui victoriā incruētato exercitu reportauerũt. ¶Sunt illis ſua funera.) Id eſt Troianis. Legiť & illi: & aut Ænee intelligimus, aut aduerbiũ loci ē pro illic:vt in ſecũdo,Patet iſti ianua leto,pro iſtic. ¶Parq; per omneis tempeſtas.) Sic alibi,Quanta per Idæos ſæuis emiſſa Mycenis Tēpeſtas ierit campos,nam bello crebro comparat tempeſtatē. ¶Indecores.) Decor decoris facit,ſicut author authoris: decus decoris,ſicut pectus pectoris,ſimiliter facit & in cōpoſitione,indecor indecoris,indecus indecoris. Ergo in neutro,co, breuis eſt,in maſculino produciť. Vnde apparet Syſtolē feciſſe Virgilium,nā indecores nominatiuus pluralis eſt a maſculino, ab eo quod eſt indecor, nā non poteſt hic indecus dici:neutrum enim in us terminatũ,maſculinum ex ſe non facit. Aut certe dicamus indecores,declinationē eſſe,cuius nominatiuus ſingularis nō inueniť. ¶In limine primo.) Quaſi in ipſo initio & aditu infelicitatis,& ad illud reſpexit quod ſupra dixerat,Et ſemel agmine verſo Fũditus occidimus. ¶Multa dies.) Illi rei vehementer incumbit. quia dixerat,Neq; habet fortuna regreſſum: dicens fortunā tam labores quam felicitatem pro temporum qualitate mutare. ¶Dies.) Tēpus. ¶Luſit.) Decepit:vt, Quid natũ toties crudelis tu quoq; falſis Ludis imaginibus? ¶Et in ſolido rurſus fortuna locauit.)Subaudis multos:& eſt ſenſus,In ſolidũ reuocauit oppreſſos, & pauloante derelictos: luſit vero: & decepit felices. ¶Non erit auxilio nobis Ætolus,& Arpi.) Redit ad rem: quia occurrebat,Sed negantur auxilia. Ætolum autem dicendo,eius vires ex Græcæ gentis commemoratione debilitat. ¶At Meſſapus erit, felixq; Tolumnius.) Bene duo iunxit quæ quæruntur in bello, fortitudinem,& felicitatem. Nam de Meſſapo iam legimus, Quem neque fas igni cuiquam, nec ſternere ferro. Vtrunque autem cōtra Diomedē dixit, quē dicendo Græcum,inertē ſignificauit. Infelicitatē autē eius ſupradicta legatorũ verba teſtanť. ¶Nec parua ſequetur gloria.) Liptotes figura. minus enī dixit q̃ voluit. nā hoc ſignificauit,Latina pubes celerrime victoriam adipiſcitur: quam Græci vix poſt decenniũ ſunt adepti. ¶Eſt Volſcorũ egregia de gēte Camilla.) Vt in ſeptimo, ſegregat eam a virorũ multitudine,& quoniā a ſexu non poteſt laudat ex gente. ¶Quod ſi me ſolum Teucri in certamina poſcũt.)Quia audiuit,Illum aſpice cōtra Qui vocat, etiam vltur ductu, nam oblique pmittit ſe ſingulari certamie dimicare velle, cũ nolit. Simulater etiā in duodecimo ait dicens irriſorie,Sedeāt ſpectentq; Latini. ¶Tātumq; bonis cōmunibus obſto.)Et intātum obſum cōmodis publicis, vt niſi ſolus dimicauero, concidat vniuerſa reſpublica. ¶Nō adeo.)Non multum, nam vereo cũde dicit aſſuetam manibus ſuis eſſe victoriā. ¶Tanta pro ſp.) Vt ſolus dicatur ſeruaſſe rēpublicam. ¶Ibo animis cōtra.)Ac ſi diceret,Deſunt corporis vires. ¶Vel magnũ preſtet Achillē.) Et pſto illũ.i.melior illo ſum:& pſto illi dicimus. Cicero i Cęſarianis,Tāto ille ſuperiores gloria vicerat,quāto tu oibus prȩſtitiſti. ¶Vulcani manib⁹ paria iduat arma.) Bene addidit Paria nā etiā Æneas habuit arma Vulcania,licet poſſum⁹ dicere qđ hoc Turnus ignoret:nō tñ hoc valde idoneũ cōprobatur. ¶Vobis animā hāc,ſoceroq; Latino. Bene ſibi & fauorē cōciliat populi,& a ſoceri nominis pıudicio Latini iplicat voluntatē. ¶Vlli veterũ virtute ſecũdus.) Dicimus & ſecũdus illi,& ſecũdus ab illo. ¶Nec Drāces potius ſiue eſt hæc ira deo℞,morte luat:ſiue eſt virtus & gloria,tollat.) Sēſus obſcure qdē dictus, ſed facilis & q de vſu nũq̃ recedit. Nā ita irati de inimico dicere cōſueuimus, Abeat,nec bonis meis nec malis reb⁹ iterſit: nolo ſit aut mei particeps glorię,aut mihi inuidiā ex infelicitatis cōmunione cōmoueat. Sicut nũc de Drāce dicit,Siue eſt hæc ira deorũ, morte luat, id eſt,Si pereundũ eſt iracũdia deorũ,nolo inuidiam ſuſtinere, ſi Drāces forte pariter moriať. Si vero me virtus & gloria comitabuntur,nolo ignauus felicitatis alienę ſit particeps:ſi dum meis pugnat auſpicijs forte ſuperaret.

DONATVS.

❡Nũc ad te,m tua ma.pa.) Ex oratione turbulēta,quam pro rątione perſonę protulit, ad mitē atq; humilē repēte cōuerſus eſt: vel quia cũ rege inſtituerat loqui, vel cũ eo, quē ſocerũ ſibi eſſe cupiebat. Plus tamē oſtendit,ſe ſocero deferre, q̃ regi, dicendo, Magne pater,alioqui diceret magne rex. In ipſa tamē trāquillitate ſermonis eſt quędam conſiliorũ talium atque diſpoſitionum occulta vituperatio,nũc ad te ait magne pater redeo,& ad cōſulta tua:patrem videtur dixiſſe,quaſi honorificentiæ loco, vtpote, qui loquebať vt gener, vt oſtenderet,quod diximus, plus ſe ſocero deferre,q̃ regi. Sed alia loquētis intentio eſt, ſumma enim diſpoſitionũ Latini diſplicebat Turno: denique poſt appellationē patris ſecuta propoſitio eſt:qua oſtēdit ſe de illius cōſilijs tractaturũ:vt oſtēderet improuidum patrē, ergo appellatione magni patris irriſionē induxit obliquam,quaſi diceret, qualis pater es, qui nō recte conſulis filiæ tuę? qualis pater,cui ſuaſum eſt facile, vt amiſſa affinitate ciuis,nudo,peregrino, naufrago filiam tuam dare feſtines? Si nullam noſtris.) Quatuor poſuit cum varietate mirifica,quæ tamen Latini & cæterorum deſperationem deſtruere potuiſſent. Si,inquit,armis noſtris ſpes nulla eſt. Si omnia noſtra ſecunda deficiunt, & ſic concidimus,vt ſurgendi facultas vlterius

tius non ſit,& fortuna noſtra ſic abijt, vt remeare non poſſit,aut nolit. ¶Oremus pacem.)Oremus indignũ & depoſitis armis tendamus vacuas manus, Hęc nō ſic pſequitur,vt ſiant: ſed vt oſtendat concilij illius quaſi iners fuiſſe factũ. Diſputat qppe repetito certamine ſuperari poſſe ꝯtraria,nō ſic,inquit, pugnatum eſt, vt defectio grauis videatur extitiſſe:nec ſic cōcidit dimicationis cōuentus,vt expediat vrgente deſperatione ſuccumbi:pōt iterum, vñ abijt,felix redire fortuna,orandam videlicet pacem, & inermes dexteras eſſe tenēdas,ironicos poſitum, quaſi reuera orāda eſſet pax,& adijcienda his generibus virtus:& quę in hoſtis iugulum armatę tendi debuerāt,inertes ad eorũ genua dexterę verterentur. ¶Quanq̃ o ſi ſolitę. ¶Multi totum iungũt, & quod generaliter optauit,& quod cœpit ſignare p ſpecies: quod fieri ditionis natura non patiť. Proinde ſeparatum eſt, quod ait,quanq̃ o ſi ſolitę quicquā virtutis adeſſet. Hoc enim optantis eſt, illud vero,quod ſecutũ eſt,hoc fuit,quod optabatur. Ille mihi añ alios ille,inquit,vel maxime cui profuit,quod fortiter cecidit,ne tale dedecus cerneret,q fuerat felix magni animi,& in laboribus patiens. Laudat fortunam viri fortis,& non dicit nomē, oēs tamen Mezentium ſentiunt,qui cũ ſua felicitate procubuit, nec ad illa cōcilij ludibria reſeruatus eſt,vt ſumeret pręmia,qui nō vicerat, & q vinci potuerat,rogaretur. Qui nequid tale videre,pcubuit moriens. Sic poſitũ eſt,quaſi non victus cecidiſſet, ſed voluntate ſua. Hoc ideo,vt victoris minueretur gloria,& pręueniſſe taliũ conſiliorum turpitudinem crederetur, qui neceſſitate potiusq̃ voluntate conciderat. ¶Sint & opes nobis.) Affuit partibus ſuis, & ea quibus grauabatur extenuationis artibus releuauit, inducta,ſcilicet comparatione. Nos, inquit, ſi priores opes perdidimus,habemus alias,primum intactam iuuentutē,iuuentus intacta eſt, quę dum interſuit bellis perindeq; robore integro & ab omni certaminum fatigatione diſcreta monſtratur,ſunt & auxilia multa℞ vrbiũ multorũq; populorũ,totũ falſum aſſerebat, cæterum ſi verum eſſet,oſtenderet expreſſe vrbium nomina, & vocabula gentium,vel hominum demonſtraret. Hæc fuerunt pro partibus Turni,dicit iam alteri⁹ partis incōmoda grauia ſatis & pernicioſa,vt parem oſtendat vtriuſq; partis extitiſſe fortunam, ſi conſtat,inquit, etiam Troianis nō ſine infinitorum cæde,gloriam proueniſſe ac perdidiſſe infinitam iuuentutem, quam illorum putamus extitiſſe victoriam? Vicit ille,qui ex congreſſione belli ſine clade diſceſſit. At iſti & amiſerunt ſuos, & pari certaminum tempeſtate ſubuerſi ſunt,quę cũ ita ſint, cur in ipſis initijs deficimus:& ante ſonitum tubę grauiter contremiſcim⁹? Et ante ſolitus eſt, vtcũque releuare malorum apertorum inuidiā, & vera falſis obruere, nam non ęqua vtriuſque partis calamitas fuit,nam in ipſis vis grauior magis & nō initium fuerat belli,qñ iam conſtabat ſæpe & male pugnatum: tremorem autem nō repentinum fore ex tubarum clangoribus, ſed vſitatum & ex aduerſis malis antiquum. Interea quia potuit in mendacio conuinci,addidit etiam iſta conſentiens ſubtiliter veris. ¶Multa dies variuſq; labor.) Certe,inquit, ſi aduerſo euentu pugnauimus, detrimēta ſuperioris tēporis futuris poſſumus ſucceſſibus reparare: Ludit enim homines fortuna,& ſuperiores deijcit aliqñ,& erigit aliquando deiectos. Multa dies hęc præſtat, & indefeſſa laboris inſtantia:venient meliora poſterius,& noſtra cōmoda prouentu meliore firmabũt,reſpondet & illi parti, qua Diomedes dictus eſt auxilia denegaſſe. ¶Nō erit auxilio nobis.) Inde, inquit, conſilio & mente defeciſtis, quia Diomedis ſocietas vobis prodeſſe noluit. ¶At Meſſapus erit.) Qui vere fuerant, hos proprijs nominibus deſignauit:quos falſo aſſerebat,generaliter tetigit,quos velut tot populi duces miſerant:non, inquit, parua ſequeť gloria,quos habemus ex ciuibus lectos latio & Laurētibus agris. Laudis loco eſt poſitum,vt natura fortes intelliganť,quos Italia generat:quo℞ pręcipui,q meruerant deligi, hęc falſa aſſerebat,ſed his adiunxit veritatem,vt totum videretur eſſe credibile. ¶Eſt & Volſcorum.) Ecce poſitum eſt nomen quia plena laude preferre nō potuit,applicat,& per quę poſſet iure meritoq; laudari. Volſcorum,inquit,de gente eſt, quaſi apud Volſcos nō tantum viri verumetiam fœminę fortes eſſe videantur. Egregia de gente. In magno quippe populorum numero ſunt nōnulli,q cæteros nobilitate pręueniāt. Agmen agens equitum,creſcit laudis augmētũ,meruiſſe enim exercitum ducere, quātę eſt felicitatis? & florentes ęre cateruas,ne ignobilibus applicata videretur, nec eorum quantitas definitur, vt æſtimatio incerti numeri fidem veritatis excedens ducis meritum cumularet, plena Volſcorum prædicatio. Multi,inquit,fuerunt inſtructi eqs,& fortes, atq; armis ſplendidos ac refulgentes,qualis illa gens fuit,quā fortes viri? quando fœminę ipſorum & ire ad bellum non dubitant, & pficiuntur armatis. ¶Quod ſi me ſolum Teucri.) Conſenſus iſte non ex voluntate Turni,ſed ex neceſſitate veniebat, nam verba eius ſic prolata ſunt,vt volentem potius demonſtrarent. ſi,inqt, ſolus petor,qui cum Ænea congrediar, & hoc putatis cōducere commodis veſtris vt ex vnius fortuna pendeat vtilitas veſtra,& ego impedio,quod prodeſſe omnibus poteſt, cupiēs vobis pro voluntate veſtra eē cōſultum,conditionem propoſitam non recuſo,ne autem de ſe diffidere videretur, ait. Non adeo me deſeruit fortuna proſperior,vt recuſem,quod mihi afferre poſſit decus & gloriam. ¶Ibo animis contra.) Ibo magis obuius,nec expectabo dum veniat,oſtendam cunctis totum poſſe, qui plenis animis peragenda ſuſceperit. ¶Vel magnum præſtet Achillem.) Licet ille Achillem virtute præueniat: licet ille Vulcani donis armetur,ibo contra prouocaturus potius ſegnem,quam expectaturus hoſtis arbitrium. Paria arma,inquit,quia & ipſe habuit aliqua,quæ Vulcanus fecerat. ¶Vobis animam hanc.) Qualitas iſta verborum miſerationem potius ſignificabat, quam pugnaturi audaciam. Ego,inquit, vobis & ſocero deuoui animam meam,licet comparatione virtutis ſecundus veteribus non ſimilem nec ſe veteribus ęqualem fecit, quaſi cum arrogantia diceret ſe eſſe meliorem. ¶Solum Æneas vocat.) Verba repetit Drance,quia ſupra dixit,illum aſpice contra qui vocat:reſpondit ipſe. ¶Et vocet oro.)Opto,inquit,& rogo vt Æneas me vocet ſolum. vtraq; enim conditio pro me eſt. Si vicero,erit glorię meę, ſin alius certaminis exitus fuerit,ſequetur memoriam meā ingens fama, quod ceſſantibus vobis ſolus certare contēdi. ¶Nec Drances potius.) Vnum tantum nō dicat Drances,quia ipſius cauſa aut occubui, aut vici, neue ex aduerſis meis gaudeat,aut ex proſperis aliquā ſibi vendicet partem, ſcilicet ne dicat, ego hunc in periculum, miſi,aut impulſu meo factum eſt,vt certaret & vinceret.

ASCENSIVS.

❡Nunc ad te,)Poſtquam acerbe reſpondit dictis Drancis reuertitur ad dicta Latini,ad quæ placide reſpondet,non tamen, ſi Donato credimus, ſine ironia quadam: vnde Donati verba ſunt, Nunc ad te. Ex turbulenta oratione ad mitem redit. Magne pater. occulta ironia eſt,quaſi dicat quomodo magne pater qui nō recte conſulis filiæ tuæ? Ille mihi ante. Multi de Mezentio intelligunt. Procubuit moriens,quaſi intelligat nō victum ſed ſua voluntate cecidiſſe. Deuoui qualitas iſta verborum miſerationem potiusq̃ pugnaturi audaciam demonſtrat. Hæc ille. ❡Ordo eſt. O magne pater. ſ. Latine,ego reuertor,id eſt venio (nam nōdum fuit)ad te,& ad tua conſulta,id eſt concilia aut res de quibus conſultum eſt. Si nullam ſpem ponis vltra, id eſt poſt hac in noſtris armis & ſi nos ſumus tam deſerti derelicti ab auxilio deorum & hominum,ppriaq; virtute deſtituti, & ſi nos occidimus,id eſt occubuimus: funditus,id eſt penitus ad fundum vſque, aut funditenus agmine, id eſt exercitu noſtro verſo, ſcilicet in fugam ſemel:neque, id eſt & non & ſi fortuna non habet regreſſum, id eſt reditum cum fauore ad eum, vnde diſceſſerit, orem⁹ pacem, ſcilicet ab hoſte noſtro, & tendamus, id eſt protendamus ei dextras inermes,id eſt imbelles aut victas aut dedititias quāquā o, id eſt vtinam (voluit multa dicere vtpote vtinam ſit mihi iterũ cum hoſte congrediendi poteſtas:ſic in quinto. quanquam o ſuperent quibus hoc Neptune dediſti)Si quicquam virtutis ſolitę adeſſet,ſup.nobis:ille,ſupp.cenſeretur, id eſt haberetur mihi, id eſt a me ante alios,ſcilicet præſtans,& fortunatus laborum. ſ. executione: aut labo℞ pro laboribus: & egregius animi, id eſt habens egregium animum, qui ne videret quid tale. ſ. deditionem hoſti factam:procubuit moriens & momordit ſemel, id eſt vno impetu,humum ore,id eſt mordicus, hoc eſt morſu terram petens,ne viro forti vocem emitteret indignam: hoc eſt vtinā potius q̃ dedititius fiam,& me hoſti ſubſidam, aut illũ rogem ego occubuerim fortiter ſicut Mezentius, & Lauſus occubuerunt. Sin, id eſt ſed ſi,'&, id eſt ſimul ſpes ſint nobis & iuuentus adhuc intacta eſt nobis,& ſi vrbes Italę & populi Italię ſuperſunt nobis ad hũc auxilium,id eſt qui nobis auxilio ſint. Sin,id eſt ſed ſi gloria. ſ. victoriæ venit Troianis cum multo ſanguine,ſcilicet ſuorũ effuſo,& ſi illis ſunt ſua,id eſt propria,& merita funera, & ſi tempeſtas fuit ſupp. per omnes cur nos indecores, id eſt contra decus agētes deficimus in primo limine,id eſt in principio belli cũ iam ſemel duntaxat bellatum ſcit,aut tremor occupat artus ante tubam, id eſt priusquam per tubam prouocaremur in arma. Dies,id eſt tempeſtas varia, & varius labor, id eſt conatus & caſus:ęui,id eſt vitæ noſtrę mutabilis rettulit multa ī melius, id eſt meliorem exitum quam incepta ſint fortuna reuiſens alterna. id eſt

Universidad de Deusto
Biblioteca

id est alternatim modo hos, modo illos, lusit. i. illusit & depressit multos, & locauit rursus. i. iterum. s. iam illusos: in solido. s. statu Ætolus, i. Diomedes cum suis nō erit nobis auxilio. i. ponamus quod nō auxiliabitur nobis, & arpi. i. populi arpenses non erunt nobis auxilio: at. i. sed Messapus, s filius Neptuni, & Diomede præstātior atq; felicior erit, sup. auxilio nobis, & Tolūnius felix. s. in bello, & non felix vt Diomedes erit nobis auxilio, & duces quos tot populi misere. i. miserūt supp. erunt nobis auxilio, nec parua, immo magna gloria sequet delectos Latio. i. in ea Italiæ parte, & agris laurētibus. i. sine externo milite superabūt, est. s. auxilio nobis Camilla. s. virgo bellatrix, de egregia. i. prestanti gēte Volscorum. i. illorū populorū Italiæ agens agmē. i. dux equitū, & agens cateruas. i. copias coadunatas, florēteis ære. i. armis æreis, quod si Teucri poscūt me solum in certamina. s. singularia, vbi ignauia Teucrorū notat cum multi vnū petant: aut oēs lętentur periculum a se in ducē coniectū, & si id placet. s. tibi o rex, & ego obsto tantū. s. quantū Draces dicit bonis cōibus. i. paci cōcordiæ, ac saluti. reip. victoria nō exosa has manus nō fugit adeo. i. vsq; adeo & ideo intātum has manus. i. non tam diffortunatus hactenus in bello fui, vt recusem tētare. i. anniti, & conari (qua i re extenuat vires suas & latenter se Ænea inferiorē faettur) quicquam, id est quantumlibet difficile pro tāta spe. s. pro rebus cōmunibus, ibo contra. s. Æneā, aut obuiam Æneæ, animis, quia de viribus corporis veretur, vel. i. etiā si præstet. i. exhibeat, aut superet viribus magnū Achillem, qui. s. Hectora vicit, & licet ille induat arma paria. i. armis Achillis, facta manibus Vulcani: qualia Æneas reuera habuit, licet id ignoraret Turn⁹, sed sciuit Achillē habuisse arma Vulcani manibus facta qæ illi Thetis mater exornauerat. Ego Turnus; haud secūdus vlli. i. nō inferior vllo veterū virtute, licet forte felicitate deuoueo, aut vt Dona. legit deuoui. i. morte addixi, vobis, s. o Latini, & Latino socero, id ē pro salute vestra. Si sup. verū est, vt tu dicis Drance q⁹ Æneas vocat me solū: ego oro, id est opto & bene volo vt vocet, id est sine eū vocare paratus sum: sed nihil ad te: nolo nomē tuū interponas hoc ē, nec sup. oro aut volo: vt Drances luat morte. s. hoc discrimē belli potius. s. q̄s ego siue hęc est ira deorum. i. siue diis iratis & nobis aduersis bellare occepim⁹: siue hęc est virtus & gloria. i. siue ex hoc bello maneat q̄s q̄s per virtutē gloria Dracēs nō tollat, supp. idest nolo Drances aut succūbat aut vincat vbi solus Turnus voceſ quia præstātius geret Turnus q̄s ipse onus belli. Et ita de se & de Dracē presente quasi de alio in tertia persona loquiſ, vti moris est quoties in nomine aut nostro aut eius ad quē loquimur siue dignitate siue in dignitate pondus est.

PIERIVS.

¶Nunc ad te & tua magne pater cōsulta reuertor.) In Romano codice & aliquot alijs antiquis, magna, legiſ: quippe cōsulta, qa de summa belli & pacis agebatur. Sed omnino magne pater Tib. Donatus legit. Vt vero quātū amiserimus detestabili eius facinore, qui tam docta cōmentaria mutilauit, aspicere vnusquisq; possit:

SERVIVS.

¶Castra Æneas, acieq; mouebat.) Id ē ducebat exercitū vt Nos castra mouem⁹. Lucanus, Brūdusium decimus iubet hāc attingere castris, id ē decima deductione. ¶Fremit arma iuuētus.) Hoc ē fremebāt arma: & militaris vox est. ¶Mussant.) Modo querūtur. Dissensu vario.) Alij enī Turni, & alij Drancis dicta probabant. ¶Piscoso ve amne Padusæ.) Padusa pars est Padi. Nā Padus licet vnus si fluui⁹, habet tamē fluenta plurima, e q̄bus est Padusa, q̄ quibusdā locis facit paludē, quæ plena est cygnorū. ¶Per stagna loquacia cygni.) In quib⁹ habitāt cygni loquaces. Rauci autem, τῶν μέσων est, nam modo canoros significat: alias voces pessimas, Iuuenalis, Rauci Theseide Codri. Sicut venenū & de bono & de malo dicitur

Padusa.

Illi hæc inter se dubijs de rebus agebant
Certantes: castra Aeneas, aciemq; mouebat.
Nuncius ingenti per regia tecta tumultu
Ecce ruit: magnisq; vrbem terroribus implet.
Instructos acie Tyberino a flumine Teucros,
Tyrrhenamq; manum totis descendere campis.
Extemplo turbati animi, concussaq; vulgi
Pectora, & arrectę stimulis haud mollibus iræ.
Arma manu trepidi poscūt: fremit arma iuuentus:
Flent mœsti mussantq; patres: hic vndiq; clamor
Dissensu magnus vario se tollit in auras.
Haud secus atq; alto in luco cum forte cateruæ
Consedere auium: piscoso ve amne Padusæ
Dant sonitum rauci per stagna loquacia cygni.
Immo (ait) o ciues arrepto tpe, Turnus, TVR.
Cogite concilium: & pacem laudate sedentes:
Illi armis in regna ruunt. ¶Nec plura locutus PO.
Corripuit sese: & tectis citus extulit altis.
Tu Volusę armari Volscorū edice maniplis: TVR.
Duc (ait), & Rutulos equites Messapus in armis:

dicit vt odor malus & bonus vocaſ. ¶Arrepto tępore.) Inuēta opportunitate. ¶Sedentes.) Pigri, vt, immunisq; alienā sedēs ad pabula fucus. ¶Armari edice.) Figura est. Die vt armenſ. Edice autē plenus est imperatiuus, nam ab omniā cōingationum infinito, detracta re syllaba, fit imperatiuus: vt amare, ama: docere, doce: legere, lege: audire, audi. Cū autē Fac vel Dic dicimus, Apocopem verba patiuntur. ¶Maniplis.) Ars quidē exigebat vt Ma haberet accētum, Ni lōga quidē est: sed est ex muta & li qda: quod quoties fit, tertia a fine fortitur accētum, vt latebræ, tenebræ, tamē in hoc sermone vt secunda a fine habeat accentum vsus obtinuit. ¶Maniplis.) Signiferis: qa sēcūdū antiquū morē in legione erāt triginta: legio autem habebat septē cohortes, sexaginta

ginta centurias, licet in his rebus accessu tēporis ducū varietas semper mutauerit militiæ disciplinam. ¶Egtes Messapus in armis, Et cū fratre Coras latis diffundite cāpis.) Equites in armis, id est armatos, nā figura est. Messapus aūt vt discreet, vitauit ὁ μοιοτέλευτον. nā vitiosum erat Voluce, Edice, Messape. Ergo Messap⁹ aut antiquus vocatiu⁹ est, vt, Hesperidū fluuius regnator aquarū. Item, Socer arma Latinus habeto, aut certe nominatiuus est pro vocatiuo: quanquam possit ēt nominatiuus ē, vt sit, Messapus & Coras equitē diffundite, p̄ diffundant, melior tū est sensus superior. ¶Cum fratre Coras.) Scilicet cum Catillo: nam legimus, Catillusq;, acerque Coras. ¶Qua iusso.) Pro qua iussero: & est antiquum. ¶Ilicet.) Confestim, illico: quod ne diceret, metri necessitas fecit. nā illico dicimus. ¶Magna incepta.) Quia de pace cogitabat quæ impleri non potuit. Multaq; se incusat.) Pro Multum. Et est Græca figura. ¶Genęq; asciuerit vrbi.) Propter vrbem, Lucanus de Catone, Vrbi pater est, vtpote maritus. Gener autem ideo dicit: quia ad augendum genus adhibetur.

Et cum fratre Coras latis diffundite campis.
Pars aditus vrbis firment: turresq; capessant:
Cętera, qua iusso, mecum manus inferat arma.
Ilicet in muros tota discurritur vrbe. PO.
Concilium ipse pater, & magna incepta Latinus
Deserit: ac tristi turbatus pectore differt.
Multaq; se incusat, qui non acceperit vltro
Dardanium Aeneam, generumq; asciuerit vrbi.

DONATVS.

¶Illi hæc inter se.) Reprehensio est Latinorū, & Æneæ maxima laudum prædicatio. tempore enim, quo dubia tractabantur, hoc est incerta, cū euentum in ancipiti habent, cum deberet celeriter statui, quid omnibus rectę conduceret, illi trahebant nō tractati bus publicis sed priuatis tempus, alīq; dicendo, audiendo alij. castra Æneas mouebat, non parietes castrorū sed exercitus copias, non iam passim aut confuse sed structa acie atq; ordinibus ita ac si hostis adesset ex more cōpositas. ¶Nuncius ingenti.) Subit⁹ nū cius per regia tecta ruit cum ingenti tumultu. ¶Magnisq; vrbē terroribus implet.) Moraliter nunciū describit. Primo domum regis, deinde magnis terroribus implesse ciuitatem. Duplici aūt rōne ad domum Latini primo peruenerat, vel quia rex ante omnes super rebus instrui debuit, vel qa illic fuerant primi oēs cōsiliū peragendi causa congesti, quo facto tota vrbs maiore desperationis horrore affecta est, subnectit quid nūcius ille apportasset. ¶Instructos acie Ty. a flu.) Vsqueadeo verus ille nūci⁹ fuerat, vt quam in infinito modo esset hostilis exercitus, & quā instructus, & ex quibus populis videretur esse collectus, & qua vel quā lata terrarum descenderet parte referret & diceret. Crescebat aūt metus, quod iā omnes campos cœpisset opplere. Quis non crederet ad bellum venire cōgestos: qui faciem pugnæ infinito modo & ordinum digestione monstrabantur? In his, quæ vt ostēdi, maioris metus causa proponuntur maiorem vim habēt infinito mō, vel generaliter dicta, vel inchoatiuo expressa, vt hoc loco. nā descendere cum nihil ostendat iam esse cōpletum, significat adhuc esse, quod descendat, ac p̄ hoc metū esse maiorem, cum infinitum appareat, & quātum adhuc supersit, nesciatur: hoc & generalitas prestat, dicebatur quippe venire Teucros, venire Tyrrhenos, & non saltem vel estimatus numerus reperiebatur, nam si sic ponetur, descenderunt, impleuerunt, hoc solum putaretur, qđ oculis subiacebat. ¶Extemplo turbati animi.) Insperatus nuncius cū eos motu vario diuersoq; turbauit, statim quippe confusa sunt atq; concussa vulgi pectora, terrorq; ipse iunxit augmentum, concussa, inquit, sunt vulgi pectora. plus est enim concuti, quā turbari & arreptæ stimulis haud mollibus iræ, animorū perturbatio & concussio pectorum ira omnes accenderat. ¶Arma manu trepi. pos.) Videbantur arma poscere, sed hoc nē sine trepidatione faciebant. ¶Fremit arma iuuen.) Fiducia iuuentutis nōnulli ducebantur, vt armati contenderent. ¶Flent mœsti.) Hęc enim maiores rei publicæ solicitudo tangebat, qui potiores in ciuita te fuerant, & quibus fuit genus ac substantia potior. Flebant ifti cum pro loco suo ipsi periculis proximi essent atq; detrimentis. ¶Hic vndique clamor Dis. va.) Dissensus varius fuit in illo cętu, cum diuersi vtpote in maxima multitudine diuersis animorum affectibus mouerēt: nec multus ille, aut sine fletibus patrum fuerat moror, sed ex Latini domo clamor ac voces referebantur ad exclum. ¶Haud secus, atque alto in luco.) Facta est comparatio auium minutarum, & potiorum secundum naturā suam descriptarum. Minores quippe leparatim se in luci arbores congerunt, atq; illic strepūt, Cycnos, q̄ sunt fortunę potioris paduſa facilius colligit, propter piscem, quem de eius flumine capiunt. ¶Immo ait, o ciues.) Magna obiurgatio Turni verbis paucissimis dicta. Quid trepidatis, inquit, habetis tempus ociosum? sedete potius, & bona pacis qeteriq; laudate, dum illi armis optata possideant. ¶Nec plura locut⁹ Corripuit sese.) Nō locutus est plurimis, quia ob stabat necessitas præsens, & multis loqui non debuit, qui in alijs multiloquiū reprehendebat, quapropter cū non plura dixisset, sese proripuit: & extra tecta citus exijt: mature. n. hosti debuit & properanter occurri. Cœpit iam dare mandata, & dispositionibus cōmodis suos potiores instruere. ¶Tu Volusę armari.) Aiunt manipulum dici ducētorum militum numeq; sub vno rectore cōstitutū. Iste igiē multos manipulos mandat armandos, & producendos in campū. ¶Duc ait, & Rutulos.) Scilicet vt manipuli & Rutuli isto curante regerētur. ¶Equites Messapus in ar.) Cōpendiose locutus est, qui festinabat aggredi certamen, vt Messapus & coras frater q; eius per campos equites funderēt. ¶Pars aditus vrbis firmēt.) Aditus vrbis portæ sunt vel minores ingressus, qui muniēdi fuerant omni cura, ne hostis intraret, propter meliorē vero tuitionē turres quoq; custodiendæ. ¶Cętera, qua iusso, mecū manus inferat arma.) Cętera manus, id est cætera multitudo mecū constituta, ferat arma, quo iussero. ¶Ilicet in muros.) Metu omnes exciti, qa extremum timebatur excidium, concurrebant ad muros ex omni ciuitate ipsam saltē defensuri, si possent. Ilicet ignis edax summa ad fastigia vento Voluitur, exuperant flammæ, & furit æstus ad auras. Assumptū ferē ex veteri consuetudine, sicuti retro meminimus, ex more iudicū, nā cū actus suos explesset hac voce preconem vtebantur, vt dicerent, ilicet, hoc est ire licet, vt vniuersi, q aderant, obseruationis solicitudine soluerentur. ¶Consiliū ipse pater.) Impediente ratione temporis, quo tāæ cladis nūcius venerat, differt Latinus consilium delertis magnis inceptis, hoc est actibus, cōmotus metu, scilicet instantis extitit, Inceptum dispositionem animi significare, & in primo libro ex persona Iunonis exposuimus. ¶Multaq; se incusat.) Nunc iungit ipsius incusationis multiformem causam. ¶Qui non acceperit vltro Dardanium.) Qui non vltro susceperit in affinitatem necessarium virum, commodumq; non tantum sibi verumetiam ciuitati, vltro ideo dixit, quia habere gratiam potuit ex voluntatis ratione, quod videbat futurum esse ex necessitate, incipit fieri, quod mandatis complexus est Turnus, vt portæ necessarijs præsidijs firmarentur.

ASCENSIVS.

¶Illi hæc inter se, &c.) Recitat quomodo dum Latinus cōsultaret: Turnusq; & Dracēs cōtenderent, Æneas motis castris vrbi imminebat, quę res vbi relcita est varijs rumoribus cōmouit vrbē, Turno copias colligēte, & ducibus cum exercitu instructis se ad pugnam parante, Latino vero conciliū re infecta dimittēte, vnde nihil extat Donati. ¶Ordo autē est. Illi scilicet Turnus & Drances, aut Latini omnes agebant hæc certātes, inter se de rebus dubijs, id est consultabant, & dissertabant dum sup. Æneas mouebat castra & aciem, id est instructam multitudinē populorū. Ecce. q. d. ex improuiso nuncius ruit, id est præcipitanter currit, tumultu. i. tumultuose, aut cum tumultu, per tecta regia, id est p regiam Latini & implet vrbem magnis terrorib⁹ nūcius. s. Teucros instructos acie: & manum Tyrrhenā, id est exercitū etruscorū descendere totis campis a flumine Tyberino, vbi prima castra locauerāt. Animi scilicet populi & potissimū vulgi turbati, sup. sunt extēplo. i. illico e vestigio, & pectora vulgi sunt ꝯcussa, id est attonita & perplexa, & iræ, & id est furores: sunt, supple arrectę, i. accęsæ stimulis haud mollibus. i. pūcturis duris & difficilib⁹ toleratu, ipsi trepidi poscunt arma manu, idest simul poscunt & querūt, iuuētus tremit, id est cū fremitu efflagitat arma, patres, id est seniores mœsti flent & mussant. i. taciti intra se murmurāt, & q̄rūtur. magnus clamor tollit̄ hic, id est mō vndiq;, id est ex omni parte se in auras vario dissensu, quia alīq a Turno: alīq a Dracē dissentiebāt, tollit dicit se in auras haud secus, id est nō aliter atq;, supp. se voces in auras tollunt cū cateruæ. i. ꝯolatus auium vt sturnorū cōsedere, id est simul sedem ceperunt forte in alto luco: aut q̄s Cycni rauci. i. canori cū raucedine quadā dāt sonitū per stagna loquacia. i. stridula & sonora Cycnoꝝ voces referātia, sup. in amne Paduſę. i. illius partis aut vt dicūt brachij padi: piscoso. i. piscibus:

Universidad de Deusto Biblioteca

scibus abundanti. Immo Turnus ait tpe arrepto.i.opportunitate inuēta: qa nactus erat occasionē audacter increpādi aut sic, immo ait Turnus o ciues cogite cōciliū tempore arrepto: sed prior sñia pręstat, nam nō cohortatur Turnus vt ciues rapiāt opportunitatem: sed ipse eā rapuit. Turnus igitur ait arrepto tēpore, id est postq ex subito assultu Æneæ opportunitatē habuit pcilij dissoluēdi, ait immo o ciues cogite cōciliū.i.consultate & laudate pacē sedētes, & est modus imperandi q vim prohibitiuā habet: nā vult dicere nō esse modo tēpus cōsultandi: sed bellandi aut saltē se defendendi. Nam illi.s.sęuissimi grassatores & hostes ruūt armis in regna.s.nostra. Nec locut⁹ plura corripuit sese & extulit sese altis tectis, & ait ad Volusum Volscum: tu voluse edic.i.impera & pcipe maniplis, p manipulis.i.manipularib⁹ hoc est signiferis militibus: armari.i.vt armenť. & duc &.i.ēt Rutulos. Messapus pro eo, quod est, & tu Messape, & Coras cū fratre.s.Catillo diffundite.i. diffuse reducite equites latis cāpis.i.i latos campos: aut sic Messapus & Coras cū fratre diffundite, p diffundant latis campis equites: nā si vocatiui essent diceret Messape & Cora cū fratre. qđ autē in tertia persona de eis loquatur indicant sequentia: vnde nō absurde legeretur diffundant vt sit spōdaicus versus: sed nihil p me immutatum volo. pars.s.ciuium aut militū: firment.i. muniāt & obstruāt aditus vrbis, & capessant.i.captū eant vt teneāt & defendant turres.s.muros cętera manus.i.armata multitudo: inferat mecū: quod fortis ducis verbum est. Nam & Alexander magnus & Cęsar

& Cæsar nō dixerunt ite sed eamus in hostem, inferat ergo mecū, id est vt ego, arma qua iusso, p iussero, illic &.i.illic statim: discurritur tota vrbe.i.ab omni parte vrbis in muros: ipse pater Latin⁹ deserit concilium.i.cœtum procerū, & magna incepta.s.de pace tractāda: ac differt.s.i aliud tēpus existēs turbatus tristi pectore, & incusat.i.arguit se multa.i.multū, se dico, qui.i.qa ipse non accęperit.s.in generū & regnum: Ænean Dardanium.i.a Dardano ortum & est acciuerit vrbi, i.ad vrbem aut in vrbem suā generū id est maritum filiæ & regem futurum.

PIERIVS.

¶Instructos acie.) In Oblōgo, Instructosq. Sed omnino, q. vacat. ¶Extemplo turbati animi. ¶In antiquissimo codi. Ro. legere est. Turbati animo, Sed turbati animi, nescio quid minus habet. ¶Dissensu magnus vario.) In antiquis omnib⁹, structura hęc est. Clamor dissensu vario magnus se tollit in auras. ¶Dant sonitum rauci per Stagna loquacia cycni.) Legere quidem est in codicib⁹ antiquis loquacia, & non inelegantem figurā, bonisq Poetis familiarem, ea lectione Seruius agnoscit. Antiqui tū aliquot codices, linquētia, Aliquot alij, stagna sonātia, legūt. Sed id forte sumptum ex aliqua paraphrasi. ¶Illi armis in regna ruunt.) In antiquis aliquot exemplaribus, ruant, habeť: sed fatendi modo: ut rē praesentē intento quasi digito indicet, magis mouet. ¶Ac tristi turbatus pectore differt.) Antiqua omnia exemplaria, quotquot legi, Tristi turbatus tempore, habent. Sed pectore, magis probatur.

SERVIVS.

¶Prefodiunt alij portas.) Id est ante portas, fossas faciunt: quæ res nimiā indicat desperationē. ¶Bello dat signū rauca cruentum Buccina.) Bū bello dat, nā buccina insonās, sollicitudinē ac bella denunciat. Sic i septimo, Qua buccina signum Dira dedit. Prælium autē tubæ indicant: vt, At tuba terribilem sonitū procul ære canoro increpuit. ¶Vocat labor vltimus omnes.) Omnes ad laborē vltima necessitas conuocat. ¶Necnon ad templum. Secundum Homerum qui inducit in summa desperatione matres ad tēpla concurrere, vt victoria q non potest virib⁹: possit deorum fauore conquiri. Sic eni monet Helenus.

Ἕκτορ ἀτὰρ σὺ πόλινδε μετέρχεο, εἰπὲ δ᾽ ἔπειτα
μητέρι σῇ καὶ ἐμῇ, ἡ δὲ ξυνάγουσα γεραιὰς
νηὸν Ἀθηναίης γλαυκώπιδος ἐν πόλει ἄκρῃ
οἴξασα κληῗδι θύρας ἱεροῖο δόμοιο,
πέπλον ὅς οἱ δοκέει χαριέστατος ἠδὲ μέγιστος
εἶναι ἐνὶ μεγάρῳ, καί οἱ πολὺ φίλτατος αὐτῇ,
θεῖναι Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν ἠϋκόμοιο.

¶Subuenitur.) Proprie, Matronę enim pilētis vehebanť ad templa pergentes: vt, Pilentis vehebantur matres in mollib⁹. ¶Dona ferens.) Peplum, scilicet vt dicit in primo, ideo dimisit hoc loco. Nam Homeri locus est de Hecuba peplum ferente, hoc modo.

αἱ δ᾽ ἄρ᾽ ἀόλλισσαν κατὰ ἄστυ γεραιάς,
αὐτὴ δ᾽ ἐς θάλαμον κατεβήσετο κηώεντα
ἔνθ᾽ ἔσαν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι, ἔργα γυναικῶν.

Et paulo post,

τῶν ἓν ἀειραμένη Ἑκάβη φέρε δῶρον Ἀθήνῃ
ὃς κάλλιστος ἔην ποικίλμασιν ἠδὲ μέγιστος,

¶Oculos deiecta decoros.) Sicut, Oculos suffusa nitētes. ¶De limine.) Ad preces festinantium mulierum ostenditur desiderium.

¶Armipotens

Præfodiunt alij portas: aut saxa, sudesq
Subuectant: bello dat signum rauca cruentum
Buccina: tunc muros varia cinxere corona
Matronæ, puerique: vocat labor vltimus omnes.
Necnon ad templum, summasq ad Palladis arces
Subuehitur magna matrum regina caterua,
Dona ferens: iuxtaq comes Lauinia virgo,
Causa mali tanti, atq oculos deiecta decoros.
Succedunt matres, & templum thure vaporant:
Et mœstas alto fundunt de limine voces.
Armipotēs belli præses Tritonia virgo, MAT.
Frange manu telum Phrygij prædonis: & ipsum
Pronum sterne solo: portisq effunde sub altis.
Cingit ipse furēs certatim in prelia Turnus: PO.
Iamq adeo Rutulum thoraca indutus, ahenis
Horrebat squamis: surasq incluserat auro,
Tempora nudus adhuc: laterique accinxerat ensem:
Fulgebatq alta decurrens aureus arce:
Exultatq animis: & spe iam præcipit hostem:
Qualis vbi abruptis fugit præsepia vinclis
Tandem liber equus: campoq potitus aperto:
Aut ille in pastus, armentaq tendit equarum:
Aut assuetus aquæ perfundi flumine noto
Emicat, arrectisq fremit ceruicibus alte
Luxurians: luduntq iubæ per colla, per armos.
Obuia cui Volscorum acie comitante Camilla
Occurrit: portisq ab equo regina sub ipsis
Desiluit: quam tota cohors imitata relictis
Ad terram defluxit equis: tum talia fatur.

¶Armipotēs belli pręses Tritonia virgo.) Antonomasia sunt, pprie, hęc aūt omnis oratio verbū ad verbum de Homero translata est, πότνι᾽ Ἀθηναίη ἐρυσίπτολι δῖα θεάων. ¶Præses autem belli.) Id est q præest omnibus bellis, cuius nutu semper bella tractātur. ¶Frange manu telum.) Aut tua manu, aut in ei⁹ manu tela confringe. Homerus. ἆξον δὴ ἔγχος Διομήδεος. ¶Et ipsum pronum sterne solo. Homer. ἠδὲ καὶ αὐτὸν πρηνέα δὸς πεσέειν. ¶Portisq effunde sub altis.) Homer⁹. Σκαιῶν προπάροιθε πυλάων. Bene autem sub ipsis portis, quasi ad quas festinabat Æneas vnū est & illud, Perfodiūt alij portas. ¶Cingit ipse furens certatim in prelia Turnus.) Oeconomica omnis hæc est. Nā Turnus ideo cū mora armatur, & intecto capite circa arcē incedēs admonet singulos vt a Lauinia possit videri, & vt sit maior causa dimicandi dū sponsę placere contendit. ¶Furēs) Amore Lauiniæ, quam videbat. Quod etiam sequēs indicat comparatio. nā dicturus est, Aut ille i pastus armētaq tendit equarum. ¶Cingit in prelia.) Vt preliari posset, vt si dicas, lego in aduocationē, id est vt aduocatus esse possim. ¶Iamq adeo.) Aut vacat adeo aut certe sic significat, vt sit sensus, Adeo sic preparatur in plia, vt & iam vniuersa præter Galeā arma portaret. ¶Thoraca indutus) Omnia quæ in ax exeunt Græca masculina, i obliquis casib⁹ a.p. ducunt, vt thorax thoracis, pirax piracis, Nam fœminina corripiunt, vt climax climacis: sed ad Latinum non transeunt. Phalanx vero & aliter exit, & peregrinum est etiam apud Græcos. ¶Alta decurrens aureus arce.) Illic enim & Amata fuerat & Lauinia. Homerus.

κνημῖδας μὲν πρῶτα περὶ κνήμῃσιν ἔθηκε
καλάς, ἀργυρέοισιν ἐπισφυρίοις ἀραρυίας.
δεύτερον αὖ θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνε.
ἀμφὶ δ᾽ ἄρ᾽ ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον
χάλκεον,

χάλκεον, αὐτὰρ ἔπειτα σάκος μέγα τε στιβαρόν τε
εἵλετο, τοῦ δ᾽ ἀπάνευθε σέλας γένετ᾽, ἠΰτε μήνης

¶Spe iam præcipit hostem.) Mente præoccupat hostis aduentū. ¶Qualis vbi abruptis fugit præsepia vinclis.) Etiam hęc cōparatio Homeri est verbum ad verbum translata.

ὡς δ᾽ ὅτε τις στατὸς ἵππος ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ,
δεσμὸν ἀπορρήξας θείῃ πεδίοιο κροαίνων
εἰωθὼς λούεσθαι ἐϋρρεῖος ποταμοῖο,
κυδιόων· ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χαῖται
ὤμοις ἀΐσσονται· ὁ δ᾽ ἀγλαΐηφι πεποιθώς,
ῥίμφα ἑ γοῦνα φέρει μετά τ᾽ ἤθεα καὶ νομὸν ἵππων.

¶Potitus.) Venit ab eo quod est potior potiris. nam vt etiam supra dixi, verbum hoc, modo tertiæ, modo quartæ inueniť eē cōiugationis. ¶Arrectisq fremit ceruicibus alte. ¶Alte arrectis ceruicibus fremit, non alte fremit, aut alte luxurians. ¶Ad terrā defluxit.) Dicendo defluxit, artem & quandam moderationem descendendi significauit, quæ est etiam in ascendendo apud huius rei peritos.

DONATVS.

¶Præfodiunt alij portas, aut saxa, sudesq Subijciunt.) Hæc fuerunt munimenta portarum, vt saxis & sudibus firmarenť. ¶Bello dat signū.) Cum enim hoc factum fuerit illico conseritur bellum. ¶Tum muros varia cinxere corona.) Imbellis ætas & saxis cinxit muros corona varia, varietatem fecerat mulierū, puerorumq diuersitas, at hos mistos potiusquam separatos debemus accipere, vt pueri cū matribus stetisse videātur. ¶Vocat labor vltimus omnes.) Non quo aliquid efficere potuissent, oppleuerāt muros: sed cum vltimo labore hoc est periculo suis parietib⁹ tuderentur. ¶Necnon ad templum.) Cum hæc agerentur, subuehebatur regina tendens ad templum & arcem Mineruæ ferēs dona. Subuehebať dixit, non ambulabat, quia defecerat animo, nec portabatur in totum, quia vtcunq iter faciebat pedibus suis. Ibat, inquit, ad templum, sed cōtinebatur vtrunq, vt peruenire potuisset. ¶Iuxtaque comes Lauinia virgo.) Legitur & causa malis tantis, quia multa acciderant mala: cū ea, inquit, & Lauinia pergebat, quæ fuerat malorum omnium causa, si enim nuptiarū eius controuersia non extitisset, tot nunquam fuissent aduersa. ¶Oculos deiecta decoros.) Deiecerat Lauinia oculos, vel propter inuidiam temporis, vel propter virginalem verecundiā. Potuit, inquit, habere fiduciam erigēdi oculos, cum pulchri essent: sed premebatur conscientia. sciebat enim se eē malorum omniū causam, & quid virgini cōueniret eunti per publicum nouerat. ¶Succedunt matres. ¶Ingressæ sunt matres, vbi fuerat dea. ¶Et templum thure vaporant.) Quasi plurima species thuris fauorem numinis multo maiorem in tāto periculo, puocare potuisset, sic officiosis manib⁹ altaria cumulabant vt vapore ipso tēpli partes vniuersi tepuissent. ¶Et mœstas alto fundunt de limine voces.) Quicquid mœroris animo retinebāt, flebilibus vocibus testabantur plangentes pręterita, & futura metuentes: hoc magis dolore concussæ, ne in Æneæ connubium Lauinia perueniret. nam icciro cū ea ad Mineruæ templum matres multæ congestæ sunt. fundunt, inquit. Tale est fundūt, quale est, templum thure vaporant, quasi precum copia extorquere posset numini, quod breuitas negbat implere. affectus hic expressus est fœminarū, quæ videbant studium suum i Turni successibus defecisse, & putabant adiumento numinis ac thuris copia & multilogo precum fieri posse, quod prouenire cupiebant. ¶Armipotens præses.) Tria posuerunt, quibus beneuolam redderent, quæ tamē tempori ac personę congruerent. bellum enim gerebať. debuit rogari, quæ in armis plurimum poterat, & omnib⁹ bellis præesse consueuerat, quæ autem in causa virginis fuerat rogāda. Subiungitur summa petitionis & ductionis genere, quod plonę mulierum conueniret. ¶Frange manu telum.) Tria quæsita sunt, vt frangeretur telum, quod manu portabat phrygius prędo, phrygius & prædo deportationis causa sunt posita. Cęterum Æneam debuerant dicere. volūt enim ex facto Paridis omnes Troianos esse raptores & castitatis violandę grauissimos inimicos, nomen Æneæ suppressum est, & dicta sunt ea, quę habere morsum inuidię potuissent. Et ipsum pronum sterne solo. vt confusus atque superatus in faciem caderet, hoc est enim pronum cadere, vt pcipitatus in caput vultū terræ collidat. Portisq effunde sub altis: vt eo loci fundatur iaceatq exanimis: vnde ab omnib⁹ fœminis e muris turribusq ac portis conspici posset. ¶Cingitur ipse furens.) Furens Turnus ipse quem maior tangebat necessitas belli, quē exagitauerant Latini dicta, & nimia constātia Drances inimici parabatur instructione bellica furore potiusquam consilio prouocatus. Ducebatur enim spe magna vincendi, vt post victoriam Lauiniæ nuptias obtineret, & vltionem congruam in perniciem exerceret: certatim dixit instanti properatione. ¶Iamque adeo Rutulum.) Armari istum generaliter dixit: vadit nunc ad species armorum & corporis membra. Iam, inquit, thoracā sumpserat, thoracis munimen adhibetur, vt virum fortem a scapulis contegat vsque ad ventris vltimam partem. Squamma est, quæ currente subtilitate artis sic componitur, vt serpentis imitetur exuuias. ¶Surasq incluserat auro Tempora nudus adhuc.) Post munimenta quippe totius corporis inducitur galea, tēpora nudus, genus esse locutionis similibus locis ostendimus. ¶Laterique accinxerat ensem.) Sumpsit alia, quibus muniret corpus suū, ensem vero, quo perimeret inimicos, lateri suo apte suspēdit. ¶Fulgebatq alta decurrens aureus arce.) Veniens ab arce totus aureus apparebat. ¶Exultatq animis & spe iam pręripit hostem.) Sic animis exultabat, vt hostem iam se superasse confideret, additur comparatio, quę carmina consueuit ornare. ¶Qualis vbi abruptis.) Præsepia quidem propter alimoniam grata sunt animalibus: sed diuturna retinentia vinculorum illis admodū grauis est. proinde pręsepia fugiunt, cum post exclusam inediā desiderium libertatis accedit, vt penseť luxuriando captiuitas, & ruptis vinculis tædiorum nexus nodiq soluantur. ¶At ille impastus.) Hoc est in pascua, armentaq tendit equarum, aut ventris aut libidinis causa raptatur. ¶Aut assuetus aquæ.) Aut certe festinat ad flumen, cuius aqua lauari consueuit. ¶Emicat.) Ipse exponit, quid sit emicat. ¶Arrectisq fremit ceruicibus.) Hoc erat emicare, placere sibi omni parte membrorum, dum arrectis ceruicibus se in altum erigit: dū per colla eius, perq armos ludētes comæ funduntť, hoc ad corpus, ad animum vero fremit, & luxuriatur pertinet. ¶Obuia cui Volscorum acie.) Desilire celeritatis habet & fortitudinis significationē, descēdere vero tarditatis vbi Turnum vidit stantem ante portas, vt honorificam sese mōstraret, mox equo desiluit. ¶Quā tota cohors imi.) Defluxit, hoc est ex alto ad plana peruenit: deferre enī Turno vniuersi debuerant imitati factum reginæ. ¶Tum talia fatur.) Quæ sint vel qualia videamus.

ASCENSIVS.

¶Præfodiūt, &c.) Docet quomodo ex pręcepto Turni Latini & Rutuli varijs studijs ciuitatem munierūt, vtq regina cū lauinia ceterisq nobilibus fœminis ad tumulum Palladis vt eam exorarēt perrexerint. Item quomodo Turnus armatus iamiamq exiturus obuiam habuit Camillam virginem ac bellatricē egregiā: de quibus omnibus est hoc solum Donati. Dona ferens Putabāt mulieres posse donis & precibus fauorē a dea impetrare. Hęc ille. ¶Ordo est. Alij, id est aliqui ex ciuibus aut præsidio vrbis pfodiunt portas.i.fossas fodiunt ante portas, quod summę desperationis indicium est, aut subijciūt saxa & sudes.i.stipites: buccina rauca, i.rauce sonans dat bello.s.ineundo signū cruentum.i. dirum: & cruoris effundēdi indiciū, tum.i.deinde, matronæ & pueri (qa labor vltimus.i.summus & maximus vocat oēs.i.omnis sexus & ætatis) cinxere muros varia corona.i.cętu in morē coronę circunstante. Necnon.i.& etiam regina.s.amata subuehitur, i.sursum vehitur ad templum & ad summas arces Palladis & hoc cum, sup. magna caterua.i.comitiua matrum.i. matronarum ferēs.i.afferēs aut offerēs dona.s.Palladi apta: hoc est peplū, & Lauinia virgo subuehitur, sup. comes.s.matri iuxta.i. ppe ipsam existēs.s.causa tanti mali.s.quantum bellū afferebat: & ideo deiecta, id est habens deiectos hoc est deorsum in terrā iactos oculos matres succedunt.s.tēplo & vaporāt tēplū thure & fundūt mœstas voces de alto limine.s.tēpli. O tritonia.i.Pallas virgo existens pses belli armipotēs.i.habēs potestatem super arma & bella frāge manu.s.tua.i.irritū fac telum prædonis.i. prædatoris phrygij.i. Troiani.s.Ænee qui Turno cōiugē & reginam pręripere & prędari conať, & sterne ipsum.s.prædonem pronum.i. inclinatū solo, id est ad terrā & effunde.i.eminenter funde ex equo.s.aut euacua vires eius: sub altis portis.s.nostris. Ipse Turnus furēs in plia cingitur.s.armis suis certatim.i.cū certamine ipsum armātiū, & iam adeo ipse indutus thoraca, idest munimēto pectoris: Rutulum, id est quali Rutuli vtuntur: horrebat squammis ahenis.i. æreis integumentis in modum squammarū piscium tactis: & incluserat.s.pri⁹ suras.s.suas.i.post tybias partes crurū: hoc est crura sua: auro, id est ocreis aureis, & ipse existens nudus adhuc tēpora, id est habēs tēpora adhuc nuda. hoc est nō dum galeata: quia armiger galeam vsq ad præliū ferre solet: accinxerat lateri ensem: & ipse aureus, id est aureis armis instructus fulgebat decurrens alta arce, scilicet regię qua Lauiniā videre sperabat, & exul- Ordo.

tat

tat animis & pręcipit, id est pręoccupat aut ante cōgressum capit nō re: sed spe: hostem. s. pręcipuum Æneam existens talis qualis equus liber: tamē & potitus campo aperto: fugit presepia. s. stabulorū vinclis abruptis: ille. s. equus tendit, id est petit impastus, id est prius quā pascatur. armenta, id est gregem equarum: aut potius sic tendit in pastus, id est pascua & armenta: aut assuetus perfundi flumine noto aquæ: emicat, id est fremit ceruicib' arrectis alte luxurians, id est petulāter & lasciue decurrens: & iubæ, sup. eius ludūt per colla, & per armos. Cui. s. Turno sic decurrēti, Camilla occurrit obuia: & hoc acie Volscorum comitāte & ipsa, Regina. s. Volscorū desiluit ab equo: sub ipsis portis, id est ante ipsas portas: quam tota cohors. s. Volscorum imitata, id est insequens defluxit, id est molliter descendit ad terram: equis relictis, tum id est deinde vbi pedes Turnum conuenerat fatur. s. Camilla. talia, qualia sequuntur.

PIERIVS.

¶Tūc muros varia cinxere corona.) Veteres codic. tū, legunt. ¶Causa mali tanti atq; oculos deiecta decoros.) hoc quoq; loco atq;, illud, dictionum omnium importunissimū, Virgiliani carminis candorem deturpauit, cū non inuenuste prius in antiquis codici. legeretur, vt causa mali tāti oculos deiecta decoros, absq; synalœpha, vt Hāc sine me spem ferre tui, audentior ibo, & illud, externo cōmissa duci Æneia puppis, ac huiusmodi pleraq; inuenio tamē scriptum in Roma. & aliis quibusdam codic. antiquis, causa malis tantis, non quod hac emendatione versum sustētare arbitraremur, sed qa apud Donatum ita legi videat, quia multa acciderant mala, cum ea inquit, & Lauinia pergebat, quæ fuerat malis omnibus causa, si enim nuptiarū eius controuersia nō fuisset, tot nunq̄ extitissent aduersa, sed quamuis ita Donatus interpretet, non facit tamē hoc, vt lectio ea, mali tāti, stare non possit. ¶Et mœstas alto fundunt de limine voces) Antiqua aliquot exēplaria, de pectore, legūt, sed cur. de limine, legendum sit, non ineptam affert Seruius rationem. ¶Armipotens belli pręses.) Dictionū, ordo in antiquis est codi. armipotēs, pręses belli tritonia virgo. ¶Rutulū thoraca indutus.) Codices antiq sunt, in quibus, inductus, habet, inducere autem, & Plinio, & Suetonio tranquillo induere est. ¶Cāpoq; potitus aperto.) In antiquis aliquot, potitur, est, verbi voce, quā lectionem, si diligenter aduertas, Seruius etiam agnoscit, dū docet, vnde potitur pene vltima breui, & vnde hoc ea producta descendat.

SERVIVS.

¶Sui merito, siqua ē fiducia forti:) Si vnusquisq; fortis habet aliquam confidentiam ex cōscientia fortitudinis suę, & ego audere nō dubito. Forti autem bene dixit: nam fortis cōmunis est generis. Hic autem hoc vult dicere nō sexū considerandū esse, sed robur. ¶Occurrere turmę.) Eqtatui: nam partem pro toto posuit. ¶Quas dicere Grates.) Secundum theoricam disciplinā discit se verba īuenire nō posse, quibus eius exprimat laudes: cū dixerit, O decus Italiæ. Sic alibi, Quibus cœlo te laudib' æquem? Cū præmiserit, O fama ingēs, ingētior armis Vir Troiane. ¶Sed nūc.) Ordo est Sed nūc mecum partire laborem, nam p Parenthesim dictum est. ¶Quando iste animus est supra omnia.) Id est, siquidē es magna: partire aūt ideo, quia illa dixerat, Solaq; Tyrrhenos equites ire obuia contra. ¶Quaterēt campos.) Ad camporum pturbationē. ¶Furta paro belli.) Insidias. Sallustius, Gēs ad furta belli peridonea. ¶Biuias fauces.) Fauces dicuntur itinera inter duos montes, loca angusta & peruia: dicta a fauciū similitudine. ¶Collatis excipe signis) Coniunctis ducibus quos cōmemoraturus ē. ¶Tyburtiq; manus.) Catillus & Coras.)

Turne, sui merito siqua est fiducia forti, CAMIL.
Audeo, & Aeneadum promitto occurrere turmæ:
Solaq; Tyrrhenos equites ire obuia contra.
Me sine prima manu tentare pericula belli:
Tu pedes ad muros subsiste: & męnia serua.
Turnus ad hęc, oculos horrēda ī virgine fixus. PO.
O decus Italię virgo, quas dicere grates, TVR.
Quas ve referre parem: sed nunc (est omnia quando
Iste animus supra) mecum partire laborem.
Æneas (vt fama fidem, missiq; reportant
Exploratores) equitum leuia improbus arma
Premisit, quaterent campos, ipse ardua montis
Per deserta iugo properans aduentat ad vrbem.
Furta paro belli conuexo in tramite syluę:
Vt biuias armato obsidam milite fauces.
Tu Tyrrhenum equitem collatis excipe signis:
Tecum acer Messapus erit, turmęq; Latinæ,
Tyburtiq; manus: ducis & tu concipe curam.
Sic ait: & paribus Messapum in prælia dictis POE.
Hortatur, Sociosq; duces: & pergit in hostem.
Est curuo anfractu vallis, accommoda fraudi,
Armorumq; dolis: quam densis frondibus atrum
Vrget vtrinq; latus: tenuis qua semita ducit:
Angustæq; ferunt fauces, aditusq; maligni.
Hanc super in speculis, summoq; in vertice montis
Planicies ignota iacet, tutiq; receptus:
Seu dextra, lęuaq; velis occurrere pugnæ:
Siue instare iugis: & grandia voluere saxa.
Huc iuuenis nota fertur regione viarum:
Arripuitq; locum: & syluis insedit iniquis.

¶Ducis & tu concipe curā.) Sicut ergo, nam nō dicit sicut Messapus aut alii, ne ei facere iniuriam videatur. Cōcipe autem, simul cum illis sume. Cō enim est coniunctiua particula. Vnde & conuocari de plurimis dicimus. ¶Valles.) Metri necessitate compellimur vt Vallis dicamus. Statius, Vallis in amplexu nemorū sedet nā plenum est Valles, sicunt nūc Virgilius posuit, quod ita esse diminutio indicat: nam vallecula, vt vulpes vulpecula facit. Ergo in es, vel in is, quanndo vsurpatiue, quando naturaliter exeant nomina, sola diminutio indicat. ea autem quę in es, exeunt longa sunt omnia, si in genitiuo non crescunt vt labes, valles, vulpes, non si crescunt, vt miles militis. ¶Quo semita ducit.), Legitur & Qua. ¶Aditusq; maligni.) Proprie Obscuri: vt, Sub luce maligna. ¶Ignota.) Scilicet Ænęę. nam de Turno dicturus est Huc iuuenis nota fertur regione viarum. ¶Tutiq; receptus.) Male quidam Recessus legunt, nam Receptus dicitur, quo se cito exercitus recipit. Vnde & signa receptui canere dicunt. ¶Seu dextra, lęuaq; velis occurrere pugnę.) Siue per valles, siue p montis radices, incertum est enim qua sit venturus Æneas. ¶Arripuitq; locū) Raptū tenuit. ¶Insedit.) Proprie. nā insidere est dolose aliquē expectare. vnde & insidię nominatę sunt.

insidere

DONATVS.

¶Turne, sui merito.) Omne pōt videri, quod Camilla in ipso portę limine excepit exeuntem ducens auxilia equitum, accedēte etiam eo, quod ei vltro pollicebatur operam suā: verum ne arrogātis esset, si diceret, quia fortis sum, ausus deo prima Troianorum copiis occurrere: posuit īmedio dubitationem, vt nec Turni spem frangeret, nec ipsa aliqd sup altum duxisse videretur ait ergo, Turne. Cępit a nomine. loquebat enim regina cū rege, i quo si fortunę partes inspici placet, nō errauit, si animorum, recte etiam sic nomē dixit, signū est quippe meræ beneuolētię, cum orationem futuram nomē antevenit. Siqua esse pōt fiducia, inquit, in fortib', spōdeo me Troianis ire obuiā posse. Ecce signum primū audacię, vt non diceret expectaturā se, dum veniret: sed occursuram imminētibus tyrrhenis. Ecce & occursuram sese confirmat, & id solam esse facturam. ait enim. ¶Me sine prima manu.) Permitte, vt ego primas belli partes excipiam. ¶Tu pedes ad muros subsiste, & mœnia serua.) Vel quia pars est aliquāta victorię in cōseruatione ciuitatis, vel qa intra ipsam Lauinia & soceri fuerūt, debuit diligētius & cautius defendi. Fuit igitur magnum cōsiliū fœminæ, vt superaret ipsa Tyrrhenos, Troes cum Ænea, atq; Arcades, ac si ad muros accederent, Turnum inuenirēt pręsentem. ¶Turnus ad hęc oculos.) Horrendā dixit, quę sine reuerentia videri non posset. Cū, inquit, tales animos Turnus vidisset in virgine, stetit oculis fixis: placebat enim non tantum consiliū suum, verumetiam insigne constantiæ, ad hęc ergo, quę illa dixerat, sic ipse instituit loqui. ¶O decus Italiæ virgo. Ecce dictio prolata in necessitate belli. vno enim versu & dimidio laudem prosecutus est virginis, asserens eam ornamentum esse totius Italię, & gratias & pręsenti agit, atque relaturum gratiam sese spōdet & in generalitate breui totum cōprehensus est, qcquid existimari posset, aut loqui. ¶Sed nūc est omnia.) Huius versus ordinatio talis est. Sed nunc, quando super oia est iste animus. ¶Mecum partire labo.) Quia video te, inquit, animi virtute omnia superare, nolo omnem laborē, sed eius partem volo suscipias: hoc ideo dixit, qa audentem ingentia nō debuit onerare q̄ plurimis, laus missa est, p psona & sexu, quia inconueniens fuit in fęmina corporis laudare virtutem. Laudationem eius ad animi bona consultius reuocauit, quo virorum fortiū exempla transferat. Incipit iam ipse dicere cōsilia, & audentem instruere. ¶Æneas vt fama fidem.) Vbi hanc vidit Turnus tāta animi feruere virtute, cœpit ei dispositionum suarum secreta cōmittere, relatio tamen ipsa nō fabulosa fuit, sed tēpori necessaria, loquitur, inquit, forma fidē rerum, res noua fuit vt fama loqueret aliquando, quod credi debuisset, dicit iā vnde potuit fieri, vt fama illa veridica probaret. Missiq; reportāt exploratores, quod dixit fama hoc asserunt, inqt, & qui exploratum missi sunt, perindeque non creditum est temere, quod fama, pertulit: quia cōfirmatur asseueratione multorū, & eorum, quorum officium est nihil nunciare, nisi quod sit plena veritate suffulctum. nā inde hoc tractū est exploratorum nomen, qa explorata ferunt, hoc est comperta atq; discussa. Fidem bis debemus accipere, fidem attulit fama, fidem attulerunt exploratores. ¶Equitum leuia im. ar.) Improbū dixit ne inimicum suum sine laceratiōe ptermitteret: vel inde improbum, quia bellum prior repetebat. Leuia arma, hoc est expeditos eqtes pręmisit ad hoc solū, vt iaculis verberent campos ostentationis causa, & propter tegendam fraudem, non tamen vt certamen inciperent. Proinde nullum asserebat esse terrorem, qn̄ ille exercitus ad hoc venerat, vt ad pręludendū potius quam ad certamen exercendum venisse videretur. ¶Ipse ardua montis Per de. iu.) Ipse per montis deserta & ardua superans, hoc est ad ipsum cacumen ascendens, transcenso mōtis iugo ad vrbē venire disposuit. Completa relatione dispositionū partis diuersę, in qua ostendit laborē Camillæ non fore oneri, suum vero vbi ipse Æneas esset, futurum esse maiorē: cōsiliorum propriorum incipit partes intrare. ¶Furta, inquit, paro belli.) Furtum belli est, cum non aperto certamine, sed dolis & fraude ad victoriam tenditur. ¶Deuexo in tramite syluæ.) Hoc erat furtum belli cui natura loci suffragabat: qua Æneas cum exercitu iter fuerat habiturus. Inducitur partis ipsius plena descriptio. Vtilitas enim cōsilii apparere non posset, nisi nosceretur primo positio mōtiū formaq; terrarum: sed vitiosum fuit extendi narrationem eo tēpore, quo celerius & dici omnia & fieri necessitas exigebat. Hanc tamen, cū oportuit exprimi, ppter demonstrandos Turni tractatus in inferioribus posuit. ¶Tu Tyrrhenum equitē collatis excipe signis.) Hanc partem Camilla ipsa popo sceratː sed vt audacior redderet, addidit eis, per quos securior iret ad bellū. ¶Tecum acer Messapus er.) Et ducem laudauit acrem dicendo, & turmas Latinas affectu laudantis expressit. ¶Tyburtiq; manus.) Ducis sic medium est, vt sine pronunciantis culpa vel superioribus vel inferiorib' possit aptari, quippe si dicatur tyburtiq; manus ducis, inepte dicitur, si ducis & tu concipe curam non erratur. Laudauit omnes, ne inertes ardenti iunxisse videretur. ¶Sic ait, & patribus.) Magna dictio, quæ nec repetit dicta, nec moram rebus vrgentibus fecit. ¶Et pergit in hostem.) Completis, quę fuerant tanta in necessitate mandanda, perrexit ad bellum. ¶Est curuo anfractu vallis, &c.) Hæc est loci lata descriptio, melius posita ex poetę, quam ex Turni persona, in qua nihil aliud est, nisi quod pro vtilitate faciat insidiātis: vt probare posset, qđ dixit accōmoda fraudi, armorumq; dolis. Vallis est, inquit, inter duo latera vsque ad radices montiū pressa curuo anfractu, hoc est flexuosa, hāc tanta densitate ligna syluestria ramis ac frondib' vestiebant, vt fidelis latebras dolis pręstare posset, & hostib' auferre prospectum: quod alterū prouenie bat ex multitudine arborum: alterum ex occasiōe vmbrarum, quæ fundebantur ex frondibus. Coartata vero vtrinq; latera angustum intra se aditum transeuntibus parabāt, nec sinebant ire cōfertos, aut euagari si vellent, ingressus atq; egressus satis maligni, difficiles, atq; contrarii gradientibus. Hanc super, id est sup hanc & speculis, ipse exponit quid sit in speculis dicendo, summoq; in vertice montis, De summo quippe speculari qs potest, & longius videre. Ignotam planiciem dixit, quę nulli eēt cognita, aut quę in imo constitutis suspicioni esse non potest. Hæc opportune poterat suscipere venientes atq; occasionē dare vel occurrēdi hostibus dextra vel lęua, vel saxa perniciosa voluēdi. Tutos ergo reddebat altitudo montis, & ɔstituta in summo planicies, dextra, inquit, ac lęua, alteram vel vtranq; intelligere non possumus, nisi per eum, qui in illa planicie forte constiterit. Ipse enim cum sese cōuerterit, lęuum dextrumq; commutat. Sed poeta sic lęuam dixit, & dexteram, vt hanc aut illam intuens faceret. ¶Huc iuuenis nota.) Vt ostenderet loci difficultatē, multis generibus impeditā adiri non posse nisi ab his, q eius aditus aut semitas nossent. dixit Turnū eo peruolasse, vtpote q iret ad cognita. Fertur dixit, vt celeritatem ostenderet festinantis. velociter. n. pueniendi fuerant Ænεæ tractatus, ne ex parte Turni doli ac fraudis periret occasio.

ASCENSIVS.

¶Turne sui merito, &c.) In hac parte habet oratio Camillę virginis ad Turnum: animum suum præstantem & beneuolum explicantis: consiliūq; de intercipiendo Ænea dātis: Turniq; honorifica ad eandem responsio Describitur pręterea locus quidā insidiis aptus. Sed cū nihil hic extet Donati. ¶Ordo est. O Turne (inquit Camilla) siqua, idest si aliqua fiducia sui, id est bū fidei sperandi de se est forti, scilicet cuicunque siue viro siue mulieri, ego video & promitto occurrere turmę Æneadum, id est Æneadarū ad vrbuem ingruētium, & ego sola audeo ire obuia cōtra eqtes Tyrrhenos) Graphice exprimit poeta animum mulierū quę si semel ad virilia opa transierint vltra viros audent, nihil vero audacius viragine bellatrice: vū de Penthesilea audetq; viris cōcurrere virgo. Sine, id est pmitte me tentare manu prima pericula, id est experimenta aut tentamēta seu preludia belli, tu subsiste, i. in insidiis remorare, existens pedes, id est pedester sine equo ad muros, s. ciuitatis huius, & serua, id est custodi mœnia Turnus fixus oculos, id est habens oculos fixos in virgine horrenda, id est aut armis terribili aut veneratione colēda, sup. ait ad hæc, scilicet ei' dicta. O virgo decus, id est ornamētū Italię, qua grates, id est gratias parem, id est intēdam & coner dicere sup. tibi, scilicet verbis, ve pro vel quas parem referre, id est re ipsa exhibere & reddere: q. d. nescio, sed nunc (quando, id est quandoquidem iste. s. tuus animus est supra omnia, idest vincit omne genus beneficii quod in te cōferre possem aut quia sine pari magna es) Partire, idest cōdiuide mecum laborem. Æneas (vt, id est quemadmodum fama sup. facit fidē, id est credulitatē, aut vt fama & exploratores missi reportant fidē, i. credulitatem & certificationē) improbus, i. improbandus & detestabilis grassator, & prędo pręmisit leuia arma equitum. i. velites hoc est equites leuis armaturę: q sup. vt quaterent. i. cōturbarent campos. i. eos qui in campis hoc est locis planis & capacibus sunt ipse superans iugo. i. per iugū. q. d. collum, hoc est partem montis iuxta verticē, superans inq̄ ardua deserta id est loca inuia & inaccessa fere aduētat ad vrbē. Ego paro. i. prætēdo furta belli. i. ipm excipere aut adoriri isidiis, vt. i. postq̄ ego obsidā, id est obsidebo, sed a tertia coniugatione a sido deduxit, in tramite. i. via qua transineat, syluę, id est cui in sylua est cōnexo. i. sub rupe, aut vertice suspenso, obsidam inqt milite armato fauces. i. exitus ab iis q in sylua sunt, aut introitus ingredi volētibus biuias, i. in duas vias diuisas, tu excipe. i. per insidias cape & adorire, signis collatis. i. cōiunctis ducib'. s. Messapo & Tyburto equitem Tyrrhenum, idest Tyrrhenum equitatum, aut Tyrrhenos eqtes, Messapus acer. i. strenu' & vehemēs bellator erit tecū & turmę Latinę sup. erunt tecum, & manus. i. exercitus Tyburti ducis sup. erit tecum, & tu concipe curam. s. totius turmę ac eqtatus. Turnus ait sic atq; cohortatur Messapum in prelia, scilicet obeunda & socios, s. eius aut suos duces, idest ductores aliorum, hortatus dicit, id est admonet & animat in prælia dictis paribus. s. iis quibus Camillam hortatus est, & ipse pergit in hostem quo facto ostendit se egregiū ducē qui primus quod admonuit fecit Valles (sic enim dicitur in nominatiuo singulari sicut & vallis, vt apes & apis) accōmoda fraudi & dolis armorū, id est armatorum est in anfractu, id est loco circumfracto, id est angulo, curuo, s. post rupem quem. s. anfractum, aut quam vallē, latus atrū', id est obscurū vrget, id est premit & coarctat vtrinque, id est ab vtraq; parte, frondibus densis, quo, id est ad quem aut qua, id est p quā viam, semita tenuis ducit & fauces angustę, id est meatus arcti ferunt. i. ɔferunt & cēducunt, & aditus, id est accessus maligni, idest obscuri, aut nimis arcti supp. ferūt. Planicies ignota. s. Ænęę, aut occulta, iacet sup hāc. s. vallē in speculis, id est loco apto speculationi, & in summo vertice montis, & receptus tuti. i. receptacula quę te tuta recipiāt sup. iacent vtrinq;: seu, id est siue velis occurrere pugnę, id est in pugnā dextra, id est a dextra parte, ꝗ vel seu, aut vel lęua. i. sinistra, siue velis instare, id est insistere, iugis. i. p iuga & voluere. s. desuper, saxa grandia, scilicet in ascēdētes hostes. Ipse iuuenis, scilicet Turnus fertur regione viarū, id est p regionem viarū nota. i. notā sibi, huc. i. ad hāc vallē, & arripuit. i. occu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pauit locum,& insedit,i.insidias facturus locum cepit,syluis iniquis, quia videre permittunt & non videri.

PIERIVS.

¶Occurrere turmæ.)Romanus codex, turmis, habet: numero multitudinis Seruius,turmę singulari numero videſ agnouisse. Apud Donatū vero,turmis,eſt plurale. ſOculos horrēda in virgine fixit.)Legendū oino,fixus,ex antiquis exēplaribus.ſPer deserta iugo superās aduentat ad vrbem.) Romanus codex,& anti qui aliquot alij,iugo properās, legūt.Quanq; & superans,in Mediceo,& in aliquot alijs antiqs habetur. Eſt &,aduētat in vrbem. hoc eſt aduersus vrbē,vel in vrbē immisso exercitu,Sed ad vrbē magis placet.Idq; agnoscit Donatus,perinde ac etiā,superans,ait enim ipse per mōtis deserta:ardua,superās, hoc eſt ad ipsum cacumē ascendēs,transcenso montis iugo ad vrbem venire disponit.ſTyburtiq; manus ducis & tu cōcipe curam.)In antiquis aliquot codicibus,tyburni,scriptū obseruaui.quod alio loco superius adnotatū eſt,& dictionem ducis,varie punctis dissitam,cum nōnulli legant,tyburniq; manus ducis.aliqui, ducis & tu cōcipe curam.Ac tyburni quidē apud Donatum etiā habetur. quantū vero pertinet ad distinctionē,ante vel post dictionem,ducis adlinendam.

SERVIVS.

¶Velocē interea.)Licet Interea particula negocia semp p̄teritis futura cōiungat: tamē abruptus eſt & vituperabilis transitus,habet autē tales trā situs & i superioribꝰ libris, & in sequenti p̄cipue,vbi luppiter appellat Iunonē.ſOpim:) Opim quādo dicimus. Nympham significamus si autē di camus Opē, auxilium intelligimꝰ.Terētius, Iuno Lucina fer opem, seruа me obsecro. Opes vero numero plurali, cēsus accipimꝰ, nā Ops, terra eſt vxor Saturni, quā Græci Rheam appellāt.ſTristes voces.) Habitū futuræ oratiōis ostendit.ſOre dabat.) Pleonasmos eſt.ſBellū ad crudele Camilla.)Vno verbo exitū rei docuit.ſNostris negcquā cingitur armis.) Nostris,quibus vtraq; gaudemus,vt etiā ipsa habeat causam doloris & maioris iracūdiæ.ſNecp enī nouꝰ iste Dianę venit amor.) Firmiores enim antiquiores amicitiæ sunt,Terentius, per amicitiam,quę incepta a parvulo cū ętate adcreuit. Similiter Iuuenalis, Ille excludatur amicus iam senior, cuius barbam tua ianua vidit.ſPulsus ob inuidiā.)Scilicet crudelitatis.nā sequitur, Necp ipse manus feritate dedisset.ſAntiqua.) Nobili vrbe,nam hoc Priuernum dicitur.ſIuga lōga.) Id eſt longe posita,remotiora. Sallustius, Et Metello procul a gēte lōga spes auxiliorū,id eſt longe posita.ſSolorum nemorum.) Desertorum. Terentius, Venit meditatus allcunde ex solo loco. Item ipse,Nōne hinc deportarier in solas terras:ſFugæ medio.)Dum fugit,inter fugam.nam figuratum eſt.ſCharoque oneri timet.) Anacreon φορτὸν ἔρωσας, idest onus amoris.ſVix hæc sententia sedit.) Ideo Vix,quia naturale eſt vt quoties multa cogitamus,vix aliquid cōprobemus.Vñ vera distinctio eſt,Omnia secum versanti subito,hæc sentētia sedit.ſEt robore cocto.) Aut antiquam hastam fuisse significat,nam multi temporis aliquid,recoctum vocatur. Horatius, Plenumq; res coctus Scriba ex quinq; viro coruum deludet hiantem. Item Persius,Vtra male vetus præ grandi subere coctum, Aut re vera

Velocem interea superis in sedibus Opim,
Vnam ex virginibus socijs,sacraq; caterua,
Compellabat:& has tristeis Latonia voces
Ore dabat.ſGraditur bellū ad crudele Camilla, DI.
O virgo:& nostris nequicq̄ cingitur armis,
Chara mihi ante alias:neq; enim nouus iste Dianæ
Venit amor:subitaq; animum dulcedine mouit.
Pulsus ob inuidiam regno,viresq; superbas,
Priuerno,antiqua Metabus cum excederet vrbe:
Infantem fugiens media inter prælia belli,
Sustulit exilio comitem:matrisq; vocauit
Nomine Casmillę mutata parte Camillam.
Ipse sinu præ se portans,iuga longa petebat
Solorum nemorum:tela vndiq; sęua premebant:
Et circunfuso volitabant milite Volsci.
Ecce fugæ medio summis Amasenus abundans
Spumabat ripis;tantus se nubibus imber
Ruperat:ille innare parans,infantis amore
Tardatur:charoq; oneri timet:omnia secum
Versanti,subito vix hæc sententia sedit.
Telum immane,manu valida quod forte gerebat
Bellator,solidum nodis,& robore cocto:
Huic natam,libro & syluestri subere clausam
Implicat:atq; habilem medię circunligat hastę:
Quam dextra ingenti librans,ita ad æthera fatur
Alma tibi hāc nemorū cultrix Latonia virgo ME.
Ipse pater famulam voueo:tua prima per auras
Tela tenens supplex hostem fugit:accipe testor
Diua tuam:quę nunc dubijs committitur auris.
Dixit:& adducto contortum hastile lacerto POE.
Immittit:sonuere vndę:rapidum super amnem
Infelix fugit in iaculo stridente Camilla.

nendā. Ait ille, ducis,sic in medio eſt,vt sine pronūciationis culpa,vel superioribus,vel inferioribꝰ possit aptari. Quippe si dicat tyburniq; manus ducis,recte dicit,Si, ducis & tu concipe curam, non erraſ,laudauit omnes,ne inertes ardenti iunxisse videretur. ſVallis accommoda fraudi.) In aliquot antiquis exemplaribus, valles adcōmoda,legitur. & valles, nominatiuū a valle agnoscere videtur Probus,quamuis in vulgatis eius codi. nescio gd deserarim,cū ibi de ijs loquatur,quæ terminant in,pes,longam:vt puppes,rupes,vulpes,quare videris:an ita sit legendū, pes, producta:Latina:vel Greca tertię sunt declinationis,pis,faciēt genetiuo. Puppes puppis:vt valles vallis.ita rupes rupis, vulpes vulpis,aspes aspis. vel alia,prius dictio,substituēda.ſTēnis qua semita ducit.)In antiquo cod.Ro.& aliquot alijs, quo semita ducit,legit:quam lectionē agnoscit Seruius.ſTutiq; receptus.)In veteribus plerisq; codicibus,recessus,habetur. Sed receptus,huic loco magis cōuenit,vt.s.ostendat nō tantum ad erumpendum & inuadendū hostem locum esse commodum, seu dextra læuaq; vel is occurrere pugnæ,verūetiā quo tuto se recipere possint, Atq; instare iugis,& grandia voluere saxa,si forte eueniat. vt maiore hostium vrgente vi repellantur,aut loco dejci tententur.

DONATVS.

¶Velocem interea superis.) Diana in cœlo posita vni ex virginibꝰ, quas socias habuit quæ Opis dicebatur, cōpellauit hoc eſallocuta eſt. Triſtis positū eſt, & remansisse putatur incertū, an tristes latonia virgo voces daret, an tristis voces: dein hoc mehꝰ aduerti non potuit nisi morē poetæ retinentes, quem vbique seruauit, bis itelligamus tristis:vt qualis anima fuit talia habuisse videaſ, & verba, proinde tristis latonia voces tristes emittebat.ſGraditur bellum ad crudelle Camilla.) Et personam tetigit simul & causam:nā & quæ iret,& quo pergeret dixit,& futuri certaminis aduersa mōstrauit, quippe ideo crudele bellū astruxit,non quo esse rediturā,denique addidit, frustra eam diuinis armis instructam:vtpote cui ad cōseruationem salutis non essent profutura, ostendit poeta omni occasione nullum deum opitulari cuiquā posse,cū vita hominis in vltimum cogitur finem,deniq; alio loco nec

cocto robore. hastę enī igni plerunq; durari cōsueuerat. ſHuic.)Scilicet telo natā imprecat.ſLibro.) Liber dicitur corticis pars quæ ligno cohęret,alibi,Alta liber aret ivlmo Vñ & liber dicit in quo scribimus, qa ante vsum chartæ vel mēbranæ de libris arborum volumina cēpaginabantur.ſIpse pater famulam voueo.) Bene ipse pater, qa aut thorādi potestatē nisi patres nō habent.ſVoueo.) Autem cōsecro in tuū ministerium. Vñ & Camilla dicta eſt, licet supra & a matre dixerit esse nominatā. Sed illud poetice dictū eſt: nam Camilla,quasi minister dicta ē,ministros.n. & ministras ipuberes, Camillos & Camillas in sacris vocabāt. Hinc & Camilla dicta.Vnde & Mercurius etrusca lingua Camillus dicitur, quasi ministrer deoꝝ.ſSonuere vñ.) Hic distinguēdū.ſInfelix Camilla.) Nō eo tempore quo euasit,sed nūc infelix plerunque enim epitheta ꝓsentis tēporis sūt,licet & pactis negocijs vt in secūdo, Infelix dum regna manebāt,Sepius Andromache ferē icomitata solebat.

DONATVS.

¶Velocem interea superis.) Diana in cœlo posita vni ex virginibꝰ, quas socias habuit quæ Opis dicebatur, cōpellauit hoc ē allocuta eſt. Triſtis positū eſt, & remansisse putatur incertū, an tristes latonia virgo voces daret, an tristis voces: dein hoc mehꝰ aduerti non potuit nisi morē poetæ retinentes, quem vbique seruauit, bis itelligamus tristis:vt qualis anima fuit talia habuisse videaſ, & verba, proinde tristis latonia voces tristes emittebat.ſGraditur bellum ad crudelle Camilla.) Et personam tetigit simul & causam:nā & quæ iret,& quo pergeret dixit,& futuri certaminis aduersa mōstrauit, quippe ideo crudele bellū astruxit,non quo esse rediturā,denique addidit, frustra eam diuinis armis instructam:vtpote cui ad cōseruationem salutis non essent profutura, ostendit poeta omni occasione nullum deum opitulari cuiquā posse,cū vita hominis in vltimum cogitur finem,deniq; alio loco nec

donec ipsum Iouem filio suo sarpedoni profuisse testatus est,hic ergo,cū poterat opis dicere,nihil eſt in hac causa metuēdū, quoniam Camilla armis tuis defenditur,præuenit dicens: it ad bellū ex quo euadere non potest:neq; ei proderit,quod armis nostris accincta eſt,signa dedit moriturę,nō tñ nominauit, quod nō valebat auertere.Nostris,inqt,armis sagittis,scilicet,quibus cū Diana socię virgines vtebantur.ſChara mihi an,al.) Subtilis & honesta comparatio:voluit enim alias multum sibi charas eē,& Camillā ceteris multo charioꝛē:nec dixit charior,aut charissima, & tamen ipsam omnibus prętulit.ſNeque enim nouus iste Dianę Ve.am.) Hęc fuit pręcipui amoris gratia, quod ceteris antigor videbatur.Parit enim maiorē vetustas affectum, & beneuolētiæ meritū temporis diuturna continuatione conduplicat, si hæc sola fuisset amoris causa,satis abūdaret ad incutiendum dolorē,cōgerit alias, vt probari posset,vnde illa charior ante alias haberet. ſPulsus ob inui.reg.)Et caput icipit fabulę, & ipsum primo virginus patrē, in quo reprehendi potuit, magna laude profequisſ, purgatq; eius personam.esse enim crimen posset,si causa nō diceretur exclusi.male qppe mereri de ciuibus, & quod eſt deterius, vniuersis notabile satis eſt,quomodo igitur iste defendiē pulsus eſt,inqt,regno:non pellitur quispiā, nisi interueniente violētia: violentiā non nisi eius iniustitia generat,q meruit excludi,denique addidit ob inuidiam,vt ostēderet nullum expulsionis sue p̄ buisse materiem:sed illam vim superbia potius ciuium & studio æmulationis exortam.ſPriuerno antiqua metabus cu.ex.vr.) Ecce alia defensio iunocētię, vt cessisse potius malis & plurimis, quam ob aliquod crimen iuste videretur eiectus.ſInfantem fugiens. ſMagnam patris & multis modis astruit pietatem,quid enim, dum fugeret violētos:effecit? non aurū aut opes curauit, nō saltem vitę subsidia requisiuit,eripuit filiā bello perditi regni solatium in ipsius salute ꝓstituens,infanté aduexit, magnū onus aggressus non corporis sed ętatis:portabat enim talē,quę adhuc fari non posset,& cui deesset nutricis auxiliū, media inter prælia belli,& sic & alio loco ait.illum ego per flammas & mille sequentia tela,Eripui his humeris,medioq; ex hoste recepi. Duo præcipui exempli,eripuisse,& portauisse,magnū alterum fuit, in quo portatus eſt senex debilis & ingentis corporis,& ideo tolerādus, quia paterū altero,hoc eſt prælenti infans & sine adminiculo nutricis vt dictū eſt,q̄ non esset fecenda in fuga:& quę requiescēdi gratia stratis,quę deerant reponi nō posset: in qua tamē cōpensatio teneretur perditę potestatis & familiaris rei,gratū in aduersis paternis pondus,quod eo grauius,qa satis minimū fuit.quāte enim solicitudinis ingruebat cura portare eam, q̄ per ętatem periculis esset innumeris proxima? ſ Matrisque voc. Nomine Casmillæ.) Matris huic addidit nomen aliqua inde subtracta particula,vt Camilla potiusquam Casmilla diceretur,habiturus ea exilio comitē itē filiā in appellatione infantis dulcissimæ nomen vxoris. ſ Ipse sinu præ se portans.) Diligentius hanc prę se portabat pater, quasi adessent nutrices, quibus mos eſt infantes tergo gestare,petebat autem solitudines nemorum,ne in manus persequentium veniret cū filia sua. ſTela vndique sęua pre.)Hoc eſt circumfuso,quod eſt vndique tela sæua, quæ necē astantibus ferrent:nec tamen ipsa fuerant sæua, sed homines,q ea portabant, omnis aūt fugientem præsserat desperatio multis vndiq; armatis persequentibus.ſ Ecce fugæ medio.) Vbi ecce ponitur,eſt aliquid noui,vt plurimis locis exposuimus,nā hoc loco deceptionem dicit occurrisse torrentis.antequam,inquit, tuta fugiędo retineret,ad Amasenū fluuiū venit,quē sic repleuerant aquę vt summas eius ripas operuissent, non q̄ ita perpetuꝰ flueret:sed quia ipso tempore sic pluuias casus attulerat, vt cōgestum agmen vndarum opportunum trāsitum pernegaret. ſIlle innare parans.) Cum contra armatorum ciuiū violentiam solū natādi subsidium superesset,ostabat charissimi oneris cura. qūo enim filiam præ se ferret,cū in eam corporis partem incumbendum esset,qua potuit ferri,a dorso vero,quomodo? quæ etiam modico haustu necari potuisset:aut impulsu præcipitis vndę paternis viscęribus rapi?ſOmnia secum Ver.) Generalitas ista intellectum latissimum tenet. Tantum enim pater aduertitur prolię salute tractasse, quantum vnusquisque potuerit cōiectādo colligere:addidit secum,in locis enim delertis,quem habere cōsilium posset:aut qui in tali causa patre cautior valuit reperiri? ſSubito vix hęc.)Ideo vix, quia occurrebant tractanti contraria:ideo vix quia,vt quod faciendū tractando reperierat,id non temeritas sed necessitas ingruens attulisse videretur, cū dicit vix hęc sententia sedit,ostendit etiam ipsam, cū displiceret temporis vrgente desperatione.placuisse: nō quo eēt tuta aut certi euētus sed quia alia superesse nequiuerat,melius quippe fuerat incertis filiam credere,q̄s retinēdo infestis hostibus reseruare. In incerto enim prouenire etiā prosperum pōt, in aperto vero discrimine ac delperatione plenissima nihil præter aduersum. ſTelum immane manu.) Opportunitas duplex ac præsentibus consilijs congruens,nam & telum magni roboris fuit,& portator ipse fortissimus. non enim tractari maxima species posset,nisi ei congrueret virtus plena gestantis,obtulerat autem fortuna æstuanti subsidium quo inuentum potuisset impleri. neque enim illud telū ipsius tęporis fuit,aut præsentis necessitatis causa ferebatur: sed studio bellatoris iugiter atq; ex more seruato. ſ Solidū nodis.) Ipsius hastæ materies firma naturalibus nodis & ad fortitudinē artis quoque ingenio roborata. Cōsilij textum & inuentionem metabi non ante factum poeta retulit,sed dum fit, quod admirabiliter fecit,ne dum refert inuentam,& consilij ipsius facta persequitur.Vnam rem iterum diceret, quod eſt satis superq; vitio sum. ſHuic natam.) Huic hoc eſt telo forti & solido, filiam suam,quam toto patris & casus sui ratiōe liberare cupiebat.ſLibro & syluestri subere.) Circumspectum patrem cauta pietas fecerat,nam ex arborum cortice librum fecit quo infantem clauderet. Teneris enim membris necessarium adminiculum fuit, quo cōtineri possent & ad vlteriorem ripam integra peruenire, mediæ autem hastæ iccirco implicatam nexuit, ne in vnam partem grauior optatum spatiū transire nō posset, habilē dixit bene compositam & prudenter aptatam. ſQuam dextra ingenti lib.) Quod fuit pīssimi patris,& quod in potestate,habuit,fecit: euentum vero,quem in manu non habuit, credidit de cœlo poscendum, tendens in altum dexteram,qua portabat infantem, rectę dixit ad cęlum,quod deorum omnium templum eſt,& rogatur, qui in tępore fuerit necessarius.ſAlma tibi hanc nem,)Dolentis & perturbati dictio,& eius, quem hostilis iam premebat exercitus:nō potuit esse prolixi sermonis:dicebat tñ concinnam laudē eius quam rogabat præferens eam suis meritis & maternis. Suis hoc modo,q̄ virginitatis honore polleret, q̄ procul esset a luxuriosis voluptatibus, & delegerit syluas, in quibus esset asperitas dura.Commemoratione vero materni nominis auxit laudem, vt a loco priamidem posuit,& alia:quę nata es,inquit,ex latona, quia laudantis vox eſt,& laudis partes in sola appellatione nominis posuit,nos possumus sentire, quæ potuerunt apertius dici, nam & regalis fuit,& magna, & gemino partu felicior mater,vt pote quæ Apollinem Dianamq; peperisset, præcipuos,scilicet deos,& exercitatos in iaculis & sagittis,in pronominibus videamꝰ, quantum sit pondus. Tibi ait,quæ ex latona nasci meruisti, tibi sorori Apollinis,tibi quę maiestate numinis fulcta es:tibi cui seruire debeat filia mea,tibi,quę potes seruare periclitantem.Videamus quid significet hanc,hoc eſt quam in periculis positam nō reliqui hostibus meis, quam solam habeo, quę eſt solatium calamitatum & exilij mei,quam fiducia tui cōmitto incertis, vt euisdentissimam fugiat mortē.Ipse pater famulam voueo,qui donādi & vouendi habeo potestatem.sic, inquit, tibi hanc voueo,vt desinat mea esse filia. Æquius enim patri videbatur, vt viueret, esseq; in obsequio deę, q̄s cum ipsa libertate acerbo periret interitu,qd autem dixit, voueo,nō de futuro locutus eſt, sed de præsenti, & perfecto. In promissione quippe post euentum prosperum posset mutare sententiam:post transfatum vero donum nihil cogitare, quod admitteret fraudem. ſTua prima per auras.)Cum hasta eā teneret innexam,sic locutus eſt,quasi ipsa hastam suis manibus egeret.ſTela tenens supplex.)Quę te verbis meis rogat,& tibi eſt supplex,nō quenquam persequitur,sed infestos cupit euadere. ſ Accipe testor Diua tuam.) Teste te tibi transcribitur, iudicio meo accipe non promissam, sed traditione perfecta iam tuam. ſ Quæ nunc dubijs com.au.) Non temeritatis eſt,quod aeris incerto committitur, sed fiduciæ nominis tui,ferua iam tuam, ferua tuo nomini potentiæq; commissam. ſDixit,& addu.) Tanto enim fortius aliquid iacitur, quanto magis manus retrorsum fuerit ducta,deniq; subnexuit. ſ Sonuere vndæ.) Vt aquam quoque ipsam mittentis vim formidinemq; sensisset,contortum accipiendum eſt,oculorum & animi solicitadestinatione libratū. ſRapidum su, am.) Infelicem recte posuit non ideo,quia fugit, & euasit hostes:sed qa illa ętate tot pericula sustinere cōmeruit. Primo omniū infelix,ideo q̄ in ipso suę natiuitatis exordio in sedibus patrijs amissam ēt matrem orare non potuit,q̄ adhuc infans exercitū ciuium habuit inimicum:quod cum ingenti eius periculo patriam perdidit pater:opes quoq; & regnādi potētia,vel q̄ sine adminiculo nutricis euecta eſt in solitudines & longinqua terrarū,q̄ occurrente inundatione torrē-

Universidad de Deusto Biblioteca

tis ad ipsam mortē plena desperatiōe perducta est, dehinc quod in ipso iactu diuersis potuerit periculis premi, nā & cadere in vndas cū iaculo potuit: & si trāsisset terræ collidi, certe q̄ periculosum fuit hastę iactu liberari quę auspicio humanę necis facta est nō salutis. Omnis hæc desperatio eo tendit, vt Metabi & Camillæ appareat meritū, & Dianæ potētia. Infelicem autem summatim vult esse Virgilius, quod inde euadit, vnde potuit mori.

ASCENSIVS.

¶Velocē interea, &c.) Facta digressione describit studium & genus Camillæ. Vnde Donatus. excusat exiliū Metabi q̄ nō sua culpa, sed inuidia, id superbia ciuiū sit pulsus, & fugiens non opes sed filiā eripuerit, hac causa Dianæ fauorem meruit. Telū immane, qa bellator. Nā opus fuit igēti telo & bellatore, id est viro forti ad rem perficiendā. Hæc ille. ¶Ordo est. Latonia.i. Latonæ filia Diana cōpellabat.i. allocuta est interea.s. dum hæc a Turno fierent, in sedibus superis, idest in cœlo opim.s. nymphā venatricē, & ideo velocē, vnam ex virginibus sociis.s. Dianę & ex caterua sacra, idest de choro Dianę sacrato, & dabat ore.i. eloquebat, has voces tristes.i. tristitię idices. O virgo.s. opi. Camilla graditur ad bellū crudele, qa fatis ipsi per id mortē minātibus, & cingitur nostris armis, id est sagittis, neq̄q̄, id est frustra, qa illis se defensura nō est, existēs mihi chara.i. dilecta, ante alias.i. plusq̄ alię mortales.s. nec.i. & nō etenim pro quia iste.i. de quo me loqui audis, amor nō venit Dianę.s. mihi nouus.i. recēs & paulo ante hac inceptus, & sup. nō mouit.i. affecit animum dulcedine subita, quæ .s. cito perire posset sed sup. antiqua & inuetera. Et docet quomodo. Nā Metabus pater Camillę cum, idest quando ipse pulsus ob inuidiā non ob demerita, & ob vires superbas.s. ciuium aut ęmulorū regno p̄uerno.i. p̄uernati aut pulsus regno.s. suo excederet p̄uerno appositoriē vrbe antiqua, i. nobili & quę diu regnauerat, sustulit.i. sursum & in humeris tulit, iter media pręlia belli fugiēs.i. cū fugeret sup. Camillam infantem.s. adhuc comitem.i. vt esset comes exilio.s. suo, & vocauit sup. eam Camillam noie matris Casmillæ.s. noie & hoc parte mutata, quia ablata.s. litera, a prima syllaba. Ipse.s. pater portans.s. filiā sinu.s. suo hoc est inter brachia, præ se.i. ante se petebat longa iuga nemorum solorū.i. desertorū tela sæua.i. sæuorum hostium ipsum pesequentiū premebant sup. tunc eū vndique, idest ex omni parte, & Volsci.s. priuernates, volitabant.s. circa eū milite.s. stipendiario circūfuso vt sic nō sit euadēdi loc⁹. Ecce.q.d. prēter opinionem & expectationē Metabi, Amasenus.s. amnis aut fluuius spumabat abundās.i. superfluēs summis ripis sup. in medio fugæ, id est cum metabus existens in medio fugæ peruenisset transiturus ad eū, quia tātus .i. tam copiosus imber.i. prēceps pluuia oia imbuens ruperat.i. dissoluerat se nubibus, id est per nubes ruptas descēnderat. Ille.s. pater, parās inare.s. in Amaseno amore ifantis.i. vt saluet infantē tardat: id est impeditur amore infantis, quia noluit eam derelinquere, & timet oneri caro.s. filię quā in sinu gerebat. hęc sentētia .i. sequēs sedit, id est placuit & cordi fuit vix.i. cū difficultate ipsi versanti.i. agitāti secū.i. in animo suo omnia.i. omnes modos se & filiā seruandi, subito, id est præcipitanter, Accipit sup. (nam antecedens ponitur sine verbo) telum immane, id est valde magnū quod ipse bellator gerebat forte manu valida existēs solidum .i. integrū & durum nec porosum aut cauernosum sed firmum nodis.i. qa nodosum erat, & robore cocto.i. igni aut fumo idurato & ipse implicat, id est iplicando illigat, huic.s. telo hoc est hastę, natam, id est filiam suam Camillā, clausam libro, id est interiore cortice, & subere, id est ligno leui quod faciliter supernatat qd nūc in crepidis videmus & sandaliis: syluestri.i. e syluis rapto: quia cū p̄ter spem auctus esset, amnis nō attulerat ipsum sed inuenerat, atq̄ circunligat.s. natam habilē, id est portabilem per aquas, mediæ hastæ.i. ad mediam hastā, quam.s. hastam, ipse librans.i. iaciēdā versans fat ita ad æthera, alma virgo latonia.i. latonæ filia Diana, cultrix nemorū.i. habitatrix syluarum, ipse.i. ego pater.i. qui maximā habeo in eam potestatem voueo.i. dico & consecro tibi hanc.s. filiam meā famulam.i. ministram, ipsa tenens per auras.i. exposita aeri: tua tela.i. iacula tibi sacra, fugit supplex hostē.s. p̄pulum persecutorē, accipe o diua testor.i. obtestor tuā .i. tibi deuotam & dedititiā: quę committitur nunc auris dubiis.i. de quibus dubitādum est an incolumē rediturae sint. Dixit.s. Metabus .i. finiuerat iā preces, & immittit.s. in auras hastile contortū.i. impulsum, lacerto, id est brachio adducto. Vñ.s. Amaseni sonuere.s. ex impulsu, & ipa Camilla infelix, scilicet futura, aut infelix, qa ad exitiū maius reseruata fugit super amnem rapidum.s. Amasenū in iaculo stridēte.i. alligata iaculo stridēti, ad quod eam alligauerat pater tectam subere vt si forte in amnem incidisset nec ad vlteriorem ripam iacta fuisset: a submersione per hastam & subere protegeretur.

PIERIVS.

¶Vnā ex virginibus sociis sacraq̄ caterua.) Romanus codex p̄ter q̄ impressa oīa exemplaria & aliquot alia manu scripta legit vnā ex virginibus sacris sociaq̄ caterua. Sed altera lectio magis placet eruditioribus ingeniis. ¶Tristis latonia voces ore dabat.) Roma. codex tristi ore legit, cui aliquot etiā alii manuscripti nō sunt dissimiles. Seruius tū tristis voces mauult, tristis & Donatus, qui dubitari ait, vtrū tristis latonia, an voces tristis dicendū sit, ait vero morē poetæ retinendum, quē vbiq̄ seruauerit, bisq̄ intelligēdū tristis, vt qualis anima fuit talia habuisse videatur & verba, dicendū itaq̄, tristis latonia, voces tristis emittebat. ¶Nomine Casmillæ mutilata parte Camillā.) Vnde Casmillæ nomen quod nōnulli cōmenti sunt, desumptum sit. In nullo adhuc veterum codicū deprehendi. In aliquot autē omnino antiquis, Quasmillæ scriptū inueni, in aliquot aliis absurdiora quædam. Sed.n. antiquiora illa exēplaria quæ præcipue sequimur, Casmillæ legunt, quodq̄ nōnulli codices, mutilata habent, vetustiores pene omnes mutata scriptū ostendunt. Non tamen displicet, mutilata, quia Donatus ait, matris huic addidit nomē aliqua tamē subtracta particula, vt Camilla potius q̄ Casmilla diceretur. Habiturus in exilio comitē item filiam, & in appellatione infantis, dulcissimæ nomē vxoris. ¶Amasenus abundēs.) In antiquis codicibus, habundans, cū adspiratione scribitur, veteribus eam nonnullis verbis applicare suetis, quo ea incitatius enunciarentur.

At Metabus, magna propius iam vrgente caterua,
Dat sese fluuio: atq̄ hastam cum virgine victor
Gramineo donum Triuię de cespite vellit.
Non illum tectis, vllæ non mœnibus vrbes
Accepere: neq̄ ipse manus feritate dedisset:
Pastorum & solis exegit montibus æuum.
Hic natam in dumis, interq̄ horrentia lustra
Armentalis equæ mammis, & lacte ferino
Nutribat, teneris immulgens vbera labris.
Vtq̄ pedum primis infans vestigia plantis
Institerat: iaculo palmas onerauit acuto:
Spiculaq̄ ex humero paruæ suspendit, & arcum.
Pro crinali auro, pro longæ tegmine pallæ,
Tygridis exuuiæ per dorsum a vertice pendent,
Tela manu iam tum tenera puerilia torsit:
Et fundam tereti circum caput egit habena:
Strymoniamq̄ gruem, aut album deiecit olorem.
Multæ illam frustra Tyrrhena per oppida matres

SERVIVS.

¶Non illum tectis, non vllæ mœnibus vrbes Accepere.) Nō mirū hūc a nulla ciuitate susceptū, nam licet Priuernas esset, tamē quia in Thuscorū iure pene ois Italia fuerat, generaliter in Metabū omniū odia ferebant, nā pulsus fuerat a gēte Voscorū, quę etiam ipsa Etruscorū potestate regebatur, quod Cato plenissime executus est. Vñ & infra, Multæ illā frustra Tyrrhena per oppida matres Optauere nurū: qd nō p̄cederet nisi inter eos essent iura cōnubii. ¶Nō mœnibus vrbes Accepere.) Nō tectis, nōn mœnibus: hoc est nec in ciuitates, nec in p̄uatam admissus est domum. Et sic iste ē in primo separauit Vbe, domno socias. Sciēdum autē mœnia abusiue dici omnia publica ędificia: vt, Diuidimus muros, & mœnia pandimus vrbis, nam proprie Mœnia, sunt tātū muri dicta, quasi munia a munitione ciuitatis. ¶Man⁹ dedisset.) Cōsensisset: & hoc dicit, Etiam si qui eū voluissent suscipere, ille tamē eorum cōsortia morū feritate fugisset. Pastoꝝ & solis exegit montibus æuū.) Et pastorum ęuū exegit in montibus solis.i. pastorali vsus est vita. ¶Armētalis equæ.) Indomitæ. Vnde sequit, Et lacte ferino. ¶Vestigia plātis istiterat.) Signa pedū primis plantis expresserat, nā hæc sunt vestigia, imagines pedū: vt, Semesam prędā & vestigia prima relinquens. ¶Palmas onerauit.) Onus eni est quicqd teneris imponit manibus. ¶Pro longę tegmine pallę.) Palla proprie est muliebris vestis deducta vsq̄ ad vestigia. vñ ait Lōgæ, sic supra, Pallam signis auroq̄ rigētem. ¶Strymoniāq̄ gruē.) i. Thraciā, a fluuio Strymone. Sane sciendū posse dici hic & hęc grus. ¶Olores.) Latine ita dicim⁹, nā cygni Græce dicunt. ¶Multæ illā frustra.) Anteq̄ rē diceret, p̄iudicauit. sic Sallustius, Falso queritur de natura sua gen⁹ humanū, nā anteq̄ diceret q̄rit, dixit Falso. ¶Matres.) Inter matrē & matremfamilias hoc interest: quod Mater est pręter illā significationē, quę est ad aliqd, quę tātum conuenit in matrimoniū: Materfamilias vero illa dicit quę in matrimoniū conuenit per coemptionē. nam per quandam iuris solēnitatem, in familiā migrat mariti. ¶Æternum.) Æterne, nā nomē est pro aduerbio. ¶Conata.) Cum conaretur. ¶Fatis vrgetur acerbis.) Ostendit etiā desyderia ex fati necessitate descendere. ¶Cōmittitur omine pugna.) Pro cōmittet. ¶Hæc cape.) Generaliter dixit arcū, pharetram, vt sequentia indicāt, nam dicit, Et vltricem pharetra deprome sagitta. ¶Vltricem.) Nomina in x terminata ablatiuū singularem in e, mittunt: genitiuum vero pluralem in um, exceptis his quę sunt omnis generis: vt felix, nā & ab hoc felici, & horū felicium facit. Lucanus Felici non fausta loco tentoria ponens, quod receptū est ideo qa genitiuus pluralis a nominatiuo plurali minor esse nō debet, sed aut par, aut maior vna syllaba, & quia a neutro facit felicia felicū dicere non debemus, ne propter alia genera huic p̄iudicemus, nāq̄ ab eo quod est felices, vt felicū dicamus, ratio patit: vna enim crescit syllaba ab eo quod est felicia, vt felicū dicamus nō procedit, ne minor sit genitiuus nominatiuo plurali. Similiter & vltriciū & victricium dicimus: licet in his neutrū genus in numero singulari nō inueniat. ¶Violarit vulnere corpus.) Quia dixerat sacrum. ¶Tros, Italusve mihi.) Si simpliciter accipimus, sic intelligimus Siue eam Troianus interemerit, siue aliquis de Æneæ auxiliis, nanq̄ alii volūt Aruntē de Turni esse partibus, & indignatū fœmineū sexum plus in bello potuisse, q̄ viros, quā rem hic dicunt perstrinxisse Virgilium: & re vera sic vbiq̄ loquit, vt incertū sit Aruns de cuius partibus fuerit. Vñ est & illud, Da pater hoc nostris aboleri dedec⁹ armis. ¶Pariter.) Similiter, vno modo: & est antiquū. ¶Miserande corpus.) Hęc œconomia, p̄iudicia nominant, quoties negocii futuri exitus tollit, vult enim nos de Camillę cadauere nihil vlterius expectare, sicut fecit in primo, Tu faciē illius noctē nō amplius vnā Falle dolo. Quod pręmissum, sustulit commemorationem quando vel Cupido recesserat, vel Ascanius sit reuersus. ¶Arma Inspoliata.) Aut indetracta, aut ipsius inspoliatę. ¶Nigro circundata turbine corpus.) Quia ad mœrorem luctum descendit. Contra in octauo, vbi ad lętitiam descendit Venus, claro eam nimbo circundatam dicit: vt, At Venus ętherios inter dea cādida nimbos.

Optauere nurum: sola contenta Diana,
Aeternum telorum, & virginitatis amorem
Intemerata colit: vellem haud correpta fuisset
Militia tali, conata lacessere Teucros:
Chara mihi comitumq̄ foret nunc vna mearum.
Verum age, quandoquidem fatis vrgetur acerbis:
Labere nympha polo: finesq̄ inuise Latinos:
Tristis vbi infausto committ.tur omine pugna.
Hæc cape: & vltricem pharetra deprome sagittam:
Hac quicunq̄ sacrum violarit vulnere corpus,
Tros, Italusve: mihi pariter det sanguine pœnas.
Post ego nube caua miserandæ corpus, & arma
Inspoliata feram tumulo: patriæq̄ reponam.
Dixit: at illa leues cœli demissa per auras POE.
Insonuit, nigro circundata turbine corpus.

DONATVS.

¶At Metabus magna.) Cum subiaceret oculis metabi periculū euidēssimum fluminis, & aliud vrgeret a tergo, aggrediendum alterū fuit, vt alterum vitaretur, verū quia ex altera parte manifesta pernicies imminebat: in alterā vero non deerat spes optata trāseundi, dedit se fluuio cōsentiens.s. aquæ, vel maxime quia vlterior pars iā retinebat infantem, dat sese fluuio, non solū illud significat, quod i fluuiū sese cōiecit, verumetiam, qua arte fluminis impetū natando transiit: dedit se fluuio consentiens aquæ vt dictū est, vt paulatim in obliquum tendens amnem turbidum persecaret. si enim cōtra amnis impetum niteret, & laborare plurimū & maiorem vim superare nō possettarte ergo & subtilitate completum est. ¶Atque hastam cum virgine.) Cum hastam missam supra poeta describeret, nō dixit, quali euentu peruenit, sed quia nouerat dispositionē suā pater, misit hanc partem, vt in euulsione eius, & præsens factū & præteritum demonstraret, hastam, inquit, cū virgine, vt hoc quoq̄ palam fieret, quod ita vti hastę fuerat colligata peruenit. Virginē dictam voto patris & spe accipiendum est, non ætatis puellæ dictante ratione, victor gramineo de cespite vellit, victor dictus est, nō quod aliquos in certamine deiecisset: sed quod euadēdo cum filia ciues superasset infestos. Cespite vellit gramineo, cespes ois ex congregatione plurimarū herbarum & aggestione commista pulueris solidat, plus tamen si stat ex gramine, quod ē natura durissimum, eo igit fauore numinis dilata est hasta, vbi fortius fixa p̄sisteret: ne e laxatis terrę morsib⁹ lapsa ipsi perniciē inferret infanti: quā vero fortiter illiserit cespiti, vno verbo mōstratū est, qd est vellit. nā non vellitur, nisi qd' habet aliquam difficultatē, & extorquet magis quā euellitur loco, donum triuiæ de cespite vellit. Melius dictū est, donum triuiæ, quā si dixisset, filiam suam vellit. consecrata enim in alteri⁹ potestatem & naturam transierat, vel maxime traditione perfecta. ¶Non illum tectis.) Noluit ire ad aliquam ciuitatē, aut in priuatorum tectis aut mœnibus publicis propter causam fugæ & filiam nutriendam hospitari, vel quia pudebat eum solum videri post regnum seruiētē sordibus & cunis infantis. ¶Neque ipse manus.) Nec consensisset feritate pastorum vitam ducere, hoc est viuere pastorū more, qui ferarū more solitudine ac syluis transigunt vitam. sequitur. ¶Et solis exegit montibus æuum.) Et omnem vitam suam in solitudine montium ac desertiōe transegit, quod imitatus est metab⁹. Potest & sic intelligi, solis montibus, vt nullo tēpore vitæ suæ reliquerit montes, p̄pter prædictas causas pudoris.s. & timoris. ¶Hic natam.) Duo proposuit, locū & personam. respondit loco, vt ostēdat, quid sit hic, vel quem laborem pertulisset ille in montibus nutriēs filiam vagientem, ¶In dumis.) Ecce non tantum deerant stramina, quæ iacenti subdi potuissent, verumetiam dumi supererant, qui nocerent. ¶Interq̄ horrentia lustra.) Cum sint lustra, in quibus feræ cubitant, merito metuenda adiecit, horrentia, vt illa ostenderet ferarū fuisse maiorum, quibus acrior natura est, nec minus etiā illud expressit, quid sit, solis mōtibus, vt pote qui essent sine homine, bestiarū immanium causa. Venit iam ad personæ rationem, vt demōstraret quēadmodum in tam dura vastitate regionum puella nutrita esset. ¶Armentalis equæ, inquit, mammis & lacte ferino Nutribat.) Alebat filiam non humano lacte, quia deerat, sed ferino, duplex ratio est cur equam dicere voluit feram, vna, quia in illis locis cū feris degebat indomitis: altera, quia equinum genus veteres ferum dicebāt, quia nondū humanis vsibus seruiebat, sed hoc loco ferinū lac debemus accipere eius, scilicet animalis, quod esset asperum: & locis regionibusq̄ respondens. ¶Teneris immulgens vbera labris.) Hoc vult poeta monstrare quod etiam in hac parte metabo tanta alendæ filiæ difficultas occurrerat, vt nisi ipse per se labris puellæ vberaq̄ seruata moderatione mulxisset, alimonia ad eū p̄uenire nō potuisset. Hoc ideo pater solicitus faciebat, quia, quod fuit ei grande & asperū, tenera adhuc ifantis labra sustinere nō poterāt: nec fauces admittere copiā, quam præbebat, armentale animal ideo posuit, ne in totum videret agreste, ac se mulgeri nō sineret, expressit obsessum multis periculis & casibus fatum, nunc ad eam acceditur partē, vt palam fiat posse naturam consuetudine cōmutari, nam cum esset fœmina & amplitudine generis potēs eam locorū quātitas & vsus viuendi sic solidā reddidit, vt omne quod sibi natura deerat respueret. ¶Vtq̄ pedum primis.) Mox vt stare potuit pedibus suis, instruit eam pater portare, quod iaceret, neq̄ enim fuit in illis locis fœmina, quæ incipienti lanam mōstraret, aut telam. Docuit eam pater, quod præbebat locus, non quod sexus exigebat, & persona discentis. ¶Spiculaq̄ ex humero.) Vt portaret manibus ferrum missile, & humeris arcum & pharetram sustineret. ¶Pro crinali auro.) Ad eorum vicem, quibus se aptare fœminæ consueuerūt, venantium iuuenum sumebat ornatum, pro auro, quod addi capitibus virginum solet, proq̄ Palla tygridis pellis per dorsum fundebatur a vertice. ¶Tela manu iam tum te.) Tantum proficiebat in eo, quod producebatur studio, vt iam tela iaceret manu, & lapides ageret funda. ¶Strymoniamq̄ gruem.) Nouerat iam in illa ætate destinata percutere, deniq̄ ictibus suis aut gruē deiecit, aut cycnum. Pulchre ac

Universidad de Deusto Biblioteca

proprie posuit,deiecit.aues enim in volatu percussæ nõ capiunt
sed cadũt.capi enim dicũtur,cum visco aut retibus tenentur,aut
laqueis.⁋Multæ illã frustra.)Iam felici rumore ita percrebuerat
vt multas illam matres nurum frustra constaret optasse, cũ non
dicit quorũ quantorumve oppidorũ, nec ipsarum definit nume
rum matrũ,plus vult intelligi, quoniam generalitas latitudinẽ
intellectus semper & vbiq; cõplectitur,dicendo autem frustra.ci
to ostendit nullã nuptias eius impetrare potuisse. Matres hoc lo
co,nõ vt alibi mulieres,propter designationẽ sexus debemus ac
cipere:sed veras matres,nulla enim nurũ quærit,aut postulat,ni-
si quæ sit mater adolescentis.⁋Sola contenta Diana Æter. telo.)
Pulchre amasse eam dicit,sed non illam partem amoris esse secta
tam, quæ eam ab armorum studio ad vsum domesticũ vel lana-
rũ pẽsa reuocaret,aut quæ virginitatis honores auferret,me,in-
quit.diana prętulit cunctis,me perpetuitatẽ intemerati pudoris
deligere maluit,& non telas amare sed tela.⁋Vellẽ haud correpta
fu.)Non sic Dianæ Camilla displicet,q traducta sit amore bellã-
di,sed q ausa sit bello prouocare Troianos: tale pculdubio cri-
mẽ admittẽs,quod nec ipsa posset Diana defendere, aut proprio
subleuare psidio,quod potuit lacessere,hoc fuit in offẽsiõe gra
uissimũ,venire quippe ad bellum,cum desit causa bellãdi, culpę
est maximæ,& prouocare felices extremæ dementiæ. Teucrorũ
nomen cum ingenti posuit laude,nam illis & virtus cũ felicitate
supererat,& ijs fato ac dijs volẽtibus regnum Italiæ debebatur.
Et Lauiniæ matrimoniũ totum nouerat Diana per potẽtiam nu
minis,& sciebat sacrilegiũ esse,siquis cõtra Teucros arma sume-
ret,aut belli certamẽ intraret,quod vero ait,conata,ostẽdit in au
dendo difficultatẽ &ausus huiusmodi nõ secuturos effectus.co-
natus enim secũdum Sallustianũ etiam morem, cœpta significat
non tamen impleta. ⁋Chara mihi comi.q. fo.) Si hoc, inquit,
nõ fecisset,posset adhuc mihi chara& comes esse cũ cæteris. Hęc
dicendo ostendit mox esse perituram:sed quod fuerat luctuosum,
amantis animo nominare non potuit. ⁋Verum age.) Quia po-
tuit dici,cur nõ subuenis periclitanti?aut eam non subtrahis bel
lo?ad hoc respõdentis partibus functa, extremis,inqt, fatis vrge
tur,nullo potest auxilio subleuari,quia necesse est fieri,qđ fato-
ratione debet.ecce nec tunc saltem felix Camilla,nam perit in ar
mis,quæ tot pericula & innumeros casus,cũ adhuc vagiret, eua-
sit.Verum age,cœperat dicere,verum age, & iterum dictis hor-
tari:sed vbi hoc dixit,interposuit causam mittẽdi,& tũc redijt ad
ea,quæ mãdabat,nos iũgamus, quod poeta necessaria ratione se
parauit,& ordinemus sensum. ⁋Labere nympha polo.) Perse-
quamur nunc singula,vt dictorum vim referemus. Verum age
labere nympha, Iubentis est age,tamen etiam hortantis, misce-
re enim debuit cum authoritate beneuolentiam, vt impleretur
facilius,quod volebat. ⁋Labere nympha polo.) Et relicto inte-
rim cœlo labere ad eas Italiæ partes, in quibus infelix geritur
bellum quo Camilla peritura est. ⁋Hæc cape.) Hæc tecum,in
quit, porta. Verum quia incertum fuit,quæ tradita viderentur.
totum enim generalitas obscurauerat,subiecit ea,quibus osten-
deret data.⁋Et vltricẽ pharetra deprome sagittam.) Magna bre-
uitas,& cõpendiosa dictio,in qua pars dicitur traditorum, & ta-
men intelligitur totũ,cum enim dicit deprome sagittam, & non
nominat pharetrã,ostẽdit euidentius quæ dedisset,arcus quoq;
non est facta commemoratio,sed tamen intelligitur datus, nan-
que dixit. ⁋Hac quicunque sacrum.) Sacrum, inquit, violarit
vulnere corpus,& de morte tacuit,ne omẽ quamuis periturę fa-
cere videretur.Ideoq; violarit,posuit,quasi leuiter lęserit, nec di
xit quicunque eam occiderit. ⁋Post ego nube caua.) Solatia
sunt ista fati extremi, quæ cum fiũt viuorum potius officia pro-
bant,nihil sentiẽtibus mortuis.quid enim consequeret Camilla,
si percussor eius interiret?quid sentiret,si arma nõ perderet? qđ
haberet commodi, si funus occisæ ferretur ad patriam? sed hæc
iccirco commemorauit,ne in totum ei, ꝓpter quam dolebat,
defuisse videretur. ⁋Dixit.) Hoc est compleuit Diana, quæ vo-
luit.⁋At illa leues.) Leues dixit remota segnitia properantem ad
ea implenda,quæ Diana mandauerat. ⁋Cœli demissa per auras
In so.) Quicquid de summo fuerit emissum,necesse est,vt det so-
nitum& ventum sibi ex aere conciliet: sed huic Dianæ auxilio
magis videtur esse procuratum, vt facilius perueniret ad teras,
& deuenientem cerneret nullus.

ASCENSIVS.

⁋At Metabus,&c.) Docet Diana,quę reliqua egit metabus quo
modo videlicet se in amnẽ immisit, & receptam filiam in syluis
educauit. Admonetq; opim, vt quicunque letaliter vulnerauit
Camillam morte sua illius necẽ luat. De quibus nihil habemus
Donati,Sed ordo est At,idest sed Metabus,scilicet Volscorum rex
& pater Camillæ,magna caterua, scilicet hostium vrgente iam,p
pius dat sese fluuio,id est in fluuium, atq; ipse victor, id est voti
compos,vellit de cespite,id est terra herbosa,in quam hastã infi-
xerat,vellit dicit,id est auellit hastã cum virgine, id est ad quam
Camilla erat alligata,hastam dicit appositorie,donũ triuiæ, idest
Dianæ gramineum,id est de gramine auulsum,vrbes vllæ, id est
quæcunque in Italia essent,non accepere,illũ,scilicet Metabum,
tectis,id est priuatis hospitijs,& nõ accepere mœnibus, id est pu-
blicis hospitijs,aut tota vrbis capacitate nec ipse dedisset manus,
id est nõ se subdidisset, recipere volẽtibus,feritate,id est præ feri
tate sua,& exegit æuũ pastorum,id est more pastorum in monti
bus solis,id est desertis,Ipse nutribat hic,id est in solis montibus
natã,id est filiam suam in dumis & inter lustra.s. ferarũ, horrẽtia
id est aspera,& inculta mãmis equæ armentalis indomitę,& quę
gregatim inter armẽta versabatur,& pro,id est lacte ferino,id est
equæ feræ,imulgẽs vbera.s.equæ labris teneris,id est in labia te
nera Camillę,vtq;,id est & postq; infans.s. Camilla instituerat ve
stigia pedum primis plantis, id est signauerat vestigia primo in
gressu,ipse onerauit palmas,id est manus eius iaculo acuto,id est
sagittis aut telo venabulo,& suspendit paruæ,id est ipsi cũ adhuc
esset parua spicula,id est iacula acuta,seu tela & arcũ, ex humero.
s.ꝓminẽtia.& exuuiæ tygridis,id est pellis tygridis deuictę,& ab
ea abstractæ.At exuuię ab hoste detrahi solẽt,pendẽt illi a vertce
p dorsum,p auro crinali,id est loco reticuli aurei. quo virgines
crines seu capillos suos alligant: & pro tegmine,idest vestitu seu
cooperimẽto Pallę,id est vestis muliebris,lõgę, id est ad talos vs-
que demissę.Ipsa torsit iã,tũ,id est cũ adhuc esset infans,manu.s.
sua,tela puerilia.i. pueritię apta.& egit circũ caput fundã.i. istru
mentũ effundẽdi atq; iaciendi lapidẽ habena.i.loro quo habet.i.
tenetur,tereti.i.rotũdo in lõgum,& deiecit gruem strymoniã.i.
threiciã,in strymone thracię palude versari solitã,vel illi similem
aut olorem album, aut quia omnis adultus albus est,aut iã adul
tũ,quia recẽs nati sunt coloris picei. quem grisseum vocãt. Mul-
tę matres.s.familias & nobiles matronę optauere frustra ga no-
lebat nubere,illam.s.Camillam nurũ.i. filiorum suorum coniu-
gẽ,per oppida tyrrhena,i.quę habitãt in diuersis oppidis tyrrhe
nis: sed, supple ipsa cõtẽta sola Diana.i.me & pręsidio meo colit
amorem ęternum.i.ęterne duraturũ,aut colit ęternum.i.ęterne
seu ęternaliter,amorẽ telorum.s. venatoriorũ & virginitatis exi
stẽs intemerata,id est itacta & incorrupta.Ego vellẽ q sup.haud.
i.non fuisset correpta.i.simul cũ alijs rapta & implicita,militia ta
li.s.quã Latini contra fata gerunt,conata, id est dum conaref la-
cessere.i.ꝓuocare & molestijs afficere,Teucros.i. Troianos.Quia
sup.ipsa foret,id est esset mihi nũc chara & vna comitũ mearum:
verũ age (adhortãdi vox) quandoquidẽ ipsa vrgetur fatis acer
bis.i.imaturis,& ineuitabilibus:o nympha.s.opi.labere,id est le-
niter descẽde polo.i.cœlo,& iuise.i.itrinsecus visita,& scrutare fi
nes.i.limites Latinos.i.Latinorũ vbi ipsa tristis cõmittitur.i. sta-
tim cõmittetur pugnę,omine.i.cum omine infausto.i.ifelici:ga
interimenda est.(Potius dixero vbi ipsa tristis. s.propter infelicẽ
rei exitũ sicut cõtra lęti inducti sunt Teucri propter futuram le-
titiã vt in primo.Vix e conspectu siculę telluris in altum,Vela da
hant lęti.qua cõmittitur infausto omine tristis pugnę, quia tũc
non diceretur,cui committatur.)Age,inquit,cape hęc,scilicet te
la,& deprome hęc pharetra,id est de pharetra hanc sagittam vltri
cem.i.vindicatricẽ necis eius,quicunq; violauerit vulnere.i.vul
nerauerit,corpus sacrũ.i.mihi dicatum,tros.i.siue sit Troianus,
ve pro vel Italus.s.tyrrhen⁹,det pariter.i.pari forma,pœnas san-
guine.s.suo fuso. Ego feram.i.afferã aut inferã tumulo.i.in tu-
mulũ post,idest postea q̃ interfecta fuerit, & vindictam feceris,
corpus & arma inspoliata.i.nõ ablata per spoliationem,caua nu-
be.i.existens tecta in nube cõcaua, & reponã.i.restituam patrię
scilicet suæ vñ exultat dixit,scilicet Diana:at, id est sed illa scilicet
Opis nympha leuis.i.celer aut agilis insonuit per auras cœli, aut
per auras cœli: leuis. i.cito credentis,circundata.i.circum indu
ta corpus id est habens corpus assumptum turbine nigro, quia
ad rem lugubrem descendit.

PIERIVS.

⁋Iaculo palmas onerauit acuto.) Romanus codex. Oblongus
Mediceus,pluresq; alij peruetusti, palmas armauit,legunt,quod
non sine proprietate dictũ est,& in Donati codice reperitur. Sed
enim Seruius onerauit,agnoscere videf,dum ait. Vnus est quic-
quid teneris manibus imponif. ⁋Quãdoquidem fatis vrgemur
acerbis.) In antiqs aliquot codicib⁹ legere est fatis vrgemur ini-
quis.Sed vtcunq; placuerit,acerbis aut iniqs,nõ laboro,sane vr-
gemur:

gemur persona prima mihi videf etiã Seruius agnouisse cũ scri-
psit.Ostẽdit ẽt desyderia ex fati necessitate defendere. Cæterũ qđ
Seruius ad desyderiũ refert,cur non potius ad amorẽ, & sympa-
thiam quãdã referamus?vt.s.vrgemur fatis acerbis dixerit, vti q
pari,cũ ea,calamitate affici sibi videretur, quæque Camillæ aut
acerba,aut iniqua imminebãt,ea Diana impendere sibi existima
bat. ⁋Tros Italus ve.) In Rõ,cod.legere est, tros Italusq;, & eodẽ
mõ etiã superi⁹,sed ve disiũctius melius. Illud quoq; anima duer
tendũ,qđ vulgata quædã exẽplaria.Hãc quicũq; legũt, antiqua,
hac,habent,scilicet sagitta.In aliquot alijs, ac particula cõiũctiua
vt sit mãdati summa,hæc arma cape,sagittã deprome:ac qcunq;
sacrum violarit vulnere corpus,det sanguine pœnas.



SERVIVS.

⁋Hetruscijq; duces.) Hetru-
ria dicta est,q ei⁹ fines tenebã
tur vsq; ad ripam Tyberis.Et
quasi ἑτερούρια, & p syncopã
ἑτρούρια. Nam ἕτερος est al-
ter, & ὅρος finis vocatur. Ro-
ma enim antea vnam tãtum
Tyberis ripam tenebat.Iuue-
nalis. Et quẽ imperij fines Ty
berinũ virgo natauit. ⁋Com
positi numero.) Id est ratiõa-
biliter.vñ & sæpenumero di-
cim⁹,id est frequẽter & ratio-
nabiliter.hinc est. Tũ vero in
numerum,id est in rationem
& rhythmum. vnde & metra,
numeros dicimus:vt,Nume-
ros memini, si verba tenerẽ.
Sane modo generalis ẽ descri
ptio eqstris certaminis: pau-
lo post descẽdit ad specialẽ,si-
cut fecit in quito & de curso-
rib⁹ & de nauali certamine.
⁋Horret ager.) Terribilis est.
Est autẽ versus Ennianius vi-
tuperatus a Lucilho dicẽte p
irrisionẽ debuisse eum dice-
re Horret & Alget. Vñ Hora-
tius de Lucilio, Nõ ridet ver-
sus Ennij grauitate minoris.
⁋Campiq; armis sublimibus
ardent.)

At manus interea muris Troiana propinquat,
Hetruscijq; duces,equitumq; exercitus omnis,
Compositi numero in turmas:fremit æquore toto
Insultans sonipes:& pressis pugnat habenis
Huc obuersus,& huc:tum late ferreus hastis
Horret,ager:campiq; armis sublimibus ardent.
Necnon Messapus contra,celeresq; Latini,
Et cum fratre Coras,& virginis ala Camillæ
Aduersi campo apparent:hastasq; reductis
Protendunt longe dextris:& spicula vibrant:
Aduentusq; virum,fremitusq; ardescit equorum.
Iamq; intra iactum teli progressus vterq;

ardent.) Resplendent. ¶Celeresq; Latini.) Alludit ad militiam Romanã:nanq; & equites habuit Romul⁹, vt illo diximus loco, Tercentũ scutati omnes Volscente magistro, quos celeres appellauit, vel a celeritate,vel a duce Celere,q dicit Remũ occidisse, i cuius gratiæ vicem a Romulo fieri tribun⁹ equitũ meruit. ¶Ala Camillę.)Equitatus.Alę autẽ dicunt equites, q alarum vice pedestrẽ exercitum tegũt. ¶Intra iactũ teli.) Vnde posset hasta emissa in hostẽ venire,hic traxit Statius vt diceret Quale quater iaculo spatium ter arũdine metas. Et Enniana est oĩs hęc ambitiosa descriptio ¶Pręcipitat.)Pro pcipitat. ¶Reiiciũt parmas, & equos ad mœnia vertũt.)Reiiciũt,retro agũt.Sane nũc fugiunt nõ timore,sed lege prelĩadi.Sallustius, More equestris prelii sumptis tergis ac redditis.¶Mollia.) Domita,domitorũ.f.¶Superiacit vndã.)Sup scopulos vndã iacit, nam more suo dedit, verbo detractã nomini præpositionem. ¶Sinu.) Curuatiõe & flexu vndarum. ¶Extremam.) Autẽ ad illud ptinet quod ait supra, Penitusq; datis referũtur habenis.¶Æstu reuoluta resorbẽs Saxa,fugit.) Æstus,pprie ẽ maris icerta cõmotio. ¶Vado labẽte.) Hypallage,pro labẽs ipse per vadũ. ¶Et sanguine in alto.) ἐμφατικῶς cædis ostendit magnitudo. ¶Hastã intorsit equo.)Figurate.nam intorqueo in equũ dicimus: vt, In latus, inq; feri curuam cõpagibus aluum Contorsit. ¶Sub aure reliqt.) Ex vulneris generere fulgẽtem ipsum intelligimus esse percussum. ¶Voluit ille excussus humi.)

Substiterat:subito erũpunt clamore: frementesq;
Exhortantur equos:fundunt simul vndiq; tela
Crebra,niuis ritu:cœlumq; obtexitur vmbra.
Continuo aduersis Tyrrhenus,& acer Aconteus
Connixi incurrunt hastis:primiq; ruinam
Dant sonitu ingenti:perfractaq; quadrupedantũ
Pectora pectoribus rumpunt: excussus Aconteus
Fulminis in morem,aut tormento ponderis acti,
Pręcipitat longe: & vitam dispergit in auras.
Extemplo turbatæ acies: versiq; Latini
Reiiciunt parmas:& equos ad mœnia vertunt:
Troes agunt:princeps turmas inducit Asylas.
Iamq; propinquabant portis:rursusq; Latini
Clamorem tollunt:& mollia colla reflectunt:
Hi fugiunt:penitusq; datis referuntur habenis.
Qualis vbi alterno procurrens gurgite pontus
Nunc ruit ad terras:scopulosq; superiacit vndam
Spumeus:extremamq; sinu perfundit arenam:
Nunc rapidus retro, atq; ęstu reuoluta resorbens
Saxa fugit:littusq; vado labente relinquit.
Bis Thusci Rutulos egere ad mœnia versos:
Bis reiecti armis respectant terga tegentes.
Tertia sed postq; congressi in prelia, totas
Implicuere inter se acies:legitq; virum vir:
Tum vero & gemitus morientũ:& sanguine in alto,
Armaq; corporaq;,& permisti cęde virorum
Semianimes voluuntur equi:pugna aspera surgit.
Orsilochus Remuli(quando ipsum horrebat adire,
Hastam intorsit equo:ferrumq; sub aure reliquit,
Quo sonipes ictu furit arduus:altaq; iactat
Vulneris impatiens arrecto pectore crura:
Voluitur ille excussus humi.Catillus Iolam,
Ingentemq; animis,ingentem corpore,& armis
Deiicit Herminium:nudo cui vertice fulua
Cęsaries:nudiq; humeri:nec vulnera terrent:
Tantus in arma patet.latos huic hasta per armos
Acta tremit:duplicatq;,virum transfixa,dolorem.
Funditur ater vbiq; cruor:dant funera ferro
Certantes:pulchramq; petunt per vulnera mortẽ.

Humi voluitur. nam Excussus per se plenum est. ¶Deiicit Herminium.) Nomen hoc de historia Romana est, nam cum Coclite contra Thuscos Lartius & Herminius steterunt tẽpore quo pons sublicius rumpebatur, vnde & eum plurimum laudat, ac si diceret, Talis,qualis ille fuit.¶Tantus in arma patet.) Tantum patebat in vulnere,i.in hostilia tela totus patebat. ¶Per armos.)Abusiue,nam proprie Armi quadrupedum sunt.

DONATVS.

¶At manus interea.)Reliquum est hoc superioris descriptionis, quã imperfectam dimisit,vt Camillæ fabulam diceret, qua subtracta,si prima pars atq; ista iungatur,nõ erit diuisa narratio. supra.n.dixit,Nũcius ingenti per regia tecta tumultu & cernit magnisq; vrbẽ cla noribꝰ iplet Instructos acie Tyberino a flumine Teucros,Tyrrhenamq; manũ totis descẽdere cãpis, hic dicit, At manus interea muris Troiana ppinquat,Tyrrheniq; duces equitumq; exercitus oĩs. Vt appareat integrari posse narrationem,si Camillę fabula subtrahat,veniebant igitur sic muris propinquãtes,vt cessante officio nuncii videri possent in æqualitate camporũ,vsq; adeo manifesti,vt quiescerẽt, & quemadmodũ instructi accederent singulorũ non negaret aspectibus. ¶Necnon Messapus cõtra.) Quam pulchra q̃ diuersis ornatibus singulorũ exercituũ facta descriptio? Ibat Troianorũ manus & cæterorũ equitũ digesta per turmas, premebant equi & pressis habenis frenorum impatientes retinebãt mutantes terga huc & illuc omnis autem ager armis ardebat, hastis insublime porrectis, at in altera parte

parte videbant illi, quos cum Camilla dimiserat Turn⁹,messap⁹.f.& Latini,cæteriq;,quorũ,superi⁹ meminit, oẽs ibãt cũ ipigra celeritate, vt hostẽ ad patriã venire nõ sinerent: hastas gestãtes dextris retrorsum adductis: spiculaq; vibrãtes,magna subtilitas dicentis & eloquẽtiæ copiosa substantia, vt in descriptionibus partim nihil diceret simile ibãt ꝑ dicti duces veniẽtibus obuñ, & cõtra muros positi, qd agerẽt in cãpo facillime videbant. Ibãt vibrantes spicula ita crebro motu, vt ea iã crederent esse missuri. ¶Aduẽtusq; virũ.)Aduẽtus,nõ ad patria,sed inter se.Sequit enim.¶Iamq; intra iactũ.)Progressus iã vterque exercitus fuerat & iccirco,crescebat fremitus equorũ,& animis ferebant: qa qui sunt ex vsu bellorũ, sciũt quãdo sibi certandũ sit,sciũt,quãdo arripi possit initium belli. Vbi ergo tantũ inter vtrũq; exercitũ remansit spatii,vt tela vtrinq; missa peruenire in alteros possent,subito erumpunt clamore, furentesq; exhortantur equos, hortamẽta vocis iccirco adhibent,vt excitent etiam inuiti.Isti hortabant, qui iam furentes erant & in belli certamẽ exire cupiẽtes,talis est & vox, quę mittitur,antequã certamen initietur, vt hortamẽto fit singulis & plurimũ in ausus validos impellat armatum. ¶Fundũt simul vndiq; tela.) Ecce quãtum potest ante certamen clamor:nõ enim incassum emittitur,inde quippe nascuntur incremẽta virtutis,& necessitas plena pugnadi,inde timidis pauor accedit, inde fortibus vires augentur, nõ ergo missa sunt tela,sed fusa, vt niues nec ab vno aut ex vna parte,sed simul ab oĩbus, veniebat autem niuiũ more,præbebat hãc speciẽ cãdor ferri, & telorũ diffusa cõgeries.¶Continuo aduersis.) Hoc dictum est more bellantium, nã primi aliqui audaciores erumpunt: quos cæteram partem sequi cõueniat. Tyrrhenus igit & Acõteus cum singulis ex diuersis partibus eruperãt hastis tãto impetu atq; ictu, vt ruinæ more cecidissent, deniq; ait.¶Primiq; ruinã.) Expressum est eorum factũ,qui sibi fuerãt obuii.Equi,inquit,ipsorum collisis inter se pectoribus magnũ emiserant sonitum, quo facto excussus est aconteus fulminis in morẽ,aut tormento põderis acti. Cum pectus pectori fuisset illisum,cũ aconteus excussus dicitur similitudo fulminis data est,aut certe ponderis alicuius, quod trudit, argumento violentiaq; tormenti.¶Præcipitat longe.) Impleuit partes excussi dicẽdo,lõge fractus est,in tantum vt habuisset spatium moræ,quo in aere concluderet vitã,& ante moreretur quã ruina corporis sui premeret terrã, Tyrrhenum pernisse impulsu ruinæ descriptæ intelligendũ est.¶Extemplo turbatæ acies.) Ecce post duorũ congressum,vt diximus,omnes cum ingenti perturbatione motæ sunt acies. ¶Versiq; Latini.) Latini maiorem metum apud se esse fugiendo testati sunt, nã & reiecerant parmas & equos conuerterant,vt murorum sibi firmitate consulerent. ¶Troes agunt.) Agi dicuntur pecudum greges, cum de loco trahuntur ad locum, quantum igitur in Latinis militiæ decus fuit,vt non tantũ ferri, verũ agi more mutorũ animaliũ & impelli viderent? ¶Princeps Tur.in.a.) Primus inuasit turmas. quas

quis.n.metueret fugientes? ¶Iã ppinqua.)Vbi iam Latini proximi esse cœperant portis, resumpta audacia & proprio intellecto dedecore,repente ad pugnã cum clamore conuersi sunt.¶Hi fugiunt.)Hoc est Troiani. ¶Penitusq; datis re.ha.) Debuerant eni celerius remeare in campum,ne locorum conditione aut aliquibus insidiis caperentur:vel maxime recursu insperato decepti. ¶Qualis vbi alterno.)Propriis & signatis verbis expsta pparatio, qua ostẽderet alternus impetus, spatiũ,& alterna secessio. nã reuera sic ex alto impellit mare: vt properantes fluctus in vltimas arenas vsq; tendantur:atq; inde explicatis lapsibus eodem, vnde venerant,referant linquentes saxa,quę fuerant supergressi.¶Bis Thusci Rutulos.) Quod id factum sit Thusci, iquit, bis Rutulos egerunt ad mœnia:bis reiecti sunt,ita tamen cauti,ne inseqns hostis auersos oppnimeret,aut feriret.qua causa respectabãt hoc est retrorsum attendebãt,& scutis terga propria tuebant. Par fugiẽtiũ numero putat esse conditio.bis enim fugati sunt Rutuli, bis Thusci:sed in eo Rutulorũ turpius factum deprehenditur, quia scutis terga contexerant,ne auersi cæderentur.¶Tertia sed postquam.)Tertio certamine ad verum ac potiorem conflictum ventũ est.nam & confusę sunt partes, & vnusquisq; vir virum sibi, cũ quo certaret,facta prius exploratione,deligebat.quales putamus electos,nisi eos, qui possent facile superari? nullus eni deligit a quo possit occidi.¶Tum vero.)Id est quando ad tertiam cõgressionẽ accessum est,& ad id ventum, vt singuli cum singulis congrederentur.¶Et gemitus morientum.) Quando nõ dictum est,qui magis in plurimis cæsi sint, intelligendum est, cladẽ illã partiũ fuisse non partis.¶Orsilochus Remuli.) Cœpit specialiter in aliquibus ostẽdi,quid sit,legitq; virum vir. nã Orsilochus remulum cum vellet occidere,ne temere fortiorẽ peteret,dolo efficere cõtẽdit,quod implere non potuit. hasta igitur caput eq sub aure percussit tãto impetu,vt ferrrum perseuerasset in vulnere. ¶Quo sonipes ictu.)Ne remaneret obscurum, quod dixit ardu⁹, addidit.¶Altaq; iactat Vulneris impatiens arrecto pecto. crura.) Cum inimicum telum & dolorẽ ferre non posset, percussus sonipes erigebat in sublime suũ pectus, & crura,posterioribus tantũ pedibus nitens.¶Voluitur ille ex.hu. Vsq; ad hãc partẽ descript⁹ est,vt ostenderet prouolutus ad terram. vox autem eius cõsecuta intelligit, potiusq; videretur:voluitur ille excussus humi:non terrę excussus voluitur sed in terram venit, cũ dorso equi fuisset excussus. ¶Catillus Iolam. d.) Deiicit, & ad iolam pertinet, & ad herminiũ, quos catillus occidit. Herminium laudat, quem asseruit ingentẽ fuisse,animo,armis,& corpore. Hęc laus in honorẽ victoris posita est,q talẽ valuit superare. indicia subnectit virtutis eius,& animi.¶Nudo inquit,cui ver.ful.Cæ.) Hęc fuit probatio nudi capitis,qa capilli eius patebant in tantũ, vt eorum color quoq; flauus cerneret.¶Nudiq; humeri, nec vul.ter.) Incedebat etiam nudis humeris,nullum gerens vulnerum metum.¶Tãtus in arma patet.)Quantũ audax & nudus ex ea corporis parte, qua facilius potuit peti,tantũ ad expediendam mortem opportunus & patens.¶Latus huic hasta per armos.) Latitudinis nõ incassum facta commemoratio est, Facilius enim prębet vulneribus locũ qui amplissimi corporis spatium dederit. Fuit igit occasio occidendi talẽ,qui per temeritatem nudus ibat ad bellum,& ad excipiendum vitæ meritum afferebat lati corporis molẽ. ¶Fundit.) Necessario poeta cõfugit ad generalitatem, ne & sibi prolixitatis morã,& legentibus tædium pareret. quando enim tam ingentis pugnę & tantorũ populorum cędes speciali descriptione percurrerent: quo in genere dictionis nihil amplius põt sentiri, q̃ legitur.generalitas vero,quia nullis terminis claudit, infinitã habet æstimationẽ.tantaq; potest esse, quantum eam valuerit ostendere,qui tractarit.conclusio ergo ista melior fuit,quę narratiõi vesluti quendã faceret finem, & initium alteri daret. multũ quippe adiuuat legentis animum dissimilitudo quæsita per transitum, & in ipsa continuatione referentis procurata varietas. vtraq; tñ aliquid simile referẽti necessaria est. sed neutra debet eẽ separata ab altera.specialitas quippe habet descriptionũ moram generalitas qppe affert celerẽ relationibus finẽ: & dũ nihil tangit nihil videtur emittere. videamus tamẽ, quid sit poeta in ipsa generalitate cõplexus. Funditur,inquit,ater vbiq; cruor. ostenditur in latitudine diffusi vtriusq; exercitus vna simul animorũ presumptione pugnari. ¶Dant fu.fer.Cer.)Necesse.n.fuerat interire q̃ pluri mos,vbi solũ fuerat ferrũ.¶Pulchramq; petunt per vuln. mor.) Pulchra mors est eius, qui i acie cadit,& dum cominus cõcertat, occumbit.est enim turpis mors eius,q fugiens perit,appetebant ergo omnes sine trepidatione discrimen,& ex cõtrario euẽtu insignem exitum vitare,

ASCENSIVS.

¶At man⁹ interea,&c,)Narrat quomodo exercitus Ænee ad vrbẽ aduenit,& quomodo acceptus est ab Latinis qui iam exierãt de qua re cũ nihil sit Donati. ¶Ordo est.At.i.sed man⁹ Troiana id est exercitus Troianus paratus manu pcertare,ppinquat muris interea.i.dũ Opim demittebat Diana:& duces hetrusci,supple appropinquant,& omnis exercitus equitũ propinquant(nã collectiue aut cõceptorie loquitur)compositi numero id est secũdũ numerũ debitum in turmas. Sonipes.f.equus insultãs fremit toto ęquore,id est campo ęquo & plano, & pugnat,id est facit prælu dia pugnę,aut potius obluctat & repugnat, habenis pressis, id est compressis ne in hostem ruat,obuersus, id est obtract⁹ huc & huc,idest modo in hanc partem mõ in illam, cũ maluisset in hostem progredi,& Ager ferreus,id est armis ferreis armatorũ coopertus:horret.id est asper & rigidus est, late id est per latum hastis.f.extensis,& campi ardent,id est resplendent armis sublimib⁹ id est ab altis viris gestis aut capite positis. nã p hoc significat armatos etiam altos & sublimes fuisse. Necnon,id est & etiã Messapus.f.domitor equorum filius Neptunni & Turni partes sequẽs & Latini celeres,id est agiles & expediti in bello,& Coras cum fratre.f.Catillo,& Ala.i.equitum cornu, Camillę virginis apparent cõtra,id est econtrario,& ex aduersa parte supple in cãpo,existentes aduersi,id est ex aduerso stãtes,& portendunt,id est extẽdunt & ante se tendũt longe hastas.f.suas dextris reductis,id est reducibilib⁹,ita vt educere,& reducere possint & vibrãt, id est quatiũt, spicula,id est tela in morẽ spicarũ acuta, & aduentus virũ pro virorũ fremitus equorũ,ardescit,id est feruet & furore rapit impatiẽs moræ.Et iam vterq;.f.exercitus, substiterat, id est restiterat progressus intra iactũ teli, id est vt telo iacto cõtingere se mutuo possent,& supp.vterq; aut vtriq; erũpunt,f.ex statione sua in pugnam clamore subito,& exhortatur equos furentes.f. spõte sua martio furore succẽsos,& fundũt simul tela crebra ritu, id est ad morẽ niuis. f.ex aere decidentis,& cœlũ obtexit,id est obtegitur vmbra.f.telorũ.Videt alludere ad eũ qui dixit,Sub vmbra igit melius pugnabimus. Tyrrhen⁹ & Acõte⁹ acer, viri illi aduersi qa ex aduerso veniẽtes & diuersis fauẽtes ꝑor Ænee & posterior Turno,incurrũt cõtinuo,i.statim hastis.i.in hastas mutuas & ipsi primi dant ruinã deiecti.f.mutuo impetu sup.cũ ingẽti sonitu & rũpũt pectora quadrupedantũ.f. equorũ quaternis pedibus currẽtiũ perfracta pectoribus.f.mutuo occurrẽtibus, Acõteus excussus.f.equo in morẽ fulminis aut põderis. i. lapidis aut glãdulę acti tormẽti.i. machina bellica,pcipitat sup.se,aut pcipitat longe & dispergit vitã.i.spiritus vitales in auras. Acies.f.Latinorũ sunt turbatæ,id est attonitæ,extẽplo.i.ilico vt viderũt Acontea excussum & ipsi versi.f.in fugã reiiciunt.i.retro agunt,nõ abiiciũt parmas.i.scuta sua leuia,& vertũt equos ad męnia Troes agũt.i.persequunt sic arte fugiẽtes,& Asylas Troianus ille pnceps.i. principiũ tenẽs:inuasit turmas.f.equitũ Latinorũ, & iã ipsi propinquabant portis,& Latini versi.f.in persequẽtes, tollũt.i. dunt, clamorem.f.vehementẽ,& reflectunt colla.f. equorũ mollia id est faciliter flexibilia,& ad hoc instituta, ac domita & hi.f.qui prius isecuti erãt fugiũt,& referũt.f.Latini in hostem habenis penitus datis, id est pcessis equis.Qualis,id est qualiter põtus.i. mare quoduis refluũ,vbi,id est quãdo,procurrẽs alternis. f.fluctibus, aut alternatim.ruit gurgite,id est impetu vasto.nunc.i.aliquando ad terrã & superiacit vndã scopulos.i.iacit vndã super scopulos. (Prior enim accusatiuus regitur virtute vrbi,posterior virtute ppositionis)existens spumeus,id est spumosus ex feruenti agitatiõe & pfundit sinu,idest curuatiõe,& fluxu vndarum: vndam extremã,id est profundissimam,aut remotissimam & fugit nunc,idest aliquando retro,id est retrorsum resorbens æstu, id est feruore, & impetu,saxa reuoluta,id est quę reuoluit,& relinquit littus,vado labente,id est declinante in minutis aquis aut per hypallagẽ, & habens per vadũ relinquit littus. Thusci, id est Hetrusci egere Rutulos versos,scilicet in fugã,ad mœnia,& ipsi reiecti, id est repulsi armis,scilicet Rutulorũ,respectant id est retrospiciunt tegẽtes terga,scilicet sua,quod nõ faciunt qui timore pcussi in fugã vertunt,sed postq̃ ipsi congressi in tertia prælia: implicuere iter se totas acies,& vir legit,id est elegit cum quo pugnet virum,cũ vero, id est maxime tunc &, id est simul gemitus morientium sup.auditi aut facti sunt,& arma.& corpora & ipsi equi semianimes,id est femineces permisti cęde virorum voluunt in sanguine alto,idest profundo & denso,pugna surgit,id est instauratur aspera:quia neutris cedentibus. Orsilochus Thuscus ille,intorsit equo Remuli hastam,e quo dicit,nam horrebat, id est formidabat adire, id est inuadere & petere, lancea, ipsum, scilicet Orsilochum,

Universidad de Deusto Biblioteca

lochum,& reliquit ferrū sub aure, quia iā in fugā versum habebat: quo ictu sonipes.i.equus, furit existēs arduus.i.erecta ceruice,& iactat crura alta pectore arrecto, existēs ipatiēs vulneris, id est impatiēter ferēs vulnus. Ille.s.orsilochus, excussus.s.ab equo voluit humi.i.per humum. Catillus frater.s. coræ deijcit Iolam & herminiū ingentem animis,& ingētem corpore & armis. Cui .s.Orsilocho Cæsaries erat supple fulua supple in vertice nudo, & cui sup.humeri erāt nudi nec licet humeri,& caput nuda erāt. tū supple vulnera, id est tela quibus vulnera fiunt nō terrēt sup. eū tantus, id est tam vastus & immanis patet in arma, id est contra tela quæ inferri possent. Hasta tremit acta huic.i. in hūc aut ad huius pniciē, per armos.i.humeros latos, & ipsa trāsfixa.i.ad secundū humerum penetrās duplicat viro dolorem, Cruor ater funditur vbiq;,& ipsi certantes dant.i.edunt & efficiunt funera ferro.i.armis ferreis & petūt pulchram.i. honorabilem mortē per vulnera.

PIERIVS.

¶Hastasq; reductis protēdunt longe dextris.) Antiqua pleraq; exēplaria, prætendunt, legunt, qui quidē gestus est infestandi hastā in cataphracto milite. cuspide ad feriendū pretensa. Sed enim quia de iaculatione loquitur melius est. Protendūt, quia in iaculatione manus reducitur protensa hastæ longe maiori parte, ne si capias a medio cuspidem versus, manus distracto ære ictum faciat elāguescere, impulsumq; moretur. Eadem elocutione dictum ab Ouidio, Protētaq; forti tela tenēt dextra lato vibrātia ferro. Donatus vero hic duo agnoscit.& quod hastas gestarēt, dexteris retrorsum adductis:& quod spicula vibrarēt pgebant, inquit, paratis hastis,& dextris, vt hostes petere viderentur, ibāt vibrātes spicula, ita crebro motu, vt ea iā crederentur esse missuri. ¶ Continuo aduersis Tyrrhenus, & acer acōteus, cōnixi incurrunt hastis.) In Ro.co.& aliquot alijs antiqs, aduersi legitur: neq; obstat qd connixi hastis subsequatur, quod isti absurdum putauerūt. Hoc vero videtur agnouisse Donatus, dū ait, continuo aduersi cū singulis ex diuersis partibus eruperāt hastis, quāuis idē dicat, si aduersis hastis legamus. ¶ Prefractaq; quadrupedātū pectora pectoribus rūpunt.) In Ro.cod. in Mediceo,& quibusdā alijs peruetustis, pertracta, legitur. Ex quo impetus equorū vehemētissimus ostēditur. Quod vero ita pectora pectoribus ruperint, aduersos eos incurrisse demōstrat. Est & quadripedātū, secūda syllaba per, i. tertiam vocalē, de qua plura alibi. ¶ Princeps turmas inuasit asylas.) Antiqua oia quę versamus exēplaria, inducit, legūt, quod a verbo, inuasit, forma diuersissimū est, Donatus quoq;, inducit, agnoscit. ait.n. Primus asylas induxit turmas in medios: quis eni metueret fugientes? Est & inducere in hostem sæpius apud historicos. ¶ Nūc ruit ad terras.) In codicibus aliquot antiqs, ruit ad terram singulari numero legitur. ¶ Legitq; virū vir.) No. Marcellus legit hoc loco, p accessit positū ait, vt in.ij. Georgicon, Primi lege littoris orā. Donatus, p delegit mauult, ait enim vnusquisq; vir virū sibi, cū quo certaret, facta prius exploratiōe deligebat. Quales per tamus electos, nisi eos, q possunt facile superari. Null⁹ enim deligit a quo possit occidi. ¶ Quo sonipes ictu furit arduus.) In antiqs aliquot codicibus, ferit, legitur, sed imperfecta eēt oratio, quare furit. lōge melius. Est & illud aduertēdū, quod vbi vulgata exēplaria legūt, altaq; iactat crura, vetera qdā, acta, habēt. ¶ Duplicatq; viri trāsfixa dolorē.) Romanus codex, Mediceus, & aliquot alij pueteres legūt, duplicatq; virū transfixa dolore, hoc est duplici virū dolore cumulat. Qua forma dixit Ouidi⁹, duplicataq; vulnere cęco est. sunt qui nō inepte reposuere, duplicatq; virū trāsfixa dolorē, vt sit, transfixa virū duplicat dolorē, pulchro & figurato elocutionis modo, Quam tū secundo loco retulimus lectionē in pluribus inuenies exēplaribus. ¶ Dant funera ferro.) In Mediceo, vulnera, cū decora, quę sequitur, repetitiōe, pulchrāq; petūt per vulnera mortē. Qd si funera legas dari, repetitio erit sententię, quę non ita decora videatur. Est vero illud etiā, quod in alijs, at medias inter cędes in eodē Mediceo, ac medias inter acies legitur, Sed omnino plus est dicere, inter cędes.

SERVIVS.

¶Exultat Amazon.) Suspendendū exultat, vt Amazon intelligas quasi Amazon. nā Camilla Volsca fuerat sicut in pmo, Dederatq; comā diffūdere vētis Venatrix, id est quasi venatrix.s. ¶ Indefessa.) Infatigabilis. Et oia ei Amazonū arma tradit, quas Titianus vnimāmas vocat. nā hoc est Amazon quasi ἄνευ μαζοῦ. ¶ Spicula fugientia.) Pro ipsa fugiēs. ¶ At circum lectæ comites.) Subaudis Dimicant: qd etiam sequens Amazonū indicat cōparatio, quę inducūtur circa reginā bella tractātes. ¶ Latinaq; virgo:) Noīa hęc nobilissimarū sunt Italiæ fœminarū. ¶ Italides.) Pulchra deriuatio non veratnā verum est Italę. Italus autem, vnde est Italides magis est patronymicū, q̄ deriuatiuū, sicut Belias, vnde est Belides. ¶ Quas ipsa decus.) Et ad electas, & ad ipsam potest referri. Decus aūt si ad Camillam, nobilitas, pulchritudo. si ad delectas, ornamētū.i.quas sibi elegit ornamentū.i.ad ornamentū. ¶ Dia Camilla.) Generosa εὐγενής. nam Græcum est, cuius nominis Etymologiā pleriq; volūt venire ἀπὸ τοῦ Διός qd si sic ē, dicem⁹ dissentire deriuationē a pncipalitate. nā dia, di pducit, cū Διὸς corripiat: sicut econtra, cū lux pducat, lucerna lu corripit. ¶ Paciśq; bonę, bellisq; ministras. Cōgruum paci epitheton dedit vt eam bonā diceret, cū bellū ecōtra sit pessimū. nā sine dubio & belli seruiret, si rō versus admitteret. ¶ Quales Threicię.) Tanais fluui⁹ est q separat Asiam ab Europa, circa quem antea Amazones habitauerūt. vñ se postea ad Thermodōta fluuiū Thracię trāstulerunt quod et Sallustius testatur, dicens, Dein cāpi Threissi, quos habuerūt Amazones, ab Tanai flumine incertū quam ob cām digressę. ¶ Thermodoontis.) Plenū Thermodoon, sed p Synæresim Termodō facit. Vñ donatū circūflexū habebit accētum. Greca.n. noīa necesse ē vt circunflectantur quoties fit Synæresis exigēte metri necessitate. Ergo si fit Thermodōdo habebit accentū acutū: qd si Thermodō fecerit, & i finalem transfertur, & mutatur accentus. nam circunflexus fit. ¶ Pulsant.) Ennius, Ad musas q pedibus pulsatis Olympū. ¶ Bellantur.) Pro bellāt. nam solēt verba pro verbis poni. Vnde nūc passiuā declinatiōnē sub actiua posuit significatione: sicut i Georgicis, Et placidam paci nutritor oliuā: futurū tempus a passiuo posuit pro prēsenti ab actiuo. Nā nutritor, p nutri posuit. Vñ est ecōtra, Nox humida cęlo Precipitat. ¶ Hippolyten.) Hęc Amazonū fuit regina, cui vinctæ Hercules Baltheum sustulit. ¶ Martia.) Aut bellicosa, aut Martis filia. ¶ Quē telo primum deijcis?) Homericū est, interrogationem ad ipm referre qui describitur, cum musę interrogari cōsueuerit: vt, Vos o Calliope pcor aspirate canenti. ¶ Aspera virgo.) Epitheton ad officiū belli respiciēs: alias incōgrue virginē asperam dicimus. ¶ Euneum.) Quia Latina est declinatio, ideo ne accepit accētum. nam Statius quia grece declinauit, Græcū accentū posuit, dicens, Nunc Euneon ante, Et nunc ante Thoas. ¶ Lōga abiete.) Hasta abietali. Nā arborem pro hasta posuit. ¶ Suffosso.) Casuro. nam suffossi equi dicūtur quos vulgo incespitatores vocāt. Alij Suffirso legunt, idest precipiti & iam cadenti. ¶ Dū subit.) Scilicet dum se ad sustentationem ruentis inclinat:& vult vtrūq; tāta celeritate esse percussum, vt vnū ictum putares, inde est enim, Præcipites pariterq; ruunt. ¶ His addit Amastrū.) Adiungit. ¶ Armis ignotis.) Nouis, inconsuetis. ¶ Iapyge.) Appulo equo. ¶ Pellis erepta iuuenco.) Id est lorica nā proprie Lorica, est tegmen de loro factum: quo maiores in bello vti consueuerāt. ¶ Agrestisq; man⁹ armat Sparus.) Bene Agrestis: nam Sparus est rusticum telum in modum pedis recuruū. Sallustius, Sparos & lanceas, alij præacutas sudes portare. ¶ Vertitur in medijs.) Id est agit nā Græce ἀναστρέφεται dixit. ¶ Toto vertice supra est.) Statius de Capaneo, Et totum transcendit corpore bellum. ¶ Hunc illa exceptū.) Fraude circunuētum, vt Æmulus exceptū Triton. ¶ Traijcit.) Vis iactus ostenditur. ¶ Syluis.) Pro in syluis,& est Archaismos. casus p casu. ¶ Muliebribus armis.) Vsus obtinuit vt innuptas, virgines, nuptas, mulieres vocem⁹. Nā apud maiores īdiscrete virgo dicebatur & mulier: vtrunq; enim sexum tm̄ significabat, vt ecce hoc loco dicit armis muliebribus, cū Camillam innuptam fuisse manifestum sit. Itē in Bucolicis legimus, Ah virgo infelix, cū Pasiphaen constet ex Minoe ante amorem tauri filios suscepisse. Terentius in Hecyra, etiā mulierem post partum, virginem vocat. Nam vitium est oblatum virgini olim ab nescio quo improbo. ¶ Nomē tū haud leue. patrum manibus hoc referes telo cecidisse Camillæ.) Irrisio est amaritudinis plena. nā si voluerimus simpliciter accipere, vt ita sit dictū quemadmodum supra, Ænee magni dextra cadis: incipit contrarium esse superioribus. Vñ melius est vt perseueremus in sensu:& ita sit dictum, Magnam re vera gloriā laturus est ad manes parentum, quem fœminea tela superarunt.

At medias inter cędes exultat Amazon
Vnū exerta latus pugnæ, pharetrata Camilla.
Et nunc lenta manu spargens hastilia densat:
Nunc validam dextra rapit indefessa bipennem.
Aureus ex humero sonat arcus,& Arma Dianæ.
Illa etiam, siquando in tergum pulsa recessit:
Spicula conuerso fugientia dirigit arcu.
At circum lectæ comites, Larinaq; virgo,
Tullaq;,& æratam quatiens Tarpeia securim,
Italides: quas ipsa decus sibi dia Camilla
Delegit: pacisq; bonę, belliq; ministras.
Quales Threiciæ cum flumina Thermodoontis
Pulsant:& pictis bellantur Amazones armis:
Seu circum Hippolyten: seu cum se Martia curru
Panthesilea refert: magnoq; vlulante tumultu,
Fœminea exultant lunatis agmina peltis.
Quē telo primū, quē postremum aspera virgo
Deijcis? aut quot humi morientia corpora fundis?
Eumenium Clytio primum patre: cuius apertum
Aduersi longa transuerberat abiete pectus.
Sanguinis ille vomens riuos cadit: atq; cruentam
Mandit humum: moriēsq; suo se in vulnere versat.
Tū Lyrim, Pagasumq; super: quorū alter habenas
Suffosso reuolutus equo, dum colligit: alter
Dum subit: ac dextram labenti tendit inertem:
Precipites, pariterq; ruunt: his addit Amastrum
Hippotaden: sequiturq; incumbens eminus hasta,
Tereaq;, Harpalycūq;,& Demophoōta, Chromimq;:
Quotq; emissa manu contorsit spicula virgo:
Tot Phrygij cecidere viri. procul Ornitus armis
Ignotis,& equo venator Iapyge fertur.
Cui pellis latos humeros erepta iuuenco.

Pugnatori operit: caput ingens oris hiatus
Et malę texere lupi, cum dentibus albis:
Agrestisq; manus armat sparus: ipse cateruis
Vertitur in medijs:& toto vertice supra est.
Hunc illa exceptū (neq; enim labor agmine verso)
Traijcit:& super hæc inimico pectore fatur.
Syluis te Tyrrhene feras agitare putasti? CAM.
Aduenit qui vestra dies muliebribus armis
Verba redargueret: nomen tamen haud leue patrū
Manibus hoc referes, telo cecidisse Camillæ.

DONATVS.

¶At medias inter cędes.) Quāta istam laude poeta prosequitur: vt inter viroꝝ cædes, & funera inęstimabilis numeri sola exultaret, quasi ludicris & nō veris dimicationibus interesset. quod autem exerto brachio & nudo latere fuisse descripta est,& signum audaciæ fuit,& prędicta est causa, qua posset occidi. More enim suo Virgilius, si vti sępe iam dictū est, nihil superfluū ponit in distributiōibus suis. deniq; infra dictū est, illic eam percussam, vbi nudū corpus præbebat ad excipiendum interitum vitæ. pharetram dixit interea, vt genus armorum ostenderet, quibus illa pugnare consuesset. per pharetram intelligendū est, illam & sagittas habuisse. ¶ Et nūc lęta manu spargens.) Hoc fuit exultare, vt vteretur telis, qbus vellet,& quando vellet nec tamē frangeretur labore aliquo, mittendo hastilia, vt securi feriēdo. ¶ Aureus ex humero so.ar.) Hic cōpleuit, quod superius dixit, pharetrata Camilla ecce & arcum aureum eam dixit habuisse,& Dianę arma, quę fuerunt in specie sagittarū. ¶ Illa etiam, in tergum.) Illa in tantum arcu fidebat,& spiculis vt etiā debuisset timeri, cum fugeret. nā cōuerso arcu retrorsum non frustra iactabat spicula. amazon dicta est nō nata, sed facta in hoc magis laudabilis, quia quod aliæ nascēdo valuerūt, hæc potuit implere meditando. ergo laudis affectu amazon dicta est, vt imitādo talis eēt, quales sunt amazones, quos adiuuat studiū gentis,& origo pręclara nascēdi. ¶ At circū lectę co.) Fuerūt cum ea lectæ comites. non ideo lectas dixit, vt apud dianam reprobę remāsisse viderentur: sed, q oēs lectas habuisset. ¶ Larinaq; vir.&c.) Quod de vna dixit, virgo, ad omnes pertinet. omnes enim virgines fuerāt intētę, quę obsequebantur ministerio eiusdem deę. ¶ Italides. Nec tibi merito tales, vtpote q essent ex Italia. sic hoc loco laudatur Virgili⁹ italiā voluit, quasi nulla terra meliores pferre possit, aut tales. ¶ Quas ipsa de.si. di.ca.) Tantū Camilla ad dianę animum accedebat, vt apud socias suas pro dea haberetur. denique cum iret ad bellum, has sibi esse comites voluit: q essent ornamento in pace, & ministræ in certaminibus belli. potest & sic intelligi: vt bello & paci ornamento esse viderentur, vt sic in vtroque viderentur, vt vtrunque ornarent. & hoc arbitror melius. ipsa est eni pura societatis & vera religio: vt nullum tempus dissimiles faciat, quos fœdera suscepta coniunxerint. pulchrū est enim seruare societatem,& eius commodum custodire. nullam istarū dicit belli gessisse certamen, se asserunt ministerio fuisse bellandi. ne exponeretur Camilla de socijs, si impares essent in causa certaminum: aut ipsa, quę laudabatur, esset inferior, si exercitatione illæ præstarent. tamen ipsarum præsentia non vacua fuit, cum vt dictum est, ministerio iuuabant operaq; bellantem. ¶ Quales threiciæ.) Tales, inquit, apparebant Italæ virgines, quales sunt amazones veræ, cum aliquos pulsant bello, aut ipsæ pulsantur, aut cum se post victoriam refert penthesilea curru vecta,& vlulatibus lætis superiorem se plena gratulatione testatur. ¶ Quem telo primum.) Confecta comparatione, redit ad Camillam, admirans in ea feriendi celeritatem, & effusorum inæstimabilem numerum. nam discerni non poterat, quem primo loco, quem postremo mactasset. tanta quippe pugnandi ars & celeritas fuit, vt neq; ordo neq; numerus occisorum dici posset, aut colligi: aut quot humi moriētia corpora fundis? moriētia dixit nō mortua, vt ostenderet tantā fuisse celeritatem cædis, vt innumeri essent fusi: nec tantum adhuc aliquis animam reddidisset. ¶ Euneum clytio primum patre.) Cum ipse laudantis studio dixisset, discerni non posse, quem telo primum, quem postremum Camilla dimicans deiecisset, quantaq; morientium corpora reliquisset, ne ipse sibi hoc genere videretur indixisse silentiū, aut in generalitate Camillę glorias minuisse, tāgit specialiter de fortioribus aliquos: vt ex ipsis appareat quomodo cæteri fuerint fusi. Primo, inquit, euneum strauit e clytio patre progenitum, cuius apertum aduersi longa transuerberat abiete pectus. huius, ingt, pectus, cum aduersus venisset, longa hasta transuerberauit. ecce laus prima bellantis, præuentus est hostis, antequam potior fieret: præuentus est, non insidijs sed velocitate certātis: neq; enim videre venientem plagā potuit, quia veniebat aduersus trāsuerberationis vim. intellectus ille est, vt nō ictum leuem vt cautus, sed imprudens ac nescius totum receperit pectore. Ferientis hæc laus est, quę sic direxit hastam, vt preuidendo caueri non posset. ¶ Sanguinis ille vomens riuos ca.) Ex ingenti eni pectoris plaga totus simul sanguis effusus est. ¶ Atque cruentam. Mandit humum.) Cadentes enim repentino ictu mordent, quidquid fortassis occurrerit. iste igitur mordens terram,& crebris hoc morsibus faciēs, vertebat se,& in suo se cruore voluebat. hoc dicēdo ostendit eum tam grauiter percussum, vt illic caderet, vbi confossus est. quod vero assidue voluebatur i vulnus,& terram mādebat, quam rigabat cruor, apparebat eum aliquem adhuc sensum doloris habuisse. ¶ Tum lirim pega.q; super.) Addidit lirim & pegasum. ¶ Quorum alter habenas Præcipites pariterq; ruūt.) Cum liris lapsu equi deceptus habenas colligere niteretur, amisit tuitionem corporis sui. Pegasus, cum lapso auxilium ferret, & inermem dextram lapso porrigens discrimen imminens vterque vitare non potuit, sic factum est, vt pariter necarentur. ¶ His addit amastrum hip.) Amastrum quoque hippotadis filium strauit hasta percussum: addidit q; his, q supradicti sunt strati eē. ¶ Tereaq; harpalicumq;.) Etiā ad hos pertinet, quod dictum est, addidit. hoc ostēdit repetita coniunctio. ¶ Quotq; emissa manu.) more suo plurimos generalitate collegit, cum laude pugnantis nam quāta tela cōiecit, tot phrygios strauit. hęc fuit subtilitas dimicātis, vt nullus ictus esset inanis: tot phrygij cecidere viri, aut vere phrygij, aut pro phrygibus pugnantes. ¶ Procul ornitus armis Ignotis.) Qūo ignotis armis & equo venator iapyge fertur. quomodo ignotis armis incipit dicere. ¶ Cui pellis latos humeros.) Agrestem ornitum dicit bello iterfuisse armatum pro qualitate personæ. deniq; pro lorica corium bubulum habuit: quo dorsum eius humeriq; tegebantur. caput aūt eius ad galeę vicē operuerat: caput lupi cū dētibus suis, dimicātis vero manū spar⁹ armabat, nulla artificis subtilitate cōpositus. Sparū dicūt regiōis
more

Universidad de Deusto Biblioteca

more fustem nodosum, quo rustici vtuntur, cum eunt ad bellũ. Ipse bellator interea tali equo vectus discurrebat inter cateruas, vt nõ equo ferri videret sed vento, & cũ esset in multitudinis medio solus altior apparebat. ¶Hũc illa exceptũ.) Hunc, i. talibus armis instructum, & tanti equi velocitate cõfisum, illa hoc est, q̃ nosset vsum belli meliori peritia, exceptũ eũ fugientẽ cũ cæteris percussit, qũo dixit exceptũ: excipere q̃ppe dicuntur, q contra veniũt, vt in venabula feræ, nisi hoc intelligi voluit exceptũ separatũ electione animi, & ad pœnam destinatũ ex omnibus cum noua specie incederet, & solus altior fuit. erat aũt facile talem discernere, quia auerso agmine terga præbuerat. Ferro traijcit, inquit, hoc est si nesciũ percussit, vt omne ferrum per corpus eius eũdo trãsisset. ¶Et super hęc ini. pe. sa.) Aperit causam poeta ostendẽs, cur eum camilla in tanta multitudine fugientium specialiter psecuta est. temerarius enim bello sese miscuerat, & eius inertiam armorũ qualitas demonstrabat. debuit igitur belli sentire virtutẽ, qui arbitratus est non emersurum quenquam, a quo posset occidi. ergo animi sui commotionem camilla & iracũdiam pectoris his vocibus fudit. ¶Syluis te tyrrhene feras.) Nesciens camilla, q ornitus diceretur, gentes cum nomine argui, in quo graue voluit esse cõuitiũ: deniq; sic exorsa est. Apparet, inquit, tuę vanitas gentis. ratum quippe te cõstat non cõtra homines ire, sed feras: & non in cãpum aut bellum: sed in syluas venandi voluptate contẽdere. ¶Aduenit, q ve. dies.) Aduenit dies, qui armis muliebribus vestra redargueret verba. tales vos vel nunc esse cognosce, quos mulieres occidant. ¶Nomen tamen haud leue.) Ipse per iracundiam factum suum depressit dicẽdo magnum eẽ dedecus armis muliebribus viros occumbere. ipsa iterum, cum veneris, inquit: ad parentum tuorum manes comitabitur te magni nominis fama: erisque dissimilis cæteris, q camillæ dextra dicaris occisus. hęc nõ se expugnat, sed duo admirabiliter tenuit. ait enim habes maximum crimen, q fœmina tibi intulit mortem: laudem vero meliorem, q camilla.

excipere

ASCENSIVS.

¶At medias.) Recitat pugnam & variam stragem Camillę, cuius deinceps vsq; ad necem eius erit p̃cipua narratio. Nihil aũt extat Donati. ¶Sed ordo est. At. i. sed Camilla pharetrata. i. pharetris instructa exerta pugnę. i. ad pugnã gerendã, vnum latus. i. habens mamillam alterius lateris exertam, & abscissam, aut exustã, Amazon. i. quasi Amazon, more Amazonidũ: exultat inter medias cędes: quas. s. faciebat auiditate muliebri, & ipsa spargẽs manu nũc, id est aliqñ, hastilia lenta, id est flexibilia, densat. i. cõdensat & multiplicat sup. ea. & ipsa indefessa. i. non defatigata, rapit nunc. i. aliqñ dextra. s. manu bipennem. i. securim duas pinnas habentem, validam. i. fortem & ad pugnam multum valentẽ. Arcus aureus. i. inauratus sonat ex humero. s. eius & arma Dianæ. i. sagittæ sonãt sup. illi ex humero. illa. s. egregia bellatrix sic recessit qñ. i. aliqñ pulsat in tergum, id est retrorsum: diripit arcu conuerso. s. in hostem vnde ipsa quodãmodo aduersa abibat, spicula fugientia, scilicet cum ea donec emissa erant. At, id est sed, comites, id est cõsodales Camillæ, scilicet Larina virgo & Tulla, & Tarpeia quatiẽs securim æratam, id est ære munitam: Italides, id est in Italia ortæ fœminę lectę. i. electę aut delectæ ad hoc munus errãt sup. circũ, scilicet Camillã, quas. s. Italides aut Italidas ipsa dia Camilla delegit. i. delegerat sibi decus. i. ornamentum, specimen, & ministras pacis bonę. i. decentis & honestę ac vtilis, nã non omnis pax bona est. siquis enim opprimitur iniuste, nec resistit dũ potest, & debet pacẽ fouet non bonam. & ministras belli existentes sup. tales quales Amazones Threiciæ, id est in confinibus Thracię olim residentes cum, id est quando pulsant flumina Thermodoontis, i. fluentis Thraciæ & bellantur, id est belligerant. armis pictis seu, id est siue. circum Hippolytem. s. reginam suam. seu circum sup. Penthesileam cũ ipsa Penthesilea, martia id est bellicosa aut Martis filia refert se, s. e pugna. curru. s. de quo pugnauerat. & agmina fœminea exultant magno tumultu. i. tumultuose. peltis idest breuibus scutis. lunatis, id est in formã lunularum incisis. O virgo. s. Camilla aspera id est acris & strenua. quẽ deijcis telo primũ, & quem postremum, quasi dicat, tot deijcis vt nesciam quẽ primum quemve postremum dicam, aut quot corpora morientia fundis humi id est per humũ quasi dicat innumera. Ipsa supple. nam ad tertiam personã trãsit, deijcit primum Eumenium, pater Clycio. i. cui Clycius erat pater. cuius aduersi. i. ex aduerso stãtis. ipsa transuerberat pectus apertum. i. nudatum abiete, id est hasta abiegna longa. Ille, scilicet Eumenius vomens riuos sanguinis, cadit, scilicet occisus, atq; mandit, id est mordicus oppetit. humũ cruentã. & moriens versat supple se sub suo vulnere. Tum id est

deinde

deinde sup, deijcit super. s. Eumenium, Lyrin, & Pegasum quorũ alter, id est prior, scilicet Lyris reuolutus equo suffosso. i. casuro, aut eo ignorante transfosso. dũ colligit habenas, scilicet equi: alter scilicet posterior hoc est Pegasus. reuolutus dum subit id est succurrit ac tendit, id est extẽdit, ac porrigit labenti. s. Lyri dextrã inertem, id est ignauam, alter dico, & alter ruunt pariter p̃cipites & sup. Camilla: addit his Amastrũ hippotadem. i. hippotæ filium: & ipsa incumbens eminus. i. de longe, hasta sequitur. i. persequitur, aut insequitur Terea, & Harpalicũ, & Demophoõta, & Chrominin hostes illos vt videtur ex sequentibus phrygios, quia sequitur, & tot viri phrygij cecidere quot spicula ptorsit virgo emissa manu. s. Ornitus tyrrhenus ille fertur procul armis ignotis, idest nouis & incõsuetis aut ignobilibus, & equo Iapyge. i. appulo. existẽs venator. i. quo venari solitus erat Cui: scilicet ornito pugnatori. i. bellatori pellis erepta iuuenco. s. lorica ex loris iuuenci cõserta operit. i. tegit, & velat latos humeros, & cui ingens hiatus. i. rictus oris lupi. i. lupini, & malæ. i. maxillæ lupi, cũ dentibus albis: texere, id est cooperuerũt caput, & cui sparus. i. telũ illud agreste. i. rusticũ armat manus, ipse. s. pugnator Ornitus vertitur. i. agit in medijs cateruis. s. suis aut Rutulorũ, & est supra. s. omnes. i. eminet, toto vertice. Illa. s. Camilla traijcit hunc. s. talẽ ac tantum virum exceptũ. s. cum in se irrueret. n. pro quia, neq;. i. non supp. erat labor agmine verso. i. qa agmen prius erat versum in fugã, & ita impediebat ornitus & a fuga & ab impetu, & fatur super. i. insuper aut super ipsum prostratũ stãs: pectore inimico. i. aio hostili. O Tyrrhene. s. Ornite putasti. i. putauisti ne te agitare feras. i. venari supple in syluis, dies. i. tẽpestas aduenit: qui redargueret armis muliebribus, idest a virgine tractatis, verba vestra, scilicet oĩum tyrrhenorũ supba, & magniloqua: tñ tu referes, idest quasi pro victoria reportabis, manibus, id est ad manes patrũ, id est maiorum tuorũ, hoc nomen, i. hanc famam & laudem non leue, id est graue & magni momẽti, scilicet cecidisse, id est q cecideris & occisus sis, telo Camillę, id est meo cuius nomen tam inclytũ est, vnde potius dixit telo Camillæ in tertia persona q̃ telo meo. Est enim in ipso nomine pondus.

PIERIVS.

¶Hastilia densat,) In aliquot antiquis codicibus, denset, secundæ coniugationis habetur. Sed vtrunq; agnoscunt grammatici. ¶Nunc validam dextra rapit indefessa bipennem.) In antiquo codice manu scripto legere est, nunc validã rapit in dextram nõ fessa bipennem. Sed cum indefessa agnoscat Seruius, vulgata illi lectio potior. ¶Aureus ex humero sonat arcus.) In Roma. cod. legere est, ex humeris sonat, vt duobus, s. continẽter pronũciatis, quodam velut sibilo maior sonitus excitetur, qualem Homerus ficto ex voce verbo mira expressit felicitate. ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀϊστοὶ ἐπ' ὤμων χωομένοιο. Sed aduertendum apud Donatum scriptũ esse. Aureus ex humeris erat arcus & arma Dianæ. Omnino enim paulo infra, Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea vati callida vbi de ornatu Clorei sacerdotis loquitur, habebimus. ¶Quas ipsa decus sibi dia Camilla.) In Roma. codi. dura, legitur vt illud, Durum a stirpe genus. Sed enim Seruius admittit epitheton, dia, quod in Mediceo & aliquot alijs antiquis codic. Diua. scriptum inuenias, Quo super loco Donatus ait, Tantum Camilla ad Dianæ animum pertinebat, vt apud Socias suas pro dea haberetur. ¶Pacisq; bonas belliq; ministras.) Bonas. quidẽ in codicibus aliquot antiquis habetur. Sed enim cum Mediceo plures atque ijdem probatiores, bonæ, legũt. idq; Seruius agnoscit. Donatiana tamẽ paraphrasis ad eam lectionem, quæ, bonas, habet accusatiuo casu, respicere videtur. Sic enim est. Denique cum iret ab bellũ has sibi esse comites voluit, quod essent ornamento in pace, & ministræ in certaminibus belli. Potest & sic intelligi, vt bello & paci ornamento esse viderentur: & sic in vtroque obsequerent. Vt vtrunque ornarent, & hoc esse arbitror melius. Ipsa enim est pura societas, & vera religio. Vt nullum tempus dissimiles faciat, quos fœdera suscepta coniũxerint. Pulchrã est enim seruare societatẽ, & eius commodum custodire. Nulla istarum dicit belli gessisse certamen, sed asseruit ministerio fuisse bellanti. Nec exponeretur Camilla de socijs, si impares essent in causa certaminum, aut ipsa quæ laudabatur esse inferior, si exercitationes illæ præstarent, tamen ipsarum præsentia non vacua fuit, cum (vt dictum est) ministerio iuuabant, operaq; bellantem. ¶Quales trheiciæ cum flumina thermodoontis.) Romanus quidem codex, & plerique alij veteres vno exemplo legunt, thermodoontis, versu Adonio. Nam quę super hoc nomine grammatici de accentu loquũtur, in causa fuere, vt Thermodoontis, pentasyllabũ, absque synæresi legi posse arbitrarentur. Sed enim

secunda

secunda syllaba, quod forte minus animaduerterunt, ὠμέγα est θερμώδων quæ corripi nõ potest, nisi more Dorum id in ὀμικρόν verterimus communius vero est thermodõtis, κατάκρασιν dimetro spõdaico proferre, quod quidem apud Ouidium apte factũ inuenias. Et tu fœmineę thermodon cognite turbę. Põtanus tamẽ, thermodoontis, videt accepisse, non vno loco, pari syllabarũ numero cum hipocoontis, vt in libro de poeticis numeris. In libro vero de adspiratione, Latinos ait vltimum, o resoluere, quia vox ea bene aliter locari nõ posset in versu heroico, putauit ille qdẽ secundam nominis huius syllabam esse breuem. ¶Seu cũ se Martia curru Penthesilea refert.) Sunt qui nomen panthasilea, per, a, primã syllabã scribant, cum tamen codices tã Virgiliani q̃ etiã aliorum authorum vna cũ Græcis eam, e, vocalem secundã statuant, quare illud librarij adscribẽdum. Quod vero Virgilius Penthesileam martiam appellarit, non ea tantum causa est, vt bellatricem significet, quod alibi fecit, Sed quod, vt ex Trogo Iustinus tradit de Amazonibus, Ne successibus deesset authoritas, genitas se a Marte prędicabant. ¶Eumenium Clytio, primum patre.) Proprium hoc nomẽ, Eumeniũ, alio atq; alio modo. In alijs atq; alijs codicibus scribitur. Sed vt quæ absurda videntur missa faciã, Romanus codex, Oblongusq;, Mediceus, & aliqui alij manu scripti eodem exemplo, euneum legunt, & in Donati codi. eodẽ est modo. ¶Moriensque suo se in vulnere versat.) Codices plerique veteres, suo se volnere legunt, absq; in, præpositiua particula, quę quidem hoc loco nõ sine iniuria sententię detrudi põt operę pretium autem esse iudicaui quę super hanc sententiã Ti.

Donatus

Donatus commentatus est adponere. Atque cruentam mordet humum moriensq; suo se volnere versat, Cadentes enim repẽtino ictu mordent, quod fortassis occurrerit. Iste igitur mordens terrã & crebris hoc morsibus faciens vertebat se, & i suo se cruore voluebat. Hoc dicendo ostendit eum tã grauiter percussum, vt illic caderet, vbi cõfossus est. Qui vero assidue voluebatur in volnus, & terram mãdebat, quam rigauerat cruor: apparebat eũ aliquem adhuc sensum doloris habuisse. ¶Tũ Lyrin Pegasum,) In antiquis Lirin, Latinis literis scriptum est. In Roma. in Oblongo & aliquot alijs pagasum, per, a, pria syllaba, quod ab eruditis receptum video. Inuenies & alio modo scriptum, sed in re parui momenti satis est receptiora indicasse. ¶Demophoonta chrominque.) Romanus & Oblongus codex, chronum, legunt, & aliquot ex accuratioribus. ¶Procul orphitus, armis ignotis.) In Romano codice, ornytus, per, y, in pene vltima παρὰ τὸ ὄρνυμι quod impetum facere significat. Nam si ab aue sit, t, literæ adspiraretur. In Donati quoque commentarijs, ornutus habetur, y, litera in, v, more veterum mutata. ¶Ipse cateruis vertitur medijs, & toto vertice supra est.) In codicibus aliquot antiquis. Ipse cateruas vertitur in medias, legitur. Sed cum sententia de eo sit, qui contineatur in loco, non autem in quempiam feratur, magis placet Ablatiuo casu, quod in pluribus habet exẽp. ¶Manibus hoc referes, telo cecidisse Camillæ.) In Mediceo codice lasciua admodum adnominatione legitur, Manibus hoc referes manibus cecidisse Camillæ. Sed telo, reliqui omnes agnoscunt.

Protinus Orsilochũ, & Butẽ, duo maxia Teucrũ PO.
Corpora: sed Buten aduersum cuspide figit
Loricam, galeamq; inter, qua colla sedentis
Lucent: & lęuo dependet parma lacerto.
Orsilochum fugiens, magnumq; agitata per orbẽ
Eludit gyro interior: sequiturq; sequentem.
Tum validam perq; arma viro, perq; ossa securim
Altior insurgens, oranti & multa precanti
Congeminat vulnus: calido rigat ora cerebro.
Incidit huic, subitoq; aspectu territus hęsit
Appenninicolę bellator filius Auni,
Haud Ligurum extremus, dum fallere fata sinebãt.
Isq; vbi se nullo iam cursu euadere pugna
Posse: neq; instantem reginam auertere cernit:
Consilio versare dolos ingressus, & astu,
Incipit hęc. {Quid tã egregiũ, si fœmina forti AV.
Fidis equo? dimitte fugã, & te comminus ęquo
Mecum crede solo: pugnęq; accinge pedestri:
Iam nosces ventosa ferat cui gloria laudem.
Dixit: at illa furens, acriq; incensa dolore, PO.
Tradit equum comiti: paribusq; assistit in armis
Ense pedes nudo, puraq; interrita parma.
At iuuenis vicisse dolo ratus, auolat ipse,
Haud mora: conuersisq; fugax aufertur habenis:
Quadrupedemq; citum ferrato calce fatigat.
Vane Ligus, frustraq; animis elate superbis, CAM.
Nequicquam patrias tentasti lubricus artes:
Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno.
Hęc fat virgo: & pernicibus ignea plantis PO.
Transit equum cursu: frenisq; aduersa prehensis
Congreditur: pœnasq; inimico a sanguine sumit:
Quam facile accipiter saxo sacer ales ab alto
Consequitur pennis sublimem in nube columbam:
Comprensamq; tenet, pedibusq; euiscerat vncis.
Tum cruor, & vulsæ labuntur ab æthere plumæ.

SERVIVS.

¶Sedentis.) Equitis. Sane eũ ex vicino itelligimus eẽ pcussum. ¶Interior.) Sinisterior breuiore. s. circulo. ¶Cõgeminat.) Hic distinguẽdũ est. Nã nemo dicit securim vulnus cõgeminat, sed securis. ¶Incidit huic.) Figurate, p, in hãc incidit. Terẽtius, Ego in eũ incidi ifelix locũ, vt neq; mihi amittẽdi, neq; retinendi sit copia. ¶Appẽninicolæ bellator filius Auni.) Quia Liguria maiore pte sui i Appẽnino est pstituta. Ligures autem, oẽs fallaces sunt, sicut ait Cato in secũdo Originũ libro. ¶Filius auni.) Aunus. s. nã vt supra diximus, cũ dictis parentibus filiorũ noĩa supprimunt, eos patri cognomines intelligimus: vt, Tyburti Remulo ditissimus olim. ¶Versare dolos igressus) Tractare. vt, Seu versar dolos, seu certe occumbere morti. ¶Astu.) Malitia. Nã proprie astutos, malitiosos vocamus. vñ in Terentio, postq̃ de dño dixit seruus Astute: ille iratus ait Carnifex quę loqtur: Cicero, Ita fit vt ista rõ existimetur astuta: meũ tamen hoc cõsiliũ necessariũ. ¶Dimitte fugam.) Equi celeritatẽ, cui fidis, relinque. ¶Vẽtosa ferat cui gloria fraudẽ.) Hęc est vera & antiqua lectio: vt sit sensus, Pedes ggredere: iam cognosces cui inanis iactantia afferat pœnã. Nã fraudem, veteres pœnam vocabãt: vt etiam in antiquo cognoscitur iure. Sallustius in Catilinario, Diẽ statuit ante quã sine fraude liceret ab armis discedere. Si aũt legerimus, erit sensus. Agnosces cui inanis gloria afferat laudem. Ventosa autẽ gloria, est quã Gręci κενοδοξίαν vocant. ¶Paribusque assistit in armis.) Pedes, sicut etiam

illum

illum congressum putabat. ¶Pura parma.) Tunc enĩ primum in bella descẽderat. ¶Fugax.) Fugiens. Nã nomen est pro participio: nõ enim fugacẽ possumus accipere: quem supra legimus bellatorẽ. ¶Vane Ligur.) Aut fallax, aut inaniter iactãs. nã vanos stultos, posteriores dicere cęperunt. vñ tractum est etiã in Neotericis. Iuuenalis, Sic libitum est vano q nos distinxit Othoni. Quid autẽ hoc loco Vane significet, cõsequentia demõstrãt, Frustraque animis elate superbis. ¶Lubricus.) Fallax, mobilis. ¶Pernicibus ignea plãtis.) Modo velocibus: alias perseuerãtibus. Nam pernix interdũ velox: interdũ perseuerans significat, vt ipse i Georgicis, Et iter dura iacet pernix istrato saxa cubili. ¶Trãsit equum cursu.) Nunc hoc incredibile eẽ videretur, nisi pręmisisset in septio, Illa vel intactę segetis p summa volaret Gramia, nec teneras cursu lęsisset aristas. ¶Aduersa.) Opposita. ¶Accipiter saxo sacer ales ab alto.) Sacer ideo quia est Marti cõsecratus: aut auibus execrabilis: vt, Auri sacra fames. Aut qd verius est, nomen Grecum expressit. nã ἱέραξ dicitur, hoc est sacer: ἱερεύς enim sacerdos vocatur Cur autem Grece ita dictus sit ratione non caret: q nota est sacrorum peritis. ¶Cõsequitur pennis.) Noua laus Camillæ: siquidem accipiter columbam sequitur, ipsa hostẽ pręcedit. ipsa etiã auium cõparatio est summa ex ptrario nam æquius vir accipitri Camilla compararetur columbę. ¶Tum cruor, & vulsę labũtur ab æthere plumę.) Ecbasis est, id est excursus.

¶Donatus

Universidad de Deusto Biblioteca

DONATVS.

¶Protinus Orsilochum,) Laudatur iste, vt Camillæ meritũ crescat, quæ tales occidit. Dicit iam quomodo occiderint singuli. ¶Sed Butẽ aduersum cus.si.Lori.) Iste eques fuit, hoc indicat, q̃a dixit sedentis loricam habuit galeã, & parmam. cum his omnibus munitus adiri non posset. Sequẽtis Camillæ, viuacitas partẽ qua hominẽ penetraret, inuenit. nã cum lęua humeri parte parma tegeret inter loricę fines & galeę, caro quę feriri posset, apparuit, atq; ita fixus est cuspide. Superfluũ fuit mortuum dicere, cũ designatione ictus & loci intelligi valeat, quid sit cõsecutũ. ¶Orsilochũ fugiens,) Fugiens, inquit, fraude potiusq̃ timore; neq; vt periculũ declinaret, sed vt deciperet imprudẽtem. nam, qui vere fugit recto & lõgo cõtendit itinere. ista vero in orbẽ fugiebat interioribus gyris. hæc fuit fraus, quæ illam fecit sequẽtem sequi. ¶Tũ validam.) Ecce quantum profuit dolus, quæ fuit prima, cũ gyris interioribus fugeret, tantũ potior facta est, vt non eminus neq; hasta sed securi potuerit ferire, circumuentũ ita instãter oppressum, vt secundo quoque ictu, cũ incassum multa cõferret, in precẽ monstretur esse cõuersus. quo autem corporis loco ictus exceperit inde apparet: opressus quippe cũ sese scuto contegeret illa exurgens altior & scutũ ipsum & caput rogantis vno securis ictu atq; alio repetito perfregit. ¶Incidit huic.) Incidit, hoc est in manus eius imprudens deuenit filius incolæ mõtis Appẽnini, ipse tantũ bellator. ¶Haud ligurum extremus.) Ille inter suos non de inferiorib⁹ fuit, & fraude certabat q̃ diu ei fata vitam largita sunt, & Camilla non vidit. ¶Is vbi se nullo iam cursu eua.) Quando sic se aduertit oppressum, vt resistẽdi fiducia nõ esset: nec spes vlla fugiendi suppeteret: vertit se ad solitũ morem, Vt declinaret dolo, quod alia ratiõe nõ poterat: his igitur instituit loq. ¶Quid tam egregiũ.) Pręfers, inquit, & superbia vani tumoris attolleris quia equus te fortissimus portat: & nõ tua sed ipsius virtute præsumis. quãdo eni potest vlla virtus esse in fœmina? ¶Dimitte fugam.) Quapropter si aliquã tui fiduciam geris, petamus campũ & æqua cõditione certemus, sit iustũ inter pares pugnæ certamẽ atq; appareat virtus propria magis q̃ aliũde quæsita. ¶Iam nosces, vẽ.te.) Experiẽdo cognosces, quis debeat iure meritoq; laudari, & quis per inanẽ iactantiam velit esse, quod non est. vẽtosa gloria est, quæ in verbis est nõ in re. & est vt vẽtus, qui trãsit per aera, nec apud aliquẽ aut aliquo in loco cõsistit. ¶Dixit, at illa furens.) Mox vt ille audacia verba cõsumpsit, Camillæ dolor & furor excitus est. cõmota igit tradidit equum comiti suæ, & vt fuit armata sic stetit. ¶Ense pedes nudo.) Quia cito & stetisse eam dixit pedibus suis, & nudum gladium habuisse paratũ scilicet ad feriendũ. pura parma hoc est expedita & sine pondere. stetit autẽ nullo cõditionis impedita aut turbata terrore. ¶At iuuenis vicisse do.ra.) Iuuenem dixit non laudantis studio, sed vituperantis. nam fœmina cũ interrita constitisset propositis cõditionis accepscẽs, mox iuuenis gnar⁹, q̃ superari posset, aufugit pro victoria renitẽs, quia subsidio fugæ declinauerat mortẽ: conuersis ab ea habenis, cuius præsentiã cupiebat euadere. ¶Quadrupedemque citum.) Parum fuit fugisse, ac fiduciam habuisse quadrupedis, cũ iret velociter: vrgebat quoq; quamuis celerem calce ferrato. faciebat hoc mortis metu quam se putauerat euasisse. ¶Vane ligus frustraq; ani. ela. fu.) Solent, inq̃t, ligures esse fallaces: sed tu non tantũ fallax, sed & vanus inuentus es, non tibi proderit inflata loquacitas, & elatũ solitis tumoribus pectus; euadendi tibi nõ erit spatiũ, frustra te pater ista perdocuit. tenebo q̃uis lubricũ. tenebo mobilẽ, tenebo te fallacem. totum, quod nosti, Camilla frustrabit, nec te vnquã patri remittet incolumem. ostendisti artem, sed quæ aduersus eam illam obtinere non possit. ¶Hæc fatur virgo.) Vt supra cum vituperatiõe posuit. at iuuenis vicisse dolo ratus, sic hoc loco cũ laude ait, Hæc fatur virgo. nam comparat, quid iuuenis, quid fecerit virgo. ¶Et pernicibus ig. plan.) Ille, vt fugeret, equi cursu confisus est. hæc vt sequeret fugiẽtem vsa est pedibus suis. fuit enim igneis plãtis, hoc est vltra hominũ morẽ & fœmineum sexum satis aptis ad cursum. ecce q̃ equi auxilio iuuenis esse nõ potuit, superauit virgo pedib⁹ suis. & ipsum quoque equũ velocitate trãsijt, plus faciens, quam si aduersum strauisset in terrã, deniq; quasi rediens in faciem fugientis impacta est, ibique retẽtis frænis, ne rursus aliam verteretur in fugã cõgressiõe ex aperto perfecta, pœnas sumpsit. ex eo parabola subnectitur, vt egregiũ factum imagine proposita comparatiõis ornetur. ¶Quam facile accipiter.) Camillæ laudem plenissime in libro septimo prosecutus est, sed hic omni occasione laudationis accumulat. sic, inquit, illa secuta est, fugientem stranit, quomodo accipiter columbam inter nubes positam comprehendit,

&

& vnguibus laniat. magna autem virtus est sequi fugientem strauit quippe, qui sequit de interstitio venit, & qui fugiẽdo pręcedit, ac sequentẽ metuit. addit fugę maiorem necessitatẽ, vt posset euaderet: proinde laudãdus est, qui seq potuerit fugientẽ. plus Camilla, quæ transijt equum cursu, & de inimico pœnas exegit. ¶Tũ cruor & vulsæ.) Hoc ad ornatum descriptionis pertinet. cæterum Camillæ facto satis remotũ est sacrum dixit alitem, aut sacrum propter augurium necessariũ, aut execrabile auibus, ac satis metuendũ. sicuti & auri sacra. fames dicta est, quia ipsius causa omnibus opportuna perpetrandis sceleribus via est.

ASCENSIVS.

¶Protinus Orsilochũ, &c.) Prosequitur reliquam Camillæ pugnã, & quã fecit stragẽ, vnde quia pro facilitate nihil receptũ est ex cõmentarijs Donati. ¶Ordo est. Nã Camilla fixit protinus. i. cõtinuo post Orniti necẽ. Orsilochũ & Buten, duo maxima corpora Teucrũ pro Teucrorũ. i. duos Teucros maximis corporibus sed fixit Butẽ aduerso. i. ex aduerso stãtẽ, cuspide inter loricã & galeã supple ea parte quã inuenit. i. offendit colla sedẽtis. s. de equo, & qua parma. i. scutũ dependet lacerto lęuo. i. sinistro, & fugit, sup. Orsilochũ fugiens. i. cum fugam simularet, & eludit eum gyro. i. crebra reuolutione & recursu, agitata per magnũ orbẽ. i. circuitũ existens interior, & sequitur sequentẽ, quia vterq; alterum sequebat tum. i. deinde postq̃ deprehẽderat eum: ipsa insurgens altior, sup. incutit aut figit viro. i. Orsilocho, securim validã. i. robustã per arma, & ossa viro dicit oranti & precanti multa, & cõgeminat vulnus. i. plagas multiplicat: q. supple rigat ora, sup. sua cerebro calido, id est recẽter effuso, filius Auni illius viri, vñ & ipse Aunus dictus creditur Appenninicolæ, id est Appennini mõtis Italiam intercipientis cultoris & habitatoris: incidit huic. i. hãc in virginẽ, & ipse. territus subito aspectu hæsit, id est mãnstans suspensus existẽs bellator haud. i. nõ extremus. i. nõ vilissimus nec abiectissimus sed iter primos ligurum. i. illorũ populorum in parte interioris Italiæ dũ. i. donec fata sinebant. i. permittebant eũ fallere. i. vti fallacijs & astutijs in bello. Isq;, id est & is. s. Aunus fili⁹ auni, vbi cernit se nullo. i. nõ vllo, nõ posse euadere vllo cursu: neq; posse auertere reginam. i. regis filiam Camillam ipse ingressus. i. conatus versare. i. agitare & tractare dolos cõsilio. i. prudentia & astu. i. vafreitate & calliditate incipit hæc. i. sic loqui cœpit. Quid, supple est aut esse putas tam egregiũ: id est excelles facinus: si tu fœmina fidis id est cõfidis equo forti, scilicet quo auehi posse speras? Dimitte fugã, id est equum fugæ præsidium & spem: & crede. i. cõmitte te mecum. i. vti me ego committo: solo equo. i. terræ æqualiter vtriq; ad certamẽ cõgrue, & accinge, sup. te pugnę pedestri. i. quę fit a peditibus. ¶Tu nosces iã. i. statim cui. i. vtri nostrũ gloria ventosa, id est auiditas laudis ferat: fraudem, id est pœnã aut perniciẽ vel cui gloria ventosa ferat, id est afferat laudẽ, id est cedat in laudem: cum id faciat quod iactauerat. Dixit, scilicet Aunus ligur. at, id est sed illa, scilicet Camilla furẽs scilicet ira hoc ẽ incẽsa acri dolore, tradit equũ comiti, scilicet suæ vni ex supradictis & assistit id est astat cõgredi parata, sup. in armis paribus, q̃a pedes, id est pedestris ense nudo id est nudato hoc est euaginato aut nudo, id est solo sine alijs armis iuuatiuis, & assistit interrita, id est nõ territa parma pura, id est nõdum depicta aliquo insigni, aut pura, id est sola sine alio munimẽto. At, id est sed iuuenis: scilicet Aunus, ratus, id est arbitrãs: vicisse, id est votũ obtinuisse: dolo, id est p dolũ haud, id est nõ mora, supple fit, & ipse auolat & auferẽ fugax, id est fugiẽs vel vt fugax habenis cõuersis. scilicet ad nutũ, hoc est facta plena potestate, & fatigat calce ferrata, id est ferreo calcari munita. Quæras quomodo aunus aut equo ablatus aut calcaribus vsus dicatur: q̃a si & ipse eques erat inepte iproperauerit Camillæ q̃ equo fideret, & non est vero simile, quod in equũ Camillę comiti traditũ tam cito cõscẽderit aut saltem calcaribus vsus sit. Vnde dicemus Aunũ quoque in equo fuisse: sed id improperasse Camillæ: q̃ equo fortius & insigni fideret, quasi fugitura statim si vincat: quo circa simulabat, & ipse velle descẽdere: sed cũ virginem descendisse priorem videret: stati in equo aufugit. Sane Calx pro parte pedis masculinum esse solet: multi tñ textus habent ferrata calce non ferrato vt etiã fœmininum esse censeatur. O ligur inquit virgo, scilicet Camilla, vane, id est inanis & mẽtiens in facto & verbo, & elate frustra animis supbis, scilicet quod sic viceris per fraudẽ euadẽs tu lubricus, id est difficulter seruabilis, sed vt anguilla lubrica elabi sperans tentasti nequicquam, id est frustra artes patrias, id est patriæ tuæ: sed videtur de patre loqui quia subdit, nec fraus perferet te incolumem Auno, scilicet patri fallaci. Virgo, scilicet Camilla fatur hæc, scilicet dicta. Sed quæras quomodo

Auni

Auni nomen vouerit, & patris eius fraudem nisi quia multę illã frustra Tyrrhena per oppida matres optauere nurum, vñ & in liguria versata dici posset & illic Aunum vouisse, q erat haud ligurũ extremus. i. nobilissimus bellator filius Auni, & ipsa ignea. i. agilis & ardẽs vt ignis trãsit equũ cursu. i. currẽdo plãtis pernicibus. i. sane velocibus & celerib⁹. Et ipsa aduersa. i. iã quasi ex aduerso veniens, & opposita equo quem pręuerterat: cõgreditur. s. Aunũ: frenis phensis, & sumit pœnas de sanguie inimico, s. Auni, supp. tã faciliter: q̃. i. quãtũ facile, i. faciliter: accipiter ales sacer. i. Marti cõsecratus, cõsequitur ab alto saxo, pennis. i. celeri volatu alarũ columbam sublimem. i. in sublimi volanti in nube, & tenet. s. columbam comprehẽsam: & euiscerat pedibus vncis. i. vnguibus: tum. i. deinde cruor & plumę vulsæ: labunt ab ęthere. s. vbi columbam deprehendit & euiscerauit.

PIERIVS.

¶Sed Buten aduersum cuspide figit.) Vt pretereã, fixit, preterito tempore, quod in plerisq; codicibus habet: Eo me conuertã, quod maioris alicuius momẽti eẽ videatur. Antiquus admodũ codex. Aduersa, legit, sed de cuspide dictũ: hoc parũ mihi satis facit. Romanus codex, & Oblongus, Pomponianę deliciæ, vna cũ Mediceo, Auersum: legunt. Quod ideo mihi adridet: q̃a iocari videtur Poeta in diuersa feriendi ratione describẽda. Vnum enim Camilla iam auersum, & fugã arripientem in collo sauciauerat. Orsilochũ vero cõtra elusit, simulata fuga. Quem quidem de fuga locũ Virgilius ex Horatiorum pugna desumpsit. ¶Tum validã perq; arma viro perq; ossa securim Altior insurgẽs.) Romanus codex, & aliquot alij, exsurgens, habẽt, quod agnoscit a Donato. Sed insurgens: in pluribus est exẽplarib⁹. In Mediceo illud etiam diuersum, quod valida securi casu septimo legit. Tũ valida perq; arma viro perq; ossa securi: vtpote instrumẽto, quo ipsa altior insurgens. oranti & multa precãti cõgeminat vulnus. ¶Euadere pugna,) Vulgata quidẽ exemplaria, pugna, casu septimo legunt. Sed oblongus codex, pugnã, habet accusatiuo casu. Vtrũq; elocutionis modũ admittunt grammatici. Sed Romanus Mediceus, & aliquot alij perueteres, pugnę scriptũ ostendunt Gręcanica elocutione ἀποφεύγειν τοῦ πολέμου. Sed quia nusq̃ ego alibi figuram huiusmodi apud authores reperi: qđ meminisse possim in medio hoc relinquã. ¶Pugnęq; accinge pedestri.) In antiquis plerisq; codicibus ablatiuo casu positũ est, pugnaq; adcinge pedestri. Alibi tamen adcingũt oẽs operi, dictum acquisitiuo casu. ¶Ventosa ferat cui gloria laudem.) Romanus codex, fraudẽ, habet: cũ tamen pleriq; alij veteres, laudem, legant Seruius a Romano codice stat, q fraudem, veram esse lectionem putat, curq; ita sit legendum, quasdã affert rationes. Contra Ti. Donatus, laudẽ agnoscit, hac paraphrasi, Experiundo cognosces: qs debeat iure, meritoq; laudari. Vtra potior sit sententia: cũ non veteres tantũ codices, verum & opinatissimi grãmatici diuersa tradant: aliorũ arbitrio iudicandum reliqui. Est etiã in Mediceo. Feret. Finitiuo modo,

modo, vt quid certius afferat. Sed ferat, in pluribus habet. ¶Acrique ingens a. dolore.) In Ro. cod. in Oblongo, in Mediceo, & plerisq; alijs antiquis, accensa, & adcensa legitur. ¶Paribusq; assistit in armis.) Oblongus quidem codex. Assistit, habet. Sed cum Mediceo Porcius Vitalianus, atq; Delphius, & pleraq; exemplaria manuscripta, Parib⁹q; resistit in armis, legũt. ¶Aduolat ipse.) Hic abuolat. omnino, vel auolat, vt in Mediceo legendum. Tametsi aduolat, i antiquis aliquot codicibus reperiatur. ¶Quadrupedẽque.) In antiquis aliquot codicibus, quadripedemq;, vt obseruatũ sæpius per, i, secunda syllaba. ¶Ferrato calce fatigat.) Ferrato, virili genere in impressis codicibus aliquot inueni: parcius i manu scriptis. Qui plurimum habent. Ferrata calce, genere fœminino: vti est in Mediceo, & ita scripsisse Virgiliũ Nonius Marcellus attestat. Quamuis Plautus & Varro Calcem masculino genere dicere maluerint. Pręterea, quęri dicit Probus, qua de causa. Virg. nomen hoc fœminino genere pronunciauerit: factũq; ideo ait, q̃m quæcumque nomina Romana dũtaxat inanimalia, nominatiuo casu, numeri singularis, x, litera terminãt, & monosyllaba esse reperiunt, hęc fœminini generis esse pronunciantur. Ad hæc. Fl. Sosipater. Calx. ait, siue qua calcamus, siue qua ędificamus fœmi. geñ. ẽ, vt & Virg. ait. Ferrata calce fatigat. ¶Vane ligur.) Antiquissimus codex maioris notę Mediceus, & pleraq; vetera exemplaria, Ligus, legunt p s, & per, us, Ligus liguris: vt lepus leporis & vet⁹ veteris declinari ait Fl. Sosipater. ¶Frustraq; anims elate, superbis.) In codicibus aliquot antiqs. Armis elate superbis legitur. quod quidem hic nihil aliud significaret: q̃ alto equi dorso, cui Ligus ipse plurimũ fidebat, sed omnino melius. animis, vt ad procaciora ea verba respondeat: quibus Camillam in certamen prouocauerat. ¶Inimico a sanguine sumit.) Romanus codex Mediceus, & alij plerique veteres legunt, inimico ex sanguine. q̃ præpositio magis huic loco videtur conuenire. ¶Quam facile accipiter saxo sacer ales.) Ea consuetudine, quæ fuit ex accipio verbo præpositionem integram notare, priusq̃ Lucilius, cc, geminare instituisset, aliquot inde ætatibus repetita, adcipiter, per d, & atcipiter, per, t, alterius ætatis ab vsu scriptum alicubi reperitur. alitem enim eam ita nuncupatam aiunt, quod ad aliarum auium capturam genita sit. manifeste vero Virgilium accipitrem virili genere protulisse locus hic ostendit, cum tamen Lucretius fœminino dicere maluerit. accipitres somno in leni sic prelia pugnasq; edere sunt persectantes visę, atq; volantes. quem locũ nequis, vt pleraq; alia corrupta sunt, visi, reponẽdo vitiare ausit, sciant accipitrem fœminino genere scriptũ a Lucretio, Nonij Marcelli testimonio. ¶Tunc cruor & vulsæ labuntur ab æthere plumæ.) In Romano codice absq; copulatiua particula, sed adaucta, per ad placitam præpositionem, verbi significatione euolsæ legitur, sententia nõ sine iniuria mutilata, quare magis placet quod in alijs, & volsæ, legitur, quod vero in vulgatis, tunc, est, tum in veteribus plerisque reperitur.

SERVIVS.

¶Nõnullis.) Id est non negligentibus. Nã Liptotes figura est. vult eni dicere, nõ leuiter Iuppiter intuebat ista certamina. ¶Instigat vocib⁹ alas.) Alias incitat: & irritat ad reditũ. primum enim est vt fugere desinãt: post vt i hostes impetũ faciant. ¶Nomine quenque vocãs.) Per hoc extrema necessitas indicat. ¶Quis metus?) Qualis, quantus: q vos et fœminã timere compellit? Vñ paulo post, Quę tãta animis ignauia venit? Fœmina pallantes agit. ¶O nunquã dolituri.) Id est stulti. Stultus eni est q̃squis iniuria nõ mouet. Et bene nunq̃: siquidẽ antea seuitiã Mezentij iam pertulerunt, nec se vlti sunt. Nunc pꝫbẽt terga mulieri: & ne hic q̃dem commouentur dolore. ¶Atque hæc agmina vertit?) ἐμφατικῶς, id est multitudinẽ tantam. ¶Irrita.) Inertia: quæ

nos

At non hęc nullis hominum sator, atq; deorum
Obseruans oculis, summo sedet altus Olympo:
Tyrrhenum genitor Tarchontem in prælia sęua
Suscitat: & stimulis haud mollibus incitat iras.
Ergo inter cędes, cedentiaq; agmina Tarchon
Fertur equo: varijsq; instigat vocibus alas,
Nomine quenq; vocans: reficitq; in prælia pulsos.
Quis metus, o nunq̃ dolituri, o semp inertes TAR.
Tyrrheni, quæ tanta animis ignauia venit?
Fœmina pallantes agit: atq; hęc agmina vertit?
Quo ferrũ? quidve hęc geritis tela irrita dextris?
At non in Venerem segnes, nocturnaq; bella:
Aut vbi curua choros indixit tibia Bacchi:
Expectare dapes, & plenæ pocula mensę.
Hic amor, hoc studium, dum sacra secũdus aruspex
Nũciet: ac lucos vocet hostia pinguis in altos.
Hec effatus, equũ i medios moriturus & ipse PO.
Concitat: & Venulo aduersum se turbidus offert:
Direptumq; ab equo dextra complectitur hostem:
Et gremium ante suum multa vi concitus aufert.

nos vlcisci minime valẽt. ¶At non in Venerẽ segnes.) Latẽter dicit hoc, Fugitis mulierẽ, q̃a armata est: alias primi ad hunc curritis sexũ. ¶Nocturnaq; bella.) Coitum. Alibi, Et siquando ad pręlia vẽtum est. ¶Curua tibia.) Symphonia, chorum. Bacchi aũt ideo, quia apud veteres ludi theatrales nõ erãt nisi i honorem Liberi patris. ¶Expectate.) Pro expectatis: modum, pro modo posuit. ¶Secundus aruspex.) Pro secũda sacra, id est prospera: sicut econtrario Homerus μάντι κακῶν, id est malorũ diuine. ¶In altos lucos.) Illic eni epulabantur sacris diebus. ¶Moriturus & ipse.) Moriturus aio, nam moriturus nõ est. Quod autẽ ait & ipse, aut ad Camillam, aut ad Venulum respicit. ¶Turbidus.) Terribilis. ¶Direptumque ab equo dextra complectitur hostem.) Hoc de historia

ria

Tollitur in cœlum clamor. cunctiq; Latini
Conuertere oculos: volat igneus æquore Tarchon
Arma, virumq; ferens: tum summa ipsius ab hasta
Defringit ferrum; & partes rimatur apertas
Qua vulnus letale ferat: contra ille repugnans
Sustinet à iugulo dextram; & vim viribus exit.
Vtq; volans alte raptum cum fulua draconem
Fert aquila: implicuitq; pedes: atq; vnguibus hæsit:
Saucius at serpens sinuosa volumina versat:
Arrectisq; horret squammis: & sibilat ore,
Arduus insurgens: illa haud minus vrget adunco
Luctantem rostro: simul æthera verberat alis.
Haud aliter prædam Tyburtum ex agmine Tarchō
Portat ouans. ducis exemplum, euentumq; secuti
Meonidæ incurrunt. tum fatis debitus Aruns
Velocem iaculo, & multa prior arte Camillam
Circuit; &, quæ sit fortuna facillima, tentat.
Qua se cunq; furens medio tulit agmine virgo:
Hac Aruns subit; & tacitus vestigia lustrat.
Qua victrix redit illa: pedemq; ex hoste reportat:
Hac iuuenis furtim celeres detorquet habenas.
Hos aditus, iamq; hos aditus, omnemq; pererrat.
Vndiq; circuitum: & certam quatit improbus hastā.

ria tractū est. ꝛ Nā Caius Iuli⁹ Cæsar, cū dimicaret in Gallia: & ab hoste raptus equo eius portaret armatus, occurrit q̄dā de hostib⁹ qui eū nosset, & insultās ait, Cecos Cæsar: qđ Gallorū lingua dimitte significat. & ita factū est vt dimitteretur. Hoc aūt ipse Cæsar in Ephemeride sua dicit, vbi ꝓpriā cōmemorat felicitatem. ꝛ Exit.) Euitat: vt, Atq; oculis vigilātibus exit. ꝛ Ducis exēplū, euentūq;.) Scilicet virtutē & felicitatē. ꝛ Meonidę.) Lydij: vt, Mæoniæ delecta iuuentus. ꝛ Arte.) Fraude, dolo: vt, Arte pelasga. ꝛ Qua se cūq; furens medio tulit agmine virgo, Hac arūs subit.) Vt etiā supra diximus ita poeta loquiť vt i aliqbus locis det suspitionē quod Arūs de Turni partibus fuerit, nāque & cū Camilla impetū fecit, & cū ipsa rursus recedit qđ nisi de socio nō ꝓcedit. Donatus etiā dicit esse manifestū signū socium fuisse: qđ Appollinē Soractis iuocat mōtis: de quo, Turno venisse ꝓstat auxilia, licet possit fieri vt alterius loci inuocet numē. Itē ad argumētū vocat, Patriā remeabo inglorius vrbē: quod etiā de hoste procedit. Nā superare fœminā, nullā cōstat esse virtutē. ꝛ Circuitū.) Proprie. Nā circumire, insidiantiū est: vnde est, Nec gregibus nocturnus obābulat. ꝛ Certam hastā.) Ineuitabilē. Vnde contra, Et incertam excussit ceruice securim, id est infirmam, vitabilem.

DONATVS.

❡At nō hęc nullis.) Interea Iuppiter, ad quē cura hoīum deorūque pertinet, nōnullis oculis, quæ gererenť, attēdēs. ꝛ Tyrrhenū genitor tarc.) Suscitat, pulchre posuit, quasi cū suis ociose dormientē, alijs duro marte pugnātibus. suscitabatur ergo stimulis acriorib⁹ ad bellū, vt illis fieri solet, qui alio somno pressi facilius euigilare nō possunt. ꝛ Ergo inter cędes.) Cum cecidissent alij, cęteri vero instātibus cederet, Tarchō discurrebat per vniuersos, equo celeri vectus pulsos reuocabat ad bellū, nō blandis verbis, sed ad obiurgationē necessarijs. Noie quēq; vocās.) In hortationibus omnibus plurimū valet nominum cōmemoratio, incitať eni ad capessendā gloriā, cuius nomē ab aliquibus satis est notū, deniq; sequiť. ꝛ Reficitq; in prælia pulsos.) Ecce quantū profuit causæ, & quāti refecti sunt cōmemoratione nominis proprij. ꝛ Quis metus, o nunquā do.) Imitatus est Iouē, qui eum stimulis haud mollibus exclusit in cāpū. nā ipse quoq; acriora suis ingessit. quis, inqt, metus vestras mentes pectoraq; possedit? quid tales existitis, vt dolituros vos existimet nullus, semp ne inertē ducetis vitā, & nunq̄ tendetis ad ea quę strenuis & virtuti conueniat? Cur ignauiæ cur miseriæ quis hoc malū vobis inimicus inuexit? Cœpit iam ipsorū enumerare ludibria, vt pudore cōfusi tandē se intelligerent viros. ꝛ Fœmina pallantes agit.) Vna, inqt, fœmina obtrectationē sumpsit a numero, & sexu. addidit. ꝛ Atque hæc agmina vertit.) Demōstrātis hoc dictū, quātū obiurgationi ipsi pōdus adiecit? quāto, inquit, agmine sitis congregati, intuemini oculis vestris, & tamē vos vna agit fęmina, & dare terga cōpellit. signato vsus ē verbo, agit. agi. n. dicunť inertia aīalia, quoties de loco ad alterū ducunť, aut in venationibus ad voluptatē venātis terroribus minores feræ per diuersa agitanť. ꝛ Quo ferrum?) Certe si vobis inertia placet, cur nō deponitis ferrum? cur nō exoneratis dextereas gladijs? ꝛ Proijci debet, qđ frustra portatur. ꝛ At nō in ve. se.) Scio tamē vos in alijs fortes: sed tūc cum venereū venitur ad bellū, & nocturna certamia. ꝛ Aut vbi curua choros.) Aut tunc minus segnes estis, cū vobis saltatio turpis & chorus sono tibiæ canētis induciť. ꝛ Expectate dapes.) Amatis illa, quæ virtutis gloriā negant, exquisitas. s. ac deliciosas dapes, & vltra necessitatē naturæ ingesta, vsque ad ebrietatem pocula. ꝛ Dū sacra secundus aruspex.) Tandiu, inquit, vina consumetis, donec aliquid vobis prosperū de sacris aruspex nunciet: aut pinguis hostia temulētis ingerať ad cibū. ꝛ Hęc effatus, equū in me.) Cito dixit, qđ ēt ipsi immineret, cui cęteri displicebāt. obtulit se, inquit, venulo aduersum. debuit eni prior aliqd audere, qui omniū hortator extiterat. ꝛ Direptūq; ab equo.) Occurrit Venulus: sed ab equo sedētē rapuit, inimicis eū cōplexibus retinēs, ac p se portās. hoc factū cū nō admitteret fidem, & incredibile fuit, posse dorso eq diripi armatū, addidit difficultatē dicēs. multa vi ꝓcitus auferť vt maiore virtute atq; ipetu veniētis id fieri potuisse legētes approbēt, & facilius credant. ꝛ Tollit in cœ. cla.) Tyrrhenorū. s. voce, qui factū mirabantur. ꝛ Cūctiq; lati. Con. ocu.) Vt cernerēt, qđ nūq̄ viderāt. ❡Volat igneus ęq. tat.) Totū mirabile fuit. s. q̄ rapuerat virū q̄ p cāpos volitās regebat quadrupede cursum, q̄ tenebat arma, & secū vehebat armatū. ꝛ Tum summa ipsius.) Cumulat his augmentis Tarchonis laudē, describēs certamē quoq; eius, quod inter tot difficultates nō dubitabat exercere. primū q̄ppe prælio strenuus, & cōsilio bonus. renitēti sustulit ferrū, defringēs eam partē hastæ, qua tenebatur infixus, ne ipsem etiā ipse gereret in reluctatione feriēdi. dehinc rimari cœpit hoc est attētius quærere eā corporis partem: qua non læderet hominem vulnere, sed necaret. ꝛ Cōtra ille repugnans.) Sustinet enim occursu necessario iugulo dextram. ꝛ Et vim viribus exit.) Nec Venulo consiliū defuit. sustinebat. n. occursu necessario imminentem iugulo hostilem dextram. Tarchō quærebat instantius, qua hosti tale vulnus inferret. Venulus cōtra, eam tuebatur corporis partē, qua posset occidi. Interea dum contrarijs nituntur: vi effudit Venulū, quod aduexerat inimica violētia. & hoc memorabile, nam tantum fuit euasisse, quantum fecisse gloriosum. ꝛ Vtq; volās &c.) Pulchra inuētio ad ornatum parabolæ istius apposita, Draconis & aquilæ. sunt. n. in suo genere fortissima q̄ nec raperet Tarchō, nisi q̄ fortissimis fuit: nec euadere Venulus, nisi quia inferior non fuit. descriptio quoq; adiecta certantiū, vt ide probareť, quale extitisset inter Tarchonē venulumq; certamē. tenebat Draconē aqla summo in aere suspēsum inhærēs vnguibus & rostro simul. renitebat ille sinuosis flexibus, sibilis quoq; & venantē formidine capitis tenebat instantē. ꝛ Haud aliter prædam.) Post parabolā rñdet superioribus. ꝛ Ducis exemplū, euēq; secu. Mæō. incur.) Hos nō tantū animarunt Tarchonis dicta: sed exēplum magis & facti euētus: in quo auspicium cæteris fuit, & fiducia dimicādi. ꝛ Tū fatis debitus aruns.) Fatis debitus aruns, id est fatis Camillæ: & ipse quoq; vltimis fatis obnoxius velocē Camillā circumit iaculo, occasionem quæritans feriendi. ꝛ Qua se cūq; furens.) Sequebatur insciam tacitus, & ad ipsas ibat partes, in quas illa tendebat, dixit autē causam, qua perfectum est, vt illa exploratas Arūtis nō sentiret insidias. ferebať, inquit, studio belli & furore certaminū. ꝛ Qua victrix redit illa.) Ideo furtiua iuuenis fœminā non audebat prouocare cōgressu. ꝛ Hos aditus iamq; hos adi.) Quacūque abibat, vel quacūq; habuit transitū, & quoscūq; illa circuitu obibat obseruabat iste, operiēs casum, quo posset circūuenire fortiorem. hastam autem manu frequentius agitabat. hoc. n. hominis suggerebat iprobitas. hoc est cōcepta impatienter cupiditas feriendi, sic enim pergebat crebro cōmouēs hastā vt videreť sibi iam implere posse quod ceperat.

ASCENSIVS.

❡At non hæc nullis.) Docet quomodo Tarchon Etruscorum præcipuus ductor, Ioue annuente in prælia excitatus sit: quam stragem ediderit suos cohortatus: addit præterea quomodo armis insidiatus sit Camillę. vtens apta comparatione de qua Donatus: Aquilæ comparatio aptissima. Vt enim & Aquila & serpens fortissimi sunt, ita illi duo fortissimi erant itidem mira per spicacitate,

spicacitate, vt illi sunt. Hęc ille. ❡Ordo ē. At, id est sed sator hominū atq; deorum. s. Iuppiter, obseruans hęc. s. quę Camilla gesserat: nōnullis, id est certis & diligentibus oculis, sedet altus, supple in summo Olympo, & ipse genitor suscitat, id est excitat occulta inspiratione (vñ patrē dicit quasi prædominatorem in horoscopo eius, honor enim vt Home. inquit ab Ioue est, ad quē p egregia facinora peruenit) Tarchōtem Tyrrhenum, id est Tyrrhenorū ductorē in prœlia sæua, & incitat iras stimulis haud mollibus, id est duris & acrib⁹. Ergo q̄a incitatus Tarchō, fertur equo inter cędes & agmina cedētia. i. terga dātia, hoc est inter occisos aut fugientes, & instigat alas. i. eqtes laterales, varijs vocibus. i. cohortationibus vocans, i. compellans, quenq;. i. quemlibet nomine. s. ꝓprio: & reficit, id est instaurat in prœlia: pulsos. s. prius dicens o Tyrrheni nunq̄ dolituri, id est semper toleraturi tantam stragē, tātūq; dedecus, & semper inertes, id est sine arte, aut acrimonia & industria, q̄s metus, supple iste tantus & quę ignauia tanta venit animis. s. vestris: fœmina. s. vna agit. i. fugat vos pallantes. i. oberrantes vt stolida pecora atq; vertit. s. in fugam. hęc. s. tanta agmina: quo. i. ad quid & ad quē vsum: ve. p vel, quid. i. ad quid gerimus (suam personam commiscet ꝯciliandi animorum gratia) dextris. s. nostris, hęc tela irrita, i. inutilia nobis: cū fugiamus omnes vnam fœminam. at. i. attamen non segnes, supple esse soletis in Venerem, id est non soletis sic fœminas fugere: rē venereā cū eis habituri: vt nūc vnam fugitis rē Martiam tractantem, & non segnes ad bella nocturna quæ cum puellis gerūtur in cubiculis, aut vbi tibia Bacchi curua. i. obliqua indixit choros. s. Bacchātiū expectare. i. obseruare dapes, & pocula mēsæ plenæ. i. qualia solēt propinari in cœna opipara & plena: quia hic. i. in hac re est vobis amor, & studiū est vobis hic: dū. i. donec aruspex secundus. i. secūda & prospera enunciaturus: nunciet sacra. s. secunda: ac dū id est donec hostia pinguis: vocet, supple vos in lucos altos, vbi sacris diebus epulabanť postea Romani: ipse effatus hęc, concitat equū in medios. s. hostes moriturus, &. i. etiam ipse. i. tali animo ac impetu, vt qui mori parati sunt, atq; ipse turbidus, id est commoto animo, ifert se Venulo. i. illi Latino aduersum. i. ex aduerso & cōplectitur dextra, hostem direptum ab equo, & concitus multa vi aufert, supple ipsum ante suum gremium: clamor tollitur in cœlū. s. a Tyrrhenis: & cuncti Latini conuertere oculos. & Tarchon igneus, id est ardens, & agilis, vt ignis volat ęthere. i. quasi i ęthere ferēs. s. secū arma, & virum. s. Venulū, tum, id est deinde distringit ferrū ab hasta summa ipsius Venuli aut potius Tarchontis, & rimatur, id est scrutať partes apertas, idest nudatas qua. s. parte, id est per quas partes ferat, id est inferat vulnus letale, i. mortiferū. Contra, i. econuerso, ille. s. Venulus repugnans, i. obluctās ne occidať: sustinet. i. seorsum tenet, dextram. s. Tarchontis, a iugulo. s. suo, & exit. i. euitat, virib⁹. s. totis vim. i. violentiā, quam hostis inferre poterat. Et vt aqla fulua volans alte, cum. i. qū fert draconē raptum a se. s. & implicuit pedes. s. in draconem, atq; hæsit vnguibus. At. i. serpens. i. quem modo draconē dixit saucius, i. vulneratus ab vnguibus, versat volumina sinuosa. s. colligēdo, & cōtrahendo se in sinus, & annulos suos, & horret. i. fit horridus & asper ac rigidus squāmis. s. eius arrectis. i. rigētibus, & sibilat ore insurgens arduus. i. desuper, illa. s. aquila vrget haud minus. i. nihilominus, imo plus, rostro adūco. i. incuruo. s. serpētē luctantē. s. vt euadat, & simul ipsa verberat alis æthera. Haud aliter. i. penitus sic, portat Tarcho ouās. i. exultās, prædā Tyburtū. ꝓ Tyburtinorū. ex agmine. s. toto, Meonidæ. i. Lidij ex Meonia profecti, secuti. insequentes exemplum & euentum. s. prosperum ducis. s. Tarchontis incurrunt id est impetum faciunt, eū, idest qū Aruns deditus fatis. i. destinatus fataliter ad mortem circuit Camillā ve locem,

locem, existens prior. i. peritior & melior iaculo, & multa arte. i. subtilitate honesta & tentat quæ fortuna. s. adoriendi Camillā sit facillima. i. maxie opportuna. Quacūq;. s. via virgo furēs tulit se medio agmine. i. p mediū agmen. hac. s. via Aruns subit. i. clam & successiue subsequiť, & ipse tacitus lustrat. i. obseruat vestigia. s. ei⁹. Et Qua id est quacūq; via, illa. s. Camilla victrix redit, & reportat pedē ex hoste, hac. i. per eandem viam iuuenis. s. Aruns detorquet furtim id est clam & secrete, habenas celeres id est qbus ipse celeriter vtebať, & pererrat. i. circuit, & lustrat iam. i. interdū hos aditus. i. accessus ad Camillā, & lustrat iam hos. i. alios, & pererrat: circunuagatur more errantium vndiq;. i. ex omni parte: omnē circuitū. s. quem Camilla fecerat, & ipse improbus, i. improbādus: quia nimiū auidus, & insidiosus quatit hastā certā. i. ineuitabilem, quam missurus est in Camillam.

PIERIVS.

❡Tyrrhenū genitor Tarcontē.) Ro. codex, Mediceus, & plerīq; alij veteres, Tarconē, legunt absq;, t, &, tarco, absq;, n, finali litera rectum ponunt, quāuis apud Græcos τάρχων τ άρχοντος dicitur, idq; per, χ, densam literam. ꝛ Et stimulis haud mollibus incitat iras.) In Ro. cod. & in Oblongo, inicit, habetur, quod non displicet, tametsi, incitat, nō improbarim, qđ ex lusu poetico duo verba eiusdem originationis eodem versu posita, non nihil habeant venustatis, suscitat & stimulis haud mollib⁹ incitat iras. ꝛ Quidve hæc geritis tela irrita, dextris.) In Ro. co. in Oblongo, & plerisq; alijs antiquis legere est, quidve hęc gerimus tela, quod maiorem quandam vim ad eos excitandos habet, facitq; obiurgationem ęquioribus auribus exaudiri, cū se quoq; admisceat cōuicio, neminemq; esse obiurgationi & opprobrio non obnoxium indicet. ꝛ Expectare dapes.) Impressorū plurimi, expectare, modo perpetuo scribendum curauere, vt sit, non segnes expectare, Eaq; lectio in ali. omnino cod. anti. inuenitur. In omnibus vero vaticanę bibliothecę in Mediceo, in Porcio, i Vitaliano, & plerisq; alijs, expectate, legitur, imperandi modo quod Seruius agnoscere videtur, dum exponit, pro expectis, nisi quis infinitiuū more Græcorum pro imperatiuo positum dicere velit. non elidi vero. s. literam ex eo verbo, dictū alibi. ꝛ Et Venulo aduersum se turbidus infert.) In Ro. co. & in Mediceo offert, atq; in ali. alijs, quod omnino Donatus agnoscit, dū ait, Obtulit se Venulo aduersum, debuit enim aliquid prior audere, qui omniū hortator extiterat. ꝛ Arduus insurgēs illa haud minus vrget adūco luctātē rostro.) In cod. ali. anti. Arduos, legiť, quam Terminationem Carisius. in his pręsertim nominibus, quę in, us, purū exeūt, nequaquam admittere voluit, de quo plura alibi. Quod vero, adunco, In Rom. co. legitur, In oblongo, obunco, est, vt etiam superius. In Mediceo. & ali. alijs, abunco, per, b, vtrunq;. In reliquis plerisq; abrasa litera nihil certi proponit. ꝛ Ducis euctum exemplumq; secuti.) In anti. cod. exemplum euentumq;, par enim est rē prius aggredi, q̄ qđ inde eueniat, spectare possis. ꝛ Qua se cunq; furens medio tulit agmine virgo.) In anti. ali. cod. qua se cunq; ferens, legitur, quod nōnullis & honestius, & decorum magis, videtur. Sed enim furens Ti. Don. agnoscit, dum sic ait. Dixit autem causam, qua perfectum est, vt illa explorantis Aruntis non sentiret insidias. ferebatur inquit studio belli, & furore certaminum. ꝛ Hos aditus iamq; hos aditus omnemq; pererrat Vndiq; circuitum,) In anti. cod. hos aditus iamque abitus, legitur, quod eius diligentiam ostendit, vt non adire velit, q̄ præuiderit, qua sit etiā abeundum, abitus porro Dona. agnoscit. Sed de Camilla dictum intelligit. Quacunq; abibat, vel quacunq; habuit transitū, & quoscūq; illa circuitus obibat, obseruabat iste operiēs causam, quo posset circumuenire fortiorem.

Forte sacer Cybele Chloreus, olimq; sacerdos,
Insignis longe Phrygijs fulgebat in armis:
Spumantēq; agitabat equum: quem pellis ahenis
In plumam squamis, auro conserta tegebat.
Ipse peregrina ferrugine clarus, & ostro,
Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu:
Aureus ex humeris sonat arcus: & aurea vati
Cassida: tū croceā chlamydemq;, sinusq; crepātes
Carbaseos, fuluo in nodum collegerat auro
Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crurum.
Hunc virgo, siue vt templis præfigeret arma

SERVIVS.

❡Sacer Cybele.) Nā montem pro numine, qđ i eo colitur, posuit. Et bōa occasio ad mortē Camillę, vt sacerdotē maioris numinis coneť occidere: q̄ qđ quasi exauthorať Dianę fauor, interueniēte maioris numinis iracundia. ꝛ Quē pellis ahenis in plumā squāmis, auro ꝯserta tegebat.) Cataphractā eū fuisse significat. Cataphracti autē equites dicunť, q & ipsi ferro muniti sunt, & eq̄s similiter munitos hñt: de quibus Sallu. Eqs paria operimenta erāt, quę lintea ferreis laminis i modū plumę adnexuerant. Nunc aūt pro linteo pellē posuit & Æneas squāmas æreas laminas itelligim⁹. In plumā vero, est i similitudinem plumę: vt, Excisum Euboicę latus ingēs rupis in antrū, id est i antri similitudinē. Sane sciēdum quod ipsos eqtes cataphractos dicimus. Sallustius. Et sequebantur eqtes cataphracti. ꝛ Spicula torq̄bat lycio cortynia cornu.) Cretē-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſes ſagittas Lycio arcu dirige-
bat:qđ, vt ēt ſupra dixim⁹, ad
ornatū poni cōſueuit. ℣ Caſſi-
da.) Pro caſſis: nā accuſatiuū
poſuit pro noiatiuo. ℣ Pictus
acu tunicas, & barbara tegmi
na crurū.) Pict⁹ tunicas, pict⁹
crurū barbara tegmina, id eſt
habebat veſtē Phrygionis ar-
te pfectā. Sane armorū longa
deſcriptio illuc ſpectat, vt i eo
rū cupiditatē merito Camilla
videaſ eē ſucceſa. ℣ Fœmineo.)
Impatiēti, irrōnabili: vt, Fœmi
neę ardentē curæq; iræq; co
quebāt. ℣ Sūme deā.) Ex affe-
ctu colētis dī. nā Iuppiter sū-
mus eſt. ℣ Sancti cuſtos Sora-
ctis Apollo.) Soractis mōs eſt
Hirpinorū i Flaminia colloca
tus. In hoc autē monte cum
aliqñ Diti patri ſacrū pſoluere
tur (nā manibus conſecratus
eſt) ſubito veniētes lupi exta
rapuerūt: quos cū diu ſeq̄ren
tur, delati ſunt ad quandā ſpe
lūcā, halitū ex ſe peſtiferū emit
tētē, adeo vt iuxta ſtātes neca
ret. Exinde eſt orta peſtilētia,
qa fuerāt lupos ſecuti: de qua
reſponſum eſt poſſe eā ſedari
ſi lupos imitarent: id eſt rapto
viuerēt. Quod poſtq; fēm eſt,
dicti ſunt ipſi populi Hirpini
Sorani. Nā lupi Sabinoꝝ ligua
Hirpi vocant. Sorani vero, a Dite: nam Ditis pater Soranus voca
tur: quaſi lupi Ditis patris. Vñ memor rei Virgilius Aruntē pau
lo poſt comparat lupo: quaſi Hirpinū Soranum. ℣ Pine⁹ ardor.)
Ignis πῦρι φρασιϛ. ℣ Aceruo.) Pyra, coaceruatione lignorum.
℣ Freti pietate.) Iſte qdē hoc dixit: ſed Varro vbi expugnator reli
gionis ait, cū quoddam medicamētū deſcriberet, Vt ſolent Hirpi
ni qui ambulaturi per ignes, medicamento plātas tingūt. ℣ Mul
ta pruna.) inter prunas. Pruna aūt quādiu ardet dicīt. Horatius,
Prętextam & latū clauū, prunęq; bathyllū. Cum aūt extincta fue
rit, carbo noiatur, Terētius, Tam excocta atq; atram reddā, quā
carbo eſt. Nā pruna a perurendo dicta eſt. ℣ Exuuias, pulſęue tro
phęū.) Exuuias occiſæ, pulſæ trophæum. Et proprie. nā vt ſupra
diximus, hoſtibus occiſis triūphabāt, depulſis figebant trophęa.
℣ Partem mente dedit, partē volucres diſperſit i auras.) Bona mo
deratio Apollinis inter ſacerdotis preces, & voluntatem ſororis.
℣ Nihil ipſa nec auras, nec ſoniᵗ⁹ memor.) Hęc eſt antiqua lectio.
Nanq; apud maiores trahebatur interdum a Græco genitiu⁹ ſin-
gularis. Hinc eſt & paterfamilias & materfamilias: quæ duo tātū
nomina remāſerūt. nā nec huius auras dicimus, nec huius cuſto
dias ſecūdum Salluſtium, qui ait Caſtella, cuſtodias theſaurorum
pro cuſtodię. Et ita enim etiā Aſper intelligit: licet alij cuſtodias
accuſatiuū velint. Sane paterfamilias quādo dicimus, familias in
declinabile eſt. Si autē paterfamiliæ dicere voluerimus, iam non
erit nomen: ſed locutio, & familiæ erit datiuus. Nā pater mihi eſt
dicimus. Terentius, Natura tu illi pater es, cōſilijs ego. Multi ta
men volūt in numero plurali nomē vtrunq; declinari, vt dicam⁹
hi patres familiæ, horū patrum familiarum. ℣ Papillam exertā.)
Nudā. Sane mamilla eſt omnis eminētia vberis: papilla vero bre
ue illud vnde lac trahitur.

DONATVS.

¶ Forte ſocer Cybele cloreus.) Hoc eſt vere cōſecrat⁹, & cuius de
uotionē probaſſet antiquitas cybele. i. loco in quo cybele coleba
tur.) Inſignis lō. phry. ful. in ar.) Admirabilis fuit, & hūc phrygia
arma fulgere faciebant ēt tunc, cum longius degeret. Poſt gene-
ralitatē dicit per ſpecies qūo longe fugiebat. nā ipſe eſt verus ful
gor, & plenus, qui lōge poſitus apparet, & cernīt. ℣ Spumātemq;
agi. eq.) Nō. n. ſpumāt equi, niſi q plurimū currūt. ℣ Quem pellis
ahenis. In plurimā ſquammis.) Et tetigit ſpeciē, & quomodo fa
cta eſſet, oñdit. Pelle ait fuerat tectus: ornata ahenis ſquammis, &
auro fulgentib⁹. ſquāma eſt, pprie ſerpētis & piſcis, quā facit com
poſitio naturalis. nā & ordinib⁹ digeſta eſt, & viarū plurimaꝝ im
preſſione

Troia: captiuo ſiue vt ſe ferret in auro
Venatrix: vnum ex omni certamine pugnæ
Cęca ſequebatur: totumq; incenſa per agmen
Fœmineo prędę, & ſpoliorum ardebat amore.
Telum ex inſidijs cum tandem tempore capto
Conijcit: & ſuperos Aruns ſic voce precatur.
Sūme deū ſancti cuſtos Soractis Apollo ARVN.
Quem primi colimus. cui pineus ardor aceruo
Paſcitur: & medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus veſtigia pruna:
Da pater hoc noſtris aboleri dedecus armis
Omnipotens: non exuuias, pulſæve trophæum
Virginis, aut ſpolia vlla peto: mihi cætera laudem
Facta ferent: hęc dira meo dum vulnere peſtis
Pulſa cadat: patriam remeabo inglorius vrbem.
Audijt: & voti Phœbus ſuccedere partē POE.
Mente dedit: partem volucres diſperſit in auras:
Sterneret vt ſubita turbatam morte Camillam:
Annuit oranti: reducem vt patria alta videret:
Non dedit: inq; notos vocem vertere procellæ.
Ergo vt miſſa manu ſonitum dedit haſta per auras:
Conuertere animos acres, oculosq; tulere
Cuncti ad reginam Volſci: nihil ipſa nec auræ
Nec ſonitus memor: aut venientis ab ęthere teli:
Haſta ſub exertam donec perlata papillam
Hęſit: virgineumq; alte bibit acta cruorem.

preſſiōe diſtincta. qcq digiſ in
hanc ſimilitudinē ſubtilitatis
artificiū fingit, ſquāma dī. hęc
fit ex minutis laminis inuicē
ſe retinētib⁹, q ſpeciem faciāt
ſquāmę, & ſint tali digeſtione
cōpoſitę, vt eſt i auib⁹ pluma:
vbi cū vna alterā premit, nas
ſciť in aſpectu gra, & animum
cōpoſitio ipſa delectat, ac pa
ſcit &c. ℣ Ipſe peregrina.) Ipſe,
ingt, vt ab æquo ad hoiem trā
ſitum faceret. Ipſe ergo eques
pegrina ferrugine clar⁹ fuit.
cuius ſit meriti iſta ferrugo
oſtri, indicat additamētū. non
n. ſpēs ſpecie cōiūgiēniſi vtra
q; ſibi equo merito & honoſ
reſpōdeat. pinde ga oſtro ſci
mus nihil eē grati⁹, ferruginē
peregrinā hoc eſt ex melioris
b⁹ regionib⁹ aduectā, q oſtro
meruit iungi, maior. aptꝰ de
bem⁹ accipere. habuit aūt ſpis
cula, q lycio cornu hoc eſt lyr
cio arcu torąbat. cornu hoc
loco ligni gen⁹ dixit, nō alicu
ius aialis. ℣ Aure⁹ ex hum. erat
ar.) Totus ad pulchritudinē
decoremq; cōpoſitus. ℣ Tum
croceā cla. q; ſi. q; cre.) iſti⁹ cla
ra fuerat, & carbaſo i color⁹ tri
croceo verſo. hāc chlamy. dē,
quo expeditior eēt, aureis ne
xibus in nodum habuit col
lectā. ℣ Pictus acu tunicas,) Nomine artis, qualis eſſet tunica, de
monſtrauit. nā huiuſmodi veſtes acu pictæ dicuntur tegebatur
aūt crura eius barbarico opere tegminibus factis, & hoc nomē
eſt artis. nā qui hanc exercent barbaricarij dicuntur exprimētes
ex auro & coloratis filis hominū formas, & diuerſorum anima-
lium & ſpecierum imitatā ſubtilitate veritatem. ℣ Hunc virgo.)
Hunc, inquit, pulchre pretioſeq; veſtitū virgo leuitate excuſat,
quæ etatis elata ſuperbia ſiue vt glorias de Troianis factis tēplis
oſtenderet, ſiue vt ipſa talibus ſpoliis vteretur, quo pulchrior ve
natrix iret ad ſyluas, ſic vnum ſequebatur quaſi in tanta bellātiū
multitudine ſolus eēt in campo. Faciebat hoc nō iuuenis amore
ducta, ſed veſtium. Cæca, inquit, ſequebatur quomodo ſeq̄batur
ſi cęca. non cęca, quaſi extincto lumine, ſed cupiditate ſpoliorū
nihil videns præter ipſum, quod inſidianti Arūti proderat ad ea,
quæ cupiebat implere. ℣ Telū ex inſidijs &c.) Tandem, quia aut
diu obſeruabat per diuerſa percurrentem, & nō temere adire de-
buit, quā timebat. aut quia cupienti tardus eſt exitus expeditio-
nis, ēt ſi tota maturitate prouenīat. telum igitur captato tempo-
re atq; inuento ex inſidijs cum ex aperto non auderet, contēdit,
ne periret obripiendi occaſio, qua illa intenta in Aruntis necem
ne cogitabat alia nec videbat. ℣ Et ſuperos armis ſic vo. pre.) Tā
difficile fuit Camillam ſterni hoſtili manu, vt ad eius procurādū
exitium, & occaſio quęrenda temporis duceretur, & loci deorū
fauor ſuppliciter inuitandus. ℣ Summe deū ſan. cuſt. ſora. apo.)
Neceſſe fuit eum laudari ſupplici voce: a quo implorabatur auxi
lium. dixit ſumme deum, plena laus eſt eius, qui ſummus aſſerif,
perindeq; quo nullus ſit potior. qui ſanctum Soractem tueris ac
protegis. poſt laudem numinis dixit ſoractem ſanctum. ſanctum
enim efficitur, qcquid aliquod amauerit numen. incipit iam cō
mendare merita ſua: quamuis hoc quoq; ad dei ipſius pertineat
laudem, qui cum tāta reuerentia meruit coli. quem primi, ingt,
colimus. hoc eſt electi. cui incēditur ingens aceruus ex teda, atq;
ita vt nūquam deficiat, ſed ſemper alatur. Hoc genus ignis ideo
in deprecatione poſitum eſt, quia naturali ſucco tanq; oleo vio-
lentius accenditur, & accenſum diu pdurat. tantaq;, inquit, apud
nos fiducia eſt numinis tui, vt premamus ignē nudis veſtigijs,
nec lædamur. Poſt laudem quam deſideris præferri cōuenerat,
poſt commendationem ſuæ petitionis, adijcit ſummam. ℣ Da
pater hoc noſtris.) Grande, inquit, prēſtabis beneficium, ſi nos
ſtrorum armorum dedecus aboleaē & pereat. quales enim vi
ri dici poterant, quorum audebat fœmina miſceri certaminiſ

quam

quā vincere fuit crimen, & ab ea ſuperari flagitiū? ℣ Non exuuias
pulſęue Tro. Vir.) Quia dici potuit, ſi iugulār fęminā virtutis eſt
crimen: cur tu eā perire deſideras manibus tuis? iccirco ipſe hæc
prœuemens dixit non quero aliquam gloriam ex illius nece nec
exuuias eius nec trophęū aut ſpolia referre cōtendo. ℣ Mihi cæte
ra laudē facta ferent.) Si laudari cupio, habeo alia quæ mihi affe-
rant laudē. ℣ Hęc dira meo.) Sine gloria, inquit, volo remeare ad
patriam meā, dummodo iſta peſtis intereat. accedet hoc ſolum
titulis meis, non aliquid feciſſe fortiter, ſed virorū armis tale de-
decus ſuſtuliſſe. ℣ Audijt, & voti.) Omnia quidē phœbus audijt:
ſed admiſit aliqua, alia reſpuit. videamus pſtita, & excluſa tracte
mus. ℣ Sterneret vt ſubita.) Præſtitit deprecanti, vt Camillā ſubi-
ta morte proſterneret: vt autem incolumis ipſe remearet, nō ad-
miſit: & hāc precum partem procellis dimiſit & ventis. ℣ Ergo vt
miſſa manu.) Mox vt haſta coniecta eſt, & ſonitum dedit, Volſci
omnes animo in reginā, oculiſq; conuerſi expectabant, quid ille
ſonus aut euētus afferret. ℣ Nihil ipſa nec aurę.) Ipſa interea, quā
alię cupiditates occupauerāt, nec ſtridorē aeris audijt, nec audijt
de ſummo veniēs telū: nec aliqd peruerſi vidit aut ſenſit. ℣ Haſta
ſub exertam.) Tādiu nec vidit haſtā nec ſenſit, donec eam ſub pa
pilla percuteret, & totū eius biberet ſanguinem: quāta fuit animi
eius occupatio? vt niſi letaliter percuſſa haſtā veniſſe neſciſſet: cō
pleta eſt Camillę deſcriptio, ne ſuperfluū qd poeta dixiſſe videa-
tur. ait enim At medias iter eędes exultat amazon Vnū exerta la
tus. ecce ipſa parte interijt, quā habuit nudā. dehinc dicta eſt pha
retram, arcā, lecurim, atq; haſtam habuiſſe. his omnibus vſa eſſe
monſtrata eſt.

ASCENSIVS.

¶ Forte ſacer Cybele.) In hac parte deſcribit necem Camillę ab
Arunte illatā, dū ardentior, atq; incautior Chlorea ſacerdotē Cy
beles inſequitur. Incertum autem dixit ſupra Seruius cuias eſſet
Aruns cū alij Turni partiū eſſe dicant & inuidia motū in Camil-
lam telū intorſiſſe: quę Ioannę puellę inſigni Francię pauloante
hęc noſtra in tēpora necis cauſa fuiſſe perhibetur. Alij vero puer
natē cenſeant: quibus potius aſſentior, nā ſi Rutulum cenſuiſſet
poeta inuidię cauſam nō tacuiſſet, volūt autē tam Seruius q̄ Do-
natus Cybelē eſſe locum in quo Cybele colebatur. Poſſet tamen
& dici numen ipſum vt declinetur Hæc Cybele Huius Cybeles.
Donati verba ſunt, Cybele, Loc⁹ eſt in quo Cybele colebaē. Squā
ma, ſerpētis & piſcis: quam facit cōpoſitio naturalis. Nam & or-
dinibus digeſta eſt, & viarū plurimarum impreſſione diſtincta.
Quicquid igitur in hanc ſimilitudinē facit artifex ſquāma dicīť.
Hæc fit ex minutis laminis inuicē ſe retinētibus, & ita digeſtis, vt
eſt in auibus pluma. Peregrina. q. d. ex melioribus regionib⁹ ad-
uectā, cornu ligni ſpēs eſt Barbara nomē artis indicat, nam hanc
qui exercēt Burburicarij dicunť. qui auro & varijs filis hominū
& aliarū rerum figuras exprimunt acu pingentes. Tandem, Quia
diu inſectatus fuerat. Teda, hoc lignū naturali ſucco veluti oleo
violētius ardet Primi electi. Hęc ille. ¶ Ordo eſt. Chloreus ſacer,
id eſt cōſecratus & ſacerdos olim Cybele aut illi loco aut deę ful-
gebat forte. ſ. cū Camilla occurreret lōge. ſ. viſis exiſtens inſignis
in armis Phrygīs, id eſt Troianis, & agitabat equū ſpumantem,
id eſt ferocē & animoſum, quem. ſ. equum: quia Choreus cata-
phractus erat miles: pellis inſerta in plumā. i. in morem plumarū
ſquāmis ahenis, & auro. i. aureis tegebat. icooperiebat. i. habebat
pro cooperimento tegmē expelle, cui inſertę erant ſquammę æ-
reæ, & aureæ in morē plumarum ac ſquammarū piſcium ſe mu
tuo tegētes. Ipſe. ſ. Chloreus eques, erat, ſupple clar⁹ ferrugine. i.
ſubofcura purpura, peregrina. i. externa in Geor. dixit ferruginē
iberā a loco & clar⁹. i. iſignis oſtro. i. purpura, torquebat ſpicula
Cortinia, id eſt ſagittas Cretēſes, cornu. i. arcu lycio. Archus aure
us, id eſt inauratus, & cornu munitus, vñ cornu pro arcu poſuit,
nā ſi corneus erat: nō poterat aureus eſſe, nec ſi aureus corne⁹, ha
bebat ergo in extremis cornu, & erat feř auro teć⁹, ſonat. ſ. Chlo
reo vati ex humeris, & caſſida. i. caſſis aut galea, ſupple erat vati
aurea (Sepe a genitiuo tertię fit nominatiuus ſecūdę, vt a delphis
nos hic delphinus, & ab elephātos hic elephātus, & ab arabos hic
arab⁹ &c. Et nōnunq; ab accuſatiuo tertię nominatiuus þmę. vt
ab accuſatiuo hāc caſſida, nominatiuus hęc caſſida, & ab accuſati
uo hāc caſſida nominatiuus hęc caſſida, & ab accuſatiuis hūc cra-
tera, ſtatera, panthera, hæc cratera, ſtatera, panthera) tū id eſt inſu
per ipſe collegerat auro fuluo in nodū. ſ. collecto: chlamydē cro-
ceam, id eſt crocei coloris, & ſinus carbaſeos, id eſt ex carbaſo fa
ctos hoc ē laxas veſtes per ſinū diffluētes, crepātes ga auro fuluo
in nodū eas collegerat, vnde quia auro rigebant crepitabant, pi-
ctus tunicas, id eſt habēs tunicas pictas acu. ſ. phrygionū (q bur-

buricarij & gallice brodeurs dicunť) opera, & pictus barbara teg
mina crurū, id eſt habens tegmina barbata, hoc eſt externa picta
acu. Ex varietate aute veſtium ſignificat eum ſimul & ſacerdotali
habitu ornatū, & armis munitum. nam duplices veſtes illi præter
arma ſignificat fuiſſe: Virgo cęca, i. d eſt excęcata auiditate, demēs
quę ſacerdotē Cybelis perſequi auderet, & incauta ſequebatur
per totū agmen hunc. ſ. Chlorea ſacerdotem, vnum, id eſt ſolum
ex omni certamine pugnę. id eſt inter omnes in pugna certātes,
ſiue vt ipſa pfigeret templo. ſ. Dianæ arma Troia, id eſt Troiana
(eſt autē Troia trium ſyllabarum) ſiue vt ipſa venatrix feret ſe in
auro captiuo, id eſt in veſtib⁹ ac ramis aureis ab hoſte detractis,
& ipſa ardebat fœmineo, id eſt vehemēti & impatiēti amore pre-
dæ & ſpoliorū (poſſet dici ardebat per totum agmen, aut ſeque-
batur per totū agmen. ſed concinnius ſequebantur) prędę pro-
pter aurum aut virum, & ſpoliorū propter exuuias. Aruns vir ili
ſe conīcit ex inſidijs, ſupple ipſi Camillæ cunctanti, id eſt morā
trahenti, & hoc tēpore capto, id eſt opportunitate, dum cunctare
tur capta, & precaretur ſuperos, præcipue Apollinem arcitenētē
ſic voce. ſ. expreſſa, & mēte precari poſſet, O Apollo ſumme deū,
id eſt deorum, quantū ad nos qui te præcipuum colimus, cuſtos
Soractis. ſ. montis Hirpinorum ſancti, id eſt tibi conſecrati, quē
nos colimus, primi: id eſt præcipui, & qui paſcitur, id eſt aggerię,
ardor pineus, id eſt incēſum ex pinu, aceruo, id eſt aceruatim, vel
ad aceruū, & ſtruem lignorū, id eſt quibus tibi ingentem pyram
extruim⁹, & nos cultores. ſ. tui freti, id eſt cōfiſi & muniti pietate,
id eſt religione noſtra premimus veſtigia, id eſt plantas pedum,
multa pruna, id eſt carbone plurimo per mediū id eſt incedimus
illæſi per medium ignem, ſuper prunas: da o pater omnipotens
hoc dedecus, id eſt quod a virgine ſperamur tot viri: aboleri no
ſtris armis: id eſt hoc telo, ego nō peto exuuias virginis. ſ. cęſe, ve
pro vel trophęum virginis pulſę, id eſt detractū a virgine in fu-
gā verſæ, nec peto vlla ſpolia. Cætera facta, id eſt quæ poſt hac fa
cturus ſum: ferent, id eſt afferent mihi laudē, id eſt nolo ex hac re
laudem: ſed ſolū dedecus vitare, & animo morem gerere meo:
dum, id eſt dūmodo. hæc dira peſtis. ſ. Camilla vt peſtis multos
interimēs, cadat pulſa meo vulnere, id eſt telo, aut vulnere, a me
illato, remeabo, id eſt repetā inglorius, id eſt ſine gloria, vrbē pa-
triā. ſ. vt videtur Soracte. Phœbus audijt. ſ. preces Aruntis, & de-
dit parte voti, id eſt deſyderij eius ſuccedere mēte, id eſt ſecundū
mentem & voluntatē eius, & diſperſit partem voti in auras volu
cres, id eſt irritā habuit. Nā annuit, id eſt aſſenſus eſt oranti, ſcili
cet Arūti, vt ſterneret morte ſubita, Camillā turbantem, ſed non
dedit, id eſt non conceſſit, vt patria alta videret ſupple Arūtem re
ducem. id eſt reductum aut reuertētem, & procellę vertere vocē
id eſt preces quantū ad eam partē, in notos, id eſt ventos quoſli-
bet nimboſos. Ergo vt, id eſt poſtq̄ haſta miſſa manu. ſ. Arūtis, de
dit ſonitū per auras, acies. ſ. Volſcorū cōuertere animos. ſ. ad ſtri-
dorē haſtę, quaſi munere impulſę, & cuncti Volſci tulere, id eſt di
rexere, oculos ad reginā. ſ. Camillam, ipſa autē nihil memor ſup-
ple fuit, nec auras pro aurę, nec ſoniᵗ⁹, id eſt ſtridoris, aut teli ve
nientis ab ęthere, id eſt altiore aere quaſi vi phœbea ipulſi donec
haſta hęſit id eſt infixa eſt perlata ſub papillā id eſt mamillę par-
tem, quę lactantibus immittitur, exertā id eſt ablciſſam, vt ſit ha
bilis ſagittatioi, & ipſa acta alte, id eſt profunde, bibit cruorē vir
gineum, id eſt tincta eſt, aut imbuta cruore Camillę virginis.

PIERIVS.

¶ Forte ſacer Cybele Chloreus, olimq; ſacerdos.) In codicib⁹ ali
quot antiqs, Satus Cybele, legitur, ne ſacer & ſacerdos, quam aiūt
nugationē, facerent. Sed quamuis. Sacer pluribus ſcriptum ſit in
exēplaribus, cum tamen Donatus legat, Cybelo, vt in Mediceo
habetur codice, hoc eſt loco, in quo Cybele colebaē, de quo ſupe
rius dictū eo verſu. Hic mater cultrix Cybeli, mihi minimine dis
ſpliceret, ſatus Cybelo. ℣ Auroq; inſerta regebat.) Exēplaria fere
omnia vetuſtiora legunt auro cōſerta. Nā particula, q̄, inportu
ne omnino videbaē adpoſita. ℣ Licio cortynia cornu) & cortynia
per, c, & cortygia per, g indifferēter ſcribi poſſe oſtēdimus alibi.
℣ Aurea vati caſſida.) Seruius accuſatiuū ait pro nominatiuo po
ſitū, Valerius Probus cōtra Virgilium, inquit, hęc caſſida declina
uit, exemplaq; referūtur a Cariſio cum hoc ipſo aurea vati caſſi
da. Ex Propertio. Aurea cui poſtq̄ nudauit caſſida frōtem. ℣ Te
lum ex inſidijs cum tandē tempore capto conijcit.) Veteres quis
dē aliquot codices, conicit legunt, idq; vti mos vnico. i. Sed lon
ge plures cōcitat, & ita etiā in eo legitur, cui ſubiecta ſunt Donati
quę vidimus cōmentaria Nā & oraturus eſt prius, & opē Apol
linis multis ꝑcibus imploraturus, deinde miſſurus haſtā, quare
multo poſt ait, ergo vt miſſa manu ſonitū dedit haſta per auras.

Mihi cætera laudē facta ferent.) In antiquis plerisq; codicibus non sine iudicio scriptũ obseruaui, ferant, per loquēdi modũ indefinitũ. Patriã remeabo inglorius vrbem.) In omnibus codi. antiqs quotquot legi, patrias remeabo inglorius vrbis. numero multitudinis scriptũ inueni, quod tamē in medio relinquimus. Nihil ipsa nec auræ nec sonitus memor.) Auras, antiquã esse lectionem, ctionē, Seruius asseuerat, genitiuũ a Græco sermone mutuo sumptum vt pater familias dicit, & apud Sallustiũ castella custodias thesaurum, pro custodiæ. vetera tamē hęc exemplaria, quæ præ manibus habemus, auræ, legunt Latina specie, sed vnum etiã nō præteribo, esse codices aliquot, in quibus, nihil illa, neq; auræ, scriptum sit.

SERVIVS.

Dominã) Reginã: vt, Hi dominã ditis thalamo deducere adorti. Virginis audet.) Sic fuerat cōsternatus, vt etiã vulneratã timeret. Occiso pastore lup.) Bene pastori reginã ꝑparat. nã reges ipsi, pastores vocanſ. Homerus, ποιμένα λαῶν. Caudã pauitantē.) Quę timorē idicat: pro, ipse pauitãs. Turbidus.) Modo timidus: supra terribilis: vt, Venulo aduersum se turbid⁹ īfert. Mucro.) Hic apparet mucronē esse cuiuslibet teli acumē. Frigida leto.) Alij telo legũt, & intelligũt. Vulnere. Partiri curas.) Subaudis cōsueuerat. Hęc ita faſ.) Vnũ abũdat. nã supra ait, Alloquiſ. Potui.) Absolute: vel pugnare vel viuere. Succedat pugnę.) Animę bellatricis ostēdiſ, quæ nō se dolet lucē, sed bella relinquere. Non sponte fluens.) Nō sponte vt supra, Portisq; ab equo regina sub ipsis Desiluit: quã tota cohors imitata relictis Ad terrã defluxit eqs. Paulatī exoluit se corpore, vitaq; cũ gemitu fugit indignata sub vmbras.) Seruat hoc vbiq;, vt iuuenũ animas a corporibus dicat cũ dolore discedere, qđ adhuc superstites esse poterãt: quod etiã de Turno dictur⁹ est. Immēsus clamor.) Troianorũ. s. qui exultabãt. Crudescit.) Crudelior fit cæde multorũ.) Multatã.) Debilitatam, damnatam,

Concurrunt trepidę comites: dominãq; ruentem
Suscipiunt: fugit ante omnes exterritus Aruns,
Lętitia, mistoq; metu: nec iam amplius hastæ
Credere: nec telis occurrere virginis audet.
Ac velut ille, prius, q̃ tela inimica sequantur:
Continuo in montes sese auius abdidit altos
Occiso pastore lupus, magnoq; iuuenco,
Conscius audacis facti: caudamq; remulcens
Subiecit pauitantem vtero: syluasq; petiuit.
Haud secus ex oculis se turbidus abstulit Aruns:
Contentusq; fuga, medijs se immiscuit armis.
Illa manu moriens telum trahit: ossa sed inter
Ferreus ad costas alto stat vulnere mucro.
Labitur exanguis: labuntur frigida leto
Lumina: purpureus quondam color ora reliquit.
Tum sic expirans Accam ex ęqualibus vnam
Alloquitur: fida ante alias quę sola Camillæ,
Qui cum partiri curas: atq; hęc ita fatur.
Hactenus Acca soror potui: nũc vulnus acerbũ CA.
Conficit: & tenebris nigrescunt omnia circum.
Effuge: & hæc Turno mandata nouissima perfer:
Succedat pugnæ: Troianosq; arceat vrbe.
Iamq; vale. Simul his dictis linquebat habenas PO.
Ad terram non sponte fluens: tum frigida toto
Paulatim exoluit se corpore: lentaq; colla
Et captum leto posuit caput, arma relinquens:
Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub vmbras.
Tum vero immensus surgens ferit aurea clamor
Sydera: deiecta crudescit pugna Camilla.
Incurrunt densi, simul omnis copia Teucrum,
Tyrrheniq; duces, Euandriq; Arcadis alæ.

proide Camilla tam charã habuit accã, vt qcqd animo gereret, qđ ageret, sensim huic semp narraret: & cum ea narrãdo diuideret, curas, etiã cōsilia & tractatus debem⁹ accipere. Atq; hęc ita faſ. Quo factũ est, vt hęc ei intimaret, ac diceret. Hactenus acca soror potui.) Vsq; ad hoc tps, ingt, acca soror aliqd potui. Quid benignius, qđ his dictis dulci⁹? quã in salutis fine pōsita noīe suo appellare? quã charissimã ꝑter cæteras habuit? Quid religiosius, q̃ sororē dicere: & probatã fide germanitatis honore ꝑferre? Nũc vuln⁹ acer. Cō.) Ad cōmemorationē superioris tpis, quo potēs in certaminib⁹ & nobilis fuit, trãsit ad ꝑsentē casum quo vrgebaſ in finē. qppe dicēdo cōficit, ostēdit eiusmodi esse, cui ob retinendã salutem nullo posset remedio subueniri: vel ne illa diceret, quale cũq; istud est auxilio medicinę sanabiſ, hoc ipsum satians addidit. Et tenebris nigre. oia circũ.) Vsq; adeo, ingt, cōficit, vt tenebrę occurrerẽ cępe rint oculis meis, qđ esse non dubiũ est pricipium mortis. Infert iã, quæ fuerit causa loquendi, ne ignarã deciperet, cui plenissimã spoponderat fidem. Effuge.) Properatum iter fugã dixerũt veteres nostri: ideoq; fugitiuis hoc appositũ nomē est, qa currũt tãtũmodo, ergo fugitiuorũ, in ꝑ quit, more celerius perge. Et hęc Turno manda. nouissi.) per. Nouissima mandata ideo, vt sciret iam non superfuturã, quę alia posset iterum iterumq; mandare. Succedat pugnę.) Licet in ipsa morte cōstituta, habuit in animo cōmodum Turni. in primis quippe nihil fuerat curandũ, nisi vt vrbem nō inuaderent inimici, in qua Lauinia degebat, quæ fuit totius certaminis causa deniq; hoc ei cōsiliũ & inter initia tractatus dedit. hoc etiã nũc mandat seruandũ. supra eni dixit, tu pedes ad muros subsiste, & mœnia serua: ꝑma erit gloria, parsq; maxima victorię, si ad vrbē nō sinaſ hostis accedere. sciat me ille susceptas partes non voluntate reliqsse, sed morte: quocirca succedat in solicitudine mortuę, & ante omnia vrbem a Troianorum inuasione defendat. Iamq; vale.) Cũ vlterius loqui non posset, extremo verbo ait, Iam vale. Simul his dictis linque. hab.) Quia vrgebaſ pleno exitu animę, & habenas iam reliquerat, & inuita fluebat in terram. Tum frigida toto.) Paulatim recedente calore corporis, paulatī frigescebat. Lentaque colla. & captum leto posuit caput.) Mors quippe soluit omnia, quæ vigorem corporis regunt. Arma relinquēs.) Ceciderunt & arma, cum & hęc vlterius tenere non posset. Vitaq; cũ gemitu fugit indignata sub vmbras.) Indigne ferens, q̃ sic perisset, relicta vita in tenebras gemebunda perrexit. Tũ vero immensus.) Cum supradixerit, concurrunt trepidę comites, & incertũ fuisset, quid illud vulnus afferret, hic vbi anima reddidit, dictum est, Tum vero, hoc est tunc magis vsq; ad cœlum perueniebant vlulatus, & voces missæ cum fletibus. Deiecta crudescit pugna Camilla.) Cum deficiente tantę exercitationis fœmina bellum moliri debuisset, tunc exasperatum est

DONATVS.

Cōcurrũt trepidę comites,) Trepidas recte posuit, quę adhuc nescirent plenam vim causæ. Fugit ante oēs.) Ante omnes, hoc est oibus alijs dimissis. Lętitia, mistoq; metu.) Lętus fuit, quia arreptũ compleuerat desiderium metuebat autem, ne quis vltor emergeret: vel ne illa sic icta esset, vt viueret: vsq; adeo ipsa fuit potior causa fugiendi, vt secutũ sit. Nec iã amplius hastę Credere.) Nō enim credebat ipso vulnere moriturã. Ac velut il. pri.) Parabolã sumpsit eius animalis, quod sit audax ad faciendũ & satis temerariũ, timidũ sane post factũ. nam habet naturalem industriam: vt vbi qđ se aduerterit admisisse, quod possit aut debeat vindicari, fugã per solitudines petat. hoc Arũs imitatus aufugit: & sese, vt facilius latitaret, cateruę commiscuit. Illa manu moriens. Non dixit, educit aut rapit. hoc enim eorũ est, qui non dũ vrgenſ in mortem. trahit, inquit, vt defectu ipso ostenderet morientem. Ossa sed inter ferreus ad co.) Cupiebat telũ extrahere, sed infixũ ossibus ferrum altius tenebatur. Labitur exanguis.) Recedēte per lapsum sanguine, oculi quoq; moriētis labunſ in mortem. Purpureus quōdam.) Deficiente in vultu eius colore purpureo, emergebat pallor infelix. Tum sic ex.) Cum vltimũ iam spiritũ redderet, elegit vnã ex ęqualibus quę Acca dicebaſ, atq; huic extrema verba cōmisit, dixit causam, qua affectũ est, vt cũ sola loquereſ ex ęqualibus, inquit, quia hoc ei fuit cōe cũ cęteris addidit aliud, quę esset ipsius fida ante alias, quę sola Camillę, augmentũ laudis, qa sola audire meruit, quod alię nesciebãt. & fidē secretis sola poterat reseruare, qui cũ partiri curas, relationē curarum animi releuationē ac solicitudinis vult esse Virgilius.

pro

est magis, vt mors eius pensari posset vltione asperatũ est quoq; ex alia parte, quia spes creuerat magis magisq; vincendi, vbi Camilla nō fuerat. Incurrunt densi simul om. co. Teu.) Incurrunt, dictũ est, in vnum locum currunt, atq; ex congesta multitudine facti sunt dēsi, Teucri. s. Tyrrheni, & Arcades, cum mors Camillæ spem certã vincēdi monstrauisset, perindeq; acerbitatem cumulauisset belli.

ASCENSIVS.

Concurrunt trepidæ comites.) Recitat fugam Aruntis, & morientis vltima verba Camillę, vnde nihil habemus Dona. sed Ordo est, Comites. i. socię belli Latina, Acca, & reliquę cōcurrũt trepidę. i. trepidantes aut festinę, & suscipiunt. s. inter vlnas dominã. i. reginã. s. Camillam ruentem. i. cadentem. Arũs exterritus. s. tãto facinore fugit ante omnes. i. omnibus dimissis lętitia & metu misto. i. habens lętitiam admistã metui, quia lętus erat de morte, sed metuebat vltionē, nec audet iam amplius credere, i. cōmittere se hastę virginis, nec audet amplius occurrere telis virginis. s. Camillę vulneratę letaliter, sed necdũ mortuæ. Ac velut ille. s. sęuissimus lupus cōscius audacis facti occiso pastore, aut magno iuuenco, abdidit sese cōtinuo in altos mōtes priusq̃ tela inimica sequantur, existens auius. i. sine via hoc est nullã viam tenēs: sed qua datur fugiens & remulcēs caudã. s. gestiēdo prę gaudio subiecit eã vtero pauitãtē. i. misto timore, & petiuit syluas, haud secus. i. nō aliter Aruns turbidus. i. turbatus metu & lętitia abstulit se ex oculis & contentus fuga. i. nō attendēs ad protectionē sui. sed soli fugę intētus, imiscuit se medijs armis. Illa. s. Camilla moriens trahit, id est extrahit telũ manu. s. sua, sed mucro ferreus, id est acumē hastę stat iter ossa ad costas, alto. i. profundo vulnere & ita ipse exanguis labiſ. i. decidit, & lumina. i. oculi labuntur frigida leto. i. morte, hoc est moriētia, color quōdam. s. dum viuēs valesq; esset purpureus reliquit ora. s. eius, ipsa expirãs. i. efflatura animã alloquitur tũc sic Accam vnam ex æqualibus. i. coęuis & sodalibus quę. s. Acca erat sola fida Camillę ante alias, qui cum. i. cũ qua partiri, id est partiebaſ curas, id est solitudines animi, atq; faſ hæc ita: O Acca soror ego potui hactenus, id est ad hanc vsque horã sed, sup. vulnus acerbum conficit, id est interimit me nũc, & omnia nigrescunt. s. circũ me tenebris, id est caligine mortis effuge, ꝑfer Turno hæc mãdata nouissima. i. vltima a me habēda: vt sup. succedat pugnę. i. ad pugnã & arceat. i. depellat Troianos vrbe. s. Laurolauinio, & tu iã vale & simul his dictis linquebat habenas. s. equi fluēs ad terrã non sponte, sicut prius cũ Turno obuiã veniret, tum, id est deinde ipsa frigida exoluit se paulatim toto corpore, ideſt animã exhalat aut exoluit se officio vitæ, quo

quo perfungi debebat, & posuit, ideſt inclinauit, colla lenta, id est ceruicē flexibilem, & caput captũ, id est interceptũ leto, ideſt morte relinquens arma: & vita, id est anima qua viuebat, fugit cũ gemitu sub vmbras, indignata. s. quod ante diē cogebaſ exire, non dum perfecto munere vitæ. Tũ vero, id est sed tunc maxime clamor imensus: surgens, id est oriēs ferit sydera aurea, id est extendiſ ad sydera vsq;. Pugna crudescit, id est fit crudelior & sæuior Camilla deiecta, id est deorsum iacta, qa omnis copia Teucrum pro Teucrorũ, & Tyrrheni duces & alæ Euandri Arcadis, id est milites leues quos Euander Arcas cũ pallante filio suo miserat incurrunt, scilicet in Volscos & cæteros hostes simul, id est pariter, & vno impetu existentes, densi, id est stipati, & agminatim irruētes.

PIERIVS.

Lætitia mestoq; metu.) In Romano codice Mœstoq; metu legiſ vt lętitię sit antitheton, sed enim misto lōge castior est lectio. Magno iuuenco.) In antiquis exemplaribus, magnoue, quod si diligentius animaduertas, lōge melius est. Se turbidus abstulit Aruns.) In antiquis plerisq; codicibus & hic & alibi arrons, per, o, scriptum est, passimq;, r, geminato. Sed probus notat Aruns arũtis per, u. Labitur exanguis.) Plerisq; codices antiqui, exãguis, scribũt dictione nihil quicquã corrupta, vti etiam exsoluit, & expirãs, & similia. Dona. legere videtur. Labitur & sanguis, labunſ frigida letō Lumina addita paraphrasi, recedente per lapsum sanguine, oculi quoq; morientis labũtur in mortem. Qui cum partiri curas.) Tam etsi placet, qui cũm, dicendum tamen vetera pleraq; exemplaria, qua cum legere. Troianosq; arceat vrbe.) In antiquis plerisq; codicibus vrbi, per, i, legitur. Sed melius per ablatiuum finibus arceret. Est etiam in Mediceo absq; copulatiua, Troianos arceat vrbe. Arma relinquens.) In Romano. cod. & aliquot alijs reliqt, verbi īdicatiui, nō participij voce, vt tria sint mēbra. Posuit caput, arma reliquit. Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub vmbras, q̃ ita Donatus etiã distinguit. Incurrunt densi.) Romanus codex & aliquot alij peruetusti, concurrũt, legunt. Sed Donatus, incurrũt agnoscit, ait eni in vnũ locũ currunt, atq; ex congesta multitudine facti sunt densi, Teucri, scilicet Tyrrheni & Arcades. Euãdriq; Arcadis alę.) Romanus codex Mediceus, & alij pleriq; legunt, Arcades alę nominatiuo casu vtrunq;. Tristi multatam morte Camillam. In codicibus aliquot veteribus omnino, mulctatam per, ct, scriptũ est. In pluribus absq;, c, multatam. Et in vetusto, T. Liuij codice passim, multam, multare & multatitium, & similia absque, c, litera scripta sunt.

SERVIVS.

Ad Triuiæ cust.) Ministra. Teucros conata lacessere.) Propter illud, Bellũ importunũ gerim⁹ cũ gēte deoꝝ. Coluisse Dianam profuit.) Non deã incusat, sed fatorũ necessitatē: ꝯtra quam nec numinis opitulaſ auxiliũ. Sine nomine.) Sine gloria. Famam patieris inultę.) Nec iuindicatę ignominiã sustinebis: qđ' ēt Dido dolet dicens, Et moriemur inultę: Sed moriamur ait. Mōte sub alto.) Vt, Mōte sub aerio. Apud maiores, nobiles aut sub mōtib⁹, aut i dōmibus sepeliebãtur. Vñ natũ est vt sup cadauera, aut pyramides fierēt, aut ingētes loca renſ columnę. Vana tamen tem.) Plenum κενοδοξίᾳ. Digna Camillę ꝑmia.) Sic in secundo, Persoluant grates dignas, & ꝑmia reddãt Debita. Itē alibi, Et hęc tibi porto dona pri⁹. Tunc ēt telis moriere Dianæ?) Cum ingenti amaritudine dictũ est. nam etiam ei genus inuidet mortis. Qđ autem ait tu ne etiam, ad Niobes numerosam ꝑtinet sobolem.

At Triuiæ custos iandudum in montibus Opis
Alta sedet summis: spectatq; interrita pugnas.
Vtq; procul medio iuuenum in clamore furentũ
Prospexit tristi multatam morte Camillam:
Ingemuitq;: deditq; has imo pectore voces.
Heu nimium virgo nimium crudele luisti OPIS
Supplicium, Teucros conata lacessere bello.
Nec tibi desertæ in dumis coluisse Dianam
Profuit: aut nostras humero gessisse pharetras.
Non tamen indecorem tua te regina relinquet
Extrema iam in morte: neq; hoc sine nomine letum
Per gentes erit: aut famam patieris inultæ.
Nam quicunq; tuum violauit vulnere corpus:
Morte luet merita. Fuit ingens monte sub alto PO.
Regis Dercenni terreno ex aggere bustum
Antiqui Laurentis, opacaq; ilice tectum.
Hic dea se primum rapido pulcherrima nisu
Sistit: & Aruntem tumulo speculatur ab alto,
Vt vidit fulgentem armis, ac vana tumentem,
Cur (inqt) diuersus abis? huc dirige gressũ: OPIS.
Huc periture veni: capias vt digna Camillę
Præmia: tu ne etiam telis moriere Dianę?
Dixit: & aurata volucrem Threissa sagittam PO.
Deprompsit pharetra: cornuq; infensa tetendit:

lem. Cornuq; infensa tetendit.) Cornu accusatiu⁹ est singularis, ac si diceret, Arcũque infensa tetēdit. nam horũ dubiorũ casus ex similibus vel synonymis cōprobanſ. Coirēt inter se capita.) Homerica ē ista descriptio. Teli stridorem.) Home. Λίγξε δ' ὀϊστός. Audijt vna Arũs, hęsitq; in corpore ferrũ.) Celeritas iaculãtis exprimitur. Statius cũ iam percussum dixisset, extinctum ait, Necdũ certi tacet arcus Amyntę. Ignoto cāporum in puluere linquũt.) Faciēte numinis iracũdia ē relict⁹, vt nec sepulturam posset mereri.

DONATVS.

At Triuię custos iã.) Opis quã diana pręceperat Camillę mortē congrua vltione pēsare, sedebat in altis mōtibus pugnas obseruans, vt Aruns posset occidi. Spectatq; īter. pu.) Hoc, ingt, faciebat iterrita. quid. n. metueret, quę aberat procul, & sedebat in summo? Hęc autē illi mōtium altitudo pstabat, vt secura esset & facili⁹ necessaria exploraret

Virg.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et duxit longe: donec curuata coirent
Inter se capita: & manibus iam tangeret equis,
Leua aciem ferri, dextra, neruoq; papillam:
Extemplo teli stridorem, aurasq; sonantes
Audijt vna Aruns: hesitq; in corpore ferrum.
Illum expirantem socij atq; extrema gementem
Obliti ignoto camporum in puluere linquunt.
Opis ad etherium pennis aufertur olympum.

ex edito, & dispositam Aruntis necē valeret implere. ¶Vtque procul medio.) Vbi vidit Aruntem cū cæteris furere, & occisę crudelis interitus aio dolētis occurrit, ingemuitq;, & tales dedit voces. ¶Heu nimiū virgo.) Vox huius dolētis laudem continet Troianorum, poeta enim in Camillæ morte non incertū belli vult esse, sed pœnā nec illud quod accidit euentui deputat, sed confirmat esse suppliciū quasi diceret posses vincere, nec pœnas grauissimas perpeti, si Troianos nō vltro prouocasses in bellum. ¶Hec tibi desertæ.) Quid profuit solitudinē te passam esse syluarū? qd dumos tolerasse? quid tractasse arma? quid dianā tota veneratione coluisse? Omnibus locis dicit poeta deorū cultū frustra esse: neque vnquam auxiliari deos cuiquā posse. cū ad fatalem necessitatem fuerit ventum. ¶Non tamē indecorem.) Consolationis verba sunt ista, quę mortui nec audiūt nec possunt vlla rōne sentire in aduersis tuis, inqt, nō erit tuū inferius meritū, quo perire potuisti, aut inultæ per populos leti tui nuncius pget. perinde accedit titulis tuis nobilis fama, q; te diana si a morte seruare non potuit tamē defendit occisam. ¶Nam quicūq; tuū.) Nā quicūq; corpus tuū ferro credidit violandum, congruā luet tuis meritis pœnam. Violare est sacrū aliquid violenter appetere: sed hic non solum corpus violatū est, verumetiam quoq; salus extincta. quod crimen cumulauit potius poeta, q̄ minuit. nam cū violare nō liceat vulnere, vbi erit aruntis causa, qui sacram virginem violauit, & perdidit? ¶Fuit ingens monte sub alto.) Hunc locū ordinatio magis exponit. Fuit, inquit sub alto mōte ingens bustū terreno ex aggere, hoc est congesta terra cōpositum tectum opaca ilice dercenni laurētis regis antiqui. In descriptiōe breuissima & locum designauit & eius situ, & quid esset, & cuius ostendit: sed hęc descriptio non est superflua, pertinet quippe ad causam. nā talis opi fuerat necessarius: vnde videret ex occulto Aruntem, & ipsa a quoquā videri non posset. timidus enim & cautus propter consciētiā facti nisi per insidias circūueniri poterat. iste igitur locus aggestione terræ editus fuit: sed hūc obscurabat altitudo sublimior montis & arbor, quę omnē contexerat ramis. dicta est interea terrenę aggestionis causa, sed hęc bustū, inquit, fuit regis dercēni propter magnitudinē vero arboris seruatę meritum ait, antiqui, vt & nobilitatē mortui demonstraret, & temporis prolixi spatiū quod infinita incrementa arborea desumpserat. Fuit ergo sub alto mōte, vt obscuratū proceritate eius plenis aspectibus videri non posset, opaca ilice contectū. vbi & latere opis posset, & de summo cuncta prospicere, dixit, antiq, dixit laurentius totum laudis causa, tāto enim maioris arbusta veteres faciebant, quāto potior habebatur defuncti memoria. ¶Hic dea se primū.) Opis moras omnis celeritate pręueniēs, hnc tenūit locū pulcherrima loco isto debemus accipere nō corpore sed consilio bonam, quę prouidet talē propter explēdas insidias locū. ¶Et aruntem tumulo spe. ab alto.) Hoc est, qd supra exposuimus insidiāti opportunam fuisse altitudinē tumuli, quę fuisset ante cōsulto descripta, queremus hanc, cū opis in alto cōsedisse diceretur: queremus & arborē, quę obscurabat insidiantem. ¶Vt vidit fulgē. ar.) Vt hūc vidit armorū splendore fulgētem, & mox perituro gaudio tumidū. ¶Cur, inquit, di. abis?) Dolētis vox ista est, & inde magis cōmotę, q; exultantē de Camillę morte corruentem vidit, & alieno lętum exitio, cū ipse suū mox affuturū nec intelligeret, nec videret. Hęc tamen loquebatur secū: vtpote in summo posita: & propter insidiarū effectū latens. s. nō vt aruns audiret, sed vt cōminationē verboꝝ satis faceret ęstibus suis. locuta est ergo quasi ad psentē, & tanq̄ pręsentem insultanter appellat, quid, ait, in diuersa tendis? diuersum est, quod est lōge remotū ab altero, & subsidio prolixioris spatij obscurat & tegit. Huc dirige gressum, huc periture veni, magis huc veni, quo facilius peas. capias vt digna Camillę pręmia. vt Camilla tibi repēdat pro meritis pręmiū. ¶Tune etiā te. mo. dia.) Debes vocari telis eius, quam in Camillę morte credidisti contemnendā. ¶Dixit, & au.) Cū dicit infensa, aliqd magnum, per cōmotionem magnam, & quod modum artis excedat factura monstratur. prompsit igitur sagittā & hanc neruo aptatā tetendit recuruo cornu. pertinet enim ad artē iaciendiq; arcus omnis curuat in finibus. ¶Et duxit longe.) Ipsam. s. sagittā tam cū neruo donec curuata coirent inter se capita. tāto enim sagitta lōgius ac forti' volat, quātū retrorsum dū tēdit reuocat. arcus

cus quoq; ipse maiorē impetum pstat, si capita eius adducta iungantur. ¶Et manibus iam tangeret æquis.) Ipse est modus sagittę mittēdę, nec esse amplior potest, vt arūdo aptata neruo atq; in dexteram partē vsq; ad papillā reducta pueniat, & sinistrę manus digitos tenētis arcum ferri species tangat. ¶Extēplo teli stridorem. (Pretermisit poeta q; sagitta missa sit: que res proficit cōpendio narrātis. quod enim nō est dictū, potest ex his, que cōsecuta sunt, nosci: nō enim percuteretur arūs, si sagitta nō esset electa, cuius volatus mox vt aeris stridorem cognouit, ineptus est. ¶Illum expiran.) Quid infelicius huius morte? cuius cadauer colligendum nec socij curauerunt: deniq; tāta eius obliuione ducti sunt: vt eum pro alieno in cāpis in puluere & ignotis linquerint terris: quod fuit vltionis augmētum, vt remansisset nudus feris etiā opportunus alitibus in sepultoꝝ causa ideo omni supplicio est grauior, quia secundū ipsum Virgilium habebat aliā apud inferos pœnē. ¶Opis ad ethereum.) Pennas celeritatem debemus accipere quid enim moraretur in terris vlterius, quę mandata perfecerat?

ASCENSIVS.

¶At Triuię custos.) Redit ad narrationē necis Arūtis ab opi interfecti sagittis Dianę. Circa quē locum dicit Donatus sic. Pulcherrima. Bonā consilio hic intellige. Cur inqt hęc loquitur secum ex dolore. Tu ne etiā, indignat quod telis Dianę sit periturus. Ignoto cāporum in pul. lin. Quod fuit vltionis argumentū vt socij illius obliuiscerent. Hęc ille. ¶Ordo est. At id est sed opis. s. nympha custos Triuię. i. a triuia. i. Diana custodię deputata sedet iamdudū, id est ab eo tēpore quo a Diana demissa erat alta. s. vt melius pspiceret q; Camillā occideret in mōtibus summis, & ipsa interrita. i. nō territa spectat. s. desuper e loco tuto pugnas. s. aliorum & vt. i. postq; ipsa pspexit procul Camillā multatā. i. afflictam tristi: qa insidiosa morte, in medio iuuenū furentū clamore, ipsa ingemuit, & dedit has voces, sup. ab imo pectore, Heu o virgo tulisti. i. psoluisti suppliciū nimiū, nimiū inquit crudele. conata lacessere. i. puocare Teucros bello. Nec pfuit tibi desertę. i. solitariæ coluisse Dianā in dumis, aut gessisse humeris pharetras nostras, id est venatorias, tamē tua regina. s. Diana nō linquet indecorē, id est id est sine decore iā in tua extrema morte neq; hoc letum, id est hęc mors tua erit. i. diuulgabit per gētes sine nomine. i. ignobile immo gloriosum erit aut tu nō, sup. patieris famā inultę. s. vltio fiet de te. Nā quicūq; violauerit tuū corpos, is, sup. luet. i. purgabit illud scelus morte merita. i. idecora qualē meruit, qa in sepultus relinquet, Ingēs bustū. i. sepulchrum continēs cineres corporis cōbusti regis Dercenni sic dicti fuit sub mōte alto factum ex aggere terreno. laurēti. s. soli antiqui id est nobilis, tectum ilice opaca. i. ramosa & vmbrosa Dea pulcherrima. s. cōsilio. i. prudētissima, sistit se primū, nisu. i. conatu rapido. i. celeri, hic. i. sub hac ilice & speculat arūtē ab alto tumulo, vt idest postquā vidit sup. ipsum fulgentē armis ac tumentem vana. i. superbiētem in vanū & sup. inqt cur abis diuersus. s. a nobis, Dirige gressum huc o periture veni huc, id est ad me vt capias pmia Camillę. i. pro Camillæ morte: digna. s. te, inuidet tamē ei tā gloriosum genus mortis dicēs. Moriere, id est morieris ne etiā tu. s. qui vilissimus es. telis Dianę quę nobilissima est dea: dixit. s. opis, & ipa Threissa, id est similis Threissę. s. harpalice aut alteri venatrici, deprōpsit pharetra aurata sagittā volucrem, & ipsa infensa, id est multum offensa Arunti tetendit cornu. i. arcū & duxit. s. cornu, longe. s. a chorda, donec capita. s. arcus extremitates curuata coirent inter se, & ipsa tāgeret iam manibus ęqs, id est æqualiter extensis, aut annitentibus, lęua. i. sinistra manu aciē ferri. s. sagittæ cuius ferrū peruenerat ad sinistrā, qua arcū tenebat, & tāgebat dextra & neruo. i. chorda ex neruo facta, papillā. s. mamillæ suæ. Aruns audijt extēplo. i. illico vna. i. simul & stridorē teli & auras sonātes & ferrū hæsit in corpore. i. nihil moræ fuisse videt. Socij obliti. s. dea id procurante, illā expirātē. i. efflātē animā, atq; gemētē extrema. i. mala: videlicet mortis, relinquūt sup. eū in ignoto puluere cāpoꝝ, & sup. opis auferf pēnis. i. alis assumptis, ad Olympū ęthereū. i. celestem, vnde demissa erat dicente Diana Labere nympha polo.

PIERIVS.

¶Nostras humero gessisse sagittas.) In codicibus aliquot antiqs gestasse, legit quod frequētiam, & habitum ostendit. Sed in pluribus,

ribus, gessisse pharetras, eæ. n. ab humero suspendi solēt. ¶Tua te regina relinquet.) In Ro. co. reliquit. præterito tēpore: quia iam Diana precauerat, quid agendū esset. In aliquot alijs, relinquit, est præsenti tēpore, vt ostendat eam adesse. Quidam futurum malunt. ob synchroniā. ¶Erit, Patieris, Neq; hoc sine nomine.) In antiquis aliquot, nec scribitur: sed multo dulcius est neq; hoc. pferre. Est & numine, in Mediceo. Digna Camillę pmia.) In Ro. col Camilla, legitur ablatiuo casu, sed genitiuo melius,

Prima fugit domina amissa leuis ala Camillæ:
Turbati fugiunt Rutuli: fugit acer Atinas:
Disiectiq; duces, desolatiq; manipli
Tuta petunt: & equis auersi ad mœnia tendunt.
Nec quisquā instanteis Teucros, letumq; ferenteis
Sustentare valet telis: aut sistere contra:
Sed laxos referunt humeris languentibus arcus:
Quadrupedūq; putrē cursu quatit vngula cāpū.
Voluitur ad muros caligine turbidus atra
Puluis: & e speculis percussę pectora matres
Femineum clamorem ad cœli sydera tollunt.
Qui cursu portas primi irrupere patentes:
Hos inimica super misto premit agmine turba:
Nec miseram effugiunt mortem: sed limine in ipso,
Mœnibus in patrijs, atq; inter tuta domorum
Confixi expirant animas. pars claudere portas:
Nec socijs aperire viam, nec mœnibus audent
Accipere orantes: oriturq; miserrima cędes
Defendentum armis aditus, inq; arma ruentum.
Exclusi ante oculos, lachrymantumq; ora parentū
Pars in precipites fossas, vrgente ruina,
Voluitur immissis pars ceca & concita frenis
Arietat in portas, & duros obice postes,
Ipsę de muris summo certamine matres
(Monstrat amor verus patrię) vt videre Camillam:
Tela manu trepidę iaciunt, ac robore duro
Stipitibus ferrum: sudibusq; imitantur obustis
Precipites: primęq; mori pro męnibus audent.

SERVIVS.

¶Tubati fugiunt Rutuli.) Hoc ad Camillę pertinet laudē qua amissa immutant fata belloꝝ. ¶Acer Atinas.) Armis. s. fugit tū. ¶Desolatiq; manipli.) Deserti signiferi: qd' est nimij discriminis, nāq; vbiq; dux pcipit vt frequēter circa sint milites: sicut in Sallustio legim'. Manipli aūt dicti sunt signiferi, quia sub Romulo paup adhuc Romanus exercitus hastis fęni manipulos illigabāt & hos pro signis gerebāt Vnde hoc nomē remāsit. ¶Laxos arcus.) Nō itētos: sed iā solutos. ¶Fœmineū clamorē. ¶Impatientē. nā iā dixerat matres, p qd muliebrē clamorē poteram' accipere. ¶Miserā mortē.) Quia sequit, Limine i ipso. ¶Męnib' in patrijs.) Scilicet vbi se iā tutos esse credebāt. ¶Aperire viā.) Idest dare aditū. & bono locutus est ambitu. Nā cum portis via & aperitur & claudit. ¶Oriturque miserrima cędes.) Sic i secundo vbi intulit, Armorū facie & Graiarū errore iubarū. ¶Defendentum.) Ideo defendentum & Ruentum, quia ad masculinū retulit. & hi defendētes facit, quod & de femino dicimus. Si autem de neutro loquamur, defendētiū dicam' necesse est. qa hęc defendētia facit: & vt supra dixim', genitiu' pluralis a nominatiuo plurali nō debet esse minor. Qd si forte minorem eum aliquando inuenerimus, metri necessitas facit: & incipit etiam pathos esse, non declinatio. ¶Præcipites fossas.) In quas quis potest pcipitari. ¶Cæca.) Irrationabilis, quæ in clausas portas more arietis ruebat: id est bellici machinamēti. ¶Summo certamine.) In extremo, discrimine, vt supra, Vocat labor vltimus omnes. ¶Trepidę. Licet trepidę, tamen oblitę sexus tela iaculabantur. ¶Præcipites.) Aut festinę, aut in mortē ruentes. ¶Primæq; mori pro mœnibus audent.) Nimij doloris est: vt, Me primam absumite ferro.

DONATVS.

¶Prima fugit domina.) Oēs, qui per ipsam regebantur, in fugā versi sunt. ¶Turbati fugiunt Rutuli.) Laudē simul dicit Camillę, & eorū vituperationem, qui in Turni partibus fuerant, quid enim turpius, q̄ perdito auxilio vnius feminę versos esse oēs in fugā? eos quoq; qui magni ferebant & fortes? nihilq; illis tutum præter muros ciuitatis fuisse? ¶Nec quisquam instantes.) Nec valuit quisq; tenere Teucros istātes, aut his resistere, deniq; languebāt metu, & ipsos arcus non manibus paratos ad necē hostis, sed laxos ferebant humeris suis. ¶Quadrupedumq; putrem cur. qua. vn. cam.) Vrgente maiore insequentiū vi, ipsi equos vrgebāt, vt quadrupedum cursu satis scilicet properato in patriam redirēt. ¶Voluitur ad muros.) Cum nihil adhuc e muris expectātiū subijceretur aspectibus, impediēte pulueris nube, tamen aperta cōiectura res aduersæ credebant: quando caligo densissima omnes versos pręcedebat ad patriā. Matres interea, quæ suam suorūq; intellexerant talem fœmineis vocibus hoc est luctuosis & tristibus cœlū omne syderaque pulsabant. ¶Qui cursu por.) Aliquot, inqt, in hoc casu obfuit celeritas sua, qppe qui pmi ingressi sunt portas, & se pericula omnia crediderant euasisse, in ipsis interiere liminibus. nā cū sequentibus turbę multitudo cōgesta per vnū aditū omnes simul intrare non possent, oēs simul sequentiū ruina est

na est obruta. ¶Nec miseram effu. mor.) Nō mortē illi effugerāt, sed reperierāt fugiēdo: eoq; deteriorē, qa nō fuit illa gloriosa sed misera. Incipit dicere, quādo misera. ¶Sed limine in ipso.) Quāta clades illo tpe atq; illo loco infelices oppressit: vt liberati cōgressionibus cāpi in portis, in patria, inter parietes suos, qbus tū essent defensi, quę debuerāt suis vel suorū gladijs defendi, interijssent. ¶Pars claudere portas.) Tāta funerū cōgeries ipso portarū iacebat in limine: vt nec aditus fieri socijs veniētibus posset: nec esse tutū rogātes excipere. ¶Oriturq; miserrima cędes. Quia miserum spectaculū fuit, ciues cędi a ciuib' suis, & prohiberi sinu patrię, cū tam graue discrimē ingrueret, occidi ab his q defensiōis auxiliū pbere debuerāt. ¶Exclusi ante ocu.) Flebāt parētes & gemebāt, cū viderēt excludi liberos suos, & a ciuib' sterni: Pars in pcipites fo.) Exclusi ab igressa portaę plurimi ante plāgētiū oculos parentū altas pcipitantur in fossas & per ingentē metum ipsi sibi quęrebāt exitiū quod declinare nitebātur. ¶Immissis pars ceca.) Sic alios cęcauerat metus, vt equorum impetū tanq̄ aries colliderent in portas. claudendarū portarū hęc necessitas fuit, atq; his metus, ne hostis dum fugientes persequit obtinendæ ciuitatis causa liberū reperiret ingressum, ęquius. n. fuit excludi aliquos, plurimos liberari cum patria. Cęca, inquit, pars quæ nō videret clausas portas, & aliorum in ipsis portis exitium. ¶Ipsæ de muris.) Mulierum turba in superiore murorum parte pstituta gladios, quos ferebat, abiecit imitata duris & adostis stipitibus ferrū. Audaciā vero illis dederat patrius amor, & syncerum & verum exemplum Camillæ, quæ in aliena causa dum obtinere niteretur, cecidisse probatur, quo magis decuit istas, vtcunque certarę pro patria & ante ipsas turres occumbere.

ASCENSIVS.

¶Prima fu.) Ordo est. Ala Camillę leuis. i. agilis & inconstans, fugit prima, amissa domina. i. regina, Rutuli turbati. i. psternati fugiunt, & Atinas acer. i. q̄uis acer, fugit tū, & duces disiecti. s. a statione sua in diuersa diffugia, & manipli. i. vexilliferi desolati. i. derelicti sine cōsolatione, petūt tuta. s. receptacula vrbis, & ipsi aduersi, id est obnitentes, aut potius auersi a facie hostium, tendūt, equis ad mœnia. s. vrbis, nec quisq; valet sustētare telis Teucros instātes. & ferētes, id est inferētes letū, id est necem aut quisquā nō audet sistere. i. firmare gressum & stare contra. s. insurgentes Teucros, sed referūt humeris languētibus. i. lassis, & laxis amisso animo, arcus laxos, id est nō amplius tētos, & vngula quadrupedum. s. equorū quatit, id est concutit & carpit cursu campum putrem. i. resolutū in puluerē, puluis voluit ad muros atra caligine id est dēsa nube, & matres percussæ pecto. i. habētes pectora percussa, tollūt, id est extollunt e speculis, vnde speculabantur accursum, & fugam suorū. clamorem fœmineum, id est ululatū, & plāctum muliebrē ad sydera cœli. Turba inimica. s. hostiū persequētiū, pmit agmine misto. i. cōfuso superbos qui primi cursu, id est in currendo, aut qui rupere primi cursu. i. ipetu portas patētes, nec effugiunt mortē miseram. i. miserandā, sed ipsi cōfixi in ipso

Universidad de Deusto Biblioteca

limine,f.vrbis in mœnibus patrijs,atq; inter tuta.f.tecta, aut receptacula domorũ expirãt.i.efflãt animas,quasi nõ vulnere, sed lassitudine deficiẽtes,pars claudere, id est claudebant portas nec audent aperire socijs viã,nec accipere orantes.f. socios , & cædes miserrima oritur,id est surgit,& fit,cædes dicit defendentũ , idest defendentiũ aditus.f.vrbis armis atq; ruentum .i. cadentium in arma.f.quæ tenebant cõtra hostẽ,exclusi,i,ante oculos & ora parentũ lachrymãtum. Pars.f.exclusorum,voluitur in fossas.f.vallorum aut mœniũ præcipites id est precipitium præbẽtes,& hoc ruina,id est irruptione irruentum vrgẽte,aut ruina.i.calamitate vrbis vrgente.i.instãte,& pars cæca.i.improuida,& cõcita.i. festina,frenis immissis.f.eqs qui cõcitati vno impetu ad portas ferebantur,arietat,i,more arietũ capitibus suis aut equorũ insultũ facit in portas.f.clausas,& in postes duros obice.i.ppter obicẽ & repagulum dure obstãtes. Ipsæ matres (quia amor verus patriæ monstrat.i.indicat ita faciendũ esse)vt.i.postq̃ videre Camillã.f. extinctã:ipsæ trepidæ.i.festinæ iaciunt summo certamine de muris,manu.f. sua tela.i.iacula ac saxa,& imitant̃ id est effingunt ferrũ robore duro, & stipitibus & sudibus obustis,existentes præcipites id est præcipitãter in mortẽ ruentes,& audent mori primæ id est etiã priusq̃ viri,aut sine exemplo pro mœnibus , aut legamus patriæq; mori pro mœnibus audent , quia non poterant primæ mori.

PIERIVS.

¶Et equis auersi ad mœnia tendũt.) In Oblõgo cod.in Mediceo & aliquot alijs anti,legere est,aduersa ad mœnia tendũt. Sed vulgata lectio lõge castior,quippe,equis auersi . ¶Quadrupedũque putrẽ cursu quatit vngula campũ.¶In Ro.co.legere est, quadrupedoq;,putrẽ cursu quatit vngula cãpum,Quam lectionem, Donatus agnoscit.ait enim.Vrgẽte maiore insequẽtiũ vi, ipi equos vrgebant,vt quadrupedo cursu.i,satis properato,in patriã tẽderent.¶Et e speculis percussæ pectora matres.)In anti.aliquot codicibus,e muris legitur,vt sit adnominatio quædã puluerẽ ad muros volui,& e muris matres tollere clamorẽ ad sidera . Sed enim qa generalius est e speculis dicere,ea lectio magis huic loco quadrat,crediderim vero lectionẽ alteram,e muris de paraphrasi alíqua desumptam.¶Nec misc.effu.mortẽ.) In Oblon.co. noctem habes.Sed omnino magis placet mortẽ legere, quod plus habet violentiæ,& agnoscit a Dona.¶Atq; inter tuta domorum confixi expirant animas.) In Ro.cod.legere est. intra in reliquis fere passim.inter.quodq; sępius apud Liuiũ,intra muros.vulgata legũt exẽplaria.in veteri cod.scriptũ.inter muros,obseruaui.pitra vero apud Martialẽ lib.j.ad Cosmũ,vbi vulgati codices legunt. hunc Quẽ sæpe vides inter penetralia nostræ Pallados, et templi limina Cosme noui.veteres nõnulli co. manu scripti legũt.intra penetralia.Sed vtcunq; de hoc Grãmatici decernãt , illud potius animaduersione dignũ putarim quod in plerisq; cod.anti.nõ tuta,sed tecta domorũ legi.Ea tamen lectio,quæ est. tuta domorũ. longe figuratior.¶Mõstrat amor verus pat. vt videre Camillã.) In Roma.co.amor versus,legit̃,vt intelligamus eas non prius tale aliquid aggressas nisi vt videre Camillã. Tunc enim ait amorem versum ad patriã defendẽdam, cum bellum aduersus etiam mulieres geri viderẽt,quod pro mulieribus susceptũ prius arbitrabantur.Si vero cuipiã magis placeat,verus amor , ea quoque sentẽtia & pulchra est,& de humanę vitæ moribus sumpta.¶Primæq;,mori pro mœnibus audent.) In Ro.cod.ardẽt.legitur.vt sit inter eas contentio laudis,amorisq;,perinde ac si præmiũ illi propositum esset,quæ prima moreretur.Seruius ad dolorem ex Camillę obitu conceptum refert vt illud.Me primam absumite ferro.neq; vero displicet.primæ audẽt . ea sentẽtia,vt tũc primũ audere vilæ sint,cum sexum quoq; suum in bello fortiter occubuisse conspicerent.

Interea Turnum in syluis sæuissimus implet
Nuncius: & iuueni ingentem fert Acca tumultum:
Deletas Volscorum acies:cecidisse Camillam:
Ingruere infensos hostes:& marte secundo
Omnia corripuisse:metum iam ad męnia ferri.
Ille furens (nam sæua Iouis sic numina poscunt)
Deserit obsessos colles:nemora aspera linquit.
Vix e conspectu exierat:campumq; tenebat:
Cum pater Aeneas saltus ingressus apertos,
Exuperatq; iugum:syluaq; euadit opaca.
Sic ambo ad muros rapidi,totoq; feruntur
Agmine:nec longis inter se passibus absunt.
At simul Aeneas fumantes puluere campos
Prospexit longe:Laurentiaq; agmina vidit:
Et sæuum Aenean agnouit Turnus in armis:
Aduentumq; pedum,flatusq; audiuit equorum.
Continuoq;,ineant pugnas:& prelia tentent:
Ni roseus fessos iam gurgite Phębus Ibero
Tingat equos:noctemq; die labente reducat.
Considunt castris ante vrbem:& mœnia vallant.

SERVIVS.

nũcius nunciũ

¶Sæuissimus iplet nuncius.) vt etiam supra diximus,nuncius est qui nunciat: nũcium, quod nunciatur: secundũ qđ nũc nec de fœmina, nec de re q̃ nunciat̃,pcedit nũcius.Vnde multi volũt aliũ nunciũ intelligi:Accam vero postea venisse, sed melius est vt nũcius de Acca dictũ intelligamus. Nouim⁹ enim poni aliqua in subauditione q̃ ex apto dicer non debemus: vt,Nec dextre erranti deus abfuit:cũ necesse sit vt aut Iunonẽ aut Alecto intelligamus.Item Sallustius, Primaq forte venientes exciperet ,cũ de insidijs loqueretur quas numeri pluralis tantũ esse plusquã manifestũ est. ¶Deletas Volscorũ acies.) Falsum est: tãtũ eni fugerant. sed vim exprimit nũcij, cui⁹ mos est plus quã habet veritas, nũciare.¶Ingruere.) Impetũ facere: vt, Ingruit Æneas armis.¶Ille furẽs) nã sęua Iouis sic numina poscũt.) Duplici rõne eũ insidias reliquisse cõmemorat:dolore nimio,& numinũ volũtate : quod vtrunq; ideo egit, ne capi posset Æneas.¶Apertos .) Vacantes insidijs. ¶Sęua Iouis sic numina poscunt.) Homerus Διὸς δ᾽ ἐτελείετο βουλή. ¶Ambo ad muros.) Vt Turnus tueret̃,vt obsideret Æneas. ¶Fumantes puluere cãpos.)Veluti fumãtes caligine pulueris. ¶Sæuum.) Forte. vt,Sæuus vbi Æacidę telo iacet Hector . Item,Nec minus interea maternis sęu⁹ in armis.¶Hibero.)Oceano,occiduo,id est Hispano.Hispaniã autem,Hiberiam ab Hibero flumine constat esse nominatã.¶Confidunt castris.) In sua quisq; digressi. ¶Mœnia vallant. Hinc probat̃ quia& qui tuentur & qui obsident,vallare dicuntur.

DONATVS.

¶Interea Tur.)Implere est ad plenũ aliquid intumere.¶Et iuue. ingẽ.fe.ac.tu.) Tumultũ interpretati sunt veteres timorẽ multũ esse,Vñ nõ tantũ ad Turnũ aduersa,puenerant:verũetiã alia,quæ illi molẽ magnam maximi timoris afferrent.quid dicebat acca , vel quẽ malorũ ordinẽ dabat.¶Deletas vol.aci.)Dixit in plurali acierũ numerũ, vt oẽs Volscos affirmaret extinctos.hic erat ver⁹ tumultus,q̃ sine falsitate esse non poterat. non enim reuera omnes Volscos dimicationis aduersus euictus assumpserat.¶Cecidisse Camillã.) Sic secũdo loco casum Camillę posuit,quasi opẽsis illis itegrę res esse potuissent,si Camilla vixisset: erigẽda pnunciatio est in Camillæ noie:illic est .n. maior Turni desperatio,q̃ Camillę auxiliũ perdidit . ¶Ingruere infestos hostes.)Addebat imĩnere hostes & successibus ,psperis oia tenuisse. ¶Metũ iam ad mœ. fer .) Illũ.f.metum, quẽ fecerat hostis aduẽtus, iã iminere ciuitati . vñ reuera affirmabat retẽta iam cętera, qñ sola mœniũ superet captio, cuius casum taleĩdigne magis metuere debuit Turn⁹,qa itra eã Lauinia fuit. necessario verbo vsa est ferri:impellebat̃.n.psperitate successus & ibat hominũ more, vel sed ferebat̃ fortunæ suffragio.¶Ille furẽs.)Ille hoc est Turn⁹, vel quia aduersis cognitis furebat,vel qa consilia oia & tractatus vtiles infesto Ioue pdiderat,colles,quos obsederat & aspera nemorum deseruit,tenuitq; destinatiõe mentis, vt saltem patriã tueretur ac muros.¶Vix e cõspectu exierat,) Hoc est,mox vt reliqrat fauces,& ad cãpum venerat.¶Cum pater Æneas.) Ipsæ sunt fauces,ipsi montes,atq; ipsa sylua.& ipsæ angustiæ,quas cum Camillæ cõsilio Turnus obsederat,vt Æneam cũ suis copijs ingressum suffragio loci,q aperto marte nõ poterat.aggrederet̃ & funderet sed Æneæ,pspera fortuna , & fato infelicis Turni perfectum est, vt pp vrbis statũ obsidionem desereret Turnus, & Troianorum numerus,qui dudũ fuerat obsessus,liber securusq; trãsiret. ¶Sic ambo ad muros.)Alter defendẽdæ ciuitatis causa,alter capiendę nõ lõgis inter se aberant passibus:nam longorũ passuum significatio

catio ostendit minus fuisse,quam mille passus : si eni plus essent millia dicerentur.¶Ac simul Æneas.)Hoc est quod dixit, nõ longis passibus:nã & videbat hostes,& equorum flatus audiebat, qđ ait lõge vidit,priorem vidisse accipiendum est , sed & Turnus & Rutuli similiter videbant.Hoc enim pręstabat ęqualitas campi. ¶Continuoq; ineãt pugnas.)Fuit quidem occasio pugnãdi,collectis in vnum omnibus:sed cõsumpta luce & imminẽtibus tenebris pugnari nõ potuit,quid ergo factum est. ¶Cõsidũt castris.) Castra dici vbicunq; exercitus etiam sine ædificijs , quod multis locis diximus,& hic euidenter apparet,nam cum dicit ante vrbẽ considunt,& mœnia vallant,ostendit solos homines non ẽt aliquam molem fuisse castrorum.

ASCENSIVS.

¶Interea Turnũ in syluis sæuissimus,&c.)Recitat quomodo nũciatũ est Turno in syluis vbi Ænean obseruabat aut ꝯgruũ irrũpendi tẽpus Camillam occisam,& Volscos in fugam versos, tempusq; subueniendi rebus fessis instare,& reliqua quæ textus habet. ¶Ordo est. Nũcius sæuissimus.i.res nũciata grauissima, aut nuncius,i.nuncians,siue mas siue fęmina,nam de Acca haud dubie loquit̃, vtrunq; ita significat nuncius,& q nunciat, & quod nunciatur:nuncium vero vnum. Vnde recte sentit Seruius: licet id Valla non recte improbet.Possumus autem p conceptionẽ implicitam in masculino loq,vt venit ad Turnum nuncius,cum de Acca loquat̃. Nuncius igit̃ aut res nunciata,aut qui nunciat vide licet Acca implet interea Turnũ in syluis vbi.f. insidias tẽdebat, & pro,id est Acca fert iuueni , id est ad iuuenem aut fert.i.refert & dicit iuueni.f. Turno,ingentem tumultum, acies Volscorũ eẽ supple deletas,id est de statione sua amotas,& i fugam versas,Camillam cecidisse,id est occisam eẽ,hostes infestos ingruere.aut ingruere,id est impetum facere,& irrumpere infestos.i. infestantes & molestantes , & corripuisse oia.f.loca,& Turni auxilia & hoc Marte secundo, id est præsente,& fauente,& metum iam ferri ad mœnia,i.timeri iam etiam vrbi,Ille.f. Turnus furẽs.f. Martio furore,nam numina Iouis,id est fata sæua, id est irreuocabilia & tamẽ durissima Turno,poscũt sic vt.f.furore percit⁹, singulare certamen nõ retractet,deserit colles obsessos & linqt nemora , aspera.i. difficilia accessu & ipse vix exierat e conspectu,id est quantũ conspici posset,& tenebat campum.f.planum,cum pater Æneas, ingressus.f. ex syluis salt⁹ apertos,id est nullis arboribus tectos, exuperat,id est transcendit iugum.f.montis,& euadit, id est exit sylua opaca,i.densa frondibus. Et sic ipsi ambo feruntur ad muros rapidi,id est veloces,& supple cũ toto agmine:nec absunt inter se lõge passibus.i.non multis passib⁹ distãt, forte Maro fecit. Nec multis inter se,aut nec lõgis inter se passibus absunt.i.distãt, sed q nolunt,s,literam sicut,m,absumi apud hunc poetã immutauerunt,sicut & alia nõnulla . Ac simul.i.statim postquã Æneas prospexit longe cãpos fumantes puluere.i. veluti fumantes obscuros puluere,& vidit agmina laurentia,i. laurentiũ seu Latinorum,&.i.etiam Turnus agnouit Æneã sęuum.f. ipsi Turno q in deos,& suos pius erat aut quẽ Turnus iudicauit sæuũ , aut sæuũ non semp,nec vbiq;:sed in armis,& audiuit aduentus pedũ.i. pedes aduentantium,aut strepitum pedum aduẽtantium , & flatus equorum,& ineant.i.insistent continuo pugnam.f.singularẽ, & tẽtẽt plia:ni.i.nisi Phœb⁹.i.sol roseus.i. rubeus sub occasum tingat iam equos fessos:secũdũ opinionem,vulgi, flumine ibero.i. mari seu oceano occiduo hoc est Hispano,& reducat f.per discessum suũ occasionaliter noctem die labente.i. occidente.Quia igitur ingruente nocte dimicare nõ possunt,ipsi cõsidũt.i.simul locũ capiunt castris.i.in castris suis,ac tentorijs ante vrbem, & vallant.i.circundant vallo mœnia. Alij ne hostes ingrediant̃: alij ne egrediantur nec commeatum recipiant.

PIERIVS.

¶Ingruere infestos hostes.)Antiqua omnia exemplaria: q̃ præ manibus habui,infensos,legunt,qđ Turni dolorem mirũ in modũ exaggerat,cum intelligat eos hostes,quos odio maxime prosequatur,ita victoria exultantes ferri.¶Ille furẽs iam sęua Iouis sic numina poscũt.)Interpositio hæc varijs modis in varijs habetur exemplaribus.Hoc nonnulli,iam sæua legere maluerunt. In Romano,in Mediceo,& quibusdã alijs codicibus peruetustis, Et sæua,legitur,quod etiam Seruio receptum est, dũ ait,Turnũ duplici ratione insidias reliquisse, dolore quippe nimio. id eni sibi vult furens,& numinum,voluntate. Quod si. Nã, legas, aut iam alterum esset redditio causæ,alterum acciperetur expositiue.Sed enim hoc vtcunq; legatur parui refert, illud minime parui faciẽdũ est,quod in Romano codice,Sic numina pellunt,non autem, poscunt,legere est.Sed omnino vulgata lectio receptior est.¶Syluaq; euadit opaca.)In aliquot antiquis cod. inuadit,legitur,At simul Æneas.In Oblongo codice,Ac simul.In Romano. Tum pater Æneas.Inemendate quidem,& sententia mutilata.¶Tingat equos.)In antiquis ex instituto Attij,tinguat,u,post,g,notata scriptum est.

LIBRI VNDECIMI FINIS.

IN. XII. ÆNEIDOS LIBRVM MONOSTICHON.

Duodecimo Turnus diuinis occidit armis.

IN EVNDEM MODESTINI IVRISCON. ARGVMENTVM.

Turnus iam fractis aduerso Marte Latinis,
Semet in arma parat:pacem cupiente Latino,
Fędus percutitur passuris & omnia victis:
Hoc Turni Iuturna soror confudit,& ambos
In pugnam populos agit ementita Camertem,
Aeneas,volucri tardatur membra sagitta.
Anxia pro nato seruauit cura parentis.
Vrbs capitur:vitam laqueo sibi finit Amata.
Aeneas Turnum campo congressus,vtrinq;
Circunfusa acie,vita spoliauit,& armis,

ALIVD IN EVNDEM

Troianis,Rutulisq; placet coniungere fędus :
Id Rutuli rumpunt:nato Venus alma medetur:
Dictamo:Rutuliq; luunt periuria victi.
Cogitur Aeneę Dauni concurrere proles .
Pallantea necem misero dant cingula Turno.

ASCENSIVS.

DVodecio Turn.&c. Duodecimũ librũ ꝯcludit poeta morte Turni,i qua summam nactus est Æneas gloriam summamq; potitus victoria.Quocirca,vti Hectore tracto finiuit Iliada Homer⁹ ne si procederet,cogeret̃ ignobile Achillis mortem describere,ita & in Turno victo cõponit, atq; cõcludit Æneida suã Maro noster,ne & Ænee tristẽ obitum memorare compellatur, vbi eni ad summam gloriã eius,quẽ laudare volumus peruentum est, illic standũ est. Præterea vti sępedixi:mus:mors , vltima linea rerũ est,quo circa & morte fere libros cõclusit. Adde q̃ senis libris vigenos quaternos Homeri exequi cõstituit. Nã sex priorib⁹ odysseam,sex posterioribus Iliada exprimit,quo circa errant , qui decimũ tertiũ Ænei. aut vsq; ad Augustũ scripturum fuisse dicunt. ¶Sed ordo est . Turn⁹ occidit ab ob & cado , id est succũbit armis diuinis.f.Vulcani aut Ænee in deũ indigetem transferendi,aut fatalibus,qa dijs ita volentibus duodecimo sup. Æneidos libro.

libro.Et hoc monostichõ.est. Turnus fractis iã Latinis,qui antea infracti erãt Marte aduerso,parat , id est disponit semet,id est semetipsum i arma Latino cupiente pacem. Fœdus ꝯcutitur , scilicet inter Latinum & Ænean , & victus,id est vter eorum vincatur passurus supp. sit omnia, scilicet mortem & Lauinię ac regni amissionem , Iuturna , scilicet nympha soror Turni, cõfundit hoc,scilicet fœdus ꝯsilio Iunonis & agit ambos populos in pugnam,emẽtita, id est expsse mentita hoc est simulans se manifeste Camertem. Æneas tardatur membra,id est habet mẽbra præcipue coxã, tardata, sagitta volucri ab icerto authore missa Cura parẽtis, scilicet Veneris anxia pro nato,i.filio seruauit supple eã aut sanauit dictamo herba, vrbs capitur & Amata scilicet regia finit sibi vitã laqueo, id est suspẽdit se, Æneas ꝯgressus, scilicet cum Turno,campo,scilicet patẽti, & hoc acie circũfusa vtrinq;, idest ab vtraque parte,spoliauit Turnum vita & armis,precipue Baltheo Pallantis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SERVIVS,

TVrnus vt ifractos.) Postquam Turnus i bello defecisse videt Latinos antea semp infractos, nanq; ita maior est sensus, quã si infractos, valde fractos acceperis. ſ Sua nũc, p missa reposci.) Quia dixerat, Ibo animis cõtra, vel magnũ præstet Achillem. ſ Se signari oculis.) Propter illud, Añ ora Latini, In te oculos referunt. ſ Vltro.) Aut insup, aut antequam aliquis exposcat. ſ Saucius ille.) Κατ' ἐξοχήν. Ille leo. Id est princeps ferarum: saucius autẽ pectus, id est sauciũ pectus habẽs. Et bene alia verba interposuit, qa saucius pectus. & sonabat asperrime, & imperitis poterat solœcismꝰ videri. ſ Graui vulnere.) Forti: vt, Ferit ense grauem Tymbreus Osyrim. ſ Tum demũ.) Nouissime, i. postquã fuerat vulnere

P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS LIBER XII. ET VLTIMVS.

TVrnus vt infractos aduerso Marte Latinos
Defecisse videt: sua nunc promissa reposci:
Se signari oculis: vltro implacabilis ardet:
Attollitq; animos. Pœnorum qualis in aruis
Saucius ille graui venantum vulnere pectus,
Tum demũ mouet arma leo: gaudetq; comanteis
Excutiens ceruice toros: fixumq; latronis
Impauidus frangit telum: & fremit ore cruento.
Haud secus accenso gliscit violentia Turno,
Tum sic affatur regem: atq; ita turbidus infit.

vulnere lacessitus. Hæc enim leonũ natura est, vt nisi lacessiti irasci nequeant, i. irritati, & prouocati. ſ Mouet arma.) Vires suas experiẽs, nam arma sunt vniuscuiusq; rei possibilitas. Vñ est, Et quærere scius arma, id est dolos. ſ Latronis.) Modo venatoris, & est Græcum, nam λατρεύων dicũt obsequi, & seruire mercede. Vnde latrones vocant conductos milites, moris autẽ erat vt hos iperator & circa se haberet, & primos mitteret ad omne discrimẽ. Vnde nũc dicit latronis telo fixum leonẽ, quia etiam venatores operas suas locare cõsueuerunt. Varro tamẽ dicit hoc nomẽ posse habere etiam Latinam Etymologiã: vt latrones dicti sũt quasi laterones: quod circa latera regum sint, quos nũc satellites vocãt. vna tamẽ est significatio, licet diuersa sit Etymologia.

mologia. Plautus ĩ Pyrgopolinice aperte ostendit q sint latrones, dicẽs, Rex me Seleuc⁹ misit ad cõducẽdos latrones. ſ Impauidus frãgit telũ.) Lucanus, Per ferrum tãti secur⁹ vulneris exit. ſ Fremit ore cruento.) Licet os hẽat suo cruore perfusum. Sane ipsa cõparatio exitum ostẽdit futurũ.

Nulla mora ĩ Turno: nihil ẽ qđ dicta retractẽt TV.
Ignauí Aeneadæ: nec quę pepigere, recusent:
Congredior: fer sacra pater: & concipe fędus.
Aut hac Dardanium dextra sub Tartara mittam
Desertorem Asiæ: sedeant, spectentq; Latini:
Et solus ferro crimen commune refellam.
Aut habeat victos: cedat Lauinia coniux.

Nam etiã Turnus cuet in mortẽ ferocitate cõpulsus, sic i quarto indicat futurũ exitũ reging, dicens, Qualis cõiecta cerua sagitta. ſ Glisc it.) Crescit, vñ & glires dicti sunt quos pingues efficit somnus. ſ Turbidus. ſ Plen⁹ terroris & perturbationis. Sane notãdũ. ſ Affaſ, atq; infit.) nam iteratio est, qua frequenter est vsus: licet nonnulli dicant tẽperare hoc interpositam cõiunctionẽ. ſ Retractẽt.) Repetant & reuoluant. ſ Congredior.) Statius vbi Polinicẽ oblique inducit loquentẽ, Nõ me vllius domus anxia culpet, Expectent ve truces obliquo lumine nati. Vñ et supra ait poeta, Se signari oculis. ſ Desertorẽ asię.) Exulẽ: vt, Exulib⁹ ne dãs ducenda Lauinia Teucris: vnde est premissa illa excusatio, & in tota secũdi œconomia, & in quarto vbi dicit, Me si fata meis paterent ducere vitam Auspiciis, & sponte meas cõponere curas, Vrbẽ Troiã primũ, dulcesq; meorũ Reliquias colerem. ſ Sedeant, spectentq; Latini.) Ductus est, vt diximus supra. Pollicetur enim se singulari certamine dimicare velle cũ nolit. nam dicẽs, Sedeant, spectentq; latini: Latenter eos ignauię arguit, qꝰ solus omnib⁹ quiescentibus dimicet: quã rẽ plenius sequẽs indicat versus, Et solus ferro crimen commune refellam. i. cõmune fugę ac timoris decus solus meis virtutibus comprimam.

DONATVS,

TVrnus vt ifractos aduerso Marte latinos, Defecisse vi.) Sæpe diximus librorũ capita a continue narrationis cõtextu non esse discreta: sed habere transitũ quendã, quę habent dictiones etiam in medio. Fiũ igitur vndecimi libri, qui rutulorum certaminis aduersa cõtinet, caput duodecimi respõdet. Proinde latinos, quos dixit nõ solos debemus accipere, q sub latino agebãt: sed eos, quoq; q fuerũt in partib⁹ Turni, nam sic dictũ est Camillę morte omnes esse turbatos: vt ꝓmũ volsci in fugam versi viderentur, ecce missi fuerãt non latini solũ sed etiam alij congregati ex plurimis gentibus. Infractos non nulli in duabus partibus orationis ponũt asserentes, in aliqũ minuere, & augere aliqđ: Hic tñ constat nõ negari fractos, sed potiꝰ valde fractos ostendi: quod ipsum, vt plenissime roboretur, ifractos in vna parte orationis ponere debemus, vt est inflexum. Infracti, inquit, fuerant Latini pugnando, infracti sentiendi sunt animo, scilicet & viribus, vtpote qui aduerso Marte pugnassent, & deteriora metuerent. Infracti ergo qui nollent congredi, & qui pugnare non possent. Vsq; adeo valde fractos dixit, vt sequaſ. defecisse videt, deficere est enim non tantũ laxari, verum etiam a commodo vniuscuiusq; rei discedere. Quod hoc loco sentiendũ est, defecisse, pro Turno iam nolle pugnare, & affectum certaminum quod vlterius ferre non poterant, rejecisse. ſ Sua nunc propo. repo.) Ex eo, q deserto bello omnes simul ad ciuitatis tecta cõderunt, intellexit Turnus, quid de summa belli vniuersi sentirẽt, colligens ex ratione gestorum, reposci pollicitationem suã quæ dixit. Quod si me solum teuci in certamina poscunt, Idque placet, tantumq; bonis communibus obsto, Nõ adeo has exosa manus victoria fugit, Vt tanta quicquam pro spe tentare recusem ibo animis cõtra. Hoc ipsum qa nouerat, negari nõ posse, quod in celebritate consiliõ, in causa publica & vel maxime sua, in cõsiliũ ac rege presente, ipse sese professus est subiturum. ſ Vltro impiar.) Ardebat iracundia & obsistente ratione temporis ipsam iram lenire vltione non poterat. ſ Attollitq; animos.) Debuit enim vltro velle, quod recusare non poterat, debuit enim inuitus vel le, quod abnuentibus cunctis ad ipsius periculum fuerat rediturum. ſ Pœnorum qualis.) Pœnorum, inquit, hoc est afrorum quorum regionibus leones magni nascuntur, & recte leoni cõparatur rex. Habet enim ille inter omnes feras maximum principatum, vt habebat inter suos Turnus, sed comparatur vulneratę bestiæ & infixo venabulo, frustra fœuientisic eni defectu animum quasi letali plaga percussus fuerat Turnus, eo magis ardescens, quia nec effugere præsens periculum poterat, nec inuidiã concitatę seditionis aliqua vltione defendere. ſ Gaudetq; comãtes. Excutiens cerui. to.) Sic, inquit, attollebat animos positus in suis calamitatibus Turnus, vt speciem videretur habere gaudentis ne desperatiõe extrema directũ qsquã sentiret aut crederet, quod ipsum ĩ leone accipiendum est, quia post infixum letale vulnus, & mouere adhuc dẽtium arma poterat, & toros iratus excutere, gaudere vero, hoc est habere solatiũ, quod telum ipsum & venabuli hastam frãgeret quasi hoc solum ad vltionem morituri sufficeret. Gaudet, multi pro fœuit, accipiunt: quia gaudere non potest, qui sic vulneratur, vt pereat: cum gaudere & fœuire longe diuersum sit: gaudere ergo proprie intelligamus, quia gaudium eo pertinet, quia moriturus leo, & mouere toros adhuc poterat, & inimica tela confringere. Latronem dixit venatorem, qui intellectus ex superioribꝰ. Venit. Dictum est enim, venantium vulnere ac per hoc ostendit poeta latronem dici posse non solum eum, qui insidiatur salutẽ hominum, verumetiam eum, qui aduersus feras portauerit ferrum. ſ Haud secus accẽso.) Iracundia enim impunitatis desperatione nutritur, & crescit: hoc est, cum exitum defensio non habet, & victa torpescit. ſ Tum sic affatur regem.) Ad ostendẽdum alloquium Turni, sufficerat dixisse: tum sic affatur regem, hoc est ad regem fatur: additum est, atque ita turbidus infit, vt ante sciretur, qualis dictio processura esset ardentis, & eius, cuius mentem contraria vniuersa confuderãt. ſ Nulla mora ĩ Turno.) Iam, inquit, non afferam quam memorant commodis moram, nihil est, quod quisquam de Turno queratur vlterius, nullum retractetur faciendi, non faciendiue cõsilium. Ignaui Æneadæ taceant: & conditionem placidam non recusent, congredien dum est mihi, habent etiam nunc consensum meum. Fiat quod votis omnium placuit, non metuo aduersa, & prospera libẽter amplector. ſ Fer sacra pater.) Vnum tantum, quod inchoandis rebus deest, fiat pater ex partibus tuis, firmentur sactis interuenientibus fœdera: ego cętera cumulabo certando. ſ Aut hac Dardanium.) Quod contrarium votis suis necessitate protulit, & constrictus non voluntate suscepit, id se nolle oblique confessus est. ait enim vterq; casus, quem promittit exitus pugnę, facit pro partibus meis. aut enim deiciam mea dextra Dardaniũ Asię desertorem, tria conuitia congessit, a genere, a loco, a facto, Agenere, quod esset Dardanius quasi origine ignobilis & imbellis: a loco, quod asianus, quasi ex corrupta & dissoluta prouincia, a facto, quod desertor regionis suę, & proditor deferendo. Sedeant autem, spectentq; Latini, & solus ferro crimen commune refellam, aut habeat victos, fuit artificiosum & tale, quod ostenderet metuentem, asseruit enim crimen esse quam maximum, sedere tantos, & alterius virtute defendi, aut factum multorum vnius fortunæ committi: vt vtroq; metu perterriti, non paterẽtur in vnius sorte omnium periclitari fortunam, in cuius victoria habere dedecus possent, aut contra subiugari seruitio: commune, inquit, crimen refellam, quia omnium dedecus fuit, quod Troiani tenere Italiam nitebantur: & his essent seruituri, quibus possent imperare, vt per hoc ostẽderet æmulos suos suã non alienam causam deferuisse. Hunc, vt diximus, metũ iccirco proposuit, vt probaret assertionem suam, ait quippe, aut vincam & habebo quo victor increpem meos, aut vlcisar de inertibus mortuus, vt his cum gbus pugnare noluerunt, sint indigne subiecti: cedat Lauinia coniux, nouissimum potuit, quod fuerat ipsi quoque Latino contrarium: vt de filiæ nuptijs non ipse sed certaminis exitus iudicaret, & in ipsum obliqꝰ hoc dictum est, scilicet quasi si ipse Turnus cecidisset digno perdito inuitus sortiturus esset indignum.

ASCENSIVS,

TVrnus vt infractos aduerso Marte latinos Defecisse videt.) In principio huius duodecimi & vltimi a Virgilio quidem editi libri Turnus videns latinos defecisse, & in fugam versos nihilq; restare nisi vt certamen cũ Ænea ineat aut loco cedat, stimulo amoris & generositate animi ad id compulsus pollicetur contra Æneam stare, & omnem belli aleã in suum caput recipere, quo circa comparat eum leoni poeta q tunc maxime irascitur cum lacessitus est & euadendi viã præclusam videt. Habenſ prẽterea Turni ad Latinum verba quibus Æneã multifariã licet paucis vituperat vt ingenioſe notauit Donatus cuius hęc sunt verba, Infractos valde fractos. Latinos: Non solũ eius gentis milites. Sed omnes qui essent in exercitu Turni cõparat leoni. Qui in bestias imperiũ habet, vt Turnus in suos, sed vulnerato,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nerato,& q vlcisci nō pōt. ¶Desertorē asiæ. Tria cōuitia: a loco, q asian⁹.q.d. ex corrupta, puincia, a gñe q eēt Dardani⁹, quasi rebellis, a facto q esset proditor. Cōe, nā cōe dedecus est, q Troiani Itallam teneant. Hæc ille. Contra quē sentit Seruius statim in principio dicens, infractos intelligi nō fractos olim, sed nunc defecisse. Quia vero infringere est interdū intrinsecus & multū frāgere, iō possent latini infracti dici aduerso Marte. Verumtamen meo qdē iudicio mēs poetæ est, quā hoc ordie explicabo. Vt. i. postq̄ Turnus videt. i. cōsiderat latinos infractos. i. nō fractos quantū ad ppriam virtutē, & fortitudinē defecisse, tamen Marte aduerso. i. qa Martem & cæteros deos aduersos habuerant, & vidēs sua pmissa (quibus: s. promiserat sic, ibo animis contra vel magnum præstet Achillē) reposci. i. exigi iuste a suis victis, & se signari oculis, s. oīum alloq nō audentiū, sed tacite id petentium miserabili conspectui, ipse vltro. i. nōdū requisitus nec prouocatus expīse ardet. i. excandescit existens iplacabilis, & attollit animos existens talis qualis. s. ferocissim⁹ vtpote iubatus leo, existens ī aruis pœnorū i. punica regiōe, saucius pectus. i. habens pectus sauciū graui vulnere venantū. i. venatorū telo, mouet tum demū. i. primū postq̄ vulneratus est, arma. s. naturalia, hoc est irā excitat arrectis iubis, & gaudet. s. de futura pugna, excutiēs. i. erigens & rigere faciēs, ceruice toros. i. villos comātes. i. crispātes & fruticātes, & impauidus frāgit telū latronis. s. venatoris q a latere aut e latibulis adortus est eum fixum. s. in pectore suo, & fremit ore cruēto: haud secus. i. non aliter: violentia glīscit. i. crescit Turno accenso. s. p irā & affatur tū. s. postquā sic excanduit, regem. s. Latinum, atq ipse turbidus. i. plenus terroris, & pturbationis, infit. i. sic loq incipit. O pater. s. latine, nulla mora sup. est in Turno, id est paratus sum quod exigūt ignaui teucri singulaī obire certamē nihil est. i. nulla est rō, q. i. cur Æneadę ignaui. i. iertes & sine idustria suū piculum in caput regis sui reijcientes, retractent. i. reuocēt per alium contractum, dicta. i. q prius dixerunt: nec recusent. s. pacta q pepigere. i. pacti sunt nobiscū. Ego congredior. i. paratus sum cōgredi: fer sacra. i. feri porcū ad fœdus pcutiendum: vnde addit, & cōcipe fœdus. s. cum Ænea dimicandi ea lege vt si victus sit, abeant teucri, si n victor hēat cum regno Lauinia: nā aut ego mittam sub tartara. i. occidā hac dextra. s. mea desertorē asię. i. patrię suę mollis p proditionē, desertorem Dardanium. i. a Dardano ortum. s. Æneā, sedeāt & spectēt Latini. q. d. sint ignaui & resides quantū libet, & ita eos ignauię dānat vt non pmittant singulare certamē, & ego solus refellā. i. abolebo, crimē cōe. i. cōe dedecus quod est ab externo oēs a sedib⁹ pelli, aut iniquas leges suscipere, aut superari: Dardanius desertor asię habeat victos. s. omnes ī me vno q morte mea libertatem mihi peperero, & cæteris seruitutem, & Lauinia cedat. i. concedatur illi desertori asię ꝯiux. Quibus omnibus quantum potest a duello dehortatur.

PIERIVS.

¶Cedat Lauinia coniux.) Quā diuersitatem codicum ī septiō habuimus eo versu, exsulibus ne datur ducenda Lauinia teucris, cū nonnulli veriti primam ī Lauinia syllabam eē lōgam versum hoc dictionum ordine scripsissent. Exulib⁹ ducēda datur Lauinia teucris, eadē nunc itidē offertur. Nam qui superius legerant, ducenda Lauinia, eodē hic modo legendum arbitrati, cedatq Lauinia, scribere instituerant. Bona tñ eruditorū pars absq particula copulatiua libentius legit: Syllabam vero eam cōmunē a poetis poni, exemplis alibi ostendimus.

Olli sedato respondit corde Latinus. POE.
O pręstans animi iuuenis, quātū ipse feroci LAT.
Virtute exuperas: tanto me impensius æquum est
Consulere: atq omnes metuentē expendere casus.
Sunt tibi regna patris Dauni: sunt oppida capta
Multa manu: necnon aurumq, animusq Latino est.
Sunt alię innuptę Latio, & Laurentibus agris,
Nec genus indecores, sine me hęc haud mollia fatu
Sublatis aperire dolis: simul hęc animo hauri:
Me natam nulli veterum sociare procorum
Fas erat: idq omnes diuiq hominesq canebant:
Victus amore tui, cognato sanguine victus,
Coniugis & mœstę lachrymis, vincla omnia rupi.
Promissam eripui genero: atq arma impia sumpsi.
Ex illo, qui me casus, quæ Turne sequantur
Bella vides: quantos primus patiare labores.
Bis magna victi pugna, vix vrbe tuemur
Spes Italas: recalent nostro Tyberina fluenta
Sanguine adhuc: campiq ingentes ossibus albent.
Quo referor toties? quæ mentem insania mutat?
Si Turno extincto, socios sum accire paratus:
Cur non incolumi potius certamina tollo?
Quid consanguinei Rutuli, quid cętera dicet
Italia? ad mortem si te (fors dicta refutet)
Prodiderim: natam, & connubia nostra petentem?
Respice res bello varias: miserere parentis
Longæui: quem nunc mœstum patria Ardea longe
Diuidit haud quaquam dictis violentia Turni
Flectitur: exuperat magis, ægrescitq medendo.
Vt primum fari potuit, sic incipit ore.

SERVIVS.

¶Sedato corde.) Quia de turno ait, Atq ita turbidus infit. ¶O pstās animi.) Et pstās virium, & pstās viribus dicimus. Sane magnę moderatiōis est hęc oratio, nā & laudat Turnū, quasi virū fortē: & tñ eū a singulari certamie dehortaē, dicens enim Pręstans animi, latēter ostendit eum inferiorem esse virtute. ¶Expendere casus.) Ne ex abrupto de eius virtute desperaē videatur, casuum varietatem se timere cōmemorat. ¶Sunt tibi regna patris Dauni, sunt oppida.) Si propter regnum dimicare disponis, habes paternum: si ppter gloriam, multos virtute superasti. Quod autem dicit. ¶Necnon aurumq animusq latino est.) Varie exponitur. nāq alij dicunt, habes regnū paternum, habes oppida: etiā a me habes aurū & promptū animum ad dāda omnia pręter filiam. Alij vero sic intelligunt, si propter opes & vxorem dimicaturus es, hęc non solus habeo cuicūq enim Latino est & aurum & animus promptus i generum: vt Latino non de se dicat, sed cuicunq de Latio. ¶Latio & laurentib⁹ agris.) Et in ciuitate, & ī omni regno Latinorum. ¶Nec genus indecores.) Quia iste regis filiā petebat. ¶Sine me hęc.) Hoc loco itelligim⁹ Turnū dolore voluisse ī verba prorūpere. Haud mollia fatu.) Id est aliqua vera, nam aspera sunt, quæ cum veritate dicuntur. falsa enim plena solent esse blāditijs. ¶Animo hauri.) Omni attentione percipe. ¶Nulli veterum sociare procorum.) Generaliter dicit prohibitum esse dari Lauiniam cuilibet Latio, vt Turnus solatiū aliquod habere possit doloris. ¶Diuiq hominesq canebāt.) Propter Faunum & vates. ¶Victus amore tui.) Hoc est pp te, pp tuū amorē. Sane ter tui cā feci, & tua cā feci, hęc discretio est: vt tui cā tūc dicam⁹, si aliqd ipsi ad quem loquimur, pstiterimus: vt tua vel ta tui causa te defendi, Tua vero causa tūc, cum alteri aliqd alterius contemplatione pręstamus, vt tua causa tuum hominem defendi. ¶Cognato sanguine.) Quia Ventilia mater Turni, soror est Amatæ. ¶Vicla omnia rupi.) Et religionis & fœderis. ¶Promissam eripui genero.) Verū est nam Æneæ p legatos promiserat filiam, cui postea intulit bellum, licet multi dicant aū, eā Turno fuisse pmissam: quod falsum est. Nā latinus nunq̄ eā Turno ante promisit. Nam nec Faunum cōsuleret, si eam Turno ante pmisisset, sed tantum eum eē generum Amata cupiebat: quod ēt legimus, Quē regia coniux. Adiūgi generi miro properabat amore. ¶Qui me casus.) Excusat Turnū, vt nō ipsius esse videatur, q victus est: sed suū, quia ausus ē cōtra generū bella suscipere. ¶Primus.) Præcipuus. ¶Bis magna victi pugna.) Semel cū est occisus Mezētius: iterū cū interijt Camilla. ¶Albēt) Vsurpauit verbū albeo albes. ¶Insania mutat.) Insania n. est illuc reuerti, vñ vix euaseris. ¶Tollo) Finio, remoueo: vt, Tollite cūcta, ingt. ¶Fors dicta refutet.) Parēthesis plena abominatiōis. ¶Natā, & cōnubia nostra petētē) Iniquissimū est eū morti tradere, q tuā affinitatē exoptat. ¶Respice res bello varias.) Ne eum ignauiæ videatur arguere, admonet casum: vt supra. Atq omneis metuentē expēdere casus. ¶Mœstum patria ardea longe Diuidit.) Longe mœstū, id est valde mœstū, nam longe diuidit, non procedit. nō. n. Ardea a Laurento

a Laurento longo valde dissidet spatio. ¶Ægrescitq medendo.) Inde magna eius ęgritudo crescebat, vnde se ei Latinus remediū sperabat afferre. Medendo aūt, dū ei medetur. Nam gerūdij modus est a passiua significatione. ¶Vt primum fari potuit.) Nimi⁹ enim dolor vel iracundia intercluserat eius vocem: sic de Euandro, Et via vix tandem laxata dolori est.

DONATVS.

¶Olli sedato.) Et hic modū futurę orationis ostēdit, maturū, tēperatum, cōsilio rectiore conceptū: sedato, inquit, corde: quia de Turno dixit, atq ita turbidus infit, assignauit igitur orōnem turbidi iuuenis: prosequitur sapientis & senis. ¶O præstans animi iuuenis.) Ex latini psona necessariū cunctis inducit poeta tractatū. cōparat. n. mala iuuentutis & senectutis bona. iuueni, ingt, quantum eminet corporis virtus, tantum in omnes casus incōsulta temeritate raptaē. sola meliorum spe iuuenis dicitur, totum fore prosperum putat, nec in euentu factorū præuidet quicquā, vel metuit aduersum. In sene minor corporis virtus se maior consulendi substantia, omnia expedit, & aū omnia incerta pertractat, lōgiq tēporis casibus eruditus tuta inuenit voluendo consilia: abest a sene temeritas cuius mala aut in alijs vidit, aut ipse aliqñ persensit, Cauendum existimat prudentior senex, tempusq vel maxime formidat & locū, & magis vbi mors media est, ferrumque tractatur, redeamus igitur ad præpositam speciem, & quid artis habeat exponamus. ¶O præstās ani. iu.) Laudat eius iuuentutē, & animum præfert, qui suasurus fuerat, ne pugnaret: Ideo: qa si inter initia diceret, se armis eius diffidere, pptereaq se esse inferiorē, cætera non libenter audiret, senserat tamen eum metuere singulare certamē: & hoc dissimulato finxit laudem, ac dissuasionem suā ascribit incertis, quo id hominis more nō propter iniuriam, & id consulētis animo potiusquā obtrectantis facere videretur. ¶Quantū ipse feroci vir. exu.) Satiat hoc ipsum, quod in Turno laudabat: & cū sufficere deberet, præstans animi iuuenis, addidit quātū ipse feroci virtute exuperas, vt apertiore dicto erigeret audientē, tanto me impensius æ quum est, cōsulere, atq omnes metuentē expendere casus. Præstas, inquit, virtute bonus, sed solet virtus ipsa nōnullis casibus decipi: proinde decet me prouidere cōmodis tuis, & in eam partē improuidum ducere, quæ sit cæteris cautior, non est quippe inane, quod metuo. seruat eni metus consulentes, & quos temeritas decipere potuit, interire nō patiē. ¶Sunt tibi regna patris dau.) Quis erit, inquit, nouus fructus, ēt si optime valueris? Scio eni spe duci aliqua pugnaturum, vt conquiras, imperiū habes patris, quod ad te possit sine cuiusdam inuidia & sine piculo tuo iure legibusq transire: sed latitudo te delectat imperij, habes multa oppida, quæ alioꝝ labor cepit, & plurimorum subiugauit industria, si suffragium meum diuitiasq desideras, vtrūq tuis partib⁹ spondeo. Si vxorem quæris non solū filiā meam Italia genuit, deniq plures suppetunt intactę, nec facultatibus dispares, nec dissimiles sanguine, quid igiē per salutis discrimen obtinere contendis, quod habes in promptu, & potes via tutiore conquirere? ecce quāta subtilitate instruxit furētē, & volentē in gladios ruere, quāto circuitu venit ad eam partē, qua diceret, non potes accipere filiā meam, propter quā pugnare cōtendis, nec tamen aptius aut abrupte hoc ipsum, ptulit: sed dicendo habes alias, eas deniq pręferendo ostendit ipse, aliam se gerere voluntatē. ¶Sine me hęc Hau. m. fa.) Qū ad causam venit, quæ Turnū excarnificare potuisset, si permittis, inquit, dico, & remota circuitione remotaq ambage res non leuiter trāseundas verbis aperio. facile enim sperabat eum a certamine auocari posse, si euidētius sciret, q cōiunctionē Lauinię post quēlibet euentū nō esset habitur⁹. Hęc sunt, quę dixit, haud mollia, quia nō erat molle tractare de votis filię, & illi durū esse poterat, quod cōtra spem fuerat cogniturus. Ad hoc pertinet, & sine me, vt quasi ex illius pmissu diceret, quod nolebat audire. Simul hoc animo hauri propterea adhibitū est, qñ difficile fuerat admittere in animum eam negari sibi, pro cuius amore volebat & mori. ¶Me natā nulli.) Agit causam suā apud eū, quem a coniunctione propria ratiōe posti⁹ reddita q authoritate patris volebat excludere, nuptias, ingt, filię meę nunq vt patres cęteri, haud in ptāte mea, harum. n. sibi iudiciū numina vindicarunt nō occulte nec dubie, nā & ipsa ostēderunt, qd vellent, qdve esset curādū, & vatū oīum cōsensus edocuit, Hoc iccirco dicitur, vt illud omne, qd negabat, assereret nō suę sed eorū eē sniæ: ac per hoc sibi adscribendū nō eē, in quo paternum cessaret arbitrium: verū aūt latinum dixisse, idq oēs diuiq hoiesq canebāt manifestum est, nā septimus liber ostēdit, & vatē hoc locutū esse & faunū, interea dum astruit excusationem suā, etiā ipsi Turno ingerit metum, ne vlterius illicitum quęrat, addens iam datas eē pœnas, quod contra vetitum esset admissus, & si in errato durareē, futuras esse peiores. Ait eni. ¶Victus amore tui.) Feci etiam in hac parte contra vetitum cognati sanguinis contēplatione permotus, vt te diligerem generum, qui marito filiā dare iubebat externo. Non vacat, quod dixit, cognato sanguine victus: q. n. volebat dare, debuit cognatum asserer. ¶Cōiugis &. m. la.) Et hic addēdū est victus cū his, ingt, accederent miserabiles fletus vxoris, quam pro tuis commodis tristem vlterius videre nō potui, feci victus, quod mulier voluit, nō quod superū pręcepit authoritas. ¶Vincla omnia rupi.) Cum a iussione cœlestiū statutorum conflictū animi mei omnia ista traxissent, nexus omnes religionis abrupi. qd enim aduersus homines facerē violenter: q violaueram deos. exponit iam quid sit, vincla omnia rupi. primū, inquit, promissam eripui genero. Quam grauia ista sunt, quorū reatibus se memorat etiam humanis legibus implicatū: decedere enim de fide, & negare promissum ī tali causa, grauē nō decet virū, regem quoq, cuius in omnibus causis plena expectareē authoritas, & fallere eum, quem delegerant numina afferre nexibus vim, rumpere, quod religionum fœderibus fuerat colligatū, eripere eam, quæ ex causa promissi alieni esset iuris affecta, quanti sit sceleris manifestū est. Tantum hoc loco Virgilius contractibus tribuit, vt hos ēt sola promissione velit eē firmatos, vt traditio virginis executio sit promissi, ex qua nascitur ꝯiunctionis effectus, vsqueadeo hoc verū esse contēdit, vt generum diceret, cui nō dederat filiam suam. ¶Atq arma impia sumpsi.) Ecce trepidū se dicit extitisse, & armasse manus impias ferro, merito impias contra filiæ virum, quem in societatem familię promissi honestate suscepisset, omnia hęc dicta sunt pro causa & pro persona eius, cui hæc ingerebantur, nam multa composuit latinus dicta vel facta, & hæc veris admiscuit, vt etiam ipsa pro certis acciperētur, nā nec sic Turnum amauit, vt generum, nec in negocio eius suasu victus est cōiugis, aut fletus admisit vxoris, sed simulauit ista, vt Turno potius cōsulere in salutis periculo videreē, q eūdē ipsum a coniunctione filiæ reuocare. ¶Ex illo, q me casus.) Cōiecturale tenuit argumentū, & illud prosequitur, q pro vero posset admitti. Mala, inquit, q mihi acciderunt & tibi, Turne considera. hęc eni iudicabis pœnam esse admissi sceleris, & pro violata deorum maiestate supplicium, nec vlla ipsius rei probatio necessaria est, cū omnia subiecta sint oculis tuis, quę passus sum nosti, quæve ipse adhuc patiaris, intelligis. ¶Bis magna victi pu.) Si semel esset male pugnatū, daretur hoc euentui, bis pugnatum est & fortiter quidē atq vt obtineri debuisset victoria nisi offensa numina prosperitatem omnem in aliā partem facta nostrorum cæde auertissent, atq vtinā malis ipsis venisset finis, minus autē vigent, ac vt noua & pertinaciter continuata perdurant, sequuntur indefessa miseros, & spem nostrā deterius premunt, quid iam speratur prosperi, cū extra vrbem perierunt omnia, & vix tueamur, q retinemus inclusa? argumentum istiusmodi, qua arte, a tempore, a numero, & ab accidentibus duxit: a tempore sic, ex illo, qui me casus, quę Turne sequantur Bella vides. Cur, inquit, ex illo tempore mala exorta sunt, quo fides est mutata Troianis? A numero, toties. ab accidentibus vero asseruit coniecturæ partibus intentionem suam. transit ad ea, quibus mala ipsa comprobet tolerari non posse. ¶Recalēt nostro tyberina fluenta Sanguine.) Tanta, inquit, strages funerum fuit, vt Tyberini fluminis gelidos cursus & magnos etiam nunc cæsorum sanguis tepidos fecerit. Tyberina fluenta inuidiose dixit, cum ingentia essent & gelida vehemēter. admistione tamen humani sanguinis calentis superata tepuerint sanguine Troianorū potius quam nostrorum, aut, quod admitti facile potuit, vtriusq partis fuisse. Campiq ingentes ossibus albent. Eorum, scilicet, quorum sanguis apparebat in flumine, omnis miseratio facti nō expressa est, nisi quod camporū spatia non angusta sed lata, nec vnius campi sed plurimorū, sic vna facile humana ossa contexerant, vt nihil nisi albū oculis intuentis occurreret. ¶Quo referor toties.) Magna sese cōmotione animi reprehēdit & vera, qua simul Turnum terret, & quasi eius cōmoda se tractare significat. sed ego, inquit, ī quas aduocor partes: vt deferam sana consilia, aut qua insania in cōtrarium ducor, aut trahor. si eni extincto Turno paratus sum tenere Troianos, cur nō hoc ipsum sublata pugnādi crudelitate perficio: vt illius salus maneat, & tua, & luctuosi certaminis nō emergat aduersum? adhuc subtilitatē loquendi retinet, nec euidenti⁹ vult aperire, qd sentiat: & tamē per ipsam verborum caliginē potuit videri, quod dictorū subtilitate tegebatur. illud enim quicquid fuerat, intelligi potius voluit, q euidentius nosci, quod si nollet Turnus, sibi recedendo consulere, daturus eēt latinus ipse malis

Universidad de Deusto Biblioteca

malis omnibus finē,quod hoc est, quod fateris Æneæ partes cū traditione filiæ secuturum?quæ fuit causa pugnandi? ❡Quod cō sanguinei rutu.)Adhuc propter vim responsi,quod dictū est,externi veniēt generi,perseuerat,vt rutulos affines suos & ꝯsanguineos dicat.qd,inquit,consanguinei mei rutuli? quid cæteræ Italiæ partes dicent?si te tali certamini cōmisero,in quo minus spei est & plus timoris. Cæteram Italiam de ea parte videtur dixisse,q procul fuit ab ea,qua bellū gerebatur. qui enim præsentes erāt, nouerant causam,& nihil secus de latino poterant loqui,quia omnes vno cōsensu dixerant,solos debere pugnare, q nuptias Lauinię perquirebant. si igitur,ait, te permisero solum cū solo pugnare:& ad mortē te,quod fortuna prohibeat, res ipsa perduxerit, quid dicent,q nesciunt causam, qua prodidi te & affinē & petitorē filiæ meæ?Hic locus nisi cautius pronunciatus fuerit,itelectū integrum nō dabit. latinis enim vbi necessitatem passus est nominandi triste illud,quod in Turno metuebat, ne omen afferret pugnaturo,iterposuit,fors dicta refutet,vt quod dictur* fuerat de morte Turni,nec audiret fortuna nec faceret,ergo cū pronunciamus,sic debemus distinguere, quid consanguinei rutuli? quid cętera dicet Italia?si te petētē natā & nostra cōnubia ad mortem prodiderim?fors dicta refutet, hoc est fors dicta refutet, qd est in vsu vulgi,quod nō faciat deus,nam triste aliqd nominaturi optāt primo,ne accidat,ne omen afferre videantur. Optio verbo vsus est,prodiderim, quippe ostēdere voluit nō vno genere fieri proditionem,quapropter definit,quid sit,pdere. non eni re uera ille solus est proditor,qui auro venditat patriam aut exercitum decipit,aut necandū hostibus aliqua fraude transcribit.Proditor etiam ille est,inquit,qui furentē patitur ire in mortē, neq; eum reuocat ad salutem, quod magis Latin* reū se apud suos detineri posse asserebat,si affinem suum eundemq; filiæ petitorem imparem satis propositis cōditionibus implicaret. Ergo fors dicta refutet,& pdiderim, ostendendæ beneuolentię causa sunt posita:vt quod Latinus dicebat aduersum,id nō optātis animo, sed monentis protulisse videretur atq; eo genere, vt dictum est, demonstraret beneuolētiā suam,cum casum mortis luctuosum ac tristem etiā in ipo dicto se doceret horrere proinde,fors dicta refutet,vt fortuna nō admitteret,& recusaret omen dicti:quo latinus licet occulte,Turni nominauerat mortē, hoc & Terētius in andria posuit alijs verbis expressum. Ait enim,si eueniat, ꝙ dij prohibeant,discessio,prius optauit,ne accideret,& sic,ptulit, quā optabat,ne fieret. ❡Respice res bello varias.) Respice,& ad animū & ad oculos pertinet:sed hic ad animum solum, vt varios casus belli animo consideraret,& cederet.❡Miserere parentis Lōgęui.)Miserere,inquit,patris tui,ne cum se aduerterit orbatū in senectute,perindeq; sine te tutum esse non posse,ipse quoq; de fatis vltimis cogitet.Miserere,inqt,ne decipias patrem, ne decipias senē, hoc ipsum miserere, quam optimi patris dictū est:nouerat quippe ex casibus orbitatis suę,quid mali eēt,perdere filios præsertim iuuenes senem,quos iam non posset in alijs reparare,quē nunc mœstum patria ardea longe diuidit. Mortem,inquit,tuam quam grauiter laturus sit,ex eo coniecta,qui qd incolumis abes ab eoq; longe discretus es,quo animo non potes ferre. ❡Haud quaquam dictis.)Loquebatur Latinus,sed animus Turni nō tātum nō frangebatur persuasione commoda, verumetiam quasi quibusdam stimulis vrgebatur in furiam,potius medicina loqntis quam reuocatus ab intentione sua,fiebat quippe, vt ille commotione deterior,vt solet,non proficiente medicorū opera, iret in deterius,quod dolet,aut sæuit. ❡Vt primum fari potuit.) Vt fari potuit,hoc est nō quando voluit sed quādo potuit, quia expectabat latinum, vt quę dicebat,loquendi fine cōcluderet.dicēdo quando,potuit loqui,tunc locutus est:etiam illud accipi pōt, Turnum ēt ante Latini dicta rumpere noluisse: sed hæc, cum inuitus acciperet,tolerasse silentio propter personę reuerētiā.

ASCENSIVS.

❡Olli sedato respondet corde latinus.) In hac parte habetur responsio latini ad Turnum ipsum cohortātis vt derelicta Lauinia ad patrē reuertatur aliā cōiugem sibi expostulaturus quādoquidem filiā suam dijs exhortantibus iam Æneæ desponsauerit. Ex infelicitate præterea belli contra deorū monita suscepti dehortatur a bello amplius committendo sed nō flectitur dictis violētia Turni, de quibus oībus hęc sunt verba Donati.❡O pstans.)Enumerat bona, ac mala iuuētutis,& senectutis. In iuuene enim quātum eminet vis corporis tantū in omnes casus insulta temeritate capiẽ,Sola meliorum spe ducitur. Totum fore prosperum putat. Nec aduersa pūidet in sene vis corporis minor,cōsilij maior Omnia expen. abest ab eo temeritas, cuius mala:aut in se exptus est,aut in alijs videt.O pręstās animi, Laudat eius virtutem cum persuasurus esset,ne pugnaret,ne putaret ꝙ illi deficeret. Ostēdit deinde nuptias filiæ nunquam fuisse in sua potestate sed in deoꝝ numine,Ostendit sua causa omnia fecisse. Hęc ille. ❡Ordo est Latinus respondit olli.i. tunc illi: scilicet Turno corde sedato,id est tranqllo & pacato animo,o iuuenis pręstans,id est pręstantis animi,aut potius præstans animi,i. qui animum præstas ad quauis rem obeundam,quantum ipse.i.tu qui iuuenis es, exuperas, id est excedis me senē, virtute feroci,id est martia, & bellica fortitudine tanto impensius.i.diligentius impendēdo maiorē operam, ęquum est me.s.prouectiorē ętate consulere,idest prospicere rei pub.& me metuentē expendere.i.examinare,& pensitare omnes casus.i.aleas belli,& dubios rerū euētus. Regna patris.s.tui Dauni videlicet nomie sunt tibi.i. tu habes ea,& multa oppida capta manu.s.tua sunt tibi. necnon,i,& etiam, animus.s.liberalis,& beneficus erga te,& aurum sup.est latino.i.iuuabo te opibus meis ad alias nuptias. Alię nuptiæ.i. virgines nubiles pter Lauiniam sunt latio.i.in agris laurentib* nec indecores gen*.i. nō habētes genus si dicaẽ indecor hoc est ihonestum:sed(p liptotem) nobile & honestum sine me aperire,i.manifestare tibi:dolis,i.fraudib*, & ambagibus verborū,sublatis.i.de medio latis, haud mollia.i. res nō molles aut leues seu friuolas.fatu.i.dū fantur aut ad fandū sed graues,& magni momēti,& hauri.i. accipe simul hęc animo.i.animaduerte,& pondera hęc quæ dicam Nulli.i.nō vlli fas non erat.i.non erat fatis permissum me sociare natam.i.filiā, vlli procorum veterum.i.eorum qui prius eam coniugem petierāt q multi erant in latio,& oēs hoies.i.augures,& aruspices, & omnes diui vt Faunus,& portenta deorum, canebant.i.vaticinabātur,& quasi oraculo dicebant id.s. ꝙ non erat fas ego tamen victus amore tui, & victus sanguine cognato.s.sanguini ꝯiugis.s. amatę, & victus lachrymis cōiugis mœstę,rupi oīa vincula.i.obstacula aut fœdera cū alio icta,vn̄ seqtur ego eripui genero.s.Æneę promissam:scilicet filiā. & sumpsi arma impia quia contra generum violato iure hospitalitatis:dijs iratis. O Turne tu vides.q casus,& q bella sequantur,id est persequātur me, ex illo.s.tempore,aut facto.i.post illud tempus,& factum,& tu vides quantos labores tu patiare primus,id est præcipu*. Nos victi bis magna pugna,vix tuemur.i.protegimur vrbe.i. mœnibus vrbis aut i vrbe tu vides spes Italas,sed potius per ecclamationem dixero:spes Italas dictū vt sit,o spes Italas quo,vos iam recidistis? fluenta tyberina.recalent.i.rursus (qa secunda pugna commissa) calent adhuc sanguine nostro,idest Italo.hoc est nostrorum effuso,& campi albent ingentibus ossibus. s.nostrorū qui insepulti derelicti sunt. Quo,id est in quam sententiam:ego referor,i.reducor, & cōuertor toties, hoc est cur semel non ausim dicere quod sæpe sensi, exequi quæ insania mutat mētē,vt.s.quod recte deliberauerim, exequi non audeā:si ego sum paratus accire.s. Troianos,socios.s.regni, Turno extincto,id est postquā Turnus fuerit extinctus,cur ego nō tollo poti* ipsi Turno incolumi certamina.i. cur nō dirimo litem.Quid rutuli cōsanguinei.s.Lauinię per amatam,sup.dicēt: quid cætera Italia.i.gens Itala dicet si ego prodiderim,id est prostituerim & exposuerim ac porro dederim ad mortem te petentem natam.i.filiam nostram,& nostra connubia, quia vero mali ominis veteres semper fugerunt occasionē,postquam ad mortē dixerat subiungit per parenthesim: fors.i.bona fortuna,& bon* euentus refutet.i.irrita faciat dicta.i.ne habeant efficaciā quibus dixi ad mortē,&c. Respice,id est considera res varias.i.dubias,& incertas,bello.i.q sunt semp bello,aut i bello miserere parētis.s. Dauni,lōgęui,id est senioris quem.s.parentem tuū ardea patria scilicet tua,diuidit.i.separat nūc a te mœstū, id est tristem lōge.i. multum.s.propter periculum & absentiam tuam. Hæc latinus. addit poeta.Violētia Turni haud.i.non flectiẽ quicquam.i. quouis modo,aut i quauis re,sed sup.ipsa exuperat.i. superexcrescit magis,& ęgrescit.i.fit ęgra magis aut Turn* fit magis æger, medendo. i.dū illi medeẽ,aut mederi conatur,& vt primum,i. vbi p mum,aut cū primum potuit fari.i. eloqui quod diu propter nimiam commotionem ac turbationem nequiuit ipse incipit sic ore.i.expresse loqui vt sequentia continent.

PIERIVS.

❡Quantum ipse feroci virtute exuperas, tanto me impensius æquum est Consulere.)Quantū & tanto, vulgata est lectio. & aliquot veterum etiā codicum testimonio comprobata: sentētię optime quadrat:neq; non elocutioni. In aliquot tamen exēplaribus legere est. Quoniā ipse feroci virtute exuperas. Vt latinus absq; alia dictorū dilutione, probabilis causæ suæ statim ansam arripiat p concessionem eorū,quæ validissima.Turnus sibi proposuerat.

posuerat.Quippe qui totius accusatiōis & causę cardinē ibi vertiverebaẽ,vt certaminis detrectator ab oibus haberetur. Itaq; nullam dixerat in se morā esse paratū se iā cōgredi. Nolle, quod Drāces obiectauerat,Latinos cædibus exponi,solum se iā pro salute oium quasi deuotū, totā certaminis molē impetūq; oēm sustentaturū.Ait itaq; Latinus.Quoniā ignari nō sum*, te ferocitate,& virtute præstare adeo,vt ex confesso alios exsuperes,tāto me tū ipensius æquū est cōsulere.Sed vti profatus sum prior lectio cōcinnior videẽ. Operępretiū vero est orōnis artificiū perpēdere,q sententiā suā his pręcipue locis corroboret,Ab vtili & recto, cū casus ipēdere Turno demōstrat, quos parēdo possit euitaẽ posseq; cū alias sibi vxores quęrere.A prudētia,cū bonorū, malorūq; rōne,pposita,qd sequendū sit,aperit.Ab iustitia & religione,cū promissa Æneæ de filia seruari oporteat,& eā contra Turno sociare, fatis prohibeaẽ.Idq; homines,dijq; canant. Addit & argumentū a laudabili,cū Rutulorū & Italię vereatur obloquia,concluditq; per cōmiserationem,cū disiunctiuo necessarijs & familiarissimis deploratur.❡Necnō animus aurūq; Latino.) In antiquis porro codicibus Latino est,legiẽ. Nōnulli vero hoc numero legūt,nec nō aurūq; animusq; Latino est, quod in veteribus plerisq; cod. habeẽ.❡Promissam eripui genero atq; arma impia sumpsi.) Imperite simul ac importune fecerūt,qui huic versui post dictionē genero,vel,q;,vel,atq;,intrusere. Nā,modo hoc,modo illud passim habeẽ in codicibus vulgatis,& in aliquot etiam antiquis. Cū tamē in Rom.cod.vetustissimo.& in Mediceo & in Porcio, & aliquot alijs absq; vlla cōiunctiua particula sic nō inuenuste legaẽ. Promissam eripui genero,arma ipia sumpsi.Atq; ita etiā legebatur in Oblōgo codice,sed iperitus nescio quis infirmitati carminis timens,que illud intrusit,inde alij,atq;,reposuere. Sed quāto venustius & elegātius tria illa mēbra disiunctim enunciaẽ. Vincla omnia rupi,Promissam eripui genero,arma ipia sumpsi,quo in loco syllabæ timere fatuitatis est,& imperitiæ. ❡Quantos primus patiare labores,)Romanus codex & pleriq; alij veteres vno exēplo legunt,patiere,vt futuri mali metu magis absterreat. Magis tamē placet, patiare,vt in Oblōgo & in Portio legitur, quia q̄ psentia sunt negari nō possunt. Hic Donatus ait,quæ passus sum nosti,quæ ve ipse adhuc patiaris,itelligis. ❡Quo referor toties.) In Ro.codi.legere est.Quo refero toties. Hoc est quanā obsecro de causa hæc eadē toties in consultatione pono,vt illud, monstra deū refero. Sed.n.qa sequitur. Quę mentē insania mutat,de instabilitate sentētię sermo est,quę ab rege adeo aliena esse debet,vt,p uerbio receptum sit.in ijs,quæ verissima esse cōtendimus, fidem regiā attestari. Ait itaq;,quo referor toties, quasi versum exprimat Horatianū. Mea cur pugnat sententia secū?Quę petij sperno repeto quod nuper omisi. Est & illud adnotatione dignū, quod, motat nō,mutat.In cod.aliquot manu scriptis legiẽ,quod maiorē argueret instabilitatē.Sed mutāt magis facit ad decorum, & in pluribus habeẽ ex antiquis exēplaribus.❡Si Turno extincto socios sum accire paratus.) Nō negari in antiqs aliquot cod.adcire,scriptū esse.Sed lōge plures sunt qui cū Ro. cod. adscire legūt, ab adscisco.Hor.adsciscet noua.Et apud.M.Tulliū sæpe ciuis adscitus,apud Liuiū in ciuitatē adsciti. ❡Vt primū fari potuit sic incipit ore.)Antiqua omnia exēplaria,quotquot euolui,tam in vaticana bibliotheca,quā etiā aliunde cōquisita,vno exēplo legūt, sic institit ore,ab insisto quod Turni violētię, quę flecti nō poterat,optime quadrat.Erat & i antiquo Medicee bibliothecę cod. institit.sed vltimę duę syllabę ab iperito aliquo abrasæ fuerunt, vestigio tamen mediæ adhuc integro permanente.

SERVIVS.

❡Quā pro me curam geris, hanc pcor optime pro me Deponas.) Bis quidē ait pro me sed diuersa affectione, nanq; hæc dicit,Quā pro salute mea solicitudinem geris, hāc pro mea fama & gloria quęso deponas,vir fortis eni gloriosam mortem pręponit saluti. ❡Debile ferrum.)Sic in secundo,Telumq; imbelle sine ictu Cōiecit. ❡Nostro de vulneř.) Quod nos iferimus, & dubie est locutus. ❡Longe illi dea mater erit.) Contra illud,Sed matris auxilio vtitur.❡Noua sorte.) Id est magna, nā nouū nō est quod fuerat ante promissum,magnā autē sortē vocauit singulare certamē.❡Per siqs Amatę tangit honos animi.) Si quod te regina rogat tui cōmouet mentē, & siquē honorē habes Amatę. Sic in septimo,Siqua pijs ais manet infelicis Amatę Gratia.❡In te omnis domus inclinata recūbit. Totū digressit ante p spēcies & sic cōtulit se ad generalitatē. & est a ruina trāslatio. ❡Manū committere Teucri.) Ab omni eum bello nō tantū a singulari certamie dehortatur. ❡Et me Turne manent.) Mire agit nā quia scit virum forte suam mortē facile posse contemnere,deterret eū, dicēs se simul esse morituram, vt qui periculū nō timet,formidet inuidiam.❡Accepit vocem.)Ordo est,Accepit vocē matris Lauinia. ❡Flagrantes perfusa genas.) Id est lachrymis genas perfusas habēs. Statius, Et gemitu mœstos imitata parentes. ❡Ignem subiecit ru-
bor.)

Quā,p me curā geris,hāc pcor optīe pro me TVR.
Deponas:letumq; sinas pro laude pacisci.
Et nos tela pater,ferrumq; haud debile dextra
Spargimus,& nostro sequitur de vulnere sanguis.
Longe illi dea mater erit:quæ nube fugacem
Fœminea tegat,& vanis sese occulat vmbris.
At regina noua pugnę conterrita sorte PO.
Flebat:& ardentem generum moritura tenebat.
Turne,p has ego te lachrymas,p,siqs Amatę AM.
Tangit honos animum:spes tu nunc vna senectę,
Tu requies miserę:decus,imperiumq; Latini
Te penes:in te omnis domus inclinata recumbit:
Vnum oro, desiste manum committere Teucris.
Qui te cunq; manent isto certamine casus:
Et me Turne manent:simul hæc inuisa relinquam
Lumina:nec generum Aeneam captiua videbo.
Accepit vocem lachrymis Lauinia matris, PO.
Flagrantes perfusa genas:cui plurimus ignem
Subiecit rubor;& calefacta per ora cucurrit.
Indum sanguineo veluti violauerit ostro
Siquis ebur: vel mista rubent vbi lilia multa
Alba rosa:tales virgo dabat ore colores.
Illum turbat amor:figitq; in virgine vultus:
Ardet in arma magis:paucisq; affatur Amatam.
Ne quęso,ne me lachrymis,neve omine tāto TV.
Prosequere in duri certamina martis euntem,
O mater:neq; enim Turno mora libera mortis.
Nuncius hæc Idmon Phrygio mea dicta tyranno
Haud placitura refer.cum primum crastina cœlo
Puniceis inuecta rotis aurora rubebit:
Nō Teucros agat in Rutulos:Teucrū arma qescāt
Et Rutulum:nostro dirimatur sanguine bellum:
Illo quæratur coniux Lauinia campo.

bor.) Hypallage est,pro,cui ignis animi subiecit ruborē, mouebatur autem, intelligēs se esse tātorum causa malorū. Sic supra, Causa mali tāti atq; oculos deiecta decoros.❡Violauerit ostro siqs ebur.) Homeri cōparatio. vnde & violauerit transtulit. Ille enim ait, ὡς δ᾽ ὅτε τίς τ᾽ ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ. ❡Mista rubēt vbi lilia multa alba rosa.) Aut vbi multa alba lilia mista rubēt rosa,id est rosæ,cōiunctione. Naturaliter enim oīs cādor vicinum in se trahit ruborē.❡Illū turbat amor.) Inuenit occasionē qua Turnus magis moueretẽ in bellū. ❡Neque eni Turno mora libera mortis.) Duplex hoc loco est expositio.auteni ordo est,Ne quæso mater me lachrymis, id est tāto mortis oie,psequaris ad duri Martis certamina pficiscētē. neq; enim Turno mora libera est nō eūdi post iā promissum singulare certamen.Aut certe hoc dicit,Noli me mater euntē ad bellum ominosis lachrymis proseq: neq; eni Turno mora libera mortis,id est, neq; eni est in potestate mea morā inferre veniētibus fatis,ac si diceret, Si iminet fata, sum periturus etiā si minime ad bella proficiscar. Sciendum tamen locū hūc vnum esse de insolubilibus duodecim,quę habēt obscuritatē, licet a multis pro captu resoluantur ingenij.❡Cū primū crastina cęlo Puniceis inuecta rotis. Hoc loco auiditas pugnaturi exprimiẽ. Sane nūc nō dicit,oriri diē,sed designat tps quo vult vt vterq; ad singulare

Universidad de Deusto Biblioteca

gulare certamẽ procedat. ¶Nostro dirimamus sanguine bellũ.) Bene se cõmendat omnibus hoc dicto:siquidem suum sanguinẽ pro omni bello dicit posse sufficere.

DONATVS.

¶Quam pro me curam geris.) Facis,inquit,quod bonus cõsultor & egregius parens.vt feras pro me,quem diligis,curam.melius tamẽ pro me facies,si eiusmodi solicitudinem deponas,ecce & ipse subtilis est,nã quia dictis eius,qui totũ habuit in potestate,& apertius resistere nõ poterat,vtitur suadentis & deprecãtis officio,definiens quid sit vtile.ait igitur,vtile esse arbitraris, vt viuã meam mortẽ omni cautela formidãs,sine me optime pater subire, quod metuis. Præstabat quippe de campo referri mortuum, quam ipsam cædendo maculare virtutẽ.quod,ait,optime, & postea patrẽ appellauit,loqui voluit,vt gener,quod dixit sine me,psonã suam vt inferioris impleuit,vt siquid esset in ea causa faciendum,fieret expositoris arbitrio.Occurrit his generibus illi parti, quæ grauior fuit,quã ad obtinendum Latinus tenuerat,& pfuturũ asseruit,quod ille putabat aduersum. Incipit alterius lateris inferre tractatum. ¶Et nos tela pater.) Non solius hostis,inquit, acutum est ferrũ,nec solus ille nouit ferire congressu. Tela sunt, quæ etiã ipsi portamus, tela,quæ gerimus,quæ cum sint satis apta certamini,tunc magis hostibus inimica, cũ forti destinatione patiũtur,dextra mea tãtum in certaminibus vrget,vt spargat tela:Spargere ostentationis est,quasi simul multa iactare, & simul quã plurimos sternere:nouimus sic hostẽ petere,vt ictũ nostrũ plaga sequaĩ & sanguis,hoc dicto illud cupit adstruere, q̃ toties feriat,quoties miserit ferrũ, ne aliquãdo frustreĩ,sed semp quẽ prosternat,iueniat.Nostro,ait,vulnere nõ sui corporis sed hostilis,hoc est ad vulnera,quæ fecerit dextera mea. ¶Longe illi dea ma.e.) Quem,inquit,timebo qui tunc tutus est,cũ ingenio matris & muliebri intentione defendiĩ obtenta.s. in nubes & subsidio tenebrarũ tantum in manus meas ille perueniat,negabit impelli virtus mea opera matris, & cũctarum fraudum ludibriosa cõmenta. ¶At regina noua.) Nouam dixit ipsi Amatæ non incognitã omnibus,& quasi nunquã in alijs certaminibus visam,fortem accipere debemus genus conditionemq́ pugnãdi,cũ igitur regina dispositionẽ futuri certaminis Latini & Turni tractatib' accepisset,omni dispositione permota. ¶Flebat,& ard.ge.) Præcedentibus vocẽ lachrymis retinere generum nitebatur ardẽtẽ, & incendiũ iuuenis fletus vbertate restringere. Moritura,inqt, agebat cõmunem causam,& cõiunctum cum suo periculum depellere cupiebat,decreuerat quippe illũ euentũ certaminis sequi qui excepisset & Turnum. ¶Turne per has ego te lach.) Habent singula virtutem suam cõmemorationem primo nominis nonnullũ veri amoris monstrat affectum. Per has lachrymas, non referentis est vox,sed demonstrantis. maior quippe oculorũ,q̃ aurium fides est.Cæterũ si dolorem mentis assereret,cum in occulto est,dubitare de ea posset,remaneret icertus. ¶Lachrymæ vero doloris nũciæ,doloris iudices, doloris testes, & tũc maxime certiores,cum vocẽ ac verba præueniunt.Lachrymę probant,quid geratur interius,& ostẽdũt cordis animiq́ tormẽta. Ego,inquit te,hoc est ego,quæ te plurimis prætuli:ego,quæ te vt pma generum,vt dixit,te optimũ te,dignum filiæ virum,si animi tui reciprocã mereor vicem,admitte,quid dicam. ¶Spes tu nunc vna sene.) Tu idẽ vna spes miseræ senectutis meæ,tu singularis reges nec est alia præter te. ¶Decus imperiumq́.) Ornamentum nostri nominis & generis tu es:in te oẽ pondus nostræ posteritatis incumbit. hoc ideo,quia quod inclinatũ ęst,in auxilio sustineĩ alterius mox cadet,si subtrahaĩ,quod fertur & regiĩ.ergo cauebat hæc,ne cũ Turno caderet quod nõ sine adminiculo eius poterat perdurare. Hæc dicendo ostendit,se illud suasurã,ne se singulari pugnæ cõmitteret,atq; vt hoc melius cõprobaret, puro affectu descẽdere,causæ Turni suam quoq; coniunxit, dicens. ¶Vnum oro desiste) Vnũ.s.quod fuerat solum,& in quo omnis securitas fuit. ecce cautior Latino mulier, apud quã maior fuerat metus. nã cũ id agereĩ,ne solus Turnus cũ solo Ænea pugnaret, hæc dicebat,cum Teucris omnibus non esse certandum. ¶Qui te cunque manent.) Ne funestũ aliquid nominaret, aut triste,generaliter dixit,quicunq; casus subnexuit tamẽ,quid metueret. ait eni. ¶Simul inuisa relinquã.) Ecce Turni metuit mortem,nam quomodo posset Æneã videre generũ, nisi Turnum primo vidisset extinctum? ¶Accepit vocem.) Lauinia,inquit,vocem matris lachrymantis accepit,& virginalis verecundiæ signa ipsius vultus sui permutatiõe mõstrauit. nouerat eni propter se illa omnia geri,& spõsione media mortis duos perniciosa obstinatione cõtendere. ¶Cui plurimus ig.Sub,ru.) Calor.n.plurimus concitat ruborem in vultu,& frigus facit e diuerso pallorem. ¶Indum sanguineo.) Per admirabilem parabolam Lauiniæ vultus ostenditur,Talis eni fuit, qualis est ebur,quod natura candidũ ostro cõstratum grata varietate distinguitur: aut cum alba lilia rosarum rubori miscentur. ¶Illum turbat amor.) Cui suadebatur, ne se cõmitteret pugnæ, viuendo materiam calamitatis suę magis magisq; inflãmatus est. Agitabatur enim amore virginis & aspectu diuturno, nec iã verbis a certamine poterat reuocari: sed magis impellebaĩ in pugnã: vtpote qui obstrusis aurib' virginis in cõtrariam partẽ trahebatur,respõdit. qui enim tanti mali necessitate raptabatur in bellum,& proposita conditione in cãpum cogebatur exire, nõ debuit plurimis loqui. ¶Ne quæso, ne me lachrymis.) Quæ salutem meam incolumem cupis, & manibus prosperis hortari debes i bella pergẽtem, quicquid enim illic gerĩ, triste est,& nõ debet omnibus quoq; tristiorib' onerari, fundis lachrymas,& lugentis specie prosequeris pugnaturũ,non conueniunt ista nostrę personæ vel tẽpori,læta debẽt occurrere oculis meis, vt lætũ possis videre redeuntem, multum premunt humanos actus,si dura sint omina,multũ vero subleuant, si fuerint læta. ¶Neque enim Turno.) Sic ante euentum pugnæ lachrymas fundis, quasi sit libera potestas aduersis, non est mater liberum viuere,non est liberum mori. ¶Nuncius hæc Idmon.) Tantum sibi arrogauit,vt prior mandaret,& prior certamen indiceret: atque hoc ipsum cũ superbia sua & cum iniuria melior,dicẽs phrygium,quia sic superius dixit,desertorẽ Asiæ,dicens etiam, quod non esset Æneæ placiturum, vt soli pugnarent. ¶Cum primum crastina cœlo.) Cum dies, inquit, cœperit exoriri, & adhuc rubebit aurora, veniat solus ad campum,nõ ducat in Rutulos quẽquã,conquiescat omnis exercitus,atq; omnibus initio constitutis noster sanguis afferat cunctis certaminibus finẽ,& qui vxorẽ Lauiniam cupit,illo eam requirat in campo.

ASCENSIVS.

¶Quam pro me &c.) Recitat animosi Turni respõsionem: & ad eam Amatæ reginæ muliebrem,& affectuosam precationem: Lauiniæ ad hęc pudorẽ,& venustatem qua Turnus vehementius inflãmatus,Amatam,rursus affatur significans se cõstituisse omnino cum Ænea certamen. De qua re nihil est Donati. Ordo autẽ est. O optime subaudi pater aut rex, ego precor deponas pro me,id est pro honore meo seruãdo, & pro animi mei voluntate, hanc curam quã geris pro me,id est pro salute mea,& vita seruãda,& sinas,id est permittas me pacisci,id est in pactum committere vitã pro laude o pater.&,id est etiam nos non soli troes spargimus manu.s.nostra tela,& ferę,id est tela ferrata haud debile, id est fortia & robusta,& vi multa nitentia,& sanguis sequiĩ de vulnere,id est telo nostro aut de vulneĩ a nobis illato. Mater.s. Ven' dea,erit illi.s.sæuissimo & iniqssimo hosti Æneæ lõge,id est procul,quæ.s.dea tegat,id est protegat eum fugacẽ, id est frequẽter fugere solitũ vt a cõgressu Diomedis,nube fœminea,id est velamẽto fęminis apto,& occultat.s. mater dea sese, id est seipsam vmbris vanis,id est inanibus,& mẽtitis,aut nihil,pfuturis quia & ipsa id faciẽs vulnerata est,hæc sup. Turnus dixit. At,id est sed regina.s.Amata cõterrita sorte pugnæ,noua,id est insolita, & magna quia nõ solitus erat cum tali viro congredi Turnus,licet fortissimos quosq; interemerat,flebat,& ipa moritura,id est similis morituræ,aut certa mori si retineri nollet,aut q̃ capta vrbe moritura est:tenebat,id est cõplectebaĩ aut retinebat,generũ, id est quẽ generũ esse cupiebat.s. Turnum ardentem, id est excandescentẽ & vehemẽter incẽsum ad pugnã, tenebat autem his verbis. Turne ego oro te vnum,id est vnam rem,per has,id est meas lachrymas,& sup. honorẽ,id est obseruantiam,& venerationem amatę siquis honos amatę tangit animũ.s.tuum, vt debet,nã tu es nũc vna.i.vnica,& sola spes senectę.s. nostrę, & tu es reges vnica miserę.s.amatę,decus,& imperium Latini est, sup. penes te, id est in tua potestate,& omnis domus Latini,inclinata.s.ad ruinã, & desolationẽ: recũbit in te,id est reposuit spem in te, & fulcitur per te. Oro igitur vnum,videlicet desiste committere,id est cõferere manũ Teucris.i.cum Troianis,quia,o Turne quicũq; casus manent.i.certe expectant te in isto certamine,manent: &.i.etiã me. ego relinquã simul.s.cum mortẽ tuam audiero,hęc lumina inuisa.i.hãc vitã mihi molestam,nec ego captiua videbo Æneã generum,s.meũ. Lauinia.s.virgo filia Latini,& Amatę, perfusa genas flagrãtes,id est igneo rubore prę pudore ardentes.i. habens eas perfusas lachrymis.accepit,id est hausit & intellexit vocẽ matris .s.sug: cui.s.Lauinię,rubor,id est pudor ruborẽ generãs plurimus id est abũdantissimus,subiecit,ignẽ,id est ardorem aut igneũ colorẽ,&.s.ignis,hoc est calor naturalis qui formam generat. cu-

currit.i.dispersus est per ora calefacta.s.per ruborẽ,virgo dabat ore.i.facie sua tales colores,veluti.i.queãdmodũ aut quales dantur,siqs violauerit.i.miscuerit,ebur indũ .i. indicũ quod albissimũ est,ostro sanguineo.i.purpura sanguinei coloris:vel vbi lilia alba rubent mista multa rosa, Amor turbat illum.s.Turnũ,& figit vultus in virgine postq̃.s.semel in eã oculos coniecerat,& ardet magis.s.q̃ prius in arma.i.ad arma tractãda in certamine cũ Ænea,& affatur Amatã.i.reginam paucis.s.verbis. O mater quæso te:ne ingt psequere me lachrymis.v e pro vel, ne prosequere .i.ne psequaris tanto omine.i.indicio tristis exitus, me euntẽ.i. proficiscẽtẽ in certamina Martis duri.i.rigidi & inexorabilis, neque enim mora.i.dilatio mortis,siquidem moriendũ est Turno libera.i. etiam si differre mortem quã mihi lachrymę tuę portendunt velim,tamẽ nõ possem fatis vrgẽtibus.q.d.sentio me instigatum nescio quo numine ad congressum,& hoc sensu legendũ est refer,vt sit,& ideo o Idmon refer nuncius.i. nũcians &c. Aut ideo nõ est Turno mora libera mortis,quia cõsignata est iã dies. Nã Idmon nuncius refert Tyranno phrygio.s. Æneæ mea dicta haud placitura,cũ.i.vbi aurora crastina cõuecta rotis puniceis.i. roseis rubebit primũ,cœlo.i.per cœlum,aut aerẽ non agat Teucros in Rutulos sed arma Teucrũ pro Teucrorum, & Rutulum pro Rutulorũ quiescãt,& sup.dirimamus.i.abscindamus & finiamus nostro sanguine bellũ. Lauinia quęratur illo campo.i. per tale certamen coniux,s. victoris.

PIERIVS.

¶Qui te cunq; manẽt isto certamine casus.) In Ro.cod.pleraq; nomina quartæ declinationis.qbus in casibus,us,vltimam syllabã producunt,uu,geminato scribi solent, vt hoc loco, casuus,& alibi curruus. Ex Atij quidẽ, vt alias diximus,instituto, id quod adhuc in aliquot antiqs inscriptionib' obseruauim', vt exortu' vorsum,Sed enim hoc, vt sciretur,non vt ad imitandũ proponeretur,a me dictũ est. ¶Siquis ebur vel mista rubent vbi lilia.) In antiquis fere omnibus exẽplaribus legere est, siqs ebur aut mista,qui vel reposuere pręiectæ syllabę timuerunt, cũ ignorarent eum quoq; locũ esse communem. ¶Teucrum arma quiescant & Rutulũ.Nostro dirimatur sanguine bellũ.) In Ro.co.in Oblongo vaticano,in Porcio, in plerisq; alijs antiqs legere est Teucrũ arma quiescãt & Rutuli. Oratione nõ inuetusta variata. In Mediceo vltima syllaba est aliena manu corrupta,cũ omnino Rutuli, prius fuisse appareat. Quod vero in exẽplaribus vulgatis, dirimatur,tertia persona passiui legitur,in omnibus his antiqs,dirimamus,prima plurali actiua voce scriptum obseruaui.

Hęc vbi dicta dedit:rapidusq; in tecta recessit: PO.
Poscit equos:gaudetq; tuens ante ora frementeis;
Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyia:
Qui candore niues anteirent cursibus auras.
Circunstant properi aurigę,manibusq; lacessunt
Pectora plausa cauis:& colla comantia pectunt.
Ipse dehinc auro squalentem,alboq; orichalco
Circundat loricam humeris:simul aptat habendo,
Ensemq;,clypeumq;,& rubrę cornua criste,
Ensem,quem Dauno ignipotens deus ipse parenti
Fecerat:& stygia candentem tinxerat vnda.
Exin,quæ in medijs ingenti adnixa columnæ
Aedibus astabat,validam vi corripit hastam,
Actoris Aurunci spolium:quassatq; trementem
Vociferans.{Nũc o nunq̃ frustrata vocatus TVR.
Hasta meos,nunc tempus adest:te maximus Actor,
Te Turni nunc dextra gerit:da sternere corpus:
Loricamq; manu valida lacerare reuulsam,
Semiuiri Phrygis:& fœdare in puluere crines
Vibratos calido ferro,myrrhaq; madentes.
His agitur furijs:totoq; ardentis ab ore PO.
Scintillæ absistunt:oculis micat acribus ignis.
Mugitus veluti cum prima in prælia taurus
Terrificos ciet:atq; irasci in cornua tentat,
Arboris obnixus trunco:ventosq; lacessit
Ictibus:& sparsa ad pugnam proludit arena.

SERVIVS.

¶Poscit equos,gaudetq; tuens ante ora frementeis. Solent enim ex equorũ vel mœstitia,vel alacritate euentũ futurũ dimicaturi colligeĩ. ¶Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyia.) Ait Horati' in arte poetica, Nec quodcũq; velit, poscat sibi fabula credi. Vnde Critici culpãt hoc loco Virgilium,dicentes incongruũ esse figmentũ. Nanq; Orithya cũ Atheniẽsis fuerit filia Terrigenę,& a Borea i Thraciã rapta sit, queãdmodũ potuit Pilũno, q erat in Italia equos dare? ¶Dec' dedit.) Ad ornamẽtum: vt, Quas ipsa decus sibi Dia Camilla delegit. Sane is versus σπονδειάζων est, nam thyi diphthongus est Græca. ¶Qui cãdore niues anteirẽt, cursib' auras. Homeri versus verbum ad verbum, λευκότεροι χιόνος θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι. ¶Properi aurigæ.) Festini,veloces: & erit nominatiuus hic,pperus, aurigas autẽ pro agasonibus posuit. nã aurigę pprie sunt currus regentes. ¶Alboq; orichalco.) Apud maiores orichalcũ ptiosius metallis oĩbus fuit,nãque sicut Lucretius dicit, Cũ primũ homines syluas incendissent,nullarum adhuc rerũ periti,terra casu fertilis omniũ,ex incendij calore desudauit metalla: iter quæ orichalcũ pretiosius visum est,quod & splendorem auri & æris duritiẽ possideret. Nam primum de auro securis facta displicuit causa mollitie: simili ratione & argenti contẽptus est vsus: mox orichalcũ placuit,donec veniretur ad ferrum. Vnde etiã secula ita dicuntur fuisse diuisa. Orichalcum autẽ fuisse pretiosum etiã Plautus docet qui ait ĩ Milite glorioso, Ego istos mores orichalco contra cõparem. Alboq; orichalco. Auri, scilicet comparatione,nam album non est. ¶Circundat loricam humeris.) Non armatur hoc loco, sed explorat vtrũ arma apte & congrue eius membris inhæreant. ¶Aptat habendo.) Ad habendum,vt congrue possint inhærere. ¶Cornua cristę.) Id est comas,quas Greci κόρσας nominabant, vnde & κείρειν dicunt tondere. Cornua autem sunt proprie cincinni. ¶Deus ipse parenti fecerat.) Ac si diceret,nõ per ministros. Statius, Plurimus ipsi sudor ibat. Et notandũ quod affectate variauerit,vt Æneæ vno loco arma describeret: Turni vero hic hastam & gladium & loricam. In octauo autem scutum & galeam. ¶Exin.) Deinde.nam ordinis est aduerbiũ. ¶Ingenti adnixa columnæ.) Hastæ per columnã exprimiĩ magnitudo:sicut in septimo equorum. vt,Stabãt tercenti nitidi in psepibus altis. ¶Stygia vnda.) Quasi immortalẽ fecerat. ¶Vi.) Virtute. ¶Actoris Aurũci spoliũ.) Vel Actori detraxerat Turn': vel qđ Actor cuidã alteri, nã ambigue posuit. ¶Quassatq; tremẽtem.) Quassat,& tremere facit. ¶Vociferãs.) Hęc scilicet quę dicturus est. Plerũq; enim ita clamor ostẽditur, vt statim ipsius clamoris verba subdãtur. sic supra. Toruũq; repẽte Clamat io matres. Sane nũ ita ad hastam, quasi ad aliquã personam loquitur,& ei intellectũ & auditum dat, sicut Cicero verba reipublicę. Sed ille ait,si posset fieri. Turn' vero quasi ad virũ sentiẽtẽ loquiĩ:nec immerito.nã eum inducit furentẽ, vt, His agiĩ furijs,totoq; ardentis ab ore Scintillę absistunt, oculis micat acribus. ignis. ¶Vocat' hasta meos.) Inuocationes & preces. Nam appellatio est a verbo q̃ semp aut in io exit, aut in us. Si in io exeãt, tertiæ ẽ formę. Si in us quartę:vt ab eo qđ est lego, aut lectio,aut lectus facit. Sed hoc nos dicimus, quod εὐφωνότερον sicut nunc ab eo quod est voco,vocatus fecit nõ vocatiões. ¶Te maximus Actor.) Subaudimus, antea gerere consueuerat. ¶Turni nunc dextra gerit.) Eius qui est supra maximũ quasi Actorẽ. ¶Da sternere.) Figura Græca:vt,Donat habere viro. Item,Dat ferre talentum. ¶Lacerare reuulsam.) Vt laceratam reuellam. Laceratam autem propter illud, Et bis sex thoraca petitũ Perfossumq; locis ¶Vibratos calido ferro. Crispatos calamistro. nã calamistrum. est acus maior,quæ calefacta & adhibita itorquet capillos. Vnde etiam Cicero calamistratam comã appellat frequenter, quæ etiã vituperationi est. Vñ econtra ad laudem est positum ab Horatio Hic & incõptis Curium capillis. ¶Myrrhaq; madentes.) Vnguẽtatos. ¶Oculis micat acribus ignis.) Homeri est ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην. ¶Terrificos ciet.) Hic appet mugitus non tantum dolentũ esse,sed etiam irascentum. Ciet modo dat, sicut in tertio legimus, Lachrymasq; ciebant. Nã proprie Ciere,est alteri aut dolorẽ aut lachrymas commouere. ¶Ad pugnam proludit.) Præmeditaĩ. Cicero, Si mecum in hac prolusione nihil fueris,id est præmeditatione certaminis.

calamistrũ

Ciere

Universidad de Deusto
Biblioteca

DONATVS.

¶Hæc vbi dicta dedit.) Vbi hæc dixit, & ingressus est domũ, produci equos iussit, quod autẽ illos vidit frementes, gratulatus est: arbitrabaf. n. ex eorum fremitu omne optimum pugnę, cui fuerãt necessarij, hos equos ad ornatum orithyia dederat pilumno auo eiusdẽ Turni. ſ Qui candore niues.) Anteirent oẽ est positum, & colori quippe respõdet & cursui, vt sit anteibãt illi niues candore, anteibant cursibus ventos. ſ Circunstant, pperi au.) Circundederant eos ministri sui, & veluti quibusdã verberibꝰ futurum certamen sentientibus denunciabant. Caua. n. manus non dolorem facit: sed excitat certaturum. ſ Et colla comãtia pectũt.) Norunt ẽt equi, quid futurum sit, cum eriguntur hortatibꝰ, aut cõponuntur, vt placeant. ſ Ipse dehinc auro.) Illa equis fiebant, ipse quoq; sumebat munimenta corporis sui, & primum quidẽ humeros suos loricа circundabat, q̃ auro & orichaleo fuit splẽdida. ſ Simul aptat habendo.) Vt bene haberi posset & ferri: aptat hanc diligenter. ſ Ensemq; clypeumq;.) Ad hęc quoq; pertinet, quod dixit, simul aptat habendo. quod. n. bene portatur, & apte fertur, gestãtem releuat, ga leuis redditur. ſ Ensem quẽ dauno igni.) Laudauit equos ex occasione illius, qui dederat pilumno. Laudat & gladium, quia illum Vulcanus suis manibus eidẽ fecerat pilumno, & stygia cãdentem tinxerat vnda. Consecrationem quandam ensis ostẽdere voluit factam, ga stygia vnda fuerat tinctus, vt quasi inuictus haberet, & quẽcunq; vulneraſſet, celerius interiret. Simul etiam docuit certis necessariã partem, nã modus est certus, quo cãdens ferrum aquę frigidę mergitur, vt ex vtroque temperatum nec desiliat fatis durũ, nec rursum ineffica fiat si plurimum fuerit molle. ſ Exin.) Hoc est exinde. ſ Quę i medijs ingẽti annixa.) Et hastam laudat, & magnitudinem suam. & Turnum q hanc poterat virtutis tractare substantia, hasta laudaf, qa tam magna fuit vt ingentis colũna adminiculis stare posset, & regi, quod fit, ne curuatę hastę vsum necessarium perdãt. hãc, licet esset pro sua magnitudine ponderosa, rapuit Turnus. Tãti ẽt ipse roboris fuit, vt illã nõ tolleret, sed corriperet. Corripere est aliquid sine conatu ac difficultate cõprehẽdere, hanc igit alijs grauẽ & satis onerosam Turnus rapuit, p leui rediturus ad laudẽ hastæ, & quod de ea minus dixerat, complet. ſ Actoris, inquit, aurunci ipolium.) Occiso Actori aurunco fuerat detracta digna scilicet, quæ reportatam de fortissimo viro victoriam testaretur.

ſ Quallatq; trementem Vocife.) Hanc frequentius commouens his allocutus est Turnus voce, scilicet clara, quia multis animi ne cessitatibus fuerat excitatus. Trementem proprie dixit. qcqd. n. longum est non secundum lõgitudinem validum tremit, cũ fuerit motum. ſ Nunc o nunquam fru. vocatus.) Hasta, inquit, fortis, hasta ominis boni, quam quoties inuocaui, sensi commodã, & cum qua superior remeaui de campo. ſ Nunc tempus adest.) Cum grauior hostis occurrit, & dura pugnãdi cõditio: nũc adest tẽpus, vt vltra solitum morem fauorem tuę virtutis & felicitatis ostendas. ſ Te maximus actor.) Nec prioris domini meritũ te deprimere conuenit, nec præsentis, non, inquit, cecidẽrũt merita tua: nec post illius actoris maximi excellum te portat inferior, subijcitur petitiõis modus. ſ Da sternere corpus, Loricaq;.) Colligit petitioni summam in eas asserens difficile non eẽ, quod postulabat, fecit autẽ hoc, vtpote qui fuerat, cæterum hasta verba eius nec sentire poterat, nec audire: vsus est tñ suasoris partibus dicens, quid cuperet prouenire. Præsta, inquit, vt sternamus hostẽ, nec metuas eũ, qui vir corpore est & animo fœmina: denisque gerit crines muliebri more cõpositos cristatus ferro candẽti & madidus myrrha: Turpemus igit, quod ille cum fœminis diligit, sternamus cãpo funus eius, & multo puluere turpemus vnguenta, & quicquid ad virorum infamiã ars ludibriosa composuit, obscuret terra tenuis, & arena cõfundat, pereat, cui displicet esse, quod natus est, pereat, q nõ se virũ cupit apparere sed fœminam: pereat criminosum studium, quod contra naturam rerũ nititur, vt maculato sexu, quẽ indigne sortitus est, fœminas potius contendat superare, q̃ viros. ſ His igitur furijs.) Quando enim sanis eẽ sensibus posset, cuius añ oculos stabat forma virginis, & roseus candor? ſ Lotoq; loquentis ab ore.) Assistunt, hoc est exire non cessant. ſ Oculis micat acribus ignis.) In his signa ista videri sunt solita, qui cõceptæ iracundię congruos exitus inuenire non possunt. ſ Mugitus veluti.) Similitudo inducitur, vt ostendatur Turni inanis & nulli commodo profutura ꝑstantia. quemadmodũ, inquit, Taurus vanos ciet mugitu terrores, & ira tus incumbit in cornua, luctaturq; cũ arboris trunco, vẽtosq; si bi existimans inimicos auras pedibꝰ verberat: & adhuc pcul a periculo discretus veꝛę proludit ad bellum: Proludere est ludendo imaginem quandam veritatis ostendere,

ASCENSIVS.

¶Hæc vbi dicta, &c.) Docet quomodo se Turnꝰ instruxit ad pugnã armauitq; armis insignibus, vnde est hoc solum Donati. Stygia vnda, consecrationem quandã ensis ostendit. Corripit, quasi dicat, sine conatu extulit, quamuis tãta esset, vt adminiculis colũnæ egeret. Hoc ille. ¶Ordo est. Vbi. i. postq̃ Turnus dedit hæc dicta, i. verba præmissa, & ipse rapidus. i. festinus recessit in tecta, i. in domicilium suum priuatum. Ipse poscit, i. exigit equos, & gaudet tuens. i. inspiciens eos fremẽtes. i. animose gestientes, ante ora, scilicet sua, quos. i. equos, ipsa Orithyia. i. Orithei regis Athenarum filia, & vxor Boreæ qui ex equabus Erichthonn secundum Homerum sub forma equi admissam generauit equos velocissimos & candidissimos, vnde Orithyia ad Pilumnum atauũ Turni equos propagatos dono miserat, aut si non miserat, quia tamen ipsa sobolem conseruauit, & educauit, vnde ad Pilumnũ hi equi peruenerant per emptionem aut commutationem, aut alia quauis via dicitur ipsa eos misisse seu dedisse sicut i Geor. India mittit ebur, ga India producit elephãtes. Nihil est ergo quod critici merito notent, cum remotissimi Reges se mutuo donẽt. Sed ad ordinẽ redeo quos ipsa Orithyia dedit Pilumno. i. Atauo Turni, decus, i. pro decore, & insigni dono qui, scilicet equi ante irent. i. superarent candore niues, & cursibus. i. velocitate auras, id est ventos Auriga, id est Agasones, circunstant properi. i. properare, & vrgere parati, & lacessunt, id est prouocãt ad curſum & animositatem: pectora, scilicet equorum plausa, id est palpata, manibus cauis. i. concauis, & pectunt colla comantia, id est trucantia, & pilosa. ipse. s. Turnus dehinc, id est postq̃ equos visitauerat circundat humeris. s. suis loricam squallentem, id est per modũ squammaꝝ piscium relucentem auro, id est squammis aureis, & Oricalcho. i. illo genere metalli albo. s. respectu auri, id est paullo pallidiore, & simul aptat habendo. i. vt habeatur, aut habiturus & habilem tacit ensem, & clypeum, & cornua rubrę cristę in galea id est posita. Ensem ingt. quem ipse deus ignipotens. s. Vulcanus fecerat Dauno patri. i. Pilumno Turni, & quę cadentem, id est cum ipsum tẽperaret tinxerat vnda stygia qua. s. incõsumptibile esset cerat, exin id est exinde, hoc est postea aut deinde ipse corripit. i. celeriter rapit vi. i. virtute, & extulit hastam validam, id est valdefortem & magnam quæ stabat supp. in ædibus annixa, id est incumbens ingenti columnę, quasi parua eã sustentare nõ potuisset: aut ideo ingenti dicit: qa cum ipsa esset ingens ad paruam substem in longitudine stare nõ potuit, appositorie: spolium Actoris Aurunci, id est de gente aurũcorũm q antiquissimi populi Italię sunt, aut qui Actor alios, aut qua ipse Actora spoliauerat: hoc he mistichiũ assumit Iuuena. in derisionẽ Othonis q speculum mulierẽ ferebat, sicut Turnꝰ hastã Actoris, & ipse quasi at. i. quasi dando tremẽtẽ facit hastam, vociferans, id est exclamans, o hasta nũq̃ frustrata. i. quæ semper perfecisti meos vocatus, id est inuocationes, & desideria mea ad quę te vocaui, maximus Actor, gessit, sup. aliquã te, & dextera Turni gerit nunc te. Tempus adest nunc sup. quo tui egebo, da igit sternere corpꝰ. s. Æneæ & lacerare manu valida, loricã reuulsam scilicet a corpore phrygis, id est Troiani. s. Æneę semiuiri. i. mollis & effœminati, & da sedare in puluere crines, scilicet eius, vibratos cãlido ferro, id est calamistratos, & madentes, id est delibutos, myrrha, id est vnguento ex myrrha facto. Turnus agitur his furijs, vt, scilicet hastam alloqueret qua, si rationem habentem, & scintillę, id est signa ardoris absistunt, id est diffunduntur ab ore toto ardentes, & ignis micat. i. coruscat, oculis acribus, id est acrimonię indicibus veluti, id est quẽadmodum cum Taurus ciet. i. excitat in prima prælia, id est ad primũ insultum faciendum mugitus terrificos, id est ad terrorẽ faciendũ: aut tẽtat irasci in cornua. s. obnixus. i. obnitens trunco arboris, & lacessit, id est dilacerat vẽtos ictibus. s. cornuũ, aut pro ludit, id est facit præludia, & attentamenta ad pugnã, arena sparsa. s. pedibus, vnde in Bucolicis. Iam cornu petat & pedibꝰ qui spargat arenam.

PIERIVS.

¶Circũstant properi aurigæ.) Veteres aliquot codices, ppere, Jegunt, sed inemẽdatę. Aliquot alij. pueri aurigę. vt i Oblógo. Vatícano. Serui, cũ pleriſq; veteribus exem. properi, mauult. Interpretatur enim festini, velocesq;. ſ Manibusq; lacessunt pectora pulsa cauis.) Non negarim pulsa, In veteribus aliquot exemplaribus inueniri. Sed. n. longe magis placet, quod in his ꝓbatioribus quæ legimus, plausa, legitur, a doctis oibus lectio plausibiliter recepta, vt in Georgi. & plausę sonitum ceruicis amarę. ſ Actoris aurũ ri.) In Romano. codi. in porcio, & aliquot alijs antiquis, aurũci, legitur, legitur, vt alibi, auruncos ita ferre senes, tametsi pleraq; vetera exẽplaria. Arrunci, r, geminato scribunt, sed male. Nã & Liuiani codices antiq vna cũ his Virgilius notę melioris, Auruncos scribunt. ſ Semiuiri phrygis.) In codicibus aliquot anti. phrygũ, legitur. Sed omnino, phrygis, Gentile nomẽ melius, q̃ possessiuũ. ſ Myrrhaq; madentes.) In Ro. co. & aliquot alijs, murra, per, v, vt etiam in antiquis Dona. co. Idq; absq; aspiratione cuius rarus apud veteres vsus fuit de litera vero, y, dictum sæpius. ſ Scintillæ absistunt oculis micat acribus ignis.) In Ro. codi. existunt, legif, quod ex paraphrasi desumptũ crediderim cũ exẽplaria reliqua absistunt, legãt, est & antiquus admodũ codex, in quo numerus ita mutatus. Absistũt scintillæ oculis micat acer ignis. sane vero Donatus. absistunt agnoscit, & exire nõ cessant interptaf. ſ Mugitus veluti cum prima i prælia taurus terrificos ciet.) Romanꝰ codex atq; aliquot alij peruetusti, cũ primum in prælia, legũt eodẽ omnino significato. Nã & prima in prælia, initiũ pugnæ significat. ſ Atq; irasci in cornua tentat. In Ro. co. & antiquioribus alijs aut irasci, legitur. Sed in Geor. quoq;. Atq; habeẽ eo loco atq; irasci i cornua discit. Vẽtosq; lacessit ictibꝰ & sparsa ad pu. pro. ha.) ſ Antiq oẽs. co. aut sparsa legunt. Hinc fit vt non grauate alterũ. Aut, superius admittam. Nam in Geor. Tota natura tauri describitur, huic vero cõparationi vel hęc, vel ille gestus, satis, superq; est. Aduerte vero, proludere Donato esse imaginem quandã veritatis ostentare, ludendo.

SERVIVS.

¶Seuus.) Fortis: more suo. Et ingentem moderationem dat Æneę, quippe quẽ inducit laborantem, vt possit i irã moueri, cũ Turnum ita dicat furere, vt nec Latini consilijs, nec Amatę ꝑcibus possit obedire. ſ Acuit martem.) Irritat se ad futura certamina. ſ Cõponi fędere bellũ.) Finiri. Vt, Añ diem clauso cõponet vesꝑo Olympo. ſ Tum socios, mœstiq; metum solatur Iuli.) Intelligimus hos ꝑ fingulari certaminis pro ducis salute eẽ turbatos. ſ Latino certa referre viros.) κατὰ σῶμα πρόσωπον: etiam Latinum ad Æneã legatos misisse itelligimus. Nã supra Turnus tñ dixerat, Nũcꝰ hęc Idmõ Phrygio mea dicta tyrãno. ſ Pacis dicẽt leges.) Quas paulopost in ipo fœdere est dicturus Æneas. ſ Lucemq; elatis naribꝰ effląt.) Enniaus versus ẽ ordine cõmutato, Ille enim ait, Funduntq; elatis naribus lucem. Et sciendum nusquam diem sic patenter descripsisse Virgilium. ſ Campũ ad certamen.) Totus hic de fœderibus locus, de Homero trãslatus est, vbi Alexander cũ Menelao singulari certamine est dimicaturus. ſ Dimẽsi Rutulq; viri.) Inter se per certa spatia dividentes, q̃ quisq; loca purgaret: & hoc loco Fauni lucum euerte re Troiani. Vnde est, Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrũ Sustulerãt, puro vt possent concurrere cãpo. ſ Focos.) Quicqd ignem fouet focus vocatur, siue ara sit, siue quid aliud in quo ignis fouef. ſ Et dijs communibus aras.) Dij communes sunt, vt alij dicunt, Mars, Bellona, Victoria: ꝙ hi in bello vtriq; parti possunt fauere. Vt autem altioris scientię hominibus placet, dij cõmunes sunt qui ἀζῶνοι dicuntur, id est qui cœli certas partes nõ habent: sed generaliter a cunctis coluntur. vbiq; enim eos esse manifestũ est: vt Mater deum, cuius potestas in omnibus zonis est. Nam ideo & Mater deum dicif, ꝙ cum omnibus, eius est cõmunis potestas. Alij communes deos volunt, Solem, Lunam, Plutonem, Martem. Hi enim apud omnes homines inueniunf, & sunt in omnibus terris. Prior tamen sensus est simplex, & magis aptꝰ negocio. ſ Aras gramineas.) Romani enim moris fuerat cespitẽ aræ superimponere, & ita sacrificare. Gramineas autẽ ideo, quia & de bello res agitur, & Marti sacrificatur, cui gramẽ est cõsecratum: quod secundum Plinium in naturali historia ex humano cruore procreatur. Gramen autem herbę species est, licet omnis herba gramen voceturſicut robur, omne lignũ, cũ sit & species. ſ Fontemq; ignemq; ferebant.) Fontem pro qua posuit, a toto partem. Sane ad facienda fœdera aqua & ignes adhibenturſvnde econtra, quos arcere volumus a nostro consortio, eis aqua & igni interdicimus, idest rebus quibus consortia copulanf. ſ Vela ti lino.) Atqui Feciales & Pater patratus per quos bella per fœdera confirmabanf, nunq; vtebantur vestibus lineis. Vnde dicimꝰ errore errore factũ vt linea vestis cõtra morẽ adhiberef ad fœdera, quæ firma futura nõ erãt. Scimus enĩ hoc vbiq; seruare Virgilium, vt rebus quibꝰ denegaf exitus, det etiã infirma ꝓncipia. Sic in Thracia ciuitatem condẽs Æneas, quã mox fuerat relicturus, cõtra morẽ Iouĩ de Tauro sacrificauit. Sic fe natũ ad priuata Latinus conuocat tecta, quando eius nõ erãt firma cõsilia. Sic paulopost i augurio liberatꝰ cygnus in fluuiũ concidit, qa Turnũ Rutuli, licet rupto fœdere, liberare non potuerũt. Caper tamen & Iginus hoc loco dicunt lectionem eẽ corruptam, nam Virgilium ita reliquisse confirmant. ſ Velati limo.) Limus aũt est vestis qua ab vmbilico vsq; ad pedes teguntur pudenda popax. hæc autẽ vestis habet in extremo sui purpurã limam, id est flexuosam: vnde & nomẽ accepit, nã limum, obliquũ dicimus. vñ & Terentius Limis oculis dicit. i. obliqs. ſ Et verbena ꝓprie est herba sacra, sumpta de loco sacro Capitolij, qua coronabanf Fœciales & Pater patratꝰ fœdera facturi, vel bella indicturi. Abusiue tñ iã verbenas vocamus oẽs frondes sacratas, vt est laurus, oliua & myrtus. Terentius, Ex ara hinc sume verbenas. Nam myrtum fuisse Menander testatur, de quo Terentius transtulit. ſ Legio Ausoni dum.) Pro Ausonidarũ, quod venit ab eo quod est hic Ausonida: sicut hic auriga. Nam Ausonis generis fœminini est: vñ Ausonidã facit, qđ vt diceret, metri est necessitate compulsus. ſ Ruit.) Cũ impetu venit: quod apud Græcos est ὥρμησεν. ſ Instructi ferro.) Bona œconomia, & rei futurę preparatio, ruptis enim fœderibus in bella descendent. ſ Vulgus inermum.) Senũ. s. ac matrũ, sicut ipse commemorauit.

Nec minus interea maternis sæuus in armis
Aeneas acuit martem: & se suscitat ira,
Oblato gaudens componi fœdere bellum.
Tum socios, mœstiq; metum solatur Iuli,
Fata docens, regiq; iubet responsa Latino
Certa referre viros: & pacis dicere leges.
Postera vix summos spargebat lumine montes
Orta dies: cum primum alto se gurgite tollunt
Solis equi: lucemq; elatis naribus efflant.
Campum ad certamen magnæ sub mœnibus vrbis
Dimensi, Rutuliq; viri, Teucriq; parabant:
In medioq; focos, & dijs communibus aras
Gramineas: alij, fontemq;, ignemq; ferebant
Velati lino, & verbena tempora vincti.
Procedit legio Ausonidum: pilataq; plenis
Agmina se fundunt portis: hinc Troius omnis,
Tyrrhenusq; ruit variis exercitus armis,
Haud secus instructi ferro, quam si aspera Martis
Pugna vocet: necnon medijs in millibus ipsi
Ductores auro volitant, ostroq; decori,
Et genus Assaraci Mnestheus, & fortis Asylas,
Et Messapus equum domitor, Neptunia proles.
Vtq; dato signo spatia in sua quisq; recessit:
Defigunt tellure hastas: & scuta reclinant.
Tum studio effusę matres & vulgus inermum,
Inualidiq; senes, turres, & tecta domorum
Obsedere: alij portis sublimibus astant.

DONATVS.

¶Nec minus interea.) Interea, hoc est, cũ prędicta Turnus gerit, ac loquitur, mandata eius Ad Æneam nuntio preferente peruenerunt, quo facto acuere bellum cœpit. Acuere bellũ est ad eius rigorẽ aliquid addere, vt crudescat potiusq; accedente remissione torpescat, satis lętus, quia offerebaf, qđ oibus votis optabat. Illum aũt susciabat ira nullo hortante vel vrgente extrinsecus. Ipse sibi fuit hortaméto, hoc dicitur, vt ostendatur optasse. nõ enĩ in factũ nisi inuitus impellitur. hic, quia optatũ nũtiũ sumperat, ipse se excitabat ad bellũ: gaudebat nihilominus per interpositã pactionẽ fœderis futurum oium certaminũ finem. ſ Tũ socios, m. q̃. so. iu. Fa. do.) Suspẽsos socios, & filij & sui metum solamine reuelabat ostẽdẽs fatorũ sustragio se eẽ tutissimũ, perindeq; suã futurã eẽ victoriã. ſ Regiq; iubet ref.) Futurũ inter se Turnũq; certamen iubet ad regẽ Latinũ tota maturitate pferri, vt ipse, qui summã teneret ptãtẽ pacis, leges diceret. Ecce quãtũ Æneę dedit, vt ipse cõsolaretur futuros in ocio, q̃ fuerat pugnaturꝰ, ipse gau

Acuere bellum

deret vniuersis de euẽtu belli suspẽsis, asserẽs nihil fieri sine fato, fata aũt ipsa pro suis partibus facere tam vero de victoria securũ esse, vt iã pacis leges desiderasset audire. ¶ Postea vix summos.) Quia Turnus cõstituerat, vt lucescẽte die ꝓxima pugnaret, mox vt exoriri cœperat lux, cãpũ parabat exercitus partiũ dimensiõe currẽte, vt latitudinis totius spatia ex equo singuli ꝑuenirẽt. ¶ In medioq; focos.) Propter cõsecrationẽ fœderis aras statuebãt ex gramine, & parabant focos in medio: qa adhuc incertũ fuit quã partẽ esset secutura victoria. Parabat aũt ante vrbẽ spatiũ certaturis, vt de muris imbelliũ oculis subiaceret duoꝝ certamẽ & fortunę iudicium. ¶ Alij fontẽ ignẽq; fer.) Ferebant alij sacris necessaria, ipsi quoq; non alieno cultu vestiti vel ornati. ¶ Procedit leg. au.) Pilata dixit, pilis armata, pilum aũt genus est teli,

pilum.

plenis vero portis agmina se fundebãt, eoꝝ.s.q securi fuerant facti de alieno certamine, q dudũ fugientes murorũ petiuerunt tuta, & euidentẽ eualerant mortẽ, nunc quia omnis aberat metus nullo cogẽte certatim sese fundebãt in aperta camporũ. ¶ Hinc Troius omnis Tyr. q; ru.) Varijs armis, quia diuersarũ terraꝝ viri nõ similia arma portabant, sic aũt instructi pergebãt, quasi essent cõtinuo pugnaturi. Cauta prouisio, vt ferro instructi pergerẽt, ne cõmutata fide inuaderentur ab hostibus. ¶ Nec nõ.) Hoc est, sedet. ¶ Medijs in millib⁹ ipsi.) Quia generaliter ductores dixit, incipit singuloꝝ nomina percurrere, & eoꝝ cultus specialiter dicere. ¶ Et gen⁹ assaraci mne.) Vtriusque exercitus duces significauit. ¶ Vtq; dato signo.) Vbi separati sunt, in sua spatia recesserunt. ¶ Defigũt telluri ha.) Hoc.n. facere debuerant, q nõ ad pugnandũ venerãt, sed expectaturi pugnantes. ¶ Tũ studio effusę matres.) Ecce vẽtum est ad eam partẽ, vt ostẽdatur qua ex cã campus prouisus sit aũ ciuitatẽ constitutus. Ætas, inquit, imbellis & sexus, simul effusus est, studio.s. ducta, mulieres, senes, & pueri. alij muros, portas alij, alij tenuerant turres, ac tecta, visuri de summo certantes & euẽtũ circa alterum probaturi fortunę, hoc est quod dictũ est, studio effusos. volebant.n. nosse q̃ diximus manante fauore, quo alij fauebant Æneæ, alij Turno, vt in populo quippe vnusquisq; nõ iudicio gereretur, sed libidine suę voluntatis.

ASCENSIVS.

¶ Nec minus, &c.) recitat qñõ Æneas quoq; ad pugnã se excitauerat, stãs sæuus.i. non solũ magnus sed ẽt terribilis: qa in armis maternis. Nã licet natura plus eẽt in deos: erat tñ strenuus & acer debellator hostium. Quia tñ innatã habuit pietatẽ, ipse acuit martem & se suscitat ira. Recitat pręterea qñõ cõuenerãt reges & proceres cum toto corpore exercitus ad fœdus feriẽdum: circa quẽ locũ dicit Donatus aras propter consecrationẽ fœderis. Cõibus: qa adhuc incertũ erat quo esset peruentura victoria. Plenis portis: qa securi erant facti de alieno certamine. Varijs quia diuersaꝝ terrarum erant viri. Hæc ille. ¶ Ordo aũt est. Nec minus.i. nihilo minus q̃ Turnus: Æneas sęuus.i. magnus & implacabilis in Turnum in armis maternis.i. per matrẽ a Vulcano obtentis, acuit interea martẽ.i. furorẽ bellicum, & animum bellãdi, & suscitat.i. excitat se.s. ad pugnam ira.s. quam excitat memoria iniurię illatæ gaudens bellũ componi.i. finiri fœdere oblato.i. ꝑ fœdus oblatum.s. vt singulariter certet cum hoste. Tũ.i. deinde solat socios, & metum Iuli mœsti.s. ob periculum i qđ pater se immissurus erat, solatur inquam docens fata.i. fatale esse quod in Italia regnabit & iubet viros referre Regi Latino certa rñsa, & dicere leges.i. cõditiones pacis.s. ineundę. Dies postera.i. postridie eius diei orta, vix spargebat mõtes summos lumie.i. vix illuxerat dies cũ.i. qñ.s. equi solis, tollunt.i. extollunt & erigunt se primi alto gurgite.s. maris in quo se tingere & recreare a rusticis putant, & efflant lucem.i. claritatẽ diei naribus elatis.i. erectis ad ortum. Cõgrue equoꝝ solis ardentiũ meminit in descriptione diei, i equos equis concursuri sunt bellãtes, & sup. viri Rutuli, & Teucri dimẽsi.i. dimetiẽtes & ꝑ certa spatia inter se diuidẽtes cãpum ad certamẽ.s. aptum: sub mœnibus magnę vrbis qa regales parabãt i medio.s. cãpi, & focos, & aras dijs cõibus.i. fecialibus, & vt dicũt neutris.i. neutri partium plusquã alteri fauentib⁹, & ita ad fœdus cõciliãdum idoneis, aut qui azoni.i. sine certa zona, & circulo sunt aut dijs belli pręsidib⁹, sed pria expositio pręstat aras gramineas, i. ex cespite factas, aut verbenis stratas. Alij.i. aliq ex eis q nõ erãt intẽti ad aras extruendas, ferebant.i. afferebãt fontẽ, & ignẽ, velati limo.s. cõtra morẽ. qa infelicẽ exitum habituri, aut velati limo id est veste suffemorali, & vincti tempora, id est habentes tẽpora vincta verbena.i. herba, aut fronde sacra, legio ausonidũ pro ausonidarũ, procedit.s. in campum, & agmina pilata.i. pilis hoc est telis quibus postea Romani vsuri sunt: fundunt.i. effundunt se plenis portis.i. quãtos portę effundere possunt: omnis exercitus Troius.i. ex Troianis collect⁹ & tyrrhen⁹.i. ex tyrrhenis, ruit hinc, i. deinde varijs armis.s. instructus, aut cum varijs armis, instructi.s. ferro. haud secus, i. non aliter q̃ si aspera pugna martis vocet.s. eos ad certamen ad quod vocãdi sunt, licet modo ad fœdus percutiendũ exierant. Necnon, id est & ẽt ipsi ductores volitant in medijs millibus existentes decori auro & ostro.i. aurata purpura. ductores dicit videlicet, & genus.i. ꝓgenies Assaraci, id est duo filij eius, & Mnestheus & Asilas fortis & Messapus (qui de parte Turni erat) domitor equum.i. equoꝝ, ples.i. propago aut progenies Neptunia.s. ipsi⁹ Neptuni vterq;. i. & postquã qsq; recessit i sua spatia signo dato: ipsi.s. milites stãtes vtrobiq; defigũt.i. deorsum infigũt hastas tellure.i. in terra, & reclinant scuta: qa non dimicaturos se putabãt. Tum.i. deinde matres effusę studio.i. videndi, & vulgus inermum.s. puerorũ, & senes inualidi, obsidere turres ac tecta domorum, & alij astant portis sublimibus.i. ad portas sublimes.s. vrbis.

PIERIVS.

¶ Et pacis dicere leges.) In Oblõgo codice vaticano, discere legitur, Sed Serui. agnoscit dicere, quas leges paulo post Æneas in fędere dicturus est, dicere Dona. etiam agnoscit. Sed in eo diuersus abit a Seruio, quod ait, Iubet ad regem Latinum tota maturitate perferri, vt ipse qui summam tenet potestatẽ, pacis leges diceret. ¶ Defigunt tellure hastas.) Oblongus cod. vaticanę Bibliothecæ atq; Medicę vetustus alter. Tellure quidem casu septimo legũt. Sed Romanus & antiqui plerię alij, telluri, acquirendi casu. Arusianus tamen in exẽplum, quod defigo illa re ablatiuo casu dicatur eleganter, locum hinc citat, quippe dictũ a Virgilio, defigũt tellure hastas. ¶ Turres & tecta domorum.) In antiqs aliquot exẽplaribus, ac tecta habet. In aliquot, & parum quidem hoc, sed eruditis ingenijs nõ ingratum. ¶ Alij portis sublimib⁹ astãt.) In Ro. cod. & aliquot alijs instant habetur, Sed longe plures. Adstãt, vel astant habent.

At Iuno ex summo, qui nunc Albanus habetur:
Tũ neq; nomen erat, neq; honos, aut gloria monti:
Prospiciens tumulo, campum spectabat, & ambas
Laurentum Troumq; acies, vrbemq; Latini.
Extemplo Turni sic est affata sororem
Diua deam: stagnis quæ, fluminibusq; sonoris
Pręsidet, hunc illi rex ętheris altus honorem
Iuppiter, erepta pro virginitate sacrauit.
Nympha decus fluuiorũ, aio gratissima nostro IV.
Scis vt te cunctis vnam, quęcunq; Latinę
Magnanimi Iouis ingratum ascendere cubile:
Pretulerim: cęliq; libens in parte locarim.
Disce tuum, ne me incuses, Iuturna dolorem.
Qua visa est fortuna pati: Parcęq; sinebant
Cedere res Latio: Turnum, & tua mœnia texi,
Nunc iuuenem imparibus video concurrere fatis:

SERVIVS.

¶ Diua dea.) Aut Hypallage est, pro dea diuam. Nã deos, ęternos dicimus: Diuos vero q ex hominib⁹ fiunt. Aut bene dixit de Iunone diuam, respiciẽs ęthymologiã. Nã i Horatio legim⁹, Sub diuo moreris victima nihil miserãtis Orci.i. sub aere, quẽ constat esse Iunonẽ. Deus autem vel dea, generale est oibus. Nã quod Græce δέος, Latine timor vocatur. Inde deus dictus est qđ omnis religio sit timori. ¶ Stagnis quę fluminibusq; sonoris pſidet.) Iuturna, fons est i Italia saluberrimus iuxta Numicũ fluuium, cui nomẽ a iuuando est inditum. Cũ.n. naturaliter oĩs aqua noxia fit extraneoꝝ corporibus, hic omnibus saluberrim⁹ fons est, de hoc autẽ fonte Romã ad oĩa sacrificia aqua afferri consuerat. ¶ Nympha dec⁹ fluuiorum.) Sic supra, Nymphę genus amnib⁹, vñ est, Animo gratissima nostro. Homerus, ἐμῷ κεχαρισμένε θυμῷ. ¶ Cunctis prętulerim.) liptotes figura ꝑ cõtrarium. plus enim dicit, & minus significat, nãq; alias oẽs est ꝓsecuta: huic vero libenter indulsit. Et dicit se hãc oibus prætulisse: quasi ẽt alias i honore habuerit. Tale est & illud Sallustianum, Mare ponticum dulcius q̃ cæteris: cum nullũ dulce sit. Sane sciendũ nõ immerito finxisse Virgiliũ, Nymphę, id est parti suę indulsisse Iunonẽ. ¶ Ingratũ cubile.) Quod gratiam castę nõ præsentat vxori Iuppiter. Nam cum Iuppiter multas vitiasse diceret, nihil tamẽ a Iunone de Iuturna detractũ est, sed potius auctũ est. Animaduertendum autẽ versum hunc sine cęsura esse. Nã Hephthemimeris, quã habet credi, tur, in Synalœpham cadit: vt, Magnanimi Iouis ingratum ascendere cubile. Terentianus de hoc, Rarum cõcedam, fieri nõ posse negabo. ¶ Cœli i parte.) In parte diuinitatis, nam locum numinũ pro honore posuit. ¶ Qua visa est fortuna pati.) Quaten⁹, inquantum permisit. & sic ait, Qua visa est, vt supra, Coeant in fœdera dextrę, Qua datur. Sane latenter ostendit fauorem numinum sine concessione fatorũ non posse procedere. ¶ Cedere res latio.) Feliciter cuncta procedere. ¶ Video concurrere.) Pro concursurũ esse. licet, quasi dea, bene pręsenti vsa sit tempore, quę etiam futura cernebat. ¶ Nõ pugnam aspicere hanc oculis. Quoniã numina quoties morituros viderint eos, quibus fauent, ab his recedunt. Sic Statius Apollinẽ inducit Amphiaraum deserentem, vbi eum vicinum eẽ morti cognouit. ¶ Pręsentius audet.) Efficacius, vehementius. nam decet germanam illicita etiã pro fratris salute tẽtare. ¶ Forsan miseros meliora sequentur.) Forte possit fatorũ ordo mutari. ¶ Terque quaterq; manu pectus percussit honestũ.) Quia solã doloris audierat causam, nihil quẽadmodũ fratri posset mederi, nã paulo post audiet, Aut tu bella cie, conceptumq; excute fœdus. ¶ Nõ lachrymis hoc tempus, ait, Saturnia.) Non flẽdi, sed subueniendi tẽpus est. Statius, In matrum cõsolatione accensos flebitis ignes. ¶ Conceptumq; excute fœdus.) Placitum animo, prędestinatum vt fiat. ¶ Author ego audendi.) Noia in tor exeuntia, fœminina ex se faciunt, quę in trix terminantur, si tamen a verbo veniãt, vt ab eo quod est lego, & lector, & lectrix facit: doceo, doctor, & doctrix. Si autem a verbo nõ venerint cõia sunt, nam similiter masculina & fœminina in tor exeunt, vt hic & hęc senator, hic & hęc balneator, licet Petronius vsurpauerit, balneatricem dicens. Tale est vt hic & hæc author: sed tunc cum ab authoritate descendit, vt hoc loco. Cum autem venit ab eo quod est augeo, & auctor & auctrix facit, vt dicas auctor diuitiarum, vel auctrix patrimonij. ¶ Reliquit incertam.) Quia licet dederit ei consilium, dicendo tamen forsan, eam reliquit incertam.

Parcarumq; dies, & vis inimica propinquat.
Nõ pugnã aspicere hãc oculis, nõ fędera possum.
Tu pro germano, siquid pręsentius audes,
Perge: decet forsan: miseros meliora sequentur.
Vix ea: cũ lachrymas oculis Iuturna ꝓfudit: PO.
Terq;, quaterq; manu pectus percussit honestum.
Nõ lachrymis hoc tps, ait Saturnia Iuno: IVN.
Accelera: & fratrem, si quis modus, eripe morti.
Aut tu bella cie, conceptumq; excute fędus:
Author ego audendi. sic exhortata reliquit
Incertam, & tristi turbatam vulnere mentis.

DONATVS.

¶ At Iuno ex summo.) Iuno e summo tumulo montis, qui tunc nec honorẽ habuit, nec nomen, aut aliquam gloriã, nũc vero ex nomine Albę Albanus dicit, aspectabat partes, & ipsam Latini ciuitatem, aspectabat ad oĩa pertinet, vt sit, aspectabat campum, aspectabat acies vtriusq; partis, aspectabat Latini vrbem. ¶ Extemplo Turni sic est af. sor.) Diua, deã varie dicere voluit, certũ hoc est diua, ꝙ est dea: dicẽdo stagnis & fluminibus sonoris, & stagni naturam breuiter scripsit, & fluminum. Stagna quippe nõ sonãt, qa stant, & flumina ideo sonant, qa semper currunt, & præcipitata sonitũ mittunt: sonoris ergo non stagnis & fluminib⁹ accipiẽdum est, sed fluminibus solis. Cum igitur dispositiones partiũ & cuncta, quę gerebantur, de summo ꝓspiceret Iuno, quia sciebat imparem Turnum, metuens ne ipsius morte ipsa quoq; cũ suis conatibus caderet, adhibuit in Turnũ, ꝙ ipsa quoq; eẽt dea, Turni germana, perindeq; quę mandata implere deberet, & posset. ¶ Hunc illi rex ęthe. al. ho.) Quia verisimile esse nõ poterat alterũ ex germanis fratribus esse mortalem, alteram vero deam esse potuisse: dicta est causa, quæ Iuturnã ex mortali fecerat deam: & ipsa turpis: nã acquisitum honoris meritũ summi dedecoris fuit: in quo & dantẽ & accipientem poeta pariter notat, dicens hunc honorẽ veris dijs conuenientem, illi impudicę.s. & tanto dedecori obnoxiæ, rex ætheris altus, apud quẽ honestas omnis & castitas esse debuerat, vtpote, qui esset cœli rector, & syderũ pro mercede illiciti stupri & flagitiosæ libidinis pręmio sacrauit, & dedit. Hæc obtrectatio eo pertinet, vt Turnus ex sorore tali maculã potius haberet, q̃ aliquã dignitatem. ¶ Nympha decus fluuiorum.) Simulata dictio & non ex animo sed ex tẽporis necessitate composita. qñ.n. fieri põt, vt vxor pellicẽ libẽter cõpellat, aut amet? Procedebãt tñ ista veluti blãdo ex aĩo, nõ vt aliqs iter duas pur⁹ mõstraret effectus, sed vt excogitata per Iunonis dolum in Turno perficeret. Nympha, inde cœpit beneuolã facere, vnde potuit esse suspecta, ne cõtra volũtatem Iuno habere videret, ꝙ eam stupri merito cõsecrauerat Iuppiter, addidit decus fluuiorum i eo exꝑmens, quid sit nympha: quasi ꝑ quã meliorẽ gratiam habeant flumina aĩo gratissima nostro, quæ suplatiuo vsa est gradu ostendit se amare & alias, sed plus istã, & hoc tamen subtilitate cõposuit, vt cętera. Tunc eni, ꝙ amaretur Iuturna, poterat credere, si illa diceret ex suis esse, vt omnes liceret pellices, in eo tamen istã potioris esse meriti, ꝙ animo eius vehementissime placuisset scis, vt te cũctis vnã quæcunq; Latinæ Magnanimi Iouis ingratũ ascẽdere cubile Prætulerim, cœliq; libens in parte locarim, iste sensus ordinat sic, scis, vt te cunctis vnam prætulerim cunctis, quæcunq; Latinæ magnanimi Iouis ingratũ ascendere cubile, cœliq; libens in parte locarim, ꝓbationis loco posuit, scis, vt ex eo confirmari posset, quantum eã plus amaret q̃ alias, plus faciẽs vt suorum præstitorum ipsam adhibeat testẽ. scis, inquit, quasi diceret, cessat, probatio assertiõis meę, quãdo, quæ dico, bene tibi sunt cognita, quemadmodũ te dilexerim semper, & pręculerim ceteris, quas Italia genuit, quasq; tecum nosti ilicitos cum Ioue habuisse concubitus, in tãtũ, vt tibi in regionibus cęli libẽs fecerim partem. Ecce vt se melius commendaret Iuturnę rerum affectus attendens suum esse mentitur, ꝙ volente Ioue cœli ꝓsortium Iuturna cõmeruit: addidit ẽt se id libenter fecisse. multa eni ab inuitis fiunt aliqua necessitate cogente, nõ vacat, quod Iuno suũ esse cõfingit, quod Iuturna in cœlo eẽ commeruit, aut ꝙ pellicem perosam simulat nõ habere. In eo quippe subtilis comminatio demõstrata est. posset.n. offensa tollere, quod dissimulando cõtempserat, duas igitur necessitates habuit Iuturna, qb⁹ facere cogebat, quod Iuno cupiebat. vnam, quia pro fratre, alterã qa nec perosa fuit: & magis putabat diligi se ab ea, quę poterat odisse vehemẽter. Interea vidẽdum est ne nos assertionis diuersitas turbet. supra.n. dixit, hunc illi rex ętheris altus honorẽ Iuppiter pro virginitate sacrauit, sequẽti vero loco ait ex ꝑsona Iunonis, scis vt te cunctis vnã quęcunq; Latinæ Magnanimi Iouis ingratum ascẽdere cubile, Pręculerim, cęliq; libens i parte locarim poeta ex persona sua dixit, quod fuerat verum, Iouẽ pro stupri mercede consecrasse Iuturnam, qñ autem ad personam Iunonis ventum est, inductum est mendacium propter affectus, quos cupiebat impleri. nõ.n. illa Iuturnã vere diligebat, aut fratrem, sed agebat cãm suã, ne in aduerso euentu certaminis Turni, ipa cum suis conatibus caderet: peractis principijs ad ipsam negocij insinuationẽ venit, in qua & quid ageretur, & qđ cõueniret fieri, aptius monstrat. ¶ Disce, inquit, tuum, ne me incuses Iuturna do. ¶ Quę agebat negocium suum dissimulata vtilitate, ꝓpria fingit totum causa fieri Turni, & Iuturnę: prædico, inqt, fratrem tuum ad summum supplicium esse ventuꝝ, ne cum id factum fuerit, dicas te amore meo iuuari nequisse, ecce addidit etiam hic veluti bñficia sua hoc modo. ¶ Quia visa est fortuna pati.) Nõ enim tegitur, nisi quod nõ põt stare viribus suis, hic quoq; asserit poeta fatalẽ necessitatẽ cuius vis ope superari non posset. ¶ Nunc iuuenẽ imparibus.) Noluit dicere ex aperto Æneã fuisse fortiorẽ dixit, imparibus telis, vt heros Troius magis armoꝝ genere q̃ viribus ꝓprijs esset obtenturus. Addidit diem fatis vltimis debitum, vt qcquid ad Æneæ gloriam ex morte Turni redundare potuisset auferretur ei, & esset magis fatorum, quod fortioris dextra fuerat processuꝝ. ¶ Nõ pugna as. ha. ocu.) Oculi, inqt, mei dura fugiunt, & sæua videre non possunt. Hoc ideo, ne Iuturna diceret, tu auxiliare per te, quia plurimum potes, illa ait, nec tale genus fœderis oculi mei videre possunt, nec tale certamẽ, non placet mihi cõcordia partium, quã tui fratris firmabit interitus, fundit sanguis insontis, & vnius procurabit morte, quod vehemẽter horrem⁹. Finxit hęc cogitari pro Turno, nec sibi aliquid profutuꝝ, si fędera turbarentur, & omne consiliorum cõmodum in Iuturnę partẽ plena argumentatione transfundit, vt illa ꝓ fraterna vtilitate faciens procuraret vtilia, nesciaq; Iunonis studio prouentuꝝ esset quicquid in ea causa labor posset acquirere. Nos ista hęc, quæ licet dicta non sint & tñ apparent, debemus considerata inimicę persona colligere, vt iccirco pugnã ipsam videatur horruisse,

Universidad de Deusto Biblioteca

ne victorem cerneret: quem per infinita tēpora ac innumeros casus non valuit superare, & hoc quoq; vidēdum est, illā ipsam sic de Æneę Turniq; partibus loq, vt pręferat Turnum & Æneā cupiat esse deiectū: nūc, inqt, iuuenem imparibus video concurrere telis, Parcarumq; dies & vis inimica propinquat. Iuuenis est noster, & poterat vincere, si eqs armis contenderet, aut nulla ingrueret maior vis, aut vltima illum fata nō premerent: quāta virtus dicentis: vt quod Æneę est proprium, ex apto id in aliā partē obtrectantis ęmulatione duceret. ¶ Tu pro germano.) Si pro fratris salute inuentiones profuturas extendas, nō poteris rephēdi quapropter perge, hoc est incipe prouidere, qd prosit: vt ei⁹ mortē penitus repellas aut differas, hoc quoniam potuit dici, quid pderit hęc exhiberi morituro? vltro addidit. ¶ Forsan miseros me. seq.) In desperatiōe, inquit, vltima magis debet quæri quod prosit, nec deferendus est auxiliandi labor, fortassis. n. mutabitur in melius fortuna, dum sequit, & erit felix, qui fuerat miser, vt i integrum redditus aliqd boni, quod non sperat, inueniat. Huic loco etiā sententia illa consentit, multos alterna reuisens Lusit, & in solido rursus fortuna locauit. ¶ Vix ea cum lachrymas.) Pulchra ratio dictionis, vt ante Iuturnā diceret lachrymas effudisse, & cōtudisse pectus, & crines dissipasse, q̄ Iuno compleret. sic enim post animum dolētis expressit, vt medium sermonem, quo tristia de fratre cognouerat, lachrymę rumperent. hunc locum, cum pnūciamus, sic debemus distinguere, vt dicam⁹ vix ea, hoc est statim, q ea dicta sunt, & sic sequantur, cętera de lachrymis & verberib⁹ pectoris, hęc cum vidisset Iuno, talia subiunxit. ¶ Non lachrymis hoc tēpus ait.) Cum aliud, inquit, præsens exigat tēpus, & id agatur, ne veniatur ad lachrymas: Prepoſterum est Iuturna, quod plangis, debent hæc nō periclitanti sed mortuo, subueniatur igit tuo fratri, dum viuit, & fiat mature, quod pro illius salute faciēdum est, ne tractatus nostros mala præcipitata præueniant. Cōmodum satis ire obuiam dubijs & eorum cursus obiectu, puisionis abrumpere, totum pōt consiliorum ratio si in suis temporibus agenda iungant. Proinde ne te fraterno dolore cōfusam, puidendi cōsilium deserat, quid tibi curandum sit, paucis aduerte, subtrahēdus est q̄ primum morti, & hic oīs opera consumenda, vt imminens certamen effugiat, aut si istud nulla vi explicare potuerit, trudatur inimicum fœdus e medio, & cōfusæ acies belli furore misceantur, eueniet forsitan aliqd boni, si ab vnius malo in omnes fuerit belli refusa congressio, huic ne faciendi diffidentia cōcurreret, subiecit. ¶ Author ego aud.) Audebis, inqt, oīa hęc me authore & fauore meo cōplebis. ¶ Sic exhortata reliquit inc.) Iuno quidem exhortata est Iuturnā, & abijt. sed illa sic vulneratiōe mentis habuerat, vt integri cōsilij substantiam perdidisset, incertā dixit relictam esse Iuturnam, vt eēt, quod speraret, & quod metueret, non deesset, ne de securitate fieret negligens, aut de desperatione remissior.

ASCENSIVS.

¶ At Iuno ex summo.) Cōmemorat quō Iuno fatoꝝ non ignara videns diē fatalem Turno aduenisse alloquitur Iuturnam sororem Turni: & nympham: admonens vt fœdus quauis ratione disturbent, qa si per fœdus Turnus cum Ænea congrediatur occidendus sit. Recitatq; Iuturnę respōsionem. Vnde Dona. Animo gratissima nostro: simulata verba pro tempore. nam pellex nunquam placet vxori. Hoc tm̄ ille. ¶ Ordo autem est. At. i. sed, Iuno prospiciens ex summo tumulo qui habetur. s. nuncupatus nunc. i. tempore nostro (inquit poeta) Alban⁹, sed neq; nomē neq; honos neq; gloria erat tūc mōti spectabat cāpum, & ambas acies. s. Laurentum & Troum. & vrbē Latini, & affata est extēplo. i. ilico sororē Turni. s. Iuturnam, sic. i. in hæc verba affata est inquā existens diua. i. dij. s. aeris domina, deā. s. nympham quę pręsidet stagnis & fluminibus sonoris. i. quę est præses fontis pręstātissimi. Iuppiter altus rex ętheris sacrauit illi hunc honorē. s. vt nympha sit pro virginitate erepta. i. reponens eum p vitio illato affata est inquam sic, o nympha decus fluuioꝝ gratissima nostro aio, tu scis, vt. i. qualiter ego prætulerim te vnā. i. solam cunctis. s. pellicibus Latinis: quæcunq; Latinę ascendere. i. ascēderunt ingratū. i. eis minime profuturū cubile Iouis magnanimi, & vt ego locarim. i. locauerim libens te i parte cœli. i. donaueri te cęlo disce o Iuturna tuum dolorem quasi dicat res tua potius q̄ mea agit ne incuses. i. culpes me q nō tibi significauerim, ego texi. i. protexi Turnū & tua mœnia. i. vrbē tibi gratā: sup. eatenus qua. i. quatenus fortuna est visa pati, & id fm Epicurū, & parcę. i. deæ fatales, hoc est fata ipsa & id stoice sinebant res cedere. i. feliciter, pcedere latio. i. populo Latino, nūc autē video iuuenem. s. Turnum concurrere. s. cū Ænea fatis imparibus. i. Æneę plusq; ipsi fauentib⁹, & dies parcaꝝ. i. periodus vitę a parcis constituta, & vis. i. fatalis necessitas inimica. s. Turno cui mortem minatur, ppinquat. i. instat. Ego nō possum aspicere oculis hanc pugnā: nec possum aspicere oculis, fœdera. s. hęc, tu si audes qd. i. aliqd presentius. i. dexterius, & faustius pro germano. i. fratre tuo perge. i. pseuera, & p age id, quia decet, forsan meliora sequent miseros. i. bello bis iā victor, Iuno sup. vix. s. fata est ea. s. quę pmissa sunt cum Iuturna profudit. i. porro fudit: lachrymas oculis. s. suis, & percussit ter, & quater. i. plummate & perfecte, pectus honestum. i. pulchrum, & Iuno Saturnia. i. Saturni filia ait hoc tēpus non. s. cōgruit lachrymis, accelera. i. festina & eripe fratrem. s. Turnū morti. i. a morte, siquis modus eripiendi, supp. est reliquus aut tu cie. i. concita bella, & excute. i. rejce abs te fędus cōceptum. ego. s. quę diuum incedo regina Iouisq; & soror & coniux sup. ero, aut eē volo author audendi. Iuno exhortata, id est multum hortata Iuturnā: reliquit. s. Iutur. incertam, scilicet quid agat & turbatam tristi vulnere mentis.

PIERIVS.

¶ Tum neq; no. e. nec ho. aut gloria modo.) In Oblōg. Vaticanę Bibliothe. Nec honos nec gloria. In Roma. Neq; gloria, in vulgatis. Neq; honos neq; gloria. In antiquo Med. & quibusdam alijs. Nec honos aut gloria, q̄ lectio modo recipi cępta est, plurimum vero, tunc, per, c, finalē scriptum inuenias. ¶ Prospiciens tumulo campum spectabat.) In codi. aliquot anti. legere est, adspectabat. In aliquot alijs eiusdem figurę, aspectabat, qd præcipue notatum est in Donati commentarijs hoc pacto. Aspectabat ad omnia ptinet, vt sit, aspectabat cāpum, aspectabat acies vtriusq; partis, aspectabat & Latini vrbem. ¶ Nympha decus fluuiorum aio gratissima nostro.) In Ro. codi. & aliquot alijs manu scriptis charissima, habetur, pleraq; tn̄ vetera exemplaria, gratissima, legunt. idque mauult Ser. & ita ex Homero legēdum autumat, & in Donati cōmentarijs gratissima legit. ¶ Disce tuū, ne me incuses.) In aliquot antiquis exemplaribus, nec me incuses, legitur, vt occurrat obiectioni quæ esse poterat, cur non præcauisti quæ Iouis es & soror & coniux? Noli ait me incusare, quę nihil prętermisi, quod pro Turni & Latinoꝝ tutela fieri potuerit, enumerando quę fecerit. Donatus tn̄, ne me, agnoscit, quod in bona veteꝝ codicum parte etiam legas. ¶ Qua visa est fortuna pati.) Arusianus messus in lib. de Virgilianis elocutionibus hoc loco agnoscit, quoad, exponitque quoad, pro donec, Sane Seruio, quā placere vt, si modo codex incorruptus est, Arusiani vero lectio per syngresin erit, figuram in Virgiliano carmine frequētissimam. Probus Valerius tamen, quod hic monosyllabum mauult, nempe κατὰ κρᾶσιν ex. Quo ad cadit vero sub idem examen Terentianus locus, Munus nostrum ornato verbis quoad poteris. Nam eo quoq; loco. Qd poteris a Terentio scriptum volunt, vt alibi in adelphis. Illā qd potes consolere. Sed in anti. cod. loco hoc. Quam potes scriptum inueni. Tn̄ Hellenius Acron, quod agnoscit, authore Carisio, pe inquantū poteris. ¶ Vix ea cum lachrymas oc. iu. pro.) In cod. aliquot anti. tū lachrymas, legitur, quod procedere videtur ad Ti. Donati sententiam, q distinguēdum ait, vix ea, hoc est statim qd ea dicta sunt, & sic sequantur cętera de lachrymis. ¶ Aut tu bella cie.) In anti. aliquot legere est, at tu, bella cie. Te enim decet hoc p salute fratris facere, minusq; obnoxium erit reprehēsioni. ¶ Author ego audendi.) Inualuit ętate nostra mos, vt author, per th, scribatur, quod nonnullis persuasum fuit nomen id παρὰ τὸ αὐθεντῶ deduci, quorum opinioni veterum grammaticorum sententia refragari videtur, Nam apud Valerium Probum ita legas. Auctor a verbo augeo fœminino significato auctrix facit. Si nō venit a verbo eo, sed significat principem, etiam fœminino genere auctor facit. Sicut Virgilius ex persona Iunonis. Auctor ego audendi. Princeps, non quæ augeam atq; alibi, in arte de hoc ipo loco ita disputat. Quærit quare Virgilius de Iunone auctor ego audendi, & nō auctrix pronunciauerit, hac de causa, quoniam q̄ cunq; nomina a verbis anomalis venire intelligunt, hæc autem deficiunt, aut certe anomale pronunciant, Hinc quom & hoc nomen a verbo anomalo oriri reperiat, id est ab audeo, facit enim specie perfecta ausus sum, & ideo hoc nomen fœmi. generis anomalum facere pronūciatur. Vtrunque vero per. ct. scribit, nō taciturus, siquam in scriptione differentiam agnouisset. Carisius quoq; qui ineptissimum putat Latino nomini Græcum etymū dare, nulla de medijs consonantibus mentione facta, victor ingt, institor, & Tutor ac similia pro communibus accipienda, Auctor siquidem propterea dicitur, quod augere generauit, Auctricem dicemus, quod pariter augere possit, cum vero ad auctoritatem referatur pro communi accipiendum. Neque desunt

sunt qui cū vtriusq; noīs etymon Latinū agnoscant, ita tn̄ distinguant, vt auctor ab augeo per, ct, notetur, ab audeo vero autor absq; c, quasi, d, litera in, T, sibi cognatā tantum transeat. Vetera vero omnia exemplaria, quę vidimus auctor vtroq; significato p, ct, notatū ostēdunt. Nihil vero hic moror notas quasdam antiquarū inscriptionū Valerio Probo adscriptas, tā eorū qui trāscripserunt, q̄ impressoꝝ negligentia corruptas, atq; ēt eorū qui manū i alienā messem inijcere ausi sunt, multaq; arbitratu suo interpretari, impudētia vitiatas. Cū anteacta sęcula. Auctor, & auctoritas, p, ct, scripsisse tot veterū, quę passim extant monumenta declarent, cuiusmodi aliqua retulisse nō videatur importunū, ea vero in primis occurrunt q̄ omnibus maxime sunt i prōptu, tabula ænea in basilica lateraneñ, in qua verba hęc ita notata legūtur. VTIQ. CVM EX VOLVNTATE AVCTORITATEVE IVSSV MANDATVVE EIVS, & quę sequunt. Alibi vero in eo monumēto, quod proximis diebus aduectum est ex ponte Aurelio. EX AVCTORITATE IMP. CÆS. DIVI NERVAE FILII NERVAE TRAIANI AVG. GERMANICI. Cum vero & hæc & hmōi pleraq; peruestigarē, vir bene literatus Mariangelus accursius aqlianus, opportune mihi in hortis Columnēsiū ad. DD. Apostolos hanc inscriptionē in vetusto lapide notatā ostēdit. EX AVCTORITATE TVRCIA PRONIANI. V. C. PRÆFECTI VRBIS. RATIO DOCVIT VTILITATE SVADENTE CONSVETVDINE MICANDI SVMMOTA. Et quæ sequuntur, nunc minime ad commemorādum necessaria. Vbi vero Iulij. ij. Pont. Max. ptorij, quod, ad diui Blasij instituerat, fundaméta magnifico apparatu iecit. Ant. Lęsius ciuis meus antiquā idicauit inscriptionē in ipsa Tyberis ripa pulchris characteribus ita notatā. EX AVCTORITATE IMPE. CAES. VESPASIANI AVG. P. M. TRIB. POT. IIII. IMPE. X. P. P. COS. IIII. V. Censor, Caius Calpetanus, Rancius Quirinalis Valerius Cestus, cura tort. ripar. aluei. Tyberis terminauer. Et quę ide notę pūctis intercepte sunt, Quo vero maiorem Lælio gratiam debeo nō grauatus est vir ingenij & eruditiōis elegātissimę, podagra ēt eū miserabiliter affligēte ad recēter erutū lapidē visendū me deducere. In quo qdem illud me maxime solicitū habuit, quod verba quæ dictionē terminauer. sequebant ita detrita, manca, curtaq; erant. vt qd nā sibi vellent, nihil quicq̄ certo elicere possem. Notarū tamē ductibus obseruatis, ita scriptū existimaui, licet alij aliter excerpserint.

R. R. PROX. CIPP. PED. XXIIII.

Cuiusmodi inscriptionē alteram alibi egomet ab artificum iniuria vndicaui, monumentum quippe in fossa, quā Iulius, II. circum molē Adriani ducere inceptauerat, cum ego molem ipsam inhabitarem, effossum est in hæc verba modumq;.

IMPE. CAESAR DIVI. F. AVGVSTVS PONTIFEX MAXIMVS TRIBVNIC. POTEST. XVII. EX. S. C. TERMINAVIT R. R. PROX. CIPP PED. XIIIS.

Quia vero multos fore puto, q vel anxie quæsituri sint, qd in huiusmodi monumentis sibi velint primę notæ illæ pūctis dissitæ. R. R. prox. cipp. ped. Nō ab re me facturū existimo, si hac quoq; in parte studiosorū, qua fieri potest curiositatem iuuero. Sūt qui Romanæ Ripę proximū cippum pedes, interpretētur. Sed in ijs quæ sub nomine Valerij Probi publicatę sunt, notatū interpretationibus, expositū vidi, Ruderibus recolligendis. T. Phædrus, cū Horatij poeticen interpretaret eo luco. Seu cursum mutauit iniquum frugib⁹ amnis doctus iter melius. Vbi ad id adlusit Horatius. Quod Aug. Tyberim, vt apud Suetoniū est cōpletum olim ruderibus, & ædificiorum prolapsionibus coarctatū laxauerit, ac repurgauerit. In Cipporū inscriptionibus, vltra quos cautum esset, ne qd inde aggeraretur Is ruderib⁹ Reiectis, duo illa. R. R. interpretabat, & nunc demum ita Valerius emendari cœptus. Sed vt ad nomē, de quo quęstio erat, reuertamur, ex ijs quas recitauimus grāmaticorum veterum ac diligētissimorum sententijs, ac eruditi sæculi, & tot ætatū vsu, auctor, Latinam locutionem Valerio. Probo. Flauio Sosipatro Carisio, & alijs agnitā, per, ct, scribēdum docti vniuscuiusq; iudicio adstipulante censuerim.

Interea reges, ingenti mole Latinus POE.
Quadriiugo vehitur curru: cui tempora circum
Aurati bis sex radij fulgentia cingunt,
Solis aui specimen: bigis it Turnus in albis,
Bina manu lato crispans hastilia ferro.
Hinc pater Æneas Romanę stirpis origo,
Sydereo flagrans clypeo, & cęlestibus armis,
Et iuxta Ascanius, magnæ spes altera Romę,
Procedunt castris: puraq; in veste sacerdos
Setigerę fœtum suis, intonsamq; bidentem
Attulit: admouitq; pecus flagrantibus aris.
Illi ad surgentem conuersi lumina solem,
Dant fruges manibus salsas: & tempora ferro
Summa notant pecudum: paterisq; altaria libant,
Tum plus Aeneas stricto sic ense precatur.
Esto nūc sol testis, & hęc mihi terra precanti, ÆN.
Quam propter tantos potui perferre labores:
Et pater omnipotens, & tu Saturnia Iuno
Iam melior, iam diua precor, tuq; inclyte Mauors,
Cuncta tuo qui bella pater sub numine torques:
Fontesq; fluuiosq; voco, quęq; ætheris alti
Relligio, & quę cœruleo sunt numina ponto:
Cesserit Ausonio si fors victoria Turno:
Conuenit Euandri victos discedere ad vrbem:
Cedet Iulus agris: nec post arma vlla rebelles
Aeneadę referent: ferrove hęc regna lacessent.
Sin nostrum annuerit nobis victoria Martem:
Vt potius reor: & potius dij numine firment:
Non ego, nec Teucris Italos parere iubebo,
Nec mihi regna peto: paribus se legibus ambę
Inuictæ gentes, ęterna in fœdera mittant.
Sacra, deosq; dabo: socer arma Latinus habeto,

SERVIVS.

¶ Interea reges.) Lōgum Hyperbaton, nā ordo est, Interea reges pcedunt castris. cætera enim per parenthesim dicta sunt: nec est Eclipsis cū sermo in oibus cōgruat. ¶ Ingenti mole. Pompa, habitu.) nam modo hoc significat. ¶ Solis aui specimē.) Vt ēt i septimo diximus, Latin⁹ fm Hesiodū in ἀσπιδοποιΐᾳ, Vlyssis & Circes filius fuit, quā multi etiā Maricam dicūt, secundū quē nunc dicit, Solis aui specimē. Nā Circe, Solis est filia. Sane sciēdū Virgiliū i varietate historię, sua ēt dicta variare. Sed de Vlysse, vt etiam supra diximus, tēporū nos ratio credere nō sinit. ¶ Bigis it Turnus.) Quoties vtimur nominibus tn̄ pluralis numeri, & vnum volumus significare, ita dicimus, vnas bigas, vnas quadrigas, vnas scalas. Sallustius, His postquam in vna mœnia pueneř. ¶ Romanę stirpis origo) Hoc ad laudē Augusti respicit. ¶ Magnæ spes altera Romę.) Male quidam Magna legunt. ¶ Puraq; in veste sacerdos.) Impolluta & pura dicitur vestis, qua festis dieb⁹ vti cōsueuerāt sacra celebraturi. ¶ Setigeri fœtum suis.) More Romano: vt, Cęsa iungebant fœdera porca. nam Homerus aliud genus sacrificij commemorauit, dicens.
κήρυκες δ' ἄρα ἄσυ θεῶν φέρον ὅρκια πιστά
ἄρνε δύω, καὶ οἶνον ἐύφρονα καρπὸν ἀρούρης
ἀσκῷ ἐν αἰγείῳ. φέρε δὲ κρατῆρα φαεινὸν
κῆρυξ Ἰδαῖος ἠδὲ χρύσεια κύπελλα.

Non pręter rationē est quod ait Fœtum suis. Item, Intonsamq; bidētem, Id est breuem adhuc. Nā in rebus quas volebant finiri celerius: senilib⁹ ēt decrescentibus aialibus sacrificabāt, i rebus vero quas augeri & firmari volebāt, de minoribus & adhuc crescētibus sacrificabāt. ¶ Dat fruges manib⁹ salsas.) Far & sal, qbus reb⁹ & cultri aspergebant & victimę. Erant autem pbationes vtrum esset animal aptū sacrificio. Obliquum etiā cultrum a frōte vsq; ad caudam ante immolationē ducere cōsueuerāt. Nā hoc est quod dicit, Et tempora ferro Summa notant pecudum. ¶ Esto nūc sol testis.) Bene primū inuocat deum, quē orientē intuēs vidit. Nam ait, Illi assurgentē conuersi ad lumina solē. Esto autem multi volunt tertiā eē personā, id est sit mihi Sol testis: qa sequitur, Et hęc terra: vt elocutionem factam p nominatiuum itelligamus. Sed hoc non procedit, qa sequentia vocatiuum habēt, vt, Et tu Saturnia Iuno. Item, Tuq; inclyte Mauors. Vnde p vocatiuum eū omnia dixisse intelligamus: in hoc vero tantū ad nominatiuum fecisse transi-

Universidad de Deusto Biblioteca

Imperium solenne socer: mihi menia Teucri
Constituent: vrbiq; dabit Lauinia nomen.

tum. ¶ Et hęc mihi terra pcanti.) Licet etiam hic posset esse vocatiuus. nam δεικτικῶς est dictũ, Hec terra esto mihi testis: ac si diceret, o Italica terra testis esto. Et huic est Homeri simile iuramentum.

ζεῦ πάτερ ἴδηθεν μεδέων κύδιστε, μέγιστε,
ἠέλιος θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις,
καὶ ποταμοὶ καὶ γαῖα, καὶ οἳ ὑπένερθε καμόντας
ἀνθρώπους τίνυσθον, ὅτις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ,
ὑμεῖς μάρτυροι ἔστε, φυλάσσετε δ' ὅρκια πιστά.

¶ Quam propter.) Propter habet accentũ, quia est postposita pȩpositio, vt Græci περὶ βασιλῆος, contra dicatur βασιλῆος πέρι. ¶ Iam melior, iam diua precor.) Ac si diceret, Non Saturnia, id est iam minime nocens, sed Troianis propria. ¶ Torques.) Sustines, regis. ¶ Quęq; ętheris alti Relligio.) Post specialia intulit generalitatẽ. ¶ Cesserit Ausonio si fors.) Si forte: & bene dubitat de hoc. Contra cum ad suum peruenerit nomen dicet, Vt potius reor, & potius dij numine firmẽt. Sane rõne nõ caret q prio de victoria Turni loquit, post descendit ad suam. scit enim in augurijs pma posterioribus cedere. ¶ Rebelles.) Homo rebellis dicit: res ipsa, rebellio, nõ rebellatio: sic Suetoni⁹. ¶ Annuerit nobis victoria Martẽ.) Hypallage: pro Si noster Mars annuerit victoriam: nam Martem victoria comitatur. ¶ Inuictę.) Quasi in vitæ. Et bene sibi cõciliat populum, nam sine dubio vna cum rege vincetur. ¶ Sacra deosq; dabo.) Magna fuit apud maiores sacrorũ cura, sicut diximus supra, vnde nunc Æneas id agit, ne pereant, Et re vera constat sacrificia nũc Latinis tradita coluisse Romanos. ¶ Latinus habeto.) Aut antiquus vocatiuus est. Aut Habeto tertia psona est. Sane sciendum quia crebra soceri cõmemoratione sibi fauorem Latini conciliat. Item dicendo, Mihi mœnia Teucri Constituent: popularẽ gratiam captat, quia supra dixerat Drances, Saxaq; subuectare humeris Troiana iuuabit.

DONATVS.

¶ Interea reges.) Hic distinguẽdũ est, ne fiat per numeros vitiũ: de omnibus enim dictum est, qui procedebãt ad confirmationẽ fœderis: sperandum vero: vbi singuli describunt. ¶ Ingenti mole Latinus Quadriiugo vehitur curru.) Nõ quod quatuor iuga haberet, dixit, quadriiugo: sed q quatuor iunctis animalib⁹ diceretur. ¶ Cui tẽpora circum Aurati, &c.) Primo loco Latinus pcessit quadriiugo curru, tempora fulgẽtia cingebat corona, cum duodecim radijs auratis tanto micans fulgore vt nõ ipse sed sol videret exisse. ¶ Bigis it tur. in al. Bina manu.) Qui ad certamẽ exibat, expeditior processit duos habẽs equos & duo hastilia. ¶ Hinc pater Æneas.) Ex alia, inquit, parte Æneas tanta dignitate habitus & incessus, quam habere debuit Romani generis pater, & Romani imperij conditor, flagrabat sydereo clypeo & armis cœlestibus, quasi manibus cœlum portaret, & sydera. ¶ Et iuxta Ascanius.) Quantę istoꝝ felicitatis fuit: ibat conditurus Romanũ imperium, & Romanorũ genus, ibat Ascanius quoq; qui pdita patris fuisset aucturus. ¶ Procedunt castris.) Hęc est causa, propter quam diximus suspendendũ & separandũ: interea reges. hic eni q singulorum regum descriptio separauit, redditur sibi & fecit. ¶ Interea reges.) Explanatur, qui reges. Latinus, inquit, Turnus, Æneas Ascanius, non dum quidem rex Ascanius, sed destinatus ad regnum & patri interim in ipso processu cõiunctus. ¶ Puraq; in veste sa.) Pura, colore albo nec purpurę variata picturis, qui sacrorum ritus scrupulosius intuentur, puram vestem malũt cõtagione omni & criminum macula liberam & immunem. ¶ Setigeri fœtum suis.) Fœtum porci dixit nõ fœtum porcę, patrẽ magis volens nominare q matrem. ¶ Illi ad surgentem.) Descripsit omnia, quę ad sacrorum ritum pertinebant, docuit, quę gerant in huiusmodi sacris, hoc est cum fœdera sanciuntur. ¶ Tunc pius Æneas.) Pium hoc loco non misericordem, vt alibi iuxta parentes religiosum, sed quia sacris intererat, deorum cultorem debemus accipere. ¶ Esto nunc sol testis.) Esto precanti sol testis: esto precanti testis terra: vt esto, bis accipiatur, testis bis, precãtibus, mihi bis, duos testes adhibuit pręsentes, terrã, i qua stabat, & oriẽtem solẽ. ¶ Quam propter tantos po.) In animo habuit præcepta Heleni, quibus dixit, Iunonis magnę primum prece numen adora, Iunoni cane vota libens, dominamq; potẽtẽ Supplicibus supera votis. Ait ergo iam melior, non est melior nisi q primo fuerit bonus, quod dĩ, semper malam Iunonem sensit, nec aliquando habuit bonam, quomodo dixit iam melior? satiatum voluit esse, quod petebat, nec voluit dicere, exhibe te nobis ex mala bonam, sed qualis potes esse, cum iam bona meliorem

te

te ostendere volueris & probare, Iam diua precor, talem te exhibeas peto, qualem esse conuenit deam, vt sit misericors & nulli contraria. Iam, quod dixit, hunc videt habere intellectum, debes iam non esse aduersa, qa tenemus Italiam. ¶ Tuque inclyte mauors.) Nec illũ pretermisit, quem propter præsentem necessitatem debuit habere propitium, & qui omne bellorũ genus haberet in potestate. ¶ Fontesq; fluuiosq; voco.) Visus est q pe bis cũ relicto mari deflexisset ad tyberim, visus etiam cum ad Euãdrum pergeret. ¶ Quęq; ætheris alti Relligio.) Recte interposuit generalitatem, amplexus est quippe in ea omnes religiones, nequã nescius preteriret. Cœli igitur deos terrę ac maris vna deprecatione connexuit: nec omisit aliquẽ, qui omniũ fuit antistes & cultor, incipit iã dicere conditiones fœderis, quas nulli fas esset violare vel soluere. ¶ Cesserit Ausonio.) Posuit primo nõ patrem Turni, sed quod suos seruare cõgrueret, qui enim paria ex acturus fuit de parte diuersa, suam prior debuit suorũq; vincire personam. In eo tamen & suis prouidet, & filio suo, ne post aduersum forsitan certaminis exitũ, aliquid ipsi quoq; paterent aduersi. si, inquit, Turnum secuta prosperitas fuerit, redeãt Arcades ad sua, cedat filius meus istius finibus terrę, neq; vnquã Troiani vllo Italos prouocent bello. ¶ Si nostrum annuerit, &c.) Dedit õs seruandam legem parti aduersę, & se alia suosq; constrinxit. Si vero, ait, me victorẽ certaminis exitus fecerit, quod magis volo & cupio prouenire, atq; numina posco, nolim seruiant Troianis Italis, nec Itali Troiani sint pares sed sint vnanimes, sint vna ac ppetua societate concordes, nec mihi regnum vẽdicabo, qd est soceri, hoc solum Italis imponã, quo lętent & crescant. dabo deos, dabo sacra. Quid tam honestum? quid tam commodum, quam deos noscere & discere venerationem? Adhuc de commodo suo & de fructu victorię nihil dixit, totum regi, totũ ciuibus seruis. Hoc vt credibile fieret, venit ad partes suas. Solã, inquit, palmam & gloriam quero, ceterum manentibus cunctis in suo statu mei mihi ciuitatem condent, nõ trudam quenquã sedib⁹ suis, nec alieni iuris sedes inuadã, ciuitati ipsi nomẽ Lauinia dabit: nullus me victorẽ sentiet, cum oĩs mihi sit causa cum Turno: quam libenter auditus est cum non tantũ in eos non se asperũ futurum polliceret, quibus authoribus conflatum est bellũ: verumetiã quos hostes habuit retẽturũ, sed assereret cum Troianis ęquales futuros esse, & in eo monstrauit se beneuolũ sacra illis promittendo, De munus scilicet optandũ cunctis, & venerabiliter excipiẽdum. Deferendo autẽ socero & Latinis quantum sibi fauorem omnium induxit? In eo vero plenam monstrauit reuerentiam, cum illum & patris nomine appellauit & soceri. Habeto, inqt, pater arma, habeto socer imperium. hoc est enim imperare habere mouẽdorum armorum potestatem, cum necessitas fuerit: & pacem Teucri, quam procurauerit labor & fortune suffragium. Sic posuit socer Latinus habeto arma, vt gentis sit magis locutionis quam declinationis interitus. Mihi vero citra laborem ciuium, citra cuiusquam impensas mei mihi constituent vrbem, & hęc Lauiniæ decorabitur nomine.

ASCENSIVS.

¶ Interea reges, &c.) Docet quomodo reges icturi fœdus conuenerant, & primo quibus verbis Æneas vsus est. Vnde quia nihil extat Donati. ¶ Ordo est, Reges. s. Latinus & Æneas procedunt interea castris, nam supp. Latinus vehitur, ingenti mole, curru quadriiugo, id est quaternis equis tracto, cui. s. Latino bis sex, id est. xij. radij aurati, id est fulgentes vt aurum circuncingunt tempora fulgentia, id est resplendentia appositorie, specimen id est decus & ornamentum, solis, aut secundum Hesiodũ qui dixit. Vlyssis & Circes, quæ est filia solis filium, vt id est postquam Turnus crispans manu bina hastilia lato ferro, id est habentia latum ferrum in bigis, id est biiugis equis albis. s. inuectus. Pater Æneas origo stirpis Romanæ. Nam ab eo domus Iulia orta est flagrans, id est ardens, & resplendens clypeo sydereo, aut syderibus ornato, vt more syderum splendẽte. aut diuino artificio fabricato, aut cœlitus hoc est p aerem demisso: vnde addit, & armis cœlestibus, id est cœlo demissis aut cœlestiũ opera factis sup. vehit hinc, idest ex hac parte, & Ascanius spes altera magnę Romę vehitur supple iuxta. s. patrem. Hęc verba magnę spes altera Romę dicitur Cicero protulisse in laudem Virgilii, cũ eius venã auream accepisset quę nunc conuertit in laudem Iuli propter domum Iuliam vt dixi. Ratio tamen temporis videtur refragari cum Cicero prius cæsus fuerit. Hæc autem omnia per parenthesim inserta videtur. Nã Ordo est, Reges, scilicet Latinus & Turnus

& Turnus ex vna parte, & Æneas, & ascanius ex altera pcedunt interea castris, & sacerdos. s. fecialis, attulit in veste pura. i. ipollutã & sacrificijs apta fetum suis setigeri. i. porcum procreatũ a sue setigero, i. setas gerenti, & bidentẽ intõsam. i. ouem biennem adhuc crescentẽ vt fœdus diu duret, & admouit pecus. s. quod ferire, aris flagrãtibus. i. incẽsis. illi. s. qui fœdus pcussuri sunt reges cõuersi ad lumina solis surgentis. i. ad orientẽ dant manibus fruges salsas. i. molã cum sale, & notant summam. i. suprema tempora. i. vertices pecudũ, ferro. i. forcipe, & libant. i. imbuunt ad futurum sacrificiũ altaria. s. in honorẽ deorum cõmunem extructa, pateris. i. vino e pateris supfuso. Tum. i. deide, Æneas pius. i. religiosus deorũ cultor precat sic vt. s. sequitur ense stricto. i. habẽs ensem strictũ. i. euaginatũ in manu. O sol esto mihi precãti testis & o terra. s. Italica propter quã ego potui per ferre tãtos labores esto mihi precãti testis, & tu o pater omnipotẽs. s. Iuppiter & tu Saturnia. s. Saturni filia, coniux. s. Iouis o diua. s. Iuno iã melior. i. clementior solito pcor. i. quod precor, aut vti precor, & tu o Mauors idest Mars inclyte. i. clare, & gloriose q tenes & qui torques idest sustines, & quo vis ipellis cuncta bella numine, id est nutu & diuina volũtate seu potestate, ego voco. i. iuoco supple vos: vnde aptior esset constructio si legeret & Saturnia teq; inclyte Mauors &c. & voco. s. in testimoniũ, & fontes & fluuios, id est deos fontiũ & fluuiorum, & quęq;. i. quęcunq; religio. i. cultus deorũ est ætheris alti. i. qcunq; dij in ęthere religiose colunt, & numina quę sunt põto cœruleo. i. mari cęrulei coloris. i. obtestor omnia numina cœli, maris, terræ, & inferiorũ, si fors. i. forte victoria cesserit Turno Ausonio cõuenit. i. cõueniẽs est mihi & placet nos discedere ad vrbẽ Euãdri, & Iulus. s. filius cui regnũ Italiæ sciebat deberi, cedet agris, nec Æneadæ rebelles. i. rebellãtes referẽt post vlla arma. i. nunquã deinceps rebellabũt, ve pro vel nõ lacessent ferro. i. armis hæc regna. s. pro qbus certamus quæ sunt Latini. Sin. i. sed si victoria annuerit nobis nostrũ martẽ. i. felicẽ exitum belli nostræ virtuti, & fatis debitum, aut per hypallagen si noster mars annuerit nobis victoriã, vt ego reor potius. s. futurũ, & vt sup. dij firmẽt. i. cõfirmẽt potius numine. i. nutu, & diuina voluntate sua, ego nõ iubebo nec Italos parere. i. obedire Teucris vt dedititios, nec peto mihi regna. i. dominiũ hoc est solus dominari, sed ambę gẽtes inuictæ. i. quasi inuictę sint mittãt se in fędera ęterna. i. indissolubilia: legibus paribus. i. ęqs neutri plusquã alteri indigẽtibus, ego dabo sacra & deos. i. fungar iure põtificio Latinus socer habeto. i. vt habeat cõcedo arma. i. ius armorum qd' ciuile vocamus: & socer habeto imperiũ solenne, idest solidum &

toto

toto anno duraturũ. Teucri constituent mihi mœnia, & Lauinia dabit vrbi nomem.

PIERIVS.

¶ Bigis it Turn⁹ in albis.) Vulgata quędã exemplaria Biiugis legũt. Sed bigis, omnino legẽdũ ex anti. codi. & Seruij interpretatione. Eandẽ lectionẽ Dona. agnoscit, curq; bigis veheret Turn⁹ rõnem adijcit. Qui ad certamen exibat, expeditior pcessit, duos habẽs equos & duo hastilia. Quod vero exẽplaria quędã vetera, In altis legũt minime placet. Quia lõge plura sunt quæ, Albis legunt, id quod dictũ est ad factionis colorem subindicãdum. ¶ Setigeræ foetũ suis.) Vulgata qdẽ exẽplaria plera, Setigerę foemi. gene. legũt. In antiqs quotquot legi, Setigeri, virili gener scriptũ est. Sũt vero ex eruditis qui setigerę magis probẽt. Sed enim Ti. Dona. apte masculinũ agnoscit genus, ait enim foetũ porci dixit non foetũ porcæ, patrem volens magis noĩare q matrẽ. ¶ Illi ad surgentis cõuersi lumina solis.) Exẽplaria pleraq; vulgata, surgẽtis solis, oĩno legũt, casu possessiuo. antiqua vero aĩa quæcũq; habere potui, ita habent, Illi ad surgentẽ conuersi lumina solem. In quo structura cõcinnior, & elocutio figuratior. ¶ Et hæc mihi terra precãti.) In Ro. cod. in Medi. & plerisq; alijs manu scriptis, vocanti, scriptũ. Nempe quod satis erat proximiore versu dixisse, p catur, Sed eni Donatus omnino, præcanti, legit, vt vulgata habẽt exẽplaria. ¶ Et tu Saturnia cõiux.) Romanus quidẽ codex, & quidã alter vaticanę bibliothecę manu scriptus, cõiux, cũ antiquioꝝ impressionũ exẽplaribus legunt. In Oblongo, Põponij læti delitijs, in Mediceo & plerisq; alijs Saturnia Iuno, legit. quod plausibiliter magis acceptum est ab eruditis, qꝫuis, posito Ioue, coniux non indecore additũ videret. Sed Donatus quoq;, Iuno, lectionẽ agnoscit. ¶ Cedet Iulus agris.) Vetera quædã exemplaria, cedat, habẽt. Quædã etiã, cedet ob syncroniã. s. quod sequitur. Referẽt, & lacessent. In Dona. tamẽ Paraphrasi oĩa hęc dicta vident p imperãdi modũ. In Mediceæ bibliothecę antiquo codi. vltima syllaba tota abrasa est & superne. d. &. adscriptũ. Vnde, cedet, priore lectionẽ fuisse conijcias. ¶ Sin nrm annuerit nobis victoria martem.) Antiqua exẽplaria pleraq;, Si nostrũ, legũt, Sed. n. orationis ordo: vt, sin, legatur Exposcit, eaq; lectio In. Mediceo & probatioribus aliquot codicibus. ¶ Et potius dij numine firmẽt.) In vetustissimo quodam exemplari legere est, & propius dij numina brment. In Romano quoq;. numina scriptũ est, Sed, numine vulgata lectio magis recepta. ¶ Æterna in fœdera mittãt.) In Oblongo codi, mittent, est affirmatiuo modo, de futuro, boni ominis causa, & pariter sequitur. Sacra deosq; dabo.

Sic prior Aeneas: sequitur sic deinde Latinus, PO.
Suspiciens cœlum: tenditq; ad sydera dextram.
Hæc eadem Aenea, terrã, mare, sydera iuro, LAT.
Latonæq; genus duplex, Ianumq; bifrontem,
Vimq; deum infernam, & diri sacraria Ditis:
Audiat hęc genitor, qui fœdera fulmine saucit:
Tango aras: mediosq; ignes, & numina testor:
Nulla dies pacem hanc Italis, nec fœdera rumpet,
Quo res cunq; cadet, nec me vis vlla volentem
Auertet: non si tellurem effundat in vndas
Diluuio miscens: cęlum ue in Tartara soluat.
Vt sceptrum hoc (dextra sceptrũ nam forte gerebat)
Nunquam fronde leui fundet virgulta, nec vmbras:
Cum semel in syluis imo de stirpe recisum
Matre caret: posuitq; comas, & brachia ferro,
Olim arbos: nunc artificis manus ære decoro
Inclusit: patribusq; dedit gestare Latinis.
Talibus inter se firmabant fędera dictis PO.
Conspectu in medio procerum: tum rite sacratas
In flammam iugulant pecudes: & viscera viuis
Eripiunt: cumulantq; oneratis lancibus aras.

SERVIVS.

¶ Terrã, mare, sydera iuro.) Ornatior elocutio, & crebra apud maiores, q si velis addere prępositionẽ vt dicas. Iuro p maria, per terras. ¶ Eadẽ aũt hñ dixit, nã p mari, ille fontes posuit, pro syderib⁹ Solẽ. ¶ Latonęq; gen⁹ duplex.) Ac si diceret, vtrũq; sexũ Latonię sobolis. Et bene in fœderib⁹ duplicia inuocat numina, qa in vnũ duo coituri sunt populi. ¶ Ianũq; bifrontẽ.) Rite inuocat q ipse faciẽdis pręest fœderibus. Nãq; post quam Romulus & Titus Tati⁹ in fœdera cõuenerunt, Iano simulachrum duplicis frõtis effectũ est, quasi ad imaginẽ duorũ populorum. Legimus tamen Ianum etiam quadrifrõtem fuisse. Vñ Martialis ait, Et lingua pariter locut⁹ omni. Nã omnis de duobus nõ dicim⁹. ¶ Vim.) Duritiẽ, inexorabilitatẽ. ¶ Sacraria Ditis.) Sacrariũ proprie locus est in tẽplo in quo sacra reponunt: sicut donariũ, est vbi ponunt oblata: sicut lectisternia dicunt, vbi hoies i tẽplo csueuerũt sedere. ¶ Qui fędera fulmine sancit.) Cõfirmat, sancta esse facit: quia cũ fiunt fœdera, si coruscatio fuerit cõfirmatur. vel certe quia apud maiores aræ non incendebantur, sed

ignem

ignem diuinum precibus eliciebant qui incendebant altaria. Sãcire autem proprie est sanctũ aliquid, idest consecratum facere, fuso sanguine hostię: & dictum sanctum, quasi sanguine cõsecratum. ¶ Si tellurem effundit in vndas.) Hypallage, pro, Si vndas effundat i terras. Diluuio miscẽs.) Aquæ superfusione vniuersa perturbans. ¶ Vt sceptrum hoc.) Homeri locus verbum ad verbum.

ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔ ποτε φύλλα καὶ ὄζους
φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν,
οὐδ' ἀναθηλήσει, περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε
φύλλα τε καὶ φλοιόν, νῦν αὖτέ μιν υἷες Ἀχαιῶν
ἐν παλάμῃς φορέουσι δικάσπολοι, οἵ τε θέμιστας
πρὸς Διὸς εἰρύαται, ὁ δέ τοι μέγας ἔσσεται ὅρκος.

¶ Dextra sceptrum nam forte gerebat.) Per parenthesim dictum est. Vt autẽ sceptrũ adhibeat ad fœdera, hæc ratio est, q maiores semp simulachrũ Iouis adhibebant: quod cum tædiosum esset, pcipue quando fiebant fœdera cum lõge positis gentibus, inuentum est vt sceptrum tenentes, quasi imaginem simulachri

redderent

Universidad de Deusto Biblioteca

redderet Iouis. sceptrum enim ipsius Iouis est proprium. Vnde nunc tenet Latinus sceptrum, nõ quasi rex: sed quasi Pater patratus. ¶ Imo de stirpe.) Ideo genere masculino vsus est, qa de arboribus loquit. Nam de hominibus genere fœminino dicimus: vt, Heu stirpẽ inuisam dixit tamẽ, sed vsurpatiue. Horatius de arboribus. vt, Stirpesq; raptas, & pecus & dom⁹ matre caret.) Vel terra: vt, Antiquã exquirite matrem: vel arbore: vt, Parua sub ingenti matris se subijcit vmbra. ¶ Aere decoro.) Id est aurichalco. ¶ Dedit gestare latinis.) vt, Dat ferre. ¶ Talibus iter se firmabãt fœdera dictis.) Latinus & Æneas. Turnum autem nõ inducit iurantem, quia dux est, qui rege presente non habet potestatem. Et imitatus est Homerũ qui post iusiurãdum Menelai, Alexandrum quasi feruidũ & adolescentem inducit exclusum, & Priamum adhibitum ad fœderis confirmationẽ. ¶ Rite sacratas.) Rite expurgatas solennitate, quam diximus supra.

DONATVS.

¶ Sic pater æneas seq.) Iccirco superna aspiciens, cœlum, quia tẽplum in cãpo non fuerat. ¶ Hæc eadem ænea ter.) Vt ostenderet latinus se fidem plenam interpositis pactionibus seruaturum: & ego, inqt, ænea per deos ipsos iuro, per quos ipse iurasti: & elemẽtorũ omnium numina pariter inuoco. ¶ Tãgo aras, med. q; ig.) Nihil enim aliud habuit in psenti nisi aras & ignes, quę contingi manu potuerũt, numina autẽ inuocabat, vt testimonio essent firmantibus fœdera. ¶ Nulla dies pa. hãc ita.) Dicẽdo, quo res cũq; cadent, ostendit se mediũ inter duos, eiq; se seruaturum fidem qui posset alterum superare. ¶ Nec me vis vlla vo. Auertet.) Non me auertet ab istius fœderis fide, nec vis vlla nec voluntas mea, hoc est non mutabo in contrarium sententiam meã, nec si vis ir ruat maior, quę me hoc ipsum velle cõpellat. ¶ Non si tellurem.) Non, inqt, rumpant istam pacem, & exponitquid sit maior, nec si misceat terra cum pelago, aut cœlum ad interos decidat. ¶ Vt sceptrum hoc.) Magnum ipossibile etiam hic posuit, vt enim ferebat sceptrum, ait, quomodo hoc sceptrum, quod mihi regẽdorum latinorũ causa datum est, ex quo a matre abscissum; & nec virgulta iã potest nec frondes emittere, sic ego nõ mutabor nec mouebor a pręsenti fœdere: imo de stirpe recisum, si iungamus, faciemus, stirpẽ genere masculino cõtra ipsius Virgilij sentẽtiã, qui omnibus locis stirpem fęminino protulit genere, Vt stirpis achilleæ fastus: & heu stirpẽ inuisam. & hic quoq; non multo supra hinc pater Æneas romanę stirpis origo. Hunc scrupulũ, qui declinare voluerit, sic pronũciare debet, & sic intelliger, vt quod dictũ est, imo, separetur: vt ab imo abscissum, hoc est ab inferiore arboris parte, & a stirpe. ¶ Talibus inter se.) Cum vero sup dicta cõmunis ac firma voluntas concessisset, fiebat consequenter, quod ptinebat ad sacrificiorum ritum. In flammam fundebatur sanguis animaliũ, & antequam morerẽtur, extrahebantur eorũ viscera, & aris imponebantur.

ASCENSIVS.

¶ Sic prior Æneas.) Recitat verba Latini ad fędus sanciẽdũ quo fere celebrato ceperũt Rutuli timere partibus Turni vt sequẽtia docebũt, hoc aũt loco cũ nihil extet Dona. ¶ Ordo ẽ Æneas por sup. locutus est sic. i. quemadmodũ pręmissum est, Latinus sequitur. deinde sic suspiciẽs. i. sursum aspiciẽs cœlũ, & tẽdit dextrã ad sydera O Ænea iuro hæc eadẽ. s. quæ iurasti terram mare sydera, & Latonæ genus duplex. s. Apollinem & Dianã, hoc est solẽ & lunã, & Ianũ bifrontẽ. i. bicipitẽ & vĩ deũ. i. deoꝝ infernã. i. quæ est apud iferos, & sacraria. i. repositoria sacrorũ, aut loca execrabilia ditis. i. Plutonis: diri. i. imanis & imitis genitor. s. Iuppiter hominum & deorũ pater q sancit. i. sancte constituit & stabiliuit fœdera fulmine. i. punitiõe fulminis si violent, audiat hęc. s. quę dictu rus sum, ego tãgo aras & ignes medios. i. cõsocios & testor numina. s. deorũ, nulla dies. i. nullum tempus rumpet Italis hanc pacẽ nec rũpet hęc fœdera quocunq;. i. in quẽcunq; statum res cadẽt. i. accidẽt, nec vlla vis. i. violẽtia auertet me volentẽ. s. hæc fœdera firma & rata esse nõ. s. auertet vlla vis si. i. tametsi effundat tellurem. i. terrã in vndas miscẽs. i. cõfundẽs ea elemẽta diluuio. i. inũdantia aquarũ omnia diluentium sicut olim, ve pro vel, si. i. tãetsi soluat. i. dissoluat aut resoluat cœlum in tartara, quæ duo maxime distãt. Vt. i. quẽadmodũ hoc sceptrũ (nam gerebat forte sceptrũ dextra) nũquã geret virgulta. i. non amplius pullulabit aut germinabit frõde leui. i. molli & tenera, nec fundet vnq; vmbras cũ recisum semel ĩ syluis de imo stirpe caret mrẽ. s. sua hoc est arbore aut terra, & posuit. i. deposuit comas. i. frõdes, & brachia. i. ramalia ferro. i. cultro, qđ sup. fuit olĩ arbos. i. arbor virẽs, & manus artificis: iclusit nũc sup. ipm ęre decoro. i. aurichalco ipm decorãte & dedit patrib⁹ latinis gestare. i. fecit ipsis gestabile hoc est non prius dissoluet hoc fędus q̃ hoc sceptrũ reuirebit, & frondebit. Reges sup. Æneas, & Latinus firmabant inter se fœdera talib⁹ dictis: in medio conspectu procerum. tum, id est deinde iugulãt. i. mactant in flãmã pecudes sacratas. i. expurgatas rite. i. sm ritũ, & cerimonias sacrificantium, & excipiunt viscera. i. intestina aut exta hoc loco viuis. i. adhuc viuẽtibus, & cumulãt. i. cumulatim opplent aras lancibus oneratis. i. plenis & ponderosis.

PIERIVS.

¶ Vimq; deũ infernã diri sacraria ditis.) In antiquis porro omnibus exemp. scriptum obseruaui, duri, & apud Ser. tale aliqd obserues dum exponit duriciẽ inexorabilẽ, pro vimq; deum infernã. Ditem vero flecti indocilem ait Claudianus, quod ꝯgruit duro. ¶ Tãgo aras mediosq; ignes.) In Ro. co. ĩ Med. & aliquot aliis antiqs legere est, tãgo aras medios ignis, absq; particula copulatiua. Hoc loco Dona. ait. Medios dicit, qa nihil aliud habuit in pręsenti, nisi Aras & Ignes, quę cõtingi manu potuerit. Numina autem inuocabat vt testimonio essent firmantibus fœdera. hęc ille. Qui vero nolunt Virgilium passim fari, ideo medios dictũ aiũt, q ignis iter humanã diuinamq; naturam medius sit: quia materię applicatus ad sublimiora spõte fertur, sedemq; sibi superiori loco debitam affectat. nullumq; ita fit commodius inter nũciũ, qd res nras ad deoꝝ aures & oculos pferre possit. ¶ Celũve ĩ tartara soluat.) In Ro. co. scriptũ ẽ cœlũq;. sed singula hæc disticha Ti. Don. ponit. Pręterea ĩ veteri co. quodã, ĩ tartara vertat, hĩ, qđ fortẽ sumptũ ex paraphrasi. Nã soluat, lõge plura legũt exemplaria. ¶ Cũ semel in syluis imo de stirpe recisum.) Quia Grãmatici solliciti sunt de nois genere q̃runtq; nõnulli. Imo de stirpe, an Ima dicendũ sit. Et respõsum Seruij est fęmi. gene. dici de hoibus, virili vero de arborib⁹ quãuis Hora. Stirpesq; raptas dixerit. Ea mihi visum est apponere q sup hoc Dona. ait. Si iũgamus, ingt is, faciemus Stirpẽ genere Mascu. cõtra ipsius Virgilij sententiã, qui omnibus locis stirpem fęminino ptulit genere. Vt Stirpis Achilleæ fastus, & Heu stirpẽ inuisam, & nõ multo supra, hic Pater Æneas Romanæ stirpis origo. Hũc scrupulũ q declinare voluerit, sic pronunciare debet, & sic itelligere, vt quod dictũ est. Imo, separet. Vt sit ab imo abscissum hoc est ab inferiore arboris parte.

SERVIVS.

¶ Videri & misceri) ifiniti sũt p indicatiuis. ¶ Propi⁹.) Diligẽtius: vt, Propius res aspice nostras. ¶ Nõ viribus equis.) Eos ꝯgressuros subaudis. ¶ Incessu tacito.) Pro ipse tacitus, Hypallage est. ¶ Cui gen⁹ a proauis ingẽs.) Cuius authoritatem commendabat, & origo maiorũ & paterna virtus, & propria fortitudo. ¶ Pro cunctis talibus.) Qualis etiã Turnus est & attẽdit sensum superiorẽ, vbi ait Turnus, & solus ferro crimẽ commune refellam. ¶ An viribus æquis non sumus?) Bene addidit viribus. Nã legimus in Sallustio, Memorare possumus quib⁹ in locis populus Romanus ingentes hostium copias parua manu fuderit. Virg. Exigui numero, sed bello viuida virtus. ¶ En omneis) Ne occurreret, Sed est in castris alter exercitus. ¶ Fatalisq; manus.) Troianorum scilicet qui fataliter ad Italiam venerant, vt sit iteratio. ¶ Etruria autem infensa.) pro Etrusci, qui etiã Turno inimici sunt propter Mezentium. ¶ Deuouet aris.) Quia ait supra. Nobis animam & aram suppliciter venerãs. Item supra. Vobis animam hanc soceroque Latino Deuoui. Nam ipsa iterat verba.

At vero Rutulis impar ea pugna videri
Iandudum: & vario misceri pectora motu.
Tum magis: vt propius cernunt non viribus ęquis:
Adiuuat incessu tacito progressus, & aram
Suppliciter venerans, demisso lumine Turnus,
Pubentesq; genæ, & iuuenili in corpore pallor.
Quem simul ac Iuturna soror crebrescere vidit
Sermonem: & vulgi variare labantia corda:
In medias acies, formam assimulata Camerti,
Cui genus a proauis ingens, clarumq; paternæ
Nomen erat virtutis: & ipse acerrimus armis:
In medias dat sese acies, haud nescia rerum:
Rumoresq; serit varios: ac talia fatur.
Nõ pudet o Rutuli cũctis pro talibus vnã IVT.

¶ Viuusq; per ora ferec.) Tanq̃ de viuo oẽs loquẽtur. ¶ Lenti.) Ociosi: vt, Nos patriã fugimus, tu Tityre lentus in vmbra.

Obiectare animam? numerò ne, an viribus æqui.
Nõ sumus? en omnes, & Troes & Arcades hic sunt,
Fatalisq; manus, infensa Hetruria Turno:
Vix hostem alterni si congrediamur, habemus.
Ille quidem ad superos, quorum se deuouet aris:
Succedet fama: viuusq; per ora feretur:
Nos patria amissa dominis parere superbis
Cogemur: qui nunc lenti consedimus aruis.

DONATVS.

¶ At vero rutulis.) Superat, vt iuraret & turn⁹: sed rutulis conditio ipsa iam cœperat displicere. Multo ante eñi videbãt impar futurum esse certamen, & in eum fuerãt perducti tractatus, vt animorũ diuersis sententijs mouerent: qui esse possent misti pectorum metus, æstimationi legentium poeta commisit, vt plus sentiamus, q̃ potuit dictione cõcludi. ¶ Tum magis, vt pprijs.) Quod suspitionibus rutuli colligebant, cœperant de proximo oculis approbare. ¶ Adiuuat ingressu tacito.) Apparebant in turno signa omnia, quæ ipæris diffidentiam cõprobarent. Primo ingressus eius hoc est, ambulatio tacita, & pgressus, id est ad vlteriora segnior accessus. Ecce his signis colligebatur animi eius corporisq; defectio. Lassos qppe tacitos habuit gressus, dum vix pedem mouebat, & vix reponebat alterũ, vt progrederetur vlterius. Fuit alterum diffidentiæ signum, quod aram venerabatur oculis deiectis ad terram. ¶ Tabentesq; genæ.) Tertium signum tabentium genarum fuit, nã repentina in acie fuerat, deformatus. quartum palloris. qui in iunone esse nõ debuit, si deesset & metus? ¶ Quem simul ac Iuturna soror.) Ecce opportunitas arripiẽdi perficiendiq; consilij. vbi enim vidit iuturna vtiles per populũ in turnum tractatus icrebescere, & nonnullis contraria sentientibus perturbari, quę cõmoda cæteris esse potuissent. ¶ In medias acies.) Ne sententiarum diuersitas & vtranq; partem facilis mobilitas vulgi cõtra turnum conualesceret, vsa est iuturna consilio satis tẽpori necessario. vertit se in camertis formã notæ nobilitatis ab auis & proauis, ac rectro maiorib⁹ ornati, paternis quoq; meritis ac suis necessario potuit, frustra sunt enim ornamenta generis, si ppria vniuscuiusq; defuerint, cum autẽ nõ desunt, tunc vtuntur omni gloria & se inuicẽ mutuo decore perfundunt. Hoc fuit in camerte: & ideo ei⁹ suscepta psona est, vt suadentis sermo & generis authoritatẽ pręferret & suã. si enim ab imbelli procederet istiusmodi persuasio, diceret, & in hoc periculo cum non habes partem, non potes cõsilium dare. Ergo qa & genere nobilis fuit & præstans ipse virtute, assumpta est & persona talis hominis, qa facile posset audiri. ¶ Non pudet o rutuli.) Exhortatio est cum quadã obiurgatione, in qua modũ cõseruat: ne imperiosa satis aut iniuriosa turbaret animos vulgi: & quod cœperant velle, non facerent. ¶ Licet enim persona esset apposita, quæ ppter generis amplitudinem & virtutis suæ meritum posset audiri, posset tamẽ cõtendi, si ad verborum iniuriã tenderet. Fuit ergo temperata dictio necessaria, vt factum est. difficile qppe est a bono & securitate vitę transduci quẽ quã, vt euidentem subeat mortem, at his visum est facile persuaderi posse, cum iã licet dubij in certamẽ animum duxissent. Huic loco cõsentit terẽtiana sentẽtia, qua dictum est, dum in dubio est animus, paulo momento huc vel illuc impellit. habuit ergo hãc occasionem iuturna cõuersa in camertis formã, vt primũ se isseret medijs. qui. n. in medio agmine loquit, facile põt a circũfusis audiri, cũ medio vicini sint omnes. Incipit sic. Non pudet, hoc arguentis est. Quod vero addidit: hortantis, qd tertio dixit rutuli, animantis effectum, & indicium laudantis impleuit. Et turpe, inquit, & pernitiosum nobis est o rutuli vnũ pugnare in multos, aliena aũt ope defendi tãti ac talis pudoris nõ terẽda iactura. stultitia vero singularis in vnius aio, potius quã in multorum spem collocari vincẽdi. Subire autẽ tale fœderis factum, vt cum nota viuẽdum, sit, si valuerimus vincere, aut seruiendũ sit perpetuo, si fuerimus superati. Ego ciues probare nẽ possum, quo ex ore, vel qua mẽte, quaue infami patientia sedeã in alieno certamine spectãs periculum meum. Faciant hęc, qui, sibi adesse non possunt, faciant impares numero, aut virtute dissimiles. Quid quærimus aliena ope defendi: cum id qđ ex illius speramus auxilio facilius possit proprijs laboribus prouenire? Considerate, qui sitis & quale rutulorum nomẽ, & facta quanta vbiq; prędicatione laudentur. nihil interea e diuerso exitit, quod aliquem incutiat motum non numero præcedit hostis, aut robore. quicquid opinio formidolosum sparserat, psto est, & subiectum oculis vestris totum, quod habet pars vtraq; substantiæ, prodidit campus, quod contra fidẽ rerum onerauerat fama terroribus. Troiani adsunt, videtur arcades, in conspectu sunt, quos fatales apparent, & hoc est totum, quod infensa etruria in turnum potuit. Proinde si regis exẽplo singulare placuerit subire certamen, non erit, q nobis oĩbus pugnaturus occurrat: nec me arbitremini vtilitatẽ turni cõmodũ que tractare. Felix ille ẽ, & habet ẽt in ipsis aduersis positã laudẽ, perueniret ad deorum cõsortium, qui dijs testib⁹ pugnaturus est. ¶ Ille quidẽ ad superos.) Erit illius per omne ęuum magnificum nomẽ, cumq; illius corpus viuẽdi finis extinxerit, fama tamen manebit incolumis. nos vero sequitur proditio, regis crimen, & grauissima sæuiendi conditio. Cumque ipsa seruitus intoleranda per se sit, cõsiderate qualis ingruat, quæ proficiscitur a plurimis, & imponit insuetis, imponitur idignis. quis dominus feret, quos victoria dederit superbos? iratos, offensos? Qđ moderamen poterit sperari seruitij? qualesue ipi futuri sunt, quos secũdarũ rerum elatura superbia est, & post inimicitiarum vires secuta dominationis authoritas. nõ iã exigent iusta de seruis obseqa, sed de addictis hostibus pœnæ. Mori potius ciues placeat, q̃ seruire victori patria, inqt, amissa hoc est perdita libertate. Liber enim habet patriã, quam non habet seruus, vsqueadeo qui plenã sumpserit a domino libertatem ciuitatem romanã dicitur consecutus.

ASCENSIVS.

¶ At vero &c.) Recitat quomodo Iuturna vidẽs Rutulo diffidẽtes viribus Turni de iniqua cõditiõe fœderis querulosos in spẽ Camertis fœdera disrumpere cohortata sit: circa quã rem potissimũ circa mœstitiã Turni dicit Dona. sic, Incessu tacito, quatuor ponit signa timoris. Primũ est ingressus tacitus, dum. s. vix pedẽ mouebat, Alterum, q arã venerabatur oculis deiectis, Tertium tabentiũ genarũ ex macie repẽtina. Quartum palloris. Hæc ille. ¶ Ordo aũt est. At vero. i. sed certe ea pugna videri. i. videbat iandudum. i. iã paulo ante impar. i. inęqualis: cum Æneas fortior, & robustior videret q̃ Turnus, & pectora misceri. i. miscebãtur aut misceri cœperũt vario motu. i. cõmotione varia. Tũ magis. i. & tunc magis, vt. i. postq̃ cernũt ppius. i. attẽtius & diligẽtius sup. videri. i. videbant Æneas, & Turnus nõ viribus ęqs. i. nõ haberet vires ęquas. i. æquales Turn⁹ pgressus incessu tacito. i. ipẽ tacẽs, & cogitabũdus, & venerãs aram suppliciter vultu demisso, adiuuat. s. talẽ opinionẽ, & de ipso existimationẽ. & geñ. s. eius pubentes. i. adhuc molli barba, & tenui lanugine tectæ, & pallor ĩ corpore iuuenili supple adiuuant existimationẽ talem. Quem sermonẽ. s. de Turno simul, ac. i. stati post, Iuturna soror. s. Turni dicit crebrescere. i. crebiorẽ fieri. & magis ac magis diffundi, & corda vulgi labentia. i. vacillantia, variare. s. sermonẽ, aut sentẽtias de Turno alijs dicentibus victurũ alijs vincendum esse, ipsa assimulata, formã. i. per formam Camerti. i. illi viro strenuo, cui. s. Camerti genus erat ingẽs. i. magnũ & generosum & nomẽ virtutis paternę, erat clarũ. & qui sup. ipse. i. ipsemet, ant in ppria, vt dicunt persona sup. erat acerrim⁹. i. maxime strenu⁹ armis, dat sese ĩ medias acies, dat inqt sese in medias acies, haud nescia. i. perita rerũ, serit verios rumores, ac fat talia. o rutuli cũcti, aut potius o rutuli nõ pudet vos cunctos obiectare. s. periculo, & aleæ belli vnã aĩam. i. vnius hoĩs vitã pro talibus. i. tam arduis. s. negotijs in quibus. i. certat pro libertate patriæ. An non sumus æqui. i. ęquales Troianis numero an virib⁹, en oẽs troes, & oẽs arcades q. s. obuersari nobis possint sunt hic. i. ĩ hoc paruo exercitu, & manus fatalis. s. Troianorũ, q fataliter in Italiã se venisse iactant. & Etruria infensa Turno. s. ppter societatẽ Mezentij, sup' est hic, Nos vix habem⁹ pro habeamus alterni. i. alternatim. vt dũ alter habeat, alter non habeat, hoc est pro dimidio exercitu hostẽ. i. duplo plures sim⁹: si cõgrediamur. ille qdẽ. s. turnus succedet fama ad superos. i. merebitur imortalitatem, & trãsferetur ad superos, quorum aris ipse deuouet, id est morti addicit & sacrificat se. nos sup. autẽ cogem⁹ patria amissa, id est postquã amiserimus patriã parere, id est obedire, & obtẽperare dominis superbis, idest tyrannis phrygijs de victoria superbientibus. nos inqt qui consedimus, id est resides locũ cepimus lenti, idest ociosi. & ignaui, sup. in aruis, idest cãpis vbi illi congressuri sunt.

PIERIVS.

¶ At vero Rutulis impar ea pugna videri Iandudũ & va.) Antiquiores aliquot codices. Rutulisq; impar, legunt. Nã, que præiectum alteri copulatiuæ &, venustã reddit orationem. ¶ Adiuuat incessu

Universidad de Deusto Biblioteca

ingressu tacito.) vetera quidē exemplaria multa cum vulgatis. Incessu legunt. In oblōgo tamē vaticano, ingressu, scriptum est. Incedere eni cum plerunq; sit maiestatis, & venerabile nescio quid præ se ferat locum hic habere nō videtur. vbi omnia perquirun tur, quæ timorem in Turno manifestum indicent. Præterea Seruius quoq; ingressu, agnoscere videt, si, diligēter inspicias. Haud quaquā vero obscure Donatus, ingressu, legendum ostendit, dū ait. Apparebant in Turno signa omnia, quæ imparis diffidentiā comprobarent. Primo ingressus eius, hoc est ambulatio tacita, & pgressus, hoc est: ad vlteriora segnior accessus. Ecce his signis colligebat animi eius corporisq; defectio, lassos quippe tacitos habuit gressus, dum vix pedē mouebat & vix reponebat alterum: vt pgrederetur vlterius. Fuit alterum diffidentiæ signum, quod aram venerabatur oculis deiectis ad terrā. Et (vt reliqua persequamur) Tertium signum tabētium genarum fuit, nā repētina macie fuerat deformatus. Quarto palloris qui in iuuene esse nō debuit si deesset & metus. ¶ Et arā suppliciter venerās.) Sunt qui, ad arā legunt: vt sit progressus ad aram. Sed enim exemplaria vetera, & aram, habent: vt sit, & arā suppliciter venerans. Vnum eni vti dictum ex Donato, de quatuor signis, quæ timorē indicabāt, fuit ea veneratio demisso lumine pstita. ¶ Pubentesq; genas. Antiquus codex Mediceæ Bibliothecæ in Pubentes. primā literam abrasam, & alio atramento in, p, notatā ostendit. Sed quæ subsequitur vocalis a, est, & ea quidē incolumis conseruata, sed. v. vocali quinta superne adscripta. Vt quod prius tabentes, legebat in Pubentes sit immutatum. Sed & alij codices pleriq;, tabentes, legunt: & quod Ti. Donatus tertiū signum tabentium genarū fuisse dicit, nullā dubitationē reliquā facit, quin lectio castior sit. Tabentesq; genas. ¶ Nō pudet o rutuli cuncti pro talibus vnā obiectare aiam.) Ro. codex, & Oblōgus Vaticani Mediceusq;, & non nulli alij veteres, pro cunctis talibus, legunt. Quā lectionem Seruius agnoscit, dum ait, tales latinos reliquos: qualis est Turnus. ¶ Numero ne an viribus æqui non sumus.) In codicibus aliquot manu scriptis, æquæ, habes: quia dixerat vnam animā ita æquæ aiæ, qd non pbatur, in aliquot alijs, viribus æquis, sed ęq. vulgata lectio oio castior. ¶ En oēs & troes & arcades hi sunt.) In antiquo codice scriptum est. En oēs hi troes & arcades hi sunt. q.d. inimici nostri, qui sedibus suis expulsi, terrā alienā inuasere: ne ppter fœdus initum, eos iam amicos effectos existimarent: & iō certare nollēt. Seruius, hic sunt, cū vulgata lectione legit, ne in castris alterum exercitum esse suspicarent, quę lectio magis placet oino, qa propositū est. Numerone: an viribus ęqui non sumus. Mediceus codex, & aliquot alij peruetere eadē sentētia lectione paulo secus scripta, ita legūt, En oēs & troes & arcades hi sunt. vt suspendat. En omnes inde subijciatur, & troes & arcades hi sunt, quos. s. ante oculos habetis. & non alijs vsquā. In Ro. autē codi. legere est. Et troes & arcades hinc sunt fatalisq; manus & in aliquot alijs codicib⁹, fatales numero multitudinis habetur. Qd ita forte qs interpretet, & troes & arcades hic sunt, in latinis quippe castris tā strenui, tamq; prestantes virtute viri habentur, quales & troes & arcades ferunt. vel potius distinguendum, vt dicas, En oēs & troes & arcades mox de suis hinc sunt fatalesq; manus isensa Etruria Turno hoc ē Latino quoq; nomini fauet fata, ne eos tātū fatis fretos huc venisse persuasum habeatis. Et quod magis excitare aios possit. Etruria, q̄ infensa Turno eē consueuit, nobiscum militat, pter eos, qui Mezentium secuti erant. vt ita sit responsum ad id, qd propositū erat, essent ne ęq viribus. de numero vero ait. Vix hostē alterni, si cōgrediamur, habemus. Ceterū crediderim ego, n, literā in Ro. codi. superfluā esse, vt sæpe alibi in codē reperitur. Eamq; oino castiorem esse lectionē, quę vel, hic, aduerbium vel hi, pronomē demōstratiuū scriptū ostendit: presertim cū Ti. Donatus ita locum hunc interpretet. Considerate qui sitis, & quale Rutulorū nomē, & facta quāta vbiq; prædicatione laudant. Nihil interea e diuerso existit, quod aliquē incutiat metum. Non numero pcedit hostis, aut robore: quicqd opinio formidolosum sparserat, presto est, subiectū oculis nostris. Tum quod habet pars vtraq; substantiæ, prodidit cāpus, quod contra fidē rerum onerauerat fama terroribus. Troiani adsunt, vident Arcades, in conspectu sunt, quos fatales appellant, & hoc est totum, quod infensa Etruria Turno potuit.

SERVIVS.

¶ Fœdusq; precantur infectum.) Rogant vt pro non facto sit, ne piaculū videātur admittere. ¶ Et alto dat signū cęlo.) Vt religio alia religiōe soluat. ¶ Presentius.) Efficacius. ¶ Monstroq; fefellit.) Bene fefellit, nanq; hoc auguriū nec oblatiuum est, nec impetratiuū, sed immissum factione Iuturnę, quod carere fide īdicat sedes negata. Nam vbicūq; firmum itroducit auguriū, dat ei firmissimam sedem: vt, Ipsa sub ora viri cęlo venere volātes, Et viridi sedere solo. Itē, Ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix. In hoc aūt augurio libratū cygnū cecidisse in aquā dicit, quā instabilē esse manifestū est. ¶ Littoreas agitabat aues.) Palustres. Nā litus dr̄ omnis terra aqs vicina, vt, Viridiq; i littore cōspicit sus. ¶ Excellētē.) Magnū, sicut i exercitu magn⁹ ē Turnus. ¶ Cōuertunt clamore fugam.) Redeūt cum clamore, sicut in exercitu solet fieri. ¶ Auguriū salutāt.) Venerant. Et pprie. nā salutari dicimus deos. Terētius, Hinc deos domum salutatū pergā. ¶ Expediuntq; manus.) Dimicare se velle significant. hęc enim est consensio militaris. Lucanus, Elatasq; alte quæcūq; ad bella vocaret Promisere manus. ¶ Qd sępe petiui.) Quasi impetratum vult videri hoc augurium. ¶ Accipio, agnoscoq; deos.) Modo quasi de oblatiuo loquit. nā in oblatiuis auguriis i potestate videntis est vtrū id ad se ptinere velit, an refutet & abominet. Ergo nunc dicit se auguriū libenter amplecti, & agnoscere circa se fauorem deorū. ¶ Quos improb⁹ aduena territat.) Interpretatur augurium: & cōfirmat id ad pñs negociū pertinere. ¶ Littora vestra.) Bona iteratio, nam supra ait, Littoreas agitabat aues. ¶ Vi populat.) Antiq; nā veteres & populo & populor dicebāt. nūc tātū populor dicim⁹ populo aūt de vsu penitus recessit. ¶ Penitusq; pfundo vela dabit.) Vt supra de agla, Penitusq; in nubila fugit. ¶ Dēsate cateruas.) Sicut, Cygni hostemq; per auras Facta nube premunt.

Talibus incensa est iuuenū sententia dictis, PO.
Iam magis, atq; magis: serpitq; p agmina murmur.
Ipsi Laurentes mutati, ipsiq; Latini,
Qui sibi iam requiem pugnę, rebusq; salutem
Sperabant: nunc arma volunt: fędusq; precantur:
Infectum: & Turni sortem miserantur iniquam.
His aliud maius Iuturna adiungit: & alto
Dat signum cęlo: quo non prestantius vllum
Turbauit mentes Italas: monstroq; fefellit.
Nanq; volans, rubra fuluus Iouis ales in ęthra,
Littoreas agitabat aues, turbamq; sonantem
Agminis aligeri, subito cum lapsus ad vndas,
Cycnū excellentem pedibus rapit improbus vncis.
Arrexere animos Itali: cunctęq; volucres
Conuertunt clamore fugam (mirabile visu)
Aetheraq; obscurant pennis: hostemq; per auras
Facta nube premunt: donec vi victus, & ipso
Pondere defecit: prędamq; ex vnguibus ales
Proiecit fluuio: penitusq; in nubila fugit.
Tum vero augurium Rutuli clamore salutant:
Expediuntq; manus: primusq; Tolumnius augur:
Hoc erat, hoc votis, inquit, qd' sępe petiui. TOL.
Accipio: agnoscoq; deos: meme duce ferrum
Corripite o Rutuli: quos improbus aduena bello
Territat inualidas vt aues: & littora vestra
Vi populat: petet ille fugam: penitusq; profundo
Vela dabit: vos vnanimi densate cateruas:
Et regem vobis pugna defendite raptum,

DONATVS.

¶ Talibus incē. est iu.) Quia iuuenes fuerāt, hoc ē fortes, facile quasi quodā flatu exhortatiōis incēsi. sūt. ¶ Iā magis atq; magis:) Magis, ingt, & hoc idē duplicauit, qa volētis cohortatio ipulerat. ¶ Serpitq; p agmi. murmur.) Et paulatim pcedebat in singulos inutile fœderis murmur: atque in vniuersa agmina vadendo crescebat. ¶ Ipsi laurentes mutati.) Laurentes possemus accipere ipsos, qui in ciuitate morabantur: latinos vero, qui confluxerant ab illis locis. Ipsi igitur qui dixerant, scilicet vt turno contingat regia cōiux, nos animę viles: inhumata, infletaq; turba Sternere mur cāpis. etiam tu, siqua tibi vis, si patrij quid martis habes, illū aspice, contra qui vocat. Ipsi mutati sunt in eam setentiā quam præmiserant. ¶ Qui ibi iam requiem.) In tātum mutati sunt, qui iam sperabant ocium & plenam requiem: qui iā salutis ac rerum fiducia tenerētur, arma caperent, recusarent fœdus, & miseratione Turni plenissima tenerent. ¶ His aliud maius.) His hoc est illis, quæ superius locuta est: vel quos loquendo cōmouerat, præstantius adiungit, & monstrum tā magnum, & ita ad causam pręsentis temporis cōpositum, vt omnium fefellerit sensus. ¶ Nāq; volans rubra.) Inuentū artificiose cōpositū, primo, vt alitem masculū immitteret, si enim fœmina esset, non tangeret Æneæ psonā, deinde ait Iouis ales, vt turbandū fœdus nec perficiendū esse etiam Iuppiter videretur ostendere. agitabat ille litoreas aues innoxias. s. nec importunas cuiquā. rubra in æthra, cœlo mūdo & sereno. aurora eni tunc vigore integro splēdet, cū nulla nube fuscatur. dedit ei auium multitudinē, quæ significaret exercitū: dehinc ad vndas lapsum dixit, maioremq; cycnum pedibus sustulisse, vt inter minores personas aliqua potior putaret, hunc ait cycnū subito vncis pedibus rapuit. Ecce in ipso etiā monstro Ænee psona potior inuenitur. nā nihil est hoc genere alitis fortius, vt pote, quod erigit corporis forma, & rostro vnguibusq; armatū est, perindeq; quicquid tenuerit, laniet. dehinc qa pertinet ad Iouem, tutū est semper: nec alicui periculo subiacet: exercitus ipse iners imbellis per littoreas aues ostēdebatur. nā nihil est illis opportunius ad pdam, cycno quoq; ineptius nihil, qui tam facile potuit capi quando cū cæteris auibus volare non valuit. deinde potuit teneri vnguib⁹, qd ipsum sine sanguine vulneribusq; nō fuit. ¶ Arrexerāt ani. ita.) Cum essent ex omine publico tractatu suspensi, conuerterūt in aues intētionē suam, ne quid pro suis partibus in illa expectatione colligerēt. ¶ Cunctæq; volucres Cōuertunt.) Hæc pars aliqd potuit significare pro Turno nā volucres cunctæ densatæ in caterua atq; instantius persecutæ raptorē adegerunt remittere vnguibus prædā, quod ille fecit pōdere superatus, & impressione persequentiū: Perdito autē pondere fugit in nubila, hoc est eo, vnde venerat, remeauit. ¶ Tum vero auguriū Rutuli cla. sal.) Tantū illud augurium dubitantes hortatū est, armauitq; in præliū. vt omnes vna voce quasi felix signum futuri exitus, salutarent, armarēt manus, & bellū, quod dudum abiecerant, quęrerēt. ¶ Primusq; Tolumnius augur. ¶ Hoc erat, hoc votis, ingt.) Nō soli falsi sunt alij, ecce iuit in errorem & ipse, qui auguriorū sciētiam profitebat. qd petiui, inquit, accipio fauētibus dijs, quos per votorū obsequia & ritus sacrorum in meas partes adduxi, meme duplicādo, hortādi cumulauit affectū. ¶ Me duce ferrum Cor.) Hoc est me primo ferrum corripiente etiā vos manus armate miseri. ¶ Incipit iā exponere errores poti⁹ augurij q̄ veritatē, vt hoc genere cōfirmaret animos vulgi. ¶ Quos improbus aduena bello Territat.) Quemadmodū vidistis improbitate vnius alitis cæteras innoxias agitari, atq; vt illę afluerūt potiori omnes, & eū eripuerūt vniuersæ vnanimes: ita & vos congregati fugate hostē, & regem vestrum eripite manib⁹ inimici. fugiat ille, & aliū nauigium petat, nobis sufficiat nostrum liberasse captiuum.

ASCENSIVS.

¶ Talib⁹ &c.) Docet quomodo verbis Iuturnæ in forma Camertis loquētis ex augurio per eādē fallaciter inducto violatū est fędus per Tolumniū augurē assentientibus iuuenibus. Vñ Dona. Primusq; Tolūnius nō solū Rutuli sed ēt Tolūnius augur augurio deceptus est. Hoc ille. ¶ Ordo est. Sententia iuuenū incēsa ē. s. ad dirūpendū fœdus talibus dictis. s. Iuturnæ sub spē Camertis accensa est in quā iā magis atq; magis. & murmur serpit per agmina. s. fędū esse Turnū solū pro oium libertate dimicare, ij, sup. qui sperabāt. i. optabāt sibi iā. i. pauloāte requiē. i. intermissionē aut abolitionē pugnę & salutē rebus volunt. i. expetunt nunc arma. i. bella, & precātur fœdus infectū. i. vt sit non factum aut annihilatū. & miserantur iniquā fortē Turni, qui. s. solus cōtra fortiorē se dimicaturus sit. Iuturna adiungit his aliud maius. s. portentū & pro. i. dat signū. i. prodigium seu auguriū, alto cœlo. i. in aere, quo. s. signo vllū. s. aliud non turbauit pstantius. i. efficacius mentes Italas. i. Italicas, aut Italorū, vel sic quo non vllum. i. nullū signū existēs prestantius. i. magis idoneū ad hoc turbauit mentes Italas, & fefellit mōstro. i. monstratione falsi augurij, seu auspicij. Nā ales Iouis. i. aquila fuluus. i. fului coloris, volans in ęthra. i. in aere, rubra, alta & rubescēte agitabat aues littoreas. i. in littore versari solitas, & turbā sonātē. i. sonoram, & canoram. s. agminis aligeri. i. auiū, cū. i. quādo ipse ales Iouis lapsus subito ad vndas, rapit iprobus. i. improbe & immaniter pedibus vncis. i. incuruis, hoc est vnguib⁹, cycnū. i. olorē excellētē. Itali. s. id vidētes arrexere aios, & cūctæ volucres cōuertunt fugā clamore. i. redeūt, vt fugerēt cū clamore mirabile visu. i. quę res erat mirabilis visu. i. ad vidēdū aut dum videtur, & sup. volucres oēs obscurant. i. occultant æthera. i. superiorē aerem, & premunt hostē. s. aquilā, cui Æneam comparat, & Turnum cycno a suis eripiendū per auras, ergo nube. i. densitate alarum multaꝝ facta. s. ab auib⁹ in ęthere, donec. s. ales victus, sup. fuit, vi. i. violentia, & defecit ipso pōdere. i. arduitate negocij, & donec ales, piecit fluuio. i. in fluuium prędā. s. cycnum ex vnguib⁹. i. quā habuerat prius iter vngues suos, & fugit penit⁹ in nubila. i. obscurū aerē. Tum vero. i. tunc pcipue, aut ad verū, aut sed tunc maxime Rutuli salutant. i. venerant & blande affant ratum saluumq; esse cupiunt auguriū. s. per Iuturnā fraude oblatum, & expediunt manus. i. ad pugnā aptāt, & Tolumnius augur, igt, primus hoc erat in votis. i. quod sępe petiui & desideraui. Ego accipio. i. ratum habeo, & agnosco deos, id est volūtatē & fauorem deorum erga nos. O Rutuli corripite ferrū, meme, geminatio affectum exprimit duce, id est ductore & auspice. O Rutuli ingt quos aduena. s. Æneas iprobus. i. improbādus, vt auguriū indicat, territat bello, vt aues inualidas. i. imbelles, & populat. i. populat & depredatur, vi. i. violentia nō iure, nostra littora. i. extremas oras quasi paulopost fugiturus, ille. s. iprobus aduena petet fugam sicut aquila petijt, & dabit penitus vela profundo. s. mari sicut agla penitus in nubila fugit, vos igit densate cateruas. i. acies collectas vnanimi pugna: sicut cūctę volucres hostē per auras facta nube presserunt, & defendite vobis. i. ad vtilitatem vestrā, regē raptum. s. Turnum, qui per hoc fœdus in manibus pdonis est eripiendus a vobis per fœderis disruptionem. Potest etiā ordo esse, defendite vnanimi pugna regē raptum vobis, id est in damnum vestrum.

PIERIVS.

¶ Talibus incēsa est iuuenū sentētia dictis,) In antiqs aliquot codi. accensa, legit, quā lectionē Donatus etiā agnoscit. ¶ Quo nō pstātius vllum turbauit mētes Italas,) Antiqui aliquot co. præsentius, legunt vt illud, Pręsentemq; viris intentāt omnia mortē. In Mediceo, pstantius, quidem scriptum est: in dictionum sequela. Sed superne vetus hæc lectio, psentius addita. ¶ Rubra fuluus Iouis ales in æthra,) In antiqs plerisq; fuluos vti etiā superius. Visuosq; per ora feret. de quo scriptionis modo satis alibi dictum, Id prӕterire non possum. quod Ti. Donatus artificiose cōpositū ait, primo vt Alitē masculinum immitteret: si. n. fœmina esset, nō tāgeret. Æneæ personam. Deinde ait. Ales Iouis, vt turbandum fœdus, nec perficiendū, & Iuppiter videret ostēdere. ¶ Mirabile visu,) Antiq aliquot codices vna cū Mediceo. Miserabile, legunt. Sed vulgata lectio acceptior eruditis. ¶ Donec vi vict⁹ & ipso pōdere defecit,) In antiqs plerisq; codi. deficeret, habetur. Magis tamen placet, defecit, vt vulgata habent exēplaria, non sine veterū aiquot codicū assensu ¶ Me me duce ferrum corripite o Rutuli, Quos iprobus Aduena Bello ter.) In Roma. cod. legere est. O miseri. nō o Rutuli, subiecta vero statim rō cur miseri, quos. s. improbus Aduena bello territat, iualidas vt aues, & littora vestra ui populat. In Mediceo, & aliquot alijs antiquis. O Rutuli scriptum est Ti. Dona. O miseri, agnoscit, dicit eni. Et vos manus armate. O miseri, hoc est dolēdi, ¶ Et littora vestra vi populat,) Sunt aliquot antiqui cod. vbi nostra legat. Sed omnino vestra melius. ¶ Densate cateruas,) In Romano cod. Densete, legit coniugationis secundæ, vt superius. densent. sed hic aures offendit tā exilitate vocalis tenuissimæ ter continenter positæ: q̄ etiam sono ipso elanguescentis.

SERVIVS.

¶ Et aduersos telum cōtorsit i hostes.) Hoc loco ab Homeri œconomia recessit. Ille. n. inducit Mineruā persuadētem Pandaro, vt iacto in Menelaū telo fœdera dissipet: hic vero dicit ipsum augurē telū sponte torsisse, & occidisse vnū de nouē fratrib⁹: quod pertinet ad œconomiā. Necesse enim erat vt fratres ex vni⁹ morte commoti bellum mouerent. Si enim vilis aliquis interire poterat

256 Dixit: & aduersos telum contorsit in hostes PO.
Procurrens: sonitum dat stridula cornus: & auras
Certa secat: simul hoc: simul ingēs clamor: & omnes
Turbati cunei, calefactaq; corda tumultu.

Universidad de Deusto Biblioteca

poterat eius mors ob fęderis religionē forte cōteni. ¶Sonitum dat.) Id est facit. ¶Certa.) Ineuitabilis vnde incerta, est īfirma & vitabilis. ¶Hasta volans.) Minus est Nanque. ¶Horum vnum.) Ordo est, Trāsadigit vnum costas. & figurate dixit Vnū, pro Vnius. ¶Teritur qua sutilis aluo baltheus.) Rē physicā dixit. oīa enim qbus vtimur nō nos terūt, sed ea nos terimus, vt annulū, vestem. ¶Animosa phalanx.) Quasi phalanx, id est legio. ¶Cæci.) Salutis improuidi. ¶Inundant.) More vndæ fluūt. ¶Sic omneis, amor vn⁹ habet.) Sic, id est dum paulatim suis iuicē subueniūt, oēs in bellū coacti sunt. Sic Sallusti⁹. ¶Diripuere aras.) Deiecerunt, dissipauerunt. ¶Ferreus imber.) Permāsit in trāslatione, quia dixerat tēpestas telorum. ¶Ferunt.) Auferunt. nā Aphæresis ē, vt tēnere, pro cōtēnere. ¶Pulsatos diuos.) Id est violatos, lęsos fractis fęderibus. ¶Infrenāt alij currus.) Id est equos, sic alibi, Neq; audit curr⁹ habenas. ¶Subijciūt in equos.) Super quos iaciūt, sed pprie non est locutus, magisque contrariæ. nā Subijcere est aliqd subter iacere. ¶Regisque insigne regentē.) Idest diadema habentē. ¶Auidus confundere fœdus.) Legitur & Auidū, sed melius Auidus: qa Messapus Turno fauebat, qui erat impar ad singulare certamē. ¶Altus equo.) Equi magnitudinē latēter ostēdit. ¶Hoc habet.) Hoc est letali percussus est vulnere. Terentius, Certe captus est, habet. Sane Sarcasmos est, de loci qualitate inuentus. nā qa super aras cecidit, ait, Hæc melior magnis data victima diuis.

Hasta volans, vt forte nouem pulcherrima fratrum
Corpora constiterant contra: quos fida crearat.
Vna tot Arcadio coniux Tyrrhena Gilippo:
Horum vnum ad medium, teritur qua sutilis aluo
Baltheus: & laterum iuncturas fibula mordet:
Egregium forma iuuenem, & fulgentibus armis
Transadigit costas: fuluaq; extendit arena.
At fratres animosa phalanx, accensaq; luctu
Pars gladios stringunt manibus: pars missile ferrum
Corripiunt: cæciq; ruunt: quos agmina contra
Procurrunt Laurentum: hinc densi rursus inundant
Troes, Agillinię, & pictis Arcades armis.
Sic omneis amor vnus habet decernere ferro.
Diripuere aras: it toto turbida cœlo
Tempestas telorum: ac ferreus ingruit imber:
Craterasq; focosq; ferunt: fugit ipse Latinus,
Pulsatos referens infecto fœdere diuos.
Infrenant alij currus: aut corpora saltu
Subijciunt in equos: & strictis ensibus adsunt.
Messapus regem, regisq; insigne gerentem
Tyrrhenum Aulesten, auidus confundere fœdus,
Aduerso proterret equo: ruit ille recedens:
Et miser oppositis à tergo inuoluitur aris
In caput, inq; humeros: at feruidus aduolat hasta
Messapus: teloq; orantem multa trabali
Desuper altus equo grauiter ferit: atq; ita fatur.
Hoc hēt, hęc melior magnis data victia diuis. M.
Concurrunt Itali: spoliantq; calentia mēbra. PO.

pugna fine sanguine ipsi⁹ victoris nō pōt explicari. decernere autē ferro, qd est nisi apertū subire discrimē? Diripuere aras.) Cęcati furore certandi diripiebāt aras, nō cōsiderantes in ipa dissipatiōe deos magis ostendi, ꝙ gramina qbus fuerāt instructæ. iā enī ipsarū cōsecratio cucurrerat iurātibus Ænea & Latino: ministratis autē per sacerdotes rite solēnibus. ¶It toto turbida cœlo Tē.) Volabāt tela stridētia in tēpestatis modū, & imbrium morē. ¶Craterasq; focosq; ferūt Auferebāt quę dudū necessaria sacris attulerant. ¶Fugit ipe Latinus Pul. refe. in fę. di.) Latin⁹ vero religiosus & grauis, fugiebat ad tuta referēs deos pulsatos, ne deteriora paterētur. nulla īterea fędera paterētur. nulla ītereā fęderis pactione pfecta, pōt itelligi pulsatos, cū arę diriperent, pōt intelligi pulsatos in eo, ꝙ plati ad confirmationē fœderis cōtēpti sunt. ¶Infrenāt alij currus.) Quia spes fœderis multos ab armorū cura dissoluerat alio rerū exitu excitati, alij falsi alij infrenabāt currus, alij saltu in equos facto expeditiores aderant eductis gladijs & paratis ad necē. ¶Messapus regē.) Messapus aulestē regem Tyrrhenū habētē insignia in equo obuius pterrebat. Cupiebat. n. firmari fœdera, quæ fuerūt cōfusa. ¶Ruit ille recedēs, Et miser.) Cū retrorsum aulestes cederet Messapo pterrēte, nō se auertēs ne terga hosti nudaret, deceptus est ararū obiectu nō visoaillic qppe in caput inq; humeros inuolutus cōcidit. ¶Ac feruidus aduolat hasta Messapus.) Festinādū. n. fuit, ne ille sese colligeret, & tāti casus periret occasio. ¶Telo orātē multa tra.) Multa orātem, trabali telo grauiter ferierit. ipse trabale telū est forte, vt sunt trabes. qūo aūt grauiter ferierit, qd facile po poeta descripsit, graue, inqt, & forte satis habuit telū, qd facile portuit dimitti cū pōdere, qa ex summo descēdit, cū ille equo portaret. ¶Atq; ita fat.) Qui. n. ifestus venerat, & habuit fortunæ suffragium, gratulatiōis suæ vocem misit, ꝙ insultaret exanimi. ¶Hoc habet.) Hoc est bene se habet res. ¶Hæc melior.) Nūqd interrupti sunt actus nostri: sacrificādū numinibus fuit, meliore victima, vota persoluimus. Cum ioco meliorem victimam dixit, quia in aram cecidit, & illic occisus est. ¶Concurrunt Itali.) Auiditatem hic Italorum expressit, & nobilē auaritiam, qui ante ad detrahenda spolia conuolassent, ꝙ funus obruisset occisi.

trabale telum

DONATVS.

¶Dixit, & aduersos.) Primus. n. eijcere telū debuit, qui dixit, me me duce corripite ferrū o miseri. ¶Sonitum dat stri. cor.) In stridore enim telū volare per aera nō potuit. ¶Et auras certa secat.) Hoc est si volabat, vt pcuteret quenq;. ¶Simul hoc, simul ingens cla.) Mox, vt ille hoc fecit, secuti cæteri veluti periti hominis factū oēs turbati sunt, vt caluerūt ardore bellādi. ¶Hasta volans.) Illa. s. quā miserat auguris manus. ¶Vt forte nouā pulcherrima fra.) Ex vna atq; eadē matre perideq; sibi inuicem chari, vtpote qui ijsdem essent parētibus geniti, stabāt, inqt, congesti. Dicta est causa, vñ sibi inuicem chari, in qua laudatur castitas matris, quæ fidē seruans marito hos peperit. ¶Horum vnū ad medium.) Horum, inquit, vnū percussit hasta directa nō in vnum sed in nouē. Veniēs enim in plurimos frustrari nō potuit. addit ad occisi meritū, ꝙ egregius fuit, hoc est, pceru s & pulcher, & speciose armatus. Designauit etiā locū, in quo ictus occubuit, letalem. s. ne si esset vulnerati leuior causa nō tāto dolore moueret animos fratrū Illic, inquit, venientē ictum excipit, vbi cōuenienti a balthei capite mordacis fibulæ iūctura cōcordat. ne hoc ipsum remaneret incertum addit trāsadigit costas vt ostenderet latus eius fuisse tres fossum. ¶At fratres animosa phalāx.) Et animum habebāt ad vltionē pronum, & germanitas cogebat & luctus, vt congrue mouerent, eo vel maxime, quia tam plurimi fuerunt, vt in illorum numero facies exercitus appareret. ecce describunt ardētes ex luctu: & ꝙ illorū numerus copiosus esset, dicit, quę fecerint diuersi. ¶Pars gladios stringunt. ma, Cum soli octo essent, sic descripti sunt, quasi latioris numeri dixit eni pars gladios rapuit, pars missilibus telis manus armauit, cadēs in bellū sine respectu discriminis sui. ¶Quos agmina contra pro. lauren.) Factum est per Iuturnā, ꝙ Iuno mandauerat. nam & bellum conflatum est, & fœdus excusum, in tantū vt vna omnes pugnandi sententia tenuisset, & toto amore quęreretur, ꝙ constabat esse contrariū. omnis enim

pugna

ASCENSIVS.

¶Dixit.) Docet qūo augur Tolumnius secutus fallax auguriū primus fœdus dissoluit. ¶Ordo ē. Dixit. s. Tolūni⁹ augur, & cōtorsit telū. i. hastā aut iaculū in hostes aduersos procurrens, corn⁹. i. hasta cornea, stridula. i. cū stridore pertrāsiēs aerē dat sonitū, & ipsa certa. i. ineuitabilis secat. i. intersecat auras, & hoc, sup. fit simul, & ingens clamor fit simul, & oēs cunei. i. acies militū in morē cuneo collectę turbati sunt, & corda, sup. oia calefacta, sup. sunt tumultu. Hasta volās, vt. i. secūdū ꝙ nouē pulcherrima fratrū corpora steterant. i. simul steterāt forte. i. a casu cōtra. i. ex aduerso, quos tot nouē fratres, vna cōiux Tyrrhena. i. Etrusca, fida. i. fidelis marito suo crearat. i. procreauerat. Gilippo. s. marito suo Arcadio. i. Arcadi. hasta igitur volans adigit vnū horū. s. nouem fratrū ad medium. i. circa vmbilicū trans costas. s. eius, qua. s. pte Baltheus sutilis. i. cōsutus terit. i. absumitur aluo. i. iuxta aluū, & qua fibula mordet iuncturas laterum: adigit dico vnū horū existētē iuuenē egregiū forma, & armis fulgētibus, & extēdit. i. extēsum psternit eum arena fulua at. i. sed fratres phalāx. i. quasi phalanx animosa accensa. i. acrior facta, luctu. i. dolore fratris occisi, pars. i. partim stringunt. i. euaginant & denudāt gladios, & pars. i. ptim corripiunt manibus ferrū missile. i. iacula ferrea, aut ferrata, & ipsi

cæci

cæci. i. excęcati & perciti furore, ac salutis iprouidi ruunt. s. in hostem, contra quos agmina Laurentū. i. Laurentium ac Latinorū, procurrūt. Troes inūdāt. i. more vndarū irruūt hic, idest hoc loco, & tēpore, cum talia fierēt, rursus. i. iterum densi. i. stipati, & se mutuo ꝓprimētes, & Agillini. i. missi ab Agillina vrbe, & Arcades pictis armis, id est habētes arma picta, & īsignia, At nobiles bellatores. Vnus, id est vniformis amor habet oēs sic, id est intantum decernere ferro, idest piculū facere: vtri fortiores sint armis, aut vnus amor habet oēs decernere ferro, sic. i. vt paulatim suis inuicē subueniant. Ipsi diriguere. i. dissipauerunt aras. s. ad fœdus feriēdum extructas, & tēpestas. i. grādo hoc est grandini aut niui similis, pcipitatio telorū, it turbida toto cœlo. i. per totū cœlum hoc est turbās & obscurās totum aerē, ac &. i. imber ferreus, idest ferratorum telorū ingruit. i. toto cęlo. Et ipsi Rutuli ferunt. i. auferunt, & secum ferunt, crateras. i. pocula vinaria, & focos. i. in quib⁹ fouebaī ignis sacrificijs aptus. Ipse Latinus. s. rex fugit. s. a tumultu belli referēs diuos pulsatos, id est lęsos, & repulsos fœde te īfecto, id est nō cōsummato. Alij infrenāt currus, id est equos aut subijciūt. i. sursum iaciunt corpora in equos, id est saliunt super equos, & adsunt. i. pręsto sunt ensibus strictis, id est nudatis. Messapus vir ille filius Neptuni, auidus cōfundere fœdus proterret, id est procul aut interiore parte terret Aulestē Tyrrhenum, regē & gerētem insigne regis. i. diadema, pterret inquā equo aduerso. i. ex aduerso obiecto, ille. s. Aulestes, recedēs. i. recedere parās, ruit. i. pręceps cadit & voluitur miser a tergo. i. retrorsum in caput, & in humeros aris oppositis. i. qa inuenit aras oppositas, ac Messapus feruidus. i. ardēs aduolat hasta, & ipse altus equo, id est in equo alto ferit grauiter desup. i. a superiori loco supple ipsum Aulestem orantē multa, ferit dico telo trabali. i. instar trabis, aut trabe pro hasta sumpta, atque Messapus facita, hoc habet. s. Aulestes, hoc est letali pcussus est vulnere, hæc est melior victima data magnis diuis ꝙ. s. porc⁹, qui fuisset in fœdera cæsus. Itali cōcurrunt & spoliāt. s. insignibus regalibus mēbra calētia. i. adhuc tepida & palpitantia.

PIERIVS.

¶Telū contorsit in hostes.) In anti. aliquot. coniecit, sed id ex paraphrasi. ¶Fuluaq; extendit arena.) In Roman. codice in Oblōgo vaticanis in Medic. in eo, qui apud me est, & aliquot alijs vno exēplo legiē, effundit, Arena. quod magis mouere pathos videē, qa maiorem præ se fert vulneris vehementiā. ¶Hęc melior magnis data victima diuis) Cum ioco dictum ait Donatus meliorē victimam, quia ad aram cecidit, & illic occisus est.

SERVIVS.

¶Torrē.) Erit nominatiuus hic torris, & ita nūc dicimus, nā illud Ennij & Pacuuij penit⁹ de vsu recessit, vt hic torr⁹ hui⁹ torri dicam⁹. ¶Nidorē.) Modo pudorem. ¶Ferreus somnus.) Homerus. χάλκεος ὕπνος. ¶Nudato capite.) Scilicet vt possit agnosci. Sane ꝙritur quemadmodū Nudato dixerit, cum supra eū nusquā tecto induxerit capite. nā nudatū est quicqd fuit ante coopertum. Nudū vero dicitur, quod tectum ante nō fuerat. Ergo aut Nudato pro Nudo accipiam⁹, vt sit pro noīe participium: aut dicamus tectū eum habuisse caput eū descēdit ad cāpum. Nam legimus, Sidereo flagrās clypeo, & cœlestib⁹ armis. ¶Suos clamore vocabat.) Vtrumq; exercitū suum vocabat, vt talis fuerit eius clamor, Cur in vos inuicem ruitis mei? ¶Repens.) Aut subito, vt sit aduerbiū, id est repente: vt, Sole recens orto. Aut repens discordia, pro, repētina. ¶Faxo.) Faciā. ¶Incertū qua pulsa manu.) Hoc loco adhuc quidē quasi dubitat; tñ intelligimus a Iuturna immissum quēdā qui vulneraret Æneam. Quod autem paulo post Iuno dictura est de Iuturna, Non vt tela tamē, nō vt contenderet arcum: minime est mirādum. nā scimus vnicuiq; imputari quod alter in eius fecerit gratiā, sicut est, Et potes in totidem classes conuertere Nymphas. Æneā autem vulneratum ab homine idicat Iuppiter paulo post dicens, Mortali non decuit violari vulnere diuum.

Obuius ambustum torrem Corineus ab ara
Corripit: & venienti Ebuso, plagamq; ferenti
Occupat os flammis: illi ingens barba reluxit
Nidoremq; ambusta dedit: super ipse secutus
Cæsariem læua turbati corripit hostis:
Impressoq; genu nitens, terræ applicat ipsum.
Sic rigido latus ense ferit. Podalirius Alsum
Pastorem, primaq; acie per tela ruentem
Ense sequens nudo superimminet: ille securi
Aduersi frontem mediam, mentumq; reducta
Disijcit: & sparso late rigat arma cruore.
Olli dura quies oculos, & ferreus vrget
Somnus: in æternam clauduntur lumina noctem.
At pius Aeneas dextram tendebat inermem
Nudato capite: atq; suos clamore vocabat.
Quò ruitis? quæve ista repēs discordia surgit? ÆN.
O cohibete iras: ictum iam fœdus: & omnes
Compositæ leges: mihi ius concurrere soli:
Me sinite: atq; auferte metus: ego fœdera faxo
Firma manu: Turnum iam debent hæc mihi sacra:
Has inter voces, media inter talia verba, PO.
Ecce viro stridens alis allapsa sagitta est,
Incertum qua pulsa manu, quo turbine adacta:
Quis tantam Rutulis laudem, casus ne deus ne
Attulerit: pressa est insignis gloria facti:
Nec sese Aeneæ iactauit vulnere quisquam.

tāto pōdere, vt vsq; ad mentū eius distenderet: qd ipsum factum est arte ferictis qui post inflictā cædem reduxit dexteram. Veniēs. n. securi intulit plagā, & reducta geminauit, quod fecerat. Post tantam autem vim consecutus sanguis cæsi arma perfudit. ¶Olli dura qes oculos.) Est enim qes alia non dura, & non ferreus somnus, & nox non æterna, quibus qui vtuntur ad tempus, incolumē retinēt vitam. ¶At pius Æneas.) Cum illic hęc nō sine sacrilegij crimine gererēt, Troianę vero partes resistēdi studio ducerentur, emersit idē ipe Æneas pius. i. deorū cultor nudo capite, atque inermi dextra, vt cognosceret a suis: aut ne ipe quoq; reat⁹ particeps esset, si fuisset armat⁹. Locut⁹ est aūt ad suos clamore magno, ne secuti hostium desperationē ipsi quoque sacrilegij scelerib⁹ iplicarenē. ¶Quo ruitis.) Aliud est ire, aut tēdere, aliud ruere. Ruere est incōsulte aliqd aggredi cadētis enim more decipitur. nō eni quomodo vult cadit, q ruit. di. n. casus violētia nō ꝓpria voluntate. ¶Queue ista repēs dis. sur.) Vel quos vos trahit surgēs repētina discordia, & incautos decipit in pnicię vestrū pniciose serpēdo? Multa subiacebāt, quę post dici potuerūt: sed tēpus nō fuit, vt in superfluis moraret. reuocari. n. a scelerib⁹ debuerāt, quos sacrilegij cōsiderabat effectos esse participes. Cæterū dicere potuit, o ciues, o socij, aut o miseri vel incōsiderati, & alia, aut bona aut iniuriosa. Dixit ergo tantūmodo & ne vagaretur lōgius ad ipsam rem, quæ necessario fuerat dicēda peruenit. ¶O cohibete iras.) Perfectum, inqt, insiurādum est, & impletum leges dictæ pacis & belli: qbus solus ipse obnoxius teneor, me solum fœdera nexuerūt, me pugnare permittite: nec vllus vos exagitet metus, virtute mea firmabunē gesta, quæ sacrilegorum temeritate sunt lęsa, sacra necesse ē Turni supplicijs expiari. quāta ī duobus diuersitas: in Turno metus, in Ænea cōstātia: in Turno diffidētia, in Ænea eminēs virtus, & procul exclusa formido. Postremo, ꝙ Turnus horrescit ac timet, Æneas exoptat, & securus amplectiē. ¶Has inter voces.) Prope aderat, vt impleretur Iunonis dictū. supra enim ait, forsan miseros meliora sequenē, ecce interrerat Æneas nō cuiuspiā virtute, sed casu. nam dum a certamine reuocat suos: dū nudo capite atq; inermi dextra loqtur icertā

captatus

DONATVS.

¶Obuius ambustū.) Chorineus Ebuso iam obuiam veniēti, plagāq; ferēti obuius factus, cum se aduerterit manus hostis perniciose incidisse rapuit ex ara fustē ardentem, eumq; ori venientis obiecit. ¶Illi ingēs barba.) Duę fuerūt occasiones. vna ignis sumpti ex ara, altera & occurrit facies, quæ barbæ fomite exceptū nutriret incendiū. ¶Super ipse secutus Cæsa:) Posteaq; flāma turbauit hoiem, eiq; eripuit aspectū, aduolauit ille, implicuitq; eius comas lęua, & nitens genu superatū ad terrā vsq; pduxit, ipressitq; lateri eius rigidū gladium, hoc est satis acutū: ¶Podalirius alsum Pasto pri. q; acie per te. ruen. En. seq. nu.) Podaliri⁹, dū Alsum pastorem sequiē, propterea ꝙ ausus esset in prima acie versari, ille ex aduerso veniens inimici sui mediam frōtem securi percussit

tanto

Universidad de Deusto
Biblioteca

captatus insidijs sagitta percussus est: huius autem latere author maluit, q̃ sese de tanti herois aduerso iactare.

ASCENSIVS.

¶Obui' ambustum.) Docet qua reliqua subsecuta est pugna, & quomodo vulneratus est Æneas. Circa quam partẽ dicit Donatus. Olli dura quies, quia est quies nõ dura, & somnus nõ ferre', & nox non eterna. Ruitis, aliud est ire, aliud tẽdere, aliud ruere. Hęc ille. ¶Ordo est. Corineus vir ille vt videt, Troianus obuius .i. obuiam veniẽs corripit ab ara torrem .i. facem ambustũ .i. circumustũ, & occupat .i. impedit Ebuso venienti, & ferenti .i. inferẽti, aut inferre volẽti plagã .i. vulnus os flammis ignis barba reluxit illi .s. Ebuso, & ipa ambusta .i. circumusta dedit nidorẽ .i. fœtorẽ, ipse .s. Corineus secutus super .i. insuper corripit .i. celeriter rapit læua .i. sinistra manu cęsariẽ .i. comã hostis .s. Ebusi turbati .s. flãmis, & ipse nitens .i. annitens genu impresso, applicat ipm terræ, & ferit .i. pcutit, sic .s. applicito terræ ense rigido latus. Podalirius ẽt de parte Æneæ ferit Alsum pastorem, & sequens .i. persequẽs ense nudo ipsum timentem supple in prima acie, per tela, id est per mediũ telorum supereminet .i. eminenter super ipsum incumbit, ille .s. supereminẽs Podalirius. aut potius Alsus, nã si Podalirius ense sequebatur nõ procedit, q̃ securi percusserit, videt ergo hoc dicere, qđ Alsus, vbi fugere amplius nõ poterat, restãs insequentem securi pcussit, quod genus armorũ pastori pgruit. Ille ergo restãs, .s. Alsus, disjcit securi reductã .i. retrorsum ductã, vt fortius feriret frontẽ mediã, & mentum aduersi .i. oppositi & cõtra stantis, & rigat arma .s. ipsius interfecti cruore sparso .i. spargens effuso. Dura quies, & somnus ferreus .i. durus, & imperturbabilis vrget, id est premit olli .i. tunc illi oculos, & lumina supp. eius clauduntur in noctẽ .i. caliginem ęternam. At .i. sed pius Æneas tendebat .i. extendebat dextram inermem, existẽs capite nudato pro eo, quod est nudo, aut nudato ad hoc, vt agnosceret, potuisset enim orto tumultu galeam susciepisse, atq; vocabat suos .i. nũcupabat eos, clamore .i. simul clamans, Quo ruitis .i. pcipitanter tenditis

SERVIVS.

¶Molit. ſ Regit: & est Acyrologia. nam proprie Molitur, ẽ parat. ſ Hebri.) Fluuij Thraciæ. ſ Sanguineus mauors.) Gaudẽs sanguine. αιμοχαρὴς. ſ Clypeo increpat.) Sonat. Alibi arguit: vt, increpat vltro Cũctates socios. ſ Vltia.) Hoc est toto: si enim gemit vltia, omnis sine dubio. ſ Miserabile cęsis.) Id est miserabiliter. Nomẽ .p aduerbio. ſ Ipse nutrierat.) Solent. n. plerunq; filios alijs dare nutriẽdos parẽtes. ſ Ausus pelidę pretiũ sibi poscere curę'.) Difficilis Hypallage. nam hoc vult dicere. Qui vt Achillis equos posset accipere, ire ausus ẽ ad castra Græcorũ. Ordo enim nõ procedit, q̃ vt iret, ausus est petere. ſ Affecit ptio.) Modo pœna, nam pretium est τῶν μισθῶν. Terẽtius, Ego pretium ob stultitiã fero. Vnde & Græci τιμωρίαν. pœnam vocant, ἀπὸ τῆς τιμῆς, quod est pretiũ. ſ Nec equis aspirat Achillis.) Aspirat apud maiores accedit significat. Cicero, Nunquã aspirauit ad curiã: Sed hic figurate dixit, Aspirat egs, p ad equos .i. occisus ẽ, nec ad equos Achillis accessit. Melitẽ est vt de Diomede itelligamus, vt sit sensus, Diomedes occidit Dolonem, qui equos Achillis est ausus petẽre: quos nec ille q eum vicit, poposcit. ſ Dextræ mucronem extorquet.) Quasi proœconomia est, vt

Turnus vt Aeneam cedentem ex agmine vidit,
Turbatosq; duces: subita spe feruidus ardet.
Poscit equos, atq; arma simul: saltuq; superbus
Emicat in currum: & manibus mollitur habenas:
Multa virum volitans dat fortia corpora leto:
Semineces voluit multos: aut agmina curru
Proterit: aut raptas fugientibus ingerit hastas.
Qualis apud gelidi cum flumina concitus Hebri
Sanguineus Mauors clypeo increpat: atq; furentes
Bella mouens, immittit equos: illi æquore aperto
Ante notos, zephyrũq; volant: gemit vltima pulsu
Thraca pedum: circumq; atrę formidinis ora,
Iræq;, insidiæq;, dei comitatus aguntur.
Talis equos alacer media inter prælia Turnus
Fumantes sudore quatit, (miserabile) cędis
Hostibus insultans: spargit rapida vngula rores,
Sanguineos: mistaq; cruor calcatur arena.
Iãq; necĩ Sthenelumq; dedit, Thamyrinq;, Polũq;,
Hunc cõgressus & hũc, illũ eminus: eminus ambos
Imbrasidas, Glaucũ, atq; Laden: quos Imbrasus ipse
Nutrierat Lycia: paribusq; ornauerat armis,
Vel conferre manum, vel equo præuertere ventos.
Parte alia media Eumedes in prælia fertur,
Antiqui proles bello præclara Dolonis,
Nomine auũ referens, animo, manibusq; parentẽ:
Qui quondam, castra vt Danaũ speculator adiret:
Ausus Pelidæ pretium sibi poscere currus.
Illum Tydeides alio pro talibus ausis
Affecit pretio: nec equis aspirat Achillis.
Hunc procul vt campo Turnus conspexit aperto:
Ante leui iaculo longum per inane secutus
Sistit equos bijugos: & curru desilit: atq;

tenditis, quę ve ista discordia surgit repẽs .i. de repente, aut repẽtina nã a repo prima secundum naturam produceret, o cohibete iras: qa fœdus est iã ictum .i. percussum, & omnes leges .i. conditiones pacis aut fœderis sunt cõpositæ: ius supple est mihi soli concurrere .s. cũ Turno, sinite me solũ sup. cõcurrere, atq; auferre metus, quos .s. infertis, ego faxo .i. faciam fœdera firma .i. stabilia manu .s. victo hoste capitali, hęc sacra .i. sacrificia violata, debẽt mihi Turnũ .i. caput Turni aut vitã eius. Ecce. q.d. præter spem & ex improuiso, sagitta allapsa est viro .i. io virũ, stridens alis, id est plumis pennarũ, allapsa dico est inter has .s. tã pias voces, atq; inter media talia verba, incertũ sup. est qua manu pulsa, sup. fuerit, aut allapsa sit, & quo turbine .i. ipetu aut torméto adacta, qa vel casus vel Deus attulerit Rutulis tãtã laudẽ vt .s. Æneas vulneratus sit, gloria .i. signis facti est pssa .i. suppssa ignorato authore, nec quisq; iactauit .s. vnq; postea se vulnere Æneę .i. q̃ vulnerauerit Æneã. Vñ putat Iuturnę in specie Camertis monitu factũ.

PIERIVS.

¶Ille securi aduersi frõtẽ mediã mentumq; reducta Disjcit.) In Ro.co. Discidit legitur. Secare. n. securis est & scindere. Sed i Oblõgo in Medi. & aliquot alijs. Dilidit in vno simplici, .s. i altero, .s. geminato scriptum. ſ In ęternam clauduntẽ Lumina Mor.) Quãquis in codic. aliquot antiquis, mortẽ, legatur. Legendũ tñ est, nosse, vt in emendatioribus habet. Quã lectionem et Donat. agnoscit. ſ Quęve ista Repẽs discordia.) In cod. aliquot ant. quove, legit, sed probatiores, quęve habẽt. Sunt ẽt in quibus nõ repẽs, sed Recens, habeatur. Repẽs aũt agnoscitur a Seruio. Et repentina discordia est in Donati paraphrasi. ſ Me sinite atq; auferre metus, ego fœder. faxo.) In co. aliquot anti. atq;, nõ habet. Sed absq; sinalœpha legere est. Me sinite auferte metus. Idem apertissime est iiij. Æneı. Quid struit aut qua spe inimica in gẽte morat? Præterea In Ro.co. Metuus Attiano more scriptũ est, vocali, q̃ lõga esse debuerat geminata. Sic in nomenclatura quadã antiquo lapide, a Curru. Curruus, pro currus, legitur.

est, vt nõ eum suo interimat gladio ne agnoscat quod Metisci est: & iã nãc suũ requirat, quo facto perit poterat seqns fracti gladij œconomia. ſ Ena agros.) Quos victore Æneate accipere posse credebas: inde. n. Sarcasmos facta est. Nã cõsuetudo erat vt Victores imperatores, agros militibꝫ suis darẽt, vt in historijs legimus. Ité in Lucano, An melius fierent piratæ magne coloni. Sternacis equi.) Ferocis, qui facile sternit sedentem. ſ Edoni Boreę.) Thracij. nam Edon mons est Thraciæ. Sane sciens dũ hoc loco errasse Donatũ, qui dicit Edonij esse legendũ, vt do breuis sit secundũ Lucanũ qui dicit, Edonis Ogygio decurrit plena Liæo, Namq; certum est Systolen fecisse Lucanum, Vnde Edoni legendũ est, vt sit hic Edonus huius Edoni. Statius & Virgilium & artem secutus ait, Tristius Edonas hyemes Hebrumque niualẽm. non Edonias. ſ Aegeo.) Mari scilicet, sicut sequentia indicant. ſ Sequiturq; ad littora fluctus.) Nam male ait Donatus monte esse vnde flat Boreas, cum certũ sit eum de Hyperboreis montibus flare.

DONATVS.

¶Turn', vt Æneã.) Vidit. nõ semel accipiendum est, vt sit, vidit Æneam cadẽtem, vidit turbatos duces, compẽdiosa narratio, i qua ẽt nõ dicta pũtas hastas ingesserit hostibus, an hostibus raptas .i. sublatas, in

Semianimi, lapsoq; superuenit: & pede collo
Impresso, dextra mucronem extorquet: & alto
Fulgentem tinxit iugulo: atq; hæc insuper addit.
En agros, & quam bello Troiane petisti: TVR.
Hesperiam metire iacens: hęc præmia, qui me
Ferro ausi tentare: ferunt: sic mœnia condunt.
Huic comitẽ Asburẽ, cõiecta cuspide mittit, PO.
Chloreaq;, Sabarimq; Daretaq;, Therisilochumq;,
Et sternacis equi lapsum ceruice Timęten.
Ac velut Aedoni boreę cum spiritus alto
Insonat Aegeo: sequiturq; ad littora fluctus:
Qua venti incubuere: fugam dant nubila cęlo.
Sic Turno quacunq; viam secat, agmina cedunt:
Conuersęq; ruunt acies: fert impetus ipsum:
Et cristam aduerso curru quatit aura volantem.

itelligi. nõ. n. descripsit Æneã cedentẽ ex agmine, aut duces turbatos: sed quasi iã dixisset, sic Turnũ asseruit hęc vidisse. ſ Subita spe feruidus ardet.) Huius mali occasiõe arrepta, Turn' ardere cœpit, vt vulnerato insisteret, q cõgredi ante non audebat. Poscere igitur equos cępit atq; arma, & exultãtiũ more quasi supior esset effectus, gratulabat de hostis aduersõ. ſ Emicat in currũ.) Emicat in currum, hoc est dã se iactat, transcendit in currũ luxurians, & habenas equorũ tẽperabat manibus suis suscepto rectoris officio. ſ Multa vir volitãs. d.) Existimãs Turn' letali vulnere Æneã esse percussum, igẽti lætitia ferebat, vsq; ad deo vt in aliorum necem iam iret, quasi de confecto potiere securus, multos interea fortes viros strauerat, multos dimittebat semineces, proterebat alios curru equorum .s. pedibus, & rotarum impulsu, nõnullis cũ fugerẽt hastas ingerebat an suas raptas hastas ingesserit hostibus, an hostibus raptas .i. sublatas, in certum illic sine metu atq; ira nihil est ac sine insidijs nihil. ſ Talis equos alacer. Sic & Turnus agebat equos suos fumãtes ex sudore, vt ardere putarentur interius. ſ Miserabile cæsis host.) Tantas faciebat cædes cum insultatione plena, vt actus eius sic sine miseratione videri non possent. ſ Spargit rapida vngu.) Nimietatem certõ est, melius est tñ, vt suas rapuisse & hostibus ingessisse videatur. ſ Qualis apud geli.) Quemadmodũ, inquit, solet mars sanguineus, nõ ipse sanguineus sed per quẽ sanguis effundit. omnis. n. pugna sine sanguine esse non potest. Apud Hebri, inquit flumina: ipse fluui' hebrus dr, & dixit hebri flumina, vt illum apparreat p multa ora effundi, clypeo increpat. strepit. n. scutũ cũ forte pugnat, quia concussum sonat, vel quemadmodũ equos furẽtes Mars dimittit p cãpũ: illi vero accepta ptite cursu pueniunt vẽtos. Terra autẽ pulsata crebris vngulaq; ictibus gemit, & vltima pedum thraca contremiscit, &

Universidad de Deusto Biblioteca

fusi sanguinis expressit, vt q currētes quasi quosdā rores sanguineos spargerent angulis suis ¶ Mista cruor.) Diuersitatē quandā fecit in descriptiōe copiosi sanguinis, vt pars eius equoꝝ pedib⁹ ad vicē roris spargeret, vngulis premeretur altera. ¶ Iāq; neci.) A gn̄ali descriptiōe cæsorū ad specialē transitū fecit assignās vno in loco tres datos neci, stelenū Thamirinq;, pholūq; q̄ tm̄ semel posuit, dedit, nos tribus aptemus, trāsit ad aliorū necē. ¶ Hunc cōgressus.) Nō hunc & hūc congressus occidit, sed cōgressus dedit neci hūc & hūc, & dicit iam quō illum eminus, alterum cōminus hoc est vnū gladio, alterū hasta deiecit. ¶ Ambo imbrasidas.) Imbrasi filios glaucū & laden cōgressus est, illū eminus, alterum cōminus neci dedit. Quod.n. supra dixit, iāq; neci stelenūq; dedit thamyrinq;, pholumq;, etiā ad imbrasi filios pertinet, glaucum, & laudē: quoꝝ primo dixit, necē esse perfectā, & dehinc eorū patrē nominauit. ¶ Quos imbrasus ipsa.) Dixit nomina ipsorū, designauit & numerū, patris & regiōis ipsoꝝ nomē ostēdit, & quēadmodū sunt nutriti atq; armis paribus muniti viderētur. Exponit iam, quid sit, paribusq; onerauerat armis. vel conferre manū, vel equo pu̅ertere ventos. ipsa erant paria arma, vt ambo nossent cōgredi pedestri certamine, ambo ex equo pugnare. ¶ Parte alia media.) Dicit origo istius, & propter plenā pso̅næ cognitionem parētum quoq; eius repetitur fabula. Ipsius enim gesta narrant. fili⁹, inqt, fuit dolonis eumedes. eumedes nepos summi viri, & in bello pbatissimi non minore virtutis robore patri progenitus. Hic dolon tanta constantia fuit, vt belli Troiani tēpore in castra graioꝝ sibi pro laboris cōmodo decerneret Achillis currus. ¶ Illum Tydides.) Hoc pmissum nec aggressus est, nec impleuit. Rapuit.n. eius vitā diomedes, & cōsilia eius virtutis authoritate preuertit. eumq; docuit spolia nō quærere fortioris. ¶ Hūc procul.) Hoc est cū eo meden iuniorē. ¶ Vt cāpo Turnus.) Hunc Turnus cum pcul vidisset, fuit.n. lōgius videndi procliuis occasio, cum hūc daret æqualitas diffusa camporū, auiditate feriēdi pu̅ocatus iaculo potius celeri, q̄ manib⁹ tenuit. Potuit.n. maturi⁹ fieri, vt p inane volitās hasta ipsius aduentū Turni preueniret, & vinceret. ¶ Sistit equos biiuges.) Ecce quantū profuit missi celeritas iaculi, si ad eum Turnus cū superuenit, iā lapsus, iam semianimis fuit. ¶ Et pede collo im.) Quæ cum ita essent, pressit pede collum eius ad terram, & suo illum gladio iugulauit. Iratum voluit Turnum ostendere, vt moriēti etiā gladium alta secaret in iugulum. Ceterum si hoc fecisset, moreref ex primo vulnere: vsq; adeo cōmotum expressit, vt sequerent & verba, quæ cōgruerāt facto. ¶ Atq; hęc insup ad.) Vera insultātis vox, habes, inqt, Troiane, qd' votis tuis pu̅enire cupiebas. iaces in agris hesperiæ, & spatio corporis tui q̄ lati sunt potes metiri, si velis. hūc habēt exitū, q me pu̅ocāt bello, & tale sibi domiciliū cōdūt. ¶ Huic comi. bu.) Butē eumedi comitē mittit coniecta cuspide. i. missa. ¶ Cloreaq; sibarimque.) Comitē huic mittit, ad singulos pertinet, quorū cōplex⁹ est noīa. Oēs, inqt, hasta deiecit, thymetes autē sternacis eq ceruice deceptus est: qd sit sternacis eq, ex facto colligere possumus. eius.n. genibus fixis p ceruicē lapsum equitē fudit. ¶ Ac velut edo. bo.) Parabola inducta est ostēdēs Turni discursus & gesta. Vt solet, inqt, boreæ vēti flatu fortissimo pelagus cōmoueri, ac dare sonum, & fluctus in littora voluere, & in eā partē vrgere impetus suos, qua incubuerit vētus sic cedebāt Turno agmina, quacunq; tēdebat.

ASCENSIVS.

¶ Turnus vt Æneā.) Facit poeta in gloriā Æneę, qd' Hom. i gloriā Achillis, nā sicut Hom. pp̄ter raptā Briseida inducit Achillem iratum a bello desistere eoq; desistēte, Græcos omnes in fugam verti, q prius victores fuerāt, ita poeta noster inducit Æneā propter vulnus illatū a bello destitisse, vt eo absente cæteri a Turno cederent pateretq; quanta fuerit vnius virtus quo bellāte sui victoriā obtinebant, cessante fugiebant. docet ergo stragē quā Turnus edebat de qua hoc solū est Dona. Sanguineus, non ipse, sed q aliis sanguinē effundit. ¶ Ordo ē. vt id est postq̄ Turn⁹ vidit Æneā cedentem ex agmine, & vidit duces turbatos. i. consternatos aīo, ipse feruidus. i. incensus & feruefactus spe subita. i. subito orta. Poscit equos atq; arma simul, & ipse superbus. i. elatus emicat saltu. i. saliēdo eminēter peruenit in currū. s. vnde depugnaret, & molit. i. cum molimine regit habenas, manibus. s. suis & ipse volitans, id est percurrēs celeriter dat leto, id est morti, multa fortia corpora virum. i. virorum. s. fortium, & voluit, id est prosternit & suppeditat, multos semineces. i. semi occisos, aut proterit cursu agmina, aut ingerit fugiētibus hastas raptas. i. celeriter correptas, vn̄ addit comparationē dicens. Qualis Mauors idest Mars sanguineus, id est sanguinē effundens, aut sanguinolentus, cū, id est quādo ipse cōcitus, id est festinus, icrepat id est crepare facit, ac resonare clypeo. s. suo flumina hebri. i. illius fluuij in Thracia, Martis pr̄ia gelidi. s. niuib⁹, & glacie horrētis, atq; cū ipse mouēs bella īmittit equos furentes. i. incensos Martio furore, illi. s. equi iam immissi, volant æquore, aperto, id est per æquor, hoc est cāpum æquum, & planum, apertum ante notos, & zephyros, id est rapidissimos vētos. Thraca. i. Thracia vltima. i. tota, ita q̄ ad vltimā vsq; oram gemit pulsu pedum. s. equorum & ora atræ. i. perniciosæ formidinis & iræ. & insidiæ appositorię comitat⁹, id est quæ res comitatus est dei. s. Martis agunt, id est impelluntur circum. i. per circuitū, Turnus alacer. i. lætus, & celer existēs talis. s. qualis Mars, quatit inter media p̄lia, equos fumantes insultans hostib⁹ cęsis miserabile. i. miserabiliter, vel quę res miserabilis ē. vngula. s. equoꝝ tepida. i. tepefacta i sanguine fuso spargit rores sanguineos, & cruor calcat mista arena. Et Turnus dedit iā neci. i. occidit Sthelenū, & thamyrim, & Pholum, illos tres Troianos, dedit dicit neci, congressus. i. cōminus, hunc. s. Sthelenum, & hūc. s. Thamyrim, & illū. s. Pholum eminus. i. de longe, quasi e manu misso telo, & dedit neci ambos (legit & ambo more vetusto) imbrasidas. i. filios Imbrasi. s. Glaucum atque Laden, quos Imbrasus ipse. i. p̄pria ope nutrierat, sup. i lycia, & onerauerat. s. ab infantia armis paribus, vel conferre manū. i. inuadere, vel præuertere vētos ęquo. i. celeriter effugere. Eumedes proles antiquę. i. nobilis aut annosi dolonis pręclara. i. inclyta bello, fert alia parte. s. a Turno, in media prælia, referēs auum nomine, quia & auus eius Eumedes dictus erat, & parentem animo. i. animositate, & manibus. i. rebus præclare gestis, qui ausus sup. fuerat quōdā poscere sibi currum Pelidæ. i. Achillis Pelei filij pretium. i. in pretium, & mercedē vt ipse speculator adiret castra Danaum. i. Danaorum, hoc est Gręcorū vnde significatur Troianus fuisse, sed sup.) Tydides seu Tytides. s. Diomedes Tydei filius, affecit eū pro talib⁹ ausis alio pretio, qa occidit eum exceptum insidijs nec. i. licet victor dolonis, aspirat. i. ausus ē aspirare eqs Achillis. i. ad equos Achillis habendos, vt. i. postquā Turnus prospexit procul hūc sup. in cāpo aperto, secutus supp. eū ante. i. prius iaculo leui. i. missili p lōgum inane, id est per lōgum spatium aeris, qui inanis putat, sistit, scilicet postea. i. stare facit, equos biiugos & desilit curru. i. & salit de curru atq; superuenit semianimi & elapso, & pede impisso collo, id est postquam impresserat collo eius pedem suum: extorquet. i. vi expellit mucronē dextra id est quē habebat in dextra, & tinxit. s. mucronē extortum, fulgētem, scilicet prius alto iugulo. s. occisi, atq; addit insup hęc, scilicet verba, O Troiane, en metire iacens id est iā prostratus, agros, & hesperiā quam petisti bello. i. per bellū, hęc. i. huiusmodi ferūt. i. auferūt sup. a me, illi qui ausi sup. sunt tētare. i. lacessere, & prouocare me bello, & ipsi condunt sic mœnia, id est prosteruunt exāgues, & ipse mittit. i. adiungit feros cuspide cōiecta, Buten, id est Troianum, illum comitē huic. s. Eumedi & Chlorea, & Sibarim, & Dareta, & Thersilocum, & Timœtē lapsum ceruice, id est de ceruice, aut per ceruicem, eq sternacis. i. ferocis, & facile aut assidue sternere soliti, insidentes dorso suo. Ac veluti cū spiritus, id est flatus, boreæ, id est illius venti. Edoni, id est Thracij ab edone monte Thraciæ flantis, insonant ægee. s. mari, & fluctib⁹ scilicet ægei maris sequit ad littora qua. i. quacunq; parte vēti, id est flatus borei, incubuere sup. ea dāt nubila fugā cœlo id est per cœlum. hoc est aerem id est quemadmodum nubes, & procellæ aquarū diffugiunt a facile impetuosissimi vēti, sic cedūt agmina Turno quacunq; secat, id est interfecat viā & acies ruunt conuersę. s. in fugā impetus fert ipsum, scilicet Turnum & aura quatit cristā. s. illam efferam flammis volantem id est celeriter agitatam: curru aduerso, id est ex aduerso veniente.

PIERIVS.

¶ Proterit aut ruptas.) In Romano. & in aliis, aut, hoc vero loco Dona. ait. Ansuas raptas hastas ingereret hostibus, an hostib⁹ raptas. i. sublatas: incertū est, melius tamen vt suas rapuisse, & hostibus ingessisse videat. ¶ Sanguineus mauors clypeo increpat.) In Ro. codi. intonat, sed increpat Seruius agnoscit, & Dona. atq; ita legitur in Mediceo & pluribus aliis. ¶ Circūq; atrę formid. ora.) In Ro. codice, atra, qppe ora. legitur. Sed magis placet, atræ formidinis, vt i aliis plerisq; habet. ¶ Thamyrimq; Pholumque.) Et thamarim, & thamurū, & thamyrum, in diuersis codi. legit. Quin etiā, taurū, in aliquot antiquis exēplaribus habetur. Sed.n. θάμυρις, apud Græcos nomen est proprium adagiūq; fertur. θάμυρις μαίνεται. Furit thamyris, de iis, qui cum intellectu polleant delirare tn̄ in operibus videant, eundē porro thamyrin. & thamyrā Græci dicunt. ¶ Eminus ambos.) Est &, ambo, vt si duo præterea tel. id. tul. Cuius declinatiōis varias obseruatiōes ex antiqs grāmaticis

maticis alibi recitauimus. ¶ Imbrasidas glau. atq; Laden.) Oblongus cod. hymbraside, & hymbrasus, habet per, y, & hyaden, nō Laden, in quā lectionem multa conueniunt exēplaria, licet in Mediceo aliena manu, laden. factum sit, prima litera contacta. In aliquot aliis. cadē, legitur, In Romano, embrasidas, & embrasus. Sed enim ἴμβρασος Græci ὄνομα κύριον, Ergo imbrasidas, melius puto. ¶ Vel equo præuertere ventos.) In veteribus aliquot exēplaribus, equis, plur. nume. ¶ Media eumedes in prælia fertur.) In Mediceo quidem, & alio, qui apud me est antiquo codice. eumedes legitur.) In aliis plerisq; veteribus, eumenides, vna plus syllaba. ¶ Nomine auum referens.) In perueteri codice, auom, habetur vt in veterum inscriptionibus, cuiusmodi ea est, quā in hortis Colotianis inspeximus.

M. CAESONIVS. PRIMVS. AVOS.

¶ Et auonculo superius ex æde Diui Basilij protulimus, Preterea Terētius Scaurus, qui reliquas id genus scriptiōes reiicit auos & auom, non excludit. ¶ Campo Turnus conspexit aperto.) In Romano codice legere est, prospexit, vt commēdatio etiā sit ab acumine visus: q in bellicis negocijs obeundis est magno vsui. ¶ Fulgentem tinxit iugulo.) In Mediceo, & antiqs plerisq; codicibus, tingit, pręsenti tempore legitur: vt reliqua, quę p̄cedunt, quęq; subsequuntur verba, eadem periodo cōtenta. ¶ Huic comitē butem.) Quanq; βούτης, inter nomina propria locū habeat, a quo Butadę propagatę familię celebrant, antiqua tamen exemplaria pleraq; omnia, asbutem, hic legunt. Nam butes superius occisus est, vbi legitur. Protinus Orchilochū, & Butē. Albutē deniq; hoc loco Dona. agnoscit i integris cōmētarijs. ¶ Chloreaq; Sibarimq; Daretaq;.) In cod. aliquot vulgatis, sabarim, legitur. In nōnullis antiqs habarim, est & vbi, fabarim legas. Sane. h. litera vt alibi latius nunc in, f, transit. vt faba pro haba, nunc in, s, vt exsibeant, p exhibeant, quod Aquilę antiquo cernitur monumento pro foribus ædis. S. Mariæ de Rodio.

EX. QVORVM. VSVRIS. PER. SINGVLOS. ANNOS. CONVIVIVM. DE DICATIONIS. EXSIBEANT.

Quare minime miꝝ lectionē hāc ita variare, sed hęc, vt parui momēti p̄tereamus. ¶ Ac velut edoni borea.) In antiqs codi. fere oīb⁹, edonij, geminato, ij, scribit vbi necesse est p synizesin vltimas illas duas in vnā coire syllabā. Nā Do. ω μέγα est.

SERVIVS.

¶ Instantē Phege⁹.) Aut sibi, aut oibus. ¶ Ad currum.) Pro currui se obiecit. ¶ Citatoꝝ.) Aphæresis, pro concitatorū. ¶ Bilicem loricam.) Li longa est, & accētum habet: sicut bifidum, Fi producitur: quia & fila & licia dicim⁹. ¶ Degustat corpus.) Id est leuiter tangit. vnde contra de alto vulnere ait, Virgineūq; alte bibit acta cruorē. ¶ Procursu.) Impetu: & est vna pars orationis, pcursus. ¶ Sęuit.) Scilicet, quia non potest in bella pcedere. ¶ Ense secent lato vulnus.) Animū viri fortis expressit. ¶ Iapix.) Aptum nomen medico. nam ἰᾶσθαι Gręci dicunt curare. ¶ Auguriū citharamq; dabat) Vera lectio est dabat. nam nō dedit. Sane per citharam, sciētiā indicat harmonię. ¶ Vt depositi.) Desperati. nā cōsuetudo erat vt desperati, aūt ianuas suas collocarent, vel vt extremum spiritū redderent terræ vel vt possent a transeuntib⁹ forte curari, qui aliqñ simili laborauerāt morbo. Cicero, Ægram & prope depositam reipublicę partem. ¶ Potestates herbarū.) Vim, possibilitatem, nā i herbarum cura nulla est rō. vnde etiam ait, Mutas artes, licet alij mutā artē, tacitā vene velint. Alij mutas artes, musicæ comparatione. ¶ Vsum medendi.) ἐμπειρίαν scientiam, hoc est medicinā, in vsu, nō in rōne cōstātē. ¶ Inglorius.) Cōparatione sagittarū, harmonię & diuinitatis. ¶ Pęonium in morē.) Medicinale: a Pęone. Nam Dorice lingue est Pęan: naturale est Pęon. ¶ Nulla viā fortuna regit.) Nullus euentus rōnem pstat. ¶ Nihil author Apollo.) Medicinę inuentor. Nā Aesculapius pręest Medicinæ, quā Apollo inuenit: qui i Ouidio de hac re ait, Inuentum medicina meum est. ¶ Propiusq; malū.) Ex fuga scilicet Troianoꝝ. ¶ Stare.) Plenum esse.

Nō tulit instantē Phegeus, animisq; fremētem:
Obiecit sese ad currum: & spumantia frenis
Ora citatorum dextra contorsit equorum.
Dum trahitur: pendetq; iugis: hunc lata retectum
Lancea consequitur: rumpitq; infixa bilicem
Loricam: & summum degustat vulnere corpus.
Ille tamen clypeo obiecto conuersus in hostem
Ibat: & auxilium ducto mucrone petebat,
Quem rota præcipitem & procursu concitus axis
Impulit: effuditq; solo, Turnusq; secutus
Imam inter galeam, summi thoracis & oras,
Abstulit ense caput: truncumq; reliquit arenæ.
Atq; ea dum campis victor dat funera Turnus:
Interea Aeneam Mnestheus, & fidus Achates,
Ascaniusq; puer castris statuere cruentum,
Alternos longa nitentem cuspide gressus.
Sæuit, & infracta luctatur arundine telum
Eripere: auxilioq; viam, quæ proxima, poscit:
Ense secent lato vulnus: teliq; latebram
Rescindant penitus: seseq; in bella remittant.
Iamq; aderat Phœbo ante alios dilectus Iapix
Iasides: acri quondam cui captus amore
Ipse suas artes, sua munera lętus Apollo
Augurium, citharamq; dabat, celeresq; sagittas.
Ille, vt depositi proferret fata parentis:
Scire potestates herbarum, vsumq; medendi
Maluit: & mutas agitare inglorius artes.
Stabat acerba fremens, ingentem nixus in hastam
Aeneas, magno iuuenum, & mœrentis Iuli
Concursu, lachrymisq; immobilis. ille retorto
Pæonium in morem senior succinctus amictu,
Multa manu medica, Phębiq; potentibus herbis
Nequicq; trepidat: nequicquam spicula dextra
Sollicitat: prensatq; tenaci forcipe ferrum.
Nulla viam fortuna regit: nihil Author Apollo
Subuenit: & sæuus campis magis ac magis horror
Crebrescit: propiusq; malum est: iam puluere cęlū
Stare vident: subeunt equites, & spicula castris
Densa cadunt medijs: it tristis ad ethera clamor
Bellantum iuuenum, & duro sub Marte cadentū.

DONATVS.

¶ Nō tulit instātē phegeus.) Nō tulit, hoc est, nō est passus phege⁹ hoiem sic ferri, atq; ita seuire ipune i oēs. Obiecit sese ad currū.) Mira hois virtus & singularis audacia, vt iret ad currū, nec metueret supiorē hostē. Impetū quoq; equorū currētiū frāgeret, & torqret in aliā ptē. ¶ Dū trahit.) Ex eo, q vn⁹ curr⁹ vnū habeat iugū, sic exponūt pleriq;, quasi pluralem numeꝝ p singulari poeta posuerit: nos ɔtra sentim⁹, q.n. ora citatoꝝ dextra detorsit equoꝝ, pculdubio frœnos tenuit, nō iugū, & nō iugo pēdebat, sed iugis, hoc est frenis iunctoꝝ equoꝝ: vt hoc ei ad virtutē accedat, q biiuges pleno ictu currētis nitebant vincere. rectē ēt trahit dixit, vt partē potiorē daret virtuti equoꝝ citatoꝝ, partē vero fortitudini retinentis. q.n. pendens trahebat euicerat aliqd: sed duorum equorum vim ad plenū superare nō valuit. non minor etiam locoꝝ laus q impedita frenis & hominis pondere, durabant tn̄ & trahebant perseuerantem. ¶ Hunc late retectū Lancea.) Cū traheretur, inqt, pendens lancea ingēti de summo pcussus est: & qa difficultas feriendi inter equorū capita fuit, & ictui loricæ robur fortioris obstabat: letale vuln⁹ ifigi nō potuit. degustauit tn̄ eius sanguinem ferrum. ¶ Ille tamen clypeo.) Ille excepto licet leui vulnere in ipsum hostē cœperat tendere obijciens scutū, & fidens auxilio gladij, quē strictum tenebat, hoc est paratū ad feriendum. ¶ Quem rota pręcipitem.) Hunc, q scutum obijciebat, rota & axis cū procurrerent, dederunt pcipitē qd facile fieri potuit, vbi fuit piculū duplex, aliud qppe axis & rotaꝝ incurrit, dum hastam vitare contendit. Plus enim discriminis sperabat e summo, & ipse fuerat feriendus, qui valebat occidere. Dum igit superio

Universidad de Deusto Biblioteca

ra respicit, sicut dictū est, impulsu axis & rotę prostratus est procursu, quod ait vna pars est sententię, quasi porro tenēs cursum. hunc procursum, vt melius exprimeret, addidit, concitus axis: vt apertius ostenderet, quid eēt procursus. ¶ Turnusq; secutus Imā in.ga.) Mox, inqt, vt ille prouolutus iacuit, illico secutus est Turnus, & inter loricę fines, & galeę, caput eius gladio abscidit, relinquens arenę truncum corporis. ¶ Atq; ea dum cāpis.) Dum hæc ageret Turn⁹, & tot funera victor daret i cāpo, Æneas vel Troiani cū eo quid agerent, dicitur. Mnestheus atq; Achates, inquit, & Ascanius licet adhuc puer sciens tñ quid patri vel maxime vulnerato deberetur, statuerunt eum cruētū ex vulnere auxilio hastæ mouentem gressus, vbi pcussum describit, non ostēdit poeta vulneris locū: sed cum hic dicit, Alternos lōga nitentē vulnere gressus, intelligere possumus sagittā pedi eius inhæsisse. ¶ Sæuit.) Nō sæuiebat ex vulnere: sed q tardaret ex bello. Deniq; sequtur. ¶ Et infracta luctat arun.) Ecce impatiens animus viri fortis nō expectauit, vt ordine medicinę sagitta extraheret ex vulnere. moras enim nō ferebat, quę fuerant properanti contraria. manu, inqt, propria arundinem cupiebat infringere, ferrūq; ipsum eripere. Eripere est nō retrahere paulatim, sed semel raper: quod fieri sine magno corporis malo nō potuit, vt qui properabat ad campum maioris curę causa, annecteret. ¶ Auxilioq; viam.) Quia sagittam non poterat rapere, cum hamis interius teneret, dicebat proximam eē auxilio viam, idest facilius esse, & celerius ꝓuenire posse remedium, vt lato ense secent vulnus. ¶ Teliq; latebras.) Qm̄ illo tempore odiosas habuit moras, totum quod volebat effici, moras afferri nō cōpendium potuit. nā sagittam rapere, & lato ense penitus secare latebram teli, augmentū vulneris fuit: ex augmento ipso maior dolor & longi tēporis cura. totū igitur properāti vt dictū est ꝯtrariū fuit. sed totum redigitur ad animū viri fortis ardētis in bellū: q dolores oēs fidebat posse se tolerare & vincere sustinendo, si sagitta caruisset. ¶ Iamq; aderat phębo.) Ante alios plus dilectus q̄ alij: non enim solum Apollo diligebat. ¶ Iasides.) Iasi filius. ¶ Acri quondā cui captus amo.) Hunc Iapigem qd amplius quē prę cæteris Apollo diligebat, voluit diuersis artib⁹ erudire. Potuit.n. vtpote q inumeras nouerat, suas, inquit, artes, sua munera: qcquid artium nouerat, optauit illi cōferre, vt sciētia simul dei gauderet, & munere, haberetq; diuinū beneficium, si doctrinā numinis plenissimā retineret. Lætus Apollo multis locis, hoc & in nono libro positum est, magnā eē gratiā dantis, si lætus aliqd pstet. illic.n. dixit. Has ego Dardanio iuueni cū classis egeret lęta dedi. nōnunq̄.n. damus aliqd inuiti perindeq; nō lęti, cū ad dandū necessitate aliqua non amore compellimur. Apollo autē lætus hoc fecerat, quia multum dilexerat Iapigem, vt Æneam, mater deum. Incipit enumerare qbus artibus Apollo abundaret, augurium & citharā, & celeres sagittas, scientiam quoq; colligendoꝝ futurorum, & musicam, artemq; chordarum, & quemadmodum sagittę dirigantur, vt destinata feriant. sed ille hoc magis se q maluit, vt depositi hoc est iam morituri vel mortui patris sui posset fata in longum ducere, & in aliud tp̄s differre. Laudat Iapigem, & reuocandi patris causa hanc artem, quā propter alios maluit sequi, scire quā vim singulę herbę habeāt, & quēadmodum homines curentur. qm̄ repetita longā narrationem faciūt, mira vsus est arte referendi, vt magnum vitiū vitaret: Induxit.n. Apollinē magistrū fuisse iapigis. verū cum artium genera pcurreret quę dilectissimo filio tradebant, non omnes enumerauit eē propositas, ne cum venisset ad eas, quas iapis cęteris ptulit, necesse esset iterum eas dicere. Alias igitur traditas dixit, alias vero prælatas cęteris: vt ostenderet etiā ipsas Apollinem docuisse. Iapix.n. eas non habuisset præclaras, nisi qa & ipsas phæbo docēte cognouerat, secutus est ergo nō illa, q placere auribus possent, & chordaꝝ sonis mulcere animos vulgi, vel quæ bellorum periculis miscerent, aut futura prædicerent. sed quod prodesse posset morituris, aut mortuis, & subuenire laborantibus. Maluit, inquit, has artes sine periculo seq, nullā petens ex inutilibus gloriā. Multas artes dixit, quas ille habuit platas, propter illas, in quibus vox expectat, aut sonus. valere autem proferendi fati artem, non hoc tātū loco Virgilius asseruit, sed alibi multo melius. nā hic dixit posset fieri. in septimo autem libro factum esse, & profuisse pscribit dicens. nāq; ferunt fama Hippolytum postquam arte nouercę occiderat patriasq; explerat sanguine pœnas, Turbatis distract⁹ eqs ad sydera rursus Ætherea, & supas cęli venisse sub auras. Pęonis reuocatum herbis, & amore Dianę. ¶ Stabat acerba fremēs.) Rediit ad narrationē, quam iterposita dimisit iapigis fabula. stabat inquit, acerba fremēs, dolebat enim belli potiusq̄ vulneris cām & plurimis circumfusis ac filio lachrimātibus ipse imobilis, hoc

est a

est a vulnere ac fletu omnium cōstantię firmitate dissimulans, & hoc quod stabat, magnę fuit virtutis animi. nā i causa posito pede sedere debuit a. iacere potiusq̄ stare, inde debilis esse posset addidit ingētis hastæ adiumentū, quæ laborātem iuuare potuisset, & tanti herois pōdus congrue sustinere. ¶ Ille.) Id est iapix. ¶ Retorto Pæonium in morē.) Cum Æneas staret & fremeret, flerēt pręsentes, & filius lachrymas funderet, iapix operam nauare cœpit, vt medicas adhibens manus curaret heroem, & restitueret bello. Accinxit se iapix more pęonio, hoc est medicoꝝ & alia faciens manu, alia herbarum cupiens leuare remedio. quaꝝ vim phœbo docente cognouerat. sed cū hæc properans ageret nō seqbatur effectus. Frustra enim trepidabat, frustra tentabat sagittā, & pressam forcipe frustra nitebat extrahere. Longe prorsus fuit fortuna quæ iuuaret instantē longe Apollinis doctrina. ¶ Et sæuus campis.) Ex vna parte non proficiebat cura, ex alia malum belli crescebat, & apertum discrimen esse cœperat proximum. ¶ Iam puluere cœlum.) Talis apparebat puluis, vt cœlum portare videretur. ¶ Subeunt equites.) Equites iam erant tantū proximi, vt spicula, quę mittebant in media castra descenderent. Ibat aūt tristis clamor ad cœlum, eorum. s. qui cernebant euidens malum, & eorum audiebant gemitus, q cadebant. omnis aderat desperatio, & apparebat, quid tēpus afferret, ni fuisset Ænee subuētum. quanta ei laus his generibus dr. solus abest ex causa vulneris, & alios extrema presserunt, alios iam ipse vrget interitus.

ASCENSIVS.

¶Non tulit, &c.) Prosequitur reliquā Turni victoriā, & quā edidit stragē: absente Ænea, cui⁹ vulneris grauitatē, & difficilē curationem ope humana non procedēte subinfert. Sed cū nihil extet Donati. Ordo est. Phegeus vir ille Troianus, nō tulit. i. nō est perpessus. Turnū supp. instantē. s. aut sibi aut alijs, & fremētē animis. i. ferociētē, sed sup. obiecit sese ad currum, & detorsit dextra sua manu, frenis. i. cōtrahēdo fręna ora equoꝝ citatorum pro cōcitatoꝝ spumantia. s. ex impetuosa agitatione. Lācea lata. i. latū ferrum habens cōsequitur hunc. s. phegea: retectum. i. nudatū, interea. s. dum trahitur videlicet ab equis & pendet iugis. s. equoꝝ, & lancea infixa rūpit loricam trilicē, id est tribus licijs seu ordinib⁹ squammarū constantem, & degustat. i. modicum mordet ac sauciat, corpus summum. i. superficiem corporis, hoc est cutē vulnere: tñ. i. nihilominus quamuis leuiter vulneratus ille. s. Phegeus ibat conuersus in hostē. s. Turnum, clypeo obiecto. s. contra ict⁹, & petebat auxilium. s. cōtra hostem ipsum impediēdo, mucrone stricto. i. nudato aut euaginato quem rota. s. curr⁹ & axis ꝯcitus. i. cōcitatus procursu. i. procurrendo, impulit pręcipitem, & effudit solo, & Turnus secutus. s. cadētē abstulit ipsi caput ense. i. gladio percutiendo. s. inter imam galeā, & oras. i. extremitates summas, summi. i. supremi thoracis, hoc est secando ceruicē vbi ima pars galeę fere coniungitur loricę seu thoraci, q̄uis thorax in pectore, pprie sit, & reliquit truncum. i. truncatum, & mutilum corpus sup. in arena. Atq; interea dum Turnus victor dat ea funera campis. i. per campos Mnestheus & Achates fidus qui. s. nunq̄ dereliquerat ducem, & Ascanius comes, id est socius laboris statuere Æneam cruētū scilicet ex vulnere, sup. in castris. s. suis nitētē, id est molientē, & cū labore facientem, gressus alternos, id est alternatim & longo interuallo factos, cuspide longa. cui. s. ipse longus incumbebat aut qua fulciebatur. Ipe sup. sęuit, id est sęue irascit, & indignatur q suis adesse nō posset, & luctatur, id est conatur eripere telum cuspide infracta, id est intrinsecus fracta, & poscit. s. a ꝑentibus viam, id est modum & rationem sanādi quæ proxima. i. ꝑentissima aut vicinissima ē auxilio. i. ad auxiliū, aut possit auxilio. s. in auxiliū, viam quę prima est, videlicet vt secēt ense lato vulnus, & recidant, id est scindendo aperiāt, penitus, id est pene intus & funditus latebram teli, id est vbi telum latebat, & remittant sese in bella. Iamq; id est & iam aderat, scilicet auxilio, Iapis Iasides, id est Iasi filius dilectus Phœbo, idest Apollini summo medicorum principi ante alios, id est super cæteros, cui, scilicet Iapi ipse Apollo captus quondam acri, id est vehemēti amore dabat. i. offerebat lętus, id est lubens & gaudēs suas artes, & sua munera, id est officia scilicet augurium, id est peritiam diuinandi & citharam, id est artem musicam, & sagittas celeres, id est artem sagittandi, Ille scilicet Iapis vt proferret, id est extenderet, & porro teneret fata id est mortem, parentis id est patris sui, depositi idest desperati a medicis, & ita depositi quis forte aduenerit, qui sanet in via offendat, maluit scire potestates herbarum, & vsum medēdi, & agitare id est sectari aut exercere artes mutas, id est occultas, & gloriam non afferentes. vnde addit existens inglorius. i. sine gł'ia respectu musices, & rei bellicę, Æneas stabat fremēs acer-

ba.i.

ba. i. acerbe, nixus. i. annitens in hastā ingentem sup. magno concursu iuuenū & Iuli. s. adolescentis, aut ideo seorsum nominat vt egregium significet, Iuli ergo mœrētis. s. propter dolorē patris, & belli periculum & stabat immobilis. i. imutabilis lachrymis. s. Iuli & aliorum. Ille. s. Iapis, senior, & ideo peritior & expertior. succinctus amictu retorto. i. retrouerso, in morē Pæonium. i. medicinalem, trepidat. i. trepidāter tentat multa. i. multas res, manu medica & herbis phœbi. i. quas phębus docuerat aut qb⁹ sol virtutē influit, vnde addit potentibus. s. ad medicinalem virtutē, trepidat dicit nequicq̄. i. frustra & nihil per hoc efficiens, & solicitat. i. tētat neqcq̄. i. frustra, educere dextra. s. manu spicula. i. telū acutum infixum, & prensat. i. frequēter capere tētat sed frustra forcipe tenaci, ferrū. s. teli. Nulla fortuna. i. nullus euentus inopinat⁹ aut pręter artem regit. i. dirigit viā. i. pstat rōnē. Apollo author. s. artis illius nihil. i. nō, aut i nullo subuenit. i. auxiliat, & horror sęuus crebrescit. i. fit creber magis ac magis cāpis. i. per cāpos vbi Turnus stragē faciebat, & malū. i. periculū Turno immінēs. est ꝓpius. i. vicinius & vidēs cęlū. i. aerē stare. i. densum ac plenū eē iā puluere, equites subeūt. i. appropinquāt, & spicula. i. missilia tela, cadunt densa. i. dense, aut frequentia, medijs castris. s. in media castra immissa, clamor tristis. i. lamētabilis, iuuenū bellātū & cadentū sub duro marte, it. i. diffundit ad ęthera. i. ad summū aerē.

PIERIVS.

¶Ora citatoꝝ dextra contorsit equorū.) In Med. & omnibus his venerandę antiquitatis cod. detorsit scriptū obseruaui qd magis placet, & agnoscitur a Donato, qui sic ait. Mira hominis virtus, & singularis audacia, vt iret ad currū, nec metueret superiorem hostē, impetum quoq; equorum currentium frangeret, & torqueret in aliam partē. ea enim est paraphrasis verbi eius, detorquet. ¶ Dum trahitur pendent iugis hunc lata retectum Lancea cōsequitur.) In codi. aliquot antiqs legere est. Pendetq; iugis hic. Sed.n. sententiā Donatus latius explicauit. quę quoniā superiori adnexa est adnotationi, eē quoq; videt ad verbum adscribenda. Ex eo quod vnus currus vnum haberet iugū, sic exponūt pleriq;, quasi pluralem numerū pro singulari poeta posuerit. Nos cōtra sentimus, qui enim ora citatorum dextra detorsit equorū, dubio ꝓcul frenos tenuerit, non iugū, & nō iugo pēdebat, sed iugis, hoc est frenis equorum iunctorum, vt hoc ei ad virtutē accedat, qd' biiuges pleno ictu currentes nitebatur vincere. Recte etiā, trahit dixit, vt partē potiorem daret virtuti equorum citatorū partem vero fortitudini retinentis. Qui enim pendēs trahebat, euicerat aliquid, sed duorum equorum vim ad plenū superare nō valuit,

non

non minor etiā equorum locus qui impediti frenis, & hominis pondere, durabant tñ, & trahebant perseuerantem. Sunt etiam antiqui codices, qui pro retectum, legant, relictū. Quod vero nō nulli dicūt retectum. i. qua parte exarmatus erat, nō procedit, qa statim sequitur rumpitq; infixa bilicem loricam. ¶ Ibat & auxiliū stricto mucrone petebat.) In veterib⁹ aliquot co. legere est, auxiliū educto mucrone. In aliquot alijs, ducto a mucrone, alij malūt ducto mucrone, legere absq; vlla prępositiua particula, vt habet in Mediceo, & aliquot alijs. Sed enim Donatus, stricto, legit, dum ait, fidēs auxilio gladij, quem strictum tenebat, hoc est paratū ad feriendum. ¶ Impulit effuditq; solo.) In aliquot veteribus exēp. effundit est pręsenti tempore. Male vero superiore versu in exēplaribus pleriq; distincta prępositiua particula & nomine legit, pro cursu cōcitus axis. Cū dubio procul procursu, vnica dictione legendum sit, vel Seruio submonente, id quod ita Don. adnotauerat, procursu, quod ait, vna pars est oratiōis, quasi porro tenēs cursum. Hōc, pcursum, vt melius exprimeret, addidit, cōcit⁹ axis, vt apertius ostenderet, quod esset, pcursus. ¶ Truncumq; relīqt arena.) In aliquot antiquis codicib⁹, relinqt est, pñti tēpore. Est & in plerisq;, arenę, casu acquisitiuo, quod agnoscit Donat⁹. ¶ Ascaniusq; comes castris statuere cruentum.) In Ro. cod. Ascaniusq; puer, non comes legitur, eamq; castiorem lectionē eē dicimus ex Ti. Donato ita scribente, Mnestheus, atq; Achates (inquit) & Ascanius, licet esset puer, scies tamen quid patri, vel maxime vulnerato deberet, & quę sequuntur. ¶ Phębo añ alios dilectus Iapis.) In antiquioribus his cod. Iapyx, per, y, & , x. scriptū habetur. Alij volunt medici nomen a vento distingui scriptiōe, huiusq; nominis obliquos casus in, c, Donat⁹ mittere videtur. Iapicis, Iapici, qui per g proferuntur in vento. Horatius. pter Iapyga. ¶ Lachrymisq; immobilis.) In Mediceo cod. & aliquot alijs antiquis, absq; copulatiua particula legere est, lachrymis immobilis. ¶ Prēsatq; tenaci forcipe ferrum.) In antiquis aliquot codicibus, pressat, legit. In Roma. forsice. Sunt enim qui forsices & forcipes ita distinguant, vt forsices esse sarcinatorū velint a faciēdo. Quę vero ferrum calidū capiant forcipes. tonsorum, quod pilū secent, forpices. Sed eni inepta hęc eē Carisius monet ex Lucilio qui etiam Medicorum forcipes dicit, L.xix. Scalprorū forcipiū millia. xx. Item paulopost. forcipibus dentes vellere. Sed Virg. in viij. Versantq; tenaci forcipe ferrum, quod in codic. alijs massam scriptum est. ¶ Iam pul. cœ. stare vi. subeunt equites.) In antiquis plerisque codicibus, subeuntque equites, legitur, quod numerosius est.

Hic Venus indigno nati concussa dolore,
Dictamum genitrix cretæa carpit ab Ida,
Puberibus caulem folijs, & flore comantem
Purpureo: non illa feris incognita capris
Gramina: cum tergo volucres hæsere, sagittæ.
Hoc Venus obscuro faciem circundata nimbo
Detulit: hoc fusum labris splendentibus amnem
Inficit, occulte medicans: spargitq; salubris
Ambrosiæ succos, & odoriferam Panaceam.
Fouit ea vulnus lympha longæuus Iapix
Ignorans: subitoq; omnis de corpore fugit
Quippe dolor: omnis stetit imo vulnere sanguis
Iamq; secuta manum nullo cogente sagitta
Excidit: atq; nouæ rediere in pristina vires.
Arma citi properate viro: qd statis? Iapix IAP.
Cōclamat: primusq; animos accēdit in hostes. PO.
Non hęc humanis opibus, non arte magistra IA.
Proueniunt: neq; te Aenea mea dextera seruat:
Maior agit deus: atq; opera ad maiora remittit.
Ille auidus pugnæ, suras incluserat auro PO.
Hinc atq; hinc: oditq; moras, hastamq; coruscat.
Postq̄ habilis lateri clypeus, loricaq; tergo est:
Ascanium fusis circum complectitur armis:
Summaq; per galeam delibans oscula, fatur.
Disce puer virtutē ex me, verumq; laborē: ÆN.

Virg.

SERVIVS.

¶Indigno dolore.) Qui fuerat nat⁹ ex vulnere indigne illato. s. p insidias. ¶ Dictamū.) Hęc herba licet vbiq; nascat, tñ melior ē in Creta. ¶ Puberibus caulē folijs.) Hoc ē adultis, sic i quarto, Pubētes herbę. Et ē reciproca iter herbas & homines translatio. nam & pubertatē herbarū. & florem iuuentutis vocamus. ¶ Faciē circundata.) A parte totū corpus accipimus. ¶ Fusum amnem.) Pro aqua. A toto partē sic supra. Fontemq; ignēq; ferebant. ¶ Ambrosiæ succos.) Ambrosia est cibus deoꝝ. nā nectar potāt. ¶ Panaceā.) Genus herbę. Sciendum tñ Lucretium panaceam vbiq; salē diceret vnde possumus etiam hoc loco salem intelligere, nā omnem pellit dolorem. Sed melius herbā, quia ait odoriferā. ¶ Quippe dolor.) Quasi dolor: cuius natura hęc est, vt adhibito remedio statim recedat. Nam dolor cōsequēs res est, non principalis: vñ sublata causa etiā ipse statim recedit. hinc ait quippe. nā infusa aqua, inhęrens laxare cęperat

telum,

telum, qd antea inferebat dolorem. ¶ In pristina.) In vsum priorem. ¶ Maior agit deus.) Apollo, inuētor. s. medicinę. ¶ Verumq; laborem.) Quē per me ipsum suscipio: non q ex aliorum virtute imperatoribus ascribi consueuit. ¶ Fortunam ex alijs.) Subaudim⁹, Opta. neq; enim fortuna dicitur. & est Zeugma non integrum. ¶ Inter pręmia.) Ad pręmia. Cicero, Dico te priore nocte aduenisse iter falcarios, id est ad falcarios. ¶ Matura adoleuerit ætas.) Adolescēdo matura esse cęperit.

DONATVS.

¶Hic Ven⁹ indigno.) Admiranda dicētis inuentio, vt tali tempore & in tali causa, i tāta desperatiōe, omnibus quoq; & ipso Ascanio lachrymātib⁹ trepidāte medico, & ipsi⁹ medicinę deficiēte substātia, affuisset mater, quę solatium filio & remedium ferret: quam ipsam posteriorē fecit, vt emineret filij meritum, & mr̄is affect⁹. ait igit. Hic Venus indigno nati cōcussa dolore. non quo sit aliquis dolor dign⁹ filiorū: sed quia pro animo pa

 rentū

Universidad de Deusto Biblioteca

rentum idignum est, quicqd filij fuerint passi. nō tulit hæc cām filij sic inefficaciter trahi, admodum qppe videbaƭ incongruū, & illum sic teneri vulneris causa, & ipune periculū crescere. Itaq; dictęa idā sustulit suis manib⁹ caulē. Di-

Fortunam ex alijs: nunc te mea dextera bello
Defensum dabit; & magna inter premia ducet.
Tu facito mox, cum matura adoleuerit ętas:
Sis memor: & te animo repetentem exempla tuorū,
Et pater Aeneas, & auunculus excitet Hector.

quā habilis clype⁹ est, & post q̄ habilis lorica est. ¶ Ascaniū fusis.) Nō dixit eam sibi galeā induisse, & hic dicit, per galeā osculabaƭ filiū suū. Ergo aut more suo hoc ꝑtermisit, aut ex osculis per galeā datis, intelligamus eum etiam ipsum

ctęa cognomē ē Idę. vt alio loco dicit, dictæa negat tibi Iuppiter arua. qđ ait, manu carpit, & matris animum expressit, vt ipsam diceret opera sua ꝓcurasse, quod sanare filium potuisset, & nō ferro, ꝓpter remedium, sed manu assereret sublatam. dubium enim nō est certo modo, & suo more ac tēpore esse detrahenda terris: quę aliqbus sunt procuranda remedijs: vt ipse alio loco Virgili⁹ dixit: Falcibus & messe ad lunā quæruntur ahenis Pubentes herbę. Ecce & illic falcibus dixit ahenis, & ad lunam, & messis tempore. in ꝓsenti vero ait. Manu caulem carpit, thyrsum ipsum. s. quo erigebaƭ, vt emitteret florem, deinde ipsum florem asseruit esse purpureum, & comantē. nō enim vnus aut singularis est, vt sunt rosę aut lilia, sed quasi in comas purpureo flore diffundiƭ. ¶ Non illa feris īcognita. ¶ Tanta, inquit, naturalis vis est in feris capris hoc est capreolis, vt cū tergis forte saggitas exceperint cōfugiāt illico ad hanc herbam: comedant eam, & sagittis simul & vulneribus careant, quāta signa istius data sunt speciei? qppe & regio expressa est, in qua nasciƭ, & nomen editum montis, & ipsius nominis. deide, cum ad descriptionē prædicti graminis accederet, caulem, ingt, facit, & comantem florē, & colore purpureo. Tolli eum ad vsus remediorum procuratū esse ostēdit. huius virtutē caprę feræ ꝑdiderunt, nam ipsa curātur, quoniam nouerūt eā, & naturali industria ipsæ sibi ꝑsunt, cū sagittis appetūtur. Gramē appellabit nouo vsurpatiōis genere, alia dicēs folia: cętera vero nomine dictami in regiōe sua dicitur appellari vnde nōnulli sic exponunt hunc locū, vt asserant Virgiliū dixisse dictamū genitrix cretea carpit ab ida. qđ vsqueadeo non est, vt si sequentia cōiungas, fiat vitiū. Dictami enī caulem dicere debuit, non dictamum caulem. melior est ergo superior, manu carpit caulem, a dictę ida: cuius herbę nomen q̄ non dixit signa eius, infinita protulit, vt posset scire, quę esset. ¶ Hoc Venus obscuro.) Venus obscurata nibi caligine, atq; ita, vt videri a nullo potuisset, hoc detulit, & eodē ipse aquā infecit, quā Iapix studiose splendentibus labris infuderat, vt foueret vulnus, & addidit alias species, vt omniū succo & in vndas trāsfusa virtute medicabilis liquor ex simplicitate fieret. ¶ Fouit ea vuln⁹ tym.) Ignorās gesta veneris Iapix, ea lympha vuln⁹ fouit. ¶ Subitoq; omnis decor. fu.) Pulchre dixit, fugit dolor, Fugit enī qui senserit fortiorem, & oī celeritate discedit. dolore vero fugiēte sanguis fluēs ex imo vulneƭ stetit. Exclusumq; est perinde, q̄ fuerat inimicū, & successit qđ retinēdo vigori corporis fuerat necessariū. ¶ Iamq; secuta manu m.) Si nullo cogēte quomodo secuta manū? Hoc ne claudicet, sic intelligendū est, vt sagitta nō manu tenentis secuta videaƭ sed fouentis. ¶ Atq; nouę rediere in pristina vires.) Fugiēte dolore facta est nouitas viriū, & rediit totum, quicq;d inflictum vulnus excluserat. nouas vires multi nō tales quales abscesserāt, sed multo meliores exponunt. sed qđ in sequētibus dicemus, qbus ait. rediere in pristina vires? nouas ergo post fugatum dolorē separatas intelligamus. multū enim fuit. ex debilitato talis esse redditus, qualis fuerat antea q̄ vulnus esset inflictum. ¶ Arma citi properate viro.) Hoc viso, cū iam Iapigen admiratio tenuisset, clamare cœpit, date arma viro forti, date inquit quamprimum. qua voce & sanitatem prouenisƭ se nūciauit, & fugatam dudum hominis remeasse virtutem. quæ vox Æneam ipsum optatum excitauit in bellum. non sibi tamē plurimū dedit, vt hoc ipsum diceret factum opera sua: addidit quippe alia, quibus nec sibi arrogaret aliquid, & Æneam ipsum meliori spe propriæ felicitatis accenderet. ¶ Non hæc humanis opibus.) Non pudenda confessio, quoniam Iapix profitebatur non illam hominis sed diuinam fuisse medicinam. in eo nec sibi aliquid dempsit, & Æneæ merita studio melioris prædicationis cumulauit. ¶ Ille auidus pugnæ.) Ille hoc est, qui iandudum etiam cum ipso vulnere ardebat, in bellum, cōsecuta sanitate corporis sui magis magisque properās suras auro incluserat. ¶ Hinc atque hinc.) Ita vt nihil earum appareret. ¶ Oditque moras.) Hic mos est properantis, tardum putare etiam, si quod faciendum est, celeriter fiat. ¶ Hastamq; coruscat.) Hastam sic tenebat, vt cœlum coruscare putaretur. ¶ Postquam habilis lateri Clypeus, loricaque tergo est.) Postquā bene sibi aptauit Clypeum lateri, & loricā tergo. habilis bis accipiendum est: vt sit post-

quam

sumpsisse, aut vulneratū sic remāsisse cum galea: Ascanium vero nō fusis armis cōplexum, sed circumfusis, vt scuto amplexus sit quem cōsolari osculis, & verbis cupiebat instruere. aut amplex⁹ armati, ne omē esset deponere scutum, & manibus nudis filium amplecti ipso scuto, cum ad se colligit quo & defensurus fuerat, & securo filio quæsiturus imperium. Interea, quia viderat eum flentem, & lenijt osculis animum pueri, & ne vltra esset de paterna salute suspectus, dictis quoque composuit. ¶ Disce, inquit, puer virtutem ex me.) Disce, non tantum ad virtutem pertinet, verum etiam ad laborem quoque & fortunam: vt sit disce virtutem, disce laborem, disce fortunam. sed diuisit, hęc alia adscribēs personę suæ, alia alijs. Ex me, inquit, fili velim discas, q̄ sit commodum studium sectari virtutis, quāta animi patientia labores duri tolerandi sint, & tolerando superandi. quantum autem ad aductum fortunæ attinet, sub cuius vi homines periclitantur incerti, opto ex alijs discas. ¶ Nunc te mea dextera bel.) Facit eum de præsentibus securum, defensionem plenissimam spondens, & ex victoria commodum. ¶ Tu facito mox.) Citius enim præteritorum pueri immemores fiunt: quæ res necessario suggerebat, vt gesta præsentis temporis ad perpetuitatem memoriæ commendarētur facto Æneas, inquit, cum fueris maior, memoriter voluas, quæ videris puer. ¶ Et te animo repe.) Et cum tuos animo cœperis enumerare maiores, patrem atque auunculum imitari contendas, hoc est tuorum potius, & ex cæterorum exemplis.

ASCENSIVS.

¶ Tum Venus &c.) Narrat sanationem Æneæ opera materna factam eiusq; armationem, & in prælium properationem, vnde nihil ē Donati, sed ordo talis. ¶ Tū, id est deinde postq̄ summū imineret periculū. Venus genitrix. s. Ænęę, & genitorū oīum per influentiā concussa indigno dolore nati, id est filij sui Ænęę carpit ab Ida. s. syluoso monte Cretęa, id est certensi ad differentiā Idæ phrygię, dictamum. s. herbā illam appositorie caulem, id est thyrsum & costam per medium herbarum, ꝑtensam, folijs puberibus id est abundātibus, & maturis, ac succi plenis, & comantem flore purpureo. Illa gramina. s. dictami: nō sunt īcognita feris capris, id est capreis, alij legūt sed minus apte feris captis. s. ferro cū. s. sagittæ volucres, id est veloces hesere tergo, id est dorso earum. Ven⁹ circundata faciē, id est habens faiem circundatam nimbo obscuro, id est velamento aereo ne agnosceretur dedit hoc. s. dictamū, & inficit, id est miscet hoc. s. dictamo, amnē, id est aquam fluentē, fusum. i. respersum labris splendentibus. s. de se, sed nunc nimbo tectis medicans, id est temperans per artem medicinę, occulte & spargit succos Ambrosię. i. herbæ qua dij dicūtur vesci, salubris id est salutē afferentis, & panaceam. s. herbam odoriferam. Iapis lōgeuus. i. longi ęui medicus, fouit vulnus. s. Ænęę, ea lympha. i. aqua sic tēperata ignorans. s. q̄ talis esset, & omnis dolor fugit, id est aufugit, & euanuit qppe. i. vtpote dolor hoc est quasi dolor & non vulnus fuisset subito. i. illico de corpore. s. Ænęę, & oīs sanguis stetit imo vulneƭ. i. nō emanauit, nec effluxit, & sagitta secuta iā manū. s. chirurgici, nullo cogēte, excidit, atq; vires nouę. i. magnę, rediere in ꝓstina. i. i vsum pristinū aut ī mēbra ꝓstina. Iapis cōclamat. i. statim, vt hoc vidit clamat, o vos Teucri sup. ꝓropate. i. festināter afferte citi. i. festini viro. s. Ænęæ, arma: quid statis? & ipse primus accendit animos. s. Teucrū in hostē, dicens. s. Hęc non ꝓueniunt opibus. i. facultatibus & potestatibus humanis, & nō ꝓueniūt arte magistra. i. magisterio artis medicinę, neque o Ænea mea dextera seruat te, sed deus maior. s. Venus, aut Apollo inuentor medicinę agit. s. hanc curā, atq; remittit. i. iterū mittit te ad opera maiora. Ille. s. Æneas auidus pugnę, icluserat. s. priusq̄ aduenerāt q ipm armarēt suras. i. posteriora tibiarū hoc est a parte totū crura sua, auro. i. ocreis aureis, hinc atq; hic. i. ex vtraq; parte, & odit. i. odio prosequiƭ moras. i. dilationes, coruscat. i. quatit & vibrat hastā. Postq̄ Clype⁹ habilis. i. portabilis & aptus est lateri, & lorica tergo. i. postq̄ armatus erat complectitur Ascaniū armis circunfusis, & delibans per galeā summa oscula. i. prębens oscula summis labris fatur, id est inquit. O puer disce virtutem & verum laborem ex me, & supp. opta fortunā ex

alijs

alijs. s. felicioribus me, mea dextra dabit nunc te defensum. i. defendet nūc te bello, & ducet inter magna pręmia. i. participē magnorū pręmiorū quia regni. Tu facito mox vt cū ætas adoleuerit matura. i. adolescēdo cœperit eē matura, sis memor, & vt, sup. &. i. simul pater Æneas, & Hector auunculus excitet te repetentē animo. i. considerantem & memoria repetentē exemplaria tuorum. s. parentum.

PIERIVS.

¶ Tū Venus indigno nati concussa dolore. Dictamum genitrix Cretęa carpit ab ida. Puberib⁹ caulem folijs.) Ex antiquis partim exēpl. partim ex veterum grammaticorum obseruatione hi versus ita leguƭ. Tū Venus, indigno gnati cōcussa dolore, Ipsa manu genetrix dictæa carpsit ab Ida, puberibus caulē folijs. carpsit quidē in plerisq; antiqs exēpl. vt eadē sit synchronia cū altero ꝑterito, quod sequiƭ, detulit, sed. n. Donatus carpit pręsenti tēpore legit, & ita inveteribus cod. nōnullis, qui apud me sunt, habetur. Idem dictæa agnoscit, dū ait, itaq; a dictæa substulit suis manib⁹ caulē. Dicta porro cognomen est Idę, vt alio loco. Dictęa negat tibi Iuppiter arua. Sed enim Dicta ipse quoq; mons est cretę, cui⁹ Callimachus mētionē facit. Quod vero ipsa manu genetrix, pro, dictamnū genitrix, legatur, lectionē hanc Ti. Donatus agnoscit, cuius hęc est interꝑtatio. Quod ait, manu carpit, & matris animū expressit, vt ipsam diceret opera sua procurasse, quod sanare filiū potuisset, & non ferro propter remedium, sed manu assereret eē sublatum. Dubiū enim non est certo modo, & suo mō, ac tempore esse detrahenda terris, quę aliquibus sunt procuranda remedijs, vt ipse alio loco Virgilius dixit. Falcibus & messe ad lunam q̄runtur ahenis. vbi & modum & tempus expressit. In pręsenti vero ait, manu, & inferius. Quanta signa istius data sunt speciei, cuius nomen omissum est. Quippe & regio expssa est, in qua nascitur, & nomē editū montis, & ipsius nominis signū. deinde cū ad descriptionem prędicti graminis accederet, caulem (ingt) facit, & comantē florem colore purpureo. Et inferius gramē appellauit nouo vsurpationis genere alias dicēs folia. Cętera vero nomine dictamnum in regione sua diciƭ appellari. Vnde nōnulli sic exponunt hunc locū, vt asserant Virgiliū dixisse dictānum genetrix dictęa carpit ab ida. Quod vsqueadeo admittendū non est, ne si sequentia cōiungas, fiat vitiū. Dictamni enī caulem dicere debuit, non dictamnum caulē, Melior est enim superior lectio. Ipsa manu carpit caulē a dictęa Ida, cuius herbę nomen quia non dixit, signa eius infinita protulit, vt posset sciri, quę nam eēt. Hæc Don. apud quem dictamnū, per, m, &, n, scriptum inueni, prout etiam δίκταμνον. in exēplarib⁹ Grecorum manu scriptis, Theophrasti quippe, & Dioscoridis pene oībus obseruaƭ. Et in antiquissima traductione dioscoridis, quē literis longobardicis scriptū oñdit mihi Florētię vir clarissi. Nic. Scomberges cāpanus archiepiscopus,

pus dictamnu. passim scriptū erat. In quod illud ꝑcipua fuit obseruatione dignū: quod, cū phrasis alioqui, & Latina esset, & recte Grecorū vocabulorū vim & proprietatē exprimeret, formę tamē quas nos ī, um, vel ī em, terminam⁹, plurimū illic absq; m, notatę sunt, hoc mō. Dictamnu multi dicūt puleiu agreste. Sed nec florē, nec semen habet, ita illud. Est aūt alterū dictamnu de creta adlatū. Quę quāuis ita sint, plurimum tñ delectāt ob sermonis puritatem, & venerandę memoriā antiqtatis. Vt vero ad Donatum reuertamur, q̄uis ille, vti dictum, de lectione sentiat iure suo, antiqua tamen exemplaria, quæ legimus omnia, eam lectionē ostēdunt quā ipse improbat. Papiniusq; his exemplis propior accedere videtur, vbi ait. Dictamni florentis opem. quod Virg. florē comantem dixerat. Et priscianus, vbi agit de constructione partium orationis, Dictamnum genetrix videtur agnouisse, diuersa q; genera, & diuersos numeros Vir. hoc loco authoritate sua κατά τὴν ἀλλοιότητα confudisse. Quod vero neq; florem, neq; semē dictamno esse Dioscorides, & plerięq; alij tradunt, Virg. Theophrastum sequi videtur. q flores in dictāno ponit, vel quod vni, & deteriori cuidā speciei quę vulgo nasciƭ propriū est, toti dedit generi, vt descriptionē hanc lasciuius exornaret. Quia vero Vergiliana sententia de dictamno, eiusq; vi cū Tulliana consentit, visum est ex tertio de natura deorū hęc subiūgere. Dictānū herba est, quam caprę sagittis venenatis percussę quęrere dicunƭ. quā cū gustauerunt, sagittę excidunt a corpore. Alia Pli. libro naturalis historię quinto & vigesimo. ¶ Hoc fusum labris splendentib⁹ amnem inficit occulte medicans.) In codicibus aliquot antiquis legere est, labris pendentib⁹. Sed enim cū hic labrū pro vase positum sit, quod olim id lauabrū dicebant, magis placet. splendentibus, hoc est nitidis, & depurgatis, vt omnia cum decoro fiāt. Ait vero Ti. Don. in huius loci paraphrasin, Venus aquā infecit, quā Iapis studiose splendētibus labris infuderat, vt foueret vulnus. ¶ Sparsitq; salubris Ambrosię succos.) Antiqui aliquot cod. spargit, legunt, instanti tempore, vt cum, inficit, cōueniat. Sed in pluribus, sparsit, pręteritū. ¶ Omnis stetit imo vulnere sanguis.) In Romano. codice, & aliquot alijs anti. cod. in particula interiecta, imo in volnere, habetur. ¶ Nunc te mea dextera bello Defensum dabit. & magna inter præmia ducet. In codici. plerisq; veteribus. Magna iter pręlia, legitur. Sed pręmia, videtur agnouisse Ti. Donatus, dum ait. Facit eum de pręsentibus securum, defensionem plenissimam spondens, & ex victoria commodum. Nam q possit pręlia commodum significare non video. ¶ Tu facito mox cum matura adoleuerit ætas.) In antiquis aliquot exempla. legere est, Maturo. Sed vulgata lectio magis accepta est. ¶ Et auunculus excitet Hector.) In antiquis aliquot exemplaribus, auoncolus, prout in veterum monumentis scriptum esse superius nō vno ostēdimus exemplo.

SERVIVS.

¶ Anteusq;, Mnestheusq;.) Seruauit τὸ πρέπον, necesse. n. erat vt vulnerato duce, multi cū eo in castra remanerent. ¶ Misceƭ.) Mō cōfundiƭ: alibi perturbatur, vt, Miscet agens telis nemora inter frōdea turbā. ¶ Aggerē Turn⁹.) Eminentia. de via āt aggerē nō possumus dicere, nisi vię aggerē dicere voluerim⁹, id est vię coaceruationē, quā historici viā militarē dicūt: vt, Qualis sępe vię depręsus ī aggere serpēs. ¶ Atrum rapit agmen.) Pulueris nube copertū. ¶ Abrupto sydere.) Magna tēpestate. Alibi Sorbet in abruptū fluctus. Itē, Scit triste Mineruę Sydus. ¶ It mare ꝑ medium, miseris.) Stati⁹ plani⁹ de hoc sensu, Deflent sua damna coloni, Et tū oppressos miseranƭ ī ęquore nautas. ¶ Ruet.) Eruet, & euertet. Aliter dictū est, Ruit alto a culmie Troia. ¶ Talis.) Taliter, simili mō. Sic paulo post Similis medios Iuturna ꝑ hostes.

Hęc vbi dicta dedit; portis sese extulit, ingens P O.
Telū immane manu quatiens: simul agmine denso
Anteus: Mnestheusq; ruunt: omnisq; relictis
Turba fluit castris: tum cęco puluere campus
Miscetur: pulsuq; pedum tremit excita tellus.
Vidit ab aduerso venientes aggere Turnus:
Videre Ausonij: gelidusq; per ima cucurrit
Ossa tremor: prima ante omnes Iuturna Latinos
Audijt: agnouitq; sonum, & tremefacta refugit.
Ille volat: campoq; atrum rapit agmen aperto,
Qualis vbi ad terras abrupto sydere nimbus
It mare per medium: miseris heu pręscia longe
Horrescunt corda agricolis: dabit ille ruinas
Arboribus, stragemq; satis: ruet omnia late:
Ante volant, sonitumq; ferunt ad littora venti.
Talis in aduersos ductor Rhœteius hostes
Agmen agit: densi cuneis se quisq; coactis
Agglomerāt. ferit ense grauē Tymbræus Osirim:
Archetiū Mnestheus, Epulonē obtruncat Achates,
Vfentemq; Gyas: cadit ipse Tolumnius augur:
Primus in aduersos telum qui torserat hostes.
Tollitur in cœlum clamor: versiq; vicissim

Virg.

stes. ¶ Rhœteius.) Troianus a promōtorio Troię. ¶ Cuneis se qsq; coactis Agglomerāt.) Dēfenƭ, vt cuneatim dimicēt. s. in cuneorum modū compositi. ¶ Tollitur in cœlū clamor.) Occiso eo qui author fuerat fœderis disrūpendi, exortus est clamor: & stati secuta fuga Rutulorū: vt, Versiq; vicissim Puluerulenta fuga Rutuli dant terga per agros. ¶ Nec tela ferētes insequiƭ.) Id est nec fugiētes, nec cōtra stātes dignaƭ occideƭ. Et magna Ænęę ostenditur pietas, qui nec vulnerat⁹ irascitur, vt velit cōtra legem fœderis ī bella moueri. ¶ Virago.) Dicitur mulier quę virile implet officiū. ¶ Peruolat.) Per magnas ędes volat. Nā more suo verbo dedit detractam nomini prępositionē. ¶ Vacuis.) Magnis: vt, Vacua atria lustrat Saucius: ¶ Nec conferre manum.) Cū Ænea. nā alios ꝑsequitur. ¶ Auia.) Ab ea. s. parte quaveniebat Æneas ¶ Tortos

 orbes.)

Universidad de Deusto Biblioteca

Puluerulenta fuga Rutuli dant terga per agros.
Ipse neq; auersos dignatur sternere morti:
Nec pede congressos, nec equo, nec tela ferentes
Insequitur, solum densa in caligine Turnum
Vestigat lustrans: solum in certamina poscit.
Hoc concussa metu mentem Iuturna Virago,
Aurigam Turni media inter lora Metiscum
Excutit: & longe lapsum temone relinquit.
Ipsa subit: manibusq; vndanteis flectit habenas,
Cuncta gerens, vocemq; & corpus, & arma Metisci.
Nigra velut magnas domini cum diuitis ędes
Peruolat: & pennis alta atria lustrat hirundo
Pabula parua legens, nidisq; loquacibus escas:
Et nunc porticibus vacuis, nunc humida circum.
Stagna sonat. similis medios Iuturna per hostes.
Fertur equis: rapidoq; volans obit omnia curru.
Iamq; hic germanum, iamq; hic ostendit ouantem:
Nec conferre manum patitur: volat auia longe.
Haud minus Aeneas tortos legit obuius orbes;
Vestigatq; virum: & disiecta per agmina magna
Voce vocat. quoties oculos coniecit in hostem:
Alipedumq; fugam cursu tentauit equorum:
Auersos toties currus Iuturna retorsit.
Heu quid agat: vario nequicquam fluctuat æstu:
Diuersæq; vocant animum in contraria curę.

orbes.) Obliquas & iplicatas vias. ¶ Vestigatq; virum.) Inquirit: trãslatio a canib⁹. ¶ Disiecta per agmina.) Dissipata aduentu Æneę. ¶ Heu quid agat:) Omne aduerbium verbo cohęret. Vñ heu & at at & similia, quia verbo cohærere non possunt, separatã fecerũt aliam partem orationis. s. interiectionem: quam sola Latinitas possidet.

DONATVS.

¶Hęc vbi dicta dedit,) Ingẽs .s. animo & corpe. ¶ Tela manu qua.) Minãtis hoc fuerat signũ, plena fiducia pergẽtis ad pugnã, ferre autem telum inęstimabilis magnitudinis, & id vna manu tractare quãtũ fuit insignis virtutis? ¶ Simul agmie dẽso.) Procedente Ænea in cãpũ oibus bellandi studium creuit, tantumq; illius fiducia fuit, vt nullus dubitaret exire. pcesserũt deniq; duces, nec aliqs remansit in castris. ¶ Tum cęco puluere cam.) Necesse eñi fuerat globũ pulueris crescere, quẽ maioris numeri pmouebat exercitus. ¶ Pulsuq; pedũ tre. ex. tel.) Tantus impetus pgentiũ fuit, vt eoꝝ pedib⁹ pulsata cõtremisceret terra. ¶ Vidit ab aduerso.) Bñ dixit prio Turnũ vidisse venientes, vel qa in aggere cõtra positus fuerat: vel qa in causa sua debuit eẽ circũspectus. ¶ Videre Ausonii.) Qui paulo añ p victoribus ferebanť, Ænea ex causa vulneris impedito, vt viderũt agmen, in se versum ferri, intellexerunt in illa multitudine etiã Æneã ipsum fuisse præsentem. quo facto nõ iã pauor, vt metus, sed tremor omnis eos inuaserat. ¶ Prima añ alios.) Iuturna, quã specialis pro salute fratris solicitudo tãgebat, prima vidit, prima audiuit, prima cognouit, prima cõtremuit, & fugit: quod iccirco fecit, ne videret exitum Turni vel eius copias sterni. ¶ Ille volat.) Tanta Æneas celeritate ferebať vt non ambulare: sed volare videreť. ¶ Campoq; atrum ra. agm. aper.) Campoq; aperto atrũ agmen rapit. atrum ideo, qa sordibus pulueris fuerat oneratũ. Cãpum apertum dixit, quia cęsis hostibus vel metu sparsis, vacuus videbatur & patens. rapiebat ideo, qa volantem supra descripsit, vt mactantibus hostes non occurreret resistentium mora. ¶ Qualis vbi ad terras.) Quanta vis est nimbi, quę conflatur ex magna pluuiarum copia, cui licet ire per medium mare. ¶ Miseris heu pscia lõ.) Non. n. prius fluctus pelagi scindit nisi ante eraserit campos. deniq; sequiť. ¶ Dabit ille ruinas Arb.) Satis dixit diuersis seminibus terrę mandatis. ¶ Ruit oia late.) Hoc est late prosternit. ¶ Añ volant, so. que. fe. ad litto. ven.) Torrens eñi post strages & arboribus & satis illatas, cũ propinquare in mare cęperit, pcedit eũ sonitus aquarum. & anteq̃ ipse perueniat, signa eius volãtes afferunt venti: ¶ Talis in aduer.) Quemadmodum agmen aquaꝝ torrentibus præcipitatur, & vrget in mare nõ sine eorum pernicie, per quę forte transierit. sic cũ agmine suo Æneas in Rutulos ferebatur infestus. ¶ Densi cun. se quisq; coactis Agglome:) Multum enim valet plurimorum in vnum arctata congestio. proinde vnusquisq; se stipabat in cuneum, ne opportunus fieret morti: ¶ Ferit ense grauẽ.) Obtruncat, ad omnes percussores pertinet, Mnestheum, achaten, gyan. ¶ Cadit ipse Tolumnius augu.) Quo ait ipse poterat dubitare, qd significaret. ideo hoc ipm prius exposuit poeta. cecidit ipse augur Tolumnius, qui mittendo telũ primus turbauit fœderis pacta. ¶ Tollitur in cœlũ clamor.) Quis enim nõ excitareť in vocẽ, augurẽ ipsum nec vitare potuisse pœna, nec pùidere supplicia? ¶ Versiq; vicissim Pulueru. fuga. tu.) Non congesti affuerant, sed sparsi fugiebant, q̃ res indicabat oppressos magna virtute. Tendebãt autẽ ad agros indicãtes exisse, non esse credituros. ¶ Ipse neq; aduersos.) Ipse Æneas indignum existimabat mactare obuios, aut equo pede pgressos occiderẽ: sed nec illos insequebatur, qui veniebant telis armati. Dicit iam qua
causa

causa id fiebat. ¶ Solum densa i cali. tur. Vestig. lu.) Nouerat enim & prudenter psiderabat solũ eẽ vincẽdũ, q sol⁹ eẽt pugnãdi cã. seruãdã eẽ plebẽ victorię suę, nec vlteri⁹ cędẽdã. ¶ Hoc cõcussa metu.) Vbi sensit iuturna hoc agere Æneã vt soli⁹ Turni interitũ qreret redijt ad aliã partẽ mãdatoꝝ Iunonis, cum fratrem in confusionẽ fœderis liberare nõ potuisset, cœpit hũc infesto hosti velle subtrahere, ne iuentus occũberet. sic enim illa dixerat, non lachrymis hoc tẽpus, accelera, & fratrem, si qs modus, eripe morti, aut tu bella cie, cõceptumq; excute fœdus. Ergo vt dictũ est, quoniã frustra fuit, fœdera dissipasse, cœpit niti subtrahere pi elitantẽ: quod fieri sine fraude nõ potuit: iccirco remouit aurigã fratris, & in remoti locũ ipsa successit. ¶ Cuncta gerens.) Facile enim, in quam vellet formam, trãsire potuit. ¶ Nigra velut magnę.) Fœtibus suis alimonia queritans, vt salutẽ incolumẽ retineant. ¶ Et nunc porticibus va.) Nigrã hirundinẽ pro dolentis p sona etiã quæ sit domestica, vt iuturna de eadẽ domo, & familia, qua Turnus, lugẽtis posuit hirundinis quoq; nõ inaniter comparationem induxit. ¶ Similis medios iutur. per ho.) Volebat Iuturna sic Turnum ostẽdere, vt gaudere potius q̃ rebus suis diffidere videretur, nec tñ hunc cõmittebat congressibus, & longe ad ea illum ducebat loca, q̃ nõ cõstaret bello. ¶ Haud minus Æneas.) Quantum iuturna separabat a congressibus fratrem: tantum Æneas compẽdiosis orbibus pbebat se obuium, & pręueniebat errantem: nec iam occulte, nam hunc per tot sparsos exercitus voce magna prouocabat. ¶ Quoties oculos conciecit in ho.) Quoties viso hoste Æneas ire obuiã voluit, toties iuturna currus in alias partes inflexit. ¶ Heu quid agat:) Cogitabat quid ageret, dolens, & fine aliquo effectu remedij diuersis æstibus agitabatur. ¶ Diuersæq; vocant animum.) Quicquid voluendo tractabat, totum contrarijs tractatibus efficiebatur infirmum.

ASCENSIVS.

¶Hęc vbi, &c.) Cõmemorat, vt p Æneã instaurata pugna, Troiani duces animosiores effecti multos, pstrauerint Ænea solũ Turnum inuestigãte quem Iuturna aurigam eius mentita semp ab occursu auertit. vñ nihil quoq; extat Dona. Sed ordo est. Vbi, id est postq̃ Æneas dedit hęc dicta, ipse extulit sese altis portis. s. castroꝝ, quatiens manu, telũ immane. i. hastam terribilem præ magnitudine, & simul, id est vna cum eo, & Anteus & Mnestheus & omnis turba ruit relictis castris, agmine denso, id est se cõstipãte. (Seruius legit Anteusq; Mnesthe⁹, quæ vera mihi videtur lectio vt Anteus sit dissyllaba dictio habẽs in fine diphthõgõ quę in accusatiuo dissoluiť, vt in primo Antea siquem, lactatum vento viderat) tũ. i. deinde campus miscetur. i. cõfunditur puluere cęco. i. excęcante. & tellus excita. i. cõmota pulsu pedum tremit Turnus vidit ab aggere aduerso. i. ex opposito, vbi ipse erat, venientes. s. Teucros cũ Ænea, & Ausonij videre. s. veniẽtes & tremor gelid⁹. i. frigus & horrorem incutiens, cucurrit p ima ossa. s. Ausonioꝝ. Iuturna audijt & agnouit sonum pria ante omnes Latinos, id est priusq̃ aliquis Latinoꝝ, & ipsa tremefacta refugit. Ille. s. Æneas q causa timoris erat, volat & rapit, id est secum trahit raptim, agmẽ atrum propter puluerem campo aperto, id est per camptum apertum. Qualis nimbus. i. ventosa, & pluuiosa nubes, supp. est vbi it per medium mare ad terras. & hoc sydere abrupto, id est magna tẽpestate dissoluta. Corda pręscia longe. s. calamitatis futurę, heu dolẽtis interiectio, horrescunt, i. horrore rigescũt. agricolis miseris, ille. s. nimbus (vt dicunt agricolę) dabit ruinas arboribus, id est prosternet arbores, & dabit satis stragem, i. prosternet sata, &
ruet.

ruet. i. eruet & euertet omnia late. Talis. i. taliter aut talis existẽs, ductor rheteius. i. Troianus. s. Æneas a rheto pmontorio Troiano denominatus, agit agmẽ in hostes aduersos, & ipsi dẽsi agglomerant. i. condensant, quisq; se, & hoc cuneis. i. aciebus in morẽ cuneorum coactis. i. vnum compulsis. Tymbręus vir ille phrygius a loco dictus, ferit ense osyrim grauẽ, i. grauatum aut põdere aut senio, & Mnhesteus. i. Troianus ille ferit Archetiũ, & Achates obtruncat Epulonẽ, virum sic denoiatũ. Bona allusio in vocabulis. Nã Achates curã significat, quæ nimirum epulonem. i. gulositatem obtruncat, & gyas Troianus ille, obtruncat aut occidit Vfentẽ. Ipse Tolumnius augur, qui torserat primus telum in hostes aduersos cadit. i. occũbit, & supple ex eius casu, clamor tollitur in cęlũ. & rutuli versi vicissim, qa prius teucros infugam verterant, dant per agros terga puluerulenta, fuga. i. per fugã celeriter excitatam ipse. s. princeps belli. s. Æneas neq; dignať sternere morti. i. ad mortẽ aduersos. i. quos obuios, & aduersos offẽdit, nec insequiť congressus æquo. i. æquali pede, nec ferentes tela. i. licet animosos offenderet, qui viriliter resisterent, tñ non dignatur eos psternere, sed lustrans. i. circunspiciens vestigat. i. inqrit solum Turnũ sup. in caligine densa, & poscit solum. s. Turnum i certamina, sic. n. fœdera exigebãt. Iuturna virago. i. virile iplens officium cõcussa mentẽ. i. habẽs mentem cõcussam hoc metu excutit. s. ab eqs Metiscum aurigam Turni inter media loca, & reliqt longe lapsum temone. i. de temone, vel reliquit longe a temone. i. ligno oblõgo, quo currus cõnectitur, & dirigitur ipsum lapsum, ipsa subit. s. officiũ gubernandi, & flectit manibus habenas vndantes. i. laxas, & abundantes gerens. i. pre se ferens cuncta, & vocẽ & corpus, & arma Metisci. Velut. i. quemadmodum cum hirundo. i. volucris illa nigra saltẽ pro pricipali parte quãuis vẽtrẽ albis maculis distinctũ habeat, peruolat magnas ędes. i. domos domini. i. heri diuitis, & lustrat. i. circũuolat pennis. i. alis atria alta, legẽs. i. colligens, pabula parua. s. muscas, & culices, & escas. s. paruas, nidis, loquacibus. i. i qbus sunt pulli garruli, & sonat nũc porticib⁹, & nũc circum stagna humida, similis. i. similiter, Iuturna ferť equis per medios hostes, & ipsa volans obit. i. circũit omnia curru rapido, id est rapti acto, & ostendit germanũ. i. fratrem suum Turnum, ouantẽ iam hic, id est in vno loco, & iam hic. i. in alio loco, nec patiť supple eum, conferre manum. s. cum Ænea, & volat auia. i. sine via, & ordine, lõge. s. ab Ænea, Æneas haud minus. i. codẽ modo, obui⁹. i. vt obui⁹ sit, legit. i. peragit orbes. i. circuitus tortos. i. obliquos, & vestigat, id est inquirit virum, scilicet Turnũ, & vocat, scilicet ipsum magna voce per agmina deiecta & quoties cõiecit oculos in hostẽ, & tentauit, id est simulauit fugã, cursu equorum alipedum. i. quasi alatos pedes habẽtium, toties retorsit Iuturna equos auersos, scilicet ab ipo Ænea, Et ita
Æneas

Achates quid denotet.

Æneas fluctuat ne quidquã, id est frustra, vario ęstu, id est feruore irarum, heu dolentis vox dubitãs, scilicet quid agat, id est agere debeat, quia non potuit habere occursum aduersarij & curæ aduersæ vocant animum in contraria. i. nunc hoc nuncillud attentauit, vt congressum habeat.

PIERIVS.

¶Hæc vbi dicta dedit, portis sese extulit altis. Telũ immane manu quatiens.) Nõ desunt quidẽ antiquorum codicum exemplaria, in qbus, altis, scriptum reperiatur. sed enim Mediceum, & plura atque ex his pbatiora ſępius reperta. non, altis, sed, ingens, legunt, vt, si ad telum referatur, cum Homerica sentẽtia faciat. βριθυ, μέγα, στιβαρόν. Sed enim Ti. Donatus, &, ingens, agnoscit, & epitheton accõmodat Æneæ, dum ait, ingens, animo, scilicet & corpore. ¶ Vidit ab aduerso veniẽtes aggere Turnus.) In Roma. cod. & in ijs, qui apud me sunt, non omnino cõtemnendi, atq; in aliquot alijs manu scriptis, agmine, legiť. Sed enim Ti. Donatus dubio pcul aggere, videť agnouisse. ¶ Ipse neq; aduersos dignatur sternere morti. Nec pede cõgressos nec equo nec tela ferẽtes insequiť.) Aduersos, vulgata fere omnia exemplaria legunt, neq; desunt antiqui codices, qui lectioni adstipulentur. Romanus tamen codex & Oblongus pomponianæ delitiæ legunt auersos. Quodq; subsequitur, nec pede pgressos, nec equo. Antiqua fere omnia quæ versamus, exemplaria, legunt. Nec pede congressos æquo, in quo tria pugnarũ genera, tres feriẽtiũ gestus animaduertas. Aut enim eos, qui terga dant occidimus, & hoc exprimit, auersos, aut ęquo resistẽtes marte hinc ait, nec pede egressos ęquo, aut emin⁹ feriẽtes, hoc illud est. Nec tela ferẽtes insequiť horum sic pugnãtium nullum ille dignatur sternere morti. Sed solum densa in caligine Turnũ vestigat lustrans. Donatus vero, aduersos admittit, dũ obuios exponit: mecũ vero sentit in altero, dum subiungit, Aut ęquo pede pgressos occidere. Quod vero legiť densa in caligine. In Roma. codice, denso est, virili genere cõtra grammaticorum præceptionem. ¶ Hoc concussa metu mentem Iuturna virago.) In Oblongo codice, hinc legiť, hoc est hac de causa, hæc, quod minime placet. ¶ Rapidoq; volans obit oĩa curru.) In antiqs aliquot codicibus cursu scriptum est. Ea lectio in Mediceo superne adnotata. In reliquis curru habetur. ¶ Iamq; hic germanum iamq; hic ostẽdit ouantem.) Hoc loco, vbi vana sunt, quæ fiunt, magis placet, qđ in Romano codice legitur ostẽtat. ¶ Et disiecta per agmina magna voce vocat.) In Mediceo, & aliquot alijs codicibus nõ, magna sed longa scriptum est, addita superne dictiõe magna vt fieri solet, pro paraphrasi. ¶ Auersos toties currus Iuturna retorsit.) In antiquo admodum exemplari, toties curruus, legitur, uu, geminato, attiano, vti etiam superius notatum dicebamus.

Huic Messapus vti lęua duo forte gerebat
Lenta leuis cursu pręfixa hastilia ferro:
Horum vnum certo contorquens dirigit ictu.
Substitit Aeneas: & se collegit in arma,
Poplite subsidens: apicem tamen incita summum
Hasta tulit: summasq; excussit vertice cristas.
Tum vero assurgunt irę: insidijsq; subactus
Diuersos vbi sensit equos, currumq; referri:
Multa Iouem, & lęsi testatus fęderis aras,
Iam tandem inuadit medios: & Marte secundo
Terribilis, sęuam nullo discrimine cędem
Suscitat: irarumq; omnes effundit habenas.
Quis mihi nunc tot acerba deus, qs carmine cędes
Diuersas, obitumq; ducum, quos ęquore toto
Inq; vicem nunc Turnus agit, nunc Troius heros,
Expediat: tanton placuit concurrere motu
Iuppiter ęterna gentes in pace futuras?
Aeneas Rutulum Sucronem (ea prima ruentes
Pugna loco statuit Teucros) haud multa moratus
Excipit in latus: & qua fata celerrima, crudo
Transadigit costas, & crates pectoris ense.
Turnus equo deiectum Amycum, fratremq; Diorẽ
Congressus pedes, hunc venientem cuspide lõga,

SERVIVS.

¶Huic.) Pro in hũc: & est ordo, Huic dirigit. ¶ Se colligit i arma.) Ita se texit vt nulla parte posset feriri. ¶ Apicẽ tamen incita.) Galeę eminẽtiam, quã Gręci conum vocant, in qua eminẽt cristę. ¶ Multa Iouẽ, & lęsi testatur fœderis aras.) Licet haberet iustam cãm iracũdię, q effugiebat Turnus, & ipse appetebať insidijs: non tamẽ ante prorupit ille in bellum, q̃ Iouis fidem & lęsa fœdera testareť. ¶ Nullo discrimine cędẽ suscitat.) Indiscrete obtruncat vniuersos, qbus ante pari pepcerat mõ. ¶ Irarum habenas.) Potestatem, facultatem: vt, Et premere, & laxas sciret dať iussus habenas. Et hic moderate locutus est. Nã Ennius, Effundit irarum quadrigas, dixit. ¶ Quis mihi nũc tot acerba deus?) Ac si diceret, nec musa nec Apollo sufficiunt. Statius, Maior ab Aonijs sumẽda audacia lucis Mecũ omnes audete deę. ¶ Inq; vicem.) Inuicem. Nã quę, va-
cat.

cat. ¶ Tanton placuit concurrere.) Apostropha ad Iouem. Sane tanto non circunflectiť. Nam cum per Apostrophã, Apocopem verba patiunť, is qui in itegra parte fuerat, pseuerat accẽtus. ¶ Ruentes Teucros.) Quos Turnus insequebatur mucrone. ¶ Crudũ ensem.) Modo durũ, alias crudelẽ. ¶ Et crates pectoris.) Donatus superfluam vult esse cõiunctionem: & vt sit Epexegesis, adigit ensem per costas, id est pectoris crates, vbi celeri⁹ fata complentur. Et hoc est quod ait supra, Haud multa morat⁹. ¶ Amycum, fratrẽq; Dioren.) Hi duo duces sunt etiã supra memorati, vt Nũc Amyci casum gemit, nunc acris Orõtis. Item, Et nunc tertia palma Diores. Vnde ad terrorẽ populi, eorum capita religãtur in curru. ¶ Curru.) autem aut septimus est, aut datiuus antiqu⁹ secũdum regulã ne sit maior a noĩatiuo plurali. ¶ Mœstum Onytẽ.) Naturaliter tristẽ, seuerum, quem
Græci

Universidad de Deusto
Biblioteca

Greci ἀγιλαζον,dicunt mittit aũt sociũ supra memoratis. Sane Onytẽ Donat⁹ dicit aut gẽtile esse, aut patronymicũ, vt nomẽ ei⁹ propriũ sit Echionius. Sed hoc nõ procedit, qa neq; patronymicũ in tes exit neq; Onytes a qua gẽte veniat vsquã lectum est. Propriũ ergo est:& sequẽs versus erit, Nomẽ Echionium.i. Tebana gloria,per Periphrasin. Nam Echionij sunt Thebani a rege Echiõe. Vñ male quidã legũt Nomine Echionium. ¶ Matrisq; genus Peridię.)Periphrasis:hoc est filium Peridię. ¶ Lycia missos,& Apollinis agris.) Vacat &.nã per Epexegesim Lycia arua, Apollinis dixit.vt,Nũc Lycię sortes. ¶ Exosum nequicquam.) Sic supra,Inijcere manum Parcę.Nam per trãsitum ostẽdit eum vrgentibus fatis ad bella deductum: q nequicquã semper vitare cupiebat. Hũc autem Menœtem oriũdũ Arcada fuisse itelligimus, sed habitasse circa Argos. nã Lerna palus est Argiuorum,in qua eum dicit solitum fuisse piscari, nã hoc significat. ¶ Piscosę cui circũ flumina Lernę Ars fuerat, Pauperq; domus.)Hic & hęc pauper dicimus, nã paupera vsurpatũ est,Sic Plaut⁹, Paupera est hęc mulier. Sed hoc hodie nõ vtimur. Ea eni noĩa quę ablatiuo singulari in e exeunt, si fœminina ex se faciunt,similia faciunt:nec eni heteroclita esse possunt,id est alterius declinationis. vtputa,qa ab hoc hospite facit. hic & hęc hospes dicam⁹ necesse est.Lucan⁹, Hospes in externis audiuit curia tectis Ab hoc leone,hic & hęc leo:ab hoc latrone,hic & hęc latro: ab hoc fullone,hic & hęc fullo ; ab hoc nepote,hic & hęc nepos. Nã vt neptis dicamus propter successionis discretionem admissum est.Sciẽdum tamen hospita , paupera,legna,vsurpata a poetis. ¶ Potẽtum munera.) Obsequia,quæ pauperes diuitibus loco munerum soluunt.

Hunc mucrone ferit:curruq; abscissa duorum
Suspendit capita:& rorantia sanguine portat.
Ille Talon, Tanainq; neci,fortemq; Cethegum,
Treis vno cõgressu,& mœstum mittit Onyten,
Nomen Echionium,matrisq; genus Peridiæ.
Hic fratres Lycia missos,& Apollinis agris,
Et iuuenem exosum nequicquam bella Menœten
Arcada:piscosæ cui circum flumina Lernę
Ars fuerat,pauperq; domus:nec nota potentum
Munera:conductaq; pater tellure serebat.

DONATVS.

¶ Huic Messapus vti lęua .) Messapus Ænee forte loco proximus fuit:Hic ex duob⁹ ferratis hastilibus vnum certo ictu cõtorsit. Certus ictus est, qui sic destinatur, vt feriat . ¶ Substitit Æne.) Hoc artis erat,aptũ funderetur ictus,quẽ hostis dixerat certum. Subsedit,ingt,poplite,& se scuto contexit.ille.n.altius miserat,vt caput feriret,aut pectus,& quoniã pro voluntate hostis altitudo corporis fuerat necessaria,humilẽ se ille contrario procurauit. ¶ Apicẽ tamẽ incita sum.) Ecce vis mittentis,& ex alia parte declamãtis ingenium. si.n.stans temãsisset,inuenisset hasta,quem sterneret:qđ ipsum ex eo apparuit : quia in ipsa depressione corporis galeæ summã perdidit partem. ¶ Tum vero assu.ir.)Tum vero,id est tum magis irarum creuit augmẽtum . ¶ Insidijsq; sub.) Furebat enim q ꝯtrarijs luderetur insidijs. ¶ Diuersos vbi sentit equos.)Vbi vidit aliorsum duci equos & currũ . ¶ Multa Iouẽ.) Propter fidẽ iusiurandi,quod cum latino perfecerat,solum quęrebat Turnum , quẽ sine crimine sacrilegij posset occidere : sed cum videret sibi eius copiam denegari, testatus Iouem , & cæteros deos,per quos iurauerat se in bellum necessitate potius quã voluntate compelli . ¶ Inuasit tandem me .) Tandem ideo, quia diu expectauit,ne finis belli per Turni soli⁹ necẽ potuisset exire. medios,ingt,secundo Marte inuadit terribilis . Magna viri fortis cõstantia nõ dubitauit medios inuadere,vbi a circũfusis posset iterfici. Ecce & feliciter pugnat vallat⁹ inimica multitudine,& inter tot ac tales terrori omnibus fuit , quãta laus est nõ timere, & ab omnibus metui: ¶ Sęuam nullo discrimine cædem .) Supra dixit , q solum Turnum ad necem quęreret,ac cęderet nullum. nunc ait,quoniã illud non prouenit,aliquando tamen commotus,passim atq; confuse sternebat quoscunque reperisset, nullũ eligens ad mortẽ,nullumq; prosternens.tantum consenserat iracundię suę,vt nullis iã retineri nexibus posset. ¶ Quis mihi nunc tot acerba deus.)Deus,ingt,nunc est necessarius, sed quid sit iste inuenire non possum,quo iuuare valeã complecti quantos duces Turnus,quantos Æneas occidit. ¶ Tanton placuit cõcurrere mo.)Necessaria exclamatio poetę admirantis deorũ iniquitatẽ. qui patiebanf in alternam perniciem gentes tendere in ęternam venturos perpetuamq; concordiã. ¶ Æneas rutulũ sucronẽ.) Interpositũ est,ea prima ruentes pugna loco statuit teucros . cum pperarent,inquit,in hostium cędem Troiani,ibi constiterũt.vbi Æneas rutulum Sucronem occidit,nã non multa mora interposita excepit eum in latus,ex qua vero parte corporis peti expeditius potuit,ipsa eum percussit nam per latus & costas trãiectõ ense eũ prostrauit. Interpositum diximus, ea prĩa ruẽtes pugna loco strauit teucros quo facto diuisum ꝯstat vnũ sensum, nos isto sub tractõ,itegrem⁹, qd iterposita diuiserũt. Æneas rutulũ Sucronẽ haud multa morãtem. Exigit i lat⁹,& qua fata celerrima crudum Trãsadigit costas, & crates pectoris ense. Hic iungendum est, ea prima ruẽtes pugna loco statuit teucros,& erit cõpositio directa verborum. ¶ Turnus equo deiectum am.)Multa semel hic dicta sunt: sed nõ semel accipiẽda:qppe Turnus equo deiecit Amycum, equo deiecit & fratrem eius Dioren,nã cum addit fratremq; Dioren,& nõ significat vtrum pedes an eques fuerit,etiam Diorẽ ostendit vectum fuisse,ergo equo,& deiecto bis accipere debemus deiectũ equo amycum,deiectum Diorẽ equo ferit his quoq; intelligendum,vt sit,illum ferit lõga cuspide, illum ferit mucrone, ostentationis autẽ fuit incutiendi terrori,q cęsorum capita adhuc emittentia sanguinẽ secum Turnus vehebat in curru. ¶ Ille Talon Tanaimq; neci.) Ille,ingt,& incertum putatus reliquisse,vtrum de Ænea dictum videaf an de Turno , sed non est vitium poetæ,nã ex Cethegi nomine,quẽ constabat fuisse Troianum , quęq; alijs nexuit,ostendit nõ Æneã se dixisse,sed ipsum Turnum. Tres igitur vno cõgressu,in qbus Cethegus fuit assistẽte virtute deiecit. Onyten vero hoc est Onytis & Peridię filiũ, qui Echionio nomine diceref,separatim strauit. Mœstum dixit,quia incurrerat hostis manus', quas non potuit euasisse:qđ,ait,mittit,non ad Onyten solũ,sed ad omnes pertinet. ¶ Hic fratres ly.mis.) Lycij ex partibus Æneæ fuerant. ¶ Et Apollinis agris.) Ex Lycia & Apollinis agris fuerant fratres,Lyciam caram fuisse Apollini,& propriam, etiã in quarto libro memorauit dicens Qualis vbi hybernam lyciam, Xanthiq; fluenta deserit, hac delum maternã inuasit Apollo. ¶ Et iuuenem exosum.) Menœtes quoq; perosa habens bella cum inertem ętatẽ iuuenis diceret,pro bellatore prostratus est. dicit causam propter quã frustra ducebatur ad bellum. Ipsa eni fecerat,vt pugnare nesciret. ¶ Arcada,piscosę.)Arcas iste, inquit, fuit piscandi semper deditus studio , qui solum lacũ lernæ & domum suam pauperem,id est anguste substãtię nouerat: nesciens prorsus,qd diuites agerẽt,nec alicuius obsequijs deditus, nec solum ipse pauper verumetiã pater eius,nam in terra cõducta morabatur dans operã seminibus iaciẽdis:Ecce verecundaf paupertas in necessitate posita,nõ quęsijt patrocinium diuitis, nõ maioris substãtię desiderauit auxilium:piscatio alebat filium, conductus patrẽ ager pascebat & ipse non grandis, sed pro facultatibus pauperis intelligendus. quis eni pauperi magnum crederet pręidium laudãdum in duobus institutum? quos nõ polluit necessitas,aut aliqua paupertas scelere maculauit.

ASCENSIVS.

¶ Huic Messapus,&c.) Docet quomodo Æneas a Messapo iaculo petitus sed non lęsus est, verũ acri furore percitus quo mortalium multos,pstrauit , vnde cum nihil habeamus Donati, Ordo est. Messapus(vti.i. secundũ q ipse leuis cursu.i.leui militia istructus gerebat forte lęua.i.sinistra manu,duo hastilia lẽta.i.flexibilia & vibrabilia,pfixa ferro,id est habentia ferrum prefixum) dirigit huic.i.in hũc.s. Æneã vnum horum.s.hastilium,cõtorquẽs supp.ipm,ictu certo,id est ineuitabili,& firmo, Æneas.s.animaduertens in se telum ipelli,substitit.i.mansit stans,& obseruans hastile,& collegit se in arma.i.tenuit se in custodia armoꝝ subsidẽs .i.incuruans se poplite .i. parte crurum ex aduerso genuum, tamẽ.i.nihilominus quamuis se in arma collegerat,hasta icita tulit .i.abstulit summum apicẽ. s. galeę.i.conũ,& excussit vertice summas cristas. Tum vero.i.pcipue tunc,aut & tunc ad verum irę assurgunt.i. erigunf & ipse subactus.i. impulsus insidijs.i. qa vidit se insidijs appeti,vbi sensit equos diuersos .i. in diuersas agi , & currum referri.s.a cursu instituto cum obuiã traheref, ipse testatus Iouem multa.i.multum,& aras fœderis lęsi.i. violati , ipse iã tandẽ inuadit medios,& ipse terribilis Marte secundo.i. prospero successu belli,suscitat,id est excitat sęuã,id est immitem, & maximã cędem,id est necem, nullo discrimine .i. sine discretiõe personarũ,& effundit omnes habenas irarum. Quis deus) ingt poeta) expediat.i. expedite narret mihi nunc tot acerba, scilicet funera aut vulnera,qs expediat carmine cędes diuersas,& obitũ ducũ,quos Turnus agit nunc toto ęquore.i. toto cãpo ęquo inuicẽ.i.vicissim,& nũc heros Troius.i.troianus Æneas.q.d. nullus. Vñ acclamat dicens. Tãtõ , tãto ne motu o Iuppiter placuit sup. tibi gentes futuras in ęterna pace cõcurrere.s. tunc tã hostiliter. Æneas haud.i.nõ moratus multa excipit in latus Sucronẽ rutuliũ & transadigit ense crudo.i.duro,costas & crates.i. iũcturas pectoris.s.circa pcordia in ea videlicet parte,qua fata sup.sũt celerrima.i.qua mors celerrime accedit,qa vulnerato corde stati moritur,ea autẽ pugna statuit loco.i. firmauit , & stare fecit prima teucros.i.Troianos,Turnus cõgressus pedes.i.pedibus innitens pedester ferit Amycũ deiectum equo , & Diorem fratrem.s. eius ferit dicit cuspide longa hunc.s.priorẽ hoc est Amycũ veniẽtẽ.s. cõtra se & ferit hũc Diorẽ mucrone.i.ense, & suspẽdit curru.i.ad currũ capita duorum.i.amboꝝ , illorum abscissa.i. amputata , & portat sup. ea rorantia sanguine.i.adhuc distillãtia.Ille.s. Æneas mittit neci.i.ad necẽ,Talon & Tanaim,& Cethegũ fortẽ tris.s. viros,vno cõgressu,& mittit neci.i.ad mortẽ Onytem mœstũ.i.feuerum & signũ mortis prę se ferentem,onytem dicit noĩe,Echionium.i.gloriã thebanã ab Echione rege dictã , & genus.i. filium Peridię matris.s.nobilis,hic.s. Turn⁹ mittit neci,fratres missos.s. in auxiliũ Troianum,lycia.i.ex illa,puincia,& pro.i .agris Apollinis,& Menœtẽ iuuenem arcada.i.ex arcadia,exosum.i.de testatum,& abominatum,nequicquã.i.frustra bella,quia occisus est, cui.s.Menœti,ars fuerat circũ flumina lernę.s. paludis apud argos piscosę.i.pisciũ plenę,& cui fuerat domus pauper.i. tuguriũ,aut cassa modica,nec.i.& nõ,& cui munera potentium nõ erant nota.i.q nihil a potentibus acceperat,& cui pater serebat.i. seminabat tellure.i.aruis conducta.i.conductis.

PIERIVS.

¶ Multa Iouẽ & læsi testatus fœderis aras.) In antiquis fere omnibus testatur legere est, In Medi. vltimus apex abrasus, & nota, quę testatus,legit,apposita. ¶ Tanton placuit concurrere motu.) In veteribus cod.&,tanton,& tanto,habetur. Sed enim, tãton,notatur a grãmaticis,neq; temere agnoscitur a Seruio. ¶ Haud multa moratus excipit.)In Mediceo,& aliquot alijs veteribus,morãtem,vt non eum vulnere confectum ostendat.) Crudo transadigit costas,& crates pectoris ense.)In Mediceo in Romano & antiquis omnib⁹ codicibus,quotquot habui,crudum trãsadigit costas,& crates pectoris ensem,scriptum obseruaui , quod etiã Seruius agnoscit,ex hoc vero superiorem lectionẽ communire possis vbi de Turno legif crudum per costas exigat ensem.Nam durum in aliquot codicibus legi dicebamus. ¶ Nomen echioniũ.) In anti.plerisq; codicibus legas, nomine echionium. Quã lectionem improbat Seruius,neq; Donato assentif, qui onytẽ nomen vel patronymicum,vel gentile putat. Et echionium proprium.

SERVIVS.

¶ Arentem in syluã.)Pro aridam. ¶ Dãt sonitum spumosi amnes.) Bellum semper incẽdio & fluminib⁹ cõparat. Sic i secũdo , In segetẽ veluti cum flãma furẽtib⁹ austris Incidit, aut rapidus mõtano a flumie torrẽs. ¶ Nescia vinci.) Horatius, Pelidæ stomachũ cedere nescij. ¶ Murrhanũ hic atauos & auoꝝ ãtiqua sonãtẽ Noĩa.) Hoc est, cuius maiores Murrhani sunt dicti , & reges fuerunt:vt, Per reges actũ genus oẽ Latinos . Scimus.n. solere plerunq; fieri vt primi regis, reliq nomẽ eius possideãt, vt apud Romãos Augusti vocãtur , apud Albanos Sylui j, apud Persas Arsacidæ, apud Ægyptios Ptolemæi , apud Athenienses Cecropidę . Vñ superfluũ est quod ait Donatus debere nos accipere interemptum eẽ Murrhanum dũ auos & atauos Turni cõmemorat, & effert laudibus maximis. ¶ Per regesq; actum genus omne Latinos.) Horati⁹ Et nepotum per memores genus oẽ fastos. de Lamo. ¶ Nec domini memorũ proculcat equoꝝ.)Domini immemoꝝ. ¶ Dextra nec tua te Graiũ fortissime Creteu Eripuit Turno,nec dij texere Cupẽtũ.)ita Æneam cõparat Turno vt eũ superiorem eẽ significet . Nã quẽ Turnus interemit,fortitudo sua liberaf nõ potuit: ei vero quẽ occidit Æneas , ne sua qdẽ numina prodesse potuerũt . Sane sciendũ Cupencum,Sabinoꝝ lingua sacerdotem vocari. ¶ Late terram cõsternere. ¶ Aliud ex alio ostenditur. Nam per hoc corporis exprimitur magnitudo. vt,Stabãt trecẽti nitidi in præsepibus altis. ¶ Euersor Achilles.)Separat Achillem a Grecis:vt, Relliquias Danaum atq; immitis Achilli. ¶ Mortis metæ.)Id est mors quæ meta est & finis, nam metam, finem vitæ dicimus,non mortis . Sciendum tamen hoc ita de Homero esse translatum,qui ait θανάτοιο τελευτῇ, hoc est finis mortis,nam in ipsa morte finis est. ¶ Lyrnessi dom⁹ alta. ¶ Lyrnea ciuitas est Phrygię. Vñ fuit Briseis,& p transitum docet neminẽ posse statuta vitare , ¶ Conuersæ acies.)In bellũ coactę. ¶ Pro se quisq; viri.) Pro qualitate virium suarum : sic in quinto, Pro se qsq; viri , & depromũt tela pharetris. ¶ Summa nitũtur opũm vi.) Hemistichium Ennianum.

Ac velut immissi diuersis partibus ignes
Arentem in syluam,& virgulta sonantia lauro:
Aut vbi decursu rapido de montibus altis
Dant sonitum spumosi amnes:& in ęquora currunt
Quisq; suum populatus iter.non segnius ambo
Aeneas,Turnusq; ruunt per prælia:nunc nunc
Fluctuat ira intus:rumpuntur nescia vinci
Pectora:nunc totis in vulnera viribus itur,
Murrhanum hic atauos,& auorum antiqua sonãtẽ
Nomina,per regesq; actum genus omne Latinos.
Pręcipitem scopulo,atq; ingentis turbine saxi
Excutit:effunditq; solo:hunc lora,& iuga subter
Prouoluere rotę:crebro super vngula pulsu
Incita,nec domini memorum proculcat equorum.
Ille ruenti Hilo,animisq; immane frementi
Occurrit:telumq; aurata ad tempora torquet.
Olli per galeam fixo stetit hasta cerebro.
Dextera nec tua te Graium fortissime Creteu
Eripuit Turno:nec dij texere Cupentum
Aenea veniente sui:dedit obuia ferro
Pectora:nec misero clypei mora profuit ęrei.
Te quoq; Laurentes viderunt Aeole campi
Oppetere:& late terram consternere tergo.
Occidis:argiuę quem non potuere phalanges
Sternere,nec Priami regnorum euersor Achilles.
Hic tibi mortis erant metæ; domus alta sub Ida:
Lyrnessi;domus alta,solo Laurente sepulchrum.
Totę adeo conuersę acies,omnesq; Latini,
Omnes Dardanidę:Mnestheus acerq; Serestus,
Et Messapus equum domitor,& fortis Asylas,
Thuscorumq; phalanx,Euandriq; Arcadis alę,
Pro se quisq; viri,summa nituntur opum vi.
Nec mora,nec requies: vasto certamine tendunt.

DONATVS.

¶ Ac velut imissi.) Duas flãmas, diuersosq; torrẽtes duobus viris fortibus cõparauit nã quomodo flammæ cõsumunt quicquid occurrerit,& torrentes qcquid impulerint trahunt, sic isti sęuiebãt in aduersos elati ira, & cupiditate vincẽdi,nõ metuentes vulnerum casus,aut mortis. ¶ Murrhanum hic ata.) Hic,pnomẽ est nõ aduerbium loci, proinde hic hoc est Æneas murrhanum saxo ingẽti deiecit , magnitudinẽ saxi ex eo ostẽdit, cũ dicit,ingẽti turbine, simul probauit & mittẽtis virtutẽ, huic asserit poeta vanitatẽ animi sui obfuisse, q dñ se putaret propter nobilitatẽ generis,quod per reges latinos ad ipm quoq; puenerat , a quoquã ꝯtigi nõ posse, sic Æneæ manu,pstrat⁹ interijt. ¶ Hunc lora & iuga subter puoluere rotę,Crebro sup vngula pul. Inci.)Cadẽs,inqt,murrhanus nõ extra currũ,sed sub ipsum temonẽ,rotaꝝ volubilitate p ductus est:quo facto equorũ suorũ cõtundebaf pedibus,& rotis currentibus terebatur. Equi,ait,non erant memores domini. Iocari voluit poeta nõ verum dicere,nam sensus iste ab equis & rotis alienus est. ¶ Ille ruenti hylo.)Ruenti dixit non cadenti sed inconsiderata festinatione properanti. Deniq; huic & ingentem furorem dedit,vt prorsus nesciret qñ vel quemadmodum posset occidi . ¶ Telumque aurata ad.)Venienti,inquit,occurrit, vt ostenderet constantiam & fiduciam viri fortis , & in tempora aurata hastam fixit . ¶ Olli per

Universidad de Deusto
Biblioteca

per galeam.) Ecce ipse euidentius ostẽdit: nam galeæ victa vsq; ad cerebrũ eius hasta in terga peruenerat. Fixo ait cerebro stetit hasta: hic omnis vis expressa est. nõ enim funditur quicquã nisi interueniẽte maiori violẽtia, nec stat nisi quod alte infixum est. Factũ hoc ad Turnum intelligitur pertinere. ¶ Dextera nec tua.) Ecce & hic Creteum dicit inter ẽptum, quomodo igitur fieri potuit, vt homo vnus diuersis tẽporibus bis occideretur? ne quasi immemoris poetæ vitium existat, melius est sic intelligere, vt alter ille fuerit, de quo dixit, Creteã musarum comitẽ, cui carmina semp, & citharæ, cordi numerosq; intendere neruis, denicq; si idem etiã hoc loco fuisset, artes eius & peritiam musicæ & scientiæ iterum ptulisset. ¶ Nec dij texere cup. Ænei.) Non potuerunt cupẽtum dñ sui tueri. ¶ Dedit obuia ferro Pectora.) Tantum opportunus fuit ad excipiẽdã mortem, vt illum nec dñ sui nec munimẽta corporis potuissent defensare. quis enim deus morti posset auxilium ferre? quãdo aduersum pectus vltro obtulit ferro, tãtumq; se opportunum præbuit: vt nec obiectu clypei aliquas morti luæ moras afferret. ¶ Te quoq; Laurentes vider.) Dixit & Æolum occisum sed huius poeta exitum nõ sine affectu miserationis inseruit. Denicq; occidis ait: hoc verbum occidis maiorũ personis aptat, sed quoniam hũc de nobilium numero vult esse Virgilius, occidisse eum dixit nõ cẽsum esse. ¶ Argiuę quem non potue.pha.) Texisti ait corpore tuo terras Italiæ, qui cõgredientibus exercitibus Græcis & ipso Achille euersore totius regni nõ occubuisti: per apostropham formosam cõparationem induxit exprimens in ea dolentis affectũ: quasi diceret potuisti cadere ingenitalibus terris, & a meliorib⁹ percuti nũc in peregrinis iaces, & te, pstrauit inferior. ¶ Hic tibi mortis erant metæ.) Non tibi defuit virtus tua, sed fatorũ ratione perfectum est, vt natus in alijs terris viuendi fines ac terminos in alienis regionibus inuenires. ¶ Lyrnesi domus alta.) Nascẽtem te excepit lyrnessi domus mortui funus Itala terra complexa est. ¶ Totæ adeo con.) More suo misit generalitatem ne solos Æneã & Turnum fugantes induceret. Ait enim quod faciebant duo, faciebant & cæteri, nec aliquis fuit a belli certamine vacuus. ¶ Omnesq; latini om. Darda.) Cum posset sufficere, totę adeo conuersę acies, ambitione dicendi ductus iuit per species, homines aliquos & gentes enumerãs. ¶ Pro se quisq; viri.) In bello enim nõ curat vnusquisq; nisi quãdo dum primum vitã suam salutemq; tueatur, tãc etiam sociorum. ¶ Nec mora, nec requies.) Nec mora certamini dabat, nec reges labori, cõtinuum fuit quicqd illic gerebatur. hoc.n. exigebat magni operis ratio cupiditasq; vincendi.

ASCENSIVS.

¶ Ac veluti immissi diuersis, &c.) Ostẽdit reliquã Æneę, Turnięq; stragẽ de qua nihil quidẽ habet Donati. ¶ Ordo aũt est. Ac veluti ignes imissi diuersis partibus. i. aduersis locis in syluã arentẽ. i. aridam & in virgulta sonãtia, lauro. i. frondibus, aut foliis lauri, sup. ruũt quisq; populatus. i. deuastãs aut cõburẽs suũ iter. i. viã suã, hoc est qcqd ostẽdit. Aut veluti vbi amnes spumosi de cursu rapido. i. propter decursum rapidũ, aut in decursu rapido. f. de montibus altis, dãt sonitum. f. ingentẽ, & currunt in æquora. i. in cãpos planos aut in maria (sed potius, quia de montibus dicit, in cãpos itelligam) quisq. i. vterq; amnium, sup. currit populatus. i. deuastans, & secũ trahens suum iter. i. quicqd in itinere, hoc est via sua offendit, Ambo Æneas. f. & Turnus ruũt. i. icurrant p prælia, nõ segnius. i. nõ tardius, sed æque impetuose vt illi ignes i syluã aridam missi, & illi amnes in æquora decurrentes. Ira fluctuat intus. i. in pcordijs, nũc nũc. i. maxime nũc, & pectora. f. amborũ nescia vinci rumpũtur. f. rigore & segnitia & itur. f. ambobus nunc

SERVIVS.

¶ Mẽtem Æneę genitrix pulcherrima misit.) Consiliũ: vt, &c. Qua facere id possis, nostram nũc accipe mentẽ. Et pulcherrima perpetuũ est epitheton, nec ad negociũ pertinẽs. Sane bona vsus ẽ œconomia, vt diceret istinctu numinis professũ esse Æneã ad ciuitatis excidiũ. Nã incõgruũ fuerat occupatũ bello per se tale cepisse cõsiliũ. ¶ Vrbiq; aduerteret agmẽ.) Cõtra vrbẽ. ¶ Acies circũtulit.) Oculoq. f. & bona occasione. ¶ Immunem tãti belli.)

Hic mentem Aeneæ genitrix pulcherrima misit:
Iret vt ad muros: vrbiq; aduerteret agmen
Ocyus: & subita turbaret clade Latinos.
Ille, vt vestigans diuersa per agmina Turnum,
Huc atq; huc acies circuntulit: aspicit vrbem
Immunem tanti belli, atq; impune quietam.
Continuo pugnæ accendit maioris imago.
Mnesthea Sergestumq; vocat, fortemq; Serestum,
Ductores: tumulumq; capit. quo cætera Teucrum
Concurrit legio: nec scuta, aut spicula densi
Deponunt: celso medius stans aggere fatur.
Nequa meis esto dictis mora: Iuppiter hac stat: Æneas autẽ iterfuisse fœderi vt deos alios, & Iouis imaginem sceptri pstentia redditã. ¶ Neu quis ob imperiũ subitũ mihi segnior ito.) Tertia pstona est ito, id est eat & hortat eos vt ita i bellũ eãt, quasi res fuerit ante dispsita. Nã hoc dicit, Repẽtinum imperium nullã nobis afferat morã. Vnde est paulo post, Scalæ iprouiso, subitusq; apparuit ignis. ¶ Cautam belli.) Quia illic erat Lauinia. ¶ Hoc caput o ciues.) Vt, o Latio caput horum & causa malorũ. i. pncipiũ. ¶ Fœdusq; reposcite flammis.) Grauitate sermonum declamationi pẽdus imposuit. Nam hoc dicit, Flammas fœderis vrbis innouemus incẽdio. nã reposcite ẽ reuocate, innouate. ¶ Discurrunt alij ad portas, primosq; trucidãt.) Subaudis. ¶ Improuiso.) Et hęc simul, pnunciãda sunt, vt simul facta videantur: quo vehemẽs vis bellica posset agnosci. ¶ Inter pmos.) Inter duces, inter principes. ¶ Hęc altera fœdera rupi.) Bis rupi fœdera, bis hostes Italos fieri, bis se in pria sua ppelli. Nam varie eandẽ rem iterat. Bis autẽ fœdera facta sunt, semel per Ilioneũ & paulo ante propter singulare certamen. ¶ Referare iubẽt.) Id est volunt, vt Terẽtius, Iubeo Cremetem salutare. ¶ Trahunt in mœnia regem.) Trahere volũt. Nã voluntas, animi est, non facti. Trahunt autem. f. vt possit imminẽs videre discrimẽ. Donatus dicit trahunt in mœnia, pro dilacerãt in mœnibus rumoribus suis. ¶ Inclusas vt cum latebroso in pumice pastor.) Pene oĩa cõparationis, istius verba ad supradictum pertinent bellum. Nã ita apes incluse sunt, vt hoies qui obsidẽtur, ita ciuitatem, timẽtium latebras dicimus, sicut apium sunt aluearia. Item pastor vt rex, & re vera pastor & ductor exercitus, vt Homerus ποιμένα λαῶν. Pumice autem iste masculino genere posuit: & hunc sequimur: licet Catullus dixerit fœminino. ¶ Fumo amaro.) Quod elicit lachrymas. ¶ Tredida rerũ.) Nescientes quid agant, ignarę auxiliũ. ¶ Ater odor.) Noue, nã in odore quis color est? Sed hoc dicit odor ater, fumi scilicet, ater odor, id est pessimus: vt, Fumoq; impleuit amaro.

DONATVS.

¶ Hic mentem Æneæ ge.) Nõ corpore formosa mulier sed mater pulcherrimi affectus & pro salute filij pulcherrima misit mentẽ nato hoc est consiliũ, sic & in primo libro ait, nostrã nunc accipe mentẽ, hoc est cõsilium. ¶ Iret vt ad muros.) Non tantum iret ad agmẽ, sed & ocyus id faceret, exponit quare ocyus. ¶ Et subita turbaret cla. la.) Grauius est enim malum & citius obtinet, quod inopinantes oppresserit. Securi enim fuerant intra ciuitatẽ cõsistunt, alijs in campo certantibus. ¶ Ille, vt vestigans.) Dum illuc atque illuc oculos tẽdit quęritãs per diuersas acies Turnum, respexit, vrbem sic immunem cladibus belli, vt eis illic quies esset & securitas plena, quasi nihil triste inter cæteros gereretur. ¶ Continuo pugnę accedit.) Quasi iam fieret, quod mente conceperat, sic accensus est. ¶ Mnesthea, Sergestumq; vocat.) Non Serestum ductores: sed Mnestheum, Serestum, & Sergestum omnes ductores. Iccirco, inqt, hos vocauit, quoniam ductores exercitus fuerant, & oportuit eos regis consilium nosse. ¶ Tumulumq; capit.) Vñ possit a circumfusis audiri. ¶ Quo cætera Teucrum Cõ.) Constituto eni rege in edito loco & vocatis ductoribus itelligerũt omnes aliquem pro communi cõmodo futurum esse tractatũ. ¶ Nec scuta aut spicula densi Depo.) Atq; ita vt armati fuerant manserunt: Oportuit quippe plenã esse cautelam, vbi tãtus feruor certaminum vertebatur. ¶ Celso medius sta. ag. fa.) Facile audiri potuit, qui in summo constitutus fuit, & stabat medius, stans intellectum latissimum tenet. In necessitate enim tanta fe-

Neu quis ob inceptum subitum mihi segnior ito.
Vrbem hodie causam belli regna ipsa Latini,
Nisi frenum accipere, & victi parere fatentur:
Eruam: & æqua solo fumantia culmina ponam.
Scilicet expectem libea: dum prelia Turno
Nostra pati: rursusq; velit concurrere victus:
Hoc caput o ciues, hæc belli summa nefandi.
Ferte faces propere: fœdusq; reposcite flammis.
Dixerat: atq; animis pariter certantibus oẽs POE.
Dant cuneum: densaq; ad muros mole feruntur.
Scalæ improuiso, subitusq; apparuit ignis.
Discurrunt alij ad portas: primosq; trucidant:
Ferrum alij torquent: & obumbrant æthera telis.
Ipse inter primos dextram sub mœnia tendit
Aeneas: magnaq; incusat voce Latinum,
Testaturq; deos, iterum se ad prælia cogi:
Bis iam Italos hostes: hæc altera fœdera rumpi.
Exoritur trepidos inter discordia ciues:
Vrbem alij reserare iubent: & pandere portas
Dardanidis: ipsumq; trahunt in mœnia regem.
Arma ferunt alij: & pergunt defendere muros.
Incluſus vt cum latebroso in pumice pastor
Vestigauit apes: fumoq; impleuit amaro:
Illæ intus trepidæ rerum, per cerea castra
Discurrunt: magnisq; acuunt stridoribus iras.
Voluitur ater odor tectis: tum murmure cæco
Intus saxa sonant: vacuas it fumus ad auras.

dere nõ debuit: dei qa decuit honorificũ esse pricipẽ vt stãtibꝰ vniuersis etiã iple staret: Vel qa aliter videri & audiri nõ poterat nisi vidisset oẽs, & videre ab oĩbus. sic ergo suũ cœpit referre cõsilium. ¶ Nequa meis esto dictis mora.) Nulla, inqt, mora iterponat his, quæ postea dixero nec repẽtinum quẽquã cõsilium turbet. stat eni nobis cũ Iuppiter, cuius fauore cõfido. Incipit iã dicere inuẽta sua, & celeritatẽ prius istructis propriũ referre tractatũ. ¶ Vrbem hodie causam belli.) Diu, inqt, errauimꝰ, nec malorũ oĩum quæ esset principalis causa, potuimus noscere: fiat ergo celeriꝰ qđ tardius visum est, excindẽda ẽ hodie ciuitas, cuiꝰ adhuc icolumitate victoria nostra differt: delendũ Latini imperium, nec acquiescent cõditionibus nostris, nisi se iustis parituros Itali, ppria pfessione signauerint. In capũ redigẽda vniuersę vrbis amplitudo, & inimicę facies ardẽt debẽt, aut cadere, si fugiores nõ agnouerint Teucros, aut de sua cõditiõe fateri voluerit. ¶ Scilicet expectem.) An ego nõ prouideam cõmodis nostris, donec Turnus pugnaꝰ velit, aut nolit, si cogor superati hois arbitrium sequi: cur non ipsi sentiãt vim potentiamq; victoris? ¶ Hoc caput o ciues.) Feriendum est malorum nostrorum caput: reliqua post eius supplicium parẽ fortiẽtur interitũ. radenda est nefarii belli summa, vt cõquiescat penitus, quod ex ipsa per scelus emergit & pullulat. ¶ Ferte faces propere.) Qua breuitate cœpit, ipsa conclusit. Vrbem, inquit, hodie causam belli se velle delere, & quãdo, et quã ob causam id facere disponeret, breuiter dixit. hic autẽ docet, quomodo hoc ipsum posset impleri, cum dicit, ferte faces propere, et incendendã scirent, fœdusq; reposcite flãmis: vt procurarent pacem incendia, quam dolus et humanum procuraret inuentum. ¶ Dixerat, atq; animis.) Magnam enim habet vim, quod pari consensu et vnanimiter regitur. ¶ Omnes dant cun.) Sufficerat hoc dictum, addidit. ¶ Atque animis pari.ce.) Atque vt dixerat, fatiare, connexuit, denlati ad muros mole ferunt. Ecce quãtum valuit iubẽtis authoritas, et fiebant iussa consensu oium, et celeriter gerebãtur. ferunt, inquit, vt vltra modum properãtis, quos exagitabat tanti regis præceptum et vtilitas sua. ¶ Scalæ improuiso.) Quę sitas scalas et aduersas ignemq; allatum nõ dixit studio breuiandæ narrationis. quid eni poneret, quod ex consequentibus pcuratũ posset ostẽdi? ergo agendis rebus magna est celeritas adhibita, nam quam cito, aut vnde inuentæ sunt scalę? quę muris admouerentur? aut quãm repente ignis apparuit? hęc extra muros gerebant, incipit perturbationẽ ciuitatis ostẽdere. ¶ Discural. ad po.) Ne aperte faciles ingressus darent hostibus. ¶ Primosq; trucidant.) Hoc est illos, qui primi ingrediebant. ¶ Ferrũ alij torquent.) Diuiserant officia subueniendi: nãque alij curantibus portis, alij missilia tela torquebãt, tanta copia & obumbratã cœlum videri non posset. ¶ Ipse inter primos.) Cum tela innumera muris iacerent, cũ fusi ante portas aliqui occubuissent, Æneas adhuc se beneuolum Latino mõstrabat tendebat inermem dexteram, quod fuit signum volẽtis pugnare. Loquebaę enim magna voce Latini incusationem prosequens generale hoc est, non enim specialiter dixit, quæ cõtineret prolixitas vocis, & clamorũ magnitudo, suspicari tamẽ aliqua diximus pro pstona loquentis. si enim Latinus pstans fuisset in ordinãdis filiæ nuptijs, si tot aduersis esset emendatus, non veniret ad talia. Magna, inquit, voce aliter quippe loqui non debuit, qui cogente ira & strepente perturbatorum tumultu cupiebat audiri, testabatur autem deos, qui soli humanarum cogitationum gnari sunt. Inui-

dere

tum

Universidad de Deusto Biblioteca

tum sese inter initia in certamen exisse,inuitum iterū cogi: iusta hæc obiurgatio fuit.primo enim ipsi cœperant bellum , ipsi etiā rursus faciētes cōtra humanas & diuinas leges rumpentes iterū fœdera. ¶ Exorit trepidos inter discor.ci.) Discordiam dixit animorum dissimiles motus,& nō sibi consentientes: incipit dicere, qd singuli sentirent. ¶ Vrbē alij reserare .) Qui videbant periculum præsens in discrimen manifestum, dicebant aperire ciuitatē melius esse q̄ occupari armis aut flāmis, & ob hanc causam vrgebant regē in mœnia,hoc est ad muros. ¶ Arma ferunt alij.) Quibus tradendæ vrbis sententia displicebat,manus properantes ad arma couerterant,vt contra hostilem vim muris assisterent. ¶ Inclusas vt cū late.in pu.pa.) More suo propter addendū splendorem carmini subiecit similitudinē cōparans ciuitatem pumiceis latebris:quæ cōburi facillime possunt, & citō dissolui. apes Latinorū actibus,asperū animalis genus, sed quod fumo exiguo potest superari.Castra Latinorū,apum cereis castris quæ sine adminiculo virtutis exiguo possint momēto turbari, & iuadētis leuis manu cōminui,apum murmur cum Latinorū trepidatione, Æneæ vestigatorē apum curantē ne fugiant fumum incēdio, quo Æneas vbi minabatur excidium.

ASCENSIVS.

¶ Hic mentē,&c.)Docet quō instinctu Veneris Æneas vbi vidit sibi negatā copiam pugnandi cum Turno,applicuit animam ad expugnādam vrbē,de qua re nihil est Donati,sed. ¶ Ordo est.Genitrix pulcherrima.s.Ven⁹,misit hic.i.in hoc rerum statu Æneæ mentē.i.consilium,& animum , vt iret ad muros & aduerteret.i. appelleret agmē vrbi.i.ad vrbē , ocyus.i.celeri⁹,aut subito valde & turbaret Latinos clade subita.i.ex iprouiso de repēte orta.Ille.s. Æneas,vt.i.postq̄ circumtulit acies.i.acumen oculorū huc, atq; huc.i.ī diuersas partes vestigās.i.inquirens Turnum per diuersa agmina,ipse aspicit vrbē immunem tanti belli, atq; quietā impune.i.sine pœna ac punitiōe,aut vbiq; quia quod ipune fit vbiq; fieri potest , imago.i.species maioris pugnę accēdit.i.inflāmat continuo,sup.ipsum,& vocat.s.ad se Mnesthea Sergestum & Sarestū fortem ductores.s.exercitus,& capit tumulum.i. colliculum,aut locum editiorē,seu altiorem,quo.i.ad quem cætera legio Teucrū pro Teucrorū,accurrit,nec ipsi densi.i.quanq̄ densi & stipati deponūt scuta,aut spicula,& supp. Æneas stās medius in aggere,id est colliculo celso taľ sup.sic dicēs.Ne qua mora esto.i. impero ne aliqua mora futura sit meis dictis .i. edictis,& īperijs, Iuppiter stat hac.s.parte nostra.i.fauet nobis:qa illi fœdera ruperunt.Neu.i.neue qs ito.i.eat mihi(vacat mihi)aut in detrimentū meum,segnior.i.tardior,ob inceptū subitum , id est qa id quod concepi,& incepturus sum,subito ortum sit.Ego eruā hodie vrbē appositorie cām belli,& ipsa regna Latini , ni.i.nisi . s. vrbani aut ciues fateňť accipere frenum , & pro.i.parere imperijs sicut equus freno cōstrictus paret,& æquo ponā culmina fumantia.i. domorū summitates,& fumātia æqua.i. æqualia,& ęque plana, solo.i.vt solū est . Scilicet.i.scire licet.hoc est quasi vero expectē .i. epectare debeam donec libeat Turno pati nostra prælia,& donec ipse victus velit cōcurrere rursus.s.si habeat ciuitatē incolumē?O ciues,hoc est caput.i.hęc vrbs est principalis causa belli nefandi,& hæc est summa.i.principalis rō belli nefandi , ferte faces propere.i.pperanter,& reposcite.i.innouate fœd⁹.s. quod dictū est,flāmis non aris,sed vrbi impositis,Dixerat.s. Æneas atq; omnes dant cuneum.i.cōponunt se in cunei formam animis certātibus pariter.i.certatim mandatū Æneæ molientibus,& omnes se runt pariter ad muros,mole.i.multitudine,& vi densa,scalę sup. apparuerūt iprouiso.i.ex improuiso,& ignis subitus apparuit.s. vrbanis,vñ sunt qui intelligant scalas,& ignē a Venere ministrata pter spem Troianorum, sed verius intelligitur Æneas dū animo obsidendi primū accenderet scalas attulisse, quas nūc subito prius q̄ ciues perciperent e castris deprōpserunt.Alij.s.Teucrorū discurrrūt ad portas sup.ex iprouiso,& trucidāt primos .i. quos primos obuios habēt:alij torquēt ferrū.s.in eos qui forte in muris erant,& obūbrant.i.obscurant quasi vmbra æthera telis. ipse Æneas tēdit.i.extēdit dextram sub mœnia:inter primos.s. scāsores,seu inter duces & principes,& incusat.i.arguit & expbrat Latinum.s.regem,magna voce,& testať.i.obtestatur deos se cogi.i. compelli iterum in prælia , & Italos sup. esse aut effectos iam bis hostes. violatos.s.bis fędere: semel in aductu,& nūc per Iuturnā, & hæc altera.i.secūda fœdera rumpi.i. dissolui . Discordia exorit inter ciues trepidos.Nā alij iubēt reserare.i. aperire Dardanidis, id est Troianis,vrbē,& pandere portas.s.eius,& trahunt ipsum.s. Æneā, & regem.i. vt rex sit in mœnia.Alij ferunt arma.s.contra eum,& pergunt defendere muros.Vt,id est quēadmodum, cum pastor vestigauit.i.inquisiuit,& inuenit apes inclusas in pumice .i.lapide illo latebroso.i.cauernoso,& impleuit sup.latebras aut cauernas fumo amaro,illæ.s.apes discurrūt intus trepidę per castra cerea,id est fauos suos aut per cellas cereas:& acuūt.i. prouocant iras magnis stridorib⁹,odor ater.i.teter & rei fumosę voluitur tectis.i.ad tecta, saxa sonāt nūc,id est aliquādo intus,murmure.s.apū cæco , id est occulto.& fumus it ad auras vacuas:quia re fundiť ex cauernis.Aut potius dicamus de vrbe subaudiēdo sic, vt fit.Sic ordo ater,id est fœdus,& a re atra procedēs voluitur tectis,id est ad tecta vrbis,& saxa sonāt nunc intus murmure cęco, id est mussitatiōe populi,aut saxa immissa ab oppugnātibus dāt incertum crepitū,fumus it ad auras vacuas vbi.s. non erāt ędificia.

PIERIVS.

¶ Vrbem hodie causam belli .) Tres versus in Oblongo codice hoc habentur ordine . Vrbem hodie causam belli , regna ipsa Latini . Eruam , & æqua solo fumantia culmina ponam : Ni frenum accipere , & victi parere fatentur . Sed enim magis placet conditionalis oratio . Ni fęnum accipere , & vincti parere fatentur , Interposita , et , ante verbum, eruam . Est & illud adnotandum quod, fręni,inter ea nomina reponitur a Carisio, quæ singularitate carent · quamuis secus a Virgilio dicatur , vt hoc loco fertur . ¶ Ferte faces propere .) Veteres plerique codices,properi,legunt.Vti superius circunstant properi Aurigæ:sed magis incitare videtur aduerbium. ¶ Primosq; trucidant.) In Oblongo codice,fatigant,quod non ita placet . Nam in prælijs mos est,vt primi semper sint cædibus. & periculis magis expositi.Et ad aliorum terrorem clementissimi etiam imperatores expugnationis initio cæde aliqua sęuire soliti sunt. ¶ Nunc murmure cæco.) In antiquis,tum,legitur : pro,nunc.

SERVIVS.

Accidit hęc fessis etiam fortuna Latinis:
Quę totam luctu concussit funditus vrbem.
Regina vt tectis venientem prospicit hostem:
Incendi muros:ignesq; ad tecta volare:
Nusq; acies contra Rutulas:nulla agmina Turni:
Infelix pugnę iuuenem in certamine credit
Extinctum:& subito mentem turbata dolore
Se causam clamat,crimenq; caputq; malorum.
Multaq; per mœstum demens effata furorem,
Purpureos moritura manu discindit amictus:
Et nodum informis leti trabe nectit ab alta:
Quam cladem miserę postq̄ accepere Latinæ:
Filia prima manu flauos Lauinia crines,
Et roseas laniata genas:tum cętera circum
Turba furit:resonant late plangoribus ædes.
Hinc totam infelix vulgatur fama per vrbem:

¶ Etiā fortuna .) Casus.nam omnis casus i potestate fortunæ est. ¶ Tectis veniētem prospicit hostē .) Aut tectis prospicit: aut cōtra tecta veniētē. ¶ Incessi muros.)Inuadi. ¶ Mētē turbata.) Vt,Oculos suffusa. ¶ Et nodum informis leti.) Alij dicunt, ꝙ media se interemerit,Sane sciēdum quia cautum fuerat in pōtificalibus libris vt qui laqueo vitā finisset,insepultus abijcereť.Vnde bñ ait īformis leti, quasi mortis infamissimę. ¶ Flauos Lauinia crines .) Antiqua lectio floros habuit. florulentulos, pulchros:& ē sermo Ennian⁹. ¶ Et roseas laniata genas.)Moris fuerat vt ante rogos human⁹ sanguis effūdereť vel captiuorū vel gladiatorū:quorū si forte copia nō fuisset,laniātes genas suū effūdebāt cruorem,vt rogis illa imago restitueret. Tamē sciēdū cautū lege duodecim tabularū,ne mulieres carperent faciē,his verbis, Mulier faciē ne carpito. Hinc totā.)De domo regia. ¶ Infelix fama.)Rerum infelicium nuncia. ¶ Demittūt mētes.)Desperant,sicut econtra, Sperātes aliqd, erigūt mētes. ¶ Coniugis attonitus fatis,vrbisq; ruina.)Et priuatis & publicis luctibus. ¶ Immūdo puluere .) Bene immundo addidit.Sic in Georgicis monitionibus, Et cinerē immundum iactare per agros,qa etiā puluis ille quo vtūtur puellę,cinis vocatur . Vnde et ciniflones

Demittunt mentes:it scissa veste Latinus,
Coniugis attonitus fatis,vrbisq; ruina,
Caniciem immundo perfusam puluere turpans:
Multaq; se incusat,qui non acceperit ante
Dardanium Aeneam:generumq; asciuerit vltro.
Interea extremo bellator in ęquore Turnus
Pallantes sequitur paucos,iam segnior,atq;
Iam minus,atq; minus successu lętus equorum.
Attulit hunc illi cęcis terroribus aura
Commistum clamorem:arrectasq; impulit aures
Confusę sonus vrbis,& illętabile murmur.
Hei mihi,qd tāto turbanť męnia luctu? TVR.
Quis ve ruit tantus diuersa clamor ab vrbe?
Sic ait:adductisq; amens subsistit habenis. PO.
Atq; huic,in faciem soror vt conuersa Metisci
Aurigæ,currumq; & equos & lora regebat:
Talibus occurrit dictis.{Hac Turne sequamur IV.
Troiugenas:qua prima viam victoria pandit:
Sunt alij,qui tecta manu defendere possunt.
Ingruit Aeneas Italis:& prelia miscet:
Et nos sęua manu mittamus funera Teucris:
Nec numero inferior,pugnę nec honore recedes.
Turnus ad hæc.
O soror,& dudum agnoui:cum prima per artem
Fœdera turbasti:teq; hęc in bella dedisti:
Et nunc nequicq; fallis dea.sed quis Olympo
Demissam tantos voluit te ferre labores?
An fratris miseri letum vt crudele videres?
Nā quid ago?aut quę iam spōdet fortuna salutem?
Vidi oculos ante ipse meos,me voce vocantem
Murrhanum,quo non superat mihi charior alter:
Oppetere ingentem,atq; ingenti vulnere victum.
Occidit infelix,ne nostrum dedecus Vfens
Aspiceret:Teucri potiuntur corpore & armis.
Excindine domos(id rebus defuit vnum)
Perpetiar?dextra nec Drancis dicta refellam?
Terga dabo?& Turnum fugientē hęc terra videbit?
Vsq; adeone mori miserum est?vos o mihi manes
Este boni:quoniam superis auersa voluntas.
Sancta ad vos anima,atq; istius inscia culpę,
Descendam,magnorū haud vnq; indignus auorū.

nes dicti sunt,Horati⁹,Custodes,lecticani,ciniflones,parasiti. ¶ Bellator.) Epithetō peracti temporis . ¶ Min⁹ successu lętus equorū.)Infirmitas animi ex equorum etiā tarditate veniebat . ¶ Attulit hūc illi cęcis terrorib⁹ aura.) Naturale.n.est,vt a qua parte ventus flat,inde clamor audiať. ¶ Cōmistum clamorem.)Ex impugnatiōe & morte reginę. ¶ Arrectas aures.)Ad audiendum solicitas Terēti⁹,Arrige aures Pamphile. ¶ Amens.) Consilij egens,nescius rei gerendæ. ¶ Occurrit dictis.) Orationi eius verbis obuiā venit. ¶ Prima victoria.) Id est primum. ¶ Nec numero iferior pugnę nec honore.) Nec pauciores ī terimis, nec mior te q̄ Æneā comitabiť gloria . Nam occisorū multitudo cōpensat hoc, ꝙ tu fugiētes interimis.Sane sciendū in hac omni oratiōe Iuturnam occurrere q̄stionibus tacitis. ¶ Prima p artem fœdera turbasti.)Prima, aut inchoantia : aut tu pria, nā post eius orationē Tolumnius telū contorsit . ¶ Nā quid ago?) Argumētū a necessario . ¶ Me voce vocantē.) Atq hoc nusquam legimus , sed aut κατα τὸ σιωπώμενον intelligimus, aut mortis est omen , audire qd non dr:videre quod minime occurrit.Sic i quarto, Hic exaudiri gemitus & verba vocātis Visa viri. ¶ Superat.) Viuit:vt,Superatne , & vesciť aura? ¶ Ne nostrū dedecus vfens Aspiceret.) Ac si diceret , forsitan viueret , nisi iō voluisset occūbere, ne nos victos videret. ¶ Teucri potiunť corpore & armis.)i.etiā sepultura carēt.Nam vt in Homero legimus, de virorum fortiū cadaueribꝰ erat iter hostes grāde certamē. ¶ Dextra nec Drācis dicta refellam?)Id est virtute, nam pro rei officio ipsam rē posuit,dextrā.s.pro virtute. ¶ Vsqueadeone mori miserū est?) Tacitę q̄stioni occurrit. ¶ Superis auersa Volūtas.) Quia vt supra diximus,donec viuimus,curę sumus superis : post mortē ad inferos pertinemus,qbus se mō cōmendat. ¶ Istius inscia culpę.) Vel fugę:quia fuga grande crimen est apud virum fortem vel rupti fęderis & lęsę religionis:a qua re se dicit esse alienum propter futura supplicia. ¶ Indignus auorum.)Græca figura est.nā nos, indignus illa re,dicimus:contra Græca ἀνάξιος στεφάνου, id est indignus coronæ.

DONATVS.

¶ Accidit hęc fessis.)Talis est iste locus, qualis est ille . Hos inter motus medio flagrante tumultu,Ecce sup magna mœsti Diomedis ab vrbe Legati responsa ferunt.tunc enim vere fortuna pbatur inimico,cum malorum asperitas nec leniť, & cumulatur aduersis.Incipit iam referre causam luctus ingentis , q totam faciē ciuitatis acerbitate cōfudit. ¶ Regina vt tectis.) Quantū huic dedit verecundię & cautelę:Regina,inqt, cum e tectis suis bellorū opperireť euētus, ecce curiosam fecerat met⁹, & inde expectabat quid gereretur in cāpo:vbi ipsa expectare nō posset, non iuit ad alienā domum,sed sua tecta cōscendit,amor eam talē fecerat generi,& cōtra Æneā semel suscepta sententia: cū igiť cerneret venire ad vrbē hostilē manū,quæ malorū proculdubio initium ferret, accedere, accedeř,ēt quod putabať mori, ꝙ volabat ignis i tecta , ꝙ nullus defensor aderat, qd dabit cōiectura metuēdi casum Turni,nisi ꝙ potuit moritura sentire? qcqd.n.metuim⁹ fieri in icertis, hoc ēt falso sentimus,Iccirco ait . ¶ Infelix pu. iu.i.cer.cre.)Infelicē mire posuit,q̄ tā cito, q̄ nō dū acciderant,extrema Turni sensisset quęq; eēt moritura viuo adhuc eo, quē diligebat vt mř. ¶ Et subito men.) Subitus dolor cū sit solitus etiā quietam turbare,tū magis ꝯfundit sensus,quos suspēsos īuenerit:inde plus ifelix inani cōiectura cōpulsa ē,& i repētino malo, accedēte eo ꝙ fœmina sexus sui leuitate turbata circūspectū ꝯsiliū hīc nō potuit,clamabat se eē maloꝝ oīum caput,q̄ nihil fecerat,vtpote q̄ marito icolumi,de filię nuptijs iudicare nō potuit:sed tm̄.p Turni partibus nixa cōtra mariti sniam, iterea mox sese ad animi destinata ꝯuertit,& secutū ē,qd habuit pparatū.Prodiderat.n.dispōnē suā eū iparē iudicās, quē cupiebat generū euocare a pugna.sic.n. supius positū ē, q te cūq; manēt isto certamine casus,& me Turne manēt, simul hęc iuisa relinquā lumina,nec generū Æneā captiua videbo.Aliqua tū loq cōpulsa ē, & sic vitā suā ꝯcludere se cām clamās,& crimen, caputq; maloꝝ.Ipse ē reat⁹ verus,& nulla defēsiōis ope suffult⁹,quē reus ipse cōsiteť, & firmat,qd amata faciebat:qm̄ cogebat dementia:vigebat & furor,nā null⁹ est , q crimina sua spōte fateať, nisi quē agit ipotētia mētis : aut quē tenet mortis affect⁹. ipa igiť ꝓsecuta ē accusationē suā, ipsa iudicis officiū tenuit in executiōe snię suę,ipsa carnificis partes impleuit. ¶ Multaq; per mœ.) Multa pterea effundens, quæ cōuenirēt demētis furentisq; psonę. ¶ Purpureos moritura manu.)Pręter multa mala,q̄ p demētiā & furorē locuta est , discidit quoq; purpureā vestē perindeq; pretiosam,qd.n. de speciei merito cogitaret,q̄ ipsam salutē suā mortis destinatione cōtēpserat? & nodū informis leti trabe nectit ab alta.informis,hoc est nō cōueniētis sexui vel honori , Nudus intelligēd⁹ est,quo nexuit fauces suas,& funus suū pendulū fecit. ¶ Quā cladē miseræ.)Cōsentaneum fuerat domesticā cladem mulieres noscere,primo,qm̄ viri in alijs fuerant occupati,verum quia secundo loco filiam putatur nominasse,nō secundo dictam,sed cum cęteris matribus Latinis audisse eam intelligendum est,quo comperto prima discidit comā:prima,ait,vestis indumenta diruit:prima laniauit faciē suā.Ipsa enim debuit primitus dolere, & luctibus grauius commoueri:ad quam materni funeris acerbitas specialiter ptinebat. ¶ Tunc cetera circum.)Cętera turba earū accipienda est , quę miseratione potius reginę suę,quam affinitatis ratione mouebantur. ¶ Resonant magnę clamoribus ædes.)Moralis dictio paulatim qppe in oīum notitia mala perueniunt , nā & de Pallātis morte sic dixit,fama mali tanti pnuncia luctus,Euādrū, Euādriq; domos,& mœnia replet.ecce & hic ait,primū filiā cū aliquibus Latinis mulieribus scisse , postea tēsos clamores & vlulatus extitisse plāgentiū,vt resonās latitudo domus acerbitatē facti in occulto esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse non fineret, deniq; sequitur. ¶ Hinc totam infelix.) Vulgatur hoc est per omne vulgus totius vrbis spargitur. ¶ Demittūt mētes.) Omnes, scilicet, qui audiere, ceciderūt animis. ¶ It scissa veste Latinus.) Latinus qui ꝑsonam mariti gerebat, & regis & suis malis cōfusus, & publicis stupuerat in vnum tēpus cōuenisse, intolerabilia mala vxoris, scilicet mortem & extremum periculum patrię. Ibat autem scissa veste ꝑ publicum rex. ¶ Caniciem immundo.) Et contra ętatis meritum & dignitatem loci sui caniciē suam turpans immundo puluere. non eni eligere poterat dolēs, quid imponeret capiti suo. ¶ Interea extremo.) Detrahētis animo hoc dictum est: dum eni hęc in ciuitate vel aduersus ciuitatem gererentur, Turnus omnium ignarus, vt pote in extrema cāpoꝝ parte cōstitutus raros inseqbat. ¶ Iā segnior atq; iam minus.) Prope mortē enim constitutus & ingenium & consilium perdidit, denique, inqt, & ipse & equi eius multo minus poterant, quam solebant. ¶ Attulit hunc illi.) Licet ex longinquo tn̄, quia magna fuit causa plangentium reginā & patriam peruenit ad aures eius, nō quid factum sit, sed aliqd mali commissum, nam ex confuso clamore conijciebat interuenisse aduersa: quę totam vrbē gemitu atq; vlulatu & clamore confunderent, quantum Turni secordia reprehenditur: cum inducitur.

Hic quædam desiderantur.

ASCENSIVS

¶ Accidit hęc fessis, &c.) Docet quomodo Amata cū videret vrbem ī piculo, laqueo vitam finiuit, vnde clamor miserabilis subortus est quē Turnus accipiens eo properauit, dehortāte Iuturna sub forma Metisci aurigę, quam tn̄ Turnus agnouit, sed audita morte Amatę eidem non obediuit. Vnde quia disperijt Donatus. ¶ Ordo est, hęc fortuna, scilicet aduersa, quia suspēdiū Amatę reginę accidit etiam Latinis fessis: quę cōcussit funditus totam vrbē luctu, regina, scilicet amata vt, id est postquam prospicit hostē venientem tectis, idest ad tecta, & muros incendi, & ignes volare ad tecta, scilicet vrbis, & acies Rutulas, id est Rutulorū nusquam supple esse aut apparere aut stare, contra, id est ex aduerso, nulla agmina Turni supple, cōtra stare, ipsa infelix credidit iuuenem, scilicet Turnum, & ideo quia iuuenem cōtra maturū virū contendere ausum extinctum in certamine, & ipsa turbata mētē scilicet habens mentem turbatā subito dolore clamat se causam & crimen & caput malorū, id est incōmodorum regni, & ipsa demens effata, id est elocuta multa per dolorem mœstum, id est ex mœstitia ortum discindit manu, scilicet sua amictus purpureos, i. vestes regales moritura, id est quia certa erat mori, & nectit ab alta trabe nodum, i. laqueum in nodum contractum, leti. id est mortis informis, id est inhonestę: quia q laqueo sibi vitā ademerant insepulti abijciebanť propter fœditatem mortis. Quam cladem. i. calamitatem postquam Latinæ. s. matronæ, miseræ accepere, idest intellexerunt supple laniatæ genas furore feruntur. Nā sequitur. Lauinia filia. s. eius laniata prima, idest inter primas: aut añ alias crines. i. capillos flauos & genas roseas supple furit circūtum, id est deinde cætera turba. s. Latinarū furit circum. s. cadauer extinctæ. Ædes resonant late aureę ædes late resonant plāgoribus, & fama infelix vulgatur, hic, id est ex his latis ædibus hoc est regia per vrbem totam, Demittunt. s. omnes mentes, idest animos hoc est desperāt. Latinus attonitus. i. perplex⁹ quasi tonitru perculsus, fatis, id est morte cōiugis, & ruina vrbis quam. s. imminere videbat, it veste scissa. i. dissecta turpans, id est fœdans, caniciem perfusam, id est perfundendo eam puluere immundo, & incusat se multa, id est multum q. i. vtpote qui nō acceperit ante. i. priusq; cogereť, aut ea mala prouenissent & asciuerit. i. aduocarit vltro. i. nōdum coactus Æneam Dardanium. i. Troianum, generum. i. vt dicunt in geneꝝ, vel vt sibi gener. Turnus bellator sequitur interea in extremo ęquore. i. extrema parte cāpi, paucos, scilicet hostes pallantes, id est oberrātes sine ductore, existens iam segnior, atq; iā minus, atq; minus lętus, successu. s. inualido equorum: qa. s. videbat equos quoq; segnes effectos, & animos demisisse, Aura attulit illi. s. Turno clamorē cōmistum terroribus cæcis. i. incertis vn̄ procederent, & sonus vrbis confusæ & murmur illętabile. i. nullo modo lętificās, impulit. i. percussit, & solicitauit illi auras arrectas. i. quas impulsas arrigebat, vt meli⁹ caperet. Et ait sic. Hei mihi qd. i. ad quid turbantur mœnia tanto luctu: ve ꝑ vel quis tantus clamor, ruit ab vrbe diuersa, id est diuersa pte vrbis: ait inquā sic atq; ipse amens. i. sine mente, & consilio substitit. i. manet stans habenis adductis. i. ad se tractis. Atq; soror. s. Iuturna (vt. i. secūdū quod ipsa cōuersa in faciem. i. effigiem & formā Metisci aurigę regebat currus, & equos & lora. s. equorum) occurrit huic talibus dictis. Turne sequamur. i. ꝑsequamur Troiugenas, hac. i. ꝑ hāc viam, qua victoria pandit. i. aperit & mōstrat nobis prima. i. primum via. Sunt alij, qui possunt defendere tecta. s. vrbis manu. s. sua, Æneas ingruit. i. irruit Italis. i. in Italos, & miscet ꝑlia, mittamus igitur, & . i. etiam nos Teucris. i. Teucros manu. i. nostra funera sęua. i. magna & crudelia. Tu recedes. s. sic faciēdo, nec numero nec honore pugnę iferior. s. Ænea. i. tot, & cū tāto honore occideris, vt Æneas. Turn⁹ ad hęc, sup. respōdit. O soror ego agnoui, & . i. etiam dudum, cum. i. qū, tu turbasti prima, id est præcipua, fœdera per artem. i. astutiam & subtilitatem tuā, inducens augurium lętum & faciem mentita Camertis, cohortata es ad pręlium ineūdum, & cum dedisti te in hęc bella, tu dea. i. quāuis dea fallis nūc nequicquā. i. in nullo: sed quis voluit te demissam Olympo. i. cœlo ferre tantos labores? an supp. ideo venisti aut demissa es vt videres letum. i. exitium crudele fratris miseri. i. miseratiōe digni? Quia vero malum omē admonuit cōscientia vitare: affirmat dico dicens, dico crudele letum, nam qd ago, aut q fortuna spōdet iam salutem? quasi dicat nulla, quia ipse. i. ego vidi Murrhanū quo alter nō fuerat mihi charior, murrhanum inquit ingētem: atq; victū ingēti, vulnere oppetere ante meos oculos, vocantem me voce. i. propria vocatione seu appellatiōe. Vfens, vir ille infelix occidit. i. interijt, ne aspiceret nostrum dedecus. Teucri potiuntur corpore & armis. s. eius. Perpetiar ne domos excindi. i. vrbē capi, & dirui? Nam id vnum, defuit reb⁹. s. nostris miseris, quominus perissent funditus, nec refellā. i. redarguā & refutabo dextra. i. viriliter agendo dicta. i. conuitia Drancis. s. hostis mei capitalis? q. d. id maxie conari debeo, Dabo sup. ne ego terga, & hæc terra. s. quā defendere & mihi vendicare molior videbit Turnum fugientem? quasi dicat nō id commisero, ne pro an, mori est vsq; adeo. i. intātū miserum, vt. s. malim inhoneste fugere, quam fortiter mori? quasi dicat nequaquā, & ideo O vos manes. i. dij inferi: este mihi boni. i. propitij, & fauorabiles, quoniam voluntas est superis auersa. s. a me. i. nē amplius fauēt mihi. Ego descendam ad vos existens anima sancta atq; inscia. i. nescia & insons. istius. s. tam turpis culpę. i. fugę existens haud indignus. s. inuentus vnquā, id est in vllo tempore magnorū auorum supp. genere aut nomine, vel magnorum auorum, pro magnis auis: nisi poeta scripserit, haud vllo vbi legitur haud vnquam

PIERIVS.

¶ Regina vt testis venientem prospicit hostem.) In Oblongo codice & in aliquot alijs conspicit, habetur, quod magis moueret, propter periculi vicinitatem, sed enim prospicit. Seruius admittit, & vetera pleraq; exēplaria consentiunt. ¶ Incendi muros. Codices omnino aliqui veteres, incendi, legunt. Antiqtus enim contextis arboribus, lutoq; aut calce illitis, in fartisq; mœnia cōstrui solebant, quorum plurimus ī galliis vsus fuit teste Cęsare. Sed enim Oblongus, Mediceus, atq; alij perueteres codices, incessi legendum ostendunt. Quod Seruius admittit, dum exponit, inuadi. Romanus ambiguus est vnius mutatione literæ, in eo enī incensi, legitur. Sed cum alias primam ex duabus, ss, in, n, vertere consuerit, vt multa superius declarant citata loca, incessi, credidērim esse debuisse. Cum præsertim Arusianus in elocutionū exēplis loci huius Virgiliani testimonio ostendat eleganter dici, incessitur, illa res. Quare incessi muros, longe libentius legerim. ¶ Pugnę iuuenem in certamine credit extinctum.) Romanus codex, a certamine legit: sed melius est in. Quædam vetera alia exēplaria, iuuenem certamine, legunt, absque a, & absque, in. ¶ Multaque per mœstum demēs effata furorem.) In Oblongo codice dolorem est, quod non æque placet, neq; quidem, quod effata, vel adfata, in nonnullis habetur. ¶ Flauos Lauinia crines.) Miror cum Seruius afferat, floreos, antiquam esse lectionem, eam a posterioribus nō ademptam. Synizesis enim non est, adeo poetis insolita, vt hoc loco eam reformidare debeamus. ¶ Resonant late plangoribus ædes.) In Oblongo codice clangoribus, legitur: quod nō placet. Id enim tubarum est. In Mediceo autem clamoribus: sed plangoribus, omnino melius. ¶ Multaq; se incusat.) In Ro. co. desiderantur hi duo versus. Multaq; se incusat, qui non acceperit ante. Dardanium Æneam, generumq; asciuerit vrbi Nempe quia in vndecimo ijdem habentur. Sed enim non incongruum vr̄ versus eosdem, eadē superueniente rerum turbatiōe hoc ēt libro repetitos esse, cum pręsertim eam secum reprehensionem apportent, quæ Græci illius dicterij testimonio grauissima videri poterat δὶς ἐξαμαρτεῖν ταὐτὸν ἀνδρὸς οὐ σοφοῦ. ¶ Currusq; & equos. In antiquis codicib. currum, singulari numero. Qui tecta manu defendere possunt.) In antiquis plerisque codicibus, possint.

Seruius.



SERVIVS.

¶ Implorās nomine Turnū.) Ex multis rebus indicat perturbationē, q̄ festinās venit, q̄ per hostes, qd vulneratus, quod Turnū nomine appellat. Nam cōtumelia est nomine superiorem vocare: sic in Georgicis, Mater Cyrene Mater: cum pręmisisset, Et te crudelem nomine dicit. ¶ Turne in te suprema salus.) Oia quę supra Iuturna dixerat, oratio ista dissoluit. ¶ Fulminat Æneas.) Exaggeratio est. sic paulo post, Horrendumq; intonat armis. ¶ Minatur deiecturum acies.) Quia dixerat, Et ęqua solo fumantia culmina ponam. ¶ Mussat.) Modo dubitat. ¶ Præterea regina tui.) Quia occurrebat, Amatā pro eius partib⁹ niti. ¶ Soli ꝑ portis.) Contra illud, sunt alij q tecta manu defendere possint. ¶ Varia confusus imagine rerum.) Multiplici nuncio. ¶ Et obtutu.) Vario stetit vultu. obtutus est proprie vultus, quem Gręci dicūt πρόσωπον. ¶ Pudor.) Propter illud, Tu currum deserto in gramine versas. ¶ Insania.) Quia i hostes ferebatur. ¶ Misto luctu.) Propter Amatę cognitā mortem. ¶ Discussæ vmbrę.) Post q̄ mentis caligo discessit, qd sequentia indicant vt, Et lux reddita menti est. ¶ Turbidus.) Plenus perturbationis. ¶ Quam eduxerat ipse.) Qd ei maiorē creabat dolorem. ¶ Subdideratq; rotas.) Quo posset trahi ad ea loca, quib⁹ hostis instabat. ¶ Quicquid acerbum est morte pati.) Aut quicqd morte acerbum est, placet pati: hoc est iferna supplicia, quę vel potest supbus hostis iferre, sicut de Hectore legimus. Aut certe positiu⁹ sit pro cōparatiuo, Placet pa

Vix ea fatus erat. medios volat ecce per hostes PO.
Vectus equo spumante Sages, aduersa sagitta
Saucius ora: ruitq; implorans nomine Turnum.
Turne te suprema salus: miserere tuorū: SAC.
Fulminat Aeneas armis: summasq; minatur
Deiecturum acies Italum, excidioq; daturum.
Iamq; faces ad tecta volant: in te ora Latini
In te oculos referunt: mussat rex ipse Latinus.
Quos generos vocet, aut quæ sese ad fœdera flectat.
Præterea regina tui fidissima, dextra
Occidit ipsa sua: lucemq; exterrita fugit.
Soli pro portis Messapus & Acer Atinas
Sustentāt aciem: circum hos vtrinq; phalanges
Stant denę: strictisq; seges mucronibus horret
Ferrea: tu currum deserto in gramine versas.
Obstupuit varia confusus imagine rerum POB.
Turnus: & obtutu tacito stetit: ęstuat ingens
Imo in corde pudor, mistoq; insania luctu,
Et furijs agitatus amor, & conscia virtus.
Vt primum discussę vmbrę, & lux reddita menti est:

Universidad de Deusto Biblioteca

ti,siquid etiã morte acerbius inuenitur. ℣Furere ante furorẽ.) Figura antiqua:vt,Seruitutem seruit,Dolet dolorẽ. Et est sensus,sine me furere belli cum furorem .s. antequã ad eũ veniam , vt pugnam mẽte cõcipiã , ꝙ instructus furore in bella prorumpã . ℣Saxum de vertice pręceps cum ruit.) Cõparatio ista futurũ euentũ ostendit . Simul notãdum qđ sicut supra in prelio, ita nunc etiam in comparatiõe prefertur Æneas, Nam Turnũ parti comparat montis, montibus exæquat Æneam, & est cõparatio de Homero sumpta.

ἀντικρὺ μεμαὼσ ὀλοοσ τρόχοσ
ὡσ ἀπὸ πέτρησ,
ὅν τε κατὰσ τεφάνησ ποταμὸσ
χειμάρροοσ ὤσῃ
ῥήξασ ἀσπέτῳ ὄμβρῳ ἀναιδέ/
οσ ἔχματα πέτρησ
ὕψι τ' ἀναθρώσκων πέτεται κτυ
πέει δ' ἔθ' ὑπ' αὐτοῦ
ὕλη, ὁ δ' ἀσφαλέωσ θέει ἔμπε
δον ὄφρ' ἂν ἵκηται
ἰσόπεδον τότε, δ' οὔτι κυλίν
δεται ἐσσύμενοσ περ.

℣Auulsum vento.) Proprie, nam Turnus inuitus ad bellum attrahitur. ℣Mõs improb⁹.) Pars mõtis. & ἐμφατικῶσ dictum est. Sic supra, Aut partem exiguam montis . ℣Magno actu.) Magno impulsu . ℣Vbi plurima fuso sanguine terra madet.) Hypallage, vbi plurimo sanguine in alto Terra madet. ℣Striduntq; hastilibus auræ, sic Homerus . ℣Tela inhibete.) Cohibete, & est trãslatio a nautis. ℣Me verius vnum pro vobis.) Verius, Iustius: & sensus hic est , Iustius est me vnum pro omnibus rupti fœderis pœnas exoluere.

Ardenteis oculorum orbes ad mœnia torsit
Turbidus:eq; otis magnam respexit ad vrbem.
Ecce autem flammis inter tabulata volutus
Ad cœlum vndabat vortex:turrimq; tenebat:
Turrim,compactis trabibus,quam eduxerat ipse:
Subdideratq; rotas:pontesq; instrauerat altos.
Iam iam fata soror superant:absiste morari: TVR.
Quò deus,& quò dura vocat fortuna,sequamur:
Stat conferre manum Aeneæ:stat quicquid acerbi est
Morte,pati,nec me indecorem germana videbis
Amplius:hunc oro sine me furere ante furorem.
Dixit:& ẽ curru saltum dedit ocyus aruis: PO.
Perq; hostes,per tela ruit:mœstamq; sororem
Deserit:ac rapido cursu media agmina rumpit.
Ac veluti montis saxum de vertice præceps
Cum ruit auulsum vento:seu turbidus imber
Proluit:aut annis soluit sublapsa vetustas:
Fertur in abruptum magno mons improbus actu;
Exultatq; solo syluas,armenta,virosq;
Inuoluens secum. disiecta per agmina Turnus,
Sic vrbis ruit ad muros:vbi plurima fuso
Sanguine terra madet:stridentq; hastilibus auræ;
Significatq; manu;& magno simul incipit ore.
Parcite iã Rutuli:& vos tela inhibete Latini: TV.
Quæcunq; est fortuna,mea est:me verius vnum
Pro vobis fœdus luere:& decernere ferro.
Discessere omnes medij ; spatiumq; dedere.

mitate correpta,vt ex ei⁹ summa parte in cœlum flãma cõsurgeret. ℣Turri cõpactis trabib⁹.) Multiformiter Turn⁹ etiam ex cõflagratione turris dolore pcussus est . Primo gã perierat illud,qđ diligẽtia sua & pprio labore perfecerat. est eni peculiaris affect⁹ iuxta ea, quę vnusqsq; faciẽda curauerit , vel ipso sudore pfecerit. In quo iste effusum laborẽ suum & diligẽtiã gemebat, laborem in extruẽdo, diligẽtiã vero in structiõe pontiũ, & rotarũ, vt facilius in eã esset ascensus , & quo necessitas posceret, posset adduci. ℣Iamiã fata soror supe.) Cõsentiẽdum est his soror, quę renitẽdo superare nõ possum⁹ vincũt , & fata quo voluerint, ẽt inuitũ trahũt fortuna & deo vrgemur aduersis, fiat qđ volũt, qa nolle nõ possumus. ℣Stat cõferre manum Ænee.) Quia hic dici potuit, pcilitaberis, si hoc fuerit factũ, ipse velut respõdentis partib⁹ functus occurrit. stat, inqt, quicquid acerbi est, morte pati, stat hoc est ꝯlum ptis tractatib⁹ vniuersis faciẽdi fixa sentẽtia est, & si certare cõtrariũ est, prestat cum gloria mori, ꝙ cũ ludibrio superesse. ℣Neq; me indecorẽ.) Vt hęc posset dolẽti sorori extorquere, dixit, qđ cõmodi ex ipsis esset aduersis habitura. Si, inqt, gloriosum fratrẽ soror habere nequis, habebis ex malis meis nõnullum beneficium, qđ non videbis idecorem melius est, qđ proueniat si semel doleas mortuum quã perpetuo gemas vitę ludibriosę subiectum . ℣Hũc oro sine me furere.) Certe insanire ante veram insaniam cogor, permitte germana faciam satis aio meo mox, vt hęc dixit , e curru in arua sese cõiecit: nõ dixit, descendit. habet enim descensus moram, habet aũt saltus celeritatem. ℣Perq; hostes, per tela ruit, mœstamq; sororẽ Deserit.) Quid enim metueret, qui decreuerat mori ? ℣Ac veluti montis.) Cum dicit parabolã, qua Turni cursum in patriã mõstret: ostẽdit quibus casibus saxa de montium verticibus proruant, auulsaq; voluant hęc, inquit, a soliditate discernit, aut flat⁹ vẽtorum, aut pluuia aut vetustas dissoluta, vt est , sic voluunt in pceps, vt eorum impetus nõ minuatur saltibus: sed magis incrementa percipiat, & quicquid inuenerint, voluãt. ℣Disiecta per agmina Tur. sic ur. ru. ad. mu.)

Hic multa desiderantur.

ASCENSIVS.

❡Vix ea fatus erat .) Docet quomõ nunciata morte Amate regine Turnus e curru desiliens ad muros ruit , Æneã si posset ide auersurus, quod etiã effecit. vnde cum desit Donat . ❡Ordo est. Turnus vix erat fatus ea quę pmissa sunt, & ecce, quasi dicat pręter spem, & appellatiõe, pager vir ille vectus , id est qui vehebatur equo volat p medios hostes, saucius ora aduersa, id est habẽs ora aduersa saucia, & vulnerata sagitta, scilicet immissa, & ruit implorans. i. imploratu vocans, & expectans Turnum nomine, scilicet eius expresso, O Turne suprema . i. vltima salus , est supp. in te miserere tuorum, quia Æneas fulminat, id est in morẽ fulminis prosternit, & sęuit armis, & minatur sup. se deiecturum summas arces Italum pro Italorũ , & daturum sup . eas excidio, id est ad excidium, & exterminium, & faces volant iam ad tecta . Latini ferunt in te ora, & oculos, & ipse rex Latinus mussat, id est hæsitat summisse loquẽdo, quos vocet generos, an Teucros, an Rutulos, & ad quę fœdera flectat, id est inclinet sese, an ad ea quę cũ Ænea ferire promisit an ad tua. Preterea ipsa regina, scilicet Amata, fidissima tui. i. tei, aut personæ tuæ occidit sua manu, quia sese suspendit, & ipsa exterrita fugit lucẽ, scilicet vitalem malens occumbere quam hostem tam terribilem videre . Soli Messapus & attinas acer sustentant aciem pro portis stantes , id est ante portas

DONATVS.

❡Tu currũ deserto in gra. ver.) Tu versas currũ. versare, est currum non celeriter ducere, & rotã lentius voluere : & delicato, inquit, re... motu currũ segni⁹ trahis, addidit, deserto in gramine, delectat te mollicies graminis, vbi sine ipulsu ac strepitu tecũ rotę versanť. dicẽdo, tu, magnum nobis in vno pronomine reliquit itellectum, tenet quippe obiurgationem plenã hoc modo. tu, cuius causa est, tu, pro cuius cõmodo omnis Italia contendit, & dimicat: tu, q primus in acie , primus pro patrię statu assistere debuisti. tu, qui tantũ eras periculis propior, quantum superata fuerint cętera, putas te aliqd agere, qa deliciosus erras in deserto gramine: hoc est vbi deest hostis, q ociosum turbet, aut torpenti certamen intendat. ℣Obstupuit varia cõfu. ima. re.) Et ppos uit, & executus est omnes motus Turni. nã, quod ait generaliter cõfusum variã imagine malorũ stupuisse, hoc specialiter subiecit. pma fuit pudoris causa, qua eni frõte veniret, ad suos desertor cõmodi sui, & inflictis tot malis ? secunda fuit insania, quæ oriebať ex eo, q conualescentibus aduersis non valebat occurrere. tũc. n. acrius sęuiť, cum spes cessat vltionis, similiter & alio loco dixit, sęuit inops aĩ, accedebat huic & luctus ex eius morte descendens, in qua fuit oĩs fiducia vxoris accipiendę, sequebatur amoris causa ei⁹ virginis, quã desperabat sibi posse cõiungi, cumulabat omnium malorum cõgeriem virtutis cõscientia, quę tot aduersis simul oppressa respirare non poterat . ℣Vt primum discussæ vmbræ.) Pulchre dixit vmbras animi. vbi enim perturbatus fuerit vel maxime plurimis malis tanquã in tenebris positus , non videt, quid agat, nec inuenit viam , qua se possit exoluere . ℣Et lux reddita menti .) Copiosa dictio, vbi enim remotæ fuerint tenebrę, lux continuo surrogata succedit: vt fit, cum nox cõsumiť, & cõsequiť dies. ℣Ardentis oculorum orbes.) Resumpta luce post tenebras, vbi animũ collegit, torsit ad eam partẽ oculos , in qua ciuitas fuit atq; ita, vt in curru fuerat, mœnia ipsa respexit. ℣Ecce aũt flãmis.) Multis locis ostendimus aduersa nũciari vrbi denique & hic incẽdiũ visum est turris, quę sic ardebat tabulatoꝝ firmitate

us pro defensione earũ Phalãges stant circum hos densę vtrinq; .i. ab vtraq; parte & seges ferrea . i. pubes armata horret mucronibus strictis. i. euaginatis, & tu versas, id est agitas currũ in gramine deserto, scilicet ab hostibus, Turnus cõfusus varia imagine rerũ obstupuit, & stetit obtutu tacito. i. cogitabũdus vno obtutu oculos tenens nec qcq; dicens. Ingẽs pudor ęstuat, id est efferuet in imo corde & insania sup. agitata luctu misto, id est commisto, & amor agitatus furiis, & virtus ꝯscia , id est cuius ipse ꝯscius erat sup. ęstuãt in imo corde vt primum , id est vbi primum vel cum primum vmbrę, id est tenebrę cęcitatis hoc est perturbationes excęcãtes discussę sunt, & lux, scilicet rationis est reddita mẽti ipse turbidus, id est adhuc corpore turbatus & cõmotus torsit acies oculorum ardentes ad męnia, & respexit ad magnã vrbem rotis, scilicet inter quas sedebat. Autẽ pro sed ecce vortex, id est ingens cumulus flãmarum & fumi. volutus flammis, id est per flãmas inter tabulata, scilicet turris, quę quidã solaria vocant vndabat, id est vndatim ascendebat ad cœlum & tenebat, id est occupabat, turrim, turrim dicit sup. eam quã ipse scilicet Turnus eduxerat trabibus cõpactis & sup. cui subdiderat rotas vt trãsferri posset, & instruxerat altos põtes, id est scalas quibus in ipsam descẽderetur, dixit o soror iamiã inquit fata superant, id est vincunt me & violenter trahunt in mortẽ absiste, id est desine morari, sequamur quo deus & quo dura fortuna vocat . Stat. i. placet & decretum est mihi cõferre Ænee, id est cum Ænea manum, & stat pati morte quicqd est acerbum neq; & nõ, & o germana , idest soror tu non videbis amplius me indecorẽ , id est expertem decoris & honoris, sed oro sine me furere ante. i. prius ꝙ moriar hunc furorẽ. s. quo cõcepi cum Ænea congredi. Dixit inq; Turnus & dedit ocyus. i. celeriter aruis, id est in arua saltũ e curru , & ruit per tela & per hostes , & deserit sororem. s. Iuturnã mœstam, ac rumpit cursu rapido agmina. s. hostiũ media, ac veluti cũ saxum auulsum vento ruit pceps de vertice montis , seu cũ imber turbidus pluit. s. ipsum saxum, seu cum vetustas sublapsa. i. quę clã allapsa est annis. s. tacitis soluit. s. saxum ferť. s. saxum magno actu. i. impetu, in abruptum. i. in pcipitium prius excisum , existens mõs improbus. i. instar montis improbi , quia nulli parcit quia exultat solo, inuoluẽs secũ & syluas, & armẽta, & vites. i. qcquid offendit, sic Turnus ruit ad muros vrbis per agmina disiecta, sup. per eã partẽ vbi terra madet plurima. i. plurimũ sanguie fuso, & vbi aurę stridẽt, hastilib⁹. s. missis, & significat manu. s. inditium sistendi & incipit simul magno. i. magniloquo ore. O Rutuli parcite iã & vos Latini inhibete. i. ꝯtinete thecis suis tela quęcunq; fortuna ẽ . s. reliqua, ea sup. mea est, verius. i. iustius & ęquius est me vnũ. i. solũ luere. i. psoluere aut pugnare pro vobis fœdus. i. violationẽ fœderis, & decernere pro vobis ferro. i. armis. s. cũ Ænea omnes medii. i. q prius erãt in medio discessere, & dedere spatium. s. Turno vt cum Ænea dimicet.

PIERIVS.

❡Quæ sese ad fœdera flectat .) In Oblõgo codic. mittat, legitur pro demittat, verũ non æque placet. ℣Acer atinas.) In aliquot asilas: sed & superius acer atinas, habetur . ℣Pontesq; extruxerat altos.) In anti. aliquot co. instrauerat, legitur. quod magis propriũ est, Med. tamen. instruxerat, habet. ℣Stat quicquid acerbum est, morte pati.) Acerbum qdem Seruius agnoscere videť: sed in his antiq. exempla. nunc, acerbi, nunc acerbum est, legitur. ℣Magno mons improbus actu.) In aliquot antiquis cod. actu, habetur, & agnosciť a Seruio. Sed in Oblong. in Medi. & in Porcio, ictu, legitur: quod nõ displiceat. ℣Stridentq; hastilibus auræ.) In antiq. aliquot cod. stridũt, legitur, vt in Georgicis . ℣Stridere apes vtero, vtrunque enim dicimus.

SERVIVS.

❡Quãtus Athõ.) Hęc est vera lectio . Nã si Athos legeris os breuis ẽ : & versus nõ stat. Athõ aũt dici, accusatiu⁹ indicat, nã hũc Athona facit, sicut Apollõ Apollona. Qđ aũt Herodot⁹ hũc Athõ & hũc Apollõ dicit , Atticę declinatiõis ẽ. Athõ aũt mõs ẽ Thracię adiacẽs circa Lemnõ isulã . ℣Niuali vertice se attollẽs pr.) Appẽninus mõs Italię, de hoc Lucanus Nulloq; a vertice tell⁹ Altius itumuitq; ppiorq; accessit olympo . ℣Troes , & oẽs.) Gręce declinauit, vñ breuis ẽ es: sic supra, Troes agũt. ℣Armaq; deposuere.) Vel spectaturi, vel fessi . ℣Inter se coiisse viros, & cerneř ferro.) Vera & antiqua hęc ẽ lectio. Nã Ennium secut⁹ est q ait Olim cernehãt magis de reb⁹ agẽdis. Posteritas cœpit legere & decernere ferro. Secũdũ quã lectionẽ Synalœpha op⁹ ẽ , excluso os, vt sit, Vir, & decernere ferro. ℣Fors & virtus misceńt in vnũ.) Casus in Turno, virtus in Ænea . Nã in bello ẽt casus plurimũ valet. Cicero ĩ Miloniana, Adde casus, adde incertos exitus martẽq; cõem. ℣Ac veluti ingenti syla, summove Taburno.) Syla mõs est sylue Lucanię: Taburn⁹ mõs Cãpanię. Sallustius de fugitiuis, In sylua Sylua fuerũt. Vnde pessime quidã Syla legunt : quia ppriũ appellatiuo nõ põt iungi & ęquari. vñ bene propriũ dixit. ℣Pauidi cessere magistri.) Proprie magistri, sunt militum: pastores, pecorum. Sed reciprocę sunt inter se istę translationes. Nam ductor militum, pastor vocať , vt diximus supra , & magistros pecoꝝ dicimus. Cicero, Quẽ magistrũ pecoris esse dicebat . ℣Mussantq; iuuencę.) Dubitãt: sicut: Mussat rex ipse Latinus. ℣Iuppiter ipse duas ęquato exaie lãces.) Aut poetice dictum est, & ratione caret. nam Iuppiter ignorare nihil poterat, aut certe illud qrit qs de Turno & Ænea mortis afferat cãm. Nã dicunt philosophi mortẽ ad deũ minime ptinere. Nã bona tãtũ pstat , nec ad eũ quę mala sunt ptinent. Tamẽ sciẽdũ locũ hunc a Virgilio ita esse trãslatũ, vt in Homero lectum est.

καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτί
ταινε τάλαντα
ἐν δ' ἐτίθει δύο κῆρε τανυλεγέοσ
θανάτοιο,
τὴν μὲν ἀχιλλῆοσ, τὴν δ' ἕκτο
ροσ ἱπποδάμοιο,
ἕλκε δὲ μέσσα λαβών, ῥέπε δ'
ἕκτοροσ αἴσιμον ἦμαρ,
ᾤχετο δ' εἰσ ἀΐδαο, λίπεν δέ ἑ φοῖ
βοσ ἀπόλλων.

℣Examine .) Examẽ proprie ẽ filũ quo trutina regiť. ℣Dãnet labor.) Liberet, vt, Dãnabis tu quoq; votis . ℣Vergat põdere letũ.) Bene vergat: nã morientes inferos petunt.

At pater Aeneas audito nomine Turni.
Deserit & muros:& summas deserit arces:
Præcipitatq; moras omnes:opera omnia rumpit
Lætitia exultãs, horrendumq; intonat armis.
Quantus Athos,aut quantus Eryx,aut ipse coruscis
Cum fremit ilicibus quantus,gaudetq; niuali
Vertice se attollens pater Appenninus ad auras.
Iam vero & Rutuli certatim,& Troes,& omnes
Conuertere oculos Itali:quiq; alta tenebant
Mœnia:quiq; imos pulsabant ariete muros:
Armaq; deposuere humeris, stupet ipse Latinus
Ingentes genitos diuersis partibus orbis
Inter se coiisse viros:& decernere ferro.
Atq; illi vt vacuo patuerunt æquore campi:
Procursu rapido coniectis eminus hastis,
Inuadunt Martem clypeis, atq; ære sonoro.
Dat gemitum tellus:tum crebros ensibus ictus
Congeminant:fors,& virtus miscentur in vnum.
Ac velut ingenti Syla,summòve Taburno
Cum duo conuersis inimica in prælia tauri
Frontibus incurrunt:pauidi cessere magistri:
Stat pecus omne metu mutum:mussantq; iuuẽcæ,
Quis pecori imperitet:quem tota armenta sequãtur.
Illi inter sese multa vi vulnera miscent:
Cornuaq; obnixi infigunt:& sanguine largo
Colla,armosq; lauãt:gemitu nemus omne remugit.
Haud aliter Tros Aeneas,& Daunius Heros
Concurrunt clypeis:ingens fragor ethera complet.
Iuppiter ipse duas equato examine lances
Sustinet:& fata imponit diuersa duorum:
Quem damnet labor,& quo vergat pondere letum.

ASCENSIVS.

❡At pater Æneas.) Recitat ꝯgressum Turni & Ænee in quo Turn⁹ gladio effracto in fugã versus ẽ, sed nõ effugit penit⁹ vt sequẽtia docebunt. Cũ vero Dona. desit. ❡Ordo ẽ. At. i. sed Æneas pater . i. vir paterna veneratiõe ppter pietatẽ & maiestatem dignus, & simul deserit muros, & deserit summas arces, quas. s. expugnabat, deserit dicit, audito noie Turni. i. cum oẽs clamarẽt, eccum Turnũ Turnus adest pater, & præcipitat

Universidad de Deusto Biblioteca

tat oēs moras,& rumpit.i.interrūpit, & prętermittit oia opera.i. oēs conatus inceptos exultās.i.tripudiās lętitia.i.prę lętitia, & intonat armis.i.armatus,& in ipsis armis horrēdum.i.horrende,& horribiliter, existens.s.tantus.i.tm̄ eminēs, quātus Athon mōs ille Macedoniæ thraciæ imminens ad mare ęgeū tātæ altitudinis vt vmbras suas in lemnū vsq̧ portēdat,aut quātus Eryx mōs ille Sicilię,aut quātus ipse Appēninus pater,i.princeps mōtiū, qa in principe terra videlicet Italia,sup.est cū fremit.i.fremitū facit ilicibus coruscis.i.coruscātib',& gaudet vertice niuali.i. niuib' tecto attollēs,id est erigēs se ad auras.i.ad altū aerem, hoc est tantū eminebat Æneas inter ceteros bellatores,quātū mōtes in suis locis inter vicinos colles.Vero pro sed,aut iam vero.i.ad verū, &.ꝓ vero,hoc est præcipue iam & Rutuli & oēs Troes conuertere.i. simul verterunt in suum quæq̧ ducem oculos certatim.i.cū certamine & æmulatione,& cōuertere dico oculos omnes Rutuli q que,id est & q tenebant.i.defendebant alta mœnia videlicet Latini quiq̧.i.& qui videlicet Troes,& etrusci.pulsabāt muros imos .i.euertere e fundamentis conabant muros ariete.i.tali instrumēto,& machina bellica in morē arietis fronte ferienti, & deposuere arma humeris,vt qui ius & officiū bellādi ad duces suos referrent.Ipse Latinus.s.rex & cuius maxime intererat,stupet viros ingentis.i.sine exemplo magnos quasi extra cōsuetū genus hominum genitos diuersis partibus orbis, quia Turnum i Europa & Æneam in Asia coījsse inter se & cernere,id est decernere ferro,i. armis.Atq̧ illi.s.viri Turnus & Æneas, vt id est postq̧ campi.i. loci capaces patuere,æquore.i.æquo spatio vacuo.s. hoibus inuadunt.i.auspicant,& ineunt martem.i.pugnam virilem, ꝓcursu.i.cursu longe incepto,rapido.i. festino & hoc hastis coniectis eminus.i.de lōge manibus inuadunt dico Clypeis atq̧ ære sonoro.i.cū sonoritate Clypei atq̧ cæterorum armorum, Tellus dat gemitum.s.ex sonitu armorum & procursu pedum tū,i.deinde postq̧ cōgressi sunt ipsi congeminat ensib' crebros ictus,fors.i. alea & dubius exitus belli,& virtus.s. militaris miscentur in vnū .i.quicqd fortuna aut virtus poterat impartitū est pugnæ. Ac veluti cū duo tauri incurrunt.i.in cursu ineunt inimica plia frontibus cōuersis.i.cōtra se inuicem versis sup.in Syla monte illo Lucanię,ve pro vel,in Taburno mōte illo campaniæ summo, id est altissimo,aut in altissima eius parte,vbi planiciem habet,tūc sup. magistri.s.pecoris pauidi cessere,& omne pecus.s.reliquū.i.totū armentū,stat mutum.i.tacitū,& stupefactum metu.i.præ horrore tanti certaminis,& iuuencæ mussant.i.dubitant tacite immurmurātes,quis.i. vter illorum imperitet.i.prædominet pecori, & quem.s.

quem.s.vtrū illorū tota armēta sequant. Illi.s.tauri cōcertantes miscēt inter sese vulnera.i.mistim inferūt vulnera multa vi, & ꝓ si obnixi.i.obnitentes,infigunt cornua,& lauant colla,& armos.i.humeros largo sanguine,& oē nemus,remugit.i.reboat aut resonat gemitu.s.ipsorū,haud.i.nō aliter hoc est ꝓsimiliter, Æneas Tros.i.Troianus a Troe ortus & heros Daunius.i.Dauni filius Turnus cōcurrunt clypeis,& fragor ingens cōplet æthera.Iuppiter ipse.s.fatorū ꝓditor sustentat duas lances.s. libræ aut trutinæ examine.i.hasta aut virga,seu lingua,qua de pondere discernit, æquato.i.in ęquali distantia tēto.i.diu facit ambiguū.vter victurus sit,& imponit,s.trutinę ęquali,diuersa fata amborū, quia alter victurus alter vincēdus erat,sustinet dico lāces.i.dubiū facit, quē.i.vtrū eorū labor.i.cōnixus & studiū damnet.i. liberet ꝓm Seruiū,Sed illud damnabis tu quoq̧ votis,significat obnoxiū facies, vnde dici posset quē labor.i.penuria mortalitatis, & piculū bellādi,dānet.s.ad mortē & quo pōdere.i. qua ui & violētia letū .i.mors,vergat.i.ad exitum tendat,& premat laborantem.

PIERIVS.

¶Quantus athos,aut quātus eryx.)In antiqs athon,legitur.s.ex Seruij pręcepto,quē nonnulli damnant,nescientes apud Grecos etiam ἄθων τὸ ὄρος σύντῳ.ν.λέγεται, q̄uis & ἄθωσ & ἄθωυσ ἐκ τοῦ ἄθωου dicatur. ¶Inter se coījsse viros,& decernere ferro, & Serui' quidem,cernere,contendit ex Ennio legendum. Et Seneca li. vij epistola prima in eadem est opinione,dum dicit,Ne te longe differam,quædam simplicia in vsu nō erant, sicuti,cernere ferro inter se dicebant.Idē Virg.hoc probabit tibi . Inter se coījsse viros & cernere ferro,quod nunc decernere dicimus. Verū cōtra hos stat codicū pene omnium veterum auctoritas, in quibus legit,& decernere.In quodam tamen perueteri deest,&,ita legitur: coījsse viros,decernere ferro. ¶Coiectis eminus hastis.)In Ro. co.cōiectis est,sed inemendate,melius eni coniectis. ¶Ac veluti ingēti Syla.)Peruetus codex,silo,legit.Romanus silua, quam lectionē Seruius improbat, reliqua exēplaria recta, Syla qui brutiorum mons,hodieq̧ nomen retinet. ¶Quis pecori imperitet.) Ro.codex cum altero perueteri,nemori,legunt.Vt imperat aruis.In aliquot alijs,quis nemori imperet,& quē tota armenta sequantur. In Med. quis pecori imperet & quē, quę lectio etiam est in Porcio co.In Vitaliano quoq̧,& in delphio,& ipsum habet altera tm̄ dictione corrupta . ¶Colla armos lauant.) In antiquis aliquot exēp.lauunt a lauo,is. ¶Haud aliter tros Æneas.)Ant.cod.quotquot habui,nō aliter legunt. ¶Ingens fra.æth. cōplet.)In Oblon. pulsat,habetur,in alijs,cōplet.

Emicat hic,impune putans:& corpore toto
Alte sublatum consurgit Turnus in ensem:
Et ferit:exclamant Troes,trepidiq̧ Latini:
Arrectæq̧ amborum acies.at perfidus ensis
Frangitur:in medioq̧ ardentem deserit ictu,
Ni fuga subsidio subeat:fugit ocyor Euro,
Vt capulum ignotum,dextramq̧ aspexit inermem.
Fama est præcipitem,cū prima in prælia iunctos
Cōscendebat equos:patrio mucrone relicto,
Dum trepidat:ferrum aurigę rapuisse Metisci.
Idq̧ diu dum terga dabant palantia Teucri:
Suffecit.postq̧ arma dei ad Vulcania ventum est;
Mortalis mucro,glacies ceu futilis,ictu
Dissiluit.fulua resplendent fragmina arena.
Ergo amens diuersa fuga petit ęquora Turnus.
Et nunc huc,inde huc,incertos implicat orbes:
Vndiq̧ enim densa Teucri inclusere corona:
Atq̧ hinc vasta palus,hinc ardua mœnia cingunt.
Nec minus Aeneas(quanq̧ tardante sagitta
Interdum genua impediunt:cursumq̧ recusant)
Insequitur:trepidiq̧ pedem pede,feruidus vrget,
Inclusum veluti si quando flumine nactus
Ceruum,aut puniceę septum formidine pennæ,
Venator cursu canis,& latratibus instat:
Ille autem insidijs,& ripa territus alta,

SERVIVS.

¶Trepidi Latini.) Atqui esse debuerunt. Sed nimia ostēditur Ænęę virtus. Nā naturale est,vt socijs timori sit inferioris audacia. Vñ nūc Latini territi sunt, ex eo quod supiorē ferire ausus est Turnus. ¶Vt capulū ignotū,dextrāq̧ aspexit inermē.)Loc' hic totus ad gloriā Æneæ pertinet . Nam id agit, ne videat Turnus armoꝝ vtilitate superatus. Vñ ei redditur gladius quo etiā cū diuinis armis ab Ænea possit extigui. ¶Patrio mucrōe.) Eo scilicet tēpore quo vulneratū vidit Æneā. Sane Patrio, modo paterno significat, Nā Dauni fuerat gladius: vt est illud,Ensem quē Dauno pater ignipotēs deus ipse parēti Fecerat. Alias patriū a patria est deriuatiuum. ¶Mortalis mucro.)Mortali manu factus. ¶Vndiq̧ eni densa Teucri inclusere corona.) Stratagema est. Nā postq̧ Turnū fugere, videre Troiani, clausere loca per q euadere poterat. ¶Cursumq̧ recusant.) Retardāt.s. genua quæ ipediebant vuln' illatum sagitta. Sane perite facit vt gladio nō vtat Æneas, sed hasta eminus dimicare cōtendat:qa impediente vulnere nec seq poterat, nec in ictū cōsurgere. Vñ est, Hic gladio fidēs, hic acer & arduus hasta. ¶Inclusum flumine.) Comparatio Apollonij. ¶Puniceæ septum formidine pennæ.) Lucan',Claudit odoratæ metuētis aera pennę. ¶Venator canis.) Pro venaticus. ¶Insidijs.) Pēnarum scilicet instrumentum quoddā in fune ad mentum terrēdas bestias factū. ¶Viuidus vmber.) Acerrimus Thuscus . Nā Vmbria pars ē Thusciæ. ¶Iam iamq̧ tenet.) Ita vt videt intuentib', & hi duo versus verbum ad verbū sūt trāslati de Apollonio. ¶Increpat.)Obiurgat,incusat. Vt,Æstatē increpitās serā. ¶Efflagitat ensem.)Cū clamore deposcit. ¶Terretq̧ trementes.) ¶Quis enim sauciū non timeret instātem , cum eū integer fugeret? ¶Ludicra pmia.) Vilia, digna ludo: hi versus de Home. translati.
ἐπεὶ οὐχ ἱερήϊον οὐδὲ βοείην ἀρνύσθην, ἅ τε ποσσὶν ἀέθλια γίγνεται ἀνδρῶν,

ἀλλὰ

ἀλλὰ περὶ ψυχῆς θέον Ἕκτορος ἱπποδάμοιο.

Mille fugit refugitq̧ vias. at viuidus vmber
Hæret hians:iam iamq̧ tenet:similisq̧ tenenti
Increpuit malis:morsuq̧ elusus inani est.
Tum vero exoritur clamor:ripæq̧,lacusq̧
Responsant circa:& cęlum tonat omne tumultu.
Ille simul fugiens,Rutulos simul increpat omneis,
Nomine quenq̧ vocās,notumq̧ efflagitat ensem.
Aeneas mortem contra pręsensq̧ minatur
Exitium,si quisquam adeat:terretq̧ trementes,
Excisurum vrbem minitans:& saucius instat.
Quinq̧ orbes explent cursu:totidemq̧ retexunt,
Huc,illuc.neq̧ enim leuia aut ludicra petuntur
Pręmia:sed Turni de vita & sanguine certāt.

DONATVS.

¶Deniq̧ sic fallit auiditate retinēdi,vt dētes dentibus feriat cum media prȩda defuerit. ¶Tum vero exoritur clamor.) Fallo, inquit, spectātiū clamor tollitur, & reciproco locorū resonantium respōso tanq̧ tonitrua mittunt. ¶Ille simul fugiēs Rutulos. ¶Turno cū Æneas insisteret,increpabat idē Turnus oēs suos, & appellabat nominibus proprijs illius ensis auxiliū quærens,quē dimiserat trepidās, sed dare nullus audebat: Æneas aūt cōtra mortē minabat omnibus,& pręsens ciuitati minabatur exitium,ac etiam trementes terrebat. facilius est enim terreri metuentē,q̄ securum moueri formidine,minabatur autem singulis,si aliquis Turnū gladio conaret instruere, quod ait,increpat suos Turnus,nō obiurgātis fuit,neq̧ eni lęsurus fuerat eos, quorū in tātis angustijs desiderabat auxiliū:sed vocabat clara voce hoc solū reprehendēs,ꝙ regi suo nō subuenirēt , vsq̧adeo clara hęc voce dicebat,vt hāc sequens Æneas audiret. ¶Quinq̧ orbes explent.)Retexere est itēr,vt qua itū est,ipsa parte redeat. ¶Huc, illuc.)Fuit.n.cāpoꝝ spatiū,quo fugiens huc atq̧ illuc contenderet,tale est,quale supra. Mille fugit refugitq̧ vias. ¶Poetarū est eni quēcūq̧ numerū ponere,vt descriptio compleat,cęterū quis illorū potuit numerare discursus:cū fugam Turnus peteret,vt Æneas comprehendere niteretur instabilem. ¶Neq̧ enim leuia aut ludicra pe.)In Turni discrimine atq̧ euidenti exitio reprehendi nō poterat procuratio morę per fugam.tm̄ enim i medio timoris tantumq̧ periculi fuit,quod optabat euadere,qui viuere cupiebat.agebatur enim nō ludicrum aliquid,vel ioculare , sed qd Turni vitam seruaret,aut premeret.

ASCENSIVS.

¶Emicat hic,&c.)Docet qūo Turnus,quē vbiq̧ audacē induxit capta opportunitate,q impune sperauit , Ænea posse ferire totis viribus in ipsum consurrexit validissimū ictum daturus,quo nisi Æneas diuinis armis munit' fuisset, si ille paternum gladiū habuisset,potuit totū intersecuisse,sed qa casu , aut ꝑcipitatione gladiū mortali manu fabricatum in diuina arma totis viribus cōtuderat fregit ipsum atq̧ stupefactus in se fugam dedit, quē quāta maxima potest celeritate ꝓsequitur Æneas. Vnde. ¶Ordo est (nihil eni habetur Donati) Turnus emicat,id est eminenter agit sese hic,id est hoc loco,& tpe,hoc est rebus sese hoc modo habentib', putans impune,i.sine periculo,& punitione posse ferire , cū Æneā sese percussibilem exhibere videret,& consurgit toto corpore in ensem sublatū.i.sursum latū alte,& ferit.i.percutit Æneam, Troes exclamāt,vt.s.sibi caueat deinceps Æneas,& Latini trepidi .s.prę anxietate,verentes haud impune fore, ꝙ sic Æneā feriret, vt sup.exclamāt acies amboꝝ sunt arrectę.i. attētiores effectæ, cū ambæ sperarent & timerent,at.i.sed ensis perfidus, id est fidē domino violans frangitur & deserit.s. Turnū ardētē.i. ardēter percutientem,in ictu medio.i.priusq̧ totas vires ictui adhibuisset, qa qui cū timore percutit retrahit manum, qui vero audacter & affectate adhibet vires donec penetret,deserit dico.i.destituit,ni,i.nisi fuga,id est profugiū subeat.i.succedat,subsidio.i. ad subsidiū , fugit igitur ocyor.i. velocior euro vento rapidissimo vt,i. postq̧ aspexit capulū.i.manubrium gladij ignotū,id est incognitū,& alterius gladij q̄ sui,& dextrā inermem.i.sine gladio cū effractus esset solusq̧ capulus remansisset in manu . Fama est Turnū pręcipitem cū,id est quando conscendebat primū equos iunctos in pręlia,id est ad currū iā prælia ineundi rapuisse ferrum,i. gladium ferreum Metisci aurigę,& hoc patrio.i. paterno gladio quem Vulcanus Dauno fecerat relicto dū, id est interea dū sui.s. trepidant,id est festinanter vrgēt.Et id.s.ferrū suffecit,id est satis fuit diu:dū,id est quēndiu aut donec Teucri dabant terga pallātia,id est oberrantia in variam fugam:sed sup. postquam vētum est ad arma Vulcania dei,i. a deo Vulcano fabricata , ipse mucro mortalis,id est mortali manu fabricatus,dissiluit,idest in diuersa saluit,aut saluit ictu,scilicet dato,ceu,id est quemadmodum glacies futilis,id est quæ cito funditur, & rumpit cum adhuc tenuis sit,& fragmina.s. ensis aut glaciei aut potius vtriusq̧ respōdent in arena fulua . Ergo qa,scilicet dextram inermē habebat ipse Turnus amens,idest sine mente,petit fuga,id est per fugā,diuersa ęquora , id est diuersa loca ęquoris,id est cāpi plani,& implicat,id est implicando facit incertos orbes,id est gyros & excursus nūc huc deinde huc. Nam non potuit euadere neq̧ excurrere : eni pro qa, Teucri inclusere sup. eū vndiq̧,id est ex omni parte corona,id est cœtu circum cingente densa,id est dēse stāte atq̧ palus vasta , id est valde ampla cingit supp. hinc ex vna parte, & mœnia ardua cingunt hic.i.ex alia parte. Nec minus,id est & æque acriter Æneas insequit,scilicet Turnus & ipse feruidus,id est feruenter instans vrget pede,scilicet suo pede,scilicet Turni trepidi,id est trepidanter aufugientis. Insequit dicit quāquam genua impediūt & recusant interdum cursum,& hoc sagitta,id est vulnere suscepto per sagittā tardante,i.immorante & grauante, Vnde sequitur quod nō erat ad plenū sanatus, dat autē exemplum dicens . Insequitur sup. veluti,idest quemadmodum,si venator nactus id est adept', & qui acquisiuit quando,id est aliquando ceruum inclusum,scilicet canibus aut retibus in flumine,id est cum esset i flumie, aut septū,i.circundatum,formidine pennę puniceæ, id est aquilarū insectantium,quibus pennę punicei sunt coloris,aut formidine pennę puniceæ ad terrorē perdicis,aut chordis affixę canis,scilicet venaticus instat,scilicet cursu,& latratibus autē pro sed ille.s. ceruus sic circundatus territus insidijs & ripa alta quam veret superare non posse,quin deprehendatur a canibus fugit,& refugit mille vias ac canis vmber.i. Tuscus(apud quē plurimę sunt ferę pingues,vt innuit Persius dicēs defensis pinguib' vmbris) viuidus,i.acer & agilis, hęret,id est continuo persequitur & perseuerat hians,i.inhians,inhiando incumbens,& tenet:iā iamq̧, id est proximus est vt teneat,& semper tenturum se sperat, & ipse similis tenenti increpuit,id est crepitum dedit malis,id est maxillis qbus mordere sperabat iam elapsum, vnde sequitur & delusus est morsu inani.i.nihil inter dentes offendenti. Tum vero,id est sed tunc maxime exoritur clamor.s.cum Turnū Æneas tenere videret,& ripę & lacus responsant,id est frequenter respondent & sonitū referunt circa,id est per circuitum, & omne id est totum cœlum,i.totus aer tonat tumultu. Ille simul fugiens increpat,id est obiurgat ob inertiā,& imprudentiā quia gladium non afferrent ēt non admoniti omnes Rutulos vocans quēq̧.s. in quo spem haberet nomine.s.suo qa qui multis timidis aut inuidis imperat nemini imperasse vr,si seorsum neminē nominat & efflagitat ensem notum,scilicet paternum,quo in prælijs sępe vsus erat . Æneas,contra,id est econuerso minatur mortem,& exitium pn̄s,si quisquam adeat,id est accedat Turnum & terret, scilicet oēs trementes minitans sup. se excisurum vrbem,& ipse saucius,i.quāuis saucius,id est vulneratus sagitta immissa tamen , instat, id est instāter persequitur Turnum,ipsi ergo,alter fugiendo,& alter ꝓsequendo explent cursu,idest ꝑcurrunt quinq̧ orbes,i.gyros,& retexunt,idest replicant totidem.s.currentes huc illuc,nec enim, id est nā non leuia aut ludicra pręmia petuntur,sed certāt de vita & sanguine Turni nō aūt Æneæ,quia tantisper dū Turnus inermis erat nō potuisset necem inferre.

PIERIVS.

¶In medioq̧ ardentem deserit ictu.) Ro. codex cū aliquot alijs veteribus legunt. Ardentem deserit ictum, sed ictu , vt in Mediceo & in Porcio est,magis placet. ¶Cum prima in prælia iūctos, ꝯscendebat equos.)In codicibus aliquot, non tamē ijs antiquioribus,cum primum, legit: sed magis placet,prima in prælia,hoc est initio belli,pugnęve. ¶Fulua resplēdent fragmina arena.) In aliquot antiqs codicibus vnitatis numero legit fulua resplendet fragmen arena. Sed magis amplum,& maioris admiratiōis est,resplendent fragmina, quod in plures dissiluisse partis ensem ostēdit. Illud vero inemēdate legit in quibusdam cod. glacies cui , cū dubio procul,ceu,legendū sit. ¶Quanq̧ tardante sagitta interdū genua impediunt.)Roma.codex,Medi.& pleraq̧ alia exem, tardata,legunt,qppe genua. ¶Si quando in flumine nactus.)Ro.codex,& aliquot alij si quando flumine,legunt,absq̧, in. Quod tm̄

Universidad de Deusto Biblioteca

appoſitum & ſententię, & numero conſulit. ❡Formidinem pennæ.) In antiquis, pinnę, de quo ſatis alibi. ❡Iamiamq; tenet.) In Ro. cod. tenens, legere eſt, ſed inemendate. ❡Et cœlum tonat omne tumultu.) In Mediceo cod. & aliquot alijs ant. legere eſt, & cœlum intonat omne fragore, in Porcio, tumultu, habetur: atq; intonat, verbum.

SERVIVS.

❡Sacer oleaſter.) Fere omnia Latina arborũ nomina, generis fęminini ſũt, exceptis paucis vt hic oleſter, hoc ſiler. Virgi. Molle ſiler. Itē hoc buxũ licet & hęc buxus dicaſ. Nã ſuꝑfluũ qdã volũt facere deſcriptionē, vt hęc buxus de arbore dicamꝰ: buxum vero de ligno cōpoſito. Legimꝰ in Virgilio de tibijs, Buxꝰ vocat Berecynthia matris Ideę. Itē cũ de arboribꝰ loq̃retur, dixit, Et torno raſile buxũ. ❡Venerabile lignũ.) Antiquã arborē voluit exꝑmere. ❡Vbi figere dona ſolebãt.) Proprie: vt, Aut ſacra ad faſtigia fixi. ❡Nullo diſcrimie.) Sine intuitu religionis. ❡Fixã: & lenta radice tenebat.) Plenũ eſt, quã radix fixã tenebat. ❡Ferrũ terra tene.) Pro tellus: elemētum poſuit pro dea. ❡Non caſſa in vota.) Non ad inania vota popoſcit auxiliũ. ❡Luctãs moratꝰ.) Luctatꝰ & moratus erat integrũ, quod vitauit ꝓpter ὅμοι οτέλευτον. ❡Rurſus in aurigæ faciē mutata Metiſci.) κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus Iuturnam in numen reuerſam, poſtq̃ Turnꝰ currũ reliquit. ❡Audaci nymphæ.) Vt ſupra diximus, vbicunq; inducit nitētē aliquē, ſine effectu audacem dicit. ❡Armis, animiſq; refecti.) Sicut armis, ita & animis, nanq; armorum inopia animi ante vtriuſq; torpebant. ❡Certamina Martis anheli.) Alij certamine legunt: vt ſit ſenſus, Adſiſtunt contra ſe Martis anheli certamine.

Forte ſacer Fauni, folijs oleaſter amaris
Hic ſteterat, nautis olim venerabile lignum:
Seruati ex vndis vbi figere dona ſolebant.
Laurenti diuo: & votas ſuſpendere veſtes,
Sed ſtirpem Teucri nullo diſcrimine ſacrum
Suſtulerant: puro vt poſſent concurrere: campo.
Hic haſta Æneę ſtabat: huc impetus illam
Detulerat fixam: & lenta in radice tenebat.
Incubuit, voluitq; manu conuellere ferrum
Dardanides: teloq; ſequi, quem prendere curſu
Nō poterat. Tum vero amens formidine Turnus,
Faune ꝓcor miſerere inq̃t tuq; optia ferrũ TVR.
Terra tene: colui veſtros ſi ſemper honores:
Quos cōtra Aeneadę bello fecere prophanos.
Dixit: opēq; dei nō caſſa in vota vocauit. PO.
Nanq; diu luctans, lentoq; in ſtirpe moratus,
Viribus haud vllis valuit diſcludere morſus
Roboris, Aeneas. dum nititur acer, & inſtat:
Rurſus in aurigę faciem mutata Metiſci
Procurrit: fratriq; enſem dea Daunia reddit.
Quod Venus audaci nymphę indignata licere,
Acceſsit: telumq; alta ab radice reuellit.
Olli ſublimes armis, animiſq; refecti,
Hic gladio fidens: hic acer, & arduus haſta:
Adſiſtunt contra certamine Martis anheli.

DONATVS.

❡Forte ſacer Fauni.) In illo, inquit, loco, in quo hæc gerebãtur, oleaſter ſteterat aliquando, ac per hoc tunc non ſtabat, cũ pugnabatur: hęc arbor ſola quidem fuit in campo: ſed non ſine dei numine, nam conſecrata Fauno colebatur. ❡Nautus olim venerabile lig.) Olim, id eſt cũ ſtaret, & quandiu ſtetit. ❡Seruati ex vndis.) Tũ illi arbori deferebaſ ob honorem eius, & dei vt reduces nautę illic ſeruatę ſalutis vota perſoluerent, & indices deuotiōis ſuæ ſuſpenderent veſtes. ❡Sed ſtirpē Teucri.) Teucri, inquit, nihil dãtes religionis illi ligno abſcindendo curauerũt, ne eſſet pugnaturis impedimento. Sacrũ, inqt, ſtirpē genere proferens maſculino nec hoc loco tantum, ſed plurimis protulit, & fœminino: ſed vt appareret hominum ſtirpem fœminino genere, lignorum vero maſculino, ait enĩ. Stirpis Achillęę faſtus, & Romanę ſtirpis origo & ſtirpem admiſcēt phrygiam: hic maſculino, vnde arbor abſciſſa eſt. ❡Hic haſta Æneæ ſtabat.) Antea miſſam dixit nec ligno infixam. ❡Huc impetus illam Detule.) Tenebatur, inquit, haſta Æneæ præciſæ illius arboris morſu, quo illam vis detulerat, & volatus incertus, dixit autem cauſam, propter quam ſic tenebatur, vt educi non poſſet, de ſummo enim cũ magno veniens pondere ligno adhuc viridi & molli vehementer inſerta eſt, & excepta, penetrauit lentam radicem, dixit mollē, quia recens eius abſciſſio fuit. ❡Incubuit voluitq; manu conuellere ferrum Dardanides.) Dimiſſo pauliſper curſu, quo Turnũ inſequebatur, voluit Æneas haſtam eximere: dicitur quare. ❡Teloq; ſequi quem prendere curſu Non poterat.) Vt volucris ictus celeritate ſequeretur, quē ex cauſa vulneris impeditus curſu pedes tenere nō poterat. ❡Tum vero amens formidine Turnus.) Tum vero tũ magis exterritus Turnus atq; amens factus intellexerat enim, quid ſibi pararetur. ❡Faune precor miſerere, inquit, tuq; optima ferrum Terra tene, colui veſtros ſi ſemper honores, Quos cōtra Æneadæ bello fecere prophanos.) Iuſta vox pro pſona loquentis. ait enĩ faune, & pñs terra miſerere cōtra eos q vos quoq; crediderunt bello eſſe appetēdos, & cultus veſtros auſi ſũt profanare, per occaſionē certaminis noſtri nō recipiat Æneas ferrũ, nec ſinatur excludere, quod in exitium veſtri cultoris extorqueat. ❡Dixit, opemq; dei.) Quod locutus eſt, inquit, deprecans, nõ fruſtratum eſt, nã mox ei affuit deprecãtis auxiliũ, dicit quomodo. ❡Nanq; diu luctans.) Pręſtitiſſe aliqd faunum Turno, p deſiderio deprecationis poſuit. Cæterum.

Hic multa deſiderantur.

ASCENSIVS.

❡Forte ſacer) Vt varietate delectet inducit varios euētus narratq; Æneã haſtam ſuam ſtipiti ac trũco oleaſtri infixã recipere non potuiſſe, donec Turno allato gladio p Iuturnã idignata Venus ipſam diſſoluit ac nato accōmodauit quo facto ipſi ambo iã teliſ inſtructi ad acriorē pugnam ſe accingunt, vñ nihil quidē eſt Donati. ❡Ordo autem eſt Oleaſter, i. olea ſylueſtris imitator oleę ſacer, id eſt ſacratus fauno, ſcilicet deo ſylueſtri amaris folijs, i. habens frōdes amaras, ſteterat forte, id eſt a caſu hic, id eſt hoc loco, non qa a caſu ſtetit, ſed qa pręter opinionem, & a caſu ad illam arborem Æneas haſtã fixerat, quę erat ſacra Fauno. ſteterat ergo hic exiſtens olim, ſcilicet priuſquã Teucri ſuſtulerant lignũ venerabile nautis, id eſt antiqua veneratiōe, & religione cultum a nautis: vbi. i. ad quam ipſi nautę ſeruati ex vndis ſolebant figere dona. ſ. votiua diuo Laurenti, ſcilicet Fauno, & ſuſpendere veſtes notas, in quibus ſcilicet ſeruati erãt ſed Teucri ſuſtulerãt, id eſt amouerãt nullo diſcrimine. i. ſine diſcretione religionis neſcientes arborē ſacrũ eſſe ſtirpem, id eſt radicē arboris, ſacrũ, ſcilicet Fauno, vt poſſint concurrere campo puro, id eſt plano, & ſine impedimento, & arborum aſperitate, haſta Æneæ ſtabat hic, i. ad huius arboris radicē impetus detulerat illam fixã hic, id eſt ad hanc radicem, & tenebat radice lenta, id eſt tarda ad remittendum, quod tenebat, hoc eſt tenaci, Dardanides, id eſt Dardani nepos licet multo interuallo Æneas incubuit, id eſt infixus eſt, & voluit cōuellere ferrũ id eſt haſtam ferratam, aut ferrum haſtę, manu, ſcilicet ſua, & voluit ſequi telo, i. iaculo, quod a longe mitti poſſet, ſupple eum, quem non poterat prendere curſu, ſcilicet Turnum, verum pro ſed, & Turnus amens formidine, inquit tum, id eſt tunc, aut tum vero. i. tunc pręcipue, o Faune ego precor, miſerere, ſ. mei, & tu o terra optima tene ferrum, ſcilicet haſtæ, ſi ego colui ſemper veſtros honores quos, ſcilicet honores Æneadę, id eſt ſocij adhęrētes Æneę, fecere prophanos, id eſt procul a phano, id eſt templo, hoc eſt reprobandos, & dijs indignos bello, id eſt p facinus bellicũ. Dixit. ſ. Turnus, & vocauit opem, id eſt auxilium dei, in vota nō caſſa, id eſt non caſſanda, ſed ratificãda. Nanq; Æneas luctans id eſt luctatus diu, & moratus, i. immoratus in ſtirpe lẽto. haud. i. non valuit diſcludere. i. aperire vllis viribus morſus arboris. i. recipere haſtam quã mordicus tenebat terra, dum. ſ. Æneas acer nititur, & inſtat, dea Daunia, id eſt Iuturna Dauni regis filia procurrit mutata rurſus in faciē, id eſt facturam & effigiem, Metiſci aurigę, & reddit fratri enſem, quod, id eſt quã rem Venus indignata. id eſt ægre ferēs, licere. i. quod liceret & permitteretur, Nymphæ audaci, ſcilicet Iuturnę (vt fratris ſimilis dicatur vel ob factũ vel quia Ioui concumbere auſa eſt, nam audaces virgines ſtupratas dicunt) acceſſit & reuellit telum, id eſt haſtam Æneæ ab alta, id eſt pfunda radice, olli. i. tũc & illi, ſ. Turnꝰ & Æneas refecti. i. inſtaurati armis & animis, hic. ſ. Turnꝰ fidēs gladio, hic. ſ. Æneas acer & arduꝰ. i. elatꝰ & ſupbꝰ haſta, inſiſtũt anheli. i. anhelãtes cōtra certamia Martis, aut inſiſtũt cōtra. i. cōtra ſtãt certamie martis anheli. i. tali certamie qle mars anhelãs. i. maxīe annitēs edere ſolet.

PIERIVS.

❡Vbi figere dona ſolebant. Laurenti diuo, & notas ſuſpēdere veſtes.) Oblōgus codex, Med. & pleriq; alij cod. antiq votas legunt, ait. n. ſeruati ex vndis, quod tēpeſtatē pceſſiſſe ſignificat. Hũc verſũ morē tãgit ēt Horatiꝰ. Suſpēdiſſe potēti veſtimēta maris deo. ❡Lenta in radice tenebat.) Mediceus codex, & vetera quędã exēplaria, lenta radice legũt, abſq;. in, quod alij viderint. ❡Lētoq; in ſtirpe moratus.) Qui ſuperius ſtirpē inuiſam: fœmi. genere. dixerat nũc maſculino dicit, ait Nonius quo genere ēt Ennius, & Pacuuius in hoc noie vſi ſunt. Nã Ennius a ſtirpe ſupremo & ad ſtirpē exqrendũ Pacuuius dixit. Don. tũ vti ſuperius dictũ, Virgiliũ ait paſſim in hoc noie fęminino genere vſum. Agnoſcit vero Soſipater ſtirpē inuiſam fœmini. gene. pro Sobole, p materia ſtirpē receſſum adiecto Virgiliano carmine. Sed ſtirpē Teucri nullo diſcrimine ſacrũ ſuſtulerãt, quãuis Pacuuiꝰ. Qui ſtirpē occidit meũ, dixerit de Sobole. Pom. Feſtus i ijs quę ex Verrio Flacco deflorauit, antiquę fuiſſe cōſuetudinis ait. Recto fronte dicere, vt Cato in diſſertatione cōſulatus, vt cũ ait Ennius. A ſtirpe ſupremo, & Iliada nepos & Iupꝰ fœta. Etiã i cōmētarijs ſacrorũ pōtificaliũ frequenter eſt. Hic Ouis, & hęc agnus, ac porcus, quę nō vt vitia, ſed vt antiquam conſuetudinem teſtantia debemus habere.

SERVIVS.

❡Fulua de nube.) De aere, de elemēto ſuo. ❡Quæ iam finis erit cōiux?) Iã deniq;. Verba iſta quaſi iã tędiantis ſunt ad lōgã Iunonis iracũdiã, vnde paulopoſt ait, Deſine iã tãdē, pcibuſq; inflectere nřis. ❡Indigetē Æneã ſcis ipſa, & ſcire fateris.) Subaudis Fore. Et indigetes dij duplici rōne dicũtur, vel ſm Lucretiũ, qd nullius rei indigeãt, qui ait, Nihil idiga curę. Vel certe idigetes ſunt dij ex hominibꝰ facti: & dicti indigetes quaſi in dijs agentes. ❡Mortalin decuit violari vulnere diuũ?) Nō letali, ſed aut quo mortales laborãt, aut a mortali illato. Diuũ autē ſubaudis Futuꝝ. ❡Quid eni ſine te Iuturna valeret?) Parentheſis: poterat eni excuſare ſe Iuno, nihil feciſſe commemorãs. Vñ eã authorē fuiſſe Iuppiter dixit, ꝓpter illud, Author ego audendi. ❡Deſine iam tandem.) Singula pronunciãda ſunt. ❡Nec te tãtus edat tacitam dolor.) Scilicet ſydereis odijs vigere Troianos. Sane edo, edis edidi, integrũ verbũ eſt: Vt lego, legis, legit. Nã edo, es, eſt, eē anomalũ pſtat. ❡Troianos potuiſti.) Id eſt iam non potes: ideo. n. pręterito vſus eſt. ❡Submiſſo vultu.) Habitũ futurę orōnis oſtēdit. ❡Quia nota mihi tua magna voluntas Iuppiter.) Obiecerat. n. neceſſitatem fati, dicens, Ventũ ad ſupremũ eſt. Sed Iuno ſciens fatũ eē qcquid Iuppiter dixerit, dicit ſe cedere eius volũtati. Nam id agit vt cōciliet ſibi eius fauorem ad petitionem futuram. ❡Digna, indigna pati.) Id eſt omnia: & puerbialiter dictũ eſt. ❡Nō vt tela tamen, non vt cōtenderet arcum.) Hoc loco quaſi Iuturnã ſagittã iecisſe ſignificat. Sed vt ſupra diximꝰ, poſſumꝰ accipere, quod alter in eius gratiã in Æneam tela cōtorſit. ❡Pro vitã.) Ac ſi diceret, p re nobis data, id eſt a ſuperis. ❡Adiuro Stygij caput implacabile fontis.) Pro Iuro, nã protheſis eſt. Quidã tamē volunt Iuro tunc dici debere, cũ confirmamus aliqd, aut pmittimus. vt, Iuro me facturum: Adiuro vero, cũ negamꝰ: vt, Adiuro me nō feciſſe. Terentius, Adiurat ſe nō poſſe apud vos Pamphilo abſente pdurare. Poteſt tamē & ad, valde ſignificare. ❡Vna ſupſtitio.) Religio, metꝰ: eo q ſuperſtet capiti omnis religio, & eſt Homeri locus.
κὰι τὸ κατειβόμενον συγὸσ ὕδωρ, ὅσ τε μέγισοσ
ὅρκοσ δεινότατόσ τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσιν.
❡Reddita.) Data. nam Protheſis ē. ❡Nulla fati quod lege tenet.) Bene Fati. nam victoriæ lex eſt vt victi cedant i habitũ nomēq; victoꝝ. ❡Pro maieſtate tuoꝝ.) Reſpexit ad Saturnũ qui i Italia qñq; regnauerat. Inde ait Tuoꝝ. nã & Latinus inde originem ducit: vt, Fauno Picus pater, iſq; parentem Te Saturne refert, tu ſanguinis vltimus author. ❡Eſto cōponēt.) Conſentit: ſed inuita. ❡Sit Romana potens Itala virtute propago.) Hoc videſ dicere, Si fataliter imminet vt a Troianis origo Romana deſcēdat, Troiani Italoꝝ nomē accipiēt: vt Romani de Italis nō de Troianis videanſ eē pgeniti. ❡Es germana Iouis, Saturniaq; altera, ples.) Locꝰ de obſcuris, de quo quidã hoc ſentiũt, Petis pene illicita: ſed concedēda ſunt, qm ſoror Iouis es. i. Saturni filia. Quod ſi voluerimus admittere, erit ſequens verſus incōgruus: vt, Irarũ tantos voluis ſub pectore fluctus? Vnde melius eſt vt ita intelligamus, Soror Iouis es. i. Saturni filia. Vnde nō mirũ eſt tantam te iracũdiã retinere ſub pectore. Nã ſcimus vnũquenq; pro generis qualitate in irã moueri. nobiles eni etſi ad pſens videnſ ignoſcere, tũ in poſterũ irã reſeruãt: quod nunc Iunoni videſ obijcere. Nã cũ ſe cōcedere diceret, petit tũ quod grauiter poſſet obeſſe Troianis Sic Homerus inducit Calchãta dicētē de Agamēnone. Regũ iræ Ita ſe habent, vt etiam ſi ad pſens indulgere videantur, ſtimulos iracundiæ ad futurũ reſeruent.

Iunonem interea rex omnipotentis olympi
Alloquitur, fulua pugnas de nube tuentem.
Quę iã finis erit cōiux? quid deniq; reſtat: IVP.
Indigetem Æneam ſcis ipſa, & ſcire fateris,
Deberi cęlo, fatiſq; ad ſydera tolli.
Quid ſtruis? aut qua ſpe gelidis in nubibus hęres?
Mortalin decuit violari vulnere diuum?
Aut enſem (quid enim ſine te Iuturna valeret?)
Ereptum reddi Turno? & vim creſcere victis?
Deſine iam tandem: precibuſq; inflectere noſtris,
Nec te tantus edat tacitam dolor: & mihi curę
Sępe tuo dulci triſtes ex ore recurſent.
Ventum ad ſupremum eſt. terris agitare vel vndis
Troianos potuiſti: infandum accēdere bellum:
Deformare domum: & luctu miſcere hymenęos.
Vlterius tentare veto. {ſic Iuppiter orſus. POE.
Sic dea ſubmiſſo contra Saturnia vultu.
Iſta qdem, qa nota mihi tua magna volũtas IVN.
Iuppiter: & Turnum & terras inuita reliqui.
Nec tu me aeria ſolam nunc ſede videres
Digna, indigna pati: ſed flammis cincta ſub ipſa
Starem acie: traheremq; inimica in prelia Teucros.
Iuturnam miſero, fateor, ſuccurrere fratri
Suaſi: & pro vita maiora audere probaui.
Non vt tela tamen, non vt contenderet arcum.
Adiuro Stygij caput implacabile fontis:
Vna ſuperſtitio ſuperis quę reddita diuis:
Et nunc cedo equidem: pugnaſq; exoſa relinquo.
Illud te, nulla fati, quod lege tenetur:
Pro Latio obteſtor, pro maieſtate tuorum.
Cum iam connubijs pacem felicibus (eſto)
Component: cum iam leges, & fędera iungent,
Ne vetus indigenas nomen mutare Latinos,
Neu Troas fieri iubeas: Teucroſq; vocari:
Aut vocem mutare viros: aut vertere veſtes.
Sit Latium: ſint Albani per ſecula reges,
Sit Romana potens Itala vitute propago.
Occidit: occideritq; ſinas cum nomine Troia.
Olli ſubridens hominum rerumq; repertor. PO.
Es germana Iouis, Saturniq; altera proles: IVP.
Irarum tantos voluis ſub pectore fluctus?
Verum age: & inceptum fruſtra ſubmitte furorē:
Do quod vis: & me victuſq;, volenſq; remitto:
Sermonem Auſonij patrium, moreſq; tenebunt:
Vtq; eſt, nomen erit: commiſti corpore tantum
Subſident Teucri: morem rituſq; ſacrorum.
Adijciam: faciamq; omnes vno ore Latinos.

Universidad de Deusto Biblioteca

Hinc genus Ausonio mistū quod sanguine surget:
Supra homines, supra ire deos pietate videbis:
Nec gens vlla tuos ęque celebrabit honores.
Annuit his Iuno: & mentem lętata retorsit. PO.
Interea excedit cœlo: numenq; reliquit.

κρέσσων γὰρ βασιλεὺς, ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηι
εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ,
ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον ὄφρα τελέσσῃ.

Do qd vis.) Bene pūti vsus est tpe. Nā pmissio numinis p facto est. Subsidēt.) Remanebūt, latebūt, Latinoꝝ. s. multitudine vt, Galeaq; ima subsedit Acestes. Ritusq; sacrorū adijciā.) Verū est: nam sacra Matris deum, Romani Phrygio more coluerunt. Mentem lętata retorsit.) Iste quidem hoc dicit, sed cōstat bello Punico secundo exoratā Iunonem: tertio vero bello a Scipione sacris quibusdam etiam Romam esse translatam.

ASCENSIVS

Iunonē interea.) Recitat modo alloquiū Iouis & Iunonis de certantium conditione disceptātium, in quo, pmissa Iouis in primo ad Venerē facta cōplentur. Nam aspera Iuno consilia in melius referet cōtenta hoc solo q Latini pristinū nomē, & patrium sermonē retineant, quod quia tēporib⁹ poetę fuit, ne Æneas nō censeat verus victor dicit deorū voluntate effectum, vt victis neque nomē neq; sermonē mutaret, licet ab eo sit deductum gen⁹ Latinum. i. quod poetę tempestate Latinum erat, nam cōfirmando priscum nomē, quasi de nouo instituit, sicut visum est in pœmio illic, genus vñ Latinū. Albaniq; patres atq; altæ mœnia Romę. Ordo aūt est, Rex Olympi omnipotentis. i. in quo est ipse omnipotens. s. Iuppiter (nisi forte melius legamus omnipatētis, dicitur enim q sit totus splēdidus) alloquitur interea Iunonem tuētem. i. inspicientē pugnas. s. Turni & Æneę, de nube fulua. i. nimbo in aere suspenso O cōiux quę finis erit iam. i. tādem denique quid restat. i. reliquū est, nisi. s. iuxta fata vincat Turnus & vincat Æneas: tu ipsa scis & fateris scire, Æneā deum indigetem. i. in dijs agentē, & nullius egētem deberi cœlo. i. futurum esse in cœlo post victoriā, & tolli. i. erigi fatis. s. per fata, aut secūdum fata ad sydera, vñ in primo, Sublimemq; feres ad sydera cœli Magnanimum Æneā. Quid struis. i. moliris, & conaris contra fata, aut qua spe hęres in nubibus gelidis. i. qd hic expectas. Mortalin. i. mortaline hoc est, nunqd decuit, diuum. i. deum futurū violari. i. lædi vulnere. i. telo, mortali. i. a mortali imisso, aut quo mortales vulnerari debeāt; aut nunqd decuit ensem ereptum reddi, non eundē, sed alterum aut ereptum dicit, quia fatorum violentia neglectum reddit iquā Turno, & si dicat Iuno, qd mihi id imputes? Respondit Iuppiter per parenthesim. q. d. tibi imputo eni pro quia qd valeret Iuturna sine te. q. d. nihil posse significet. Et nunquid decuit vim. i. virtutē, & vires crescere victis. i. quia iā victi erant. Desine iā tandē, & inflectere, aut reflectere. i. sine, & permitte te flecti, pcibus nostris. i. vel ob nostras preces, quia te precamur qui cogere possum⁹, Nec tātus dolor edat. i. rodat & consumat te tacitā. i. tacētem, & nec supple curę tristes. i. tristitię tuę indices, coruscent. i. cum coruscatiōe quadam emineant mihi ex ore tuo dulci. Vētum est ad supremum. i. finē fatorum tu potuisti. s. hactenus agitare Troianos terris, vel. i. etiā vndis, & accendere bellum infandū. i. detestabile inter generum & socerum, fatis vetātibus, & ipsis iuitis, & miscere hymenęos. i. nuptias virginis luctu. s. matris Amatę a se suspēse, & aliorum interēptorum: ego vero tentare. i. attētare, & conari vlterius, Iuppiter orsus est. i. sermonem clausit sic, & dea. s. Iuno cōtra. s. orsa est. i. incepit loqui, aut respōdit sic, vt sequit vultu submisso. i. humili, qa, vt dicit Terentius, vt res dāt sese ita magni atq; humiles sumus. O Iuppiter quidem. i. certe, quia ista tua magna voluntas, id est fatorum series est nota mihi, ego iuita reliqui, & Turnū, & terras. i. negocia terrena nec tu videres. s. aliter hoc est nisi sic esset, me solā in sede aeria pati digna indigna. i. & digna & indigna. i. quęcūq; fatis iubet sine respectu plonę meę, sed ego starem cincta flāmis sub. i. in ipsa acie, & traherē Teucros in prelia inimica scilicet ipsis, hoc est, in qbus perirent, ego fateor suasi Iuturnam succedere, id est vt Iuturna succedat (nisi amphibologiam vitare voluisset potuisset dixisse, Iuturnę fratri misero. s. Turno, & pbaui. i. approbaui ipam sup. audēt maiora. s. q alioq liceret pro vita. s. fratris seruāda, nō pro laude obtinēda, vt iustior si ratio, tū ego non suasi vt supp. emitteret hoc est emittere faceret, tela, id est sagittā, & non suasi vt cōtenderet. i. simul cum sagitta tenderet arcum. Ego adiuro caput fontis stygij. i. ipsam stygem lacum infernalem dij cuius iurare timēt, & fallere numē, vt in sexto visum est, implacabile, id est immitigabile, quę vna. i. quę sola supstitio. i. meticulosa religio est reddita. s. cōtra periurium, diuis superis. i. cœlestibus. s. qa nō sua ferim, vt cōtenderet arcum. Et equidē, id est ego quidem cedo, id est locū do, nunc exosa pugnas relinquo, sup. eas. Ego obtestor, i. obtestando oro te illud quod nulla, id est non vlla, quod non tenet vlla lege, fati, obtestor dicit pro latio & pro maiestate tuoꝝ. i. a patre tuo Satuno ortorū, aut qui magis tui sunt q Troiani, nā Troianis bene voluit ob Dardanum ex Italia ortum, cum, id est quando esto. i. permitto vt ita sit ipsi component. i. conciliabunt pacē, connubijs felicibus, & cum iungēt iam leges, & fœdera. s. perpetuę cōcordię. ne iubeas Latinos indigenas, id est inde, hoc est ex latio, & nō aliūde genitos, mutare vetus nomē, neu iubeas fieri Troas, & vocari Teucros, aut viros. s. Latinos mutare vocem. i. sermonē patrium, aut vertere. i. mutare, vestes. i. formā vestiū, latium sit, & reges Albani. s. postea denominandi sunt per secula, & ppago, id est propagatio Romana ex albanis orta sit potens virtute Itala, idest sub titulo virtutis Italicę, & non Troianę, Troia occidit, & sinas, vt sup. occiderit cum noie, id est ita vt ne nomen qdem maneat. Repertor, id est reparator aut productor hominū, & rerum subridens olli. i. tunc illi, sup. tu es germana soror mea, & altera. i. secunda proles Saturni, & sup. voluis tantos fluctus irarū sub pectore, quasi dicat id non decere. Verum. i. sed age. s. qd dicam, & summitte. i. supprime furorem inceptum frustra. i. sine causa aut sine vtilitate, cū cōtra fata nihil possit, sed potius sine causa, quia do. i. concedo, qd vis, & remitto me. i. animū meum, victus & volens, nō eni vinci posset nolens. Ausonij tenebunt sermonē patrium & mores patrios, & nomē erit, supple eis vt est tantum. i. tantummodo Teucri subsident, id est remanebunt, & occulte sedem capient cōmisti corpore, & nō nomine, neque sermōe ego adijciā morem, & ritus sacrorum, scilicet Troianorum, & faciā omnes Latinos vno ore, id est vna appellatione aut vno sermōe Tu videbis genus, scilicet hominum, qd surget hinc, id est ex Troianis, mistum, id est cōmistum sanguine ausonio. i. Italico, ire pietate supra homines, & supra deos, quod propter clementiā Iulij Cęsaris, & Augusti dicit. Nec vlla gens. s. alia celebrabit æque. i. ęqualiter aut in tantum tuos honores. Iuno annuit. i. assensum prębuit his, & lętata retorsit, id est reflexit ab ira mētē, id est animum, aut memoriam odij, quia dictum est in primo. Neq; eni causę irarum, sæuiq; dolores. Exciderant animo, manet alta mente repostū Iudicium Paridis Et ipsa excedit interea cœlo. i. aere, & relinquit nubem, ęqua. s. prius speculabatur Sēper autem fauentia numina abesse dicuntur, dum qbus fauent tristia obueniunt.

PIERIVS.

Pugnas de nube tuētē.) In Mediceo vidētē, est, in alijs Tuentē puto vero alterā illā lectionē ex paraphrasi huc irrupisse. Quia nota mihi tua magna volūtas iuppiter.) Quāuis, magna in veteribus aliquot legaē, non tamen displicet, quod habetur in Oblōgo codice, in Porcio, & aliquot alijs, tua magnę volūtas Iuppiter, ne quatuor dictiones eodē concurrant casu. Cōmisti corpore tantū subsident Teucri.) Roma. codex nō corpore, sed sanguine, legit, est & vbi sanguine tanto, scriptum sit, sed oino, tantū, legendū, in Mediceo autem & in porcio, commisto corpore legitur.

SERVIVS.

His actis, aliud genitor secum ipse volutat:
Iuturnamq; parat fratris dimittere ab armis.
Dicuntur geminę pestes, cognomine Dirę:
Quas, & tartaream nox intempesta Megęram
Vno eodemq; tulit partu: paribusq; reuinxit
Serpentum spiris: ventosasq; addidit alas:

His actis.) Remoto a Turno auxilio. Dimittere ab armis.) Per trāsitū historię vsus est verbis. nā q ab exercitu relaxantur, ab armis dicunt dimitti. Sallustius de Appio, vbi eū tota in cōciōe ab exercitu cogit discedeē, dicit se ei⁹ opa nō vsurū, eumq; ab armis dimittit. Pestes, cognoie Dirę.) Proprie pestes vocant: dirę vero, cognomine. Et dictę dirę q nō nisi ante iratū Iouē vident: vt, Sęuiq; in limine regis Apparēt. Tartaream Megeram.) Bene Tartareā addit, vt ostendat esse & terrenā & aereā Megærā. Nā vt ēt in tertio diximus, volunt periti quādā ptātē triplicē esse, & in terris & apud superos, sicut ē furiarū apud inferos. Ideo āt dicit has ex Nocte pgenitas, vt ostēdat & latenter oriri & intolerabilem esse irā deorū. Vno, eodemq; tulit partu.) Dispositio hæc poetæ, quę dicit has & similes esse furijs, & cū his eē procreatas, hoc agit vt ostēdat illā prudentiū opiniōe eē tam apud superos, q i terris, sicut apud inferos furias. Apparēt.) Videnē, psto sunt ad obsequiū. Vnde ēt apparitores cōstat esse noiatos. Letum horrificū.) Volūt Iouē nō esse mortis authorem, sed posse mortis genere, vel pdesse vel obesse mortalibus. In q; omē Iuturnę occurrere iussit.) Vt Iuturnę omē fraternę mortis efficeret. Nō secus, ac neruo per nubē impulsa sagitta.) Sic illa descendit vt solet sagitta descendere. hinc Statius traxit vt diceret de disco iacto, Similisq; cadēti Crescit in aduersos. impulsa autē pprie, Sic supra. Incertū qua pulsa manu. Felle veneni.) Amaritudie veneni, succo noxio: aut certe piphrasticos dixit venenum. Transilit vmbras.) Hypbole est. Nāq; vmbras semp tela comitant. hinc ait, Transilit vmbras sagitta. Male. n. qdā auras legūt. Talis se.) Taliter collecta: ex nimia. s. furię magnitudine. Culminib⁹ desertis.) Noctuā dicit, nō bubonē: nam ait. Alitis in paruā. bubo aūt maior ē. Serū canit.) Triste, diuturnū: vt, Seraq; terrifici cecinerūt oia vates. Sallustius, Serū bellū in angustijs futuꝝ. Clypeū euerberat alis.) Signa sunt ista plāgētiū. Stridorem.) Vocis. s. sonum. nā vtrunq; tangit augurium, & oscinū & prępetum: quod grauiter posset obesse Troianis. Sic Homer⁹ inducit Calchāta. Dirę.) Immiti: q posset fratrē cernere tot laborib⁹ subditū. Monstro.) Augurio ex Iouis volūtate veniēti. Obscœnę volucres.) Inuidiose dixit. nā vna ē. Quo vitam dedit ęternā?) Quia occurrebat, Sed pręstitit immortalitatem, dicit hanc æternam esse causam doloris.

Hæ Iouis ad solium, sæuiq; in limine regis
Apparent: acuuntq; metum mortalibus ęgris:
Siquando letum horrificum, morbosq; deum rex
Molitur: meritas aut bello territat vrbes.
Harum vnā celerem demittit ab ęthere summo
Iuppiter: inq; omen Iuturnæ occurrere iussit.
Illa volat: celeriq; ad terram turbine fertur:
Non secus, ac neruo per nubem impulsa sagitta,
Armatam sæui Parthus quam felle veneni,
Parthus siue Cydon, telum immedicabile, torsit:
Stridens, & celeres incognita transilit vmbras.
Talis se sata nocte tulit: terrasq; petiuit.
Postquam acies videt Iliacas, atq; agmina Turni:
Alitis in paruæ subito collecta figuram:
Quę quondam in bustis, aut culminibus desertis
Nocte sedens, serum canit importuna per vmbras.
Hanc versa in faciem, Turni se pestis ad ora
Fertq;, refertq;, sonans: clypeumq; euerberat alis.
Illi membra nouus soluit formidine torpor,
Arrectęq; horrore comę: & vox faucibus hæsit.
At procul vt Diræ stridorem agnouit, & alas:
Infelix crineis scindit Iuturna solutos,
Vnguibus ora soror fędans, & pectora pugnis.
Quid nūc te tua Turne pōt germana iuuare? IV.
Aut quid iā miseræ superat mihi? qua tibi lucem
Arte morer? talin possum me opponere monstro?
Iam iam linquo acies. ne me terrete timentem
Obscœnæ volucres: alarum verbera nosco
Letalemq; sonum: nec fallunt iussa superba
Magnanimi Iouis. hęc pro virginitate reponit?
Quo vitam dedit ęternam? cur mortis adempta est
Conditio? possem tantos finire dolores
Nunc certe: & misero fratri comes ire per vmbras.
Immortalis ego? haud quicquam mihi dulce meorū
Te sine frater erit. o quę satis ima dehiscat
Terra mihi? manesq; deam demittat ad imos?

DONATVS.

Vno atq; eodē partu, quā detestabilis nascēdi pditio, q triplex malum semel effudit, & oēs diris anguibus iunxit: oibus alas attribuit, vt in exitium hominum & substātiam nocendi haberēt, & celeres pergerēt. Hę Iouis ad so.) Non tres, sed duę: megęra. n. imēsa non fuit. Sęuiq; in limine regis App.) Sęuū regē dixit, non semp sęuū: sed tunc cum ex aliqua cā cōmouet.) Istę ergo ad soliū obseruāt reges, & limina, vt hoies terreant iniectū metum, faciant terrēdo peiorē eo tpe, quo Iuppiter hoibus aut morbos parat, aut mortē aut vrbes exagitat bello. meritas, inquit, vt ostēderet Iouem non sęuū esse, sed iustū, illis. n. hęc immittit, q delinquendo meruerint. Harū vnā ce.) Ecce nō est superfluū, quod in descriptione istarū, aliarum commemorato facta est. nā quomodo posset demitti ex alto ęthere, aut puenire celeriter, nisi pēnarum subsidium habuisset? ex duabus igitur vnam celerē demisit a summo ęthere iuppiter. tāta eni vtriusq; natura tamq; detestabilis fuit, vt implendis tristibus etiam vna sufficeret. celerē dixit, nō quod alię essent segnes sed vt quod erat factura, celeri⁹ faceret, & impleret. In omē Iuturnæ occurre. iu.) Omen fraternæ. s. mortis. Illa vo.) Volat, & celeri fert turbine, vtpote q ducebatur imani natura, & iussionis impulsu. iterponit parabola, qua rōnis ptinuatio rūperet, vt interiectio media tędiū legētis excludat. Non secus, ac neruo.) Quēadmodū solet sagitta trāscurrere missa Parthi vel Cydonis manu, tincta veneno, ac ferro munita, cuius ictus est imedicabilis, & nulli visa, ac celeri⁹ puenit. Talis se fata noc. tulit.) Hoc est gnāta p tenebras. Terrasq; petiuit. Postquā acies vi.) Vbi venit ad locū, i quo gerebatē iter Æneā & turnū certamē, & vterq; exercitus aderat, repēte in alitis paruę formā sese conuertit: cui mos ē aut in bustis sedeē p noctē, vt i desertis culminib⁹ feraliter canere. hui⁹ ominis solet eē bubo, vel noctua, quę nō nisi funereū luctuosumq; significāt. Hanc versa i faciē Turni se pestis ad ora, Fertq; refertq; sonās.) In huius alitis figurā pestis illa cōuersa non cessabat añ faciē turni transire, & eius clypeū alis vi quatere. Illi membra nouus.) Turnus, cū hoc videret intellecto q omnia significarent extremanouo torpore dissolut⁹ est, nouum dixit aut qualem nemo aliquando sensisset aut insolitū & repentinum. Arrectęq; horrore come.) Leue fuit, si diceret vulgo, dici cōsueuit, steterunt illi capilli, quod frequenter cōtingit, cū aliquo mouemur horroī: sed ait steterūt comæ capillorū: quippe significatio breuitatē attōlam significat, comæ vero prolixitatē monstrāt: quę propter lōgā mollitiē stare nō possunt: & tñ cum ingens metus describitur, ēt ipsæ stare dicuntur: licet stare nō possunt, vt cōtra naturā maior vis terroris hoc facere videatur. At procul, vt diræ.) Hāc, inqt, cum longe vidisset Iuturna stridere strepentem, & volatu diram esse cognouit. facile enim intelligere potuit, vnam esse ex illis, q solum regis & limen frequentans in affectu Iouis constituta has cognitas habuit. Infelix crines scindi Iuturna solutos. Vnguib⁹ ora soror fœdans.) Tantum earum Iuturna omen nouerat, vt hac visa iam pro mortuo plangeret fratrē suos dissipās crines, & ora vnguibus lanians, & pectora pugnis obtundens. Quid nūc te tua.) Ex pręteritis, inqt, frater laborem meum probare potuisti: feci omnia pro salute tua: sed nūc, qd excogitē, quam potior inimicus expugnat? quid agatur, etiam ipse cognoscis. cessat omnis subueniendi subtilitas, quando vrgent extrema periturum. inexpugnabile mōstrum est istud, nec vllo potest superari remedio. nihil omisi, quod faceret pro commodo tuo, iam cedēdum est istis, quę euinci consulendo non possunt. cedendum, inquā, talibus malis, contra quę maximus labor est, & nullus effectus, subnectit apostropham, in qua plenius animi sui dolores exponit. Iam iam linquo acies.) Quomodo sola nunciatis aduersa noui, & quid vester aduentus ostendat, obscœnæ volucres. relinquo acies, quibus opitulari non possum, Intelligo quid in faustis alarum motibus meis nuncietis incommodis. Nec fallunt iussa superba Magna.) Nō me, inquit, fallit quicquid Iuppiter iubet, totū ante præuidebo, hoc est præmium per indignationem, inquit, quod mihi pro erepto virginitatis honore cōtulit? vt ante lugeam fratrem, quam illius vitam vltima fata concludant? Quo vitam dedit ęternam? cur mortis adempta.) In cōtrarium vertit, quod mihi pro munere beneficioq; concessum est: quando

Universidad de Deusto Biblioteca

donec fratri subuenire, vt imortalis possum, nec iterire cum fratre, quę sum nata mortalis. Finirenẽ quippe dolores mei, vt quicqd animum cruciat, conditio mortis auferret. certe irem ad iferna pari sociata fratri, & sedes inferas libenter appeterem. alia apostropha ad ipsum fratrẽ cum necessaria propositione. ¶Immortalis ego?) Immortalis, inqt, dicor, inde felix, vnde me beatã existimãt alij, non honor est iste, sed pœna. ¶Haud qcquam mihi dul.) Quasi demum mihi aliqd dulce superfuturum, cum inter bona mea non fuerit cõmoditas tua. ¶O quę satis ima.) Atq vtinã contra istiusmodi beneficium Iouis optatum posset prouenire remedium, recipere deã patefactis hiatibus terrę, & qm̃ mori non licet, nouitate casus excepta infernis ędibus iungerer.

ASCENSIVS.

¶His actis.) Docet quomodo placata, & amota Iunone Iuppiter Iuturnam ab legat vt sine numinis auxilio sit vincendus Turn⁹. Dirca quam rem habet hoc Donati. nõ secus, interponitur parabola, qua narratio interrumpaẽ, vt legentis tędium excludat. Alitis noctuã, vel bubonem itelligit. Pro virginitate, pro erepto virginitatis honore. Sic ille. ¶Ordo est. Genitor. s. hominũ atq deorum Iuppiter volutat. i. agitat secum, aliud. i. aliã rem ad aperiendam fatis viã, his. s. superioribus actis. s. cum Iunone iam pacata, q.p. i. parat, dimittere. i. in diuersa mittere. s. ab armis fratris Iuturnã. s. nympham. Geminę. i. duę & ęquales pestes dicuntur cognoie. i. cognomento dirę. i. execrabiles quasi deorũ ira procreatę, quas & megeram. s. tertiã furiã, seu dirã. nox intempesta. i. ad uullu op⁹ tẽpestiua, aut opportuna, tulit vno & eodẽ partu) More suo corripuit eodẽ in media syllaba. s. vt grãmatistę dicunt, vt celeritatẽ pducendi inuat) & reuinxit. i. illigauit spiris. i. annulis & reuoltionib⁹ serpentũ. i. anguiũ, quos pro capillis habent paribus. i. ęqualibus numero. & mole, & sup. qbus addidit alas ventosas. i. tam celeres, vt vento api viderẽtur, hę. s. furię Tisiphone, Alecto, & Megera apparẽt. i. psto sunt ad obsequiũ, ad solium Iouis, & in limine sęui regis. s. Iouis sęuientis, hoc est cum sęuitiam suã ondere vult, aut de diuersis loquiẽ vt per sęuũ regem Plutonẽ intelligat. inuens furias, & apud superos, & apud inferos esse, & acuunt. i. acriorẽ faciunt mortalibus ęgris. i. ęgre viuentibus, & multis miserijs subditis, si rex deum. i. deorũ, moliẽ. i. cum difficultate, qa pter naturã suam, cum sit inuans pater, disponit letũ horrificũ. i. mortẽ terribilissimã aut si terret bello vrbes meritas, p qd significaẽ Iouis ęqtas, vñ in. vj. aut ęqu⁹ amauit Iuppiter & in. x. Rex Iuppiter oibus idẽ, Iuppiter demittit. i. deorsum mittit, vnã triũ. s. furiarũ, celerẽ. i. celeriter descendẽtẽ qa id munus ei pprium ẽ, ab ęthere summo & iussit occurrere Iuturnę in omẽ. i. vt omẽ mortis Turni efficeret, & illa id agnoscens abiret. Illa. s. dira pestis aut furia volat, & ferẽ ad terrã, turbine. i. impetu celeri, nõ secus. i. nõ aliter, ac. i. q̃ sagitta ipulsa neruo. i. arcu neruato, quã. s. sagittã, Parth⁹, qui peritissimus est sagittator, Parthus inqt siue cidõ, torsit. i. impulit, armatã infectã felle. i. amaritudine veneni, sęui apositorie, telum imedicabile. i. nulla medicina curabile vulnus faciens, nõ secus dico ac talis sagitta ferẽ per nubem stridẽs, & trãsilit vmbras celeris. i. quas celeriter percurrit, existens incognita. i. impercepta. Sata. i. progenita, nocte, scilicet furia, existẽs talis tulit. i. mouit se, & petiuit terras, & supple postquam videt acies Iliacas, id est Troianas, atq agmina turni ipsa colecta, id est transformata sucepto corpore ex aere collecto, subito in figurã alitis paruę. s. noctuę, quę sedens quõdã. i. aliqñ in bustis. i. sepulturis cinerũ vstorum, aut in culminibus. i. summitatib⁹ ędificiorum desertis. (Spondaicũ versum facit grauitatem innuens) canit nocte serum. i. triste aut sero per vmbras, existẽs iportuna. s. auis pestis. i. furia versa in hanc faciẽ, id est speciem & effigiẽ huiusmodi

iusmodi auis fert, & refert se ad ora Turni sonãs. i. cum sonitu & euerberat alis clypeum. s. Turni, Torpor nouus. i. concretio sanguinis vehemens soluit. i. dissoluit illi. s. Turno membra, formidine & comę. s. ei⁹ arrectę, supple sunt horrore, & vox hęsit. i. adhęsit faucibus. At. i. sed Iuturna, vt. i. postquam agnouit procul id est adhuc longe existens stridorẽ & alas, id est stridorem alarum dire, ipia soror infelix scindit crines solutos, fœdãs ora. i. faciem vnguibus, & pectora pugnis qbus ipsa percussit, & supple iquit. O Turne quid. i. in quo potest tua germasia, id est soror iuuare nunc te. q. d. in nullo. aut qd superest. i. restat mihi iã miserę. q. d. nihil. Qua arte morer. i. detinebo tibi lucem, id est vitam. q. d. nulla possum ne ego opponere tali monstro me. q. d. non, & ideo ego linquo iã iam, id est pręcipue iam acies o volucres obscœne (atqui vna erat, sed inuidiose ad pluralitatẽ transtulit) ne terrete, id est nolite terrere me timentẽ. ego nosco verbera alarum. i. vestrarum quid ptendant, & pro id est sonum letalem, id est mortis Turni indicẽ, nec iussa. i. voluntates hoc est fata aut mandata Iouis magnanimi. i. pro animi sui magnitudine oia gerẽtis, nec cuiquã cedentis, fallunt. i. decipiũt aut latẽt me. Reponit. i. rependit & persoluit ipse hęc. s. pmia pro virginitate. s. quę rapta est, quo. i. ad quid, dedit ipse mihi vitam ęternam, cur conditio mortis est adempta mihi? ego iã mortalis. s. si essem iam mortalis ego certe possem finire nunc tantos dolores, & possem ire comes fratri, scilicet Turno misero. per vmbras, scilicet infernales, qđ scilicet nũc non possum, verũtamen o frater, quicquã meorum. i. eorum quę mihi cõtingẽt, haud. i. nõ erit dulce, mihi sine te o optãtis vox, quę terra dehiscat mihi satis ima. i. profunda, vt me deuoret, & demittat me deã, id est quamnis deam ad manes imos quasi dicat nulla, & ita se miserrimã pdicat cum mortem dulcem censeat.

PIERIVS.

¶Demittit ab ęthere.) In antiq. omnibus exemplaribus, pręterito tempore legitur, demisit. in aliquot dimisit. ¶Alitis in paruę subito collecta figuram.) In Roma. codice & plerisq alijs, subitam conlecta figuram. In Mediceo, subito conuersa habetur sed collecta, magis placet eruditis. ¶Serum canit importuna per vmbras.) In antiquis aliquot, vmbram, singulari numero. Est vbi, sęuum canit, sed, serum omnino melius. ¶Turni se pestis ad ora) Vetera omnino aliquot exemplaria, ad ora, legunt. sed lõge magis placet, quod in Roma. codice legiẽ, ob ora, quod in infestiorem significat incursatiõe molesta. ¶Clypeumq euerberat alis.) In Mediceo codice reuerberat, habetur sed euerberat, vt in Porcio & aliquot alijs omnino melius esse videẽ. ¶Aut quid iam miserę superat mihi.) In Romano codice i Mediceo, & aliquot alijs codicibus antiqs legere est, aut qd iam durę superat mihi, quod aliorum iudicio relinquimus. ¶Quo vitam dedit ęternam cur mortis adempta est?) In codicibus aliquot antiquis cur vitã, sed id ex paraphrasi desumptum, cum eodem significato longe elegãtius sit, quo dicere est numerus alius in Medico codi. quo vitam, ęternam dedit & cur mortis adempta est. ¶Comes ire per vmbras.) Mediceus codex ire sub vmbras legit. ¶Immortalis ego aut quicquã mihi dulce meorum te sine frater erit.) Oblongus codex, porcius, & peruetus alter legũt, iã mortalis ego haud quicquã, Romanus & alij quidam vtrunq membrum per interrogationẽ legunt, immortalis ego? aut qcquam mihi dulce meorum te sine frater erit? mox cũ secum tacite destinasset nihil futurum dulce, subiungit, O, quę satis ima dehiscat terra mihi, nã fratri comes ire sub vmbras, pendet a superiore membro, possem. ¶O quę satis ima dehiscat terra mihi.) In codi. Medi. & in Por. satis alta legitur.

SERVIVS.

¶Glauco amictu.) Quasi propter vndarum similitudinẽ. ¶Ingens arboreum.) Nõ sunt duo epitheta, sed Æneas ingens telum coruscat arboreum. ¶Contrahe.) Collige est autem hostilis iracundia. ¶Caput quassans. Cõcutiens: vt, Tunc quassans caput. ¶Vt Iuppiter hostis.) Ordo est, ferox hostis. ¶Saxum circunspicit.) Homeri tot⁹ hic locus ẽ ἀλλ' ἀναχασσάμενος λίθον εἷλε χειρὶ παχείῃ

Tantũ effata, caput glauco contexit amictu, PO.
Multa gemens: & se fluuio dea condidit alto.
Aeneas instat contra: telumq coruscat
Ingens arboreum: & sęuo sic pectore fatur.
Quę nũc deide mora ẽ? aut qd iã Turne retractas?
Non cursu, sęuis certandũ est cõminus armis. ÆN.
Verte omneis te te in facies: & contrahe quicquid
Siue animis, siue arte vales. opta ardua pennis
Astra sequi: clausumq caua te condere terra.
Ille caput quassans: nõ me tua feruida terrẽt PO.
Dicta ferox: dij me terrent, & Iuppiter hostis. TVR.

κείμενον ἐν πεδίῳ μέλανα τρηχύν τε μέγαν τε. ἕκτωρ δ' ἁρπάξας λᾶαν φέρεν ὅς ῥ' ἀπύλαων. Et alibi ἐσῦ καὶ πρόσθεν. ¶Cãpo q forte iacebat limes agro positus.) Secũdum artẽ priori rñdet. Sic Sallustius, Est in carcere locus qđ Tullianũ appellaẽ. ¶Manu raptum trepida.) Aut festina: aut re vera Trepida, qa sequitur. Sed neq currẽtem nec se cognoscit eũtẽ. ¶Torquebat.) Bene imperfecto vsus est tẽpore, quia non

nõ est perfectũ quod voluit: vt, Nec spatium euasit, totum nec pertulit ictum. ¶Nec spatium euasit.) Hic distinguẽdũ est, vt sit, totum nec pertulit ictum: id est euacuatus est ipetus ipsi⁹ spatio lõgiore. ¶Ac. veluti in omnis.) Homeri cõparatio. ¶Nec quo se eripiat.) Totũ eni Troiani clauserant. ¶Sortitus fortunam oculis.) Hunc locum ad feriẽdũ oculis elegit Æneas, quem fortuna destinauerat vulneri. ¶Fulmine tanti.) Pro tonitru: sine quo fulmen nunquã mittiẽ. ¶Atri turbinis instar.) Multis vtiẽ comparationibus ad exprimẽdum nimiũ ipetum: & Instar (vt supra diximus) per se plenum est, nec recipit ppositionẽ, licet Serenus adinstar dixerit, qđ in idoneis authoribus nõ inuenitur. ¶Ictus.) Percussus, nũc participiũ est, ac si diceret, Cecidit elisus.

DONATVS.

¶Tantum effata ca.) Cum hęc dixisset, habitu, qui lugẽtibus competit, se texit. ac ad fluuium concessit ne vidẽdo mortem fratris plus gemeret & doleret. Æneas instat con.) Interpositis verbis Iunonis, & Iouis, & his, quę vsque ad hunc locum ex persona Iuturnę & poetę consecuta sunt, Intercisa narratio est, sed idẽ poeta sui memor redit ad ea, quę paulisper omiserat: atq ita vt si interposita subtrahantur: vna sit dictiõis itegritas, dixerat qppe ante Iouis verba, qui prior locutus est; Olli sublimes armis, aisq refecti, Hic gladio fidẽs, hic acer, & ardu⁹ hasta, Adsistũt cõtra certamine martis anheli. Nũc subiungẽdũ ex. Æneas istat cõtra, telumq coruscat, Ingẽs arboreũ, vt vna fiat narratiõis itentio. Cum dicit telum ingẽs, & arboreũ, nõ hastã sed eius gestatorẽ laudat, qui sub teli noie portabat arboris magnitudinem, cum hanc coruscantem Ænee virtus facile cõmoueret, & turnus formidaret accedere instebat Æneas hac tumidum puocans voce. ¶Quę nunc deinde mora est.) Quãdiu, inquit, quod imminet mortis longioribus differs inuẽtis; aut quo in aduersa trahis consilia tua? quoq voluendo cõuertis? nõ est officium viri fortis cursibus fidere: & cum ad certamẽ istiusmodi acceditur, pugna nõ pedibus est gerenda, sed gladijs fiat iam cominus; qđ metus ratione formidas, & si id de corporis animiq infirmitate nõ audes, redi ad consilia tua, si vales. ¶Verte omnes te te in facies,) Bene illi ad euadendum aeris spatium dedit, & ima terrarum, ne quod facere non valebat, petere campos vellet aut montes. Supra enim dixit hinc Troianos fuisse, vnde esse exitus potuit, hinc alta mœnia, illinc vastam paludem. ¶Ille caput quassans.) Hoc est luctus animi crebra capitis cõmotione significans. ¶Non me tua feruida terrens.) Confessus est de timore, sed hunc subtiliter excusauit asserent non ipsum Æneã esse inimicum, sed deos & Iouem, hoc est dicere. si occubuero nõ tu me superabis, sed dij cum ipso Ioue, q armis & partibus meis inimici sunt, & infesti. ¶Nec plura effat⁹.) Debilitatus eni mente loqui non potuit. ¶Saxum circunspi. in.) Vitiosum putaẽ, quod honesta locutiõe mirabile est. nõ enim saxũ positũ dixit, vt faceret per genera solœcismũ. sed saxũ iacebat tã grãdi magnitudine, vt infinitis seculis immotũ pmansisset, ad hoc. n. inter dñia fuit, vt lites possidẽtibus tolleret, & esset limes. ordinandus est eni sensus sic vt calumniam remoueamus. limes agro positus fuerat, saxum ingẽs, ad hoc vt litem discerneret aruis, hunc locum pronunciãtes, cum dicimus, campo quod forte

Nec plura effatus, saxũ circũspicit ingens: PO.
Saxum antiquum ingens: campo qui forte iacebat,
Limes agro positus: litem vt discerneret aruis.
Vix illud lecti bis sex ceruice subirent:
Qualia nunc hominum producit corpora tellus.
Ille manu raptum trepida torquebat in hostem
Altior insurgens, & cursu concitus heros.
Sed neq currentem se, nec cognoscit euntem,
Tollentem ve manu, saxumq immane mouentẽ.
Genua labant: gelidus concreuit frigore sanguis.
Tum lapis ipse viri. vacuum per inane volutus,
Nec spatium euasit totum: nec pertulit ictum.
Ac velut in somnis oculos vbi languida pressit
Nocte quies: nequicquam auidos extendere cursus
Velle videmur: & in medijs conatibus ægri
Succidimus: non lingua valet, non corpore notę
Sufficiunt vires: nec vox, nec verba sequuntur.
Sic Turno (quacunq viam virtute petiuit)
Successum Dea dira negat. tum pectore sensus
Vertuntur varij. Rutulos aspectat & vrbem
Cunctaturq metu: telumq instare tremiscit.
Nec quo se eripiat: nec qua vi tendat in hostem:
Nec currus vsquam videt, aurigamq sororem.
Cunctanti telum Aeneas fatale coruscat,
Sortitus fortunam oculis: & corpore toto
Eminus intorquet. murali concita nunquam
Tormento sic saxa fremunt: nec fulmine tanti
Dissultant crepitus. volat atri turbinis instar
Exitium dirum hasta ferens: orasq recludit
Loricę: & clypei extremos septemplicis orbes
Per medium stridens transit femur. incidit ictus
Ingens ad terram duplicato poplite Turnus.
Consurgunt gemitu Rutuli: totusq remugit
Mons circum: & vocem late nemora alta remittũt.

te iacebat, & morã iterponere debemus & separare. limes agro positus, ne male iungendo nos faciam⁹ vitium, quod poeta nõ fecit. ¶Vix illum lecti.) Vix, inqt, illum non dixit illud limiti enim non saxo respõdit, pdiderat quippe saxi nomen, vt limes nõ saxum diceret, quod autem ait, vix, & addidit lecti, adiecit & duodecim ceruice subirẽt, totum ad difficultatem tollẽdam pertinet: sed tñ cũ laude turni. Dictus enim est, turn⁹ hoc saxũ vna manu & portare posse & iacere potuisse: qđ vt credibile fieret, distãtiam veterum virorũ & pñtis tẽporis fecit. potuit, inqt, turnus hoc ferre & iacere, quia tũc alia forma & alijs viribus hoies nascebanẽ. Cęterum, quod ille vn⁹ atq vna manu rapuit, hoc est sine conatu tulit, & iecit. noui tẽporis hoies lecti vix ceruicibus ferrent. ¶Ille manu rap.) Turn⁹ qdẽ oia ex more fortiter faciebat. nam & saxum ingens rapuit manu, & currẽs, atq altius misit: sed nec tollẽtem se sensit, nec eũtem erigẽtem manũ cum saxo. ecce saxum dictũ est, qñ motum est loco, & naturam suã & genus recipit, quando desijt esse limes & inter duos dños arbiter. Cęterũ, vt dictũ est cũ illic esset, non saxi appellationem sed limitis habuit. ¶Genua labãt.) Tãtum dissolutus metu fuerat, vt firmitatem suam genua eius pdidissent, & coisset sanguis frigore. ¶Tum lapis ipse viri.) Quẽadmodũ in turno oia se habuissent, ẽt ict⁹ ipse mõstrabat. nã missus lapis iuit p vacuũ, nec totũ trãsire spatiũ potuit, nec hostẽ percutere. ¶Ac velut in som.) Daẽ parabola, ex qua vnusqsq ex se itelligat, quẽadmodũ in turno oia iminẽte piculo fata habuissent, nã oib⁹ hominibus per somnũ talia ɔsueuerũt accidere, vt dormiẽtes videantur velle, quę iplere non possunt: nõnunquam nituntur aliqd viribus & eorũ conatus ante effectũ rerũ debilitati succumbunt. si voluerint loqui, nec lingua iplet officium suum, nec intentionẽ volãtis explicant verba, totũ vacuũ est, qđ desideraẽ geri. totum infirmũ, vtpote qđ habeẽ videẽ dormiẽtis substãtiã. sic ergo tãq soporati actib⁹ negat dea dira successum. ¶Tũ pectoẽ sensus Ver.) Incipit exponere, q sit ipsa varietas. ¶Rutulos aspectat, & vrbẽ.) In desperatiõe salutis respiciebat ciuitatem, vel quod illic Lauinia fuit, vel ne inde veniret auxiliũ, pudore autem cõfusus deprecari non audebat rutulorum opem, quã ipetrare non poterat. oculis tamen intelligebat torpescere miserationẽ, quia sermone nequibat. ¶Cũctatẽ que metu.) Dubitabat telo insistere aliquid meriti futuris precib⁹ seruãs. ¶Nec quũ se eripiat.) Prorsus, quid faceret, nesciebat, totũ enim impossibile fuit fugiẽdi quippe occasio deerat, audendi in hostem fiducia negabatur. ¶Nec currus vsquã videt.) Auxiliorum quoq spes nulla supererat, vel quia currus defuit, etiã abscesserat soror.) Cunctanti telum Æneas.) Dum ille diuersis cogitationibus captus intentum animũ tenet, dubitanti quid faceret, telũ cui fata sanguinẽ decreuerant turni, Æneas tanquã fulmen altius extulit, euentum fatis oculorum ęstimatione ac fortunę cõmittens, & spatio quod ad feriendum posse sufficere decreuerat animo. ¶Et corp. toto.) Quãto lõgius aberat, tanto maioribus viribus hastã intorsit, vt peruenire posset & iplere victoriam. ¶Murali concita nunquam.) Tanta hastę illius fuit vis, & eũtis crepitus, quãtus esse non põt, cũ arietis tormento muri soluunẽ, aut fulmẽ interuenit. ¶Volat atri tur. in.) Volat,

Universidad de Deusto Biblioteca

volat, inqt, non iā hasta sed violentissimus turbo exitium dirum ferēs, hoc est letale. Orasq; recludit Loricę.) Magnum ictum & magna missum virtute describit: q potuit tot orbis clypei vel loricam perrumpere, & transire per hois femur, hoc est non debilitari tot ipedimentis, & sic peruenire, vt non solum inhęserit vulneri, verumetiam exitum facilem reperiret. Incidit ictu Ingens ad terrā duplicato poplite turnus.) Percussus cum stare non posset, vt fuit ingenti corporis forma, cōtracto poplite ad terram intolerabilis doloris clade perductus est. incidit dixit, in ipsam tantum partem concidit, qua fuerat debilis redditus. nā diceret stratus est, si toto corpore iacuisset. Cōsurgūt gemitu rutuli.) Tali fortuna moti rutuli cum exitium hominis gemerēt, & clamores emitterent, remittebant, montes mugitus quoq; reddebāt, quas acceperāt voces. si rutuli gemitus dabant, intelligi par est, in illis vocibus alacritatem fuisse teucrorum.

ASCENSIVS.

Tātū effata.) Docet abscessum Iuturnę, per quem Turnus omni pręsidio diuino destitutus: & furijs agitatus saxum ingens in Ænean impulit sed non perpulit. At Æneas opportunitatem nactus hastā in eum cōtorsit, & disruptis armis acriter vulnerauit: ac strauit, vñ Rutulorum miserabilis subsecutus est clamor, de qua re verba Donati sunt. Æneas instat, redit ad narrationē, quā interruperat interpositis dictis Iunonis, Iouis & Iuturnę. Ingens arboreum. Non hastam, sed gestatorem laudat, Pennis (Semper pinna & non penna est apud Donatum) In somnis ponit parabolam quam quisq; in se expertus intelligere potest qd Turno euenerit. Vrbē vel in qua erat Lauinia. vel Vnde expectaret, auxiliū qd pudor petere vetabat. Nec quo se eripiat, fugiendi occasio deerat. Audendi fiducia negabaꝛ, nullum sperabat auxilium sorore iam remota, Hæc ille. Ordo autem est. Iuturna nympha effata, id est elocuta tantum. i. dūtaxat pmissa, contexit caput. s. pręmœstitia, & pudore aut missura se in aquas, amictu glauco. i. marini coloris, gemēs multa. i. multū, & ipsa dea condidit se alto fluuio. Bene dicit dea ne putetur submersisse. Æneas cōtra. i. ex aduerso instat. i. instāter vrget Turnū, & coruscat. i. quatit, & vibrat igēs arboreum telum. i. valde magnā hastam ex arbore factam, aut arborem pro hasta sumptā, & faꝛ sic pectore sęuo. i. acri & magnifico. Quę deinde. i. tandē mora est. i. quid adhuc restat, aut o Turne qd retractas. i. declinas, & refugis plium? Non est certandum. i. non decet nos certare cursu, sed certandum est cōminus. i. consertis manibus, & de prope. armis sęuis, id est, magnis, & hostilibus. Verte tete, id est temetipsum, in oēs facies. i. figuras.) Alludit ad Protea, qui vt habeꝛ Georgi. quarto volens elabi sese in figuras varias mutabat, nec tamen Aristęi manibus elapsus est.) & contrahe, id est in vnum collige, quicqd vales siue animis, siue arte, Opta qa efficere non posses, sequi pennis, id est inuolare astra ardua, q; pro vel, opta te condere. i. abscōdere clausum terra, Subaudi, non tamen euades. Ille scilicet Turnus, quassans. i. motans ex indignatiōe caput, effatus est sup. o ferox, id est ferociens hostis, tua feruida dicta, nō terrent me, dij me terrent, & Iuppiter hostis. i. inimicus mihi effectus, qd per Iuturnę abscessum aut alijs sinistrę infestationem agnouit. Elegāter autem quia verbum repetit supprimit coniunctionem. Nā, vt Valla docet, loquēdum est sic, tua dicta me nō terrent, sed dij, aut verum dij, sine verbo aut cū verbo sine coniunctione, tua dicta me non terrent, dij me terrent. Nec Turnus effatus plura, circunspicit. i. circunspiciendo videt saxum antiquū ingens, dixi alibi. Nullum epitheton frequentius apud Maronē cum alio epitheto sin econiunctione poni, q; hoc nomen Ingens, quod ideo forte fit, qa ęquipollet præpositioni, & casuali, quę duo pro aduerbio ponunꝛ. Tutius tamē dicereꝛ cum Seruio Ænea ingens. Dictum est etiam per Seruium quoties relatiuum poniꝛ inter duo substantiua, quorum sequēs est rei, pprium, ipsum sequenti debere conformari, sin appellatiuum vtriuis cōformari posse. hoc igiꝛ loco, licet forte minus eleganter magis tamen grammatice dicere potuisset, campo quod forte iacebat, prętertim cum non cohereat substantiuo sequēti, nā ordo non est, qui limes iacebat campo, sed qui scilicet lapis iacebat, cāpo forte, id est a casu, positus agro limes, id est signū termini in trāsuerso positum, vt discerneret. i. dirimeret agris litē. i. contentionē agricolarum, aut possessorum, bis sex. i. duodecim sup. viri lecti. i. electi egregij vix subirēt illud ceruice, existētes talia corpora. i. si essent talia corpora, qualia corpora hoīum tellus pducit nunc. i. nostra tempestate inquit poeta (vnde Iuuene. Nā genus hoc viuo iā decrescebat Homero, Terra malos hoies nūc educat, atq; pusillos) Ille. s. Turnus torquebat in hostē. s. saxum illud raptū manu trepida. i. festina, isurgens. i. erigēs se altior, quo minus dicaꝛ pondere depressus, & concitus. i. cōcitatus cursu, ne censeaꝛ tardatus sed ipse. s. captus furore, neq; cognoscit se currētem, nec euntē. i. nesciebat, an curreret an iret, ve pro vel non cognoscit. i. non percipit se tollentē. i. erigentē manu saxum immane, ve pro vel mouētē, sup. ipsum, sed sup. genua. s. Turni auxilio numinis destituti, labant. i. labascūt & flectunꝛ, & sanguis gelid᷒ concreuit frigore. s. timoris, Tū. i. insuper, lapis ipse viri. i. quē ille ipulit, volutus. i. agitat᷒ per vacuum inane. i. aerem nec euasit totum spatium. i. non peruenit ad hostē. s. Ænean nec pertulit. i. non ad finē vsq; tulit, ictū quē. s. Turnus ei cōmiserat ad Ænean perferēdū, allusio ad alias res quę cū nūcijs mittunꝛ. Ac veluti. i. quēadmodū nos videmur in somnis. i. inter dormiendū aut per insomnia, bi quies languida. i. ęgra (vnde Horatius in arte, velut ęgri somnia, vanę finguntꝛ species) pressit nocte oculos, videmur inquam nequicquam. i. frustra velle extendere cursus auidos. i. auide pcul excurrere, & nos ęgri succidimus. i. interdicimus deficientes in medijs conatibus, lingua nō valet. s. ploqui, vires notę. i. cōsuetę nō sufficiūt, supple in corpore, nec vox nec verba sequunꝛ. s. conatus nostros sic dea dira. i. furia negat Turno successum quacunq; virtute petiuit viā. i. processum, Tum. i. insup, sensus vertunꝛ. i. vertēdo fiunt varij, pectore. i. in animo, & ipse aspectat Rutulos & vrbem, qd desperantis indicium est, & cunctatur. i. immoratur aut dubitat metu. i. prę timore, & tremiscit. i. pertimescit, telum. s. Ænei hoc est hastā, instare. i. imminere nec videt quo se eripiat, nec qua vi, id est violentia & ipetu tendat in hostē nec videt vsq; currus, nec sororē aurigam. i. quę prius obiuerat munus aurigę, Æneas coruscat. i. vibrat ipsi cunctanti, id est immorāti, telum fatale, id est letale quo illi fata mortem pſciuerāt, coruscat dicit, fortitus oculis fortunā. i. opportunitatem fortuitam exilius, scilicet negligentia oblatam, & ipse eminus, id est de longe quasi emissum e manu intorquet, scilicet telū, toto corpore, id est nixu toti᷒ corporis, saxa nunquā fremunt, id est stridēt sic, id est intantum concita. i. concite missa, tormento murali. i. quo muri quatiunꝛ, nec tāti crepitus dissultant. i. in diuersa saliūt fulmine. i. dum fulminat. Hasta enim ferens durum exitium, id est exterminium & mortē volat instar, id est in statum & formā turbinis, id est venti ipetuosi, & recludit, id est aperit & resoluit. oras. i. extremitates loricæ, id est tunicę quæ olim e loris fiebat. & stridens transit mediū femur per extremos orbes clypei septēplicis, id est septies ipliciti diuersis tergoribus. Ipse Turnus ictus id est percussus, indicit ingēs, id est existens valde magnus ad terram, & hoc poplite duplicato. scilicet cōpressis genibus, rutuli cōsurgunt gemitu. i. simul gemere icipiunt, & totus mōs remugit circum. i. in circuitu, & nemora alta remittunt vocē. s. gementiū, late. i. per latum spatium.

PIERIVS.

Cāpo qui forte iacebat, Limes agri positus.) In antiquis exemplaribus nōnullis, quod legiꝛ, & priori respondere secundū artē esse dicit Seruius. Bona tamen eruditorū pars, qui, legit habita limitis ratione, est & illud obseruandū in Porcio. Quod legere est times agro positus elocutione nō inelegāti. Nec vox nec verba sequunꝛ.) In antiquis codicibus, nec vox aut verba legitur. Telumq; instare tremiscit.) Vti superius obseruatum est antiquora omnia exēplaria verbi huius pene vltimam per e, tremescit, proferunt. Exitium dirum hasta ferens.) In Mediceo codi. exitium durū, habeꝛ. Loricę & clypei extremos septēplicis orbes p Medium.) In Medi. codi. lectio ita variat, loricę clypeiq; extremos, septēplicis orbes, Et medium stridens transit femur.

SERVIVS.

Equidē merui.) Secūdū artem rhetoricā. nam quoties personę in inuidia sunt, alię pro his opponuntur. vnde ita ait, Ego qdem occidi mereor, sed tu debes ignoscere parētis intuitu. Nec deprecor.) Non refuto, non recuso. Vtere sorte tua.) Interfice hostem tuū. Fuit & tibi talis Anchises, genitor.) Hic distinguendum, vt duo dicat; & habuisti patrem, & pater es. Et me redde meis.) Ordo est, Redde meis, sed ne ex aperto rem viro forti pudēdā peteret interpositiōe vsus est dicēs, Seu corpus spoliatū lumine mauis. Victum tendere palmas Ausonij videre.) Ad gloriam Æneæ pertinet, q; se Turnus cūctis psentibus victum fatetur. Tua est Lauinia cōiux.) Quę fuerat causa certaminis. Vlterius ne tēde odijs.) Noli velle crudelitatem tuam vltra fata protēdere, sed redde corp᷒ sepulchro. Acer in armis.) Non tm̄ ad psens refertur, sed quia semp in armis acer esse cōsueuit. Cunctantē flectere sermo cœpat.) Ois intētio ad Æneæ pertinet gloriā. Nā & ex eo q; hosti cogitat parcere, pius ostēditur: & ex eo q; eū interemit, pietatis gestat insigne. Nā Euandri intuitu Pallātis vlciscitur mortem. Infelix balteus.) Nulli dño felix: & sic est dictum, Infelix balteus: sicut, Lacedęmoniosq; hymeneos. Et sciēdū balteum habuisse Turnū ad insultationē & iactantiam, non ad vtilitatem, vñ est, Atq; humeris inimicū insigne gerebat. Monumenta doloris.) Proprie. nā & monumētū ab eo dictum est q; mentem moneat. Hausit.) Vidit: vt, Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus. Pallas imolat.) Ad suę mortis & abrupti fœderis vltionem, te tāquam hostiam imolat Pallas. Frigore.) Morte: vt, Corpusq; lauant frigētis, & vngūt. Vitaq; cū gemitu fugit idignata sub vmbras.) Indignata, vel qa mox pces veniam non meruerant: vel qa Lauiniam fore sciebat Ænei: vel qa, vt supra de Camilla diximus, discedebat a iuuene. Nā volūt physici aiam discedere a corpore inuitam, cū quo adhuc habitare naturę legibus poterat. Sic Homerus.

ψυχὴ δ' ἐκ πελέων πταμένη ἀϊδόσδε βεβήκει
ὃν πότμον γόουσα λιποῦσ' ἀδροτῆτα καὶ ἥβην.

Ille humilis, supplexq; oculos dextramq; precantem
Protēdēs, Equidē merui, nec deprecor, inqt. TVR.
Vtere sorte tua. miseri te si qua parentis
Tangere cura potest, oro: fuit & tibi talis
Anchises, genitor: Dauni miserere senectę:

Et me, seu corpus spoliatum lumine mauis,
Redde meis. vicisti: & victum tendere palmas
Ausonij videre, tua est Lauinia coniux.
Vlterius ne tende odijs. Stetit acer in armis PO.
Aeneas, voluens oculos: dextramq; repressit.
Et iam iamq; magis cunctantem flectere sermo
Cœperat: infelix humero cum apparuit alto
Balteus: & notis fulserunt cingula bullis
Pallantis pueri: victum quem vulnere Turnus
Strauerat: atq; humeris inimicum insigne gerebat.
Ille oculis postquam sæui monimenta doloris,
Exuuiasq; hausit: furijs accensus, & ira
Terribilis, Tū ne hinc spolijs indute meorū AEN.
Eripiare mihi? Pallas te hoc vulnere, Pallas
Immolat: & pęnam scelerato ex sanguine sumit.
Hoc dicens, ferrum aduerso sub pectore cōdit, PO.
Feruidus. ast illi soluuntur frigore membra:
Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub vmbras.

DONATVS.

Ille humilis supplex.) Humilis corpore & fastu reiecto, quo antea ferebaꝛ. Oculos, dextrāq; precantē.) Magnum poetę inuentū, vt hastā non in eam partem corporis, quę letalis esset diceret peruenisse: sed in eā, quę superaret hostem, & in viuū seruaret ad preces. quippe ipso fuit supplicio peius, ppria voce cōfiteri se victū, & hostē suum pronuntiare victorem, oibusq; se dignum pœnis, qui esset fortiori cōgressus. ego, inquit, qd patior, merui, nec veniā peto, sic. n. peccaui, vt hanc mereri non possim. Miseri te si qua parentis Tangere.) Non te, ppter me rogo, qui nō mereor veniā, sed ppter infelicē patrē meū. Fuit & tibi talis Anchi. ge.) Faciēdo pparationē miseri patris & senis, quantū sperauit motură se esse misericordiæ? vt ille flexus cōmemoratiōe paternę memorię, pmptior veniam daret. miserere, inqt, senectæ patris mei. s. ne orbitate filij patern᷒ luctus augereꝛ, si corp᷒ negaret occisi. potest & sic, vt salutem patris senis & orbati cōmendasse videaꝛ, ne quasi pater hostis necareꝛ. Et me seu corpus. Redde meis.) ecce vbi, ostendit se velle seruari. Post petitionem qppe nomine patris interpositā venit ad se, & ait Et me seu corp᷒ spoliatum lumine mauis. Cum dicit, seu, hoc videꝛ dicere voluisse, quod pudore et ineueniēte nō dixit apertius. si volueris me occidere, redde corpus meum, & meis sepeliendum concede. ait alteram partem sernādam supplicis, vt intelligeret & impleret. Vicisti, & victum.) Vtrosq; ait viderunt Ausonij, & exitum certaminis probauerūt. me scilicet victum tendentem palmas, & te fortuna tua properū te victorem. Lauinia tua est cōiux, ppter quā diu pugnauimus. Vlterius ne tende odijs.) Non debes vlterius duci odio, quia iā iniuria tua trāsijt, quę fuit certaminis causa. Stetit acer in armis Æne.) Qā dixit stetit, nec statim victoris auiditate percussit, ostēdit verbis deprecantis esse cōmotum. quod autem voluebat oculos, tractantis fuerat signum. indices eni sunt oculi, qui tacito pectore sententia dubitāte voluunꝛ. nō eni ignoscere temere oportuit, aut ferire: stetit oculos voluens. Dextrāq; repressit.) Qui hęc fecit, pximus fuit, vt ignosceret potiusq; necaret. Dextrā igitur repssit expectās, quid animus tractando decerneret. Et iam iamq; magis.) Incertus sententiæ: iam cœperat in veniam flecti. Infelix humero.) Posset, inqt, Æneas roganti parcere: sed quia turnum aduersa fortuna iā trahebat in mortē, apparuit exutus humeris balte᷒, quē occiso detraxerat Pallāti. nec difficile fuit, Æneā meminisse, qa cuiusmodi esset, memoriter retinebat. Ille oculis postq;.) Ille hoc est qui flecti iā cœperat, posteaq; ex his, quæ viderat nouatione doloris exarserat. Furijs accen. & ira Ter.) Nō tam in iracūdiā quā in furiam versus est. Tu ne hinc spo.) Tu, inqt, q meorū spolijs idutus, & eorū tibi cōmodis places, vt eripiaris manib᷒ meis, nec tuis meritis, nec illorū memorię cōuenit, deniq; ministris manib᷒ meis te Pallas occidet. ipe qui sequiꝛ sanguinē tuū, ipe de te pœnas exposcit, recte inuentus est, pstabat qppe interfectori pallātis negare vitę bñficiū, q; inultā relinquere familiaris mortē. ecce seruata est in persona ęneę pietas, qua volebat ignoscere. seruata religio pallanti, qa interfector eius non euasit. cōpletum est, quod supra est positum, Turno tēpus erit magno cum optauerit emptum Intactum pallanta, & cū spolia ista dieq; Oderit. Hoc dicēs fer. ad. sub pecto. cō.) Animū irati viri fortis expressit, dum, inqt, loquiꝛ, hoc est anteq; quod dicebat, ipleret, in pectus hostis ita vti aduersum fuit, totum gladium pressit. Ast illi sol. fri. mē.) Recedēte eni calore sanguinis, quo regiꝛ vita, mors frigore repente succedit. Vitaq; cū gemi. fu. indigna. sub vmb.) Et cū ad vmbras concideret moriens, dolebat tamen se perdidisse lucem. & Ænei lauiniā reliquisse. Magna carminis ordinatio: magna laudantis industria: q eni ab ipso pncipio operis sui Ænei laudem omnibus libris executus est: hanc vsq; ad turni mortē consulto perduxit, egregia inuentiōe currēte, vt cessantibus vniuersis solus Æneas cum solo pugnaret. si. n. inconfuso oium bello ænee licet virtute cecidisset, posset videri necem illā plurimorum adminiculo prouenisse, sperauit igiꝛ hos laudator egregius, vt specialis gloria in solius Æneæ meritis permaneret. & ipse esset vltor iniuriæ suæ, cui lauinia & matrimonium debebatur.

FINIS.

TIBERIVS CLAVDIVS DONATVS.

TIB. CLA. MAX. DONATIANO FILIO, S. P. D.

INcrementum metuens vitę, quod magis sensibus incūbit, & proximū est, cursim scripsi quę potui: relinquēs plurima, & ea saltem credi volui, quę tibi ad cętera intelligēda aditus & vias aperirēt: vt siquid mihi aduersi accideret, haberes interpretationum mearum, quod imitareris exemplo. verum qa ex communi voto contingit diutius viuere, hos libros interim legendos curaui, mihi enim certū est dehinc me nō esse desertuurum in te studium patris, vt tibi quātum potuero, pari prepararē cura, quę propter supradictam causam videor omisisse. sic enim fiet, vt origines singularum psonarū quas Virgilius Æneidos libris cōprehendit, & quæ in aliquo studio floruerunt, aut nullius fuerit meriti, vel contraria diligendo, depressæ sint. simul etiam cognosces oppidorū insularumque rationem, regionum, montium, cāporum, vel fluminum, templorum, ac fanorum, herbarum quin etiam, & lignorum vocabula, & cætera his similia. sed hęc sic accipias velim, vt ex commentarijs scias veterum me esse collecturum. antiqua eni & fabulosa ac longinquitatis causa icognita nisi priscorum docente memoria nō potuerunt explicari. Proinde si hęc lōgiori eius suffragio complere valuero: erit tibi gratissimū labore potius patrio ista didicisse, q; tuo. Si minus legendi sunt tibi veteres, necessario collecta cōdiscas. Interea nō deerit etiam in hac.

Huiusmodi finis extat in Archetypo.

Ascensius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ASCENSIVS.

¶ Ille humilis. Vt sæpe admonui, opus suum concludit poeta in summa laude Æneæ, quæ erat in Turno deuicto, cuius etiam audaciæ & superbiæ animum deiecit vsque adeo vt humilem supplicemq; efficeret: vt tamẽ iuxta præceptum Horatianum in de arte poetica, vterq; sit primus ad extremũ similis sibi: non sic inducit Turnũ humilem, vt se virtute inferiorẽ fateatur, sed forte, dicens vtere sorte tua, nec sic supplicẽ, vt contemplatione sui supplicet sed patris cuius canicie plurimũ posse sperabat apud eum qui in patrem suum pientissimus ferebatur, vnde eũ, sic ad extremũ vsq; inducit pium, vt etiam Turno vitam cõcessisset nisi balteo Pallantis interempti viso, illius necem vlciscẽdam iuxta Euandri parentis eius vota duxisset. Sicut ergo multos librorũ morte alicuius concluſit, ita & totum opus morte Turni, qa mors vltima linea rerũ est, imitatus in hoc Homerum, qui in Hectore tracto Iliada composuit. Circa hunc autẽ vltimum locum sunt verba Donati. Humilis corpore idest supplex, deiecto fastu, victoria Æneæ, quam ponit in fine operis perficit: atq; absoluit cumulũ laudum Æneę, quas a principio ad finem omni artificio cõtinuauit. Hæc ille. ¶ Ordo autem est, Ille scilicet Turnus humilis: scilicet corpore secundum Donatum, & etiã aliquantulum aio, quia vt in Hecyra Terentiana, dicitur, Profecto hoc sic est, vt puto oibus nobis, vt res dãt sese ita magni atq; humiles sum⁹, & supplex protendens. i. dirigens ante se, oculos: scilicet miserationẽ et hastigantes & dextrã precantem, inquit, equidem. i. ego quidẽ quãtum de me est merui. f. mortem, aut necẽ, quam tamen nominare formidat nec deprecor, idest & nõ precor, vt nõ fiat mihi, nam deprecari est cõtrarium eius, quod est precari, vnde Oui. Sæpe p̃ cor mortem, mortẽ quoq; deprecor idem, Vtere tua sorte. i. quã per fata sortitus es, verũ sup. si qua. i. aliqua, cura. i. cõmiseratio, miseri parentis. f. Dauni pot tangere te, & si supple, Anchises genitor fuit tibi talis, vt scilicet eius gratia tibi parcendũ esset, ego oro miserere senectæ Dauni: scilicet patris mei, & redde me. f. viuum meis, seu mauis, redde meis corpus. f. meum spoliatum lumine. i. vita, tu vicisti, & Ausonij. i. itali videre sup. me victum, tendere. i. protendere palmas. f. precantes, & supplices. Lauinia. f. regis filia, p qua certauimus, est tua cõiux. i. permittitur tibi a me, ne tẽ de id est ne procedas vlterius id est ad maiorem vltionem, odijs id est pp odia quia ad gloriam satis est me victum fateri. Æneas stetit acer in armis, voluens oculos scilicet in supplicem, & repsit dextram. f. ab ictu, & sermo scilicet Turni supplicantis cœperat flectere scilicet ad misericordiam iam & iam magis. f. Æneam cũ ẽtantem. i. hæsitantem & immorantem iam dicit cũ balteus Pallantis pueri, infelix. i. Turno infelicitatem afferens apparuit, supple in alto

Deprecari quid sit

humero scilicet Turni, & cũ cingula id est cinctura eius fulserunt, i. resplenduerunt bullis notis scilicet ipsi Æneæ qui agnoscebat insignia Pallantis sibi Turnum aptasse, quo facto monet poeta nemini alterius iacturam pro insigni habendam, quoniam sors omnia versat, quẽ scilicet Pallãta victum Turnus straueratvulnere atq; gerebat humeris insigne inimicũ idest pnicio sum & exitiale. Ille scilicet Æneas postquã hausit oculis id est auide, inspexit monumenta fœui id est valde magni doloris, & exuuias id est spolia. f. Pallãtis, accensus furijs, & terribilis ira inquit sup. tu ne indutẽ id est qui indutus es spolijs meorum (propter dolorem ad pluralem numerum transfert sermonem, aut pluriũ insignia gerebat) eripiare mihi hinc, idest ab hoc loco vbi sub pedibus meis iaces. q. d. minime, Pallas scilicet filius Euandri, Pallas immolat, id est sacrificat dijs manibus te hoc vulnere: scilicet qd tibi eius gratia infero, & sumit scilicet per me pœnam id est punitionem, ex sanguine scilicet tuo, scelerato id est multis scelerubus polluto, & supple Æneas dicens, hæc cõdit ferrum sub pectore aduerso id est opposito, existens feruidus scilicet ad vindictã Pallantis sumendam, atq; membra soluuntur id est dissoluuntur illi scilicet Turno trãsfix o frigore id est morte frigere faciẽte, & vita id est anima qua viuebat, fugit cum gemitu sub vmbras scilicet infernas indignata scilicet q; ante diem fatalẽ ac periodũ naturalem exire cogeretur, aut quia ab hoste precata veniã exorare non poterat.

PIERIVS.

¶ Supplexq; oculos.) In cod. antiq. quibusdam supplex oculos, absq; particula, q, legitur. Sed longe venustius est, ille humilis, supplex, vt alterum huiusmodi sequitur, oculos, dextramq;. f. Cunctantem flectere sermo cœperat.) Antiqui aliquot codi. cunctantem flectere mentem, legunt, quod alijs examinandum linquimus. f. Infelix humero cum apparuit alto balteus.) Apud Sofipatrum Carisium ambigua lectio est, quod ingens interpositum. Ingens balteus, quod ei respondet, quod in, x, dictum rapiens in mania pondera baltei. Disputat vero Carisius balteus masculine, semper dici, vt clypeus.) Infelix humero cũ apparuit ingẽs balteus, Virgilius dicit. Plinius tamen vult masculino gene. Vinculum significare, neutro autem genere lora ad alligandũ apta. Sed Varro baltea dixit, & tuscum vocabulum ait esse, vsque adeo passim variant auctorum sententiæ. f. Soluuntur, membra, In antiquis nonnullis codicibus. Soluontur, ira ruont, acuont Ea pronunciatione, quam a veteribus acceptam Etrusci adhuc incolumem seruauere.

Et hæc in Æneida.
τέλος.

IODOCI BADII ASCENSII IN LIBRVM MAPHÆI VEGII EX PLANATIO.

TVrn⁹ vt extrẽo &c.) Quemadmodum diximus ante explanationẽ Æneidos, non erat instituti ipsius authoris vltra mortem Turni qcquã de Ænea dicere. quippe i qua summa eius laus constituta erat, & vltra q̃ nihil de eo gloriosum dici potuit: nisi q̃ i superioribus libris prælibatum erat, videlicet in cœlũ, a Venere transferendum, vnde in. 1. Sublimemq; feres ad sydera cœli Magnanimum Æneam. Item, Deum indigetem, appellandum vnde in. 10. Indigetẽ Æneam scis ipsa & scire fateris, Deberi cœlo, fatisque ad sydera tolli. Rutulos autem victores Æneę subdidisse, Lauiniam Æneæ nupsisse, dijs sacrificatum esse, ob victoriã per se manifestaria sunt: vnde frustra quidam quadrigis, ro tam quintam addidit. Nam si Homerũ imitari voluit, debuit, vt ille i Hectore tracto opus clausit, in Turno deuicto etiam finem facere.

MAPHAEI VEGII LAVDENSIS POETAE CLARISSIMI LIBER ADDITVS XII. AENEIDOS LIBRIS CVIVS EST HOC ARGVMENTVM.

TVrn⁹ vt extremo vitã sub marte, pfudit,
Subdunt se Rutuli Aeneę, Troiana sequentes
Agmina, dehinc superis meriti reddunt honores.
Congauder gnato ac socijs memor ante malorum
Actorum pater Aeneas, Turni inde Latinus
Morte dolet, patriæ miseranda incendia Daunus
Euersæ, & chari deflet pia funera nati.
Connubium instaurat natæ, lætosq; hymenæos
Rex socer Aeneę genero, gens vtraq; pacto
Fœdere pacis ouat, tum nomine coniugis vrbem
Instruit: & tandem placida sub pace rigentem
Transtulit Aenean Venus astra in summa beatum.

tertius a Maphæo Vegio adiectus est, nolui ipsum demere: sed paucis, quia facili, & multã a Maronianis colorib. frigente vena compositus est, p currere, non ordinem, sed vocabulorum quorundã elucidationem prosequẽs. f. Extremo Marte.) Extrema pugna. f. Profudit vitam). i. animam vitalem: sed adluditur ad iuuenem, i quo vitę ac animæ vitalis, sedes est. f. Memor ante malorum.) Sic in. 1. O socij neq; enim immemores sum⁹ ante malorum. Frustra autẽ additur, Actorum. f. Congaudet.) Congaudere autẽ, id est gratulari. f. Gnato.) Idest filio, suo Ascanio, seu Iulo dicitur, quia scit illi regnũ deberi: vnde in. 4. dixerat Æneas, Ipse quẽ regno Helperię fraudo. f. Turni morte dolet). i. de morte. Nã dicim⁹, doleo mortẽ, poetice: & oratorie, mors mihi dolet. Eius autem dolor videtur importun⁹. f. Ouat.) Scilicet Lauinium. f. Nomine coniugis.) Scilicet Lauiniæ.

facere. Verũtamẽ, qa decimus

Ascensius

ASCENSIVS.

TVrnus vt extremo deuictus Effugiẽtẽ animam: medioq; sub agmine victor. f. Magnanimus stetit.) Quia victor, cũ victi fugã querant. f. Reuomentes.) Quasi ex indignatiõe expuẽtes. f. Ceu frõdibus ingẽs Sylua. &c.) Cõparatio nõ latis apta, qa rei inlensibili attribuit, vt sylue dolorẽ. Veruntamen id Maro quoq; nõnunquã facit. Itẽ minus apta est cõpositio, Sylua ingens dolet, lapsi frõdibus, impulsa boreali tumultu. Nã aptius diceret, Dolet frõdibus lapsis Boreali impulsu. f. Nec frẽnũ nec colla.) Melius nunc, colla: vt sit, Nec colla eorũ captiua recusant nãc pati frẽnũ. sed id minus generose de Italica gẽte dicit: sicut in alijs multis, circa decorum dormiat. f. Et veniam orare). i. orabant, aut non recusant. f. Sicut acerba duo.) f. Cõparatio Virgiliana. f. Nõ aliter Rutuli.) Si nõ aliter Rutuli, queras qãto dictum sit: & duæ ex alto reuomẽtes corde dolorẽ: nam nõ reuomimus, nisi ex fastidio & cõtẽptu. vñ nõ cõgruit, quod inclyta malunt arma sequi, & tamẽ dolorem vomant. Præterea cõtra decorũ est, quod cęso duce, libenter alienũ iugum ferãt: licet id forte Latinis cõueniat. f. Nõ aliter.) Applicat cõparationem Tauro, ad Rutulos: sed ea Virg. aptiꝰ ad ductores ipsos prius retulit. f. Belloq; quietem.) Is rem vero simile facit, quia nulla salus bello pacem te poscimus omnes dixerat Drances: verũtamen, qa verborũ plus q̃ virtutis. a Virgilio habuisse prędicatur. Dicerem fato cessisse, potius q̃ bello: qa dictum est prius, Gens aspera bello, debellãda tibi est Latio. f. Tãc Turnũ super assistes.) Verba fere Virgiliana sunt, sed nõ tam congrue, vt ab illo posita. f. Pateretis.) Melius diceret, conareris: sed plus est, patereris. Nam si ne pati q̃ debuit, multo minus id facere licuit. Pati autem nõ debuit, quia debuit, Iouis monitis perficiendis, operam præstare. Daunia proles.) Vituperatio a genere. Nam Daunius mortalis illi pater fuit licet diua Venilia mater. f. Discite Iouem reuereri.) Sic in. 6. Discite iustitiã moniti, & non temnere dijuos. f. Iussa facessere.) Hic facere, alibi factum fere: vt Georgicorum. 4. Nec mora continuo matris præcepta facessit. Sed importune videtur mortuum ad virtutem adhortari, & vt pietatem colat: Quoniam nõ est i morte q memor sit dei: in inferno autem

MAPHAEI VEGII LAVDENSIS LIBER XIII. ÆNEIDOS LIBRIS ADDITVS.

VRNꝰ vt extremo deuictus Marte profudit PO.
Effugiẽtẽ animam: medioq; sub agmine victor
Magnanimus stetit Aeneas
Mauortius heros,
Obstupuere oẽs: gemitũq; dedere Latini,
Et durum ex alto reuomẽtes corde dolorem.
Concussis cecidere animis. ceu frondibus ingens
Sylua dolet lapsis, Boreali impulsa tumultu.
Tum tela infigunt terrę: & mucronibus hærent:
Scutaq; deponunt humeris & prælia damnant:
Insanumq; horrent optati Martis amorem.
Nec frenum nec colla pati captiua recusant:
Et veniam orare, & requiem finemq; malorum.
Sicut acerba duo quando in certamina tauri
Concurrunt, largo miscentes sanguine pugnam,
Cuiq; suum pecus inclinat. sin ceciderit vni
Palma duci: mox quæ victo pecora ante fauebant,
Nunc sese imperio subdunt victoris: & vltro
Quãquã animũ dolor altus habet, parere fatentur.
Non aliter Rutuli, licet ingens mœror adhausit,
Pectora pulsa metu cęli ducis, inclyta malunt
Arma sequi & Phrygium Aeneam, fœdusq; precari
Pacis, & eternam rebus, belloq; quietem.
Tunc Turnum super assistens placido ore profatur
Aeneas. ¶ Quæ tanta animo dementia creuit, ÆN.
Vt Teucros superum monitis, summiq; tonantis
Imperio huc vectos patereris Daunia proles
Italia, & pactis nequicquam expellere tectis?
Discе Iouem reuereri: & iussa facessere diuum,
Magnum etiã capit ira Iouem: memoresq; malorũ
Solicita vindicta deos. en vltima tanti
Meta furoris adest: quo contra iura, fidemq;
Iliacam rupto turbasti fœdere gentem,
Ecce suprema dies alijs exempla sub ęuum
Venturum missura, Iouem ne temnere frustra
Fas sit, & indignos bellorum accendere motus.
Nunc armis lętare tuis: heu nobile corpus
Turne faces: at non tibi erit Lauinia paruo,
Nec dextra tamen Aeneę cecidisse pudebit.
Nũc Rutuli hinc auferte ducẽ vestrũ: arma, virũq;
Largior, atq; omnem deflendę mortis honorẽ.
Sed quæ Pallantis fuerant ingentia baltei
Pondera transmittam Euandro: vt solatia cęso
Haud leuia hoste ferat, Turnoq; exultet adempto.
Vos memores tamen Ausonij, melioribus vti
Discite bellorum auspicijs: ego sydera iuro,
Nunquã acies, nunquã arma libens in prelia moui:
Sed vestris actus furijs, defendere toto
Optaui, & licuit Troianas robore partes.
Nec fatus plura Aeneas, se lętus ad altos, PO.
Vertebat muros: & Troia tecta petebat.

autem quis cõfitebitur illi? Sed quod in mortuum dicit: ad viuẽtium pertinet exhortationem. f. Memoresq; malorũ.) Sic in. 1. Æneid. Virgi. At sperate deos memores fandi, atque nefandi. f. Heu nobile corpus Turne.) Bene in viro forti & pio, temperamentum ponit iustitiæ & miserationis: vt gaudeat: deorum contemptorem victum esse doleatq; vinci commeruisse: scilicet vt vitium damnans, hominem commendet. f. At nõ tibi erit Lauinia paruo.) Scilicet pretio. Et sunt verba, quæ Turnus & eius socij in contumeliam Teucrorum protulerãt. f. Nec dextra tamen, &c.) Sic & Camilla prius dixit: vnde & verba & sentẽtiæ ex Virgilio sumuntur fere. f. Sed quę Pallãtis.) Pietatis erat Turno arma relinquere. sed Talionis insignia demere, vt q alios spoliauerat, spoliaretur.) Ingenia baltei.) Collisio est: nam non potest versus hypermeter esse, cum non sequatur vocalis. f. Vt solatia cælo Haud leuia hoste ferat.) Vndeipe in. 11. Vadite & hęc memores regi mãdata referte, Quod vitã moror iuisam Pallãte perempto: Dextera causa tua é Turnum, natoq;, patriq;. Quam debere vides, &c. Melioribus vti, &c. Discite bellorum auspicijs.) Hoc est, melius auspicemini. Nam euenta rerum, incerta dici nõ possunt: licet in. 12. dictum sit, Discе puer virtutem ex me, verumq; laborem Fortunam ex alijs. Nã illic aliud verbu Seruius subaudiendum docet. Potest etiã accipi auspicium, pro principio: sicut auspicari, p inchoare. Nam quia Romani, nullã rem arduam non prius facto auspicio, id est auium inspectione inchoabant: ideo accipimus auspiciũ pro pncipio, vt dixi. Et qa capto auspicio, res secũdũ ipsum factæ, prosperę, plerunq; succedebãt: ideo auspicato venire, est opportune, & bona aue. hoc est prospere venire. f. Ignauosq; vocans.) Ignaui, sunt inutiles ad laborẽ, q nihil recte nauant. i. quasi nauib. ghus cõmode & cito multa trãsuehunt, operãtur. Tracta ẽ. n. metaphora a nauib. sed, vt sit melior sonus adiecta ẽ simplici g litera: nõ n. nauꝰ, sed gnauꝰ dr. vñ & Græci, γνήσιος vocãt. f. Et quãuis inhumata rogis.) Sic in principio. 11. dictũ est, Æneas q̃q; & socij dare tps humãdis Præcipitãt curę, turbataq; funera mẽs est, Vota deum primo victor soluebat Eoo. &c. f. Maior opus.) Quia pietas i superos maior é q̃ i defũctos. f. Honores meritos.) Id est sacrificia

pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro victoria obtēta: aut vota per solui, κατὰ τὸ σιωπώμενον vt intelligatur se in votis astrinxisse, si victor euaserat. ¶ Tum pingues patrio iugulant ex more.) Bene iugulant, dixit: non iugulat, qa seruile est officium quod socijs attribuit: sicut Maro, Obuertunt pelago proras, &c. ¶ Ex more patrio.) Aut qa subijciunt cultros, vt se quasi interimentes, sponte mori & offerri videantur. Erant autem iuuenci: qa boues intacti: vt Nunc grege de intacto septem mactare iuuencos Præstiterit. ¶ Immittūtq; sues). s. in tēpla, sunt autem sues, sacrificijs apti (secūdū Donatū) eximij: sicut boues, intacti: & oues lectę: vnde Maro, Mactāt lectas, de more bidēteis: vn̄ hic dicit, Niueasque bidenteis: quia dijs superis, & felicib⁹: vnde Maro, Nigrā hyemi pecudē Zephyris felicibus albā. ¶ Et cæsim). i. per incisionem. ¶ In frusta.) i. particulas, & bolos. ¶ Vina, &.) pro. i. ¶ Dona Lyæi.) Quia dona Lyęi. i. Bacchi, sūt vina: vn̄ est, Munera, lætitiæq; dei, vbi tamen & die, legitur. Et in 2. Georgicorum, Huc pater, o Lenee: tuis hic omnia plena Munerib⁹ &c. ¶ Thura ignes adolent). i. incendūt, cremāt. ¶ Magnumq; tonantē.) Fatorum authorem Iouem, & generis caput: vnde, Et mi gen⁹ ab Ioue summo. ¶ Et Venerem.) Quia Æneæ matrem. ¶ Et te Saturnia Iuno, iam placidam & meliorem.) Id audacter dictum, quia nondum nouit populus, quę Iuppiter cum Iunone egisse a poeta dictus est: verum (vt dicit Seruius in. 2. bello Punico) legitur placata. ¶ Mauortem). i. Martem, ¶ Ipsum). s. principem bellorum. ¶ Cum cætera turba deorum.) Alij, Tumq; extera turba deorū. melius, cætera, legitur, qa post magnos deos, cæteros inuocabant. ¶ Ærumnis factura modum) .i. finem: vt in cōsimili Maro: & in. 4. Nam quis erit mod⁹. ¶ Crastina sublimē &c.) Id est
5 quod in. 12. pollicetur sic. Nunc te mea dextera bello Defensum dabit, & magna inter pręmia ducet. Ea autem præmia, vult eē Rutulorum mœnia, id est quæ Rutuli, sibi vendicarāt iure matrimonij. Bene autem vterq; fingit Ascaniū, in mœnia ductum: qa Æneas occubuisse legitur, cū Latino nondum peracto bello. ¶ Duplicesq; furores Armorū). i. bellorum Erynnes. Nā ab armatis maior est furor: vnde Euander, Haud ignarus eram quātum noua gloria i armis, Et prędulce decus prio certamine possit. vbi Serui⁹ iner-

mis

Vna ipsum Teucrorum omnis conuersa iuuentus
Exultans sequitur, volucresq; per arua pedum vi
Quadrupedes citat, incusans acri ore Latinos:
Ignauosq; vocans: strepit altus plausibus æther.
Et quamuis inhumata rogis dare corpora surgat
Ingens cura animo, sociosq; imponere flammis:
Maius opus tamen Aeneas sub pectore voluens,
Primum aris meritos, superum mandabat honores.
4 Tum pingues patrio iugulant ex more iuuencos,
Immittuntq; sues: niueasq; in templa bidentes:
Purpuream effuso pulsantes sanguine terram.
Viscera diripiunt, & cęsim in frusta trucidant,
Denudantq; gregem, & flāmis, verubusq; remittūt.
Tum vina effundunt pateris, & dona Lyæi
Accumulant: plenis venerantur lancibus aras:
Thura ignes adolent: onerata altaria fumant:
Tum plausus per tecta mouēt: magnūq; tonantē
Extollunt: Veneremq;, & te Saturnia Iuno
Iam placidam, & meliorem ingenti laude fatentur,
Mauortemq; ipsum: tum cætera turba deorum
In medium effertur: summis cum vocibus altos
Perlata ad cœlos: ante omneis gratior vnus
Aeneas duplices mittebat ad æthera palmas.
Et puerum pauca ore dabat complexus Iulum.
Nate, i quo spes vna patris, p tāta laborū   ÆN.
Quem varijs actus fatis discrimina duxi:
Ecce inuenta quies ecce illa extrema malorum,
5 Aerumnis factura modum acceptissima semper,
Atq; optata dies, quam dura in bella vocatus
Sępe tibi dijs auspicibus meminisse futurā
Iam memini, nunc te cum primum aurora rubebit
Crastina, sublimē Rutulorū ad mœnia mittā.
Dehinc sese ad gentē Iliacā voluebat: & alto   PO.
Pectore verba trahens, blando est sic ore locutus.
O socij per dura ac densa pericula vecti,   ÆN.
Per tantos bellorum æstus, duplicesq; furores
Armorum: per totq; hyemes, per quicquid acerbū
Horrendū, graue, triste, ingens, p quicquid iniquū,
Infaustum & crudele foret. conuertite mentem
In melius: iam finis adest. hic meta malorum
Stabit: & optatam Latia cum gente quietem
Iungemus: dabit inde mihi Lauinia coniux,
Bello acri defensa Italo cum sanguine mistam
Troianam transferre æterna in sæcula gentem.
6 Vnum oro socij, Ausonios communiter ęquo
Ferte animo: & vosmet soceros, seruate Latino:
Sceptrum ijdem sublime gerēt, sententia mentem
Hęc habet: at bello vos, & præstantibus armis,
Discite me, & pietate sequi, quę gloria nobis
Cesserit in promptu est: sed cęlum, & sydera testor,
Qui vos tantorum eripui de clade malorum,
Idem ego sub maiora potens vos præmia ducam.
Talibus orabat: variosq; in pectore casus   PO.
Præteritos voluens, partamq; labore quietem
Haud paruo, nimium ardenti exundabat amore
In Teucros: grauibus tandem euasisse periclis
Exultans: veluti exiguis cum ex æthere gyrans
Incubuit pullis, & magno turbine miluus
Insiliens auido ore furit stragemq; minatur:
Tum cristata ales perculso pectore mater

mis apud armatū, cuius consilium, cupiditas victorię plerunq; cōturbat. Et ideo dicit hic, Duplices furores aut certe, pp duo bella, Troianū scilicet, & Italicum: nā per arma, bella intelligam⁹. ¶ Per totq; hyemes). i. tempestates pluuiosas, & vētosas. ¶ Per quicquid acerbum.) Maronianū est. ¶ Per quicquid iniquū.) Propter fœdera rupta, quæ iniquitas nō in Troianis, sed in aduersarijs fuit. ¶ Infaustum.) Quia & boni occidunt interdum, vt occidit & Peleus iustissimus vnus Qui fuit in Teucris, & seruantissimus ęqui: Dijs aliter visum. Pręterea, infausta erat pugna illa Pallas, quia interemptus erat: & crudelis, quia immaniter multi trucidati sunt: vt Nisus, & Euryalus, & cæteri. ¶ Optatam latia cum gente quietem Iungemus.) Id secundum Maronem, quod & Liuius sentit, qui dubitat vter Ascanius successerit: an is qui ex Creusa, an qui ex Lauinia, procreatus sit. ¶ Bello acri defensa.) Quia Turnus eā proripere nisus erat. ¶ Italo cum 6 sanguine mistam Troianam transferre.) .s. dabit. ¶ Vnum oro.) Id Ioue inspirante voluisse, putari potest: quoniam id Iuno receperat ante finem .12. Æneidos. ¶ Et vosmet.) Sic Maro in .1. Et vosmet rebus seruate secundis. ¶ At bello, &c.) Sic in. 12. ad Ascanium, Disce puer virtutē ex me, verosq; labores. ¶ Partam). i. acquisitam. ¶ Labore Haud paruo, id est magno p liptotem figuram. ¶ Cristata ales) id est gallina, cui in vertice crista est: minor tamen, q̄ gallo gallinaceo. ¶ Perculso.) .i. attonito ex subito malo: venit autē a percellor: nec dicitur, percusso: quia nō nisi rostro, percuti posset. Ea autem comparatione vtitur & saluator in Euāgelio: Quoties volui cōgregare filios tuos, quē admodum gallina congregat pullos sub alas, & renuisti? ¶ Crocitans.) Vocabulum versum a sono gallinę, pullos cōuocantis. ¶ Gaudet superesse periclo.) Id est extare. Dulcius autem videtur euasisse periculum, quam non habuisse: vnde in. 1. dictū est, Mœstumque timorem Mittite, forsan & hæc oli meminisse iuuabit ¶ Anchisa genit⁹. s. Æneas: sic & Virg. declinauit q & i vocatiuo dixit libro Ænei. 3. Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo: cū a nominatiuo primę declinatiōis, in es, vsitatiores sint vocatiuus & ablatiuus in e: vt o Priamide, & cetera: quo circa sunt, q velint ablatiuum & vocatiuū in a forma-

rinō

non ab es, sed ab antiquo noīnatiuo in a: nā antiq declinabāt, hic Anchisa, & hic Atrida. vn̄ est vocatiuus Atrida vltima breui apud Hora. in ser. Atrida vetas cur? ¶ Flagranteisq; agitans curas.) Bene dixit, flagrāteis, id est ardenteis: quia cura (sm Seruium) dicitur, eo q cor vrat: est autē accusatiuus. Nam ordo est: agitans. i. depellens: corde. s. suorūdolorē antiquū. i. ueteratū, & curas flagrantis: & iuuat meminisse gaudia, parta tādē .i. post longā expectationem: lōgis malis. i. laborib⁹, & ęrūnis vt, Assuetūq; malo ligurē. ¶ Meminisse iuuat.) Ex illo est (vt dixi) forsan, & hæc olim memisse iuuabit. Attamē ne laude sua fraudē, speciose dictū est, Quę pferrē molestū. Ante fuit, meminisse iuuat & c. ¶ Verū altior.) Dicere potuisset, altissimus: sed non dicit, altior oium: sed altior supeminet omneis: quod idē est ac si dicat, altior oibus superemis net omneis. i. eminet sup omneis, &c. ¶ Interea.) Post victoris triumphū describit victi luctum. ¶ Tulerāt sub tecta.) Nō ergo extulerāt, sed intulerant: quia effertur, qui intus est ad sepulchrum, aut bustū: infert, qui foris. ¶ Largumq; pluentes Imbrem.) .i. more pluuiæ demittentes lachrymas, guttatim cadenteis. Liuius autem dixit pluisse lapidibus. sed hic transumptiue acceptum, accusatiuo iunxit. ¶ Ceu spumātis, &c.) Ordo est. Ceu, id est quemadmodum quando canis præstantior ex omni numero. i. pręstantissimus, aut pręstantior cæteris omnibus. (Nam cum genitiuo, comparatiuus duorum est,) excepit per viscera dētes fulmineos. i. in morem fulminis, inuadentis apri, id est suis syluestris spumantis. s. ferocitate, & agitatiōe: tūc cętera turba latrātum. s. canum: pterrita casu. s. canis laceri īfausto, id est ifelici: fugit, atq; pauitat, circūstās ore querulo. id est querēti, & lamentanti, simili magistrum. s. venatorē, & infremit. i. valde, & intrinsecus fremit magno vlulatu: ac ipsa turba canum, cōmota. i. admonita: manu dñi. s. venatoris: iubētis. i. pcipiētis silentium, silet ore, & pmit gemitū, & coercet sese. Haud. i. nō aliter: hoc est eodē modo. Rutuli quierūt voce suppīsa, &c. Quātos. i. o q̄ magnos mot⁹ & sup. q̄ alternas vices. i. vicissitudines negocia humana miscēt. q. d. maximos, & maxime alternas: quo. i. quali: turbine. i. turbatiōe, & vertigie, seu vicissitudine: vita hoium fert. q. d. admirabili. O dānosa

super

Consurgit: misero natorum exterrita casu,
Rostrum acuit, totisq; petit conatibus hostem:
Et multa expulsum vi tandem cedere cogit,
Dehinc perturbatos crocitans exquirit: & omneis
Attonitos cogit pro charis anxia natis.
Et tanto ereptos gaudet superesse periclo.
Non secus Anchisa genitus mulcebat amicis
Troianos dictis: antiquum corde timorem
Flagranteisq; agitans curas, & gaudia longis
Tandem parta malis: & quæ perferre molestum
Ante fuit, meminisse iuuat: verum altior idem
Ingenti, & clara Aeneas supereminet omneis
Virtute excellens: & pro tot numina donis
Exorat: summisq; Iouem cum laudibus effert.
Interea Rutuli magnum & miserabile funus,
Exanimumq; ducem tulerant sub tecta frequentes:
Correpti mœrore animos: largumq; pluentes
Imbrem oculis, & iam lato clamore Latinum
Defessum: & varios agitantem pectore casus
Complerant. qui postquā altos crebrescere questus
Et Turnum ingenti confossum vulnere vidit:
Haud tenuit lachrymas. dehinc mœstū leniter agmē
Corripuit manibus, verbisq; silentia ponens,
Ceu spumantis apri quando per viscera denteis
Fulmineos canis excepit, præstantior omni
Ex numero, tunc infausto perterrita casu
Cætera turba fugit latrantum, atq; ore magistrum
Circunstans querulo pauitat, magnoq; vlulatu
Infremit, ac commota manu, dominiq; iubentis
Ore silet gemitumq; premit, seseq; coercet.
Haud aliter Rutuli suppressa voce quierunt.
Tunc sic illachrymans rex alto corde Latinus,
Verba dabat. {Quātos humana negocia mot⁹   LAT.
Alternasq; vices miscent: quo turbine fertur
Vita hominū? ò fragilis damnosa superbia sceptri,
O furor, ò nimium dominadi innata cupido,
Mortales quò cæca vehis? quò gloria tantis
Inflatos transfers animos quæsita periclis?
Quot tecum insidias: quot mortes, quanta malorum
Magnorum tormenta geris? quot tela, quot enses
Ante oculos (si cernis) habes? heu dulce venenum,
Et mundi letalis honos: heu tristia regni
Munera, quæ haud paruo constent, & grandia rerū
Pondera, quæ nunquam placidam promittere pacē
Nec requiem conferre queant: heu sortis acerbæ
Et miserę regale decus: magnoq; timori
Suppositos regum casus paciq; negatos,
Quid Turne ingenti Ausoniam mouisse tumultu,
Et dura Aeneadas turbasse in bella coactos,
Quid iuuat? & violasse sacrę promissa quietis
Pignora? quę tibi tanta animo impatientia venit?
Vt Martem cum gente deum, iussuq; tonantis
Huc vecta, gereres, & nostris pellere tectis
Vltro instans velles, nateq; abrumpere fœdus,
Pollicitę genero Aeneę, & me bella negante
Dura mouere manu: quę tanta insania mentem
Implicuit? quoties te in sęui Martis euntem
Agmina, sublimemq; in equo, & radiantibus armis
Tentaui reuocare, & iter suspendere cęptum?
Corripui, & pauitans cedentem in limine frustra?

Virg.

superbia sceptri fragilis. i. regni non diu duraturi: vnde in Georgi. perituraq; regna aut quod nemo non fragilis possidet: o furor, o cupido, dominandi innata. s. pectoribus nostris nimiū, quo tu cæca vehis mortales. q. d. in maxima sæpe mala, vt de Turno potuit: quo. i. ad quem statum, aut quā cōditionē: o gloria tu quęsita. i. parta, & acqsita, tātis periclis, pro periculis: transfers. s. a trāquillitate sua: animos inflatos. s. spiritu supbię, & ambitionis? Quot insidias geris tecum. q. d. plurimas: omni enim admiratiōe interrogat. Ante oculos) si cernis) habes. Continuat sermonem: nam ordo est: o gloria, si cernis: melius diceret, si cernas: quia cæcā dixit, Heu tu habes ante oculos dulce venenū: quod cum dulcedine inficit, & interficit aīos, & honos mūdi est, sup. letalis. i. mortifer: heu, dolētis interiectio munera regni sunt, supple tristia: q. i. vtpote quę cōstēt haud puo (qa ad generū Cereris sine cęde, & sanguine pauci Descēdunt reges: & sicca morte Tyranni, vt dicit Iuuenalis) .i. magno: quia vita multis cōstet &, Heu grandia pōdera rerū, sup. sunt tristia, quę. i. vtpote, quę nunquam queāt pmittere pacē placidā .i. sine itrinseca lite & agitatione: qa diuitię cum anxietate possidenf, nec requiē placidā. Sic in. 4. Virgili⁹, Nec placidā membris dat cura quietem, Heu decus regale, sortis acerbæ, & miserę Heu casus regū suppositos magno timori. Et negatos paci. Moralis exclamatio, vt ex aliqua saltē parte moribus psit. O Turne, qd iuuat. i. pdest te, sup. mouisse. i. concitasse: Ausoniā. i. Italiam, saltē pro parte, ingēti tumultu: & turbasse Æneadas. i. Ænę socios coactos. i. cogens eos in dura bella, qa paucis, & externis, cum multis idigenis bellādū erat. q. d. nihil iuuat: & qd iuuat te violasse pignora sacræ qetis. i. sanctę pacis fœdera: quę tāta impatientia venit tibi aīo, vt gereres Martem. i. bellum: cum gente deum. i. deorum pgenie, & cū gēte vecta huc. i. ad nos iussu tonantis. q. d. maxima. (Ego vero potius legerē, imprudētia, q̄ impatientia: peccant tamen etiā per impatientiam amorum) & tu vt instās vltro. i. non lacessitus, velles pellere. s. gētem deorum nostris tectis. ¶ Nateq; abrūpere fœdus.) Tangit historias a Virgilio descriptas, obseruās videlicet ab illo inuēta: pinde ac si œconomya, ac dispositio eius operis huius. 13. libri

Universidad de Deusto Biblioteca

exegerit ſubſecutionē: cū tamen (vt prius diximus) in cōceſſo ſit Maronē, in Turno ęſo ſicut Homeꝝ legerat in Hectore tracto finem operi cōſtituiſſe. ¶Quoties tētaui Reuocare?) Q. d. ſæpe: bis autē legitur in Virgilio, vt in.11.& iteꝝ in.12. ¶Inde ego quanta tuli.) Vnde in.12. Vincula oīa rupi. Promiſſam eripui genero, arma impia ſumpſi. Ex illo, qui me caſus quę bella ſequantur Turne vides, &c. ¶Semirutis.) Semidirutis, & deiectis: & agri magni albētes. aut agri albentes magnis oſſibus, id eſt magnorū virorum: vnde cōformiter legēdum erit, magni: vt multitudinē occiſorum ſignificet. ¶Fluuijque humana cæde).i. ſanguine rubētes, ſic in.12. Recalent noſtro Tyberina fluenta ſanguine adhuc. ¶Per tanta pericula cepi.) Hoc quoque ꝑteſtatus eſt Turnus ipſe in.12. Æneid. dicens, Quā pro me curā geris hanc precor optime pro me Deponas, letumque ſinas pro laude paciſci. Et ipſe Latinus pauloante dicta verba, O præſtans animi iuuenis quantū ipſe feroci Virtute exuperas, tanto me impenſius ęquum eſt Conſulere atq; omnis metuentem expendere caſus, &c. ¶Quonā illa decens it?) Pro abiuit. ¶Ah quātas, &c.) Videtur diutius lamētari caſum Turni, q̄ par erat, qppe qui tantopere gratulaturus ſit Æneę ob victoriam: ſed (vt dicam) potuit aliud vultu præ ſe ferre: aliud corde tegere, quod tamē integro viro nō cōueniret. ¶Circunfluet Ardea).i. ciuitas Ardeatina, hoc eſt populus ei⁹. Nam ipſa vrbs iam conflagrauerat, & in auē verſa erat: qđ licet Latinum lateret, tamen vrbi non conuenit circunfluere. ¶Sed non degeneri.) Idem vt cætera fere ex Marone ſumptum: vt de Pallāte viſum eſt. Aſpiciet foſſum pudibundo vulnere) id eſt de quo pudendum eſſet: vt de vulnere ſuſcepto tergum. ¶Et aſpiciet vt) id eſt qualiter exceperis, quia in pectus aduerſum. ¶Enſem Æneæ Troiani.) Q. d. magni. ¶Sublimē igēti, &c.) Oīa ſunt ex Marone deprompta, & præcipue ex.11. vbi ad Euādrum miſſus eſt Pallas, vt nunc ad Daunum, Turnus. ¶Multa ſuper Teucrum.) Sic in.11. Multaq; præterea Laurētis premia pugnę aggerat. Non eſt tamen eadem idoneitas in negocio Æneas victor, quem penes erant corpora, & ſpolia hoſtium itereptorum potuit funus Pallāti ex ſentētia inſtruere. Latino vero cū quodammodo victus ſit, nō competit ex Teucrorum cor-

poribus

Inde ego quanta tuli, teſtantur mœnia tectis
Semirutis, magniq; albentes oſſibus agri,
Et Latium toto vacuatum robore, & ingens
Exitium: fluuijq; humana cæde rubentes:
Et longi, trepidiq; metus, duriq; labores:
Quos toties ſenior per tanta pericula cepi.
At nunc Turne iaces, vbi nam generoſa iuuentę
Gloria, & excellens animus; quo ſplendidus altę
Frontis honos? quonam illa decens it frontis imago?
Ah quantas Dauno lachrymas acreſq; dolores
Turne dabis? quanto circunfluet Ardea fletu?
Sed non degeneri & pudibundo vulnere foſſum
Aſpiciet: ſaltem hoc miſeræ ſolamen habebit
Mortis: vt Aeneæ Troiani exceperis enſem
 Hec fatus, lachrymiſq; genas impleuit obortis. PO.
Tum ſeſe ad turbam voluens, miſerabile corpus
Attolli: & charam mœſti genitoris ad vrbem
Deferri, atq; pios fieri mandabat honores.
Mox circunfuſi Rutuli lato agmine cæſum
Sublimem ingenti iuuenem poſuere pheretro:
Multa ſuper Teucrum raptorum inſignia ſecum
Et galeas, & equos, enſeſq; & tela ferentes:
Poſt currus Phrygia ſudantes cæde ſequuntur.
It lachrymans, & ducit equum docta arte Metiſcus
Rorantem, & fletu madidum, qui vexerat ante
Victorem Turnum: atq; hoſtili ſtrage furentem.
Hinc alij verſa arma gerunt: tum cætera pubes
Flens ſequitur: largiſq; humectat pectora guttis.
Et iam feſſi ibant per muta ſilentia noctis
Cædentes ſeſe, greſſumq; in tecta Latinus
Flexerat, ingenti turbatus funere mentem.
Vnà omnes lachrymas matres, puerique, ſeneſq;
Fundebant: mœſtam implentes mugitibus vrbem.
Inſcius ad tantos Daunus ſupereſſe dolores,
Et natum extremo conſumptum Marte, ſuperbam
Effudiſſe animam, largiſq; ad męnia duci
Cum lachrymis: alios gemitus curaſq; fouebat:
Nanq; ex diuerſa caderent dum parte Latini,
Et calido Turnus fędaret ſanguine terram:
Vrbem ingens flamma, & muros inuaſerat altos:
Fumabatq; erutis miſeri patris Ardea tectis,
Et tota in cinerem vrgebat, & aſtra fauillæ
Altiuolę implebant: nec ſpes plus vlla ſalutis,
Siue quidem ſic dijs placitum eſt: ſeu præſcia Turni
Signum vt fata darent horrendo Marte perempti.
Extemplo concuſſi animos, turbataq; ciues
Pectora cædentes, miſerandæ ſortis iniquum
Deflebant caſum, longoq; ex ordine matres.
Atq; auidos totis fugiebant viribus ignes.
Ac veluti cum nigra cohors poſuere ſub alta
Arbore & in fiſſa radice cubilia, longo
Formicæ inſtantes operi: ſin dura ſecuris
Incumbat, verſoq; infringat culmine paruas
Sæua caſas, mox certatim ſeſe agmine ſparſo
Corripiunt, męſtaq; fuga, trepideq; feruntur.
Et veluti ignitum teſtudo euerſa calorem
Cum ſenſit: luctata diu, pedibuſq; renitens,
Caudam, agitanſq; caput magna vi cedere tentat,
Aeſtuat, & multo inſidias conamine miſcet.
Haud aliter miſeri per tanta pericula ciues

poribus, pompam funebrem inſtruere. Nam id eſſet victoribus inſultate. ¶Poſt currus.) id eſt poſtmodum equi ſudantes cæde, id eſt ſanguine, &c. aut ſic: ferentes, ſcilicet Rutuli enſes, & tela ſequuntur poſt currus ſudantes cæde Phrygia, &c. ¶Metiſcus.) Qui dictus eſt, auriga Turni fuiſſe, ſicut Acetes Pallantis, de quo in.11. Ducitur infelix æuo confectus Acetes. ¶Et ducit equum.) Sic in.11. Poſt bellator equus poſitis inſignibus Aethō, It lachrymans. ¶Hinc alij verſa arma gerunt.) Sic in vndecimo. Tum mœſta phalanx: Teucriq; ſequūtur Tyrrheniq; duces, & verſis Arcades armis. ¶Greſſumq; in tecta Latinus.) Sic de Ænea in.11. Nec plura effatus ad altos Tendebat muros, greſſumq; in caſtra ferebat. ¶Mugitibus.) Pro eiulatibus, dixit. Nam mugitus ꝓprie, taurorum ſunt: eiulat⁹, mulierum. ¶Inſcius ad tantos, &c.) Id eſt neſcius, ſup. ſe ſupereſſe ad tantos dolores. ¶Supeſſe) id eſt ſuperſtitem eſſe, & reſtare. nā (vt A. Gelli⁹ docet) ſignificat etiā ſuperfluum, id eſt ſupra id quod ſatis ſit eſſe. Et eſt pathos, ab eo quod accidit ꝑter opinionem, & qđ minime verebamur. ¶Vrbem ingens flāma, &c.) Hanc Ouidius fingit in ardeam auem mutatam. ¶Tectis rutis) id eſt dirutis, & diſſolutis per incēdium. ¶Fauillę Altiuolę) id eſt ſcintillę: bene aūt alludit ad fabulam nam ardea auis, videtur ab arduitate dicta: eo ꝙ ardua volat: quam naturā videt̃ ex eo ſumpſiſſe, ꝙ ex ſcintillis, & fauillis ardeę incēſę, facta ſit, ꝓprium eni eſt ſcintillarum, ac fauillarū, ardua petere: & ad globum ignis tēdere. pulchre autem adludunt poetę in figmētis ſuis, ad res geſtas. Nam cum vrbs Ardea, dicta fuerit ab arduitate, & poſt exuſtionem ſolū remanſerit nomen, quod idem aui inditū eſt: pulchre finxerunt vrbem, in auē mutatam: hoc eſt, vrbis nomen in auis nomine perduraſſe. Eſt autem hyperbole, quod dicit, Et aſtra fauillæ implebant: nam non tantum aſcendere poſſunt. ¶Siue quidem ſic dijs placitum.) Moris eſt Virgiliani, quoties cauſa non apparet ſic loqui: vt in pricipio.3. Æneid. Poſtq̄ res Aſiæ, Priamiq; euertere gentē Immeritā viſum ſuperis. Deorum eni iudicia, ſūt ſemꝑ iuſta: ſed ſepe ignorat̃, cur iuſta ſint. ¶Signum vt fata darēt.) Adludit ad illud quod de Euandro dicitur in.10. Agnouit longe gemitum præ-

ſaga

ſaga mali mens. ¶Pectora cædentes).i. cōtundētes. ¶At veluti cū nigra cohors.) Sic Enni⁹, quod & Maro ſumpſit, It nigrum campis agmē. Bona autem eſt comparatio nam ſi cauernula formicarum eruat̃ oēs ſarcinulas, quas quæq; poteſt, colligūt: vnde eā ſumpſit & Maro in.4. ad profectionem, aut fugā Troianorum, dicēs, Migrantes cernas, totaque ex vrbe ruētes, Ac veluti ingentem formicæ farris aceruum. Cum populant hyemis memores, tectoq; reponunt, It nigrum campis agmen, &c. Vterque autem videtur habuiſſe reſpectum negocij: nā Troiani, ſarcinulas ſuas colligebant, in fatalem terram reponendas: & ideo comparantur a Marone, formicis colligentibus: ciues autem Ardeatini, ex incendio, quæ poterant receperant, ad incertas ſedes transferenda: & ideo bene comparātur formicis, poſt euerſum nidum partas opes recipientibus. Ab Ennio tamen nigrum agmē de elephātis dictum volunt. & ab alio poeta, de Mauris qđ inconueniens non eſt. Nam licet verba & dicta aliorū, ad ſuum inſtitutum cōuertere. ¶Et veluti.) Ponit ſecundam cōparationem, ſumptam a teſtudine, animali qdem imbelli, ſed pertinaciter parieti domus incenſę adhęrenti: & nō niſi cum ſumma indignatiōe eum relinquēti, quomodo & ciues ex icendio, res ſuas tātiſper dū poſſunt, recipiūt: nec deſerūt, niſi vi ſumma repulſi ingruēte.ſ. igne. Poteſt autē prior ꝯparatio referri ad ſtrenue migrantes: poſterior, ad tarde deſcendentes. ¶Calorē ignitū.) Id eſt ab igne, ꝓcedētem luctata: diu, i. renitens, cōtra flāmæ calorē. ¶Caudam agitanſq; caput.) Illudq; non ſuo loco poſitū eſt, niſi ſit Renitens pedib. caudā: & Agitās caput tētat cedere.ſ. flāminis, magna vi.ſ. pro modulo corporis. ¶Tum vero e medijs.) Fictionem ſequit̃ Ouidianam ſecundū quā, Ardea incēſa, in ſui nominis, auē trāſformata eſt. ¶Attoniti nouitate.) Attonit⁹ dicit̃, quaſi a tonitru perculſus: & ideo oī vehementi ꝑturbatiōi, ſubito obruenti, attribuit: recte autem, attonitos dicit, ꝑpter ſimilitudinem exuſtiōis vrbis cum tonitru. Tonitru enim fit extinctione ignis in nube, qualē crepitū dant ſepe incendia vrbis. Qui vero attonit⁹ eſt, horror quodam concutit̃ propter inopinatam aeris cōmotionem, & fulminis ꝑuiſi, licet poſt orti apparitionem quod (vt Plin. ſentit) neminē ferit, niſi prius

exanimatum.

Iactabant ſeſe, turbata mente ferebant.
Ante omnes ſenio confectus ad æthera voces
Fundebat querulas Daunus, ſuperoſq; vocabat.
Tum vero e medijs viſa eſt conſurgere flammis
Percuſſiſq; ales volitare per aera pennis,
Indicium: nomenq; vrbis verſę Ardea, ſeruans:
Et cui ſublimes ſtabant in męnibus arces:
Mutata effuſis nunc circunlabitur alis.
Attoniti nouitate omnes: monitiſq; deorum
Haud paruis confuſi, humeros atq; ora tenebant.
At Daunus patrię ardenti concuſſus amore
Euerſę: duros gemitus ſub corde premebat.
Hęc inter magno volitans prænuntia motu
Fama ruit: latiſq; animos clamoribus implet:
Aduentare nouum multo cum milite funus,
Et Turnum exanimen, & letali vulnere victum.
Mox turbati omnes nigras duxere frequentes
Incenſas ex more faces: ardentibus agri
Collucent flāmis: dehinc ſe venientibus addunt:
Quos poſtquam toto videre ex agmine matres,
Percuſſis vocem palmis ſuper æthera tollunt.
At Daunus, chari vt patuerunt funera nati,
Subſtitit: & demum ingenti correpta dolore
Ora mouens, medium ſeſe furibundus in agmen
Proripuit: Turnumq; ſuper proſtratus & hærens,
Cum primum fari potuit, ſic edidit ore.
 Nate prīs dolor: & feſſę miſerāda ſenectę DAVN.
Rapta quies: quo me tantis iactate periclis
Duxiſti: & ſæuis tandem deuicte ſub armis?
Quò tua me præſtans animi conſtantia vexit?
Hic clarę virtutis honos? hæc gloria ſceptri?
Hoc magni decus imperij? tales ne triumphos
Nate refers? hæc illa quies promiſſa parenti
Afflicto toties? hęc meta optata laborum?
Heu miſerum: q̄ præcipites labentia caſus
Secla agitant? quanto voluuntur fata tumultu
Qui iam ſublimes referebas clarus honores,
Et magnus toto in Latio, quem Troes in armis
Horrendum, & trepidi toties ſenſere furentem,
Nunc mi Turne iaces miſerandū & flebile corpus:
Iam multum eſt ſine voce caput, quo pulchrior alter
Non fuit in tota Auſonia, nec gratior vllus
Eloquio, nec quis poſitis ingentior armis.
Nate vbi forma nitens? niueaq; in fronte ſerenus
Ille decor, dulciſq; oculorum aſpectus, & altæ
Sydereus ceruicis honos? his gloria Martis
Contigit auſpicijs? talin rediture paratu
Diſcedens voluiſti auidis te credere bellis?
Heu mortem inuiſam, quæ ſola vltricibus armis
Elatos frenas animos, communia toti
Genti ſceptra tenens, æternaq; fędera ſeruans.
Quę magnos, paruoſq; teris, quæ fortibus ęquas
Imbelles: populiſq; duces: ſeniumq; iuuentæ.
Heu mortem obſcuram: quæ cauſſa indigna coegit
Eripere, atq; meum crudeli vulnere natum
Afficere. o felix tam grato cędis Amata
Succeſſu lætare tuę, quæ tanta dolorum
Fugiſti monimenta, grauiſq; immania caſus
Pondera. quid miſero genitori plura paratis
O ſuperi? natum rapuiſtis, & Ardea flammis

Virg.

exanimatum. Eo autem modo, ſtupefacti erant ciues Ardeatini: & ex vrbis incēſione & ex Ardeæ (vt fingitur) apparitione. ¶Monitiſque deorum.) Id eſt monſtris, quibus admonebatur, rem quanuis magnam portendi. ¶Humeros, atque ora tenebant.) Humeros, a vehendis ſarcibus, & ſarcinulis: ora, ab oratione: nihil enim dicebant ſtupefacti. ¶At Daunus, &c.) Nō opportune ponit̃ particula, at: quæ aduerſatiua eſt: & rebus contrarijs congruit, vt in fine.3. Ænei. Factoque hic fine quieuit: At regina graui iandudum ſaucia cura, Vulnus alit venis. vbi poſt quietem Æneę, ponit commotionem Didonis, hic vero poſt Rutulorum ſtupefactionem, nihil loquētium inducit gemitus cōpreſſionem, id eſt ſimile ſilentium. vnde non recte dicit̃, at: ſed recti⁹ dixiſſet, &. Viri autē fortis, eſt corde dolorem premere. vnde in.1. de Ænea, Spē vultu ſimulat, ꝓmit altū corde dolorem. ¶Quos poſtq̄ toto, &c.) Similem ploratum, & vlulatū, iducit in funere Turni. ¶Percuſſis vocem.) Ordo eſt. Tollunt vocem ad ſydera (male autem legeret̃, ad ęthera: qa ad, corripi deberet) Palmis ꝑcuſſis.ſ. inter ſe: vnde dicere potuiſſet, concuſſis. ¶Cū primū fari potuit.) Sic & Maro. Male autem legeret̃ q̄ primum. Nam licet, q̄ acceptum pro valde, bene iungat̃ ſuperlatiuo: tamē ſenſus malus eſſet. Nam nō vult dicere, ꝙ q̄ primū, id eſt valde cito: ſed ꝙ cum primum, aut, vt primū: aut, vbi primū. ¶Potuit fari, ſic edidit ore.) Aut pleonaſmos eſt: aut ore edidit: qa potuit dolorē ſuū, etiā alijs, indicare. ¶Quo?) Id eſt ad quid ꝓſtans animi. ſic Latinus ad eundem in.12. O præſtās animi iuuenis, quātū ipſe feroci Virtute exupas, &c. ¶Hic clarę virtutis honos, & gloria ſceptri.) Sic Euāder in.10. Nō hæc, o Palla, dederas promiſſa parēti Cautius vt ſęuo velles te credere marti. Et Æneas de eodē, Hi noſtri reditus, expectatique triumphi? Hæc mea magna fides? Per hæc autem κατὰ τὸ σιωπώμενον innuit̃ Turn⁹ patri dixiſſe, ꝙ regnū & iperium, cum Lauinia obtineret: vnde dicit, Hęc illa qes ꝓmiſſa, &c. ¶Heu miſerū).ſ. me. ¶Quā).i. quantū. q.d. maxime ꝑcipites caſus agūt ſęcula.i. tēpora labētia: qa tēpora labuntur, more fluētis aquę. ¶Quo pulchrior al. Non fuit &c.) Vñ Maro petit, Ante alios pulcherrim⁹ oīs, Turnus auis, atauiſq; potens, & alibi, cū de pulchro loqueret̃, dicit,

 Excepto

Universidad de Deusto
Biblioteca

Excepto Laurentis corpore Turni. ℣ Honos Sydereus). i. splendor, & relucentia, ac nitor ceruicis altæ: quia ipse altus erat. ℣ Tali rediture parato.) Id est apparatu, pompa. s. funebri: legitur, & Talin, pro taline? ℣ Bellis auidis). i. quæ auidæ, & feruenter geruntur. ℣ Heu mortē inuisam.) Sic Maro. Heu stirpem inuisam: sed nouæ secundæ persone, verbum subiunxit: vnde sunt qui legendum putēt, Heu mortem inuisam, quæ tenes sceptra communia totigenti: quia dominatur mortalibus omnibus, & seruans æterna fœdera: quia omnes, qui oriuntur, aliquando morituri sunt: tu Frenas. i. reprimis: armis vltricibus. f. superbiæ: & posuit vltricibus, in neutro genere, sicut Maro victricia: dicens, Res Agamēnonias, victriciaq; arma secutæ. ℣ Animos elatos.) Id est superbos,

Cōsumpta in cinerē versa est, nunc æthera pennis
Verberat: ah me Turne tua plus cęde cruenta.
Deerat adhuc fors ista patris suprema senectæ.
At vero talis se res cum fœdere versant,
Vt quem infesta furēs miserum fortuna moratur,
Illum omni petat infrendens, & turbine cogat.
Dixerat, & multa illachrymās largo ora rigabat P.
Imbre: trahens duros gemitus, rapidosq; dolores.
Qualis, vbi incubuit validis Iouis vnguibus ales,
Et paruum effuso diuulsit sanguine fœtum,
Cerua videns miseri turbatur funere nati.
Postera lux latum splendore impleuerat orbem.
Tunc pater infractos fatali Marte Latinus
Defecisse videns Italos, totamq; potenti
Cedere fortunam Aeneę: belliq; tumultum:
Ingenteisq; animo curas, & fœdera voluens:
Connubij promissa suæ, natæq; Hymenęos
Prestantes vocat electos ex agmine toto
Mille viros: qui Dardanium comitentur ad vrbem

bos, quæ res propria fuit Turno, sicut in fine, vi. memorauimus: manserat animosus, & elatis animis, vsque ad mortem dicens, Vtere sorte tua. Elatus autem, venit ab effero: extuli elatum. Est autem metaphora, sumpta ab equis animosis, & superbis, qui frēno coercendi sunt, quoties ferociunt. Solā autem mortem id potest, vnde a Iuuenale dictum, Nulli grauis est percussus Achilles. ℣ Quæ magnos, paruosq; teris, quæ fortibus æquas Imbelles.) Quia omnia mors tollit, populisq; duces, quos poetæ, vt egregios significent, separare solent. ℣ Heu mortē obscuram.) Ac qui claro vulnere perempti, dixit. Verum, obscuram, dicit mortem, id est detestabilem: vt quæ tam clarum virū abstulit. ℣ O felix.) Magnus dolor, sed ineptus: non enim

enim decet virum fortē, sic odisse vitam: vt suspendium laudet, quāuis mortem honestā appetere posset, sicut Æneas, O terq; quaterq; beati, Quis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis Cōtigit op petere. & Andromache in. 3. Ænei. O felix vna ante alias Primeia virgo Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis Iussa mori. ℣ Deerat adhuc.) Deerat, dissyllabū est, sicut & apud alios: vñ Luca. Nō deest prolato ieiunus vēditor auro. ℣ At vero tali &c.) Tangit (quod priꝰ dixi) malū malo, solere accumulari. vñ ordo est. At res versant se cū tali fœdere. i. pacto, & sensu inter se. i. ita vlu venire solet, vt fortuna infrendēs petat, & cogat. i. torqueat illū oi turbine: quē ipsa furens infesta, id est infeste: aut quē ipa furens moratur. i. detinet, & reseruat ad grauiora mala: miserū. i. miseratiōe dignū, & imeritō infelicē: existens furēs. i. insaniens. i. si fortuna alicui misero cōseruat vitā id ꝓpterea facit. vt diutiꝰ, & grauius torqueatꝰ Et multa illachrymās) .i. multū: nomen pro aduerbio. Vtitur autem fere verbis Virgilianis. ℣ Qualis, vbi.) Ordo est qualis, i. qualiter: cerua videns. i. raptum pulli, aut hinnuli sui, turbat funere miseri nati: vbi. i. quādo, aut postq̄: ales Iouis. i. aglatincubuit. i. incubuit, & toto corpe irruit: vnguibꝰ validis. i. fortib. qb. tandem prædā rapere potuit: & diuulsit (si Seruio ad illud 4. Ænei. Manes ve reuelli credimus, nō dicemus, diuelli: licet in passiuo sit, diuulsus sum. verū Lucanus, Non futilis author, nō semel vulsi protulit. Ita, vt nō sit solida in ea re Seruij grāmatici authoritas) diuulsit, id est dilacerauit: fœtum paruū. i. tenellum, & anniculum adhuc: vt verosimilem faciat rem. ℣ Postera lux &c.) Redit ad gesta Latini, qui nuptias filiæ suæ, summa cura celebrauit, reb. iam sedatis. ℣ Tunc pater infractos.) Sic Maro Turnus, vt infractos aduersō marte Latinos Defecisse videti vnde sensus elici potest (vt illic) duplex: vt infractos dicat. i. valde fractos: & vt significet, non fractos: hoc ordine Latinus pater, videns tunc Italos infractos. i, valde fractos: quia marte fatali. i. bello, quo fatis volentib. superādi erant: defecisse. i. penitus succubuisse. Aut sic, pater Latinus, videns Italos infractos. i. nunquam alias fractos: defecisse tunc marte, id est bello fatali: & videns totam fortunam cedere Æneæ potenti: & voluens animo. i. considerans tumultum belli: & ingenteis curas, i. solicitudines, quas semper habuerat: & fœdera, & promissa. i. promissiones connubij: & Hymenæos. i. nuptias: suę natę. i. filię, videlicet Lauiniæ vocat mille præstanteis viros electos, ex toto agmine. Modestius Virgilius censtum oratores finxit. Veruntamen multa sunt, quæ hoc purgent: ne præter modum dictum videatur. Tum, ꝙ apud Maronem tāti, comitabantur caduceatores: hic aūt Æneā ipsum. Tū, ꝙ illic hospitē, & auxilij indigū: hic aūt victorem, & sine controuersia filię, futurū maritū. Magna aūt laus Æneę est, q̄ pditū táto exercitu, vt ex eo mille pstantes viri possent deligi, superauit: vocat, in quā, mille viros, qui comitent ad vrbē, ducē Dardanium, spectatum virtute. Et iungit oratores togatos, ad quorū morē, Romani postea togati incedebant: memorans. i. mandans eis multa: & impetat

Spectatum virtute ducem: iungitq; togatos
Multa oratores memorans, & euntibus vltro
Imperat: vt (quando auspicijs monitisq; deorum
Troianam miscere Italo cum sanguine gentem
Expediat) placido interfint: animoq; reuisant:
Aeneadasq; vehant alta intra mœnia lęti.
Interea ipse vrbem labefactam, & vulgus inerme
Componit: solidatq; animos: requiēq; futuram
Spondet: & ęternam ventura in sæcula pacem.
Inde iubet meritos turma plaudente triumphos,
Sublimesq; domus fieri regalis honores.
Atq; alacris manet, vnanimes vt fronte serena
Occurrant genero venienti, & pectore toto
Excipiant gentem Iliacam: magnisq; receptent
Plausibus, optatæq; effundant pacis amores.
Iamq; instructa cohors, Teucrorum castra subibat:
Cincta comas ramis oleæ: pacemq; rogabat:
Quam bonus Aeneas ad se intra regia duci
Tecta iubet. causāmq; viæ placido ore requirit.
Tunc senior sic incipiens ardentia Drances
Verba mouet: nimium erepti pro funere Turni
Exultans. ☞ O Troianæ dux inclytæ gentis, DRAN.
Gloria spesq; Phrygum: quo nec pietate, nec armis
Maior in orbe fuit: victi obtestamur, & omnes
Iuramus diuosq; deasq;, inuitus in vnum
Conflatum vidit Latium, & temerata Latinus
Fœdera: nec Phrygios vnquam turbauit honores:
Quin natę (quando superum sic vota ferebant)
Connubia: & generum magno te optabat amore.
Sed quicquid tanto armorum flagrante tumultu
Tantorum, furijsq; operum, atq; laboribus actū est
Id rabidus Turni, & stimulis incensus iniquis,
Confectusq; odijs furor attulit: ille negansq;
Inuitusq; dedit Latias in prælia gentes,
Illum omnis conuersa cohors poscebat, vt armis
Cederet, & magnum sineret succedere pactis
Connubijs Anchisiaden: inde optimus ambas
Iungebat palmas defessa ętate Latinus
Infractus: nimioq; ardentem Marte rogabat:
Nec nostrę potuere preces inflectere durum:
Nec diuum portenta animum: quin acrius ignem

imperat vltro. i. insuper: aut nondum rogatus: euntibus, id est abire volētibus: & iam, iamq; profecturis: vt iterfint animo placido, & reuisant, & vehant lęti Æneadas in alta mœnia. f. vrbis suæ: quando .i. quandoquidem: expediat auspicijs. i. iudicio auspicum: & monitis deorū miscere gētem Troianam cum sanguine Italo. ℣ Interea, &c.) Ostendit officium boni principis.) Et pectore toto Excipiant.) Verba Iuli ad Eurialum, in. 9. habita. ℣ Atque alacris monet.) Terētius, Quin tu es alacris. Est igitur alacris, cōmunis generis: sed cōsuetius hac tempestate dicitur. hic alacer, hęc alacris, hoc alacre. ℣ Ardētia. Drances. Verba mouet.) Quē. f. Virg. fecerat legatum ad Æneam & Turno semper fuisse infestum. ℣ Exultans.) Pro funere Turni erepti: qa Turno semper fuerat infensus, vnde, Erepti Turni: non e periculis, sed e medio mortalium, & e vita intelligemus. ℣ Iuramusq; deosq; deasq;.) Primumq;, vacat: quia dixit, & omnes. posuit ergo satis dure pro ratione metri. Nec dicetur. Deosque, deas: quia q̄, semper in fine: hoc est ad postremum coniunctum, poni vult: pōt autem poni post primū, aut prius, sed nō solū. ℣ Quin).i. quominꝰ, optabat cōnubia natę, & te generum, &c. ℣ Sed qcqd tanto armorū, &c.) Purgat Latinum, reijciēs omnem culpā in Turnū. ℣ Illum omnis, &c.) Purgat etiā populum Latinum, qui poscebat. Vt Turnus armis cederet. i. discederet: & ita putem legendum vt armis cederet, potius q̄ in armis: nisi sit omnis cohors in armis conuersa. f. ad Æneam, poscebat, sup. vt. f. cederet: & sineret magnū Anchisiadem in te o Ænea: quia recitaret verba, quæ tunc de eo vulgares habebant. ℣ Defessa ætate.) Legitur etiam, defecta ætate: & est duplex sensus aut q̄ sit multū fractus, non vitio, sed ætate defessa, aut defecta: aut q̄ non sit fractus: hoc est q̄ quamuis defessa ętate tamē infractus: aut iam tādem fractus: nec vltra valens iungebat ambas palmas. i. coniunctis manib. orabat & rogabat: ardentē. i. æstuantē nimio marte, id est amore belli, &c. ℣ Bellumq; ciebat.) Id est concitabat, & prouocabat. ℣ Dignum exitium.) Nimium assentiret, nisi p̄missum fuisset a Virgilio, quod fuerat Turno, semper infensus odijs & crimine. ℣ Momor. Nigrantē prostratus humum.) Sic de Mezentio, Et humū semel ore momordit. vbi dictum est, q̄ viri fortes in mortem cadētes: ne vocem viro indignam emitterent, humum mordent: quod autē Nigrātem, dicit, etiam ex Vergilio sumpsit. ℣ Nunc improbus, &c.) Ostenditur pertinax odiū, qui etiam manes eius odio prosequit. ℣ Acheronte.) Fluuius est infernalis: sine lętitia, dictus. Tu melior hęres succede bonis Laurentibus. f. populis bonis, id est tibi fauentibus. ℣ In te, &c.) Sic Maro, In te domus inclinata recumbit. ℣ Et voces). f. te laudantium canūt vera præconia, id est ita est vt dicunt. ℣ Pueri, innuptęque puellę,) Virgilianum est, In te vnum cōuersi oculi: id de Turno prius dictum est, sed diuersimode. Nam Turnum, postulabant ad certamen: Æneam: ad gloriam & imperium. ℣ Pater ipse Latis

Universidad de Deusto Biblioteca

nus: Iā ſenior.) Ergo e vlcno promittitur regni ſucceſſio. ¶Qui gnatam tibi iungat, habet.) Qui.i. vtpote is, q & mittat nepotes in ſæcula, i. in perpetuam ſucceſſionem, ſ. Troianos admiſtos generi, id eſt progeniei Italos, hoc eſt ſanguini Italico, ex parte materna. Hæc autem omnia, tēdūt in gloriam domus Iuliæ, quæ ab Ænea originē traxiſſe gloriabatur. In qua re, ſicut in alijs fere omnibus, Virgiliū inſequit: illiusq; verba fere ſumit, ſed longo interuallo, ſi quid mihi recti eſt iudicij. nā multū ab illius caloribus friget. Nō eſt tamen vſq;quaq; contemnendus poeta, ſi ſeorſum, ſolusq; inſpiciat, quamuis nihil ad Maronē. ¶Finierat &c.) Id quoq; tractum eſt ex Marone, qui conſimilem orationē Drāci dat lib. 11. ¶Hilari cum frōte.) Nō vacat cū, quia non inſtrumentum, ſed comitantiam connotat, non enim fronte, ſed manibus recipiuntur amici. Fons autem, maxime index eſt lętitiæ, aut triſtitiæ. vñ de Marcello; Sed frons læta parum. Item pudoris, vt fidei: vnde dictum eſt, Fronti nulla fides: qs enim nō vitijs abundat? Triſtibus obſcœnis? Et ideo dicūtur effrōtes, qui pudorē, & verecūdiā non habent. ¶Et amico pectore. More Virgiliano, præmittit habitum futuræ oratiōis. ¶Nec placida ſolitum ſub pace Latinum.) Sic Maro in. 8. Rex arua Latinus, & vrbes iā ſenior longa placidas in pace regebat. ¶Conciuit).i. cōcitauit. ¶Iuuenilis enim plus laudis amore.) Apoſiopiſis, id eſt reticētia eſt. voluit.n. Æneas dicere, quod plus æquo & iuſto laudis amore efferebatur, aut quid ſimile: quod qa inhoneſtum eſt, cum defunctis contendere reticuit: addens Quicquid id eſt ſiue iuſto, ſiue iniuſto amore laudis ſuccenſus erat: tamen, o Auſonij, ego nil. i. in nullo recuſo: cōnubia pacta, i. per pactū pollicita: & non recuſo iungere cū æterno fędere, pacem ſanctā, id eſt inuiolabilem. Rex quidem, id eſt qui nūc vrbis rex eſt: ſocer, id eſt quia futurus eſt ſocer meus, tenebit imperium: & venerāda ſceptra, i. inſignia regni, id eſt licet victor ſim, tamen nō auferam illi regnū. Nō ſtaret verſus, ſi dicatur, idē imperium: quia (vt dicit Donatus) idē, in maſcu. pductū: in neutro vero, correptum eſt i prima ſyllaba. ¶Statuētq; mei mihi, &c.) Hoc in fędere icto lib. 12. promiſerat Æneas. ¶Et nomen natæ vrbis erit.) Quia a Lauinia vocabitur Lauinium. ¶Et adijciam

Spumabat ferus ore vomens, bellumq; ciebat.
At vero dignum inuenit pro talibus auſis
Exitium: qui te tandem victore momordit
Nigrātem proſtratus humū: nūc improbus ædes
Tartareas viſurus eat: quærat ſub imo
Nunc alias Acheronte acies, alioſq; hymenæos.
Tu melior ſuccede bonis Laurentibus hæres,
In te omnis domus: & feſſi inclinata Latini
Spes iacet, vnum omnes Itali ſuper aurea mittūt
Sydera: & ingentem bello, & cęleſtibus armis
Extollunt: & vera canunt præconia voces:
Te grauium veneranda patrum, conſultaq; turba,
Inualidiq; ætate ſenes: te læta iuuentus,
Et cupidę matres, pueri, innuptæq; puellæ
Vnanimes æquo ore volunt: Turnumq; ſub armis
Exultant cecidiſſe tuis: te tota precatur
Auſonia: & claris pręſtantem laudibus effert.
In te vnum conuerſi oculi. pater ipſe Latinus
Iam ſenior ſola hęc longęuę munera vitæ,
Qui gnatam tibi iungat, habet: generiq; nepotes
Troianos Italo admiſtos in ſęcula mittat.
Ergo age magne veni Teucrorum ductor, & altos
Ingredere, & celebres cape, quos ſpōdem⁹, honores.
Finierat: cūctiq; eadē ſimul ore fremebāt. PO.
Quos pius Æneas hilari cum fronte receptos
Proſequitur paucis, & amico pectore fatur.
Nec vos: nec placida ſolitū ſub pace Latinū ÆN.
Arguerim, verum infeſti violentia Turni
Tantū opus, haud dubito, & tāti diſcrimina Martis
Conciuit: iuuenilis enim plus laudis amore.
Quicquid id eſt tamen Auſonij, nil pacta recuſo
Connubia: & ſanctam ęterno cum fœdere pacem
Iungere: rex idem imperium, & veneranda tenebit
Sceptra ſocer, ſtatuentq; mei mihi męnia Teucri,
Et nomen natę vrbis erit, ſocioſq; penates
Adijciam: vos communes in ſæcula leges,
Concordeſq; ingenti animo mittetis amores.
Interea quod reſtat adhuc, imponite flammis
Corpora, quę duri miſeranda inſania belli
Arripuit: dehinc nos cum primum craſtina ſurget
Clara dies, lęti Laurentia tecta petamus.
Dixerat, & tanto affatu conuerſa tenebat POE.
Ora ſimul. ſtupefacti omnes, & apertius ingens
Mirantes pietatis opus, mox robore toto
Congeſtas rapuere pyras, ignemq; repoſtis
Ciuibus immiſere, altumq; ſub æthera fumus
Euolat: atq; atris cœlum ſublime tenebris
Conditur: innumeras ex omni rure bidentes,
Glandiuoroſq; ſues iugulant, pingueiſq; iuuēcos,
Immittuntq; rogis latos incendia campos
Enudant, fremit impulſus clamoribus aer.
Iamq; ſequēs clarum extulerat lux aurea Phębum:
Tūc Teucri, Auſonijq; omnes miſto agmine lęti
Conſedere in equis, & greſſum ad tecta mouebāt
Laurenti: atq; altis erectam mœnibus vrbem.
Ante omnes pius Aeneas, poſt ordine Drāces
Multa duci ſenior memorans, dehinc vnica proles
Aſcanius: multumq; animi maturus Alethes,
Et grauis Ilioneus, Mneſtheusq;, acerq; Sereſtus,
Sergeſtus, fortiſq; Gyas, fortiſq; Cloanthus.

ciam penates ſo.) Hoc & Iuppiter ad Iunonem dixit futurum, lib. 12. dicens, Morem, ritusq; ſacrorum adijciam, Faciamq; omnes vno ore Latinos: vnde nunc Æneas ex Iouis inſtictu hęc dicit: quo circa Iuppiter prius dixit, Adijciam, ſicut nūc Æneas: qa vterque adiecit: Iuppiter, vt cauſa mouēs primum: & Æneas vt exequens. ¶Vos communes, &c.) Quia (vt Liui. cōmemorat) propter originem Romani, cum Latinis multam ſocietatem inierunt. ¶Dehinc quā primum.) Sic ſcriptum reperi: & ita forte emiſſum eſt: ſed vt prius docui, inepte. Nam debuit dicere, cū primū: aut, vt primum: non ꝙ, quod exponitur pro valde, vt ſit valde pridem, aut cito: ſunt autē verba Virgiliana. Præterea Pyrarum inſtructio, & corporum exuſtio a Virgilio tota ſumpta eſt. ¶Glandilegoſque ſues).i. qui glandes legere, & poſtea frēdere ſolent: ſed tamen non videtur aptum ſuibus epithetum: non enim legunt ſed deuorant glandes: quas tamen rimanē.i. e rimis eruunt interdū: vnde & rimari tranſſumptum eſt, pro eo quod eſt, ingrere. ¶Latos incendia cāpos Enudant).i. ſpoliant. ſ. pecoribus in eis errare, aut paſci ſolitis. ¶Clarum Phœbum).i. ſolem Rutilum, & ſplendentem: quaſi nunciū feſtiuitatis futuræ: quod Maro diligentius ſeruauit. ¶Cōſedere in eq.) ſ. Teucri, in his quos Latinus prius donauerat: aut quos hoſtib. abripuerant: aut quos nunc iterū Latinus, κατά τὸ σιωπώμενον miſiſſe intelligetur. ¶Ad tecta Laurenti(.i. Laurentij. ¶Ante omnes.) Sup. mouebat greſſum aptiorem tamen locū illi, Maro cōſignaſſet, videlicet medium. ¶Poſt ordinem.) Id eſt per ordinem. Nā poſt, aduerbium eſt. hic autem ordo obſeruari ſolet, in ſtatib. militis: vt primus primi ſtat⁹, ac ordinis, ſit omniū primus: & primus ſecundi ordinis, ſecūdus: & ſecūdus pmi ordinis, terti⁹ & ſic deinceps. Ergo qa Drāces erat princeps legationis, erat ſecundus in ordine. ¶Multa duci ſenior memorans.) Ideo multa qua ſenior: nā ē laudator tpis acti ſe puero. ¶Dehinc vnica ples Aſcanius.) ſeruata. ſ. ratione quā dixi. ¶Animi maturus Alethes.) Virg. matur⁹ æui dixit: & ē honeſtior locutio ꝙ ſi diceretur, maturus ęuo. Is enim maturus æuo dicitur, quem æuum maturum effecit: is vero maturus ęui, q ęuū maturo fecit & tēperauit. ¶Gyas.) Qa vero Gyę necē prædixit Maro,

ro, oportet aut aliū eſſe Gyā aut hūc illius immemorē. In cæteris tamē prudenter egit, vt eos cōmemoret, quos Maro in. 1. dixit aucturos genus Romanum, & illi nomina daturos: vt Sergeſtum domus, a quo Sergia, &c. ¶Interea effuſi ſtab. per mœnia ciues.) Docetur inſtabilitas vulgi, quod fortunam ſequit. ¶Quos læta fronte Lati.) Potius frōte, ꝙ animo, dixit: quia licet propter amatę ſuſpendium doleret, tamē pmit alto corde dolorem. ¶Dardanium Æneā.) Per n, ſcribēdum eſt, propter vocalem ſequentē. vbi diligēter dixit Alexāder, Rectus in a Greci, ſolet an quarto breuiari, qa a noīatiuo in as. non breuat: ſicut nec en ab es longo. ¶Haud vera illuſit imago).i. non enim illuſit eum vera imago: quia facile erat eum inter cæteros agnoſcere, etiam longe adhuc diſtantem. ¶Tum quamprimum.) Iterum dicendum eſſet, cum primū data copia. in. 7. Poſt ꝙ introgreſſi, & coram data copia fandi, Et voces capere. ſic in. 6. Veniſti tandem, tuaq; expectata parēti. Vicit iter durum, pietas da; ora tueri Nate tua & veras audire & reddere voces: Cętera quoq; verba Virgiliana ſunt: vñ in. 2. Æneidos, Æneas ad Hectorem, O lux Dardanię, ſpes o fidiſſima Teucrū, & Anchiſes ad eū in. 6. Nec me mea cura fefellit. ¶Factū eteni.) Sed nec paruo ſtat. i. nō paruo pſtat Turno facinus, ppetratum cōtra deorum volūtatem. Bene dicit, Nec paruo: nō, nec parui: quia duntaxat tāti, quāti, pluris, & minoris cum eorū cōpoſitis, dum ſine ſubſtātiuis ſunt, ponunt cum verbis pretij in genitiuo: nā cætera omnia in ablatiuo. Vñ Maro in 2. Æneid. Et magno mercent Atridę. ¶Numina Indignata vltricia.) Diuidēda ſunt epitheta, vt ſit, Numina vltricia miſere, id eſt miſerunt. indignata, id eſt quia indignata animis iuſtas pœnas. ¶Quando.) Id eſt quandoquidem. ¶Omnis origo Seditionis.) Scilicet Turn⁹, & amata. ¶Sūt mihi regna, iacent ereptis oppida muris.) Vnde in. vij. de Latini regia, Multaq; pterea ſacris in poſtibus arma Captiui pendent currus, curuęq; ſecures, Et criſtę capitū & portaꝝ ingētia clauſtra, Spiculaq; clypeiq;, ereptaq;, roſtraq; carinis. vnde videtur iterpretari locum in. 11. alioqui obſcurum, de auro Latini: vt intelligatur regis, nō populi. ¶Quę cōtra.) Id eſt e diuerſo, ſupp. affatur: aut cōtra quē (quod durū eſſet) fatur. ¶In te horum

Poſt alij, miſtimq; Itali. Teucriq; ſequuntur.
Interea effuſi ſtabant per mœnia ciues,
Sublimeiſq; alta ſtatuebant laude triumphos,
Troianam cupido expectantes pectore turbam.
Etiam aduentabant, quos læta fronte Latinus
Occurrens magna excepit comitante caterua.
At poſtq; medio venientem ex agmine vidit
Dardanium Aenean: haud vera illuſit imago:
Nanq; omnes ſuper excellens atq; altior ibat,
Et late regalem oculis ſpargebat honorem
Sydereis: tunc cum primum data copia fandi eſt,
Et voces capere, atq; optatas iungere dextras,
Incipit: & prior affatur placido ore Latinus.
Veniſti tādem: cupidum nec fixa fefellit LAT.
Spes animum, lux Troianæ clariſsima gentis:
Magnorum quem iuſſa deum tot caſibus actum
Italia: & noſtris voluerunt ſiſtere tectis.
Quāq; humana furens nimis auſa licentia ſanctas
Turbarit leges: & diuum exciuerit iras:
Quinetiam inuitum toties, mecq; arma negantem
Tradiderit duri perferre pericula Martis:
Factum etenim, ſed nec paruo ſtat: numina iuſtas
Indignata animis miſere vltricia pęnas.
Nunc age magne Phrygū ductor, qñ omnis origo
Seditionis abeſt: & tanti criminis author,
Cōnubijs ſuccede, & promiſsis hymenęis.
Sunt mihi regna, manent erectis oppida muris.
Sola autem feſſæ ſpes vnica noſtra ſenectæ,
Te generum, & natum tempus cōplector in omne.
Quę cōtra bonus Aeneas. ¶Res maxie nullā ÆN.
In te horum cauſam armorum, tātiq; tumultus
Crediderim, placidę aſſueto ſub tempore pacis.
Et ſi qua eſt, pone hanc curam pater optie, quæſo.
Nūc adſum, & patrem & ſocerū te lętus in omneis
Accipio caſus, magni mihi ſurgit imago
Anchiſæ: & rurſum ardebo genitoris amore.
Talibus orabant inter ſe, & tecta ſubibant PO.
Regia: cum ſtudio effuſę matreſq;, nuruſq;,
Lōgæuiq; patres ſtabant, iuuenumq; cohortes,
Pulchra reuiſentes Troianæ corpora gentis:
Ante omnes magnum Aeneam, cupidoq; notabāt
Altum animo genus: & pręſtantem frōtis honorē
Quæſitamq; alacres, pacemq; optata quietis
Munera laudabant: ceu quando lōgus & ingens
Agricolas tenuit reſolutis nubibus imber
Suſpenſos: curuumq; diu requieuit aratrum:
Tūc ſi clarus equos ſpatioſo limine Titan
Laxet, & aurato cœlum ſplendore ſerenet,
Lætitia exundant, & ſeſe hortantur agreſtes:
Nō ſecus Auſonij tam læto in tempore rerum
Compoſuere animos. & iam rex alta Latinus
Atria, regaleſq; aditus intrarat, & vna
Optimus Aeneas, ſequitur quem pulcher Iulus,
Dehinc Itali, miſtiq; Phryges: tum ſplendida lato
Applauſu, & magno completur regia cętu.
Hęc inter matrum innumera, nurumq; caterua
In medium comitata venit Lauinia virgo:
Sydereos deiecta oculos, quam Troius heros
Virtute & forma ingentem, mirabile dictu,
Vt vidit, primo aſpectu ſtupefactus inhęſit.

rum cauſam armorum.) Abſumptio literarum, & r literę repetitio, durum verſum: ſed in re tali, vtpote terribili, congruum faciunt. Ordo eſt, In te aſſueto ſub tempore placidę pacis. ¶Socerum te lætus i omneis Accipio caſus.) Sic Iulus ad Euryalum lib. 9. Iam pectore toto Accipio, & comitem caſus complector in omneis. ¶Magni mihi ſurgit imago Anchiſę.) Sic in 2. Subijt chari genitoris imago. ¶Ardebo genitoris amore.) Id ſecundum grammaticem poetice autem dixit Maro, Corydon ardebat Alexin. ¶Matreſq;.) Id eſt matronæ. ¶Nuruſq;.) i. nubiles, aut ſponſæ. ¶Pulchra reuiſentes.) i. iterū, atq; iterum vidētes: quia pulchra & peregrina. Sed caſtius Virg. libro. 4 dicēs, Multa viri virtus aio, multuſq; recurſat Gentis honos. Non a corpore ſed ab aīs laudat. Sed ibi, de regina caſta: hic etiam, de plebe fit mentio. ¶Ceu quando lōgus & ingens.) Quia alterū ſine altero eē poſſet. Eſt autem comparatio ſatis apta, nam non minus per bella, ꝙ per imbres abducūtur coloni: vnde in Geor. Squalent abductis arua colonis. ¶Clarus Titā.) id eſt ſol. ¶Laſſet.) i. fatiget, celeriter currēdo. ¶Splēdore aurato.) id eſt auricomis radijs. ¶Et iā rex alta Latinus Atria.) Malus eſſet verſus: niſi ponatur cōiunctio, &, quam ablatam inuenimus. ¶Et vna Optimus Æneas. ¶Vna.) i. pariter, cōiūctis. ſ. manib. ita vt neuter alterum pcederet. Dehinc quia Latinum comitabātur: miſtiq; Phryges: bene miſti, ne poſteriores cēſeantur. ¶Tum ſplendida lato Applauſu, &c.) Vt plurimū, ſingulis ſingula dat epitheta: quæ carmen concinnū quidē reddūt: ſed nimis phuc⁹ (vt ait Quinti.) vitādus eſt: qui i hoc poemate videtur ſatis, ſuperq; affectatus. ¶Regia.) Eſt domus regis, Gręce αὐλὴ dicitur: quā autem vulgus aulā, vocat: potius antrū, dixeris. ¶Hęc in.) anaſtrophe, id eſt iter hęc, ſcilicet dum hęc fierent. ¶Deiecta oculos.) i. habens oculos deiectos: vnde lib. 11. Subuehitur magna matrum regina caterua Dona ferens, iuxtaq; comes, Lauinia virgo. Cauſa mali tanti: atq; oculos Deiecta decoros ideo igitur, deiecta: quia cauſa mali tāti: & nunc, quia ſponſa futura. ¶Primo aſpectu ſtupefactus inhæſit.) Mira laus decoris Lauinię: vnde de Ænea dictū eſt in. 1. Obſtupuit prio aſpectu Sidōia Dido, Caſu deīde viri tāto. ¶Qui haud pua ſpe ductus.) Quia ope pretiū cenſuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cēsuit, pro tali virgine omnia dura pati. ❡Ciuisset.) Concitasset: a cieo: vnde est, Bella cient. i. concitant. ❡Connubij, & multa canunt.) Malus versus, vnde legendum, Connubij & multa cantant cum laude. aut, Multaq; canunt cum laude Hymenæos. i. dicunt epithalamia. i. carmina nuptialia: quæ læta, & iocūda, cum bonorum multorū comprecatione fieri solent: vnde Iuuenalis, dictum est, Feliciter, &c. Quis autem sit Hymenæus: dictum est alibi. ❡Et lætam vocem.) Quia omnis tristitia ab nuptiarum auspicijs proscribebatur. ❡At fidum interea.) Sic in. i. Mittitur ad naueis, sed ibi, epitheton, negocio aptum, delegit poeta, dicens, Rapidum ad naueis præmittit Achatem. Sed nō incongrue hic, fidum dicit: qa ad talia dona afferenda, non nisi fidus mitteretur. ❡Munera.) Munera autē Andromachē Æneę dedisse, docuit poeta in. 3. dicēs, Nec minº Andromache digressu męsta supmo Fert picturatas auri subtegmie vestes, &c. ❡Magnū cratera.) Declinaf enim hic crater: & est poculū. ❡Donatū capit.) Ideo capit, quia donatum Accipimus enim, & capimus ab alijs: sumimus p nos. Totus autem apparatus cōuiuij, sumptº est ex. i. Æn. vbi describitur cōuiuium Didonis sic, At domus iterea regali splēdida luxu Instruitur, medijsq; parāt cōuiuia tectis: Arte laboratę vestes, ostroq; superbo, Ingens argentū mēsis, cęlataq; in auro Fortia facta patrū, series lōgissima rerū. Et paulopost, Dāt manib. famuli lymphas, Cereremq; canistris Expediūt, &c. Vñ quæ hic exponēda sunt, illinc erui possint: vt strato ostro. i. tapetibus purpureis. Nā quę sternūtur, intexta velamina, tapetes, aut tapeta vocantur: quæ vero suspendunf in aulis, aulęa dicunf. ❡Conuenere.) Discubuere: Grece id dictū esset. Nā Latine dicas: discubitum, aut discubituri, aut ad discūbēdū: vñ melius cōstruas: cōuener iussi discūbere. ❡Strato discū. in ostro.) i. purpura. sic in. i. Côueniunt stratoq; sup discūbif ostro. Sed eiusmodi luxus nō videf tam cōgruus Italicę parsimonię, ac tyrijs opib. vñ de Carthagie, Diues opū, studijsq; asperrima belli. Et ideo licet imitef poetā, lōgo tamē id facit interuallo: multūq; ab illo friget: sed nō oia possumus oēs: facilius eēt vitia notare, q̄ sine vitijs scribere. ❡Et se inferre Delitijs, & dapib. futuris.) i. deinceps illis, nā & præsentes erant: alioqui

Et secum Turni casus miseratus acerbos,
Qui haud parua spe ductus, ouans in prælia tantos
Ciuisset motus, durisq; arsisset in armis.
Tum vero æterno iunguntur fœdera nexu
Connubij: & multa cantant cum laude Hymeneos:
Dehinc plausus, fremitusq; altū super aera mittūt,
Et lætam vocem per regia tecta volutant.
At fidum interea Aeneas affatur Achaten,
Vadat & Andromachę quōdā data munera vestes
Intextas auro ferat, & quod sæpe solebat,
Dum res Troianę stabāt, circūdare collo,
Auratum gemmis circūseptumq; monile:
Pręterea magnum cratera in pignus amoris,
Quem Priamus patri Anchisæ donauerat olim.
Nec mora, iussa sequēs pulcherrima portat Achates
Munera: tūc socer ingentem cratera Latinus
Donatum capit: ac cōiux Lauinia vestes:
Atq; monile decēs: placido dehinc pectore sese
Demulcēt, varijsq; trahūt sermonibus horas.
Et iam tarda epulas fugiētis tempora lucis
Poscebant: mox regali cōuiuia luxu
Effundunt, latosq; alta intra tecta paratus.
Cōuenere, omnes strato discumbere in ostro
Delitijs iussi, & dapibus se inferre futuris.
Dat manibus crystallus aquas: mensisq; reponūt
Flauentem Cererem: tum læta fronte ministri
Innumeri magno distinguunt ordine curas.
Pars dapibus reficit mēsas: pars pocula miscet:
Craterasq; replet: nūc hac nūc voluitur illac
Turba frequēs: varios miscentq; per atria motūs.
At puerum pater immotis spectabat Iulum
Luminibus: vultum admirās: moresq; Latinus:
Et grauiter puerili ex ore cadentia verba:
Maturumq; animum ante annos: & multa rogabat,
Permistas referēs voces, dehinc oscula figens
Dulcia complexum manibus, iunctumq; fouebat.
Et nimium exultans, felicem & munere diuum
Donatum Aeneam pro tali prole, ferebat.
Postquā epulis cōpressa fames, traducere lōgam
Incipiūt fando, & labentem fallere noctem:
Nūc duros Troiæ casus, gentesq; Pelasgas,
Nūc fera Laurentis memorātes prælia pugnę,
Quo primum diffusę acies, quo tela vicissim
Pulsa loco, qui primus ouans inuaserit agmen,
Fulmineumq; ardēs in equo madefecerit ensem:
Præcipue Tros Aeneas, seniorq; Latinus
Magnorum heroum, Latijq; antiqua potentis
Gesta recēsebāt: fugientemq; horrida gnati
Arma sui Saturnum Italis latuisse sub oris:
Hinc Latium dixisse, genusq; in mōtibus altis
Composuisse vagum: legesq; & iura dedisse:
Et bacchi, & frugum cultus: dehinc tecta secutum,
Esse paterna Iouem: vtq; Electra Atlantide cretus
Iasio Idæas cæso Phrygiæ islet ad vrbeis
Dardanus: ex Corytho multa cū gente profectus;
Vtq; insignē aquilā dono, & Ioue patre superbus
Hectoreę gentis signum, illustresq; tulisset
Primus auum titulos: Troianæ stirpis origo.
Talibus atq; alijs inter se longa trahebant
Tempora: tum fremitus, lętæq; per atria voces

qui enim se non inferrent. ❡Crystallus.) Vas crystallinum. ❡Cererem.) i. panem. ❡At puerum pat. &c.) Id & Dido in Cupidine, sibi forma Ascanij fecit. Magis autem cōgrue dicitur, Latinus, mores miratus, & prudentiam, quā vultum: sed vultus, ēt animi index est: vnde & vultum decentē in puero, decenter mirari potuit. ❡Et grauiter puerili ex ore cadentia verba.) Id .n. mirādū: nā verborū grauitas, puerili ętati nō congruit. Vnde Pers. per irrisionē, Scilicet ingenium & rerū prudētia velox, Ante pilos venit, dicenda, tacēdaq; calles. Plus pręterea mirandum erat, Verba grauiter cadētia. i. quod grauiter cadebant: q̄ si grauia dixisset. Nā facile potest imprudēti, dari grauis sermo: dummodo ex alterius ore loquat: at difficile est, eū grauiter loqui. Quod autē dicit, Cadentia verba: laudem auget. Nā pauca verba, ēt grauiter, pferre possunt pueri: sed difficillimum est dum ea cadūt. i. pcipitāter, aut in morē torrentis fluūt, grauiter efferri. ❡Maturum animum.) Sed queras, quomodo maturum agnouit animum? nempe ex oratione. Nam ex abundātia cordis os loquitur. ❡Donatū Æneam pro tali prole ferebat.) Quia parentum felicitas cōsistit in bonis liberis: vñ Helenus ad Anchisen, Vade (ait) o felix nati pietate: & Æneas ad Didonē, O qui te talē genuē parentes. ❡Postquam epulis cōpressa fames.) Virgil. dicit, Exempta fames. ❡Labentem fallere noctem.) Id est trāsigere ipperceptibiliter. ❡Nunc duros Troię casus.) Locus sumptus ex fine. i. Ænei. vbi dicitur, Necnō & vario noctē sermone trahebat Infelix Dido. longumq; bibebat amorem. Multa super Priamo rogitās, super Hectore multa. Nunc q bus Auroręe venisset filius armis, &c. sed huiusmodi traductio tēporis, videtur inportuna huic loco: vbi spōsus nouę nuptę, iungendus erat. Sāpta etiam est pars sermonis, quē dat Latino ex sermone Euādri. li. 8. habito. ❡Legesq; & iura dedisse.) Maro autē dicit, ipsam ante aduentum, pręcipue Saturni, gētē haud vinclis, nec legibº ęquam: idem tamen attestaf Saturnum eis leges dedisse, dicens, Primº ab ęthereo venit Saturnº olympo Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis, Is genus indocile, ac dispersum mōtibus altis Composuit, legesq; dedit, Latiūq; uocari Maluit: his quoniā latuisset tutus in aruis, &c. ❡Bacchi, & frugum cultus.)

cultus.) Vñ a Virgilio, vitisator dicif. ❡Dehinc tecta secutum Esse paterna Iouem.) Quia in Italiam venit, vbi ex Electra, Atlātis filia, Dardanū genuit, q occiso Iasio fratre: tandem ad Phrygiam peruenit. ❡Ex Corytho.) Scilicet vrbe Italiæ: vñ in. 3. Corythum: terrasq; reqre Ausonias, Dicta negat tibi Iuppiter arua. ❡Vtq; insignem aquilā.) Aqla dicif in tutela Iouis, & ei fulmina ministrasse: eo q directo obtutu solis radios inspicit, nec fulmine vincif. Hanc aūt Romani, pro isigni habebāt: qa per auspicium aquilarū, inditū est a Romulo vrbi nomen: vnde Luca. Signa pareis aqlas. adludit ergo ad Romanorū signa: volēs ea etiam Troianis vñ oriūdi sunt, fuisse: & Dardano, ab Ioue dono data. ❡Dant lucem flammæ.) Sic in. i. Et noctem flāmis funalia vincūt. ❡Et cithara.) Sic in. i. Cithara crinitus Iopas Personat aurata &c. ❡Variantq; pedes.) i. saltādo, ad modulos psallentium: vñ ductitantium choreas, gestum exprimit. ❡Et iam festa nouem largo connubia luxu Attigerāt cele. dies.) Nouem dierum tēpus priscis, ceremonijs sępe adhibitum legimus: quod & nostræ religionis professores, obseruant in purgationib. & rebus diuinis. Volunt quidam, eo quod sit ternarius, ter repetitus: ex omni angulo, trinitatem constituens: sed nihil ad hunc locum. ❡Æneas vrbem curuo signabat aratro.) Nam ab vrbo, parte aratri, dictam vrbem vult Seruius: ducebantur autem primo mœnia aratro, a boue, vt dicunt: & equo tracto, vt pacis & belli, felicitate gauderēt: vbi vero porta fieret, portabatur aratrum: vnde a portādo, portam dictam volunt: Varro tamen, ab importādis rebus. ❡Fundabātq; domos.) i. Troes, qa seruile est officiū: sed primū sulcum deducere pontificale. vñ illud, Famulis hoc Ęneę ptribuit. Sane fundabant domos dicit: pro fundamenta domuum iaciebāt. Nam fundare, est confirmare res prius iactas: fundamēta iacere, est ea inchoare: eo quod nobiles q claris ędificijs, fundamēta prima iaciunt, nō descendunt in scrobem: sed primum (vt aiunt) lapidem deijciunt: potest tamē fieri: vt in eo loco fuerint domus quas Æneas fūdauerit, & muro cixerit: & ita ppríe ponif. ❡Ecce autē fatum haud paruum.) Alij, fatu, legunt: vt sit, haud paruū. i. res haud parua fatu. i. ad fandū, aut dum faf: aut ecce autē prodigium, supple aut

Alta volant: strepitu ingenti tectum omne repletur.
Dant lucem flammæ: & lato splendore coruscant.
Consurgunt Phryges, & cithara resonāte sequuntur
Ausonij: & plausum ingeminant, seq; agmine toto
Permiscent: variantq; pedes, raptimq; feruntur.
Et iam festa nouem largo connubia luxu
Attigerant celebrata dies: tum maximus heros
Aeneas vrbem curuo signabat aratro,
Fundabantq; domos, & amictas aggere fossas.
Ecce autem fatum haud paruum, diffundere flammā
Ingentem, & fulgore leuem, & se nubibus altis
Miscentem summo Lauinia vertice visa est.
Obstupuit pater Aeneas, duplicesq; tetendit
Ad cœlū cū voce manus { Si Iuppiter vnquā ÆN.
Gens monitis Troiana tuis, terraq;, mariq;
Paruit: imperijsq; libens, si numina vestras
Si metui, coluiq; aras: per siquid agendum est,
Quod restat, placidam felici afferte quietem,
Augurio, & firmate, malisq; imponite finem.
Talia iactantem circunstitit aurea mater, POE.
Se Venerem confessa, almo & sic edidit ore.
Gnate animo pone hāc curā: & meliora capesse VE.
Signa deum: gaudensq; bonis succede futuris:
Nunc tibi parta quies: nūc meta extrema malorum:
Nunc tandem optatam componunt sæcula pacem.
Nec flammam ad cœlos perlatam è vertice charæ
Coniugis horresce: ac constantem dirige mentem.
Nanq; erit illa tuum celebri quæ sanguine nomen
Troianosq; auctura duces ad sydera mittat:
Hæc tibi magnanimos sublimi prole nepotes
Conferet: egregijs totum qui laudibus orbem
Complebunt: totumq; sua virtute potentes
Sub iuga victoresq; trahent: quos gloria summo
Oceanum transgressa ingens æquabit Olympo.
Quos tandem innumera ardens post illustria rerum
Gesta deos factura, vehet super ęthera virtus.
Hanc flammam ventura tuæ præconia gentis
Designant: hoc omnipotens è culmine signum
Sydereo dedit: at tantarum in munera laudum
Quam statuis, dicas à nomine coniugis vrbem.
Pręterea sacros Troiā ex ardente penates
Ereptos compone noua intra mœnia, & altos
Infer ad ęternum mansuros tempus honores.
Hi (tibi mira feram) tanto vrbis amore trahentur,
Vt vecti ad sedes alias, loca prima Latini
Sponte sua repetent, iterumq; iterumq; reuersi.
O felix quem tanta manent. dehinc pace tenebis
Sub placida gentem Iliacam, post fessus & æuo
Confectus, tandem Elysias socer ibit ad vmbras:
Succedes sceptro: atq; Italis dominabere, leges
Communes Teucrisq; ferens: tum lętus ad altum
Te mittes cœlum: sic stat sententia diuum.
Dixit: & inde leues fugiens se vexit ad auras. PO.
Aeneas tanto stupefactam nomine mentem
Perculsus: diuę peragit mandata parentis.
Et iam compositos felici in pace regebat
Dardanidas: & iam decedens sceptra Latinus,
Liquerat: & pius Aeneas successerat, omnem
Ausoniam: lataq; potens ditione tenebat.
Iam paribus Phryges, atq; Itali se moribus vltro,

aut monstrū, aut portentum: quod etiam Ascanio & Lauiniæ cōtigisse Maro memorauit: omnia igitur inuēta sunt Maroniana: sed verba: sed nō tam apte posita, vt ab illo, Duplicesq; tetēdit Ad cœlum cū voce manº: verba sunt Virgiliana, Ænei. 2. At pater Anchises, oculos ad sydera lętus Extulit, & cœlo palmas cum voce tetendit. ❡Talia iactantem, &c.) Nulla videf in verbis iactātia, sed precatio, cum decēti fiducia. Aliter autē in. i. dixit Maro, Talia iactāti stridēs aqlone procella: quia ibi nequicquam mortem precabatur. ❡Aurea mater.) Dicitur a Virgilio quoq; Aurea Venº. ❡Se Venerē confessa.) Vnde libro. 2. Alma parens cōfessa deā, qualisq; videri Cœlicolis & quanta solet. ❡Nec flammam, &c.) Inanis præceptio: quia ipse Æneas, nouit eius rei significationem felicem esse: vt ex. 2. Æneid. & alijs quibusdam poetæ locis constat. ❡Oceanum transgressa.) Propter deuictos Britanos, quos Anglos vocamus: aut propter id quod dictum est in. i. de Iulio Cæsare, imperium Oceano famam qui terminet astris. ❡Hanc flammā ventura tuæ pręconia gentis Designant.) Videtur hypallage: vt sit pro eo quod est, Hæc flamma designat præconia tuę gentis. Dicit autem, Deos factura Vehet sup ęthera virtus: propter Romulū & Iulium Cęsarem: quos in deos translatos fingunt. ❡At tantarum in munera laudū.) Sic verior est lectio: vt sit, in munera. i. ad munera: hoc est, pro munere tātarum laudum. i. in recompensationē tātę laudis: quę tibi per Lauiniam portēditur: donabis eā hoc honore vt, Vrbē quā statuis: ab eius noie Lauiniū appelles. ❡Pręterea sacros, &c.) Coluerūt Romani Phrygios deos, vñ hæc ficta. ❡Hi (tibi mira ferā) tāto, &c.) Parēthesis est, tibi mira ferā. i. mirāda dicam. Nam ordo est. Hi. s. dij penates: trahentur tāto amore vrbis, vt ipsi vecti, ad alias sedes repetāt suas spōte. i. per se: pma loca Latinę. s. vrbis: reuersi iterumq;, iterumq;. i. semel, ac iterū: aut iterum, atq; iterū: qd & in historijs legiē. ❡O felix, quem tanta.) s. ornamenta, & dona: manēt. i. expectant, & cui tāta futura sunt. ❡Tandem Elysias.) Non congruit illi quod dictū est in. i. Sublimēq; feres ad sydera cœli magnanimū Æneam, Tertia cum Latio regnātem viderit æstas, Ternaq; transilient Rutulis hyberna subactis. Nā si post subactionem rutulorum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum,non nisi treis annos victurus dicitur Æneas: incongrue dicitur de Latino:quod tandem Elysias socer ibit ad vmbras,& ad Æneã,Succedes sceptro,atq; Italis dominaberé.¶Sic stat sentẽtia diuum.) Hoc,n.a Ioue audiuit in.1. dicente, Sublimẽq; feres. &c. ¶Tãto stupefactam nomine mentem Perculsus.)i.habens mentem stupefactam percussam: aut perculsam: tanto nomine.i.nominis: hoc ẽ. fame promissione. ¶Tum medio.) Adgreditur vltimam partem operis, quę est de translatiõe Æneæ in cœlum:de qua,veritatem secutus, recte dubitat Hor.dicẽs.4. carmi. ad Torqua. Quo pius Æneas? quo Tull⁹ diues, & Ancus? Puluis & vmbra sumus. de morte. n. Æneæ recitat Seruius: quod (sm Catonẽ) simulac in Italiam venit:Lauiniam, Turno desponsatam

Et socia ingenti firmabant pectora amore,
Concordiq; æquas miscebant fœdere leges.
Tum medio Venus exultans se immisit Olympo
Ante Iouem,& complexa pedes,sic ore locuta est.
Oipotẽs genitor q solus ab ęthere summo VE.
Cuncta moues:quí res hominum,curasq; recensés:
Dum Teucros traheret fortuna inimica,recordor,
Spondebas finem grumnis,rebusq; salutem:
Nec tua me promissa pater sententía fallit.
Nanq; omnes gaudere sacra treis pace per annos
Viderunt Italę nullo discrimine partes:
Verum ad syderei missurum culmina cęli
Pollicitus magnum Æneam,meritumq; ferebas
Illaturum astris.quid nunc sub pectore versas?
Iamq; optat matura polos Aeneia virtus.
Olli hoium sator atq; deũ dedit oscula,ab alto PO.
Pectore verba ferẽs.¶Quãtũ Cytherea potentẽ IVP.
Aeneam: Aeneadasq; omnes infessus amaui:
Et terra,& pelago,& per tanta pericula vectos,
Nosti:& sępe equidem indolui commotus amores

de spõsatã duxit:vñ moto bello,in prio plio perit Latinus: in secundo pariter Turnus & Æneas.Secundum alios autẽ, victor Æneas, cũ sacrificaret super Numicum, in ipsum incidit:& cum nõ appareret,dicebant, deum indigetem factum vnde Tibullus ad eum, Illic sanctus eris, cum te veneranda Numici, Vnda deũ cœlo miserit indigetẽ. Est autem datiuus localis,Medio le immisit Olympo.,p eo quod est,In mediũ olympum. Non incõgrue autem datur illi in cœlo locus medius: quia sydus Veneris est proximũ sub sole,qui medius planetarum est:vnde dictum volũt illud, In medio residens complecti tur omnia phœbus. Quod autem indicat, aut quod sydus eius inferius est quàm sydus Iouis. ¶Ore locuta.) Pleonasmos

nasmos est, sicut in Virg. sæpe: nisi dicamus deos & deas etiam nutu loqui, id est volũtatem indicare.¶Treis pace p annos.)Si igitur,nõ nisi treis annos,quęres qũo prius tandẽ dixerit, quod multi tẽporis est. ¶Viderunt Italę nullo discrimine partes.) Id est sine discretiõe, toti Latio denominatus ẽ:nõ tñ toti Italię.¶Pollicitus.)In.1.lib. vt diximus. ¶Olli.)Sic in.1. Olli subridens hoium sator,atq; deoꝝ, Oscula libauit nate, dehinc talia fatur.&c. ¶Infessus.)i. non fessus,& indefatigatus.¶Nosti & sępe qdem.) Sic Ven⁹ in.1. ad Cupidinem, Nota tibi & nostrũ doluisti sæpe dolore.¶Iunone secũda.)Id est prospera & fauente:quia dictum est de ea in.1. Consilia in melius referet, mecũq; fouebit Romanos rex dños,gentemq; togatam.Imitatur aũt illud Æneidin. Dis eqdẽ auspicib⁹ reor, & Iunone secũda. ¶Nunc stat fnia mẽti.) Id est placet: vnde in.1.Necq; me fnia vertit. Stat aũt,i.placet, & decretũ est: vt. Stat casus renouare omneis. ¶Qua ductorem alto Phygiũ succedere cœlo institui.) Hęc vera est lectio:nõ aũt,Alta Phrygum.Numeroq; inferre deorũ. ¶Constat.)i. constans & firma est fnia.¶Siquid in ipso Mortale est, adime.)f. per apotheosin purgando ipsum.¶Quin si.)Ordo ẽ. Quin .i. quinetiam,aut quinimo:si alios sua.i.,ppria virtus,habet q accingant sese perenni laude:& sup.qui exhorrẽt gestis pstãtib⁹.i. propter

Gnata tuos,tandemq; malis Iunone secunda
Imposui finem:nunc stat sententía menti,
Qua ductorem alto Phrygium succedere cęlo
Institui:& firma est:numeroq; inferre deorum
Constat,& id concedo libens.tu siquid in ipso
Mortale est,adime:atq; astris ingentibus adde.
Quin si alios sua habet virtus,qui laude perenni
Accingant sese,gestis præstantibus orbem
Exhorrent;illos rursum super æthera mittam.
Assensere omnes superi:nec regia Iuno
Abnuit:at magnum Aeneam suadebat ad altum
Efferri cęlum:& voces addebat amicas.
Tũ Venus aerias descendit lapsa per auras, PO.
Laurentumq; petit,vicina Numicius vndis
Fulmineis vbi currit in ęquora arundine tectus:
Tunc corpus nati abluere,& deferre sub vndas
Quicquid erat mortale,iubet:dehinc læta recentem
Felicemq; animam secum super aera duxit,
Immisitq; Aenean astris:quem Iulia proles
Indigetem appellat:templisq; imponit honores.

MAPHÆI VEGII LAVDENSIS LIBRI FINIS.

propter prestãtiã gestorũ: or bẽ.f.caduceꝝ, qui est sub lunari globo: ego mittam rursum illos super ethera: qđ pp Iuliũ precipue dicit cuius vim putabatur sydus: vñ est Ecce Dionei ,pcessit Cæsaris astrum.¶Nec regia Iuno Abnuit.)qa iam placata.¶Vicina Numicius vndis Flumineis.) Nam fluminibus augeẽ.Hinc colligitur saltem, sm mẽtem Maphęi,in noiatiuo dici, Numicius: sm quę,in illo Tibulli,Sacra vnda Numici, contra ctio erit duarũ vocaliũ i vnã, sunt tñ q & Numicius,dici cõtendant.¶Tũ corpus nati abluere.)f.iubet. vñ est illud Tibulli, Iã sæpe citatũ, Illic sanctus eris,cũ te veneranda Numici,Vnda deũ cœlo miserit indigetẽ. Qui aũt sint Dij indigetes, inuenies per tabulam. Quia vero historia hẽt,ipsum submersum in Numico, seu Numicio:vñ Dido i.4. Sed cadat añ diẽ, mediaq; inhumatus arena,iõ fingit illic purgatus. ¶Templisq;.) Subaudi, cui,aut cuius: vt sit, Cui ipsi templis:aut,Cuius templis imponit. Hęc autem omnia dicta sunt sm fabulamenta gẽtiliũ. Nã Maphęus ipse,nõ ex sua fide cõposuit, sed vt suppleret quod operi Virgiliano deesse,frustra(vt dixim⁹)putabat. Et hęc in hũc decimumtertium:quem licet non sit Virgilij impressimus.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

P. VIR. MARONIS OPVSCVLA AD OCTAVIVM CVLEX.

Vsimus Octaui gracili modulante Thalia:
Atq; vt araneoli tenuē formauimus orsum,
Lusimus. hęc propter Culicis sint carmina dicta:
Omnis vt historiæ per ludum consonet ordo:
Notitiæq; ducum voces, licet inuidus adsit,
Quisquis erit culpare iocos Musamq; paratus,
Pondere vel Culicis leuior, famaq; feretur.
Posterius grauiore sono tibi Musa loquetur.
Nostra: dabunt cum securos mihi tempora fructus:

DOMITII CALDERINI in opuscula Virgilij commentarij.

Pastor, oues, de more ad vmbram cōpellens, ad fontem platanis & alijs arboribus inumbratum peruenit, huius aquam serpens bibere solitus illuc peruenit, pastorem qui obdormierat reperit, & morsu impetere nitebatur. Culex pastorem mordens excitauit: pastor Culicem manu captum interemit: & indignatus postea quod Culicem suæ salutis causam interemerat, iterum obdormiuit, Culicē in quiete videt, ei omnem inferorum curam monstrantem: excitatus denique somno ei sepulchrum miro instruit ornatu. ☞ Thalia.) Musas, Iouis & Memoriæ filias, poetæ tradunt. alij Thespidis, ac Iouis. alij terræ, ac cœli. Quidam treis esse senserunt: Homerus nouem esse asserit: Hesiodus nomina recenset, videlicet Clio, Euterpe, Thalia, Melpomene, Terpsicore, Erato, Polymnia, Vrania, Calliope. Diodorus harum nominibus proprietatem ponit: vt, κλείω, id est Clio, propter gloriam, quæ ex poetarum laudibus oritur. εὐτέρπη, id est Euterpe, ob voluptatem perceptam ab audientibus: θαλεία, id est Thalia, quoniam poetarum laus longo tempore viret: θαλλεῖν, dicitur virere. μελπομένη, id est Melpomene, a melodia, qua demulserat audientes: μέλπω enim, mulceo dicitur. τερψιχόρη, Terpsicore, id est oblectatio, ob doctrinæ bona. ἐρατώ, Erato, ab amore, quem ἔρωτα vocant: ꝙ docti amēt homines poetas. πολύμνεια, Polymnia, quasi multa laus, & memoriæ immortalitas. οὐρανία Vrania, ob cōcentus suaui talem gloriam, ꝙ viros doctos ad cœlum tollat gloria: οὐρανός.n. cœlum est. καλλιόπη, Calliope.i. pulchra vox: & cantus suauitate cæteros antecedentes, magis ab auditoribus æstimentur.

IODOCI BADII Ascensij in Vir. Opuscula explanatio.

Vsim⁹ Octaui.) Sicut in præfatione syluarū suarum attestat Papini⁹, & Homer⁹, & Maro fecerūt q̄dā quasi igenij sui pręludia: inter q̄ Culicem expresse commemorat, opus profecto lepidum, & in re tenui nō tenuem gloriam meritum. Inter animantia.n. vix quicq̄ minus Culice: attn̄ de eo rem arduam, & ex medullis philosophię haustā cōfecit: insequens præcipue paradoxon Pythagoricū, asserens videlicet etiam Culicis manes ad vmbras post mortem extare. Docebat.n. Pythagoras (vt in litera Pythagoræ latius declaraturi sumus) vnum, eundemq; esse in hominibus, & in brutis animum: vsque adeo vt de vnius corpore, vicissim in alterius corpus migret: vnde oritur Culicis deploratio, cuius ad inferos cogentur manes descendere, immo iam coacti erant: recipi tamen nōdum potuerunt, cum viderentur adhuc corpori obnoxij, qa nōdū obtinuerat legitimam sepulturā. Quā rē tangit Virg. Æneid. vj. ex Ægyptiorum dogmate, dicens, Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta, Transportare prius, q̄ sedibus ossa quierūt. Centū errāt annos, volitantq; hęc littora circum, Tum demū admissi stagna

Universidad de Deusto Biblioteca

exoptata reuisunt. Inducit ergo in hoc ope spiritus Culicis, a pastore interfecti, ab inferis: eo q in sepultus esset rediẽs, munusq; sepulturę ab eo iplorans: eiusq; occasiõe multa, quę iã apud inferos, pcul viderat, recitãs. Reliqua argumẽti satis a Calderino explicant. ¶Ordo igit est, O Octaui. i. Auguste, quẽ vulgus Octauianũ appellat: nos lusimus. i. tenuiter descripsimus, opus nõ magni ponderis: & hoc Thalia. i. musa nostra: modulãte. i. modulate dictãte. Atq; formauimus orsum. i. ptextũ: tenuẽ. i. modicũ: vt araneoli. i. parui aranei. (Nã vermis, araneˀ dicit: tela vero, pprie, aranea: sed cõfundunt. Ordit autẽ tã textor, q̃ scriptor: vnde, Ordimur telas, ordimur verba loquendo.) Lusimus, inquit: & hoc pter. i. propterea: hæc carmina sunt dicta Culicis. i. de Culice composita: vt ois ordo. i. contextus historię, cõsonet per ludũ (quo verbo dicẽdis fidem adhibituę negat) Notitięq; ducum voces & vt voces, notitię ducũ consonent ludo. Voces sunt notitię ducũ: q (vt dicit Hora.) Paulũ sepultę distat inertię celata virtus. Et alibi. Neq; sic chartę sileãt, qd bene feceris mercedem tuleris, &c. (Alij legũt, Nutricesq; ducũ: alij, Nutritę.) voces igit sunt notitię, aut nutrices ducũ, licet inuidus adsit. Quisquis erit paratus culpare iocos. i. meos, & musam. feret. i. habebitur leuior: vel. i. etiã: pondere. i. Culicis, & fama. Nostra Musa loquet tibi posterius. i. post modũ sono grauiore: cum tẽpora dabunt fructus securos. i. sine cura possidẽda ocia: aut forte significat se, nec dũ agroℊ suoℊ fructus secure percipere.

Vt tibi digna tuo poliantur carmina sensu.
Latonę, magniq; decus Iouis, aurea proles
Phœbus erit nostri princeps, & carminis author,
Et recinente lyra fautor: siue educat illum
Alma Chimæreo Xanthi perfusa liquore,
Seu nemus asterię, seu qua Parnasia rupes
Hinc atq; hinc patula præpandit cornua fronte:
Castalięq; sonans liquido pede labitur vnda.
Quare Pierij laticis decus ite sorores
Naiades: & celebrate deum ludente chorea.
Et tu sancta Pales, ad quam ventura recurrunt
Agrestum bona, secura sit cura canentis.
Aerios nemorum tractus, syluasq; virenteis.
Te cultrice vagus saltus feror inter & astra.
At tu, cui meritis oritur fiducia chartis:
Octaui venerande meis allabere ceptis,
Sancte puer. tibi nanq; canit non pagina bellum:
Phlegra giganteo sparsa est quo sanguine tellus.
Nec centaureos Lapithas compellit in enses.
Vrit Ericthonias oriens non ignibus arces:
Non perfossus Athos, nec magno vincula ponto
Iacta meo querent iam sera volumine famam.
Non Hellespontus pedibus pulsatus equorum,
Græcia cum timuit venienteis vndiq; Persas.
Mollia sed tenui pede currere carmina versu
Viribus apta suis Phœbo duce ludere gaudet.
Hoc tibi sancte puer memorabile, sic tibi certet
Gloria perpetuum lucis mansura per æuum:
Et tibi sede pia maneat locus: & tibi sospes
Debita felices memoretur vita per annos,
Grata bonis lucens. sed nos ad cepta feramur.

DOMITIVS.

Phœbˀ Diana. ¶Phœbus erit.) Phœbus & Diana, Latonæ & Iouis filij, Phœbum lyram a Mercurio accepisse, ait Higinius. ¶Alma Chimęreo.) Non procul a Carmileso monte Lycię, est conuallis quędam, nomine Chimęra, a littore porrecta in mediterranea: (Chimæra.) hic finxerũt de monstro, chimera: quod occidit Bellerophon, fabula tñ est. Xanthus flumen, (Xanthˀ.) quem priores Sirbin vocabant, ad decẽ stadia Lembis, nauigãti ẽ Latonę templũ, vltra qd ad sexaginta stadia est Xanthus, inter Lycias vrbeis maximˀ. Fama est olim, Latonã cum filijs deuenisse, & vt sitim sedaret psedisse, ppe paruũ lacũ: q & sub Chimæra est. Est autem Chimęra, Lycię mons, qui flãmas vomit: ab eo labit Xanthus, q descẽdit in Phrygiã: & in radice mõtis spatiolum facit lacum: ad quẽ peruenit (Latona.) Latona cum filijs ęstiuo tempore, vt sitim sedaret. Rustici id ęgre ferentes, lacum intrantes turbauerunt aquam, q statim demutati sunt in ranas. ¶Siue educat illum.) Luna, legi voluit, non alma: vt hoc sit q Diana prebuit se fieri obstetricem. ¶Seu decus astrigeri.) i. Iuppiter, qui educauit Bacchum. Nam Liber pater, & Apollo, idem est, (Liber. Apollo.) vt ipse ait in Georgi. Liber et alma Ceres. i. sol & luna. ¶Seu qua Parnassia rupes.) (Parnassus.) Hinc in Parnasso Bœotię mõte, est vasta rupes: hęc vel numinis maiestate, vel situ horrorẽ visentibˀ generat: vndiq; fere pceps in forma theatri recessus: quo sonitus: vocesq; multiplices audiuntur: hic est Apollinis Delphici templum: hic fons Castalius, musis dicatus. has oras Pieres, (Pieres. Pierides.) natio Threicia habitauere: vnde Pierius fons, & Pierides Musę: nec Ouidio assentiamus, qui dixit hoc nomen a filiabus Pieri: cum eis certantibus, & deuictis, in picas mutatis, Musas accepisse. ¶Phlegra gigãteo.) (phlegra Gigãteũ bellum.) Phlegra, sylua & vallis ẽ i Thessalia: vbi omnes gigantes contra Iouem pugnauerunt: & fulminati, a Ioue occisi sunt, cuius in fidem, faces, saxaq; adhuc ibi cernũtur, Solinˀ meminit. Alia Phlegra est, in Italia, nõ longe a Cumis. ¶Nec centaureos Lapithas.) (Lapithˀ.) Lapithus Apollinis & Scilbię Penei filius, circa Peneum fluuiũ Thessaliæ imperauit: a quo illi populi, Lapithæ appellati sunt: hic ex Cirione Phorbantem, & Periphantem liberos suscepit. (Periphas. Ixion.) Periphas, ex Astigea octo liberos genuit, natu maior Anxion, ex Ayclace Ixionem procreauit: qui cum proiecisset socerum in ardentem foueam, a Ioue purgatus est: tandem ausus interpellare Iunonem de stupro interposita a Ioue in forma Iunonis nube, ex ea centauros procreauit. (Cẽtauri.) Hos ferunt tanquã Pirithoi cognatos: ab eo regni paterni, partem petijsse. Quod renuenti, bellum a Centauris illatum est: quo sedato, cũ Pirithous Hippodamiã despõdisset Theseo, ad nuptias, ac cẽtauris vocatis i humo ebrij, fœminis q̃ i nuptijs erãt stuprũ inferre voluere: qua iniuria pmotus Theseus, & Lapithę, multis cẽtauris peremptis, reliquos ex ciuitate expulerũt: hãc ob cãm centauri vna aduersus Lapithas pfecti, plures iterfecere. Qui cędi superfuere, partim i Pholon Arcadię pfecti sunt, partim in Malea habitauerũt. (Athos Xerxe.) Perfossus Athos, Xerxes Persarum rex bellum contra Gręcos, & præsertim Athenienses, gesit: cumq; Persica classis ad Eleuntem Cheronnensi stationem haberet, ne per desidiam torpesceret, iussu regis, montem Athon perfodere cœpit, adiuuantibus & accolis. Præpositi operi fuere Arthases, Arthasis filius, & Bubares, Megateri filius. est mons Athos ingens, ad mare pertingit, desinens in Peninsulæ effigie: cum Isthmo duodecim stadiorum: in quo est vrbs, Sana nomine. Fossa fiebat iuxta Sanam retro limitem: latitudinem fossæ, duæ triremes implebant: Strymõ (Strymon.) fluuius, cuius ostia prope sunt, Pontus iunctus fuit. ¶Non Hellespontus. (Hellespont.) Herodotus lib. viij. Pons in Hellesponto abidon, vsq; & Seston septem stadiorum spatio factus tempestate, primũ delapsus est maris: indignatus Xerxes, (Xerxis feritas.) iussit Hellespontũ trecẽtis verberibus percuti, & stigmata, & collaphos incuti, cum barbara execratiõe, quasi disiecti põtis pœnas daret: operis præpositis caput pręcidit: aduocati alij Triremes, Biremes, & Triremes simul. ccclx. versus Euxinum Pontũ: ab altero latere. cccxiiij. Ponto transuersum, hę anchoris vastissimis tenebãtur, relicto spatio inter ordinem nauigiorum, vt esset transitus nauibus in Pontum. Continenti, machinamẽta lignea annexa fuere, funibus, lino, & scyrpo, superiniectę postea trabes fuere, super quas imposuere materiam: facto hinc inde aggere, ne aspectu maris animalia transeuntia terrerentur, octo dies cõsumpsere transeundo.

ASCENSIVS.

¶Vt tibi dignato.) Post propositionẽ faciens, aliqualẽ inuocationẽ dicit cum fiducia: q Phœbus erit carminis author: ea autẽ sumpta est ex meritis Augusti, cui Apollo summe fauisse legit, vt in bello Actiaco: de quo in fine octaui Æneid. Actius hęc cernens, arcum intendebat Apollo. Rogat autem Musas, vt festiue Apollinem celebrent. ¶Ordo autẽ est. O Auguste, vt carmina. s. nostra: poliantur. i. exornentur: tibi id est ad tuam laudem, sensu dignato. s. ab Apolline. i. digno habito: capit. n. passiue: vt Æneid. iij. Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo. Phœbus decus, Latonę,

Latonæ, & proles aurea magni Iouis, erit priceps, & author nostri carminis: & erit fautor lyra. i. cithara recinẽte. i. iterum, atq; iterum mecũ canente: siue alma. s. luna, siue soror. alij legunt, luna: alij intelligunt de Latona & alma, leguntsiue igitur alma. s. altrix, seu luna, perfusa liquore Chimæreo, id est iuxta Chimerã, Lyciæ montem, vbi Latona templum habet, pręterfluente Xanthi. s. fluminis: educat. i. enutrit eũ: hoc est, siue cõuersatur nunc in matris templo Lycia seu. i. siue, supp. est decus astrigeri. s. cœli: hoc est, siue est in cœlis (Calderinus tamẽ intelligit sic: seu decus astrigeri. s. cœli, hoc est, Iuppiter educat illum: nos tamen aliter accipimus.) seu, supple est ea parte, qua rupes Parnassia, id est Parnassi, montis Apollini sacri: prępandit cornua fronte patula: hinc, atq; hinc. i. ab vtroque vertice: est enim biceps: & vnda Castalię. s. fontis Musis sacri: a quo sępe Castalides dicuntur, sonãs labitur liquido, scilicet riuo: hoc est, vbicunq; nunc est, Apollo erit carminis nostri, author & princeps: quare, id est quaobrẽ: o Naiades, id est deę fontium decus Laticis, id est fontis Pierij: qui in Pierio antro, ex Ioue, & Mnemosyne, id est Memoria, genitæ sunt sorores. s. inter vos: ite, & celebrate, id est celebrem & festiuum reddite. deum. s. Apollinem: chorea ludente. i. tripudiante circa eum: & tu, o sancta Pales, id est dea pabulorum; ad quã bona agrestum, pro agrestium: hoc est, agricolarum: recurrunt. i. recursum spe impetrandi auxilij habent: ventura. i. vt vẽtura sint: tu, inquam Pales, fac, supp. Aut legamus, te. i. per te: aut tibi. i. ad tuum honorem fac: vt cura canenteis sit secure. i. sine cura. Quæras, q id fieri possit: sed ad diuersa referamus: vt sit cura, id est solicitudo canentis, sine cura non canendi: sed sine timore errandi. Ego feror. i. tollor, & erigor inter saltus aerios, nemorũ, id est syluarum, & astra. i. versor in mediocri re: vt in media regiõe aeris, existens inter cœlum, & terram: de re enim humili satis sublimiter locuturus est. Et tu Octaui venerande, cui fiducia oritur chartis meritis, scilicet de re: quia in tuam gratiam scriptis opplete sunt, allabere, scilicet per fauorem: meis cœptis Octaui (inqt) o sancte puer (falsum est ergo quod nefas erat, puerum appellari) allabere cœptis meis: nãque pagina. s. nostra. i. codex compactus, non canit tibi bellum: quo tellus Phlegra. i. Thessalia, ab ardendo dicta: vbi bellum gigãteum commissum est: sparsa est sanguine giganteo: nec pagina nostra, compellit, id est recitat cõpelli, Lapithas, populos Thessalię, ab Ixione, & nube genitos: in enseis centaureos. i. centaurorum vicinorum, qui eos occiderũt in nuptijs Pirithoi. Oriens. s. sol: non vrit, id est non narratur vrere ignibus: arces Ericthonias, id est Troianas. Nam Ericthonius, filius Dardani, & pater Trois: auus autem Laomedontis, qui pater Priami, summopere auxit Troianas opes: vt Homerus quoque attestatur. Vnde merito, arces ab eo Ericthonię dicuntur. fuit & alius Ericthonius, per litem ex Vulcano & Terra genitus, anguinis pedibus, quam fœditatem vt tegeret, aurigandi officium primus inijt: vnde in Georgi. Primus Ericthonius, currus & quattuor ausus, iungere equos, rapidisq; rotis insistere victor, &c. Athos. s. mons Xerxis, Persarum regis, exercitu demolitus, & solo ęquatus: nec vincula, scilicet inflicta: magno Ponto, id est mari: nõ quęrẽt iam sera. i. sero postq̃ multi Gręci, de his scripserunt famam: lecta, id est cum lecta fuerint meo volumine: & Hellespontus, pulsatus pedibus equorum: postquã Xerxes super eum põtem extrui fecerat: cum Gręcia timuit, Persas venientes vndique, tantus enim exercitus, vt dinumerari nõ posset, sed flumina ebiberet: vnde Iuuenalis, Epotaq; flumina Medo Prandente. non, supple quęret famam lecto meo volumine: sed, sup. mea Thalia gaudet, carmina mollia currere in versu tenui pede: & gaudet ludere. i. faciliter conficere: Phœbo duce, id est ducente, carmina apta suis viribus: o sancte puer. s. Auguste, ex deorũ progenie: gloria lucens, perpetuum mãsura per ęuum: certet tibi, & mortalibus, certet inquam tibi: hoc, id est per hoc, carmẽ nostrũ: aut in hoc carmine nostro, id est faciam inter te & mortaleis sit concertatio an deorum, an mortalium numero ascribendus sis: Et locus maneat tibi, supple in sede pia: aut in cœtu deorũ: aut in imperio pio: & vita sospes, id est incolumis debita, tibi memoretur per annos felices: & liceat, vt, sup. memoretur grata. i. vtilis & accepta bonis. Bene dicit, bonis, qa malis, displicent probi, & iusti, principes, sed nos feramur. i. dirigamur ad cœpta. s. nostra.

Igneus æthereas iam sol penetrarat in arces:
Candidaq; aurato quatiebat lumina curru:
Crinibus & roseis tenebras aurora fugarat.
Propulit e stabulis ad pabula læta capellas
Pastor: & excelsi montis iuga summa petiuit:
Lurida qua patulos velabant gramina colles.
Iam syluis, dumisq; vagę, iam vallibus abdunt
Corpora: iamq; omni celeres e parte vagantes
Tondebant tenero viridantia gramina morsu.
Scrupea desertę perrepunt ad caua rupis:
Pendula proiectis carpuntur & arbuta ramis:
Densaq; virgultis auide labrusca petuntur.
Hęc suspensa rapit carpente cacumina morsu,
Hæc salicis lentæ, vel quæ noua nascitur alnus;
Hęc teneras fruticum sentes rimatur: at illa
Imminet in riui præstantis imaginis vndam.
O bona pastoris: siquis non pauperis vsum
Mente prius docta fastidiat: & probet: illis
Omnia luxuriæ pretijs incognita, curis:
Quæ lacerant auidas inimico pectore menteis.
Si non Assyrio fuerint bis lauta colore
Attalicis opibus data vellera; si nitor auri
Sublaqueare domos animum non tangit auarum,
Picturæq; decus: lapidum nec fulgor in vlla
Cognitus vtilitate manet: nec pocula gratum
Alconis referunt, Bœtiq; toreuma: nec Indi
Conchea baca maris pretio est. at pectore puro,
Sæpe super tenero prosternit gramine corpus:
Florida cum tellus gemmanteis picta per herbas
Vere notat pulchris distincta coloribus arua.
Atq; illum calamo lætum recinente palustri,

DOMITIVS.

¶Assyrio colore.) Babylon Assyriæ diuerso colore intexuit: sed aurum Attalus intexere inuenit: vnde Attalicum, & Attalicę vestes, & Babylonicę. ¶Bis lauta.) Id est i colore pluries immersa: de eis Tibullus, Sola puellarum digna est, cui mollia charis Vellera det succis bis madefacta Tyros. ¶Domos.) Genitiuo casu positum est. nam Suetonio authore, Octauius Augustus solitus est pronunciare domos, pro domus, in genitiuo casu: & senius, & sinuus: & pro stulto, batedium: & pro pullo, pulelatiuum. Virgilius, vt Octauio gratificaretur, eodem modo casum primum pronunciauit. ¶Alconis referent, Bœtiq; toreuma.) Toreumata, sunt opera magnifice sculpta. Sallu. in Catilina. Cum tabula signa toreumata emunt. ¶Conchea baca maris.) Margaritas maxime Indus Oceanus fert, vt Plinius meminit: Margarita, genus conchilij est. Bœtiq; toreum a: Plinius lib. xxxiiij. dicit proximos a Mentore fuisse Bœtum: Agraganta, & Mem. quorum omnium extant opera in insula Rhodiorum: Bœtus apud Lydiam, Mineruam in templo Agragas, in templo Liberi patris, in ipsa Rhodo Bacas, centaurosq; cęlatos in scyphis. ¶Nec pocula gratum Alconis.) Alcona: Ouid. meminit in Meta. notum argentarium, qui Æneæ paternam cęlauerat: cratera Æneæ quem fabricauerat Alcon. Hileus & longo cælauerat argumento.

ASCENSIVS.

¶Igneus, &c.) Incipit narrare sic: Sol igneus penetrarat iam in arces æthereas: & quatiebat lumina, aut limina candida: curru aurato id est fulgenti: & aurora fugabat crinibˀ roseis id est radijs suis: tenebras. s. noctis: &, supp. aut dum pastor ptulit. i. eduxit, capellas e stabulis, scilicet caprilibus, ad pabula læta: & petiuit summa iuga excelsi montis: qua, sup. parte, gramina lurida. i. pinguia, & lubrica: velabant colles patulos id est semper apertos, & patenteis. Capellę vagę id est errãtes pascendo: abdunt. i. abscondunt iam corpora syluis, dumis, & vallibus: & iam etiam ipsę celeres, vagantes ex omni parte, tondebant tenero morsu gramina viridantia: & hęrebant ad scrupea. i. lapidosa: caua id est concaua, seu cõcauitates: appositorie, rupes desertas. Scrupi autem (inquit, Festus) sunt aspera sa

Universidad de Deusto Biblioteca

Ociaq́ inuidia degentem, ac fraude remota,
Pollentemq́ ſibi, viridi cum palmite lucens
Vitea pampineo ſubter coma velat amictu.
Illi ſunt gratæ rorantes lacte capellæ,
Et Nemus, & fęcunda Pales, & vallibus imis
Semper opaca nouis manantia fontibus antra.
Quis magis optato queat eſſe beatior æuo:
Quam qui mente procul pura, ſenſuq́ probando
Non auidas agnouit opes; non triſtia bella:
Nec funeſta timet validæ certamina claſsis:
Non ſpolijs dum ſancta deum fulgentibus ornet
Templa, vel euectus finem tranſcendat habendi,
Aduerſum ſæuis vltro caput hoſtibus offert.

xa, & diſtantia a tractu vmbre: vt ſcrupuloſam rem eã dicimus, q aliquid in ſe habet aſperi: & arbuta pendula carpũtur ramis proiectis.i. porro extenſis: & labruſca.i. fructus ſylueſtres, vt vuæ ſylueſtres in labris noualium aut vinearum creſcentes. (Sed in Bucoli. dicitur hæc labruſca, labruſcæ. Sylueſtris raris ſparſit labruſca racemis.) denſæ virgultis petuntur auide.ſ. a capris: hæc.ſ. capra rapit morſu carpente: cacumina.ſ. virgultorum, exiſtens ſuſpenſa: aut exiſtentia ſuſpenſa.i. pendula in præcipiti: hæc, dico, petit morſu cacumina ſalicis lentæ.i. flexibilis: vel, ſupple alni: quæ alnus naſcitur noua.i. quę minus annoſa eſt: & ideo magis tenera: hæc rimatur.i. exquirit: ſentes.i. ſpinas: teneros, id eſt recẽtes: at.i. ſed: illa.i. alia capra, imminet in vndam riui imaginis præſtantis. O bona paſtoris, ſiquis mente prius docta.i. hñs mentem prius doctam, & eruditã, non faſtidiat vſum pauperis, &.i. inſuper: probet.i. approbet vſum pauperis. Omnia ſunt illi.ſ. paſtori, & cęteris agreſtibus incognita pretijs luxuriæ.ſ. curis: q̃ lacerant mentes auidas, pectore inimico.ſ. ſibi: hoc eſt, ſe torquente curis. Si.i. tametſi: vellera data.i. addita opibus Attalicis: qui primus, veſtes auro intexere docuit: non fuerit bis lauata, id eſt tincta: hoc eſt dibapha, color Aſſyrio.i. purpura Tyria: & ſi nitor auri ſublaqueare domos.i. domus, non angit animũ auarũt q́, pro &, ſi decus picturæ non angit animum: nec fulgor lapidum.ſ. pretioſorum: manet cognitus in nulla vtilitate, nec pocula referunt gratum, toreuma, id eſt ſculpturam, aut cęlaturam Alconis, & Bœti,

Bœti, illorũ artificum laudatiſſimorum: nec bacca.i. gemma: conchea.i. conchis decerpta: a quibus errore concipitur: maris Indi.i. Indici: eſt pretio.i. æſtimatur magni: a pectore puro.ſ. ab ambitione, & luxu. Paſtores procũbunt corpus.i. habent corpus procumbens.) Sunt qui, proſternit, legẽdum cenſeat.) ſæpe ſuper gramine tenero: (more ſuo, ablatiuo dat ſuper) tunc, ſupp. cum Tellus florida picta: per herbas gemmantis.i. gemmas emittentes: notat.i. ſignat, vere id eſt tempore verno, arua diſtincta pulchris (alij, dulci, legunt) coloribus. Atq́ coma.ſ. arborum cum viridi palmite: lucens.i. reſplẽdens: celat mollia, id eſt molliter, ſuper amictu pampineo.i. fronde vitium redimito: velat (ſuquit) illum lætum thalamo.i. cubili paluſtri: & degentem ocia.i. ocioſe, inuidia, ac fraude remota: & pollentem ſibi.i. ad ſuam vtilitatem. Capellę rorantes, id eſt diſtillantes lacte: ſunt gratæ illi.ſ. paſtori: & Venus.ſ. creatrix rerum: & Pales, dea pabulorum: fœcũda, id eſt fœcunditatem afferens: & antra opaca in vallibus imis manantia, ſemper nouis fontibus ſunt illi grata. Quis queat eſſe beatior æuo optato magis, q̃ qui procul.ſ. a cupiditate probãdo, ſenſus agnouit mente, opes puras & nõ auidas: nec tenet (potius timet) bella triſtia: nec certamina funeſta claſſis validæ, id eſt naualis pugnæ. Quo nec euectus, id eſt vltra ſe vectus: tranſcendit finem habendi: quæ Flaccus in.j. ſermo. perſcribit: dum ornet ſancta templa deum.i. deorum: armis fulgentibus: offert vltra caput auerſum.i. amotum: oppugnandis hoſtibus ſocijs.

Illi falce deus colitur, non arte politus:
Ille colit lucos; illi Panchaia thura:
Floribus agreſtes herbæ variantibus adſunt.
Illi dulcis adeſt requies, & pura voluptas,
Libera ſimplicibus curis. huic imminet: omneis
Dirigit huc ſenſus: hæc cura eſt ſubdita cordi:
Quolibet vt requie victu contentus abundet:
Iucundoq́ locet languentia corpora ſomno.
O pecudes, o Panes, & o gratiſsima Tempe
Fontis Hamadryadum, quarum non diuite cultu
Æmulus Aſcręo paſtor ſibi quiſque poetæ,
Securam placido traducit pectore vitam.
Talibus in ſtudijs baculo dum nixus apricas
Paſtor agit curas: & dum non arte canora
Compacta ſolidum modulatur arundine carmen:
Tendit in euectus radios Hyperionis ardor:
Lucidaq́ æthereo ponit diſcrimina mundo:
Dum iacit Oceanum flammas in vtrunq́ rapaces.
Et iam compellente vagæ paſtore capellę
Ima ſuſurrantis repebant ad vada Lymphæ:
Quæ ſubter viridem reſidebant cœrula muſcum.

DOMITIVS.

Priapꝰ ¶Illi falce deus colitur.) Ad Priapũ alludit, de quo ſic in obſcęno carmine, Nõme Praxiteles ſcopasve fecit, Nec ſum Phidiaca manu politus, Sed lignũ rude villicus dolauit, Et dixit mihi, tu Priapus eſto. Filiꝰ fuit Veneris & Dionyſij: Ægyptij autem dicunt de Priapo, ſcribentes, Iſidem cũ cæteras Oſiridis corporis parteis, a canib. dilaniati reperiſſet, pręter pudẽda, quæ illi in flumen iecerant, precepiſſe ſacerdotibus: pro deo coli: in temploq́ ea ſuſpendi iuſſit: & (vt Diony. meminit) nõ modo in ciuitatum templis numen, ſed in agreſtibus locis: vinearum, & hortorũ cuſtos, coli meruit: fructuum fures, falce caſtigans: cui ſacra cum ludo fiunt: appellaꝭ etiã Ithyphallus, & Typhon. ¶Ille colit lucos, illi Panchaia thura.) Pręter Arabiã nullus: vt Plin. meminit: ac ne Arabiæ quidem vniuerſæ. ſed in ea tantum regione, q̃ Saba appellatur, ſignificare Græci myſteriũ volunt: in hac eſt Panchaia, regiuncula quædam: ſpectat.n. Saba, ortus ſolis æſtiui, vndiq́ in vicis paribus: & a dextera maris, ſcopulis inciſa, id ſolũ e rubro lacteum traditur Alexandro magno in pueritia: ſine parſimonia thura aris ingerenti, pędagogus Leonides dixerat, vt illo modo cum deuinxiſſet, thuriferas gẽtes ſacrificaret: at ille Arabia potitus, thure onuſtã nauim miſit ei. large exhortatus, vt deos adoraret. ¶O pecudes, o Panes, &c.) Inter Oſſam & Olympum, nemoroſa planicies, & conuallis eſt in Theſſalia, Tempe vocatur, montibus circundata, olim Palus, ſed poſtea cũ Hercules, fracto monte, dedit alueũ, nihil amœnius, atq́ delectabilius: ſecat enim planiciem, Peneus fluuius, ſemp liquidus: cuius ripæ, arboribꝰ inũbratę, ab ea ſimilitudine, poetæ (vt meminit Probus) loca oia amœna & delectabilia, Tẽpe appellauerũt. Peneꝰ autem qnq́ millia paſſuũ longitudine, & ferme ſex latitudine, vltra viſum hois attollentibus ſe: dextera, læuaq́, leuiter conuexis iugis inter ſua luce viridante allabitur, viridis calculo amœnus, circa ripas gramine canorus auiũ concentu. Solum adeo ferax adijcit, atq́ iucundũ aſpectu vt viſentes ipſa amœnitas alliciat & inuitet. ¶Fontis Hamadryadum.) Drys (Plin. referente) nõ quercus dicitur, ſed robur: quæ arbor eſt & ſpecies quercuum, durior tñ, Hamadryades, non quercuũ ſed roborum, deæ & ſacerdotes Gallici, qui vaticinabãtur in roboribus, Druydæ appellati ſunt. ¶Æmulus Aſcræo paſtor ſibi quiſque poetæ.) i. Heſiodo, qui paſtor fuit, & pecudes pauit. Oui.j. de arte docet. Paſcẽti pecudes vallibꝰ Aſcra tuis. ¶Radios Hyperionis.) Regina quæ etiã ob prudentiam & virtutem, magna mater appellata eſt, Tithe & cœli, filia, ex fratre ſuo Hyperione, in virũ aſſumpto, lunam & ſolem genuit. poetę tãtũ vſurpauere, vt patris nomen pro filio poneretur. In vtrunq́ Oceanũ Indicum, qui ab Oriente, & Atlanticum, qui terras ab Occidente contingit, vt Mela ait. ¶Flammas capaces.) Nã ſol dum eſt in medio curſus, ſpatio vtcunq́ complectitur Oceanum: & ideo flammas capaces.

ASCENSIVS.

¶Illi falce.) Pergit hoc ordine: Deus, ſup. cũ falce.ſ. Priapus, colit illi: non politus arte, ſed rudis, ſupp. ille.ſ. paſtor, colit lucos: thura

thura Panchaia.i. quę pręcipua in Panchea naſcuntur: cum in Georgi. dicat, Solis eſt thurea virga Sabeis: adſunt illi, ſup. cũ floribus variantibus.i. varie ornantibus herbas agreſtes, Requies dulcis adeſt illi, vt voluptas pura, videlicet libera: curis ſimplicibus.i. nihil vtilitatis habentibus. Omnis ſenſus imminet huic: id eſt in hoc ſtudium: & dirigit huc, id eſt ad hoc ſtudium: hæc cura eſt ſubdita cordi, vt ipſe contemptor motus.i. turbationis, abundet qualibet requie: & locet.i. reponat iucundo ſomno: corpora.i. membra: languentia.i. defeſſa, O pecus, o Panes.i. dij paſtorum: o Tempe.i. temperamenta gratiſſima, fontis Hamadryadum.i. nympharum arborum: quarum cultu non diuite.i. faciliter parabili: quiſque paſtor ęmulus.i. nitens: poetæ Aſcræo.i. Heſiodo, traducit ſibi pectore placido vitam ſecuram: Dum paſtor.ſ. de quo hic loquitur: nixus.i. innitens: baculo.ſ. paſtorali: agit curas in talibus ſtudijs: dũ modulaꝭ carmẽ ſolidũ.i. integrũ: nõ arte canora.i. incõditũ: modulaꝭ, inquã arundine.i. fiſtula cõpacta. Ardor Hiperionis.i. ſolis: euectus.ſ. ad mediũ cœli: tẽdit.i. extẽdit: radios.ſ. ſuos: & ponit mũdo ęthereo.i. ſupo in quo nos ſumꝰ: diſcrimina lucida.i. differẽtias reꝝ per lucẽ apparẽtiũ: & dũ iacit.i. proijcit: flãmas capaces.i. amplas: in vtrunq́ Oceanũ: hoc eſt, dũ eſt in medio cœli noſtri: capellæ vagæ, repetebant.ſ. vada ima: & hoc paſtore compellente eas ad ima vada lymphæ, id eſt aquæ lympidæ: ſuſurrantis, id eſt cum ſuſurro, & murmure defluentis: quæ.ſ. vada: reſidebant.i. ſita erant circa muſcum viridem.i. erant iuxta fontes muſcoſos, quos etiam in Buco. muſcoſos appellat.

Iam medias operum partes euectus erat ſol:
Cum denſas paſtor pecudes cogebat in vmbras:
Vt procul aſpexit luco reſidere virenti
Delia diua tuo, quo quondam victa furore
Venit Nyctileum fugiẽs Cadmeis Agaue,
Infandas ſcelerata manus, & cęde cruenta:
Quæ gelidis bacchata iugis, requieuit in antro,
Poſterius pęnam nati de morte datura
Hic etiam viridi ludẽtes Panes in herba,
Et Satyri, Dryadesq́ choros egere puellę,
Naiadum cętus. tantum non Orpheus Hebrum
Reſtantem tenuit ripis, ſyluasq́ canendo.
Quantum te Paſtor remorantem diua chorea,
Multa tibi lęto fundentes gaudia vultu.
Ipſa loci natura domum reſonante ſuſurro
Quis dabat: & dulci feſſas refouebat in vmbra
Nam primum prona ſurgebant valle patentes
Aerię Platani; inter quas erat impia lotos,
Impia, quę ſocios Ithaci męrentis abegit:
Hoſpita dum nimia tenuit dulcedine captos.
At quibus inſigni curru proiectus equorũ
Ambuſtus Phaethon luctu mutauerat artus:
Heliades teneris amplexę brachia truncis,
Candida fundebant tentis velamina ramis.
Poſterius cui Demophoõ æterna reliquit
Perfidiam lamentandi mala: perfide multis,
Perfide Demophoon, & nũc defende puellam.
Quam comitabantur fatalia carmina quercus,
Quercus ante datę, Cereris quam ſemina vitæ.
Illas Triptolemi mutauit ſulcus ariſtis.
Hic magnum Argoę naui decus edita pinus
Proceras decorat ſyluas hirſuta per artus:
Appetit aerijs coniungere montibus aſtra.

DOMITIVS.

Lucus. ¶Luco reſidere virenti Delia diua tuo.) Lucus erat ſub Cytherone monte, in quo erat Garaphius fons, ea quæ ſunt Theſſalica, Tempe vbi ſe cum nymphis Diana lauabat: ſed cũ Acteon voluiſſet videre qd eſſet in fonte, vidit Dianã nudã: ideo ab eadẽ, Acteõ eſt mutatus in ceruũ, & ſuis canibus dilaniatus, atque laceratus eſt. Ouid. in Ibin, Quique verecundę ſpeculantẽ labra Dianæ: Idẽ de Põto in.v. Inſcius Acteon vidit ſine veſte Dianam, Præda fuit canibus non minus ipſe ſuis. Idẽ etiam in opere Meta. Diana, Delia dicta, a Delo inſula: in qua nata eſt. Venit enim Nyctilius Bacchus dicitur: quia eius ſacrificia noctu fiebant, quæ ex Aſia prius in Græcia, e Græcia in Italiam tranſlata. Agaue, Cadmi filia, Pentheũ ex Echione filium, ſacra Bacchi ſpernentem, furore & Baccho inſtigata interemit: vbi ad ſe redit, pœnitentia ducta pre dolore, in antrum ſeceſſit ſub Cytherone, vbi lucus eſt Dianę. ¶Orpheus.) Oeagri filius, ſono lyræ ſiſtebat flumina, monteis & ſyluas mouebat. ¶Hebrum.) Hebrus Thraciæ fluuius. ¶Peneu.) Peneus, Theſſalię fluuius, per Tempe diſcurrens. ¶Aeriæ Platanus.) Platanus, arbor durat in multum temporis ſpatium: vt Plin. docet: ait enim, eſt Delphica Platanus Agamennonis manu ſata: & altera Garaphię Arcadiæ luco, in Aulocrone, quæ ab Apanica itur in Phrygiam, oſtenditur Platanus ex qua pependit Marſius victus ab Apolline, quæ iam cum magnitudine effœta eſt. arbor enim eſt ſolum ad vmbram voluptatis cauſa comparata. ¶Impia lothos.) Lothos, arbor in quam eius nomine, nympha, Neptuni filia fugiens Priapum dicitur conuerſa: quã Pli. laudat. Eſt alia, quę Romę ante domos ad vmbrarum amœnitatem ponebatur: vbi ſic eadẽ, & nunc appellatur Amarenus, quę ceraſa habet acria, in obſonijs dulcia. Sillius inquit: Quos ſucco nobilis arbor, Et dulcis poſcit lothos, minus hoſpita baca. Diximus & de arbore loto, in vltimo, de Ponto: quam Africa gignit. nam Vlyſſes, e Cyconibus tempeſtate delatus eſt in Africam: vnde vix abduxit ſocios, qui guſtauerunt fructum lothi: in quam etiam conuerſos fabulantur. Vnde Ouid. iiij. de triſtibus, Sic noua dulychio lothos guſtata palato: Illo quo nocuit grata ſapore fuit. ¶Heliades.) Solis filiæ dictæ ſunt. ἥλιον Græci, nos ſolem dicimus: inde Heliades. hæ cum Phaethontem fratrem (qui antea Eridanus vocabatur: & ideo Padus, in quem fluuium cecidit fulminatus, Eridanus dictus eſt) deploraſſent, in populos conuerſæ ſunt: ſiue, vt in Bucoli. idẽ aſſeruerat in alnos, dicẽs, Atq́ ſolo proceras erigit alnos: Phaethon enim Clymenes & ſolis filius cum affectatum paternum currũ regere non poſſet, mundumque incendiſſet, a Ioue fulminatus eſt, & in padum deiectus. ¶Perfide Demophoon, & nũc defende puellã.) Phyllis, Lycurgi Thraciæ regis filia: Demophoonta Theſei Athenienſis filium, fere naufragum e bello Troiano redeũtem excepit hoſpitio, fouit: & claſſes eius amore capta, reparauit: & data de coniugio fide Demophoon a puella patriam reuiſere, vno menſe rediturus impetrauit: & cum, pmiſſo tempore non redijſſet, puella tãdiu fleuit, donec lachrymę maturuerũt: & in arborem demutata eſt pleriq́ amygdalum eſſe volunt. Pli. ait, puellam ſe in amygdalo ſine frondibus ſuſpendiſſe: & (Sternutio author) arborem tum demum viruiſſe, cum reuerſi Demophoontis coniugis ſenſit amplexum: amplexu cognito, flores ſimul ac frondes emiſiſſe: licet Plin. dicat, nunquam virere arborem, ex qua Phyllis ſe ſuſpendit. ¶Quercus ante datæ.) Ceres (vt Plin. eſt author) frumenti vſum dedit & leges pria adinuenit, ideo legifera eſt dicta: antea enim rudis mortalitas, glandibus veſcebatur. Triptolemus (vt idem eſt author) bouem & aratrũ reperit: vt alij volunt, Briges Athenienſis, Ouid. in. iiij. de Ponto, ait, Quis mel Ariſtęo? quis Baccho vina falerna? Triptolemo fruges? poma dat Alcinoo? Ceres

ASCENSIVS.

¶Iam medias, &c.) Ordo eſt. Sol erat iam euectus medias parteis operum.i. peregerat iam medium curſum diei, cum paſtor cogebat pecudes denſas.i. ſtipatas in vmbras: & reſpexit procul eos reſidere in luco virenti: o diua Delia.i. Diana: tuo.ſ. luco virenti: quo, id eſt ad qualem: Agauæ, ſcilicet mater Penthei: Cadmeis.i. Cadmi, Thebanorum regis filia: victa quondam furore, ſcilicet a Baccho immiſſo, venit: fugiens Nyctileum.i. Bacchum nocturnum: ſcelerata manus infandas, id eſt habens manus ſceleratas, & cruenta.i. habens cruentatas: cæde.ſ. filij ſui: quæ Bacchata.i. Bacchico furore vagata: iugis gelidis requieuit.i. reclinauit in antro, ſe futuram pœnam: poſterius morte nati.i. poſtquã filium occiderat, Panes.i. dij paſtorum ſylueſtres, ludebant hic, etiam

Universidad de Deusto Biblioteca

etiam in herba viridi & Satyri.s. dii syluestres: & puellæ.i. nymphę: Dryades.i. roborũ deæ: egere.i. duxere: choros.i. choreas, sup. in cœtu Naiadũ: Orpheus nõ tenuit canendo.i. per cantum: tantum.i. intantũ: Hebrũ, fluuiũ illũ Thracię, restantem.i. immorantem ripis, & syluas: quantũ o Peneu, flumen Thessaliæ: diuæ .i. diuinę, supple tenuerunt te, remorantem choreę lætæ, fundẽtes multa gaudia, tuo vultu: quis.i. quibus: ipsa natura loci: dabat domum.i. mansionem: susurro resonante: & refouebat fessas .s. choreas, in antro molli: nã platanus (hic quartæ declinationis est) arbores illę late extensę: aerię.i. altæ: surgebant primum patentes, sup. in valle: inter quas.s. arbores, supp. est lothos, alia arbor impia: quia socios Vlyssis impie tractauit: impia (inquit) q̃ abegit.s. a ratione: socios Ithaci.i. Ithacensis, Vlyssis mœrentis.i. dolentis, ob casum sociorum, dum ipsa hospita tenuit socios, Ithaci, captos nimia dulcedine: at.i. sed: populi, sup. aut alni: quibus.i. in quas: Phaethon.i. Erydanus, proiectus insigni curru eorũ.s. solis, mutauerat artus ambustos: luctu.i. præ dolore: Heliades.i. solis filię, Phaethontis sorores, amplexę brachia teneris trũcis fundebãt velamina cãdida.i. cortices albicãtes: ramis lentis.i. flexilibus. Posterius, supp. erat arbor Phyllidos, cui Demophoon rex Atheniensium reliquit: perfidia.i. per perfidiã, eterna mala lamẽtandi: mala, dicit, perfidia, multis modis: o perfide Demophoon defende: &.i. etiã nũc: puellã.s. Phyllida: quã comitabãtur quercus carmina fatalia.s. in Dodona dãtes quercus: datę añ vitę.i. victui, q̃ semina Cereris: sulcus Triptolemi.i. quos ille fecit, mutauit: illas.s. quercus aristis, pinus magnũ decus naui Argiuę.s. Argoę edita, seu addita, his decorat proceras syluas, hirsuta per artus appetit contingere montibus aeriis astra.

Ilicis & nigrę species, & læta cupressus
Vmbrosæq; manent fagus, hederęq; ligantes
Brachia fraternos plangat ne populus ictus:
Ipsæq; excedunt ad summa cacumina lętę:
Pinguntq; aureolos viridi pallore corymbos.
Quis aderat veteris myrtus non nescia fati.
At volucres patulis residẽtes dulcia ramis
Carmina per varios edunt resonantia cantus.
His suberat gelidis manans e fontibus vnda,
Quę leuibus placidum riuis sonat orta liquorem.
Et quanquam geminas auium vox obstrepit aureis:
Hanc querulę referunt voces, quis nantia limo
Corpora lympha fouet. sonitus alit aeris Echo.
Argutis & cuncta fremũt ardore cicadis.
At circa passim fessę cubuere capellę,
Excelsis subter dumis: quos leniter afflans
Aura susurrantis possit confundere venti.
Pastor vt ad fontem densa requieuit in vmbra:
Mitem concepit proiectus membra soporem,
Anxius insidiis nullis: sed lentus in herbis
Securo pressos somno mandauerat artus.
Stratus humi dulcem capiebat corde quietem:
Ni fors incertos iussisset ducere casus.

DOMITIVS.

Ilex. ¶ Ilicis & nigræ.) Ilex, arbor, duplex ẽ: sed hęc de qua poeta loquitur a Græcis, smilaces dicitur, folia habet similia oleæ: glandem paruã. ¶ Myrtus non nescia veteris fati.) Myrt⁹. Myrt⁹ in tumulũ adhibebat: & prio, visa (vt meminit Theophrastus in tumulo) Elpenoris nauis Vlyssis gubernatoris: & iõ Vir. i Polydori tumulo: eã natã dixit. Pli. aũt refert, in Veliterno myrtus est, conspicuæ magnitudinis manu prioris Africani lata: subest specus in quo manes eius custodire, draco tradit: & ideo myrtus, non est nescia fati.i. mortis. ¶ Corpora lympha fouet, sonitus alit aeris Echo. Echo. Echo vocalis, nympha garrula admodum de multis verbis id habet, vt nouissima tantum referat: Iuno cum posset multas nymphas cum Ioue deprehendere, istius sæpius loquacitatem dũ fugerent nymphæ retardata: qđ animaduertens Iuno, fecit vt cũ in fine loquendi voces ingeminaret, audita verba reportet. Hæc enim Narcissum, Lyropes, & Cephisi filiũ, tum. xvj. annum agentẽ adamauit: cui cum vagaretur, forte per deuia rura sæpe loqui conata, natura repugnante destitit: expectabat.n. vt ille prius emitteret vocẽ: tandẽ seductus a fidis comitibus exclamauit, puer ecquis adest: idem respondet Echo: stupet hic, & conuersus in omneis parteis: iterum huc veni, inquit, nõ minus illa iterat: tandẽ puer hic coeamus.i. conueniamus, dixit, libentius responsura nulli imo coeamus retulit Echo: & egressa e syluis est, vt iniiceret manus sperato collo. Fugiens puer complexum: Ante (ait) emoriar, q̃ sit tibi copia nostri, & sic quod fuerit spreta pudibunda, tecta frondibus in syluis latet & antris: & dolore, maciesq; consumpto corpore: ex ea tamen vox superfuit: ossa vero in saxa conuersa sunt: succus corporis in aera.

ASCENSIVS.

¶ Ilicis & nigrę.) Eandem rem prosequitur, describens videlicet variũ ornatũ ex arboribus, additurus symphoniã: & concentum auium, & fontium, iucunda murmura, gratamque temperiem. Bene autem dicit, ramis patulis: qa patulum dicitur, quod semper patet, aut panditur: vt rami arborum, qui nunquam clauduntur. patens aũt, quod ad tẽpus patet: vt docuit Serui⁹ ad illud. Tityre tu patulę recubãs sub tegmine phagi. ¶ Excelsisq; super dumis.) More suo, super, vbi nõ est mot⁹, cũ ablatiuo cõstruit: vt in Buco. Tu tñ hac mecũ poteris requiescere nocte Frõde super viridi. Idẽ tñ in Æneid. j. dixit, Fama super æthera not⁹. Quod nos sequimur. Ordo aũt est. Species ilicis nigræ, & cupressus læta.i. lætitiæ affectrix, & phagus vmbrosæ, quia ramosæ: & ederæ ligantes brachia.i. ramos: ne populus.s. arbor, in quam sorores Phaethontis transformatæ sunt, plãgat artus fraternos, id est Phaethontis fratris: & ipsæ.s. ederæ lentæ, excedunt ad summa cacumina, & pingunt viridi pallore: corymbos.i. fructus suos: aureolos.i. sublucidos: quis.i. quibus aderat myrtus, nõ nescia .i. conscia: fati.i. mortis. At .i. sed: volucres residentes, supp. in ramis patulis: edunt .i. exprimũt, dulcia carmina, resonãtia p varios cãtus.i. canendi modulos. Vnda manãs e fontib⁹ gelidis.i. subfrigidis. suberat his.i. erat sub his auib⁹, in dumis residẽtib⁹, q̃ orta riuis lenibus sonat, i. sonãdo indicat liquorẽ placidũ. Et quãq; vox auium obstrepit.i. strepitu cõcutit geminas aureis: voces q̃rulę.i. querẽti similes referũt hãc.s. vndã, aut strepitũ eius: quis.i. quibus fontib⁹, lympha fouet corpora piscium natãtia limo.i. sup limum: & Echo, alit sonitus aeris: & cũcta.s. loca, fremunt Cicadis argutis.i. stridulis & sonoris: ardore.i. pp ardorẽ: vt in Buco. Sole sub ardẽti resonãt arbusta cicadis. Et capellę fessę cubuere passim, circa.s. pastorẽ, aut in circuitu: & sup dumis excelsis, quę.s. oĩa aura venti: susurrantis.i. obmurmurantis, & sonãtis: leniter afflans, id est spirans leniter: possit cõfundere.i. cõmiscere: vt.i. postq̃, pastor requieuit ad fonteis in dẽsa vmbra, proiectus membra.i. habens membra proiecta, concepit soporem mitem.i. tranquillum. Nullis.i. non vllis.i. non anxius vllis insidiis: sed lentus in herbis: mãdauerat artus pressos securo somno: & stratus humi capiebat.i. cepisset: corde.i. etiam animo: quietem dulcem.i. placidam: ni.i. nisi: fors.i. fortuna: hoc est euentus fortuitus: iussisset ducere.s. ad eum, casus incertos.

Nam solitum voluens ad tempus tractibus iisdem
Immanis vario maculatus corpore serpens,
Mersus vt in limo magno subsideret ęstu,
Obuia vibranti carpens grauis aera lingua,
Squamosos late torquebat motibus orbes.
Pallebant auræ liuentis ad omnia visus.

DOMITIVS.

¶ Tollebant aurę vehementis.) Tollere, est inferre, vel eleuare. Virgi. iij. Georgicorum, Tollentemq; minas, & cœrula colla tumentem, & in .j. Æneid. Et mulcere dedit fluctus, & tollere vẽto. Auræ enim vires inferebãt, & eum ad omnia agilem faciebant.

ASCENSIVS.

¶ Nam solitum, &.) Docet, quis casus fortuitus requiem pastoris turbauit, per interuentum.s. serpentis. Ordo est. Nam serpens immanis, maculatus corpore vario.i. per corpus varium: & voluens, sup. se, ad tempus solitum, id est cõsuetum, sup. in iisdem tractibus, in quibus.s. pastor, cubabat dormiẽs: vt id est secundũ q̃ ipse mersus in limo sub magno æstu syderis.s. caniculæ, aut solis ardentis: & grauis.i. magnus: aut molestus.i. carpẽs lingua vibranti, obuia.i. q̃cunq; obiecta, videlicet aera (vt sit per appositionẽ dictũ, nã aera obuia, grãmatica nõ patit̃) torquebat motib⁹.i. volutationibus (aut montibus.i. a mõtibus, sed si in limo, q̃o in mõtibus?) late.i. per latũ, orbes.i. annulos suos, & spiras squamosos. Aurę tollebant.i. erigebant, & vires dabãt, sup. eũ, & ei ad oĩa vehemẽtis nisus.i. pertinẽtia ad vehementẽ nisum, aut nixũ, & ita ipse voluens iam magis, atq; magis. s. sic adiutus ab auris, corpus reuolubile, attollit pectus fulgoribus nitidis.i. habens fulgores nitidos, & caput attollit se sublimi ceruice, cui .i. capiti, crista edita.i. eminens, & extans superne.i. desuper, maculatur.s. lubricitate, lucens amictu purpureo.i. sanguinolento, & lumina flãmantia.i. oculi igniti micant aspectu toruo, &, sup. serpens, metabat.i. demetiebatur, sicut castrametari volens, loca circũ.i. in circuitu, tum.i. deinde, ipse ingens, videt ducẽ gregis.i. pastorem: recubare aduersum.i. i aduersa regiõe, & instat acrior, & ipse diffundẽs.i. dispergẽs, lumina.i. visum, intẽdere.i. itẽdebat, sup. ea, aut eũ: & abripiens sępius obuia toruo.s. aspectu, infrẽdere.i. infrẽdebat, aut infrẽdere cœpit, q̃.i. qa quisquã venisset ad sua vada, & comparat arma naturę.s. venenum, aut dentes vnde ardet mẽte, furit stridoribus, intonat ore, & torquet̃ flexibus.i. reuolutibus, aut annulis orbis.i. gyri, corporis versis.i. circũactis, guttę sanguineę manant.i. distillant vndique, per tractus.i. vbi corpus lubricum trahebat, & rumpit fauces spiritibus.i. crebris, & magnis flatibus, cui.s. serpenti, paranti cũcta.s. naturę arma aduersus pastorem, alũnus paruulus.i. Culex quẽ pastor alere solebat flatu & sanguine, propior humeros.i. ens valde prope humeros, conterret hũc.s. pastorẽ, & monet vitare mortẽ, nãq; qua, sup. parte, lumia deducta p culmina.i. oculi aperti p summitates, pãdebãt.i. aperiebant, genas.i. receptacula lachrymaꝝ, & sinus oculoꝝ: gẽmis.i. pupillis oculoꝝ, in morẽ gẽmaꝝ relucentibus & formatis. ac pro.i. qua pupula.i. pupilla, naturæ senioris erat icta.i. pcussa leui telo, i. modico aculeo Culicis, tũ.i. tũc ipse pastor furibũdus, psiluit, & misit morti, id est ad mortẽ: illũ.s. Culicẽ paruulum obtritũ.s. digitis, aut palma cui spiritus.s. vitalis, dissitus, id est resolutus excessit omnis sensus, tũ.i. deinde: pastor, sup. respexit, cominus.i. de prope: serpentẽ tenentẽ lumina.s. firma, vt noceat, inde.i. deinde, ipse impiger.i. strenuus, &, sup. exanimus vix compos.s. sui mente.i. in aio, effugit.s. a serpẽte: & detraxit ab ore serpẽtis, dextra.s. sua, trũcum validũ.s. quẽ serpẽs ferociẽs abripuerat. Qui.i. qs, aut qualis casus, ve, p vel, quod numen deorum voluit dubiũ, sup. eẽ, prodere.i. manifestare sed voluit.s. casus, aut deus, tales.s. hoies simplices, vt pastores vincei horrida mẽbra voluẽtia.i. volubilia draconis squamosi, aut voluẽtis.i. agitantis se, atq; reluctãtis crebris ictib. & petẽtis.i. inuadẽtis: pastorẽ .s. fœde, id est imaniter: ictib⁹ feris.i. ferociẽtis, bellue similib⁹, aut feri.s. draconis ferocientis. Qua.i. ea pte, sup. petentis, qua cristę cingunt tempora.i. partes medii capitis inter verticẽ & aurẽ. & quod.i. quia: ipse serpens erat tardus omni languore remoto, id est de natura sua sine lãguore extrinseco, aut ęgritudine extrinsecus proueniẽte: aspiciẽs nescius.i. quasi ignarus, & ibellis, ac repugnare nescius, qa.s. timor obcęcauerat.i. hebetauerat artus, hoc.i. tãto minus, implicuit mẽtẽ.s. pastoris, formidine dira.i. deoꝝ ira proueniente, hoc est, tanto animosior erat pastor, quãto serpẽs hebetior, & tardior effectus, quem.s. serpentem cęsum, postq̃ pastor, sup. vidit, languescere.i. deficere languore mortis, ipse sedit.i. cessauit, & requieuit.

Iam magis atq; magis corpus reuolubile voluens
Attollit nitidis pectus fulgoribus: & fert
Sublimi ceruice caput: cui crista superne
Edita purpureo lucens maculatur amictu:
Aspectuq; micant flammantia lumina toruo.
Metabat sese circum loca: cum videt ingens
Aduersum recubare ducem gregis, acrior instat
Lumina diffundens intendere, & obuia toruo
Sępius arripiens infringere, quod sua quisquam
Ad vada venisset. naturæ comparat arma:
Ardet mente: furit stridoribus: intonat ore:
Flexibus euersis torquetur corporis orbis:
Manant sanguineę per tractus vndiq; guttæ:
Spiritibus rumpit fauces. Cui cuncta paranti
Paruulus hunc propior humeros conterret alũnus:
Et mortem vitare monet, per acumina, nanq;,
Qua diducta genas pandebant lumina gemmis,
Hac senioris erat naturæ pupula telo
Icta leui. tum prosiluit furibundus: & illum
Obtritum morti misit. cui dissitus omnis
Spiritus excessit sensim. tum torua tenentem
Lumina respexit serpentem comminus: inde
Impiger, exanimus, vix compos mente refugit.
Et validum dextra truncum detraxit ab ore.
Qui casus sociaret opem, numenve deorum,
Nanq; illi dederit ne viam casusve, deusve
Prodere sit dubium: voluit sed vincere tales
Horrida squamosi voluentia membra draconis,
Atq; reluctantis crebris, fedeq; petentis
Ictibus ossa ferit, cingunt qua tempora cristam.
Et quod erat tardus somni languore remoto,
Nescius, aspiciens timor obcæcauerat artus:
Hoc minus implicuit dira formidine mentem.
Quem postquam vidit cęsum languescere: sedit:

Iam quatit, & biiuges oriens erebo cit equos nox:
Et piger aurato procedit Vesper ab Oeta:
Cum grege compulso pastor duplicantibus vmbris
Vadit: & in fessos requiem dare comparat artus.
Cuius vt intrauit leuior per corpora somnus:
Languidaq; effuso requierunt membra sopore:
Effigies ad eum Culicis deuenit: & illi
Tristis ab euentu cecinit conuitia mortis.
Inquit, quis meritis ad quę delatus, acerbas
Cogor adire vices? tua dum mihi charior ipsa
Vita fuit vita: rapior per inania ventis:
Tu lentus refoues iucunda membra quiete
Ereptus terris e cladibus. at mea manes
Viscera lethæas cogunt transnare per vndas.
Præda Charontis agor: viden, vt flagrantia tedis

DOMITIVS.

¶ Iam quatit, & biiugis oriens erebo cit equos nox.) Equi noctis sunt nigri, diei candidi: solis rufi, lunæ alter niger, alter albus. Pompo. autem, nullos lunam habere dixit. Nox, est vmbra terræ, nam cum terra opponitur soli, nox est. Et nisi interueniat sol (vt Catullus dixit) nox est. ¶ Et piger aurato Vesper procedit ab Oeta.) Oeta, Thessaliæ mons qui mare attingit versus Atticam regionem, in quo combustus Hercules fuit a quo sol oritur: occidente enim sole, stellas credunt oriri, sicut mane sol exoriri videtur, ab Ida Troadis monte, vt Lucre. ait. ¶ Vesper.) Vesper. Vt meminit M. Varro, a Plauto vesperugo dicitur: vt, Vespere vesperugo, vespere vergilię occidunt. A Pacuuio Lucifer, Iubarq;, quod iubata sit stella. Iubar. Tempus in vtrunque Vesperum, & Luciferum, volunt tempus esse noctis, sed Catullus docebat, omnes tenebras nominare noctem. ¶ Ereptus terris e cladibus: at mea manes.) Manes. Manes, dii inferi dicuntur: ab eo quod dicebãt antiqui manon, hoc est bonum, non quod boni sint: sed quia bonos putabant, quibus animas commendabant, & manes appellauerũt:

lauerunt: hinc immane non bonum, i. horrendum & asperum dicitur. Dehinc etiam, mane, diei principium dicitur, quod M. Varro approbat & ab eo, quod cũ manat ab Oriẽte, dies ab eo, & hoies dicti sunt: nã a luce & mane, apud Romanos dicti sunt, & Lucij, & Manlij.

Lumina collucent infestis omnia templis.
Obuia Tisiphone serpentibus vndiq; compta,
Et flammas, & sęua quatit mihi verbera, pęna
Cerberus, & diris flagrant latratibus ora:
Anguibus hinc, atq; hinc horrent cui colla reflexis:
Sanguineiq; micant ardorem luminis orbes.

⸿Lumina collucent infernis.) Templum, tribus modis dicitur: vt M. Varro asserit, ab natura, ab auspicijs, ab similitudine. Natura, in cœlo, ab auspicijs, i terra: ab similitudine, sub terra. In cœlo templum dicitur, vt in Hecuba, Magna templa cęli tum commista stellis splendidis. In terra, vt in Peribœa scrupea saxa Bacchi templi prope egrediuntur. Sub terra, vt in Andromacha, Acherusia templa alta Orci saluete infera. Quod cœli est, quatuor partibus dicitur: sinistra, ab oriente: dextera, ab occasu: antica, ad meridiem, postica, ad septentrionem. Sub terra, templum a terendo, circa cœlum qua tuemur dictum est templum.

ASCENSIVS.

⸿Iam quatit, &c.) Recitat quõ irruente nocte, pastor iterum sopore obrutus est: atq; illi spiritus Culicis, mirum in modũ plãgẽtis apparuit, atq; ostendit sibi mortẽ pro beneficio vitæ illatam. ⸿Ordo est. Nox oriens, id est nascens, erebo. i. a tenebris infernis, quatit equos bijugis, id est binos iugum ducẽtes: & cit. i. excitat eos, id est iam nox appropinquauit: & vesper piger. i. serus & tardus: quia erat tempore, quo dies longi sunt: & vesper. i. Hesperus, seu stella Veneris tardius apparet. tunc enim Culices præcipue mordent, procedit ab Oeta monte Thessaliæ: aurato, id est aureis radijs circunfuso, cum, id est quando: pastor vidit, scilicet in requiem suam, & hoc grege compulso, scilicet ad septa, seu ouilia sua, & vmbris duplicantibus, scilicet se. vnde in Bucolicis, Maioresq; cadunt altis de montibus vmbræ. & cõparat. i. simul parat: hoc est contendit: dare, id est immittere requiem in artus fessos: per cuius corpora, id est membra: vt, id est postq;: somnus leuior. i. aliquantulum tenuis & modicus, vt solet esse ægrotis, & difficulter requiescentibus: quibus, videlicet varia apparent phãtasmata: q;, pro id est: membra languida requierunt sopore effuso. s. super ipsa effigies. i. simulachrum Culicis deuenit ad eum, & ipsa tristis ab euentu mortis .i. quia ob beneficiũ interemptus erat: Culex cecinit illi, scilicet pastori conuitia. i. opprobria, & cõtumelias, & sup. inquit, quid meriti, sup. rependi: aut qd meritus, supple sum: sed syllaba licenter ponere dicendo meritus, ad quæ scilicet mala: ego dilatus. i. reseruat', cogor inire acerbas vices, s. inferorum dũ tua vita fuit charior: me ipso, i. q̃ vita mea: ego rapior. i. eripior: vita, s. mea, ventis. i. a vẽtis: per inania. s. loca aeris: quæ vulgus inania putat. Tu lentus, i. ociosus & prostratus, refouens mẽbra, quiete iucunda, i. placida & delectabili ereptus. i. liberatus per me, e cladibus tetris, id est diris, scilicet infernalibus, quibus immersus fuisses, at, id est sed, manes, id est inferi: cogunt mea viscera, id est simulachrum corporis mei, tranare per vndas Letheas, id est ipsius Lethẽs, fluuij obliuionis apud inferos, per quem intrantes animę ad inferos (sm gentiles) obliuiscũtur omnium quæ dulcia erant apud superos, & redeũtes ad nos, obliuiscunt omnium quæ passæ sunt, aut viderũt apud inferos. Ego agor. i. impellor, existens prẽda Charontis, id est portitoris sic dicti, qui cymba sutili traducit animas: vt dictum est in. vj. ex superstitione Ægyptiorum, vidi, quia apud Charonta fuerat: sed non poterat tranci, quia sepultura carebat. vnde in. vi. de talibus dictum est, Centum errant annos, volitantq; hęc littora circum. Vidi ergo vt, id est qualiter omnia lumina collucent in templis infernis (sic enim Calderinus legit: cum alij inscribant infestis) flagrantia. i. ardentia: tedis, id est quicunq; visuntur apud inferos, habent oculos ardentes fumoso igni, qui a teda pcedit: Tisiphone, i. furia illa infernalis, vltrix, & ab vltione dicta, compta vndiq; serpentibus, i. habens pro comis, serpẽtes: & p crinibus, angues: quatit mihi, id est ad terrorem meum, & flammas, & sæua verbera, & Cerberus, supp. est pœna, & ora, scilicet eius, quia tria habet, flagrant, id est ardent diris latratibus: cui. s. Cerbero cani tricipiti, colla arent, aut horrẽt, hinc, atq; hinc, id est vtrinq; anguibus reflexis, & orbes luminis, id est pupillæ oculorum: micant, i. micando emittunt: ardorem sanguineum, id est sanguinei coloris.

DOMITIVS.

Heu quid ab officio digressa est gratia? cum te
Restitui superis leti iam limine ab ipso?
Præmia sunt pietatis vbi? pietatis honores
In vanas abiere vices: & rure recessit
Iustitiæ prior illa fides. Instantia vidi
Alterius, sine respectu mea fata relinquens.
Ad parileis agor euentus: sit pęna merenti:
Pœna sit exitium, modo sit, dum grata voluntas:
Existat par officium. feror auia carpens,
Auia cimerios inter distantia lucos.
Quem circa tristes densentur in omnia pœnæ.
Nam vinctus sedet immanis serpentibus Othos,
Deuinctum mœstus procul aspiciens Ephialten:
Conati quondam cum sint incendere mundum.
Et Tityos Latona tuæ memor anxius iræ.
Implacabilis ira nimis iacet alitis esca.
Terreor a tantis insistere terreor vmbris
Ad stygias reuocatus aquas. vix vltimus amni
Restat, Nectareas diuum qui prodidit escas
Gutturis arenti reuolutus in omnia sensu.
Quid saxum procul aduerso qui monte reuoluit?
Contempsisse dolor quem numina vincit acerbus,
Ocia quęrentem frustra. vos ite puellę
Ite quibus tedas accendit tristis Erinnys:
Sicut hymen præfata dedit connubia mortis,
Atq; alias alio densat super agmine turmas:
Impietate fera vecordem Colchida matrem

Cimerium. ⸿Auia Cimerios: inter distantia lucos.) Cimeriũ fuit vetustissimum oppidũ, prope Cumas ad Acherusiam paludẽ, vbi est descensus ad inferos: ideo Cimerios lucos, p inferno vsurpauit. Habitauere & illic populi Cimerij, ingredientes cauernas & nõ egredientes: nisi nocturno tempore: erant hi sacerdotes dantes oracula, deleti a Campano rege, cum semel essent mentiti oraculum.

Aloeus. ⸿Deuictus mœstus procul aspiciens Ephialtem.) Aloeus, Titanis filius, ex vxore Iphimeride violata a Neptuno, duos pueros gñauit, Ephialten, & Othon, hi singulis diebus crescebant digitum: vñ superbia moti, Iouem ad pugnã interpellauerunt, qua re Iuppiter indignatus, apud inferos deiectos, perpetuis affecit cruciatibus. Virgilius vj. Æneidos, Vidi, & Aloidas geminos, immania vidi Corpora, qui manibus magnum rescindere cœlum Aggressi, superisq; Ioue detrudere regnis. (Othos Ephialtes.)

Tityus. ⸿Et Tityos Latona.) Tityus, Iouis filius, ex Helero Orcomeni, quia ĩterpellarat Latonam de stupro adactus ad inferos ab Apolline dat pœnas, nam eius semper consumptum renascens iecur vultures diripiunt.

Tãtalus. ⸿Ad Stygias reuocatus aquas.) Tantalus Iouis filius, rex Paphlagoniæ, Ioui, Mercurio & Cereri hospitio acceptis, filium Pelopẽ epulandum dedit. ⸿Abstinuere dij.) Ceres, brachium quod deuorauerat, restituit eburnum: patrem dij apud inferos hoc affecere supplicio, vt sitiens aquam, quam habet ad mentum, non possit degustare, & esuriens poma supra ceruicem pendentia, excerpere non possit. Alij volunt ideo dare pœnam Tantalum, quod admissus ad deorum secreta, & mystica sacra ea vulgarit.

Sisyph'. Ephyre. ⸿Quid saxum procul aduerso g monte reuoluit?) Sisyphus Corinthi, quæ tunc Ephyre dicebatur rex, Æoli filius, & Creontis pater, hospites coactos, cum illi pedes lauarent, nacto tempore in eo opere præcipitabat in mare, quare apud inferos, saxũ a montis vertice, ad radices præceps continuo: deinde & in sublime euoluere coactus est. hunc Theseus vicit. Ocia quęrentem

Danaus. Ægypt'. Belides. quęrentẽ frustra sub lite puellæ. Danaus, Beli filius. l. filias, Ægypti fratris, totidem filijs coniuges dare negans, ex Ægypto pulsus, primo magna naui Argos nauigauit: & Steneleo pulso, Argis præfuit, Ægyptus filijs misit qui iussit: ac ne redirent: nisi interempto fratre Danaus, vt se liberaret, promisit nuptias: admonuit vero filias:

Anxia sollicitis meditantem vulnera natis:
Iam Pandionias miseranda prole puellas,
Quarum vox Itym & Itym quod Bistonius rex
Orbus Epops mœret, volucres euectus in auras:
At discordantes Cadmeo sanguine fratres
Iam truculenta ferunt, infestaq; vulnera corpus
Alter in alterius: iamq; auersatus vterq;
Impia germani manat quod sanguine dextra.

vt noctu maritos trucidarent: omnes efficiunt præter Hypermestren, quæ Lino, siue Linceo pepercit. ⸿Ite quibus tedas accendit tristis Erinnys: Sic hymen præfata dedit connubia mortis.) Hymen, Bacchi & Veneris filius (vt Capella tradit) desperans puellæ connubia per littora solus vagabatur: piratæ qui ad sacra Eleusinæ Cereris, proficiscentes virgines rapuerant: capiuntur, & puellæ liberantur in primis, Hymen, Athenas veniens hoc detulit: & nuptias ob beneficium a matre puellæ impetrat: quam ob felicitatem, vt in nuptijs Iunonis, in memoriam Hymen vocarent Athenienses constituere, vt apud Romanos Thalassio. ⸿Anxia sollicitis meditantem vulnera natis.) Medea Oetę regis Colchorum, ex Perse filia: quod Iason eius vir, Creusam Creontis regis, Corynthiorum filiam, in vxorem acceperat: sese spretam ægre ferens viro coram duos natos Dyndimum, & Thessandrum interemit, relicto Thessalo: a quo Thessalia dicta est. Hinc euecta draconibus ad Ægeum fuit.

Pandiõ. ⸿Iam Pandionias miseranda, &c.) Pandion, Athenarum rex, filiam Prognem Tereo Thraciæ regi, seu Megaræ vxorem dedit: hic alteram eius sororem stuprauit: qua recognita, Progne vna cum Philomena sorore, Ithin filium epulandum patri Tereo posuerunt: quærit Ithin pater sæpius intercœnandum, Progne ait, quem petis intus habes. Philomena vero, pueri cruentum caput offert: & repulsa mensa, ambas ense insequitur: & sic sese præcipitantes prę dolore, Progne in hirundinem: Philomena in auem lusciolam: Ithis in carduelum, seu phasianum: Tereus in cristatam auem: quæ regum decus ostentat, vertitur nomine Epops: vnde Ouidius meta. lib. vj. Vertitur in volucrem cui stãt in vertice cristę: Prominet in modicum, pro longa cuspide rostrum, Nomen Epops volucri facies armata videtur. ⸿At discordantes.) Laius Cadmi pronepos Oedipodem generat, Oedipodes Etheoclem, & Polinicem ex Iocasta propria matre, eos reliquit: vt alternis regnarent annis. Etheocles Polinici regnum non restituit, sed exulem facit: confugit ad Adrastum Argiuorum regem: & accepta filia Argia, in vxorem conspirantibus, cum eo Thideo Parthenopeo, Adrasto Amphiarao, Hippomedonte & Capaneo regibus: qui pari fato occubuere præter senem Adrastum: Polinices autem mutuis vulnerib' cum Etheocle fratre occubuit in duello: mansitq; defunctis discordia. Nam cum cremarẽtur, pyra, sese in duas diuisit parteis.

ASCENSIVS.

⸿Heu quid ab officio.) Grauis conquestus culicis, dolentis beneficium a se collatum, in perniciem versum, cum ad inferos cogatur traduci: ex paradoxo (vt dixi) Pythagoræ asserentis, vnũ, eundemq; spiritum in hominis, ac bruti animalis corpore vicissim esse: spiritus culicis recenset eos, quos apud inferos se inuenturum noscit. Tangens plurimas historias, quas, quia Calderinus non negligenter explicat, erimus ordine & explanatu contenti, qui talis est: Heu, dolentis vox: quid, id est ad quid: & quo: est gratia, id est gratiarum actio: aut gratitudo digressa ab officio. Nam (vt Cicer. docet) officium grati animi, est imitari agros feraces: qui plus reddunt, q̃ acceperint, vnde lõge discedit ab officio, qui pro beneficio summam iniuriam reponit: cum, id est quandoquidem: ego restitui te, scilicet existentem in ipso limine: leti, id est mortis, id est cum parum abesses ab interitu per morsum serpentis: restitui te superis, id est auris vitalibus: hoc est, huic mundo, qui respectu inferorum superus est: vbi sunt p̃mia pietatis, scilicet meæ? Honores pietatis abiere in vices vanas, id est omnis pietas euanuit, & in nihilum redacta est: & illa prior, id est prisca fides: iustitiæ, scilicet Astreæ, quæ erat apud antiquos tempore Saturni, recessit rure: qa vt dicit Ouid. Vltima cœlestũ terras Astrea reliquit. quod & in Georgi. testatur poeta: ego vidi, id est consideraui: fata, id est mortem alterius: instantia, id est imminentia relinquens mea fata sine respectu, id est consideratione, id est non habens respectum ad mortem, quæ per hoc mihi imineret. Ego agor nunc ad euentus pariles, id est consimiles, qui illi non euenerunt sed euenissent: pœna, id est supplicium: sit merẽti. s. beneficium, & pœna sit exitium. i. redactus sum in exitium. i. exitũ vitæ, per pœnam quam pro bene facto rependo: cum, id est quãdoquidem: voluntas grata sit mihi, id est cum libẽs & volens beneficium impẽderim: existat, supple precor: aut par est, vt existat officium: par, id est cõsimile, vt scilicet liberer ab interitu: ego feror, id est auferor: carpens auia, id est loca inaccessa, sine via auia, dicit, distantia inter lucos Cimerios, id est Cumanos, vbi ad inferos accessus est: aut lucos inferos, ad quos per Cimerium peruenitur: circa quem, scilicet me: pœnæ tristes densentur, id est accumulantur, & stipantur in omnia, scilicet circumiacentia: nam Othos, filius Aloei: immanis, id est horrẽdæ magnitudinis, & crudelis, sedet victus serpentibus. Bene sedet, quasi nõ abiturus. vñ in. vj. Sedet æternumq; sedebit Infelix Theseus: sedet, dico, mœstus aspiciens procul Ephialten fratrem suum deuictum, id est etiam victum. Cum, id est quandoquidem ipsi sint conati quondam incendere mundum: & Tityos, id est alumnus terræ, o Latona, mater Apollinis: memor, id est memorans tuas iras, vt sit Græca locutio, existens anxius: iacet, scilicet prostratus: vnde in. vj. Per tota nouem cui iugera corpus Porrigitur: existẽs esca alitis viui, scilicet vulturis: inde fatigabilis, quia ira, supple tua est implacabilis: aut iacet ira tua implacabilis. Ego terreor insistere, id est progredi. terreor (inquit) a tantis vmbris. Vix ille, qui prodidit escas Nectareas, id est cum nectare sumendas. diuum, id est diuorum, scilicet Tantalus, reuocatus ad aquas Stygias, id est Stygis, paludis infernalis: de qua in. vj. satis dictum est. Vix restat amni, scilicet infernali, quem mento tenus habet reuolutus in omnia, id est in omnem partem: sensu gutturis arenti, id est desiccato: quid, supple dicam de illo, scilicet Sisypho, qui reuoluit procul saxum, scilicet de monte aduerso, quem dolor acerbus, id est stimulus conscientiæ: vincit, id est conuincit, & accusat contempsisse numina, id est deos, O puellæ, scilicet Belides, quęrentes frustra ocia, id est cessationem, ab infundendis aquis: sub lite, id est contentione: quibus tristis Erinnys, id est furor: accendit tædas: scilicet martiales, id est acuit furorem in maritos quos occidistis: ite, id est discedite a me, quasi dicat triste est vos videre. Sic, id est sic ne Hymen, scilicet deus legitimarum nuptiarum dedit connubia mortis, præfata, idest fatalia? atque densat, id est accumulat: alias turmas, id est copias quinquaginta fratrum, vno dempto super alio agmine, id est aggerendo agmen super agmen: impietate fera, id est belluina, aut feroci? cum ego cernam Colchida, id est Medeam, Colchorum regis filiam, & est patronymicum a patria: matrem meditantem natis, id est filijs suis Dindymo & Thessandro: sollicitis, id est anxijs: Vulnera anxia, & cum cernam iam puellas Pandionias, scilicet Prognem & Philomenam: miserandas prole, scilicet Ithi, aut Ithylo: quarum vox est querula: quod, id est quia: rex Bistonius, id est Thracius, scilicet Tereus: superat, id est superuiuit: existens orbus, scilicet filio quem comedit: & ipse Epops, id est effectus talis auis: mœret, id est queritur: aut dolet euectus in auras volucres, id est velociter transibiles, & cedentes: at, id est sed: fratres cadmeo sanguine, id est prognati a Cadmeo, rege Thebarum, scilicet Etheocles & Polinices: discordantes, id est qui discordes vixerunt: ferunt iam, id est in morte: lumina truculenta & infesta, id est oculos diros, & infensos, existens iam vterq;, aduersatus alter in corpus alterius: quod, id est quia: dextra impia manat, id est distillat: sanguine germani, scilicet fratris altera alterius.

DOMITIVS.

Eheu mutandus nunquam labor: auferor vltra
In diuersa magis, distantia flumina cerno.

Tisiphone. ⸿Tisiphone.) Tisiphone aut vna ex furijs, a cædibus plectendis dicta, vltricem cędis significat. Quia τίσισ vltio aut pœna: φόνοσ, cædes siue mors, cui vltio mortis cura bt. Horatius in sermo. seruilibus

Universidad de Deusto Biblioteca

Heroas. Alcestes. Calcedon.

Seruilibus vtq; iam peritura modis Hecaten vocat, altera sæuam, altera Tisiphonem. ¶ Comites Heroidas vrget.) Heroidas, veteres fœminas clariores dixerunt quales sunt Heroum vxores, & filiæ. Papinius libro tertio Syluarum, Qua veteres Latias, Graiasq; Heroidas æquas. ¶ Aduersum perferre faces Alcestis ab omni inuiolata.) Alcestis, seu Alceste, Perilei filia, nupsit Admeto, Phereorum regi, ex quo genuit Eumelum, qui in bello Troiano fuit. hæc contingentem marito mortem, ex oraculo, cum alij ex proinquis recusarent sponte subiit. ¶ Hic Calcedonias Admeti.) Calcedon, Megarēsium vrbs est, prope Cōstantinopolim, fatis condita: sed sterili loco, Calcedonij cæci appellati: quod neglexerūt locum fertilem & amœnissimum, vbi Byzantium postea conditum. ¶ Ecce Itahci coniux semper decus vna Charontis.) Penelope Icari, seu Icariontis filia errantem Vlyssem coniugem per decennium summa castitate expectans, procos omnes quos habebat multos, & præsertim Eridamanta summa vna constantia reppulit. Dicimus Icarion, & Icarius nominandi casu. ¶ Quin misera Eurydice tanto.) Eurydice, Talionis filia, vxor Orphei, icta ab angue, cum ea in sequeretur Aristeus periit. Orpheo dolenti a Proserpina concessa est, culpa eius ablata: quapropter Eurydice ad campos Elysios translata est, & Orpheus apud inferos pro ea dat pœnas. ¶ Alter in excessum referens a nauibus ignis Argolicis Phrygios.) Hector progressus ad naues, ignem in proram iacere, ac sæuire incendijs cœperat: territi Greci resistere non poterant. Aduoluti oēs ad genua Gallis auxilia implorantes. Hoc tempore rediens, Aiax e Phrygia sæuientem respexit Hectorem primo impetu, hostem nauibus reppulit: & extincto igni, ipsum Hectorem ictu saxi turbauit: prostratum eripuere manibus Aiacis Troiani, & semianimem tulerunt intra muros: Aiax victor, fugientes insequebatur, non sine magna strage.

Elysiam tranandus agor delatum ad vndam.
Obuia Persephone comites Heroidas vrget
Aduersas perferre faces. Alcestis ab omni
Inuiolata vacat cura, quod sæua mariti
Ipsa suis fatis Admeti fata morata est.
Ecce Ithaci coniux semper decus Icariotis
Fœmineum incorrupta decus manet: & procul illam
Turba ferox iuuenum telis confixa procorum.
Quin misera Eurydice tanto mœrore recessit,
Pœnaq; respectus & nunc manet Orpheus in te.
Audax ille quidem: qui mitem Cerberon vnquam
Credidit, aut vlli Ditis placabile numen:
Nec timuit Phlegetonta furentem ardentibus vndis:
Nec mesta obtentu diro & ferrugine regna
Defossasq; domos, ac tartara nocte cruenta
Obsita, nec faciles Ditis sine iudice sedeis.
Iudice, qui vitæ post mortem vindicat acta.
Sed fortuna valens audacem fecerat Orphea.
Iam rapidi steterant amnes: & turba ferarum
Blanda voce sequax regionem insederat Orphei.
Iamq; imam viridi radicem mouerat alte
Quercus humo: veterant amnes: syluæq; sonoræ
Sponte sua cantus rapiebant cortice amara.
Labenteis bijuges etiam per sydera Luna
Pressit equos, & tu currenteis menstrua virgo
Auditura lyram tenuisti, nocte relicta.
Hæc eadem potuit Ditis te vincere coniux:
Eurydicenq; vltro ducendam reddere, non fas,
Non erat in vitam diuæ exorabile numen
Illa quidem nimium maneis experta seueros
Præceptum signabat iter: nec rettulit intus
Lumina: nec diuæ corrupit munera lingua.
Sed tu crudelis, crudelis tu magis Orpheu,
Oscula chara petens rupisti iussa deorum.
Dignus amor venia: paruum si tartara nossent
Peccatum ignouisse, sed & vos sede piorum,
Vos manet Heroum contra manus. hic & vterq;
Aeacides, Peleus, nanq;, & Telamonia virtus
Per secura patris lætantur munera: quorum
Connubijs Venus, & virtus iniunxit honorem.
Hunc rapuit serua: ast illum Nereis amauit.
Assidet, ac iuuenis sociat quem gloria fortis,
Alter in excessum referens a nauibus igneis
Argolicis phrygios torua feritate repulsos.

ASCENSIVS.

¶ Eheu mutādus nunquam labor, auferor vltra. In diuersa, &c.) Terret culicis simulachrum, ęterna apud inferos detentio, ac immorandi necessitas: quo magis nos arguendi simus, si ea res nos non commoueat: recitatq; quo ordine fere in. vj. processit heroidas, id est mulieres nobiles: cęterosq; qui impatienter amauerunt esse fere in primo ordine apud inferos, vnde varias tangit, & fabulas, & historias, quas cum Calderinus graphice ac dilucide satis explicet: ¶ Ordo est. Eheu, dolentis interiectio, quæ absolute, id est sine casu ponitur: vt, Eheu quid volui misero mihi? Et, Eheu q̄ pingui macer est mihi taurus in eruo. labor, scilicet apud inferos, nunquā mutandus, scilicet in requiem: ego auferor vltra in diuersa scilicet loca: & cerno lumina .i. oculos, aut potius lumina magis distantia: & agor tranādus, id est transuehendus nauigio: delatus ad vndā Elysiam .i. p quā trancitur ad Elysios campos, qui beatorum sunt: Tisiphone obuia, id est occurens mihi, vrget heroidas, id est nobiles. vt dixi: & quæ pene immortalitatem meruerunt puellas, ac mulieres amatrices: comites, id est quę ipsam comitantur: vrget, dico, perferre faces .i. tedas amorum, aut maritales perferre aduersum .i. ex aduerso, vt earum semper recordarentur, ac inde torqueanť, quia curę non ipsa in morte relinquunt, vt dictum est in. vj. Æneid. Alcestis scilicet vxor Admeti regis Thessalię, inuiolata .i. incorrupta, quia plenam fidem seruauit, & legitime amauit, vacat ab omni cura, quod .i. quia, sæua .i. vehemens cura mariti Admeti, id est necessitas moriendi, aut ipsi, aut alicui p ipso, morata, id est immorata est hic, Calcedonias, id est Megarenses, quæ non idem fecerunt, vt Scyllam, quę Niso, patri non vitam seruauit, sed ademit, aut saltem ipsum in auē mutari coegit. Ecce coniux Ithaci, id est ithace Vlyssis, existens vna, id est pręcipua, semper decus Charontis, scilicet portitoris, manet concepta decus fœmineum. Et procul illa .i. ab illa, supp. manet, aut procul illam, sup. sequitur ferox turba iuuenum procorum, id est ipsam ad coniugium expetentium, confixa telis .s. Cupidinis, seu amoris, aut curarum nunc apud inferos. Quin .i. quinetiam Eurydice, id est coniux illa Orphei, de qua ad finem. iiij. Georgi. plene dictum est, misera .i. miseratione digna, quia ad castitatem seruandam fugiens Aristeū in anguē icidit, vnde vulnerata iterijt, recessit, sup. a tanto: quantum .s. habuerat hic: & Orpheus, vt sit licentiosa declinatio: vocatiuus pro nominatiuo: aut legať in genitiuo Orpheos, vt o Eurydice pœna respectus Orpheos mariti tui: manet: & .i. etiam nunc in te. Quidē .i. certe: ille, sup. fuit audax, qui credidit Cerberon .i. canem illum tricipitem infernalē, per quem intelligitur triplex potestas Plutonis: mitem .i. benignum, & placabilē vnquam sicut Orpheus videtur credidisse, cum coniugem abire repeteret: aut qui credit numen Ditis .i. Plutonis: placabile vlli: nec timuit Phlegetonta: lacum, aut fluuium infernalem, ab ardore dictum: vnde addit furētem .i. ęstuantem vndis ardētibus: nec timuit regna męsta ferrugine .i. obscuritate: obtētu .i. in possessione Ditis: & domos .i. habitationes, seu mansiones: defossas id est subterraneas: quasi sub terra fossas, ac tartara obsita: nocte cruenta .i. sanguinolenta & noxia: nec .i. & non: sedes Ditis non, supp. sunt faciles .s. aditu, aut abitu: sine iudice: quia, vt dicitur in vj. Nec vero hę sine sorte datę, sine iudice sedes, Quęsitor Minos vrnam mouet &c. Sine iudice (inquit) qui vendicat post mortem acta vitę .i. quę quisq; egit i vita, sed fortuna .i. prosper successus,

fecerat Orphea audacem: quia amnes .s. iferorum, aut ad inferos ducentes: rapidi .s. prius: steterāt iam scilicet ad cantū Orphei: & turba ferarum sequax, blanda voce, id est propter blādam vocem: insederat .i. occupauerat regionē Orphei .i. qua ipse transire vellet. Iamq; .i. & iam quercus alta mouerat imam radicem, supple in: aut ab humo viridi. Non staret versus: si dicatur Iam Orpheus mouerat imam radicē altę quercus: quia sic quercus, cum sit genitiui casus, in vs productā exiret: & amnes steterant, & syluæ sonoræ: rapiebant iam sua sponte cantus .s. Orphei: cortice amara .i. per corticem amaram, sic in Buco. Circundant amarę corticis: cum potius masculinum sit: vt, Raptus de subere cortex. Luna pressit, id est repressit, & a cursu retinuit: etiā equos bijuges .i. bigas trahētes: labētes scilicet prius per sydera .i. signa cœlestia in zodiaco. Et tu, o virgo menstrua, id est menses distinguens scilicet a luna: auditura lyrā .i. vt audias lyram Orphei: tenuisti currēteis scilicet equos: nocte .i. gubernatione noctis relicta: o coniux Ditis scilicet Proserpina: hæc eadē .s. lyra, potuit vincere te: & reddere, id est vincere, vt cogat reddere vltro, Eurydicē, scilicet cōiugem Orphei: ducendam, id est abducendā. Nā non erat fas: non erat, inquam, abducere inuitam: &, supple numē diuæ mortis, id est quæ habet dominium mortis, videlicet Proserpinæ: non erat exorabile, scilicet precib. sed tamē superabile dulcedine cantus. Illa scilicet Eurydice: experta maneis .i. inferos: nimium seueros, id est rigidos, & sequaces veri signabat iter præceptū scilicet a Proserpina, vt pergeret, nec retrospiceret: nec rettulit, supple pedē inter limina, nec corrupit limina diuę lingua .i. nihil gustauit apud inferos: quod tamen alibi aliter dicitur. Sed tu, o Orpheu crudelis, scilicet per impatientiam amoris, qui coniugem osculaturus respexistitu, inquam, magis crudelis, petens oscula chara coniugis, id est coniugis charæ: rupisti iussa deorū: qui .s. iusserunt ne retrospiceres: amor, scilicet tuus in cōiugē: dignus, supp. erat venia: si tartara .i. manes: nossent gratum .i. grati animi vices: vt in. iiij. Georg. Ignoscenda quidem scirent si ignoscere manes. Graue .i. molestum est, supp. vobis: meminisse, id est recordari peccatum: quia torquentur necessaria recordatione commissorum: vnde in. vj. nimium meminisse necesse est. & manus .i. multitudo. quæ manib' valuit: vtpote heroum, manet, supp. in sede piorum .i. innocentū: manet, dico, contra vos, id est ex opposito in aduesa regione: vterq; Æacides manet, sup. hic: dicit autem, Vterq; Æacides .i. Æaci filius: nanq; Peleus scilicet pater Achillis, alter Æacidarum: & virtus Telamonia .i. ipse Telamon pater Aiacis, locitātur hic per numina patris scilicet Æaci: secura .i. facientia eos securos: quorū connubijs Venus & virtus iunxit honorem: nam feritas .s. bellica: rapuit hunc scilicet Telamonium, qui primus muros Troianos sub Laomedōte trāscendit: & ob id Hesionam, Laomedontis filiam, & Priami sororem meruit: ex qua Teucrū genuit: & ex Tribia Alcati Athenień. Aiacem. Nereis .i. nympha marina scilicet Thetis: amauit illum .s. Pelea qui ex ea Achillem genuit. Ac, pro &: iuuenis scilicet filius Pelei .i. appositorie, gloria fortis sociatæ .i. ꝯsimilis: assidet .i. iuxta sedet: & alter, sup. iuuenis, videlicet Aiax, referens in excessum .i. excessiue: aut in excessu: igneis Phrygios, id est Troianos, ab Hercule immissos: repulsos a nauibus Argolicis. aut referēs a nauib' Argolicis igneis phrygios repulsos, torua .i. imani feritate, sup. assidet. Et ideo descriptionē minimę rei, videlicet necis culicis, auget rebus maximis: vtpote gestis in excidio Troianæ vrbis: p quod ostēdit poeta fertilitatē ingenij sui, qui res minimas dilatare, & maximas contrahere nouit. Nec tamen impertinentes, si receperimus paradoxon pythagoricum, de animarum in aliena corporis transmigratione.

Sigeū. Rhœte. Strymon.

DOMITIVS.

¶ Sigeaq; præter.) Sigeum: vrbs fuit in littore, etiam Augusti tempore diruta: in ea nauale Achiuorū, & portus, & Achaica castra, prope etiā lacus erat. ¶ Ida.) Mons Troadis. ¶ Rhœtei littoris ora.) Pli. ait mille quingentis passibus remotum, a portu Ilium est immune: nam omnis rerum claritas, apud poetas, extra sinum sunt Rhœtea littora habitata, his oppidis Rhœteo, Dardania, Arisbe. ¶ Et iā Strymonij.) Strymō, fluuius Thraciæ, eius ostia sunt ad radices Athi montis. ¶ Rhœ.) Rhœsus rex Iouis filius, affinitate iunctus erat Priamo: tum mercede conductus, auxilium ferebat: & prius q̄ copias auxiliares Ilio inferret, interfectus fuit. Nam paulo ante captus erat Dolon, vir Troianus: qui tortus ab Vlysse confessus est affuturū Rhęsum, & oraculo nunciatum, si eius equi bibissent Xanthi aquam fore Troiam æternā, & non posse expugnari.

O quis non referat talis diuortia belli:
Quæ Troię videre viri, videreq; Graij:
Teucria cum magno manaret sanguine tellus:
Et Simois, Xantiq; liquor: sigeaq; præter
Littora, cum Troas sæui vos Hectoris ira,
Videre in classeis inimica mente pelasgas
Vulnera, tela, neces, igneis inferre paratos.
Ipsa iugis, nanq; Ida potens feritatis, & ipsa
Ida faces altrix cupidis præbebat alumnis:
Omnis vt in cineres Rhœtei littoris ora
Classibus ambustis flamma superante daretur.
Hinc erat oppositus contra Telamonius heros:
Obiectoq; dabat clypeo certamina. & illinc
Hector erat summum Troiæ decus: acer vterq;.
Fulminibus cęlo veluti fragor editus alto,
Ignibus hic telisq; super, si classibus argos
Eripiat reditus. alter vulcania ferro
Vulnera protectus depellere nauibus instat.
Hoc erat Æacides multum lætatus honore.
Dardanięq; alter fuso quod sanguine campis,
Hectoreo victor lustrarit corpore Troiam.
Rursus acerba fremūt, Paris hūc quod letat: & huius
Alma dolis Ithaci virtus quod concidit icta.
Hinc gerit aduersos proles Laertia currus:
Et iam Strymonij Rhęsi, victorq; Dolonis,
Palladio lætatus ouans: rursusq; tremiscit,
Iam, Ciconas iam iamq; horret Lestrygonas atros
Illum Scylla rapax canibus succincta molossis,
Aetnæusq; Cyclops, illum metuenda Charybdis,
Pallentesq; lacus, & squallida tartara terrent.

ASCENSIVS.

¶ O quis non referat talis diuortia belli. Quę Tro. &c.) Quia mentionem fecerat belli Troiani, facit digressionem per acclamationem: dicens, O quis non referat .i. non recenseat: diuortia .i. dissensiones, & lites, ac certamia, aut diluuia: a vortice, talis belli: q̄ .s. diuortia viri Troiæ: videre .i. viderunt: & Graij .i. Græci videre: cum .i. quando: Tellus Teucria, id est Troiana: manaret .i. diffluret magno sanguine: & Simois, fluuius ille Troianus: & liquor Xanthi, alterius fluuij, Ilium perfluentis, supple manarent magno sanguine, præter littora Sigea, id est maris Sygei, in quod incidunt: cum .i. quando: ira Hectoris sæui viderit, vos Troas paratos inferre mente inimica, id est hostili animo: in classeis Pelasgas .i. Græcanicas, vulnera, tela, neces, & igneis: eo sup. magis: nanq; ipsa Ida scilicet sylua pinifera, Ilio vicina: potēs feritatis, id est quę potuit sufficere & subministrare feritati arma: & ipsa altrix, scilicet tædarum & pinorum: præbebat alumnis cupidis .s. incendij commitendi: faces scilicet in naueis immittēdas: vt omnis ora littoris Rhœtei, illius promontorij Troiani, ad quod stabāt naues Græcorum: daretur in cineres: & hoc classibus ambustis, id est circūustis, & flāma lachrymāte .i. aquas admistas ligno guttatim ejciēte: Heros Telamonius scilicet Aiax Telamonis filius oppositus erat: cōtra .i. ex aduerso: hinc .i. ex altera parte .s. Grecorū: & dabat certamina clypeo obiecto .s. ꝯtra faces & tela: & Hector summū decus Troiæ erat illinc .i. ex altera parte .s. Troianorū: vterq; acer .i. strenuus, supp. erat: veluti fragor editur cœlo .i. in aere fulminibus .i. dū fulminat, & tonat: ita, supp. editur fragor tegminibus .s. domorū: hoc est, tegulis: aut .i. tegminib' .s. capitū, hoc ē galeis: editur, dico, ense, & telis super: & præter Sigea, supp. littora: vt, supp. Hector eriperet reditus, id est faceret, ne redirent ambustis nauibus: & alter .s. Aiax: proiectus .i. propulsus: instat depellere nauib' .s. Græcorum: ferro .i. per arma sua: vulnera Vulcania .i. quæ

Universidad de Deusto Biblioteca

i.quæ Vulcanus,hoc est ignis inferebat,videlicet ambustionem. Æacides.i. Æaci nepos.s. Aiax:lętatus erat vultu.i. prę se ferebat vultum lętum:hoc honore.i.ꝑpter hunc honorem quod Hectorem pellere,& classem defendere potuit:& alter, sup. Æacides videlicet Achilles,lætus,sup.erat:hoc honore, quod ipse victor de corpore,qa animum vincere nequit,lustrauit.i. circuntraxit Hectora:cāpis.i.per cāpos:Dardaniæ.i. Phrygię: & hoc sanguine.s. eius fuso: Troia fremit rursus.i.ediuerso: acerba.i.acerbe: ꝗ.i. qa:Paris letat.i. vulnerat.s.telis letalibꝰ,hoc est mortiferis: hūc.s. Achillem in tēplo Apollinis: vnde dictum est in .vj. Phœbe graues Troię semp miserate labores Dardana qui Paridis direxti tela,manusq; Corpus in Æacidę.& quod.i.quia alta virtus,huiꝰ.s. Paridis:cōcidit icta dolis Ithaci.i.Ithacensis Vlyxis:hinc.i. hac de cāꝑles Laertia.i.Vlysses,Laertæ filius:gerit currus euersos,e,qb. hostes deiecerat:& ipse iā victor Rhœsi Strymonij.i. Regis Thraciæ: de qbus i prio Ænei. dictū est,illic videlicet,Nec procul hinc Rhœsi

Lętat, alij, lędat. Alta, alij, arma.

Rhœsi niueis tentoria velis Agnoscit lachrymans,prima quę ꝓdita somno,Tidydes multa vastabat cæde cruentus,Ardenteisq; auertit equos in castra,priꝰ ꝗ Pabula gustassent Troię, Xāthūq; bibissent:& victor Dolonis Troiani illius,qui ad Gręcos explorator missus,ab Vlysse interceptus est,lętatus iam ouans:Pallade.i. Palladio subrepto:vt in.ij. Ænei.dictū est:& ipse atrox rursus.i. vicissim:& econuerso,tremiscit:Pamoicō & horret Asiam: vbi.s. pericula passus est:& Lestrygonas,qui carnibꝰ humanis vescebātur:& in quos icidit Scylla.i. vorago maris Siculi: aut per fabulā monstrum illud marinum:rapax.i.assidue miseros nautas cū naribus ad se rapiens:succincta canibus Molossis.i.multum latrātibus,quasi Molossis,id est Epiroticis: & Cyclops.s. Polyphemus: Ætnęus.i.qui in Ætna monte Siciliæ ipsum deprehendit. & Charybdis,aliud periculum eiusdem maris:metuenda.s.nautis:& lacus pallētes.s.inferni:& tartara squallida.i.obscœna:terrēt illū.s. Vlyssem:qui tot terruit,& insidijs excepit.

Hic & Tantalei generis decus Amplus Atrides
Assidet Argiuum lumen:quo flamma regente
Doris Erichthonias prostrauit funditus arces.
Reddidit heu grauius pœnas tibi Troia ruenti;
Hellespontiacis obiturus reddidit vndis.
Illa vices hominum testata est copia quondam,
Ne quisquam proprię fortunę munere diues,
Iret ineuectus cęlum super,omne:propinquo
Frangitur inuidię telo decus.ibat in altum
Vis Argoa petens patriam,ditataq; pręda
Arcis Erichthoniæ.comes huic erat aura secunda
Per placidum cursu pelagus:Nereis adundas
Signa dabat:pars inflexis superacta carinis.
Cum seu cœlesti fato,seu syderis ortu,
Vndiq; mutatur cœli nitor.omnia ventis
Omnia turbinibus sunt anxia. Iam maris vnda
Syderibus certat consurgere:iamq; superne
Corruere,& sol his,& sydera cuncta minantur.
At venit in terras cœli fragor.hic modo lætum,
Copia,nunc miseris circundatur anxia fatis:
Immoriturq; super fluctus,& saxa Capharei:
Euboicas aut per cautes, Oeteaq; late
Littora:cū Phrygię passim vaga præda peremptæ
Fluctuat omnis in ęquoreo iam naufraga tractu

ASCENSIVS.

¶Hic & Tātalei generis decꝰ amplus Atrides Assidet, &c.) Commemorat cæteram Grecorum nobilitatem apud inferos esse. ¶Ordo autem est. Gener Tantaleę.s.domus,aut gener Tantalius .s. Amphiō, Niobes maritus assidet, sup. hic:Æacus amplus.i.cum tota progenie sua assidet hic: & Atrida lumen Argiuum.i. Argiuorum.i. Agamemnō, assidet hic:quo regēte.i. imperāte,aut dirigente: flāma oris.s. eius.i.vir imperandi: prostrauit funditus arces Erichthonias.i.Troianas.Nā Erichthonius fuit filius Dardani,& pater Trois: auus Laomedōtis, qui pater Priami: attestante Ouidio his verbis, Huius Erichthonius: Tros est generatus ab illo. Is aūt Erichthonius, summopere auxit res Troianas:vt & Homerus meminit:quocirca Erichthonias arces appellat. Heu, o Atrida, Troia reddidit tibi pœnas grauius.i. multum grauiter reddidit dicit: tibi furenti.i. insaniēti Martio furore: & reddidit obituris .i. oibus q obituri erāt:vndis Hellespontiacis.i.ad Capharea,montem Euboiæ insulę, ad Hellespōtū ꝓspectantem.Illa copia.i. multitudo hoium armatoꝝ:testata,est quōdā.s. tpe belli Troiani:vices.i.vicissitudines hoium:ne quisq; diues.i.reputās se diuitē: munerꝰ.i. beneficio ꝓprię fortunę,iret in cœlū ęternū sup oē.i.in cōtinua ꝓsperitate super oia ferret.ipse Atrida,seu Atrides,frangitur telo iuidię ꝓpinquo.i.deꝓximo oibus eufortunatis iminēte. Argo, nauis illa obiōga, qua Argonautę in Colchos vecti sunt:& redeūtes Troiā sub Laomedōte expugnauerāt,ibat in altum decus: repetens bis patriā.i.iam secundo: quasi eadem fuerit nauis(Sūt tū textus habentes,ergo:sic bis ergo:sed si syllaba,bis : cōtra naturā ꝓducatur:nihil autem est toto opere mēdosius,ita vt opus sit, reuera,cōmento,qui sentētiam indipisci voluerit)repetēs,dico, patriam bis:& ditata prędā arcis Erichthonię.i.Troianę,bis: qa bis Troiā spoliauerant Græci,aura secūda.i.prospera, & a tergo flās erat huic.s.naui:& Nereis.i.dea maris:dabat cursu.i.cursui:aut ꝑ cursum:signa ad vndas per pelagus placidū:& pars.s. maris erat superata

Generis decꝰ alij gener Æacus.

supata carinis inflexis .i. curuis: cum nitor cœli mutatur vndiq;: seu.i.siue: fato cœlesti.i. cœlestium, prædefinito statuto, seu ortu syderis.s.tēpestatem excitantis. Tangit historiā quę sic narratur, Ad radices Capharei montis, cū peruenissent Gręci, victores Troię,vel ira Mineruę(vt in principio.i.j. Æneid. tāgitur ibi,Et furias Aiacis Oilei. fingitur.n. irata Pallas, ob stuprum in templo suo ab Aiace Oileo cōmissum, tempestatē illic excitasse:vnde fato cœlesti nunc partim deputat) vel fraude Naupli regis i Euboia regnantis,& cupientis vlcisci mortem Palamedis filij, dolo Vlyssis apud Troiam interempti: Argiuorum classis, duris casibus agitata fuit. Nā nocte laborantibus,tempestate Grecis facem rex in Caphareo accendit:qua illi portum proximum existimantes, in asperrimos scopulos delati, naufragium plurimū fecere: vnd in .ij. Ænei . Scit triste Mineruæ sydus , & Euboicæ cautes , Vltorq; Caphareus,&c.Omnia sunt anxia.i. angentia,& angunt ventis & turbinibus:vnda maris certat.i. cōtendit consurgere:syderibus.i.ad sydera: vñ alibi, Et rorantia vidimus astra. est aūt hyperbole poetica. Iam & sol & sydera.s. minora:minātur superne.i. desuper:corripere cuncta.s.quę erāt in terris & aquis. At.i.simul:fragor cœli.s.sonitus ille, prius auditꝰ in aere, venit in terras:hic.i.hoc tpe:copia lęta.i.exercitus ille lętus:modo.i.pauloante circundat,existēs nūc anxia miseris fatis: cōmiscet vtrāq; opinionē vbiq;,vt & naturalē, & fatalē fuisse tēpestatem censeat:& immoritur super fluctus, & saxa Capharei.s. montis,& pro.i.ꝑ cautes Euboicas.i.scopulos Euboici maris:&c. pro.i.late per littora Ceica:cū.i.qn:pręda Phrygię.i.ex Phrygia ablata:vaga.s.fluctibꝰ agitata:passim.i.quasi per singulos passus: peracta.i.ꝯsummata,& plene obtēta:fluctuat iam ois naufraga.i. per naufragiū:in fluctu ęquoreo.i.marino:& ita ostēdit istabilitatē fortunę ex maris similitudine:quod & Seneca facit: qa nihil mutabilius ipso mari,quod ex tranquillitate subito cōmouetur in turbinem,sicut status rerum lętus in summam tristitiam.

Regēte alij, tegente.

Hic alij fidunt pariles virtutis honore
Heroes:medijsq; siti sunt sedibus omnes,
Omnes Roma decus magni quos suscipit orbis.
Hic fabij, Decijq;,hic est & Horatia virtus:
Hic & fama vetus nunquam moritura Camilli.

ASCENSIVS.

¶Hic alij fidunt pariles virtutis honore Heroes: medijsq; siti sunt, &c.) Dicit etiam Romanos principes, ac nobilitatis proceres, in Elysijs esse: de quibus & eorum historijs abunde dictum est ad illud Georgi.ij. Hic genus acre virum, Marsos, pubemq; Sabellam, Assuetumq; malo Ligurem, Volscosq; verutos Extulit: hic Decios, Marios, magnosq; Camillos, Scipiadas duros bello. & te maxime Cæsar, &c. ¶Ordo igitur est. Alij heroes pariles, id est ęquales honore virtutis:fidunt,id est confidunt: & sedēt hic .s. in Elysijs campis: omnes sunt siti.i. positi in sedibus medijs tanquam honorabilioribus, cum inferioris meriti circunstent:quos scilicet heroas: omnis Roma decus,magni orbis suscipit scilicet numerum principū suorum:hic,supp.sunt Fabij,scilicet Fabius Maximus: & cæteri Fabiorum, a Fabis dicta familia: & hic sunt Decij, scilicet pater, & filius qui se pro republica (vt Liuius docet) deuouerunt: & hic est Virtus Horatia, id est Horatij, illi tergemini, quorum vnus contra Albanos Curatios victoriam obtinuit cum patriæ libertate: & hic est Curtius scilicet Marcus de quo Liuius libro septimo, decadis primæ, Eodem anno, seu motu terræ, seu qua vi alia,forum mediū ferme specu vasto collapsum,in immensam altitudinem dicitur: nec eam voraginē coniectu terrę, cum pro se quisq; gereret,expleri potuisse,prius ꝗ deum monitu,queri cœptū, quo plurimū populus Romanus posset id enim illi loco dicandum vates canebāt,si rempublicā Romanā perpetuam esse vellēt:tum M.Curtium iuuenem,bello egregium castigasse ferunt,dubitātes an vllum magis Romanum bonum, ꝗ arma,virtusq; esset.Silētio facto, templa deorum immortalium,quę foro iminent, Capitoliumq; intuentem & manus,nunc in cœlum, nunc in patenteis terrę hiatus ad deos maneis porrigentē se deuouisse: equo deīde ꝗ poterat, maxime exornato insidentē armatum,se in specum immisisse:donaq; ac fruges sup eum a multitudine virorum,ac mulierū cōgestas,lacumq; Curtiū ab hoc appellatum,nō ab antiquo Curtio. Hęc ille. vnde poeta,Hic est Curtius,appositorie, vetꝰ fama, nunquam moritura per æuum: & hic est Curtius, quem deuotum bellis,i. destinatum propria deuotiōe morti in bello,vt animo cōceperat obeundam, quia erat præstanti animo eques,gurges.i. vorago:& hiatus vorans consumpsit quondam in vnda .i. hiatu aquæ vndantis simili: in medijs sedibus vrbis scilicet Romæ.Et hic est Mutius scilicet Scęuola : prudens.i.prouidens rei exitus:passus ardorem corpore.i.in manu sua: cui potētia regis scilicet Porsenæ:fracta.i. deuicta: legitime.i. vt decuit:cessit in loco,& veniam dedit. vnde dicit Liuius lib.ij.Decadis.j. Obsidio vrbis Romæ, a Porsena, Hetruscorum rege, post exactos Tarquinios facta, obsidio erat: & frumenti cum summa caritate inopia,sedendoq; expugnaturum,se vrbem spem Porsena habebat.Cum C. Mutius, adolescens nobilis, cui indignum videbatur populum Romanum seruientem: cum sub regibus esset nullo bello,nec ab hostibus vllis obsessum,esse liberum eundem populum ab eisdem Hetruscis obsideri, quorum sæpe exercitus fuderit.Itaq; magno audaci aliquo facinore eā indignitatem vindicandam,ratus,primo sua sponte, penetrare in hostium castra constituit:deinde metuens ne si consulum iniussu, & omnibus ignaris iret,forte deprehensus a custodibus Romanis retraheretur vt transfuga:fortuna tum vrbis discrimē affirmāte senatum adijt.Transire (inquit) Tyberim patres, & intrare si possim,castra volo:non prædo,nec populationum inuicem vltor: maius, si dij iuuant in animo est facinus:approbant patres: abdito intra vestem ferro proficiscitur: vbi eo venit in confertissima turba, prope regium tribunal constitit:ibi cum stipendium forte militibus daretur, & scriba cum rege sedens pari fere ornatu multa ageret:cum milites vulgo adirent,timens sciscitari vter Porsena esset,ne ignorando regē semetipsum aperiret, quis esset: quo temere traxit fortuna facinus : scribam pro rege obtruncat : vadentem inde per trepidam turbam, cruento mucrone sibi ipse fecerat viam,cum concursu ad clamorem facto,cēprehensumq; regij satellites traxissent, ante tribunal regis destitutus: tum quoq;

Fabij

Horatij

Curtius

Curtius:e medijs quem quondam sedibus vrbis
Deuotum bellis consumpsit gurgitis haustus.
Mutius & prudens ardorem corpore passus,
Legitime cessit,cui fracta potentia regis.
Hic Curius clarę socius virtutis, & ille
Flamminius:deuota dedit,qui corpora flammis.
Iure igitur talis sedes pietatis honorat.
Illic Scipiadasq; duces deuota triumphis
Mœnia,quos rapidos Libycę Carthaginis horrent.
Illi laude sua vigeant;ego Ditis opacos
Cogor adire lacus viduos a lumine Phębi:
Et vastum Phlegetonta pati:quo maxima Minos
Conscelerata pia discernit vincula sede.
Ergo quam causam mortis,quam dicere vitæ
Verberibus sęuę cogunt ab iudice pœnæ:
Cum mihi tu sis causa mali: nec conscius adsis:
Sed tolerabilibus curis hęc immemor audis:
Et tamen in vanis dimittis somnia ventis.
Digredior,nunq; rediturus.tu cole fonteis,
Et virides nemorum syluas, & pascua lætus:
Et mea diffusas rapiantur dicta per auras.

quoque inter tantas fortunę minas, metuendus magis ꝗ metuens,Romanus sum (inquit) ciuis, C. Mutium vocant: hostis hostem occidere volui: nec ad mortem, minus animi est, ꝗ ad cædem fuit: & facere & pati fortia Romanum est:nec vnus ego in te hos animos gessi: longus post me ordo est, idem petentium decus, proinde in hoc discrimen, si iuuat accingere: vt in singulas horas capite dimices tuo, ferrum,hostemq; in vestibulo habeas regiæ: hoc tibi iuuentus Romana indicimus bellum:nullam aciem, nullum prælium timueris: vni tibi & cum singulis res erit. Cum rex simul ira incensus, periculoq; conterritus,circundari igneis minitabundus iuberet, nisi expromeret propere quas insidiarum minas per ambages iaceret:en tibi (inquit)vt sentias, ꝗ vile corpus sit his, qui magnā gloriam petunt: dexterāq; accenso ad sacrificium foculo inijcit: quam cum velut alienato ab sensu torreret animo, prope attonitus miraculo rex cū ab sede sua ꝓsiluisset, amouerīq; ab altaribus iuuenem iussisset: tu vero abi (inqt) ne in te magis,quā in me hostilia ausus iuberem,macte virtute esto,si pro mea patria ista virtus staret: nunc iure belli,liberum te intactum,inuiolatumq; hinc dimitto. Tūc Mutius,quasi remunerans meritum. Quandoquidem (inquit) est apud te virtuti honos,vt beneficio tuleris a me, quod minis nequisti,ccc. cōiurauimus principes iuuētutis Romanę,vt in te hac via grassaremur:mea prima sors fuit: cæteri vtcunque ceciderit:primi quo ad te opportunum iter fortuna dederit: suo quisque tēpore aderunt.Mutium dimissum cui postea Scęuolę a clade dextrę manus cognomentum inditum: legati a Porsena Romā secuti sunt (adeo mouerat eum,& primi periculi casus: quo nihil se præter errorē insidiatoris texisset:& subeunda dimicatio toties,quot coniurati superessent) vt pacis conditiones, vltro ferrent Romani. Hæc ille. Hic,supple manet:Curius,scilicet Dentatus, socius claræ virtutis,scilicet fortitudinis, & continentiæ, Nam Marcus Curius Dentatus,qui de Samnitibus triumphauit, & de Sabinis, & tertio de Lucanis, Pyrrhum Epirotam ex Italia pepulit:legatis Samnitum aurum offerētibus, cum ipse in foco rapas torreret:malo hic(inqt)in fictilibus meis esse (id est comedere) & aurum habentibus imperare. vnde Iuuenal. Qui Curios simulant, & Bacchanalia viuunt. Et hic manet ille Flamminius, id est Lucius Metellus, a flamma denominatus: qui dedit corpora deuota flammis. Nam.vj. Fasto. legitur, quod signum cœleste Mineruæ armigeræ, quod in Troiam ciciderat, Romam deductum fuerat: seruabaturq; in templo Vestæ, quod cum arderet, ministræq; attonitæ flerent, Lucius Metellus, homo practicus, & pontifex, Haurit aquas,tollensq; manus: ignoscite, dixit, Sacra vir intrabo non adeunda viro. Si scelus est, in me commissi pœna redundet, Sit capitis damno Roma soluta mei. Dixit, & arripuit, factum dea rapta probauit, Pontificisq; sui munere tuta fuit. Hæc Ouid. adde quæ Plutarch. dicit de comparationib, & quæ Plin. libro septimo cap. xlvi. vbi dicit, Metellum, orbam luminib. exegisse senectam amissis incendio, cum Palladium raperet ex æde Vestæ. De huius sanctitate est illud quoque Iuuenal. saty. iij. Da testem Romæ, tam sanctum, quam fuit hospes Numinis Idæi: procedat vel Numa, vel qui Seruauit trepidam flagrāti ex ęde Mineruam. Protinus adcensum: de morib. vltima fiet, Quæstio, &c. Sed ad authorem redeo. Igitur sedes talis pietatis sunt, supple iure honores, id est iure, & legitime, obtinent honorem pro tali pietate, Istic, supple vides, aut vidi Scipiadas, id est Scipiones duces, id est ductores clarissimos: quos mœnia Carthaginis Libycæ.i. quæ fuit in Libya, parte Africæ: deuota.i. fataliter destinata: triumphis .i. vt de illis triumpharent. Nam Scipionum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Scipiõis laudes

plonum alter, Carthaginẽ tributariam fecit alter deleuit: quos inquam, rapidos. i. quasi fulminantes: mœnia Carthaginis Libycæ deuora triumphis: horrent. i. exhorrent. De his, ne nihil dicã, Addam Plin. de viris illu. verba quæ hæc sunt. P. Scipio, ex virtutib. nominatus Africanus, Iouis filius est creditus. nam antequã conciperet, serpẽs in lecto matris eius apparuit: & ipso paruulo, draco circũfusus nihil nocuit. In Capitolium: intempesta nocte euntem, nunquã canes latrauerũt. nec id quicquam prius cepit, q̃ in sella Iouis diutissime sedisset, quasi diuinam mentem accepisset. xvii. annorum patrẽ apud Ticinium, singulari virtute seruauit. Clade Cannensi, nobilissimos iuuenes Italiam deserere cupientes, sua authoritate compescuit: reliquos incolumes, p̃ media hostium castra Canusium perduxit. xxiii. annorũ prætor in Hispaniam missus, Carthaginem qua die venit, cœpit: virginem pulcherrimam ad cuius aspectum concurrebatur, ad se vetuit adduci, patriq̃ eius sponsor astitit. Asdrubalem, Magonemq̃ fres Annibalis, Hispania expulit. amicitiam cum Syphace Maurorũ rege, coniunxit. Masinissam in societatem recepit. victor domũ regressus, cõsul ante annos factus, concedente collega, in Africã classe traiecit. Asdrubalis & Syphacis castra, vna nocte perrupit. Reuocatum ex Italia, Annibalẽ superauit. Victis Carthaginẽsib. leges imposuit. bello Antiochi, legat⁹ fratri fuit. captum filium, gratis recepit. A Petilio tri. ple. repetundarum acculatus, librum rationum, in cõspectu populi scidit. Hac die (inquit) Carthaginẽ vici, quasi bonum factum, in Capitolium eamus, & dijs supplices mus: inde in voluntarium exilium concessit: vbi reliquã ægit ętatem. moriẽs ab vxore petijt, ne corpus suũ Romam referretur. Idem de P. Scipione Æmyliano dicit sic: P. Scipio Æmylianus, Macedonici filius, a Scipione Africano adoptatus, in Macedonia cum patre agens, victum Perseмatã pertinaciter persecutus est, vt, media nocte i castra redierit, Lucullo in Hispania legat⁹ apud Itereaciam oppidum prouocatorem, singulari prælio vicit. muros hostiles eiuitatis, primus ascẽdit. Tribunus in Africa sub Tito Manlio imperatore. vij. cohortes obsidione vallatas, consilio & virtute seruauit: a qb. corona obsidionali aurea donatus, cum ędilitatem peteret, consul ante annos vltro factus, Carthaginem intra sex menses deleuit. Numantiam, in Hispania correcta, prius militum disciplina, fame vicit. hinc Numãtinus, Caio Lælio, plurimũ vsus, ad reges adeũdos missus, duos secũ prẽter eum seruos duxit: Ob res gestas, superb, Gracchũ, iure occisum videri, respõdit: Cẽsor Mummio collega segniore in senatu, ait, Vtinam mihi collegam aut dedisses, aut non dedisses. Suscepta agrariorum causa, domi repente exanimis inuentus, obuoluto capite, clam⁹ in liuorẽ i ore appareret. huius patrimoniũ tã exiguũ fuit, vt. xxxii. libras argẽti, duas, & semilibrã auri reliquerit. Hęc ille. Vt vero tã dẽ ad ordinẽ reuertamur, pergit Culex misere plãgẽs, atq̃ lamẽtans, vt eius lamẽtatione nos commoueat ingeniosus poeta sic. Illi. i. dicti principes, tam Græci q̃ Romani: vigeant. i. sint semper in vigore sua laude. i. propter laudem quã meruerunt: ego autẽ, supp. cogor adire lacus opacos. i. vmbrosos, & obscuros: Ditis. i. Plutonis: viduos. i. expoliatos, & expertes: a lumine Phœbi. i. nostri: & cuiuslibet luminis apud tartara damnatorũ, videlicet carcerem. secundum tamen hunc poetam, in Elysijs campis est aliud genus luminis: solemq̃ suum sua sydera norũt. Et ego cogor pati Phlegetonta, fluuium illum infernalẽ, ab ardore dictum. declinatur autem hic Phlegeton, huius Phlegetontis, vel Phlegetontos: vnde est accusatiuus, hunc Phlegetonta) vastum. i. valde amplum, & capacem quos. i. lacus omnes sunt enim q̃q̃, Styx, Lethe, Acheron, Cocytos, & Phlegeton: Minos. i. iudex inferorum, filius Iouis, & rex Cretę, qui ob iustitiam quam i terris exercuit, habitus est iudex inferorum. vnde Hora. iii. car. Cũ semel occideris, & de te splẽdida Minos Fecerit arbitria. discernit. i. seiũgit: maxima vincula. i. tanquam maxima vincula: conscelerata. i. cõsceleratorum, p quę vincula arcẽtur noxii apud inferos, ne illinc exiliant. vnde in. vj. Et nouies Styx interfusa coercet: sunt enim circuli quidam, palustres inferos cingentes: & in locutione est quædam species appositiõis, quos maxima vincula scelerata, Minos discernit, sup. a sede pia. i. piorum, qui sunt in Elysijs campis: de quibus in. vj. Et pauci lęta arua tenemus. Ergo qa scilicet ad inferos ire compellor, & rationem vitę, ac mortis reddere: quam causam mortis, & quam causam vitæ scilicet meæ: fæuæ pœnæ ab iudice scilicet illatæ, aut minis propositæ: verberibus, id est flagellis, cogent, sup. me dicere, cum tu sis mihi causa mali. i. mortis meę, & non exactę, necq̃ expletę vitę: omnes enim qui violenter moriuntur (secundum hunc poetam) inuiti ad inferos accedũt: vnde de Turno in fine Æneid. Vitaq̃ cũ gemitu fugit indignata sub vmbras: ne, id est caue, sis ne tu conscius scilicet mortis meæ adsis. q. d. ego enim omnem culpam in te reiiciam: sed tu immemor. i. ingratus: audis hęc curis tolerabilibus. i. modicis & transitorijs: cũ meę sint intolerabiles, quia æternæ. Et tamen. i. nihilominus, quãuis curis soliciteris: vel & tandem demittes somnia. i. visionem hãc, & hęc insomnia: ventis vanis. i. inanibus, & mendacibus, nihil eorum quæ acceperint reddẽtibus. Ego digredior. i. a te, nunquam rediturus: vt qui nunquam redeam: durum qdẽ verbum, sed in Culice ridiculum: tu cole, cõcessiuus modus, sed concedendi forma vim prohibitiuam habens: nam vult dicere, nõ iustum esse, vt ille colat: fontes, & virides syluas nemorum, & pascua existens lætus: & mea dicta. i. monita, & lamenta: rapiantur per auras diffusas, id est dispersas, id est irrita sint: & non mereantur saltem supremum, hoc est sepulturę honorem: sine quo (vt dixi) putabãt prisci gentiles, se in suas sedes apud inferos nõ posse recipi. Quia vero ceterorum meminimus, citauimusq̃ q̃a bonis authoribus collecta inuenimus: constitui & de Fabijs, ac Decijs, nonnihil adducere. Fuerunt autem multi Fabij: vnde Virgi. in. vj. Quo fessum rapitis Fabij? De morte autem Fabiæ gentis dicit Plinius iunior sic: Romani cum aduersus Veientes bellarent: eos sibi hosteis familia Fabiorum priuato nomine deposcit: & profecti trecenti sex, duce Fabio consule, fuerunt. Cum sępe victores extitissent, apud Cremeram fluuium, castra posuerunt: Veientes ad dolos conuersi, pecora ex aduerso in cõspectu illorum posuerunt: ad quæ progressi Fabij, in insidias delapsi, ad vnum occisione perierunt. Dies in quo id factum est, inter Nefastos relatus. porta, qua profecti erant, scelerata est appellata: vn⁹ ex ea gente, propter impuberem ætatem domi relictus genus, propagauit ad Quintum Fabium Maximum, qui Annibalem morafregit: cũctator ab obtrectatoribus dictus. De Quinto Fabio sic: Quintus Fabius Rutilianus, primus ex ea familia ob virtutem maxim⁹ magister equitum, a Papyrio securi pene percussus: primum de Apulis, & Nucerinis iterum de Samnitibus: tertio de Gallis, Vmbris, Marsis, atq̃ Thuscis triumphauit: Censor Liberas tinos tribu amouit. Iterum censor fieri noluit, dicens, non eẽ ex vsu reipublicę eosdem censores sępius fieri: hic primus instituit, vt equites Romani idibus Quintilib⁹, ab ęde Honoris equis insidentes, in Capitolium transirent: mortuo huic tantum æris populi liberalitate congestum, vt inde filius viscerationem, & æpulas publice daret. Idem de Quinto Fabio Maximo, sic: Quintus Fabius Maximus, cunctator vt Verucosus, a veruca in labris: ita Ouicula, a clementia morum: consul de Liguribus triumphauit: Annibalem mora fregit. Minutium magistrum equitũ, imperio ęquari sibi passus est: & nihilominus periclitanti subuenit: Annibalem in agro Phalerno inclusit: Manlium Statilium transfugere ad hosteis volẽtem, equo & armis donatis retinuit & Lucano cuidam fortissimo, ob amorem mulieris, in frequenti eandem emptam dono dedit: Tarẽtum ab hostibus recepit: Herculis signum inde translatum in Capitolio dedicauit: de redemptione captiuorum cum hostibus pepigit: quod pactum cum a senatu improbaretur, fundũ ducentis millibus vendidit, & fidei satis fecit. Idem de Decijs scripsit: de Publio quidem Decio patre sic: Hic bello Samnitico, sub Valerio Coruino, & Cornelio Cosso consulib. tribunus militum, exercitu in angustijs Gauri mõtis insidijs, hostium clauso, accepto quod postulauerat præsidio, in superiorem locum euasit: hostes terruit. Ipse intempesta nocte, per medias custodias somno oppressas, icolumis euasit. Ob hoc ab exercitu Ciuica corona de quercu, quæ dabat ei, qui ciues in bello seruasset: & obsidionali scilicet aurea, quæ dabatur ei, q̃ obsidione ciues liberasset, donatus est. Consul bello Latino, collega Manlio Torquato, positis apud Veserim fluuium castris, cum vtriq̃ consuli somnio obuenisset eos victores futuros: quorũ dux in prælio cecidisset, cum collato cum collega somnio conuenisset: vt cuius cornu in acie laboraret, is dijs se manibus voueret: inclinante sua parte, secum hostes per Valerium pontificem, dijs manibus deuouit. Impetu in hosteis facto Victoriã suis reliquit. De Publio autem decio filio sic. Puplius Decius, Decij filius, primo consul de Samnitibus triumphauit, spolia de ijs Cereri cõsecrauit. Iterum & tertio consul, multa domi, militiæq̃ gessit. Quarto consulatu cum Fabio Maximo, cum Galli: Samnites, Vmbri, Tusci contra Romanos cõspirassent: tibi exercitu in aciẽ ducto, & in cornu inclinante, exemplum patris imitatus, aduocato M. Liuio pontifice hastę insistens, & solennia verba respondens, se & hostes, dijs manibus deuouit. Impetu in hosteis facto, victoriam suis reliquit. Corpus a collega laudatum magnifice sepultum est. Hæc ille.

ASCENSIVS.

(Dixit, &c.) Graphice docet abscessum Culicis, quem mœstum abscessisse dicit: aut vt pastorem ad commiserationem & sepulchrum instruendum excitaret: aut quia ad inferos abire cogeretur: vbi (vt dixit.) Nunquam mutandus labor. Recitat præterea, quæ post eius abscessum egerat pastor: vtq̃ epitaphium Culicis sepulchro ascripsit, quo opus suum clausurus est poeta.

(Ordo autem est. Dixit, scilicet Culex, aut simulachrum eius: & recessit tristis, cum extrema voce, id est simul extremã vocem emisit: vbi. i. quo tempore: inertia vitæ. i. quia vitam traduxerat sine arte: & ita in modica re, multum turbatus erat: dimisit hũc scilicet pastorem solicitum.

Nec ipse æger, grauiter mentem interius. i. habens mentem intrinsecus grauiter ægram: tulit. i. perpessus est: vltra, id est diutius: dolorem infusum sensib. de morte Culicis. Et ipse impiger. i. strenu⁹: capit. i. incipit, aut constituit, confirmare locum. s. vbi sepulchrum extrueret: capit, dico quantumcunq̃ vires senies, id est quas ipse senior habebat: tribuere sibi vires, dicit, seniles: tamen, supp. tales: quis: id est quibus, seu quabus, ipse pugnans deuinxerat hostem infestũ, id est vim inferentem, scilicet serpentẽ.

Dixit: & extrema tristis cum voce recessit.
Hunc vbi sollicitum dimisit inertia vitæ:
Interius grauiter mentem æger: non tulit vltra
Sensibus infusum Culicis de morte dolorem:
Quantumcunq̃ sibi vires tribuere seniles:
Quis tamen infestum pugnans deuicerat hostem:
Riuum propter aquę viridi sub fronde latentem,
Conformare locum capit impiger, hunc, & in orbẽ
Destinat: ac ferri capulum repetiuit in vsum,
Gramineam viridi fodiens de cespite terram.
Iam memor inceptum peragens sibi cura laborem
Congestum cumulauit opus: iamq̃ aggere multo,
Telluris tumulus formatum creuit in orbem
Quem circum lapidem leui de marmore formans
Conserit assiduæ curæ memor: hic & acanthos,
Et rosa purpureo crescit rubicunda colore:
Et violę omne genus, hic est, & spartica myrtus,
Atq̃ hyacinthus, & hic cilici crocus editus arvo:
Laurus itẽ Phœbi surgẽs decus, hic Rhododaphne.
Liliaq̃, & Roris non auia cura marini,
Herbaq̃, thuris opes priscis imitata Sabinis.
Chrysanthusq̃, ederę nitor pallente corymbo,
Et Bocchus Libyę regis memor, hic Amaranthus,
Buphthalmusq̃ virens & semper florida picris
Non illinc Narcissus abest, cui gloria formę
Igne cupidineo proprios exarsit in artus:
Et quoscunq̃ nouant vernantia tempora flores.
His tumulus super inscribitur. tum fronte locatur
Eulogium, tacita quod format littera voce.
Parue Culex, custos pecudum: tibi tale merenti
Funeris officium vitæ pro munere reddit.

aut anguem latentem sub fronde viridi: propter. i. iuxta, & ppe riuum, id est decursum aquæ. Et ipse destinat. i. animo formati: hunc scilicet locum, quem ceperat: in orbem, id est circulum aut figuram rotũdam: ac repetiuit, id est redegit in vsum ferri, id est fossorij ferrati: cupidum, id est celerem ac rapidum: vt supple foderet de cespite viridi terram gramineam. Cespes enim. est terra cum herbis & radicibus auulsa. Cura. i. accuratio, & studium, seu opera: iam memor peragens laborem inceptum sibi, cumulauit, id est in cumulum, & tumulum erexit: opus congestum, id est accumulatum, atque tumulum Telluris, id est tumba in terra extructa: creuit iã multo aggere, id est cumulo: Telluris, id est terrę: in orbem formatum. i. tumbam orbicularis formę circũ quem. s. orbem, ac tumulum: ipse formans lapidem. i. sarcophagum: de marmore leui. i. polito: conserit, supp. ipsum, varijs herbis & odoribus, existens memor assiduę curæ, id est solicitudinis, hic, supp. crescit: &. i. simul acanthos: virgultum illud odoriferum, seu frutex, semper in Ægypto frondens. sic dictus, quod spinis est plenus. dictum tamen est in Bucoli. Et molli circum est ansas amplexus acantho. propterea autem quod semper frõdet bene additur tumulo. Futauerunt enim id vmbris, & manibus gratum. vnde Persi. Nunc non e tumulo, fortunataque fauilla Nascentur violæ? Et Iuuena. Dij maiorum vmbris tenuẽ, & sine pondere terram, Spirantesque crocos, & in vrna perpetuum ver, &c. & rosa rubicunda, colore purpureo: quem propter sanguinis conformitatem animæ appetunt: vnde in. vj. Æneid. Purpureos spargam flores, animamque nepotis, His saltem accumulem donis, &c. & omne genus violæ, quia sunt, & nigræ & purpureæ. vnde. Et nigræ violæ sunt, & vaccinia nigra, supp. est hic: aut crescit hic: & myrtus Spartica, quæ pluris ma, aut præstantissima crescit in Sparta, est hic: & hyacinthus, scilicet flos, de quo in Bucoli. Et suaue rubẽs hyacinthus: est, supp. hic: & crocus editus, scilicet primum aruo Cilico. i. in Cilicia est, supp. hic. Item lauri, appositorie, decus Phębi, propter Daphnem in eas versam. vnde in Buco. Phœbo sua semper apud me Munera sunt lauri, &c. & Rhododaphne exurgens, scilicet hic. Est autem Rhododaphne, frutex, qui & Rhododendrus dicitur: in Ponto crebro nascens: & lilia, supp. sunt hic: quorum color, propter lactis similitudinem, gratus putatur. Virgi. in. vj. Manibus date lilia plenis Purpureos spargam, &c. & cura nouania, id est quæ nouano est rorismarinus est, sup. hic: & herba thuris, id est thurifera: imitata priscis Sabinis opes, id est diuitias: & chrysanthus, ab auro dictus: & nitor ederæ, id est edera nitida: corymbo, id est fructu eius pallente, id est subalbo: laudatur enim alba. vnde i Bucco. Edera formosior alba. vnde in eodem opere, Diffusos edera vestit pallente corymbos. & memor Bacchi regis Libyæ, qui Libyam deuicit: & inde edera coronatus redijt, hic, supp. est, aut crescit amaranthus, scilicet arbor, & bumastus frutex, a mamillarũ bouis similitudine dictus: virens, scilicet perpetuo: & pinus semper florida: & narcissus, scilicet flos, aut herba eius in quam puer versus dicitur: nõ abest illinc: sed adest illic: cui, scilicet Narcisso puero, gloria propriæ formæ, exarsit igne cupidineo, id est amoris: in proprios artus, id est in propria membra: & flores quoscũq̃, tempora vernantia, id est verna, aut ver reducentia tnouant, id est innouant: super, id est desuper: his floribus & virgultis dictis: tum, id est deinde: elogium, id est epitaphium, continens titulum defuncti, & causam necis: locatur in fronte, id est prima parte marmoris sarcophagi (sunt tamen qui legant, in fronde, id est inter frondes: aut quia olim in foliis palmarum, vt sibyllæ, scribebant: aut quia frondes & flores superponebantur, sed potius legerem, in fronte: quia in fronte tituli inscribi solent) quod, scilicet elogium: littera, id est scriptura: firmat, id est confirmat: voce tacita, id est non expressa, sed scripta. Epitaphij autem ordo est. O parue Culex, ego custos pecudum, aut Culex existens custos pecudum, quia pastorem seruauit: ego reddo, supp. pro munere, id est dono, & officio vitæ, scilicet saluatæ: officium funeris, id est funebre, & exequiale: reddo, inquit, supp. tibi: nil, id est non aliquid: non merenti aliquid tale: quia non mortis, sed vitæ beneficium meruit. Donatus autem legit, tibi tale merenti: & reddit, vt sit custos pecudum, reddit tibi merenti tale officium funeris, pro munere vitæ.

CVLICIS AD OCTAVIVM

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Argumētū.

DOMITIVS.

BAttare cycneas.) Summa opusculi huius est talis. Cum bello ciuili īter M. Antoniū & Augustū habito, Cremonēses M. Antonio fauissent: victoria potit' Augustus, cū in eos vltiōe puniēdos animū direxisset, Ariū cēturiorem misisse tradic, ad diuidendos inter milites Cremonensis populi agros: sed cum non sufficissent, vicinorum Mātuanorum agros diuisit: quocirca Virgiliani agri, inter alios militib. dati sunt: quod ægre ferens Maro, non solum propter deperditos agros, verū etiam propter amicam Lydiam in Mantua derelictam, hoc opusculum scripsit Virgilius, & diras appellauit: hoc est malæ fortunæ imprecatiōes in hosteis factas. Dirigit autem ad Battarum, non vicum, vt aliq male sentiunt: sed sicuti pōt

P. VIRGILII MARONIS DIRAE IN BATTARVM.

BAttare cycneas repetamus carmine voces
Diuisas iterum sedes, & rura canamus:
Rura, quibus Diras indiximus impia vota.
Ante lupos rapient hœdi, vituli ante leones,
Delphini fugient pisces, aquilæ ante columbas,
Et conuersa retro rerum discordia gliscet
Multa prius fuerit: q̄ non mea libera auena.
Montibus, & syluis dicam tua facta Lycurge
Impia, Trinacriæ sterilescant gaudia nobis.
Nec fœcunda senis nostri felicia rura,
Semina parturiant segetes, non pascua colles,
Non arbusta nouas fruges, non pampinus vuas,
Ipsæ non syluæ frondes, non flumina montes.
Rursus, & hoc iterum repetamus Battare carmen.

Battar'. ex verbis Virgilij colligi, ¶ Battare.) Battarus arbor erat in agro Virgiliano: itaque phagum, de qua in Bucoli. scribit, intelligimus. ¶ Repetamus.) Quia scripserat mortem Culicis lachrymabilem. ¶ Cycneas.) Cycnus, olor etiam appellatur: auis est alba: & cum ad mortem peruenit, maximo dolore angitur, adeo vt flere videatur. hinc Ouidi. in Fast. de Arione loquēs, Veluti canentia dura, Transfixus penna tempora cantat olor. significat igitur hoc loco, lachrymabiles voces se repetiturum de amissione agri sui, quales Culex supra egerat. ¶ Sedes.) Rura mea diuisa inter milites. ¶ Quibus.) Agris. ¶ Indiximus.) Deuouimus. ¶ Diras.) Imprecationes. ¶ Ante lupos.) Omnia sint in cōtrarium, quod est impossibile. ¶ Gliscet.) Crescet. ¶ Auena.) Pro stylo poetico, & scribendi charactere accipitur. Est enim herba inter frumenta nascens: & crescendi, auiditate, auena appellata

Auena.

pellata est. ¶ Montibus, & syluis.) Quia & circundabat arua. Virg. hinc in Buco. Frigus captabis opacum. & alibi, Qua se subducere colles incipiūt, mollīq; iugum demittere cliuo. ¶ Lycurge.) Rex Thraciȩ, q cum sacra Bacchi sperneret: falce genu subsecuit suū: dicit ergo, tale omē Ario se dicturū: & Milienum torū nominabant eum, in quo ager contigerat Virgilianus. ¶ Trinacriȩ.) Dicit postq̄ sibi ablati sunt agri, talis eos secutā sterilitas, qualem habuerūt Siculi: cū ide Proserpina a Plutōe fuisset rapta. ¶ Senis nostri.) Patris mei Virgilij, q dicebatur Rusacus rex.

Diræ. i. carmen execratorium.

Facta, alij, fata legunt.

ASCENSIVS.

BAttare cycneas repetamus, &c.) Quandoquidē omnia quȩ ad principia dici solent, graphicea Calderino explanata sunt: Nos ordinē prosequmur, qui talis est. O Battare scilicet arbor in agro meo sita, sub qua olim recubui, repetamus carmine, id est iterum canamus: quia iam de Culice cecinerat: aut, quia prius cecinerat, antequā ager restitutus erat: & iterum nunc, quando ab Ario occupatus est, quȩ res in Mœri declarata est. voces cycneas, id est mœstas: nam Cantator cycnus funeris ipse sui. Canamus sedes iterū diuisas. f. a possessoribus seiunctas, aut militibus diuisas iterum: & canam' rura dura, quibus indiximus diras, id est imprecationes amaras: hoc est ipia, id est execrabilia vota. Hœdi rapient ante. i. prius lupos: contra naturam vtrorūq;, vituli rapient ante leones: & delphini (a nominatiuo delphinus) fugient pisces scilicet reliquos: aquilȩ fugient ante columbas, & discordia rerum: cōuersa retro, id est retrorsum: gliscet. i. crescet: multa. i. multum, cum (secundū Sallu.) concordia, res paruæ crescunt: & discordia etiam magnæ dilabuntur

diabuntur. Non staret versus, si legatur, multo: & ita non construetur cum prius, sed cum cresceret. Crescet ergo multa, id est multum: & id prius q̄ mea auena, id est fistula rustica: non sit libera, id est quam nō imprecer libere quæ volo. O Lycurge, rex Thraciæ, infelix & dire: ego dicam, id est memorabo, & consimilia imprecabor, tua impia fata, id est exitum tuum montibus & syluis, id est vbique in agro meo, id est imprecabor vindemiatoribus vineæ meæ, quod tibi accidit. Gaudia Trinacriæ, id est apum Hyblæarum, de quibus in Bucolicis, Hybleis apib' florem depasta salicti. sterilescant nobis, nec rura fœcunda, id est fertilia nostri senis. de quo in eodem, Fortunate senex ergo tua rura manebunt. Nec segetes parturient felicia semina, colles non parturiāt pascua, scilicet caprarum: arbusta non parturiant nouas fruges: pampinus, id est vitis pampinosa: non parturiat vuas, id est racemos, aut botros: ipsæ syluæ non parturiant frondes: ipsi, supple montes, non parturiant flumina, scilicet amnium aut fontium. Repetamus rursum, & iterum o Battare, hoc carmen, scilicet execratorium.

DOMITIVS.

¶ Sulci.) Vos sulci agri abscōdatis. ¶ Effœtas.) Vacuas. ¶ Ceteris.) Frumenti. ¶ Æstu.) In ętate sint oīa pestifera. ¶ Oculis.) Neq; videant, neq; audiātur aliqua dulcia. ¶ Optima.) Vt Battare. ¶ Viretis.) Virgultis. ¶ Dextera.) Militis Arij. ¶ Iuppiter.) Aer. ¶ Borȩ Thracis.) Quia Boreas flat ex Thracia, quȩ est in Septētriōe. ¶ Immania.) Immaniter. ¶ Fulua caligine.) Respicit puluerē, q solet agēte vēto caligare oculos. ¶ Tua sylua.) Ex te arbore facta. ¶ Cyaneo.) Nō a colore cœlesti: sicut qdam interpretati sunt, dixit: sed a Cyaneis petris, in regione Ponti, frequēter se mouētibus, epitheton traduxit: vt ita ex motu aeris, & ventorum, ipsius arboris rami huc atq; illuc traherētur & impellerētur, veluti Cyanȩ insulȩ. ¶ Lydia.) Lydiam enim, amicam Virgilij, non nomine proprio, sed placabilem notare voluit. Nulq̄ enim meretrices placabiliores, quā in Lydia reperiunt: vt nō tam a fututoribus pretia nō exigant, q̄ omnino illis persoluant. ¶ Pascantur.) Deuorentur. ¶ Aurȩ.) Ventorum. ¶ Transuolet.) Eripiat, & eradicetur. ¶ Metata.) Mensurata, & quȩ metā facit. ¶ Pertica.) Lignea.

Sylua.

ASCENSIVS.

¶ Effœtas Cereris.) Ordo ē, O sulci Cereris, id est facti ad Cererem, hoc est frugem ferendam, cōdatis. i. abscōdatis & foueatis loco Cereris: auenas effœtas, id est steriles. vnde alibi, Grandia sȩpe quibus mādauimus hordea sulcis. Infelix lolium & steriles dominant auenȩ. Prata pallida, id est languidas, & pallidas herbas producentia: sitientia æstu, id est præ calore desiccata: flauescant, id est fiant flaua. Mala, id est fructus arborum, vt poma, pendentia ramis: cadant, id est decidant immatura, id est ante maturitatem: & frōdes desint syluis, & humor desit fontibus, nec carmē deuotum, id est deuotiuum & imprecatiuum, seu execratoriū: desit nostris auenis, id est calamis rusticis, quibus hæc canimus. Hæc serta Veneris, id est tam pulchra & odorifera, vt Veneris dicas, florentia vario colore: auræ dulces, id est suaues: hinc, id est procedentes ab his sertis: & spiritus agri, id est flatus, & odor diffusus per agrum, hinc, id est ex his sertis: mutent, id est per immutationem producant, æstus pestifros, & venena tetra, id est diras infectiones & pestilentias: vlla dulcia, id est vllæ res dulces: non ferantur oculis, id est ad oculos: & vlla dulcia, id est vllȩ res dulces, nō ferantur auribus, id est ad aures: ego precor sic: & hæc carmina superent, id est maiora sint: nostris votis, id est propter vota nostra, vel quam sint vota nostra. Deinde ad Lydiam amicam rusticam, quam derelinquere coactus est, cōuersus, inquit, Nos ludimus, id est carmina amatoria conficimus: & tu, o battare, optima

Effętas Cereris sulci condatis auenas:
Pallida flauescant æstu sitientia prata:
Immatura cadant ramis pendentia mala:
Desint & syluis frondes: & fontibus humor:
Nec d sit nostris deuotum carmen auenis.
Hæc Veneris vario florentia serta decore,
Purpureo campos quæ pingit auena colore:
Hinc aurȩ dulces, hinc suauis spiritus agri
Mutent pestiferos ȩstus, & tetra venena.
Dulcia non oculis, non auribus vlla ferantur.
Sic precor: & nostris superent hȩc carmina votis.
Ludimus, & multum nostris cantata libellis,
Optima syluarum, formosis densa viretis,
Tondemus virides vmbras: nec lȩta comanteis
Iactabis molleis ramos inflantibus auris:
Nec mihi sȩpe meum resonabit Battare carmen:
Militis impia cum succidet dextera ferro:
Formosæq; cadent vmbrȩ, formosior illis
Ipsa cades, veteris domini felicia ligna,
Nequicquam nostris tocies deuota libellis:
Ignibus ȩthereis flagrabunt. Iuppiter ipse
Iuppiter hanc aluit: cinis hȩc tibi fiat oportet.
Thracis tum Borȩ spirent immania vires:
Eurus agat mistam fulua caligine nubem:
Africus immineat nimbis minitantibus imbrem.
Cum tua Cyaneo resplendens æthera sylua
Noscet iter ducens Erebo tua Lydia Ditis:
Vicinȩ flammæ rapiant ex ordine viteis,
Pascantur segetes: diffusis ignibus aura
Transuolet arboribus: coniungat & arbor aristas.
Pertica, qua nostros metata est impia agellos:
Qua nostri fines olim: cinis omnia fiant.
Sic precor: & nostris superent hæc carmina votis.

ma syluarū. i. prȩstātissima inter arbores: cātata multū nostris libellis, scilicet Bucolicis: vbi phagū describit dēsa viretis. i. virgultis virentibus formosis: nō tōdemus. i. amputamus: vmbras, scilicet tuas virides: nec tu lȩta, id est luxurians frondibus, & lætitiam afferens, iactabis ramos comantes, id est frondētes, molles, id est flexilis, & lentos, aut lenta, si sit nominatiui casus: & hoc auris inflātibus, nec o battarare, meum carmē resonabit sæpe mihi: sicut prius: vñ in Tityro, Formosam resonare doces Amaryllida syluar cum, id est quando: dextera impia militis impij, scilicet Arij, barbari & immittis: succedet ferro, id est ad ferrū applicabitur: que, pro &: hoc est, simul formosæ vmbræ. s. tuȩ, cadent: & ipsa. i. tu (alij tamen ipse, legunt: sed arboris nomen rectius fœmininum ponitur, sicut prius, optima syluarum) appositorie, ligna domini, iterum felicia: nequicquam, id est frustra, & potius deuota, id est exitio addicta: nostris libellis, id est per libellos nostros: Ipse Iuppiter, id est aer: flagrabit. i. ardebit: ignib' ȩthereis. i. cȩlestib': aut qui sunt sub globo lunȩ. Iuppiter, id est aer temperatus, aluit hāc, scilicet arborem battarum, quȩ phagus est: oportet, vt, supp. hȩc. s. arbor, fiat tibi o battare, cinis, id est resoluatur in cinerem: & vires Borȩ Thracis. i. illius vēti, flantis ex Thracia. i. a Septētrione: spirent tum. i. tunc: cum hȩc ardebit: immania, id est immaniter: nomen pro aduerbio: Africus, scilicet vētus, hoc est meridionalis: purus. i. sine nube: agat, id est impellat, nubē mistam caligine fulua: & imber. i. pluuia: immineat nimbis minitātibus, id est diuersificantibus se, aut nutantibus, id est vacillantibus, cum sylua tua, id est ex te facta. Sic fere legitur, malim tamen legere, Eurus. i. ventus Orientalis, agat nubem mistā caligine fulua. Et imber, Africus, id est meridionalis, immineat nimbis nutātibus: vt taceat Phauonium, quia salutarem, resplendens ȩthere Cyaneo, id est frequenter mobili: sicut petrȩ Cyanȩ, iuxta Pontum dicuntur moueri: non dicens, iterum Erebo, id est deo inferorū: Lydia tua, scilicet amica: dixit flammȩ vicinȩ rapiant vites ex ordine, id est cōsumant per ordinem: & segetes pascantur, id est deuorentur, & absumant ignibus auræ, id est aeris: aut venti vrentis: diffusis. s. per omnia impia. Et secundum Calderinum, arbor Pertica. i. virga lignea: impia. i. ad impios vsus redacta: quȩ metata. i. mensa est, quōdam nostros agellos, ab ea, scilicet parte: qua, sup. sunt fines nostri: trāsuolet. i. eripiatur, & eradicetur arborib. &, sup. omnia fiant. cinis: & precor sic: & hȩc carmina superēt, i. maiora sint: nostris votis, id est desiderijs, aut deuotiōibus, sicut prius expositum est.

Universidad de Deusto Biblioteca

Vndæ, quæ vestris pulsatis littora lymphis:
Littora, quę dulcis auras diffunditis agris:
Accipite has voces. migret Neptunus in arua
Fluctibus: & spissa campos perfundat arena.
Qua Vulcanus agros pastus Iouis ignibus arcet:
Barbara dicatur Libycę soror altera Syrtis.
Tristius hoc memini reuocasti Battare carmen.
Nigro multa mari dicunt portenta natare
Monstra, repentinis terrentia sæpe figuris:
Cum subito emersere furenti corpora ponto.
Hęc agat infesto Neptunus cęca tridenti,
Atrum conuertens ęstum maris vndiq; ventis:
Et fuscum cinerem canis exhauriat vndis.
Dicantur mea rura ferum mare. nauta caueto
Rura: quibus diras indiximus impia vota.
Si minus hæc Neptune tuis infundimus aris:
Battare fluminibus tu nostros trade dolores:
Nam tibi sunt fontes, tibi flumina semper amica.
Nil est, quod perdam vlterius merita omnia dixi.
Flectite, currenteis lymphas vaga flumina retro
Flectite, & aduersis rursum diffundite campis.
Incurrant amnes passim remeantibus vndis:
Nec nostros seruire sinant erroribus agros.
Dulcius hoc memini, reuocasti Battare carmen:

DOMITIVS.

¶Vndæ.) Aquas Mincij fluuij declarauit: & littus nō solū maris: verum & fluminis dici posse. ¶Accipite.) Audite.) Neptun⁹.) Mare ipsum trāseat ī arua mea. ¶Pastos.) Cōsumptos. ¶Barbara.) Sylua dicitur barbara: & Syrtes loca esse Africę, fines Ægyptū versus, periculosissima: a σύρειν dicta, qđ est traher. Est eni inęqualitas maris & terrę magna, & in vno loco ꝓfundissima: i alio vero satis vadosa: spiranteq; vēto cumulus arenę, q supra mare fuerat: in ꝓfundissimas residet valles: & qui deprimebatur, mox super aquas aggeritur: & sunt Syrtes, maiores, & minores: et spatio passuum ducētorū quinquaginta millium separatur. Minor, a Carthagine trecētis millibus passuum distat, & totidem ambitus. Maior vero, quadrigētis xxv. millib⁹ passuum. Serui⁹ vero vbicunq; arenosa i mari sunt loca, Syrtes asserit vocitari. ¶Barbara.) Aspera, inculta: &, Altera Syrtis, id est tota arenosa. Dicunt hoies portenta nasci, tumēte mari. ¶Nigro.) Turbato, & procelloso. ¶Hęc agat.) Faciat hæc portenta. ¶Neptunus.) A nando. ¶Fuscum cinerem.) Terram nigram. ¶Dicantur mea rura.) Videantur esse quoddam mare turbidum. ¶Minus.) Si minus damus, o Neptune, tuis altaribus, quam debeam⁹, id est fac tu, o Battare, quod fontes tui spargantur per arua mea: vt videatur mare retro currentibus vndis. ¶Sināt erroribus.) Id est faciant quod semper sint in meis agris errores, i. inundatiões fontium.

Syrtes.

ASCENSIVS.

¶Vndæ, quæ nostris, &c.) Addit continuo nouas imprecatiões: in omnia, videlicet quę in agro suo bona norat: & quibus bene vellet si sua essent: vt ex ordine patebit, qui talis est, O vndę, scilicet Mincij fluminis, quę pulsatis littora, id est ripas: nostris lymphis. i. aquis ex nostro fundo defluētib⁹. & quę diffunditis agris id est in agros, dulceis auras, id est tēperatum aera: accipite. i. intelligite, has voces. i. imprecationes meas. Neptunus. i. a qua maris, seu similis: migret. i. traducat, se fluctib⁹: i. per fluctus, in arua scilicet sata, & perfundat, id est obducat campos: arena spissa. i. dēsa. Et qua. s. parte: Vulcanus arcet ignibus Iouis, id est ab ardore aeris,

aeris, aut fulmine, agros, scilicet nostros: dicat, supple esse barbara. i. aspera, & inculta: altera soror Syrtis Libycæ. i. q in Libya est: raro tamē singulariter reperit. O battare, ego memini q. s. reuocasti hoc carmē tristius. Dicūt. s. hoies fere oēs, multa portēta. i. mōstra: natare mari. s. existēte nigro. i. turbato: portēta, dicit. i. mōstra, terrentia sępe figuris repētinis: cū. i. quādo: corpora emersere subito pōto furēti subito. Neptun⁹ agat. i. impellat hęc cęca. i. icerta, & dubij odij: tridēti, scilicet baculo regali: infesto alij, referentes ad fuscinam, fecerunt infesta, scilicet fuscina tridenti: cōuertens ęstum, id est feruorem maris, id est fluuiorū vndiq; ventis: cōuertens atrū ęstum maris, exhauriat. i. absumat aut desiccet: & exhauriat vndis canis. i. albicātibus: cinerē fuscum. i. subnigrū. Mea rura dicātur, mare ferum, nauta caueto rura. s. mea: iam agsobruta: qbus indiximus, id ē imprecati sumus: diras appositorie, ipia vota. O Neptune si nos īfundimus min⁹, tuis aris. i. nō satis sacrificamus, nec damus, vt tale beneficium mereamur, tu o battare, trade fluminibus, scilicet Mincio, & Pado, nostros dolores, id est q ex doloribus illis optamus. Nā fontes sunt tibi semper, sup. amici, & flumina sunt tibi semper amica. Nil est quod perdam vlterius: quia dixi, omnia merita. i. pro demerito, q. d. non imprecor vltra, q̄ meritum sit: & hoc dicit, ne quis reprehendat q sua ita execretur: dicit enim, nihil suum esse: cum nihil sit, quod vlterius perdat. O flumina vaga, flectite retro, id est retrorsum: lymphas, id est aquas currētes. flectite, inquā, & vos aduersi. i. oppositi, & contra cursum naturalem versi diffundite cursum. i. fluxum vestrum: campis. i. in campos. Amnes, s. de mōtibus cadentes, incurrant. s. in campos nostros passim: & hoc vndis remeantibus. i. sese in gyrum vertentibus: & ita voraginē in agro meo facientibus: nec sināt. i. non permittant, nec concedāt errorib. exire meos agros. i. faciant vt errores semp sint in agris meis: sic Calderinus. Aut sic: nec sinant agros nostros exire id est exui erroribus: aut nec sinant, sup. quem exire nostros agros erroribus, id est propter gyros & vortices, qui errorem inducunt. Ego memini, o battare, quod reuocasti hoc carmen dulcius, scilicet quam æquum est.

Emanent subito sicca tellure paludes:
Et metat hic iuncos, spicas vbi legimus olim:
Occupet arguti grylli caua garrula rana.
Tristius hoc rursum dicat mea fistula carmen.
Præcipitent altis spumantes montibus imbres:
Et late teneant diffuso gurgite campos:
Quiq; domos infesta minantes stagna relinquāt.
Vnde elapsa meos agros peruenerit vnda,
Piscetur nostris in finibus aduena arator:
Aduena ciuili qui semper crimine creuit.
O male deuoti pratorum crimine agelli,
Tuq; inimica tui semper discordia ciuis.
Exul ego, indemnatus, egens mea rura reliqui,
Miles vt accipiat funesti pręmia belli.
Hinc ego de tumulo mea rura nouissima visam:
Hinc ibo in syluas. obstabunt iam mihi colles.
Obstabunt montes: campos nec adire licebit.

DOMITIVS.

¶Caua.) Concauitatē.) Gryllus.) Id est sit rana in eo loco, vbi stabant Grylli. ¶Minantes.) Id est milites, qui minantes nobis terreantur talibus imbribus: & cogātur relinquere meos agros. ¶Belli.) Inter M. Antonium & Aug. ¶Tumulo.) Tumulum hūc in Busco. Virgili. optie declarauit, cum inquit, Iamq; sepulchrū incipit apparere Bianoris. hic enim Bianor amnis Tusci, & Manthus Thyresię filius fuit, a qua Mātua denominata est. huius sororem Lydiam fuisse dixere, a qua & denominari potuit amica Virgilij. pater Virgilij dicebat Virgilius Rufacus.

ASCENSIVS.

¶Emanēt subito.) Prosequitur institutum ponendo imprecationes dirissimas, etiam contra naturę cursum, dicēs. Paludes. i. aquę palustres, emanent subito tellure sicca, id est vbi nūc terra sicca & arida, arationi apta: & miles, scilicet Arius: metat, scilicet fœnum, hinc, id est ab hac parte agri, vbi nos collegim⁹ olim spicas, id est fruges maturas: rana garrula occupet caua, id est cōcauitatem, & antra caua Grylli arguti, id est vbi stabat prius Gryllus argutus. Mea fistula dicat rursum hoc carmen tristius. Imbres fumantes, id est nebulosi, & ob id pestiferi, pręcipitent se, sup. aut pręcipites decidant altis montibus, & teneant late campos diffusos gurgite, id est impetu aquarū, quis, id est quibus campis,

Elapsa alij relapsa.

Pręmia alij plia.

Dulcia rura valete, & Lydia dulcior illis,
Et casti fontes, & felix nomen agelli.
Tardius ah miserę descendite monte capellę.
Mollia non iterum carpetis pabula nota.
Tuq; resiste pater: & prima, nouissima nobis
Intueor campos. longum manet hostis in illis.
Rura valete iterum: tuq; optima Lydia salue:
Siue eris: etsi non, mecum morieris, vtrumque
Extremum carmen reuocemus Battare auena.

campis minantes, scilicet milites agrorū occupatores, & incubatores, vt Arius, & reliqui: relinquāt dominis, id est proprijs possessorib⁹, stagna infesta dominis: vnde, id est e quib⁹ stagnis: vnda elapsa, id est effluens: peruenerit agros meos, idest venerit per agros meos. Arator aduena, i. peregrinus, & externus: piscetur in nostris finibus: aduena (inquit) qui semp creuit: crimine ciuili, id est bello intestino, quod per ciuium crimē oritur. O crimina agelli, deuoti male, id est multum, & cum summo malo, & tu, o Discordia, semper inimica tui ciuis: vnde in Tityro, En quo discordia ciues. Perduxit miseros. Ego exul indemnatus, id est non condemnatus propter crimen: sed tamen non indemnis: reliq mea rura egens, id est existens egenus in terra aliena: vt miles. s. Barbarus, accipiat pręmia belli funesti, id est quod funeris causa est: aut detestandi, qa ciuilis. Ego visam hinc, id est ab hoc loco: de tumulo, id est colliculo, vbi erat sepulchrum Ocni Bianoris mea rura nouissima, id est extremos fines eorum: aut visam nouissima, id est nouissime, aut nouissimo de tumulo mea rura: & ibo hinc in syluas, & colles, obstabunt. i. contra stabunt, dum in syluas abire volā: & mōtes obstabunt: nec licebit adire cāpos. i. loca plana, & campestria, & ita, quia non dabitur aufugiēdi locus, neq; per plana, neq; per aspera: dulcia rura valete: & o Lydia. s. amica rustica: dulcior illis. s. aruis meis: & fontes casti. i. puri, & lympidi ac sacri & nomē agelli felix, id est beatum a multis ꝓdicatum: aut felix, pro felicis agelli. Ah miserę capellæ, descendite tardius montibus: quia non carpetis iterum pabula mollia: nota. i. assueta vobis, quasi dicat vt primum descenderitis, incidetis in manus militū qui vos absument. Et tu pater. s. Rusace Maro: resiste. s. militibus & ego intueor. i. inspicio (pro quo quidam intuor, dicunt) nouissima. i. vltimo loco: campos, prima, id est primū: hoc est pręcipue: nobis, scilicet debitos: hostis manet in illis lōgū, id est per longum tempus: sic enim fere de tempore dicitur lōgū, sicut de loco lōge, vt in Bucolicis, Et longū formose vale, vale, inquit, Iola: Rura valete iterū: tuq; optima Lydia salue: vtrunq;. i. vtroq; modo: siue eris mecū. s. vsque ad mortem (sed in re lęta noluit meminisse mortis, ꝓpter omē malum euitādū) siue non morieris mecū, scilicet non eris mecū vsq; ad mortem quam in dissidio nominat, quasi innuat longum velle viuere secum: & paruifacere eius mortem, si cum alio fuerit. Battare reuocemus, id est repetamus auena, carmen extremū, id est de re amatoria: de qua extremo loco dicturus sum.

Et, alij hęc.

Dulcia amara prius fient: & mollia dura:
Candida nigra oculi cernent: & dextera lęua,
Migrabunt casus aliena in corpora rerum:
Quàm tua de nostris emigret cura medullis.
Quamuis ignis eris, quamuis aqua: semper amabo.
Gaudia semper enim tua me meminisse iuuabit.
Inuideo vobis agri, formosaq; prata:
Hoc formosa magis, mea q formosa puella,
Est vobis, tacite nostrum suspirat amorem:
Vos nunc illa videt: vobis mea Lydia ludit:
Vos nunc adloquitur: vos nunc adridet ocellis:
Et mea summissa meditatur carmina voce.
Cantat & interea, mihi quæ cantabat in aurem.
Inuideo vobis agri: discetis amare.
O fortunati nimium, multumq; beati:
In quibus illa pedis niuei vestigia ponet:
Aut roseis digitis viridem decerpserit vuam:
Dulci nanq; tumet nondum viticula Baccho.
Aut inter varios Veneris stipendia flores,
Membra reclinarit: teneramq; illiserit herbam:
Et secreta meos furtim narrabit amores.
Gaudebunt syluæ, gaudebunt mollia prata:
Et gelidi fontes: auiumq; silentia fient:
Tardabunt riui labentes currite lymphæ:
Dum mea iucundas exponat cura querelas.
Inuideo vobis agri: mea gaudia habetis.
Et vobis nunc est, mea quæ fuit ante, voluptas.
At mihi tabescunt morientia membra dolore:
Et calor infuso decedit frigore mortis:
Quod mea non mecū domina est. non vlla puella
Doctior in terris fuit: aut formosior: ac (si
Fabula non vana est) tauro Ioue digna, vel auro.
Iuppiter auertas aureis. mea sola puella est.

DOMITIVS.

¶Casus.) Euentus & fortuna. ¶Emigret.) Discedat. ¶Suspiret.) Lydia. ¶Videt vos.) Fontes. ¶Et adloquitur.) Et cantat vobis. Discetis vos fontes, agri que mei. ¶Amare.) A Lydia. ¶Vitecula.) Parua vitis. ¶Illęserit. ¶Cōcumbēdo. ¶Currite lymphę.) Currite dū ego exponā eas querimonias. ¶Tauro Ioue.) Europā respicit, filiā Ageneris regis Phœniciæ, quę cū armētis delectaret, & sępe supra ascēdere ꝓsueuisset, Iuppiter in formosissimū taurū cōuersus, eā assumptā, in hos locos detulit: quibus nomen Europę inditum est. ¶Auro.) Ad Danaē, acrisij filiam, retulit, quæ in turri ænea clausa erat: neqs eam stupraret, propter oraculum quod erat: vt filius maior parēte nasceretur: qua re Iuppiter in pluuium aurum conuersus, gremio puellæ exceptus fuit, sicque eam compressit, & ex ea, Perseus natus fuit. ¶Auertas auro mea digna puella est.) Ne capiaris eius amore.

ASCENSIVS.

¶Dulcia amara prius, &c.) Ordo est. Dulcia fiēt prius amara, & mollia fiēt prius dura: & oculi cernent ꝓus cādida nigra. s. effecta, aut vt nigra, & cernent dextera, id est quæ dextera sunt, lęua i. sinistra: casus. i. euenta fortuita, migrabunt prius in aliena corpora rerum. i. omnia prius i cōtrariū: & ꝓter naturā eueniēt: q̄ cura tua. i. de te suscepta (staret sententia si diceret. tui, sed versus nō patit.) emigret. i. transfetatur de nostris medullis: licebit enim me meminisse semper tua gaudia, & ideo, O agri, & formosa prata, ego iuideo vobis, hoc. i. eo aut tāto magis, q mea formosa puella est vobis. i. apud vos: & q ipsa tacite suspiret. i. suspirio idicet, amorē vestri, i. quē de vobis habet, qa dulcis amor patriæ est: illa videt nunc vos & mea Lydia: ludit nūc vobis quasi ad delectationē vestrā, cum ego absim. Ipsa adloquit nūc vos, & adridet, sup. vobis: nūc ocellis. i. oculis, ꝑ lasciuiā contractis: & meditat. i. exercet, & cāt voce submissa carmina mea, i. a me, vel de me cōposita: & cātat interea ea quę cantauit mihi in aurē quasi secreta, & nō prodēda: qa cęlari vult sua furta Ven⁹. O agri, ego inuideo vobis, qa discetis amar, scilicet a Lydia, q amores canit, & amatoria carmina. O agri fortunati, & beati nimium: in quibus illa. s. tam formosa puella, ponet vestigia niuei pedis: aut i quibus decerpserit digitis roseis. i. rubicūdulis & odoriferis: vuā viridē. i. adhuc immaturam. Nam vitecula (quasi a a nomiatiuo vites: quod si legatur (vt i multis) viticula, ti, syllaba producitur, sicut a Satyrico in Cuticula.) viticula igit, id est parua & tenella vitis: nōdum tumet dulci Baccho. i. maturo vio, aut succo, aut supple in quibus illa. s. Lydia reclinarit, id est reclinauerit, membra inter varios flores, appositorie, stipendia Veneris, id est qualē declinationem dat Venus pro stipēdijs: & illęserit, scilicet cōcumbendo & reclinādo se herbā teneram. Et ipsa secreta, id est separata ab arbitris: & in locis solis existens, narrabit furtim, id est furtiue, & clanculum meos amores: syluæ audientes. s. eos, gaudebunt: & prata mollia gaudebūt: & fontes gelidi. i. subfrigidi, gaudebunt:

Vestri, alij vestrum.

Vobis, adridet, alij vos nunc adridet.

Cātauit alij cantabat.

Illæserit, alij illiserit.

Quereslas, alij querulas.

Hei, alij Heu.

Digna, alij sola.

Universidad de Deusto
Biblioteca

debunt,& silentia auium sient, id est aues reticebunt,& continebunt cantus suos,vt audiant cãtilenas Lydig:riui tardabunt, supple se.& ideo lymphę, quę nondum illuc vlq; percurristis: currite labentes.scilicet continue:dum,id est donec:mea cura, id est amor meus, seu amica mea, quæ mihi curæ est: Lydia exponit, querelas iucundas,id est amatorias.O agri, ego iuideo vobis: habetis mea gaudia,& ea voluptas quæ fuit ante mea, est nunc vobis,id est vestra.Hei mihi, membra,scilicet mea morientia,scilicet igne amoris:tabescunt.id est lente absumãtur, corrupta tabe:dolore,id est præ dolore:& calor, scilicet naturalis: decepit, scilicet me:aut defecit frigore mortis,id est mortali, aut mortifero infuso:quod,id est quia mea domina(sic enim præcipua amisca, vulgo dicitur:& coniux etiam a Græcis, domina vocatur: vt Helena a Deiphobo in sexto Æneidos, Et hi dominã Ditis. &c.) non est mecum:vlla puella non fuit doctior,ac formosior in terris:ac si fabula non est vana,scilicet re,id est inanis & friuola, nihil de historia cõtinens,hoc est si vera est fabula quę de Europa, & Danae narratur:ipsa puella mea est digna loue tauro, id est vt in taurum eam auecturus mutetur: sicut mutatus est dum Europam, Agenoris filiam, auexit: vel loue auro,id est in aurum: hoc est aureũ imbrem, sicut in Eunneho recitatur,verso, o Iuppiter,auertas,supple te ab ea,ne capiaris:quia mea puella, est auro digna.

DOMITIVS.

¶ Vaccula,) Parua vacca.ſ Pater hædorum. ſ Hircus interpellatus.) Animalia nunquam plorant amores impeditos,interruptos: sicut ergo sydera semper redeunt in vices suas: sed ego non possum redire ad meos agros.ſ Tui.) Orbis. ſ Omnia vos estis.) Vos, scilicet Luna & Phœbe est.o omnia tenetis.ſ Voluebãtur.) Erant. ſ Similisque Conditio.) Nam aureo sęculo, nymphæ securæ errabant per lyluas ad loca. ſ Minoidis.) Tangit Ariadnem,filiam Minois, quã in littore a Theseo derelictã,Bacchus rapuit: & in cœlo ductã in sydus coniuncti:& coronam astronomicam appellãt. Virgi.j. Georg. Gnosiasq; ardentis decedat stella corona.Numina autem, vt plurimum, suas amicas cœlo consecrabant.

Ariadne.

ASCENSIVS.

¶ Felix Taure pater magni gregis.) Cõqueritur sui cõditioné esse deteriorem quam tauri, qui cum vaccis semper versatur,cũ ipse ab amica longe exulet. ¶ Ordo est. O Taure pater,decus magni gregis,

Felix taure pater magni gregis,& decus,a te
Vaccula non vnquam secreta cubilia captans,
Frustra te patitur syluis mugire dolorem.
Et pater hœdorum felix,semperq; beate:
Siue petis monteis præruptos,saxa pererrans:
Siue tibi syluis noua pabula fastidire,
Siue libet campis:tecum tua læta capella est.
Et mas quicunq; est,illi sua fœmina iuncta,
Interpellatos nunquam plorauit amores.
Cur non & nobis facilis natura fuisset?
Cur ego crudelem patior tam sæpe dolorem?
Sydera per varium redeũt cum pallida mundum:
Inq; vicem Phœbe currens,atq; aureus orbis
Luna tua est tecum.cur non est & mea mecum
Luna,dolor nosti quid sit,miserere dolentis,
Phębe gerens in te laurus celebrauit amorem:
Et quę pana deum nisi syluis fama locuta est.
Omnia vos nostis.secum sua gaudia gestat.
Aut insperſa videt mundo,quę dicere longum est
Aurea quinetiam cum sæcula voluebantur,
Conditio,similisq; foret mortalibus illis.
Hęc quoq; præterea notum Minoidos astrum,
Quæq; virum virgo sicut captiua secuta est.
Lædere cęlicolæ potuit vos nostra quid ætas?
Conditio nobis vitæ quo durior esset.

id est armenti,felix,sup.es.Nam vaccula.i.iuuenca,captans secreta cubilia ad te non patitur vnquam (& ita leges:nõ autem nonnũquam.)te mugire frustra,sup,in syluis dolore.i. pre dolore:& o pater hœdorum,id est hœde, aut caper, si non dicitur a capiendo:felix & semper beate;quia siue petis montes præruptos, pererrans saxa:siue libet tibi fastidire i syluis noua pabula,siue libet fastidire.i. vsque ad fastidium sumere,noua pabula cãpis.ſ.iacentibus:tua capella est semper tecum læta. Et quicunq; supp.loco est mas,id est masculus:illi,id est illic: est sua fœmina: vel sic, Et quicunq; mas,id est masculus illius est:illi est sua fœmina iuncta: & ideo nunquam plorauit amores: interpellatos, id est impeditos,ac per tempus interruptos: cur natura non fuisset, id est esse potuisset: &, id est etiam: nobis, scilicet hominibus: non solis pecoribus: facilis, id est indulgens,& benigna,& ad generationem non laboriosa. Cur ego patior tam sæpe crudelem dolorem: cum id est quando: sydera pallida, id est subalba: redeunt per mundum viridem, scilicet ad ortus, & in orbes suos: & o Phœbe excurrens,inuicem,id est vicissim: atque,id est sicut: orbis aureus,id est globus solis;excurrit,supple luna:tua, scilicet soror, aut amica est tecum:cur &,id est etiam mea, luna, id est amica mea,non est mecum,quasi dicat quocunq; sol percurrat,semper habet amicam sororem sequentem:cur ergo & mea me non sequitur

DOMITIVS.

Vita.

¶ Vittam.) Quia omnes virgines, in signum castitatis lineã gerebant, hoc est lineas fascias in signum ligatę virginitatis:& zonam afferebant, quia cingebãtur, vt etiam Catullus

Ausus ego primus castos violare pudores?
Sacratamq; meæ vitam tentare puellæ?
Immatura meæ quoq; noxę soluere fata?
Istius atq; vtinam facti mea culpa magistra

tullus in primo,Passeris ostẽdit,dum iquit, q; zonã soluit diu ligatam. ſ Meæ noxæ.) Quod concubuerim cum Lydia. ſ Iuppiter ante fui.) Prius quam factus est cõiux,quę diceret,quasi dicat, habuit coitum cum Iunone, priusquã esset coniux. ſ Opus.) Retia. ſ Illi.) Mœsto Vulcano. ſ Aurora.) Amauit Titonum: ipsa enim nũquam habuit talem infelicitatem, qualem ego. ſ Aurea.) Quasi dicat deberẽ ego etiam habere ętatem auream, qualem habuerũt dei. ſ Læua fors.) Aduersa. ſ Tanta.) Mala mihi fuere:vt ita maneam, quod me vis posses cognoscere.

ASCENSIVS.

¶ Ausus ego primus, &c.) Defendit culpam suam ab exemplo deorum:ob quam rem diuus Augustin⁹ detestatur comœdias, vt Eunuchum Terẽtij, & cęteras quę deor⁹ adulteria,quasi ad iuuenum corruptelam proponũt exẽpla. Ordo aũt est. Aususne,sup.sum ego primus, violare castos pudores? quasi dicat non, cũ & dij & homines id sępe fecerint.Et ausus sum ego,primus tentare,i. solicitare ad corruptionẽ:aut attingere vittam.i. signum virginitatis: quod in capite ferebat: sacratam, scilicet Vestę,aut virginitati puellę.i.amicę meę?q.d.non. Et ausus sum ego primus soluere facta meæ noxæ,id est concubit⁹ cum Lydia mea:immatura,id est nondum soluenda,id est aperiẽda,& prodenda,quasi dicat minime:atq; vtinam primus corrupissem puellã: nec alius puellam meam solicitasset: quia vita eẽt mihi diutius leto,id est diutius viuerem in fama hominum, quã essem in morte:Nam mea fama nõ moreretur, vllo tempore,cũ, id est quandoquidem ego dicerer,furatus primum dulcia gaudia Veneris,id est concubitus,atque dulcis voluptas, foret orta ex me.Nam vota impia,id est aut nefanda desideria, aut diræ imprecationes:non tantum,id est non intantum:rubuerunt, id est erubuerunt,hoc est pudore affecta sunt ob culpam,vt error noster foret,id est esset:author,id est inceptor: amoris occulti, id est libidinis furtiuæ.Iuppiter factus semper mendacia sui, id est de se,cum Iunone scilicet sorore:& coniuge,id est factus mẽdax: & aliam de se expectationem: & alium exhibens effectum, antequam vterque,scilicet tam ipse,quam Iuno,dictus est coniux: libauit,id est degustauit:gaudia,id est voluptatem: furatus amorẽ dulcem:(& ideo pręcipue dulcem, quia furtiuum:quia,vt etiam in prouerbijs Solomonis dicitur,Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior. cuius rei causa videt, quia Nitimur in vetitum semper,cupimusq; negata: vnde cõmercia Veneris, dicuntur furta:vnde est, Celari vult sua furta Venus. Quocirca animaduertit in Cynicos diuus Augustinus qui i propatulo voluerunt habere Venerem:argumentãtes, nihil turpe quod idem naturale.Sensus autem est,louem cum tantum frater esset Iunonis,& nondum coniux,habuisse commercium cum ea, vt ostendat multum abesse:vt ipse primus dicatur qui virginalem violauerit pudorem: quia, vt ex Iuuenale diximus, Viderunt primos argentea sæcula mœchos. Verum culpa non ideo minor, quam antiqua:& in multis est,sicut non minus,secũdum Augustinum, Ardebunt,qui cum multis ardebunt.) Et, supple puella mea Lydia,gauisa est ludere mecum in herba:ergo non oppressi inuitam, supponens collo formoso:grandia gaudia,id est res voluptatis, scilicet flores purpureos: insuper quos, vacat in ipsa accumbebat:

Prima foret:letum vita mihi dulcius esset.
Nam mea non vllo moreretur tempore fama:
Dulcia cum Veneris furatus gaudia primum
Dicerer:atq; ex me dulcis foret orta voluptas.
Nam mihi non tantum tribuerunt impia vota:
Author vt occulti noster foret error amoris.
Iuppiter ante sui semper mendacia furti
Cum Iunone,prius coniux q; dictus vterq; est,
Gaudia libauit dulcem furatus amorem,
Et mecum tenera gauisa est ludere in herba,
Purpureos flores,quos insuper accumbebat,
Grandia formoso supponens brachia collo.
Tum credo fuerat Mauors distentus in armis.
Nam certe Vulcanus opus faciebat: & illi
Tristi,turpabatq; mala fuligine barbam.
Non aurora nouos etiam plorauit amores:
Atq; rubens oculos roseo celauit amictu.
Talia Cœlicolæ.nunquid minus aurea promo.
Ergo quod deus,atq; heros,cur non minor ętas?
Infelix ego,non illo qui tempore natus:
Quo facilis natura fuit.fors o mea læua
Nascendi,miserumq; genus,quo fera libido
Tanta meæ vitæ cordis fecere rapinam:
Vt maneam,quod vix oculis cognoscere possis.

accumbebat:spondaicus versus:accumbẽtis, languorem indicans:vt vero culpã suam, quam fatetur, palliet: inniti⁹ tur deorum authoritatib⁹,dicẽs, Ego credo q; Mauors,i. Mars,deus belli, qui cum Venere in adulterio, deprehensus est:fuerat distentus.i.a Venere in armis:& id per ironiam. Nam certe Vulcanus, marit⁹ Veneris, faciebat opus.ſ.fabrile: & turpabat illi barbam fuligine, id est nigredine, ex fumo facta:tristi, atq; mala,i. nociua: & non ad voluptatem, vt est ea, qua,vt author est Iuuena. Molles supercilia depingunt. Non, id est nunquid:& id per ironiam: nam vult dicere,quod maxime ita Aurora,scilicet Titoni cõiux, & mater Memnonis, plorauit etiam amores nouos,atq; ipsa rubens cęlauit, id est occultauit oculos, amictu roseo,id est rosei coloris: Cœlicolæ, id est dij cœlestes, talia, supple egerunt, aut gesserũt: & est honesta eclipsis:sicut Talia per Latium, supple gerebãtur. Nunquid ego promo minus aurea,id est honesta & aureo sæculo digna? quasi dicat non: quia deos arguere,nefas duxit. Ergo,cur ętas minor, id est fragilis,& mortalis, videlicet humana conditio:non,supple faciat: quod deus, supple fecit, qui erat in aureo sęculo: atque heros,qui erat in greo sæculo, id est quod & hi qui pro dijs habiti sunt, & qui proxime ad deorum vitam accessisse putantur, vt Heroes fecerunt: nam Iuppiter, Neptunus,& Pluto,summi illi dei, virginum raptores leguntur.& Achilles, & Hercules,& Paris,& sexcenti alij.Ergo(vt dixi) diuus Augustinus,merito reprehendit eos, qui deos suæ turpitudinis citant authores.Ego,supple sum infelix, qui nõ fum natus illo tempore, quo natura fuit facilis:quia (vt Amasius poeta dicit)Tribus violis puellam comparabant. O mea fors nascendi fuit,supple lęua,id est inimica mihi:sicut dextrum,secundum, & fauorabile dicimus: & o miserum genus (modestius tamen secundum Vallam:& cum minore excandescentia supprimitur, quam exprimatur,o, cum accusatiuo) quo, id est in quo:libido est fero, id est nimis tarda:quia tunc primum exęstuans, cum negatur quod petiuerat(vnde vult dicere, se iam primum impatienter Lydiam amare, quando eo carendum est. Id autem secundum veterem superstitionem, quæ in multis hodie vsq; perdurat fato, id nascendi sorti imputat.) Vitæ meæ fecere tantam rapinam cordis,id est tantũ abstulerunt a corde meo:vt ego maneam,supple illud,quod vix possis cognoscere oculis, id est tanta miseria confectus,& macie exhaustus per impatientiam:vt tu, id est quicunque (nam secũdam personã, pro qualibet posuit.) vix possis me cognoscere oculis,id est visu: quamuis per loquelam,aut alia indicia facile agnosci possit.Et hæc in Diras, quanta potuimus commoditate.

Leto,alij letũ. Diutius alij diucius. Nã,alij non. Factus, alij facti

Grãdia, alij candida. Gaudia, alij brachia.

P. VIRGILII MARONIS

DIRARVM

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMITIVS.

HOc Virgilianum esse opus plerique ex authoribus testantur: & Seneca in epistō. adeo vt Nasonem non ob aliam causam opus de Ætna dimisisse affirmet, nisi propter Virgilium, quem iam scripsisse compertum habebat. Cornelius Seuerus etiam ob eandem causam deterritus traditur: summa tamen opera est, vt causam Ætnei incēdij referet: nō qualem vulgatiores poetæ asserunt, sed quæ a summis philosophis, atq; poetis exposita sit. Quis enim ignoret Ætnam flagrantem, adeo vt nubes nequaq; cadere, authores existimauerint: atque ad quinquagena & centena milia passuum arenas, flammaq; globos eructaret? Ardet autē noctibus semper: & miraculō est, igneam materiam tanto

æuo

AETNA INCERTI AVTHORIS.

AEtna mihi, ruptique cauis fornacibus ignes,
Et q̄ tam fortes voluant incendia causę:
Quod fremat imperium: quid raucos torqueat ęstus:
Carmen erit, dexter venias mihi, carminis author:
Seu te Cynthos habet: seu Delos gratior illa:
Seu tibi Dodone potior. tecumq; fauentes
In noua Pierio properent a fonte sorores
Vota. per insolitum Phœbo duce cautius itur.
Aurea securi quis nescit ęcula regis?
Cum domitis nemo Cererem iactaret in aruis:
Venturisq; malas prohiberet frugibus herbas
Annua sed saturę complerent horrea messes:
Ipse suo flueret Bacchus pede: mellaq; lentis
Penderent foliis, & pingui Pallas oliua.
Secretos amnes ageret cum gratia ruris.

æuo sufficere. Patet crater eius ambitu stadiorum. xx. fauillā Tauronimium & Catinum vsque peruenire affirmant. Fragorem vero ad Maronē & gemellos colles. Quocunq; modo tantum per nostrem lucere, & splendentem apparere affirmauere a cacumine. Nam interdiu fumo & caligine obsidetur. (Dodona.) Epiri sylua, in qua oracula p colūbas reddebātur: licet Herodotus, mulierem quandā reddidisse affirmet. Phaselis.) In Lycia mons est vt Ætna, quem Plinius appellat Phasem. Ibidem sicut & in Pastara, Apollo oracula reddebat. Hinc Lycias sortes, alibi poetam appellasse affirmant. (Cynthos.) Mons est vbi Apollo etiam colebatur: Alibi insulam vnam esse Cycladum legimus. (Delos) Insula in Ægeo mari: dicta q; Dela. Præsentis, alias fauētis. Tutius, alii cautius. Lycius. Cynthi. Delos.

Dela. i. manifesta Apolinis rē sponsa, illic præberentur. (Securi regis.) Id est Saturni. (Amnes Secretos.) Quia tacite fuit oleum: & matrē intellige Medeam. (Dié auersum.) Tāgit fabulā Atrei & Thiestis. (Spar sum in semic.) Tāgit Cadmō q dentes seminauit draconis: vnde nati sunt hoies armati. Posset etiam intelligi de Iasone. (Quis nō periurę?) Tāgit Theseā, qui Phędram sororē Ariadnes, elegit in vxorem: licet ipsi Ariadnæ iureiurando se eam in vxorem ducturum promisisset. (Minoida.) Filiā Minois, Ariadnem.

Thiest. Cadm.

Phędra Arnad.

Non cessit cuiquam melius sua tempora nosse.
Vltima quis tacuit iuuenum certamina Colcos?
Quis non Argolico defleuit Pergamon igni
Impositam? & tristi natorum funere matrem?
Auersum ve diem, sparsum ve in semine dentem?
Quis non periurę doluit mendacia puppis,
Desertam vacuo Minoida littore questus?
Quidquid in antiquum iactata est fabula carmen.
Fortius ignotas molimur pectore curas:
Qui tanto motus operi: quę causa perennis
Explicet in densum flammas: & trudat ab imo
Ingenti sonitu moles: & proxima quæq;
Ignibus irriguis vrat: mens carminis hęc est.

pter pondus & liquorē, vñ de Cuiquā aliquid quam. loue in Georg. Mellaq; decussit foliis, &c. & cum Pallas. s. inuentrix oleæ, Minerua ageret. i. duceret, riuos secretos. i. secrete & tacite fluētes, oliua. s. arbore pingui, propter oleū aut oliuū cū gratia ruris non cessit cuiq; nosse sua. i. opportuna tēpora, melius. s. q̄s alteri. i. cū oēs indifferēter scirent Tēpora, q̄ mestior, quę curuus arator haberet. Quis tacuit. i. nō descripsit? q. d. nemo, fere Poeta, Colchos, appositorie, vltima. i. pessima & grauissima certamina iuuenū. i. Argonautarum, q e Colchis redeū

ASCENSIVS.

AEtna mihi.) Quia cętera a Calderino satis explicantur: Ordo est. Aetna, mons ille Sicilię, perpetuis ignibus flagrās: & ignes rupti. i. erumpentes, aut eructati: cauis. i. cōcauis aut excauatis fornacibus: & quę causę tam fortes. i. tam efficaces voluant incendia. s. tanta, & tam cōtinua, quod imperiū premat: & quod imperium, aut qd. i. quę res torqueat ęstus raucos, i. rauce crepitantes, erit mihi carmen, vel carmen erit mihi Ætna. i. cāneti de Ætna, & ignibus eius: & o Apollo, tu, supple eris mihi author carminis: dexter. i. prosper, & fauorabilis: seu. i. siue, Dodone, sylua illa Epiri vaticinio nobilis (declinatur autem hoc loco, hęc Dodone, huius Dodones.) sup. erit tibi: potior. i. eligibilior, q̄s quam alius locus: & Phaselis, mons ille Lycię, ardens, vt Ætna, est tecum: seu Cynthos, mons, aut potius insula inter Cyclades, habet: seu Delos est gratior illa. s. Cyntho insula. i. vbicunq; es, eris mihi carminis author: & sorores. s. Musę, Iouis, & Mnemosynes filię, properent. i. properanter veniant, a fonte Pierio: i noua vota. s. mea, qa itur. s. ab oibus poetis: Phœbo duce. i. ducēte, aut ductu Phœbi, tutius per insolitū. s. iter, aut per rem insolitam & nouā. Quare autē rem nouam scribere tētet, docet: sicut in Geor. Quia cætera quæ vacuas tenuissent carmina mentes: Oia iam vulgata, qs aut Eurysthea durū, Aut illaudati nescit Busiridis aras &c. Et hic: Quis nescit aurea ęcula regis securi. i. q̄ fuerūt sub rege securo. s. sub Saturno? ideo aūt securi, qa regnantis? cum nemo iactaret Cererē. i. frumentum in aruis domitis. i. cultis: & cū nemo prohiberet frugibus venturis. i. a futuro frumento, herbas malas. i. nociuas: sed cum sacrę messes. i. fruges: deorum dono, aut beneficio naturę sponte nascentes, cōplerent annua. i. annuę, aut annuatim: vt sit nomē, pro aduerbio: aut figurate, tēpus rei accōmodat, vt sint horrea annua, id est quotannis repleda, & cū Bacchus. i. vinū: flueret suo pede. i. sponte nascens, nō calcatū pedibus vindemiatorū: & cum mella penderent foliis lentis, propter

ASCENSIVS.

(Principio.) In narrationis huius principio, dicit se nec̄ executurum poetica figmenta, sed tantum res physicas: ac causas veras igniū spirādium ex ipsa Ætna. (Resonare cauernis.) (In secessu & remotione Ætnę, subterranei sunt meatus, ad leram vsque insulam, vbi Vulcanus cum alijs suis fabris, fulmina fabricare dicitur: hinc ictibus loca omnia resonant. Vnde Virg: Insula Sicanium iuxta latus, Eoliamq; Erigitur Lyparen fumantibus ardua saxis, Quam subter specus, & Cyclopum exesa caminis Antra Ætnea tonāt, validiq; incudib⁹ictus. (Sine pignore carmen.) Id est sine ratione, (Proxima.) Id est tertia. (Phlegręis campis.) Phlegręi ideo dicti, quia ibi erant in copia maxima, ignes

Vulcanus

DOMITIVS.

(Principio.) In narrationis huius principio, dicit se nec̄ executurum poetica figmenta, sed tantum res physicas: ac causas veras igniū spirādium ex ipsa Ætna. (Resonare cauernis.) (In secessu & remotione Ætnę, subterranei sunt meatus, ad leram vsque insulam, vbi Vulcanus cum alijs fabris, fulmina fabricare dicitur: hinc ictibus loca omnia resonant. Vnde Virg: Insula Sicanium iuxta latus, Eoliamq; Erigitur Lyparen fumantibus ardua saxis, Quam subter specus, & Cyclopum exesa caminis Antra Ætnea tonāt, validiq; incudib⁹ictus. (Sine pignore carmen.) Id est sine ratione, (Proxima.) Id est tertia. (Phlegręis campis.) Phlegręi ideo dicti, quia ibi erant in copia maxima, ignes. (His natura.) Secundō multos authores loquor, qui dicunt, gigantes, pedes habuisse serpentinos. (Sinuat.) Curuat. (Coaceruatas.) Accumulatas.

Principio, nequem capiat fallacia vatum:
Sedes esse dei: tumidisq; e faucibus ignem
Vulcani ruere: & clausis resonare cauernis
Festinantis opus. non est tam sordida diuis
Cura: neq; extremas ius est demittere in artes
Sydera, subducto regnant sublimia cęlo
Illa: neq; artificum curant tractare laborem.
Discrepat a prima facies hęc altera vatum.
Illis Cyclopas memorant fornacibus vsos:
Cum super incudem numerosa in verba fortes,
Horrendum magno quaterent sub pondere fulmen:
Armarentq; Iouem. turpe est sine pignore carmen.
Proxima viuaces Ætnei verticis ignes
Impia sollicitat Phlegræis fabula castris.
Tentauere (nefas) olim detrudere mundo
Sydera: captiuiq; Iouis transferre gigantes
Imperium: & victo leges imponere cœlo.
His natura sua est. aluo tenus ima per orbes
Squameus intortos sinuat vestigia serpens.

Virgi.

ASCENSIVS.

(Principio, nequem, &c.) Hoc vnum verbū mihi fidē fecerit, Virgilianum non esse hoc carmen: qppe q in Georgi. dicet. Me verum dulces capiant ante omnia Musę, Quarum sacra fero ingēti perculsus amore. Et q ad Musas in. vij. Æneid. dicet, Et meministis enim diuæ & memorare potestis. non hic tam seuere in poetas animaduertit: loquitur tamen quisquis est author de futilibus, & non de grauibus poetis: veruntamē non in tam excellenti ope) de Æneide loquor) fabulam secutus esset de Ætna, si id vis

Vatum alij fatū

Illis, alij illi.

Phlegęis, alij Phlegręis. Cāpis, alij castris.

Universidad de Deusto Biblioteca

tio dandū cēluisset. Preterea (vt taceā) stylum nō congruere cū Virgilianis Musis: nam multū ab illis friget: etiā hoc testimonio est, q Tityon hic, per septē iugera porrectū videmus: & in. vj. Ænei. per nouē. Sed vt institutū peragam Ordo est. Pricipio. s. dico, aut admoneo: ne fallacia vatū. i. poetarū capiat. i. decipiat: quē. i. aliquē, persuadendo videlicet, Sedes dei, scilicet Vulcani: vt. viij. Ænei. dicet esse, supp. ibi: & ignē ruere. i. precipitē ferri, e faucib' Vulcani: & op' dei festinātis, resonare, supple i cauernis clausis. i. antro vulcani, nē dicit, capit: quia principio monet: q cura non est diuis tam sordida. i. de tā sordidis rebus: neq; ius est dimittere. s. deos, in artes extremas. i. vilissimas, & id sm Epicurū: sm quē dicit Flaccus. j. sermonum, Credat Iudæus apella. Non ego, nanq; deos didici, securū agere æuū, nec siquid miri faciat natura deos, id Tristes ex alto celi dimittere tecto, &c. Sydera. i. dij cœlestes in sydera translati: aut quorum sydera lampades, & faces preeuntes putant, regnāt sublimia. i. in sublimi: cœlo seducto. i. seorsum a cœtu mortalium ducto. vnde Persius, Que nisi seductis nequeas committere diuis. quod quidam perperā exponunt, seductis. i. deceptis. Illa. s. sydera: hoc est dij cœlestes, neq; curant tractare laborē artificum. s. mœchanicorū: hoc est, non exercēt artē fabrilē, sicut poete vulcano imponūt. altera. i. secunda facies. i. species Vatū discrepat. i. dissentit a prima. s. facie & specie, q. sup. vates: memorāt Cyclopas. i. fabros ac pastores, vnū oculū in fronte habentes: vnde a Cyclo, Cyclopes dicti sunt: sicut de Polyphemo dictum est, Æneid. iij. Telo lumen terebramus acuto, Ingens quod torua solum sub frōte latebat, Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis instar. dicunt ergo Cyclopas, vsos illis fornacibus, quia dicunt ministri Vulcani: vnde Aenei. viij. Insula Sicaniū iuxta latus Aeoliamq;, Erigitur Lyparē fumātibus ardua saxis, Quam subter specus, & Cyclopum exesa caminis Antra Ætnea tonant & paulopost, Hoc tunc ignipotens cœlo descendit ab alto, Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro: Brontesq; Steropesq;, & nudus membra Pyracmon, Cū. i. quando ipsi. s. Cyclopes fortes, quaterent in verbera numerosa. i. sm numerum facta: vnde Pythagoras dicitur rationē musicam inuenisse. quaterent, dico, super incudē, sub magno pondere fulmē horrendū: & armarent Iouē, qa telum Iouis dicitur fulmē trisulcū: quo gigātes vicerat carmē, sup. tale est turpe, qa sine pignore. i. fide, q nō adhibem' reb. dubijs & ignotis sine pignore, aut fideiussore: aut sic, carmen. s. quoduis, sine pignore, est turpe. Fabula proxima

Construitur magnis ad prælia montibus agger:
Pelion Ossa terit: summus premit Ossan Olympus.
Iam coaceruatas nituntur scandere moles.
Impius & miles metuentia cominus astra
Prouocat infensus cunctos ad prælia diuos.
Prouocat è * admotis *
Iuppiter è cælo metuit: dextramq; corusca
Armatus flamma remouet caligine mundum
Incursant vasto primum clamore gigantes:
Hinc magno tonat ore pater, geminantq; fauentes
Vndiq; discordes comitum simul agmine venti.
Densa per attonitas funduntur fulmina nubes:
Quin & in arma ruit quæcunq; potentia diuum,
Et Mars sæuus erat; iam cetera turba deorum.

la proxima. i. tertia: ipia. i. detestanda, & deos falso icusans, solicitat. i. solicite ponit, sup. in cāpis Phlegeis, sic ab ardore dictis. vnde Strab. lib. v. Superiorib' annis fortunat' erat & cāpus noie Phlegeus, i quo res a gigātibus gestas fabulæ diuulgāt: nullā aliam ob cām vt credi fas est, q q terra ipsa suapta virtute, preliorum cōcitatrix est: hec ille. Sollicitet, dico, ignes verticis Ætnei, viuaces. i. quasi viuaces perdurantes. Gigantes. s. terre filij, tentauere olim nefas. i. rem illicitam, & nefandam. s. detrudere, &c. vt sit apposito: aut nefas. i. nefandū, vt sit interiectio sicut Aeneid. j. Nauibus infandū amissis, &c. detrudere, dico, mundo. s. cœlesti sydera. i. deos celestes, & transferre imperium, Iouis captiui. i. quē captiuū facere prætendebant, & imponere cœlo victo. i. cœlicolis victis, leges. Natura est his. s. gigantib': tenus aluo. i. vsq; ad aluū: serpens squameus. i. squamosus, & squamis tectus: qui supp. sinuat. i. incuruat: vestigia ima. i. pedes, p orbeis suos. i. annulos, & reuolutiões. i. sm quosdam, habent pedes serpentinos a natura illis datos. Ager, id est accumulatio & aggestio, construitur. s. ab his, ad prelia. s. contra deos, supp. ex mōtib' magnis: Ossa, mons ille Thessalie, creat, id est substitit: Pelion. s. montē vicinum: Olympus, qui est in confinio Macedoniæ, summus. s. montium, ita vt venti eius, verticem non perflent. premit Ossan. i. ponitur super Ossan (per regulam, rectus in a Greci, facit an quarto breuiari) Ipsi, sup. gigantes, nituntur iam scādere moles. i. montium: coaceruatas. i. accumulatas: & miles impius prouocat cominus. i. de prope, quasi concerta manu astra metuētia, scilicet detrudi, hoc est deos metuentes: & ipse infestus, prouocat cunctos diuos ad prælia, Iuppiter metuens, & armatus dextra. i. habens in dextra pro armis: flāmā coruscam. i. fulmen, renouat e cœlo. i. desuper: mundū caligine. s. nubium, e qbus fulmē mitti solet: gigantes incursant primū. i. in primo impetu, atq; insultu, vt temerarij solent, supple cū vasto clamore. Pater. s. deorum & hominum Iuppiter, tonat hic magno ore & geminat ventos fauentes. i. auxiliantes, discordes vndiq; simul. i. cū agmine comitum. i. facit prius discordes fauentes: aut facit, vt venti p discordiam ex diuerso flantes, nunc in vnum cōspirent, contra gigātes fulmina dificientes, fulmina densa rumpuntur per nubes attonitas, id est tonitru scissas & percussas. Atq; quecunq; potētia diuum, pro diuorum. i. quidquid potētie est diuis, ruit in arma. Et Mars erat iam seuus, & cetera turba deorum erat iam seua: quæ alias mitis esse solebat. Sane nulla fit synalœpha, cū dicitur, Atq; in arma ruit, &c.

Iupiter, alij Prouocat. Metuēs alij metuit.

DOMITIVS.

¶Materq; iacentis Impellens victos.). s. gigātes: dicitur autem terra. ¶ Mater.) Qnia dicunt filij terre, gigātes. ¶ Sub terris,) Audent poete, ex sciētia non solum rerū humanarū verūetiam diuinarū. ponit autem carmina pro ipsis poetis. ¶ Mentiti.) Quia non habent rem manifestā. ¶ His Tityus.) Tytius, Titani & Eiare filius Latonæ, vim inferre voluit: licet Virgilius, terre filiū esse significet, aut potius ab ea nutritū, dicēs Aenei. vj. Necnon & Tytium terræ omnipotentis alumnū. tāte. n. magnitudinis fuit, vt vix eū tria iugera agri caperēt, fœdū lasciuum. ¶ Sollicitāt magna te circum Tantale pœna.) Quia habet aquas & poma, nec tñ esuriēs cōtingere pōt, dānatus enim ad inferos, quia deorū facta reuelarat

Tityus.

Stant vtrinq; metus. validos tum Iuppiter igneis
Increpat: & victor proturbat fulmine montes.
Illinc deuictę verterunt terga ruinæ,
Infestæ diuis acies: atq; impius hostis
Præceps cum castris agitur, materq; iacenteis
Amplexa est natos. tum pax est reddita mundo:
Tum Liber celsa venit per sydera celi:
Defensiq; decus mundi nunc redditur astris.
Gurgite trinacrio morientem Iuppiter Aetna
Obruit Enceladum. vasti qui pondere montis
Æstuat: & patulis expirat faucibus ignem.
Hęc est mendosæ vulgata licentia famæ.
Vatibus ingenium est. hinc audit nobile carmen
Plurima pars scenæ: verum est fallacia. vates
Sub terris nigros viderunt carmine manes.
Atq; inter cineres Ditis pallentia regna
Mentiri vates, stygias, vndasq;, canesq;.
Hi Tityon septem strauere in iugera fędum.
Sollicitant magna te circum Tantale pęna.

reuelarat, Oui. Quærit aquas in aquis, & poma fugacia carpit, Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit: & hoc in libro De sine titulo. Alibi tamē propter Pelopen filium, iter epulas deorū appositū, ad hmōi pœnas damnatum legimus. ¶ Sollicitantque Scinim.) Minos: Aeacus, & Rhadamantus. per poetas, iudices inferorū traduntur. ¶ Iidemq; rotant.) Ixion, Iouis scriba, ac vous ex centauris, qui cū de Iunonis concubitu se iactaret, a Ioue fulminatus, & ad inferos damnatus, voluitur rota: vñ Tibullus, Illic Iunonem tentare Ixionis ausi, versantur celeri noxia membra rota. Ab ter Ixion legitur apud Porphyrionem, qui socerū suum prodidit. facta ignis fouea, vt non solum dotē, verū cuncta ipsius possideret. Hora. ¶ Taurus

Deuictę alij deuectæ. Infestæ alij infectæ. Celsi, alij celsa. Ixion.

Rapere, alij ast rerum. canesq; alij canētes.

rus in Europen.) id est Iuppiter mutatus in taurum. ¶ In Ledam candidus.) Quoniam mutatus fuit in cycnū: & mutatus, deuenit Danaē Acrisij filiam in pluuium aurum.

ASCENSIVS.

¶Stant vtrinq; metus.) Prosequitur reliquam partem fabulæ de bello giganteo: non quam approbet, sed quā damnet, vt non veram causam incēdij Ætnei. Ordo autem est. Metus. i. timores: stant. i. circunsistunt: vtrinq;. i. ab vtraq; parte: tum. i. deinde: Iuppiter increpat. i. reprehēdit tarditatis: aut cum crepitu demittit validos igneis. s. fulminis: & pturbat montes. s. congestos, fulmine iacto. s. in eos. Ruinę. s. mōtium, & gigātum: deuectę. i. cum impetu deorsum vectæ, hoc est montes & gigantes deuecti: verterunt terga. s. in fugam versi: & acies. s. gigantū: infectę. i. destructę, sup. sunt, diuis. i. ab ipsis diuis: & ita est datiu' agentis, nō patientis iacturam: atq; hostis impius. s. gigantū exercitus, qui deos contemnebāt: agitur præceps cū castris. s. in montibus metatis, & mater. s. terra irata, vnde in vltionem, famam genuisse dicitur, Ænei. iiij. Illam terra parēs ira irritata deorum Progenuit, &c. Impellens victos iacētis, id est prostratos, agitur, sup. præceps cum castris. Tum. i. deinde: Liber. s. Bacchus, quem Iuppiter Εὐ υἱόν. i. bonum filium in bello giganteo sæpe appellauit, venit per sydera cœli: & ipse decus. i. columē & ornamētum, mundi defensi, reddit nunc astris. i. donat cœlo Iuppiter obruit Enceladū scilicet gigantem. moriētem gurgite Trinacrio. i. Siculo. nā Sicilia, Trinacria & Triquetra dicitur: a tribus promontorijs, sup. in Ætna, quoq;, pro &: ipse Enceladus ęstuat. i. efferuet, pondere vasti montis, quem habet sup se: vnde Ænei. iij. fama est Enceladi semustum fulmine corpus. Mole hac torqueri, &c. Et ipse petulans. i. frequenter se mouens, expirat ignes. i. Ætneos, faucibus hæc. i. huiusmodi licētia, famæ mendosæ. i. fabulæ: hoc est, hæc est tertia assertio de causa incendij. Nam prima dicit, Vulcanum illic habere officinam, & fabricare fulmina Ioui. Secunda dicit, Cyclopas illic fabrilem artem exercere. Tertia dicit, Enceladum cum fulmine quo deiectus erat: illic sepultum: & flāmam dum se motat, emittere: aut petulantius eructare. Ingenium est vatibus scilicet talis famæ excogitādę & carmen nobile, id est nobilis poetæ, vt Homeri, aut alterius: auget hanc. s. famam. Plurima pars scenæ, id est rerum quæ aguntur: in vmbraculo comicorum & tragicorum: est vates, id est poeta: hoc est, poetæ inuentio: appositorie, fallacia, id est mendacium rerū: aut plurima pars rerum scenę, est fallacia vatis: & sic potius legerem, nisi scriptum inuenissem, vates: ab ijs forte qui cum sequentib' putant construendum, vt sit, vates viderunt carmina, &c. Sed Calderinus legit, carmina vt sit. Carmina. i. poetæ canentes: viderunt maneis nigros sub terris. i. etiam de inferis: & propterea de incognitis audent loqui. vnde Maro in. vj. veniā precatur, dicens,

Sollicitantq; siti. Mynos, tuaq; Æace in vmbris
Iura canunt: ijdemq; rotant Ixionis orbem:
Quicquid & interius falsi sibi conscia terra est.
Non est terra satis: speculantur numina diuum:
Nec metuunt oculos alieno admittere cœlo.
Norunt bella deum: norunt abscondita nobis
Coniugia: & falsa quoties sub imagine peccent.
Taurus in Europen, in Ledam candidus ales,
Iuppiter vt Danaæ pretiosus fluxerit imber.

cens, Dij quibus imperiū est animarum, vmbręq; silentes, Et Chaos, & Phlegeton, loca nocte silentia late, Sit mihi fas audita loqui, sit numine vestro Pandere res alta terra & caligine mersas. Atq; viderūt regna Ditis. i. Plutonis: pallētia iter cineres. s. ignis ifernalis. Et vates mentiti, sup. sunt canentes vndas Stygias. i. Stygię paludis, tristitię ifernalis, dij cuius iurare timent, & fallere numen: hi. s. vates, statuere. i. extenderūt, Tityon. s. terrę alūnum: fœdum. i. deformē, aut propter incontinentiam, aut, pter magnitudinē sicut in Geor. turpes Phocę dicuntur. in septem iugera: immo in nouē, sm illud Æneid. vj. Necnon & Tityon terrę omnipotentis alumnum Cernere erat, per tota nouē cui iugera corpus Porrigitur. Vnde credā huius carminis esse alium authorem, q ipsum Virgilium: licet in diuersis operibus, diuersa interdum sequi liceat. Et vates sollicitant Sirim: sic deprauata habet lectio, & librorū corruptio, que mihi nō soli, nec semel imposuit: difficile. n. est in omnibus synceram restituere: hunc autem locū restituit Despauterius noster Niniuita, q in versificatoria sua docet, Scinim legendum. Est autem Scinis, latro immanissimus, qui Isthmum obsidēs (vt in. v. refert Diod.) duas pinus flectebat atq; illis hominis deprehēsi brachia: adligabat: remittensq; sursum pinus, miserabili cruciatu dissecabat. Hic autē a poetis maxime sollicitatus. Oui. vij. meta. Occidit ille Scinis, magnis male viribus vsus, Qui poterat curuare trabes, & agebat ab alto Ad terrā late sparsuras corpora pin'. Properti. Arboreasq; cruces Scinis & nō hospita Grajis Saxa, & curuatas in sua fata trabes. Sollicitāt ergo Scinim. tyrannum illum immanem, nō sinentes eius immanitatem latere. & o Minos, ipsi canunt tua iura in vmbris: & o Æace, ipsi canūt tua iura in vmbris. i. quę habetis apud iferos, vbi iudices estis. Et ijdē. s. vates: rotant. i. versant, hoc est carminibus suis describunt, totarum orbem Ixionis, qui cum Iunone cōcumbere voluit: vt Ænei. vj. late patuit: & sup. canunt, aut speculantur quicqd terra conscia sibi interius falsi, sup. habet, aut continet: & terra nō est satis, qa speculātur numina diuum. i. diuorum. Nec metuunt. i. & non verentur, admittere oculos. s. suos: cœlo alieno. i. sibi negato. q. d. Cœlum cœli domino, terram autem dedit filijs hominū: ipsi norunt. i. noscūt, bella deum: & norunt coniugia. s. deorū abscondita nobis: & quoties. s. dij, peccent. s. per adulterium, sub imagine falsa. i. transformati in alienam speciē, quæ omnia (sm Plinium) proxime ad demētiam accedunt: vt quoties Iuppiter peccet taurus. i. sub imagine tauri, in Europē: quā. s. auexit in specie candidi tauri: & ales cādidus. i. cycnus, aut olor, peccet in Ledam. s. Tyndari vxorem, ex qua Helenam & Pollucē genuit vt ipse Iuppiter fluxerit, existens iber pretiosus. i. aureus, in Danaen. s. Acrisij Argiuorum Regis filiam, inclusam turri propter oraculum, vt fingunt poetę.

In Danaē, alij vt Danaę.

Scinis.

DOMITIVS.

¶Corymbos.) Edera habet racemos inęquales, sicut terra que est inęqualis. ¶ Edit.) Cōsumit, deuorat. ¶ Obstātia molis.) Molem obstantem. ¶ Vaporem.) Ventorum furores. ¶ Omnia.) Elementa. ¶ Sinus,) Curuitates. ¶ Tenui.) Ex re minima. ¶ Confluuia.) In aquas fluentes.

ASCENSIVS.

¶Debita carminibus, &c.) Ordo est, Ista libertas, scilicet fingendi causas inaneis & friuolas, incendij Ætnei, est debita, id est concessa, & permissa carminibus, id est poematis, aut poetis: sed omnis cura ē mihi in vero, id est vera causa: canam, scilicet vere, quo motu ęstuat, id est efferueat: Ætna feruida: & quo motu ipsa rapax, congerat, id est accumulet sibi, nouos, id est recentes semper ignes. Non totum, scilicet illud spatium: quacūq;, id est per quācunq; partem, immēsum orbis, id est globus terrę, porrigit, id est extendit se: & quacunq; orbis maris extremi, id est Oceani agitatur ab vndis curuis, est solidum, id est integrum & plenū. s. sine cōcauitate, nāq; omnis humus, id est terra, desit, id est satiscit, & deest hiatu, id est vbi hiatus est: & omnis humus est secta, scilicet in rimas & fissuras. & ipsa, scilicet cauata, penitus, id est pene intus. & omnino intrinsecus, latebris, id est per latebras: est, supple suspensa, id est habens suspensas

Debita carminibus libertas ista sed omnis
In vero mihi cura. canam quo feruida motu
Aestuet Aetna: nouosq; rapax sibi congerat ignes.
Quacunq; immensus terræ se porrigit orbis:
Extremiq; maris curuis incingitur vndis:
Non totum est solidum desit nanq; omnis hiatu
Secta est omnis humus: penitusq; cauata latebris
Exiles suspensa vias agit: vtq; animantis
Per tota errantes percurrunt corpora venæ:
Ad vitam sanguis omnis qua commeat idem,
Terra voraginibus conceptas digerit auras.
Scilicet aut olim diuiso corpore mundi
In maria, & terras. & sydera, sors data cœlo
Prima: secuta maris: deseditq; infima tellus:
Sed totis rimosa cauis, & qualis aceruus
Exilit imparibus iactis ex tempore saxis.
Vt crebro introrsus spatio vacuata corymbos.

Universidad de Deusto Biblioteca

Pendeat in sese. simili quoq; terra figura
In tenues laxata vias, non omnis in arctum
Nec stipata coit. siue illi causa vetusta est:
Nec nata est facies. seu liber spiritus intra
Effugiens molitur iter. seu lympha perenni
Edit humum limo: furtimq; obstantia mollit.
Aut etiam inclusi solidum exedere vapores:
Atq; igni quæsita via est. siue omnia certis
Pugnauere locis. non est hic causa docendi:
Dum stet opus causæ. quis enim non credat inanes
Esse sinus: penitus tantos emergere fontes
Cum videt: ac torrentem imo se mergere hiatu,
Non ille ex tenui, vocemq; agat acta necesse est:
Confluit: errantes arcessant vndiq; & vndas:
Et trahat ex pleno quod fontem contrahat amne.

sas vias, exiles, id est valde modicas & occultas, igitur venæ animautis, id est animalis, errantes, id est diuagantes, percurrunt per tota corpora, id est per singulas partes corporis, & omnis sanguis est idem qua commeat, id est coit, ad vitam, id est ad sustentationem vitæ, id est sicut per diuersas venas commeat idem sanguis, qui vitā sustentat: nam sine sanguine, viuere nemo potest: vnde exangues, mortuos vocamus. sic quædam venæ, & quidam spiritus sunt in terra, vnde incendia illa perpetuo sustentātur. Terra digerit, id est coqt, & in aliam naturā vertit: auras, id est tenueis vētos, conceptos voraginibus, id est per voragines, & hiatus terrę. Scilicet, id est scire licet: quomodo id fiat, qa corpore mūdi diuiso: haud olim, id est nō modico ante hac, diuiso dicit, in maria, ac terras, & sydera, id est cœlum: sors prima est data cœlo, id est cœlum sortitum est primum locum: & sors maris secuta est, quia secunda erat: vnde secundum, a sequendo dictum volunt: & tellus desedit, id est deorsum locum cepit, existens infima: sed desedit totis cauis, id est habens integras cauernas, & talis qualis exeat, id est emergat, aceruus, scilicet lapidum: & hoc saxis imparibus, id est inęqualib⁹, id est minime quadrantibus inter se, iactis ex tempore, id est subito, & ex improuiso, id est sic globus terræ cōsolidatus est, vt aceruus lapidum subito accumulatus: in quo nimirum multæ manerent cōcauitates, sicut & in terra, vt id est quemadmodum: corymbus, id est fructus ederæ pendet, supple vacuata crebro spatio: ita vt non sit continuus fructus, ipsa terra quoq;, id est etiam coit in sese, id est in seipsam, simili figura laxata, in tenueis vias, id est subtiles poros & venas. Non oīs, scilicet terra, nec coit, id est conglutinatur, in arctū, id est compressum, & condensum, nec ipa stipata, id est compressa, coit, id est consolidatur: siue causa est illi, scilicet terræ vetusta: nec facies, id est talis factura, aut species, est nata, id est natiua & connaturalis: seu, id est siue: spiritus, id est ventus: liber: id est non compressus: effugiens intra, id est intrinsecus: molitur, id est cū mole: perficit iter: id est meatum: seu lympha, id est aqua: edit, id est absumit: secūdum Calderinum: sed illud edo, habet primam breuem: & posterius coniugatur, edo, es, est. vnde hic mallem dicere, edit, id est editiorem: hoc est altiorem facit, dum ipsa edit, id est erigit humum, limo perenni, id est per totum annum perdurante: nisi sequeretur, Furtumq; obstantia molis, supple edit, id est absumit: etiam vapores inclusi, scilicet in cauernis Ætnæ, nō videre solidum, id est integrum & plenum, atque via est quæsita igni, id est ab igne, vt stet passiue: aut ad commodum eius, vt stet possessiue: siue omnia pugnauere locis certis, causa dolendi: non est hic, id est in hac re: dummodo opus causæ stet, id est paratum sit. Enim, pro quia: quis non viderit illic esse sinus, id est curuaturas concauas: & cum videt tantos fontes emergere penitus: ac videt tantum torrentem emergere se penitus, supple ab hiatu: imo, id est profundo: ille, scilicet torrens: non scilicet est: aut oritur ex tenui, id est modica causa: & necesse est, vt supple terra agat, id est emittat vocem: & vt errantes, scilicet aquæ: arcessant, id est arceant: confluuia, id est quæ in mare confluunt: & trahat vndiq; ab vndis, quod trahat ex pleno: & quod cōtrahat fontem amne pleno, id est perenni, & indeficiente.

Confluuia, alij Cōfluit

DOMITIVS.

Flumina quinetiā latis currentia riuis Occasus habuere suos.) Fines suos. Pigra.) Decisa. Cesset.) Det locum. Abstrue.) Absconde. Sæuior.) Sub terra maior est, siqua obstantia, ipsi ignes obstāt & impellunt. Hinc.) Ex hac causa, id est igne & vētis, fiunt terræmotus. Spissa.) Si non haberet illas concauitates.

ASCENSIVS.

Flumina quinetiā latis currentia riuis Occas. &c.) Eandē rem prosequitur. Vnde ordo est. Quinetiam flumina currētia, latis riuis habuere suos occasus .i. receptacula: aut illa Vorago direpta in pręceps i. exesa per præcipitationem aquarum: cōdidit, sup. se: ore fatali .i. necessitate quam fatū instituit in initio naturæ, aut cōdidit, id est abscondit se in præceps fatali ore: aut flumina fluūt occulta adoperta tectis: atq; edita cauernis referunt procul cursus inopinatos: quod de Arethusa & Nilo dicitur. vel sic, fluūt occulta cauernis tectis, id est per cauernas tectas, & ita adoperta, atq; edita, s. ex cauernis, rursus in lucem data, referunt pcul cursus inopinatos scilicet pter hominum opinionē ortos, q; si terra emittat diuersos canales .i. meatus aquarū per quos vt fontes per canales, fluant: appositorie, hospitium .i. receptaculū fluuiorū: aut nulla, sup. sit, profecto .i. reuera. semita, id est angusta via & quasi semi iter & via .s. nulla, cōstet riuis: & tellus pigra cōferta .i. cōstricta: in solidum .i. durum & densum, sine vacuo, aut meatu: & ipsa segnis, i. inopsa: cesset .s. omni operatione: sub pōdere .s. molis suæ: aut aquarum. Quod si flumina conduntur terrę pcipiti, id est pręcipitanti ea: & si flumina condita .i. abscōdita redeūt: & siqua .i. aliqua, & incōdita .i. quę prius nō exiterant, nec rursus recepta sunt: surgunt, id est oriunt primū: haud .i. nō, mirum, sup. est: si spiramēta .i. meatus & aperturę quibus expirent: latent vētis clausis .s. in terra, priusquā tales exhalatiōes emittātur: tellus dabit tibi pignora, scilicet fidei & credulitatis certis reb⁹: & ipa hęsura oculis, dabit ordine .i. per ordinē vias .s. ad cognoscendum: aut per quas talia fiant. Nā ipsa leget .i. ex ordie oculis obiiciet sinus .s. aquarum: iterceptos, supple plerunq; .i. plurimum immensum

Flumina quin etiam latis currentia riuis
Occasus habuere suos. aut illa vorago
Direpta in præceps fatali condidit ore:
Aut occulta fluunt tectis adoperta cauernis:
Atq; inopinatos referunt procul edita cursus.
Quòd si diuersos emittat terra canales
Hospitium fluuiorum: aut semita nulla profecto
Fontibus & riuis constet via: pigraq; tellus
Conferta in solidum segnis sub pondere cesset.
Quòd si pcipiti conduntur flumina terræ:
Condita si redeunt: siqua ante incognita surgunt:
Haud mirum clausis etiam si libera ventis
Spiramenta latent. certis tibi pignora rebus,
Atq; oculis hæsura vias dabit ordine tellus.
Immensum plerunq; sinus, & iugera pessum
Intercepta leges, densæq; abscondita nocti
Prospectare procul chaos, ac sine fine ruinæ
Ceruus & in syluis spatiosa cubilia retro,
Antraq; demissis pedibus fodisse latebris.
Incomperta via est operum, tantum influit intra
Argumenta dabunt ignoti vera profundi.
Tu modo subtiles animo duce percipe curas:
Occultamq; fidem manifestis astrue rebus:
Nam quo liberior, quoq; est animosior ignis
Semper & inclusus, nec vectus, sæuior ira est
Sub terra: penitusq; mouens, hoc plura necesse est
Vincla magis soluant: magis hoc obstantia pellant.
Nec tamen in rigidos exit contenta canales

Cernis, alij Ceruus. Spatiosque, alij spatiosa. Vectus, sæuior: alij euectus sęuior. Mouēs hoc: alij mouet hęc. Magis hoc: alij magis hęc.

Vis animæ: flamma auertit, qua proxima cedunt:
Obliquumq; secat, qua visa tenerrima causa est.
Hinc terrę tremor, hinc motus, vbi densus hiatu
Spiritus exagitat venas, cessantiaq; vrget.
Quòd si spissa foret: solidoq; instaret inani:
Nulla daret miranda sui spectacula tellus:
Pigraq;: & in pondus confestim mobilis esset.

immensum, id est immense, aut immenso modo, hoc est sane magno: & leget iugera intercepta pessum .i. deorsum in præceps, & abscondita densæ nocti, id est a caligine quasi nocturna. Tu cernis chaos, id est voraginem nigram, hoc est baratrum prospectare procul, ac sine fine. id est termino: ruinæ, id est præcipitij, & cernis, supple feras fodisse in syluis cubilia spatio retro, scilicet relicto: aut retro, & fodisse antra, scilicet noua: demissis latebris, scilicet prioribus: via operum, id est quomodo tales cauernas operatæ sint: est incomperta, id est nondum cognita: tantum, id est solummodo: influit intra, id est introrsum intenditur, quæ, supple res: dabunt vera argumenta, id est veras approbationes: profundi ignoti, id est incogniti, hoc est per ea antra, quæ aperiuntur in syluis a feris, cum videmus aperturas valde profundas, & maiores quam vt a feris excauatæ putentur, facile cognoscimus, quod latebras terrę ignorauimus. Tu percipe modo, animo duce: curas, id est inuestigationes subtiles, & abstrue, id est absconde (secundum Calderinum) rebus manifestis, fidem occultam: aut astrue, id est assere: rebus manifestis, fidem, id est credulitatem: occultam, id est latentem. Nam quo, id est quanto ignis est liberior: quoq;, id est & quo (sunt enim duæ particulæ) est animosior inclusus semper, & non vectus, scilicet foras, supple eo, est sæuior, id est maior, & vehementior: ira .i. indignatio, aut incēdium est, scilicet igni: sub terra, & mouens penitus, id est pene intus, aut omnino, necesse est vt, sup. plura, id est plures res: soluant hoc, id est tanto magis: vincla, pro vincula, & pellant hoc .i. tanto magis obstātia, hoc est ignis, qui in visceribus terræ quanto magis abstrusus est, tāto vehementius excedit & cauat terram: nec tamē flamma contenta, scilicet in terris, exit in canales rigidas, id est non exsiccat venas fontium, sed vis animæ, id est venti latentis: auertit flammam, qua .s. vi: proxima cedūt, & secat obliquum .i. in obliquum: qua, id est per quā: causa tenerrima .i. minima est visa. Nam hinc, id est ex hac causa, quia .s. sunt ignes, & venti, ac aquę sub terris, & venti erumpere contendunt: terra tremit tibi motu .i. per motum, & spiritus densus .i. vētus grossus, aut vehemēs: exagitat, id est expellit: hiatu .s. suo: venas, scilicet aquarum & flammarum, & vrget cessantia, id est non cito cedentia: quod si tellus foret spissa, id est si non haberet illas cōcauitates, & instaret solido .i. integro & pleno: inani, id est spatio medio: sine ventis & flammis, ac aquis: ipsa nulla, id est non vlla: non daret vlla miracula, sui, id est de se, & ipsa esset pigra, id est ociosa, ac torpens, & esset mobilis in pōdus .s. secundū totum globum tantum. cum nunc etiam in parte moueatur per ventos inclusos. Aut in pondus, id est deorsum: quo, scilicet pōdus, id est grauitas deprimit.

Tremit alij tremor. Hiatu, alij hyatum. Quod. alij quā.

DOMITIVS.

Faciem antiquam.) In chaos antiquum. Ætna est fides.) Ætna enim facit testimonium: quod est verisimile. Duce me.) Non potero te edocere, si nolueris pscrutari. Vasti.) Profundi. Euomit.) Quia Ætna euomit & emittit saxa combusta in mare. Hinc vasti.) Cupit exponere miracula montis Ætnę, ac dicit terribiles cauernarū introitus mari mersos esse. Mergunt.) Exeunt. Exigit.) Vltra se extendit. Spisse.) Duræ & frequentes. Discordia.) Quoniam non permittunt rupes vltra extendi ignes. Domitæ.) Pars Ætnę ardet, pars consumpta est in incendio.

ASCENSIVS.

Sed summis, &c.) Prosequitur institutum, indagans ex physicis principiis, causas incendij Ætnei. Ordo est. Sed si tu putas, id est prætendis, forte concedere, id est committere: summis, id est cœlestibus causis, tantum opus quantum est perpetuū incendium Ætnæ, & cætera quæ in terris fiunt mira, & si tu putas, concredere summis viribus alimentum oris, scilicet Ætnei, hoc est orificii, & foraminis vnde incendium euoluitur (alij legunt ori, id est montis, sed Græcum est, & o corripitur, vt in oreste patet.) tu fallere, id est falleris, supple in his quæ tu cernis in promptu valida, & validos recessus, supple esse, id est quæ tu putas veras & occultas causas: sed hæc nondum, supple sunt tibi: certa, id est perspecta, lumine recto, id est cognitione perfecta. Nanq; quodcunq; vacat, id est excauatum est illic: id, supple omnis specus soluit hiatu: & res soluunt, id est aperiunt introitu, & aditu patenti: & vires conuersæ, scilicet ad se, languent & remittunt animos. Quippe, id est vtpote, quæ ignorant, vbi, scilicet specus contineat ventos: & qua, scilicet parte, aut vi: quiq;, scilicet venti, morantes desint, id est deficiant, in vacuo, scilicet subterraneo: & tantum profundi, id est profunditatis: cessat, id est ociosum est: & explicat, supp. ventos errantes: & tardat, id est immoratur in ipso limine, id est sub exitu: opus est illos, scilicet ventos: turbare, id est turbinem excitare, in angustis faucibus: quando, scilicet erumpere volunt, nec possunt: opus feruet, & venti densi premunt. id est vrgēt: vt scilicet ex eāt: & ruina premitur, id est vrgetur, & festinatur: hinc Borea, atque Noto, id est diuersis ventis, Septentrionali & Meridionali: furtim, id est in occulto, quia nondum exiērunt: nunc, scilicet post congressus: vterq;, scilicet ventus, Boreas & Notus, est vnus quia materia ventorum conglobatur, hinc, scilicet deinceps, post exitum, aut ex hac agitatione ventorum subterraneorum, est rabies venti: & hinc, id est ex hac agitatione: quassat, scilicet terram: sæuo, id est valde magno & terribili hiatu fundamenta, scilicet ædificiorum, trepidant solo: & vrbes caducæ trepidant solo. Omen veracius, id est verax indicium: antiquam faciem, id est speciem: hoc est, chaos antiquum, venturam, supple esse mundo: inde: id est ex hac agitatione ventorum, qui omnia confundent: neq; est aliud, scilicet quod antiquam faciē reducat: si fas est credere

Sed summis si forte putas concedere causis
Tantum opus: & summis alimentum viribus oris,
Quæ valida in promptu cernis: validosq; recessus
Fallere: sed nondum tibi lumine, certaq; recto.
Nanq; illud quodcunq; vacat specus omnis hiatum,
Et res introitu soluunt: adituq; patenti
Conuersæ languent vires: animosq; remittunt.
Quippe vbi contineat ventos: qua quæq; moranteis
In vacuo desint. cessat: tantumq; profundi
Explicat errantes: & in ipso limine tardant.
Angustis opus est turbare in faucibus illos.
Feruet opus, densiq; fremunt: premiturq; ruina.
Hinc furtim boreæ, atq; noto. nunc vnus vterq; est.
Hinc venti: rabies hinc sæuo quassat hiatu.
Fundamenta solo trepidant: vrbesq; caducæ.
Inde neq; est aliud, si fas est credere, mundo,
Venturam antiquam faciem, veracius omen
Hæc primo cum sit species, naturaq; terræ,
Introrsus cessante solo trahit vndiq; venas.
Aetna sui manifesta fides, & proxima vero est.
Non illic, duce me, occultas scrutabere causas.
Occurrent oculis ipsæ: cogentq; fateri.
Plurima nanq; patent illi miracula monti.
Hinc vasti terrent aditus: merguntq; profundo:
Corrigit hinc artus, penitusq; quod exigit vltra:
Hinc spissæ rupes obstant: discordiaq; ingens
Inter opus: nectunt varios, mediosq; coercent
Pars igni domitæ, pars ignes ferre coactæ:
Vt maior species Aetnæ succurrat inanis.
Hæc illis sedes, tantarumq; area rerum est.

Illic, alij illud. Hiatu, alij hiatum. Quiq;, alij qq;. Limine tardat, alij lumine tardant. Premūt alij fremunt. Hic, alij Hinc. Variā alij varios.

Universidad de Deusto
Biblioteca

credere.ſ.antiquam faciem venturã mundo. Hæc primo ſpecies iterum: alij legunt, hæc prima ſpecies rerum: nec eſt mendoſus verſus, quia prima producatur poſitione, apertaq; erit compoſitio. ſi tamẽ legatur, primo: ordo eſt: hæc ſpecies primo, id eſt quę primo fuit: iterũ, ſup. erit. & natura terræ trahit vndiq; venas, ſolo ceſſante introrſus. Ætna eſt manifeſta fides, id eſt atteſtatio, & probatio ſui. i. eorum quæ de ſe ſentire facit, & eſt ꝓxima vero, id eſt vero ſimillima. Tu nõ ſcrutabere illic, ſcilicet in Ætna: me duce, id eſt ducente me, aut ductu meo: cauſas occultas: ſed, ſup. manifeſtas: quia ipſæ cauſæ occurrẽt oculis ſcilicet tuis: & cogẽt fateri ſcilicet verum eſſe, quod de eis prędicatur. Nanq; plurima miracula patent illi monti: vaſti, id eſt valde ampli, & profundi: aditus, id eſt acceſſus terrent hic, id eſt in vna parte: & mergunt profundo, id eſt, pfunda vorągine maris. Arctus, ſcilicet locus. i. ſtrictus & anguſtus: corrigit, id eſt ſimul dirigit: hic, id eſt alta parte: quod exigit, id eſt extẽdit, aut expellit penitus vltra: hinc. i. ex vna parte, rupes ſpiſſæ obſtant, ſcilicet adire volentibus: aut nę fiat exactio lapidum inflammatorum: & diſcordia, id eſt ea quæ ſunt diſcrepantia inter ſe interneciunt, id eſt impediunt: ingens opus varium, & coercent medium: pars, id eſt partim rupes, domitę, ſupple ſunt: igni, id eſt abſumũtur, & mollificãtur ab igne: & pars coactæ ſunt ferre. i. emittere ignes: ita vt maior ſpecies Ætnæ ſuccurrat, ſcilicet in ruentibus: inanis, id eſt exhauſta: hæc, ſcilicet Ætna, eſt ſedes illis, ſcilicet miraculis dictis. Et hæc ẽ area, id eſt campus: tantarum rerum, id eſt in qua tantæ res fiunt: & eſt quædam acclamatio.

DOMITIVS.

¶Cogunt.) Quia quæ videmꝰ oculis, cogimur credere. ſ Arcent.) Ab introitu. ſ Nimbus.) Multitudo. ſ Imo.) Fundo Ætnæ. ſ Sepulta.) Quieta. Enceladus caput ſuum ſepultum habet ſub Ætna. ſ Ditẽ.) Plutonem: mã ſi aperiret Ætna, viderentur tartara. ſ Dextra.) Potẽtia. ſ Exigitur.) Cogitur emittere. ſ Vaſa.) Appellat vaſa, illa ſaxa pumicea: ga ſunt cõcaua. ſ Rotant.) Voluunt. ſ Par.) Quia ſemp eadẽ eſt violẽtia in Ætna: nõ enim magis ęſtuat vno tẽpore quã alio. ſ Duce.) Spiritu vento. ſ Militat.) Ardet.

ASCENSIVS.

¶Nunc opus.) Pergit quo incipit hoc ordine. Opus. ſ. incęptum: accendit. i. inflãmat ſtudio perficiendi: artificem. i. autorẽ ſuum: & repoſcit. i. iterum poſcit, cauſas. ſ. tãti incẽdij. Ego non ponã illos ignes parui, aut tenuis. i. exilis diſcriminis: ſed, ſup. maxi. vnde ponã tibi ſub exiguo tempore, mille res veras: quia oculi docent: & cogunt credere res certas, quinetiã, ſup. res ipſę, hoc eſt ignes moneãt tactu to to, ſi liceat cõtingere: ſed non licet, quia flammę prohibẽt: & cuſtodia ignis. i. ignis cuſtos: eſt illi operũ hoc eſt illi operi: &, ſup. flãmę, arcent. i. abſtinent: aditu, id eſt ab acceſſu, ne qs accedat: & diuina cura. i. accuratio, & adminiſtratio rei: eſt ſine arbitrio. i. ſine opera, aut cõſilio alterius: tu cernis eadẽ omnia, pcul. i. de longe: quia flãmę vetant accedere. Nec tamẽ eſt dubium penitus quis, quia deus aut natura torqueat. ſ. ſaxa, Ætna, in illo monte: aut qs faber mirandus. ſ. quicũq; eſt, imperet. i. prędit tantę arti. Nimbꝰ, id eſt multitudo, ac globus: arenę exuſtę glomeratꝰ. i. in glomos, aut glomum collectus, pellit. i. expellitur: & moles flagrantes. i. ponderoſa ſaxa ardẽtia: properant. i. feſtinanter emittuntur: fundamẽta, ſcilicet Ætnę, voluuntur ab imo, id eſt profundo. & fragor rumpit. i. rumpẽdo edit nunc. i. aliquãdo tota Ætna: & incẽdia pallẽt, nũc. i. aliquando, miſta ruina, fuſca. i. ſubnigra, ga fumoſa: aut puluerulẽta. Ipſe luppiter mirat procul magnos ignes, ga i occulto ẽ. neue. i. vel ne, hoc ẽ an: noui gigãtes ſurgãt i bella ſepulta. i. ſedata & geta: neu. i. neue, hoc ẽ vel: an pudeat Ditem. i. Plutonẽ, fratrẽ Iouis: regni. ſ. iferoꝝ: neu. i. neue, Pluto, ſupple vertat tartara cęlo. i. in cęlũ: aut cõmutare velit tartara cœlo: tãtũ. i. dũtaxat qãin occulto eſt, & cauſam incẽdij ne ſcitiple premit. i. coercet: oia dextra. i. potentia ſua: omnis cõgeries operis & putris arena laxorũ exigit. i. extra pelꝝ litur: quę res nec faciũt, id eſt faceſſunt, & loca mutãt ſponte ſua. i. ſuapte natura: nec ſuſtẽtata viribꝰ robuſtis, vlli. p vllius corporis: cadunt. i. decidũt ex aere: vertit. ſ. luppiter, omnia vaſa, id eſt ſaxa cauata: ſęuo vertice. ſ. Ætnę flagrãtis incendia montis cõgeſta. i. ac cumulata in dẽſum, id eſt dẽſe rotãt & voluũt. ſcilicet ſaxa profundo. i. ab imo: & ruũt. i. eruũt ea: nec cauſa, ſup. eſt: expectata. i. cognita, & extrinſecus inſpecta. Nomen eſt inflatis. ſ. incendijs. i. dum inflanẽ ſpiritus, qui a ſpirando dicit ſpiritus: & languentibus. i. dũ languent, eſt, ſup. nomen aer. Nam violentia eſt ſemp prope. i. quaſi par. i. equiualẽs natura, id eſt cum nullum violẽtum ſit perpetuum, in Ætna violẽtia videtur habeꝛ vim naturę: nã ingenium velox eſt illi, & motus perẽnis: verum. i. ſed: opus, ſup. eſt auxilio nullus impetus interpellat corpore, ſup. ea parte, qua ſpiritus. ſ. mundi iperat, audit nũc princeps. i. prędominãs: & magnus ignis militat ſub hoc duce. i. ſpiritu, qui, vt Æneas vj. dicit. Omnia intus alit. hoc eſt, quia ſpiritus diutinus, diffuſus eſt per omnia: regit incendia, & excitat ignes, atque extinguit in Ætna, prout vult.

Ætna as lij Ætnã

Oia alij vitrea.

Inflatis alij inflati.

Auxilio alij auxilium.

Nunc opus artificem incendit, cauſamq; repoſcit.
Non illam parui, aut tenuis diſcriminis ignes
Mille ſub exiguo ponent tibi tempore veras
Res: oculiq; docent: res ipſæ credere cogunt.
Quinetiam tactu moneant contingere toto
Si liceat: prohibent flammæ, cuſtodiaq; ignis.
Illi operum eſt. arcent aditu, diuinaq; rerum,
Vt maior ſpecies Ætnæ ſuccurrat inanis.
Cura ſine arbitrio eſt. eadem procul omnia cernis.
Non tamẽ eſt dubium penitus quin torqueat Aetna.
Aut quis mirandus tantę faber imperat arti.
Pellitur exuſtæ glomeratus nimbus arenæ:
Flagrantes properant moles: voluuntur ab imo
Fundamenta: tragor tota nũc rumpitur Aetna:
Nũc fuſca pallent incendia miſta ruina.
Ipſe procul magnos miratur luppiter ignes:
Neve ſepulta noui ſurgant in bella gigantes:
Neu ditem regni pudeat: neu tartara cœlo
Vertat, in occulto. tantum premit omnia dextra.
Congeries operit ſaxorum, & putris arena.
Quæ nec ſponte ſua faciunt: nec corporis vllis
Suſtentata cadunt robuſtis viribus omnes.
Exigitur: vertit vaſa omnia vertice ſæuo
In denſum congeſta rotant: voluuntq; profundo.
Hac cauſa expectata ruunt incendia montis.
Spiritus inflatis nomen languentibus aer.
Nam prope natura par eſt violentia ſemper.
Ingenium velox illi, motusq; perennis.
Verum opus auxilium eſt vt pellat corpore: nullus
Impetus eſt ipſi. qua ſpiritus imperat, audit.
Nũc princeps, magnusq; ſub hoc duce militat ignis.

DOMITIVS.

¶Subſequar.) Narrabo cauſam ga ignis ſilet. ſ Pecudũ.) Nõ ſolum hęc videbũtur miranda hominibus, verũ etiam rebꝰ inanimatis. ſ Capiti cœlum.) Id eſt caput cœlo. ſ Sęcula.) Per omnia tempora. ſ Æterno.) Quia machina huius incendij in Ætna, ſemper duratura eſt. ſ Orbita.) Rotũditas. ſ Annuus.) Sol, per annum ſuum curſum facit. ſ In condita.) Incompoſita. ſ Vices.) Alternationem, & viciſſitudinem. ſ Phœbe.) Luna. ſ Seneſcit.) Tres partes ſunt ętatis: eſt noua, adulta, & pręceps. ſ Axem.) Id eſt polum arcticum, quę Helyce a Graĩs nauigãtibus petitur: Cynoſura vero a Tyrijs, quę eſt i polo antarctico. ſ Comeren.) Quoniam mutationẽ indicat regnorum: mariſq; procellas, & tempeſtatem nauigãtib⁹. ſ Bootes.) Arctophylax, quaſi boũ agitator nanq; eſt vltimus ſeptem ſtellarũ, ideo Bootes appellatur. ſ Tenax.) Pertinax. ſ Pugnax.) Qua ſtella, Martis denotat bellũ. ſ Orion.) Stella, quę ortu ſuo indicat pluuias: ideo alibi i Ænei. Cum ſubito adſurgẽs fluctu nimboſus Orion. ſ Index.) Tẽpeſtatis. ſ Notis.) Signis.

Bootes.

ion.

ASCENSIVS.

¶Huic quoniã, &c.) Docet hominẽ ad rerũ indagationẽ natũ eẽ iuxta qđ eſt illud philoſophicũ in principio Metaphyſices, Oẽs hoies natura ſcire deſiderãt: Docetq; qđ idẽ philoſophus ait ex admiratione philoſophiã inuentã, quæ cauſas rerũ inqrit. Ordo autẽ eſt. Quoniã natura eſt huic operi in prõptu. i. manifeſta: & natura ſoli. i. terræ: eſt vna. ſ. ipſi vẽti: ego ſublequar. i. ſub ſequẽter dicã: quę res paſcit i cẽdia: & quę cauſa ineſt ſileti. i. cõquieſcẽti. ſ. Ætnæ: cum. i. quãdo: cohibeẽ. ſ. vis ventorũ: ſubito. i. derepẽte, labor eſt immenſus: ſed idẽ. ſ. labor: eſt fertilis. i. vtilis: qa ꝓmia digna curis. i. quę ſint opę ptia: reſpõdẽt laboranti. i. inueſtigãti. Hæc, ſup. nõ fuere miranda. ſ. nobis: ſolũ oculis. i. ſolo viſu, ſine inquiſitiõe cauſarum: more pecudum, quæ. ſ. ſtupent, & nihil indagant nec paſcere corpus. graue. i. terrenum: effuſis. ſ. oculis in humũ.) Vnde Oui. Meta. j. Prenaq; cũ ſpectent animalia cætera terras, Os homini ſublime dedit, cœlumq; videre luſſit, & erectos ad cœlum tollere vultus.) Sed, vt dicetur in fine huius particulę, diuini eſt animi ac iucunda voluptas noſſe ſidem. i. certam cauſam rebus: & exgrere cauſas dubias: & perurgẽtem. ſ. hominem: hoc eſt: inſtanter, & vrgenter ad finem vſq; vitæ curantẽ: ſacra. i. res ſacras & religioſas: attollere cœlũ capiti: aut hypallage eſt, pro eo quod eſt caput cœlo: aut ſic dictum, vt illud, Aduemat nobis regnum tuum. nõ adueniam⁹ regno tuo. Scire quot, & quæ, & cur ſint talia principia magno mundo, & cur ſæcula metuũt occaſus. i. finẽ: at pergũt. i. ſemper tamen, pcedunt. Alij textus habent ad: vt ſit, & pergunt. i. procedunt: ad ſæcula. i. in ęternũ: quantum ſæcula erunt. & quæ firma machina religata eſt mũdo ætherno: quia, vt dicit Horatius in Odis, Damna tamẽ celeres reparant cœleſtia lunæ, Nos vbi de cidimus. itaq; res ſingulæ dilabũtur, ſed vniuerſum manet, & ſcire modũ. i. menſuram ſolis, & curſus eius, & quanto orbita. i. via orbis, hoc eſt, reuolutio lunę, eſt minor. ſ. cũ ſolis cur breuior orbita ꝓuolet illi. ſ. lunæ, cui ꝓuolet iſti. ſ. ſoli: quę ille annuꝰ orbis mouet: quę ſydera currant certo ordine. i. omnia ꝑter planetas, quęq; quę q;. i. & quę ſydera careãt, luo. i. ordine, exiſtẽtia incõdita. i. errãtia: ſed cura. i. ꝓ ſummã accurationẽ, qa Pli. dicit, Nihil illis quę erratica vocamus minus errare. Sũt tamen q legãt, nõ cura, ſed curſu, vt ſit, & quę careãt ſuo curſu. ſ. certo: ſed nõ ꝓcedit: aut ſuo. i. ꝓprio, vt ſunt in firmamẽto, quæ motu raptus ferunt, ſed verius legif. cura. Et ſcire etiã vices. i. viciſſitudines ſignoꝝ. ſ. zodiaci, & iura tradita. i. vires & influẽtias eaꝝ: cur. i. planeta aliqs aut ſignũ denũciet cœlo nubila, & terrę imbres, quo igni Phœbe. i. luna rubeat, cũ naturaliter pallidior ſit, & quo igni palleat frater. ſ. Phœbes, hoc eſt Phœbꝰ, q ſolꝰ eſt, & cuiꝰ natura ẽ rubere potius. Cur tẽpora anni variãt, ſup. ſe: aut cur anni variãt tẽpora, & cur ver ꝓit ęſtatẽ: prima iuuẽta. i. prima parte ſui: cur ipſa ęſtas ſeneſcit. i. ad ſenium, hoc eſt finem tendit, & cur hyems obrepit. i. tacite ſuccedit autũno, & recurrit i orbe. i. gyro & circulo, (quia, vt dicit in Georgicis,) Redit agricolis labor actus in orbẽ. Atq; in ſe ſua per veſtigia volui annus. vũ de hac tẽporũ viciſſitudine dicit Horatiꝰ in quarto libro carminum ſic, Immortalia ne ſperes, monet annus & alma mum Quę rapit hora diem. Frigora mitelcunt Zephris: ver proterit ęſtas, Pomifer autũnus fruges effuderit, & mox Bruma recurret iners. hæc ille.) Item ſcire axem Helyces, id eſt vrſę maioris. Nam Helyce fuit nomẽ oppidi cuiuſdã Achiuorum, in Peloponneſo, vt dicit Iginius, in quo Caliſto nata fertur: & ab eo Helyce denominari, poſtq; in vrſam maiorẽ cõuerſa fuerat. Minor autem vrſa, Cynoſura vocaf. Et noſſe cometẽ. i. ſydus crinitum: triſtem. i. triſtitię indicem: vñ in Georgi. Nec toties diri arſere cometę. Portendere enim dicũt, aut regnoꝝ, aut regum interitum. Itẽ noſſe, vnde Lucifer. i. ſtella matutina, micet: ve pro vel: qua. ſ. luce: Heſperus. i. ſtella veſptina, micet. i. reſplendeat, vñ Bootes, qui ad plauſtrũ eſt, ſup. micet: cur ſtella. i. ſydus Saturni, ſit tenax: cur ſtella. i. ſydus Martia. i. ipſius Martis, ſit pugnax. i. ad pugnas incitans, quo ſydere. i. cuius ſyderis ortu: nautę rapiant. i. cõtrahant: lintea. ſ. vela, & quo ſydere, tendant. i. extendant & pandant lintea. Item ſcire vias maris, & prędicere curſus cœli cœleſtium, quo Orion. ſ. nimboſus: volet. i. ꝓceps feratur, quo iple ſęuus in dex. ſ. pluuię: incubet. i. occidat, ga idicat tam in ortu, q; occaſu, vẽtos & pluuiam: & quęcũq; miracula iacent. ſ. ignota, tãto mũdo, non pati, ſup. ea: digeſta. i. vt digeſta cibaria delitеſcere, nec cõdita. i. abſcondita eſſe aceruo rerũ, ſed diſponere ſingula manifeſta, notis, id eſt g notas, ſup. incerta ſede. i. diſpoſitione, eſt animi diuini, & voluptas iucunda.

Sint, alij fit.

Denunciet, alij denunciat. Tempore, alij Tẽpora Ver ꝓit ęſtatẽ, alij Ver ęſtate perit. Recurrit, alij cucurrit Qua ve alij quaq. Seu⁹ & icubet, alij ſeu⁹ icubet.

Nosſe fidem rebus: dubiaſq; exquirere cauſas.
Sacra perurgentem: capitiq; attollere cœlum.
Scire quot, & quæ ſint in magno talia mundo
Principia, occaſus metuunt, ad ſæcula pergunt:
Et firma æterno religata eſt machina vinclo.
Solis ſcire modum, & quanto minor orbita lunæ eſt:
Cur illi breuior biſſenos peruolet orbes:
Annuus ille monet: quæ certo ſydere currant
Ordine, quæ ue ſuo careant incondita cura.
Scire vices etiam ſignorum, & tradita iura.
Nubila cur cœlo terræ dennunciat imbres:
Quo rubeat Phœbe, quo frater palleat igne.
Tempora cur variant anni: primaq; iuuẽta
Cur æſtate perit: cur æſtas ipſa ſeneſcit:
Autumnoq; obrepit hyems: & in orbe recurrit.
Axem ſcire helices: & triſtem noſſe cometen:
Lucifer vnde micet: qua ũe heſperus: vnde bootes.
Saturni cur ſtella tenax: cur martia pugnax.
Quo rapiant nautę, quo ſydere lintea tendant.
Scire vias maris: & cœli prædicere curſus:
Quo volet Oiron: quo Sirius incubet index.
Et quæcunq; facent tanto miracula mundo,
Non digeſta pati, nec aceruo condita rerum.
Sed manifeſta notis certa diſponere ſede
Singula: diuina eſt animi: ac iucunda voluptas.

DOMITIVS.

¶Cognoſcere.) Homines prius volunt cognoſcere terreſtria q; cęleſtia. ſ Noctes.) Sine lucro ſunt noctes, quia non ſunt exercitę. ſ Callent.) habent duritiem, & tumiditatem duram in manibus, aut alia parte membrorum. ſ Viti.) Ad vinum producẽdum. ſ Diti.) Pingui. ſ Horrea.) Vbi reponuntur frumenta. ſ Defecto.) Falce ſecto & inciſo. ſ Nullum fallere opus.) i. ſcire omnia opera. ſ Euertimus.) Vertendo exquirimus. Minas.) Quia gigantes qui voluerunt expellere Iouem cœlo, miſſi ſunt ſub tartara. ſ Animæ.) Flatus ipſius Ætnę. ſ Seruent.) Stent in ipſo introitu. ſ Coniuratis.) Simul ſtantibus. ſ Corpora pulſata.) Id eſt aerem, & hoc pacto fiunt nubes. ſ Canoro.) Tibicine Tritone. ſ Opes.) Copias aquarum. ſ Cortyna.) Secretior locus templi dicebatur, vbi cor vatis intumeſcebat, & extendebatur ad carmina & oracula dicenda, & ſimiliter locus

Sed prior hæc hominis cura eſt cognoſcere terram:
Et quę nunc miranda tulit natura, notare.
Hæc nobis magna affinis cœleſtibus aſtris.
Nam quæ mortali ſpes eſt: quæ amentia: maius
In Iouis errantem regno perquirere velle.
Tantum opus ante pedes tranſire, & perdere ſegnes.
Torquemur miſeri in paruis, premimurq; labantes:
Dum ſeſe pretio redimant: verumq; profeſſa eſt.
Tum demum viles taceant, inopes q; relictæ.
Noctes, atq; dies, feſtinant arua coloni.
Callent rure manus: glebarum vſu experiuntur,
Fertilis hæc, ſegetiq; feracior: altera viti:

Species, alij ſpes eſt. Profeſſe, alij, profeſſa eſt Glebaꝝ vſu experiunt alij glebarum expellimur vſu.

Universidad de Deusto Biblioteca

cus velat⁹ in theatro, ex quo egrediunt recitatores, Mimidici poteſt. ¶ Modis.) Sonis. ¶ Animam.) Flatum.

ASCENSIVS.

¶ Sed prior hæc, &c.) Vocat hominē terrenum ad cognitionē terrę, q.d. altiora te, ne quęſieris. Eſt aūt duplex expoſitio primorū verbo℞: altera hęc: ſed hęc cura eſt prior i. altior, & excellētior, vt deo℞ cura. hominū eſt cognoſcere terrā. Altera ſic: ſed hęc prior, pro prima cura hominū, ē cognoſcere terrā: & notare mirāda, quę natura nunc tulit: hęc. ſ. natura terrę magna: q̄a affinis cœleſtib⁹ aſtris (q̄a neceſſe eſt hūc mundū ſuperioribus lationibus eſſe ꝯtiguū, vt tota eius virtus īde gubernet) eſt, ſup. nobis. ſ. conceſſa: nā quę ſpecies mortalis, q.d. temeraria: quę amētia maior, ſup. eſt, q̄ velle ingrere errantē ſcilicet planetā: in regno Iouis. i. in cœlo, & trāſire tātum op⁹ ſcilicet terrę: poſitū ante pedes: & nos ſegnes ꝑdere. i. negligere: tātum opus. i. tāti operis īquiſitionem: nos miſeri torquemur ī paruis. ſ. rebus & premimur labātes. i. in errorem cadētes, dum. i. dum modo: ſpecies mortales redimant ſeſe ſcilicet ab inertia, ꝑtio. ſ. talis ſtudij: & profeſſę. ſ. ſunt, verum: tū demum, id eſt tunc præcipue, taceāt viles, & relictæ inopes, id eſt quod viles ſint, & inopes relictæ. Coloni feſtināt arua, noctes, atq; dies, manus. ſ. noſtræ: callēt. i. callum induūt: rure. i. exercitio rurali: & experiūtur vſu. i. attrectatione glebarum: quia hęc. ſ. terra, eſt fertilis ſegeti: & altera ē feracior viti hęc hum⁹ eſt digniſſima. i. ꝯuenietiſſima platanis, hęc tellus eſt digniſſima herbis: quā rē in Georgi. latius proſeqtur poeta, ibi, Diuiſæ arboribus terræ, ſola India nigrum Fert hebenum: &c. hęc. ſ. tellus eſt melior. i. couententior, pecori diti. i. diuitem faciēti: & hęc eſt fidelis ſyluis, quia feliciter producit arbores: oleę tenent aridiora. ſ. loca, tellus, ſupp. ſuccoſior. i. pinguior eſt, grata vlmis, cauſę lenes. i. modicę cruciāt animos, & corpora: vti. i. vt ſaturent. i. repleāt horrea, & vt dolia tumeāt, muſto. i. recenti vino: & vt fœnilia. i. repoſitoria fœni. ſurgant plena cāpo deſecto. i. demeſſo a fœniſecis (ſic enim a Perſio appellātur inciſores fœni.) Sic ſcilicet coloni, ſemp auidi. i. cupidi ſunt (vnde, Vt quāuis auidis parerent arua colonis: Gratum op⁹ agricolis) eius, ſupple quod viſum eſt iſtis charius. i. pretioſius cæteris. Quiſq; eſt implendus ſibi. i. a ſe bonis artibus: quia quilibet ſtudia ſua inſequitur: & id optimum putat, quod maxie ſcit. Fruges ſunt illis ſcilicet colonis: animi. i. delitiæ, & conatus, hæc merces, eſt illis maxima rerum, videlicet ſcire, q̄d terra coercet, id eſt amouet: occulto, id eſt ſecreta vi naturæ, nullum opus fallere,

Hæc platanis humus, hæc herbis digniſſima tellus:
Hæc diti melior pecori, ſyluiſq; fidelis.
Aridiora tenent oleæ: ſuccoſior vlmis
Grata. leues cruciant animos, & corpora cauſæ.
Horrea vti ſaturent: tumeant & dolia muſto,
Plenaq; defecto ſurgant fœnilia campo.
Sic auidi ſemper qua viſum eſt charius iſtis,
Implendus ſibi quiſq; bonis eſt artibus. illæ
Sunt animi fruges: hæc rerum maxima merces.
Scire quid occulto naturæ terra coercet,
Nullum fallere opus, non multos cernere ſacros
Aetnæi montis fremitus, animumq; furentis:
Non ſubito pallere ſono: non credere. ſubter
Scrutamur rimas, & vertimus omne profundum.
Quęritur argenti ſemen: nunc aurea vena.
Torquentur flamma terræ: ferroq; domantur.
Cœleſtis migraſſe minas: ad tartara mundi.
Noſſe quid impediat ventos: quid nutriat igneis:
Vnde repente quies, & multo fœdere pax ſit.
Concreſcant animę penitus: ſeu forte cauernæ,
Introitusq; ipſi ſeruent. ſeu terra minutis
Rara foraminibus, ne venis abſtrahat auras.
Plenius hoc etiam rigido qua vertice ſurgit,
Illinc infeſtus, atq; hinc obnoxius intus
Vndiq; diuerſas admittere cogitat auras:
Et coniuratis addit concordia vires.
Siue introrſus agunt nubes, & nubilus auſter.
Seu forſan flexere caput: tergoq; feruntur.
Præcipiti delata ſono premit vna fugatq;
Torrentes auras: pulſataq; corpora denſat.
Nam veluti ſonat ore diu Tritona canoro,
Pellit opes collectus aquæ: victusq; mouere
Spiritus, & longas emugit buccina voces:
Carmineq; irriguo magnis cortyna theatris
Imparibus numeroſa modis canit arte regentis,
Quæ tenuem impellens animam ſubremigat vnda.
Haud aliter ſummota furens torrentibus aura
Pugnat in anguſto: & magnum cōmurmurat Aetna.

fallere, ſup, eos. i. a nullo opere falli, hoc eſt, oīa opa ſcire. Nō multis. i. paucis: ē merces. i. ſtudiū & voluptas, cernere ſacros fremitus: & animū. i. vi Ætnei mōtis furētis, nō pallere ſubito ſono: nō credere, id eſt cōfidere: nos ſcrutamur rimas. i. fiſſuras: ſubter. i. quæ ſubtus ſunt. & euertimus. i. euertēdo īquirimus omne ꝑfundum. Semen. i. minera, ac vena argēti, quęritur. ſ. a nobis: nūc. i. aliquando ſcilicet cauſa auaritię, & nō ſciētię: atq; aurea vena quærit nūc: terrę torquētur flamma ſcilicet in fornacibus, & domātur. i. aperiuntur: & ſcinduntur ferro cœleſti, aiunt, ſupp. minas mundi. i. gigātes migraſſe ad tartara: vbi ſunt Ditis theſauri. Nō multis etiā eſt merces, noſſe quid impediat ventos, quod exire nequeant, q̄d nutriat ignes, vnde quies ſint repente, & pax ſit repente, ſup. cum multo fœdere, ſcilicet inter ignes, & ventos & noſſe vnde animę. i. venti, concreſcāt: ſeu. i. ſiue, cauernę feruēt forte ſibi ſcilicet. Vētos, penitus. i. pene intus: & ipſi introitus. i. ꝓma receptacula terrę, feruēt ſibi vētos, ſeu terra rara foraminibus minutis. i. habēs multos poros, ſiue abſtrahat in ſeſe auras, id eſt ventos tenues: plenius. Etiā qua, ſup. parte: hæc ſcilicet terra, aut Ætna: ſurgit. i. erigit vertice rigido, ventus, ſup. infeſtus, iſtinc. i. ab vna pte, atq; obnoxius hinc. i. ab alia parte, itus. i. intrinſecus: cogitat admittere vndiq; diuerſas auras: & cōcordia ſcilicet ventorū admiſſorū addit vires: quias ad hoc cōcordātes, vt ignē & ſaxa expellāt, fortiores ſunt, q̄ ſi ſinguli ſint, ſiue nubes, & Auſter nubilus agāt. ſ. auras itrorſus: ſeu, ſup. aurę & venti flexere forte caput, vt ſponte intrent: & feruntur pcipites tergo. i. per tergum, vna. ſ. aura: delecta. i. de multis lecta, & conflata: premit aures torrentes. i. inundātes, ſono fugato. i. expulſo: & denſat. i. denſe verberat corpora pulſata. Nam veluti buccina. i. tuba, ſonitura diu Tritone. i. deo marino, q cōcha canere dicitur: canoro. i. frequenter canēti, vnde ęmulus interemit Miſenū: ſpiritus collectus & victus. i. coact⁹ mouere: pellit opes aquę. i. procellas agit, & emugit. i. quaſi mugiēs emittit voces lōgas. i. diu duraturas, & veluti cortyna. i. ſecretior pars tēpli, aut antri Apollinis, vnde oracula prodibant, canit carmine irriguo: exiſtens numeroſa modis imparibus, & arte regētis. i. dirigentis: quę ars impellēs animā. i. flatum tenuem: ſubremigat, id eſt percutit, more remigantiū, vndam: haud. i. non aliter, aura ſubmota. i. propulſata, pugnat. i. obſtrepit: torrētibus, per torrētes: in anguſto. i. arcto incluſa & Ætna commurmurat: magnū, id eſt magnopere: nomen, pro aduerbio.

Succeſior, alij ſuccoſior.
Quod, alij qua
Implendus, alij Implenda.
Multis, alij multos.
Minas, alij, Minos.
Animę, alij animi.
Siue iſe ſe abſtrahat auras, alij neue in ſe diſtrahat aura.
Aures, alij auras.
Canoro alij ſonoro.

DOMITIVS.

¶ Nomina tota.) Quia non poſſunt intelligi, qui venti ſint, & exeant. ¶ Animas vtēos humore.) Pluuijs quę ex ventis creantur. ¶ Oblinis.) Circunlauas. ¶ Vis.) Potentia: quia aura eſt leuior ventos, ¶ Vacuos.) Ventos. ¶ Suffocant.) Claudunt iter. ¶ Neruos.) Vires ignium ardentes confluuio: fluctuum copia. ¶ Receſſus.) Remotionē terra℞. ¶ Hiat.) Aperit. ¶ Irritet.) Commoueat.

Aſcenſius.

Credendum eſt etiam ventorum exiſtere cauſas
Sub terris ſimiles harum, quas cernimus extra.
Vt cum denſa crepant inter ſe corpora, turba
Eliſa in vacuum fugiant: & proxima ſecum
Nomina tota trahunt: tutaq; in ſede reſiſtunt.

Credendū etiā, alij credēdum eſt etiā.

ASCENSIVS.

¶ Credēdū eſt etiam.) Varijs ambagibus, & verborum inuolucris rem proſequit, adfectans verborum apparatu, rē in miraculū trahere: vnde dicit credendum etiā cauſas vētorum exiſtere ſub terris: ſimiles harum. ſ. cauſarū (bene genitiuo vtitur, quia ſubſtantiam reſpicit: vt nō eſt ſimilis tui in dijs domine) quas cernimus extra, ſcilicet terrā: aut extrinſecus: vt crement, id eſt comburant inter ſe corpora condenſa: & fugiant in vacuū. i. aerē: turba eliſa. i. euicta & expulſa, & proxima trahāt ſecum tota nomina. i. confundant nomina ventorum: q̄a non poteſt intelligi, qui venti ſint & exeant: & reſiſtant in ſede tuta. i. extra turbam poſita: quod ſi quædam diſcordia eſt mihi tecum, o lector, ſup. quod. i. quia credas ventos conſurgere ab his principijs: nō dubiū, ſup. eſt aliquas rupes: & cauernas: ꝓuehere. i. porro vehere, & ducere ventos, ſupple cum ingenti ſonitu. & animas, id eſt vētos diffugere & impelli ꝓpinquas: caſu, id eſt ad caſum: datiuus antiquus: & non dubium eſt, ventos cernere hinc. i. ex hoc diffugio & impulſu: aut, ſup. animæ, & auræ: ſolent etiam effundere nebulas: largo humore. i. habentes largum humorem admiſtum, aut cāpis & agris. i. per cāpos & agros quos. ſ. cāpos & agros: amnis obruit, id eſt irrig t, & aer nubilus exoriens: vallib⁹. i. exhalatus ex coualle: caligat, id eſt obtenebrat. Parua flumina: ferūt. i. adferūt auras: vis. i. potētia ꝓxima eſt vento: & aſpirat eminus. i. de longe fortis. ſ. auras: & humor. ſ. ꝓductus: verberat ſcilicet obſtantia: atq; hoc, ſup. fit: in vacuos. ſ. ventos, aeri expoſitos: cuius regionem, vulgus vacuam putat: ſed ſi tanta potētia rerum eſt. ſ. vētis externis, neceſſe eſt vt introcluſi efficiant plura: hoc. ſ. iam dicto: vel hoc. i. tanto plura. Ætna agitur his cauſis extra. i. exterioribus: & coactis penitus. i. interiorib⁹: & exagitat. i. expellit: ventos. i. venti. ſ. exacti: pugnant. i. obſtāt, aut certatim erūpunt: pugnātes. ſ. in faucib⁹. ſ. antri Ætnei: ante. ſ. q̄ exeāt: & pugnātes ſuffocāt. i. claudūt iter: vt. i. ſicut: vnda. i. inūdatio exuſta: terq; quaterq;. i. frequēter: aut ad ꝑfectum: vbi. i. poſtquā ꝑbibit. i. abſumpſit: Euros. i. ventos illos: graues. i. vehemētes: ingeminat. i. multiplicat fluct⁹: & vltimus ſcilicet fluct⁹: vrget. i. ꝓmit primos: haud ſecus. i. nō aliter ſpiritus. i. ventus: aſtrictus. i. oppreſſus: certamine tangit ictu. ſ. ab alijs illatos inuoluens ſibi vires ſuo pōdere. i. mole ſua. Corpora dēſa exercēt. ſ. ſep neruos ardētēs. i. ꝑ vires flagrātes: & ſpiritus properat, & trāſit morātē. ſ. alium vētū: quacūq;. ſ. parte: aut via, aut rōne eſt iter: donec amnis. i. inūdatio vēto℞: reuolutus cū fluuio. i. abūdātia fluuiorū, & ęſtib⁹ exilit. i. extra ſalit: atq; ipſe furens vomit, tota Ætna, ſ. ignes, exiſtēs igne⁹. Quod ſi tu putas forte vētos decurrere iiſdem faucibus, atq; vētos pulſos remeare iiſdem ſcilicet faucibus: ipſe locus dabit res notādas oculis: & coget negare. ſ. q̄d pri⁹ putabas: quāuis ęther ſiccus frigeat: ſic cœruleo. i. marino colore: & q̄uis iubar aureus) Plautus etiam iubarem, genere maſculino dixit: ſed & gutturem & papauerem) ſurgat, id eſt oriatur rubens: oſtro. i. colore purpureo & quamuis nubes nigra circūſtrepat illic ſemp caligine obſcura: & ipſa humida circūſtrepat vultu defuſo: ipſe tamen ſublimis proſpectat op⁹, & receſſus vaſtos i. remotionē terra℞ valde amplam: Ætna nō videt. ſ. nubem: nec intercipit vllo ęſtu: obſequitur. i. inſeruit obſequēdo: quacunq; leuis aura iubet, & redit. Cerne etiā placantes numina cœleſtia thure: ſummo iugo. i. in altiſſimo loco: vel qua. ſ. parte liberrimus improſpectus: hiat. i. aperit: ſemina tātarum rerum: ſi nihil irritet. i. commoueat flammas, & ſtupeat profundum.

Quod ſi forte mihi quædam diſcordia tecum eſt:
Principijſq; alijs credas conſurgere ventos:
Non dubium rupes aliquas, penitusq; cauernas
Proruere ingenti ſonitu: caſuq; propinquas
Diffugere, impelliq; animas. hinc cernere ventos,
Aut humore etiam nebulas effundere largo:
Vt campis, agriſq; ſolent, quos obruit amnis.
Vallibus exoriens caligat nubilus aer:
Flumina parua ferunt auras. vis proxima vento eſt:
Eminus aſpirat fortis, & verberat humor.
Atq; hæc in vacuo ſi tanta potentia rerum eſt:
Hoc plura efficiant infra, cluſiq; neceſſe eſt.
His agitur cauſis extra: penitusq; coactis
Exagitant ventos: pugnant in faucibus arcte:
Pugnantes ſuffocat: & intus vt vnda profundo
Terq; quaterq; exhauſta graues vbi perbibit Euros:
Ingeminat fluctus: & primos vltimus vrget.
Haud ſecus aſtrictus certamine tangitur ictu
Spiritus: inuoluensq; ſuo ſibi pondere vires
Denſa per ardentes exercet corpora venas:
Et quacunq; iter eſt properat: tranſitq; morantē.
Donec confluuio reuolutis ęſtibus amnis
Exilit: atq; furens tota vomit igneus Aetna.
Quod ſi forte putas iiſdem decurrere ventos
Faucibus: atq; iiſdem pulſis remeare: notandas
Res oculis locus ipſe dabit: cogetq; negare.
Quāuis cœruleo ſiccus Ioue frigeat æther:
Purpureoq; rubens ſurgat iubar aureus oſtro:
Illinc obſcura ſemper caligine nubes,
Pigraq; deſuſo circum ſtupet humida vultu:
Proſpectat ſublimis opus, vaſtoſq; receſſus.
Non illam videt Aetna: nec vllo intercipit ęſtu.
Obſequitur quacunq; iubet leuis aura: reditq;.
Placantes etiam cœleſtia numina thure
Summo cerne iugo, vel qua liberrimus Aetnæ
Improſpectus hiat, tantarum ſemina rerum
Si nihil irritet flammas, ſtupeatq; profundum.

Vis, alij vix.
Exagitat, alij Exagitant.
Suffocant intus, alij ſuffocat & itus.
Reuolutꝰ & ęſtibus, alij reuolutis æſtibus.

DOMITIVS.

¶ Arcu.) Curuitate. ¶ Rumpunt.) Erumpunt. ¶ Nefas.) Opinionem nefandam ex animo. ¶ Egeſtas.) Miſeria. ¶ Præſto.) Paratæ ſunt flammæ. ¶ Teneros.) Paruos ignes. ¶ Tuto.) Sine fractione. ¶ Exundat.) Diffunditur. ¶ Vernacula.) Vulgaris & familiaris: & vt dixero, materna. ¶ Bitumen.) Genus cretæ, quod ſiquando accenditur, extingui non poteſt: & de natura ſulfuris eſt.

ASCENSIVS.

¶ Huic igit credis torrēs &c.) Ordo eſt. Igit tu credis huic, vt ſpiritus ille torrēs, qui vorat rupes & terrā, & qui fulminat ignes, cur exit vires, ſcilicet domitas, & flexit habenas exiſtens ꝓceps: præſertim ipſa corpora decliuia ſuo pondere, nunquam diripiāt ſuo pondere, id eſt per ſuum pondus: & abſolueret vario arcu, id eſt curuitate, quod, niſi fallor, ſpecies adeſt ruinis: & tantus impetus transfugit: ictus attentos oculorum: nec leuitas, ſupple transfugit tantos, ſcilicet ictus: igitur aura ferit, & mouet vbi manus ſparſa liquore ventilat igneis ſacros, tamen, id eſt nihilominus, verberat ore: & noſtra corpora pulſata incurſant, adeo, id eſt intātum cauſa tenuis repellit vim, & non ſorbet

Huic igitur credis torrens vt ſpiritus illi
Qui rupes, terramq; vorat, qui fulminat igneis
Cur egit vires, & præceps flexit habenas.
Præſertim ipſa ſuo decliuia pondere nunquam
Corpora diripiant; validoq; abſolueret arcu.
Quod niſi fallor, adeſt ſpecies: tantusq; ruinis,
Impetus attentos oculorum transfugit ictus.
Nec leuitas tantos igitur ferit aura, mouetq;:
Sparſa liquore manus ſacros vbi ventilat ignes.
Verberat ore tamen, pulſataq; corpora noſtra
Incurſant: adeo tenuis vim cauſa repellit.
Non cinerem, ſtipulamve leuem, non arida ſorbet
Gramina: non tenuis plantis humor exit eiſdem.
Surgit odoratis ſublimis fumus ab aris:
Tanta quies illi eſt, & pax innoxia parti.

Deripiant, varioque: ſūt qui legēdū cēſeant, diripiat validoque.

Universidad de Deusto Biblioteca

sorbet cinerem, vel stipulā leuē: & nō sorbet gramina arida: & humor (si vera est lectio, hoc ociosus est versus: nā humor, primā pducit.) tenuis nō exit eildē platis, & fumus sublimis .i. in sublime volās, surgit ab aris odoratis.i. odorib⁹: hoc est, reb⁹ odoriferis p fusis: tāta .i. tā magna qes ē illi: & pax (alij fax, legūt) rapti ē innoxia: siue agit peregrinis potētis, pro potētijs: siue proprijs: aie.i. vēti: cōiurāt causas .i. cū causis: ille ipetus ignis, & arena subuertit atras ptes montis & saxa vasta trepidantia cōcursu fragoris: rūpunt, id est irrumpūt simul flāmas ardenteis: ac fulmina (alij legūt, flumina.) haud, id est nō aliter q̄ cum flumina iacuere sub austro: prono, id est inclinato ad propellendum: aut cū sylue fremunt: Aquilone, vento Septētrionali: & ipse sylue iplicite: nodo.s. ex mutuo occursu, dum se inuicē flagellāt: dāt brachia.i. flagella, & ramalia: nodo.i. in nodum: hęc incendia, id est inūdationes syluarum, more aquarū bullientium: cōcussarum, serpunt ramis iunctis. Nec mēdacia stolidi vulgi decipiant te: dicentis.s. sinus Ætnæ, cessare.s. ab incēdio & emissione flammarum: exhaustos, id est materia ignis euacuatus: & tempora dare, id est cōcedere rursus vt capiāt vires: & ipsi victi, id est effœti & elanguentes, & repetant.s. vires in prelia, Pelle nefas.i. nefandam opinionē animo, & exue famā mēdacē, qa non est tam sordida egestas, vt.s. vicissitudine, & intercapedine temporis, opus sit rebus diuinis.i. a deo institutis. Nec mēdicat.s. deus, aut natura opes.i. facilitates, & auxilia: & (vt dicunt) eleemosynas paruo.i. a paruo, vt pote a re caduca: nec cōgregat auras, quibus scilicet postea ad incēdium vtatur: operæ.i. operationes ventorum sunt: presto, id est paratæ,

Paruo, alij pars uas, legunt.

Sicco, alij succum. Desudat, alij Desidiā. Morem alij morā.

Rure, alij iure

Oppositūq; alij appositumq;.

Siue peregrinis igitur, proprijsq; potentis
Coniurant animæ causis: ille impetus ignis
Et montis partes atras subuertat arena:
Vastaq; concursu trepidantia saxa fragoris,
Ardentesq; simul flammas, ac fulmina rumpunt.
Haud alter: q̄ cum prono iacuere sub austro:
Aut aquilone fremunt sylue: dant brachia nodo
Implicitæ. & hæc serpunt iunctis incendia ramis.
Nec te decipiant stolidi mendacia vulgi,
Exhaustos cessare sinus: dare tempora rursus:
Vt rapiant vires, repetantq; vt prælia victi.
Pelle nefas animo: mendacemq; exue famam.
Non est diuinis tam sordida rebus egestas:
Nec paruo mendicat opes: nec corrogat auras.
Præsto sunt operi ventorum examina semper:
Causa latet. quærunt pariter: coguntq; morari.
Sepe premit fauces magnis extructa ruinis
Congeries: clauditq; vias luctamine ab imo:
Et scisso veluti tecto sub pondere prestat.
Haud secus, ac teneros cum secum frigida monti
Desidia est: tutoq; licet discedere montes.
Post vbi continuere moram, velocius vrgent.
Pellunt oppositas moles: ac vincula rumpunt:
Quicquid in obliquum est, frangunt iter: acrior ictu
Impetus exoritur: magnis operata rapinis
Flamma micat: latosq; ruens exundat in agros,
Si cessant a iure ferunt spectacula venti.
Nunc superant quæcunq; regant incendia sylue:
Quę flāmas alimenta vocent: quid nutriat Aetna.
Incendi poterunt illis vernacula causis
Materia: appositumq; igni genus vtile terrent:
Vritur assidue calidus nunc sulfuris humor:
Nunc spissus crebro præbet munimine succos.
Pingue bitumen adest: & quicquid cominus acres
Irritat flammas: illius corporis Aetna est.

paratæ, quasi pręstātes ad iussa obeunda: & q̄runt semp pariter examina.i. eruptiōes agminatim, more apū factas: & cogūt morari.i. imorari: pariter.i. ad libitū, nūc pariter erūpunt, nūc pariter immorant: sed quare id faciant causa latet: congeries.s. saxorū: & alterius materię exhausta.s. ab igne, magnis ruinis p̄mit sępe fauces: & claudit vias ab vno.i. vniformi luctamine: & est p̄sto.i. parata, supponere.s. subeūdo, veluti recto scisso, id est coopimēto interrupto, haud i. nō: secus.i. aliter: ac cū frigida.s. cōgeries, desudat mōte lic co teneros.s. igneis, hoc ē paruos: & cū licet montes discedere tuto, i. sine interruptione. Post.i. post modum: vbi.s. ignes, & flāmę cōtinuere moram vrgent velocius: pellunt moles oppositas, ac rumpunt vincula, & frangunt quicqd est in oppositum, iter, impet acrior, exoritur ictu, id est ex ipso impulsu: flamma operata, id est exercitata magnis rapinis micat & ruēs exūdat in latos agros. si venti cessant a rure, ferūt spectacula.i. res in spectatione dignas, nūc superant incendia quęcūq; syluæ regunt, quæ vocent flammis alimenta: & quid Ætna nutriat: poterūt incendi illis causis materia vernacula.i. familiaris, & materna, & genus vtile oppositum, igni terrēt.s. incendium: & tamen vritur assidue: & ita nunc humor sulfuris calidus præbetur, nūc succus.i. nutrimētū: spissus.i. dēsum: crebro vimine.i. virgulto tenui: pbetur.s. incendio, & bitumen gen⁹ cretæ, & terrę tenacis de natura sulfuris: vn̄ dicitur, pingue adest.i. præsto est, & quid irritat.i. prouocat: cominus, id est de prope: flāmas atras.i. fumosas & obscoras, Ætna est illius.i. illiusmodi corporis, vt.s. talem materiam præbeat.

DOMITIVS.

¶Molaris.) Lapidis. ¶Incendi.) Pro incendij. ¶Quæras ferro.) Percutias saxū ferro. subito emittit ignē. ¶Aciem.) Splēdorem, quasi dicat, nihil est splēdidius. ¶Stipatur.) Circundatur. ¶Vias.) Venas ipsi⁹ lapidis: miranda, quod emittat ignem. ¶Coloris.) Quia ipse lapis est niger, quasi cōbustus ab igne.

ASCENSIVS.

¶Atq; hanc, &c.) Prosequitur intentum. Ordo est. Atq; sup. iubet discurrere hāc materiā: penitus, id est omnino: fontes & aquæ infectæ, scilicet graui odore ex sulfure, erumpūt sub ipsa radice. Pars iacet manifesta oculis: ipsa rubet, & est dura: ac, id est sicuti lapis: & incendia feruent i succo, id est alimento humido, & pingui.

Atq; hanc materiam penitus discurrere fontes
Infectę erumpunt & aquę radice sub ipsa.
Pars oculis manifesta iacet: quę corpore dura est,
Ac lapis. in pingui feruent incendia succo.
Quin etiam vanę quędam sine nomine saxa
Toto monte liquant: illis custodia flammæ
Vera, tenaxq; data est: sed maxima causa molaris
Illius incendi lapidis, sic vindicat Aetnam:
Quem si forte manu teneas, ac robore cernas:
Nec seruare putes ignem: nec spargere posse.
Sed simul ac ferro quæras, respondet: & ictu
Scintillat calor. hunc multis circundare flammis:
Et patere extorquere animos: atq; exue robur:
Fundetur ferro citius. nam mobilis illi,
Et metuens natura mali est: vbi cogitur igni.
Sed simul atq; hausit flammas: non tutior haustu
Vlla domus seruans aciem, duramq; tenaci
Septa fides: tutum est illi patientia victo

pingui. Quinetiam quædam saxa sunt vario vimine, id est quę habent quasi vimē ad incendium aptum: quæ, sup. liquant.i. diffluunt, toto monte: custodia flammæ vera & tenax, id est perpetua est data illis. sed quippe.i. certe maxima, scilicet custodia: illius incendi, pro incēdij: lapidis molaris, i. quasi molaris: vindicat, id est defendit: sic Ætnā: quem.s. molarem si tu teneas forte manu: & cernas robore i. in globo, aut corpore eius: tu putes nec posse, id est quod nec posset seruare ignem, nec spargere ignem, cum tamen vtrunque faciat: sed simul ac i. statim: postquam tu quęras i. inquiras: ferro, hoc est percutias saxum ipsum: Chalybe respondet, scilicet votis tuis: & calor.s. ignitus: scintillat.i. per

per scintillas exilit: tu potes hinc, id est postquam scintillauerit: circundare, scilicet lapidem flammis, adhibendo, videlicet stupam, atque arida circum nutrimenta: & extorquere animos, id est spiritus ignitos, atque exue, id est dissolue: robur ipsum fundet citius ferro: nam natura est illi mobilis (alij legunt nobilis) & metuens mali, id est nociui, & incommodi: vbi, id est quādo: cogitur igni, id est p ignem dissolui: sed simul atque, id est imediate: postquā hausit flammas, id est incensum est: non vlla domus est tutior seruans aciem, i. splendorem: hausti, scilicet ignis: duram, id est tenacem & perdurantem. Fides est illi tenaci, id est dum tenax est: septa, id est circundata: tutum, id est tute: & patientia est illi victo, id est dum vincitur ab igne: qa vix reddit vnquam in vires, id est vix reparat, aut recuperat, aut instaurat vnquā vires, atque euomit ignem. stipatur enim, id est circundatur toto denso robore: & nititur tarda incendia admissa: per tenues vias, id est venas lapidis: & remittit eadem, scilicet incendia: accepta cunctanter, id est lente, ac cum mora: & pro.i. tarde:

Vix vnquam redit in vires: atq; euomit ignem.
Totus enim denso stipatur robore tardans
Per tenues admissa vias incendia nutrit:
Cunctanterq; eadem, & pigre accepta remittit.
Nec tamen hoc vno quod mōtis plurima pars est,
Vincit: & incendi causam tenet ille profecto:
Miranda est lapidum viuax, animosaq; virtus.
Cætera materies quæcunq; est fertilis igni,
Vt semel accensa est. moritur: nec restat in illa:
Quod repetas: tātum cinis, & sine semine terra est.
Sic semel, atq; iterum patiens, ac mille perhaustis
Ignibus instaurat vires: nec desinit ante,
Quàm leuis exhausto defecit robore pumex.
In cinerem, putresq; iacet delapsus arenas.
Cerne locis etiam similes arsisse cauernas.
Illic materiæ nascentis copia maior:
Sed genus hoc lapidis certissima signa caloris,
Quod nullas adiunxit opes: & languit ignis

tarde: nec tamē vicit hoc vno id est hac vna ratione: quod est plurima pars mōtis: & q tenet causam incendi, pro incendij. Profecto illa viuax & animosa virtus, lapidum, q scilicet flammam emittāt: est mirāda. Cętera materies quęcūq; est fertilis igni, id est potest producere ignē: vt.i. post quam, est semel incensa: ipsa moritur, id est extinguitur & cōsumitur: nec restat in illa quod repetes.i. repetere possis: & est tantū cinis & terra: sine semine, id est vigore alterius producendi. Sed, supple hic lapis: patiens.s. ardorem: semel, atque iterum, id est frequenter, ac perhaustis mille ignibus: instaurat, id est reparat vires: nec desinit antequā pumex leuis, defecit robore excocto .i. absumpto per coctionē: & antequā iacet delapsus in cineres, & putres arenas. Cerne etiā similes cauernas arsisse locis.s. alijs: maior, id est aliquantulum magna copia materiæ nascentis, est illic.s. in alijs locis: sed genus hoc lapidis, dat, sup. certissima signa coloris.s. nigri, quasi sit exustus ab igne: quod.i. quia ignis: nullas.i. nō vllas, nō adiūxit vllas opes.i. nutrimenta ad incēdium: & lāguit.i. subinde extinctus fuit.

DOMITIVS.

¶Dicit insidijs flagrātia Ænaria quōdā.) Insula in sinu Puteolano, quā Pli. dicit a statione nauiū Æneæ fuisse denominatā: qa etiā ibi sunt incendia, est eni locus inter Neapolin & Cumas, vbi olim erat incendiū, dedit nomē Ætnæ: nā αἴθω.i. comburo. ¶Effrixit.) Frigida facta est. ¶Alto.) Mari. ¶Presso canali.) Stricta via. ¶Nota.) Id est signū. ¶Pestē.) Consumptionē. ¶Ieiunus.) Auidus.

ASCENSIVS.

¶Dicit isidijs.) Recitat alia loca quæ incēdio, sed nō perpetuo flagrauerūt, educēs Ænariā: de qua, qa Calderin⁹ satis differit, ordo est. Ænaria insula dicit flagrās, sup. fuisse: quōdā insidijs, s. imisso igne p isidias: nūc dicit extincta sup tectis.i. supficieb⁹. Et, sup. est locus iter Cumas & Neapolin: at.i. sed: frigidus iā multis annis, quamuis sulfur: pinguescat.i. pingue crescat: illic ęternum.i. ęterne: ab vbere.s. materno.i. quamuis non desit ei loco copia sulfuris: vnde videtur incendium posse continuari: qd, supple sulfur: legitur.i. colligitur illic: in mercē.i. ad mercimoniū faciēdum: Ætna isula est tāto fœcūdior, q̄.i.s. Ænaria: qa perpetuū est Ætnæ incēdium: cui.s. Ætnę, ipsa facies rotunda dedit nomen: quia cum sit exusta in rotundū, ab incēdio Ætna vocatur: Ætno enim est incendo. Enim, pro quia, sulfur solum non est, sup. illic, nec terra obesa.i. circūesa: & absumpta cacumine, id est in summitate: & lapis accretus.i. qui accreuit, existens aptus ignib. retegēdis: sed fumat raro qui vix succenditur, i. etiam parū incendit: & sup. ardet: q.i. quia copia nutrit flammas mortales in breue.i. ad

Dicitur insidijs flagrans Aęnaria quondam
Nunc extincta super: tectusq; Neapolin inter
Et cumas locus est multis iam frigidus annis
Quamuis ęternum pinguescat ab vbere sulfur
In mercem legitur. tanto est foecundior Ætna
Insula: cui nomen facies dedit ipsa rotunda.
Sulfur enim solum, nec obesa cacumine terra est,
Et lapis accretus regerendis ignibus aptus.
Sed raro fumat, qui vix si accenditur, ardet:
In breue, mortales flammas, quod copia nutrit.
Insula durata Vulcani nomine sacra.
Pars tamen incendi maior refrixit: & alto
Iactatas recipit classes: portuq; tuetur:
Qui restat minor est prędiues & vbere terra.
Sed non Aetnæis vires quæ conferat illi.
Atq; hæc ipsa tamen iam quondam extincta fuisset:
Ni furtim aggeneret secretis callibus humor
Materiam, syluamq; suam, pressoq; canali
Huc, illuc ageret ventos: & pasceret ignes.
Sed melius res ipsa nota est, spectataq; veris
Occurrit signis; nec tentat fallere pestem.
Nam circa latera, atq; imis radicibus Aetnæ
Candentes efflant lapides: disiectaq; saxa
Intereunt venis: manifesto vt credere possis
Pabula, & ardendi causam lapidem esse molarem.
Cuius defectus ieiunos colligit ignes.
Ille vbi collegit flammas: iacet: & simul ictu
Materiam accendit: cogitq; liquescere secum.

breue.s. tēpus, insula durata.s. ppetua exustiōe ē sacra, nomine.i. sub nūcupatione Vulcani, qa Vulcan⁹ dicit illic habere antrū. Tamē pars maior incēdi, pro incēdij: refrixit.i. frigida facta est: & recipit classes iactatas: alto, scilicet mari: & tuet.i. protegit eas portu. Pars, supp. quæ restat, est minor: & terra diues ab vbere.i. fœcunditate: sed non, supp. talis: quę conferat.i. compararet, vires.s. suas: illis Ætnęis.s. viribus: atq; hęc ipa, scilicet pars, fuisset iam quondam.i. olim iam extincta: ni.i. nisi humor generet furtim callib⁹.i. vijs, aut venis secretis: materiam, & suam syluam.i. fomentum incendij (vnde quia pro eodē sumit materiam, & syluam patet syluam ab hyle deductā) & ageret ventos huc illuc canali pręsso, i. stricta via, & angusto meatu, & pasceit ignes sed res ipsa est melius nota .i. signum sui: & spectata occurrit veris signis: nec tentat fallere pestem, id est incēdium, aut consumptionem. Nam efflat lapides candentes, i. semiustos, & quasi in cinerem versos, circū latera, & in imis radicibus Ætnæ: & saxa disiecta intereunt venis.i. eunt inter venas, aut moriunt & absumunt in venis: vt possis credere manifesto, id est manifeste, lapidem molarem esse causam ardendi.i. incēdij, aut cur ardeat, cuius.s. lapidis, defectus.i. fragmēta ignis ieiunus.i. auidus & famelicus, colligit ille.s. ignis, vbi.i. postquā, collegit.s. ex fragmentis illis, flāmas.i. vim incendij, iacit.i. proijcit, sup. eas: & accendit simul materiam ictu.i. eijciendo eam: & cogit secum liquescere: quia dum materia liquefacta deficit, ignis quoque extinguitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMITIVS.

¶Sobaris.) Sobaros, vehemẽs dicitur. Vñ sobaris, vehemẽtibus ignib⁹. ☞ Amissis opibus.) Succo. ☞ Mitis.) Quia descendit in similitudinẽ fluminis. ☞ Molles) Reparatio. ☞ Qđ si forte cauis cũctatus vasib⁹ hęsit.) Nũc vasis, dicimus. Alij sinibus, legunt: nam sinũ, prima lõga, significat vas. Virgi. in Buc. Sinũ lactis, & hęc tibi liba Priape quotannis. ☞ Mesis flãmea.) Copia flãmarum. ☞ Robore) Duritia. ☞ Examẽ.) multitudo saxorum.

ASCENSIVS.

¶Haud equidem.) Perstat in instituto plurib⁹ verbis, pausa explicans, vt a Maroniana phrasi, multũ frigere dum de Ætna scribit, agnoscas: sed qa instituimus ordinẽ prosequamur. Equidẽ, i. certe (vel hoc vocabulum monstrat nõ esse Virgilianum opus. semp eni, equidem, primæ personæ accommodat, authore Seruio, vt sit, ego quidem.) haud, id est non mirum, factu, sup. est id quod cernimus extra, i. exterius, si opus lenif, id est mitigaf, & remittitur, aut intermittitur: restat & vritur magis, illic, scilicet vbi leniebatur & saxum sollicitat magis incendia vicina, & prẽmittit certa pignora, idest authoramenta, aut corroboramenta, flammę venturæ. Nam simul atque mouet, supple se, curis: id est anxietate deficiendi, & minutus, id est iminutus diffugit turbam, trahit extẽplo id est illico: solum, id est fundum, aut terram solidam: & trahit icta, id est percussa: ramis, id est ignibus lateralib⁹, & demõstrat sub terra graue murmur, & ignes, supple graues: tum, id est tũc: speculaberis, id est videbis, sup. quem libet pauidum surgere: & decedere rebus sacris, id est timendis, quasi execrabilibus, aut dijs consecratis: & speculaberis omnia parere colli tuto, scilicet ab accessu, quia nemo ascendit collem, id est verticem Ætnæ sic incensum. Nã subito efferuent incendia onerosa, id est molesta: raptis .i. correptis scilicet his qui non aufugerint: & moles accensę subeunt, idest subsequũtur, & ruinæ truncæ, id est abtruncatæ & abruptæ. Et arenæ voluunt examina, id est copias flammarum, atra: & sonant. i. simul sonitum edunt: nec mons recipit, i. capere, & continere potest flammas: quia, supple defessus hinc, id est postmodum anhelat, atq; id est simul ac: hostis, scilicet ignis, aperit se, spiritus descrescit illic: haud, id est non aliter quam cum acies iacet, prona, id est prostrata: campis deuicta trophęo lęto, scilicet victori campis dicit, & sub, id est ante ipsa castra: quasi inclinata ad castra: nã dicere potuisset, castris, & sub ipsis. Tum, id est deinde: siquis lapidum. i. sigs lapis: pertabuit. i. mollificatus emarcuit, igni summo,

Haud equidem mirum factu, quod cernimus extra
Si lenitur opus, restat magis: vritur illic,
Sollicitatq; magis vicina incendia saxum.
Certaq; venturæ præmittit pignora flammæ.
Nam simul atq; mouet curis turbamq; minutus
Diffugit: extemploq; solum trahit: ictaq; ramis,
Et graue sub terra murmur demonstrat: & ignes.
Tum pauidum fugere, & sacris credere rebus
Parere; & tuto speculaberis omnia collis.
Nam subito efferuent onerosa incendia raptis,
Accensę subeunt moles: truncęq; ruinæ,
Prouoluunt: atq; atra sonãt examina arenæ.
Nec recipit flammas: mons hic defessus anhelat:
Atq; aperit se hostis: decrescit spiritus illic.
Haud aliter, q̃; cum læto deuicta trophęo
Prima iacet campis acies, & castra sub ipsa.
Tum siquis lapidum summo pertabuit igni
Asperior sopita, & quędam sordida fex est,
Qualem purgato cernes discedere ferro.
Verum vbi paulatim exiluit sublata caducis,
Congeries saxis: angusto vertice surgunt.
Sic veluti in fornace lapis torretur: & omnis
Exutus penitus venis subit altius humor:
Amissis opibus, leuis sine pondere pumex
Excoquitur: liquor ille magis seruare, magisq;
Fluminis in speciem mitis procedere tandem
Incipit: & primis demittit collibus vndas.
Illæ paulatim bis sena in millia pergunt:
Quippe nihil reuocat: curtis nihil ignibus obstat:
Nulla tenet frustra moles: simul omnia pugnant.
Nunc syluas, rupesq; notant hęc tela: solumq;
Ipsa adiurat opes: facilesq; sibi induit annos.
Quod si forte cauis cunctatus vasibus hęsit:
Vtpote inæquales voluens perpascitur agros:
Ingeminat fluctus: & stantibus increpat vndis.
Sicut cum curuo rapidum mare cernitur æstu.
Ad primum tenuis sinus agit vlteriores.
Progrediens late diffunditur & succernens.
Flumina consistunt ripis, ac frigore durant:
Paulatimq; ignes coeunt: ac flammea messis.
Exuitur facies tunc prima, vt quæq; rigescit
Effumat moles: atq; ipso pondere tracta
Voluitur ingenti strepitu: præceps q; sonanti
Cum solido inflexa est: pulsatos dissipat ictus:
Et qua dissecta est, candenti robore fulget.
Emicat examen: plagis ardentia saxa
Scintilla procul esse fide procul esse ruentem.
Incolumi feruore cadunt. verum impetus ignes
Si fumant quondam vt ripas traiecerit amnis,
Vix iunctis quisquam fixo dimouerat illas.
Vicenos persępe dies iacet obruta moles.

asperior sobaris. i. vehemẽtibus ignibus: & quædam fax est sordida, id est immũda (sic Calderinus legit, fere tamen textus habẽt, sopita, nõ sobaris: vt sit, & quædã fax sopita & sordida ẽ.) qualẽ cernes discedere. i. abstrahi: ferro purgato. i. postquã ferrũ purgatũ ẽ: verũ. i. sed: vbi id est post quã, cõgeries exiluit, paulati sublata saxis caducis, tũc surgunt e vertice angusto: sic veluti lapis torretur i fornace: dum, scilicet calx efficif, & ois humor exuitur penit⁹ venis, & pumex. i. lapis talis, læuis, id est planus, & sine pondere, quia opibus amissis, idest succo deperdito & absumpto substitit altius: ille liquor, scilicet pinguis, excutitur magis & incipit magis seruare, sup. se. Et incipit tãdem procedere magis mitis, quia in morem fluminis: & dimittit vndas, scilicet liquoris, supp. in primis collibus: ille. s. vndæ, pergunt paulatim i bissena, id est duodecim millia. s. passuũ: quippe .i. vtpote, quas, aut ga certe nihil reuocat: nil obstat ignibus curtis, i. correptis: nulla moles, i. reparatio, aut moderatio, tenet frustra, id est conatur tenere & hæc vnda ignis: purgans simul omnia, vorat nunc syluas & rupes: & vorat hęc tela, id est saxa: & solum, id est terram: & ipsa adiurat, i. adiurãdo asciscit: opes, id est auxilia & copias: & induit sibi annos faciles. s. ad durationem. Quod si forte cũctatus hęsit vasibus (alij sinibus, legunt: nam vasa, vasorum, dicimus: verum olim dicebatur, vasum, vasis: quo Cato apud Aulũ Gellium vtitur: & ita posset pluraliter vtrunq; dici vasibus, a nomiatiuo singulari, vas, & vasis, a vasum: sicut euentus, & euenta legimus. Posset etiam vasis legi: vt sit spondaicus versus) idest saxis cauis, vtpote qui voluẽs inæquales agros perpascitur, sup. eos: & qui ingeminat fluctus & increpat, id est crepitũ facit: vndis stantibus, i. dest stagnis: sicut cũ mare lapidum, id est marmorum, aut abundantia illorum saxorum: cernitur curuo æstu, id est inundatione lapidum. Ac agit primũ tenuis sinus, progrediẽs, ac succernẽs, i. dest occulte cernens vlteriores diffunditur late: flumina consistunt ripis, ac durant, supple se, frigore, id est congelantur, & ignes, ac messis flammea, id est copia flammarum: coeunt, id est congregantur paulatim: tunc prima facies exuitur, & vt quęque rigescit, id est rigida fit moles effumat, id est per fumum dissoluitur, atque tractat, ipso pondere voluitur præceps, supple cum strepitu ingenti, atq; sonanti: & cum inflexa est, solido, id est ab integro: dissipat, id est in ventos diffundit ictus pulsantes. Et quia dilcusa est robore, id est duritia candenti fulget: & examen, id est multitudo saxorũ ex antris.

ex antris: more apium, ex aluearijs eductarũ: efflatorũ examen dicto per appositionem: saxa ardentia plagis. i. vulneribus: hoc est ambustionib⁹: micat, scintillat: procul esse fide, procul esse ruẽtes ignes, cadunt incolumi feruore, verum si fumãt quõdam, vt impetus traiecerit ripas amnis, vix quisquã dimouerit illas. s. ripas iunctis. i. adherentib⁹: fixo. i. firmo & stabili, moles iacet sæpe obruta vigenos dies.

DOMITIVS.

¶Venas.) In quibus regnat ignis. ☞ Pignore.) Promissione. ☞ Portam.) Apertionem. ☞ Conseruat no.) Splẽdorem suũ. ☞ Fricas.). i. frigidas: Frico, significat frigeo. ☞ Solido.) Quasi dura. ☞ Aios.) Vires ipsius ferri, Lentitiem.) Debilitatẽ. ☞ Aurea.) Splendida, ppter ignem. ☞ Obnoxia.) Quia etiam illa sunt splendida. ☞ Patenti cœlo.) In aere. ☞ Sęuum hostem.) Ignem.

ASCENSIVS.

¶Sed frustra, &c.) Si (ingt) firmiter credis id qđ fabula asserit, frustra tẽtamus dispone singula certis, i. veris: & nõ fictitijs causis: nõ q; lectoris fides qdquã faciat ad cãm rei: sed q; frustra scripseris, q̃ nemo sit creditur⁹, quia oportet discentẽ credere: sed vt cætera quoq; pateant. Ordo est. Sed nos tentamus frustra disponere cuncta certis causis: si fabula mẽdax manet tibi firma. i. firmiter tibi pluasum ẽ, quod fabula asserit: ve, p vel, si tu credas alią materiã, sup. esse incẽdio, & fauillã. i. tenuẽ flãmam furere igne: & plurima cõcrescere simul, pprietate: & si credas sulfur cõmistũ bitumine. i. terra pingui & sulfurea: flagrare. i. ardere vẽto. Nam fundit quoq; robore. i. duritia sua, post Cretam exustam. i. postquã bitumẽ exuit: & figulos esse fidem. i. præbere approbationẽ huic rei: dehinc si credas reuocare suam duritiẽ. i. robur, vsu frigoris .s. condensantis, & cõstringere venas. s. in quibus ignis regnat: sed signum commune est lene. i. inane: atq; causa est irrita: quæ trepidat. i. vacillat, & periclitatur: vbi verum cõstat certo pignore. i. approbatione. Nã velut ignis æreus. i. in massa ærea, aut ferrea candenti: condomitus, id est victus, & non exedat: est naturę argutę. i. subtilis aut stridulę, & eadem. s. natura constat: &. i. etiã, robur saluo vltra q̃ possis cognoscere: portam. i. apertionem eris: haud. i. nõ aliter, ille lapis tenet, seu effluit forte in venas madentes: seu sit securus ab illis: & cõseruat notas, id est splẽdorem suum: nec perdidit ignes vultu. Quinetiam ipse color resoluit multis extremam. s. naturam, non odor aut ætas putris magis ille. s. color, magisq;, scilicet resoluit: vna facies est operis: & eadem terra est per omnia. Nec tamen inficior, id est non inficias

Sed frustra certis disponere singula causis
Tentamus: si firma manet tibi fabula mendax:
Materiam vt credas aliam furere igne fauillam
Plurima pro pietate simul concrescere: siue
Commissum lento flagrare bitumine sulfur.
Nam post exustam Cretam quoque robora fundit:
Et figulos huic esse fidem. dein frigoris vsu
Duriciem reuocare suam: & constringere venas.
Sed signum comm une leue est, atq; irrita causa,
Quæ trepidat. verum vbi certo pignore constat,
Nam velut arguti natura est æris & ignis,
Cum domitum constat, eademq;, & robore saluo:
Vtranq; vt possis æris cognoscere portam.
Haud aliter lapis ille tenet seu forte madentes
Effluit in flammas: seu sit securus ab illis:
Conseruatq; notas: nec vultum perdidit ignis.
Quinetiam externam multis color ipse resoluit
Non odor, aut leuitas. putris magis ille, magisq;
Vna operis facies, eadem perq; omnia terra est.
Nec tamen inficior lapides ardescere certos,
Interius furere accensos: hæc propria virtus.
Quin ipsis quædam Siculi cognomina saxis
Imposuere fricas etiam ipso nomine signant
Fusilis esse notas: nunquam tamen illa liquescunt,
Quamuis materies foueat succosior intus:
Nec penitus venæ fuerint commissa molari.
Quòd siquis lapidis miratur fusile robur:
Cogitet obscuri verissima dicta libelli,
Heracleti, & ibi nihil insuperabile gigni
Omnia quæ rerum natura semina iacta.
Sed nimium hoc mirum, densissima corpora sæpe
Et solido vicina, tamen compescimus igni:
Non animos æris flammis succumbere cernis,
Lentitiem plumbi non exuit: ipsaq; ferri
Materies prædura tamen subuertitur igni:
Spissaq; suspensis fornacibus aurea saxa
Exudant pretium: & quædam fortasse profundo,
Incomperta iacent: similiq; obnoxia sorti.
Nec locus ingenio est: oculi te iudice vincent,
Nec lapis ille riget perculsus, & ignibus obstat:
Si paruis torrere velis: cœloq; patenti,
Candentem, pressumq;, agedum fornace coerce:
Nec sufferre potest: nec sæuum durat in hostem:
Vincitur: & soluit vires: captusq; liquescit.

ficias eo', hoc est nõ nego tũ certos lapides ardescere, & furere accensos interius hęc est illis, supple propria virtus. Quin. i, quinetiam: Siculi. i. populi Sicilienses, imposuere ipsis saxis quędam cognomina: & signãt etiã fricas. i. frigidas petras: ipso nomine, id est ipsa appellatione: & signant notas esse fusilium. s. saxorũ: tamen illa, scilicet quę fusilia dicũtur, nunquã liquescunt: quamuis materies succosior foueat. s. ignes: intus. i. intrinsecus: nec furit cõmissa penit⁹ venæ molari. i. molaris lapidis: q; si quis miratur robur fusile lapidis, cogitet verissima dicta: libelli obscuri. s. ab obscuro authore editi: & dicet nihil gigni insuperabile vero oia semina quę rarum, id est raro contingunt iacta, supple esse: natura. i. per naturam, aut a natura: sed nimiũ mirum, supp. est, q; nos tamẽ cõpescimus sępe igni corpora densissima, & vicina solido .i. quasi dura & solida. Non. i. nõne, cernis animos eris succum bere flammis, id est æs mitigari flãmis. q. d. frequentissime. Non. i. nõne, exuit. s. flamma: lenticiem, idest mollitiem, & debilitatem plumbi: & ipsa materies ferri quãuis: supple prędura sit, tamen subuertif. s. a duritie, hoc ẽ mulcetur igni: & saxa aurea, id est dilucida propter ignẽ: spissa, id est densa & solida: exundat id est dulciter emittũt pretiũ, fornacibus suspensis, scilicet in vertice Ætnę: quędã iacẽt sorte incomperta. i. abstrusa: profundo. i. in imo fundo, & obnoxia, id est deuicta simili sorte: quia etiam illa sunt splẽdidatnec locus est ingenio, id est scrutationi mentis: oculi vincent, id est quod volunt, probabunt te iudice, idest potius adhgerebis rei visę, quam rationi quam mente concipias. Nam ille lapis perculsus, riget, id est inuenitur durus, & obstat ignibus: si tu velis torrere. s. ipsum paruis, scilicet ignibus: quia a magnis superatus incẽditur. Agedum, adhortandi aduerbium: coerce, supp. ipsum lapidem: candentem cœlo, id est aere patenti, & pressum fornace, ipse nec potes sufferre, scilicet vim ignis: nec durat, in, id est contra: hostem sęuũ, id est ignẽ vehementẽ: & ita vincitur, & soluit, id est relaxat vires: & captus scilicet ab igne: liquescit, id est resoluitur in cinerem.

cet ignibus: quia a magnis superatus incẽditur. Agedum, adhortandi aduerbium: coerce, supp. ipsum lapidem: candentem cœlo, id est aere patenti, & pressum fornace, ipse nec potes sufferre, scilicet vim ignis: nec durat, in, id est contra: hostem sęuũ, id est ignẽ vehementẽ: & ita vincitur, & soluit, id est relaxat vires: & captus scilicet ab igne: liquescit, id est resoluitur in cinerem.

DOMITIVS.

¶Vsu.) Non est talis ignis, quo vtimur nos pro vsu: sed quali vtitur Iuppiter in fabricãdis fulminibus. ☞ Folles.) Instrumẽta qbus ignis creatur.

Quæ maiora putas autem tormenta moueri
Posse manu: quæ tanta putas incendia nostris
Sustentare opibus: quantis fornacibus Aetna
Vritur, à sacro nunquam non fertilis igne.

Virg.

tur. ☞ Instigant.) Sollicitant. ☞ Fratres.) Zœtũ & Amphionem: non enim Etheoclen & Polinicem, hoc loco intellige re debemus. ☞ Ille impiger.) Videlicet Zœtus. ☞ Ille Ca

Universidad de Deusto
Biblioteca

norus.) Amphiõ Eurotas,fluuius est Thessaliæ, iuxta quẽ Apollo pauit armenta Admeti. ℣ Raptũ ptundo.) Amphiarãi. ℣ Lycurgi sparsa.) Genua. Lycurg⁹,rex Thraciæ,q genu sibi abscidit, dũ Bacchi sacra cõtemneret. ℣ Victrici.) Quia vicit Neptunũ, in imponẽdo

Athena: noie Athenis. Orta enim fuit cõtentio inter Neptunum & Mineruam, de imponẽdo nomine: cõtractumq; vt nomẽ imponeret, qui signũ vtilius ostenderet,percussa terra, Neptunus effudit equũ, animal bello aptum. Minerua vero, oleam arborẽ pacis: sed pax, bello prẽstat:ideo Athena,victrix habita,nomẽ imposuit.

Theseꝰ ℣ Theseu.)Notat patrem Thesei, Ægea præcipitasse se in fluctus: nomenq; mari dedisse: dum Thesea redeũtem, a Minotauro interfecto expectaret, cui mãdarat, vt si victor esset, vel nauium alba ferrentur:si victus, nigra:verũ obliti nautis,mutare vela, nigra relata sunt.Sicq; credens filiũ a Minotauro absumptum,excidit in mare. Perfide,inquit, propter Ariadnẽ, ab ipso Theseo derelictam in littore. ℣ Sydus.) Tangit fabulam Icari, qui cum agricolæ merum potasset, illi ebrij venenum potasse existimantes eum peremerunt:canis vero qui eum comitarat, rediit ad Erigonẽ sororem,siue (vt alij dicunt) filiam: quæ cum minime redeuntem Icarum videret, sibi fidissimum, & omnia loca quæsisset, ab oraculo habuit in alieno elemento, quæritaret, sic,in aere perquisiuit sacris adhibitis,quę oscilla vocitãt:de quib⁹ Virgi.in Georgi. Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu. ℣ Athenarum.) Quia Icarus Atheniensis fuit. ℣ Amphiona.) Iouis filius,ex Anthiopa cantu, & cithara ad eo eruditus,vt eo pulsante,lapides se cõponerẽt in ædificiũ: sicq; Thebana mœnia scribunt fuisse cõstructa. Horatius in arte poetica, Dictus & Amphion, Thebanæ conditor arcis, Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda Ducere quo vellet. ℣ Soror.) Philomelam dicit acceptam, a Progne sorore,dum a Tereo fuisset violata. ℣ Hospita tectis.) Hospita autem tecta,dicit.quia in parietibus nidificãt hyrundines. ℣ Ferus Tereus.) Vpupa.) Hectora.)Hector enim (vt tradit Dares Phrygius) parue staturæ fuit.

Hector. ℣ Magni ducis.) Achillis, qui sepultus fuit in Sigæo promontorio:ad quem tumulum,cum venisset Alexander magnus,O fortunate (inquit) tu iuuenis,qui tuæ virtutis Homerum habuisti preconem. ℣ Impiger.) Ita enim ex natura Achilles erat: vnde Horat.Scriptor honoratum si forte reponis Achillem, Impiger, iracundus, inexorabilis,acer. ℣ Victus victor.) Paridem dicit:qui victor fuit Hectoris, in interficiendo Achille, sagitta ab Apolline directa: & ipse tamen a Pyrrho victus fuit, atque interemptus.

Achillis sepulchrum. Alexandri magni verbum. ℣ Græiæ.) Athenas dicit. ℣ Tabellas.) Leges Solonis Paphię Veneris, quam Apelles depinxit Athenis. ℣ Dioclide nati.) Ex filia Dioclei, qui fuit filius Orsilochi: vt est apud Homerum. Dioclei inde appellantur omnes, postea qui ea quia diuinam gloriã habent. ℣ Minacem.) Xerxem, qui combussit Athenas hominibus vacuas.

Dioclei.

Sed non qui nostro feruet moderatior vsu:
Sed cœlo propior: vel quali Iuppiter ipse
Armatus flamma est:his viribus additus ingens
Spiritus astrictis elisus faucibus, vt cum
Fabriles operas rudibus contendere massis
Festinant:ignes quatiunt:follesq; trementes
Exanimant:presloq; instigant agmine ventos.
Hæc operis fama est:sic nobilis vritur Aetna.
Terra foraminibus vires trahit;vrget in arctum
Spiritus incendi viuit per maxima saxa.
Magnificas laudes,operosaq; visere templa
Diuitijs hominum,aut sacra memorare vetusta
Traduce materia:& terris per proxima fatis
Currimus;atq; auidi veteris mendacia famæ
Eruimus;cunctasq; libet percurrere gentes.
Nunc iuuat ogygijs circundata mœnia Thebis,
Cernereq;, & fratres ille impiger,ille canorus
Condere felices alieno interserit æuo.
Inuitata pio nunc carmine saxa,lyraq;
Nũc gemina ex vno fumantia saxa vapore
Miramur:septemq; duces,raptumq; profundo.
Detinet Eurotas illic & sparsa Lycurgi,
Et sacer in bellum numerus sua turba recenti.
Nunc hic cecropiæ varijs spectantur Athenæ
Carminibus:gaudentq; sua victrice Minerua.
Excidit hic reduci quondam tibi perfide Theseu
Cãdida sollicito promittere vela parenti.
Tu quoq; Athenarum carmen tam nobile sydus
Erigone.sedes vestra en Philomela canoris
Euocat in syluis:& tu soror hospita tectis
Acciperis:solis Tereus ferus exulat agris.
Miramur Troiæ cineres,& flebile victus
Pergamõ,extinctosq; suos Phrygas:Hectora primũ
Conspicimus magni tumulũ ducis.hic & Achilles.
Impiger,& victus magni iacet Hectoris vltor.
Quinetiam Graiæ fixos tenuere tabellæ,
Signa ũe,nunc Paphiæ rorantes parte capilli,
Sub truce nunc parui ludentes Colchide nati,
Nunc tristes circa subiectæ altaria ceruæ,
Velatusq; Pater,nunc gloria viua Mironis.
Quinetiam illa manus operum,turbæq; morantem.

ASCENSIVS.

¶ Quæ maiora putas autem tormẽta moueri.) Trahit vt iceperat oia in admirationẽ: docetq; se quoq; alijs de rebus,ac fabulamẽtis,posse scribere,cum notas habeat plurimas,quas tangit historias.Ordo est. Aũt,pro sed:quę maiora tormẽta putas posse mouere manu.i. artificio & ministerio manuũ:q̃. ſ. moueãtur:ab icẽdio & occulta vi Ætnę? q. d.nulla, quę tãta incendia putas sustẽtari. ſ.posse, nostris,i.humanis opib⁹.i.facultatibus,aut potẽtijs?q.d.etiã nulla . Nam Ætna vritur tantis fornacibus,& nunquã est nõ fertilis.i. & semper est fertilis igne sacro, ſ. Iouis: qui ide fulmina habet, aut vrendo nos bis:sed non tali, supp.qui feruet,moderatior, id est tẽperatior nostro vsu:sed qui supp. feruet,ppior cœlo.i.igni eleмẽtari:vel quali flamma Iuppiter ipse,est armatus.i.in fulmen cõflata . Ingens spiritus est additus his viribus,& hoc faucibus. ſ.fornacis:aut crate re astrictis.i.angustis:elisis.i. attritis, aut absumptis: vt cũ id est quando. ſ.fabri:festinãt cõtẽdere,id est certatim exercere:operas fabriles,id ẽ exercitia fabrorũ: massis rudibus id est laminis informib⁹, hoc est nõdum formatis, ipsi quatiunt,id est cõmouent ignes: & exanimãt , id est euacuant: anima,id est folles trementes: & instigant agmine,id est agminatim expellũt,vẽtos prelos,scilicet in follib⁹. Hęc,scilicet dicta est , fama operis.i.cendij Ætnei:Ætna nobilis i. multum nota per tale incendiũ vritur:sic terra trahit vias foraminib⁹, id est per foramina,hoc ẽ poros. Spirit⁹, id est vis ventorum,ac ignium:vrget in arcum.i. formicẽ & curuaturã:& incendit .i. diffundit:viuus.i.actiuus & agilis per maxima saxa. Possemus,supple dicere magnificas laudes hominum:& templa operosa.i. operose elaborata diuitijs,hominũ,aut memorare saxa vetusta,id est antiquia ędificia:sed currim⁹ materia traduce,id est nos traducẽ te terris,i.in terris:per proxima fatis , id est reb⁹ fato pereuntib⁹ atq; nos auidi eruimus.id est euellimus,ex animo sectoris mẽdacia veteris famę,id est opinionis de incẽdio Ætnæ, quę erat mẽdax & erronea:& libet percurrere cunctas gentes.i. omnes historias insignes diuersarum gentium.Iuuat,id est delectat nos. nũc .i. aliquãdo:cernere mœnia circũdata Thebis Ogygijs.i.ab Ogyge cõditis:& iuuat cernere quod fratres, supple fecere ille impiger,id est acer venator Zœtus:ille. ſ.Amphiõ:Canorus, id est musicus,lyra canere solitus:felices condere, id est ad cõdẽda aliena, ſ.opera:quiã dicitur Amphion Thebanæ cõditor arcis,saxa mouere sono testudinis,&c. vnde ipse interfecit quo'.i.:facit memoriam perdurare : saxa inuitata,dijs carmine , & lyra : & miramur nunc gemina saxa fumantia ex vno vapore : videtur de Eteocle & Polinice loqui, qui dum viuerent immortali odio se, quamuis fratres essent prolequebantur: quapropter cum simul occisi,vno rogo imponerentur, dicuntur eorũ corpora adhuc odiũ retinuisse,nec simul cremari voluisse: vnde desiluisse dicuntur, atque ita gemina saxa fumantia, id est vrnę,aut sarcophagi: orta ex vno

ex vno vapore,id est rogo vaporoso: & mirantur septem duces ſ. Thebarum:& raptum.i.absorptum:profundo.ſ. hiatu:hoc est Amphiaraum vatem: vt Statius in Thebaide docet. Eurotas.ſ. fluuius Thessaliæ:detinet.ſ.nos admiratione sui:& sparsa,scilicet genua:Lycurgi.ſ.regis Thraciæ,qui dum vites amputare vellet, genua incidit,atq; dispersa dereliquit:& numerus sacer.i. deuotus in bellum,hoc est omnium qui bello absumpti sunt. si legaꝰ in bellum, posset de Belidis & Belidibus intelligi : appositorie, turba sua.i.propria & debita, recenti.ſ.bello,aut cædi multa supplere & intelligi oportet,quia omnia obscura & inuersa sunt:Ætnæ Cecropię,id est a Cecrope rege fundatæ,spectantur; nunc hic .i.in alia parte.varijs;q; carminibus :& gaudent sua Minerua victrice.ſ.Neptuni:quia rem vtiliorem producendo meruit ciuitati nomen dare:Nam ab Athena(sic enim Pallas, seu Minerua,grece dicitur.) Dictę sunt Athenæ. O Theseu perfide.ſ.in patrem,ac Atriadnẽ:excidit,hoc est extra memoriam cecidit:tibi reduci, id est reuertenti,hoc est oblitus es:hic.ſ.apud Athenas,præmittere patri.ſ.Ægeo:sollicito de tua salute: vela candida.ſ.in signum in columitatis tuæ:nam cum nigra videns te extinctum,putaret se precipitem in mare dedit:tu quoque o Erigone, filia Icari,sydus id est conuersa in sydus:quia in Virginem es, supple tam nobile carmẽ Athenarũ:vestra,scilicet tua,& canis tui sedes: euocat Amphiona in syluis canoris.i. fecit vt Amphiõ de vobis scriberet in syluis canoris : & tu soror,scilicet Progne in hirundinem versa: acciperis tectis,i.intra tecta domorũ.hospita,id est hospitio: Tereus.ſ.rex,pater eius effectus . Vpupa,aut Epops:exulata a regia sua,agris solis,id est desertis.Nos miramur cineres Troię,scilicet exustæ,& Pergamon:id est Ilion: flebile victis , scilicet Troianis: sed non victoribus Græcis:dicitur autem & hęc Pergamos,sicut hæc ilios,ab Horatio,verum hoc loco,neutrum posuit:& miramur suos,pro eius:Phrygas,id est Phrygios,Troiæ habitatores: extinctos:

DOMITIVS.

¶ Visenda .) Et longe magis debes estimare , qđ miracula Ætnę tanto magis sunt visenda. ℣ Excanduit.)Extra cãdorem & ardorẽ exarsit. ℣ Segno loue.) Fulmina mittente. ℣ Euaserat.) Ille qui iuerat ad videndum Ætnam, quæ est vrbs in ipso monte, & exusta fuit. ℣ Palsũt.)Deuorãt. ℣ Amphiõ.) Frater Zœtus. ℣ Pios.) Id est dum illi vadunt ad arripiendos patres, ab incẽdio flammę,non illis nocent : sed cedunt ignes. ℣ Ditis.) Plutonis.)Piorum.)Iuerunt ad loca beatorum.

ASCENSIVS.

¶ Hæc visenda .) Per figuram iussionem,quæ vim prohibendi habet,monet author nõ admiranda esse talium rerum figmenta, relictis miraculis naturæ: vnde reuocat nos ad considerationẽ Ætnę, atq; oppidi in ea incendio delett: cum fabula de Amphiõe & Zœto, qui cũ Thebani sint mirum : vnde hæc fabula nata, nisi de alijs loquatur . Sed ordo est . Tu dubius terrę & maris,id est nescius rerũ quæ i terra,aut mari a natura fiũt: puta.i.existima, hęc.ſ. supradicta:visenda.i. digna quę visantur,& contemplent: quasi dicat,id factum nõ decere,vn de addit, Aspice ingens opus naturę artificis,id est effectricis.) Phœb⁹,cum,sup.est fetuꝰ,existens precipue vigil.i. diutissime super Orizontem nostrum, apparens : quia tũc vigilare,

Hęc visenda putas terræ dubiusq;,marisq;,
Artificis naturæ ingens opus aspice.nulla
Cum tanta humanis Phœbus spectacula cernet,
Præcipueq; vigil feruens cum sirius ardens
Insequitur,miranda tamen sua fabula montem:
Nec minus ille pius:quãquam sors nobilis ignis.
Nam quando ruptis excanduit Aetna cauernis:
Et velut euersis penitus fornacibus ignes,
Et vecta in longum rapidis feruoribus vnda:
Haud aliter q̃ cum fœuo Ioue fulgurat æther:
Et nitidum obscura cœlum caligine torquet.
Ardebant aruis segetes,& millia culta
Iugera cum dominis,syluæ,collesq; virentes.
Vix dum castra putant hostem mouisse:tremebant:
Et iam finitimæ portas euaserat vrbis.
Tum vero vt cuiq; est animus viresq; rapinę
Tutari conantur opes:gemit ille sub auro.
Colligit ille arma:& stulta ceruice reponit.
Defectum raptis illum sua carmina tardant.
Hic velox nimio properat sub pondere pauper:
Et quod cuiq; fuit chari fugit ipse sub illo.
Sed non incolumis dominum sua pręda secuta est.
Cunctantes vorat ignis:& vndiq; torret auaros:
Consequitur fugisse ratos:& præmia captis
Concrepat.ac nullis parsura incendia pascunt,
Vel solis parsura pijs. nanq; optima proles
Amphion,fraterq; pari sub munere fortes,
Cum iam vicinis streperent incendia tectis:
Aspiciunt pigrumq; patrem,matremq; senemq;
Seu iam defesso posuissent lumine membra,
Parcite auara manus,dites attollite prædas:
Illis diuitię solę materq;,paterq;,
Hanc raptunt prędam:mediumq; exire per ignem
Ipso dante fidem properant,ò maxima rerum,

Virgi.

vigilare, & nocte dormire, a vulgo putatur:& cũ Sirius, id est stella vicina canicule,ẽ ardens, id est quando est i solstitio æstiuali : & lõgissimi sunt dies : & ita longissimum facit, quantum ad nos circuitum:nulla cernet tanta spectacula, sup. in reb⁹ humanis:vt, sup.sunt in rebus naturalib⁹, vt in ppetuo incendio Ætnę. Tamen montem , sua fabula miranda insequitur,id est cõsequtur:hoc est de mõte Ætna, & eius vrbis, q̃ in ea fuit incẽdio : est miranda fabula. Nec ille , scilicet mons , est minus nobilis, pio.i.pietate quã forte ignis. Nam quando Ætna, scilicet mõs, aut potius vrbs in ea sita:excãduit, id est exarsit : cauernis ruptis.i. apertis, foraminibus cauernaꝝ p eruptionẽ ignis:& ignes , supple excanduerunt, velut fornacibus penitus euersis : & vnda, scilicet flammarũ, vecta, supple est , in lõgum feruoribus .i. a feruoribus rapidis:haud, id est non aliter,q̃ cum æther fulgurat, Ioue existẽte sęuo, id est irato, aut succẽso : & cũ torpet cœlum nitidum, scilicet prius caligine obscura. Segetes ardebant , supple in aruis : & millia iugera culta ardebant cum dominis, scilicet cultoribus: sy luę & colles virentes , dum vix putant hostem, scilicet ignem mouisse castra, id est processisse : tremebant , scilicet prę timore: & iam, scilicet hostis ignis: aut (vt Calderinus vult : is

qui iuerat ad videndã Ætnã vrbem,in monte.)euaſerat iã portas vrbis finitimę,id eſt,pximæ,& in confinio ſitæ. Tũ vero,id eſt & tunc maxime, aut ad verum conantur,ſcilicet omnes tutari opes: rapinæ,id eſt quas ex incendio rapere poterant (graphice autẽ deſcribit, populi trepidationem incẽſa vrbe.)vt,id eſt ſecundum quod animus eſt, & vires,ſupple ſunt cuique:ille, id eſt vnus fugiẽtium gemit ſub auro; quod aſportare conatur:ille colligit arma.i. vtẽſilia ſua, aut arma bellica: & reponit ſtulta ceruice, qa ſtulte ſumuntur arma contra ignem:illum defectum, id eſt deficientem:raptis,id eſt rapinis:tardant ſua carmina,id eſt ſolã carmina ſua aſportare molitur:hic,id eſt alius pauper, properat nimium velox ſub pondere, parum, aut nihil aſportans: & ſub illo chari, id eſt ſub illa re chara, quod fuit cuiq;, fugit ipſe: ſed preda non eſt ſecuta incolumis, id eſt illæſa ſuum dominum, quia ignis vorat cunctantes, id eſt immorantes,& torret auaros vndique, & intus, & foris: conſequitur.ſ. ignis: ratos.i.arbitrantes: fugiſſe.i. iam euaſiſſe: & increpat, id eſt improperat: capitis præmia .ſ. auaritiæ. hoc eſt exuſtionem, ac incendia parſura: nullis paſcunt, id eſt deuorant, ſcilicet omnes, & omnia parſura, dicit nullis, vel parſura ſolis deis, namque optima proles, ſ. Amphion, & frater.ſ. Zetus, fortes ſub pari munere, id eſt officio pietatis, cum iam incendia ſtreperent tectis vicinis, aſpiciunt patrem pigrum.ſ. ſenio, & matrem ſenilem. Eheu condolentis vox, aut expreſſiua doloris filiorum: defeſſos, id eſt defatigatos, ita vt non amplius poſſent progredi: qui, ſupple poſuiſſent membra in primo limine,quia aufugere non potuiſſent (quia vero Amphioni Thebano, & fratri Iuppiter dicitur pater, & quia hic de Ætna loquitur, oportet de alio Amphione Ætneo videlicet intelligere) poſuiſſent, dico, membra, niſi, ſupple fuiſſet vox, dicens,O auara manus,id eſt multitudo auarorũ, parcite attollere, ſcilicet in humeros,prędas,ſcilicet quę vos opprimant diuitiæ, ſup.ſunt illis.ſ.Amphioni, & fratri: ſoli mater, & pater

Et merito pietas homini tutiſſima virtus.
Erubuere pios iuuenes attingere flammæ:
Et quacunq; ferunt illi veſtigia,cedunt.
Felix illa dies,illa eſt innoxia terræ.
Dextera ſæua tenent:læuaq; incendia feruẽt.
Ille per obliquos igneis fraterq; triumphans
Tutus vterq; pio ſub pondere ſufficit illam:
Et circa geminos auidus ſibi temperat ignis.
Incolumes abeunt tandem:& ſua numina ſecum
Salua ferunt. illos mirantur carmina vatum.
Ille ſe poſuit claro ſub nomine Ditis.
Nec ſanctos iuuenes attingunt ſordida fata:
Sed vere ceſſere domus,& iura piorum.

& pater:tu quiſquis es rapies hanc,id eſt conſimilem: prædam .ſ. patrem & matrem, & properato exire per medium ignem: ipſo.ſ.igne:dãte fidẽ, id eſt fiduciam. Pietas,eſt merito homini maxima rerum, & tutiſſima virtus, flãmę.ſ.incẽdij,erubuere.i. veritę ſunt, attingere pios iuuenes, & cadunt quacunq; illi ferunt veſtigia.i.ſua.Illa dies,fuit felix, & illa lux, fuit innoxia terræ: quia licet excuſſit vrbem,dedit documentum pietatis colendę:quod pro damno repoſitum,vult incendia ſęua ꝑtenent.i.occupant dextera.ſ.loca:aut dexteras partes,aut ſi legitur,dextra.i.in dextra: & feruẽt lęua,id eſt in ſiniſtra parte. Ille,ſcilicet Amphion cum fratre, triumphans per ſinus obliquos,id eſt per diffugia incurua. (Prius etiam ſinus,prima longa poſuit,dicens,Ac primum tenuis ſinus agit vlteriores,quia tamen ſinus,niſi capiatur pro vaſe,priorem corripere ſolet:quidam legunt,ſignis: ſed difficilis eſt compoſitio.) vterq; tutus ſub pio pondere.i.onere patris & matris: ſufficit.i.ſuſtinet: illa.ſ.incendia, & ignis auidus temperat ſibi, circa geminos.ſ.fratres: & ita ipſi abeunt tandem incolumes, & ferunt ſecum ſua numina.ſ.parentes & deos cum parentibus:ſalua.i.illæſa ab incendio carmina vatum mirantur,id eſt in admirationem trahunt:illos.ſ.fratres geminos:& ille.ſ.Amphion,poſuit ſe ſub claro nomine,aut numine:Ditis,id eſt Plutonis.i. clarus ad inferos tandem deſcendit,nec fata ſordida.i.mors obſcura,& ignobile letum: attingunt iuuenes ſanctos propter pietatem,quia perpetuo illuſtres erũt in memoria, ac ore hominum: ſed domus.i.manſiones:& iura piorum.i. quæ debentur pijs in Eliſijs campis:ceſſere, id eſt conceſſa & attributa ſunt: iure id eſt merito:his.ſ.dictis fratribus pijs.Et hęc in Ætnam.

AETNÆ P. VIRGILII MARONIS, SIVE CORNELII SEVERI,

FINIS.



P. VIR. MARONIS CYRIS AD MESSALAM.

ETſi me vario iactatum laudis amore,
Irritaq; expertũ fallacis ꝑmia vulgi,
Cecropius ſuaue expirans hortulus auras
Florentis viridi ſophiæ complectitur vmbra:
Tum mea quæret eo dignum ſibi quærere carmen
Longe aliud ſtudium,atq; alios accincta labores
Altius ad magni ſuſpendit ſydera mundi:
Et placidum paucis auſa eſt aſcendere collem.
Non tamen abſiſtam cœptum detexere munus:
In quo iure meas vtinam requieſcere muſas,
Et leuiter blandum liceat deponere amorem,
Quòd ſi mirificum proferre valent genus omnes
Mirificum ſæcli modo ſit tibi velle libido,
Si me iam ſumma ſapientia pangeret arce:
Quattuor antiquis quæ hæredibus eſt data conſors:
Vnde hominum errores longe lateq; per orbem
Deſpicere:atq; humiles poſſim contemnere curas:
Non ego te talem venerarer munere tali:
Non equidem:quamuis interdum ludere nobis,
Et gracilem molli liceat pede claudere verſum.
Sed magno intexens (ſi fas eſt dicere) peplo,
Qualis Erichtheis olim portatur Athenis:
Debita cum caſtæ ſoluuntur vota Mineruæ:
Tarda ùe confecto redeunt quinquennia luſtro.
Cum leuis alterno Zephyrus concrebuit Euro:
Et prono grauidum prouexit pondere curſum.

DOMITIVS.

Virgiñ. Meſſala

ETſi me vario.)Opuſculũ hoc, Virgili' ad Meſſalã dirigit, qui Auguſti tpe,magnis in rebus,& pręſertim militaribus,exercebatur:eratq; ꝑterea orator nõ indign',& poeta. Cupiebat igit' Maro, beneuolẽtiſſimũ illũ ſibi efficere: cumq; nõnulla ad Mecœnatẽ & Octauiũ ſcripſiſſet, Cyrim ad ipſum Meſſalã direxit in quo libro oſtendit famæ,atq; gloriæ gratia, ſemper ſe fuiſſe accẽſum:libroſq; Græcos,nõ ſolũ poeticos,verumetiã philoſophicos, euoluiſſe. Nunc quoq; nec ipſam poeticã relinquere affirmat, laudis eiuſdem gratia: ideoq; non immerito, Cyrim opus appellat:nam κυρίζω: preconizo eſt;& κύριον,preconium: licet auem quandam eſſe videatur Virgi.oſtendere. ¶Sophiæ.) Philoſophiæ. ¶ Fallacis.) Inconſtantis.¶Nũ mea?) Scilicet philoſophia. ¶ Eo.) Vulgo.¶Alioſq;.) Poeticos. Nam tunc dabat operam philoſophiæ:nunc intendit dare operam carminibus. ¶Collem.) Locum difficilẽ. ¶Abſiſtam.) Deſiſtam. ¶Munus.) Poeticum.¶In quo.) Munere poetico.¶Morem.) Scribẽdi oẽs artes. vel Muſę.¶Pangeret.) Cantaret.¶Conſors.) .ſ.philoſophia,eſt data heredibus.Pythagorã hoc loco, Platonẽ,Epicurũ,& Ariſtotelẽ intellexit, qui pręcipue de philoſophia bene meriti fuerunt & ſcripſerũt. Vnde ex qua philoſophia,quaſi dicat poſſum per philoſophiam reprehendere mores hominum: ea enim nos impellit ad bene, beateq; viuendum. ¶Humiles.)Terreſtres curas,& diuina conſiderare, atque cœleſtia.¶Peplo.) Peplum,velum appellamus,quo maxime veſtales vtebantur: ſed etiam dicitur inſigne ex ſerico factum, in quo depingitur aliquid,aut ſcribitur,vt populo apparere conſueuit. ¶Qualis.) Verſus.¶Erichtheis.) Quia Erichtheus fuit rex Athenienſium.¶Dona.)Sacra.¶Mineruæ.) Quę celebrantur ab Athenienſibus, ac nomen impoſuit ſuum:ipſa enim Athena dicebatur. ¶Quinquatria.)Sacra,ſingulis quinq; annis fiebant,& pręſertim in quinq; dieb'. Vnde quinquatria Mineruę,appellata ſunt.¶Zephyrus.)Deſcribit tempus in quo fiebant ſacra Mineruę, videlicet in reditu Zephyri,in primo vere.

Cyris.
Peplũ.
Quinquatria.

ASCENSIVS.

ETſi me vario,&c.) Carmen hoc,Virgilianum eſſe,tota atteſtatur phraſis. Nam plurima ex hoc,in alia opera tranſtuliſſe cõſtat:vt ſicut de Culice diximus, hoc opuſculũ quaſi ſui ingenij tentamẽtum atque periculum, pręluſiſſe credere par ſit. Titulus operis eſt, Cyris Virgilij ad Meſſalam, in quo etiam intentio poetę,expreſſa videtur. Nam Cyris preconium dicitur: intentio videtur preconium & ſibi & Meſſalę mereri. Farrago autem, ſiue argumentum carminis, eſt fabula de Scyllarum trãſformatione,quam miris ac varijs modis proſequitur. Libellus eſt vnus. Qualitas carminis eſt hexametra heroicę, non abſimilis, ſed in mediocri ſtylo verſata. Ordo autem & explanatio, eſt hmõi:Etſi,id eſt quãquã,hortulus Cecropius.i. Athenienſis: hoc eſt,Cœtus philoſophorum,aut ſtudium philoſophię, expirans ſuaueis auras:&,ſupp.vmbras florentes:ſophię,id eſt ſapiẽtię:viridis,id eſt in vigore exiſtentis,complectitur, id eſt detinet me iactatum: vario amore, id eſt deſiderio laudis, & expertum premia vulgi,fallacis,id eſt inſtabilis:& nõ pro merito premiantis,ſupple eſſe: irrita,id eſt friuola, & vana,& pro nihilo habenda.Num,id eſt nunquid? mea.ſ.ſophia: quæret,id eſt conabitur quęrere

quærere,id deligere: ſibi carmẽ dignũ:eo.ſ.vulgo q.d.minime:vñ addit,ipſa accincta.i. cõplectẽs lõge aliud ſtudiũ,& lõge alios labores: ſuſpendit, ſup.me,alti' ad ſydera magni mũdi.i.ad cõtẽplationẽ ſyderum, & rerum cœleſtium: & auſa eſt aſcendere collẽ,id eſt apicem philoſophię placitũ multis:etſi inquam tali laude philoſophię iactatus ſum, nõ tamẽ abſiſtam.i. nõ deſiſtam propter ſtudiũ philoſophię detexere.i.perfecte texere(ſicut in Buco.Viminibus, molliq; paras detexere iũco.) Munus.ſ.poeticũ:cœptum,id eſt ĩceptum:in quo.ſ.munere tibi ĩcepto: vtinam liceat meas muſas,id eſt vires poeticas:requeſcere,id eſt reponi iure, id eſt vt iuſtũ eſt, & liceat deponere leuiter,id eſt faciliter:morem blandum.i.poeticum, & facetum ſcribendi genus.Qđ ſi omnes,ſcilicet Muſę,aut artes, valent proferre mirificũ videlicet genus ſcribẽdi: ſcribam,ſupple aut dicam: mirificum ſęcli,id eſt ętatis noſtræ: modo, id eſt dummodo libido ſit tibi velle.ſ. tale gen'.i. dummodo tibi gratum & acceptum fuerit. Si ſapientia pãgeret,id eſt cõpingeret & conponeret me(Calderinus dicit cantaret:ſed incongrua videtur expoſitio) ſumma arte,id eſt ſummo artificio ornaret, quę.ſ.ſapientia eſt data: conſors,id eſt in conſimilẽ ſortẽ, quatuor antiquis heredibus,ſcilicet præcipuis philoſophis, Pythagorę,Platoni,Ariſtoteli,& Epicuro:vnde,id eſt ex qua ſapientia:ego poſſem deſpicere,id eſt cõtemnere, quaſi in altiori & honeſtiori loco poſitus:quia deſpicere,proprie,eſt deorſum iſpicere errores hominum, longe & late per orbem ſcilicet diſperſorum: & poſſem contemnere curas humiles, id eſt de rebus terrenis. Si inquam,tali arte me pangeret ſapientia:ego non venerarer te talem, id eſt tam excellentem virum: tali munere,id eſt tam humili,& incondito carmine. Equidem,id eſt ego quidem: non,ſupple poſſum,quod volo,aut nõ valeam te quidquam dignum afferre:aut quid ſimile:quod honeſte ꝑtermittit, ne ſe vituperet ꝑter ęquum:quamuis liceat nobis interdum ludere, id eſt facile & de rebus humilibus verſiculos facere:vnde in Bucolicis,Ludere quę vellem calamo permiſit agreſti, & Ouidius,Ille ego qui fueram tenerorum luſor amorum, Ingenio perij Naſo poeta meo,& quamuis liceat nobis interdum claudere verſum, pede gracili,id eſt tenui & humili ſtylo:non dicit venerarer te tali munere:ſed venerarer te,intexens verſu magno(ſi fas eſt dicere,quia nefas videtur diuinos honores Palladi debitos mortali accommodare:aut ſibi tantum ſumere: vt ſperet poſſe quidquã Palladis peplo dignum contexere) peplo, id eſt velo:quod Palladi offerri ab Athenienſibus ſolebat. Qualis, ſcilicet verſus, inſcriptus peplo:portatur olim,ſubaudi iam:vt ſit,iã olim (quod & carmen pateretur)Athenis Erichtheis,id eſt ab Erichtheo rege ſic denominatis,ſupple tunc,cum dona debita ſoluũtur, id eſt perſoluũtur Mineruę caſtę:quia perpetuę virgini:& cum quinquatria,aut quinquennia,id eſt ludi quinq;ẽnales,redeũt tarda: qa luſtro,id eſt quinque annorum ſpatio,quo a Romanis luſtrũ fiebat:confecto,id eſt completo,hoc eſt quinto quoque anno:i mẽſe Maio:cum Zephyrus leuis, id eſt terram leuem faciens: vnde in Georgicis,Et Zephyro putris ſe gleba reſoluit, concrebuit.i. creber factus eſt:Euro alterno,id eſt alternatim flante: & prouexit curſum grauidum,id eſt oneroſum,& tardum: pondere prono,id eſt inclinato ad pręcipitium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Felix illa dies, felix & dicitur annus:
Felices qui talem annum videre, diemq́;.
Ergo Palladiæ texuntur in ordine pugnæ:
Magna giganteis ornantur pepla tropheis:
Horrida sanguineo pinguntur prelia succo.
Additur aurata deiectus cuspide Typho:
Qui prius osseis consternens ethera saxis
Emathio celsum duplicabat vertice Olympum,
Tale deç velum solenni tempore portant.
Tali te vellem iuuenum doctissime ritu
Purpureos inter soles: & candida lunæ
Sydera, cœruleis orbem pulsantia bigis,
Naturę rerum magnis intexere chartis.
Aeternum sophiæ coniunctum carmine nomen
Nostra tuum senibus loqueretur pagina seclis.
Sed quoniã ad tantas nũc primum nascimur artes:
Nunc primum teneros firmamus robore neruos:
Hæc tamen interea quæ possumus: in quibus æui
Prima rudimenta, & iuuenes exegimus annos
Accipe dona meo multum vigilata labore,
Et præmissa tuis non magna exordia rebus:

DOMITIVS.

¶Texútur in peplo.) Pugnæ Pallade gesta contra gigãtes. ¶Cocco.) Colore rubro. ¶Typho.) Additur etiam Typho in peplo, qui etiam fuit vnus ex gigãtibus dux precipuus. ¶Osseis.) Ossę montis. ¶Æmathio vertice.) Id est in Pelio monte Thessalię: nam Æmathia, Thessalia dicitur, a rege post Deucalionẽ. ¶Deç.) Palladi solenni, in festis quinquatrijs. ¶Doctissime.) O Messala poeta: sicut ostẽdit Tibullus in carmine, Te Messala canam ¶Intexere.) Depingere. ¶Naturæ.) In te naturales. ¶Senibus.) Futuris ętatibus. ¶Nascimur.) Incipimus. ¶Rebus.) Gestis.

ASCENSIVS.

¶Felix ille dies.) Progreditur ad quinquatriorum ludorum felicitatem describendã: rediturus ad rerum suarum modestam extenuationẽ: per quã impetrata venia, ad narrationẽ accinget. Ordo igitur est. Felix, sup. est ille dies, quo peplũ offert: & annus dĩ felix: & felices, sup. dicuntur, q videre talem annũ & diẽ. Ergo, quia. s. i honorem Palladis, oĩa fiunt pugnę Palladię. i. quas Pallas (quę & armorum, & sapientię: sine quibus bella recte geri nequeunt, dea.) cũ diuersis gessit: texútur, scilicet in peplo: in ordine, id est per ordinem: quia magna pepla ornantur tropheis gigãteis, id est spoliis de gigantibus, per Palladẽ detractis. Et prælia horrida, qa cruẽta: pinguntur, scilicet acu: cocco sanguineo, id est colore rubro, sanguinem imitante: & additur, scilicet ceteris gigãtibus: Typho, scilicet gigas egregius, & ceterorum ductor: cuspide deaurata, idest habẽs cuspidem auratam, aut pingitur, supple cum cuspide aurata, quam in manu tenebat, q. s. Typho, consternens prius, scilicet quam a Pallade prosterneretur: ethera, id est summum aerem: saxis Osseis, i. Ossæ; mõtis Thessalię, Pelio iposito: duplicabat Olympum, i. mõtẽ, in cõfinio Thessaliæ & Macedoniæ: celsum, i. sublimẽ: (vsq; adeo. n. sublimis est, vt vẽti, verticem eius nõ attingãt: vñ pro cœlo habetur. (vertice Emathio idest Thessalico Athenieñ. supple portant, deæ tale, id est taliter, depictum velum in tempore solenni. s. ludorum quinquatrium. O doctissime iuuenum, s. Messala: ego vellem intexere tali ritu. i. modo: te magnis chartis naturę rerũ: id est cõscriptis de rerum naturis: intexere, dicit, te, inter soleis purpureos. i. rubicũdos: & inter candida sydera lunæ: pulsantia orbem. s. sphærã suam: signis cœruleis. i. nigrescẽtib. Etsi, supple possem quod vellem: nostra pagina, id est cõpacta tabella, hoc est scriptura: loqueretur carmine. i. meretrice: senibus sæclis, id est iam senescẽtibus, & æuo cõfectis: tuum nomẽ cõiunctũ æternũ id est, vt dicunt, æternaliter: sophię, id est philosophię, quã describerem. Sed quoniã nos nascimur nunc primum, ad tantas artes, scilicet poeticas, philosophicis rebus locupletatas: quia, vt dicit Flaccus in arte, Rem tibi Socraticæ poterũt ostendere chartæ, & firmamus nunc primum, robore, id est fortitudine: neruos teneros, id est vires graciles subaudi nõ audemus adhuc rem tantam attentare: sed id (vt prius dixi) prudenter omittit. Tamen. i. nihilominus, accipe interea hæc quæ possumus: in quibus exegimus prima rudimenta. i. primordia: & primas eruditiones æui, i. vitæ nostræ, & primos annos. Accipe, inquam, dona vigilata, id est cũ vigilia & lucubratione edita carmina: multum nostro labore, id est opera: & accipe exordia non magna, id est exigua: promissa tuis rebus. Et hæc loco proœmij dicta sunt.

Impia prodigijs vt quondam exterruit amplis
Scylla nouos auium sublimis in aere cœtus
Viderit: & tenui conscendens ethera penna
Ceruleis sua tecta super volitauerit alis.
Hanc pro purpureo pęnam scelerata capillo,
Procq; patris soluens excisa funditus vrbe.
Complures illam magni Messala poetæ,
(Nam verum fateamur: amat Polymnia verum)
Longe alia perhibent mutatam membra figura.
Scylleum monstra in saxum conuersa vocari.
Illam esse ęrumnis quam sępe legamus Vlissi
Candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulichias vexasse rates: & gurgite in alto
Deprensos nautas canibus lacerasse marinis.
Sed neq; męoniæ patiuntur credere chartæ,
Nec malus istorum dubijs erroribus author:
Nanq; alias alij vulgo finxere puellas:
Quæ colophoniaco Scyllę dicuntur Homero.
Ipsi seu lamię mater sit, siue crateis,
Siue illam monstro genuit grandęua biformi,
Siue est neutra parens: atq; hoc in carmine toto
Inguinis est vitium, & Veneris descripta libido.
Siue etiam iactis speciem mutata venenis
Infelix virgo (quid enim commiserat illa?)
Ipse pater nudam sæua complexus arena

Exercuit, alij exterruit.
Cõplures, alij Dã plures.

DOMITIVS.

Scylla. ¶Impia Scylla.) Nunc proponit quid dicturus. Scylla, Nisi filia, Minois amore capta patrẽ suum prodidit: crinemq́; aureum, quo durante fatum erat, vt regnum sibi perpetuũ esset, subsecuit: sed tandem spreta a Minoe, cum nauigaret, i auem fertur cõuersa: sed infra latius declarabimus. ¶Cœruleis.) Nigrescentibus. ¶Vrbe.) Megarensi. Nisus enim pater, regnabat Megaræ, quæ diruta fuit a Minoe. Amát illã Scyllã: nam crebro scribunt de Scylla. ¶Polyhymnia.) Musa. ¶Scyllęum.) Scyllæũ mõstrũ. Monstrum vocitatur, sed nota varias esse opiniones: quidam dicunt Scyllam Nisi, in monstrum, siue saxum Scyllæum conuersam. Alij dicũt, Phorci & Crateidos filiam, spreto Tritone, adamasse Neptunum, ex quo Triton iratus, acceptis a Circe venenis, locum maris in quo Scylla lauare se consueuerat, infecit: quem cum intrasset puella, mox mutata est in mõstrum: & eius inguina, canes videbãtur latrantes. Herodo. Secundum dum quosdam, huius formã Virg. iij. Æneid. describit, dicens, Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo Pubetenus postrema immani corpore pistrix Delphinum caudas vtero cõmissa luporum. Homer. quoq;, pedes duodecim habuisse, & colla sex, caputq; i singulis terribile: e nauiq; auferre, hominum corpora solitam, sicut sex accepit e naui Vlyssis. Quidam dicũt, ab Amphitrite mare fuisse infectum, iratã Scyllã amari a Neptuno. Ouid. vero aiserit, amatam a Glauco, quem cum Circe ad suum amorem diuertere nequiret, venenis suis mare infecit. dicebat enim Glaucus, prius in mari frondes nascituras: & in montib' Algas, quę i littoribus nascũtur, q̃ obliuisci Scyllęi posset amoris: quod autem hic poeta, Scyllęum saxum dicit, tangit historiam: nam (teste Sorlino) saxum est in mari Siculo plureis sub se habens refectos scopulos: & cum fluctus maris ingreditur latratum canum repræsentat. ¶Ærumnis.) Calamitatibus Vlyssis. ¶Dulichiũ.)

Scyllæũ saxum.

Coniugium charę violauerat Amphitrites.
Attamen exegit longo post tempore pœnas.
Vt cum cura suæ veheretur coniugis alto
Ipsa trucem multo misceret sanguine pontum.
Seu vero, vt perhibent, forma cum vinceret omnes:
Et cupidos quæstu passim popularet amantes:
Piscibus & canibus rabidis vallata repente,
Horribiles circum vidit sibi sistere formas.
Heu quoties mirata nouos expalluit artus:
Ipsa suos quoties heu pertimuit latratus:
Ausa quod est mulier numen fraudare deorum:
Et dictam veneri votorum vertere pœnam:
Quã modo multiplici iuuenũ quod septa caterua,
Dixerat: atq; animo meretrix iactata ferarum,
Infamem tali meritorum more fuisse
Docta palæphatia testatur voce papyrus.

Colophon. Cratineus.

¶Dulichium.) Oppidũ vlyssis i regno Laertis. Eadẽ fere carmina in Buco. sunt. ¶Męonię Homeri.) Qui dicit filiam fuisse Phorci: non Nisi. ¶Vulgo.) Vbiq;. ¶Colophoniaco.) Quoniam Home. Colophonis, ciuis habet: quæ vrbs est Męonię: vbi Apollo maxime celebratur: & etiam ab oppido, Clarius appellat Cratinei quia (vt diximus) Phorci & Crateidos nymphę, filia fuit. ¶Erychthei.) Nam quidam dicunt, ipsam Erychthei filiam: regis Athenieñsium. Nõnulli, Athides filiam, quæ filia Cratinei fuit, qui etiã Athenis (teste Strabone) iperauit. ¶Neutra.) Nec Crateis, nec Athis. ¶Toto carmine.) Est libido Veneris in Scyllã. ¶Exactis.) Ductis venenis. ¶Pater.) Neptun'. ¶Amphitrites.) Vxor fuit Neptuni. ¶Trucem.) Tempestuosum. ¶Sãguine.) Quoniam fecit illam Scyllam mutari in monstrum: sparso prius eius sanguine. ¶Quæstu.) Lucro. Nam ob prædam amantum fuit conuersa in monstrum. ¶Vallata.) Circundata. ¶Numen.) Quia quãdo numina maris ibant, volebat ea defraudare. ¶Et dictam Veneri.) Ven' enim affecit Scyllam hac pœna, quoniam spoliabat amãtes, cum gratis eis seruire debuisset. ¶Pachynnus.) Promõtorium Siciliæ. ¶Palęphaphię.) Veneris.

ASCENSIVS.

¶Impia prodigijs.) Aggreditur institutum, quod est fabulam Scyllæ, in monstra mutatæ, percurrere: quæ varie explicari solet: nam diuersę sunt Scyllæ: sed poetæ habent hoc de more, vt omnia a cognominibus gesta, quasi ab vno gesta recitent, vt de his qui Iouis, Bacchi, Mercurij, Herculis, Venerisq́; nomen sortiti sunt. Vnde in Buc. fabulam confundit, dicens. Quid loquar aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est, Candida succinctam latrantibus inguina mõstris Dulichias vexasse rates, & gurgite in alto, Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis, &c. vbi tamen quidam legunt, Quid loquar aut Scyllam Nisi: aut quam fama, &c. Et ita ego quoq; potius legerem. Nam aut, ve, vel, ne, nec, & similia, non ponuntur in principio, nisi ponantur etiam in medio hic tamẽ diuersas recitat opiniones. Vnde Ordo est: vt, id est quemadmodum: Scylla impia, scilicet in patrem Nisum, Megarensium regem exercuit quondam nouos cœtus auiũ: factarum scilicet ex hominibus, existens sublimis in aere: qa & ipsa in auem mutata est: & vt ipsa viderit nouos cœtus auium: & cõscendens sydera, id est cœlum petens: tenui, id est recens nata pẽna: volitauerit super sua tecta, id est super regiam paternam: alis cœruleis, id est cœrulei coloris. Soluens scelerata, id est scelere contaminata hanc pœnam, pro capillo purpureo. quem scilicet pater eius, sic habebat consecratum, vt regnũ non amitteret, tantisper dum illum haberet. sed Scylla capta amore Minois, q tunc vrbem obsidebat, eum patri dormienti abrasum, ad amatum transtulit: a quo tamen spreta, in auem versa est, Niso aui, in quã Nisus pater eius conuersus est, perpetuo odio inimicam: & pro vrbe patris, id est paterna: excisa funditus, id est euersa & vastata. O Messala complures & magni poetæ, perhibent illam mutatam membra, id est habere membra mutata: longe alia figura: quia dicunt quidam, in monstrum marinum versam: quod plures de Scylla Phorci predicant. perhibent, dico, mutatam sic vocari, monstra conuersa in saxum Scyllæum (nam nos fateamur verum: nam Polyhymnia, scilicet Musa, amat verum. Calderinus legit, amant, vt fit, poetæ amant: sed non procedit: quamuis liceat dicere o Polyhymnia, fateamur verum: nam plures poetæ amant de Scylla scribere: Sed (vt puto) appositum eius nominatiui, poetæ est: perhibent. Quidam legunt Polymnia: & ita fere dicitur: sed quia primam corripit: & componitur a πολύ & ὕμνος quasi multæ laudis: posset dici Polyhymnia: sicut in. j. carminum apud Horatium, Euterpe cohibet, nec Polyhymnia Lesboum refugit tendere Barbiton. Alij a πολύ & μνήμη, id est memoria, deducunt & ita Polymnia diceretur: sed meristo vltima longa.) perhibent illam esse quam nos legamus, id est legere possimus, sæpe esse Vlyssi ęrumnis, id est ad ęrumnas: quia ex socijs eius nõnullos deuorauit: & quam legamus succinctam, inguina candida, id est habẽtem inguina cãdida, succincta monstris latrãtibus, id est canibus: quod fingitur: quia vndę cõfractæ inter saxa Scyllea, quasi latratum edũt: vexasse, id est vehementer agitasse (Docet enim Gellius, verbum esse vehemẽtię, & lacerasse canibus marinis: nautas deprensos scilicet a tẽpestate (quod proprie de ipsis dicit, vnde in Geor. Deprensis olim statio tutissima nautis.) i. gurgite alto, id est mari: sed dicendo alto: epitheto tapinosim, id est humilem sermonẽ leuat. Sed neq; chartę Męoniæ, i. Homericæ, patiũtur credere hęc: vt scilicet Scylla, Nisi, dicatur in mõstrum marinum versa: non malus. i. falsus author sup. faciet credere erroribus dubijs. i. p errores incertos, istorum. s. vilium, qui talia asserunt. Nanq; alij finxerunt vulgo. i. passim & impune, alias puellas quæ dicuntur Scyllæ, Homero. i. ab Homero: Colophoniaco. i. q Colophonis dicitur ciuis septem. n. vrbes (vt Gellius recitat) certant de patria insignis Homeri ipse. s. Homerus, sup. dixit. matrem Cratem: sed siue dixit, hanc: siue sup. mater, fuit Erychthei. i. Athenieñ. regis filia: siue grãdęua. s. parẽs, genuit illam mõstro biformi. i. vt fieret mõstrũ biforme, siue neutra. s. nec Cratis, nec Athis, est parens. i. mater: atq; id vitium inguinis. i. quod dicitur pubetenus in mõstrum versa: est libido Veneris descripta in toto carmine, qđ. s. de Scylla a diuersis scriptum est: siue etiã mutata, sup. est speciem. i. habuit speciem, hoc est formam, seu figuram mutatã, venenis exactis. i. ductis ad hoc, aut exactis. i. petitis: & quę fontem veneni infecit, ad hoc exegit, hoc est vtcũq; in monstrum versa sit: est, sup. infelix virgo: enim, pro quia: qd illa cõmiserat. i. peccauerat. q. d. nihil: sed ipse pater. s. Neptunus: complexus. s. Scyllam: timidã. s. stuprari, sup. in arena sęua: quia maris: aut in aqua perfugere & effugere non poterat: violauerat coniugium. i. fidem matrimonialem: Amphitrites. s. coniugis.) Et declinatur, hæc Amphitrite, huius Amphitrites: & est spondaicus versus.) charę. s. aut prius, aut postea non tunc cum fidem violaret: attamẽ exegit pœnas. s. a Scylla: longo tempore post: vt cum Scylla veheretur, alto. s. mari, aut thalamo charæ cõiugis: ipsa. s. Amphitrite authoritate mariti, misceret põtum trucem, id est mare tempestuosum: multo sanguine. s. Scyllæ, quę effuso, prius sanguine in monstrũ versa est: seu. i. siue: vero. i. pro certo, vt perhibent. i. dicũt poetę: ipsa conuinceret. i. superaret omnes: forma. i. formositate: & ita in se inuidiã excitaret: & spoliaret: passim quęstu. s. meretricio, hoc est lucro, amantes. i. amatores: cupidos. i. cõcubitus, aut copię eius, hoc est siue per odium Amphitrites, siue per iuidiam omnium nympharum, cum omnes, forma superaret: siue propter quæstum meretricium, quia amantes spoliauit, conuersa est in monstrum: ipsa vallata, id est circundata repente, piscibus & canibus rapidis, qui vterum eius intrauerũt: vidit formas horribiles sibi circũsistere, id est circunstare: Heu, condolentis vox, quoties ipsa mirata, seu mutata. s. monstrum nõdum amissa penitus ratione: expalluit. s. prę timore, suos art' nouos, id est quos iam iduerat? q. d. frequentissime. Heu quoties pertimuisse, pro pertimuerat: aut pertimuisse dicitur latrat' suos: q. i. quia: ipsa mulier. i. mortalis, sicut in Ænei. Mista deo mulier, ausa est fraudare numen deorum. s. marinorum, quos secum rem habere cupiẽtes defraudauit: & q ausa est vertere, id est inuertere, & immutare: pœnam votorum, id est quam amatores ex voto debuerant, edictam, id est expresse addictam Veneri, si. s. faceret eius copiã amatoribus, quam. s. Scyllam: Pachynnus. s. promõtorium Siciliæ, docta. i. informatum: voce Palępaphię. s. Veneris, testatur fuisse infamem tali more meritorum q id est qa. ipsa sępta, id est circũdata, multiplici cauerna iuuenum, dixerat mala, id est cõuitia, & execrationes, aut imprecationes, aut malefica carmina, existẽs meretrix, iactata animo ferarũ, id est ferino, aut belluino. Atq; ita multiplex est opinio, quæ Scylla, & cur in monstrum versa sit. vnde sequitur, Quicquid, &c.

Cõuiceret, alij cũ viceret

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMITIVS.

¶Quicqd oia sunt.) Ibi q̃ de cātata sunt poetis. ſ Notescere.) Clarā fieri. ſ Diua.) Ven⁹. ſ Meditāti.) Nā Scylla, semper meditabať dcipe amātes. ſ Crocus, calta, Narcissus, Hyacint⁹) Flores. ſ Pādionis.) Pādion. n. rex fuit Athenarū: & pr̄ Nisi q habuit Scyllā. ſ Actæos.) Atheniēses. ſ Thesei.) Tēsa, vrbs in Peloponeso est plurali tm̄ numero declinata: sicut Arthaxata: & nō lōge ē a Pilo. ſ Late.) Latex aq. ſ Quarū.) Cōcharū. ſ Actęi,) Ipsi⁹ Athis. ſ Deus.) Phœb⁹, hoc dicit pp nymphā Alchatoen Megarēsem, q̃ ab Apolline amata fuit: & q̃ dedit nomē cuidā Arci Megarēsiū: i q̃ ipsa Scylla ascēdere cōsueuerat, vt spectaret littora maris. Diciturq; Apollo in ipsius arcis mœnib⁹ citharā recōdidisse, acceptā a Mercurio Cyllenio, ab Cylleno, mōte Archadię dicto. Quocirca, quoties arcis lapides mouebātur sonitū reddebat cithara: vnde modulādi rōnē accepisse mortales. Ouid. lib. viij. refert, Regia turris. i. vo. am ln. q. auratā p les Latonia ferť, Deposuisse lyrā saxo sonus ei⁹ inhesit: Sępe illuc solita ē ascēdere filia Nisi Et petere exiguo resonātia saxa capillo: qđ idē hoc loco, poeta cōmemorat. Hāc vrbē añ alios) Tāgit quēadmodū Minos venit cōtra Megarā. ſ Remige.) Bellō nauali. ſ Hippolydosa.) Ab eqs fœtida diciť. cōponiťq; ab ἵππος qđ est equus: & λύδωρα q̃si lydora. i. fœtida, & maledica iterdum Hippolydosa igitur erat Megara, pp mortes. ſ Carpathiū.) Carpathos, insula est Rhodiorū, & oppidū in Creta: sed ab insula, Carpathiū mare est appellatum. ſ Cerathea.) Cerathus, fluuius Cretæ, apud Gnosum ciuitatem. ſ Heros.) Minos. ſ Attica rura. (Athenas. ſ Sagitta Cretęa.) Quia in Creta, & præcipue apud Gnosum, sagittis aptissimi calami nascuntur.

Tensa. Arthaxata. Alchatoe. Cerath⁹

Quicquid & vt quisq; est tali de clade locutus,
Omnia sint potius, liceat notescere Cyrin:
Atq; vnam ex multis Scyllam non esse puellis.
Quare quæ cantus meditanti mittere certos
Magna mihi cupido tribuistis præmia diuæ
Pierides: quarum castos altaria postes
Munere sæpe meo inficiunt foribusq; hyacinthi
Deponunt flores, aut suaue rubens Narcissus,
Aut crocus alterna coniungens lilia calta:
Sparsaq; liminibus floret rosa: nunc age diuæ
Præcipue nostro nunc aspirate labori:
Atq; nouum æterno pertexite honore volumen.
Sunt Pandionis vicinæ sedibus vrbes
Actæos inter colles. & candida Thesei
Purpureis late ridentia littora conchis:
Quarum non vlli fama concedere digna
Stat Megara, Actæi quondam munita labore
Alcathoi, Phœbiq; deus nanq; affuit illi.
Vnde etiam citharæ voces imitatus acutas,
Sæpe lapis recrepat cyllenia munera pulsus:
Et veterem sonitu Phœbi testatur honorem.
Hanc vrbem, ante alios qui tum florebat in armis:
Fecerat infestam populator remige Minos.
Hospitioq; senis hyppolidosaq; victo *
Carpathium fugiens & flumina cerathea
Texerat. hunc bello repetens Cortinius heros
Attica crætea sternebat rura sagitta.

malā ptē sumēdū credam⁹: sed tm̄ incerta est cā: vnde inuocāt Musas, dicēs, o Pierides. i. Musę, quarū altaria. i. dona oblatia: inficiūt. i. ibuūt sępe meo munere: postes castos. i. talos in tēplo vro suspēsos. i. qb⁹ sępe sacrifico, & qb⁹ sanguie postes respgo (nā musarū sacerdotē se fateť in Geor. di. Me. pmū di. teneāt Musę. Quarū sacra fero igēti pculsus amore.) & quaę forib⁹. s. tēpli, Hyacinthi. s. pueri, similes illi q in florē hyacinthū versus dicitur: & Narcissus, ali⁹ puer, in sui nois florē versus, rubēs suaue. i. cū suauitate, aut Crocus cōiūgēs. i. cōferēs: lilia calta. i. flore luteolo (vt in Buc. Mollia luteola pingit vaccinia calta.) alterna. i. alternatim posito: cū lilijs dponūt sępe flores. s. suos, aut se, nā & Croc⁹, puer fuisse diciť & i quaę liminib⁹. s. tēpli: floret rosa sparsa: age (adhortādi vox: sed ptra Vallā, q vult age, singulari tm̄ couenire: vt i eū dicimus.) o diuę, aspirate. i. fauete nūc pcipue nr̄o labori: atq; ptexite. i. ornate: volumē. i: libellū nouū ęterno honore. Hactenus iuocatio nūc opus auspicať, dicēs, Vrbes sunt vicinę sedib⁹ Pādiōis. i. Atheniēsibus, quarū Pādion rex fuit: inter colles Actęos. i. Atticos: & inter littora cādida, Thesei. s. regis Athenarū ridētia late cōchis. i. pchilib⁹ purpureis. i. vñ purpure⁹ color extrahiť. Quarū. s. vrbiū vicinarū Athenis: stat Megara. s. vrbs: nō digna cōcedere vlli. s. vrbi: fama. i. famositate, hoc ē quātū ad famam nulli cedat mutata. i. reparata, in melius quondam labore, Actęi. s. regis.) Calderinus legit latex: sed malus ē versus: & inepta cōstructio, pterea dicit, quarū. s. cōcharū, sed melius pto, quarū vrbiū, sed suus, cuiq; captus est vtrūuis seqre.) existēs dec⁹ Areadio. s. Mercurio & Phœbo, pp citharā. Nāq; affuit. i. ornamēto fuit illi, vñ ēt imitať acutas voces citharę. i. lyrę, illic ab Apolline depositę, lapis pulsus recrepat. i. sonare facit: munera Cyllenia. i. a Mercurio Cyllenio accepta: vt testať sonitu. i. sonādo veterē honorē Phœbi. i. aut quē Phœbus a Mercurio accepit: aut quē illi attribuit, illic lyrā deponēdo. Minos. s. Rex Cretēsiū, q florebat tū in armis: añ alios. s. reges. i. pcipue, fecerat hāc vrbē infestā. i. infestauerat & vexauerat hāc vrbē: remige. i. remigio appulsus: populator. i. depdator: & fuit seni. s. Niso regi: hospitio. i. dū floreret: & Hippolydosa. i. fœtida: ab ęquorū cadauerib⁹ victo. i. postq; deuictus erat. Heros Cortinius. i. Cretēsis. i. Minos: vnde i Buc. Perducēt aliq stabula ad Cortinia vaccę, fugiēs Carpathiā. s. mare: & flumina Cerathea. i. Cerathi flucta, apud Gnosum ciuitatē Cretēsem: & est versus spōdaicus: texerat. i. obtexerat, & obsederat, hūc. s. senē regē: bello: & repetēs. i. expetēs hūc bello, sternebat rura Attica. i. Atheniēsia, sagitta Cretea: quia pręstātes in Creta, fiunt sagittæ.

ASCENSIVS.

¶Quicqd, &c.) Dimissis varijs opinionibus, potius assentiri videtur eis q de Scylla, Megareñ regis filia fabulā scripserūt: quā inuocatis, vtpote ad rē obscurā & difficilē Musis, psequtur: describēs primo Megareñ. vrbē. Ordo aūt est. Quicqd. s. hęc oia sunt. i. siue vera, siue falsa sunt q̃ de Scylla dicūtur: & vt. i. qualiter qsq; locutus est: de tali clade. i. calamitate Scyllę, liceat, sup. eā notescere. i. clarā fieri, potius crini. i. pp capillos patris consecratos quos abstulit, atq; licet notescere. i. patere nō vnā esse Scyllam ex multis puellis: sed, sup. varias. Quare, o diua. s. Venus: & q. i. qualia premia nimis magna tribuisti, sup. Scyllę, meditanti. i. cogitāti: mittere cupidis. s. amatoribus, certos cātus. i. carmina amatoria: q. d. sęuissima sunt quidē pmia, qa in tale mōstrū, formosissima mutari videtur magni criminis pmiū: vt cōe vocabulū, tā in bonam, q̃ in malam

DOMITIVS.

¶Rūsum.) Reddit cām cur Nisus nō timebat bellū & pugnā Minois: & hoc pp crinē fatalē, quo durāte, non poterāt męnia vrbis deuastari. ſ Fibula.) Nectebat crinē Nisi. ſ Corsellę.) Ex ebore factę, Corsellę, in Africa oppidum est, vbi sunt elephantes. Inde corsellæ, eburnę. ſ Furore.) Amore Minois, qa Scylla patri Niso & patrię ruina fuit. ſ Malus puer.) Nūc dānat cupidinem, quia fuit cā tāti mali. ſ Anus idem.)

Corsellæ.

Sed neq; tunc ciues, neq; tunc rex ipse veretur
Infesto ad muros volitanti ex agmine turmas
Ducere: & indomita virtute retundere mentes:
Responsum quoniam satis est meminisse deorum.
Nam capite a summo regis (mirabile dictu)
Candida cęsaries florebant tempora lauro:
Et roseus medio fulgebat vertice crinis.
Cuius quam seruata diu natura fuisset:
Tam patriam incolumen Nisi, regnumq; futurum,
Concordes stabili firmarunt numine parcę.
Ergo omnis charo residebat cura capillo:

idem.) Qui ex venere natus, quę erat filia Iouis: licet, plures Cupidines enarrenť: alius. n. ex Mercurio & Diana: & alius, ex Marte. ſ Ille etiam.) Nūc docet potētiā Cupidinis. ſ Magnū.) Est dicēdū de superis. s. Iunonis: puer enim Iunonē furētem, fecit ipsa inscia Scylla. ſ Diuę.) Iunonis. ſ Suspensam. Pendentē: quia quādo mulier incedit, habet vestem laxam, qua videtur ludere. ſ Ignis.) Amor. ſ Pallentis.) Sic in Bucoli. Pallenti cedit

dit oliuę. ſ Pila.) Nesciebat ludere pila, quēadmodū puellę furentes solent. ſ Diuę) Iunonis: qa eā mulieres colebant, & p quā ēt iurabāt. Iuue. Per Iunonē iurāte ministro: ſ Adolescentum.) Qui ex minimis dictis patiunť iniuriā. ſ Tela.) Fortia, qualibus Hercules Tirynthi⁹ fuit vs⁹. ſ Tirynthia.) In Peloponneso, vrbs isignis mœnibus fuit, & quidā dixerunt colli ibidem cupidinem. ſ Virginis.) Scyllæ.

ASCENSIVS.

¶Sed neq; &c.) Ostēdit securitatē regis, pp capilli fatalē consecrationē: vt pote, quo saluō regnū amittere non poterat. Ordo aūt est. Sed rex ipse. s. Nisus: neq; vereť tūc. s. cū minos obsideret: ciues. i. bella intestina, aut seditiones ciuiū: neq; veretur tūc turmas, volitātes ad muros, infesto. i. vim inferente: agmine. s. hostili: ducere. i. ducebat: & retūdere. i. retūdebat mētes: indomita virtute. i. licet indomita virtute prędite essent hostiū mentes: tñ nihil ducebat, & retūdebat eas fatali securitate munitus. Aut sic. Nec sup. curat ducere. s. cōtra hostē: nec retundere mētes, indomita virtute: qm̄ satis est meminisse rñsum deorū. Nā cęsaries cādida (mirabile dictu. i. q̃ res est mirabilis dictu) sup. erat a summo capite regis, & tpa. i. medię capitis partes: florebāt lauro. i. coronā laureā gerebāt: & crinis. i. capill⁹ roseus, aut coloris: aut odoris rosei, fulgebat medio vertice: cui⁹. s. crinis, quādiu natura fuisset seruata, tā, sup. diu, Parcę cōcordes, stabili numine. i. volūtate, & nutudiuino: firmarūt p firmauerūt. i. stabiliuerūt, & firmiter cōstituerūt patriā. Nisi, sup. futurā esse incolumē: & regnū Nisi futurū, sup. incolume. Ergo ois cura. s. Nisi: residebat. i. sita erat, sup. in capillo: cano. i. cani capitis, quē cōptū solēni ritu fibula aurea nectebat tereti, dēte cicadę Corsellę. i. qualis ē apd Corsellā ciuitatē Africę frequēs, hoc est elephātis: dente igiť eburno. Nec vero hęc custodia. s. capilli fuisset: nec fuerat vobis. s. Megarēsibus: vana nisi. i. si nō Scylla. s. filia Nisi: cōcepta. i. correpta: nouo furore. i. amore in hoste, Scilla dicit inuenta sepulchrū. i. excidiū patris miseri, & patrię sup. miserę: si nō inhiasset. i. cupiditatē inhiando idicasset ocellis, i. imminutis p appetitū libidinosum, oculis o nimiū cupidis: sed ille puer. s. Cupido, deus amoris, malus. i. pniciosus, sup. fuit quē nec sua mr̄. s. Venus q̃ sępe ipatiēter amauit, potuit flectere iratū. i. quoties irascebať, quē nec pr̄, atq; auus. s. Iuppiť qa Iuppiter eū ex filia genuit, sup. potuit flectere: vnde in. i. Ænei. lib. Venus ad Cupidinē, Natę meę vires, mea magna potētia solus, nate patris summi qui tela Typhoea temnis, ille. s. Amor, seu Cupido, deus amorū:

Aurea solenni comptum quem fibula ritu
Mopsopio, tereti nectebat dente cicadæ.
Nec vero hæc vobis custodia vana fuisset,
Nec fuerat: nisi Scylla nouo correpta furore,
Scylla patris miseri, patriæq; inuenta sepulchrum
O nimium cupidis si non inhiasset ocellis.
Sed maius ille puer, quem nec sua flectere mater
Iratum potuit, quem nec pater, atq; auus idem
Iuppiter. ille etiam pœnos domitare leones,
Et validas docuit vires mansuescere tigris
Ille etiam diuos, homines sed dicere magnum est.
Idem tum tristes acuebat paruulus iras
Iunonis magnę, cuius periuria diuę
Olim se meminere diu periura puellę.
Nonnulli liceat violauerat inscia sedem
Dum sacris operata deę lasciuit: & extra
Procedit longe matrum, comitumq; caterua,
Suspensam gaudens in corpore ludere vestem,
Et tumidos agitante sinus aquilone relaxans.
Necdum etiam castos gustauerat ignis honores.
Necdum solenni lympha perfusa sacerdos
Pallentis folijs caput exornarat oliuæ:
Cum lapsa e manibus fugit pila: cumq; relapsę
Procurrit virgo, quod vti ne prodita ludo
Aurea iam gracili soluisset corpora palla.
Omnia quę retinere gradum, cursusq; morari
Possent: o tecum vellem tua semper haberes:
Non vnquam violata manu sacraria diuæ
Iurando infelix nequicquam iura piasses.
Et si quis nocuisse tibi periuria credat:
Causa pia est. timuit fratri te ostendere Iuno
At leuis ille deus, cui semper ad vlciscendum
Queritur ex omni verborum iniuria dicto:
Aurea fulgenti depromens tela pharetra,
Heu nimium tereti nimium tirynthia nisu
Virginis in tenera defixerat omnia mente.

amorū: potuit domitare etiā leones Pęnos. i. Punicos, q feroces, & iubati sunt: & docuit tigres validas. s. pnicitate, & feritate ēt, mansuescere victas, s. amore. Ille ēt docuit mãsuescere diuos hoies. i. iter hoies versantes, aut ex hoib⁹ factos sed magnū est dicere. i. enarrare, diuorū amores. Idē paruulus. i. cū adhuc eēt paruulus, acuebat iras. i. litē fouebat, & acriter cōtendebat cū superis Scilla inscia. i. ignara: violauerat sedē. i. tēplū magnę Iunonis, cui⁹ diuę piuria nō liceat vlli puellę, se meminisse diu p iura. i. licite (licet p nefas meminerit) violauerat, dicit, sedē Iunonis, dū opata. i. exercitata sacris deę. i. dū postq; sacrificauerat, lasciuit, & pcedit lōge extra cateruā. i. cœtū matrę & comitū, gaudēs vestem suspēsam. i. pendentē ludere in corpore, & relaxās sinus. s. vestiū, tumidos, i. inflatos: Aquilone agitāte. i. ipellēte: ignis. s. amoris: necdū. i. nō adhuc agitauerat. i. expulerat: honores castos. i. castitatis, & virginitatis: necdū. i. nō adhuc: & sacerdos. s. pnuba: pfusa. i. aspersa: lympha solēni. i. solēnitati nuptiali apta, non exornarat adhuc caput. s. virginis folijs oliuę pallentis, qbus ornabanť nubentes, cū pila fugit lapsa e manibus. i. cū adhuc nesciuit ludere pila: cūq; ipsa virgo pcurrit relaxe. i. dissolute, quo ludo vti. i. vtebatur, ne prodita. i. manifestata eēt, quod vagaretur imprudēter: palla aurea soluisset. i. laxasset iam gracili corpore: oia quę possent retinere gradum & immorari cursum: o optandi vox: ego vellem vt, sup. haberes: semp tecum tua sacraria: nō violata vnq̃ manu (si dixeris, tua manu, non stabit ratio metri.) quia infelix nequicquam. i. nullo modo, piasses. i. polluisses: vnde piaculum res expiatione digna. (Nam piare, & pium facere, ac pie colere, & piaculum committere, significat.) iurando. s. per Iunonem, per quam proprium est vxoribus iurare. Et si quis credat periuria nocuisse, tibi causa est pia: quia Iuno timuit te ostendere fratri. s. Ioui, at. i. sed: ille deus. s. Iuppiter: est, sup. leuis. i. leuiter irascens: cui quæritur iniuria ex omni dicto verborum adolescentum (& tamen dicitur, q̃ periuria ridet amantum. verum sunt qui dicant ille deus. s. Cupido leuis, quia alatus: vnde sequitur) depromens tela aurea, supple ex pharetra fulgenti: heu nimium tereti, id est rotunda, & oblonga, scilicet pharetra: & tela nimium Tirynthia id est Herculea, hoc est fortia, qualibus Hercules Tirynthius vti solebat: defixerat interea omnia, scilicet tela: mente, id est in pectore virginis, scilicet Scyllę: iussu, scilicet Veneris, aut Iunonis læsæ.

DOMITIVS.

¶Bistonis.) Est lacus in Dracia: iuxta quē ex buxo tibiā inuenerūnt, quia Phrygij vsi sunt. ſ Antist.) sacerdotissa. ſ Sithonum) Sithon, ciuitas ē Thracię vnde Sithones, populi Thracię. ſ Storace.) Storax, gen⁹ arboris, ex qua odoriferū fiebat vnguētū: & quo capillos

Sithon. Storax.

Quæ simulac venis hausit sitientibus ignem:
Et validum penitus concepit in ossa furorem,
Sæua velut gelidis Cyconum Bistonis in oris:
Ictaue barbarico Cybeles antistita buxo,
Infelix virgo tota bacchatur in vrbe.
Non storace ideo flagrantes picta capillos,
Cognita non teneris pedibus sicionia seruans,

pilos aspergebāt. ſ Baccata.) Gēmis ornata. ſ Cœli.) Simulabat se videre sydera cœli, & speculari, sed solū faciebat vt posset spectare regē Minoem amatū. ſ Psalteria.) Gen⁹ instri musici. ſ Libyco.) Eburneo. ſ Rubor.) Quia pallētes sunt amātes: lege Oui. in Amorib⁹. ſ Pręceps.) Sine respectu salutis:

Universidad de Deusto Biblioteca

tis. Oestro.) Veste ex œstro in quo mitteret hosti nũc paternũ crinẽ. Rapto.) Capillo Nisi pris. Quis bon⁹.) Poeta excusat puellã, q̃ quisq; iudex optim⁹ existimaret, puellã nõ rapuisse crinẽ paternũ, dedita opa: sed poti⁹ ex ignorãtia, & casu quodã. Celeres.) Aues veloces. Humani.) Quia ex hũano corpe, factę sunt aues. Dauliades.) Progne & Philomela, q̃ fuerũt de Daulia, oppido Traciæ. Charissima.) Scylla. Cognatos.) Quia Nisus: pr̃ Scyllę, frater erat Philomelę & Prognes, ex Pandiõe parẽte rege Athenarũ. Cyris.) i. Scylla, q̃ Cyris ẽt denominata ẽ q̃a capillũ pris secuit, κείρω .n. Grece, ẽt tõdeo significat: idq; vna ab authorib⁹ denoĩatio ipsius declarat. Preuertite.) Ite ante oẽs nubes. Chalcheius.) Chalcis, oppidũ ẽ Locrorũ, & in Eubœa ẽ: sed nõ ppterea, Nisus Megarẽsiũ rex, Chalchei⁹ noĩatus ẽ: sed poti⁹ ab aureo capillo: nam χαλκὸς æs & metallum significat.

Dauliades. Cyris. Calcis.

ASCENSIVS.

Quę simulac venis hausit sitiẽti. &c.) Recitat quõ Scylla capta amore Minois ãbacchata est. Ordo aũt ẽ. Quę. s. Scylla simulac. i. statim, postq; hausit ignẽ. s. amoris: venis sitiẽtib⁹. i. Cupidinis: & cõcepit i ossa. i. ad medullas vsq; penit⁹: aut amorẽ penitus. i. oĩno validũ ipsa virgo ĩfelix baccat. i. more bacchantiũ vagat i tota vrbe: velut Bistonis, id ẽ mulier Threissa, ad Bistonẽ, lacũ Tracię habitã, sup. baccat: sęua. i. incẽsa: ore. i. cãtu tibię: Sithonũ. s. populorũ Thracię, ve, p vel: vt, sup. baccat: antistita Cybeles. i. sacerdotissa: icta. i. stimulata: buxo Barbar.. i. fistula a Barbaris inuẽta: nõ picta. i. nõ habẽs pictos capillos: storace idæo. i. vnguẽto, ex storace arbore, in Ida plurimũ crescẽte. Nõ cognita. s. p generosum incessũ: aut nõ cõdita. i. incõposita, teneris pedib⁹ seruatis: sic oĩa. s. ornamẽta, incõdita, aut icognita, & nõ retinens collo niueo: monilia bacchata. i. bacchis, hoc ẽ gẽmis ornata vestigia. i. pedes trepidãt illi multũ cursu icerto. i. icõstãti. Ipsa redit sępe, pdita. i. accusata & manifestata: ascẽdere. s. voluisse, muros patrios: & facit cãm. i. occasionẽ se visere. i. visũ ire, turres aerias. i. sane altas: voluẽs. i. agitãs, aĩo ẽt sępe i nocte, q̃relas tristes. i. tristitię idices: speculat ex altis sedib⁹ cęli. i. aeris: amorẽ. i. amatũ Minoa: aut speculat amorẽ cœli. i. signif. se speculari sydera ob amorem cœli:

Non niueo retinens baccata monilia collo.
Multum illi incerto trepidant vestigia cursu.
Sæpe redit patrios ascendere prodita muros:
Aeriasq; facit causam se visere turres.
Sępe etiam tristes voluens in nocte querelas
Sedibus ex altis cœli speculatur amorem:
Castraq; prospectat crebris lucentia flammis:
Nulla colum nouit; charum nec respicit aurum;
Non arguta sonant tenui psalteria chorda:
Non lybico molles plauduntur pectine telæ;
Nullus in ore rubor: vbi enim rubor, obstat amori:
Atq; vbi nulla malis reperit solatia tantis:
Tabidulamq; videt labi per viscera mortem:
Quò vocat ire dolor: subigunt quò tendere fata,
Fertur: & horribili præceps impellitur œstro:
Vt patris ah demens crinem de vertice ferret,
Furtimq; arguto detonsum mitteret hosti.
Namq; hæc conditio miserę proponitur vna.
Siue illa ignorans: quis non bonus omnia malit
Credere: q̃ tanto scelere damnare puellam?
Heu tamen infelix (quid enim prudentia prodest?)
Nise pater, cui direpta crudeliter vrbe
Vix erit vna super sedes in turribus altis:
Fessus vbi extructo possis considere nido:
Tu quoq; auis moriere. dabit tibi filia pœnas.
Gaudete ò celeres subnixę nubibus altis,
Quę mare, quę virides syluas, lucosq; sonantes,
Incolitis: gaudete vagę, blandęq; volucres.
Vosq; adeo humani mutatæ corporis artus,
Vos ò crudeli fatorum lege puellę,
Dauliades crudele. venit charissima vobis
Cognatos augens reges, numerumq; suorum,
Cyris, & ipse pater, vos ò pulcherrima quondam
Corpora cęruleas prçuertite in æthera nubes:
Qua nouus ad superum sedes calcheius: & qua
Candida concessos ascendat Cyris honores.

rẽ cœli: & pspectat. i. porro aspectat, ẽt castra. s. inimicorũ, lucẽtia crebris flammis: nulla. i. nõ mouit colũ. i. nõ neuit, nec respicit aurũ charũ. s. pus. i. nõ intertexit amplius aurũ: psalteria. s. instra psallẽdi: arguta. i. stridula, & sonora pus: nõ sonãt ampli⁹ chorda tenui. i. subtili: telę molles. i. ex molli lana nõ claudunt. i. texunt ampli⁹ pectine Lybico. i. eburno, q̃li vtũt Tyrii i Libya, telã ad purpurã texẽtes. Null⁹ rubor est, sup. amplius i ore. n. p vbi rubor obstat amori: atq; vbi reperit. i. iuenit: nulla solatia. i. remedia tantis malis: & videt mortẽ turbidulã. i. aliquãtulũ turbidã, labi p viscera. s. sua ipsa fert, su. eo, quo dolor vocat ire, & quo fata subigũt tẽdere: & ipa pceps ipellit horribili œstro. i. stimulo furoris: sicut aĩalia œstro. ah vt ipa demẽs ferret. i. auferret crinem pris: atq; mitteret ipm detõsũ. i. abrasum: furtim. i. clãculũ: hosti arguto. i. callido & vafro Nãq; hęc vna. i. sola pditio, de crine psecrato opponitur raptori. s. Minoi: siue illa. s. Scylla sup. fecerit ignorãs: nã q̃s bon⁹. i. pius, nõ malit credere oĩa, q̃ dãnare puellã tãti sceleris. s. paricidii, aut pditionis p̃ne? Heu, pdolẽtis vox: tñ. i. nihilo min⁹, q̃uis ignorãs ipsa, sup. ẽ ifelix, qd. n. o Nise pr̃ iprudẽtia. s. filię, pdest. s. tibi: q. d. nihil. cũ quo. s. pte: ipa vna. i. sola, vixerat sup sedes i altis turrib⁹, i. mutata i auẽ: & hoc vrbe rapta crudelr. s. ab ipso amatore: vbi tu, o pr̃, exñs fessus possis pscẽdere, nido extructo: tu quoq;. i. ẽt tu o pr̃, moriere auis, q̃a verteris i auẽ tui nois filia dabit tibi pęnas: q̃a ęterno odio, pseq̃ris eã: o volucres. s. vos ambo, gaudete iã effecti volucres celeres q̃ subnixę altis nubib⁹ i colitis mare, virides syluas, & lucos sonãtes: gaudete dico vagę & blãdę volucres: vsq; adeo. i. oĩno: mutatę. i. habẽtes mutatos art⁹ hũani corpis: o puellę Dauliades: Progne & Philomela, vis fatorũ ẽ, sup. crudelis, crudele. s. fatũ venit: q̃a Cyris. i. Scylla charissima nobis venit, augẽs reges cognatos, q in aues mutati sunt. & nũerũ suorũ. s. maiorũ: & ipse pr̃. s. Nisus, venit vos o pulcherrima quõdã corpa, puertite. i. añite, nubes cœruleas i ęthera. i. ad aera volãtes qua Chalcheius. i. auricomus, rex. s. Nisus: ascẽdat ad sedes superorũ. i. primũ ascẽdat ęthera & qua Cyris. s. Scylla: Cyris, a tondẽdo dicta: ascẽdat honores pcessos. s. a diis, q ei in auẽ mutatam voluerunt.

DOMITIVS.

Iamq; adeo.) Describit tps quo Scylla rapuit crinẽ. Nisus.) Niso parenti. Primis.) Pedibus. i. punctis pedum, vt ita dicã. Furta.) Rapiẽdo crinem. Altum.) Alte. Mundi.) Quieti & sereni. Charme.) Puella filia cuiusdã Ogygii. i. Thebani Phœnicis: hic ẽ nomẽ pprium cuiusdã Cęlareni, Charme, nutrix ipsius Scyllę. Alũna.) Verba Charmes ad Scyllã eius alũnã. Pote.) Potẽs. Quod.) i. sed. Rhãnusia.)

Iamq; adeo dulci deuinctus lumina somno
Nisus erat: vigilumq; procul custodia primis
Excubias foribus studio iactabat inani.
Cum furtim tacito descendens Scylla cubili,
Auribus arrectis nocturna silentia tentat:
Et pressis tenuem singultibus aera captat.
Tum suspensa leuans digitis vestigia primis
Egreditur ferroq; manus armata bidenti
Euolat. at demptę subita in formidine vires.
Cęruleas sua furta prius testatur ad vmbras
Nam qua se ad patrium tendebat semita limen:

nusia.) Dea indignationis, dicitur & Nemesis, a quibusdã nominatur. Rhamnusia, a Rhamni oppido, de quo Lucã. in Eubœa denominata est in qua etiam ciuitate fortũa colebatur. Luca. Et timidis in fasta colit qua numida Rhamnis, & Oui. Exiget ad diras vltrix Rhamnusia pœnas. Itaq; male quidã, pro fortuna interpretantur. Pocula.) Nec venisti ad bibendum, nec comedendũ. Flumina cursus.) Talis sensus est in Bucoli. Et mutata

Rhãnusia.

mutatę suos requierũt flumina cursus. Myrrhę.) Cynarę, Cypriorũ regis filia, quæ parẽtis concubitũ affectauit, ex quo Adonis natus tradit. Adrastea.) Ipsa Rhamnusia, vel Nemesis dicta, quia circa circum, Adrastus rex ille, templũ cõdidisse pditur. Amathuntia.) Appellatur ab Amathunte insula, in mari Ægeo, quę Veneri sacra fuit. Facit ergo deriuatiuũ Amathus: Amathũtus, Amathunta, Amathũtum: Amathunteus, Amathũtea, Amathunteũ. Amathuntia Scylla: tam rudis es o Scylla, q̃ vnico signo possum cognoscere furores tuos: ergo nõ est q̃d te iactes. i. mihi aliqd dicas de amore tuo. Dictynnę.) Diana, Cretẽsis denominata ẽ: q̃a virgo q̃dam Cretensis, suã virginitatẽ Dianæ dicans, a Minoe cũ opprimeretur, & fugę via nulla daretur, in mare se pręcipitem dedit: postea eius cadauer rete compertũ fuit, qd̃ grę̃ce δίκτυον dicitur: sed cũ patria peste laboraret, respõsum habuerũt vt Dianę ædem consecrarent: qd̃ ipsi faciẽtes, Dianã ipsam Dictynnam vocauere: vñ Tibullus, Perq; suas ĩpune sinit Dictynna sagittas. Scoria.) scoriã, metallorũ squamam & purgationẽ ãnominauit Scoria. i. cura & ingenti passione.

Adrastea. Amathũtia. Dictynna. Vestibulũ.

ASCENSIVS.

Iamq; adeo.) Docet quõ Scylla tẽtata patris capillis detõdere, a Charme nutrice deprehensa fuit: & q̃dnã ptenderet interrogata. Ordo est. Iamq;. i. & iã adeo. i. oĩno, aut penitus. Nisus erat deuictus lumina. i. habuit oculos deuictos, dulci somno: & custodia vigilũ existẽs, pcul, iactabat inani studio, excubias. i. vigilias, extra cubilia existẽtes, vt pote i primis forib⁹: cũ. i. q̃n Scylla, descẽdens cubili, tacito. i. ipsa tacita: aut nõ strepẽte, furtim. i. furtiue: tẽtat aurib⁹ arrectis, more ferarũ, nocturna silẽtia: & captat primũ singultib⁹. s. repressis, aerẽ tenuẽ. i. exulẽ: tũ. i. deinde ipsa leuãs vestigia suspensa primis digitis. i. anteriorib⁹ pedũ partibus egredit. s. cubili, & armata manus. i. habẽs manus armatas, ferro bidẽti. i. forcipe icisorio: euolat. s. e cubili: at. i. sed: vires dẽptę, sup. sunt in formidine subita testat prius. s. q̃ aggrediat: sua furta. i. furtiuos conatus de rapiẽdo crine paterno ad vmbras cœruleas. i. subnigras, aut ad mare versa. Nã remorat paulũ. i. modicũ: in vestibulo. i. parua statiõe, hoc ẽ i introitu thalami, sup. ea pte, qua semita. i. parua via, tẽdebat ad limẽ patriũ. i. pris cubiculi, & ipsam suspicit. i. sursum aspicit: altũ mare: aut altũ. i. alte: ad sydera cęli: mũdi. i. puri, & sereni: nutãtia. i. scintillãtia, pmittẽs munera. i. vota faciẽs: nõ accepta. i. displicẽtia: diuis pris. i. nolẽtibus ad paricidiũ, aut nefas aliud patrocinari: vnde (vt Augusti. recte docet) delirãt xpiani, q peccatũ graue cũ piculo cõmissuri, se cruce muniũt. Quã. s. Scyllã. simulac. i. statim, postq; Charme, nutrix eius,

Vestibulo in thalami paulum remoratur: & altum
Suspicit ad celsi nutantia sydera mundi,
Non accepta piis promittens mnera diuis.
Quam simul Ogygii Phœnicis filia Charme
Surgere sensit anus (sonitum nam fecerat illi
Marmoreo æratus stridens in limine cardo)
Corripit extemplo fessam languore puellam:
Et simul ò nobis sacrum caput inquit alumna
Non tibi nequicquam viridis per viscera pallor
Ægrotas tenui suffudit sanguine venas
Nec leuis hoc faceret. neq; enim pote cura subegit
Haud fallor quod te potius Rhamnusia fallit.
Nam qua te causa nec dulcis pocula Bacchi,
Nec grauidos Cereris dicam contingere fœtus?
Qua causa ad patrium solam vigilare cubile?
Tempore quo fessas mortalia pectora curas,
Quo rapidos etiam requiescunt flumina cursus.
Dic age nunc miserę saltem, quod sępe patenti
Iurabas nihil esse mihi: cum mœsta parentis
Formosos circum, virgo morere capillos.
Hei mihi, ne furor ille tuos inuaserit artus:
Ille Arabis Myrrhę quondam qui cœpit ocellos:
Vt scelere infando: quod nec sinat Adrastea:
Lędere vtrunq; vno studeas errore parentem.
Quòd si alio quouis animo iactaris amore:
Nam te iactari, non est Amathusia nostri
Tam rudis: vt nullo possim cognoscere signo.
Si concessus amor noto te macerat igne:
Per tib: Dictynę præsentia numina iuro:
Prima deum quę te mihi dulcem donat alumnam:
Omnia me potius digna, atq; indigna laborum
Millia visuram: quam te tam tristibus istis
Sordibus: & scoria patiar tabescere tali.

eius, Charme appellata, filia Phœnicis Ogygii. i. ex Thebanis oriũdi: anus. i. vetula: sensit surgere (nã cardo. s. ostii ęrat⁹. i. ęre munitus: stridẽs i limie marmoreo fecerat illi sonitũ) corripit extẽplo. i. illico puellã. s. Scyllã: fessam lãguore. s. amoris. Et (inq̃t) simul, o alũna. i. quam alui filia, caput sacrũ nobis: pallor viridis. i. subliuidus: non neq̃cq;. i. non frustra: aut, p nihilo (vt dicũt) suffũdit tibi tenues venas, sanguine ęgroto. i. lãguẽtis: p viscera. i. carnes tuas: nec leuis cura subegit, sup. te, neq;. n. faceret hoc neq; pote. i. potens eẽt hoc facere: haud. i. nõ fallor: q;. i. sed: Rhãnusia. i. dea indignatiõis: fallar poti⁹ te. i. q̃ tu. i. velim q̃ fallar: & falso opiner te, graui cã subactã. Nã qua cã dicã te, sup. subigi. q. d nescio, q̃a nec dicã te ptingere pocula dulcis Bacchi. i. vini. i. nõ surrexisti, vt dulce vinũ bibas: nec dicã te ptingere grauidos fœtus. i. fruges Cereris. i. panẽ: aut cur abstines victu, nisi q̃ ames. Qua cã, sup. dicã te vigilare solã ad patriũ cubile: eo, supp. tpe, quo mortalia pectora: reqescũt. i. qescẽdo euacuãt curas fessas. quo ẽt flumina reqescũt. i. retinent, aut remissius faciunt rapidos cursus. Dic nũc saltẽ mihi miserę q̃ iurabas sępe petẽti qd. s. eẽt quod iurabas eẽ nihil. s. cũ ita sit: q̃ tu, o virgo remorere. i. morã facias, circũ formosos capillos parẽtis. i. pris tui. Nisi hei mihi vereor, sup. ne ille furor. i. illicit⁹ amor, iuaserit tuos art⁹, ille inq; furor, q cępit quõdã ocellos Myrrę Arabis. q̃ Cynarę, regis Cypriorũ, postq; cũ patre circũuento rẽ habuerat, in Arabia, i arborẽ sui nois, vt graphice describit in Metamorphosi Oui, versa ẽ. vt studeas lędere vtrũq; parẽtẽ. s. patrẽ & matrẽ: vnõ. i. eodẽ errore: & vno ifando. i. detestabili scelere, q̃ nec Adrastea. i. Rhãnusia, ab Adrasto culta, olim sinit. i. patit & pmittit. q;. i. sed si iactaris, i. agitaris, & vacillas aĩo quouis alio amore. (Nã Amathũtia, i. Venus, aut gr̃a nia, nõ est tã rudis, vt nullo. i. nõ vllo: nõ possim cognoscere vllo signo. s. te iactari, amore. i. q̃n iacteris & agiteris aliquo amore.) sin. i. sed si: amor pfessus. i. pfitẽdus & licit⁹: aut amor cõcessus: aut quẽ pfiteris neq; dissimulas, macerat te igne noto. Oui. ẽt, macero, pma lõga posuit, dicẽs, Maceror iterdũ q̃ sim tibi cã doloris. Ego iuro p numina Dictynnę. i. Dianę: pñtia. i. fauorabilia & auxiliatiua sępe tibi, q. s. Dictynna, hoc ẽ Diana, venãtiũ dea, donat pma mihi te alũnã dulcẽ. ego iuro inq; me laturũ (Rarũ ẽ inuẽtu, vbi laturus: prima corripiat.) i. tolleraturã, potius oia digna, atq; indigna (legendũ putẽ, relatu: vt sit, Iuro me potius visurã oia millia digna, atq; indigna relatu: sed vt accipimus, ordo psicit.) & iuro me visurã, potius millia. s. digna, atq; indigna: q̃ ego patiar te tabescere. i. lẽta tabe cõsumi istis tã tristib⁹ sordibus: & tali scoria. i. immũdicia cutis, quę te exedit.

Confessus, alii concessus. Macero

DOMITIVS.

Marmoreũ.) Albũ illa autẽ respõsio Scyllæ. Cõsueto.) Quo mortales vti solent: sed potius diuino. Cordi.) Non sum capta amore paterno. Heu heu.) Quoniam amor meus est in mediis hostib⁹.) Non dicere non finis.) Oia pmittit dicere, & aperire tibi. Pater

Hæc loquitur: mollię vt se velauit amictu:
Frigidulam iniecta circundat veste puellam:
Quæ prius in tenui steterat succincta corona.
Dulcia deinde genis rorantibus oscula figens,
Prosequitur miserę causas exquirere tales.
Nec tamen ante vllas patitur sibi reddere voces:
Marmoreum tremebunda pedem q̃ retulit intra.

Pater deum.) Iuppiter donauit sceptri honore, q̃a fecit ipsum regẽ. Haustũ.) Potũ a me, q̃a gustaui & bibi lac tuũ incila.) Remota. q. d. si nulla habetur spes, peperissem letũ, mortua essem.

ASCENSIVS.

Hæc loquitur.) Confitetur Scylla, crimen tentatum, & amorem

Universidad de Deusto Biblioteca

& amorē in Minoa. Ordo autem eſt nutrix Scyllæ.ſ. Charme, loquit hæc:& vt.i.poſtq̃, ipſa velauit.i.coopuit ſe: amictu molli.i.laeo, aut polliceo, circūdat puellā frigidulā.i.aliqualiter frigidā, veſte itacta.i.munda & noua, quę puella, vt ſteterat prius ſuccincta, tenui corona.i.poſtq̃ cinxerat eā molli corona, deinde figēs genis rorātib⁹.ſ.lachrymis, oſcula dulcia pſequit.i.pſeuerat exgrere tales cauſas miſere, id eſt cur tā miſere periret: nec tamen patitur, ſup. puellā ante, reddere ſibi vllas voces, quam ipſa moribunda retulit pedem ītra marmoreū.ſ thalamū aut quam retulit pedem marmoreum, id eſt cādidum: ītra, id eſt intro. Autem, pro ſed: puella Scylla, inqt.ſ. introgreſſa: o nutricula, blanda diminutio: quid.i. ad qd, torques nūc me: quid properas, id eſt feſtinas: tātum.i. intantum: nouiſſe.i.cognouiſſe (a noui, īpfecto verbo) noſtros furores.i. inſanos amores: Ego non vror amore cōſueto mortalib⁹: quia mortales nō ſolent capitales hoſtes amare. Nec vult⁹ notorū.i.eorum quos noui: deflectūt.i.incuruāt, & attrahūt, mihi lumina.i.oculos. Nec genitor eſt cordi, id eſt ad cor, hoc eſt nō ardeo amore patris vt Myrrha. nāq; nos odimus vltro.i.inſup: omnes.ſ.notos: hic.i.meus animus, o nutrix, nihil amat qđ oportet.i.decet amari, in quo lateat tamen.i. ſaltē: falſa imago.i.ſpecies pietatis: ſed, ſup. amo ex media acie.ſ. inimicorum, & ex medijs hoſtibus: eheu interiectio dolētis, quid dicā? quo ore ipſa, id eſt ego exordiar, id eſt narrare incipiā hoc malum, id eſt hunc amorem meum pernicioſum. Eqdem.i.certe dicam, quoniam o nutrix, quid non finis, id eſt nō permittis me dicere tibi? q.d. nihil non finis, hoc eſt omnia, cum ſis fidiſſima & piētiſſima, finis me dicere tibi habeto hoc munus extremū morientis.ſ.

Illa autem quid nunc me, inquit, nutricula torques?
Quid tantum properas noſtros nouiſſe furores?
Non ego conſueto mortalibus vror amore:
Nec mihi notorum deflectunt lumina vultus:
Nec genitor cordi eſt: vltro nanq; odimus omnes.
Nil amat hic animus nutrix, quod oportet amari:
In quo falſa tamen lateat pietatis imago.
Sed media ex acie, medijs ex hoſtibus, heu heu,
Quid dicam? quo ue ipſa malum hoc exordiar ore?
Dicam equidem: quoniam quid tu tibi dicere nutrix
Non finis? extremum hoc munus morientis habeto.
Ille vides: noſtris qui mœnibus aſſidet hoſtis
Quem pater ipſe deum ſceptri donauit honore:
Cui parcæ tribuere nec vllo vulnere lædi:
Dicendum eſt: fruſtra circumuehor omnia verbis.
Ille mea ille idem oppugnat præcordia Minos.
Quod te per diuum crebros obteſtor amores.
Perq; tuum memoris hauſtum mihi pectus alumnæ.
Vt me ſi ſeruare potes: ne perdere malis.
Sin autem optatæ ſpes eſt inciſa ſalutis:
Ne mihi, quam merui, inuideas nutricula mortem.
Nam ſi te nobis malus ò malus optima Charme
Ante hunc conſpectum caſus ùe, deus ùe tuliſſet:
Aut ferro hoc (aperit ferrum, quod veſte latebat)
Purpureum patris dempſiſſem vertice crinem:
Aut mihi præſenti peperiſſem vulnere letum.

riētis.ſ.alūnæ tuæ (ſic & in Bucoli, dixit) hoc eſt, priuſq̃ moriar, pro beneficio reuelabo tibi ſecreta cordis mei: Ille hoſtis vides, ſup. ne eū q aſſidet noſtris mœnib⁹, quē ipſe pater deum.ſ.Iuppiter donauit, honore ſceptri.i.regali honore, & cui parcæ.i. deæ fatales tribuūt, qđ nullo vulnere lædi, ſup. poſſit. At qa turpe eſt hoſtis pconia dicere, videſa cōſcietia, vt taceat, admonita: ſed victa amore, addit: dicendum, id eſt fatendum eſt, ego circumuehor fruſtra oia verbis, id eſt fruſtra facio iſinuationes, & loquor per ambages. Ille inquam ille, idem Minos, videlicet qui mœnibus aſſidet: oppugnat mea præcordia, id eſt intimam cordis affectionem. Quod.i. quocirca, ego obteſtor te p crebros amores, diuum, id eſt diuorum, & per pectus tuum memoris, ſcilicet mei, Hauſtum, id eſt ſuctum & potum, mihi alumnæ, id eſt a me alumna tua, vt ſi potes me ſeruare: ſerues, ſupp. nec malis, id eſt & non magis velis perdere ſcilicet q̃ ſeruare: autem, pro ſed: ſin.i. ſed ſi ſpes ſalutis optatæ eſt inciſa, id remota: ne, o nutricula, inuideas mihi mortem quā merui, vt ſcilicet mihi inferrem quæ mihi tantum furorem incuſſi: nam ſi: o optima Charme ſcilicet nutrix: ſi malus, o malus caſus: ve, pro vel: deus tuliſſet, id eſt abſtuliſſet te nobis, ante hunc, id eſt meum conſpectum ferro hoc (aperit ferrum ſcilicet icīſorium, quod latebat ſcilicet prius, veſte, id eſt ſub veſte) aut ego dempſiſſem, id eſt abſtuliſſem: hoc ferro vertice, id eſt de capite patris, ſcilicet Niſi, crinem purpureum: aut peperiſſem, id eſt pcuraſſem: & conſciuiſſem mihi letum.i.mortem, vulnere pſenti, id eſt cito enecanti. Et ſic tantum per ordinem declarauimus ptextum opuſculi, quia Calderi. eruditiſſime explicat.

DOMITIVS.

❡Deturpat puluere crines.) Turpauit crinem, audita oratione Scyllę illico Charme crines terra maculauit. ❡Seruitium.) Tuū, o Minos. ❡Quę.) Sup. datur, ſenioribus. ❡Quid ego.) Supp. dico, hæc omnia. ❡Britomartis.) Virgo illa dicta fuit, quam Minos, vt virginitate ſpoliaret, pſequebatur. ❡Naupacto.) Liui⁹ ciuitatem Ætolię fuiſſe oſtendit, in bello Macedonico, vbi Meleager verſabatur, ſagittis in venatibus vtēs. Cornu ergo Naupacto, id eſt arcu, quali Naupactoi vtebantur. ❡Dictæus.) A Dicte nympha: vel a Dicte, monte Creteo. ❡Obnixæ.) Certatim & magno conatu. ❡Phoræ.) A loco, id eſt virginis Phoreæ. ❡Alij.) Poetæ. ❡Tuo noie.) Tua cauſa. ❡Hyrcanos.) Hyrcania, Armeniæ ſylua, in qua ſerpētes abundant. Vnde, comites Hircanos, id eſt ſęuos. ❡Negaui mori pro te.) Quamuis naturæ curſus prope eſſet. ❡Corītus.) Ciuitas Siciliæ, croci abundantiſſima, & quidē ſuauis. ❡Flammea.) Vela tenuiſſima, quibus virgines ſponſæ, cum ad maritum ducebātur vterētur, tegendi pudoris gratia. Vnde Claudia. Flāmea ſollicitū pręuelatura pudorem,

Britomartis, — Dictęus

Vix hæc ediderat, cum clade exterrita triſti
Intonſos multo deturpat puluere crines:
Et grauiter queſtu Charme complorat anili.
O mihi nunc ite r m crudelis reddite Minos,
O iterum noſtræ Minos inimice ſenectæ
Semper & aut olim natæ te propter eundem
Aut amor inſanæ luctum portauit alumnæ.
Te ne ego tam longe capta, atq; euecta, nequiui
Tam graue ſeruitium, tam duros paſſa labores,
Effugere? obſiſtam exitium crudele meorum.
Iamiam nec nobis ea quæ ſenioribus vllum
Copia viuendi, vitę genus, vt quid ego amens
Te erepta ò Britomarti mē ne ſpes vna ſalutis:
Te Britomarti diem potui producere vitæ?
Atq; vtinam celeri non tantum grata Dianæ
Venatus eſſes virgo ſectata virorum.
Gnoſia neu partho contendens ſpicula cornu
Dictęas ageres ad gramina nota capellas.
Nunquam tam obnixę fugiens Minois amores
Præceps aerijs ſpecula de montibus iſſes.
Vnde alij fugiſſe ferunt: & numina phoeę
Virginis aſſignant, alij quo notior eſſes,

ASCENSIVS.

❡Vix hæc ediderat.) Recitat nutricis cognito furore eiulationē & miſeriā. Sed Ordo eſt. Vix.ſ. Scylla: ediderat, id eſt locuta erat, hæc.ſ. ſupra dicta: cum Charme.ſ.nutrix, exterrita triſti clade.i. calamitate virginis: deturpat.i.fœdat, multo puluere aut vulnere.i.dilaceratiōe: crines intonſos.i.oblōgos, & complorat grauiter queſtu: id eſt q̃rimonia & eiulatu: anili.i. qualē an⁹.i.vetulę emittet ſolent: Minos reddite, id eſt qui redditus, hoc eſt effectus es, nūc iterū mihi crudelis: o Minos, iteq; inimice noſtrę ſenectæ: ſemper & aut olim nata, ſupp. eſt Scylla. O propter te eundem, vt.ſ.eam quoq; perſequaris, aut vt coniugē habeas, aut amor portauit alumnę, ſcilicet ſcyllę, inſanę, id eſt furenti luctū. Nequiui ne, id eſt ita ne dijs placitum eſt, vt ego capta tam longe, ſcilicet a patria? quia erat Phœniſſa: & euecta tam longe nequiuerim effugere tā graue ſeruitium, ſcilicet tuum, o Minos, ego obſiſtam, ſcilicet votis tuis, exiſtēs exitium crudele meorum: quia faciam in te ppter quod meos in exitium dabis. Iamiam (apta minantibus & deſperantibus vox, vt Ænei.iiij. Iamiā nec maxima Iuno Nec Saturnius hæc oculis pater aſpicit æquis. Cicero, Iamiam Dolabella me, &c.) ea copia viuēdi vllum genus vitę, quę ſcilicet datur ſeniorib. non ſupple eſt: aut datur nobis, aut qđ ego amēs, ſupple dico hęc omnia, quaſi dicat fruſtra, o Britomartis virgo ſcilicet quam Minos perſequebatur: ſpes ſepulchri, id eſt vt ab aliqua mihi chara ſepeliar, eſt mihi vana te erepta: o Britomartis, potui producere diē vitę te erepta, quaſi dicat impium fuiſſe. Atque vtinam, o virgo Britomartis grata Cereri: (alij legunt, Veneri.) nec tantum Dianę ſcilicet caſtitatis, & venerationis deę eſſes ſectata venatus, id eſt venerationes virorū, contendens ſpicula Gnoſia, id eſt ſagittas Cretenſes: cornu, id eſt arcu: Naupacto, id eſt quali vſi ſunt Naupactoi in Ætolia: tu egeres, id eſt cōpelleres: capellas Dictęas, id eſt Cretenſes ad gramina nota: nunquam, id eſt & nō vnquam fugeres tam obnixe amores Minoos aut Minois.ſ.regis: tu iſſes, id eſt iuiſſes, ad Minoa preceps de ſpecula.ſ. de aerijs montibus: vnde alij ferunt, id eſt dicunt te fugiſſe: & aſſignāt, ſupple tibi numina, id ē diuinitatē virginis: Phoræ.i.Phoreę, hoc eſt illius loci: alij quo, id eſt ideo vt eſſes notior, dixere lunā.i. Dianam: Dictynnā de tuo nomine.i.cauſa, aut facto. Sin, id eſt ſed ſi: ego velim hęc vera, ſupple eſſe, o nata, tu periſſes mihi, id eſt ad antidotū huius doloris mei, aut ad remediū huius mali mei, ego nunquā conſpiciam te, appellantē aut vocitantem in cacumine, aut ſummo vertice mōtis, inter comites Hyrcanos.i.Armenios venatores, & agmen ferarum: nec ego amplexa tenebo te redeuntem, verum hęc fuere nobis: tum.i.tūc: grauia, atq; indigna, tum dico: o luna.i.Diana: cum mea ſpes tui.i. quam habebā de te, maneret integra: & iſta vox, ſcilicet quam Scylla protulit: nondum violauerat meas aures, Ne.i.an: o alumna, ſup. fortuna crudelis ademit mihi etiam te? te ne inquam ademit mihi, o ſola cauſa, id eſt quę ſola cauſa viuendi es: meę ſenectę? ego capta ſepe nequicquā.i.fruſtra, tuo dulci ſopore, id eſt cum tecū dormirem, cū natura premeret.i.grauaret me ſenio, & inſtanti morte, ego negaui me velle mori, vt glomerarem, id eſt glomos ad texturam colligerem, flammea.i.indumenta nuptialia: luto.i.eo genere coloris crocei, vnde in Buc. Croceo mutabit vellera luto. & ideo dicit coritio.i.croceo: a Corito, ciuitate Sicilię vbi copia eſt ſuauiſſimi croci.

Dictynnam dixere tuo de nomine lunam.
Sint hæc vera velim. mihi certe nata periſti.
Nunquam ego te ſummo volitantem vertice mōtis
Hyrcanos inter comites, agmenq; ferarum
Conſpiciam: nec te redeuntem amplexa tenebo.
Verum hæc tum nobis grauia, atq; indigna fuere:
Tum mea alumna, tui cum ſpes integra maneret.
Et vox iſta meas nondum violauerat aures.
Te ne etiam fortuna mihi crudelis ademit?
Te ne o ſola meæ viuendi cauſa ſenectæ?
Sæpe tuo dulci nequicquam capta ſopore,
Cum premeret natura: mori me velle negaui:
Vt tibi coritio glomerarem flammea luto.

DOMITIVS.

❡Lege.) Fatali.i. ❡Ilythiæ.) Ilythea, Diana eſt appellata: quia dea ſyluarum eſt, ὕλη.n. ſylua eſt: & θεὰ dea: vnde, Ilythea, ſyluarum dea. ❡Molli.) Laſciua. ❡Pote.) Poteſt fieri. ❡Quid enim.) q.d. omnia poteris apud parentem tuū, cū ſis vnica. ❡Referto.) Narrabis patri. ❡Futuros habebis.) Et me, & deos, hominesq; fauentes. ❡Virginis.) Scyllę. ❡Bibulum.) Quia lumen bibit oleū, id eſt ardendo conſumit.

Ilythea

ASCENSIVS.

❡Quo nunc me, &c.) Continuat eiulatum ſuum anus, ad negocium rediens, ac dicens Quo.i. in quam partem, ego infelix vertā, ſupp. nunc me? aut quę numina ſeruāt nunc me.i. vitā meam. An o alūna, neſcis qua lege.ſ. fatali: purpura edita de vertice patris, ptexat.i. cooperiat crines canos, cādentes, id eſt rutilantes, quę ſuſpenſa, tenui capillo preſſit.i. compreſſit ſcilicet canos? Si neſcis.i. ſi tu ignoras periculum attentaſti tantū nefas, ego poſſum ſperare aliquam ſalutem, quandoquidē tu iſcia.i. ignara mali, conata es nefandum ſcelus: ſin.i. ſed ſi, eſt, ſup. illud quod metuo, id eſt ſi conata es patrem perdere, vt amato complaceas o mea alumna: ego pcor.i. obſecro per me, & per tuū amorem expertū, mihi miſerę in multis reb. & per flumina ſacra Ilythię.i. Dianę, ſyluarum deę ſęua perdere.i. ad perdendū adiuratos ſi non obtemperent: pcor (inquit) ne ſequaris mēte tā molli.i. laſciua, aut incōſtanti, in tantum, id eſt tā magnum & ſceleratū facinus. O amor.i. Cupido, ego non conor te flectere.i. reuocare ab incepto, quod nō pote, ſupp. eſt.i. qđ nō poteſt fieri: neque ſit noſtrum contendere cum dijs: ſed potius velis, o alumna, te nuberē, regno patris exiſtente incolumi: atq; velis tamen.i. licet nubas aliquos penates.i. maiorum tuorū: deos eſſe.i. ſupereſſe tibi ego docta atque experta exitio, id eſt ad exitium meum, quia ſi rerum omnium penitus ignara fuiſſet, nō fuiſſet nutrix regię puellę effecta: monebo hoc vnū.i. ſolum. Quod ſi nō poteris flectere parentē alia ratiōe.i. via & modo (ſed poteris, ſupple alia ratione flectere: qd.n. nō poſſis vnica.i. cum ſis vnica ei⁹ filia? q.d. nihil, ergo oia potes.) tamē referto.i. enarrato potius tunc cum licebit cū pio iure, quia nōdum quicq̃ impie in patrē geſſeris, referto (inquit) potius tuo.ſ. patri conata, atq; incepta.ſ. adhuc dubia, cum quid tentare audeas adhuc dubitet: cū tu habebis cām facti.i. occaſionem faciēdi, qa recuſauerit pater & tēpus doloris. Et ego, o mea alūna, polliceor & me & deos futuros tibi comites, id eſt interceſſores apud patrē: nihil eſt quod, ſcilicet pater texat longum in ordine,

Quo nunc me infelix, aut quæ me numina ſeruant?
An neſcis qua lege patris de vertice ſummo
Edita candentes prætexat purpura canos?
Quam tenui patriæ ſpes ſit ſuſpenſa capillo?
Si neſcis: aliquam poſſum ſperare ſalutem:
Inſcia quandoquidem ſcelus es conata nefandum.
Sin eſt quod metuo: per me mea alumna, tuumq;
Expertum multis miſerę mihi rebus amorem,
Per te, ſacra precor per flumina Ilithyiæ,
Ne tantum in facinus tam nulla mente ſequaris.
Non ego te incepto, fieri quod non pote, conor
Flectere amore, nec eſt cum diis contendere noſtrum.
Sed patris incolumi potius te nubere regno:
Atq; aliquos tamen eſſe velis tibi alumna penates:
Hoc vnum exitio docta atq; experta monebo.
Quod ſi non alia poteris ratione parentem
Flectere: ſed poteris (quid enim non vnica poſsis?)
Tunc potius tamen ipſa, pio cum iure licebit:
Cum facti cauſam, tempuſq; doloris habebis:
Tunc potius conata tua atq; incepta referto.
Meq; deoſq; tibi comites mea alumna futuros
Polliceor. nihil eſt quod texas ordine longum.
His vbi ſollicitos animi releuauerat æſtus
Vocibus: & blanda pectus ſpe vicerat ægrum:
Paulatim tremebunda genis obducere veſtem
Virginis: & placidam tenebris captare quietem,
Inuerſo bibulum reſtinguens lumen oliuo.
Incipit ad crebros inſani pectoris ictus
Ferre manum, aſsiduis mulcens præcordia palmis.
Noctem illam ſic mœſta ſuper morientis alumnæ
Frigidulos cubito ſubnixa pependit ocellos.

Universidad de Deusto Biblioteca

in ordine, id est quod differat facere pro te: hic, id est hoc tempore: vbi, id est postquam: reuelauerat, id est imminuerat & sedauerat, ęstus sollicitos animi, id est amores, qa Res est solliciti plena timoris amor: & vicerat: i. affecerat: & conuenerat pectus ęgrum id est saucium, & langueus amore, vocibus, scilicet blandis: & spe scilicet blanda: ipsa tremebunda incipit paulatim obducere genis virginis vestem, id est cooperire lumen eius, & captare quietem placidam tenebris, id est inducere somnum per tenebras restringens, id est reprimens, lumen scilicet lampadis, aut lucernę, bibulum

bibulum, id est consumptiuum olei; & hoc oliuo, id est oleo: inuerso, id est in contrarium verso: ab eo quo solet verti: dū accendere volumus. Nam incendium per oleum significat Hora. dicēs Oleum adde camino: & incipit ferre, id est ducere manum ad crebros ictus, insani pectoris scilicet virginis amore furētis, mulcens precordia assiduis palmis. Et ipsa Charme, nutrix mœsta, pependit sic illam noctem, scilicet totam subnixa, cubito super ocellos, id est oculos paruos frigidulos, quia alumnę moriētis, id est grauiter amore languentis.

Postera lux vbi lęta diem mortalibus almum
Et gelida veniens mani quatiebat ab Oeta:
Quem pauidæ alternis fugitant, optantq; puellæ:
Hesperium vitant, optant ardescere solem:
Pręceptis paret virgo nutricis: & omnes
Vndiq; conquirit nubendi sedula causas.
Tentantur patriæ summissis vocibus aures:
Laudanturq; bonæ pacis bona. multus inepto
Virginis insolitæ sermo nouus errat in ore.
Nunc tremere instantis belli certamina dicit:
Communemq; timere deum. nunc regis amicos,
Namq; ipso verita est orbari mœsta parente:
Cum Ioue communes qui quondā habuere nepotes.
Nunc etiam conficta dolo mendacia turpi
Inuenit: & diuum terret formidine ciues.
Nunc alia ex aliis, nec desunt, omina quærit
Quin etiam castos ausa est corrumpere vates:
Vt cum cęsa pio cecidisset victima ferro:
Essent qui generum Minoa authoribus extis
Iungere: & ancipites suaderent tollere pugnas.
At nutrix patula componens sulfura testa
Narcisum, casiamq;, herbas incendit olentes.
Terq; nouena ligat triplici diuersa colore
Fila: ter in gremium mecum inquit despue virgo:
Despue ter virgo: numero deus impare gaudet.
Inde Ioui geminat magno frigidula sacra,
Sacra nec idęis senibus nec cognita graiis.
Pergit amyclęo spargens altaria thallo
Regis iolchiacis animum defigere votis.
Verum vbi nulla mouet stabilem fallacia Nisum:
Nec possunt homines, nec possunt flectere diui:
Tanta est in paruo fiducia crine cauendi:
Rursus ad inceptum sociam se iungit alumnę:
Purpureumq; parat rursus tondere capillum.
Cum longo quod iam captat succurrere amori.
Non minus illa tamen rauci quod mœnia crescant.
Gaudeat, & cineri patria est iucunda sepulto.

DOMITIVS.

Oeta. ¶Oeta.) Mons inter Macedoniā & Thessaliam, in quo primus solis ortus, Grecis apparet. ⸢Optant.) Fugiunt: quia puellę fugiunt, & cupiunt videri: vt in Buc. Et fugit ad salices, & se cupit ante videri. ⸢Patriæ aures.) Cohortabantur patrem ad pacē, cum Minoe. ⸢Incepto.) Vel virgineo quia virgines nesciunt loqui. vel incepto, propter furorem; vt Virgi. Incipit affari, mediaq; in voce resistit. ⸢Mendacia.) Omnia dicebant, & simulabāt patri, vt fieret pax. ⸢Vates.) Scylla corrupit vates, vt dicerent faciendam pacem cū Minoe, ⸢Extis.) Animalium. ⸢Ancipites.) Dubias. ⸢Ter nouena.) Viginti septem fila: vt in Bucolicis, Ter licia. ⸢Generata.) Scylla filia. ⸢Idęis.) Troianis faciebant enim sacra Ioui nunquā cognita Troianis & Gręcis. ⸢Thallum.) Herbā verbenam. Amyclę ⸢Amycleo.) Id est Spartano. ⸢Amycleo.) Id est ciuitas Spartę. ⸢Iolchiacis.) Qualibus vsa est Medea ī Iolcho, quę est ciuitas Thessaliæ, vbi regnum erat Peliæ & Æsonis, patris ipsius Iasonis: q ad iuuentā reuocatus fuit. ⸢Auxilio Medeę.) Erant prætera venefice multæ in Thessalia, & herbę veneficiis aptissimæ. Stabulū ⸢Stabulis.) Id est sub aula sua. nam stabulum: apud antiquos, erat prior & pręstātior pars domus. ⸢Tondere) Secare. ⸢Reuehi.) Reduci. ⸢Coma.) Capillus aureus.

ASCENSIVS.

¶Postera lux) Docet quomodo postridie eius diei, patrem solicitare occeperunt de pace ineunda, & nuptiis cōtrahendis cū Minoe. Ordo aūt ē, Vbi .i. postquā: lux postera .i. postridiana: lęta .i. lętificās animos mortalium: quatiebat .i, efferebat, cum quadam concussione luminis diem almum, quasi alimentū prębentē mortalibus, & lux veniēs mani gelido .i. tempore matutino frigidulo semper.) Offendi venientem mane. sed duo sunt vitia: quia manere, primā producit, & secundam corripit. Persi. Iam clarum mane fenestras, &c. Posse autem mani, in ablatiuo dici, author est Seruius super. v. Æneidos, dicens: q aduerbia, cum in nomina migrant, declinari possunt, vt apud Plautum, Amaui vsque ad vesperam, &c. quatiebat, scilicet diem, ab Oeta, scilicet monte, in confinio Macedoniæ, vnde Græcis, dies oriuntur, quam, scilicet diem puellæ auidæ fugiunt, & optant alternis, scilicet votis: fugiunt, scilicet propter laborem, & optāt propter curas euitandas: aut quia naturaliter noctu timent phantasma, & laruas, siue deuirginationē, vnde pauidæ dicuntur. Vitant, scilicet puellę. Hesperium, scilicet sydus, id est Vesperum, seu Hesperum: quia sub noctem cura recursat: &

sat: & optant solem ardescere, id est splendere cum ardore. Postquā igitur posterus sol ortus est, virgo paret, id est obedit: pręceptis, id est monitis nutricis: & ipsa sedula, id est solerter diligens: cōquirit vndiq; oēs causas nubēdi. aures patrię, id est paternę: tentant vocib. submissis .i. humilibus & submisso vultu prolatis, & bona bonæ pacis laudantur, id est commendantur. (Dicēdo bonę pacis bona, depingitur muliebris sermo) multus sermo nouus erat in ore inepto, id est minus idoneo, quia virginis insolitę. s. talia patri suadere. Ipsa dicit nunc, id est aliquando, supp. se, tremere certamina belli instantis: & dicit se timere deum cōmunem scilicet Martē: nunc dicit se timere amicos regis. s. Minois, qui habuere quondam nepotes cōmunes cum Ioue, quia ex eadem origine descendentes: dicit se timere, nam mœsta .i. simulans mœstitiam, verita est. i. simulauit se veritā, orbari ipso parente .i. patre. Nunc id est interdum, etiam inuenit, id est excogitat mendacia conferta turpi dolo: & terret ciues formidine, id est minatione diuum, nūc ipsa & nutrix, quęrunt nunc alia. s. mendacia ex aliis: nec desunt omnia, quinetiā ausa est corrumpere vates castos. s. alios qui & ita veridicos esse solitos, vt quorū mentes dii habitare consueuerint: & .i. etiam: cum victima cecidisset cæsa .i. mactata: pio ferro .i. sacrificiis apto cultro, vt sint qui suaderent extis authoribus .i. approbantibus (rarum est author cum neutro genere coniūgi, sed substantiue accipit: sicut testis, cū dicitur & sydera testes.) Iungere. s. decere, Minoa, generū. s. Niso, id est maritum filię eius: & qui suaderent tollere pugnas ancipites. i. dubias, & dubii exitus, licet consecratum haberet pilum, At .i. sed nutrix componens sulfura testa patula, incēdit narcissum & casiam, appositorie, herbas olentes: & ligat ter nouena, id est septem & viginti: fila, id est licia, diuersa, id est distincta: triplici colore: & id ad magicam artem pertinere putatum est: vt in Bucco. visum est. & inquit, O virgo, despue .i. deorsum spue: ter circum, id est per circuitum: in gremium, scilicet tuum virgo (inquit) despue ter: quia deus gaudet numero impare, pro impari, vt dicit Serui. in Bucoli. vbi eadem sunt verba. Hinc .i. deinde: generata, id est filia Nisi, Scylla, secundum Calendarium, sed continuatior erit contextus sic: Charme frigidula, scilicet timore, (sed pręter naturam secundam produxit) pergit, id est perficit, & peragit, sacra generata, id est nata Ioui magno, sacra inquam, nec cognita senibus, id est Phrygibus, nec Graiis, id est Græcis: spargens

spargēs altaria thallo .i. herba verbena: Amyclęo .i. Spartano, seu Laconico, defigere .i. vt defigat, & dissoluat aīam regis. s. Nisi, votis Iolchiacis, i. qualibus vsa est Medea in Iolcho, ciuitate Thessalię, reuocando Esona patrem Iasonis ad iuuentam: verum .i. sed vbi nulla fallacia mouet Nisum, stabulis .i. ab aula sua (sic eni Calderinus legit: alii textus habent stabilem .i. firmum, & pstantem, aut persistētem in pposito suo.) nec hoīes possunt flectere. s. ab instituto: nec diui .i. diuorū indicia & portenta, per vates enūciata: tanta fiducia cauēdi. s. mali, aut excidii est in crine paruo: & id per acclamationem dicit: estq; antitheton. Tāta .i. tam magna in paruo,

paruo, &c. vbi inquā vidit, q nulla mouet fallacia Nisum, ipsa adiungit se rursus alumnę. s. Scyllę: sociam ad inceptum. s. facinus. (Hic locus indicat, quod prius dixi, mentē poetę esse q Charme thallo vsa sit, non generata .i. filia Nisi Scylla.) Posset tamē dici alūnę .i. nutrici, aut altrici: qa sequif, & parat. s. Scylla, poti⁹ q̄ Charme, tōdere rursus capillū purpureū .i. purpura irretitū: cū .i. quādo: qm captat succurrere lōgo amori: illa nō minus gaudeat reuehi .i. reduci: q .i. quoniā mœnia arescāt: & ē iucūda sepulchro cineris patrię .i. si videat cinerē patriæ sepultū, hoc est patriā in cinerem resolutam: ita vt amatum videat votorū cōpotem.

Ergo metu capiti Scylla est inimica paterno.
Tum coma sidonio florens succiditur ostro:
Tum capitur Megara: & diuum responsa probantur.
Tunc suspensa nouo ritu de nauibus altis,
Per mare cœruleum trahitur Niseia virgo.
Complures illam Nymphę mirantur in vndis:
Miratur pater Oceanus, & candida Tethys,
Et cupidas secum rapiens Galatea sorores:
Illa etiam iunctis magnum quæ piscibus æquor
Et glauco bipedum curru metitur equorum,
Leucothoe paruusq; dea cum matre Palæmon.
Illi etiam alternas sortiti viuere luces,
Chara Iouis soboles, magnum Iouis incrementum,
Tyndaridę niueos mirantur virginis artus.
Has adeo voces, atq; hęc lamenta per auras
Fluctibus in mediis questu voluebat inani,
Ad cœlum infelix ardentia lumina tendens.
Lumina, nam teneras arcebant vincula palmas.
Supprimite ò paulum turbati flamina venti:
Dum queror: & diuos, quanquam nil testibus illis
Profeci, extrema moriens tamen alloquor hora.
Vos ego, vos adeo venti testabor, & aurę,
Vos ò Mantina siqui de gente venitis,
Cernitis, illa ego sum cognato sanguine vobis
Scylla, quod ò salua liceat te dicere Progne:
Illa, ego sum Nisi pollentis filia quondam:
Certatim ex omni periit quam Gręcia regno:
Qua curuus terras amplectitur Hellespontus.
Illa ego sum Minos sacrato fędere coniux
Dicta tibi. tamen hęc, & si non accipis, audis.
Vinctane tam magni tranabo gurgitis vndas?
Vincta tot asiduas pēdebo ex ordine luces?
Non equidem me alio possum contendere dignam
Supplicio: quod sic patriam, charosq; penates
Hostibus, immitiq; addixi ignara tyranno.
Verum esto. hęc Minos illos scelerata putaui,
Si nostra ante aliquis nudasset fędera casus:
Facturos: quorum direptis mœnibus vrbis,
O ego crudelis flamma delubra petiui.
Te vero victore, prius vel sydera cursus
Mutatura suos, quam te mihi talia captæ
Facturum metui. iamiam scelus omnia vincit.
Ten ego plus patrio dilexi perdita regno?
Ten ego? nec mirum. vulto decepta puella
Vt vidi: vt perii: vt me malus abstulit error.
Non equidem ex isto speraui corpore posse
Tale malum nasci. forma, vel sydere fallor.

DOMITIVS.

Sidon. ¶Ostro sidonio.) Id est purpureo: nā Sidō, ciuitas est vbi nascif murex, ex cui⁹ sanguine tingif ostrū. ⸢Glauco.) Viridi. ⸢Mře.) Ino. ⸢Palęmō.) Learch⁹ nota est fabula apud Ouidiū ī fastis. ⸢Chara Iouis soboles: de Polluce & Castoī intelligif. ⸢Has adeo voces.) Cōcludit quemadmodū ipa Scylla cōquesta fuerat de Minoe: q nō merita fm spē suā fuisset consecuta. ⸢Lumina.) Oculos. ⸢Arcebant.) Constat .n. postea q̄ parētē Scylla pdidit, & ad Minoē venit, sperās connubio ipsius iūgi ad prorā nauis suspēdi iussa. ⸢Quāquā nil testib⁹ illis.) Eadē verba ferme sunt in Buco. Mātinę ⸢Mātina.) i. Thracia: nā Mātinę, populi thracię sunt qbus iperauit Tere⁹, Prognes maritus. ⸢Cognato sanguine.) Quia sum filia Nisi, fratris Philomelę & Prognes, q̄ fuit vxor Terei. ⸢Pollētis) Splēdētis imperio. ⸢Vincta.) Ligata ad prorā nauis. ⸢Veę est.) O Minos, q pdidi patriā, q sum digna tali supplicio. ⸢Quorū direptis.) Q. d. ego existimaui eos vituros iiuriā a me pīię illatā.

ASCENSIVS.

¶Ergo metu, &c.) Paucis edocet Scyllā capillū desecuisse, & desectū ad Minoa misisse: quo habito, & vrbe capta ad eū migrasse, nec pro piuge susceptā, sed pro perfida habitam, & naui adligatam miserādos, quos recitat deposuisse questus. Ordo autē est. Ergo, qa placuit succūbere amori, Scylla est inimica. s. effecta capiti pīno: qa ablato crine, illi exitiū imminere sciebat, & tū abstulit metu: qa metuit non aliter posse dilecto complacere. Tū, i, deinde, post talē deliberationē: coma. s. Nisi florēs ostro Sidonio .i. purpurę Tyrię similis: aut inclusa ostro purpurę Tyrio: succiditur .i. clā detondetur a Scylla Megara. s. vrbs, capitur: tū, id est deinde. s. a Minoe & rīsa diuina probātur. s. veridica: quia dixerat ablato capillo vrbē capiēdā, nec pri⁹. Virgo Niseia .i. Scylla, Nisi filia: tū .i. demū, capta vrbe suspensa de altis nauib⁹ .i. ad gubernaculum nauis, nouo ritu .i. modo trahitur p mare cœruleum, Cōplures nymphę mirantur illam in vndis, & Oceanus

Oceanus pater. s. rerū (secūdū Milesiū Thaletē, q dicit oīa ex humore pcreari: vñ est illud Georg. iiii. Oceanūq; patrē rerū: vel pater pcipue nympharum) sup. miraf eā: & Tethys, .s. vxor Oceani: candida. s. dea miratur, supp. eā: & Galatea, .s. nympha: rapiens secum sorores .i. alias nymphas maris, cupidas. s. talis spectaculi videndi, sud. miratur: & etiā illa. s. Leucothoe, quę metif magnū ęquor piscibus. s. delphinibus: iūctis. s. ad iugū, & quę metif ęquor curru glauco, id est viridi, aut marini coloris: equorū bipedum, id est binos duntaxat pedes habentium, supple miratur: & Palęmon. s. deus maris: paruus, id est q puer deus maris effect⁹ est miratur, supple cū matre .s. Ino: dea. s. maris. Illi ēt Tyndaridę. s. Castor & Pollux gemini (quia nautis iuocari solēt: vt Horatius in .i. carminū declarat: in carmine cuius pricipium est, Sic te diua potens Cypri, sic fratres Helenę Lucida sydera, &c.) sortiti .i. q sortiti sunt alternati, viuendo & moriēdo, viuere luces æternas, appositorie, chara soboles Iouis, & magnum incrementum Iouis (hemistichiū hoc in Bucoli. habetur. nā illic dicitur, Chara deum soboles: quod hic mutatū est: sed quęras si Iouis soboles sunt, quomodo Tyndaridę dicantur: verum manifesta est solutio, quia denominantur a patre putatiuo, sicut: & Helenā, Tyndarida vocat: cum Iouis sit filia: sed ex Leda, Tyndari vxore: cū qua Iuppiter in specie Cycni cōcubuit, vnde vt dicitur, illa, duo oua cōcepit, cōmisto semine Tyndari: nā ex altero ouo natus, dicif Pollux immortalis: ex altero, Castor mortalis: vñ, i. sermonū Hora. Ouo pgnat⁹ eodē, &c. Similiter Hercules Iouis ex Alchmena, Amphitryonis cōiuge fili⁹: dicitur a Virgi. Amphitryoniades) Tyndaridæ, inquā, mirātur niueos artus virginis. Infelix. s. Scylla: voluebat .i. emittebat: iani q̄stu, .i. querela p auras in mediis fluctib⁹, adeo .i. penit⁹: has, id est huiusmodi voces, atq; hęc lamenta: tollēs, id est arrigens: extollens lumina ardentia, id est oculos ex indignatiōe ardētes, ad

Universidad de Deusto Biblioteca

coelum numina,inquit:nam vincula arcebant teneras palmas.i. manus.Idem versiculus positus est in.ij.Æneidos de Cassandra. Verba igitur Scyllę sunt, O,(inqt) venti:supprimite paulum.i. modicum:flamma turbata.i.flatus vestros nos turbātes:dū.i.donec queror,& dum moriēs adloquor diuos:hora extrema.i.vltima parte vitę:quāquā nil.i.nihil:profeci illis testibus.i. licet eos in testimoniū aduocauerim:tū.s.adloquor.Idē versus est in Buco.O vēti:& o auræ,ego testabor.i.testes faciam,adeo.i.omnino vos:vos(inquit)vos:o venti,siqui.i.aliqui: venitis de gente Mātina.i.Thracia:quia vos cernitis.s.quę patior:aut sic,Si vos,q venitis.i.originem ducitis,de gente Mantina.i.Thracia,vt Boreas: cernitis,sup.hęc.Ego sum illa Scylla,sanguine cognato vobis.i. q originē traxi ex progenie vestra:quod o Progne,liceat dicere tibi salua.s.te:aut lege potius,liceat te salua.s.existente, q̄ nūc te conuersa in auem.Ego sum illa.s.notissima:filia Nisi regis Megareñ.pollentis.i.potentis quondam:quam.s.Scyllā:Græcia.i. nobilitas Græca,petijt.s.in matrimoniū : ex omni regno,sup.ex ea parte,qua Hellespōtus curuus.i.mare Hellespōticum amplectit terras.Est autem versus spondaicus,rerum ponderi aptus.O Minos,ego sum illa cōiux dicta.i.addicta,& pacta tibi foedere sacrato.i.sacramento iurisiurandi firmato.Etsi.i.quāquā non accipis .i.rata non habes:& grata hęc.s.dicta mea:tamen tu audis,supp. ea:ne,pro an:an ego victa.i.alligata naui, tranabo vndas magni gurgitis,id est maris,tapinosim eni epitheton leuat.pendebo ne supple vincta tot luces,id est dies:assiduas.i.continuas:ex ordine .i.sine intermissione:Equidem.i.ego quidē,nō possum contēdere me dignā,alio supplicio.s.q̄ hoc quo me afficis: quāquā ego ignara addixi hostibus & immiti tyranno,patriam, & penates.i. deos penes nos natos,& domesticos: charos.i.q chari esse debebant.O Minos,verū est.i.fateor,ego scelerata petiui illos.quorū moenibus vrbis direptis:& o ego crudelis, petiui delubra flāmā .i.quorum templa incendēda curaui,hoc est ciues nostros facturos,hęc.s.quę tu me facis,si aliqs casus nudasset.i. reuelasset:ante.i.priusquam res effectū sortita esset, nostra foedera.i.pacta de radendo capillo paterno:quo tradito vrbs caperetur: vero, pro sed:ego metui.i.metuissem prius:vel.i. etiam sydera mutatura suos cursus,q̄ te(te victore.i. cum esses victor, & voti compos) facturum captę mihi talia,qualia.s.facis:sed iamiā, id est pcipue, scelus vincit,id est exuperat,omnia.s.genera malorū quę inferre possis.Ten,id est te ne,hoc est an ne: ego ita dilexi te plus patrio regno:ten ego iquam plus dilexi?quasi dicat feci quidem, sed nō debui:feci autem:nec mirum,quia puella decepta vultu, qui,scilicet amorem & benignitatem prę se ferebat: vt,id est statim,postquā vidi,supple te:vt:id est qualiter, quasi dicat dij boni q̄ misere: vt i Buco.ostēdimus,vbi idem habetur versiculus: vt,id est qualiter:error malꝰ,id est furor amoris,abstulit, scilicet a rationis vsu,me:quasi dicat miserrime & longissime alienauit: equidem,id est ego quidem,non speraui,pro nō sum verita,aut nō timui (Sicut Æneidos quarto,Hunc ego si potui tantum sperare dolorem, Et perferre soror potero,& est acyrologia.) tale malum,id est tantam perfidiam,aut talem cruciatum:posse nasci est isto, scilicet tuo tam formoso corpore: ego fallor forma, id est specie,& pulchritudine tua,quę aliud prę se fert,quam faciat: vel sydere,id est fatali necessitate, quæ facit vt vultus tuus mihi alius appareat,quam sit vt deciperer.Moris enim est,amantibus fatis imputare furorem:vt in Heroidibus Ouidianis late patet. Verum caste loquitur Poeta,& sub disiunctione, neutrum affirmans:quod tamen ex persona impatienter amantis affirmatum poetę,vitio dari non posset:sed vt instituti nostri rationē habeamus,breuitati nobis studendum est.

DOMITIVS.

¶Delicijs.)Non sum capta diuitijs tuis, nec coralio, nec electro.¶Lachrymoso.)Quia ex lachrymis arboris populi defluit.¶Incēsam.)Inflāmatam: nullum habui respectū deoꝝ, dummodo te amarē. ¶Pronuba.) Quia fasces pineę fieri solent,quę accendūtur in nuptijs.¶Libys.) Eburbeus:qa in Libya sunt elephātes,ex quib.est ebur.¶Mænalias.) Arcadias.¶Captiuam.) Oēs captiui in bello mactabātur.¶Marmorea.)Alba.¶Abductis.) Curuatis.¶Classis.) Minois:Describit recessū Minois a Megara.¶Solo.) Mari.¶Isthmos.) Strictura illa terrę appellatur iter Ionium & Ægeum mare.Luca. Qualiter vndas, Qui secat & geminū medius mare separat Isthmos, Nec patitur cōferre fretum si terra recedat Ioniū Ægeo franget mare.¶Cypselidę.) A Cypselo Ixionis:& ladę filio,dicti sunt Corinthi:& enim fuerat oraculū primū Corinthiorum tyrānum fuisse,cui successit Periāder filiꝰ: & nomen habuit a mensuræ frumētarię genere, quod Cypselam nominauit: qppe eū querētibus Corinthijs interficere in mēsura frumētaria, mater proditur condidisse. ¶Scyronis.) Scyron in Megarę montibus habitasse traditur,atq; appellentes hospites iterficere solitum & prędarit ide Scyronia saxa, denominata sunt.¶Speleum.)Cepulam significat:sed portꝰ est sub saxis Scyronijs, infaustus olim Minoi:& inde rupes Minoia vocitata.

Isthmos. Cypselidæ. Scyron.

Non me delicijs commouit regia diues
Coralio fragili,& lachrymoso electro.
Me non florentes æquali corpore Nymphæ,
Non metus incensam potuit retinere deorum.
Omnia vincit amor.quid enim non vinceret ille?
Non mihi iam pingui sudabunt tempora myrrha
Pronuba nec castos accendet pinus honores:
Nec Libys Assyrio sternetur lectulus ostro.
Magna queror:nec & illa quidē cōmunis alumna
Omnibus iniecta tellus tumulabit arena.
Mene inter matres,ancillarumq; cateruas,
Mene alias inter famularum munere fungi,
Coniugis atq; tuæ(quæcunq; erit illa)beatæ
Non licuit grauidos penso deuoluere fusos?
At belli saltem captiuam lege necasses.
Iam fessæ tandem fugiunt de corpore vires:
Et caput inflexa lentum ceruice recumbit.
Marmorea adductis labascunt brachia nodis.
Æquorei pisces immania corpora Ponti
Vndiq; conueniunt:& glauco in gurgite circum
Verbere caudarum,atq; oris minitantur hiatu.
Iam tandem casus hominum iam respice Minos.
Sit satis hoc:tantum solam vidisse malorum.
Vel fato fuerit nobis hęc debita pestis:
Vel casu incepto,merita vel deniq; culpa.
Omnia nam potius,quàm te læsisse putabo.
Labitur interea reuoluta ab littore classis:
Magna repentino sinuantur lintea Coro:
Flectitur in viridi remus sale.languida fessæ
Virginis in cursu moritur querimonia longo
Deserit angustis inclusum faucibus Isthmon
Cypselidæ magni florentia regna Corinthi:
Præterit abruptas Scyronis protinus arces:
Infestumq; suis diræ testudinis exit
Spelæum,multoq; cruentas hospite cautes.

ASCENSIVS.

¶Nō me delicijs,&c.) Prosequitur querelā suam Scylla, dicens, Regia tua diues, delicijs,id est diuitijs delicias afferentibus,non cōmouit,id est non affecit me, non(inquit) mouit me coralio, scilicet lapide fragili,id est faciliter frāgibili,respectu adamātis, aut parum potenti, quantum ad amorem: nō electro specie illa succini: quam ex arboribꝰ fluere crediderunt prisci: lachrymoso, id est quod ex lachrymis sororum Phaetōtis in alnos,aut populos versarū distillare putat, Nymphę, id est virgines nubiles, aut deæ florētes:corpore ęquali, sup. mecū.i.iuuenili:non, sup.potuerunt retinere,me incēsam .s.amore: metus deorum nō potuit retinere me: qa amor vincit omnia:vnde in Bucolicis,Omnia vicit amor: & nos cedamus amori. quid eni,id est nā quid ille non vinceret? quasi dicat nihil,cum ēt deos vicerit.Tempora nō sudabūt id est pinguescent, & distillabunt mihi iam, id est posthac myrrha pingui,vt nubentibꝰ solent nec pinꝰ pronuba.i.q prefertur nubentibus,nō accēdent mihi odores castos.i. castitatis matrimonialis indices:lectulus Libys.i.Libycus: hoc est qualis acquirit ex Libya,videlicet eburneꝰ nō sternet mihi ostro Assyrio.i.purpura.Ego queror magna.i. magnas

Scyrō alij chi ronis.

magnas res:nec illa quidem.i.& ne illa qdem.s. tellus: alumna.i. altrix,cōmunis oibus.s.in terris viuētib.tumulabit.i.tumulo cōdet sup.me.(Notū ergo,quia alumna,etiā pro alēte accipit.) arena iniecta.i.superiecta.i.nō sepeliar,sed fluctibus obruar.Me ne, id est an ne,nō licuit me fungi munere famularum,iter comites s.coniugis tuę atque inter cateruas Menalias.i.Arcadicas ancillarum:atq; nō licuit deuoluere penso fusos grauidos cōiugis tuæ, quęcūq; illa beata erit.s.coniux tua:at,id est nihilominus, si hoc non licuit,saltem necasses captiuam,lege.i.iure belli,quo licet captos occidere:vñ serui dicti sunt, qa seruati cū occidi potuissent vires fessę tandem.i.post longissimū laborem fugiunt tādem de corpore.s.meo:& caput lentum recumbit ceruice inflexa.i.inclinata:& brachia marmorea.i.alba & lucida,vt parium marmor:labascunt nodis adductis.i.cōtractis in nodū neruis. Pestes ęquoreę.i.monstra marina,videlicet immania corpora pōti.i.maris, vt cete,& balenę:conueniunt vndiq;,id est ex omni parte:& mitātur in gurgite glauco.i.marino:circum.i.per circuitū: Verbere caudarum,atque hiatu immanis oris (Alij textus habēt,verbera,& hiatum.) O Minos,respice iam tādem casus hominum.q.d. memineris te quoque esse hominem, & in similem casum posse incidere,sit satis hoc,scilicet me solam vidisse tantum malorum, vel,hęc pestis.i.tribulatio fuerit debita nobis fato.i.violētia fatali:vel casu,id est fortuna.vel deniq; culpa merita,id est ob demeritum:nam putabo omnia potius quā te lęsisse.i. peccasse i me: vel quam te maledicto & conuitio lędam.hactenus Scylla. vnde addit poeta,Classis reuoluta ab littore labitur iterea.i.dum Scylla sic queritur,& littora magna sinuātur.i. incuruātur,& in sinū excauantur:interea Coro.i.vento illo, qui & Caurus dicitur:repentino.i.subito obruenti: remus flectitur.i.incuruat in sale, id est mari:viridi.i.vitrei coloris:querimonia.i. q̄rela virginis fessę & ita lāguida,id est lāguida effecta & habita:moritur, id est desinit in cursu lōgo.Ipsa autem sic tracta,deserit Isthmō.i. stricturā terrę,& angulum iclusum angustis faucibus,scilicet maris: & pręterit regna Corinthi florētia,scilicet tunc temporis, regna in quam Cypseli filij magni, scilicet ojim: & pręterit protinus arces abruptas Scyronis, scilicet tyranni: q;, pro id est: exit speleum,id est antrum:testudinis,id est fonicis,aut crepidinis,i morem testudinis inuolutę,dirę,id est diri tyrānii:infestū, id est vim inferentis suis:& cautes cruentas.i.asperlas cruore multo hospite,seu mutuo.s.iam extincto: hospite.s.Scyrone illic appulso.

DOMITIVS.

¶Pyręeū.)Pyręeū,locū forū Atheniēsem significat:pariter & portū,eiusdē nois fuisse tradūt.¶Cycladas.)Insulas i mari Ægeo.¶Strophades.)Similiter isulę appellatę sunt:a cōuersione quā fecerūt Zetus & Calais:Beroes & Orythię filij, de pulsis Harpyis a mēsis Pinei & Plotę, antea dicebāt. ¶Hermiona.)Ciuitas ē in cōspectu maris Ægei.¶Delos.) Nouissima isula, origine Phębi & Dianę.¶Cynthus.)Ciuitas.¶Paros & Donysa.) Insulę Cycladū, clarissimę marmoribus.¶Æginā Seryphū.) Etiā clarissimas isulas, nō magnitudine,sed q; ad eas cōsueuit: dānatus aliquis dimitti. Ægina vero in Peloponneso est vbi eadem est Hermione: & dicta est (teste Ouidio) a matre Æaci:ait enim Æacus, Æginā genitricis nomine dixit:est enim in Epidauri conspectu.¶Coniux Nep.) Amphitrite, vxor Neptuni: verū ponit pro omni mari, quod circuit terrā in Oceano.¶Alis aerijs.) Quia cōuersa id est in auē.¶Ansere.)Cycno qui habuit rē cum Lęda:sed idē Iuppiter erat.¶Honos.)Reuerētia oris,& fortunā suoꝝ quia post illa tempora nunquā petijt oras Megarenses.

Pyręeū. Strophades. Paros. Seryphus. Amphitrite.

ASCENSIVS.

¶Iāq; adeo,&c.) Docet quō tandem in auem mutata fuit, quam Cyrim appellat. Ordo autem est. Iam, id est & iam: adeo,id est penitus:cernit lōge,id est procul:Pyręeum,scilicet portum Athenieñ. tutū scilicet ab effectu, quia tutos facit:& respectat secum, id est respiciendo considerat Athenas:heu (interdolentis vox) notas frustra, aut respectat frustra, qa nō potuit illa illic tuta esse:& respicit iam,pcul e fluctu, arua Minoia.i. quæ Minos,Cretensiū rex possidebat:& videt iam Cycladas, scilicet insulas

Iamq; adeo tutum longe Pyræea cernit:
Et notas secum heu frustra respectat Athenas.
Iam procul e fluctu Minoia respicit arua:
Florentesq; videt iam Cycladas.hinc venus illi,
Hinc sinus,hinc statio contra patet Hermionia,
Linquitur ante alias longe gratissima Delos
Nereidum matri,& Neptuno Ægeo.
Prospicit incinctam spumanti littore Cythnon,
Marmoreāq; Paron,viridemq; allapsa Donysam,
Aeginamq; simul,sementiferamq; Seryphum,
Fertur:& incertis iactatur ad omnia ventis.
Cymba velut magnas sequitur cū paruula classes:
Afer & hyberno bacchatur in ęquore turbo.
Donec tale decus formę vexauit:& egros
Non tulit,& miseros mutauit virginis artus,
Cœruleo pollens coniux Neptunia regno.
Sed tamen externam squāmis vestire puellam,
Insidosq; inter teneram committere pisces
Non statuit.nimium est auidū pecus Amphitrites.
Aerijs potius sublimem sustulit alis:
Esset vt in terris facti de nomine Cyris:
Cyris Amyclæo formosior ansere Ledæ.
Ac velut in niueo tenere cum protinus ouo
Effigies animantur,& internodia membris
Imperfecta nouo fluitant concreta calore,
Sic liquido Scyllæ circunfusum æquore corpus
Semiferi incertis etiam nunc partibus artus
Vndiq; mutabant:atq; vndiq; mutabantur.
Oris honor primum,& multis optata labella,
Et patulę frontis species concrescere in vnum
Cœpere:& gracili mentum producere rostro
Tum,qua se medium capitis discrimen agebat,
Ecce repente velut patrios imitatus honores
Puniceam concussit:apex in vertice cristam.
At mollis varios intexens pluma colores,
Marmoreum volucri vestiuit tegmine corpus:
Lentaq; perpetuas fuderunt brachia pennas.
Inde alias partes,minioq; infecta rubenti
Crura,noua macies obduxit squalida pelle.
Et pedibus teneris vngues infixit acutos.

insulas, in mari Ægeo florentes: & respicit hinc.i. deinde: Strophadas.s.insulas a cōuersiōe dictas: vt visum est ad illud.iij.Æneidos, Strophades Graię stāt noie dictę. Hinc.i. deinde:patet cōtra.i.ex aduerso:sinus.i.maris incuruatio: hinc patet statio,id est vbi naues ad tempus stare solent:& Hermiona, scilicet ciuitas in Ægeo mari,patet cōtra,id est ex aduerso: & Delos, scilicet insula gratissima: longe ante alias,scilicet insulas:matri Nereidum,id est nympharū marinarum:hoc est Doridi:& Ægeo Neptuno (Sic i.iij.Ænei. Sacra mari medio colitur gratissima tellus Nereidū matri, & Neptunio Ægeo.)& ipsa adlapsa,id est allabēs: prospicit, id est porro,seu procul,inspicit,scilicet ciuitatem, icinctā, id est circundatam littore spumanti a crebro vndarū ictu: & Paron.s. insulam vnam ex Cycladibus, marmoream,id est cādido marmore insignitam, & Donysam aliam inter Cycladas, insulam viridem, qa syluosam: & simul prospicit (in quo significatur celeritas nauigātium.) Æginam & Seryphum insulam, in quam noxij ablegari solebant,semētiferam, id est afferre solitam copiam sementis. Ipsa autem has insulas prospiciēs fertur, scilicet impetu,& iactatur vētis incertis, id est mutabilibꝰ, ad omnia, scilicet dicta loca, nūc huc,nūc illuc: velut cum cymba, id est scapha paruula id est nauicula: sequitur classes magnas: & turbo Apher, id est ventus Africus, turbinem facere solitus:bacchatur i ęquore hyberno, id est hyemali tempore, donec tale decus,formę, id est specimen & spectaculum rerum: vexauerit ęgram,scilicet Scyllā, q; sic vexaret ęgre ferentem. Coniux Neptunia,id est Amphitrite:pollens, id est valens, & potens, regno

Universidad de Deusto Biblioteca

regno cœruleo,id eſt mari cœrulei coloris:nō tulit.ſ.tales dolores,ac mutauit miſeros artus virginis, ſcilicet Scyllę: Sed tamen non ſtatuit, id eſt non conſtituit puellam externam,id eſt nō in mari,ſed in terris ortam, veſtire ſquammis,ſcilicet piſcium,& cōmittere ipſam teneram inter piſces infidos,quia deuorant quidquid innicitur:& aufugere neſciūt dummodo comeſtibile ſit: ga pecus Amphitrites,id eſt deæ maris, hoc eſt marinum.eſt nimiū auidum,id eſt vorax:ſed ſuſtulit, id eſt ſurſum tulit, poti' ipſam ſublimem alis aeriis,id eſt quibus in aere vtatur:vt eſſet,id eſt appellaretur in terris,Cyris,id eſt, auis, ſic dicta,de nomine fati, id eſt tracto vocabulo a facto Cyris(iquit)formoſior anſere Amycleo, id eſt Cycno, in quem Iuppiter conuerſus dicitur apud Amyclas,cum Leda rem habiturus: vnde duo oua ſuſtulit: vnde addit,anſere Ledę,qui candidiſſimus erat: ſed Cycnus, non anſer.Hic:id eſt hoc loco,& tempore, vbi & quando Cyris mutata eſt:velut cum effigies,ſcilicet auium tenerę:quia nondum ad plenum formatę: animatur protin' in ouo niueo:id eſt albiſſimo: & internodia,id eſt cōnexiones,vt genuum & cubitorum in homine:imperfecta,id eſt nondum perfecta, fluitant ſupple in mēbris:concreta,id eſt cōſtipata colore nouo : quia in mutato ouo in alium colorem:ſic corpus Scyllę circunfuſum, æquore liquido,id eſt aqua marina, & artus etiam ſemiferi, id eſt ad dimidiū in feram verſi:partibus incertis,id eſt nondum in formam Auinam diſpoſitus:mutabant,ſupple ſe vndique,atque ipſa mutabatur vndique)Bonus eſt verſus ſpondaicus:quia languorem,prę ſe fert immutandę puellæ.) honos,id eſt decor, & pulchritudo oris,videlicet labella,optata multis:& ſpecies,id eſt decor ſpectabilis: frontis, patulę, id eſt ampliter ſemper patentis& extenſæ, quod ad dec' eſt mulieri,cœpere cōcreſcere in vnum,ſcilicet formam roſtri:& pro,id eſt producere,id eſt extendere mentum, id eſt inferiorem partem oris,roſtro gracili:tum, id eſt deidetecce, ſupple ab ea parte: qua diſcrimen capitis,id eſt capillorum,agebat ſe medium,id eſt diuidebatur, dū puella eſſet in geminas tricas:imitatur repēte velut honores patrios, id eſt accipit criſtam in morem capilli paterni:& apex,id eſt ſummitas, concuſſit i vertice criſtam purpuream,id eſt purpurei coloris, vt fuerat capill' patris,at pluma intexēs membris varios colores:veſtiuit corpus manſurum,id eſt nō immutādum amplius tegmine volucri, id eſt plumeo integumento:& brachia lenta, fuderunt ppetuas, id eſt non auferendas pennas.Inde,id eſt deinde:infecta,i. infectas, hoc eſt tinctas habēs alias partes:minio,id eſt terra rubenti: pellis ſqualida:obduxit.i.cooperuit,crura,& nouā faciē.ſ. oculorū: & cōfixit pedibus teneris,id eſt ad pedes,dum puellæ eſſent teneros vngues acutos,quales.ſ.nunc Scylla in auem verſa habet.

DOMITIVS.

¶Exigit.) Præterit ætatē ſuā in ſcopulis & rupib'. ¶Haliętus.)De genere aquilarū,quę talē habēt naturā, vt nō proprio generis ſui cōcubitu naſcant. ſed ex diuerſis aglis fœtus quos noſcūt generoſos, cogēdo eos itueri in dies, ſeu radios ſolares,paſcunt. ¶Infeſti.)Quia pater Niſus ē inimicus huic aui. ¶Atrox.) Pater Niſus.

Haligę.

ASCENSIVS.

¶Et tamē hoc demum, &c.) Cōcluſurus opus, docet quo modo ſic immutata Scylla in aerē ſe ſuſtulit: in ſcopulis & rupibus habitatura a Niſo patre,in auem ſui nominis verſa, perpetua inimicitia proſequenda. Ordo eſt. Et tamen, id eſt licet miſerū hoc fuerat ſolatium,tamē vix fuerat dignum coniuge Neptuni,ſcilicet Amphitrite: placida, id eſt benigna:ſuccurrere demum, id eſt tādē,poſt prolixos quæſtus miſerę,ſcilicet Scyllę:hoc pacto,id eſt modo,immutanda.ſ.in auem. Nūquam,id eſt non vnquam,illam oculi ſuorum, ſcilicet notorū & familiarium,nūquam videre poſt hac, id eſt poſt illud tempus. (Conſtruitur accuſatiuus illam,ante ſuorum,ppter relationem) nō viderūt inquam illam retinentem, vertice ſaluo:vittas purpureas.i.purpurei coloris in morem capilli paterni:thalamus,ſcilicet nuptialis: fragrans amomo Tyrio,aut Syrio. (Nam in Bucolicis legitur, Aſſyrium vulgo naſcet amomū.) non accepit, ſup.illam poſtea, Nullę ſedes,

Et tamen hoc demum miſerę ſucccurrere pacto
Vix fuerat placida Neptuni coniuge dignum.
Nunquam illam poſt hac oculi videre ſuorum
Purpureas flauo retinentem vertice vittas:
Non thalamus Tyrio fragrans accepit amomo:
Nullę illam ſedes:quid enim iam ſedibus vllis?
Quę ſimul vt ſeſe cano de gurgite velox
Cum ſonitu ad cœlum ſtridentibus extulit alis:
Et multum late diſperſit in ęquore rorem:
Infelix virgo nequicquam morte recepta
Incultum ſolis in rupibus exigit ęuum,
Rupibus,& ſcopulis,& littoribus deſertis.
Nec tamen hoc iterum pœna ſine. nanq; deum rex
Omnia qui imperio terrarum millia verſat:
Commotus talem ad ſuperos volitare puellam,
Cum pater extinctus cęca ſub nocte lateret:
Illi pro pietate ſua:nam ſępe tepenti
Sanguine taurorum ſupplex reſperſerat aras:
Sæpe deum largo decorarat munere ſedes:
Reddidit optatam mutato corpore vitam.
Fecit & in terris Haliętus ales vt eſſet.
Quippe aquilis ſemper gaudet deus ille coruſcus.
Huic vero miſerę quoniam damnata deorum
Iudicio,natiq;,& coniugis ante fuiſſet:
Infeſti appoſuitq; odium crudele parentis.
Nanq; vt in ętherio ſignorum munere pręſtans,
Vnum quem duplici ſtellarum ſydere vidi;
Scorpius,alternis clarum fugat Oriona;
Sic inter ſeſe triſtes Haliętus in iras
Et Cyris memori ſeruant ad ſęcula fato.
Quacunq; illa leuem fugiens ſecat aera pennis;
Ecce inimicus atrox magno ſtridore per auras
Inſequitur Niſus:qua ſe fert Niſus ad auras:
Illa leuem fugiens raptim ſecat aera pennis.

nē aquę marinę in ęquore, ipſa virgo ifelix recepta.i. dēpta & erepta: neqdquā.i.fruſtra: morte, qa adhuc multis laboribus erat fatiganda, aut morte recepta.i.ſuſcepta: nequicquā.i.nequaquā:exigit. i.trāſigit:ęuū incultū,id eſt reliquam vitam incultam,i mōtib' ſolis,id eſt deſertis in rupibus,& ſcopulis, & in littoribus deſertis.(Iterum ſpōdaicus verſus languorē indicās, & molem curarum.) Nec tamē hoc.ſ.facit, aut fit illi ſine pœna:immo cū maxima pœna,quam patri pendere cogitur. Nā rex deum, id eſt deorum,ſcilicet Iuppiter qui verſat imperio,id eſt regit,& gubernat oia millia,id eſt ſpatia terrarum, commotus, id eſt ęgre ferens puellam talem.ſ. quę parricidium perpetrauerat volitare ad ſuperos,cū pater,ſupp.eius,videlicet Niſus extinctus,id eſt mortuus:lateret ſub nocte.i.caligine:obliuionis cæca, id eſt ignorata: reddidit illi pro ſua.ſ.Niſi pietate (Nam Niſus, ſupplex reſperſerat ſępe aras,ſcilicet Ioui,extructas ſanguine taurorum:nitentum,id eſt cādidorum:& decorarat,id eſt decorauerat ſępe ſedes deum, pro deorum,id eſt templa & ędes deorum, aut phana:munere, id eſt dono oblatitio, largo.) reddidit ergo illi vitam optatam, ſcilicet vt de filia vltionem faceret: & hoc corpore mutato,in auem, ſcilicet Scyllæ inimicā, quia fecit vt eſſet Haliętus ales,id eſt auis de genere aquilarū in terris:qppe, id eſt qa certe: ille deus, ſcilicet Iuppiter,gaudet ſemper aquilis coruſcis, id eſt coruſcantib' plumis. Hoc autem dicit, aſſentando Romanis imperatoribus, quibus pro inſignis aqlę,ſunt a Romulo in condenda vrbe pro augurio viſę: dicuntur autem in tutela Iouis, quia in bello giganteo,Ioui fulmina miniſtrabant:quod fictum eſt, quia fulmine negantur tangi.alij legunt,ille deus coruſcus,id eſt coruſcās, ſcilicet

Niſus alis tepenti. Reſperſerat aras,ali reſperſerat auras.

Nāq; vt in æthereo,alia vel ætherio. Fugit alis fugiant.

ſupple acceperunt eam poſtea:quid enim.i.nā quid iam, ſupple opus habet ſedibus illis regalibus in quibus prius fuerat? quaſi dicat,nihil.Quę,ſcilicet Scylla ſimul: vt, id eſt poſtq̄, ipſa velox, id eſt volucris effecta,extulit ſeſe de gurgite cano, id eſt ſpumis albicanti,ad cœlum, id eſt aerem,cum ſonitu.ſ.concomitante:& hoc alis ſtridentibus:& diſperſit late multum rorē,id eſt aſpergi nem

ſcilicet fulgure,gaudet ſemper aquilis:quod potius approbem, quia aquilæ non ſunt coruſcæ.Vero,pro ſed:Iuppiter, ſupple appoſuit huic miſerę.ſ.Scyllę,odium crudele parētis.ſ. Niſi, in auē verſi,qui & Haliętus, & Niſus, dicitur infeſti, id eſt perſecutoris eius,& illi vim inferentis:quoniam,ſupp.ipſa fuiſſet iam ante, id eſt antea nata,iudicio deorum:& nati,& coniugis.i.totius cœtus deorum,ipſam,ad hoc iudicātis.Nam veluti Scorpius.ſ. ſignum pręſtās munere ęthereo ſignorum,i.inter ſigna cœleſtia, quem ego vidi vnum.i.ſolum,duplici ſydere ſtellarum)de qua re abūde dictum eſt circa pricipium.j.Geor.ad illos verſus, Quas locus Erygonem inter Chelaſq; ſequentes Panditur, ipſe tibi iam brachia contrahit ardens Scorpius,& cœli iuxta plus parte reliquit. veluti,inquam,Scorpius fugit Orionem clarum.i.ſydus Oriōis. (Eſt autē verſus ſpondaicus.nam Orion, debet habere primā lōgam:licet in.j.Æneid.corripiatur,vbi dicit,Cū ſubito aſſurgens fluctu nymboſus orion.Ideoq; cum nullus ſit ordo,non eſt legēdum,fugiāt.) alternis.ſ.vicibus(ſed raro,aut nunquā,eam particulam apud doctos numeralibus additam inuenias:vnde nō dices,bina vice:ſed,bis:ſic alternis,id eſt alternatim.)ſic Haliętus.ſ. auis,in quam Niſus verſus dicitur:& Cyris,ſcilicet auis,in quam Scylla transformata legitur:ſeruant inter ſeſe ad ſęcula.i.in ppetuum:iras triſteis,id eſt odia vera.(Bene addit,triſteis:quia amātiū iræ, redintegratio amoris eſt. Sunt enim gratę nōnunquam inter amantes proteruitates, & zelationes, atque irę ex amore procedentes:vnde etiam in Bucoli.dicit, Nōne fuit ſatius triſteis Amaryllidis iras:Atque ſuperba pati faſtidia,&c.) ſeruant igitur iras triſteis:fato memori (ſicut.j. Æneid.Memorem Iunonis ob iram.Et ponit memor,in neutro genere;ſicut etiā ,in. iiij. Æneidos, Iuſtūq;,memorq; precatur.) Quacunq; illa leuem, &c,eadē carmina alibi poſita inuenimus.Ordo eſt.Quacūq; illa,eſt.ſ.Scylla,aut Cyris fugiens.ſ.Niſum patrem,aut Haliętum : ſecat, id eſt diuidit:& tranſuolat pennis ęthera,id eſt aerem:leuem,id eſt facile cedentem:ecce,quaſi dicat derepēte, pręter expectationē Scyllę:inimicus atrox, id eſt ferox in filiā, propter facinus nefandū: inſequitur per auras,ſup.cum magno ſtridore:& qua, id eſt quacūque.ſ.via,aut parte:Niſus fert ſe ad auras: illa fugiēs.ſ. Niſum: raptim.i,celeriter,ſecat ęthera,leuem pennis.ſ.alarum ſuarum.

CYRIS FINIS.

ASCENSIVS.

IAm nox hybernas, &c.) Hoc Publij Virg. Maronis opuſculum, Moretū ab eo inſcriptum eſt: a paſtilli, ſeu placentę, ac cruſti genere, ex pane & herbis confecto, in quo deſcribendo, ingenij vbertatem abunde aperit, dum in re tam tenui, tāq; (vt ita dicam) nulla, tam graphice & diſerte, ruſticanam diligentiam,& continentiam & parſimoniam præſcribit, ſubinferens horti feracis cōmoda. Primo, deſcribit patris familias diligentiam, in ſurgendo ante lucem,pręſertim tēpore hyberno. Cōpu tat

P. VIRGILII. MARONIS MORETVM.

IAm nox hybernas bis quinq; peregerat horas:
Excubitorque diem cantu prędixerat ales.
Simulus exigui cultor cum ruſticus agri,
Triſtia venturæ metuens ieiunia lucis,
Membra leuat ſenſim vili demiſſa grabato:
Sollicitaq; manu tenebras explorat inerteis:
Veſtigatq; focum:læſus quem deniq; ſentit.
Paruulus exuſto remanebat ſtipite fumus:

Virgi.

tat autem horas more patrię ſuæ: nam illic, prima hora, eſt in occaſu ſolis, cum ergo ſol occidat tempore brumali, fere hora decima noctis, hora erit ſecūdum nos quarta: qua & ruſtici fere ad opus ſuum ſurgunt, Ordo igitur eſt: Nox peregerat iam bis quinq;.i. decem : horas hybernas.i. quæ erant tempore hyemali: & ales.ſ. gallus : excubitor.i.excubias curās:prędixerat,id eſt annunciauerat, prius q̄ venerat diem.i.lucē: cum, id eſt quando: Similus cultor horti exigui,id eſt modici:metuens ieiunia triſtia.i: triſtitiam afferentia: lucis vē

 turæ,

Universidad de Deusto Biblioteca

ture, id est diei appropinqua
tis:leuat.i.erigit:sensim,id est
paulatim:mēbra.s.sua:demis
sa,scilicet pri⁹, id est deorsum
missa: & prostrata grabato.i.
strato & lecto vili: & explo
rat.i. exqrit tenebras inertes,
id est ad nullam artem vtiles,
manu solicita.i. solicite palpi
tanti:& vestigat.i.inquirit:fo
cum.i.locum vbi ignis foue
batur:quem ipse lęsus, scilicet
ab igne: sensit.i. pcepit sensu
tactus:denicq.i.tandem.Nam
supple fum⁹ paruulus, rema
nebat stipite exusto.alij legūt
manabat:&, ex vsto, duabus
dictiōibus: vt sit, fumus puu
lus.i.modic⁹, manabat ex sti
pite vsto:& cinis cęlabat.i. oc
cultabat:& sopiebat lumina.
i.splendorē:prunę.i.carbōis:
obductę,id est coopertę. Ipse
Similus admouet.i. applicat:
his.s.cineri & prunę: lucernā
pronam, id est ad recipiendū
lumen debite reflexā:aut ipse
pronus: admouet fronte sub
missa.i.sursum missa,ne a fu
mo læderetur: & pducit acu,
id est ferro acuto: alij legunt,
acus,stuppasq;: vt sit,& pdu
cit acus.i.stramēta: aut(vt di
cunt(paleas,& stuppas, caren
tes humore.i. aridas: & exci
tat ignē languentem flatib⁹.i.
sufflationibus crebris. Tene
brę recedunt tandem, & hoc
fulgore.s.ignis:concepto.s.a
stuppa, aut lucerna:& defen
dit lumē ab aura.i.vento, ne
extiguatur:defendit autē op
posita.i.contra posita:& rese
rat ostia clausa claui, quę prę
uidet.s.an clausa sint.Paup.i.
modicus aceruus frumenti,
erat fusus terra.i.per terram:
& depromit sibi hic.i. ex hoc
aceruo:sup.tantum, quātum
mensura.s. Moreti faciēdi, pe
tebat.i.exigebat:alij tamen le
gunt,patebat: q̄ excurrit pon
dere in libras bis octonas.i.se
decim. Inde.s.iam deprōpto
frumēto abit, & assistit molæ
id est ad molam: & locat lumi
na fida, supple in tabella par
ua:quā paries seruabat fixam
in illos vsus:tūc, id est deide,
deposita candela, aut lucerna
ad tabellā:ipse liberat.i. expe
dit, denudādo veste lacertos
geminos.i. ambo brachia:&
ipse cinct⁹ tegmine caprę vil
losę, peruertit.i. in toto ver
tit:cauum.i.cōcauum&, pro
id est, gremiū.i. receptaculū
molarū, hoc est disponit ad
molendum. ❡Aduocat inde
man⁹.)Pergit hoc ordine. Si
milus aduocat.i.ascisit, & ap
plicat tanq; auxiliatrices:ide,
id est deinde, manus partitus
.i.impartiens vtrāq; operi:lę
ua.s.manus,est intenta mini
sterio, quia administrat far:
aut

Et cinis obductæ cęlabat lumina prunę.
Admouet his pronam summissa fronte lucernam:
Et producit acu stuppas humore carenteis:
Excitat & crebris languentem flatibus ignem.
Tandem concepto tenebrę fulgore recedunt:
Oppositaq; manu lumen defendit ab aura:
Et reserat clausa, quæ præuidet, ostia claui.
Fusus erat terræ frumenti pauper aceruus,
Hinc sibi depromit, quantum mensura petebat,
Quæ bis in octonas excurrit pondere libras.
Inde abit: assistitq; molæ: paruaq; tabella,
Quam fixam paries illos seruabat in vsus:
Lumina fida locat: geminos tunc veste lacertos
Liberat: & cinctus villosæ tergore capræ
Præuerrit cauda silices, gremiumq; molarum.
Admouet inde manus operi, partitus vtranq;,
Lęua ministerio, dextra est intenta labori.
Hæc rotat assiduis gyris, & concitat orbem:
Tunsa Ceres rapido silicum decurrit ab ictu.
Interdum fessæ succedit læua sorori:
Alternatq; vices: modo rustica carmina cantat,
Agrestiq; suum solatur voce laborem.
Interea clamat Cybale (hæc erat vnica custos
Afra genus, tota patriam testante figura,
Torta comam, labroq; tumens, & fusca colore,
Pectore lata, iacens mammis, compressior aluo,
Cruribus exilis, spatiosa prodiga planta,
Continuis rimis calcanea scissa rigebant)
Hanc vocat: atq; arsura focis imponere ligna
Imperat: & flamma gelidos adolere liquores.
Postquā impleuit opus iustum versatile finem:
Transfert inde manu fusas in cribra farinas:
Et quatit: & remanent summo, purgamina dorso.
Subsidit syncera, foraminibusq; liquatur
Emundata Ceres. leui tum protinus illam
Componit tabula: tepidas superingerit vndas.
Contrahit admistos tum fontes, atq; farinas.
Transuersat durata manu, liquidoq; coacto
Interdum grumos spargit sale: iamq; subactum
Format opus: palmisq; suum dilatat in orbem:
Et notat impressis ęquo discrimine quadris.
Infert inde foco (Cybale mundauerat aptum
Ante locum) testisq; tegit, super aggerat ignes.
Dumq; suas peragit Vulcanus, vestaq; partes:
Simulus interea vacua non cessat in hora.
Verum aliam sibi quærit opem: neu sola palato
Sit non grata Ceres, quas iungat, comparat escas.
Non illi suspensa focum carnaria iuxta
Durati sale terga suis, truncīq; vacabant.
Traiectus medium sparto sed caseus orbem,
Et vetus astricti fascis pendebat anethi,
Ergo aliam molitur opem sibi prouidus heros.
Hortus erat iunctus casulæ: quem vimina pauca,
Et calamo recidiua leui munibat arundo:
Exiguus spatio, varijs sed fertilis herbis.
Nil illi deerat quod pauperis exigit vsus.
Interdum locuples a paupere plura petebat.
Nec sumptus erat huius opus, sed regula curæ
Siquando vacuum casula pluuię ue tenebant,

aut frumentum aliud molen
dum, dextra est intēta labori,
quia circumagit molam: hæc
.s.dextera: rotat & cōcitat or
bem.i.molarem: assiduis gy
ris, id est circūuolutiōib⁹.Ce
res trita ab rapido ictu silicū
.i.molarium lapidū: decurrit
.i.deorsum currit. Lęua succe
dit interdum sorori dextrę:
fessæ.i. fatigatæ: & alternat
vices.i.alternatim & vicissim
rotat:& cantat.s.Simulus: mo
do.i.interdum carmina rusti
ca,& solat voce agresti.i. can
tilena rustica laborem, & cla
mat interdum Cybalen.s.an
cillam:quę, supple erat, vni
ca custos, scilicet dom⁹:& hor
ti Aphra.i.ex Africa:genus, id
est origine, & secūdum gen⁹,
et hoc tota figura.s.ei⁹ corpo
ris, testante patriā.i.approbā
te Aphram esse:torta comam
.i.habens comā intortā, & cri
spam in morem lanę villosę:
tumens labra, id est habēs la
bra inflata & spissa, & fusca co
lore, vt Mauri sunt. Pectora
iacēt lata māmis .i.habēt mā
mas latas, iacētes in pectore,
& aluus, supp.iacet compres
sior, quod cōtra venustatem
est: nam amatur venter, & pe
ctus tumens in muliere, stri
ctis tamen mamillis, alij ha
bent, compressior aluo: vt sit
existens cōpressior aluo.i. ha
bens aluū compressiorem, &
exilis.i.gracilis cruribus:& p
diga.i.vltra modum abūdās,
planta.s.pedis spatiosa calca
nea.i.calces pedum, rigebant
scissa cōtinuis rimis: vocat er
go hāc.i.talem, atq; imperat
iponere focis ligna arsura, &
adolere.i. tēperare, liquores
gelidos.i. aquas frigidas flā
ma.s.ignis, sed postquā ver
satile, scilicet molendinū im
pleuit iustū finem, idest perfe
cit munus suum: ipse trāsfert
inde, id est deinde, farinas, fu
sas manu in cribra, & quatit
.i. excutit : ac purgamina.s.
furfuris, remanēt in summo
dorso.s.cribri: Ceres emēda
ta.i.flos farinę, subsidit.i. ad
ima tēdit, existēs syncera, & li
quatur, id est colat, vnde cola
tur, quidam contra artem le
gunt:foraminibus, id est p fo
ramina cribri:tum, id est dei
de, ipse Similus cōponit illam
.s.Cererem purgatā, tabula le
ui.i.polita & leuigata, & sup
ingerit vndas tepidas, quas
Cybale temperauerat, tum, id
est deide, ptrahit frōdes.s.her
barum, atq; farinas admistas,
atq; trāsuersat, sup. iam dicta:
durata.i.duriora effecta, ma
nu & coactu.i.coagulo liqui
do, & spargit interdum gru
mos.i.globulos, sale.i. de sa
le, & leuat.i.leuigat (nā pmā
producit)

Pręuertit caudaq; cauū gremiūq;, alij, Peruertit cauda silice gremiūq;

Emēdata, alij emēdata.
Frōdes alij fontes.
Coactu alij coacto.

Ne, alij neu.

Focis, alij foci.
Vocabat, alij vacabat.
Sparto, alij parco.

pducit) & polit iā op⁹ subactū.
i.extēsum, & erectū, & dilatat
palmis in suū.i. iustū & debi
tū orbē: & notat.i. distinguit
notis: quadris ipressis discri
mie ęquo.i. ęquali distātia, &
ifert ide.i. deide: foco.i.in fo
cū, quia Cybale mundauerat
ante.i.prius: locum aptum.i.
conuenientem coctioni:& te
gēs.s. Moretū: testis, superag
gerat ignes.i. carbones ardē
tes, & dū Vulcan⁹.i.ignis gros
sior:& Vesta.i.ignis purior: p
agit suas partes.i.coqt:Simul⁹
nō cessat interea, hora vacua.
s.negocio: verū querit sibi a
liam opē.i. aliud subsidiū cō
tra famem: quia comparat, id
est acquirit escas, quas iūgat
.s.Cereri decoctę, ne ceres so
la.i.sine herbis & obsonio: sit
non grata palato .i. insipida.
Terga Suis, id est porci: dura
ti.s.cōtra putredinē sale:non
vacabant, id est superfluebāt
illi suspensa focis:iuxta carna
ria, idest loca vbi carnes salsæ
conduntur:& trunci, scilicet
Suis, sale durati, nō vacabant
illi suspēsi focis:sed caseus tra
iectus medium orbem, id est
habens medium orbem: tra
iectum sparso, id est illo lini
genere:& fascis, id est manipu
lus:vetus, id est inueteratus,
anethi, illius herbę:astricti, id
est cōtracti aut sole, aut vetu
state. Ergo, quia carnaria nō
habebat, ipse heros, id est pa
terfamilias, princeps domus
suę:molitur, id est cum moli
mine cōparat sibi aliā opem.
Hortus erat iunctus casulę.i.
tugurio: quem vimina, id est
lēta virgulta salicum, aut sile
rum, & arūdo redimita leui,
id est nō ponderoso, calamo,
id est fistula, & cāna: munibat,
pro muniebat, scilicet ab in
gressu bestiarum, existēs exi
gu⁹ spatio, sed fertilis herbis.
Illud quod vsus .i. vtilitas &
indigētia pauperis exigit, nō
deerat illi, Locuples, id est plu
ra loca habens, & diues terra
rum, petebat iterdum plura a
paupere: nec illud opus erat
sumptus.i. expensę, id est nō
curabat ad sumptum: sed erat
regula curę, id est solicitudi
nis: si quādo ve.i. vel, pluuiæ
ve, id est vel: lux festa, id est fe
stiua: tenebant eum casula.i.
in tugurio, vacuū, scilicet ab
opere alio in agro faciendo:
& si labor aratri cessabat, for
te illud erat opus horti, id est
tunc vacabat horto. Ipse no
rat disponere varias plantas:
& cōmittere semina terrę oc
cultæ.i. occultatim semina si
bi credita:& submittere.i. clā
supermittere:apte.i. decēter:
cura, id est cum solicitudine: riuos vicinos.i.ex vicino mōte sca
turientes: hic, sup. virebat holus:& betę, illud genus holeris: fun
dentes,

Festa ue lux: si forte labor cessabat aratri:
Horti opus illud erat. varias deponere plantas
Norat: & occultæ committere semina terræ:
Vicinosq; apte cura summittere riuos.
Hic holus, hic late fundentes brachia betę,
Fœcundusq; rumex, maluęq;, inulæq; virebant.
Hic siser, & capiti nomen debentia porra,
Hic etiam nocuum capiti, gelidumq; papauer,
Grataq; nobilium requies lactuca ciborum,
Et grauis in latum demissa cucurbita ventrem.
Verum hic non domini (quis enim contractior illo?)
Sed populi prouentus erat, certisq; diebus
Venales olerum fasces portabat in vrbem.
Inde domum ceruice leuis, grauis ære redibat,
Vix vnquam vrbani comitatus merce Macelli.
Cæpa rubens, sectiq; famē domat ærea porri,
Quęq; trahunt acri vultus nasturcia morsu,
Intybaq;, & Venerem reuocans eruca morantem.
Tum quoq; tale aliquid meditans intrauerat hortū.
Ac primum leuiter digitis tellure refossa,
Quattuor educit cum spissis allia fibris.
Inde comas apij gracileis, rutamq; virentem
Vellit, & exiguo coriandra trementia filo.
Hęc vbi collegit: lętum consedit ad ignem:
Et clara famulam poscit mortaria voce.
Singula tum capitum nodoso cortice nudat:
Et summis spoliat corijs: contemptaq; passim
Spargit humi, atq; abijcit. seruatū gramine bulbum.
Tingit aqua: lapidisq; cauum demittit in orbem.
Hinc salis aspergit micas. sale durus adeso
Caseus adijcitur: dictas superingerit herbas:
Et læua vestem setosa sub inguina fulcit.
Dextera pistillo primum fragrantia mollit
Allia: tum pariter misto terit omnia succo.
It manus in gyrum: paulatim singula vires
Deperdunt proprias: color est ē pluribus vnus,
Nec totus viridis, quia lactea frusta repugnant:
Nec de lacte nitens, quia tot variatur ab herbis.
Sæpe viri nares acer iaculatur apertas
Spiritus: & simo damnat sua prandia vultu.
Sæpe manu summa lachrymantia lumina tergit:
Immeritoq; furens dicit conuitia fumo.
Procedebat opus: nec tam salebrosus vt ante,
Sed grauior lentos ibat pistillus in orbes.
Ergo Palladij guttas instillat oliui:
Exiguiq; super vires infundit aceti:
Atq; iterum commiscet opus: mistumq; retractat.
Tum demum digitis mortaria tota duobus
Circuit: inq; globum distantia contrahit vnum:
Constet vt effecti species, nomenq; Moreti.
Eruit interea Cybale quoq; sedula panem:
Quem lotis recipit manibus: pulsoq; timore
Iam famis, inq; diem securus Simulus illam,
Ambit crura ocreis paribus: tectusq; galero
Sub iuga parentes cogit lorata iuuencos:
Atq; agit in segetes, & terrę condit aratrum.

dentes, id est effusim extēden
tes brachia.i.caules, aut fron
des late, & rumex.s. herba: fœ
cundus.i.fœcunde crescēs: &
maluę & inulę virebāt hic: ci
cer, illud gen⁹ leguminis, sup
ple virebat hic: & cępe (quidā
scripserūt, porra) debētia no
mē capiti: qa κεφαλὴ, & κεφα
λὸς, dicit caput. Hic etiā, sup.
virebat papauer: nocuū.i. no
ciuū capiti:& gelidum.i. frigi
dū ab effectu, vñ somnū indu
cit:& lactuca grata reqes.i. in
termissio ciborū nobiliū, cū
s. p satietate illos fastidit sto
machus & cucurbita, genus
herbę, e cui⁹ fructu vasa poto
ria fieri solēt: (nā cucumis, ali
us est, quāquā iperiti pro eo
dē accipiūt.) grauis, qa vētro
sa: dimissa, id est extensa: in vē
trem latum, sup. virebat hic.
❡Verū hic non domini, &c.)
Prosequit intētū, ostēdens cō
moditatem horti, & parsimo
niam Simuli. Vñ redit ad pfe
ctionē Moreti, postq̄ narrat
opus diurnū Simuli, qd erat
arare terrā: aut interdū res ve
nales ad vrbē deferre. Ordo
autē est. Hic nō erat puentus
domini.i. viri alijs dominari
volētis, & pompose viuentis.
(Eni, p qa: qs erat cōtractior.
i. minus dilatus & extensus,
quantum ad pompas munda
nas: illo.i. q̄ ille: q.d. nullus.)
sed erat prouentus populi, id
est plebeius & popularis, &
portabat diebus notis.i. sta
tutis quibus sciebat mercatū
esse: fasces holerum venales i
vrbem, & redibat inde domū
leuis, id est deoneratus ceruis
ce: & grauis .i. oneratus ęre
(contra, in Bucoli. Quamuis
multa meis exiret victima se
ptis Pinguis & igratę preme
retur caseus vrbi, Nō vnquā
grauis ęre domum mihi dex
tra redibat.) redibat, dico, do
mū grauis ęre: comitatus vix
vnquam, idest rarissime mer
ce.i.re venali, Macelli vrbani:
que in Macello vrbano vēdi
tur, hoc est carne, aut alio ob
sonio delicatiore. Cępa rubēs
quę maior, sed vilior est, q̄ al
ba, & area porri secti, id est se
ctilis (quia etiam capitatū est:
sed sectile, villus: hoc ē porrū
ipsum: domat, id est sedat: &
non penitus extinguit famē
s.Simuli rustici. Quęque.i.&
nasturcia, & gen⁹ herbę ama
rę & acetosę: quę trahūt vult⁹
acri morsu, & intyba.s. herbę
fibrosę, & eruca.s. herba salax,
reuocās Venerem morantē,
id est excitās appetitū coeūdi:
supple domant famem eius.
Simulus itrauerat hortū, me
ditās aliqd tale.s. aut, vt venū
det, aut vt fame domet: intrauerat tum quoq;.i, etiam tunc: aut
meditans tum quoq; aliquid, tale intrauerat hortum .s. suū: ac

Cępe, alij cępa.

Nūeroso, alij nūerosa

Adusto alij adeso.

Universidad de Deusto Biblioteca

educit primum Tellure.i.terra:refossa.i.aperta per fossionem:leuiter.i.modice,quatuor allia,cũ fibris.i.filis, quibusdam spissis.i.spisse ad caput adhærentibus.Inde.i.deinde: vellit.i.carpit comas graciles apij:& rutam rigentẽ,alij legunt virentẽ, quia semper viridis est:est tamen & rigens.i.firma & solida herba, & vellit coriandra.i.grana coriandri, trementia exiguo filo.s.cui affixa erant:vbi.i.postquã:ipse collegit hęc:s.ante dicta gña herbarum: ipse consedit ad ignem lætum.i.lętificantẽ:& poscit famulã.s.Cybalem.i.a famula sua:mortaria,id est vas, in quo herbas illas contundat:poscit,dico,voce clara,& nudat.i.decorticat:tunc.i.deinde,singula capitum.i.singula capita,vt alij,& cęparũ: cortice numeroso.i.multiplici:& spoliat corijs.i.pelliculis:summis.i.extremis:& spargit humi.i.super humum: passim contempta.i.reprobata a Moreti condimento(humi.genitiuus fere ponitur, ẽt vbi accusatiui significatum videt̃:vt,Deiecit oculos humi.i.ĩ humũ) atq; abicit.s.contempta(alij textus habent, adicit:vt referant̃ ad sequentia.s.adicit bulbum:sed verbum eius est,tingit. Siue autẽ abicit,siue adicit,legitur per syncopã:scribetur ablato altero i,ga prima corripitur)& tingit aqua bulbum seruatum,sup.cum gramine.Est aũt bulbus species herbę capitatę, cuiꝰ cum multa sint genera:vnum est,quod Epimenidum dicitur optimi ĩ Africa saporis,incitat autem Venerem, vnde Martialis in distichis, Cum sint tibi mortua mẽbra,Nil aliud bulbis, ꝙ̃ satur esse potes.q.d. non arrigeris per eos:& demittit in orbem lapidis.s.molaris: cauum.i.excauatũ:& inspergit hic.i.modo:aut hic.i.deinde: micas salis,& caseus durus,adusto sale:adijcitur(hic scribetur duplici ij, quia producitur prima positiõe) & superinserit herbas dictas.s. sic cõtusas,& fulcit.i.subnectit:læua.i.sinistra manu, vestem sub .i. vsque ad inguina:setosa.i.pilosa(sed ga rustici duros pilos habent,maluit setosa,ꝙ̃ pilosa dicere.) dextera.s.manus, mollit.i. mollificat,& contundit primum pistillo.i. instrumẽto pinsendi: hoc est contũdendi & frangendi: allia fragrantia.i. multũ olẽtia: tum.i.deinde.terit.i.contundit omnia pariter succo misto. Manus.s.eius,it in gyrum.s.mortarij, & singula deperdũt paulatim ꝓprias vires: quia accipiunt saporem mistum: vnde etiam per ad mistionem liquidi,corrũpitur vsus oliui:& vnus color est.i.fit,e pluribus.s.coloribꝰ.s.nec totus viridis,quia frusta.i. fragmenta lactea, vt allij,porri,& cępæ repugnant,nec nitens.i.non penitus album,de lacte,s.infuso,aut de frustis lactei , quia.s.lac,aut cõfectio

Bulbus,

ctio illa,variatur a tot herbis.Spiritus,idest odor diffusus.acer.i. vehemens,iaculatur.i.in morem iaculi ferit acriter nares viri aptas,patulas,potius diceret, & damnat sua prandia.i. escã prandij sui,vultu summo.i.oculis flentibus,propter cępe,aut naso cõtractõ,propter allium,& tergit sępe manu.s.sua, lumina lachrymãtia.i.oculos lachrymas emittentes:quas cępe (vt dixi) excitat:& ipse furens.i.isaniens,per impatientiam,dicit conuitia,id est contumelias,fumo immerito,quia,nõ propter fumum, sed propter cepe lachrymabat.Opus procedebat.s. ad speciem Moreti, & pistillus.s.quo herbas contundit:non ibat iam salebrosus.i.asp plenus salebris,vt ante.i.prius,sup.iuerat,sed ipse grauior ibat i orbeis lentos.i.tardantes,& conglutinantes globos herbarum: ergo,quia.s.videt opus procedere,& fere confectum, ipse instillat guttas,vbi parsimonia eius ostenditur,qui nõ effudit, sed guttatim instillat guttas,o liui,id est olei,palladij,id est a Pallade inuenti,(producta primum olea,dum,scilicet contenderet cum Neptuno de nomine Athenarum,& lis ad hoc deducta esset, vt is daret qui fętum vtiliorem reipublicę produceret. Nam cum ille equũ produceret,animal belligerum,hęc oleam paciferam proferens, victrix effecta,vrbi nomen dedit:nam græce ἀθηνᾶ dicitur.) Et superinfundit vires exigui.i.modici acetiatq; commiscet iterũ opus,& retractat mistum,& circuit:tum demum.i,tunc tandem mortaria duobus digitis], & contrahit distantia in vnũ globum: vt nomen & species cõstet.i.resultet Moreti effecti:aut, vt nomẽ & species effecti,constet Moreti:Cybale,scilicet ancilla: sedulatid est diligens:exuit quoque.i.etiam,operosa interea, panem, quẽ Simulus recipit manibus lotis:& timore famis pulso:hinc:id est deinde,& securus,id est seorsum a cura & solicitudine victus: in aliam diem,id est pro tota illa die:ambit crura ocreis, id est peronibus:paribus,id est vtrique cruri aptis,aut æqualibus: & tectus galero,id est pileo rustico,cogit iuuencos parẽtes:sub iuga lorata,id est loris fulta:atque agit,id est impellit eos: in segetes, id est terras fatiles:vnde est,Quid faciat lætas segetes,&c. & condit terrę,id est in terram:aratrum,id est arat.

P. VIRGILII MARONIS MORETI FINIS.

ASCENSIVS.

ADeste Musę,&c.)Opusculum hoc,de laude hortuli, quamuis epigrãma sit:& ꝯgrue inter seqntia epigrãmata collocari possit:tñ,ga in Moreto, multa de herbis & feracitate hortuli dicta sunt, ad hęc cõformia: nõ inepte illi cohæreat. Est autẽ qualitas carminis, iãbica trimetra senaria.Iambica, ab iãbico ꝑdominãte:trimetra, ga ternas mẽsuras cõtinet: mẽsura aũt binos pedes, ga.n.iambus (vt Flaccus dicit in arte) pes citus est: ideo bini pedes, ꝓ vno metro.i.vna mensura cõputãtur, est tñ senaria.i. senis pedibꝰ ꝯstãs.Recipere aũt potest iambũ,locis omnibus: sicut ĩ primo carmine, iambũ habet:in primo,secũdo,quarto,& sexto locis.Recipit & dactylũ ac tribrachũ,locis omnibus,pręterꝙ̃ nouissimo.spõdeum vero,& anapæstũ,locis ꝓcipue imparibꝰ: sed & sexto loco spondeũ,& eius loco trocheum admittit. Intentio est, describere laudes hortuli. Ordo est,O Musę appositorie,ꝓles maximi Iouis, ex Mnemosyne,videlicet(vt dictũꝰ sum in Epigrãmate de Musaꝝ iuẽtis) adeste.i.auxilio sitis, vt sup.ꝓdicemus laudẽ hortuli feracis. Hortus ꝓbet corpori cibos salubres,& refert sæpe cultori varios cultus: & refert olus suaue.s.ad vescendum:& multiplex genus herbæ: & vuas nitenteis: atq; foetus , id est fructus arborum , vt poma, & nuces,&.i. etiam:voluptas maxima nõ desit.i.deest (sic in Buc. Lac mihi nõ æstate

Carmis qualitas.

Intẽtio authoris.

P. VIRGILII MARONIS HORTVLVS.

ADeste Musę maximi proles Iouis:
Laudes feracis prędicemus Hortuli.
Hortus salubreis corpori prębet cibos:
Variosq; cultus sępe cultori refert:
Olus suaue,multiplex herbę genus,
Vuas nitenteis,atq; fętus arborum.
Non desit hortis & voluptas maxima,
Multisq; mista commodis iucunditas.
Aquę strepentis vitreus lambit liquor:
Sulcoq; ductus irrigat riuus sata.
Flores nitescunt discolore gramine:
Pinguntq; terram gemmeis honoribus.
Apes susurro murmurant gratę leui:
Cum summa florum vel nouos rores legunt.
Fœcunda vitis coniuges vlmos grauat:
Textasq; inumbrat pampinis arundines.
Opaca prębent arbores vmbracula:
Prohibentq; densis feruidum solem comis.
Aues canoros garrulæ fundunt sonos:
Et se per auras cantibus mulcent suis.
Oblectat Hortus,aduocat,pascit,tenet,
Animoq; mœsto demit angores graueis.
Membris vigorem reddit:& visum capit.
Refert labori pleniorem gratiam:
Tribuit colenti multiforme gaudium.

ęstate nouum, nõ frigore desit)& iucunditas cõmista multis modis non desit hortis liquor vitreus.i. vitrei coloris et trãsparẽtię aquę strepentis i.cũ murmure decurrẽtis:ambit.s.hortulũ,& riuus ductus sulco,irrigat sata: flores nitescunt in gramine discolore.i. diuersoꝝ colorum & pingũt terras gẽmeis honoribꝰ.s.herbarum & florum:honores autẽ,pro venustatibus accipi solent:apes gratę.i.vtiles, murmurant leui susurro,cũ.i.qñ: legunt.i.colligunt: summa.i. summitates floꝝ:vt̃ nouos.i. recenteis rores: vitis fœcũda grauat vlmos coniuges: ga illis in Italia maritantur. Est autem delitiose dictum, ve, pro vel. pampinus.i. frons vitiũ: inumbrat arũdines textas.s. circũquaq;:arbores præbent vmbracula vmbrosa: & ꝓhibẽt solem feruidum comis. i. frõdibus densis. Aues garrulæ fundunt sonos canoros,& mulcent semper,aures suis cãtibus. Hortus itaq; oblectat, auocat a curis & vitijs: pascit, scilicet oleribus: tenet,scilicet oblectamento, & demit animo mœsto lãguores graues: & reddit membris vigorem: & capit visus: & refert labori pleniorem gratiã:quam,scilicet accepit: vt Cicero in officijs dicit,Et tribuit colenti gaudium multiforme.

Laudẽ, alij laudes.

Cõmista modis alij mista cõmodis.

Ambit, alij lambit.

Textas vt, alij textas ve.

Languores, alij ãgores

Visus, alij visũ:

P. VIRGILII MARONIS HORTVLI FINIS.

DOMITIVS.

DEflerã iuuenis tristi mõ carmĩe fata.) Nõ cõpertũ habemus cuius hęc elegia fuerit: neq;.n. Virgilio a scribi ꝑt, ex dicẽdi charactere:nec ẽ alter author quẽ ea tẽpestate existimemus scripsisse: verũ non desunt,q Lactãtij Firmiani opus dicãt. Eo.n. stylo versari vr̃, quo & eius viri scripta vũr: summa tñ oĩs est,vt Mecœnatem laudet,'pariterq; filij ipsiꝰ mortẽ defleat. ¶Iuuenis.) Filij mei,q ĩmatura morte pemptꝰ fuit. ¶Seni.)Merẽti: q iã diem suũ obierat.¶Vt.) Sicut. ¶Iuuenis.)Filiũ Mecęnatis. ¶Auo.) In gñe dixit neq;.n. Mecœnati auꝰ, lõgo vixisset tpe tradit: vñ quẽpiã aliũ lõgioris vitæ hoĩem notauit.¶Annoso)Antiqssimo.¶Ratis.) Rates, trabes iscultę appellant̃: nauigio postea accõmodatæ sunt&ꝑ nauibꝰ ponũt̃.¶Ratis.) Acherontis,¶Carina.) Appellatur trabs illa in fundo nauis, quã circũ tabulę tãꝙ̃ brachia affigunt̃:ẽt,ꝑ naui ponit̃. ¶Lacus vastos.)Fluminis Lethei, per quod Charon aĩas transfert, ¶Amici

Rates.

Carina.

INCERTI AVTHORIS IN MECOENATIS OBITVM.

DEflerã iuuenis tristi mõ carmine fata:
Sunt etiã merito carmina danda seni.
Vt iuuenis deflendus erat tam candidus & tam
Lõgius annoso viuere dignus auo.
Irreligata ratis nunquam defessa carina,
It,redit in vastos semper onusta lacus.
Illa rapit iuuenes prima florente iuuenta,
Non oblita tamen sed repetitq; senes.
Nec mihi Mecęnas tecum fuit vsus amici:
Lollius hoc ergo conciliauit opus.
Fidus erat nobis nam propter Cęsaris arma,
Cęsaris & similem propter in arma fidem.
Regis eras genus Hetrusci:tu Cęsaris almi
Dextera,romanę tu vigil vrbis eras.
Omnia cum posses tanto tam charus amico:
Te sensit nemo posse nocere tamen.
Pallade cum docta Phębus donauerat artes.
Tu decus,& laudes huius,& huius eras.
Vincit vulgares vincit Berillus arenas,
Littore in extremo quas simul vnda mouet,
Quod discinctus eras,animo quoq;,carpitur vno

¶Amici illius.)Qm̃ habuit cõsuetudinẽ.¶Tecũ Mecœnas.) Nõ habui familiaritatẽ illius filij tui. ¶Opus.) Si habet per hãc epistolã,de obitu filij Mecœnatis, eidẽ se factũ amicũ. ¶Regis Hetrusci.) Quia Mecœnas natꝰ erat ex nobili stirpe,ac regia Aretinorũ. Vñ & Horatiꝰ,Mecœnas atauis edite regibus,Vrbis erat custos. Qm̃ Cęsare in bella concedẽte, Mecœnatẽ vrbis Romanę custodẽ & gubernatorẽ reliquisse cõstat.¶Posse nocere.) Cõmendat ex animi tranqllitate & mãsuetudine: quia, de nemine vlcisci voluit.¶Pallade.) Designat Mecœnatem artibus liberalibus ꝑstãtissimũ: hic literatos semper coluit,pariter rẽ militarẽ amauit: cuiꝰ artis & dea, Pallas est. ¶Vincis.)Ostendit doctrina Mecœnatem, & rerum peritia, non sanguinis claritate pricipatũ adeptum fuisse atq; alijs præstantissimis prelatũ. ¶Vulgares.) Populares. ¶Arenas.) In extremo littore dicit Mecœnatem sapiẽtem, superare oẽs gemmas & lapides preciosos, qui nascuntur in mari.¶Extremo.)

Mecœnatis genus.

Illius. alij Ioliꝰ

Vicis al. vincit Vicisq; gitꝰ, alij vicit Berillus.

Universidad de Deusto Biblioteca

ri. ¶ Extremo.) Oriente. Oui. Induitis collo lapides orientes petitos. ¶ Discinctus.) Ostēdit Mecœnatem molli, ac effœminato fuisse corpore: verū magnanimitate, & simplicitate vitæ præstantissimum: qualis fuisse tradit & diluuij tempestate: in qua pro tēpore & necessitate quisq; ad villę cultum nitebatur, & opportunitatem. Discincti enim homines, laxi, ac molles, & minime apti, appellantur. Hortensi. discinctum hominem & vt nepotē, & luxuriosum appellauit. Cōtra: cinctos, illustres & omnibus laboribus exercitos, atq; expeditos, intelligimus. ¶ Animo.) Tuo. i. magnitudine animi tui. ¶ Diluuij.) Qualis simplicitas fuit tēpore diluuij. ¶ Sic vixere.) Laudat ipsum a iustitia. ¶ Virgo.) Iustitia, quę vna cum pudicitia, nequitiam mundi reliquisse prodita est: non cum fide vt multi scribunt, dicente Iuuenale in Satyra Credo pudicitiam Saturno rege moratam, Postq; ad superos Astrea recessit, Hac comite, atq; duę pariter fugere sorores, & hoc cum ad pudicitiam loqueretur. ¶ Præcinctos.) Illustres. ¶ Inuide.) Arguit iuidos, qui crimiabātur ex corporis mollicie: ac dicit illam animi prudentia compescitam: sicq; nihil offuisse. ¶ Solutę? Aut tibi vētosi.) Notat vestium tenuitatem: quę vētos faciunt. Dicit tempore quo gubernator vrbis relict' est ab Augusto, Siciliam petēte vrbem, omni impedimento liberam fuisse. ¶ Quis spoliauit.) Quasi dicat nemo te spoliauit amantem. ¶ Ipse.) Solent dictiones nonnunquam vacare, teste Seruio: quando enim Virgil. inquit, Nūc dextra ingeminās, nunc ille sinistra, ille abūdat. ¶ Maius erat.) Laudat Mecœnatem, quia nō erat ambitiosus in desiderandis triumphis, cum potuisset habere: tū ab illis se abstinuit: quod quidem maius fuit. ¶ Nymphas.) Musas. ¶ Iugera.) Habuit enim hęc iugera in exquilijs: & his contētus ab Horat. fuisse phibetur: nisi quod in ędificiorum mole reprehenditur, ex qua exulans in Sabinis, & ipsius Horatij agrū spectare poterat. ¶ Pierides, Phœbumq;.) Colens ipse Mecœnas Musas, studiosissime venerabatur poetas: vt Virgilium, Horatium, Propertiū. ¶ Argutas.) Sonoras, quæ aues erant in tuis hortis. vel, Aues, poetas intelligit, quasi dicat Mecœnatem esse numerādum inter sonoros poetas.

¶ Męonij.)

Diluitur, nimia simplicitate tua
Sic illi vixere, quibus fuit aurea virgo:
Quæ bene præcinctos post modo pulsa fugit.
Inuide quid tandem tunicæ nocuere solutæ?
Aut tibi ventosi quid nocuere sinus?
Num minus vrbis erat custos? & Cæsaris obses?
Nn tibi non tutas fecit in vrbe vias?
Nocte sub obscura, quis te spoliauit amantem?
Quis tetigit ferro durior ipse latus?
Maius erat potuisse tamen: nec velle triumphos,
Maior res, magnis abstinuisse fuit.
Maluit vmbrosam quercum, nymphasq; canentes,
Paucaq; pomosi iugera culta soli.
Pierides, Phœbumq; colens in mollibus hortis,
Sederat argutas garrulus inter aues.
Marmora Mæonij vincunt monumenta libelli:
Viuitur ingenio, cætera mortis erunt.
Quid faceret? defunctus erat, comes impiger idem,
Miles & Augusti fortiter vsq; pius.
Illum piscosi viderunt saxa Pelori
Ignibus hostilis reddere ligna ratis.
Puluere in Æmathio fortem videre Philippi:
Quàm tener ille fuit: tam grauis hostis erat.
Cùm freta Niliacæ texerunt lata carinę,
Fortis erat circùm, fortis & ante ducem.
Militis Aeoi fugientis terga secutus
Territus ad Nili dum fugit ille caput:
Pax erat: hæc illos laxarunt ocia cultus.
Omnia victores Marte sedente decent.
Actius ipse lyram plectro percussit eburno:
Postq; victrices conticuere tubæ.
Hic modo miles erat, ne posset fœmina Romam
Dotalem stupri turpis habere sui.
Hic tela in profugos (tantum curuauerat arcum)
Misit ad extremos exorientis equos.
Bacche coloratos postq; deuicimus Indos,
Potasti galea dulce iuuante merum.
Et tibi securo tunicæ fluxere solutæ:
Te puto purpureas tunc habuisse duas.
Sum memor, & certe memini sic ducere Thyrsos
Brachia purpurea candidiora niue.
Et tibi Thrysus erat gemmis ornatus, & auro,
Serpentes ederæ vix habuere locum.
Argentata tuos etiam sandalia talos
Vinxerunt certe, ne puto Bacche negas.
Mollius es solito mecum tum multa locutus.
Et tibi consulto verba fuere noua.
Impiger Alcide multo defuncte labore,
Sic memorant curas te posuisse tuas.
Si te cum tenera lętum lusisse puella
Oblitum Nemeæ, iamq; Erymanthe tui.
Vltra nunquid erat? torsisti pollice fusos:
Lenisti morsu læuia fila parum:
Percussit crebros te propter Lydia nodos,
Te propter dura stamina rupta manu:
Lydia te tunicas iussit lasciua fluentes,
Inter lanificas ducere sæpe suas.
Claua torosa tibi pariter cum pelle iacebat:
Quam pede suspenso percutiebat amor.

¶ Męonij.) Commendat Mecœnatem a poetica. ¶ Męonij.) Id est Homeri: nam varię fuerunt sentētię de ipsius patria. Ephorus. n. Cumeum dixit: Pindarus, Smyrneum & Chium, Antimachus, & Nicander, Colophonium: Aristarchus, & Dionysius, Atheniēsem, Aristoteles, Hietē: nō nulli, Salaminum, alij, Argiuū contendunt. Ouidius, Męonium: vnde est, Aspice Męonidem, a quo ceu fonte perēni Vatum Pierijs ora rigantur aquis. ¶ Marmora.) Marmorea. ¶ Faceret.) Facere poterat. ¶ Defunctus.) Emeritus. ¶ Pius.) Pij dicuntur qui maiores suos excolunt. ¶ Piscosi.) Dicit, quia circa ipsum promōtorium, propter aspera saxa, optimi sunt pisces. ¶ Illum.) Mecœnatem. ¶ Ignibus.) Id est incendere naues inimicorum.

Homerus.
Obses alij hospes?
Maiores maius alij maior res, magnus.
Pōposi alij pomosi.
Monumenta. alij monimēta.

ASCENSIVS.

Illum.) Octauius vicit Sextum Pompeium bello nauali in mari Siculo. ¶ Piscosi.) Asperi. ¶ Pelori.) Pelorus, summus est ex pmontorijs Sicilię, aduersus Italiam. ¶ Rates.) Scilicet Sexti Pōpeij. ¶ Puluere in Æmathio?) Æmathia, Appellatur Thessalia: ab Æmatheone filio Deucalionis. ¶ Saxa.) Notat Mecœnatem, fuisse secutum Augustum in bello contra Sextum Pompeium, per Agrippam, & fratrem, & commissa pugna, nō longe a Charybdi & Scylla, ea parte qua Pelorus Italiam respicit.

Hostiles alij hostilis.
Rates, alij ratis
Tener ille fuit, alij tūc ille tener.
Circum alij circa.
Terti', alij territus.

DOMITIVS.

¶ Philippi.) Campi Thessaliæ, a Philippo rege denominati. ¶ Puluere Æmathio.) Id est certamine: nam & contra Cassium Brutum, & Mecœnas Octauium secutus est. ¶ Tener fuit.) Secundum Senecam, qui eum mollissimū dixit, corpore etiam effœminato. ¶ Niliacę carinę.) Significat & illum fuisse secutum Augustum ad bellum Actiacum. habitum tamē cōtra Antoniū, & Cleopatram quam nauigia sequebantur Ægyptiaca, vnde Niliacę dixit. ¶ Circum.) Quando erat & ante & circum, Augustus erat semper fortis secutus. Octauius victoria potitus est de Antonio & Cleopatra, quā idem Antonius imperio vrbis ornare pollicit' fuerat: in stupri pręmium, verum deuictus est: & Cleopatra, Alexandriam vsq; ad Nili caput, aufugit Æoi autē militis, qa ex oriente ipsam plures sunt secuti, & Herodes rex Iudęorum: & Amathus, Arabiæ & Polemon, ex Ponto, & Bessi: & Philadelphus, ex Paphlagonia: & Glices, qñ Mithridates & Comagena: Amyntas Lycaonius, ex Mauritania & pene totus Oriens. ¶ Ipse.) Mecœnas: qa exactis bellis dedit operam, musicę & poeticæ. ¶ Hic.) Mecœnas. ¶ Fœmina turpis.) Cleopatra meretrix. ¶ Dotalē.) Quia i conuiuijs, & crapulis, Antonius pmiserat imperiū vrbis: sic Mecœnas i profusos Ægyptios fugiētes, quos pepulit vsq; ad oriētē. ¶ Bacche.) Vertit sermonē ad Bacchū: & colligere hinc possumus ex poetę verbis, q victorię & triūpho ipsius dei, interfuisse se dicit, Gallū poetā, opus hoc scripsisse, qppe i cuius corpus Euphorbi, & Pythagorę, ac Homeri & Ennij, aios intrasse probat: verū fuerit sic: vel ne, incertū habeo: quicūq; ille sit, nihil omnino refert. ¶ Coloratos.) Nigros factos, colore solis, Alibi Vir. in Geo. iiij. Vsq; coloratis amnis deuexus ab Indis. ¶ Tunicę.) Vestes lōgę. ¶ Duas.) .s. vestes habuisse eo tpe. ¶ Thyrsus.) Hastas pampinis inuolutas: quibus i sacris Bacchi & choreis, vtebantur. ¶ Purpurea.) Etiā reperitur alba, cū proprie sit rubra. ¶ Tibi cōsulto.) O Bacche. ¶ Vix habuere.) Tigres vix habebant locum, propter multitudinem gēmarum, seu serpentum. ¶ Sandalia.) Genus calceamentorum' albos, quibus magni viri vtebant. ¶ Noua.) Non militaria, sed dulcia, & amori apta. ¶ Impiger Alcide.) Vertit sermonē ad Herculem. ¶ Defuncte.) Id est qui euasisti a multis laboribus. ¶ Puella tenera.) Quia habebat Omphalem: cui secūdum oraculi respōsum, parere coact' erat. Dum nauigās in Africam, a quorundam ex amicis suis sponte esset venūdatus. Illa eni Iordane Mæoniorum. i. Lydiorum, reginę filia fuit, Nemeei laboris habito in sylua Nemea pp mortē leonis, circa montem Tritonem, & etiā in Apro Erymantheo, Arcadiæ agros deuastante: & mandatum erat, eum vt viuum afferret. ¶ Morsu.) Nam mulieres filando, solent mordere fila. ¶ Nodos.) Quia Omphale faciebat multos nodos, causa tua o Hercules, quoniam & tu idem faciebas. ¶ Torosa.) Membrosa, ex duro amore, versus Omphalem. ¶ Pede suspenso.) Quia Hercules suspendebat pedem suum super pedem Aiacis: sicut sæpius nos fecimus. ¶ Renascentem.) Propter fœcunditatem capilli. ¶ Equos.) Equos Threicij Diomedis, humana carne vescentes, interemit Hercules. ¶ Tribus fratribus.) Geryonem tangit, qui in insula Erythrea existens, tria corpora habebat: & sic, sex manus. ¶ Aluum.) Ventrem. ¶ Aleidas.) Rhetum & Ephialten, Alei filios. ¶ Dominator.) Iuppiter. ¶ Nitidum.) Clarum diem: hoc secundum morem Thraciæ, qui quietos dies & felices, candido lapillo denotabant. ¶ Referre Ioui.) Quia voluit habere Ganymedem. ¶ Sacerdos.) Fecit enim ipsum sacerdotem in Ida sylua. ¶ Formose.) O Ganymedes. ¶ Potiatur.) Mecœnas amica. ¶ In vmbra.) Id est hortis suis. ¶ Rosa.) Pestana, maioris odoris, secundum morem antiquum. Lectos, & anaclyteria, ex rosarum folijs, conficiebat ad suauitatem spirādam: vt & de pricipe Antonio, Helius Lāpridius refert. ¶ Dispēsant.) Diuidunt, & ordinant: omnia fieri solent secundum seriem tēporis. ¶ Cæsar amic' erat.) Concludit in laudē Mecœnatis, nil fuisse, quod a Cęsare impetrare nequiuisset. ¶ Amicus.) Mecœnati, erat paratus ad oia eius vota. ¶ Indulsit.) Id est gessit morē ei. ¶ Ergo saxa.) Laudat & ipsum Iasonis cōparatione, & Æsonis ad iuuētutem reuocati: ac dicit; eo modo reuocari ad iuuentutem debuisse Mecœnatem. ¶ Parens. (Medea mater, ob filios quos habuerat ex Iasone. ¶ Cyaneos met'.) Symplegadas, ita enim denominantur vltra Pontum intra se scopuli concurrentes. ¶ Arietis.) Significat Medeam, postquā ad Iolchon, vrbem Peliæ regis, peruenit: vt suam doctrinam, atq; artem ostenderet: mactasse arietem, & in aheno decoxisse, mox in agnū restituisse: quod cū Pelias optaret, iuuenescēdi gratia, atq; id faceret, a Medea cęsus fuit p ei' filias, vt Ouidius testat. ¶ Oetias.) Oetias, Medea, filia Oetæ regis: & per synæresim, prima breuis, & secunda lōga, i vnā conuertitur syllabam longā. ¶ Omne.) Ad omne fuerat perita. Ouidius. Medeæ faciunt ad scelus omne manus. ¶ Herba.) Plin. ex Theophrasto, & ex multis alijs, testatur in Ægypto herbam, qua homines reuiuiscunt. Quidā hanc, moly: nonnulli, balin, cuius succo draconis catulos ad vitam reuocasse quidam Xanthus dicit, huiusmodi herbam Medeam visam, poeta ostendit,

Bacchica, alij brachia.
Crebra, alij crebros.
Sādalia.
Omphale.
Aleidas. Alij legunt sic Æolidas. Rhetū & Ephialtē Æolo filios.

Qui fore credebat, premeret cū iā impiger infans
Hydros ingenteis vix capiente manu:
Cum vel renascentem tereret velociter hydram?
Frangeret immanes vel Diomedis equos?
Vel tribus aduersis communem fratribus aluum,
Et sex aduersas solus in arma manus?
Fudit Aloidas postquam dominator olympi:
Dicitur in nitidum procubuisse bouem.
Atq; aquilam misisse suam: quæ quæreret, ecquis
Posset amaturo vina referre Ioui.
Valle sub idea dum te formose sacerdos
Inuenit: & presso molliter vngue rapit.
Sic est: victor amet: victor potiatur in vmbra:
Victor odorata dormiat inq; rosa.
Victorem victus metuat, metus imperet illi:
Membra nec in strata sternere discat humo.
Tempora dispensant vsus: & tempora cultus:
Hæc homines pecudes, hæc moderantur aues.
Lux est: taurus arat nox est: requiescit arator:
Liberat emerito feruida colla boui.
Conglaciantur aquæ: scopulis se condit hirundo:
Verberat egelido garrula vere lacus.
Cæsar amicus erat: poterat vixisse solute:
Cum iam Cęsar, idem quod cupiebat, erat.
Indulsit merito: non est temerarius ille.
Vicimus: Augusto iudice dignus erat.
Argo saxa pauens postquam scylleia legit,
Cyaneosq; metus iam religanda ratis:
Viscera dissecti mutauerat arietis agno
Oetias, & succis omne perita suis.
His te Mecœnas iuuenescere posse decebat.
Hęc vtinam nobis Colchidos herba foret.
Redditur arboribus florens reuirentibus ætas,
Et cur non homini quod fuit ante, redit?
Viuacesq; magis ceruos decet esse pauenteis?
Si quorum in torua cornua fronte rigēt.
Viuere cornices multos dicūtur in annos.
Cur nos angusta conditione sumus?
Pascitur Aurorę Tithonus nectare cōiux:
Atq; ita iam tremulo nulla senecta nocet.
Vt tibi vita foret semper medicamine sacro,
Te vellem Auroræ complacuisse virum.
Illius aptus eras croceo recubare cubili.
Et modo puniceo rore leuante torum.
Illius aptus eras roseas adiungere bigas.
Tu dare purpurea lora regenda manu.

Tūc ne, alij cum ve.
Æolidas, alij Ælidas
Amaturo vina, alij amatori signa.
Victorē vict' metuat alij virtus aret victusq; metat.
Cernet alij sternere.
Cæsarides, alij Cæsar idem.
Ergo alij argo.
Disiecti alij dissecti.
Agni, alij in agno
Herba reuocāt vitam.
Æstas. alij ętas.
Et mō, &c. vsq; ad, bigas. Illi versus, in ante impssis codicib' nō inueniūt.
Tū, alij Tu.
Tū, alij cum.

ASCENSIVS.

¶ Argo saxa pauens.) Iason. ¶ Legit.) Id est nauigat: de Iasone loquor. ¶ Oetias.) Oetas rex Colchorum filiam habuit Medeam. Oetas. dicitur ab Oeta. Theophrastus ponit herbam in Ægypto, qua reuiuiscunt homines. Iuba historicus tradit, succis herbarum, reuocari homines ad vitam. Xanthus. i. historiarum, ait, Draconis catulum reuocatum ad vitam, herba quadam, quam balim appellant. ¶ Colchidos.) Medea, in formam vetulæ mutata, intrauit Iolchon, regiam Peliæ regis Thessaliæ, testans se missam ab Hyperboreis cum quibusdam medicaminibus, vt faceret iuuenem Peliam: & vt fidem darent verbis suis, experimento probauit: mactauit. n. arietem, & in aheno coxit, & inde restituit in vitam: Pelias senex Phanaticus, cupiens iuuenescere, properauit vt id fieret: & sic a Medea cæsus fuit.

DOMITIVS.

¶ Quod fuit. Si herbę reuiuiscunt, tanto magis debent hoies reuiuiscere

Universidad de Deusto Biblioteca

uiuiscere. ¶Cerui viuaces.) Cerui (teste Pli.) exuperāt annos: & mutatis cornib⁹, iuuenescunt. ¶Augusta.) Quia ita cito nos morimur. ¶Cornices.) Nongentos annos viuere produ͂tur, vnde & Oui. Ora capitiq; nouem cornicis secula passę. ¶Aurorę Tithonus.) Aurora, Titanis & terrę filia fuit: dictaq; ab eo quod ab igne solis, vt auro aurescit. Tithonus, filius Laomedōtis, Priami pris, relicto fratre ex Phrygia, in Assyriam se cōtulit: breui, in re militari prestātissimus fuit. Regi gratus, duxit vxorem, filiā regis Æthiopum: ex qua genuit Memnonem ea tēpestate Priamus vexabatur bello Teutrani, regis Cappadociæ: regnum Phrygiæ tunc subditum erat regibus Assyriorum, Tithonus, q prefectus erat Assyriorū, misit Memnonem filium cū decem millibus Æthiopum, totidemq; Susianis: & cum ducētis curribus, vt Priamo auxilium ferret. Alij volunt Tithonos fuisse duos, & Phrygem & Assyrium: & scribunt vnum Pęonis, Alterū, Memnonis patrem: sed alterū imperasse Phrygię & Lydiæ: & ex vxore Dindymene, genuisse Cybellem. Tithoni, de Tithono, Auroræ marito, plurima scripta sunt. Itaque satis est intelligere illum senem delectatione tamen coniugis iuuenescēte quotidie. & Memnonem filium, in Troianorū auxilium, quondam missum ex vltima plaga Orientis. ¶Vt tibi vita foret.) Vt fieres maritus Auroræ. ¶Iubam.) Crines. ¶Tori.) Vult comparare eum Hespero, Atlantis filio, Tori sponsæ. ¶Hesperō illū.) Hesperus, filius fuit Atlantis: cum ascendisset montē Atlantem, nunquam amplius visus fuit: crediderūt incolæ imperiti, ascendisse cœlum, & esse stellam, quæ eadem mane, dicitur Lucifer. Alij volunt, Venerem adeo perditam fuisse amore Hesperi, formosi iuuenis, vt eius nomen sumpserit: & Venus est, quæ dicitur Hesperus, & lucifer: hic vero Hesperus, filius fuit Auroræ & Cephali: hoc autem ideo, quia Pythagorei, eandem in uenere esse stellam, quæ sero Hesperus: & mane, Lucifer appellatur. ¶Igne.) Amore. ¶Hic.) Lucifer. ¶Corycium.) Crocum intelligit: qui plurimum i Coryco Cilicię antro

Cerui.

Cornicis ętas.

Aurora Tithon⁹

Hesper⁹

Tu mulcere iubam: cum iam torsisset habenas
   Procedente die respicientis equi.
Quæsiuere tori iuuenem sic Hesperon illum,
   Quem nexum medio soluit in igne Venus.
Quem nunc in fuscis placida sub nocte nitentem
   Luciferum contra currere cernis equis.
Hic tibi corycium, casias hic donat olenteis,
   Hic e palmiferis balsama missa iugis.
Nunc pretiū candoris habes, nūc redditus vmbris.
   Te sumus obliti decubuisse senem.
Ter Pylium fleuere sui, ter Nestora canum.
   Dicebantq; tamen non satis esse senem.
Nestoris annosi vixisses sæcula: si me
   Dispensata tibi stamina nente forent.
Nunc ego quid possum? tellus leuis ossa teneto:
   Pendula librato pondus & ipsa tuum.
Semper serta tibi dabimus: tibi semper odores:
   Non vnquam sitiens, florida semper eris.
Sic est Mecœnas fato veniente locutus,
   Frigidus, & iamiam cum moriturus erat.
Mene inquit iuuenis primęui Iuppiter ante
   Augustum Bruti non cecidisse fidem?
Pectore maturo fuerat puer, integer æuo,
   Et magnum magni Cęsaris illud opus.
Discedo: vellemq; prius. non omnia dixit:
   Inciditq; pudor, quę prope dixit amor.
Sed manifestus erat moriens. quærebat amatæ
   Coniugis amplexus, oscula, verba, manus.
Si tamen hoc satis est, vixi te Cęsar amico:
   Et morior dixit, dum moriorq;, satis,
Mollibus ex oculis aliquis tibi procidet humor:
   Cum dicar subita voce fuisse tibi.
Hoc tibi contingat: iaceam tellure sub æqua.
   Neç tamen hoc vltra te potuisse, velim.
Sed meminisse velim, viuam sermonibus, illic.
   Semper ero: semper si meminisse voles.
Et decet: & certe viuam tibi semper amicus:
   Nec tibi qui moritur, desinit esse tuus.
Ipse ego quicquid ero, cineres, interq; fauillas,
   Tunc quoq; non potero non memor esse tui.
Exemplum vitæ te propter molle beatę:
   Vnus Mecœnas teq; ego propter eram.
Arbiter ipse fui: volui quod, contigit esse.
   Pectus eram vere pectoris ipse tui.
Viue diu mi chare senex: pete sydera sero.
   Est opus hoc terris: te quoq; velle decet.
Et tibi succrescant iuuenes bis Cęsare digni:
   Et tradant porrò Cęsaris vsq; genus.
Sit secura tibi cum primum Liuia coniux,
   Expleat amissi munera rupta gener.
Cum deus in terris diuis insignis auitis:
   Te venus in patrio collocet alma sinu.

F I N I S.

abundat. ¶Casias.) Iugis. ¶Palmiferis.) Palmifer, inter Assyriam, & Phœniciam, locus est palmarum abundātissimus: ex quo etiam loco, balsama aduehi produnt, ex arbore modica: & hoc nō longe ab Hierosolymis. ¶Candoris.) Virtutis. ¶Nestora canum.) Quia Nestor vixit tres ætates: fuitq; Nelei filius. Neleus, in Messania regione, cōdidit oppidum Pilon: vnde Nestor, Pilius, Pili, tres sunt: in Peloponneso: in Pisæa regione, & hæc Pilos condita ab Emathionte: tertio i Messania, patria Nestoris. ¶Tellus.) O Tellus. ¶Librato.) Pro libres. ¶Serta.) Id est semper ponā coronam super tumulū tuum, & sacrificabo. ¶Augustam.) Breuem i Cęsarem, quasi dicat voluissem mori, ante bella ciuilia. ¶Illud op⁹.) Fuerat enim nutritus a Cæsare. ¶Dissidio.) Quæ fuit inter Augustū Cassium, & Brutum. ¶Amor.) Cogit me vlterius loqui: manifest⁹ moriēs, determinata erat ei mors. ¶Si tamen hoc satis.) Mecœnas incipit adloq Augustū. ¶Humor.) Lachrymas. ¶Sub æqua.) Nō pōderosa. ¶Potuisse vltra.) i. iacere nō desiderio i meliore tellure, q̄ tu. ¶Eram pectus pectoris.) Eram cordis tui. ¶Te quoq; velle decet.) videlicet diu viuere i terris, ob cōmoditatem mortalium. ¶Cæsare.) Hoc dicit propter Tyberium, adoptatum ab Augusto, & Germanicum, ab ipso Tyberio. Quin & Drusum, Tyberii fratrem (vt enim Suetonius tradit) ex Scribonia Iulia nata est, ex Liuia infans: qui conceptus fuerat immaturus, fuit edit⁹. Iulia: Marcello Augusti nupsit: deinde M. Agrippæ: ex quo tres nepotes, Caium, & Titū, & Lucium, Agrippinam, & Iuliam neptes: de quibus late apud Sueto. tradūtur, producant, & amplificent. ¶Munera ruptę.) Quia in partu, filius obijt. ¶Patrio sinu.) i. in Cæsaris sinu, id est faciet te deū Cæsaris vsque genus, semper sint ex genere tuo. ¶Liuia cōiux.) s. perdidit: qa Liuia Drusilla fecit abortiuū ex Augusto.

Nestor.

Pilus. Veh, alij te.

Dispēsata alij dispēsata.

Nempe alij nete

dissidio alij dissido.

Dici, alij dixit

Tibi alij mihi.

Amore, alij amicus.

Ego, alij quoq;.

Sui vo luit: alij tui, voluit.

Sed, alij &.

Et tibi se curo q̄ alij sit secura tibi cum.

Ipsa, alij alma.

P. VIRGILII MARONIS OPVSCVLORVM FINIS.

DOMITIVS.

Vir bonus.) Sermo de viro bono hic habet in quo Maro noster, nō minus alios sapiētes, q̄ se in numero sapientum, esse declarat: qui tam recte interpretatur, hominem bonū & sapientem. Et merito Apollini cōparandus videtur: q Socraté sapienté solū iudicauit. ¶Iudex ipse sui.) Qui iudicat seipsum. ¶Ad vnguē.) Id est perfectionē. nam est metaphora a marmorarijs sumpta, qui vnguē sup marmora elaborata & plana facta ducūt. Quin & possumus deducere, de his q magna diligentia & ꝯsideratione aliqd faciunt: & i ipsa re cogitanda, vngues mordēt. Persi⁹, Nec demorsos sapit vngues. ¶Securus.) Sapiēs nō qrit, qd faciant, pceres, & cęteri homines. ¶Rotundus.) Omnis res rotunda, pfectior est. ¶Lęuia) Polita & ornata. ¶Ille.) Sapiens. ¶Cancri.) Cancer est signum cęleste, ad quod. xv. calen. Iulias sol accedit: p quod ęstatem designat. ¶Capricorno.) Capricornus, signum cęleste est, cęlo sacratū, propter memoriam Amaltheę capræ: quę Iouem aluisse, & lactasse proditur. Ad hoc signū sol accedit. xv. calē. Ianuarias. ¶Tropico.) Tropicum dicit, a τροπὴ, quę est cōuersio: eo enim tempore, sol se cōuertit, & retrograditur. ¶Se examine pēsat.) Examen dr, quod est in medio spatio librę. ¶Hiet.) Vltro apiat se. ¶Coeat.) Vult vir sapiēs, vt vita sua sit æqua ex omni parte. ¶Amussis.) Id est regula, qua latomi, aut fabri vtuntur. Sed late pro omni ordine sumitur. ¶Deliret.) Delirare, a lira, quæ sulcum significat, componitur: & de, prępositione: & errare, atq; extra sulcum, & viam rectam incedere, notat. ¶Quodcunq; subest.) Omnē locum sapiens vult esse solidum. ¶Decus.) Ornamentum. ¶Ratio.) Iudicium placuit miseratus, si quem videt egentem. ¶Cur aliquem.) Cur passus sum dolorem. ¶Natura.) Cur ego potius ducor & vincor malignitate naturæ, q̄ doctrinæ prestantia. ¶Prauis Offensus.) Prauis rebus læditur sapiens: bonis & rectis, lætatur.

Cancer

Capricornus

Amussis.

EPIGRAMMA DE VIRO BONO.

Vir bonus, & prudēs, qualem vix reppe rit vnum
   Millibus e multis hominum consultus Apollo:
Iudex ipse sui: totū se explorat advnguē.
Quid procerū, vaniq; ferat, quid opinio vulgi,
Securus, mundi instar habens, teres atq; rotundus,
Externę nequid labis per læuia sidat.
Ille, dies quam longus erit sub sydere Cancri:
Quantaq; nox tropico se porrigit in Capricorno:
Cogitat: & iusto trutinę se examine pensat:
Nequid hiet: nequid protuberet: angulus ęquis
Partibus vt coeat: nil vt deliret amussis.
Sit solidum quodcunq; subest: nec inania subtus
Iudicet admotus digitis palantibus ictus.
Non prius in dulcem declinat lumina somnum:
Omnia q̄ longi reputauerit acta diei.
Quę pretergressus: quid gestū in tēpore, quid non:
Cur isti facto decus absfuit? aut ratio illi?
Quid mihi preteritum? cur hæc sententia sedit?
Quam melius mutare fuit. miseratus egentem
Cur aliquem fracta persensi mente dolorem?
Quid volui, quod nolle bonum foret? vtile honesto
Cur malus ante tuli? num dicto, aut deniq; vultu
Perstrictus quisquam? cur me natura magis, q̄
Disciplina trahit? sic dicta & facta per omnia
Ingrediens, ortoq; a vespere cuncta reuoluens,
Offensus prauis, dat palmam, & pręmia rectis.

loribus tutata est. Hominem tātum nudū, & i nuda humo, natali die abijcit: ad vagit⁹ stati & ploratū, solūq; tot aīaliū ad lachrymas, & has ꝑtinus a vitę pncipio. At Hercule risus pręcox illi: & celerrimus aū quadragesimā diē nulli datur. Ab hoc lucis rudimento: q ne feras qdē inter nos genitas, vincula excipiunt: & omniū mēbrorꝫ nexus. Atq; infeliciter natū, iacet manib⁹, pedibusq; deuinctis, flens animal cęteris imperaturꝫ, & a supplicijs vitam auspicatur: vnā tātum ob culpā, quia natum ē. Heu dementia: ab his initijs, existimantiū ad superbiam se genitos. Prima roboris spes, primumq; temporis munus, quadrupedi similē facit. Quādo homini incessus? quando vox? quando firmū cibis os? quādiu palpitās vertex? summæ inter cūcta animalia imbecillitatis indiciū. Iam morbi tot, atq; medicinę tot contra mala excogitatę: & quoq; subinde nouitatib⁹ victæ. Cætera sentire naturam suā: alia pernicitatem vsurpare: alia ꝑpetes volatus: alia vires: alia nare: hominem scire nihil permisit, sine doctrina: non fari: non ingredi: non vesci: breuiterq; non aliud naturę spōte, q̄ flere. Itaq; multi extitere, q non nasci optimum censerēt: aut q̄ ocyssime aboleri. vni animātiū luxus est datus: vni luxuria, & qdē innumerabilibus modis, ac per singula mēbra: vni ambitio: vni auaritia: vni immensa viuendi cupido: vni superstitio: vni sepulturę cura, atq; etiam post se defutura. Nulli vita fragilior: nulli rerum omnium libido maior: nulli pauor cōfusior: nulli rabies acrior. Deniq; cętera animantia in suo genere probe degunt: congregari videmus, & stare cōtra dissimilia. Leonum feritas, inter se nō dimicat. serpentum morsus, nō petit serpentes: ne maris quidem bellug, ac pisces, nisi in diuersa genera sęuiunt. At Hercule non homini ex homine plurima sunt mala? Hęc ibi: idem eiusdem libri. vij. ca. Miseret, atq; etiam pudet æstimantem, q̄ sit friuola animalium superbissimi origo: cum plerunq; abortus causa fiat odor, lucernarum extinctu: his princi pijs nascuntur tyrāni: carnifex his animus. Tu qui corporis viribus fidis: tu qui fortunę munera amplexaris, & te ne alumnum quidem eius existimas, sed partum: tu cuius semper in victoria mens: tu qui te deum credis, aliquo successu tumens, tanti tamē perire potuisti: at qui etiam hodie minoris potes, quātulo serpētis ictus dēte? Aut etiam, vt Anacreon poeta, Acino vuę passæ, vt Fabius senator, pretor in lactis haustu vno pilo strangulatus? Is demum profecto, vitam ęqua lance pensitabit, qui semper fragilitatis humanę memor fuerit. Hęc Pli. Ex quibus, siquis humanam conditionem penitioribus oculis intueri volet, modestior nimirū euadet, quando nihil homine fragilius respexerit, liquet itaq; quomodo hoc vno verbo, si animum aduertimus, facile superbiam exegerit. Nam & ecclesia sancta, quo die nos summissiori animo facere vult: repetit illud, Memento homo quod cinis es, & in cinerem reuerteris. Neq; tamen facundissimus poeta solam superbiam i hoc opusculo persequitur, verumetiam modestiam, quam nunc humilitatem vocāt, atq; omnem breue viuendi rationem prescribit. Nam veluti imbecillitatis suę memor inferiorem sese, q̄ qui fastu turgeat, ęstimabit: ita dignitatis suæ rōnem habens (etiam miserrimus quisq;) multo superiorem, q̄ q peccati sordibus seruiant, sese iudicabit. Sis igitur iudex ipse tui: & haud dubie inter superbam mentis elationem, & abiectam humilitatem

Argumentū huius operis

ASCENSIVS.

Hæc ille, quę tametsi arguta, & doctis satis esse possunt: tamen quoniam aridiuscula, & nimiū ieiuna, gallicę iuuētuti, cui hāc opellam recepimus, videbūtur, ampliori lucubratione, omnia prosequamur atq; vt significemus, quid hoc carmen cōtra tumidos animos, & erectas ceruices faciat (aliud si quidem multo poeta intendere videtur) rē ipsam adgrediamur. ¶Vir bonus & sapiens. (Quisquis inquit) vir bonus est & sapiēs. Iudex ipse sui: hoc est seipsum iudicat. Quisquis autem iuste rem quamuis iudicet, ipsum iusta lance pēsitet, atq; disquirat: sanoq; iudicio sit, oportet. Sed quis mortalium miseriarum suarum pōdus recte examinabit: nec animos summittens, sese humilem pro fitebitur? Vt vero fragilitatem nostrā cōspiciamus, Pli. in. vij. lib. cap. j. naturalis historię, verba repetere iubeat: quæ huiusmodi sunt, Cum omnia exequi humanus nequeat animus, principiū iure tribuetur homini: cuius causa videtur, cuncta alia genuisse natura: magna & sæua mercede, contra tanta sua munera: vt non sit satis æstimare: parens ne melior homini, an tristior nouerca fuerit. Ante omnia vnum animantium cunctorum, alienis velat opibus, cæteris varia tegumenta tribuit, testas, coria, spinas, villos, setas, pilos, plumam, pennas, squammas, vellera. Truncos etiam, arboresq; cortice: interdum gemino a frigoribus & caloribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

militatem:medium(quæ molestia est)seruaueris:teq; non ad inertiam:non ad ignauiam:non ad socordiam:non deniq; ad reliquas animorum pestes: verum ad optimas quasq; operationes genitum,naturę sedulitate censueris: Sed quia(vt inquit Sallu.) Omnis vis nostra i animo & corpore sita est, animi imperio corporis seruitio magis vtimur:alterum,cum dns:alterum,cum belluis commune est:quo mihi(inquit)rectius esse videtur,ingenij q̃ virium,opibus gloriam quærere. &c. iccirco consultissimus poeta noster,nos ad animi studia adhortatur: admonetq; vt patriam nostram illam cœlestem serutemur,atq; admiremur:astrorumq; cursus,& potentias obseruemus:quæ res a primo illo precepto,iudex ipse sui:non abhorret:nam si(vt physici dicunt)superioribus lationibus ferimur:& ad bene secus ve agendum: tametsi non subigimur:inducimur tamen:operæ pretium est,illas nosse:vt si ad bonum duxerint,faciles sequamur:sin ad malum, fortes reluctemur. Sanctum igitur,& notatu dignum verbum, Iudex ipse sui. Quod nimirum olim Apollinis oraculo æquale habitum est. Vnde Plin. xxxij.ca.vij. naturalis historiæ. Rursus mortales oraculorum societatem dedere Chiloni, tria eius præcepta Delphis consecrando aureis literis,quæ sunt hæc. Nosse se quenquam. Et,Nihil nimium cupere, Comitemq; æris alieni, atq; litis esse miseriam. Hęc Pli.Primum preceptum a Iuuen. sumitur, vbi inquit.E cœlo descendit γνῶθι σεαυτόν hoc est, nosce teipsum.Sed Maro noster vberius inquit.Iudex ipse sui: plus enim est seipsum iudicare:q̃ nosse duntaxat: oportet quem iudicem, noscamus: & in iudicio ab omni mentis morbo simus incorrupti:vnde illud in sermonibus Horatij. Male verum examinat omnis corruptus iudex. Alterum Terentius in Andria sic vsurpat,Nam id arbitror apprime in vita esse vtile: vt ne quid nimis. Tertium vero,experientia nos docet. Sed Laertius in vita Chilonis aliter refert,dicens,Sponsioni comes est iactura: &c. quæ res nunc quoq; multo vsu venit.Verum ne nimium philosofer, redeo ad poetam: cuius singulas ferme voculas, elucidare conabor.(Vir bonus.) Vt grammaticuli dicunt, Vir,notat ætatem, sexum,vel proprietatem. Ætatem:vt in Bucoli. Hinc vbi te firmata virum iam fecerit ætas. Quinta siquidem ætas in homine virilis dicitur.Sexum:vt.n. Æneid. Matresq; virosq;.Proprietatem: multiplicem notat,nunc coniugalem,vt apud Comicos. Mi vir.i.marite. Nunc,animi magni significationem habet,vt, Cum locus affuerit, te precor esse virum. Dicitur enim vir, cui & virtutes animo, & vires in corpore; plurimæ sunt.(Bonus.) Bonum dicimus,nunc a bonitate formæ, vt bona facies, id est formosa. Nunc,ab vtilitate:vt,Et bello bona cornus, id est vtilis. Nunc a bonitate ingenij & artis: vt, Cur non Mopse boni: quoniam conuenimus ambo, id est docti & diserti: vt bonus citharœdus:bonus physicus,id est peritus. Nunc a bonitate voluntatis,quem beneuolum appellamus:vt. Adsit lætitiæ Bacchus dator & bona luno. Aliquando a multitudine: vt, At bona pars populi,id est magna pars.Deniq; quicquid conueniens,aut vsui esse potest bonum nuncupamus. Videtur autem hic accipi: vel pro docto,& studiosa bonitate ingenij,vel verius pro bonæ vitę viro a bona animi voluntate. Nam vt generaliter accipias: non procedit:vt enim inquit Cicero, Vitandum est, ne cuius genus posueris,eius speciem sicuti aliquam,diuisam, ac dissimilem parem ponas in eadem partitione: vt hic, si bonus generaliter accipiatur,& pro studioso virtutis:& pro docto, frustra adderetur sapiens. Est ergo vir bonus, vir iustus honestæ vitæ. Nam (vt inquit Cice.in officijs.) In iustitia, virtutis splẽdor est maximus, ex qua viri boni nominantur. Sed quia rari admodũ sunt huiusmodi viri:inquit enim Iuuena. Rari quippe boni:&c. Quia etiã rari sunt sapientes.Vnde idem,Omnibus in terris quæ sunt a Gadibus vsq; Auroram & Gangem, pauci dignoscere possunt Vera bonitatq; illis multum diuersa remota Erroris nebula, &c. (Et sapiens.)Consequens est, vt rarissimus sit, Vir bonus & sapiens:Sapiens si quidem multo præstantior est,quam sciens. Nã qui sapit eius quod scit,experientiam habet.Expertus autem(inquit philosophus)certior est sciente: verbi gratia (ne a propria significatione recedamus) si ex physica demonstratione cognoueris quemuis cibum esse naturæ tuæ dulcem & salubrem, iam eius rei scientiam habes.Sapientiam vero non priusquam gusta ueris,atque expertus fueris.Sic & rei honestę,si certas causas certo noris:sciens eris, non prius tamen sapiens:quam ea res tibi sapiat:hoc est cordi,atque vsui sit hanc rem.sic in officijs satis tangit Cicero,testimonio Platonis,qui,Non solum (inquit) scientia quę est remota a iustitia, caliditas potius q̃ sapientia, est appellanda, verumetiam animus paratus ad pericula,si sua cupiditate, non vtilitate communi impellitur, audaciæ potius nomen habet, quam fortitudinis. Ipse quoq; Cicero in Rhetoricis sic inquit.Moderatrix omnium sapiẽtia rerum. (Qualẽ,&c.) Quia igitur inquam tam rarissimi sunt boni,qui ijdem sapientes intulit poeta per parenthesim,Qualem vix repperit vllum Millibus e cunctis hominum cõsultus Apollo. Parenthesis (ne quem lateat)est elegans interpositio sententię:qua remota, sermo manet integer:vt hoc loco ordo est.Vir bonus & sapiens,iudex ipse sui,&c.reliquum autem quasi per parenthesim interponit. Eius autem interpositionis causam,plerũq; pathos,aut affectio parit: fit enim quoties animus,quauis passione cõmotus, cogitur ab eo quod dicere cœperat digredi:donec quomodo id patiatur indicarit:vt hoc loco poeta incipiens dicere. Vir bonus & sapiens: non potuit componere sermonem suum, donec quasi acclamãs indicari eiusmodi viri penuriam & raritatem:dicendo, Qualem vix,&c.Quibus verbis nescio quomodo apertius difficultatẽ reperiendi significet.(Vix.)Vix enim,summam difficultatem præ se fert.Quod tamen vix factum,dicis:factum sit oportet,at quod quasi factum nuncias,contigisse negas.(Repperit.) Reperire.et diligentiam inquirendi demonstrat.Est enim compositum,a re: & pario.Parere autem,est cum difficultate & molimine parare:vt mulier parit prolem,& vir fortis gloriam. Reperire ergo,est rẽperditam,aut destitutam,reparare.quod,vt plurimum, sane difficile est.Quia tamen particula,re, non semper importat iterationem: sed aliquando simplicis significatum non immutat: vt reuertor,vnde iam primum vertor:aliquando contrarium eius significat,vt quoties verbis additur quæ clausuram cõnotant, vt claudo,& recludo:texo,& retexo:sero,& resero:velo, & reuelo:texo,& retexo, contraria sunt,&c. Possemus dicere,reperit, hic,nõ esse,secundo inuenit:sed,inuenit duntaxat:& id quidem cum difficultate. Geminatur p litera,in præterito huius verbi, vt sylaba producatur,sic etiam in reppuli:& in rettuli,t:& in reddidi, d.(Vllum.) Hoc quoq; nomen summam raritatem ostendit. Est enim per diminutionem,deductum a nomie vnus:vnat vnũ: vt sit,quasi quẽuis vnum.(Millibus e cunctis.) Hoc vero quam maxime pondus difficultatem auget.nam parum esset, talem repertum non esse in paruo hominum consortio: sed maximum est,vix vllum repertum,millibus e cunctis hominum quod additum videtur, ne raros ea tempestate fuisse mortales, credas, Millia ergo(inquit)hominum,multa erant, aliter enim non diceret cunctis.)tamen, vix vllum repperit. Est autem mille interdum(vt hoc loco)nomen substantiuum:significans quasi numerum millenarium.Estq; generis neutri,& in singulari indeclinabile:quocirca Latine dices, mille hominum in prelio desideratũ est:mille equitum occisum:mille numum vno conuiuio absumptum.In plurali autem idem nomen declinatur: hæc millia, horum millium,his millibus,&c. quia ergo substantiuum est:effla gitat adiectiuum eiusdem generis:numeri,& casus. Aut substantiuũ genitiui casus:vt mille virũ:vbi si Gellio credis, non dices virorũ,genituus enim secundæ declinationis cum nominibus numeralibus fere syncopatur:vt,mille denarium.Est etiam mille,interdum adiectiuũ generis omnis:pluralis dũtaxat numeri:& indeclinabile:Vt mille fœminæ:mille capita. (Hominum.) (Vt de singulis quid dicam) potest addi superioribus, vt sit Millibus e cunctis hominum,& inferioribus:vt sit.Hominũ plultus Apollo.Habuit autem olim,homonis in genitiuo vt apud Enniũ Vulturis in syluis miserum mandebat homonem.(Consultus Apollo.)Expressa auxeris, quid eni rarius,si hominũ consultus Apollo,vix e cunctis millibus hominum reperit vllũ qui sit vir bonus & sapiens.Siquidem mortaliũ quisquã huius viri indaginẽ sumpsisset,posset aut vecordia,aut imperitia,etiam nullum reperisse. Consultus.)Deflectitur a consulor,hoc est interrogor cõsilium. Nam is consultus dicitur:qui consulitur:verũtamen:quia q consulitur,sæpe consulit.i.consilium dat.Valla docet,consultum, in actiua significatione accipi.Nihilominus tamen,sicut consultor est,q consilium rogat:ita consultus,q consilium rogatur,rogatę aũt dare solet,Est aũt verbum,consulo,duplicis significatiõis.Cũ datiuo eni,est consilium do,aut si ad inanima(quod sæpe fit) referatur,prouideo,vt,consule honori & rebus meis.Cum accusatiuo aũt,est consiliũ rogo,vt,consule medicũ probatum. Certũ est aũt Apollinẽ a multis olim consultũ esse,vnde & eius oracula: sunt responsa orãtibus data.(Apollo.)Est aũt Apollo, sol ipe,de quo in Georg.Solem quis dicere falsum audeat? &c, Pli.autẽ credit,non alium esse naturę deum,ac ipsum solem.Macrobius etiã in Saturnalibus,docet omnium numinum potestates, ac nomina vni Apollini cõpetere posse. Eius,pprium epitheton apud Græcos,

Tria aurea verba.

Vir.

Bonus.

Sapiẽs.

Paren-thesis.

Vix.

Reppit.

Vllum.

Cõsule.

Cõsulo.

Apollo.

Hoium

eos,est Phœbus:habet multa adiectiua a locis in quibus colitur: vt Grineus, Thymbreus,Delius,Delphicus, Clarius,Lycius,&c. Vt vero quid Pli.de deis sentit referam, eius verba sunt eiusmodi in.vj.&.vij.capitibus.ij.libri naturalis historiæ. Inter terram, cœlumq; eodem spiritu pendent certis discreta spatijs septem syderа,quę ab incessu vocamus errantia:cum erret nulla minus illis.Quorum medius,sol fertur amplissima magnitudine ac potestate:nec temporum modo,terrarumq; sed syderum etiam ipsorum,cœliq; rector:hunc mundi esse totius animum, ac planius mentem:hunc principale naturę regimen,ac numen credere decet:opera eius æstimãtes.Hic lucem rebus ministrat: aufertq; tenebras.Hic reliqua sydera occultat. Hic vices tẽporum,annũq; semper renascentem ex vsu naturę temperat. Hic cœli tristitiam discutit:atq; etiam nubila humani animi serenat.Hic suum lumẽ cæteris quoq; syderibus serenat: præclarus, eximius, omnia intuens,omnia etiam exaudiens: vt principi literarũ Homero placuisse in eo vno video,Quapropter effigiem dei,formamq; quæ rere imbecillitatis humanę reor. Quisquis est deus (si modo aliꝰ est)& quacunq; in parte,totus est sensus,totus est visus,totus auditus,totus animę,totus animi,totus sui. Innumeros quidẽ credere:atq; etiam ex virtutibus,vitijsq; hominum, & pudicitiam, concordiam,mentem,spem,honorem,clemẽtiam,fidem: aut(vt Democrito placuit)duos omnino,pœnam & beneficium, maiorem ad fecordiã accedit. Fragilis & laboriosa mortalitas in partes ista digessit,infirmitatis suæ memor, vt portionibus coleret quisq;,quo maxime indigeret.Itaq; nomina alia, aliꝰ gentibꝰ & numina in ijsdem innumerabilia reperimꝰ. Hęc & plura alia Pli. Ex quibus(quod ad rem nostram facit) palam est Apollinem (q idem sol est)omnia scrutari:ideoq; vera posse iudicare.quocirca mirãdum est:quod vix vllum reperit,&c. Tangit autem Socratem,qui cum philosophiam de cœlo i terras deuocasset: hoc est, ab astrorum nimia indagatiõe:& a naturalium causarum, moroſa inquisitiõe, nos ad nostri cognitionem inuitasset:moralemq; philosophiam,quam ethicam vocant, dicendo & faciendo instituisset,Cerephonti eius discipulo Apollinem consulenti, quẽ in terris sapientem censeret,sapientissimus omnium pronunciatus est:quę res illi summam inuidiam protulit,falsoq; criminatus,cicuta in carcere Athenienſi,diem clausit.Mortuus vero ænea statua donatus est.(Iudex ipse sui.)Iudex dicitur,qui secundum leges,& iura,iudicat de his quę per caudicos vltro,citroq; habita sunt.Arbiter,libere iudicat, ex sentẽtia volũtatis & rationis suæ, (Ipse.)Hic multis vacare videretur:quia satis esset:Vir bonus,& sapiens,est iudex sui:sed si bene respexeris,miram emphasim habet.Est enim sensus,Vir bonus & sapiens,est iudex sui:ipse, iquã, sui quia nõ vultab alijs iudicari.Vnde Hora:In epistolis, Sed vereor ne cui de te plus q̃ tibi credas:Neue putes alium a sapiente, bonoq; beatum. Et Persius, Examenq; improbũ in illa Castiges Trutina:nec te quęsieris extra.sic etiã diceres, Rex ipse mihi literas,ad te dedit.Ipse,inquam: hoc est, non alius nomine regis. Quare autem a se iudicetur,vir bonus in promptu est, quia qui ab alijs iudicanſ,inuiti peccata deserũt, quę vir bonus sui iudex, sponte sua contemnit:vnde illud in epistolis Hora.Oderunt peccare boni,virtutis amore.Oderũt peccare mali formidine pœnę. Est autem pronomẽ,ipse, trium personarum sicut apud Græcos, quod idem significat αὐτὸς. Primę,vt, En ipse capellas protinus egẽr ago.ipse.i.ego. Item & ipsum. Ludere quę vellem calamo permisit agresti.ipsum.i.me,Secundę,vt in.vj. Æneid.Ipse canas oro.ipsa.i.tu.Tertię,vt,Pollio & ipse facit noua carmina,&c. declinabatur olim ipsus,ipsa,ipsum. Plautus etiam cõparationem dedit,dicens, In Trinũmo ipsissimus: vbi etiam ipsus ponitur. Habent autem hæc tria pronomina:ille:ipse: iste: hoc elegantiæ. Quod ille,notat summam nobilitatem, & rem de qua loquimur notissimam,vt,Alexander ille magnus, Cato ille Censorius. Ipse autem,emphasim habet,& excellentiam:vt Ioue missus ab ipso.i. magno,ſm Seruium.Iste vero contemptum (vt docet Donatus) præ se fert:vt,Quid istud,inquam,ornati est?Virgilius, Vel quid petis istis?quasi vilibus.Adde q̃ sicut hic, cũ omnibus aduerbijs & casibus,ad primam personam:& ad eum locũ in quo ego sum, pertinet:vt,hoc caput.i.meum: oẽs qui hic sunt.i.apud me, &c. Sic iste:refertur ad secũdam personam: vt, istud caput.i.tuum.& aduerbia inde deducta ad locum in quo tu es:vt, Velim scire qd istic fiat,quia nemo istinc huc venit.Et ille,cum suis: tertiam plonam ab vtroq;inter quos est sermo,remotam:respicit: vt docet Valla.Sui,pronomen reciprocum,est primitiuum: tuncq; bonã reciprocationem esse cognosces,quando addere poteris in eodẽ casu obliquos,pnominis ipse:vt,Iudex ipe sui.i.iuꝝpsius. Quisq; fauet sibi:hoc est sibijpsi,Quisq; amat se:hoc est seipsum,&c. Ponitur itaq; sępe cum pronomine ipse,vt hic:& cum nomine qsq; cum quo etiam suus,sua suum, adiectiuum reciprocũ eleganter ponit.vt,Cuiq; suus mos est.Itẽ, Trahit sua quẽq; voluptas, &c. Est ergo hic bona reciprocatio. Necq; in hac significatiõe bene dixeris,Iudex ipse suus. Vnde (licet longior fiam) operępretiũ est, semel naturam vocabulorum exponere: & postea huc remittere. Scies igitur(vt docet Valla)genitiuum omnẽ,aut actiue, aut possiue,quod fere idem putat:aut passiue significare. Actiue vt,productio & creatio dei:quia deus producit & creat. Possiue:vt regnum dei:quia deus regnat.Passiue:vt,timor dei: quia deꝰ timetur,nec timet.Isti autem genitiui,mei,tui,sui,nostri,& vestri, qñ sunt primitiui,tantũmodo passiue significant. Ideoq; cõstrui volunt cum dictione passionem inferẽte,vt cum verbo regente genitiuum: vt,recordare mei: memẽto mei:miserere mei: indigeo tui,&c.Item cũ verbali ab actiuo verbo deducto, tam adiectiuo, q̃ substãtiuo. Adiectiuo:vt,cupidus mei:amãs mei: nescius mei: quãdo ego cupior,amor,nescior.Substantiuo, vt amor tui:desiderium mei,&c.quando tu amaris,ego desideror. Item cum nominibus quę partitionem,seu diuisionem,quę quedã passio est, inferũt:vt pars mei:aliquid mei:quicquid mei: in qbus ego ipse, & non res mea,significatur partiri:nisi forte fuerit genitiꝰ substantiuus,a neutro meum.Et quod dixi de mei,dicetur etiam cõsimili modo de alijs quatuor:vt,Iudex ipse sui, quia ipse iudicat. Contra:genitiui mis,tis,sis,qui nũc absoleti:& quibus aliquãdo vtimur,nostrum,& vestrum tantũ actiue,aut possessiue significabant.Et quia absoleti sunt:ponimus pro ipsis possessiua meꝰ,tuꝰ, suus,noster,& vester.Quando ergo aliquid possideo,non dicam mei,sed meum,vt liber meus:non mei:similiter,quando qd ago: vt,amor meus in te.i.quo ego amo te.Bene ergo dictũ est,Iudex sui.(Totum se explorat.) Totum se.i.omnem partem sui. Totũ enim,magnitudinem respicit.vt,totum cęlum.Omne vero, multitudinem:vt,omnes homines.Confundunt tamen,vt.iij. Æneid. Tonitru cœlum omne ciebo.i.totum.(Explorat.)Explorare,est ineuirere,& scrutari:vnde exploratores,si tamen ad originem re spexeris,affectate hic positũ videbis. Componitur.n.ab ex, siue extra,& ploro:quasi sit,plorando in amaritudine animę, vitam anteactam recogitare:quę prima,penitentię pars est: altera, quæ confessio sequitur saltem tacita ibi. Non prius in dulcẽ,&c. Tertia,quę satisdatio dicitur,habetur ibi. Offensus prauis. Cõplemẽtum vero,& vltima pars,quę est:perseuerantia in virtute cõseq; tur.Dat palmam & præmia rectis. Nullus enim, nisi vsq; in finem legitime certauerit,coronabitur:nam palma,& præmia consummationi debentur.Itaq; a viro ante Christũ defuncto Christiane religiõis forma præscribitur. (Ad vnguem.)i.ad perfectionem: quę res satis a Calderino deducitur:Quod autem hic metaphora a marmorarijs fiat patet:nã sequeſ.Nec inania subtus ludicet,&c. (Quid proceres.) Quid(vt omnia iam dicam)& omnia eius compositа, vt quidquid,aliquid:nequid:siquid:ecquid:nunqd: quilibet:quicq;, &c. substãtiua sunt.ideoq; cum adiectiuo eiusdem casus aut cum substantiuo genitiui casus,cõstruuntur: vt, qcquid honestum:quicquid lucri:non autem qcquid lucrum:sed quodcũq; lucrum.Quod enim,& omnia eius compositа,adiectiuũ est: & vult substantiuum eiusdẽ casus:vt,aliquod animal,refugit aũt adiectiuum,nisi substantiue ponatur:vt quodcũq; honestũ, &c. De cõpositis vero a quis:& qui,& eoꝝ declinatione, scies, Quis, duobus modis componi. Primo:vt ponatur i secunda parte cõpositionis:& hoc cum his quicq; particulis:ec,vt ecquis: ne,vt ne quis: num: vt nũquis: si, vt siquis:ali:vt aliquis:& hoc modo,in nominatiuo singulari fœminini generis, & nomiatiuo & accusatiuo pluralibus neutri generis,inuenies qua,non quæ: vt,siqua cã:siqua fata,non,siquę.Secundo,vt est prior pars componẽs, & subduntur hæ particulæ,quã,vt quisquam:q̃ vt quisq;,piam,vt quispiam,putas,vt quisputas:& ipsum qs, vt quisquis:quod raros casus habet:vt docet Valla:vt quisquis,quicquid:quẽquem, quoquo,quaqua,quoquo,quosquos,quæquę,qbusqbus,& reliquos addere possis.Et cum his particulis non ponitur q: sed cũdam,vt quidam:vis,vt quiuis:cũq;,vt quicũq;libet,vt quilibet: & tam compositа a quis,q̃ a qui:habent in illis casibus dictis, qñ in priori parte ponuntur:non qua,sed quę: vt quędã mulier, nõ quadam:quædam poma,non quadam:optima quæq; dies: non optima quaq;.Quisq; autem caret genitiuo plurali: sed,p eo vtimur singulari authore Valla. Et licet omnia relatiua & interrogatiua geminata posteriorem partem in cũq;,resoluãt authore Prisciano:vt quantusquantus,quantuscũq;,vbivbi,vbicũq;. Quisquis tamen non fit quiscũq;:nec qcquid: quidcũq;: sed illud fit qcũq;, hoc

Totum Omne.

Explorare.

Pniæ partes.

Ad vnguem.

Quid.

Universidad de Deusto Biblioteca

hoc quodcũq́:propterea quodcunq́ ponitur, cum qui,non cũ quis:ſed quod deflectitur a qui,non a quis. Quæ ſic differũt, ꝙ qui,& quod ponuntur ſæpe relatiue:quis autem,& quid, nunq̃ relatiue:ſed vel indefinite:vt neſcio quis ſis,vel qd agas, vel interrogatiue,vt quis es?quid agis?ſimiliter & ablatiuus a qui:vt qui ſcis hoc?id eſt quomodo. **Proceres.** ¶ Proceres.) Proprie ſunt capita trabiũ eminentia in muris,& pondus ædificij ſuſtinentia: a quibus primores ciuitatis,proceres appellãtur. **Vani.** ¶ Vaniq́ leuis, &c.) Bonum eſt adiectiuum vulgi:nihil enim eo vanius:vnde in.ij.Ænei.Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus:verũtamen(vt docet A.Gelli⁹.)vani ſunt:nõ (vt vulgus putat) deſipientes,aut hebetes,aut inepti:ſed vt veterum doctiſſimi dixerunt, mendaces, & infidi,& leuia,inaniaq́,pro grauibus & veris aſtutiſſime componentes,&c.ſic in.ij.Ænei. Nec ſi miſerum fortuna Sinonem Finxit:vanum etiam,mendacemq́ improba finget. **Læuis opinio.** ¶ Leuis opinio.) Veriſimile eſt,vt vani vulgi ſit leuis opinio. Leuis autem priori breui ſignificat ſine pondere: quæ res faciliter vẽto huc illuc agitatur. vnde fit tranſlatio,vt leuis,dicatur inconſtans: facilis in verbis, factis,aut moribus.Sed quando leuis habet priorem longam,ſignificat politum,non aſperum:vt paulopoſt, Per leuia ſidat.Bene autem dat vulgo opinionem, quę falſorum eẽ poteſt: nõ autem ſcientiam,quæ verorum dũtaxat eſt, ſed neceſſariorũ. **Vulgi.** ¶ Vulgi.)Vulgus dicitur,quaſi vilis grex:& eſt icerti generis. Aliquando maſculini:vt in.ij.Ænei. Hinc ſpargere voces in vulgũ ambiguas.Sæpiſſime neutri (quod Seruius tamen contra artem eẽ docet)vt.j.Ænei.Sęuitq́ animis ignobile vulgus. **Secur⁹.** ¶ Securus.) Ordo eſt.Vir bonus ſapiens eſt ſecurus.i.non curans quid,pceres,ſup.gerãt:& quid læuis opinio vulgi agat.Docet autem valla in orationibus, nonnunquam verba deeſſe: quod tunc etiã(licet pathos non ſit)licite contingit, quando generale verbum intelligitur. vnde ſubſtantiuum verbum(Priſciano teſte)facillimę intellectionis eſt:vt,Nunc fama minores Italiam dixiſſe Ducis de nomine gentem.Nũc fama,ſubaudi,eſt ſimiliter.ix. Ænei. Talia **De eclipſi.** per Latium:faciliter intelligitur,gerũtur : vnde pulchrã eclipſim eſſe cenſet Seruius:ſic hoc loco facillime intelliges,gerant faciãt, vel agant:vt apud Pli.iuniorem.Studes, an piſcaris, an venaris, an ſimul omnia?ſubaudiť, facis. Pathicis autem orationibus,legitima eſt eclipſis:quę in alijs quoq́ admittitur,ſi obſcuritatem non faciat.Securus dicitur,qui eſt ſeorſum a cura ne ǫquã ſolicitus:neq́ eſt idem quod tutus. Nam ſi inter mille pericula ignarus gaudia ducis,ſecurus es:non tutus.Cõtra : vbi nullus eſt hoſtis,ſi muros inſtare formidas,tutus es,ſecurus non es. Eſt ergo vir bonus,non implicitus negocijs nihil ad ſalutem facientibus: talia enim non curat:quoniã tales curę dehortarentur a perfecta ſapientia: vnde Flaccus in epiſtola ad Florum.Quod ſi Frigida curarum fomenta relinquere poſſes,Quo te cœleſtis ſapiẽtia duceret,ires. Hoc opus hoc ſtudium parui properemus & ampli,Si patriæ volumus, ſi nobis viuere chari.¶ Mundi inſtar habẽs.) **Mũdus.** Mundus,dicitur ornamentum:vnde mundus muliebris, complectiť quicquid ad muliebrem ornatum ſpectat. Totius etiam vniuerſi congeries,propter varios ornatus, mundus appellatur. Legitur etiam(vt meminit A.Gel.)pręcipue in priori ſignificato, hoc mundum.De mundo ſic in naturali hiſtoria, Pli.Mũdum, & hoc quod alio nomine cœlum appellari libuit:cuius circũplexu tegũtur cuncta,numen eſſe credi par eſt:æternum, immenſum, neq́ genitum,neq́ interiturũ vnquam.Huius extera indagare,nec intereſt hominum,nec capit humanę coniectura mentis: ſacer eſt, ęternus,immenſus,totus in toto:imo vero ipſe totum,infinitus, ac finito ſimilis,omnium rerum certus,& ſimilis icerto:extra,intra,cuncta,complexus in ſe: idemq́ rerum naturæ opus, & rerũ ipſa natura: furor eſt mẽſuram eius animo quoſdã agitaſſe, atq́ prodere auſos,&c. Hactenus ille. Recte igiť Virgilius dicit ſapientem habere inſtar mundi.Quia ſicut mundus vndiq́ ſui plen⁹ eſt & ſolidus,vſq́ adeo vt pleriq́ philoſophi,omnia vnum eſſe dixerint.Et ſicut extra mundum nihil eſſe conſtat:ita vir bonus & ſapiens,quicquid deſideret(nihil enim in hac mortalitate citra virtutem & bonam doctrinam quęrit.) in ſe habet. Vnde nota eſt Biantis ſententia,Sapiẽtem omnia ſua ſecum ferre. Stoici quoq́ dicunt, In quo virtus eſt, ei nihil deeſſe:Solumq́ ſapientem eſſe diuitem,prius ſic Cicero confirmat, Quam ob rem vt improbo ſtulto,& inerti,nemini bene eſſe poteſt: ſic bonus vir,& ſapiens: & fortis,miſer eſſe nemo poteſt.Nec vero cuius virtus, moreſq́ laudandi ſunt,nõ laudanda vita eſt. Neq́ porro fugiẽda vita eſt, quæ laudanda eſt.Eſſet autem fugienda,ſi eſſet miſera: quam ob rem quicquid eſt laudabile,idem & beatum, & florens, & expediendum videri debet:ſecundum paradoxum ſic fundatur. Cõ-

tentum eſſe ſuis rebus,maxime ſunt & certiſſime diuitiæ: ſed ſolum ſapientem conſtat eſſe ſuis rebus contentum:ergo ſoli ſapiẽti,maximę ſunt diuitiæ: maior eſt Ciceronis in paradoxis: minor eſt poetę noſtri,qui dicit,Sapientem eſſe teretem,atq́ rotundum.De ſapiente idem ſentit Hora.in epiſtolis,vbi ĩqt,Ad ſummam, ſapiens vno minor eſt Ioue, diues,Liber honoratus, pulcher,rex deniq́ regum. **Inſtar.** ¶ Inſtar.) Inſtar nomen indeclinabile eſt ſignificans(vt docet Valla)hoc complexum ad ęquiparationem: vel ad menſuram.Conſtruiturq́ cum genitiuo,nec præponitur prępoſitio,ad,vt,inſtar montis.i.ad magnitudinem montis. Nõ ergo dices,ad inſtar montis,vt vetuſtiores: nec expones, inſtar montis.i.ad ſimilitudinem,vt Seruius ineptius, ſi Vallæ ſuffragandum eſt.Verum hoc loco melius dixeris,inſtar mũdi.i. ad ſimilitudinem & formam mundi,ꝙ ad ęquiparationem : quis etenim ęquiparet mundum?& licet Valla dicat ſe nõ audere dicere, tabulam depictam eẽ inſtar orbis terrarum, Virgilius tamen dicit ſapientem habere inſtar mundi. Videtur autem eſſe, quaſi in ſtatũ & figuram:vnde inſtauro,quod eſt i ſtatum priorem reddo. **In** In, autem hoc modo cum accuſatiuo cõſtructum, ſignificat ad ſimilitudinem:vt in.vj.Euboicę latus ingens rupis in antrum, id eſt in ſimilitudinem antri. **Teret. Rotũd⁹.** ¶ Teres atq́ rotundus.)Teres,dicitur lõgus & rotundus,qualis interdum haſta:rotunda figura, eſt orbicularis,& ſphęrica,qualis pilę qua ludimus. Eſt ergo vir fortis, vndiq́ plenus,habens omnes dimenſiones ſolidas: qui enim rotundus eſt,illi nil deeſt,nec ab ante,nec a retro,nec a dextra:nec a ſiniſtra.Quod vero teretem habet formam, illi nihil deeſt inter ſurſum & deorſum:oblongum enim eſt. Ideo autem, teres, atq́ rotundus eſt. **Externę Labes.** Externę ne quid labis per leuia.) Res externa, eſt extrinſecus adueniens. ¶ Labes.) Labes, dicitur vitium quod in deteriorẽ cõditionẽ nos cogit dilabi.Honeſtus autem ſermo eſt, quoties adiectiuum partitionẽ ſonat, ponatur potius in neutro genere,& ſubſtantiuum in genitiuo, quam ambo in eodem caſu:vt libentius dixero,aliquid vini, quam aliquod vinũ: ſic hic, ne quid externę labis: quam,nequa externa labes. **Læuia.** Læuia(vt iam dixi)polita ſunt,& non aſpera, qualia omnia molliter tangi poſſunt:vt,læuis facies quam barba non veſtit. Si ergo ſapiens habet inſtar mundi,neceſſe eſt vt ſit læuis. Quia (vt docet philoſophus)ſi vltimi mobilis connexum,ſit rugoſum, aſperum,aut anguloſum,neceſſe eſſet vt extra ipſum eſſet locus,in quem ſeſe reciperent anguli extantes dum ipſum moueretur: quod maxime inficias it. Si vero læuis ſit,hoc eſt nihil extantis habens: tamen non ſatis eſt,ne quid per læuia ſidat : quoniam poſſit eſſe rimoſus,aut fiſtuloſus: atq́ ita fatiſcens, rimis externam labem accipere.Quocirca dicetur paulopoſt, Sit ſolidũ quodcũq́ ſubeſt &c. **Sidat.** ¶ Sidat.) Sidere, proprie eſt deſcendere ad capiendam ſedem, & in ea requiem:vnde aues dum repoſitorium captant,ſidere dicũtur:Vt in.vj.Ænei.Gemina ſuper arbore ſidunt.Item profugi in quas terras migrant,conſidere dicuntur: vt.j. Æneid. Vultis & his mecum pariter cõſidere regnis? Pręterea feces & limus ſidere,ſiue ſubſidere dicuntur,dum ad ima deſcẽdunt,fundoq́ incubant.Proprie ergo & affectate omnia dicta, dum labem ſidere teſtatur: quaſi admoneat: tametſi ſordes leniter ſubſidant difficulter tamen expurgari poſſe. Habet, vt monet Valleñ.hoc verbum in præterito,ſedi,ſicut ſedeo:tametſi creditum eſt carere pterito. Hęc autem omnia quę Maro de viro bono & ſapiente dicit,Horatius in ſermonibus habet,vbi inquit ſic, Quiſnam igitur liber?ſapiẽs ſibi qui imperioſus, Quem neq́ pauperies, neq́ mors,neq́ vincula terrent,Reſponſare cupidinibus,contemnere honores Fortis:& in ſeipſo totus teres,atq́ rotundus: Externis ne quid valeat per læue morari. In quem manca ruit ſemper fortuna,&c.¶ Ille diem.)Quia virum bonum, ocioſum eſſe non decet.Virtutis enim,inquit Cicero in offic. laus in actione conſiſtit.Nec virum ſapientem verſari in pecunia cumulanda.quia(vt Sallu.)Nemo vnquam ſapiens deſiderauit.Et de qua Cice. Nihil inquit, eſt tam anguſti animi, tamq́ parui, ꝙ amare diuitias. Iccirco optimus poeta oſtendit munus viri boni & ſapientis, dicens,Ille,diem &c.Simili modo.Hora. ſermonem & ſtudium viri boni deſcribit in Satyris,dicens, Sermo oritur non de domibus,villiſue alienis. Non male,necne lepos ſaltet: ſed quod magis ad nos Pertinet,& neſcire malũ eſt agitamus? vtrumne Diuitijs homines,an ſint virtute beati(Quidve ad amicitias? vſus rectumne trahat nos? Et quæ ſit natura boni, ſummumq́ quid eius,&c.Virgilius autem dicet,ſapientem oportere aſtrorum eẽ peritum:nec vacat ratiõe,quoniam ſi ipſorum ignari fuerimus poſſent nos in laqueos illicere.Sapiens autẽ dominabitur aſtris. Dies naturalis vigintiquatuor horas complectitur, quibus ſol

duodecim ſigna zodiaci,circũit. **Diei partes.** Initiũ diei,alij ab initio lucis, alij a medio lucis,alij ab initio noctis,alij a medio eius faciunt : vt.n. recitat Macrobi⁹ in Saturnalibus,Marcus Varro in.ij.li.rerũ humanaꝝ, ait, Qui ex media nocte ad proximã mediã noctem nati ſunt,vno die nati dicunť.Item dicit,Ab occaſu ad occaſum ſolis: Athenienſes diẽ finire.Babylonios,ab ortu ad ortum. Vmbros,a meridie ad meridiẽ.Prima igiť pars diei,more Romano, erit ſtatim poſt mediã noctẽ.Deinde dĩ gallicinium, quo galli canũt:tum conticiniũ,quo oĩa tacẽt:tum diluculũ, qñ lux primũ a tenebris dignoſcitur.Deinde Aurora,qñ aura ĩcipit rubeſcere:tũ manãte **Mane.** .i.oriente ſole,mane diciť:vel a mano,quod ſignificat profluo:& tacite diffũdo:vel a manibus,qm̃ ab interis ſol manat: vel a mano,noie,quod ſignificat bonũ:cui cõtrariũ,immanis,crudelis,& pernicioſus dĩ.Cõſuetudinis aũt erat, vt matutino tpe ſalutarẽt, dicerentq́ mane.i.bene ſit tibi:vñ manſit,mane,pro tpe illo.Paulopoſt dicitur,prima lux, ſole iã lucente:tũ diciť meridies, quaſi medius dies.Reliquum tps,occiduũ dicitur ab occaſu ſolis:q occidere incipit.Sole iam vicino ad occaſum,diciť ſuprema tempeſtas.Vnde in.xij.tabulis, Solis occaſus, ſuprema tempeſtas eſto. **Veſper.** Oriẽte aũt,veſpere,ſeu veſpero (nã vtrũq́ legitur:& hoc veſper, in tertia declinatione:vt,hic orto,a veſpere.& hic veſper in ſecũda declinatione:vt Geor.j.Deniq́ quid veſper ſerus vehat: Diciť etiã veſperus,itẽ & heſperus.)denoiatur veſpera veſperę : a quo flectitur veſperna, veſpernę, cõuiuiũ quod non niſi labente die inibant priſci:vñ eſt,laq́ eadẽ labente die conuiuia q̃rit. Poſt veſperã,eſt nox concubia:q nos ad cubãdum inuitat,Nouiſſimo,ẽ nox intempeſta:q nulli agẽdo tẽpeſtiua eſt.Et hęc de ptibus diei. ¶ Quã longus erit.)Solet aũt dupliciter accipi:aliqñ gñaliter pro omni tẽpeſtate,tã noctis,ꝙ lucis:neq́ vigintiquatuor ſolummo- **De gñe diei.** do: verũetiam quotuis horarũ: & tũc authoribus oĩbus Seruio, Donato,Nonio Marcello,Laurentio Vallenſi,Peroto, &c.fœminini duntaxat generis eſt:vt.v. Æneid.Quã nec lõga dies, pietas neq́ mitigat vlla.Lõga dies.i.longũ tempus.Sic dicimus, Multa dies dat magnã hoibus rerũ experiẽtiã.Qñ aũt accipitur ſpecialiter vt qñ pro die,vigintiquatuor horarũ:aut pro tpe lucis dũtaxat ſumitur: & tũc frequẽtius eſt generis maſculini: vt latine magis dixeris,die dñico,die craſtino. Reperiť tñ etiã in fœminino: vnde eſt, Poſtera cum primo ſtellas oriente fugarat Clara dies. In plurali aũt numero,volunt duntaxat maſculinũ eſſe:quia tũc ſemper ſpãliter accipitur:vnde ſignãdum eſt illud Tibulli, Venit poſt multas vna ſerena dies,Bene ergo hic dicitur.Quam lõgus, in maſculino genere.Et eſt.Quã longus, quãtum longus.Quam enim,tripliciter ſumitur.Aliqñ pro quantum:& id ſemp cũ poſitiuo,quod fit quãdo ſignificamus nos admirari: vt,Quã bonus, dñ boni,Plato fuit. aut dubitare:vt, Neſcio ꝙ bon⁹ fuerit.aut interrogare:vt,Quam bonus fuit Plato. aut ſciſcitari:vt, Videto ꝙ bonus fuerit.item qñ ęquiparamus:vt, Tam doct⁹ fuit Ariſtoteles,ꝙ Alexander potens.Secundo accipitur(ſed raro)'pro quanto: vt, Quam magis illa fremens,tanto magis effera flammis.ꝙ magis.i.quãto magis.Tertio accipitur pro valde: & id vbi aſſeratiue ſine figura loquimur,habetq́ ſemp ſuplatiuũ : vt Plato fuit ꝙ optimus.i.valde bonus.Caue dixeris in exponẽdo, valde optimus:nam valde,ſane,per,perꝙ,oppido,apprime, in primis, inter primos,præter cęteros,pre alijs: multum, parũ,modicũ, minimũ,& alia oĩa q ſuperlationẽ connotant,poſitiuo non ſuperlatiuo quadrant:vt,perbonus, nõ per optimus.Sapiẽs ergo vir,cogitat diẽ ꝙ longus erit ſub ſydere Cãcri.i.in ſolſtitio ęſtiuali, qñ lõgiſſimus eſt.Eſt aũt imitatio greca, Cogitat diẽ ꝙ longus erit: Greci .n.ſępe anteriori verbo dant,quod ſequẽtis eſt : vñ Comici,Scis me qd velim?pro eo quod eſt,Scis qd ego velim.& hic,cogitat diem,&c.pro eo quod eſt,Cogitat ꝙ longus dies erit. **Sub.** ¶ Sub ſydere.)i.in ipſo ſydere Cãcri.Sub.n.vtriuſq́ caſus ꝑpoſitio eſt: Et(vt oẽs ſciunt)qñ motũ ad locũ,connotat accuſatiuum:& qñ quietem,aut motũ in loco,ſine eius mutatione importat, ablatiuũ deſiderat.Quod pari modo veꝝ eſt de tẽpore:qñ.n. ſignificat qd vergere,ſeu tendere in tps,accuſatiuũ requirit,vt in Georgi. Sub lucẽ exportant calathis.i.pauloante lucẽ,hoc eſt tendente tẽpore ad lucẽ.&.iiij.Æneid.Sub noctẽ cura recurſat.i. pauloante noctem,Qñ vero notat qd eſſe,vel fuiſſe, vel futurum eſſe in tẽpore,ablatiuũ habet:vt in principio ſermonũ Hora.Sub galli cãtu conſultor vbi hoſtia pulſat. Et hic, ſub ſydere cãcri:hoc eſt, dũ ſol erit in cancro:quo tempore dies lõgiſſimus eſt:quia eſt ſolſtitium ęſtiuale. **Solſtitium** Solſtitium aũt dicitur,a ſolis ſtatu:quod quidẽ dixi,verũ quo ad aſcẽſum & deſcenſum,non quo ad circularẽ motũ.In ęſtiuali.n.ſolſtitio,eo altitudinis peruenit, quo altius veniri non poteſt:& in hyemali,quę bruma dicitur, tantũ deſcendit:

vt non ſit,quo amplius,ſeruato ſuo motu, deſcendat.¶ In Capricorno.) Quãtaque nox tropico ſe porrigit in Capricorno:vide Calderinum. **Porrigit.** ¶ Porrigit.)Id eſt extẽdit:componitur enim a porro,& rego,tunc enim nox maxime porrigitur:hanc rem ſic prio Æneid,cõſequitur,Quid tantum Oceano properẽt ſe tingere ſoles Hyberni,vel quę tardis mora noctib⁹ obſtet. **Cogito.** ¶ Cogitat.) Frequentatiuum eſt,a cogo,quod componitur a co,& ago.& eſt cogere,in vnũ locũ compellere : vt, Tityre coge pecus. Inde ſumiť, cogitare:quod eſt omnes ingenij, intelligẽtięq́ vires in vnũ cõpellere,ad q̃uis rem intelligẽdam.Cogitat ergo vir ſapiẽs : qppe q externis rebus occupatus nõ eſt. ¶ Et iuſto,trutinę ſe examine penſat.)Hoc eſt(meo quidem iudicio) poſtꝙ aſtrorũ concitationes exceperit: videbit quo ab illis magis trahatur,fortemq́ ſe illorum violentię obijciet:ita vt in neutram partẽ flectatur, ſed lãces ipſius,trutinę ęqualiter ſeſe habeãt. **Trutina Examen.** Trutina, eſt qua res pẽſitantur,& trutinantur:vocaturq́ alio nomine ſtatera.Examẽ, eſt illud quo examinatur,id eſt exquiritur rerum poſitarum in lãcibus põdus.Eſt etiã fœtus apũ eductarum:vt Iuuenalis, Examẽq́ apiũ longa conſederit vua.Penſat,frequẽtatiuũ eſt,a pẽdo.Et qa ante pecuniam ſignatã,olim omnis ſolutio fiebat pendendo:pendere accipitur pro ſatis facere. **Pendo.** Quia vero pendẽdo,põdus vt valor rerum diſcernitur:penſitare,accipitur pro ęſtimare.Vñ tranſumitur ad ſignificandũ explorare: & de homine incerti dicim⁹, ꝙ nihil penſiti,firmi,rati,& explorati habeat.¶ Nequid hiet.&c.) Oſtẽdit cauſam quare vir bonus ſe penſat : ſimulq́ oñdit fidelitatem trutinę.Poteſt.n,dari globus auri aut argẽti:q teres ſit, atq́ rotundus,& tamen externã labẽ admittat, ſi intus,inanis & concauus ſit:quã rem non videndo,non tangẽdo, ſed penſitãdo deprehendis.Non ergo ſatis eſt,vt vir ſapiens foris,hoc eſt in oculis hoĩum,plenus ſit:& cõtentus ſuis opibus.Verũ oportet, vt intus quoq́,hoc eſt in iudicio conſcientię ſuę, totus plenus & ſolidus ſit,Penſat ergo ſe,Nequid hiet,id eſt ne aliqua fiſſura, aut rima,ſeu cõcauitas ſit alterius rei capax.Pręterea,vt de primo mobili dixim⁹,neceſſe eſt,nullus eſt, nullus ſit angulus in viro ſapiẽte:quia ſi fuerit angulus,hoc ẽ quęuis pars eleuata, eminẽs,atq́ extans,neceſſe eſt vt inane ſit: quia ſicut mons nõ apparet,ſi non eſſet vallis, ſic nec angulorũ aſperitas, niſi adſit pars depreſſior: dicit ergo,Ne quis angulus perturbet ſe,quibus verbis excludit inanitatem externam:ſicut ſuperioribus,internam.¶ Æquis partibus vt coeat.)Alia via idem oſtendit.Poteſt enim fieri, vt aliqd corpus plenum ſit,neque anguloſum,ſed ex vna parte mai⁹ quã alia, vt videre eſt in ouo:& tale facile externum in partem minorem admittit:ideoq́ dicit, Vt coeat, id eſt conſolidetur:æquis,id eſt ęqualibus partib⁹.¶ Nihil vt deliret amuſſis.) **Amuſſis.** Amuſſis(vt notat Calderinus)eſt norma,ſeu regula, qua fabri in ęquandis muris vtuntur,ea enim deprehendunt an partes coeant, quia ſi deliret.i.extra directũ tramitẽ oberret, certũ eſt aliquid muro extare,& aſperum eſſe : aut partes inęquales eſſe. **Delirare.** Delirare (vt Domitius exponit)eſt extra lirã.i.ſulcũ errare.Inde,delirus,quod ſenectutis adiectiuũ eſt:qm̃ titubant,& oberrãt ſenes. Referturq́ ad animum:tametſi corporis eſt.¶ Solidum quodcunq́ ſubeſt.)Excluſit rimas,excluſit angulos,excluſit inęqualitatem, excluſit aſperitatem:nunc excluſit latentem cõcauitatem,dicens. Si ſolidũ quodcũq́ ſubeſt.Solidum dicitur:quod eſt ſtipatum : & vndiq́ plenum,& denſum:tale aũt durũ eſt:ideo corpora dura,ſolida vocamus:eo qd nihil raritatis habeant, nihil per poros recipiant: vt,ſolida marmora:ſolidus adamas, &c. **Subeſſe** Subeſſe dicitur ſubtus, eſſe:ſed quod ſubtus eſt,latet, & occultum eſt, ideoq́ tranſumiť, vt ſignificet latere:& occultum eſſe. **Sub.** Enimuero, Sub, eam naturã habet in compoſitione, vt occultationẽ importet : quẽadmodũ ſubripio,clam rapio : ſublego,clam lego.i.furor:ſimiliter ſuffuror,ſuppono,ſubduco,ſubtraho, &c. ¶ Nec inania ſubtus, &c.) Ordo eſt.Nec ictus,i. violẽtus,ductus, ſed tractus vnguiũ:vt faciunt marmorarij,iudicet inania eſſe ſubtus digitis palãtibus. id eſt oberrãtibus. **Ico.** Icere eſt ferire,& percutere:vnde dicimus p metaphoram ab antiqua militia,Ictum fœdus.i.percuſſum.Inde ẽt dicitur,ictus,ictus,ictui:quod ſignificat violentam impulſionẽ, qua opus eſt vt vngues ducens,ſentiat aſperitatẽ : nã ſi molliter ducat,poſſet etiam in aſpero non delirare, **Palare.** Palare aũt, eſt oberrare,& extra rectũ tramitẽ vagari:quo vocabulo,Sallu.frequẽs vtitur.Non ergo leges,Digitis pallentibus.¶ Non prius in dulcẽ declinat lumina ſomnũ.)Sãcta profecto ſentẽtia, etiã Paulo digna. **Sõnus.** Animaduerte autem ꝙ accurate omnia dicantur. Primũ, Dulcẽ ſomnum,dicit.Eſt etenim quies,donũ deorum vnde in ſecũdo Æneid.Tẽpus erat quo prima quies mortalibus ęgris Incipit:& dono diuũ gratiſſima ſerpit. Ideoq́ Virgilius quoties aliquem

Universidad de Deusto Biblioteca

grauiter somno excussum dixit, malum subsecutū edocuit. Licet ergo dulcis sit somnus, non tñ prius declinat, &c. Semper enim quę ad salutem spectant, prima faciēda sunt. vnde in. iiij. Æneid. At pius Æneas q̄q̄ lenire dolentē solando cupit, & dictis auertere curas, Multa gemens, multoq; animū labefactus amore iussa tamen diuum exequitur, classemq; reuisit. Sic in Georg. In primis venerare deos. Quā acceptū autē deo sit reputare acta diei, ostendit diuinus vates, dicens, Dixi confitebor aduersum me in iustitiā meā domino, & tu remisisti impietatē peccati mei. Dicit preterea, Declinat, hoc est deflectit. Negligentię enim argui deceret, si pfundo somno sopiretur, priusq; reputauerit acta diei. verū Deus imbecillitati humanę ignoscere posset, si grauatus somno declinet lumina. Item lumina dicit, q̄ vt primū tenui cilio tegantur, luminis, vnde dicūtur expertia sunt. ¶ Addit. ¶ Oia acta.) Integra. n. debet esse confessio. Sequitur. ¶ Longi diei.) Quem p singulas parteis, quas modo memorauimus, discurrendo longū efficit. Tametsi enim in toto nihil est, quod nō in aliqua parte copiosius: tamē quid esse videtur dum singulas ei⁹ parteis enumeras? Quocirca (authore Seruio) Iuppiter in. j. Æni. ad Venerem, loquens de imperio Ænee, ne parum videretur si triēnio ipsum regnaturum diceret, diuisit annū, dicēs, Sublimēq; feres ad sydera cœli, Magnanimū Ænea, &c. Tertia dū Latio regnantē viderit ętas, Ternaq; transierint Rutulis hyberna subactis. Qui itaq; in dolore sunt, & singulas tēporis percepiscūt parteis multo longi⁹ tempus putant, q̄ qui in delicijs. ¶ Reputauerit.) Reputauerit vero, cumulatissimam diligentiam importat. Putare enim, est vt in vite superflua resecare. Putamus autem (inquit Donatus) presentia & instantia: reputamus, pręterita. Sicut ergo putator vitiū diligenter exquirit, quis palmes futuris vuis producendis, erit vtilis: & quis inutilis: sic vir bonus & sapiens, reputās acta toti⁹ diei. Offensus prauis, dat palmam & pręmia rectis. Similem confessionem profitetur Hora. in sermonibus, vbi docet resipiscendi viā, dicens, Sic teneros animos aliena opprobria sępe Absterrent vitijs: ex hoc ego sanus ab illis Perniciem quęcūq; ferūt mediocribus, & quis ignoscas vitijs teneor: fortassis & istinc Largiter abstulerit longa ętas, liber amicus, Cōsilium propriū: neq; .n. cum lectulus: aut me Porticus excepit desum mihi, recti⁹ hoc est: Hoc faciens viuam melius: sed dulcis amicis Occurram: hoc quidam non belle: nunquid ego illi Imprudens olim faciam simile? hæc ego mecū compressis agito labris, &c. ¶ Quo pretergressus.) Venerabile verbū, & multa sanctitate fœcundū: quod tametsi aliquibus, forte prolixitate odiosus fiam: siccis pedibus transire non possum. Sapiens (inquit) non solum cōsiderabit ptergressus metas. rectine sit, verumetiam animo cōplectetur. quo pretergressus sit. i. in quantā culpam ceciderit. In qua re satius, ac humani⁹ sentit, q̄ ipsi Stoici, qui (vt in paradoxis etiam Cicero monstrare contendit) peccata omnia paria esse cēsent: nihil referre, parū ne an multū transgrediaris, si modo trangressus fueris? Nam auri nauem euertat gubernator, an paleę, in re aliquantum: in gubernatoris inscitia, nihil interesse aiunt. Quam rem vrbane damnat Flaccus. j. sermonum, dicens, Quis paria esse fere placuit peccata laborant, Cum ventum ad verum est, sensus, moresq; repugnāt. Atq; ipsa vtilitas iusti ppe mater & ęqui. reliqua vide Saty. iij. Virgilius ergo vult nos attendere ad pondus peccatorum, nō solum ad peccata. Nam (vt docet in. vj. & noto versu dicitur) q deliquit grauius, grauioribus ille subijcitur pœnis. ¶ Quid gestū in tempore, quid non.) In tēpore, hoc est tempestiue, & quo tempore oportuit: quę res ad virtutem moralem plurimū facit. Nō ergo simpliciter intelliges, quid. n. non sit in tempore. ¶ Cur isti facto decus affuit? aut ratio illi.) Diligenter (inquit) disquiret opa sua, ne forte benefecisse existimans, peccauerit. Itaq; ad philosophiam moralē nos cohortatur. Principium enim recte faciendi, est recte sapere. Eorum vero q recte geruntur, quędam sola consuetudine probantur: vt sunt instituta, qualia lętum conuiuā interdum agere: amicis arridere: & reliqua quę tēporis, loci personarumq; decorū expetunt. de illis ergo dicit, Cur isti facto dec⁹ affuit. Alia vero immutabili ratione obseruanē, qualia sunt iuris precepta: & apud nos mandata dei contra quę, ne moris quidē metu faciendū est: talibus ergo quadrat, aut ratio illi? ¶ Cur hæc sententia sedit? Quā melius mutare fuit) Diceres forte virum bonum & sapientem, non posse peccare: quia si bonus est, volet bene operari: si sapiens, sciet quomodo bene operandum est. Sciēti autem, & volenti, nunquā deest virtus: nā non effectum, sed affectum, Deus aspicit. Ideoque non addunt ad scientiam & voluntatē, potentiam: quia licet illa desit, virtus tñ non minus affuerit. Ad hanc rem per antipophoram videtur Poeta respōdere: neminem in hac mortalitate, oia scire: sed paulatim per experientiam, nunc hoc, nūc illud. Quapropter, vir bonus, vbi viderit quid bonum putare esse contra vitę decorum, disquirit secum, Cur hęc sentētia quā melius mutare fuit? Sedit. i. placuit, & firmiter hęsit: vt in. iiij. Æneidos, Si mihi non animo fixū, immotumq; sederet. Est ergo plus sententiam sedere, q̄ placere: tunc enim sedet, quādo fixa est: & super ea quiescimus. ¶ Miseratus egentem: Cur aliquem, &c.) Magni momenti sentētia, quā ne nostrę religiōis sanctitati contrariā putes, altius exequar. Primūq; poetę nostri verba ex fine. ij. Geor. repetam, vbi inquit, Felix qui potuit rerū cognoscere causas. Atq; metus omnis: & ineluctabile fatū, Subiecit pedibus, strepitumq; Acherontis auari: Fortunatus & ille deos qui nouit agrestes, Panaq;, Syluanumq; senem, nymphasq; sorores: Illum non populi fasces, non purpura regum Flexit, & infidos agitans discordia fratres, Aut coniurato descendens Dac⁹ ab Istro, Non res Romanę, perituraq; regna: neque ille Aut doluit miserans inopem: aut inuidit habenti, &c. Quibus supremis verbis, idem videtur dicere quod hic, Virum bonum & sapientē, miseratorem esse nō decere quo nihil remotius, a sanctitate nostra abest. Sic & enim IESVS CHRISTVS, nostræ vitæ author, & decus, nos instituit vt supra oia, misericordes simus. Quin & ipse poeta, in durissimo carcere occlusos, dicit. Pœnasq; expectare, Aut qui diuitijs soli incubuere repertis: Nec partem posuere suis, quę maxima turba est. Ad hanc obiectionem sic respondet Serui⁹ in illud Geor. Cicero in Tusculanarum lib. v. hoc tractat dicens, In quem cadit vna mentis perturbatio, posse in eum oēs cadere: sicut potest omni virtute pollere, cui virtus vna contigerit. Vnde nunc Virgi. Noluit (inquit) dare rustico misericordiā, ne ei daret etiam cęteras animi passiōes: quas nouimus a bonis, & a malis venire rebus. A bonis opinatis, duas: vnam, pręsentis temporis, vt gaudium: vnam futuri, vt spem. A malis, similiter duas: vnam pręsentis, vt dolorem. & vnam futuri, vt metū. Quas passiones esse animi, non dubium est, Vnde & ipse ait in. vj. Hinc metuunt. cupiuntq;, dolent, gaudentq;. Sallustius etiam in Catilinę bello ait, Omnes homines qui de rebus dubijs consultant, ab odio, amicitia, ira, atq; misericordia, vacuos esse decet. Nam animus, haud facile rerum prouidet, vbi illa officiūt. Ergo, aut secūdum tractatū Ciceronis hoc dicit: aut (quod absolutius est) intelligamus ideo rusticum paupertatē non dolere, q eam malū esse nō credit: sed munus deorum. Lucanus de paupertate. Et munera nondum intellecta deū. Hęc ibi Seruius. Possumus ad cōfirmationem posterioris opinionis, qua dicitur rusticum paupertatē modeste pati afferre: O felum Horatianū, q rusticus a suis agris expulsus, postq̄ eos annua pēsiōe a milite redemerat, sic inquit, Sęuiat, atque nouos, moueat fortuna tumultus. Quantum hinc imminuet, &c. & concludit. Quocirca viuite fortes, Fortiaq; aduersis opponite pectora rebus. Sed Virgilius nunc de rustico nō loquitur, immo de viro sapiente & bono. Sed ad hāc purgationē huiusmodi ambagibus, minime opus est. Nō enim poeta vetat, virum bonū esse misericordem: sed ne sic miseretur, vt dolorē aut fractę mētis perturbationem inde sentiat. Quam ob rem dixit in illo Geor. Neque ille aut doluit miserans inopem: & hic, miseratus egentem. ¶ Cur aliquem, &c.) Cuius ordo est. Cur miseratus egentem persensi aliquem dolorem: fracta, id est effœminata mente: hoc est cur sic miseratus vt inde doleā. Nā de vera charitate & humanitate, qua proximos misericorditer suscip[illegible] vir bonus dolere non potest. Dolet autem, si vel propter [illegible] causam miseratum se sentit, vel ppter metum futuræ ege[illegible] q̄uo ipsum sui, non eius cui dat, miseret. Vt autē ad grāma[illegible] spiciā, dicim⁹ miseror, miseraris, cum accusatiuo: vt. iiij. Æ[illegible] Nū lachrymas victus dedit, aut miseratus amantem est? vt [illegible] ficatur (quod nunc diximus) virum fortem, non miserari [illegible] pi causa. Dicimus etiam misereor, misereris, cum solo gen[illegible] quit Seruius, vt in. ij. Æneid. Miserere animi non digna fe[illegible] & in. iiij. Miserere domus labentis. Nostri dicunt, miserere [illegible] quod est ignosce, & da veniam. Dicimus preterea, miseret [illegible] sonale verbū quod vtrūque simul regit, & accusatiuum, & [illegible] tiuū. vt in. v. Et te lapsorum miseret. Dicimus ad hoc, miserescit: quod impersonaliter sumptū, a miseret īpersonali, deducitur: & eosdē casus habet: vt, Inopis te miserescat mei. Personaliter vero a misereor, flecti videtur: & nōnunquā datiuū regere: vt. ij. Æneidos, His lachrymis vitam damus, & miserescimus vltro. ¶ Quid volui? quid nolle bonū foret?) Certū est quid dicat. Foret. i. certū est: & habet hic preteriti imperfecti significationē, aliqū pſentis. Fore autē, semper futuri significationē gerit, idemq; est, quod futurum esse, quocirca nunquam participijs precipue futuri temporis

Putare. Reputare.

poris: sed semper nominibus iungitur, vt non dices, Spero te amaturum fore: sed vel amaturum esse: vel amatorem mei fore. Nec dices, intellexi te iam sanum fore. immo sanum esse. ¶ Vtile honesto. Cur malus ante tulit?) Sententia sapiente viro digna. Nam est in paradoxis, Quod honestum sit, id solum bonum esse. Multa tamen multis videntur vtilia, quę honesta non sunt: vt, carni inseruire, voluptatibus indulgere, per fas & nefas diuitias accumulare. Pulchre ergo dicit, Cur malus ante tuli: hoc est prætuli, quasi dicat, si bonus essem, bona duntaxat quęrerem. Iucundum autem est, si aduerteris, quod vir bonus se malum dicat. Accipitur autem malum, tot modis, quot bonum: contrariorum enim (vt aiunt) eadem est disciplina. ¶ Num dicto, aut denique? &c.) Si legeris, quisquam, iustum virum describit. Iustitiæ enim præcepta, sunt, honeste viuere. vnde est vtile honesto Cur malus ante tulit? Alteri, non nocere: vt hic, Cur quisquam est perstrictus, id est male affectus, verbo, aut vultu meo: hoc est, truculentia vultus. Item, ius suum vnicuique tribuere: vnde sequetur, Offensus prauis, dat palmam & præmia rectis. Videtur tamen melius cæteris quadrare, si legerimus, quidquam: vt sit sensus, Cur ego perstrictus sum quidquam, id est quouis modo: aut dicto: aut vultu. Itaque omneis parteis quibus peccare posset, exquirit. Peccamus enim, facto: vt, Vtile honesto Cur malus ante tulit? Verbo & cogitatione. Cogitationis autem tacitę, index est vultus, qui a volendo dicitur: pro duobus ergo posterioribus dicitur. Num dicto, aut denique vultu? &c. Vel refertur ad fortitudinem: vt sit, Cur malus non fortem animum omnibus obieci. sed visus sum, perstrictus, arctatus, commotus dicto: hoc est obmurmurando: aut denique, si tacui, vultu motum animi prodidi. ¶ Cur me natura magis quam disciplina trahit?) Vt hoc quoq; verbū, cui equidemm palmam tribuendam arbitror, altius exordiar, sciendum est, vulgarem fuisse opinionem, fatorum, astrorumq; violentia necessitate, omnia in terris geri: atque vt quisque optime natus fuerit, ita eum sanctissimam vitam ducere oportere. Vnde illud Satyricum, Distat enim quę sydera te excipiant, modo primos incipientem Edere vagitus, & adhuc a matre rubentem. Si fortuna volet, fies de consule rhetor: Si volet hæc eadem, fies de rhetore consul: Ventidius quid enim? quid Pullius? an en aliud quam sydus, & occulti miranda potentia fati? Hæc Iuuenalis. Quia igitur multis mortalibus persuasum est, omnia ex necessitate contingere, incassum se eniti dicebant. quo circa multos excepit ignauia. Contra quem errorem, dicit aureus poeta noster. Naturam quidem, id est nascendi rationem nos trahere: sed si velimus medicas manus adhibere, atque bonis præceptionibus acquiescere, possumus disciplinam sequi, & naturam comprimere. Sunt enim contra singula vitia, certa remedia. Vnde Horatius in epistolis, Laudis amore tumes: sunt certa piacula quæ te Ter pure lecto possunt recreare libello, Inuidus, iracundus, iners, vinosus, amator. Nemo adeo ferus est, vt non mitescere possit, Si modo culturæ patientem commodet aurem. Hæc ille. ¶ Disciplina.) Dicitur a discipulo: vna enim, eademque res: prout a doctore procedit, doctrina dicitur: quæ quia a discipulo suscipitur, disciplina vocatur. ¶ Sic dicta & facta per omnia ingrediens.) Hypermetrum versum fecit, qui quoties sit syllaba abundans apud Virgilium, quidem a sequenti vocali abijcitur: vt hic a per i. Et (ne quem lateat) hypermetrum dicimus, in quo syllaba vltima abundat: ὑπὲρ enim, est super, & μέτρον, mensura. ¶ Ortoque a vespere.) Id est vt primum vesper oritur. De vespere, iam diximus. Sunt qui hic sensum putent, ab orto vespere, id est a Lucifero, qui idem noctu sępe vesper dicitur, sed acquiesco priori. ¶ Offensus prauis.) Vtilitatem huiusmodi examinis, ostendit esse consummationem pœnitentię. Quem enim vere pertęsum est peccati, pœnam sibi statuit ne recidat: & pro bene gestis, modeste gaudet. Licitum enim est etiam viro Christiano, quoties deum obsecrare vult, aut desperationis nebulas repellere, de bene actis lætari: & ea recensere. offensus dicitur, is qui a re quam offenderit, læsus est. & idcirco illi succenset. Offendere enim, est citra spem inuenire: vt dum lapidem ingrediens, pedibus ignoranter impello, ipsum offendere dicor: & ille item me offendit: hoc est lædit. Ob enim præpositio apta est rebus: quę insperate obueniunt. Offensus ergo prauis, dat palmam, id est laudem, & gloriam. Nam summis victoribus, palma debetur: non (vt opinatur Plinius) quod semper vireat. id enim lauro, buxo, alijsque pluribus datum est: sed quia lignum eius, semper contra pondus renitatur, atque incuruetur: sic vir fortis contra aduersa, quoties ita factum decet fortis inuictusque procedit: eoq; acrior, quo res quam aggreditur difficilior est.

Disciplina. Doctria Hypermetrū

Offendere.

Universidad de Deusto Biblioteca

P. VIRGILII MARONIS DE LVDO CONTRA AVARITIAM ET IRAM LEPIDVM EPIGRAMMA.

Sperne lucrū. vexat mēteis insana cupido,
Fraude carete graues, ignari cedite doctis.
Lusuri nummos animos quoque ponere debent.
Pone malas, quoties ludendo vinceris, iras.
Ludite securi, quibus ęs est semper in arca:
Siquis habet nummos, veniens exibit inanis.
Lusori cupido semper grauis exitus instat:
Sancta probis pax est: irasci desine victus:
Nullus vbique potest felici ludere dextra.
Principio furijs ego sum tribus addita quarta.
Plecte truceis animos, vt vere ludere possis.
Ponite mature bellum precor, iraq; cesset.

ASCENSIVS.

Auaritia. Quoniā quidem reipublicę incolumitati, in qua palmam nimirum Romani sibi vendicant, nihil auaritia ipsa perniciosius ortū est, crescētibus siqdem diuitijs, oēm honestæ vitæ gloriā amisere. Vnde Sallustianū illud in Catilinario. Igitur primo, pecunię: deinde, imperij Cupido creuit, ea quasi materies omniū malorū fuere. Nanq; auaritia, fidē, probitatem, cęterasq; arteis bonas subuertit. Pro his superbiā, crudelitatem, deos negligere, omnia venalia habere, prauitas docuit. Et paulopost auaritia pecuniæ studiū habet, quā nemo sapiēs cōcupiuit: ea quasi venenis malis imbuta, corpus animūq; virilem effœminat: semper infinita, semper insatiabilis est: neque copia, neque inopia minuitur. & in Iugurthino, Cęterū mos partium popularium: & senatus factionum, ac deinde omnium malaum artium, paucis ante annis Romę ortus est: ocio, atque abundantia earum rerum, quę prima mortales ducūt. Nā ante Carthaginem deletam, populus & senatus Romanus, placide, modesteq; inter se rempubli. tractabāt, Neque glorię, neq; dominationis certamen inter ciues erat. Metus hostilis in bonis artibus ciuitatem retinebat: sed vbi illa formido mentibus discessit, scilicet ea quę res secundę amant, lasciuia, atque supbia incessere. ita qui in aduersis rebus optauerūt ocium, postquam adepti sunt, asperius, acerbiusq; tulere. Nanque cœpe nobilitas, dignitatem in superbiam, populus libertatem in libidinē vertere. Ita omnia in duas parteis abstracta sunt, republica: quę media fuerat dilacerata. Huic Sallustianę sententię, correspondet illud Iuuenalis in. vj. Pręstabat castas humilis fortuna Latinas Quondam: nec vitijs cōtingi parua sinebant Tecta, labor, somniq; breues, & vellere tusco Vexatę: duræque manus: ac proximus vrbi Annibal, & stantes collina in turre mariti: Nunc patimur longæ pacis mala, sæuior armis Luxuria incubuit, victumq; vlciscitur orbem: Nullum crimē abest facinusq; libidinis, ex quo Paupertas Romana perit, hinc fluxit ad histros, Et sybaris colles: hic ad Rhodon & Miletos. Adque coronatum petulans madidumq; Tarentum, Prima peregrinos obscœna pecunia mores Intulit, & turpi fregerunt sæcula luxu Diuitię molles. Hęc ille. Quoniā igitur iquam tam nociua auaritia Romano imperio fuit, Nihil dirius Romani poetę (qui semp reipublicę prodesse studuerūt) execrati sunt. Hinc illa exclamatio in tertio Æneidos, Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Hinc in. vj. apud tartarum damnatos, dicit, Aut qui diuitijs soli icubuere reperti: Nec partem posuere suis: quę maxima turba est. Et paulopost de ijs q auro iustitiam polluerunt, Discite iustitiam moniti, & nō temnere diuos. Vendidit hic auro patriam, dominumq; potentem Imposuit, fixit leges pretio, atq; refixit. Hinc tota Horatij excandescētia, qui vbicūque potest in auaritiam insurgit: atque insanissimos auaros esse docet: & plurimę purgationis (quam per Helleborum intelligit, cuius copia in Anticyra prouenit) idigere. Vn ait in sermonibus nomine Stoicorum. Dāda est Hellebori, multo pars maxima auaris. Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem: hoc est nescio an auaris omni helleboro opus sit vt purgentur, omnis enim peccati species ex mala cupiditate (quę auaritia generaliter dici potest (nascitur. Sūt autem tria huius pestis pręcipua capita, Auar⁹. Aut enim mala cupidine ductus per fas & nefas acquirit: proprie dicitur auarus, ab auendo, id est cupiendo: vnde & auidus dicitur. Aut res vtcūq; acquisitas illiberaliter amat, semper secum seruat: & dicitur tenax. Aut nulli vsui expandit: & Sordid⁹ dicitur proprie sordidus, sicut cōtra, qui nitidum rerum suarū Lautus. vsum habent, lautos vocamus. Vnde Iuuenalis, Atticus eximie si cœnat lautus habetur. Habet autem auarus hoc dementię quod (vt dicitur in primo sermonum Horatij (Semper inuidia cruciatur. Vnde ait, Quodque aliena capella gerat distētius vber Tabescat habet: & illud, Quod rebus partis nescit vti. Vnde idem ibidem,

ibidem, Cogestis vndiq; saccis indormis inhians, & tanq; parcere sacris Cogeris. Adde quod auaritiæ vitium, tanto plus viriū habet, quāto nos imbecilliores efficimur. Est enim senib⁹ commune vitiū, quod (vt inquit Comicus) omnes ad rē auidiores sunt. Hinc illud Horatij in de arte poetica. Multa senem circumueniunt incōmoda, vel quod Quęrit & inuētis, miser abstinet, & timet vti, &c. habet & hoc mali, q cætera vitia multo vsu displicēt, qualis superbia exterior: qualis luxuries, & reliquę pestes. Auaritia vero, nec copia, nec inopia minuitur. Vnde Iuuenalis, Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit. Est ad hoc execrabile malum, qd cætera vitia quandam apparentem dulcedinem insipientibus pariūt. Auaris vero, tanto minus quietis, aut dulcis fruitionis, quāto magis rerū. vt. n. inquit Seneca. Tā deest auaro quod habet, q̄ quod non habet. Est ad summū auarus odiosus omnibus: nemini amicus, non deo, non sibi, nō proximo. Non sibi, qa parcit, & inuētis miser abstinet. Vnde in sermonibus de homine auaro, Vix credere possis, quam sibi non sit amicus. Non deo, vnde est in eisdē sermōib. Dijs inimice senex custodis, ne tibi desit. Non deniq; proximis, quia multa, si potest, cōgerit. nec vlli impartitur quicquā. Quādo igitur enim est auaritię malum, vt qd misericordię maxime officit. seuerissime a Poeta nostro nūc improbat. Dices forte, nihil video seueritatis. Nempe hoc est maximum, quod ita auaritiam damnat: vt ne vitam nostram polluat: etiam a ludo, qui recreandi animi gratia fieri solet: nobis abstinēdum dicat. Vtitur ergo argumento a verisimiliori. Nā si ne ludere quidem lucri causa possumus: certum est a malis quęstib⁹ abstinendum esse.

IDEM.

Sperne lucrum.) Non dicit, Sperne ludum: quoniā nec versus id pateretur, nec sententia: non versus, quia ludus primam longam habet: non sententia, quia interdum ludendum est. Nam & sacri ludi sunt, vt Apollinares. Loquitur tamen de ludo aleę, aut pilæ, aut alterius rei, vnde lucellum exquiritur. ⁋ Vexat menteis vesana libido.) Vexare, verbum est magnæ violentię, vt docet Aulus Gellius. Est enim frequentatiuum a veho: sed qui vehitur alterius viribus impellitur. Qui vero vexatur, nunc huc, nunc illuc agitatur. Quando enim quis per idem spatium sępe violenter rapitur: atq; retrahitur, tunc proprie nō vehitur quod semel fit, sed vexatur. Vesana ergo libido, vexat menteis: hoc est impotentes virium agitat, & cogit sub alio sole quęrere merces. Hinc plurimi poetarum loci. Horati⁹ in primo carminum, Nequicquam deus abscidit prudens Oceano dissociabili Terras: si tamen impię, Non tangenda rates trāsiliunt vada. Et multis alijs in locis. Vesana: ve, particula aliquando auget: vt, vehemens: aliquando minuit, vt vestibulum: aliquando cōtrarium inducit, vt vecors, sine corde & animo virili, vel certe praui cordis: sic vesanus, malesanus: Libido, vt plurimum in malam partem accipitur: semel apud Sallustium in bonam. refertur autem ad ambitionem, vt est libido dominandi: & ad concupiscentiam, vt est libido carnis. item ad quamuis malam cupiditatem: vnde nonnulli codices habent hoc loco Vexat menteis vesana Cupido Fraude carete graues: ignari credite doctis.) Tribus vitæ nostræ partibus, poeta consulit, primæ, quæ iniens ætas dicitur, cum ait, Ignari credite doctis. Mediæ, cum dixerat, Sperne lucrum: ea enim ætate ludis incumbunt, supremæ autem dicens, Fraude carete graues. Et sunt sane salubria præcepta. Quid etenim adolescentibus salubrius, quam vt discant? Oportet autem (inquit philosophus) discentem credere: Neque tamen vult, vt nimium creduli simus sed vt doctis, & expertis, duntaxat fidem habeamus: quæ res, si rite seruetur, nihil in republica vtilius contingeret. Quod etenim ignari sumus? quoniam ab ignaris & indoctis doceri sperabamus: & miseri nostri parentes, si doctos præceptores nobis comparassent: non nequitię

nequitiæ, sed literis nunc incumberemus. Quid item adolescentię & virili ętati decentius conueniret: q̄ vt ludo, & libidine abstineamus? Quid denique senectę nostræ iucundius, aut pulchrius contingat: q̄ vt fides nobis habeatur, quod nō dubie fiat, si fraude vacaremus, Inquit ergo bn̄, Fraude carete graues, hoc est maturi, qui. Ignari credite doctis. de hac re sic Cicero, vbi adolescentię officia pręscribit. Officia adolescentis. Est igitur adolescentis maiores natu vereri: ex hisq; eligere optimos & probatissimos, quorum, cōsilio, atq; authoritate nitatur. Ineuntis enim ętatis, inscitia senum constituenda & regenda, prudentia est. Maxime autē hæc ætas libidinibus arcenda est: exercendaq; in labore, patiētiaq;, & animi & corporis, vt eorum: & imbecillis, & ciuilib⁹ officijs vigeat industria. Atque etiam cum relaxare animos & dare se iucunditati volunt, caueant intemperantiam, meminerint verecundię: quod erit facilius, si eiusmodi quoque rebus, maiores natu interesse velint. Hæc ille. Et si (vt sequenti capite docet) senū interest: vt amicos, & iuuentutem, & maxime rempublicam consilio & prudentia q̄ plurimum adiuuent, &c. ante omnia opus est, vt sine fraude iuēniantur. nā (vt iam dixi) nihil profecerimus docendo, si doctrinæ nostræ propter fraudem in nobis compertā, fides desit. quid enim profuit Cassandra prognosticon? de qua sic Virgilius, Tūc etiam fatis aperit Cassandra futuris, Ora dei iussu non vnquam credita Teucris. ⁋ Lusuri, &c.) Ordo est lusuri: quod est quicūq; ludere parant. debēt ponere nummos: quoque. i. etiam animos: hoc est tametsi amiserint numos: non tamen irascentur. ⁋ Irasci memini victos.) Gerit pręceptoris partes. Quocirca vult sibi credatur tanquam experto. memini (inquit) hoc est memoria complector, ex ijs quę vidi, victos irasci. ⁋ Placet optime frater, &c.) Facete loquitur. solent enim qui moralia præcipiunt, ad liberos suos, vtpote ad charissima pignora, scribere. sic Marcus Cicero ad Marcum filium, officia scribit: & opus illud morale. Cum animaduerterem, etiam ad filium destinatur: debent enim pręceptores, vt meminit Iuuenalis, haberi parentis loco: sed Virgilius modestiæ gratia, optime frater, dixit: quomodo, & apostoli nostri, Frater: ad suos scrisperunt. Dicitur autem frater: quasi fere alter. ⁋ Ludāt secure.) Huius sensum potes dicere a contrario sensu eliciendū esse: vt sit, quia nulli semper satis ęris in arca est, Nulli ludant. vel intelliges simpliciter sic, Ludant pręditites, siqui sensum, & thesaurum exhaustū habēt. Tu vero optime frater, hoc est qui meæ conditionis es, a ludo abstineas. Æs. Æs æris, species metalli est, sed pro pecunia accipitur: nam primi numi ęrei, non aurei, aut argentei fuere. Ouidius de fastis, Æra dabant olim, melius nunc omen in auro est, Victaq; concessit prisca moneta nouę. Hinc pecuniam debitam, ęs alienum dicimus. Et ęrarium, repositorium publicę pecunię. Seruius Tullus, primus fertur æs signasse: nam antea rudi vtebantur. Signatumq; aiūt nota pecudum: vnde pecunia dicta. Nam argenteus numus, primum signatus est anno vrbis, CCCCCLXXXVI. Deindę. LXII. anno signatus est aureus. Alij etiam appellandę pecunię rationem dant. Dicunt olim, omne commercium fuisse in commutandis pecudibus, in q bus pręcipuas diuitias sitas putabant, quod vbi ęre, & auro, argentoq; fieri cœpit, pecunia (quod in pecudum locum successit) appellata est, Sunt qui dicant, extare numos ęreos signatos sub Iano antiquissimo Italię rege, quorum alterius partis nota est nauis, qua Saturnus in Italiam vectus erat. Alterius Ianus biceps propter rerum experientiam, & prudentiam. Certum autem est, æs accipi solitum pro pecunia. Vnde in Bucolicis, Non vnquam grauis ære domum mihi dextra redibat. ⁋ Arca.) Dicitur ab arcēdo, quod arceat homines a rebus quas arcanas, id est secretas & occultas esse volumus. ⁋ Siquis habet nūmos, &c.) Conformiter ad priorem sententiam qua diximus: nullis ludendū, quia Inanis. nullis æs semper in arca est. Nam siquis habet nummos veniēs, exibit inanis. Inanem dicimus, cui pecunia nō est, propter inaNumus nem crumenam: siue sacculos ęrarios inanes. vnde & vacuus dicitur, Iuuenalis, Cantabit vacuus coram latrone viator. Numos a numeris dictos putant: inuento enim numo, hoc est signato ære: orta est numeratio in satis factione, Antea enim æra pendebantur. Pēdere. vnde hodie, pendere, satis facere significat: vt sexto Æneidos, Tum pendere pœnat Cecropidę iussi: Hinc etiā est quod hodie quoque, talentum auri: libram auri & argenti dicimus: tā etsi, non pondere: sed numero satis facimus. ⁋ Lusori cupido, &c.) Causa est, quod cęcus cupidine lucri: ludendi peritiem non Exitus. habet, ⁋ Exitus grauis.) Atqui dictum est, Exibit inanis. Sed dic, grauis, id est molestus, & tristis: vt apud iuuenalē, Quo tondente grauis iuueni mihi barba cadebat. Non enim iuuenibus grauis. i. ponderosa barba est, sed molesta. Exitus, est finis: vt, Exitus acta probat. & secundo Æneid. Hęc finis fatorum: hic exitus. Sed pulcherrime hic ponit: alludit enim ad exitum lusoris, a taberna lusoria.

IDEM.

Sancta probis pax est.) Hactenus auaritiam criminatus est: nunc pulchro moderamine iram retinēdam docet. Et veluti plena laus contrariorum, vituperationem habet: ita & vera vituperatio vnius contrariorum, laude cumulatur. Commēdat igitur pacē, quā Christiano viro author, & Saluator humani generis, satis cōmēdatam fecit: qui eam vt rem pretiosissimā charissimis legauit. Omnib⁹ vero mortalibus per se laudata esse poterit, quādo & fere in suo genere eam seruēt. Nam de publica pace, quid boni habet, non dicto opus est videntibus quot & quāta sint belli mala, quod vero Iuuenalis ait, Nunc patimur longe pacis mala non pacem criminatur: sed ocium & desidiam, quam ingrati, ignauiq; animi subiere. dicit ergo, Sancta probis pax est. Quorum verborum ordo est, Pax sancta. i. inuiolabilis est probis. i. probi habēt pacem, quę sancta est. Vel sic, Pax ē probis sancta. i. pax est habita & ęstimata sancta a probis. Pax. Vel sic, Pax est sancta, id est sancita & itroducta a probis. Vnde est illud Horatianū in arte, Syluester homines sacer: interpresq; deorum, Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus, &c. Vtrumutrum autem dicatur, sensus erit, quod magnę probitatis indicium, est seruare pacem. Nihil enim morib⁹ honestis, tam obest, q̄ lites & iurgia, vnde notum verbū poetę, Lis est de paupere regno. Sanctum dici volūt. De quo sancitum est pœna sanguinis, ne quis violet, vnde Sancta sepulchra, sancta mœnia Romæ, &c. ⁋ Irasci desine victus.) Vide q̄ moderate pręcipiat. Quia enim ira, quę subita sanguinis inflammatione, circa cor nascitur, in nostra potestate nō est. Nec omnis ira mala est: vt enim docent peripatetici: ira multum ad fortitudinem facit: & in diuinis eloquijs dicitur, Irascimini & nolite peccare. Idcirco Poeta non dicit. Noli irasci: sed, Irasci desine victus: & paulopost dicet, Iraq; cesset: Iram quā importat primum animi motum, in nostra potestate nō esse, docet Flaccus in sermonibus, dicens, Deniq; quatinus excidit penitus vitium irę Cętera item nequeunt stultis hęrentia, &c. Et propterea idem in epistolis non vult iram omnino expelli: sed cōtineri: vbi (inquit) qui non moderabitur irę Infectum volet esse dolor quod suaserit: & mēs, Dum pęnas odio per vim festinat inulto. Ira, furor breuis est, animum rege qui nisi paret: Imperat, hunc frenis hunc tu compesce catena. Nullus vbiq; potest felici ludere dextra. Prouerbium est, quod in communi multum gratię habet. Solent autem tali diuerbio qui victi sunt se consolari: Nihil est ex omni parte beatum cōmune enim malum intolerabilius est. ⁋ Initio furijs, &c.) Ordo satis obscurus est, ego ira sum addita quarta furia, furijs initio trib⁹, id est quę ab initio nō nisi tres erant. Sunt tamen qui sic legant, Initio furijs ita est trib⁹ addita quarta: & sic ordo facilis est: & meo iudicio magis quadrās. Furię apud inferos, tres dicuntur, Alecto, Megera, & Tisiphone, quas Acherontis filias esse dicunt ex nocte: nec ab re, Acheron Acherō enim interpretatur, absque lętitia. nam α priuatiua est particula, & χάρμα dicitur lętitia: & nox est cęcitas quędam, & priuatio luminis. Quando ergo mēs nostra tristitia afficitur ob iniuriam illatam, nec habet lumē rationis, quo refrenetur, statim in furorē rapitur. Itaque ira potest esse, quarta, furiarum. Quia ira, furor breuis. Hesiodus in Theogonia, aliud dicit: sed non omnia referre in vnum locum possumus. Hoc tamen non pręteribo poetas solere: ad notum rerum numerum adijciendum aliquid esse attestari. Sic quia duo Catones insigni virtute fuerun, Iuuenalis allusit: habeat nunc iam Roma pudorem. Tertius e cœlo cecidit Cato. Sic Horatius ad septem sapientes in Gręcia nobilissimos respiciens, inquit, in sermonib⁹. Hęc mihi Stertinius sapientū octauus amico Arma dedit. Sic Sappho decima Pieridum dicta est: Sic & hic ira quarta furiarum nūcupatur. Plecte truces animos, vt vere ludere possis. Qui & enim spe lucri rapitur non ludo, sed solicita seria ducit. Plecte ergo, hoc est rigide flecte: & castiga truces, id est feroces & truculentos animos. Plectere, est afficere tormentis, vt in epistolis Horatij, Quicquid delirant reges plectuntur Achiui. Ponas mature bellum precor: Ponas, id est deponas: mature, id est tempestiue. Nam id maturum dicitur, quod neq; serius, neque citius solis beneficio decoctum est. Inuitat ergo ad temperantiam. Nam certum est lusorem vbi amiserit quouis modo irasci. Vnde Horatius in epistolis, Lud⁹ enim genuit trepidum certamen & iram. Ira, truces inimicitias & funebre bellum. Iraq; cesset: quia (vt dixi) fieri non potest: vt vir acer, & strenuus oino ira vacet: id eni imbellis animi est: idcirco dicit, cesset ira. i. placetur tempestiue.

Universidad de Deusto Biblioteca

ASCENSIVS.

Liuor tabificum, &c.) Mostratū est auaritiā, & irā iestissima esse vitia. Auaritiā qdē reipublicae, Irā vero, proximis. Auarus siqdem omnia venalia habet, vt pecuniā accumulet. iracūdus, quo tempore ira percit' est sanguinis, & vindictae sitiēs debacchat: nihilque tam exoptat, q̄ quo inimicum vlciscatur. Nunc autē poeta noster ingeniosissimus, ostēdit iuidiam perniciosissimā esse illi cui inest. Efficit. n. ipsum liuidum, tabidum, macilētum, atq; oīs letitiae & boni, expertem. Vnde Horatius in epistolis, Inuidus alterius reb' macrescit opimis, inuidia Siculi non inuenere tyranni Maius tormentum, &c. Neq; vsque adeo mirum est, hanc tam diram esse pestem. Nam si vti quisque summam charitatē habet, ita perfectissimus est: consequit, vt q maxima inuidia laboret, infelicissimus sit. Nihil enim vsqueadeo, fraternae charitati, atq; inuidia officit. nā inuidus is demum dicitur, q non potest bonis oculis videre salutē alterius, quā optimus quisq;, non minus ac suam desiderat. Possumus ergo miseros despicere, hoc est nolle aspicere, ex contemptu, sed felicibus duntaxat inuidemus. vnde Martialis, Omnibus inuideas, Liuide nemo tibi. hoc etenim pacto, oēs pręter liuidum felices forent, qui certe felicitate indignus est, quocirca dici solet, nihil iustius eē inuidia. Notus ēt est author: qui inuidos oībus ī locis habere oculū desiderauit. Credo equidem, vt tantis hominum bonis cruciatus aliquando (siquidem fieri posset) ipsum sui miserescat. Pestiferā autem inuidi mentem pulcherrime aperit Aesopus Phrygius, ille fabulator ingeniosissim', in Apologo, in quo ostendit, Auaro atq; inuido, oblatam a deo conditionem: vt quancunq; rem peteret, eam impetratam abducerent. Cum igitur inuido vt peteret, iussit auarus: ille renuit, timens auarum posse aliqd accumulatius petituru esse. Iussus autem auarus postulare: non immemor fuit: nec a natura discedens: petijt vt quancunq; rem inuidus exoraret, eā geminatam haberet. Quod cum inuidus audiret, tabescēs quod illi cumulatius & geminum bonum foret: oculū sibi erui petijt: quo alteri vterq; obcaecaretur. Itaq; inuidus, non tam sibi prodesse q̄ alteri nocere conatur. Veruntamen, vt plurimū auaritia inuidiam generat, non semper autem. Nam nonnunquam alteri inuidemus, quod nos ipsi habere noluerimus. Sed de hac, nihil pulchrius quā poeta, adduci potest: quocirca ad ipsum accedamus. ¶ Liuor tabificū, &c.) Carmen hoc hendecasyllabon, i. vndecim syllabarum, constat spondeo, dactylo, & tribus trocheis, quamuis in vltimo loco, propterea quod vltima syllaba indifferens est, ēt spondeus ponat. Primus versus sic metit. Liuor, spōdeus: tabifi, dactylus: cum ma, trocheus: lis ve, trocheus: nenum, trocheus. Pari modo & reliqua scandes. Liuor existens tabificū, (Liuor.) id est generatiuum tabis venenum, vorat, deuorat, abglutit: medullas intactis, id est non tactis ossibus. Liuor, est macula subnigra, quae ex cōtactu & compressu corporum inducitur. Iuuenalis, Vuaq; conspecta liuorem ducit ab vua. & Tibullus, Tum succos herbasq; dedi quis liuor abiret, Quem facit impresso mutua dente Venus. Et quoniam inuidia similem maculā generat, & obscoenum aspectum efficit, a multis liuor vocatur, vt hic. Nam sicut candidus dicitur, qui omnia bono oculo aspicit, nullicq; inuidet, aut detrahit: (Cādid'.) sic econtrario Liuidus dicitur, qui vbi alterius dexteritatem videt, lenta tabe medullitus exeditur: & exhausto, qui in cādido homine est, naturali succo totus liuescit. Vnde vo-

cat

(Inuidia)

P. VIR. MARONIS DE LIVORE SEV INVIDIA CARMEN, HENDECASYLLABVM.

Liuor tabificum malis venenum
Intactis vorat ossibus medullas.
Et totum bibit artubus cruorem.
Quo quisquis furit: inuidetq; sorti
Vt debet, sibi poena semper ipse est:
Testatur gemitu graueis dolores.
Suspirat, fremit, incutitq; denteis.
Sudat frigidus intuens, quod odit.
Effundit mala lingua virus atrum.
Pallor terribilis genas colorat.
Infelix macies renudat ossa.
Non lux, non cibus est suauis illi:
Nec potus iuuat, aut sapor Lyaei,
Nec si pocula Iuppiter propinet:
Aut hec porrigat, & ministret Hebe:
Aut tradat Ganymedes ipse nectar.
Non somnum capit: aut quiescit vnquam.
Torquet viscera carnifex cruentus.
Vesanos tacite mouet furores
Intentans animo faces Erinnys
Letalis, Tityiq; vultur intus,
Qui semper lacerat, comestq; mentem.
Viuit pectore sub dolente vulnus.
Quod chironia nec manus leuarit,
Nec Phoebus, sobolesve clara Phoebi.

cat liuorem, tabificum venenum. ¶ Venenū.) Dicitur. n. quod veniat. i. fluat per venas & medullas. ¶ Tabes.) (Tabes.) Dicitur autem sanguis exudante, puriore succo corruptus. talem autem liuor generat, vnde dicitur, Tabificū venenū. Additur autem notanter. ¶ Malis.) Non tam quod pręcipue mali sunt, q alterius bona videre nō possunt: quam quod hoc venenum malis: hoc est inuidis dūtaxat nociuum est. Nā luxuria, luxurioso delectationem affert. & colluxurioso, labem. (sudatq; alij Sudat.) Superbia miseris, quos fastidimus, molesta est: auaritia, omnibus odiosa: ira offendendi damnosa: gula haeredibus iniqua. Accidia q̄uis desidibus dulcis, bonis tamē operationibus: quas aut deo, aut sanctis, aut parentibus, aut liberis, aut patrię, aut reipublicae debemus, summopere nociua est. (Atq; alij Aut.) Inuidia vero, inuidū duntaxat cruciat. nā inuisus, semper beatus est: aut talis iudicatur. (Tacit', alij tacite.) Quia ergo iuidia exedit inuidū, bene dixit Tabificum malis: neq; vero erit tam ineptus iterpres, qui dicat tabificum. i. tabem faciens: malis, id est maxillis: (Iecur comesti alij comestique mentem.) tametsi liuor edax dicatur: quia oportet, vt prior syllaba breuis sit, quę in dictiōe malis, semper (Leuaret alij leuarit.) nisi adiectiuum fuerit, producit. Nec obijciendū est, quod inuidus alijs saepe molestus est: qm̄ sibi duntaxat per inuidiā nocet: alijs vero quia pręter inuidiam alia quoq; peccata habet, sūt. n. multa familiaritate deuincta inter se. ¶ Et totum bibit artubus cruorem.) Ex hac autem re (vt dixi) fit liuor. ¶ Quod quisq; furit, &c.) Ratio est quare cruorē ebibat. Quod. i. quia: quisquis. i. quicunq;: furit. i. insanit, & irascitur, & inuidet sorti alterius ipse est semp sibi poena, hoc est seipsum cruciās, vt debet: quia dicit, Iustius, inuidia nihil est, quae crimine nō dum Perfecto, amorem cruciat, pro ense reflexo. ¶ Sors.) Dicitur quidquid sortimur, i. accipimus ab aliquo, vt illi foenus faciam'. Dicūt autem Iouē, vnicuiq; nascēti dare partem boni, & partem mali: illud ergo quod a deo accipimus, vt bene operemur, sors dicit. Illud etiā, quod a fortuna nobis obijcitur, sors dicitur: vnde Horatius in principio sermo. Qui fit Mecoenas, vt nemo quā sibi sortem, Seu ratio dederit, seu sors obiecerit, illa, Cōtentus viuat? Dicitur praeterea sors, pecunia illa quam vsurarius foenerat, (Foenus.) hoc est foenori dat, quod a Iurisperitis capitale dicit. Foenus autem, est lucrum, quod pręter sortem rei redditur. Denique quid quid sortimur. i. quadam sorte obtinemus, id sors dicit. ¶ Sudat frigidus.) Pulchra compositio, qua ostendit sudorem nō esse naturalem: qualis est, qui ex vehementi calore apertis poris generatur. ¶ Intuens quod odit.) (Odit.) Odit, praesentis temporis, significationem habet, praeteriti tamen est secundum declinationem. Nam odio (licet semet in De oratore apud Ciceronem, odias, legeris) rarissimum inuentu est: & si inueniatur, corriperet primā, sicut odium, nomen: hic autem longa debet esse prior syllaba, quia est e pręterito bissyllabo, paucis demptis. ¶ Effundit mala lingua virus atrum.) Mala lingua, nominatiui sunt suppositales, illi verbo effundit. nam si legas, Liuor effundit mala lingua, id est p malam linguam, vt septimi casus sint, versus non staret. ¶ Virus.) (Virus.) Venenum: nunc tantum tres casus habet. olim etiam viri, in genitiuo repertum est. ¶ Pallor terribilis.) Hoc est obscoenus aspectu. (Genae.) ¶ Genas colorat.) Genae sunt quasi vestes, quibus oculus tegitur cum conniuit, id est aperitur, & clauditur: quę (vt dicit Plinius) olim cilia dicebantur. Pulchrum ergo est, quod inuidus in ea parte liuescit, qua peccat. ¶ Infelix macies renudat ossa.) Signate dicit infelix macies, quia potest eē felix, vt est, quam ma-

turo

turo consilio per abstinentiam & ieiunium contraximus, pro salute animę aut corporis. vtriq; enim officit crapula. ¶ Renudat.) Hoc est aperit, & ostētat ossa, exhausto sanguine: consumptis carnibus, & euaporato succo naturali. ¶ Non lux, &c.) Nihil est sanis iucūdius luce. vnde de Didone insaniēte ex amoī dicitur, Lucemq; refugit. quod vicinę mortis indicium est. ¶ Non cibus est suauis illi.) Exhausto enim sanguine, imminuta est virt' digestiua: qua sine nullus cib' suauis est: vt patet in ęgrotis. Suauis, hic trisyllabum est. ¶ Nō potus iuuat.) Qui alias curas expellit. vnde est, Adsit letitiae Bacchus dator. ¶ Nec sapor Lygi.) Id est Bacchi, (Hebe.) qui Lyęus dicitur, eo quod soluit hoiem curis. λύω, n. est soluo: vnde mirandum est, quod qui nos liberos & solutos omnib' curis reddere solet, non iuuet inuidum: mirabilius quod nec sapor ipse iucundus sit. Mirabilius multo, quod potus suauissimus nō iuuet, etiam si pocula Iuppiter ipse propinet, abs quo quia hospitalitatis deus est, tute sumi possent. Maxime autem mirandū est, quod nec Hebe, deorum pincerna, & iuuenum dea: nec Ganymedes, omnium mortalium pulcherrimus puer, non posset tam delicate pocula dulcia a Ioue propinata ministrare, vt inuidum iuuent. Notę sunt fabulę. Hebe, filia Iunonis, pincerna deorum est: quę dum incautior pocula ministraret: casu pudēda renudauit, ob quam rem iratus Iuppiter, Ganymedem pulcherrimum puerum Trois Phrygum, regis filium, dum in Ida sylua venatur, rapit: raptumq; in Hebes locum suffecit. Vnde est illud. i. Aeneid. Et rapti Ganymedis honores. Quantum autem ad gratiam poculorum faciant mundiciç pincernarum, ostendit Iuuen. vbi de misera clientum coenula cōqueritur, dicens, Tibi pocula cursor, Getulus dabit. aut nigri manus ossea Mauri. & paulopost de rege conuiuij, Flos Asię ante ipsum pretio maiore paratus. Quam fuit & Tulli census pugnacis & Anci. ¶ Nectar.) (Nectar.) Est potus deorū: sicut ambrosia, dapes significat ipsorum. Neq; vero dicitur a nectando: volunt enim dictum, nectar, quod linguam nectat: Graecum enim est τὸ νέκταρ ταῦ νεκτάρος, &c. ¶ Non somnum capit.) Quod tamen munus deorum est: vt. ij. Aeneidos, Tempus erat quo prima quies mortalibus ęgris Incipit, & dono diuum gratissima serpit, Aut quiescit vnquam. Plus est nō quiescere, q̄ non capere somnum: quia sępe animi quietem capimus, nec tamen dormimus. Vnde de Didone infeliciter amante. At non infelix animi Phoenissa, nec vnquam Soluitur in somnos, oculis be, aut pectore noctem Accipit. Quare vero non quiescat, inuidus, est quia Torquet viscera carnifex cruentus. Liuor cruētus. i. plenus cruoris, torquet viscera: & ideo est carnifex. Viscus, visceris, secundum Seruium, significat omnem carnem intra pellem contentam, Viscum autē, secundę declinationis: significat illud quo aues viscātur, gluten. Sunt qui in singulari solum ablatiuum, viscere, vsitatum dicant. Donatus super illud in Andria, Vix sum apud me ita animus commotus est, metu, spe, gaudio. Duo (inqt) carnifices futurarum rerum sunt, spes, & metus, &c. quibus verbis accipit carnifices, sicut nūc Virgilius. ¶ Vesanos tacitus, &c.) Hoc enim differt liuor, ab ira, quod ille tacitus, ad pręcordia icubat. ira vero, manifeste in offensorem insurgit. Tacitus, vtroq; modo accipitur, vt docet Valla. Nunc actiue, vt si velis hic: Liuor tacitus. i. tacens, mouet vesanos furores: quia in liuidum debacchatur quem dilacerat. Nūc passiue, vt apud Senecam: Quod ta-

citum

citum esse vis nemini dixeris: & apud. vj. Aeneid, Quis te magne Cato tacitum aut te Cosse relinquat. sic potest hic accipi, liuor tacitus, id est occultatus: & conditus intra viscera liuidi, mouet vesanos furores: quasi diceret, intestinos. ¶ Intentans animo, &c.) Interpretatur quos furores moueat, est (inquit) intentans. i. intensiores faciens, vel augmentans animo faces. i. flāmas: Erinnys. i. contentiosi furoris. ἔρις, enim, cōtentio dicitur. ¶ Est talis.) i. ordo est: quia & talis vultur est intus. i. intra viscera inuidi: qui. i. qualis lacerat semper Tityi comesti. i. exesi, quoad iecoris fibras: vt sit totum pro parte: vel leges, comestū. De Tityo sic. vj. Aenei. (Tityus.) Necnon & Tityon terrę omniparentis alumnum, Cernere erat, per tota nouem cui iugera corp' Porrigitur, rostro quę immanis vultur adunco, Immortale iecur tondens: foecundaq; pęnis Viscera, rimaturq; epulis, habitatq; sub alto Pectore, nec fibris te quies datur vlla renatis, &c. Intelligitur autem per Tityum luxuriosus. Amauit enim Latonam Apollinis & Dianę matrem. ob quam rem confixus iaculis Phoebi: damnatus est apud iferos, ea poena vt viscera eius, vultur immanis exedat, quę tametsi continue absumuntur, nunquam tamen deficiunt, quia semper renascuntur. Quod ideo fingitur: quoniam credunt, morietium aīas ea affectione, eoq; mentis habitu permansuras, qua corpora linquunt. Vnde de amātibus in eodem sexto, Curę nō ipsa in morte relinquunt. Et paulopost de alijs studijs, Quę gratia curruum, Armorumq; fuit viuis, quę cura nitentes Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos. Quia itaque amantes, nimijs curis agitantur, in vita bene fingitur Tityus, quem Horatius, incontinētem appellat: perpetuis gryphibus, seu vulturibus exedi. Simili autem modo tantisper dum viuit, iuidus, torquetur: quasi dicat ipsum hinc infernales poenas luere. Et non lōge abest, nam sicut in inferno semper cruciantur, neque tamen culpa purgatur, aut offensio remittitur: sic inuidus cōtinua poena afficitur: nec tamē melior euadit. Vultur olim dicebatur hic vulturis, vnde Ennius, Vulturis in syluis miserum mandebat homonem. ¶ Viuit pectore subdolente vulnus.) Viuit, id est semper recēs est: sicut aqua semper fluens, viua dicitur: vt secundo Aeneidos, Donec me flumine viuo abluero. Quod quidem vulnus manus Chironia, id est ipse Chiron Phyllirides, iustissimus centaurorū, leuaret, id est curaret. Nec Phoebus leuaret, Nec clara soboles Phoebi, id est Aesculapius leuaret: hoc est habet incurabile vulnus. (Chiron) Chiron (vt dixi) Phillyrides, id est Phillyrę nymphę, & Neptuni, in equum conuersi, filius fuit: pater Thetidis, & auus Achillis, qui plurima medicinę adiumenta inuenit, quorum quędam adhuc extant. Maxime peritus fuit eius quam chirurgiam vocant: vt nōnulli putant, a Chirone denominatam. vel potius a manu, quę χεὶρ dicitur. Docuit Achillem (vt dicit Statius in Achilleide) curationem vulnerum, vt de Telepho, nobilis recitatur leuatio: quem ferrugine eius ferri, quo ipsum vulnerauerat, sanum reddidit. vnde est in Remedio amoris, Vulneris auxilium Pelias hasta tulit. ¶ Phoebus.) (Phoeb'.) Phoebus autem (vt dixi) solis est peculiare epitheton. fingitur autem Phoebus, siue Apollo, medicinę peritus: quoniam omnes herbarum virtutes, solis radijs percoquūtur. Aesculapius autem, pręter omneis mortaleis, in hac re doctus fuit: abs quo Virgilius Virbium, a morte reuocatum, dicit. Et qa tantum in medicina potuit, Apollinis filius dicitur.

ASCENSIVS.

Nec Veneris, &c.) Si penitiorib. oculis Virgilianā dicendi formā cōspexeris, non interrogato opus esset, quę vitia magis fugienda sint. Quam eteni superbiā dānaret, vidisti quāta diligētia, nos ad miserię humanę memoriam vocitauit. Cum auaritiam perniciosum illud mōstrum vilipēderet, vehementi verbo vsus est, dicens, Sperne lucrū, &c. At de ira quę ad acrimoniam facit: parcius inquit, Iraq; cesset. Cum vero liuorem monstrum, nulla virtute redemptū, ad parteis vocaret; quasi excandescēs, inquit, Liuor tabificum malis venenum, &c.

Nunc

P. VIR. MARONIS DE VENERE ET VINO, CONTRA LVXVRIAM ET EBRIETATEM.

Nec Veneris, nec tu Vini tenearis amore.
Vno nāq; modo Vina, Venusq; nocēt.
Vt Venus eneruat vires: sic copia Bacchi:
Et tentat gressus: debilitatq; pedes.
Multos caecus amor cogit secreta fateri.
Arcanum demens detegit ebrietas.
Bellum saepe parit ferus exitiale Cupido.
Saepe manus itidem Bacchus ad arma vocat.
Perdidit horrendo Troiam Venus improba bello.
At Lapithas bello perdis Iacche graui.
Denique cum menteis hominum furiauit vterq;
Et pudor, & probitas, & metus omnis abest,

Nūc vero de Venere & vino locuturus, quorum abusus, non vsus, malus est: inquit. Nec Veneris, nec tu vini capieris amore. Non etenim Venus mala, nec vinū malū: sed amor & nimia indulgentia, vtriusque detestanda est. Non ergo dixit, Nō tu capieris amore luxuriei. (luxuria) Omnis enim luxuries, damnāda est. non omnis autem Venus. (Venus.) Similiter non dicit, Non capieris amore, ebrietatis. omnis etenim ebrietas, mala: nō itidem omne vinū. Tametsi autē Venerem, pro cōcubitu, per metonymiam pōnimus: vt, Sine Cerere & Baccho, friget Venus, nō tamen pro omni, sed pro eo dūtaxat qui na-

 tura

Universidad de Deusto Biblioteca

turalis est, nec incestuosus. nã cestus, est zona Veneris: dictus a castitate, qua legitime nubẽtes cinguntur. Veruntamẽ ponunt tres Veneres: vnã ex Cœlo pre, & Dia mre: na-

vene-

Compedibus Venerem, vinclis constringe Lyęum:
Ne te muneribus lædat vterque suis.
Vina sitim sedant: natis Venus alma creandis
Seruiat. hos fineis transilijsse nocet.

tam apud priscos. Et hanc honestæ rei præesse volunt. Alteram, ex viribus cœli, & spuma maris: & huic inconcessos concubitus imputant. Tertiã, Iouis, & Diones filiam, ex qua Æneas natus dicitur. Sciemus tamen, quãuis multę enumerantur Veneres, multi Ioues, multi Mercurij, &c. Poetę tamen opera sic confundunt, vt omnium vni addicant: siue quod vnã cœlestem naturam putent omnium effectuum causam, tametsi per diuersos fiant: siue quod omnia in admirationem trahere volunt. Volunt aũt Venerem dictam, quod per eam omnia veniant, & oriãtur. Et quia generatio rerum, non sine virili semine fit: ideo Veneri vtriusque sexus participationem dedere. Nam (vt recitat Macrobius) in Cypro est barbatę Veneris simulachrum. Quocirca Virgili⁹ loquẽs de Venere ait, Descendo ac ducente deo & Caluus, Pollentemque deum Venerem. & Aristophanes philosophus Aphroditon, genere masculino appellat. & Leuinus ait, Venerem igitur almũ adorans, siue fœmina, siue mas est, &c. De Veneris autem virtute, sic Lucre. Æneadum genitrix hominum, diuumque voluptas, Alma Venus cœli subter labentia signa: Quę mare nauigerum, quę terras frugiferentes Concelebras: per te quoniam genus omne animantum Concipitur, visitque exortum lumina solis. Hęc ille. Propter hanc rem dicetur, Natis Venus alma creãdis Seruit. Certum est ergo pro conuersatione humanę, cęterorumque animantiũ naturę Veneris vsu op⁹ esse: qui si legitime fiat, iure matrimoniali laudandus est. Econtrario nemini dubium est, quantum noceat transiluisse finem: vsqueadeo vt nulla sit labes, qua homo a diuina mentis contemplatione, ad corporis sordes citius auocetur, nulla propter quam plura bella fiant: nulla quam citius, & plures in turpem egestatem ruant. Nam Plautus, paupertatem luxurię filiam nuncupat, nulla item quę omni honesto studio magis inimica sit: nam hominem totum effętum reddit, ac deinde tardũ, & segnem: vsqueadeo, vt sępe tardum pro luxurioso, poetæ ponant. Nocet igitur & animę, & corpori, & vtrique plurimum. De vino quoque nihil ignotum dicam: nam omnes scimus si tẽperate sumatur, humano ingenio adiumẽto esse. Vnde illud Horat. in epistolis, Prisco si credis Mecœnas docte Cratino: Nulla placere diu, nec viuere carmina possunt: Quę scribũtur aquę potoribus, vt male sanos Adscripsit liber Satyris, Faunisque poetas: Vina fere dulces oluerunt mane camœnę Laudibus arguitur vini vinosus Homerus: Ennius ipse pater nũquã nisi potus ad arma Prosiliit dicẽda. & reliqua quę commẽtarij per irrisionem dicta putant. nemo tamen mihi inficias ibit, vinum modice sumptũ, acuere ingenium. At quantum ebrietas detestanda sit, facillime cõstabit, si hominem potum inspexeris: qui iã omne id (loquor de ratione & virtute) quo a belluis ferisque differimus, exuit: & sui immundo, quam homini similior luto inuoluitur: facilis ad iram: facilis ad seditionem: facilis ad luxuriam: facilis ad blasphemiam, deorumque contumeliam: facilis ad secreta reuelanda: ad amicos prodendos: & ad omnia denique mala facienda. contra, ad nullam virtutem paratus. Quocirca, si ita decesserit, iam de ei⁹ salute actum esse dixeris: sed redeo ad poetã. ❡Nec Veneris, nec tu vini capieris amore.) Capere, multa videtur significare, secundum quod varia sunt quę capiuntur. Aliqñ enim est in se cõtinere, vt, Atrium meum capit mille viros. Aliquando est intelligere: vt, Capio te, id est sensum tuum. Aliquando auferre: vt, Quando capimus rem: qua capta, quis ea perpetuũ priuatur. vnde, captus oculis, dicit priuatus. Virgilius. j. Georgico. Aut oculis capti fodere cubilia talpę. Sic caper dicitur, qui captus est coleis, id est genitalibus: vt docet A. Gel. Aliquando est, vestalẽ suscipere, cui rei peculiare erat verbum. Aliquãdo est comprehendere, & in carcerem conijcere: vnde captiui dicuntur. Aliquãdo est inescare, fallere, aut decipere: vnde dicimus, Hominem captum amore, captũ vino: vt hic, Nec capieris, id est nõ illaqueaberis amore Veneris, nec etiam amore vini, ratio est. ❡Vno nãque modo, vina, Venusque nocent: Vt Venus eneruat vires, &c.) Eneruare, est dissoluere: neruis enim consolidamur. vnde est, Ossibus & neruis compegisti me. ❡Sic copia vini.) Copia dicitur abũdantia, & plenus vsus rerum: vt meretrix facit omnibus copiam sui: sic, copia vini, est abundantia vini. Non tamen dices de exemplari instrumento, quod fit copia: sed poteris dicere, Fac mihi copiam istius instrumenti: hoc est, fac vt vsum eius habeam. In plurali autẽ copias, copiosum exercitum vocamus, & apud poetas, necessitudine versus. Aliqñ etiam in singulari numero idem significat: vt. ij. Æneid. Respicio & quæ sit me circũ copia lustro, Et tẽtat gressus, &c. i. titubare facit: vt Chremes in Eunucho Terẽtij, Vicit me vinum quod ego bibi. At dũ accũbebam: quã videbar mihi esse pulchre sobrius, postquã surrexi: neque pes, neque mẽs, satis suum officiũ facit. In. ij. Georgi. Virgi. Tenuisque Lageos Tẽtatura pedes olim, vincturaque linguam. Multos cęcus amor cogit secreta fateri. Cuius rei, Medee, & Ariadna, testes sunt: & in sanctis literis Sanson. ❡Cęcus amor.) i. cecos faciens. Pingitur tñ Amor seu Cupido, puer alatus, oculis velatis, habens in altera manu iacula, in altera flammas. Cęcum autem vocamus nunc quod nõ videt, vt hominem cęcum: nunc quod nõ videtur, vt saxa occulta, cęca dicimus: nunc quod nõ sinit nos videre, vt cęcam noctẽ, cęcam auaritiam, cęcum amorem, & reliqua quę nos aut mẽtis, aut corporis lumine priuãt. ❡Arcanum demẽs detegit ebrietas.) Horatius in epistolis, Quid nõ ebrietas designat? operta recludit Spes iubet esse ratas, Ad prelia trudit inermem, Sollicitis animis onus eximit, &c. & in sermonibus. Cõdita cum verax aperit pręcordia liber. Arcanum, dicitur ab arca, qua arcetur. i. tegitur. Demens, Bonum est adiectiuum ebrietatis. nam demens dicitur, nõ qui sine mente est (quia is amens vocatur) sed qui peruersam & deprauatam mẽtem habet, qualem ebrietas efficit. ❡Bellum sæpe petit ferus exitiale Cupido.) Ponit exemplum de amore Paridis in Helenam, pro qua destructa est Troia: exempla autẽ sine numero sunt. vnde Horatius in sermonib. Nã fuit ante Helenã cunnus deterrima belli Causa: sed ignotis perierunt mortibus illi: Quos Venerem incertã rapientes more ferarum Viribus editior cedebat, &c. Bellum, per antiphrasim. i. contrariũ sensum, dici putant: eo quod nihil belli. i. boni, aut pulchri habeat. Alij, a bellujs. Exitiale dicitur, quod ad exitum vitæ pertinet. Ferus Cupido, temporale epitheton. nam est etiã, placidus amor: vnde est in quarto, Placidone etiam pugnabis amori? Solent autem amantes infeliciter Cupidinem feritatis arguere: vt in Bucolicis, Nec lachrymis crudelis Amor, Nec gramina riuis, nec Cytiso saturantur apes. Et alio loco, Sæuus amor docuit natorum sanguine matrem Cõmaculare manus. Et Tibullus, Semper vt inducat blandos, offers mihi vultus: Post tamen es misero tristis & asper amor. Cupido, genere masculino, deum amoris, significat filium Veneris, Genere fœminino, cupiditatem ipsam. ❡Venus improba.) Etiã temporale epitheton: quia dicturus est, Alma Venus, &c. ❡Sæpe manus itidem Baccus ad arma vocat.) Dat exemplum. Et Lapythas bello perdis Iacche graui. Itidem, id est eodem modo: Bacchus & Iacchus, nomina sunt Liberi patris, qui deus vini. Sed per metonymiam, nomina deorum, pro rebus quib⁹ præsunt, ponim⁹: tunc præcipue, quãdo rebus, actionem damus: vt perdere. & mouere manus. De hac re dicitur in Geor. Bacchus & ad culpã causas dedit, ille furenteis Cẽtauros leto domuit, Rhœtũque, Pholumque. Et magno Hyleum Lapythis cratere minãtem, &c. Lapythæ, populi sunt Thessalię ex Lapytha (sm Isidorum) Apollinis filia, geniti. At Centauri, dicuntur esse Ixionis filij. Ixion. n. credens cũ Iunone concumbere, cũ eius simulachro ex nube facto, rem habuit, vnde nati sunt Centauri: quorum supernæ partes, humanæ, iferne, equinę erãt: quæ res ficta est, quoniã (vt docet Pli.) primi pugnare in equis inuenerunt. visi ergo a lõge semihomines & semi equi putati sunt. hi ebrij effecti, & Martio furore perciti, Lapythas occiderunt. ❡Denique cum mentes hominum, &c.) Denique, particula est: qua vtimur, dum quæ particulatim dicere incipiebamus, generatim absoluimus: vt hic, Denique (inquit) qñ mentes hominum alterius furore percitæ sunt, & pudor, & probitas, & metus omnis abest: quibus tribus humana natura ne effera vagetur, maxime reprimitur Pudore, qui in muliebribus, & adolescentibus maxime cõmendatur. Amissa nanque pudicitia, nihil in muliere cõmendandum est. Cicero in epistolis, Qui semel verecundiæ fines trãsierit: eũ bene grauiter oportet esse impudentẽ: quod Dido, nõdum illecebris amorum capta, sentiẽs, ait, Sed mihi, vel tellus optem prius ima dehiscat, Vel pater oipotens adigat me fulmine ad vmbras, Pallenteis vmbras Erebi, noctemque profundam Añ pudor, quã te violẽ, aut tua iura resoluã. De adolescentib. Teren. Erubuit: salua res est. Est. n. pudor, quo nos pudet turpis facinoris, per quem viri magni, etiam sæpe ad fortia facta inuitati sunt, vñ de Hectore, dicit Homerus, quod veritus a Polydamante culpari, multa ausus est. Probitas autem, est qua viri probi & probati,

Margin notes: Seruit: si nẽ hord trãsiluiss se nocet. alij, Seruiat hos fineis trãsiluiss se nocet. — Cæcus. — Ebrietas. — Arcanũ Demẽs — Bellum — Cupido — Nomina deorũ rebus — Lapythæ. Cẽtauri — Denique — Vinum Ebrietas. — Capere — Copia.

probati, ne infamiam incurrant, omnia quę cõtra bonos mores & honestatem facere possent, euitant: Metus vero, duplex est. Alter filialis: quo filius veretur patrem offendere: de eo timore dicitur, Initium sapientiæ timor domini: eo enim pacto optimi quique verentur peccare, ne offensam dei incurrant. Est & seruilis timor: quo verbera, serui timẽt, potius quã dominorum indignationem. & de illo dicit Hora. Oderunt peccare mali formidine pœnę. Quando autem quis, aut Veneris amore captus: aut Bacchi furore tactus est, nullis vinculis cohibetur. ❡Compedib. Venerem, &c.) Affectate dictum. Nam Venus, a veniendo dicitur: recte ergo, ne nimium veniat, pręcipit vt constringatur compedibus. Compedes enim sunt, impedimentum pedum. ❡Lyęum.) Lyæus autem, dicitur (vt diximus) a soluendo: quia solutos nos facit, quam ob rem vinculis constringendus est. ❡Ne te munerib. &c.) Nõ inficias it munera vtriusque: nisi abusio fiat nobis vtilia esse: sed cauendum esse ne nos lædat vterque, quod nimirum fiet, nisi & legitime & tẽperate vtamur. Quę autem munera sint, declarat: quia. ❡Vina, sitim sedãt.) Valent (inquit) vina ad restringendam sitim. ❡Natis Venus alma creandis.) Venus seruit, id est vtilis est natis creandis, id est ad prolem procreandam: quę res apprime, necessarię sunt. ❡Sed trãsiluisse finem horum.) Hoc est indulgere Veneri, ob nimium luxũ: & vino vsque ad ebrietatem: nocet. Alma dicitur Venus, ab alendo, quia eius pręsidio; alitur omnium animantium genus.

P. VIRGILII MARONIS DE LITERA Y, CARMEN.

Littera Pythagorę discrimine secta bicorni,
Humanę vitę speciem preferre videtur.
Nam via virtutis dextrũ petit ardua callẽ:
Difficilemque aditũ primũ spectãtibus offert:
Sed requiem prebet fessis in vertice summo.
Molle ostentat iter via lata: sed vltima meta
Pręcipitat captos: voluitque per ardua saxa.
Quisquis enim duros casus virtutis amore
Vicerit: ille sibi laudemque, decusque parabit.
At qui desidiam, luxumque sequetur inertem:
Dum fugit oppositos incauta mente labores:
Turpis, inopsque simul miserabile transiget æuum.

ASCENSIVS.

Littera Pythagoræ, &c.) Propulsauimus quãta maxima potuim⁹ diligẽtia, sex morbos, qui singuli, singulis virtutib⁹ officiũt. Nunc exagitanda est pestis, oi vituti cõtraria: quam nũc desidiam: nunc pigritiam: nunc segnitiẽ: nũc accidiã, nũc inertiã: nũc ignauiã: ad summã oĩmissionẽ ois boni vocare potes. Qua quidẽ ęgritudine, quicũque aficiunt ingratitudinis vitio (qđ sane detestãdũ est) cõuinci possunt. Si etenim cõsiderare voluerimus, quantũ optimo maximo deo nostro debeamus, quippe abs quo quicquid boni nobis est, aut erit, aut cepim⁹, aut suscepturi sumus, fatebimur qdẽ egregie, nullum esse desidię locum, nihilque iacentibus animis esse damnosius. Nam quandoquidem finis vniuscuiusque rei est optima eius operatio, videbimur (nisi bona operemur) finem nostrum attingere nolle. Enimuero turpe est homini animalium facile principi deesse, quod in cęteris creaturis tam copiose conspicimus: cœli enim cœlorumque ornamẽta (quas stellas, & sydera vocamus) cõtinua volubilitate munera explere nõ cessant. Elementa rerum, mira commigratione temperamentum vt iussa sunt, seruãt. animantium quoque, nullum præter hominem sibi deesse videmus. Auiculę eni fragillimo corpore fretę, ferę multa seuitia indomitę. Bellue marinæ indulgentia ad ignauiã inuitatæ: ad generationem tamen & cõseruationem prolis, nunquam defatigantur, quã qua quidque eorum maxime valeret arte pro igenij, hoc est naturalis indolentię benignitate, semp in opere conspicitur. Adde quod & ipsi homines ad iniqua agẽda, multo vigilantiores sunt quam ad bona. Quam rem Horatius sic in epistolis conqueritur. Vt iugulent homines surgũt de nocte latrones, Vt te ipsum serues, nõ expgisceris, &c. Quia igitur non satis est vitia fugitasse: nisi bene egeris: scriptũ. n. est a diuino pfeta, Declina a malo, & fac bonũ, ideo Maro volens desidiam proscribere, nos ad bene operandũ pulcherrime adlicit. Nam si (vt Stoicorũ est paradoxum) omnes mali stulti sunt: stulti vero & insipientes, profundissimę Platonicorum doctrinæ minime capaces, operępretium erat, indoctum, stolidumque vulgus, rudi, ac enormi Minerua, viam virtutis docere, & quasi signis illiteratos erudire: ad quam rem nihil accommodatius est, quam litera Pythagorę, in qua totam humanam vitam, & diuersę vitę exitum videre licet: iccirco Virgilius eam instituto suo accõmodat: & dicit. ❡Littera Pythagorę, &c.) Pythagoras, ex Samo insula philosophus, in Italiam venit: Tarquinij filio regnum obtinente, cui cognomẽtum Superbus fuit. Is multa doctrina & virtute claruit primum, musicę studuit, in qua egregiam laudem assecutus est: deide, philosophię naturali: mox & ęthice. i. morali operam nauauit: & populum conatus ab insolentia, ad cultiorem vitam vocare. Virtutis amorem, animis mortalibus instillare satagebat: quod quia philosophicis ratiõibus non potuit, signis & indicijs effecit: nouamque viam commẽtus est. Sciuit enim esu carnium, multam feritatem in animis nostris innasci, multumque nos ad libidinem impelli: quo circa pcepit (vt meminit in transformatis, Ouidius.) vt ab omni carne, sicut ab humana abstineremus: turpe enim putauit in viscere, viscera cõdi: assignans inauditam rationem: & animę nostrę, quoniã imortales essent, e corporibus nostris in alia corpora migrarẽt: neque in humana solũ, sed etiã in ferina itaque fieri posse, vt receptaculum auitæ aut paternę aię absumerem⁹, si quauis carne vescamur. Id autẽ alij eũ sensisse putant: alij ita pcepisse, dũtaxat quo luxũ carnis vetaret. Oui. xv. meta. iducit ipm sic loquẽtẽ, Parcite mortales dapib⁹ temerare nefandis Corp⁹, sunt fruges, sunt deducẽtia ramos Pondere poma, &c. Et iterũ, Prodiga diuitias, alimẽtaque mitia tell⁹ Suggerit, atque epulas sine cęde & sanguine pbet. Carne ferę sedant ieiunia. Et rursum, Heu quãtũ scel⁹ est in viscere viscera cõdi, Congestoque auidũ pinguescere corpore corpus. Itẽ: Quisquis fuit ille deorũ, Corporeasque dapes auidam demersit in aluum, Fecit iter sceleri, &c. Idem apud eũdem immortalitatem, & cõmigrationẽ animę, in diuersa corpora sic docet, Morte carent animę, semperque priore relicta Sede, nouis domibus, viuunt, habitantque receptę. Et paulopost. Omnia mutant, nihil interit, errat & illinc, Huc venit, hic illuc, & quoslibet occupat artus. Spiritus eque feris humana in corporat ransit, Inque feras noster, nec tempore deperit vllo. Item, Parcite vaticinor cognatas cęde nefanda Exturbare animas, ne sanguine sanguis alatur. Cęterum, vt ad virtutem nos adliceret, & a vitijs absterreret, docuit virtutum quidem semitam videri, primum difficilem, sed incredibilem animi quietem, atque iucũditatem parere. Contra vitiorum latas vias, facile omnibus patere: sed in miseros animi, remordẽte cõscientia, cruciatus impellere, neque quicquam pręter pœnitẽtiam producere. Et quo id rudibus oculis manifestius obijceret ὑψιλὸν hoc ẽ, y tenue, ipsis ita singulari mõstrauit, vt in ipso oẽm humanam vitam discere possent. Habet. n. talẽ figuram, vt basis, seu fundamentum, quod ad discrimẽ bicorne sese extendit acta infantię nostrę quę neque bona, neque mala sunt significet. Deide, vbi ad biuium, puenerimus, hoc est ad verum discrimẽ boni ac mali, dicebat nos libere, ex libero arbitrio nostro, i vtrãuis partẽ voluerim⁹, progredi posse: si quidem in dexteram, quę virtutis est tendere voluerimus, summis opibus primum enitendũ esse: sed ad amœna loca, nos peruẽtum ire. sin ad sinistram, quę vitiorum est, declinauerimus, facilẽ quidẽ aditum esse, sed durissimũ instare exitum. Siquis verba ipsius Pythagorę Gręca ligua habere volet, quibus integritatem arbitrij cum fatorũ necessitudine consistere docuit, petat A. Gel. lib. vj. ca. ij. Nos interpretationem Gellianã posuisse satis putamus quę hęc est. Nosces homines spõtaneas haurire calamitates, cum detrimẽta singulis a seipsis fiãt: & suo impetu delinquant, & incõmoda ruãt, sua voluptate, atque proposito, ppterea negat oportere fieri: audire homines aut nequã, aut ignauos & nocentes, & audaces: qui cum culpa & maleficio reuicti sunt, perfugiũt ad fati necessitatem, tanquã in aliquod phani asylum & quę pessime fecerũt ea, nõ suę temeritati, sed fato esse attribuẽda dicũt. Hęc Gellius interpres. Et paulopost, Primus autem sapientissimus & antiquitissimus poetarũ dixit hoc tribus versibus, quos illic subdit, quorũque hęc per Gellium interpretatio ẽ, & loquunt vt intelligas, numina, seu dei ipsi. ❡Hei mihi qd dãnant mortales numina cęli? Esse aiũt etenim p nos mala, cũ tñ ipsis Vecordi pter fatũ sint mente dolores. Difficultatis aũt

quę

Universidad de Deusto Biblioteca

quę in dextero calle eſt, cauſam ita ex philoſophorum documẽtis habere poſſumus. nam licet Chriſtiani, nihil ambigimus: qui ſcimus originalis criminis fomitem extinctum quidẽ eẽ in fonte baptiſmatis: ſed incitamento tamen quiddam derelictum eſſe, quo ad peccandum proni ſumus. quid hoc ad hunc locũ in quo Poeta non Chriſtianus loquitur? Neque tamen reſpuenda ꝓpterea eſt doctrina philoſophorum, ſi modo cum Chriſtiana veritate conſentiat. Dicemus philoſophicas opiniones, nihil a fide ſanctiſſima degenerantes. dicunt itaq; Pythagoram, & deinde Platonem ſecuti: animas a ſingulis elementis paſſionem cõtraxiſſe: ſimiliter & a ſingulis planetis. Planetarum autem congeriem (vt memorauimus) ſyluam vocauerant propterea; dicebant, difficile eſſe tenere dexterum callem, & venire ad aureum ramum: de quo Virgilius in ſexto: per quem aliud non intelligit, ꝙ ramum huius literæ dexterum, per quem virtus ſignificatur. quo circa Æneas, per quem omnis vir ſapiens ſignificatur, iuſſus quærere aureum ramum aſpectans, ſyluam immenſam, hoc eſt tot cœlorum influentias, nos ad vitia trahentes, ſic precatur. Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus, Oſtendat nemore in tanto &c. vbi ſignate dicitur, ſe oſtendat nobis, quia putabãt plurimi, niſi virtus nos ſponte ad ſe vocarit, difficillime poſſe eam contingere: quo circa dixit Sibylla, Neminem aureum illum ramum poſſe carpere, niſi fata ipſum vocent. Videtur tamen admittere humanam diligentiam, quo circa id viſa eſt dicere. Si non es prædeſtinatus, precare vt prædeſtineris. ad quid enim noſtra opus eſſet diligentia, ſi credidiſſent etiam philoſophi) nam de theologis certum eſt, ꝙ rectius ſentiunt) omnia fatorum neceſſitudine cõtingere? Verba Sibyllæ ad Æneam in .vj. ſunt hęc, Ergo alte veſtiga oculis: & rite repertum Carpe manu, nanq; ipſe volens, faciliſq; ſequetur, Si te fata vocant, aliter non viribus vllis Vincere, nec duro poteris conuellere ferro. Quibus verbis cum dicit, Veſtiga alte oculis: videtur (vt dictum eſt) nos inuitare ad diligentiam inquirendę virtutis, quæ difficillima inuentu eſt, quocirca Æneas illum aureum ramum non inuenit propria inquiſitiõe, ſed maternis auibus monſtrantibus: quo non aliud ſignificatur, ꝙ eos qui ad egregiam virtutem euadunt, adiutos ooortere benigniore naſcedi hora. Vnde & illud Iuue. Plus etenim fati valet hora benigni, Quam ſi te *veneris* commendet epiſtola Marti. Verum, vt ad rem redeamus, tametſi dexterum illud iter, arduum & difficile, ab alijs facilius petatur: vt pote a bene natis, ab alijs difficilius vtpote ab infelicius natis, ab omnibus tamen ſine diſcrimine, virtus acquiri poteſt. Nam quãto magis infirmus ad ſcãdendum fuerit: tanto maior ſcandenti gloria contingit, neq; deerit, ſi vt Æneas deum precemur, qui conãti aſcendere, manum

Litera.

porriget. ſed ad rem. Litera, dicitur ſecũdum plures, quaſi legitera, eo ꝙ legatur: vel quaſi litura: quia cum olim in ceratis tabellis ſcriptitarent, ſæpe lita eſt. Itaq; volunt vno t, debere ſcribi ſed quia prima deberet corripi (tametſi, quidam a præterito deducere moliuntur) cœpit tt duplici ſcribi, ſicut quatuor. cum quater, & quaternus, & ſimilia quæ corripiuntur, vno t ſcribantur. Similiter quotidie, ſecundum multos, tt duplici non alia ratione, ꝙ vt ſignificetur prima longa, ſcribitur, quotus enim prima breui, vno t contentum eſt. Significat ergo litera, elementum lecturæ: hoc eſt minimum quod legi poteſt: vt a, vel b: & hic litera Pythagoræ hoc eſt y, aliquando ſignificat manum, ſeu formam ſcribentis. Vnde ad Atticum Cicero, Nam Alexidis manum amabam ꝙ tam prope accedebat ad ſimilitudinem tuæ literæ. In plurali autem, etiam ſignificat epiſtolam: ſed cum epiſtolam ſignificare volumus, addemus numeralia diſtributiua quæ congrue adduntur carentibus ſingulari numero. Quando vero elementa, hoc eſt ſingulas literas ſignificamus, addenda ſunt cardinalia. Vt ſi dicis, Vnam literam ad te dedi ſignificas te dediſſe vnũ elementum, vtputa a vel b, Si vero dicis, te dediſſe vnas literas, idem eſt ac ſi diceres vnam epiſtolam: & ſi duas literas, perinde eſt, ac ſi diceres duo elementa, vt a, & b, vel alia quæuis duo. Sed

Pythagoras.

ſi binas literas te miſiſſe, dicis, non aliud eſt ꝙ ſi diceres duas epiſtolas miſi. ❡ Pythagoræ.) Non quam Pythagoras inuenit: ſed qua vitam humanam figuratam docuit, vt ſupra oſtendimus: & nunc per Virgilium videbimus. Erat (vt dixi) Pythagoras Samius, philoſopus, primuſq; (vt perhibent) eo nomine nuncupatus. Nam cum antea ſophi: id eſt ſapientes, vocantur, percunctatus an ſophus eẽt, dixit, ſe philoſophum: hoc eſt ſtudioſum & amatorem ſapientiæ. ❡ Diſcrimine facta bicorni.) Id eſt diuiſa in

Diſcrimen.

duo cornua: dexterum, quod anterius eſt: & ſiniſtrum: quod idem poſterius, Diſcrimen, dicitur a diſcernendo eſt enim diſcernere, dignoſcere. vnde diſcreti, qui rem bene diſcernunt, ſciũtq;

diuidere

diuidere bonum a malo. Secta. i. diuiſa: participium eſt a ſecor, ſecaris, videtur autem a ſectare, vſus hoc loco. nam ſecare pertinet ad itineris diſcrimen, vt in fine .vj. Æneid. Ille viam ſecat ad naueis: & ſignificat, quaſi tenere. Inde ſecta philoſophorum: qua alij ab alijs diuiduntur; tenẽtes ſuam quiſq; opinionem. ſic hoc loco, Alij ſecant dexterum iter, hoc eſt tenent melius eſſe virtutem per labores acquirere, ꝙ voluptatibus molliter indulgere.

Bicorne.

Bicorne, dicitur quod habet duo cornua: & declinatur hic & hęc bicornis: & hoc bicorne. habent autem virgulæ huius literæ, ſed quaſi ſint cornua. Vnde dixit. Diſcrimie bicorni. ❡ Species.)

Species

Dicitur a ſpeciendo, hoc eſt videndo: licet ſpecio, in ſimplici quidem in vſu non ſit. Dicitur autem ſpecies quicquid oculis cõſpicitur, hoc eſt forma, & diſpoſitio ipſa coloris. vnde ſpeciem aliquando accipimus pro pulchritudine: vnde ſpecioſus. Eſt ergo idẽ, quod forma & imago. videtur itaq; litera Pythagoræ præferre, id eſt per diſpoſitionem figuræ ſuæ indicare ſpeciem, id eſt imaginem humanę vitę. ❡ Preferre.)

Præ ſe ferre.

Eſt quibuſdam ſignis, & indicijs, aliquid certo ſignificare. Sic enim homo, cui⁹ ſeuerus videtur vultus, omnibus eum aſpicientibus: dicitur præ ſe ferre ſeueritatẽ. ❡ Nam via virtutis, &c.) Ordo eſt. Nam via virtutis exiſtens ardua, petit dextrum callem, hoc eſt dexteram virgulam in ipſa litera: & offert ſpectantibus primum difficilem aditum, id eſt acceſſum, ſed prębet feſſis requiem, id eſt locum quietis: in ſummo vertice, id eſt in altiſſimis faſtigiis. ❡ Via lata.) Quę in ſiniſtrum tendit. ❡ Oſtentat Molle iter, &c.) Omnia faciliora ſunt, ꝙ vt exponantur. Dicam tamen naturam vocabulorum, & ſubinde ſententias aliorum.

Iter. Actus. Via.

Via, actus, & iter, apud iuridicos, diſtinguũtur. Iter enim, eſt ius eundi ambulantis hominis, non agendi iumentum, vel vehiculum. Actus, eſt ius eundi ambulantis hominis; & agendi immentum: non autem vehiculum. Via, eſt ius eundi, agendi iumentum, & ducendi vehiculum. qui ergo viam habet, habet actum & iter. Qui actum, habet etiam iter, ſed non viam habet. Qui vero iter habet, ſolum ius eundi poſſidet: nam iter, ab eundo dicitur: & eſt quaſi itio. Vnde, facere iter, non eſt aliud ꝙ ire quaſi facere itionem, ſeu profectionem. habere iter, eſt debere ire, vt ſi ignarus viæ, crederem Romam ire, quo mihi eundum eſt: & Venetias eo, tunc vere poſſum dicere, habeo iter Romam, non autem facio iter Romam: ediuerſo, facio iter Venetias non autem habeo iter Venetias. Eſt ergo iter ipſa itio: ſed via, eſt ſpatium, per quod itur: ita facere viam, eſt ipſam rem facere. Dicebatur antiquitus etiam, ita: vnde ſemita, quaſi ſemi. i. dimidiata & parua ita.

Semita. Callis. Callus. Calleo.

Callis vero, eſt locus callo pedum tritus, Callus vero, eſt ille vortex, ſeu illa duricies in manibus & pedibus, quam ex frequenti agitatione contraximus. Vnde fit Callere, quod per tranſlationem ſignificat callide ſcire: nam in qua re faciunda nobis induruit callus, eam iampridem experti ſumus. Vnde illud in epiſtolis Flacci, Dicenda, tacendaq; calles. Inde etiam Callidus: callida: callidum, id eſt vafer, & ex multo vſu cautior factus. Difficilemq; aditum.) Facilis, & difficilis, communis ſignificationis ſunt. Nam facilis, is dicitur aliquando qui cito facit quod volumus: id eſt exorabilis, vt faciles dei ſunt exorabiles. Vnde in Buco. Virg. Sed faciles nymphæ riſere ſacello.

Facile.

Hinc etiam dicimus, facultatem quaſi facilitatem faciundi. Facile etiam dicitur, quod cito fit: vt facilis doctrina, quæ cito comprehenditur: facile opus, quod facile fit: id eſt ſine difficultate. Faciles etiam mores dicimus, qui leues & inconſtantes ſunt, vt qui facile, id eſt ſine diſquiſitione faciant. Contra, difficiles, vocamus inexorabiles & moroſos, qui nihil faciunt, niſi exacta ad vnguẽ ratione, quales ſunt (ſecũdum Ciceronem) ſenes. vocatur etiam quid difficile, quod cum difficultate fit, vt difficilem aditum, quo

Difficile. Aditus.

non facile eſt adire &c. Aditus, aditus, aditui, quartæ declinationis: & maſculini generis, verbale eſt, a verbo adeo, adis: & ſignificat aditionem, ſiue acceſſum. Sed adytum, adyti, ſecundæ declinationis: & neutri generis, contrarium ſonat: eſt enim locus ſecretior, in quo res ſacras reponimus: nulli præter ſacerdotẽ acceſſibilis.

Adytũ.

Dictus ab α, priuatiua particula: & δύω, quod eſt ſub eo, quaſi ſine acceſſu. Spectantibus, a verbo ſpecto, participium eſt, Specto autem frequentatiuũ eſt, verbi inuſitati. ſpecio, quod ſignificat video: vnde plurima compoſita, reſpicio, aſpicio, conſpicio, &c. ſignificat autem ſpecto, frequenter aſpicio.

Specto.

Inde expecto, quaſi extra ſpecto, ad illum qui memoratur, vel quem obſeruo. Optime autem vſus eſt hic frequentatiuo. quo pigritantem animum depingit. Piger enim, dum quid laborioſum videt ſibi faciendum, iterum atque iterum aſpicit, quod vir ſtrenuus quamprimum aggreditur. Spectantibus ergo animo languido, virtus nimirum difficilis, & ardua videtur, quæ tamen ſi

ſcanderimus

ſcanderimus, pulchritudine, atq; dulcedine ſua, omnem laborem leniret, ſcriptum enim eſt, iugum meum ſuaue, & onus meũ leue. quod quidem verum ijs qui iampridem ipſum ſubeunt: nã ſpectãtibus primum etiam arduum videtur: oportet ergo vt rẽ aggrediamur, & operemur, ſi deos auxiliatores habere voluerimus. vnde Marcus Porcius Cato, apud Salluſtium in oratione De bello Catilinario, Scilicet res aſpera eſt: ſed vos eam non timetis. Immo vero maxime, ſed inertia, & mollicia animi, alius aliũ expectantes cunctamini: velut Deis immortalibus confiſi, qui hanc rempublicam ſæpe in maximis periculis ſeruauere. Nõ votis, neq; ſupplicijs muliebribus auxilia Deorum parantur, vigilando, agendo, bene conſulendo, proſpere omnia cedunt. Vbi ſecordiæ te atq; ignauiæ tradideris, nequicquam deos implores, irati, infeſtiq; ſunt. Hęc ille. Horatius quoq; bene ſperãti animo. rem adgrediendam, monet in epiſtolis, dicens, Nam cur, Quę lædunt oculos feſtinas demere, ſi quod Eſt animum, differs curandi tempus in annum? Dimidium facti, qui bene cepit, habet: ſapere aude, Incipe viuendi, qui recte prorogat annum, Ruſticus expectat, dum defluat amnis, &c. Cur. (inquit) differs curare quod eſt. i. conſumit animum, hoc eſt vitium animum obtenebrans: cum tamen ſi inceperis, facile purgari poſſet. Vt enim dicitur in principio Digeſtorum, Vtriuſcuiuſq; rei ſumma pars, eſt principium. Audendum ergo eſt, neq; deſperandum propterea ꝙ difficile eſt ad ſummam virtutem peruenire. nam vt in eadem. j. epiſtola Horatius dicit, Qui ad ſummam virtutem peruenire non poteſt: conari tamen debet, vt ꝙ proxime poſſit, accedat. vnde ait, Non poſſis oculo quantum contendere Linceus, Non tamen iccirco contemnas lippus inungi. Nec quia deſperes inuicti mẽbra Glyconi ſ: Nodoſa corp⁹ nolis prohibere chiragra, Eſt quoddam prodire tenus: ſi non datur vltra.

Ob.

Offert: tanquam improuidus, compoſita enim ex ob præpoſitione, deſeruiunt, venientibus, præter ſpem, vt obijcio, obuenio, offero, oppono, oblatro,

Vertex.

occino, obtulo, &c. Vertex, dicitur a vertẽdo, & eſt ſummum cuiuſlibet rei faſtigium, quod vbi attigerimus, vertendũ nobis eſt, ſi progredi volumus, vnde vertex, in capite, vnde pili vertuntur, dicitur: & vertex montis, eſt ſummitas eius: neq; vero propter ſummitatem, vertex dicitur. Nam in aquis, vbi propter profunditatem non profluũt: ſed in gyrum reuertuntur, vorticem dicimus: antiqui enim familiariter vtebantur o, vbi nos e: vt, Dij bene vortant. vbi nos, Dij bene vertant. Videamus ergo quanti momenti, hęc vna dictio, hoc loco ſit. Dicit, Via virtutis prębet requiem in vertice. per quod expreſſe vult perſeuerandum eſſe vſq; in finem nam nõ prius verticem attigeris. Deinde oſtendit perfectionem dextri itineris: quia qui per voluptatem & carnis delicias, viam læuam calcauerit, vbi iam in vertice eſt: niſi per amaritudinem animę: & per laborem corporis reuerſus fuerit, præceps in æterna ſupplicia profecto delabitur. Qui vero per laborem, per ieiunium, per excubias, cęteraſq; pœnitentię parteis virtutem conſcenderit: neq; defatigatus fuerit, dum verticem auidis manibus prenſitauerit, illic nimirum coronabit, neq; ipſi qua via venerit redeundum erit. vnde eſt quod dicit, Feſſis requiem prębet in vertice ſummo. ❡ Mole oſtentat iter via lata.) Etiam in ſanctis literis dicitur, quod lata ſit via quę ducit ad pditionem. hęc autem oſtendit molle, id eſt facile & delicatum iter: ſed vltima meta, hoc eſt extremum tempus vitę, pręcipitat, id eſt deijcit (vt ad euangelium accedam) in tenebras exteriores, vbi eſt fletus & ſtridor dentium, & voluit per ardua ſua, per quam rem ęternitatem pœnarum cõſpicere poſſumus. ideo enim philoſophi, cœlum perpetuo motum iri dicebant, ꝙ voluatur, hoc eſt circulari motu impellatur. ſi enim directo motu ageretur: quando ſpatium infinitum nõ eſt aliquãdo terminum cõtingeret. voluit ergo, hoc eſt circũuolutat: neq; ſatis eſt ſemel per ſaxa cecidiſſe. Hoc eſt diſcrimen dextrę & ſiniſtrę, etiam in euangelio de extremo iudicio videre poſſumus, ſed quoniam recepi poetarum, & philoſophorum dicta adducere: totam hanc literæ Pythagoricę deſcriptionem: in ſexto Æneid. videre poſſumus: vbi etiam apud inferos, hę geminę vię diſcernũtur. Nam poſtꝙ deſcripta ſunt loca, in quibus erãt infantes inſontes, ſenes, deliri, amantes monſtroſa omnia, & imperfecta: quorum opera per inſipientiam, aut furorem patrata, neq; bona omnino, neq; mala cenſeri poſſunt: ideoq; in baſi huius literę locanda progreditur ad biuium. vnde ait. Hic locus eſt parteis vbi ſe via findit in ambas Dextera, quę Ditis magni ſub mœnia tendit, Hac iter Elyſium nobis. at lęua malorum Exercet pœnas, & ad impia tartara mittit, &c. De hoc malorum carcere, ſic idem Cato, Bene & compoſite C. Cęſar pauloante in hoc ordine, de vita & morte, diſſeruit:

ruit:

ruit: credo falſa exiſtimans, ea quę de inferis memorantur diuerſo itinere malos a bonis, loca tetra, inculta, fœda, atq; formidoloſa habere, &c. Hui⁹ item rei ſic meminit Perſ. Et tibi quæ Samios diduxit littera ramos Surgentem dextro monſtrauit limite callem. ❡ Quiſquis enim duros caſus, &c.) Nunc poeta commendat virtutem & econtrario vitia damnat.

Dextera

Vtitur autem ſimili fere verbo, eius quod apud A. Gellium lib. xv. capite. j. comperies. vbi ſic ait, Adoleſcentuli, cum etiam tum in ſcholis eſſemus ἐνθυμημάτιον, id eſt commentatiunculam, hoc Græcum quod appoſui, dictum eſſe a Muſonio philoſopho audiebam⁹, Et quoniam vere, atq; luculenter dictum verbiſq; eſt breuibus, & rotundis vinctum: per quamlibenter memineramus, ἄν τι πράξῃς καλὸν μετὰ πόνου, ὁ μὲν πόνος οἴχεται, τὸ δὲ καλὸν μένει, ἄν τι ποιήσῃς αἰσχρὸν μετὰ ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὺ οἴχεται, τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει. i. Si per laborem honeſte quippiam egeris, laborabit: honeſtum manet. Si per voluptatem turpe feceris quippiam, Quod ſuaue eſt, abit: quod turpe eſt, manet. Poſtea (inquit) iſtam ipſam ſententiam in Catonis oratione, quam dixit Numantiæ, apud equites poſitam legimus: quæ & ſi laxioribus paulo longioribuſq; verbis comprehenſa eſt, præterquam illud Græcum, quod diximus quoniam tamen prior tempore, antiquiorq; eſt venerabilior videri debet. verba ex oratione hæc ſunt, Cogitate cum animis veſtris, ſiquid vos per laborem recte feceritis, labor ille a vobis cito recedet, benefactum a vobis dum viuetis, non abſcedet. Sed ſiqua per voluptatem nequiter feceritis, voluptas cito abibit: nequiter factum illud apud vos ſemper manebit. Hæc ille. Xenophon quoq; in eo libello quem ſcripſit de dictis & factis Socratis, memoratu dignis, dicit, Herculi in infantia ſuprema, voluptatem & virtutem, habitu muliebri oblatas, qui cum vtriuſq; cohortationem audiuiſſet: virtutis ꝗ arduum iter optatum receptaculum habere didiciſſe: contraq; voluptatis aditum perquam facilem, ſed finem ſane amarum, grauibus verbis voluptatem & nequitiam aſpernatus: virtutem per labores & ſudores, in dextram inſecutus eſt. De hac re ſic dicit Cicero in. j. officiorum. Nanq; Herculem Prodicus dicit, vt eſt apud xenophontem: cum primum pubeſceret (quod tempus a natura, ad deligendum quam quiſq; viam viuendi ſit ingreſſurus, datũ eſt.) exiſſe in ſolitudinem, atque ibi ſedentem diu ſecum, multumq; dubitaſſe: cum duas cerneret vias: vnam voluptatis, alteram virtutis: vtram ingredi melius eſſet, Hoc Cicero. Ariſtoteles autem dicebat ſtudiorum liberalium, amaras eſſe radices: fructus vero dulces: ſimile eſt de virtute, quod ſic dicit Virgilius,

Virtutis amor.

Quiſquis enim, &c. Ordo eſt. Enim, pro quia: quiſquis: id eſt quicunq; vicerit amore virtutis: duros caſus, id eſt omnia aduerſa, lubenti animo perpeſſus fuerit ille. i. is: parabit, i. cõparabit ſibi laudem & decus. At. i. ſed is, ſupp. qui ſequitur deſidiam, & luxum inertem: dum fugit. i. fugere conatur, incauta mente, labores oppoſitos. i. obiectos ſibi: ipſe turpis, inopſq; ſimul tranſigit æuum, id eſt vitam: miſerabile, id eſt miſeram & deteſtabilem. Dicit notanter virtutis amore: quia ambitioſus, pro vana gloria & popularibus auris bene egeris, operam ludis. Vnde Cice. de ſomnio Scipionis, Igitur alte ſpectare ſi voles: atq; hanc ſedem & æternam domum contueri: neque te ſermonibus vulgi dederis, nec in pręmijs humanis ſpem poſueris rerum tuarum ſuis te illecebris, oportet ipſa virtus trahat ad verum decus, &c. De hac re eſt diuina illa Perſij, vbi contra deſides loquitur, ſententia, Magne pater diuum ſæuos punire tyrannos: haud alia ratione velis, cum dira libido Mouerit ingenium feruẽti tincta veneno: Virtutem vt videant, intabeſcantq; relicta: Anne magis Siculi gemuerunt æra iuuenci, Et magis auratis pendens laquearibus enſis, Purpureas ſubter ceruices terruit imus, Imus præcipites: quam ſi ſibi dicat & intus Palleat infelix quod proxima neſciat vxor? A. Gellius in noctib⁹ Atticis cap. j. xvij. libri, refert, Stoicos dicere, Malitiam ſatis eſſe ad ſummam miſeriam. Virtutem e diuerſo ad ſummum bonum, peripateticos autem conſentire, malitiam quidem ſummam miſeriam conficere: negare tamen ſummum bonum, virtute ſola perfici poſſe: niſi & naturæ & fortunę bona acceſſerint. Idem ipſe Gellius lib. xj. ſic inquit, Philoſophũ nomine Peregrinum, virum grauem, cui poſtea cognomẽtum Proteus factum eſt, audiuimus, qui virum quidem ſapiẽtem, nõ peccaturum eſſe dicebat: etiam ſi peccaſſe eum dei, atq; homines ignoraturi eſſent. non. n. pœnæ metu non eſſe peccandũ, ſed iuſti, honeſtiq; ſtudio, & officio, &c. Iuxta quod iam adduxi Horatij illud, Oderunt peccare boni, virtutis amore, Oderunt peccare mali, formidine pœnę. ❡ Duros caſus.) Caſus, dicitur a cadendo: itaq; quia in malum cadere dicimus, & in mortem: ſæpe in ma-

lam

Universidad de Deusto Biblioteca

in partē accipiť. verūtamen pro euētu poniť vsq; adeo: vt etiā in bonā partē accipiať: quocirca dicit, Duros casus. i. duros euētus: & duros labores. Sicut. j. Ænei. vbi hęc litera, allegoricos describiť, cū diciť, Per varios casus, per tot discrimina rerū Tēdimus in latiū, sedes vbi fata qetas, Ostendūt, illic fas regna resurgere Troię. Durate, & vosmet reb⁹ seruate secūdis, &c. Quid. n. aliud est tēdere in Latiū, nisi in patriā ꝓmissionis: in quā nimirū per dexterā hūc callē tēdimus: vt. n. mōstratū est, ille vertice summo fessis requiē pbet: iuxta qđ diciť, sedes vbi fata qetas, &c. Sed non nisi in summo vertice. vnde &, Durate, & vosmet reb⁹ seruate secundis. ⸿Atq; desidiā.) Hic manifeste desidiā, vt omnium virtutum hostem exagitat. Vritutis enim (inqt Cicero) laus omnis in actione consistit, &c. Ocia vero, nos ad omnia mala cōcitant, pręcipue ad luxuriē: vnde Oui. i De remedio amoris. Queritur Ægistus quare sit factus adulter: In prōptu causa est, desidiosus erat. Et alibi, Ocia si tollas periere Cupidinis arcus. Et iuue. Nūc patimur lōge pacis mala, sęuior armis Luxuria icubuit, &c. Dicit autem bene, luxum inertē: quia omnino, segnes & inertes. i. sine arte, nos facit: priuatq; diuinarum reū contemplatione: quod significať. ij. Ænei. vbi Æneas, deos videre non potuit: tantisper dum Venus adesset: quos ea absente cōtinuo vidit. Summopere autem prisci illi Romani, inertiam fugerunt. Vnde Sallustius, Prudētissimus q̄sq; maxime negociosus erat, Ingeniū nemo sine corpore exercebat. Optimus quisq; facere quam dicere. Sua ab alijs benefacta laudari: q̄ ipse aliorum narrare malebat. Igitur domi militię boni mores colebantur, &c. Quia igiť boni & sapientis viri, est, non modo sapere, verūetiam agere. Afranius (vt recitat Gellius) egregie Sapiētiam sic describit, vsus me genuit, mater peperit Memoria, Sophiā vocāt me Graī: vos sapientiā. Pacuui⁹ quoq; (eodem Gellio teste) ad sapientē, vt bene agat pertinere, sic docet, Ego odi homines ignaua opera: & philosophi sententia. Nihil enim indignius fieri posse, neq; intolerātius dicebat, quā q̄ homines ignaui, ac desides, operti barba, & pallio, mores, & emolumēta philosophię: in linguę verborumq; artes cōuerterēt: vt vitia facūdissime accusarēt: intercutibus ipsi vitijs mādentes. Hęc illi. Hic Iuue. Vltra Sauromatas fugere hinc libet & glacialē Oceanū, quoties aliqd de moribus audet, Qui Curios simulāt: & Bacchanalia viuunt, &c. ⸿Dū fugit, &c.) i. dū fugere tētat, nō etenim euitat: sed dū incautus requiē nācisci sperat: senex rebus paternis consumptis: & corpore omni indulgētia deprauato, miser, inops, & turpis omnibus modis, laborat. Dicit notāter incauta mēte: qa si sapiēs esset, nō ita fugeret laborē. Est autē qđ dicit in sermonibus Hora. Dū vitant stulti vitia, in cōtraria currūt: & in De arte poetica, In vitiū ducit culpę fuga si caret arte. Affectate autē videť Virgilius tēpora diuersa ponere: cū de bono dicit per verbū de futuro, laudēq;, decusq; parabit. nō enim bonus vir continuo laudať. licet sibi tacite gaudere potest, Nā sępe post fata, hoc est post corporis mortem: primum gloria datur. Vnde Properti⁹, At mihi quod viuo detraxerit inuida turba, Post obitum duplici fenore reddet honos.

Desidia. Sapia.

DOMITIVS.

Copa Syrisca.) Omnis huius opusculi summa, est, vt horteť Mecœnatem & socios ad voluptatem: insinuatione quadam vtens Copę Mecœnatis liberte: quæ a loco sic nominata, Gręce apud Orchomenō, Boetiæ Sūt enim copæ, iuxta Cephisum amnē, qui lacum facit, Copaidem nominatum. ⸿Syrisca.) Quę venerat ex Syria. ⸿Grata mitella.) Fuit enī mitra, ornamentum capitis: primum, apud Mæonios: deinde Ægyptij & Syri visi sunt teste Hero. Vir. Mæonia mentum mitra, crinesq; madentē. ⸿Crotalo.) Crotalum, instrumentum muccum, quo Ægyptij in deorum ceremōijs vtebantur: & quidam a cro, quod est pulso, denominarūt Nōnulli Grecorum, pro plaustro resonante, posuerūt. Alij, annulū ex ęre factū, qui secreto baculo ꝑcutiebatur, ad sonitum reddēdū intellexerūt. ⸿Calamos. ⸿Fistulas quas ipsa pulsabat. ⸿Raucos.) Sonoros. ⸿Ad cubitū.) i. getē. ⸿Bibulo.) Nam q dormiunt, videntur bibere, susurrādo in somno. ⸿Copę.) Vasa vinaria. ⸿Corde.) Citharę. ⸿Triclinia.) Lecti erant: vel triclinia, in quib⁹ veteres comedebāt. ⸿Arundinibus.) Quę solebāt apponi ad voluptates. ⸿Mænalio.) Arcadico. i. quales solent eē in monte Arcadię, vbi solebant eē pastores. Et etiā potest referri ad Euandrū, q venerat ex Arcadia, vbi erat Palanteū & palatium cōdiderat. ⸿Vappa.) Vinum asperū, & fœtidum: & vappa dicitur, vinum euaporatum. i. quod amisit saporem. ⸿Picato.) Nigro: vel a pice. Lege Martia. ⸿Corollæ.) Dicuntur a coco: & sic a corona, Cecropio, apd Himetū: montē Atheniēsem, solēt adesse apes. ⸿Lutea.) rubicūda: apud Buc. Mollia luteola. ⸿Achelois.) Nympha fuit Acheloi: filię. n. Acheloi: dicūť sirenes: vt idē Virg. Alibi, Sirenū cantus varios Acheloia ples. ⸿Fiscina.) Canistrū & calathus. ⸿Bromius.) Cognomen Bacchi: est a bromo, quod ē cōsumo: vino. n. moderate sumpto, oēs humores repelluntur. ⸿Tuguri.) Casa pastoralis. ⸿Custos.) Priapus. ⸿Saligna.) Ex salice factus. ⸿Alibida.) Priape ab Alibidib⁹, apud quos in veneratiōe est. ⸿Illi.) Asello. ⸿Vri.) i. qđ habeť ex vobis. ⸿Vitro.) Cyatho vitreo. ⸿Æstiuo.) Optio & apto tēpore ęstatis. ⸿Strophiū.) Coronā. ⸿Decerpes.) Capies. ⸿Prisca pereant.) Illi qui seruāt grauitatē, vt prisci nostri habuere. ⸿Cineri igrato.) Nihil sentienti. alibi idem Virg. in. vj. Æneid. Flebant & cineri ingrato suprema ferebant, solebāt. n. sepulchra, vnguentis, & florib⁹ odoriferis, spargere antiqui quod testať Tibullus, dicēs, Illic quas mittit diues Panchaia merces, Æoiq; Arabes, diues, & Assyria. ⸿Pone.) Para, & funde vinū. ⸿Curat.) Qui seruat voluptatem ad diē crastinum.

Crotalum, Cruo. Vappa. Bromo. Albida. Autūnali, alij autūnalis. Die, alij deę. alias Huc alibi da veni. Sedet. alij latet. Eia. alij Hic.

P. VIRILII MARONIS COPA.

Copa syrisca caput graia redimita mitella
Crispū sub crotalo docta mouere lat⁹,
Ebria famosa saltat lasciua taberna,
Ad cubitū raucos excutiēs calamos.
Quid iuuat æstiuo defessū puluerē abesse
Quam potius bibulo decubuisse toro?
Sunt cuppæ; calices, cyathi, rosa, tibia, chordæ,
Et trichila vmbriferis frigida arundinibus.
En & mænalio quæ garrit dulce sub antro;
Rustica pastoris fistula in ore sonat.
Est & vappa cado nuper diffusa picato:
Et strepitans rauco murmure riuus aquę.
Sunt etiam croceo violæ de flore corollæ;
Sertaq; purpurea lutea mista rosa.
Et quæ virgineo libata Achelois ab amne
Lilia vimineis attulit in calathis.
Sunt & caseoli, quos scirpea fiscina siccat:
Sunt autumnalis cerea prūna deę,
Castaneęq; nuces, & suaue rubentia mala.
Est hic munda Ceres: est amor, est bromius.
Sunt & mora cruenta, & lentis vua racemis,
Et pendens iunco cœruleus cucumis.
Est tuguri custos armatus falce saligna,
Sed non & vasto est inguine terribilis.
Huc ad liba veni: fessus iam sudat asellus:
Parce illi: vestrum delicium est asinus.
Nunc cantu crebro rumpunt arbusta cicadę;
Nunc etiam in gelida sede lacerta latet.
Si sapis æstiuo recubans nunc prolue vitro,
Seu vis crystallo ferre nouos calices:
Hic age pampinea fessus requiesce sub vmbra:
Et grauidum roseo necte caput strophio.
Candida formosę decerpes ora puellæ.
Ah pereat cui sunt crispa supercilia.
Quid cineri ingrato seruas bene olentia serta?
An ne coronato vis lapide ista tegi?
Pone merum, & talos, pereat qui crastina cura.
Mors aurem vellens, viuite ait, venio.

ASCENSIVS.

Copa Syrisca.) Carmen hoc elegiacum, quod Virgilio ab oībus adscribiť, facile quidē est expositu: sed nō min⁹ deliciosum, q̄ q ab epigrāmatistis, ac elegiacis scribi solet: vt sciamus & elegiacū Maroni nō fuisse penitus negatum. Inuitat autem Mœcenatem ad voluptatem: sic tamen: vt prudentes potius ab ea retrahat. Nā conclusurus opus sic, Pone merum & talos, pereat qui crastina curat. Addit, Mors aurem vellens viuite (ait) venio. Pro quo, quidam mendose legunt, Mors autem veniens. Vellere vero aurem, accipi solet, pro eo quod est admonere: admonentes enim, id facere solebant: nam auris, Memorię dicata est: vt i Bucoli. Cynthius aurem vellit & admonuit. quia vero omnia manifesta sunt, finem facio. hoc solum monuisse contentus.

ROSA

Ver erat: & blando mordētia frigora sensu,
Spirabat croceo mane reuecta dies:
Strictior eoos præcesserat aura iugales,
Æstiferum suadens anticipare diem.
Errabam riguis per quadra & compita in hortis,
Maturo cupiens me vegetare die.
Vidi concretas per gramina flexa pruinas
Pendere: aut olerum stare cacuminibus:
Caulibus & patulis teretes colludere guttas,
Et cęlestis aquæ pondere tunc grauidas.
Vidi pęstano gaudere rosaria cultu
Exoriente nouo roscida lucifero.
Rara pruinosis canebat gemma frutetis
Ad primi radios interitura die.
Ambigeres, raperetne rosis aurora ruborem:
An daret: & flores tingeret orta dies.
Ros vnus, color vnus: & vnum mane, duorum
Syderis, & floris est domina vna Venus.
Forsan & vnus odor: sed celsior ille per auras
Difflatur: spirat proximus iste magis.
Communis Paphię dea syderis, & dea floris
Pręcipit vnius muricis esse habitum.
Momentum intererat, quo se nascentia florum
Germina cōparibus diuiderent spatijs.
Hęc vitet angusto foliorum tecta galero;
Hanc tenui folio purpura rubra notat.
Hęc aperit primi fastigia celsa obelisci
Mucronem absoluens purpurei capitis.
Vertice collectos illa exinuabat amictus,
Iam meditans folijs se numerare suis.
Nec mora: ridentis calathi patefecit honorem,
Prodens inclusi semina densa croci.
Hæc, modo quę toto rutilauerat igne comarum:
Pallida collapsis deseritur folijs.
Mirabar celerem fugitiua ętate rapinam:
Et dum nascuntur, consenuisse rosas.
Ecce & defluxit rutili coma punica floris:
Dum loquor: & tellus tecta rubore micat.
Tot species, tantosq; ortus, variosq; nouatus
Vna dies aperit: conficit vna dies.
Conquerimur natura breuis quod gratia florū est:
Ostentata oculis illico dona rapis.
Quam longa vna dies: ętas tam longa rosarum:
Quas pubescenteis iuncta senecta premit.
Quam modo nascentem rutilus conspexit Eous:
Hanc rediens sero vespere vidit anum.
Sed bene: quod paucis licet interitura diebus,
Succedens æuum prorogat ipsa suum.
Collige virgo rosas: dum flos nouus, & noua pubes:
Sed memor esto æuum sic properare tuum.

DOMITIVS.

Ver erat.) Opusculum Virgilij de Rosa: in quo virgines hortať ad voluptatem percipiendā: & pariter viros itelligere possumus erudiri ad ætatis suæ commoda percipienda: ita. n. pulchritudo, & virginum decus pręterit, & breue tempus sortitæ sunt, sicut rosa q̄ mane aperta, & viuacitatem ostēdens, peracto die languida & fragilis vero rubore deperdito apparet. ⸿Ver.) Tēpus veris, quo omnia florent. ⸿Reuecta.) Reducta. ⸿Croceo.) Purpureo, ꝑpter Aurorę rubore m. ⸿Strictior.) Quia noctes sunt breuiores. ⸿Anticipare.) Ante cape. ⸿Quadra.) Quadrata. ⸿Riguis.) Aspersis. ⸿Vegetare.) Viuaciorem me esse. ⸿Pruinas.) Rores. ⸿Gramina.) Herbas. ⸿Guttas.) Congelatas. ⸿Grauidas.) Caules oppssos pruinis. ⸿Pæstano.) Pæstum, oppidum in Campania, abundantissimū rosarum, vnde, Biferiq; rosaria Pæsti. ⸿Lucifero.) Stella matutina. ⸿Canebat.) Albescebat. ⸿Rosida.) Plena rore, ad primos radios: quia quando sol oritur, rosa liquescit. ⸿Duorum.) Auroræ & floris, color vnus. ⸿Ille.) Color floris, dea Ven⁹, dea floris, & stellæ. ⸿Murex.) Conchile, quo tingiť purpura hęc rosa. ⸿Galero.) Appellat galerum, illa folia, qbus vestiť rosa. ⸿Obeliscus.) Amianus Marcellinus dicit, obeliscum, lapidem asperrimum in figura metæ: cuiusdam sensim a proceritate in celsum cōsurgētem esse & vt radium imitetur paulatim gracilescētem: spēq; quadrata i verticem productum angustum, manuq; artificis leuigatū, ad cuius similitudinē rosæ ipsius tumorem noster hic poeta, obeliscum appellat: rosa videtur obeliscus, anteqū aperiatur. ⸿Mucronem.) Cuspidem. ⸿Illa.) Alia rosa. ⸿Exinuabat.) Explicabat. ⸿Amictus folijs.) Quæ sunt tanq̄ amictus. ⸿Meditans.) Cogitans Rosa, quādo est apta, vt calathus. ⸿Ridēs.) i. lætus. ⸿Rutilauerat.) Splenduerat: sed facta est pallida. ⸿Punica.) Rubicunda. ⸿Rubore.) Rosarū. ⸿Nouat⁹.) Nouationes. ⸿Iuncta.) Coniuncta & vicina. ⸿Æuum.) Suum, quia rosa viuit lōgo tpe: nomine & fama, atque gloria. Oui. in amoribus, Vēturę memores iam nunc estote senectę, Sic nullū vobis tps abibit iners.

Obelisc⁹

ASCENSIVS.

Ver erat &c.) Hoc quoque carmē poeta (siue, vt vir doctissim⁹ Hieronymus Aleāder asserit Ausonius est) nos ad voluptatem inuitare videtur: sed prudentes magis deterret ab eius illecebris. Nam si (vt Iob dicit) Homo, quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit, velut vmbra: stultus erit quisquis in hac tam fragili vita, beatitudinem suam cōstituerit, & voluptati inhiauerit. v[illegible] de poeta cōcludens opus his verbis, Collige virgo rosas dum flos nouus & noua pubes, Et memor esto æuum sic properare tuum, non tam ad voluptatem q̄ ad laudabilia opera faciēda cohortatur. Cęterum cum omnia facilia sint paucissima, præter Calderinum, elucidabimus. ⸿Blando morsu.) Quia sūt frigora brumalia, quę lædant. vnde i Bucolicis, Ah ne te frigora lędāt: sunt & ęstiua, quę delectent: vt in eisdem, Frigus captabis opacum. ⸿Croceo mane.) i. matutino tempore. Plautus tamen declinauit, dicēs, a mani secūdū Seruium. ⸿Iugales Eoos.) i. equos solis ab Oriēte venientes. ⸿Rara gemma.) Grossus ab euāgelista vocať, in vite nodus, vnde pampin⁹ exit: sic hic. vnde rosa, Venus est domina, qa Lucifer & Hesperus stella est Veneris. ⸿Forsan & vnus odos.) i. odor: vnde de Venere in. j. Æneid. Ambrosiæq; comę diuinū vertice odorē. ⸿Spirauere, dea Paphię.) Paphos ciuitas Cypri. vbi Ven⁹ quę Paphia inde diciť, præcipue colitur: vnde. j. Æneid. Ipsa Paphum sublimis abit, sedesq; reuisit Læta suas, &c. ⸿Conquerimur natura.) Ordo est. O natura nos conquerimur, q̄ gratia florū est breuis, &c. ⸿Eous.) i. sol. ⸿Anum.) Id est vetulam.

Universidad de Deusto Biblioteca

EST ET NON.

Est, & nō, cūcti monosyllaba nota frequētāt.
His dēptis, nihil ē hoīm qđ sermo voluet.
Omnia i his, & ab his sunt oīa: siue negoci
Siue oci qequā est seu turbæ, siue quietis,
Alterutro pariter nonnunquam, sępe seorsis
Obsistunt studijs, vt mores, ingeniumq́
Et faciles, vel difficiles, contentio nata est.
Si consentitur, mora nulla interuenit, est, est,
Sin controuersum, dissensio subiciet non.
Hinc fora dissultant clamoribus; hinc furiosi
Iurgia sunt Circi: cuneati hinc lęta theatri
Seditio, & tales agitat quoq́ curia lites.
Coniugia & nati cum patribus ista quietis,
Verba serunt studij, salua pietate loquentes.
Hinc etiam placidis schola consona disciplinis,
Dogmaticas agitat placido certamine lites,
Hinc omnis certat Dialectica turba sophorum.
Est lux: est ne dies ergo non conuenit istuc.
Nam facibus multis, aut fulgoribus quoties lux,
Est nocturna homini, non est lux ista diei.
Est & non igitur, quoties lucem esse fatendum est:
Sed non esse diem. mille hinc certamina surgunt.
Hinc pauci & multi quoq́ talia commeditantes
Murmure concluso rabiosa silentia rodunt.
Qualis vita hoīum: duo quā monosyllaba versant.

DOMITIVS. Est, & nō.) Deridet dialecticos & sophistas, quorum omnis sciētia nugax & vana est: nec aliud continet q̄ est, & nō. Fatemur huiusmodi disputationibus, ingenium reddi acutius: sed tamē barbarius fieri: in primis aūt effectum eorū exponit, inde hypotheticum quēdam syllogismum adducit. ¶Cuncti.) Mortales. ¶Illorum.) Dialecticorum hominum. ¶Oci.) Quietis. ¶Alterutro.) Vnum dicim⁹. ¶Obsistūt.) Aduersantur. ¶Seorsis.) A se remotis & īcognitis, vt mores sūt illorū, sic & disputāt. ¶Si ꝯsentit.) Ab aduersario. ¶Subijciat.) Subiūgat: & dicat aduersarius nō est vex. subito fiūt ꝯtrouersię. ¶Cuneati.) Ad similitudinē cunei facti. ¶Cōiugiā.) Maritus & vxor agitant hęc: est, & non: sic & nati faciunt cū patribus. ¶Consona.) Conueniens. ¶Agitat.) Mouet lites. ¶Dogmaticas.) Dogma significat decretū, & iudiciū, atque deliberationem. ¶Sophorū.) Sapientium. ¶Est lux.) Exemplum ponit hypotheticorum syllogismorum, quorū spēs sunt qnq́ syllogismoꝝ: dialecticorum, octo & decem traduntur. ¶Est lux.) Fateris esse lucem: ergo, est dies. ¶Nō est lux.) Non est dies. ¶Certamina.) Disputatiōes. ¶Qualis vita.) Exclamatio poetæ, q̄ miratur q͂ semper vita hominū versatur ī his monosyllabis, est, & non.

Secūdū aliquos incerti authoris. Turbida, alij turbæ. Si dissentit, alij sin controuersum Lata, alij lęta.

ASCENSIVS. Est, & non.) Deridet (inquit Calderinus) dialecticos. Mihi quoq́ deflere vī, miserā mortaliū sortē, sub tāta ignoratiōe degētiū: vt nihil certo sciāt. qđ magni viri asseruisse legunt. ¶Est lux.) Argumentū sophisticū. Qñcunq́ lux est, dies est: Noctu dum faces accenduntur, lux est, ergo dies est.

Fulguribus, alij fulgoribus.

DE ÆTATIBVS ANIMALIVM.

His quinos, deciesq́ nouē super exit ī annos
Iusta senescentū quos implet vita virorū.
Hos nouies supat viuēdo garrula cornix.
Et quater egredit̄ Cornicis sęcula Ceruus.
Alipedem Ceruū ter vincit Coruus. at illū
Multiplicat nouies Phœnix reparabilis ales.
Quem nos perpetuo decies præuertimus ęuo,
Nymphę Hamadryades: quarū longissima vita est.
Hę cohibent fines viuacia fata animantum.
Cętera secreti nouit Deus arbiter æui.

ASCENSIVS. His quinos.) Sunt q hos versiculos præponant Treis annos sepes, & tres sepes canis explet, Tresq́ canes bene viuit equus: sed equos homo ternos. ¶Per binos &c.) i. per nonagita treis annos, hoc ē p treis cursus Saturninos viuit hō, ad iustā senectā ꝑtingēs. Sunt.n. q quartum addunt: sed meliore luto cōditi, aut regimine prēditi. ¶Hos nouies.) Scilicet viros. ¶Phœnix reparabilis ales.) Dicitur.n. sola auis eē: & ad vltimum vitæ, ligna colligere: & odorib⁹, ac calore solis, flatu alarum adiuto incēdere: incēsaq́ intrare: & ex cineribus, ac rore cœli, noua renasci. De ętatibus autem cornicis, ceruí, & corui, Plinium legito. ¶Hamadryades.) Sunt nymphę syluarum, quas cum syluis oriri & interire dicūt: vnde prisci, semideos diu quidē viuere, sed aliquādo mori dicebant.

Phenix: Per, alij Ter. Et, alij at. Preuertimur, alij præuertim⁹.

XII. LABORES HERCVLIS.

Prima Cleonęi tolerata ęrumna Leonis.
Proxia Lernęā ferro & face cōtudit Hydrā.
Mox Erymantheū vis tertia perculit Aprū.
Aeripedis q̄rto tulit aurea cornua Ceruī.
Stymphalidas pepulit volucres discrimine quinto.
Threiciam sexto spoliauit Amazona balteo.
Septima in Augeæ stabulis impensa laboris.
Octaua expulso numeratur adorea Tauro.
In Diomedis victoria noua quadrigis.
Geryone extincto decimam dat Iberia palmam.
Vndecimum mala Hesperidū distracta triumphū.
Cerberus extremi suprema est meta laboris.

ASCENSIVS. Prima &c.) Monostichis, i. singulis carminib⁹, describit ęrumnas, atq́ labores herculis: quos varij varie referūt: sed & multi memorantur Hercules: vsq́ adeo, vt oēs viros fortes, Hercules cœperit nūcupari. verū poetę suo more ascribūt, vni Iouis ex Alcmēa, Amphitryonis ꝯiuge, filio, oīa q Herculés gessisse dr̄ facinora: quoꝝ maro, binis epigrāmatib. duodecim enumerat: sed nō eodē ordine vt i explanatiōe videbim⁹, q̄ cū ordine talis ē. Pria ęrūna. i. calamitas & ꝑsecutio Eurysthei, Mycenarū regis, (Nā. xlv. annos illic regnauit, & Herculē Iunonis istinctu, ad varia mōstra domāda misit: eo qdē aīo, vt tādē succūbat. veꝝ gloriosior ide semp emersit, vñ Hercules dict⁹ q̄si ἥρας κλέος, i. Iunonis gloria) tolerata. f. ab Hercule, ē, sup. leonis Cleonei. i. iuxta Cleonas, oppidū ī sylua Nemea iterfecti: vñ Stati⁹, Illi⁹ ī spēm, q̄ Perteumesia tēpe. Amphitrionyades factū iuuenilib⁹ armis, Añ Cleonęi vestis plia mōstri. Hic leo (vt recitat Sipōtinus) ī cœlū dr̄ trāslat⁹, a Ioue patre, vt Herculis gloriæ cōsuleret, q͂ eū in ærūnis occiderat: & q͂ hęc prima Herculis adolescētis certatio fuerat. Eius simulachrū virgini ꝑximū est. Nigidius, hūc Leonē tradit a Luna iussu Iunonis in terra Arcadica, & regiōe Nemeę educatū, & deinde ī exitium Herculis dimissum, quē Hercules iussu Eurysthei, claua quā a Molorcho hospite acceperat, interfecit. Itaq́ postea, claua pro gladio, pelle leonis, ꝓ scuto, vsum Herculē fuisse: leonem vero a Iunone inter sydera relatū, q ad occasum spectās: supra caput hydrę ꝯstitut⁹. Dictus est & Neme⁹ leo, a Nemea sylua īter Cleonas, & Phliūtē, ī qua Argiui, ob Herculis memoriā Nemea sacra celebrare cōsueuerūt. Sūt, aūt Cleonę, oppidū in via sitū q ex Argo Corithū ducit: distatq́ ab Argo, stadijs cxx. a Corintho vero. lxxx. vñ hic, Cleonęi leonis: & apud Lucanū, Ille Cleonęi, piecit terga leonis. Proxima. f. ęrūna. i. secunda, q̄ est, pxima a pria, hoc ē Hercules in secūda ęrūna: cōtudit ferro, & face. i. igni: hydrā. f. serpētē aquatilē: Lernęā. i. ī Lerna lacu versari solitā: quā Hercules, cū totā regionē deuastaret, prio claua pcussit: sed cū amputato vno capite, continuo bina renascerent, cōgesta lignoꝝ strue: in cauernis abditā, igni exussit, atq́ deleuit: vñ Maro noster alibi, Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra. & Seneca, Quid fæua Lernæ monstra numerosum malum? Num igne demum vicit, & docuit mori? hoc ideo fictum quidam existimant,

Herculis ærūng. Argeis, alij Augeę.

stimant, quia cum Lernæ palus, frequenter siccaretur, ac denuo impleretur aquis, Hercules deprehendit venas terræ incendio posse precludi: atq́ ideo postquam exhausit eam, ignem adhibuit: & siqua vnda prorumpebat, obstruxit: hinc mōstro hydrę, nomē fabulę imposuerunt. qm̄ ὕδωρ, aquam significat. Mox. i. paulopost: vis tertia. f. Herculi: facta. i. violentia, aut vis. i. virtus tertia: perculit (a percello.) i. percussit: aprum. i. suem syluestrem: Erymantheum, i. Arcadicum, ab Erymantho, sylua Arcadiæ denominatum. Hercules enim aprum, miræ magnitudinis Arcadicum agrum vastantem occidit. vel (vt quidam volunt) viuum cepit, & detulit Eurystheo. Sene, Solitumq́ densis Hispidum Erymanthi iugis Arcadica quærere nemora Menalium suem. Dictus est hic aper: Menalius, a Menalio Arcadiæ monte, quamuis & oppidum sit eiusdem nominis, quod & Menala dicitur. Et, sup. Hercules, tulit, id est abstulit: quarto. f. loco: aut quarto labore, cornua aurea cerui aeripedis. i. aerios, hoc ē veloces pedes habentis, vt per apheresim, aut synæresim: æripedis, pro aeripedis, dictum sit: vt Æneid. vj. Fixerit Aeripedem ceruam licet aut Erymanthi. Erat enim illic, dicit, cerua, vt hic, ceruus aureis cornibus, & pedibus (vt quidam dicunt) æreis, vt alij, aereis, id est velocissimis: quam vel quem, Hercules cursu superauit in Menalo, monte Arcadiæ, & spoliauit. Et pepulit scilicet a sedibus suis: volucres, id est aues aquaticas: Stymphalidas, id est in Stymphalo, lacu Arcadiæ immorantes: dicuntur autem fuisse tantæ magnitudinis, vt solis radios obumbrarent, omnem Arcadiam deuastantes. Est autem Stymphalus, Arcadiæ lacus, ex quo Erasinus fluuius erumpit in Æginam terram, quondam vero exitū non habebat: vrbs autem vicina, Stymphalū dicitur: pepulit, dico, discrimine scilicet periculo & labore quito: & spoliauit Amazona i. reginam Amazonum: Threiciam. i. iuxta Thraciam, & Scythas regnantem, spoliauit, dico, baltheo. f. aureo, quem ad Eurystheū reportauit. Señ. Nō vicit illum cœlibis semper tori Regina gētis Vidua Thermodontiæ. Dicitur autem Amazon, quasi sine mamilla: eo q͂ alteram inurunt, vt alibi satis dictum est. spoliauit autem sexto scilicet discrimine, aut periculo. Septima impēsa laboris, est, sup. in stabulis Argeis, id est Argiuis, vbi ferocientem taurum interfecit. Octaua Adorea. i. octaua laus bellica. Sic enim interpretatur Adorea, ab Acrone: eo q͂ victores adorētur a victis. vnde & Festus, Adoream laudem, dicebant gloriam, & gloriosum putabant esse, qui farris copia abundabat. Pli. autem, gloriam deniq́ ipsam a farris honore, adoreum appellabant. Ergo octaua adorea, id est laus, numeratur tauro expulso: alij legunt, numeratur octauo, vt sit discrimine, aut labore. Et loqtur de tauro, Atticam regionem deuastante. Sene. Taurumq́ centum, non leuem populus metum. Victoria noua, sup. numeret: in quadrigis. i. equis quadriiugalib⁹ Diomedeis. i. quos humanis carnib⁹ aluerat, Diomedes Bistonius. i. Thracius. vnde Sipontinus, Pręterea Hercules, Diomedem Thracię regem, dirum, ac sanguinarium hominem, qui equos suos aduenaꝝ carne, in Tyrida, Thracię oppido pascebat: occidit, eumq́ iumentis suis epulandum apposuit. Seneca, Quid stabula memorem diri Bistonij regis. Nam Bistonis, stagnū, & regio Thracię, a Bistone rege denominatur. Hiberia. i. Hispania, dat decimā palmam: Geryone. f. rege Hispaniarum tricorpore: extincto. i. interēpto, cui & boues abstulit: e quibus Cacus, nonnullos furatus, in Italia eodem occisus est: vt Ænei. viij. late scribitur: dicitur autem tricorpor, qa tribus insulis præfuit. Mala Hesperidum. i. Atlantidum puellarum, quæ aurea mala. i. poma, habuerunt distracta. f. per Herculem, occiso ꝑuigili dracone, sup. dant vndecimum triumphum: vnde Lucan⁹, Abstulit Arborib⁹ pretium, nemoriq́ laborem Alcides, passusq́ inopes sine pondere ramos, Pertulit Argolico fulgētia poma tyranno. f. Eurystheo. Sunt qui per poma, oues intelligant, qa Græce μῆλα & poma oues significant, & per draconem, pastorem earum custodem. Cerberus, canis triceps, triplicem Plutonis potestatē significās apud inferos: est suprema. i. vltima meta extremi laboris. Nam cum Perithous ad inferos detrusus eēt, accessit eo cum Theseo, & Cerberum canem tricipitem ad supos traxit: e cuius vrina inter cotes sparsa, Aconitum natum fingit. Sunt autem plures alij labores Herculis, vt de Antheo, & Busiri, & Acheloo, & Caco: sed nos quoq́ his contenti sumus.

Hydra. Erymanthius aper. Stymphalides. Amazon. Adorea. Diomedes. Biston. Geryones. Cerberus.

DE IISDEM.

Compressit nemeæ primū virtute Leonē.
Extincta est anguis, quæ pullulat Hydra secundo.
Tertius euictus Sus est Erymāthius igēs.
Cornibus auratis Ceruum necat ordine quarto.
Deijcit horrisono quinto Stymphalidas arcu.
Abstulit Hippolytæ sexto sua vincula victæ.
Septimus Augeæ stabulum labor egerit vndis.
Octauo domuit magno luctamine Taurum.
Tum Diomedis equos, nono cum rege peremit.
Geryonem decimo triplici cum corpore vicit.
Vndecimo abstractus vidit noua Cerberus astra.
Postremo Hesperidum victor tulit aurea mala.

ASCENSIVS. Compssit, &c.) (Si mō idē est author) alijs ꝑsequit̄ verbis: quocirca, qa fabulas satis aperuim⁹: erimus ordine contenti, q talis est. Hercules, supp. cōpressit primū leonem: Nemeæ. f. sylvę, virtute. f. sua: verūtamē dr̄ adhuc in cunis posit⁹: serpentes fraude Iunonis immissos, strāgulasse: vnde non dicemus hunc primum laborem fuisse: sed primū narratum: nisi dicamus additū esse virtute, ad discretionem eoꝝ, quę gessit nō virtute, sed diuino auxilio adiutus. non eni verosimile est, īfantē angues potuisse necare, nisi Iuppiter pater auxilio fuisset: Hydra: anguis, quę pullulat, qa amputato vno capite bina renascebant. Sus. i. aper Erymanthius: ingens. i. valde magnus, euictus est tertius. f. ordine. Et necat ordine quarto ceruū, auratis cornib⁹. i. habentem cornua aurata. Et deijcit Stymphalidas. f. volucres, arcu horrisono. i. horribiliter sonante: quinto. f. ordine (Prius secūdā corripuit, dicens, Stymphalidas pepulit volucres. Eandem tamē hic producit, sicut & Martialis, dicens, Æripeden syluis ceruam, Stymphalidas vndis abstulit. Item in. vj. Ceruam, cum Martiale posuit hic, & prius ceruū: sed cornua ceruo cōgruunt.) Abstulit. f. Hercules, Hippolytę. f. Amazonū reginę victę. f. a se sua vicula. i. balthea, qb⁹ vinciebatur. Septimus labor egerit vndis stabulū, Argei. f. tyrāni. Et Hercules domuit octauo. f. discrimie aut labore taurum. f. ferocientem, & Atticā regionē deuastātem: domuit (ingt) magno luctamie. Tū. i. deinde. f. nono, supp. labore. aut luctamine, supp. domuit: equos Diomedis. f. Thracij: q humanis carnib⁹ ab eo pascebātur: cum rege. f. Diomede, perempto. f. a se. Et vicit decimo. f. labore: Geryonē. f. regē Hispaniarū: cū triplici corpore. i. habentē triplex corpus: & id poetice. aut cum triplici cor. i. cum triplici exercitu, ex trib⁹ insulis collecto: Cerberus. i. canis ifernalis. abstractus. f. ab īferis: vidit astra noua. i. quę nō prius viderat: (cum tamē apud īferos astra, testetur in. vj. dicens, Solemq́ suū sua sydera norūt.) Vndecimo. f. labore. prius aūt dixit, vltimo: vñ nō obseruat ordinē rei gestę. Et Hercules victor, tulit postremo. f. labore. i. ꝑ postremū laborem, quem vndecimū prius posuit: mala. i. poma aurea, Hesperidum. f. puellarum, in Hesperia minore degentium.

Argei: alij Augeę. Peremptо: alij pemit.

MVSARVM INVENTA.

Carmina Calliope libris Heroica mandat.
Clio gesta canens transactis tempora reddit.
Dulciloqs calamos Euterpe flatibus vrget.
Melpomene tragico ꝓclamat mœsta boatu.
Terpsicore affectus citharis mouet, imperat, auget.

ASCENSIVS. Clio, historias iuenit: Melpomene, tragœdias: Thalia, comœdias, Euterpe tibias: Terpsicor, psalteriū: Erato, geometriam: Calliope, literas: Vrania, astrologiā: Polymnia, rhetoricam. ¶Clio gesta canens, &c.) Opusculum hoc de Musarum inuentis inscribitur. Quo circa de musis quę collegim⁹, alias paucis repetā. Musa (vt nonnullos) dicitur a μυῶ, quod est instruo, & in sacris initio. Hesiodus in theogonia ait, Musas, Iouis, & Mnemosynes filias, in Pierio monte, ex eadē nouem noctibus genitas: quorū nomina sic ponit,

Musa. Reddit: alij redit.

κλειὼ

κλέω τερπσιχόρη τε θάλεια τε μελπομένη τε τερψιχόρη τ' ἐρατώ τε πολύμνια τ' οὐρανίη τε καλλιόπη τε. Et legantur sic, Clio te, Euterpe te, (sed p colli sionem profert, pro te euterpe, euterpe: te autē, est apud Græcos id qđ, q̄ apud nos.) Thalia te, Melpomenete, Terpsicore te, Erato te, Polyhymnia te, Vrania te, Calliope te quod sic dices. Et Clio, & Euterpe, &c. Clio autem dicitur, quia κλέος gloria est. Et poetæ ex laudibus, quas aliis tribuant, & sibi, & illis, maximā gloriā parāt: hęc hic dicitur historias inuenisse, vnde ordo est. Clio canens gesta. i. res gestas, reddit tēpora, trālactis, f. rebus. i. reducit ad memoriā res transactas, memorās q̄bus tēporibus actæ sunt, & paulopost, Clio historias iuenit Melpomene (vt sequar ordinem poetæ) pclamat. i. porro exclamat: boatu tragico. i. quali tragici vtuntur, dū tragœdias agunt: existēs mœsta. i. præ se ferens mestitiam, dum res mestas agit. Et paulopost, Melpomene tragœdias, sup. inuenit: dicit aūt, a cantus suauitate. Nā Græce μέλπομαι καὶ μέλπω. i. Melpome, & Melpo, dicitur canto: Thalia. f. Musa: comica (quia Thalia comœdias, supple inuenit) gaudet sermone lasciuo. i. amātibus, & parasitis, ac seruis nequā apto. dicitur autem ἀπὸ τοῦ θάλλειν. i. a thallin, quod est florere. Per eam enim, poetę diu florēt: Euterpe. f. musa: vrget. i. inflat: calamos. i. fistulas & tibias, flatibus dulciloquis: qa Euterpe, tibias sup.

Clio.

Melpomene.

Thalia.

Plectra gerens Erato saltat pede, carmine, vultu.
Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia gestu.
Vranie Cęli motus scrutatur, & astra.
Comica lasciuo gaudet sermone Thalia.
Mentis Apollineæ vis has mouet vndiq; Musas.
In medio residens complectitur omnia Phębus.

lector: & τέρψις delectatio. Erato. f. musa, aut vna e musis: gerens plectra. i. instrumenta musica, quæ plectuntur. i. feriuntur, saltat pede, carmine, vultu. Erato, sup. inuenit geometriā: & dictā volūt ab amore, quem ἔρατω vocant Græci. Calliope. f. Musa, mandat libris carmina heroica. Calliope, sup. inuenit literas: dicta aūt est a pulchra voce. Vrania. f. Musa, scrutat' mot' poli. i. cœli, & astra. f. cœlestia. Vrania, sup. inuenit astrologiam: vnde a cœlo (nā græce οὐρανός dicitur) nomen accepit. Polyhymnia. f. Musa signat. i. indicat cuncta manu: & loquitur gestu. i. per gestū: vnde rhetoricā inuenit, quę docet cum honesto & decenti gestu orare. dicta aūt ē a multa memoria, aut multa laude: Vis mētis Apollineæ. i. Apollinis. i. solis, mouet vndiq; has Musas: quia Phœb'. f. Apollo, residens in medio, complectitur omnia. f. Musarum inuēta, & conamina. Est. n. medius planetarū: sed per Musas philosophi sirenas intelligunt: quas singulis orbibus, aut sphæris cœlestibus, psidere etiam Plato asserit: vnde mirabilem concentum i cœlis ponit: sed satis, superq; de his dictum putamus.

Eute pe

Terp core

Calli pe. Vra

Poly hym

ASCENSIVS.

Sirenes.) Quę reliq̄, sunt Virgiliana opuscula, tā facilia sūt: vt explanatio nis nō egeant: ne tū nihil dicā, interdū vocabula explanabo. f Sirenes.) Solis ex Acheloo amne filię: tres leguntur, Parthenope, a quo Neapolis olim dicta erat: Leucosia, & Lygia: dictę ab eo quod est: ἀφίημι. i. connectere, & retinere mutata aspiratiōe in. f. fuerūt (ingt Seruius) in pte virgines: i parte volucres Acheloi: & Calliopes musæ filiæ: harū vna voce, altera tibijst alia lyra canebat: & prio iuxta Pelorū, post i Capreis insula habitarunt: quę illectos suo cātu, in naufragiū deducebat. Secundum veritatē: meretrices fuerunt tq̄ trāseūtes, qm̄ deducebant ad egestatem, his fictæ sunt inferre naufragia. Has Vlysses contemnendo: deduxit ad mortē. hęc ille. Obstruxit enim

DE CANTV SIRENVM.

Sirenes varios cantus Acheloia proles,
Et solitę miseros ore ciere modos.
Illarum voces, illarum musa mouebat
Oia, quę Thymele carmia dulcis amat:
Quod tuba, quod lituī, quod cornua rauca querūtur:
Quodq; foraminibus tibia mille sonat:
Quodq; leues calami, quod suauis cantat Aedon:
Quod lyra, quod citharæ, quod moribundus olor.
Illectos nautas dulci modulamine vocis,
Mergebant auidæ fluctibus Ionijs.
Sanguine Sisyphio generatus magnus Vlysses
Hac tutos sola præstitit arte suos.
Illeuit cera sociorum callidus aureis:
Atq; suas vinclis prębuit ipse manus.
Transiluit scopulos, & inhospita littora classis,
Ille precipites desiluere freto.
Sic blandas vocisq; notas, & carmina vicit.
Sic tandem exitio monstra canora dedit.

xit enim socio' aures: & se aligari ad malū pcepit, donec eas ptransierat. Carminis earū principiū est apud Cice. O decus Argolicū, qn pupplim flectis Vlysse? Miseros modos cantus: ad miseriā deducētes. Legendum tū putem, muros Thymele, dr pulpitū & cœna, vnde fictū est nomen vxoris, Mimi cuiusdam Latini nomine: apud Iuuenalē Saty. i. f Litui.) Sunt tubæ clarisonæ. f Ædon.) Musici nomē. f Moribundus olor.) Mar. Cātator cycnus funeris ipse sui. f Sanguie Sisyphio: f Hoc illi apud Ouidiū iproperatur: nā Sisyphus eius matrē, cū ad Laertē ducerer, stuprasse dicitur, & Vlyssem genuisse. f Illeuit.) i. obstruxit. f Callidus.) f. Vlysses, non Circe. f Prębuit manus viculis.) Quia se ligari fecit, ne captus dulcedine cantus eas sequeretur.

DE DIE NATALI.

Clarus in offenso.) Festiuā lucē patrię suæ carmine celebrat. f In offenso.) Id est non offenso. f Titan.) Sol lætificus, lætos faciens

Clarus inoffenso procedat lumine Titan:
Letificusq; dies eat oibus æthere claro.
Voscq; simul iuuenes ais, ac voce fauentes
Concelebrate diem votis felicibus almū.
Prosper vt is semper redeat, vatiq; quotannis
Asmenidę referant alacres sua munera nati.

faciens animos. f Et voce.) Alibi: Animis: linguisq; fauete. f Quotannis.) Singulis annis. f Sua Mantua.) Alię mœnia: alię: munera: legunt: vtcunque certum est corruptum esse.

ASCENSIVS.

Fortuna omnipotens.) Hoc quoq; carmē mustilum inuenimus: pōt tamen sic perfici. Fortuna oi potens insipientibus: quia, vt dicit Iuuena, Nullum numen abest,

DE FORTVNA.

Fortuna omnipotens insipientibus
Tantum iuris atrox quę tibi vendicas:
Euertisq; bonos: eligis improbos:
Nec seruare potes muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus.
Fortuna innocuos cladibus afficit.
Iustos illa viros pauperie grauat.
Indignos eadem diuitijs beat.
Hæc aufert iuuenes: & retinet senes.

abest, si sit prudentia, sed te: Nos facimus fortuna deam, cœlo q; locamus. Genus carminis est lyricū asclepiadeū, constans spondeo dactylo: & cęsura, hoc est syllaba abē te, & duobus dactylis.

Universidad de Deusto
Biblioteca